27. a 3. 2.

2 400 40 Gallia MADE IN SPAIN

B- 5745

THESAVRI LINGVAE LATINAE,

TOMVS III.



BASILEAE, M D. LXXVI.

P

LITERA *muta est, nec h post se admittit, nisi in dictionib. Græcis: ut in Phaethon. Conuertitur quãdoq; in transferendis dictionibus Græcis,* P, *in* B: *ut quod apud Græcos βύβλος, apud nos Buxus scribitur. Interdum* P *exile, pro* PH *poni solet: ut quod à Græcis φοινιξ, cum* ph *scribitur, à nostris Puniceus uertitur.*

P. *posuit.* PAS. *Passus.* P. *Publius, pupillus.* P.AEL. AVG.LIB. *Publius Aelius Augusti libertus.* P. C. *Pactum conuentum, uel Pecunia constituta.* P.D. *Publicè dedit.* P.F. *publicè fecit: Publij filius: Pius felix.* P.H.C. *Publicus honor curandus.* P.I.R *Populum iure rogauit.* P.IV. *uel,* I. *Principi iuuentutis.* P.IR. *Populus, uel Publius irrogauit.* P.L. *Publij libertus.* P.M. *Pontifex Maximus.* P.M. *Principi militum.* PP.C. *uel,* P.C. *patres conscripti.* P.P.P. *Primus pater patriæ.* P.P. *Pater patriæ: Pater patratus.* P.P.HISP.C. *Præses prouinciæ Hispaniæ Citerioris.* P.P.P.P.E.S.S.S.E.V.V.V.V. V.V.V.F.F.F.P.P.R. *Primus pater patriæ profectus est, secum salus sublata est, uenit uictor, ualidus, uincens, uires urbis uestræ, ferro, flamma, frigore, fame, pace populi Rom.* PQ. *Postquã.* P.R.E, *uel* EX. *Post reges exactos.* P.R. *Populus Rom.* PS. *Plebiscitum.* P.SS. *Plebiscita.* P.S. *Posuit sibi.* PS.F. *Publicè sibi fecit: Publicè saluti fecit.* P.S.F.C. *Publicæ saluti faciundum curauit: uel, Publico, aut proprio sumptu faciundum curauit.* PV. *Pupilla.* PAC.P.R. *Pace populo Romano: uel, Pace populi Rom.* PA.DIG. *uel,* P.D. *Patriciatus dignitas.* PAL. *Palmensi.* PAR. *Parentum.* PARTH. *Parthicus.* PATR. *Patricius.*

PR. *Prætor.* PR.S. *Prætoris sententia.* PR.VR. *Prætor urbanus.* PR. PER. *Prætor peregrinus.* PRR. *Prætores.* PR.PR. *Proprætor.* PRAE.PRES. *Præfectus Præsidij.* PRAEF. *Præfectus.* PRAEF.VR. *Præfectus urbis.* PRAE. VIGIL. *Præfectus uigilium.* PRI.KL. *uel* K. *Pridie Kalendas.* PRID.NON.APR. *Pridie nonas Aprilis.* PRINC.IVVENT. *Princeps iuuentutis.* PROG. *uel* PROCOS. *Proconsul.* PROCOSS. *uel* PROCC. *Proconsules.* PRON. *Proneпos, uel Proneptis.* PROPRAET. *Proprætor.* PROV. *Prouincia.* PRS.P. *Præses prouinciæ.* PRSS. *Præsides.*

PP.AVG. *Perpetuo Augusto, ut in fine proœmij Institutionum Ciuilium.*

PP. *propositum significat in Codicis constitutionibus. Leges enim & Edicta & Constitutiones palàm, publico in loco promulgabantur, ut eas legere quisque posset.*

PA. *pro parte:* & PO. *pro populo positum est in Saliari carmine. Festus.*

Pabulum] *pabuli, pen. corr.* (νόμη, βοσκὰ, φορβὴ, χιλὸς, χόρτασμα) *Propriè est pecudum & aliorum brutorum cibus herbaceus, paleaceus, uel stramentitius: ut ait Valla. Plin. lib. 10. cap. 24. 2, Nec occultantur turdi, nisi sepè ibi quò hybernum pabulum petant. Virg. 1. Aeneid. 96,*

—— *priusquam*
Pabula gustassent Troiæ, Xanthumq; bibissent.

Dia pabula. Lucret. lib. 5. 189.
Dira pabula. Stat. 12. Theb. 114.
Insueta pabula. Virg. 1. eclog. 10.
Læta. Lucret. lib. 1. 3. Virg. 3. Georg. 77.
Larga. Lucret. lib. 5. 174.
Luxuriosa, Vide Luxus.
Naturalia. Vide Nascor.
Pinguia. Virg. 1, Georg. 18.
Tristia, Senec. Thyest. 8. 26.
Virgea. Virg. 3, Georg. 64.
Viridia. Quint. lib. 2. cap. 10. 4.
Pabula canescunt. Ouid. 2. Metam. 43.
Terræ concipiunt pabula. Virg. 1. Georg. 18.
Decerpere pabula. Ouid. 13. Metam. 200.
Distendi pabulo. Quint. lib. 2. cap. 10. 4.
Infensare pabula. Tacit. lib. 5, Adequitare castris, infensare pabula. Hoc est infestabat.
Parua pabula legens hirundo. Virg. 12. Aeneid. 95.
Metere pabula falce. Ouid. epist. 6. 17.
Obterere pabula. Lucan. lib. 6. 17.
Nocturna pabula petunt fœtæ. Senec. Hippol. 1. 4.
Mollia pabula surgunt. Ouid. 7. Metam. 57.
Pabulum, per translationem ad alia transferturut, Amoris pabula sibi absterrere. Vide Absterreo.
Animorum, ingeniorumq; naturale quasi quoddam pabulum consideratio contemplatioq; est. Cic. 4. Acad. 229.
Studij pabulum. Cic. de Senect. 45.
Dare pabula morbo. Ouid. 8. Metam. 173.
Digna canis pabulo. Prouerbium est, quod fermè idem ualet ac si dicas, uix quisquam est tam inutilis minister, quin si nõ amplo salario, certè uictu dignus esse uideatur. Quadrabit in hominem non usquequaq; reijciendum: aut in assentatorem, & ob id idoneum, qui in aulis principum uersetur, ubi nullo in precio sunt qui nesciunt adulari. Refert Suidas.
Corrumpi pabulo & glande inimicorum. Cicero de Aruspic. respon. 4.

¶ *Pabularis, & hoc pabulare, penult. prod.* (χορτασματικὸς) *Quod ad pabulum pertinet, seu quod pro pabulo datur. Colum. lib. 11. cap. 2. 57. Et lib. 2. cap. 14. 1, De lupino nihil dubito, atq; etiam de pabulari uicia. Plin. lib. 18. cap. 16. 3, Omnia hæc pabularia.*

¶ *Pabulor, pen. corr. pabularis* (νέμω, χορταγωγέω) *pabulari, Pabulum ex agris capere manibus aut falce in pastionem iumentorum. Cæsar 8. bel. Gal. 38, Et quum pabulatum, frumentatumq; longius esset proficiscendum. Idem lib. 5. 65, Quum Cæsar pabulandi causa tres legiones atq; omnem equitatum, &c.*

Pabulari, Pascere. Colum. lib. 7. cap. 6. 8, Subinde quæ cedit (scilicet capella) compesci debet, ne procurrat, sed placidè ac lentè pabuletur.

Pabulari oleas fimo, Fimum in pabulum & nutrimentum ac fomentum dare ipsis oleis, hoc est, stercorare. Columel. lib. 5. cap. 9. 11.

¶ *Pabulator, pen. prod. pabulatoris* (χορταγωγὸς) *Qui pabulatum uadit. Cæs. 5. bel. Gal. 65, Repentè ex omnibus partibus ad pabulatorem aduolarunt. Liu. 9. bel. Pun. 11.*

¶ *Pabulatio, Verbale* (χορταγωγία) *Cæsar 7. bel. Gal. 49, Omnibus modis huic rei studendum, ut pabulatione & commeatu Romani prohibeantur.*

Pabulatio, Pastus. Varr. 3. de re Rust. cap. 16. 16. Si è bono loco transtuleris, ubi idonea pabulatio non est, fugitiuæ fiunt De apibus. Colum. lib. 7. cap. 9. 11.

¶ *Pabulatorius, Adiect.* (χορταγωγικὸς) *ut, Pabulatoria corbis in qua reponũtur pabula. Col. lib. 6. ca. 3. 4.* Vide Corbis.

Pacatus] Vide Pax.

Pacensis] Colonia, Octauanorum Colonia est, quam & classicam fuisse appellatam refert Plin. lib. 3. cap. 4. Eam è Roma deductam esse apud nostratem Forum Iulij idem eodem loco author est. Forum Iulij nunc Ferien dicimus in extrema Prouincia.

Pacensis conuentus, Plin. lib. 4. cap. 22.

Pachorus] Vide Pacorus.

Pachydermos] παχυδέρμος, crassipellis, fatuus, rudis: ita enim Græci obtusiores ingenij homines uocitare consueuerunt. Cælius Rhodiginus lib. 6. Lectionum antiquarū, cap. 1. παχυμερῶς, ἀδρῶς, παχέως, inquit Hesychius, id est crasse, pinguiter. Hinc παχυμερέστερον, id est, pinguius, per maiores partes. Vlpian. l. 7. de Peculio in P. Scire autem non utiq; singulas res debet, sed παχυμερέστερον, id est, pinguius, in summa quod aiūt. Pinguius donatori succurrere debemus, quàm ei, qui uerum debitum persoluere compellitur. l. 49. de re iudicat. in P. Gell. lib. 14. cap. 1.

Pachynus] pen. prod. (πάχνω) promontorium Siciliæ, Peloponnesum spectans, ab aeris crassitudine: nam παχύ, pingue & crassum dicitur. Virg. 3. Aeneid. 86,

Præstat Trinacrij metas lustrare Pachyni. Priscianus in Periegesi,

Qui procul effusis Pachyni distenditur oris. In quo uersu penultima quidem corripitur, sed eaue imiteris.

Versa est Pachynos ad Austros. Ouid. 13. Metam. 157.

Pachytis] Morbus oculorum, quoties ex humore tumescunt, crassiores densioresq; apparentes. παχύτης enim densitas, tumor, crassitudo appellatur. Cæl. lib. 7. cap. 20.

Pacifer, Pacificator, Pacifico] Vide Pax.

Pacideianus] pen. prod. (Παικιδειανός) Gladiator apud Lucilium, ut refert Cicero 4. Tuscul. 73. ad Quint. fratrem, lib. 3. 20. 3.

Pacinus] pen. prod. Vnus ex nepotibus Volsinij regis, cognomento Luculli, qui relicto Illyrico, in Italia consedit, ubi & populos Pacinates de se nominauit. Auth. Festus.

Pacionem] antiqui dicebant, quam nūc pactionem dicimus: unde & Pacisci adhuc, & Pacco in usu remanet. Festus.

Pacisor] pacisceris, pen. corr. pactus sum (συντίθεμαι, ανέσθομαι, ὁμολογέω, ἐπινεύω, συμφωνέω) pacisci, Pactum facere, conuenire: & ferè præpositioni cum adiungitur. Cicer. in Parad. 55, Si quotidie fraudas, decipis, poscis, pacisceris, aufers, eripis. Plin. epist. 109, Peto, atq; etiam pacisor, ut simul agat Cremutius Rufo.

Pacisci de mercibus. Suet. de claris Grammat. 7.

Pactus sum hanc rem. Iustinus lib. 2, Cum Xerxe nuptias filiæ eius pacisci tur.

Pacisci & constituere diem. Cic. 1. in Catil. 17.

Fœdus pacisci Cic. pro Sestio, 26.

Inducias aliquot dierum cum hoste pacisci. Cic. 1. Off. 49.

Pactus est duo millia. Mart. lib. 8. 18.

Præmium pacisci ab aliquo. Cic. Quint. fratri, lib. 3. 19. 3.

Pretium pacisci. Ouid. 8. Metam. 62.

Pretium prædonibus pro capite pacisci. Cic. 3. Off. 145.

Rem aliquam alia pacisci. Senec. 1. de Clement.

Pacisci uitam ab hoste. Salust. in Iugurtha. id est, pactum de uita salua facere.

Vitam pro laude pacisci. Virg. 5. Aeneid. 46.

Pactus dimitti. Plinius libro 8. capite 7. 1, Nanque unum qui supererat, obiecit elephanto: & ille dimitti pactus si interemisset, solus in arena congressus, magno Pœnorum dolore confecit.

Pacisor cum. Cic. 5. Verr. 28, Ne quis frumentum de area tolleret, antequam cum decumano pactus esset.

Pacisci mercede cum aliquo ut. Liu. 5. bel. Pun. 183.

Sestertio cum aliquo pacisci. Cic. in Sallust. 12.

Filiam alicui pacisci. Cic. Attico, lib. 5. 109. 2.

Hæc tibi pacta est Callicli filiæ. L. B. ego ducam pater. Hoc est, Promisit' ne ipsa tibi, siue dedit tibi fidem? Plautus Trinum. 17. 57. Plin. lib. 15. cap. 30. 8.

Iniquè pacisci. Vide Iniquus.

¶Pactum, Participium (ὁμολογημένος) Pacto decretus. Plautus Asin. 12. 145,

—hinc meruntur uiginti minæ bonæ, mala opera partæ,
Has ibi nos pactis legibus dare iussit. Barbari, Sub conditione dicunt.

Meritis & uoce pactus est. Ouid. 5. Metam. 6.

Coniux pacta. Ouid. 14. Metam. 90.

Fides pacta. Ouid. 3. Fast. 97.

Fœdus pactum. Virg. 4. Georg. 32.

Pactæ cum hoste inducię. Cic. 1. Off. 49.

Merces pacta. Horat. 3. Carm. ode 3. 5.

Pactam rem habeto. Plaut. Fœn. 17. 37.

Teda pacta, Coniugium pactum. Ouid. 9. Metam. 145.

¶Pactum, pacti (συνθηκή, ὁμολογία, συμβόλαιον, σύμφωνον) Conuentionem significat. Cic. 2. de Inuent. 171, Pactum est quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iustum putatur, ut iure præstare dicatur. Vlpianus de pollicitationibus, l. pactum, Pactum, est duorum consensus atq; conuentio: Pollicitatio uerò, offerentis solius promissum. Idem de pactis, l. 1. pactum autem à pactione dicitur: unde & pacis nomen appellatum est.

Conditio atq; pactum. Cic. 2. Verr. 11.

Pacta, conuenta, stipulationes, &c. in foro cognoscenda. Cicero 2. de Orat. 56.

Formula pacti. Ouid. epist. 9. 30.

Inexorabile pactum. Stat. 1. Theb. 1.

Sacrum pactum. Valer. 8. Argon. 80.

Conuenit pacto. Vide Conuenio.

Exuere pacta. Tacit. lib. 5.

Ligare pacta. Propert. lib. 4. eleg. 4. 17.

Obseruantur ex conuentu sine legibus pacta. Author ad Herennium, lib. 2. 53.

Præstat iuri pactum. Cic. 2. de Inuent. 171.

Seruare pactum. Cic. 3. Off. 124.

Pacto, Ablat. pro Modo aliquando ponitur. Plaut. Rud. 31. 46, Non tacebo unquam alio pacto, nisi talēto comprimor. Hoc est aliàs. Terent. And. 1. 1. 22, Eo pacto & gnati uitam, & consilium meum cognosces.

Nullo pacto. Vide Nullus.

¶Pactio, pactionis, Verbale (συνθεσία, σύνθημα) Vlpianus de pactis, l. 1, Est autem Pactio, duorum, pluriumue in idem placitum & consensus. Cicero 3. Verr. 11, Scebam in reiiciendis iudicibus nonnullos memoriæ nostræ pactionis suspicionem

Accedere ad pactionem. Vide Accedo. (non uitasse.

Adire ad pactionem. Vide Adeo, adis.

Pecuniarum pactiones agere. Cic. de Prouinc. Consul. 8.

Conficere pactiones. Vide Conficio.

Facere pactiones. Cic. 7. Verr. 93.

Facere de tota lite pactionem. Cic. pro Rosc. Comœdo, 23.

Nuptialem pactionem facere. Liu. 4. ab Vrbe, 21.

Intercisæ pactiones. Cic. in Parad. 58.

Obligare pactionibus suorum præmiorum aliquos. Cicer. Post red. in Senatu, 29.

Perturbare conditiones & pactiones. Cic. 3. Off. 146.

Venire ad aliquam pactionem. Cic. 2. de Inuent. 176.

¶ Pactor

¶Pactor, pactoris, Aliud uerbale (ὁμολογητής) Cicero 7. Ver. 44, An fœderum interpretes, societatis pactores, religionis authores?

¶Pactitius, Adiectiuum (συνθηματικός) Vulgò Conuentionalis dicitur. Gellius lib. 1, cap. 25, Cessatio pugnæ pactitia, inducię dicitur.

Paco] pacas. Vide Pax.

Pacorus] pen. corr. (Πάκορος) Suidæ Orodis regis Parthorum filius, eius qui Crassum dolo circumuentum interemit. Quam maculam postea Ventidius Bassus, Antonij legatus deleuit, Pacoro cum toto exercitu ad internecionem cæso. Horat. 3. Carminum,

Bis iam Monæsos, & Pacori manus
Non auspicatos contudit impetus
Nostros. Alij scribunt, Pachorus.

Pactia] πάκτια, Stephano insula maris Aegei, una Cycladū, candido marmore nobilis, distans à Delo XXXVII. M. passuum. Alio nomine Paros dicitur. Author Plinius libro 4. capite 12.

Pactias] πακτίας, Agri Ephesij mons est Mycaliæ incumbens, & ab ea ad Mediterranea deflexus. Author Strabon. libro 14.

Pactiæ, Plinio (πακτίαι Ptolemæo) oppidum est Thraciæ ad Propontidem, non procul à Cherrhoneso: cuius meminit Plinius libro 4. capite 11. Sunt item Pactiæ, insulæ quædam in mari Lycio, apud eundem Plin. lib. 5. cap. 31.

Pactilis] Vide Pango.

Pactis] dis: Organum dichordum, quo ad psalmos canendos utebantur antiqui. Cæl. lib. 9. cap. 4. Improbata autem sunt & instrumenta alia, ut Pactides, &c.

Pactitius] Vide Pacisor.

Pactolus] pen. prod. (Πακτωλὸς) fluuius Lydiæ, aureis arenis Smyrnæos irrigans agros. Iuuen. Sat. 14. 13,

Quod Tagus & rutila Pactolus uoluit arena. Virg. 10. Aeneid. 29.

Liquores Pactoli. Propert. lib. 1. eleg. 13. 3.

Dites Pactolus rutilas despumat arenas. Claud. 5. Paneg. 11.

Lydius Pactolus. Senec. Oedip. 5. 13.

Rudentis Pactoli aurea stagna. Claud. 1. in Ruffinum, 21.

Pactoli opes, Figura prouerbialis, quam in uarios usus accommodare licebit, quum de summis diuitijs serimo erit faciendus. Vsus est Philostratus. Vide Erasmum.

Pacton] est Scaphæ genus, ex uirgis ita compositum, ut textile quiddam uideatur. Strabo lib. 17.

Pactorum portus: sunt angustiæ in Cherrhoneso, seu portus angustus, à Pactis populis, aut pacto ibidem inito. Strabo libro 7.

Pactum] Vide Pacisor.

Pacuuius] πακούβιος, poeta Brundusinus, Ennij sorore natus, emicuit quo tempore Scipio Numantiam deleuit. Scripsit tragœdias, deinde Tarentum se recepit: deceßitq; nonagenarius, ut est author Eutropius: posuitq; sibi epigramma, quod Gellius adnotauit lib. 1. cap. 24. Hic (ut Quintilianus ait) grauitate sententiarum, pondere uerborum, authoritate personarum clarißimus fuit, citra tamen nitorem. Pers. Satyr. 1. 8,

Sunt quos Pacuuiusq; & uerrucosa moretur
Antiopa.

Pacuuius Taurus, Aedilis plebis, qui Romæ restituit Sibyllæ statuam. Plin. lib. 7 4. cap. 5, Equidem & Sibyllæ iuxta rostra esse non miror, tres sint licet: una quam Sex. Pacuuius Taurus Aedilis plebis restituit: duæ, quas M. Messala.

Pacyris] Scythiæ Europæ fluuius, in sinum Carcinitem influens. Author Plin. lib. 4. cap. 12.

Pades] Gallicum esse uerbum ait Plin. lib. 3. cap. 16. id est, Picea arbor, à qua & Padum nomen accepisse ait.

Padua] πατάβιον, Vrbs à Padi uicinitate dicta, quæ & Patauium Ptolemæo, lib. 5. cap. 1. dicitur. Primò Antenorea dicta est, unde Antenoridæ: postea Patauini & Paduani. Apud Patauium natus est Titus Liu. historicus celeberrimus, qui res Romanas summa facundia perscripsit. Similiter Stella, & Valerius Flaccus poetæ, & Paulus iureconsultus. Fertur quoq; Volusius poeta Patauinus, qui post Ennium rerum gestarū populi Romani annales carmine descripsit. Vide Plin. lib. 5. cap. 1. Catul. de Cinna poeta, epig. 90. 2,

At Volusi annales Paduam morientur ad ipsam.

Padus] πάδος, fluuius, qui (ut Plinius lib. 3. cap. 16. scribit) è gremio Vesulī montis celsißimum in cacumen elati, finibus Ligurum Vagienniorum uisendo fonte profluens, condēsq; sese cuniculo, & in Foroubiensium agro iterum exoriens, nulli amnium claritate inferior. A Græcis dictus ἠριδανὸς, ac poena Phaethontis illustratus. Augetur à Canis ortu, liquatis niuibus, agris quàm nauigijs torrentior. Metrodorus refert, quòd circa fontem arbor sit multa picea (quæ Pades Gallicè uocetur) Padum hoc nomen accepisse.

Populifer Padus. Ouid. 2. Amor. eleg. 17. 7.

Oliferi Padus. Claud. ad Serenam, 17. 3.

Refluens Padus. Valer. 8. Argon. 19.

Stagnans Padus. Lucan. lib. 4. 27.

Padusa] pen. prod. (πάδουσα) fluuius, quem Padi brachium Rauennam usque perductum facit, Massanicum alio nomine appellatum. Plinius lib. 3. cap. 16. Claud. in Epithal. Pal. Ladij, 46. 22,

Eridani ripas, & raucæ stagna Padusæ.

Padaneus] Adiectiuum. Solinus cap. 33, Precium operæ est ire longius, ne Padaneæ sylvæ credantur lapidem fleuisse.

Padinates] populi in octaua regione Italiæ. Plinius libro 3. capite 15.

Pædrus] Regio montana Iberiæ trans Cyrū. Strabo lib. 11.

Pæan] pæanis, pen. prod. m. g. (παιάν) Hymnus erat in Apollinis laudem decantari solitus, sicut dithyrambus in laudem Bacchi, ut Iulius Capitolinus inquit: qui non solùm in auersione malorum decantabatur, sed etiam in uictoria. Interfecto enim Pythone, laudibus & carminibus laudatus fuit, quæ pæana dixerunt. Virg. 6. Aeneid. 132,

—lætumq; choro pæana canentes. Abusiuè tamen pro omni deorum laude ponitur. Vnde opus suum Pindarus de laudibus omnium deorum, Pæana inscripsit. Pæana uerò à παίω, medeor deriuatur: quòd scilicet morbis medelā præbens, finem faceret. Vnde & Apollo ipse Pæan dictus est. Iuuenal. Satyr. 6. 18,

Parce precor Pæan.

Pæanem citare, Cicero Latinè reddidit, quòd Græci παιωνίζειν dicunt: idq; ad consuetudinem phonascorum in excitandis arterijs respiciens, quæ hoc uerbo explicatur. Videtur autem pæan esse contentionis uocis, sicut minuitio remißionis. Locus Ciceronis est lib. de Oratore 1, Qui & annos, etc. Hoc nos si facere uelimus, antè condemnentur ij quorum causas receperimus, quàm toties, quoties præscribitur, pæanem, aut minuitionem citarimus. Ex Turnebo. Vide Cito, citas, & Minuitio.

Pæan, pro dimensione certis non modò syllabis, sed syllabarum temporibus definita, pedis nomine à poetis & rhetoribus nuncupatus. Est autem pæan duplex, authore Aristotele lib. 3. Rhetor. ad Theodect. Vnus, in quo prima syllaba est producta, quam tres breues sequuntur: ut ἄνθρωπος: alter, qui oritur à tribus breuibus, extrema producta: ut ὀπέφευγε τὰ φάσιν νύξ. Nec uerò Pæan prior aliud est, quàm choreus &

Pyrrichius: nec posterior aliud, quàm Pyrrichius & Iambus. Alij legunt, Pæon. Vide suo loco.

Pæan, nomen patris Philoctetæ. Sed ea appellatione melius per œ, quàm per e scribetur. Hinc Pœantius, & Pœantiades.

¶ Pœantius, Adiect. (Ποιαντιος) ut, Heros Pœantius, Philoctetes Pœantis filius. Ouid. 1. de Remed. amor. 23.

Genus Pœantium. Seneca Herc. Oeth. 11. 14.

Pœantides] Ποιανιδες, Gemmæ sunt, speciem habentes eæ quæ glaciatæ, quæ in Macedonia circa Thiresiæ sepulchrũ inueniuntur. Prægnantes fieri & párere dicuntur, & parturientibus mederi. Eædem & Gemonides dicuntur. Author Plin. lib. 37. cap. 10.

Pędagia] uocat Seneca ubi pueri uehebantur, epist. 124, Omnium pædagia, inquit, oblita facie uehuntur, ne sol, ne frigus teneram cutem lædat.

Pędagium] alio nomine logisterium: Locus est, in quo milites recensebantur, ijsq; stipendia numerabantur: quanquam est & diribitorium, ministratorum quoque, id est, locus in quo obuersantur ministri: qui quoniam Græcè dicantur pædes, Pædagium Plinio iunitori in Epistolis uocatur: Puer, inquit, in Pædagio nixtus pluribus dormiebat. Cælius Rhod. lib. 7. cap. 6.

Pędagogus] huius pædagogi, pen. prod. (Παιδαγωγὸς) Pueri ductor: παῖς, puer: ἀγωγὸς, ductor: cui ducendorum puerorum prouincia datur. Cic. Attico, lib. 12. 250. 2, Sed & pædagogi probitas, & medici assiduitas, & tota domus in omni genere diligens, me rursus id suspicari uetat.

Diligendi sunt pædagogi & nutrices. Cic. de Amic. 64.

Versantur pædagogi lites ad auriculas adolescenti. Author ad Herenn. lib. 4. 156.

¶ Pædagogium, huius pædagogij (Παιδαγωγεῖον) Locus in domicilio, in quo pueri seruiq; commorantur, qui παιδάρια uocantur. Plin. epist. 247. lib. 7. ad Suram, Puer in pædagogio mistus pluribus dormiebat. Cælius lib. 7. cap. 6. legit, Pædagio.

Pædagogium. Hoc uocabulo turpius interdum etiam utebantur, quum eo cœtum puerorum, qui in delicijs habebantur, significarent. Tranquill. in Nerone, Super ingenuorum pædagogia, & nuptarum concubinatus. Vestali uirgini Rubriæ uim intulit. Quo in loco corruptè perperamq; scribitur proagogia, ut & in superiore Plinij loco pædagium. Turnebus.

Pædagogium, apud Iurisconsultos, Seruitium atq; mancipium dicitur. Vlpianus in l. quæsitum. §. si instructum. ff. de fundo instructo, & instrumento legato, Si instructum fundum legasset, ea pædagogia, quæ ibi habebat, & quum eò uenisset, præstò essent in triclinio, legato continentur. Turnebus hic, Pædagogia, puerorum cœtus, id est, seruitia puerilis ætatis, & hinc pueros nobilium ministros, pagios, uelut pædagogianos pueros uulgò solemus appellare.

Pædagogium, Schola, siue Ludus litterarius.

¶ Pædagogianus, na, num: Pædagogiani pueri. Ammianus Marcellinus: In pædagogiani, inquit, pueri speciem purpureis opertus tegminibus.

Pæderos] pen. corr. huius pæderotis, pen. prod. (Παιδέρως) Genus acanthi. Plin. lib. 22. cap. 22. Dioscor. lib. 3. cap. 17.

Pæderos, pæderôtis (Παιδέρως) Gemma est, quam alio nomine Opalum uocamus, nonnulli etiam Sangenum: ita dicta, teste Plin. lib. 37. cap. 6. propter eximiam eius gratiã. Παιδέρως enim nobis puerorum amorem significat.

Pæderos, est Vnguenti genus, quo Demetrium uti consueuisse liniendo faciem, Græci scribunt.

Pædia] pædiæ, pen. prod. (Παιδεία) Eruditio, institutioq; in bonas artes, ut docet Gellius: interdum etiam puerilem ætatem significat. unde extat Xenophontis Græci nobile opus de pædia Cyri principis.

Pædisce] Παιδίσκαι, sunt ancillæ, & prostitutæ: hinc,

Pædiscium] Παιδισκεῖον, prostibulum significat, & impudicarum locum. Cælius lib. 7. cap. 3. Inde attributum efficiũ.

Pædicus] ca, cum: Pædicæ tibiæ, sicut & Partheniæ. Puto esse pædicas, lasciuas, quæq; uenerem proritent. Cælius Rhodig. lib. 9. cap. 7.

Pędomatheis] Παιδομαθεῖς. Qui à pueris statim discunt: quibus opponuntur Opsimatheis, qui scilicet serius & iam natu grandes ad discendum accedunt. Budæus.

Pædonomus] Ingenuorum adolescentum magister. Alex. Alexand. Traianus quoq; adolescentes ad quinq; milia bonæ indolis ex omni imperio selectos publicè alis & parentis affectu paribus disciplinis eruditi curauit, ex præcepto Lycurgi, qui ingenuis adolescentibus uirum præesse uoluit peritum ac uigilantem, ex his qui summi eliguntur magistratus, quem Pædonomum nuncupauit. lib. 2. cap. 25.

¶ Pædotriba, huius pædotribæ: uel pædotribes, pædotribis (Παιδοτρίβης) Ludi literarij præceptor.

Pædotribia] Παιδοτρίβια, dicitur ars exercendi puerorum corpora. unde Aristoteles lib. 7. Politic. præcipit, adolescentes statim gymnasticæ esse tradendos.

Pędor] pædoris, pen. prod. masc. gen. (αὐχμός, ῥύπος) Squalor, illuuies, sordes, & omnis immunditia seu putor, in animali præsertim. Lucan. lib. 2. 15,

——longusq; in carcere pædor. Cic. 3. Tuscul. 104, Ex hac opinione sunt illa uaria & detestabilia genera lugendi, pædores, muliebres lacerationes generum, pectoris, femium, capitis percussiones.

Pædor à Græco deduci uidetur, quo παῖδες, id est, pueri dicuntur, qui in illa puerili ætatula sordidi ferè sunt, nec à sordibus sciunt abstinere.

Membra horrida pædore. Lucret. lib. 6. 255.

Longus in carcere pædor. Lucan. lib. 2. 15.

Obsitus pædore. Seneca Agamem. 13. 8.

Sedet pædor. Seneca Herc. Oeth. 4. 32.

¶ Pædidos, ῥύπαρός (inquit Festus) sordidos significat, atq; obsoletos. tractum uocabulum à Græco: quia παῖδες, id est, pueri, talis sint ætatis, ut à sordibus nesciant abstinere.

Pęgma] pægmatis. Vide Pegma.

Pęgnium] Παίγνιον, Græca uox est, que nobis ludum sonat, uel rem ludicram, aut puerilem oblectationem: unde Technopægnium, ludicrum quoddam poema ab Ausonio inscriptum est.

Pęminosus] Vide Peminosus.

Pæon] huius Pœonis, pen. corr. (Παίων) Nomen uiri medicæ artis peritissimi, quem Homerus lib. 5. Iliad. scribit curasse Plutonem, grauiter ab Hercule uulneratum: à quo Pœonia herba dicitur, quam inuenit.

Cura Pœonia. Claud. de bello Getico, 25.

Pæon] Παίων, Genus pedis est, siue mensuræ, qua tum poetæ, tum oratores suas dictiones demetiebantur, qui à Diomede quadruplex esse traditur: quorum primus, ex longa & tribus breuibus constat: secundus, ex breui & longa & duabus breuibus: tertius, ex duabus breuibus & longa & breui: quartus, ex tribus breuibus & longa. Cic. 3. de Orator. 101, Probatur autem ab eodem illo maximè pæon, qui est duplex. nam aut à longa oritur, quam tres breues consequuntur: ut hæc uerba, Desinite, Incipite, Comprimite. aut à breuibus deinceps tribus, extrema producta atq; longa: sicut illa sunt, Domuerant sonipedes. atq; illi philosopho ordiri placet à superiore pæone, posteriore finire.

Pæonia] Παιονία, Herba à Pæone medico, qui eam inuenit.

uenit. Plinius libro 25. capite 4. 2, Vetustissima inuentu pæonia est, nomenq; authoris retinet, quam quidam pentorobon appellant, &c.

Pæonia] Παιονία, Regio est in Europa, à Pæone Endymionis filio & Epei fratre, qui uictus cursu ab Epeo (sicut inter eos conuenerat) imperium uictori dedit, & in Macedoniã seu Thraciam ad amnem Axium discessit: à quo Pæonia regio dicta, quæ ex regis nomine Aemathia, pars Macedoniæ: à qua Pæones populi, ut Iustinus lib. 7. scribit. Statius lib. Achileid penultimam corripit, dicens,

Præterit, & didici quo Pæones arma rotatu. Quandoq; Pæonia ponitur pro Macedonia, sicut Aemathia: cuius litoris regio iuxta Sithoniam Thermopontum Pallene uocatur. In hac regnasse fertur Thelegonus.

Nimosi Pæones. Ouid. 5. Metam. 63.

Pæssa] apud Coos, placentulæ sunt. Cælius Rhodig. libro 9. capite 16.

Pæstum] Παῖστον, Oppidum Lucaniæ, rosarum abundantissimum, ubi ob cæli clementiam bis in anno producebantur fructus, scilicet Maio & Septembri. Virg. 4. Georgicorum, 24.

——bisq; rosaria Pæsti. Huius mœnia prope mare magni spacij adhuc integra uidentur, latitudine & altitudine miranda. A Tuscis conditum, Posidoniam dixerunt, & eius sinum Posidionatem. Postea Romani, missis huc colonis ampliauerunt, ut ait Strabo. Cic. Attic. lib. 11. 225. 5. Nunc uulgò dicitur Polycastro, ut scribit Oliuarius in Melam.

Tepidi Pæsti rosaria. Ouid. 15. Metam. 142.

¶ Pæstanus, pen. prod. adiectiuum (Παιστανὸς) Ouidius 2. de Ponto, eleg. 4. 6,

Pętouium] Παιτοβίου, Vrbs Pannoniæ superioris, id est, Austriæ, authore Ptolemæo lib. 2. cap. 15. Petouionem Tacitus scribit lib. 19. alij Petouiam. Vulgò Betta.

Pętus] pæti, Qui obliquis oculis in altum respicit, uel qui alterum oculum minorem habet. Hor. 1. Serm. Satyr. 3. 9,

Appellat pætum pater, & pullum malè parnus,

Si cui filius est. Porphyrio, Strabo, qui est detortis oculis, dicitur: pætus, leniter declinatis. Acron, Pæti proprie dicuntur, quorum huc atq; illuc oculi uelociter uertuntur. Est igitur pætus, qui oculos habet tremulos, & se facillimè in quamuis partem uertentes: quales plerunq; sunt lasciuarum oculi. Vide Petus.

Page] in plaga Locrensi oppidum famosissimũ, unde Peloponnesi profilit ceruix. Plin. lib. 4. cap. 3. Hinc Pagei populi, de quibus idem Plin. lib. 4. cap. 7. Meminit & Pagarum eodem loco.

Pagana lex, qua sancitum fuit, ne mulieres in uia torquerent fuscos, aut illos detectos ferrent: quoniam frugum prouentibus id aduersari putabatur. Alexander Alexandrinus Genial. dier. lib. 4. cap. 8.

Paganus] Vide Pagus.

Pagasa] penultim. correpta (Παγασαὶ) Thessaliæ oppidum, quod postea Demetrias dictum est, ut ait Plinius libro 4. capite 8, iuxta quam ædificata fuit Argo nauis: propter quod nauis longa Argonautarum Pagasea nuncupatur, quòd Iason, qui eam ædificauit, fuit filius Aesonis fratris Peliæ regis Thessaliæ. Hinc Pagasiticus sinus in Thessalia est dictus. Vide Pegasę.

¶ Pagasæus, Adiectiuum (Παγασαῖος) ut, Sylua Pagasæa. Ouid. 12. Metam. 83.

Puppis Pagasæa. Valer. 8. Argon. 76.

¶ Pagasius, pen. corr. Aliud. adiect. (Παγασὸς) Val. 8. Arg. 91, Si Pagasas, uel Peliacas hinc deniq; nubes Cerneret.

Pagasicus sinus. Plin. lib. 4. cap. 8. & 12.

Pagida] siue Belus, riuus in Phœnicia ad Carmelli promontorium, uitri fertiles arenas paruo litori miscens. Ipse è palude Cendeuia à radicib. Carmeli profluit. Plin. lib. 5. cap. 19.

Pagina] paginæ, pen. corr. (σελὶς) Vtraq; pars folij: à pangendo dicta, quòd in paginis carmina pangantur, id est, figantur. Vel dictæ sunt pagina, authore Festo, quòd in libris suam quæq; obtineant regionem, ut pagi. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 1. 2. 15, Nam quum hanc paginam tenerem, L. Flauius Prætor des. ad me uenit, homo mihi ualde familiaris. Mart. lib. 1. 29,

In nulla pagina Latinè loqui fas sit. Idem lib. 10. 59,

Consumpta est uno si lemmate pagina, transis. Virgilius 6. eclog. 3,

——nec Phœbo gratior ulla est,

Quàm sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen.

Extrema pagina. Cic. in Orat. 23.

Lasciua pagina. Vide Lasciuus.

Longa atq; insignis honorum pagina. Iuuen. Satyr. 10. 6.

Profana pagina. Claud. 2. Paneg. 62.

Contractio paginæ. Cic. Attic. lib. 5. 91. 6.

Commouere totas paginas. Cic. 4. de Fin. 86.

Complere paginam. Vide Compleo.

Respondebo primùm postremæ tuæ paginæ, quæ mihi magnæ molestiæ fuit. Cic. Att. lib. 6. 113. 1.

Turgescit pagina bullatis nugis. Persius Satyr. 5. 3.

Vtraq; paginam facit. Plin. lib. 2. cap. 7. 9, de fortuna, Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium, sola utraq; paginam facit. Prouerbij faciem habet illud, sumpta metaphora à codicillis rationalib. duas habentibus paginas: alteram, quæ indicat quid sit datum: alterã, quæ quid acceptũ sit, ostendit. Itaq; in rebus humanis fortuna utraq; facit paginam: id est, siue quid obtigit boni, ea laudatur, quasi dederit: siue mali quid accidit, eadem inceßitur, ceu malorum author. Erasmus.

Pagina, in uitibus. Plin. lib. 17. cap. 22. 2, de limitanda uite, Semper uerò quintanis semitari, hoc est, ut quinto quòq; palo singulæ iugo paginæ includantur. Paginas uocat areas interceptas inter duo iuga. Budæus.

¶ Pagella, pagellæ, Diminutiuum (σελλίδιον) Cic. ad Brutum, lib. 11. 25. 4, Non imitor κακοηθείαν tuum, altera iam pagella procedit.

¶ Paginula, paginulæ, pen. corr. (σελιδάριον) Aliud diminutiuum. Cic. Attico, lib. 4. 77. 4, Si uerò id est, quod nescio an sit, ut non minus longa sit iam in codicillorum fastis futurorum Consulum paginula habeat quàm fatorum.

Pagoargas] Oppidum ad mare Rubrum. Troglodytici & Aethiopici sinus. Plin. lib. 6. cap. 29.

Pago] pagis, pepigi, pen. corr. pactum (ἐμπαγέω) pagere, Pacisci significat. Author ad Herennium, lib. 2. 53, Pacta sunt quæ legibus obseruanda sunt, hoc modo: Rem ubi pagunt, oratione pagunt. Quint. lib. 1. cap. 10, dicit pepigi esse, non à pago, sed antiquo uerbo pago, pagis, sine n: ut in lege XII. Tab. Sueton. de claris Rhet. 1. e. Et pepigerunt bolum quanti emerent. Cic. pro Rosc. Comœd. 18, Dic pactionem fecisse ut absolueretur, non pepigit.

Pagere & conuenire. Author ad Heren. lib. 2. 53.

Recusare quæ pepigisti. Virg. 12. Aen. 3.

Fœdera mihi pepigit Lausus. Virg. 10. Aen. 181.

Cum hostibus pagere. Plin. de Viris illust. 43.

Rem ducentis Philippeis pagere. Plaut. Bacch. 19. 38.

Ab eo quicum pepigit impetrare. Cic. 3. Offic. 124.

Pagrus] πάγρος, Piscis. Plin. lib. 32. cap. 10. 1, Pagri fluuiatilis longissimus dens capillo adalligatus. Idem lib. 9. cap.

16.3. Prægelidam hyemem omnes sentiunt, sed maximè qui lapidem habere in capite existimantur, ut lupi, chromes, scienæ, pagri. Iidem & paguri dicuntur.

Pagurus] paguri (πάγουρος) Pisces ex genere testaceorum, aut crustatorum. Galen. lib. 3. de Aliment. facultate, cap. 34, Astaci, paguri, cancri, locustæ, carides, tenui testa concluduntur. Dictus est autem pagurus, παρὰ τὸ περὶ πάγον καὶ φυλάττειν τὸν πάγον, quòd in altioribus fluminum locis uersetur, ripisq; præruptis. Meminerunt eius Aelianus & Aristoteles.

Pagus] huius pagi, masculin. gener. (κώμη) Simul posita uillæ, hoc est, rusticanæ domus in unum coagmentatæ. Nam πηγὴ Græcè, Latinè fons dicitur: quòd circa fontes hæ ponerentur, quodq; omnes eadem aqua uterentur, authore Festo.

pagus non modò uicum rusticanum significat, sed unius iurisdictionis tractum, ditionem, ac agrum: quomodo hodie Heluetia duodecim habet pagos ac ciuitates, quæ ijsdem legibus, moribus, atq; institutis utuntur. Corn. Tacitus, De moribus Germanorum, Eliguntur in ijsdem concilijs & principes, qui iura per pagos uicosq; reddunt. Quem locum exponens Althamerus, Inter uicum & pagum, inquit, hoc interest discriminis. Vicus significat uillarum, id est, domorũ rusticanarum congeriem absq; mœnibus: Pagus uerò uicorum societatem, ditionem, seu agrum, qui multis uicis constat. Hæc mirè illustrant Cæsarem, qui lib. 1. de bel. Gal. dicit, totam Heluetiam in quatuor pagos fuisse diuisam. Iterum libro eodem, Treuiri autem nunciabant, pagos centum Sueuorum ad ripas Rheni consedisse, qui Rhenum transire conarentur. Rursum lib. 4, non procul ab initio, Suenorum gens est longè maxima, & bellicosissima Germanorum omnium. ij centũ pagos habere dicuntur: ex quibus quotannis singula millia armatorum bellandi causa suis ex finibus educunt. Reliqui, &c. Hæc & plura Cæsar. Quæ sic explicat Althamerus. Dicitur pagus ἀπὸ τῆς πηγῆς, id est, à fonte: quòd pagi circa fontium riuos collocarentur. Minimè autem credibile est, Sueuiam latissimam Germaniæ oram, tantùm centum uicos habuisse: quum nullas etiam urbes habitauerint, nec iunctas sedes inter se passi fuerint: sed discreti ac diuersi, ut fons, ut campus, ut nemus, ut fluuius placuit, coluerint, &c. Præterea quo modo ex uno uico potuissent mille homines ad bellum educi? Satis ergo indicat Cæsar, pagum significare hominum multitudinem, societatem ac ciuitatem: & Paganos esse fontium aut fluuiorum accolas, qui unum tenent tractum & districtum. Hæc ille. Vide etiam Glareanum in Annotationibus in Cæsarem, & Turnebum in eundem Cæsaris locum.

Ingentes pagi. Virg. 2. Georg. 76.

Rugosus frigore pagus. Horat. 1. epist. 22.

¶ Pagatim, pen. prod. (κωμηδὸν) Aduerbium, dictum est Per singulos pagos, ea forma qua Oppidatim. Liuius 1. bel. Macedon. 101, Templa deûm quæ pagatim sacrata habebant, diruti atq; incendi iussit.

¶ Paganus, huius pagani, pen. prod. (κωμήτης) A pago dictus est, rusticus, villanus, in villa natus, qui non nouit urbẽ, quasi ex uno fonte potans. Cic. pro Domo sua, 58, Nullũ est in hac urbe collegium, nulli pagani aut montani, &c.

Paganus, Qui miles non est. Iuuen. Satyr. 16. 4,

——citius falsum producere testem
Contra paganum positis, quàm uera loquentem
Contra fortunam armati.

Marcell. in l. quædam. ff. de pœnis, Quædam delicta pagano, aut nullam, aut leuiorem pœnam irrogant: militi uero grauiorem. Scæuola ad legem Falcidiam, l. ult. Miles, si dum paganus erat, fecerit testamẽtum, militiæ tempore codicillos: lex Falcidia in codicillis locum non habet, ut testamento locum habebit.

Paganus, per translationem, Qui in exercitio aliquo nondum perfectus est. Persius in Prooemio libri sui, 1,

——ipse semipaganus
Ad sacra uatum carmen affero nostrum.

¶ Paganus, pen. prod. Adiect. (κωμητικὸς) ut, Fercula paganа. Prop. lib. 4. eleg. 4. 16. & Ouid. 1. Fast. 134, Pagani foci.

¶ Paganicus, pen. corr. Adiectiuum (κωμητικὸς) Antonius in l. 1. de testamen. militis. C. Frater tuus miles si te specialiter de bonis quæ in paganico habeat, hæredem fecit: bona quæ in castris reliquit, petere non potes. Differt à castrensi.

Paganica pila, à pagis dicta, hoc est, uillis, quòd pagani ea uterentur. hæc grossior laxiorq;, & pluma plena, nec ad lusum tam agilis, ut quæ nec tam leuis est, nec iactata facilè resilit. De qua sic Mart. lib. 14. 45,

Hæc quæ difficilis turget paganica pluma,
Folle minus laxa est, & minus arcta pila.

Quasi dicat, est laxior quàm pila trigonalis, & arctior, firmioriq; quàm sollis. nam sollis, tertium pilæ genus est. Vide suo loco. Ex Siponino.

¶ Paganalia, paganaliorum (κωμητικὰ) Festa rusticorum. Ouid. in Fastis.

Pagyris] nomen fluuij & nomen ciuitatis: à qua Pagyritæ populi. Apud Plin. lib. 4. cap. 12. scribitur Pacyris.

Pala] huius palæ (δίκελλα) Instrumentum rusticum. Pala à pagendo, mutata G. in L, inquit Varro lib. 4. de Linguæ Latinæ. Plautus,

Palas uendundas sibi & mergas datas, ut hortum fodiat, atq; ut frumentum metat. Plin. lib. 18. cap. 6. 13, Iuncosus ager uerti pala debet, at in saxoso bidentibus.

Pala, Instrumentum quo panis in furnum mittitur, & extrahitur. Cato cap. 11. 4, Palæ ligneæ quatuor.

Palæ dicuntur dorsi dextra lœuaq; eminentia membra.

Palæ, minores auri purgatioris massulæ, inquit Strabo lib. 3. et utiq; non maiores selibra. Plin. lib. 34. cap. 13. 6, Expuitur æris pala quædam. Castigati codices habent, palea.

Pala (σφενδόνη) annuli pars plana & latior, in qua gemma inseritur. Cic. 3. Offic. 49, Ibi quum palam eius annuli ad palmam conuerterat, à nullo uidebatur, ipse autem omnia uidebat.

Pala, arbor de pomorum genere, Arienen pomum (id est, ei fructui nomen) ferens: ex quo pomo Indorum sapientes uiuunt. De ea arbore, ac Ariene fructu, narrat Plin. lib. 12. cap. 6.

Palacra] quæ & Palacrana à nonnullis appellatur, maior auri massa est. Plin. lib. 33. cap. 4.

Palæa] Ciuitas ad radices Olympi montis. Strabo lib. 14.

Palæbiblus] παλαίβιβλος, Oppidum est in ora Syriæ, Libano monte subiectum, non procul ab Adoni fluuio. Plinius lib. 5. cap. 20.

Palæmon] huius Palæmonis, pen. corr. (παλαίμων) Marinus deus, Latinè Portunus, quòd portubus præsit. Cic. 3. de Nat. deor. 52. Ouid. 6. Fast. 110,

Quem nos Portunum, sua lingua Palæmona dicet. Vide Melicerta.

Inous Palæmon. Virg. 5. Aen. 165.

Naufragus. Stat. 2. Sylu. 1. 36.

¶ Palæmonius, Adiectiuum (παλαιμόνιος) ut, Coronæ Palæmoniæ: id est, isthmiacæ, quæ in Isthmijs ludis Palæmoni à Theseo dicatis uictoribus dabantur. Claud. 8. Paneg. 58,

Cuncta Palæmonijs manus explorata coronis Adsit.

Coronæ autem ex pinu erant confectæ, ut author est Plin. lib. 15. cap. 10.

¶ Palæmon, παλαίμων, alius fuit Phinæi Arcadiæ regis filius. Alius item Grammaticus Vicetinus, qui Romæ uixit ac docuit, principem locum inter Grammaticos tenens, sub Tiberio & Claudio principibus: tanta uir arrogantia, ut Marcum Varronem porcum appellaret, secum & natas & morituras literas iactaret. Luxuriæ ita indulsit, ut sæpius in die lauaretur, nec sufficeret sumptibus. Hæc & plura Tranquillus. Fuit autem ætate Quintiliani: ut ipse testatur, lib. 1. cap. 4. 15.

Palæmyndus] παλαίμυνδος, Cariæ oppidum fuit eo in loco, in quo postea condita fuit Natiandus. Palæmyndi autem nomen accepit, ad discrimen recentioris Myndi, cum antea etiam Myndus diceretur. Plin. lib. 5. cap. 29.

Palæopolis] Ciuitas uetus, Emporiensium dicta: quam primùm habitasse Massilienses, Strabo lib. 3. scribit. Puto eam esse, quàm uulgò Ciuita uecha appellant Massilienses.

Palæpaphus] παλαίπαφος, Oppidum Cypri insulæ, antiquum Veneris Paphiæ templum habens, antea Paphus dicta: uerùm postquam Agapenor ad sexagesimum inde stadium alteram eiusdem nominis urbem condidisset, cœpta est hæc ad differentiam recentioris Palæpaphus appellari, quasi uetusta Paphus. Strabo lib. 14.

Palæphatus] palæphati, pen. corr. (παλαίφατος) Interpretatur prædictus, antiquus, fatidicus. Est etiam uiri proprium, qui τῶν ἀπίστων, id est, incredibilium uolumina scripsit. Fuit hic Parius patria, siue (ut alij tradunt) Prieneus. Vixit Artaxerxis tempore. De hoc plura Cæl. lib. 30. cap. 34.

¶ Palæphatius, Adiectiuum (παλαιφάτειος) Quod est Palæphati. Virgilius ad Messalam,

Docta Palæphatia testatur uoce papyrus.

Palæscamander] παλαισκάμανδρος, fluuius Troadis, qui effecto prius lacu in Achæorum portum influit. Plin. lib. 5. cap. 30.

Palæscepsis] Ciuitas in Aesapi conualle, quam Rhodius fluuius præterfluit. Strabo lib. 13.

Palæstina] pen. prod. (παλαιστίνη) Prouincia Syriæ, Arabiæ contermina: dicta à Philistijm urbe metropoli in ea, ut inquit Plin. lib. 5. cap. 12. 1, Herodotus totam Syriam uocat Palæstinam. In ea quinq; ciuitates continebantur, Gaza, Ascalon, Geth, Accaron, & Azotum. Est & altera Palæstina prope Phœaciam, de qua Lucan. lib 5. 92,

Laxa Palæstinas undis confixit arenas.

¶ Palæstinus, pen. prod. Adiectiuum (παλαιστίνιος) ut,
Aqua Palæstina. Ouid. 2. Fast. 93.
Deæ Palæstinæ. Ouid. 4. Fast. 48.
Gens Palæstina. Silius lib. 3. 123.
Syrus Palæstinus. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 4.

Palæstra] palæstræ (παλαίστρα, παλαισμοσύνη) Luctatio. A πάλιν, iterum: & παίω, ferio. Vel ἀπὸ τῆς πάλης, id est, à luctatione: uel ἀπὸ τῆ πάλλω, id est, à motu urnæ. Nam ductæ sorte antiqui luctabantur. Virg. 6. Aen. 129,

Pars in gramineis exercent membra palæstris. Terent. Eunuch. 3. 2. 24,

——hic periculum in literis,
Hic in palæstra, in musicis. Cic. 1. de Leg. 9, Habuitq; uires agrestes atq; horridas, sine litore ac palæstra.

Studio palæstræ ignaua iuuentus. Lucan. lib. 7. 55.
Iura palæstra. Propert. lib. 3. eleg. 14. 1.
Agrestis palæstra. Virg. 2. Georg. 107.
Catenatæ palæstræ. Stat. 2. Sylu. 1. 22.
Decora palæstra. Hor. 1. Carm. ode 10. 1.
Liquidæ palæstræ. Claud. 8. Paneg. 57.
Nutida palæstra. Ouid. epist. 15. 30.
Palatina palæstra. Cic. Att. lib. 2. 19. 5.
Vncta palæstra. Ouid. epist. 18. 3.
Adiuuat histrionem palæstra. Cic. in Orat. 7.
Exercent patrias oleo labente palæstras. Virg. 3. Aen. 57.
Ludere palæstra. Ouid. epist. 1. 4. 30.
Habet palæstram quandam hic motus. Cic. in Orat. 134.

Palæstram, lenonis domum uocat. Terent. Phorm. 3. 1. 20,

Eccum à sua palæstra exit foras. id est, domo lenonis, ubi amator assiduè exercetur, ut ait Donatus.

Palæstræ & olei. Prouerbiali figura res esse palæstræ & olei dicuntur, quæ non ad seriũ negocium, sed ad lusum & ostentationem adhibentur: quum à prælio maioribus opus sit uiribus. Cic. 1. de Orat. Vide Erasmum in Adag.

Palæstra præterea decenniam illam significat, qua status, motus, flexusq; corporis, ac omnes omnino habitus uenustatem quandam leporemq; præ se ferant: quæ & chironomia dicitur: quam qui non didicerunt, ij Apalæstri ab antiquis dicti sunt. Cicero in Oratore perfecto, utaq; qualis eorũ motus, quos Apalæstros Græci uocant: talis eorum mihi uidetur oratio, qui non claudunt numeris sententias. Quintilianus lib. 9. cap. 4, Sicut etiam quos Palæstritas esse nolumus, tamen esse nolumus eos qui dicuntur Apalæstri. Budæus in Annotat. prioribus.

Palæstra dea, filia Mercurij: de qua sic Lactantius: cum aliquando, inquit, Mercurius somnum caperet, quidam dormienti tetendit insidias. qui conata peregisset, nisi eum filia Palæstra excitasset.

Palæstra, metaphoricè, pro medio dicendi genere. Cic. in Brut.

Palæstra, locus in quo disputabant. Vitruu. lib. 5. cap. 11.

¶ Palæstrita, palæstritæ, pen. prod. (παλαιστὴς) Sodalis palæstræ uel magister, & qui palæstræ dat operam. Cicero 6. Verrin. 122, Ex Heraclij hæreditate, quam palæstritis concessisset, multo maximam partem ipsum abstulisse. Persius Satyr. 4. 4,

Quinq; palæstritæ licet hæc plantaria uellant.

¶ Palæstricus, penultima correpta, Adiectiuum (παλαιστρικὸς) Quasi ex usu palæstræ: siue quod ad palæstram pertinet. Piaut. Rud. 8. 7,

Ex urbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitio Gymnastico & palæstrico.

Ars palæstrica. Quint. lib. 2. cap. 21. 7.
Motus palæstrici. Cic. 1. Offic. 181.
Prætor palæstricus. Qui fauet palæstritis. Cic. 4. Verr. 38.

Palæstrici, dicti sunt qui palæstram docebant. Ab his enim præceptoribus motus gestusq; formantur: ut recta sint brachia: ne indoctæ rusticæue manus: ne status indecorus: nequa in prosternendis pedibus inscitia: ne caput oculiq; ab alia corporis inclinatione dissideãt. Quæ omnia antiqui ingenuis pueris & liberaliter educatis necessaria cognitu existimauerũt. De his intellexit Cicero 1. de Orat. his uerbis, Sic censeo neminem in oratorum numero habendum, qui nõ sit omnibus his artibus quæ sunt libero dignæ, perpolitus, &c. Quintil. lib. 1. cap. 11. 8, Ne illos quidem reprehendendos puto, qui paulum etiam palæstricis uacauerint. Nõ de his loquor, quibus pars uitæ in oleo, pars in uino consumitur: qui corporũ curam mentem obruerunt. Hos enim abesse ab eo quẽ instituimus, quàm longissimè uelim. Sed nomẽ est idem ijs, à quibus gestus motusq; formantur. Budæus in Annot. prioribus.

Vacare palæstricis. Quint. lib. 1. cap. 11. 8.

¶ Palæstricè, Aduerbium (παλαιστρικῶς) More palæstritarum. Cic. de Opt. gen. Orat. 145, Sed ita ut palæstricè spaciari in xysto liceat.

Palæstricos] Aduerbium antiquum, Ex usu palæstræ. Afran. Etiam depellis mihi manum papæ palæstricos. Sic legit Vossius, Ex Nonio.

Palætrium] Oppidum in Macedonia, de quo Plin.lib. 4. cap.10.

Palætyrus] Oppidum in Tyro.Plin.lib.5.cap.19.

Palàm] Aduerbium(ἀμφαδὸν,ἀμφαδίᾳ,ἀμφαδίην,διαρρήδην,αὐταπόστολον,αὐτηρὸν) Manifestè,apertè,in conspectu,in ore atq; oculis omnium.Contrarium habet Clàm.Terent.Adel.3.2.30,

A' lenone ipsus eripuit palàm. Donatus, Coràm ad certas personàs refertur,Palàm ad omnes.

Palàm & interdiu,cui contrarium Clàm & noctu. Cæsar 3. bel.Ciuil.118.

Luce palàm.Virg.9.Aen.31.

Luce & palàm comportare aliquid.Cic.in Pisonem,17.

Palàm & Clàm, contraria.Cic. pro Cælio,15.

Palàm & obscurè,contraria.Cic.4.Acad.27.

Palàm & apertè.Plaut.Bacchid.5. 67.

Palàm in ore atq; omnium gesta sunt.Cic.4.Verr.57.

In foro,palàm,multis audientibus recitare, & clarissima uoce testari aliquid.Cic.pro Cluent.17.

Per præstigia, & Palàm,contraria.Cic.6.Verr.47.

Diuulgare palàm primum tempus ætatis alicuius ad omnes libidines.Cic.Post red.in Senatu,8.

Palàm est.Plaut.Mostel.15.19.Terent.Eunuch.1.2.24,

Sim falsum, aut uanum, aut fictum est:continuò palàm est. id est,nihil celo.

Palàm est pisces audire.Plin.lib.10.cap.70.1. hoc est,certissimum est,& in confesso.

Palàm & ante oculos omnium esse.Cic.7.Verr.52.

Palàm facere.Plaut.Asin.14.12,

—me honestius est,
Quàm te palàm hanc rem facere.

Apertè ac palàm facere aliquid,non ex insidijs.Cicero in Oratore,21.

Apertè,palamq; dicere aliquid.Cic.2.Verr.12.

Palàm ac liberè fui.Cic.2.de Nat.deor.235.

Serere palàm rem aliquam.Cic.Att.lib.16.335.6.

Palàm mentiri.Plaut.Truc.4.83.

Manifesta res palàm indicat.Lucret.lib.1.164.

Probare aliquid palàm.Cic.pro Flacco,53.

Palàm aduersarius.Cic.3.Verr.27.

Palàm beatus. Terent. Phorm. 13. 17. hoc est,apertè & sine dubio.

Palam,cum ablatiuo, pro Coram, præpositio est. Liu.lib.6.ab Vrbe,Inde rem creditori palam populo persoluit.

Palamedes] pen.prod.(παλαμήδης) nomen Nauplij, Euboææ regis filij,qui Vlyssis fraude à Græcis interfectus fuit. Hic fertur Troiano bello quatuor literas inuenisse,scilicet θ ξ χ φ. Præterea ordinem aciei,dationem signi,tesseras,hoc est,symbolum bellicum, & uigilias inuenit. Hinc à poetis Palamedis aues,grues dicuntur.Mart.lib.13.75,

Turbabis uersus,nec littera tota nolabit,
Vnam perdideris si Palamedis auem.

De hoc Philostratus in Heroicis multa. Vlyssis primùm insaniæ simulatio ab eo fuit deprehensa: quapropter non destitit Vlysses, quin eum apud exercitum proditionis falsò insimulatum damnari, atq; lapidibus obrui perfecerit: quem postea Græci fleuêre,& magnopere desiderauerunt. Palamedes Eleates Grammaticus scripsit Onomasticon de Tragicis & Comicis dictionibus, ac de proprietate Atticæ ac Doricæ linguæ.Suidas.

Belides Palamedes. Virg. 2.Aen.17,Belidem uocat,quia à Belo originem duxit,à quo septimo gradu distabat.

Palamnei] sunt dæmones,ex eorum genere quos approbare ac rata firmaq; habere nocumenta Aegyptij protulerunt.Cælius libro 2.capite 11.

Palangæ] dicuntur fustes teretes, qui nauibus subijciuntur quum attrahuntur ad pelagus,uel quum adlitora subducuntur.Vnde etiam nunc palangarios dicimus,qui aliquid oneris fustibus transuehunt. Varro de uita pop.Rom.libro 4, Quum Pœnus in fretum obuiam uenisset nostris, & quosdam cepisset crudelissimè, pro plangis carinis subiecerat, quo metu debilitaret nostros.Nonius.

Palango] gas,palangàre (παλαγγίζω) onus aliquod huiusmodi fustibus transuecho.Afranius, Et capream uuam semilaceram quaterni simul palangabant.

Palans] Vide Palor,palaris,in Palus,priore producta.

Palantes] Claudij libertus ditissimus, de quo Plinius libro 33.cap.10.

Palanteum] penultima producta (παλαύτειον) urbs in Palatino monte,à Palante Euandri proauo. Virgilius libro 8.Aeneid.10.

Mœnia Palantea.Virg.9.Aen.40.

Palantia] Oppidum Iberiæ,teste Stephano.Vnde & Palantini. Est & nomen fluminis in Valentino litore.

Palantium] unde Romæ Palatium, oppidum est in Arcadia.Plin.lib.4.cap.6.

Palaria] æ,Ludus pali.Alexand. Alexandrinus Genial.dierum lib.1.capite 20,Ad palum quoq; exerceri, aut iaculis & sagittis ferire,nonnunquam fundis & lapidibus, disciplinæ militaris erat. Fuit enim palus cubitorum trium, quem tyrones scuto & clauo,uelut hostem petere,in eumq; ictus & plagas inferre solebant.In quo id cauebatur in primis,ne dum ad palum ictus intendunt,ipsi hostium telis pateant. proinde oportebat eos animo & corpore intentos esse,non magis ad inferendos,quàm ad cauendos declinandosq; ictus:cui ludo Palatia nomen erat.

Palaris] & hoc Palare. Vide Palus.

Palas] ultima longa,siue Pallas,Euandri proauus,à quo Palanteum est dictum.

Palatha] παλάθη,Massa propriè ficorum & caricarum,teste Hesychio.

Palatial] sacrum quod in palatio fiebat,sicut Fagutal in Viminali dies festus erat.Alex.Alexandrinus lib. 6.cap.11.

Palatim] Aduerbium. Significat passim uagando. Liuius libro 5.ab Vrbe,Tusculum palatim fugerunt.id est,sparsim fugerunt,non turmatim.

Palatina] παλατίνη,regio Romæ,cuius Arcades duce Euandro,Palantes authores extiterunt.

¶ Palatinus,pen.prod. Adiectiuum (παλατῖνος) unde Palatinus deus, & Palatinus mons dictus est, super quo primò Roma ædificata fuit,& in eo reges primò,deinde Consules, pòst Imperatores maiore ex parte sedem habuerunt.Et Palatini,qui & Palantes sunt,qui cum Euandro uenerunt, & Aborigines consederunt in quartæ regionis palatio.Sed hos alij dictos à Palantia Latini uxore putauêre.

Euander Palatinus.Virg.7.Aen.2.

Apollo Palatinus.Horat.1.epist.3.4.

Arces Palatinæ.Horat.in Carm.seculari,13.

Balneæ Palatinæ.Cic.pro Roscio Amer.11.

Collis Palatinus.Claud.4. Paneg.109.

Gens Palatina.Ouid.14.Metam.124.

Iugum Palatinum. Ouid.6.Fast.159.

Laurus Palatinæ.Ouid.4.Fast.192.

Palatina palæstra,quæ in Palatio monte exercetur. Cicero ad Att.lib.2.19.5.

Palatina Venus.Plin.lib.36.cap.3.1.

¶ Palatini,præter antiquum significationem,sunt qui uel palatium domum principis habitant, uel officium palatium exercent: qui & Comites & Comitatenses, posteriore seculo nuncupati sunt. Alciatus in l.scrinijs.de palat.sacr.largit. lib.12.Cod.

Palatio] huius palationis,f.g.(παλάτιον)Id fundamenti genus est,quod in aquis, aut in uligimosis,aut congestijs locis fieri uidemus: à palis qui in terram depanguntur, dictum uocabulum.Vitruuius lib.2.de alno loquens,Itaq; quia non nimis habet in corpore humoris,in palustribus locis infra fundamenta ædificiorum, palationibus crebrè fixa,recipiens in se quod minus habet in corpore liquoris, permanet immortalis ad æternitatem,& sustinet immania pondera structuræ. Palatio, quæ uulgò pilotium dicitur, fistucatio etiam appellatur, à fistuca machina uulgò nota, qua etiam pautores uentur utrinq; ansata.Hac enim pali magna ui in terram adiguntur.Budæus.

Palatium] huius Palatij (παλάτιον) Mons Romæ appellatus est,quòd ibi pecus pascens balare consueuerit,inquit Festus. sic enim uox eius animalis exprimitur, quasi balatium. Vnde Næuius balatium appellat. Vel à palo, palas, quòd ibi paleare, id est errare pecudes solent, ut ait Festus. Seu quòd Palantes Arcades cum Euandro ibi consederunt. nam ante Romam conditam possessum atq; habitatum fuit. Alij à Palantia Latini matre, quæ ibi habitauerit,Palatiũ dictum uoluunt. Alij à Palante Euandri auo. Alij à filia Euandri Palantia,ab Hercule utitata,& postea illic sepulta. Vel certè à Palante eius filio ibi sepulto. Alij à Pale pastorali dea nomen inditum autumant.

Alta palatia.Ouid.1.Trist.eleg.1.14.

Nemorosa.Ouid.1.de Arte.21.

Phœbea palatia.Lucan.lib.3.21.

Romana palatia.Virg.1.Georg.100.

Palatium, dicitur etiam domus imperatoria, superba,amplaq;, à Palante gigante, qui primus palatium ob magnitudinem sui feciſſe dicitur. Aut secundum Plinium, à Palanteo Arcadiæ oppido.Siue, ut Cyrillus author Græcus refert,à Palatino monte.Suetonius de Claris grammat.17, Quare ab Augusto quoq; nepotibus eius præceptor electus, transijt in palatium cum tota schola.

Palatium primam indifferentem habet.Ouid. 1.de Arte,21,

Illic quas tulerant nemorosa palatia frondes. Martialis libro 1.66,

Inde sacro ueneranda petes palatia cliuo.

Palatual] Sacrificium,quod fiebat Romæ in monte Palatino. Varro de Ling Lat.lib.6.

Palatualis] flamen, qui constitutus erat ad sacrificandum ei deæ,in cuius tutela erat palatium.Festus.

Palatum] huius palati,penult.prod.(ὑπερῷον,ὑπερῶον) Pars oris interna & superior.Plin.lib.11.cap.37.47,Intellectus saporum est cæteris in prima lingua:homini & in palato.Horat.2.epist.2.13,

Tres mihi conuiuæ propè dissentire uidentur,
Poscentes uario multum diuersa palato. Cic.2.de Nat. deor. 69, Sed lum palato Epicurus quid sit optimũ iudicat, cæli palatum,ut ait Ennius,non suspexit.

Caulæ palati.Lucret.lib.4.133.

Annosum palatum.Horat.2.Serm.Satyr.3.55.

Carnosum palatum.Vide Caro.

Resciſſum palatum.Lucan.lib.4.57.

Subtile palatum.Horat.Serm.2.Satyr.8.8.

Torpens palatum uuen.Satyr.10.21.

Veneniferum palatum.Ouid.3.Metam.17

Vuens palatum.Silius lib.7.131.

Lingua deest palato.Ouid.epist. 21.23.

Sapor exacuit palatum. Ouid.1.de Ponto,eleg.11.3.

Excitare palatum.Quintil.lib.6.cap.3.13.

Exsurdant palatum uina feruida. Horatius 2, Serm, Satyra,8.8.

Gustare aliquid palato. Ouid.4.Fast.10.7.

Instituere palatum. Quintil.lib.1.cap.2.6.

Obserare palatum.Catul.in Camerinum,epig.51.5.

Gallina dura malum responsat palato, Horatius 2. Serm. Satyra,4.4.

Ignauo stupuerunt uerba palato. Ouidius 2. Amorum, eleg. 6.10.

Vdo palato nigra subest lingua.Virg.3.Georg.78.

Tenero supplantat uerba palato.Persius Satyr.1.4.

Tergere palatum gallma.Horat.2.Serm.Satyr.2.5.

Sicco torret sitis ora palato.Proper.lib.4.eleg.10.5.

¶ Palatus, etiam masc. genere legitur. Cicero libro 2. de Finib. 42, Nec enim sequitur, ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus.

Palatus] Participium,à Palor,palaris. Vide Palus,pali.

Palea] paleæ (ἄχυρον) est iumentorum pabulum. A' palàm seu pabulo dicitur.nam ea sola primùm in pascendis animalibus præbetur. Quo sanè uocabulo non propriè culmi, sed folliculæ ipsa granorum comprehenduntur.Varro de Re rust.lib.cap.50.3, Contrà, quod cum spica stramentum hæret, corbibus in aream defertur: ubi discedit in aperto loco palàm, à quo nominata potest esse palea. Cic. 4. de Finib. 122. Vt enim, inquit, gubernator æquè peccat, si palearum nauem euertit, & si auri, &c.

Culmi pinguis paleæ.Virg.1.Georg.39.

Inanes iactantur paleæ. Virg.3.Georg.27.

Horna palea.Horat.2 Serm.Satyr.6.18.

Leues uolitant paleæ.Virg.1.Georg.74.

Palea, Cartilago defluxa à collo galli gallinacei. Varro de Re rust. libro 3. cap. 9.3, Gallos salaces, qui animaduertunt si sunt lacertosi, rubenti crista, rostro breui, acuto, oculis rauis aut nigris, palea rubra subalbicanti, collo uario aut areolo, feminibus pilosis, &c.Colum. lib.8.cap.2. de gallinaceis, Paleæ ex rutilo albicantes, quæ uelut incanæ barbæ dependent.

Palea æris, pro Ramento & excremento. Plinius libro 34. cap.13.6.

Auri nauem euertat gubernator, an paleæ: in re aliquantulum, in gubernatoris inscitia nihil interest. Cicero in Parad.23.

¶ Cani das paleas, asino ossa. Prouerbij speciem habet, quum res præposterè distribuuntur: ueluti siquis indocto munus mittat literarium,erudito floscules,aut gladium,militi librũ, & cætera id genus.Siquidem munera hoc ipso sunt ingrata, quòd apta non sunt. Erasmus.

¶ Asinus in paleas.Aliud adagium, dici solitum. ubi cuipiam fortuna lautior præter spem obtigerit, aut nactus fuerit fortè aliquis, quo uel præcipuè gaudeat. De hoc plura Erasmus.

¶ Paleatus, pen. prod. Adiectiuum (ἀχυρώδης) Quod factum est ex paleis, uel paleis opertum, aut admistum. Colum. de Arboribus,cap.8.2, Quicquid inseueris uiti,diligenter libro ligato,atq; luto subacto paleato oblinito,operitoq; plagam,& ita alligato,ne aqua uentiũsue penetrare possit.Idem 12.cap.21,Vrceus oblinitur luto paleato.

¶ Palearium, palearij (ἀχυρῶν) locus ubi conditur palea.Colum.lib.1. cap.6.6, Pars autem fructuaria diuiditur in cellã olearium,torcularium,cellam uinariam,defrutarium,fœniliа,palearia q; & apotheca,& horrea.

¶ Palea,in iure Pontificio,Canonem ueterẽ significat: scribendum uerò est,palæa.

Palear]

Palear] palearis, penult. prod. n. g (κογόνυ) pellis dependens ex gutture boum, dicta quasi pellearia. Colum. lib. 6. cap. 2. 3, de boum forma, Ceruice longa & torosa, palearibus amplis, & penè ad genua promissis, &c. Senec. Hippol. 10. 11. Musco tenaci pectus ac palear uiret.

Pendula palearia. Ouid. 7. Metam. 24.

A mento palearia pendent. Virg. 3. Georg. 11.

Pale] Græca est dictio, nobis luctam significans: ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὸ σῶμα, hoc est, ab agitatione corporis, unde Palæstra dicta est.

Palenses] Homero, Dulichij, Androni Cephalleni, populi sunt in Asia. Strabo lib. 10.

Palepaphos] Vide Palæpaphos.

Pales] βοτιανὴ θεὰ, Pastorum Dea, uel pabuli. Hanc quidam Vestam, alij matrem deûm uocât. Hanc Virgilius genere fœminino uocat. Alij, inter quos Varro, masculino genere, ut hic Pales.

Domina pastorum Pales. Ouid. 4. Fast. 157.

Magna. Virg. 3. Georg. 1.

Sacra. Ouid. 4. Fast. 165.

Syluicola. Ouid. 4. Fast. 151.

Veneranda. Virg. 3. Georg. 59.

¶ Palilia, Paliliorum, plur. num. n. g. uel Parilia (παλίλια) Palis Deæ festa, l in r mutata, dicuntur. Hæc à pastoribus in agris fiebant undecimo calend. Maij, quo die Romulus urbem fundauit ad lupos arcendos, morbosq; à pecore pellendos, seu pro partu pecoris. Tibullus lib. 2. eleg. 6. 10. Propert. lib. 4. eleg. 1. 4,

Annuaq; accensi celebrare Palilia fœno. Persius Satyra, 1. 8,

Et focus, & porci, & fumosa Palilia fœno. Ouidius 6. Fastorum, 52,

Dena quatuor memorant habuisse Palilia Romam,
Quum flammæ custos æde recepta Dea est. id est, annos XL. Vide Parilia.

Palesimundum] Nomen oppidi, & propè labentis fluminis in Taprobane insula. Plin. lib. 6. cap. 22.

Palescamander] siue Palæscamander, cum diphthongo in secundâ, fluuius in Troade in Propontidem influens.

Palfurius Sura] Orator & Causidicus fuit, Martialis & Luciani amicus: sed ob suspicionẽ, quòd cum Vitellianis sensisset, Senatu à Domitiano fuit amotus.

Palibrota] Oppidum ad Gangem situm. Plinius lib. 6. cap. 17. & 19, Omnium in India propè, non modò in hoc tractu potentiam claritatemq; antecedunt Prasij, amplissima urbe ditissimaq; Palibrota. Vnde quidam ipsam gentem Palibrotos uocant, imò uerò tractum uniuersum à Gange. Vide Strab. lib. 15.

Palibroti] Reges Indorum, à magnanimo Palibroto cognominati multo tempore fuerunt: sicut olim apud Aegyptios, Pharaones: apud Romanos, à Scipione (ut rectè docet Plinius) quòd primus exactus fuerit, Cæsares: ab Augusto Octauio, Augusti: à Vespasiano, Flauij: ab Antonino, Pij. Alex. Alex. lib. 1. cap. 2.

Palicenus] penult. prod. (παλικὸς) ut ait Stephanus, fons in Sicilia, dictus quod iuxta Palicos fratres sit. In eum mittitur tabella à iuratis: quæ, si uerum dixêre, fluitat: si falsum, mergitur.

Palici] pen. prod. (παλικοι) quasi Palisci, Gemini fratres fuêre, Ioui filij, & Thaliæ Nymphæ, siue (ut alij uolunt) Aetnæ. Tradãt enim hanc Nympham à Ioue in Sicilia iuxta Simethium fluuium, non longè à Catina urbe compressam, metu Iunonis optasse ut sibi terrâ debisceret, & ita factum esse: sed quum tempus maturitatis infantium, quos aluo illa gestauerat, aduenisset, rursus terram hiasse, duosq; infantes de aluo Nymphæ progressos emersisse, appellatosq; fuisse Palicos: uel quòd παλιν, id est rursus hiante terra emersissent: uel ἀπὸ παλιν ἦναι, quoniam prius in terram mersi, denuò inde reuersi sunt. Nec longè inde breues lacus sunt, sed miræ profunditatis, quos incolæ Crateras uocant, & nomine Dellos appellant, fratresq; eos Palicorum existimant, & habentur in cultu maximo propter iusiurandum. Nam quum rei negatæ fides quæritur, & iusiurandum à suspecto petitur, uterq; ab omni contagione mundi ad Crateras accedunt, accepto prius fideiussore ab eo qui iuraturus est, de solendo eo quod petitur, si ita euentus adduxerit: deinde loci nomine inuocato iurabat. quod si fideliter fiebat, discedebat illæsus: si uerò malè iuratum esset, mox in lacu amittebat uitam falsus iurator. Magna præterea in ueneratione erat Palicorum templum, quòd quum Sicilia sterilis annus arrefecisset, diuino Palicorũ responso admoniti Siculi, certũ sacrificium fecerunt, post quod statim reuersa est ubertas. Quapropter Siculi omne genus frugum congesserunt in ara Palicorum, quæ ob id pinguis uocita est. Virg. 9. Aeneid. 117,

—pinguis ubi & placabilis ara Palici. Hæc ex Macrobio, lib. 5. Saturn. cap. 19.

Palilitium] Sidus ex septem constans stellis, quas Latini Suculas appellant, ὑάδας. Palilitium appellatum, quòd quum natura sit pluuium sidus, obseruatum tamen fuerit, quòd undecimo cal. Maij (quo die Romæ Palilia celebrabantur) serenitatem adduceret. Plinius lib. 18. cap. 26.

Palillogia] παλιλλογία, iterata locutio: hoc est, dictionis alicuius, maioris uehementiæ causa, repetitio. Quid autẽ differat ab Epanalepsi, Epanaphora, & Anadiplosi, uide Rufinianum & Aquilam Romanum.

Palimbacchius] παλιμβάκχιος, Genus pedis & mensuræ in carmine uel oratione, constans prima & secunda longis, ultima breui: ut, Augustus. Idem Antibacchius dicitur.

Palimpissa] παλίμπισσα, Pix liquida iterum decocta. Plin. lib. 24. cap. 7. 4, de pice, Quidam iterum lecoquũt, & uocant palimpissam.

Palimpsestus] huius palimpsesti (παλίμψηστος) Membrana iterum abrasa. Cicero ad Trebatium, lib. 7. 18. 5, Nam quod in palimpsesto, laudo equidem parsimoniam: sed miror quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quàm hæc scribere. Quidam hoc loco legunt, palinxesum. Iurisconsulti delitiam chartam uocant. nam abrasis prioribus literis, rescribitur. Vlpian. in l. chartæ. ff. de bonor. possess. secund. tab. Chartæ appellatio & ad nouam charam refertur, & ad deletitiam.

Palimpsestus est à πάλιν iterum, & ψέω rado: palinxestus, à πάλιν & ξέω, eadem significatione. Catul. ad Varum, epigram. 19. 1,

Puto esse ego illi millia aut decem, aut pura
Perscripta, nec sic, ut fit in palimxesto, &c.

Paligenesia] παλιγγενεσία, Regeneratio: iteri, natales. Voluit enim Pythagoras, animas è corpore egressas in alia corpora transmigrare, non solùm hominum uerumetiam brutorum: atq; ita nos identidem alios atq; alios renasci.

Palinodia] huius palinodiæ (παλινῳδία) Contrarius cantus Palinodia, Recantatio uel retractatio dicitur. Vnde Palinodiam canere, est diuersum ab iis quæ prius dixeris, dicere, atq; in contrarium uertere sententiam. Cicero ad Atticum libro 2. 24. 2, Si uerò quæ de me acta sunt, ea non seruantur, in cælo sum: ut sciat hic noster Ieroso lymarius tradúctor ad plebẽ, quàm bonã meis pußimis orationibus gratiam retulerit, quarum expecta dimam palinodiam. Ex Erasmo.

Palinthum]

Palinthum] Danai regis sepulchrum, locatum in Argiuo foro medio. Strabo lib. 8.

Palinurus] pen. prod. (παλίνῳρος) Promontorium est in Lucania & portus prope oppidum Veliam, dictus à Palinuro Lasi filio, gubernatore Aeneæ classis Aeneæ ibi sepulto, qui per somnum in mare de naue ceciderat. Virg. 5. Aen. 174,

Nudus in ignota Palinure iacebis arena.

Dicitur autem Palinurus, id est, bis meiens: πάλιν enim iterũ, ὄρος urina. Martial. lib. 3. 36,

Minxisti currente semel Pauline carina.
Meiere uis iterum: iam Palinurus eris. id est, uocaberis Bis meiens.

Iasides Palinurus. Virg. 5. Aeneid. 169.

Gubernator Palinurus. Virg. 5. Aeneid. 3.

Palinxestus] Vide Palimpsestus.

Paliurus] huius paliuri, pen. prod. masc. gẽ. (παλίουρος) Spinæ & rubi genus est, inquit Plin. lib. 24. cap. 13. 3. Virgil. 5. eclog. 8,

Carduus & spinis surgit paliurus acutis.

Paliuri meminit Theophrastus libro 3. capite 17. Hinc apparet Seruij lapsus, qui in carmen illud Virgilianum suprà citatum sic ait, Paliurus, herba est asperrima & spinosa.

¶ Paliurus, ri, ro, herbæ nomẽ apud Galenum, libro 8. cap. 33, De simplic. med. facultat. Paliuri (inquit ille) folia & radix adeò non obscuram habent adstringendi facultatem, ut & uentrem fluentem cohibeant, &c.

Palla] Ciuitas est, Ptolemæo teste, à latere Meridionali Corsicæ.

Palla] huius pallæ (ἱμάτιον γυναικεῖον) Honestæ mulieris uestimentum, hoc est, tunicæ pallũ: authore Nonio. dicta quòd palàm & foris est, inquit Varro, ad uestigia usq; demissa. Virg. 11. Aen. 116,

—pro longæ tegmine pallæ
Tigridis eximiæ per dorsum à uertice pendent. Virg. 1. Aen. 131,

—pallam signis auroq; rigentem.

In Gallia tamen uiri quoq; palla utebantur. Cic. 3. Philip. 135, Nempe ille qui cum palla & cothurnis nummos populo de Rostris spargere solebat. Bayfius, Palla Gallica ad formam nostri palleto ci manicati uidetur accessisse, si Martiali creditmus, lib. 1. 88,

Dimidiataq; nates Gallica palla tegit. Strabo lib. 5, Tunicarum, inquit, uice pallas manicatas gestant, aut uerenda usq; natesq; mediας pertingentes. Quæ uerba, Martialis uersum uidentur interpretari. Palla ab Horatio honesta dicta mulierum erat, ut quidam opinantur. Martialis,

Fascia te, tunicæq; tegunt, obscuraq; palla. Vtebantur & citharœdi. Ouid. 11. Metam. 34,

Ille caput flauum lauro Parnasside uinctus,
Vertit humum Tyrio saturata murice palla.

Et tragœdi. Idem Ouidius 3. Amor. eleg. 1. 3,

Fronte comæ torua, palla iacebat humo.

Aurea palla. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 12.

Fulgens palla. Claud. 2. de rap. Proserp. 6.

Horrida palla. Stat. 1. Thebaid. 22.

Splendida palla multo croco. Ouid. epist. 20. 33.

Superba palla. Ouid. 3. Amor. eleg. 12. 6.

Tenuis palla Tyrio flamine. Senec. Hippol. 3. 12.

Cingat tunicas palla solutas. Senec. Troad. 2. 5.

Circundata palla plurima. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 20.

Alba palla imos ferit pedes. Valer. 1. Argon. 78.

Lutea palla fusa ad teneros pedes. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 10.

Nitentem pallam induta. Ouid. 14. Metam. 53.

Palla cruenta succincta Tisiphone. Virg. 6. Aeneid. 111.

Nigra succinctam uadere palla. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 5.

Trahere pallam. Ouid. epist. 20. 33. Propter longum à tergo dependens syrma.

Pulueream pallam trahere. Ouid. 6. Metam. 141.

¶ Pallula, huius pallulæ, pen. cor. Diminut. Plaut. Truc. 3. 23,

Aut petit aurum, quòd conscissa pallula est.

Pallacana] Cepæ genus, nullo ferè capite, radice tãtùm ob longa, quod subinde resecatur, ut porrum. Plin. lib. 19. cap. 6, Apud nos prima duo cæparum genera: unum condimentarium, quod illi Getion, nostri Pallacanam uocant. Seritur mensibus Martio, Aprili, Maio. Alterum capitatum, &c.

Pallace] pallaces, siue Pallaca, pallacæ, pẽ. prod. (παλλακὴν) Græcum est, & significat concubinam. Sueton. in Vespas. cap. 21, Post decisa quæcunq; obuenissent negocia, gestationi, & inde quieti uacabat, accumbente aliqua pallacarum, quas in defunctæ locum Cœnidis plurimas constituerat. Plin. lib. 35. cap. 10. 20. Vide Pellex.

Pallades] Virgines erant Thebanæ, quæ pellicũ more, cum quibus uoluerant, coibant, usq; ad naturalem corporis purgationem. Post purgationem uiro dabantur: sed priusquam nuberent, post pellicatus tempus, ut mortuæ lugebantur. Strab. lib. 17.

Palladius] παλλάδιος, nomen uiri proprium, qui de agricultura scripsit. Est & adiect. Vide Pallas.

Pallantia] παλλαντία, urbs Hispaniæ Tarraconensis, ut ait Ptolemæus libro 2. capite 6. Vaccæorum colonia, à quæ Pallantini dicti: ut à Numantia, Numantini. Aliàs Palencia dicitur.

Pallantias] παλλαντιὰς, Palus est in Africa, non procul ab Aris Philenorum ad Tritonem amnem, quam etiam Tritonidem paludem appellatam inuenimus. Circa hanc paludẽ Palladem primùm apparuisse ferunt: unde ex ea natam nonnulli putauerunt. Plinius lib. 5. cap. 4.

Pallantini] Populi in Hispania citeriore. Plin. libro 3. cap. 3.

Pallas] Pallantis. Claudij libertus, cuius tanta fuit proteruia, ut non modò nulli ministrorum salutem impertierit, sed ne uocem quidem cum familiari communicârit. Alexander Alexandrino libro 2. capite 19.

Pallas] Pallantis (πάλλας) nomen filij Euandri, & nomen gigantis.

Pallas] παλλὰς, ultima breui, a Palladis, pen. corr. Iouis filia sine matre. Nam quum Iupiter Iunonem uxorem uideret nõ ferentem filios, percusso sibi capite Palladem armatam edidit: dicente Lucano lib. 9,

Hanc & Pallas amat, patrio quæ uertice nata est.

Et Ouid. lib. 3. Fast. 169. Dicta est autem Pallas, quòd Pallantem gigantem interfecerit: quum prius Tritonia uocaretur à Tritone palude, ubi primùm uisa est. Vel à πάλλω, uibro, quatio: eo quòd hastam uibrare consueuerit, docuerit q;. Hanc Cic. lib. 3. de Nat. deor. Belli inuentricẽ & principem esse dixit. Proinde à nonnullis Bellona uocata fuit, soror scilicet, & auriga Martis, dicente Statio.

—regit atra iugales
Sanguinea Bellona manu, longaq; fatigat
Cuspide. Quin & Virgo fingitur, & innupta, ut Virgil. 2. Aeneid.

Pars stupet innuptæ donum exitiale Mineruæ.

Minerua autem dicta, quòd uim minetur, uel quòd neruos minuat ob studiorum laborem. Vide suo loco. Palladis templum apud Milesios admirandum fuit, ut scribit Herodotus lib. 1.

Nata Tonantis inclyta Pallas. Senec. Agamem. 5. 9.

Rami Palladis, Oliuarum rami. Virg. 7. Aeneid. 31.

Armisonæ Palladis sancta numina. Virg. 3. Aeneid. 109.

Alma Pallas Tritonis. Lucret. lib. 6. 151.
Armata. Senec. Agamem. 6. 28.
Armisona. Valer. 1. Argon. 15.
Bellica. Ouid. 5. Metam. 10.
Belligera. Senec. Herc. fur. 11. 2.
Doctissima. Cic. in Arato, 35.
Innuba. Valer. 1. Argon. 18.
Seuera. Stat. 1. Sylu. 6. 1.
Tetrica. Claud. 2. Paneg. 56.
Tritonia. Virg. 5. Aeneid. 141. Vide Tritonia.
Tritonia, armipotens, Gorgophora, Pallas, Minerua. Cic. Antequam iret in exilium, 15.
Pingui Pallade tingere membra. Ouid. epist. 18. 9.
Pallas etiam nomen paludis est in Africa.
¶ Palladius, Possessium (παλλάδιος) Quod est Palladis. Vnde Palladium forum Romæ, quod erat propinquum templo Palladis. Ouid. epist. 16. 27.
Nec te Palladios, nec te Iunonis honores, &c. Idem 1. de Arte, 146.
Et tu Palladiæ petitur cui fama coronæ. id est, qui contendis ad titulos magnæ eruditionis.
Arces Palladiæ, Athenæ. Ouid. 7. Metam. 80.
Ars Palladia. Propert. lib. 3. eleg. 9. 9.
Latices Palladij, Oliuum. Ouid. 8. Metam. 55.
Puppis Palladia, Argo. Valer. 8. Argon. 59.
¶ Palladium (παλλάδιον) fuit in urbe Troiana antiquissimũ Palladis simulacrum, è ligno compactum, mouens oculos, atq; hastam quam manu gestabat, ut scribit Seruius. Nam cum apud Troiam in honorem Palladis arx, & in eius summo templum illi ædificaretur, è cælo cecidit, & locum sibi in eo templo delegit, nondum coopertâ æde: moxq; ab Apolline redditum est oraculum, eius ciuitatis futurum exitium, si id simulachrum extra mœnia portaretur. Quod Ouid. in 5. Fast. est elegantissimè prosequutus. Quo factũ est, ut tempore belli Troiani Diomedes & Vlysses cuniculis, uel (ut alij dicunt) cloacis ascenderint in arcem, & occisis custodibus simulacrum sustulerint. Ideo autem id negociũ his potissimum datur, quia cultores fuerunt Minervæ. Seruius apud Virgil. 2. Aen. 33. Omnis spes Danaum, &c. Huius meminit Herodianus in primo. Cic. pro Milone, 25. Exhibe quæso Sexte Clodi librarium illud legum uestrarum, quod te aiunt eripuisse è domo, & ex medijs armis, turbaq; nocturna tanquam Palladium sustulisse.
Cæleste Palladium. Silius lib. 13. 10.
Furta Palladij. Virg. 9. Aen. 31.
Pallene] pen. prod. (παλλήνη) regio est in litoribus Macedoniæ iuxta Sitoniam, ut ostendit Herodotus lib. 7. in qua ciuitas est Potidæa. Est & urbs eiusdem nominis in Achaia. Virgil. lib. 4. Georg. 79,
Hic nunc Emathiæ portus, patriamq; reuisit
Pallenem.
Alta Pallene. Senec. Herc. fur. 17.
Hyperborea Pallene. Ouid. 15. Metam. 72.
¶ Pallenæus, Adiect. (παλληνικός) ut,
Triumphi Pallenæi. Stat. 4. Sylu. 2. 12.
Pallenensis Isthmus] Macedoniæ regio, in qua est Cassandria colonia. Plin. lib. 4. cap. 10.
Palleo] Vide Pallor.
Pallium] pallij (ἱμάτιον, περιβόλαιον) Dictum est, quòd pallat & sordis. Sub eo enim tunica sumebatur, longè latéq; diffusum, & uiris mulieribusq; conueniens. Propriè autem Græcus habitus. Vnde Palliati Græci dicti sunt, & Comœdiæ palliatæ, quæ sunt secundum ritus & habitus hominum palliatorum Græcorum. Authores Donatus & Diomedes. Bayfius, Pallium erat Græcorum. Tranquillus in Augusto, Sed cæteros cõtinuos dies inter uaria munuscula, togas insuper, & pallia distribuit, lege proposita, ut Romani Græcõ, Græci Romano habitu uterentur.
Pallium quoq; erat philosophorum. Gellius libro 9, Video, inquit Herodes, barbam & pallium, philosophum nondum uideo.
Pallia, inter communia uestimenta annumerantur Vlpiano, quæ promiscua appellat Tacitus lib. 3, Promiscuas uiris & fœminis uestes.
Pallijs etiamnum in lecto utebantur. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 1,
—nec in lecto pallia nostra sedent. Hactenus Bayfius.
Tunica & pallium. Cic. 6. Verr. 49.
Mifellum pallium. Vide Miser.
Onerosa pallia. Iuuen. Satyr. 6. 24.
Purpureum pallium. Cic. 7. Verr. 26.
Serica pallia. Stat. 3. Sylu. 4. 18.
Amictus pallio. Cic. 3. de Orat. 70.
Attollere pallium. Vide Attollo.
Colligere pallium. Vide Colligo.
Conficere pallium. Cic. 3. de Orat. 70.
Demissa pallia terræ. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 5.
Iactare pallia. Iuuenal. Satyr. 6. 24.
Inijcere pallium alicui. Vide Inijcio.
Laneum pallium iniecit Ioui Dionysius, aureum amiculum detraxit. Cic. 3. de Nat. deor. 120.
Sumere pallium. Cic. pro Rab. Posth. 16.
Tegere corpus pallio. Cic. 2. de Diuin. 212.
Tunica pallio propior. Plaut. Trinum. 1. 7. 30. Allegoria prouerbialis, qua significatur, ex amicis nos alijs magis esse deuinctos: neq; parem omnium habendam esse rationem. Ex Erasmo.
¶ Palliolum, pen. cor. diminut. (ἱματίδιον) Laneũ erat ad caput tegendum, ut ait Sipontinus. Cic. 3. Tusc. 94, Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia. Ex Cæcilio. Plin. lib. 16. cap. 8. 13, Quidam aliter epithymum tradunt sine radice nasci tenui similitudine pallioli.
¶ Palliolatim, pen. prod. Aduerbium (περιβωτιδίῳ) Plaut. Pseud. 2. 2. 24.
—sed palliolatim amictus
Sic incessi ludibundus. id est, pallio indutus.
¶ Palliolatus, penult. prod. (περιβωτιδιωθείς) Pallio indutus. Suet. de Claudio, cap. 2, Palliolus nouo modo præsedit. Martial. lib. 9. 34.
Hanc uolo quæ facilis, quæ palliolata uagatur.
¶ Palliatus, pen. prod. Adiect. (περιβωτοφόρος) Idem Cicer. pro Rabirio Posthumo, 15, Itaq; obijcias licet quàm uoles sæpe palliatum fuisse.
Iudex modò palliatus, modò togatus. Cic. 5. Philip. 173.
¶ Palliare (καλύπτειν) usurpauit Apuleius, pro Tegere, & Celare: Nec palliari, inquit, tam aperta res potest.
¶ Palliastrum (περιβωτιδίσκιον) Rude ac uile pallium. Apul. Ecce Socratem contubernalem meum conspicio: sedebat scißili palliastro semiamictus.
Pallor] palloris, m. g. (ὠχρότης, ὠχρίασις) quasi pallis liuor. Plin. lib. 14. cap. 22. 5, Hinc pallor, & genæ pendulæ.
Simillimus buxo pallor. Ouid. 11. Metam. 84.
Pallor anni continuus. Plin. lib. 2. cap. 30.
Pallor & inuidia. Plin. lib. 28. cap. 9. 23.
Pallor & tremor. Cic. 4. Tusc. 30.
Albus pallor, Horat. Epod. 7. 3.
Exanimis. Stat. 12. Thebaid. 148.
Gelidus. Stat. 1. Achil. 32.
Luridus. Ouid. 4. Metam. 54.

Luteus.

Luteus. Horat. Epod. 10. 4.
Tacitus. Ouid. 6. Fast. 4.
Pallorem capere uasa dicuntur. Col. lib. 12. cap. 50. 15. Ibidem, cap. 55, de sinapi, Aquam nitratam suffundito, ut omnem amaritudinem eius & pallorem exaniet.
Figit gelidus pallor Nereida. Stat. 1. Achil. 32.
Fugat ruborem pallor. Senec. Medea, 11. 3.
Inficit ora pallor. Horat. Epod. 7. 3.
Notare aliquem pallore. Lucan. lib. 8. 12.
Obit ora pallor. Ouid. 11. Metam. 84.
Occupat ora pallor. Virg. 4. Aen. 100.
Tinctus uiola pallor amantium. Horat. 3. Carm. ode 10. 3.
Pallores. Lucret. lib. 4. 64.
Quæ contage sua palloribus omnia pingunt.
¶ Pallidus, pen. cor. Adiect. (ὠχρός, ὠχρὸς) ut, Pallidus color. Plin. lib. 10. cap. 33. 7.
Aconita pallida. Vide Aconitum.
Aurora pallida. Virg. 1. Georg. 90.
Corpora pallida. Ouid. 2. de Arte, 54.
Pallido cortice arbor. Plin. lib. 12. cap. 7. 5.
Pallidum piper. Plin. lib. 12. cap. 7. 2.
Folium pallidum. Senec. Hippol. 6. 7.
Frigora pallida. Stat. 5. Sylu. 1. 26.
Membra pallidiora noua cera. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11. 6.
Mulier pallida. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 26.
Orbis Phœbi pallidus. Ouid. 1. de Remed. amor. 52.
Regio pallida, Infernum. Claud. 2. de raptu Proserp. 66.
Statua inaurata pallidior. Catul. ad Iuuencium, epigr. 76. 1.
Ora buxo pallidiora gerere. Ouid. 4. Metam. 27.
Semel rubidus, decies pallidus. Parœmia est, quam Suidas admonet dici de ijs, qui mutuum accipiunt: quos necesse est crebrò tum rubescere pudore, tum metu pallescere. Rubescere, dum petunt mutuum: pallescere, dum soluendo non sunt, & metuunt ne trabantur in ius, aut in neruum.
¶ Pallidulus pen. cor. adiect. diminut. (ὠχρύδιος) Catul. ad Oratalum, epigr. 60. 2,
Pallidulum manans aluit unda pedem.
¶ Palleo, palles, pallui (ὠχριάω) pallere, Pallidum esse. Cic. 2. Philipp. 89, Non dissimulat, P. C. apparet esse commotum: sudat, pallet.
Palleat omnis amans. Ouid. 1. de Arte, 147.
Dies pallet. Lucan. lib. 7. 36.
Genæ pallent languido candore. Senec. Hippol. 6. 20.
Labra palluerant. Propert. lib. 4. eleg. 9. 6.
Ora pallent. Tibul. lib. 3. eleg. 5. 5.
Saxum palluit auro. Ouid. 11. Metam. 23.
Seges pallet. Ouid. 1. Fast. 138.
Venæ pallent amisso sanguine. Ouid. 2. Metam. 165.
Quoniam pallet, necesse est ægrotasse. Ad Herennium, libro 2. 75.
Amore argenti pallere. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 16.
Colore exangui pallere. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 11.
Metu pallens. Ouid. 9. Metam. 23.
Timore pallere. Ouid. 2. Fast. 94.
Pallere, cum accusatiuo. Propert. lib. 1. eleg. 14. 8,
Quis te cogebat multos pallere colores?
Viridè pallens. Plin. lib. 37. cap. 8. 3.
Pallere, pro Timere. Horat. 3. Carm. ode 27. 6,
Beluis Pontum mediasq; fraudes
Palluit audax.
¶ Pallens, Nomen ex participio (ὠχριῶν) ut, Animæ pallentes. Virg. 4. Aeneid. 49.
Brachia pallentia. Ouid. 7. Metam. 69.
Collum pallens. Ouid. 10. Metam. 77.

Pallentes curæ, Quæ reddunt hominem pallidum. Martial. libro 11. 7.
Hedera pallens. Virg. eclog. 3. 8.
Herbæ pallentes. Ouid. 2. Fast. 85.
Imago pallens. Ouid. epist. 19. 22.
Membra pallentia. Ouid. epist. 11. 16.
Morbi pallentes. Virg. 6. Aeneid. 55.
Ora pallentia. Virg. 1. Aen. 72.
Oscula pallentia. Valer. 4. Argon. 140.
Puellæ terrore pallentes. Ouid. 3. de Arte, 97.
Regna pallentia. Silius lib. 13. 82.
Simulacra pallentia. Lucret. lib. 1. 25.
Pallentia sulphurata. Mart. lib. 1. 125.
Taurus pallens multa ferrugine. Valer. 1. Argon. 156.
Violæ pallentes. Virg. eclog. 2. 10.
Vultus pallens. Senec. Troad. 4. 8.
¶ Pallesco, pallescis (ὠχριῶμαι) pallescere, Pallidum fieri. Plinius libro 19. capite 10. 1, Et ocimum sub Canis ortu pallescit.
Curis pallescere. Propert. lib. 1. eleg. 12. 2.
Flamma pallescit. Valer. 7. Argon. 118.
Frondes pallescunt. Ouid. 3. de Arte, 140.
Stellæ pallescunt subitò. Claud. in Gigantomachia, 2.
Palma] palmæ (δοκός) Planum illud & ex parte concauum manus, quod in digitos definens decorè patet, ut ait Sipontinus. Cicero in Orator. 6, Quum autem diduxerat, & manu dilatauerat, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat.
Dextra palma. Cic. in Arato, 6.
Teneræ palmæ. Virg. 2. Aen. 82.
Sceptriferæ palmæ. Silius lib. 17. 29.
Tremulis palmis amplecti aliquid. Ouid. 5. Metam. 21.
Arcent uincula teneras palmas. Virg. 2. Aen. 82.
Plana faciem contundere palma. Iuuen. Satyr. 13. 13.
Conuertere ad palmam annuli palmam. Cic. 3. Offic. 49.
Euinctis attollit brachia palmis. Virg. 5. Aeneid. 73.
Extendere palmas. Silius lib. 17. 95.
Exutæ uinclis palmæ. Virg. 2. Aeneid. 31.
Ferire pectora palmis. Senec. Troade, 1. 13.
Duabus palmis hausta aqua. Ouid. 2. Fast. 59.
Astrictis laxantur uincula palmis. Lucan. lib. 2. 104.
Pandere palmas. Lucret. lib. 3. 241.
Indignis percussit pectora palmis. Ouid. 10. Metam. 144.
Marmoreis percussit pectora palmis, Candidis. Ouidius 3. Metamorph. 97.
Adductis sonuerunt pectora palmis. Ouid. epist. 10. 3.
Cauis palmis undam sustulit de flumine. Virgilius 8. Aeneidos, 14.
Sustulit palmas ad sidera. Virg. 2. Aeneid. 31.
Inualidas palmas tendere alicui. Virg. 4. Georg. 100.
Ambas palmas tendere. Virg. 10. Aeneid. 169.
Duplices tendens ad sidera palmas. Virg. 1. Aen. 20.
Pias tendens ad sidera palmas. Valer 1. Argon. 16.
Vtrasq; palmas tendere. Virg. 5. Aen. 47.
Tollens madidas ad sidera palmas. Stat. 10. Thebaid. 66.
Trementes palmas tendere. Claud. 3. de rapt. Proserp. 22.
Vincire palmas catena. Silius lib. 17. 29.
Passis palmis uocat numina. Virg. 3. Aeneid. 53.
Ignem palma. Prouerbium, dici solitum, siquando protinus aliquid esset intellectum à quopiam: ut si scommate dicto, statim sentiat aliquis in se dictum. Sumptum uidetur ab ijs, qui per lusum ignem admouent manibus alienis: qui subito sensu excitati, resilire solent, risumq; mouere spectantibus.
Palma, Latior remi pars, ipse remus. Catul. Argon. epigr. 59.

Palma (φοῖνιξ) ab huius similitudine, arbor quoq; illa nobilis quam phœnicem uocant Græci: dicta, quòd comam in cacumine habeat circumextensam, & ramos in digitorum modum protensos. Non cedit ponderi, sed surgit aduersus pondus. Ideo uictoribus traditur præmio, quòd non cesserint, sed pertinaces in bello perstiterint. Vide Gellium lib. 3. noctium Atticarum, capite sexto, Plinius libro 16. capite 42. 1, Et palmæ arbor inualida: in diuersum enim curuatur. At populus contra omnia inferiora pandatur, palma econtrario fornicatur. Liuius 4. bel. Pun. 45, In Apulia palmam uidem arsisse.

Arbusto palmarum dives Idume. Lucan. lib. 3. 44.

Agrestium palmarum multitudo in Sicilia. Cic. 7. Ver. 69.

Abiegnæ palmæ. Catul. Argon. epig. 59. 2.

Ardua palma nascitur. Virg. 2. Georg. 14.

Procera & tenera palma. Cic. 1. de Legib. 3.

Viridis palma. Ouid. 2. de Arte, 1.

Umbrosa palma. Iuuen. Satyr. 15. 8.

Palma, Fructus qui palmula dicitur. Plin. lib. 13. cap. 4. 19, Alexandri milites palmis uiridibus strangulati sunt.

Rugosæ palmæ. Ouid. 8. Metam. 136.

Palma, Signum uictoriæ, & uictoria ipsa. Plutarchus, In certaminibus palmam signum esse placuit uictoriæ, quoniam ingenij eiusmodi lignum est, ut urgentibus, opprimentibusq; non cedat.

Palma, Causam certaminis aliquando significat, authore Donato. Terent. in Prolog. Phorm. 18,

—in medio omnibus
Palmam esse positam, qui artem tractant musicam.

Ingens palmæ contentio. Quint. lib. 1. cap. 2. 16.

Gloria palmæ, Victoriæ. Virg. 3. Georg. 21.

Dubia palma. Iuuenal. Satyr. 11. 18.

Lemniscata palma. Vide Lemnisci.

Nobilis palma. Horat. 1. Carm. ode 1. 1.

Stolidæ cupido palmæ. Ouid. 6. Metam. 10.

Victrices palmæ. Ouid. ad Pisonem, 7.

Palma urbana. Cic. 11. Philip. 297.

Accipere palmam. Vide Accipio.

Adepta palma. Vide Adipiscor.

Apprehendere palmam auidissimè. Vide Apprehendo & Auidus.

Ambire palmam histrionibus. Vide Ambio.

Dare palmam, Victorem fateri. Terent. Heaut. 4. 3. 31,

Huic equidè consilio palmã do, hîc ne magnificè effero.
Quasi dicat, Mihi magis probatur consilium istud. siue, Cæteris consilijs istud unum præfero. Cic. 2. de Orat. 126, Admiror te in eo genere tribuisse tantum, & non huius rei quoque palmam, ut cæterarum, Crasso detulisse. Vide Do, das.

Donare aliquem palma. Ouid. 2. de Arte, 1.

Palmam ferre, Victorem esse. Cic. ad Attic. lib. 4. 84. 6, Ne diutius pendeas, palmam tulit.

Habeant hanc palmam ex innocentis cruore. Cic. Antequam iret in exilium, 20.

Parare palmam. Catul. in Carm. nuptiali, 57. 3.

Petere palmam. Liu. 8. bel. Pun. 218.

Relinquere palmam alicui. Virg. 5. Aeneid. 95.

Reseruare palmam alicui. Cic. de Senect. 17.

Ad tertiam palmam. Plin. lib. 14. cap. 6. 4, Ad tertiam palmã uarie uenêre, id est, tertiam bonitatem & notam. De uuis. Budæus.

Palmæ pluraliter, pro Victorijs. Cic. pro Roscio Amerino, 51, De Capitone pòst uidimus: si quemadmodum paratum esse audio, testis prodierit, tum aliæ quoque suas palmas cognoscet.

Infantes palmæ. Cic. pro Rosc. Amer. 61.

Plurimarum palmarum homo. Cic. pro Roscio Amer. 10. hoc est, qui sæpius uicit.

¶ Palma, in uite. Varro de re Rust. lib. 1. cap. 31, Eiuncidum enim sarmentum propter infirmitatem sterile, neq; ex se potest eijcere uitem, quam uocant minorem flagellum, maiorẽ etiam unde uuæ nascantur, palmam. Prior litera una mutata declinata à uenti flatu, similiter flabellum ac flagellum: posterior quo ea uitis immittitur ad uuas pariendas: dicta primò uidetur à pariendo parilema: exin mutatis literis, ut in multis, dici cœpta palma. Colum. lib. 3. cap. 17. ad finem, Quicquid residui fuit ex uetere palma, per ipsam commissuram qua nascitur materia noua, resecuerunt, atq; ita cum suo capitulo sarmentum depresserunt. Palma, id est, uite, interprete Beroaldo. Idem lib. 4. ca. 15, Sequente deinde anno insecatur superior pars curuaturæ, usque ad medullam, ne totas uires matris propagatum flagellum in se trahat, & ut paulatim condiscat suis radicibus ali, bima deinde præciditur proximè palmam quæ ex arcu summissa est.

¶ Palmula, pen. cor. Diminut. (παρωνυδ. βάλανος, ὕλη, φοῖνιξ) Cariotæ dicuntur, siue dactyli. Varro 1. de re Rust. cap. 67, Nucem iuglandem, & palmulam, & ficum sabinã quã tò citius promas, iucundiore utare.

Palmula, Extrema pars remi, in modum palmæ protenta. Virgil. 5. Aen. 33,

Quò tantum mihi dexter abis? huc dirige cursum,
Littus ama, & leuas stringat sine palmula cautes. Seruius. Volare palmulis. Catul. de phaselo, 1.

¶ Palmetum, huius palmeti, pen. prod. (φοινικὼν) Locus palmis consitus, & in quo frequentes sunt palmæ. Plin. lib. 6. cap. 28. 19, Numerosissimos esse Homeritas, Minæis fertiles agros palmetis, arbustisq;, &c.

Pinguia palmeta. Horat. 2. epist. 2. 37.

Palmetis consita terra. Plin. lib. 5. cap. 14. 1.

¶ Palmeus, Adiectiuum (φοινικοῦς) Quod est ex palma arbore. Colum lib. 5. cap. 5, M. Columella, & c. agricola Bæticæ prouinciæ, sub ortu Caniculæ palmeis tegetibus uineas adumbrabat. Apud Plinium libro 24. cap. 17. 7, Vinum palmeum, capiti noxium.

¶ Palmosus, pen. prod. Adiect. (φοινικώδης) Quod est palmis abundans. Virg. lib. 3. Aen. 142,

Teq; datis linquo uentis palmosa Selinus.

¶ Palmata toga (φοινικωτὴ τήβεννος) à palma in ea intexta, inquit Budæus, propriè triumphantium fuit, quam merebantur hi, qui de hostibus palmam reportassent. Alij à latitudine clauorum dictã uolunt palmatam, quæ nunc à genere picturæ, picta appellatur. Martial. lib. 7. 1,

Palmataq; ducem, sed citò, redde togæ. Liuius 10. ab Vrbe, 29, Quos uos sellis curulibus, toga prætexta, tunica palmata, & toga picta, & corona triũphali, laureaq; honoratis.

¶ Palmaris, & hoc palmare, pen. prod. (παλμιαῖος) ut, Palmaris statua, quæ alicui propter uictoriam ponitur. Cic. 6. Philipp. 214. Vide infrà in Palmus.

Sententia palmaris. Cic. 1. de Nat. deor. 30.

¶ Palmarius, Adiect. (παλτικὸς) Quod est palma dignum. Terent. Eunuch. 5. 4. 8,

—tum hoc alterum
Id uerò est quod mihi puto palmarium, &c.

¶ Palmarum, palmarij, Salarium uictoriæ. Vlpian. in l. 1. §. fi cui. ff. de extraordin. cognit. Etsi nomine palmarum cautũ sit: sic tamen, &c,

¶ Palmifer,

¶ Palmifer, pen. cor. Aliud adiectiuum (φοινικοφόρος) ut,

Idume palmifera. Silius. lib. 3. 122.

Arabes palmiferi. Ouid. 10. Metam. 95.

Pharos palmifera. Ouid. 2. Amor. eleg. 13. 2.

¶ Palmipes, pen. corr. palmipedis, om. g. (πτηνοπόδης) Planos & ad palmæ similitudinem habens pedes. Vnde anseres & omnes ferè aquaticæ aues, palmipedes dicuntur. Plinius libro 11. cap. 47. 1, Auium aliæ digitatæ, aliæ palmipedes. Vide etiam in Palmus.

Palmipedes, Aliter. Plin. lib. 17. cap. 20. 2, Populus alba feritur bipedaneo pastinatu, talia sesquipedali, biduo siccata, palmipede interuallo, terra superiniecta duorum cubitorum crassitudine.

Palma] Ptolemæo lib. 2. cap. 6. oppidum est in Hispania. Est item Palma, ciuitas in maiori Baleari.

Palmaria] παλμαρία, Insula ultra tyberina ostia in mari Tyrrheno. Varro libro 3. de re Rustic. Hoc ita fieri apparet in insulis propinquis, Pontia, Palmaria, & Pandataria.

Palmes] palmitis, pen. cor. mascul. gen. (κλῆμα, ὀχθὸς) Vitis propriè est, quòd arboris surculus: nempe lignũ illud quod ex ipsa stirpe quotannis emergit, & gemmas producit, quæ deinde in uirgulas abeunt, & palmæ cuiusdam digitos faciunt. Plinius libro 17. capite 22. 13, Sic duo genera palmitum: Quod è duro exit, materiamq; in proximum annum promittit, pampinarium uocatur: at ubi supra cicatricem est, fructuarium. Alterum ex anniculo palmite, semperq; fructuarium relinquitur sub iugo. Et qui uocatur custos: hic est nouellus palmes, non longior tribus gemmis, proximo anno materiam daturus, si uitis luxuria se consumpserit.

Nemorosus palmite Gaurus. Stat. 3. Sylu. 1. 30.

Grauidus palmes. Ouid. 1. Fast. 31.

Orbi palmites. Col. lib. 6. Vide Orbus.

Opaco palmite baccæ. Claud. de nuptijs Honorij, 44.

Lætus palmes se agit ad auras. Virg. 2. Georg. 73.

Citare palmitem. Vide Cito.

Musta ferre è palmite. Ouid. 4. Fast. 180.

Gemmã mouetur de palmite. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 3.

Palmes & Pampinus, pro eodem. Columel. lib. 4. cap. 17, Item si oculi singuli sub iugo binos pampinos emiserint, quamuis largos fructus ostendant, detrahendi sunt eis singuli palmites, quo lætior quæ supereſt materia, consurgat.

Palmes, pro flagello uitis: Columella libro 4. capite 21, Hæc brachia sat erit interim singulis palmitibus in fructum summitti.

¶ Palmo, palmas (παλάω) palmare, Materias alligare. Colum. lib. 11. cap. 2. 74, Cæterum palmare, id est materias alligare, hoc tempore non expedit. Loquitur de uite ad palmum alliganda.

Palmare, in alia significatione accepit. Quintilia. in declamatione Cæci, pro Palma signum & notam imprimere, Præterea quum manus ex parte qua palmare uestigium potest, plicetur in capulo. Et paulo pòst, Tuus autem qui palmatus est paries, uestigium eius partis ostendit.

Palmus] palmi (παλαιστὴ) mensuræ genus. Est autem duplex, inquit Budæus, Maior, duodecim digitorũ, Græcè παλαιστὴ uocatur: & Latinis etiam dodrans, cuius exemplum apud Plinium lib. 7. Minor, digitorum quatuor, παλαιστὴ, Græcè dicitur. Vide Philandrum.

Palmum neutro genere etiam dicitur. Vitruu. lib. 2. cap. 3. Doron aũt Græci appellant palmum, quòd munerũ datio Græcè δῶρον appelletur. Id aũt spargitur per manus palmum.

¶ Palmarius, Adiect. (παλαιστιαῖος) Quod est palmi unius

uel multorum. Col. lib. 8. cap 3. 7, Per spacia palmaria modicis seruantur cauis.

¶ Palmaris & hoc palmare, pen. prod. Idem (παλαιστιαῖος) Varro 1. de Re rust. cap. 35. 1, Rosa etiam concidiur radicitus in uirgulas palmares. Vide suprà in Palma.

¶ Palmicus, ca, cum, Palmicum augurium, quod ex uibrata salitione oculi fiebat. Alexan. Alexandrinus lib. 5. cap. 13, In Cappadocia ex myrrhinis uirgis, in Scythia ex saliginis humi cõstratis, alij ex uibrata salitione oculi, quod augurium palmicum: in Lycia ex piscibus, &c.

¶ Palmipedalis, & hoc palmipedale, pen. prod. (παλαιποδιαῖος) Mensura unius pedis & palmi. Colum. lib. 3. cap. 19. 1, Nam in cliuosis ubi terra decurrit, potest malleolus palmipedalis deponi.

¶ Palmipes, pen. cor. huius palmipedis, pen. corr. om. g. Idem. Plin. lib. 17. cap. 20, Populus albe feritur bipedaneo pastinatu, talea sesquipedali, biduo siccata, palmipede interuallo, terra superiniecta duorum cubitorum crassitudine. Vide etiam in Palma.

¶ Palmiprimum unum quid sit, & quomodo ex fico fiat, docet, Plin. lib. 14. cap. 16.

Palmos] παλμὸς, Particulæ alicuius in corpore palpitatio contra naturam per uicem, modò eam attollens, modò deprimens, fitq; quandoq; in sola cute, quandoq; & subiectis ei musculis: quæ si magna fuerit, membrum quoq; uniuersum secum diutius saliendo trahit. Latinorum nonnulli Græcum nomen exprimentes, saltum uocant.

Palmyra] pen. cor. (παλμυρα) Syriæ urbs inter Romanorũ ditionem sita, & Parthorum, ut est author Ptolemæus lib. 5. cap. 15.

¶ Palmyrenæ solitudines, usq; ad Petram urbem & regionem Arabiæ felicis appellatæ pertinent. sunt autem ad Hierapolim. Plin. lib. 5. cap. 25. & 26. in desertis Syriæ, idem Plin. lib. 6. cap. 26. & 28.

Palmyrenses] Palmyrensium, sibus: populi in Oriente, Alexan. Alexandrinus lib. 1. cap. 2, Sola mulier Zenobia Palmyrensium regina, quum Orientis regnum tueretur, armata in uirili ueste exercitui præfuisse, & imperatoris nomẽ tulisse dicitur.

Palmytius] Aegyptiorum deus, ut est apud Hesychium. Liuius 1. Syntag.

Palo, Palas: siue Palor, palaris] Vide Palus.

Palois] Oppidum in Arabia. Plin. lib. 6. cap. 29.

Palpebræ] penult. corr. palpebrarum (βλεφαρίδες) Pili recti genis oculorum utrinq; adhærentes: in hoc homini à natura datæ, ut ipsos oculos ab occursantibus & fortuitò incidentibus rebus defendant. A palpitando, id est, tremendo: uel à palpando, id est, prætendendo dictæ. Plinius lib. 11. capite 37. 29.

Palpebræ (βλέφαρα) sunt tegumenta oculorum, mollissimæ tactu, ne læderent aciem, aptissimè factæ, & ad claudendas pupulas, ne quid incideret, & ad aperiendas: idq; prouidit, ut identidem fieri posset cum maxima celeritate. Cicer. 2. de Nat. deor. 214.

Munitæ sunt palpebræ tanquam uallo pilorum, quibus & adpertis oculis siquid incideret repelleretur, & somno connitentibus quum oculis ad cernendũ non egeremus, ut qui tanquam inuoluti quiescerent. Cic. 2. de Nat. deor. 214.

Refectis palpebris M. Regulum illigatum in machina, uigilando necauerunt Carthaginenses. Cic. in Pisonem, 33.

Brachia palpebræq; cadunt. Lucret. lib. 4. 193.

Palpito] Vide Palpo.

Palpo, palpas, palpare (ψηλαφάω, ἁμφαφάω, ψαλάσσω, θωπεύω, ἰᾶσθαι σω) & Palpor, palparis, palpari, Depo-

nens, Leniter, blandè, & quasi tentando tangere.

Palpari, Adulari. Plaut. Amphit. 6. 9.
Obseruato te quàm blandè mulieri palpabitur.

Palpari, datiuo iungitur, aliquando etiam accusatiuo. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 4,
Cui mælè, si pulpere recalcitrat undique tutus. Iuuenal. Satyr. 1. 4,
——quem munere palpat Carus.

Pectora præbet palpanda manu. Ouid. 2. Metam. 174.

¶ Palpator, penult. prod. palpatoris (θωπευτὴς) Verbale. Plaut. Rud. 4. 38,
Ecquem tu hic hominem crispum, incanum uideris, Malum, periurum, palpatorem?

¶ Palpatio, huius palpationis (θωπεία) Plaut. Menæh. 14. 33,
Auser hinc palpationes.

¶ Palpito, palpitas, penul. corr. palpitare (παλίρω, ἀναπαίρω) Leuiter ac frequenter moueri. Cic. 2. de Natur. deor. 55; Animaduersum q; sæpe est: quum cor animantis alicuius emulsum ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur igneam celeritatem, &c.

Palpitat cerebrum. Plin. lib. 7. cap. 16. 5.

Iecur pauidum palpitat trepidis uenis. Senec. Herc. Oet. 6. 1.

Ignis arduus palpitat. Stat. 12. Thebaid. 15.

Lingua erecta palpitat. Lucan. lib. 2. 37.

Palpitans uertex. Plin. lib. 7. in Præf. 4.

Super aliquam palpitare. Iuuen. Satyr. 3. 14.

¶ Palpitatio, Verbale (ἄσπασμος) propriè cordis est, & deinde partium singularum frequens & continuus motus. Plinius libro 32. capit. 5. 5, Imponat supra cordis palpitationem mulieri dormienti. Idem lib. 11. cap. 4. 2, Itaq; diuulsis præcipua uiuacitas, & partium singularum palpitatio.

Palpitatus] huius palpitatus, penultima producta. Aliud uerbale. Plin. lib. 9. cap. 30.

Palpos] Pomponio & Straboni oppidum est Syriæ. Hodie Gibel uocatur, teste Oliuario in Melam.

Palsicium] Palsicij, oppidum in Istria. Plinius libro 3. capit. 19.

Palsum] flumen est Britanniæ, apud Plinium, libro 5. capit. 1.

Palsus] fluuius in Mauritania. Plinius libro 5. cap. 1.

Paltos] oppidum ad Libanum montem in Syria. Plinius lib. 5. cap. 20.

Paltus] Locus in Syria, circa quem Memnon sepultus est, ad flumen Badam. Strab. lib. 15.

¶ Palpum, palpi (θώπευμα) Blanditiæ dicuntur. Plautus Pseud. 14. 41,
Ego istuc alijs dare condidici, mihi obtrudere non potes Palpum. hoc est, blandiri, & spem inanem uerbis inijcere, ut ait Erasinus.

Paluda] à paludamentis: Sunt hæc insignia & ornamenta militaria. Varr. lib. 6. de ling. Latin. allegat uersum antiqui cuiusdam poetæ,
Corpore tartarino prognata paluda uirago. Paluda, id est, paludata. Turnebus mallet palude, quum constet Mineruam ad Tritonidem paludem natam fuisse, ut ea ferè palude prognata uideatur: & quod Latini sermonis consuetudo uix hoc patiatur ut paludum pro paludato loquamur. Sed fas non sit, inquit, à tanti scriptoris sententia recedere.

Paludamentum] huius paludamenti (χλαμὺς, ἐφαπὶς, φοινικὶς) Insigne ac ornamentum militare, præcipuè tamen Imperatorum. Ideo quum ad bellum exit imperator, ac lictores mutauerunt uestem, & signa incinuerunt, dicitur profiscisci paludatus, authore Varrone de lingua Latina libro 6. Liuius, Cum paludatis lictoribus profectus ab Vrbe, Brundusium uenit. Sallust. Histor. libro 3, Et eodem tempore Lentulus duplici acie longum editum multo sanguine suorum defensus, postquam ex sarcinis paludamenta astari, & delectæ cohortes intelligi cœpêre. Budæus, Paludamentum chlamys est imperatoria, id est, eorum qui exercitus ea ducebant. Valerius lib. 1. de Crasso loquens, qui apud Parthos occubuit, Pullum, inquit, ei traditum est paludamentum, quum in prælium exeuntibus album aut purpureum dari soleret. Paludamentum hodie cottam armorum uocamus. Hactenus Budæus.

Imperatoria paludamenta. Plin. lib. 22. cap. 2. 1.

Paludamentum, pro ueste militari, etiam eius qui non esset imperator. Liuius 1. ab Vrbe, 108, Cognitoq; super humeros fratris paludamento sponsi quod ipsa confecerat, soluit crines, & flebiliter nomine sponsum mortuum appellat. Paludamentum enim illud erat unius Curiatiorum, quorum nemo, ut arbitror, imperator in Albanis fuit. Bayfius.

Paludamentum etiam de ueste muliebri. Plin. lib. 33. cap. 3. 22, Nos uidimus Agrippinam Claudij principis, edente eo natalis prælij spectaculum, assidentem, ei indutam paludamento, auro textili sine alia materie.

Paludamenta, inquit Varro de ling. Lat. libro 6, propterea dicuntur, quod qui ea habent, conspiciuntur, ac fiunt palàm.

¶ Paludatus, penul. prod. Adiectiuum (χλαμυδωτὸς) Qui uel imperatoriam chlamydem, uel alia eiusmodi ornamenta militaria gestat. Cicero ad Cassium, libro 1. 17. 5, Pansa noster paludatus ad III. calend. Ianuar. profectus est. Idem ad Atticum libro 4. 82. 2, Crassum quidem nostrum minore dignitate aiunt profectum paludatum, quàm olim æqualem eius L. Paulum.

Duces paludati. Iuuenal. Satyr. 6. 40.

Paludati in libris auguralibus significantur, ut ait Veranius, armati, ornati. Omnia enim militaria ornamenta, paludamenta dicit Festus.

Paludapium] ἐλαιοσέλινον, Apij species circa aquæductus, & in palustribus nascens. nomen est à Theodoro ad imitationem Græcæ compositionis confictum: Græci enim hanc herbam ἐλαιοσέλινον appellant, quasi palustre apium.

Palumbes] palumbis (φάσσα) tam masculini quàm fœminini generis, Syluestris columba, in arboribus sepibusq; nidificans. Virgil. 1. eclog. 12,
——raucæ, tua cura, palumbes. Lucanus,
——macrosq; palumbes. Plinius libro 10. capit. 35. Viuere palumbes ad tricesimum annum, aliquos ad quadragesimum, Aristoteles author est, &c.

Aeriæ palumbes. Virg. 3. eclog. 14.

¶ Palumbus & palumba. Martial. lib. 13. 67,
Inguina torquati tardant hebetantq; palumbi.

Propert. lib. 4. eleg. 5. 13,
Sed cape torquatæ Venus ô regina palumbæ. Emendatiora exemplaria legunt, columbæ. Plinius libro 30. capit. 7. 5, Item, palumbus ferus, & è posca decoctus. Colum. libro 8. capit. 8. 1, Hac eadem ratione palumbos, columbosq; cellares pinguissimos facere contingit.

¶ Palumbinus, penul. prod. Adiectiuum (φασσινὸς) Quod ex palumbe est: ut, Palumbina caro. Plin. lib. 30. cap. 12. 5.

Palus] prima breui, & secunda aliquando, sed parissimè indifferente, licet crescat in genitiuo paludis, penul. prod. teste Seruio (ἑλ Θ) Horat. in Arte, 13,
——sterilisq; diu palus, aptaq; remis. Est autem palus, locus aquosus, uel aqua non fluens, neq; perpetua. Dixi non perpetua, quia lacus quamuis non fluat, tamen aquam habet

habet perpetuã: & ita differt à palude. Virg. 4. Georg. 96.
Cocyti, tardaq; palus inamabilis unda. Cæsar 2. bell. Gal. 289, Quò propter paludes exercitui aditus non esset.

Alta palus. Virg. 4. Georg. 10.

Atra. Virg. 7. Aeneid. 161.

Cana. Catull. ad Coloniam, 17. 1.

Exhausta. Virg. 3. Georg. 87.

Fœda. Senec. Herc. fur. 9. 14.

Horrenda. Claud. 1. de rap. Proser. 23.

Inamabilis. Virg. 6. Aeneid. 88.

Innabilis. Virg. 4. Georg. 96.

Liquida. Ouid. 1. Metam. 66.

Nebulosa. Silius lib. 8. 76.

Nigra. Tibull. lib. 3. eleg. 3. 8.

Perpetua. Vide Perpetuus.

Pigra. Claud. 7. Paneg. 70.

Placida. Virg. 8. Aeneid. 18.

Pontina palus. Quintil. lib. 3. cap. 8. 12.

Putidæ paludis uorago. Catul. ad Coloniam, epigr. 17. 2.

Sordidæ paludes. Stat. 4. Sylu. 3. 2.

Stantes paludes. Horat. 3. Carm. ode 27. 2.

Vastæ paludes. Lucret. lib. 5. 41.

Vdæ paludes intumuêre æstu. Ouid. 1. Metam. 85.

Palus obducit pascua limoso iunco. Virg. eclog. 1. 10.

Siccare paludes. Cic. 5. Philip. 168.

¶ Paludosus, pen. prod. Adiect. (ἑλώδης) ut,
Humus paludosa. Ouid. 15. Metam. 54.

Nilus paludosus. Stat. 3. Sylu. 2. 22.

¶ Palustèr, hæc palustris, & hoc palustre (ἑλεΘ) Quod est ex palude. Colum. lib. 1. cap. 5, Deterrima aqua palustris quæ pigro lapsu repit, pestilens quæ in palude semper consistit.

Calami palustres. Ouid. 1. Metam. 142.

Iunci palustres. Ouid. 8. Metam. 68.

Locus palustris, Plenus palude. Cæsar 7. bel. Gall. 74.

Pascua palustria. Colum. lib. 6. cap. 27. 2.

Vdum palustre. Claud. 2. de raptu Proserp. 12.

Vlua palustris. Virgil. 3. Georg. 35.

Vndis palustribus fœta loca. Ouid. 14. Metam. 21.

¶ Paludifer, pen. corr. adiect. (ὑποφόΘ) ut, Aquæ paludiferæ. Author Philomelæ, 9.

Palus] pali (πάσσαλΘ, σκόλοψ, σφηνίσκος) priore producta, dicitur lignum acutum quod solet in terram defigi, ferè in claudendis hortis, aut fulciendis uineis, & similibus. Tibull. lib. 1 eleg. 7. 7,
Hic docuit teneram palis adiungere uitem. Plin. lib. 14. cap. 3. 4, Nec orthampelos indiget arbore aut palis, ipsa se sustinens. Colum. lib. 4. cap. 33. 4.

Actus palus. Vide Ago.

Ruber palus. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 1.

Alligare aliquem ad palum. Cic. 7. Verr. 9.

Palus palo proximus. Plaut. Menæh. 9. 47,
Perij misera, quam tunc nunc mihi nauem narrasti MEN. ligneam,
Sæpe tritam, sæpe fixam, sæpe excussam malleo.
Quasi supellex pellionis, palus palo proximus est. Prouerbialiter dictum de re uehementer abusa, ut singula coniungantur.

Palus, sit per contractionem à paxillus. Testis Cic. in Orat. Vide Axilla.

¶ Paxillus, Diminutiuum à palo. Varr. Bimargo, ut nouum cribrum nouo paxillo pendeat. Nonius. Vide insi à suo loco.

¶ Palaria, palarium uel palariorum, n. g. Charysius libro 1, Neutra semper pluralia, hæc arma, hæc palaria, quum milites ad palos exercentur.

¶ Palaris, & hoc palare, penult. product. ut, Sylua palaris, in qua cæduntur pali & pedamenta. Vlp. D. de usufr. l. si fundi. Si fundi ususfructus fuerit legatus: & sit ager, unde in fundum, cuius ususfructus legatus est, solebat paterfamilias uel palo uti, uel salice, uel arundine: puto fructuarium hactenus uti posse ne ex eo uendat: nisi fortè salicti eius, uel syluæ palaris, uel arundineti ususfructus sit legatus. Tunc enim & uendere potest.

¶ Palatio, onis, Verbale. Vulgò Pilotium uocant. Vitruuius lib. 2. cap. 9, In palustribus locis infra fundamenta ædificiorum palationibus crebrè fixa alnus permanet immortalis, & ad æternitatem.

¶ Palo, palas (πασσαλόω) palare, Palis fulcire & munire. Colum. lib. 11. cap. 2. 73, Vt utilis paletur, & capite tenus alligetur. Ibidem, 12, Reliquæ partes uineæ rum propter brumam uel frigora omissæ, nunc palandæ & alligandæ sunt.

¶ Palor, palaris (πλανάομαι) palari, Deponens, Passim uagari: sicuti faciunt qui lento gradu, dispersiq; labruscas quærunt. Liu. 1. ab Vrbe, lib. 5. 197, Iam obsidionis tædio uicti abscedunt, uagiq; per agros palantur, cibis uinoq; raptim hausto repleti. Hoc uerbum quidam à Palàm deduci existimant. Alij à palis castrorum, hoc est, sudibus, modò huc, modò illuc translatis.

¶ Palans, Participium (πλανώμενΘ) Stat. 11. Thebaid. 5, Aut uaga palantes campo fuga uoluit Achiuos.

Agmina palantia. Silius lib. 15. 95.

Comites palantes & dispersi. Lucret. lib. 4. 116.

Stellæ palantes polo. Virg. 9. Aeneid. 5.

Sidera passim palantia. Lucret. lib. 2. 206.

Fœmina palantes agit. Virg. 11. Aeneid. 127.

Vitæ palantis uiam quærere. Lucret. lib. 2. 2.

¶ Palatus, pen. prod. Participium (ἀλαπαγμενΘ) Dispersus. Liu. 3. bel. Pun. 185, Alius exercitus primò per agros sylua q; fuga palatus: dein, &c. Idem 3. ab Vrbe, 20, In quos palatos prædam agentes Posthumius, &c.

¶ Palatus, Participium, à Palor palaris. Vide Palus, prior e producta.

Paxillus, Vide ordinem alphabeticum.

Pambasilia] pen. prod. (πανβασιλεία) Dicitur quasi regnum numeris omnibus dominationis consummatum. Cuiusmodi sunt reges nostri, omnia arbitrio suo statuentes, quæ omnia in potestate habent. Est igitur Pambasilia, ut inquit Aristoteles, genus illud regni, quum unus omnibus potestatẽ habet communium & publicarum rerum.

Pamboetia] sacra, quæ concurrente tota Boetia in Palladis Ioniæ templo celebrabantur. Alexand. Alexandrinus lib. 5. cap. 7, In Palladis Ioniæ templo Pamboetia sacra concurrente Boetia tota, & concilia populorũ magno cõcursu ad omnes hostium motus frequentia fiunt.

Pamenothus] ab Aegyptijs Aprilis mensis appellatus, sicut et Chronius & Antesterion. Alexand. Alexandrinus lib. lib. 3. cap. 24. Gentil. dierum.

Pamisus] πάμισος, Arcadiæ fluuius in Stimphalo monte nascens, & præter Troezenen in Messeniacum finum influens: dictus Panusas, quasi totus odiosus, ob damna quæ agris infert. Ptolemæus Panisum uocat. Est & alter eiusdem nominis fluminis in Thracia, ex Hæmo profluens: teste Plinio lib. 4 cap. 11. Item, tertius in Thessalia: cuius meminit idem Plin. lib. 4. cap. 8.

Pammyles] Deus apud Aegyptos, Priapo non absimilis. Huius festa Pammylia, & sacra Pammylia appellantur. Cratinus iunior in Gigantibus. Vide Hesychium & Liuium Syntag. 7.

Pamphagus] pen.corr. (πάμφαγος) Nomen canis uenatici, quasi omnia deuorantis. Ouid. 3. Metam. 42.

Pamphagi] πάμφαγοι, Aethiopiæ populi, quibuslibet rebus uescentes: quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 30.

Pamphilus] pen. correp. (πάμφιλος) Neoclidis filius, Platonis auditor; quem testatur Plato in Phœdone, inter eos qui in acie ceciderant, decem dies iacuisse, triduoq; postquam inde sublatus fuerat, impositum rogo reuixisse, ac mira quædam; tempore mortis uisa, narrasse. Fuit & alius Pamphilus presbyter, Eusebij Cæsariensis necessarius: qui tanto bibliothecæ diuinæ amore flagrauit, triduoq; bonam partem uoluminum. Origenis sua manu descripserit. Apud Cæsaream Palæstinæ sub Maximino is Pamphilus martyrio extinctus est. Ex Hieronymo. Suidas autem tres Pamphilos commemorat: duos grammaticos, quorum alter patria Sicyonius, de Grammatica, picturaq; ac claris pictoribus scripsit. Alter Alexandrinus dictionarium edidit, quod & Pratum appellauit, id est, uariarum rerum collectanea. Tertius Athenien sis fuit Reip. expilator. Pamphilus postremò apud comicos pro amasio usurpatur. Pamphilus enim totus amor, aut totus amicus, uerti potest. Terent. Pamphilus, omnium amans.

¶ Pamphili furtum. Prouerbiali figura conuenit in peculatores, qui è publico suffurantur. Siquidem Pamphilus hic ueteris comœdiæ cõuicijs notatus est, quòd ærarium expilasset. Eras.

Pamphylia] πάμφυλία, Ptolemæo lib. 5. cap. 5, regio est minoris Asiæ inter Ciliciam & Syriam: ab Occasu Lyciã, & Asiæ minoris partem: à Septentrione Galatiam & Cappadociam: à Meridie Mediterraneum mare, quod illic Pamphylij maris nomen habet: tota Tauri expatiantis iugis septa. In ea, ut Pomponius refert, est fluuius Melas, nauigabilis, & Eurimedon, apud quem Cimon Atheniensis Persas nauali pugna superauit.

¶ Pamphylius, πάμφυλος, Qui est ex Pamphylia. Cic. 1. de Diuin. 51, Quæ quidem nunc à Romanis auguribus ignorantur, bona hoc tua uenia dixerim, à Cilicibus, Pamphylijs, Pisidis, Lycijs tenentur.

Pampillum] genus delicati currus. Lamprid. Iunxit quaternas mulieres pulcherrimas & binas ad Pamphilii, uel ternas, & sic uectatus est.

Pampinus] pampini, penult. corr. (οἰνάριον, κλῆμα, ὄρνιθος) à Virgilio genere masculino ponitur, à Varrone frequentius fœminino. Significat folium uitis, uel ramusculum uirentem. Colum. lib. 3. cap. 17, Omnis enim fœcundus pampinus intra quintam aut sextam gemmam fructu exuberat: reliqua parte quamuis lõgissima uel cessat, uel per exiguos ostendit racemos.

Folij pampinus, uel Folium pampini. Colum. lib. 4. cap. 22, Nunc ubi unius aut alterius folij pampinus prorepsit è duro. Plaut. Ciste l. 10. 69.

Pampinus & Palmes aliquando pro eodem accipiuntur. Vide Palmes.

Opaca pampinus. Claud. in Epithal. Palladij, 46. 1.

Viridi pampino cingens tempora. Horat. 3. Carm. ode 25. 4.

Defendit pampinus uuas. Virgil. 1. Georg. 19.

Vestitur pampinis uua. Cic. de Senect. 49.

Pampinus etiã capitur pro cirris polypi piscis. Plin. lib. 9. cap. 51, Polypi pariunt Vere oua tortili uibrata pampino.

¶ Pampino pampinas, penult. corr. (οἰναρίζω) pampinare, Pampinos decerpere, uel (ut ait Varro de re Rust. libro 1. capit. 30.) ex sarmento colles qui nati sunt de ijs qui pluri mum ualent, primum ac secundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere, ne relictis colibus sarmentum nequeat ministrare succum. Plin. lib. 18. capit. 29, Quum herba creuerit in festucam, arcere aquas, uineas pãpinare. Colum. lib. 4. capit. 31, Salix non minus quam uinea pampinatur.

¶ Pampinatus, penul. prod. (κλημάτευσις) Participium, siue Nomen ex participio. Plin. libro 16. capit. 22. 3, Eadem uaporum repagulis, & ad quæq; libeat intestina opera aptissima, siue Græco, siue Campano, siue Siculo fabricæ artis genere spectabilis, ramentorum crinibus pampinato semper orbe se uoluĕs ad incitatos runcinarũ raptus. De abiete,

¶ Pampinatio, Verbale (οἰναρισμός) Colum. libro 4. cap. 6. 1, Optimum est ab initio sic formare, ut frequenti pampinatione superuacua detrahantur.

¶ Pampinator, penul. prod. pampinatoris (οἰναριστής) Columella libro 4. capit. 27, Idq; faciet uarijs de causis pampinator industrius.

¶ Pampinarium, pampinarij (οἰναρισμός) Plinius lib. 17. cap. 22. 13, Duo genera palmitum. Quod è duro exit, materiamq; in proximum annum promittit, pampinarium uocatur. Colum. lib. 3. cap. 105.

¶ Pampinarius, Adiectiuum (οἰναρισμός) Quod est pampini. Colum. libro 4. capit. 24. 4, Ne aut pampinarius palmes internatus, aut uerrucæ similis furunculus relinquatur.

¶ Pampineus, Aliud adiectiuum. Idem (οἰναρινός) Autumnus pampineus. id est pampinosus, cuius scilicet tempore uites folijs & fructibus plenæ sunt. Seruius. Virgil. 2. Frondes pampineæ. Ouid. 3. Metam. 134. (Georg. 1.

Habenæ pampineæ. Virgil. 6. Aeneid. 161.

Hasta pampinea. Ouid. epist. 13. 7.

Pampineus odor, poeticè & figuratè, pro sapore uini. Propertius lib. 2. elegia 34. 6.

Vites pampineæ. Ouid. 10. Metam. 20.

Vmbræ pampineæ. Virg. eclog. 7. 12.

Vuæ pampineæ. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 3.

¶ Pampinosus, penul. prod. Similiter adiectiuũ (οἰναρώδης) Quod pampinis abundat. Colum. lib. 5. capit. 5. 12, Et si parum pampinosa uitis est, aduectis frondibus & interdum stramentis fructus muniatur.

Pampinosa folia. Plin. lib. 23. cap. 1. 11.

¶ Pampinaceus, aliud item adiectiuum. Colum. lib. 12. cap. 20. 5, Item, myrrhæ quincunx, calami pondo libra, casiæ selibra, amomi põdo quadrans, croci quincunx, cripæ pampinaceæ libra.

Pamportus] fluuius in Illyrica, qui in Istrum uoluitur. Strabo lib. 4.

Pan] πᾶν, inquit Seruius, deus est rusticus, in naturæ similitudinem formatus: unde & Pan dictus est, id est omne. habet enim cornua in radiorum Solis, & cornuum Lunæ similitudinem. Rubet eius facies ad ætheris imitationem. In pectore nebridem habet stellatam, ad stellarum imaginem. Pars eius inferior, bispida est, propter arbores, uirgulta, & feras. Caprinos pedes habet, ut ostendat terræ soliditatem. Fistulam septem calamorum habet, propter harmoniam cæli, in qua septem soni sunt. Pedum habet, id est baculum recuruum, propter annum qui in se recurrit: quia hic, totius naturæ deus est. A poetis fingitur cum amore luctatus, & ab eo uictus: quia ut leginus, Omnia uincit amor. Ergo Pan secundum fabulas, amasse Syringam nymphã dicitur, quam quum sequeretur, illa implorato Terræ auxilio, in calamum conuersa est, quem Pan ad solatium amoris incidit, & sibi fistulam

fistulam fecit. Hunc Arcades colunt, eum uniuersæ materiæ dominum appellantes.

Deus Arcadiæ Pan. Virgil. 10. eclog. 6.

Deus pecoris Pan. Ouid. 2. Fast. 55.

Custos ouium Pan. Virg. 1. Georg. 4.

Capripedes Panes. Propert. lib. 3. eleg. 17. 4.

Pinu præcincti cornua Panes. Ouid. 14. Metam. 128.

Montani Panes. Stat. 2. Syl. 2. 22.

Semicaper Pan. Ouid. 14. Metam. 103.

Natum Pana ex Mercurio & Penelopa ferunt. Cic. 3. de Natur. deor. 76.

Pan, Latinè incubus dicitur. Incubi uerò sunt nocturna phantasmata, mortalibus terrorem incutientia.

¶ Panaces, huius panacis, penult. corr. n. g. uel Panax, panasis, f. g. (πάναξ) Herba, cuius succus opopanax uocatur: ἀπὸ τοῦ πάντα ἀκεῖν, hoc est, à sanandis omnibus morbis. Plin. lib. 25. cap. 3. 24, Panaces ipso nomine omnium morborum remedia promittit: numerosum, & dijs inuentoribus ascriptum. Colum. lib. 11. cap. 3. 24, Panax utroq; tempore læui & subacta terra rarissimè disseritur. Plinius libro 19. cap. 12, Panax piperis saporem reddit. Lucret. libro 4. 25.

¶ Panacea, huius panaceæ, pen. prod. Idem (πανάκεια) Lucan. lib. 9. 184,

Et panacea potens, & Thessala centaurea. Virgil. 12. Aeneid. 84,

Ambrosiæ succos, & odoriferam panaceam. Vbi Seru. Panaceam, genus herbæ. Sciendum tamen, Lucretium panaceam ubiq; salem dicere: unde possumus etiam hoc loco salem intelligere: nam omnem pellit dolorem. Sed melius herbam, quia ait odoriferam.

Panægyres] Conuentus & sacrum, quod quinto quoque anno Athenis in Neptuni templo Heliconij ab uniuersis Ionibus fit. Panionia Alexandro lib. 5. capite 7, Et panægyres Athenis quinto quoque anno, atque in Neptuni templo Heliconij ab uniuersis Ionibus conuentus & sacrum fit, quod uocant Panionian.

Panætius] πανάιτιος, Rhodius, Stoicus philosophus, quasi totus moralis, præceptor Scipionis Africani, decessit Athenis: scripsit de Officijs, unde Cicero suos libros est mutuatus. Fuit alter Panætius senior, item Rhodius: cuius inter philosophos multa mentio, scriptaq; feruntur. Suidas.

Libri nobiles Panætij. Horat. 1. Carm. ode. 29. 3.

Panætolium] panætolij (πανατώλιον) Vniuersæ Aetoliæ concilium. Liu. lib. 1. bel. Maced. 106, Concilium Actolorum statuta die, quod Panætolium uocant, futurum erat.

¶ Panætolicus, pen. cor. Adiect. (πανατωλικός) Liu. lib. 1. bell. Maced. 126, Quum legibus cautum esset, ne de pace belloue nisi in panætolico, & pylaico concilio ageretur.

Panæus] pictor Phidiæ frater, pinxit prælium Atheniensium apud Marathona factum. Plinius libro 35. cap. 8. Induxit & Mineruæ tectorium lacte & croco subactũ. Plin. lib. 36. cap. 23.

Panagæa Diana] Prouerbio dicebatur olim, peregrinationem impensius amans, errabundus, instabilis, nulla certa sede consistens. Siquidem Diana uagari dicit apud poetas, & per nemora montesq; oberrare. Quin domicilium etiam subinde mutat, nunc apud superos agens, nunc apud inferos, ne specie quidem semper eadem, sed nunc pleno ore, nunc mutila, nunc nulla.

Panaretus] penult. corr. (πανάρετος) dici potest omnium uirtutum continens. πᾶν enim totum significet, ἀρετὴ uirtus. Martial. libro 6. 89, Arguto madidas pollice panaretus.

Panathium] Vide Panis.

Panathenæa] Panathenæorũ, plur. nũ. g. n. (πανάθηναια) Quinquatria Mineruæ festa: unde apud Ciceronem in Orat. 22, Panathenaicus liber ab Isocrate scriptus. Huiusmodi festis peplum Mineruæ ferebatur, & singulis lustris fieri solebant, in quibus solenni carmine per tubicinem & præconem ladicrum indicebatur, nudiq; ad certandum ingrediebantur athletæ: neque congressuri cum quo certarẽt eligebant, sed cum primo prodeunte congrediendum erat. Neque ad spectandum mulieres, præter unam Pherenicem, quæ mater, filia, & soror Olymptonicarum fuit, & Cereris sacerdotes mulieres admittebant. In Panathenæis quoq; pueri puellæq;, forma conspicui, manibus amplexi, nunc in orbem, nunc in obliquum, per diuersos flexus, pyrrhicã in theatro saltabant. Alexand. Neapolit. lib. 5. cap. 8. & libr. 6. cap. 19. Erant & alia Panathenæa festa, quæ quotannis iterabantur, authore Suida: ad quorum differentiam illa Quinquatria magna dicebantur, teste Platone in Eutiph. Panathenæorum celebritas inducta est primò ab Erichthonio quum uicatim dissectum Atheniensium populum in ciuitatem euocasset. Ex Cælio lib. 11. cap. 27.

Panathenaicon] πανάθηναϊκὸς. Genus unguenti, quod (ut Plinius lib. 13. cap. 1. inquit.) Athenæ perseueranter obtinuêre.

Panax] Herbæ nomen apud Galen. lib. 8. de simplicium medica. facultatibus, cap. 35. 36. 37. Eius tria sunt genera, Heracleium, Asclepeium, & Cheironeium: quæ omnia excalfacere idem Galenus ait.

Pancarpiæ] dicuntur coronæ ex uario genere florum factæ. Festus.

Pancarpon] πάγκαρπον. Genus est spectaculi, quasi omnium arborum fructibus concinnata sylua, apud Imperatorem in Nouell. de consulibus. §. ac primus quidem.

Panchæi] πάγχαιοι, populi, qui ut Pomponius refert lib. 3. deserta Libyæ habitant, qui & Ophiophagi uocantur, quoniam serpentibus uescantur. Hi ab illis uocantur Candei.

Panchaia] πάγχαια, quasi tota debiscens, regio Arabi. 5, tota arenosa, in qua arbores sponte natæ thus emittunt. Virgil. 2. Georg. 28,

Totaq; thuriferis Panchaia pinguis arenis. Seruius scribit Panchaiam, Arabiam, & Sabæorum gentem eandem esse, apud quam nascitur thus.

Dives Panchaia. Tibul. lib. 3. eleg. 2. 5.

¶ Panchæus, πάγχαιος, Adiectiuum: ut,

Cinnama Panchæa. Claud. de nuptijs Honorij, 19.

Arx Panchæa. Valer. 1. Argon. 116.

¶ Panchaicus, pen. corr. Aliud adiect. (πάγχαϊκὸς) ut,

Tellus Panchaica. Ouid. 10. Metam. 62.

¶ Panchia rura, quæ & ubi sint uide apud Strabonem lib. 7. ubi inquit: Apud Eubemerum rura Panchia.

Panchrestum] panchresti (πάγχρηστον) medicamentum nobile, quòd Latinè dici potest omnibus conducibile, uel omnibus affectibus utile. Cic. 5. Verr. 128, Aduentu L. Metelli Prætoris quum omnes eius comites iste sibi sicò isto panchresto medicamento amicos redemisset; aduẽit est ad Metellum, & eductus est Apronius. Plin. lib. 36. cap. 20. 2.

Pancration] quidam Pancratium, Herba apud Galenum libro 8. de simplic. medica. facilitatibus, cap. 32. uide & Dioscoridem lib. 2. cap. 168.

Pancratium] pancratij (πάγκρατιον) quasi omnia potens, Ludus gymnicus, quinquertio constans. Propert. lib. 3. eleg. 14. 2,

Puluerulentaq; ad extremas dat fœmina metas,
Et patitur duro uulnera pancratio. Est autẽ Pancration

ex

ex eo,ut uidetur, dictum, quòd aduocatis omnib. corporis uiribus,omniumq; neruorum cõtentione transigitur. Quintil.lib.2.Instit.Orat.cap.9. Sicut ille exercendi corpora peritus,non si dõcẽdum pancratiasten susceperit, pugno ferire uel calce tantũ,aut nexus modò,atq; in ijs certos aliquos docebit:sed omnia quæ sunt eius certaminis. Sunt qui pancratiastas pro Pentathlis intelligi uolũt,id est,ijs qui quinq; illa antiqua certamina Græciæ obierunt & uicerunt:παγκρατιαζόντων παύτων κρατοῦντας, intelligi uolentes,id est, omnium uictores, idq; Hermolaus lib.34. emendationum suarum scripsit. Quod unde acceptum sit, nescire se fatetur Budæus. Suidas certè pancratiastem manibus pedibusq; pugnantem interpretatur. Vide Gellium lib.12.

Pancratio uincere. Plin.lib.35.cap.11.18.

¶ Pancratiastes, pancratiastæ (παγκρατιαστής) Qui hoc ludo excellit, certator & uictor pancratij. Gellius lib.3. cap.15, Diagoras tres filios habuit:unum pugilem,alterum pancratiasten,tertium luctatorem.

¶ Pancraticè, pen. corr. Aduerbium (παγκρατικῶς) id est,robustè:unde Pancraticè ualere,id est, Robustũ esse, ut solent qui pancratio exercẽtur. Plaut. Bacch.5.14, Benè usq; ualuit c.pancraticè atq; athleticè. Vide Athleta.

Pancros] Gemma quæ constat ex omnibus coloribus. Plin. lib.37.cap.10, Pancrus ex omnibus ferè coloribus constat.

Pancrus] Gemma. Vide Pancros.

Panda] dea, seu Pantica à Romanis summa in ueneratione habita est, sic dicta quòd pandat,id est,aperiat uiam. Arnobius. Panda item dicta dea pacis à pandendis & aperiendis Iani portis. Meminit Gellius.

Panda] oppidum non procul ab Alexandria, quod est Sogdianorum. Plin. lib.6.cap.16.

Pandæ] gens sola Indorum fœminis regnata. Plinius lib. 6. c p.20.

Pandænus] Sculptor,& pictor egregius. Strabo lib.8, Multum Phidiæ attulit adiumentum Pandænus, illius è sorore nepos, operisq; suscipiendi socius, cùm ad statuam coloribus adornandam,tùm uerò ad amictum.

Pandana] Porta Romæ, quæ antea Saturnia dicebatur, ita dicta à uerbo Pando, quòd semper pateret ad res, quæ in urbem ferebantur. Eadem appellabat libera, à libertate. Authores, Pomp. Festus, & Varro lib.4. de Lingua Latina.

Pandaria] παυδατία, Insula est exigua in sinu Caietano, distans à continente CCL. stadijs. Strabo lib.5.

Pandarus] is qui Lycaonides in dura egit prælia: Erat enim rex Lyciorum quum apud Troiam pugnatum est. Homerus lib. Iliad.5,

Quinq; coluntZeliam extremæ radice sub Idæ,
Aphnij ab Aesapo potantes flumine Troes
Dura Lycaonides in prælia Pandarus egit.

Lyeos Troas appellat post Homerũ Strabo,lib.13.

Pandatoria] παυδατωρία, insula in mari Tyrrheno, au thore Ptolemæo lib.3.cap.1. hodie Pandana.

Pandectæ] pandectarum (παυδέκται) dicuntur uoluminanihil non continentia,& ex quibus possis,quod uelis, uelut è cornucopiæ depromere:ut, Pandectæ legum, quæ omnes ius complectuntur. à πᾶν,omne,& δέχομαι capio, suscipio. Vide Gellium libro duodecimo. Idem libro ultimo. Sunt qui libros suos pandectas,id est,omnium receptacula inscripserunt. Hanc inscriptionem Plinius in Præfatione inter illecebrosas, & magna promittentes numerauit, propter quas, ut ipse inquit, uadimonium deseri possit. His pandectis coagmentandis septem & triginta Iurisconsulti symbolas contulerunt, ex quorum uerbis Digestorum leges uelut Centones consarcinatæ sunt. Hæc ex Budæo.

Pandeletia sententia] Prouerbiali figura Pandeletiam sententiam Cratinus dixit,morosam ac molestam. A Pandeleto quopiam sycophanta, ex eorum genere, qui quò quæstum faciant,dicas impingunt grandes, & simili studio ferunt suffragia. Eras. in Chil.

Pandemius] Venus popularis, Pandemi & Vraniæ meminit Theocritus in Epigrammate. Hinc Pandemi dies. Epiphanius in Ancorato: Pandemis, hoc est, popularibus diebus,cibaria quidem in totum exurunt,uina uerò libant, nihil commodi mortuis ex hoc afferentes; imò potius seipsos lædentes, ueruntamen coguntur, à consuetudine confiteri mortuorum resurrectionem. Pandemis diebus, mortuis epulas publicè efferebant. Lilius lib.13. Syntag.

Pandia] Iouis festa apud Græcos, sicut Iunonis Herea, Musarum Musea, Cereris Demetria, Mercurij Hermila erant. Alexander ab Alexandro lib.5.cap.8.

Pandicularis] & hoc pandiculare. Pandicularis dies, idem & communicarius, in quo omnibus dijs communiter sacrificabatur. Paulus.

Pandiculor] pen.corr.(σπορδιυᾶσμαι) pandicularis. Pandiculari dicuntur, inquit Festus, qui toto corpore oscitantes extenduntur, eo quòd pandifiunt. Plaut. Menæch.17.72, Vt pandiculans oscitatur.

¶ Pandiculatio, onis (σπορδιυασμὸς) Oscitatio, uel potius corporis inter oscitandum extensio. Festus.

¶ Pandiculatio, à uerbo Pandiculor, est modus illegitimus corporis totius à facultate naturali prouenies. Gell. lib. 2. de Symptomat. causis in principio, Conuulsio (inquit) & tremor, palpitatio & rigor, qui est totius corporis concussio, uibratioq; Præterea horror & singultus, tussis & ructus, sternutatio & pandiculatio, & oscitatio, & dentium ex concussu strepitus, omnia motum illegitimũ pro communi genere habent.

Pandion] penult. product. huius Pandionis, penult. corrept. (παυδίων) Proprium nomen Erichthei Athenarum regis filij, cui succesit in regno. Huius filiæ fuerunt Progne & Philomela. Dictus Pandion, quasi totus dios. Id est, Iouis.

Nata Pandione, Progne. Ouid.6.Metam.88.

Ales Pandionis, Hirundo, uel upupa. Ouidius ad Pisonem,16.

¶ Pandionia (παυδιονίαι) dicta est Attica. Sidon. Qui Pandioniam mouebat orator caueam tumultuosus.

¶ Pandionius, Adiect. (παυδιονιος) Idem quod Atticus. Lucanus de Pallade,

Et Pandionias quæ cuspide protegit arces. Claud. de raptu Proserp.4.

Mons Pandionius. Stat.2.Thebaid.144.

Pando] pandas (πυρτὸν) pandare. Significat incuruari, oneri cedere. Vnde pandari trabs dicitur, quasi incuruari cedereq; ponderi. Plin. lib.16. cap.42.1, At populus contra omnia inferiora pandatur: palma è contrario fornicatur. Quintil.lib.11.cap.3, Leuiter pandata manus:cui Supinata opponitur.

Pandare, Neutrum. Quintil.lib.11.cap.ultimo, Pectus ac uenter ne proijciantur, obseruandum: pandant enim posteriora:& est odiosa omnis supinitas.

¶ Pandatio, Verbale (πυρτάτιοις) Vitruuius lib.7.cap.1, Contignationes pandationibus fidentes mouendo se faciũt uitia pauimentis.

¶ Pandus, Adiectiuum (πυρτὸς) Incuruus. Virgil.2. Georg. 39, Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.

Pandus asellus. Ouid.1.Fast.80.

Carinæ

Carinæ pandæ. Virg.2.Georg.89.

Delphines pandi. Ouid.3.Trist.9.

Dorsum pandum. Senec.Agamem.6.12.

Fauces pandæ. Stat.4.Sylu.3.15.

Iuga panda boum. Ouid.1.Amor.eleg.13.4.

Naris panda. Ouid.3.Metam.135.

Rami pandi. Ouid.14.Metam.132.

Rostrum pandum. Ouid.14.Metam.57.

Pando] pandis,pandi,passum (πετάννυω, πετάζω, πιτνημι, πρητῆθέω, ἐκπετάννυω) pandere, Significat aperire & patefacere. Plaut. Bacchid. 6.1, Pandite atq; aperite propere ianuam hanc.

Pandere, Varro de uita Pop.Rom.lib.1, existimat ea causa dici, quòd ijs qui ope indigerent, & ad asylum Cereris confugissent, panis daretur. Pandere ergo, quasi panem dare, & quòd nunquam sanum talibus clauderetur. Nonius.

Aciem pandere. Vide Acies.

Alas pandere ad solem. Virgil.4.Georg.6.

Alas uelorum pandere. Virg.3.Aeneid.104.

Vlmus pandit brachia. Virg.6.Aeneid.57.

Claustra pandite ianuæ. Catul.in Epithal.Iuliæ, epigr.56.16.

Domus panditur. Virg.10.Aeneid.1.

Forem difficilem pandere. Ouid.1.Amor.eleg.6.1.

Iter alicui pandere. Ouid.ad Pisonem,45.

Limina pandere. Stat.1.Sylu.1.5.

Mœnia urbis pandere. Virg.2.Aeneid.47.

Pennas in litore pandunt Halcyones. Virg.1.Aeneid.80.

Portæ panduntur. Virg.2.Aeneid.6.

Spectacula pandere. Horat.2.Serm.Satyr.2.5.

Spacia membrorum pandit. Stat.6.Thebaid.151.

Vela pandere curuato sinu. Ouid.3.de Arte,99.

Vestigia pandere. Virg.11.Aeneid.52.

Vela orationis pandere, metaphora sumpta ab ijs qui uela uentis explicant. Cic.4.Tusc.16, Quærebam igitur utrum panderem uela orationis statim, an eam antè paululum dialectici eorum remis propellerem.

Viam pandere. Tacit.lib.18.

Viam ad aliquid pandere. Liu.4.ab Vrbe,69.

Pandere uiam fugæ. Liu.10.ab Vrbe,20.

Dictis pandere aliquid. Lucret.lib.5.11.

Casus suos pandere. Ouid.14.Metam.45.

Medium alicuius rei pandere. Cic.in Arato,44.

Rem ordine pandere. Virg.3.Aeneid.36.

Panditur planities, Protenditur, sese offert, apparet. Liu. 2. bel.Maced.12.

Longè lateq; se pandant diuina illa bona, cælumq; contingũt. Cic.5.Tusc.111.

¶ Pandens, Participium (πετάσων) ut, Guttura tria pandens Cerberus. Virgil.6.Aeneid.85.

¶ Passus, Aliud participium (πεπταμένος) Apertus, extensus:ut, Passa uela, id est, Diducta ac distenta.

Passus capillus, id est, Porrectus ac sparsus. Ter. Heaut.2.3. 49, Capillus passus, prolixus, circum caput
Reiectus negligenter.

Crines passi. Virg.1.Aeneid.97. Liu.1.ab Vrbe,53.

Lac passum. Ouid.14.Metam.55. Vide Passum.

Passis palmis, hoc est, expansis. Cic.2.de Nat.deor.161. Cæsar 1.bel.Gal.220, Quæ in prælium proficiscentes, ne se, &c. milites passis manibus flentes implorabant.

Racemi passi. Virg.4.Georg.54. Vide Passum.

Velis passis peruehi. Cic.1.Tusc.194.

Passum ac tusum limum. Plin.lib.19.in Proœmio,5.

Passis manibus, & uelis passis dicimus, inquit Gellius, quod significat diductis atq; distentis. Itaq; Plautus in Milit. a litera in e mutata, per compositi uocabuli morem, Dispessis dicit, pro eo quod est dispassis. Hæc ille. lib.15.cap.15.

Pandochium] Pandochij, pen. prod. hospitium, diuersorium, stabulũ, caupona, πανδοχεῖον. Vnde & caupo ipse Pandocheus dicitur.

Pandora] pen.prod.(πανδώρα) mulier formosissima, & gratiosissima, cui singuli dei sua dona dederant, scilicet Pallas sapientiam, Venus decorem, Apollo musicam, Mercurius eloquentiam. Vnde dicitur Pandora, quasi omnium donum, uel ab omnibus donata, uel omnium rerum genere donata. Hanc, ut ait Hesiodus, Iupiter in terram misit ut homines deciperet. Prometheus, Iapheti filius, ait Hyginus, primus homines ex luto finxit, postea Vulcanus Iouis iussu ex luto effigiem mulieris fecit, cui Minerua animam dedit, cæteri q; dij alius aliud donum dederunt, ob id Pandora dicta. Alij nominarunt. Ea data in cõiugium Epimetheo fratri. Inde nata est Pyrrha, quæ mortalis dicitur prima esse creata, hactenus ille. Ab Hesiodo & alijs proditum est, Pandoram fuisse primam mulierẽ: nam ante eam muliebre genus fuisse nullum, author Pausanias in Attica. Pandora apud Aristophanem pro terra accipitur, quòd omnia ad uitam necessaria nobis suppeditet. Est & nomen matris Deucalionis, à qua Thessalia, Pandora dicta est. Hoc nomine dictæ sunt gentes in confinibus Indiæ, quæ ut ait Plin.lib.7.cap.3, ducentos annos uiuunt, in iuuentute capillos candidos habent, in senectute nigros.

Pandosia] πανδοσία, Plin.lib.3.cap.1, Lucaniæ in Italia urbs, in qua Alexander Epirotes occubuit. Est & altera ut idem testatur lib.4.cap.1, eius nominis in Epiro. Trogus lib.12, Iuxta urbem Pandosiam Alexander non priùs fatalis loci cognito nomine quàm occideret, interficitur. Idem supra, quum in Epiro esset Pandosia, & flumen Acherusium, ignarus eadem & in Italia, ad declinanda futurorum pericula peregrinã militiam cupidus elegerat. Liu. Dec.1. lib.8, Data dictio erat Alexandro, caueret Acheruſiam aquam, Pandosiamq; urbem: ibi fatis eius terminum dari. Horum meminit & Strabo lib.6.

Pandrosos] pen.corr. (πανδρόσου) Filia fuit Cecropis, Athenien sium regis, soror Aglauri & Herſei, de quibus Ouidius lib.2. Metamorph.

Pars secreta domus, ebore & testudine cultos,
Treis habuit Thalamos, quorum tu Pandrose dextrum,
Aglauros, leuum: medium possederat Herse.

Pandura] Instrumentum est musicum, non absimile Nablæ. sunt qui Pandorum id, non Pandura appellitent. Ab eo nomine elicuit Lampridius uerbum

¶ Panduriza re, id est, Panduram pulsare, sicut Citharizare dicimus, id est, Citharam mouere. Et hinc fit,

¶ Panduristæ, sicut & Citharistæ, quo uerbo usi sunt Martianus, & Varro. Cælius lib.9.cap.4, Nablas legitur apud Athenæum, quẽ excogitauerint Phœnices primi: unde & Nablistæ, sicut Panduristæ, à Pandoro, uel Pandura, ut est apud Varronem & Martianũ, quã ex marina lauro compingũt Troglodytæ. Vnde nouatũ Lampridio Pãduriza re uerbũ, id est, Panduram pulsare. Hæc ille.

Panelij] Populi in Arabia, de quorũ regibus ac moribus sic scribit Alexander ab Alexandro, Panebij, si quando rex moritur, corpus quidem defodiunt, caput uerò auratum in templo augustissimo conseruant dicantq;. Alexander Alexandrinus lib.3.cap.2.

Panegyris] huius panegyris, pen.corr.f.g (πανήγυρις) nundinæ, solennis cõuentus et publicus, quales quinto quoque anno Athenis celebrari solitos scribit Herodotus lib.6. Hinc πανηγυρικοὶ λόγοι, id est, panegyricæ orationes, quæ

in

in huiusmodi conuentibus haberentur, idq; plerunq; de utilitatibus Græciæ. Significat etiam locum in quem hæc celebritas conuenit.

Erat in eo ipso loco illo die nundinarum πανήγυρις. Cic. Attico *lib.*1.9.2.

¶ Panegyricus, pen. corr. Adiect. (πανηγυρικός) Laudatiuus, popularis, plausibilis, promiscuus. Cicero in Orat. 20, Sed quoniam plura sunt orationum genera, eaq; diuersa, neq; in unam formam cadunt omnia, laudationum, scriptionum & historiarum, & talium suastorum, qualem Isocrates fecit panegyricum.

Panegyrici. Quintil. lib. 2. cap. 10. 8, Nam & in ijs actionibus, quæ in aliqua, sine dubio ueritate uersantur, sed sunt ad popularem aptatæ delectationẽ, quales legimus panegyricos, totumq; hoc, &c.

Panemius] *Mensis Iulius ab Athenienſibus dictus.* Alexander lib. 3. cap. 24. dierum Genialium.

Paneros] πάνιερος, gemma est, alio nomine Pansebastos appellata, quæ fœcunditatem creditur afferre. Plin. lib. 37. cap. 10. Vide Pansebastos.

Paneus] πανεύς, Fons est sub Libano monte, in quem si qua natantia proiiciantur, in lacu cui Ptriala nomen est, cuncta reperiuntur. Est etiam hoc nomine Colchorum fluuius; cui oppidum imminet sui nominis, habens post se Heniochorum multimodas gentes.

Pangæus] πάγγαιος, Thraciæ Promontorium magnum atq; excelsum, Macedoniæ iunctum, in quo, ut scribit Herodotus lib. 7. aurea sunt & argentea metalla: quem cum Pieres & Hodomanti, tum præcipuè Satyræ exercent. In singulari est mas. gen. in plurali, neutri. Statius.

—illi Pangæa resultant, Ismaraq;.

Alta Pangæa. Virg. 4. Georg. 93.

Cana Pangæa niuosis iugis. Lucan. lib. 1. 135.

Perfindunt inarata diu Pangæa iuuenci. Stat. 10. Thebaid. 102.

¶ Pangæus, Adiectiuum (πάγγαιος) ut, Arua Pangæa.

Flumina Pangæa. Ouid. 3. Fast. 148.

Pango] pangis, pepigi & panxi, pactũ (πήγνυω, πάγνυμι) pangere, Figere, plantare, siue iungere. Festui, Pangere, figere. Vnde plantæ pangi dicuntur, quum in terram demittuntur. Hinc uersus pangi, uel figi in cera dicuntur. Hactenus Festus. Pepigi tamen præteritum ducit Quintilianus à Pago, non à Pango. Vide Pago. Proinde alij dicunt Pango, pangis, pegi & panxi, pactum, &c.

Clauum pangere. Liu. 7. ab Vrbe, 11.

Osculum pangere, Oscutari. Plaut. Curcul. 2. 56.

Inducias pangere, idem quod facere. Liu. 7. bel. Pun. 171.

Pacem pangere cum populo aliquo. Liu. 4. bell. Pun. 132.

Societatem pangere cum aliquo. Liu. 4. bel. Maced. 121.

Venus te pepigit nostro lecto, id est, Promisit. Ouid. epist. 15. 7.

Pangere terminos. Cic. 1. de Legib. 84.

Pangere, Plantare. Colum. lib. 3, At quæ uetere sarmento panguntur, tardius coalescunt, sed tardius deficiunt. Et libro 3. cap. 3, Nos iam enim uicena millia malleolorũ per uineæ iugerum inter ordines panginus. Varro primo de Re rustica, capite 43. Aut etiam de cytiso duriore uirgulæ deplantantur, & ita pangitur in serendo.

Pangere uersus, Scribere. Cic. Tironi, lib. 16. 18. 5, An pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. Martial. libro 11. 4,

At quam uicturas poteramus pangere chartas.

Carmina lucida pango. Lucret. lib. 4. 2.

Ego mira poemata pango. Horat. de Arte, 84.

¶ Pactilis, & hoc pactile, pen. corr. (πηκτός) Iunctus: ut, Pactilis corona. Plin. lib. 21. cap. 3. 5.

Pangonius] *Gemma nõ longior digitone crystallus uidetur, numero plurium angelorũ cauetur.* Plin. lib. 37. cap. 10.

Panhellenia] *sacra Græciæ totius.* Suidas.

Panhellinus] *uel panhellinon templum Liberi Ebriorum patris, quem apud Athenienses dirutum reædificauit Adrianus imperator.* Cælius Rhod. lib. 7. cap. 13, *Athenienſibus sacra Liberi fuisse præcipua scribit* Dion. *Ea quum Adrianus in ueste indigena concelebrasset magnificè, templum Liberi, quod Panhellinon uocant, construi permisit.*

Panias] *Fons è quo Iordanis amnis profluit, inq; Asphaltiten lacum (sacræ literæ Asphaltiten, Genesaram uocant) prolabitur.* Plin. lib. 5, cap. 15.

Panias] *oppidum Decapoleos, in regione Syriæ.* Plinius libro 5. cap. 74.

Panicula] Vide Panus.

Panicum] pen. corr. panici (πάνιον) Genus frugis. Plin. lib. 18. cap. 7. 5, *Panicum à paniculis dictum, cacumine languido nutante, paulatim extenuato culmo, penè in furculũ prædẽsis aceruatur granis, cum longissimo pedali, milij cõmæ granum complexæ, fimbriato capillo curuatur. Sunt & panico genera: Mammoso è pano, paruis racemato paniculis, & cacumine gemino.* Cæs. 2. bel. Ciuil. 91, Panico enim uetere, atq; hordeo corrupto omnes alebantur.

Panicum] pen. corr. (πανικὸν) dicitur quicquid cum stupore contingit: pauor sine causa obortus, terriculamentum inane: à Pane deo, qui tales terrores subitò animis immittere credebatur. Erasmus, Panicum ueteres uocabant subitum animorum tumultũ, sed inanem. Veteres enim existimabant Panem deum repentinos terrores & animi consternationes immittere lymphaticis simillimas usq; adeò impotentes, ut non ratione modò, uerùm & mente careant. Sicuti non rarenter usu uenit, quum in exercitu nulla comparente idonea causa, uiri pariter atq; equi perturbantur. Hac de re copiosius disserit, citatis aliorum etiam Græcorum testimonijs, Angelus Politianus in Miscellaneorum annotatione uicesima octaua. Hoc adagium subinde refertur à Cicerone in epistolis ad Atticum, lib. 7. 144. 4, Ego inquit, bellum fœdissimum futurũ puto, nisi qui, ut tu scis, panicus casus exiterit. Quædam exemplaria legunt Parthicus casus. Eidem, lib. 6. 331. 2, De Ventidio panicon puto. Vide Erasmum.

Panionia] *Festa totius Ioniæ, Syntag.* 17. apud Lilium, Heliconio Neptuno festa celebrabantur, quæ Panionia uocitata fuerunt. Herod. lib. 1.

Panionion] *Vniuersa Ioniæ, sicut Panaetolion, uniuersæ Aetoliæ concilium fuit.* Liuius lib. 1. belli Macedonici. Budæus in Annotationibus, ad Pandectas.

Panis] *huius panis, masc. gen.* (ἄρτος, πύρνα, πύρνος) Notæ significationis. Genitiuo plurali Panum Verrius scripsit. Nonius, Panis proprietatẽ à pascendo putant ueteres existimandam. Varro de uita Populi Romani, lib. 1, Pastillos & panes hæc uocabula pastus, quòd esse, pascere dicebant. Cic. in Pisonem, 53, Panis & uinum à propola, atq; decupa.

Acerosus panis. Vide Acus, aceris.

Adustus panis. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 14.

Artoptitius panis. Vide Artopta.

Ater panis. Terent. Eunuch. 5. 4. 17. Vide Ater.

Cærulei panis mucida frusta. Iuuen. Satyr. 14. 13.

Cibarius panis, Panis rudibus, secundò coctus. Cicero 5. Tusc. 137.

Deuolutus ex igne panis. Catul. de Rufa, epigr. 55. 1.

Luteus panis. Vide Lutum.

Mendicatus panis. Iuuen. Satyr. 10. 28.

Nauticus panis. Vide Nauis.

Potior

Potior panis mellitis placentis. Horat. 1. epist. 10. 3.

Primarius panis, Vulgus panem album uocat.

Longè pulcherrimus panis. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 18.

Secundarius panis. Vide Secundus.

Sordidus panis. Plaut. Asin. 4. 16.

Adhibere aliquid ad panem. Vide Adhibeo.

In pane uenenum alicui dare. Cic. pro Cluentio, 135.

Frangendus panis inermi gingiua. Iuuen. Satyr. 10. 20.

Cum sale panis latrantem stomachum bene leniet. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 4.

Secundo pane, & siliquis uiuere. Horat. 2. epist. 1. 25.

Altera manu fert lapidem, altera Panem ostentat. Plautus Aulularia,

Nunc petit quum pollicetur, aurum inhiat, ut deuoret:
Altera manu fert lapidem, Panem ostentat altera.

Paroemia est elegans in eos; qui coràm blandiunt, clàm obtrectantes: aut qui hic prosunt, illic lædunt, falsam beneficij spem ostentantes, ut nacti occasionem funditus perdant. Translatum ab ijs, qui canes ostentato pane pelliciunt, deinde accedentibus saxum illidunt.

Panis, interdum pro Annona reperitur: quod inde coniicitur, quòd à fisco percipiendos reditus, quos Iustinianus in Auten. de non alien. §. hæc ergo; annonam ciuilem appellat. Idem Cæsarin l. ultima. C. de iure dotium, & in l. hac edictali. §. his illud. C. de secundis nuptijs. panem ciuilem uocat Alciatus.

¶ Panifex, penul. corr. huius panificis (ἀρτοποιός) Qui panes facit, qui & Panificus dicitur.

¶ Panificium huius panificij (ἀρτοποιία) à Pane faciendo dici cœptum est, postquam ei figuras facere instituerunt, ut ait Varro de Lingua Latina, lib. 4. Cels. lib. 2. capit. 18, Scire igitur oportet omnia legumina, quæq; ex frumentis panificia sunt, generis ualentissimi esse. Valentissimum uoco, in quo plurimum alimenti est. Idem paulò pòst; Quò minus mirum est, opus pistorium ualentissimum esse quòd ex frumento, adipe, melle, caseo constat. Ex his uerbis apparet quid sit panificium. Hæc Budæus.

¶ Panarium, huius, panarij (πανάριον, θύλακος) Panis receptaculum. Plinius epist. 6, Proinde quum uenabere, licebit authore me, ut panarium & lagunculam, sic etiam pugillares feras. Suetonius in Caligula, cap. 18, Sparsit & missilia uariarum rerum, & panaria cum obsonio uiritim diuisit. Varro libro. 4. de Lingua Lat. Panarium ubi panem seruabant.

¶ Panariolum, huius panarioli. penul. corr. (θυλάκιον) Diminut. Vasculum uimineum in quo seruatur panis. Mart. libro 550, Cum panariolis tribus redisti.

Panisci] πανίσκοι, Dij syluestres, quasi per diminutionem dicti minutili panes, sicut à Satyro Satyriscus inclinatur. Scribit Plin. lib. 35, Paniscum fuisse pictum à Tauriſco pictore. Cic. 3. de Nat. deor. 57.

Caput Panisci. Cic. 1. de Diuinat. 47.

Panneus, Panniculária] Vide Pannus.

Pannonia] πανωνία, ab Oriente habet Mœsiam, quæ Seruia & Bulgaria dicitur hodie: ab Occidente Noricum: Septentrionem eius Germania & Danubius, Austrum Liburnia Illyricíq; montes excipiunt. Solinus cap. 34. Florus libro 4. cap. 12, Appianus Pannoniam Sauo, Drauo & Danubio fluminibus inclytis, & duobus saltibus incluserunt. Pannoniam à Lentulo Proconsule debellatam; ab Augusto in priuinciam per Vibium redactam, Florus, Sueton. in Augusto capit. 21, atq; Eutropius libro 7. memoriæ prodiderunt. A Pannone rege, cuius apud Methodium est mentio, nomen sumpsisse fertur. Huius cultores Pannones, Pannonij & Pæones ab historicis appellantur, teste Appiano in eo libro qui Illyricus inscribitur. Porrò Pannonia duplex est, superior & inferior. Pannoniæ superior, quæ & prima, ab Occasu Noricum, à Septentrione Germaniam & Istrũ, ab Oriente Pannoniam inferiorem, à Meridie Illyrim habet. Ipsa ad montem Cœcium Norico conũgitur. Hodie Austria & Styria, Oesterreich und Steyrmark appellatur. Tota hæc Pannonia Germaniæ addita, etiam Teuthonico sermone utitur. In hac præter alias Vienna præclarissima ciuitas sita est, gymnasio celeberrima. Inferior Pannonia, etiam secunda uocitata à Septentrione ueterem Germaniam Danubiumq; ab Occasu Pannoniam superiorem, à Meridie Lyburniam siue Illyrim, nunc Sclauoniam, Vuendenlant dictam, ab Ortu uerò Iazygas Metanastas, id est, Septemcastrenses prospicit. Hæc hodie sub Hungaria propemodum est, quamuis satius in Siciliam usq; protendatur Hungaria. Ex Andrea Althamero in Corn. Tacitum.

Fallax Pannonius. Tibull. ad Messalam, 1. 22.

Ferox Pannonius. Stat. 1. Sylu. 1. 4.

¶ Pannonicus, pen. cor. Adiect. (πανώνιος) Stueton. in Aug. Reliqua per legatos administrauit, ut tamen quibusdam Pannonicis atq; Germanicis, aut interueniret, aut hoin longè abesset.

Pannicula] Vide Panniculus, in Pannus.

Pannus] panni (ὕφασμα, λίτον) Quo uestimur.

Coopertà membra pannis. Lucret lib. 6. 225.

Tincti ferrugine panni. Ouid. in Ibin, 47.

Albo panno uelatus. Horat. 1. Carm. ode 35. 5.

Vincire membra pannis. Ouid. in Ibin, 47.

Pannũ neutro genere protulit Næuius Tabellaria, Qui habet uxorem sine dote; pannum positũ in purpura est. Nonius.

Pannus, pro Linamento. Colum. lib. 6. cap. 12, Pannis aceto & sale & oleo madentibus inculcatis.

¶ Pannarius, est Pannorum uenditor. Cælius Rhodig. lib. Antiq. lect. 6. capite 12.

¶ Panniculus, pẽ. cor. Dimin. (ὑφασμάτιον) Iuuẽ. Satyr. 6. 26,

Hæc sunt quæ tenui sudant in cyclade, quarum
Delicias & paniculus bombycinus urit.

Quasi dicat parrus, tenuis & delicatus, qualis solet esse ille qui ex filis bombycum texitur.

Panniculus, etiam accipitur pro panno crasso & uili, siue attrito & lacerato. Celsius lib. 5, Vinculum autem et loco linteolum, aut panniculus quadratus est.

Panniculus, pro pannoso accepisse uidetur Martial. lib. 5. 62,

Te successurum credo ego panniculo.

¶ Pannicularia, (πανικυλάρεια) Vlpiano teste, dicuntur eæ quæ in custodia receptus, secum attulit, aut uestis qua indutus fuerat qui ad supplicium ducitur, aut nummi quos uictus sui causa habuerit in promptu: aut leues annuli, hoc est, quorum non excedunt aureorum quinq;. Vlpianni uerba hæc sunt in l. diuus. de bonis damnatorum.

¶ Panneus, Adiectiuum (ὑφασμάτινος) Quod est ex panno. Vnde panneæ uestes dicuntur, sicut laneæ & bombycinæ.

¶ Pannosus, pen. prod. aliud Adiect. (ῥακώδης) Qui sordida ueste, crasso panno, uilíq; opertus est, nec hoc nisi de paupere dicitur. Iustinus lib. 2, Permutato regis habitu, panno sus sarmenta collo gerens, castra hostium ingreditur. Cicero ad Attic. libro 4. 72. 9, Clodij uestibulum uacuum sanè mihi nuntiabatur, paucis pannosis sine laterna.

Fex pannosa. Pers. Satyr. 4. 4.

¶ Pannuncius, Simillter adiectiuum (ῥακώδης) Idem quod Pannosus. Persius Satyr. 4. 3,

Dum ne deterius sapiat pannuncia Baucis.

¶ Pannuleium, pannuleij (ῥάκος) A panno & uoluendo filo,

ſudariolum ſignificat, ut eſt apud Varronem, libro 1. de Lingua Latina.

Pannucea *poma quæ celerrimè in rugas marceſcunt. Plin. lib. 15. cap. 14. in fine.*

Panomphæus *Iouis epitheton, quia ab omni lingua colitur, à πᾶν & ὁμφὴ uox: uel quòd omnium uoces audiat. Ouid. lib. 11. Metam. 40,*

Ara, Panomphæo uetus eſt ſacrata tonanti.

Panope *πανοπὴ, Vrbs Phocidis, uocata ſic à Panopeo Phocifilio. Stephan. Strabonis lib. 9. Panopeus dicitur.*

Panopes arua. *Ouid. 3. Metamor. 4,*

Iam nuda Cepheſi, Panopesq; euaſerat arua.

Panope *Nympha marina, à perſpicuitate uiſus nomen ſumens. πᾶν omne, ὄπτω uideo.*

Panopæa *πανόπαια, eadem quæ & Panope. Virgil. 1. Georg. 88,*

Glaucon & Panopæa, & Inoos Melicertæ. Idem 5. Aeneid. 48.

Nereidum Phorcíq; chorus, Panopæáq; uirgo.

Panoplia *πανοπλία, perfecta armatura, hoc eſt, quicquid ad armandum militem eſt neceſſarium, quaſi dicas omnia ſimul arma, quæ ad uiri ſi pertinent. Ambroſius uertit uniuerſitatem armorum.*

Panopolis *Oppidum Aſiæ, non procul à Ptolemaide. Plin. lib. 5. cap. 10.*

Panopolites *Ægypti præfectura, quâ illi Nomum uocãt, eſt. Plin. lib. 5. cap. 9.*

Panormus *& Panormum, & Panormium (πανορμος) Ciuitas Siciliæ: dicta à nauium applicatione, quæ undiq; illuc conueniunt. eſt enim ὅρμος portus pars. Inde nautæ dicitur hormizare, id eſt, nauem anchoris & retinaculis inſtruere, quò ſecura ſit in portu à repentinis procellis. Hinc*

¶ **Panormita** *(πανορμίτης) Panormitanus, & Panormius, qui eſt ex Panormo.*

Panormitanus *Verboſiſſimus Iuris Romani profeſſor, natione Siculus, nomine Nicolaus. Senis docuit, ac tandem Panormitanus Archiepiſcopus factus, annum 1450. attigit.*

Penotij *populi ſunt Scythiæ, immani auricularum patularum prolixitate totum corpus tegentes: ſic dicti, quaſi toti auriti. Iſidorus, Panotij, inquit, apud Scythiam eſſe ferunt, tam diffuſa aurium magnitudine, ut eis omne corpus contegant. Pan enim Græco ſermone omne, ótia aures dicuntur. Ex quo loco apud Plinium libro 4. capit. 13. legitur Faneſiorum aliæ, in quibus nuda alioquin corpora prægrandes ipſorum aures tota contegant, &c. Turnebus Panotiorum reſtituit. Natus autem uidetur hic error, quòd ueteres Latini p tenuem in aſpiratam ſæpe mutabant. Ita è Panotijs, Phanotij, & deniq; Paneſij tãdem corrupti ſunt. Similis error eſt in Pomponio Mela, ubi legitur. Et Satmalos, quibus magnæ aures, &c. ſcribíq; debere Panotios idem Turnebus arbitratur, optima certè ratione, ut uidere poteris.*

Panſæ *πανσαι, dicti ſunt quibus lati ac panſi ſunt pedes, ſicut Plancij, quibus plani ſunt pedes. Plinius libro 11. capit. 45. 6, Vola homini tantum, exceptis quibuſdam. nam & hinc cognomina inuenta, Planci, Plauti, Scauri, Panſæ. De pedib. hominum loquitur, & uola ipſorum pedum. Panſam tamen dictum putat Caſſiodorus ab expanſis capillis. Vide Cælium libro 24. cap. 5.*

Panſebaſtos *πανσέβαστος, gemma, quæ afferre fœcunditatem exiſtimatur: ita dicta quaſi prorſus auguſta & ueneranda: aliàs Paneros dicitur. Plinius libro 37. capit. 10.*

Panſelenus *πανσέληνος, penult. prod. plenilunium, quum ſcilicet Luna pleno orbe fulgens totam lucet noctem:*

nam σελήνη Luna dicitur. unde & Proſelinus, ante Lunam natus, quo cognomine dicti ſunt Arcades, qui ſe ante Lunam natos fuiſſe gloriantur.

Pantagias *πανταγίας, Fluuius Siciliæ. Hic fluuius (inquit Seruius) quum plenus incederet, implebat ſonitu penè totam Siciliam. Hic poſtea quum Cereri quærenti filiam obſtreperet, tacere iuſſus est numinis uoluntate. Hæc ille enarrans illud Virgilij 3. Aeneid. 138,*

—uiuo præteruehor oſtia ſaxo
Pantagiæ, Megarosq; ſinus, Tapſumq; iacentem.

Rotans ſaxa Pantagias. *Claud. 2. de rap. Proſerp. 12.*

Pantaces *πανταϰης, fluuius est in finibus Italiæ, non procul à Gargano monte iuxta Chalcãtis & Podatirij ſacella, cuius aquæ ad pecorum morbos præſens habent remedium. Dictus Pantaces, hoc eſt, à morbis omnibus curandis.*

Pantanus *Lacus in Dauniorum Italiæ populorum finibus ſitus. Plin. lib. 3. cap. 12.*

Panthea *πανθέα, Vxor fuit Abradatæ regis Suzorum, ut forma, ita & caſtitate inſignis, quæ quum à Cyro maiore expugnatis Aſſyriorum aſtris capta eſſet, liberaliterq; ab eo habita, Abradatam uirum ad ſe accerſiuit, cum per communia lecti foederà obteſtans, ut pro tanta regis in ſe beneuolentia aliquid illi mercedis rependeret. Qua Vxoris oratione inflammatus Abradatas cũ uniuerſis copijs in Cyri caſtra uenit, ubi quum fortiter dimicans mortem oppetiiſſet, Panthea cadauer illius inter tot milia cæſorum agnitum, lectica ſua ad ripam Pactoli amnis retulit, ablutiſq; eius uulneribus, quum nutrici quid poſt mortem fieri uellet in mandatis dediſſet, capite in mariti pectus inclinato, necem ſibi conſciuit. Xenophon. libro 7. Cyripediæ. Vide Abradates.*

Pantheon *penul. corr. (πανθεῖον) Templum Romæ, quod (ut Dion hiſtoricus refert) ſic dictum fuit, quòd in Martis Veneriſq; imaginibus, ſub ipſo templo conſtitutis, omnium deorum imagines effictæ erant. Siue quòd templum ipſum rotundum ſit, cæloq; perſimile, & ſic quaſi omnium deorum habitatio cenſeatur. Potest etiam dici Pantheon ſummum deorum. Nam πᾶν ſignificat omne, quòd ſanè in ſimilibus ſæpe ad ſummum ſpectare ſolet, & θεῶν deorum. Vnde Plinius libro 36. cap. 15, Pantheon Ioui ultori ab Agrippa factũ. Item, libro 34. cap. 3. & lib. 9. cap. 35. 19, Hodie uulgò id templum appellatur D. Mariæ rotundæ, quod Bonifacius Pontifex max. à beato Gregorio quartus, dona accipiens à Phoca Cæſare, in templum omnium Sanctorum conuertit.*

Panther *pantheris, penul. prod. m. g. (πάνθηρ) A quo Panthera, pantheræ, penul. prod. Animal prorſus ferum & maculoſum: cuius mas pardus dicitur. Plin. lib. 8. cap. 17, Panthera & tigris macularum uarietate prope ſolæ beſtiarum ſpectantur, cæteris unus ac ſuus cuiuſq; generis color eſt, &c. Ibidem, 5. Quidam ab his pantheras ſolo candore diſcernunt: nec adhuc aliam differentiam inueni. De pardis Cic. 1. de Nat. deor. 121, Non crederes leones & pantheras eſſe, quum tibi quales eſſent, dicerentur.*

Panther caurit amans. *Author Philomelæ, 10.*

Pantheræ, *quæ in Barbaria uenenata carne caperentur, remedium quoddam habent, quo quum eſſent uſæ non morerentur. Cic. 2. de Natur. deor. 189.*

Morſus Pantheræ. *Lucret. lib. 4. 205.*

Pictarum fera corpora pantherarum. *Ouidius 3. Metam. 134.*

¶ **Pantherinus,** *penul. prod. Adiectium (πανθηρεῖος) Quod ad pantheram pertinet: ut, Pantherina pellis. Plinius libro 35. cap. 11, 16.*

Panthe-

Pantherinum. *Pantheræ ſimile & uarium. Plaut. Epid. 2. 16.*

—qui uariè ualent,
Caprigenum hominum non placet, neq; pantherinum genus.

Pantherinæ menſæ. *Plin. libro 13. capit. 15. 5, Menſis præcipuа dos in uena criſpis, uel in uertice uarijs. Illud oblongo euenit diſcurſu: ideoq; tigrinæ appellantur, hoc intorto: & ideò tales pantherinæ uocantur.*

Pantheron *ſiue Pantherũ, pantheri, pen. prod. (πάνθηρον) Retis genus eſt, ex eo nomen habens, quòd omnes aues concludat, eadem ferè ratione qua panagron, quod rete piſcatorium eſt, θήρα uenatum ſignificat & aucupium. Vnde Pantheron dictum, & ὀρνιθοθήρας auceps. Eſt autem huiuſmodi rete, quod noſtri ſaltabundum appellant, quod quãdiu humi exporrectum eſt, & in oblongam tenuitatem contractum, tegitur quiſquiliis, ne ab auibus prouideri poſſit. Deinde quum opus eſt, adducto magna ui fune, repentè expanditur, in eſcatasq; aliquot diebus auiculas uno ictu uniuerſas contegit. Hoc rei noſtri ad paſſeres & ſturnos utuntur, & ad grues & otidas, quas Ouſtardas uocant, quaſi tardos anſeres. Vlpianus de Actio. empti. & uend. l. Emptorem. §. ultimo. Veluti quum futurum iactum retis à piſcatore emimus, aut indaginem plagis poſitis à uenatore, uel pantheram ab aucupe nam etiam ſi nihil capit, nihilominus emptor pretium præſtare neceſſe habebit. Budæus.*

Panthesilea *pen. prod. (πανθεσίλεια) nomen reginæ Amazonum, quæ Orithyæ ſucceſſit: dicta quaſi omnia ſubiens. Hæc prima, ut ait Plinius, ſecurim inuenit. Habet & diphth. in penultima. Virg. 1. Aeneid. 99,*

Panthesilea furens mediis ardebat in armis. Alij ſcribunt Penthesilea.

Panthoides *penul. corr. (πανθοΐδης) Pythagoras philoſophus dicitur, qui dicebat ſe fuiſſe Euphorbum Troianum Panthoi filium. Ouid. 15. Metam. 33,*

Panthoides Euphorbus eram, &c. Horat. 1. Carm. Ode 28. 2.

Panthus *πάνθους, Nomen filij Otrei, fratris Hecubæ: uir Troianus ex primoribus urbis, ut oſtendit Homerus Iliados 3. Panthous, dicitur & Panthus; per ſynæreſim, authore Torrentio. Virg. lib. 2. Aeneid.*

Panthus Otriades, arcis, Phœbíq; ſacerdos.

Panthu, Vocatiuus. *Virgilius 2. Aeneid. 64,*

Quo res ſumma loco Panthu?

Pantia *inſula parua, attamen habitabilis, non multũ diſtincta à Pandataria, non procul à ſinu Caietano. Strabo lib. 5.*

Panticapæum *πανταπάϰαιον, urbs maxima ad Boſphorum Cimmerium, cæterarum metropolis, condita ab Aetæ filio, cui Agæ Scytharum rex hunc locum donauerat. Nomen autem accepit à Pandicape uicino amne. Meminit huius oppidi. Plinius lib. 4. cap. 12.*

¶ **En panticapæum pelli,** *prouerbiali figura olim dicebant eum, qui per ſummam contumeliam expelleretur: uel potius qui ſunditus perderetur. Vſus eſt Plutarchus in Stoicorum contrarietatibus.*

Pantices *pen. corr. (πανσὼν) Fluxus uentris, ut ait Feſtus, quòd uenter pandatur. Plaut. Pſeud. 4. 52,*

Eo uos panices; adeò madefacitis, quum ſim ego hîc ſiccus. Mart. lib. 6. 64.

Qui cum panticibus laxis, & cum pede grandi,
Et rubro pulmone, &c.

Pantolabus *πανταλαβής, notißimi ſcurræ nomen apud Horatium in Satyris.*

Pantole *teſte Euſtathio Homeri interprete, impoſtor fuit nominatiſſimus: de quo in dictione* Planus.

Pantomatrium *pantomatrij (πανταμάτριον) Stephano, Oppidum eſt Cretæ inſulæ maritimum. Plinius libro 4. cap. 12.*

Pantomimus *pantomimi, penul. prod. (πανταμίμος) Perſonarum omnium imitator efficaxq;, qui in ſcenis perſonas per ſingulorum actuum ſimulationes ſaltando oſtendebat. Ex παντων omnium, & μίμος ſimulator. Plinius libro 7. capit. 53. 6, mythicum pantominum, hoc eſt, fabularem quendam uocauit. Plinius iunior epiſt. 14. 4. b, Habebat illa pantomimos, fouebatq; effuſius, quàm principi fœminæ conueniret.*

¶ *Pantomimi erant ſaltatores, qui geſtu hiſtorias & fabulas ita exprimebant, ut ſub oculos ſubijcerent. ad quam ſaltationem reſpexit Horatius, quum ſcripſit libro 1. Serm. Satyr. 4,*

Paſtorem ſaltaret ut Cyclopa rogabat.

Et Iuuenalis Satyr. 6,

Chironomen Ledam molli ſaltante Patyllo.

Hoc genus ſaltationis quale fuerit à Luciano deſcribitur elegantiſſimo libello, cui titulus eſt de Saltatione, in quo pantomimos manibus loqui ſcribitur.

Pãtomimus, *etiam pro poemate ipſo accipitur. Plin. in Paneg. Idem ergo populus ille ſcenici imperatoris ſpectator & applauſor, nunc in pantomimis quoq; aduerſatur, & damnat effœminatas artes, & indecora ſtudio ſecula.*

Panurgus *huius panurgi (πανοῦργος) Propriè ſignificat eum qui omnibus in rebus uerſatus eſt, à πᾶν & ἔργον. Verùm quia huiuſmodi callidi eſſe ſolent, factum eſt ut accipiatur Atticis ſcriptorib. pro callido, aſſuto, uafro, uerſuto, uerſipelli, & ueteratore, qui uerſutia ſua quiduis potest agere.*

¶ **Panurgia,** *panurgiæ, penult. corrept. (πανουργία) Aſſutia, fraus, uafritia ſubdola & improba. Plaut.*

Iſthæc panurgia tete in piſtrinum dabit.

Panus *pani (πάνος) Nonius, Panus eſt tramæ inuolucrum, quem diminutiuè panulam uocamus. Lucilius libro 9, Foaris ſubtegminis panus eſt. Feſtus panulam diminutiuum, non panulam eſſe uult. Vide Varronem lib. 4. de Ling. Lat.*

Panus *(πάνθος, βοβὼν) uocatur tumor ſub faucibus, auribus ue, & inguinibus, ex formæ ſimilitudine. Afranius Materterа, in quem plenam papulam, panum, tympanum. Nonius Optione, Qui me miſerum miſeriorem redidit, quàm panus puerum quòd pueri ægrius patiantur hoc genus morbi. Hæc ex Nonio. Hermolaus, Panus, ſiue, ut quandoq; ſcriptum eſt in Celſo, panis, à ſimilitudine figuræ dictus eſt, tumore non alto, ſed lato, in quo quiddam puſtulæ ſimile eſt, fitq; in uertice, alis, inguine, cum dolore ac diſtentione uehementi. Vide Celſum lib. 5. & Plin. lib. 20. cap. 1. 2.*

Mammoſius panus. *Vide* Mamma.

Panus in arboribus. *Plinius lib. 16. capit. 8. 3, Eglandiferis ſola quæ uocatur ægilops fert panos arentes, muſcoſo illo canos, non in cortice modò, uerùm & è ramis dependentes cubitali magnitudine.*

¶ **Panicula,** *paniculæ (πάνϰαρον) uel paniculus, culi, penul. corr. Diminutiuum: ſignificat in arundinibus, iuglandibus, auellanis, & ſimilibus, comam illam in qua ſemina dependent. Plinius libro 16. capit. 10. 10, Abies è cunctis ampliſſima eſt, & fœmina etiã prolixior materie, mollior uilliorq;, arbore rotundior, folio pinnato denſa, ut imbres non tranſmittat, atq; hilarior. In totum è ramis generum horum panicularum modo nucamenta ſquamatim compacta dependẽt, præterquam larici. Hæc abietis maſculæ, primori parte nucleos habent, non item fœminæ. Piceæ uerò totis paniculis, minoribus, gracilioribusq;, minimos ac nigros. Idem de arũdinibus, lib. 16. cap. 36. 2, Cæterò gracilitas nodis diſtincta,*

leui fastigio tenuatur in cacumina, crassiore paniculo coma, neq; hac superuacua. Idem lib. 18. cap. 7. 5. & libro 8. 1. 32. 6. item 19. cap. 1. 8.

Quicquid igitur sublongæ & subrotundæ formæ tumet, paniculæ dici ferè potest. Plinius libro 21. capit. 4. 5, Græculæ, inquit, rosæ connolutas habet foliorum paniculas.

¶ Paniculum, tectorium apud Plautum quod legitur in Milite glorioso, Turnebus paniculam tectoriam restituit ex Plinio: ut paniculæ leuissimæ arundinis, quas integi uillaticæ domus solent, intelligantur.

Papæ] παπαῖ, Admirantis interiectio: habet enim in se affectum uerbi miror. Donatus, Papæ, interiectio mira subitò accipientis. Terent. Eunuch. 2. 2. 48,

Equid bro te? P. méne? papæ. G. sic soleo amicos.
P. laudo. Ibidem,
——papæ hæc superat ipsam Thaidem.

Papauer] penul. prod. papaueris, penul. corrept. n. g. (παπαῦρ) Genus herbæ multiplicis. Plinius libro 19. capit. 8. 35, Papaueris satiui tria genera: Candidum, cuius semen tostum in secunda mensa cum melle apud antiquos dabatur. Hoc & panis rustici crustæ inspergitur, affuso ouo inhærens, ubi inferiorem crustam apium githáq; cereali sapore condiunt. Alterum genus est papaueris nigrum, cuius scapo inciso, lacteus succus excipitur. Tertium genus rhœam uocant Græci, id nostri erraticum. Idem libro 20. capit. 18. 18, Papaueris uerò largus densatur, & in pastillos tritus in umbra siccatur, non ui soporifera modò, uerùm sic copiosior hauriatur, etiam morsifera per somnum.

Haustus papaueris. Lucret. lib. 2. 92.
Cereale papauer. Virg. 1. Georg. 43.
Fœcundum. Ouid. 11. Metam. 122.
Letheum. Virg. 4. Georg. 10 9.
Luteum. Catul. in Epithal. Mallij, 56. 39.
Purpureum. Propert. lib. 1. eleg. 19. 8.
Soporiferum. Virg. 4. Aeneid. 97.
Yesecum. Virg. 4. Georg. 27.

Papauer, masculino genere. Varro, Infrias senem papauerem.
Plaut. Asin. Formicis obijcis papauerem. Ex Nonio.

¶ Papauereus, Adiectiuum (μηκώνεος) ut, Comæ papauereæ. Ouid. 4. Fast. 88.

¶ Papaueratus, penul. prod. Adiectiuum (μηκωνωτὸς) ut, Papaueratæ uestes, à colore candide dicuntur. Plinius libro 8. capit. 48. 5.

Papauerculum] est callus pinnæ interior, seu conchylij papauer: est & bucini pars ima esculenta q̃. Cælius libro 7. capit. 10.

Papellius Ister] Consul, quo tempore bubo infausta auis Capitolij cellam intrauit, propter quod Nonis Martis Vrbs lustrata est eo anno. Plinius lib. 10. cap. 12.

Paphages] penul. prod. (παφάγης) rex Ambraciæ. Is quum obuiam factus esset leænæ, catulis suis stipatæ, ab eadem interfectus est. Ouid. in Ibin, 101,

Fœta tibi occurrat patrio popularis in aruo,
Sitq; Paphagæ causa leæna necis.

Paphlagonia] παφλαγονία, Asiæ minoris regio, in Septentrionem litore uersa, clarissimis oppidis illustris est, & à Paphlagone Phinei filio denominata, ut author est Stephanus. Hinc Paphlagones, qui (teste Cornelio Nepote) in Italiam transuecti, mox Veneti dicti sunt. Hæc (ut Solinus scribit) Cytoro monte consurgit, porrecto in spacium trium & sexaginta millium. In ea Mithridates Eupatoriam condidit: quæ subacta à Pompeio, Pompeiopolis nominata fuit.

¶ Paphlagon, penul. corr. huius Paphlagonis, penul. cor. (παφλαγὼν) Qui est è Paphlagonia. Priscianus in Perihegesi Dionysij, Paphlagones post hos Mariandynióq; sequuntur.

Paphos] πάφος, Vrbs Cypri, in qua Venus summa cum diligentia colebatur. Huius meminit Plinius libro 2. cap. 96. Virg. 10. Aeneid. 18, Celsa Paphos.

¶ Paphius, Adiectiuum (παφίος) Vnde ipsa Venus Paphiæ dicebatur.

Paphij thyrsi. Colum. lib. 10. 35.
Aedes Paphiæ. Claud. de nuptijs Honorij, 51.
Puellæ Paphiæ. Claud. in præfat. in Eutropium, 13.
Myrti Paphiæ. Ouid. 3. de Arte, 37. Myrtus enim dicata est Veneri.

Papia] πίτυος, Ciuitas insubrium, Ticinum alio nomine appellata, olim Ostrogotorum & Longobardorum regum sedes. Est & fluuius eodem nomine.

¶ Papia lex, quæ fuerit, ut scias, ob uitandam prolixitatem te ad Alexandrum Alexandrinum libro 4. capit. 22. remitimus.

¶ Papia papæ, Varronis Satyræ cuiusdam titulus est, quod significat, Papæ patercule. In ea immodicos laudatores & assentatores uituperabat, qui in admirationem sæpe solent prorumpere, & assentatoria laude hominibus adulari. Turnebus.

Papilio] papilionis, inter uermiculos altos numeratur, quo nullum animal imbecillius est. Plin. lib. 11. capit. 19. 1, Papilio etiam hic ignauus & inhonoratus, luminibus accensis aduolitans, pestifer, nec uno modo. nam & ipse cera depascitur, & relinquit excrementa quibus teredines gignuntur. Colum. lib. 9. cap. 14.

Feralis papilio. Ouid. 15. Metam. 76.

Papilio, Tentorium etiam significat. Plinius libro 5. capit. 5. 1, Numidæ uerò Nomades, à permutandis papilionibus: mapalia sua, hoc est domus claustris circunfrentes. Verius exemplar habet, à permutandis pabulis.

Papilla] Vide Papula.

Papinianus] penul. prod. (παπινιανὸς) Iurisconsultus, Seuero principi gratissimus, Scæuolæ discipulus, cui in aduocatione fisci succesit. Is est, cui filios suos Seuerus moriens commendauit: deinde ab Antonio Caracalla, securi percussus, causa necis traditur, quòd Caracalla, interfecto fratre Geta, ei mandauerit, ut & in Senatu, & apud populum excusaret illum. Dilueret illum autem respondisse, non tam facile parricidium excusari posse, quam fieri. Spartianus.

¶ Papinianistæ, iuris auditores quandoque dicti à Serbio Scæuolæ discipulo Papiniano, Iureconsultorum, quorum in Pandectas relata sunt monumenta, longè principe. Iustinianus in Epistola ad omnes populos, quæ Pandectis est præfixa.

Papinius, Statius (παπίνιος στάτιος) Neapolitanus inter Heroicos poetas relatus, haud ignobili genere ortus est. Quidam scribunt maiores eius oriundos esse Epiro, diuq; uersatos Sellis, non sine admiratione ingenij & probitatis. Patrem habuit: qui ob insignem eruditionem, egregiasq; uirtutes, Neapoli ciuitate donatus est, in qua Statius P. pinius poeta natalem suum habuit. Composuit multa & uaria poemata. Ex Crinito.

Papinius, quem consulem se Romæ uidisse ait Plinius, D. Augusti nouissimis temporibus, primus intulit in Italiam zizipha & Tuberes. Plinius libro 15. capit. 14. Hoc Consule Phœnicen deuolasse in Aegyptum tradit Valerianus.

Papiria] siue Papisia gens patricia Romæ fuit, ex qua tres nobilissimæ celebrantur familiæ, diuersis cognomentis insignitæ. Alij enim Papirij dicebatur Mugillani, alij Crassi, alij Cursores. De omnibus frequens fit mentio apud Historicos.

Pappa]

Pappa] πάππα, Puerorum cibus est: deductũ nomẽ à pane.

Pappas, pro Patre accipitur, siue pro eo qui puerum alit. Iuuen. Satyr. 6. 63,

——timidus prægustet pocula pappas.

¶ Pappa, non solùm pultem puerorum cibum, quem & nos Papet dicimus, aut patrem recto casu: sed & Iouem eo nomine appellatum legimus. Alexander, A Bythinis usurpatum legimus, ut adoraturi, montium cacumina conscendant, & sine templis Iouem Pappam salutent, sicut Scythæ Papeum. lib. 2. cap. 22.

¶ Pappo, pappas (παππάω) pappare, Blandiusculis & puerilibus uerbis patrem appellare. Pers. Satyr. 3. 2,

Et similis regum pueris pappare minutum
Poscis? & iratus mammæ lallare recusas? Græci παππάω dicunt: quæ uox etiam est anserum, ut testatur Iulius Pollux.

Pappare, Cibum sumere. Plaut. Epid. 14. 62,

Nouo liberto opus est quod pappet. P. dabitur, præbebo cibum.

Pappus] huius pappi (πάππου) anus dicitur. nam Græci πάππον, auum dicunt. Ausonius ad nepotem suum,

——pappos, auiásq; trementes
Anteferunt patribus seri noua cura nepotes.

¶ Pappus, pappi (πάππου) Carduorum flos, & lanuginosa quædam substantia, in aerem sese effundens, ut ueluti flocci quidam uolare uideantur, uel de ipsis carduis dependere. Lucr. lib. 3. 78,

Vestem nec plumas auium, papposq; uolantes.

Pappus, Lanugo helxines herbæ. Plinius lib. 21. cap. 16, Semen ei lanuginis, quem pappum uocant: quo detracto & cortice, teneritas similis cerebro palmæ est.

Pappus, Herba, quæ aliàs senecio dicitur, quòd in pappos abeat, & lanuginem carduorum floribus similem. Plinius lib. 25. capit. 13. 22, Erigeron à Græcis, quæ à nostris uocatur senecio. Et paulo pòst, Nomen hoc Græci dederunt, quia uere canescit. caput eius numerosa diuiditur lanugine (qualis est spinæ) inter diuisuras exeunte. Quare eam Callimachus acanthida appellat, alij pappum.

Paprimis] παπρῶτος, Aegypti oppidum, à quo & Paprimites ciues dicti sunt. Stephan.

Papula] papulæ, penul. corr. (παῦπαύδημα, παῦμα) Pustula, tuberculũ, quod ieiunæ saliuæ defricatione curatur. Papulis cutis exasperatur, & rubet, leuiterq; roditur. Virg. 3. Geor. 113,

Ardentes papulæ, atq; immundus olentia sudor. Plinius lib. 23. capit. 17. 5, Papulis nigris, caseus caprimus ficus ex melle & aceto in balneis, oleo remoto.

¶ Papilla, papillæ, Diminutiuum (θηλὴ) est autem mammæ capitulum unde extrahitur lac: sic dicta, quòd papulæ sit similis. Et de uiris mulieribusq; dicitur: etiam de animalibus. Plinius lib. 11. capit. 37. 53, ubi de corde loquitur, Hominitantum intra læuam papillam. Varro 2. de Re rust. capit. 9. 4, de canibus loquens, Præterea fœminas uolunt esse mammosas, æqualibus papillis.

Forma papillarum apta premi. Ouid. 1. Amor. eleg. 5. 4.
Habiles papillæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 8.
Roseæ papillæ. Catul. in Camerium, epig. 51. 3.
Teneræ papillæ. Catul. in Epithal. Iuliæ, 56. 21.

Papilla (μαζὸς) pro Ipsa mamma aliquando accipitur. Virgil. 11. Aeneid. 161,

Hasta sub exertam donec perlata papillam Hæsit.

Tumidæ papillæ omne habent pectus. Ouid. 1. de Remed. 68.

Papilla, Clauicula in fontibus, qua exerta, aqua effluit: qua etiã fistulæ immissa, aquæ cursus prohibetur. Varro 3. de Re rust. cap. 14, Qui si naturalis non est, ut ferè non sunt in ad-

prico loco, neq; habeas in opaco, ubi facias, ut sint sub rupibus ac montibus, quorum alluant radices lacus, ac fluuij, manufacere oportet roscidum: qui fit, si adduxeris fistulam, & in eam papillas imposueris tenues, quæ eructent aquam, ita ut in aliquem lapidẽ incidat, ac latè dissipetur. Alia exemplaria habent, mammillas.

¶ Papillatus, Adiectiuum, Papilla ornatus, seu in papillæ speciem factus. Expapillatus, adusque papillam nudatus. Plautus in Milite,

Idem & cum connexu in humero læuo expapillato brachio.

Papyrius] παπύριος, à uelocitate cursor dictus, quum Consulem se aduersus ominibus contra Samnites progressum esse sensisset, ad auspicia repetenda Romam regressus edixit Fabio Rulliano Magistro equitum, quem exercitui præponebat, ne manus cum hoste consereret. Sed quum ille opportunitate ductus pugnasset, ac uicisset, reuersus Papyrius eum ferire securi uoluit: ille in urbem confugit, nec supplicem Tribuni tuebantur. Deinde parentis lachrymis populus ueniam precibus impetrauit. Papyrius item de Samnitibus triumphauit. De quo uide Liuium lib. 9. L. Papyrius cursor, superioris filius, de Samnitibus secundum patrem omnium pulcherrimam uictoriam reportauit. Eadem Fortunæ de manubijs faciendam locauit. Papyrius Crassus quum Priuernates intra mœnia fugasset, ac pro rebus bene gestis triumphus ei negaretur, in monte Albano triumphauit, & pro laureâ usus est myrtea corona. Valerius libro 4. Papyrius Carbo, cum dentibus natus, ut scribit Plinius libro 7. capit. 16. 2. Papyrius prætextatus, nobilis adolescens, ex eo cognomen adsecutus, quòd in prætexta & adolescentia magnopere uisus est sapere. Quum enim à patre duceretur in curiam, in eaq; forte arcana quædam tractarentur, domum reuersus, interrogatusq; à matre, quid nam in Senatu actum, Vt duæ (inquit) uni nubere possint. At illa mane conuocatis matronis, ad curiam properat: rogantiq;, ut eadem lege duos uiros habendi licentia sit etiam fœminis. Re cognita, ingenium & constantia pueri laudata est. Author Macrobius lib. 1. Satur. capit. 6. Papyrius alius, qui Publium nobilem adolescentem habebat: quòd stuprum pati nollet, contumelijs ac plagis afficiebat. Re ad Senatum delata, Papyrius damnatur. Lex deinde lata, nequis in corpora libera ob æs alienum ius haberet. Liu. libro 8. Valer. de Pudicitia, hæc eadem.

¶ Papyrius Masso, qui primus in monte Albano triumphauit de Corsis, myrto coronatus ludos Circenses spectare solebat. Plin. lib. 15. cap. 29. ad finem.

¶ Vapula Papyri, Sisinius Capito scribit prouerbio dici solitum, si quando uolebant significare, se negligere minas aliquorum. Hoc ex Festo. Erasmus suspicatur esse natum à Papyrio prætextato, à quo mater, comminandò plagas, frustrà conata est excalpere quid actum esset in Senatu.

¶ Papyrianus, pen. prod. Adiect. (παπυριανὸς) ut, Papyriana sæuitia. Liu. 10. ab Vrbe, 13.

Papyrus] papyri, pen. prod. fœm. gen. uel Papyrum, neutro (πάπυρος) Fruticis genus. Plinius lib. 13. cap. 11. 4, Papyrum ergo nascitur in palustribus Aegypti, aut quiescentibus Nili aquis, ubi euagatæ stagnant, duo cubita non excedente altitudine gurgitum, brachiali radicis obliquæ crassitudine, triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine in gracilitatem fastigiatum, thyrsi modo cacumen includens. Semine nullo, aut usu eius alio quàm floris ad deos coronandos. Radicibus incolæ pro ligno utuntur: nec ignis tantùm gratia, sed ad alia quoque usus illa durant. Ex ipso quidem papyro nauigia texunt,

& è libro uela, tegetesq́, necnon & uestem atq; stragula ac funes. Mandunt quoq; crudum decoctumq́, succum tantum deuorantes. Nascitur & in Syria, circa quem odoratus ille calamus lacum. Neq; aliys usus est, quàm inde funibus rex Antigonus in naualibus rebus, nõdum sparto communicato. Nuper & in Euphrate nascens circa Babylonem papyrum intellectum est eundem usum habere chartæ. Et tamen adhuc malunt Parthi uestibus literas intexere. Præparatur ex eo chartæ, diuiso acu in prætenues, sed quàm latissimas phyluras. Hæc Plinius libro 23. cap.11.3. Quæ phylurę (inquit Perottus ex eodem Plinio, cap.12) eò meliores erant, quò medio papyro propinquiores. atq; inde secundum scissuræ ordinem hieratica appellabatur subtilior, religiosis tantùm uoluminibus dicata: quæ postea ab adulatione Augusti, dicta est Augusta: deinde à Liuia coniuge eius, Liuiana. Huic postea in epistolis tantùm scribendis authoritas relicta est. Proxima huic erat Amphitheatrica, à loco dicta, in quo conficiebatur. Quam postea Fannius miro artificio emendauit, uocauitq; è nomine suo Fannianam. Vltima emporetica, inutilis scribendo, & inuoluendis duntaxat chartarum ac mercium usum præbens. propterea ἀπὸ τῶν ἐμπόρων, hoc est, à mercatoribus, emporetica dicta. Et bibula, ficcandæ tantùm utilis scripturæ. Primatum deinde mutauit Claudius Cæsar. Et quoniam Augustæ tanta tenuitas erat, ut uix calamum sustineret, præterea usu translucida literas transmittebat, auxit & crassitudinem & latitudinem, mensuramq́, ubi pedalis erat, cubitalem faciens. A papyro igitur frutice, charta est papyrus appellata, quòd scilicet ex papyro fieret. Postea uerò id genus chartæ inuentum est, quo nunc passim mortales utuntur, fitq; ex linteolis contritis, & nihilominus pristinum papyri nomen remansit, & distinctio generum. Claudia uerò illa grandior crassiorq́, à rege nunc regalis dicitur. hæc dente propter scabritiem, aut concha leuigatur: propter quod minus sorbet, & ob id caducæ literæ fiunt. Quæ causa impulit nos, ut genus aliud chartæ inueniremus, quæ tenuitate, densitate, candore, læuore, phyluræ longitudine & commodior est, & aspectu gratior: hanc opifices è nostro nomine Perottam nuncupauêre. Charta uerò ab urbe Tyri, cui Charta nomen fuit, appellata est, ex qua Dido ducta est: ideoq; urbem à se postea ædificatam ab illius nomine Carthaginem nuncupauit. Græci ab eadem urbe χαρτίων nominant. à quo χαρτοχάρου, librarium: & χαρτοπώλιν, chartalarium nominant. Hactenus Sipontinus. Mart. libro 3.2. ad Librum suum,

Cordylas madida tegas papyro.

Augusta papyrus. Vide Augustus.

Pagina crescit multa papyro. Iuuen. Satyr. 7.11.

Papyri fructus haud postulat spicam grauem. Aeschyli senarius est prouerbialis. Conuenit in eos, qui suis ipsorum bonis frui non possunt, propterea quòd papyrus ob culmos inualidos, spicam granis onustam ferre non potest: proinde prodit quidem spicas, sed manes. Vide plura apud Erasmum.

¶ Papyraceus, Adiectiuum (παπυρικὸς) Quod ex papyro factum est. Plinius libro 28. capit. 11.6, Optimè ellychnio papyraceo.

Papyraceæ naues. Plin. lib. 6. cap. 22. 2.

¶ Papyrifer, penul. corr. Adiectiuum (παπυροφόρος) ut, Amnis papyrifer, Nilus. Ouid. 3. Trist. 6.

Nilus papyrifer. Ouid. 15. Metam. 151.

¶ Papyropolæ, quos olim Chartopratas appellabant, sunt ij qui papyrum ex pannulis & bitumine conficiunt: quales multos apud Allobrogas, nũc nostratos inuenias multos, &

apud Sequanos. Budæus in notis ad pandectas.

Par] paris, Substantiuum, n. g. (ἰσόν) ablatiuo pari: Numerus duorum, quasi inter se pariũm: ut, Paria amicorum. Cicero de Amic. 14, Idem 4. Verr. 33, Paria complura scyphorum.

Par columbarum. Ouid. 13. Metam. 178.

Nobilissimum par gladiatorum. Cic. de Opt. gen. Orat. 149.

¶ Par, paris, Adiectiuum (ἄρτιος, ἴσος) Ablatiuo pare uel pari. Aequalis.

Par & impar, contraria. Cic. 4. Acad. 63.

Pares, interdum pro duobus accipiuntur: ut, Paribus equis utebantur Romani in prælio, ut fudante altero, transirent in siccum.

Par (εἰκὸς) Decens, conueniens, æquum. Quint. lib. 5. capit. 12, Si propter matrimonia uiolata urbes euersæ sunt, quid fieri adultero par est? Cicer. 2. de Leg. 19, Ex quo intelligi par est, eos qui perniciosa, &c. Idem ad Atticum, lib. 9. 180. 6, Itaq; mihi dubitanti quid me facere par sit.

Vt constantibus hominibus par est. Cic. 2. de Diuinat. 170.

Par est autem, primùm ipsum esse bonum uirum. Cicero de Amic. 69.

Quibus tu, ut par erat, restitisti. Matius Cic. lib. 11. 28. 3.

Par est animum aduertere ad hæc. Lucret. lib. 2. 25.

Par est (ὅμοιος) Similis & æqualis. Virg. 4. Georg. 20,

——& paribus lita corpora guttis. id est, similibus.

Par & idem. Vide Idem. Cic. Vatinio, lib. 5. 11. 1.

Par idem. Plaut. Bach. 22. 23,

Quid tibi est? N. pol mihi par idem quod est tibi.

Par & eadem. Vide Idem.

Virtutes inter se æquales & pares. Cic. 1. de Orat. 41.

Par & æquales rebus ipsis oratio. Cic. in Orat. 68.

Aequo & pari iure cum cæteris uiuere. Cic. 1. Off. 174.

Par & similis deorum beata uita. Cic. 2. de Nat. deor. 230.

Par & Similis, differre uidentur. Quint. lib. 10. capit. 1, Mihi egregiè dixisse uidetur Seruilius Nouianus, pares eos magis quàm similes. De Sallustio & Liuio.

Par ac similis sceleſtorum. Cic. in Sallust.

Par atq; unum iudicium. Vide Idem.

Par atq; una ratio est spei, lætitiæ, molestiæ. Cicero 2. de Oratore, 115.

Par & mutuum. Cic. Thermo, lib. 13. 36. 6, Peto abs te pro nostra coniunctissima necessitudine, plurimisq; officijs paribus ac mutuis, ut, &c.

Poeta oratori multis ornandi generibus socius ac penè par. Cicero 1. de Orat. 36.

Par & Dispar, contraria. Author ad Herenn. lib. 2. 34.

Neq; par, neq; dispar. Lucret. lib. 2. 148.

Excellere & Parem esse, contraria. Cic. pro lege Manil. 29.

Par & Inferior, contraria. Cic. 2. de Orat. 111, Inuident homines maximè paribus aut inferioribus, quum se relictos sentiunt, illos autem dolent euolasse: sed etiam superioribus inuidetur sæpe uehementer, & eo magis, si intolerantius se iactant, & æquabilitatem communis iuris præstantia dignitatis aut fortunæ suæ transeunt.

Paria & Superiora, contraria. Cic. de claris Orat. 113.

Par ac. Cic. 3. de Nat. deor. 2, Neq; mihi par ratio cum Lucilio est, ac tecum fuit.

Par atq; Cæsar bel. Gal. lib. 5, de Ibernia loquens, Pari spacio transmissus, atq; ex Gallia, est in Britanniam.

Cantare pares. Virg. 7. eclog. 1,

Et cantare pares, & respondere parati. id est, pares arte canendi, & eadem scientia præditi ambo.

Par sapientia ad formam, Tam elegans ingenium, quàm uultus. Plaut. Milit. 18. 36.

Scientia

Scientia par in nobis atq; illo est. Cic. 2. de Inuent. 125.

Par, cum genitiuo. Cic. in Pisonem, 5, Quos Q. Metellus (facio iniuriam fortissimo uiro mortuo, qui illum, cuius paucos pares hæc ciuitas tulit, cum hac importuna bella conferam) sed ille designatus Consul, &c.

Par superis Tytides. Horat. 1. Carm. ode 6. 4.

Res sunt pares furta latrociniis. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 24.

Aequè pares inter se. Cic. Attico, lib. 16. 337. 4.

Pares ætate, pro Eiusdem ætatis. Plaut. Merc. 19. 30.

Ætate pares ministri. Virg. 1. Aeneid. 142.

Par studijs, æuiq; modis, sed robore dispar. Stat. 1. Achil. 36.

Suffragijs pares competitores. Cic. pro Plancio, 43.

Omni uirtute & laude unus alteri par. Cic. pro Plancio, 22.

Pares in amore & æquales. hoc est, ex æquo inter se amantes. Cic. de Amic. 31.

Par in belligerando. Cic. pro Fonteio, 21.

Par, quod in omnes æquabile est. Cic. 2. de Inuent. 171.

Paribus animis, Vnanimi consensu. Liu. 1. ab Vrbe, 106.

Par amor est illis. Ouid. 12. Metam. 84.

Arma paria. Virg. 5. Aeneid. 85.

Auspicia paria. Virg. 4. Aeneid. 21.

Fortuna par duorum. Ouid. 2. de Arte, 113.

Par ingenium nancisci. Terent. Hecyra, 1. 2. 95.

Ingenium minimè uolunt ati par. Cic. pro Corn. Balbo, 1,

Par uirtuti oratio. Cic. pro Lege Manil. 20.

Pœna par dilecto. Ouid. 2. Trist. 46.

Dignum, & par precium laboris. Plin. epist. 53. b.

Pares cum paribus. Cic. de Senect. 6, Pares autem cum paribus ueteri prouerbio facillimè congregantur.

Paria componere. Plin. paria nunc componuntur, natura atq; luxuria depugnante. id est, singuli flores singulis coloribus.

Par coeat iungaturq́ pari. Horat. 1. epist. 5. 6.

Nubere pari. Ouid. epist. 9. 7.

Paria esse debent posteriora superioribus, extrema primis. Cicero 3. de Orat. 104.

Parem esse, significat sufficere alicui operi, siue resistendo illi, siue exequendo. Cic. ad Atticum, lib. 12. 241. 5, Eum tamen interpellat fletus, cui repugno quoad possum: sed adhuc pares non sumus. Cæs. 1. bel. Gal. 165, Qui tamen pares esse nostro exercitui non potuerunt.

Parem esse alicui, pro Aequalia reddere. Plaut. Capt. 6. 65,

Bene merenti, bene profuerit: malè merenti, par erit.

Par in hoc mihi sis. Cic. ad Atticum, lib. 1. 4. 1.

Superiorem parem esse inferiori, maximum est in amicitia. Cicero de Amic. 61.

Paria facere, Quod omissum est, uel quod aliunde acceptum alibi uel aliunde compensare: ut ait Valla lib. 5. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 9, Quum aliter beneficium detur, aliter redatur, paria facere difficile est. Quint. Declamat. 6, Sic paria faciemus: illic tu eris uicarius meus. Colũ lib. 1. capit. 8. 9, Pecuniãq; domini aut animalibus, aut rebus alijs promercalibus occupet. hæc enim negociatio auocat uillici curam, nec unquam patitur eum cum rationibus domini paria facere. Sed ubi numeratio exigetur, rem pro nummis ostẽdit. Plin. epist. 139. c. libro 7. ad Priscum. Habuerunt officia mea in secundis, habuerunt in aduersis: non feci tamen paria. id est, inquit Bud. Nec tamen satisfeci, ac planè persolui acceptum ab eis beneficium: nondum plenas uices repandi. Budæus.

Parem facere rationẽ cũ forensibus negocijs. Col. li. 2. in Præf.

Par facere alij rei. Cic. 3. de Leg. 29, Infima summis paria fecit, turbauit, miscuit.

Parem gratiam referre. Terent. Eunuch. 4. 4. 52.

Par referre. Terent. Adelph. 1. 1. 48.

Par pari. Plaut. Pseud. 10. 26,

Eage, par pari, aliud autem quod cupiebam, contigit.

Par pari datum. Plaut. Asin. 5. 20,

Par pari datum ostimentum est, opera pro pecunia.

Par pari referre. Terent. Eunuch. 3. 1. 54.

Referre paria paribus. Cic. 3. de Orat. 115.

Reddere paria in utranq; partem. Vide Reddo.

Par pari respondere. Plaut. Trucul. 19. 45,

Vnguenta, nocles, sauium. P. par pari respondet. Cic. ad Atticum, lib. 16. 334. 9, Vt sit unde par pari respondetur.

Paria paribus, omnia omnib. respõdeãt. Cic. 1. de Nat. deo. 70.

Par impar, Genus ludi. Suet. in Augusto, capit. 71, Misit tibi de narios ducentos quinquaginta, quos singulis conuiuis dederam, si uellent inter se post cœnam uel talis, uel par impar ludere. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 50.

Ludere par impar, equitare in arundine longa.

¶ Parissimus, ὑπέρτατος, superlatiu. formauit Plaut. Curc. 10. 20,

Eodem hercle uos pono & paro, parissimi estis ijbus.

¶ Parilis, & hoc parile, penul. corrept. (παρίσιος) significat æquale. Lucretius lib. 2,

Concharumq́ genus parili ratione uidemus
Pingere telluris gremium.

Aetate parile. Ouidius 8. Metamorph.

Noctes pariles agitare dies q́. Lucret. lib. 1.

Ratione parile. Lucret. lib. 2.

Segetes pariles. Varro de lingua Latina lib. 4.

Accipere, & Parilt reddere uoce Vale. Ouid. 1. Trist. eleg. 7.

¶ Parilitas, penul. corrept. parilitatis (τὸ πρέσσον) Aequalitas. Gellius lib. 14. cap. 3. parilitas uirtutum inter se consimilis.

Pario] parias, pariare, Soluere, paria facere, hoc est, ita uãciones reddere, ut paria expensa sint acceptis. Vlpianus in l. is qui. D. de manumiss. Quæri poterit, si quum hoc ab initio esset actum, emptor festinauit, & precium numerauit: an postea ei satis facto, seruus constitutione uti posset & puto posse. Proinde etsi ei nunos prorogauit emptor, quum ei pariuerit, poterit ad libertatem peruenire. Quædam exemplaria habent, paruit: sed malè.

Pariare & Reliquari, opponuntur.

¶ Pariatio, pariationis, Solutio: cui opponitur Reliquatio. Scæuola in l. ult. §. item quæsitum. ff. de condictione indebiti. Item quæsitum est, an pactum quod in pariationibus adscribi solet in hunc modum, Ex hoc contractu nullam in se controuersiam amplius esse: impediat repetitionem? Quædam exemplaria legunt, pactionibus.

¶ Pariator, pariatoris, Qui paria fecit: cui opponitur Reliquator. Paulus in l. Iulius Paulus. ff. de condictionibus & demonstrationibus, Quæsiti, si ita in testamento cautum esset: Stichus, si rationes reddiderit cum contubernali sua, liber esto, eisq; hæres decem dato: an Sticho mortuo, antequam rationes redderet, uel pariatore, uel reliqua habente, libera sit mulier. Quædam exemplaria legunt, pariã, uel reliqua habente.

Para] παρά, Præpositio Græca, quæ Apud aliquando significat, aliquando Præter, Ad, Prope. Multis nominibus Græcis præponitur.

Parabasis] penul. cor. fœm. gen. (παράβασις) Latinè transgressio dicitur, siue præuaricatio.

Parabilis] Vide Paro, paras.

Parabistorij] παραβιτὸν, quasi absconditum. Locus Athenis, in quo duodecim iudices considebant. Alexander Alexandrinus lib. 2. capit. 12. Fuit quoque parabiston maius, in quo undecim considebant iudices.

Parabola] penul. corr. (παραβολὴ) Similitudo, ἀπὸ τοῦ παραβάλλειν, quod uerbum Comparare significat, quasi rerum dissimilium comparatio. Vnde Quint. libro 5. cap. 11,

Parabola, quam Cicero uocat collationem, longius res, quæ cõparantur, repetere solet. ut, Tam fortiter apud Hipponem fecit Scipio, quàm ultrò apud Viticam Cato. Donatus, Parabola, est rerum genere dissimilium comparatio: ut,

Qualis mugitus fugit quum saucius aram
Taurus, & incertam excussit ceruice securim.

Parabolani] παραβολάνοι, Plebeij quidam, famulitio uel ecclesiarum, uel hospitalium xenonúmue deputati, & quasi adscriptitij glebæ: ut sicut illis omni uita ab agrorum cultura recedere non licebat, ita his ab seruitio ægrorum qui in nosocomijs residebant. Parabolanos autem, glebæ adscriptitios esse, in iuris Ciuilis Græco interprete legitur, à Græca præpositione παρὰ & βάλω, quæ uox pro gleba accipitur. Hæc Alciatus. Horum fit mentio Codice De episcopis & clericis, l. parabolani. Meminit & Cælius libro 29. cap. 11.

¶ Parabolani, inclinatione Latina uocabuli Græci, homines dicuntur, qui se in periculum maximum conijciunt, uti qui ægrotos publicè in Alexandrina ciuitate curabant in nosocomijs: Grassante enim ut non rarò assolet, peste, & ipsi rapiebantur, & id muneris contempta uita susceperant. Itaque à Cassiodoro scribitur historiæ tripartitæ libro 11. Dum aliquo tempore in amphitheatro Constantinopoleos spectaret, cœpit clamare populus, Crudeli bestiæ artifex parabolus pugnet. Nam παράβολος homo & audaciæ proiectæ, & ad pericula adeunda præceps et temerarius. Hæc Turnebus, superiore Alciati opinione reiecta. Existimauit idem aliquando parabolanos, à parabola Euangelica nomen habere, in qua quidam à latronibus uulneratus, à Leuita neglectus, à uiatore Samaritano fouetur & curatur, quasi æmulus illius. Sed tu uideris.

Paracanda] Persici imperij confinium. Strabo libro 11. Paracanda uerò in Sogdiana & Cyræ, ultimum Cyri opus ad Iaxartem flumen conditum, quod Persici imperij confinium erat.

Paracatauole] uoles (παραπαταβολή) Depositum, fiducisto: actionis genus, qua qui experiri uolebant, pecuniam deponebant: decimam partem æstimationis litis apud acta, tam actor, quàm reus, multam scilicet futuram temerè litigantis. Latinè sponsio dicitur. Budæus.

Paracentesis] penul. prod. Curatio quæ fit manu chirurgi, quum morbus, aliter curari nequit. Inungitur prius locus, deinde acus uel hamulus infigitur. Plinius libro 25. capit. 13. 1, Pupillas dilatat: & ideo hoc inunguntur antè quibus paracentesis fit. Cælius libro 26. cap. 3, Sunt qui paracentesin uocant, quum perforatur uenter hydropicorum, aquæ educendæ gratia. Sed si oculorum congelatus humor eodem emittatur modo, eadem seruabitur appellatio. Id uerò ferramentum quo id præstatur, rectè paracenterium dixeris.

Paracercides] sunt ossicula in cruribus. Cælius Rhodiginus libro 4. capit. 11, Sunt uerò ossicula, quæ item paracercides nuncupantur, quia propè est Cercis, id est radius. Sic enim dicitur os maius, quod totum fert crus.

Paracharagmata] sunt numi adulterini, quos qui cudunt, paracharactæ appellantur. Cælius lib. 10. cap. 2.

Paracheloitæ] populi sunt in Græcia, ad Acheloum & Lamiam inferorum fluuios. Strabo lib. 9.

Parachlamys] παραχλαμὺς, uestimenti genus non modò militare, sed etiam puerile. Vlpianus in l. uestis. de auro & argento legato, in. P. Alciat lib. 11. C. ad l. 1. de uest. holos. Plautus in Persa.

Paracletus] paracleti (παράκλητος) per e producta scribitur & profertur, à παρακαλέω, quod Consolor, rogo & hortor significat: item, pro alio precator interuenio, ut aduocatus & patronus. Hinc paracletus, aduocatus, consolator, patronus, fautor. Et qui in foro ac iudicijs à nostris deprecatores uocantur, ij apud Græcos paracleti dicuntur.

¶ Paraclytus, paraclyti, penul. corr. (παράκλυτος) per y scriptum, infamem, aut præter famam significat. nam παρὰ, in huiusmodi compositione, præter, uel diminutionem denotat: κλυτὸς uerò famam.

Paracnemium] Os in cruribus, de quo sic Cælius Rhodiginus libro 4. capit. 11, Ipsum autem crus ossibus constat duobus: alterum ab exteriore parte suprà positum est, & uocatur paracnemium, parastata uerò in iumentis, Vegetio tradente.

Paradiastole] penul. corr. (παραδιαστολὴ) Schema est, ut dixit Rutilius Lupus, quod plures aut duas res, quæ uidentur unam uim habere, disiungit: et quantum distent docet. suam cuiq; propriam sententiam subiungendo. De hoc sic Iulius Rufinianus, Paradiastole, est quum similes res discernuntur. contrarijs redditis: ut,

Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres:
Arboribus uenti, nobis Amaryllidis iræ. Et,
Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis,
Lenta salix fœto pecori, mihi solus Amyntas. Latinè dicitur discriminatio.

Paradiazeuxis] παραδιάζευξις, est figura in oratione, quæ fit quotiens quid ita disiungitur, ut tamen coniunctum intelligatur: uel quum quid ita reticemus, ut tamen tacitis nobis intelligatur. Imp. in l. penult. de uerb. signif. lib. 6. C.

Paradigma] paradigmatis, penul. corr. neut. gen. (παράδειγμα) Latinè exemplum dicitur. Iulius Rufinianus, Paradigmatis quidem triformis est ratio. Nam exemplum aut personas tantùm exhibet sine sermone, aut sermonem sine personis, aut simul utrunque. Personam sine sermone: ut Cicero pro Milone, 6, Neque enim potuisset. aut Italia ille Seruilius, aut P. Nasica, aut L. Opimius, aut C. Marius, aut me Consule Senatus non nefarius haberi, si sceleratos ciues interfici nefas esset. Sermonem sine persona, Catonis est dictũ, Pedibus compensare pecunia. Sermonem pariter & personã: Cic. pro Rosc. Amer. Est ne hoc illi dicto atq; facto Fimbriano simillimum? Hactenus Rufinianus. Donatus, Paradigma, est exempli hortantis uel deterrentis enarratio. Hortantis: ut,

Antenor potuit mediis elapsus Achiuis
Illyricos penetrare sinus, &c. Deterrentis: ut,
At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor,
Ledæamq; Helenam Troianas uexit ad urbes.

Paradisus] huius paradisi, penult. prod. masc. gen. (παράδεισος) tametsi quidam fœmininum esse contendant, hortum significat apud Xenophontem, & locum ferarum septum, siue uiuarium, aut uiridarium. Vox deflexa est, ni fallor, ab Hebræo Pardes, quod hortum domesticum significat, siue pomarium.

Paradisus] παράδισος, Syriæ oppidum supra Antaradum in Meridiem, ad Libani Orientale latus situm.

Amnis Paradisi meminit Plin. lib. 5. cap. 27. & Capella lib. 6.

¶ Paradisus in quo Adam à Deo creatus est, ubi, & quid fecerit, uide apud Cælium Rhod. lib. 1. cap. 22.

Paradogum] non Latinum, aut Græcum est uerbum; sed Longobardicum, quo feudi nobilitas significatur, quemadmodum ignobile feudum pædagogum uocitabatur. Baldus & Aluaricus in Feud.

Para-

Paradoxus] παράδοξος, Latinè admirabilis dicitur, præter opinionem, & inauditus. Vnde Paradoxa, neutro genere, dicuntur ea quæ sunt præter opinionem Paradoxum, schema est, de quo sic Rufinianus, Paradoxon, siue hypomone, sustentatio uel inopinatum. Hoc schema suspendit sensum. deinde subijcit aliquid contra expectationem auditoris, siue magnum, siue minus. & ideo sistentatio, uel opinatum dicitur. Cicer. pro Ligario, 17, Hinc prohibitus non ad Cæsarem, ne iratus: non ad domum, ne iners: nõ aliquam in regionem, ne condemnare causam illam quam secutus esset, uideretur, &c. Hactenus Rufinianus. Cicero 4. de Finibus, 120, Hæc παράδοξα illi, nos admirabilia dicamus. Idem in Parad. 4.

Paradromis] pen. corr. paradromidis, f. g. (παράδρομις) Latinè ambulatio dicitur. Vitruuius lib. 5. capit. 11, Proximè autem xystum & duplicem porticum designentur hypæ træ ambulationes, quas Græci παραδρομίδας, nostri xystà appellant, in quas per hyemem ex xysto sereno cælo athletæ prodeuntes exercentur. Idem lib. 6. cap. 9.

Parænesis] huius parænesis, penul. corr. f. g. Præceptio uel admonitio, παραίνεσις.

¶ Paræneticus, Adiectiuum (παραινετικὸς) Præceptorius uel admonitorius: à uerbo Græco παραινέω, præcipio & admoneo.

Paræsitacèni] Populi sunt ultimi in Media, montani & latrones, ac Persis contigui. Strabo lib. 11. Herodoto libro 1. dicuntur Paretaceni.

Parætace] es, ciuitas Parætacenorum in Babylone ad Zagrum montem, qui ex Armenia inter Medos Aliabenosq; ueniens, supra Parætacen & Persidẽ porrigitur. Tigrin & Euphraten fluuios habet.

¶ Parætonius, a, um, à Parætonio. Lucanus Syrtes parætonias uocat libro 3.

Nilus Parætonius. Stat. 3. Theb.
Rates Parætoniæ. Ouid. 3. de Arte.

Parætonius] παραιτόνιος, Cyrenaicæ pontus ingens, & ad quadraginta stadiorum amplitudinem expãsus. Strabone authore libro ult. Etymum uocabuli apud Hermolaum lege capit. 5, quinti, libri Plinij. Ibidem oppidum eiusdem nominis est, ab alijs Hammonia dictum, ident Straboni lib. ult. Quod tamen quidam Prætonium potius appellant.

Nilus Parætonius. Stat. 5. Theb. 3.
Rates Parætoniæ. Ouid. 3. de Arte. 76.

Paragaudes] quæ & Paragaudæ dicuntur, uestes erant, de quibus Trebellius Pollio in Claud. Albam subsericam paragaudem triuncem unam. Et Vopiscus in Aureliano, Quum darentur tunicæ subsericæ, lineæ paragaudæ. Item in eodem, Paragaudas uestes ipse primus militibus dedit, quum antea non nisi rectas purpureas accepissent, & quidem alijs monolores, alijs dilores, trilores alijs, & usq; ad pentelores, quales hodie lineæ sunt. Idem in Probo, Huic dari iubebis interulas paragaudes duas. Ex quibus planè constat, paragaudas genus esse uestimenti uirilis, ut plurimum linei, quod sub alia uestę gerebatur, uinctum nunc unico nexu, nunc pluribus loris, auratis fortasse. Ita enim intelliginus monolores, dilores, & similia. Licet Hermolaus Barbarus à colorib. tractum putet, in corollario Pliniano. Nam & in teruelà dilores nominat idem Vopiscus in Bonoso. Hæc Alciatus. Meminit & Cælius lib. 16. cap. 10.

¶ Paragauda, aliter ex Turnebo, sic enim inquit: Ego igitur paragaudas arbitror fascias fuisse, uel dureas uel sericas auro ornatus, quæ uestibus intexerentur, non ut insitæ adsuerentur. Id satis ostendit Imperatorum Gratiani, Valentiniani, & Theodosij rescriptum, quod habetur in l. 2. C. de uestibus olober. &c. libro 11. Nemo uir auratas habeat aut inuricis, aut in lineis paragaudas: nisi hi tantummodo, quibus hoc, &c. At in l. 1. eod. tit. Auratas ac sericas paragaudas auro intextas uiriles priuatis usibus contexere, conficereq; prohibemus, &c. uestis potius ipsa paragaudis distincta & insignita significatur: Nam & paragauda uestis ipsa etiam dicebatur. Vopiscus in Probo interulas paragaudas duas. Et in Aureliano, Paragaudas uestes ipse primus militibus dedit, quum antè non nisi rectas purpureas accepissent. Qui locus præteturam quandam uesti paragaudæ fuisse intextam significat, quum paragaudæ uesti purpuream rectam opponat, quæ nec clauata, nec prætexta erat. Harum quædam monolores erant, quædam dilores, aliæ trilores, aliæ etiam pentalores: ego autem suspicor monolores fuisse paragaudas uestes, quibus una tantum paragauda intexta esset: quibus autem duæ, quæ sua latitudine lora æmulati uiderentur, dilores: quibus tres, trilores. Nam quòd illæ tanquam fasciæ loci æquarent latitudinem, & simularent speciem, ideo suspicor ab historicis & populo sic uocatas fuisse. Vopiscus. Et quidem alijs monolores, alijs dilores, trilores alijs, & usque ad pentalores, quales hodie lineæ sunt. Haud me tamen fallit, eruditos homines, qui monocores, dicores, tricores, pentacores, hìc scribendum asserant; & uestes intelligant bis, ter, quinquies purpuræ aut muricis fucofutiatas: sed nihil afferunt, cur eorum sententia sit recipienda. Paragauda autem, ut nihil prætermittam, uerbum esse uidetur ex Græco & Latino compositum, ut quodam ornamentum & gaudium uestis intelligatur, uel quòd limbo paragauda, & margini uestis esset uicina, uelut pars caudam, id est, iuxta caudam & extremitatem, & oram uestis.

Paragoge] paragoges, penul. prod fœm. gen. (παραγωγὴ) Adductio, Figura, qua litera uel syllaba fini dictionis iungitur ut Dicier, pro Dici: Potestur, pro Potest. Hanc alij paralepsin, alij prolepsin uocant. Ex Donato.

Paragogia] ipsarum aquarum pori & meatus, dicta ἀπὸ τοῦ παράγειν, quod est deducere. Hinc παραγωγὴ dicta Aelio Donato. nam ἀγωγὸς, Aquæductus est: Alciatus in l. decernimus. de aquæductibus libro 11. C.

Paragraphe] paragraphes, penult. corr. fœm. gen. (παραγραφὴ) Latinè exceptio dicitur, præscriptio, effugium litis, compositio. Est & tropus apud poetas, quum præcedenti completo ad alia fit transitus. Est etiam annotatio in margine, & scholium.

¶ Paragraphus, dicitur linea in longum protensa, uox prætrita iurisconsultis nostris. Vide diligenter Alciatum lib. 3. Disiunctionum, cap. 16. & Cælium lib. 15. cap. 20.

Paralia] Vide Ambracia.

Paralipomenum] παραλειπόμενον, Derelictum, prætermissio. Hinc Quintus Calaber poeta Græcus opus suum, quo ea exequitur quæ ab Homero sunt prætermissa, ὅθεν παραλειπόμενα inscripsit. In sacris quoq; libris eadem ratione dicuntur, quibus ea supplẽtur, quæ in libris Regum aut prætermissa erant, aut leuiter degustata.

Paralius] παράλιος, tertia species est tithymali, ita dicta, quòd loca maritima amet. Eadem & tithymalus dicitur, Plin. 26. cap. 8, Tertium genus tithymali paralium uocatur, sine tithymalis, folio rotundo, caule palmum alto, ramis rubentibus, semine albo.

Parallelogrammum] figura est quadrati. Euclid. 1. Elemen. Theorema. 24, Parallelogrammorum spaciorum æqualia sunt inter se quæ ex aduerso, & latera, & anguli; atq; illa bifariam secat diameter;

Paralle-

Parallelus] paralleli, pen. prod. (παράλληλος) Quasi alternus, mutuus, inuicem comparatus, æqualiter distans. A quo lineæ æquè distantes, parallelæ dicuntur. Ideoq; segmenta mundi quæ nos circulos dicimus, parallelos Græci uocant, ut ait Plin. lib. 6. cap. 33. 6. Paralleli dicuntur circuli sphæræ, qui ad eundem polum constituti finiuntur.

Paralogismus] παραλογισμὸς, deceptio per falsas ratiocinationes, cõclusio fallax, & captiosa argumentatio: à uerbo Græco παραλογίζω, quod inter cætera significat, captioso genere argumentationis utor.

Paralus] παράλιος, ut Plin. lib. 7. cap. 56. 17. scribit, nomẽ fuit eius, qui primus longam nauem inuenit.

¶ Paralus, Periclis filius, quem pater tãto amore prosequebatur, ut cùm infracto animo omnem calamitatẽ ferret, mortẽ filij sine dolore ac lachrymis, imò eiulatib. tolerare non potuit. Alexand. Alexãdrinus lib. 3. cap. 7. Contrà Pericles cũ animo infracto semper fuisset, amisso Paralo filio magnitudine doloris uictus lachrymas uberes dedit, & eiulatus nũquam desinentes. Filios uerò minores Decemuir tot mensib. quot annis uixissent, à parentibus lugeri statuit.

Paralysis] huius paralysis, pen. cor. f. g. (παράλυσις) Latinè dicitur dissolutio. Cic. Attic. lib. 16. 334. 10. Hermolaus, Paralysis, unde Paralytici, Latinè resolutio neruorũ dicitur, & alio nomine à Græcis hemiplexia, hoc est, semiapoplexia, quũ in alteram tantùm partem corporis malũ id incubuit. nam quũ totũ afficitur, apoplexia nominatur. Nunc utrũq;, inquit Celsus lib. 3. cap. 27, paralysin appellari uideo. Nominatur id & paresis, ferè à defectu uirium. Hactenus Hermolaus. Plin. lib. 20. cap. 3. 1, Intestinorũ omnium uitijs medetur & renum, & lumborum, & paralysi.

¶ Paralyticus, pen. cor. (παραλυτικὸς) Qui paralysi laborat. Plin. lib. 20. ca. 9. 6, Ideo paralyticis & tremulis dare iubet.

Parameria] femora. Cæl. lib. 4. cap. 11, Intra coxas femora sunt, parameria dicta: nam quod coxas interiacet, mesomerium est.

Parangariæ] Vide Angaria.

Paranites] παρανίτης, gemma est ex Amethystorum genere, quæ in Arabiæ confermino inuenitur, alio nomine Sapinos dicta. Plin. lib. 37. cap. 9.

Paranymphus] huius paranymphi (παράνυμφος) Pronubus dicitur, ab antiquis auspex. Antiqui enim pro nuptijs celebrandis auspicium capere solebant. qui præerat huic rei, pro parte uiri, à Græcis paranymphus, à nostris auspex dicebatur. Et ut auspex pro parte uiri, sic & pronuba pro parte mulieris adhibebatur.

Parapatius] Vnus ex Parthorũ regib. qui sibi Arsacis nomẽ cognomento attribuit: tanta fuit Arsacis uirtus. Alexander Alexandrinus lib. 1. cap. 2.

Parapechy] παραπήχυ, tanquã dicas cubitale, apud Pollucẽ lib. 7. cap. 13, uestis alba, cubitũ (unde illi nomen est) purpureũ contextũ habens. A Varr. lib. 1. de Ling. Latin. inter ornamenta muliebria ponitur.

¶ Parapechyon, est os minus brachij, quem nos radium appellamus. Cæl. lib. 4. cap. 3.

Parapægma] παραπήγμα, est canon aut organi species astronomici. Cæl. lib. 8. cap. 8, Parapægma (inquit) ad scenæ rationem pertinet nihil: est enim eo nomine canon, aut organi species astronomici, quod significat Vitruuius, Parapægmatum disciplinas nuncupans, quibus siderum occasus, & tempestatum comperiantur significatus Suiduas, παραπήγμα, inquit, κανὼν, ᾧ ἐπὶ τὸ ἔργαῤ ὑπομνῆσ.

Parapherna] paraphernorum, om. gen. (παράφερνα) dicitur à Iurisconsultis, quæcunq; præter dotem uiris dantur à fœminis, à παρὰ, præter, & φερνὴ dos. Vlp. de iure dotiũ, l. si ego, Cæterùm si res dentur in eã quæ Græci paraphernalia dicunt, quæq; Galli peculium appellant: uideamus an statim fiant mariti.

Paraphoron] species aluminis est, de qua Plinius libro 35. capite 15.

Paraphrasis] huius paraphrasis, pen. cor. f. g. (παράφρασις) eiusdem sententiæ per alium sermonem expositio, & liberior interpretatio, quum quædam mutãtes, aut etiam addentes, copiosius ac dilucidius explicamus quod ab alijs dictum est: cuiusmodi est Themistij in Aristotelem. Quintil. lib. 10. cap. 5, Neq; ego paraphrasim esse interpretationem tantùm uolo, sed circa eosdem sensus certamen, atq; æmulationem. Idem lib. 1. cap. 9. 2.

¶ Paraphrastes, paraphrastæ (παραφραστὴς) Interpres, latius explicans.

Paraphrenitis] παραφρενῖτις, est mentis delirium: à uerbo παραφρονέω, hoc est, mente procellor, moueor, deliro, desipio. Galen. lib. 1. Prorrhetici Hippocr.

Paraphyades] surculi & propagines. Cæl. Rhodig. lib. 4. cap. 14, sunt & in pedib. plerũq; paraphyades, quas uelut surculos dixeris, & propagines.

Parapiani] Populi sunt in India, regione Capissene, nõ procul ab Indo fluuio. Plin. lib. 6. cap. 23.

Paraplegia] ἡ, παραπληγία, est membrorum resolutio, ex apoplexia, in partem aliquam decumbens. Hippocrates lib. 1. de morb. uulgar. Natu maioribus aũt, & quos iam calor deficit, paraplegiæ, aut insaniæ, aut cæcitates.

Paraplexia] παραπλῆξία, est detentio mentis, cum ereptione sensuum, & corporis resolutione, ex parte tamen. Galen. in Finitione Medica: Paraplectici demum dicuntur, quibus dextræ tantùm partes, aut sinistræ resolutione elanguescunt. Paraplexia enim ut à toto pars, ita ab Apoplexia differt. Quam rem idem Galenus eo, quo dixi libro sapientissimè explicat.

Parapotamia] παραποταμία, regio Asiæ Tigri fluuio proxima, unde & nomen accepit. Plinius libro sexto, capite 28.

¶ Parapotamij, populi sunt in Phocide, Asiæ regione. Strabo libro 9.

Pararencho] Pararenchonis, nomen uiri proprium. Sextus Pomp. libro 12, Non omnibus dormio, prouerbium uidetur à Capio quodam, qui Pararencho dictus est, quòd simularet dormientem, quò impunitius eius uxor mœcharetur. Eius meminit Lucilius. Hæc Pompon. Alciatus. libro 4. Pareng. capit. 26, Pararbinchus inquit, ἀπὸ τοῦ ῥίγχω dictus est, quòd rostro seu naso sterteret & somnum in mensa simularet, ut riuali uxoris suæ morem gereret: ut est apud Festum quod & à quodam Galba factum fuisse, Plutarchus est author, dum C. Mecœnati in uxoris suæ amorẽ effuso obsequeretur, unde ortum prouerbium, Non omnibus dormio. Iuuenalis Satyr. 1.

——doctus spectare lacunar

Doctus & ad calicem uigilanti stertere naso. Hæc A hiatus. à quo dissentiens Vitus Amerbachius in epist. 25. libro 7. Cicero ad Gallũ, Apud Sex. Pompeium inquit, malè pararbinchus Alciatus corrigit, quum sit à ῥέγκω non à ῥίγκω facta uox. Vide Eras. in Prouerb. Non omnibus dormio. Et Cælium libro 12. cap. 16. Porrò ῥέγκω idem ualet quod sterto: ῥίγκος, rostrum.

Pararius] πεφυτευμένος, qui nominibus faciendis interuenit. Seneca libro 2. de Benefic. Quidam nolunt nomina secum fieri, nec interponi pararios, nec signatores aduocari, nec chirographum dare. Ibidem, lib. 3. & lib. 3. Contro. cap. 10. Budæus.

Pararium

Pararium æs appellabatur id, quod equitibus duplex pro binis equis dabatur. Festus.

Pararijs interpositis nomina facere. Sene. de Benefi. li. 3. ca. 15.

Parasanga] parasangæ (παρασάγγης) Parasangæ, inquit Festus, apud Persas, uiarũ mẽsuræ sunt. Budæus triginta stadia continere dicit. Plinius libro 6. cap. 26. 10, Inconstantiam mensuræ diuersitas authorum facit, quum Persæ quoque schœnos & parasangas alij alia mensura determinent. Herodotus lib. 2, de Aegyptijs loquens, Quotquot enim inopes soli sunt, ij terram suam orgijs metiuntur. Qui uerò minus inopes soli sunt, stadijs. Qui autem latifundia habent, parasangis metiuntur. Constat autem Parasanga triginta stadijs. Schœnus autem, quod ipsum uerbum est Aegyptiacum, sexaginta.

Parascenia] sunt ab utroque latere spacia in scena. nam scenam nonnulli interpretantur medianam theatri portam.

Proscenium, locus erat ante scenam parapetasmatis, siue uelum, aut item pulpitum. unde per adagium dicimus proscenia, quæ speciosa extrinsecus uidentur, quum mira intus lateat fœditas, sicut meretricula Nannium nomine apud Athenæum proscenium dicta est, quòd uestium & auri cultu plurimo speciosa uidebatur, quum exuta foret uel turpissima. Cæl. Rhodig. lib. 8. cap. 8.

Parasceuastica] παρασκευαστικὰ, sunt conceptacula seminis, quæ præparatoria appellitare posimus, quoniam seminarium humorem ad testes deferentia præfingere, & (ut sic dicam) delineare uidentur. Cælius libro quarto, capite secundo.

Parasceue] parascenes, penult. prod. fœm. gene. (παρασκευὴ) Apparatus à uerbo Græco παρασκευάζω, quod est præparo, deducitur. Vnde & dies quo Dominus noster Iesus Christus, pro humani generis salute cruci affixus fuit, parascene dicitur: quoniam in eo Iudæi sibi necessaria ad uictum sequentis diei præparabant, ut paschæ dies absq; operatione aliqua transigeretur.

Parasiopesis] huius parasiopesis, penult. prod. fœm. gen. (παρασιώπησις) Schema est apud Rhetores, à Latinis præoccupatio dicitur, quum aliquid nos reticere dicimus, & tamen tacitum intelligitur. Quod fit, uel quum rem notam esse putamus auditoribus, uel quum suspicionem maiorem excitare reticendo uolumus.

Parasitus] parasiti, penult. prod. (παράσιτος, ἐπιτραπεζίδιος) Qui aliorum mensas & cibaria sequitur: quiq; ad uoluntatem eius, in cuius contubernio sit, omnia loquitur & facit, nihil repugnans, cibi & uentris gratiâ, à quo nomen habet. nam παρὰ, apud Græcos, ad significat: σιτέου, cibus, σιτεία, fagina. Qualis sit parasitus, declarat Terent. Eunuch. 2. 2. 17,

Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum uolunt, &c.

Parasiti uerbum apud uetustissimos honestum fuit: parasitiq; uocabantur comites, sodalesq; Pontificum & magistratuum, ut docet Athenæus libro sexto, Solon sic eos appellauit, qui in Prytaneo publico uictu epulabantur, author re Plutarcho.

Assentatio parasitorum in Comœdijs nobis faceta non uideretur, nisi essent milites gloriosi. Cic. de Amic. 81.

Edaces parasiti. Horat. 2. epist. 1. 35.

Suadet parasitus militi. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 74.

¶ Parasita, parasitæ, penult. prod. f g. (παράσιτος) Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 20,

Custodes, lectica, cinisiones, parasitæ, Ad talos sola demissa.

¶ Parasitor, penult. prod. Parasitaris (παρασιτέω) parasitari, Parasitum agere. Plautus,

Quin parasitando pauerint uentres suos.

¶ Parasitaster, parasitastri, Qui parasitorum est imitator, inquit Valla. Terent. Adelph. 5. 2. 4,

Est alius quidam parasitaster paruolus, nostin'? D. iam scibo.

Parasius] pictor. Sic enim à Plinio & scribitur, & nominatur, non Parchasius: sed quia error orthographiæ iam & apud eruditos inualuit, pro lege sit, de Parasio uide Plin. lib. 35. cap. 10. & 6. Vide in Parrhasio.

Parasphagis] pars est iuguli, nomine alio à Theodoro Clis, seu Clidium appellata: hæc collum respectat. Cælius lib. 4. cap. 2.

Parastades] παραστάδες, lapides, qui utrinque ostij latus muniunt. Vitruuius quoque parastadas in mentione templorum uocat Antas. Hermolaus.

Parastata] est conceptaculum spermaticum, quod seminarium, & uirgam uirilem interiacet. Cælius Rhodiginus lib. 4. cap. 22.

Parastatæ] penul. cor. (παραστάται) ut est apud Vitruuium & Plinium, Lapides sunt pilarum ferè modo appositi columnis: à quarum similitudine, alterum cruris os (duo enim sunt) parastata nominatur in iumentis à Vegetio, quod & paracnemion appellatur Iulio Polluci: apud quem & meatus illi per quos genitura è testibus per urinæ uias defertur, parastatæ nuncupantur. Sunt & in prælio, inquit, dicti parastatæ, nomen officij, quoniam adiuncti sunt prostatis, hoc est, ijs qui præsunt cornibus: sicut epistatæ, qui tertium in regendis his locum tenent. Sed & tabulæ quædam certis instrumentis à Vitruuio parastatæ uocantur. Hactenus Hermolaus. Plin. lib. 33. capit. 3. 13, Sed & illius aureæ cameræ, & argenteæ trabes narrantur, & columnæ, & parastatæ. Vitruuius, In columna, aut parastata horæ describuntur. Budæus in istis Vitruuij & Plinij locis dicit malè fuisse emendatum, legendumq; parastaticæ & parastatica.

Parastatæ] παραστάται, Galeno libro sing. de finitionibus Medic. dicuntur, quos Latum Astites nominant, qui ex uena & arteria constant in unam naturam confertis, semen confluentes.

Parasynanche] παρασυνάγχη, Morbus quando adiacentium faucibus musculorum inflammatio fit. Galen. libro 4. in Aphorif. Hippocratis, 34.

Parasynaxes] παρασυναγέσεις, conuentus, coitiones, conuenticula hæreticorum. l. quicunque. 8. C. de hæret. & Manich.

Paratilmos] παρατίλμος, supplicij genus erat, quod patrimonio in adulterio deprehensis irrogobatur. Siquidem ditiores pecunia se redimebant: inopi expilabatur sedes. unde & nomẽ factum. Nam παρατίλλειν euelli significat. Alex. Alexandrinus lib. 4. cap. 1.

Paratitla] παρατίτλαι, Iustinianus imperator summas rerum appellat titulatim appositas: quales extant Azonis. Alij Paratitla dici putant quasi titularia, quòd per ea titulus cum titulo, locus cum loco conferatur: idem quòd uulgò concordantias uocamus.

Paratragœdio] paratragœdias (παρατραγῳδέω) paratragœdiare, Exaggerare, & uerborum magnitudine aliquid augere. Plaut. Pseud. 11. 17,

Illic homò est: uide ut paratragœdiat carnufex.

Paratrimma] Vide Interttigo.

Paratus, Paratè] Vide Paro.

Parauasis] παραβασις, dicitur uniuersalis chori transitus, quòd ab legitima statione, in aduersum theatri prospectũ transgressio fieret. Cæl. lib. 8. cap. 8. ad finem.

Parauereclus] parauereci, de, in l. 2. & l. 21. C. de curs. public.

publíc.libro 12.l.3.C.de excuſ.muner.lib.10.l.2.C.de præpoſ.ſacr.cubicul. libro 12.l.3.C.de ſilentiar.libro.12.Caſſiodorus libro 11.Varr.ad Gaudioſum.& libro. 5. Epiſtol. ad Ampelium.

Paraůolanos] interpretatur Hotomanus Chirurgos hoſpitaliũ id eſt,eos qui ad curandã debilium ægra corpora deputantur.Vide in Parabolani.

Parazonium] παραζώνιον, gladij genus, quod ad zonam accingebatur:de quo epigramma Mart.lib.14.32,

Militiæ decus hoc,& grati nomen honoris:
Arma Tribunitium cingere digna latus.

Parcæ]μοῖραι,κλῶθες, à parco, per contrarium, quòd nemini parcant .Ideo tres eſſe Parcas arbitrantur: quoniam tria ſunt tempora, in quibus omnia uoluuntur. Varro à partu, unius literæ mutatione, deduci putat:quoniam (ut ſcribit Heſiodus)hæ naſcentibus hominibus bonum malumq; conferre cenſeantur.Iuuen.Satyr.9.14.

Tres autem fuiſſe Parcas,Clotho ſcilicet,& Lacheſin,& Atropon,finxerunt antiqui:quas Cic.3.de Nat.deor.59, Erebi & Noctis filias fuiſſe ſcribit, & eaſdem fata eſſe exiſtimat. Vnde eſt illud Cleantis,

Ducunt uolentem fata, nolentem trahunt. Fingunt uitæ hominum præeſſe,& nendo eam ducere.Clotho,colum baiulat: Lachęſis, net: Atropos, ſtilium frangit. Qui propter lanificas ſorores appellat Mart. libro 6. 58.Apuleius, Tres Parcæ tria fata ſunt numero, cum ratione temporis ſcientia,ſi poteſtatem earum ad eiuſdem ſimilitudinem temporis referas.Nam quod in fuſo perfectum eſt, præteriti temporis habet ſpeciem.Et quod torquetur in digitis, momenti præſentis indicat ſpacia.Et quod nondum ex colo tractum eſt, ſubactumq; curæ digitorum, futuri & conſequentis ſeculi poſteriora uidetur oſtendere. Lachęſin dictam eſſe putant, quia λαγχάνω Græcè,ſortior deſignat. Atropon, quia reuerti non poſſint.Clothon, quoniam contorta & coordinata omnia teneat.Hæc enim,nomina ipſa lingua Græca oſtẽdunt.Mart.lib.1.162,

Lanificas nulli tres exorare puellas
Contigit:obſeruant quem ſtatuêre diem.

Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ.Virg.4.eclog.10.
Nocentum ira Parcarum.Stat.5.Sylu.2.17.
Parca non mendax.Horat.2.Carm.ode 16.8.
Nubila naſcenti mihi Parca fuit.Ouid.5.Triſt.eleg.4.3.
Sæuæ Parcæ.Valer.5.Argon.107.
Veraces Parcæ.Horat.in Carm.ſeculari,5.
Fœdere Parcarum ſic cautum eſt.Ouid.5.Metam.107.
Hilares Parcæ meliora penſa manu ducunt.Iuuen.Satyr.12.7.
Meliore Parca nubere:id eſt, auſpicio uel fortuna. Ouidius epiſtol.11.21.
Dies Parcarum propinquat.Virg.12.Aeneid.30.
Iniquæ prohibent Parcæ.Horat.2.Carm.ode 6.2.

Parco]parcis,peperci & parſi,parſum(φείδομαι)parcere, Abſtinere,parum tangere,propriè ſignificat.

Parcere(συγγινώσκειν,συγχωρεῖν)Veniam dare,id eſt,ab ultione abſtinere:tunc peperci facit,authore Donato. Cicero 4.Ver.3, Vt eſſet idem monimentum victoriæ,manſuetudinis , continentiæ : quum homines uiderent & quid expugnaſſet,& quibus peperciſſet,& quæ reliquiſſet.

Supplicibus parcere.Horat.3.Carm.ode 10.4.
Subiectis parcere.Virg.6.Aeneid.171.
Parce precor.Horat.4.Carm.ode 1.1.

Parcere, & Mortem afferre, contraria. Seruius Cicero libro 4.12.7.

Parcere,Conſeruare:& parſi tunc facit,ut uult Donatus. Peperci etiam apud Plautum in Aulul.13.11,

—feſto die ſiquid prodegeris,
Profeſto egere liceat,niſi peperceris. Virg.10.Aen.107,
Argenti atq; auri memoras quæ multa talenta
Natis parte tuis.

Parcere,& Perdere,contraria.Cic.pro Quintio,29.
Parcere & Spoliare,contraria.Cic.pro Cælio,33.
Nihil parcunt.Vide Nihil.
Parcere ab.Liu.5.bel.Pun.145, Legati eò ab Thica & Neapoli cum inſulis & uelamentis uenerunt, precantes ut à cædibus & ab incendijs parceretur.
Aedificijs parcere.Cic.6.Verr.106.
Parcendum eſt animo.Ouid.1.de Ponto,eleg.6.5.
Auribus alicuius parcere.Cic.pro Quintio,22.
Auxilio alicuius parcere.Cic.pro Plancio,69,Ego uerò fateor mehercule,quòd uiderim mihi auxilium non deceſſe, idcirco me illi auxilio pepercisſe. id eſt, abſtinuiſſe, neq; uti uoluiſſe auxilio illo.
Capillis parcere.Ouid.1.Amor.eleg.7.14.
Caſtris hoſtium parcere.Cic.de Aruſp.reſpon.55.
Charitati hominum maximè parcendum eſt, ne temerè in eos dicas qui diliguntur.Cic.2.de Orat.132.
Conſuetudini auribuſq; parcere.Cic.3.de Orat.93.
Dolori & iracundiæ parcere.Cic.Attico,lib.2.36.6.
Famæ ſuæ parcere.Propert.lib.1.eleg.15.3.
Euri parcebant hybernis flatibus.Virg.2.Georg.68.
Parcere gladio, pro Abſtinere à cædibus. Seneca epiſt.115. Sic Lucan.lib.1.3,

—temerando parcere ferro.

Impenſæ parcere.Liu.5.bel.Maced.171.
Non parcere iniurijs.Senec.de Benef.lib.1.cap.9.
Labori parcere.Plaut.Pſeud.3.3.Teren.Hecyr.2.1.29,

Meo labori haud parcens , præter æquum atq; ætatem meam.

Lamentis parcere,Continere ſe à fletu.Liu.6.ab Vrbe,13.
Luminibus parcere.Ouid.5.Metam.50.
Metu parcere,Deponere metum.Virg.1.Aeneid.54,

Parce metu Cytherea,manent immota tuorum
Fata tibi. Seruius,Elocutio uſualis,Id eſt, Dimitte metum:quomodo dicimus,Parce uerbis,Parce iniurijs.

Maior parcas minori.Horat.1.Serm.Satyr.3.66.
Nominibus uiuentium parcere.Quint.lib.3.cap.1.15.
Operæ parcere.Cic.Seruio Sulpitio,lib.13.28.1.
Precio parcere.Plaut.Capt.2.32.
Pudicitiæ nec ſuæ nec alienæ parcere.Cl.pro Rab.perd.reo,5.
Sibi parcere: hoc eſt, parcere labori, minuere laborem quem aliquando ſuſcipiebamus, & ſibi conſulere. Terentius Heaut.1.1.112,

quæſo tandem aliquantulum
Tibi parce.

Stimulis parcere.Ouid.2.Metam.26.
Sumptu in re aliqua parcere.Cic.ad Tironem,lib.16.6.4.
Teneris parcendum.Virg.2.Georg.73.
Valetudini parcere.Cic.Matio,lib.11.27.2.
Verbis parcere. Ouid.4.de Ponto,eleg.3.6.
Vitæ parcere.Cic.3.de Nat.deor.20.
Voci parcere.Plaut.Mil.18.5.
Parcere ne.Plaut.Trinum.6.35.

Neu tibi ægritudinem pater pàrerem,parſi ſeduló.

Parcite credere,Nolite credere.Ouid.3.de Arte,91.
Parce priuatus nimium cauere:id eſt, noli nimium cauere.Horat.3.Carm.ode 8.6.Virg.4.eclog.19,

Parcite oues nimium procedere. Vbi Seruius,Parcite,Prohibete:id eſt,ſeruate ne procedant.

Nihil promittere parcunt.Catul.Argon.epig.59.29.

Parcere

Parcere perdere uitam.Terent.Hecyr.3.1.2,

—heu me infœlicem,hanccine ego uitam parſi perdere?

Vbi Donatus,Parco,Cõſeruo,parſi facit:Parco, Veniam do, peperci.Modò ergo,continui ſiue abſtinui ſignificat.Seruius uerò de parſi & peperci ſic dicit,Multa uſus contra antiqui tatem uendicauit:illi enim parſi dicebant,non peperci.

Parce precor manes ſolicitare meos.Ouid.3.Triſt.eleg.11.7.
Parcitum eſt.Plin.lib.33.cap.4.12.
¶Parcitur,penul.cor.Impęrſonale(φείδεται)Cicero Attico,libro.2.29.4, Sed tamen ſatisfiet à nobis,neq; parcetur labori. Plinius lib. 28. cap.6.5, Iam & ſermoni parci multis de cauſis,ſalutare eſt.
¶Parcens, participium (φειδόμενος) ut, Viribus parcens.Horat.1.Serm.Satyr.10.3.
Dexteræ parcentes.Horat.3.Carm.ode 19.5.
Verberibus parcens.Stat.6.Theb.61.
¶Parſurus,pen.prod.(φειδήσων)Aliud participium.Sueton. in Tib.Cæſ.cap.62, ac ne reliquis quidem nepotibus parſurus creditur.Idem in Nerone,cap.37.
¶Parcus, Adiectiuum (φειδολὸς,φειδυλὸς,φειδόμενος) Frugi, ſumptibus parcens. Plaut. Moſtel.2.30,

Quò nemo adęque iuuentute ex omni Attica
Antehac eſt habitus parcus,nec magis continens.

Prodigus & luxurioſus, Parcus & diligens,contraria.Author ad Heren.lib.4.202.
Senes parci.Horat.2.Carm.ode 8.5.
Parcus & tenax pater.Cic.pro Cælio,28.
Colonus parciſſimus,frugaliſſimus.Cic.2.de Orat.159.
Parcus,cum genitiuo:ut, Parcus opis.Claud.3.Paneg.45.
Aceti ueteris non parcus.Horat.2.Serm.Satyr.2.13.
Cruoris parcus.Claud.2.Paneg.68.
Pœnæ parcus.Claud.7.Paneg.23.
Ciuium ſanguinis parcum credidêre.Tacit.lib.19.
Manu parca offerre aliquid.Horat.3.Carm.ode 16.9.
Parciſſimus honorum, Qui honoribus parcit,neq; honores deſiderat.Plin.epiſt.226.
Parcus, ablatiuo iunctum:ut,Parcus opera.Plaut.Rud.22.10.
Parcus comitatu, Qui paucos in comitatu habet.Plinius in Paneg.127.
Parcus in ædificando. Plin.in Paneg.83. Cic. pro Corn. Balbo, 40,M.Craſſus non Aletinenſem fœderatum ciuitate donauit, homo tum grauitate & prudentia præſtans, tum uel nimium parcus in largienda ciuitate.
Parciſſimum tamẽ hominem uocamus puſilli animi & contracti,quum infinitum interſit inter modum & anguſtias.
Parciſſimus æſtimator beneficiorum.Plin.in Paneg.34.
Cultor deorum parcus & infrequẽs.Horat.1. Carm. ode 34.1.
Acies parca.Vide Acies.
Ira parcior meo merito.Ouid.1.de Ponto,eleg.3.5.
Iuuentus parca magnum donandi. Horat.2.Serm.Satyr.5.16.
Lucerna parca.Propert.lib.4.eleg.3.12.
Sale parco contingere aliquid.Virg.3.Georg.81.
Parcus,& breuis ſomnus.Plin.in Paneg.81.
Tellus parca.Stat.4.Syl.5.3.
Parcus & Elegãs, contraria.Cic.in Orat.46, Nã ſic ut in epularum apparatu à magnificentia recedens , non ſe parcum ſolùm,ſed etiam elegantem uideri uolet.Idem de claris Orat. 76, Craſſius erat elegantium parciſſimus , Scæuola parcorũ elegantiſſimus.
¶Parcè, Aduerbium(φειδωλῶς)Frugaliter,moderatè.Plaut. Trucul.7.18,

—ita ego illam
Aedepol ſeruem,itaq; parcè uictitem,ut,&c.

Viuere parcè.Lucret.lib.5.225.

Theſaurí pars 3.

Parcè ac duriter uiuere. Terent. Andr.1.1.47. Idem Adelph. 1.1.20.
Parcè parcis.Plaut.Aulul.9.35.
Parcè & continenter uiuere:cui opponitur, Diffluere luxuria. Cic.1.Offic.149.
Nimium parcè. Vide Nimis.
Parcè & reſtrictè facere.Cic.2.de Fin.70.
Parcè & paulatim. Cæſar 7. bel.Gal.283.
Exigere precium parcius. Ouid.1.Amor.eleg.8.14.
Profiteri amores parcè.Ouid.2.de Arte,128.
Parcè uti uerbis. Cic.3.de Orat.23.
Parcè & timidè de aliquo ſcribere.Cecinna Cic.lib.6.7.4.
¶Parcius, comparatiuum aduerbium. Horatius 1. Epiſtol. ad Mecęn.2,

Sæpe uerecundum laudaſti:rexq; paterq;,
Audiſti coram, nec uerbo parcius abſens. id eſt,appellatus es à me rex,& coram,& nihilominus abſens.Lambinus.

Parcius condire. Plin.lib.14. cap. 7.1, Poſtquam parcius mari condiunt.
Dicere parcius de laude alicuius.Cic.pro Murænа,27.
Obijcere aliquid alicui parcius.Virg.8.eclog.3.
Vexare aliquem parcius.Ouid.epiſt.8.3.
Parciſſimè facere poteſtatem aquæ.Cõlum.lib.6.cap.7.2.
¶Parcitàs, penult. corr. parcitatis, fœm. gen. (φειδὼ) Frugalitas. Senec. 1. de Clement. Ciuitatis mores magis corrigit parcitas animaduerſionum. id eſt, non frequens , aut non auſtera nimium punitio.
¶Parſimonia, parſimoniæ (φειδωλὴ) Moderatio ſumptuum & Parcitas.Terent.Heaut.3.1.32,

Vehemens in utranq; partem Menedeme es nimis,
Aut largitate nimia,aut parſimonia. Cic. in Parad.62,

O dij immortales, non intelligunt homines quàm magnum uectigal ſit parſimonia.

Ruſtica illa atq; inculta parſimonia.Cic.pro Quintio,62.
Antiqua parſimonia.Tacit.lib.3.
Sine parſimonia.Plin.lib.12.cap.14.10,Alexandro Magno in pueritia ſine parſimonia thura ingerenti aris.
Adhibere parſimoniam. Vide Adhibeo.
Cuſtodire parſimoniam. Vide Cuſtodio.
Minuendum noſtra parſimonia decus illud triumphi non putaui.Cic.de Prouinc.Conſul.22.
Parſimonia temporis.Plin epiſt.5.lib.3.
Parſimoniæ oratoris.Cic.in Orat.46, Sunt enim pleræq; aptæ huius ipſius oratoris,de quo loquor, parſimoniæ.
Pardalianches]παρδαλιαγχὲς,ueneni genus. Plin. libro 8. cap.27.4, Pantheras perfricata carne acconito (uenenum id eſt)Barbari uenantur.Occupat ilicò fauces earum angor: quare pardalianches id uenenum appellauêre quidam.Idem lib.27.cap.2.4.
Pardalis] πάρδαλις,animal eſt ferum,Syriæ,Africæq; peculiare,quod alio nomine Panthera appellatur.
Pardalios] πάρδαλος, gemma eſt maculis quibuſdam uariegata,à pantherinæ pellis ſimilitudine nomẽ habens . Plin. lib.37.cap.11.
Pardalium] πάρδαλιον, Vnguenti nomen, ſic dictum, quòd pardalis odorem reddat, quæ ſola ex animantibus odorem reddit,& Latinè panthera dicitur.Plin.lib.13.cap.1,Fuerat & pardalium in Tharſo,cuius etiam compoſitio & miſtura obliterata eſt.
Pardus]pardi,maſc.gen. (πάρδος) Animal eſt,cuius fœmina,pardalis dicitur, & Latinè panthera. Plinius lib.8. cap. 17. 4, Nunc uarias , & pardos , qui mares ſunt , appellant in eo genere , creberrimo in Aſia , Syriaq; : Idem libro 10. cap.73.3.

Celer pardus. Lucan. lib. 6. 37.
Fulminei pardi. Claud. 8. Paneg. 61.
Sublimis pardus magno hiatu. Iuuen. Satyr. 11. 13.
Virides pardi. Claud. 3. Paneg. 69.
Pardus biando felit. Author Philomelæ, 10.
Pardi mortem simulat. Prouerbio dicebatur, ubi quis astu perniciem alicui moliretur: ueluti quum Brutus stupidum ac dementem ageret, ut in posterum imperio potiretur. Id adagiũ ad quendam apologum referunt: de quo uide Erasmum in Chiliadibus.

¶ Pardalis in Pardo. Apud Phrygas Pardalis pro foribus affixa, Homero teste, signum immunitatis erat, ne hostium incursibus patéret. Alexander Alexandr. lib. 5. cap. 24.

Parecbasis] pen. corr. (παρέκβασις) Latinè transgressio, excursus & excursio dicitur. Quint. lib. 4. cap. 3. Parecbasis est, alienæ rei, sed ad utilitatem causæ pertinentis, extra ordinem procurrens tractatio.

Parectatus] parectati, penult. prod. (παρέκτατος) Nonius, Parectati hi qui de pueritia ueniunt ad pubertatem: à Græco sumptum uocabulum. Lucilius libro 8, Vnde parectato chlamydes, ac barbula prima. Idem libro 20. Tum ephebum quendam, quem uocant parectaton. Varro de compositione Satyrarum, Parectatæ adsunt, mulierq; mulier Venus caput.

Paredoni] suis Pratitæ, Hyrcanici maris accolæ, hi influentem Tigrim in mare excipiunt. Plin. lib. 6. cap. 15.

Parelcon] παρέλκον, est productio dictionis ex adiectione syllabæ, siue etiam dictionis integræ ad aliam dictionem. Terentius Andr.

Nihil ad Pamphilum quicquã. Vbi Donatus, παρέλκον. Nam abundat Quicquam. nam Nemo quisquam, non dicitur. Virg. 1. Aeneid. 43,

—& uosmet rebus seruate secundis. Vbi seruius, Met parelcon est.

Parenchiresis] παρεγχείρησις (quod uerbũ apud Quintilianum reperitur lib. 7. capite de Diuisione seu parenchiresi) est quum præter orationem, uel declamationem, huius tamen uel illius causa, Orator uel Rhetor de ordine capitum, diuisione causæ, collocatione & dispositione apud se exigit & perilestigat, aut discipulos instituendo quæstiones & capita docet, & ultra eos qui idem argumentum tractarunt, excogitare aliquid conatur. Quod enim id præter orandi & declamandi officium & munus sit, & aliquid præter alios excogitandi labor suscipiatur; Parenchiresis uocatur, uelut conatus quidam & aggressio, præter legitimum opus. Est & Parenchiresis, quum argumentum & negocium ab alio tractatum, alius sibi sumit scribendum: ut apud Ciceronem ad Atticum, de oratione Bruti, Prorsus contendis committere, tam multis uerbis agis. Egóne ut eam causam, quam uis scripsit? Ego scribam non rogatus ab eo? nulla παρεγχείρησις fieri potest contumeliosior. Hic parenchiresim uocat, scriptam à Bruto causam scribere. Eodem modo Themistius elegans, & nitidus scriptor, Parenchireseis appellat, quum quid secus quàm alij dicimus, aut prætermissum scribimus. Eius uerba sunt: τὸ, τε σμικρῶν οὔσης παρεγχειρήσεων, ὁ δὴ καλοῦσι κατὰ βάλλεσθαι πραγματείας, ὁμοίως, ὡς τὰ Αθήνας βδελυρῷ μετωνύμῳ τὴν φασὶν, ὅτι τὰς λιμὰς ἡμιπτᾶ & ὥστε ἀμείνω ποιήσαι. Hinc Timæus ἀπαρεγχείρητον perfectum appellat, & quod suis est omnibus numeris absolutum. Hæc ideo tam multis, ne quis huius dictionis nouitate & insolentia perturbetur, quum ab alio, quod sciam, nondum sit explicata. Ex Turnebo.

Parenchyma] παρέγχυμα, Caro est, quæ semper hæret musculis, illorum ueluti pars. Galen. libro 2. de Temperament. aut potius Erasistratus.

Pareneta] Regio Armeniæ minori cõtermina. Strabo lib. 11.

Parens] parentis, priore correpta, com. gen. à Pario fit (παρὰ τοῦ γεννᾶν) Festus, Parens uulgò pater & mater significatur: sed iuris prudentes auos & proauos, auias & proauias parentum nomine appellari dicunt. Paulus de gradibus affinitatis, I. iurisconsultus, Parentes apud Romanos usq; ad tritauum proprio uocabulo nominantur. Virgil. 9. Aen. 17,

Quod tua chara parens domito te poscit Olympo.

Pater & parens. Cic. 1. de Inuent. 117.
Natorum quinq; parens. Ouid. 13. Metam. 141.
Cura sagax parentum. Senec. Hippol. 2. 14.
Nomen mite parentis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 27.
Proles parentum. Virg. 3. Georg. 21.
Pauperum sanguis parentum. Horat. 2. Carm. ode 20. 2. Sanguis filius.
Chari parentes. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 1.
Confarreati parentes. Tacit. lib. 4, Nam patritios confarreatis parentibus genitos tres simul nominari, &c. Andreas Alciatus in Tacitum, Legitima matrimonia ac antiquis ita celebrabantur, ut farreum libum communicarent, & degustarent. Festus & Boethius authores. Apuleius quoq;, Talis (inquit) mulieris publicitis matrimonium confarreaturus. Meminit & Dionysius Halicarnaseus. Vide diligenter Cælium lib. 28. cap. 17.
Confectus ætate parens. Virg. 4. Aeneid. 120.
Dubitatus parens. Ouid. 2. Metam. 4.
Fessus ætate parens. Virg. 2. Aeneid. 120.
Gemini parentes. Virg. 3. Aeneid. 36.
Ingenuos clarosq; parentes habere. Horatius 1. Serm. Satyr. 6. 14.
Intestati parentes. Quint. lib. 3. cap. 6. 68.
Longæuus parens. Virg. 3. Aeneid. 34.
Parcus uterq; parens. Ouid. 1. Amor. eleg. 3. 2.
Rigidus parens. Ouid. 2. Metam. 163.
Superstites parentes. Horat. Epod. 5. 22.
Tardus senio parens. Senec. Herc. fur. 3. 9.
Tremulus parens. Catul. in Epithal. Iuliæ, 56. 11.
Veterum decora alta parentum. Virg. 2. Aeneid. 90.
Non alere parentes nefarium est. Cic. Attico, lib. 9. 180. 4.
Titulus anteire parentes. Stat. 3. Theb. 31.
Colere in loco parentis. Vide Colo.
Curare parentes. Vide Curo.
Facere parentem pulchra prole. Virg. 1. Aeneid. 16.
Fieri parentem. Quint. lib. 1. cap. 1. 3.
Facta parens duorum. Ouid. 6. Metam. 39.
Charissimos parentes habere debemus, quòd ab ijs nobis uita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita est. Cic. Post reditum in Senatu, 1.
Obseruare & diligere aliquem, ut alterum parentem. Cic. Licinio, lib. 5. 8. 13.
Præstare pietatem parentibus. Quint. lib. 5. cap. 10. 10.
Parentes & propinqui. Cic. 7. Verr. 85.
Parentes abundè habemus. Dictum apud Sallustium in persona Romanorum.
Fœcunda parens. Ouid. ad Liuiam, 17.
Longæua parens. Ouid. ad Liuiam, 87.
Magna parens, Tellus. Ouid. 1. Metam. 78.
Maximus mundi parens. Seneca Hippol. 4. 22.
Sanctissima parens patria. Cic. Attico, lib. 9. 180. 4.
Procreatrix quædam & quasi parens bonarum artium philosophia Cic. 1. de Orat. 5.
Parens cunctorum terra: hoc est, altrix. Plin. lib. 18. cap. 1. 2.
Parens eloquentiæ. Colum. in Præf. lib. 1. 25.

Frugum parens, Tellus. Virg. 2. Georg. 35.
Lyræ parẽs, Mercurius: hoc est, inuentor. Horatius 1. Carm. ode 10. 2.
Mentium parentes, non corporum. Quintilianus libro 2. capite 9. 1.
Metus parens odij. Stat. 1. Theb. 26.
Parens & effector operum omnium Deus. Cicero de Vniuers. 57.
Parens patriæ primus appellatus Cicero. Plinius libro 7. capite 30. 7.
Patriæ parentem occidere, quàm suum, grauis est. Cicero 2. Philipp. 51.
Philosophiæ parens Socrates iure dici potest. Cicero 2. de Finibus 1.
Rerum parens, Deus. Lucan. lib. 2. 2.
Parens & educatrix rerum quæ in homine inesse perspiciuntur, sapientia. Cic. 1. de Leg. 93.
Parens urbis Romulus. Liu. 4. ab Vrbe, 15.
Parens de arbore. Plin. lib. 12. cap. 5. 1, Rami nouam sibi propaginem faciunt circa parentem in orbes.
Parentium genitiuus pro parentum. Horat. 3. Carm. ode 24. 5,

Dos est magna parentium Virtus.

¶ Parentela, parentelæ, pen. prod. (συγγένεια) Parum Latina uox. Iulius Capitolinus in Gordianis, Duxit uxorem filiam Mistihei doctissimi uiri, quem causa eloquentiæ dignum parentela sua putauit.

¶ Parenticida, parenticidæ, pen. prod. (γονεοκτόνος) Qui patrem aut matrem occidit. Plaut. Epid. 8. 13,

—qua ego tuum patrem faciam parenticidam.

¶ Parento, parentas (πατρίζω, σὐγγενίζω, ἐντυφιάζω, παρεχώω) parentare, Parentibus iusta celebrare. Licet etiam ad alios transferatur. Plinius libro 18. cap. 12. 2, Quoniam mortuorum animæ sint in ea (scilicet faba) qua de causa parentando utiq; assumitur. Cicero pro L. Flacco, 74, Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego, reuocemus eiectos. Idem 1. Philipp. 10, Vt cuius sepulchrum nusquam extet, ubi parentetur, ei publicè supplicetur. Ouidius 1. Amor. eleg. 13. 1,

—sic Memnonis umbras
Annua solenni cæde parentet auis.

¶ Parentor, parentaris, parentari, Deponens. Seneca epistol. 123, Non coniuantur, sed iusta sibi faciunt. Mortuis certè uiui parentantur.

¶ Parentalis, pen. prod. Adiectiuum (ἀπροσωπητικὸν) ut, Vmbræ parentales. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 18.
Dies parentales. Ouid. 2. Fast. 110.

¶ Parentalia, parentaliorum uel parentalium, neut. gen. (σύναγμα τι) Conuiuia, quæ in parentum aut propinquorum funere fieri consueuerunt. Cic. 1. Phil. 9, An me censetis P. C quòd uos inuiti secuti estis, decreturum fuisse, ut parentalia cum supplicationibus miscerentur?

Parens] priore producta, Participium à Pareo. Vide paulo post.

Parenta] Oppidum in Arabia. Plin. lib. 6. cap. 29.

Parenthesis] pen. corr. huius parenthesis, uel parenthesees, fœm. gen. (παρεκβάσις) Interpositio ex παρὰ & τὶθημι, quæ duo, significant inter: θέσις, positio. Valla, Parenthesis est interiectio orationis in sermone: qua remota, sermo manet integer. Ea quum semper uenusta est, tum plurimum uenustatis habet, quum sit per Qui, aut Is, aut per Vt: ut sequentibus exemplis clarum fiet. Si modò culpam tuam fassus esses, pater (qua indulgentia est) omnia tibi ignouisset. Item, Id flagitij si præsens uidisset parens (eius seueritatis est) te membratim discerpsisset. Item, Si hanc noxam Petro imponere pergis, ille (ut imprudentissimus est) in te eam retorquebit.

Parentium] πάροπον, Istriæ urbs, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Vulgò Parenzo.

Parento] parentas. Vide Parens, priore correpta.

Pareo] Prima producta, pares, parui (φαίνομαι) parere, Videri, apparere. Et à Pario, ut uult Sipont. deductum est: quoniam partus postquam extra uterum est, uidetur. Virg. 10. Aeneid. 36,

Cui pecudum fibræ, cæli cui sidera parent. Vbi Seruius, Parent, peritissimè agnoscuntur: quod ad omnia referendum est, ad fibras, sidera, uoces auium, fulmina. nam si uidentur, tantum accipias, cuiuis possunt uideri, nec tamen intelligi. Item, uoces auium non uidentur, sed agnoscuntur auditæ. Nec Parent, obtemperant, procedit. nam quomodo sidera, uel fibræ, uel aues, uel fulgura possunt obtemperare? Festus, Paret, apparet interpretatur. Martialis libro 12. 25,

Festinant trepidi substringere carbasa nautæ,
Ad portum quoties paruit Hermogenes.

¶ Parere, pro Apparere ueteres dicebant: itaq; scriptum est apud Siccum Flaccum, Aliquibus locis lapides, qui in limitibus positi erant, interciderunt: & limites ipsi, id est, rigores, non parentibus lapidibus difficilè inueniuntur. Et Frontinus, Ante louem limites non parebant, qui diuiderent agros. Hyginus autem: Antiquæ mensuræ actus in diuersum nouis limitibus inciditur. nam tetrantum ueterum lapides adhuc parent, sicut in Campania finibus Minturnensium. Et apud Ciceronem in oratione pro Roscio Comœdo. Paulus Manut.

Parere (ὑπακούω, πείθομαι) Obedire etiam significat. Virgilius 1. Aeneid. 139,

Paret amor dictis charæ genitricis, & cr.

Modestè qui paret, uidetur qui aliquando imperet dignus esse. itaq; oportet & eum qui paret, sperare se aliquo tempore imperaturum: & illum qui imperat, cogitare breui tempore sibi esse parendum. Cic. 3 de Legib. 6.
Occultissimè parere. Vide Occultè, in Oculo, oculis.
Parere, & dicto audientem esse. Cic. 7. Philip. 218.
Auspicijs parere & religionibus. Cic. Classem amisit, quum auspicijs non paruisset. Idem 2. de Nat. deor. 12.
Colono arua parent. Virg. 1. Aeneid. 1. 1.
Consilijs alicuius parere. Cic. Att. 1. lib. 8. 260. 5.
Cupiditatibus parere. Cic. 1. de Fin. 81.
Dicto parere. Liu. 8. bel. Pun. 127.
Dominis parere superbis. Virg. 12. Aeneid 48.
Gulæ parere, pro Seruire, siue indulgere. Horatius 2. Sermõ. Satyr. 7.
Imperio parere. Cæsar 5. bel. Gal. 9.
Intercessori parere: id est, deferre, ut uulgò dicunt nostri Interrisconsulti: hoc est, Petenti cedere. Cicero 3. de Legibus, 6. Budæus.
Legibus parere. Cic. 3. de Legibus, 43. Idem 2. Offic. 56, Leges latronum esse dicuntur, quibus pareant, quas obseruent.
Lupatis duris parere. Virg. 3. Georg. 41. De equis.
Necessitati parere cogimur. Cic. in Orat. 117.
Parere & obedire alicui præcepto. Cic. 5. Tusc. 52.
Præceptis parere. Virgil. 2. Aeneid. 122.
Promissis parere, Præstare promissa. Ouid. 5. Fast. 101.
Regi paret oppidum illud. Plin. lib. 6. cap. 28. 4.
Obedire & parere uoluntati architecti. Cicero 1. de Natura deorum, 29.
Partum conditioni. Scæuola de dote prælegata. l. quum dotem, Quæsitum est, quum res in dotem datæ plures ipso usu finitæ

finitæ essent, nec moriente marito fuerant, an quasi sub impossibili conditione legum datum uideatur? Respondi, uideri cõditioni paritum, si quod ex rebus in dotem datis superat, in potestatem hæredi peruenit.

Paretur, pen. prod. (ὑπακούεται) Impersonale. Liu. 9. ab Vrbe, 166, Quod postquam Consuli nunciatum est, extemplò tessaram dari iubet ut prandeat miles: firmatisq; cibo uiribus, arma capiat, dicto paretur.

¶Parens, πατεύδων, Participium, siue Nomen ex participio. Cic. 1. Offic. 108, Quinetiam ob has ipsas causas & parentiores habuerunt exercitus, & fortiores.

Dicto parens. Virg. 1. Aeneid. 146.

Parientia] æ, Obsequium: à uerbo Pareo. Cassiodorus lib. 7. Variar. formularum, Cui, inquit, saluberrimam parientiam cõmodate. l. j. C. qui pro sua iurisdict. ubi non patientiã, sed parientiã legendum est. Parentiam qui legit, is quoq; peccat.

Parephippius] παρήφιππος, qui præter rationem equestris disciplinæ equos agit, quasi præposterus siue imperitus eques. à præpositione παρά, quæ in compositione frequenter idem significat quod peruersè siue præposterè, & nomine ἐφίππου, quod equestrem sonat. utitur hac uoce imperator in l. parephippium. C. de curs. public.

Parergum] parergi (παρέργου) Quod alicui rei præter propositum additur. Plin. lib. 35. cap. 10. 34, Quidam & naues pinxisse usq; ad annum L. argumentum esse, quòd quum Athenis celeberrimo loco Mineruæ delubro propylæon pingeret, ubi fecit nobilem Paralum & Hemionida, quam quidam Nausicam uocant, adiecerit paruulas naues longas in ijs quæ pictores parerga appellant: ut ab hac pareret, à quibus initijs ad arcem ostentationis opera sua peruenissent. Budæus, Parerga sunt quasi corollaria operis locati quæ fiunt ultra id quod in stipulatione comprehensum est. Ergon, est opus ipsum de quo actum est: Parergon, operis appendix, de quo nihil actum erat.

Parerga horologiorum, quæ ornatus causa fiunt in horologijs, uocat Vitruuius lib. 9. cap. 9. Budæus.

Pares] Curiæ censentur, qui feudum habent in eodem territorio, in quo beneficium controuersum est. Oldendorpius. Pares Curiæ sunt principes, qui regi aut principi assident. Vide cap. 1. in princip. si de inuestitura inter dominum & uasallum lis oriatur.

Paresis] παρίσις, Græca uox est, quum significatur remissio uel negligentia: corporis & animi defectio & languor, uiriumq; & corporis & animi extenuatio. Budæus.

Paretacení] παραιτακηνοί, populi Mediæ, aut certè Mediæ finitimi, iuxta Elimæos, montium incolæ, & latrocinio uictum quærentes. Meminit horum Herodotus lib. 1. Strabo lib. 11. & 16.

Paretonion] est spuma maris cum limo solidata: & ideo cõchæ minutæ inueniuntur in eo: usqueadeò coloribus perutile est, ut ex eo colori albicanti, paretonium nomen suum, spuma communicauerint. Paretonium autem nomen loci habet ex Aegypto. Plinius libro 35. cap. 6. Paretonium (inquit idem Plinius lib. 35. cap. 5) quoniam est natura pinguissimum, & propter læuorem tenacissimum atramento aspergitur, ne Paretonij candor pallorem Chrysocollæ adferat.

Paria] Pariæ, Insula in Phœniceo mari, ante Iopen, alio nomine Aiados. Plin. lib. 5. cap. 31.

Parianus] alio nomine Colias Saxitanus, Cybius, lacertorũ minima, aquas incolens: inuenitur in Bætica. Plin. lib. 32. cap. 11.

Pariatio, Pariator] Vide Par.

Paricani] Populi Orientis plagæ, in ea regione quæ Zaparnene dicitur. Plin. lib. 6. cap. 16.

Parici] βασανισταί, inquit Festus, Quæstores appellabantur, qui solebant creari causa rerum capitalium quærendarum.

Paricida] paricidæ, pen. prod. com. gen. (πατροφόνος, πατροντόνος) Parentum interfector, & patriæ proditor: quia patria, parens uniuscuiusq; est. Martian. ff. ad leg. Pomp. de paric. l. 1, Lege Pompeia de paricidijs cauetur, ut is paricidij teneatur, nõ solùm qui patrẽ & matrem interfecerit, sed qui auũ, uiam, fratrem, sororem, patruelẽ, matruelem, patruũ, auunculum, amitam, materteram, consobrinum, consobrinam, uirum, uxorem, filiam, nepotem, nurum, aliosq; propinquos occiderit. Cicero in Catil. 21, Certè uerendum mihi non erat, nequid hoc paricida ciuium interfecto, inuidiæ mihi in posteritatem redundaret. Idem 2. de Legibus, 36, Sacrum, sacróue commendatum qui clepserit, rapserituq;, paricida esto. Horat. 3. Carm. ode 29. 2,

Telegoni iuga paricidæ.

Paricida, fratricida, sororicida. Cic. pro Domo sua, 21.

Sicarij, homicidæ, parricidæ. Cic. 2. Philip. 51.

Insui in culeum paricidas uiuos, atq; ita in flumen deijci uoluerunt. Cic. pro Roscio Amer. 42.

Paricida etiam dicitur qualemcunq; hominem occiderit. Vnde extat lex Numæ Pompilij, Siquis liberum hominem morti sciens duit, paricida esto. Hæc ex Festo. Tranquillus in Cæsare, Et Curtius paricidas appellat Persas, qui Darium confoderunt. Vnde & quæstores paricidij in l. 2. de Origine iuris.

Custodiri ut paricidam. Brutus Ciceroni, 6. 2.

Sicarium non modò, sed etiam paricidam aliquem iudicare. Cic. Cassio, lib. 12. 3. 1.

Paricida, A par paris, deducitur: uel à patre. Alijs à parente compositum uidetur, pro Parenticida, per syncopam. Nonnulli geminato r scribunt, à pari deducentes, addito r altero, euphoniæ uel productionis causa: uel à patre, t in r conuerso.

¶Paricidium, paricidij (πατροντονία) Cognati, uel ciuis, uel alicuius alius occisio, uel contra patriam machinatio. Cic. lib. 3. Offic. 111, Potest enim, dij immortales, cuiquam esse utile fœdissimum & teterrimum paricidium patriæ, quamuis is qui se eo obstrinxerit, ab oppressis ciuibus parẽs nominetur? Idem 3. de Nat. deor. 94, Sibi salutem ut familiari pareret paricidio. Ex quodam poeta.

Patriæ paricidium. Cic. 2. Phil. 41.

Necari ciuem Romanum, propè paricidium est: uinciri, facinus: uerberari, scelus. Cic. 7. Verr. 133.

Fraternum paricidium. Cic. pro Cluentio, 23.

Paricidio se inquinare. Cic. 4. de Fin. 104.

Paricidio maculare partus suos. Liu. 1. ab Vrbe, 54.

Obstringere se paricidio. Vide Obstringo.

Nefario patriæ paricidio se obstringere. Cic. 11. Phil. 311.

¶Paricidalis, & hoc paricidale, pen. prod. Adiectiuũ. Quint. Declamat. 16, Vidi truces loquentis oculos, uultus paricidali ardore suffusos.

¶Paricidiosè, pen. prod. Aduerbium ab attributo Paricidiosus, confictum, ut ab ignominiosus ignominiosè. Cic. 5. Tusc. Paricidiosè uituperare parentem.

Pariedrus] πάρεδρος Ptolemæo, pars Tauri montis in finibus maioris Armeniæ, ex qua Apsarus fluuius oritur. Author Plin. lib. 6. cap. 9. & lib. 5. cap. 27.

Pariena] παρίενα, Ptolemæo libro 2. cap. 11. Germaniæ urbs. Vulgò Frideck.

Paries] parietis, penult. corr. masc. gen. (τοῖχος, τεῖχος) De priuatis dicitur, ut domorum paries: estq; id quod interijcitur & interiacet inter unam & alteram domum. Plinius libro

libro 35. cap. 14, Quid num & Africa Hispaniaq; ex terra parietes, quos appellant fornaceos (quoniam fornacum modo circundati, utrinq; duabus tabulis infarciuntur uerius, quàm instruuntur) æuis durant, incorrupti imbribus, uentis, ignibus, omniq; cæmento firmiores? Cicero 6. Verr. 108, His aũt tabulis interiores templi parietes uestiebantur.

Communis paries utriq; domui. Ouid. 4. Metam. 14.

Crassus paries. Vide Crassus.

Paries cratitius, dicitur ab asseribus, qui arrecti transuersiq; in modum cratis texuntur: unde Vitruuius arrectarios parietes, transuersariosq; appellat. Vide Crates.

Fissus paries tenui rima. Ouid. 4. Metam. 14.

Paries intergerinus. Vide Intergerinus suo loco.

Directum parietem ad parietem communem adiungere, uel solidum uel fornicatum, omnibus iuris est. Cic. in Topic. 10.

Conscribere parietes. Vide Conscribo.

Crustare parietes. Vide Crusta.

Disturbare parietes. Cic. in Parad. 35.

Ducere parietem per uestibulum alterius. Cic. pro Mil. 56.

Perfodere parietes. Vide Perfodio.

Arctis parietibus premere locum. Virg. 4. Georg. 60.

Vrbis parietes stant & manent. Vide Maneo.

Græcis parietibus textum iter. Virg. 5. Aeneid. 118.

Intra parietes meos nihil mihi tutum. Cicero Plancio, libro 4. 14. 9.

Intra parietes experiri & disceptare. Cic. pro Quint. 20, Siquid in controuersiam ueniret, aut intra parietes, aut summo iure experiretur. id est, Aut inter amicos disceptandam rem permitteret citra iudicium, & extra cancellos forenses: aut apud iudicem concesso sibi legibus aut moribus iure uteretur, id est, rigore iuris ad extremum non decederet. Budæus.

Albo pariete aliena bona oppugnare. Plautus Persa, 3. 19. Vbi interpres, Legitur apud Asconium Pædianum, apud Prætorem & alios magistratus, in urbe Roma, ad primos uestibuli parietes fuisse album spacium, in quo à collegio magistratúue publicanda scripto proponebantur. In albo ergo pariete aliena oppugnant bona, sic intellige: Qui instituunt, & sibi proponunt lucri causa aliquem alicuius criminis accusare, & rem apud Prætorem haberi delatione sua. Hactenus interpretes Plauti.

¶Parietina, parietinæ, penult. prod. (τὸ τεῖχος) Paries uetus ac semiconsumptus. Plinius libro 22. cap. 17. 2, Austericum folio simile ocimo, nigrior tantùm, nascens in tegulis parietinisq;. Cicero ad Memmium, lib. 13. 1. 7, Is igitur Patro, quum ad me Romam literas misisset, uti te sibi placarem, peteremq; ut nescio quid illud Epicuri parietinarum sibi concederes, &c.

¶Parietarius, Substantiuum, Parietum substructor. Firmici lib. 8. cap. 24, Decimanona pars in horoscopo fuerit inuenta, architectos faciet, structores, parietarios, uel marmorarios.

Parietaria] huius parietariæ (ἑλξίνη) Herba à parietibus in quibus nascitur, sic dicta. unde etiam Muralium appellata est.

Parij] Populi circa Mæotim, quos & Xandios appellant. Strabo lib. 11.

Parilia] Parilitorum (παλιλία) Deæ Palis festa, quasi Palilia. Plinius libro 19. cap. 5. 5, Parilibus tamen aptissimè. Vide Pales.

Ab ijs Parilibus, quibus Romam à Romulo conditam accepimus, diem natalem illius urbis repetebat L. Tarutius Firmanus, in primis Chaldaicis rationibus eruditus. Cicero 2. de Diuinat. 147.

Festa Parilia. Ouid. 14. Metam. 155.

Parilis, Parilitas] Vide Par.

Parilitium fidus] siue Palilitium, signum cæleste ex septem constans stellis, quas Græci ὑάδας, Latini Suculas appellauit. Rationem nominis, uide suprà in dictione Palilitium.

Pario] parias. Vide Par.

Pario] paris, peperi, pen. corr. partum uel paritum, pen. corr. (τίκτω, τέκω, λοχέω, ἀποτίκτω) parere, Fœtum emittere. Propriè ad fœminas pertinet. Plin. lib. 10. cap. 33. 5, In Scythis auis magnitudine otidis binos parit.

Liberos ex sese parit mulier. Seruius Ciceroni, lib. 4. 5. 8.

Fœmina quum pepererit, repletur lacte. lib. 5. 163.

Marem parere. Ouid. 9. Metam. 136.

Decies parere. Vide Decem.

Parere, aliquando de iuris legitur. Cæcil. Hic uicinus noster perisse se filium memorat.

Parierint, pro Pepererint, dixit Cato cap. 89. Gallinas teneras quæ primùm parierint, concludat. Alia exemplaria habent, parient.

Terra parit fruges. Lucret. lib. 198. Cic. 1. de Nat. deor. 7.

Parere oua dicuntur aues, pro Ponere, & quod Varro de Re rust. facere dicit. Plin. lib. 10. cap. 52. 1, Plurima oua pariũt strutiocameli. Idem lib. 9. cap. 51. 6.

Ouum parit gallina. Cic. 4. Acad. 105.

Vermiculos pariunt ligna putrefacta. Lucret. lib. 2. 180.

Pario, pareris, pen. corr. Passiuum. Plin. lib. 10. cap. 52. 3, Oua exeunt à rotundissima sui parte, dum pariuntur.

Parere, per translationem, pro Acquirere siue comparare: quoniam quæ parimus & acquirimus, noua sunt, quemadmodum quæ concipiuntur. & construitur sicut Emo. Columella libro 9. cap. 1, Sequitur ut examina desideremus: ea porrò uel ære parta, uel gratuita contingunt. Virgilius 11. Aeneid. 5,

Ite, ait, egregias animas, quæ sanguine nobis
Hanc patriam peperere suo.

Parere, gignere, proferre, Author ad Herenn. lib. 4. 144.

Parere & procreare, Educare atq; confirmare. Cicero 2. de Oratore. 193.

Parere alicui, & Depellere, contraria. Cic. Bruto, 15. 6.

Aegritudinem parere alicui. Plaut. Trinum. 6. 35.

Beneficium sibi parere. Terent. Eunuch. 5. 2. 32.

Curas nobis peperit iniuria. Propert. lib. 1. eleg. 17. 5.

Causam uitæ parere. Plin. lib. 11. cap. 37. 52.

Dignitatem & salutem aliquibus, suis laboribus parere. Cic. 4. in Catil. 73.

Diſsidium parere. Lucret. lib. 1. 44.

Dolorem parere. Cic. 1. de Finib. 77.

Fastidium parere. Plin. 12. cap. 17. 10.

Fortuna peperit tibi. Lucan. lib. 3. 20.

Fructum parere sibi. Cic. pro Rosc. Amer. 53.

Gloriam parere. Cic. ad Brutum, 15. 6.

Gratiam apud aliquem parere sibi. Liu. 4. bel. Maced. 167.

Laurus illi peperit æternos honores. Horat. 2. Carm. ode 1. 4.

Lachrymas peperêre mihoribus nostris. Lucret. lib. 5. 241.

Laudem parere sibi. Cic. 2. Offic. 66.

Lethum sibi peperêre manu. Virg. 6. Aeneid. 87.

Lingua peperit hoc malum misero. Tibul. lib. 4. eleg. 12. 4.

Moram parere. Plaut. Trucul. 7. 9.

Oua pariuntur. Plin. lib. 10. cap. 52. 3.

Pacem parere. Cic. Planco, lib. 10. 5. 2.

Perfugium pedibus parere. Plautus Cistel. 4. 13. id est, fugere.

Salutem parere. Cæsar 1. bel. Gal. 226.

Somnum tibi peperi mero. Tibul. lib. 1. eleg. 6. 6.

Spinosiora multa pepererunt dialectici. Cic. in Orat. 62.
Verba parere, Est noua uerba fingere. Cic. 3. de Fimib. 4, idq; cùm Græcis, tum magis nobis, quibus etiam uerba parienda sunt, imponendaq; noua nouis rebus nomina.
Victoriam parere sibi. Liu. 10. bel. Pun. 65.
Vrbes peperit philosophia, & dissipatos homines in societatem uitæ conuocauit: eos inter se primò domicilijs, deinde coniugijs, tum literarum & uocum communione iunxit. Cic. 5. Tuscul. 7.
Ad hanc te amentiam natura peperit, uoluntas exercuit, fortuna seruauit. Cic. 1. in Catil. 18.
Pario, pareris, pen. corr. Passiuum. Cic. 2. Offic. 73, Maximè autem gloria paritur & gratia defensionibus.
Voluptates pecunia pariuntur. Cic. 2. de Fin. 91.
In pariundo. Vide In præpositionem.
¶Pariens, participium, (τίκτουσα) ut, Timidæ parientes. Ouid. 9. Metam. 57.
¶Pariturus, pen. prod. Aliud participium (τεξόμενος) Ouid. 5. Metam. 64.
—illa potentem
Lucinam nouies, nouies paritura uocauit.
¶Partus, Aliud item participium (γενηθείς, τυχθείς) In lucem editus.
Genus partum ueterino semine. Lucret. lib. 5. 173.
Alius Achilles Latio partus. Vide Achilles.
Partam uideur accepisse Columella, pro ea quæ peperit, lib. 7. cap. 4, Singuli agni binis nutricibus summittendi, nec quicquam subtrahi summissis expedit, quo saturior lactis agnus celeriter confirmetur, & parta nutrici consociata minus laboret in educatione fœtus sui.
¶Partus, πολυποιηθείς, pro Nactus & acquisitus. Terentius Andr. 5. 5. 5,
—nam mihi immortalitas
Parta est, si nulla ægritudo huic gaudio interceserit.
Labore magno, magnisq; periculis parta quædam. Cicero 2. de Oratore, 116.
Partum per nos, & Delatum diuinitùs, contraria. Cicero 2. de Oratore, 100.
Virtute non parta, sed peccatis & uitijs quædam. Cicero. 2. de Oratore, 116.
Honestè partis bonis aliquem priuare. Cic. pro Quintio, 49.
Census partus per uulnera. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 2.
Coniunx parta tibi. Virg. 2. Aeneid. 157.
Decus partum eloquio. Silius lib. 3. 125.
Existimatio partâ. Cic. pro Sylla, 58.
Fama parta. Valer. 7. Argon. 59.
Gloria parta. Ouid. 12. Metam. 59.
Honor partus. Virg. 5. Aeneid. 46.
Laus parta perennis. Silius lib. 15. 77,
Libertas plurimo sudore & sanguine maiorum parta nobis & tradita. Cic. 2. de lege Agrar. 30.
Munera parta sunt meæ Veneri. Virg. 3. eclog. 14.
Opes partæ. Tibul. lib. 2. eleg. 4. 8.
Partæ opes non casu, sed ingenio. Cic. 3. Tusc. 69.
Pabula parta sine labore. Lucret. lib. 5. 174.
Pax parta duci. Lucan. lib. 10. 22.
Parta improbè præda. Cic. 1. de Fin. 79.
Quies parta uobis. Virg. 3. Aeneid. 99.
Regna parta per gladios. Ouid. 1. de Arte, 52.
Res partæ sanguine. Ouid. 1. epist. 19.
Triumphus partus. Virg. 1. Aeneid. 116.
Victoria parta. Cic. ad Atticum, lib. 10. 201. 2.
Vltio parta est. Senec. Medea, 1. 5.
Malè parta malè dilabuntur. Cic. 2. Phil. 76.

Reponere parta. Claud. de bel. Getic. 101.
¶Partus, huius partus, masc. gener. (τοκετὸς, τόκος, κύημα, κύησις) Cic. 3. de Fin. 72, Idem hoc esse dicturi, bonam mortem & bonum partum meliore longum esse, quàm breuem. Propert. lib. 2. eleg. 3. 6,
Non non humani sunt partus talia dona.
Grauiditas & partus. Cic. 2. de Nat. deor. 178.
Ancillæ partus an in fructu habendus. Cic. 1. de Fin. 19.
Mulæ partus propè necessarius, cõceptio contra naturam. Cic. 2. de Diuinat. 74.
Aestiuus partus. Vide Aestas.
Maturus partus. Celsus lib. 7. cap. 29.
Densus uuarum partus. Plin. lib. 14. cap. 2. 7.
Numerosus partus. Vide Numerus.
Remorans partus. Ouid. epist. 15. 9.
Adest mulieri partus: hoc est, parienti tempus. Celsus libro 2. cap. 1.
Adhibetur Iuno Lucina ad partus. Vide Adhibeo.
Adolescere in partum. Vide Adolesco.
Maturos aperire partus. Horat. in Carm. secul. 3.
Appropinquat partus. Cic. pro Cluentio, 13.
Dulci partu ditescere. Lucret. lib. 4. 252.
Dare partu: id est, párere. Lucret. lib. 2. 230.
Dare partu geminam prolem. Virg. 1. Aeneid. 56.
Edere partus perfectos, uel inchoatos. Plin. lib. 10. cap. 63. 5.
Elidere partum. Celsus lib. 2. cap. 7.
Partus excluditur diebus ter nouenis. Plin. lib. 10. cap. 59. 2.
Propè instat partus. Vide Instо.
Leuabit te partu Lucina. Ouid. 9. Metam. 140.
Vno partu liberos peperit uiro, at sibi nepotes. Seneca Thebaid. 1. 28.
Partu postremo Polydorum Hecuba peperit. Cic. 3. de Orat. 122. Ex poeta.
Reddere partum. Plin. lib. 10. cap. 12. 3.
Sustinere partum. Celsus lib. 2. cap. 10.
Tuetur partus matronarum Natio dea. Cicero 3. de Natura deor. 93.
Partus arboris etiam dicitur. Plin. lib. 12. cap. 14. 8, Autumno legitur ex æstiuo partu. De thure.
Partus, Ipsa proles. Mart. lib. 1. 14,
Nec iacuit partûs, sed matre cadente cucurrit. Plin. lib. 8. cap. 32. 2, Editos partus exercent cursu. De ceruis.
Monstrosi hominum partus. Lucan. lib. 1. 112.
Multiformes partus. Vide Multus.
Nobilis partus. Seneca Herc. fur. 6. 32.
Partus semiferi. Claud. 1. in Eutropium, 1.
Suppositus partus. Silius lib. 15. 92.
Abigere partum. Vide Abigo.
Gemellos enixa partus. Ouid. 6. Metam. 143.
Ferre partum, In utero gestare. Plin. lib. 8. cap. 32. 1.
Ferre partum ex aliqua, Tollere puerum ex aliqua Senec. Hercule furen. 6. 32.
Maculare partus suos paricidio. Vide Macula.
Diligunt suos partus feræ. Cic. 2. de Orat. 91.
¶Paritura, parituræ, pen. prod. (γενητὸ) Idem quod Genitura & fœtura. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 1. 26, Demes si uis duas res de mulis, admissuram & pariturам. Legitur & Parturam.
¶Partitudo, partitudinis (τέξις) antiquum. Plaut. Aulul. 4. 36,
Neq; iam quo pacto celem herilis filiæ.
Probrum, propinqua partitudo cui appetit.
¶Partio, partionis, fœm. gen. (ἀποτέξεται) Idem, antiquè. Gellius lib. 10. cap. 2, Eumq; finem esse dixit multijugæ hominum partionis. Varro 3. de Re rust. cap. 9, 3, de gallinis, Hæ enim

enim ad partiones sunt aptiores.
¶Partor, partoris, Verbale (πορισμὸς) Qui peperit & acquisiuit. Plaut. Trucul. 3. 29,
—unde antè parta
Demus pòst partoribus.
¶Parturio, parturis, pen. corr. parturiui (ὠδίνω, λοχεύομαι) parturire, In pariendo laborare. Terent. Adelph. 3. 4. 42,
Iuno Lucina fer opem: seruа me obsecro. H. hem,
Numnám illa quæso parturit.
Ager almus parturit. Virg. 2. Georg. 66.
Parturient mõtes, nascetur ridiculus mus. Horat. 2. de Arte, 29.
Arbos omnis nunc parturit. Virgil. 3. eclog. 122.
Parturire, per translationem dixit Cic. 2. Philip. 122, Vtinam aliquandо dolor pop. Rom. pariat, quod iamdiu parturit.
Periculum conceptum Respub. parturit. Cic. pro Mur. 76.
¶Parturiens, parturientis (ὠδίνουσα) Ipsa mulier quæ parturit. Plin. lib. 20. cap. 21. 4, de malua, Vtiq; constat parturiẽtes solijs substratis celerius solui. Ouid. 3. Fast. 52, Dicite, tu uoto parturientis ades.
¶Pario, paris, parire, per quartam cõiugationẽ. Varrо lib. 4. de lingua Lat. Oua parire solet genus pennis condecoratum: non animas, ut att Ennius.
Parion] πάριον, urbs est in Hellesponto, ait Stephanus, uocata sic à Pario Iasonis filio.
Parion, uel Parium, Ptolemæo, Plinio, Straboni, Propontidis in Hellesponto oppidum, à Milesijs, Erythræis, Parijsq; conditum: iuxta quod, teste Plinio lib. 7. cap. 12, gentes sunt quæ Ophiogenes uocantur, serpentum ictus leuare solitæ, & manu imposita, uenena extrahere corpori. Varro etiam nunc esse paucos ibi dicit, quorum saliuæ contra ictus serpentum medeantur. In eodem oppido, teste Plinio lib. 36. cap. 5, Cupido nudus fuit, par Veneri Gnidiæ nobilitate & iniuria. Hodie uocatur Parisa, ut scribit Oliuarius in Melam libro 1. cap. 19.
Infame Parium fragosis uadis. Valer. 2. Argon. 128.
Paris] Paridis, pen. corr. (πάρις) Priami filius, quem pater, quòd patriæ fatum futurum esse præsenserat, exponi iussit, pastoresq; educauerunt. Tempore procedente in aulam paternam receptus, apud Idam pulchritudinis sententiam, pro Venere contra Palladem & Iunonem tulit: ex quo illas perpetuò infestas sibi regnoq; habuit. Venus autem ei nuptias Helenæ per raptum conciliauit: unde Troiæ bellum exortum, secundum Homerum. Ex Oenone nympha Idæa ab eo, dum esset pastor, adamata, Idæum & Daphnidem dicitur suscepisse. Interfecit in bello Troiano Achillem & Antilochum: cum Aiace uerò Oileo congressus, mutuis simul cum eodem uulneribus cecidit.
Paris, nomẽ habet ἀπὸ τῦ παριέναι, hoc est, à transeundo, nimirum intentatam mortem, quando expositus est. Et hoc est primum & propriũ eius nomen. Alexander enim cognominatus est ab opitulatione, ut innuit Ouid. in epistola ipsius ad Helenam,
Penè puer cæsis abducta armenta recepi
Hostibus, & causam nominis inde tuli. ab ἀλέγω auxilior, & ἀνὴρ uir. Vide Cælium lib. 19. cap. 12.
Hecuba Cissei filia, se ficem párere uidit & Parin creauit: qui causa fuit incendij. Virgil. 10. Aeneid. 141,
—& face prægnans Cisseis regina Parin creat. Face prægnans, ait Seruius: quia antequã páreret, facem se peperisse uidit in somnis.
Culpatus Paris. Virgil. 2. Aeneid. 121.
Dardanius Paris. Virgil. 2. eclog. 13.
Parim, Accusatiuus. Ouid. 13. Metam. 4,
—accusoq; Parim.
Paridem uocat per translationem Octauianum, Cicero ad eum scribens, 10, At te fata patriæ Paridem futurum prædicabant, qui nostrâs urbem incendio, Italiam bello, &c.
Fuit & Paris histrio, libertus Domitiæ Neronis amitæ, cuius meminit Cornelius Tacit. & Iuuenalis.
Parisij] Parisiorum (παρίσιοι) populi inter Celtas, qui Senonensi prouinciæ attribuuntur, Senonibus, Belouacis, & Agendico oppido proximi, ac Meloduno oppido finitimi: Lutetiam habent oppidum, quum nunc Parisiensem, episcopalem urbem inhabitant, positam in insula fluminis Sequanæ, quòd perpetua palus influeret, & in regno Francorum esset. Horum meminit Cæsar lib. 6. Comment. Ptolemæus lib. 2. cap. 8, Ad ortum uerò & iuxta Sequanam Parisij: & ciuitas, Parisium, Leucodecta. Vulgò Paris.
Paristhmium] & paristhmia, orum (παρίσθμιον) tonsillæ sunt ad linguæ radicem, numero quatuor, duæ cõspicuæ: duæ his proximæ, penitiores. sic dictæ, quòd isthmo figurâ respondeant. Galen. in Introduct. cap. Interiorum anatome.
Pariter] pen. corr. (ἴσα τοῦτα) Aduerbium congregandi, significãs Simul. Cic. de Amic. 68, Quòd si hæc apparent in bestijs, uolucribus, agrestibus, natantibus, subibus, cicuribus, feris, primùm ut se diligant (id enim pariter cum omni animante nascitur) deinde ut requirant atq; appetant, ad quæ se applicent, eiusdem generis animantes.
Pariter & simul. Cic. 3. de Orat. 6.
Pariter enim cum uita sensus amittitur. Cic. 1. Tusc. 39.
Tua laus pariter cum Repub. cecidit. Cic. 2. Offic. 65.
Crescunt pariter cum luna, pariterq; decrescunt ostreæ & conchylia. Cic. 2. de Diuin. 49.
Mecum pariter molestè ferunt Siculi. Cic. 7. Verr. 136.
Infindunt pariter sulcos. Virgil. 5. Aeneid. 29.
Vtraq; uis pariter metuenda. Virg. 4. Aeneid. 8.
Pariter nobiscũ. Author ad Heren. lib. 3. 61, Quin ad hanc utilitatem pariter nobiscum progredi possis.
Percipit uoluptatem pariter cum corpore animus. Cicero 5. Tuscul. 136.
Secum pariter me reportauit Resp. Cic. Post. red. in Sena. 31.
Pariter (ὁμοῦ) eodem tempore. Virgil. 10. Aeneid. 173, de Mezentio alloquente Rhœbum equum suum,
—Lausiq; dolorum
Vltor eris mecum: aut, aperit si nulla uiam uis,
Occumbes pariter. Potest & hìc significare Simul.
Pariter (ἰσίως) Ex æquo, æqualiter. Næuius, ut pariter dispertiantur bona patris. hoc est, ut tantum habeat unus, quantũ alter. Plaut. Adul. 6. 13.
Pariter & æqualiter. Cic. de Amic. 51.
Terminantur pariter extrema. Cic. in Orat. 21.
Pariter (ὁμοίως) Similiter. Cic. pro Fonteio, 29, Pugnat pariter pro salute M. Fonteij Narbonensis colonia.
Aequè & pariter. Cic. 1. de Finib. 104.
Pariter ac. Terent. Phorm. 5. 3. 3, Pariter nunc opera me adiuues, ac dudum re opitulata es.
Pariter atq; Plaut. Amphit. 13. 11,
—sed ædes occluserunt, euge hoc fit
Pariter atq; ut alia facta sunt.
Pariter ut. Plaut. Aulul. 3. 22,
Is ex se hunc reliquit, qui hìc nunc habitat, filium
Pariter moratum ut pater, auosq; huius fuit.
Pariter fit. Terent. Eunuc. 1. 2. 12. id est, similiter, ut ait Don.
Pariter pro meritis. Plaut. Milit. 10. 75.
Paritura] Vide Pario.
Parium] πάριον, ciuitas Asiæ in regione Mysiæ, ex qua fuit Neoptolemus, cognomento Glossographus. Strabo libro 10. & 11.
Parius] Tharsensis quidam, quem supra Dianæ ædem de-

cumbentem febris adeò uehemens corripuit, ut tandem oppresserit. De illo Hippocrates lib. 3. de Morbis uulgaribus eiusq; interpres Claud. Galen: Comment. lib. 3.

Parma] parmæ (ἀσπὶς) Breue scutum, quo pedites utebantur, quòd è medio in omnes partes esset par, ut inquit Varro. Virgil. 9. Aeneid. 109.

Ense leuis nudo, parmaq; inglorius alba. Hoc scutum Græci, authore Plinio, uocant peltam. Liu. 8. ab Vrbe, 32, Quem cuspide parmaq; inuixum, attollentem se à graui casu Manlius ab iugulo, ita ut per costas ferrum emineret, terræ affixit.

Cana parma. Ouid. 12. Metam. 18.
Crudæ parmæ tegmina. Silius lib. 5. 105.
Obiectum parmæ dat læua. Lucret. lib. 4. 171.
Obiecta proturbat pectora parma. Stat. 5. Thebaid. 33.
Remouere parmam. Claud. 7. Paneg. 3.
Macro transit parma. Virgil. 10. Aeneid. 164.

¶ Parmatus, pen. prod. Adiect. (ἀσπιδωτὸς) Parma tectus. Liu. 4. ab Vrbe, 165, Dat signũ Volscis imperator, ut parmatis notæ cohorti hostium locus detur.

¶ Parmula, parmulæ, pen. corr. Diminutiuum (ἀσπίδιον) Horat. 2. Carm. ode 7. 2,

Tecum Philippos, & celerem fugam.
Sensit relicta non bene parmula.

¶ Parmularius, parmularij (μονόμαχος) Gladiator, qui parmula utebatur, itemq; fautor & locator eius generis. Quintil. lib. 2. cap. 11. 2, Alius percontanti Theodoreus, an Apollodoreus esset, Ego, inquit, parmularius sum. Vbi interpres, Parmularius dicitur parmarum, hoc est scutorum faber.

Parmularij etiam Thraces appellantur. Festus, Thraces gladiatores à similitudine parmularum Thraciarum uocati.

Parma] πάρμα. Plin. lib. 3. cap. 1, oppidum Galliæ togatæ prope Rauennam.

Surripuit Parmam Antonius. Cic. 14. Philipp. 391.

¶ Parmensis (παρμαῖος) Incola & habitator urbis Parmæ. Cic. 14. Philipp. 190.

Optimos uiros, honestissimosq; homines, maximè cum authoritate huius ordinis populiq; Rom. dignitate cõiunctos Parmenses crudelissimè interfecit L. Antonius. Cicer. 14. Philipp. 390.

Parmensis Cassius. Horat. 1. epist. 4. 1.

Parmenides] pen. corr. (παρμενίδης) Eleates, Anaxagoræ discipulus, ut Suidas: ut Diogenes Laertius, Xenophanis. Cuius meminit Plato, qui eius nomine dialogum scripsit, uocauitq; Parmenidem, siue de Ideis. Hic carmine Physiologiam expressit, sicut Empedocles & Hesiodus; duplicemq; eam esse dixit: unam quæ ueritate constaret, alteram quæ opinione.

Parmenio] παρμενίων, unus fuit ex præcipuis amicis Alexandri Macedonis, qui eum in Asiaticam expeditionem est secutus: cuius & frequens est mentio apud Qu. Curtium, in lib. de Rebus gestis Alexandri Magni.

Parmenîscus] Astrologus, quàm sapienter de Autumno & uindemijs scripserit, refert Plinius lib. 18. cap. 31.

Parmeno] pen. corr. (παρμένων) apud Comicos nomen uiri, quasi deses: à παρὰ & μένω, maneo.

Parmularius] Vide Parma.

Parnacides] genus uestium puellarum. Varro de liberis educandis, Vt puellæ habeant potius in uestitu chlamydas, encombomata, ac parnacidas, quàm togas. Nonius.

Parnasus] pen. prod. uel, ut alij scribunt, Parnassus (παρνασσὸς) Mons in Phocide, ut scribunt Plinius & Strabo. lib. 9. & Herodotus, Melaq; confirmant. Qui mons duos uertices habet: quorum unum Thitoreã, alterum Hyampeium, Herodotus in Vrania tradit: non autẽ Cytheronem & Heliconem, ut Seruius putauit: seu, ut alij uolunt, Cyrrham, aut Cyrphin, seu Nysam, quòd Cytheron aut Helicon in Bœotia montes disiuncti sunt, ita ut Helicon procul sit à Parnaso circiter quindecim passuum millia, Cytheron uerò triginta. Est igitur Parnasus mons Phocidis, sacer Baccho & Apollini. Ouid. 1. Metam. 64,

Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis, & rè.
Mons ibi uerticibus petit arduus astra duobus
Nomine Parnasus, superaq; cacumine nubes. Lucan. lib. 5. 15, In hoc monte rupes uel maiestate numinis, uel situ ipso horrorem uisentibus facit, undiq; ferè præceps in formam theatri. Hic est Apollinis Delphici templum: hic fons Castalius, Musis sacer. hìc habitauêre Pierides, natio Thraciæ: unde Pierius mons, & Pierides Musæ. Sub Parnaso habitauerunt Hiantes populi. Hìc fontes Atticam uersus Hippocrene & Agathippe.

Arx umbrosa Parnasi. Ouid. 1. Metam. 94.
Sacri Parnasi cornua. Stat. 5. Thebaid. 117.
Iuga Parnasi. Virgil. eclog. 10. 3.
Summus uertex Parnasi. Catul. Argon. 59. 78.
Biceps Parnasus. Ouid. 2. Metam. 45. Pers. in Procem. 1.
Sacer Parnasus. Stat. 5. Thebaid. 117.

¶ Parnasius, Adiect. (παρνάσσιος) Virgil. 6. eclog. 6,

Nec tantum Phœbo gaudet Parnasia rupes.

Laurus Parnasi. Virgil. 2. Georg. 4.
Templa Parnasia. Ouid. 6. Metam. 56.

Parnes] parnethis (πάρνηθος) mons est Atticæ regionis, dicitúrq; tam masculino, quàm fœminino genere: ut probat Stephanus. Stat. 12. Thebaid. 124,

—Parnesq; benignus Vitibus.

Parni] sunt Nomades, illi scilicet populi, qui Arsace uiro Scytha duce Parthiam inuaserunt atq; obtinuerunt: quum antea Orchum accolentes, Daiorum finibus miserrimis claderentur. Strabo lib. 11.

Parnœtes] παρνοίτης, Cognomen fuit additum Callistrato, Athenienſiũ Reipublicæ principi. Is aliquando instituit, ut in iudicijs & concionibus numuli quidam distribuerentur. Quæ res tandem uersa est in prouerbium: Reperit obolum Parnœtes. quod in eos nõ inscitè conueniet, qui nouum aliquod excogitarunt præmium, quo illectent.

Parnus] πάρνης, Nauta fuit pauperculus, qui ob amissam nauiculam, cum obuijs quibusq; litigabat. Hinc Adagium, Parni scaphula: quod in eos conueniet, qui ob res minutulas multum mouent litium, & querelarum. Erasmus ex Dionenidno.

Paro] paras (ἑτοιμάζω, σὺν-πίζω, σκευάζω, σύντυνω, ὁπλίζω, ἐφοπλίζω, πορσαίνω, πορσύνω) parare, à Pario deducitur, teste Sipontino: nam quæ paramus, quodammodo párere & proferre uidemur. Terent. in Prolog. Phorm. 3,

Maledictis deterrere ne scribat, parat.

Parare & ornare scutis & telis aliquos. Cicer. pro Cecin. 44.
Constituere & parare aliquid alicui. Cic. Curioni, lib. 2. 3. 5.
Parare (πτᾶσθαι) Comparare, acquirere: ut, Parare diuitias, amicos, &c.
Acre parare aliquid. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 26.
Agros alicui sibi parare. Cic. pro Flacco, 56.
Creare & parare. Lucret. lib. 4. 158.
Amicos parare. Cic. de Amic. 50. Terent. Eunuc. 1. 2. 69,

Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.

Amor paratur sæpe ludendo. Ouid. 3. de Arte, 74.
Ancillas parare. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 43.
Animos parare, dextrasq; Liu. 5. belli Maced. 140.
Vina parant animos. Ouid. 1. de Arte, 48.

Arma parare aduersus aliquem. Ouid. 4. Fast. 140.
Aurum alicui parare. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 43.
Bellum parare, Instruere. Cæsar 5. bell. Gall. 210.
Bella parantur mihi. Ouid. 2. de Remed. amor. 1.
Blanditias alicui. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 4.
Campum ad certamen. Virgil. 12. Aeneid. 24.
Casas, pelles, ignem parare. Lucret. lib. 5. 202.
Classis hæc mihi paratur. Stat. 1. Achil. 7.
Cœnã. Cic. ad Atti. lib. 4. 77. 1. Prandiũ, Plaut. Amphit. 16. 17.
Connubia natis. Stat. 2. Achil. 27.
Conuiuia. Virgil. 1. Aeneid. 129.
Instruere & parare conuiuium. Cic. 6. Verr. 54.
Cursus. Virgil. 4. Aeneid. 60.
Dapes. Virgil. 6. eclog. 16.
Dominum sibi parare. Lucan. lib. 6. 52.
Excusationem. Cic. ad Attic. lib. 12. 24 5. 3.
Exempla alicui. Iuuen. Satyr. 9. 14.
Exequias. Ouid. 2. Fast. 164.
Exitium alteri. Cic. 2. Tusc. 67.
Facinus triste. Ouid. 6. Metam. 125.
Formam. Ouid. 3. de Arte, 47.
Fortunas magnas, & copiam: hoc est, diuitias. Liu. 4. bell. Puni. 100. Plaut. Epid. 7. 4.
Fugam parare. Terent. Phorm. 1. 4. 14.

Quam hic fugam aut furtum parat

Fugam & socios. Virgil. 1. Aeneid. 73.
Gratiam alicuius. Tacit. lib. 12.
Homines parare, Emere. Catul. de Varo, epigr. 10. 17.
Hortos aliquos. Cic. Attico, lib. 12. 24 1. 16.
Hospitium. Propert. lib. 3. eleg. 23. 4.
Imber maximus paratur agricolis. Virg. 1. Georg. 86.
Insidias. Ouid. 2. Fast. 43.
Interitum alicui. Cic. 1. de Diuin. 101.
Inuidiam alicui ex fua re familiari. Cic. in Salust. 5.
Iras. Senec. Hippol. 10. 14.
Iter in Macedoniam. Cæsar 3. bell. Ciuil. 131.
Lethum alicui. Lucret. lib. 6. 247.
Locus paratur epulis. Lucan. lib. 7. 161.
Locum ac sedem alicui. Cæsar 1. bell. Gall. 125.
Militum manum, parare, interficiendorum Consulum ciuitatis causa. Cic. in Catil. 10.
Serò medicina paratur, quum, &c. Ouid. 1. de Rem. amor. 19.
Membra paraui pugnæ. Ouid. 9. Metam. 7.
Magnos motus fata parant. Lucan. lib. 2. 14.
Necessitudines. Cæsar 8. bell. Gall. 190.
Necem alicui. Ouid. 1. de Arte, 15.
Orationem sibi parare. Vide Oro.
Orationes aduersus, uel in aliquem. Plaut. Pseud. 7. 39.

Plin. in Præfat. 13.

Prælia dira. Lucan. lib. 3. 63.
Profectionem. Cæsar 1. bell. Ciuil. 109.
Reditum parat sibi & socijs. Horat. 1. epist. 2. 5.
Magno parantur regna æterna. Lucan. lib. 1. 7.
Sacra parantur. Virg. 2. Aeneid. 27.
Sapientiam. Cic. 1. de Finib. 5.
Se ad aliquid parare, Applicare & accommodare, quod dicitur. Terent. Eunuc. 2. 2. 18. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. 30,

Huc te pares, hæc cogites, ad hæc te exerceas.

Erigere & parare se ad dicendum. Cic. in Orat. 67.
In omne nefas ego me paraui. Ouid. 6. Metam.
Solatia sibi. Ouid. 2. de Remed. amor. 11.
Subsidium. Cic. ad Attic. lib. 1. 6. 5.
Tela. Ouid. 3. Metam. 10.
Dulcia uerba alicui. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 4.
Vim. Liu. Alios uim parantes occidit: id est, qui ui tueri se nitebantur. Ouid. 2. Metam. 116, Vim parat & sequitur.
Parat. Terent. Phorm. 5. 8. 64,

Animo uirili præsentiq; ut sis, para.

Parant defendere telis. Virg. 2. Aeneid. 90.
Ire parat ad urbem. Virg. 1. Aeneid. 137.
Ire parant in nemus. Virg. 4. Aeneid. 24.
Paratum est ita. Plaut. Pœn. 14. 88.
Auidus parandi diuitias. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 15.

¶ Parans, Participium (ἑτοιμάζων) ut, Animi parantes infanda. Statius. 5. Sylu. 2. 18.

¶ Parandus, aliud participium (ἑτοιμαστέος) ut,

Dona paranda. Ouid. ad Lucan. 26.
Scelus parandum est magno animo. Senec. Medea, 12. 10.

¶ Paratus, pen. prod. (ἑτοιμασμένος) Similiter participium. Terent. 4. 4. 15, Quin est paratum argentum.

Vir in quouis loco paratus. Terent. Andr. 4. 3. 4. Donatus, Paratum dixit ad omnes affectus, quicunque de proximo esse possunt.

Paratus & promptus (ἑτοιμος, πρόχειρος) Cic. 1. Verr. 22.
Paratus ab. Vide A uel Ab Præpositiones.
Ab omni re paratum esse. Plancus Senatui, lib. 10. 8. 13.
Ab exercitu paratus, Cælius Cicer. lib. 8. 10. 2.
Paratus & meditatus. Cic. 4. Ver. 12, Sed in Siciliam paratus ad prædam, meditatusq; uenire cupiebat.
Paratus ad audiendum. Cic. 2. de Finib. 1.
Paratus ad dolores. Cic. 1. de Finib. 76.
Paratissimus ad dicendum. Cic. 1. Verr. 23.
Præsidijs naturæ, uel, doctrinæ ad dicendum paratus. Cicero 1. de Oratore, 21.
Paratus ad omnem euentum. Cic. ad Toranum, lib. 6. 21. 3.
Ad omne facinus paratissimus homo. Cic. pro Milone, 18.
Paratus & instructus ad iudicium uenit. Cic. 2. Ver. 5.
Ad mentiendum paratus. Cic. de Amic. 81.
Paratus ad omnia. Brutus ad Cic. lib. 11. 13. 11.
Ad permouẽdos animos instructus & paratus. Cic. in Orat. 10.
Paratus ad periculum animus. Cic. 1. Offic. 91.
Consuetudine beneficentiæ parationes erunt & tanquam exercitatores ad bene de multis promerendũ, quo pluribus prosuerint. Cic. 2. Offic. 75.
Paratissimus ad hæc propulsanda. Cic. ad Attic. lib. 5. 9 4. 2.
Ad uim promptus, ad seditionem paratus, expeditus ad cædem. Cic. 2. de leg. Agrar. 81.
Ad uim paratus. Ouid. 11. Metam. 59.
Contra fortunam paratus. Cic. Luceio, lib. 5. 13. 2.
Animis opibusq; parati. Virgil. 2. Aeneid. 169.
Paratus peditatus. Cic. ad Attic. lib. 6. 18 5. 4.
Paratior certamini. Quintil. lib. 8. cap. 3.
Paratissimus tuendæ ciuitatis. Cicer. 2. de Legib. 103. Quædam exemplaria legunt peritissimus.
Paratus omnia perpeti. Cæsar 3. bell. Ciuil. 31.
Animo paratus tueri prouinciã. Plancus Senatui, lib. 10. 8. 14.
Certare parati. Virgil. 5. Aeneid. 22.
Acies paratæ ferro. Ouid. 3. Fast. 44.
Acies parata neci. Virgil. 2. Aeneid. 67.
Agmen paratum secum habet. Virgil. 5. Aeneid. 110.
Animus paratus bello & paci. Liuius 1. ab Vrbe.
Paratissimo animo sustinere. Cæsar 8. bell. Gall. 149.
Propositum ac paratum auxilium ijs hic tuum esse uideatur. Q. Cic. de Petit. Consul. 15.
Celeritas in respondendo prompta & parata. Cicer. de claris Orator. 79.
Consensu omnium parato, tota deniq; Italia ad contentionem expedita, &c. Cic. pro Sestio, 29.

Epulæ paratæ regifico luxu. Virgil. 6. Aeneid. 121.
Fortitudo est satis instructa, armata, parata per sese. Cic. 4. Tusc. 80.
Hospitium nobis paratum. Lucan. lib. 9. 218.
Parati & expediti multa commentatione ac meditatione loci. Cic. 2. de Orat. 65.
Mors parata. Lucan. lib. 8. 7.
Mortis paratæ instrumenta. Ouid. 10. Metam. 77.
Imparatum in paratos incidere. Cic. pro Milone, 41.
Prouincia omnium ciuitatũ consensu paratissima. Plancus Senatui, lib. 8. 13.
Thalami paratĩ. Virgil. 7. Aeneid. 20.
Vrbs parata. Virgil. 4. Aeneid. 15.
Paratior. Lucan. lib. 6. 19,
— cæloq; paratior unda.

¶ Paratum, penult. prod. Substantiuum (ὑποστασιδίου) Terent. Eunuch. 3. 4. 4, Præterijt tempus: quo in loco dictũ est, parati nihil est.

¶ Paratus, huius paratus, pen. prod. (παρασκευή) Ipse paranti actus. Quint. lib. 10. cap. 1, Copiosus uerborũ fit paratus. Id est, apparatus. Tacitus libro 5, Gazam, & paratus regios adijcit.
Græcus, paratus rerum. Stat. 2. Thebaid. 21.
Principalis paratus. Tacit. lib. 18.
Funebris paratus. Tacit. lib. 13.
Opus impar uestris paratibus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 1.
Celebrare aliquid ingenti & insolito paratu. Tacit. lib. 18.
Largis paratibus uti. Ouid. epist. 15. 39.
Induta Tyrios paratus. Ouidius 3. Fastor. 126. Id est, induta Tyrio uestitu.
Paratè, pen. prod. Aduerbium (παρασκευαστικῶς) Promptè & expeditè. Plaut. Epid. 8. 38.
Paratè uenire ad dicendum. Cic. de clar. Orat. 130, Is tamen ad dicendum ueniebat magis audacter, quàm paratè. Idem pro Rosc. Amer. 43, Tamen diligentius, paratiusq; uenisses.
Paratius dimicare. Cic. 1. Offic. 117.
Paratissimè respondit: id est, promptissimè. Plin. epist. 9. lib. 3.

¶ Parito, paritas, pen. corr. (εὐπόριστος) paritare, Frequentatiuum. Plaut. Merc. 12. 64,
Quid tu ais, qui quum illuc, quo nunc ire paritas ueneris, &c.

¶ Parabilis, & hoc parabile, pen. corr. (εὐπόριστος) Quod in promptu est, & citò haberi potest. Cic. 1. de Finib. 71, Propterea quòd ipsa natura diuitias quibus contenta sit, & parabiles, & terminatas habet.
Venus parabilis & facilis. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 2. 4.
Victus parabilis. Curtius lib. 6.

Paro] paronis (πάρων) Nauiculi genus, inquit Festus, ad cuius similitudinem Myoparo dicitur, pyraticum nauigium. Brigantinus hodie aut Gallio uocatur, teste Budæo.

Parochus] Parochi, pen. corr. (πάροχος) Parochi, qui peregrinis salem & ligna præbebant, inquit Acron. De quibus Horatius 1. Serm. Satyr. 5. 10,
— & parochi quæ debent ligna salemq;. Quos Porphyrio Copiarios à Latinis uocatos esse tradit, qui salem & lignaijs præstabant, qui Reipub. causa peregrè ibant. Sub nomine autem harum specierum omnia hospitibus necessaria intelligimus, ut idem Acron alibi sentire uidetur, libro 2. Serm. Satyr. 8. 8. ubi Horatius parochum pro conuiuatore posuit,
— uertere pallor
Tum parochi faciem nil sic metuentis, ut acres
Potores. Cicero in priore significatione usus est ad Atticum, lib. 13. 26. 1, 5, Ariarathes Ariobarzani filius Romam

uenit: uult opinor regnũ aliquod emere à Cæsare. nam quo modo nunc est, pedem ubi ponat in suo non habet: omnino eum Sestius noster parochis publicis occupauit. Sunt qui parochias inde appellatas esse censeant: quibus singulis sacerdotes sui destinati sunt, ab exhibitione scilicet sanctifici crustuli, sacrosanctiq; panificij. Ego uerò non parochias primùm, sed parœcias appellatas esse censeo. Budæus.
Parochi non solùm sunt qui præbenda magistratibus redemerunt. Verumetiam equi, qui cursus publici causa præbẽtur: quæ tamen significatio à superiori deducta uidetur. Ita fit ut in illa actionis, in hac perpetionis sensus insit. Theodoretus, μικροῦ δὲ καὶ αὐτὸν διεχρήσαντο, εἰ μή τινι τῶν παρόχων ἕπαυσε τὴν ἐπιβολὴν τῆς ἐδωδῆς διεσκόλυνε. Annotauit Turnebus.
Paroculi] paroculorum, à paribus oculis dicĩtur. Suetonius in libro de claris Rhetoribus, de Sext. Clodio, Malè oculatus & dicax paroculorum.
De Parodontidibus] Vide Celsium, lib. 6. cap. 13.
Parœcus] parœci, m. g. (πάροικος) Parœci, sunt accolæ: quare qui fanum aliquod accolunt, parœci dicti sunt, eiusdẽ scilicet fani consortes. Et parœcia accolarum conuentus & accolatus, sacraq; uicinia. nam πάροικοι etiam οἱ πρόσοικοι dicuntur, id est uicini: legiq; ipse hoc uerbum apud Græcos in ea significatione, nisi falsus sum opinione. Quòd si Latinè loqui magis placet, Latinè scientibus, Curiæ dici possunt: unde curiones olim dicti: & πάροικοι, ipsi curiales. Budæus.
Parœmia] parœmiæ (παροιμίαι) definitore Donato, est accommodatum rebus temporibusq; prouerbium. Diomedes autem diffinit hunc in modum, Parœmia est prouerbij uulgaris usurpatio, rebus temporibusq; accommodata.
Parolene] est brachij pars quædam, de qua Cælius Rhodiginus lib. 4. cap. 3. sit scribit Brachij prominens summitas dicitur acromia, aut humeri caput: item epomis, & acrocolia, apud Iulium Pollucem: Vbi articulus obfirmatur, Entyposis, uel humeri acetabulum, extrinsecus musculi, intus parolene.
Paromœon] παρόμοιον, Figura quoties est uerborum in oratione aliqua similitudo. Terent. And. 1. 5. 7,
— id mutauit, quoniam me immutatum uidet. Vbi Donatus, παρόμοιον. nam quoties uerba sunt, παρόμοιον dicitur: quoties nomina, παρωνυμασία. Idem in sua editione secunda, Paromœon est, quando ab eisdem literis diuersa nomina sumuntur: ut, O Tite tute Tati tibi tãta tyranne tulisti.
Paromologia] penult. corr. (παρομολογία) schema est, quod fit cum aliquot res aduersario concedimus: deinde aliquid inferimus quod aut maius sit quàm superiora, aut etiã omnia quæ posuimus, infirmet: ut, Sume hoc ab iudicibus nostra uoluntate: neminem illi propiorem cognatum quàm tè fuisse concedimus. officia tua nonnulla in illum extitisse, stipendia uos unà feciss aliquandiu, nemo negat. Sed quid contra testamentum dicis, in quo scriptus hic est? Ex Hyperide est exemplum hoc. Rutilius Lupus.
Paromphalon] est concretio tofi in umbilico. Galenus in Finition. medic.
Paronomasia] pen. corr. (παρωνομασία) schema est, ueluti quædam denominatio: uel quoties aliud nomen efficitur ex alio. Terent. Andr. 1. 3. 13, Nam inceptio est amentium, non amantium. Vbi Donatus, Amabant ueteres de proximo similia dicere: ut, Cic. 6. Verr. 23, Minus clarum putauit fore quod de armario, quàm quod de sacrario esset ablatum. Et quidem si in uerbis sunt, paromœon dicitur: in nominibus, paronomasia.
Paronychia] paronychiæ, penult. corr. fœ. g. (παρωνυχίαι) Abscessus

Abscessus circa radices unguium. Plin. libro 23. cap. 3. 1, Ungiuarum inflammationibus, paronychijs, sordidisq; ulceribus excrescentibus. Plinius tamen genere neutro profert, ut lib. 24. cap. ult. 11, Altero quod est aizoo simile, ad paronychia & pterigia unguium, & quum caro unguibus increuit, utuntur cum axungia. Idem lib. 28. cap. 8. 1. Paronychia dicta à παρά, ad: ὄνυξ, unguis: quasi ad unguem.

¶ Paronychia, herba ab effectu sic appellata, sanat enim paronychias. Dioscorides lib. 4. cap. 49. Gale. lib. 3. de Simplic. medicam. facult. tibus.

Paropamisadæ] παροπαμισάδαι, populi Asiæ, qui (sicut refert Ptolemæus) ab Oriente parte Indiæ, ab Occasu Arabiæ terminantur, à Meridie Arachosiæ. Meminit horũ & Plin. lib. 6. cap. 20. & 23, Etenim plerique ab Occidente nõ Indo amne determinant, sed adijciunt quatuor satrapias, Gedrosas, Arachotas, Arios, & Paramisadas.
Paropis] παροπίς, Inter instrumenta muliebria annumeratur Polluci lib. 10. cap. 28.
Paropsis] paropsidis, pen. corr. f. g. (πάροψις) Patinæ genus aliquantum concauæ, in qua obsonia ponuntur. Iuuen. Satyr. 3. 15, — quàm multa magnaq; paropside cœnat. Græcum est, πάροψος, παρόψιδος. Suet. in Galba. cap. 12, Et ordinario quidem dispensatori breuiarium rationum offerenti, paropsidem leguminis pro sedulitate ac diligentia porrexisse. Martial. lib. 11. 28,
Cui portat gaudens ancilla paropside rubra
Alecem, sed quam protinus illa uoret. Paropsis, inquit Baysius, antiquis non solùm pro uili obsonio & iure & etiã mixta, sed etiã pro uase escario sumebatur. Videto libellum de Vasculis.
Paropsis malorum, Prouerbiali figura apud Athenæum, lib. 9. dixit Antiphanes, quod de uehementer improbis, & omni facinorum genere contaminatis usurpare licebit. Ducta est Metaphora à disco, in quo uarij eduliorum genera apponi solebant, sed quæ uoluptatem afferant, quo gratior est tropus deflectens in contrarium.
Paros] πάρος, Insula est una ex Cycladibus, quæ à Delo triginta quinq; millibus distat, ex qua Parius lapis, marmoreus cãdidissimus, è quo multa signa fiunt. Hanc primò Plateam, postea Minoidam uocitarunt. In ea est oppidum etiam Paros uocitatum. Virg. 3. Aeneid. 26,
— nineamq; Paron. A candore marmoris.
Marmorea Paros. Ouid. 7. Metam. 93.

¶ Parius, Adiectiuum (πάριος) ut, Parius lapis, qui & Lydius, quo aurum probatur. Et Parium marmor, candidum, quod omnium optimum erat. Virgil. 1. Aeneid. 120. Idem 3. Georg. 6, Stabant & Parij lapides spirantia signa. Vbi Seruius, in templo Cæsaris maiorum statuas eius dicit se esse positurum, quas commendat & à pretioso marmore, & ab arte.
Marmor parium. Horat. 1. Carm. ode 19. 2.
Iuga paria. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 11.
Parotis] pen. prod. parotidis, pen. corr. (παρωτὶς) Apostema est circa aurem. Plin. lib. 20. cap. 1. 2, Parotidas, & panos sanat. Græci παρὰ, ad: & ὦτα, aures dicunt.
Paroxysmus] παροξυσμός, Stimulatio, concitatio, exacerbatio, παροξύνειν enim est incitare. Hoc etiam nomine Græci appellant accessum febris, hoc est, exasperationem, quæ statis temporibus fieri consueuit. de quo multa Galen.
Parra] parræ, Genus auis inauspicatæ, Horat. 3. Carm. ode 27. 1, Impios parræ recinentis omen. Plin. lib. 18. cap. 29, Auem parram oriente Sirio ipso die non apparere, donec occidat.
Parrhasia] παρράσια, regio in Peloponneso, dicta Arcadia, Lycaonis patria. Vnde Parrhasius. Virgil. 8. Aen. 69,
Parrhasio dictum Panos de more Lycæi. In ea mons est Lycæus, in quo bicornis Fauni templum fuerat, à quo Lycæa ludicra illi sacrata, nobis Lupercalia dicta. Vide Ouid. lib. 2. Fast. 85,
Quis uetat Arcadico dictos à monte Lupercos?
Faunus in Arcadia templa Lycæus habet.

¶ Parrhasius, Adiectiuum (παρράσιος) ut, Antra Parrhasia. Stat. 11. Theb. 36.
Coloni Parrhasij. Claud. de bel. Getico, 39.
Dea Parrhasia. Ouid. 1. Fast. 124.
Niues Parrhasiæ. Ouid. 2. Fast. 56.

¶ Parrhasis, pen. corr. huius Parrhasidis (παρράσιος) Patronymicum fœmininum, dicitur Calysto. Ouid. 2. Metam. 92, Parrhasis erubuit.
Stellæ Parrhasides. Ouid. 4. Fast. 116.
Vrsa Parrhasis. Ouid. epist. 17. 31.

Parthasiades] ob immodicam præcacitatẽ dictus est Demochares: sicut ob morum ferocitatem Demosthenem Argen serpentis nomine uocitarunt. Alexand. Alex. lib. 2. cap. 11.

Parrhasius] παρράσιος, Ephesius pictor, uenit in certamen cum Zeuxide. Et quum ille detulisset uuas pictas tanto successu, ut in scenam aues aduolarent: ipse detulisse linteum pictum traditur, in ueritate repræsentata, ut Zeuxis alium iudicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo ostendi picturam, atq; intellecto errore concederet palmam ingenuo pudore, quoniam ipse aues fefellisset, Parrhasius autem se artificem. Hæc Plin. lib. 35. cap. 10.

Parricidium] Vide Paricidium.

Pars] partis, fœm. gen. (μέρος, μοῖρα, ἀποδασμὸς) Portio. Partes autem dicuntur in quas diuiditur totũ. Quidem partem à pari dictam existimant: quòd partes simul iunctæ pares, hoc est, æquales sint toti. Alij à Pario, siue pariu: quòd pars à toto deducta, & quasi parta sit. Alij à parũm: quòd pars, parũ quidã sit respectu totius. Terẽ. in Prol. Adel. 23,
Senes qui primi ueniunt, hi partem aperient.
In agendo, partem ostendent. Idem Heaut. 4. 5. 50,
Omnes te in lauta, & bene aucta parte putant.
Constantiæ, moderationis, temperantiæ partes à natura datæ sunt. Cic. 1. Offic. 138.
Omnes omnium gentium partes tribus triumphis deuinxit. Cicer. in Pisonem, 22. De Pompeio.
Mundi partes. Lucret. lib. 5. 30.
Pars philosophiæ. Cic. 1. Acad. 67.
Sensus partem si ullam habes, hæc te lacerat, hæc cruentat oratio. Cic. 2. Philip. 90.
Pars spectatorum, pars hominum, pro quodam incerto numero. Plaut. Truc. 4. 11. Idem Trinum. 3. 9.
Terrarum pars. Plin. lib. 13. cap. 4. 1.
A Meridianis partibus. Plin. lib. 7. cap. 50. ad finem.
Vitæ partes. Cic pro Font. 25.
Partes de cœna. Suetonius in Domitiano, cap. 11.
Pars æqua amoris. Terent. Eunuc. 1. 2. 12.
Auersa pars. Vide Auerto.
Centesima pars. Vide Centum.
Cœqua pars. Vide Coequus.
Confirmans pars. Quintil. lib. 5. cap. 10. 8.
Exigua pars montis. Virg 10. Aeneid. 26.
Exigua pars temporis. Lucret. lib. 3. 82.
Exiguissima pars restat de turba fratrum. Ouid. epist. 14. 22.
Immensa pars. Seneca Hippol. 10. 12.
Incultæ partes mundi. Vide Incolo.
Inferior pars. Lucret. lib. 5. 58.
Intima parte urbis. Vide Intra.

Læua pars. Ouid. 8. Metam. 45.
Magna pars Arabiæ. Vide Magnus.
Melior pars diei. Vide Melior, in Bonus.
Perexigua pars. Vide Perexiguus.
Quarta pars diei præterita. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 8.
Sinistra in parte murorum. Virg. 9. Aeneid. 94.
Vltima pars uitæ. Virgil. 4. eclog. 11.
Addere partes illæsas uitiatis. Vide Addo.
Adimere partem, & Dare partem, contraria. Cic. 7. Verr. 68.
Rerum pars altera adempta est. Virgil. 9. Aeneid. 27.
Amplectitur plures partes genus. Cic. 1. de Inuent. 47.
Conducere partes in unum. Lucret. lib. 1. 81.
Constituere partes. Quint. lib. 3. cap. 9. 5.
Cõstituere partes causæ singulas in suis digitis. Vide Cõstituo
Contexere partes. Quint. in Proœm. lib. 4. 6.
Deserere partem, Quintil. in Proœm. lib. 1. 14.
Dilata pars laborum. Ouid. 3. Metam. 35.
Ad minutas partes dispergi. Lucret. lib. 4. 181.
Distribuere partibus aliqua. Cic. 1. de Orat. 54.
Facere partes. Cic. 2. de Orat. 200. Hoc est, in partes diuidere. Vide Facio.
In ambas partes se findit uia. Virg. 6. Aeneid. 108.
Diuersis partibus immissi ignes. Virgil. 12. Aeneid. 105.
Ingredi partem. Quintil. lib. 4. cap. 3. 1.
Occupare partem. Quintil. in Proœm. lib. 1. 14.
Idoneam aliquam partem relinquere. Author ad Heren. libro 2. 67.
Nullam partem noctis requiescere. Cic. pro Roscio Amer. 59.
Reuulsa pars è monte. Ouid. 13. Metam. 187.
Sumere partem Falerni. Horat. 1. Carm. ode 27. 2.
Tenuit partes illas, pro Per illam regionem iter habuit. Cic. ad Atticum, lib. 3. 4. 2. 1.
Vocari in partem curarum. Tacit. lib. 1.
Omni à parte timetur. Ouid. 10. Metam. 75.
Ab aliqua parte argumentationes aduersariorum labefactare. Author ad Heren. lib. 2. 65.
Ab Orientis partibus uirtutis tuæ lumen, ut eluceat opto. Cic. Cassio, lib. 12. 5. 8.
Vetant hoc alicubi uenti: ut in Africa, & in Narbonensis prouinciæ partibus. Plin. lib. 14. cap. 1. 5.
De parte sinistra. Vide De.
Fulminat de parte Boreæ. Virgil. 1. Georg. 74.
Pars, triplicatum. Martial. lib. 8. 41.
  Pars maxillarum tonsa est tibi, pars tibi rasa est:
  Pars uulsa est: unius quis putet esse caput?
Pars magna, quod & Bona pars dicitur: hoc est, Multi. Plaut. Mostel. 3. 22.
  Magna pars moram hanc sibi induxerunt, donec, &c.
Magna pars uestrum. Terent. in Prol. Heaut. 8.
Morbi magnam deponere partem. Horat. 1. epist. 1. 7.
Magnam partem habere in re aliqua. Virg. 6. Aeneid. 75.
Magna pars sui. Virg. 2. Aeneid. 1.
Pars maior. Cicer. 1. Offic. 166, Alij multitudinis iudicio ferunt, quæq; maiori parti pulcherrima uidentur, ea maximè exoptant.
Maiorem partem æui conterere somno. Lucret. lib. 3. 213.
Diei maiorem partem alicubi sedere. Cic. 6. Verr. 48.
Vigilare maiorem partem noctis. Cic. 1. de Diuin. 104.
Maiorẽ partẽ populi suffragijs priuauit. Cic. 2. de leg. Agr. 35.
Maxima pars hominum. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 25.
Multa pars mei. Horat. 3. Carm. ode 30. 2.
Pars multa, pro Plerique. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 2.
Bona pars, Magna. Horat. de Arte, 60. Vide Bonus.
Bona pars hominum. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 13.

Bonam partem sermonis in aliquam diem differre. Cic. secundo de Orat. 9.
Optima pars lucis mensæ est data, Maxima pars. Ouidius 7. Metamorph. 135.
Celeberrimæ & maximæ partes urbis, pro Maxima parte habitantium. Cic. pro Domo sua, 113.
Celeberrima pars Romæ. Stat. 1. Sylu. 2. 47.
Magna ex parte, pro Plerunq;. Plin. lib. 8. cap. 54. de simijs.
Ex magna parte. Quint. lib. 10. cap. 1. Ex magna parte Ciceronem, quantus est fecit.
Assentiri alicui magna ex parte. Cic. Attic. lib. 7. 123. 4.
Omnino aut magna ex parte liberari. Cic. 1. Tusc. 1.
Multo maxima ex parte liberæ religione domus. Cic. de Arusp. respon. 8.
Maxima parte. Vide Magnus.
¶Parte, ablatiuus: pro Partim. Plaut. Rud. 5. 6.
  — sed id si parte curaui, ut cauerem:
  Tum hoc mihi indecorè, iniquè, immodestè datis dij.
Parte, geminatum. Plin. lib. 37. cap. 11. 5, Melichloron est gemmus: parte flauus, parte melleus.
Hinc, & parte alia. Virg. 8. Aeneid. 136,
  Hinc Augustus agens Italos in prælia Cæsar. Et paulo post, 137, Parte alia uentis, & dijs Agrippa secundis
  Arduus, agmen agens.
¶Parti, Ablatiuus quo sæpe utitur Lucretius: ut lib. 3.
  Vt sensus alios in parti quenque sua fecit Dissolui, &c.
  de Anima: id est, in parte. Lambin.
Duabus partibus. Cic. 5. Verr. 40, Quid si duabus partibus do ceo te amplius frumenti abstulisse, quàm Pop. Rom. misisse?
Partibus, & paulatim. Colum. lib. 2. cap. 3. 1, Non multum, nec uniuersum cibum, sed partibus & paulatim præbere conuenit.
Multis partibus maior. Vide Multus.
Ne minima quidem parte. Vide Minor, in Paruus.
Plus iusta parte. Virg. 1. Georg. 7.
Plus media parte. Ouid. 3. Metam. 9.
Ex parte. Quintil. libro 6. cap. 4, Pisces ex parte adusti & uersati.
Dimidia ex parte sacerdotes non habebit Romanus Populus. Cic. pro Domo sua, 30.
Gaudere ex parte. Cic. Quint. frat. lib. 3. 17. 12.
Ex altera parte. Cic. 3. Verr. 53.
Ex altera parte grauiter, ex altera acutè extrema sonant. Cic. in Som. Scipion. 16. De motu cæli.
Vtraq; ex parte subniti alicui rei. Cic. in Som. Scip. 21.
Omni ex parte diligentissimè aliquid considerare. Cicer. 2. de Diuinat. 47.
Ostendit se ex omnibus partibus amor tuus in his literis. Cicer. Luceio, lib. 5. 15. 1.
In parte, pro Partim. Quintil. lib. 5. cap. 7, Patronorum in parte expeditior, in parte difficilior interrogatio est.
In hac parte, In parte causæ, uel laboris. Vide In præposit.
In partem, & In partem dimidiam. Vide In præpositionem.
Ire aliam in partem. Lucret. lib. 4. 91.
Abundare in omnem partem. Vide Abundo.
In utranq; partem. Vide In præpositionem.
In utranq; partem magna est uis in fortuna uel ad secundas res, uel ad aduersas. Cic. 2. Offic. 26.
Neutram in partem. Vide Neuter.
Neutram in partem sine hominum opibus & studijs hæc effici possunt. Cic. 2. Offic. 27.
Nullam in partem. Vide Nullus.
Nullam in partem tua interest. Cic. Memm. lib. 13. 1. 4.
In eam partem moueri. Cic. 4. in Catil. 76.

Peccare in eam partem quæ cautior est. Cicero pro Roscio Amer. 33.
Facere uerba in aliquam partem. Cic. Att. lib. 8. 14. 1.
Distrahuntur in contrarias partes impotentiam cupiditates. Cic. 5. Tusc. 85.
In contrarias partes omnium rerum facultas ex ijsdẽ locis suppeditatur. Cic. 2. de Orat. 118.
In contrarias partes fluxerunt flumina. Cic. 1. de Diuinatione, 132.
Varias in partes rapere annum. Virg. 4. Aen. 57.
In omnes partes uersabat animum. Virg. 4. Aen. 126.
In omnes partes: pro Omnibus modis. Cicero ad Atticum, libro 11. 24. 3.
In omnes partes huius uitæ præceptis confirmari potest. Cicero 1. Offic. 12.
In omnes partes aliquem defendere. Vatinius Ciceroni, libro 5. 10. 10.
In omnes partes multos fallere. Cic. pro Sestio, 15.
In omnes partes aliquid ualere. Cic. Marcello, lib. 4. 10. 4.
In omnibus partibus argumentationes aduersariorum tentare. Author ad Heren. lib. 2. 65.
In optimam partem accipere, id est, boni consulere, & bene interpretari. Cic. ad Att. lib. 10. 19. 4. 3.
Cognosci in partem optimam. Vide Cognosco.
Peiorem in partem uersa & mutata sunt omnia. Cicero pro Rosc. Amer. 62.
Peiorem in partem liquitur ætas. Lucret. lib. 2. 226.
Mitiorem in partem interpretari. Vide Mitis.
In deteriores partes retro cedere. Lucret. lib. 2. 103.
Pars de. Terent. Heaut. 4. 1. 35, Si moreretur, ne expers partis esset de nostris bonis.
Quartæ partis hæres. Hor. 2. Serm. Satyr. 5. 21.
Regnorum pars reddita cessit Heleno. Virgilius 3. Aen. 67.
Accipere partem suam. Senec. Thyeste, 6. 11.
In partem aliquos uocare. Cic. pro Cecin. 9.
Pars, in corpore. Celsus libro 2. capite 11, Vsus autem cucurbitulæ præcipuus est, ubi non in toto corpore, sed in parte aliqua uitium est, quem exhauriri ad confirmandum ualetudinem satis est.
Euocatur inflammatio in partes quæ coniunctæ sunt. Cels. lib. 7. cap. 7. de Aegilope.
Mutilatis partibus trunca membra. Ouid. in Ibin, 110.
Genitales partes corporis. Lucret. lib. 4. 210.
Obscœnæ partes. Ouid. 2. de Arte, 117.
Tegendas partes uelare. Ouid. 13. Metam. 96.
Pro uirili parte, pro uiribus. Ouid. 5. Trist. eleg. 12. 5.
Pro sua quisq; parte. Id est, pro uirili. Cic. ad Cæsium, libro 15. 15. 10. Idem 6. Verr. 73, Præcipuè quòd in his artibus pro mea parte uersor, quarum, ille princeps fuit.
Pro sua parte ut ita fieret adiuuare. Cicero Metello, libro 5. 2. 27.
Pars, pro Initio eleganter sumitur. Celsus, Parsq; sanitatis est uomitum esse suppressum. Sic Virg. 5. Aen. 54,
  Pars mihi pacis erit. Et Cic. Philip. 290, Mors in beneficij partem numeretur. Budæus.
Pars, pro partim. Tranquillus, Milites pars uictoriæ fiducia, pars ignominiæ dolore, ad omnem letitiã audaciãq; processerunt. Budæus.
Virgo comitum pars una mearum. Ouid. 2. Met. 86.
Pars, pro Vxore. Plaut. Menæch. 11. 14, Satur nunc loquitur de me, & de parti meæ.
Partes primas agere, dicitur in comœdijs, qui primas tenet. Terent. in Prol. Phor. 28, Quia primas partes qui aget, is erit

Phormio. Cic. ad Att. lib. 13. 27. 6. 4. de Orat. suo. Puero mihic sermo inducitur, ut nullæ esse possent partes meæ.
Secundas partes tractat minus. Hor. 1. epist. 19. 3.
Primarum partium actores sæpius in scenam progrediebantur: secundarum, qui minus, minusq;, authore Pediano. Actores enim secundarum partium omnia summissè agunt, inquit Porphyrio. Cicero 1. Verr. 26. Vt in actoribus Græcis fieri uidemus, sæpe illum qui est secundarum aut tertiarum partium, quum possit aliquanto clarius dicere, quàm ipse primarum, multum summittere; ut ille princeps quàm maximè excellat. Budæus.
Primarum partium esse. Cic. pro Flacco, 51.
Est aliqua mea pars uirilis quòd eius ciuitatis sum, quam illa amplam, &c. Cic. 6. Verr. 73.
Priores partes habere apud aliquem. Terent. Eunuch. 1. 2. 71. Vide Habeo.
In parte aliqua hærere apud aliquem. Terent. Eunu. 5. 9. 25.
Habere magnas partes publicanorum. Cicero pro Rabirio Posthumo, 2.
Priores partes tribuere alicui. Cic. ad Qu. fratrem, libro 3. 2. 6. Id est, pluris facere.
Primas in dicendo partes alicui concedere. Cic. 1. Verr. 27.
Meæ partes sunt, pro meum officium, unde etiam Alicuius partes desiderare, hoc est, Diligentiam expostulare dicitur. Cic. Bruto, lib. 11. 14. 6. Si ita est, omnia faciliora: sin aliter, magnum negotium, cuius exitum non extimesco, tuæ partes sunt. Idem ad Att. lib. 7. 14. 4. 3. Sin erit bellum, ut uideo fore, meæ partes non desiderabuntur.
Non sunt meæ partes id facere. Cic. 3. Verr. 44.
Officium & partes. Hor. de Arte, 64.
Partes & patrocinium. Cic. 1. de Diuin. 169.
Partes alicuius agere, Fungi alicuius munere & officio. Terẽt. Phorm. 5. 5. 7, Vicissim partes tuas acturus est. A. quaese. ut fugitet patrẽ. Te suã rogauit rursum ut ageres, causam ut pro se diceres. Vbi Donatus, Partem iterum subaudiamus: & est ὑπόμνημα à superiore. Ita Donatus. Videretur potius sic legendum, Vt ageres causam: ut post Diceres subaudiretur Causam, nam Causam alicuius agere, & Pro aliquo causam dicere, dicimus: Partem uerò alicuius agere, singulariter non dicitur, sed Partes agere. Vide Agere partes. Ouid. 6. Fast. 14, Blandior, & partes penè rogantis ago.
Agere partes lenitatis & misericordiæ. Cic. pro Muræn. 5.
Partes tuas defende. Plaut. Milit. 10. 215.
Dare partes alicui & mittere in negotium. Cicero pro Rabirio Posthumo, 2.
Mea pars est nemini cedit, sic ut tua cæteros uincat. Cic. Quintiat. lib. 1. 1. 63.
Duras fratris partes prædicas. Terent. Eunuch. 2. 3. 62.
Partem meam loquendi trado tibi. Plaut. Asin. 10. 84.
Nostræ parti timeo, quid hic respondeat. Terent. Andr. 2. 5. 8.
Eripere partes alicuius. Cic. in Vatin. 22.
Imponere partes alicui. Vide Impono.
Duriores partes alicui imponere. Cic. Att. lib. 10. 19. 8. 2.
Seniles partes mandare iuueni. Hor. de Arte, 36.
Viriles partes mandare puero. Idem, ibidem.
Accusatoris partes obtinere. Cic. pro Quintio, 4.
Omittere suas partes. Quint. lib. 2. cap. 1. 2.
Peragere partes suas. Vide Perago.
Dignitatis & libertatis partem nullam in posterum sibi relinquere. Cic. Lent. lib. 1. 9. 8.
Subire partes. Quint. lib. 6. cap. 1. 18.
Partes alicuius suscipere. Cic. 6. Verr. 70.
Officia & partes pro aliquo suscipere. Cic. in Vatin. 22.

Officia & partes imperatoris suscipere. Cicero Appio, libro 3.10.5.
Personam aliquam & partes sustinere. Cicero de Arusp. respon. 57.
Tribuere aliquas partes alicui. Cicero 1. de Natura deorum, 48.
Dare populi ad partes aliquid. Cicero 2. de leg. Agraria, 32, Domitius quod per ceremonias populi fieri non poterat, ratione assecutus est, ut id quoad fas esset, quoad liceret, populi ad partes daret.
Parte utraq; audita: In litibus dicitur. Plin. in Panegyr. 280. Quo facilius, uelut audita utraq; parte, dispiceres quid statuendum putares.
Pars diuersa, uel aduersa. Quint. lib. 4. cap. 1, Partis aduersæ patronus. Idem lib. 5. cap. 7, Turbantur enim, & à patronis diuersæ partis inducuntur in laqueum.
Pars, pro Factione. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. ep. 16. 12, Damus operam ne cuius animum offendamus, atq; ut etiam ab ijs ipsis qui nos cum Cæsare non coniunctos dolent, diligamur: ab æquis uerò, aut etiam à propensis in hanc partem excolamur & amemur. Idem ad Plancium lib. 13. 30. 17, Quod fuerim moderatior temperatiorq;, quàm in ea parte quisquam: id me maximè fecisse authoritate Capitonis.
Descendere in partes. Tacit. lib. 15.
Ducere aliquem in partes. Tacit. lib. 15.
Fouere partes. Tacit. lib. 17.
Habere aliquem in partibus, significat Addictum aliquem habere fauentemq;. Tacit. lib. 13.
Surgentes partes. Tacit. lib. 19.
Trahere aliquem in partes. Tacit. lib. 4.
Transgredi in partes. Tacit. lib. 17.
Transire in parties. Idem, Ibidem.
Tutari partes alicuius. Hor. 2. epist. 1. 35.
Parti, pro Parte. Lucret. lib. 6. 145,
Ille ex æstifera parti uenit amnis ab Austro. Idem, libro 4. 105.
¶ Particula, particulæ, pen. cor. Dimin. (μερίς, μόριον, τμῆμα) Cic. 4. Acad. 2. 11, Anaxagoras materiam infinitam, sed ex ea particulas similes inter se minutas eas primùm confusas, postea in ordinem adductas mente diuina.
Copia particularum. Lucret. lib. 4. 156.
Arenæ particulam dare ossibus & capiti inhumato. Horatius 1. Carm. ode 28. 5.
Auræ diuinæ particula. Hor. 2. Serm. Satyr. 2. 16.
Particula minima malorum. Iuuen. Satyr. 13. 2.
Iustitiæ particula. Cic. 2. Offic. 56.
Perfecti quædam particula est homo non perfectus. Cicero 2. de Natur. deor. 53.
Venti particulam sentire. Lucret. lib. 4. 53.
Minutæ rerum particulæ. Quint. lib. 3. cap. 11. 15.
Tenuissimæ particulæ. Cic. 2. de Orat. 88.
Facere particulas. Quint. lib. 4. cap. 5. 18.
Defecta particula. Hor. 1. Carm. ode 16. 6.
¶ Particulariter, penultima correpta, cui opponitur Generaliter. Firmicus libro 5. cap. 1. ad fin. Quia igitur generaliter diximus quid cæli cardines significent, nunc magis particulariter, quid horoscopus in stellarum finibus constitutus faciat, explicemus.
¶ Particulatim, pen. prod. Aduerb. (κατὰ μόριον) Membratim, per Partes. Plin. libro 9. capite 15. 4, Particulatimq; confectæ, in genera cybiorum dispartiuntur. Colum. lib. 7. cap. 5. 3, Nam particulatim facilius, quàm uniuersus conualescit. De ouium grege.

Particulatim, pro Separatim, quod usurgò dicimus Particulariter. Seneca epist. 68, Vota quædam aperta & professa sunt, quæ particulatim fiunt.
Summatim & Particulatim, contraria. Author ad Herennium, lib. 1. 14.
¶ Particeps, pen. corr. participis, pen. corr. om. gen. (μέτοχος, κοινωνὸς, μέρος, μορίτης) Qui partem capit. Terentius Heaut. 1. 1. 98, Nisi ubi ille huc salnos redierit meus particeps.
Particeps & Expers, contraria. Cic. 2. de Fin. 64.
Particeps & socius & adiutor. Cic. Att. lib. 9. 18. 1. 10.
Amoris uestri particeps. Catul. in Camerium, epig. 51. 5.
Participem esse artis, & Carere arte, contraria. Cicero prima de Diuin. 63.
Coniurationis particeps, Conscius. Cic. 3. in Catil. 58.
Connubij particeps, & socia regni Iuno. Cicero Antequam iret in exil. 15.
Socius & consocius in re aliqua, consiliorumq; particeps. Cic. ad Att. lib. 1. 13. 2.
Fortunarum omnium socius & particeps. Cicero pro Fonteio, 30.
Hereditatis diripiendæ participes. Cic. 6. Verr. 122.
Iræ participes dij. Ouid. 3. Trist. eleg. 2. 6.
Laudis eiusdem participes. Cic. pro Archia, 18.
Mentis & rationis particeps pars animi. Cicero 1. de Diuinatione, 107.
Omnes omnium participes uirtutes sunt. Cicero 5. de Finibus, 119.
Operum participes. Ouid. 3. Metam. 30.
Periculorum particeps. Curt. in princip. lib. 7.
Particeps pudoris ac uerecundiæ homo. Cicero 4. de Finibus, 30.
Compos & particeps rationis animus. Cic. de Vniuers. 35.
Sententiæ atq; opinionis meæ quoniam uoluistis esse particeps, nihil occultabo. Cic. 1. de Orat. 83.
Studij participem habere. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. 9.
Particeps utij. Cic. 3. de Leg. 43.
Particeps illi alicuius rei. Curtius lib. 6, Tum Dymnus aperit in tertium diem insidias regi comparatas, seq; eius consilij fortibus uiribus & illustribus esse participem.
Particeps illi in, &c. Quintil. Declam. 3, Mater prædura, & in plerisq; ruris operibus marito particeps.
Participem facere aliquem rei alicuius, Est ei communicare quicquid est. Plaut. Epid. 5. 82. Terent. Heaut. 3. 1. 19, Cuius maximè te fieri participem cupis.
Feci continuò omnes participes meæ uoluptatis. Cicero Planco, lib. 10. 12. 4.
Participem habere. Cæs. 3. bel. Ciuil. 233.
¶ Participo, participas, pen. correp. (μετέχω, κοινωνέω, μετα-λαμβάνω, συμμεταλαμβάνω) participare, Participem facere & fieri. Plaut. Persa, 12. 6.
Nunc ob eam rem inter nos participes, prædam diuidã,
Et participabo.
Seruum consilij participare, Communicare seruo consilium. Plaut. Cistel. 4. 17.
Participare aliquem sermone de. Plaut. Milit. 5. 108.
Aliquem prandio participare. Apuleius lib. 9. Metam.
Participare & communicare. Cic. 1. de Legib. 48.
Participare cum. Liuius 3. ab Vrbe, 54, L. Lucretius Cos. omni prioribus recenti gloria nitens, suas laudes participare cum Cæsone, memorare pugnas, referre egregia facinora, &c.
Pestem participare, in neste fieri participem, Item, Participare uo-

re uoluptatem. Cic. 2. Tusc. 67,
— qui alteri exitium parat,
Eum scire oportet, sibi paratam pestem, ut participet parem. Ex poeta. Gell. lib. 15. cap. 2.
Laudes participare. Liu. 2. ab Vrbe. 230.
Participare consilium cum aliquo. Paulus in l. Paulus respondit, in fine. ff. de legationibus. Papinianus in l. mater. §. in eum. ff. si quis omis. caus. testam. &c. Si fraudis consilio cum hæredibus scriptis participato, legitimam hæreditatem solus possideat.
¶ Participentur, uoce passiua dixit Lucret. lib. 3,
Nanq; ita connexa'st per uenas, uiscera, neruos,
Ossaq;, uti dentes quoq; sensu participentur. sed est, sensus participes sint. Lambinus.
¶ Participium (μετοχή) Vox ficta à Grammaticis, qua partem orationis significant, quæ partem capit à nomine, partem à uerbo. De hac uide Priscianum, & alios abundè tractantes.
¶ Participalis, & hoc participale, pen. prod. Quintilian. lib. 1. cap De uerbis & uerborum appellationibus: Nam ut nomen & diu, ita & dictu & factu. Sunt enim hæc quoq; uerba participialia quidem, non tamen qualia dicto factoq;.
¶ Partilis, pen. prod. Adiect. Dictio frequens Iulio Firmico, & cæteris mathematicis. Partilis aspectus, quum à stella ad stellam immorantur tot cæli partes, quot configuratione ipsam constituunt. Verbi gratia, quum ascendente ab ortu prima arietis parte, ac occasu præcipitat se in hemisphærium inferius pars Libræ prima.
¶ Partiliter, pen. corr. cui opponitur generaliter. Firmic. lib. 4. cap. 9, Nunc genera explicanda sunt omnia, quæ ueloci cursu suo perficit Luna, ut & partiliter, & generaliter cuncta uideamur explicasse. Et cap. 10, Sed hæc tum facit, si partiliter in cardinibus fuerit collocatus. Si enim generaliter fuerit inuentus, &c.
Partiliter, cui opponitur Platicè. Firmic. lib. 4. cap. 10, Si uerò in signis cardinum, non partiliter, sed platicè fuerint inuenti, mediæ facultatis incrementa decernunt. Vide Platicus.
Partiliter, id est, per partes. Arnob. lib. 6. Aduers. gent. Hoc est enim proprium deorum, complere omnia ui sua, non partiliter uspiam, sed ubiq; esse totos.
¶ Partim, Aduerbium (κατὰ μόρος, τοῦτο μέν, τοῦτο δέ) Ex parte, uel pro parte: & ferè in oratione geminatur. Cicero Cælio, libro 2. 8. 7, Vt eos partim scelerum, partim etiam ineptiarum pœniteret. Idem 4. Acad. 4, Itaq; quum totum iter & nauigationem consumpsisset, partim in percontando à peritis, partim in rebus gestis legendis, &c.
Partim ficta apertè, partim effuita temerè Apollinis operta. Cic. 2. de Diuin. 169.
Partim deseruerunt me amici, partim prodierunt. Cic. Quint. frat. lib. 1. 3. 8.
Partim, quater repetitum. Cic. pro Cluent. 71, Partim ruinæ similiora aut tempestati, quàm iudicio & disceptationi fuisse: partim nihil contra habitum ualere: partim etiam pro hoc esse: partim, &c.
Partim, aliquando non geminatum. Cic. 4. Verr. 113, De quo homine auditum est unquam, quod tibi accidit, ut eius in prouincia statuæ in locis publicis positæ, partim etiam in ædibus sacris, per uim, per uniuersam multitudinem deicerentur.
Partim nostri, Pars nostrorum. Plaut. Persa, 12. 28.
Partim hominum, inquit Gellius, uenerunt: plerunq; dicitur, quod significat Pars hominum uenit: id est, quidam homines. Nam Partim hoc in loco aduerbium est, neque in casus

inclinatur: sicuti, Cum partim hominum dici potest, id est, Cum quibusdam hominibus, & quasi cum quadam parte hominum. Cato in oratione de re Floria, ita scripsit, ibi proscorto fuit, in cubiculum subrepitauit è conuiuio: cum partim illorum iam sæpe ad eundem modum erat. Imperitiores autem, Cum Partim, legunt tanquam declinatum sit quasi uocabulum. non dictum quasi aduerbium. Sed Q. Claudius XXI. annal. insolentius paulò hac figura est ita usus, Eum enim cum partim copijs hominum adolescentium placentem sibi. Hactenus Gellius lib. 10. cap. 13. Terentius in Prologo Hecyræ, 15,
In his quas primùm Cæcili didici nouas,
Partim sum earum exactus, partim uix steti. Vbi Donatus, Partim sum earum exactus: pro In alijs. & simul splendida locutio est. Partim aduerbium est. Cic. 2. Offic. 106, Eorum autem ipsorum partim eiusmodi sunt, ut ad uniuersos ciues pertineant, partim ut singulos attingant.
Partim, alij. Salust. in Iugurtha. Huic rogationi partim consci sibi, alij ex partium inuidia pericula metuentes.
¶ Partio, partis, partit, Actiuum (μερίζω) Diuido. Lucretius libro 5,
Aut quia Sol idem sub terras, atq; superne
Imparibus currens anfractibus æthera oras
Partit: & in partes non æquos diuidit orbem.
¶ Partior, partiris (μερίζω, ἀντιδιαιρῶμαι, διανέμομαι) partiri, pen. prod. & Partio, partis, partiui, partitum, partire, antiquè: futuro partiam, & partibo: partiar, & partibor. Partes facere significat.
Partiri & communicare aliquid. Cic. pro Sylla, 6.
Partiri & diuidere. Cic. 1. de Fin. 33.
Partiri æqualiter. Cic. pro Rosc. Comœdo, 30.
Discrimen ac periculum ex æquo partiemur. Tacit. lib. 18.
Partiri cum. Cæsar 3. bell. Ciuil. 297, Cum Scipione honorem partitur.
Aerarium cum aliquo partiri. Cic. pro Domo sua. 19.
Causas cum Hortensio partiebatur Cicero: ut ipse dicit de claris Orat. 98.
Curas partiri cum aliquo. Virg. 11. Aen. 165.
Partiri. Cic. de Vniuers. 13, Sunt enim omnia in quædam genera partita.
In membra aliquid partiri. Cic. de Vniuersit. 26.
Partiri inter, uel partire, antiquè. Plaut. Mil. 10. 112, Mea bona, mea morte, cognatis dicam inter eos partiant. Cæsar 1. bel. Ciuil. 148. Officia inter se partiuntur.
Amorem alternum partiri. Stat. 2. Syl. 1. 42.
Partiri hominem per uices, pro Vicissim posidere. Plinius epistol. 3.
Bona sua partiri. Cic. 3. Verr. 79.
Campum partiri limite. Virg. 1. Georg. 25.
¶ Partitus, pen. prod. Participii (μεμερισμένος) ut, Vires soacius partitus. Sil. lib. 7. 105.
Fœdera partita lecti. Ouid. 3. de Arte, 118.
Soni partiti per tria ora. Propert. lib. 4. eleg. 10. 2.
¶ Partitè, pen. prod. Aduerb. (μεμερισμένως) Diuisè. Cic. in Orat. 53, Qui enim nihil potest tranquillè, nihil leniter, nihil partitè, definitè, distinctè, &c.
¶ Partitò, Aliud aduer. pen. prod. Vlp. tit. uigesimo quarto eius libri qui inscribitur, Tituli ex corpore Vlpiani, Mænius hæres meus cum Titio hæreditatem meam partitò, diuiditò.
¶ Partitio, Verbale (μέρισμὸς, μερισμὸς) Cic. 6. Verr. 107, Ita partitione ornatus.
Aequabilis prædæ partitio. Cic. 2. Offic. 56.
Verbis Italicè; partitio. Cic. 13. Philip. 382.
Ex partitione pecunia debetur. Cic. pro Cecin. 11.

Facta non fortuitò, nec temerè partitio. Cic. pro Sylla, 9.
Articulosa partitio. Vide Articulus.
¶ Partitor, pen prod. partitoris (μεριστὴς) Aliud Verbale Cic. in Vatinium, 8, Quum te non custodem ad continendas, sed partitorem ad partiendas merces missum putares.
¶ Partiarius, partiarij, Colonus, siue alius quis cum quo aliquid commune habemus & partimur. Cato cap. 16, Calcem partiario coquendam qui dant, calcarius perficit & coquit. Et cap. 136, redemptorem partiarium dicit eũ, quem paulo antè dixit colonum partiarium.
Parsimonia] Vide Parco.
Parthaon] pen. prod. huius Parthaonis, pen. corr. (παρθάων) pater fuit Oenei regis Aetoliæ, auus Deianiræ. Ouid. 9. Metam. 3,
Accipe me generum dixi Parthaone nate,
Dixit & Alcides. Verba sunt Acheloi, pugnam inter se et Herculem propter nuptias Deianiræ commemorantis.
Parthaonide] gentes quæ Pleuroniã tenuerant, Agrijs contermini. Strab. lib. 10.
Partheniatæ] Vide Tarentũm.
Parthenis] Mulierum herba, earum enim malis mederi illam aiunt: alia & notiore appellatione ab uxore Mausoli Artemisia uocitata. Plin. lib. 25. cap. 1, Artheniſiæ duo sunt genera. de quibus idem author.
Parthenium] παρθένιον, Herba, Mineruæ dicata, quæ παρθενὸς, id est, uirgo dicitur. Dioscorides lib. 3. cap. 156. & lib. 4. cap. 42. Vulgò Matricaria dicta. Vide Amaracus.
Parthenius] παρθένιος, fluuius est in Ponto & Bithynia: item in Taurica regione, author est Strabo. Parthenius Bithyniæ, uulgò Portemy.
Rapax Parthenius. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 10.
Parthenius poeta, Niceus, ut ait Suidas, Elegiacus, diuersorũq; metrorum. Huius Parthenij locos Virgilius quandoq; mutuabatur: cuiusmodi est illud,
Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ. Author Gellius. lib. 9. cap. 9.
¶ Parthenus, Adiectiuum (παρθένιος) ut, Saltus Parthenij. Virg. 10. eclog. 12.
Antra Parthenia. Propert. lib. 1. eleg. 1. 2.
Lustra Parthenia. Claud. 2. de rapt. Proserp. 49.
Nemus Parthenium. Stat. 4. Theb. 57.
Valles Parthenię. Ouid. epist. 9 10.
parthenope] pen. corr. (παρθενόπη) Vna fuit Sirenum, quæ præ dolore, quòd prætereuntem Vlyssem cum sociis cantu non decepernt, in mare se præcipitauerunt. Vna hæc in eum delata est locum, ubi postea condita fuit Neapolis, præclara urbs Campaniæ. παρθένος enim uirgo Latinè dicitur. Ab hac igitur Sirene Neapolis est appellata, à uirgine Parthenope. Et licet quidam dicant Neapolim dictam, quòd Augustus eam instaurauerit, tamen legitur apud Lycophronem, Neapolis ante Augusti tempora (qui tempore Ptolemæi Philadelphi claruit) & Neapolitanos singulis annis ad tumulum Parthenopes faces tulisse. Hanc Cumani à parentibus digressi, condidisse produntur. Qui quum in eo loco Parthenopes corpus in ueteri monumento conditum reperissent, nomen eius urbi indidere. Sed postquam loci ubertate atq; amœnitate maiorem in modum frequentari ciuitas cœpit, ueriti ne Cumæ desererentur, diruendi Parthenopen consilium iniuere. Quo facto, mox immani pestilentia uexati, oraculo moniti sunt, ut urbem restituerent. Itaque subitò instauratam, Neapolim, hoc est, nouam urbem uocauere.
Dulcis Parthenope. Virg. 4. Georg. 113.
Nata Parthenope in otia. Ouid. 15. Metam. 243.

Non rara colonis Parthenope. Stat. 3. Syl. 5. 16.
¶ Parthenopeius, Adiect. fex syllabarum (παρθενοπαῖος) Ouid. 14. Met. 21, Parthenopeia mœnia. Id est, Neapolitana.
Parthenopęus] pen. prod. (παρθενοπαῖος) teste Seruio, Menalippæ & Martis, siue Melanionis filius, rex Arcadiæ, qui Thebana bella puer admodum petijt. Hic in bello Troiano periit, eumq; apud inferos uidit Aeneas. Virgilius 6. Aeneid. 96,
Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis
Parthenopæus, & Adrasti pallentis imago.
Parthenopęum multis uerbis commemorat Statius libro 4. Thebaid. 50, sed matrem fuisse Atalantam inquit, patris mentionem nullam faciens. Nos uerò ex fabulis didicimus Menalionem, quem & Hippomenem uocat Ouidius, Atalantæ fuisse maritum: ita ut nesciamus unde Seruius uel Martem uel Menalippen nobis adferat.
Parthenopolis] παρθενόπολις, oppidum est Thraciæ, teste Plin. lib. 4. cap. 11. Stephanus Parthenopolim in Macedonia collocat, dictamq; putat à filiabus Gerasti filij Mygdonis, quæ quum agrestes & inhumanæ essent, pater, ut eas ad ciuiliorem uitam traduceret, ciuitatem hanc earum gratia condidit. Est item Parthenopolis Bithyniæ oppidum, apud Plin. lib. 5. cap. 32.
Parthia] παρθία, Regio Assyriæ, à qua Parthi. Hi lingua Scythica exules dicuntur, sicut refert Iustinus libro 12. docens ab exulibus Scytharum, Parthorum imperium fuisse deductum, quorum regna duodeuiginti fuisse, testis est Plinius libro 6. capite 15. Hæc regio ab Ortu habet Arios, à Meridie Carmanium, ab Occasu Medos, à Septentrione Hyrcanos.
Mendacior Parthis. Hor. 2. epist. 1. 13.
Populi Parthorum. Virg. 4. Georg. 43.
Animosus Parthus uersis equis. Hor. 1. Carm. ode 19. 3.
Feroces Parthi. Hor. 3. Carm. ode 2. 1.
Fidens fuga Parthus. Virg. 3. Georg. 7.
Fugax Parthus. Ouid. 1. de Remed. amor. 31.
Leues Parthi. Virg. 4. Georg. 63.
Sagittiferi Parthi. Catul. ad Furium, epigr. 11. 2.
¶ Parthicus, pen. corr. Adiect. (παρθικὸς) ut,
Luxuries Parthica. Claud. 1. in Eutropium, 69.
Damna Parthica. Lucan. lib. 1. 22.
Parthiarij] sunt Parthicarum pellium negotiatores, Parthici mercatores. Alciat. in l. negotiantes Parthiarij. de excusat. muner. lib. X. C.
Parthini] Populi sunt Macedoniæ prouinciæ, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 23, in descriptione Macedoniæ.
Particeps, Participium, Particulatim, Partim, Partior] Vide Pars.
Particulones] Dicuntur cohæredes, quòd partes patrimonij sumant. Nonius. Pomponius Procone posteriore, Agè modò Stagari, particulones producam tibi.
Partula] partulæ, Septimio Florenti dea erat, quæ puerperijs præesse credebatur, quæ quidem non alia est quam illa siue Gellij, siue Varronis Parca, quam quasi partam mutato t in c uocatam dicunt. Tertullian. Hæc æstimando etiam superstitio Romanam deam finxit Alemonam, alendi in utero fœtus, & nonam & decimam à sollicitioribus mensibus, et Partulam, quæ partum gubernet, & Lucinam quæ producat in lucem: nos officia diuina, angelos credimus.
Parturio, Partus] Vide Pario.
Paruifacio, & Paruipendo. Vide Paruus.
Parulis] pen. prod. huius parulidis, pen. cor. author Paulo Aegineta, est inflammatio circa partem aliquam gingiuarũ, quæ non soluta suppuratur. Cœlius lib. 6. cap. 13, Solent enim interdũ iuxta dẽtes in gingiuis turbercula quæda oriri dolentia,

dolentia, παρουλίδας Græci appellant. Quo in loco nonnulli παρωτίδας legunt, alij παραδοντίδας. sed utrunq; falsò, quin de Parotidibus hic non sic locus, & apud Græcos medicos nulla affectio Paradontis appelletur: at uerò παρουλίδας omnes agnoscunt. Parulides igitur sunt inflammationes insalitiqua gingiuarum parte factæ: quæ nisi discussæ fuerint, suppurant, & quũ suppuraverint, secantur, insertisq; linamentis aperiuntur. Vide Marcellum in lib. 5. Dioscoridis, & Cornarium in ultimum caput libri quinti Galeni de compositione pharmacorum secundum locos.
Parum] Aduerbium (μικροῦ, ὀλίγου, βραχέως) à parte, ut nonnullis placet significat Modicum.
Parum bene. Vlpian. in l. sed etsi. §. ult. ff. ad leg. Aquil. Sutor, inquit, puero discenti ingenuo filiofamiliàs parum bene sacienti quod demonstratum erat, forma calcei ceruicem ita percussit, ut oculus puero perfoderetur.
Parum splendoris. Hor. 2. epist. 2. 23.
Non parum. Vide Non Aduerbium.
Parua malæ rei. Plaut. Merc. 14. 1.
Parum castus. Hor. 1. Carm. ode 12. 12.
Parum comis. Hor. 1. Carm. ode 30. 2.
Silentium parum deorum. Hor. 4. Carm. ode 1. 8.
Parum diligenter aliquid facere. Cic. Att. lib. 10. 201. 4.
Parum diu uiuere. Cic. 1. Tusc. 175.
Firmus parum comes. Hor. Epod. 1. 4.
Parum firma sunt equidem quæ de fratre meo scribis. Cic. Att. lib. 10. 203. 1.
Parum fœlix. Plin. epist. 315.
Frons læta parum. Virg. 6. Aen. 73.
Parum locuples. Hor. 2. Carm. ode 18. 5.
Parum optimatem esse. Cic. Att. lib. 10. 201. 4.
Parum prudens. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 10. 3.
Parum pudicus. Cat. ad Aurelium, epigr. 16. 1.
Parum utiliter. Plin. epist. 256.
Accipere parum. Vide Accipio.
Consulere parum, subaudito pronomine Sibi: id est, quod uulgò dicitur, Parum curare. Terent. Adelph. 59. 36.
Parum claris dare lucem. Hor. de Arte, 91.
Est parum. Plaut. Trinum. 17. 60, Nam si pro peccatis centum ducat uxores, parum est.
Facite ut cæteris posthac idem liceat, licebit. at hoc parum est: permittite ut liceat quanti quisq; uelit. Cic. 5. Verr. 190.
Non nocuisse parum est: prodesse quoq; Ouid. 2. Fast. 83.
Parum est ut in curiam ueniãs, nisi & conuoces, & intersis Senatui. Plin. in Paneg. 100.
Parum etiam præut futurũ est prædicas. Plaut. Amph. 4. 220.
Parúmne est Piso, quòd tantum homines fefelliſti, ut negligeres authoritatem Senatus, optimi cuiusq; consilia contemneres Rempub. proderes, Consulare nomen affligeres? Cicero pro Sestio, 25.
Intelligere parum. Plaut. Rud. 2. 4. 59.
Parum meminisse quod concesserit. Cic. 1. de Inuent. 100.
Perdurare parum opperiri. Plaut. Truc. 7. 4.
Processit parum. Terent. And. 4. 1. 47,
Nisi id putas, quia primo processit parum,
Non posse iam ad salutem conuerti hoc malum,
Et paulo pòst, 55,
Parum successit quod ago, at facio sedulò.
Prospicio parum. Terent. Phorm. 5. 1. 8,
Certò ædepol, nisi me animus fallit, aut parum oculi prospiciunt, Meæ nutricem gnatæ uideo.
¶ Parumper (διὰ μικροῦ, πρόσκαιρον) Paruo tempore, per aliquantulum tempus, ut ait Valla in Raudensem. Terentius

And. 4. 2. 31, Tu Mysis dum exeo, parum per opperire me hìc. Cic. de Anicitia, 5, Tu uelim à me animum parum per auertas.
Parumper (inquit Festus) significat paulisper, quasi perparũ, hoc est, ualde parum. Refertur autem ad tempus.
Parumper, Nonio significat citò & uelociter. Virgilius 6. Aeneid. 77,
—— pulsuq; parumper
Corde dolor tristi, gaudet cognomine terræ.
Parumper & mox. Cic. 1. de Diuin. 86, Discedo parumper à somnijs, atq; mox reuertar.
Abducere parumper animum à molestijs. Cicero Attic. libro 11. 172. 6.
Parumper conticere, & cæteris silentium esse. Cicero 3. de Orator. 79.
Digredi parumper à causa. Cic. de clar. Orat. 179.
Lusit fortuna parumper. Stat. 12. Theb. 7.
Pulsus parumper corde dolor. Virg. 6. Aen. 77.
¶ Paulatim, pen. prod. (κατὰ μικρὸν, κατὰ βραχὺ) Aduerbium diminutiuum à Paulum, id est, sensim & leniter. Terent. Adelph. 5. 6. 10, Paulatim plebem primulum facio meam. Cælius Ciceroni, lib. 8. 17. 1, Cuius amicitia me paulatim in hãc perditam causam imposuit.
Paulatim adnabam terræ. Virg. 6. Aen. 72.
Abolere paulatim. Virg. 1. Aen. 145.
Carpit uires paulatim. Virg. 3. Georg. 43.
Omnia paulatim crescunt. Lucret. lib. 1. 38.
Euanescere paulatim. Lucret. lib. 2. 166.
Paulatim, cum genitiuo. Cato cap. 47, Aquæ paulatim additò subigitoq; pulchrè. Hoc est, paululum.
¶ Paulisper, Aduerbium (διὰ ὀλίγου, πρόσκαιρον) id est, paulum temporis paulum admodum, uel paululum. Terent. Adelph. 2. 2. 45, Paulisper mane. ibidem, 3. 3. 24,
Congrum istum maximum in aqua finito ludere
Paulisper. Ouid. 2. Trist. 111,
Atq; utinam reuoces animum paulisper ab ira. Virg. 5. Aeneid. 170,
Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo.
Commoratus est paulisper, dum se uxor comparat Milo. Cicer. pro Milone, 20.
Deponere paulisper aliquid. Cic. 6. Verr. 47.
Stetimus paulisper, in illo ganearum tuarum nidore atq; fimo. Cic. in Pisonem, 9.
Sustine paulisper meas partes. Cic. Appio, lib. 3. 12. 3.
¶ Paulum (τυτθὸν, ὀλίγον) Aduerbium, diminutiuum à Parum. Terent. And. 5. 3. 32, Pro peccato magno paulum supplicij satis est patri. idem Eunu. 4. 4. 18, Tace obsecro, quasi uero paulum interfit.
Abesse paulum ab aliquo loco. Cic. 1. Acad. 2.
Addere paulum aliquid rei alicui. Cic. 1. Acad. 48.
Spatio decedere paulum. Lucret. lib. 2. 44.
Hæsit paulum conteritus aspectu. Virg. 3. Aen. 120.
Leuari paulum grauitate ualetudinis. Cicero Torquato, libro 6. 2. 1.
Immutare paulum aliquid. Cic. 3. de Orat. 98.
Paulum recreant me tuæ epistolæ. Cic. Att. lib. 9. 173. 11.
Non paulum. Vide Non Aduerbium.
Admodum paulum. Cic. 3. de Nat. deor. 176.
Paulum aliquid sedere in scholis, pro Exiguo tempore. Quint. lib. 12. cap. 3. ad finem.
Paulum infra. Plin. libro 10. cap. 49. 1, Venêre in Italiam Bebriacensibus bellis Ciuilibus trans Padũ, & nouæ aues turdorum specie, paulum infra Columbas magnitudine.

Paulum modo aliquid ostendere. Cic. ad Lent. lib. 1. 5. 13.
Paulum oppidò inter se differunt. Cic. 5. de Finib. 51.
Etsi à te paulum allatum est nouiid est, aliquid innouatum. Cicero de Legibus.
Post paulum clarius ostendemus an, &c. pro Paulo pòst. Quintil. lib. 2, cap. 18.
Paulum, in interrogatione, uim habet augendi, quasi dicas multum. Terent. And. 4. 4. 55.
Paulum interesse censes ex animo omnia,
Vt fert natura facias, an de industria?
¶ Paulus, paula, paulum (ὀλίγος) Adiectiuum à Parum, quo rarissimè usi sunt authores, præterquam in ablatiuo. Plaut. Bacch. 19. 24, Pacisci cum illa paula pecunia Potes.
Paulo momento. Terent. And. 1. 5. 31, Dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur. Idem Adelph. 5. 4. 22, Paulo sumptu.
¶ Paulò, Aduerbium (ὀλίγον) Idem significans quod Parum uel paulum, ut uides in sequentibus exemplis.
Paulò amplius. Cic. 2. Verr. 23, Ego autem Aedilis, hoc est, paulò amplius quàm priuatus.
Paulò antè (πρὸ μικροῦ, μικρὸν πρό) Cicer. Attic. lib. 14. 319. 1, Quum paulò antè ad te Cassij tabellario literas, v. Idus uenit noster tabellarius, &c.
Paulò antè, pro Dudum, uel nuperrimè. Cic. 6. Verr. 5, Nuper homines nobiles eiusmodi iudices, & quid dico nuper, imò uerò modò, ac planè paulò antè uidimus, &c. Idem 6. Philipp. 204, Res enim Cal. Ianuar. agitata, paulò antè confecta est.
Benignius paulò. Hor. 1. epist. 18. 3.
Liberius paulò uti aliqua re. Cic. in Orat. 45.
Paulò magis. Cic. 6. Verr. 37, Nihil esse quod quisquam putaret se, quod isti paulò magis placeret, conseruare, aut domi retinere posse.
Paulò magis, pro Nimium. Cic. de clar. Orat. 41, Et lubenter uerbis etiam uti paulò magis priscis. Budæus.
Paulò minus. Cicer. pro Quintio, 6, Sanè cæterarum rerum pater familiàs & prudens & attentus, una in re paulò minus consideratus.
Paulò minus, pro Propemodum, uel penè. Sueton. in Tib. Cæs. cap. 39, Quasi neq; rediturus unquam, & citò mortem etiam obiturus, quod paulò minus utrumq; euenit. Idem in Nerone, cap. 40.
Paulò minus quàm. Suet. in Tib. Cæs. cap. 26, Verùm liberatus metu, ciuilem se admodù inter initia, ac paulò minus quàm priuatum egit.
Paulò mox, Statim, cum paruo interuallo. Plinius, Et paulò mox calefactum uulneri imponatur.
Paulò nimium redundantia uerba. Cic. 2. de Orat. 49.
Nimium paulò. Vide Nimis.
Paulò plus, audire de aliqua arte. Author ad Herennium, libro 4. 143.
Paulò plures in Senatu maleuolos esse, quàm gratos cognoui. Cic. Brut. 15. 11.
Paulò pluribus è partibus. Lucret. lib. 2. 98.
Paulò pòst, dicam. Cic. 1. de Nat. deor. 35.
Paulò pòst, pro Paulò infrà, uel Paulò minus. Hircius de bello Alexand. Hoc prælio desiderati sunt ex numero legionariorum militum circiter quadringenti: & paulò pòst eum numerũ classiarij & remiges. Id est, aliquantulo pauciores.
Paulò pòst magis. Plaut. Pseud. 5. 145.
Pòst paulò, pro Paulò pòst. Hor. 1. epist. 6. 9.
Paulò prius. Plaut. Menæh. 15. 7, Tibi dedi equidem illam, ad phrygionem ut ferres, paulò prius.
Paulò salubribus consilijs uti. Cic. Att. lib. 8. 160. 5.

Paulò secus. Cicer. 3. de Orat. 65, Eadem enim sunt membra in utrisq; disputationibus, sed paulò secus à me atq; ab illo partita ac distributa.
Seruus non paulò sapientior. Hor. 2. Serm. Satyr. 3. 53.
Tardior paulò. Hor. de Arte, 52.
¶ Paululũ, penult. correp. (τὶ μικρὸν, παρὰ μικρὸν, μίννυθα) Diminutiuum à Paulum. Terent. Adelph. 5. 8. 27, Agelli hìc sub urbe est paululum, quod locitas foras.
Paululum abscede istinc. Plaut. Astn. 16. 75.
Paululum antè dicendum est. Cic. 4. Acad. 230.
Paululum quis pudor. Terent. And. 4. 1. 6.
Habeo paululum quod requiram. Cic. 5. Tusc. 31.
Paululum quiddam. Terent. Eunuch. 5. 2. 17,
Quid feceras? c. Paululum quiddam. T. Eho paululum impudens,
An paululum hoc esse tibi uidetur, uirginem Vitiare ciuem?
Hoc paululum manè exaraui. Cic. ad Brutum.
Paululum huic deest ad beatam uitam. Cic. 5. Tusc. 35.
Paululum opperiri aliquem. Terent. Eunuch. 5. 2. 51.
Paululum modò. Terent. Heaut. 2. 3. 75,
Vbi si paululum modò quid te fugerit, ego pericrim
Paululo contenta, & Paululo redimere. Terent. Heaut. 3. 1. 35. Idem Eunuch. 1. 1. 30.
Respirare paululum. Cic. pro Quintio, 31.
¶ Paululus, pen. corr. Adiectiuum (τυπτὸς) Liuius 8. ab Vrbe, 55, Prætorem eorum nomine Miloniũ dixisse ferũt, pro paulula uia magnam mercedem Romanis esse soluendam. Idem 5. bell. Maced. 37, Nihil primo aspectu contemptius, equi, hominesq; paululi & graciles: discinctus & inermis eques.
¶ Paulolus, Antiqui pronuntiabant. Hinc apud Varronem, libro 4. de Ling. Latin. Paulola res, &c.
Parunda] Dea parientium, quam Terentius Lucinam uocat. Lilius in Miscellaneis Syntag. 1.
Parus] pari, Auicula. Vne Mezenge.
Paruus] Adiectiuum (μικρὸς, σμικρὸς, ὀλιγὸς, νήπιος, ἀτυχὴς) Notæ significationis. Plin. lib. 11. cap. 37. 26, Ab iisdem qui altero lumine orbi nascerentur, coclites uocabãtur: qui paruis utrisq;, ocellæ.
Paruum ac mediocre. Cic. 3. Verr. 73.
Magnus aut paruus. Hor. 2. Serm. Satyr. 6. 19.
Parua & mediocris res, Tanta & immensa, contraria. Cic. 2. de Orat. 46.
Paruum & infirmum. Cic. pro Cluent. 75.
Componere parua magnis. Virg. 4. Georg. 36.
Paruum parua decent. Hor. 1. epist. 7. 9.
A' paruis. Vide A' præpositionem.
Alumni parui. Hor. 3. Carm. ode 18. 1.
Animi parui. Hor. 1. epist. 18. 8.
Non paruũ beneficiũ suum commemorare. Cic. pro Cecin. 19.
Carmen paruum, Humile. Hor. 2. epist. 1. 52.
Parua consuetudo. Terent. And. 1. 1, 83.
Corpus paruum. Hor. 1. epist. 18. 8.
Di parui, pro Dijs penatibus. Hor. 3. Carm. ode 23. 4.
Discrimen paruum. Virg. 3. Aen. 138.
Dissensio parua inter nos est. Cic. 1. de Leg. 11.
Non parua exercitatio. Vide Non Aduerbium.
Parua fides. Terent. Eunuch. 1. 2. 117, Me miseram, forsitan his mihi paruam habeat fidem. Hoc est, nolet mihi credere.
Filius malè paruus, Nimium paruus. Horatius 1. Sermon. Satyra, 3. 10.
Infantes parui. Lucret. lib. 1. 38.
Paruum ingenium. Plin. epist. 115. 4.

Paruus & angustus locus. Cic. 1. de Legib. 25.
Mercedes paruæ. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 18.
Munera parua. Horat. 1. Carm. ode 29. 1.
Nati parui. Horat. 3. Carm. ode 5. 9.
Nauicula parua. Cic. Post reditum ad Quirites, 16.
Nepotes parui. Virg. 2. Georg. 103.
Pisciculi parui. Cic. 2. de Nat. deor. 184.
Pretio paruo rem aliquam uendere & alienare. Cicero 6. Verrin. 118.
Pueri parui. Horat. 1. epist. 7. 4.
Parui odoris amomum: hoc est, imbecilli & pauci. Plin. libro 12. cap. 13. 4.
Opusculum paruum. Cic. in Parad. 5.
Res est non parua. Virg. 3. eclog. 11.
Rura parua. Horat. 2. Carm. ode 16. 8.
Sodales parui, non præpotentes, aut superbi titulis & imaginibus. Horat. 1. epist. 7. 12.
Tecta parua. Senec. Hippol. 2. 26.
In paruo tempore. Lucret. lib. 5. 22.
Vrbs parua. Virgil. 3. Aeneid. 56.
Vsuram paruam exigui temporis bonæ de me opinionis postulo, ut eam si quæ dixero, uobis probabo, perpetuò retinea=tis. Cic. 3. de lege Agrar. 2.
Paruum, Minimi pretij. Plin. in Paneg. 89, Nihil antè tam uulgare, tam paruum in Senatu agebatur, ut non laudibus principum immoraretur.
Paruo opponitur Eximium & præclarum. Cic. 1. Offic. 96.
Parua sunt foris arma, nisi est consilium domi. Cic. 1. Offic. 108.
Paruo & nihilo. Cic. 2. de Finib. 146, Verùm isto modo consequatur summas uoluptates, non modò paruo, sed fermè nihilo, si potest.
Assueta paruo iuuentus. Virgil. 2. Georg. 95.
Paruo beatus. Horat. 2. epist. 1. 29.
Contentus paruo. Vide Contineo.
Emptum paruo. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 32.
Viuere paruo. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 1.
¶ Parui æstimare (περὶ ὀλίγου ποιεῖσθαι) Plaut. Capt. 12. 24.
¶ Parui ducere (περὶ μικροῦ ἡγεῖσθαι) Cic. pro Archia, 10, Pericula mortis atq; exilij, parui esse ducenda.
Parui istuc facio. Plaut. Milit. 10. 188.
Paruipendere. Terent. Hecyra, 3. 5. 63, Quæ dico, paruipendunt. Cicero ad Atticum, lib. 15. 323. 2, Sed si ista parui pendimus, quin & maiora contemnimus.
Parui putare & spernere. Catul. ad Furium, epigr. 20. 5.
Parui refert. Cic. pro lege Manil. 11, Etenim illud primùm parui refert, uos publicanis amissa uectigalia postea uictoria recuperare.
In paruo, pro Ferè. Plin. lib. 8. cap. 33. 1, Eminet rostrum, ut in paruo haud absimile suillo.
Paruo breuius quàm. Plin. lib. 2. cap. 67. 2, Circa Caspium quoque multa Oceani litora explorata, paruoq; breuius quàm totus hinc aut illinc Septentrio eremigatus. Hoc est ferè, uel parum abest quin totus, &c.
¶ Paruissimus, pen. cor. Superlat. (λαχίστος) Lucret. lib. 3. 41,
— igitur paruissima quanto
Et leuissima sunt, ita mobilitate fruuntur.
¶ Paruulus, pen. corr. Dimin. (τυπτὸς) Virg. 4. Aeneid. 66,
— si quis mihi paruulus aula
Luderet Aeneas.
Paruulus, pro Puerulo. Quintilianus libro 5. cap. 7, Excepta paruulorum iudicia.
A' paruulo, & paruulis. Vide A'.
A' paruulo studere duritiæ & labori. Vide A'.

Causa paruula. Lucret. lib. 4. 39.
Formica paruula. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 7.
Impulsio paruula. Cic. 2. de Inuent. 138.
Manus paruula peditum. Brutus ad Cic. lib. 11, 10. 5.
Paruulam nauiculam conscendit. Cæsar 3. bell. Ciuil. 412.
Pecunia paruula, & Immanis, contraria. Cicero pro Rosc. Com. 13.
Res paruula, pro Re nullius momenti. Terent. Adelph. 2. 4. 10. Cic. pro Quintio, 30, Si in paruula re captionis aliquid uerere non statim ad Quint. Aquilium, &c.
Successus paruulus. Plin. lib. 2. cap. 23. 4.
Paruulum aliquod consequi. Cic. 2. de Inuent. 128.
In paruulis esse. Cic. 4. Acad. 146.
¶ Paruulum, pen. cor. Aduerb. (τυπτὸν) ut, Paruulum differt, hoc est Minimum. Plinius epist. 170. b. Idem epist. 167. g, Quia paruulum refert an idem displiceret, quibus non idem placuisset.
Ligni inest paruulum. Plin. lib. 15. cap. 24. 4.
¶ Paruitas, pen. corr. parvitatis (μικρότης, σμικρότης, λεπτότης) Columella libro 10. in Præfat. 5, Tamen eadem tam exigua sunt, ut, quod aiunt Græci, ex incomprehensibili paruitate arenæ finis effici non possit. Cicer. de Vniuers. 54, Haud ipsis uinculis quibus ipsi erant colligati, sed talibus quæ cerni non possent propter paruitatem, crebris quasi cuneolis inliquefactis, unum efficiebant ex omnibus corpus.
¶ Minor (ἐλάττων) & hoc Minus, comparatiuum à Paruus.
Censor castigatorq; minorum. Hor. de Arte, 36.
Minor natu. Cic. de Amicit. 32.
Minor natu annis triginta. Cic. 4. Verr. 85.
Virtute & honore minores. Hor. 2. epist. 1. 37.
Animus minor. Horat. 2. Carm. ode 11. 3.
Cura non minor. Virg. 5. Aeneid. 161.
Dominus minor. Plin. epist. 144. c.
Filius minor. Terent. Eunuc. 2. 2. 58, Sed uideo herilem filium minorem huc aduenire. Plaut. Amph. 5. 22.
Minorum gentium patricij. Cic. ad Pætum, lib. 9. 21. 4, Sed tamen mi Pæte, quid tibi uenit in mentem, negare Papyrium quenquam unquam, nisi plebeium fuisse? fuerunt enim Patricij minorum gentium. Id est, quorum patres allecti erant è plebe in Senatum. Budæus.
Infamia minor uero. Ouid. 1. Metam. 44.
Ira minor. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8. 16.
Mensura minor parua lacerta. Ouid. 5. Metam. 92.
Metus minor. Horat. Epod. 1. 4.
Pontifices minores. Liu. 2. bel. Pun. 233.
Sumptus minor. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 17.
Verbis minoribus uti. Ouid. 6. Metam. 31.
Virtus minor. Ouid. 2. de Arte, 3.
Minor mea res agitur. Terent. Heaut. 2. 3. 113,
Quasi istic minor mea res agatur, quàm tua. Id est, quasi nõ tam mea intersit, quàm tua.
Minoris uendere aliquid, pro Minori pretio. Cic. 5. Verr. 35, Multò minoris uendidit non modò quàm tu, sed etiam quàm qui ante te uendiderunt.
Minoris dimidio. Plin. lib. 17. cap. 7. 2.
Minoris æstimare. Cic. 4. de Finib. 91.
Minore, pro minoris. Cicero ad Atticum, libro 1. 7. 5, Nam à Cæcilio propinqui minore centesimis nummũm mouere non possunt.
Minora dictu. Plin. lib. 11. cap. 21.
¶ Minoratus, pen. prod. Adiectiuum. Scæuola in l. cum uenderet. ff. de seruis exportand. Quos minorato precio uendidit.
¶ Minimus, pen. corr. (λαχίστος, μικρότατος) Adiectiuum,

Superlatiuum à Pariuus. Plaut. Sticho, 3. 63, E' malis multis malum quod minimum eſt, id minimum eſt malum.
Minimus natu. Liu. 2. ab Vrbe, 120,
Minimus quiſque natu Patrum.
Decus non minimum. Horat. de Arte, 58.
Minimus digitus. Plin. lib. 11. cap. 43. 2.
Prouocare aliquem minimo, Subaudiendum digito. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 3, Minimo digito, ait Acron, ſolent prouocare, qui uolunt oſtendere plus eſſe uirium in ſuo minimo digito, quàm in alterius toto corpore.
Dolor minimus. Ouid. 9. Metam. 136.
Honor minimus. Ouid. 2. Triſt. 16.
Minima momenta. Senec. lib. 1. epiſt.
Munus minimum. Ouid. 3. de Arte, 130.
Onus minimum. Ouid. 14. Metam. 30.
Minima ex parte. Cic. 1. Offic. 108.
Minimi pretij homo. Plaut. Aſin. 16. 8.
Minimo emit. Plaut. Epig. 5. 107, Terent. Eunuch. 1. 1. 30,
Quid agas, niſi ut te redimas captum quàm queas Minimo?
¶ Minimum, Subſtantiuum: ut, Minimum uimi. Cicer. de Amicit. 43, Itaq; ut quiſq; minimum firmitatis habeat, minimumq; uirium, ita amicitias appetere maximè. Idem in Oratore, 255.
Minimum, Ab Epicureis uocatur, quo nihil minus eſſe poteſt, & ad quod quum peruentum ſit tum fiat cuiuslibet corporis ſecandi fines. Volebat enim Epicurus aliquid eſſe in rebus minimum, nempè corpora propria quæ ſcilicet iam ſecari, aut diuidi non poſſunt. Lucret. lib. 1,
Nec prorſum in rebus minimum conſtitere quicquam.
Vide quæ à Cicerone diſputantur ſub Varronis perſona, lib. 1. Acad. & lib. 1. de finibus: ubi agit aduerſus Epicurum. Lambinus.
¶ Minimùm, Aduerbium. Lucret. lib. 6. ad finem,
Nec minimùm partim ex agris ægrotis in urbem
Confluxit. Id eſt, ualde eos preſſit agricolarum multitudo ex agris in urbem conueniens. Lambinus.
Minimum, quod illiterati dicunt Ad minus. Varro 2. de re Ruſtica, cap. 1. 13, Ita fiunt omnium partes minimum octoginta una. Ibidem, lib. 1. cap. 5. 2, De his quatuor generibus ſingulæ minimum in duas diuiduntur ſpecies.
¶ Minuſculus, pen. corr. (μικρότερος) Adiectiuum, diminutiuum à Minus. Varro 3. de re Ruſtic. capite 5. 4, Ex hoc auiario, ut ſumantur idoneæ, excludantur in minuſculum auiarium.
Minuſcula epiſtola. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 13. 17. 15, Reſcripſi epiſtolæ maximæ: audi nunc de minuſcula.
Minuſcula uilla. Cic. ad Atticum, lib. 14. 309. 2.
¶ Minus (ἔλαττον) Aduerbium comparatiui gradus, à poſitiuo Parum. Terent. Eunuch. 4. 6. 22, Minus potens quàm tu.
Non minus. Vide Non aduerbium.
Multo minus. Cic. Memmio, lib. 13. 1. 10, Niſi tamen multo minus concedi poteſt, quàm illi laborare ſine cauſa.
Minus homo, quàm doctus, pro Minus quàm doctus homo: hoc eſt, indoctus, & minus prudens, uel cautus & ſagax. Plaut. Epid. 9. 44,
Ego ſi allegaſſem aliquem ad hoc negocium
Minus hominem quàm doctum, minuſq; ad rem hanc callidum,
Os ſublitum eſſet.
Minus dixi, quàm. Plaut. Capt. 7. 71, Et quod minus dixi quàm uolui de te, animum aduortas uolo.
Minus habere. Terent. Phorm. 1. 7.
Minus intellexi. Terent. Eunuch. 4. 5. 11.
Haud minus ac iuſſi faciunt. Virg. 3. Aeneid. 113.
Plus dapis, & rixæ multo minus. Horat. 1. epiſt. 18. 11.
Minus poteſt per ſe. Cic. de Amic. 26.
Minus, pro Non. Cic. de Amic. 83, Quæ tamen ipſa effloreſcit ex amicitia, etiam ſi tu eam minus ſecutus ſis. Terentius Heaut. 1. 2. 18.
Minus acriter. Ouid. epiſt. 18. 3.
Minus audacter. Sen. Theb. 1. 36. Terent. in Prol. Phorm. 11,
Minus multo audacter, quàm nunc lædit, læderet.
Minus aptus. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 6.
Minus diu. Cic. de Senect. 29, Ego uerò me minus diu ſenem eſſe mallem, quàm eſſe ſenem antequam eſſem.
Grata minus pietas. Ouid. 1. Metam. 42.
Minus grauis. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 2.
Cura minus inuida. Horat. 1. epiſt. 10. 4.
Amicus minus iucundus. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 19.
Minus multi, & minus audacter. Plaut. Milite, 10. 137.
Minus ualidus. Horat. 1. epiſt. 8. 2.
Minus aut magis impeditus. Lucret. lib. 1. 48.
Minus memini. Plaut. Caſin. 2. 6. 29. Terent. And. 4. 2. 31,
Imò etiam quo tu minus ſcis ærumnas meas,
Id eſt, non ſatis noſti.
Minus ualet. Plaut. Bacchid. 4. 1. 5, Si non inuenta eſt, minus ualet, moribundusq; eſt. Idem Amphit. 7. 26.
Minus uenit in ſenatum, pro Rarius. Cicero ad Caſſium, libro 12. 2. 8.
Vexare minus aliquem. Horat. 2. epiſt. 2. 18.
Minus cum cura lectum. Plaut. Milit. 107.
Minus ac minus. Plinius lib. 11. cap. 10. De apibus. Quum adueſperaſcit, in alueo ſtrepunt minus ac minus, donec una circunuolet.
Minus & minus. Horat. 1. Carm. ode 25. 2.
Minus minusq; mihi obtemperat. Terentius Heaut. 3. 3. 33,
Nam mihi iam minus, minusq; obtemperat.
Minus quindecim anni ſunt. Plaut. Trinum. 8. 1,
Minus quindecim dies ſunt, quòd pro his ædibus minus quadraginta Accepiſti à Calliele. Cic. 4. Verr. 116, Dumq; ea demolitio fieret, Senatores triginta non minus adeſſent.
Minus amicorum. Plaut. Milit. 22. 43. Terentius Eunucho, 4. 6. 22, Minus potens quàm tu, minus notus, amicorum hic habens minus.
Minus, aut Non minus quatuor pedes altum: pro Minus quàm quatuor pedes. Cic. 3. Verr. 86, Et quum cautum uellet, ſcripſit ut hæredes iurarent ſe curaturos ut ex ſua quiſq; parte, ne minus dimidium ad A. Trebonium fratrem illum proſcriptum peruueniret. Liuius, Nunquam nix minus quàtuor pedes alta iacuit.
Minus pedalis. Plin. lib. 22. cap. 22, Condrillon ſiue condrille, folia habet intubi circunroſis ſimilia, caulem minus pedalem, ſucco madentem amaro.
Minus duobus nummis. Plaut. Perſa, 18. 2. Cicer. pro L. Flacc. 53, Ante pedes Prætoris in foro expenſum eſſe auri pondo centum paulò minus.
Minus nihilo eſt. Terent. Phorm. 3. 3. 2,
— unde ego nunc tam ſubitò huic argentum inueniam miſer,
Cui minus nihilo eſt? Vide Nihilum.
Quo minus. Terent. And. 1. 2. 25,
Si ſenſero hodie quicquam in his te nuptijs
Fallaciæ conari, quo ſiant minus.
Minus quinquennium eſt quòd. Plin. lib. 15. cap. 25. 2.
Minus triennium. Tacit. in uita Agricolæ.
¶ Minimè, pen. corr. (ἐλάχιστα) Aduerbium negandi. Cicer. de Amic. 38, Turpis enim excuſatio eſt, & minimè accipienda, quum

da, quum in cæteris peccatis, tum ſi quis contra Remp. ſe amici cauſa feciſſe fateatur. Idem 1. Offic. 209.
Minimè feceris, Prohibendi particula, pro Ne feceris. Plautus Moſtell. 4. 111.
Minimè gratum ſpectaculum. Liu. 1. ab Vrbe, 102.
Minimè mirum, pro Non eſt mirum. Terent. Hecyr. 2. 1. 23. Iampridem equidem audiui cepiſſe odium tui Philumelam: Minimeq; adeò mirum. Idem Heaut. 2. 3. 4.
Minimè, pro Tanto minus. Senec. de Benefic. cap. 2, Nam nec in uulgus effundenda ſunt, & nullius rei minimè beneficiorum, honeſta largitio eſt.
Minimè, pro Minimum, ſeu quod dicunt, Ad minus. Colum. lib. 5. cap. 10, Ea extet minimè tribus pedibus.
Non minimè. Vide Non aduerbium.
Minimè gentium, diceb.nt ueteres, inquit Feſtus, pro eo quod eſt Omnium gentium iudicio minimè eſſe faciendum. Terent. Eunuch. 4. 1. 11,
— heus inquit, puer, Pamphilam
Accerſe, ut delectet hic nos. illa exclamat, Minimè gentium.
Minimè omnium: id eſt, nullo modo. Cic. pro Roſc. Amer. 54.
Minimè malè cogitantes ſunt, qui in eo ſtudio occupati ſunt. Cato de re Ruſt. in Præf. 3.
Minimè multi remiges & milites deerant. Cic. 7. Verr. 70.
Minimè multi habet. Liuius, Ex eo exercitu quem P. Aelius habuiſſet, ut quiſq; minimè multa ſtipendia haberet, legeret.
Minimè uolo. Cic. 4. Acad. 249. Id eſt, nihil minus uolo.
Minimè uerò. Negantis eſt in reſponſione. Cic. 1. Tuſc. 17. Bud.
Minimè ambitioſus. Cic. ad Memmium, lib. 13. 1. 14, Homo minimè ambitioſus, minimè in rogando moleſtus. Id eſt, nihil eo minus ambitioſum, &c. quaſi omnium hominum minimè ambitioſus: uel, quiduis potius quàm ambitioſus.
Minimè, plus eſt quàm Non. Eſt autem in reſponſione negatiua: id quod uulgò dicitur abſit. Salluſtius in Oratione Cæſaris, Placet igitur eos dimitti, & augeri exercitum Catilinæ? Minimè.
¶ Minimopere, pen. corr. (ὀλιγίστως) dixerunt ueteres, ſicut Maximopere. Licinius apud Priſc. Non minimopere milites quietes uolebant eſſe.
Parygron] παρύγρου, malagma: medicamentum liquidum, de quo Galen. lib. 7. cap. 2. de compoſit. medicament. ſecùd. genera.
Paryphes] πάρυφες, Veſtimenti genus, tanquam dicas intertextum. Ariſtophani in Theſmophor. & ex eo Clementi Alexandrino lib. 2. Pædag. cap. 12. ubi interpres uertit Prætextam: & Polluci lib. 7. cap. 13. Vide Rhodig. lib. 16. cap. 7.
Patyſatis] Vide Pariſatis.
Paſargade] oppidum Carmaniæ. Plin. lib. 6. cap. 23.
Paſceolus] paſceoli, pen. corr. (βακκάτηριον) Eſt, ut ait Varro, ſaculus ex aluta factus. Plaut. Rud. 30. 27, Prætereà centum minæ Philippicæ in paſceolo ſcorſum. Quidam dicunt ſignificare loculum in marſupio.
Paſcha] huius paſchæ: uel Paſcha, paſchatis, neut. gen. (πάσχα) tranſitum ſignificat. Auſonius,
— nos etenim primis poſt paſcha diebus. Hebræi dicũt Peſah, Latini qui ad nos ex Hebræo transferunt, Phaſe, Syri ſiue Chaldæi Paſha, quod nos & Græci heth in ch mutato, dicimus Paſcha. Græci non inflectunt Paſcha.
¶ Paſchalis, & hoc paſchale, pen. prod. (πασχάλιος) Quod ad paſcha pertinet: ut, Paſchalis dies.
Paſco] paſcis, paui, paſtum (νέμω, σιτέω, βόσκω, νομεύω, ποιμαίνω, φέρβω, χιλόω, χορτάζω) paſcere, Comedere ſignificat, & eſt neutrum. Abſolutè aliquando ponitur, aliquando cum accuſatiuo. Plaut. Moſtel. 12, 18, Quò properas? geſtis aliquò iam hercle ire paſtum foras. Hic Plautus ad hominem tranſtulit, quod propriè de animalibus dicitur, teſte Valla, ſicut Veſci, de hominibus. Ouid. 4. Metam. 127,
Mille greges illi, totidemq; armenta per herbas
Paſcebant.
In priuato paſcere. Ouid. 5. Faſt. 58.
Quis pauit pratum. Ouid. 1. Faſt. 77.
¶ Paſco, Actiuum, hoc eſt Paſcere facio, uel Paſcentem obſeruo, uel Pabulum præbeo. Cic. 1. de Diuin. 59, Qui quũ propter paupertatem ſues puer paſceret, una ex his amiſſa nouiſſe dicitur, ſi recuperaſſet, &c. De Nauio augure.
Hoſpes armentum pauit in aruis. Ouid. 4. Faſt. 14.
Beſtias paſcere, domare, tueri. Cic. 2. Off. 19.
Boues paſcere. Virg. 1. eclog. 9.
Capellas paſcere. Virg. 9. eclog. 4.
Equos Paſcere. Virg. 3. Georg. 10.
Oues ad flumina pauit Adonis. Virg. 10. eclog. 4.
Paſcere canem ſero pingui. Virg. 3. Georg. 82.
Vernas paſco libatis dapibus. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 14.
Coruos paſcere in cruce. Horat. 1. epiſt. 17. 10.
Corpora paſcere pabulis. Lucret. lib. 2. 199.
¶ Paſcor, paſſiuum (σύνεμαι) ut, Paſcitur herba equus: & Sylua paſtus arundinea.
Malis orbiculatis paſci. Cælius Cic. lib. 8. 15. 2.
Cibo mendicato paſci. Ouid. 5. Triſt. eleg. 9. 3.
Cibo paſto paſci, ingeniosè dictum eſt ab Ouidio, de uacca quæ comeſtas paulò antè herbas, poſtea ruminat, & iterum comedit. Sic ille in Fragmento, 4.
Paſcere (σιτίζειν) pro Cibis tractare. Cicer. ad Atticum, libro 6. 111. 23, Lancibus & ſplendidiſſimis caniſtris, oluſculis nos ſoles paſcere.
Copia frumenti paſcit populum. Horat. 1. epiſt. 15. 4.
Bene paſcere & bene ueſtire. Cic. 2. Off. 130.
Paſcere, per translationem ponitur pro Delectare: ut, Paſcere oculos: hoc eſt, Viſu alicuius rei gratæ oblectari. Terentius Phorm. 1. 2. 35, Reſtabat aliud nihil, niſi oculos paſcere. Cicero 7. Verr. 53, Quum eius cruciatu atque ſupplicio paſcere oculos, animumq; exaturare uellent, &c. Virgilius 2. Georg. 57,
Non animum modo uti paſcat proſpectus inanem. Id eſt delectet, inquit Seruius.
Paſci bibliotheca alicuius. Cic. Attico, lib. 4. 79. 3.
Paſci, delectari, per frui aliqua re. Cic. in Piſonem, 35, Illis ergo rebus paſcor, his delector, his perfruor, &c.
Paſci diſcordijs. Cic. pro Seſt. 86.
Paſci maleficio. Cic. 2. Offic. 56.
Animum paſcere inani pictura. Virg. 1. Aeneid. 94.
Lumina paſcere. Ouid. 14. Metam. 146.
Oculos ſuos paſcere. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 2.
Colores paſcunt oculos. Lucret. lib. 2. 84.
Spes eſt quæ paſcat amantes. Ouid. 9. Metam. 150.
Amorem paſcere. Ouid. 2. de remed. Amor. 70.
Barbam paſcere. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 7.
Famam alicuius paſcere. Propert. lib. 4. eleg. 3. 5.
Eurorem paſcere. Claud. ad Adrianum, 1. 5.
Iras paſcere. Silius lib. 12. 144.
Naturã animi paſcere atq; explere reb. bonis. Lucr. lib. 3. 204.
Nummos alienos paſcere: id eſt, fœnerari & facere æs alienum uſuris creſcere, ut ait Porphyrio. Horat. 1. epiſt. 19. 7.
Polus paſcit ſidera. Virg. 1. Aeneid. 123.
¶ Paſcor, paſceris, pen. corr. paſtus ſum (νέμομαι) paſci, Depo-
nentem. Plin. lib. 11. cap. 48. 3, Solidipedes inter
paſci, niſi

pasci, nisi submissis genibus non possunt.
Armenta pascuntur per herbas. Virg. 3. Georg. 33.
Agmen pascitur per valles. Virg. 1. Aeneid. 38.
Pascitur iuuenca in uiridi pabulo. Virg. 3. Georg. 44.
Pasci syluas. Virg. 3. Georg. 63.
Apes pascuntur arbuta. Virg. 4. Georg. 37.
Pascitur pecus diem & noctem. Virg. 3. Georg. 69.
Pasci, pro Crescere. Virg. 2. Aeneid. 137.

—tactuq; innoxia molli
Lambere flamma comas, & circum tempora pasci. Seru.

Ignes nocturni pascuntur. Virg. 2. Georg. 87.
Liuor pascitur in uiuis. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 8.
¶ Pascito, pascitas, pen. corr. (βόσκομαι) pascitare, Frequentatiuum à pasco. Varro 3. de re Rust. cap. 16. 11, Nunc feras dico, quæ in syluestribus locis pascitant: cicures, quæ in cultis.
¶ Pascens, Particip. (νέμω) ut, Agni pascentes. Virgilius 4. eclog. 10.
Capellæ pascentes. Virg. 3. eclog. 20.
Hœdi pascentes. Virg. 5. eclog. 3.
¶ Pascennus, Participium (χορτασθείς) ut, Caballi pascendi. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 21.
¶ Pastus, Aliud Participium (χορτασθείς, νομισθείς) Qui cibum uel pabulum sumpsit. Cic. pro Cluentio, 53, Vt etiam bestiæ fame dominante, plerunq; ad eum locum, ubi pastæ aliquando sint, reuertantur?
Agna pasta gramine. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 9.
Boues pasti. Virg. 5. eclog. 5.
Greges pastos agere. Ouid. epist. 24. 3.
Vultur pastus cadauere. Silius lib. 13. 121.
Monstrum pastum sanguine. Ouid. 8. Metam. 34.
Pastus quæstu iudiciario iudex. Cic. pro Cluentio, 57. Id est, nutritus. Budæus.
Mœror pastus fletu. Silius lib. 13. 118.
¶ Pastus, Quod bestiæ pauerunt. Plin. libro 9. cap. 3. 11, Pastæq; radices fruticum remeant.
¶ Pastus, huius pastus (νομὴ, βοσκή) Cic. de Senect. 50, Tum pecorum pastu, & apum examinibus, tum florum omnium uarietate, &c. Gellius lib. 2. cap. 29, Alia luce orta auis in pastum profecta est.
Pecudum pastus. Cic. 2. de Nat. deor. 143.
Matutini pastus. Vide Matutinus, in Matuta.
Abijcere animantes ad pastum. Vide Abijcio.
Accedunt ad pastum animalia alia gradiendo, alia serpendo, alia uolando, alia nando. Cic. 2. de Nat. deor. 181.
Anquirit & parat pastum & latibula omne genus animãtium. Cic. 1. Offic. 18.
Capessere & conficere pastum. Cic. 2. de Nat. deor. 180.
Comparauit pastum animantibus largè et copiosè natura eum, qui cuiq; aptus erat. Cic. 2. de Nat. deor. 180.
Decedere campis è pastu. Virg. 4. Georg. 38.
Decedens è pastu exercitus coruorum. Virg. 1. Georg. 77.
Esse in pastu. Plin. lib. 32. cap. 1. 8, Homines quibus in pastu est, piscem olent. Hoc est, qui eo uescuntur.
Fundit ex sese pastus uarios, uariecq; abundantes bestijs nihil laborantibus terra: nobis autem aut uix, aut ne uix quidem suppetunt summo labore quærentibus. Cic. 2. de Finib. 176.
Inire pastum. Vide Inco.
Nata ad pastum tarda & languida pecus. Cic. 2. de Fin. 66.
Vesper reduc it uitulos è pastu ad tecta. Virg. 4. Georg. 87.
Redire in pastus. Lucan. lib. 2. 120.
Pastus, de hominibus etiam dicitur. Cic. 11. Phil. 291, Qui popularetur agros, uexaret urbes, non ad spem constituendæ rei familiaris, quam tenere eum posse negant qui norũt, sed ad præsentem pastum mendicitatis suæ?
Suauissimus pastus animorum oblectatio solertiæ. Cicero 5. Tusculan. 94.
¶ Pastio (νόμευσις) Alimentum pecudum est, siue etiam actus ipse pascendi. Vnde etiam Varronis index de Villaticis pastionibus ad bruta pertinentibus. Idem 2. de re Rust. cap. 10. 1, Qui pascunt in saltibus, greges cogere oportet, in pastione diem totum esse, pascere communiter. Cic. pro lege Manil. 9, Asia uero tam opima est, & fertilis, ut & ubertate agrorum, & uarietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum quæ exportãtur, facilè omnibus terris antecellat. Valla lib. 4, Pastio uidetur significare cibum, sed tamen potius ad alimenta pecudum pertinet, quæ pasci dicimus: quãquam suapte natura significat ipsam actionem pascendi, nunc frequentius cibum. Colum. lib. 1, in Præfat. 22, Porculatoris uerò & subulci diuersa professio diuersæ pastiones.
¶ Pastuus, Adiectiuum (εὐνόμος) Paulus syluam pascuam appellat, quæ est pascuis pecudum destinata. Plautus Truculent. 4. 45,

—non aruus hic qui arari soleat, Sed pastuus est ager.

Pastua rura redãere, apud Lucret. lib. 5. 251. Id est, colere rura, ut apta essent pascendis armentis.
¶ Pastuum, pastui: pluraliter, pastua, pastuorum (νέμος, πολυνομὴ, χλόη) In quibus pecudes pascuntur, siue ager, siue pratum, siue mons, aut collis fuerit. Colum. lib. 8. cap. 3, Nec tamen ulla tam blanda sunt pabula, aut etiam pastua, quorũ gratia non exolescat usu continuo. Varro 2. de re Rust. cap. 11. 2, Pastuum uiride.
Herbosa pastua. Ouid. 2. Metam. 138.
Læta pastua. Horat. 4. Carm. ode 4. 3. Ouid. 4. Fast. 96.
Palustria pastua. Vide Palustris, in Palus.
Vastata pastua. Claud. 3. de raptu Proserp. 34.
Intenta pastuis caprea. Horat. 4. Carm. ode 4. 3.
Mandunt pastua equi. Claud. 1. de raptu Proserp. 56.
Pastua, ut ait Plinius lib. 18. cap. 3. 2. etiam nunc in tabulis Censorijs dicuntur omnia ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc solũm uectigal fuerat.
Censorum pastua. Cic. 1. de leg. Agrar. 1.
¶ Pastualis, & hoc pastuale, pen. prod. (νομαδικὸς) Pastuales oues dicuntur, quæ pastim pascuntur, inquit Festus, à pasco, siue pascuis, quasi pascuales. Lucilius,

Pastuali pecore ac montano hirco atq; soloce.

¶ Pastualis, & pastuale, Quod pastui uiuit. Pastuales uerò oues Cato posuit, pro pascuales. Festus.
¶ Pastuarij, Qui uectigal dant ex pratorum publicorum conductione: dicti quòd ea conducebãtur causa pascẽdi pecoris.
¶ Pastor, pastoris (νομεὺς, ποιμὴν, βοτὴρ, βόσκων, ποιμανευὸς) Qui curam habet pascendi pecoris. Vox sæpius repetita apud Catonem, Varronem & Columellam. Plin. lib. 12. cap. 5. 1, Intra sepem eam æstiuant pastores. Cic. pro Flacco, 30, O pastores nescio quos cupidos literarum.
Sacra pastorum, Palilia. Ouid. 4. Fast. 146.
Lòca pastorum deserta. Lucret. lib. 5. 279.
Regna pastorum deserta. Virg. 3. Georg. 96.
Durus pastor. Iuuenal. Satyr. 11. 16,

Pastoris duri est hic filius, ille bubulci. Videtur hoc loco bubulcos à pastoribus segregare.

Lentus pastor. Propert. lib. 4. eleg. 11. 6.
¶ Pastoralis, & hoc pastorale, pen. prod. (ποιμαντικὸς, βοτηρικὸς) Quod ad pastorem pertinet: ut, Pastoralis habitus. Liu. 9. ab Vrbe, 188.
Antra pastoralia. Claud. de nupt. Honorij, 23.
Auguratus pastoralis. Cic. 1. de Diuin. 174.

Cantus

Cantus pastoralis. Claud. 1. Paneg. 37.
Iuuentus pastoralis. Ouid. 2. Fast. 73.
Myrtus pastoralis. Virg. 7. Aeneid. 164.
Signum pastorale. Colum. lib. 6. cap. 23. 2.
Tectum pastorale. Stat. 12. Theb. 54.
Truncus pastoralis. Stat. 4. Theb. 61.
¶ Pastorius, Adiectiuum. Idẽ (ποιμαντικὸς) Varro 2. de re Rust. cap. 1. 1, An ea quæ mihi heri dixisti de pastoria re? Emendatoria exemplaria habent, Pastoritia.
Pellis pastoria, pro Habitu pastorali. Ouid. 2. Metam. 137.
Sibila pastoria. Ouid. 3. Metam. 169.
¶ Pastoritius, Aliud adiectiuum, Idem (ποιμαντικὸς) Cic. ad Atticum, lib. 1. 11. 29, Itaq; & ludis & gladiatoribus mirãdas ἐπιπομπασίας, sine ulla pastoritia fistula auferebamus.
Pastoritium uitam agere. Varro 1. de re Rust. cap. 2. 14.
Pastoritia & agrestis sodalitas. Cic. pro Cælio, 19.
Pases] Pasetis (πάσσω) Vir quidam fuit præstigiarum & magiæ peritia insignis. Is incantamentis quibusdam efficiebat, ut repentè conuiuium omnibus instructum partibus adesse uideretur: rursum, ubi libuisset, omnia protinus euanescebant. Emebat item frequenter, præciumq; rei numerabat, uerum nox nummus non apud uenditorem, sed apud Pasetem reperiebatur. Hinc natum est prouerbium, Pasetis semiobolus. De re noua, stupendaq;, & præstigijs simillima. Suidas.
Pasiphae] Pasiphaes, & Pasiphaa, Pasiphaæ, pen. corr. (πασιφάη) Dictio tetrasyllaba: fuit filia Solis, & uxor Minois regis Cretæ, quam in fabulis ferunt ex Tauro genuisse Minotaurum, qui partim hominis effigiem habebat, partim tauri. Propert. lib. 2. eleg. 29. 11,

Vobiscum Europæ, nec proba Pasiphae. Vide Minotaurus.

Pasiphae, Circe, & Aee è Perside Oceani filia natæ, patre Sole, in numero deorum habentur. Cic. 3. de Nat. deor. 65.
Fanum Pasiphaæ. Cic. 1. de Diuin. 157.
¶ Pasiphaeius, Adiectiuum, sex syllabarum (πασιφαείος) Ouid. 15. Metam. 100,

—me Pasiphaeia quondam
Tentatum frustra, &c. Id est, Phædra, quæ Pasiphaes fuit filia ex Minoe.

Pasiteles] penult. corrept. (πασιτέλης) sculptor egregius in Græcia natus, & ciuitate Romana donatus. Plasticen matrem statuariæ sculpturæq; & cælaturæ esse dixit: & quum esset in omnibus his summus, nihil unquam fecit antequam finxit. Author Plinius libro 35. capite 12. 7. & libro 36. capite 5. 27.
Pasithea] πασιθέα, una ex tribus Gratijs, ut quidam uolunt.
Dea Pasithea. Catul. de Berecynthia, epig. 58. 9.
Pasithoe] πασιθόη, nomen est Nymphæ marinæ, Nerei & Doridis filiæ, ut inquit Hesiodus in Theogonia.
Pastigris] nomen Tigris fluuij ea in parte, qua duo eius alnei confluunt. Plin. lib. 6. cap. 27, Tigris citra Seleuciam Babyloniam CXXV. M. passuum diuisus in alueos duos, altero Meridiem ac Seleuciam petit, Mesenem perfundens: altero ad Septentrionem flexus, eiusdem gentis tergo campos Caudchas secat. Vbi remeauere aquæ. Pastigris appellatur.
Passagardæ] castellum in Media, Cyri Sepulchro nobile, nõ procul ab Ecbatana. Plin. lib. 6. cap. 26.
Passales] & oues, & gallinæ appellantur, quod pastim pascuntur. Paulus.
Passalus] πάσσαλος, & Achemon Cercopes fuere filij Sennonidis mulieris fatidicæ: qui quum nullo non iniuriarum genere in obuium quenque debacchantur, à matre admoniti sunt, ut sibi à Melampygo cauerent. Euenit deinde, ut Hercules sub arbore quadam dormiret, armis in eandem reclinatis. Accesserunt Cercopes fratres, eumq; dormientem ipsius armis aggredi tentarunt. At ille protinus insidias sentiens, correptos ac uinctos de claua suspendit, leporum ritu, & ad eum modum gestabat. Pendentes itaq; capitibus deorsum demissis, posticum Herculis, nigris pilis horridum, atq; hispidum intuiti, non Lydorum more, læue ac depilatum, materni moniti illis in mentem uenit, eaq; de re inter se confabulantur. Quod simul ac audiuit Hercules, cognomine delectatus & in risum solutus, uinculis eos liberatos dimisit.
Passer] passeris, penult. corr. dubij generis (στρουθὸς) Auis uulgò nota. Plinius libro 10. capite 36. 1, Contrà passeri minimum uitæ, cui salacitas par. Mares negantur anno diutius durare: argumento, quia nulla Veris initio appareat nigritudo in rostro, quæ ab æstate incipit. Fœminis longiusculum spacium.
Ilia passeris. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 6.
Ex passerum numero, belli Troiani annos auguratus est Calchas. Cic. 1. de Diuin. 125.
Passer marinus à Plinio lib. 32. cap. 11. 8. recẽsetur inter piscium genera. Plaut. Pers. 6. 18,

—curriculo uola.
P. Isthuc marinus passer per circum solet. Festus, Passer marinus quem uocat uulgus struthiocamelum. Siponitius stritomellum legit, & auis genus esse dicit. Quidam marinum passerem eundem esse dicunt cum nostra solea quam uulgò uocamus: alij uerò passeres putant nostris carletis similiores.

¶ Passerculus, huius passerculi, penult. corrept. Diminutiuum (στρουθίον) Cicero 2. de Diuinatione, 99, Cur autem de passerculis coniecturam facit, in quibus nullum erat monstrum, &c.
Passernices] Cotes sunt, quæ trans Alpes inueniuntur, aquæ aciem trahens. Plinius libro 36. capite 22, Repertæ sunt in Italia aqua trahentes aciem acerrimo effectu nec non & trans Alpes, quas Passernices uocant.
Passienus Crispus] bis consul, orator, Agrippinæ matrimonio & Nerone priuigno clarior. Eum arborem amasse, complexum, cilibasse Plinius libro 16. capite ultimo narrat. Vide Crispus Passienus.
Passim] Aduerbium (πασσαλιεὶ, ἀνέδην) A passu deducitur, significat Sparsim, passu distante, inquit Valla: ut, Grex passim pascitur. Cic. pro Fonteio, 19, Hi contrà uagantur late atq; erecti passim toto foro.
Vulgò & passim. Cic. pro Muræna, 66.
Bacchari passim in montibus. Lucret. lib. 5. 165.
Currentia passim uina riuis. Virg. 1. Georg. 27.
Diuidi passim & peruulgari, atq; edi Pop. Rom. imperauit. Cicero pro Sylla, 32.
Passim & liberè leuandi laboris sui causa opere solutus aues uidemus. Cic. 2. de Orat. 14.
Corpora passim sternuntur per uias. Virg. 1. Aeneid. 73.
Vagari passim tota regione. Virg. 6. Aeneid. 178.
Huc & illuc passim uagantes uolucres natura efficit. Cicero 2. de Diuinat. 121.
Passim, Vbiq; aliquando significat. Lactantius, Creditur ei passim, tanquam cognitæ ueritati. Valla.
Passim, Vndique. Lactantius, Eò passim confugerunt ex finitimis locis pessimi quique sine ullo conditionis discrimine. Valla.
Passim & undiq;. Cic. 1. de Orat. 94.
Passim, Quomodolibet. Virg. 3. Aeneid. 103,

—passimq;

——paſsimq; in littore ſicco
Corpora curamus. Paſsim, inquit, pro eo quod eſt, Prout quiſq; uult: ſiue Sine ullo conditionis diſcrimine. Sipont.

Paſsim & Ordinatim, contraria. Brutus Cic. lib. 11. 13. 4.

Paſsiuum] i, o, aut potius Paſſinum urbs fuit in ſinu Perſico. olim dicta Chorax, poſt ab Alexandro Alexandria ab Antiocho inde Aſtiochia. nouiſſimè à Paſsino, aut ut alij uolunt Spaſino Spaſinum. Authores Dion in uita Troiani, Stephanus, & Plinius lib. 6. cap. 17.

Paſſum] huius paſsi (γλυκεῖ) A Paſſus participio uerbi Patior, liquoris genus eſt, inquit Nonius, quod ex uua paſſa cogitur. Vua autem ideo paſſa dicitur, quòd in ſiccando paſſa eſt ſolem. Plin. lib. 14. cap. 9. 2. de dulcium uinorum generibus, Paſſum à Cretico Cilicium probatur & Africum & in Italia prouinciſq; finitimis. Fieri certum eſt ex uua, quam Græci ſticam uocant, nos apianam. Item ſcirpula, diutius in uite ſole uuis aduſtis, aut feruente oleo. Quidam è quacunq; dulci, dum præcocta alba faciunt ſiccantes ſole, donec paulo amplius dimidium pondus ſuperſit, tuſaq; leniter uuas exprimunt. Deinde quantum expreſſere, adijciunt uinaceis aquæ puteanæ, ut & ſecundarium paſſum faciant. Diligentiores eodem modo ſiccatis acinos eximunt: ac ſine ſarmentis madefactos, uino excellenti, donec intumeſcant premūt. Et hoc genus ante cætera laudant. Ac ſimili modo aqua addita, ſecundarium faciunt.

Lac paſſum. Ouid. 14. Metam. 55.

Racemi paſsi. Virg. 4. Georg. 54.

Acini paſsi. Plin. lib. 14. cap. 1. 8.

Pingue paſſum. Iuuen. Satyr. 14. 27.

Paſſus] à uerbo Patior, Participium. Vide Patior.

Paſſus] à Pando, pandis. Vide Pando.

Paſſus] huius paſſus (βῆμα) Budæus, Paſſus à paſsis manibus dici uidetur: alij paſſum quinq; pedum eſſe putant, id eſt, duorum greſſuum: ut ſit egreſſus, id eſt, βῆμα, cubiti unius & pedis, hoc eſt, pedum duorum ſemis. Plin. lib. 11. cap. 8. 1, Apes operantur intra ſexaginta paſſus.

Magnitudinem paſſus colligere licet ex deſcriptione ſtadij, quæ habetur Plinij lib. 2. cap. 23. Stadium, inquit, uiginti quinq; noſtri efficit paſſus, hoc eſt, pedes ſexcentos x x v.

Aegri paſſus. Valer. 3. Argon. 72.

Lenti paſſus. Ouid. 2. Metam. 115.

Per pauculi paſſus. Vide Perpaucus.

Rapidi paſſus. Valer. 6. Argon. 98.

Accurrere rapidis paſsibus, poeticum eſt. Vide Accurro.

Ambulare quingentos paſſus. Vide Ambulo.

Millia paſſuum ſeptingenta triduo ambulare. Cic. pro Qu. 52.

Aſſociare paſſus alicui. Stat. 3. Theb. 91.

Conficere paſſus. Vide Conficio.

Deducere paſſu mille in altitudinem. Vide Deduco.

Deſide paſſu ire. Stat. 5. Sylu. 2. 13.

Citatis paſsibus celerem curſum explicans. Senec. Hipp. 10. 3.

Strepitum faciens paſſus. Ouid. 3. Triſt. eleg. 7. 8.

Inerti paſſu incedere. Ouid. 2. Metam. 155.

Tardo paſſu inceſsit. Ouid. 10. Metam. 10.

Sonoro paſſu mouens aurichalca. Valer. 3. Argon. 13.

Peragrare paſsibus diſiunctiſsimas terras. Cic. pro Marc. 3.

Cito paſſu petere aliquem. Ouid. 2. Faſt. 149.

Tacito paſſu præterire. Claud. 4. Paneg. 102.

Anili paſſu procedere. Ouid. 13. Metam. 108.

Proferre paſſus. Lucret. lib. 4. 166. & 118.

Sicco freta radere paſſu. Ouid. 10. Metam. 130.

Aduiſſo ſequitur ueſtigia paſſu. Ouid. 1. Metam. 53.

Aequis paſsibus ſequi aliquem. Virg. 2. Aeneid. 45.

Coniunctis ſpatiantur paſsibus ambo. Ouid. 11. Metam. 13.

Ingenti uemit paſſu. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 3.

Tremulo uenit horrida paſſu hyems. Ouid. 15. Metam. 43.

Alite paſſu uolare. Ouid. 10. Metam. 117.

Trepidis paſsibus urgere ueſtigia. Stat. 2. Theb. 130.

Paſtillum] eſt in ſacris libi rotundum genus. Feſtus.

Paſtillus] huius paſtilli (τροχίσκος) Diminutiuum uidetur à paſta: quamuis fiat mutatio generis. Quidam à paſtu deriuant. Feſtus à pane: & dicit eſſe maſſam cuiuſcunq; materiæ in formam panis parui. unde Paſtilli medicinales, & Paſtilli odoratorij. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 6, Paſtillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. Trochiſci Græcè dicuntur ab orbiculari forma. Paſtilli medicis arida ſunt medicamenta. contrita humore non pingui, aut uino uel aceto incocta, quæ à coctione rurſus inaruerunt: quæ quum utendum eſt, ſubinde eiuſdem generis humore diluuntur, deinde uulneribus illinuntur: non autem imponuntur ut emplaſtra. Plin. lib. 33. cap. 6. 8. de ſtimmi, ſiue ſtibio, quod in argenti metallis inuenitur. Quod ibi ſubſidit flos intelligitur, ac linteolo interpoſito in ſole ſiccatur, non ut perarefcat: iterumq; in mortario teritur, & in paſtillos diuiditur. Budæus.

Paſtilli, emplaſtra, malagmata, cognata ſunt genera in inſtrumento chirurgico: inter ſe tamen differentia, ut latè docet Celſus lib. 5. medicinæ, cap. 17. Budæus.

¶ Paſtillicare. Plinius lib. 21. cap. 5, Luteus & bellio paſtillicantibus quinquagenis quinis barbulis coronatur. Sipontinus patulicantibus legit, quod Hermolaus non probat.

Paſtillatum argentum. Vide Argentum.

Paſtinaca] huius paſtinacæ, pen. prod. (σταφυλίνος) Herba, cuius radix caro ſimilis à nobis editur, & ſummopere expotitur. Plin. lib. 19. cap. 5. 21, Ex his paſtinaca unum genus agreſte ſponte uenit, ſtaphylinos Græcè dicitur. Alterum ſeritur radice uel ſemine, primo Vere uel Autumno, ut Hygino placet Februario, Auguſto, Septembri, Octobri, ſolo quàm altiſſimè refoſſo. Annicula utilis eſſe incipit, bima utilior, gratior Autumno, patiniſq; maximè. Colum. lib. 9. cap. 4. 5. & lib. 6. cap. 17. 8.

Paſtinaca, genus piſcis, de quo Plin. lib. 9. cap. 42. 2, Nam paſtinata latrocinatur ex occulto, tranſeuntes radio (quod telum eſt ei) figens. Argumenta ſolertiæ huius, quòd tardiſſimi piſcium hi, mugilem uelociſſimum omnium habentes in uentre reperiuntur. Idem lib. 32. cap. 7. 13. & cap. 11. 8. Et Celſus lib. 6. cap. 9, Et plani piſcis, quam noſtri paſtinacam, Græci τρυγόνα uocant, aculeus torretur.

Paſtinum] huius paſtini, pen. corr. (σταφυλῖνος, σταφύλινος) Inſtrumentum uinitorium. Colum. lib. 3. cap. 18. 1, Sed Iulius Atticus prætorto capite, & recuruato, ne paſtinum effugiat, prædictum ſemen demerſit. Paſtinum uocant agricolæ ferramentum biſurcũ quo ſemina pãguntur. Vnde etiam repaſtinatæ dictæ fuere uineæ ueteres, quæ reſodiebantur.

Paſtinum. Aliter ſumit Papinianus in l. diuortio, in fine. Et Palladius lib. 2. cap. 10, Paſtinum inſtituere, eſt agrum uitibus deſtinatum ſodere, frutices & arbores inutiles ſummouere, ſeminaria facere, arbores quadragenis pedibus diſtantes, quibus uitis adnectatur, diſponere.

¶ Paſtino, paſtinas, pen. corr. (σταφυλίνω) paſtinare. Eſt agrum ſodere. Colum. lib. 3. cap. 13, Nunc paſtinandi agri propoſitum eſt rationem tradere. Ac primum, ex omni ſiue arbuſtiuo ſiue ſylueſtri loco, quem uineis deſtinauerimus, omnis frutex atq; arbor erui & ſummoueri debet, ne poſtea foſſorem moretur, néue iam paſtinatum ſolum iacentibus molibus imprimatur, & exportantium ramos atq; truncos ingreſſu proculcetur.

¶ Paſtinatus,

¶ Paſtinatus, huius paſtinatus, pen. prod. (σταφυλῖτις) Ipſa paſtinatio. Plin. lib. 17. cap. 20. 2, Alba populus ſeritur bipedaneo paſtinatu.

¶ Paſtinatum, huius paſtinati, penult. prod. (ἐσταμιῶνα) Colum. lib. 3. cap. 10. 4, Siue enim paſtinato deponitur, ſiue trunco inſeritur, largioribus ſatiatur alimentis, quàm prius quum eſſet in egeno. De uite. Sic lib. 4. cap. 4. 1. Facta in paſtinato ſcrobe.

¶ Paſtinatio, Verbale (σταφεία) Col. lib. 3. cap. 12. 6, Quibus omnibus diligenter exploratis, tum paſtinationem ſuſcipiemus. Plin. lib. 17. cap. 21. 13.

¶ Paſtinator, pen. prod. huius paſtinatoris (σταπῆρ) Verbale maſc. Colum. lib. 3. cap. 13. 10, Nam duas regulas eius latitudinis, qua paſtinator ſulcum facturus eſt, in ſpeciem Græcæ literæ χ, decuſſauimus.

Paſtio, Paſtus] Vide Paſco.

Paſtomis] pen. corr. huius paſtomidis, ſ. g. (πασσάλωσις) Inſtrumentum ferreum ſiue ligneum, quod ad cohibendam equorum tenaciam naribus uel morſui imponitur. Lucilius,

Paſtomides huic de naribus ingentes pendent.

Arbitror ita legendum, Paſtomides huic ingentes de narib. pendent. ut ſit hexameter heroicus.

Paſtona] Ciuitas eſt ad Euphratem. Plin. lib. 5. cap. 24.

Paſtophori] pen. corr. (παστοφόροι) ſacerdotes ſacroſanctæ Aegyptiorũ, honoratiores cæteris. Dicti Paſtophori, quòd ferant pallium Veneris, cui nomen eſt Paſtos, Paſtophoros etiam Venus eſt appellata. Apud Apuleium in Aſino ita uocantur ſacerdotes Iſidis pallium in ſupplicationibus ferentes.

¶ Paſtophori, ſunt ſacerdotes ſacris geſtaminibus induti. Eos Paſtophoros Budæus interpretatur, qui multa & uaria eruditione, ut temporibus quiſq; ſuis imbuti, quum omnia penè genera philoſophandi partim pererraſſent, partim præteriſſent, ſalutem ſuam tandem anxiè, ſociorumq; perquirebant, quæ nihil eſſet aliud, quàm aditus in patriam. Budæus lib. 5. de Aſſe.

Paſtos] oppidum ad Aegæum mare, nõ procul à Neapoli regione Thraciæ. Plin. lib. 4. cap. 11.

¶ Paſtophorion (παστοφορεῖον) Paſtophororum domus. Quidam dicunt eſſe thalamum in quo habitat præpoſitus templi. Alij thalamum nuptialem. Vnde & Venus appellata eſt paſtophoros, quaſi thalamifera, quòd thalamum nuptialem curet & adminiſtret. nam παστὸς, thalamus nuptialis dicitur, qui alio nomine νυμφὼν appellatur.

Paſtor, Paſtoralis, Paſtoritius, Paſtorius, & Paſtus] Vide Paſco.

Pataga] Syenitarum ciuitas, in Arabia. Plinius libro 6. capite 29.

Patagẽ] Inſula alijs nominibus Platage, nunc Amorgos inter Sporadas. Plin. lib. 4. cap. 22.

Patagium] huius patagij, Feſtus, Patagium eſt quod ad ſummam tunicam aſſui ſolet, quæ & patagiata dicitur. Apuleius, Vberes enim crines leniter emiſſos, & ceruice dependulos, ac deinde per colla diſpoſitos, ſenſimq; ſinuato patagio recedentes pauliſper ad finem conglobatos, in ſummum uerticem nodus aſtrinxerat.

¶ Patagiata, pen. pro d. Subſtantiuum, Idem quod Patagium. Plaut. Epid. 5. 48,

Tunicam rallam, tunicam ſpiſſam, linteolum cæſicium,
Induſiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam.

Patagus] Legimus in Feſti commentarijs patagum morbi genus eſſe, neq; præterea quicquã reperimus: quod enim morbi genus ſit, nobis cogitandum reliquit uel ipſe, uel eius abbreuiator. Ferè crediderim inquit Turnebus, morbum eſſe uitis, qui πάταγος apud Theophraſtum ſcribitur. Eius uerba ſunt, πατάσσει δ' ἐνίοτε καὶ ἐπὶ τὰ πέταγος σπλάγχνα: ubi Theodorus παράλυσιν legiſſe uidetur, quum paxillum interpretetur: ac uidetur hoc morbi genus eſſe, quum ſauciatur longè in ablaqueatione, ut ſit patagus plaga & percuſſio. Hæc ille.

Patalem] bouẽ, Plautus appellat, cuius cornua diuerſa ſunt, ac latè pateant. Paulus. Sunt qui legant Patulam bouem.

Patale] portus celeberrimus in India, in quo Sol dexter oritur, Vmbræ in Meridiem cadunt. Plin. lib. 2. cap. 73.

Patara] pen. corr. (πάταρα) Vrbs Lyciæ, ubi Apollo dabat reſponſa. Dicta à Pataro Apollinis filio, uel ab alio Pataro Lapeonis filio, Hinc

¶ Patareus, pen. prod. Adiect. (πατάρεος) Stat. 1. Theb.

Phœbe parens ſeu te Lyciæ Patarea niuoſis
Exercent dumeta iugis. Ouid. 1. Metam. 104,
Patareáq; regia feruit.

Patauium] πατανίου, Ptolemæo lib. 5. cap. 1, Vrbs eſt in Põto ſiue Pithynia, quæ hodie Polmen dicitur. Eſt item in Italia, ab Antenore condita. Ptolemæus lib. 3. cap. 1, Extat hodie in eadem urbe Antenoris ſepulchrum uetuſtiſsimum cũ huiuſmodi inſcriptione, quæ ob nimiam uetuſtatem uix legi poteſt,

Inclytis Antenor patriam uox Niſa quietem
Transtulit huc Henetos, Dardanidumq; fugas.
Expulit Euganeos, Patauinam condidit urbem:
Quem tenet hîc humili marmore cæſa domus.

Vrbs Patui. Virg. 1. Aeneid. 50.

¶ Patauinus, a, um, Patauinus ager. Plin. lib. 3. cap. 16.

¶ Patauinitas, penult. corr. (τὸ πατανινότιον) Quintil. lib. 1. cap. 5. 35, Quemadmodum Pollio deprehendit in Liuio patauinitatem.

Patefacio] Vide Pateo.

Patella] huius patellæ (πινάκιον) Feſtus: Patellæ, uaſa picata, parua, ſacrificijs faciẽdis apta. Varro Manio, Quocirca oportet bonum ciuem legibus parere, & deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας. Cicer. 6. Verr. 41, Patella grandis cum ſigillis ac ſimulachris deorum. Cic. 2. de Fin. 38.

Patella, à Patulo, uel πλατέω fingo, uel ab πλατὺς, quæ eſt latitudo. Vas latum eſt condiendis obſonijs aptum. Lanx ſeu paropſis. Bayfius, Patella, uas eſcarium ad olera & pulmenta ponenda: quam Græci πινακίδα uocant. Horatius 1. epiſt. 5. 1.

Nec modica cœnare times olus omne patella. Et Martialis libro 5,

Ponetur digitis tenendus uſtis
Nigra coliculus uirens patella. Et Iuuen. Satyr. 5. 9,

Ponitur exigua feralis cœna patella. Quorũ omniũ teſtimonijs clarum eſt, credo, patellam, paruam eſſe patinam, quæ ab iſtis tum modica, tum exigua dicitur. Hactenus Bayfius. Mart. lib. 13. 81,

Quamuis lata gerat patella rhombum,
Rhombus latior eſt tamen patella. Ouid. 2. Faſt. 127,
Nutriat intinctos miſſa patella cibos.

Cultrix foſci ſecura patella. Perſ. Satyr. 3. 3.

Fragiles patellæ. Iuuen. Satyr. 6. 35.

Pura patella fert cibos. Ouid. 6. Faſt. 62.

In patella decoctum pulmentarium. Plin. lib. 19. cap. 8. 37.

Patella, Morbus arborum. Plin. lib. 17. cap. 24. 7, Olea clauũ etiam patitur, ſiue fungum placet dici, uel patellam. Hæc eſt ſolis exuſtio.

¶ Patellarius, Adiectiuum (πινακιτικὸς) ut,

Patellarij diſ. Plaut. Ciſtel. 5. 46.

Patena] πατὰς, pro Patina. Col. lib. 12. cap. 43. de uuis ſeruã

dis, Columella patruus meus ex ea creta qua fiunt amphoræ: lata uasa in modum patenarum fieri iubebat. Ex quo loco patet, patenam labra grandia habere. Budæus. Alia exēplaria habent, patinarum.

Pateo] pates, patui (διαπαλύπλομαι, ἀνέωγμαι) patere, Apertum esse. Terent. Eunuch. 5.9.29,

—si hoc efficio, postulo ut mihi tua domus
Te præsente, absente pateat, inuocato ut sit locus. Cæsar 6. belli Gall. 87, iis omnium domus patent, uictusq; communicatur.

Fores concussæ patuere. Ouid. 2. Metam. 154.

Ianua patet noctes atq; dies. Virg. 6. Aeneid. 26.

Semper nares propter necessarias utilitates patent. Cicer. 2. de Nat. deorum, 217.

Pectus patuit ferro. Ouid. 13. Metam. 79.

Tecta patuerunt. Ouid. 14. Metam. 115.

Via patuit in cælum. Senec. Medea, 12.29.

Curiæ patet. Cic. Attic. lib. 10. 204. 5.

Patet aditus huc, per translationem. Cicer. in Somnio Scip. 10, Nisi enim quum deus is, cuius hoc templum est omne quod conspicis, istis te corporis custodijs liberauerit, huc tibi aditus patere non potest. Id est, Non potes peruenire ad cognitionem harum rerum.

Aditus patet ad aliquid. Vide Adeo, adis.

Patere & obstrui, contraria. Cic. de clar. Orat. 8.

Patet, & æquè promptum est. Cic. pro Mur. 25.

Patere & in promptu esse. Cic. 1. de Orat. 13.

Atria patuerunt doctis libellis. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 15.

Patent aures tuæ querelis omnium. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1.37. id est, omnium querelas libenter audis. Vide Auris.

Causæ patuere. Ouid. 4. Fast. 4.

Iræ deûm patuere. Lucret. lib. 2. 1.

Patent mihi tui libri. Cic. Attic. lib. 4. 83. 1.

Præmia & honores patere dicũtur iis quibus dari solita sunt. Cic. pro Corn. Balbo, 17, Iniuriosum & contumeliosum est, his præmijs, & his honoribus excluſos esse fidelissimos, & coniunctissimos socios quæ pateant stipendiarijs, pateãt hostibus, pateant sæpe seruis.

Valuæ Concordiæ non patent. Cic. 2. Phil. 108.

Virginitas patet amanti. Ouid. 14. Metam. 27.

Patent hæc omnibus ad uisendum. Cic. 6. Verr. 5.

Literis Latinis illustratus locus patet. Cic. 2. de Diuin. 7.

Latè patere. Quint. lib. 7. cap. 3. 33.

Auaritia latissimè patet. Cic. 1. Offic. 37.

Latè patet, & ad multos pertinet hæc ars. Vide Latus.

Patet fugæ locus. Liu. 7. bel. Pun. 111.

Patet locus tria stadia, pro Extenditur. Plin. lib. 12. cap. 14. 2, Schœnus patet Eratosthenis ratione, stadia XL. Cæsar 7. bel. Gal. 27.

Maximè patet Cappadocia. Cic. Senatui, lib. 15. 2. 4.

In latitudinem patere. Quint. lib. 1. cap. 10. 32. De iugero.

Patet, In potestate est: ut, Omnia mea tibi patent. Salust. in Cat. Vbi cuncta maria, terræq; patebant. Sub. Romanis. Loquitur de amplitudine Romani imperij.

Patere, Obnoxium & opportunum esse. Celsus lib. 2. cap. 1, Lõgis morbis senectus, acutis adolescẽtia magis patet.

Patet, pro Constat, & Manifestũ est. Cic. pro Milone, 11, Quid porrò quærendum est? facĭlúmne sit? at constat. à quo? at patet. Idem 1. Tusc. 85, Quum pateat igitur æternum id esse, quod seipsum moueat, &c.

¶ Patens (ἀνεῳγμένος) Participium, sine Nomen ex participio, Apertus. Virg. 9. Aeneid. 138,

—& portas præbere patentes.

Amor edendi patens per membra ac uenas. Lucr. lib. 4. 175.

Patens & apertum ex omni parte cælum intueri. Cic. 1. de Diuinat. 3.

Campi patentes. Virg. 4. Georg. 16. Cic. 1. de Diuinat. 152.

Clausa, Patens & exposita domus, contraria. Cicero pro Quintio, 63.

Patens uulneri equus: hoc est, Vulneri recipiendo expositus. Liuius 1. bel. Maced. 156.

Humerus patens. Ouid. 2. de Arte, 101.

Iter tutum & patens. Horat. 3. Carm. ode 16. 2.

Longè lateq; patens locus. Cic. in Orat. 39.

Lux patens. Ouid. 2. de Arte, 125.

Oculi patentes. Lucret. lib. 3. 131.

Os patens. Lucret. lib. 6. 236.

Patentissimi oris dolium. Col. lib. 12. cap. 8. 1.

Pelagus patens. Virg. 2. Georg. 9.

Puteus patens. Horat. 2. epist. 2. 27.

Spatium patens. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 16.

Vulnus patens in pectore. Virg. 11. Aeneid. 8.

Patentiore uia ad hostem ducuntur. Liu. 7. ab Vrbe, 176.

¶ Patenter, Aduerbium (ἀνεῳγμένως) Cicer. 2. de Inuent. 172, Absoluta est, quæ ipsa in se, non ut negotialis implicitè & absconditè, sed patentius & expeditius recti & non recti quæstionem continet.

¶ Patefacio, patefacis, pen. cor. patefeci, pen. prod. patefactum ἀνοίγω, ἀνέωγμαι, πάλλυμαι) patefacere, Patentem facere. Liu. 2. ab Vrbe, 67, Ita inducisse se in animũ hostibus potius, quàm regibus portas patefacere.

Ianuam patefacere. Cic. 1. de Orat. 102.

Fores uirga patefecit. Ouid. 2. Metam. 164.

Aulam uacuam patefecit. Horat. 4. Carm. ode 14. 8.

Ocellos lassos patefecit. Propert. lib. 2. eleg. 16. 2.

Fenestram patefacere ad nequitiam. Terent. Heaut. 3. 1, 72. Vide Fenestra.

Ianuam famæ patefacere. Plin. epist. 18. b.

Aditum patefacere ad. Cic. ad Allienum, lib. 13. 79. 2, Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio, & munio. Vide Adeo, adis.

Viam uel iter patefacere alicui ad, uel aliquo loco. Cicero ad Atticum, lib. 8. 147. 6, Non patefactum iter ad urbem? Liuius 2. ab Vrbe, 206.

Viam patefacere illustrem atq; latam auaritiæ. Cic. 5. Ver. 188.

Locum patefacere ad consulatum. Liu. 4. ab Vrbe, 234.

Patefacere aures assentatoribus, quod & Dare aures dicimus, Vide Auris.

Patefacere, Detegere, manifestare, palàm facere. Terentius Heaut. 3. 1. 23,

Tot meas iniurias: quæ nunquam ullo patefecit loco.

Ostendere & patefacere aliquid. Cic. de Aruisp. resp. 11.

Patefacere & proferre. Cic. pro Milone.

Coniurationem patefacere. Cic. pro Sylla, 2.

Defensionem patefacere. Cic. 5. Verr. 167.

Odium suum patefacere in aliquem. Cicer. ad Attic. libro 11. 221. 3.

Patefacere quod non appareat. Cic. 4. Acad. 82.

Oratione sua aliquid patefacere. Cic. 1. de Orat. 102.

Patefacere & illustrare obscura. Vide Illustris.

Verum patefacere & illustrare. Cic. de Amicit. 79.

Patefaciendum mihi: hoc est, declarandum. Cicer. pro Domo sua, 24.

¶ Patefactus, Part. (ἀνακεκαλυμμένος) ut, Aditus patefactus. Vide Adeo, adis.

Acies patefacta. Vide Acies.

Equus patefactus. Virg. 2. Aeneid. 52. De equo Troiano.

Patefacta & detecta mutentur. Cic. 4. Acad. 219.

Patefactum

Patefactum & illustratum. Cic. de Amicit. 79.

Patefactum & illustratum, Obscurum & ignotum, contraria. Cic. 1. de Orat. 86.

¶ Patefactio (ἀνακάλυψις) Verbale. Cic. 2. de Finib. 7, At qui hæc patefactio, quasi rerũ opertarũ, quĩ quid quidq; sit aperitur, definitio est, qua tu etiam imprudens utebare nonnunquam.

¶ Patefio, pen. prod. patefis, pen. indiff. patefieri, pen. cor. ἀνακαλύπλομαι) Apertum & Palàm esse. Terent. Phor. 5.4.6. Quin si hoc celetur, in metu: fin patefit, in probro siem.

Patefieri & Claudi, contraria. Cic. pro lege Manilia, 14.

Fenestræ patefiunt. Propert. lib. 3. eleg. 20. 6.

Indicijs & confessionibus suis patefieri. Cicer. 3. in Catil. 60. Et 13. Philip. 383.

¶ Patesco, scis (διαπαλύπλομαι) patescere, Aperiri, patentem fieri: interdum etiam idem quod Patere. Virgil. 2. Aeneidos, 63,

—Danaumq; patescunt Insidiæ. Id est, patent, apparent, manifestæ fiunt. Ibidem, 94,

Apparet domus intus & atria longa patescunt.

Fragor armorum patescit. Valer. 3. Argon. 44.

Ianua patescit. Tibul. lib. 1. eleg. 5. 14.

Portus patescit iam propior. Virg. 3. Aeneid. 106.

¶ Patulus, pen. corr. Adiectiuum, Quod semper patet: ut, Arbor patula, hoc est ampla, & longè lateq; suis ramis diffusa ac distenta. Cic. 3. de Fin. 97, At illa quæ in concha patula pinna dicitur, isq; qui enat è concha, &c. Columel. lib. 6. cap. 1. 3, Naribus resimis, patulisq; Cic. 1. de Orat. 15, Patulis est diffusa ramis.

Aequor patulum. Silius lib. 13. 32.

Agri patuli. Silius lib. 15. 110.

Arbor patula, Ouid. 1. Metam. 22.

Arcus patulus. Ouid. 8. Metam. 6.

Aures patulæ. Horat. 1. epist. 19. 14.

Boues patulos Plautus appellat, quorum cornua in diuersum supra modum patent. Festus.

Campi patuli. Claud. 1. de raptu Proserp. 45.

Canistra patula. Ouid. 8. Metam. 136.

Curuamen patulum. Sil. lib. 13. 6.

Fagus patula. Virg. 1. eclog. 1.

Fauces patulæ. Claud. 2. Paneg. 23.

Fenestræ patulæ. Ouid. 14. Metam. 151.

Fossæ patulæ. Ouid. 7. Metam. 40. Stat. 10. Theb. 103.

Nares patulæ. Ouid. 3. Metam. 138.

Os patulum. Ouid. epist. 15. 12.

Vias patulas aperire. Silius lib. 17. 13.

¶ Patulico, patulicas (ἀνοίγομαι) patulicare, Aperiri, Patulũ fieri. Plin. lib. 21. cap. 8. 5, Patulicãtib. quinquagenis quinis barbulis coronatur. Sic legit Sipontinus, Hermolaus uerò pastillicantibus. Vide Pastillum.

¶ Pator, patoris, pen. prod. (χάσμα) Hiatus & apertio, sicut Vagor pro uagitu, & fluor pro fluxu. Apul. lib. 3, Quod altrinsecus ædium patore perflabili.

Pater] patris (πατὴρ, πάππας, πρόγονος) Notæ significationis. Terent. Adelph. 5.7.4, Tuus hercle uerò & animo & natura pater. Varro 4. de Ling. Lat. Pater dicitur quòd patefaciat semen.

Circa patrem. Vide Circa.

Asperitas patris. Ouid. 9. Metam. 151.

Attentus pater. Horat. 2. epist. 1. 35.

Durus pater. Ouid. 9. Metam. 112.

Naturalis pater. Cic. 3. Philipp. 134.

Optimus pater. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 22.

Seueri patres. Horat. 2. epist. 1. 22. Ibidem, 2. 21.

Amittere patrem aut liberos. Vide Amitto.

Ignorat patrem suum. Vide Ignoro.

Induere patrem mente, Sumere animum & affectum patris. Claud. 6. Paneg. 32.

Certo patre nasci. Vide Certus.

Clarissimo patre natus. Vide Clarus.

Claro patre natus. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 12.

Ingenuo patre natus. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 5.

Libertino patre natus. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 2. & 10.

Magno patre nata puella. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 15.

Rem patris oblimare. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 13.

Patris nomine, Aui, Abaui, Proaui, Ataui cõtineãtur: non autẽ Tritaui, ut opinatur Valla. Quum enim patrum nostrorũ memoria aliquid factum esse dicimus, de proxima ætate intelligimus, non de illa etiam sexta.

Patres maioresq; nostri. Cic. 1. Verr. 37.

Memoria patrum id usu uenit. Cicer. 1. de Orat. 90.

Sancti patres. Virg. 2. Georg. 95.

Pater, Nomen religionis. Vnde dij omnes, patres uocabantur. Virg. 2. Georg. 2, Huc pater ô Lenæe. Vbi Seruius, Pater licet generale sit omnium deorum, tamè propriè Libero semper cohæret. nam Liber pater uocatur. Idem alio loco, Pater propriè omnium deorum est epitheton.

Diuũm pater, atq; hominum rex. Virg. 1. Aeneid. 14.

Humanæ gentis pater, Iuppiter. Horat. 1. Carm. ode 12, 10.

Rerum pater Oceanus. Virg. 4. Georg. 77.

Gradiuus pater, Mars. Virg. 3. Aeneid. 7.

Pater, pro Ioue. Virg. 1. Georg. 57,

Ter pater extructo disiecit fulmine montes.

Magnus pater, Iuppiter. Virg. Aeneid. 48.

Omnipotens pater. Virg. 2, Georg. 65.

Pelliti patres. Vide Pellitus, in Pellis.

Summus pater. Virg. 1. Aeneid. 134.

Pater, nomen honoris & reuerentiæ. Horatius 2. Sermon. Satyr. 1. 3,

—cupidum pater optime uires Deficiunt.

Patriæ pater, parens libertatis, atq; Reipublicæ. Cic. pro Rabirio perdul. reo, 21. de C. Mario.

Quòd Pater, nomen esset reuerentiæ, idcirco Romulus centum Senatores, quos ad Reip. curam elegit, siue quia is numerus satis erat, siue quia soli cẽtum erant, qui ad id idonei essent, Patres ab honore uocauit: siue ab ætatis uel curæ similitudine, ut ait Salustius. Festus, Patres Senatores ideo appellati sunt, quia agrorum partes attribuebant tenuioribus, ac fẽ liberis proprijs.

Consulta patrum. Horat. 1. epist. 17. 9.

Patres conscripti. Plutarchus in Romulo, Ipsi autem Romani (inquit) Patres conscriptos ad collegium appellant, quod nomen dignitatis plurimum, & inuidiæ minimum præ se fert. Sed ab initio tantum patres dicti. Postea ascriptis in eũ ordinem pluribus, Patres cõscripti uocati sunt. Vnde Festus, Patres dicti sunt, inquit, qui sunt patricij generis: conscripti, qui in Senatu sunt scriptis adnotati. Cic. 13. Philip. 366, Est etiam Asinius quidam Senator uoluntarius, lectus ipse à se, apertam curiam uidit post Cæsaris mortem: mutauit calceos, Pater conscriptus repentè factus est. Budæus.

Patres allecti, etiam dicebantur, Festo authore, qui propter inopiam ex Equestri ordine in Senatus sunt numerum assumpti. Vnde illud Tranquilli in Cæsare, Peregrinis in Senatũ allectis libellus propositus est, ne quis Senatori nouo curiã monstrare uelit. Hodie autẽ allecti, ascriptitijq; uocari possunt Latinè in collegijs magistratuum, qui uulgò creati & extraordinarij uocitantur. Budæus.

Duri patres tyronum. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 4.

¶ Pater patratus. Vide Patro, patras. Cic. pro Cecinna, 71. Et 1. de Orat. 89.

¶ Paterfamiliâs (οἰκοδεσπότης) huius patrisfamiliâs & patrisfamiliæ, qui primus est, & imperium habet in familiam: siue qui potestatis suæ est, siue puber, siue impuber. Cic. 2. de Legib. 77, Vt ne morte patrisfamiliâs sacrorum memoria occideret. Mart. lib. 1. 80,

Paterfamiliæ uerus est Quirinalis.

Prudens & attentus paterfamiliâs. Cic. pro Quintio, 6.

¶ Patricius, patricij, m. g. (σὺν πατρίδι ὢν, πατρίνης) Patricij, nobiles Romani qui à primis Senatoribus oriundi erant, inquit Budæus. 1. iu. lib. 1. ab Vrbe, Romulus centum creat Senatores, qui Patres ab honore, patricij, quoq; progenies eorum appellati.

Maioribus patricijs ortus. Stat. 1. Sylu. 2. 15.

Patricij antiquißimiq; ciues. Cic. pro Cecinna, 73.

Minorum gentium patricij. Vide Minor, in Paruus.

Non omnes Senatores erant patricij. Tacitus, iisdem diebus in numerum patriciorum asciuit Cæsar uetustißimum quenq; ex Senatu, aut quibus clari parentes fuerant. Ex Budæo.

Patricij pueri, à patricijs orti. Plaut. Capt. 19. 5.

Patricij Franciæ, quos pares Franciæ uocant. Suntq; quasi duodecim uiri Reip. constituëdæ. Sunt enim numero duodecim: sex quidem Pontifices, & sex Duces militares. Budæus.

Exire è patricijs, Fieri plebeium. Cic. pro Domo sua, 30.

¶ Patricius, Adiect. (πατρίνης) ut, Patricius magistratus. Cicer. ad Brutum, 5. 6. Sic, Patricia familia. Cicer. 2. de Legib. 11.

Honos patricius. Claud. in Præfat. belli Gildon. 2.

Indoles patricia. Stat. 3. Syl. 5. 9.

¶ Patriciatus, huius patriciatus, pen. prod. masc. gen. Patricij dignitas. Sueton. in Augusto, cap. 2, Ea gês à Tarquinio Prisco rege inter Romanas gentes allecta in Senatum, mox à Seruio Tullio in patricias traducta, procedente tempore ad plebem se contulit, ac rursus magna ui per Diuum Iulium in patriciatum rediit. Apud Græcos autem omnino maior erat dignitas, non ex successione debita, sed quæ solebat à principe concedi. Cassiodorus epistolarũ lib. 6, Nostro munere subleuatus, patriciatus culmen ascende. Suidas patricios esse tradit, communis Reip. patres, qui in suprema dignitate Senatorij consilij esse censentur. Meminit & Procopius lib. 3. Malè igitur Accursius & alij, qui hanc dignitatem cum uetere confundunt. Alciatus.

¶ Patrica, pro Patricia. Plaut. Truculento,

Tum patricam clementer non potest
Hinc quin munerem. Quo loco Turnebus, Ferè existimauerim, inquit patriciam emendandum. Plebeiæ enim mulieres patricijs mulieribus dona certis diebus mißitabãt, ut Plebei uiris patricijs. Quanquam & patrica patricia erit, unde & patricè, pro magnificè & splendidè in Casina dixit. Hîc patritam uidi qui legeret, quod uerbum, concinit uersus modulo, quum patrica dissonet. Eo autem nomine ne uiet ancilla à patre data: ut enim auita dicuntur, quæ ab auo obuenerunt, sic patrica quæ à patre. Verba sunt Turnebi.

¶ Patricè, pen. cor. (πατρίως) Aduerbium antiquum: id est, more patricio, ac nobiliter. Plaut. Casina, 17. 4,

Atat cessa magnificè, patriceq; amiceq; hero meo
Ire aduorsum?

¶ Patritus, penult. product. Adiectiuum (πατρῷος) Quod est patris: sicut Auitus, Quod est aui. sunt enim tanquã possessiua. Cicer. lib. 1. Tuscul. 71, Patritam & auitam, ut ait Theophrastus, philosophiam cognitionis cupiditate inclusam excitant.

¶ Patrinus, uel patrima, pen. corr. Qui uel quæ adhuc uiuentem patrem habet. Gellius lib. 1. cap. 12. de Vestali utrigine capienda: Item, quæ non sit patrina aut matrima. Liuius 7. bel Maced. 12, Patrimi omnes, matrimiq; ad id sacrificium adhibiti. Angelus Politianus primæ Centuriæ cap. 58, Patrima matrimaq; proles.

Pater patrimus, qui quum ipse pater sit, adhuc uiuentem habet patrem.

¶ Patrimus, Adiectiuum (πατρῳὸς) Quod est patris: ut, Matrimus, Quod est matris.

¶ Paternus, Adiect. Idem (πατρῷος) Paternus amicus. Cic. ad Attic. lib. 14. 310. 2. Terent. in Adelph. 3. 4. 4.

——ô Æschine,
Pol haud paternum istuc dedisti. Vbi Donatus, Paternum, deest facinus: & dedisti, pro fecisti.

Animus paternus. Horat. 2. Carm. ode 2, 2.

Anus paternus. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 1.

Bonorum paternorum exhæres, filius. Cic. 1. de Orat. 86.

Census augere paternos. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 9.

Cognomen paternum. Horat. 1. epist. 13. 2.

Domus paterna. Ouid. 15. Metam. 88.

Hæreditas paterna. Cic. 1. de Orat. 86.

Honor paternus. Cic. 5. Verr. 35.

Inimicitiæ paternæ. Cic. 4. Acad. 1.

Laris & fundi paterni inops. Horat. 2. epist. 2. 11.

Necessitudo paterna. Cic. Planco, in epist. ad Atticum libro 16. 341. 1.

Paterna necessitudo & amicitia. Cicero ad Catonem, libro 15. 4. 38.

Nominis paterni satis amplum patrimonium liberis suis relinquere. Cic. pro Domo sua, 114.

Opes paternæ. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15. 3.

Rebus maternis atq; paternis absumptis. Horat. 1. epist. 16. 1.

Rus paternum. Horat. 1. epist. 19. 12.

Paternus, maternusq; sanguis. Cic. pro Rosc. Amer. 40.

Sedes paternæ. Virg. 11. Aeneid. 9.

Terra paterna. Ouid. epist. 10. 15.

¶ Patrisso, patrissas (πατρίζω) patrissare, Paternos mores imitari. Plaut. Mostel. 8. 120. Terent. Adelph. 4. 2. 26, Laudo Ctesipho: patrissas: abi, uirum te iudico.

¶ Patrius, Adiect. (πατρῷος) Quod est patris. Virgil. 12. Aeneid. 148,

——patrio mucrone relicto. Terent. Eunuch. 2. 2. 4, Hominem haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona.

Amor patrius. Virgil. 1. Aeneid. 130. Cic. 3. Verr. 104, Patriæ fortunæ.

Patrius animus in liberos. Cic. pro Rosc. Amer. 26.

Artes patriæ. Ouid. epist. 1. 23.

Fundus & lar patrius. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 12.

Metus patrius. Ouid. 2. Metam. 19.

Mœror patrius. Cic. pro Flacco, 82.

Res patria & auita. Cic. 2. Verr. 8.

Virtutes patriæ. Virg. 4. eclog. 4.

Patrium est. Terent. Adel. 1. 1. 49.

Hoc patrium est, potius consuefacere filium
Sua sponte rectè facere, quàm alieno metu.

¶ Patriè, Aduerb. (πατρικῶς) Paterno affectu. Quintil. libro 11. cap. 1, Vtitur hac moderatione. Cic. pro Cælio contra Atricinum, ut eum non inimicè corripere, sed patriè monere uideatur.

¶ Patricida, huius patricidæ, pen. prod. (πατροκτόνος) pro quo sæpius Parricida dicitur, is est qui patrem interfecit. Cicer. 2. de Legibus, 36, Sacrum, sacróue commendatum qui clepserit rapseritq; , patricida esto, Legitur & parricida. Plin.

Plin. lib. 7. cap. 45. 3, Adulterium filiæ & consilia patriciæ palàm facta.

¶ Patrimonium, patrimonij (οὐσία) Bona paterna, hoc est, hæreditas à patre relicta. Cicer. pro Domo sua, Liberis autem nostris satis amplum patrimonium paterni nominis, ac nostræ memoriæ relinquemus. Cic. 5. de Fin. 150. Patrimonium neglexit, agros deseruit incultos, quid quærens aliud quàm beatam uitam?

Non propter uitam faciunt patrimonia quidam,
Sed uitio cæci propter patrimonia uiuunt. Iuuen. Sat. 12. 5.

Mille talenta patrimonij. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 45.

Lautum, copiosum patrimonium. Vide Lautus. Cicer. pro Rab. Post. 23.

Naufragus patrimonio. Vide Nauis.

Propugnator patrimonij sui, & defensor iuris paterni. Cic. 1. de Orat. 126.

Adhibere patrimonium. Vide Adhibeo.

Administrare patrimonium. Quint. lib. 4. cap. 2. 51.

Circumplecti patrimonium alterius. Vide Circumplector.

Comedere patrimonium. Quintil. lib. 6. cap. 3. 51. Vide Comedo.

Conficere patrimonium. Vide Conficio.

Constituere alicuius patrimonium. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 102. Vide Constituo.

Crescunt patrimonia. Iuuen. Satyr. 14. 12.

Vncta deuorare patrimonia. Catul. in Iulium Cæs. epig. 27. 5.

Dissipare patrimonium suum lautum conuiuijs. Cicero pro Flacco, 70.

Effundere patrimonium. Cic. 2. Offic. 78.

Exhaurire patrimonium. Quint. lib. 5. cap. 10. 34.

Expellere aliquem è patrimonio nudum tanquam è naufragio. Cic. pro Rosc. Amer. 87.

Ceusus exuperans cuncta patrimonia. Iuuen. Satyr. 10. 2.

Publica patrimonia iuris non minus diligenter, quàm priuatæ rei uestræ retinere debetis. Cic. pro Cecinna, 54.

¶ Patrimonialis, & hoc patrimoniale, pen. prod. Adiect. ut, Patrimoniale munus. Hermogenianus in l. 1. ff. de muner. & honoribus.

¶ Patruus, patrui, masc. gen. (πατράδελφος) Frater patris, quòd quasi patris loco sit. Terent. Phorm. 2. 1. 33, Atqui nihil fecit patrue quod succenseas. Cicer. 3. Verr. 107, Patruo testimonium dicente.

Patruus magnus, frater aui. Patruus maximus, frater proaui & abaui, qui & propatruus & abpatruus dicitur.

Maior patruus. Vide Magnus.

¶ Patruus, Adiect. (πατρομασιγνητικὸς) ut, Linguæ patruæ uerbera. Horat. Carm. ode 12. 1.

¶ Patruissimus (πατραδελφώτατος) Superlatiuum antiquũ. Plaut. Pœnul. 18. 25,

——patrue mi patruissime, &c.

¶ Patruelis, huius patruelis, pen. prod. com. gẽ. (ὁ ἀδελφός) Patrueles, patruorum (hoc est, ut ait Nonius, mariũ fratrũ) filij, quoniam qui pater alteri est, alteri est patruus: sicut sorores patrueles nuncupantur ex duobus & ipsæ fratribus genitæ: author Iureconsultus. Plaut. Pœn. 16, 106, Pater tuus is erat, frater patruelis meus. Cic. 5. de Fin. 1, Vnaq; nobiscum Qu. frater & T. Pomponius, & L. Cic. frater noster cognatione patruelis, amore germanus.

Teucer patruelis Achilli est. Ouid. 13. Metam. 32.

¶ Patruelis, Adiectiuum (ὁ ἀδελφός) ut, Patrueles fundi. Martial. lib. 5. 36.

Origo patruelis. Ouid. 1. Metam. 71.

Regna patruelia. Ouid. Epist. 14. 13.

Patera] pateræ, penul. corr. (φιάλη) Poculi genus, latum ac patens. unde nomẽ accepisse uidetur, ut patera dicatur quasi patula. Virg. 1. Aeneid. 159.

Spumantem pateram, & pleno se proluit auro. Cic. 3. de Nat. deor. 121, Idem uictoriolas aureas, & pateras, coronasq;, quæ simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, sine dubitatione tollebat.

Patera, quòd pateat, dicta est, ut ait Varro de Lingua Latina.

Filicatæ pateræ. Cic. in Parad. 12.

Grauis patera. Valer. 5. Argon. 39.

Meri patera. Ouid. 4. Fast. 188.

Excipere sanguinem patera. Cic. de claris Orat. 21.

Fundere uina pateris. Virg. 5. Aeneid. 20.

Fundere è patera sanguinem. Cic. 1. de Diuinat. 83.

Haurire pateram. Vide Haurio.

Implere pateram mero. Virg. 1. Aeneid. 147.

Micantem pateram inclinat dextra. Claud. 1. Paneg. 13.

Libamus pateris & auro. Virg. 2. Georg. 38. id est, aureis pateris.

Suscipiunt cruorem pateris. Virg. 6. Aen. 50. (teris.

Paterculus] Romanus quidam filiæ suæ Sulpitiæ castitate nobilis. Plin. lib. 7. cap. 35.

Pateria] insula Plin. lib. 4. cap. 12, Non procul à Lemno, in sinu Scythico ad Hellespontum.

Paterniana] πατρῳνιάνα, Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Hispaniæ urbs. Vulgo Pastrana.

Paternus] Vide Pater.

Paternus] nobilis quidam hæreticus, à quo Paterniani dicti sunt: ij inferioris corporis partes ab Antitheo conformatas compactasq; adseuerant. Cæl. lib. 4. cap. 6.

Patesco] Vide Pateo.

Pateton] tertium genus palmæ nimio liquore abundantis: ut pitý, se pomi ipsius etiam in sua matre ebrietas, calcatis similis. Plin. lib. 13. cap. 4.

Pathos] πάθος, à Cicerone lib. 3. Tusc. 12. & lib. 3. de Finib. 54. dicitur perturbatio, siue animi ægritudo. A Gellio lib. 1. cap. 16. affectus uel affectio.

Pathetica oratio dicta est (παθητικὸς) quam ex Rhetorica arte præcipitur dirigi oportere aut ad indignationem, aut ad misericordiam.

¶ Pathetice, pen. cor. Aduerb. Macrob. lib. 4. Satur. cap. 5. Sed illud nimium pathetice. Rursum cap. 6. Vtrunq; Virgil. benè pathetice tractauit.

¶ Pathicus, pen. corrept. Firmicus lib. 8. cap. 20. & 21. Vide Draucus.

¶ Pathicißimus, pen. cor. Vnde pathicißimi libelli, id est, lasciui, & in quibus tractatur de rebus obscœnißimis. Mart. lib. 12. epigr. 96, ad Rufum,

Musæi pathicißimos libellos
Qui certant Sybariticis libellis,
Et tinctas sale pruriente chartas Instanti lege Rufe, & cætera.

Patibilis] Vide Patior.

Patibulum] patibuli, penult. corrept. (πάφρος) authore Nonio, est crux. Cic. 6. Verr. 81, Tibi Marcelli statua pro patibulo in clientes Marcellorum fuit? Sallust. lib. 4, Patibulo affigi.

Festimare patibula. Tacit. libro 14, Sed cædes, patibula, ignes, cruces tanquam redditurі supplicium, ac præreptæ interim ultione festinabant.

Patibulum, inquit Nonius, sera qua ostia occluduntur, quòd hac remotâ uduæ pateant. Titinnius Fullonibus, Si quisquã hodie præter hanc posticum nostrum pepulerit, patibulo hoc ei caput defringam.

Patibulum, instrumentum uindemiatorium. Cato cap. 27, Vindemia facta, uasa torcula, corbulas, fiscinas, funes, patibula,

fibulas inbeto ſuo quidq; loco condi.

¶ *Patibulus, genere maſculino lectum apud antiquos: teſte Nonio. Lucilius Rerum humanarum lib. 21, Deligata ad patibulos, deligantur & circumferuntur, cruci defiguntur.*

¶ *Patibulatus, pē. prod. Adiect.* (σταυωθεὶς) *Patibulo affixus. Plaut. Moſtel. 2. 53,*

Ita te forabunt patibulatum per uias Stimulis.

Patientia] *Vide* Patior.

Patina] *patinæ, pen. corr.* (πατάνη) *Vaſis genus quo dapes elixæ & iurulentæ in menſam feruntur. Plaut. Capt. 13. 77,*

Iubén' an non iubes aſtitui aulaſ patinas eluit? Bayfius, Patina ab eo quòd pateat dicta eſt, quam Paulus Iureconſultus in l. cum de lanionis. De fundo inſtructo, inter culinaria uidetur adſcribere, quum inquit, Item, cacabos & patinas inſtrumento fundi eſſe dicimus: quia ſine his pulmentarium coqui non poteſt. Patinis utiq;, niſi ſi in authorum obſeruatione falſus ſum, utebantur non ſolùm ad coquendum piſces, & cætera id genus, quod authore Plinio probatur lib. 23. ubi de fæce ſupæ, Decoquiuur, inquit, in patinis cum ſale, & adipe ad tumorem quoq; maxillarum & ceruicum, ſed etiam ferculi uice. Quum ferculum dico, uas ad ferendū opſonium uel pulmentarium intelligo. Et niſi me & lectorem decipio, eadem patina utebantur, & ad coquendum & ad ferendum opſonium, elixum præſertim. Horat. 1. Ser. & lib. 2. Serm. Satyr. 8. 9,

Aſſertur ſquillas inter muræna natanteis,
In patina porrecta. Patinam pro ferculo poſuit Horat. Iuuenalis autem Satyr. 4. 14, Patinam rhombo coquendo extructam, taxat his uerbis,

Debetur magnus patinæ, ſubituſq; Prometheus, &c.

Notatur & à Plinio in decimo Nat hiſt. cap. 51. Aeſopi patina in qua poſuit aues cantu aliquo aut ſermone uocales, nummis ſex ſingulas coemptas. Haclenus Bayfius.

Grandes patinæ. Perſius Satyr. 2. 5.

Tortæ patinæ in orbe Cumano, Statius 4. Syl. 9. 9. Intelligit fictiles.

Tollere patinam. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 16.

Cœnabat patinas omaſi. Horat. 1. epiſt. 16. 2.

Patina Tyrotarichi. Vide Tyrotarichus.

Animus in patinis, prouerbialiter dictum. Terent. Eunuch. 4. 7. 46.

¶ *Patinarius, Adiect.* (πατανικὸς) *Quod in patina conditum uel repoſitum eſt. Plaut. Menæch. 3. 26,*

Tantas ſtruices concinnat patinarias. Idem Aſin. 5. 28. Is habet ſuccum, is ſuauitatem: eum quouis pacto condias, Vel patinarium, uel aſſum uorſes, quo pacto lubet.

¶ *Patinarius, Subſtantiuum, Qui patinam curat & exercet. Heluo. Suet. in Vitel. cap. 17, Alijs incendiarium & patinarium uociferantibus, parte uulgi etiam corporis uitia exprobrante.*

Patior] *pateris, pen. cor. paſſus ſum* (πάσχω, πέσω, πάμνω, μογέω, ὑπομένω) *pati, Suſtinere, tolerare, æquo animo ferre. Terent. And. 1. 5. 27, Tum patris pudor qui me tam leni paſſu eſt animo uſq; adhuc.*

Pati à uita. Plaut. Trucul. 5. 11.

Ex merito pati aliquid. Ouid. epiſt. 5. 2.

Ferre & pati. Cicero 1. Verr. 7. Non feram, non patiar, non ſinam.

Pati & ſilere. Cic. 7. Verr. 98.

Pati ægrè. Plaut. Pœnul. 1. 108.

Pati facilè, ſiue facilius, & facillimè. Cic. pro Roſc. Amer. 33. Idem Planco, in epiſt. ad Attic. lib. 16. 342. 3. Non modò facilè patiare, ſed etiam gaudeas. Et Cicer. P. Pompeio, libro 5. 7. 4.

Pati humanè. Terent. Adelph. 1. 2. 65.

Indignè pati aliquid. Cic. 7. Verr. 25.

Pati æquo animo. Plaut. Aſin. 7. 118. Cic. 12. Philipp. 325, Æquo animo belli patitur iniuriam. De Gallia.

Pati iniquo animo. Terent. Eunuch. 2. 1. 6. Sic Cic. Cornificio, lib. 12. 18. 4, Etſi periniquo animo patiebar te à me digredi.

Pati non poſſum. Plaut. Trinum. 6. 70. Terent. And. 1. 2. 32,

Vbi uis facilius paſſus ſim, quàm in hac re, me deludier.

Patior non moleſtè eam uitā, &c. 5. Verr. 4.

Non poſſum pati quin tibi caput demulceam: pro, Non poſſum abſtinere quin, &c. Terent. Heaut. 4. 5. 13.

Nullum patiebatur eſſe diem, quin in foro diceret. Cic. de clar. Orat. 167.

Pateretur, per correptionem, ſiue iterationem, cum quadam obiurgatione & reprehenſione eleganter dictum. Terent. Heaut. 1. 2. 28,

Fortaſſe aliquando iniquior erat præter eius lubidinem. Pateretur: nam quem ferret ſi parentem non ferret ſuis?

Abortum pati. Vide Aborior.

Aeuum pati. Col. lib. 2. cap. 10. 1. id eſt, durare.

Concubitus pati. Ouid. 3. de Arte, 153.

Conſuetudo patitur, Cōſuetum eſt. Cic. ad Attic. lib. 12. 256. 3.

Dicta pati ſuperborum locorum. Ouid. ad Piſonem, 23.

Quoad patitur dignitas. Cic. Thermo, lib. 13. 54. 2.

Dilationem pati. Plin. lib. 18. cap. 10. 2.

Dolores pati toleranter. Cic. 2. Tuſc. 74.

Exilium pati. Virg. 2. Aeneid. 128.

Extrema pati. Virg. 1. Aen. 45.

Falcem pati dicuntur ſeminæ. Plin. lib. 17. cap. 10. 11.

Famam pati. Virg. 11. Aeneid. 170.

Famem pati. Ouid. in ibin, 124.

Febrim pati. Gell. lib. 17. cap. 12.

Fugam pati. Ouid. 3. Triſt. eleg. 1. 15.

Hymenæos iuſtos pati. Virg. 3. Georg. 12.

Iacturam pati. Col. lib. 1. in Præf. 9.

Impedimentum pati. Plin. epiſt. 12. lib. 2.

Imperium pati. Liu. 1. ab Vrbe, 5.

Iuſſa aliena pati. Virg. 10. Aeneid. 174.

Lituos pati. Virg. 3. Georg. 37.

Malum pati fortiter, uel toleranter. Plaut. Aſin. 7. 58.

Quiſq; ſuos patimur manes. Virg. 6. Aeneid, 149.

Moram pati. Ouid. 4. Metam. 70.

Aſperius, quàm ſui patiuntur mores, aliquid facere. Cic. Attic. lib. 9. 188. 6.

Necem indignam pati. Ouid. 10. Metam. 125.

Oculi patiuntur. Cic. ad Attic. lib. 10. 197. 4.

Pauperiem anguſtam pati. Horat. 3. Carm. ode 2, 1.

Pœnas pati. Ouid. 1. Metam. 49. Ibidem. 9. 71.

Prælia dura pati. Virg. 7. Aeneid. 162.

Pati repulſam. Ouid. 3. Metam. 58.

Seruitutem pati poſſunt aliæ nationes: propria eſt populi Romani libertas. Cic. 6. Philip. 117.

Silentia longa pati. Lucan. lib. 7. 14.

Solicitudinem pati pro aliquo. Plin. epiſt. 2. lib. 9.

Soporem pati. Ouid. 15. Metam. 65.

Stratum aut uelamina pati. Ouid. 7. Metam. 114.

Supplicium pati. Cæſar 2. bel. Ciuil. 123.

Supplicium patitur non noua culpa nouum. Ouidius 2. Triſt. 108.

Verbera pati. Virg. 3. Georg. 42.

Vulnera pati. Ouid. epiſt. 2. 10.

Pati aliquem eſſe deſertū: id eſt, derelinquere ac deſtituere. Cic. 1. Offic. 41.

Patiar quemuis durare laborem. Virg. 8. Aen. 116.

Pati

Pati bonum uirum eſſe. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 28.

Non pati aliquid fieri, aut quod non fiat. Cic. ad Papyrium, lib. 9. 25. 7. Idem 2. de Diuinat. 7.

Patitur tangi. Ouid. 1. Metam. 130.

Pati, abſolutè, pro Dolere aut cruciari. Virg. 10. eclog. 11,

Certum eſt in ſyluis, inter ſpelæa ferarum Malle pati.

Vſum patiendi colligere. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 15.

Ad patiendum tolerandumq; difficiles res. Cic. 2. Tuſc. 27.

Ferre non patienda. Ouid. 2. Faſt. 118.

Pateris nulla patienda. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 11.

Mors bis patienda. Ouid. 1. Triſt. eleg. 2. 9.

¶ *Patiens, patientis, Participium* (πάσχων)

Patiens & lentus. Cic. 2. de Orat. 168.

Animus patiens. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 2.

¶ *Patiens, ὑπομονικὸς, καλήμων, τλημοσύνων, nomen cum genitiuo: Patiens laborum. Cic. pro Seſtio, 21, Patiantur uiros laborum patientes frui. Correctiora exemplaria legunt, Patiantur uiros fortes labore, ſe ocio ſuo perfrui.*

Taurus patiens aratri. Ouid. 4. Triſt eleg. 5. 7.

Cæli patiens: id eſt, aeris & tēpeſtatum. Valer. 1. Argon. 154.

Patiens omnis incommodi. Colum. lib. 3. cap. 29.

Latus patiens laboris. Quint. in Procœm. lib. 1. 20.

Natura laboris patientior. Quint. lib. 1. cap. 12. 8.

Nauium patiens Tyberis, Qui fert naues. Plin. epiſt. 101. c. lib. 5, Medios ille agros ſecat, nauium patiens, omneſq; fruges deuehit in urbem. Idem epiſt. 161. a.

Operum patiens iuuentus. Virg. 2. Aeneid. 95.

Pulueris atq; ſolis patiens. Horat. 1. Carm. ode 8. 1.

Vetuſtatis patiens. Plin. lib. 11. cap. 37. 65.

Tellus patiens uomeris. Virg. 2. Georg. 45.

¶ *Patientior, ὑπομονικώτερος, & patientiſſimus. Cæſar 3. bel. Ciuil. 377, Atque ij miſerrimo ac patientiſſimo exercitui Cæſaris luxuriem obijciebant. Cicero ad Quint. frat. lib. 1. 1. 60. Meæ quoq; literæ te patientiorē, leniorēq; fecerunt. Idem 1. Off. 153, Quo in genere uerſutiſſimum & patientiſſimum Lacedæmonum Lyſandrum accipimus.*

Saxo patientior. Propert. lib. 1. eleg. 14. 6.

¶ *Patienter, ὑπομονικῶς, patientius, patientiſſimè, Aduerbium, Moderatè, fortiter, conſtanter. Cicer. de Amic. 76, Vt igitur & monere & moneri proprium eſt ueræ amicitiæ: & alterum liberè facere, non aſperè: alterum patienter accipere, non repugnanter.*

Accipere patienter. Vide Accipio.

Amare patienter. Mart. lib. 5. 7.

Patienter ferre. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 8. 9. Idē 11. Phil. 293, Quæ tuliſſe illum fortiter & patienter ferunt.

Prandere olus patienter. Horat. 1. epiſt. 18. 3.

Ferre omnia patientius. Ouid. epiſt. 18. 21.

¶ *Patientia, huius patientiæ, eſt animi conſtantia, qua aduerſa perinde ac proſperā ferimus. Cic. 2. de Inuent. 242, Patientia eſt honeſtatis aut utilitatis cauſa, rerum arduarum ac difficilium uoluntaria ac diuturna perpeſſio.*

Labor & patientia. Cic. 1. Off. 172.

Perduruit patientia. Cic. pro Mil. 57, Sed neſcio quomodo uſu obduruerat, & percallucrat ciuitatis incredibilis patiētia.

Patientia contra labores. Plin. lib. 23. cap. 1. 24.

Patientia pauperiatis. Cic. 2. de lege Agr. 66. Idem 1. in Catil. 19, Habes ubi oſtentes tuam illam præclaram patientiam famis, frigoris, inopiæ rerum omnium.

Bonorum in carendo patientiam, in utendo rationem expetendam putaui. Cic. pro Domo ſua, 113.

Proiecta patientia. Tacitus lib. 3. hoc eſt, contempta & uilis.

Vetus patientia. Tacit. in uita Agricolæ.

Abrumpere patientiam. Tacit. lib. 12.

Abuti patientia alicuius. Cic. 1. in Catil. 1.

Conſolari patientiam uerberum. Curtius lib. 8.

Longa malorum patientia contudit ingenium. Ouidius 5. Triſt. eleg. 13. 6.

Leuius fit patientia, quicquid corrigere eſt neſas. Horatius 1. Carm. ode 24. 4.

Imitatur patientiam duritia immanis. Cic. in Partit. 43.

Patientia & obſequio mitigare aliquem. Cic. in Piſonem, 3.

Obdurеſcere in patientia. Cic. 7. Verr. 27.

Patientiam præſtare, Iuriſconſulti frequenter dicūt: ut Marcellus in l. cui nouum. ff. de operis noui nunciatione. Et Vlpianus in l. ſi adius. ff. quod ui aut clàm. Plin. epiſt. 88. b. lib. 6. Præſertim quum primam religioni ſuæ iudex patientiam debeat, quæ pars magnæ iuſticiæ eſt. Debet enim iudex eſſe patientiſſimus ad audiendum.

Reſtituere aliquem ueteri patientiæ. Tacit. in uita Agricolæ.

Rumpere patientiam. Sueton. in Tiberio, cap. 24, Principatum, quamuis, &c. diu tamen recuſauit: impudentiſſimo animo nunc adhortantes amicos increpans, ut ignaros quanta belua eſſet imperium: nunc precantem Senatū, & procumbentem ſibi ad genua, ambiguis reſponſis & callida cunctatione ſuſpendens: ut quidam patientiam rumperent, atq; unus in tumultu proclamaret, Aut agat, aut deſiſtat. Hic patientiam ſumit pro μακροθυμίᾳ, *quam longanimitatem interpretantur. Eraſmus.*

Tentare patientiam alicuius. Cic. 2. de lege Agrar. 32.

Victa uitijs patientia. Ouid. 3. Amor. eleg. 10. 1.

Incredibili patientia uti. Cic. 10. Phil. 274.

¶ *Paſſus, Participium* (πάθων) *pro Perpeſſus. Virgil. Aeneidos, 41,*

O paſſi grauiora: dabit deus his quoq; finem.

Bello multa paſſus. Virg. 1. Aeneid.

Dolores ſimiles paſſa eſt. Senec. Octauia, 4. 21.

Funera tot paſſi. Virg. 1. Aeneid. 48.

Bos nullum paſſa iugum. Ouid. 3. Metam. 3.

Rura paſſa ligones. Lucan. lib. 1. 34.

Neſas paſſa eſt corpore. Ouid. 10. Metam. 76.

Peiora paſſi. Horat. 1. Carm. ode 7. 6.

Pericula plurima paſſus. Ouid. 3. Triſt. eleg. 2. 2.

Clypeus raro paſſus prælia. Ouid. 13. Metam. 24.

Secula nouem paſſa cornix. Ouid. 7. Metam. 55.

Stuprum tyranni paſſa Lucretia. Senec. Octauia, 6. 7.

¶ *Paſſurus, pen. prod. Participium* (πασσόμενος)

Pœnam paſſurus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 6.

Situm indignum paſſurus. Stat. 3. Theb. 20.

¶ *Paſſiuus, penult. product. Firmicus lib. 4. cap. 8, A' uenere defluens Luna, paſſiuos in coitu faciet. Idem lib. 5. cap. 1, In amorum tamen illecebras, oculorum paſſiuis cupiditatibus incurrens. Et lib. 7. cap. 18, Mercurius paſſiuos amatores faciet.*

¶ *Paſſio, onis, uerbale. Firmicus lib. 2. cap. 12, Virgo ſignificat omnes uentris ægritudines & paſſiones. Paulò pòſt, Capricornus ſignificat omnes genſculorum ægritudines & & paſſiones. Rurſus ibidem, Aquarius ſignificat omnes tibiarum moleſtas ægritudines & paſſiones.*

¶ *Paſſio, Animi perturbatio, quā Cicero affectionē uocat: cuiuſmodi ſunt amor, odium, iracūdia, inuidia, timor, letitia, ſpes, & ſimiles:* πάθη. *Auguſtin. lib. 2. de Ciuitat. quæ ſunt ſentētiæ philoſophorū de his animi motib. Hieronymus & interpres Bibliorum, Paſſionem, pro cruciatu uſurpant.*

¶ *Patibilis, & hoc patibile, pen. corr.* (παθητὸς) *Quod perferri poteſt. Cic. 4. Tuſc. 78, Negligenda mors eſt, patibiles & dolores & labores putandi. Idem 3. de Natur. deor. 38,*

Quumq; omne animal patibilem naturam habeat, &c.

Patiramphes] παιρράμφης, nobilis Persa Otanis filius, & aurigæ Xerxis. Herod. lib. 7. Scribitur & Patriamphes.

Patissus] amnis à Moro, in Sarmatia. Plinius lib. 4. cap. 12. quem Durian à nonnullis uocari ait.

Patizithes] ωατιζίθης, Magus apud Persas, qui Smerdin fratrem suum similem Smerdi fratri Cambysis Persarũ regem declarauit. Fuit enim præfectus Cambysis apud Persas. Herod. lib. 3.

Patmos] ωάτμος, Insula in mari Aegæo, quæ, ut Plin. scribit lib. 4. cap. 12. 21, patet circuitu triginta millibus passuum. In qua Iohannes apostolus exul Apocalypsin scripsit.

Pator] Vide Pateo.

Patræ] Patrarum (ωάτραι) Ciuitas in Achaia, quam Pausanias Aroen dici prius solitam affirmat, mox à Patreo, mœnibus ampliatis, nomen accepisse quod nunc habet. Huius meminit Plin. lib. 4. cap. 4. 3. Ouid. lib. 6. Metam. 84,

Messenéq; ferox, Patræq;, humilesq; Cleone.

¶ Patrianus, penult. prod. Adiectiuum (ωατριανὸς) Cicero ad Thermum, lib. 13. 54. 3, Vt obtineat id iuris in agris quod ei Patriana ciuitas decreuit & dedit. Vetus exemplar habet, Pariana.

Patrasis] ωάτραστις, Vrbs Pontica, teste Stephano: à qua deducitur gentile Patrasides.

Patræus] Vicus in Bosphoro, ad ostia Mæotidis. Strabo libro 11.

Patratus] Vide Patro, patras.

Patrenses] Populi in Ionia. Strabo lib. 8.

Patria] huius patriæ (ωάτρα, ωατρὶς) Vrbs, siue oppidũ unde orti sumus: quòd patria communis omnium parens sit. Cic. 1. Off. 83, Sed si contentio quædam & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officij, principes sint, patria, & parentes: quorum beneficijs maximis obligati sumus. Idẽ 1. de Orat. 96. Virg. 1. eclog. 1,

Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua:
Nos patriam fugimus.

Patria, aliquando prouincia ipsa ex qua orti sumus, impropriè tamen dicitur. Vnde Sallustius Hispaniam sibi antiquã patriam dixit.

Nimborum patria Aeolia. Virg. 1. Aeneid. 12.

Parens communis omnium nostrũm patria. Cic. 1. de Orat. 13.

Antiquissima et sanctissima parẽs patria. Cic. Att. lib. 9. 180. 4.

Patria est, ubicunq; est bene. Cic. 5. Tusc. 152. Vox Teucri.

Consors patriæ. Ouid. epist. 21. 6.

Extorres patria. Lucret. lib. 3. 10.

Exul patriæ. Horat. 2. Carm. ode 16. 4.

Interitus patriæ. Vide Interéo.

Parẽs patriæ. Cic. in Pisonem, 4.

Sancte pater patriæ. Ouid. 2. Fast. 26.

Solum patriæ cùm omnibus est charum, tum uerò dulce atque iucundum. Cic. 4. in Catil. 88.

Virtutes patriæ. Virg. 4. eclog. 4.

Antiqua patria. Virg. 2. Aeneid. 28.

Barbara patria. Vide Barbarus.

Chara patria. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 21.

Chariorem decet esse patriam nobis, quàm nosmetipsos. Cic. 3. de Fin. 99.

Munifica patria. Vide Munus.

Carere patria. Vide Careo.

Cedere patriæ. Vide Cedo.

Omnibus qui patriã conseruauerint, adiuuerint, auxerint, certum esse in cælo ac definitum locum, ubi beati æuo sempiterno fruantur. Cic. in Somnio Scip. 8.

Excedere patria. Virg. 1. Aeneid. 73.

Exuere patriam. Tacit. lib. 21.

Lacerarunt omni scelere patriam. Vide Lacer adiectiuum.

Pro patria; & In patria mori, præclarum est: Cicero Attic. lib. 8. 146. 4.

Mutare uictricem patriam uicta. Vide Muto.

Remeare in patriam. Ouid. 15. Metam. 96.

Amore blando patriæ retineri. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 10.

Reuisere patriam. Virg. 4. Georg. 78.

Patria, pro quacunq; regione simpliciter. Virg. 1. Aeneid. 109,

— quæue hunc tam barbara morem
Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ.

Patriæ, plurali numero. Plin. lib. 7. cap. 26. 3, Neq; enim ipsi coronantur, sed patrias suas coronant.

¶ Patrius, Adiectiuum (ωάτριος) Quod est patriæ.

Arma patria. Virg. 3. Georg. 70.

Aruum patrium. Ouid. in Ibin, 101.

Carmina patria. Virg. 2. Georg. 79.

Di patrij. Virg. 2. Aeneid. 141.

Instituta patria. Cic. 5. de Fin. 24. Potest hìc à patre deriuari.

Mos patrius & disciplina. Cic. de Senect. 33.

Mos patrius Academiæ erat, aduersari semper omnibus in disputando. Cic. 1. de Orat. 41.

Muri patrij. Virg. 2. Aeneid. 56.

Penates patrij. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 1.

Patrij ritus. Cic. 2. de Leg. 36.

Sedes patriæ. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 17.

Sermo patrius. Lucret. lib. 1. 170. Cic. 1. de Finib. 7.

Terra patria decedere. Virg. 6. Aeneid. 102.

Patriamphes] Vide Patriamphes.

Patriarcha] ωατριάρχης patrum princeps, hoc est, pontifex primus. Hi quatuor principiò fuere: Romanus, Antiochenus, Alexandrinus, & Hierosolymitanus. Postea translatã Byzantium imperij sede, additus est & Constantinopolitanus.

Patricida, Patricius, Patrimonium, Patrimus, Patritus, Patrisso, Patrius] Vide Pater.

Patrius] Vide Pater, & Patria.

Patro] patras (ωατραδοτοιέω, διαπεράτομαι) patrare, Proprie est liberis operã dare: sed & pro Perficere, & aliquid committere ponitur. Quint. lib. 8. cap. 3, Vel hoc uitium sit quod κακόφατον uocatur, siue mala cõsuetudine in obscœnum intellectum sermo detortus est, ut Ductare exercitus, & Patrare bellum, apud Sallustium, dicta sanctè & antiquè, uidentur à nobis, si dijs placet: quam culpam non scribentium quidem iudicio, sed legentium, tamen uitandam. Ex quibus uerbis colligitur, priscos Patrare posuisse pro Perficere, non solùm quum opera liberis daretur, sed etiam quum aliud quidpiam iam incœptum, ad finem perduceretur. Sallustius in Catil. Sperabat propediem magnas copias sese habiturum, si Romæ socij incœpta patrauissent. Idem in Iugurtha, Tum Iugurtha patratis consilijs, postquã omni Numidia potiebatur in ocio, facinus suum cum animo reputans. Cic. 1. Verr. 20.

Expugnationem patrare. Tacit. lib. 12.

Facinus patrare. Liu. 3. bel. Pun. 34.

Necem patrare. Tacit. lib. 2.

Opera patrare. Cic. 2. de Leg. 32.

Promissa patrare. Cic. ad Atticum, lib. 1. 9. 11.

Victoriam patrare. Tacit. lib. 13.

¶ Patror, patraris. Lucretius lib. 5,

Quod facere intendunt, neque adhuc conata patrantur.

id est, perficiunt.

Patrari, pro confici. Tacit. lib. 2. Et si proxima æstas adijceretur, posse bellum patrari, hoc est, posse debellari.

Pacis

Pacis patrandæ cum Romanis paciscebatur mercedem. Tacitus libro 20.

¶ Patratus, pen. prod. Participium (διαπεραχθεὶς) Tacit. lib. 2, Maluit patrati quàm incœpti facinoris reus esse.

Bella patrata. Claud. 4. Paneg. 26.

Cædes eius patrata. Tacit. lib. 4.

Patres patrati dicebantur, quòd ad patrandum, id est, peragendum iuramentum, ubi de fœderibus conuenerat, mittebantur. Vide Clarigo in Clarus. Liu. 1. ab Vrbe.

¶ Patratio, patrationis, Verbale fœm. gen. Paterculus lib. 2. L. Piso legatus Cæsaris triennio cum Thracibus bellauit, gentes q; ferocissimas plurimo cum earum excidio nunc acie, nunc expugnationibus in pristinum pacis redegit malum: eiusq; patratione Asiæ securitatem, Macedoniæ pacem reddidit.

Patrobius] Neronis principis libertus, qui arenam Nili ad debellanda corpora palæstræ studijs sibi ex Aegypto aduehi faciebat. Plin. lib. 35. cap. 13.

Patrocles] præfectus classis Seleuci & Antiochi, quem multas terras pateficisse, Plin. lib. 6. cap. 17. refert. Fuit & alius eo nomine, arte statuarius. Plin. lib. 34. cap. 8.

Patroclus] πάτροκλος, Menœtij fuit filius & Sthenales, qui occiso per ludum Astragalorum Cleonymo, seu, ut alijs placet, Aeane Amphidamantis filio, solum uertens in Phthiam uenit, ubi à Peleo propter generis propinquitatẽ susceptus est, & unà cum Achille apud Chironem educatus, cum eodem arctissima amicitia coniunctus uixit. Postea etiam cum Achille ad expeditionẽ Troianam profectus est: ubi armis Achillis indutus, cum Hectore pugnans ab eodem confossus occubuit. Quod quum resciuisset Achilles, tanetsi propter ereptam sibi ab Agamemnone Briseida bello abstimere omnino constituisset, nihilominus mutato proposito, acceptis etiam à Thetide matre alijs armis à Vulcano fabricatis, ad bellum redijt, nec prius quieuit ex animo, quàm socij mortem quàm crudelissimè uindicasset. Patroclus, Dies quidam fuit, sed oppidò quàm sordidus ac parcus. Hic enim posteaquam ad summas opes euectus est, aut (ut alij dicunt) ex quo natus est, nunquam est usus balneo, parsimoniæ causa. Taxatur ab Aristophane in Pluto. Ab hoc natum est prouerbium, Patroclo sordidior. Erasm.

Patronus] patroni, penul. prod. (σωσίγονος, πατράδελπος, πρόγονος) Qui aliquem in periculo defendit. Valla Patronus propriè est qui agit causam, sed accusati, non accusantis. Asconius Pædianus, Qui defendit alterum in iudicio, aut patronus dicitur, si orator est: aut aduocatus, si aut ius suggerit, præsentiam suam commodat amico: aut procurator, si negocium suscipit: aut cognitor, si præsentis causam nouit, & sic tuetur ut suam. Terent. Eunuch. 4. 6. 32,

Perij huic ipsi est opus patrono, quem defensorem paro.

Cicero ad Tironem, libro 16. 26. 1, De patrono, Marcus est adhibendus: isq; diu & multis lucubrationibus commentata oratione.

Patronus, custos, & defensor coloniæ. Cic. pro Sylla, 45.

Iusticiæ patronus. Cic. de Amic. 25.

Patronus, laudator, aduocatus. Cic. pro Cluentio, 88.

Patronus & Cliens, contraria. Ouid. 1. de Arte, 18.

Propugnator & patronus. Cic. pro Milone, 12.

Adoptare patronum. Cic. pro Sestio, 7.

Constituere alicui causæ patronum. Cic. pro Mur. 3.

Delata ad patronos dissensio. Cic. pro Sylla, 45.

Dare patronum alicui causæ. Cic. 2. de Orat. 155.

Patroni est, nonnunquam uerisimile, etiam si minus uerum sit, defendere. Cic. 2. Off. 72.

Alicui causæ patronum existere. Cic. pro Rosc. Amer. 3.

Esse patrono aliquo. Horat. 1. epist. 7. 11,

— quære & refer, unde domo, quis,
Cuius fortunæ, quo sit patre, quoue patrono. id est, quẽ habeat patronum.

¶ Patronus (ωάτρωνος) aliquando est relatiuum Liberti, nimirum is qui seruum donauit libertate. Vide Vallam libro 4. cap. 1.

¶ Patrona, patronæ, pen. prod. (σωσίγονος) Cic. 2. de Orat. 108, Neq; prouocationem patronam illam ciuitatis ac uindicem libertatis populi Romani dari sine nobilium dissensione potuisse. Terent. Eunuch. 5. 2. 48.

¶ Patronalis, & hoc patronale, penult. prod. Marcellus in l. si patronus. D. de donation. Non erit cogendus soluere, ne pars ex legibus uerecundiæ patronali debita minuatur.

¶ Patronatus, huius patronatus, penult. product. Paulus in l. idq; Iulianum. D. de action. empt. & uend. Sed hoc ita, si non Arescusa elegerit emptoris patronatum: tunc enim libertus remanet liberta.

¶ Patrocinor, penult. corr. patrocinaris (σωσιγορέω, ὑπερασπίζομαι, σωσαπάω) patrocinari, Tam uerbo, quàm facto imbecilliorem protegere. Hirtius 6. bel. Hispaniensis, 123, Quum appropinquassent aduersarij, patrocinari loco in quo non deserunt. Plin. libro 14. capit. 4. 6, Contra id pigra uicinitate sibi patrocinante. Quintil. libro 2. cap. 4. 18.

¶ Patrocinium, patrocinij (σωσιγορία, πατρωνεία) Festus, Patrocinia appellari cœpta sunt, quum plebs distributa est inter patres, ut eorum opibus tuta esset. Inde factum est, ut patrocinium pro tutela & defensione dici cœperit. Plinius lib. 13. cap. 3. 4, Ista patrocinia quærimus uitijs. Mart. lib. 12. 1.

Voluptas plurimorum patrocinijs defenditur. Cicero in Paradoxis, 17.

Orbis terræ patrocinium. Cic. 2. Off. 37.

Fides patrocinij. Quintil. lib. 5. cap. 13. 32.

Mite patrocinium causæ difficilis. Ouidius 1. de Ponto, eleg. 3. 1.

Arripere patrocinium æquitatis. Cic. 1. de Orat. 125.

Repudiare uoluptatis patrocinium. Cicero 2. de Finib. 107.

Causa patrocinio non bona maior erit. Ouidius 1. Trist. eleg. 1. 6.

Suscipere patrocinium difficilis causæ. Ouidius 1. de Ponto, eleg. 3. 1.

Suscipere patrocinium alicuius disertæ disciplinæ. Cicero 1. de Nat. deor. 10. Et Orat. 65, Legitimarum & ciuilium controuersiarum patrocinia suscipere.

Tueri patrocinia. Vatinius Cic. lib. 5. 9. 1.

Patronymicum] nomen, penult. corr. (ωατρωνυμικὸν) Grammaticis dicitur, quod sub patris nomine significat filium: ut Priamides, id est, Hector Priami filius. Vide Grammaticos, maximè Priscianum.

Patrous] Apollo apud Athenienses dictus est, & Alexicatos. Alexander Alexandrinus libro 6. cap. 4, Nec minus Apollinem uarijs nominibus uocatum ferunt: quippe apud Athamanas Titan: apud Aegyptios Osiris: à Persis ubi in antro colitur, Mitra nuncupatur: à Lydijs Lymios: ab alijs Eleus. In Taurominio Archigetes, à Syracusanis Themites: à Græcis Tyreos, cui sacrum ante fores faciunt: apud Bachini incolas Libyssinus: à Scythis Octoscyros, Lesbijs Myricæus, quòd Myrices, hoc est, uirgas teneret: apud Spartanos Carnius dictus est: ab Athenienssibus Patrous.

Patruelis,

Patruelis, Patruus] Vide Pater.

Pattagia] παττάλη, fluuius Siciliæ, ἀπὸ τοῦ πατταλάσσω, id est, à sonitu. nam per saxa fluens clamare uidetur. Claud. 2. de raptu Proserp. 12,

— & saxa rotantem Pattagiam.

Pattaici] seu pataci, apud Phœnices dij minutuli, quos in proris triremiũ circunuehere solebant. Herodotus Pygmeis similes Pattaicos deos dicit. Lilius Syntagmat. 1.

Patulcius] dictus est Ianus, quòd tempore belli portæ templi eius pateant.

Patulico, Patulus] Vide Pateo.

Paua] Vide Pauo.

Paucus] pauca, paucum (παῦρος, ὀλίγος, ἀκαρὴς, ἀκαριαῖος) à Parum quidam deducunt. Singulariter raro legitur, Contrariũ est Multo. Cic. de Amicitia, 2, Quum & ego essem unà, & pauci admodum familiares, in eum sermonẽ illum incidere.

Plures & Pauci, contraria. Author ad Heren. lib. 4. 17.

Ex multis paucos ad ignominiam fortiri. Cic. pro Cluen. 101.

Ad paucos pœna, ad omnes metus peruenit. Cicero pro Cluentio, 101.

Inter paucos disertus, & dignus illa propinquitate. Quintil. lib. 19. cap. 3.

Crimen paucarum in omnes diffundere. Ouid. 3. de Arte, 2.

Intrauit paucis comitantibus Vrbem. Ouid. 11. Metam. 56.

Paucæ, paruæ, & ules res. Cic. 5. Tuscul. 145.

Pauca & modica. Tacit. lib. 20.

Non pauca. Vide Non aduerbium.

Contentus paucis. Horat. 1. Serm. Satyr. 3, 4.

Conferre in pauca. Vide Confero.

Dicere pauca. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 1.

E' multis pauca tibi expediam dictis. Virg. 3. Aeneid. 76.

Loquar pauca pro re. Virg. 4. Aeneid. 68.

Respondere pauca. Horat. 1. Satyr. 6. 13.

Paucis, subaudi uerbis. Terent. And. 5. 3. 22,

Pater, licétne pauca? S. quid dices mihi? Celsus lib. 7. Prius ipsius loci natura paucis proponenda est.

Auscultare paucis. Vide Auscultо.

Cognoscere paucis. Lucret. lib. 2. 29.

Docere paucis. Virg. 4. Aeneid. 23.

Responsum paucis reddere. Virg. 6. Aeneid. 135.

His paucis diebus. Cic. 2. Verr. 11.

Paucis diebus eram missurus domesticos tabellarios. id est, Intra paucos dies. Cic. ad Curionem, lib. 2. 6. 7.

In paucis diebus quàm Capreas attigit, &c. Suetonius in Tib. id est, paucis post diebus quàm.

Paucorum mensium sunt relictæ reliquiæ. Plautus Mostel. 2. 87.

Paucis interpositis diebus iterum, &c. Cicero de claris Orat. 43.

Paucis mensibus. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 17. 4.

Pauci, apud antiquos pro bonis ponebantur, ut Multi pro malis, authore Nonio. Cicer. in Oratore, 7, Iactationem habuit in populo, nec paucorum iudicium reprehensionemq; pertimuit.

Pauciores dies. Paulus in l. 2. D. de iure deliberandi.

Paucissimus. Plin. lib. 10. cap. 59. 2, Anseres aliàs plurima oua sedecim, paucissima septem.

¶ Pauculus, pen. corr. Diminutiuum (παρὰ ὀλίγος) Terent. Heaut. 4. 6. 24,

Quod imperabit facito: loquitor pauncula. Cicero ad Atticum, lib. 5. 11. 5, Misi in Cyprum, ut ibi pauculos dies esset.

Cætera de genere horum pauncula. Lucret. lib. 2. 21.

¶ Pauxillus, Adiectiuum (ἐπ' ὀλίγῳ) diminutiuum à Paulum. Plaut. Aulul. 5. 34.

Ossi pauxilla & minuta. Lucret. lib. 1. 171.

Seminibus perquàm pauxillis creata. Lucret. lib. 3. 47.

¶ Pauxillum, Aduerbium (ἐπ' ὀλίγον) Parum admodum. Plaut. Capt. 4. 73,

Sed si pauxillum potes contentus esse, ne perpauxillum modò.

¶ Pauxillulus, pen. corr. Adiectiuum, diminutiuum à Pauxillus. Plaut. Rud. 23. 57,

Hoc colore capiuntur pauxilluli. Terent. Phorm. 1. 1. 3,

Iampridem apud me reliquum pauxillulum
Nummorũ, id ut conficerem. Gellius lib. 20. cap. ultimo,
Considerent an minutæ illæ adminutiones pauxillulæ, &c.

¶ Pauxillatim, pen. prod. Aduerbium, pro Paululum, sensim, pedetentim. Plaut. Rud. 22. 20,

Doctè atq; astutè ego illi pauxillatim pollicitabor
Pro capite argentum.

¶ Pauxillisper, aliud aduerbium, à pauxillo. Plautus in Truculento,

Plus decem pondo amoris pauxillisper perdidit. id est, per particulas. Nonius.

¶ Paucies, παυράκις, pro Rarò dici (inquit Nonius) ueterum authoritas docet. Tutinnius Gemina, Tuam etiam uxorem pauties uideo. Cælius annalium lib. 6, Consulto non pauties arcessitum.

¶ Pauciloquium, pauciloquij (παυρολογία) Multiloquio contrarium. Aut. Merc. 3. 3. 31,

Inbæret etiam auiditas, desidia, iniuria,
Inopia, contumelia, & dispendium,
Multiloquium, pauciloquium.

¶ Paucitas, pen. corr. huius paucitatis, fœm. gen. (ὀλιγότης) Cic. 1. de Inuent. 47, Paucitas in partitione seruatur. Idem ad Cælium, lib. 2. 10. 6.

Amicorum paucitas. Cic. Antequam iret in exilium, 7.

Definita numero & paucitate genera. Cic. 2. de Orat. 79.

Pauentia Dea] ab antiquis constituta, ut auerteret pauores ab infantibus: atq; inde etiam appellata, authore D. Augustino.

Paueo] paues, pauí (πτοιφοβοῦμαι) pauere, Timere. Plaut. Curcul. 5. 10.

Paues parasitus quia non redijt Caria.

Paueo ne. Terent. And. 2. 2. 12,

Id paues, ne ducas, tu illam: tu autem, ut ducas.

Pectora pauent metu. Ouid. 9. Metam. 50.

Animus pauet apud consilium illud pro reo dicere. Cicero 5. Philipp. 172.

Noctem pauere. Cic. 2. Tusc. 41. Ex poeta.

Pugnam pauere. Lucan. lib. 7. 21.

Pauere plus est quàm Timere. Tacit. lib. 4, Id ipsum, inquit, pauentes quod timuissent. Nempe quia timor quem animo cõceperant, aspectu augebatur.

Paueo, cum accusatiuo. Plin. in Paneg. 113, Illos posteros libertatis nec terret Cæsar, nec pauet.

Pauesco, cum accusatiuo. Tacit. lib. 1, Plures bellum pauescere,

¶ Pauendo, τῷ πτοιφοβεῖσθαι. Lucan. lib. 1. 98, (alij cupere.

——sic quisq; pauendo Dat uires famæ.

¶ Pauens, Participium (πτοιφοβούμενος) ut, Rerum nouitate pauens iuuenis. Ouid. 2. Metam. 7.

Agna pauens. Ouid. 6. Metam. 106.

Terrore pauentes equi. Ouid. 2. Metam. 80.

¶ Pauori, frumenta dicebant antiqui, quæ de uagina non bene exibant. Festus.

¶ Pauen-

¶ Pauendus, πτοιφοβητέος Plinius libro 8. cap. 23. 2, Nec pedibus pauendas tantùm serpentes, sed & missili uolare tormento.

¶ Pauesco, pauescis (πτοιφοβοῦμαι) pauescere, Idem quod Pauere, nisi frequentia significationem augeat. Gellius lib. 19. cap. 1, Rebus fortè id genus, quibus dixi, obortis, pauescere sensim, & quasi albescere, non insipientis esse hominis, neque ignari putemus.

Prodigia pauescere. Silius lib. 16. 26.

¶ Pauefio, pen. prod. pauefis, pen. indiff. (πτοῦμαι) pauefieri, pen. corr. Pauidum fieri. Gellius lib. 19. cap. 1, In tanta uiolentia tempestatum uideor paulum pauefactus.

Corpora pauefacta. Ouid. 15. Metam. 128.

¶ Pauito, pauitas, pen. corr. (πτόημαι) Pauitare, Frequentatiuum, Valde pauere, timere, uel ualde frigere. Terent. Hecyr. 3. 1. 41,

— uxorem Philumenam
Pauitare nescio quid dixerunt. Vbi Donatus, Pauere & timere, & ad corporis, & ad animi perturbationẽ ueteres referebant. Virg. 6. Aencid. 100,

Vix adeò agnouit pauitantem, & dira tegentem
Supplicia.

Pueri in tenebris pauitant. Lucr. lib. 2. 12.

¶ Pauitans, pen. corr. Part. (πτοώμενος) Valer. 7. Argon. 83,

Prosequitur pauitans, & ficto pectore fatur. Virgil. 2. Aeneid. 22.

¶ Pauor, huius pauoris, m. g. (πτόα, πτοιὰ, πτόησις, δέος) Est inquit Cic. 4. Tusc. 30, metus loco mouens mentem. Cæs. 2. bel. Gal. 275, Prius quàm se hostes ex pauore ac fuga recinerent.

Liber pauore. Vide Liber, liberi.

Tela gelida pauoris. Lucret. lib. 3. 62.

Aduersorum pauor. Silius lib. 8. 16.

Anceps pauor. Valer. 3. Argon. 15.

Cæcus. Valer. 7. Argon. 30.

Circumfusus. Vide Circumfundo.

Confusior. Vide Confundo.

Falsus. Tacit. lib. 20.

Horridus. Senec. Herc. Oeth. 1. 6.

Humilis. Virg. 1. Georg. 67.

Lymphaticus. Vide Lympha.

Pauor cepit me. Liu. 4. bel. Pun. 190.

Deponere pauorem. Ouid. 10. Metam. 24.

Venia est tantorum danda pauorum. Lucan. lib. 1. 104.

Ingens excutit somnos pauor. Senec. Octauia, 4. 5.

Pauor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat. Cicer. 4. de Orat. 85. & 121. Et 4. Tusc. 30. Ex Ennio.

Exultat pauor. Lucret. lib. 3. 29.

Nouus pauor insinuat per pectora tremefacta. Virg. 2. Aeneid.

Incutere pauorem. Vide Incutio. (dos, 46.

Induere pauores. Tacit. lib. 20.

Induere pauorem alicui. Silius lib. 15. 145.

Injicere pauorem. Vide Injicio.

Lenire pauorem. Silius lib. 8. 16.

Gelidus pauor occupat artus. Lucan. lib. 1. 51.

Pulsans corda haurit pauor. Virg. 3. Georg. 22.

Sacer pauor corda efferat raptat. Valer. 1. Argon. 161.

Reliquit ossa pauor. Virg. 3. Aeneid. 12.

Pauor & Pallor] Dei à Tullio Hostilio figurati & culti. Augustinus, Hostilius certè Rex deos & ipse nouos Pauorem atque Pallorem propitiandos non introduceret, si Felicitatem deum nosset & coleret. Liuius lib. 1. & Lactãtius.

¶ Pauidus, penult. corr. Adiect. (πτοιόφοβος) Qui semper timet inquit Seruius. Plin. lib. 11. cap. 37. 15, Nutantes aures pauidis equis. Virgil. 8. Aeneid. 119,

Stant pauidæ in muris matres.

Metu pauidus. Ouid. 2. Fast. 21.

Aures pauidæ. Ouid. epist. 3. 12.

Aues pauidas terrere. Ouid. 1. Fast. 80.

Formidine pauidi cerui. Virg. 3. Georg. 75.

Formido pauida. Ouid. 2. Metam. 14.

Fuga pauida. Silius lib. 13. 27.

Furtum pauidum. Lucan. lib. 2. 34.

Leporem pauidum captare. Horat. Epod. 2. 7.

Mentes pauidæ. Tibull. lib. 3. eleg. 4. 2.

Pauidus metus, ab effectu, quia pauidos facit. Ouid. 1. Fast. 4.

Pecus pauidum. Ouid. 2. de Arte, 30.

Relligiones pauidæ. Lucret. lib. 2. 9.

Vrbs pauida. Virg. 9. Aeneid. 95.

Vultus pauidus. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8. 8.

¶ Pauidissimus, pen. corrept. Superlatiuum (πτοιόφοβωτατος) Silius lib. 10. 13,

— talin' pauidissime dignum
Me uita, pulchraq; indignum morte putasti?

¶ Pauidè, pen. corr. Aduerb. (πτοιόφως) Timidè, meticulosè. Liu. 5. ab Vrbe, 177, Quæ ad Alliam tam pauidè fugerat.

Pauicula] pauiculæ, pen. corr. Instrumentum, quo coæquatur & condensatur terra areæ rum. A' pauiendo dicitur. Cato cap. 129, Vbi bene comminuta terra fuerit, & amurcam combiberit, cylindro aut pauicula coæquato. Colum. lib. 2. cap. 20, Tum area æquata pauiculis, uel molari lapide condensetur.

Pauimentum] pauimẽti (ὀλοφῷος, βλῶλος, πλέγνιον, ὀλόλιθος) Ipsum domus solidamentum siue incrustatio, quam gradiendo calcamus. dictum à pauiendo, id est, tundendo siue feriendo: quòd dum fiunt pauimenta, pluribus simul diebus feriuntur & tunduntur, ut solidiora sint, & ne rimas faciãt. Iuuen. Satyr. 14. 6,

Verre pauimentum, & nitidas ostende columnas. Cato, Pauimenta ad hunc modum facito, De testa aridâ pauimentum struito: ubi structum est, pauito, siccatoq; oleo, ut pauimentum bonum fiet. Plin. epist. 25.

Barbarica pauimenta. Vide Barbarus.

Pauimenta & porticus habet uilla. Cic. Qu. frat. lib. 3. 17. 2.

Compostæ arte pauimento lexes. Cicero 3. de Orat. 94. Ex Lucilio.

Facere pauimenta. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 17. 2.

Natabant pauimenta uino: madebant parietes. Cicero 2. Philip. 103.

Pauimentorum genera multa fuerunt apud ueteres. Erant enim lithostrota, paruulis coagmentata crustis. Erãt & subdialia à Græcis inuenta, quæ sub dio erant, & in apertos: quæ ubi imbres gelant, sunt utilia. Erant & asarota, de quibus Papinius in Sylui,

—subieranteq; nouis asarota figuris.

Plinius appellat eusarota: quoniam purgamenta cœnæ in pauimenta euerri solent. & Græcè dicitur benε: σαίρω, uerro. Fuerunt & pauimenta barbarica subtegulanea, scalpta rata, & Græcanica. Vide Plin. lib. 36. cap. 25. 1.

Pauimenta Pœnica, inquit Festus, marmore Numidico strata significat Cato, quam dit in ea oratione quam habuit, nẽquis Consul fieret, Dicere possum quibus uillæ atq; ædes ædificatæ, atq; expolitæ maximo opere citro atq; ebore, atq; pauimentis Pœnicis stent. Vide Numidia.

¶ Pauimento, pauimentas, pauimentare, Pauimentum facere, seu pauimento sternere. Plin. lib. 27. cap. 4. 4, Ergo pauimentandum ubi sata sit, censent, ut lachryma non absorbeatur. Cic. pro Domo sua, 89, In palatio pulcherrimo prospectu

ſpectu porticum cum clauibus pauimentatam trecentũm pedum concipierat.

Pauio]pauis,pauiui,pauitum,pen.prod.(παύω)pauire,Ferire,percutere,tundere.Sumptum à Græcis, qui παίσσω, dicunt percutere.Cic.2.de Diuin.110, Sed quia quum paſcuntur,neceſſe eſt aliquid ex ore cadere,& terram pauire,terripauium primò, póſt terripudium dictum eſt:hoc quidem iam tripudium. Cato cap.18.6, Ibi de teſta arida pauimentum ſtruito:ubi ſtructum eſt,pauito, fricatoq;,oleo perungito,ubi pauimentũ bonum ſiet. Columella lib.1.cap.6.14.

Pauita & complanata terra.Plin.lib.9.cap.10.3.

Paulatim,Pauliſper,Paulum,Paululum,Paulus] Vide Parum.

Paulus]παῦλος, cognomen L. Aemylij Conſulis Romani: de quo uide in Aemylius.

Prodigus Paulus magnæ animæ.Horat.1.Carm.ode 12.8.

Belligeri ſublimis regia Pauli.Stat.1.Sylu.1.6.

¶ Paulus Caſtrenſis,iuriſconſultus Patauij, Florentiæ & Bononiæ iura interpretatus eſt:editisq; Commentarijs ſuis Patauij anno CIↃ.IↃ.C.XXXVII. prid. calen. Mart. uitæ ſupremum diem conſecit.

Pauo]pauonis,& Pauus,paui,m.g. (παῶς) Auis uulgò nota.Plin.lib.10.cap.20.1, In his pauonum genus cùm forma, tum intellectu eius & gloria. Gemmantes laudatus expandit colores,aduerſo maximè ſole, quia ſic fulgẽtius radiant. Et paulo póſt, Ab authoribus non glorioſum tantùm animal hoc traditur,ſed & maleuolum,ſicut anſer uerecundũ. Gell.lib.7.cap.16. Pauus è Samo præſtantior eſt. Cic.3.de Finib.29, Alia autem nullam ob utilitatem quaſi ad quendam ornatum,ut cauda pauoni,plumæ uerſicolores columbis,uiris mammæ atq; barba.Mart.lib.13.70.de pauone.

¶ Paua,pauæ,f.g.(παῶνη) Pauonis fœmina.Auſonius Sectione prima,

Pauaq; de pauo conſtitit ante oculos.

Pauo maſculus.Colum.lib.8.cap.11.7.

Pauo fœmina.Colum.lib.8.cap.11.13.

Cauda pauonis.Lucret.lib.2.162.

Lepor pauonum.Lucret.lib.2.101.

Pictus pauo.Ouid.2.Metam.107.

Crudus pauo. Vide Crudus.

¶ Pauonaceus,Adiect. (παωνάδης) Plin.lib.36.cap.22.3, Vt ſi libeat,ad quæ uocant pauonacea tegendi genera. Quo in loco doctiores legunt, pauimentata tegendi genera: hoc eſt, pauimentorum more conſtructa, cuiuſmodi permulta hodie uidemus.

¶ Pauoninus, pen.prod. Adiect. (παωνῖνος) Quod ex pauone eſt:ut,Pauoninum ouum.Colum.lib.8.cap.5.7.

¶ Pauonius (παώνιος) aliud Adiect.idẽ ſignificans:ut, Pauonia oua.Varro 2. de Re ruſt. cap. 9. 8. Caſtigatiora exemplaria habent,pauonina.

Paüor]Vide Paueo.

Pauper] huius pauperis,pen.corr.com. gen.uel, ut alij uolunt, omnis gen. (πένης ἀπορῶν) Notæ ſignificationis. Dicitur à paruo lare.Cic.in Parad.66, Non modò non copioſi ad diuites, ſed etiam inopes ac pauperes exiſtimandi ſunt.De improbis & auaris.

Turba pauperiorum.Horat.1.Serm.Satyr.1.23.

Ambitioſi pauperes. Quintil.lib.2.cap.4.22.

Facere pauperem.Senec.de Benef.lib.2.cap.27.

Pauper ubiq; iacet.Ouid.1.Faſt.44.

Pauperis eſt numerare pecus.Ouid.13.Metam.176.

Meo ſum pauper in ære.Horat.2.epiſt.2.3.

Congeſto pauper in auro. Senec Herc.fur.3.2.

Pauper,cui m genitiuo poſitum:ut,Argenti & auri pauper.Horat.2.Serm.Satyr.3.29.

Aquæ pauper Daunus.Horat.3.Carm.ode 30.5.

Colonus pauper ruris.Horat.1.Carm.ode 35.1.

Agri pauperis cuſtos.Tibull.lib.1.eleg.1.4.

Cultus pauper.Tibull.lib.1.eleg.10.4.

Domus pauper.Virg.12.Aeneid.194.

Pauper & ieiuna eloquentia,per translationem,pro Inope & ieiuna.Quintil.lib.10.cap.5.

Honos pauper.Stat.5.Thebaid.103.

Horti pauperis cuſtos.Virg.7.eclog.7.

Incola pauper.Ouid.3.Triſt.eleg.10.12.

Sub paupere tecto.Horat.1.epiſt.10.7.

Terra pauper.Virgil.6.Aeneid.163.

Vena pauperiore fluit carmen.Ouid.4.de Ponto,eleg.2.4.

Vena paupere manat ingenium.Ouid.2.de Ponto,eleg.5.5.

Voluntas nec imers,nec pauper.Ouid.8.Metam.137.

Pauper diuiti dans,petit.Prouerbium accommodari poterit ad illos,qui pauperes munuſculis quibuſdam captant diuites, ad eum modum liberalitatem illorum uelut elicientes. Neq; enim hoc eſt dare munus,ſed flagitare.

¶ Pauperior, comparatiuum. Vlpianus in l.nec ei permittitur. §.ult.D.de adoptionib.Interdum & elitiorem permittitur adoptare pauperiori.

¶ Pauperrimus,pen.corr. (πενέστατος) Superlatiuum. Plinius lib.24.cap.1.5, Quũ remedia uera quotidie pauperrimus quiſq; cœnet.

Bonorum pauperrimus.Horat.1.Serm.Satyr.1.16.

¶ Paupera,pauperæ (πενίσσα) apud Plautum lectiũ eſt,Paupera hæc res eſt.

¶ Pauperculus,Adiectiuum diminutiuum (πενιχρός) Terent. Heaut.1.1.44,

Eſt è Corinthо hîc aduena anus paupercula. Varro 1. de Re ruſt. cap.17. 2, Vt plerique pauperculi cum ſua progenie.

Mater paupercula.Horat.1.epiſt.18.10.

¶ Paupertas,paupertatis, f.g. (πενία) Ipſa pauperis conditio.Cic.3.Tuſc.94. Vt de paupertate nonnunquam, cuius onus diſputando leuamus, docentes quàm parua & quàm pauca ſint quæ natura deſideret.

Paupertas,egeſtas,mendicitas.Cic.in Parad.57,Itaq; iſtã paupertatem,uel potius egeſtatem ac mendicitatem tuam nunquam obſcurè tuliſti.

Pudor paupertatis.Horat.1.epiſt.19.5.

Audax paupertas.Horat.2.epiſt.2.11.

Paupertas certiſſima. Columel.lib.12.cap.2.2, Nam uetus eſt prouerbium,paupertatem certiſſimam eſſe, quum alicuius indigeas,uti eo non poſſe,quia ignoretur ubi proiectum iaceat quod deſideratur. Hactenus Columella. Sentit autem, ni fallor,ſi quis habeat domi,quod cum utendum eſt, inueniri non poteſt,eum magis egere eo quod habet,quàm ſi nõ haberet.Etenim qui non habet, rogat aliunde commodato: qui habet,ubi uentum eſt ad articulum quo ſit utendum,nec ſuum habet,quòd ubi ſit,neſcit: nec alienum habet quo poſſit uti.Eraſmus.

Contracta in paupertate ſolutus.Horat.1.epiſt.5.4.

Paupertas fœcunda uirorum fugitur.Lucan.lib.1.34.

Horrida paupertas.Lucret.lib.6.256.

Infœlix paupertas.Iuuenal.Satyr.3.16.

Sæua paupertas.Horat.2.Carm.ode 12.9.

Sobria paupertas.Claud.7.Panegyr.83.

Cauſam paupertatis defendere.Cic.5.Tuſc.144.

Leuem effecêre paupertatem ferendo, Ouidius. 8. Metamorph.128.

Leuare paupertatem alicui.Vide Leuis.

Patientia

Patientia pauperiatis ornari.Cic.2.de lege Agrar.66.

Ambitioſa paupertate laborare.Iuuenal.Satyr.3.19.

¶ Paupertas Dea,quam Ariſtophanes in Pluto πενίαν & dicit,& deſcribit,à Gadareis ſumma in ueneratione habita eſt:quòd crederetur artes adinueniſſe,induſtriam,& hominum ingenium acuere.Arrianus, Hanc ore pállido, furiæ ſimilem,niſi quòd facem non præfert,pingunt.

¶ Paupertates,nouè poſitum numero plurali.Varro de uit.popul.Rom.lib.11,Quid inter hos Iones interſit,& eos qui ex marmore,ebore,auro nunc fiunt, potes animo aduertere, & horum temporum diuitias, & illorum paupertates. Nonius.

¶ Pauperies,pen.corr.pauperiei,pen.prod.f.g.Idem(πενιχρότης)Horat.2.Serm.Satyra 7.1.7,

Quem neq; pauperies,neq; mors,neq; uincula terrent.

Virg.6.Aeneid.88,

——quàm uellent æthere in alto

Nunc & pauperiem & duros perferre labores.

Magnum pauperies opprobrium.Horat.3.Carm.ode 24.9.

Abacta pauperies. Vide Abigo.

Aſpera pauperies.Claud.de bello Getico,127.

Immunda pauperies domus.Horat.2.epiſt.2.40.

Importuna pauperies.Horat.3.Carm.ode 16.8.

Proba pauperies.Horat.3.Carm.ode 29.1.

Inferre aliquem in pauperiem. Vide Infero.

Anguſtam pauperiem pati.Horat.3.Carm.ode 2.1.

Duram pauperiem pati.Horat.4.Carm.ode 9.10.

Perferre pauperiem & duros labores.Virg.6.Aeneid.88.

Iniquam tolerare pauperiem.Claud.2.in Eutrop.42.

¶ Paupertimus,penult.prod.Adiectiuum (πενιχραλέος)Idem quod Pauper.Varro de uita pop.Rom.lib.1,Quòd ſi paupertina ſint elegantia,ac cum caſtimonia.Nonius.

¶ Paupero,pauperas,pen.corr.(πενιτεύω)pauperare,Pauperem reddere,antiquè.Plaut.Pſeud.20.22,

——nam boni uiri

Me pauperant,improbi alunt. Hor.2.Serm.Satyr.5.7,

Eripiet quiuis oculos mihi citius,quàm te

Contemptum caſſa nuce pauperet.

Pauſa]pauſè(παῦσις)eſt quies alicuius rei,ut ait Nonius.Lucilius lib.1.Sat.

Hæc ubi dicta dedit,pauſam facit ore loquendi.

Frigida pauſa uitæ,Mors.Lucret.lib.3.190.

Interiecta pauſa uitæ.Lucret.lib.3.176.

Dare pauſam alicui.Lucret.lib.2.24.

¶ Pauſarius,pauſarij,Qui pauſam uoce deſignat. Seneca epiſt.57,Sic me ad omnia duraui, ut audire uel pauſarium poſſim uoce acerbiſſima remigibus modos dantem. id eſt, ſignificantem quando uel intendere uel remittere conatum debeant.

¶ Pauſo,pauſas(παύομαι)pauſare,Quieſcere.Plaut.Trinumo,4.110,Pauſa,uiciſti caſtigatorem tuum.

Pauſanias]παυσανίας,Cleombroti filius, Lacedæmoniorũ dux,res multas bello fœliciter pro Lacedæmonijs geſſit. Contra Athenienſes qui bellum excitauerant miſſus,eos pacatos reddidit,eiectis ex urbe decem tyrannis. Póſt etiam rebus Perſicis ſtudens,quum eſſet Byzantijs,paul.tim ad tyrannidem peruenit, ſtipatoribus Phœnicibus & Aegyptijs,tum ueſtè mendaci, Perſica utens,Xerxis inſuper filij ſibi matrimonio iuncta.Quare in iudicium uocatus,fugit in templum Mineruæ,ubi & interfectus eſt.Cadauer in barathrum eiectum.Ex Thucydide.Pauſanias,Macedo adoleſcens, qui Philippum Macedonem interfecit. Hic primis pubertatis annis ſtuprum per uim paſſus ab Attalo fuerat:& quod deterius eſt,conuiuis uti ſcortum ultrò oblatus. De qua iniuria apud Philippum ſæpe queſtus,cum eum ridẽtem ſacinus uideret,iram in eum conuertit,& ultionem quam ab inimico non poterat,ab iniquo iudice exegit.Trogus.

Pauſia]pauſiæ,uel Pauſea,pauſeæ(ἐλαίας,ἐδλῶ) oliuæ genus:quòd non niſi paciendo,hoc eſt tundendo oleum emittat.Colum.lib.5.cap.8.2,Olearum ſicuti ultimum; plura genera eſſe arbitror:ſed in meam notitiam decem modò peruenerunt,pauſia,algiana,&c.Virgil.2.Georg.183,

——& amara pauſia bacca. hoc eſt,uiridi, inquit Seruius.nam ex pauſia uiridi exprimitur oleum.

Pauſias]παυσίας,Sicyonius pictor, lacunaria & cameras pingere inſtituit. Amauit & Glycerium muncipem ſuam, inuentricem coronarum,unde paupertatem illa ſuſtentauit. Hanc pinxit ſedentem cum corona:quæ tabula appellata eſt στεφανόπλοκος,id eſt coronam texens.Huius tabulæ exemplar.L.Lucullus duobus talentis emit Athenis. Author Plinius lib.35.cap.11.

¶ Pauſiacus,pen.corr.(παυσιακὸς)Hor.2.Serm.Satyr.7.19, Vel quum Pauſiaca torpes inſane tabella.

Pauſicape]παυσικαπὴ,Machina quædam erat, quæ collo molentium ſeruorum inſerebatur,ne polentam comederẽt, neue manus ori admouere poſſent. Miſeri enim illi piſtores ferũ,inter agendas molas,quum famelici eſſent,furtim ſoliti erant de polẽta,id eſt de hordei farina eſitare. Iulius Pollux, τοῦτε μὲν τοῖς οἰκέταις τοῖς οὐδὲν ἐργαζομένοις ὑπὲρ τὸ μὴ πάσσεσθαι τῶν ἀλφίτων,παρεντιθέμενον παυσικάπη ὀνομάζεται,πρόχοσιδες μηχάνημα ἐν τῷ πρόχῳ περικρεμόμενον,ὡς ἀδυνατεῖν τὸ τόμαντι τὰς χεῖρας προσάγειν.

Pauſilypum]παυσιλυπὸν,Villa eſt Campaniæ, ab amœnitate dicta;ἀπὸ τῆς παύσεως τῆς λύπης.hoc eſt,à curæ, mœroriſq; ceſſatione.Plinius lib.9.cap.53,Pauſilypum uilla eſt Campaniæ,haud procul Neapoli. Idem lib.3.cap.6,Iter Pauſilypum & Neápolim,Megaris.

Pauſilypus]παυσίλυπος,poculum erat in conuiciis tertiũ, Ioui Seruatori dicatum:ità dictum, quòd curas abigeret. Quinetiam Iouem ipſum Sophocles Pauſilypum appellat.

Pauſinus]flumen in Illyrico.Plin.lib.3.cap.21.

Pauſo]pauſas.Vide Pauſa.

Pauſon]παύσων,pictor quiſpiã fuit inſigni tenuitate, quẽadmodum apud Iuuenalem Codrus. Hinc natum ſerũt prouerbium,in mendicos iactari ſolitum, Pauſone mendicior. Meminit huius Pauſonis Ariſtophan.in Pluto.

Pauſus]Deus uidetur fuiſſe,qui pauſam & quietem afferret, quem bellis aduerſarium,repugnantiſq;, Bellonæ poteſtatis fuiſſe ſuſpicamur ex Arnobio,ſic ſcribente:Qui Faunos,qui fatuas,ciuitatumq; genios; qui Pauſos reuererentur atque Bellonas.

Pauus]Vide Pauo.

Pauxillus]Vide Paucus.

Pax]pacis(εἰρήνη,διαλλαγὴ)Notæ ſignificationis:à pactione dictus,ut ait Sipontinus,quod à uerbo Paciſcor deducitur. Cic.1.pro lege Agrar.14,Nihil tam populare,quàm pacem, quàm concordiam,quam otiũ reperiemus.Plaut.Perſ.6.7,

Bona pax ſit potius.Idem Sticho,4.9,

Pax commerciumq; eſt uerbis mecum.

Oliua placita paci.Virg.2.Georg.85.

Comes pacis,& otij ſocia eloquentia.Cic.de clar.Orat.22.

Conditio pacis quæ eſt,in qua ei cum quo pacem facias, nihil concedi poteſt?Cic.12.Philip.326.

Cura tuendæ pacis.Ouid.11.Metam.60.

Facies pacis.Tacitus lib 13.

Imago pacis.Tacitus lib.1.

Indocilis uir paciſq; modiq;.Silius lib.12.145.

Inops pacis terra.Ouid.2.de Ponto,eleg.2.19.

Medius pacis & belli. Horat. 2. Carm. ode 19. 6.
Nomen pacis dulce, & res ipsa salutaris. Cic. 2. Philipp. 109. & 12. 325.
Summa pacis. Tacitus lib. 13.
Tranquillitas pacis & otij. Cic. 1. de lege Agrar. 15.
Candida pax. Tibull. lib. 1. eleg. 9.
Concors pax. Ouid. 1. Metam. 5.
Gregiæ pacis custos fidissimus. Claud. de nup. Honorij, 67.
Explorata pax. Cic. 7. Philipp. 227.
Festa pax. Ouid. 2. Metam. 160.
Infida pax. Vide Infidus.
Iniquæ pacis leges. Virg. 4. Aeneid. 124.
Iniusta pax. Cic. ad Atticum, lib. 7. 133. 4.
Opima pace quieta tellus. Silius lib. 16. 137.
Pia & æterna pax. Cic. pro Corn. Balbo, 28.
Placidissima pax. Cic. 5. Tusc. 69.
Solida pax. Seneca Troade, 6. 40.
Sterilis pax. Tacitus lib. 1.
Tranquilla pax. Lucan. lib. 1. 34.
Pace aduenio. Plaut. Amphit. 3. 32.
Adempta mihi pax. Ouid. 2. Trist. 40.
Pax ades, & toto mitis in orbe mane. Ouid. 1. Fastorum, non procul à fine.
Afferre pacem animis. Vide Affero.
Agitare, Agere pacem, siue de pace. Vide Ago.
Agere pacem cum aliquo. Iuuen. Satyr. 15. 17.
Agere aliquid cum pace. Cic. 5. Tusc. 121. Huic contrarium est, Iracundè, uel Cum ira agere.
Coagmentare pacem. Vide Coagmento.
Cohortari ad pacem. Vide Cohortor.
Colere pacem. Ouid. 11. Metam. 60.
Pax arua colit. Tibull. lib. 1. eleg. 10. 9.
Componere pacem. Vide Compono.
Conciliare pacè inter aliquos. Vide Concilio.
Conficere pacem. Vide Conficio.
Confirmare pacem. Vide Confirmo.
Constituta pax. Vide Constituo.
Consulere paci. Cic. 1. Offic. 53.
Conuenit pax. Vide Conuenio.
Conuenta pax. Vide Conuenio.
Dedisscere pacem. Vide Dedisco.
Dimittere cum pace aliquem. Cic. pro Mur. 30.
Disturbare pacem multo sanguine. Lucan. lib. 4. 43.
Dare pacem. Cic. ad Quint. frat. lib. 1. 1. 8.
Suspectam pacem dare. Silius lib. 7. 54.
Emollit pax aliquem. Tacitus in uita Agricolæ.
Eripere pacem alicui. Cic. de Prouinc. Cons. 3.
Excutere pacem orbi. Lucan. lib. 1. 14.
Aeternam pacem exercere. Virg. 4. Aeneid. 20.
Armis exposcere pacem. Virg. 3. Aeneid. 52.
Exquirere pacem per aras. Virg. 4. Aeneid, 12.
Exuere pacem. Tacitus lib. 4.
Facere pacem. Cic. de Senect. 15, Quum sententia Senatus inclinaret ad pacem & fœdus faciendum cum Pyrrho.
Facta pax. Virg. 3. Aeneid. 118.
Fœdare pacem uitijs. Claud. 1. Paneg. 6.
Augusta pace frui. Ouid, 2. de Ponto, eleg. 5. 4.
Gerere pacem. Virg. 9. Aeneid. 56.
Habere pacem. Cic. 2. Philip. 93, Pacem haberemus quæ erat facta per obsidem puerum M. Antonij filium. Et ibid. 7. 231, Habere pacem cum aliquo.
Pignus pacis habere. Ouid. 8. Metam. 10.
Impetrare pacem. Horat. 2. epist. 1. 28.
Infecta pace. Vide Inficio.

Infusa pax per æquora. Silius lib. 7. 52.
Insidet alicui pax. Vide Insideo.
Mansit pax. Vide Maneo.
Miscere pacem duello. Horat. 3. Carm. ode 5. 8.
Miseram pacem uel bello bene mutari. Tacitus lib. 3.
Pax Cererem nutrit, pacis alumna Ceres. Ouid. 1. Fast. 141.
Perpetuam pacem orare. Ouid. 4. Fast. 82.
Pepigit pacem. Vide Pango, uel Pago.
In pace & ocio copias parare. Cic. pro Cecin. 24.
Petere pacem. Virg. 4. Georg. 107.
Præstare pacem alicui. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 14.
Placida compositus pace quiescit. Virg. 1. Aeneid. 52.
Longa in pace regebat urbes. Virgil. 7. Aeneid. 19.
Reponere pacem terris. Silius lib. 12. 146.
Rumpere pacem. Virg. 12. Aeneid. 41.
Seruare pacem. Cic. 7. Philipp. 230.
Sistitur bellum pace. Ouid. 14. Met. 164.
Esse in pace. Cic. 3. Catil. 72.
Sustentare pacem. Tacitus lib. 1.
Trahere pacem. Cic. Antequam iret in exilium, 8.
Turbare pacem. Stat. 10. Thebaid. 179.
In spem pacis uenire. Balbus Ciceroni in epist. ad Atticum, libro 9. 186. 2.
Violata pax. Lucan. lib. 7. 19.
Fœdera pacis uiolare. Lucret. lib. 5. 233.
Expertes pacis in armis uiuimus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 1.
Vti pace. Cic. de Prouinc. Consul. 3.
Pax, abi. Plaut. Milit. 10. 212. Quasi dicat, Sit tecum pax, & abi. Idem Trinum. 13. 118,
Pax te tribus uerbis uolo.
Pax, pro Fœdere. Virg. 7. Aeneid. 54,
Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni.
Pax, est tranquilla libertas. Cic. 2. Philipp. 109.
Summa cum pace frui æuo. Lucret. lib. 2. 130.
Pax, per translationem aliquando dicitur Venia. Virgilius 3. Aeneid. 93,
Sed uatis precibusq; iubent exposcere pacem.
Veniam pacemq; rogamus. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 5.
Pacem & ueniam petere à Deo. Cic. pro Rab. perduell. reo, 3.
Pace tua, Honestus reprehendendi modus, prius capta uenia: id est, Tua uenia, & te non irascente. Terent. Eunuch. 3. 2. 13,
Quæso hercle ut liceat, pace quod fiat tua.
Pace tua dixisse uelim. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 2.
Pace tua dixerim. Idem. Cicer. 5. Tusc. 18, Cuius ergo iudicium (pace tua dixerim) longè antepono tuo. Idem 1. de Orator. 38, Tu esses unus profectò, qui & meo iudicio & omnium uix ullam cæteris oratoribus (pace horum dixerim) laudem reliquisti.
Pace horum dixisse liceat. Plin. libro 34. cap. 11. 2.
Pax sit rebus. Cic. in Somnio Scip. 8.
Pax, Aliquando comicum aduerbium est, & significat Tantummodo, uel silentium quoddam imperantis uim habet. Terent. Heaut. 4. 3. 39,
Vnus est dies: dum argentum eripio, pax, nihil amplius. Plaut. Rud. 4. 81.
Paces, pluraliter legitur apud Plautum in Persa, 12. 1,
Hostibus uictis, ciuibus saluis, re placida, pacibus perfectis. Horat. 2. epist. 1. 21,
Hoc paces habuêre bonæ, uentiq; secundi.
Bella & paces. Horat. 1. epist. 3. 2.
Ventorum paces. Lucret. lib. 5. 247.
¶ Pacifer, penult. corrept. pacifera, pacifera, pacifera, pen. corr. (εἰρηνοφόρος) Ferens pacem. Plinius lib. 15. cap. 30. 5, Laurus ipse pacifera.

Cyllenius

Cyllenius pacifer. Ouid. 14. Metam. 59.
Virga pacifera Mercurij. Valer. 4. Argon. 29.
¶ Pacifico, pacificas, pen. corr. (εἰρηνοποιῶ) pacificare, Pacem inter aliquos conciliare, discordias sedare, controuersias tollere, placare. Cic. Attic. lib. 15. 325. 4, Seruius uerò pacificatus cum librariolo suo uidetur obijsse legationem, & omnes captiunculas pertimescere.
Pacificans diuos. Silius lib. 15. 83.
Pacificare, sine adiecto, pro Transigere de pace. Liuius lib. 5, Inter hæc pacificatum legari à Volscis & Aequis uenerunt.
¶ Pacificatio, Verbale (εἰρηνοποίια) Mitigatio. Cic. Attico, lib. 9. 181. 19, Respondit se non dubitare, quin & opem & gratiam meam ille ad pacificationem quæreret.
¶ Pacificator, pen. prod. (εἰρηνοποιὸς) Verbale masc. Qui pacem facit. Cic. Attic. lib. 10. 192, Iam enim illum emptum pacificatorem peroraſſe puto, iam actum aliquid esse in consensu Senatorum. Eidem, lib. 1. 8. 3.
¶ Pacificatorius, Adiectiuũ (εἰρηνοποιὸς) Cic. 12. Philip. 320, Postæquam nos pacificatoria legatione implicatos putant. id est, quæ pacem fieri petebat.
¶ Pacificus, pen. corr. (εἰρηνικὸς) Aliud adiectiuum, Pacem faciens. Cic. Attic. lib. 8. 160. 4, Et quæ pacifica persona desideretur, an in bellatore sint omnia.
Dux pacificus. Ouid. 4. Fast. 82.
Secures pacificæ. Lucan. lib. 7. 13.
Sermo pacificus. Lucan. lib. 3. 61.
¶ Paco, pacas (ἡμερίζομαι, ἐξημερίζω, ἐξημερίσομαι, ἡμερόω, ἡμερώσομαι) pacare, Mitigare, lenire, placare: ut, Pacare hostem. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4. 22. Idem 3. Verr. 54, Ciuitates nõ modò pacatæ, uerumetiam sociorum atq; amicorum ad uim atq; ad arma confugient. Cæsar 1. bell. Ciuil. 31.
Mica pacauit cæleſtes. Tibull. ad Messalam, lib. 4. eleg. 1. 3.
Voce feras pacauit Orpheus. Claud. de nupt. Gallicis, 10. 4.
Milite pacatur Rhenus. Claud. in Epithal. Palladij, 46. 19.
Syluæ pacantur uomere. Horat. 1. epist. 2. 9.
Pacandus hostis. Ouid. 2. Fast. 4.
¶ Pacatus, penult. prod. (ἡμερωθείς) Nomen ex participio. Cic. de claris Orat. 63, Sed & huius oratio in philosophiam translata, pugnacior (ut ita dicam) uidetur, & illorum in iudicia pacatior.
Reddere pacatum. Cic. Antequam iret in exilium, 16.
Pacatus illi. Cic. 7. Philip. 232.
Aequora pacata. Ouid. epist. 10. 13.
Aeris pacati status. Lucret. lib. 3. 59.
Aruum pacatius. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 9.
Humo pacata tegantur ossa nostra. Ouid. 3. de Ponto. eleg. 9, 6.
Mare pacatum. Horat. 4. Carm. ode 5. 4.
Orbem pacatum regere. Virg. 4. eclog. 4.
Prouincia pacatissima. Cic. pro Ligario, 2.
Vitam pacatam degere. Lucret. lib. 5. 232.
Vultu pacato excipere aliquid. Ouid. 1. Fast. 1.
¶ Pacator, penult. prod. Verbale (ἡμερωτὴς) Seneca Herc. Oetheo, 17. 2,
Sed tu domitor magne ferarum,
Orbisq; simul pacator ades.
¶ Pacalis, penult. prod. Adiectiuum (ἡμερικὸς) Idem quod Pacifer, siue pacem significans: ut, Oleæ pacales. Ouid. 6. Metam. 21.
Flammæ pacales. Ouid. 1. Fast. ad finem.
¶ Pacatè, Tranquillè, sedatè, pacificè, εἰρηνικῶς. Cæsar lib. 1. de bell. Gall. Pacatè per prouinciam iter facere.
Paxæ] duæ insulæ, quinq; M. à Corcyra discretæ. Plin. lib. 4. cap. 12.
Paxamus] Coquus quidam, mirè ad iura condienda exercitatus. Cælius lib. 7. cap. 11; Apitij & Paxami iurà ualere iã sinamus; ne dum furtura pergliscit, opimaturq; corpus, nubilum menti prætendatur Cimmerium.
Paxiulia] παξιωλία, Ptolemæo Lusitaniæ urbs. Vulgo Badaioz.
Paxillus] huius paxilli (πάξιλλος) Diminutiuum à Palus, palli, ut ait Priscianus. Cicero autem in Orator. 86, à paxillo palus deducit: ait enim, Quomodo enim uester Axilla Ala factus est, nisi fuga literæ uastioris? quam literam etiam è maxillis, è taxillis, & uexillo & paxillo consuetudo elegans Latini sermonis euellit. Colum. lib. 8. cap. 8. 3, Vèl si ita nõ competit, paxillis adactis tabulæ superponantur.
Paxos] Insula Asiatici maris, non procul à Crocylea, Taphiarum una. Plin. lib. 4. cap. 12.

P E

Pec] Peculium, pecunia.
Pert] Pertinax.
Pecco] peccas (ἁμαρτάνω, ἐξαμαρτάνω, διαμαρτάνω, πλημμελέω, ἀδικέω, ἀβροτέω, ἀμπλακέω) peccare: Propriè (inquit Sipontinus) significat adulterium committere: dictum quasi pellicare, id est, cum pellice coire. Cic. in Parad. 24, Lapsa est libido in muliere ignota? dolor ad pauciores pertimet, quàm si petulans fuisset in aliqua generosa ac nobili uirgine: peccauit uerè nihilominus, siquidè est peccare, tanquam transire lineas.
Peccare, est etiam quomodocunq; labi & offendere, & delinquere. Terent. And. 5. 3. 25,
Ego me amare hanc fateor: si id peccare est, fateor id quoque.
Peccare, & Virum bonum esse, contraria. Cic. 3. Offic. 84.
Suauitatis causa peccare ut liceret, impetratum est à consuetudine. Cic. in Orat. 89. De pronunciatione uerborum.
Dupliciter peccare. Quintil. lib. 1. cap. 5. 15.
Largiter peccare. Vide Largior.
Imprudens culpa peccaui mea. Vide Imprudens.
Citra scelus peccaui. Ouid. 5. Trist. eleg. 9. 5.
Peccare in re aliqua. Cic. 4. Verr. 6, Hunc deniq; ipsum pertulisset, si humano modo, si usitato more, si deniq; uno aliquo in genere peccasset. Terent. Adelph. 1. 2. 44,
Te plura in hac re peccare ostendam.
In matrona peccare. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 133,
—quid inter
Est in matrona, ancilla, peccas ue togatas?
Peccare in alteram partem. Terent. Adelph. 2. 1. 20. Cicer. pro Rosc. Am. 33, In eam partẽ potius peccant quæ est cautior.
Peccare in aliquem. Cic. ad Attic. lib. 3. 55. 6.
Peccare in adulterio. Seneca de Benefic. lib. 1. cap. 10.
In publica commoda peccare. Horat. 2. epist. 1. 1.
Peccare aliquid. Plaut. Bacchid. 8. 29.
Non multa peccare. Cic. pro Mur. 55.
Magna peccare. Tacitus lib. 11.
Exceptionibus peccare. Quintil. lib. 2. cap. 15. 25.
Adultero peccare. Horat. 1. Carm. ode 33. 2.
Timens peccare. Horat. de Arte, 40.
¶ Peccatur, pen. prod. Impersonale (ἁμαρτάνεται) Horat. 1. epist. 2. 3,
Seditione, dolis, scelere, atq; libidine & ira,
Iliacos intra muros peccatur, & extra.
Ignoratione decori non modò in uita, sed sæpissimè in poematis & oratione peccatur. Cic. in Orat. 39.
Peccatur, passiuè dictum. Cic. 1. Offic. 49; Quo in genere etiã in Repub. multa peccantur.
Perturbatione rationis atq; ordinis peccatur quicquid peccatur. Cic. in Parad. 32.

Causam peccandi dare alicui. Ouid. 2. Trist. 56.
Talia peccandi iam mihi finis erit. Ouidius 3. de Ponto, eleg. 7. 2.
Peccando deos iniquos facere. Ouid. 5. Fast. 60.
Peccatum est. Terent. in Prologo Eunuchi, 27, utrumq; complexus est,
Si id est peccatum, peccatum imprudentiæ est. Vbi Donatus, Si id est peccatum, peccatum, πλεονασμὸς. nam Peccatum superius nomen est, & sequens participium. Cic. Attico, libro 11. 22 4. 1.
¶Peccatum, peccati, pen. prod. (ἁμαρτὸς, ἁμαρτία, ἀλίτημα, ἁμπλάκημα, ἀτυχηματία, πταῖσμα) Quicquid fit contra officium, quæ etiam culpa appellatur. Cicero 3. Verr. 103, Ne illud quidem animaduertebas, eiusmodi fore hoc peccatum tuum, quod tu neque negare posses: in tabulas enim retulisti.
Vitia & peccata. Cic. 2. Philip. 61.
Recte factum & Peccatum, contraria. Cic. 1. Acad. 53.
Peccatum & officium. Cic. 3. Offic. 128.
Conscius peccati. Ouid. 2. Amor. eleg. 7. 3.
Excusatio peccati nulla est, si amici causa peccaueris. Cicero de Amicit. 53.
Origo peccati. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 7. 5.
Amissa peccata remordent. Lucret. lib. 3. 169.
Animaduertere peccatum. Vide Animaduerto.
Auocare à peccatis. Vide Auoco.
Carere peccato. Cic. Mescinio, lib. 5. 21. 14.
Colligere peccata. Vide Colligo.
Condonare peccatum. Vide Condono.
Confiteri peccatum. Cic. 2. de Nat. deor. 17.
Corrigere peccatum alicuius. Ouid. epist. 19. 23.
Diluere peccata, Purgare & refutare. Ouid. 2. de Remed. 60.
Peccatum est, prodere patriam. Cic. 3. de Finib. 51.
Si est nostrum peccatum. Cic. Attico, lib. 7. 123. 14.
In eo est peccatum ipsius. Cic. Rufo, lib. 5. 20. 25.
Multis nostris peccatis in hanc ærumnam incidisse. Cicero Attico, lib. 3. 54. 2.
Luere peccata. Virg. 10. Aeneid. 7. Vide Luo.
Obliterata peccata. Vide Oblitero.
Ostendere peccatum. Vide Ostendo.
pœnitet peccati. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1. 12.
prostituere peccata sua famæ. Ouid. 3. Amor. eleg. 13. 3.
Recordari peccata. Cic. Attico, lib. 9. 173. 4.
¶Peccator, oris, Verbale à uerbo Pecco, peccas, peccare, quod maritalem thorum commaculare significat. Peccator igitur idem est, quo adulter. Imp. tit. de public. iudic. eo uerbo usus est.
Peccatus] huius peccatus, Idem quod peccatum (ἁμάρτημα) Cicero 4. Verr. 139.
Pechyales] Vide Paralurges.
Pecten] pectinis, penultima correpta, masculin. gener. (πτείς, πτένιον, τρίχαπτον) instrumentum textorium: dicta, quòd fila in telis figat.
Insecti dentes pectine. Ouid. 6. Metam. 12.
Vnci pectinis moderator, Textor. Claud. 2. in Eutrop. 77.
Rarum pectine densat opus. Ouid. 3. Fast. 164.
Arguto coniux percurrit pectine telas. Virg. 1. Georg. 59.
Textoris pectine percussæ lacernæ. Iuuenalis Satyr. 9. 3.
Pecten, Quo explicamus capillos. Plaut. Capt. 6. 18,
Sed utrum strictim ne attonsurum dicam esse, an per pectinem,
Nescio. De pectine est epigramma apud Martialem lib. 14. 25.
Vallum pectinis abrupit capillos. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 3.
Deducit crines pectine Cytoriaco. Ouid. 4. Metam. 63.
Pecten, cratis dentatæ genus, stylis ferreis ad colendum terram: & aliquando metendam segetem. Colum. lib. 2. cap. 21, Multi mergis, alij pectinibus spicam ipsam legunt: idq; in rara segete facillimum, in densa difficillimum est. Ouidius 1. de Remed. 39,
Et tonsam raro pectine uerrit humum.
Pecten, dicitur pubes, hoc est, locus ubi pili apud uerenda nascuntur. Iuuenal. Satyr. 6. 37,
Inguina traduntur medicis iam pectine nigro.
Pecten, musicum instrumentum, quo citharam pulsamus. Virgil. 6. Aeneid. 130,
— iam pectine pulsat eburno.
Crispus pecten. Vide Organum.
Pectines, siue pecunculi (πτένες) Pisces sunt. Horat. 2. Sermon. Satyra 4. 7,
Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum. Plinius libro 9. cap. 33. 3, Saliunt pectines, & extrà uolitant, seq; & ipsi earimant. Sunt autem Pectines, ait Massarius in Plinium, concha striatæ, testis biualuibus, altera tantùm tumida, altera plana, binisq; auriculis angularibus. Quod autem ad uolatum attinet, uelocem motum interpretatur. Pectines enim tanta uelocitate debiscunt, ut ex uehementi repercussione saliant & superiactent, ut quasi uolare uideantur. Vide Pecunculus.
Pectines, à Plinio dicuntur in arboribus & earum materia per longitudinem rectæ pectinum modo lineæ & interualla, Græcè κτενόσεις. In quibus autem uariant pectinum illorum lineæ & interualla, adijcere Plinius solet aliquid quo uarietas illa posit indicari, obliquos, crispos, nodososue dicens.
Pecten Veneris, herba. Plinius libro 24. capite 19. 5. A similitudine pectinum.
¶Pectino, pectinas. pen. corr. (πτενίω) pectinare: ut,
Pectinare segetem. Plin. lib. 18. cap. 21. 2.
¶Pectinatum (πτενωτὸν) tectum dicitur, à similitudine pectinis, in duas partes deuexum, ut testudinatum in quatuor. Festus.
¶Pectinatim, pen. prod. Aduerbium (πτενηδὸν) Ad pectinis similitudinem, & quasi denticulatim. Plinius lib. 9. cap. 33. 2, Cuniculatim, pectinatim, imbricatim undata. De generibus concharum. Et lib. 8. cap. 21. 3.
¶Pecto, pectis, pexui uel pexi, pexum (πτενίζω) Pectere, explicare, & pangere capillum. Cicero 2. in Catil. 42, Quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos uidetis.
Cæsariem pectere. Horat. 1. Carm. ode 15. 3.
Capillos pectere. Ouid. 13. Metam. 165.
Capillos pectens ancilla. Ouid. 1. de Arte, 74.
Capillos pectendos præbere. Ouid. epist. 13. 7.
Comas bene pectere. Tibull. lib. 2. eleg. 5. 2.
Pectere citharam etiam dicimus, id est, Percutere, & distendere pectine chordas, id est, plectro chordas mouere. Siponimus.
¶Pector, pecteris. Plin. lib. 19. cap. 1, Et ipsa stupa pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur.
¶Pexus, Participium (μαλλωτὸς) ut,
Pexæ uestes, Villosæ, & nullo oblongo & demisso, inquit Eudæus. Plin. lib. 8. cap. 48, Istriæ, Liburniæq; pilo propior quàm lanæ pexis aliena uestibus. hoc est, uestibus quæ texuntur: nam in texendo pectinis morsit us uestes feriuntur.
Tunica pexa. Horat. 1. epist. 1. 19.
Folia pexa, hoc est crassa, & in medio extuberantias quasdam habentia in modum panni pexi. Colum. lib. 11. cap. 3. 21.

Munera

Munera pexa, Crassa & opima ac spissa, non leuia. Martialis libro 7. 45.
Doctor pexus & pinguis. Quintil. lib. 1. cap. 5. 10.
¶Pexitas, pen. cor. huius pexitatis (μαλλωτὸν) Plin. lib. 11. cap. 24. 3, Quàm non ad hoc pertinere uidetur cribrata pexitas telæ.
¶Pexatus, pen. prod. Adiectiuum (μαλλωτωμένος) Qui uestes pexa indutus est. Martial. lib. 58, Pexatus pulchrè.
¶Pectitus, pen. corr. Adiectiuum (πτενισμένος) Politus & subactus. Columel. lib. 12. cap. 3. 4, Præparatæ sint & pectitæ lanæ, quo facilius iusta lanificio persequi atque exigere possit.
Pectorale] Vide Pectus.
Pectunculus] πτένες, Pisces qui & pecten dicitur. Plin. lib. 9. cap. 29. 1, Loligo etiam uolitat, extrà aquâ se efferens, quod & pectunculi faciunt fugitæ modo.
Pectunculi concharum. Colum. lib. 8. cap. 16. 6.
Pectus] pectoris, pen. corr. n. g. (στέρνον, στῆθος, δώραξ) Anterior pars animalis à gula usq; ad uentrem. Plinius libro 11. capite 37. 76, Pectus, hoc est ossa præcordijs & uitalibus natura circundedit: at uentri, quem necesse erat increscere, ademit. Nulli animalium circa uentrem ossa. Pectus homini tantùm latum, reliquis carinatum, uolucribus magis, & inter eas aquaticis maximè.
Pectus, dictum est quasi pactus, à compactis costis.
Saucius pectus leo. Virgil. 12. Aeneid. 1.
Mollities pectoris. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 4.
Pectus aduersum. Virgil. 9. Aeneid. 25.
Adusto pectore merulæ. Horatius 2. Serm. Satyr. 8. 18.
Apertum. Virgil. 11. Aeneid. 134.
Arrectum. Virgil. 11. Aeneid. 128.
Candidum. Virgil. 9. Aeneid. 87.
Castigato planus sub pectore uenter. Ouid. 1. Amor. eleg. 5. 5.
Fortissimum. Virg. 2. Aeneid. 70.
Fossum. Ouid. epist. 3. 30.
Gelidum pectus subito frigore. Ouid. 1. Fast. 20.
Luctans. Ouid. 12. Metam. 67.
Pronum. Stat. 11. Thebaid. 128.
Lymphatum. Ouid. 11. Metam. 1.
Pulchro pectore uirgo. Virg. 3. Aeneid. 20.
Niueum. Senec. Herc. fur. 7. 5.
Plumeum. Stat. 3. Thebaid. 103.
Plumosum. Ouid. ad Liuiam, 22.
Semiferum. Virgilius 10. Aeneid. 43.
Spaciosum. Stat. 4. Thebaid. 35.
Sublatum. Virgil. 3. Georg. 86.
Abit hasta trans pectus. Vide Abeo.
Cæspes accreuit pectori. Vide Accresco.
Adulare ad pectus. Vide Aduolo.
Affligere pectora solo. Lucan. lib. 2. 6.
Ambire aliquem pectore, Complecti aliquem. Lucanus libro 8. 14.
Aperire ferro pectus. Seneca Agamemn. 4. 16.
Cadere in pectus. Ouid. 4. Metam. 116.
Cædere pectus. Quintil. lib. 2. cap. 12. 6.
Concutere pectora planctu. Stat. 5. Sylu. 1. 36.
Condere telum pectore. Ouid. 13. Metam. 92.
In aduerso pectore ensem condidit. Virgil. 9. Aeneid. 70.
Constringere pectora. Stat. 2. Sylu. 26.
Contundere pectora. Lucan. lib. 2. 8.
A pectore denudari. Vide A præpositionem.
Distrinxit arundine pectus. Ouid. 10. Metam. 105.
Dare pectus ensibus. Seneca Hippol. 5. 6.
Ferire pectora plangore. Ouid. 4. Metam. 111.

Pugnis fœdans pectora. Virg. 11. Aeneid. 18.
Fouere pectore. Ouid. 2. Metam. 68.
Haurire pectora ferro. Ouid. 8. Metam. 88.
Impellere pectus presso pectore. Sil. lib. 5. 44.
Infuscare pectus illuuie. Vide Infusco.
Laxare pectus amictu. Stat. 2. Achill. 41.
Lucentia pectora ferro. Valer. 6. Argon. 115.
Leui patens in pectore uulnus. Virg. 11. Aen. 8.
Perfossum pectus. Lucan. lib. 6. 50.
Honestum pectus manu peruasit. Virgil. 12. Aeneid. 31.
Plangere pectora. Ouid. epist. 11. 19.
Moribundo pectore terram plangere. Ouid. 12. Metam. 24.
Prostabat somnum toto pectore. Virg. 9. Aeneid. 66.
Rescindere pectora ferro. Stat. 11. Thebaid. 102.
Retegere pectus. Ouid. 13. Metam. 92.
Rumpere pectora fremitu. Lucret. lib. 3. 60.
Ensis rupit pectora. Virgil. 9. Aeneid. 87.
Signatum pectus sanguine. Ouid. 2. de Arte, 77.
Suscipere cicatrices aduerso pectore. Quintilianus libro 2. capite 15. 5.
Sustinere amplexu pectora alicuius. Lucan. lib. 5. 159.
Traiecta ferro pectora. Virgil. 1. Aeneid. 72.
Transfixum pectus. Virgil. 1. Aeneid. 10.
Transmittere pectus cuspide. Silius lib. 7. 132.
Transuerberat abiete pectus. Virgil. 11. Aeneid. 134.
Tundere pectora. Lucan. lib. 3. 146.
Liuentia pectora tundere. Ouid. 8. Metam. 108.
Tunsæ pectora palmis Iliades. Virgil. 1. Aeneid. 97.
Vulnerare pectora alicuius. Ouid. 8. Metam. 13.
Pectus, non modò superficiem corporis, sed cor sub pectore significat, atq; interdum etiam animum: quem in ipso corde residere nonnulli antiquorum putauerunt. Plaut. Epid. 5. 98, Sapit hic pleno pectore, Iuuen. Satyr. 13. 20,
Nocte, dieq; suum gestare in pectore testem.
Toto pectore. Cicer. 1. de Legib. 73, Amicus per se amatur toto pectore, ut dicitur. Erasmus, Quum sincerum & absolutum amorem significamus, toto pectore dicimus, & toto animo. Cic. Attico, lib. 12. 25. 3, Te uehementer etiam atq; etiam rogo, magis quàm à me uis aut pateris te rogari, ut hanc cogitationem toto pectore amplectare.
Sine pectore corpus. Horat. 1. epist. 4. 2.
Animus in pectore præsens. Virg. 5. Aeneid. 73.
Oculi pectoris, Solertia. Ouid. 15. Metam. 13.
Aegra curis pectora. Valer. 6. Argon. 125.
Amicum pectus. Ouid. 3. de Arte, 147.
Altum pectus. Virgil. 6. Aeneid. 120.
Anhelum pectus. Virgil. 6. Aeneid. 10.
Angustum pectus. Ouid. 3. de Arte, 58.
Animosum pectus. Claud. 2. Panegyr. Vide Animus.
Anxia pectora. Stat. 5. Thebaid. 59.
Apertum pectus. Cic. de Amic. 80.
Auidum pectus. Ouid. epist. 9. 33.
Certa pectora, Constantia. Virgil. 9. Aeneid. 51.
Conscium pectus omnium scelerum. Senec. Thebaid. 1. 44.
Cæca pectora. Lucret. lib. 2. 3.
Concium pectus iræ. Senec. Medea, 7. 16.
Cupidum pectus. Ouid. epist. 17. 18.
Deuota morti pectora. Horat. 4. Carm. ode 14. 4.
Discordia pectora, & ancipites animi. Lucan. lib. 10. 3.
Doctum pectus. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 13.
Fessum curis pectus. Seneca Hippol. 2. 33.
Fidum pectus mutuis amoribus. Horat. 2. Carm. ode 12. 4.
Firmo pectore nunc opus. Virgil. 6. Aeneid. 53.
Flammatum pectus amore. Senec. Troade, 4. 21.

Fœcundum pectus. Stat. 1. Achil. 110.
Frigidius glacie pectus amantis. Ouid. epist. 1. 5.
Generosa pectora. Ouid. 12. Metam. 47.
Graue pectus ærumnis. Seneca Agamem. 4. 16.
Hospitale pectus. Horat. Epod. 17. 11.
Immite pectus. Silius lib. 1. 34.
Imo pectore. Vide Imus.
Impium pectus. Horat. Epod. 5. 3. Senec. Hippol. 12. 9.
Inaccessum pectus Veneri. Claud. 1. de rapt. Proserp. 46.
Inane pectus sanguinis atq; animi. Ouid. epist. 3. 12.
Inexaturabile pectus. Virgil. 5. Aeneid. 157.
Insanum pectus. Seneca Hippol. 12. 8.
Intacta pectora lucro, Non auara. Claud. 8. Paneg. 43.
Læta pectora. Virgil. 5. Aeneid. 164.
Leue pectus. Virg. 11. Aeneid. 8.
Lugubre pectus. Ouid. epist. 10. 29.
Magnanimum. Claud. 3. Panegyr. 2.
Magnum. Lucret. lib. 3. 200.
Mauors. Stat. 5. Thebaid. 57.
Mortale. Virgil. 4. Aeneid. 83.
Nescia uinci pectora. Virg. 12. Aeneid. 106.
Onustum pectus leticia. Vide Onus,
Periura pectora. Ouid. 2. Metam. 142.
Placidum pectus. Virgil. 1. Aeneid. 105.
Plenissima pectora magni animi. Ouid. 5. Metam. 37.
Bene præparatum pectus. Horat. 2. Carm. ode 10. 3.
Purum pectus. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 13.
Raucum pectus. Senec. Agamem. 7. 20.
Remissum pectus ac placidum. Seneca Thebaid. 1. 38.
Rude pectus. Ouid. epist. 4. 5.
Seuum pectus. Virgil. 12. Aeneid. 178.
Sedatum pectus. Stat. 5. Thebaid. 35.
Sinuosum pectus. Persius Satyr. 5. 3.
Succincta pectora curis. Stat. 5. Sylu. 1. 16.
Tepidum pectus. Ouid. 3. Metam. 25.
Timidum pectus. Ouid. 11. Metam. 90.
Tranquilla pectora pace. Lucret. lib. 2. 218.
Tremefacta pectora. Virgil. 2. Aeneid. 46.
Turbidiora pectora ipso mari. Ouid. 1. Trist. eleg. 10. 7.
Violenta pectora. Virg. 10. Aeneid. 31.
Accendere donis pectus. Vide Accendo.
Constanti pectore agere aliquid. Silius lib. 11. 49.
Ardescit dira cuppedine pectus. Lucret. lib. 4. 220.
Armatum fide pectus. Silius lib. 11. 41.
Aspergi pectus amore nocet. Ouid. 1. de Arte, 47.
Captus toto pectore, Insanus. Ouid. 6. Fast. 102.
Cessit amor pectore: hoc est, recessit. Ouid. epist. 23. 10.
Attonito cesserunt pectore sensus. Lucan. lib. 5. 152.
Exossato ciet omni pectore fluctus. Lucret. lib. 4. 256.
Collocare multa in pectore. Vide Colloco.
Consistere pectore. Vide Consisto.
Ab imo pectore dat gemitum. Virgil. 1. Aeneid. 98.
Domare pectus ira concitum. Senec. Medea, 7. 16.
Effundit pectore questus. Virgil. 5. Aeneid. 156.
Excussa pectore luno. Virgil. 5. Aeneid. 136.
Casto pectore exturbare nefanda. Senec. Hippol. 2. 10.
Exuere pectus curis. Stat. 4. Sylu. 4. 6.
Fatigatum pectus. Ouid. 3. Amor. eleg. 10. 1.
Furiato pectore fertur. Claud. 3. de raptu Proserp. 58.
Figere sibi aliquem in pectore. Persius Satyr. 53.
Confusa pectora firmat religio. Valer. 1. Argon. 16.
Flectuntur pectora duri Magni. Lucan. lib. 8. 22.
Fodere pectus in iras. Silius lib. 5. 32.
Inimico uel ficto pectore fatur. Virg. 11. Aen. 37. & lib. 2. 22.

Formare pectus amicis præceptis. Horat. 2. epist. 1. 26.
Obtusa pectora gestamus. Virg. 11. Aeneid. 115.
Iactare curas pectore. Virg. 1. Aeneid. 47.
Imbuere pectora pietate aliqua. Vide Imbuo.
Incensum pectus amore. Virg. 3. Aeneid. 60.
Calido sub pectore intumuit bilis. Persius Satyr. 5. 15.
Labi pectore nostro, dicitur cuius obliuiscimur. Virg. 1. ecl. 13.
Animosum pectus luxuriat toris. Virg. 3. Georg. 17. de equis.
Mittere curam de pectore. Virg. 6. Aeneid. 17.
Præsaga pectora mœrent. Ouid. 10. Metam. 88.
Mollire pectora alicuius. Horat. Epod. 5. 3.
Ferum pectus mollire precibus. Seneca Theb. 1. 29.
Mulcere pectora. Virgil. 1. Aeneid. 32.
Commoti pectoris ignem nutrit Ruffin. Claud. 1. in Ruffin. 37.
Obsessa malis pectora. Seneca Herc. fur. 13. 12.
Onerare pectora alicuius uarijs causis. Ouid. 3. Fast. 50.
Onerare & complere pectus copia rerum. Cic. 3. de Orat. 67.
Permulcere pectora dictis. Virgil. 5. Aeneid. 164.
Tacitum pertentant gaudia pectus. Virgil. 5. Aeneid. 102.
Studioso pectore prosequimur tua nomina. Ouid. 2. Fast. 3.
Purgare pectora dictis. Lucret. lib. 6. 5.
Recipere pectus, Recipere animum. Seneca Medea, 6. 10.
Arcano sacras reddit Cato pectore uoces. Lucan. lib. 2. 57.
Memori pectore referre aliquid. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 18.
Referre uoces pectore. Virgil. 5. Aeneid. 82.
Vacuo pectore regnat amor. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 6.
Reuomere fluctus pectore. Virg. 5. Aeneid. 37.
Sollicito pectore repetens suspiria. Ouid. 2. Metam. 25.
Cultus recti roborant pectora. Horat. 4. Carm. ode 4. 7.
Rumpuntur pectora. Virg. 12. Aeneid. 106.
Rupit uocem pectore. Virgil. 3. Aeneid. 50.
Satiare sua pectora luctu alicuius. Ouid. 6. Metam. 57.
Memori pectore signatum nomen. Ouid. epist. 13. 14.
Seueri pectoris esse. Ouid. epist. 17. 13.
Despecto pectore superbit. Stat. 3. Thebaid. 67.
Ab imis pectoribus suspirare. Ouid. 2. Metam. 132.
Trepidat formidine pectus. Ouid. 2. Metam. 14.
Improuida pectora turbare. Virgil. 2. Aeneid. 40.
Turbatum malis pectus. Seneca Medea, 6. 10.
Turbatus pectora Aeneas. Virg. 8. Aeneid. 6.
Variare pectora dubijs curis. Valer. 3. Argon. 126.
Versare consilia pectore. Virgil. 1. Aeneid. 133.
Pectore intimo uri. Catull. in Epithal. Iuliæ, 56. 36.
Vsta pectora incluses ignibus. Ouid. epist. 8. 12.
¶ Pectusculum, huius pectusculi, penultima corrept. Diminutiuum (τυθύνιον.)
¶ Pectorosus, penult. prod. Adiect. (πλατύστηθος) Quod est magni & ualidi pectoris. Colum. lib. 8. cap. 2, 6, de gallinis, Sint ergo matrices probi coloris, robusti corporis, quadratæ, pectorosæ, magnis capitibus. Plin. lib. 14. cap. 22. 3, Ad hæc pertinet pectorosa ceruicis repandæ ostentatio.
¶ Pectoralis, & hoc pectorale, penult. product. Quod ad pectus pertinet.
¶ Pectorale, Substantiuum (τυθοδέσμιον) Genus armaturæ, quod ante pectus ponitur. Plinius lib. 34. cap. 7. 10, Fecit & Sp. Caruilius Iouem qui est in Capitolio uictis Samnitibus, sacrata lege pugnantibus, è pectoralibus eorum, ocreisq; & galeis.
Pecu, Pecuaria, Pecuarius] Vide Pecus.
Peculiaris, & Peculiosus] Vide Peculium.
Peculium] peculij (αργυρίδιον, κτηνίδιον, πωυλλιον) A pecore, ut ait Festus: dicitur quicquid alicuius labore & industria partum & lucrifactum est. Et propriè seruorum est: sicut pecunia, patrumfamiliàs, & nobilium. Vnde apud

maiores omne patrimonium dicebatur peculium, quia pecoribus uniuersa eorum substantia constabat. Cic. in Parad. 49, An eorum seruitus dubia est, qui cupiditate peculij nullam conditionem recusant durissimæ seruitutis? Celsus in l. si chorus. ff. de legatis 3, scribit pecuniam sine peculio fragilem esse. id est, sine lucro. Cic. 3. Verr. 5. 74, Hic Dionetus, qui ex publicis uectigalibus tanta lucra facit, uicarium nullum habet, nihil omnino peculij. Vlpianus de peculio, l. depositi, Peculium dictũ est quasi pusilla pecunia, siue pusillum patrimonium. Peculium autem Tubero quidem sic definiuit, ut Celsus lib. 6. Digestorum refert, quod seruus domini permissu separatum à rationibus dominicis habet, deducto inde si quid domino debetur. Alia est causa peculij liberæ administrationis, ut idem ait paulo post in l. quam Tuberonis: nam specialiter concedenda est. Florentinus in l. peculium. ff. de peculio, Peculium, inquit, & ex eo consistit, quod parsimonia sua quis parauit, uel officio meruit à quolibet sibi donari, idq; uelut proprium patrimonium seruum suum habere quis uoluit. Liuius 4. bell. Pun. 172, Nec præoccupati, peculij: nec occupantes, periculi quicquam habebitis.
Cura peculi. Hor. de Arte, 67.
Conficere peculium. Vide Conficio.
Castrense peculium. Vide Castrum.
¶ Peculiolum, peculioli, pen. corr. Diminutiuum.
¶ Peculiaris, & hoc peculiare, pen. prod. (ἰδιάζων) Quod ad peculium pertinet, uel quod peculio deputatur, uel quod peculij proprium est, inquit Valla. Plaut. Asin. 10. 37,
Etiam opilio qui pascit mater, alienas oues,
Aliquam habet peculiarem, qui sibem soletur suam.
Peculiaris (ἰδιῶς) Proprius, specialis, præcipuus, nec cum alijs communis. Sueton. in Cesare, cap. 76, Præterea monetæ publicisq; uectigalibus peculiares seruos præposuit.
Testis peculiaris alicuius. Cic. pro Flacco, 40.
Hoc mihi peculiare fuerit. Cic. Qu. fratr. lib. 1. 1. 24.
Peculiari inuidia naturæ. Plin. lib. 6. cap. 1. 1.
Peculiare edictum, Ne quis. Cic. 5. Verr. 28. id est, ad aliquod tempus proprium.
¶ Peculiare, δεσποτικὸν, pro Re seruili quandoq; ponitur. Vlpianus in l. si quis uinum. ad finem. ff. de tritico, uino, oleo legato, Si peculiare uinum legatum sit, id continebitur quod serui habuerunt.
¶ Peculiariter, peculiarem. correp. Aduerbium (ἰδίως) Specialiter, præcipuè. Plin. lib. 27. cap. 4. 11, Epiphoris peculiariter imponitur. Quasi singulariter, & eius propria uirtus. Quintil. lib. 8. cap. 2, Quod commune est & alijs nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur.
Peculiariter, Ex peculio, uel in peculio. Paul. in l. 5. §. saltus. ff. de acquir. uel amit. poss. Nec mouere nos debet, quòd quædam etiam ignorantes possideamus: id est, quæ serui peculiariter parauerunt.
¶ Peculiosus, pen. prod. Adiectiuum, Qui peculij multum habet. Plaut. Rud. 4. 24,
Peculiosum esse decet seruum & improbum, &c.
¶ Peculiatus, pen. prod. aliud Adiect. Asinius Pollio ad Ciceronem, lib. 10. 32. 2, Planè bene peculiatus. id est, pecunia abundans, nummatus. Nam suprà dixerat, magno pondere auri, maiore argenti coacto. Budæus.
¶ Peculio, peculias, peculiare (ἀφαιρέω) Peculium auferre. Plaut. Persa, 61. 1,
Atq; istanc ob rem ego aliquid te peculiabo.
¶ Peculor, pen. prod. pecularis (κλέπτω τὸ ποιῶ) peculari, Furari ea quæ ad Rempub. seu principem pertinent.
¶ Peculator, pen. prod. Verbale (κλέπτης τῶ κοινῶ) Est qui furtum facit pecuniæ publicæ, authore Asconio. Cicer. 3. Offic. 95, Neq; enim de sicarijs, ueneficis, testamentarijs, furibus, peculatoribus hoc loco disserendum est.
¶ Peculatus, huius peculatus, pen. product. (κλέμμα τῶ κοινῶ) Pecuniæ publicæ aut principis furtum. Cic. 3. Verr. 7, Erunt etiam fortasse iudices qui illum eius peculatum uel acerrimè uindicandum putent: quòd iste M. Marcelli, & P. Africani monimenta, quæ nomine illorum, re uera pop. Romani & erant, & habebantur, ex finis religiosissimis, ex urbibus sociorum atq; amicorum, non dubitauerit auferre. Ibidem, Impudentissimum tuum furtum, certissimumq; peculatum, ibidem, 71. Ad peculatus iudicium pertinere.
Peculatum facere in aliquem. Plaut. Cist. 2. 63.
Reus peculatus. Plin. de Viris illust. 50.
Accusari peculatus. Author ad Heren. lib. 1. 22.
Damnari peculatus. Cic. pro Flac. 33.
Pecunia] huius pecuniæ (ἀργύριον, χρήματα) Notæ significationis.
Pecunia, dicta est à pecore, siue à pecu: quia omnis pecuniæ, pecus fuit fundamentum, ut ait Varr. 2. de re Rustic. cap. 1. 12. Columel. lib. 6. in Præfat. In rusticatione uel antiquissima est ratio pascendi, eademq; quæstuosissima, propter quod nomina quoq; & pecuniæ, & peculij, tracta uidetur à pecore: quoniam id solum ueteres possederunt, & adhuc apud quasdam gentes unum hoc usurpatur diutiarum genus. Plin. lib. 33. cap. 3. 5, Seruius rex primus signauit æs. Antea rudi usos Romæ Remus tradit. Signatum est nota pecudum, unde & pecunia appellata.
Pecuniæ uerbum, non solùm numeratam pecuniam complectitur, uerùm omnem omnino pecuniam, hoc est, omnia corpora. Nam corpora quoq; pecuniæ appellatione contineri, nemo est quin approbet. Hæc Vlpianus in l. pecuniæ. ff. de uerbor. & rer. signific. Idem sentit Hermogenianus, ibidem, l. pecuniæ. Cic. 2. de Legib. 77, Ad quos eiusdem morte pecunia uenerit. Ibidem, 79, Si maior pars pecuniæ legata est. Hic pro eo accipitur, quod uulgò bona mobilia uocant, teste Budæo.
Effectrix multarum & magnarum uoluptatum, pecunia. Cicero 2. de Fin. 91.
Regina pecunia. Hor. 1. epist. 6. 8.
Maioris pecuniæ res. id est, maioris precij & æstimationis. Hermogenianus in l. rei maioris. ff. de except. præscript. & præiudicijs.
Abstinens pecuniæ. Hor. 4. Carm. ode 9. 8.
Accipiter pecuniarum. Vide Accipiter.
Nerui belli, pecunia. Vide Neruus.
Vias pecuniæ norunt Græci, & omnia pecuniæ causa faciunt. Cic. Qu. frat. lib. 1. 1. 23.
Superbus pecunia. Hor. Epod. 41.
Adesa pecunia. Vide Adedo.
Aduentitia pecunia. Vide Aduenio.
Amplissimæ pecuniæ dominus. Cic. pro Rosc. Amer. 13.
Conducta pecunia. Iuuenalis Satyr. 11. 5.
Immanes pecuniæ. Vide Immanis.
Ingens pecunia. Vide Ingens.
Insperatæ repentinæq; pecuniæ. Vide Insperans.
Marita pecunia. Vide Maritus,
Modica pecunia. Vide Modus.
Obscœna pecunia. Iuuenal. Satyr. 6. 30.
Parua pecunia. Vide Paruus.
Plena & præclara pecunia. Cic. pro Rosc. Amer. 4.
Priuata pecunia. Quint. lib. 3. cap. 6. 29.
Signata pecunia. Quint. lib. 5. cap. 11. 26.
Abstinere pecunia, & pecunijs. Vide Abstineo.

Abundans pecunia. Vide Abundo.
Accipere pecuniam. Vide Accipio.
Aestimare pecunia. Vide Aestimo.
Annumerare pecuniam alicui. Cic. 1. Verr. 30.
Anquirere pecunia. Vide Anquiro.
Attributæ pecuniæ. Vide Attribuo.
Auertere pecuniam. Vide Auerto.
Auersa pecunia publica. Vide Auerto.
Auferre pecuniam de ærario. Vide Aufero.
Auctus pecunia. Vide Augeo.
Capere pecuniam. Vide Capio.
Circundare gratiam & pecuniam. Tacit. lib. 14.
Circunuentus innocens pecunia. Vide Circunuenio.
Cogere pecuniam. Vide Cogo.
Coacta pecunia. Vide Cogo.
Collecta pecunia. Hor. 2. epist. 10, 10.
Collocare pecuniam, Vide Colloco.
Conciliare pecuniam. Vide Concilio.
Conciliare aliquem alteri pecunia. Vide Concilio.
Condonare aliquem pecunia. Vide Condono.
Conferre pecuniam. Vide Confero.
Ad statuam conferre pecuniam. Vide Ad præpositionem.
Conficere pecuniam. Vide Conficio.
Conficere pecuniam de uectig. lib. Cic. 2. de lege Agr. 44.
Conflatus pecunia testis. Quint. lib. 5. cap. 7. 15.
Conjicere pecuniam in ædificium. Vide Conjicio.
Construere pecuniam. Vide Construo.
Conuertere pecuniam ad cõmodum suum. Vide Conuerto.
Corrogata pecunia ad necessarios usus. Vide Corrogo.
Corrumpere pecunia. Vide Corrumpo.
Corrumpi pecunia. Quint. lib. 4. cap. 2, 50.
Credere pecuniam. Vide Credo.
Alta pecunia creuit. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 8.
Curare alicui pecuniam. Vide Curo.
Curare nomine alterius nobis pecuniã. Cic. Ruso, lib. 5. 20. 10.
Debere alicui pecuniam. Vide Debeo.
Decernere pecuniam. Vide Decerno.
Ducens ad se cuncta pecunia. Hor. 4. Carm. ode 9. 8.
Exæquat omnium dignitatem pecunia. Cic. Att. lib. 4. 84. 7.
Exigere, capere, & imperare pecuniam. Cic. in Pis. 29.
Facere pecuniam. Vide Facio.
Fundata pecunia uillis. Hor. 1. epist. 16. 5.
Illudere pecuniæ. Tacit. lib. 18.
Impendere pecuniam in res uanas. Vide Impendo.
Imperare pecuniam. Vide Impero.
Incubare pecuniæ. Vide Incubo.
Inducere pecuniam & rationem. Vide Induco.
Inductum pecunia aliquid facere. Vide Induco.
Inuadere in alienã pecuniam nullo iure. Cicero pro Roscio Amerin. 4.
Inuadere in pecunias alterius. Vide Inuado.
Inuenire pecuniam bono modo. Vide Inuenio.
Iudicatus pecuniæ. Vide Iudico.
Mercari præsenti pecunia. Vide Mercor.
Multare pecunia. Vide Multa.
Numerare pecuniam. Vide Numerus.
Obsignare pecuniam. Vide Obsigno.
Occupare alicui pecuniam fœnore. Vide Occupo.
Oppugnare aliquem pecunia. Vide Oppugno.
Parta legibus & contra leges pecunia. Cic. 2. de Fin. 91.
Periit pecunia. Vide Pereo.
Perscribere pecuniam. Vide Perscribo.
Certam creditam pecuniam peto ex stipulatione. Quintilianus lib. 4. cap. 2, 5.

Polliceri pecuniam aliquam militibus in singulos. Cicero 5. Philipp. 203.
Properare pecuniam alicui. Hor. 3. Carm. ode 24. 12.
Quærenda uel cum periculo pecunia. Cic. 2. de Fin. 91.
Redigere pecuniam ex bonis alterius. Cic. 1. Verr. 30.
Crescentem sequitur cura pecuniam. Horatius 3. Carmin. ode 16. 4.
Congesta pecunia strangulat plures. Iuuenal. Satyr. 10. 2.
Mutuas pecunias sumere. Vide Mutuum.
Venire ad maximas pecunias paucis annis. Cicero 2. de Orator. 150.

¶ Pecunia Dea. Augustinus: Pecunia dicta est Dea, quæ dat pecuniam. Menander,

Ego utiles uerò deos esse arbitror
Nostros, & Argentum & Aurum maximè.
Istos quidem, si dedices tua in domo,
Quicquid uoles, roges, tibi omnia aderunt,
Ager, domus, seruiq; & argyromata,
Testes, amici, iudices: tantum date.

Arnobius lib. aduers. gent. Quis ad extremum Deam Pecuniam esse credat, quam, uelut maximum numen uestræ indicant literæ, donare annulos aureos, loca in ludis, atq; in spectaculis priora, honorum suggestus summos?

¶ Pecuniæ sacrificium fieri dicebatur, quum fruges fructusq; offerebantur: quia ex his rebus constat, quam nunc pecuniam dicimus. Paulus.

¶ Pecunia absq; peculio fragilis. Refertur hoc prouerbium Pandect. lib. 32. tit. de leg & fideicommiss. l. si chorus. Admonet autem, ne totam, substantiam uni credamus naui, ne nihil superstit unde damnum sarciatur, si nauis interierit. Si libebit aliò deflectere, poterit accommodari ad eum, qui non omnia cõsilia sua communicat amicis: aut qui fœlicitatis summam non ponit in rebus extrarijs, sed in animi bonis, ut illis casu perditis, habeat quò confugiat, nec despondeat animum.

¶ Pecuniosus. pen. prod. Adiect. (πολυχρήματος) Quasi pecuniæ plenus & dives. Pecuniosus, à pecunia magna, inquit Varro de lingua Latina libro 4. Pecuniosorum & locupletum proprietatem, inquit Nonius, aperuit M. Tullius de Senectute, à pecore pecuniosus, & à possessionibus locorum locupletes appellatos asserens, multaq; ditione ouium & boum, quòd tunc erat res in pecore, & locorum possessionibus, ex quo pecuniosi, & locupletes uocabantur. Cicer. 2. Verr. 1, Pecuniosum hominem quamuis sit nocens, neminem posse damnari.

Pecuniosus & Tenuis, contraria. Cic. 1. de Inuent. 53.
Copijs rei familiaris locuples & pecuniosus. Cicero pro Rosc. Comœdo, 26.
Artes pecuniosæ. Mart. lib. 5. 57.

¶ Pecuniosus damnari non potest. Cicero in Verrem, act. 2, ait hoc omnium sermone percrebuisse, non apud Romanos tantùm, uerùm etiam apud exteras nationes, in iudicijs illorum temporum, pecuniosum, quamuis sit nocens, neminem posse damnari. Huic affine est, quod reperitur apud Salustium, Romæ esse uenalia omnia.

¶ Pecuniarius, aliud Adiect. (χρηματικὸς) Quod ad pecuniam pertinet. Cic. pro Cluent. 95. Idem ad Brutum, 18. 6, Nodus est inopia rei pecuniariæ.

Lis pecuniaria. Quint. lib. 6. cap. 1. 37.

¶ Pecuniariè, Aduerb. Vlp. in l. si ambo. ff. de compensationib. Quoties ex maleficio oritur actio (utputa ex causa furtiua, cæterorumq; maleficiorum) si de ea re pecuniariè agatur, compensatio locum habet.

Pecus] pecudis, penult. corr. f. g. (πεῦς, θρέμμα, βόσκημα) Omne animal quod sub imperio, pabulo terræ pascitur: ut sunt boues, asini, equi, cameli, oues, capræ, authore Valla. Colum. lib. 2. cap. 2. 18, de bobus, Plus enim queunt pecudes collo & pectore conari, quàm cornibus.

Fœcundius pecude nihil natura genuit. Cicer. 2. de Natur. deor. 239. De sue.
Sequuntur sui generis greges pecudes, ut bos armenta. Cic. Attico, lib. 7. 127. 8.
Pecus, dicitur aliquando fuisse masc. generis, quia Ennius dixit, Pecudi marito.
Pecudes elephantos uocat Plinius, Qui cum elephanto, inquit, congressus, gemino ictu pecudem exanimauit.
Pecus, pro Oue. Plin. lib. 8. cap. 7. 5. Cic. 2. de Finib. 67, Contrà, ut tardam aliquam & languidam pecudem ad pastũ, & procreandi uoluptatem, hi hoc diuinum animal ortum esse uoluerunt.
Pecus, pro omni animali præter hominem. Virg. 4. Georg. 66, de apibus,

—& pecudum custodia solers. Lucret. lib. 2. 69, de piscibus, Præterea genus humanum, mutæq; natantes,
Squammigeræ pecudes. Alia exemplaria habent, Squammigerum pecudes.

Expertes rationis pecudes. Cic. 2. Offic. 15.
Aurea pecus. Tacit. lib. 13, Adeò ut C. Cæsar pecudem auream eum appellare solitus sit. de Iulio Syllano.
Barbigeræ pecudes, Capræ. Lucret. lib. 5. 180.
Densæ. Stat. 5. Theb. 70.
Feræ. Colum. lib. 9. cap. 11.
Grauidæ. Virg. 2. Georg. 30.
Latæ. Virg. 1. Georg. 85.
Lanigeræ. Virg. 3. Aen. 129.
Nigræ. Tibull. lib. 3. eleg. 5. 7.
Pronæ. Claud. de mulabus Gallicis, 10. 4.
Sagittiferam pecudem histricem uocat. Claudianus, de histrice, 37. 10.
Tarda & languida pecus. Cic. 2. de Legib. 66.
Antecedit pecudibus cæterisq; bestijs, hominis natura. Cicero 1. Offic. 147.
Cogere pecudes. Vide Cogo.
Distentas pecudes siccare. Lucan. lib. 4. 64.
Balantem pecudem spondere sacello. Iuuen. Satyr. 13. 25.
Consilio istius pecudis uti uolebam. Cicero in Pisonem, 14. Per translationem, hominem pecudem uocat.
Impurissimæ & intemperatissimæ pecudis sordes. Cicero in Pisonem, 56.
Pecuda etiam neutro genere. Sisenna lib. 4. Historiarum, Iumenta & pecuda locis trepidare compluribus. Cic. lib. 4. de Repub. Quum adhibent in pecuda pastores. Nonius.
¶ Pecu, huius pecu, n. g. indeclinabile in singulari, in plurali pecua, pecuum, pecubus, antiquè Plaut. Rud. 23. 5,

Non uides me referre uuidum rete sine squammoso pecu?

Idem Bacch. 23. 4,

—pastor harum dormit, quum hæ eunt.
Sic à pecu balitantes. Item, Merc. 9. 11. Plin. lib. 8. cap. 43. 1, Nec æquinoctio uerno, ut cætera pecua, admittitur.

¶ Pecus, pecoris, pen. corr. n. g. Idem quod pecus, pecudis.
Pecus, pro Multitudine pecorum siue pecudũ. Virg. 3. eclog. 1,

Dicmihi Damœta, cuium pecus? an Meliboei?

Pecus, pro Oue aliquando ponitur. Plin. lib. 8. cap. 48, Est & in Hispania, sed maximè Corsica, non maximè absimile pecori genus musimonum, caprino illo quàm pecoris uelleri propius. Quintil. in Apibus pauperis, Cur in usum uestium sæpe pecori lanæ detrahũtur?
Pecus propriè de ouibus dici, liquet ex Plinio libro 8. cap. 47.

De natura pecudum & lanarum.
Pecus interdum de omni animali, quod humana lingua & effigie caret, dicitur. Virg. 4. Georg. 34,

Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.
Inde pecus fera, ad differentiam domesticæ pecudis. Lucretius lib. 1. 3.

Pecus, de bobus. Colum. lib. 2. cap. 2. 27, Suicum autem ducere longiorem quam pecum centum uiginti, contrarium pecori est: quoniam plus æquo fatigatur.
Dives pecore. Hor. Epod. 15. 4.
Balatus pecorum. Virg 3. Georg. 111.
Custos pecoris. Stat. 9. Theb. 102.
Deus pecoris, Pan. Ouid. 2. Fast. 55.
Niuei pecoris dives. Virg. 2. eclog. 4.
Domus pecorum. Stat. 1. Theb. 73.
Greges pecorum. Ouid. 11. Metam. 66.
Magister pecoris. Virg. 3. eclog. 21.
Possessor pecoris. Stat. 4. Sylu. 6. 21.
Aquatile pecus. Vide Aqua.
Corpulentum. Vide Corpus.
Caprigenum. Virg. 3. Aen. 44.
Efferum. Seneca Hippol. 2. 7.
Equinum pecus. Colum. lib. 6. cap. 27. 1.
Fœlix. Virg. 1. eclog. 15.
Formosum. Virg. 5. eclog 9.
Fœtum. Virg. 3. eclog. 17.
Generosum. Virg. 3. Georg. 15.
Immensum. Claud. 2. in Eutrop. 86.
Incurui cernicum pecus. Quint. lib. 1. cap. 5. 42.
Iners. Virg. 4. Aen. 32.
Lætum. Horat. Epod. 2. 9.
Molle. Virg. 3. Georg. 60.
Mutum & turpe. Hor. 1. Serm. Satyr. 3. 20.
Ouiaricum. Vide Ouiaricus, in Ouis.
Placidum. Ouid. 15. Metam. 24.
Segne. Stat. 8. Thebaid. 116.
Infirmum. Ouid. in Ibin, 9.
Lanigerum. Ouid. 1. Fast. 77.
Montiuagum. Seneca Herc. Oetheo, 2. 7.
Operarium. Vide Opus.
Pauidum. Ouid. 2. de Arte, 30.
Pingue. Hor. 2. Serm. Satyr. 6. 3.
Semianimum. Stat. 2. Theb. 17.
Truncum. Stat. 5. Theb. 65.
Stolidum. Valer. 6. Argon. 108.
Vagum pecus. Hor. 3. Carm. ode 13. 3.
Pecus uolatile. Colum. lib. 8. cap. 3.
Abigere pecus. Vide Abigo.
Armentorum reliquiq; pecoris greges cædere. Cicero 3. Philipp. 146.
Cogere pecus. Virg. 3. eclog. 4.
Depascuntur à pecore agri publici. Cic. 2. de Orat. 157.
Signum imprimere pecori. Virg. 1. Georg. 53.
Insuescere pecus amurca. Vide Insuesco.
Ducem legere pecori. Virg. 3. Georg. 25.
Pauperis est numerare pecus. Ouid. 13. Metam. 176.

¶ Pecorinus, pen. prod. Adiect. (πεκτινὸς) Quod est pecoris: ut, Pecorina caro.

¶ Pecorosus, pen. prod. similiter Adiect. (πολυθρέμμων) ut, Phyllos pecorosa. Stat. 4. Theb. 9.
Palatia pecorosa. Propert. lib. 4. eleg. 10. 1.
Ver pecorosum. Stat. 10. Theb. 44.

¶ Pecorarius, pecorarij, Qui pecua siue pecora publica redimit, ut ait Asconius. Romani enim uetustiores nihil in bonis

nis præter pecudes habebant.

¶ Pecuarius, pecuarij (πηνοτρόφ⊙) Qui pecorum curam habet. Cic. pro Deiotaro, 18, Vt non solùm Tetrarcha nobilis, sed optimus paterfamiliâs & diligentissimus agricola & pecuarius habeatur. Idem 4. Verr. 137, Postulo mihi re spondeat qui sit iste Verrutius, mercator, an arator, an pecuarius. Liu. 10. ab Vrbe, 110.

¶ Pecuarius, Adiect. (βοσκηματικὸς) Quod ad pecus pertinet. Varro in Præfatio. libr. 3, Qua de re pecuaria breuiter ac summatim percurram. Cicero pro Quintio, 7, Erat ei pecuaria res ampla, & rustica, sanè bene culta, & fructuosa.

Canis pecuarius, Qui pecora uel pecudes custodit à luporum uoracitate & iniuria. Colum. lib. 7. cap. 12. 7.

¶ Pecuaria, pecuariorum (βοσκήματα) dicuntur ab eo quod est pecuare, & per apocopen, pecuar. nam pecua, ut ait Cicero in Pompeiana, ab eo quod est pecu, uenit, ut à genu genus: & significat pecorum multitudinem. Author ad Herenn. lib. 4. 202, Nam quum canes funguntur officijs luporũ, cuinã præsidio pecuaria credemus? Virg. 3. Geor. 13,

Solue mares, mitte in uenerem pecuaria primus.

Culta pecuaria. Stat. 3. Sylu. 3. 29.

Rudunt pecuaria Arcadiæ. Pers. Satyr. 3. 1.

Pecuaria, dicebantur omnia ex quibus pop. Rom. haberet reditus, quia diu hoc solum uectigal Romanis fuit. Cic. de clar. Orat. 42, Nam quum in sylua Scantia ita facta cædes esset; notiq; homines interfecti, insimulaturq; familia, partim etiam liberi societatis eius quæ pecuaria de P. Cornelio, L. Mummio Censs. redemisset, &c. A Censoribus enim publicani uectigalia redimebant, seu conducebant.

¶ Pecuaria, huius pecuariæ (βοσκηματικὴ) Scientia parandi ac pascendi pecoris, ut fructus ex eo capiatur: quæ & Res pecuaria dicitur. Varro libro 3. de re Rust. cap. 1, Tres libros institui, è quais duos scripsi. Primum ad Pundaniam uxorem, de agricultura: secundum, De pecuaria, ad Turanium Nigrum.

Pecuaria, locus in quo pecorum greges consistunt & pascuntur. Varro lib. 2. de re Rust. cap. 1, Cuius nobiles pecuariæ in Brutijs habentur. Ibidem, in Præfat. 6, Quod eo facilius faciam, quòd & ipse pecuarias habui grandes, in Appulia ouiarias. Et lib. 2. cap. 5. 2, Nã bos in pecuaria, maxima debet esse in authoritate, præsertim in Italia, quæ à bubus nomen habere sit existimata.

Peda] Vide Pes.

Pedæus] Fuit Antenoris filius nothus, teste Homer. lib. 5.

Pedagium] Gothica uox, sicut & Guidagium, quibus Italici interpretes iuris sæpe utuntur maximè in cap. innouamus. extra. de censibus. & cap. extat. extra. de uerbor. significat. tributum est & uectigal.

Pedaliæ] Vrbs Ciliciæ, ad oram Syriæ. Plin. lib. 5. cap. 27.

Pedalij] Pontifices apud Indos, qui in precibus quas faciunt ad deos, nihil præter iusticiam postulant: quasi nulla alia re egeant mortales his in terris. Alexander Alexandrinus lib. 4. cap. 17, Apud Indos ij qui Pedalij uocantur, inter uota precesq; solam iusticiam petere in usu habent: quasi hoc munere deorum, amplissimum esset mortalibus datum.

Pedalis, Pedamen] Vide Pes.

Pedana] πεδάνα, Regio est non procul à Roma, dicta ab oppido Pedo, quòd olim fuit, nunc non est, ut ait Porphyrius in illud Hor. 1. epist. 4. 1,

Quid nunc te dicam facere in regione Pedana?

Pedaneus, Pedarius] Vide Pes.

Pedasium] Promontorium est non procul à Cypro. Strabo lib. 4, Deinde promontorium Pedasium, cui collis altus & asper imminet, mensæ cuiusdam figuram præbens, Veneri sacer.

Pedasus] pen. corr. (πέδασ⊙) unus ex equis Achillis, ut idem tradit Iliad. 16. quem præ cæteris egregium tãquam equorum immortalium comitem habebat. Siquidem hunc Podagre inter equas rapidissima, quum in uerno prato pasceret, ad Oceanum ex Zephyro genuit. Eoq; uentos, unde origimem traxerat, & cursu & quasi uolatu æquabat.

Pedatim, Pedatij, Pedatum, Pedecosum] Vide Pes.

Pedema] pen. prod. pedematis, pen. corr. (πήδημα) Genus saltationis Laconicæ, in qua pedes in orbem ad nates torquebantur, de qua Lucianus in libello πρὸ ὀρχήσεως. Iuuenal. Satyr. 11, 18,

Qui Lacedæmonium pedemate lubricat orbem. Alia exemplaria habent, Pytismate.

Pedepressim, Pedes, Pedester, Pedetentim, Pedica, Pedicinus, Pediculus, Pediolus, Pedisequus, Peditatus] Vide Pes.

Pedianus Asconius] cuius scripta de authore testimonium faciunt, uir doctus, paulo post Ciceronem, in quem & notulas scripsit, uixisse fertur. Plin. lib. 7. cap. 48.

Pediculi] populi in Italia, Apulis & Salentinis contermini. Plin. lib. 3. cap. 5, Pediculorum agrum & oppida, uide apud eundem lib. 3. cap. 11.

Pedilon] πέδιλον, Talare calceamentum uarium. Hom. lib. 2. Iliad. Atq; iterum 4. eiusdem operis, loquens de cultu Iunonis: ποσσὶν, ὑσσὰ λιπαφοῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα. Quam dictionem Eobanus uertit Sandalia: Andreas autem duus, Calceamenta.

Pedius] Qu. Pedius pictor, mutus, Quin. Pedij consularis triumphalisq; filius fuit. Plin. lib. 35. cap. 4.

Pedo] Pedonis, pen. prod. (πέδλω) C. Pedo Albinouanus dictus, inter eos poetas relatus est à ueteribus, qui epigrãmata & iocos scripserunt. Temporibus Augusti floruit & Neronis, præcipuè amicus fuit Ouidio, qui Pedonium eum uocat libro 4. de Ponto, eleg. 10. 13. Et eundem postea Sidereum uocat, uel propter excellentiam, uel quia fortassè de sideribus descriptum aliquid habuit. sic enim ait eleg. 16. 2,

Iliacusq; Macer, sidereusq; Pedo.

Pedo] pedis, priore longa, pepedi, pen. prod. (πέδλω, βάλέω) pedere, Crepitum uentris emittere. Horatius 1. Sermon. Satyra, 8. 10,

Nam dissoluta sonat quantum uesica pepedi. Martial. lib. 12. 74, Aethon in Capitolio pepedit. Idem,

Nil aliud uideo quo te credamus amicum,
Quàm quòd me coram pedere Crispe soles.

Pedo, pedas, Pedum, Peduisculus] Vide Pes.

Pedules] Fasciæ, quibus pedes uinciuntur. Vlp. in l. 25. §. 1. de auro & argent. in P.

Pedulla] quæ dicimus, πέδιλα, appellari manifestũ est. πέδιλον, Talare, aut calceamentum uarium significat. Festus.

Pedunculus maris] uermis marinus est, de quo sic Plin. lib. 32. cap. 7, Vocant & in mari pedunculos, eosq; tritos instillari ex aceto auribus iubent.

Pedyli] sunt populi, cauum Alpium incolentes, unà cum Quaris (uel Cauaris, ut Plinius ait) Vecontijs, Tricorijs, Iconijs, & Allobrogum portione, integrum Delphinatum statuentes. Strabo lib. 4.

Peganum] πήγανον, herba est Dioscor. lib. 3. quam Latini Rutam appellant.

Pegasa] pen. corr. (πηγασὰ) Thessaliæ oppidum, quod postea Demetrias dictũ est. Propter quod nauis longa Argonautarum, Pegasæa nuncupatur, quòd Iason, qui eam ædificauit, fuit filius Aesonis, fratris Peliæ, regis Thessaliæ. Ouid.

Ouidius 7. Metamorphos. 1,

Iamq; fretum Mimæ Pegasæa puppe secabant. Hinc,

¶ Pegasicus sinus (πηγασικὸς κόλπ⊙) in Thessalia est appelatus. Vide Strabonem lib. 9.

Sunt qui rectius Pagasa dici putant. Vide Pagasa.

Pegasus & Pugio] Consp. apud Romanos, à quibus Pegasianum s. c. nomen habuit, habitum Vespasiani temporibus in exemplis legis Falcidiæ. Nam quod efficit lex Falc. in legatis, eadem in fideicommissis ferè s. c. Pegasianum faciebat. Iustinianus lib. 2. instit. ciuilium, tit. de fideicom.

Pegasus] pen. corr. (πήγασ⊙) Equus alatus, ἀπὸ τῆς πηγῆς id est, à fonte, quòd iuxta Pegas, id est, fontes Oceani natus sit, ubi Gorgones habitant. Hunc Hyginus, & alij complures, Neptuni & Medusæ filium dixêre, qui in cælum euolauit, ibiq; inter sidera constitutus est, Arcticum circulum spectans, pedibus æstiuo orbi adnixus, extremo ore caput Delphini tangens, & Aquarij manum dextram ceruici suæ adiungens. Alij ex Medusæ sanguine, quam Perseus interemit, natum astruunt. Hic uolauit in Helicona, ubi saxum ungula feriens, fontem aperuit, & ex eo Hippocrene, id est, fons equinus est appellatus. Sed hic apud Pyrenen fontem Corinthium captus est, ut ait Strabo. Hoc equo usus est Bellerophontes, in expeditione contra Chimæram. Vulgatum est, & Gallum in fontem in Helicone erupisse, quum subiectam ibi tellurem ferret ungula. Cicer. pro Quintio, 54, O hominem fortunatum, qui ciusmodi nuncios, seu potius pegasos habeat!

Pegasus, etiam dicebatur instrumẽtum in domibus, super quo tanquam iumento, uestes & similia tenerentur suspensa, à Pegaso poetico traductione nominis excogitata. Fuit et hoc nomine Iurisperitus: unde & Pegasianum Senatusconsultum. Pomponius de Origine iuris. Fuit & Pegasus Triarchi filius, cuius nauis Pegasæa monumentum accepit.

¶ Pegaseus, pen. corr. Adiect. (πηγάσε⊙) ut, Gradus Pegaseus: id est, celerrimus. Seneca Troade, 5. 3.

Volatu Pegaseo ferri. Catul. in Camerinum, epig. 51. 6.

¶ Pegaseius, aliud Adiect. quinq; syllabarum (πηγασήι⊙) Persius in Prol. 2,

Cantare credas Pegaseium melos.

¶ Pegasis, pen. corr. Pegasidos, pen. corr. (πηγασὶς) Patronymicum fœm. loco gentilis. Pegasides, Musæ dictæ sunt, à fonte qui πηγὴ dicitur, quem Pegasus ictu ungulæ fingitur aperuisse, ut dictum est. Ouid. epist. 21. 6,

At mihi Pegasides blandissima carmina dictant.

Item Pegasides, Nymphæ, quæ & Naiades. Ouid. epist. 5. 1, Pegasis Oeuone Phrygijs celeberrima syluis.

Pege] Peges, Fons erat prope montẽ Arganthonum, in quẽ Hylas cecidit. Apollonius lib. 1,

ἄλψα δ' ὄγε κρήδεμνα μετωμάσθη,
λὼ παλέους, πηγὰς ἀγχίγυοι πεφυκυίας. Hinc apud Propertium emendandus est locus, ubi legitur,

Hic erat Arganthi Phlegræ sub uertice montis: Phlegra enim illis in locis nusquam audita est, ac proinde Pegæ legendum censet Turnebus.

Pegma] pegmatis, pen. corr. (πῆγμα) quod & Pecma dicitur, Græcum est, ἀπὸ τ⊙ πήγνυμι, quod est pango & exstruo. Est machina lignea, in qua statuæ collocantur, et quasi figuntur ad illas sustinendas. Interdum pegmata cum ludicris producebãtur in scenam cum pueris etiam considentibus, ex lignis & tabulis quæ constabant uario picturæ genere. Pegmatis formam Seneca ad Lucilium his uerbis describit, His annumeres licet machinatores, qui pegmata per se surgentia excogitant, & tabulata tacita in sublime crescentia, & alias ex inopinato uarietates, aut dehiscentibus quæ cohærebant, aut quæ distabant sua sponte cohærentibus, aut his quæ eminebant paulatim in se residentibus. Iosephus lib. 7. de bello Iudaico, Maximè aũt stupor erat machinarũ, quæ portabãtur, siue pegmatũ fabricatio, pro quorũ magnitudine uiribus portantiũ occurrẽtes, timebãt: multa in tertiũ nidũ, quartiũq; surgebãt, & magnificẽtia fabricæ cũ admiratione delectabat. In illis machinis simulacrum belli repræsentatũ fuisse significat, ut alij fugere, alij capi uiderẽtur: & per singula pegmata dux captæ urbis agebatur, ita ut captus fuerat ordinatus. Qui aũt in his machinis depugnabant, à Sueton. in Claud. cap. 34, pegmates uocantur. Festus scribit, pegmata esse aut ære, aut marmore ornamenta, quæ utplurimùm in atrijs, quandoq; in porticibus aut lisq; affigunt, maiorum, aliorumq; fortium uirorũ gesta certius quàm pictura ostendentia. Cicer. ad Attic. lib. 4. 77. 2, Nihil uenustius quàm illa tua pegmata, postquam misisti libros, illustrauerunt ualde. Mart. lib. 8. 34,

Hac fuerat nuper nebula tibi pegma perunctum. Idem lib. 12. pegmata celsa. Iuuen. Satyra, 4. 13,

——sic pugnas Cilicis laudabat, & ictus,
Et pegma, & pueros inde ad uelaria raptos.

Pegusa] promontorium, quod alluit Indus flumen maximũ: de quo Plin. lib. 5. cap. 28.

Peiero] peiero, pen. corr. (ἐπιορκέω, ἐπόμνυμι) peierare, Iuramentum infringere, & id quod uerbis ac iuramento concipitur, non facere. Cic. 3. Offic. 145, Non enim falsum iurare, peierare est: sed quod ex animi tui sententia iurãris, sicut uerbis cõcipitur more nostro, id nõ facere, periurium est. Idem pro Rab. Postb. 21, Vbi semel quis peierauerit, ei credi postea, etiam si per plures deos iuret, non oportet.

Per Consulatum peierat Vatinius. Catul. de Struma, epigr. 49,

Nec erubescit peierare de turdo,
Et ostreorum rapere liuidos cirros. Mart. lib. 7. 19.

Iuris peierati pœna. Hor. 2. Carm. ode 8. 1.

Peiero, Ex per & iuro, abiecta r: & u longa, in e breuem mutata, componitur.

¶ Periuro, periuras, periurare, etiam dicimus, quod periurus probat & periurium.

Peiso] lacus Noricus, ad Istrum, non procul à desertis Boiorum. Plin. lib. 3. cap. 24.

Peium] Castellum Tolistobogonum, qui sunt populi Bithynis finitimi, & Phrygiæ eius, quæ Epictetus dicitur. In Peio Deiotarus rex suos thesauros habuisse dicitur. Strab. lib. 12.

Peioro, as, & Peior, oris] Vide Malus.

Pela] Insula est in sinu Asiatico, Drimusæ & Siduse contermina. Plin. lib. 5. cap. 31.

Pelagia] Mulier Antiochena, uoluptatibus & illecebris deditissima: ut quæ nulli rei attentius uacaret, quàm corpori comendo. Tandem tamen meliore ducta spiritu, repentè uelut in nouum quoddam animal transformata est, curamq; deinceps, quam corporis cultui impendere solebat, ad animum excolendum transtulit.

Pelagus] pelagi, pen. corr. tam masculini quàm neutri generis (πέλαγ⊙) prosundum maris significat. Vnde etiam pro ipso mari frequentius sumitur. Valer. Flac. lib. 1,

——pelagum quantos aperimus in usus. Plinius libro 10. cap. 32. 2, In reliquis partibus est quidem mitius pelagus.

Furor pelagi. Lucan. lib. 2. 40.

Genitus ingens pelagi. Virg. 3. Aen. 111.

Minæ pelagi. Virg. 6. Aen. 23.

Quies pelagi. Stat. 2. Sylu. 2. 6.

Rector pelagi, Neptunus. Ouid. 1. Metam. 67.

Sonora pelagi. Lucret. lib. 5. 8.

Immite pelagus. Vide Immitis.

Languidum

Languidum pelagus nigro gurgite.Seneca Herc.fur.7.7.
Sonans pelagus.Virg.1.Aen.15.
Tempestatibus pelagi actus.Virg.3.Aen.142.
Cadens pelagus.Stat.5.Thebaid.42.
Truci pelago committere ratem.Hor.1.Carm.ode 3.3.
Aperto pelago decurrere.Virg.5.Aen.43.
Hyems desæuit pelago.Virg.4.Aen.11.
Patenti pelagò uolans dat uela.Virg.2.Georg.9.
Errare pelagò.Virg.3.Aen.41.
Euersum pelagus imo solo.Senec.Agamem.6.17.
Dubium pelagus feruet.Seneca Medea,10.13.
Feruet æstu pelagus.Cic.3.de Orat.86. Ex poeta.
Mare premit arua pelago.Virg.1.Aen.15.
Retundit pelagus Boreas.Lucan.lib.5.121.

Pelage] *Nominatiuus pluralis Græcus à πέλαγος. Idem significat quod maria.Lucret.lib.4,*

—quid deniq; obesset,
Propter Athlantæum littus,pelageq; feuere,
Quò neq; noster adit quisq;, nec Barbarus audet? Sic lib.6?, At pelage multa,& latè substrata uidemus.

¶ *Pelagicus, penultima correpta; Adiectiuum (πελαγικὸς) Quod in mari uiuit, siue quod est ex mari.Colum.lib.8.capite 17.13,Cæteri autem saxatiles, aut pelagici satis ex his, sed ex recentibus melius pascuntur.*

¶*Pelagius,aliud Adiect.Idem (πελάγιος) Varro 3.de re Rustic.cap.3. 7,Sic nostra ætas,inquam, luxuria propagauit leporaria,ac piscinas protulit ad mare,& in eas pelagios greges piscium reuocauit.Plin.lib.32.cap.6.1,Ideo pelagia parua & rara sunt.*

¶ *Pelagia,huius pelagiæ (πελαγία) Piscis & qui & purpura ocitatiùs:à quo & succus eius pelagium dicitur: sicut succus buccini dicitur Tyrius.Plin.lib.9.cap.38.2.*

Pelamis] *pen.corr.pelamidis,f.g.(πελαμὶς) Genus piscis, cui etiam thynno nomen est.Iuuenal. Satyr.7.12,*

—siccus petasunculus & uas Pelamidum. Plinius lib.9.cap.15.3,Thynni mares sub uentre non habent pinnam.Litrant è magno mari Pontum uerno tempore gregatim: hæc alibi fœtificant: cordilla appellatur partus,qui fœtus redeuntes in mare autumno comitatur. Limosæ uerò à luto pelamides incipiunt uocari: & quum annuum excessêre tempus,thynni.

Pelargici nomi] *dicti quasi Ciconiadæ leges, quibus liberi parentes alere iubentur.Vide in dictione Pelargus.*

Pelargus] *πελαργὸς,Ciconia. Inde Pelargici nomi ab Aristophane dicti,quasi Ciconiariæ leges,quibus liberi parentes alere iubentur.Id quòd in iure quoq; cautum est. Ideo in scriptis regijs antiqui ciconiam sculpere solebant in summo,in imo autem hippotamum,animal improbissimum significare uolentes,iniusticiæ obnoxiam esse uiolentiam, cuius iusticiæ symbolum est ciconia,quæ parentes senio confectos alere,humerisq; gestare in uolatu creditur.*

Pelasgia] *πελασγία,Regio Græciæ,circa extremam partem Macedoniæ,uersus Achaiam, olim Thessalia dicta, inter duo maria,Aegeum & Ionium,platani folio similis,propter angulosos recessus.Author Plin.lib.4.cap.4.A' qua,*

¶ *Pelasgi,πελασγοὶ,populi,quasi pelargi,id est,ciconiæ: quoniam errabundi,ritu ciconiarum per multas nationes iuerunt.Vel Pelasgi,à Pelasgo Iouis filio.Vide Plinium libro 5. cap. 31. Pelasgi,inquit Strabo lib.5. populi sunt Græciæ uetustissimi, olim Thessali appellati. Hi, ut ex Hesiodo Strabo*

refert,ex Arcadia originem duxerunt. Hos quippe diuino è Lycaone natos extitisse ait, quem Pelasgus procreauit. Aeschylus autem in Danaidibus,eorum genus ex Argis Mycenarum extitisse prodidit.Peloponnesum enim & Pelasgiam uocitatam fuisse,testis est Ephorus. Euripides quoq; in Archelao, Danaum illum 50. filiarum genitorem, Argos uenientem,Inachi urbem habitasse commemorat. Quiq; antea Pelasgi nominabantur, ut Danai debinc uocarentur,lege Græca sanxisse.Plerisq; & gentes Epiroticus appellauêre Pelasgicas. Heroum quoq; nominibus posteriores permultos Pelasgos nuncupantes, ab illis frequentia gentibus indidêre uocabula.Nam & Lesbon appellauêre Pelasgiam. Et habitantibus Troadem Cilicibus,finitimos Pelasgos nuncupauit Homerus.Argos quoq; Pelasgicum Thessalia dicitur,inter eruptiones Penei & Thermopylas, usq; ad montanum Pindi tractum. Iouem quoq; Dodonæum ipse poeta Iliad.16.Pelasgicum nominat.

¶ *Pelasgus,Adiect.ut,Pubes Pelasga.Virg.9.Aen.31.*
Classis Pelasga.Ouid.13.Metam.54.
Gens Pelasga.Ouid.12.Metam.2.

¶ *Pelasgias,Pelasgiadis,pen. corr. (πελασγιὰς) Patronymicum gentili,uel adiectiuo:ut,Vrbes Pelasgiades. Ouid.epist.9.1.*

Pelasgicus sinus] *Le goulphe de uolo.*

Pelasgis] *πελασγὶς,Plinio libro 4.capite 5.regio est Arcadiæ,undiq; à mari remota, quæ initio Drymodis dicebatur. Dicta quoq; est Pelasgis Arcadia, ut annotat Hermolaus in Plinij castigationibus,à Pelasgo rege magno & sapiente uiro:scilicet quia uitæ cultioris eius author fuisset, & victum ex stirpibus herbarum arborumq; frondibus,transfudisset ad glandem,maximeq; fagineam.*

Pele] *Insula ad petram Herculis.Plinius lib.32.cap.2,Nec illa in nouissimis mira,amatos esse pisces ad Pelen insulam,& ad Clazomenas.*

Pelecinum] *πελέκινον,Herba.Plin.lib.27.cap.12.15, Pelecinum in segetibus diximus nasci,fruticosam cauliculis, foliis ciceris.Vide Ruel.lib.3.cap.66.*

Pelenaria] *Ciuitas in Troglodytico sinu ex Africæ latere, non procul à Pindis.Plin.lib.6.cap.29.*

Pelethronium] *πελεθρόνιον, oppidum est Thessaliæ, ubi primùm domandorum equorum repertus est usus. Author Seruius, explicans illum Virg.locum,3.Georg.23,*

Frena Pelethronij Lapithæ, &c.

¶ *Pelethronij,πελεθρόνιοι,dicti sunt Lapithæ,à loco qui subiectus est Pelio monti: ab eo quòd medicamentorum magnæuis ibi nascatur,quæ Græci glossematici θέρμα uocant.*

Peleus] *πηλεὺς,disyllabum,Aeaci regis filius, maritus Thetidis,& pater Achillis.De quo Ouid.plura 11.Metam.*

Aemonius Peleus.Tib.lib.1.eleg.5.9.
Optimus hasta Peleus.Valer.1.Argon.30.

¶ *Pelides,pen. prod. (πηλείδης) Patronymicum à Peleo,dictus est Achilles.Ouid.epist.3.17,*

Pelides utinam uitasset Apollinis arcus.

Fortis Pelides.Virg.4.Aen.162.

¶ *Pelias,Peliadis,pen.corr.fœm.gen.(πηλιὰς)ut,Pelias hasta, qua Achilles utebatur.Ouid.epist.3.26.*

Pelias] *Peliæ (πηλιὰς) Filius Neptuni ex Tyro nympha,filia Salmonei regis frater Nelei,quem è Thessalia expulit. Valer.1.Argon.5,*

Aemoniam primis Pelias frænabat ab annis,&c.

Atrox Pelias.Valer.1.Argon.141.
Superbus Pelias.Valer.1.Argon.34.

¶ *Laues Peliam Prouerbialiter dictum apparet,ubi quis salutem pollicitus,adfert exitium:aut ubi quis prodesse conatur, ingens addit malum.Ductum à notissima Peliæ fabula:quem*

dũ filiæ à Medea persuasæ studeant ad iuuentã reuocare, lebeti feruenti impositum occiderunt. Non intempestiuiter etiam dicetur ubi quis falsa spe ductus inanem sumit operam.

Pelicanus] *huius pelicani,pen.prod. (πηλεκᾶν) auis Aegyptia, nascitur in solitudinibus maximè Nili fluminis.Duo sunt pellicanorum genera:unum uolatile, alterũ aquaticum. Hæ aues tanquã colaphis rostrorũ dicuntur occidere parum los suos, eosdemq; in nido ociosos à se lugere per triduum. Postremò dicunt matrem seipsam grauiter uulnerare,& sanguinem suum super filios fundere, quo illi superfusi reuiuiscunt. Hæc ex B. Hieronymo,ut ait Calepinus.Vide diligenter Fabrum in Psalmos:& Aristot.de animalibus,in dictione* Pelecanes & Platea.

Pelides] *Vide* Peleus.

Peligni] *πηλιγνοὶ,populi Marsis finitimi,quorum metropolis est Sulmo. Pelignum enim est urbs,ex qua Ouidius duxit originem,sicut ipse testatur 3.Amor.eleg.14.2.*

Pelignæ gentis gloria dicar ego.

Sipontinus,Pelignum,oppidum est Sabinorum,Marsis uicinum, in cuius agro pessima oriuntur uina. Mart.lib.13.121, Massica Peligni mittitur turbata coloni, &c. Peligni ex Illyryco profecti sunt, ductu Volsinij regis,cui cognomen Lucullo fuit,& partem Italiæ occuparunt: Ei duo nepotes fuerunt: Pacinus,à quo Pacinates:& Pelicus,à quo Peligni.Hactenus Sipontinus ex Festo.

Acer Pelignus.Silius lib.8.102.
Aquosi Peligni.Ouid.2.Amor.eleg.1.1.
Salubres Peligni.Ouid.2.Amor.eleg.16.8.

¶ *Pelignus,Adiectiuum (πηλιγνὸς)ut, Præla Pelignã.Martial. libro.1.110.*

Arua pererrantur Peligna liquentibus undis. Ouid. 2. Amor. eleg.16.1.
Frigora Peligna.Horat.3.Carm.ode 19.2.
Ruis Pelignum.Ouid.2.Amor.eleg.16.1.

Pelion] *Pelij,n.g.(πήλιον) mons Thessaliæ uersus Orientem solem,ut scribit Herodotus lib.7.Hius meminit Lucanus lib. 6.& Ouid.5. Fastor.77,*

Pelion Aemoniæ mons est obuersus in Austros,
Summa uirent pinu:cætera quercus habet

Altus pelion.Virg.3.Georg.19.
Ingens Pelion.Stat.1.Achill.31.

¶ *Pelius,Adiectiuum (πηλιώτικὸς) Cic.pro Celio, 13, Vtinam ne in nemore Pelio.*

¶ *Peliacus,pen.cor.Aliud;adiectiuum(πηλιακὸς)ut,Apex Peliacus.Ouid.1.Fast.62.*

Cuspis Peliaca, hasta Achillis, quæ ex monte Pelio excisa fuit. Ouid.12.Metam.15.

Vertex Peliacus.Ouid.2.Amor,eleg.11.1.
Vmbræ Peliacæ.Valer.1.Argon.19.Vmbræ, propter syluam.

Pella] *πέλλα, ciuitas est Macedoniæ, ut scribit Liu. lib. 6. de secundo bello Pun.& in littore maris Aegei,ut ostendit Herodotus lib.7.Eam Pomponius Mela scribit illustratam maximè alumnis Philippo & Alexandro eius filio. Nam in ea Alexander natus dicitur,ut est testis Iuuenalis Satyr.10.17,*

Vnus Pellæo iuueni non sufficit orbis. Id est, Alexandro. Lucan.lib.10,

Illic Pellæi proles uesana Philippi. Fuit & Pella;ciuitas exigua,ut idem poeta docet lib.10.11;

Exiguæ secura fuit prouincia Pellæ.

¶ *Pellæus, Adiectiuum (πηλλαῖος) ut, Diadema Pellæum.Lucan.lib.5.12.*

Pellæi gens fortunata Canopi.Virg.4.Georg.58.
Gula Pellæa,apud Martialem,pro delicijs Maced.lib.13.85.

Pellaconias] *fluuius in Media ad oram Arabiæ, quod Bu*

ram oppidum præterfluit.Plin.lib.6.cap.26.

Pelleus] *Pagus est intimi sinus Persici:cui hoc nomen à sua patria dedisse Alexandrum Magnum, Plin.lib.6.cap.27.commemorat.*

Pellaon] *Adriatici seu Veneti sinus oppidum. Plin.lib.3.cap. 19,Istriæ annumerat Palsicium & Pellaonem.*

Pellax] *pellacis,pen.prod.om.gen. (πηλαγωγὸς)Qui per blanditias decipit.Virg.2.Aeneid.18,*

—inuidia postquam pellacis Vlyssi
(Haud ignota loquor) superis concessit ab oris. Seruius.

¶ *Pellacia,pellaciæ(πηλαγωγία) Fallacia.Lucret.lib.2.113,*

Subdola quũ ridet placidi pellacia Ponti.Virg.4.Georg.

Pellene] *pen.prod. (πελλήνη)oppidum,teste Strab.lib.8,Achaiæ, quòd à mari LX. stadia distat:à quo Pellenei,populi.*

Pellene, ucus Stratonis à quo Pellenicæ,chlænæ uestes,ad agonas uictoribus præmia proponebatur.

¶ *Pellenæa uestis.Prouerbium usurpari solitũ, ubi priscum cultum notamus. In ea enim ciuitate diuersæ uestimentorum formæ fieri consueuerũt,attestante Suida. Et Iulius libro de Rerum uocabulis 7, prodidit lenas Pellenicas olim nobis fuisse, adeò ut in Iunonis ludis ac certaminibus uictori lacerna Pellenica præmij uice daretur. Lepidius erit,si per ironiam adhibeatur: ueluti si cui pro laboriosis ac diutinis officijs uile munusculum missum sit, dicamus Pellenæam uestem contigisse.Erasmus.*

Pelles] *Mantica, seu pera uiatoria. Vulgus Valisiam appellat, quòd ex pellibus conficiatur.Paulus in l.de tapetis,Sicut pelles,quibus inuoluuntur uestimenta.*

Pellex] *pellicis,pen.corr.fœ.gen.(πάλλακη, παλλακὶς) Paulus iureconsultus de uerb.& rerũ signif.l. Masurius, scribit libro Memoraliũ, pellicem apud antiquos eam habitã, quæ quũ uxor non esset,cum aliquo tamẽ uiuebat:eamq; nunc uero nomine amicam, paulò honestiore concubinã appellari. Caius Flaccus in libro de iure Papyriano scribit pellicẽ nunc uulgò uocari, quæ cũ eo cui uxor sit,corpus misceat:quoniã eam quæ uxoris loco sine nuptijs in domo sit, quam Græci παλλακὴν uocãt. Horũ utrunq; (inquit Valla) uere sensisse, & dixisse arbitror. Sed tamẽ pro suscepti operis officio,admonere debeo,pellicẽ apud oratores & poetas,eam demum haberi, quæ cum eo cui uxor est, corpus miscet. Ideoq; tuno semper prosequitur pellices,quæ sibi uxori Iouem præriperent. Vnde Plin.lib.35.cap.10,uerbo Græco maluit uti(quũ de Alexandro loqueretur, quẽ constat eo tempore cælebem fuisse,quũ Apellem scorto donauit) quàm ueteri(si uerũ est) Latino: pallace potius,quàm pellice. Quo fit, ut Curtiũ, ubi de eodem Alexandro,& alijs loqueretur,cæterosq; scriptores opiner pellacen potius quàm pellicem pro concubina cælibis hominis dixisse. Sueton.de Vespasiano loquẽs,cap.21, Pallacarum dixit,nõ pelliciũ. Sin aliter inuenitur, librariorũ uitio dandũ est. Cuius rei hoc argumentũ est,quòd non rectè quis dicitur habere pellicem,sed uxor. Et est nomen relatiuũ ad alterius uxorẽ, cuius cum uiro rem habet, non aũt ad masculum:nec rectè dicturos fuisse reor oratores illos qui pallacẽ dixerũt,si pellicẽ dixissent,ut patet. Hactenus Valla lib.6. Cic.in Orat.58,Ab hac indole iã illa matura, Vxor generi, nouerca filij,filiæ pellex. Verba hæc leguntur p Cluent.157.*

Matris pellex filia.Sallust.in Cic.1.Ouid.10.Metam.69.
Nomine depositò pellicis,uxor erit.Ouid.epist.9.27.
Natus de pellice.Ouid.2.Metam.94.

Pellex *(ut nonnullis placet) à Pellicio deducitur:quod est Blandiendo decipio: quia blandiendo uirum ab uxore seducit. Gellius à Græco deriuari uult. ait enim lib.4.cap.3, Pellex autẽ quasi παλλαξ, id est, quasi παλλακὶς, ut pleraq; alia, ita hoc quoq; uocabulum de Græco flexum est.*

Pellices (inquit Festus) nunc quidem appellantur alienis succumbentes, non solùm fœminæ, sed etiã mares. Antiqui eam proprie pellicem nominabant, quæ uxorem habenti nubebat: cui generi mulierũ etiam pœna constituta est à Numa Pompilio hac lege, Pellex aram Iunonis ne tangito. Si tanget, Iunonis crinibus dimißis agnum fœminam cædito.

Cubiculorum omniũ pellicem Sallustiũ uocat Cic. in respons. 13.

¶ Pellicatus, huius pellicatus, pen. prod. Actus quem pellex exercet. Cic. 2. Offic. 35, Ab ea enim est ipse, propter pellicatus suspicionẽ interfectus. Idem pro Cluent. 9, Sed nefarium matris pellicatum ferre non posset.

Pelliceo] pellices, pen. corr. pellicui (ὑπάγω) pellicere uix legitur: tamen apud Columellam pro Blanditijs impetrare, potium uidetur, nisi locus corruptus est, quum ait in præfatione libri duodecimi, 8, de Villica loquens, Sed domi sedentes confectas uestes fastidio habeãt, peruersaq; cupidine preciosiores alias à uiris pelliceant.

¶ Pellicio, pellicis, pen. corr. pellexi, pellectum (ὑπάγω, προσάγω, ἐπιτύρομαι, ὑφέλκομαι) pellicere, Blandiendo decipere. inducere, adducere. Terent. Phorm. 1. 2. 14.

Is senem per epistolam pellexit. Cic. pro Cluent. 9, Animum adolescentis nondũ cõsilio ac ratione firmatũ, pellexit ijs omnibus rebus, quibus illa ætas capi ac delimiri potest. Plin. lib. 18. cap. 6. 10, Ceu fruges alienas pellicere ueneficijs.

In fraudem pellicere. Lucret. lib. 5. 201.

Mulierem imbecilli consilij ad sese pellicere. Cic. pro Flac. 56.

Maiorem partem sententiarum sale tuo, & lepore, & politißimis facetijs pellexisti. Cic. 1. de Orat. 125.

Pellicio, ex Per & Lacio cõponitur, mutatis r in l, & a in i. Festus, Lacit, decipit, inducit: Lax, lacis uerò, fraus est.

¶ Pellicator, huius pellicatoris (ὑπαγωγεύς) inquit Festus, qui ad fraudem pellicit.

Pellis] huius pellis, fœm. gen. (δέρμα, δέρρις, δορά, δίνδος) dicitur quum est à carne separata, quæ cutis antea dicebatur. Iuuenalis Satyr. 10. 20,

—habes deformẽ pro cute pellẽ. Cic. 1. de Nat. deor. 111.

Quam tu nunquam ne in somnis quidem uides, nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo.

Asperæ pelles. Horat. 2. Carm. ode 20. 2.

Atræ pellis duritia. Ouid. 3. Metam. 13.

Decora pelle speciosus, turpis introrsum. Horat. 1. epist. 17. 9.

Frigida pellis. Lucret. lib. 6. 240.

Fulua pellis leonis. Virg. 8. Aeneid. 111.

Lanatæ pelles. Vide Lana.

Lutea pellis. Pers. Satyr. 3. 10.

Ouina pellis. Vide Ouinus in Ouis.

Pastoria pellis. Ouid. 2. Metam. 137.

Rigidæ pelles. Claud. 3. de raptu Proserp. 69.

Villosæ pelles. Ouid. 12. Metam. 64.

Luridæ pelle amicta ossa. Horat. Epod. 27. 5.

Aret pellis. Virg. 3. Aeneid. 101.

Comans pellis sidereis uillis. Valer. 8. Argon. 26.

Detrahere pellem alicui, metaphoricõs dictum est, pro detegere animum alicuius. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 13.

Erepta iuuenco pellis operit humeros. Virg. 11. Aeneid. 136.

Pictis pellibus incinctæ. Virg. 4. Georg. 69.

Stratis pellibus incubuit. Virg. 7. Aeneid. 18.

Insternor pelle leonis. Virg. 2. Aeneid. 145.

Ponunt pellem senectæ dracones. Ouid. 7. Metam. 48.

Producere pelles dentibus. Vide Produco.

Quiescere in propria pelle, est Contentum esse sua sorte, nec aliorum fortunis aut opibus inhiare. Horat. 1. Serm. Sat. 6. 5.

Dura pellis ad tactum resistit. Virg. 3. Georg. 101.

Tunsa per integrũ soluuntur uiscera pellẽ. Virg. 4. Georg. 61.

Vti pellibus, & spolijs ferarũ uestire corpus. Lucret. lib. 5. 191.

Sub pellibus, id est, in castris statiuis. Cic. 4. Acad. 9, Vt nõ multum imperatori sub pellibus ocij relinquatur. Budæus. Militum enim tabernacula apud antiquos pellibus cõficiebãtur.

¶ Pellicula, pen. corr. Diminutiuum (δερμάτιον) Cic. pro Muræna, 69, Atq; ille homo eruditißimus ac Stoicus strauit pelliculis hœdinis lectulos punicanos. Et Plin. lib. 59. cap. 6. 7, Pellicula canina.

Continere se in sua pellicula. Martial. libro 3. 16. hoc est, intra suam fortem se continere.

Veterem pelliculam retines. Pers. Satyr. 5. 12. Hoc est, pristinos mores.

Curare pelliculam. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 8. hoc est, corpus molliter tractare.

¶ Pelliceus, Adiectiuum (δερματινός) Quod est ex pelle.

Stragulum pelliceum. Paulus in l. cum & tunicam. ff. de auro, argento, &c.

¶ Pellitus, pen. prod. Aliud adiectiuũ (δερματέμων) Qui pelles habet, uel pellibus tectus est. Propert. lib. 4. eleg. 1. 3,

Pellitos habuit rustica chorda patres.

Oues pellitæ. Horat. 2. Carm. ode 6. 2. hoc est, pellibus tectæ ad lanam conseruandam.

Getæ pelliti. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 1. hoc est, pellibus tecti ad arcendum frigus.

Iuuentus pellita. Claud. 7. Paneg. 93.

¶ Pelliculo, pelliculas (πωμάζω) pelliculare, Alligatis pelliculis obturare. Colum. lib. 12. cap. 39. 2, In alia uasa deliquare, & confestim opercula gypsare, & pelliculare.

¶ Pellio, huius pellionis, m. g. Qui uestes pelliceas, & ex pellibus alia opera facit. Plaut. Menæch. 9. 47,

Quasi suppellex pellionis, palus palo proximus est.

¶ Pellarius, pellarij, Idem. Firmicus lib. 4. cap. 7, Faciet pellarios, coriarios, caligarios.

Pello] pellis, pepuli, pen. corr. pulsum, (ὠθέω, ἐλαύνω, κινέω) pellere, Percutere, ferire, trudere. Liu. 2. ab Vrbe, 28, Tarquimiensis nouus hostis non stetit solùm, sed etiam ab sua parte Romanum pepulit.

Fugari & pelli. Cic. pro Cecinna, 23, Quid ais? is qui armis perterritus, fugatus, pulsus est, non uidetur esse eiectus?

Pellere aliquem. Terent. Eunuch. 5. 9. 50.

Inimicos pellere tectis. Ouid. epist. 1. 23.

Pellere à. Terent. Eunuch. 2. 1. 9,

Istum æmulum quod poteris, ab ea pellito.

Pellere de. Cic. 4. Acad. 255, Verùm illud certum, comprehensum, perceptum, ratum, firmum, fixum fuisse uis: deq; eo nulla ratione neq; pelli, neq; moueri potes.

Pellere è foro. Cic. in Pisonem, 17.

Pellere ex regione. Plin. lib. 10. cap. 43. 2.

Pellere in exilium. Cic. 2. de Orat. 31.

Domo pellere aliquem. Cic. pro Domo sua, 85.

Pelli foras. Terent. Eunuch. 5. 9. 11.

Ostiatim pellere. Vide Ostiatim in Ostium.

Pelli, pro Exagitari et affligi. Cic. ad Nigidiũ, lib. 4. 13. 4, Quã quã enim nulla meipsum priuatim pepulit insignis iniuria.

Pelli patria, Pelli ciuitate, agro, &c. Cic. ad Atticum, lib. 16. 331. 2, Item, lib. 8. 155. 3. Et in Parad. 33.

Pelli regno, aut sedib. Cic. 2. Offic. 115. Et Liu. 1. ab Vrbe, 176.

Regnoq; domoq; pellimur. Ouid. 14. epist. 23.

Mouere & pellere. Cic. 2. de Fin. 55.

Pellere aciem, atq; in fugam conuertere. Cæs. 1. bel. Gal. 223.

Canicies pellens lasciuos amores. Horat. 2. Carm. ode 11. 2.

Animum pellere. Liu. 10. bel. Pun. 62. Non mediocri cura Scipionis animum pepulit. Sic Pellere animum & mentem, Cic. 4. Acad. 120.

Animus

Animus hominum aureosq; pellere. Cic. in Orat. 102.

Animum pellit species utilitatis. Cic. 3. Offic. 54.

Visa nos & appetitionem pellunt. Cic. 4. Acad. 59.

Crinina pellere ab aliquo. Ouid. 3. de Arte, 76.

Curas pellere uino. Horat. 1. Carm. ode 7. 6.

Glande famem pellere. Ouid. 14. Metam. 44.

Frigus pellere. Plin. lib. 20. cap. 3. 5.

Humum pellere pedibus. Catul. in Epithal. Mallij, 56. 3.

Initium sermonis pellere, Commouere longum sermonem. Cic. de claris Orat. 165.

Nec pudeat populisse lyram. Ouid. ad Pisonem, 34.

Metum pellere. Cic. 4. de Fin. 18, Vt pellatur mortis & religionis metus. Sic Pellere timorem animo, apud Plautum, quum quod Virgilius Mittere dixit.

Mœstitiam ex animis pellere. Cic. 1. de Fin. 68.

Moram pellere. Ouid. 2. Metam. 168.

Morbos pellere arte Phœbea. Ouid. 3. Fast. 166.

Pericula pellere. Horat. 2. epist. 1. 28.

Sitim pellere. Horat. 3. Carm. 1. 3.

Segnes somnos pellere. Colum. lib. 10. 7.

Vestigia intrantis perpulere somnum. Silius lib. 7. 61.

Timores pellere. Virg. 5. Aeneid. 163. Cic. 2. Tusc. 15.

Vmbras noctis pepulit Sol. Catul. de Berecynth. epig. 58. 9.

¶ Pulsus, Participiũ (ὠλασεν, ἐπηρυγθείς) ut, Patria pulsus Aristides. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 15.

Regnis pulsi. Virg. 7. Aeneid. 44.

Solio pulsus ob inuidiam. Virg. 10. Aeneid. 171.

Vi pulsus iniqua. Valer. 3. Argon. 99.

Reficere pulsos in prælia. Virg. 11. Aeneid. 147.

Vulneribus pulsus. Virg. 11. Aeneid. 12.

Amor pulsus. Virg. 4. Georg. 64.

Arbor pulsa uentis. Lucret. lib. 5. 221.

Dolor pulsus corde. Virg. 6. Aeneid. 77.

Fides pulsa auro. Propert. lib. 3. eleg. 13. 11.

Lyra pulsa manu. Ouid. 10. Metam. 41.

Macies pulsa fugit. Ouid. 7. Metam. 58.

Sensu pulsa natura sentit. Cic. 1. de Nat. deor. 39.

Nerui in fidibus pulsi. Cic. de clar. Orat. 104.

Pudor pulsus. Ouid. 6. Metam. 75.

Taurus pulsus armentis. Lucan. lib. 2. 120.

Tympana pulsa manu. Ouid. 1. de Arte, 108.

¶ Pulsus, huius pulsus (ὠθεισμός, κίνημα) Mart. lib 7. 6,

Et ungularum pulsibus calens Ister.

Pedum pulsu tremit tellus. Virg. 12. Aeneid. 89.

Impetus pulsusq; remorum. Cic. 1. de Orat. 74.

Creber pulsus. Virg. 12. Aeneid. 107.

Sæcer æris pulsus. Valer. 6. Argon. 29.

Strepit machina pulsu. Stat. 1. Syl. 1. 13.

Ex se sua sponte moueri, & pulsu alieno agitari, contraria. Cic. 2. de Nat. deor. 45.

Inanimum est omne, quod pulsu agitatur externo. Cicero 1. Tusculan. 85.

Externus & aduentitius pulsus animos dormientium commouet. Cic. 2. de Diuin. 188.

Imaginum pulsus. Cic. 2. de Diuin. 204.

Pulsus uenarũ. Plin. lib. 2. cap. 97. 7. Apud eundem, Pulsus uenarum tardus aut languidus, aut citatus. Pulsus autem est ubi coniungitur manus lacerto. Plin. lib. 11. cap. 37. 87, Arteriarum pulsus in cacumine maximè membrorum euidẽs, index ferè morborum. Alibi idem Plinius percussum appellat.

Venarum pulsum attingere. Tacit. lib. 5.

¶ Pulso, pulsas (πατάσσω, πρύω, πάτταλω, πτυπέω, πρόσκινω) pulsare, Frequentatiuum, Graui & uehementi ictu cædere & protrudere. Cic. 7. Verr. 111, Sex lictores circunsistunt ualentissi-

mi, et ad pulsandos, uerberandosq; homines exercitatißimi.

Ictu crebro pulsarier. Lucret. lib. 4. 189.

Saxis pulsatur & hastis. Valer. 6. Argon. 137.

Murus pulsatur ab hoste. Ouid. 3 de Ponto, eleg. 1. 5.

Ligones pulsarunt aruã. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 7.

Caput uento pulsatur & imbri. Virg. 4. Aeneid. 50.

Pulsare ostium, fores, uillam. Plaut. Amph. 4. 295. Idem Pœnul. 10. 29. Et Rud. 10. 5.

Limina pulsantur uirga. Stat. 1. Syl. 2. 10.

Postes pulsare. Ouid. 2. Metam. 154.

Ostiatim pulsare. Quint. lib. 5. cap. 10. 85.

Pulsare lyram, uel citharam pectine: pro, Canere uel ludere, aut (quod ait Virgilius) Citharæ personare. Virg. 1. Aen. 130.

Vlulatus pulsat aures. Claud. de bello Getico, 126.

Pulsare, Lædere, uiolare. Virg. 12. Aeneid. 58,

Pulsatos referens infecto fœdere diuos. hoc est, uiolatos, læsos fractis fœderibus. Seruius.

Pulsare, ad animum refertur. Plaut. Epid. 11. 3,

Meumq; pectus pulsant.

Pulsari & agitari. Cic. 1. de Nat. deor. 157.

Crimine falso pulsari. Claud de bello Gildon. 34.

Visione externa & aduentitia pulsari animos. Cicero 2. de Diuin. 186.

Vecordia te pulsat. Ouid. 12. Metam. 46.

¶ Pulsari, etiam ad ius suue iudicũ refertur. Vlpianus in l. de ætate. §. qui interrogatus. D. de interrogat. act. Qui interrogatus respondẽrit: sic tenetur, quasi ex cõtractu eius obligatus, pro quo pulsabatur: dum ab aduersarijs interrogetur.

¶ Pulsans, Participium (πατάσσω) ut, Cymbala pulsans. Iuuenal. Satyr. 9. 7.

Pauor pulsans corda. Virg. 3. Georg. 22.

¶ Pulsatus, pen. prod. Aliud participium (πυκτεύω) Plinius lib. 12. cap. 9. 3, Pulsatæ fluctibus arbores. Cic. pro Cælio, 14, Aiebant enim fore testem Senatorem, qui se Pontificijs comitijs pulsatum à Cælio diceret.

Æquor pulsatum remige. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 1.

Campus pulsatus assiduis equis. Ouid. 6. Metam. 44.

Ianua pulsata sepulchri. Ouid. 3. Trist. eleg. 2. 5.

Saxa pulsata. Virg. 3. Aeneid. 111.

¶ Pulsatio, Verbale (πεῖσις) Liu. 1. bel. Maced. 156, Et maiore cum sonitu quàm uulnere ullo pulsatio scutorum parumper succedentes Romanos tenuit. Cic. pro Cælio, 16.

¶ Pulsator, pen. prod. Aliud uerbale (πυκτής) ut, Cithariæ pulsator Apollo. Valer. 5. Argon. 139.

¶ Pulsandus, Participium (πατητέος) ut, Tellus pulsanda pede libero. Horat. 1. Carm. ode 37. 1.

Area pulsanda equis. Ouid. 3. Amor. eleg. 14. 4.

¶ Pulsula, pulsulæ, pen. corr. (φλύκταινα) Diminutiuũ, pro Ampulla, & pustula. Mart. lib. 14. 172.

Feruida ne trito tibi pollice pulsula surgat. Fortasse legendum, pustula.

¶ Pulto, pultas, (πατάσσω) pultare, A' supino pultum, quo antiqui utebantur. Terent. Adelph. 4. 4. 24,

Perij, horresco semper ubi pultare hasce occipio fores.

Pultare & Mertare antiqui dicebant, pro Pulsare & Mersare, ut ait Quint. libro 1. unde est tam crebrò apud Plautum, Pultare fores.

Pellos] siue Pellus, pelli, Earum auium genus quæ à Latinis ardeæ, siue ardeolæ dicuntur. dicta à πέλλος, aduerbio, quod significat Prope, quoniam non tam in sublime attollitur, quàm soleant aliæ species. Vide Plinium lib. 10. cap. 60.

Pelluceo] pelluces, pen. prod. pelluxi (διαφαίνω) pellucere, Per medium lucere. Quintilianus, Sed ut inter se uincti, atq; ita coeuntes, ne commissura pelluceat. Celsus lib. 2. cap. 10,

Si sanguis qui initio fluerat, & rubere & pellucere cœperit. Vide Perluceo.

Perlucens oratio. Cic. de claris Orat. 149.

Quasi pellucet ex ijs quas cõmemorauí uirtutibus. hoc est, clarâ & aperta siue manifesta ex his, &c. Cic. 2. Offic. 45. Vetustiora tamen exemplaria legunt, perlucet.

¶ Pellucidus & Pellucidulus, Adiectiua (διαφανὴς) Vide Perlucidus.

Pelluo] pelluis, pellui, pellutum, pen. prod. (πατταλύω) pelluere, Perfectè lauare. Vide Perluo.

¶ Pelluuium, pelluuij, (ποδόνιπτρον) Vas in quo lauantur pedes à pedum lotione dictum, uel, ut ait Festus, uas in quo manus lauantur: aliàs peluis.

Pelluuia, pelluuiæ, Idem (ποδονιπτῆρ.)

Pelonia Dea] à pellendis hostibus, sic dicta. Arnobius, Pellendorum hostium potens credebatur Pelonia.

Pelopea] Pelopeæ, πελόπεια, Thyestis filia, quæ à patre grauida facta insigni forma infantulum peperit, quem recenter natum, ne turpitudo sua palàm fieret, feris deuorandum in syluis reliquit. Euenit tamẽ dijs ita uolentibus, ut pastor quidam illic iter faciens in puerum incideret: qui misericordia motus, domum suam illum detulit, lacteq; caprino educauit. Vnde & Aegysthus appellatus est: de quo uide suo loco. Ouid. Epist. 1. & lib. 1. de Remed. amor. Vide & Senecam in Thyeste.

Pelopia] quam nominatam Thyatiram & Euhippam ait Plinius, urbs est in Epheso, quæ Lyco flumine alluitur. Plin. lib. 5. cap. 29.

Pelopidas] πελοπίδας, Thebanus quidam fuit rei militaris gloria clarissimus, arctissimoq; amicitiæ fœdere cum Epaminonda coniunctus. Vitam eius uide apud Plutarchum.

Peloponnesia] Mulier quædam, quæ quinquies quaternos enixa est: à Paulo Iurisconsulto commemoratur in l. 3. D. si pars hæredit. pet.

Peloponnesus] pen. prod. (πελοπόννησος) Regio Achaiæ, à Pelope Hippodamiæ uiro dicta, quasi Pelopis insula, quoniam penè insula est. Qui superato Oenomao Hippodamiæ patre in certamine, totum illud regnum in dotem accepit, & ex Phrygia secum in eam regionem duxit populum. Hæc Apie antè appellata, & Pelasgia peninsula, haud ulli terræ no billitate postferenda. Circuitu trecentorum sexagintatrium millium passium colligitur, angustiæ sex millium sunt, nisi erumpentia ediuersò quæ dicta sunt maria, hinc Corinthiacum, illinc Saronicum sinum efficiunt. In Peloponneso sunt Argos, Mycenæ, Corinthus, Lacedæmon, Patræ, Malea promontorium, Epidaurus: regiones, Arcadia, Sicyonia. Peloponnesus hodie uocatur Morea.

In Peloponneso uixit Dicæarchus. Cic. Attico, lib. 6. 113. 4.

Elis in Peloponneso familias duas certas habet, Ianundarum unam, alteram Glutidarum, aruspicinæ nobilitate præstantes. Cic. 1. de Diuin. 150.

¶ Peloponnesius, Adiectiuum (πελοποννήσιος) Cic. Attic. lib. 6. 113. 4. Peloponnesias ciuitates omnes maritimas esse hominis non nequam, sed etiam tuo iudicio probati, Dicæarchi tabulis credidi.

¶ Peloponnesiacus, pen. corr. Aliud Adiectiuum (πελοποννησιακὸς) Cic. 1. Offic. 118, Vt Callicratidas, qui quum Lacedæmoniorum dux fuisset Peloponnesiaco bello, multaq; fecisset egregiè, uertit ad extremum omnia, &c.

Pelops] huius Pelopis, pen. corr. (πέλοψ) Tantali potentissimi Phrygum regis filius fuit. Hic quum Hippodamiam Oenomai Pisæ regis filiam, coniugem desideraſſet, iniquissimis conditionibus propositis ab Oenomao reiectus est: quæ res bellum fuscitauit, in quo Myrtilo præfecto suo proditore, regno Oenomai Pelops potitus est. Hinc illæ poetarum fabulæ. Lege Diodori Siculi librum 5. Pelops equorum pernicitate uicit Oenomaum, abduxitq; expacto uxorem Hippodamiam. Hac de re uide Ciceronem 3. Tusc. 44.

Equi Pelopis. Cic. 2. Tusc. 112.

Pater Pelopis, Tantalus. Horat. Epod. 17. 3.

Periuri Pelopis hæres. Catul. Argon. 69.

Insignis Pelops eburno humero. Virg. 3. Georg. 2.

¶ Pelopidæ (πελοπίδαι) dicti sunt, qui à Pelope originem duxerunt. Cic. Curio, lib. 7. 29. 3.

¶ Pelopeius, πελόπειος, Nomen possessiuum. Vnde Fabula de Pelope scripta, Pelopeia dicta est. Iuuen. Satyr. 17. 10, Præfectos Pelopeia facit Philomela Tribunos.

Arua Pelopeia. Ouid. 8. Metam. 125.

¶ Pelopeus, Adiectiuum (πελόπειος)

Domus Pelopea. Propert. lib. 3. eleg. 19. 4.

Mœnia Pelopea. Virg. 2. Aeneid. 39.

¶ Pelopeis, pen. prod. Patronymicum fœmininum (πελοπὶς) Vnde Pelopeides. Ouid. 4. Fast. 57.

¶ Pelopeias, Aliud patronymicum fœmininum, (πελοπιάς.) Mycenæ Pelopeiades. Ouid. 6. Metam. 83.

Peloria] sunt Festa apud Thessalos, eademq; apud Cretenses Hermea. anniuersarios enim dies habebant, quibus exæquato iure, serui dominiq;, socij & penè pares, communi libertate fruebantur.

Peloris] pen. prod. peloridis, fœminini generis (πελωρὶς) genus conchæ, chama maius, inquit Eustathius, idcircoq; peloris propter magnitudinem appellatur. Horatius 2. Serm. Satyr. 4. 7,

Murice Baiano melior Lucrina peloris. Plin. lib. 32. cap. 11. 5. & cap. 9. 5, Et pelorides emolliunt aluum. Martial. lib. 6. cap. 11,

Tu Lucrina uoras, me pascit aquosa peloris. Idem libro 10. 37.

Et fatuam summa cœnare pelorida mensa, &c.

Peloris] Peloridis (πέλωρ) Idem quod Pelorus. Cic. 7. Verr. 5, Illis quibus Siciliam propinquam fuisse dicis, facilius fuerit ad Oceanum peruenire, quàm ad Peloridẽ accedere.

Pelorus] pen. prod. (πέλωρ) Promontorium Siciliæ Italiam uersus, à Peloro gubernatore nauis Annibalis, ibi sepulto. Pomponius. De hoc promontorio Lucanus lib. 2. 88,

Extremi colles Siculo cessere Peloro. Plin. lib. 3. cap. 5. 37. & cap. 8. 2. Strabo lib. 6.

Angusti claustra Pelori. Virg. 3. Aeneid. 83.

Angusta sedes Pelori. Virg. 3. Aeneid. 138.

Siculi Pelori angusta. Ouid. 15. Metam. 141.

Ausonius Pelorus. Ouid. 5. Metam. 70.

Pelta] peltæ (πέλτη) Scutum breuissimum, in modum lunæ iam mediæ. Virg. 1. Aeneid. 99,

Ducit Amazonidum Lunatis agmina peltis. Scuta Amazonica uocat Nonius. Plin. lib. 12. cap. 5. 2, Foliorum latitudo peltæ effigiem Amazonicæ habet.

Lunatæ peltæ. Virg. 1. Aeneid. 99.

¶ Peltatus, pen. prod. Adiectiuũ (πελτατὸς) Qui pelta utitur. Liu. 8. bel. Pun. 23.

Puellæ peltatæ. Ouid. 2. Amor. eleg. 14. 1.

¶ Peltifer, pen. corr. Aliud adiectiuum (πελτοφόρος) ut, Puellæ peltiferæ. Stat. 12. Theb. 153.

¶ Peltastæ, peltastæ, m. gen. Idem (πελτασταὶ) Liuius 1. bel. Maced. 140, Nocte cetratos, quos peltastas uocant, loco opportuno iure bina castra in insidijs abdiderat.

Peltæ] arum (πέλται) Phrygiæ oppidum, à quo uicinus campus Peltinus appellatus est. Strabo lib. 12. & 13.

Pelteni] Populi in Lycaonia, in Asiaticam iurisdictionem uersi.

uersi. Plin. lib. 5. cap. 27.

Peluis] huius peluis, f. g. (λεκάνη, λετρὸς) quasi pede lauis, inquit Varro: à pedum lauatione. Alij peluis sinum aquarium putãt, in quo uariæ res pelluntur. Cato cap. 10. 2, Peluis una.

Patulas effundere pelues. Iuuen. Satyr. 3. 27.

Peluſium] πηλούσιον, Vnum ex ostijs Nili, & ciuitas in quadam Aegypti parte, quæ Augustanica est appellata, prope Thebaidem. Hanc urbem condidit Peleus Achillis pater, monitu deorum post lustrationem. Iuxta Peluſium est optima leis. Plin. lib. 7. cap. 34.

¶ Peluſius, & Peluſiacus, pen. corr. (πηλούσιος, πηλουσιακὸς) Mart. in Xenijs, 9,

Accipe Niliacam Peluſia munera lentem. Virgil. libro 1. Georg. 246,

Nec Peluſiacæ curam aspernabere lentis.

Ora Peluſia. Lucan. lib. 8. 162.

Gurges Peluſiacus Nili. Lucan. lib. 10. 11.

Paludes Peluſiacæ. Claud. de Phœn. 3. 20.

Stamen Peluſiacum. Silius lib. 3. 5.

¶ Peluſiana mala, πηλουσιακὰ μῆλα, leginus apud Colum. lib. 5. cap. 10. 13.

¶ Peluſiotæ, πηλουσιῶται, Populi in extremis finibus Aegypti, Peluſium oppidum incolentes ea in parte, qua Aegyptus Arabiæ contermina est. Hieronymus contra Iouinianum: Impelle, si uales, Peluſioten, ut manducet cæpe.

Peminosus] pen. prod. Adiectiuum (δυσώδης) Id est, mali odoris, inquit Festus: à pædore dictum. Proinde diphthongo æ scribendum esset. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 51, Solida terra pauitam, maximè si est argillosa, ne situ peminosa, in rimis eius grana oblitescant. Sic legit Festus. At exemplaria quædam legunt, Ne æstu rimosa, in rimis eius grana oblitescant. Vetustiora tamen legunt, pæminosa.

Pemma] tis, Pemmata azyma (πέμματα ἄζυμα) Placentæ sunt in clibano assæ, atq; mox quum extractæ sunt, in mel calidum, ut id in totas sese recipiant, inijciuntur. Galenus lib. 1. de Alimentorum facultatibus, cap. 3.

Pemma] oppidum in Arabia. Plin. lib. 6. cap. 29.

Pemphinx] πέμφιγξ, flatus, gutta, nebula, pulsus crebrior. Hinc pemphingodes febres, quæ spiritibus affluunt, interpretantur. Hippocr. lib. 6. de Morbis uulgaribus. Febrium aliæ mordaces sunt manu, aliæ falsuginosæ, aliæ pemphingodes, aspectu terribiles. Galen. Commen. lib. 1. cap. 6. Hippocrat. de Morb. uulgarib.

Penarius] Vide Penus.

Penates] pen. prod. penatiũ, penatibus (πατρῷοι θεοὶ, ἑρκεῖοι θεοὶ) Dicti sunt dij (inquit Cic. 2. de Nat. deo. 98) siue à penu ducto nomine (est enim omne quo uescũtur homines, penus) siue ab eo quòd penitus insident, ex quo Penetrales à poetis uocantur. Macrob. lib. 3. Satur. cap. 4, Penates esse dixerũt, per quos penitus spiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi possidemus. Cuius nominatiuus singularis secundum aliquos est, hic penas: secundum alios, hic penatis. Terent. Phorm. 2. 1. 81,

At ego deos penates hinc salutatum domum Deuortar. Cic. 6. Verr. 43, Iste continuò ut uidit, nõ dubitauit illud insigne penatiũ hospitaliumq; deorũ ex hospitali mensa tollere.

Dij patrij ac penates. Cic. pro Sylla, 65.

Certi penates. Virg. 4. Georg. 31.

Desolati penates. Stat. 2. Syl. 1. 14.

Iniqui penates. Horat. 2. Carm. ode 4. 3.

Magni penates. Virg. 9. Aeneid. 52.

Miseri penates. Virg. 2. Georg. 101.

Parui penates. Virg. 8. Aeneid. 109.

Patrij penates. Virg. 2. Aeneid. 154.

Patrij penates familiares q;. Cic. pro Domo sua, 111.

Regij penates, Domus regia. Senec. Herc. Oeth. 4. 69.

Sacri penates. Senec. Octauia, 4. 13.

Tenues penates. Seneca Hipp. 2. 25.

Inuisos penates deserit. Ouid. 6. Metam. 128.

Eijcere aliquem à suis dijs penatibus. Cic. pro Quintio, 55.

Inclinatos penates erigere. Stat. 3. Syl. 3. 34.

Exterminare aliquem à suis dijs penatibus. Cic. pro Sestio, 23.

Florebant bilares, incusiq; penates. Stat. Syl. 1. 2. 9.

Auersos penates mollire hostia. Horat. 3. Carm. ode 23. 5.

In cõspectu deorũ penatiũ necare hospitẽ. Cic. pro Deiotaro, 9.

Pollutos penates perfudit multo sanguine. Ouid. 2. Metam. 31.

Ponere penates suos aliquo loco. Ouid. 1. Metam. 36.

Viduare penates. 3. Theb. 77.

¶ Penatiger, pen. corr. Adiectiuũ (ὁ ἱερὰς θεὸς φέρων) Ouid. 15. Metam. 90, Penatigero Aeneæ.

Penator] Vide Penus.

Pendeo] pendes, pependi, pensum, pendere, pen. prod. (κρεμάω, κάωρέω, σωσαρέω) Suspensum esse. Terent. Eunuch. 5. 7. 20,

Tu iam pendebis, qui stultum adolescentulum nobilitas Flagitijs.

Nati pendent circum oscula. Virg. 2. Georg. 105.

Palearia pendent à mento crurum tenus. Virg. 3. Georg. 11.

Pendere ab humero. Cic. 6. Verr. 66.

Ad matrem pendere. Vide Ad præpositionem.

Pendere de. Mart. lib. 13. 100,

Pendentem summa capream de rupe uidebis:
Casuram speres, decipit illa canes.

Capellæ pendent de rupe domosa. Virg. 1. eclog. 16.

Fistula pendet de collo. Virg. 3. Aeneid. 133.

Pendere ex arbore. Cic. 5. Verr. 54.

In arbore pendere. Cic. 5. Verr. 45.

Poma pendent in arbore. Virg. 1. eclog. 8.

In fluctu summo pendere. Virg. 1. Aen. 22. De natantib. dicitur.

Corpus pependit aqua. Ouid. epist. 17. 11.

Pendere per pedes. Plaut. Asina. 7. 35. Plin. lib. 2. cap. 5. 2, de terra, Eandemq; uniuersi cardine stare pendentem, libramentum per quæ pendeat.

Latere pendere. Cic. in Pisonem, 34.

Pendere, pro Sustentari, uel potius inniti. Ouid.

Pendet & à uestra nostra salute salus.

Salus nostra pendet tua. Silius lib. 3. 23.

Spe exigua extremaq; pendet salus nostra. Cic. pro Flacco, 3.

Casu pendemus ab uno. Lucan. lib. 5. 154.

Pendere ad. Senec. de Tranquillitate uitæ, Quod necesse est ad sua uota pendentibus, tota uita pendent.

In sententijs omnium ciuium famam nostram fortunamq; pendere. Cic. in Pisonem, 78.

Vitam omnium ex uniùs pendere. Cic. pro Marc. 13.

Aliunde pendere, & extrinsecus aut bene, aut malè uiuendi sustẽsas habere rationes. Cic. Luceio, lib. 5. 13. 2.

Cantilenam totam istam ex hoc pendere, ut quamplurimùm lucrifaciant. Brutus Cic. lib. 11. 20. 5.

De aliquo pendere. Horat. 1. epist. 1. 21.

Respublica pendet è Bruto. Cic. ad Att. lib. 14. 318. 3.

Tui, & qui ex te pendent. Cic. Domitio, lib. 6. 22. 5.

Pendere ex arbitrio alterius, quod uulgus dicit, Esse subiectum alterius uoluntati. Liu. 5. bel. Maced. 125.

Pendere ex errore, imperitæ multitudinis. Cic. 1. Offic. 94.

Pendere ex fortuna. Cic. in Parad. 19.

Terrorem & suspicionem omnem ex improbitate alicuius pendere. Cic. pro Sylla, 49.

Pendere ex laude. Quint. lib. 4. cap. 2.

Ex aliena leuitate pendere. Plancus Ciceroni, lib. 10. 21. 1.
Bellum pendet. ex una origine. Ouid. 1. Metam. 38.
Sapientem ex insipientium sermone pendere, quid turpius? Cic. 2. de Fin. 82.
Pendent rationes ex coniecturis: hoc est, ex coniecturis sumuntur & ducuntur. Cic. 4. Acad. 207.
E scripto pendere. Quint. lib. 7. cap. 4. 5.
Ex quo uerbo tota illa causa pendet. Cic. 2. de Orat. 59.
Ex uerbis ius non pendet, sed uerba seruiunt hominum consilijs & authoritatibus. Cic. pro Cecinna, 38.
Pendere promissis, Est moueri promissis & affici. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 21. 4.
Pendere spe cæca, atq; expectatione obscura. Cic. 2. de lege Agrar. 68.
Pendere spe extrema. Cic. pro Flacco, 3.
Fortuna ducum pendet. Lucan. lib. 2. 9.
Pendere leui momẽto fides dicitur, quæ facilè corruit. Liu. lib. 2.
Pendere, pro Pondus efficere, inquit Budæus. Plin. lib. 18. cap. 7. 17, In trãspadana Italia socio uicenas quinas libras farris, modios pendere. Idem lib. 21. cap. ultimo, Cyathus pendet per se drachmas x. In eadem significatione legitur & Pendo, pendis, per tertiam coniugationem.
Pendere, Nimio desiderio alicuius rei intentũ esse, & cessare ab omni alio opere, idq; unũ solicitè expectare. Ouid. 1. epist. 6,
Narrantis coniux pendet ab ore uiri. Virg. 6. Aen. 31,
Dum consulta petis, nostroq; in limine pendes.
Pendere, Cruciari, Suspensum ac dubium esse. Cic. ad Atticum, lib. 4. 84. 6, Ne diutius pendeas, palmam tulit.
Ex futuris pẽdere, et frui præsentibus, cõtraria. Cic. 1. de Fin. 95.
Pendet animus. Terent. Adelph. 2. 2. 18.
Animis pendere. Cic. 1. Tusc. 152.
Pendere animi, pro Animo, more antiquo. id est, Dubium esse. Cæliius Cic. lib. 8. 5. 1, Qua tu cura sis, quod ad pacem prouinciæ, finitimarumq; regionum attinet, nescio: ego quidem uehementer animi pendeo. Cic. Attico, lib. 8. 14. 9. 2, Pendeo animi expectatione Corfinienſi, in qua de salute Reip. decernitur. Ibidem, lib. 11. 220. 1.
Pendere, Cessare. Virg. 4. Aeneid. 18,
—pendent opera interrupta, minæq;
Murorum ingentes. hoc est, Intermittuntur ad tempus: aut, Imperfecta remanent.
Pendere rei inde dicebantur, quòd eorum nomina in programmate, id est, tabella pendula publicè proposita atq; suspensa erant. Sueton. in Domitiano, cap. 9, Reos qui ante quinquennium proximũ apud ærariũ pependissent, iniuersos discrimine liberauit. Idem de Claudio Cæsare, ante eius imperiũ, cap. 9, Vt quũ obligatam ærario fidem liberare non posset, in uacuum lege prædiatoria uænalis pependerit sub edicto Præfectorum. Quibus uerbis Tranquillus significat, Claudij bona prædia, id est, publicè noxia, edicto Præfectorum ærarij diu uænalia pependisse, quũ emptorem nõ inueniret. Ex Budæo.
¶Penderi, forma passiua reperitur apud Lucretium, lib. 6,
Nec iam religio diuum, nec numina magni
Pendebantur, &c. id est, non magni æstimabantur.
¶Pendens, pendentis, Participium (κρεμῶν) siue Nomen ex participio. Terent. Phorm. 1. 4. 44,
Tu iam lites audies: ego plectar pendens.
Pendentes alæ. Plin. lib. 10. cap. 38. 1.
Anelli pendentes ex se. Lucret. lib. 6. 183.
Brachia pendentia collo. Tibul. lib. 3. eleg. 7. 3.
Cælum pendens. Ouid. 7. Metam. 118.
Causæ æternitate pendentes. Cic. in Top. 30.
Fata pendentia. Plin. lib. 29. cap. 1. 20.
Nubila pendentia. Ouid. 1. Metam. 54.

Pueri pendentes circum ubera. Virg. 8. Aeneid. 126.
Scopuli pendentes. Virg. 8. Aeneid. 35.
Pendens uinum, Quod adhuc in ipsa uite pendet, & necdum ex ipsis uuis expressum est. Cato cap. 147. Et cap. 146, Oleum pendens.
¶Pendulus, pen. corr. Adiectiuum (κρεμαστὸς) Quod pendet. Ouid. epist. 12,
Lassaret uiduas pendula tela manus.
Collum pendulum zona lædere, Suspendere se. Horat. Carm. ode 27. 12.
Palearia pendula. Ouid. 7. Metam. 24.
Bombyx pendulus, qui ex filis quos texit, pendere uidetur. Martial. lib. 8. 34.
Putator pendulus arbustis. Colum. lib. 10. 23.
Loca pendula. Colum. lib. 2. cap. 28. 2, Tum deinde macriora & pendula loca mense Februario, luna crescẽte, fimo iuuanda sunt.
Spe pendulus dubiæ horæ. Horat. 1. epist. 19. 23.
¶Pensilis, & pensile, pen. corr. (κρεμαστὸς) Quod suspensum & sublime est: ut, Pensilis hortus, qui supra ædificia factus est: hoc est, in solario, uel in aere sublimis.
Via pensilis. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 25.
Homo pensilis, Qui suspensus est. Plaut. Pseud. 3. 87.
Pensilis lectus, Pensiles lychni, quòd suspensi sunt, & in aere pendentes: ut ait Valla.
Pensilis urbs, quæ subter cauata est: & Pensilis hortus. Plinius lib. 36. cap. 14. 1.
Pensilia uehicula, pro Lecticis.
Pensiles balineæ. Plin. lib. 26. cap. 3. 51. & lib. 9. cap. 54. 1.
Pensile horreũ, quòd si in altiore domus loco. Col. lib. 12. cap. 50. 3, Esse oportet pensile horreũ quo imponantur fructus.
¶Pensum, pensi (ἔριον & στήμων) Manipulus lanæ uel lini qui pendet ex colo, & fuso trahitur: unde Trahere pensa, pro eo quod Nere dicimus. Ouid. lib. 2. Fast. 149,
Lumen ad exiguum famulæ data pensa trahebant. Idem epist. 3. 15. Iustinus lib. 1, Pensa inter uirgines partientem.
Ferrata pensa Parcarum. Claud. 1. de raptu Proserp. 11.
Seuera pensa Parcarum. Ouid. ad Liuiam, 47.
Grauibus pensis affixa puella. Tibull. lib. 1. eleg. 3. 18.
Carpere pensum. Vide Carpo.
Nocturna carpentes pensa puellæ. Virg. 1. Georg. 78.
Inexorabile pensum deficit. Stat. 3. Syl. 3. 35. Pensum Parcarum intelligit.
Ducere pensa. Claud. 1. in Eutrop. 108.
Pensum facere. Plaut. Merc. 7. 56.
Peragunt pensa duræ sorores. Senec. Herc. fur. 3. 4.
Infecta pensa reponunt. Ouid. 4. Metam. 2.
Pollice pensa trahere. Ouid. ad Liuiam, 47. & 2. Fast. 149.
Pensum, aliquando capitur pro filis. Virg. 9. Aeneid. 99, de textrice,
Excussi manibus radij, reuolutaq; pensa.
Mollia pensa deuoluunt fusis. Virg. 4. Georg. 70.
Pensum, est officij cuiusq; perfunctio, inquit Budæus. Cic. lib. 3. de Orat. 65, Nunc ad reliqua progrediar: meq; ad meum munus pensumq; reuocabo. Translatio est ab ancillis, pensa deducenda à matronis capientibus.
Absoluere pensum. Vide Absoluo.
Accurare pensum. Vide Accuro.
Conficere pensum. Vide Conficio.
Exigere pensum. Cic. 5. Verr. 89.
Imperare pensa. Quint. lib. 3. cap. 7. 5.
Pensum peragere. Colum. lib. 3. cap. 10. 6.
¶Pensum, pensi, in alia significatione. Vide Pendo.
Pendo] pendis, pependi, pensum, pendere, pen. corr. (σταθμίζω,

σταθμάομαι) Actiuum, significat propriè Ponderare: à Pendeo, quòd quæ ponderantur, ex libra pendent.
Pendere (ποτειδῶμαι, ἡγέομαι) per translationem, pro Considerare, siue æstimare. unde fit Magnipendo, Floccipendo, Paruipendo, Multipendo, Nihilipendo: id est, in magna, parua, nulla æstimatione habeo. Terent. Heaut. 1. 1. 103.
Tu illum nunquam ostendisti quanti penderes. Cic. Verr. 1, Ego quo nomine appellem, nescio: rem uobis proponam: uos eam suo nomini pondere penditote.
Spectare & pendere. Cic. in Orat. 29.
Pendere res leui coniectura. Cic. pro Roscio Amer. 37.
Magni pendi. Lucret. lib. 6. 257.
Pendere, Soluere. Liu. 1. ab Vrbe, 189, Ad equos emendos dena millia æris ex publico data, & quibus equos alerent, uiduæ attributæ, quæ bina millia æris in annos singulos penderẽt. Salust. Semper illis reges tetrarchæ uectigales erant, populi, nationes stipendia pendere.
Pecuniam alicui quotannis pendere. Cic. de Prou. Cons. 4.
Tributum pendere. Ouid. 8. Metam. 53.
Pendere uectigal. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1. 50.
Pendere usuram. Cic. ad Atticum, lib. 12. 242. 8.
Grates dignas pendere. Stat. 11. Theb. 45. id est, referre gratiã.
Pendere pœnas, Propriè dicitur qui ob delictum pœnas soluit. Virg. 6. Aeneid. 4. Ex eo tractum est (ut ait Festus) quòd ære graui uterentur Romani: eo penso, non numerato, debita soluebant: unde etiam Pensiones dictæ. Cic. 3. de Nat. deor. 117, Illos conseruari melius fuit, quàm pœnas sceleris Varium pendere.
Pœnas pendere pro scelere. Lucret. lib. 5. 24.
Pendere pœnas magistro. Plaut. Bacch. 8. 21. pro, Vapulare à magistro.
Pendere pœnas tergo. Terent. Heaut. 4. 4. 6.
Pœnam exilio pendere. Ouid. 10. Metam. 47.
Pœnas pendunt ex fœdere. Ouid. 10. Metam. 119.
Pendere supplicia. Plin. lib. 29. cap. 4. 1.
¶Penditur, pen. corr. Impersonale (σταθμίσεται) Plin. lib. 12. cap. 14. 12, Iterumq; imperij nostri publicanis penditur.
¶Pensus, Part. (σταθμηθείς) Ponderatus. Ouid. 14. Metam. 54,
—& aduertens pensas examinat herbas.
Neq; enim pharmaca, nisi põderẽtur, rectè cõponi possunt.
¶Penso, pensas (ἐπισταθμάομαι) pensare, à pendo uel pendeo, Frequentatiuum, Sæpe ponderare. Liu. 8. bel. Maced. 106, Mulier lingua sua stringerent ferrum, & Centurionem pensantem aurum, occiderent, imperauit.
Pensare amicos factis, Aestimare, & secernere ac ponderare. Liu. 4. bel. Maced. 184.
Pensare singula, Reuoluere, considerare diligenter. Curt. lib. 7.
Pensare aliquid ex alio. Valer. Max. lib. 1.
Trutina pẽsantur eâdẽ scriptores Romani. Horat. 2. epist. 1. 6.
Pensare uicem, pro Supplere. Plin. lib. 31. cap. 8. 5.
Pensare argento, pro Emere, Columella dixit, teste Budæo.
Pensare, pro Redimere. Liuius, Veteribus beneficijs noua pensantes maleficia. Quintil. lib. 2. cap. 124. Verùm & raro euenit, & cætera uitia non pensat. Budæus.
Pensare, pro Compensare. Tacit. lib. 20, Sed neq; hæc cõtinua, & interuentu meliorum pensantur.
Pensare beneficia. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 9.
Pensare crimen una laude. Plin. lib. 9. cap. 25. 1.
Damnum numeri pensare. Claud. 1. de raptu Proserp. 26.
Lætitiam mœrore pensare. Plin. lib. 7. cap. 40. 3.
Laudem pensat cum crimine. Claud. 4. Paneg. 23.
Pensare maleficia beneficiis. Liu. 7. bel. Maced.
Pudorem pensare nece. Ouid. epist. 2. 29.
Præmia pensamus palmæ. Stat. 1. Achil. 14.
¶Pensans, Participium (ἐπισταθμώμενος) Sil. lib. 4. 31,
—& uertice sacro
Pensanteis aurum Celtas umbone ferebat. id est, ponderantes aurum, uel ad pondus accipientes.
Damna pensans meliore marito. Senec. Oedip. 5. 18.
¶Pensandus, Aliud participium (ἐπισταθμητέος) ut,
Titulus pensandus meritis. Ouid. 13. Metam. 75.
¶Pensatus, pen. prod. Similiter participium (ἐπισταθμηθείς) ut,
Sententia belli diu pensata. Sil. lib. 7. 45.
¶Pensationis uerbo utitur excellentissimi uir ingenij Papinianus, in l. 18. commod. in l. 67. 6. sed si uno. & §. si duos. de legat. lib. 2. l. 39. solut. matrimon. in P.
¶Pensator, pen. prod. Verbale (ἐπισταθμός) Plin. lib. 33. cap. 3. 5, Pensatores, libripendes dicuntur.
¶Pensito, tas, pen. corr. (ἐξετάζομαι, ἐπισταθμῶμαι) pensitare, Aliud Frequentatiuum, Sæpe uel frequenter ac diu ponderare, examinare. Plin. lib. 7. cap. 7. 2, Is demum profectò uitam æqua lance pensitabit, qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit. Gel. lib. 1, Aut uirtutes pensitabat, aut uitia rimabatur, ut iudicium esse factum ad amussim diceres.
Pensitare, Frequenter & sæpe soluere. Cicer. pro lege Manil. 10, Quo tandem animo esse existimatis aut eos qui uectigalia uobis pensitant, aut eos qui exercent, atq; exigunt? Idem 5. Verr. 141.
Immunia prædia, & Prædia quæ pensitant aliquid, contraria. Cic. 2. de lege Agrar. 6.
¶Pensitatio, ἐπισταθμησις, Verbale. Plin. lib. 19. cap. 6. 5, Et tunc properare præteriti temporis pensitatione.
¶Pensitator, pen. prod. pẽsitatoris (ἐπισταθμητὴς) Ponderator. Gell. lib. 17. cap. 1. Verborum pensitatores subtilissimi.
¶Pensiculo, pensiculas, pen. corr. (ἐπεξετάζομαι) pensiculare, Idem quod Pensitare. Gellius, Pensicula utrunq; moderatè, reperies suo quodq; in loco sonare aptissimè. Alij legunt pensiculatè modulateq; reperies, &c.
¶Pensiculatè, Aduerb. hoc est, cum pondere, iustoq; examine. Gell. lib. 1. cap. 3. Neque ea, quæ à Theophrasto pensiculatè atq; enucleatè scripta, &c.
¶Pensiculator, oris, qui dicta factaue quadam quasi trutina examinat.
Pensitatus, pen. prod. (ἐπισταθμηθείς) Participium, siue Nomẽ ex participio ut, Res pensitata. Plin. epist. 8. d.
¶Pensio, pẽsionis, f. g. (ἔπισμα) Id quod pro aliqua re soluitur: id est, quod datur pro rei alicuius usu, aut agri, aut domus. Cic. pro Rosc. Comœdo, 29, Cur tam seròcur quum altera pensio soluenda esset, non tum, cũ prima? Idẽ 2. Philip. Soluta ante diem pensio. Cic. Att. lib. 16. 332. 2. (108.
¶Pensiuncula, pen. corr. Diminutiuũ (ἐπισμάτιον) Colum. lib. 10. in Præfat. Fœnoris tui Syluine, quod stipulanti sponderam tibi, reliquam pensiunculam percipe.
¶Pensura, pensuræ, Idem quod pẽsio. Varr. de ling. Lat. lib. 4. Per trutinam solui solitam, uestigium etiam nunc manet in æde Saturni, quòd ea etiam nunc propter pensuram, trutinam habet positam.
¶Pensum, pensi, (ἐφήλαμμα) Quasi dicat cogitatum, siue meditatum. Plaut. Truc. 16. 51.
Nec mihi adest ad illũ pensi. id est, Nihil curo, Floccifacio.
Pensi esse, uel habere. Liu. lib. 4. Decad. 4, Sed illis nec quod dicerent, nec quid facerent, quicquã pensi fuisse. Salust. in Catil. Neq; id quibus modis assequeretur, dum sibi regnum pararet, unquam pensi habebat. Quintilianus, Nihil pensi habere uideas quosdam. Gellius lib. 13. cap. 12, Ratum tamẽ, pensumq; nihil haberet, nisi quod iustum sanctumq; esse in Romanis antiquitatibus legisset. Nihil pensi habere, est floccifacere, inquit Budæus.

¶Pensior, & hoc pẽsius (κτημιλλητόρῶ) Plaut. Stich. 3.61,
—age tu altera utra sit conditio pensior,
Virginem, an uiduam habere? Gell. lib. 12. cap. 5, Vt nihil quicquã esset charius, pensiusq; nobis, quàm nosmetipsi. id est, æstimatius & preciosius. nam quæ maximi facimus, sæpe nobis pensa sunt.

Penè] Aduerb. (πάρολιγον) Id est, ferè. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17. 24, Ille milli secũdum te & liberos nostros ita est, ut sit penè par.

Penè amicus aliquis. Cic. Lentulo, lib. 1. 4. 2. (36.

Penè par oratori poeta multis ornãdi generibus. Cic. 1. de Ora.

Penè sum factus ille. Cic. Cælio, lib. 2. 8. 5.

Penè simul tecum rapta solatia. Virg. 9. eclog. 3.

Penè dicam. Cic. pro Rosc. Comœdo, 9, Si qua enim sunt priuata iudicia summæ existimationis, & penè dicam capitis.

¶Penissumè, παρολιγότατα, Superlatiuũ formauit Plautus in Aulul. 14. 8,
—me intus gallus gallinaceus,
Qui erat anui peculiaris, perdidit penissumè. id est, penè nihil defuit quin me perderet. Sunt qui superlatiuum esse uelint à Penitus. A' Penè deduci uult Priscianus lib. 15.

Penelope] pen. corr. (πηνελόπη) Filia Icarij, & uxor Vlyssis: cui ad bellum Troianum profecto, fidem & pudicitiam seruauit, licet à multis procis solicitaretur, quos lanificio frustrari solebat. Nam his semper se consensuram, absoluta tela, pollicebatur. Sed ut eos longius frustraretur, noctu retexebat, quod interdiu texuisset. Dicta ab auibus quæ penelopes dicuntur, cuius nominatiuus singularis est Penelops, quũ prius Arnea uocaretur, quasi abiecta, repudiataq;. Etenim in mare proiectam ab Icario Peribœaq; parentibus, ferunt educatam à penelopibus. Dicitur & Penelopea, Penelopeæ, pen. prod. habet testimonium in Priapeijs.

Difficilis procis Penelope. Horat. 3. Carm. ode 10. 3.

Penelopes telam retexere. Est inanem operam sumere, & rursum destruere quod effeceris. Vsurpat hoc adagium Cicero 4. Acad. 168, Quid quòd eadem illa ars, quasi Penelope retexens tollit ad extremum superiora, utrum ea uestra, an nostra culpa est? Sentit de dialectica, quæ iisdem illis rationibus quibus confirmauit aliquid, rursum soluit ac destruit, ut nihil iam actum uideatur. Ex Erasmo.

¶Penelopeus, Adiectiuum (πηνελόπειῶ) ut, Fides Penelopæa. Ouid. 5. Trist. eleg. 15. 8.

Penelopes] πηνελόπαι, Aues, de quibus Plinius libro 37. cap. 2. 23, Et Cratim amnem in Oceanum effluentem è lacu, in quo aues quas meleagridas et penelopas uocat, uiuere.

Penes] παρά, Præpositio, accusatiuo casui seruiens, quæ à Penitus trahitur, significatq; personam & dominium ac potestatem, ut ait Festus. Vlpianus in l. penes. ff. de uerborum & rerum signific. Penes te, amplius est quàm Apud te. nam Apud te est, quod qualiter qualiter à te teneatur: Penes te est, quod quodammodo à te possidetur. Ouid. lib. 1. Fast. 24,
Me penes est unum uasti custodia mundi. id est, in potestate uel dominio meo.

Imperium ac Prætorium nomen penes aliquem esse. Cicer. 7. Verrina, 32.

Omne iudicium & potestatem agrorum penes aliquem esse. Cic 2. de lege Agrar. 57.

Eloquentia exornat eos penes quos est Cic. in Orat. 79.

Penes Censorem iudicium Senatus de dignitate, maiores esse uoluerunt. Cic. pro Domo sua, 100.

Consistunt omnia penes unum. Author ad Heren. lib. 4. 145.

Penes authores sit fides: & in laudem, & in uituperationem simul accipitur, quasi laus ueritatis, aut uituperatio falsitatis penes authorem sit, ad quem spectat fidem rei, cuius author est, facere. ad me certè ista uel laus, uel uituperatio non spectat, qui hoc non affirmo, sed ad alterum authorem refero. Hæc Valla lib. 6. Salustius, Cæterum fides eius rei penes authores erit. Plin. lib. 17. cap. 12. 5.

Penes quos laus adhuc fuit. Cic. de claris Orat. 139.

Penes te culpa est. Terent. Hecyr. 4. 1. 21.

Penes te est uirtus. Plaut. Amph. 8. 19.

Penes te potestas, uel principatus. Cic. Marcello, lib. 4. 7. 9.

Idem ad Atticum, lib. 13. 276. 4.

Te penes arbitrium nostræ uitæq; necisq;. Ouid. epist. 24. 6,

Penes, aliquando pro Apud ponitur. Terent. Adelph. 3. 3. 34,
Quid? isthæc iam penes uos psaltria est?
S. Est iam intus. Cic. 5. Verr. 146, Quum omnis frumẽti copia decumarum nomine penes istum esset redacta.

Penes iniuriam. Tacit. lib. 4, Pluresq; eius rei causas adferebat, potissimam penes iniuriam uirorum fœminarumq;.

Exercitatus penes scenam. Author ad Heren. lib. 4. 155.

Penestia] Regio est Illyrici. Liu. lib. 3. quintæ Decadis, Terentio, inquit, die ad Veana Penestianæ terræ, ea maxima urbs est.

Penetro] penetras, pen. corr. (πέρω, πείρω, πόρέω) penetrare, Quasi penitus intrare. Cic. 1. Tusc. 68, Quasi permanet incorruptus, suiq; similis, necesse est ita feratur, ut penetret & diuidat omne cælum hoc, in quo nubes, imbres, uentiq; coguntur.

Penetrare Atlantem, Montem Atlantem superare, & prætergredi. Plin. lib. 5. cap. 1. 11.

Penetrare in aliquem locum. Quint. lib. 3. cap. 7. 15.

Penetrare in cælum. Cic. 4. Acad. 219.

In extremos Indos penetrare. Catul. ad Furium. epig. 11. 1.

In maria penetrare. Plin. lib. 9. cap. 6. Vide Orca.

In portum penetrare. Cic. 7. Verr. 76.

In quædam templa penetrare. Cic. in Som. Scip. 26.

Ad urbem penetrare. Ouid. 15. Metam. 3.

Ad urbes sedesq; aliquorũ penetrare. Cic. de Prouin. Consul. 25.

Penetrare in urbem. Liu. 2. ab Vrbe, 231.

Penetrare per cælum. Cic. de Vniuers. 43.

Penetrare sub terras. Cic. 6. Verr. 96.

Penetrare se, antiquè, pro Inferre sese. Gell. lib. 5. cap. 14. Specum quandam nactus remotam latebrosamq;, in eam me penetro & recondo. Plaut. Trinum. 6. 14.

Penetrare se in fugam, Fugere. Plaut. Amph. 4. 96.

Penetrare pedem aliquò. Plaut. Menæh, 9. 43.

Penetrare ad. Plin. lib. 13. cap. 3. 4, Quando id primum ad Romanos penetrauerit, non facilè dixerim.

Vox penetrat ad aures. Ouid. 12. Metam. 9.

Ad sensum opinionemq; alicuius penetrare. Cic. in Partit. 68.

Penetrare in animos. Cic. de claris Orat. 74.

Contagia morbi penetrant in animum. Lucret. lib. 3. 96.

Tremor penetrat in artus. Ouid. 10. Metam. 84.

Nidor penetrat in artus. Lucret. lib. 3. 137.

Pauor penetrans in præcordia. Silius lib. 16. 103.

Penetrare, ad personam relatum. Tacit. lib. 3, Nihil tamen Tiberium magis penetrauit.

Penetrare uitam, famamq; alicuius. Tacit. lib. 20.

¶Penetratus, pen. prod. Participium (πιπόρασιῶ) ut,
Limina penetrata mortis. Stat. 4. Sylu. 6. 21.

¶Penetrabilis, & hoc penetrabile, penult. corr. (πόρατός) Quod facilè penetrat: & interdum quod facilè penetrari potest Mart. lib. 4. 19,
Ne madidos intret penetrabile frigus in artus. Virgil. 1. Georg. 19,
—aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

Caput haud penetrabile Nili. Stat. 3. Sylu. 5. 5.

Corpus

Corpus nullo penetrabile telo. Ouid. 12. Metam. 34.

Fulmen penetrabile. Ouid. 13. Metam. 182.

Pectus nulli penetrabile ferro. Stat. 2. Theb. 131.

Telum penetrabile. Ouid. 5. Metam. 14.

¶Penetrale, penetralis, pen. prod. neut. gen. (μυχὸς) significat omnem partem interiorem domus uel templi, licet sit intecta, ut ait Seruius: seu omne quod in intimis partibus est, ut uult Valla. Virg. 6. Aeneid. 15,
Te quoq; magna manent, regnis penetralia nostris. Martial. lib. 10. 51,
Nec Capitolini summum penetrale tonantis.

Regum penetralia. Virg. 2. Aeneid. 97.

Alta penetralia. Virg. 7. Aeneid. 12.

Arcana tecti penetralia. Stat. 5. Theb. 63.

Faustis sub penetralib. nutrita indoles. Hor. 4. Carm. ode 4. 6.

Patrium penetrale in sedes nouas transferre. Ouid. 15. Met. 7.

Profundum penetrale. Claud. 2. Paneg. 90.

Contaminare penetralia. Liu. lib. 5. Decad. 5.

¶Penetralis, & hoc penetrale. pen. prod. (ἐμπυχῶ, σύλαμυνχὸς) Adiectiuũ legitur apud Virg. 2. Aeneid. 61. pro Interno & interiore: Aeternũq; adytis effert penetralibus ignẽ.

Dij penetrales. Cic. 2. de Nat. deor. 98.

Abditi ac penetrales foci. Cic. de Aruspic. resp. 53.

Focos penetrales deferere. Catul. ad Mallium, epig. 63. 21.

Frigus penetrale. Lucret. lib. 1. 103.

Penetralis Germania. Tacit. lib. 2, Ille fas patriæ, libertatem auitam, penetralis Germaniæ deos, & c. Cheruscorum regionem uidetur appellare penetrale Germaniæ, quòd sit penitior atq; interior, aut potius templum Cheruscorum.

Penetrale sacrificium, inquit Festus, quod in interiore parte sacrarij conficitur.

Sedes penetralis. Virg. 4. Aeneid. 101.

Tecta penetralia. Virg. 1. Georg. 76.

Templa penetralia cæli. Lucret. lib. 1. 218.

Abditum & penetrale. Vide Abditum in Abdo.

¶Penetralior, Comparatiuum. Lucret. lib. 2. 77,
Quare fulmineus multo penetralior ignis, & c. Sic restituit Lambinus.

Peneus] pen. prod. (πηνειὸς) fluuius Thessaliæ, de quo Plinius lib. 4. cap. 8. sic scribit, Et ante cũctos claritate Peneus, ortus iuxta Gomphos: interq; Ossam & Olympum nemorosa conualle defluens, D. stadijs, dimidio eius spacio nauigabilis. In eo cursu Tempe uocantur, V. M. pass. longitudine, et fermè sesquiiugeri latitudine, ultra uisum hominis attollentibus se dextra læuaq; leniter conuexis iugis. Intus sua luce uiridante allabitur Peneus, uiridis calculo, amœnus circa ripas gramine, canorus auium concentu. Ouid. 1. Metam. 115.

Senex Peneus. Ouid. 2. Metam. 49.

Stagnant Peneus. Claud. 2. de raptu Proserp. 34.

¶Peneius, Adiectiuum (πηνήϊος) ut,

Stagna Peneia. Stat. 4. Theb. 29.

Arua Peneia. Ouid. 12. Metam. 42.

Daphne Peneia. Ouid. 1. Metam. 91.

Laurus Peneia. Valer. 1. Argon. 79.

Penia] Paupertatis dea, de qua hanc Plato refert fabulam in Symposio, qua nouam rationem affert, cur Veneri semper hæreat cupido. Scribit autem Plato, nata Venere Iouem natalia dijs præbuisse, atq; in eo conuiuio cùm cæteros deos, tũ Porum Metidis filium interfuisse. Illam autem largius æquo potum nectareq; ebriũ, in Iouis hortos introiuisse, ibiq; obdormiuisse: Peniam uerò, quæ ad illud conuiuium mendicandi gratia uenerat, insidias Poro egestate coactam struxisse, et propter illum cubuisse, ut ab eo (si modò id consequi posset) grauida facta filium páreret. Illam igitur à Poro cõpressam esse, atq; ex eo concubitu grauidam factam, Cupidinem peperisse: inde euenisse, ut Cupido Venerem potius, quàm matrẽ, sequatur. Monuit Lambinus.

Penicillus] penicilli, & Peniculus, peniculi, siue penicillum & peniculum (κρήνιῶ) Quamuis diminutiua sunt à Penis, significant tamen ea quibus calceamenta, uasaq; tergũntur, ut ait Festus: & fiebant olim ex pene, id est, ex cauda animalium. Cicero Pæto, lib. 9. 22. 6, Caudam antiqui penem uocabant, ex quo est propter similitudinem penicillus. Terent. Eunuch. 4. 7. 7.
Quid igitur, peniculóne pugnare, qui istuc huc portes, cogitas?

Penicillus, & peniculus, quod etiam neutrum fecit Quintilianus: illud instrumentum appellamus, quo pictores pingunt: quòd caudarum extremitatibus fiat. Plin. lib. 35. cap. 10. 16, Arreptoq; peniculo, lineã ex colore duxit summæ tenuitatis, per tabulam. Quintilianus lib. 2. cap. 21. 15, Neq; enim scientia desiderat instrumẽtum, quæ potest esse consummata, etiã si nihil faciat, sed ille opifex, ut cælator cælum, & pictor peniculla. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 2. 16. 4, Quam pingam coloribus tuis penicillo meo. Hùc per translationem.

Peniculum, siue Penicillum tectorium. Plaut. Milit. 3. 18. Plin. lib. 28. cap. 17. 6.

Peniculum, siue penicillum, Quo uulnera stipantur: uel ideo ne claudantur, uel ut aperiantur magis, ut sunt penicilli ex linteolis concerptis ex medulla sambuci, & ex spongia. Plin. Tum peniculo uulnus apertum. Celsius, Deinde exigua penicilla interponenda.

Penicillus etiam dicitur spongiæ genus mollissimum, quo fiunt penicilli.

¶Peniculamentum, peniculamenti (πέρικωμα) Pars uestis quæ terram attingit, authore Nonio. Ennius lib. 11. Annalium,
Pendent peniculamenta imum ad quemq; pedum. Lucilius lib. 19, Peniculamentum uerè reprehendere noli.

Peninsula] peninsulæ, pen. cor. (χερρόνησῶ) dicta est quasi penè insula, undiq; ferè aquis clausa, & breui tantùm angustia, quæ dicitur isthmos, continenti adnectitur. Nam insula dicitur terra, quæ undiq; aquis clauditur, propriè autẽ mari. Liu. 1. bel. Maced. 158, Et oppidum Celetrum est aggressus in peninsula situm. Idem 5. bel. Pun. 52. (29. 1.
Peninsularũ Sirmio, insularumq; Ocellæ. Catul. epist.

Penis] huius penis (πέρη) Cauda dicitur, à pendendo.

Penis, Virile membrum. Cic. Peto, lib. 9. 22. 6, Caudam antiqui penem uocabant, ex quo est propter similitudinem penicillus. At hodie penis est in obscœnis. At uerò Piso ille frugi in annalib. suis queritur, adolescentes penis deditos esse. Quod tu in epistola appellas suo nomine, ille rectius penem. Et est masculini generis, sicut panis, funis, & similia. Næuius, apud Festum, Peni pinxit bubulo.

¶Penitus, pen. prod. Adiectiuum (περπωνὸς) Quod est ex pene, hoc est cauda. Vnde Penita offa, id est, Offa porcina cum cauda in cœnis puris, inquit Festus. Plaut. Mil. 10. 164.

Penitùs] pen. corr. (ἐνδοθέν) propriè intrinsecus significat. Vnde Penitior dicitur Interior, et Penitissimus Intimus. Plautus Asin. 3. 28, Age quæso hercle usq; ex penitis faucibus. Idem Persa, 15. 56, Abductum ex Arabia penitissima.

¶Penitùs, pen. corr. (ἔνδοθεν, ἐνδοτέρω) Aduerbium locale, Quasi penè intus, id est ualde internè, seu intrinsecus, uel intima parte & secretè: ut quum dico, Penitùs me noscis: hoc est, intus & in cute. Virg. 3. Aeneid. 7,
—& causas penitùs tentare latẽtes. Cic. 1. de Legib. 24. Sed penitùs ex intima philosophia hauriendam iuris disciplinam putas?

Abditum penitùs. Vide Abdo.

Abditum

Abditum penitùs aurum & argentum effodere.Cic.2.Offi.17.
Bene penitùs in alicuius familiaritatẽ se dẽdere.Ci.4.Ver.122.
Penitùs cognoscere, Perfectè & usq; ad interiora. Cic.1. de Orat.9, *Omnes animorũ motus quos hominum generi natura tribuit, penitùs pernoscendi.*
Comprehendere penitùs animo omnes uirtutes.Cicero pro Cornelio Balbo,1.
Conuellere penitùs iudicio aliquo Rempub.Cicero de claris Oratoribus,50.
Demittere se penitùs in aliquam causam. Cic.Attic.lib.7.131.3.
Exterrita penitùs tellus.Virg.3.Aeneid.135.
Inclusum penitùs in uenis atq; uisceribus Reip. periculum. Cic. 1.in Catil.23.
Insedit penitùs hæc opinio.Cic.Luceio,lib.5.13.3.
Penitùs insitus, & abstrusus. Cic.pro Cluentio,2. *Idem 2.de lege Agrar.54.*
Insitum penitùs odium.Cic.2.de lege Agrar.28.
Intrare penitùs in familiaritatem alicuius. Cicer. Quint. *frat. libro 1.1.21.*
Mandare penitùs animo & menti aliquid. Cic.1.in Catil.19.
Noscere penitùs aliquem.Cic.Cælio,lib.2.15.3.
Notus penitùs.Horat.1.epist.19.17.
Penitùs perspectæ planeq; cognitæ res.Cic.1.de Orat.54.
¶*Penitùs* (πρόσω, πρόσωτω, πρωτάτω) *Aliquando pro aduersio qualitatis ponitur, Prorsus, uel ualde, aut omnino.Virg. 1.eclog.14,* Et penitus toto diuisos orbe Britannos: *id est, omnino, inquit Seruius.Cic.3.de Fin.16,* Et *honestum ipsum quasi uirtutis lumẽ extinxeris, & uirtutẽ penitùs euerteris.*
Abrasa penitùs supercilia.Cic. pro Rosc. Comœdo,11.
Diffidere penitùs Reipublicæ rationes à te collectæ uetabant. Cic.Luceio,lib.5.13.6.
Perdere penitùs seipsum.Cic.1.de Fin.76.
Tollere penitùs aliquid.Cic.1.de Nat.deor.163.
Penitùs prorsum latet hæc natura.Lucret.lib.3.55.
Penitùs, quasi dicas Remotè, aut longè.Virg.1.Aeneid.104,
—*ater quos æquore turbo*
Dispulerat, penitusq; alias aduexerat oras. Seruius, Penitùs, Longè à regina remotos.

Penna *huius pennæ* (πτερόν, πτίλον, πτερὸς) *Auium est.Cicer.2.de Nat.deor.195,* E' *quibus pullos quum excluserint, ita tuentur, ut & pennis foueant ne frigore lædantur.Quintil.lib.1.cap.6.*
Pennæ & plumæ.Colum.lib.8.cap.2.6.
Penna est quod plumis uestitur. Seneca epist.42, Dixi te pennam tenere: mentitus sum, plumam tantùm tenebas.
Celer penna anser.Ouid.8.Metam.138.
Iactatus pennarum.Ouid.6.Metam.141.de Borea.
Caules pennarum.Vide Caulis.
Albæ pennæ.Lucret.lib.2.165.
Croceæ pennæ Iridis.Virg.4. Aeneid.140.
Deficiens penna.Ouid.1.de Ponto,eleg.6.15.
Fugiens penna.Horat.3.Carm.ode 2.5.
Infirmæ pennæ.Ouid.12.Metam.114.
Leues pennæ.Ouid.2.Metam.117.
Mobilis penna.Ouid.2.de Arte,129.
Niueæ pennæ.Ouid.2.Metam.108.
Olorinæ pennæ.Virg.10.Aeneid.38.
Præceps penna.Iuuen.Satyr.4.15.
Punicea penna.Virg.3.Georg.75.
Ablata pennis Harpyia.Virg.3.Aeneid.52.
Appellere corpus pennis aliquò.Lucret.lib.6.151.
Nisus inanis pennarum claudicat.Lucret.lib.6.168.
Coruscant pennis apes.Virg.4.Georg.15.
Præpetibus pennis ausus se credere cælo.Virg.6.Aeneid.3.

Defertur pennis ales.Lucret.lib.6.165.
Plausum ingentem dat pennis columba.Virg.5.Aeneid.43.
Excutere pennas.Ouid.6.Metam.141.
Iactare pennas.Ouid.2.Metam.168.
Labi pennis.Virg.4.Aeneid.45.
Pandunt pennas Halcyones.Virg.1.Georg.80.
Percutere pennas in aere.Ouid.1.Metam.94.
Plaudere pennis.Ouid.8.Metam.48.
Quatere pennas in aere.Ouid.4.Metam.136.
Secat pennis gentinis aera auis.Cic.in Arato,5.
Leuis penna secat alta cæli. Seneca Oedip.4.20.
Madidas pennas siccat Auster.Iuuen.Satyr.5.11.
Tendere iter pennis.Virg.6.Aeneid.48.
Pennæ renascuntur, metaphoricõs, quũ quis authoritatem recuperat pristinam.Cic.ad Atticum,lib.4.71.9.
Decisis pennis humilem dimittere aliquẽ. Horat.2.epist.2.10.
Maiores pennas nido extẽdere.Horat.1.epist.21.5. Se amplius efferre, *quàm fortunæ nostræ ferant.* At Erasmus *sic: Rem fortunamq; quam mediocrem aut tenuem à maioribus acceperis, auctionem reddere.*
Sparsis fertur victoria pennis.Ouid.3.Amor.eleg.2.9.
Celeres quatit pennas fortuna. Horat.3.Carm.ode 29.11.
Dubijs pennis uolat victoria.Ouid.8.Metam.3.
Penna non solùm est auium.Apud Plinium lib.11.cap.28, titulus est De pennis insectorum.In quo capite pennas etiam scarabeorum uocat.
¶*Penniculum, li, lo,* Pinna *illa quæ in fastigio ædificiorum sita, facili motu, uentorum indicat flatum.Plinius Petasum uocat.*
¶*Pennula, pennulæ,* pen.corr. Diminutiuum (πτερίδιον) Cic. 2.de Nat.deor.195, *Quum autẽ pulli pennulis uti possint, tum uolatus eorum matres prosequuntur.*
¶*Pennatus,* pen.prod. Adiectiuum (πτερωτὸς) *Quod pennas habet.Plin.lib.10.cap.52.1, Pennatorum autem infœcunda sunt, quæ aduncos habent ungues.*
Amores pennati.Claud.2.Paneg.73.
Colores pennata.Claud.de nuptijs Honorij,41.
Serpentes pennati.Ouid.6.Metam.70.
Pennatum telum, Pennis munitum ut leuius fiat, & aerem facilius penetret, quemadmodum in telis & sagittis uidemus. Plin.lib.34.cap.14.1.
Pennatus equus.Plin.lib.8.cap.21.1, Lyncas & Sphyngas Aethiopia generat, multaq; alia monstro similia: pennatos equos, & cornibus armatos, quos pegasos uocant.
¶*Pennifer,* penult.corr. Adiectiuum, *Ferens pennas.* Catullus.
¶*Penniger,* pen.corr. Adiectiuum (πτηροφόρος) *Gerens pennas.Cicer.de Vniuers.44, Erant autem animantium genera quatuor, quorum unum diuinum atq; cæleste, alterum pennigerum & aerium, tertium terrestre, quartum diuinæ animationis, &c.*
Sagittæ pennigeræ.Silius lib.8.74.
¶*Pennipotens,* pen.corr. Adiectiuum (πτηροκρατὼς) Lucret. *lib.2.176,*
—*& nostro de corpore sæpe ferarum*
Augescunt uires, & corpora pennipotentum.
¶*Pennipes,* pen. corr. Aliud Adiect. (πτηρόπους) *ut,* Perseus *pennipes.Catul.in Camerium,epig.51.6. Vide* Perseus.

Pensiculator, Pensiculo] *Vide* Pendo, Pendis.

Pensilis] *Vide* Pendeo.

Pensio, Pensitator, Pensito, Penso] *Vide* Pendo.

Pensum, & Pensus] *Vide* Pendeo, & Pendo.

Pentacosiomedimni] *fuerunt primi ordinis censiti apud Athenienses, quasi quingentis medimnis censi.Bud.lib.5. de Asse.Aristoteles in 2.Politic.author est, Solonem Athenien-*
sem quatuor census Athenis instituisse: quorum primus fuit eorum

eorum, qui Pentacosiomedimni dicti sunt, id est, quingentis medimnis censi. Secundus eorum fuit, qui Zeugitæ dicebantur, ab equis bobus iugalibus. Tertius Hippas, ab equis. Quartus Theticus dicitur, qui eorũ erat, qui Thetes, id est opifices erant, hoc est, operas suas locantes. Primum, secundum & tertium, ad magistratus & honores admitti uoluit, eosq; diuitum & nobilium appellatione censeri.

Pentachiles] *Pisces sunt ex genere concharum, apud Plin. lib.32.cap.ult.*

Pentadoron] pen. prod. (πεντάδωρον) *Laterum è terra macerata fictorum genus. Plin.lib.35.cap.14.3, Tertiũ pentadoron: Græci enim antiqui doron palmum uocabant, & ideo dora munera, quia manu darentur. Ergo à quatuor & quinq; palmis, prout sunt, nominantur. Eadem est latitudo. Minore in priuatis operibus, maiore in publicis utuntur in Græcia. Vitruuius lib.2.*

Pentagonum] *figura est æqui latera & æquiangula, composita ex quinque lateribus siue angulis. Euclid. 4. Elem. Theor.11, In dato circulo, pentagonum æquilaterum & æquiangulum inscribere.*

Pentapetes] *Herba eadem quæ Pentaphyllon. Vide infrà in* Pentaphyllon.

Pentaphyllon] πεντάφυλλον, *herba quinq; folia habens, à Latinis Quinquefolium appellata, multiplex quidem: nam & fragi folia quina sunt, & alterius cuiusdam herbæ passim crescentis: de qua copiosè Plinius lib.25.cap.9.7.*

Pentapolis] pen.corr. (πρυτάνολις) *Regio inter Palæstinã & Arabiam, à quinq; ciuitatibus sic appellata, ubi Sodoma & Gomorrha oppida.*

Pentaprotias] πενταπρωτίας, *quinq; primorum munus: quos alibi sacræ Constitutiones, quinq; Summates uocant. Spiegel. putat uocari quintũuiros, in l. de cubiculis nostris. De priuileg. eor. qui in sacr. palat. militant. lib. 12. C.*

Pentarchus] πένταρχος, *qui quinq; uiris præest.*

Pentastichæ] πενταστιχὰι, *Porticus dicuntur, à quinq; columnarum ordinibus.*

Pentateuchon] πρωτάτευχον, *Volumen quinq; librorum. Sunt qui declinent Pentateuchus, pentateuchi. Pentateuchus Moysi.*

Pentathlum] *Antiqui quinquartium dixerunt: id autem genus exercitationis ex his quinq; artibus constat, iactu disci, cursu, saltu, iaculatione, luctatione. Paulus.*

¶*Pentathlus, pentathli* (πένταθλον) *Pentathli dicuntur, qui in ludo quinq; artes gymnasticas exercent, uidelicet discum, cursum, saltum, palæstram, & iaculationem. A' Latinis quinquertiones appellantur, à quinq; artibus. Plin. de Myrone, lib.34.cap.8.10, Hic fecit Delphicos pentathlos.*

Pentecontarchus] πρωτηκοντάρχος, *qui præest quinquaginta militibus, quorũ munus Pentecontarchia appellatur.*

Pentectena] *apud Antiphanem. Pollux lib. 7.cap.13, dicit tunicellas, esse iuxta oram purpura ornatas, radijs quinque intexta.* (cap. 29.

Pentedactylos] *Mons in Troglodytico sinu. Plin. lib. 6.*

Pentecoste] es (πεντηκοστὴ) *dies quinquagesimus à festo Paschæ, est etiam tributi genus, quod Latinè Quinquagesimas possumus appellare.*

Penthemimeris] *huius penthemimeris, penultima correpta, fœm.gener.* (πενθημιμερὴς) *Latinè semiquinaria, Cæsura est in uersibus, quoties post octo tempora, syllaba relinquitur, partem orationis terminans: ut,*
Omnia uincit amor, et nos cedamus amori. πέντε, *quinq;:* ἥμισυ, *semis:* & μέρος, *diuisio uel pars.*

Penthesilea] pen.prod. (πενθεσίλεια) *Amazonum regina, quæ, teste Iustino lib.2. Otteræ, siue (ut alij) Orithyiæ succes-*
sit in regno: eiusq; Troiano bello inter fortissimos uiros, quum auxilium aduersus Græcos ferret, magna uirtutis documenta extitère. Hæc, ut ait Seruius, dicta est furens, quia sororem suam in uenatione confixit, simulans se ceruam ferire.Virg.1.Aeneid.99.
Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens, &c.
Mœotis Penthesilea.Propert.lib.3.eleg.11.3.

Pentheus] *Dissyllabum* (πρυθεύς) *teste Ouidio in Metam. filius Echionis, ex Agaue coniuge filia Cadmi: qui quum Liberi patris sacra aspernaretur, ira numinis, à matre, & sorore in furorem uersis, laceratus est. Pentheos fabulam uide apud Ouid.3.Metam.ad finem.*
Tecta Penthei disiecta.Horat.2.Carm.ode 19.3.
Demens Pentheus.Virg.4.Aeneid.94.
¶*Pentheus, Adiectiuum* (πενθεῖος) *ut,* Ritu Pentheo laniam corpora.*Claud.2.Paneg.49.Statius lib.2.Theb.115,*
Pentheumq; trahens nondum te Phœbimus æquo
Bacche genus.

Penthylus] *Filius Demonoi, qui è Papho naues duodecim in auxilium Xerxis eduxit, quas oborta tempestate amisit. Ipse uerò captus multa de exercitu Xerxis Græcos edocuit. Author Herodotus lib.7.*

Pentiremis] *huius pentiremis, pen.prod.* (πρυτήρης) *nauis quinq; remos in quolibet ordine habens, siue banca, quæ appellant. Hirtius siue Oppius de bello Alexandrino, lib. 4. 198, Capit ex eo prælio pentirentem unam, triremes duas, &c. Latini quinq; remem uocant.*

Pentorobon] πωντόροβον, *herba insignis, quæ notiore nomine pæonia appellatur. Dictum Pentorobon ab eo, quòd inter cætera, quinq; aut sex grana habeat, erui semen non magnitudine tantum, uerumetiam colore referentia. Vide Plin.lib.25.cap.4.*

Penula] *penulæ, pen. corr.* (φαινόλη, μανδύη) *Vestis quæ nebuloso seu pluuioso tempore supra tunicam assumitur loco pallij, ad arcendas à corpore pluuias. Quint. lib.6. cap. 3.46, Galba penulam roganti respondit, Si non pluit, non est opus tibi: si pluit, ipse utar. Iuuenalis Satyr.5.8. Vlpianus in l.uestis.ff.de auro & argento legatis: inter communia uestimenta, quibus uir & mulier promiscuè utuntur, penulas annumerat. Lampridius scribit, Alexandrum constituisse ut senes penulis intra urbem frigoris causa uterentur: quum id uestimentum, itinerarium, aut pluuiæ fuisset. Quòd autem uiatoria fuerit penula, Tullius ad Atticum, lib. 12. 288.3, probat: Sed ego, inquiens, ita egi, ut nõ scinderem penulam. Prouerbij uice usurpauit Tullius, ut loquimur, Non sustinuit ut scinderem mantellum quò apud me remaneret. Et paulo pòst, Horum ego uix attigi penulam, & tamen remansit. Idem pro Milone, 40, Quid minus promptum ad pugnam, quum penula irretitus, rheda impeditus, uxore penè constrictus esset? Hæc Bayfius.*
Reiecta penula desilire de aliquo loco.Cic.pro Milone,21.
Mulionia penula.Cic.pro Sestio,70.
Erat & penula scortea. scorta enim ueteres pelles nominabant. Martialis lib.14.135,
Ingrediare uiam cælo licet usq; sereno,
Ad subitas nusquam scortea desit aquas. Penula scortea utuntur pegasarij cursores, qui à Gallia Lugdunensi, quinto, aut sexto demum die Romam aduolant, subinde per stationes mutatis equis. Bayfius.
Penula gausapina erat crebra, & uillosa, qua hyberno tempore & frigido uterentur. Mart. lib. 14. 150,
Is mihi candor inest, uillorum gratia tanta,
Vt me uel media sumere messe uelis. Quidã his uersiculis putauerunt

putauerunt penulam gausapinã inter theristra, id est æstiua uestimenta annumerari. Verùm, ni fallor, falluntur. Sensus enim Martialis est, Penulæ dicit talem inesse candorem, tantam inesse uillorum gratiam, ut etiam si hyberno usui sit ascripta, tamen quis penulæ specie captus, eam uel media simicere messe uelit. Bayfius.

Penula utebantur & oratores. Tacitus in Oratorum dialogo, Quantum humilitatis putamus eloquentiæ attulisse penulas istas, quib. astricti, ei uelut inclusi, cum iudicibus fabulamur?

¶Penulatus, pen. prod. (ὁ φαινόλην) Adiectiuum, Penula tectus. Cic. pro Milone, 20, Cum uxore ueheretur in rheda penulatus. Mart. lib. 2. 57, Nõ ipse Codrus alpha penulatorũ.

¶Penularium, penularij (φαινολοδύμη) Quasi theca & uagina penulæ, interprete Nonio. Nonius Fullonico, Non multo pòst zonulam accepit, abscedit, consequitur, penularium pistorum petit.

Penuria] Vide Penus.

Penus] peni, peno (ταμεῖον, βίοτος) secundæ declinationis: uel Penus, huius penus, quartæ: Masculini, uel fœminini generis est, appellaturq; id omne quo uescimur. Lucilius,

Magna penus paruo spacio consumpta peribit. In Digestis titulus est De penu legata. Plaut. Pseud. 4.45,

—nam nisi penus annuus hodie conuenerit, &c.

¶Penus est iurisconsultis, quod esculentum, aut poculentũ est. Quod enim ipsius patrisfamiliãs, eiusq; familiæ, quæ circum eos aut liberos eius est, opus non facit, causa paratum est ut Mutius ait, penus uideri debet. Nam quæ ad edendum bibendumq; in dies singulos prandij aut cœnæ causa parantur, penus non sunt: sed ea potius, quæ huiusce generis longe usionis gratia contrahuntur & reconduntur, ex eo quòd nõ in promptu sunt, sed intus & penitùs habeantur, penus dicta sunt. Hæc Phauorinus apud Gell. lib. 4. cap. 1. Vide & D. de penu legat.

Penus loculpes. Pers. Satyr. 3.8.

Struere penum. Virg. 1. Aeneid. 142.

Ornare penum. Vide Orno.

Penus, penoris, pen. corr. n. g. Horat. 1. epist. 17. 15,

Annonæ prosit, portet frumenta penusq;. Colum. lib. 12. cap. 4. Prius quàm penora contingant.

¶Penum, peni, Idem. Terent. Eunuch. 2.3.18,

Quum in cellulam ad te patris penum omne congerebã clanculum. Afranius, Penum herile.

Penus. Festus, Penora, res necessariæ ad uictum quotidianum. Cicero 2. de Nat. deor. 98, Est enim ómne quo uescuntur homines, penus.

Verba fine penu & pecunia. Plaut. Capt. 8.12.

¶Penus, uocabatur locus in æde Vestæ intimus. Festus.

¶Penuarius, Sueton. in Augusto, cap. 6, Locus permodicus, & cellæ penuariæ instar.

¶Penarius, penarij (ταμιεῖον) ut legit Festus, m. ge. Vel, ut Varro de lingua Lat. lib. 4, Penaria, penariæ: ut uerò alij, Penarium, Locus ubi penus, id est res necessariæ ad uictum quotidianum pertinentes, reponuntur.

¶Penarius, Adiectiuum (ταμιευματικὸς) Quod ad penũ pertinet: ut, Penaria cella, Idem quod penarium. Cic. 4. Ver. 4.

¶Penatores, Qui penũ gestant. Cato aduersus Macilium, Postquam nautas ex naui huc adduxi, non ex militibus piscatores feci.

¶Penuria, penuriæ (ὑστέρησις) Omnis inopia rerum, & præsertim earum quæ in penu recondi solent. Penuria (inquit Festus) quòd penè minus sit, quàm necesse est. Terentius Adelph. 3.3.88,

Ne illiusmodi iam nobis magna ciuium
Penuria est, homo antiqua uirtute ac fide. Cicer. 7. Verr.

20, Ne diutius in tanta penuria uirorum fortium talem imperatorẽ ignorare posſitis. Sic 5. Verr. 107, Penuria aratorum.

Cibi penuria. Lucret. lib. 5. 202.

Edendi penuria. Virg. 7. Aeneid. 23.

Cópia & Penuria, Contraria. Cic. 2. de Inuent. 107.

Firmorum stabilium, & constantium amicorum magna est penuria. Cic. de Amic. 55.

Penuria consilij. Plin. lib. 8. cap. 6. 1.

Penuria mulierum. Liu. 1. ab Vrbe, 35.

Peparethũ] Insula una ex Sporadibus. Plin. lib. 4. cap. 12.

Peplion] πέπλιον, herba, quæ aliàs portulaca dicitur. Plin. lib. 20. cap. 20. 1.

Peplium] fruticulus est, de quo Galen. lib. 8. de Simplic. medicam. facultatibus, cap. 41.

Peplos] πέπλος, inquit Plin. lib. 27. cap. 12. 13, quam alij quidam Sycen, alij meconion aphrodes uocant, ex una radice tenui fruticat, &c.

Peplus] pepli, m. g. uel Peplum, pepli (πέπλος) Vestis solennis, quæ injicitur uel uiro uel fœminæ, uel deo deæue. Virg. 1. Aeneid. 97, Crinibus Iliades passis, peplumq; ferebant. Seruius, Peplum propriè est palla picta fœminea, Minervæ consecrata: ut Plautus,

Nunquam ad ciuitatem ueni, nisi quum infertur peplum. Hodie tamen multi abutuntur hoc nomine.

Fluens peplus. Claud. de nuptijs Honorij, 25.

Pepo] peponis, m. g. (πέπων) Plin. lib. 20. cap. 2. 3, Pepones qui uocantur, refrigerant maximè in cibo, & emolliunt aluum. Caro eorum epiphoris oculorum, aut doloribus imponitur. Hactenus Plinius. Peponum multa sunt genera, ab ipsorum sapore & figuris petita.

Pepromene] es (πεπρωμένη) Fatum, siue Parca: sic dicta, quòd omnia terminet, et nihil eorum quæ sunt, infinitum relinquat. Lilius Syntag. 6.

Peplis] fœm. gen. (πέπλις) Latinè concoctio dicitur. Vnde Pepticæ, medicamenta ad concoctionem, quæ foris adhibentur: ἀπὸ τῦ πέπτειν, teste Heriboldo. Plin. lib. 20. cap. 18. 5, Podagris illinitur cum lacte mulierum: sic & follijs ipsis utuntur. Item ad sacros ignes, & uulnera ex aceto. Ego tamẽ damnauerim collyrijs addi: multoq; magis quas uocant lexipyretas, quasq; pepticas, & cœliacas.

Per] διὰ αἰτ., Præpositio, accusatiuo iungitur. Terent. in Prologo Eunuch. 39, Falli per seruum senem.

Per cornu aliquid infundere. Colum. lib. 6. cap. 2. 5.

Per adoptionem pater, Qui me adoptauit. Plinius epistol. 103. b. libro 5.

Per ætatem. Terent. Eunuch. 1.2.33.

Adsciriq; per adoptionem à Tiberio iussit. Tacit. lib. 1.

—patriam & signa cætera

Per ætatem. Terent. Eunuch. 1.2.33,

Neq; sciebat, neq; per ætatẽ etiam potuerat. hoc est, quia iunior erat. Cic. Cornificio, lib. 12. 23. 5, Nullam partem per ætatem sanæ & saluæ Reip. gustare potuisti.

Per multas ætates fuerunt antistites sacri eiùs ab Euandro edocti. Liu. 1. ab Vrbe, 30.

Per alium ostendere suam sententiam, Alterius admiculo. Terent. Heaut. 2.1.7.

Per alium dare. Terent. 3.1.61.

Per aliũ transigã, recede de medio. Cic. pro Rosc. Amer. 66,

Per Ambages. Liu. 5. ab Vrbe, 71.

Fatigare aliquem per ambages. Quint. lib. 3. cap. 11. 15.

Per amicitiam & gratiam impetrauit à patre. Plaut. Mil. 17. 1.

Per annonam iam caram natus. Plaut. Sticho, 4.2.5.

Per eos annos, uel dies. Cic. 7. Verr. 26, Ac per eos dies quum iste cum pallio purpureo, talariq; tunica uersaretur in conuiuijs

uiuijs muliebribus, non offendebantur homines in eo, &c. Vulgus diceret, Durantibus his diebus.

Per uiginti annos. Quint. in Proœm. lib. 1. 1, Post impetratam studijs meis quietem, quæ per uiginti annos eruditendis iuuenibus impenderam, &c.

Per quinq; & uiginti annos. Tacit. lib. 20.

Per auaritiam aliquid appetere. Cic. pro Rosc. Comœd. 12.

Per beneficium & gratiam aliquid aliquibus concedere. Cicero 5. Verr. 165.

Per caliginem perstrinxerat aciem animi Bruti salus. Cicero 12. Philipp. 320.

Per summam castimoniam uirorum ac mulierum per quæ sacra erant, stuprum & flagitium uiolare. Cic. 6. Verr. 91.

Per cauillationem ad aliquid perduci. Liu. lib. 8. Decad. 4.

Per causam: hoc est, per simulationem, dissimulando. Liuius 2. ab Vrbe, 135, Per causam renouati ab Aequis belli, hoc est, prætextu.

Per causam aliquam gratiam alicuius sibi conciliare. Cicero de lege Agrar. 49.

Per cinerem alicuius mortui, per nomen propinquitatis, per coniugem ipsius & liberos aliquem obsecrare ut aliquando misericordiam capiat. Cic. pro Quint. 65.

Per comitatem omnia dissperdidit. Plaut. Trinum. 6. 51.

Manat per compita rumor. Hor. 2. Serm. Satyr. 6. 10.

Per compita supplicatum. Liu. 7. bel. Pun. 135.

Per compositionem. Cic. pro Rosc. Amer. 20, Quos quia seruare per compositionem uolebat, ipse ab his interemptus est. Quod uulgò dicit, Secundum quod composuerat.

Per consequentias contingit. Vlp. l. 1. & de author. & conf. tut.

Per consequentias negocium alicui geri. l. quod dicimus. D. de author. & conf. tutor.

Per consequentiam. Vlpian. l. moris. ff. de pœnis.

Per contrarium. Vlpianus in l. Iulianus. §. si uenditor. ff. de act. empt. & uend. Per contrarium quoq; idem Iulianus scribit.

Per culpam uenire in necessitatem. Author ad Herennium, libro 2. 56.

Per summum dedecus uitam amittere. Cicero pro Roscio Amerin. 18.

Per deos iurare. Vide Iurò.

Per deos, per dextram, per fortunas, per fidem, per hominem, modus deprecandi elegantissimus. Terent. And. 1. 5. 54,

Quod ego per hanc te dextram oro, & genium tuum,
Per tuam fidem, perq; huius solitudinem
Te obtestor, ne, &c. Cic. Att. lib. 3. 61. 2, Ad quæ recuperanda per fortunas incumbe, ut facis. Cicer. 3. de Fin. 111,

Quæ per deos immortales nónne miraris?

Per deũm immortalium fidem. Cic. ad Octauium, 4.

Per ego te, iura, deos, genua, præter cætera, interpositio elegans, & nescio quid ornatus habens in oratione. Liu. 3. bel. Pun. 34, Per ego te, inquit, fili, quæcunq; iura liberos iungunt parentibus, precor quæsoq;, ne ante oculos patris facere, & pati omnia infanda uelis. Plaut. Menæh.

Per ego te hæc genua obtestor, ne, &c. Terentius Andr. 5. 1. 15,

Per ego te deos oro, ut ne illis animum inducas credere.

Per deridiculum uerba dare alicui. Plaut. Pseud. 18. 7.

Per dilationes. Liu. 5. ab Vrbe, 18.

Per directum. Plin. lib. 5. cap. 22.

Per optimatium discordiam, dissensionemq;, patribus principibusq; cædes periculaq; non creentur. Cicero de Arusp. respon. 36.

Per dolum dimicare. Hirtius lib. 5. bel. Africani, 287.

Per doctos dolos auferre aliquid. Plaut. Pseud. 7. 70.

Per fas & fidem deceptus. Liuius 1. ab Vrbe, 39. Plautius Mostell. 7. 68.

Per fidem qui nos sæpenumerò fefellerunt, eorum orationi fidem habere non debemus. Cic. 1. de Inuent. 85.

Per figuram offerre iusurandum. Suetonius de claris Rhet. 3. Vide Offero.

Per flagitium famam perdere. Plautus Trinum. 10. 18. Terent. Heaut. 5. 1. 56.

Per summam fraudem & malitiam fingere aliquid. Cicero pro Quintio, 33.

Per gratiam abire. Plaut. Milit. 13. 32.

Per gratiam absoluere. Cic. 2. Verr. 29.

Per ignauiam in prælio sonum tubæ ferre non potes. Author ad Heren. lib. 4. 166.

Per illos, Per me licet. Plaut. Pœn. 2. 52,

Si quidem licebit per illos quibus est in manu. Terent. Hecyr. 5. 2. 7,

Ancillas dedo, quolibet cruciatu per me exquire,
Licet. Vbi Donatus, Per me, Me authore & permitente. Cic. 4. Acad. 165.

Per illa tempora perraræ literæ fuerunt: pro, illis temporibus. Liu. lib. 6.

Per imprudentiam decipi. Cic. pro Rosc. Comœd. 12.

Per alterius incommodum & calamitatem qui non ascendit, & sua uirtute in altiorem locum peruenit, is mihi uidetur amplissimus. Cic. pro Roscio Amer. 50.

Per iniuriam. Cic. 1. Verr. 30, Ab hac præfectus Antonij quidam symphoniacos seruos abducebat per iniuriam, quibus se in classe uti uelle dicebat.

Per summam iniuriam. Cic. 3. Verr. 95, Ne per summam iniuriam pupillum Iunium fortunis patris conetur euertere. Idem pro Roscio Amerino, 18, Per summum dedecus uitam amittere.

Per insidias interficere. Cic. pro Domo sua, 47.

Per interdicta crudelitatis alicuius aliquid alteri non licere. Cicero in Pisonem, 13.

Per interualla. Plin. lib. 8. cap. 42. 10.

Per inuidiam depelli Tribunatu. Cic. 3. de Orat. 7.

Per iram aliquid facere quod nos pœniteat. Cicero 4. Tusculanar. 129.

Per iram & leuitatem crimen commentum. Liuius 6. belli Punici, 141.

Per ius & magistratum aliquem defendere. Cicero pro Quintio, 46.

Per latrocinium imposita lex. Cic. in Pison. 23.

Per legem. Cic. ad Saluſtium lib. 2. 16. 4, Sed id uix mihi uidetur per legem Iuliam facere posse.

Per legem illam hoc mihi licet. Cic. Att. lib. 1. 15. 8.

Per literas mihi ignoscit. Cic. ad Att. lib. 10. 194. 3. pro eo quod est, Scribit se mihi ignoscere.

Per literas colloqui cum aliquo. Cic. Att. lib. 6. 112. 3.

Per unam literam scriptum. Plin. de clar. Grammat. 6.

Consulere aliquem per ludibrium. Tacit. lib. 1.

Per ludicrum audire, per iocum quærere. Liuius 4. belli Punici, 25.

Per ludum & iocum aliquem fortunis euertere. Cicer. 3. Verr. 110. Sic apud Plinium in epist. 109. c, Per ludum & iocum occursum est rapinis.

Per ludum & negligentiam peruenire aliquid. Cicero 7. Verrin. 142.

Per luxuriam effundere atq; consumere, quod per scelus quis est adeptus. Cic. pro Rosc. Amer. 4.

Per malitiam aliquid facere. Cic. pro Rosc. Comœdo, 12.

Per manus prouinciam alteri tradere. Cic. de Prouin. Conſ. 32.
Per maturitatem debiſcentes. Plin. lib. 12. cap. 7. 1. Correctiora exemplaria legunt, debiſcentes maturitate.
Per me nulla eſt mora. Terent. Andr. 3. 4. 14.
Per me percontatus ſum, ſineq; indice aliquo. hoc eſt, ex meipſo, nullo alio ſuadente. Plaut. Merc. 3. 17.
Per medios ruit. Virg. 4. Aeneid. 135.
Per membranas oculorum ut cerni poſſet, fecit eas perlucidas natura. Cic. 2. de Nat. deor. 213.
Per metum. Plaut. Aulul. 6. 12,
Neq; occultum id haberi, neq; per metum muſſari.
Per momenta. Plin. epiſt. 95. b, Ita eſt aliquid, quod huius fontis excurſum per momenta repercutiat.
Per naturam fas eſt, aut per leges licet. Cic. pro Mil. 33.
Per nebulam aliquid ſcire aut audire. Plaut. Pſeud. 7. 48.
Per neceßitatem. Liuius 1. ab Vrbe, 19, Sed rem immaturam niſi aut per occaſionem, aut per neceßitatem aperiri noluerat.
Per ultimam neceßitatem. Liu. 2. ab Vrbe, 184.
Per noctem cernuntur ſidera. Plin. lib. 2, cap. 10. 3.
Per nos. Plinius epiſt. 315, Impetrandumq; à bonitate tua per nos habet, quod illi fortunæ malignitas denegauit. id eſt, noſtra opera.
Per nos quidem hercle egebit qui ſuum prodegerit. Plautus Merc. 2. 4. 60. hoc eſt, Nihil ei ſuppeditabimus.
Per notas nos certiores quàm ſcitè facit Iupiter. Cicer. 2. de Diuinatione, 69.
Per occaſionem. Liu. 1. ab Vrbe, 45, Dum ea ibi Romani gerunt, Antennatium exercitus per occaſionem ac ſolitudinem hoſtiliter in fines Romanos incurſionem facit.
Subuertere aliquem per occultum. Tacit. lib. 3.
Per officium. Tacit. lib. 1, Druſo propinquanti, quaſi per officium obuiæ fuêre legiones.
Per omnia, In omnibus. Columel. libro 4. cap. 2. 2, Quare per omnia prætulerim duobus potius ſeminibus depoſitis, quàm unico periclitari.
Per omnes dies. Plinius lib. 6. cap. 19. 4, Regi eorum peditum ſexcenta M. equitum, XXXM. elephantorum IXM. per omnes dies ſtipendiantur.
Per ordinem. Quintilianus libro 4. cap. 2. 51, Sortiti noctem ſinguli per ordinem, cum ferro cubiculum intrauerunt patre dormiente.
Per ordinem fungi honoribus. Plin. de Viris illuſt. 67.
Per ocium. Cic. 1. de Inuent. 6, Quare mihi uidentur poſtea cætera ſtudia recta atq; honeſta per ocium concelebrata ab optimis enituiſſe.
Per pacem. Plaut. Amphitr. 4. 234,
Obſecro ut per pacem liceat te alloqui, ut ne uapulem.
hoc eſt, te pacato, & non irato amplius.
Per partes emendare. Plin. epiſt. 29. d.
Per partes facere. Plin. epiſt. 195.
Per poteſtatem auferre aliquid alicui. Cic. 6. Verr. 27.
Per procuratores, aut per ſeipſum agere. Cic. Att. lib. 4. 86. 7.
Per quod effectum eſt ut te conſulerem. Plinius epiſtol. 300. Et epiſtol. 243.
Per hanc rationem aliquid alicui dare: pro, Ad hunc modum, hoc modo. Cic. 4. Verr. 88.
Perridiculum. Plaut. Truc. 6. 8.
Per riſum & iocum aliquid contẽnere. Cic. 2. de lege Agr. 94.
Per ſcelus & latrocinium ex fanis religioſis auferre aliquid. Cic. 3. Verr. 38.
Per ſe: pro, Quod ad ſe attinet. Cic. de Amic. 61, Tanquã ſuperiorẽ colebat, ſuoſq; omnes per ſe eſſe ampliores uolebat.

Per ſe, & Propter ſe: hoc eſt, Propter excellentiam ſui. Cicer. de Amic. 68, Ita pulcherrima illa & maximè naturali carent amicitia, per ſe & propter ſe expetita.
Per ſe aliquid poſſe, Quaſi nullo adiutore. Cicer. de Amic. 26, Vt dandis, recipiendiſq; meritis quod quiſq; minus per ſe ipſe poſſet, id acciperet ab alio, uiciſſimq; redderet.
Per ſe ſibi quiſq; charus eſt: Ex ſeſe, ſua natura, & quod dicitur Naturaliter. Cic. de Amic. 68.
Sua ſponte, & per ſe iucunda. Cic. 1. de Fin. 38.
Per ſe ipſe ac ſua ſponte ardor mouetur. Cicero 2. de Natura deorum, 45.
Per ſe ſolus. Liu. 1. ab Vrbe, 216, Cognitiones capitalium rerum ſine conſilijs per ſe ſolus exercebat.
Per ſe ipſa probitas parum tuta. Salust. in Iugurtha.
Per ſe ſplendet uirtus ſemper, neq; alienis unquam ſordibus obſoleſcit. Cic. pro Seſtio, 51.
Per ſemen. Cato cap. 17, Tum primùm per ſemen incipiunt maturæ eſſe.
Per ſententias aliquorum, iuſq; iurandum aliquid aſſequi. Cic. pro Roſc. Amer. 5.
Per ſilentiũ adeſſe æquo animo, Tacite audire. Terent. in Prol. Phorm. 31. Et in Prol. Heaut. 36.
Per ſilentium eò deducti. Liu. 5. bel. Pun. 128.
Per ſimulationem. Cic. 6. Verr. 6. Non abl. ta ex urbibus ſociorum quatridui cauſa per ſimulationem Aedilitatis, domum deinde atq; ad ſuas uillas auferebant.
Per ſimulationem amicitiæ aliquem prodere. Cic. Post red. ad Quirites, 17.
Per ſomnum ſenſibus & curis uacuus animus. Cic. 2. de Diuinatione, 40.
Per longiſſimum ſpacium hoc receptaculo utetur. Plinius epiſtol. 117.
Per ſpeciem, Simulata occaſione, per ſimulationem, fingendo. Liu. 1. ab Vrbe, 183, Itaq; per aliquot dies, quum iam expiraſſet Tarquinius celata morte, per ſpeciem alienæ ſungendæ uicis, ſuas opes firmauit.
Per ſtadia duo. Plin. lib. 5. cap. 29, 3, Alexander idem per duo ſtadia continenti adnexuit.
Per plures ſucceßiones traditæ. Plin. epiſt. 225.
Per ſucceßiones ſibi ius uendicare. Plin. lib. 12. cap. 14. 3.
A ſuis, uel per ſuos inimicos aliquid ad te delatum eſſe, non ſine magno quidem dolore, is mihi uiſus ſuſpicari. Cicero Bruto, 1. 2.
Per te ſtetit quominus hæ fierent nuptiæ. Terent. And. 4. 2. 16.
Per tempus, In tempore, ſiue tempeſtiuè, inquit Donatus, aut opportunè. Plaut. Pœn. 3. 7,
Scitum eſt, per tempus: hoc eſt, iam uerbum uetus.
Per tempus aduenis. Terent. Andr. 4. 4. 44.
Per tempus egredi. Terent. Hecyr. 4. 3. 15.
Per tempus ſubuenire alicui. Plaut. Truc. 4. 79.
Per tempus ſalices legere. Cato cap. 31.
Per omne tempus quo ſuimus unà. Plin. epiſt. 306.
Per id tempus. Liu. 2. ab Vrbe, 40, Multa igitur blandimenta plebi per id tempus ab Senatu data. Cic. pro Roſcio Amer. 49, Per iſta tempora.
Per triennium. Cic. 2. Verr. 8, Nullares per triennium, niſi ad nutum iſtius iudicata eſt.
Per triumphum aliquid uehere. Cic. 2. Verr. 38.
Per ualetudinem quum poſſes uenire, tamen noluiſti. Cicero Mario, lib. 7. 1. 1.
Fuſus ſanguis per uenas. Tacit. lib. 20.
Per uer. Cato de re Ruſt. cap. 151. 1, Semen cupreſſi Tarentinæ per uer legi oportet. Plin. lib. 17. cap. 18. 3.

Per

Per uiam fabulari in itinere. Plaut. Ciſtel. 11. 1.
Per uices, Viciſſim. Plin. epiſt. 3. 4, Quid popinæ? quid cubicula diurna, nocturnaq; poſſidentne te, & per uices partiuntur?
Per uices annorum. Plinius libro 12. cap. 14. 3. hoc eſt, per uiciſſitudines.
Per uim quod actum eſt, ratum eſſe non debet. Cicero 3. Officiorum, 149.
Per uim & ſcelus plurimum poſſe. Cic. pro Quint. 46.
Per uim Conſules creantur. Plin. in Paneg. 96.
Per uim uitium oblatum uirgini. Terent. Adelph. 3. 2. 10.
Per uim lata lex. Plin. de Viris illuſt. 62.
Per uinum exortum diſſidium: hoc eſt, per ebrietatem. Plautus Mil. 10, 59. & Aul. 30. 65. Cic. 4. Acad. 93, Siue in quiete, ſiue per uinum, ſiue per inſaniam.
Per uiſum. Cic. de Amicitia, 13, Quæ ſe in quiete per uiſum ex Africano audiſſe dicebat.
Per uos, ſiue per aliquem id eſt, beneficio alicuius. Cic. pro Roſcio Amerino, 29, Feret tamen æquo animo Iudices, ſi per uos uitam & famam poteſt obtinere. Idem ad Terentiam, libro 14. 18. 2.
Per, inter. Virg. 1. Georg. 48,
Hás inter, mediamq; duæ mortalibus ægris
Munere conceſſæ diuûm, & uia ſecta per ambas,
Obliquus quà ſe ſignorum uerteret ordo. Vbi Seruius, Quum uitet utranq; temperatam, ipſa præpoſitio Per, pro Inter, accipienda eſt. Plin. lib. 12. cap. 5. 3, Fructus per ſolia ſolibus coctus, prædulci ſapore.
Per, pro In. Virg. 5. Aen. 168,
Sub remis fuſi per dura ſedilia nautæ. id eſt, iacentes in duris ſedilibus.
Per, pro Sub prætextu. Cic. pro Cecinna, 5, Qui per tutelam aut ſocietatem, aut rem mandatam, aut fiduciæ rationem fraudauit quempiam: in eo, quo delictum maius eſt, eo pœna eſt tardior.
Per enim magni æſtimo tibi firmitudinem animi noſtri, & factum noſtrum probari. Cic. Att. lib. 10. 192. 1.
Per mihi mirum uiſum eſt Scæuola te hoc illi concedere, &c. Cic. 1. de Orat. 107.
Pera] peræ (πήρα) Pellis à collo ad lumbos pendens. A' quo pera, ſacculi genus. Hinc Peram uiatoriam uocamus, qua panem & aliquid obſonij geſtare uiatores ſolent. Martialis libro 14. 86,
Ne mendica ferat barbati prandia nudi,
Dormiat & tetrico cum cane, pera rogat.
¶ Perula, perulæ, Diminutiuum (πηρίδιον). Seneca epiſt. 91, Exemptum protinus è perula calicem fregit.
Perabſurdus] Adiect. (λίαν ἄτοπος) Valde abſurdum ſignificat. Cic. 4. Acad. 107, Illud uerò perabſurdum quod dicitis, probabilia uos ſequi, ſi re nulla impediremini.
Perabſurda uerba. Cic. in Partit. 29.
Peracer] hæc peracris, hoc peracre, pen. prod. (πολυδάκνης) Valde acre & uehemens. Cic. ad Papirium, lib. 9. 16. 9, Sed tamen ipſe Cæſar habet peracre iudicium.
Peracerbus] Adiectiuum (πολύστυφος) Valde acerbus. Cic. de Senect. 49, Primò eſt peracerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit. De uua.
Peraceſco] peraceſcis, peracui (μέγα ὀξύνομαι) peraceſcere, Valde acre & acidum fieri. Plaut. Bacch. 22. 13,
—hoc hoc eſt, quod peraceſcit, hoc demum eſt quod percurcior, Me hoc ætatis ludificari. Idem Aulul. 18. 10,
—mihi pectus peracuit, &c.
Peracidus] pen. corr. Adiect. (πανυπόξυς) Valde acidum ſignificatur, Peracida poma, peracida pyra.
Peractio] Vide Perago.

Peracticum] Gummi genus. Vide Peraticum.
Peracuo] peracuis, peracui, peracutum, penultim. producta (μέγα ὀξύνω) peracuere, Valde acutum facere. Cato capite 40. 1, Sumito tibi ſurculum durum, eum peracuito, ſalicem Græcam diſcindito.
¶ Peracutus, pen. prod. Adiect. (ὑξύτατος, ὀξύτατος) ualde acutum ſignificat. Mart. lib. 5. 81,
Vt citò teſticulos peracuta falce ſecaret.
Ingenioſus & peracutus homo. Cic. 4. Verr. 88.
Peracuta cauſa. Cic. pro Planc. 59.
Peracutum, Ingenioſum. Cicero pro Cecin. 61, Non deieci, ſed eieci: peracutum hoc tibi uidetur: hic eſt mucro defenſionis tuæ.
¶ Peracutè, penult. producta. Aduerbium (περιττῶς) Cicer. 1. Acad. 50, Sed Zeno quum Arceſilam anteiret ætate, ualdeq; ſubtiliter diſſereret, & peracutè moueretur, corrigere conatus eſt diſciplinam.
Peradoleſcens] admodum adoleſcens. Cic pro lege Manilia, Quid tam præter conſuetudinem, quàm homini peradoleſcenti imperium atq; exercitum dari?
¶ Peradoleſcentulus, pen. corr. Aemil. Probus in Eumene, Hic peradoleſcentulus ad amicitiam acceßit Philippi.
Peræa] περαία, ulterior Iudææ pars, Arabiæ & Aegypto proxima, aſperis diuiſa montibus, & à reliqua Iudæa Iordane amne diſcreta. Plin. lib. 5. cap. 14.
Peredifico] perædificas, pen. corr. (περὶ τὸν οἶκον δομῶ) perædificare, Aedificationem abſoluere. Columel. libro 4. capite 3. 1, Ab inchoato domos extruunt, nec perædificatis cultum adhibent.
Perequus] Adiect. (παρὰ τὸ ἴσον) Valde æquum ſignificat. Cic. 6. Verr. 41, Vt hoc liceret ſuſpicari, fuiſſe aliquando apud Siculos peræqua proportione cætera.
¶ Peræquè, Aduerb. (ἐπὶ τὸν, ἀξίως ἴσα) Admodum iuſtè. Cicer. in Piſonem, 68, Quod cùm peræquè omnes, tum acerbiſſimè Bœotij & Byzantij Cherronenſes, Theſſalonica ſenſit.
Cæſe peræquè legiones Antonij. Aſinius Pollio Cic. lib. 10. 33. 10, Peræquè narrabat inceniam eſſe iuuentutem. Cic. ad Attic. lib. 2. 23. 2, Atq; hæc peræquè in omni agro decumano reperietis. Cic. Verr. 101.
Peræquè florere in omni dicendi genere. Cic. in Orat. 10.
¶ Peræquo, peræquas, peræquare (ἀξιόω) Aequum facere. Columel. lib. 3. cap. 3. 4, Et apud me octogenæ ſtirpes inſitæ intrà biennium ſeptenos culeos peræquarent.
¶ Peræquatores, dicuntur exactores ſenſuum, qui in capita ſunt conſtituti: ita dicti, quòd æqualiter ab omnibus exigãt. Alciatus in l. cum antea. C. de agricol. & cenſit. lib. 11.
Perago] perագis, pen. corr. peregi, pen. prod. peractum (περαίνω, τελέω, διαπράττομαι, διανύω, ἐπιτελῶ) peragere, Perficere. Liuius 1. ab Vrbe, 123, Rex cætera ut orſus erat, peragit.
Æeſtates ſalubres peragere. Hor. 2. Serm. Satyr. 4. 5.
Ævum peregit. Ouid. 15. Metam. 97.
Bella peraguntur milite uitreo. Ouid. ad Piſonem, 39. De ludo ſcacchorum loquitur.
Buſta peragere. Ouid. 2. Metam. 126.
Cibum peragere. Ouid. 2. Metam. 126.
Cibum peragere, pro Conficere. Plin. lib. 9. cap. 56.
Comitia peragere. Cic. 2. de Nat. deor. 15.
Concilium peragit Cæſar, equitesq; imperat ciuitatibus. Cæſ. 6. bel. Gal. 13. & lib. 5. 87.
Curſum peregi quem dederat fortuna. Virg. 4. Aen. 131.
Dicta alicuius peragere. Ouid. 8. Metam. 165.
Donum peragere. Virg. 5. Aen. 73.
Fabulam peragere. Cic. de Senect. 63.

Incœptum peragere. Virg. 4. Aen. 91.
Incœptum iter peragunt. Virg. 6. Aen. 77.
Peragere uerum indicium: pro, Indicium comprobare. Liuius lib. 6. ab Vrbe.
Iussa peragere. Ouid. 2. Metam. 24.
Latus ense peregit. Ouid. epist. 4. 24. hoc est, penetrauit latus ense, ensem per latus egit, seu adegit.
Mandata peragere. Ouid. 7. Metam. 102.
Mortem peragere. Plin. epist. 58. a. lib. 3.
Nauem peregit in portum. Plautus. id est, perduxit.
Et multas noctes peregi insomnes. Apuleius.
Noctem peregi uacuum somno: hoc est, transegi. Ouidius primo Amor. eleg. 2. 1.
Octa millia peragebant gentes. Ouid. 1. Metam. 21.
Animo omnia secum peragere, Reputare apud se. Plinius epist. 190. c. Virg. 6. Aeneid.
Omnia percepi, atq; animo mecum antè peregi.
Opus peregit. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 10.
Partes suas peragere, Facere officium suum. Plin. lib. 7. epist. ultima, ad Tacitum.
Partes alicuius peragere. Ouid. 2. Amor. eleg. 15. 6.
Laboris pensum peragere, Colum. lib. 3. cap. 10. 6.
Postulata peragere. Liu. 1. ab Vrbe, 142.
Res gestas peragere, Describere res gestas, scriptis declarare & perscribere. Liu. 2. ab Vrbe, 1.
Sententiam suam alicui peragere. Liuius 7. ab Vrbe, 166, Vbi sententiam meam uobis peregero, tum quibus eadem placebunt, in dexteram partem taciti transibimus.
Seria nulla peraguntur fronte coronata. Ouid. 5. Fast. 69.
Sol duodena peragit signa. Ouid. 13. Metam. 125.
Fortuna grauis peragit incœptum tenorem. Ouid. epist. 21. 12.
Vita peragenda sub axe Boreo. Ouid. 4. Trist. eleg. 7. 9.
Volumina peragere. Plin. epist. 49. c.
Vota peragere. Ouid. in Ibin, 20.
Peragere, pro Fortiter agere. Senec. epist. 59, Hunc quem Græci œstrum uocant pecora peragentem, & totis saltibus dissipantem. id est, urgentem ad continuum cursum.
Peragere aliquem reum: id est, condemnare. Iurisconsulti ait, Peregisse reum non al às quis uidetur, nisi & condemnauerit. Plin. epist. 53. a, Multiq; priuati reum peregerunt. Budæus.
Peragi reus in crimimibus, non res peragi dicitur. Est autem reum peragere, ita rei accusationem persequi, ut reus tandem damnetur. Paulus iurisconsul. Desitisse autem is uidetur, qui intra præfinitum accusationis à præside tempus reum suum non peregerit. Hactenus Budæus.
Reus peragor ore populi. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 5.
Peragere censuram. Plin. lib. 7. cap. 29. 1.
¶ Peractus, Participium (τετελειωμένος) ut,
Cædes ingens peracta. Virg. 9. Aen. 49.
Causa peracta. Ouid. 15. Metam. 8.
Consulatus peractus. Cic. in Pisonem, 4.
Peractis tristitiæ imitamentis curiam ingreditur. Cornelius Tacitus libro 13.
Imperia peracta. Hor. 4. Carm. ode 14. 9.
Lux peracta. Ouid. epist. 20. 17.
Opus peractum. Stat. 1. Sylu. 1. 1.
Sacra peracta deo. Ouid. 5. Fast. 26.
Tempus melius peractum est. Ouid. 2. de Arte, 134.
Vita peracta sine labe. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 10.
¶ Peractio, Verbale (τελείωσις) Cicero de Senect. 78, Senectus autem, peractio ætatis est.
¶ Peragito, peragitas, pen. corr. peragitare, Frequentatiuum Colum. lib. 12. cap. 19. 4, Et nihilominus subinde fœniculo peragitet, nequid subsederit quod posit plumbeum perforare. Cæsar 1. bell. Ciuilis, 302, Millia enim progressi quatuor, uehementiusq; peragitati ab equitatu, montem excelsum capiunt.
Peragro] peragras, pen. corr. (περιοτέω, περιχωρέω) peragere, Ex per, & ager, agri, compositum, significat Inquirendo circuire, ut ait Seruius, siue Huc & illuc proficisci. Cic. 1. de Diuin. 154, Arabes autem & Phryges, & Cilices, quòd pastu pecudum maximè utuntur, campos & montes hyeme & æstate peragrantes, propterea facilius cantus auium & uolatus notauerunt. Virg. 1. Aen. 78,
Ipse ignotus, egens, Libyæ deserta peragro.
Agros & nemora peragrare. Cic. de Arusp. resp. 21.
In labore militari peragrare Asiam. Cic. pro Murena, 10.
Belli diuersa peragrat. Valer. 6. Argon. 61.
Loca auia peragro. Lucret. lib. 41,
Peragrare pedibus maria, clusibus montes. Cicero 2. de Finibus, 178.
Prouincias omnes peragrasse gloriatur Asellus. Cicero 2. de Orator. 143.
Regiones has arma pop. Rom. peragrarunt. Cicero de Prouin. Conf. 26.
Rura peragrare. Cic. 3. Offic. 3.
Saltus peragrat Dictæos. Virg. 4. Aen. 15.
Fama peragrare dicitur. Cic. pro Mil. 75, Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodij: & opinor ultrà, quàm fines imperij pop. Rom. sunt, non solùm fama iam de illo, sed etiam lætitia peragrauit.
Mente innumerabiles mundos, infinitasq; regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas, peragrare. Cicero 2. de Finib. 163.
Mente regiones peragrare. Cic. 2. de Fin. 163.
Mente animoq; peragrauit omne immensum. Lucret. lib. 1. 15.
Peragrare per animos hominum, per translationem. Cicero 1. de Orat. 112.
Sed ita peragrat per animos hominum, ita sensus mentesq; pertractat, ut non desideret philosophorum descriptiones.
tebras suspicionum peragrare. Cic. pro Cælio, 41.
¶ Peragrans, pen. corr. Particip. (περιχωρῶν) ut,
Mater saltus orbata peragrans. Lucret. lib. 2. 72.
¶ Peragratus, pen. prod. (περιηκωμένος) Aliud particip. Cic. 5. de Finibus, 92, A' quibus propter discendi cupiditatem uidemus ultimas terras esse peragratas.
Montis peragrati saxa. Seneca Thebaid. 1. 3.
¶ Peragratio, Verbale (περιχώρησις) Cic. 2. Philip. 70, Quæ fuit eius peragratio itinerum, lustratio municipiorum.
Perambulo] perambulas, pen. corr. (περιπολέω, διοδεύω) perambulare. Varro de re Rust. lib. 1. cap. 2, Vos qui multas perambulastis terras.
Cubilia omnium perambulare. Catul. in Iulium Cæs. 27. 2.
Bos rura perambulat. Hor. 4. Carm. ode 5. 4.
Perambulabis astra sidus aureum. Hor. Epod. 17. 9.
Peramo] peramas, pen. corr. (ὑποφιλέω) peramare, Valde, uel usq; ad finem amare. Cic. 1. de Leg. 77, Vbi illa sancta amicitia, si non ipse amicus peramatur toto pectore? Quædam exemplaria legunt, per se amatur.
¶ Peramans, pen. corr. (ὑποφιλῶν) Participium, siue Nomen ex participio. Cic. ad Att. lib. 4. 77. 5, Homo peramans sem per nostri fuit, nec mihi unquam odio.
¶ Peramanter, Aduerbium (πολυφίλως) Plin. libro 9. cap. 20. 7, Qui me quidem perofficiosè & peramanter obseruant.
Peramplus] Adiectiuum (πολυπλατὺς) Cicero, Sunt ea simulachra perampla atque præclara, sed non ita antiqua. Idem,
Simulachra duo perampla & pulcherrima.

Perangustus] Adiect. (πολύστενος) Admodum angustum significat. Cicer. 7. Verr. 133, Vt ille in dolore, cruciatuq; moriens, perangusto freto diuisa seruitutis ac libertatis iura cognosceret.
¶ Perangustè, Aduerbium (πολυστενῶς) Cic. 1. de Orat. 79, Sed tu hoc nobis da Scæuola, & perfice, ut Crassus hæc, quæ coarctauit, & perangustè reserit in oratione sua, dilatet nobis, atq; explicet.
Peranno] perannas (διετησιωτίζω) per annare, Per integrum anni tempus uiuere. Componitur enim ex Per & Anno, annas. Macrobius libro 1. Saturnal. cap. 12, scribit priscos Romanos mense Martio, & publicè, & priuatim & Annam perennam sacrificatum ire solitos, ut annare, perannareq; commodè liceret. hoc est, uitam degere incolumem per annum integrum. Quidam hîc legunt perannam, per a primam uocalem, ut ab Anna deriuetur, quæ mense Martio colebatur à Romanis, ut eis annare & perannare liceret: de qua sic Ouid. lib. 5. Fast. 30,
Nec mihi parua fides hinc annos isse priores,
Anna quod hoc cœpta est mense peranna coli. Et hic legitur in quibusdam exemplaribus, perenna, per e secundam uocalem. Sueton. in Vespas. cap. 5, Ideoq; puella nata non perannauit.
Perantiquus] pen. prod. (ἀρχαιότερος) Adiectiuum. Cicero de claris Orator. 20, Atque hunc proximo sæculo Themistocles insequutus est, ut apud nos perantiquus, ut apud Athenienses, non ita sanè uetus. Sic 6. Verr. 3.
Perappositus] pen. corr. Adiect. (λίαν ἁρμόζων) Valde appositus. Cic. 2. de Orat. 152, Sunt etiam illa subabsurda, sed eo ipso nomine sæpe ridicula, non solùm mimis perapposita, sed etiam quodammodo nobis.
Perarduus] Adiect. (πολυχαλεπὸς) Cic. 5. Verr. 141, Mihi autem hoc perarduum est demonstrare.
Perarescо] perarescis, perarui (παγυμεραίνομαι) perarescere, Prorsus aridum fieri. Columel. libro 11. cap. 3. 48, Sed nec patiendum est ut perarescat, aut totum decidat. Plinius lib. 33. cap. 6. 8.
Perargutus] penultima producta, Adiectiuum (πολυσωμῆλος) Cic. de clar. Orat. 86, Quem studebat imitari L. Afranius poeta, homo perargutus, in fabulis quidem etiam, ut scitis, disertus.
Perariduſ] pen. corr. Adiect. (πάνξηρος, πολυκαγὴς) Valde, uel prorsus aridum significat. Colum. lib. 2. cap. 19. 1, Est autem modus in siccando, ut neq; peraridum, neq; rursus uiride colligatur. Plin. lib. 16. cap. 24. 4, Querna animalibus iubens dari non perarida. De foliis arborum.
Peraro] peraras. pen. corr. (κατατροπιάω) perarare, ex Per & Aro compositum. Ouid. 14. Metam. 20,
—naresq; à fronte remissas
Contudit, & rugis perarauit anilibus ora.
Pontum perarare: id est, mare nauibus sulcare. Senec. Medea, 8. 15.
Perarare carmina auro. Stat. 4. Syl. 5. 5.
Litera peraratur blandis uerbis. Ouid. 1. de Arte, 92.
¶ Perarans, pen. corr. Participium (κατατροπιῶν) Ouidius 9. Metamorph. 114,
Talia nequicquam perarantem plena reliquit
Cera manum. hoc est, scribentem.
¶ Peraratus, pen. prod. Particip. (κατατροπιωθεὶς) ut, Tabellæ peratæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 11. 2.
Perasper] Adiect. (πολυτραχὺς) Valde asperum significat. Celsus lib. 5. cap. 28, de thymio, At thymion nominatur, quod super corpus quasi uerrucula eminet, ad cutem tenue, suprà, latius: sub, durum: in summo, perasperum.

Perastutus] pen. prod. Adiectiuum (πολυμήχανος) Valde astutus. A' quo,
¶ Perastutè, Aduerb. Plaut. Trucul. 6. 40, Vt perastutè eum inijciatis in malam fraudem, & præmium.
Perattentus] Adiectiuum (λίαν προσέχων) Valde attentus. Cic. 5. Verr. 9, Superiore omni oratione perattentos uestros animos habuimus.
¶ Perattentè, Aduerbium (λίαν προσεχόντως) Cic. pro Cælio, 18, Animaduerti enim Iudices audiri à uobis meum similiarem L. Herennium perattentè.
Perbacchor] perbaccharis (μαίνομαι) perbacchari, Perpotare & lusitare conuiuijs frequentandis. Budæus. Cic. 2. Philipp. 102, At quàm multos dies in eâ uilla turpissimè es perbacchatus? ab hora tertia bibebatur, ludebatur uomebatur. Idem in Salust. 6.
¶ Perbacchatus, pen. product. Participium (μεμαιμένος) Claud. de bel. Get. 49,
— passimq; crematas
Perbacchata domos nullis incendia causis.
Perbeatus] pen. prod. Adiectiuum (πανόλβιος) Valde beatus. Cic. 1. de Orator. 1, Cogitanti mihi sæpenumerò, & memoria uetera repetenti, perbeati fuisse Quinte frater illi uideri solent, &c.
Perbellus] Adiectiuum (πολύπομψος) A' quo,
¶ Perbellè, Aduerbium (πολυπόμψως) Cic. ad Tironem, libro 16. 18. 2, Sed si me amas, quod quidem aut facis, aut perbellè simulas. Vide Bellus.
Perbene] pen. corr. Aduerbium (πολυπαίλως) Valde bene, Cicero de claris Orat. 55, Perbene loqui Latinè putabatur. Liu. 4. bel. Pun. 145. Perbene detectam esse auaritiam.
Perbenеuolus] pen. corr. Cic. ad Terentiam, lib. 14. epist. 4, sub finem, Cennius est perbenеuolus nobis. id est, ualde benеuolus.
Perbenignè] Aduerb. (πολυφιλοφρόνως) Valde benignè. Terent. Adelph. 4. 5. 69, — di me pater
Omnes oderint, ni magis te, quàm oculos nunc amo meos.
M. Quid? quàm illam? A E. æquè. M. perbenignè. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 10. 2, Perbenignè mihi respondit.
Perbibo] perbibis, pen. corr. perbibi, perbibitum, pen. corr. (ἀποπίνω) perbibere. Plaut. Stich. 6. 16,
At ego periî, cui medullam lassitudo perbibit. Cato capite 130, Perbibant bene. Hîc ferè aliud non significat, quam bibere.
Lachrymas perbibere. Ouid. 6. Metam. 80.
Totas perbibit flammas Senec. Herc. Oeth. 465.
Perbito] perbitis, perbitere, Perire. Pacuu. Peribæa,
Nam me perbitere, illis opitularier quouis exitio cupio, dum prosim modò. Liuius Tereo,
Ego puerum interea ancillæ subdam latantem meæ,
Ne fame perbitet. Nonius Obsoletum.
Perblandus] Adiect. (πολυαφεσυ) Valde blandus. Cicero ad Q. frat. lib. 1. 2. 13, Successorem habes perblandum, cætera ualde illius aduentu tua requirentur.
Perblanda ac benigna oratio. Liu. 3. bel. Pun. 39.
Perbonus] pen. corr. Adiect. (πολυέδολος) Valde bonum significat. Cic. pro Flacco, 56, Agros habent & natura perbonos, & diligentia, culturaq; meliores.
Perbono loco res erat, quoad mecum rex fuit, &c. Cic. Attico, lib. 6. 111. 7.
Perbreuis] & hoc perbreue, pen. corr. (πολυβραχὺς) Valde breuis. Cic. de claris Orat. 81, Quodq; difficile est, idem & perornatus, & perbreuis.
Perbreuis æui Carthago. Liu. 8. bel. Pun. 187.
Tempus perbreue. Ouid. 3. Trist. eleg. 2. 13.

Aliquando interponitur dictio inter per, & breuis. Cicer. pro Cluent. 1, Altera pars ea quæ propria est iudicij nostri, & legitimæ ueneficij quæstionis, per mihi breuis, & non magnæ in dicendo contentionis fore uidetur.

¶ Perbreuiter, pen. corr. Aduerbium (πανυβραχέως) Valde breuiter. Cicero 2. de Orator. 130, Ac ne diutius uos demorer, de omni isto genere quid sentiam, perbreuiter exponam.

Perca] percæ (πέρκη) Piscis. Plin. lib. 32. cap. 10. 22, Carcinomata percarum capita salsarum.

Percalefacio] ὑπερθερμαίνω, & Percalefio. Vnde Percalefactus, Participium. Lucret. lib. 6. 36,

Mobilitate sua feruescit, ut omnia motu
Percalefacta uides ardescere.

Percaleo] percales, percalui, percalere: & Percalesco, percalescis, percalescere, ex Per, & Caleo, seu Calesco (ἐνθερμαίνομαι, ὑπερθερμαίνομαι) Valde caleo. Ouidius,

Cætera diuersis tellus animalia formis
Sponte sua peperit, postquam uetus humor ab igne
Percaluit solis.

Vis uenti percaluit. Lucret. lib. 6.

Percalleo] percalles, percallui (παύτως πορεύομαι) percallere, Induratum uel obduratum esse in re aliqua, ut iam callis contractis amplius nos non fastidiat. Tracta metaphora ab ijs, qui diuturnis laborib. assueti, callū iam contraxerunt. Cic. pro Milone, 56, Sed nescio quomodo iam usu obduruerat, & percalluerat ciuitatis incredibilis patientia.

Vsum rei alicuius percallere. Cic. 2. de Orat. 80, hoc est, perfectè callere, intelligere.

Percandidus] pen. corr. Adiect. (πολυαργὸς) Valde candidus. Celsus lib. 5. cap. 19, de elephantino emplastro, Est autem ea percandida compositio.

Percantatrix] pen. prod. percantatricis, f. g. (γοητεύτρια) Plaut. Milit. 10. 98,

—— *da quod dem Quinquatribus,*
Percantatrici, collectrici, ariolæ, atq; haruspicæ.

Percautus] Adiect. (πολυσυλλήβης) Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1. 1. 27, Delectus in familiaritatibus, & prouincialium hominum & Græcorum peracutus & diligens.

Percedo] percedis, percedere, Item quod decedere. Cic. Orator. Concissum, non concessum, & quod quidem percessum etiam uolunt. Nonius.

Percelebro] percelebras, pen. corr. (ὑπερφημίζω) percelebrare, Maximè diuulgare. Cic. 7. Verr. 65, De qua muliere plurimi uersus qui in istius cupiditatem facti sunt, tota Sicilia percelebrantur. id est, uulgò canuntur.

Audita & peruulgata & percelebrata sermonibus res est. Cic. pro Cælio, 55.

Perceler] pen. corr. (πολυωνὸς) Admodum celer. Cicero pro Cælio, 46, Habuisse aiunt domi, uimq; eius esse expertam in seruo quodam ad rem ipsam parato: cuius perceleri interitu esse ab hoc comprobatum uenenum.

Percello] percellis, perculi, pen. corr. & perculsi, perculsum (παύτως πορεύομαι, παρατροπέω, πλήττω) percellere, Euertere, percutere, inquit Nonius. Varro Parmenone, Alius teneram abietem solus percellit. Terent. Eunuch. 2. 3. 87,

—perij, quid ego egi miser?
Quò trudis? perculeris iam tu me. Vbi Donatus, Perculeris, peruerteris. Tacitus, Ingens rerum tumultus percul sit ciuitates. Terent. And. 1. 1. 98, Percussit illicò animum. Vbi quidam, percussit, legunt.

Cuspide perculit. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 2.

Ferro percuerat leænam. Stat. 1. Achil. 34.

Flectentem cornua stipite perculit. Ouid. 5. Metam. 12.

Percellere & euertere. Cic. pro Milone, 42.

Percellere & labefactare aliquem. Cic. pro Domo sua, 22.

Percelli & Recreari. contraria. Cic. Bruto, 3. 2.

Perculit eum illud. Cic. 3. de Legib. 34.

Perculit te dolor. Cicero 2. Tusculanar. 80. Quidam legunt, peruellerit.

Percellere alicuius pectus pauore. Liu. 1. ab Vrbe, 245.

Vox perculit urbem. Valer. 2. Argon. 19.

Perculsit me: id est, affecit aut delectauit me. Horatius 1. Carm. ode 7. 3.

Percelli peste. Colum. lib. 7. cap. 7. 1.

Repentina ui, ac tempestate populari percelli. Cic. pro Sest. 123.

Vis Martis, non ira uictoriæ, ciues quos amisimus, perculit. Cic. pro Marcello, 10.

Percellere, Differre. Lucilius, Ad nouum hoc percellit annum.

¶ Perculsus, Participium (πεπληγμένος) ut,

Perculsus lueris. Cic. Pæto, lib. 9. 25. 5. Aliàs legitur, Percussus.

Hæc te uox non perculit? non perturbauit? Cic. 5. Verr. 113.

Amore ingenti perculsus. Virg. 2. Aen. 96.

Magno laudum perculsus amore. Virg. 9. Aen. 40.

Casu perculsus iniquo. Virg. 6. Aen. 95.

Perculsus suspicione. Cic. pro Cluentio, 85.

Timore perculsi membra. Lucret. lib. 5. 246.

Perculsus & abiectus. Cic. 2. in Catil 26.

Perculsus animus, & abiectus. Cic. Att. lib. 3. 42. 2.

Obstupuit simul ipse, simul perculsus Achates. Vir. 1. Aen. 104.

Perculsa timore ciuitas. Cic. ad Brutum, 3. 2.

Perculsa & afflicta iamdiu suis consilijs Græcia. Cicero pro Flacco, 12.

Virgo perculsa. Catul. Argon. 59. 73.

Vulgus perculsum terrore. Lucan. lib. 1. 97.

Perculsa & prostrata excitare. Cic. pro Marcello, 13.

Percenseo] percenses, percensui (παντοδιδάσκω) percensere, Idem quod Recensere: nisi quid perfectionis addat præpositio. Cic. in Part. 70, Quo in genere percensere poterit plerosq; inueniendi locos. Idem pro lege Agrar. 54, Italiam percensuisti, perge in Siciliam. Quod tam diuinum atq; incredibile genus orationis, quo quisquam posit uestra in nos uniuersa promerita, non dicam complecti orando, sed percensere numerando. Cic. Post red. in Senatu, 1.

Percensuitq; cursim numerum legionum. Tacit. lib. 4.

Totum percensuit orbem. Ouid. 2. Metam. 67. id est, peragrauit totum orbem.

Senium æui percensere. Stat. 1. Thebaid. 54.

Perceptio] Vide Percipio.

Percido] percidis, percidere, Tundere, percutere. Plaut. Casina, Percide tuos, &c. id est, batue, tunde. Sic enim restituit Turnebus, quum aliàs legeretur, præcide: quod aliud significat, & turpitudini affine est, imò uerò obscœnissimum. Sic apud Martialem, Os tibi percisum, legendum est: non, ut obtinet, præcisum.

Percieo] percies, perciui, percitum, pen. corr. (σὺνειμι, διανεύω) Valde cieo. Lucret. lib. 3. 37,

Ocyus ergo animus, quàm res se perciet ulla. Idem, libro 3. 61, percit, pro perciet, ut etiam in simplici cit pro ciet, à Percio,

At natura boum placido magis aere uiuit:
Nec nimis irai fax unquam subdita percit. Idem libro 4. 115.

¶ Percitus, pen. corr. Particip. (ὀρθρεύω) Percussus, inquit Nonius, nimis incitatus, qui ira ac furore accensus est. Terent. Hecyr. 3. 3. 17, —& corripui illicò

Me inde lachrymans incredibili re, atq; atroci percitus.

Cicero pro Tito Ann. Milone, 46, Siue enim illud animo

mo irato de percito feciſſet, ut incensus odio, trucidaret inimicum, &c.

Dolore percitam instigat furor. Senec. Hippol. 12. 1.

Magno furore percitus. Senec. Herc. fur. 1. 22.

Motu æterno percita semina. Lucret. lib. 2. 210.

Percingo] percingis, percinxi, percinctum (περιζωννύω) percingere, Omnino cingere. Colum. lib. 10. 32,

Sæpe suas sedes percinxit uitibus albis.

Percipio] percipis, pen. cor. percepi, pen. prod. perceptum (παταλαμβάνω) percipere: ex Per & Capio compositum, Perfectè capere. Varijs nominibus iungitur.

Percipere & consequi aliquid. Cic. 1. Offic. 86, Nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamuis artis præcepta perceperint, quicquam magna laude dignum sine usu & exercitatione consequi possunt.

Diligenter percipere disciplinam. Quint. lib. 1. cap. 10. 13.

Diligenter quæ dicuntur percipere, & ea penitùs animis nostris mandare. Cic. 1. in Catil. 19.

Facilè aliquid percipere. Quintil. lib. 1. cap. 3. 1.

Animo percipere aliquid, & memoria custodire. Cicero 1. de Orator. 63.

Artem percipere. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 20. 3.

Disciplinas singulas percipere si magnum est, quanto maius omnes? Cic. 1. de Nat. deor. 18.

Doctrinam percipere. Cic. 4. Acad. 1.

Dolores percipere. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 1. 3.

Fames percipit uentris medullam. Plaut. Sticho, 6. 17.

Serere, percipere, & condere fructus. Cic. de Senect. 21.

Fructum ex arbore percipere. Plin. lib. 15. cap. 1. 3.

Fructum percepimus anni. Propert. lib. 4. eleg. 2. 3.

Fructum uictoriæ percipere. Cic. 7. Verr. 62.

Gaudia secura percepit. Ouid. 7. Metam. 91.

Iucunditatem uel lætitiam percipere. Cicer. 2. de Finib. 22. Et Plin. in Paneg. 36.

Luctus percipere. Cic. Terentiæ, lib. 14. 1. 2.

Me odium percipit. Terent. Eunuch. 5. 6. 2,
Neq; ægri, neq; urbis odium me unquam percipit.

Memoria percipere: hoc est, Memoria complecti. Cicero 4. Acad. 189.

Nomina omnium ciuium percipere: pro, Mente complecti. Cic. de Senect. 19.

Oculis aliquid percipere. Cic. 6. Verr. 56.

Odium uitæ percipit humanos. Lucret. lib. 3. 16.

Præmium percipere. Cæsar 2. bel. Ciuil. 136.

Sensibus percipere. Cic. 1. de Finib. 58.

Animo uictoriam percipere. Cæsar 3. bel. Ciuil. 345, Ac iam animo uictoriam percipiebant, quòd de re tanta, & à tam perito imperatore nihil frustra confirmari uidebatur. Forsasse legendum, præcipiebant: pro, antè capiebant.

Voluptatem percipere ex re aliqua. Cic. 1. de Finib. 96.

Vsum alicuius rei percipere. Cæsar 3. bell. Ciuil. 308.

Percipere, Intelligere, cognoscere. Cic. de Amicit. 23, Id si minus intelligitur, quanta uis amicitiæ, concordiæq; sit, ex dissensionibus, atq; ex discordijs percipi potest.

Percipere & comprehendere aliquid. Cic. 4. Acad. 67.

Percipe quid dubitem. Virg. 9. Aeneid. 39.

Omnia percepi, atque animo mecum antè peregi. Virgilius 6. Aeneidos, 21.

Causam percipe. Ouid. 4. Fast. 189.

Animi percipiunt citò dicta. Horat. de Arte, 68.

Paucis percipe rerum exordia. Lucret. lib. 4. 23.

Verba mea percipe. Ouid. 5. Fast. 143.

Percipere opinione. Cæsar 7. bell. Gall. 29.

Celeritas percipiendi. Quintil. lib. 1. cap. 10. 26.

Fructus percipiendus auribus. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 14.

Philosophia oratori necessariò percipienda. Cic. 1. de Orat. 111.

Voluptas percipienda oculis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 8.

¶ Perceptus, Participium (κατειλημμένος) ut,

Voluptas percepta breuis. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 11.

¶ Perceptio, Verbale (κατάληψις) Cic. 2. Offic. 16, Neq; agria cultura, neq; frugum, fructuumq; reliquorum perceptio & conseruatio sine hominum opera ulla esse potuisset.

Cognitio & perceptio. Cic. 1. Acad. 65.

Perceptio animi. Cic. 4. Acad. 45.

¶ Perceptio fructuum, non tantùm dicitur si omnino fructus sunt collecti: sed etiam cœpti ita percipi, ut terra continere se fructus desierint. l. 78. de rei uendic. in P.

Perclamo] perclamas, pen. prod. (παταβοάω) perclamare, Vehementer clamare Plaut. Trucul. 3. 6,

—— *quot illic blanditiæ, quot illic*
Iracundiæ sunt, quot sunt perclamandæ?

Percnos] πέρκνος, Aquilæ genus, teste Plinio, lib. 10. cap. 3. ab Homero sic uocatum. Alij uocant Morphnon: aliqui etiam Plancum & Anatariam inter aquilarum genera secundam magnitudinem & uim obtinet: uiuitq; utplurimùm circa lacus.

Percoarcto] τὰς (παταστυνοχωρέω) Vehementer constringo. Columella lib. 2. cap. 19, de fœno loquens: Tunc demum (inquit) conuertemur & utrinque siccatum percoarctabimus in striam, atq; ita manipulos uinciemus.

Percognosco] percognoscis, percognoui, pen. prod. percognitum, pen. corr. (πάνυ γινώσκω) percognoscere, Perfectè cognoscere. Plin. lib. 4. cap. 14. 1, Nam Germania multis postea annis nec tota percognita est. Idem lib. 37. cap. 3. 3, Percognitum nuper.

Percolo] percolis, pen. cor. percolui, percultum (θεραπεύω) percolere, Perfectè colere, id est, amare & uenerari. Plaut. Trinum. 6. 4,

—*feceris par cæteris tuis factis, patrem*
Tuum si percoles.

Honore aliquem percolere. Tacit. lib. 18.

Percolere, Culturam absoluere, perficere, polire, supremam manum addere, complere. Plin. epist. 101. lib. 5, Præterea indulsi amori meo: amo enim quæ maxima ex parte inchoaui, aut inchoata percolui.

¶ Percultus, Participium (κεκαλλωπισμένος) Ornatus, politus. Plaut. Pœn. 4. 17,

Nam quæ lauta est, nisi perculta est, meo animo quasi inuenusta est.

Percolo] percolas, pen. prod. percolaui, percolatum (ἀναθέω) percolare, Totum colare. Cato cap. 108, Tum id percolato, polentam adijcito. Plin. lib. 27. cap. 7. 5. & lib. 31. capit. 6. 13, Nam in terra marina aqua argilla percolata dulcescit. Colum. lib. 12. cap. 17. 2, Postea in iunceis fiscellis uel sparteis saccis percolant.

Humor percolatur per terras. Lucret. lib. 2. 98.

Virus percolatur. Lucret. lib. 5. 54.

Seneca lib. 1. Natur. Quæstion. eleganter dicit eos qui se uentri putant uiuere, cibos & potiones percolare, quia ingerunt in uentrem quod mox uelut colatum defluit.

Percomis] & hoc percome, penult. prod. (πάνυ σπουδαίος) Cicer. de claris Orator. 112, Qui peritissimus iuris, idemq; percomis est habitus.

Percommodus] pen. corr. Adiect. (πάνυ ἐπιτήδειος) Valde commodus.

¶ Percommodè, Aduerbium (λίαν ἐπιτηδείως) Admodum commodè.

commodè. Liu.10. bel.Pun.130, Percontatusq́, satin' percommodè omnia exploraſſent, datis qui perſequerentur, retrò ad Annibalem dimiſit.
Percommodè accidere. Cic. pro Cecinna, 56.
Percommodè facit. Cic. 2. de Orat. 190.
Percommodè factum quòd. Cic. 4. Tuſc. 104.
Perconditus] pen. corr. (ἀπόκρυφος) Adiectiuum, ex Per, & Condo, condis, compoſitum, ſignificat Reconditum & abſtruſum. Cicer. 1. de Orator. 67, Exponam uobis non quãdam aut perconditam, aut ualde difficilem, aut magnificam, aut grauem rationem conſuetudinis meæ. Alia exemplaria habent, perreconditam.
Percontor] percontaris (πυνθάνομαι, ἐπιπυνθάνομαι) percontari, Diligenter inquirere. Dicitur autem percontari, authore Donato, à Conto, quo nautæ utuntur ad loca inquirenda, nauibus opportuna. Terent. Hecyra, 5.3.12,
Tua quod nihil refert, percontari deſinas. Idem Eunuch. 2.3.3,
Vbi inueſtigem? quem percontер?
Percontari & interrogare. Cic. 2. de Finib. 3.
Inter percontari & interrogare. Quint. lib. 9. cap. 2, Quid tã commune, quàm interrogare uel percontari? nam utroque utimur indifferenter: quum alterum noſcendi, alterum arguendi gratia uideatur adhiberi.
Percontari & quærere. Cic. 1. de Orat. 49.
Otioſè percontari. Vide Otium.
Vltrò aliquẽ percontari. Quint. lib. 2. cap. 2. 4.
Doctos percontari. Horat. 1. epiſt. 19. 21.
Singulos percontari. Cælius Cicer. lib. 8. 7. 4.
Ab aliquo percontari. Cic. 4. Acad. 4.
Percontari de. Cic. in Somnio Scip. 3, Deinde ego illum de ſuo regno, ille me de noſtra Repub. percontatus eſt.
De nominibus alicuius percontari. Cic. Attic. lib. 6. 118. 1.
Percontari aliquid aliquem. Plaut. Aulul. 7. 33.
Aliquid ex aliquo percontari. Plaut. Bacch. 4. 12,
Iſtuc uolebam ego ex te percontarier.
Diſciplinam aliquam ex alio percontari. Cic. 2. de Diuin. 115.
Ex aliquo percontari, quanti aliquid uendat. Cicero de claris Orator. 89.
Aliquid inſidijs hoſtilibus percontari. Plaut. Pſeud. 17. 10.
Percontor quanti olus ac fur. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 23.
Percontari, Expectare. Terent. Phorm. 2. 4. 22,
Percontatum ibo ad portum, quoad ſe recipiat. Legitur & percunctatum, in eadem tamen ſignificatione.
¶Percontatio, Verbale (πεῦσις) Interrogatio, inueſtigatio, inquiſitio. Cic. de Vniuerſ. 3, At primum quidem tempus ſalutationibus, reliquum percontatione conſumpſimus.
Rogatio, atq; huic finitima quaſi percontatio expoſitioq; ſententiæ ſuæ. Cic. 3. de Orat. 113.
Ducere ſermonem è percontatione alicuius. Cicero de claris Orator. 115.
Altius repetita percontatio. Quintil. lib. 5. cap. 7. 19.
Quærere percontatione aliquid. Cic. pro Cluentio, 146.
¶Percontator, pen. prod. (πεύστης) Aliud uerbale. Horatius 1. epiſt. 19. 14,
Percontatorem fugito: nam garrulus idem eſt.
Percontumax] pen. corr. percontumacis, penult. prod. om. gener. (ὑπερκαθάλλων) Valde contumax. Terentius Hecyra, 3. 5. 54,
Percontumax rediſti huc nobis Pamphile.
Percope] Vide Percote.
Percopioſus] penult. product. Adiectiuum (πολύπους) Plinius epiſt. 208, Quæ de me ſcripſiſti: in quibus quidem percopioſus fuiſti.

Percoquo] percoquis, pen. cor. percoxi, percoctum (πέπτω) percoquere, Perfectè coquere. Plin. lib. 23. cap. 7. 12, Bubolas carnes, additi caules magno ligni compendio percoquunt.
Ardor terram percoxerat igni. Lucret. lib. 5. 252.
Mora percoquit uuas. Ouid. 1. de Remed. amor. 17.
Humorem percoquere. Lucret. lib. 6. 172.
Terra dicitur percoquere meſſem, dum ad maturitatem fouet. Plin. epiſt. 101; Colles optimam meſſem, ſerius tantùm, ſed non minus percoquunt.
Sol percoquit fructus. Senec. de Benefic. 7.
¶Percoctus, Participium (πεπεμμένος) ut, Color percoctus. Lucret. lib. 6. 145.
Percoctus, Perfectè maturus. Plin. lib. 15. cap. 19. 3, Succus maturescentibus lactis, percoctis mellis. De ficis.
Percoſius] Troianorum amicus, omnium longè doctiſſimus ſcientia diuinandi futura. Cuius filij fuerunt Adraſtus & Amphius: quos neq; admiranda patris doctrina, neq; paterna ſolicitudo à morte ſubtrahere potuit, quum eos retinere conaretur ne ad Troianorum bellum, ubi morituri erant, proficiſcerentur.
Percote] pen. prod. quæ & Percope dicta olim fuit (περκώτη) urbs eſt Troadis, ut ait Stephanus. Hinc,
¶Percoſius, περκώσιος, qui urbem illam inhabitat. Valer. 1. Argonaut. 6,
Muneribus primas coniunx Percoſia ueſtes Impoſuit.
Percrebreſco] percrebreſcis, percrebui (θρυλλέομαι) percrebreſcere, Crebrum fieri, diuulgari. Plinius in Panegyr. 50, Percrebuerat antiquitus, urbem noſtram, niſi opibus Aegypti ali, ſuſtentariq; non poſſe. Cic. ad Attic. libro 11. 217. 4, Ipſi enim illi putaui pernicioſum fore, ſi eius hoc tantum ſcelus percrebuiſſet.
Percrebuit omnium ſermone. Cic. 2. Verr. 1, Inueterauit enim iam opinio perniciоſa Reipub. uobiſq; periculoſa, quæ non modò Romæ, ſed & apud exteras nationes omnium ſermone percrebuit.
Percrebuit fama. Cic. ad Plancum, lib. 10. 10. 2, Tamen ipſa fama quæ de tua uoluntate percrebuit, magnam es laudem conſequutus.
Vox illius neſarij percrebuit. Cic. pro Murena, 47.
Percrepo] percrepas, pen. cor. percrepui, percrepitum, penult. cor. (ὑπηχέω) percrepare, Valde crepare. Cicero 7. Verr. 26, Lucum illum litoris percrepare totum mulierum uocibus, cantuq; ſymphoniæ.
Percreſco] percreſcis, percreui, percretum, pen. prod. percreſcere. Quintil. lib. 7. cap. 1, Nam uis quæſtionum percreſcere debet, & ad potentiſſima ab infirmiſſimis peruenire. Legunt quidam, Semper creſcere.
Percrucio] percrucias (αὐαίνω) percruciare, Valde cruciare. Plaut. Bacch. 22. 13,
—hoc hoc eſt quod peraceſcit, hoc demum eſt quod percrucior, Me hoc ætatis ludificari.
Percrudus] penult. product. Adiectiuum (ὑπερωμὸς) Valde crudum ſignificat & immaturum. Colum. lib. 12. cap. 10. 3, Pruna purpurea quum immatura, non tamen percruda legeris, diligenter inſpicito, ut ſint integra ſine uitio aut uermiculo.
Percudo] percudis, percudi, percuſum, pen. prod. (κατακοπίς) percudere, Idem quod ſimplex Cudo ſignificat: niſi fortè aliquid addat præpoſito, ut Totum cudere ſignificet. Colum. lib. 8. cap. 5. 11, Die undecimo animaduertat, an pulli roſtellis oua percuderint, & auſcultetur ſi pipiant.
Perculſus] Vide Percello.
Percunctor] percunctaris (πεύθομαι, ἐρωτάω) percunctari, Idem

idem quòd Percontari, Diligenter inquirere. Percunctari, inquit Donatus, ab eo quòd à cunctis inquiratur, dicitur. Plaut. Epid. 2. 38,
Deſiſte percunctari.
Aurem ſuam percunctari. Gell. lib. 13. cap. 19, Tum is qui quæſierat, Quoniam modo uis, inquit, aurem meam interrogem? Et Probum ait reſpondiſſe, Quo ſuam Virgilius percunctatus eſt. Vide Percontor.
Percunctor, cum duplici accuſatiuo. Liu. 9. bell. Macedon. Eſſe quæ eum, quoq; percunctari uellet.
¶Percunctatio, Verbale (ἐπύστευσις) Cæſar 5. bell. Gall. 53, Nos nihil de eo percunctationibus reperiebamus. Liu. bell. Punic. lib. 7. 232, Ex captiuis percunctatio facta.
Percunctator] Vide Percontator, in Percontor.
Percupio] percupis, penult. corrept. percupiui, percupitum, penult. product. (ἐπιθυμέω) percupere, Valde Cupere. Terent. Eunuch. 5. 2. 57,
—uiſne interea, dum is uenit,
Domi opperiamur, potius quàm hìc ante oſtium? c. Imò percupio.
¶Percupidus, pen. corr. Adiectiuum (ὑπερεπιθυμέω) Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 6, Cognoui Hortenſium percupidum tui, ſtudioſum Lucullum.
Percurioſus] pen. prod. Adiect. (πολυπραγμων) Cicer. pro Cluentio, 139, Nicoſtratus quidam fidelis Oppianici ſeruulus percurioſus & minimè mendax, multa dicitur renuncia re domino ſolitus eſſet.
Percuro] percuras, penult. prod. (περιεπίδομαι) percurare, Perfectè ſanare. Curtius, Percurato uulnere, acrius obſidioni inſtitit. Plin. lib. 24. cap. 15. 10, Strumas impoſita ad ſuppurationem perducunt, deinde axungia adiecta percurant. Colum. lib. 4. cap. 24.
Percurro] percurris, percurri & percucurri, percurſum, (διατρέχω, ἐπεξέρχομαι, διαθέω) percurrere, Valde currere, uel currendo perſeuerare. Terent. Andr. 2. 2. 13,
Continuò ad te properans percurro ad fores. Vbi Don. Vide quantum properans, & percurro, ut continuationem curſus oſtenderet. Idem Heaut. 4. 4. 11,
Curriculo percurrere: apud eum miles Dionyſia agitat.
Citato equo Cales percurrit. Liu. 6. bell. Pun. 78.
Percurrit omnem agrum Picenum. Cæſar 1. bel. Ciuil. 57.
Curſu percurrere aliquid. Lucret. lib. 1. 204.
Tela percurrere pectine. Virg. 1. Georg. 59.
Percurrere ad aliquem. Cælius ad Ciceronem, in Epiſt. ad Atticum, lib. 10. 201. 5.
Percurrere, Curſim pertranſire, ſiue celeriter. Cicero 1. de Orator. 110, Sed pauca etiam requirimus, in primiſq; ea quæ ualde breuiter à te Craſſo de ipſa arte percurſa ſunt. Ibidem.
Percurrere & præterire aliquid. Cicero 3. de Orator. 29, Facile enim, inquit, Antoni partes eæ fuerunt duæ quas modò percucurri, uel potius penè præterij, Latinè loquendi, planeq; dicendi.
Apud doctos & ſemidoctos properans hæc percurro. Cicero 2. de Orat. 95.
Omnis percurrere nomina. Virgil. 6. Aeneid, 126.
Locos omnes oratoris percurrere. Cic. in Orat. 27.
Percurrit oratio, & Percurrere oratione. Cic. pro Cluent. 133, Hæc pluribus uerbis dicerem, quæ nunc paucis percurrit oratio mea. Et 2. de Diuinat. 144, Quas quidem percurrere oratione facile eſt.
Animo celeriter aliquid percurrere. Author ad Herenn. libro 3. 132.
Animo rotundum percurriſſe polum. Horat. 1. Carm. ode 28. 2.
Murmura percurrunt cælum. Lucret. lib. 5. 246.
Percurrere menſas dicitur menta. Plinius libro 19. capite 8. 29, Grato menta menſas odore percurrit in ruſticis dapibus. hoc eſt, circunfertur; per menſas currit, frequens apponitur.
Luna percurrens feneſtras. Propert. lib. 1. eleg. 3.
¶Percurritur, pen. cor. Impersonale. Cic. 2. de Orat. 178, Et multo apertius ad intelligendum eſt, ſi ſic conſtituitur aliquãdo, ac non iſta breuitate percurritur.
¶Percurſus, Participium (διαθεῖς) Cic. 2. de Orat. 76, Vt omnes eas diligentes & memores & ſobrij oratores, percurſas animo, & propè decantatas habere debeant, id eſt, ſic habere notas, ut animus & perluſtrare omnes, & decantare poſſit.
¶Percurſio, διέξοδος, Verbale. Cic. 4. Tuſc. 48, Velocitas autem corporis celeritas appellatur: quæ eadem ingenij etiam laus habetur, propter animi multarum rerum breui tempore percurſionem.
¶Percurſo, percurſas, percurſare, Frequentatiuum. Liu. 3. bell. Pun. 196, Iam ne manipulatim quidem, ſed latronum modò percurſant totis finibus noſtris negligentius, quàm ſi in Romano uagarentur agro.
¶Percurſatio, Verbal. (διαδρομή) Cicero 2. Philipp. 100, Præclaram illam percurſationem tuam menſe Aprili atque Maio.
Percutio] percutis, penult. corrept. percuſſi, percuſſum (παίω, πλήσσω, βάλλω, σύω, κατακόπτω, ἀλοιάω) percutere: ex Per & Quatio componitur, q. in c mutata, & abiecta a: ſignificat Ferio. Cicer. 7. Verr. 6, Quæſtuiſſe Dionitium qui tantam beſtiam percuſſiſſet? illum reſpondiſſe, Venabulo.
Gladio percutere. Cæſar 8. bell. Gall. 87.
Lapide percutere aliquem. Cic. 2. de Orat. 107.
Appetere et percutere aliquẽ lapidibus. Cic. pro Domo ſua, 10.
Manu aliquem percutere. Cic. pro Roſc. Amer. 59.
Securi filium percutere. Cic. 1. de Finib. 35.
Fores percutere. Plin lib. 7. cap. 30. 3.
Fulmine percuti. Cic. 3. de Nat. deor. 77.
Pectus percuſſit manu. Virg. 12. Aeneid. 31.
Puppis percutitur rapido Noto. Ouid. 3. Faſt. 118.
Sidere percuti. Mart. lib. 11. 79.
Animum percutere dicitur res aliqua. Cic. ad Att. lib. 4. 77. 5, Audiui ex Gaulo hoc Firmano, Romæ eſſe hominẽ, & fuiſſe aſſiduum: percuſſit animum. Dices, Tantuláne de cauſa?
Spes laudis percuſſit meum cor acri thyrſo. Lucret. lib. 1. 189.
Cogitatione inani aliquem percutere. Cic. pro Milone, 60.
Calamitate aliqua percuti. Cic. pro Murena, 47.
Literis atrociſſimis percuti. Cic. Pæto, lib. 9. 25. 5.
Probabilitate animum alicuius percutere. Cic. 5. Tuſc. 48.
Vulnere fortunæ grauiſſimo percuti. Cic. 1. Acad. 17.
Percutere aliquem palpo, Verbis adulari, & uerbis ſuadere. Plaut. Amphit. 6. 28.
Percutere animum ſuſpicione religionis. Senec. epiſt. 41.
Percutere fœdus, pro Ferire fœdus, uel facere. Plinius de Viris illuſtr. 50. Hirtius 4. bell. Alexandri. 183, Cum Barbaris fœdera percuſſiſſe. (comedenſium.
Percutere foſſam, pro fodere. Plin. epiſt. 258. lib. 10. de lacu Ni-
¶Percutiendus, Participium (παιστέος) ut,
Terga percutienda dare. Ouid. 2. Faſt. 90.
¶Percuſſus, aliud Participium (παταγμός) ut,
Virga percuſſus. Virg. 7. Aeneid. 38.
Vulnere percuſſus. Propert. lib. 1. eleg. 13.
Ictu fulminis percuſſa es. Ouid. ad Liuiam, 3.
Dolore extremo percuſſa. Valer. 7. Argon. 96.

Percuſſus

Percussus forma aliqua, Signatus, formatus: propriè de nummis dicitur. Seneca epist. 34, Omnia facta dictaq; inter se congruant: respondeant sibi, ac una forma percussa sint.
Genu percusso claudicat. Ouid. 3. Fast. 152.
Littora percussa fluctu. Virg. 5. eclog. 13.
Lyra percussa. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 8.
Percussæ de cælo turres: id est, fulminatæ. Cic. in Catil. 63.
Victima collum percussa securi. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 1.
¶Percussus, huius percussus (ωλῆξις) nomẽ Verbale, pro Percussione. Plin. lib. 7. cap. 51, Venarum inæquabili, aut formicante percussu.
¶Percussio, aliud Verbale (βολὴ, πάταγος) Cic. 3. Tusc. 104, Ex hac opinione sunt illa uaria & detestabilia genera lugendi, pædores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percussiones.
Digitorum percussio. Cic. 3. Offic. 99.
Percussio, pro ictu, de dimensione temporum in pedibus aut musica. Quintil. lib. 9. cap. 4, Deinceps longiores fiunt percussiones. Cic. 3. de Orat. 100, Sed sunt insignes percussiones eorum numerorum, & minuti pedes.
Modi percussionum non sunt in oratione soluta tanquam tibicini. Cic. in Orator. 115.
¶Percussor, percussoris (ωλήκτης) Similiter Verbale, Qui percutit & occidit, & ad id faciendum conducitur. Cic. pro Rosc. Amer. 56, Ea multitudo quæ erat opinor, aut eorum qui in bonis erant occupati, aut eorum qui ab his conducebantur ut aliquem occiderent. si eos putas, qui alienum appetebant: ita es in eo numero, qui nostra pecunia diues es: sin eos, quos, qui leuiore nomine appellant, percussores uocant: quære in cuius fide sint & clientela. Plinius libro 8. capite 16. 10, Vulneratus obseruatione mira percussorem nouit.
Deprehensus cum sica percussor Cæsaris. Cic. 2. Philip. 81.
Perdecorus] pen. prod. Adiect. (ωαῦν εὔκοσμος) Valde decorus. Plin. epist. 9. lib. 3, Est alio qui perdecorum.
Perdelirus] perdelira, perdelirum, Valde ridiculus & delirus. Lucretius lib. 1,
Dicere porrò ignem res omnes esse, &c.
Quod facit hic idem, perdelirum esse uidetur.
Perdensus] Adiectiuum (ωολυλεπὴς) Valde densum significat. Colum. lib. 3. cap. 12. 2, Perdensam humum cælestes aquas non sorbere.
Perdespuo] ματαπτύω, Catull. in Gellium, epigr. 69,
——patrui perdespuit ipsam Vxorem.
Perdiccas] ωερδίκκας, Macedo, inter comites Alexandri Magni, cui etiam in regni partem successit: tanta uir audacia, simul & fortitudine, ut leæna præsente, catulos è cubili per uim auferret. Author Ælianus de Varia historia.
Perdicium] ἑλξίνη, Herba. Plin. lib. 21. cap. 17. 2, Perdicium & aliæ gentes quàm Aegyptij edunt, nomen dedit auis, id maximè eruens. Ea est quæ & muralium etiam dicitur. uulgò parietaria. Dicta perdicium, quòd ea perdices delectentur.
Perdifficilis] & hoc perdifficile, pen. corr. (ωαῦν χαλεπὸς) Valde difficilis. Cicer. Attico, lib. 3. 48. 3, Sed & nauigatio perdifficilis fuit. Cic. 1. de Nat. deorum, 1, Tum perdifficilis Brute, quod tu minimè ignoras, & perobscura quæstio est de natura deorum.
¶Perdifficiliter, pen. corr. (ωαῦν χαλεπῶς) uel, ut alij uolunt, Perdifficulter. Cic. 4. Acad. 88, Aut si ea quoq; posiit, cur illa non posiit, quæ perdifficiliter internoscantur tamen?
Perdignus] Adiect. (ωολλῆς ἄξιος) Valde dignus. Cicer. ad Valerium, lib. 13. 6. 9, Sed tamen suspicior ipsum hominem, quem tibi commendo, perdignum esse tua amicitia.

Perdiligens] pen. corr. Adiect. (ωαῦν ἐπιμελὴς) Valde diligens. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 21. 8, Sed res operosa est, & hominis perdiligentis.
¶Perdiligenter (ωαῦν ἐπιμελῶς) Aduerbium. Cic. de claris Orat. 78, Nempe eum dicis, inquit, quo iste omnem rerum memoriam breuiter, & ut mihi quidem uisum est, perdiligenter complexus est idem ad Attic. lib. 1. 7. 1.
Perdisco] perdiscis, perdidici, pen. cor. (ματαμανθάνω) perdiscere, Perfectè discere. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 17. 16, Si ego nihil rescripsero, mea in illum pueri omnes tanquam dictata perdiscant.
Perdiscere & nosse omnia iura belli. Cic. pro Corn. Balbo, 37.
Disciplinam ruris perdiscere. Colum. lib. 11. cap. 1. 6.
Iura beneuolentiæ perdiscere. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 14. 4.
Libros alicuius perdiscere. Cic. 1. de Orat. 129.
Mores naturæ perdiscere. Propert. lib. 3. eleg. 5. 5.
Literas perdiscere. Plin. lib. 29. cap. 1. 14.
Ortus obitusq; signorum perdiscere. Cic. de Fato, 26.
Perditio, Perditor, Perditus] Vide Perdo.
Perdiu] Aduerb. (ωαῦν διὰ μακρὸ) Admodum diu. Cicer. ad Att. lib. 3. 6. 4. 1, Ego quòd per Thessaliam si irem in Epeirum, perdiu nihil eram auditurus. Idem 1. de Orat. 5, Quum boni perdiu nulli, uix autem singulis ætatibus singuli tolerabiles oratores inuenirentur.
¶Perdiuturnus, Adiectiuum (ωολυχρόνιος) Quod iualde diu durat. Cic. 2. de Natur. deor. 120, Quæ aut sempiterna sit necesse est, hoc eodem ornatu, quem uidemus, aut certè perdiuturna permanens ad longinquum & immensum penè tempus.
Perdiues] penult. prod. perdiuitis, penult. corrept. (ωολυχρήμων) Valde dines. Cic. ad Att. lib. 6. 111. 8, Amici regis duo trés ue perdiuites, sed ij suum tam diligenter tenent, quàm ego aut tu.
Perdius] perdij, n. g. (ωαυημέριος) ex Per, & Dius, quod est diu: is dicitur, qui per diem uigilat: sicut Pernox, qui per noctem, Gell. lib. 2. cap 1, Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu perdius, atq; pernox, à summo lucis ortu ad solem alterum orientem inconniuens, immobilis, &c.
Perdix] huius perdicis, penult. prod. f. g. (πέρδιξ) Auis nota. Plin. lib. 10. cap. 33. 7, Perdices spina & frutice sic muniunt receptaculum, ut contra feras abundè uallentur: ouis stragulum molli puluere contumulant: nec in quo loco pepererе, incubant: néue cui frequentior conuersatio sit suspecta, transferunt aliò. Illæ quidem & maritos suos fallunt, quoniam intemperantia libidinis frangunt earum oua, ne incubando detineantur. Perdix, masculinum esse probat Nonius ex Varrone, Perdices Bœotios dicente. Martial. lib. 13, 65. de perdice,
Ponitur Ausonijs auis hæc rarissima mensis,
Hanc in lautorum mandere sæpe soles.
Perdo] perdis, perdidi, perditum, penult. corr. (ἀποβάλλω, ἀπολέω, ἀπόλλυμι, ὀλλύω, ὀλέσιμι, ὀλοθρεύω, ὀΐστέω) perdere, ex Per & Do compositum, significat Amittere: quasi nimis dare. Plaut. Amphit. 16. 5,
Hunc non reperi, & illos perdidi.
Amittere & perdere liberos. Cic. Titio, lib. 5. 16. 7.
Amittere & Perdere, in aliquo uidentur differre, ex his uerbis Authoris ad Herennium, libro 4. 221, Vnde amisit uitam, & non perdidit: re enim utilissima & parua maximam redemit, dedit uitam, accepit patriam, &c. De Decio.
Habere & Perdere aliquid, contraria. Cicero Post. red. ad Quirites, 16.
Perdere & Lucrari, contraria. Cic. 2. Offic. 123.

Profundere

Profundere & perdere. Cic. Antonio, lib. 5. 5. 7.
Perdere & delere urbes. Cic. pro Rosc. Amer. 77.
Perdere aliquem, Corrumpere, malis moribus inficere. Terentius Adelph. 1. 1. 36,
Cur perdis adolescentem nobis? Ibidem, 3. 3. 29.
Malè perdere aliquem. Catul. ad Caluum, epigr. 14.
Amando perdere aliquem. Horat. 1. Carm. ode 8. 1.
Perdere aliquem, Mortis periculo exponere. Terẽt. And. 3. 5. 1,
Vbi illic scelus est qui me perdidit? Ibidem, 4. 1. 18.
Morte perdere aliquem. Ouid. 1. Metam. 46.
Bello perdere cunctos. Claud. 4. Panegyr. 62.
Nutu minimo perdere aliquem. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 5.
Perdere aliquem, & affligere. Cic. 5. Verr. 29.
Perdere aliquem capitis. Plaut. Bacchid. 8. 86. Vita priuare, seu occidere.
Animum pudicum malè perdere. Ouid. epist. 7. 1.
Annos bello perdidit. Ouid. 2. Amor. eleg. 1. 7.
Annos errando perdidit. Idem, ibidem.
Aquam perdere. Quintil. lib. 11, Huic contrarium est ultimum nimiæ tarditatis. nam & difficultatem inueniendi fatetur, & segnitia soluit animos, & temporibus præfinitis aquam perdit. id est, tempus datum frustra conterit, quum ad clepsydram dicitur. Budæus.
Blanditias perdere. Ouid. 3. Amor. eleg. 10. 7.
Bona perdere. Senec. Hippol. 4. 17,
——perdere est dignus bona
Quis nescit uti.
Aequo animo bona perdere. Cic. Pæto, lib. 9. 16. 21.
Bona perdere in cicere atq; fabã. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 37.
Causam perdere. Cic. pro Rosc. Comœdo, 5.
Famam perdere. Plautus Trinum. 10. 18,
Itáne tandem maiores famam tradiderunt tibi tui,
Vt, uirtute eorum antè parta, per flagitium perderes?
Famam malè perdere. Ouid. epist. 7. 1.
Fidem & rem perdere. Plaut. Epid. 5. 37. Quint. lib. 9. capit. 4, Perdit, amittitq; & fidem, & affectus, motusq; omnes.
Formam perdere. Plaut. Amphit. 4. 302,
Vbi ego perij? ubi immutatus sum? ubi ego formam perdidi?
Formam hominis perdere. Ouid. 13. Metam. 82.
Fructus omnes industriæ suæ & fortunæ perdere. Cicero Sulpitio, lib. 4. 6. 8.
Fugam perdere. Martial. lib. 1. 11.
Gratiam perdere. Quintil. lib. 9. cap. 4, Perdidisset gratiã simplicis atq; inaffectati coloris, perdidisset fidem quoq;.
Laborem, ac tempora perdere. Quintil. lib. 1. cap. 1. 1.
Libertatem perdere. Cic. pro Rab. Posthum. 15.
Litem perdere. Cic. 1. de Orat. 81.
Locum perdere. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Manum perdere. Plin. lib. 7. cap. 28. 4.
Memoriam perdere, apud Cic. de Senect. 19.
Mores perdere. Plaut. Trucul. 14. 5.
Nomen perdidi: pro, Nomen excidit, non succurrit, & non memini. Terent. Phorm. 2. 3. 39.
Oculos perdere. Cic. de Aruisp. respon. 34.
Oculos ambos perdidit. Iuuenal. Satyr. 10. 23.
Operam perdere. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 18.
Operam perdere apud aliquem doctorem. Cic. 1. de Orat. 62.
Operam & oleum perdere, prouerbialiter dictum: pro, In uanum laborare: tractum ab ijs qui pernoctando multum olei consumunt. Cic. ad Marium, lib. 7. 1. 11, In quibus ipse Pompeius confitetur se & operam & oleum perdidisse. Idem pro Muræna, 20, Quod quidem ius Ciuile, didicisti, non dicam operam perdidisti.
Opes suas perdere in aliquo. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 11.
Perdere oppidum, & Recipere, contraria. Cicero 2. de Orator. 152.
Penissumè perdere. Vide Penè.
Parentes multi, multi amicos, nonnulli patriam, pleriq; seipsos penitùs perdiderunt. Cic. 1. de Finib. 76.
Perditum perdere. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 1. 11, Per fortunas miseras nostras uide ne puerum perditum perdamus.
Prandium perdere. Plaut. Menæh. 10. 13.
Rem paternam perdere. Plaut. Trinum. 2. 13.
Se perdere. Plaut. Milit. 8. 19.
Spem perdere. Plaut. Rud. 6. 3.
Stomachum perdere. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 31.
Talentum perdere, Exponere & consumere. Terentius Heaut. 3. 1. 65.
Tempus perdere. Cic. 3. de Orat. 81.
Tempora perdere precando. Ouid. 11. Metam. 58.
Verbum aliquod in omne tempus perdere. Cicero Luceio, libro 5. 15. 1.
Verba perdere, pro Priuari loquela. Propert. lib. 2. eleg. 34. 2.
Cinis perdit uires. Ouid. 1. de Remed. amor. 49.
Vitam perdere. Terent. Hecyr. 3. 1. 2. Martial. lib. 1. 13,
Sus pariter uitam perdidit atq; dedit.
¶Perduo, perduis (ὄλλυμι) perdere, dixerunt antiqui, pro Perdo: ut Plautus Amph. 8. 214,
Amphitruo es profectò, caue sis ne tute uitã perduis. Sic apud eundem maximè, apud Terentium.
¶Perduaxo, perduaxis (ἀπόλλυμι) antiquum uerbum, idem significans. Plaut. Mostel. 7. 33,
Di te, deæq; omnes perduaxint cum isto omine.
¶Perdendus, Participium (ὀλοθρευτέος) ut,
Genus mortale perdendum est. Ouid. 1. Metam. 38.
Feras perdendas præbeat sylua. Ouid. epist. 4. 34.
¶Perditus, pen. corr. (ὀλέθριος, ὄϊστος, ἀξύλυτος, ωανόλεθρος) Participium, siue Nomen ex participio, dicitur qui ita alicui perturbationi aut uitio subiacet, ut inde se eximere nõ possit, & qui omni uitio contaminatus est, ita ut de eo nulla amplius spes habẽda sit. Perditum enim id dicere solemus, quod interijt, ac recuperari non potest. Cic. 5. Verr. 114, Tu Apronium, hominem uix liberum, contaminatum, perditum, flagitiosum, qui non modò animum integrum, sed ne animã quidem puram conseruare potuisset.
Miseri & perditi. Cic. 7. Verr. 69.
Aere alieno perditus, & egens. Cic. 2. Philip. 85.
Perditus egestate & fame. Cic. 7. Verr. 79.
Mœrore ac miseriis perditus. Cic. 7. Verr. 19.
Confectus morbo, perditus mœrore ac lachrymis. Cicero pro Muræna, 78.
Adolescens perditus. Vide Adoleo.
Perditus & dissolutus adolescens. Cic. 4. Tusc. 87.
Perditi animi homo. Plaut. Menæh. 7. 44.
Authoritate tam perdita, tam facinorosa nemo inuentus est uita, qui quum de scelere fateretur, non tamen, &c. Cic. Antequam iret in exil. 11.
Dissoluta & perdita consilia. Cic. 2. de lege Agraria, 59.
Iura perdita. Claud. de bel. Gildon. 81.
Mens perdita. Tibul. lib. 2. eleg. 7. 11.
Nequitia perdita. Cic. pro Cluentio, 26.
Res perdita. Terent. And. 3. 5. 13,
Tu rem impeditam et perditam restituas?
Obrutæ & perditæ res. Cic. pro Cecin. 65.
Perdita ualetudo. Cic. 8. Philip. 254.
Quod periisse uides, perditum ducas. Catul. ad seipsum, 8. 1.
¶Perditior (ἐξωλέστερος) Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 3,

Quanto

Quãto perditior quisque est, tanto acrius urget. Catul. de Acme, epigram. 39.5.

¶ Perditius nihil: hoc est, nequius & corruptius. Cicer. ad Qu. fratrem, libr. 3. 24.9, Nihil est enim perditius his hominibus, his temporibus.

Miserius, perditius, fœdius, nihil fieri potest. Cicer. Attic. libro 8.155.6.

¶ Perditissimus homo (ἐξωλέστατος) Cic. pro Ros. Amer. 66.

Profligatissimus & perditissimus omnium. Cic. 5. Verr. 53.

¶ Perditè, pen. corr. Aduerb. (ὀλεθρίως) Corruptè. Cic. Attic. lib. 9. 17. 6, Qui hîc potest se gerere non perditè?

Perditè, pro Vehementer aliquando dicitur. Terentius Heaut. 1. 1. 45,

Eius filiam ille amare cœpit perditè. Idem Phorm. 1. 2. 32.

Perditè conari. Quintil. lib. 2. cap. 12. 4.

¶ Perditio, perditionis, Verbale (ὀλέθευσις) Plin. lib. 9. capite 35. 10, Subeunt luxuriæ eius nomina & tædia, exquisita perditione portatu.

¶ Perditor, pen. corr. Verbale (ὀλοθευτὴς) Cic. in Pisonẽ, 67, Ita perpetuos defensores Macedoniæ uexatores, ac perditores effecisti.

Perditor, & Seruator Reip. contraria. Cic. pro Plancio, 73.

Perdoceo] perdoces, penult. corrept. perdocui, perdoctum (ἐκδιδάσκω) perdocere, Perfectè docere. Terentius Heaut. 2. 3. 126.

Verùm illa nequid titubet. s. perdocta est probè. Cic. pro Sestio, 83, Rem quæris præclaram iuuentuti ad discendum, nec mihi difficilem ad perdocendum.

Deæ Pierides perdocuere te. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 12. 6.

Perdocere suam sulticiam. Quintil. lib. 1. cap. 1. 7.

¶ Perdoctus, πολυδίδακτος, Participium, siue Nomen ex participio. Cic. pro Corn. Balbo, 48, Ac si mea authoritas satis apud illos in hac re ponderis haberet, quum me præsertim rerum uarietate atq; usu ipso iam perdoctum uiderent, etiam ab illis maioribus discordijs auocarent.

Exitio multorum perdocti. Lucret. lib. 3. 96.

¶ Perdoctè, Aduerb. (πολυδιδάκτως) Plaut. Mostel. 4. 122.

Vt perdoctè cuncta callet: nihil hac docta doctius.

Perdoleo] perdoles, penult. corr. perdolui, perdolitum, pen. corr. (παταλγύνομαι) perdolere. Vehementer dolere. Terent. Eunuch. 1. 2. 74,

Heu noster, laudo, tandem perdoluit, uires. Nimis dolu it, Persensit dolorem. Donatus.

¶ Perdolitum est, Impersonale. Q. Claudius apud Gellium, ubi singulare Manlij certamen cum Gallo describit, Deinde, inquit, Gallus irridere cœpit, atq; linguam exertare. Id subitò perdolitum est cuidam T. Manlio &c. Vidè Noct. Attic. lib. 9. cap. 13.

Perdomo] perdomas, pen. cor. perdomui, perdomitum, pen. corr. (παταδαμάζω) perdomare. Mart. lib. 1. 27,

Herculeæ laudis numeretur gloria, plus est
Bis denas pariter perdomuisse feras.

Canes perdomare. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 11.

Prouinciam aliquam perdomare. Liu. 9. ab Vrbe, 85.

Terram perdomare uel solum: hoc est, subigere. Plinius epist. 101. c.

¶ Perdomitus, pen. corr. Participium (παταδαμασθείς) Liu. 8. bell. Pun. 66.

Perdomiti boues mox ad aratrum instituantur. Colum. libro 6. capite 2. 6.

Hostis perdomitus. Claud. 6. Panegyr. 7.

Ora Illyris perdomita armis. Silius lib. 8. 58.

Serpens perdomitus. Ouid. 1. Metam. 90.

Vrbes perdomitæ. Lucan. lib. 2. 127.

Perdormisco] perdormiscis (παταποιμάομαι) perdormiscere, Id temporis dormire quod requisitum est ad perfectã dormitionem & concoctionem: uel etiam diu dormire, & totam noctem usq; ad lucem. Plaut. Menæch. 20. 29,

Perdormiscin' usq; ad lucem? M. facilin' tu dormis curãs?

Perduco] perducis, pen. prod. perduxi, perductum, perducere, Vsque ad finem ducere. Cicer. de Senectut. 56, M. quidem Val. Corùmum accepimus ad centesimum annum uitam produxisse.

Tuba præmonitos perducat ad æquora nautas. Lucanus libro 2. 137.

Perducere ad aliud iudicium. Cic. 3. Verr. 7.

Perducere ad exitum, pro Complere, absoluere. Cicer. 2. de Inuent. 247. Ad culmen, Liu. 1. ab Vrbe, 242. Cicer. 1. de Legib. 37, Est autem uirtus nihil aliud, quàm in se perfecta & ad summum perducta natura.

Ad summam operis libros perducere. Quint. in Proœ. lib. 1. 6.

Ad liquidum confessumq; aliquid perducere. Quintil. libro 5. cap. 14. 22.

Ad assum uitulinum opera perducitur. Cic. Pæto, lib. 9. 20. 3.

Perducere usq; ad longum senectutem. Plin. lib. 29. cap. 1. 15.

Opus perducere. Lucan. lib. 3. 77,

—à summis perduxit ad æquora castris
Longum Cæsar opus.

Perducere aliquem, Inducere. Plaut. Mostel. 4. 41,

Postremò si dictis nequis perduci ut uera hæc credas, etc.

Perducere aliquem ad suam causam donis. Liuius 5. belli Maced. 46.

Perducere aliquem ad, uel in suam sententiam. Cicero ad Attic. libro 16. 335. 1. Colum. lib. 3. cap. 3. 13. Et Cæsar 7. bell. Gallic. 12.

Perducere aliquem ad mendacium. Cic. pro Rosc. Comœd. 27.

Carmen ad iratum dum tu perducis Achillem. Ouidius 2. Amor. eleg. 18. 1.

Ad certam pecuniæ summam aliquos perducere. Cicer. Attico, lib. 5. 110. 55.

In rem præsentem audientes perducere. Quintilian. libro 4. capite 2. 87.

Perducere in discrimen. Cic. 3. de Legib. 22, Phalereus ille Demetrius, de quo suprà feci mentionem, mirabiliter doctrinã ex umbraculis eruditorum, ocioq; non modò in solem atq; in pulueré, sed in ipsum discrimen, aciemq; perduxit. Quædam exemplaria legunt, produxit.

Ad furorem mortemq; perduxit ira Aiacem. Cic. 4. Tusc. 80.

Ad amplissimos honores aliquem perducere. Cic. de Amic. 63.

In odium perducere. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 17.

Eò perduxit, ut. Liu. 2. ab Vrbe, 4. Plancius ad Ciceronem, libro 10. 7. 4, Sed usq; mihi temperaui, dum perducerem eò rem, ut dignum aliquid & Consulatu meo, & uestra expectatione efficerem. Virgil. 1. eclog. 15,

—en quò discordia ciues
Perduxit miseros!

Perducere ad, uel in mediam noctem. Liu. 6. bell. Maced. 98.

In seruum perducere. Liu. 8. bell. Maced. 220.

Noctes perducere. Propert. lib. 1. eleg. 3. 8.

Perducere artem in magnitudinem. Plin. lib. 9. cap. 56.

Perducere fossas, uel murum in altitudinem. Cæsar 7. bell. Gall. 287. Ibidem, lib. 1. 30, Murum in altitudinem pedum sexdecim fossamq; perduxit.

Perducere aquam ex aliquo loco. Plin. epist. 254.

¶ Perductus, Participium. Lucret. lib. 1. 220,

Hæc si pernosces parua perductus opella.

¶ Perducto, perductas, perductare, Frequentatiuum. Plaut. Mostell. 10. 31, Vin' qui te perductet?

¶ Perductor,

¶ Perductor, huius perductoris, masc. gen. (πρόαγωγός) Vbale. Plaut. Mostel. 10. 31.

Perductores, à Cicerone in Verrẽ (ut Asconius ait) in hoc differunt à lenonibus, quòd lenones sunt scortorum, perductores etiam inuitarum personarum. Cic. 3. Verr. 22, Sileatur de nocturnis eius bacchationibus, ac uigilijs lenonum, aleatorum: perductorum nulla mentio fiat: damna, dedecora, quæ res patris eius, ætas ipsius pertulit, prætereantur. Quidam docti illo loco, productores, legendum censent: ut Latinum Græco respondeat, προαγωγεῖς.

Perduellum] ab antiquis dicebatur, quod postea duellum & bellum: sicut & perduellis, qui postea hostis. Accius.

—de summa tibi perduellum est. Ex Turnebo.

¶ Perduellis, huius perduellis, masc. gen. (πολέμιος) Qui, ut ait Festus, Pertinaciter retinet bellum. Hostis, inquit Varro de lingua Latina lib. 6. Plaut. Amphit. 4. 96,

Perduelles penetrant se in fugam. Caius in l. quos nos. ff. de uerb. & rer. significatione, Quos nos hostes appellamus, eos ueteres, perduelles appellabant: per eam adiectionem indicantes, cum quibus bellum esset. Cic. 1. Offic. 56, Equidem illud etiam animaduerto, quòd qui proprio nomine perduellis esset, is hostis uocaretur, lenitate uerbi tristitiam rei mitigante. Ibidem, libro 3. 145, Nam pirata nõ est ex perduellium numero diffinitus, sed communis hostis omnium.

¶ Perduellio, huius perduellionis, m. g. (ἐσαγγελία) Crimen læsæ maiestatis, aut Reipub. seu is qui eius criminis est reus. Cicero in Pisonem, 2, Ego in C. Rabir. perduellionis reo x l. annis ante me Consulem, &c. Vlpianus in l. ult. ff. ad legem Iuliam maiestatis, Qui perduellionis reus est, hostili animo aduersus Remp. uel principem animatus est. Liu. 1. ab Vrbe, 109. Perduellionem iudicent secundum legem.

Perduellio, Nihil aliud olim erat quàm cædes: postea immutata significatio est. Nam quum Horatius perduellionis accusatus fuisse dicatur & condẽnatus à scriptorib. Latinis, cædis & homicidij, id est, φόνου, à Dionysio dicitur postulatus & iudicatus: & Festus eum parricidij accusatum dicit apud Duumuiros fuisse. Turnebus.

Actionem perduellionis alicui intendere. Cic. pro Milone, 28.

Iudicium perduellionis ab aliquo tollere. Cic. pro Rabir. perduellionis reo, 6.

Perduellionibus patriam uenditare. Author ad Herennium libro 4. 157.

Perduro] perduras, pen. prod. (χρονίζω) perdurare, Vsq; ad finem durare. Terent. Hecyra, 2. 2. 27,

—sanctè adiurat,
Non posse apud uos Pamphilo se absente perdurare.

Plin. lib. 17. cap. 20. 5, Perdurandi peruicacia.

Honos augurij perdurat. Stat. 8. Thebaid. 18.

Probitas longum perdurat in ęuum. Ouid. de Med. faciei, 10.

¶ Perduratus, Adiect. pen. prod. Seneca de Tranquilitate uitæ, Et quicquid imbecillum in animo nec perduratum exulcerat, id est, nondum confirmatum.

¶ Perduraturus, pen. prod. (χρονιούμενος) Participium. Stat. 1. Thebaid. 29,

—Hæc mora pugnæ,
Sola nec in regem perduraturæ secundum.

Peredo] peres uel peredis, pen. corr. (κατέδω) peredi, peresum. pen. prod. peresse uel peredere, Edendo cõsumere. Cic. 3. Tusc. 45,

Lachrymæ peredẽre humore exanguis genas. Ex poeta. Virgil. 6. Aeneid. 89,

Hic quos durus amor crudeli tabe peredit.

¶ Peresus, pen. prod. (κατεδηδοσμένος) Participium: ut,

Languoribus multis peresus. Catull. in Camerium, epigrammat. 51. 7.

Oculi media pars peresa est. Lucret. lib. 3. 84.

Saxa peresa sale. Lucret. lib. 1. 67.

Vellera peresa illuuie. Virg. 3. Georg. 113.

Perediam & Bibesiam Plautus finxit sua consuetudine, quum intelligi uoluit cupiditatem edendi & bibendi. Festus.

Peregrinus] pen. prod. (ξένος, πεοσήλυτος, ἀλλοδαπὸς) Adiectiuum, Aduena, & aliena loca peragrans: à Peragro, peragras. Plaut. Asin. 9. 57,

Peregrinus ego sum, Sauriam non noui.

Peregrinus ex alio oppido. Plaut. Pœnulo, 3. 47.

Peregrinus & Hospes hoc differunt, quòd Peregrinus uocatur, qui in ciuitate sua non est: Hospes, qui in aliena est. uel peregrinus, qui ex nostra ciuitate oriundus non est: Hospes, qui in nostra est. Hactenus Valla lib. 4. Cic. pro Syl. 17, At si tibi nos peregrini uidemur, quorum iam & nomen & hos inueteruit, & huic urbi & hominum famæ ac sermonibus: quàm tibi illos competitores tuos peregrinos uideri necesse erit, qui iam ex tota Italia delecti tecum de honore & de omni dignitate contendunt?

Peregrinus & aduena, quibus opponitur Hospes. Cic. 2. de lege Agraria, 92.

Ciuis & Peregrinus, contraria. Cic. de Amic. 18.

Peregrini atq; incolæ officium est, nihil præter suum negocium agere, nihil de alieno inquirere, minimeq; esse in aliena Republica curiosum. Cic. 1. Offic. 175.

Hostis apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. Cic. 1. Offic. 57.

Eijcere Roma peregrinos. Cic. 1. de lege Agraria, 7.

Peregrinæ dicebantur olim meretrices, teste Donato, Terent. And. 3. 11. 1,

Adeónè est demens ex peregrina? Ibid. 1. 1. 119.

Peregrinus & hospes in agendo. Cic. 1. de Orat. 110.

Peregrina & ignota. Iuuen. Satyr. 14. 19.

Peregrina omnia relinque, Athenas nunc colamus. Plautus Stich o, 12. 17.

Amnes peregrini. Ouid. 8. Metam. 169.

Amore peregrino captus. Ouid. 1. epist. 16.

Arbores peregrinæ. Plin. lib. 12. cap. 3. 1.

Ab armis peregrinis defendi. Ouid. 2. Trist. 84.

Aues peregrinæ. Plin. lib. 10. cap. 26. 1.

Cælum peregrinum. Ouid. 4. Trist. eleg. 7. 5.

Diuitiæ peregrinæ. Horat. 2. epist. 1. 42.

Facies peregrina atq; ignobilis. Plaut. Pseud. 15. 9.

Lapilli peregrini. Ouid. de Nuce, 29.

Orbem peregrinum uisere. Ouid. 1. Metam. 20.

¶ Peregrinus ager est, qui neq; Romanus, neque hostilis habetur. Festus.

¶ Peregrinus, pro ignorante. Horatius libro 1. epistol. 18. ad Scæuam,

Quare peregrinum, &c. Vide totum locum Horatij. Porphyr. Peregrinum pro ignorãte posuit. Eras. hoc prouerbium exponit in adagio, Quære hospitem. Budæus sic reddit, Vá ailleurs chercher ton sot.

Peregrina sacra appellantur, quæ aut euocatis dijs in oppugnandis urbibus Romam sunt delata: aut quæ ob quasdam religiones per pacem sunt petita, ut ex Phrygia, Matris magnæ ex Græcia, Cereris: Epidauro, Aesculapij: quæ coluntur eorum more, à quibus sunt accepta.

Sedes peregrina ac sordida. Lucan. lib. 5. 2.

Sonus peregrinus. Quint. lib. 1. cap. 1. 10.

Terra peregrina. Ouid. 3. Metam. 5.

¶ Peregrinor, pen. prod. peregrinaris (ἀποδημέω, ξενόομαι) peregrinari,

peregrinari, Per aliena loca peragrando proficisci. Cic. pro Rabirio perduel. reo, 21, Adeóne ignarus es disciplinæ, consuetudinisq; nostræ, ut hæc nescias: ut peregrinari in aliena ciuitate, non in tua magistratum gerere uideare? Et 1. Acad. 13, Nam nos in nostra urbe peregrinantes, errantesq; tanquam hospites, tui libri quasi domum deduxerunt.

Longè lateq; peregrinari. Cic. 1. de Nat. deor. 74.

In aliena ciuitate peregrinari. Cic. pro Rab. perduell. reo, 21.

Peregrinari rem aliquam. Cic. 5. Tusc. 160, Et quum alij sæpe quod ante pedes esset, non uiderent, ille infinitatem omnem peregrinabatur, &c.

Peregrinatur philosophia Romæ. Cic. 3. de Finib. 62.

Peregrinari dicuntur aures. Vide Auris.

¶ Peregrinatus, Particip. (ἀποδημήσας) Cic. 4. Acad. 7, Tamen diutius quàm uellem, tanta uis uirtutis atq; ingenij peregrinata abfuit ab oculis & fori & curiæ.

¶ Peregrinatio, Verbale (ἀποδημία) Cic. ad Attic. lib. 2. 16. 7, Veruntamen uidebare mihi tempora peregrinationis cõmodius posse distribuere.

Perpetua peregrinatio. Cic. 5. Tusc. 150.

In peregrinatione omne tempus consumere. Cicero Attic. libro 16. 333. 4.

Peregrinatio, pro recessu, qui fit peregrè. Plin. epist. 19. lib. 3, Habet etiam multum iucũditatis soli, cæliq; mutatio, ipsaq; illa peregrinatio interfita.

Peregrinatio & militia. Cic. Attic. lib. 6. 113. 2.

Peregrinationes & rusticationes. Cic. de Amic. 85.

Cursu & peregrinatione lætantur turtures. Cicero 2. de Finibus, 175.

Blandita peregrinatio. Vide Blandior.

Nobilem peregrinationem Antonij uocat per ironiam. Cic. 2. Philipp. 100.

Transmarina peregrinatio. Quint. lib. 7. cap. 4. 23.

¶ Peregrinator, pen. prod. (ἀποδημητὴς) Aliud uerbale, Qui solet peregrinari, feréq; semper peregrinatur. Cic. ad Lentulum, lib. 6. 19. 9, Mehercule non tam sum peregrinator iã, quàm solebam.

¶ Peregrinitas, pen. cor. peregrinitatis (τὸ ξενικὸν) Alieni soli habitatio. Vlpian. in l. sed si. ff. de in ius uocando, Si per pœnã deportationis & peregrinitatem redactus sit patronus. hoc est, sit relegatus in aliud solum. Correctiora exemplaria legunt, peregrinationem.

Infusa est in urbem nostram peregrinitas. Cicero Pæto, libro 9. 15. 5.

Peregrinitas, Alio significatu apud Quint. lib. 11. cap. 3, Si fuerit os facile, explanatum, iucundum, urbanum: id est, in quo nulla neq; rusticitas, neq; peregrinitas resonet. Peregrinitatem uocauit oris uitium, quod te in quilinum & alienigenã, non in urbe natum prodat.

¶ Peregrinabundus (ξενιτεύων) Qui solitus est peregrinari, Liu. 8. bel. Pun. 96. Non peregrinabundum, neq; circa amœnas oras uagantem ducem Romanum, &c.

¶ Peregrè, pen. cor. Aduerb. (ναὶ ξένης) Peregrinando. Et est commune tam significantibus quietem, quàm motum: ut, Peregrè sum, Peregrè uenio, Peregrè uado. Terent. Phorm. 2. 1. 13,

Pericla, damna, exilia, peregrè rediens semper cogitet.

Hæc uerba habet. Cic. 3. Tusc. 54. Plaut. Asin. 13. 16,

Aut quod illa dicat peregrè allatã epistolam. Idem Amphit. 4. 198.

Peregrè accire. Liu. 2. ab Vrbe, 24.

Peregrè abire. Plin. lib. 35. cap. 12. 1.

Peregrè depugnare. Cic. 5. Philipp. 186.

Exire peregrè. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 21.

Animus peregrè est. Horat. 1. epist. 12. 3.

¶ Peregri, dicimus quum quis in loco est: Peregrè, quum it in locum: ut Flo. Sosipater scribit. Iustinianus lib. 2. Ciuil. instit. tit. de hæredibus instituendis, Peregri natos dixit, nõ, ut ibi corruptissimè, peregrinantes.

Perelegans] penul. corr. (παῦρ φιλόκαλος) Valde elegans. om. gen. Cic. 2. de Orat. 150, Genus est perelegans, & cum grauitate falsum. Idem pro Plancio, 47, Et quoniam tua fuit perelegans ac persubtilis oratio, digna equitis Rom. uel studio uel pudore.

¶ Pereleganter, Aduerbium (παῦρ φιλοκάλως) Cicero de claris Orat. 101, Quæ quidem omnia cùm peritè & scienter, tum ita breuiter & præsè, satis ornatè & pereleganter diceret, &c.

Pereloquens] penul. corr. (πολυρρητικὸς) Valde eloquens. om. gen. Cic. de claris Orat. 133, C. autem Lentulus Marcellinus nec unquam indisertus, & in Consulatu pereloquens uisus est, non tardus sententijs, non imops uerbis, uoce canora, facetus satis.

Peremere] Cincius in libro de uerbis priscis, ait significare idem quod prohibere. At Cato in libro qui est de Re militari, pro uitiare usus est, quum ait, Quum magistratus nihil audet imperare, nequit consul auspicij peremat. Festus.

Peremptalia] fulgura dicuntur, quæ superiora fulgura aut portenta perimunt, id est, tollunt. Festus.

¶ Peremptalia, fulmina, apud Senecam, 2. Nat. quæst. quibus iolluntur priorum fulminum minæ.

Peremptorius. Vide Perimo.

Perendie] Aduerbium (μεταύριον) significat quod uulgò dicitur, Post cras, ut ait Valla. Cicero ad Atticum libro 12. 257. 5, Scies igitur fortasse cras summum perendie. Plaut. Aulul. 6. 29,

Quæ cras ueniet, perendie foras feratur soror.

¶ Perendinus, pen. cor. Adiect. (μεταύριος) Ab hinc tertius dies. Cic. pro L. Murena, 25, Iam illud mihi quidem mirum uideri solet, tot homines, tam ingeniosos, per tot annos etiã nunc statuere non potuisse, utrum diem tertium, an perendinum iudicem, an arbitrum: rem, an litem dici oporteret. Cæsar belli Gall. lib. 5.

In perendinum diem. Vide In.

Perennis] & hoc perenne (ἀέναος, διαχρόνιος) ex Per & Annus cõpositum, mutatis literis, quasi per annos durãs. Plaut. Amphit. 3. 14,

Lucrum ut perenne uobis suppetat.

Adamas perennis. Vide Adamas.

Perennes & perpetui cursus stellarum. Cic. 2. de Nat. deor. 79.

Cursus lustrare perennes. Lucret. lib. 5. 16.

Perennis fama. Virg. 9. Aen. 16.

Fama & laus perennis. Cic. 2. de Diuinat. 98.

Fides perennis. Plin. epist. 186.

Fortuna perennis. Propert. lib. 2. eleg. 29. 12.

Monimentum perennius ære. Horat. 3. Carm. ode 30. 1.

Monimenta perennia facti. Ouid. 2. Fastor. 53.

Sermo perennis de aliquo. Cic. in Somnio Scip. 27.

Perennis contestatáq; uirtus maiorum. Cic. pro Flacco, 19.

Perenne & proprium aliquid manere. Cicero Post reditum in Senat. 7.

Aquæ perennes. Cic. 6. Verr. 93.

Fons perennis. Cæsar 8. bel. Gall. 152, Quo facto repente fons perennis exhaustus. Sic Perennis fluuius. Plinius libro 5. capite 28. Vlpianus in l. j. ff. de fluminibus, Fluminum quædam sunt perennia, quædam torrentia. perenne est, quod semper fluit, id est ἀένναον: torrens, quod hyemæ fluit, hoc est χειμάῤῥουν.

Latices

Latices manant perennes. Lucret. lib. 5. 53.

Perennis riuus. Plin. epist. 101. lib. 5, Cuncta enim perennibus riuis nutriuntur.

Perennis, pro Perpetuo & continuo. Cic. de Prouinc. Consul. 18, Hic me meus in Remp. animus pristinus ac perennis, cũ C. Cæsare reducit, reconciliat, restituit in gratiam. Budæus.

Amor perennis. Seneca Octauia, 5. 19,

Perennis & profluens loquacitas. Cic. 3. de Orat. 103.

¶ Perennia, perenniorum, Ceremoniæ in auspicijs obseruari solitæ. Cic. 2. de Nat. deor. 14, Itaq; maximæ Reip. partes in ijs bella, quibus Reip. salus continetur, nullis auspicijs administrantur, nulla perennia seruantur.

¶ Perennè, Aduerbium (ἀείσιτον) Perpetuò & continuò. Colũ. lib. 12. cap. 18. 1, Si ager amplus, aut uimeta, aut arbusta grãdia sunt, perennè fabricandæ decimodiæ, & trimodiæ, & fiscellæ texendæ, & picandæ.

¶ Perenno, perennas (διαχρονίσω) perẽnare, Per annos durare. Col. de Arbor. cap. 16. 5, Nam in ea fructus maximè uis consistit, diutiusq; perennat. Ouid. 3. de Arte, 9,

Defuit ars uobis: arte perennat amor.

¶ Perennitas, pen. corr. huius perennitatis, f. g. (ἀειθάλεια) Ipsa duratio. Col. lib. 1. cap. 6. 6, Nam ea cæli positio maximè frigida, & minimè humida est, quæ utraq; perennitatem conditis frumentis afferunt. Idem lib. 4. cap. 24. 1, Vt quàm longissimam perennitatem stirpi acquirat. Cic. 2. de Nat. deor. 142, Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perlucidos amnium.

¶ Perenniseruus, perẽniserui, antiquum (ἀειδούλος) Qui perpetuò seruit uni domino. Plaut. Pers. 12. 16,

Compedum contritor, pistrinorum ciuitas,
Perenniserue, lurco, edax, furax.

Pereo] peris, periui, & per syncopam perij, peritum, penul. corr. (ἀπόλλυμι, ὄλλυμι, ὀλέσσομαι, ὄιχομαι, ἐρέω) perire,

Notæ significationis. Plaut. Trucul. 4. 50,

Illis perit quicquid datur, neque ipsis apparet quicquã.

Perire, pro Mori & destrui accipitur, quasi in totum ire: quòd qui perit, prorsus abit. Terent. Eunuch. 1. 1. 28,

——& prudens, sciens,
Viuus, uidensq; pereo, nec quid agam scio. Idem Andr. 1. 5. 9.

Quod si fit, pereo funditus. Cic. ad Attic. lib. 3. 52. 2, Id si putas me posse sanari, cures uelim: sin perij planè, minus laboro.

¶ Minoris perire. Plin. lib. 7. cap. 7, Tu qui corporis uiribus fidis, tu, &c. tanti perire potuisti. Atqui etiam hodie minoris potes, quantulo serpentis ictus dente: aut etiam, ut Anacreon poeta, acino uuæ passæ.

Certò perij. Vide Certus.

Obnixè perire. Vide Obnitor.

Ocyus perire. Lucret. lib. 3. 89.

Penitus perire. Lucret. lib. 1. 53.

Perpetuò perire. Vide Perpetuò.

Subitò perire. Lucret. lib. 2. 202.

Perire à re. Vide A præpositionem.

Perire ab animo, & ab re. Plaut. Truc. 3. 19. Vide Ab.

Amore indigno perire. Virg. 10. eclog. 2.

Animo perire. Plaut. Rud. 13. 26,

Perij animo, malefit: contine quæso caput. id est, defecit me animus.

Ingenio perij qui miser ipse meo. Ouid. 2. Trist. 1.

Desidiosè agere ætatem, lustrisq; perire. Lucret. lib. 4. 229.

Meo uitio pereo. Cic. Attic. lib. 11. 217. 2.

Perierunt ædes. Plaut. Mostel. 3. 47.

Comæ formosæ perière. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 7.

Decor perit multo uulnere. Senec. Hippol. 10. 21.

Perit dies ocio. Plin. lib. 11. cap. 6. 2.

Fabæ pereunt læso flore. Ouid. 5. Fast. 54.

Honos gentis perit. Ouid. ad Pisonem, 3.

Labor irritus anni perit. Ouid. 1. Metam. 55.

Niues pereunt tepente sole. Ouid. 3. Fast. 48.

Nummi pereunt. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 27.

Opera & oleum philologiæ nostræ perijt. Cicero Attico, libro 2. 32. 2.

Pecunia perijt. Terent. Adelph. 4. 7. 25.

Pecuniam tantam populi Rom. tam breui tempore perire potuisse, portenti simile uidetur. Cic. 5. Philip. 171.

Pudor perijt. Plaut. Bacchid. 8. 81.

Puppis hausta perit. Ouid. 3. Fast. 120.

Res & fides perit. Plaut. Trucul. 3. 18.

Telum pereat rubigine. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 9.

Tempora auxilij perierunt. Ouidius 1. de Remed. amor. 22.

Virtus perit fraude. Ouid. 2. Fast. 46.

Fundibus pereunt urbes. Horat. 1. Carm. ode 16. 4.

Perire ab aliquo, Occidi. Plin. lib. 11. cap. 37. 59.

Conuolsi pereunt. Lucret. lib. 3. 69.

Inter arma & enses perijt. Ouid. ad Liuiam, 46.

Crudelius perire. Quintil. lib. 3. cap. 8. 21.

Fortiter perire. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 9.

Generosius perire. Horat. 1. Carm. ode 37. 5.

Cruciatu summo perire. Cic. 3. de Nat. deor. 117.

Letho præcipiti perire. Senec. Hippol. 3. 36.

Manibus hominum perire. Virgil. 3. Aeneid. 122.

Mœroris perire. Plin. lib. 7. cap. 7. 2.

Morbo perire. Cæsar 4. bell. Ciuil. 181.

Morbo perière capellæ. Horat. 1. epist. 7. 17.

Morte merita perire. Virgil. 4. Aeneid. 139.

Occisione perire ad riuum. Vide Occiso in Occido.

Telo perire. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 17.

¶ Perit tibi, id est, tuo periculo. Vlpian. in l. rogasti. in princ. D. si cert. petat. Quòd si lancem uel massam sine tua culpa perdideris antequam uenderes, utrum mihi, an tibi periret, quæstionis est.

Peream, turantis, uel imprecãtis uox, Ethnicis familiaris, quẽadmodum & Dispeream. Cassius ad Ciceronem, lib. 15. 19. 7, Peream nisi solicitus sum, ac malo ueterem & clementẽ dominum habere, quàm nouum & crudelem experiri.

Malè pereat Lesbia. Horat. Epod. 12. 4.

Terminus pereundi. Silius lib. 3. 113.

Occurrunt animo pereundi mille figuræ. Ouidius epistol. 10. 17.

Gramine Circæo pereundum est mihi. Propertius libro 2. eleg. 1. 11.

¶ Perire, pro decoquere. Cicer. Attic. lib. 6. epist. 1, Metagenes certè perijt: feci iter per eius possessionem, in qua animal reliquum nullum est. hoc est, decoxit, perdidit omnem rem, ut de pecuniã tua prorsus actum sit. Ita fáit banq; route.

¶ Periturus, pen. prod. Participium (ἀπολλυσόμενος) ut,

Amore periturus. Propert. lib. 1. eleg. 12. 7.

Corpus periturum. Stat. 5. Thebaid. 46.

Mœnia peritura flammis. Claud. 2. in Eutropium, 60.

Regna peritura. Virgil. 3. Georg. 100.

Perire mulierem, ea forma dicimus qua deperire, & amando uri. Plaut. Truc. 1. 1,

Tres unà pereunt adolescentes mulierem.

¶ Perito, peritas, pen. corr. (πεπρακόλλυμαι) peritare, Frequẽtatiuum. Plaut. Capt. 12. 32,

Qui per uirtutem peritat, non pol interit.

Perequito] perequitas, pen. corr. (ἐπιππάζω) perequitare,

In omnem partem equitare. Cæsar 4.bell. Gall.583, Primò per omnes partes perequitant,& tela conijciunt. Liu.5.ab Vrbe,134, Quum perequitasset aciem promissa repetens, tantum iecit ardoris, ut non ultrà sustinuerint impetus Aequi.

Pererro] pererras (διαπλανᾶσαι) pererrare, In omnem locum, uel huc atque illuc errare. Columella in Præfat. libro 1.7.

Semperq; ritu uolucrum longinqui litoris peregrinus ignotũ pererret orbem. Plin.lib.8.cap.45.2, Conceptio uno initu peragitur: quæ si fortè pererrauit, xx. pòst die matrem fœmina repetit.

Aditus pererrare. Vide Adeo, adis.

Arua pererrantur liquentibus undis. Ouid. secundo, Amor.eleg.16.1.

Alia pererrare more pecudum. Claud. 3. de rap. Proserp.9.

Forum pererro. Horat.1.Serm.Satyr.6.23.

Prætа longa pererrare. Ouid.epist.14.21.

Locum omnem pererrat. Virg.5. Aeneid.89.

Cornua pererrauit labris. Silius lib.4.35.

Luminibus pererrare aliquem, Circumspicere. Virgil.4. Aeneidos, 73.

¶ Pererratus.pen.prod.Particip.(διαπλανηθείς)ut,

Orbis pererratus. Ouid.1.Fast.47.

Terræ pererratæ. Ouid.15.Metam.11.

Pereruditus]penul.prod. (πολύν περεπαιδευμένος) Adiect. Valde eruditus. Cic.ad Att.lib.4.84.2, Sed uereor ne lepõre suo detineat diutius P.Clodius, & homo pereruditus, ut aiunt, & nunc quidem deditus Græcis literis.

Perexcrucio] perexcruciàs (διαφθείρω) perexcruciare, Vehementer cruciare. Plaut.Stich.o.7.32,

Meam culpam habeto, nisi perexcruciauero.

Perexiguus] Adiect. (πολύμικρος) Valde exiguus. Cæsar. 5.bel.Gal.60, Quum hæ intermisso perexiguo loci spacio inter se cõstitissent, nouo genere perterritis nostris, per medios audacissimè proruperunt.

Perexigua & perminuta uidentur. Cic.2.Tusc.54.

Aut nulla, aut perexigua pars. Cicero ad Quintum fratrem, libro 1.1.7.

Dies perexigua. Cic.2.Verr.4.

Tempus perexiguum. Cic.2.Verr.15.

Factum perexiguum. Liu.2.bel.Pun.217.

Perexilis] & hoc perexile, penult.producti. (κάτισχνος) Valde exile significat. Colum.lib.11.cap.2.45, Hoc eodem tempore prius quàm uineæ pulluerentur, si perexilis est, uel rara ipsa uitis, lupini modij tres, uel quatuor in singula iugera sparguntur.

Perexpeditus]penul.prod. Adiectiuum (σὺν περίεργος) Valde expeditus. Cic.3.de Finib.57, Sed hæc quidem est perfacilis & perexpedita defensio.

Perfabrico] perfabricas, penul.corr. (διατεχνάομαι) perfabricare, Fabricam absoluere. Plaut.Persa,13.4,

——perij interij: peßimus hic mihi dies
Hodie illuxit, corruptor uita me Toxillus perfabricauit, atq; Meam rem diuexauit. Per translationem.

Perfacetus] penul.prod. Adiectiuum (πολυστομύλος) Admodum facetum significat. Cicero de claris Orator. 54. Atq; eundem & uehementem, & ualde dulcem, & perfacetum fuisse dicebat.

¶ Perfacerè, penul.prod. Aduer. (πολυστομύλως) Perjucundè. Cicer.3.Verr.85. Neq; enim perfacetè dicit, neq; porrò hac seueritate digna sunt.

Perfacilis] & hoc perfacile, penul.corr. (πολυρράδιος) Cicero 4.Tusc.11, perfacilis cognitu. Nam sententias interpretari per facilè est. Cic.2. de legib.29.

¶ Perfacilè, pen.cor. Aduerb. (πολυρραδίως) Cic.ad Attic.lib. 13.287.3, Video enim Curules magistratus cum legitimis annis perfacilè cepisse.

Perfacilè sese Sicilia tuebatur, ne quod in ipsa bellum posset existere. Cic.7.Verr.7.

Perfacilè uerò, apud, & c. Cic.3.Verr.19.

Perfacilè apparet, & c. Cic.2. de Finib.175.

¶ Perfacul, Veteres dixerunt, pro Facilè, authore Festo.

Perfamiliaris] & hoc perfamiliare, penult.prod. (πολυοικεῖος) Valde familiaris. Cicer. de claris Orat.87, M. Gratidius M. Antonij perfamiliaris. Idem ad Quint. fratrem, libro 2.15.4, Ipse est enim ueterator magnus & perfamiliaris Philisto.

Perfatuus] Adiect. (πολύμωρος) Mart.lib.10.18,

Heu quàm perfatuæ sunt tibi Roma togæ.

Perfero] pen.cor. persers, pertuli, pen.cor. perlatum, penult. prod. (διαπονέω, διαφέρω, παρέχω) perferre, Vsq; ad cõstitutum finem ferre. Virg.12. Aen.182,

Tum lapis ipse uiri uacuum per inane uolutus,
Nec spacium euasit, totum nec pertulit ictum. id est, euacuatus est impetus ipsius spacio longiore. Seruius.

Opem perferre alicui. Valer.5.Argon.77.

Diuisionem uerò ad cogitationem & stylum perferũt. Quint, lib.2.cap.6.2.

Literas perferre, Ad eum cui missæ sunt ferre. Cicer. Curioni, libro 2.5.2.

Clamor perfertur circa collem. Liu.7.ab Vrbe,175.

Consilium perferre alicuius ad alterum. Cæs.4.bel.Gal.539.

Fama perfertur. Liu.8.bel.Pun.67, Scipio quum ad eum fama tanti comparati exercitus perlata esset.

Fructum perferre. Colum.lib.3.cap.20.2.

Iussa omnia perferre. Propert.lib.1.eleg.17.5.

Laudem in urbem perferre. Cic.2.Tusc.7.

Legem perferre. Cic.ad Attic.lib.1.14.4, Põpeius uerò ad uoluntatem perferendæ legis incubuerat. Liu. 1. Decad.lib.2, Ego hic aut in conspectu uestro moriar, aut perferam legẽ. Vide Suetonium in Augusto, cap.34.

Perferre rogationem, est ita ferre ut plebs scisçat. Liuius 6. bel.Maced.

Mandata perferre. Cic.ad Quint.frat.lib.3.17.23, Scripsiq; ad Cæsarem Vibulium Cæsaris mandata de mea mansione ad Pompeium pertulisse. Plin.epist.190.b.

Nuncium perferre. Cic.ad Quint.frat.lib.1.1.1.

Et literis multorum, & sermone omnium perfertur ad me, incredibilem tuam uirtutem & fortitudinem esse. Cic. Terentiæ, lib.14.1.1.

Perfertur omnium nunciis. Cicero ad Quint. fratrem, libro 2.14.5.

Rumor pertulit hoc nobis. Ouid.2.de Ponto, eleg.1.10.

Perlata rumore, aut nuncijs. Cic.ad Attic.lib.4.70.4.

Sermones ac literæ perferuntur. Cic.pro lege Manil.27.

Verba alicuius perferre ad aliquem. Ouidius 2. de Ponto, eleg.2.9.

Perferre, Denunciare. Cic.ad Cæl.lib.2.8.2, In his enim sum locis, quò & propter lõginquitatẽ, & propter latrocinia, tardissimè omnia perferuntur. Plaut. Capt.7.17.

Perferre, Pati, patienter ferre (ὑπομένειν, διαφέρειν, φέρειν) Terent. Adelph.3.4.50,

Paupertatem una pertulimus grauem. Idem Andr. 1.1.35,

Sic uita erat, facilè omnes perferre ac pati. Cic.2.pro lege Agrar. 71, Syllanus ager à certis hominibus latissimè continuatus tantam habet inuidiam, ut ueri ac fortis Tribuni plebis stridorem unum perferre non possit. Idem 5. Ver. 196, Itaque hæc iudices, quæ pati nullo modo potuerunt, non pertulerunt.

Intrepidè pertuli omnia. Senec. Herc. furente, 6.17.

Deficere animo, & Perferre, contraria. Cicero pro Roscio Amer. 6.

Ardorem perferre. Stat.5.Sylu.1.46.

Catenas perferre. Silius.lib.17.75.

Contumelias perferre. Cæsar 2.bel.Gal.282.

Cruciatum perferre. Cic.4.Acad.48.

Crudelitatem inimicorum perferre. Cic.pro Sestio, 128.

Dolorem perferre. Virg.9.Aen.86. Cic.1.de Finib.52. Et pro Cluentio, 134.

Perferre famem & sitim. Cic.5.de Fin.87.

Frigus, famem, sitim, ac uigilias perferre. Cic.2.in Catil.31.

Insomnia furibunda perferre. Silius lib.11.21.

Laborem perferre. Virg.2.Georg.69.

Luxuriem, crudelitatem, auaritiam, superbiam alicuius perferre. Cic.4.Verr.6.

Mala tot pertulimus. Ouid.5.Trist.eleg.1.71.

Monstra immanid perferimus tecti syluis. Virgilius tertio Aeneidos,117.

Niues perferre. Ouid.1.Amor.eleg.9.3.

Perpetior ac perfero facilè omnes. Cic.de Orat.43.

Onus perferre. Ouid.ad Liuiam,70.

Pauperiem, & duros perferre labores. Virgilius 6. Aeneidos, 88.

Pericula multa pelago pertulerunt. Ouidius 14. Metamorphos. 112.

Pœnarum satis perferre. Cic.pro Sestio.128.

Pruinas ac niues perferre. Cic.2.in Catil.43.

Quietem solus perferre nequit. Silius lib.4.9.

Somnos aut dies perferre. Stat.3.Sylu.2.17.

Supplicium pro meritis perferre. Cicero ad Atticum libro 8. 159.10.

Timores pertulimus. Claud. de bello Getico, 42.

¶ Perferens, pen.cor. (ὑπομένων) Nomen ex participio. Cic.2. de Orat.98, Horum igitur exprimere mores oratione, iustos, integros, religiosos, timidos, perferentes iniuriarum, mirum quiddam ualet, & c.

Perferuidus] pen.cor. Adiectiuum (πολύζεστος) Vehementer feruidus: ut,

Perferuida æstas. Colum.lib.5.cap.5.1.

Perficio] perficis, pen.corr. perfeci, penult.prod. perfectum (αὐξάνω, ἀποτελέω, διαπονέω, διατελέω, ἐπιτελέω, πεφαίνω, τελέω, διατεργάζομαι) perficere, Absoluere, complere quod inceptum est. Terent. Hecyr. 5.2.9,

Quod si perficio, non pœnitet me famæ. Terentius Phorm. 2.3.73,

Haud desinam Donec perfecero hoc.

Absoluere & perficere aliquid. Cic.2. de Nat.deor.50.

Conari aliquid & perficere. Cic.in Orat.56.

Conflare & perficere. Cic.pro Cluent.12.

Absolutionem alicuius rei perfecere. Cic.de Vniuers.58.

Annos centum perficere. Horat.2.epist.1.8.

Cibum perficere, Concoquere. Plin.lib.11.cap.53.6.

Cogitata perficere. Cic.pro Deiotaro,13.

Coria perficere. Vide Corium.

Pelles perficere. Plin.lib.24.cap.11.8.

Instituta perficere. Cic.2.de Diuinat.8, Quod assequar profectò, si instituta perfecero.

Iussa alicuius perficere. Valer.7.Argon.13.

Maleficium perficere, & occultare. Cic.pro Cælio, 42.

Susceptum perficere munus. Virg.6.Aeneid.126.

Officium perficere funeris. Ouid.ad Liuiam,14.

Onus & munus perficere. Cecinna Ciceroni, lib.6.7.16.

Poema institutum perficere. Cic.Quint.frat.lib.3.24.4.

Promissa perficere, pro Implere quod promiseris. Terentius Andr. 4.1.7.

Scelus perficere. Cic.pro Cluentio,153.

Stamina pauca perfici. Ouid.epist.18.10.

Perficere, pro Obtinere, siue pro eo quod barbari dicunt, Tantum facere quod. Terent. Prolog. Eunuch.21,

——postquam ædiles emerunt,
Perfecit, sibi ut inspiciundi esset copia. Ibidẽ,1.2.100,
——quam ioco
Rem uoluisti à me tandem, quim perfeceris? Cicer. ad Marium, lib.11. 27.5, Quod enim uehementer mihi utile esse putabas, nec inutile ipsi Cæsari, perfecisti, ut ille me diligeret, coleret, haberet in suis. Idem ad Attic. lib. 8.159.12, Perficiam profectò, ut neq; Reßub. ciuis à me animum, neq; tu amici desideres. Et 4.Acad. 204, Perficies ut ego ista innumerabilia complectens, nunquam labar, nihil opinerer. Sic pro lege Manil.31, Et quisquam dubitabit, quid uirtute perfecturus sit, qui tantum authoritate perficerit? Quædam exemplaria legunt, profecerit.

Callidè perficere ut. Cic.2. de Diuin.166.

Perfici, paßiuum. Plin.lib.11. cap. 53.5, Difficulter aut perficiuntur omnia in cibis acria, nimia, & auidè hausta. id est, concoquuntur.

Actu perfici. Quint.lib.2.cap.18.1.

¶ Perficiendus, Particip. (αὐξητέος) ut, Voluptas perficienda tarda mora. Ouid.2.de Arte,144.

¶ Perfectus (τετελιωμένος, τέλεος, εὐτελής, αὐτοτελής, πανάτελος, ἀπαρτιαίτατος, ἀκροτελής, ὁλοτελής, εὐτελιχὴς) Aliud participium, siue Nomẽ ex participio. Plaut. Persa, 22.2,

——re placida, patibus Perfectis.

Inchoata & Perfecta, contraria. Cic.de claris Orat.65.

Perfectum aliquid esse, & habere maturitatem suam quãdam. Cic.de claris Orat.177.

Extremum & perfectum. Cic.2.de Nat.deor.49.

Inuentum simul & perfectum nihil est. Cicero de claris Orator.35.

Perfectum omni ex parte in genere suo. Cic. de Amicit.67.

Perfectum ex utroq; Cic.4.Tusc.16.

Aptum undiq;, perfectum, expletumq; omnibus suis partibus & numeris. Cic.2.de Nat.deor.52.

Ad summa atq; in omni genere perfecta peruenire. Cicero 2. de Orator.65.

Perfectus & absolutus. Plin.lib.2.cap.4, Eum & nos à perfecta absolutaq; elegantia, mundum appellamus.

Absoluti & perfecti philosophi. Cic.2.de Diuin.222.

Perfectus & consummatus. Quint.lib.5.cap.10.

Summum & perfectißimum iudicat Cicero, illud cui nihil addi potest. in Orat.2.

Plenum atque perfectum oratorem esse eum dicam, qui de omnibus rebus posit uariè, copioseq; dicere. Cicero 1.de Orator.31.

Conciunus, perfectus, politus ad persuadendum homo. Cic. in Pisonem,47.

Perfectus in re aliqua. Cic.1.de Fin.31.

Orator in omni genere sermonis atq; humanitatis perfectus. Cic.1.de Orat.19.

Perfectus in dicendo homo & perpolitus. Cic.1.de Orat.31.

Perfectus ingenio. Cic.pro lege Manil.1.

Literis Græcis perfectus Memmius. Cicero de claris Oratoribus, 133.

Moribus perfectus. Quint.in Procem.lib.1.14.

Scientia, & omni facultate dicendi perfectus. Quint. in Proœmio libro 1.14.
Cumulatè perfectus. Vide Cumulus.
Perfectus, completusq; uerborum ambitus. Cic. in Orat. 96.
Augmen corporis perfectum. Lucret. lib. 3. 54.
Opera mirabili & clarissimis gemmis perfectum candelabrũ. Cic. 6. Verr. 55.
Cymbia perfecta argento. Virg. 5. Aeneid. 54.
Eruditione perfecta & ingenio præstãti ad hæc opus est. Cicero 2. de Diuin. 195.
Exercitatione perfecta ingenij forma. Cicero de claris Oratoribus, 183.
Expleta & perfecta forma honestatis. Cic. 2. de Fin. 79.
Mens perfecta. Cic. 5. Tusc. 56.
Curta sententia, Plena & perfecta, contraria. Cicero 4. de Finibus, 60.
Sol perfectus, Dies transacta. Stat 5. Theb. 38.
Templum perfectum. Cic. 6. Verr. 55.
Perfecta cumulataq; uirtus. Cic. pro Sestio, 75.
Virtutis perfectæ qui perfecto functus est munere, non parum diu uixit. Cic. 1. Tusc. 176.
Vota perfecta continuo ordine. Virg. 3. Aen. 110.
¶ Perfectius. Horat. Epod. 5. 13,
Nardo perunctum, quale non perfectius
Mœa laborarunt manus.
¶ Perfectissimi dicebantur, qui iudicio principis, uel ad Præsidatum proximiæ, uel ad aliam administrationem promoti fuissent. l. 5. de perfectiss. dignitat. lib. 12. C. Quæ de re Alciat. cap. 4. lib. 3. Disiunct.
¶ Perfectissimatus, erat dignitas quædam non mediocris, quia non omnes Præsides, ut Alciatus docet, clarissimi fuêre: sed & Perfectissimi quidam, prout Prouinciæ dignitas exigebat. Addit ex uetustissimis monumentis, Tarraconẽses Hispaniæ, ac Norici fuisse perfectissimos tantum, quos duabus literis designabant, v. p. sicut clarissimos uiros, v. c.
¶ Perfectè, Aduerb. (τελέως, οὐτελῶς) Cic. 4. de Fin. 16, Quũq; dæ sint artes, quibus perfectè ratio & oratio compleatur, una inueniendi, altera disserendi.
Absoluta est perfectè omnis honestas. Cic. 4. de Fin. 31.
Absolutus perfectè. Vide Absoluo.
Nimis insans, & perfectè diserta oratio, contraria. Cicero de claris Orat. 52.
Perfectè planeq; eruditus uir. Cic. de claris Orat. 154.
Nihil à Roscio, nisi perfectè, nihil nisi cum summa uetustate fiebat. Cic. 1. de Orat. 64.
Imitatur nunquam perfectè ueritatẽ casus. Cic. 1. de Diuin. 47.
¶ Perfectio, Verbale (τελείωσις, τελφότης, πλήρωσις, ἀπαρτισμός, ἐντελέχεια) Plin. lib. 11. cap. 2. 1, In his tam paruis quàm inextricabilis perfectio?
Absolutio & perfectio. Cic. 1. de Orat. 64.
Perfectio, Conatus & adumbratio, contraria. Cic. in Orat. 55.
Susceptio, & Perfectio, contraria. Cic. 3. de Fin. 51.
Perfectio operum magnorum, & tácere fundamenta, contraria. Cic. pro Marcello, 15.
¶ Perfector (ὑπερτελεστὴς) Aliud uerbale. Cic. 1. de Orat. 134, Ac stylus ille tunc, quem tu uerè dixisti perfectorem dicendi esse, ac magistrum, multi sudoris est.
Perfector, Qui quod uolebat, diligentia sua perficit. Terentius Eunuch. 5. 9. 5,
O Parmeno mihô mearum uoluptatum omnium
Inuentor, incœptor, perfector.
Perfica] & Perunda, deæ ueneris arum deliciarum ab antiquis honoratæ: hanc, quòd in cubili præstò esset, dum uirginem effoderent mariti: illam, quòd uoluptates perficeret inoffensa dulcedine. Arnobius in Disputationibus aduersus gentes.
¶ Perfica, etiam natura à Lucretio lib. 2, uocatur, quæ procreationi & perfectioni rerum præest, quum inquit,
—ad extremum crescendi perfica finem,
Omnia perduxit rerum natura creatrix. Vide Nonium.
Perfidelis] & hoc perfidele, pen. prod. (πανάπιστος) Valde fidelis. Cic. ad Attic. lib. 2. 34. 8, Posthac autem ad te, si perfidelem habebo. cui dem, scribam omnia planè.
Perfidus] pen. cor. Adiectiuum (ἄπιστος, ἀγνώμων) Qui fidem uiolat. à fide deducitur. Cic. 3. Offic. 79, Ergo & Pythius, & omnes aliud agentes, aliud simulantes, perfidi, improbi, malitiosi sunt.
Amicus perfidus. Cic. Post red. ad Quirites, 17.
Arma perfida Iubæ. Ouid. 4. Fast. 76.
Bella perfida. Silius lib. 15. 162.
Caput perfidum obligasti uotis. Horat. 2. Carm. ode 8. 2.
Corda perfida. Valer. 5. Argon. 58.
Hostes perfidi. Horat. 3. Carm. ode 5. 7.
Lumina perfida. Ouid. 13. Metam. 114.
Mulier perfida. Horat. 3. Carm. ode 7. 3.
Sacramentum perfidum. Horat. 2. Carm. ode. 17. 2.
Serui perfidi. Horat. Epod. 9. 2.
Tela perfida. Ouid. 2. Fast. 46.
Turba perfida. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 13.
Vappa perfida. Mart. lib. 12. 44.
Verba perfida. Ouid. 5. Fast. 136.
¶ Perfidia, perfidiæ (ἀπιστία) Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 7. 6, Quũ illius in me perfidiã increperaret, auditus est magno silentio maleuolorum.
Infidelitas & perfidia. Cæsar 8. bel. Gal. 85.
Perfidia & iniquitas hominum. Cic. Lentulo, lib. 1. 2. 10.
Perfidia unius in alium. Cic. 2. Philip. 85.
Cumulus perfidiæ. Ouid. 11. Metam. 42.
Offensio perfidiæ. Cic. 2. de Orat. 56.
Abuti perfidia. Vide Abutor.
Decipi perfidia alicuius. Cic. pro Rosc. Amer. 65.
Exigere pœnas perfidiæ. Ouid. epist. 7. 12.
Perfidiam fugio. Silius lib. 16. 30.
Fugere suspicionem perfidiæ. Cic. Att. lib. 8. 160. 2.
Repens perfidia. Tacit. lib. 20.
Perfidia & scelere uiolatæ sunt dextræ, quæ fidei testes esse solebant. Cic. 11. Philip. 291.
¶ Perfidiosus, pen. prod. Adiect. Plenus perfidiæ. Plaut. Cistel. 2. 63, Perfidiosus est amor. Cic. in Pisonem, 52, Quòd fallax, quòd perfidiosus, quòd impudẽs, quòd audax esse uideatur.
Vanus, perfidiosus & impius. Cic. pro Quintio, 13.
Perfidiosus, insidiosus, fallax. Cic. pro Appio, lib. 3. 10. 24.
¶ Perfidiosè, pen. prod. Aduerbium (ἀπίστως) Author ad Herenn. lib. 1, In odium rapiemus, siquid eorum superbè, spurcè, perfidiosè, crudeliter, confidenter, malitiosè, flagitiosè factum proferemus.
Perfinio] perfinis (ὑπερτελέω) perfinire, Idem quod simplex, finire. Lucret. lib. 1,
Quippe ubi dimidiæ partis pars semper habebit
Dimidiam partem: nec res perfiniet ulla.
Perfixus] διακατειρεσμένος, Participium à uerbo Figo, & præpositione Per: significat transfixum. Lucr. lib. 2. 73,
——& crebra reuisit
Ad fabulam desiderio perfixa iuuenci. Idem libro 3. 62.
Perflo] perflas, perflaui, perflatum, pen. prod. (καταπνέω) perflare, Valde flare, siue multum flando commouere. Virgil. 1. Aeneid. 18,
—& terras turbine perflant. Plin. lib. 2. cap. 107. 3,
Perflantibus undiq; procellis.
Venti perflant aliũde. Ouid. 1. de Remed. Amor. 74.
Venti perflant nubila. Lucret. lib. 6. 27.
¶ Perflatus, huius perflatus, pen. prod. (κατάπνευσις) Ipse perflatio. Colum. lib. 1. cap. 5. 7, Quantoq; fuerit ædificij solum pronius Orienti, tanto & æstate liberius capere perflatus. Plin. lib. 16. cap. 40. 15. Vlmus in perflatu firma.
¶ Perflabilis, & hoc perflabile, penult. corr. (καταπνευστὸς) Quod perflari potest. Cic. 2. de Diuin. 59, Deos enim ipsos iocãdi causa induxit Epicurus placidos & perflabiles, &c.
Perfluctuare] Vide Perfluo.
Perfluo] perfluis, pen. corr. perfluxi, perfluxum (διαῤῥέω) perfluere, Transmittere liquorem: ut, Lagena malè compacta perfluit. Lucret. lib. 3. 191,
Et non omnia pertusum congesta quasi in nas
Commoda perfluxêre.
Aquæ perfluunt Tybur. Horat. 4. Carm. ode 3. 2.
Vma per collum uidemus perfluere. Lucret. lib. 2. 79.
Perfluere. Terent. Eunuch. 1. 2. 25,
Plenus rimarum sum, hac atq; illac perfluo. Translatio sumpta ab aquario uase fictili, inquit Donatus. Quasi dicat, Non possum continere: siquid audio quod non sit uerũ, statim palàm est.
Perfluo, cum accusatiuo. Quint. lib. 2. cap. 5, Nec quæ dicentur, perfluent aures. Sunt qui legant, præterfluent.
Perfluere uoluptatibus. Cic. 2. de Fin. 186.
Perfluere. pro Fluere, aliquando ponitur. Liu. 1. ab Vrbe, 198, Infima ualle perfluit Tybris.
¶ Perfluctuare, κατανυμαντίζω, Multum fluctuare. Lucret. lib. 3. 145,
—atq; unde animantum copia tanta
Exos & exanguis, tumidos perfluctuat artus? id est, per tumidos artus fluctuat.
Perfodio] perfodis, pen. corr. perfodi, pen. prod. perfossum (διορύττω) perfodere, Fodiendo excauare, rumpere ferire, perforare. Plin. lib. 36. cap. 13. 5, Inde aliæ perfossis cuniculis subterraneæ domus.
Perfodere parietes. Cic. in Vatinium, 8, Licet impunè per mè parietes in adolescentia perfoderis, uicinos compilaris.
Perfodere montẽ. Varro 3. de Re rust. cap. 17. 8, Quadringenti omnes tum unà perfossi gladijs, aut missilibus operis cadunt. Gellius lib. 3. cap. 7.
¶ Perfossus, διωρυγμένος, Participium: ut, Pectora perfossa patescunt. Stat. 9. Theb. 105.
Perfossæ naues. Plin. lib. 32. cap. 1. 5.
Thorax perfossus bis sex locis. Virg. 11. Aeneid. 2.
Perfore] pen. corr. (πανύστατος) Valde futurum esse. Cic. Appio Pulchro, lib. 3. 5. 9, Tunc mihi ille dixit, quòd classe tu uelles decedere, perfore accommodatum tibi, si ad illam maritimã partem prouinciæ nauibus accessissem. Hoc loco nonnullis magis placet præpositionem Per, ad Accommodatum referre, Per accommodatum: ut Fore interponatur: ut, Per mihi gratum.
Performidatus] pen. prod. (ὑπερπεμορμένος) Participium, Multum formidatus. Silius lib. 3. 123,
Iam puer auricomo performidate Batauo.
Performo] performas (διαμορφόω) performare, Formam absoluere. Quint. lib. 2. cap. 7, Performata materia.
Perforo] perforas, pen. corr. perforaui, perforatum, penult. prod. (διατρέω, τρύπαω, τετραίνω) Perforare. Col. lib. 5, Sed aliud est ferramentum, quo priores uitẽ perforabant.
Perforare & patefacere aliquid. Cic. Mario, lib. 7. 1. 3.
Sol perforat culmina radijs. Stat. 1. Sylu. 5. 10.

Latus ense perforat. Ouid. 3. Trist. eleg. 9. 6.
Ictu uno perforat duo pectora. Ouid. 12. Metam. 76.
Perforare, per tmesin à Lucretio dictum lib. 5. 255,
Et terebrare etiam, ac pertundere, perq; forare.
¶ Perforatus pen. prod. Participiũ (τετρυμένος) ut, Lumina duo ab animo ad oculos perforata. Cic. 3. de Nat. deor. 12.
Perfortiter] pen. corr. Aduerbium (παλιμβρόμως) Valde fortiter. Terent. Adelph. 4. 2. 29,
—miseram mulierem & me seruatum
Qui referire non audebam, iucit, hui perfortiter.
Perfremo] perfremis, pen. corr. perfremui, perfremitũ, pen. corr. (τριγλυφόχομαι) perfremere, Idem quod Vehementer fremere. Cic. 2. de Nat. deor. 130,
Sicut inciti atq; alacres rostris perfremunt delphini.
Ex Accio poeta.
Perfreto] perfretas, penul. prod. perfretare. Solinus cap. 40, Inter hæc uadosa classem Romanam impunè accepimus perfretasse.
Perfrico] perfricas, penult. corr. perfricui, perfrictum (τρίβω) perfricare, Fortiter fricare. Cic. 5. Verr. 51, Quũ interea Apronius caput atq; os suũ unguento perfricaret. Columel. lib. 6. cap. 2. 4, Deinde nares perfricato, ut hominẽ discant odorari.
Dentes perfricuisse. Ouid. 3. de Arte, 44.
Perfricare faciem uel frontem. Mos est eorum, qui cum pudore aliquid agunt, ut faciem perfricent, uel frontem, natura ipsa ad id impellente, quasi ad abigendum sanguinẽ qui ex præcordijs ad faciei superficiem confluit. Hinc ortum est prouerbium, ut quoties dicere uolumus nos pudorem deponere, dicamus, Perfricui faciem uel frontem. Plin. in Præfat. 2,
Perfricui faciem, nec tamen profeci. Mart. lib. 11. 28,
Aut tum perfricuit frontẽ, posuitq; pudorem. Erasmus, Frons habita est antiquitùs pudori sacra, & facies item: id quod & prouerbio testatũ est, qui dicũt pudorẽ esse in oculis. Inde frontem aut faciẽ prouerbio perfricuisse dicuntur, qui pudorem omnem dedidicerunt, uelut abstersa manu à tuitu pudore.
Perfricare os, Idem. Cic. 3. Tusc. 70.
¶ Perfricatus, pen. prod. Participiũ. Plin. lib. 28, cap. 12, Fallacibus fœlis extrinsecus fimo perfricatis.
¶ Perfrictio, Verb. (περίψυξις) Plin. lib. 28. cap. 18. 2, Sanat & uertigines, tremulos, opisthotonicos, lienes, lumbos, perfrictiones.
Perfrigeo] perfriges, pen. prod. perfrixi (κατατρέγω) perfrigere, Valde frigere. Mart. lib. 3. 18,
Perfrixisse tuas quæstã est præfatio fauces. Iuuenalis Satyr. 7. 20. Et si perfrixit, cantat bene.
Perfrigero] perfrigeras, pen. corr. (καταψύχω) perfrigerare, Idem quod Refrigerare. Plin. lib. 25. cap. 13. 17, Omnia hæc harum uis eadem perfrigerare & astringere.
¶ Perfrigesco, perfrigescis (κατατρύχομαι) perfrigescere. Valde frigidum fieri. Plin. lib. 31. cap. 6. 10, Difficilius perfrigescunt marina calefacti. Sic Varro 2. de Re rust. cap. 9. 16.
¶ Perfrigidus, pen. corr. Adiectiuum (πολύψυκτος) Cic. 6. Verr. 77, Erat hyems summa, tempestas, ut ipsum Scipionẽ dicere audistis perfrigida.
Perfringo] perfringis, perfregi pen. prod. perfractum (κατατρύχω, κατατηλάω, κατατελάω) perfringere, Valde fac in totum frangere. Plinius epist. 101. c. lib. 5. Campi, quos monuisti, ingentes boues & fortissima aratra perfringunt. Terent. Adelph. 1. 1. 12,
—ne aut ille asserit,
Aut ipsiam eeciderit, ac perfregerit aliquid.
Penitùs perfringere aliquid. Liu. 1. bel. Pun. 135.

Perfringere aciem tenuem. Vide Acies.
Angustias omnes, omnes altitudines, omnium obiecta tela ui et uirtute perfringere. Cic. de Arusp. respon. 46.
Colla perfringere bipenni. Valer. 1. Argon. 40.
Domos perfringere. Tacit. lib. 20.
Fulmine perfregit Olympum Iuppiter. Ouid. 1. Metam. 32.
Perfringere phalangem hostium. Cæsar 1. bel. Gal. 96.
Portas ui perfringere. Lucan. lib. 3. 69.
Tempora perfregit fuluo protecta capillo. Ouid. 12. Metā. 55.
Perfringere aliquē, pro Corrumpere. Cic. ad Attic. lib. 3. 65. 8.
Perfundere animos, non perfringere. Cic. de clar. Orat. 18.
Perfringere & labefactare bonorum conspirationem. Cic. 4. in Catil. 94.
Perfringere decreta, leges, repagula iuris. Cic. pro Milone, 67. Idem 1. in Catil. 13, Tu non solum ad negligendas leges & quæstiones, uerumetiam ad euertendas, perfringēdasq; ualuisti. Sic, 7. Verr. 32.
Perfregit ac prostrauit omnia cupiditate & furore. Cic. pro Cluentio, 11.
¶ Perfringens, Participium (κατακλάζων) Lucret. lib. 5.
— ut interdum ualidi uis incita uenti
Perscindat nubem, perfringens impete recto.
¶ Perfractus, Participium (κατακλασθείς) ut, Axe perfracto uoluitur. Silius lib. 16. 83.
Fores perfractæ. Tibul. lib. 1. eleg. 10. 11.
Ossa perfracta trinodi claua. Ouid. epist. 4. 23.
¶ Perfractè, Aduerbium (αὐθαιρέτως) Obstinatè. Cic. 3. Offic. 118, Nimis mihi perfractè uidebatur ærarium, uectigaliaq; defendere. Emendatius exemplar, præfractè, legit.
Perfruor] perfrueris, penult. corr. perfruitus sum (κατατολαύω) perfrui, In totum frui, seu omnem fructum percipere. Plin. epist. 4, Quod uelim facias, primùm ut perinde nostris rebus, ac nos tuis, perfruaris. Cic. 1. de Fin. 87, Quum enim certè nihil homini posit melius esse, quàm uacare omni dolore & molestia, perfruiq; maximis & animi & corporis uoluptatib. Idē in Catil. 18, Hic tu qua lætitia perfruere
Pacisci delectari, perfrui aliquib. rebus. Cic. in Pisonē, 35. (re.
Amplexu alicuius perfrui. Ouid. epist. 15. 44.
Authoritate rerum gestarum, gloria, & sapientiæ laude perfrui. Cic. de claris Orat. 5.
Authoritate testimonij alicuius, uel iudicio beneuolentiæ, uel suauitate ingenij perfrui. Cic. Luccio, lib. 5. 12. 4.
Gaudijs perfrui. Cic. 5. Tusc. 103.
Ocio perfrui. Cic. Mario, lib. 7. 1. 2.
Vita modica & apta uirtute perfrui. Cic. 1. de Legib. 85.
Ad perfruendas uoluptates, & ad usus uitæ necessarios expectuntur diuitiæ. Cic. 1. Off. 37.
Perfrui, in malam significationem. Ouid. epist. 11. 26.
— mandatis perfruar ipsa patris, id est, faciam quod iussit pater. Iusserat autem pater, ut se interficeret. Sunt qui legant, mandatum prosequar ipsa patris.
¶ Perfructus sum, uel fui, Præterium antiquum à Perfruor. Lucret. lib. 3,
Omnia perfructus uitai præmia. id est, quum omnia perceperis præmia uitæ, &c.
Perfugio] perfugis, pen. corr. perfugi, pen. prod. perfugiū, pen. corr. (καταφεύγω) perfugere, Auxilij gratia ad aliquem confugere. Liu. 2. ab Vrbe, 38, Iam Tarquinij ad Lartem Porsenam Clusinum regem perfugerant. Cic. 7. Verr. 98, Hic locus est igitur unus quò perfugiāt, hic portus, hæc arx, hæc ara sociorum: quò quidem nunc non ita confugiūt, ut antea in suis repetendis rebus solebant.
Ad imperatores perfugere. Cic. pro Corn. Balbo, 18.
In oppidum aliquod denium perfugere. Cic. in Pisonem. 71.

In Capitolium, aliaue urbis templa perfugere. Tacit. lib. 3.
¶ Perfugium, καταφυγή, Locus tutissimus, quò nos in uexatione, aut calamitate recipere contendimus: quamuis id non minus apud homines sit. Plaut. Casin. 15. 3.
——nescio unde auxilij, præsidij.
Perfugij mihi, aut opum nunc copiam comparem. Cic. Cassio, lib. 12. 8. 2, In meo Bruto nō solum ad præsens perfugium, si (quod olim) aduersi quid acciderit, sed etiā ad confirmationem perpetuæ libertatis. Idem 7. Verr. 103, Num tibi insultare in calamitate, num intercludere perfugiū fortunæ, num casus bellicos exprobrare, aut obijcere uideor?
Commune perfugium, Domus. Cic. 4. Catil. 74.
Paratum nobis perfugium & portum putemus, quò utinam pacatis uelis prouehi liceat. Cic. 1. Tuscul. 194. De morte. Legitur & profugium.
Perfugium & spes Reip. Cic. pro Rosc. Amer. 89.
Portus & perfugium miseræ fortunæ alicuius, multumq; iactatæ. Cic. pro Cluentio, 4.
Laborum omnium & solicitudinum perfugium somnus est. Cicero 2. de Diuinat. 222.
Perfugium & præsidium salutis. Cic. pro Rab. perduell. reo, 2.
Excludere aliquē à portu & perfugio. Cic. Luceio, lib. 5. 15. 6.
Habere sibi perfugium. Lucret. lib. 5. 234.
Intercludere perfugium fortunæ. Cic. 7. Verr. 103.
Perfugium ac solatium aduersis hæc studia præbent. Cicero pro Arch. 12.
Vti perfugio, per translationē. Cic. 3. Verr. 57. Idē, Itaq; utor eodē perfugio, quo tibi utendum censeo, literulis nostris. Et 4. Verr. 70. Postremo illo desperatissimo perfugio uti posset, se imprudentem feciſſe, existimasse id licere.
¶ Perfuga, perfugæ, pen. corr. m. g. (αὐτομόλος) Festus, Perfugam Gallus Aelius ait, qui liber, aut seruus, aut hostis sui uoluntate ad hostes transierit, qui idem dicitur transfuga. Quaquā sint qui credant perfugā esse, non tā qui alios fugiat, quàm qui ob spē commodorū ad quēpiam perfugiat. Cic. 3. Off. 115, Quumq; de imperio certamen esset cum rege generoso ac potente, perfuga ab eo uenit in castra Fabritij, Ibidem, lib. 1. 63.
Cur de perfugis nostris copias comparant contra nos? Cic. in Orat. 130.
Perfui] perfuisti, perfuit. Præteriū à uerbo Persum, sed præsens non reperi. Vsus est aūt hoc præterito Gell. lib. 25. cap. 18, Phædon Elidensis ex cohorte illa Socratica fuit, Socratiq; & Platoni perfuit familiaris, &c.
Perfulcio] perfulcis (καταστηρίζω) perfulcire, Bene fulcire, & roborare. Ouid. ad Pisonem (aut quicunq; sit ille tandē non indignus hoc nomine) 20,
Eloquio sanctum modo perfulcire Senatum.
Perfunctio, Perfunctorius, Perfunctus] Vide Perfungor.
Perfundo] perfundis, perfudi, perfusum, pen. prod. (ἀλύω, ἀλύσκω, καταβρέχω) perfundere, per omnes partes fundere, conspergere. Cic. 3. Verr. 46, Aqua denicq; feruenti à Rubrio ipso Philodamus perfunditur.
Repulsum foribus perfundit gelida. Horat. 2. Ser. Satyr. 7. 19.
Fluuijs perfundunt pecus magistri. Virg. 3. Georg. 90.
Artus perfundere rore. Ouid. 3. Metam. 33.
Ensis perfunditur sanguine. Ouid. 7. Metam. 80.
Sanguine perfundit penates. Ouid. 5. Metam. 31.
Perfundi & tingi. Seneca epist. 36, Liberalia studia nō illa quibus perfundi satis est, sed hæc quibus tingendus est animus.
Perfundere animum religione, per translationem: pro, Imbuere. Liu. 10. ab Vrbe, 199.
Perfundere animos sanitate, nō pfringere. Ci. de cla. Orat. 18.

Animum

Animum perfundere uoluptate. Cic. 4. Tuscul. 31.
Aceto quempiam perfundere. Vide Acetum.
Perfundere tecta auro, pro Deaurare. Seneca epist. 116.
Perfundi iucunditate, lætitia, uoluptatibus: pro, Repleri. Cic. 2. de Fin. 10. & lib. 5. 123. Item 1. de Nat. deor. 154.
Oratione quasi uoluptate quadam perfundi. Cicero de claris Orator. 97.
Perfundere aliquem iudicio, Cogere iudicium subire, & causam dicere. Cic. pro Rosc. Amer. 49.
Perfudit me horror. Cic. ad Atticum, lib. 8. 50. 2.
¶ Perfundens, Participium (ἀλύων & ut, Sol omnia perfundens conuectit sua luce. Lucret. libro 2. 30. Alij legunt, profundens.
¶ Perfusus, pen. prod. Aliud Participium (καταβρεχθείς) ut, Multo perfusus tempora Baccho. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 1.
Perfusus cruore. Liu. 10. bel. Pun. 126. hoc est, cruentus.
Sanguine fratrum perfusi. Virg. 2. Georg. 102.
Currus perfusi sanguine. Virg. 11. Aeneid. 18.
Terra perfusa sanguine. Ouid. 1. Metam. 32.
Lachrymis perfusus Achilles. Ouid. 5. Fast. 82.
Dulcedine omni perfusi sensus mouentur. Cic. 2. de Fin. 181.
Corpus perfusum frigore lethi. Lucret. lib. 4. 187.
Gloria perfusa fuco. Ouid. 1. Fast. 61.
Lepore perfusa. Lucret. lib. 4. 17.
Metu & timore perfusus. Liuius 9. ab Vrbe, 85. Ibidem, libro 2. 267.
Tempestate belli perfusus pectora Mars. Stat. 3. Theb. 46.
Canities immundo puluere perfusa. Virg. 12. Aeneid. 123.
Coloribus omnigenis perfusa. Lucret. lib. 2. 165.
Vestes perfusæ ostro. Virg. 5. Aeneid. 23.
¶ Perfusorie, Aduerbium, Confusorie, obscurè, & non plenè exprimendo. Scæuola in l. qui libertatis. §. sed et. ff. de euict. & dupl. Sed & si quis in uenditione statuliberum perfusoriè dixerit, conditionem autem libertatis celauerit, empti iudicio tenebitur. si id nescierit emptor.
¶ Perfusio, Verbale (κατάβροχή) Plin. lib. 18. cap. 7. 24, Italia sine perfusione tostum in subtilem formam molit.
Perfungor] perfungeris, pen. corr. perfunctus sum (ἐκτελέω) perfungi, Ad extremum obire munus, & strenuè operam nauare, ut ait Budæus. Cic. pro Cluent. 91, Aut quòd se perfunctos iam esse arbitrantur, quum de reo iudicarunt, negligentius attendunt cætera. Terent. Hecyr. 4. 2. 18,
Dum ætatis tempus tulit, perfuncta satis sum: satias me iam tenet
Studiorum istorum.
Perpeti & perfungi. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 17.
Perfungi cura. Liu. lib. 6. bel. Pun. 87.
Molestia propria perfungi. Cic. Luccio, lib. 5. 12. 16.
Munere quodam necessitatis & graui opere perfunguntur, dū sumus inclusi in his compagibus corporis. Cic. de Sen. 70.
Periculis aliquibus perfungi. Cic. pro Muræna, 3.
¶ Perfunctus, Participium (ἐκτελέσας) ut, Perfunctus Consulatu, honoribus, &c. Cic. Lentulo, lib. 1. 8. 7, Quum & honoribus amplissimis, & laboribus maximis perfuncti essemus. Liu. 8. bel. Pun. 214.
Bello misero fataliq; perfuncta est Resp. Cic. pro Marcello, 18.
Perfunctus fato. Liu. 9. ab Vrbe, 2. id est, mortuus.
Perfunctus laboribus. Cic. pro Domo sua, 103.
Perfunctus à febri. Varro 2. de Re rust. c. 4. 5. id est, liberatus.
Perfunctus, cum accusatino. Lucret. lib. 3. 195,
Omnia perfunctus uitai præmia merces. Alij, perfructus.
¶ Perfunctio, Verbale (ἐκτέλεσις) Cic. 3. de Orat. 5, Qui autem ei annus primus ab honorum perfunctione, &c. Idem 1. de Fin. 74, Nam neq; laborū perfunctio, neq; perpessio

dolorū per se ipsa allicit, nec patientia, nec assiduitates, &c.
¶ Perfunctorius, Adiectiuum: ut, Opera perfunctoria. Budæus in prior. annotat. Proinde perfunctoriam istam operā magis quàm iustum plenamq; profitemur.
¶ Perfunctoriè, Aduerbium. Vlpianus in l. aut qui D. quod ui aut clàm. Neq; quidem perfunctoriè aut obscurè dicere, aut denunciare debet. id est, non bona fide, nec ex animo, nec iusta denunciatione: ut quū dicimus, Rogatus rogo. Bud. Hoc tamen in loco Haloander legit, perfusoriè: non, profunctoriè. Pandectæ etiam Florentinæ habent, perfusoriè. Vide Dicis causa.
Perfuro] perfuris. pen. corr. (καταμαίνω) perfurere. Lucret. lib. 1. 56, ——ita perfurit acri
Cum fremitu. id est, uehementer furit. De ui & impetu uentorum. Virg. 9. Aeneid. 69,
— incensus & ipse Perfurit.
Perfusoriè, Perfusio, Perfusus] Vide Perfundo.
Perga] πέργα, oppidū in Pamphylia, à quo Diana Pergæa, propter tēplum illi dicatū. Pomponius Mela lib. 1. in descriptione Pamphyliæ.
Pergamum] Minoris Asiæ insignis ciuitas, quæ sub Attalicis regibus diu fuit fortunata, & thesauros seruabat Lysimachi Agathoclis filij, qui unus fuit ex successoribus Alexandri. Hæc Strabo, lib. 13.
Pergamus] uel Pergamum, pen. corr. n. g. (πέργαμος) Clarissima urbs Asiæ, uel Troadis, quam Silenus fluuius interamat, à qua Claudius Galenus ille insignis medicus oriū duxit. Hæc eadem urbs Troia uocatur. Dicitur etiam pluraliter, Pergama, Pergamorum. Virg. 1. Aeneid. 132,
Pergama dum peteret. Pergama aūt propriè sunt Troianæ arces: unde παρ' ὄνομα, arces omnes Pergama dicuntur: ut poetam dicimus, & intelligimus Virgilium. Hæc Seru. in illud 2. Aeneid. 112,
Troiam infensam & prolapsa uidentē Pergama.
Mortuus Pergami P. Scipio, uir clarissimus. Cic. pro Flacc. 59.
Euersa Pergama. Virg. 2. Aenid. 115.
Lauinia, Pergama. Silius lib. 13. 13. Sic uocat Lauiniū oppidū ab Aenea conditum.
Neptunia Pergama. Ouid. epist. 3. 31.
Teucria Pergama. Silius lib. 13. 8.
¶ Pergameus, penul. corr. Adiectiuum (πέργαμος) ut Gens Pergamea. Virg. 6. Aeneid. 13.
Arces Pergameæ. Virg. 3. Aeneid. 22.
Vates Pergamea, Cassandra. Proper. lib. 4. eleg. 1. 11.
Ruinæ Pergameæ. Virg. 3. Aeneid. 96.
¶ Pergamenus, penul. prod. Aliud Adiectiuum (περγαμηνός) Cic. pro Flacco, 58, Num honestior est ciuitas Pergamena, quàm Smyrnæa? Et 55, Annos iam triginta in foro uersaris, sed tamen Pergameno.
Pergasæ] es (περγασή) uicus est agri Attici, in tribu Erechtheide, teste Stephano.
Pergaudeo] pergaudes, pergauisus sum (παγχαίρω) pergaudere, Vehemēter gaudere. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17. 13, Trebonium meum à te amari, teq; ab illo, pergaudeo.
Pergigno] pergignis (παγγονέω) pergignere, Idē quod simplex, Gignere. Catul. Argon. 18,
Quales Eurotæ pergignunt flumina myrtos.
Pergo] pergis, perrexi perrectum (προέρχομαι, διαπλέω) pergere, Iter facere, ire. Terent. Adelph. 4. 2. 48,
Sed cessō ad eum pergere? Ibidem 39,
Hac pergito.
Pergit huc. Terent. Eun. 2. 1. 22. Idem Hecyr. 3. 4. 36,
— horsum pergunt.
Pergere & peruenire aliquò. Cic. ad Brutum, lib. 10. 6;

Perge

Perge *ire ad Phauorinum. Gel. lib. 14. cap. 2. Liu. 2. bell. Pun.* 220, Pergit deinde ire, *sequentibus paucis, in hospitium Metelli. id est, incipit ire, inquit Bud. Cic. 1. de Diuin.* 52.

Pergo tendere aliquò. *Virg. 6. Aeneid.* 40.

Obuiam pergere alicui. *Author ad Heren. lib.* 4.233.

Pergere iter. *Terent. Hecyr.* 1.2.119.

Pergere iter ambitione ac periculis uacuum. *Tacit. lib.* 4.

Viam aliquorum dierum in Macedoniam locum ad Plancium perrexit. *Cic. pro Plancio*, 79.

Ad littora pergens. *Silius lib.* 7.45.

Pergere per mare. *Cic.* 3. de Nat. deor. 87, Neptunũ esse dicis animũ cũ intelligẽtia per mare pergentem. Aliàs, pertinẽtẽ.

Pergunt domos eorum apud quem quisq; seruierat. *Liuius* 2. *ab Vrbe*, 94.

Pergere, pro Præterire. Cicero Attico, *lib.* 3.55.9. *Sed pergo præterita.*

Pergere, Prosequi, perseuerare, procedere. Terentius Adel. 2. 1.27,

Nam si molestus pergis esse, iam intrò arripiẽre. Cicer. de Amicitia, 32, Tu uerò perge Læli: pro hoc enim qui minor est natu, meo iure respondeo.

Pergam atq; insequar longius. *Cic.* 5. *Verr.* 41.

Vt facitis pergite adolescentes. *Cic.* 1. de Orat. 18.

Eãdem uia pergere qua cæteri. *Cic.* 1. de Diuin. 201.

Ordine perge quatuor mihi istas partes explicare. Cicero in Partit. 16.

Cuncta pergunt ordine suo. *Valer.* 1. *Argon.* 108.

Conficere iter reliquum pergas. *Cic.* 2. de Orat. 160.

Pergam disponere carmina. *Lucret. lib.* 3.86.

Iuuenemq; extinguere pergit. *Valer.* 1. *Argon.* 7.

Proficisci ad instituta pergemus. *Author ad Heren. lib.* 3.91.

Scribere quæso perge. *Cic. Attico, lib.* 10.2.8.5.

Tenere uiam quam instituisti perge. Qu. *Cic. de Petit. Conf.* 36.

Si pergis per parẽthesim. Liu. 2. *ab Vrbe*, 171, De his uideris quos (*si pergis*) aut immatura mors, aut longa seruitus manet.

Perge ad cætera. *Cic.* 2. de Legib. 106.

Pergere in maledicta. *Cic.* 13. *Philip.* 377.

Perge quò cœpisti. *Cic. in Catil.* 7.

Perge porrò hoc idẽ interdictum sequi. *Cic. pro Cecinna*, 43. Et 4. de Fin. 35, Perge porrò: sequẽtur enim quæ tu scientissimè complexus es.

Perge reliqua: gestio scire ista omnia. *Cic. ad Attic. lib.* 4. 80. 1.

Pergite animo forti Lacedæmonij, hodie apud inferos fortasse cœnabimus. *Cic.* 1. *Tusc.* 162.

Pergere, Agere. *Virg.* 6. *eclog.* 3.

Pergite Pierides. Festus.

Pergere, Festinare. *Terent. Phorm.* 1.4.17,

— domum ire pergam, ibi plurimum est.

Cursim ad aliquos pergere. *Cic.* 5. *Tusc.* 21.

Protinus pergere & properare Romam. Cicero Qu. frat. libro 1. 6. 3.

Perge non dubio gradu. *Senec. Thyeste*, 5.18.

Pergere, Conari. *Terent. Phorm.* 5. 6.27,

— hoc ubi ego audiui, ad fores
Suspenso gradu placidè ire perrexi.

Pergè in uirum. *Plaut. Menæh.* 14.37.

¶ Pergor, Passiuum. Tacitus de uita Germa. Eaq; Germaniæ uelut frons est, quatenus Danubio pergitur. Quo tamẽ in loco putauerim potius uerbum esse impersonale.

Pergin', Comicum, pro pergisne? *Plaut. Amph.* 4.195,

Pergin' argutarier? Quasi dicat, Non cessabis? *Terent. Eunuch.* 2.3.88,

Eamus. P. pergin'? C H. certum est.

Pergracilis] & hoc pergracile, penult. corr. (καθαλεπῶς) Valde gracilis. *Plin. lib.* 25. *cap.* 13.14, Longiore caule, sed pergracili.

Pergræcor] pergræcaris (πωμαΐζω, ὑποβρωμαΐζω) pergræcari, Epulis & potationibus inseruire, inquit Festus. Metaphora sumpta à Græcorum moribus. *Plaut. Bacch.* 18.15,

Propterea hoc facio, ut suadeas gnato meo,
Vt pergræcetur tecum, ter uenefice.

Quid sit Pergræcari, ipsa Plauti uerba satis indicant in Mostellar. Act. 1. Scen. 1,

Dies noctesq; bibite, pergræcamini,
Amicas emite, liberate, pascite
Parasitos, obsonate pollucibiliter.

Pergrandis] & hoc pergrande. *Plaut.* (πολυμεγας) *Cic.* 6. *Verr.* 54, Erat etiam uas uinarium ex una gemma pergrandi trulla excauata cum manubrio aureo.

Pergrande uectigal. *Cic. pro lege Agr.* 5.

Pergrandis natu. *Liu.* 9. *bel. Pun.* 146.

Pergraphicus] *pen. corr.* Adiectiuum (παὺ γραφικὸς) Ad unguem factum, absolutum, & quasi pictoris manu expolitum. *Plaut. Trucul.* 17.15.

— modò mihi aduenienti nugator
Quidam acceßit obuiam, nimis pergraphicus sycophanta. hoc est, lepidus.

Pergratus] *pen. prod.* Adiectiuum (ὑπέχαρις, πολυθυμάρης) Admodum gratus. *Cic. de Amic.* 15, Pergratum mihi feceris, sphero item Scæuolæ, si (quemadmodum soles de cæteris rebus, quum ex te quæruntur) sic de amicitia disputàris quid sentias. Idẽ ad Qu. fratrẽ, *lib.* 3.17.17, Id mihi pergratum, perq; iucundum erit. Et 5. de Fin. 164, Sed me hercule pergrata mihi oratio tua.

Inter Per & Gratum, interponitur aliquando dictio, quod elegantem uim habet. *Cic. ad Atticum, lib.* 1.15.9. Per mihi, per inquam gratum feceris, si in hoc tam diligẽs fueris, &c. Eidem, *lib.* 5.97.5, Per mihi gratum erit, si id curàris ad me perferendum.

Pergrauis] & hoc pergraue, *pen. corr.* (πολυβαρὴς) Valde graue significat.

¶ Pergrauiter, *pen. corr.* Aduerbium (πολυβαρέως) Admodũ grauiter. *Cic. ad Attic. lib.* 1.6.4, Hoc te intelligere uolo, pergrauiter illum esse offensum. Idem 1. de Orat. 115.

Pergula] pergulæ, *pen. corr.* (στοὰ) locus apertus, à multis lateribus derem excipiens, aliquando extra parietem porrectus, et modò tectus, modò sub dio expositus. Dicta à pergendo quòd in ea deambulare soleamus: forumq;, aut hortum, aut nemora, aut plateas, aut uias prospectare: ut ait Sipontinus. Budæus autem, Pergula pars est domus exporrecta & propendẽs. *Plin. lib.* 35. *cap.* 10.19, de Apelle, Perficta opera proponebat in pergula transeuntibus, atq; post ipsam tabulam latens, uitia, quæ notarentur, auscultabat, uulgum diligentiorem iudicem, quàm se præferens. Idẽ *lib.* 21. *cap.* 3.3, Cum corona rosacea interdiu è pergula sua in forum prospexisse dictus, &c.

In pergula quoq; mos est æstiuo tempore cœnare. *Iuuen. Satyr.* 11, de cœnis diuitum loquens,

Sed nec structor erit, cui cedere debeat omnis
Pergula. Calepinus pergulam hìc interpretatur ordinẽ, & cœtum ministrorum obedientium structori.

Pergula, omnino locus est accommodatus exponendis uenalibus rebus. Vlpianus in l. hæres. de iudicijs, At si quo constitit non dico iure domicilij, sed tabernulam, pergulam, horreum, armarium, seu officinã conducens, ibiq; distraxit uel egit: defendere se ex loco debebit. *Plin. lib.* 19. *cap.* 5. 6, de cucurbitis, Leui umbra pergulas ac cameras operiens.

In

In pergulis præceptores discipulos erudiebant. Vnde Suetõ. de Crassitio grãmatico, Deinde in pergula docuit, donec, &c.

Pergula, in naui, dicitur excursus per totam nauim, & alio nomine portisculus appellatur. Sipontinus.

Pergula, in uineis, topiariũ opus significat. *Colum. lib.* 11. *cap.* 2. 23, Si quæ pergulæ uitium generosarum, à putatoribus relictæ sunt, ante calendas Apriles utiq; deputari debent. Idem *lib.* 4. *cap.* 21. 2, Illa enim pergulæ magis quàm uineæ figuram obtinet, quæ supra hunc modũ materijs distẽditur.

¶ Pergulanus, pen. prod. Adiectiuũ: ut, Pergulana uitis, Quæ pergulis adiungitur, & sustinetur. *Colum. lib.* 3. *cap.* 2.17.

Perhibeo] perhibes, *pen. corr.* perhibui (φημὶ, λέγω) perhibere, Dicere & affirmare. *Colum. lib.* 4. India perhibetur molibus ferarum mirabilis. Terent. Adelph. 3.4.59,

Tam maximè uos æquo animo æqua noscere
Oportet, si uos uultis perhiberi probos. hoc est, si uultis dici probi.

Cælum nostri, Graij perhibẽt æthera. *Cic.* 2. de Nat. deor. 132.

Vt perhibent. *Cic. in Arato*, 49, (Ex Paccuuio.

Cum quibus (ut perhibent) ausa est contendere forma.

De Cassiopea. Idem pro Ligario, 15.

Claro nomine aliquem perhibere. *Cic.* 2. de Nat. deor. 155. Ex Suo nomine aliquem perhibere. *Cic. Attico, lib.* 1.1.8. (poeta.

Optimum aliquem perhibere. *Cic.* 2. de Diuinat. 19.

Perhibere, Dare. *Plaut. Pseud.* 4.49,

— cur ego uestem,
Aurum, atq; ea quib. est uobis usui, perhibeo? ibid. 5.133.

Testimonium perhibere, quod & Ferre dicitur. Varro 2. de Re rust. cap. 5.2, Tu uerò Muri ueni mihi aduocatus, dum asses soluo Palilibus, si postea à me repetant, ut testimonium

Verba perhibere. *Plaut. Asin.* 5.36, (perhibere posis.

Si ceastor nunc habeas quod des, alia uerba perhibeas. hoc est, longè aliud diceres. Idem Rud. 4.50.

Honorem perhibere. *Plin. lib.* 19. *cap.* 4.10, Virgilio quoque confesso, quàm sit difficile uerborum honorem tam paruis perhibere. Idem *lib.* 29. *cap.* 1.27.

Perhiberi, passiuum. *Cic.* 1. *Tusc.* 45, Eademq; famæ celebritate Tyndaridæ fratres, qui non modò adiutores in prælijs uictoriæ pop. Rom. fed etiam nuncij fuisse perhibentur.

Tellus falsa quæ perhibetur amara. *Virg.* 2. *Georg.* 48.

Perhibere, pro Exhibere & offerre. Quint. *lib.* 1. *cap.* 2, Quia Latinus sermo, qui pluribus in usu est, uel nolentibus nobis se perhibet. Alij legunt, se præbet.

¶ Perhibendus, Participium (ῥητὸς) *Cic. Lucelo, lib.* 5.12. 24, Nec minus est Spartiates Agesilaus ille perhibẽdus, qui neq; pictam, neq; fictam imaginẽ suam passus est esse, quam qui in eo genere laborarunt.

Perhilum] Aduerbium, ex Per & Hilum (πάνυ ὀλίγον) Perpaulum. Lucretius lib. 6.

Perhonorificus] penult. corr. Adiectiuum (πολυτίμιος) Valde honorificum significat. Cicero ad Attic. lib. 2. 33. 2, Consalutatio forensis perhonorifica: signa præterea beneuolentiæ permulta à nobis impertiuntur. Idem ad Senatũ, lib. 15. 2. 10, Quod ei per magnũ & honorificũ uidebatur.

¶ Perhonorificè, pen. corr. Aduerbium (πολυτιμίως) Cic. ad Atticum, *lib.* 14.3.8.2, Hìc perhonorificè & amicè Octauius, quem quidem sui Cæsarem salutabant.

Perhorreo] perhorres, siue Perhorresco, perhorrescis, perhorrui (μεγάλως, φρίττω) perhorrescere. Cic. ad Atticum, *lib.* 9.18.4, Sed genus belli crudelissimi & maximi, quod nondum uidêt homines quale futurum sit, perhorrui. Idẽ, *lib.* 13.28.2.3, Sed quid est tandẽ quod perhorrescas?

Aequor latum perhorruit. Ouid. 6. Metam. 141.

Clamore perhorruit Aetna. Ouid. 13. Metam. 186,

Cõmouerì animo, & toto corpore perhorrescere. *Cic.* 1. *Verr.* 22. Ibidem, 6.99.

Recordatione rei alicuius perhorrescere. *Cic. in* Pisonẽ, 36.

Inter pertimescere & perhorrescere. *Cic.* 6. *Verr.* 69, Hanc tu tantam religionem si tum in imperio propter cupiditatem atq; audaciam non pertimescebas, ne nunc in tanto tuo, liberorumq; tuorum periculo perhorresces?

Nauita Bosphorum perhorrescit. *Horat.* 2. *Carm. ode* 13.3.

Casus perhorrere. Ouid. 5. *Trist. eleg.* 10.3.

Dissolutionem naturæ ualde perhorrescere. *Cic.* 5. de Fin. 53.

Lamentationem matrum familiãs, tum fugam uirginum ac puerorum perhorrescere. *Cic.* 4. *in Catil.* 84.

Memoriam alicuius diei perhorrescere. *Cic.* 13. *Phil.* 369.

¶ Perhorridus, pen. corr. Adiectiuũ (πολυφρικτόδης) *Liu.* 2. *bel. Pun.* 73, Pœnus contrà inter Formianã saxa, ac Linterni arenas, stagnaq; perhorrida situ hybernaturus esset.

Perhospitalis] pen. prod. Adiectiuum (πολυξενίδης) Cic. 6. Verr. 3, Huius domus est uel optima Messanæ, notissima quidem certè, & nostris hominibus apertissima, maximeq; perhospitalis.

Perhumanus] pen. prod. Adiectiuum (πάνυ φιλοδώρως) Cic. ad Quint. fratrem, lib. 2. 8. 4, Multumq; is mecum sermonem habuit, & perhumanum de discordijs mulierum nostrarum.

Perhyemo] perhyemas, pen. corr. (πατακειμαβρίζω) perhyemare, Totam hyemem durare. Colum. lib. 11. cap. 3.2, Sed eos uacuos perhyemare patiemur. De fulcis loquitur.

Peri] περὶ, præpositio Græca, quæ modò De, modò Vltra, modò Circũ, significat: à qua, quoniam multa per compositionem fiunt, eam non omittendam censuimus.

Periander] περίανδρος, Corinthiorum rex, unus è septẽ sapientibus, Cypselo patri in regno successit: regnauit annos quadraginta. Crudeliter & in magna suspicione agebat, sibi patus semper militibus, ociosos in foro & oscitantes usq; formidãs. Quapropter assiduè erat in bellis, naualibus præsertim. Dicitur & Isthmum uoluisse perfodere, & uxorẽ adeò dilexisse, ut etiam cum mortua concubuerit. Scripsit ὑποθήκας, id est, humanæ uitæ præcepta. Huius illud est, χόλον πρόπαυε, id est, Iram compesce. Diogenes. Suidas.

Perias] dis (περίας) oppidum in Eubœa ad Cerinthium. Strabo lib. 10.

Peribarides] περιβαρίδες, Calceamẽta muliebria, præcipuè famularum: ex Polluce, *lib.* 7. *cap.* 2. ex authoritate Cephisodori, in Trophonio.

Periblema] περίβλημα, positum Polluci inter uestimenta communia uirorum, lib. 7. cap. 13. ubi Gualtherius Anicium lum uertit. Lexicon autem interpretatur Sagulum, & Pallium quod circunijcitur corpori.

Periboea] περίβοια, Eurymedontis gigantis filia fuit, ex qua Neptunus Nausithoum suscepit, Alcinoi patrem. Author Homerus 7. Odyss.

Periboeton] pen. prod. (περιβόητον) Græci celebrẽ, famigeratumq; dicũ. Plin. lib. 34. cap. 8. 21, de operibus ex ære, Ité Catagusam, & Ebrietatem, & Liberum patrem, nobilemq; unà Satyron, quẽ Græci periboeton cognominant.

Peribolus] pen. corr. (περίβολος) Latinè ambitus, Lorica murorum, ab ambio, Circundo: Capitur etiam pro septo & corona domus, quæ sit ne quis delabatur: quæ lorica, loricula alio nomine dicitur. Vitruuius.

Pericardion] περικάρδιον, membrana est, cor circũquaq; amplectens, tantum ab eo disita, tantumq; spacij uacui omni ex parte relinquens, quantum ad cordis diastolen maximè est necessarium. Vulgus capsulam cordis appellat. Galen. De dissect. uenar. lib. singul.

Pericar-

Pericarpium] περικάρπιον, est inuolucrum seminis, quo illud ambitur: & aduersus cæli, animaliumq; iniurias defenditur, ut in frugibus spica, in castaneis echinus. Est item Pericarpium, brachij ornamentum, cingens iunctură illă, qua summa manus cubito iungitur, quă Anatomicæ rei periti, Græco uocabulo καρπὸν appellăt. Ex Pollucе li.5.ca.16.

Pericarpum] περίκαρπον, Bulbi genus est. Eius duæ sunt species: cortice rubro alterũ, alterũ nigro, papaueri simile. Vtrunq; habet uim excalfaciendi: unde & contrà cicutam datur. Plin.lib.25.cap.10.

Periconius] Bacchus cognominatus, cuius cùm alij meminêre, tum ei imprimis Orpheus hymnum concinuit, adolens aromata. Lilius Syntag.8.

Pericles] pen.corr. (περικλῆς) Athenienſis clarus authoritate & eloquentia, quem Olympium poetæ comici uocant, quòd tonare in concionibus ac fulmen ciere uideretur. Habuit in administratione Reipub. aduersarium Thucydidem Milesium, uirum nobilem ac potentem. Suggestum ascensurus, dijs uota faciebat, ne uerbum se imprudente, aut inuito efflueret, quod ad Rẽpub. minus pertineret. Periclis etiam meminit Cicero in Bruto, & 1.de Off. Meminit & Quint. lib.11.cap.2. & lib.1.cap.18. Item, lib.12. cap.8.9. & 10. Et lib.3.cap.1. ubi multa de eo reperias.

Periclitor] Vide Periculum.

Periclymenos] siue periclymenõ, pen.cor. (περικλύμενος) herba quæ Latinis uolucrum maius appellatur, uulgò caprifolium siue matrisylua, aut materfluarum. Plin.lib.27. cap.12.14, Periclymenos fruticat et ipsa, ex interuallo duo folia habens, subcandida, mollia.

Periclymenus] pen.corr. (περικλύμενος) filius Nelei, & frater Neſtoris & Chromij, teſte Homero lib.11. Odyſſeæ, qui ab Hercule in bello interemptus fuit. Huic à Neptuno auo concessum omnia fieri: siue in ursum, siue formicã, siue apem se uertere, ut Apollonius, & item Heſtodus poetæ teſtantur. Huius historiam uide apud Ouidiũ 12. Metam. 112, Mira Periclymeni mors est.

Nelides Periclymenus. Valer.1.Argon.79.

Pericope] es, pen.corr. (περικοπὴ) amputatio uel concisio. Hieronymus ad Pamma. Aut si tu quoq; narẽ cõtraxeris, illã Apoſtoli περικοπὴν, id est, amputationẽ, in qua de uirginitate & de nuptijs disputat, aliter disserere compellẽris.

Pericranion] περικράνιον, membrana est tenuis & neruosa, sub capitis cute, ex crassa meninge enascens, totumq; cranium extrinsecus ambiens: unde & nomen accepit. Galen. in libro, ὅτι ἰατρικὴ.

Periculum] periculi, pen.corr. (πίνδυνος, πινδύνευμα) à Pereo deducitur, & salutis discrimen significat. Virg.3. Aeneidos, 74,

Obscœnamq; famem, quæ prima pericula, uito.

Periculum in. Terent. Hecyr. 3.1.46,

Nã si periculũ ullũ in te est, periisse me unà haud dubiũ

Periculo meo, tuo, suo. Plaut. Capt. 6.99, (est.

Ne ucreare meo periculo, huius ego experiar fidem.

Terent. And. 3.1.22,

Nunc huius periculo fit, ego in portu nauigo. Cic. 3. Verr. 10, Nihil est iam quod in hac causa peccare iudices quisquam, nisi uestro periculo posit.

Sine tuo periculo. Cic. 1. Verr. 13.

Scribere alicui rẽ aliquã, suo periculo esse. Cic. Att. li. 6. III. 11.

Versari periculo suo in aliqua re. Cic. 7. Verr. 49.

Casus periculorum. Catul. ad Furium, epig. 20. 3.

Discriminũ periculorũq; comites dij. Cic. 2. de Nat. deor. 246.

Consors periculi. Senec. Agamemn. 13. 6. Vide Consors.

Metuens pericli. Virg. 5. Aeneid. 144.

Opportuna periculis. Celsus lib. 2. cap. 1, Qualia corpora máxime tuta, uel periculis opportuna sint.

Subiecta periculo. Celsus lib. 7. 7.

Subtrahere periculo. Celsus lib. 2. cap. 8.

Terrere periculo. Celsus lib. 7. cap. 6.

Venire in periculum. Celsus lib. 8. cap. 10.

Animosa pericula. Vide Animus.

Aperta pericula. Vide Aperio.

Capitale periculum. Vide Capitalis in Caput.

Dubia pericla. Lucret. lib. 3. 11.

Dulce periculum. Horat. 3. Carm. ode 25. 4.

Dura pericla. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 8.

Matura pericula. Claud. 2. in Ruff. 3.

Metuenda pericula. Horat. 2. epist. 1. 28.

Abesse à periculo. Vide Absum.

Accedere periculum, & ad periculum. Vide Accedo.

Cum periculo accedere ad flammam. Vide Cum.

Adducere in periculum. Cic. 7. Philip. 217.

Adire periculum. Vide Adeo, adis.

Afferre alicui periculum. Cic. 1. Offic. 216.

In prouisis periculis animo affici. Cic. pro Muræna. 51.

Amoliri periculum. Vide Amolior.

Arcere aliquem periclis. Virg. 8. Aeneid. 15.

Arcescere in periculum. Vide Arcesso in Arceo.

Cedere periculo. Vide Cedo.

Circumstant te pericula. Virg. 4. Aeneid. 112.

Committere se periculo mortis. Vide Committo.

Communicare amici pericula. Vide Communico.

Comparare periculum. Vide Comparo.

Conflare periculum. Vide Conflo.

Contremere periculum. Horat. 2. Carm. ode 12. 2.

Creare periculũ: pro, In discrimen uocare. Cic. pro Flacco, 1.

Decedit de causa eius periculum. Vide Decedo.

Deduci periculo. Vide Deduco.

Deducite rem in periculum. Vide Deduco.

Defendere à periculo. Vide Defendo.

Magnis pelagi defuncte periclis. Virg. 6. Aeneid. 17.

Discere pericula. Stat. 6. Theb. 5.

Nocturna pericula effugit. Lucan. lib. 1. 103.

Ereptus periculis. Virg. 3. Aeneid. 143.

Exhausta pericula maris & terræ. Virg. 10. Aeneid. 12.

Facere periculum alicui: pro, Adducere in periculum. Tacit. libro 13, Tanquam insonti periculum fecissent. Idem lib. 16. Vide Facio.

Facere periculum: pro, Adire discrimen. Tacit. lib. 14.

Facessere periculum alicui. Tacit. lib. 1, Mox clarissimo cuiq; periculum facesßit.

Facessere periculum innocenti. Cic. 1. Verr. 24.

Glisciunt pericula. Tacit. lib. 15.

Iactatus periclis. Virg. 6. Aeneid. 139.

Periculum imminere sibi putat. Vide Immineo.

Importare periculum. Vide Importo.

Cladem importare pericli. Lucret. lib. 3. 165.

Impetrare periculum. Vide Impetro.

Includi in periculum legis. Vide Includo.

Inire pericula præliorum. Vide Ineo, inis.

Inferre se in periculum alicui. Vide Infero.

Inferre se in periculum capitis atq; uitæ discrimen pro aliquo. Cic. pro Corn. Balbo, 18.

Injicere alicui periculum mortis. Cic. pro Cecinna, 31.

Instat periculum ab aliquo. Vide Insto.

Intendere periculum alicui. Tacit. lib. 3, Ob intenta Lepidæ pericula. hoc est, intentata. Cic. Attico, lib. 2. 34. 1.

Intendere periculum iudicij. Vide Intendo.

Intentare periculum. Quint. lib. 4. cap. 3. 5.

Lassata periclis. Lucan. lib. 9. 179.

Liberare periculo. Cn. Magnus Marcello, in Epist. ad Atticum, lib. 8. 161. 2.

Liberatus periculo. Quint. lib. 2. cap. 16. 7.

Manet ingens periculum. Vide Maneo.

Mittere se in pericula. Virg. 9. Aeneid. 41.

Moliri periculum alicui. Cic. pro Sestio, 1.

Periculum fortunarum negligere. Cicero ad Terentiam, libro 14. 4. 4. Vide Negligo.

Obire periculum. Vide Obeo.

Caput obiectare periclis. Virg. 2. Aeneid. 151.

Offerre se periculis pro patria. Cic. 3. in Cat. 71.

Opponere pericula. Quint. lib. 3. cap. 8. 21.

Ostentare periculum capitis. Vide Ostendo.

Passus plurima pericula pelago terrăq;. Ouid. 3. Trist. ele. 2. 2.

Priuata periclis natura diuũm. Lucret. lib. 1. 12.

Procreare periculum. Vide Procreo.

Propulsare periculum. Cic. pro Rosc. Amer. 4.

Minimo periculo respondentur quæ consuluntur. Cicero pro Muræna, 26.

Spreto noctisq; hostisq; periclo. Ouid. 13. Metam. 49.

Subire periculum. Horat. Epod. 1. 1.

Subire periculum pro amico. Cic. in Partit. 35.

Subijcere aliquid periculo. Quint. lib. 7. cap. 2. 37.

Periculum subterfugere. Cic. ad Senatum, lib. 15. 1. 12.

In periculo esse. Liu. 8. bel. Pun. 13.

Periculo publico esse ab hostium ui. Liu. 3. bel. Pun. 224.

Periculum esse à nobilitate. Vide A præpositionem.

Periculum est mihi. Terent. Phorm. 2. 2. 19,

Alijs aliunde est periclum, unde aliquid abradi potest.

Idem Heaut. 5. 2. 27,

Adeóne rem redijsse, ut periculum etiam famæ sit Syre? id est, ne perdam famam.

Periculum est ne. Cic. 5. Tusc. 166, Haud sanè periculum est, ne non mortem aut optandam, aut certè non timendam putet.

Idem 2. Verr. 20.

Periculum est à, uel ex. Terent. Hecyr. 5. 1. 9,

Si uera dicis, nihil tibi pericli est à me mulier. Idem Heaut. 3. 1. 6,

Quum illi nihil pericli ex iudicio siet? Cicero septimâ Verrina, 91.

Sumere periculum. Tacit. lib. 19.

Suscipere pericula. Tacit. lib. 1.

Venit in periculum ne & ea quæ relicta, & hæc quæ ab ipso parta sunt, amittat. Cic. pro Muræna, 51.

Vocari in periculum ac discrimen. Cic. pro lege Manil. 7.

Periculum, Experimentum: quia rarò aliquid tentamus sine periculo.

Audere periculum. Tacit. lib. 19.

Facere periculum, Experiri. Terent. And. 3. 3. 35,

Illud periculum in filia fieri graue est. Idem Heaut. 1. 2. 36,

Scitum est, periculum ex alijs facere, tibi quod ex usu siet.

Vide Facio.

Facere periculum innocentiæ alicuius. Cic. 2. Verr. 21.

¶ Periculosus. pen. prod. Adiectiuum (πινδυνώδης, πινδυνώδες) Cicero 1. Off. 116, Grauioribus autem morbis periculosas curationes & ancipites habere coguntur. Cicero 5. Verr. 141, Turpis enim est & periculosa confessio.

Alea periculosa. Horat. 2. Carm. ode 1. 1.

Graue & periculosum bellum. Cic. pro lege Manil. 2.

Consilium periculosum magis quàm tutum sequi, bonis omnibus accidere solet. Plancius Cic. lib. 10. 18. 2.

Consuetudo periculosa. Cic. 3. de Nat. deor. 85.

Periculosa & lubrica assentiendi consuetudo. Cicero 4. Academ. 122.

Dimicatio periculosa. Liu 1. ab Vrbe, 122.

Dißimulatio aliquibus periculosa. Cic. Attico, lib. 14. 313. 2.

Locus periculosus. Cic. 4. Acad. 164.

Offensio periculosa. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 18.

Ratio rei gerendæ periculosa mihi uidetur. Cicero Lent. libro 1. 7. 19.

Periculosam uitam reddere. Cic. 3. Verr. 26.

Vulnera periculosa. Cic. 14. Philip. 401.

Turbulenta, temeraria & periculosa ea sunt. Cicero pro Cecinna, 24.

In semetipsum periculosum esse. Cic. Att. lib. 13. 283. 1.

¶ Periculosè, penul. prod. Aduerbium (ἐπικινδύνως) Cicer. ad Atticum, lib. 10. 192. 7, Aut uel periculosè cum bonis, &c.

Aegrotans periculosè quotannis homo. Cic. Att. lib. 8. 146. 4.

Facere periculosè. Cic. pro Milone, 7.

Nauigatur periculosè hyeme. Cic. Tironi, lib. 16. 10. 3.

¶ Periclitor, penul. corr. periclitaris (κινδυνεύω, ἀποκινδυνεύω, παρακινδυνεύω) periclitari. Idem. ut, Periclitor famam: hoc est, periculum est ne perdam famam. Periclitor sitiri: periculum est ne moriar siti. Plin. lib. 17. cap. 24. 3, Arbores gelu periclitantur.

Iura omnia periclitari, si similitudines accipiantur. Cicero 2. de Inuent. 234.

Periclitari cancro. Celsus lib. 5. cap. 26.

Periclitari, Experiri, periculum facere. Cic. 1. de Orat. 76, Subeundus usus omnium & periclitandæ uires ingenij. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 28. 6.

Tentare & periclitari belli fortunam. Cic. 7. Verr. 103.

Periclitari quid, &c. Cæs. 7. bel. Gal. 147, Neq; ullum ferè diem intermittebat, quin equestri prælio interiectis sagittarijs, quid in quoq; esset animi ac uirtutis suorum, periclitaretur.

Periclitari in. Cicero 3. Offic. 95, Periclitemur si placet in ijs quidem exemplis, in quibus peccari uulgus hominum fortasse non putat.

Difficile non est periclitari. Cic. 3. de Orat. 81.

Periclitari omnia. Cic. pro Quintio, 64, Omnia circumspexit Quintius, omnia periclitatus est C. Aquil.

Periclitari & experiri pueros. Cic. 2. de Diuin. 145.

Verba non periclitentur. Quint. lib. 7. cap. 4. 13.

Periclitari, cum infinitiuo. Quint. lib. 11. capit. 3, Vox ima uiri non habet: summa rumpi periclitatur.

Periclitatur quis fieri inops. Triphon. in l. ne ex liberalitate. ff. de re iudic. id est, periculum est eum inopem fieri.

¶ Periclitandus, πινδυνευτέος. Cicero in Catil. 8, Non est sæpius in uno homine summa salus periclitanda Reip.

¶ Periclitatus, penul. prod. Participium (διακινδυνευθείς) Cic. de Amicit. 56, Est igitur prudentis, sustinere ut cursum, sic impetum benuolentiæ, quo utamur, quasi aquis tentatis, sic amicitijs aliqua parte periclitatis moribus amicorũ.

¶ Periclitatio, Verbale (διακινδύνευσις) Experimentum, usus. Cic. 2. de Nat. deor. 240, Quarum utilitates longinqui temporis usu & periclitatione temporis percepimus.

Perideræon] περιδέραιον, Collarium siue colli ornamentum, apud Pollucem lib. 5. cap. 16. & lib. 7. cap. 22.

Peridoneus] Adiectiuum (πάνυ ἐπιτήδειος) Valde idoneum significat. Sueton. de claris Grammat. 21, Peridoneus præceptor. Cæs. 2. bel. Ciuil. 101, Quòd is locus peridoneus castris habebatur.

Peridromis] penul. corr. huius peridromidis, f. g. (περιδρομὶς) Hypæthra ambulatio ambiens palæstras, apud Vitruuium, teste Budæo.

Periegesis] pen. prod. (περιήγησις) Idem quod ambitus, siue

circuitus: à uerbo Græco περιηγέομαι, quod est circumeō, uel circundo. Hinc Dionysius Afer opus suum geographicum, γῆς περιήγησιν inscripsit.

Periepiphimosis] est quum retracto glandis neruo, præputium deduci præterea nequit. Galen. lib. singular. sinitionum medic.

Periergia] cruriositas, superuacua operositas (περιεργία) Fabius lib. 8. ubi de ornatu loquitur, Est etiam, quæ Periergia uocatur, superuacua, ut sic dixerim, operositas. Est Periergia, quod ab opere nostro, studiosus in alienis rebus, quæ quę ad nos nihil attinent, impendimus: quale est quod apud Comicum Menedemus Chremeti nimium curioso obiectat.

¶ Periergos, Græcè dicitur, qui Latinè curiosus, à nimia & inusitata curarerū agendarū: propter quod in uitio ponitur Periergia, id est anxietas, & ueluti diligētia redundātia.

Perileucos] περίλευκος, gemma filum habens candidū, ab ipso ore ad radicem usque descendens. Plin. lib. ult. cap. 10.

Perileucō] περίλευκον, Tela ex purpura texta, aut colore alio, in fimbria album colorem intextum habens. Meminit Antiphanes & Pollux lib. 7. cap. 13.

Perillus] περίλλος, Athenienſis fuit ingeniosus, qui ut placeret Phalaridi, uenit Agrigentum, & ex ære taurum artificiosissimum fabricauit, cui ianuam in latere posuit: ut cum inclusis reus subiectis ignibus torqueretur, mugitum, & non hominis uocem uideretur emittere: pro quo inuento, quum munus à crudelissimo tyranno Phalaride, qui nouis hominum tormentis delectabatur, postulasset, in eo ipse includi à tyranno iussus, ac suppositis ignibus exustus. Ouid. de Arte amandi, lib. 1,

Et Phalaris tauro uiolenti membra Perilli
Torruit: infœlix imbuit author opus.

¶ Perilleus, pen. prod. Adiect. (περίλειος) Ouid. in Ibin, 88,

Aere Perilleo ueros imitère iuuencos. Idem 5. Trist. ea leg. 1. 11.

¶ Perillus, nomen fœneratoris & iurisperiti apud Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 15,

Putidius multo cerebrum est (mihi crede)
Perilli Dictantis quod tu nunquam rescribere possis.

Perillustris] & hoc perillustre (περιλάμπρος) Admodum illustris. Cicer. ad Atticum, lib. 5. 108. 2, Ibi morati biduum perillustres fuimus, honorificisq; uerbis omnes iniurias reuellimus superiores.

Perimbecillus] uel Perimbecillis, & hoc perimbecille (περιλαβρός) Varro 3. de Re rust. capit. 10. 5, Perimbecillum enim id, ut caput molle. Cicero ad Atticum, libro 10. 208. 4, Quod quidem est natum, perimbecillum est.

Perimo] perimis, penul. corr. peremi, pen. prod. peremptum (αἰρέω) perimere, Adimere & tollere significat, teste Festo: sine etiam Interficere: ex Per et Emo compositum. Plau. Menæh. 17. 93,

Virum hunc ego perimam impurissimum.

Penitùs perimere aliquid. Lucret. lib. 1. 46.

Perimere & omnino delere. Cic. 1. Tusc. 191.

Causam publicam si mea mors peremisset, neminem unquam fore qui auderet suscipere contra improbos ciues Reipub. salutem. Cic. pro Sestio, 40.

Consilium alicuius perimere. Cic. 3. Off. 40.

Curas perimere. Plinius libro 11. capit. 37. 60, Tunc enim perimit curas.

Perimere atq; tollere ludos. Cic. de Aruſp. resp. 20.

Reditum alicui perimere. Cic. pro Plancio, 81.

Dolo perimere aliquem. Senec. Herc. Oetheo. 4. 41.,

¶ Peremptus, Participium (αἰρεμπτός) Liu. libro 2. ab Vrbe, 95, de nexis loquens, Obsita erat squallore uestis, fœdior corporis habitus pallore ac macie perempti. id est, necati, inquit Budæus.

Cæde perempti. Virg. 9. Aeneid. 91.

Fraude peremptus. Valer. 6. Argon. 150.

Morte indigna peremptus. Virg. 6. Aeneid. 29.

Plagis peremptus. Virg. 4. Georg. 61.

Animæ peremptæ bello. Lucan. lib. 1. 89.

Sensus perempto non potest esse miser. Cic. 1. Tusc. 142.

Abdidit claram speciem luna, & stellanti nocte peremptā est. Cic. 1. de Diuin. 33. Ex poeta.

¶ Peremptalis, & hoc peremptale, pen. prod. Vide Peremptalia.

¶ Peremptorius, Adiectiuum (αἰρεμπτικός) Quod est mortiferum: à perimendo. ut, Venenum peremptorium: Apuleio lib. 10. Et apud Vlpianum, ff. de iudicijs. l. & tertium, Quibus propositis, tunc peremptorium impetret. quod inde hoc nomen sumpsit, quòd perimeret disceptationem: hoc est, non pateretur aduersarium tergiuersari.

Perimula] Indiæ promontorium, ubi est celerrimum emporium. Plin. lib. 6. cap. 20.

Perina] mulier Aegyptia, quæ Mineruam sedentem primæ texuit: unde & sedens Minerua primùm dicta. Eustathius.

Perincertus] Adiectiuum (παύρου ἄδηλος) Gellius libro 18. capit. 4, ex Sallustio, At Cn. Lentulus patriciæ gentis collega eius, cui cognomentum Clodiano fuit, perincertum stolidior an uanior, legem de pecunia, quam Sylla emptoribus bonorum remiserat, exigenda promulgauit.

Perincommodus] penul. corr. Adiectiuum (μέγα αὐτεπιτηδείως) Liuius 7. bel. Maced. 167, Quæ nihil admodum Romanis, eadem perincommoda regijs erant.

¶ Perincommodè, Aduerbium (μέγα αὐτεπιτηδείως) Cicero ad Atticum, libro 1. 12. 4, Sed accidit perincommodè, quòd cum nusquam uidisti.

Perinconsequens] penul. corr. Adiectiuum (μέγα αὐτακόλουθος) Gel. lib. 14. capit. 1, Per autem, inquit, inconsequens ipsum quidem corpus, & habitum tam profundi aeris sub alio atq; alio cœli curuamine non eundem manere. Hîc interpositæ sunt duæ dictiones inter per, & inconsequens.

Perinde] Aduerbium (ὅτως) significat tot: & flagitat post se Ac si, uel Atq; si: cum negatione uerò, etiā Quàm. Quod si non sequatur nec Ac si, nec negatio, accipietur pro Aequè. Hæc Valla lib. 2.

Fac sis perinde adeò, ut me uelle intelligis. Plaut. Amph. 11. 25.

Perinde ac. Cic. Attico, lib. 13. 296 2, Quod ego perinde tuebar, ac si usus essem. Cæsar 3. bel. Ciuil. 233, Perinde ac suis satisfacere, & fraudata restituere uellent.

Perinde atq; Cicero pro Marcello, 7, Vereor ut hoc quod dicam, non perinde intelligi auditu possit, atq; ego ipse cogitans sentio.

Perinde prout. Quint. lib. 9. cap. 4, Perinde asperiores erunt, prout oris hiatu simili aut diuerso pronunciabuntur.

Perinde diu, quàm Plaut. Trucul. 7. 2,

——si perinde amentur
Mulieres, diu quàm lauant.

Perinde, quàm. Suetonius in Domit. capit. 15, Nulla tamen re perinde commotus est, quàm responso, casuq; Asceletarionis mathematici.

Perinde quasi. Cic. pro Quintio, 56, Atq; hæc perinde loquor, quasi ipso illo tempore, quum te Prætor iussisset ex edicto possidere. Idem pro Milone, 13, Hoc enim sæpe ab istis dicitur, perinde quasi Appius ille cæcus uiam munierit, &c.

Perinde tanquam. Gel. lib. 15. cap. 29, Hoc perinde est tāquam si ego dicam, Est mihi nomen Iulium. Liu. Decad. 1. lib. 4.

Perinde ut. Cicero 3. de Orat. 42, Non possum dicere me hæc, quæ nunc complector, perinde ut dicam, dicenda esse didicisse. Idem 3. Off. 165, Habes à patre munus M. fili, mea quidem sententia magnum, sed perinde erit ut acceperis.

Perinde, pro Ita. Liu. 7. bel. Pun. Ipse cū Mutinis equitatu prouinciam peragrabat, ut uiseret agros, cultaq; ab incultis notaret: & perinde dominos laudaret, castigaretq;.

Perinde, Pariter, æquè. Plin. Iunior epist. 1. lib. 2, Funus Rufi clarissimi ciuis, & perinde fœlicis. Suet. in Iul. Cæs. cap. 56.

Viuendi ars tanta, tamq; operosa, & perinde fructuosa. Cicer. 1. de Finibus, 109.

Non perinde, id est, Non multum, seu ualde, aut admodū. Suet. in Galba, capit. 13, Quare aduentus eius non perinde gratus fuit. Idem in Augusto, capit. 80.

Perinde, Ad hunc modum, uel similiter. Terēt. Phorm. 4. 3. 63,

Sexcentas perinde potius scribito iam mihi dicas.

Perinde, sine relatione ac uel atq;, in significatione comparationis. Liu. 7. bel. Pun. 1, Cultaq; ab incultis notaret: ac perinde dominos laudaret castigaretq;.

Perindulgens] Adiectiuum (παύρου συγχωρῶν) Cicero 3. Off. 154, Magnus uir in primis, & qui perindulgens in patrem, idem acerbè seuerus in fratrem.

Perineson] περίνεσον, atque etiam Perinesseon (περίνεσσαιον) Vestis est fimbriata, habens fila dependentia, aut purpuram circunquaque ad oras contextam, insulæ quadā imagine: ideóque hunc habitum, ut ait Pollux, Anaxillas νῆσον, id est insulam uocat, quum scribit, καὶ περὶ γυῖον ὅσα περὶ θολατίαν, νῆσον ἀμφισύντα. Meminit huius & Antiphanes, ut scribit idem Pollux lib. 7. cap. 13.

Perinfamis] & hoc perinfame, pen. prod. (παύρου ἄδοξος) Valde infamem significat. Suet. in Vitellio, cap. 2, Curā quo que imperij sustinuit absente eo, expeditione Britannica, uir innocens & industrius, sed amore libertinæ perinfamis.

Perinfirmus] Adiectiuum (λίαν ἀσθενής) Cicero 2. de Fin. 85, Sunt enim leuia, & perinfirma quæ dicebantur à te.

Peringenioſus] penul. prod. Adiectiuum (παύρου εὐφυής) Cic. de claris Orat. 47, Alios quòd melius putent dicere se posse quàm scribere, quod peringeniosis hominibus, neq; satis doctis plerunq; contingit.

Periniquus] penul. prod. Adiectiuum (παύρου ἔλαιος) Cic. pro lege Manil. 44, Quare uideant ne sit periniquum, & non ferendum. Liu. 2. bel. Pun. 204.

Perinsignis] & hoc perinsigne (παύρου σῆμος) Valde insignis. Cic. 1. de Legib. 75, An corporis prauitates, si erunt perinsignes, habebunt aliquid offensionis, animi deformitas non habebit?

Perintegeт] perintegra, perintegrum, pen. cor. (παύρου ὁλόκληρος) Gel. lib. 3. cap. 5, Castitatis perintegræ dicebatur.

Perinthus] πέρινθος, clarà urbs Thraciæ in Propontide, olim Thraciæ metropolis, quæ hodie dicitur Heraclea, ab Heraclio principe Constantinopolitano cognominata: in qua Vespasiani, Domitiani, Antoniniq; palatia fuerunt ingētia, & amphitheatrum ex uno marmore magnum & mirandum, quod inter septem orbis miracula numeratur.

¶ Perinthius, Adiectium (περίνθιος) unde Perinthia fabula Menandri. Terent. in Prol. And. 9,

Menander fecit Andriam & Perinthiam.

Perinuitus] penul. prod. Adiectiuum, Valde inuitus. Cic. lib. Famil. epist. ult. Tu uellem ne ueritus esses, ne perinuitus legerem tuas literas, si mihi longiores fortè misisses.

Periocha] periochæ, penul. corr. (περιοχή) Argumentum, complexio totius rei breuior. Cic. ad Atticum, libro 13. 282. 6. At ego, ne Tironi quidē dictaui, qui totas periochas persequi solet, sed Spintoro syllabatim.

Periodus] huius periodi, pen. corr. f. g. (περίοδος) Latinè clausula siue circuitus dicitur. Cic. de claris Orat. 84, Quin etiam comprehensio & ambitus ille uerborum (si sic periodum appellari placet) erat apud illum cōtractus & breuis. Quint. lib. 9. capit. 4, Periodo plurima nomina dat Cicero, ambitum, circuitum, comprehensionem, cōtinuationem, circunscriptionem. Genera eius sunt: alterum simplex, quum sensus unus longiore ambitu circunducitur: alterum, quod constat membris & incisis, quæ plures sensus habent. Aderat ianitor carceris, & carnifex Prætoris, & reliqua. Habet periodos membra minimum duo. Vide Cic. in Orat. 118.

Periodus, ex περὶ circum, & ὁδὸς uia, componitur. est enim periodus, ubi plena est sententia.

Periodus, Genus certaminis apud Græcos. In gymnicis enim certāmibus periodo uicisse dicitur, qui Pythia, Isthmia, Nemea, Olympia uicit: à circuitu eorum spectaculorum, & maximum decus erat, uicisse periodo.

Periodus, siue circuitus, est tempus in morbis ex intentione & remissione consistens. Galen. lib. sing. sinitionum medic.

¶ Periodicæ, περιοδικὸς, febres uocant medici, quæ certis temporibus claudunturid est abeunt, & quodam quasi circuitu facto rursus redeunt, ut sunt tertianæ & quartanæ. Plin. libro 20. cap. 3. 3, Semina eius, si fuerint pari numero adalligata febribus, sanare dicuntur quas Græci periodicas uocant. De cucurbita.

Periosteæ] περιόστεα, membranæ, sunt inuolucra tenuia, fibrosa, uelut indumenta ossium à natura condita. Galen. in finition. medic.

Peripatetici] περιπατητικοὶ, Philosophi erant Athenis, quorum originem assignat Cic. 1. Acad. 24.

Peripatetici dicti sunt à περιπατέω, hoc est à deambulando. Et περιπάτους Græci uocant deambulationem. horum princeps fuit Aristoteles. Nam in Lycio in ambulans docebat. Hinc commentationes uespertinas Aristoteles δείλην περιπάτου, id est pomeridianam ambulationem appellat.

Stoici cum Peripateticis re concinere uidentur, uerbis discrepare. Cic. 1. de Nat. deor. 25.

Peripateticorum consuetudo dicendi non satis acuta, propter ignorationem dialecticæ. Cic. 3. de Fin. 64.

Peripateticis nihil est uberius, nihil eruditius, nihil grauius. Cicero 3. Tuscul. 37.

Peripetasma] peripetasmatis, pen. corr. n. gen. (περιπέτασμα) Genus cortinæ, qua parietes & aulæ teguntur, seu tapetia Babylonici floris uarietate perspicua: quæ à Lucretio Babylonica dicuntur: ab alijs aulæa, & Attalica: à Capitolino, stromata & peristromata: à Varrone, beluata, hoc est beluis uariegata: à Plauto etiā peristromata. Cic. 6. Verr. 23, Quid illa Attalica, tota Sicilia nominata ab eodem Heio peripetasmata emere oblitus es?

Peripezia] περιπέζια, & Paripezides (περιπεζίδες) Pedum ornamenta, ex Polluce libro 5. capit. 16. ubi hæc tamen diffinguit.

Periphallia] Phallorum pompa nuncupatur. Diodorus est author, Osiridis pudenda in sacris & ceremonijs Phallon dici. Vide Cælium Rhodiginum lib. 7. cap. 16.

Periphanes] περιφανής, Comici cuiusdam nomen quod Latinè conspicuum sonat: à uerbo Græco περιφαίνω, quod est clarus & conspicius sum.

Periphas] Periphantis (περίφας) Thessalus quidam fuit pater Lapithæ: à quo Lapithæ nomen acceperunt. Stephanus. est item Periphas apud Virg. nomē cuiusdam Pyrrhi, quem unà cum illo Priami regiam impugnātē inducit, lib. 2. Aen.

Peripheria] est circuli ambitus. Eucl. 1. Element.

Periphecoma] Vide Periplecoma.

Periphoretus] penul.prod.(περιφόρητος) Artemonis cuiusdam cognomen fuit, delicijs adeò effœminati, ut nunquam nisi lectica pensili circunlatus, domus suæ limen transiret, ita dictus ἀπὸ τοῦ περιφέρεσθαι, quasi circunlatilis. Plin. lib. 34. cap. 8.

Periphrasis] penul.corr. huius periphraseos, f.g. (περίφρασις) Latinè circuitio dicitur. Quint. libro 8. cap. 6, Pluribus autem uerbis cum id quod uno aut potioribus certè dici potest, explicatur, periphrasin uocat, circuitum loquendi, qui nonnunquam necessitatem habet, quoties dictu deformia operitut Sallustius, Ad requisita naturæ. Interim ornatū petit solùm qui est apud poetas frequentissimis, ut 2. Aen. 54,

Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono diuûm gratissima serpit. Et apud Oratores non rarus: semper tamen astrictior. Quicquid enim significari breuius potest, & cum ornatu latius ostenditur, periphrasis est: cui nomen Latinè datum est, non sanè oratoris aptum uirtuti, circunlocutio. Verùm hæc ut quum decorem habet, periphrasis: ita quum in uitium incidit, perissologia dicitur. Obstat enim quicquid non adiuuat. Hactenus Quint. Virg. 1. eclog. 5,

——teneros depellere fœtus. Vbi Seruius ait, periphrasin esse agnorum.

Peripleroma] penul.prod. (περιπλήρωμα) figura est, quam ex Grammaticis nonnulli supplementum uocant, quum scilicet particula aliqua ad sensum minimè necessaria, carminis causa adijcitur: à Græco uerbo περιπληρόω, quod est expleo. Exemplum potest esse illud apud Virgilium,

——sic fortè precatur. Vbi uerbum, fortè, explendi carminis causa adijcitur, teste Seruio.

Periplus] περίπλους, Latinè circumnauigatio dici potest: quo nomine ex Geographis nonnulli opera sua inscripserunt, oræ alicuius maritimæ lustrationem continentia.

Peripneumonia] huius peripneumoniæ, pen.corr. (περιπνευμονία) Morbus, quum pulmo totus afficitur, & tussis subsequitur: pulmonis exulceratio. A Celso Peripneumaticus morbus dicitur, lib. 4. cap. 7.

¶ Peripneumonicus, pen.cor. Adiectiuum (περιπνευμονικὸς) Qui hunc morbum patitur: pulmonarius. Plin. lib. 22. cap. 24. 2. Idem lib. 20. cap. 17. 2, Tussientibus quoq; cum melle datur, & pleuriticis, & Peripneumonicis.

Peripsema] penult. prod. quod Græci (περίψημα) scribant à περιψάω, quod est circunrado, uel circun imo, abstergo, & repurgo: propriè imatura sluere rasura, ramentum, uel purgamentum dicitur. Antiqui olim peste aliaue malo grassante, quum sacros homines, quos in expiationis usum alebant, in uictimarum morem redimitos ex loco præcipiti in mare deijciebant, Neptuno immolantes: inter deijciendum solenni uerba efferi solebant, περίψημα ἡμῶν γένεσθε Sic pro nobis peripsema: ac si dixissent, Sic pro nobis piaculum: esto lutio nostra, & seruatrix urbis uictima. id quod Suidas annotauit. Quod itaq; apud diuum Paulum in epist. 1. ad Corinth. capite 4, περίψημα legitur, nos piaculū uertere possumus. ut sit: Nos tāquā piacula mundi facti sumus, & succidaneæ pro populo uictimæ, Ac si diceret: Non minas apud gentium uulgus detestabiles sumus, quàm illi, qui diris execrationibus onerati, atque obruti, pro salute publica obijci olim solebāt. Quæ sententia congruit his quæ præcedunt. peripsema enim etiam ramenta uestigiorum significat, quæ ut sordida abijciuntur. Hæc Budæus.

Perirheusa] ignobile oppidum circa Ephesum. Plinius libro 5. cap. 31.

Periscelis] pen.corr. periscelidis, fœ.g. Ornamentum pedis circa crura, teste Porphyrio. Horat. lib. 2. epist. 18. 12,

Noxa refert meretricis acumina, sæpe catell.am,
Sæpe periscelidem raptam sibi flentis. Notandum (ait Cælius lib. 4. cap. 11.) periscelidas dici, quæ uulgò gremialia uel trauersias dictitant. Hieronymus in epistola ad Fabiolam, Quæ Græci, inquit, περισκελῆ uocant, nostri fœminalia dicunt, uel bracas usq; ad genua pertingentes, Sunt & codices in quibus periskeltidas scriptum comperias.

Periscythismus] περισκυθισμὸς, est, quum transuersis lineis coronæ moto frons secatur. Altera frontis parte, paulo superius quàm tempora sint, quædam triangula amputantur, Græcorum literæ Δ similia. Galen. in Medic.

Perisphyrion] περισφύριον, Pedis ornamentū, aut fimbria ut uertit Laurentius Valla in libro 4. Herodoti Pollux quoque lib. 5. capite 16, id inter pedis ornamenta enumerat: ubi Gualtherus uertit talare.

Perisseuma] περίσσευμα, est congiarium, quod plebi datur. sicut quod militibus, donatiuum. Spartianus in Aelio Vero: & Iul. Capitolinus in Pio. Solebat autem ultra stipendium dari liberalitatis causa, ut milites magis addicti Imperatoribus essent. Alciat. in l. centum perisseumatis. libro 11. C. de annon. ciuilibus.

Perissochoregia] περισσοχορηγία, Muneris publici nomē. Cura annōe: fortè ἀπὸ τῆ περισσείας, τὰ χορηγέω, quod abundè suggerere, suppeditare q; significat. Alciat in l. perissochoregiæ de frumen. Alexand. lib. 11. C. Budæus Perissochoregiam, redundantem frumenti largitionem appellat. Pyrrhus in l. ult. illo tit. Perissochoregiam esse magistratum annonæ auct.e, seu augmenti distributorem.

Perissologia] Latinè superflua locutio dicitur. Virg. 1. Aeneid. 133,

——faciem mutatus & ora Cupido. Vbi Seruius, Et ora, perissologia est. Idem 5. Aeneid. 94,

——dixitq;, & prælia uoce diremit. Vbi Seruius. Vocat Quæ, metri causa: & maluit perissologiam facere, quàm uti communi syllaba, quæ frequens uitiosa est. Vide Periphrasis.

Perisson] inæquale & impar dicitur. Plin. lib. 21. cap. 31. 3, Qui parcius spectauerant, manicon cognominauēre: qui nequiter occultabant, erythron aut neurida: ut nonnulli, perisson. De strychno.

Peristereos] peristerei, f.g. uel Peristereon, peristereonis, pen.prod. m.g. uel Peristereum, peristerei, n.g. Herba. Plin. lib. 25. capit. 10. 6, Peristereos uocatur caule alto, foliato, cacumine in alios caules se sp.rgens, columbis admodum familiaris: unde & nomen. Ibidem, capit. 9. 3, uerbenacam à Latinis appellari tradit. Dioscorides uerbenacam rectam uocat. Dicta peristereon, quasi columbaris, ut quidam uulgò uocant, quòd circa hanc perquàm libenter uersari soleant columbæ.

Peristerides] Ciuitas iuxta Smyrnam. Plinius libro 5. capit. 31.

Peristerotrophium] peristerotrophij, penul. prod. Locus in quo columbæ habitant, Latinè columbarium: quamuis columbarium propriè sit loculamentum in peristerotrophio, singulis columbarum paribus præparatum. Nam peristeris columba dicitur. Varro 3. de Re rust. capit. 7, Duo genera earum in peristerotrophio esse solent. Vnum agreste, quod habetur in turribus ac culminibus uillæ.

¶ Peristereon, Idem quod Peristerotrophium. Varro 3. de Re rust. cap. 7, Ex his duabus stirpibus fit muscellum tertium genus fructus causa, atq; incedunt in locum unum, quod alij uocant περιστερῶνα, alij περιστροτροφεῖον, in quo uno sæpe uel quinque millia sunt inclusæ περιστερεῶν, fit ut testudo, magna camera tecta, uno ostio angusto, fenestris punicanis,

nicanis aut latioribus reticulatis utrinque, ut locus omnis sit illustris, &c.

Peristethion] περιστήθιον, Pectorale ornamentum mulieris circa pectus. Pollux lib. 5. cap. 16.

Peristroma] penul.prod. peristromatis, n.g. Quasi circunstratum, idem quod Peripetasma. Plaut. Stich. 6. 54,

Tum Babylonica peristromata, sellas & tapetia
Aduexit nimium bonæ rei. Idem Pseud. 4. 12. Cicero 2. Philip. 77. Vide Conchylium.

Peristylium] peristylij, uel Peristylum, peristyli, penul.cor. Locus clausus columnis, circunquaq; porticum habens, uel sæpius à tribus lateribus. Vitruuius libro 5. cap. 11, In palæstris peristylia quadrata siue oblonga ita sunt facienda, uti duorum stadiorum habeant ambulationis circuitionē. Cic. pro Domo sua, 89, In palatio pulcherrimo prospectu porticum cum conclauibus pauimentatam trecentūm pedum cōcupierat, amplissimum peristylum, cætera eiusmodi facilè ut omnium domos & laxitate & dignitate superaret.

Peristylium etiam est locus atrio proximus. Vitruuius libro 6. cap. 7. Item aula, ibidem, cap. 9, Pudæus.

Perito] peritas, pen.corr. Vide Pereo.

Peritonæum] περιτόναιον, membrana est tenuissima: sed firmissima, omnibus tum uisceribus, tum intestinis, reliquisq; partibus inferioris uentris circuntensa: unde & nomen accepit, ἀπὸ τοῦ περιτείνεσθαι, quod, est circunquaque extendi.

Peritrachelion] περιτραχήλιον, Ornamentum colli, ex Polluce lib. 5. cap. 16. τράχηλος enim collum est, tanquā dicas collarium. Vide suprà Isthmion.

Peritus] penul.prod. Adiectiuum (ἄπειρος, ἐπίπειρος, ἔμπειρος) Doctus: à Perio antiquo uerbo, quod Aperio significabat. Nonius, Doctum & peritum quum simile uideantur, à Tullio discretum est, ut sit peritum plus quàm quod doctum. Cicero 3. Off. 19, Itaq; quum sint docti à peritis, facilè desistunt sententia.

Obsequi perius. Tacit. in uita Agricolæ.

Vati parete perito. Ouid. 1. de Arte, 6.

Sapiens homo & multarum rerū peritus. Ci. pro Fonteio, 14.

Antiquitatis, uterumq; scriptorum literatè peritus L. Aelius. Cic. de claris Orat. 108.

Vir fortis in primis, belli ac rei militaris peritus. Cicero in Pison. 42.

Honestorum ac turpium peritus. Quint. lib. 2. cap. 20. 6.

Peritus operum, auguriorum, iuris. Traianus libro 10. ad Plin. epist. 259. Item, epist. 22. 4, Quàm peritus ille & priuati iuris, & publici. Idem de Viris illust. 6, Peritus auguriorum. Cic. de claris Orat. 40, Fabius pictor, & iuris, & literarum, & antiquitatis bene peritus.

Iuris legumq; peritus. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 2.

Peritissimus homo belligerandi. Cic. pro Fonteio, 27.

Homo peritus definiendi. Cic. 3. Off. 79.

Dicendi peritus. Vide Orator, in Oro.

Docendi peritus. Quint. lib. 1. cap. 3. 1.

Cantare peritus. Virg. 10. eclog. 2.

Iure peritus. Cic. pro Cluentio, 86.

Peritus usu. Cic. 1. Off. 205. Nec uerò alienum est, ad ea eligenda quæ dubitationem afferunt, adhibere doctos homines, uel etiā usu peritos. Cæsar 3. bel. Ciuil. 362, Vsu periti, ac superioribus pugnis exercitati, sua spōte cursum repressērūt.

Peritus, apud Hircium de bel. Aphric. iungitur cum ablatiuo rei. Mirabili, inquit, peritus scientia bellandi.

Peritus ad. Cic. pro Fonteio, 28, Profectò iudices uirum ad labores belli impigrum, ad pericula fortem, ad usum ac disciplinam peritum, ad consilia prudentem.

Facere aliquem peritum. Propert. lib. 1. eleg. 9. 2.

Peritum initijs, Peritus sermo. Quint. lib. 9. cap. 4, Poema nemo dubitauerit perito quodam initio fusum. Alia exēplaria habent, imperito. Idem lib. 8. cap. 6, Vario Marte pugnatū est: peritus est sermo. Alia exemplaria habent, erudius.

Nihil peritius. Cicero pro Corn. Balbo, 1, Nihil de memoria, de more, de exemplis acutius, nihil peritius de fœderibus, &c.

Peritissimus de agricultura. Varro 1. de Re rust. cap. 2. 9.

Peritissimus homo & iuris & officij. Cicero 4. Verr. 20. Item lib. 2, de Legib. 75.

A patronis peritissimis causa hæc defensa est. Cicer. pro Corn. Balbo, 1.

¶ Peritè, penul.prod. Aduerbium (εἰδημόνως) Cic. 2. de Leg. 48, Quod institutum peritè à Numa, posteriorum Pontificum negligentia dissolutum est.

Peritè & callidè facere. Cic. 3. Verr. 68.

Peritissimè & callidissimè istius literas uenditabat. Cicero 4. Verr. 94.

¶ Peritia, peritiæ (ἐπιστήμη) Plinius lib. 14. capit. 1. 4, Aliæ, peritia domini amplo discursu atria media complentes.

Gratiæ ac uoluptatis peritia. Quint. lib. 2. cap. 15. 17.

Periucundus] pē.prod. (περιήδυς) Cicero ad Lentulum, libro 1. 7. 9, Cui quidem literæ tuæ quas proximè miseras, quod facilè intellexerim, periucundæ fuerunt.

¶ Periucundè, Aduerbium (περιήδως) Cicero ad Atticum, lib. 13. 29. 2, O hospitem mihi tam grauem & tam periucundè fuisse enim periucundè.

Periudus] penul.prod. (περίορκος, ψεύδορκος) Qui iusiurandum uiolat, uel qui iurando ius peruertit. Virgil. 2. Aeneid. 39,

Talibus insidijs, periurijq; arte Sinonis. Plaut. Pseud. 3. 129, Periurum caput. Cic. pro Rosc. Comœdo, 27, At quid inter periurum & mendacem? Vide Mendax.

Corpus periurum. Propert. lib. 2. eleg. 5. 5.

Crimina periura. Stat. 10. Theb. 117.

Diadema periurum nocentis regni. Stat. 9. Theb. 11.

Domus periura. Horat. 3. Carm. ode 3. 6.

Ensis periuro superbus. Hannib. ad Stat. 4. Syl. 6. 16.

Fides periura patris. Horat. 3. Carm. ode 24. 12.

Gens periura. Silius lib. 16. 30.

Meretrix periura. Horat. 3. Carm. ode. 35. 5.

Mœnia periura. Ouid. 11. Metam. 44.

Os periurum. Ouid. 2. Amor. eleg. 10. 7.

Pectora periura. Ouid. 2. Metam. 142.

Vir periurus. Ouid. epist. 10. 16.

¶ Periurior hoc homine non est. Plaut. Mil. 3. 20.

¶ Periurissime hominum. Plaut. Pseud. 5. 116. Cic. pro Roscio Comœdo, 11, Nam Ballionem illum improbissimum & periurissimum lenonem quum agit Chæream.

¶ Periurium, periurij (ἐπιορκία) Falsum iuramentum. Cicero 3. Off. 146, Regulus uerò non debuit conditiones, pactionesq; bellicas & hostiles perturbare periurio.

Pœna diuina periurij, exitium: humana, dedecus. Cicero 2. de Legibus, 37, ex lege duodecim tabularum.

Sceleratorum hominum periuria Cic. pro Fonteio, 29.

Linguæ falsæ periuria. Ouid. epist. 7. 13.

Deuotum periurium. Catul. Argon. epig. 59. 27.

Illustre & insigne periurium. Cic. de Arusp. resp. 32.

Lasciua periuria. Claud. de nuptijs Honorij, 17.

Manifestum periurium iudicum. Cic. de Arusp. resp. 32.

Confirmare periurium. Vide Confirmo.

Lædere aliquem periurio. Cic. pro Cecin. 20.

Nectere periuria blanditijs. Claud. 1. in Ruff. 45.

Quæritur latebra periurio. Cic. 2. Off. 144.

Re uocare periuria. Propert. lib. 1. eleg. 14. 5.

Vcadere periuria. Iuuen. Satyr. 14. 22.

Quòd ex animi tui sententia iuràris, sicut uerbis concipitur more nostro, id non facere, periurium est: non falsum iurare, peierare est. Cic. 3. Off. 145.

¶ Periuriosus, penul. prod. Adiectiuum (ἐπιορκητικὸς) Idem quod Periurus. Plaut. Trucul. 4. 49,

Procatiores estis uos, sed illi periuriosi.

¶ Periuro, periuras, penul. prod. (ἐπιορκέω) Periurare, pro Peierare. Plaut. Bacch. 20. 116, Ne periurem cura. Horat. 2. Serm. Satyr. 3, —quare

Si quiduis satis est, periuras, surripis, aufers Vndiq; &c Ouid. 3. Amor. eleg. 10. 5,

Et periuratos in mea damna deos.

¶ Periuratiuncula, huius periuratiuncula, penul. corr. Diminutiuum (ἐπιορκίδιον) Plaut. Stich. o. 4. 76, Ac periuratiunculas parásiticas.

Perizoma] tis (περίζωμα) Brayes, id omne quo circuncingimur, Pudendorum operimentum, uelamen, quod à Varrone etiam dicitur suffibulum, à Cicerone subligaculum. Vsus est hac uoce interpres Geneseos: Fecerunt (inquit) sibi perizomata.

Perizonium] περιζώνιον, palliolū præcinctum, quo uirgines nudæ infra papillas præcinguntur. Hoc & præcinctorium & castula dicitur. Sipontinus.

Perlabor] penul. prod. perlaberis, penul. cor. perlapsus sum (παραδιδράσκω) perlabi, Idem quod Labi: nisi celeritatem aliquam addat præpositio. Cicero ad Atticum, lib. 9. 180. 1, Assentio tibi ut in Formiano potissimùm commorer, & iam de supero mari perlabor.

Neptunus perlabitur æquora cursu frænatis equis. Sil. lib. 3. 83.

Volucris perlabitur auras. Tibul. lib. 4. ad Messalam, 1. 26.

Campum perlabi. Sil. lib. 16. 79.

Rotis leuibus summas perlabitur undas. Virg. 1. Aencid. 31.

Perlabi per acies. Lucret. 4. 50.

Ad intos animi perlapsa recessus. Stat. 4. Syl. 6. 1.

Perlætus] Adiectiuum (πολὺ ἥδομαι) Vehementer lætum significat. Liu. 10. ab Vrbe, 99, Supplicatioq; perleta fuit.

Perlatus] penul. prod. Aliud adiectiuum (πολυπλατὺς) Valde latum significat.

¶ Perlatè, Aduerbium (πολυπλατέως) Cicero 2. de Orat. 10, Idq; in sermonis nostri consuetudine perlatè patet.

Perlecebra] huius perlecebræ, pen. corr. (μεγάλη ἀκμυλία) ut Illecebra. Plaut. Asin. 4. 7,

—te perdam ego & filiam,

Perlecebræ, pernicies, adolescentum exitium.

Perlecto] Vide Perlicio.

Perlego] perlegis, penul. cor. perlegi, penul. prod. perlectum (πλέως ἀναγινώσκω, διεξέρχομαι, ἐπιξέω) perlegere. A principio ad finem usq; legere. Quint. Quod uidere non est satis, sed perlegendum erit. Cic. 1. de Diuin. 14, Perlegi, ille inquit, tuum paulo antè tertium de natura deorum.

Scripta perlegi. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 13. 7.

Perlegere oculis, pro Diligenter intueri, uel contemplari. Virg. 6. Aeneid. 7.

Vultu duro perlegere aliquid. Ouid. epist. 15. 3.

Perlegere animis, oculisq; sequacib. auras. Stat. 3. Theb. 100.

Perlepidus] pen. corr. Adiectiuum (πολὺ ἁβρός) Plaut. Pseud. 11. 53, Euge perlepide Charine, me meo ludo iam beas.

Perleuis] & hoc perleue, penul. corr. (πολὺ κούφος) Cicero de lege Agrar. 80, An ignoratis cætera illa magnifica populi Romani uectigalia perleui sæpe momento fortunæ, inclinatione temporis pendere? Liu. 4. bel. Pun. 152.

¶ Perleuiter, penul. corr. Aduerbium (πολὺ κούφως) Cicero ad Qu. frat. lib. 2. 8. 4, Quòd perleuiter commotus fuerat.

Perlibenter] Aduerbium (πολὺ ἡδέως) Cicero ad Atticum, libro 8. 166. 3, Sed ut suprà dixi, tecum perlibenter loquor.

Perliberalis] & hoc perliberalè, pen. prod. (πολὺ ἐλευθέριος) Admodum liberalis. Terent. Hecyr. 5. 4. 23,

Perliberalis uisa est.

¶ Perliberaliter, penul. corr. Aduerbium (πολὺ ἐλευθερίως) Cicero ad Atticum, libro 10. 195. 14, Hoc loco multa perliberaliter.

Perlibro] perlibras, penul. prod. (παρασταθμάομαι) perlibrare, Diligenter ac perfectè mensurare, & ad libram æquare, siue æquale facere. Colum. libro 3. capit. 13. 12, Nam stella quam diximus Græcæ literæ faciem obtinere, pariter in æ fossæ solum metitur, atque perlibrat. Idem lib. 2. capit. 2. 1, Campum non æquissima situm planitie nec perlibratæ, sed exiguè pronæ.

Iaculum à tergo perlibrat ad ossa. Silius lib. 15. 137.

Perlicio] perlicis, penul. corr. perlexi, perlectum (ἐφέλκω) perlicere, quod frequentius pellicio dicitur, euphoniæ causa: Idem quod Allicere. Liu. 4. ab Vrbe, 208. Vt quos quisque posset ex collegio Tribunorum ad intercessionem perliceret. Vide Pellicio.

Perlicere in amicitiam. Liu. 5. bel. Maced. 162. Tacit. libro 13, Necem & arma perliceret.

¶ Perlecto, perlectas (ἐπισύρομαι) perlectare, Frequentatiuum. Cic. pro Flacco, 14, Egentes & leues spe legationis, & uiatico publico, priuata etiam benignitate perlectat.

Perligo] perligas, penul. corr. (παραδέω) perligare, Constringere. Plaut. Bacch. 2. 28, O perligatum pectus.

Perlinio] perlinis, pen. cor. perliniui, perlinitum (ἐπιχρίω) perlinire, Valde & perfectè ac omnino linire. Colum. libro 9. cap. 12. 1, Protinus custos nouum loculamentum in hoc præparatum perliniat intus prædictis herbis.

Perlino] perlinis, penul. cor. perlini, perliui, uel perleui, perlitum, pen. corr. (παραχρίω) perlinere, Multum linere, uel perfectè & undiq; Colum. lib. 7. cap. 5. 18, Mox ulcera lauantur aceto, & tunc pice liquida cum adipe suilla perliniuntur. Plaut. Casin. 5. 25,

Senecta ætate unguentis perlitus ignaue incedis?

Perlito] perlitas, penul. corr. (παλλιτρέω) perlitare, Perfectè litare, sacrificio facto deos placare, uotumq; impetrare. Valerius Antias apud Gellium, libro 1. cap. 7, Si hæ res diuinæ factæ, ritèq; perlitatæ essent, aruspices dixerunt omnia ex sententia processurum esse. Liu. 6. bel. Maced. 2, Et omnia sacrificia lætæ fuerunt, primúmq; hostijs perlitatum est.

Perlongus] Adiectiuum (σύμμικτος, πολυμήκης) Cic. ad Atticum, lib. 5. 108. 11, Perlonga, & nõ satis tuta uita. Idem pro lege Agrar. 19, Perlongo interuallo. Plaut. Trinum. 11. 12,

—nunc si opperiri uis aduentum Charmidis,

Perlongum est. Quasi dicat, diu tibi expectandum est aut longius distat.

¶ Perlongè, Aduerbium (πολὺ μακρὰν) Terentius Eunuch. 3. 5. 61,

Perlongè est: sed tanto ocyus properemus. id est, longius distat.

¶ Perlonginquus, Adiectiuum (πολὺ ἀπόσπορος) Plautus Bacchid. 23. 74,

Non tibi uenit in mentem amabo si dum uiuas, tibi benefacias,

Iam pol id quidem esse haud perlonginquum?

Perlubet] penul. corr. perlubebat, perlubuit, perlubitum est. (παρήσται) Plaut. Capt. 13. 64,

Perlubet hunc hominem colloqui, hoc est, uehementer cupio hunc alloqui.

¶ Perlubens, pen. cor. (σπαρεσβόλος) Participium, siue Nomen ex participio. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 10. 8, Sed hoc incõmodum cõsolantur quotidie damnationes inimicorũ, in quibus me perlubente Seruius alliso est, cæteri conciduntur.

Perlucco] perluces, penul. prod. perluxi (παρασιλαγίω, λιαφαύσκω) perlucere, Vehementer lucere, uel translucere, & lucem per medium sui transmittere. frequentius tamen dicitur pellucere, euphoniæ causa. Plinius lib. 10. cap. 54. 1, Si contra lumen cacumine uuorum apprehenso una manu purus & uniusmodi perluceat color, sterilia existimantur esse. Vide Pelluceo.

Littora natiuis perlucent picta lapillis. Propert. lib. 1. eleg. 2. 3.

Perlucet ex Cicer. 2. Offic. 45, Etenim illud ipsum quod honestum decorumq; dicimus, quia per se nobis placet, animosq; omnium natura & specie sua commouet, maximeq; quasi perlucet ex ijs quæ commemorauimus uirtutibus.

Perlucere, siue Pellucere, aliquãdo ad mentem, sed figuratè, referitur: ut apud Ciceronem de claris Orat. 149, Ita reconditas exquisitasq; sententias mollis & pellucens uestiebat oratio.

¶ Perlucens, penult. prod. Participium (λιαφανόμενος) ut, Amicta perlucenti circundata Salmacis nympha. Ouidius 4. Metam. 63.

Fibras perlucentes numerare in pectore. Ouid. 6. Met. 79.

¶ Perlucidus, penul. corr. Adiectiuum (διαφανὴς) Per cuius medium oculos dimittimus atque uidemus, ut aqua, laterna, uitrum. Colum. libro 11. cap. 2. 50, Quòd am quum uidissent partem aliquam uinearum uirescere, crediderunt tempestiuũ esse uindemiam. Quidam cum coloratas & perlucidas uuas animaduertissent. Martialis lib. 12. 34,

Crine nitens, niger unguento, perlucidus ostro.

Amnis magis perlucidus uitro. Ouid. epist. 21. 32.

Bulla perlucida. Ouid. 10. Metam. 146.

Deos perlucidos & perspicabiles in luce Epicurus. Cicero 2. de Diuinat. 59.

Fons sonat à dextra tenui perlucidus unda. Ouid. 3. Metam. 33.

Membranæ oculorum perlucidæ. Cic. 2. de Nat. deor. 213.

Stella illustris & perlucida. Cic. 1. de Diuinat. 211.

Vitro perlucidior prodigi arcani fides. Hor. 1. Car. ode 18. 4.

¶ Perlucidulus, penul. corr. Dimin. (ὑποδιαφανὴς) Catull. in Rufum, epigram. 64,

Non si illam raræ labefactes munere uestis,

Aut perluciduli delicijs lapidis.

Perluctuosus] penul. prod. Adiectiuum (περιφόβητος) Valde luctuosum significat. Cicero ad Qu. fr. lib. 3. 24. 6, Serrani domestici filij funus perluctuosum.

Perludo] perludis, perlusi, perlusum, penul. prod. (παίζω) perludere, ex Per & Ludo, Idem quod simplex Ludo. Propert. lib. 4. eleg. 4. 4,

Vidit arenosis Tacium perludere campis, &c.

¶ Perlusorius, a, um, Perlusorium iudicium, id est collusorium, collusionis causa institutum, quum aliud agitur, aliud simulatur. Vlpian. l. 14. de appel. in P. Si perlusorio iudicio actum sit aduersus testamentum, &c.

Perluo] perluis, perlui, pen. corr. perlutum, pen. prod. (παταλούω) perluere, Diligenter lauare, & mundum facere. Colum. lib. 6. cap. 8. 1, Tum uino perluitur os. Plin. lib. 8. capit. 27. 1, Rostri aduncitate per eam partem se perluens, qua reddi ciborum onera maximè salubre est.

Artus perluit fonte. Ouid. 4. Metam. 68.

Manus perluere fontana unda. Ouid. 5. Fast. 87.

Lympha perlui. Ouid. 3. Metam. 35.

Vnda gelida perluor. Horat. 1. epist. 15. 1.

¶ Perlutus, penul. prod. Participium (παταλελουμένος) Co-

lum. lib. 9. cap. 16. 1, Expressæ fauorum reliquiæ, posteaquã diligẽter aqua dulci perlutæ sunt, in uas æneũ conijciuntur.

Perlustro] perlustras (παρασκοπέω, παραβλέπω) perlustrare, Vbiq; lustrare, siue diligenter & attentè. Liu. 7. ab Vrbe, 165, Hæc omnia sagulo gregali amictus, Centurionibus item manipularium habitu militum ductis, ne ducẽ circumire hostes notarent, perlustrauit.

Perlustrare oculis. Liuius 5. bell. Pun. 43, Vt discurrerent circa uias, perlustrarentq; omnia oculis, ne quis, &c.

Campos perlustrans oculis. Silius lib. 7. 108.

Perlustrare animo. Cic. in Partit. 22.

Dicta alicuius perlustrare. Stat. 4. Sylu. 3. 29.

Permacer] permacra, permacrum, penul. prod. (μάτιος) Plin. lib. 18. capit. 6. 3, Omnis creta coquit, nisi permacra.

Permadeo] permades, per. cor. siue Permadesco, permadescis, permadui (παθυγλαίνομαι) permadescere, Valde madescere. Colum lib. 2. cap. 19. 1. Quòd si permaduit, inutilè est udum mouere. Ibidem cap. 4. 3, Nisi si magnis (ut fit non nunquam) ac subitaneis imbribus, quasi hybernis pluuijs terra permaduerit.

Permagnus] Adiectiuum (πολυμέγας) Cicer. 1. de Fin. 85, Fieri tamen permagna accessio potest, si, &c. Ibidem, lib. 2. 50, Deinde ubi erubuit (uis enim est magna naturæ) confugit illuc ut neget, &c.

Permagna res tua agitur. Cic. pro Rosc. Amer. 62.

Permagnum existimare. Cic. 1. Tusc. 180.

Negotia permagna. Horat. 1. Serm. Satyr. 7. 1.

Permagno æstimare uel uendere. Cic. 5. Verr. 76. Ibid. 6. 11.

Permagni interest. Cicero in Partit. 45, Quod enim permagnè interest, pro necessario sæpe habetur.

Permagni refert. Terent. Heaut. 3. 1. 58.

Permaneo] permanes, pen. corr. permansi, permansum (παραμένω, διαμένω, ἐπιμένω) permanere. Vsq; ad finem manere. Cic. de Fin. 139, Nam cum semel est suscepta beata uita, tam permanet, quàm ipsa effectrix beatæ uitæ sapientia. Cic. 2. Tusc. 24.

Innubi permaneo. Ouid. 14. Metam. 29.

Mos ille Athenis iam à Cecrope permansit. Cic. 2. de Leg. 99.

Status hic permansit in multos annos. Ouid. 5. Fast. 7.

Tumor ille permansit. Ouid. 15. Metam. 61.

Stabilem permanere. Cic. de Amic. 54.

Permanere, Perseuerare, continuare, per translationem. Terent. Hecyr. 3. 1. 25,

Vnde ira inter eas intercesit, quæ tam permansit diu.

Permanere in amicitia. Cæsar 8. bel. Gall. 95.

Permanere in armis. Cæsar 8. bell. Gall. 158.

In incœpto permanere. Lucceius Ciceroni, lib. 5. 15. 7.

Permanere in eadem mente. Cic. in Catil. 33.

Permanere in officio. Cæsar 5. Gall. 16.

Permanere in proposito susceptoq; consilio. Cic. 2. Offic. 158.

Permanere in sententia. Cicero 5. de Fin. 161. Et Cæs. 8. bel. Gall. 82.

In omnibus meis sententijs de Repub. pristinis permanebam: Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 17.

Permanere in tristitia. Cæsar. 1. bell. Gall. 131.

In mea erga te uoluntate etiam desertus ab officijs tuis permanerem. Cic. F. Metello, lib. 5. 2. 28.

Firmum & stabile illud permansurum est. Cic. 2. de Fin. 138.

Permanere, cum genitiuo. Seneca epist. 77, Si una in deprauata uirtus est, & solà permanet tenoris sui, unum bonum est uirtus.

¶ Permansio, Verbale (διαμονὴ) Cicero Lentulo, lib. 1. 9. 85, Nunquam enim præstantibus in Repub. gubernanda uiris laudata est in una sententia perpetua permansio.

Permano] permanas, penul. prod. (παρραβρύω, ἐπιῤῥέω) permanare, Penitùs manare. Et construitur cum ad uel in. Cic. 2. de Nat. deor. 205, Ex intestinis autem & aluo secretus à reliquo cibo succus is quo alimur, permanat ad iecur per uias quasdam à medio intestino usq; ad portas iecoris.

Ad animum permanat macula, ex sanguine paterno aut materno concepta. Cic. pro Rosc. Amer. 40.

Ad mentes eorum, quod quos agitur mouendas, permanare ut posſint principia & cæteræ partes orationis, habere hanc uim magnopere debent. Cic. 2. de Orat. 170.

Permanare per. Lucret. lib. 3. 142,

Permanare animam nobis per membra solere.

Calor permanat argentum. Lucret. lib. 1. 103.

Malum acre permanat huc. Lucret. lib. 3. 52.

Permanare dicitur res aliqua, Vulgari. Terẽt. Adelph. 2. 4. 19,

——ne si magis irritatus siet,
Aliqua ad patrem hoc permãnet, atq; ego tunc perpetuò perierim. id est, ne resciscat pater.

Permanauit ad plures. Cæsar 2. bell. Ciuil. 119.

Permanare ad aures. Cic. pro Domo sua, 93, Etsi effluunt multa ex uestra disciplina, quæ etiam ad nostras aures sæpe permanant.

Permanauit in hanc ciuitatem doctrina Pythagoræ. Cicero 4. Tusc. 3.

¶ Permanans, penult. prod. Participium (παρραβρύων) ut, Conclusiunculæ non permanantes ad sensus. Cic. 2. Tusc. 73.

¶ Permananter, Aduerbium (παρραβρυόντως) Lucret. libro 6. 184,

Vsque adeò permananter uis peruadet eius. De magnete lapide.

¶ Permanesco, permanescis (παρραβρύομαι) permanescere. Plaut. Trinum. 4. 87,

——nèue cuiquam unde ad eum id Posset permanescere. id est, unde posset rescire.

Permatureſco] permaturescis, permaturui (παρακμάζω) permaturescere, Prorsus maturum fieri. Columel. libro 2. cap. 10. 15, Et hoc quidem semen Ciliciæ, Syriæq; regionibus ipse uidi mense Iunio Iulioq; conseri, & per Autumnum quum permaturuerit tolli.

Pomum permaturuit, Perfectè maturuit. Ouid. 4. Metam. 33.

¶ Permaturus, penul. prod. Adiectiuum Perfectè maturus. Colum. lib. 12. capite 48, Oliuas, quum iam nigruerint, nec adhuc tamen permaturæ fuerint, sereno cælo distringere manu conuenit.

Permediocris] & hoc permediocre, penul. cor. (μεσοπρίος) Cicero 1. de Orat. 112, Partim qui tolerabiliores uoluntesse, & ueritatem uitæ propius accedere, permediocres ac potius leues motus debere eße dicunt.

Permeo] permeas (διαβαδίζω, διαπορεύομαι) permeare, Idem quod Meare, uel prætergredi. Plinius lib. 11. cap. 29. 5, Immensos permeant tractus.

Permeare & transire per omnia. Cic. 4. Acad. 214.

Orbem permeare. Lucan. lib. 2. 84.

Tot maria & terras permeat. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 11. 4.

Permeare extra lacum. Columel. lib. 8. cap. 15. 4.

Permeare sub maria. Plin. lib. 31. cap. 5. 2.

Permereo] permeres, pen. corr. permerui, permêrere, Idem quod Merere, militare. Stat. 1. Sylu. 4,

——& sole sub omni,
Permeruit iurata manus.

Permeſſus] πόβριμος, Fluuius Bœotiæ, ex Helicone proueniens, Phœbo & Musis sacer. Virg. eclog. 6. 13,

Tum canit errantem Permeßi ad flumina Gallum. Declinatur etiam hic Permeßis, huius Permeßidis uel Permeßidos. Martialis lib. 1. 72. ad Flaccum,

Quid tibi cum Cyrrha, quid cum Permeßidos undis? Strabo lib. 9.

¶ Permeßius, Adiectiuum. Claudian. de laudibus Serenæ, 2,

Fons Aganippea permeßius educat unda.

Permetior] permetiris, penul. prod. permensius sum (παραμετρέω) permetiri, Idem quod Metiri. Cicero 4. Acad. 228,

Vos ergo huius magnitudinem quasi decempeda, &c. permensi refertis. De sole. Plinius lib. 2. capit. 65. 3, Permensus montes.

Oculis permensi sese. Stat. 6. Thebaid. 152.

Permetiri, Peragere, perlustrare, inquit Budæus. Cicer. de Vniuers. 42, Attamen illud perspici & intelligi potest, absoluto perfectoq; numero temporis, absolutum perfectumq; annum tunc compleri deniq, quum se octo ambitus confectis suis cursibus ad idem caput retulerunt, cumq; eos permensus est idem & semper sui similis orbis.

Permetiri æquor. Virg. 3. Aeneid 32,

Nos tumidum sub te permensi classibus æquor. id est, euecti, inquit Seruius.

Iter durum permensus. Stat. 1. Sylu. 2. 41.

¶ Permensus, Passiuum (παραμετροῦσθαι) Columell. libro 3. capit. 13. 12, Sic permensum & perlibratum in similitudinem ueruacti semper procedit.

Permetuo] permetuis (περιεισφοβοῦμαι) permetuere, Valde metuere. Virg. 2. Aeneid. 115,

Et pœnas Danaûm, & deserti coniugis iras Permetuens.

Perminutus] penul. prod. Adiectiuum (πολύβραχυς) Cicer. 2. Tusc. 54, Vt omnia præterea quæ bona corporis & fortunæ putantur, perexigua & perminuta uideantur.

Perminus] penul. prod. Adiectiuum (πολυδεώμαστος) Cic. ad Appium, lib. 3. 10. 13, Illud uerò permirum mihi accidit, tantam temeritatem fuisse in eo adolescente. Idem 2. de Diuinat. 248.

Permiſceo] permisces, permiscui, permiſtum uel permixtum (παρακιρνάω, παραμίγνυμι) permiscere, Valde miscere. Cic. 4. Verr. 86, Nõ modò illa quæ erant ætatis, ordinis, quæstusq; permiscuit; sed etiam in his duobus generibus, ciuium nouorum, ueterumq; delectum ordinemq; turbauit.

Permiscere & confundere. Cic. in Orat. 113.

Permiscere omnia. Cic. pro Plancio, 33.

Permiscere Græciam. Cic. in Orat. 15, Quis si tenui genere uteretur, nunquam ab Aristophane poeta fulgurare, tonare, permiscere Græciam dictus esset. id est, perturbare & confundere, inquit Budæus.

Permiscere dulci aqua. Colum. lib. 2. cap. 2. 15.

Permiscere uino. Cic. 12. Philip. 338.

Cælum pelago permiscuit Eurus. Silius lib. 15. 141.

Sordes alicuius cum splendore clarissimorum uirorum permiscere. Cic. in Vatin. 10.

Permiscere cum. Cic. de Vniuers. 29, Et eius copulationis alienam permiscens cum materia. Idem 1. de Diuin. 210.

Fortunam opinione excellentem cũ laboribus & miseriis permiscere. Cic. 2. de Orat. 116.

Permiscere in. Plinius libro 12. capit. 15. 1, Myrrham in ilicem syluis permistam arborem nasci tradidere aliqui, plures separatim.

Permiscere connubio. Plin. lib. 12. cap. 19. 2.

Mortes permiscere. Lucan. lib. 7. 21.

Fides permiscenda ruinæ mundi. Lucan. lib. 2. 51.

¶ Permistus, Participium (παραμιχθείς) ut, Anima permista toto corpore. Lucret. lib. 3. 71. Cic. 1. de Diuin. 210.

Corpora uina permista sepultis. Lucan. lib. 2. 31.

Fructus

Fructus magna acerbitate permistos tuli. Cic. pro Planc. 75.

Grege permisto pueri, innuptæq; puellæ. Stat. 1. Sylu. 1. 3.

Moribus permistis esse. Lucret. lib. 3. 150.

Permista & temperata numeris oratio. Cic. in Orat. 113.

Ruinæ permistæ. Lucret. lib. 1. 218.

Sonitus tubæ permistus lituo. Horat. 1. Carm. ode 1. 5.

¶ Permistè, Aduerbium (παραμεμιγμένως) Cicero in Partit. 14, Vt quum semel dictum se directè, sicut natura ipsa tulerit, inuertatur oratio, & idem quasi sursum uersus retroq; dicatur, deinde idem intercisè atq; permistè.

¶ Permistio, Verbale (παράμιξις) Cicero de Vniuers. 60, In quas omnem animum uniuersæ naturæ temperans permiscebat, superisq; permistionis reliquias fundens æquabat.

Permitis] & hoc permite, pen. prod. (πολυτρόπως) Valde mitis & perfectè maturum significat. Colum. lib. 12. cap. 41. 2, Et integra mala dulcia granata, quæ Punica uocantur, & sorba non permitia diuisa exemptis seminibus.

Permitto] permittis, permisi, pen. prod. permissum (παραπέμπω) permittere, pro Mittere, uel transmittere, aliquando accipitur. Colum. lib. 7. cap. 8. 5, Hoc genus casei potest etiam transmarina permitti.

Permittere (ἱέναι) Immittere, insitare, inquit Sipontinus. ut, Permittere equum. Liuius ab Vrbe, libro 3. 259, Concitant equos, permittuntq; in hostem. Et 9. bell. Punic. 12, Trimano militi unus imperat, equites per patentes in hostium acies uias permittere equos iubeat.

Carinas permittere turbinibus. Claud. de bell. Gildon. 102.

Permittere (ὑπολιθάνειν, ἐπιτρέπω) Dedere. ut, Permittere sese militibus. Liu. 4. bell. Pun. 138.

Permittere se fidei, uel in fidem & potestatem alicuius. Cæsar 2. bel. Gal. 239. Liu. 7. ab Vrbe, 201. Idem 6. bell. Maced. 111, Hæc una uia omnibus ad salutem uisa est, ut in fidem se permitterent Romanorum.

Permittere se in deditionem alicuius. Liu. 8. ab Vrbe, 101.

Permittere (συγχωρεῖν, ἀνιέναι) Concedere, tolerare, sinere. Cicero 1. Tusc. 166, Præclarè id quidem, qui & amico permiserit, & se ostenderit de hoc toto genere nihil laborare. Terent. Adelph. 5. 9. 38.

Cogere & Permittere, contraria. Author ad Heren. lib. 2. 47.

Permittere aliquid liberum. Liu. 1. bel. Maced. 21.

Arma permittit populis. Lucan. lib. 7. 25.

Permisit Deus. Plin. lib. 12. capit. 19. 4.

Permittere maribus fœminas. Colum lib. 6. cap. 24. 1.

Equo permittere habenas. Tibul. lib. 4. ad Messalam, 1. 19.

Permittere aliquid iracundiæ alicuius. Cic. pro Sylla, 34.

Permittere omnia iudicio alterius: pro, Alterũ facere iudicem, & ex eius arbitrio omnia statuere. Terent. Phor. 1. 9. 56.

Facere coniecturam sine mea argumentatione iudicibus ipsis permittam, quod hoc genus prædandi, &c. Cic. 7. Verr. 18.

Inimiciti is cum aliquo susceptus Reip. permittere. Cicero pro Sestio, 26.

Lex iubet, aut permittit, aut uetat. Cic. 2. de Inuent. 230.

Licentiam permittere. Cic. 1. Tusc. 11.

Quæ patria hunc permittit morem? Virg. 1. Aeneid. 109.

Totum negocium alicui permittere, sesq; in eius potestate fore dicere. Cic. Q. fratri, lib. 2. 10. 2.

Omnia alicui permittere. Cic. pro Domo sua, 44.

Potestatem alicui permittere. Cicer. pro Cluentio, 97, Ne in unum quenque nostrũm Censoribus in posterum potestatem regiam permittatis.

Potestatem infinitam innumerabilis pecuniæ conficiendæ permittere. Cic. 2 de lege Agraria, 44.

In censu habendo potest is omnis æstimationis habendæ Censori permittitur. Cic. 1. de lege Agraria, 4.

Committere fidet alicuius, & permittere potestati aliquem. Cic. pro Fonteio, 25.

Precibus alicuius permittere aliquid. Stat. 4. Syla, 17.

Regnum permittere. Cic. Pro Sylla, 15.

Permittere uela uentis. Vide Ora.

Sententijs iudicum uitam alicuius permittere. Cicero pro Roscio Amerino, 88.

Permittere ad aliquem. Seneca epist. 67.

Permittere, Præcipitare. Si senna lib. 4, Multi præmißis armis ex fumo se permitterent. Nonius.

Permittitur, pẽ. cor. Impersonale. Plin. lib. 4. cap. 14. 1, Si conijcere permittitur, haud multum oræ deerit Græcorum opinioni, & longitudinis ab Agrippa traditæ.

¶ Permissus, Participium (ἀφιέμενος, συγχωρηθείς) Liu. 4. ab Vrbe, 129, Cognitioq; eius rei L. Sergio, & Q. Seruilio, & Mamerco Aemylio permissa.

Potestas permissa illis. Lucan. 1. 118.

Permissum est lege. Cicero Planco, in epistol. ad Atticum, libro 16. 242. 1.

Vti permisso. Horat. 2. epist. 1. 9.

¶ Permissus, appellatur aries, qui annis compluribus tonsus non est. Paulus.

¶ Permissus, huius permissus (συγχώρησις) in singulari numero, quartæ declinationis est: in plurali, secundæ, permissa, permissorum. Cicero 1. Offic. 62, Quum enim Annibalis permissu exisset è castris, redijt paulo pòst. Idem 5. Verr. 159. Permissu tuo.

¶ Permissurus, penul. prod. Partic. (συγχωρησόμενος) Cicero Quint. frat. libro 3. 16. 7, Vt facias quod uis, tibi permissurus sum.

¶ Permissio, συγχώρημα, Verbale Idem quod Permissus, nomen. Liu. 7. bell. Maced. 25. Aut ex summa pecuniæ demerẽt, aut permissionem extra ciuium corpora fieri iuberent.

Grata mansionis permissio. Cic. Q. fratri, lib. 3. 17. 12.

Plus ualet permissione sanctio. Author ad Heren. lib. 2. 48.

Permissio, Figura est rhetorum, quæ diffinitur ab authore ad Heren. lib. 4. 192, quum ostendimus in dicendo nos aliquã rem totam tradere, & concedere alicuius uoluntati, sic, Quoniam omnibus rebus surreptis solùm mihi superest animus & corpus, hæc ipsa quæ mihi de multis sola relicta sunt, uobis & æstræ condono potestati.

Permodeſtus] Adiectiuum (πολυμέτρως) Cicer. ad Attic. libro 4. 77. 5, Satis enim acutus & permodestus, ac bonæ frugi. Idem in Catilin. 33, Homo enim uidelicet timidus & permodestus, uocem Consulis ferre non potuit.

Sensus permodestus. Tacitus lib. 1.

Permodicus] pen. corr. (πολυπαθῶς) Adiectiuum. A quo,

¶ Permodicè, Aduerbium. Colum. libro 5. capit. 11, Permodicè findito. hoc est, ualde parum.

Permoleſtus] Adiectiuum (πολυαργαλέως) Vehementer molestus. Cicer. ad Atticum, libro 1. 13. 4, Atq; hi (nolo enim te permoueri) non sunt permoleſti, sed tamen insident & urgent, & nullius amantis consilio aut sermone requiescunt.

Permolo] permolis, pen. cor. permolui, permolitum, penul. corr. ex Per & Molo compositum, Valde molere uel agitare. Horatius lib. 1. Serm. Satyr. 2.

Quidam notus homo quum exiret fornice macte
Virtute esto, inquit sententia dia Catonis.
Nam simulac uenas inflauit tetra libido,
Huc æquum est iuuenes descendere, non alienas.
Permolere uxores. id est, uiolare, polluere, subagitare. Acron.

Permoleſtè, πολυχαλεπῶς, Aduerbium. Cicero ad Atticum,

cum,lib.15.329.3, De Pletorio uicino tuo permolestè uli, quàm quàm prius audisse quàm me.

Permoueo] permoues,penul.corr.permoui,permotum,pĕ. prod. (παταινέω,δδάγω) permouere, Vehementer mouere. Cicero 5.Verr.122, Quòd siquis sociorum incommodis minus mouetur, si quem aratorū fugæ,calamitates, exilia, suspendia deniq; non permouent.

Aures duras permouimus precibus.Claud.4.Paneg.74.

Ira,uel luctu permouere.Quintil.lib.2.cap.10.6.

Adduci & permoueri re aliqua.Cæsar 1.bel.Gall.11.

Vehementer permoueri.Cic.ad Atticum,lib.1.11.6.

Miseratione mens iudicum permouenda est.Cic.in Orat.72.

In commouendis iudicibus, ijs ipsis sensibus, ad quos illos adducere uolumus,permoueri.Cic.2.de Orat.102.

Permotus nescio qua animi diuinatione. Cicero Appio, libro 3.13.5.

Permotus iracundia,dolore,metu.Cic.ad Att.lib.10.195.9.

Lachrymis permotus.Stat.12.Thebaid.118.

Permotus metu.Cic.pro Cecinna,36.

Permotus mente,Quasi de mente remotus,pro Insano.Cicer.1. de Diuin.209.

Mare permotum uentis.Lucret.lib.6.146.

¶ Permotio,Verbale(παταινησις)Cicero 4.Acad.245,Mediocritates illi probabant, & in omni permotione naturalem uolebant esse quendam modum.Idem 1.de Diuin.147, Alteram mentis incitatione & permotione diuina.

Permotio & Conciliatio,contraria.Cic.2.de Orat.119.

Permotio animi.Cic.4.Acad.245.

Mentis permotione magis quàm natura hæc sentimus. Cicero 2.de Diuin.13.

Permülceo] permulces, permulsi, permulsum, & permulctum (παταθέλγω)permulcere, Valde mulcere, lenire,mollire,mitigare, leniter attrectare. Cic. in Contentione Metelli, Permulsa atq; recreata. Varr. in Satyris, Capite permulso. Sal.libro 4.Hist.Dein.lenita iam ira,postera die liberalib. uerbis permulcti sunt.Cic.2.de Nat.deorum,169,

Aram quam flatu permulcet spiritus Austri. Ex poeta.

Terq; manu permulsit eum.Ouid.4.Fast.11.

Permulcere atq; allicere.Cic.2.de Orat.173.

Solatia uitæ permulcent animos.Lucret.lib.5.5.

Arterias leni uoce permulcere.Author ad Heren.lib.3.133.

Aures uacuas permulcere.Horat.1.epist.17.8.

Prauis uoluptatibus aures assistentium permulcere. Quintil. libro 2,cap.12.5.

Sonus & numerus permulcent aures.Cic.in Orat.93.

Colla draconum permulsit.Ouid.7.Metam.45.

Corda furentum permulsit.Silius.lib.13.69.

Permulcere iras.Liuius 7.ab Vrbe,194.

Iucunditate permulcere.Quintil.lib.2.cap.5.6.

Permulcere atq; tractare plebem,Liu.3.ab Vrbe,62.

Sensum uoluptate qui permulcet,pellit.Cic.2.de Finib.56.

Permulceri uoluptate lætissimâ.Colum.lib.12.cap.2.4.

¶ Permulcens, Participium (παταθέλγω) ut, Membra permulcens.Silius lib.5.29.

Candida permulcens liquidis uestigia lymphis. Catul. Argon,59.33.

Permultus] Adiectiuum (πολύπολλος) Cic.ad Att.lib.14, Sunt enim permulti optimi uiri, qui ualetudinis causa in hæc loca ueniant.

Imitatores principum permulti existunt.Cic.3.de Leg.46.

In faciem permulta iocatus.Horat.1.Serm.Satyr.5.13.

¶ Permultò, Aduerb. (πολύ πολλῶ) Cicero 2.de Diuin.189, Præsertim quum Chrysippus Academicos refellens, permultò clariora & certiora esse dicat, quæ uigilantibus uideantur,quàm quæ somniantibus.

¶ Permultum, aliud Aduerb.(πολύ πολλόν)Cicero ad Attic. lib.14.318.6,Et primâ illa actio, & hæc contra Antonium concio,mihi profectò permultùm uidetur.

Permultùm interest.Cic.1.Offic.50.

Permundus] πολυπαθάεις, Adiectiuū.Var.5.de Re rust. cap.7.4,Permundæ sunt enim hæ uolucres.De columbis.

Permunio] permunis,penul.prod.permuniui,permunitum, penul.prod.(παταχυρόω)permunire,Valde munire,aut absoluere quod munire incœperas.Liuius 10.bel.Pun.72,Et quæ monimenta inchoauerat,permunit.

Locorumq; opportuna permuniuit.Tacit.lib.5.

¶ Permunitus, penul. prod. (πολύ ὀχυρός)Participium.Liu. 7.ab Vrbe,70,Priuernates quum ante mœnia sua castris permunitis consedisset,uocatis ad cõcionem militibus, &c. Sic,lib.5.bell.Pun.76.

Permuto] permutas, pen. prod. (αὐτοπαλάττω,ἑταλλάττω, ἀμείβω,παράκινέω,ἀλλοιόω) permutare.Festus, Permutari id propriè dici uidetur,quod ex alio loco in alium transfertur:at commutatur, quum aliud pro alio substituitur. Martialis lib.8.69.

Permutatur onus,stipataq; tollitur altè.

Permutare cum.Plin.lib.11.cap.37.72, Lien cum iecinore locum aliquando permutat.

Permutare inter se nomina.Plaut.Capt.12.19.

Permutare in contrarium.Plin.lib.17.cap.11.8.

Permutare quædam ad.Cic.Attico,lib.16.331.3.

Inuicem permutari.Quintil.lib.1.cap.4.12.

Figuræ permutantur.Lucret.lib.2.204.

Permutare precio,uel merce.Plin.lib.9.cap.55.1.

Permutare aliquid ære alieno alicuius,Commutare in alienum debitum,& alieni debiti uice acciperè.Plin.lib.7.cap.38.2

Dominos permutare.Horat.2.epist.2.55.

Domos permutare.Claud.1.in Eutropium,12.

Fauorem permutare odijs.Claud.ad Adrianum,1.1.

Permutare pecuniam,est,inquit Budæus, per mensam mittere dani curare.Cic.ad Sallustium,lib.2.16.15, Se dixit curasse ut cum quæstu populi pecunia permutaretur.

Permutare Rempub.pro Perturbare.Cic.3.de Legib.30.

Permutare,pro Emere.Plin.lib.31.capit.8.1, Singulis millibus nummum permutantibus congios penè binos. Idem lib.33. cap.4.12.De fericato.Budæus.

¶ Permutatus,permutata,permutatum,Participium: ut,Permutatus ordo.Lucretius lib.1.

¶ Permutatio,Verbale(αὐτοπαλαγὴ)Cicero ad Att.lib.5.106. 3,Ego præterea rationem Philogeni,& permutationis eius quam tecumfeci,edidi.Idem in Parad.65.

Publica permutatio.Cic.Appio,lib.3.5.11.

Magna rerum permutatione impendente declinauit paululum: Cicero pro Sestio,62.

Perturbare literas uaria permutatione. Quintil. libro 1.capit.1,19.

Perna] pernæ (πέρνα) A pede dicitur, uel à πέρδνα Pernæ dicuntur tam priores, quàm posteriores coxæ porcinæ salitæ cum toto pede, quos Martiales petasones appellat. Plaut.Capt.13.81,

Scis bene esse,si sit unde. E R. pernam atq; ophthalmiam, &c. Plinius libro 8. capit. 51. 4, Castrantur fœminæ sic quoque uti cameli, post biduiinediam, suspensæ pernis prioribus,uulua recisa. Catò capit.162.1, Pernas sic salirè oportet.

Debilis perna.Stat.4.Sylu.9.7.

Fumosa perna.Horat.2.Serm.Satyr.2.24.

Ab huius similitudine, perna etiam piscis dicitur, ex conchatum genere.Vide Plinium lib.32.cap.11.12.

Perna,etiam in arboribus dicitur.Plin.lib.17.cap.10.8, Aut si sq; arboribus sylones uixêre.Quo in genere & cum perna sua auelluntur,partemq; aliquam è matris quoq; corpore auferunt secum fimbriato corpore.

Pernauigo] pernauigas,pen.corr.(παταπλέω)pernauigare,Totum aliquem locum nauigare.Plin.lib.2.capit.67.2, Sub eodem sidere pars tota uergens in Caspium mare, pernauigata est Macedonum armis.

Pernecessarius] Adiectiuum (πολύ ἀναπόδατος) Admodum necessarius:ut, Tempus pernecessarium, quo maximè oportet aliquid fieri. Cicero ad Atticum,lib.5.109.Non esse Romæ meo tempore pernecessariò,submolestè fero.

Pernecessarius, Valde coniunctus & propinquus. Cicero pro Flacco,11,Contendisse à Lælio paterno amico, ac pernecessario,ut hunc hoc iudicio arcesseret.

Pernego] pernegas, penul. corr. (βεβαιόω,οὐ) pernegare, Vehementer, uel omnino negare. Terent. in Prologo Eunuchi,34,

——sed eas fabulas factas prius.

Latin.es scisse sese,id uerò pernegat. Cicer.3.Verr.74, Sæpe appellari pernegauerunt.

Traditum à se aliquid pernegare.Cic.pro Cælio,52.

Pernegatur,Impersonale.Cicer.6.Verr.67,Itaq; illo tempore ac primo istius aduentu pernegatur.

Perneo] pernes,pernaui,pernetum, pen. prod.pernêre, Ad finem usque nere, totum nere.Martialis lib.1.ad Alcimum,

Quum mihi supremos Lachesis perneuerit annos.

Non aliter cineres mando iacere meos. hoc est, quum fatalem uitæ meæ cursum expleuerit. Corrupti codices habent,perneuerit:Acheuer de filer,Parfiler.

Pernicies] perniciei,fœm.ge.(οὖτος,ὄλεθρος,πανωλεθρία) Mors,à Perneco, pernecas. Nonius, Pernicies, Periculum, exitium.Terent.Adelph.2.1.34,

Leno sum,fateor,pernicies communis adolescentium.

Pernicies & tempestas barathrūq; macelli.Hor.1.epist.16.2.

Vini pernicies lymphæ.Catul.ad Puerum,epig.24.2.

Labes & pernicies prouinciæ.Cic.2.Verr.2.

Pernicies Reip.& exitium urbis.Cic.4.in Catil.82,

Citra perniciem. Vide Citra præpositionem.

Detrimentum & pernicies.Cic.1.de Inuent.8.

Pestis & pernicies.Cic.1.in Catil.24.

Pernicies & Salus,contraria.Cic.2.de Orat.20.

Communis pernicies.Vide Communis.

Accesit fortunis pernicies.Vide Accedo.

Coniuncta cum magna calamitate Reip. pernicies, Cicero 1. in Catilin.8.

Depellere perniciem à patria.Cic.pro Domo sua,72.

Facere perniciem alicui.Tacit.lib.18.

Ferre perniciem.Horat.1.Serm.Satyr.4.27.

Gliscens pernicies.Tacit.lib.12.

Incumbere ad uel in perniciem alicuius. Vide Incumbo.

Instructus ad perniciem.Vide Instruo.

Inuenire sibi perniciem.Tacit.lib.1.

Vertere in perniciem.Tacit.lib.2.

¶ Pernicialis, & hoc perniciale, penul.prod.(δῆλος)Quod perniciem affert.Plinius libro 15.cap.18.6,Cato perniciali odio Carthaginis flagrans.

Perniciale dissidium.Lucret.lib.1.92.

Pernciales morbi,Exitiales.Liu.7.bell.Pun.135.

Perniciale odium.Plin.lib.24.cap.1.2.

Pernicialia præsidia.Plin.lib.8.cap.5.3.

¶ Perniciabilis, & hoc perniciabile, penul. corr. (πανολέθριος)Ad mortem omnia ducens. Curtius libro 7, Multos examinauit rigor niuis insolitus, multorum adusit pedes, plurimorum oculis præcipuè perniciabilis fuit. Tacitus lib. 4,Id perniciabile reo.

¶ Pernicios us,penul.prod.Adiectiuum(ὀλέθριος,ἐπίδηλος, δλοός)Damnum afferens.Cicero de Amicit.80, Quanquam ista assentatio perniciosa sit, nocere tamen nemini potest,nisi ei qui eam recipit.

Calamitosus & pernicios us.Cic.antequam iret in exil.13.

Fœdum & pernicios um iudicij exitum leniùsimè tuli.Cic. Qu. frat.lib.3.2.4.8.

Nefanda & pernicios a labes ciuitatis. Cicero pro Domo sua,102.

Pernicios æ leges.Cæsar.1.bel.Ciuil.29.

Numina cultori pernicios a suo.Ouid.2.Trist.3.

Scripta pernicios a authori suo.Ouid.3.Trist.eleg.1.14.

Pernicios ior morbus.Cic.3.Tusc.8.

Hostis studiorum pernicios issima.Quintil.lib.2.cap.2.6.

¶ Pernicios è,penul.prod.Aduerb. (ὀλεθρίως) Damnosè,exitialiter.Cicero 3.de Legibus,47,Quo pernicios ius de Rep. merentur uitios i principes,quòd non solùm uitia concipiũt ipsi,sed ea infundunt in ciuitatem.Plinius libro 17. capit 22.11,Sic pernicios è luxuriat.Cicero ad Atticum libro 14. 309.3. Quàm dissolutè, quàm turpiter, quamq; ita pernicios è,ut,&c.

Pernicitas] Vide Pernix.

Perniger] pen.cor.Adiectiuum (πολυμέλας) Valde nigrum significat.Plaut.Pœnul.15.150,

Specie uenust a,ore paruo, atq; oculis pernigris.

Pernimium] Aduerbium (πολὺ ἄγαν) Terentius Adelph. 3.3.39,

——nimium inter uos Demea,

At non quia ades præsens dico hoc, pernimium interest.

Pernio] pernionis, m. g. (χίμετλον) Morbus pedum,ex nimio frigore prouenions, & calcaneum infestans præcipuè. Plin.lib.20.capit.3.5, Est & rapo uis medica:perniones ferens impositum sanat.

¶ Perniunculus, perniunculi,penult.corr. Diminutiuum,(χιμέθλιον) Plinius libro 26.capit.11.2, Perniunculos curat & cotyledon cum axungia.

Pernix] pernicis, penul. prod. à Pernitor, perniteris (ἀπὸ μονῶν) Perseuerans.Virg.3.Georg.47.de tauro ferociẽte.

——& inter Dura iacet pernix in strato saxa cubili. Seruius. Horat.Epod.2.9,

Pernix(ὠκύπηδος)Celer.Virgil.4.Aeneid.36,

——pedibus celerem,& pernicibus alis.Plaut.Milit.10.36, Pernix sum manibus.

Pernix irrumpit in aulam.Silius.lib.1.34.

Pernix fugit Maurus.Silius lib.4.76.

Alæ pernices.Virg.4.Aeneid.36.

Pernix canis pecuarius.Colum.lib.7.cap.12.7.

Chorea pernix.Lucret.lib.2.128.

Equus quammaximè pernix.Plin.lib.8.cap.18.1.

Fera pernix.Seneca Herc.furente,4.4.

Plantæ pernices.Virg.11.Aeneid.14.4.

Velocitas pernix.Plin.lib.19.cap.5.6.

Vento pernicior.Statius 4.Thebaid.63.

Volucri Mauro pernicior Astur.Silius lib.15.82.

Solito pernicior index.Stat.9.Thebaid.7.

Pernicissimus.Colum.lib.3.cap.9.5, Vnde sacrorum certaminum studiosi pernicissimarum quadrigarum semina, diligenti obseruatione custodiunt.

¶ Pernicitas,penul. corr. (ὠκύτης) Velocitas.Plinius libro 7. capit.2.21, Alibi caudâ uillosâ, homines nasci pernicitatis eximiæ.

Pernicitas & uelocitas. Cic. 5. Tusc. 64.
Adempta equorum pernicitate. Tacit. lib. 18.
Pernicitas pedum inerat, quæ cognomen etiam dedit. Liu. 9. ab Vrbe, 83. de Papyrio Cursore.
Elucti milites ad pernicitatem. Cæsar. 3. bell. Ciu. 308.
¶ Perniciter, penul. corr. Aduerb. (ὠκέως) Plin. lib. 8. cap. 14. 1, Vt superuolantes quamuis altè, perniciterq; , alites hausto raptus absorbeant. Catul. in Carm. nuptiali, 57. 2.
Pernobilis] & hoc pernobile, pen. corr. (πολύγνωμος) Cic. 6. Verr. 113, Nam tum ipsa fuit egregiè facta, tum epigramma Græcum pernobile incisum habuit in basi.
Pernocto] pernoctas, pernoctare. Vide Pernox.
Pernosco] pernoscis, pernoui, pernotum, penult. prod. (καταγινώσκω) pernoscere, Perfectè noscere. Terentius And. 2. 2. 23.
Non satis me pernosti etiam qualis sim Simo. Cicero de Fato, 16, Qui se profitebatur hominum mores, naturasq; ex corpore, oculis, multu, fronte, pernoscere. Lucret. libro 3. 37.
Hinc licet aduertas animum ut pernoscere possis.
Naturam pernoscere iuris. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 13.
¶ Pernotesco, pernotescis, pernotui (καταγινώσκομαι) pernotescere: unde Pernotuit, impersonale, pro Perfectè & certò cognitū est. Tacit. lib. 14, Atq; ubi incolumē esse pernotuit.
Pernox] pernoctis, om. gen. (παννύχιος) Totam noctem uigilans. Liu. 5. ab Vrbe, 133, Prælium q; ante lucem, sed luna pernox erat, commissum est: & haud incertius diurno prælium fuit. boc est, totam noctem lucens.
Phœbe pernox. Senec. Hippol. 6. 3.
Triuia pernox. Seneca Medea, 10. 10.
¶ Pernocto, pernoctas (παννυχίζω) pernoctare, Noctem integram uigilare, & insomnē agere. Terent. Adelph. 4. 1. 15,
Sed si hic pernocto, causæ quid dicam Syre? Idem Heautont. 4. 1. 25. Cicer. pro Cluent. 27, Quum esset adolescens apud mulierculam quandam, atq; ibi pernoctaret, & ibi diem posterum commoraretur. Idem pro Archia, 12.
Pernoctare ad ostium carceris. Cic. 7. Verr. 92.
Pernoctare in publico. Cic. 6. Verr. 22.
Cum curis pernoctare. Cic. 5. Tusc. 97.
Pernumero] pernumeras, penul. cor. (παρεμβάλλω) pernumerare. Numerum absoluere. Plaud. Epid. 13. 26,
Age age absolue, atq; argentum numera, ne comites morer.
s. Pernumeratum est. Liu. 8. bel. Pun. 183, Paucos moratus dies dum imperatam pecuniam illergetes pernumerarent.
Pero] peronis, penul. prod. masc. gen. Genus calceamenti rustici ex corio crudo, contra niues, imbresq; & frigora: quòd peram ueteres pellem dicebant pendentem à collo ad lumbos. Iuuen. Satyr. 14. 19,
—quem non pudet alto
Per glaciem perone tegi. Virgil. 7. Aeneid. 138. priscos Latinos perone in bellis usos ostendit, quum inquit,
—uestigia nuda sinistri
Instituēre pedis, crudus tegit altera pero. Budæus, Perones tibialia sunt laxa, quibus nostrates rustici utuntur: sic dicta, ut arbitror, quòd peræ modo sint informia.
¶ Peronatus, penul. prod. Adiectiuum Qui peronibus calceatus est. Persius Satyr. 5. 11,
Nauim si poscat sibi peronatus arator.
Pero] huius Perus, teste Homero Odyss. 11. filia fuit Nelei, & soror Nestoris & Periclymeni: tam admiranda fuit pulchritudine, ut omnes accolæ illam ducere in uxorem cuperent. Quamobrem pater Neleus illi soli eam promisit, qui boues ingentes ex Herculis custodia eriperet. Propertius lib. 2. eleg. 3. ad finem,
Turpia perpessus uates est uincla Melampus,
Cognitus Iphicli subripuisse boues.
Quem non lucra, magis Pero formosa coegit,
Mox Amithaonia nupta futura domo.
Perobscurus] pen. prod. Adiectiuum (μέγα ἀδοκήφως) Valde obscurus. Cic. 1. de Nat. deor. 1, Perobscura quæstio.
Perobscura fama. Liu. 1. ab Vrbe, 67.
Perodiosus] penul. prod. Adiectiuum (πολυμίσητος) Valde odiosum significat. Cic. ad Atticum, lib. 10. 208. 2, Crebrò refricat lippitudo, non illa quidem perodiosa, sed tamē quæ impediat scriptionem meam.
Perofficiosè] Valde officiosè. Vide Peramanter, in Peramo.
Peroleo] peroles, pen. corr. perolui, uel peroleui (πολὺ ὄφω) perolere, Valde olere. Lucil. lib. 30,
Quis totum sic corpus iam peroleße bifculcis.
Perone] uel Perona (περόνη) fibula, Tibiæ utriusque ossa duo, nempe tibiæ & fibulæ: non peruenit autem fibula, quam Græci περόνην appellant, ad genu articulum, uerùm sola tibiæ summitas quatuor in se superficiales sinus obtinens, quibus duos femoris nodos excipit. Galenus in Medic.
Peropportunus] pen. prod. (πολυπαίριος) Adiectiuum, Valde oportunus. Cic. 2. de Orat. 129, Sed tamen defessus iam labore, atq; itinere disputationis meæ, requiescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo peropportuno diuersorio.
Peropportuna uictoria. Liu. 10. ab Vrbe, 222.
¶ Peropportunè, pen. prod. Aduerb. (πολυπαίρεως) Liu. 1. ab Vrbe, 184, Peropportunè ad præsentis quietē status, &c.
Peropportunè uenis. Cic. 1. de Nat. deor. 23.
Peropportunè fortuna te obtulit. Cic. 7. Verr. 32.
Peropto] peroptas peroptare, Vehementer optare. Cornel. Nepos in uita Attici, Peroptaretq; equitis Romani filiam generosam nuptijs.
¶ Peroptatò, Aduerbium, Ex animi sententia. Cic. lib. 2. de Orat. Nunc peroptatò nobis datum est.
Peropus] est, pro Valde opus (μεγάλως δεῖ) Terent. And. 1. 5. 30,
Sed nunc peropus est aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa aduersum hunc loqui.
Peroriga] perorigæ, pen cor. quid significet, declarat Varro 2. de Re rustica, cap. 7. 7, de equis loquens, Peroriga enim appellatur quisquis admittit: eo enim aditamte, equa alligata celerius admittitur. Peroriga legit Ruellius, in Veterinaria. Videtur tamen Gelenius in Plin. legere Proriga. Ibidem, cap. 8. 4, Eodem tēpore quo equos adducentes, ijdemq; ut ineant equas per perorigas curamus.
Perorno] perornas (παρασκευάω) perornare, Valde ornare. Tacit. lib. 16, Detraheret potius Senatui, quem perornauisset, infamiam tanti flagitij.
¶ Perornatus, pen. prod. (παρασκευασμένος) Participium, siue Nomen ex participio. Cicer. de claris Orat. 81, Crassus in dicendo & perornatus & breuis.
Peroro] peroras, penul. prod. (αὐξησιφαλαιόω, ἐπιλέγομαι) perorare, Finem orationis facere. Cic. 4. Acad. 263, Et quoniam satis multa dixi, est mihi perorandum. Idem 4. de Finib. 2, Quum ego te hac noua lege uideam eodem die accusatori respondere, & tribus horis perorare, in hac mea causa tempus dilaturum putas?
Concludere & perorare. Cic. 2. de Orat. 45.
Breui perorare. Cic. 1. de Inuent. 102.
Ad arbitrium alicuius perorare. Cic. in Vatinium, 20.

Narr de-

Narraitonem perorare. Author ad Herenn. lib. 1. 17.
Perorare causam aliquam, uel litem. Cic. pro Quintio, 51. Idem 3. Offic. 57, Tantum dabit amicitiæ, ut ueram amici causam esse malit, & ut perorandæ lite tempus, quoad per leges liceat, accommodet. Quædam exemplaria omittunt, per.
Perorare in aliquem. Plin. lib. 29. cap. 1. 8. Quintil. lib. 2. cap. 4. 17, De ijs loquor, quibus citra personas in ipsa uitia moris est perorare.
Perorare orationem, pro Finire alicuius libri sermonem, & eū usquè ad finem ducere sine ulla interruptione. Cicer. 2. de Leg. 107.
Perorare certum aliquod crimen. Cic. 5. Verr. 130.
Perorari, Passiuum. Cic. pro Quint. 18, Quæritur priore patrono causam defendente, nunquam perorari potuisse. hoc est, orationem ad finem duci.
Perorare, Affectus ipsos commouere. Quintil. Declamat. 6, At ista lege recitat, & in cadauer filij perorat. id est, indignationem commouet.
Locus perorandi, ubi plurimum pollet oratio. Cicero de claris Oratorib. 99.
¶ Peroratus, pen. prod. Particip. (αὐξησιφαλαιωθεὶς) Cicer. 7. Verr. 2, Causa propè perorata. Propert. lib. 4. eleg. 12. 21.
¶ Peroratio, Verbale (αὐξησιφαλαίωσις, ἐπίλογος) Cic. de claris Orat. 65, Extat eius peroratio, qui epilogus dicitur.
Conclusio orationis & peroratio. Cic. 2. de Orat. 45.
Peroratio incendit, & plenos iræ reliquit. Quintil. libro 4. cap. 2. 54.
Inflammans & restringens omnia peroratio. Cic. in Orat. 67.
Peti fletum perorationibus. Quint. lib. 6. cap. 2. 6.
Perorsi] orū, Populi Aethiopum in extrema Mauritania: qui, ut testatur Plin. lib. 5. cap. 8. et lib. 6. cap. 30, quadrupedum ferarū modo uagi sunt, earumq; uisceribus uescuntur.
Perosis] πήρωσις, oblæsio, priuatio, impedimentumue naturalis functionis, aut alicuius mutilatio particulæ. Galenus in finitionibus Medic.
Perosus] pen. prod. Adiectiuum (δυσμισητὸς) Qui magno odio aliquem prosequitur. Liu. 3. ab Vrbe, 141, Iam plebs præter quàm quòd Cōs. nomen haud secus, quàm regum perosa erat, ne Tribunitium quidem auxilium cedentibus inuicem appellatione Decemuiris quærebat.
Rex arma perosus. Ouid. 3. Fast. 116.
Commercia nostrā perosus. Lucan. lib. 9. 173.
Exilium longum perosus. Ouid. 8. Metam. 37.
Fœmineum genus perosi. Virg. 9. Aeneid. 29.
Lucem perosi. Virg. 6. Aeneid. 87.
Perpaco] perpacas, pen. prod. (εἰρηνοποιῶ) perpacare, Pacatum & tranquillum reddere. Liu. 6. bel. Macedon. 89, Paucosq; per dies omnibus perpacatis, sine ullius noxa urbis, &c. Plin. de Viris illustr. 33, Marcus Curius Dentatus primò de Samnitibus triumphauit, quos usque ad mare supernum perpacauit.
Perparcè] Aduerbium (πάνυ φειδομένως) Terent. And. 2. 6. 24, —& quod dicendum hic fiet,
Tu quoq; perparcè nimium.
Perparum] pen. corr. Aduerbium (πολυολίγον) Cicer. 5. Verr. 111, Perparum ex illa magnis literis ad se peruenire. Quidam legunt, perparuum.
Perparuus] Adiect. (πολύμικρος) Cicer. 1. de Legib. 77, Quæ & quum adsunt, perparua sunt: & quamdiu affutura sint, certum sciri nullo modo potest.
Semina perparua. Lucret. lib. 3. 44.
¶ Perpariuulus, pen. corr. Diminut. (μικρότατος) Cic. 6. Verr. 85, Duo tamen sigilla perparuula tollunt.
Perpaucus] Adiect. (πολυπαῦρος) Terent. Eunuch. 3. 1.

19, —imò sic homo est
Perpaucorum hominum. Cic. 4. Acad. 139, Erat quidē, si perpauca mutauisset, germanissimus Stoicus.
Exempla perpauca. Lucret. lib. 2. 109.
¶ Perpauculus, pen. corr. Diminut. (παυρότατος) Cic. 1. de Legib. 81, Deduxitq; in Academiam perpauculis passibus.
Perpauefacio] perpauefacis, perpaufeci, perpauefactum (πατάσσω) perpauefacere, Valde pauefacere, & pauorē incutere. Plaut. Sticho, 3. 28,
Perplexabiliter earum hodie perpauefaciam pectora.
Perpaulum] πολύντιθα, Aduerb. ex Per & Paulum, quod à Parum deriuatur. Cic. 1. de Finib. 29, Declinare dixit atomum perpaulum, quo nihil posset fieri minus.
¶ Perpaululum, pen. corr. Diminutiuum (πολυτύθου) Cicer. 2. de Orat. 82, Inter ingenium quidem & diligentiam perpaululum loci reliquum est arti. Ibidem, 130.
¶ Perpauxillum, Diminut. (πολυτύθιον) Plaut. Capt. 4. 74,
—sed si pauxillum potes
Contentus esse. ē. mæ perpauxillum modò.
Perpauper] Adiectiuum (πολυπενής) Valde pauperem significat. Cic. ad Atticum, lib. 6. 114. 7, Erat enim rex perpauper. De Ariobarzane.
Perpauxillum] Vide Perpaulum.
Perpello] perpellis, perpuli, penult. corr. perpulsum (παράγω πάλω) perpellere, Inducere, obtrudere, cogere. Terēt. Andr. 4. 1. 38, Suadere, orare usquedadò donec perpulit. Liuius lib. 1, Incensam multitudinem perpulit ut imperium regi abrogaret. Cic. pro Cælio, 28, Candor huius te, & proceritas uultus, oculiq; perpulerunt.
Aliquem perpellere. Cic. 1. de Orat. 22, Serg. Galbam memoria teneo diuinum hominem in dicendo, & M. Aemylium Porcinam, & Cn. ipsum Carbonem, quem tu adolescentulus perpulisti, ignarum legum, &c. Sed hic legendum est, perculisti: a percello.
Perpellere ad deditionem. Liu. 2. bell. Maced. 52.
Perpendiculum] perpendiculi, pen. corr. (μολίβδος, γραμμή) Instrumentum fabri materiarij, seu cæmentarij, quo plumbo à filo & gnomone pendente, rectitudo seu obliquitas operis perpenditur, id est, examinatur. Asconius, Perpendiculum, linea, laterum æqualitatem à summo ad imum latitudine probans. Vitruuius lib. 7, de tectorio loquens, Longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respondentes exigantur. Cic. lib. 2. Acad. apud Nonium, Atqui si id crederemus, non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis. Idem 3. Verr. 94, Tu Verres hic quod moliare, nihil habes: nisi fortè nis ad perpendiculum columnas exigere: homo omnium rerum imperitus quærit, quid sit ad perpendiculum: dicūt ei, ferè nullam esse columnam, quæ ad perpendiculum esse posit.
Feruntur grauitate ad perpendiculum atomi rectis lineis. Cic. de Fato, 25.
Ad perpendiculum facere. Plin. lib. 35. cap. 14. 4.
¶ Perpendicularis, & hoc perpendiculare, pen. prod. (κάθετος) Geometræ uacant quod rectè in aliquid incidit: ut radij solis rectè ex alto in aquam descendentes, perpendiculares appellantur: illos integros, hos confractos in aqua uidemus apparere.
Perpendo] perpendis, perpendi, perpensum (κατασταθμέομαι) perpendere, Diligenter considerare. Cic. de Amic. 80, Quid in amicitia fieri oportet, quæ tota ueritate perpēditur? Idem 5. Verr. 184, Sed eius æquitas aratorum commodo & uoluntate perpenditur.
Dirigere & perpendere aliquid ad disciplinæ præcepta. Cicer. pro Murena, 70.

Perpendere & iudicare. Cic. 3. de Orat. 83.
Perpendere diligenter. Cic. pro Murena, 2.
Iudicio acri perpendere. Lucret. lib. 2. 208.
¶ Perpensus, Particip. (πεπυσμένος) ut,
Perpensum & exploratum habere. Colum. lib. 3. 1.
¶ Perpensatio, perpensationis, Verbale à Perpendo. Gell. lib. 2. cap. 2, Verba super ea re Taurus fecit, cum summa (dij boni) bonorum ait, officiorum perpensatione.
Perpensa] Ἀύτιχαλκα, herba. Plin. lib. 21. cap. 19. 9. Baccar in medicinæ usu est: aliqui ex nostris perpensam uocant.
Perperam] pen. corr. Aduerb. (ψεύδως) Prauè, peruersè. Terent. Phorm. 5. 1. 18.
Conclusam hic habeo uxorem sæuum: uerùm istuc de nomine Eo perperã olim dixi, ne uos fortè imprudẽtes foris Effutiretis.
Perperam pronunciare. Corruptè & uitiosè. Plin. epist. 49. d.
Constitutæ perperam res. Cic. 1. de Inuent. 114.
Rectè & perperam iudicare, contraria. Cic. pro Cecinna, 50.
Liu. 1. ab Vrbe, 95, Rectè an perperam interpreter, fuerit ista eius deliberatio qui bellum susceperit.
Nequiter & perperam. Author ad Heren. lib. 2. 35.
¶ Perperus, perpera, perperũ, pen. corr. (πέρπερος) Indoctus, stultus, rudis, insulsus. Accius Pragmaticis,
Describere in theatro perperos populareis. Nonius.
Perperos Græcè, dicitur instabilis, leuis, & mentis inops.
¶ Perperitudo, pen. prod. (πεπειρότης) Stultitia, insulsitas. Accius Pragmaticis,
Et eo plectuntur poetæ, quàm suo uitio sæpius
Ductibilitate nimia uestra aut perperitudine.
Perperena] Vicus in Asia non procul ab illo loco, in quo deas à Paride iudicatas esse dicunt. Strabo lib. 13.
Perpes] perpetis, pen. corr. om. gen. (ἀΐδιος) Idem quod Perpetuus: ut, Noctem perpetem dormire. Plautus Amphit. 4. 126. Idem Trucul. 6. 23,
Quumq; ita noctẽ in stramẽtis pernoctare perpetẽ, &c.
¶ Perpetim, pen. corr. Aduerb. (ἀεὶδιῶς) Perpetuò. Plin. lib. 20. cap. 6. 1, Ita uocatur ulcus aciem hebetans, & in angulo oculi, perpetim humor emanans.
Perpetior] perpeteris, pen. corr. perpessus sum, perpeti. pen. corr. (περιπάσχω, περιπαθέω) Idem quod Pati, aut fortiter pati. Terent. Eunuch. 1. 1. 3,
— an potius ita me comparem,
Non perpeti meretricum contumelias? Cic. ad Cælium, libro 2. 11. 10, Nónne tibi affirmaui quiduis me potius perpessurum, quàm ex Italia ad bellum ciuile me exiturum?
Nunquam perpetiar. Cic. 5. Verr. 110.
Perpeti & perferre. Cic. 5. Verr. 112.
Perpeti & perferre facilè omnes. Cic. 2. de Orat. 43.
Sufferre & perpeti aliquid. Seruius Ciceroni, lib. 4. 5. 10.
Dolorem perpeti. Cic. 1. de Finib. 73.
Iram cæli, maris q; perpetimur. Ouid. 14. Metam. 95.
Mendicitatem multi perpetiuntur, ut uiuant. Cic. 5. de Fin. 56.
Perpeti & perfungi multa pro aliquo. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 17.
Omnia perpetiar. Propert. lib. 2. eleg. 27. 7.
Perpeti quiduis. Cic. 5. Verr. 37.
Vltima perpetior. Ouid. 2. Trist. 38.
¶ Perpessu difficilis (τῷ πάσχειν χαλεπός) Cicero. 4. de Finib. 117. Idẽ 2. Tusc. 30, O multa dictu grauia, perpessu aspera.
Perpetiens, Participium (περιπάσχων) Cic. 2. de Finibus, 106, Qui nobis miserabilis uidetur audientibus, illi perpetienti erat uoluntarius.
Perpessus, Aliud particip. (περιπαθὼν) ut, Damna perpessus. Claud. 5. Paneg. 51.
Ventos perpessus & imbres. Virg. 9. Aeneid. 12.

Vincla turpia perpessus. Propert. lib. 2. eleg. 3. 11.
¶ Perpessio, Verbale (περιπάθησις) Cic. 2. de Inuen. 242, Patientia est honestatis aut utilitatis causa rerum arduarum ac difficilium uoluntaria ac diuturna perpessio. Sic, pro Rab. perduel. reo, 11.
Perpessitius, Adiectiuum, Qui patiendo assuefactus est. Seneca epist. 54, Lenis motiuncula decipit: sed ubi creuerit, & uera febris exarserit, etiam duro & perpessitio confessionem accipit.
Perpeto] tis, penult. corr. perpetui, perpetitum, perpetere, ex per & Peto compositum, Continuè & sine ulla intermissione petere, peragere, perficere. Vnde & perpetem & Perpetuum dicitur. Sipontinus.
Perpetro] perpetras, pen. corr. (διαπράττομαι) perpetrare, ex Per & Patro, significat perficere, authore Festo. & plerunq; in malam partem sumitur. Plaut. Casin. 16. 58,
Nam cur non ego id perpetrem quod occœpi, ut nubat mihi?
Perpetrare cædem. Liu. 1. ab Vrbe, 21.
Iudicium perpetrare. Tacit. lib. 13.
Perpetratus, pen. prod. Participium (διαπραχθείς) ut, Perpetrato bello. Liu. 4. bell. Pun. 205, Perpetrato bello, tum consultandum utrum defectio prior plus merita sit pœnæ, an hic reditus ueniæ.
Pugna perpetrata. Liu. lib. 4. Decad. 5.
Sacrificio ritè perpetrato. Liu. lib. 4. Decad. 5.
Perpetratis omnibus quæ ad pacem deùm pertinent. Liu. lib. 4. bell. Punici.
Perpetuus] Adiectiuum (ἀΐδιος) Solidum, non concisum in frusta, sed continuatum, non interruptum, aut temporis spacio intermissum. Terent. Hecyra, 1. 2. 12,
Biennium ibi perpetuum misera illum tuli. Idem Adelph. 4. 1. 4, Triduo hoc perpetuo.
Perpetuus & annuus, contraria. Cic. Post reditum in Senatu, 3.
Perpetuus & idem. Vide Idem.
Acies perpetua. Plin. lib. 8. cap. 30. 2.
Affinitas perpetua. Terent. Hecyra, 2. 2. 10.
Aedes perpetuæ ruunt: id est, totum ædificium. Plautus Mostel. 3. 46.
Aetas perpetua. Lucret. lib. 3. 201.
Aeuum perpetuum Lucret. lib. 5. 33.
Agmen perpetuum totius Italiæ. Cic. in Pisonem, 40.
Alimenta perpetua. Plin. lib. 7. cap. 36. 1.
Firma & perpetua amicitia. Q. ti. Cic. de Petit. Consul. 18.
Amor perpetuum. Liuius, Modò sit perpetuus huius quæ uiuimus pacis amor.
Carmen perpetuum. Ouid. 1. Metam. 1.
Cibus perpetuus. Plaut. Persa, 10. 2.
Consuetudo alicuius perpetua. Cic. pro Milone, 38.
Assidua & perpetua cura. Cic. Ligario, lib. 6. 13. 4.
Perennes & perpetui cursus stellarum. Cic. 2. de Nat. deor. 79.
Constans & perpetua defensio salutis meæ. Cic. Post reditum in Senatu, 26.
Longior & perpetua disputatio. Cic. 2. de Orat. 10.
Febris perpetua, quam Celsius continuam appellat. Plinius lib. 7. cap. 51. 2.
Festiuitatis perpetuæ genus. Cic. 2. de Orat. 121.
Fides solida & perpetua. Plaut. Merc.
Si quiem isti dicto solida & perpetua est fides. Cæsar in Commentarijs, Pro uetere ac perpetua in me fide,
Flos aui perpetuus. Ouid. 9. Metam. 88.
Fœnore perpetuo ut ducerentur centesimæ, Senatusconsultò factum est. Cic. Attic. lib. 5. 10. 17.
Formido perpetua. Virg. 4. eclog. 3.

Fossa

Fossa perpetua. Cæsar in Comment.
Perpetui & uniuersi generis quæstio. Cic. 2. de Orat. 77.
Historiam rerum gestarum perpetuam complecti. Cic. Luceio, libro 5. 12. 20.
Imbres perpetui. Horat. 1. Carm. ode. 7. 4.
Ira perpetua. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 4.
Iuuenta perpetua. Virg. 4. Aeneid. 7.
Languor perpetuus. Ouid. 3. Trist. eleg. 8. 5.
Perpetuæ & æternæ legis uis. Cic. 1. de Nat. deor. 58.
Malum perpetuum. Ouid. 2. Amor. eleg. 5. 1.
Stabilis & perpetua manstio in ratione bene considerata: est definitio perseuerantiæ Ciceroni, 2. de Inuent. 242.
Montes perpetui, Multi & continui. Liuius, Saltus, perpetuis montibus inter se iuncti.
Morbum perpetuum iurare. Cic. Attic. lib. 12, 24 0. 2.
Nox perpetua. Ouid. 7. Metam. 1.
Oratio perpetua. Cicer. Attic. lib. 1. 11. 14, Clodium præsentem fregi in Senatu cùm oratione perpetua plenissima grauitatis, tum altercatione.
Paludes perpetuæ. Cæsar in Cõment. Erant perpetuæ paludes.
Pax perpetua. Ouid. 4. Fast. 82.
In pace perpetua esse. Cic. 3. in Catil. 72.
Præda perpetua est mea: id est, tota mea. Plaut. Rud. 23. 62.
Quæstiones perpetuæ. Cic. de claris Orat. 54.
Risu perpetuo contendere ilia. Ouid. 3. de Arte, 57.
Sacra perpetua. Cic. 2. de Legib. 77.
Satio perpetua atq; æquabilis. Cic. 5. Verr. 92.
Sermo perpetuus. Lucret. lib. 4. 110.
Sitis perpetua. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 23.
Sopor perpetuus, Mors. Horat. 1. Carm. ode 24. 1.
Studium perpetuum in aliquem. Cn. Magnus Ciceroni, in epist. ad Attic. lib. 8. 158. 1.
Sumptus perpetuos suppeditare. Cic. 2. Offic. 60.
Taciturnitas perpetua. Cic. 3. Verr. 56.
Trabes perpetuæ: id est, solidæ & non coagmentatæ: inquit Budæus. Cæsar lib. 6.
Virginitas perpetua. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 3.
Vita perpetua. Lucretius lib. 3. 3.
Perpetuæ & contextæ uoluptates. Cic. 5. Tusc. 136.
Non est perpetuum. Budæus, Perpetuum pro generali accipitur, & quod semper obtinet. Paulus in l. quum hæreditas. ff. ad senatusconsl. Trebel. nam quod dicitur retinere eum oportere: non est perpetuum. id est, non semper accidit. Celsius lib. 2. cap. 10, Quum sit autem minimè crudo sanguis mittendus, tamen ne id quidem perpetuum est. id est, non usquequaq; uerum est.
Perpetuum & sempiternum. Cic. 4. in Catil. 90.
Vt sunt humana, nihil est perpetuum datũ. Plaut. Cistel. 4. 45.
In perpetuum. Cic. pro Cn. Plancio, 73, Ego uerò si tum illorũ impiorum ferro ac manu concidissem, in perpetuum Resp. ciuile præsidium salutis suæ perdidisset.
Paùlisper & in perpetuum, contraria. Cic. 1. in Catil. 22.
In perpetuum res suas alienare. Cic. 2. de lege Agrar. 69.
¶ Perpetuum, Aduerbialiter positum (διὰ παντὸς) assiduè, semper. Terent. Adelph. 4. 1. 6,
Miserè nimis cupio, ut cœpi, perpetuum in lætitia degere.
¶ Perpetuò, Aduerb. Idem (διὰ παντὸς) Terent. Andr. 3. 3. 33,
— at ego non posse arbitror,
Neq; illum hanc perpetuò habere, neq; me perpeti. Cic. 7. Verr. 67, Quid ciuitates, quæ in amicitia, fideq; pop. Rom. perpetuò manserant?
Virens perpetuò buxus. Ouid. 10. Metam. 20.
Perpetuò perij. Terent. Adel. 2. 4. 19.
¶ Perpetuo, perpetuas, pen. corr. perpetuare, Sine intermissione continuare. Cic. 3. de Orat. 100, Et si cui sit infinitus spiritus datus, tamen eum perpetuare uerba nolimus. Idem pro P. Sylla, 48.
¶ Perpetuitas, pen. corr. perpetuitatis, f. g. (ἀϊδιότης) Continuatio. Cic. 2. de Finib. 138, Qui autem diffidet perpetuitati bonorum suorum, timeat necesse est, ne aliquando amissis illis sit miser.
Sermonis perpetuitas. Cic. 2. de Orat. 121.
Perpetuitate & quasi conuersione uerborum utendum nõ semper est. Cic. 3. de Orat. 105.
Perpetuitas laudis. Cic. ad Furnium, lib. 10. 25. 8.
Perpetuitas uoluntatis. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 21. 4.
Fidelis ad perpetuitatem beneuolentia. Cic. 2. Offic. 31.
Perpetuitas & constantia. Cic. 5. Tusc. 46.
Vitæ perpetuitas. Cic. 1. Offic. 167.
Temporis consequentis perpetuitas. Cic. 1. Tusc. 155.
Causa perpetuitatis machinata est natura mares & fœminas. Cic. 2. de Natur. deor. 192.
Perpetuitas, pro Immortalitate. Cic. de Vniuersit. 57, Neutiquã tamen dissoluemini, neq; uos ulla mortis fata periment: nec fraus ualentior quàm consilium meum, quod maius est uinculum ad perpetuitatem uestram, quàm illa quibus estis tum quum gignebamini, colligati.
¶ Perpetuitasso, perpetuitassis, perpetuitassere, Esse perpetuũ, & æternum. Enn. Annal. lib. 9,
Libertatemq; ut perpetuitassent quàm maximè. Nonius. Antiquum.
¶ Perpetualis, & hoc perpetuale, penult. prod. (παθολικὸς) Quint. lib. 2. cap. 14, παθολικὰ, id est (ut dicamus quomodo possumus) uniuersalia uel perpetualia.
¶ Perpetuarius, Adiect. Budæus in titulo de locatione prædiorum ciuilium uel fiscalium, per totum titulum, hæc dictio Perpetuarius conductorem & colonii significat, qui perpetuò rem conduxit. Prædia domus nostræ si semel iure perpetuo apud aliquem fuerunt, ad alium transferre perpetuarium non oportet. Et subinde eodem modo. Sunt etiam alibi fundi perpetuarij, ad distinctionem, ut uidetur, emphyteuticorum.
Perpetuarius mulio dicitur Senecæ, in ludo de morte Claudij, qui sine intermissione labori semper est intentus.
Perpexus] Adiect. ualde & cum cura pexus. Firmicus lib. 5, Qui perpexam barbam in omnibus suis cogitationibus permulceant.
Perpictus] πολύγραπτος, Participium à uerbo Pingo, & præpositione Per, augendi significationem habente. Ouid. 10. Metam. 53, Lilia perpictasq; pilas.
Perplaceo] perplaces, pen. corr. perplacui, perplacitum, pen. corr. (πάνυ ἀρέσκομαι) perplacere, Valde placere. Terent. Heaut. 5. 5. 22. Cic. Attico, lib. 3. 6 5. 7, Sed si est aliquid in spe, uidè legem quam T. Fabio scripsit T. Vifellius: ea mihi perplacet.
Perplexus] Adiect. (πανταπλασιαστὸς) Intricatus. Liuius 4. bel. Macced. 207, Ex ijs Menippus ignorare se dixit, quidnã perplexi sua legatio haberet.
Responsum perplexum. Liu. 5. bel. Maced. 53
Foramina perplexa. Lucret. lib. 4. 125.
Iter perplexum. Virg. 9. Aeneid. 79.
Sermones perplexi, Dubij, ambigui. Liu. 10. bel. Maced. 16.
Figuris perplexis indupedita. Lucret. lib. 2. 21.
Perplexior motus. Plin. lib. 2. cap. 15. 4.
Alia significatione usus est Valerius lib. 3. cap. 49, de Tullio Seruio, Ad summam unde processerit, aut quò peruenerit statuæ ipsius titulus abundè testatur Seruili cognomine, & regia appellatione perplexus.

¶Perplexè, Aduerb. (ἐμπεπλεγμένως) implicitè, inordinatè. Terent. Eunuch. 5.1.1,
Pergin' sceleſta mecum perplexè loquí?
Scio, neſcio, abijt, audiui: ego non adſui.
Perplexè agere. Liu. 8. ab Vrbe, 114.
Perplexè indicare. Liu. 6. ab Vrbe, 60.
Proplexè reſpondere. Liu. 10. bel. Pun. 196.
Proplexè & Palàm, contraria. Liu. 10. bel. Pun. 94.
¶Perplexim, Aliud aduerbiũ, Idem (κατεπλέγδην) Plaut. Sticho, 3.18,
Vtrum ergo perplexim laceſſam oratione ad hunc modum, &c.
¶Perplexor, perplexaris (κατεπλέκω) perplexari, Valde ligare, & in dubio ponere. Plaut. Aulul. 7.81,
— at ſcio quo uos pacto ſoleatis perplexarier:
Pactum, non pactum eſt: non pactum, pactum eſt, quod uobis lubet.
¶Perplexabilis, & hoc perplexabile, pen. cor. (κατεπλικτὸς) Plaut. Aſin. 3.47,
Neq; ullum uerbum faciat perplexabile. Nonius, Perplexabile, figuratum, quòd aliud audiatur, aliud ſentiatur.
¶Perplexabiliter, penult. corrept. Aduerbiũ (κατεπλικτῶς) Plaut. Sticho, 3.28,
Perplexabiliter eorum hodie perpauefaciam pectora.
Perplicatus] pen. prod. (κατελεγμένος) Interiecta conuinctione per tmeſin extulit Lucret. lib. 2. 793,
Aut magis hamatis inter ſe, perq; plicatis.
Perpluo] perpluis, pen. corr. perplui, perplutum, pen. prod. (κατακλύζω) perpluere, Tranſmittere pluuiam. Quintil. lib. 6. cap. 3. 44, Quum cœnaculum eius perpluereat. id eſt, per medium pluuiam admitteret. Cato cap. 155, In uilla quũ pluet, circuire oportet, ſcribi perpluas: & ubi pluerit, tegulam ſignari carbone.
Perpluit in pectus meum, per translationem. Plaut. Moſtel. 4.8,
Hæc illa eſt tempeſtas mea, mihi quæ modeſtiam omnem
Detexit, tectus qua fui: quam mihi Amor & Cupido
In pectus perpluit meum.
Benefacta benefactis alijs pertegito, ne perpluant. Plautus Trinum. 6. 40.
Perplus] perplũis, pen. prod. om. g. (πολυπλέθρου) Plin. libro 13. cap. 24. 2, Spondetq; iugero eius, annuos perplureis, uel mediocri ſolo reditus. Alia exemplaria habent, annua HS. MM.
¶Perplurimum, Aduerbiũ (πολυπλεῖστον) ut, Perplurimum refert. Plin. lib. 2. cap. 54. 3.
Perpol] μὰ τὸν πολυθεότητα, Aduerb. eſſe iurandi quidam putauêre, apud Plautum Caſin. 9.18,
Perpol ſæpe peccas: ita fit ubi quid tanto opere expetas.
Et apud Terent. Hecyr. 1.1.1,
Perpol quàm paucos reperias meretricibus
Fideles euenire amatores. Verùm Donatus in hunc locũ ſic ait, Perpol quàm paucos. Ordo eſt, Pol perquàm paucos reperias. nam Perpol non eſt Latinum, ſed κατὰ τμῆσιν, per quàm, id eſt nimio. Ex his Donati uerbis uidere eſt apud Plautum in exemplo præcedenti, ordinem eſſe talem, Pol, perſæpe peccas.
Perpolio] perpolis, pen. corr. perpoliui, perpolitum. penult. prod. (περιθέω, ὑποξέω) perpolire. Valde polire, abſoluere, & ſupremam manũ addere. Cic. 2. de Orat. 29, Sed iſte ipſe Cœlius neq; diſtinxit hiſtoriam uarietate locorum, neq; uerborum collocatione, & tractu orationis leni & æquabili perpoliuit illud opus.
Aequaliter perpolire aliquid. Author ad Herenn. lib. 4. 160.
Perpolire & abſoluere. Cic. de Vniuerſ. 53.

Inſtituta perpolire. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 35.
Præceptis artium perpolire aliquas partes orationis. Cicero 2. de Orat. 111.
¶Perpolitus, pen. prod. (περίξεστος) Participiũ, ſiue Nomen ex participio.
Perpolitus literis. Cic. in Piſonem, 55.
Perfecti in dicendo & perpoliti homines. Cic. 1. de Orat. 31.
Vita humanitate perpolita. Cic pro Seſtio, 79.
Ornata & perpolita oratio. Cic. 1. de Orat. 16.
Perpolitum tritu aurum. Plin. lib. 33. cap. 4. 1.
¶Perpolitio, Verbale (περίξεσις) Author ad Herẽ. lib. 4. 161, Verborum exornatio eſt, quæ ipſius ſermonis inſignita conſtimetur perpolitione.
Perpopulor] pen. cor. perpopularis, perpopulatus ſum (κατανηστόω) perpopulari, Totum populari & uaſtare. Liu. 2. bel. Pun. 17, Annibal emiſſus è manibus perpopuletur Italiam, uaſtando; & urendo omnia, ad Romana mœnia perueniat. Tacitus lib. 14, Cædibus & incendijs perpopulatus.
Perpoto] perpotas, pen. prod. (κατατίνω) perpotare, Totum tempus in potationibus conſumere. Cic. 7. Verr. 69. Similiter totos dies in litore tabernaculo poſito, perpotabat. Ibid. 79, Prætore tot dies cum mulierculis perpotante.
Laticem amarum perpotare. Lucret. lib. 1. 192.
¶Perpotatio, Verbale (κατάπωσις) Cic. in Piſonem, 16, Quid cum tuis ſordidiſſimis gregibus intemperatiſſimas perpotationes prædicem? Plin. lib. 29. cap. 1. 25.
Perprimo] perprimis, pen. corr. perprimere, Perpetuò premere. Horat. Epod. 16, — mollis & expes
Innominata perprimat cubilia. Id eſt, ſemper iaceat in cubili.
Perpruriſco] perpruriſcis (κατακνήθομαι) perpruriſcere, Idem quod Admodum prurire. Plaut. Sticho, 15.20,
— & ſuauem cantationem aliquam occipio
Cinædicam, ubi perpuriſcamus uſq; ex unguiculis.
Perpugnax] perpugnacis, pen. prod. Adiectiuum. Cic. lib. 1. de Orat. Dicere Carneades ſolebat, ingenium tuum Craſſe uehemẽter admirans, me ſibi perfacilem in audiendo, te perpugnacem in diſputando eſſe uiſum.
Perpulcher] Adiectiuum (παγκάλως) Valde pulchrum ſignificat. Terent. Eunuch. 52. 2. 15,
Perpulchra credo dona, haud noſtris ſimilia.
Perpurgo] perpurgas (διακαθαίρω) perpurgare, Totum, ſiue omnino purgare. Cicer. 2. de Natur. deor. 190, Ceruaq; paulo ante partum perpurgant ſe quadam herbula, quæ ſelis dicitur.
Perpurgatis auribus alicui operam dare, per translationẽ dixit Plaut. Milite, 10. 178.
Perpurgare locum aliquem, per translationem, pro Expedire. Cic. pro Muræna, 50, Nunc mihi tertius ille locus eſt orationis de ambitus criminibus, perpurgatus ab ijs qui ante me dixerunt. Idem 2. de Diuin. 2.
Perpuſillus] Adiect. ut, Perpuſillus homo. A' quo,
¶Perpuſillum, Aduerb. Cic. 2. de Orat. 135, Hic ille, Non accuſabis, perpuſillum rogabo.
Perputo] perputas, pen. corr. (διακαθάρω) perputare, Perfectè putare, declarare, uel potius Proferre. Plautus Ciſtell. 4. 7, — nunc operam date,
Vt ego argumentum hoc uobis planè perputem.
Perquàm] Adiectiuum (ὡς σφόδρα) Poſtituis iungitur & uerbis: & idem ſignificat quod Quàm. Plaut. Rud. 17. 7,
— propulit Perquàm indignis modis. Terent. Adel. 4. 2. 28, — næ ille continebit poſthac, ſi ſapiet, manus.
D. Forſiter. s. perquàm: quia miſeram mulierem. & me ſeruolum, Qui referire non audebã, uicit, hui perſortiter. Vbi Donatus, Perquàm, id eſt Nimis.

Perquàm breuiter perſtringere aliquid atq; attingere. Cic. 2. de Orat. 111.
Perquàm flebiliter lamentatur in uulnere Vlyſſes apud Pacuuium. Cic. 2. Tuſc. 85.
Perquàm graue dictu, hìc quàm ille dignior. Cic. pro Planc. 13.
Perquàm optandà nobis uarietas & incredibilis illa uis dicendi Carneadis. Cic. 2. de Orat. 88.
Perquàm puerile aliquid uideri. Cic. 2. de Orat. 60.
Perquàm, Superlatiuo aliquando iunctum legitur. Curtius lib. 4, Perquàm maximo poteſt exercitu comparato.
Perquiro] perquiris, pen. prod. perquiſiui, perquiſitũ, pen. prod. (ἐξιχνεύω, ἐξιστορέω) perquirere, Diligenter quærere. Cæſar 6. bell. Gall. 35, Aditus, uiaſq; in Sueuos perquirit. Ouid. 3. Metam. 1,
Quũ pater ignarus natam perquirere Cadmo
Imperat. Perquirere, et inueſtigare homines ex omni regione, &c. Quic. de Petit. Conſul. 20.
Contemplari & perquirere res. Cic. 5. de Finib. 87.
Perquirere, pro Interrogare. Cicero 5. Verr. 113, Non perſequeris non perſeueras? non perquiris cui dixerit Apronius, quis audierit, unde hoc natum, quemadmodum prolatum ſit?
Perquiritur, Impersonale. Cicero pro Cluent. 143, Ne multa, perquiritur à coactoribus, inuenitur ea ſerrula ad Stratonem peruenìſſe.
¶Perquiſitus, pen. prod. Particip. (ἐκπεπυθὼς) Plin. lib. 18. cap. 4. 1, Et poſtea inuentis omni curà perquiſitis, cauſaq; rerum & ratione ſimul erutà.
¶Perquiſitè, pen. prod. Aduerb. (ἐξακριβούμενος) Cic. 1. de Inuent. 91, Quæ pertinere autem ad dicẽdum putamus, ea nos cõmodius quàm cæteros attendiſſe non affirmamus, ſed perquiſitius & diligentius conſcripſiſſe pollicemur.
¶Perquiſitor, penult. prod. Verbale (ἐξετάστης) Plautus Sticho, 6. 61,
Iam nõ faciam auctionem, quando mihi obtigit hæreditas:
Maleuoli perquiſitores actionum perierint.
Perrarus] pen. prod. Adiect. (πολυπαύρως) Valde rarus. Plinius libro 31. cap. 3. 8, Perrarum eſt ut leuior ſit aliqua. Liuius 6. ab Vrbe, 1, Tum quòd perrarè per eadem tempora litcræ fuêre.
¶Perrarò, pen. prod. Aduerbium (πολυπαύρως) Cicer. 2. de Finib. 84. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 11,
— perrarò hæc alea fallit.
Perrarò reperitur. Cic. pro Plancio, 2.
Perrarò uenit in oppidum. Cic. pro Roſc. Amer. 31.
Perrhæbi] πυῤῥαιβοί, Populi fuerunt Theſſaliæ, qui Lapithanem potentia fracti fuerunt in Aetolie montana, Pindo mõti proximà: quæ regio ab ipſis Perrhæbia dicta eſt, ipſeq; Pindus cognominatus eſt Perrhæbus. Propertius,
Aut cùm Perrhæbi tremuêre cacumina Pindi?
Perridiculus] pen. corr. Adiect. (πολυγέλοιος) Valde ridiculum ſignificat. Cic. 3. de Orat. 43, Atq; hos omneis qui artes rhetoricas exponunt, perridiculos. Et 2. de Orat. 43, Sed tamen eſt eorum doctrina, quantum ego iudicare poſſum, perridicula.
¶Perridiculè, penult. corr. Aduerb. (πολυγελοίως) Cic. 2. de Orat. 132, In quo non modò illud præcipitur, nequid inſulsè, ſed etiam ſiquid perridiculè poſsit; uitandum eſt oratori utrunq;, ne aut ſcurrilis iocus ſit, aut mimicus.
Perrepo] perrepis, pen. prod. perrepſi, perreptum (κατέρπω) perrepere, Idem ferè quod ſimplex Repere: & ut de quocunq; animali dicitur, ita etiam de rebus inanimatis. Colum. lib. 4. cap. 24. 12, At ſi longius quàm rituis agricolarum permittit, & à capite utis emicuerit, & brachijs in ea liena iugorum compluuia perrepſerit, &c. Et libro 6. cap. 5. 1, Cauendum quoque eſt, ne ad præſepia ſus aut gallina perrepat.
Tellurem genibus perrepere. Tibull. lib. 1. eleg. 2. 18.
¶Perrepto, perreptas (καθερπύζω) perreptare, Frequentatiuum. Diligenter conquirere, & undiq; reptando diſquirere. Plaut. Rud. 6. 5.
— atq; in latebris omnibus Perreptaui quærere conſeruã,
Noce, oculis, auribus. Terent. Adelph. 4. 6. 3,
Perreptaui uſq; omne oppidum, ad portam, ad lacum,
Quò non?
Perrodo] perrodis, pen. prod. perroſi, perroſum, pen. prod. (διαβιβρώσκω) perrodere. Totum, aut uehementer rodere. Plin. lib. 34. cap. 18. 11, Valet purgare, ſiſtere, excalefacere, perrodere. Idem lib. 30. cap. 16. 3, Vngulas tantùm mulatrum repertas, neq; aliam ullam materiam quæ non perrodetur à ueneno Stygis aquæ.
Perrogo] perrogas, penult. corr. (κατερωτάω) perrogare, Propriè dicebantur Conſules, qui ſententiam rogabant. Plinius in Paneg. 101, Parum eſt ut in curiam uenias, niſi & cõuocas: ut interſis Senatui, niſi & præſides: ut cenſentes audias, niſi & perrogas.
Sententias perrogare. Tacit. lib. 20.
Perrogare ſententias, Liuio ſignificat omnes ad extremam uſq; rogare, ut fiat Senatuſconſultum: lib. 9. bel. Pun. Perrogari eo die ſententiæ non potuerunt, accenſis pro Scipione, & aduerſus Scipionem ſtudijs.
Perrumpo] perrumpis, perrupi, pen. prod. perruptum (κατερρήγνυμι) perrumpere, Valde rumpere. Cæſar 1. bel. Ciuil. 103, Vt rates perrumperet, atq; opera diſturbaret.
Perrumpere, irrumpere, ui & uiolentia intrare. Cæſ. 6. bell. Gall. 139, Perrumpere nituntur. Ibidem, lib. 7. 68, Vt ſi eam paludem Romani perrumpere conarentur, hæſitantes premerent ex loco ſuperiore.
Exercitu perrumpere. Cic. Magnus Domitio in epiſtolis ad Atticum, lib. 8. 163. 5.
Perrumpere ad. Liu. 6. bel. Pun. 34, Nec per caſtra eorum perrumpi ad Capuam poſſe. Idem 4. ab Vrbe, 166.
Perrumpere in ueſtibulum templi. Liu. 3. ab Vrbe, 78.
In arces perrumpere. Sil. lib. 12. 140.
Perrumpere per mediam hoſtium aciem. Liu. 3. ab Vrbe, 299.
Aciem perrumpere. Virg. 9. Aeneid. 103. Tacit. lib. 18, Et mediâ acie perrupta, &c.
Aerem perrumpere. Cic. 1. Tuſc. 68.
Perrumpere & diuidere aerem. Cic. 1. Tuſc. 67.
Agmen perrumpere. Claud. 4. Paneg. 92.
Caſtra & agmen perrumpere, Diſturbare & confringere. Plinius de Viris illuſt. 49. Liu. lib. 8.
Corpus perrumpere introitu. Lucret. lib. 2. 82.
Difficultates perrumpere. Plin. lib. 8. cap. 23. 3. de aſpide, Perrumpit omnes difficultates, permeat ſpacia.
Leges perrumpere, Violare, effringere. Cic. 3. Offic. 47.
Leges perrumpere militè. Lucan. lib. 1. 66.
Limina perrumpit bipenni. Virg. 2. Aeneid. 96.
Nodos ualidos perrumpere. Lucret. lib. 4. 231.
Periculum perrumpere. Cic. in Partit. 62.
Aurum amat perrumpere ſaxa. Horat. 3. Carm. ode 16. 2.
Affectu perrumpi. Tacit. lib. 3. Ne quo affectu perrumperetur.
Perruptus, Participium (κατερρηγμένος) ut, Moles perruptæ, Sil. lib. 14. 149.
Perſæpe] Aduerbium (πολλάκις) Cic. de Amicitia, 64, Recte etiã præcipi poteſt in amicitijs, nequis intemperata quadam beneuolentia (quod perſæpe fit) impediat magnas utilitates amicorum. Idem 1. de Leg. 58. Horat. Epod. 14. 3,

Qui perſæpe caua teſtudine fleuit amorem.

Perialès] Adiect. (περιαλικὸς) Valde ſalſum ſignificat. Cic. 2. de Oratore, 154, Perſalſum illud eſt apud Næuiũ, Quid ploras pater?

¶Perſalsè, Aduerbium (πολυαλικῶς) Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2.16.4, Trebatium quòd ad ſe miſerim, perſalsè & humaniter etiam mihi gratias agit.

Perſaluto] perſalutas, pen. prod. (περιασπάζομαι) perſalutare, Erequenter uel multum & ſæpius ſalutare. Cic. pro Flacco, 33, Et qui ita ſit ambitioſus, ut omnes uos noſq; quotidie perſalutet.

Perſanctè] Aduerb. (πολυσόιως) pro Valde religiosè. Terẽt. Hecyr. 3.2.5. Philippe Bacchis deierat perſanctè. Plaut. Idq; perſanctè iurauit ſe facturum.

Perſano] perſanas, pen. prod. (ἐξιάομαι) perſanare. Omnino ſanare. Plin. lib. 20. cap. 22. 9, Vomicas rumpere, purgare, perſonare promittens.

Perſapiens] gen. om. (πάνυ σοφὸς) Valde ſapientem ſignificat. Cic. de Prouinciis Conſul. 36, Quod magni cuiuſdã hominis & perſapientis uidetur.

¶Perſapienter, Aduerbium (λίαν σοφῶς) Cic. pro Milone, 7, Etſi perſapienter, & quodammodo tacitè dat ipſa lex poteſtatem defendendi, &c.

Perſcienter] Aduerbium (πάνυ ἐπιστημονικῶς) Admodum ſcienter & induſtriè. Cicero de claris Orat. 106, Et ut ad infirmitatem laterum perſcienter contentionem omnem remiſerat.

Perſcindo] perſcindis, perſcidi, pen. corr. perſciſſum (κατατέμνω) perſcindere, Quaſi per medium ſcindere. Liu. 1. bell. Pun. 231, Nam nec explicare quicquam, nec ſtatuere poterant: nec quod ſtatutum eſſet, manebat: omnia perſcindente uento.

Veſtem perſcindere è membris. Tibul. lib. 1. eleg. 10. 13.

Ventus perſcidit nubem. Lucret. lib. 6. 37.

¶Perſciſſus, κατατομίας, Particip. ut, Carbaſus perſciſſa petulantibus auris. Lucret. lib. 6. 22.

Perſcitus] pen. pro. Adiect. (πάνυ σύφυὴς) Cic. Att. lib. 14. 324. 2, Epiſtolam tibi miſi, ut tu de prouincia Bruti & Caſſij perſcita. Quædam exemplaria legunt, per S. C. ita ſcribit & Balbus, &c.

Perſcribo] perſcribis, pen. prod. perſcripſi, perſcriptum (καταγράφω) perſcribere, In totum ſcribere, inquit Siponti-nus: uel ampliſſimè, & bene (ut ita dicam) ad longum ſcribere. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 5. 2, Omnes ſunt redditæ, diligentiſſimèq; à te perſcripta omnia. Idem ad Cornificium, lib. 12. 23. 2. Quod ni ita putarem, ipſe perſcriberem.

De ſuis rebus ad aliquem perſcribere. Metell. Cic. lib. 5. 3. 2.

Blanditias perſcribere uino. Ouid. 1. de Arte, 115.

Orationem mitiſſimam præſcribere alicui. Cicero Metello, libro 5. 4. 3.

Rationes ſcitè & literatè perſcribere. Cic. in Piſonem, 48.

Verſum puris perſcribere uerbis. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 11.

Verſu perſcribere aliquid. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 7.

Perſcribere, eſt etiam in tabulas publicas, in acta; referre. Cic. 6. Verr. 123, Primùm mihi literas publicas, quas in ærario ſanctiore conditas habebant, proferunt: in quibus oſtendunt omnia quæ dixi ablata, eſſe perſcripta. Idem pro Roſcio Comœdo, 1, Egone hanc manum plenam perfidiæ, & hos digitos meos impellere potui, ut falſum perſcriberem nomen?

Dicta omnia iudicum perſcribere. Cic. pro Sylla, 31.

Falſum perſcribere. Cic. pro Roſcio Comœdo, 2.

Senatuſconſultum perſcribere. Cic. 3. in Catil. 58.

Perſcribere in tabulas, ut Referre in tabulas. Cic. 3. Verr. 38.

Perſcribere, pro Præſcribere. Cicer. 1. Acad. 34, Ex hac deſcriptione, agendi quoq; aliquid in uita, & officij ipſius initium reperiebatur, quod erat in conſeruatione earum rerũ quas natura perſcribet, fortaſſe legendum, præſcribet: & melius.

Perſcribere pecuniam, pro Reddere creditori. Terent. Phorm. 5. 8. 30, Sed tranſi ſodes ad fórum, atq; illud mihi
Argentum iube rurſus reſcribi Phormio.
P. Quod? næ ego perſcripſi porrò illis quibus debui.
Vbi Donatus, Perſcripſi, Multis per ſcripturã reddidi, multis dedi.

Pecuniam in ædem ſacram reficiendam perſcribere. Cic. pro Flacco, 35.

In monumentis perſcribere. Cic. 2. de lege Agrar. 86.

¶Perſcriptum αὐγεγραμμένον, dicitur quod literis conſignatum eſt, & monumentis antiquis continetur, apud Ciceronẽ ſemper: ut de Aruſp. reſp. 28, Quanquam hoc ſi minus Ciuili iure perſcriptum eſt, lege tamen naturæ, cõmuni iure gentium ſancitũ eſt, ut nihil mortales à dijs immortalibus uſurpare poſſint. Budæus.

¶Perſcriptio, Verbale (αὐγγραφὴ) Cicero ad Metellum, lib. 5. 2. 11, Iam illud Senatuſconſultum quod eo die factum eſt, ea perſcriptione eſt, ut dum id extabit, officium meum in te obſcurum eſſe non poſſit.

Perſcriptiones, pro Contractibus & inſtrumentis pactorum, teſte Budæo. Cic. 5. Philip. 170, illa uerò diſſipatio pecuniæ publicæ ferenda nullo modo eſt, per quã ſepties milies perſcriptionibus, donationibuſq; auertit. Idem pro Flacco, 57, Perſcriptiones cum mulierculis aperta circunſcriptione feciſti: tutor his rebus Græcorum legibus aſcribendus fuit. Budæus hoc loco per ſyngraphis dicit accipi.

¶Perſcriptio, Solutio. Cic. Att. lib. 12, de Cerelia quid tibi placeret, Tiro mihi narrauit: dedere, non eſſe dignitatis meæ: perſcriptionẽ tibi placere, hoc eſt ſolutionem. Perſcribimus enim in tabulis, cui data pecunia ſit. Adde quod nox ſequitur: Suſtinenda tamen ſolutio eſt nominis Cereliani, dum & de Methone & de Faberio ſciamus.

¶Perſcriptor, αὐγγραφεύς, Verbale, Tabellio ſiue Cautor, qui formulas concipit. Cic. 5. Verr. 143, Scribam tuũ dicit Verres huius perſcriptorem fœnerationis fuiſſe. Budæus.

Perſcrutor] pen. prod. perſcrutaris (ἐξερεύνω) perſcrutari. Diligenter inquirere. Cic. 2. Offic. 34, Præmittebatq; de ſimpatoribus ſuis qui perſcrutarentur arculas mulierebres: & ne quod in ueſtimentis telum occultaretur, exquirerent.

Inueſtigare & perſcrutari omnia. Cic. 6. Ver. 41.

Reperire ac perſcrutari. Cic. 6. Verr. 25.

Speculari & perſcrutari. Cic. 5. Tuſc. 83.

Literas legis perſcrutari. Cic. 1. de Inuent. 83.

Naturam criminis penitiùs perſcrutari. Cic. pro Flacco, 15.

Voluntatem alicuius domeſticis ſuſpicionibus perſcrutari. Cic. 2. de Inuent. 218.

Perſea] pen. corr. (περσέα) Arbor eſt (inquit Dioſcor.) fructum ferens ſtomacho accõmodum, & qui edendo ſit, in quo Phalangia inueniuntur, quæ προνοήλυτα dicuntur præſertim in Thebaide Aegypti partẽ. Huius arboris meminit & Strab. lib. ult. Comã ei perpetuã, & fructum magnitudine pyri, figura oblõga, amygdalæ modo putamine incluſum & corio. Plutarchus item author eſt, Perſea arborem in Aegypto Iſidi gratiſſimũ eſſe, quòd fructũ ferat corbi ſimilem, foliũ uerò linguæ. Galenus quàm in Aegypto ſe uidiſſe teſtatur, magnis arborib. comparãdam. cuius (inquit) pomũ in Perſide tã præſentis ueneni eſſe tradunt, ut ueſcentes interimat. In Aegyptũ uerò translatum, & peregrinatione mitigãtam, poma ferre cibis idonea, turbinata, Pyri facie. Ex quib. omnibus ſatis conſtat, Perſeam arborem ſui generis eſſe, & à noſtrate Perſica omnino diuerſam.

Perſeco]

Perſeco] perſecas, pen. corr. perſecui, perſectũ, (κατατέμνω) perſecare, Perfectè ſecare, & diuidere. Cic. 4. Acad. 219, Eodem modo rerum naturas perſecare, aperire, diuidere poſſumus, ut uideamus terra penitúsne defixa ſit, & quaſi radicibus ſuis hæreat, an media pendeat.

Perſecare uitium aliquod ne ſerpat. Liu. 10. bell. Maced. 83.

Perſecare & conficere. Cic. Att. lib. 13. & 281. 3, Quare date in ſermonem, & perſeca, & confice, excita, compelle, loquere, ut te cum illo Scæuola loqui putes.

Perſector] perſectaris. Vide Perſequor.

Perſedeo] perſedes, pen. corr. perſedi, pen. prod. perſedere. Senec. epiſt. 1. lib. 19, Quid ergo? non nouimus quoſdam qui multis apud philoſophiam annis perſederint, & ne colorem quidem duxerint? Liu. lib. 5. Dec. 5, Hoc quoq; quod ridetis, in equodies noctesq; perſedendo habeo.

Perſegnis] & hoc perſegne (πολύαργος) Valde ſegnem ſignificat. Liu. bell. Pun. 83, Pedeſtre prælium fuit perſegne, paucis in prima acie pugnantibus Romanis.

Perſeis] fuit teſta Heſiodo in Theogonia, una ex Nymphis, Oceani & Tethios filia.

Perſeis quoq;, Perſea, & Perſeia, dicta eſt Hecate, à patre Perſe. Vide Hecate.

Perſeides herbæ. Vide poſt Perſia.

Perſenex] perſenis, pen. corr. om. gen. (πολυγήρων) Sueton. de claris Gramm. 9, Nanq; iam perſenex pauperem ſe, & habitare ſub tegulis quodam ſcripto fitetur.

Perſentio] perſentis, perſenſi, perſenſum (αἰσθάνομαι) perſentire, Idem quod Sentio. Virg. 4. Aen. 90,
—magno perſentit pectore curas. Ibidem, 18.

¶Perſentiſco, perſentiſcis, perſentiſcere, Inchoatiuũ, Percipere aliquid fieri. Terent. Heaut. 5. 1. 43,
Quot res dedêre, ubi poſſem perſentiſcere,
Niſi eſſem lapis, quæ uidi. Lucret. lib. 3. 51,
Concutitur tum ſanguis, uiſcera perſentiſcunt Omnia.
Hic uerſus etiam ſic legitur,
Concutitur ſanguis per uenas, uiſcera uiuunt. Quidam ſic legi uolunt,
Tum quatitur ſanguis, tum uiſcera perſentiſcunt.

Perſephone] pen. corr. (περσεφόνη) Ea eſt quæ à noſtris Proſerpina dicitur: quanquam & priori uocabulo nõnunquam noſtri poetæ utuntur. Ouid. 4. Faſt. 119,
At neq; Perſephone digna eſt prædone marito.

Perſepolis] pen. cor. (περσεπόλις) Vrbs Perſidis, à Perſeo condita: ut eſt apud Strabonem lib. 15.

¶Perſepolitana regio in Perſide, qua fluuius Euphrates in mare deuoluitur. Habet Araxam fluuium, qui ex Parætacis in Perſidem defluit. Strabo lib. 15.

Perſequor] pen. corr. perſequeris, perſequutus ſum (κατακολουθῶ) perſequi, Inſequi, inſectari. Plautus Menæch. 13. 8,
Hàc abijt. P. Sí uis perſequi ueſtigijs. Terent. Phor. 3. 3. 18,
Quoquò hinc aſportabitur terrarum, certũ eſt perſequi.

Bello perſequi aliquem. Cæſar 1. bell. Gall. 50. Cic. ad Brutum, 5. 1, Ad V. calend. Maij, quum de ijs, qui hoſtes iudicati ſunt, bello perſequendis ſententiæ dicerentur.

Armis fuſtibus perſequi aliquem. Lucan. lib. 1. 41.

Perſequi aliquem terra & mari. Cic. Attico, lib. 7. 140. 2.

Veſtigijs ipſius perſequi aliquem. Cic. de claris Orat. 170. Per translationem.

Iudicio perſequi aliquem tergiuerſantem. Cic. pro Flacco, 38.

Acrius aliquid perſequi. Cic. 2. de Orat. 97.

Academiam ueterem perſequamur (διεξερχόμεθα) Cicero 1. Academ. 11.

Antiqua perſequi. Cic. 1. de Finib. 56.

Artem aliquam perſequi. Cic. 1. de Finib. 109.

Bona ſua repetere ac perſequi lite atq; iudicio. Cic. 5. Verr. 26.

Ceremonias inſtitutas perſequi. Cic pro Domo ſua, 109.

Conſuetudine & celeritate ſcribendi facillimè, quæ dicerentur perſequi. Cic. pro Sylla, 31.

Diuerticula, flexiones, & ſolitudines perſequi. Cic. in Piſon. 41.

Extrema ſi idem perſequitur, qui inchoauit, iam omnia perfecta uidebimus. Cic. de Prouin. Conſul. 16.

Factis perſequi quod dicimus. Plautus Mercator. 10. 11. id eſt, facere.

Feras perſequi. Ouid. epiſt. 9. 7.

Hæreditates, aut ſyngraphas ſuas perſequi. Cic. 3. de Leg. 26.

Imperium patris perſequi: pro facere. Plaut. Sticho, 3. 84.

Inceptа perſequi. Liu. 6. ab Vrbe, 129.

Inimicitias paternas magna cum gloria perſequi. Cicero 4. Acad. 1.

Iniurias perſequi, Vlciſci. Cic. pro Cecinna, 23.

Inſtituta alicuius ſeruare, & ueſtigijs perſequi. Cic. 4. Acad. 7.

Ius ſuum perſequi, Defendere. Terent. Adel. 2. 1. 9. Cic. 1. Verr. 12, Cur his non modò perſequendi iuris ſui, ſed etiam deplorandæ calamitatis adimis poteſtatem?

Philoſophiam Latinis literis perſequi. Cic. 1. Acad. 18.

Mandata alicuius perſequi & conficere. Cic. Qu. fratri, libro 2. 15. 7.

Mores patris perſequi. Plautus Aſinar. 3. 3. 59,
Eos me decretum eſt perſequi mores patris. hoc eſt, Tentare ut mores patris exprimam.

Mortem alicuius perſequi. Cic. pro Domo ſua, 39.

Numeris curſus ſiderum perſequi. Cic. 2. de Diuin. 25.

Odio perſequitur omnes. Senec. Hippol. 2. 32.

Ocium perſequi. Horat. Epod. 1. 2.

Ad ultimam ſpeciem perſequi ſingulas cauſarum partes. Quintilianus lib. 7. cap. 2. 45.

Pœnas alicuius perſequi, pro Vlciſci. Cic. ad Att. lib. 9. 187. 2.

Pœnas à ſeditioſo ciue per bonos uiros iudicio perſequi. Cicero Lentulo, lib. 1. 9. 50.

Promiſſa alterius perſequi: ut ſcilicet ille ſtet promiſſis. Plautus Mercat. 3. 85.

Quæſtiones infinitas perſequi. Cic. 4. Acad. 209.

Rem ſuam perſequi. Cic. pro Quintio, 24.

Commodiſſimè has res perſecutus eſt Xenophon in eo lib. qui, &c. Cic. 2. Offic. 128.

Diligentiſſimè res Annibalis perſecutus Cæl. Cic. 1. de Diuin. 88.

Scelus ſuum perſequi. Ouid. 8. Metam. 157.

Scriptura perſequi. Cic. ad Trebonium, lib. 15. 21. 8.

Sectam aliquorum hominum perſequi. Cic. 7. Verr. 142.

Stylum alicuius perſequi. Cecinna Ciceroni, lib. 6. 7. 10.

Superſtitio quocunq; te uerteris, perſequitur. Cicero de Diuin. 221.

Verſibus aliqua perſequi. Cic. de Senect. 5.

Veſtigia alicuius perſequi. Cic. 1. de Orat. 52.

Viam perſequi. Terent. Hecyr. 3. 5. 4.

Vitam inopem & uagam perſequi. Cic. 12. Philip. 329.

Vita perſequi diſciplinam rectè uiuendi. Cic. 4. Tuſc. 10.

Vitem relictam perſequitur attondens curuo dente. Virgilius 2. Georg. 82.

Vitia aliquem perſequuntur ab inſtitutione puerili. Quintil. lib. 1. cap. 1. 8.

Voce aliquid perſequi. Cic. pro Plancio. 46.

Voluptates cuiuſquemodi perſequi. Cic. 2. de Finib. 38.

Nominatim uoluptates omnes perſequitur Epicurus. Cic. 1. de Nat. deor. 154.

¶Perſequens, pen. corr. (κατακολουθῶν) Nomen ex partic. ut,
Perſequens flagitij. Plaut. Caſin. 4. 11.

¶Perſequendus, Participium (καταδιωχθησόμενος) ut,

Suauitatis perſequendæ in uocibus ſtudium notandum eſt. Cic.in Orat.32.

¶Perſecutio, Verbale(διωξις) Cic.in Orat.78, *Quum in altera gratiæ, gloriæ, præſidij plurimum eſſet: in altera perſecutionum, cautionumq; præceptio.* Vlpian.in l.pecuniæ uerbum.ff.de uerborum & rerum ſignificatione, *Perſecutionis autem uerbo extraordinarias perſecutiones puto contineri: utputa fideicommiſſorum, & ſi quæ aliæ ſunt, quæ non habent iuris ordinarij executionem.* Et paulo poſt, *Siue ciuilis, ſiue honoraria, ſiue fideicommiſſaria fuit perſecutio.*

¶Perſector, perſectaris(διωκω)perſectari, Diligenter ſectari, perſcrutari. Lucret.lib.2.34,

Nec perſectari primordia ſingula quæq;.

¶Perſectans, Participium: ut, Accipitres perſectantes. Lucret. lib.4.id eſt, inſectantes. Lambinus.

Perſero] perſeris, pen. corr. perſeui, perſatum (περιπαιρω) perſerere, totum ſerere. Plautus autem per translationē pro Diſſentimare poſuit, quum ait, Inde uenisse perſerit.

Perſes] περσης, authore Herodoto libro 7. filius fuit Perſei Danaes filij ex Andromeda Cephei filia, à quo Perſas originem duxiſſe ſcribit. Hic, teſte Plin.lib.7.cap.5, primus ſagittas reperit. Fuit item alter hoc nomine rex Macedonum, qui, ut ait Sabellicus, fractis opibus regni, humiliter & abiectè iacuit ad pedes Aemilij: à quo ductus eſt in triumphum Romam cum filijs, perijtq; in carcere, mœrore animi confectus. Fuit & alius Perſes, pater Hecates, frater Aetæ. Vide Hecate.

Achæmenius Perſes. Stat.5.Sylu.3.8. Vide Achæmenia.

Perſeuero]perſeueras, pen.prod. (διαπλεω, διαμενω, διαεργομαι, διαπερεω, ὑπομενω ἐχω, προσλιπαρεω, χρονιζω) perſeuerare, Cum conſtantia animi & quadam modeſtia continuare. Cic.de Amicitia, 24, Oreſtes autem ita ut erat, Oreſtem ſe eſſe perſeueraret.

Perſeuerare & tranſigere aliquid. Cic.pro Quintio, 51.

Conſtanter perſeuerare. Curius ad Ciceronem, lib.7.30.2.

Ad ultimum perſeuerare. Liu.1.ab Vrbe condita.

In aliquo perſeuerare. Cæſ.5.bel.Gal.137, Cotta ſe ad armatum hoſtem iturum negat, atq; in eo perſeuerat.

Statuit ius dicere, & in eo perſeuerauit. Cicero de Prouinc. Conſ.8.

In conſtantia perſeuerare. Cic.9.Philipp.261.

In errore perſeuerare, nullius, niſi inſipientis eſt: errare, cuiuſuis hominis. Cic.12.Philipp.321.

In labore uno perſeuerare. Quintil.lib.1.cap.12.4.

In propoſito perſeuerare. Liu.6.bel.Maced.39.

In eadem ſententia perſeuerare. Cic.3.de Nat.deor.120.

Perſeuerare & permanere in ſua uetere ſententia. Cic.3.de Legibus,40.

In uitijs perſeuerare. Cic.2.de Inuent.125.

In proprium uſum perſeuerare. Quintil.in Proœm.lib. 6.14.

Perſeueratum eſt, Impersonale. Cic.6. Verr.76, Quod quum illis qui aderant, indignum: qui audiebant, incredibile uideretur, non eſt ab iſto primo illo aduentu perſeueratum.

¶Perſeuerans, penult. prod. (διαγινόμενος, διαφερων) Nomen ex participio. Columel. in Præfat. libro 1.17. Iisq; mos dum ſeruatus eſt perſeuerantiſſimo colendorum agrorum ſtudio, &c.

¶Perſeueranter, ὑπομονητικῶς, perſeuerantius, perſeuerantiſſimè, Aduerbium, Conſtanter. Liu.1.bel. Pun.36, Quo lenius agunt, ſegnius incipiunt: eo quum cœperint, uereor ne perſeuerantius ſæuiant.

Perſeueranter obtinere. Plin.lib.13.cap.1.4.

¶Perſeuerantiſſimè, Aduerbium. Plin. iunior lib. 4. epiſt.86, Nam patrem illarum defunctum quoq; perſeuerantiſſimè diligo, ut actione mea libriſq; teſtatum eſt.

¶Perſeuerantia, huius perſeuerantiæ (ὑπομονη) Cōſtantia. Cic 5.Verr.53, Cuius iſte fidei, diligentiæ, perſeuerantiæ nulla ratione eripi poſit.

Perſeuerantia eſt in ratione bene conſiderata ſtabilis & perpetua permanſio. Cic.2.de Inuent.242.

Nimia perſeuerantia. Cic.pro Domo ſua, 6.

Conſtantia, grauitas, perſeuerantia retinenda eſt. Cicero 7. Philipp.225.

Retinere perſeuerantiam ſententiæ ſuæ. Cic.pro Plancio, 72.

Perſeuerus] pen.prod.(πανυ ωμοτατος) Adiect.ut, Imperium perſeuerum. Tacit.lib.15.

Perſeus] Perſei (περσευς) uel Perſes, Perſis ſiue Perſi: ſicut Achilles, Achillis uel Achilli: Achilleus, Achillei. Viri proprium, de quo multa præclara geſta narrantur. Hic fertur Cephei gener, quòd Andromedam ceto expoſitam liberatam à periculo, uxorem duxerit, qui nobilitatis & uirtutis cauſa ad ſidera dicitur peruenisſe. Cic.lib.2.de Natur.deor. 163, Minorem autem Septētrionem paſsis palmis ſubſequitur Cepheus: hunc antecedit Caſsiopea. Ad pedes Andromedæ Perſeus deſcribitur. Vide Herodotum lib.7. & Ouidium 4.Metamorphoſ.

Aerei Perſeos plantaria. Valer.1.Argon.14.

Inachius Perſeus. Claud.1.in Ruffinum, 56.

Pennipes Perſeus. Catull.in Camerium, epigram. 51.6.

Perſeis, pen.prod.(περσηις) Patronymicum à Perſeo. Ouidius 4.de Ponto, eleg.16.5,

Trimacriuſq; ſuæ Perſeidos author & actor.

Perſia] περσις, ſeu Perſis, Perſidis: & Perſida, Perſidæ, Orientalis regio, à Perſe, ſeu à Perſeo rege ſic dicta. Virgilius 4. Georgic.58.

Quáq; pharetratæ uicinia Perſidis urget. Ouid.1. Metamorphoſ.13.

Danaeia Perſis. Ouid.1.de Arte, 45. Danae mater fuit Perſei.

¶Perſæ (περσαι) populi Perſiam incolentes. Lucanus libro 10.54.

Ex Pharijs Perſiſq; fuit, Macedumq; tyrannis.

Religio impia Perſarum. Catullus in Gellium, epigr.85.1.

Infidi Perſæ. Horat.4.Carm.ode 15.5.

Graues Perſæ. Horat.4.Carm.ode 2.5. Ibidem, lib.3.ode 5.1.

Veſcuntur naſturtio Perſæ. Cic.2.de Finib.146.

Perſæ cera circunlitos mortuos condiūt, ut quammaximè permaneant diuturna corpora. Cic.1.Tuſc.174.

In Perſis augurantur & diuinant Magi, qui congregantur in fano commentandi cauſa, atq; inter ſe colloquendi. Cic.1.de Diuin.149.

Reges Perſarum plures uxores habere, his autem uxoribus ciuitates attribuere aiunt ſolere, hoc modo. Hæc ciuitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines: ita populos habent uniuerſos non ſolum conſcios libidinis ſuæ, uerumetiam adminiſtros. Cic.5.Verr.64.

Rex Perſarum quiſquā eſſe non poteſt, qui non antè Magorū diſciplinam ſcientiamq; perceperit. Cic.1.de Diuin.150.

¶Perſeis, pen.prod.(περσαις) Patronymicum fœminum: ut, Herbæ Perſeides, Magicæ. Ouid.1.de Remed.amor.53.

¶Perſicus, pen.corr.(περσικος) Adiectiuum, Quod ex Perſia eſt: ut, Regnum Perſicum. Iuuenal.Satyr.14.33.

Perſicus ſinus, Qui ab Oriente eſt maris Rubri. Plin.lib.6.cap. 26.1, Perſæ Rubrum mare ſemper accoluēre, propter quod is ſinus Perſicus uocatur. Meminit & Ptolemæus lib.5.cap. 4. hodie mare de Balſera nomen habet, in cuius oræ inſula Gulfar.

Libri Perſici. Cic.1.de Diuin.84.

Bracha Perſica. Ouid.5.Triſt.eleg.11.7.

Perſicus, aliquando pro Opulento & diuite accipitur, à Perſarum ſcilicet diuitijs, luxuq;. Horat.1.Carm.ode 38.1,

Perſicos odi puer apparatus.

Ornatus Perſicus. Cic.de Senect.56.

Perſica mala, dicta ſunt, quòd ex Perſia primùm allata ſunt. Plin.lib.13.cap.9, Aegyptus & Perſicam arborem ſui generis habet, ſimilem pyro, folia retinentem, fertilitas aſsidua ei, ſubnaſcente craſſino fructu, maturitas Eteſiarum afflatu. Pomum longius pyro, incluſum amygdalæ putamine & corio: colore herbido, ſed ubi nux illi, huic pomum, differens breuitate ac mollitie: & quamuis blandiatur prædulcis ſuauitas, innocuum.

Perſicum portum Plaut.cum ait, mare Euboicum uidetur ſignificare, quòd in eo claſsis Perſarum dicitur ſteriſſe, non procul à Thebis. Perſicum Plautus dixit peracutum.

Perſideo] perſides, pen.corr. perſedi, pen. prod. perſeſſum (ἱζανω) perſidere, Idem quod Permanere. Plinius lib.17. cap.24.7, Pruinæ perniciosior natura, quoniam lapſa perſidet, gelatq;, ac ne aura quidem ulla depellitur.

Perſides] piſces ſunt, ex genere Polyporum. Plinius lib.32. cap.ult.

Perſido] perſidis, pen. prod. perſedi, perſeſſum (ἱστημι καθεζομαι) perſidere, ex Sido compoſitum. Lucret.lib.1.62,

At neq; quo pacto perſederit humor aqua Viſum eſt. id eſt, Inſederit, immiſsus ſit, intrārit, penetrārit. Virgilius 3. Georg.89,

Turpis oues tentat ſcabies: ubi frigidus imber Altius ad autum perſedit. Seruius, Perſedit, Medullas & oſſa penetrauit.

Perligno] perſignas (ἱστημι καλεω) perſignare. Liuius 5.bel. Pun.35, Quibus creati ſunt Quinqueuiri muris turribuſq; reficiendis, & Triumuiri bini: uni, ſacris conquirendis do niſq; perſignandis: alteri, &c.

Perſillum] uocant ſacerdotes rudiculum picatum, quo ungui ne Flamen Portunalis arma Quirini unguet. Feſtus. Perſillum dicebant uas quoddam picatum, in quo erat unguentū, unde arma Quirini ungebantur. Paulus.

Perſimilis] & hoc perſimile, pen.corr.(πανομοιος) Cic.in Partit.15, Nihil ſanè præter memoriam, quæ eſt germana literaturæ quodammodo, & in diſsimili genere perſimilis. Horat.de Arte,2.

Perſiſto] perſiſtis, perſtiti, perſtitum, pen.corr (ἱσταμαι) perſiſtere, Durare, perſeuerare. Apuleius, Quum me rogaſſent, an in propoſito perſiſterem. Liuius 8. bel. Maced. 57, Parum eſt non erubuiſſe abſentem, quum per legatos fruſtraueris nos, niſi præſens quoq; in eadem impudentia perſiſtas? Cicero 2.de Diuin.172, Aut pertinaciſsimus fueris, ſi in eo perſiſteris, &c.

Perſius] περσιος, doctiſsimus Romanorum, cuius Lucilius meminit de quo Cic. item 2. de Orat. 15. Perſius Flaccus, Volaterris Hetruriæ opido natus eſt. Conſtat eum claruiſſe iiſdem temporibus, quibus Domitius Nero imperium urbis Romæ ſuſcepit. In grammatica præceptorem habuit Rhemnium Palæmonem Vincentinum, qui grauiſsimas inimicitias dicitur exercuiſſe cum M. Varrone. In Rhetorica Flauium Virginium. Anneum uerò Cornutum, qui philoſophiæ ſtudio excelluit, magna diligentia, ſingulariq; obſeruatione coluit, cumq; eo familiariſsimè diu uixit, ut teſtatur ipſe Satyra,5.

Perſolata] Herba, de qua Plin. lib.25.cap. 9, Perſolata, quā nemo ignorat: Græci uerò ἀφρτου uocāt, folia habet maiora etiā cucurbitis, & hirſutiora, nigrioraq; & craſsiora, radicē albam & grandem. Perſolatam ſiue perſolulatam hoc loco, inquit Hermolaus, Plinius uocat ungulam caballinam, quæ uulgò dicitur: nam arction à perſonata ſeparat. Vide eundem Barbarum in cap.15.lib.21.apud Plinium.

Perſolido] perſolidas, pen.corr.(παντοριω) perſolidare, Idem quod ſimplex Solido. Stat.1.Theb.70,

Diffunditq; imbres: ſicco quos aſper hiatu Perſolidat Boreas. hoc eſt, congelat.

Perſoluo] perſoluis, perſolui, perſolutum, pen.prod. (ἱστιω, ἐκτινω) perſoluere, Perfectè uel in totum ſoluere.

Ab aliquo perſoluere. Vide A uel Ab.

Perſoluere amico. Decius Brutus, Tantum me tibi debere exiſtimo, quantum perſoluere difficile eſt.

Perſolui primæ epiſtolæ, uenio ad ſecundam. id eſt, Reſpondi ad ea quæ ſcripſiſti in primā epiſtolā. Cic. Att.lib.14.318.2.

Grates perſoluere dignas. Virg.1.Aeneid.121.

Perſolui gratia non poteſt nec malo patri. Quintil.in Aegro redempto. hoc eſt, Beneficiū ne malo quidē patri reddi poteſt.

Honorem perſoluere alicui. Virg.8.Aeneid.13.

Officium receptum perſoluere. Cic.7.Verr.143.

Pœnas perſoluere, Dare pœnas. Cic. de Amic. 36, Pœnas Reipub.graues, iuſtasq; perſolui. Idem 7.Verr.128.

Pœnas perſolues mihi ſanguine. Virg.9.Aeneid.85.

Præmia promiſſa perſoluere. Ouid.3.Faſt.79.

Promiſſum perſoluere. Cic.pro P. Seſtio, Simite me, quod uobis fretus huic ſæpe promiſi, id à uobis ei perſoluere.

Quæſtionem perſoluere. Cic.Attico, lib.7.123.15, Sed quoniam grammaticus es, ſi hoc mihi ζητημα perſolueris, magnam me moleſtia liberāris.

Rationem officij perſoluere. Cic.7.Verr.139.

Stipendium perſoluere. Cic.Attico, lib.5.101.2.

Vota perſoluere. Propert.lib.2.eleg.26.5. Plin.epiſt.321.

¶Perſoluendus, quinq; ſyllabarum (ὑπτιος) Ouidius ad Liuiam,74,

Vita data eſt, utenda, data eſt ſine fœnore nobis Mutua, nec certa perſoluenda die.

Perſolus] pen.prod. Adiectiuum, Perſolæ nugæ. Plaut. Curcul.4,

Ebriola, perſolæ nugæ. id eſt, ſolæ & meræ: non, ut quidam primi in literis ordinis cenſent, Perſicæ. Sic enim alio loco Plautus idem ſcribit,

—oculum effodito perſolum mihi: Iuſcum loquentem introducens. Particula enim augendi addita eſt uerbo, quod omnis expers eſt incrementi.

Perſoluta] ſiue perſolyton, Herba hortenſis apud Aegyptios. Plin. lib.21.cap.33, Et perſolutam Aegyptus in hortis ſerit, coronarum gratia. Duo genera eius, mas & fœmina.

Perſona] perſonæ, pen.prod. (πρόσωπον, προσώπειον) ſignificat eam qualitatem, qua homo differt ab homine, tum in animo, tum in corpore, tum in extrà poſitis: quæ à Rhetoricis enumerātur in attributis perſonæ. ut Hector ad Priamū, perſona filij eſt: ad Aſtyanactem, perſona patris: ad Andromachen, perſona mariti: ad Paridem, perſona fratris: ad Sardonem, amici: ad Achillem, perſona inimici. Sunt autem & perſonæ in diuinitate, & quidem qualitates, non ſubſtantiæ, ſi Vallæ credimus: Pater, Filius, Spiritus ſanctus. Sed Qualitas eſt: ea quæ poſsit abeſſe citra ſubiecti corruptionē: falſa & Græcula eſt definitio. Calor enim & lux in Sole nunquam abeſt. Hæc ferè ex Valla lib.6.

Impoſuit nobis ipſa natura perſonam magna cum excellentia præſtantiaq; animantium reliquorum. Cicero 1. Offic. 137. & 161.

Naturam & perſonam alicuius ad aliquam rationem aptam eſſe. Cic. Cæſari in epiſt.ad Atticum, lib.9.183.2.

Digna tua perſona quæ ſunt, ea reminiſcere. Seruius Ciceroni, lib.4.5.15.

Persona, pro homine. Cic. 1. de Fin. 3, Postremò aliquos futuros suspicor, qui me ad alias literas uocant: genus hoc scribendi etsi elegans, personæ tamen & dignitatis esse negent. Celsus in Prooemio, lib. 1, Medicos nihil tentasse iudico: quia nemo in splendida persona periclitari uoluerit coniectura sua: ne si non seruasset, occidisse uideretur.

Heroicæ personæ Medeæ & Atræus. Cic. 3. de Nat. deor. 101.

Obscuræ personæ. Cic. Appio, lib. 3. 5. 6.

Contrahere personas ad aliquod negocium. Vide Contraho.

Persona, pro eo quod uulgò dicunt, Nomẽ uel tuum uel meum. Cic. Attico, lib. 7. 189. 11, Subijcere eisdem prælijs, ut mea persona semper ad improborum ciuium impetus aliquid uidetur habere populare. id est, Vt ego semper essem expositus impetui improborum, etiam plaudente quodam modo plebe, inquit Budæus. Idem 12. Philipp. 330. Sic 6. Philipp. 214, Non alienum fuit, personas quasdam à uobis recognosci, ut quibuscum bellum gereretur, positis tacti cogitare.

Hominum innumerabiles personæ. Cic. 2. de Orat. 79.

Colliduntur personæ inter se. Quintil. lib. 7. cap. 3. 9.

Inuadere personas fauorabiles. Quintil. lib. 7. cap. 2. 30.

Persona (μορμολύκιον) pro Facie conficta accipitur, quæ à Græcis πρόσωπον uocatur. Hanc iuniores laruam uocant. Vnde in scenis histriones personas accipiunt, hoc est, facies serui, aut ancillæ, aut mariti, aut patris. Plinius lib. 12. cap. 14. 7. Persona adijcitur capiti, densissue reticulus. Martial. lib. 14. 181,

Sum figuli lusus Rufi persona Batani:
Quæ tu derides, hæc timet ora puer.

Cerea persona. Lucret. lib. 4. 60.

Personæ sunt (ut dictum est) in scena, qui exprimunt gestu uel habitu senem, uel amatorem, uel auarum, uel iactabundum, &c. Terentius in Prol. Eunuch. 26,

Parasiti personam inde ablatam, uel militis.

Partes & persona. Cic. pro Muræna, 5, Ego autem has partes lenitatis & misericordiæ, quas me natura ipsa docuit, semper egi libenter: illam uerò grauitatis seueritatisq; personã non appetiui.

Conuenientes personæ. Quintil. lib. 4. cap. 2. 38.

Abijcere personam unam, & Sumere, contraria. Cicero pro Planc. 81.

Adumbrare personam. Vide Adumbro.

Aptare personam Herculis infantibus. Quintil. lib. 6. cap. 1. 28.

Capere personam. Vide Capio.

Tantam personam, tam grauem, tam seueram non capiunt angustiæ pectoris. Cicero in Pisonem, 18. de dignitate & maiestate Consulis.

Constituere personas. Quintil. lib. 4. cap. 2. 38.

Alienam ferre personam. Liu. 3. ab Vrbe, 146.

Vtrunq; personam ferre. Horat. 1. epist. 18. 6.

Nouam formare personam. Horat. de Arte, 26.

Illigare personas graues sermonibus. Vide Illigo.

Imponere alicui personam dare prouinciam. Cicero de lege Agrar. 55.

Imponere alicui personam calumniæ. Cic. 4. Verr. 29.

Imponere personam, Rursum aliter. Cic. 4. Verr. 75, dubitate etiamnum si potestis, quin eum iste potissimùm ex omni numero delegerit, cui improbam personam imponeret?

Vehementem & acrem personam, quam mihi tempus & Respub. imposuit, tam uoluntas & natura ipsa detraxit. Cicero pro Sylla, 6.

Induere personam. Quintil. lib. 3. cap. 8. 34. Vide Induo.

Introducuntur personæ in dialogis. Vide Introduco.

Seruire personæ. Cic. 3. Offic. 144.

Substituere personas. Quintil. lib. 3. cap. 8. 37.

Suscipere personam alicuius. Quintil. lib. 4. cap. 2. 68.

Sustineo unus tres personas, meam, aduersarij, iudicis. Cicero 2. de Orat. 57.

Grauissimam sustinet personam, qui philosophiam profitetur. Cic. in Pisonem, 56.

Tenere aliquam personam. Cicero 3. de Orator. 30. Neque adhuc quam personam teneant, aut quid profiteantur, intelligere potuerunt.

Tractare personam alicuius. Quint. lib. 4. cap. 1. 9, Ipsius autẽ litigatoris persona tractanda uariè est.

Tueri personam principis, magnum est in Republica. Cic. 9. Philip. 253.

Personas etiam dicimus figuras eminentes in ædificijs, quæ quasi ore uel mentula fundunt, eoq; uarios uultus & gestus exprimunt: ut est apud Vlpianum in l. fundi. ff. de actionibus empti.

¶ Personatus, pen. prod. Adiectiuum (μορμολυκιώδης) Qui est de comœdia. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 12,

—quis stomachetur eodem
Quo personatus pacto pater? Hæc Budæus.

Personatus, Personis siue laruis indutus. Cic. Att. lib. 15. 321. 5, Quid est hoc? quid est autem cur ego personatus ambulem? parúmne fœda persona est ipsius senectutis?

Personata, fabula quædam Næuij inscribitur, quam putant quidam primùm à personatis histrionibus: sed cum post multos annos comœdi & tragœdi personis uti cœpêre, uerisimilius est eam fabulam propter inopiam comœdorum actam nouam per Atellanos, qui proprie uocantur personati: quia ius est ijs non cogi in scenam ponere personam: quod cæteris histrionibus pati necesse est. Festus.

¶ Personalis, & hoc personale, pen. prod. (προσωπικὸς) Quod ad personam pertinet. Vnde personalis actio, quæ in personam fit: Personale uerbum, quod per personas distinguitur.

Personale munus. Vide Vigilantia & solicitudo animi, in Vigil.

Personata] huius personatæ, pen. prod. (σκῆπτον) Genus herbæ, nascentis iuxta riuos & flumina. Plin. lib. 25. cap. 9. 3, Quidam arction personatam uocant, cuius folia nullum est latius, grandes lappas ferentem. Col. lib. 6. cap. 17, Venena uiperæ depellit super scarificationẽ ferro factã herba, quam uocãt personatã, trita & cũ sale imposita. Petasites alijs dicitur, alijs Prosopion. Ruel. lib. 1, Arction prosopites personatam in Latino sonat, & Lappam maiorem officinæ uocant.

¶ Personatia, huius personatiæ, Herba eadem quæ Personata, siue Arction. Plin. lib. 21. cap. 16, de colocasia, Foliis latissimis etiam si arbores comparentur, ad similitudinem eorum, quæ personatia in nostris omnibus uocamus. Castigatiorá exemplaria habent, personata. Vide Dioscoridem lib. 4. cap. 92. Cæterum uariant authores in Personatæ, Personatiæ, Persolatæ, & Persolutæ, cùm nominibus, tum rebus. Vide Matthiolum.

Personò] personas, pen. corr. personui (δυνήσομαι) personare, Magnum sonum emittere, magna uoce clamare & efferre. Cic. pro M. Cælio, 37, Illæ uerò non loquuntur solùm, uerumetiam personant, huic unius mulieris libidinem esse prolapsam, ut ea, &c.

Per urbem totam personat. Valer. 2. Argon. 33.

Aurata cithara personat lopas. Virg. 1. Aeneid. 150.

Cerberus personat regna latratu. Virg. 6. Aeneid. 84.

Tibia personuit solenni cantu. Ouid. 3. Amor. eleg. 12. 3.

Aurem alicuius personare. Horat. 1. epist. 1. 2.

Personare aures alicuius noce aliqua. Cic. ad Leptã, lib. 6. 18. 8.

Personare tumultu. Liu. 7. bel. Pun. 89. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 10.

Quantus ab ætherio personat axe fragor.

Domus

Domus personuit canibus. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 23.

Personat domus cantu tibiarum. Cic. in Pisonem, 16. Cicero pro Rosc. Amer. 79, Animi & aurium causa tot homines habet, ut quotidiano cantu uocum & neruorum, & tibiarum, nocturnisq; connuijs tota uicinitas personet.

Saxa personuêre dulci fistula. Horat. 1. Carm. ode 17. 3.

Vlulatus personant tota urbe. Liu. 9. bell. Maced. 55, Non famæ modò accepisse uos, sed creptuibus etiam, ululatibusq; nocturnis, qui personant tota urbe, certum habeo.

¶ Personus, pen. corr. Adiectiuum. Valer. 4. Argon. 84,

—hæc procul Io
Spectat ab arce poli iam diuis addita, iamq;
Aspide cincta comas, & ouanti persona fistro.

Persorbeo] persorbes, persorbui uel persorpsi, persorptum (ἐπροφῶ) persorbere, Totum sorbere. Plin. lib. 31. cap. 11. 1, Alias ex his mares existimauêre, tenui fistula, spissioresq;, persorbentes, & quæ tinguntur in delicijs, aliquando & purpura.

Perspeculor] pen. corr. perspecularis (κατοθεωρέω) perspecularí, Diligẽter speculari. Plin. lib. 8. cap. 26, assidua namq; satietate obesus exit in littus, recẽtes arundinũ cæsuras perspeculatus. Hirtius de bello Africano, lib. 5. 117, Quum de uallo perspecularetur.

Perspergo] perspergis, perspersi, perspersum (κατοπρέφτίω) perspergere, Idem quod Aspergere. Cic. 1. de Orat. 77, Libandus est etiam ex omni genere ubernitatis facetiarum quidam lepos, quo tanquam sale perspergatur omnis oratio. Cato cap. 130, Codicillos oleaginos, & cætera ligna murca cruda perspergito, & in sole ponito.

Perspicio] perspicis, pen. corr. perspexi, perspectũ (διορέω, σωορέω) perspicere, Intueri, & diligenter animaduertere. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 2. 6. Perspiciebant enim in Hortensij sententiam multis partibus plures ituros. Cæsar. 2. belli Gall. 271, Quæ de causa discederent, nondum perspexerat.

Perspicere, & penitùs introspicere. Cic. pro Sylla, 57.

Perspicere unde natus sit error. Cic. 1. de Fin. 49.

Non satis perspicio, ista uarietas quæ sit. Cic. 2. de Fin. 16.

In parua pecunia sæpe perspiciuntur quàm sint leues quidam amici. Cic. de Amicit. 56.

Quid in quaq; re uerum syncerumq; sit, quid consentaneum cuiq;, quid consequẽs, ex quo quæq; gignantur, quæ cuiusq; rei causa sit perspicere. Cic. 2. Offic. 24.

Ex re quod perspicitur, & uerum esse intelligitur, nihil attinet approbari. Cic. 1. de Inuent. 80.

Cum consilio & cura rem aliquam perspicere. Cicero 2. de Inuent. 133.

Altius perspicere. Vide Altus.

Facillimè & optimè perspicere. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. 21.

Funditùs perspicere omnes res gestas. Lucret. lib. 1. 97.

Rectius perspicere aliquid. Lucret. lib. 1. 32.

Perspicere & pertractare totam causam. Cicero 2. de Oratore, 174.

Perspicere coniectura. Cic. pro lege Manil. 18.

Cura uigili perspexerat omnia. Ouid. 15. Metam. 13.

Fidem alicuius perspicere. Cic. 4. Verr. 3.

Fronte (ut aiunt) meũ erga te amorem perspicere potuisses. Cic. Attico, lib. 14. 311. 1.

Naturam loci perspicere. Cæsar 1. bell. Ciuil. 246.

Videre frequentiam aliquorum, & studia perspicere. Cicero 1. Catilin. 16.

Se perspicere, totumq; tentare. Cic. 2. de Leg. 88.

Virtutem & integritatem alicuius perspicere. Cic. 5. Verr. 2.

Voluntatem alterius perspicere. Cic. ad Attic. lib. 1. 1. 6.

¶ Perspectus Particip. (διωρωμένος) Cæsar 2. Bell. Gall. 290,

Eorũ dierũ consuetudine itineris nostri exercitus perspecta.

Amicitia perspecta. Catul. de Cælio, epigram. 95. 2.

Perspectum, cognitum, iudicatum animum alicuius habere. Cic. Bruto, 1. 3.

Vita aliquorum in rebus honestis atq; magnis perspecta. Cic. 1. Offic. 207.

Audita uirtus alicuius, Perspecta, præsens, experta, contraria. Cic. pro Corn. Balbo, 11.

Perspecta & explorata omnia ad aliquem perscribere. Cicero Attic. lib. 3. 55. 14.

¶ Perspectus, Nomen ex Participio (διορατὸς) Quod diligenter animaduersum est. Cic. Attico, lib. 11. 209. 1, Omnem autem spem habeo existimationis priuatarumq; rerum, in tua erga me mihi perspectissima beneuolentia.

¶ Perspectè, Aduerb. (διορατικῶς) Diligenter, doctè.

Perspectè & doctè sapere. Plaut. Mil. 10. 161.

¶ Perspecto, perspectas (σωορᾶσθαι) perspectare, Frequentatiuum. Plaut. Milit. 10. 2,

Simite me prius perspectare ne usquam insidiæ sient.

Perspectare, Ad finem usq; spectare. Suetonius in Augusto, Ludos quinquennales honori suo destinatos perspectauit.

¶ Perspicientia, perspicientiæ (σύνεσις) Cic. 1. Offic. 24, Sed omne quod honestum est, id quatuor partium oritur ex aliqua: aut enim in perspicientia ueri, solertiaq; uersatur. id est, perfecta cognitione.

¶ Perspicuus, Adiectiuum (διαφανὴς) Per cuius medium uidemus: & magis ad incorporalia pertinet. Martialis libro 4. 41. de uitro,

Prodat perspicuus ne duo uina calix. Idem lib. 4. 22, Perspicua aqua.

Amnis perspicuus. Stat. 4. Thebaid. 184.

Liquor perspicuus. Ouid. 4. Metam. 60.

Perspicuus. (εὐεργὸς) per translationem, pro Claro, manifesto, & minimè dubio. Cic. pro Rosc. Amer. Necesse est eam quoque iustam, & magnam, & perspicuam fuisse. Idem 1. de Inuent. 79, Quæ perspicuam omnibus ueritatem continet assumpto, nihil indiget approbationis.

Mors perspicua. Cic. pro Domo sua, 51.

Non obscurum & perspicuum. Cic. 6. Verr. 90.

Apertum & perspicuum. Cic. 3. Verr. 100.

Perspicuum facere. Cic. 2. Verr. 4.

Perspicuum est omnibus. Cic. 4. Acad. 238. & 183.

Perspicuum hoc est, constatq; inter omnes. Cicero 3. de Natur. deorum, 14.

¶ Perspicuitas, pen. corr. perspicuitatis (ἀναφαίνεια) Euidentia. Cic. 4. Acad. 35, Propterea quòd nihil esset clarius ἐνάργεια, ut Græci: perspicuitatem aut euidentiam nos, si placet, nominemus.

¶ Perspicuè, Aduerb. (διαφανῶς) Euidenter. Cic. 4. Acad. 67, Quo enim modo perspicuè dixeris, album esse aliquod, &c.

Dilucidè & perspicuè. Plin. lib. 18. cap. 28. 14.

Planè & perspicuè expedire aliquid. Cic. 5. de Fin. 30.

Apertè & perspicuè nulla esse iudicia. Cic. 2. Verr. 13.

¶ Perspicax, pen. corr. perspicacis, pen. prod. om. gen. (πανοῦργος, σωνετὸς, διορατικὸς, σωοπτικὸς) Consideratus, acutus. Cic. 2. Offic. 132,

Quod ni Palamedis perspicax prudentia,
Istius percepset malitiosam audaciam. Ex poeta. Terent. Heaut. 5. 1. 1,

Ego me non tam astutum, neq; ita perspicacẽ esse, id scio.

Cic. 1. Offic. 141, acutum & perspicax coniunxit.

¶ Perspicacia, huius perspicaciæ (σύνεσις) Consideratio & acumen. Cic. ad Attic. lib. 15. 329. 1, Tandem à Cicerone tabellarius, sed mehercule literæ σωνετωτάτως scriptæ, quod ipsum

ipſum perſpicaciam aliquam ſignificaret.

¶Perſpicacitas, pen.cor. Idem (τὸ συνοπτικὸν) Cic.ad Atticum, lib.1.13.10, Etſi ex ijs quæ ſcripſimus, tanta es perſpicacitate, etiam à me non ſcripta perſpicis. In quibuſdam exemplaribus deſiderantur hæc uerba, es perſpicacitate.

Perſpiſſò] Aduerb.(πολυβραδέως) ſignificat Tardè. Plaut. Quid quod bene promittunt aruſpices, perſpiſsò euenit. Nonius.

Perſterno] perſternis, perſtraui, perſtratum, pen. prod. (καταστρώννυμι) perſternere, Totum ſternere. Liuius 10. ab Vrbe, 234, Eodem anno ab Aedilibus curulibus, qui eos ludos fecerunt, damnatis aliquot pecuarijs uia à Martis ſilice ad Bouillas perſtrata eſt.

erſtimulo] perſtimulas, penult. corr. (κατατρυτάω) perſtimulare, Idem quod Stimulo. Tacitus lib. 4, Agrippinæ quoq; proximi illiciebantur: prauis ſermonibus ſpiritus perſtimulare.

Perſtino] perſtinas, pen.corr. (τιμῶμαι) perſtimare, Taxare, ſiue pro precio deputare. Apul. Et percontato precio quod centum nummis indicaret, aſpernatus, Viginti denarijs, inquit, perſtinaui.

Perſto] perſtas, perſtiti, perſtitum, pen. corr. & perſtatum, pen.prod. (ἐμμένω) perſtare, Firmum & immobilem ſtare, perſeuerare. Plin.lib.7.cap.2.12, Philoſophos eorum quos gymnoſophiſtas uocant, ab Exortu ad Occaſum perſtare, contuentes ſolem immobilibus oculis feruentibus harenis.

In limine perſtat quidam. Tibull.lib.1.eleg.5.15.

Animis perſtare. Stat.11.Theb.86.

Negare aliquid, & in eo perſtare. Cic.3.Offic.51.

In cauſam damni perſtat uterq; ſui. Ouid.2.de Arte, 113.

In impudentia perſtare. Cic.pro Roſc.Comœd.16.

Perſtare incœpto, uel in incœpto. Liuius 8.ab Vrbe, 166. Ibidem, 174.

Perſtare in prauitate ſua. Cic.4.Acad.51.

Perſtare in ſententia. Cic.pro Roſc.Comœd.32.

In ſocietate perſtare. Liu.3.bel.Pun.61.

Perſtas certare. Ouid.13.Metam.16.

Perſtat contendere. Silius lib.5.21.

Hyems perſtat. Ouid.epiſt.17.42.

Mens eadem perſtat mihi. Virg.5.Aeneid.163.

Muſa ſola comes fugæ perſtitit. Ouid.4.Triſt.eleg.1.4.

Pudor in ore perſtat. Ouid.4.de Ponto, eleg.9.19.

Rabies perſtat. Lucan.lib.5.42.

¶Perſtans. Participium (ἐμμένων) ut,

Dictis perſtantem cernit in ijſdem. Valer.4.Argon.30.

Perſtratus] Vide Perſterno.

Perſtrepo] perſtrepis, pen.corr. perſtrepui, perſtrepitum, pen.cor. (κατακροτέω) perſtrepere, Valde ſtrepere. Terent. Eunuch.3.5.52,

Abeunt lauatum, perſtrepunt, ita ut fit domini ubi abſunt.

Crebro pulſatus perſtrepit ictu. Claud.2.in Eutrop.90.

Rumor in arcana iamdudum perſtrepit aula. Stat.2.Achil.16.

Tellus perſtrepit. Silius lib.8.86.

Perſtringo] perſtringis, perſtrinxi, perſtrictum (κατασφίγγω) perſtringere, eſt (inquit Nonius) Valde ſtringere, & claudere. Cato cap. 32, Vites bene nodentur per omnes ramos, diligenterq; caueto ne uitem præcipites, & ne nimiũ perſtringas.

Perſtringere oculos ſplendore micanti, Offuſcare, obnubilare, obſcurare. Lucilius lib.30.

Perſtringere aciem, aut oculos mentis, & animorum, aut boni ingenij. Cic.1.de Diuin.108, Eaq; parte animi quæ uoluptate alitur, nec inopia enecta, nec ſatietate affluenti: quorum utrunq; perſtringere aciem mentis ſolet. Idem 4. de Finibus, 61. Sic ad Brutum, 18.4. Item, de Senect.38.

Murmure cornuum perſtringis aures. Horat.2.Carm.ode 1.4.

Fulmineum perſtrinxit iter. Claud.1.Paneg.40.

Terram aratro perſtringere. Cic.pro lege Agrar.69.

Portam urbis alicuius uomere aratri perſtringere. Cicero 2. Philip.101.

Horrore perſtringi. Liu.1.ab Vrbe, 103.

Perſtringere aliquem, Leuiter attingere, & interim taxare, & reprehendere, leuiq; dolore afficere. Cic. pro Seſtio, 11, Vt eos quorũ ſceleris furore uiolatus eſſem, uocis libertate perſtringerem? Idem Att.lib.1.9.5. de Craſſo. Ex Budæo.

Celeriter curſum aliquem perſtringere. Cic.3.Philip.63.

Leuiter Conſulatus meus eum perſtringit. Cicero. de clar. Oratorib.180.

Voluntatem alicuius aſperioribus uerbis impunè perſtringere. Cic.pro Plancio, 28.

Suſpicione perſtringere. Cic.pro Sylla, 34.

Perſtringere, Summatim & breuiter dicere. Cic.pro Sex.Roſc. 55, Sed in animo eſt, quemadmodum antè dixi, leuiter tranſire, ac tantummodo perſtringere unamquamq; rem. Idem de Amic.42, Quem locum breuiter perſtrinxi paulo antè.

Perquàm breuiter aliquid perſtringere & attingere. Cic. 2.de Orat.111.

¶Perſtrictus, Participiũ (κατασφιχθείς) Plin.lib.17.cap.24.3, Perſtrictus gelu non potuit cò peruenire humor. hoc eſt, ut hementer aſtrictus.

Perſtudioſus] pen.prod. Adiectiuum (πολυπαθῶς) Cic. 5.Tuſc.89, Muſicorum uerò perſtudioſum accepimus, &c.

¶Perſtudioſè, Aduerbium. Cic.in Brut. His enim ſcriptis etiam ipſe interfui, quum eſſem apud Aelium adoleſcẽs, eumq; audire perſtudioſè ſolerem.

Perſuadeo] perſuades, pen.prod. perſuaſi, perſuaſum. pen. prod. (πείθω, αὐχπείθω, ἐπιπείθω, πιθάνημι) perſuadere, Suadendo inducere, facere ut quis credat. Terent. Adelph. 3.4.24.

Perſuaſit nox, amor, uinum, adoleſcentia. Cæſar libro 4. Comment. Idoneum quendam hominem & callidum delegit, Gallum, ex illis quos auxilij cauſa ſecum habebat: huic magnis præmijs pollicitationibusq; perſuadet, ut ad hoſtes tranſeat: & quid fieri uelit, edocet. qui ubi ad eos uenit, timorem Romanorum proponit.

Auditori aliquid perſuadere. Cic.1.de Inuent.34.

Opinione non ſolùm, ſed etiam ad ueritatem ſibi aliquid perſuadere. Cic.1.de Nat.deor.84.

Te tibi perſuadere uolo, mihi neminem eſſe te chariorem. Cic. Attic. lib. 10.198.3.

Prorſus ita eſſe, alicui perſuadere. Cic.Attico, lib.7.128.1.

Confirmauit non ſolùm mihi, ſed etiam perſuaſit. Cic. Attico, libro 16.333.13.

Verè perſuades hoc tibi. Horat.1.Serm.Satyr.6.2.

Quo modo mihi perſuadeo, per parentheſin poſitum. Cic.pro Roſc.Amer.4.

Ita perſuadeas. Cic.ad Brutum, lib.11.5.8.

Perſuadere, pro Suadere. Terent.And.3.3.46,

Et is mihi perſuadet, nuptias quantũ queam ut maturem.

¶Perſuadens, pen.prod. Participium (πείθων) ut,

Verba perſuadentia. Ouid.1.de Arte, 75.

¶Perſuaſus, pen. prod. (αὐπεπεῖσθαι) Aliud participium, ſiue Nomẽ ex participio. Cic.in Tuſc. Opinio mali, quo uiſo atq; perſuaſo, ægritudo inſequitur neceſſariò.

De tua fide mihi perſuaſum eſt. Brutus & Caſſius Antonio, lib. 11.2.1.

Ita perſuaſum omnibus cum paucis inermibus, perterritis metu fracto animo, fugiſſe Antonium. Cic.ad Brut.lib.11.12.3.

Perſuaſiſſimum eſt mihi. Brutus Ciceroni, lib.11.9.4.

Perſuaſiſſimum habere. Columella lib.12.cap.1.4, Ea porrò perſuaſiſſimum habere debebit, aut in totum, aut certè plurimum domi ſe morari oportere. De uillica.

¶Perſuaſio (πειθώ, πείσμονή, πεῖσις) Verbale dicitur Credulitas & opinio firma, quam fidem appellamus. Cic.2.de Inuent.147, Aut perſuaſioni adoleſcentiæ, aut alicui non malitioſæ animi affectioni attribuentur.

Arrogans de ſe perſuaſio innaſcitur. Quint.lib.2.cap.4.12.

Attonita perſuaſio. Vide Attonitus.

Falſa perſuaſio. Quintil.lib.1.cap.1.7.

Inanis perſuaſio. Quintil.lib.1.cap.2.14.

Popularis perſuaſio. Quintil.lib.2.cap.15.13.

Recepta publicè perſuaſio. Quintil.lib.3.cap.7.16.

Induere ſibi perſuaſionem. Quintil.lib.1.cap.1.7.

Tumeſcere in mani perſuaſione. Quintil.lib.1.cap.2.14.

¶Perſuaſor, pen.prod. Aliud uerbale (πειστὴς) Qui perſuadet.

¶Perſuaſorius, Adiectiuum (πειστικὸς) Quod perſuadet. Suetonius in Domitiano, cap.8, Recuperatores, ne ſe ſemper perſuaſorijs aſſertionibus accommodarent, identidem admonuit.

¶Perſuaſtrix, perſuaſtricis, pen.prod. Antiquum, f.gen. (πειστὴς) Plautus Bacchid.23.46,

— eccas tandem probri
Perlecebræ, & perſuaſtrices.

¶Perſuaſibilis, et hoc perſuaſibile, pen.cor. (πειστὸς, πιθανὸς) Quod poteſt perſuaderi. Quint.lib.3.cap.16, Rhetorice eſt uis inueniendi omnia in oratione perſuaſibilia.

¶Perſuaſibiliter, pen.cor. (πιθανῶς) Aduerb. Quintil. lib.2. cap.15.10, Qui finem eius eſſe ait perſuaſibiliter dicere.

Perſubtilis] & hoc perſubtile, pen.prod. Valde ſubtile ſignificat. Cic.pro Plancio, 47, Et quoniam tua fuit perelegans ac perſubtilis oratio.

Animus perſubtilis, atq; minutis corporibus factus. Lucretius libro 3.37.

Perſulto] perſultas (σκιρτάω) perſultare, ex Per & Sulto, frequentatiuo uerbi Salio, Saltando lætitiam animi oſtendere. Liu.4.bel.Macẽd.78, Quorum ubi arma ſignaq; Lacedæmoniorum cognouere: memores quàm ſæpe in agro eorum impunè perſultaſſent. Tacitus libro 11, Simul libero exercitu campos perſultantẽ.

Equis leuibus perſultare. Silius lib.3.78.

Perſultare, Ferarum proprium & pecudum. Lucret. libro 1.3, Inde feræ pecudes perſultant pabula læta. id eſt, ſaltant per pabula.

Pertædet] pertæduit, pertæſum eſt (ἐξαπορεῖται) pertædere, Valde tædere. Gell.lib.15.cap.20, Simul duas uxores habuerat, quum id decreto ab Athenienſibus facto ius eſſet, quarum matrimonij pertædebat. De Euripide. Idem lib.1. cap. 2, Verbisq; eius defatigati pertæduiſſent.

¶Pertædeſcit (ἀθυμονεῖται) pertædeſcere. Cato cap.156.5, Nolite multum dare, ne pertædeſcat.

Pertæſum eſt. Cic.ad Quint.frat.lib.1.2.7, Pertæſum eſt enim leuitatis, aſſentationis animorum, non officijs, ſed temporibus ſeruientium. Virg.4.Aeneid.4,

Si non pertæſum thalami tedæq; fuiſſet.

Incœpti magni pertæſum eſt illos. Virg.5.Aeneid.143.

¶Pertiſum quidam legi uolunt, pro Pertæſum: quod Cicero nõ probat in Orator.9. Conciſum, non concæſum? &c. Ex quo quidam Pertiſum etiam uoluit: quod eadem conſuetudo non probauit.

¶Pertæſus (ἐξαπορηθείς) Participium ſine uerbo, inquit. Seruius.

Pertæſus, cum genitiuo. Plaut. Moſtell.5.3,

Ita me ibi malè conuiuij ſermonisq; pertæſum.

Lentitudinis eorum pertæſa. Tacitus libro 15. de Epichari muliere.

Pertæſus, cum accuſatiuo. Sueton. in Cæſar capite 7, Et quaſi pertæſus ignauiam ſuam, quòd nihil dum à ſe memorabile actum eſſet.

Pertæſus ſe aliquà re. Sueton. in Tib.Cæſ.cap.66.

Pertego] pertegis, pen.cor. pertexi, pertectum (παστεγάζω) pertegere, Perficere quod tegere cœperis. Plautus Rud.4.35,

Qui pertegamus uillam, dum ſudum eſt? Idem Trinum.6.40,

Benefacta benefactis alijs pertegito, ne perpluant.

Pertendo] pertendis, pertendi, pertenſum (διατείνω, ἐλύω) pertendere, Valde tendere, extendere. Cato de re Ruſt. cap. 52, In arboribus, ubi radices capiant, calicem aut qualum pertendito: per fundum ramum quem radicem capere uoles, ſcarificato, traijcitoq;.

Pertendere, Recta tendere & proficiſci. Liu.5.ab Vrbe, 40, Pars maxima, atq; ipſe Sergius Romam pertenderunt.

Pertendere, Contendere. Cic.pro Corn.Balbo, 8, Nos Cn. Pompeij decretum iudicium de conſilij ſententia pronunciatum recognoſcemus? cum legibus conferemus? cum fœderibus, quorum acerbiſſima diligentia eſt, pertendemus?

Pertendere, Ad finem perducere quod intendebamus, aut cœperamus. Terent. Heaut.5.5.9,

Quid iſtuc? uideo non licere, ut cœperam hoc pertẽdere.

Animo pertendens, Obſtinatus. Propert.lib.2.eleg.16.4.

Pertento] pertentas (παπάσσεροῦμαι) pertentare, Diligenter tentare, experiri, probare. Terent. And.3.4.9,

— ſed ea gratia
Simulaui, uos ut pertentarem.

Perſpicere & pertentare. Cic.ad Quint.frat.lib.1.4.5.

Cauſam totam pertentare & perſpicere. Cicero 2. de Orator.174.

Dictis uarijs pertentat pectora. Stat.3.Thebaid.76.

Pertentare adminiſtrationem alicuius rei. Cicero 2. de Inuent.144.

Pertentare, Sæpe tentare. Virg.3.Georg.50,

Nõne uides ut tota tremor pertentet equorum
Corpora, ſi tantùm notas odor attulit auras?

Gaudia pertentant mentem. Virg.5.Aeneid.166.

Gaudia pertentant tacitum pectus. Virg.1.Aeneid.102.

Pertenuis] & hoc pertenue (πολύλιπτος) Valde tenue ſignificat. Plinius lib.16.cap.43.3, Secatur in laminas pertenues & ilex.

Pertenuis ſpes, per translationem. Cicero ad Terentiam, libro 14.3.4.

Argumentum pertenue. Cic.2.Verr.11.

Diſcrimen pertenue. Cic.pro lege Agrar.86.

Suſpicio pertenuis. Cic.pro Cluent.134.

Vis pertenuis. Cic.pro Cecin.34.

Perterebro] perterebras, pen.cor. (διατρυπάω) perterebrare, Terebra perforare. Cic.1.de Diuin.87, Annibalem Cælius ſcribit, cum columnam auream, quæ eſſet in fano Iunonis Lucinæ, auferre uellet, dubitaretq; utrum ea ſolida eſſet, an extrinſecus inaurata, perterebraſſe.

Pertergeo] perterges, perterſi (καταλέλυγω) pertergere, Permulcere. Lucret.lib. 4,

Et quaſi perterget pupillas, atq; ipſa tranſit. id eſt, permulcet. De imagine. Lambinus.

Pertergo] pertergis, perterſi, perterſum (ἀπομάττω) pertergere, pen.corr. Diligenter tergere. Columella lib.12. capite 9.2, Sæpe ſuffundere ius debebit, nec pati ſitire ſalgama, ſed

ma,sed extrinsecus munda spongia uasa pertergere, et aqua fontana refrigerare.
Gaius pe purpureo mensam perterfit. Hor.2. Serm. Satyr. 8.3.
Pertero]perteris,pen.corr.pertriui,pertritum,penult.prod. (κατατρίβω)perterere,Terendo comminuere. Plaut. Menæch.3.9,
Tum compediti ianuam lima perterunt. Colum.lib.8.capite 5.16,Vel eadem pertrita,& cum aqua potui data.
Perterreo]perterres,perterrui,perterritum,pen.cor.(κατὰ πλήττω)perterrere, Valde terrere. Terentius Eunucho, 5.3.13,
Post exibo,atq; hunc perterrebo sacrilegum. Cæsar bell. Gall.lib.7.16,Vt sint reliquis documento,& magnitudine pœnæ perterreant alios.
Ferro aliquem reijcere & perterrere. Cic.pro Cecin.18.
Obstupefieri & perterreri diligentia alicuius. Cicero 2.in Catilin.35.
Somnio perterreri. Cic.1.de Diuin.101.
¶Perterritus,pen.cor.Participium(κατατετληχώς) Cicer.pro Cæl.53,An timebant,ne tot unum,ualentes imbecillum,alacres perterritum superare non possent?
Persequi perterritos,inermes,saucios. Cic.Bruto,10.3.
Perterritus conscientia. Cic.pro Cluent.28.
Perterritus metu. Cic.7.Verr.87.
Timore perterritus contremui. Cic.1.de Diuin.103.
Cerua perterrita. Ouid.11.Metam.155.
Mœnia perterrita. Ouid.1 de Ponto,eleg.2.4.
¶Perterrefacio,perterrefacis,pen.cor.perterrefeci,penultima prod.perterrefactum(ἐκπλήσσω)perterrefacere,Idem quod Perterreo.Terent.And.1.1.142,Perterrefacias Dauum.Brutus ad Cic.lib.11.20.5,Sperare eos te perterrefacto, adolescente impulso,posse magna consequi præmia.
¶Perterricrepus,pen.cor.Adiectiuum, Quod terrorem crepat & incutit.Lucret.lib.6.26.de tonitru,
Tum perterricrepo sonitu dat missa fragorem. Cicer.in Orat.93,Imò uerò ista sequamur, asperitatemq; fugiamus, Habeo istam ego perterricrepam. Ex poeta.
Pertexo]pertexis,pen.prod.pertexui,pertextum(περιείρω) pertexere,Peragere,perficere.Translatio sumpta à textoribus,qui primò telam ordiuntur,& orsam deinde texunt. Cicer.lib.2.de Orator.79,Et pertexe modò,inquit,Antoni quod exorsus es.Idem ad Attic.lib.1.9.4,Totum hunc locum quem ego uariè meis orationibus quarum tu Aristarchus es,soleo pingere de flamma,de ferro(nosti illas λαυίσας)ualde grauiter pertexui.
Pertica]huius perticæ,pen.cor.(πάκτις) Baculus oblongus. Varro 3.de re Rust.cap.5.3,Præterea & perticas inclinatas ad parietem. Ouid.de Nuce,14,
Pertica dat plenis immitia uulnera ramis.
Sæua pertica. Ouid.de Nuce,14.
Tristis pertica. Propert.lib.4.eleg.1.26.
Vna & eadem pertica. Plin.epist.2.lib.8,Ex ijs etiam quos nõ una(ut dicitur)pertica,sed distinctè, gradatimq; tractaui: quanto quis melior & probior,tanto mihi obligatior abijt. id est,quos non una ulna mensus sum,inquit Budæus. Erasmus,Vna pertica,pro Eadem opera. Sumptum uidetur ab his,qui metiuntur agros. Perticam posuit pro decempeda. Nam Seruius Sulpitius,ut indicat Festus,dixit perticam esse lineam qua diuiduntur agri.
¶Perticalis,& hoc perticale,pen.prod.(πακτικὸς)Columel. lib.4.cap.31.1,Perticalis ferè salix eundem agrum,quem uiminalis,desiderat. id est,ex qua fiunt perticæ. Plinius lib. 17.cap.20.2.
Pertimeo]pertimes,pen.cor.pertimui (περιδέδοικα) pertimere,Valde timere. Cic.4.Verr.129,Si nullius uim, nullius potentiam pertimuero. Idem pro Fonteio,20. Taeitus lib. 1,Nihil in uulgo modicum terrere,ni paucant:ubi pertimuerint, impunè contemni.
Attoniti Maurus pertimuêre manus. Ouid.6.Fast.49.
¶Pertimesco,pertimescis,pertimui (περιφοβέομαι) pertimescere,Idem quod Pertimere.Cic.7.Verr.11,Quis non pertimescat?Ibidem,6.69,Hanc tu tantam religionem,si tum in imperio propter cupiditatem & audaciam non pertimescebas:ne nunc quidem in tanto tuo,liberorumq; tuorum periculo perhorrescis?
Rotam fortunæ pertimescere. Cic.in Pisonem,16.
Non mediocriter aliquid pertimescere. Cic.pro Quintio,1.
Pertimescere de. Cic.7.Verr.90,De suis periculis,fortunisq; omnibus pertimescunt. Ibidem,1.39.
¶Pertimescitur,pen.cor.Passiuum(περιφοβεῖται) Cic.2.de lege Agrar.52,Graue est enim nomen imperij,atq; id etiam in leui persona pertimescitur.
¶Pertimescendus,Participium(περιφοβητέον)ut,
Fama inconstantiæ pertimescenda. Cic.Lentulo,lib.1 9.36.
Pertineo]pertines,pen.cor.pertinui,pertentum (πατήκω) pertinere,ex Per & Teneo compositum,significat Pertingere,peruenire:& iungitur modò præpositioni In, modò Ad.Vlpianus de cloacis,l.prætor ait, Quo minus illi cloacam quæ ex ædibus eius in tuas pertinet,qua de agitur,purgare,reficere liceat,uim fieri ueto. Et paulo pòst,§.quod ait. Quod ait prætor,pertinet:hoc significat,quod ex ædibus eius in tuas ædes pertinet,hoc est dirigitur, extenditur, peruenit. Cic.2.de Natur.deor.206,Vias quæ pertinent ad iecur,eiq; adhærent. Idem 2.de Diuin.137,Quæ potest igitur contagio ex infinito penè interuallo pertinere ad lunam,uel potius ad terram?
Pertinere per. Cic.1.de Nat.deor.52,Alijs autem libris quandam rationem per omnium naturam rerum pertinentem,ut diuinam esse affectam putat. Ibidem,lib.2.36.
Pertinere ad,pro Præstari & exhiberi. Cic.ad Cornificium, libro 12.28.4, Tantum uelim existimes,si negocia Lamiæ, procuratores,liberos,familiam,quibuscunq; rebus opus erit,defenderis,gratius mihi futurum,quàm si ea tua liberalitas pertinuisset ad rem familiarem meam.
Pertinet(περοσήκει,τείνει,καταβάλλει) Impersonale, Idem quod Attinet.Pomponius de uerb.& rer.signific.l.uerbum, Verbum aliud pertinere latissimè patet.nam & eis rebus petendis aptum est,quæ dominij nostri sint:& eis quas iure aliquo possideamus,quamuis non nostri dominij sint. Pertinere ad nos etiam ea dicimus,quæ in nullu eorum causa sint, sed esse possint.
Pertinet ad te hæc malicia,suspicio maleficij,& c. Plautus Truculento.17.33.Cic.pro Roscio Amer.11,Spero ex hoc ipso non esse obscurum,ad quem suspicio maleficij perineat. Liuius 1.bel.Maced.45.
Pertinet ad rem,Huc spectat,è re est. Cic.ad Brutum,lib.13.14. 1,Bonus planè uir,& cùm uirtutibus,tum ea fortuna(siquid hoc ad rem pertinet)ornatus. id est,siquid affert momenti. Idem 2.de Diuin.146.
Pertinet ad Remp.pro,Interest Reip. Cic.ad Brutum,2.3.
Pertinet oratio mea ad fœdus infirmandum. Cic.pro Cornelio Balbo,26.
Pertinet oratio mea ad plures. Cic.pro Roscio Amer.57.
Summa illuc pertinet,ut sciatis,& c. Cic.7.Verr.20.
Latè patet hæc ars, & ad multos pertinet. Cicero de Orator.120.
Hoc eò pertinet,quòd. Cicer.de claris Orat.166. Caius in l.si id.de duobus reis,Quæ sententia eò pertinet,ut quanuis uel huic uel

huic uel illi decem soluerit,uel Seio Stichum,nihilominus alteri obligatus maneat. Eò pertinet(inquit Budæus)id est,huius sententiæ effectus eò usq; progreditur:uel,Hæc sententia eò tendit,ut,& c. Cic.pro Quintio,24.
Pertinet eodem & bryon. Plin.lib.12.cap.28.1.hoc est, illic de ea herba dicendum est. Cic. Attico, lib.8.153.2,Ea scripsi, quo in suadẽdo plus authoritatis haberem: eodemq; pertinet,quòd causam eius probo.
Quorsum quidq; pertinet. Cic.3.de Nat.deor.82.
Pertinet ad id. Cic.1.Acad.32.
Pertinet somnium ad hoc. Plaut. Merc.5.28.
Pertinet gemitus luctusq; prouinciæ ad capitis tui periculum. Cic.5.Verr.110.
Pertinet ad usum nauium. Cæsar 3.bel.Gal.384.
Ad usus uestros pertinet. Ouid.1.de Remed. amor.11.
Aetas pertinet ad literas. Quintil.lib.1.cap.1.12.
Pertinebat ad dandum et argentum. Plin.epist.159.d.
Pertinere ad me,accipimus pro eo quod est,officium meum esse,siue onus mihi incumbere,& muneris mei esse. Cic.de Amicitia,46,Sed eadem bonitas etiam ad multitudinem pertinet. Ibidem,12,Quod non fecissent profectò,si nihil ad eos pertinere arbitrarentur.
Pertinet ad officium meũ. Cic.pro Roscio Amer.21,Ideo quòd prima illa res ad meum officium pertinet: duas autem reliquas uobis populus Romanus imposuit. Idem 6.Verr.72.
Pertinere in rem aliquem. Cic.2.de Orat.4.
Pertinet,impersonale,& c. Sylua longè introrsus pertinet. id est,extenditur. Cæsar 6.bell.Gall.
¶Pertinens,pen.cor.Participium(πατήκων) Cic. 2. de Natur. deor.209, Huic adde neruos,à quibus artus continentur, eorumq; implicationem corpore toto pertinentem.
Pertinax]pen.cor.pertinacis,pen.prod.om.gen. (κατήκαλος, κατήκων,ωρ) Qui nimis tenax est. Plaut. Capt.6.39,
Quid tu aïs? tenáxne pater est eius? P. imò ædepol pertinax.
Cupidus,iratus,pertinax. Cic.pro Ligario,11.
Pertinax,Aliquando in bonam partem accipitur pro perseuerante. Valerius Max.lib.1,Non mirum igitur si pro eo imperio augendo,custodiendoq;,pertinax eorum indulgentia deorum semper excubuit. Liu.5.bel.Pun.72,Vicit tamen omnia pertinax uirtus.
Pertinax recti. Tacit. hoc est,ualde tenax.
Pertinax,Firmus in opinione. Cic.1.de Finib.43, Certè inquã, pertinax non ero:tibiq;,si mihi probabis ea quæ dices, libenter assentiar.
Pertinax in rem aliquam. Seneca de Ira,lib.1.
Pertinax in disserendo uel disputando. Cicero 1.de Finibus,42. Ibidem,5.162.
Ludere pertinax. Horat.3.Carm.ode 29.19.
Certamen pertinax,Durum,& difficile,ac diuturnum. Liu.2. ab Vrbe,173,Ibi fortuna popu.Romani duos hostium exercitus haud minus perniciosos, quàm pertinaci certamine confecit. Sic Pertinax prælium. Liu.2.bel.Pun.200.
Digito malè pertinaci deruptum pignus. Horatius 1. Carmin. ode 9.5.
Disputationes in disputando pertinaces. Cic.1.de Finib.41.
Dolor pertinax: Senec.Hercul. Oethæo,14.20.
Fama pertinax,Constans & firma. Plin.lib.24.cap.17.3.
Odium pertinax. Plin.lib.24.cap.1.1.
Pietas pertinax. Mart.lib.8.35,
Qui præstat pietate pertinaci.
Sermo lenis,mansuetus;q; pertinax Cic.1.Offic.187.
Studium pertinax scribendi. Quintil.in Proœm lib.1.20.
Pertinacissimus,& perstans. Cic.2.de Finib.172.

¶Pertinacia,huius pertinaciæ(κατήκαλεια, φρόνημα) Perseuerantiæ finitima est,inquit Cicer.2.de Inuent.244. & in bonum & malum accipitur.
In bonum. Sueton.in Cæsare,Ne patientia et pertinacia hostis, animi suorum frangerentur.
Pertinacia & studium uincendi. Cic.1.Acad.63.
In malum. Terent.Hecyra,3.5.46,
Mane inquam,quò abis? P H. quæ hæc est pertinacia? Ibidem,2.1.5.Cic.pro Plancio,77, Libertatemq; quam in me requiris,quam ego neq; dimisi unquam, neq; dimittam, non in pertinacia, sed in quadam moderatione positam putabo.
Quæ pertinacia quibusdam,eadem alijs constantia uideri potest. Cic.pro Marcello,18.
Accenditur pertinacia. Vide Accendo.
Amittere sua pertinacia uitam. Cic.pro Marcello,12.
Cum pertinacia & iracundia rectè disputari non potest. Cicero 1.de Finib.42.
Pertinacia & nimia cupiditas principatus in elatione & magnitudine animi facillimè innascitur. Cic.1.Offic.92.
Refellere sine pertinacia,et refelli sine iracundia parati sumus. Cic.2.Tusculan.9.
Reprehenditur in minimis rebus pertinacia,calumnia etiam coercetur. Cic.4.Academ.117.
¶Pertinaciter, pen. corrept. (κατήκαλῶς) Perseueranter,obstinatè. Plin.in Panegyr 141,O rem memoriæ literisq; mandandam, præfectum Prætorij non ex ingeruntibus,sed ex subtrahentibus legere:eundemq; ocio,quem pertinaciter amet,reddere.
Pertinaciter defendere. Liu.6.ab Vrbe,82.
Hærere pertinaciter. Quint.lib.1.cap.1.4.
Pertinaciter initum prælium. Liu.8.bel.Pun.28.
Nimium pertinaciter alicui offensus. Plancus Ciceroni, libro 10.23.3.
Pertinaciter insequi. Liu.2.ab Vrbe,180.
Pertinaciter manere. Varro 1.de re Rust.cap.20.3.
Durare pertinaciissimè. Quintil.lib.1.cap.1.10.
Pertingo]pertingis,pertigi, penult. corr.pertactum (διατείνω,διικνέομαι)pertingere,Peruenire. Plin.lib.11. cap. 37. 25,Venam ab oculis pertingere ad cerebrum peritissimi authores tradunt.
Lux oculos pertingit. Lucret.lib.4.56.
Pertingere per. Cic.2.de Nat.deor.36,Ex quo intelligi debet, eam caloris naturam uim habere in se uitalem per omnem mundum pertingentem. In ueteri codice legitur, pertinentem.
Pertolero]pertoleras,pen.cor.(κατατλήθω)pertolerare,Vsq; ad finem tolerare,perferre. Plaut. Amphit.15.20,
Fata tristæc me premunt,pertolerarẽ uim tantã,cladesq; Exantlarem impatibiles.
Pertorqueo]pertorques(στρεβλόω)pertorquere,ex Per & Torqueo compositum:Idem quod Torqueo. Lucretius libro 2.81,
At contrà tetra absynthi natura,feriq; Centauri fœdo pertorquent ora sapore. id est,efficiunt ut qui ea gustat ac mandit,os distorqueat.
Pertracto]pertractas(διατρίβω)pertractare, Manibus frequentius tractare,& tangere. Cic.in Parad.49,Barbatulos nululos recipientem de piscina,& pertractantem.
Pertractare bestias manibus. Hirtius de bello Afric. lib. 5. 285.
Pertractare,per translationem,Apud se reputare,& diligenter considerare. Cicer.2.de Finib.185,Tute introspice in mentem tuam ipse, eamq; omni cogitatione pertractans, perconare ipse te.

Diligenter & sæpe aliquid pertractare. Cic. 2. de Inuent. 152.
Diuturnitatem pertractare. Cic. 1. de Diuinat. 208.
Pertractare, disserere, disputare de re aliqua. Cic. 4. Tusc. 35, Quâ oratione prætermissâ minimè necessaria, ea quæ rem continent pertractemus.
Philosophiam pertractare. Cic. 1. de Nat. deor. 14.
Pertractatas res habere. Cic. 3. Tusc. 53.
¶Pertractatio, Verbale (διαχείρισις) Frequens reuolutio. Cic. 1. de Orator. 92, In grammaticis poetarum pertractatio, historiarum cognitio, uerborum interpretatio, pronunciandi quidam modus. Ibidem, 25.
Pertraho] pertrahis, penult. corr. pertraxi, pertractum (καθέλκω) pertrahere, Vi, & cum molimine trahere. Liuius 1 bel. Pun. 103, Ea extemplò resolutis quibus leuiter annexa erat uinculis, ab actuarijs aliquot nauibus ad alteram ripam pertrahitur. De rate.
Pertrahere aliquem in castra. Liu. 7. ab Vrbe, 192.
Pertrahere uitam, Prolongare. Plin. lib. 28. cap. 1. 8.
Pertranseo] pertransis, pertransiui, pen. prod. pertransitum pen. cor. (διαβαδίζω, διαπερόω) pertransire, Idem quod Transire. Plin. lib. 37. cap. 5. 7, Nubecula enim albicantis est uitium, quum uiridis non pertransit aspectus, sed aut intus occurrit, aut excipit in fine uisum candor.
Pertranslucidus] pen. corr. Adiectiuum (πάνυ διαφανὴς) Quod ualde translucet. Plin. lib. 13. cap. 12. 5, Alias indecoro usu pertranslucida.
Pertribuo] pertribuis, pertribui, pertributum, penult. prod. (παραδίδωμι) pertribuere, Dare. Plinius Traiano, epistol. 307, Apud me & milites & pagani, à quibus iusticia eius, & humanitas penitus inspecta est, certatim ei, qua priuatim, qua publicè testimonium pertribuerunt.
Pertristis] & hoc pertriste (πρόλυπτ&) Valde tristem significat. Cic. pro Cælio, 18, Et qui in reliqua uita mitis esset, & in hac suauitate humanitatis, qua propè iam delectantur homines, uersari periucundè soleret, fuit in hac causa pertristis quidam patruus, Censor, magister. Idem 1. de Diuin. 23, Sæpe etiam pertriste canit de pectore carmen. Ex poeta.
Pertritus] Vide Pertero.
Pertumultuosus] penult. prod. Adiectiuum (πολυθορυβώδης) Quod magnum tumultum excitat. A quo.
Pertumultuosè, pen. prod. Aduerbium (πολυθορυβωδῶς) Cic. ad Caton. lib. 15. 4. 8, Pertumultuosè, neq; tamen non uerè, Parthos in Syriam transisse nunciauerunt.
Pertundo] pertundis, pertudi, pen. corr. pertusum, penult. prod. (κατανύττω) pertundere, Valde percutere, aut percutiendo frangere, perforare. Colum. lib. 6. cap. 15. 1, Si fortè furculum calcauerit, aut acuta testa, uel lapide ungulâ pertuderit. Idem lib. 8, Sæpe euenit ut alius exitum non habeat: itaq; pinna pertunditur, & iter digestis cibis præbetur. Plaut. Pseud. 4. 36,
I puere præ, ne quisquam pertundat crumenã, cautio est.
Guttæ pertundunt saxa. Lucret. lib. 4. 259.
¶Pertusus, pen. prod. Participium (διατρητ&) ut, Pertusa sella. Cato cap. 157. 10.
In uas pertusum congesta omnia. Lucret. lib. 3. 191.
In pertusum dolium dicta ingerere: pro, Operam perdere. Plautus Pseud. 4. 134.
Pertusæ margaritæ. Vide Linea, in præcedentibus.
Perturbo] perturbas (διαταράττω) perturbare, Valde turbare. Terent. And. 3. 4. 22,
Nihil est preci loci relictum, iam perturbaui omnia.
Præcipitem aliquem ex ciuitate perturbare. Author ad Heren. lib. 4. 152.
Percellere & perturbare aliquem. Cic. 5. Verr. 113.
De Reipub. salute magis quam de sua perturbat. Cicero pro Milone, 1.
Perturbare animos, & concitare. Cic. in Orat. 70.
Clamore aliquorũ perturbari. Cic. pro Rab. perduel. rẽo, 12.
Corpus totum perturbatur. Lucret. lib. 4. 134.
Perturbari errore & inscitia. Cic. 1. de Finib. 71.
Domum perturbare. Seneca Thyeste, 1. 17.
Mentes & animos hominum perturbare. Cæsar 1. bell. Gallic. 156.
Magno animi motu perturbari. Cic. Attico, lib. 8. 155. 1.
Otium perturbare. Cic. 4. Acad. 30.
Perturbare pactiones bellicas periurio. Cic. 3. Offic. 146.
Prouinciam aliquam perturbare. Cic. pro Sylla, 42.
Rempublicam perturbare. Cic. 4. Acad. 28.
Perturbatur omnis uitæ status. Cic. 1. de Finib. 75.
Præposterum, confusum, perturbatum. Cic. 3. de Orat. 28.
Perturbata & confusa omnis cibo & uino cernimus. Cicero 1. de Diuinat. 107.
¶Perturbor, perturbaris uel perturbare, perturbatur, Passiuum. Plin. in Panegyr. Vna erat in limine mora consultare aues, reuerericq; numinum monitus nemo perturbabatur, nemo submouebatur.
¶Perturbatus, pen. prod. (διατέθραντ&) Nomen ex participio. Cic. ad Attic. lib. 6. III. 20, Sed enim ὀνομάζω, si perturbatior est, tibi assignato. Eidem, lib. 10. 205. 5, Nunquam ui di hominem perturbatiorem metu.
Acies perturbare. Vide Acies.
Anima perturbata. Lucret. lib. 4. 187.
Seditionibus perturbata ciuitas. Cic. 1. de lege Agrar. 14.
Perturbata res rei, pro Commista. Seneca epist. 96.
¶Perturbatè, pen. prod. Aduerbium (διατεράτως) Cic. 1. de Inuent. 42, Hîc considerandum erit, nequid perturbatè, ne quid contortè dicatur.
¶Perturbator, penult. prod. Verbale masc. (διαταραντὴς) Qui perturbat.
¶Perturbatrix, pen. prod. Verbale fœm. (διαταρακτὶς) Cic. 1. de Legib. 57, Perturbatricem aut harum omnium Academiam hanc, ab Arcesila & Carneade recentem exoremus ut sileat.
¶Perturbatio, Aliud uerbale (διατάραξις) Cicero 4. Tusculan. 18, Est igitur Zenonis hæc definitio, ut perturbatio sit quod πάθ& ille dicit, auersa à rectâ ratione contra naturam animi commotio.
Conuersio rerum & perturbatio. Cic. pro Flacc. 73.
Perturbatio cæli, & Serenitas, contraria. Cicero 2. de Diuinat. 141.
Valetudinis alicuius perturbatio. Cic. Pæto, lib. 9. 15. 7, Miraris me tanta perturbatione ualetudinis tuæ tam grauiter exanimatum fuisse?
Perturbatio uitæ & magna confusio. Cic. 1. de Nat. deor. 6.
Perturbatio animi, & Sedatio, contraria. Cic. 5. Tusc. 61.
Perturbatio animi, Tranquillitas & securitas, contraria. Cicero 1. Offic. 99.
Turbidi animorum concitatiq; motus, perturbationes sunt. Cicero 4. Tusc. 52.
Cognitio iudicis, & Perturbatio, contraria. Cicero 2. de Orator. 118.
Nouæ perturbationes. Cic. de Fato, 3.
Afferre perturbationem. Vide Affero.
Errorem animis perturbationemq; afferre. Cicero 1. de Diuinat. 110.
Commoueri magna animi perturbatione. Cicero Attic. libro 6. III. 23.
Quæ fiunt cum aliqua perturbatione, ea neq; constanter fieri possunt,

possunt, nec ijs qui adsunt probari. Cic. 1. Offic. 192.
Fugere perturbationes, id est, motus animi nimios rationi non obtemperantes. Cic. 1. Offic. 189.
Immittere perturbationes. Vide Immitto.
In perturbationes exanimationesq; ne incidamus, cauendum. Cicer. 1. Offic. 183.
Ira aut perturbatione incitatus, impetum iniustè in eum fecit. Cic. 1. Offic. 36.
Peccatur perturbatione rationis atq; ordinis, quicquid peccatur. Cic. in Parad. 32.
Impetu quodam animi & perturbatione, Consilio aut iudicio regi, contraria. Cic. 2. de Orat. 95.
Neq; perturbationi animi, neq; homini, neq; fortunæ succumbere. Cic. 1. Offic. 95.
Perturpis] & hoc perturpe (ἀνοσιώδης) Valde turpe. Cicer. pro Cælio, 39, Cum hac aliquid adolescentem hominem habuisse rationis, num tibi perturpe aut flagitiosum esse uideatur?
Pertussis] huius pertussis, apud Senecam, ut att Despauterius, tussis est quæ continuè uexat.
Pertusus] Vide Pertundo.
Peruado] peruadis, pen. prod. peruasi, peruasum, pen. prod. (διαβαδίζω) peruadere, Perstringere. Tacit. lib. 4, Neq; tamen peruasere hostes nisi admodum pauci.
Peruadere ad. Liu. 7. ab Vrbe, 171, Inter trepidationem, tumultumq; Samnitum, præsidium Romanum obuijs custodibus cæsis ad castra Cos. peruadit.
Peruadere in. Cic. 2. de Nat. deor. 217, Similiter naues, quæ semper propter necessarias utilitates patent, contractiores habent introitus, nequid in eas, quod noceat, possit peruadere. Idem 7. Verr. 5.
Per agros quantum incendium peruaserit cernitis. Cicero 5. Verrina, 54.
Peruasit fama, uel rumor. Liu. 5. ab Vrbe, 33, Quibus quum amplissimis uerbis gratiæ ab Senatu actæ essent, famaq; ea forum atq; urbem peruasisset, subitò ad curiam concursus fit plebis. Ibidem, 86.
Murmur, pauor, clamor, &c. peruasit. Liu. 6. bell. Pun. 79, Murmur à Tribunali totam concionem peruasit, deferri rẽ integram ad Patres de Campanis. Idem de bello Punico, Quum pauor ac trepidatio totam urbem peruasisset. Idem, Vt clamor urbem peruaderet, gratulantium salvos redisse. Cicero 3. Verr. 30.
Peruasit opinio per animos hominum. Cicero pro lege Manilia, 16.
Peruasit morbus. Cic. pro Sylla, 40.
Pallor repentè peruasit ora. Silius lib. 7. 86.
Peruagor] pen. corr. peruagaris (περιπολέω, περιφέρομαι) peruagari: & Peruago, peruagas, peruagare, Per aliquem locum uagari. Cic. 7. Verr. 77, Hic te Prætore prædonum nauiculæ peruagatæ sunt. Plin. epist. 12. b, Iam enim dolor non pedibus solis, ut prius, insidebat: sed omnia membra peruagabatur.
Peruagantur molestiæ mentes omnium. Cic. 1. de Legib. 36.
Honos peruagatur. Cic. 2. de Inuent. 206.
Commune & peruagatum, Diuulgatum. Cic. 1. de Orat. 78.
Peruagatum & celebratum commemoratione alicuius. Cicer. pro Plancio, 77.
¶Peruagatus, pen. prod. (περιπολήσας) Participium, siue Nomen ex participio. Liu. 8. bel. Maced. 69, Inter mitissimum genus hominum ferox natio peruagata bello propè orbem terrarum, sedem cepit.
Longè lateq; peruagata bona, & Angusta, contraria. Cicero in Partit. 36.

Causa hæc apud Græcos peruagata est. Cic. 1. de Inuent. 71.
Vulgaris & peruagata declamatio. Cic. pro Plancio, 38.
Illustris & peruagata fama alicuius rei. Cic. pro Marcello, 16.
Quotidiana & peruagata opera. Cic. 3. de Orat. 104.
Sermo ciuitatis peruagatus. Cic. pro Milone, 24.
Peruagatior, & Peruagatissimus. Cic. 2. de Inuent. 154, Pars autem est peruagatior, & aut in omnes eiusdem generis, aut in pleraſq; causas accommodata. Idem in Orat. 82, Me autẽ siue peruagatissimus ille uersus, qui uetat, &c.
¶Peruagus, pen. cor. Adiectiuum (πολυπλανὴς) ut, Puer peruagus uasto orbe. Ouid. 2. de Arte, 4.
Perualeo] peruales, perualere (πολυδυναμῶ) Plurimum ualeo. Lucret. lib. 6,
Vsq; adeò permananter uis perualet eius. De magnete lapide. Alij legunt, Prævalet.
¶Perualidus, pen. corr. Adiectiuum (πολυϊσχυὴς) Admodum ualidus. Liu. 10. bel. Maced. 191, Donec ad perualidam aliam urbem (Certima appellant Celtiberi) peruenit. Alia exemplaria habent, Prævalidam.
Peruarius] Adiect. (πολυποίκιλ&) Valde uarius. A quo,
¶Peruariè, Aduerbium (πολυποικίλως) Cic. 2. de Orat. 178, Reliqua peruariè iucundè narrantur.
Peruasto] peruastas (παταλίσκομαι) peruastare, Prorsus uastare. Liu. 6. ab Vrbe, 19, Ad peruastandos fines, nequid ad noua consilia relinquerent uirium, duxêre. Tacitus libro 15, Interea conferendis pecunijs, peruastata Italia, prouinciæ euersæ.
Peruecho] peruehis, pen. corr. peruexi, peruectum (παταναμίζω) peruehere, Vsq; in aliquem locum portare. Plin. lib. 35. cap. 6. 10, Sed inde non peruehuntur ad nos. Liu. 5. ab Vrbe, 183, Virgines sacraq; in plaustrum impositi: & Cære quò iter sacerdotibus erat, peruexit.
Nauigatione secunda peruehi. Tacit. lib. 2.
Peruehi (κατάγωδαι) in portum, per translationem. Cic. ad Atticum, lib. 14. 317. 2, Nos autem alium portum propiorem huic ætati uidebamus, in quem mallem equidem peruehi, florente Bruto nostro, constitutaq; Republica.
Velis passis aliquò peruehi. Cic. 1. Tuscul. 194.
Peruehi ad exitus optatos. Cic. 2. Offic. 26.
In Asiam, atq; inde Romam peruectum est. Tacit. lib. 17.
¶Peruectus, Participium, παταναμιδεὶς: ut, Peruectus in litus. Plin. lib. 9. cap. 8. 9.
Passu cito peruecta est ad littora. Silius lib. 8. 26.
Peruello] peruellis, peruelli & peruulsi, peruulsum (παταπτίλλω) peruellere. Cicero lib. 3. Tusculan. 63, Quid iacesc? aut quid mœres? aut cur succumbis, cedisq; fortunæ? quæ peruellere te forsitan potuerit & pungere, non potuit certè uires frangere.
Peruellere stomachum. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 2.
Peruellere ius. Cic. 1. de Orat. 30, Neq; enim, inquit, tam mihi molestus fuit, quod ius nostrum Cuile peruellit, quàm iucundus, quòd se id nescire cõfessus est. id est, de iure nostro obtrectat, inquit Budæus.
Peruellere fidem alicuius: pro, Cessantem excitare. Seneca de Benefic. 5.
Peruenio] peruenis, pen. corr. perueni, pen. prod. peruentum (ἱκνέομαι, ἐξικνέομαι, παραφθάνω, ἀφικνέομαι) peruenire, Ad constitutum locum uenire, uenire eò quò ibamus. Plin. epist. 254, Ipse peruenit ad fontem purissimum.
Maturè cum exercitu aliquò peruenire. Cic. pro Murena, 19.
Cum paucis ad aliquam portam peruenire. Cicero in Pisonem, 48.
In portum salua naue peruenire. Quintil. lib. 2. cap. 17. 15.
Peruenire prouinciam. Trajanus ad Plin. epist. 233.

Peruenire quò uolumus. Terent. Eunuch. 1. 2. 44,
Ita est: sed sine me peruenire quò uolo. Quasi dicat, Sine me dicere quod maximè cupio.
Per summam iniuriam ad miseros aratores quid est in calamitate restdui, quod Prætore Verre non peruenerit? Cicero 5. Verr. 194.
Ad annum septuagesimum peruenit Cyrus. Cicero 1. de Diuinat. 85.
Quæ ad corpus nostrum, uitamq; peruenit, non ea sola uis est, &c. Cic. pro Cecinna, 31.
In crastinum peruenire. Quint. lib. 5. cap. 10. 12.
Peruenire ad desperationem. Cæsar 2. bel. Ciuil. 181.
Ad eloquentiam peruenire. Quint. lib. 1. cap. 1. 15.
Ad fortunas suas aliquando peruenire sese posse spes fuit. Cicer. pro Rab. Posthumo, 17.
Ad propositum mihi finem honoris nondum perueneram. Cicero pro Sylla, 8,
Ad fructus peruenire. Varro 1. de re Rust. cap. 4. 2.
Ad maturam frugem peruenire. Quint. lib. 1. cap. 3. 3.
Peruenire ad improbitatem. Cic. 3. Verr. 73.
Peruenire in maximam inuidiam. Cic. 4. Verr. 31.
Via aliqua ad aliquam laudem peruenire. Cicero de claris Oratorib. 140.
Peruenire ad manus. Cic. pro Sestio, 66.
Peruenire in manus. Cic. ad Atticum, lib. 8. 149. 2.
Peruenire in notitiam. Colum. lib. 5. cap. 8. 2.
Peruenire ad nummos. Cic. ad Brutum, lib. 13, 15. 3.
Peruenire in potestatem alicuius. Cicero pro lege Manil. 22, Quum duodecim fecures in prædonum potestatem peruenerint.
Peruenire ad primos: pro, Inter primos & doctissimos annumerari. Cic. pro Roscio Comœdo, 18.
In scripta alicuius peruenire. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 26.
Conditione ulla in Senatum peruenire non potuit. Cicero pro Flacco, 33.
Ad alicuius rei summam peruenire. Quint. in Procem. lib. 1. 5.
Peruenire ad summum. Cic. 5. de Finib. 73.
Peruenire in magnum timorem. Cæsar 1. bell. Ciuilis, 227.
Peruenire in tutelam. Cic. pro Roscio Comœdo, 9.
Peruenit ad me hæc res: id est, Resciui, dictum est mihi. Plautus Milit. 7. 49.
Ad aures alicuius nescio quomodo peruenit res hæc. Cicero 6. Verr. 56.
Clamor ad aures peruenit. Virgil. 9. Aeneid. 80.
Fama ad aures meas peruenit. Cic. pro Sylla, 9.
Fama peruenit huc. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. 6.
Factio peruenit. Liu. 1. ab Vrbe, 69, Necdum à singulis, quia nemo magnopere eminebat, in nouo populo peruenerant factiones: inter ordines certabatur.
Hereditas ad filiam peruenit. Cic. 2. de Finib. 38.
Humanitas ab isto ad illos peruenisse putatur. Cicero Quinto fratri, lib. 1. 1. 41.
Iniuria ad paucos ex alieno peccato peruenit. Author ad Herennium, lib. 4. 152.
Ad unum tanta licentia nunquam peruenisset, nisi multorum impunita scelera tulissemus. Cic. 2. Offic. 39.
Peruenit lucrum ad eum. Cic. 5. Verr. 111.
Pecuniam morte alicuius ad quempiam peruenire. Cicero in Topic. 14.
Ad liberos qui nihil meruerunt, pœna parentum peruenit. Cicero Bruto, 15. 16.
Similitudo naturæ illius ad te, qui ab illo ortus es, peruenit. Cicero pro Muræna, 61.
Postquam peruentum est in tecta thalami. Virg. 4. Georg. 75.

Idem 2. Aeneid. 127,
Ast ubi iam patriæ peruentum ad limina sedis.
Studia perueniendi aliquò nihil prosunt, nisi illud quod eò quò intendas ferat deducatq;, cognoris. Cic. 1. de Orat. 67.
¶ Peruenies, Participium (παρέηκως) ut,
Verba refers aures non peruenientia nostras. Ouid. 3. Metamorph. 93.
¶ Peruenturus, pen. prod. Aliud participium (παρέξων) Cicer. pro Roscio Amer. 91, Videte per deos immortales, quem in locum Remp. peruenturam putetis.
Peruenor] pen. prod. peruenaris (παταθηράω) peruenari, Idem quod Diligenter uenari: & per translationem pro Quærere, & solertia quadam adhibita inuestigare. Plaut. Merc. 17. 3, Defessus sum urbem totam peruenarier.
Peruerto] peruertis, peruerti, peruersum (διαστρέφω, παταστρέφω, παραστροπέω) peruertere, Conuertere, inuertere, subuertere, Ad terram ruere. Plaut. Aulul. 18. 16,
Ei rei dant operam ne cœnet senex,
Aulas peruertût, ignẽ restinguntq; aqua. Idẽ Stich. 5. 14.
Labefactare & peruertere. Cic. 3. de Finib. 107.
Arbusta, uirgulta, tecta peruertere. Cic. 1. de Diuinat. 28.
Defensionem peruertere. Author ad Herennium, lib. 1. 28.
Iura omnia diuina & humana peruertit C. Cæsar. Cicero, 1. Offic. 39.
Officium peruertere. Cic. 1. Offic. 8.
Omnia peruertere rapinis, incendijs, cædibus. Hirtius ad Ciceronem, in epistolis ad Atticum, lib. 15. 325. 2.
Res uetustate robustas peruertere. Cic. 1. de Diuinat. 65.
Sacra inaudita inexpiabili scelere peruertere. Cicero de Aruisp. resp. 54.
Senatum ipsum principem salutis, mentisq; publicæ, ui, cæde incendijsq; peruertere. Cic. de Aruisp. resp. 54.
Vectigalia peruertere, pro Subuertere. Cic. 5. Verr. 108.
Hostium uim se peruersurum putauit Crœsus, peruertit autem suam. Cic. 2. de Diuinat. 173.
Peruertere aliquem. Cicer. per Cluentio, 87. Idem 1. Verr. 23, Nunquam ille me opprimet consilio, nunquam ullo artificio penetret, nunquam ingenio me suo labefactare atque infirmare conabitur.
Peruertere, solenne uerbum Tacito, pro Perdere calumnijs, siue subuertere: ut lib. 4, Volitare secum quónam modo Germanici liberos peruerteret. Idem lib. 12.
¶ Peruersus, παταστρεβλούμενος, στρεβλός, διάστροφος, Nomen ex participio, dicitur (inquit Valla libro 5. cap. 31) qui uertatur in malo, & à bono uersus est. Brutus ad Ciceronẽ, lib. 11. 10. 1, Gratiorẽ me esse in te posse, quàm isti peruersi sunt in me, exploratum habes.
Præposterus & peruersus. Cic. pro Cluentio, 56.
Illic & hic peruersus est. Plaut. Trucul. 4. 48.
Praua & peruersa. Cic. pro Rosc. Comœdo, 17.
Cachinno peruerso distorquere ora. Ouid. 3. de Arte, 58.
Peruersus dies & aduersus. Plaut. Menæch. 20. 1. id est, Ineptus, incommodus, intempestiuus.
Deformati, inquinati, peruersi, conturbati ludi. Cic. de Aruisp. resp. 22.
Mentes peruersæ. Ouid. 2. Trist. 60.
More peruerso aliquid facere. Cic. pro Rosc. Com. 32.
Præmia peruersa. Senec. Hippol. 9. 6.
Ratio peruersa. Lucret. lib. 4. 168.
Vota peruersa. Stat. 1. Thebaid. 12.
Quid peruersius? quid intolerabilius? Cic. 4. de Finib. 34.
Peruersissimi oculi. Cic. 1. de Natur. deor. 108.
¶ Peruersè, Aduerbium (πεβλῶς, διαστρόφως) ut, Peruersè abuti. Cic. 1. de Inuent. 8. Plaut. Amph. 16, 75,

Qui

Qui peruersè adeò peruertit familiæ mentem meæ.
Peruersè, ne dicam impudenter, plerique amicum habere talem uolunt, quales ipsi esse non possunt. Cic. de Amic. 69.
Imitata peruersè fuit prudentiam stulta calliditas. Cicero 2. Offic. 156.
Peruersè uidere. Plaut. Merc. 6. 20.
Vtuntur peruersè deorum beneficio multi. Cicer. 2. de Natura deorum, 98.
¶ Peruersitas, pen. corr. peruersitatis (διαστροφή, παραπτωσή) Cicer. in Orator. 16, Quæ est autem in hominibus tanta peruersitas, ut inuentis frugibus glande uescantur? Idem 2. de Finib. 129.
Improbitas & peruersitas. Cic. Qu. frat. lib. 1. 1. 56.
Incredibilis hominum peruersitas. Cic. Lent. lib. 1. 7. 12.
Ferre humanissimè alicuius peruersitatem. Cicero Qu. fratr. lib. 2. 8. 1.
Molestissima diligentiæ peruersitas. Quintilianus libro 1. capite 6. 12.
Peruersitas opinionum. Cic. 1. Tusc. 3.
Peruesperi] pen. corr. Aduerb. pro Valde uesperi. Cic. Varroni lib. 2, Canninius idem tuus, & idem noster, quum ad me peruesperi uenisset, &c.
Peruestigo] peruestigas, pen. product. (διϊκνούω, διϊχνέω. διανεύω) peruestigare, Quærendo inuenire. Cicero 2. de Orator. 80, Nosse regiones intra quas uenias, ut peruestiges quid quæras. Idem 6. Verr. 26, Mirandum in modum (canes uenaticos diceres) ita odorabantur omnia, & peruestigabant, ut ubi quicquid esset, &c.
Peruestigata & cognita. Cic. 7. Verr. 137.
¶ Peruestigatio, Verbale (διάνευσις) Cic. 1. de Orat. 5, Sed omnia quæcunq; essent. uel scientiæ peruestigatione, uel differendi ratione comprehenderint.
Peruetus] penul. corr. huius peruteteris, penul. corr. om. gen. (πολύχρων) Valde uel admodum uetus. Cic. de clar. Orat. 30, Eum nos ut perueterem habemus, qui L. Martio, M. Manilio consulibus, mortuus est, &c.
Peruetus epistola. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17. 18.
Peruteteres nuces. Plin. lib. 23. cap. 8. 7.
¶ Peruetustus, Adiectiuum, Idem (πολυπαλαιὸς) ut, Peruetustus adeps. Plin. lib. 20. cap. 9. 11.
Peruetusta uerba. Cic. 3. de Orat. 111.
Peruicax] pen. corr. peruicacis, penul. prod. om. gen. (μονοτόνος, σκληραύχην, ἰσχυρογνώμων) Durus, contentiosus, nulli cedens, perseuerans cum quadam ui. Terentius Heaut. 4. 1. 18,
Adeón' peruicaci esse animo, ut puerũ præoptares perire,
Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiã posthac scires?
Peruicax contra flatus. Plin. lib. 16. cap. 36. 4.
Iræ peruicax. Tacit. lib. 4.
Recti peruicax. Tacit. lib. 20.
Achilles peruicax. Vide Achilles.
Acies peruicax. Senec. Agamem. 6. 14.
Acies oculorum peruicax. Vide Acies.
Contumacia peruicax. Colum. lib. 6. cap. 2. 9.
Inimicus peruicax. Quint. lib. 5. cap. 7. 18.
Thyades peruicaces. Hor. 2. Carm. ode 19. 2.
¶ Peruicacia, peruicaciæ (μονοτονία) Durities, obstinatio. Cicero 4. Tusculanar. 39. Plinius libro 17. cap. 20. 5, Perdurandi peruicacia.
Peruicacia & Pertinacia hoc distant, inquit Nonius: Peruicacia est interdum bonarum rerum perseuerantia: Pertinacia semper malarum.
¶ Peruico, siue peruicus (μονοτόνος) dicitur pro peruicaci, teste Nonio, Accius,

Sed peruico Aiax animo atq; morabilioni. Plaut. Aulul.
Hic quidam peruicus custodem addidit.
Peruideo] peruides, pen. corr. peruidi, peruisum, pen. prod. (σαφάω) peruidere, Diligenter & perfectè uidere. Cicer. ad Attic. lib. 4. 8. 1. 2, Ibi te igitur uidebo, & peruidebo. Alij legunt, promouebo. Idem 3. Offic. 98, Qui hoc nõ peruiderit, ab hoc nulla fraus aberit, nullum facinus. Et hic quidam legunt, prætuiderit. Colum. lib. 2. cap. 1. 5, Videt sine dubio quid eueniat: sed cur id accidat, non peruidet. Horatius 1. Serm. Satyr. 3. 5,
Quum tua peruideas oculis mala lippus inunctis.
Peruigeo] peruiges, penult. correp. peruigui (παταμεάφω) peruigere, Valde uigere. Tacit. lib. 5, Et uterq; opibus q;, atq; honoribus peruigũere.
Peruigil] pen. corr. peruigilis, penult. corr. om. gen. (παννύχιος) Valla lib. 5. cap. 30, Peruigil draco dictus est, non quòd pernox esset, sed quòd nunquam dormiret, semper uigilans. Plin. lib. 33. cap. 4. 7, Eamq; solus intelligit in cacumine montis eius peruigil.
Anguis peruigil. Ouid. 12. epist. 12.
Canis peruigil. Senec. Herc. fur. 9. 39.
Custodia peruigil. Lucan. lib. 4. 2.
Ignis peruigil. Stat. 2. Theb. 148.
¶ Peruigilo, peruigilas, pen. corr. (παταγρυπνέω) peruigilare, Totam noctem insomnem ducere. Mart. lib. 9. 72,
Nam uigilare leue est, peruigilare graue. Cic. pro Rosc. Amer. 60, Non orat ut eam noctem peruigilet? Liu. 4. bel. Pun. 171, Peruigilando in armis.
Ad ignes hyberni luminis peruigilare. Virgilius 1. Georgicorum, 59.
Mero posito peruigilare. Ouid. 2. Fast. 148.
¶ Peruigilatus, pen. prod. (παταγρυπνηθείς) Ouid. 6. Fast. 66,
In multo nox est peruigilata mero.
¶ Peruigilatio. Verbale (παταγρύπνησις) Cic. 2. de Legibus, 60, Nouos uerò deos, & in his colendis nocturnas peruigilationes, &c.
¶ Peruigilium, huius peruigilij (παννυχισμὸς) Multa uigilatio. Plinius libro 11. capite 53, Peruigilio quidem præcipuè uincuntur cibi.
Peruigilium, Sacrum nocturnum quo uigiliæ indicuntur, ut per totam noctem uigiletur. Gellius lib. 2. cap. 23, Filia hominis pauperis in peruigilio uitiata est. Tacit. lib. 18, Apud Vitellium omnia indisposita, tumulenta, peruigilijs ac Bacchanalibus, quàm disciplinæ & castris promptiora.
Peruilis] & hoc peruile, pen. prod. (πακὺν σῶμα) Admodum uile significat. Liu. 1. bel. Macedon. 199, Annona quoque eo anno peruilis fuit.
Peruincо] peruincis, peruici, pen. prod. peruictum (ἰκνέομαι) peruincere, Omnino uincere. Cic. ad Att. lib. 12. 16. 15, Restitit, & peruicit Cato, Liu. 4. ab Vrbe, 54, Neq; ut de agris diuidendis plebi referrent Consules ad Senatum, peruincere potuit. Tacit. lib. 12.
Dictis peruincere aliquid, Probare. Lucret. lib. 5. 20.
Peruincere uox dicitur uocem, uel sonum quem exuperat. Horat. 2. epist. 1. 41,
—nam quæ peruincere uoces
Eualuêre sonum, referunt quem nostra theatra?
¶ Peruincendus (ἰκνουμεντέος) Catul. de Lesbia, epigr. 71. 3,
Vna salus hæc est, hoc est tibi peruincendum.
Mores alicuius peruincere. Propert. lib. 1. eleg. 16. 3.
Peruitidis] & hoc peruiride, pen. corrept. (πολύχλωρος) Valde uiride. Plin. lib. 6. cap. 22. 6. Mare id colore peruiridi, præterea fruticosum arboribus.
Peruiuo] peruiuis, pen. prod. peruixi, peruictum (ἐπιζάω)

peruiuere, Vſq; ad finem uiuere. Plaut. Pœn. 2. 13,
Exerce uocem quã peruiuis & colis. Idem, Capt. 12. 84.

Peruius] *Adiectiuum* (βατὸς, βάσιμος, πορεύσιμος) *Per quod facile transitur.* Terent. Adelph. 4. 2. 40,
Id quidem angiportum non eſt peruium.
Freta non ſunt peruia nanti. Ouid. epiſt. 18. 42.
Loca non peruia equo. Ouid. 8. Metam. 76.
Peruiæ naues. Liu. 6. bel. Pun. 198.
Peruij ſaltus. Liu. 9. ab Vrbe, 229.
Peruiæ tranſitiones. Cic. 2. de Nat. deor. 97.
Vſus peruius tectorum. Virg. 2. Aen. 91.
Peruia res uentis dicitur. Ouid. lib. 2. Metam. 153.
Ora non ſunt peruia uerbis. Ouid. 5. Metam. 39.
Pectora nulli culpæ peruia. Claud. de bel. Get. 27.

Perula] Vide Pera.

Perungo] *perungis, perunxi, perunctum* (κατα χρίω) *perungere,* Valde ungere, circunquaq; ungere. Cic. 1. Tuſc. 183,
Corpora oleo perunxerunt.
Ora perungere immunda manu. Ouid. 3. de Arte, 151.
Mortuum unguento perungis. De ſumptu ſuperuacaneo, ſiue cum ſerò quid adhibetur. Moris erat apud priſcos, maximè Aegyptios, defunctorum cadauera, ne putreſcerent, unguentis perungere.

¶ *Perunctus, Participium* (κατάχρισις) *ut,*
Fœcibus ora peruncti. Horat. de Arte, 57.
Nardo perunctus adulter. Horat. Epod. 5. 13.

¶ *Perunctio, Verbale* (κατάχρισις) Plin. lib. 24. cap. 15. 2,
Excalefacit perunctione.

Peruolgo] *peruolgas, peruolgare* (πορίπολῶ) Peruagari. Lucret. lib. 2. 33,
Multiplexq; loci ſpacium tranſcurrere eodem
Tempore, quo Solis peruolgant uulgura cælum. Idem, 70.

Peruolo] *pen. corr. peruis, peruult* (πολὺ βούλομαι) *peruelle,* Valde cupere. Plaut. Pſeud. 4. 74,
Simul autem prohibet, facient aduorſum eos qui peruolunt. Cic. ad Attic. lib. 11. 6, *Sed eſt quod abs te mihi ignoſci peruelim.* Eidem, lib. 12. 25. 2. 5, *Othonem ſi Romæ eſt, conuenias peruelim.*

Peruolo] *peruolas, pen. corr.* (διαπέτομαι) peruolare, Celeriter uolare.
Coruus peruolat aerium iter. Ouid. 2. Faſt. 51.
Hirundo peruolat ædes diuitis domini. Virg. 12. Aen. 95.
Peruolare, per tranſlationem, pro Celeriter aduenire, & quaſi uolando perduci. Cic. in Somnio Scipion. 32, *Sunt aũt optimæ curæ de ſalute patriæ, quibus agitatus & exercitatus animus uelocius in hanc ſedem & domum ſuam peruolabit.*
Vrbem totam peruolare. Iuuen. Satyr. 6. 40.
Rumor peruolat agitatus alis. Ouid. 6. Faſt. 106.

¶ *Peruolito, peruolitas, pen. corr.* (περιπέτομαι) peruolitare, Frequentatiuum. Virg. 8. Aen. 5,
Omnia peruolitat latè loca,
Voces peruolitant per diſſepta domorum. Lucret. lib. 6. 191.

¶ *Peruolitans, peruolitantis, Particip.* Lucret. lib. 2,
Et uariæ uolucres nemora auia peruolitantes.

Peruoluo] *peruoluis, peruolui, peruolutum, pen. product.* (κατακυλίω) peruoluere, Magna ui uoluere. Plinius libro 33. cap. 4. 10, *Et repleto ſtagno, excuſſis obthuramentis erumpit torrens tanta ui, ut ſaxa peruoluat.*
Membra celeres peruoluunt rotæ. Senec. Hippol. 10. 22.
Peruoluere librum, Diligenter legere. Catul. de Smyrna (*ſuit hoc opus quoddam à Cinna poeta compoſitum*) 90. 2,
Smyrnam incana diu ſecula peruoluent. *Vſus eſt diæreſi.*
Peruoluitur animus quibuſdam in locis. Cic. 2. de Orat. 81.

¶ *Peruoluto, peruolutas, pen. prod.* (περιπλύνω, ἀνακυλίω) Peruolutare Frequentatiuum.
Peruolutare libros, Omni adhibita diligentia euoluere. Cic. ad Atticum, lib. 5. 99. 2. Idem 1. de Orat. 76, *Omnium bonarum artium ſcriptores ac doctores, & legendi & peruolutandi & exercitationis cauſa laudandi.*

Perurbanus] pen. prod. Adiectiuum (πάνυ ἀστεῖος) Valde urbanum ſignificat. Cic. 2. de Orat. 15, *Homo doctus et perurbanus. Et de claris Orat.* 129, *Etiam* L. *Torquatus elegãs in dicendo, in exiſtimando admodum prudens, toto genere perurbanus.*

Peruro] *peruris,* pen. prod *peruſi, peruſtum* (κατακαίω, κατακαύω) perurere, Valde urere, & urendo conſumere. Plin. lib. 7. epiſt. 1, *Quinetiam quum peruſtus ardentiſſima febri, tandem remiſſius, unctuiſq; acciperem à medico potionem, porrexi manum. Plin. lib. 34. cap. 17. 6, Eadem in aqua calculus æreus quadrans ſi addatur, uas peruri.*
Perurere cor alicuius. Mart. lib. 12. 45.
Æſtu ualido perurimur. Ouid. 3. de Arte, 108.

¶ *Peruſtus, Participium: ut,*
Coma peruſta ſole. Propert lib. 4. eleg. 10. 10.
Flammis peruſta. Senec. Medea, 12. 24.
Peruſtus homo. Cic. ad Cæſarem, lib. 13. 16. 4,
Etiam hominem peruſtũ etiamnum gloria uolunt incẽdere.
Ora peruſta. Propert. lib. 3. eleg. 13. 5.
Oſſa peruſta. Tibul. lib. 1. eleg. 3. 2.
Pectus peruſtum. Senec. Medea, 7. 24.
Terra peruſta aſtricto gelu. Ouid. 3. Triſt. eleg. 4. 10.
Peruſtus ſine. Hor. Epod. 4. 1.

Peruſia] πόρουσία, *Tuſcorum urbs* Ptolemæo *lib. 3. cap. 1, Peruſium hodie:* Vulgò Perugia, Perouſe.

¶ *Peruſinus,* pen. prod. Adiectiuum (πορουσιάτης) *ut,*
Fames Peruſina. Lucan. lib. 1. 9.
Sepulchra Peruſina. Propert. lib. 1. eleg. 21. 1.

Perutilis] *& hoc perutile,* pen. cor. (πολύχρηστος) Valde utile. Cicero ad Atticum, lib. 9. 190. 2, *In hac enim fortuna perutilis eius & opera & fidelitas eſſet.*

Peruulgo] *peruulgas* (διαθρυλλίω, ὑπουκπίπτω, διαφημίζω) peruulgare, Semimare in uulgus, diuulgare. Cicero 5. Verr. 109, *Incredibile dictu eſt Iudices, ſed & factum, & tota Sicilia peruulgatum.*
Occultare, & continere domi aliquid, Diuidere paßim, peruulgare atq; edere populo, contraria. Cic. pro Sylla, 32.
Se omnibus peruulgat mulier. Cic. pro Cælio, 30.
Communicari cum improbis, & peruulgari cum mediocribus hominib. præmia uirtutis nõ oportet. Cic. 2. de Inuent. 207.
Peruulgare librum aliquem, quod & Diuulgare dicitur, hoc eſt, in lucem emittere. Cic. ad Att. lib. 12. 258. 1.
Peruulgatum in uulgus. Cic. 2. de Finib. 25.
Peruulgatum apud omnes. Cic. 4. Verr. 59.
Peruulgatum eſt. Plaut. Bacch. 20. 158.

¶ *Peruulgatus,* pen. prod. Nomen ex participio, *Conſuetum, & uulgò uſitatum ſignificat.* Terent. Heaut. 1. 1. 49,
Vbi rem reſciui, cœpi non humanitus,
Neq; ut animum decuit ægrotum adoleſcentuli
Tractare, ſed ui & uia peruulgata patrum.
Notus & peruulgatus. Cic. 4. Acad. 212, *Empedocles hæc peruulgata & nota quatuor.* Ibidem, 13.
Conſolatio peruulgata. Cic. Titio, lib. 5. 16. 3.
Maledicta in omnes peruulgata. Cic. pro Cælio, 4.
Clara, teſtata & peruulgata res. Cic. 4. Verr. 42.

¶ *Peruulgaturus, penultima producta, Participium* (διαθρυλλήσων) Silius libro 7. 39,
Viticolæ nomen peruulgatura Falerni Munera.

Pes]

Pes] *pedis, maſc. gen.* (πούς, πέδη, σπαρθμὸς) *notæ ſignificationis, Dicitur id totum quod eſt à femore ad calcem.* Virg. 9. eclog. 1, *Quo te Mœri pedes?*
Digiti pedum. Ouid. 11. Metam. 15.
Fiducia pedum. Ouid. 9. Metam. 25.
Aptiſſima forma pedis. Ouid. 3. Amor. eleg. 3. 2.
Ictus pedis. Ouid. 5. Metam. 53.
Mobilitas pedum. Ouid. ad Piſonem, 37.
Motu pedum melior. Virg. 5. Aen. 86.
Orba pedum portenta. Lucret. lib. 5. 168.
Sonitus creber pedum. Virg. 2. Aen. 47.
Animalia trunca pedum. Virg. 4. Georg. 62.
Veſtigia duri pedis. Ouid. 2. Metam. 170.
Celer pedibus. Virg. 4. Aen. 36.
Duorum pedum officio contenta. Ouid. 1. Metam. 150, *de iſide, quæ paulò antè in uaccã mutata, quatuor pedib. incedebat.*
Melior pedibus. Virg. 9. Aen. 111.
A pedibus, uel Seruus à pedibus. Vide A uel Ab.
Habiles & apti ad pedem calcei. Cic. 1. de Orat. 118.
Ante pedes. Vide Ante.
Circum pedes. Vide A pedibus, *in* A uel Ab.
In pedem, ſiue pedes. Vide In.
Ad pedes. Vide A pedibus, *in* A uel Ab.
Aduunci pedes. Ouid. 6. Metam. 104.
Albi pedes, Gypſati. Iuuenal. Satyr. 1. 12.
Aurati pedes. Ouid. 3. Amor. eleg. 12. 6.
Aureolus pes. Catull. in Epithalam. Iuliæ, epigr. 56. 34.
Biſidi pedes. Ouid. 14. Metam. 61.
Bellus pes. Catul. in amicam Formiani, epig. 40. 1.
Biſulcus pes. Ouid. 7. Metam. 23. Lucret. lib. 2. 72.
Calidi pedes. Vide Caliduſ.
Candidus pes. Hor. 4. Carm. ode 1. 6.
Claudus pes. Horat. 3. Carm. ode 2. 7.
Curui pedes. Ouid. 12. Metam. 112. *De aquila.*
Dubius pes. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 7.
Durus pes. Ouid. 2. Metam. 85. Cic. 1. de Orat. 15.
Equini pedes. Ouid. 12. Metam. 76.
Exiguus pes. Ouid. 3. Amor. eleg. 3. 2.
Formoſi pedes. Propert. lib. 3. eleg. 17. 3.
Gypſatus pes. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 13.
Imus pes. Vide Imus.
Inimicus pes. Propert. lib. 2. eleg. 6. 8.
Lacteus pes. Catul. in Epithal. Mallij, epigr. 56. 23.
Leſbius pes. Hor. 4. Carm. ode 6. 7,
Leſbium ſeruate pedem, meiq;
Pollicis ictum. *hoc eſt, carmen lyricum.*
Longus pes. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 19.
Malus pes. Catul. ad Caluum, epigr. 14. 6.
Marmorei pedes, Candidi. Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 3.
Pallidulus pes. Catul. ad Ortalum, epig. 60. 2.
Recurui pedes. Ouid. 2. Faſt. 51. *De coruo.*
Saligni pedes. Ouid. 8. Metam. 132.
Segnis pes. Hor. 3. Carm. ode 12. 2.
Solidi pedes ære. Ouid. Epiſt. 12. 9.
Tumentes pedes. Virg. 2. Aen. 55.
Turpis pes. Hor. 1. Serm. Satyr. 2. 21.
Vacui pedes, Ocioſi. Ouid. 1. de Arte, 99.
Varus pes. Perſ. Satyr. 4. 2.
Vdus pes aqua. Ouid. epiſt. 17. 21.
Velox pes. Ouid. 1. Metam. 111.
Vnci pedes. Virg. 3. Aen. 47.
Tardo pede abire. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 3.
Abijcere ſe ad pedes. Vide Abijcio.
Accidere ad pedes omnium. Cic. Attic. lib. 1. 9. 8.
Aduolui pedibus. Tacit. lib. 1.
Aduertere pedem ripæ, Ire ad ripam. Virg. 6. Aen. 78.
Afferre pedem. Vide Affero.
Alligare pedes. Ouid. 4. Metam. 73.
Amplecti pedes alicuius. Ouid. 9. Metam. 122.
Argutari pedibus. Vide Argutor, *argutaris, in* Arguo.
Carpere uiam pede. Ouid. 2. de Arte, 46.
Alato pede carpere iter. Ouid. 5. Faſt. 133. *De Mercurio.*
Obliquo pede claudicare. Ouid. 2. Amor. eleg. 17. 4.
Neq; pes, neq; caput comparet. Plaut. Capt. 11. 82.
Complecti pedes alicuius. Lucan. lib. 10. 18.
Conculcare aliquem pedibus. Ouid. 12. Metam. 75.
Conferre pedem, ſiue in pedes. Vide Confero.
Conferre pedem cum ſingulis aduerſarij argumentis. Quintil. lib. 5. cap. 13. 10.
Congredi pede. Virg. 12. Aen. 93.
Conijcere ſe in pedes. Vide Conijcio.
Connexæ pedibus apes. Virg. 4. Georg. 52.
Conſequi aliquem pedibus. Ouid. 9. Metam. 29.
Contendere pedibus cum aliquo. Ouid. 9. Metam. 113.
Siccis pedibus decurrere ſuper æquora. Ouid. 14. Metam. 10.
Deducere pedes de lecto. Vide Deduco.
Gracili pede deducit aranea filum. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 2.
Ad imos pedes defluxit ueſtis. Virg. 1. Aen. 82.
Ad pedes deſilire. Vide Ad.
Inoffenſos dirigere pedes. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 2.
Diriguêre pedes. Ouid. 2. Metam. 70.
Diſcedere pedem ab aliquo. Cic. pro Deiot. 29.
Dare pedem. Cic. ad Atticum, libro 2. 16. 10, *Soror quæ tantũ habeat Cõſularis loci, unũ mihi ſolum pedẽ dat. Noli inquã de uno pede ſororis queri: licet etiã alterum tollas. Vbi interpres, Vnũ pedem dat: id eſt, Mediocrẽ fauorẽ præſtat, non omnino fauet, uiri grauitate deterrita. Contrarium eſt illi,*
Omni pede niti, quod eſt, Vniuerſo fauore & uiribus.
Dolet pes. Lucret. lib. 3. 23.
Efferre pedem porta, Egredi. Cic. ad Att. lib. 7. 122. 7.
Pedibus ire in ſententiam alicuius. Vide Eo, *is.*
Nudo pede errare. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 10.
Vago pede errare. Ouid. epiſt. 20. 20.
Sonitus excitur pedibus. Lucret. lib. 2. 66.
Ferire terram pede. Virg. 3. Georg. 100.
Ferre pedem. Virg. 3. Aen. 3,
Ferte ſimul Faunique pedem Dryadeſq; puellæ. *id eſt, accedite huc.*
Huc fert pedes, & illuc. Senec. Medea, 11. 3.
Secum ferre pedem. Sen. Theb. 1. 3. *De Oedipo qui cæcus erat.*
Extenſos ferre pedes. Ouid. 3. de Arte, 61.
Incerto pede ferri. Hor. Epod. 11. 4.
Equeſtri pede fracta tellus. Senec. Theb. 2. 16.
Virtute pedum freti. Lucret. lib. 5. 193.
Timido pede fugere. Ouid. 4. Metam. 20.
Turbato pede fugere. Ouid. epiſt. 11. 21.
Molli pede ſulta. Hor. 1. Serm. Satyr. 2. 8.
Iacere pedes. Vide Iacio.
Iacére ad pedes alicuius. Cic. 7. Verr. 101.
Implicare pedes. Virg. 11. Aen. 151.
Teneros pedes impoſuêre graminibus. Ouid. epiſt. 15. 14.
Impreßit pedem littori. Senec. Agamem. 6. 2.
Incutere pedem terræ. Vide Incutio.
Induitur pedibus aurum. Vide Induo.
Inferre pedem in ædes. Vide Infero.
Alternis pedibus inſiſtere. Vide Alterius, *in* Alter.

Iuncti

Iuncti pedes. Quint. lib. 2. cap. 13. 6.
Celeri pede labi. Senec. Hippol. 6. 6.
Metiri pedibus quadringenta millia passuum. Cicero Qu. frat. lib. 3. 17. 6.
Metiri suo pede: id est, sumptum facere pro modulo facultatum suarum. Horat. 1. epist. 7. 20.
Mouere pedem à limine. Iuuen. Satyr. 10. 3.
Impercussus nolle mouere pedes. Ouid. 7. Amor. eleg. 1. 11.
Nasci equini pedibus. Vide Nascor.
Nasci in pedes. Vide Nascor.
Obteritur pedibus religio. Lucret. lib. 1. 16.
Offensus pes in porta. Tibul. 1. eleg. 3. 4.
Gloria parta pedibus. Sil. lib. 15. 129.
Pellere terram duro pede. Lucret. lib. 5. 282.
Pendére per pedes. Vide Pendeo.
Penetrare pedem aliquò. Vide Penetro.
Perfundere pedes amictu. Vide Perfundo.
Plaudere choreas pedibus. Virg. 6. Aen. 129.
Ponere pedem cum aliquo: id est, eodem modo incedere quo ille, nec citius, nec tardius mouere pedes. Lucret. lib. 4. 73.
Pedem ubi ponat, non habet: pro, Ne tantillum quidem agri: in hominem insigniter tenuem & inopem conuenit, inquit Erasmus. Cicero 2. Philipp. 64. ad Atticum libro 13. 261. 5. Pedem ubi ponat in suo, non habet: omnino eum Sestius noster parochus publicus occupauit.
Vestigia pedum ponere. Lucret. lib. 3. 1.
Cursu pedum præuertere uentos. Virg. 7. Aen. 162.
Pes pedem premit. Sil. lib. 4. 71.
Aequis pedibus procedere. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5. 1.
Proferre pedem alicunde. Horat. de Arte, 28.
Proferre pedes. Quint. lib. 1. cap. 11. 9.
Ante pedes proijcere aliquid. Virg. 5. Aen. 135.
Proijcere se ad pedes alicuius. Cic. pro Sestio, 20.
Proruere aliquid pede intus ipso. Hor. 1. Carm. ode 35. 3.
Prosubigit terram pede sus. Virg. 3. Georg. 52.
Pulsare humum pede. Ouid. 1. de Arte, 23.
Libero pede pulsanda tellus. Hor. 1. Carm. ode 37. 1.
Quatere humum pede candido. Hor. 4. Carm. ode 1. 6.
Alterno pede terram quatere. Hor. 1. Carm. ode 4. 2.
Rapiunt me pedes Hor. 3. Carm. 11. 10.
Illusi pedes recusant ferre uitiosum corpus. Horat. 2. Sermone Satyr. 7. 22.
Referre pedem. Quint. lib. 6. cap. 15, Ab iis quæ non adiuuant, quàm mollissime pedem oportet referre.
Profugum pedem referre. Ouid. epist. 21. 38.
Reflectere pedem, Catull. Argon. epigram. 59. 23.
Reportat pedem ex hoste. Virg. 11. Aen. 153.
Retrò pedem reprimere. Virg. 2. Aen. 76.
Reuocare pedem. Virg. 9. Aen. 26.
Sequi ducem propero pede. Catul. de Berecynth. epigr. 58. 7.
Signa pedum sequi, Vestigia. Ouid. 4. Metam. 9.
Signare littus pedibus, Imprimere uestigia, obambulare in littore. Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 3.
Sistere pedem in limine. Ouid. 1. de Remed. amor. 16.
Spargere arenam pedibus. Virg. 3. eclog. 18.
Sternere se ad pedes alicuius. Cic. Att. lib. 10. 195. 3.
Stare ante pedes alicuius. Virg. 5. Aen. 77.
Struere pedem, ueteres pro eo usurparunt quod est Fugere. Festus.
Subijcere pedibus, pro Contemnere. Virg. 2. Georg. 99.
Supplodere pedem. Cic. 1. de Orat. 118.
Pedem pede tangere. Ouid. 1. de Arte, 122.
Citato pede tetigit nemus. Catul. de Berecynth. epigr. 58. 1.
Fœlici pede tangere locum aliquem. Ouid. 1. Fast. 103.

Puellares pedes tardat alta arena. Ouid. epist. 10. 4.
Humili sub pede cuncta tenes. Ouid. epist. 9. 3.
Pedibus trahere, Est contemnere. Cic. ad Attic. libro 4. 85. 14, Non recordor unde ceciderim, sed unde surrexerim: fratrẽ mecum & te si habebo, per me ista pedibus trabuntur. Idem Volumnio, lib. 7. 33. 5, Nam de iudicijs quòd quereris, multo laboro minus: trabuntur per me pedibus omnes rei. Erasmus, Pedibus trahere, est Rem pro suo arbitratu uersare.
Pedibus trahuntur uicti à victoribus. Liu. 4. bel. Pun. 100.
Posita ante pedes transilire, & alia longè repetita sumere, specimen est ingenij. Cic. 3. de Orat. 88.
Pulsu pedum tremit excita tellus. Virg. 12. Aen. 89.
Vertere pedem. Ouid. 8. Metam. 176,
—uerso pede præbuit arenam. id est, iterum discessit.
Vigescunt pedes læti studio. Catul. ad Seipsum, epigr. 43. 2.
Certamine pedum uincere. Ouid. 12. Metam. 61.
Factum est periculum: iam pedum uisa est uia. De negocio, cuius aliquando periculum feceris. Sumptum à uatoribus. Erasmus. Terent. Phorm. 2. 2. 12.
Auersis pedibus uolutare. Vide Auerto.
Volutatus est ad pedes inimicorum frater. Cic. pro Sestio, 128.
Pede presso. Liu. 8. ab Vrbe, 40, Si hastati profligare hostem non possent, pede presso eos retrocedentes in interualla ordinum principes recipiebant.
Sub pedibus uolgi, In contemptu uulgi. Lucret. lib. 5. 229.
¶ Pedes, ultima correpta, huius peditis, aliquando ueluti aduerbialiter ponitur, pro eo qui suis pedibus it: neq; equi, aut alterius animalis ministerio utitur. Curtius, Pedus agmen circuibat.
Iret pedes in hostem. Virg. 6. Aen. 176.
Seu campo pedes ire paras. Stat. 4. Sylu. 4. 14.
Errat pedes in alta sylua. Ouid. 14. Metam. 73.
Incedit pedes. Virg. 10. Aen. 153.
¶ Pedibus, idem. Suetonius in Cæsare, In agmine nonnunquam equo, sæpius pedibus anteibat. Cicer. Curio, libro 7. 29. 3, Sed quod tu cui licebat, pedibus es consecutus. Idem in Vatinium, 9.
Pedibus ire, uel reuerti, aut iter facere. Plaut. Sticho, 5. 19. Cic. ad Attic. lib. 5. 96. 1. Idem 3. Verr. 61, Milites remigesq; Miletum Mindo pedibus reuerti iubet.
Ambulare pedibus. Vide Ambulo.
Obire pedibus regiones. Vide Obeo.
Transmittere pedibus aut equis aliquem locum. Cic. Attico, libro 16. 333. 18.
Merere peditibus. Vide Mereo.
Pedibus stipendia facere, Idem significat quod pedibus merere. Liu ab Vrbe cond.
Pedibus præliari. Cæsar 4. bel. Gal. 469.
¶ Pes, pro loco. Cic. ad Att. lib. 7. 140. 1, Pedem in Italia uideo nullum esse, qui non ipsius potestate sit.
Pes mensæ. Plin. lib. 12. cap. 1. 3.
Conuulsus pes acernæ mensæ. Ouid. 12, Metam. 51.
Pes uinaceorum. Colum. lib. 12. cap. 43. 10.
Pes, Mensuræ genus. Plinius libro 12. capite 1. 6, Arbor est clara domicilij modo cana, L X X X. atque unius pedum spectus.
Temo protentus in octo pedes. Virg. 1. Georg. 35.
Pes quoq; in carmine, syllabarum & temporum certa dimensio. Quint. lib. 12. cap. 3, Ne pes quidem ocioso certam legem temporum seruat.
Heroici pedes tres, dactylus, anapæstus, & spondeus. Cic. 3. de Orat. 100.
Citus pes, Iambus. Horat. de Arte, 51.

Moderatione

Moderatione quadam certa numerorum & pedum adstrictus histrio. Cic. 1. de Orat. 132.
Claudere uerba pedibus. Hor. 2. Serm. Satyr. 1. 6.
Certo pede differt sermoni sermo merus. Horatius 1. Sermone Satyra 4. 10.
Incomposito pede currunt uersus. Hor. 1. Serm. Satyr. 10. 1.
Musa per undenos emodulanda pedes. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 7.
Pes etiam dicitur fœdum capitis animal, à multitudine pedum. Plaut. Curc. 10. 14,
Vt muscæ, culices, pedesq; pulicesq; cimices, &c. Varro de re Rust. lib. 3. cap. 9, E' capite & è collo eorum crebrò eligendi pedes. De pullis.
Pes milui, Herba. Colum. lib. 12. cap. 7. 4.
Miluinus pes. Vide Miluus.
Pes gallinaceus, uel Pedes gallinacei, Herba. Plin. lib. 25. capite 13. 11, Capnos prima, quæ pedes gallinaceos uocant, nascens in parietinis & sepibus, ramis tenuissimis sparsisq;, flore purpureo. Pedem autem gallinaceum Dioscorides à Græcis caucalidem appellari contendit, estq; olus flore candido, & umbellam gerens, quod à rusticis daucum syluestrem uocari asserit Galenus.
Pes, Funis, quo in naui tenditur uelum pro uoluntate. Virg. 5. Aeneid. 166,
Vuà omnes fecêre pedem. Plin. libro 2. cap. 47. 12, Iisdem autem uentis in contrarium nauigatur prolatis pedibus, ut noctu plerunq; uela concurrant.
¶ Pediculus, pediculi, pen. corr. Dimin. m. g. (ποδίσκος) Paruus pes. Plin. lib. 9. cap. 28, Mollia sunt, loligo, sepia, polypus, & cætera eius generis. His caput inter pedes & uentrem, pediculi octoni omnibus.
Pediculi, uocantur quibus fungi, pyra, mala, & huiusmodi sustinentur. Plin. lib. 22. cap. 23. 4, Tutiores fiunt fungi cum carne cocti, aut cum pediculo pyri.
Ficorum pediculi. Colum. lib. 12. cap. 15.
Granatorum pediculi, siue punicorum. Colum. lib. 12. cap. 44, Deinde sereno cælo granata leguntur cum suis pediculis.
Pomorum pediculi. Colum. lib. 12. cap. 45.
Pyrorum pediculi. Plin. lib. 15. cap. 28. 6, Dependent alia pediculis, ut pyra: alia racemis, ut uuæ, palmæ: alia & pediculis & racemis, ut ederæ, sambuci.
Vuarum pediculi. Colum. lib. 12. cap. 43. 1.
¶ Pediculus, φθεὶρ, Vermis in capite hominis, item in cæteris animalibus. Colum. lib. 8. cap. 7. 2, Pluma omnis è capite, & sub alis atq; clunibus detergetur, illic, ne pediculum creet: hic, ne stercore loca naturalia exulceret. De gallinis.
¶ Pedicosus, siue pediculosus, pen. prod. (φθειριῶδης) Pediculis plenus. Plautus,
Pediculosus, squalidus: ubi me uidit, scabit caput.
¶ Pedicularis, & hoc pediculare, pen. prod. Quod ad pediculos pertinet. Vnde Pedicularis morbus, qua corpus pediculis scatet. Hunc morbum Græci phthiriasim appellant. nam phthira pediculum dicunt.
Herba pedicularis. Colum. lib. 6. cap. 30.
¶ Pediolus, huius pedioli, pen. corr. m. g. (ποδίδιον) Paruus pes. Afranius, Atq; adeò nolo nudo pediolo est pus. Alij, Petiolus. Ex Nonio.
¶ Peduſculus, pen. correp. (ποδίφιον) Paruus pes. Plin. lib. 11. cap. 10. 4, Si cooriatur procella, apprehensis peduſculo lapillis se librant. Vetus exemplar legit, apprehensi ponduſculo lapilli, &c.
¶ Pedam, ἴχνος (inquit Festus) uestigium humanum, præpuè pedis, appellasse antiquos, in commentarijs quibusdam inueniri solet.
¶ Pedalis, & hoc pedale, pen. prod. (ποδιαῖος) Quod est pedis: ut, Pedale spaciũ, &c. Varro 3. de re Rust. cap. 5. 12, Infimo intra sælere est stagnũ cum margine pedali. Cæs. 3. bel. Gal. 399, Transtra ex pedalibus in altitudinẽ trabibus confixa clauis ferreis, digitis pollicis crassitudine. Cic. 4. Acad. 145, Quantulus nobis uidetur mihi quidem quasi pedalis.
¶ Pedulis, & hoc pedule, pen. prod. ut, Fasciæ pedules, quibus inuoluuntur aut uestiuntur pedes. Vlp. ff. de aur. arg. mundo, &c. legat. l. argumento sunt. Fasciæ crurales pedulesq;, et itẽ pilea, uestis loco sunt: quia partem corporis uestiunt. Turnebus pedules interpretatur calceos: ut in regula Benedictinorum, Indumenta pedum, pedules & caligas. Iterum, Et pedules, & quodcunque est uetustum reddant, dum accipiunt nouum. Reperi in ueteri lexico, pedules esse operimentum pedum. Hæc ille.
¶ Pedamen, pen. prod. pedaminis: & Pedamentum, pedamenti (χάραξ) Sustentaculum quod alicui arbusculæ adhibetur, uel etiam ultibus ad eas muniendas & fulciendas. Plinius libro 17. cap. 20. 5, Castaneæ pedamentis omnibus præfertur. Colum. lib. 4. cap. 30. 1, Pedaminum iugorumq; & uiminum prospiciendorum tradenda ratio est.
¶ Pedaneus, Adiect. Idem est quod Pedalis. Colum. lib. 5, Et ideo in maritandis arboribus nemo mimorem pedaneæ strobem uitibus comparat.
Pedaneus iudex, Qui à præside constituitur ut minora iudicia discernat: quòd is magistratus non uehatur curru, sed pedibus proficiscatur in forum. Vlpian. l. 1. in §. item Senatusconsulto. ff. de postulando, Item, Senatusconsulto etiam apud iudices pedaneos postulare prohibetur. calumniæ causa publico iudicio damnatus.
¶ Pedarius, huius pedarij. Pedarij dicuntur, qui in Senatu sententiam non dicunt, sed ab alio dictam comprobant, mouentes se loco, & in partem eius qui dixit, ambulantes propter quod qui ita faciũt, ire in sententiã pedibus dicuntur: & ab actu trãseundi pedibus in aliena sedilia, pedarij sunt appellati. Cic. Att. lib. 1. 14. 12, Est illud S.C. summa pedariorum uoluntate, nullius nostrũm authoritate factum. Et epistola sequente, 7, Et raptim in eam sententiã pedarij cucurrerũt. Festus, Pedarium Senatorem significat Lucilius quũ ait, Agipes uocem mittere cœpit. Qui ita appellatur, quòd tacitus transeundo ad eum cuius sententiam probat. quid sentiat indicat. Vide Gel. lib. 3. cap. 18.
¶ Pedatim, pen. corr. (κατὰ πόδας) Aduerbium, à Pedo, pedas, Plin. lib. 11. cap. 45. 5, Leo tantùm & camelus pedatim gradiuntur. hoc est, ut sinister pes non transeat dextrum, sed subsequatur.
¶ Pedatum, pedati. Nonius, Pedato positum pro repetitu, uel accessu. Cato Originũ lib. 1, Igitur tertio pedato bellum nobis fecêre. hoc est, tertiò reuersi, inquit Sipontinus. Idem in Dissuasione de fœneratione, Tertio autem pedato item ex fœnore discordia excrescebat.
Nisi pedato tertio omnes afflixero. Plaut. in Cistel. Turnebus interpretatur impetu, ingressu, incursu. A' uetere critico explicatur βιαιοπαθοῦντα.
¶ Pedepressim, Aduerb. (βραδέως) Id est, Nonio interprete, cautè, lenta & tarda itione.
¶ Pedes, peditis, pen. corr. m. g. (πεζὸς) Miles qui pedibus militiam exercet. Cæs. 8. bel. Gal. 127, Equitatum omnem Germanosq; pedites summæ uelocitatis omnes ad castra hostium præmittit.
Acies peditum. Tacit. lib. 4.
Caterua peditum. Hor. 2. epist. 1. 39.
Nimbus peditum, Densa multitudo. Virg. 7. Aen. 759.
Armatus pedes. Virg. 6. Aen. 104.
Peditum & equitum copias contrahere. Cn. Magnus Domitio,

in

in Epist. ad Attic. lib. 8. 163. 2.
Peditem pedes obtruncat. Virg. 10. Aen. 151.
Pedes uiator. Plin. lib. 15. cap. 29. 7.
¶ Peditatus, huius peditatus, m. g. (τὸ πεζὸν) Peditum copiæ. Cic. 5. Philip. 67, Tu ciuem sceleratum & perditum Gallorum & Germanorum exercitu, pecunia, peditatu, equitatu, copijs instruis?
Armatura uaria peditatus & equitatus. Cic. Mario, lib. 7. 1. 8.
¶ Pedester, πεζικὸς, significat eum qui pedibus iter facit. Apuleius, Qui modò in exercitum profectus est pedester. Mart. lib. 1. 28,
Abnuit in liquidis ire pedester aquis.
Hic & hæc pedestris, & hoc pedestre: ut, Pedestris exercitus, qui peditibus tantum constat, non etiam equitibus. Pedestria auguria dicebantur, quæ à lupo, vulpe, serpente, equo, & cæteris animalibus quadrupedibus dabantur.
Acies pedestris. Vide Acies.
Pedestres copiæ. Cic. 2. de Fin. 77.
Pugna pedestris. Virg. 11. Aen. 142.
Pedestres naualésue pugnæ. Cic. de Senect.
Statua pedestris. Plin. lib. 34. cap. 6. 5.
Scutum pedestre. Liu. 7. ab Vrbe, 38.
Statua ænea pedestris uel equestris. Cic. 9. Philip. 265.
Pedestris oratio, dicitur numerosa, & secundum metricam rationem composita, quamuis non sit carmen. Quintilian. lib. 10. cap. 1, de Platone, Multum supra prosam orationem, & quam pedestrem Græci uocant, surgit.
Musa pedestris. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 4.
Historijs pedestribus dicere prælia. Hor. 2. Carm. ode 12. 2.
Sermo pedestris. Hor. de Arte, 20.
¶ Pedetentim, Aduerb. (βαδίδην, κατὰ πόδας) compositum à Pede, & Tento, tentas: hoc est, Passim, & per passus. Cic. 1. Offic. 169, Eam imitationem si tempora adiuuabunt, facilius commodiusq; faciemus: sin minus, sensim erit pedetentimq; facienda. Sic pro Quintio, 29, Timidè tamen & pedetentim istuc descedunt. Terent. Phorm. 3. 3. 19,
Di bene uertant quod agas, pedetentim tamen. Donatus, Cautè, à pedibus tentando. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 14. 16, Legi enim concionem tuam, nihil illa sapientius: ita pedetentim & gradatim tum accessus à te ad causam facti, tum recessus.
Accedere pedetentim ad aliquam causam. Author ad Herenn. libro 1. 9.
Cautè pedetentimq; omnia dicere. Cic. pro Cluen. 93.
Ingredi pedetentim in defensionem. Cic. 1. de Inuent. 35.
Progredientes pedetentim. Lucret. lib. 5. 292.
¶ Pedica, pedicæ, pen. corr. (ποδοδέκμη) à pede, significat laqueum quo pedes illigantur. Virg. 1. Georg. 62,
Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis. Liuius 1. bel. Pun. 135.
¶ Pedicinus, pedicini, pen. prod. (ποδοδέσμιον) Cato cap. 18. 3, Ibi foramen pedicinis duobus facito: ibiq; arbores pedicino in lapide statuito. Quid sit hoc loco pedicinus, ignoratur.
Pedicularis, Pedicosus, Pediculus, Pediolus] Vide suprà post Pes.
¶ Pedisequus, huius pedisequi, pen. cor. (ἀκόλουθος, θεράπων) Qui dominum sequitur. Plautus Milite, 14. 18, Pedisequus tibi sum. Cicero ad Attic. libro 2. 31. 3, Quæ mihi uidetur una conciuncula, clamore pedisequorum nostrorum esse peritura.
Conculcari hunc à pedisequis iussit. Cic. pro Domo sua, 85.
¶ Pedisequa, huius pedisequæ, pen. corr. (θεράπαινις) Quæ dominam sequitur. Terent. And. 1. 1. 96,

— accedo ad pedisequas:
Quæ sit rogo. Cic. 1. de Orat. 121, Sed quia sæpe utitur orator subsidio iuris in causis, idcirco istam iuris scientiam, eloquentiæ tanquam ancillulam, pedisequamq; adiunxisti.
Puerorum pedisequa. Author ad Heren. lib. 4. 235.
Virtutis pedisequæ sunt diuitiæ. Author ad Herennium, libro 4. 164.
¶ Peditatus. Vide Pedes.
¶ Pedo, pedas (βαδίζω) pedare, ueteres pro ire dixerunt. Vnde & repedare, quasi pede iterare. Lucilius,
Rediisse ac repedasse, ut Romam uitet.
Pedare (χαραχῦν) est etiam sustentaculum uiti addere, aut alteri arbusculæ: ex quo uineæ huiusmodi, pedatæ dicuntur. Columel. libro 4. capite 12. 1, Putationem sequitur iam pedandæ uineæ cura. Plin. libro 17. cap. 21. 11, Aut pedatæ simplici iugo.
¶ Pedatio, Verbale (χαράκωσις) Colum. lib. 4. cap. 11. 2, Idq; iugum intra quartum pedem conueniet alleuari, dum se uinea corroboret in pedationem.
¶ Pedum, huius pēdi (ποιμενικὸν ῥόπαλον) Baculum incuruum, quo pastores utuntur ad comprehendendas oues aut capras pedibus. Virg. in Bucol. eclog. 5. 18,
At tu sume pedum. Sed in eo uersu qui est in Iphigenia Ennij,
Procede: gratum proferre pedum, nitere cessas: id ipsum iaculum significare, quum ait Verrius, Mirari satis non possum: quum sit ordo talis, & per eum significatio aperta, Gratum proferre pedum cessas? nitere. Festus.
Peduſculus] Vide suprà post Pes.
Pesçia] in saliari carmine Aelius Stilo dici ait capitia ex pellibus agninis facta, quòd Græci uocant pelles πέσκας, neutro genere pluraliter. Festus.
Pesestas] dicebatur pestilentia. Festus.
Pessarium] Vide Pessi.
Pescennius] Vir Ciceroni perbeneuolus, ut ipse ait, scribens Terentiæ uxori, lib. 14, Famil. 4, Pescennius est perbeneuolus nobis, quem semper spero tui fore obseruantem.
Pessi] πεσσόι, dicuntur medicamenta, quæ in uellere, naturalibus mulierum opponuntur, Græcè πεσσόιτα dicuntur. Quæ enim per anum, clysteres: per collum matricis, pessi sine pessarij appellantur. Celsus lib. 5. cap. 21, Sed alia quoque utilia sunt, ut ea quæ fœminis subijciuntur: πεσσοὶ Græci uocant. Eorum hæc proprietas est: Medicamenta composita molli lana excipiuntur: eaq; lana naturalibus conditur. Pessus nomen habere putatur à pesso, id est, talo, ad cuius fit similitudinem. Paulus tamen libro 3. capite 61, lanam conceptam, & ad digiti figuram rotundam factam, in qua pharmaca excipiantur ac contineantur, pessum appellari ait. Dicitur & pessarium, teste Cornario.
Pesimè, Pesimus] Vide Malus adiect.
Pesinus] pen. prod. Pesinuntis (πεσσινοῦς) Emporium Phrygiæ, habens templum maximum (ut inquit Strab. lib. 12) magnæ uenerationis Matris deum, quam Angidistam uocant. Hic locus magnificè ab Attalicis regibus structus est, & tēplo, & porticib. ex albo lapide Romani celebre reddiderunt, accersita inde deæ statua, & Pesinuntia appellata. Pesinuntem Dindymenā & Cybelē uocant, ait Ptolemæus lib. 5. cap. 4. Ibi Gorgius nodus est ab Alexandro resciſſus.
Sedem domicilium q; Matris deorum Pesinuntem uocat. Cicero, de Arusp. resp. 25.
¶ Pesinuntius, πεσσινούντιος. Cic. de Arusp. resp. 47, Lege Tribunitia Matris magnæ Pesinuntius ille sacerdos expulsus et spoliatus sacerdotio est, &c.

Pesinun-

Pesinuntia, dea Cybeles, deum mater, quā ex Græcia Romam admiranda religione translatam, est notum lippis & tonsoribus. Eius historiam uide apud Herodianum lib. 1. historiarum, Arnobium libro 2. aduersus gentes. Liuius quoq; Ammianus Marcellinus lib. 21. scribunt de Pesinuntia. Philena hæc etiam dea dicta est. Alexan. lib. 6. cap. 4.
Pessulus] pessuli, pen. corr. (βαλάνου) Paruus pes, instrumentum quo ostium clauditur. Terent. Heaut. 2. 3. 37,
Anus foribus obdit pessulum: ad lanam redit. Idem Eunuch. 3. 5. 55. Vide Obdo.
Pessum] Aduerb. (ἄπαγε) Deorsum, quasi ad pedes, uel sub pedibus. Vnde Pessum premere. Plaut. Mostel. 16. 50.
Pessum abire. Plaut. Aulul. 17. 12,
Vt toleret, ne pessum abeat.
Tellus dedit pessum cacumina. Lucan. lib. 5. 124.
Pessum ire. Colum. lib. 12. cap. 6. 2, Nam ubi dulcē caseum demiseris in eam, si pessum ibit, scies esse adhuc crudam: si innatabit, maturam. Ibid. cap. 30. 1.
Pessum eo, per translationem. Plaut. Cistel. 5. 12,
Frāgit amantē animū: neq; nisi, quia miser ne eo pessum,
Mihi illa abest iam perdito pernicies. id est, perdar, Plin. lib. 14. in Procemio, §.
Pessundo] pessundas, pessundedi, pen. corr. pessundatum (κατακατέω) pessundare, pen. cor. Pedibus calcare. Terent. And. 1. 3. 3,
Quæ si non astu prouidētur, me, aut herū pessundabūt.
Cuncta pessundare. Ouid. 3. Trist. eleg. 5 9.
Pessundare iracundiam. Plaut. Merc. 22. 6.
Pessundare, dicitur nulla excussoria, quæ cessorē deorsum excutit. Paulus in l. bouē. ff. de Aedilit edict. Bouem qui cornu petit, uitiosum esse plerique dicunt. item mulas quæ pessundant. Alij legunt, quæ cesim eunt.
Pessus] Vide Pessi.
Pestis] huius pestis. f. g. (λοιμὸς, λοιγὸς, μέθη) Morbus notus. Plaut. Amphit. 7. 23, Pestes te tenet.
Pestes, pluraliter. Plin. lib. 2. cap. 2, Multis etiam pestibus.
Pestis, aliquando de homine dicitur, qui alios corrumpit, & damna infert. Terent. Adelph. 2. 1. 35,
Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium,
Periurus, pestis. Cic. ad Licinium, lib. 5. 8. 4.
Pestis in amicitia pecuniæ cupiditas. Cic. de Amic. 33.
Amicitæ nostræ pestis. Catull. ad Rufum, epigr. 72. 2.
Pestis ac pernicies ciuitatis. Cic. pro Rabirio perduel. reo, 1.
Imperij pestes. Cic. de Arusp. resp. 3, Cum his furijs & facibus, cum his inquam exitiosis prodigijs, ac pene huius imperij pestibus, bellum mihi inexpiabile dico esse susceptum.
Furia ac pestis patriæ. Cic. pro Sestio, 26.
Funesta Reipub. pestis. Cic. pro Domo sua, 3.
Pestem de incendio dixit Virg. lib. 5. Aeneid. 140,
— Restinctus donec uapor omnis, & omnes,
Quatuor amissis, seruata à peste carinæ.
Acerba pestis. Virg. 3. Georg. 84.
Adulta pestis. Vide Adoleo.
Blanda pestis luxuria, Senec. Octauia, 7. 11.
Capitalis pestis. Vide Caput.
Corporeæ pestes. Virg. 6. Aeneid. 148.
Fluidæ contagio pestis. Lucan. lib. 6. 18.
Gelidæ pestes. Lucan. lib. 9. 170. De serpentibus.
Improuisior, grauiorq; pestis fuit. Tacit. lib. 2.
Insolita pestis. Senec. Herc. Oeth. 7. 22.
Numerosa pestis. Senec. Oeth. 12. 4.
Vulcania pestis, Incendium: Silu. lib. 7. 73. Idem libro 17. 102.
Noua pestis adest. Ouid. 9. Metam. 41.

Auertere pestem ab Aegypto. Cic. 1. de Natur. deor. 141. Virgil. 3. Aeneid. 124,
— dij talem terris auertite pestem.
Concepta æstu pestis. Vide Concipio.
Conferre pestem. Vide Confero.
Consumptus è peste. Vide Consumo.
Depellere pestem, Mortem. Virg. 9. Aeneid. 66.
Depulsi à communi peste fluctus in nosmetipsos redundarunt. Cic. 1. de Orat. 2.
Toto descendit corpore pestis. Virg. 5. Aeneid. 137.
Rapidam pestem diffundunt ignes. Silu. lib. 17. 17.
Belli pestem euadere. Virg. 10. Aeneid. 11.
Illigatus peste interimor. Vide Illigo.
Importare pestem. Vide Importo.
Incesit pestis. Colum. lib. 9. cap. 13. 3.
Inuasit pestis in uitam hominum. Vide Inuado.
Latens ostibus pestis. Valer. 7. Argon. 51.
Pestem aliquam machinari in omnes. Vide Machina.
Machinari sibi nefariam pestem. Cic. 3. de Natur. deor. 90.
Meditari pestem alicui. Virg. 3. Georg. 31.
Mimitari pestem. Liu. 2. ab Vrbe, 215.
Tam detestabilis pestis nulla est, quæ non homini ab homine nascatur. Cic. 2. Offic. 22.
Oppetere pestem. Vide Oppeto.
¶ Pestilentia, pestilentiæ, Idem (λοιμὸς) Plin. lib. 7. cap. 50. 5, Quā in re obseruatū in Meridianis partibus, ad Occasum solis pestilentiam semper ire. Cæsar 2. bel. Ciuil. 91, Graui etiam pestilentia constitati.
Salubritas & Pestilentia, contraria. Cic. 1. de Diuin. 212.
Annus infamis pestilentia. Vide Infamis.
Eluuionis pestilentiæ, uastitatis causæ. Cic. 2. Offic. 22.
Vastus atq; desertus propter pestilentiam ager, & propter stirilitatem incultus. Cic. 2. de lege Agr. 71.
Possessores pestilentiæ & inuidiæ. Cic. 1. de leg. Agr. 9.
Oratio plena ueneni & pestilentiæ. Catull. ad Fundum, 41. 3.
Abijt pestilentia. Vide Abeo.
Afferre pestilentiam. Vide Affero.
Coorta pestilentia. Vide Coorior.
Pestilentiam facere uidet quod egerit sus ægra. Colum. lib. 6. cap. 5.
Incidit pestilentia grauis in urbem. Vide Incido, pen. corr.
Terrere animos pestilentia. Cic. 2. de Natur. deor. 21.
¶ Pestilens, pen. corr. huius pestilentis, o. g. (λοιμώδης) Quod pestem infert: cui Salubre opponitur. Cic. de Fato. 11, Inter locorum naturas quantum interfit, uidemus alios esse salubres, alios pestilentes.
Pestilentes & Salubres partes agrorum, contraria. Cicero 1. de Diuin. 135.
Africus pestilens. Horat. 3. Carm. ode 23. 1.
Grauis & pestilens aspiratio. Cic. 1. de Diuin. 211.
Inuidia pestilens. Sen. Hippol. 4. 27.
Ventis horribilis atque pestilens. Catull. ad Furium, epigr. 23.
¶ Pestilentiosius, pen. prod. Adiectiuū. Vlpian. in l. 2. ff. ne quid in loco pub. fiat. Si odore soli locus pestilentiosius fiat.
¶ Pestiferus, pen. corr. Adiectiuum. Idem. Celsus lib. 2. cap. 6, Sudor quoque frigidus in acuta febre pestiferus est.
¶ Pestifer, penult. corr. adiect. (βλωλός, βόλος, ὀλοφώϊος, φθίμενος, ὄλωρ, ὀλοὸν) ut, Fulmen pestiferum, Quod mortem aut exilium ostendit, inquit Festus.
Pestifer potu taurorum sanguinis. Plin. lib. 11. cap. 38. 1.
Aer pestifer. Claud. de bell. Gildon. 103.
Amor pestifer. Senec. Thebaid. 1. 8.
Aquæ pestiferæ. Valer. 4. Argon. 118.
Arma pestifera. Senec. Herc. furente, 11. 17.

Bellum pestiferum, Pernicioſum, mortem afferens. Cicero ad Sulpitium, libro 4.3.4.
Calor pestifer. Plin. lib. 7. cap. 50. 4.
Ciues pestiferi. Cic. 1. de Orat. 117.
Pestifera auibus exhalatio. Plin. lib. 4. in Præfat. 2. Et lib. 11. cap. 19. 1, Papilio etiam ignauus & inhonoratus pestifer.
Fames pestifera. Ouid. 8. Metam. 159.
Gaudium pestiferum. Liu. 1. ab Vrbe, 256.
Ignis pestifer. Ouid. 8. Metam. 96.
Manus pestifera. Ouid. 4. Metam 99.
Crudelis & pestifer reditus alicuius. Cic. 3. Philp. 125.
A pestiferis & nocentibus rebus refugere. Cicer. 2. de Natur. deor. 179.
Pestifer ac funeſtus Tribunatus. Cic. pro Domo ſua, 1.
Venter pestifer. Ouid. 1. Metam. 93. de pythone ſerpente.
Venenata & pestifera uipera. Cic. de Aruſp. reſpon. 47.
Virus pestiferum. Ouid. 5. Triſt. eleg. 2. 3.
Vitia pestifera, luxuria, auaritia, crudelitas. Cic. 3. de Fin. 113.
¶ Pestiferè, pen. corr. Aduerbium (λοιγίως) Cic. 2. de Legibus, 21, Quid quòd multa pernicioſè, multa peſtiferè ſciſcuntur in populis, &c.
¶ Pestibilis & hoc pestibile: attributum ex peſte deductum. Diocletianus & Maxi. in l. penult. de ædilit. actionibus. C. Pestibiles herbæ, lethiferæ.
¶ Pestilitas, pen. cor. peſtilitatis, f. g. (νῆρα) apud antiquos legebatur, teſte Nonio, & idem eſt quod Peſtis. Lucret. libro 6. 227.

Hæc igitur ſubitò clades noua, peſtilitaſq;.

¶ Pestilentus, pestilenta, pestilentum, Adiectiuum: ut, pestilenta loca. Vſus eſt Næuius, teſte Gellio lib. 19. cap. 8. Obſoletũ.
Pesuri] Luſitaniæ populi, accolæ Vaccæ. Plin. lib. 5. cap. 21.
Petaliæ inſulæ] in Euripo Euboico, primo ferè introitu, numero quatuor. Plin. lib. 4. cap. 12.
Petaliſmus] exilij genus apud Syracuſanos fuit, quo efferentis ſe ciuis audaciam uirtutemq; cõprimebant. Alexander Alexandrinus lib. 3. cap. 20.
Petalium] lij (πεταλιον μακαβδέλινον) unguenti præſtantiſimi genus ex Nardi folio confectum, unde & nomen habet. πέταλα enim Græci folia uocant. Plaut. in Curcul.

Nam omnium odor unguentũm præ tuo nauſea eſt:
Tu ſtacte, tu cinamum, tu roſa, tu crocum & caſia es,
Tu petalium. Petalium autem Latinè foliatum appellatur. Martial. lib. 11,
At mea me libram foliati poſcit amica.

¶ Petalus, πέταλος, nomen unius ex his qui in aula Cephei regis Perſeo uim inferre conati ceciderunt. Ouidius 5. Metamorphoſeos,

Petalus irridens, Stygijs cane cætera dixit.

Petaminarius] Firmicus lib. 8. cap. 15, Oriente Delphino, quicunq; natus fuerit, natandi ſtudio tenebitur. Sed Saturni teſtimonio, urinator erit. cum Marte uerò & Mercurio, petaminarius, ephelmator, oriſcopalarius, petauriſtarius, aut certè innata curſus agilitate perſpicuus. Eſt autem petaminarius, qui ſtrenua corporis agilitate ſaltans uolare uidetur: à uerbo πέτομαι, quod eſt uolo. Eſt enim Græca origo, ſed formatio Latina. Ephelmator nomen habet à tabulis quæ dicũtur ἔλματα, quibus ad ſaltandũ utebatur, ut & Petauriſtæ. nam in tabulis iactu corporis ſaltans leuitatem & agilitatem oſtendebat. Oriſcopalarius qui dicatur, non intelligo, cenſeremq; legi deberi orcheſtopalarius, à ſaltatione & lucta: uel orchiſtopalarius, eodẽ ſignificatu. ὀρχηστὴς, ſaltandi magiſter: ὀρχηστικὴ, ars ſaltandi: πάλη lucta.
Petaſio] Petaſionis, maſc. ge. Varro 2. de Re ruſt. cap. 4. 10, Optimarum ſignum, quòd etiam nunc quotannis è Gallia

apportantur Romam pernæ tomacinæ, & taniacæ, & petaſiones.
Petaſites] πιτυώτης, Dioſc. lib. 4. cap. 109. Herba eſt pediculum habens cubito maiorem craßitudine pollicis, ita dicta à galeri forma, quam latum folium pediculo ſuperpoſitum uidetur referre, eo ferè modo quo fungorum ſcapos pediculis uidemus adhærere. Ruſtici in Gallia Bardanum maiorem uocant.
Petaſo] pen. cor. pet a onis, m. g. Caro porcina, quam alij coxam, alij (inter quos Sipontinus) eam partem ſuis dicunt, quæ ab alis incipit, & coſtas comprehendit, quibuſdam uetuſti uirgulis pinguibus diſtincta. Martial. lib. 13. 54,

Muſtæus eſt, propera, charos ne differ amicos.
Nam mihi cum uetulo ſit petaſone nihil.

¶ Petaſunculus, pen. corr. Diminut. Iuuenal. Satyr. 7. 13,

—ſiccus petaſunculus, & uas Pelamidum.

Petaſus] petaſi pen. cor. m. g. (πέτασος) Capitis tegmen, galero perſimile, ſiue ipſe galerus. Plaut. Amphit. 3. 143,

Ego has habebo uſq; in petaſo pinnulas:
Tum meo patri autẽ trochilus inerit aureus ſub petaſo.

Petaſus, ſit à Græco πιτάνυμι, quod eſt extendo: cuius aoriſtos eſt ἐπέτασα, unde petaſus.
Petaſus, per translationem dicitur quod in galeri formam ædificijs ſuperpoſitum, extenſum, & explicatum eſt, in metæ formam ſe trahens. Plin. lib. 36. cap. 13. 10, Supra id quadratum pyramides ſtant quinq; quatuor in angulis, & in medio una, in imo latæ pedum ſexagenũm, quinũm, altæ centum, quinquagenũm, ita faſtigiatæ, ut in ſummo orbis æneus, & petaſus unus omnibus ſit impoſitus, ex quo pendeant excepta catenis tintinnabula, quæ ũcto agitata longè ſonitus referant.
¶ Petaſatus, pen. prod. Adiect. (πιτασωμένος) Qui galero et capitis ornamento utitur. Sueton. in Auguſto, cap. 82, Solis uerò ne hyberni quidem patiens, domi quoq; non niſi petaſatus ſub dio ſpaciabatur.
Petaſatus etiam dicitur, ut aliqui uolunt, qui cothurno aut ſoco calciatus eſt. Cicero ad Caßium, libro 15. 17. 2, Atq; idipſum facerent commodius, ſi mihi aliquid ſparij ad ſcribendum darent: ſed petaſati ueniunt, comites ad portam expectare dicunt.
¶ Petaſunculus, petaſunculi, pen. corr. Diminutiuum, Paruus petaſus. Arnobius aduerſus gentes, libro 6, Si aliquis Solem tollat, & in Mercurij tranſferat ſedem: Mercurium rurſus arripiat, atque in Solis ſaciat commigrare delubrum: deiq; huic radios, Solis capiti petaſunculum ſupponat: quibus modis internoſcere poteritis, utrúmne Sol iſte ſit, an Mercurius?
Petaurum] huius petauri (πεταύρου) Genus ludi, & machina quædam lignea. Quo quidem ludi genere homines per aera rotarum pulſu iactabantur. Martial. lib. 11. 22. in Lydiam,

Quàm rota tranſmiſſo toties impacta petauro.

Petaurum dici etiam poteſt id, ſupra quod homines agilitate corporum inſignes ludunt, ut haſtæ circa quas ſe uoluunt: funes ſupra quos etiã reciproci ambulant: circuli, per quos ſe more piſcium tranſmittunt: tabulæ è quibus in aere pendent, uno brachio ſe ſuſtinentes.
Petaurum Græci dicunt eſſe laqueum & aſſeres, quibus domus teguntur. Iulius Pollux exiſtimat caueam eſſe, in quã ſe cortis alites cubitum ituræ conferunt.
¶ Petauriſta, petauriſtæ, m. g. (πιτταυριστὴς) Nonius, Petauriſtæ à ueteribus dicebantur qui ſaltibus, uel ſchœnis leuioribus mouerentur. Varro lib. 2. de uita Pop. Rom. Nec minus alio in genere ſunt ludi uolitis Galli, Germani petauriſtæ.

Petau-

Petauriſtæ, ſiue petauriſtà πετάσθαι, inquit Nonius, id eſt, uolare, dicuntur. Feſtus, Petauriſtas Lucilius à petauro appellatos exiſtimare uidetur; quando ait, Sicuti mechanici quum alto exiluere petauro. At Aelius Stilo, quòd in aere uolent, quum ait, Petauriſta propriè Græcè, ideo quòd ij πρὸς αἔρα πετῶνται.
¶ Petauriſtarius, idem quod Petauriſta. Firmicus lib. 8. cap. 15.
Petelia] Lucanorũ metropolis, occurrit apud Samnites, quã Roma in Græciam pedeſtri itinere itur. Strab. lib. 6.
Pēteon] Vicus in Thebano agro. Theſpidas poeta.

Quinq; Eleona tenent, atq; Hylen, & Peteonen. Strabo libro 9.

Peteſucus] rex Aegypti, qui primus in Heracleopolite nomo ædificauit Labyrinthum. Plin. lib. 36. cap. 13.
Petigo] pen. prod. petiginis, f. g. (λειχὴν) Morbi genus, qui & impetigo dicitur, quòd uicina petat, ſeſe latè ſumma cute diffundens, occupat plerunq; totum uultum oculis exceptis. Lucil. lib. 30. Illuuies, ſcabies oculos huc, deniq; petigo huc conſcendere. Nonius.
Petila] æ, Petilam ſurã ſiccam, et ſubſtrictã uulnus interpretatur. Scæuola ait ungulam equi albam ita dici. Feſtus.
Petilia] (πετηλία) oppidum Lucaniæ, cõditum à Philoctete. Virg. 3. Aeneid. 81. Parua Philoctetæ ſubnixa Petilia muro.
¶ Petilia lex, quæ ſtatuebat nequis ob æs alienum necteretur, & ut pecuniæ creditæ bona debitoris, nõ corpus obnoxium eſſet. Olim apud Romanos quum nihil eſſet ſanctius fide in publicis & priuatis negocijs, recepta eſt lex XII. Tab. quæ in non ſoluentes æs alienum duriſſimam pœnam introduxit, etiam ultimi ſupplicij, ut audaciã leuitorum hominum in contrahendis paßim debitis reprimerẽtur. Hanc duritiem, qua nonnulli creditores nimis crudeliter & cum turpitudine abutebantur, lex Petilia relaxauit.
Petilius] herbæ eiusq; floris nomen: eam Latinos Roſam ſylueſtrem appellare notat Plin. lib. 21. cap. 8. ubi et de eius natura diſputat.
Petilus] Adiect. (ψιλὸς) Tenuis, & exilis. Lucil. lib. 12, Inſignis uaris cruribus, & petilis. Plautus Plotino, Nam coloratam frontem habet, petilis labris. Nonius.
Petimen] petiminis: Petimina, in humeris tumentorum ulcera, & uulgus appellat, & Lucilius memini, quum ait: ut petimen naſo, aut lumbos ceruicibus tangat. Eo nomine autem, & inter duos armos ſuis quod eſt, aut pectus, apellare ſolitum teſtatur Næuius in deſcriptione ſuillæ. quum ait,

Petimine piſcino qui meruerat.

Petiolus] pen. corr. (πόδιον) Diminut. eſt à pede. Afranius, Atq; adeò nolo nudo petiolo ambules. Nonius.
Petiolus, quo fructus pendet. Col. lib. de Arboribus, cap. 23. 2; Alio modo quim iam matura mala fuerint, antè quàm petioli rumpantur, quibus pendent, intorqueto.
Petiſco, Peteſco] Vide Peto, petis.
Petiſum] & Petiſia poma, ſunt parua: ſed gratiſſimi ſaporis, de quibus Plin. lib. 15. cap. 14.
Peto] petis, petiui, petitum, pen. prod. (αἰτέω, αἰτιάζω, αἰτίζω, αἰξιόω, προυμνάομαι) petere, Propriè eſt (authore Varrone) ſuppliciter & precariò aliquid poſtulare. Valla, Petere dicimur, quum aliquid humiliter & precibus petimus. Cicer. Philipp. lib. 13. 74. 3, Te autem pro uetere noſtra neceſſitudine etiam atque etiam peto, ut eius filios, qui in tua poteſtate ſunt, mihi potiſſimum condones.
Petere ab aliquo & eum rogare. Cic. 6. Verr. 56.
Petere & contendere. Cic. Cluentio, lib 13. 8. 12.
Precibus omnibus petere. Cæſar 5. bell. Gall. 22. Cic. pro Sylla, 41, At literæ ſunt Faußi, per quas ille precibus à P. Sylla petiit ut emat gladiatores.

Precariò aliquid petere. Liu. lib. 4. Decad. 4.
Cupidè petere aliquid. Horat. 2. epiſt. 1. 20.
Cupidiſſimè aliquid petere. Vide Cupio.
Cupienter petere, apud Plautum in Pſeud. 10, 18.
Statim petere. Cic. pro Quintio, 22.
Supplex te peto. Virg. 6. Aeneid. 23.
Per amicitiam petere. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 1.
Habes tota quod mente petiſti. Virg. 4. Aeneid. 20.
Aliquid apertè petere. Cic. pro lege Agrar. 1, Quæ res apertè petebatur, ea nunc occultè cuniculis oppugnatur.
Aequa. Ouid. 7. Metam. 35.
Auxilium petere. Terent. Phorm. 5. 1. 2, Aut unde mihi nunc auxilium petam?
Petere auxilium ab aliquo per alterum. Cic. 1. Verr. 7.
Petere auxilium contra aliquem. Cæſar 8. bell. Gall. 12.
Petere auxilium & manus. Cic. 2. Tuſc. 65.
Beneuolentiam iudicis petere. Vide Beneuolentia, in Bonus.
Colloquiũ petere. Cæſar 1. bell. Ciuil. 318. Ouid. 3. Metam. 112,

Vadit ad artificem diræ Polymneſtora cædis,
Colloquiumq; petit.

Fidei commiſſum petere. Quint. lib. 3. cap. 6. 51.
Congreſſus alicuius petere. Virg. 5. Aeneid. 147.
Conſilium petere. Cic. ad Attic. lib. 7. 140. 2.
Petere diem colloquio. Liu. 6 bell. Pun. 89.
Exilium petere. Lucan. lib. 3. 23.
Fauorẽ propẽſum petit uoce ſollicita. Ouid. 14. Metam. 142.
Fidem pacis petijt; dediq;. Ouid. 3. Metam. 26.
Certum uoto pete finem. Horat. 1. epiſt. 2. 12.
Gratiam petere. Cæſar 5. bell. Gall. 210.
Hoſpitium requiemq; peto. Ouid. 4. Metam. 129.
Mortem ardentiore ſtudio petere, quàm Epicurus uoluptatem petendam putat. Cic. 2. de Finib. 99.
Petere mutuum. Plaut. Curcul. 2. 68.
Opem petere. Cic. 5. Tuſcul. 7, Ad te confugimus, à te opem petimus: tibi nos, ut antea magna ex parte, ſic nunc penitus, totoſq; tradimus. Sic ad Attic. lib. 14. 316. 2.
Oracula petere à deo. Cic. 1. de Diuinat. 14. 7.
Pacem paßis manibus, & ſuppliciter petere. Cæſar 2. bel. Gal. 281. Et lib. 1. 165.
Præmium petere. Cæſar 2. bel. Ciuil. 138.
Præſidium ab aliquo petere. Cic. de Fato, 29.
Præſidium laſæ petitote puellæ. Ouid. 3. de Arte, 42.
Requiem exiguam petit. Ouid. 4. Metam. 126.
Reſponſa petere à deo. Plin. lib. 31. cap. 2. 17.
Sanguinem & ultam alicuius petere. Cic. pro Roſc. Amer. 4.
Tempus mane peto. Virg. 4. Aeneid. 87.
Veniã petere. Cæſar 8. bel. Gall. lib. 172. Plin. lib. 28. cap. 4. 3;

Veniam quoq; à deis ſpei alicuius audacioris petimus, inſtinum ſpuendo.

Veniam petere & dare uicißim. Horat. de Arte, 3.
Veniam petere errato. Cic. pro Sylla, 48.
Virtutem petere. Horat. 1. epiſt. 6. 4.
Petere alicui. Virg. 9. Aeneid. 19,

O genitrix quò fata uocas? aut quid petis iſtis? Vbi Seruius, Petis iſtis, id eſt, pro iſtis. Nam ſic dicimus, Peto tibi, id eſt, pro te.

Petere alicui diſpenſationem. Sueton. in Veſpaſian. Vide Ordino, in Ordo.
Miſſionem militibus petere. Tacit. lib. 1.
Accuſationem in aliquem petere. Quint. lib. 5. cap. 13, 15.
Petere, Appetere, Ambire. Virg. 8. Aeneid. 33,

—notumq; petiuit
Coniugis infuſus gremio per membra ſoporẽ. Ita Nonius. Cicer. de Amicitia, 10, Qui Conſulatum petijt nun-

quam, factus est consul bis. Virg.2.Aeneid.30.
Modestè peti. Ouid.epist.19.11.
Bona petere. Lucil.lib.26. Ex Nonio.
Coniugium petere. Ouid.10.Metam.122.
Decus & pretium petere. Horat.1.epist.18.9.
Decus petere iaculo. Sil.lib.16.112.
Gloriam petere. Plin.lib.12.cap.14.4, C. etiam Cæsar Augusti filius inde gloriam petijt. Pro, adeptus est.
Gloria maior petitur. Sil.lib.16.123.
Honores petere. Q. C. de Petit. Consul.37.
Imperium ac summatum sibi petere. Lucret. lib.5.210.
Mortem petere. Virg.4.Georg.44.
Petit gemellas nuptias Maronillæ. Martil. lib.1.40.
Præturam petere. Cic.2. Ver.15.
Principatum eloquentiæ petere. Cic.in Orat.31.
Thalamos alicuius petere, Coniugium. Ouid.6.Metam.140.
Petere somnum. Quintil.lib.9.cap.4. Virg.7.Aen.18,
Mollibus incubuit stratis, somnosq; petiuit.
Amplexum alicuius petere. Virg.8.Aeneid.123.
Vultu tacito petii oscula. Lucan.lib.3.147.
Mortem petunt per vulnera. Virg.4.Georg.44
Iam Horatius cæso hoste victor secundam pugnam petebat. Liuius 1.ab Vrbe,104.
Petere pœnas ab aliquo, quod & Exigere dicitur. Cic. ad Atticum, lib.1.11.13, Vt apertè victrix nequitia, ac libido pœnas ab optimo quoque petere sui doloris, quem, &c. Idem 1.de Inuent. 27.
Hereditatem ex testamento petere. Cic.1.de Orat.124.
Pecuniam non ex tabulis tuis, sed aduersarijs petere. Cic. pro Rosc.Comœdo,3.
Petere, Eligere, inquit Nonius: uel capere. Virgil. 4.Georg.2, Principio sedes apibus, statioq; petenda.
Petere cibum. Terent.Heaut.5.2.25,
Abijt, ac rogasse uellem. CL. quid? S. unde mihi peterem cibum. Idem Eunuch.3.2.38.
Non ut ab his medicinam perpetuam, sed ut exiguam doloris obliuionem petam. Cic. Luceio. Cic.lib.5.15.7. De literis.
Petere argumentum à paruis. Cic.2.de Fin.55.
Consilium à seipso petere. Quint.lib.7.cap.1.5.
Delectatio sola ex his studijs petitur. Cic.pro Archia,12.
Petere exempla ex. Cicero de Prouinc. Consul.16, Præsertim quum ego omnium meorum consiliorum atque factorum exempla semper ex summorum hominum factis mihi censuerim petenda.
Longè petere exempla. Lucan.lib.1.19.
Exordium paulò longius petere. Cic.pro Cluent.7.
Initium à natura petere. Cic.5.de Fin.59.
Laudem è macello petere. Cic.2.de Finib.82.
Originem summi boni à primo ortu animantium petere. Cic. 2.de Finibus,53.
A' philosophorum scholis uirtutis præcepta petere. Quint. in Proœm.lib.1.14.
Principia rei bene gerendæ à natura petere. Cic.4.de Fin.77.
Risum ex aliquo petere. Quint.lib.6.cap.3.15.
Alitè suspirium petere. Plaut. Cistel.2.47.
Iura Cordubam petere. Plin.lib.3.cap.1.13, Turduli qui Lusitanism accolunt, iura Cordubam petunt.
Petere in Indos. Plin.lib.12.cap.7.3. de pipere lõgo, Huic nec pomi, nec baccæ commendatio est aliqua: sola placere amaritudine, et hanc in Indos peti. Idem lib.12.cap.17.8, Petunt in Carmanos strobum. Id est, à Carmanis. Budæus. Qui sensus per alias quoq; præpositiones exprimitur. Plin. lib. 12. cap.1.4, Sed quis non iure miretur arborem umbræ gratia tantum ex alieno petitam orbe? Idem lib.19. cap.4.3,

Ostrearum genera naufragio exquiri, aues ultra Phasidem amnem peti. Ibidem, 9, Quæq; trans maria petimus. Idem lib.21.cap.3.5, Sutilibus mox petitis ab India, aut ultra Indos. De coronis.
Petere ad Aethiopas usq;. Plin.lib.36.cap.6.8.
Petere in sepulchrum alicuius uolumina. Hoc est, è sepulchro. Plin.lib.30.cap.1.10.
Petere in nubila. Plin.lib.36.cap.1.3, Ad frigidos potus uas petitur in nubila, cæloq; proximæ rupes cauantur, ut bibatur glacie.
Petere, Commemorare, inquit Nonius. Virgil.lib.8. Aen.79, Quid causas petis ex alto?
Petere aliquem dextra: id est, porrigere dextram alicui. Virg. 1.Aeneid.124.
Petere blanditijs nouercam, Blandiri. Quintil.
Aliquem literis petere. Cic.ad Attic.lib.2.17.2, Si homo esset, eum potius legeret, quàm unam literam scriberet, qui me epistola petiuit: ad te ut uideo, cominus accessit.
Criminibus aliquem petere. Tacit.lib.3.
Petere, Percutere, ferire. Virg.9.Aeneid.125,
Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam. Hæc Nonius.
Petere, pro Appetere, & desiderare ictũ, ut solent gladiatores. Cic.in Orat.133, Vt enim athletas, nec multo secus gladiatores uidemus, nihil nec uitãdo facere cautè, nec petẽdo uehementer, in quo non motus hic habeat palæstrã quandam.
Aera petere disco. Horat.2.Serm. Satyr.2.3.
Capillos miseros ungue petis. Ouid.2.Amor.eleg.7.2.
Caput & collum petere. Cic.pro Murœna,49.
Corpus petere ferro. Tibull.lib.eleg.9.5.
Genas petere ungue. Ouid.2.de Arte,91.
Petere iugulum, pro Inferre mortem, teste Valla. Cicero pro Milone,23.
Malo petere aliquem. Virg.3. eclog. 13.
Inuicem petitur manus iniectio. Vide Inuicem.
Pectora alicuius petere gladio. Ouid.5.Metam.37.
Saxis petor à populo. Ouid. de Nuce,1.
Petere aliquem telis. Liu.4.bel.Pun.155.
Sacrilegæ telis me petiere manus. Ouid.3.Fast.140.
Vultus alicuius petere unguibus. Horat. Epod.5.20.
Petere aliquem, Violenter aggredi. Cic.pro Ligario, 5, Quid enim Tubero tuus ille districtus in acie Pharsalica gladius agebat, cuius latus ille mucro petebat?
Bello petere urbem aliquam. Virg.3.Aeneid.121.
Petere aliquẽ, Insidias illi tendere. Plãcus Ciceroni, li.10.23.12.
Fraude petere aliquem. Virg.4.Aeneid.135.
Petere fraude uel insidijs aliquem. Liu.10.bel.Maced.213.
Petere insidijs uitam alicuius. Plin.lib.7.45.3.
Latrocinio uitam innocentissimi cuiusq;, bonorum insidiatores petunt. Author ad Heren.lib.4.166.
Veneficio aliquem petere. Author ad Herenn.lib.4.168.
Petere, Manere, expectare. Virgilius 9.Aeneid.26,
Troianos hæc monstra petunt. Ita Nonius. Seruius uerò, appetunt interpretatur.
Petere, Sequi. Virg.5.Aen.46, Quem petit, & summis annixus uiribus urget. Nonius.
Petere, Abducere. Virg.6.Aen.88, Tartareum ille manu custodem in uincla petiuit. Ita Nonius.
In uincula aliquem peti. Quintil.lib.7.cap.2.39.
Petere locũ aliquẽ, Proficisci. Suet. in Vesp.Cic.3.Offic.166, Naues onustas petentes Rhodum uiderit, &c.
Accessum petere. Liu.9.belli Pun.137.
Raptim petit æquora campi. Lucret.lib.3.264.
Altum petere. Liu.5.bel.Pun.158, Cuius prima classis petere altum

altum uisa est, quò facilius superaret promontorium.
Altum flamma petit. Ouid.1.Fast.22.
Antrum immane petit. Virg.6.Aeneid.3.
Summam petit arduus arcem. Ouid.2.Metam.62.
Arcem petunt Tritonidis. Virg.2.Aeneid.46.
Ardua petere, Ascendere montem aliquem. Stat.2.Achil.6.
Arua aliena petere. Virg.6.Aeneid.63.
Parnassus petit astra duobus uerticibus. Ouid. 1. Metam. 64.
Athenas petere. Cic.ad Atticum, lib.3.47.2.
Cælum petere. Plin.lib.10.cap.38.2.
Amnis uolutus per saxa campum petit. Virg.3.Georg.105.
Classe petebat Lacedæmona. Ouid.epist.1.1.
Cursum alium petere. Cic.ad Attic.lib.3.48.3.
Cursu petere deserta. Virg.6.eclog.16.
Concursu tendunt petere littora. Virg.1.Aeneid.33.
Fugam petere. Liu.8.bell.Pun.28.
Fuga salutem petere. Cæs.4.bell.Gall.508.
Imi petunt nebulæ. Virg.1.Georg.81.
Lectum uacuum petit anxia. Ouid.11.Metam.95.
Loca secreta petere. Horat.de Arte,61.
Montem petiui. Virg.2.Aeneid.161.
Remis uentisq; petere locum aliquem. Virg.3.Aeneid.113.
Romam petit fons ille. Plin lib.31.cap.3.11.
Secretum petere. Plin.epist.5.6.
Sublime petere. Plin.lib.10.cap.33.6.
Supera petere. Cic.1.Tusc.67, Nihil enim habent hæc duo genera proni, & supera semper petunt. Id est, capessunt, expetunt, captant inquit Budæus.
Tecta diuersa petere per agros. Virg.4.Aeneid.33.
Gressu petunt tentoria. Sil.lib.7.65.
Vento petere urbem aliquam. Virg.2.Aeneid.5. De nauigantibus dicitur.
Petere, Tenere. Virg.3.Aeneid.19, (nius.
Submissi petimus terrã, & uox fertur ad auras. Ita No-
Petit, pro petijt uel petiuit, syncopa poetis tantum in usu. Ouidius 1.Fast.22,
Altum flamma petit: propior locus aera cepit.
¶ Petitur, Impersonale. Plin. in Panegyr. Plerique principum quum essent ciuium domini, libertorum erant serui, &c. per hos præturæ etiam, & sacerdotia & consulatus, imò & ab his petebatur.
¶ Petens, Particip. (αἰτῶν) ut,
Veniam in præteritum petens. quòd ei, &c. Tacit.lib.11.
Lucra petens. Tibull.lib.1.eleg.9.2.
Turba saxis petens contundet uos. Horat. Epod.5.21.
Responsum dedit petenti. Virg.1.eclog.9.
Reijcere petentem. Ouid.9.Metam.103.
¶ Petendus, Particip. (αἰτητέ&) ut, Honos petendus. Propert. lib.3.eleg.22.8.
Gloria peccati nulla petenda tua est. Ouid.2.de Arte,78.
Palma petenda mea est. Ouid.3.Amor.eleg.2.17.
Præda petenda est de magno grege. Tibull.lib.1.eleg.1.7.
¶ Petitum, pen.prod. prius supinum (ἀπὸ τὸ αἰτεῖν) ut,
Ire petitum aliunde. Catull. in epithal. Mallij, 56.31.
¶ Petitus, pen.prod. Particip. (ἐπιμενό&) ut,
Dies petitus tanto ambitu. Senec. Medea, 6.5.
Bellua petita ferro. Horat. Epod.5.21.
Præmia peccato nulla petita mihi. Ouid.3.Trist.6.7.
Puella petitâ meis uotis. Ouid.3.Amor.eleg.6.1.
Requies mihi petita est. Ouid.4.Trist.eleg.1.1.
Spiritus petitus imo latere. Horat. Epod.11.2.
Extra rem petita. Quint.lib.4.cap.2.64.
¶ Petiturus, penult. prod. Particip. (αἰτήσων) ut, lucra petiturus. Tibull.lib.1.eleg.9.2.

¶ Petitum, pen.prod. Substant. (αἴτημα) ut, utriusq; petiti facta est copia. Catull. ad Mallium, epigr. 63.8.
¶ Petitus, pen.prod. (αἴτημα) Nomen substantiuum, pro Petitione. Gell.lib.18.cap.3, Iussitq; eam consensu, petituq; omnium eandem illam sententiã diserti uiri cuiusmodi posset uerbis dicere. Lucan.lib.3.36,
Attamen insequitur languor terræq; petitus Suauis.
¶ Petitio, Verbale (αἴτησις)
Concedere petitioni. Vide Concedo.
¶ Petitio, Actio priuata. Quint.lib.4. cap.4, Recusatio quoque plures interim propositiones habet, ut contra petitionem pecuniæ, Malè petis: procuratori enim tibi esse non licuit. Cic.de clar. Orat.9.
Petitio, Ambitus. Cic.pro Rosc.Com.32, Et tibi integram petitionem reliquit. Sic Attic.lib.1, Fuit & mihi & Q. fratri magno usu in nostris petitionibus.
Adornare petitionem Consulatus. Vide Adorno.
Implere petitionem dicitur actor, quum id quod petit, suum esse probat. Paulus in l. Ex fextante. §. cum ergo. ff. de except. rei iud. Si de proprietate fundi litigatum, & secundũ actorem pronunciatum fuisset: dicemus petenti ei, qui in priore iudicio uictus est, ob staturam rei iudicatæ exceptionẽ: quoniam de eius quoq; iure quæsitum uidetur, quum actor petitionem implet.
Petitio, pro Impetitione & aggressu gladiatorum. Cic. in Catil.11, Quot ego tuas petitiones ita coniectas, ut uitari posse non uiderentur, paruâ quadam declinatione, &, ut aiunt, corpore effugi? Idem in Orat.134. Budæus.
¶ Petitor, pen.prod. Aliud uerbale (αἰτητὴς) Qui petit & litem intendit. Cic. in Partit.60, Sed accusatorem pro omni actore & petitore appello. Idem pro Quintio, 25, Possumus petitoris personam suscipere, accusatoris deponere.
Petitor, reus, iudex. Cic. pro Rosc.Comœdo, 24, Quis erat petitor? Fannius. quis reus? Plautius. quis iudex? Cluuius.
Famæ petitor. Lucan.lib.1.27.
¶ Petitorius, Adiect. ut, Iudicium petitorium. Caius in l. qui petitorio iudicio utitur. ff. de rei uendicatione.
¶ Petitrix, pen.prod. huius petitricis, Verbale fœmin. Paulus in l. qui filium. ff. ad Senatusc. Trebell. cõtra petitricẽ pronunciauit.
¶ Petesco, petescis, siue Petisco, petiscis (αἰτίσκω) petiscere. Lucret. lib.3, Corpore cum reliquo pugnas cædesq; petiscit
Hoc est, cupidè et ardenter petit. Lambinus legit petescit.
Idẽ lib. 5. —fugiens humorem, auraq; petiscens.
Petiscere, antiqui dicebant pro Petere, ea quidem forma uerbi, qua sunt lacessere & incessere. Festus. Sed (inquit idem) ut mihi uidetur, tum eo significabant sæpius petere. Alij legunt petessere.
¶ Petesso, petessis (αἰτιάω) petessere, antiquum uerbum, idem quod Peto. Cic.2. Tusc.105, Qui hanc gloriam petessunt, nullum fugiunt dolorem. Idem 1.de Diuinat.30,
Menteq; diuina cælum terraq; petessit, Ex poeta.
¶ Petessens (αἰτιάων) Participium. Lucret.lib.5.
Quos ubi tempore maturo patefecerat ætas
Infantem, fugens humorem auraq; petessens, &c.
Petoritum] huius petoriti, pen.cor. (ῥοῖδιον) Gallicũ uocabulum, genus uehiculi apud Belgas Galliæ ciuitatẽ repertũ, ut Varro scribit. Quãuis sint qui èx Græco uocabulo et Latino compositũ uelint, dictumq; à uoluendis rotis, ut Gellius testatur, lib.15. cap.30. Horatius 1. Serm. Satyr. 6.21.
—plures calones atq; caballi Pascendi, ducẽda petorita.
Idem 2. epistol.1.39.
Esseda festinat, pilẽta, petorita naues. Plin.li.34.ca.17.3.
Petosiris] pen.prod. (πετοσίρις) Aegyptius mathematicus in-

signis: de quo Plin. lib. 7. cap. 49. 1. Iuuen. Satyr. 6. 58,

—capiendo nulla uidetur
Aptior hora cibo, nisi quàm dederit Petosiris.

Petra sancta] *olim Feroniæ Iunonis templum nobilissimum Viterbij: de quo uide F. Leandrum Bononiensem. Lilius 4. Syntagm. historiæ deorum.*

Petra] *huius petræ (πέτρας) Lapis, rupes. Plin. lib. 10. cap. 32. 3, Gauiæ in petris nidificant.*

Petrarum, inquit Festus, genera sunt duo. Quorum alterũ, naturale, saxum prominens in mare, cuius Ennius memimit libro 11, Altè delata, cæterisq; ingentibus tecta. Et Liuius in Centauris, Vbi ego sæpe petris. Alterum manifestum, ut docet Aelius Gallus, Petra est qui locus dextra ac sinistra fornicem expleturus aquæ ad libramentum summi fornicis.

¶ *Petrosius, pen. prod. Adiectiuum (πετρώδης) Petris plenum. Plin. lib. 17. cap. 27. 5, Caprificorum laudantur maximè nigræ, & in petrosis. Idem lib. 9. cap. 31. 1, Viuunt petrosis locis, cancri mollibus.*

¶ *Petricosius, pen. prod. Aliud adiect. (πετρώδης) Idem. Martialis uerò lib. 5. 119. per translationem,*

—res petricosa est,
Cotile bellus homo. Hoc est, difficilis et saxosa ac dura.

¶ Petrones (πετρῶνες) *rustici (inquit Festus) ferè dicũtur propter uetustatem, & quòd deterrima quæq; ac prærupti iam agri petræ uocantur, ut rupices ijdem à rupis, aliter à petrarum asperitate & duritia dicti. Hinc Plautus petronem ueruecem, duriorem eleganter dixit, Capt. 13. 51,*

Qui petroni nomen indunt uerueci sectario, &c.

Petra] *πέτρα, Siciliæ oppidum prope Hyblam. Petræ Sirenũ, urbs Lucaniæ, de qua Plin. lib. 3. ca. 4. Virg. 5. Aen. 173,*

Iamq; adeò scopulos Sirenum aduecta subibat, &c,

Vbi multa de Sirenibus refert Seruius. Item Petra, Strabonis lib. 16. Arabiæ oppidum, Nabathæorum metropolis, unde ea pars Arabiæ, Petræa nuncupatur.

Petracorij] πετροκόριοι, *Ptolemæo lib. 2. cap. 7, Galliæ populi, uulgò Perigort.*

Petræa] *Nympha Oceani & Tethyos filia, teste Hesiodo in Theogonia.*

Petreia] *mulier dicebatur, quæ pompam præcedens in colonijs aut municipijs, imitabatur anum ebriam, quòd pedes in petras frequenter impingeret: quam & alij uolũt ab agri uitio, scilicet petris, appellatam. Festus.*

Petreius] πετρήϊος, *Afinas, Cimbricoq; bello primipilus sub Quint. Catulo, exclusam ab hoc legionem suam adhortatus, Tribunum suum dubitantem per hostium castra erumpere, interfecit, legionemq; eduxit: donatus propterea corona graminea ob seruatum exercitum.*

¶ *Petreius, dux Pompeianus à Cæsare in Hispania superatus, ut in ipsius Commentarijs scribitur.*

Petrelæon] *petrelæi, πετρέλαιον, Bitumen est liquidum è saxis defluens. Nomen habet ob oleo, nõ quòd reuera oleum sit: sed quod liquida consistentia ad olei similitudinem accedat, tametsi colore magis ad nigredinem uergat. Vulgus Petroleum appellat.*

Petrinus] *pen. prod. (πετρῖνος) Iucus olim in agro Phalerno, cuius meminit Horat. 1. epist. 5. 1,*

Inter Minturnas Sinuessanumq; Petrinum.

Petrites] *genus Aegyptiaci uini. Plin. lib. 4. cap. 7.*

Petrones] *Vide* Petra.

Petronia] πετρωνία, *Amnis est in Tyberim profluens, quã magistratus auspicatò transeunt, quum in capo quid agere uolunt, quod genus auspicij perenne uocant, amnem autem fœminine antiqui dicebant. Festus.*

Petronius] πετρώνιος, *Aegypti præfectus, ab Augusto missus, Cornelio Gallo successit, aduersus Aethiopes bellũ gessit, quibus regina Candace imperitabat, uirili quidẽ animo mulier, sed altero capta oculo. Vide Strabonem lib. 17.*

Fuit & alter Petronius Granius, Centurio octauæ legionis, sub Cæsare bello Gallico militãs. De hoc Plutarchus in Cæsare scribit, qui unus à partibus Cæsarianis, quũ nauis eius, qua Quæstor designatus in Africam uehebatur, in Scipionis potestatẽ ueniisset, & cæteris interfectis Quæstori Scipio incolumitatem pollicereturque, respõdit, Cæsarianos alijs incolumitatẽ dare, nõ accipere cõsueuisse. quo dicto, se gladio transuerberauit. Vide Plutarchum in Cæsare. Petronius alius, qui Aelij beneficio ex humili loco ad equestrẽ ordinem peruenerat, gladio incubuit. Petronius quoq;, qui morientem iuuerat, super eundẽ cecidit. Author Valerius de Amicitia. Petronius Consularis moriturus inuidia Neronis, ut mensam eius exheredaret, trullam murrhinã c c c. sestertijs emptã fregit. Hæc Plin. lib. 37. cap. 2. Petronius, pater Vespasiani Cæsaris. Petronius Perpenna, qui Constantinianas thermas in pristinum splendorem restituit. Petronius, Diodorus medicus, qui scripsit Antilegomena, citatur testis à Plinio lib. 20. cap. 8. Petronius poeta, cuius aliqua de Medicina uersibus conscripta, ad nostram ætatem peruenerunt, ut scribit Volaterranus.

Petroselinum] *huius petroselini, pen. prod. (πετροσέλινον) Quasi petrarum apium. Plin. lib. 20. cap. 12, Alio genere petroselinum quidam appellant in saxis natum.*

Petrus Bellipertícus] *natione Burgũdus, Bononiæ Ius Ciuile professus est circiter annũ millesimum trigentesimum.*

¶ *Petrus Ancharanus, Bononiensis Iurisconsultus, Ius Ciuile professus est circiter annum 1480.*

Pettimborsa] *alio nomine Cruciata, herba Gentianæ similis, de qua uide Matthiolum apud Dioscoridem lib. 3. cap. 3.*

Petulans] *pen. cor. petulantis, o. g. (ἀκρόθυρος, ἀσελγής, ὕβριστής) Improbus, qui per contumeliam alios petit. Festus, Petulantes & petulci etiam appellantur, qui proteruo impetu & crebro petunt, lædendi alterius gratia. Cic. in Saluſt. 13,*

Desine bonos petulantissima coinsectari lingua.

Petulans & audax homo Vatinius. Cic. Qu. frat. lib. 2. 8. 3.

Audax, petulans, libidinosus. Cic. pro Sylla, 53.

Turpis, cupidus, petulans. Cic. 2. de Inuent. 144.

Petulans & improbus scurra. Cic. pro Cluent. 29.

Amentia petulans. Claud. 1. in Eutrop. 48.

Audacia petulans. Claud. ad Alechium, 7. 2.

Auris petulantibus scissa carbasus. Lucret. lib. 23.

Dictũ petulans nullũ in uita proferatur. Cic. pro Muræna, 12.

Vultu petulans elegia. Stat. 1. Sylu. 2. 2.

Feruidum, petulans, & furiosum genus dicendi. Cicer. de clar. Oratoribus, 130.

Illiberale, petulans, flagitiosum & obscœnum genus iocandi. Cic. 1. Offic. 145.

Iurgium petulans. Cic. pro Cælio, 22.

Iuuentus petulans. Claud. de nupt. Honorij, 17.

Verbis petulantibus uti. Ouid. epist. 15. 50.

Petulantißimis uerbis lædere unum, laudare alium. Salustius in Ciceronem, 5.

¶ *Petulantia, huius petulantiæ (ἀσέλγεια) Effrænatio immodica ad quodlibet uitium. Cic. lib. 4. de Rep. A petendo, petulãtia: à procãdo, id est poscendo, procacitas nominata est.*

Pudor & Petulantia, contraria. Cic. 2. Catil. 44.

Libido, & petulantia, audacia. Cic. pro Fonteio, 23.

Vxorem integram à petulantia alicuius conseruare. Cicero 2. Verr. 9.

Furorem & petulantiam hominis frangere. Cic. in Pisonẽ, 24.

Incidere in petulantiam. Cecinna Ciceroni, lib. 6. 7. 6.

Linguæ

Linguæ petulantia. Propert. lib. 1. eleg. 15. 8.

Conuitia petulantiæ. Quint. lib. 4. cap. 2. 20.

Petulantia pecoris. Col. lib. 7. cap. 6. 3.

Petulantia ramorum. Plin. lib. 16. cap. 30. 3.

Petulantia morbi. Gell. lib. 12. cap. 3.

¶ *Petulanter. Aduerb. Lasciuè. Cic. Attic. 9. 19. 2, Quàm censeas acerba nunc esse, quum à perditis in ciuili nefario bello petulantißimè fiant?*

Iactare petulantius aliquid. Cic. pro Cælio, 4.

Petulanter inuehi in aliquem. Cic. Attico, lib. 3 4. 4.

Inuadere petulanter in filiam alicuius. Cic. in Saluſt. 5.

Facimus petulanter, si matrem familiãs, secus quàm matronarum sanctitas postulat, nominamus. Cic. pro Cælio, 23.

Viuere petulanter. Cic. pro Cælio, 30.

¶ *Petulcus, Adiect. (ἀσυλλόγιστος) Virg. 4. Georg. 2,*

—hœdiq; petulci. Seruius, Petulci, Lasciui, exultantes. Et petulci dicti ab appetendo: unde & meretrices petulcas dicimus. Col. lib. 7. cap. 3. 4, Itaq; capri uel arietis petulci sœuitiam pastores hac astutia repellunt.

Agni petulci. Lucret. lib. 2. 74.

Petus] *peti: siue pœtus, cum diphthongo, Qui alterum oculum minorem habet. Plin. lib. 11. cap. 37. 26, Vni animalium homini oculi deprauantur, unde cognomina Strabonum & petorum. Vide* Pœtus. *Horatius 1. Serm. Satyr. 39,*

—strabonem
Appellat petum pater.

¶ *Petulus, pen. corr. Diminut. Cic. 1. de Nat. deor. 108, Redeo ad deos, ecq;os si non tam strabones, ac petulos esse arbitramur, equos næuum habere, &c.*

Petuscum] πυτίσκον, *Palatij dicta est ea regio urbis quam Romulus obuersam posuit ea parte in qua plurimum erat agri Romani ad mare uersus: & quia mollißimè adibatur urbs, quum Hetruscorum agrum à Romano Tyberis discluderet, & cæteræ uicinæ ciuitates colles aliquos haberẽt oppositos. Festus.*

Peuce] πεύκη, *insula Borealis in Istro, à qua uni ex Danubij ostijs nomen datũ, ut Plin. docet lib. 4. Et Lucan. lib. 3. 41.*

Peucedanum] *siue Peucedanus, pen. corr. (πευκέδανον) Herba à pinu nomen inuenit. Plinius lib. 25. cap. 9. 13, Sed inter primas celebratur peucedanum laudatißimum in Arcadia, mox Samothracæ: caulis est ei tenuis, longus, fœniculo similis, iuxta terram foliosus, radice nigra, crassa, graui odore, succosa.*

Peucestes] *Alexandri Magni seruator, tanta dignus gloria, uti ait Plin. lib. 34. cap. 8.*

Peucetia] πευκετία, *Peninsula est in finibus Italiæ, alijs nominibus Calabria & Nessapia dicta. Author Plin. li. 3. ca. 5.*

Peucetij] *populi sunt circa mare Ionium, ut ait Stephanus.*

Peucetij sinus. Ouid. 14. Metam. 103.

Peumene] *spumæ argenteæ genus. Plin. lib. 33. cap. 6.*

Pexatus] *Vide* Pecto. *Martialis lib. 2. 58,*

Pexatus pulchre rides mea Zoile trita.

Pezicæ] *arum (πεζίκαι) Fungi qui sine radice aut pediculo nascuntur, teste Plinio lib. 19. cap. 3. 2.*

P H

Phabiranum] φαβίρανον, *Ptolemæo lib. 2. cap. 11, Germaniæ urbs, uulgò Bremen.*

Phacos] *uel Eleliphacos, lentis genus. Plin. lib. 22. cap. 25.*

Phæaces] *pen. prod. (φαίακες) populi Corcyræ sub ditione Alcinoi. De quibus Virg. 3. Aen. 59,*

Protinus aerias Phæacum abscondimus arces. Phæacĕ, *pro bene nutrito & in luxu pinguefacto dixit Horatius lib. 1. epist. 15. 6,*

Pinguis ut inde domum possim, Phæaxq; reuerti. Lu-

xus autem Phæacum ex Homeri Odyssea notus est. Meminit & Cic. de claris Orat. 35.

¶ Phæaces, *pro credulis & stultis usurpauit Budæus. Alcinoo Corcyræ regi & eius populis Phæacibus Vlysses Lestrigonas & Cyclopas & alia monstra à se conficta narrabat & ijs omnia uera esse persuadebat. Iuuenalis,*

Tam uacui capitis populum Phæaca putauit. Quæ res non nisi supinos, nimiumq; credulos coarguit. Budæus.

¶ Phæacus, *pen. prod. (φαίακος) Adiect. Propert. lib. 3. eleg. 2. 3, Nec mea Phæacas æquant pomaria syluas.*

¶ Phæacius, *Aliud adiect. (φαιάκιος) ut,*

Tellus Phæacia. Tibullus lib. 4. ad Messalam, 1. 16.

Phœcasius] φοικάσιος, *Genus calcei. Hermolaus de genere calceorum loquens, Addi possunt ijs & phœcasij, unde & Phœcasiatos & sacerdotes, & deos uocamus: ut qui deos ipsos aut sacerdotes non phœcasiatos, sed phœcasios dixere, coarguatur ab Appiano, Iuuenale, Seneca. Hactenus Hermolaus.*

Porrò Appiani uerba hæc sunt de M. Antonio in lib. de bello ciuili: Calceamenta candida, qualia Athenienſium sacerdotes, & Alexandrinorum, quos Phœcasios uocant, deferre consueuerunt. Quidam putarunt pronomen Quos, referri ad sacerdotes, Hermolaus refert ad phœcasios.

Phœcasium, sij, neut. gen. Idem. Seneca lib. 7. de Benefic. cap. 21, Pytagoricus quidam emerat à sutore phœcasia, rem magnam non præsentibus nummis.

¶ *Phœcasiatus, pen. prod. Adiect. Qui calceatus est phœcasijs. Senec. epist. libro 20. epist. 1, Puto quædam esse, quæ decent phœcasiatum, palliatumq;, Iuuen. Satyra 3,*

Phœcasiatorum uetera ornamenta deorum, Quo in loco quidam legunt Phœcasianorum, sed corruptè, ut censet Hermolaus. Turnebus autem probat: Vt enim, inquit, Mimianus Iupiter pro Miniato à M. Tullio dicitur in epistolis: ita hìc Phœcasianus pro Phœcasiato, id est Phœcasijs calceato.

Phædimus] *pen. cor. filius Amphionis & Niobes, unà cum sex fratribus ab Apolline cõfossius sagittis fuit. Ouid. lib. 6. Metamorph. Phædimus infœlix, &c.*

Phædon] φαίδων, *Athenienſis in conuiuio à triginta Athenienſium tyrannis necatus fuit. Huius filiæ uirgines erant, quæ ut uirginitatem seruarent morte, inuicem se complexæ, in puteum præcipitauere. Fuit & alius hoc nomine philosophus Elidenſis, Socratis auditor, ingenio liberali. Cuius nomini Plato librum de Immortalitate animæ dedit, & alio nomine Phædon inscribitur. Vide Gellium & Laertium.*

Phædra] φαίδρα, *fuit Regis Minois ex Pasiphaæ coniuge filia. Hæc unà cum Ariadne sorore Theseum Aegæi regis Athenarum filium secuta est: quã ille, relicta Ariadne, uxorem sibi copulauit, cui Demophoontem peperit & Antigonum. Hæc Volateranus. Vide Diodorũ Siculum lib. 5. cap. 5. Vide etiam* Hippolytus.

Notus amor Phædræ. Ouid. 6. Fast. 148.

Amor turpis Phædræ. Ouid. 1. de Remed. amor. 13.

Nouercæ pocula Phædræ. Propert. lib. 2. eleg. 1. 11.

Phædrus] φαῖδρος, *fuit unus ex discipulis Platonis, cuius nomine Plato nobilem librum edidit, qui inscribitur Phædrus.*

Phæniana] φοινίανα, *apud Ptolem. lib. 2. cap. 12, Rhetiæ urbs, alio nomine Phebiana castra: uulgò hodie Bebẽhusiũ.*

Phæstum] φαῖστον, *urbs in Creta à qua Epimenides Phæstius dictus est: quem adiutorem Solonis legibus condendis fuisse tradit Plutarchus in uita Solonis, inclytum uaticinio & rerum diuinarum peritia.*

Phæstus] φαῖστος, *Mons seu promontorium Cretæ circa Gor-*

tynam urbẽ, ciuitatẽ habens eiusdem nominis. Sed pro nomine ciuitatis f.g.est: quum pro monte sit masculim. Strabo lib.10. Fuit & Phæstus Bori Mæonij, siue Lydij filius, qui quum in Troianorum auxilium uenisset, ab Idomeneo est interfectus. Homer. lib.5. Iliad.

Phaethon] φαέθων, trisyllabum, pen.cor. Ligurum rex fuit uetustissimus, cuius multæ in Hetrusco litore coloniæ fuerunt, ut Cato est author. De quo in dictione Eridanus. & alter Solis ex Clymene filius, uide finem primi, & initium secundi libri Metamor. Ouidij.

Phaethonti filio Sol facturum se esse dixit quicquid optasset: optauit ut in currũ patris tolleretur: sublatus est: atq; is antequã constitit, ictu fulminis deflagrauit, quãto melius fuerat in hoc promissum patris non esse seruatũ? Cic. 3. Offic. 126.

Sole satus Phaethon. Ouid. 1. Metam. 151.

Ambustus Phaethon. Horat. 4. Carm. ode 11. 6.

Flammatus Phaethon. Catull. Argon. epigr. 59, 58.

Magnanimus Phaethon. Ouid. 2. Metam. 23.

Phaethon, pro Sole, apud Virgil. lib. 5. Aeneid. 21.

——nonamq; serena
Auroram Phaethontis equi iam lũce uehebant. Dictus sic est ἀπὸ τῦ φάος, id est à luce, & αἴθω, uro, ut ait Seruius. Frequenter hoc nomine Solem appellãt poetæ Græci. Vide Ciceronem lib. 2. de Natur. deor. 110, Dicitur etiã stella Iouis, ut ait ibidem, Cic. 76.

¶ Phaethontius, pen. corr. Adiect. (φαεθόντιος) ut,

Amnis Phaethontius, Padus. Sil. lib. 7. 30.

Stagna Phaethontia. Sil. lib. 17. 101.

¶ Phaethonteus, pen. prod. Aliud Adiect. (φαεθόντειος) ut,

Ruina Phaethontea. Claud. Paneg. 51.

Errores Phaethontei. Claud. de Phœnice, 3. 22.

Ignes Phaethontei. Ouid. 4. Metam. 50.

¶ Phaethontias, huius Phaethontiadis, pen. corr. (φαεθοντιὰς) Patronymicum fœm. Virgilius eclog. 6. 13,

Tum Phaethontiades musco circũdat amaræ Corticis.

Intelligit sorores Phaethontis.

Phaetusa] quadrisyllabum, pen. prod. (φαέτουσα) Solis filia ex Neæra nympha, & soror Lampetiæ, quæ in Sicilia patris sui, id est Solis armenta custodiebant: de quibus socij Vlissis contra Circes monita degustantes, naufragium fecerunt, ut in 12. Odysseæ monstrauit Homerus. Ouidius item Phaetusæ meminit lib. 2. Metam. 70,

Phæus] color qui inter nigrum & albũ fuisse traditur. Alexander lib. 3. cap. 7, Nam Antiochus audito fratris obitu, purpura depositã Phæum induit: qui inter albũ & nigrum color est.

Phagedęna] phagedęnæ, Græci φαγέδαινα, ἀπὸ τῦ φάγειν, hoc est ab edendo. Est exulceratio usq; ad ossa celeriter depascens, cum inflammatione saniem malè olentẽ emittens, & ad mortem perducens. Author Iulius Pollux. Plin. lib. 23. cap. 1. 11, Vtiq; ulcerum phagedænis & gangrenis, tibiarumq; tædio cum sale illinuntur.

Phagedæna, putatur esse morbus, quẽ in iumentis uermem appellant, apud Colum. lib. 9. cap. 12, Sæpe etiam uitio, quod Græci φαγέδαιναν uocant, intereunt.

¶ Phagedænicus, pen. corr. (φαγεδαινικὸς) Plin. lib. 24. cap. 4. 2, Paronychijs ex melle & unguibus scabris, pterygijs, ulceribus manantibus, condylomatis, ulceribus quæ phagedænica uocantur.

Phager] animal est quoddã in aquis uiuẽs. Plin. li. 32. ca. ult.

Phago] φάγων, uir adeò gulosus fuit & uorax, ut adhibitus mensæ Aureliani, aprum integrum, centum panes, uerueecem & porcellum uno die comederit, biberitq; horcam uini. Author Flauius Vopiscus.

Phagorius] siue phagrus, est piscis in Nilo nascens & frẽquens. Strabo lib. 17.

Phagrus] piscis in Nilo, Vide in dictione Phagorius.

Phagroriopolis] à Phagris (opinor) piscibus nomẽ habet, sicut et Phagroriopolitana præfectura & regio, sita in sinu Arabico ad mare rubrum. Strabo lib. 17.

Phagus] Vide Fagus.

Phalacron] pen. cor. (φαλακρὸν) Græci caluũ dicunt. Hinc

¶ **Phalacrocorax**, pen. cor. (φαλακροκόραξ) aquaticus coruus. Plin. lib. 10. cap. 48, Iam & in Gallia Hispaniáq; capitur, & per Alpes etiam, ubi & phalacrocoraces aues, Baleariũ insularum peculiares.

Phalæ] turres sunt ligneæ, quæ apud ueteres propter spectacula è lignis erigebãtur, ut author est Nonius. Festus ait, Phalæ, ligneæ turres sunt ob altitudinem dictæ, à falando, quod apud Hetruscos significat cælum: Ennius,

Malos diffindũt, fiũt tabulata, phalæq;. Iuuen. Saty. 6. 59,

Consuluit ante phalas. Sunt qui scribant Falæ, per f.

Phalęcium] carmen (φαλαίκιον μέτρον) à Phalæco inuẽtore nomen accepit: Alio nomine dicitur Hendecasyllabicum, à numero scilicet syllabarum: constat Spondeo, Dactylo, & tribus Trochæis. In prima tamen sede pro Spondeo modò Trochæus legitur, modò Iambus.

Phalanga] huius phalangæ (σκωφόδεσμον) Lignorum teretium forma & genus, qualia sunt quæ nauigijs, dum subducuntur ad litus, aut ad mare trahuntur, supponi solent. Scribit Herodotus Aethiopas uicenos dentes elephantorũ, grandes, & è materia bebeni centenas phalanges tertio quoque anno tributi uice, regibus pendere solitos. Plin. lib. 7. cap. 56. 10, Prælium Afri contra Aegyptiorum primum fecere fustibus, quos uocant phalangas. Vide Palanga.

Phalangæ (inquit Hermolaus) quibus baiuli ferundis oneribus utuntur, quas σκωφοφόρους Plato nominat.

Phalangites] phalangitæ, pen. prod. (φαλαγγίτης) Herba: de qua Plin. libro 27. cap. 12. 18, Phalangites à quibusdam phalangium uocatur, ab alijs leucanthemon, uel (ut in quibusdam exemplaribus inuenio) leucacantha.

Phalangium] huius phalangij (φαλάγγιον) Genus aranei, quòd omnibus internodia terna sint in cruribus. Phalanx enim Græcis uocatur internodium in digitis. Plin. lib. 29. cap. 4. 25, Phalangium est Italiæ ignotum, & plurium generum. Vnum simile formicæ, sed multo maius, ruffo capite, reliqua parte corporis nigra, albis intercursantibus respersum guttis. Acerbior huius quàm uespæ ictus. Viuit maximè circa furnos & molas.

¶ **Phalangius**, phalangij, g. masc. Idem. Plin lib. 11. cap. 24. ad finẽ, Phalangius tantum in ipso specu incubat magno numero: qui ut emerserit, matrem consumit, sæpe & patrem.

Phalangium etiam herba dicitur. Vide Phalangites.

Phalangosis] φαλάγγωσις, quum pilorum subnascentium duplex triplexúe acies, uel in superiore, uel in inferiore palpebra prouenit. Galen. in Introd.

Phalanna] ciuitas est Perrhæborum, apud Tempe, Peneo finitima, haud procul à Parnaso. Strabo. lib. 9.

Phalantus] φάλαντος, dux fuit eorum qui ex Lacedæmone electi, quòd spurij nati essent, Tarentum urbem condiderunt. Vide Strabonem lib. 6. Horat. 2. Carm. ode 6. 3.

Phalanx] phalangis, f.g. (φάλαγξ) Agmen est militare, quo Macedones utebantur, quemadmodum legione Romani. Continebat autem octo millia armatorum: nullumq; genus aciei apud Macedones ualidius erat. Dicta uel ἀπὸ τῦ πιπλάσθαι ἀγχι, hoc est, à propius accedẽdo: uel ἀπὸ τῦ φαλῦ, quod clarum significat. Liuius ab Vrbe, lib. 8. 37, Et quòd antea phalanges similes Macedonicis, hoc postea manipulatim struc-

tum structa acies cœpit esse. Virg. 2. Aeneid. 51,

Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat. Idem 6. Aeneid. 98,

At Danaũm proceres, Agamemnoniáq; phalanges.

Phalangẽ, inquit Curtius, lib. 3. uocant peditum stabile agmen, uir uiro, armis arma conserta sunt, ad nutum monentis intenti sequi signa, ordines seruare didicerunt.

Phalangẽ facere. Cæsar lib. bel. Gal. Ipsi confertissima acie reiecto nostro equitatu, phalange facta, sub primã nostrã aciem successerunt, &c. Rursus, Ac Germani celeriter ex sua consuetudine phalange facta impetus gladiorũ exceperunt. Est autem hic phalangẽ facere, quod Græci συναγαγεῖν dicunt, quum iunctis scutis aut Clypeis, uel in hostes inuaditur, uel hostiũ impetus excipitur, quòd sic confertis Clypeis Macedonum phalanx pugnare soleret. Ita autẽ apud Cæsarẽ intelligi ex eo patet, quod ita scribit, Reperti sunt complures nostri milites, qui in phalangas insilirent, & scuta manibus reuellerent, & desuper uulnerarent. Est igitur ibi phalanx συναγωγὸς: ac Philippus rex Macedoniæ secutus heroicũ illum belli Troiani cuneum, de quo poeta ita scribit ἀσπὶς ἀ' ἀσπίδ' ἐρείδει, phalangem composuit Macedonicã, umbonum uelut perpetuo textu consertam.

Animosa phalanx. Virg. 12. Aeneid. 56.

Iunctæ umbone phalanges. Iuuen. Satyr. 2, 5.

Mœstas phalanx. Virg. 11. Aeneid. 19.

Numerosa phalanx. Valer. 1. Argon. 89.

Perfringere hostium phalanges. Vide Perfringo.

¶ **Phalangarij** (φαλαγγίτης) appellati sunt milites qui erant in phalange, quales habuit ad imitationem Magni Alexandri, Alexander Syrus Romanorum imperator, ut author est Lampridius.

¶ **Phalangitæ**, pen. prod. phalangitarum (φαλαγγῖται) Liu. 7. bel. Maced. 161, Decem & sex millia peditum more Macedonum armati fuere, qui phalangitæ appellantur.

Phalarica] phalaricæ, pen. cor. (φαλάρικα) Machina bellica. A' phalis, id est turribus, dicta est: quia turres defendit. Vel à Phalari Siculo tyranno, ut Anianus ait. Hæc (ut Vegetius scribit) ad modum hastæ ualido præfigitur ferro, quod in longitudine habet pedes tres, ut cũ armis corpus transfigat: inter cuius tubam & hastile, sulphur, resina, bitumen, stupa cõmoluuntur infusa oleo, quod incendiarium uocant, balistæ impetu destinata, prærupto munimine ardens, figitur ligno, turritamq; machinam incendit. Est autem magna & parua phalarica. Vnde Lucan. lib. 6. 39. dixit phalaricam neruis mitti tortilibus. Virgilius uerò ait, Turnum manu iaculari potuisse. Vnde 9. Aeneid. 141,

Sed magnum stridens contorta phalarica uenit
Fulminis acta modo. Vide Seruium in hunc locum.

Phalaris] pen. cor. (φάλαρις) Agrigentinorum in Sicilia tyrannus, qui ob sæuitiam, à suis, tauro quo alios prius suffocauerat, inclusus & crematus est. Ouid. in Ibin, 89,

Vtq; ferox Phalaris lingua prius ense resecta,
More bouis Phario clusus in ære gemas. De hoc diximus in dictione Perillus. Meminit huius Cic. lib. 2. Off. 35.

Crudelissimus omnium tyrannorum Phalaris taurum habuisse dicitur, quo uiuos supplicij causa demittere homines ac subijcere flammam solebat. Cic. 6. Verr. 65.

Pha'aridis imperium, Refertur inter Græcas paræmias. Rectè dicetur in eos qui crudelius exercent imperium aut potestatem sibi delegatam.

¶ **Phalarissimus**, pro tyrãnide. Cic. Attic. lib. 7. epist. 11, Istum quidem, cuius phalarissimum times, omnia teterrimè facturum puto: hoc est, similes actiones actionibus Phalaridis tyranni. De Cæsare loquitur.

¶ **Phalaris**, φάλαρις, Herba thyrsum habet longum, tenuem, ceu calamum, in summo flore inclinatum: semen simile sesamæ. Plin. lib. 27. cap. 12. 20. Galenus Phalerim appellat libro 8. de simplic. medicament. cap. 155.

Phalaris, genus auis. Varro 3. de Re rust. cap. 11. 3, Sunt item non dissimilia alia genera, ut querquedulæ, Phalarides, sic perdices, quæ ut Archelaus scribit, uoce maris audita concipiunt. De autbus. Plin. lib. 10. cap. 48. 1. Col. lib. 8. cap. 15. ubi Phalerides nuncupatur. Vide Arist. de histor. animal.

Phalera] uel Phalerum, pen. prod. portus Athenarum. Plin. lib. 4. cap. 7, Piræus et Phalera portus, quinq; m. pass. muro recedentibus Athenis iuncti. Vide Piræum. Hinc Demetrius dictus est Phalereus, φαληρεύς. sic enim pronũciari debet trium syllabarum. Et φαληρεύς, ut inquit Suidas, ὁ πολίτης ἐκ φαλήρου. φάληρον ἢ λιμὲν τῆς ἀττικῆς. Plinius item portum uocat. Sed Strabo inter δῆμους numerat, sic enim ait lib. 9, μετὰ δὲ πειραᾶα, φαληρεῖς δῆμος. Post Piræum autem Phalerius est populus. Nec ab eo multum Suidas alio loco uidetur dissentire, quũ inquit: φάληροι δῆμός τῆς αὐτοχθῦς, ἀφ' οὗ δημότης φαληρεύς. nisi forte φάληροι δῆμος, φάληρον λιμὲν ἐστί. quanquam idem locus et oppidum & portus esse poterat, ut Piræus: unde Cicero dubitauit olim, an ut portum, an ut oppidum uerteret.

Phalerę] pen. cor. phalerarũ, f.g. pluralis numeri (φάλαρα) Ornamenta equorum, ἀπὸ τῦ φαίνω, Græco uerbo, quod illustre significat. Virg. lib. 5. Aeneid. 62,

Primus equum phaleris insignem uictor habeto. Sic lib. 9. 26. Liu. 2. bell. Pun. 216, Præda ingens parta est, & præter equos uirosq;, et si quid argẽti, quod plurimũ in phaleris equorum erat, omnis cætera præda diripiẽda data est.

Phalera, phaleræ, tam singularis, quàm pluralis numeri, Equitum nobilium ornamentum etiam dicitur. Liu. 9. ab Vrbe, 250. tradit comitia Flauij Aedilitia tantum habuisse indignitatis, ut plerique nobilium aureos annulos & phaleras deponerent. Cic. Att. lib. 15. 330. 8, Plancum se aiebant hunc Buthrotium pridie quàm hoc scribebam, id est tertio Nonas audisse, demissum, sine phaleris.

Factæ pulcherrimè phaleræ. Cic. 6. Verr. 24.

Nobiles phaleræ. Cic. 6. Verr. 24.

Donare aliquem phaleris. Cic. 5. Verr. 160.

¶ **Phaleratus**, pen. prod. Adiect. (φαλαρωτὸς) Phaleris ornatus. Liu. 10. bel. Pun. 81, Munera quæ legati ferrent regi, decreuerunt, sagula purpurea duo cum fibulis aureis fingulis, & latoclauo tunicis, equos duos phaleratos. Suetonius, Phalerato equo insigne. Id est, instrato magnificè.

Phalerata dicta, Donatus interpretatur honesta atq; ornata, apud Terentium Phorm. 3. 2. 15.

Phalerides] aues genere natantium. Vide Phalaris, Genus auis, &c.

Phalereus] Demetrius, philosophus dictus est à Phalero portu, siue à Phalerea prouincia. Fuit autem Phanostrati filius, & Theophrasti auditor. Athenis præfectus fuit, à Cassandro Macedonum principe, quum esset ciuis. Qui (ut Author est Strabo) non modò populares non distruxit potentiam, sed etiam in melius reformauit. Verùm tantum inuidia ualuit, ut post Cassandri obitum, in Aegyptum fugere coactus sit, & eius inimici statuas plures, trecẽtis distectas conflauere. Hic tandem morsu aspidis periit, quum multa apud Ptolemæum in calamitoso otio scripsisset.

Phaliges] Populi in Africa, Proemphanis, qui canem pro rege habent, proximi. Plin. lib. 6. cap. 30.

Phalisci] φαλίσκοι, Populi Hetruriæ, quorum oppidum Phalerij uocabatur. Sunt qui arbitrãtur Phaliscos uocari, quos nũc corruptè Montem Falconem appellant. Vide Falisci.

Iuno-

Iunonicolæ Phalisci. Ouid. 6. Fast. 10.
Pomiferi Phalisci. Ouid. 3. Amor. eleg. 12. 1.
Herba Phalisca. Ouid. 1. Fast. 17.

Phallagogia] *authore Phurnuto, Bacchi sacra dicebantur, eo quia Phallos circunferebant.*

Phallouitroboli] *sunt ex uitro priapi, quãuis & ex alia quoq; materia fierent. Is mos deperditissimus ad nostra ferè usq; tempora, quibus, potissimum Xeniorum diebus, Phalloplombei lignei circunferũtur, donantur. Lilius 8. Syntag.*

Phallus] *li, lo, ueretrum siculneũ, quod Dionysia celebrãtes de collo propendẽs gestare palàm solebãt. Plutarchus: Dionysia, ueteri ritu, cũ multa prorsum ex festiua hilaritate agebãtur: erat qui amphoram umi ferret, & uitem, aderat et qui hircũ traheret: alius arrichiũ: id est, ciſtam, aut cophinũ, in quo caricæ forent, gestabat: omnes autẽ phallum. Herodotus in Bacchi sacris phallos ueretra siculnea agnoscit.*

¶ *Phallus deo, Prouerbiũ dici solitũ, ubi parum quidem honesta, sed tamen apta trahuntur. Tractum à Bacchi mysterijs, in quibus phallus ferebatur, ut suprà diximus.* (phanus.

Phalora] φαλώρη, Vrbs Thessaliæ. Inde Phalorenſis. Ste.

Phanæus] φανεύς, mons est in promontorio Chij, utibus constitus: sic dictus à Phanæo rege. Author Seruius explicãs illud Virgilij 2. Georg. 20,

Sunt & Aminææ utes firmissima uina:
Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phanæus.

Phanaticus] *phanatici, pen. corr.* (ἐνθεός, θεοφορούμενος) *dicitur qui diuino spiritu afflatus est, uel cui multæ uanæ apparitiones, & ludibria fiunt: qualem insanientem Aiacem poetæ finxerunt. Cic. 2. de Diuinat. 177, Sed nescio quo modo illi philosophi superstitiosi & penè phanatici, quiduis malle uidẽtur, quàm se nõ ineptos. Idem pro Domo sua, 81.*

Phanaticus cursus. Liu. 4. ab Vrbe, 143.
Phanatico carmine uaticinari. Liu. 8. bel. Maced. 81.
Phanaticus error. Horat. de Arte, 92.
Senex phanaticus. Iuuen. Satyr. 2. 12. Vide Fanaticus.

Phanes] φάνης, Vir fuit Halicarnassẽus, qui Cambysæ Persarum regi aduersus Aegyptios bellũ molìẽti, se ducem itineris præbuit, exercitumq; eius citra periculum per Arabiam in Aegyptum duxit. Herodotus lib. 3. Phanes etiam à Græcis dicitur sol, ἀπὸ τοῦ φαίνειν, hoc est à lucendo.

Phanesij] φανήσιοι *populi in insulis Oceani Septentrionalibus, qui (ut Solinus ait) habet aures adeò effusas, ut reliqua uiscera contegant illis.*

Phantas] φαντίας, à Græcis dicitur, qui tenuis fortunæ quum sit, summas tamen diuitias iactat & simulat. Tractum à Phania quodam eius ingenij homini. Fuit etiam hoc nomine Appij Pulchri libertus. Cic. Attic. lib. 9.

Phanoteus] *locus in Græcia prope Cheronesum, uicinus Lebadiæ locis. Strabo lib. 9. Hinc Phanotenses eius loci incolæ appellantur apud eundem.*

Phantasia] *phantasiæ* (φαντασίαι) *Imago rerum insidentiũ animo. Cicer. 1. Acad. 57, In qua primum de sensibus ipsis quædam dixit noua, quos iunctos esse censuit è quadã quasi impulsione oblata extrinsecus quã ille phantasiam, nos uisum appellemus licet.*

ἀναχθῆ φαντασία emergit. Cic. Attic. lib. 9. 173. 12.
Excitare φαντασίας spectris. Cic. Caßio, lib. 15. 16. 2.

¶ *Phantasma, huius phantasmatis, pen. corr. n. g.* (φάντασμα) *differt à Phantasia: quòd phantasma est imaginatio uel uisio eius quod non est: phantasia autem solùm eius quod est, authore Suida. Plin. lib. 7. epist. 27. ad Suram. Igitur per quam uelim scire, esse aliquid phantasmata, & habere propriam figurã, numenq; aliquod putes, an inanẽ & uariã ex metu nostro imaginẽ accipere. Hìc pro spectro accipitur.*

Phanum] *huius phani* (ναὸς) *Templũ dicitur. φανερὸν enim Græcis manifestum & apertum significat: quòd omnibus adeuntibus aperta sint templa. Cic. 3. de Fin. 51, Nam ut peccatum est patriam prodere, parentes uiolare, phana depeculari, quæ sunt in effectu, &c.* Vide Fanum.

Phanus] *Vsurarius quidã fuit, uel (ut alij dicunt) cæcus qui quũ cellæ penuariæ ostiũ ita obstruxisset, ut citra strepitum nõ quiret aperiri, tamen à ministro apertiũ est, sublatiũq; penu. Alij narrant hunc Phana uxorem fuisse parum spectatæ fidei, quam quòd is haberet adulterij suspectam atrij fores sic occlusit, ut non nisi cum stridore sonituq; possent aperiri. Verùm illa quum per tegulas reciperet adulterum uicini per iocũ dicebant, Phani ostium: eaq; uox posteà cesit in prouerbium, quo non inscitè utemur, ubi quis frustra seruarit aliquid. Erasmus.*

Phaon] φαών, *Iuuenis mortalium omnium formosissimus, à Sappho poetria impatientissimè adamatus. Vide Sapphus epistolam ad Phaonem apud Ouidium.*

Phaon, *Lesbius à Sappho dilectus, medicamento herbæ eius, quam eryngan albam appellant, alio nomine centũcaput. Plin. lib. 22. cap. 7. & 8.*

Phara] *Dymæo agro contermina est, à qua Pharienses, ut à Messenia Phara Pharatæ nominabantur. Strabo lib. 8.*

Pharaones] *pen. prod.* (φαραῶνες) *appellãtur Aegypti reges, quod ijs cognomen fuit dignitatis, ut scribit Eusebius. Et (ut docet Iosephus lib. 1. Antiquit.) Pharaonis nomen secundum Aegyptios significat regem. Et reges quum primùm peruenirent ad imperium, hoc nomen accipiebant.*

Pharatæ] In Phara.

Pharates] *Regis nomẽ propriũ apud Parthos. Strabo li. 15.*

Pharbætites] *Vna ex Aegypti præfecturis, quas Nomos Aegyptij uocant. Plin. lib. 5. cap. 9.*

Pharenſes] *populi in Asia ad fluuium Melam, regione Ionia. Strabo libro 8.*

Pharetra] *pharetræ, pen. corr.* (φαρέτρα) *Instrumentum in quo sagittæ reponuntur. Virg. 1. Aeneid. 66,*

Succinctam pharetra, & maculosæ tegmine lyncis.

A' Græco φέρω.

Pharetra, *pen. prod. Ouid. 2. Metam. 88,*

Vnde pedem referens penè est oblita pharetram Tollere.

Capax pharetra. Ouid. 9. Metam. 46.
Grauida pharetra sagittis. Horat. 1. Carm. ode 22, 1.
Habilis ad terga pharetra. Valer. 3. Argon. 123.
Insontes pharetræ. Stat. 1. Achil. 23.
Leues pharetræ. Stat. 6. Thebaid. 186.
Picta pharetra. Ouid. 2. Metam. 85.
Plenæ pharetræ. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 13. 7.
Sæuæ pharetræ. Stat. 1. Achil. 34.
Sagittiferæ pharetræ. Stat. 1. Achil. 84.
Venatrices pharetræ. Ouid. 7. Paneg. 33.
Aptare pharetras humeris. Stat. 4. Thebaid. 52.
Sagittam deprompsit aurata pharetra. Virg. 13. Aeneid. 172.
Euersam ferre pharetram. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 2.
Exhausta telis pharetra. Ouid. 1. Metam. 90.
Exuere pharetram humero. Ouid. 2. Metam. 84.
Fert pharetram humero. Virg. 1. Aeneid, 101.
Gestare pharetram. Virg. 1. Aeneid. 69.
Soluere pharetram, Aperire. Ouid. 5. Metam. 77.

¶ *Pharetratus, pen. prod. Adiect.* (φαρετρωτὸς) *Qui fert pharetram, ut ait Sipontinus.*

Dea pharetrata, Diana. Ouid. epist. 19. 40.
Miles pharetratus. Silius lib. 7. 128.
Persis pharetrata. Virg. 4. Georgic. 58.
Plebs pharetrata. Claud. 1. Paneg. 11.

Puer

Puer pharetratus, Cupido. Ouid. 10. Metam. 104.
Susa pharetrata. Claud. de bel. Gildon. 7.
Virgo pharetrata. Ouid. 1. Amorũ, eleg. 1. 3. Intelligit Dianam.

Pharia] φαρία, à Ptolemæo lib. 2. cap. 17, Plinioq; à Strabone uerò Pharus insula contra Dalmatiam & Iaderam, quæ nunc uulgò Lysna Illyrico sermone dicitur. Est & urbs in ea, à qua Pharienses populi.

¶ *Pharia, uua genus apud Pisas, Italiæ nobili ciuitate. Vnde & Pharium uinum. Plin. lib. 14. cap. 4.*

Pharias] *phariæ, pen. prod. masc. gen.* (φαρίαι) *Serpens est sulcum, dum serpit, cauda in terra faciens, & super eã ferè ambulans. Lucan. lib. 9. 145,*

Et contentus iter cauda sulcare pharias. Quidam leguut Phareas.

Pharicon] φαρικὸν, *genus ueneni est, quod Athenæus Phariacon nominat. Plin. lib. 18. cap. 10. Matthiolus in Dioscor. lib. 6. cap. 19.*

Pharienſes] *populi. Vide in* Phara.

Phario] *unus ex illis fluminibus qui Tygrim in Armenia influit. Plin. lib. 6. cap. 27.*

Phariſæus] φαρισαῖος, *hoc est separatus, ab Hebræo Pharias, quod est diuidere. Inde Phariseorum secta dicta est apud Iudæos, quòd qui eam colerent, ab alijs separati essent, & à publicanis secreti. A' quo,*

¶ *Phariſaicus, ca, cum* (φαρισαϊκὸς) *quod Phariſæo attribuitur, uel alijs, à Phariſæo. Hieronymus contra Vigilantium, Quasi sepulchra Phariſaica foris dealbata.*

Pharmacum] *huius pharmaci, pen. corr. Græcis φάρμακον, medium uerbum, quod pro ueneno & pro medicamento accipi potest. Vnde Caius Iureconſ. Qui Pharmacum dicit, debet addere bonum uel malum.*

¶ *Pharmacopola, pen. prod.* (φαρμακοπώλης) *dici potest unguentarius, qui pharmaca, id est, uenena uel medicinas uendit at. Componitur ex φάρμακον, & πωλέω uendo. Horat. 1, Serm. Satyr. 2. 1, Ambubaiarum collegia pharmacopolæ. Cic. pro Cluentio, 30, Tum repentè Asconitanum quẽdam L. Clodium pharmacopolam circunforaneum, qui casu tum Larinum uenisset, aggreditur.*

¶ *Pharmaceutice, pen. cor.* (φαρμακευτικὴ) *Dicitur medicina quæ medicamentis curat, & morbos profligat, ad differentiam therapeutices & chirurgices. Galen. Com. 1. in lib. 1. Hipp. de Vict. rat.*

Pharmaceutria] φαρμακεύτρια, *dicitur quã nos fagam dicimus, uel Venefică. Hoc nomine Virgil. eclogam quandam inscripsit, in qua Theocriti imitatione uenefica quædã inducitur, quæ magicis incãtationibus animũ uiri, à quo sperabatur, ad sui amorem conatur reuocare.*

Pharmacotrophi] φαρμακότροφοι, *populi sunt Asiæ Margianis & Sustanis finitimi, qui se uenenis alere consueuerunt: unde & nomen illis inditum est. Plin. lib. 6. cap. 16. Et Pompon. Mela lib. 1.*

Pharmacuſa] *insula iuxta Cretam. Plin. lib. 4. cap. 12.*

Pharmacuſæ] φαρμακοῦσαι, *teste Strabone lib. 9. duæ sunt insulæ exiles iuxta Atticam regionem, in mari Salaminiaco, è quibus maior sepulchrum Circes ostentat.*

Pharnacea] *oppidũ Themiscyrenæ regionis Cappadociæ. Plin. Castellum appellat. lib. 6. cap. 4.*

Pharnaceon] à Pharnace Asiæ rege inuentore dicitur herba Panax, quarta tamen specie. ea herba ex Centaurium nominatur. Plin. lib. 25. cap. 4.

Pharnaces] *pen. cor. Mithridatis Ponti in Asia regis filius, qui quũ, ut agit Florus, magis discordiæ ciuilis inter Põpeiũ & Cæsarẽ fiducia, quàm uirtutis suæ, infesto in Cappadociã agmine rueret, hũc Cæsar aggressus, uno & nõ toto prælio obtriuit more fulminis, quod uno eodemq; momento uenit, percussit: abſceſsit. unde est illud Suetonij in Cæsare, ca. 37, Pontico triumpho inter pompæ fercula trium uerborum prætulit titulum, Veni, Vidi, Vici: non acta belli significantẽ, sicut cæteris, sed celeriter cõfecti notã. Lucan. lib. 10. 95.*

— non Pontus & impia signa
Pharnacis, & gelido, &c. Pharnax ab alijs uocatur. Meminit huius Cicero ad Caßium, lib. 15. 15. 7.

Pharnaces] *Pharnacũ, pharnacibus: gens quædam in Aegypto, quæ præterquam quod geminas puppillas habet, aſpectu etiam nocet. Plin. lib. 7. cap. 2. Haud dißimile ijs genus Pharmacum in Aethiopia prodit Damon quorũ sudor tabem contractis corporibus afferat.*

Pharnacia] æ (φαρνακία) *Stephano regio est, & urbs Pontica, Trapezunti proxima. Plin. lib. 6. cap. 4, Pharnacea appellat.*

Pharos] φάρος, *olim parua Aegypti insula, Plin. li. 4. ca. 31. quondam diei nauigatione distans ab Aegypto, nunc Alexandriæ (quæ illi oppoſita iacet) ponte iuncta, Nili receſſu flue exundatione, ut Mela lib. 2. & Plinius eodem libro cap. 83. testantur. Lucan. lib. 10. 102,*

Tunc clauſtrũ pelagi cœpit pharon. insula quondam, etc.

In eadẽ insula, Plin. lib. 36. cap. 13. & Strabone lib. 17. 1. tẽplibus, inter orbis miracula magnificatur turris, multis tabulatis excelſa, & albo lapide mirificè structa, eodem nomine quo insula appellata. Eam Sostratus Gnidius architectus Ptolemæi regis impenſis, ad nauigantium salutem struxit, nomenq; suũ in ea inscripsit. Eadem insula palmis abundat, teſte Ouidio lib. 2. Amor. eleg. 13,

Quæ colis & Memphim, palmiferamq; Pharon.

¶ *Pharius* (φάριος) *Adiect. & Phariacus, pen. corr. ut, Sistra Acetum Pharium. Vide* Acetum. (Phariaca.

Aequor Pharium. Lucan. lib. 4. 53.
Iuuenca Pharia, Isis. Ouid. 3, de Arte, 126.
Turba Pharia. Tibull. lib. 1. eleg. 3. 7.

¶ *Pharos,* φάρος, *Vestimentum cõmune uiris & mulieribus, Polluci lib. 7. ca. 14. Gualtherus uertit Palliũ, de quo suprà.*

Pharphariades] *seu, ut quidam in Plinio legunt Pariades, pars est montis Taurini in Lycia, ad mare Pamphyliũ. Plinius lib. 7. cap. 27.*

Pharſalia] φαρσαλία, à Pharſalo oppido dicitur tota Theſſalia. Lucanus lib. 1. 8.

— diros Pharſalia campos Impleat.

¶ *Pharſalius, pen. corr. Adiect.* φαρσάλιος) *Catull. Arg. 59. 8, Pharſaliam coeunt, Pharſalia tecta frequentant.*

Rura Pharſalia. Claud. de nupt. Honorij, 59.

¶ *Pharſalicus, Aliud adiect.* (φαρσαλικὸς) *ut, Pharſalici campi Theſſaliæ, in quibus ciuilium bellorum detonuerũt procellæ, à Pharſalo dicti oppido, quod situm est in ripa fluminis Oenipei, à quo Pharſali dicti. Sunt qui Pharſaliam prouinciam dicant à Pharſalo duce, quæ primò Aemathia, ab Aemathio: poſtea Theſſalia, à Theſſalo: deinde à Macedone, Macedonia: postremò à Philippo rege, Cãpi Philippici.*

Pharſalicum prælium. Cic. pro Deiotaro, 20.
Castra Pharſalica. Lucan. lib. 8. 3.

Pharſalos] *seu Pharſalum* (φαρσαλὸς, Stephano) *Theſſaliæ oppidũ in ripa Enipei fluminis situ, de quo Luc. lib. 6,*

Aemathijs æquorei regnum Pharſalos Achillis.

Pharuſij] *uel Pharuſi* (φαρύσιοι) *Plin. lib. 5. cap. 8. et Pomp. lib. 1. populi sunt Africæ ultra Mauritaniã, quõdam Perſæ. comites fuisse dicuntur Herculis ad Heſperidas tendentis. Pharuſij nunc dicuntur Asenagi, teste Oliuario in Melam.*

Pharycadon] *Vrbs in Isthmorum plaga, quam alluit Peneus fluuius. Strabo lib. 9.*

Pharyn-

Pharygæ] olim Scharphe, ager in Argiua terra: nam & Argiuorum colonia dicitur. Hinc Iuno Pharygæa dicta est. Author Strabo lib. 9.

Phasania] Vnde & Phasanij populi, oppidum est Africæ supra minorem Syrtim. Plin. lib. 5. cap. 5.

Phase] Vide Pascha.

Phasechinum] oleum ex lilio, quod lirinon appellatur, renibus utilissimum, sudoribusq; euocandis, uuluæ molliendæ, concoquendoq; intus. Plin. lib. 23. cap. 4.

Phaselis] pen. prod. (φάσηλις) Pamphiliæ urbs in monte sita, piratarum olim perfugium: Proinde Cic. 6. Verr. 18, Mamertinum Siciliæ oppidum Verri Prætori, prædoni & piratæ Siciliensi, Phaselim quādam fuisse ait, quòd omnes furtorum aceruos illuc deportasset.

Phaselitæ] arum, Vrbs Pamphiliæ fuit. Suidas insulam quandam eiusdem nominis refert. Phaselitæ Cabrum deum coluerunt, eiq; pisciculos sale conditos offerebant. Zenobius.

¶ Phaselitarum sacrificium: Sordidum ac tenuem sumptū hoc adagio significabant. Tradunt enim apud Phaselitas moris esse, ut pisciculi salsi dijs sacrificentur. Author Zenodot.

Phaselus] siue phaselus, pen. prod. (πέλης) Vide Faselus. Virg. 4. Georg. 58.

Et circum pictis uehitur sua rura phaselis. Vbi Seruius, Phaselis, breuibus nauiculis, quibus utuntur quum stagnauerit Nilus. Cic. Attic. lib. 8. 1, Tertiam quam (ut scribis) anchora soluta de phaselo dedisti.

Episcopus phaselus. Cic. Attic. lib. 14. 314. 1, Quinto Non. conscendens ab hortis Cluuianis in phaselum episcopum, has dedi literas, &c.

Fictiles phaseli. Iuuen. Satyr. 15. 13.

Fragilis phaselus. Horat. 3. Carm. ode 2. 6.

Phaseolus] phaseoli, gen. corr. (φασηλὸς) qui & Phaselus, aut Phasilus, pen. prod. siue Paseolus uel Pasilus dicitur: Genus est leguminis, de quo Col. lib. 2. cap. 10. 4, Ab hoc rectè phaselus terræ mandabitur uel in uerutato, uel melius pinguiori & restibili agro. Ibidem, cap. 13. 3, Phaseolij modij quatuor obruuntur, totidem operis. Phaseolis uulgus antiquorum uictitabat, quemadmodum nostrum uulgus fabis & pisis: unde uiles phaseolos uocat Virg. 1. Georg. 46. Phaseoli autem nulli sunt apud Gallos: Italis tantùm noti.

¶ Phaselinus, penult. corr. Adiectiuum (φασηλινὸς) Quod ex phaselo factum est: ut, Phaselinum oleum. Plin. libro 23. cap. 4. 16.

Phasganion] φασγάνιον, Herba est quæ alio nomine Xiphion appellatur, hoc est, gladiolus, nascens in locis humidis, quum primùm exit gladij speciem præbens, radicē habens duorum cubitorum nucis duellanæ modo fimbriatā. Reliquam descriptionem, uide apud Plin. lib. 25. cap. 11.

Phasiane] es, (φασιάνη νῆσος) Arrianus in Periplo ponti Euxini, Ingredientibus, inquit, Phasin fluuiū, in dextra est erecta Dea Phasiane, quam ille subueretur ex eius figura, an Dea Rhea sit. Nam in manu (inquit) cymbalum tenet, et leones sunt sub eius throno: & ita sedet ut in μητρῴῳ templo Matris deūm Athenis, quæ à Phidia fabrefacta fuit. Lilius Syntag. 4.

Phasianus] phasiani, pen. prod. m. g. (φασιανὸς) Auis nota, A Phasi fluuio ad nos traducta ab Argonautis. nanque ex ea regione in Græciam transportatæ sunt. Martial. lib. 13. 72.

¶ Phasiana, phasianæ, Idem (φασιανή) Plin. lib. 10. cap. 48, Rursus phasianæ in Colchis geminas ex pluma aures submittunt, subrigunt́q;. Nonnulli etiam phasianas gallinas uocant.

¶ Phasianarius, phasianarij (φασιανικτροφὸς) Qui phasianos pascit. Paulus Iureconsl. Phasianarij & pastores anserum non continentur.

Phasiolus] In Phaseolus.

Phasis] huius Phasis, uel Phasidis, penult. corrept. (φᾶσις) Colchorum prægrandis fluuius, de quo Lucanus lib. 3. 55,

Colchorum qua rura secat ditissima Phasis. Plin. lib. 6. capite 4, Nauigatur Phasis quamlibet magnis nauigijs XXXVIII. M. D. P. Inde minoribus longo spacio pontibus centum uiginti peruius. Multa in uniuersum Strabo libro 11. Est & oppidum, authore Plinio lib. 6. cap. 4.

Asper. Claud. 2. in Ruffin. 76.

Barbarus. Valer. 1. Argon. 105.

Colchus. Seneca Hippol. 8. 9.

Gelidus. Claud. 2. in Eutrop. 115.

Horridus. Stat. 1. Syl. 6. 16.

Limosi Phasidos rapidæ undæ. Ouid. 7. Metam. 2.

Niuosus Phasis. Stat. 12. Thebaid. 37.

Rapidi Phasidis amnis. Valer. 4. Argon. 132.

Scythicus Phasis. Valer. 1. Argon. 1.

¶ Phasiacus, penult. corr. Adiect. (φασιανὸς) ut, Terra Phasiaca. Ouidius 1. de Remed. 53. Aqua Phasiaca. Ouidius epistol. 12. 2.

Phasma] phasmatis, pen. corr. n. g. (φάσμα) Latinè apparitio dicitur, monstrum, uisum. Est autem nomen fabulæ apud Menandrum Græcum Comicum. Phasma, etiā fabula fuit cuiusdam Catulli. Iuuen. Satyr. 8. 19,

Clamosum ageres ut phasma Catulli.

Phassachates] gemma Achates: sed ex qualitate quandam nomen id peculiare sortita. Plin. lib. 37. cap. 10.

Phatnæ] arum, Stellæ in Cancri signo, quæ præsepe à Latinis dicuntur. In Prognosticis, teste Prisciāno.

Astantem tenui quæ candent lumina Phatnæ.

Phatnia] φάτνια, ossa sunt quibus ueluti sellulis dentes continentur, quæ subeunt foramina: Botria appellant. Galen. in libello de ossibus. cap. 5. ad fin.

Phatnites] Aegypti præfectura, quam illi Nomon uocant. Plin. lib. 5. cap. 9. Hinc adiectiuum opinor Phatniticus, a, um, Phatniticum Nili ostium, eodem Plin. authore libro 5. capite 10.

Phauda] in Sidena planitie urbs est, post Themiscyram iuxta pontum. Strabo lib. 12.

Phaūliæ] φαυλίαι, Polluci: sunt oliuæ quæ minimo succo, corpore grandissimo, pusillóq; sunt nucleo.

Phazemon] Vicus, à quo Phazemontica regio, ex Phazemonenses populi, apud quos Neapolim Pompeius ædificasse creditur. Strabo libro 12.

Phecasianus, Phecasiatus, Phecasium, Phecasius] Vide Phæcasius.

Phedius] Delphico oraculo sapientissimus iudicatus atque fœlicissimus, ut qui pro patria proximè occubuisset. Plin. lib. 7. cap. 46.

Phegea] φήγεαι, Ciuitas Arcadiæ à Phegeo rege, Phoronei fratre condita, prius Erymanthus, postea & Psephis appellata. Stephanus.

Phegeus] φηγεύς, pater fuit Alphesibœæ, Themonis, & Axionis: ad hunc confugit Alcmæon Amphiarai filius, posteaquam matrē Eriphylen patris iussu necauisset, & ob id facinus ad insaniam adactus esset, furijsq; exagitatus, petēs à Phegeo purgari: quod quum impetrasset, Alphesibœæ filiæ Phegei monile dono dedit, quod occisæ matri abstulerat, ipsamq; Alphesibœam uxorem duxit. Hanc fabulam ut breuiter, ita perobscurè refert Ouid. 9. Metam. 82. Et, ut ego quidem conijcio, sic uoluit Ouid. Alphesibœam monile ab Alcmæone petisse, & quū fratres Alphesibœæ intellexissent monile habere Alcmæonem tam pretiosum, insidijs eum peremisse. Quoq; hoc sit uerisimilius, constat Themonem & Axionem à sorore ipsa interfectos esse, dicente Propertio lib. 1. eleg. 14. 3,

Alphesibœa, suos ulta est pro coniuge fratres:
Sanguinis & cari uincula rupit amor.

¶ Phegeus, proprium serui, apud Virgilium lib. 5. Aen. 53, Vix illam famuli Phegeus, Sagariśq; ferebant.

¶ Phegeius, pen. corr. Adiectiuum, quadrisyllabum (φηγέϊος) ut, Ensis Phegeius. Ouid. 9. Metam. 8.

Phegor] φηγώρ, lingua Hebræa Priapus appellatur. Vnde Beelphegor, dictio composita: hoc est, Priapi simulachrum. Hieronymus contra Iouinianum.

Phellandrion] φελλάνδριον, Herba quæ in palustribus nascitur, folio apij, cuius semen propter calculos & Vesicæ incommoda bibitur. Quidam existimant eam esse, quàm officinæ philipendulam uocant. Alij eandem faciunt cum opio palustri, quod à Dioscoride ἑλειόφιλινον uocatur.

Phellodrys] Arbor est, quam alio nomine Cerrisuberem dicunt, est glandifera: folia simillima foliis suberis fert: corticē uerò, & ligni materiam cerro non absimilem. Matthiolus in cap. 121. lib. 1. Dioscoridis.

Phellus] φελλὸς, id uidetur esse Græcis, quod Suber Latinis Scribit Plutarchus in libro de Romanorum fortuna, Caium Pontium à Camillo transiturum in Capitolium, quod à Gallis obsidebatur, dum Tybrim transmitteret, φελλὸς πλατεῖα ὑποστρώσασθαι, hoc est, phellos latos pectori subiecisse. Suberis natura est, ut mergi nequeat, propterea Græci ἀβάπτιστον φελλὸν uocant, quasi picas immersabilem phellū. Hinc Phellopodas quosdam fingit Lucianus, qui per mare currentes non mergerentur, quoniam inquit phellinos haberent pedes. Ex phelli, id est, suberis similitudine est apud Vitruuium lib. 9. cap. 9. in horologij aqualis ratione, phellos, siue tympanum, aut scaphum, quod ab aqua subleuatur. Phellum scribunt aliqui esse in Italia montem, in quo piceæ proceriores gignantur, ex quibus phellus siue suber confi ciatur. Ex Cælio lib. 7. cap. 17.

Phemonoe] φημονόη, Sibyllæ nomen, quæ prima Apollinis Delphici uates dicitur fuisse, & carmen Heroicum inuenisse, ut ait Pausanias. Stat. lib. 2. Syl.

——referetq; arcana pudicos
Phemonoe fontes. Est & Phœbados cuiusdam nomen apud Lucanum lib. 5,

Phemonoen errare uagam curisq; uocantem. Sunt qui Phœbi filiam dicant fuisse. Meminit eius Hesiodus in Theogonia.

Pheneum] φρενεὸς, Plin. lib. 4. cap. 6. oppidum Arcadiæ: in quo, ut idem testatur lib. 25. cap. 4, nascitur illa herba contra omniq; ueneficia præsens remedium, quam Homerus à dijs moly uocari putat.

Pheneatę] φρεᾶται, populi qui incolunt Pheneum oppidum, & adorant Mercurium quintum. Cicero 3. de Natura deorum, 76.

Pheneum] Lacum Arcadiæ describit. Ouidius 15. Metamorphos. 67.

Pheneus] Amnis in Alpheum defluens, ut testatur Plinius libro 4.

Phengites] pen. prod. (φιγγίτης) Lapis de quo sic Plin. lib. 36. cap. 22. 7, Nerone principe in Cappadocia repertus est lapis duritia marmoris, candidus atq; translucēs, etiam qua parte fuluæ inciderant uenæ, ex argumento phengites appellatus. Sanè φέγγος dicitur Latinè splēdor. Sueton. in Domitiano, cap. 14.

Phenion] Herba quæ ex anemone dicitur, quasi herba uentiti: sic enim uulgus appellat, quòd eius flos nō nisi uento spiranti aperiatur. Plin. lib. 11. cap. 23.

Phere] φεραὶ, Plinio lib. 4. cap. 8. & Cicerone 1. de Diuinat. 94. testibus, oppidum est Thessaliæ, quod crudeli dominatu tenuit Alexander quidam tyrannus, à quo & Pheræus uocitatus est. Huius Alexandri meminit Cicero libro 2. de Inuent. 229. & 2. Offic. 34. Appellatur & Plinio lib. 4. capite 5. locus & oppidum in Achaia. Eodem etiam libro cap. 7. oppidum Atticæ inter Megaram & Thebas. Ouidius in Ibin, 65.

Inq; tuo thalamo iugulēris more Pheræi,
Qui datus est letho coniugis ense suæ. Quod carmen intelligit Egnatius de Iasone illo qui à Pheris Thessalicis, quas tyrannide oppresserat, dictus est Pheræus. Hunc Thebe uxor adiuuantibus consciis tandem interemit.

¶ Pheræ, ait Strabo lib. 9, Pelasgicorum camporum terminus ad Magnesiam, qui usq; ad Pelium montē porriguntur. Eorum Pheræ habent Pagasas, quo ex loco Pelias Iasonem ac nauem Argo emisit. Vnde Pagaseus, & Pheræus appellatus. Fuit tamen alius Iason Pheræus tyrannus. Sed de Thessalo Iasone Cic. lib. 1. Offic. 152.

Campi Pheræi. Valer. 1. Argon. 90.

¶ Pheræiades, pen. corr. (φεραϊάδης) Patronymicum pro gentili apud Ouidium, 8. Metam. 62,

Cumq; Pheræiade, & Hyantæo Iolaō. Admetum intelligit Pheræi filium.

Peraulas] φεραύλας, Vir quidam fuit, qui ex paupere dues à Cyro factus, desiderio tandem pristina tranquillitatis, & quietis affectus, ac molestiarum, quas sibi diuitias importasse querebatur, multitudine offensus omnium bonorum suorum possessionem in Sacam transtulit, hoc sibi tantum excipiens, uel ab eo tanquam hospes, atq; etiam parcius, minusq; elegāter, ac sumptuosè, quàm hospes alatur. Vide Xenoph. lib. de Cyri pædia, 8. Non dissimile quiddam de Vulteio Mena narrat Horat. lib. 1. epist. 2. ad Mecœnatem.

Pherea] φέρεα, quòd Phereorum similitudinem habeat, dicitur, est Pherea tumor, siue tensio oblonga in neruosis membris. Explicat Galen. Com. 3. in lib. 6. Hippocrat. De morb. uulgar. num. 14. Hippocrat. Frigidum ualdè uenas frangit, & tussim citat, ut nix, crystallus, & contorquet, ut Pherea, & Gongronæ similis causa duritiæ.

Pherecides] pen. prod. (φερεκύδης) Syrius, præceptor fuit Pythagoræ. Ipse aūt magistrum nullū habuit, sed per se plurimum doctrinæ est adsecutus, ut Scribit Suidas. Diogenes autem Laertius Pittaci auditorem dicit fuisse, & pediculari morbo interisse. Floruit regnante Seruio Tullo apud Romanos. Vide Cic. lib. 1. Tusc. 59.

Magister Pythagoræ Pherecides potius diuinus habebitur, quàm Physicus. Cic. 1. de Diuinat. 183.

Pherecides alter Diogeni antiquior etiam superiore, Atheniensis & philosophus, qui ab Orpheo multa didicit, scripsitq; Theogoniam libris decem: item, libellum de Rerum principio. Pherecidem alium Lereum genere, historicum scripsit Suidas.

¶ Pherecideus, Adiectiuum (φερεκύδειος) Cic. 2. de Diuinat. 46, An hoc eiusdem modi est, quale Pherecideū illud quod est à te dictum?

Phereclus] pen. corr. (φέρεκλος) filius fuit Harmonidis, qui (ut Homerus ait) Paridi naues fabricauit, quibus ad rapiēdam Helenam in Spartam nauigauit. Ausonius, Mertones Pherecleum uibrata percutit hasta.

¶ Pherecleus, pen. prod. Adiectiuum (φερέκλειος) Ouidius epistol. 15. 5,

Hæc doce Sigæō dubias à littore feci

Longa Pherecleaper freta puppe uias.

Pherecrates] pen.cor.(φερεκράτης)Athenienſis poeta comicus, militauit ſub Alexandro Magno, docuitq; fabulas XVII. Author Suidas.

Pherecrates quidam Phthiota à Deucalione ortus, inducitur diſſerens à Dicæarcho in eo ſermone, quem Corinthi habitum libris tribus exponit, ut ait Cic. I. Tuſcul. 34.

Pherenice] pen.prod. nomẽ mulieris(φερενίκη)de qua Aelianus lib.10.de uaria hiſtor. Duxit ad Olympicum certamen filium ſuum Pherenice fœmina, prohibentibus eam ſpectare qui præſidebant. Licere id ſibi perſuaſit, quæ patrem & fratres treis haberet Olympionicos. Spectauit, & victorem filium reduxit.

Pheretrum] φέρετρον. Vide Feretrum, in Fero, fers. Ouid. 14. Metamorph. 150,

Luridaq; arſuro portabat membra pheretro.

Cruentum pheretrum. Silius lib. 5. 34.

Ingenti ſubiere pheretro. Virg. 6. Aeneid. 45.

Molle pheretrum. Virg. 11. Aeneid. 13.

Puerile pheretrum. Stat. 6. Thebaid. 11.

Pheron] φέρων, Filius fuit Seſoſtris, rex Aegyptiorũ, qui oculis captus, quum ad deorum auxilium confugiſſet, peractis multis uariiſq; ſacris, ei tandem reſponſum fuit, ut placato deõ, qui in Heliopoli coleretur, faciem mulieris inſpiceret, quæ nullum niſi proprium uirum, nouiſſet. Is itaque abuxore incipiens, multas expertus eſt, nullam tamen reperit incorruptam, præter hortulani cuiuſdam, quam reſtituto uiſu uxorem cepit: reliquas omnes uiuas combuſſit. Refert Diodorus lib. 2. & ante illum Herodotus lib. item 2.

Phiala] huius phialæ, pen.cor.(φιάλη)Vas uini uel aquæ, plerunq; ex auro conflatum. Omnia enim uini uel aquæ uaſa, phialæ dici poſſunt. Iuuenal. Satyr. 5.4, Varro tenet phialas, tibi non committitur aurum. Hoc eſt, uaſa aurea quæ Varroni commendata ſunt. Græci ἀπὸ τοῦ πίνειν, πίελα, id eſt, à bibendo. Martial. lib. 8.45.

Quis labor in phialæ &c. De phiala aurea eſt epigramma apud eundem, lib. 14.100.

Phiale] es: una ex comitibus Dianæ, Ouidius 3. Metam.

Phidias] φειδίας, primùm pictor, deinde ſtatuarius. Cuius artis Iupiter Olympius teſtimonium exhibet, & Romæ in porticib. Octauiæ Venus. Author Plin. lib. 35. cap. 8, A Plinio dictus eſt artifex nunquam ſatis laudatus. De quo Quintilianus libro 12, Phidias dijs quàm hominibus efficiendis melior.

Phidias ſpeciem ſui ſimilem inſculpſit in clypeo Mineruæ. Cicer. 1. Tuſcul. 54.

Mineruæ ſignum ex ebore pulcherrimum Phidiæ. Cic. de claris Orator. 139.

Signum Phidiæ. Cic. de clar. Orat. 121.

Simulachris Phidiæ nihil in illo genere perfectius. Cicero in Oratore. 5.

¶ Phidiacus, pen.cor. Adiect.(φειδιακός)Propert. lib. 3. eleg. 9. 3, Phidiacus ſigno ſe Iuppiter ornat eburno.

Manus Phidiaca. Ouidius 4. de Ponto, eleg. 1. 7. Stat. 2. Syluar. 2. 14.

Phidippus] φείλιππος, Herculis nepos ex Theſſalo filio, qui una cũ fratre Antipho contractis ex maris Carpatij inſulis, triginta nauibus Græcis ſuppetias tulit aduerſus Troianos. Homer in Catalog. nauium. Eſt item Phidippus, perſonæ Comicæ nomen apud Terentium in Hecyra.

Phiditia] Phiditiorum (φειδιτίαι) cœnationes Lacedæmonij ſeu conuiuia nominabant: ſiue quòd philias, id eſt, amicitiæ cauſa inſtituta ſint: ſiue potius à parſimonia φείδομαι enim ſignificat parco & abſtineo, φειδὼ parcitas & parſimonia. φειδόλος parcus. Vnde phiditia, conuiuia parca & frugi Cicero 5. Tuſcul. 138, Quid, uictum Lacedæmoniorum in phiditijs nónne uidemus? Conueniebant enim ad phiditia conferentes ſinguli farinæ modium, uini choros octo, caſei quinq; minas, ficuum quinq; ſemis minas. Tanquã in Phiditijs. Vbi quid parcius nimiumq; frugaliter actum ſignificabimus, hoc adagio utemur. Lacedæmonij. n. publica loca habebant, in quibus cibum caperent: & in his excipiebant hoſpites, & legatos ſuos. ſed apparatu perparco. Vide paulo antè.

Phila] æ, φίλα, Stephano urbs Macedoniæ, iuxta Peneum fluuium, à Demetrio Gonata Antigoni filio condita: & à nomine matris eius ita appellata. Eſt item Phila maris Gallici inſula è regione Antipolis. Plin. lib. 3. cap. 5. Sunt item eiuſdẽ nominis inſulæ in Nilo fluuio ſupra Deltam. Plinius lib. 5. capite 9.

Philactus] magiſtratus apud Cumæos, qui quũ patres in ſenatu conſederent, manu apprehenſos Reges, quorũ de cauſa agebatur, in Senatum producebant, ibiq; retinebant, donec de illorum præmio, aut pœna patrum decreto ſtatueretur. Alexander lib. 3. cap. 5.

Philadelpheni] populi in Lydia contermini Macedonib. Plin. lib. 5. cap. 29.

Philadelphia] φιλαδελφία, Nomẽ ciuitatis in Myſia regione Aſiæ, terræmotibus concuſſa, cuius incolæ in agris magna ex parte degebant. In hac fuit una ex ſeptem eccleſiis. Supra Philadelphiam Orientem uerſus exuſta regio patet, ſtadijs longa quingentis, quadringentis lata, ubi nullæ arbores præter uitem inueniuntur, quæ exuſtum uinum ferat, ita elegans ut nulli cedat. Summa camporum facies cinerulenta eſt, montana, petroſa & nigra.

Philadelphus] φιλάδελφος, Ptolemæus rex Aegypti bibliothecam fecit Alexandriæ: ferè quinquaginta millia librorum continentem. Idem libros Moyſi curauit per LXX. interpretes ex Hebræo in Græcum ſermonem uerti.

Philæ] Philarum (φιλαὶ) inſula aſperâ, & undiq; præcipita, adiacens Aegypto, duobus in unum colluris amnibus cingitur, qui Nilo mutantur, & eius nomen ferunt. Philæ autem Straboni lib. 17. infra Meroen ſunt, ad quas ipſe Strabo ſe ex Syene plauſtro per plana aliquando uectum ſcribit. Meminit Lucan. lib. 10. 26.

Philæ] ſunt quatuor, Nili inſulæ, de quibus Plin. lib. 5. cap. 9. ſcribit. Philæ una Sporadum, alio nomine Antorges, Thera, Calliſte. Plin. lib. 4. cap. 12.

Philagrios] φιλάγριος, Medicus fuit inſignis, Galeni coætaneus, natione Epirota, Naumachij diſcipulus, cuius ſcripta recenſet Suidas.

Philagrus] φιλάγρος, ſophiſta Cilix, auditor Lolliani, ſupra modum iracundus: nam & dormitanti quandoq; auditori, pugnum in malam ſertur impegiſſe, & inſregiſſe colaphũ. Huic Metellus nepos ſepulchrum extruens lapideum apposuit coruum, id quum Cicero eſſet intuitus, in eius leuitatem iocatus: Hoc (inquit) ſapientius à te factum: nam te uolare magis docuit, quam dicere. Cæl. Rhod. lib. 21. cap. 7. & libro 17. cap. 20.

Philammon] φιλάμμων, filius fuit Apollinis ex Chione Nympha: clariſſimus carmine & cithara. Ouidius libro 12. Metam.

Naſcitur è Phœbo (namq; eſt enixa gemellos)
Carmine uocali clarus citharaq; Philammon. Fuit item Philammon Athenienſis pugil fortiſſimus, qui omnes ſuæ ætatis pugiles ſuperauit. Suidas.

Philanthropia] φιλανθρωπία, Humanitas, id eſt, amor erga homines. Hanc ſic definit Speuſippus, Philanthropia eſt humanitas, & affectio amicitiæ, hominũ conciliatrix, habitus hominib. beneficijs, gratiarum redditio, gratitudo beneficia. Huic opponitur Miſanthropia.

¶ Philanthropiũ (φιλανθρώπιον) liberalitas quã hominis gratia largimur. Vlpiã. in l. 2. de Proxentis, in P. Idem dico & ſi aliquid philanthropij nomine acceperit.

Philanthropos] pen.prod. (φιλάνθρωπος) Latinè humanus, id eſt, amans homines.

Philanthropos, Lappagenus, quòd ueſtibus hominum adhærens, eos amare uideatur. Plin. lib. 24. cap. 19. 6. Philanthropon herbam Græci appellant hirſutam, quoniam ueſtibus adhæreſcat. Dicitur hæc Dioſcoridi Aparine, officinis Rebulus, cuius ſolijs paſtores noſtri pilos qui in lac exciderũt, iuce coli extrahunt.

Philarchi] φίλαρχοι, populi ſunt in Arabia fœlici. Meſopotamia contermini, ad Euphratem deſcendentes. Strab. lib. 2.

Philaretus] Nomen uiri proprium.

Philautia] philautiæ, pen.corr. (φιλαυτία) Amor ſuiipſius, Cic. Attic. lib. 13. 27. 2, Libri quidem ita exierunt (niſi fortè me cõmunis φιλαυτία, decipit) ut in tali genere, ne apud Græcos quidẽ ſimile quicquam. De libris ſuis Academicis.

Philelphus] nomine Franciſcus, omnium ſuæ ætatis poetarum excellẽtiſſimus: Romam accitus, artis oratoriæ præcepta, ad Ciceronis imitationẽ, quoſdã ingenuos adoleſcentes docuit, inter quos & Alexandrinus Alexander ſe plurimùm profeciſſe aperto ore pronunciat: Tanta eſt accepti eius numeris habenda recordatio & gratia. Alexander lib. 1. cap. 23.

Philemon] pen. prod. (φιλήμων) poeta Comicus quamuis (inquit Quint. lib. 10. cap. 1.) prauis ſuis temporis iudicijs, Menandro ſæpe prælatus eſt: conſenſu tamen omnium meruit credi ſecundus.

Philena] Vide in dictione Peſsinuntia.

Phileni] pen. prod. (φιλαινοὶ) duo fratres Carthaginienſes, qui pro ampliatione ſuæ Reip. ſe uiuos ſepeliri ſuſtinuerunt. Nã quum Carthaginienſes & Cyrenẽſes diu certaſſent inter ſe de finibus agrorum, tandem ita conuenerunt, ut certo tempore duo uiri ex utraq; ciuitate exirent, & ubicunq; illi ſibi fierent obuij, ibi utriuſque ciuitatis fines eſſent. Igitur ex Carthagine miſſi Phileni, longè proceſſerunt in fines Cyrenenſium, antè quàm illi redirent. Quumq; ueniſſent tandẽ Cyrenenſes, & ſe eſſe præuentos uidiſſent, grauiter indigna ti propoſuerunt Philenis, ut niſi retrocederent, uiui illic infoderentur. Quod poſtquam factum eſſet, Carthaginienſes illis Philenis aras fecerunt. Silius lib. 15. 139,

At Canthus Lybicæ latè poſſeſſor arenæ,
Qua celebre inuicti nomen poſuere Phileni.

Philetius] Cognomen Apollinis. Græci φιλήσιον, amabilẽ dicunt, quod cognomen idcirco Apollini tribuitur, quia lunẽ eius exoriens, amabili ueneratione oculorum cõſalutamus. Bocat. lib. 5.

Philetæria] ſiue Phileteria (φιλητάιριον) Dioſcoridi herba eſt, teſte Plin. lib. 25. ca. 6. quã nõnulli Pelemoniã appellãt, Alij Chliodynamã, radice craſſa, exilib. ramis, quib. in ſummis corymbi dependent nigro ſemine, cætero rutæ ſimilis.

Philetas] pen. prod. (φιλήτας) Cous, temporibus Philippi & Alexandri Macedonum grãmaticus, criticus & poeta, præceptor Ptolemæi Philadelphi, ſcripſit elegias, epigrammata, & alia. Author Suidas. Vide Quin. lib. 10. cap. 1. Propert. lib. 3. eleg. 1. 1,

Callimachi manes, & Coi ſacra Philetæ.

¶ Phileteus, pen. prod. Adiect. (φιλήτειος) Propert. lib. 3. eleg. 3. 11, Talia Calliope: lymphiſq; à fonte petitis
Ora Philetea noſtra rigauit aqua.

Philetum] φιλήτου, Ptol. lib. 2. cap. 11. ciuitas Germaniæ, in regione quæ hodie Friſia uocatur: uulgò Groningen.

Philia] φιλία Dea, Amicitia Latinis dicta, quam pinxerunt Romani, iuuenì forma, detecto capite, tunica rudi ueſtitam, in cuius fimbrijs ſcriptum legebatur Mors & Vita, in fronte Aeſtas & Hyems. Habebat latus apertum uſq; ad cor, & brachium inclinatum digito cor oſtendens: ibi ſcriptum erat erat. Longè & & propè. Lilius primo Syntag.

Philides] Mango quidam fuit equorum, à quo quum Themiſtocles equũ dono poſtulaſſet, paſſusq; eſſet repulſam, minatus eſt ſe domum eius cõtinuò ligneũ equũ facturum, quo ænigmate ſignificabat ſe propinquorũ accuſationes & crimina in eum coniecturum. Plutarch. in Themiſtocle.

Philippeus] Vide Philippus.

Philippi] φίλιπποι, ciuitas eſt Theſſaliæ (inquit Seruius) in qua primò Cæſar & Pompeius, poſtea Auguſtus & Brutus cum Caſsio dimicauerunt. Virg. 1. Georg. 98,

Romanas acies iterum uidere Philippi.

Emathij Philippi. Ouid. 15. Metam. 165.

Ciuilia buſta Philippi. Propert. lib. 2. eleg. 1. 6.

¶ Philippenſis, & hoc Philippenſe, poſſeſſiuum formatũ à Philippi Thraciæ ciuitate: ut, Philippenſes ciues, φιλιππήσιοι, & Philippenſe bellum, quod apud Philippos geſtũ eſt.

Philippicæ] Vide Philippus.

Philippides] φιλιππίδης, Comicus poeta haud ignobilis, qui ætate iam prouecta, quum in certamine poetarum præter ſpem uicisſet, gaudio repentè mortuus eſt: quòd & Diagoræ Rhodio accidit. Fuit & alius eiuſdem nominis à celeritate pedũ ἡμεροδρόμου & cognominatus, quòd uiginti triũ horarũ ſpacio mille quingenta ſtadia pedib. confecerit, diei unius & noctis ſpacio itinere ab Athenis Lacedæmonẽ uſq; peracto. Suidas, & Solin. cap. 6.

Philippide tenuis. Prouerbij ſpeciem habet, quod non inuenuſtè accõmodabitur ad orationẽ ieiunam, aut diſputationem otioſæ utilitatis. Tractum ex eo quod Athenæus, lib. 12. ſcribit, Philippidem comœdiarum ſcriptorẽ ſic tenui fuiſſe corpore, ut etiam φιλιππίσαι dixerint pro macruiſſe.

Philippopolis] pen. cor. (φιλιππόπολις) Vrbs à Macedone Philippo ſita. Tacit. lib. 3, Plurimi ac maximè compoſiti regem, urbemq; Philippopolim à Macedone Philippo ſitam circumcidunt.

Philippus] φίλιππος, Macedo, Amintæ filius, puer quondã bis obſes datus ab Alexandro fratre, primùm Illyrijs, deinde Thebanis, concilijs pacis gratia. Quo tempore per triennium in domo Epaminondæ ſummi ducis, pueritiæ rudimẽta exercuit. De hoc legito Diodorum: & Trogũ 7. 8. & 9. Philippus, Demetrij filius, rex Macedoniæ à T. Quintio Flaminio uictus. Vide Liu. lib. 1. de bello Maced.

Philippum Macedonum regem, rebus geſtis & gloria ſuperatum à filio, facilitate & humanitate ſuperiorem fuiſſe dicit Cic. 1. Offic. 127.

Philippus Ariſtotelem Alexãdro filio doctorem acciuit, à quo eodem ille & agendi acciperet præcepta, & loquendi. Cicero 3. de Orat. 78.

Clari monimenta Philippi. Ouid. 6. Faſt. 161.

Pellæus Philippus. Lucan. lib. 10. 4.

Terra regnata Philippo. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15. 3.

¶ Philippeus, pen. prod. Adiectiuum (φιλίππειος) ut, Sanguis Philippeus. Propert. lib. 3. eleg. 11. 8.

¶ Philippeus, philippei (φιλίππειος) ſiue Philippus, philippi, Aureus nummus, pretioſus, cuius apud Plautũ frequens mẽtio eſt. Horat. 2. epiſt. 1. 48, Philippos regale numiſma nuncupauit. Liu. 7. bel. Maced. 253, Nummos aureos philippeos centum quadraginta millia. Ibid. lib. 4. 193.

¶ Philippicæ,pen.cor.Philippicarum(φιλιππικοὶ λόγοι) Orationes Demosthenis in Philippum regem:ad quarum imitationem Ciceronis orationes in Antonium,Philippicæ quoq; dicuntur,quæ & Antonianæ dici poterant.Cic.Attic.lib.2, Fuit mihi commodum,quòd in eis orationib.quæ Philippicæ nominantur, enituerat ciuis ille tuus Demosthenes, & quòd se ab hoc resiactariolo iudiciali dicendi genere abiunxerat, &c.

¶ Philippus(φίλιππος) medicus Alexandri, teste Curtio lib. 2,Huius etiam meminit Plutarchus in uita Alexandri,Philippus orator, Crassi aduersarius, ut scribit Cicero libro 3. de Orator.

Strenuus & fortis,causi.q; Philippus agendis Clarus,&c.Horat.1.epist.7.10.

Philippus Decius Iurisconsultus Mediolanensis, docuit in Italia Ciuile ius, traiectisq; Alpibus Valentiæ Canarum profectus est Prudentiam. Hinc Florentiam reuocatus, moxq; Senis mille quingentorum aureorum stipendio docuit, ad extremumq; mortuus est anno 1535.

Philippus Corneus Iurisconsultus Perusinus: docuit Ciuile ius annos 50.Pisis, Ferrariæ, & Perusii. Octogenarius in patria occubuit anno 1460.

Philiscum]oppidum Partharum ad Euphratem, non procul à Damasceno campo.Plin.lib.5.cap.26.

Philiscus] Thasius Agnius, homo quidã,quẽ Pli.lib.11.cap. 9,narrat in desertis apes coluisse,deq; illis scripsisse.

Philistion¶ φιλιστίων,Sardianus siue Prusiensis poeta comicus,qui Socratis ætate floruit, nimio risu mortuus est.Suid.

Philistus]φίλιστος,Historicus fuit,de quo sic Cicer. lib.2.de Orat.31,Hunc consecutus est Syracusius Philistus, qui quũ Dionysii tyranni familiarissimus esset,otiũ suum cõsumpsit in historia scribenda, maximeq; Thucydidem est,sicut mihi uidetur,imitatus.Idem Quint. fratri,lib.2.15.4. Quint. lib.10.cap.1.

Philix]nutrix fuit Domitiani principis,ut est author Suetonius. Alij legunt Phyllis. Vide infrà.

Phillyra]pen.cor.(φιλλύρα)mater Chironis Centauri,à qua Chiron Phillyrides dictus, authore Seruio apud Virgiliũ 3.Georg.110, ——cessere magistri,
Phillyrides,Chiron, Amythaõ iuuq; Melampus.
Propert.lib.2.eleg.1.12.

¶ Phillyrius,Adiect.(φιλλύριος)ut,
Heros Phillyrius. Ouid.2.Metam.136. Quædam exemplaria legunt Phillyreius.

¶ Phillyreius (φιλλυρίδης)Aliud adiectiuum.Ouid.7.Metamorph.71,
—superq; Peliõ umbrosum, Phlyreia tecta, superq; Othryn. Detractum l est alterum, propter necessitatem carminis, nisi putes in Phillyrides additũ esse alterum.

Philo]Academicus Clitomachi discipulus, Romæ profitebatur, quò profugerat Mithridatico bello, teste Cicerone de Clar.Orat.170.Et 3.de Orator.61.Sic de Nat.deor.11, Philo Herennius,Byblius genere, grammaticus tempore Adriani de cuius imperio scripsit:præterea de ciuitatibus & uiris libros xxx.Suidas.

Philo Iudæus,Alexandriæ natus, disciplinisq; omnibus eruditus in nostra & Græcorum philosophia bene uersatus. Eloquentiæ Platonis adeò æmulator, ut prouerbium fuerit, ἢ πλάτωνα φιλονίζει, ἢ φίλων πλατωνίζει:id est,aut Platonizat,aut Philo Platonizat.In diuinis autem legib.& patrijs institutis quantus fuerit,ex his quæ nobis librorũ suorũ tradidit monimentis,palàm est.Igitur temporib.Caij quanta acciderint Iudæis mala,uoluminibus absoluit, quibus & suam legationem pro Iudæis apud ipsum imperatorem retulit.Sed & Iosephus huius legationis meminit, lib.18.

Philo alius, architectus fuit: qui Athenienſibus armamentariũ fecit,ut ait Cic.1.de Orat.32.

Fuit & alius Philo Calij libertus,ut ipse testatur in epistola eius ad Ciceronem, lib.8.8.32.

Philo item alius Pompeij libertus,ut scribit Cic.Att.lib.16.333.8.

Philocalia] Castellum in Themiscyrena, non procul à Tripoli fluuio & castello.Plin.lib.6.cap.4.

Philochorus]φιλόχορος,Athenienſis uir doctissimus & uates,tempore Eratosthenis extinctus insidijs Antigoni Macedoniæ regis, ob amicitiæ suspicionem cum Ptolemæo rege. Scripsit Atthidis lib.17.qui continent res gestas Atheniensium,& reges, & magistratus, usq; ad Antiochum cognominatum Deum,aliaq; compiura.Author Suidas.

Philocles]Ægyptius pictor,picturæ linearis inuentor. Plin. lib.35.cap.3.

Philocles]elis (φιλοκλῆς) Atheniensis poeta Tragicus fuit nõ ita multò post Euripidem, Aeschyli ex sorore nepos,ab iracundiæ uitio Bilis appellatus.Facie fuit in primis fœda, capiteq; in cristæ formam acuminato. Scripsit fabulas centũ, Reliquit filium nomine Morsimum,& ipsum poetam Tragicum. Hæc Suidas.

Philocrates]φιλοκράτης, Athenienſis quidam,quem Demosthenes in proditionis suspicionem adducit. Extant ad huc aliquot Aeschinis epistolæ. Fuit & alius eiusdem nominis Struthius cognominatus,de quo uide Suidam.

Philoctetes]pen.prod.(φιλοκτήτης) Pœantis filius Herculis comes.Propert.lib.2.eleg.1.12,
Tarda Philoctetæ sanauit crura Machaon.

Philoctetes quum cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen uitam aucupio sagittarum.Cic.5.de Finib.56. Idem 2.Tusc.27.& 57.

Philoctetes serpẽtis morsu ulceratus, in insula Lemno relictus est.Cic.de Fato,54.

Philoctetes iniuria accepta spectacula quærebat. Cic. Quint. fratri,lib.2.12.5.

¶ Philocteteus,pen.prod.Adiect.Cic.2.Tusc.95,Refutetur ac reijciatur Philocteteus ille clamor.

Philogræcus]φιλέλλην,Qui libenter utitur dictionib.Græcis.Varr.3.de Re rust.cap.10.1,Transi,inquit Axius, nunc in illud genus,quod uos philogræci uocatis ἀμφίβιον.

Philogynia]pen.prod.(φιλογυνία) Amor mulierũ.Cic.4. Tuscul.37, Similiterq; cæteri morbi,ut gloriæ cupiditas,ut mulierositas, ut ita appellem eam quæ Græcè φιλογυνία dicitur, cæteriq; similiter morbi ægrotationesq; morborum nascuntur.

Philolaus]pen.prod.(φιλόλαος)Corinthius,qui leges Thẽbanis dedit,ex familia Bacchiadum fuit: amicus Dioclis,qui Olympia uicit:sed ubi ille ciuitatem deseruit, commotus ob amorem matris Alcionæ, Thebas migrauit, atq; ibi ambo defuncti sunt.Vide Aristot.2.Politic.

Philolaum instituit Architas Tarentinus. Cic.3.de Orat.77.

Philologia]philologiæ,pen.corr. (φιλολογία) Loquacitas, aut Amor sermonis siue studij. Cic.F. Tironi, lib.16.21.10, Cuius quum frugi seueraq; est uita,tum etiã iucundissima cõuictio,non est enim seiunctus locus à Philologia,& coditiana συμπόσια.Idem Attic.lib.2.31.2.

¶ Philologus,pen.cor.(φιλόλογος)Studiosus siue amator sermonis.Suet.de claris Grãmat.ubi de Atteio, Philologi appellationem assumpsisse uidetur, quia sicut Eratosthenes (qui primus hoc cognomen sibi uendicauit) multiplici uariaq; doctrina cẽsebatur. Cicero ad Atticum,lib.13.269.3, Ergo illam ἀκαδημικὴν,in qua homines nobiles illi quidẽ, sed

sed nullo modo philologi,nimis acutè loquũtur, ad Varronem transferamus.

Philomela]pen.prod.(φιλομήλη)Pandionis Athenarum regis filia, & soror Prognes uxoris Terei regis Thracum. Quæ quũ à Tereo cõpressa fuisset, tandẽ (ut est in fabulis) deorum miserationis in auẽ sui nominis conuersa fuit, quæ & Luscinia dicitur.Nec cessat deflere cantu dulcissimo iniuriam quam passa est. Et interpretatur amabilis. Vide Ouidium 6.Metam.Mart.lib.14.75,
Flet Philomela nefas incesti Tereos: & quæ
Muta puella fuit,garrula fertur auis.

Mœrens Philomela. Virg.4.Georg.103.

Philomenes]Paphlagonum rex, à quo insequentes principes cognomentũ sumpserunt sibi, sicut ab Hellena Hellenes Thessalorum reges dicti sunt.Alexand.lib.1.cap.2.

Philomusus]pen.prod.(φιλόμουσος)Amator,siue amicus Musarum.Mart.lib.7.75,
Delectas philomuse,non amaris.Sic lib.3.10.

Philonides]cursor Alexandri,qui ex Sicyone Elim mille & ducenta stadia,nouem diei confecit horis. Plin.lib.2. ca.71.

¶ Philonides,alius,Melitensis patria,prægnandi corpore,cæterum insulsus & indoctus. Ab hoc tractum est prouerbiũ, Indoctior Philonide. Notatur etiã aliquoties ab Aristophane,ut mulierosus,& in parasitos profusus.

Philonis antidotus,qualiter fieri debeat.Galen,lib.8. de Compos.it.Pharmacorum docet.

Philopœmenes] penul.corr.(φιλοποίμην) Megapolitanus,dux Achæorũ præstantissimus, Lacedæmonios & Messenios multis cladibus afflixit,ut est author Plutarchus. Huius etiam meminit Liuius in bello Macedonico,lib.5. Sed ibi semper Philopœmen uocatur in recto; cuius genitiuus est Philopœmenis,penul.corr.Ausonius,
Carcere in Argiuo Philopœmena lenta adijt mors.

Philos]insula contra Persidem, nõ procul à Cassandra.Plin. lib.9.cap.25.

Philosophia]philosophiæ,pen.cor.(φιλοσοφία) Amor sapientiæ.Cic.1.de Legib.37, Ita sit mater omnium bonarum rerum sapientia: à cuius amare Græco uerbo φιλοσοφία nomen inuenit.

Philosophia,nec quicquam aliud est,si interpretari uelis,quàm studium sapientiæ.Cic.2.Offic.6.

Ars uitæ,philosophia est.Cic.3.de Finib.6.

Cognitio omnis optimarum rerum,atq; in ijs exercitatio,Philosophia nominatur.Cic.2.de Orat.34.

Commentatio mortis,Philosophia.Cic.1.Tusc.117.

Cultura animi,Philosophia est,quæ extrahit uitia radicitus. Cicer.2.Tusc.20.

Mater omnium artium,donum & inuentum deorum, Philosophia.Cic.1.Tusc.99.

Mater omnium benefactorum,beneq; dictorum, Philosophia. Cic.de clar.Orat.179.

Medicina animi,Philosophia.Cic.3.Tusc.10.

Procreatrix omnium artium laudandarum & quasi parens; Philosophia,Cic.1.de Orat.5.

Philosophia uirtutis continet & officij & bene uiuendi disciplinam: quam qui profitetur, grauissimam mihi sustinere personam uidetur.Cic.in Pisonem,56.

In Philosophia nihil debet esse loci commentitijs fabulis.Cic.2. de Diuinat.120.

Distributa est in tres partes Philosophia,in naturæ obscuritatem,in disserendi subtilitatem,in uitam atq; mores.Cicer.1. de Orat.35.

Fugiens consultò multitudinem Philosophia, paucis contenta iudicibus.Cic.2.Tusc.5.

Frugifera & fructuosa Philosophia.Cic.3.Offic.6.

Orba philosophia.Vide Orbus.

Præpotens & gloriosa Philosophia.Cic.1.de Orat.95.

Nobiles in Philosophia.Vide Nobilis.

Auocare Philosophiam à rebus occultis.Vide Auoco.

Auocare aliquem à Philosophia.Cic.1.Tusc.5.

Illustrare Philosophiam Latinis literis.Vide Illustris.

Inchoare Philosophiam Vide Inchoo.

Indicebat bellum Philosophiæ Zethus Pacuuianus. Cicero 2. de Orator.85.

Ingurgitare se in Philosophiam. Vide Ingurgito.

Insiuare se in Philosophiam.Vide Insinuo.

Laudari satis dignè nunquam poterit Philosophia,cui qui pareat,omne tempus ætatis sine molestia posit degere. Cicer. de Senect.2.

Profiteri Philosophiam.Cic.in Pisonem,56.

Versari in antiquissima & nobilissima Philosophia. Cicer.2. Offic.11.

¶ Philosophus,philosophi,pen.corr. (φιλόσοφος) Cicer.1.de Orat.156,Philosophi denique ipsius, qui de sua ui ac sapientia unius omnia pẽnè profitetur, est tamen quædam descriptio,Vt is qui studeat omnium rerum diuinarum atq; humanarũ uim,naturã,causasq; nosse,& omnẽ bene uiuẽdi rationem tenere & persequi,nomine hoc appelletur.

Omnia sicut propria,sua esse,atq; à se posideri uolunt Philosophi.Cic.1.de Orat.110.

Authores rerum,non fabularum Philosophi. Cicer. 3. de Nat. deorum,111.

Magistri uirtutis Philosophi.Cic.4.Tusc.114.

Genera Philosophorum describit.Cic.3.de Orat.35.& 36.

Scholæ Philosophorum.Quint.in Prooem.lib.1.14.

Contemptissimi Philosophi. Vide Contemno.

Nobilissimus illius ætatis & clarissimus Philosophus. Vide Nobilis.

Nostrates Philosophi. Vide Noster.

¶ Philosophus,Adiect.Macrob.lib.7. Saturn.cap.1.Ea Cœna, quàm Callias doctissimus dedit, nullum uerbum nisi Philosophum sensit.

¶ Philosophicus,pen.corr.Adiect. (φιλοσοφικὸς) Quod est Philosophi.Cic.5.Tusc.170, Ad Brutumq; nostrum hos libros alteros quinq; mittemus, à quo non modò impulsi sumus ad Philosophicas scriptiones, uerumetiam lacessiti.

¶ Philosophaster,philosophastri,philosophorum imitator.

¶ Philosophor,pen.cor.philosopharis(φιλοσοφῶ) philosophãri, Philosophorum more disputare,& rerum naturas perscrutari. Cic.1. de Naturâ deorum,11, Et quum minimè uidebamur, tum maximè philosophabamur: Plautus Pseud. 10. 21,
Sed satis est philosophatũ: nimis diu & longum loquor.
Cum Græculis philosophari. Cic.Post.red.in Senatu,12.

Paucis philosophari,& Omnino, contrarium. Cicer.2.de Orator.85.

Philostratus]pen. cor.(φιλόστρατος) Lemnius, temporib. Seueri principis, eiusq; uxoris Iuliæ epistolarum magister, ut ipse planè monstrat in uita Apollonij Tyanei: scripsit uitas sophistarum ad Seuerum, de uita Apollonij libros octo, præterea heroica. Philostratus, huius pater, Athenis docuit Neronis tempore: scripsit panægyricos plures, & declamationes oratoribus ualde probatas, compluraq; alia quæ à Suidâ commemorantur. Philostratius tertius,superioris filius,docuit Athenis: scripsit Panathenaicum, Troiani, Paraphrasim Homerici clypei,iconasq; huic multi tribuerunt.Suidas.

Philotheoros]penult.producta. (φιλοθέωρος) Speculationi deditus:

deditus. Cic. Trebatio, libro 7. ep. 16. 1, Deinde quod in Britannia non nimiũ philotheoron te præbuisti, planè non reprehendo.

Philotimus] pen. prod. Ciceronis libertus, ut ipse scribit Appio, lib. 3. 9.

Philotis] quæ & Tutela, uel Tilula, ancillarum dux apud Romanos, quum Fidenates ultima uictoria superati sunt. Illi enim quum dedi sibi matronas postulassent, ac Tutela cũ ancillis ad hostes habitu matronarum isset, eos uino & Venere obrutos Romanis prodidit. Plutarch. Lilius 3. Syntag.

Philoxenus] φιλόξενος, hospitalis: quo nomine dictus est poeta quidam Lyricus, qui quum sibi Dionysius tragœdiã quandam castigandam commisisset, ducta linea à capite ad calcem, totum opus damnauit: quapropter in Latomias coniectus est, indeq; Tarentum aufugit. Dionysioq; se per literas reuocanti, nil aliud quàm monosyllabam ὄ, rescripsit, se pius repetitam. Author Suidas. Fuit etiam hoc nomine parasitus quidam, qui collum gruis sibi optabat, quo diutius cibi potusq; delectatione frueretur. De hoc Philoxeno tradit Plutarchus, quòd conuiuijs adhibitus, se in pultaria soleret emungere, ut reliquis rei fœditate abhorrentibus, solus epulis frueretur. Idem etiam traditur de Gnathone quodam Siculo. Philoxenus Eretriẽsis pictor Nicomachi discipulus, cuius tabula nullis postponenda, Cassandro regi picta, continuit Alexandri prælium cum Dario. Idem pinxit & lasciuiam, in qua tres Sileni comessabantur. Hic præceptoris celeritatem sequutus, breuiores etiamnum quasdam picturas & compẽdiarias inuenit. Plin. lib. 35. cap. 10. Philoxenus grammaticus Alexandrinus, Romæ scripsit de monosyllabis uerbis, De Hellenismo, De linguarum dialectis, & alia. Suidas.

Philoxeni non. Prouerbium ubi quis obstinatè uel inficiatur, uel recusat: aut ubi quis alteri nescit concedere, neq; quicquam ad gratiam loqui. A Philoxeno poeta ductum, qui usqueadeò non potuit carmina Dionysii probare, ut maluerit reduci ad fodinas lapidarias.

Philtra] philtrorum (φίλτρα) Latinè amatoria, Genus ueneni, amorem, & ut plurimum insaniam ingerentis, φίλτρον enim, apud nos amatorium dicitur. Ouid. 2. de Arte, 21,

Nec data profuerint pallentia philtra puellis:
Philtra nocent animis, spemq; furoris habent. Iuuenal. Satyr. 6. 60, Thessala philtra.

Philyra] philyræ, pen. cor. (φίλυρα) Arbor quam Latini tiliã uocant, ut quibusdam placet. Quamuis alij dicant esse membranam tenuissimam inter corticem & lignum tiliæ. Horat. lib. 1. Carm. ode 38. 1,

Displicent nexæ philyra coronæ. Plin. de tilia lib. 16. capite 14, Inter corticem & lignum tenues tunicas multiplici membrana, è quibus uincula tiliæ uocantur: tenuissimæ earum philyræ, coronarum lemniscis celebres, antiquorumq; honore.

In Philyris siue philuris arborum antiqui scribebant. Martianus lib. de nuptijs Philologiæ, Libri in Philyræ cortice subnotati. Plin. lib. 13. cap. 11. 7, Præparantur ex eo chartæ diuisæ acu in prætenues, sed quàm latissimas philuras. Idem lib. 21. cap. 3. 1.

Philysthenis] pen. prod. (φιλύσθενος) filius Thyestæ, quem Atreus, unà cum Tantalo fratre interfectum Thyestæ patri epulandum apposuit. Vide Senecam in Thyeste, qui quodã loco Philysthenem eum appellat, per ecthipsin.

Phimosis] φίμωσις, dicitur quũ glans membri uirilis ita tegitur præputio, ut nudari non possit. Dicta φίμωσις, ἀπὸ τοῦ φίμοω, quod nexum in superiore parte sacci significat, quum scilicet totus sacculi oris ambitus funiculo colligatur. Est & Phimosis uitium huic prorsus contrarium, quũ præputium semel deductum, suum in locum deduci non potest, quod uitiũ etiam παραφίμωσις appellatur. Vide Celsum lib. 7. cap. 25.

Phina] oppidum in Macedonia ad oram Heracleam. Plin. lib. 4. cap. 10.

Phineus] φινεύς, Rex Arcadiæ, qui quũ filijs suis, uxoris secundæ impulsu oculos eruisset, ira diuina ipse etiam cæcus est factus, & Harpyiæ aues rapacissimæ cibos eius aut rapuerunt, aut fœdauerunt. Sed postea Zetus & Calais à Phineo humaniter tractati eas fugauerunt. Vide in dictione Strophades. Propert. lib. 3. eleg. 5. 9,

Aut Alcmæonie furiæ, aut ieiunia Phinei.

Aues Phinei. Senec. Thyeste, 2. 7.

De Phineo cæco, uide Valerium lib. 4. Argonaut. 85.

¶ Phineus, Adiect. (φινεύς) ut, Guttura Phineia. Ouid. 6. Fast. 27. Virg. 3. Aeneid. 43,

——Phinea postquam Clausa domus.

¶ Phineus, alius, Cephei frater, qui quũ promissam sibi Andromedam filiã fratris, à Perseo, cui ex pacto postea nupserat, repeteret, ab eodem Perseo in marmor mutatus fuit uisa facie Medusæ. Vide Ouidium, lib. 5. Metamor. Fuit & alius Phineus Athenien sis in auem mutatus, ut idem refert Ouid. lib. 7. Metam. 60. quem iustissimum uocat.

Phinthia] Siciliæ fons, in quem, ut Apion refert, nihil immergi potest, sed omnia fluitant. Plin. lib. 31. cap. 2.

¶ Pinthia, amicus fuit Damonis cuiusdam, ut ex Plutarcho περὶ πολυφιλίας inuenimus. Itaq; apud Ciceronem in Officijs. & Valeriũ Maximũ, Phinthia reponi debet loco Pythiæ. In quibusdã tamẽ libris scribitur etiã Pynthia. Turneb.

Phison] φισων, teste Iosepho lib. 1. cap. 2. Vna est è partib. illius magni fluminis, in omnem terram undiq; profluentis, à quo paradisus rigatur: hic, ut idẽ testatur, eductus in Italiã, pelago latè diffunditur: Getha nuncupatur à Græcis. Aliqui interpretantur Gangen, alij Nilum.

Phitharus] piscis quidam apud Plin. lib. 32. cap. ult.

Phitij] Apud Lacedæmonios à Lycurgo institutum fórmæ octo & uiginti seniores Regi adessent, ac duo propinquiores cõtubernales, quos ipse elegerat, qui Phitij appellantur, ut si quid casurũ foret animaduerterent, ipsiusq; munia & officia obirent. Alexander lib. 4. cap. 23.

Phittacides] φιττακίδης, Genus calceamentorum muliebriũ, apud Pollucem, lib. 7. cap. 22.

Phlanates] pen. prod. Plin. lib. 3. cap. 21, Populi in Illyria, à quibus nomẽ sinui est inditũ, quẽ modò nautæ Quernariũ appellãt, alij Carnariã, propter naufragia procelloso fermè semper transitu. In recessu eius, Senia urbs est, cuius à tergo specus sunt, unde uehemẽtes nulla ferè nõ hora nẽti perflãt: eáq; res infamem sinum eum reddit. Dicti autẽ Phlanates ab oppido Phlano, unde sinus omnis hic Phlanoticus uocatur, qui à Pola colonia Iaderã usq; diffunditur.

Phlebotomia] huius phlebotomiæ, pen. cor. (φλεβοτομία) Venarum sectio.

¶ Phlebotomon, pen. corr. (φλεβότομον) Scalpellum quo uena secatur.

Phlegethon] pen. cor. huius Plegethõtis (φλεγέθων) fluuius infernalis flãmis æstuantib. rapidus: à φλέγω, ardeo. Virg. 6. Aen. 111, Quæ rapidus flãmis ambit torrẽtib. amnis
Tartareus Phlegethon, torquetq; sonantia saxa.

¶ Phlegethonteus, pen. prod. Adiect. (φλεγεθόντειος) ut, Ripæ Phlegethontea. Claud. 1. de raptu Proserp. 18.

¶ Phlegethontis, Phlegethontidis, pen. cor. (φλεγεθοντὶς) Patronymicum fœmin. Ouid. 5. Metam. 109,

——sparsumq; caput Phlegethontide lympha.

Phlegiæ] & Phlegias. Vide Phlegyæ, & Phlegyas.

Phlegma]

Phlegma] huius phlegmatis, pen. corr. n. g. (φλέγμα) Latinè pituita dicitur.

¶ Phlegmaticus, penult. corr. (φλεγματικὸς) Qui phlegmate abundat plus satis.

Phlegmasia] φλεγμασία, inflammatio cum febre. Galen. lib. 1. in Aphoris. Hippoc.

Phlegmone] phlegmones, pen. corr. (φλεγμονὴ) Latinè inflammatio dicitur, siue collectio, quoties sanguis utilis & mediocriter crassus, fertur subitus in aliquã corporis partẽ. Propriè aũt quælibet incensio cũ tumore et ulcere, hoc nomine appellatur, ut ait Galenus de morborũ differentijs. Celsus lib. 1. in Præfat. Et inflãmationẽ quã Græci phlegmonem nominant, excitat: eáq; inflammatio talem motum efficit, qualis in febre est, &c.

Phlegon] φλέγων, unus ex equis Solis, ἀπὸ τοῦ φλέγειν, quod est ardere, dictus. Ouid. 2. Metam.

Interea uolucres Pyrois & Eous & Aethon
Solis equi, quartusq; Phlegon, binnitibus auras
Flammi feris implent.

Phlegontis] dis, φλεγόντις, Gẽmæ genus, quod flãma quædam intus ardere uidetur. Plin. lib. 37. cap. 11.

Phlegra] Phlegræ, uel Phlegre, Plegres (φλέγρα) Vrbs est Macedoniæ, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 10. in descriptione Macedoniæ. Propert. lib. 1. eleg. 19. 7,

Hîc erat Arganti Phlegre sub uertice montis.

Tumidæ Phlegræ prælia. Stat. 10. Thebaid. 131.

Sparsa impio cruore Phlegra. Senec. Herc. furente, 6. 22.

¶ Phlegræus, φλεγραῖος, cãpus quibusdã in Thessalia, alijs in Macedonia: Plinio uerò lib. 3. cap. 5, & Straboni lib. 5. in Campania, iuxta Cumas, in quo Gigantes ab Hercule superati feruntur: illicq; sepulti quoties anhelant, terrã quatiunt. Silius lib. 12. 29. Id aũt ideo fictum est, quoniam ea regio tota sulphure plurima scatet. Hinc fit, ut uentorum impulsu excitetur passim ignis: qui quum exitũ è cauernis natura expetat, dum luctatur assiduè, terrã tandẽ quatit & cõmouet, exuriũq; frequẽter, unde & nomen sortitur. φλέγειν enim Græce, exurere ardereq; significat. De hoc Strabo lib. 5, Theagenes uerò & Eudoxus qui ad historicã fidẽ pugnã hanc conãtur reducere, Pallenen (inquiunt) quæ ueteri nomine Phlegra uocabatur, homines tenuerunt, quibus immanitas & superbia morũ, Gigantũ cognomen peperit. In Bosimeũte præliũ Herculis, fulmina de cælo missa sunt, donec ij fugere coacti sunt, ficq; ingenti uictoria superati. Ex hac rerumor in uulgus ortus, ut Gigãtes mouerint belliũ dijs.

Plegræus itẽ, Boccatio, unus ex Cẽt. uiris Ixionis & Nubis filius.

Campus Phlegræus. Propert. lib. 3. eleg. 11. 8.

Castra Phlegræa. Statius 1. Achill. 97.

Iuga Phlegræa. Propert. lib. 3. eleg. 9. 10.

Prælia Phlegræa. Stat. 5. Sylu. 3. 40.

Tumultus Phlegræi. Propert. lib. 2. eleg. 1. 8.

Vertex Phlegræus. Silius lib. 8. 31.

Phlegyas] pen. corr. (φλεγύας) Martis filius, rex Lapitharum Ixionis pater, habuit Coronidem filiam, quam Apollo uitiauit, unde suscepit Aesculapium: quod pater dolens, incendit Apollinis templum, proinde eius sagittis est ad inferos trusus. Statius 1. Thebaid. 142,

——Phlegyam subter caua saxa iacentem
Aeterno premit accubitu. Seruius.

Phlegyæ] φλέγυαι, Populi sunt insulani Thessaliæ, à Phlegya Ixionis patre cognominati. Hi quum sacrilegi essent, deosq; & homines spernerent, ab irato Neptuno immisso diluuio submersi sunt: quorum apud inferos meminit Virgilius 6. Aeneid. 124,

——Phlegyasq; miserrimus oẽs Admonet, &c. Seruius.

Phleos] φλέος, σοβὰ, Dioscoridi herba est caulem habens aculeatum, & folium hispidum, quã nonnulli Stœben appellant. Plin. lib. 20. cap. 15. Hermol. in Dioscoridem, lib. 4. cap. 14. indicat φλέον dictã, ἀπὸ τοῦ φλέω, quod est fœcum dũ esse, quòd in Orchomenio lacu copiosissimè proueniat.

¶ Phleoninus, phleonina, Phleoninum, Adiectiuum: ut, Phleonina uestes, apud Herodotum.

Phlias] φλιὰς, unus ex illis qui in naui Argo fuerunt, filius Bacchi, ut Valerius habet 1. Argon. 84.

Phlius] Phliuntis (φλιοῦς) Est urbs in medio Sicyoniæ, Argiuæq; & Cleonum, ubi religiosissimè colebatur Hebe. Castellum Phlium nominat Plin. lib. 4. cap. 5. Huius meminit Cic. 5. Tusc. 12.

¶ Phliasij, Phliasiorum (φλιάσιοι) Habitatores Phliuntis. Cicero 5. Tusc. 12, In primis Phliuntem ferunt uenisse, eumq; cum Leonte principe Phliasiorum doctè & copiosè disseruisse quædam.

¶ Phliasius, Adiectiuum (φλιάσιος) Cic. 5. Philipp. 15, Quæ quum post hunc Phliasium sermonem in Italiam uenisset, exornauit eam Græciam quæ Magna dicta est. De Pythagora.

Phlogínos] quem & Chrysiten uocant, gẽma Ostreæ Atticæ absimilita, inuenitur in Aegypto. Plin. lib. 37. cap. 10.

Phlogínus] φλόγινος, Lapis Aegyptius aureo uel flammeo, colore utres stringentes habet. Galenus in lib. singul. de simplicib. medicament. cap. 71.

Phlox] Phlogos, f. g. (φλὸξ) Latinè flamma dicitur.

Phlox, genus floris. Plinius libro 21. cap. 10. 4, Colore tantum modo placet Iouis flos, odor abest, sicut & illi qui Græcè phlox uocatur.

Phlyctænæ] φλυκταῖναι, pustulæ sunt maiores, pallidæ, liuidæ, aut nigræ, aut alterius coloris à naturali recedẽtis. humorẽ in se continentes, quæ ubi rumpuntur, infrà caro quædam exulcerata apparet. Gignuntur autem, uel ex igni, uel ex frigore, uel ex medicamentis, ut tradit Celsus lib. 5. cap. 28. Dictæ φλυκταῖναι, ἀπὸ τοῦ φλύειν, quod est bullire, siue bullas facere.

Phobetor] penult. product. huius Phobetoris, penult. corr. (φοβήτωρ) filius Somni, apud Ouidiũ 11. Metamorph. 128. Dictus est Phobetor, à Græco φοβεῖν, quod est perterrefacere: Icelos autem, quia omnium animantium formam indicere posit. est enim ἴκελος & similis.

Phoca] huius Phocæ, Bos marinus, à sono mugitus. Virg. 4. Georg. 79,

——& turpes pascit sub gurgite phocas. Hic corio tectus & pilis, parit in terra pecudum more: canum modo coit. In somno mugit, à quo præcipuè ituli nomen accepit. Plin. lib. 9. cap. 7. 4, Et ituli marini, quos uocant phocas, spirant, & dormiunt in terra.

Deformes phocæ. Ouid. 1. Metam. 61.

Magnæ phocæ. Ouid. epist. 10. 18.

Phocæa] φώκαια, Vrbs minoris Phrygiæ, Athenien sium (ut inquit Ptolemæus) colonia. Vnde profecti sunt, qui Massiliam apud Gallos, non procul à Rhodano, condidere. Dicta Phocæa, quòd ituli marini magno numero comp. ruissent urbem condentibus. Et est in Caria Phocæa monti Mycalæ apposita. Ab hac Phocæenses, ut à Græcorum Phocide Phocenses. Ab utraq;

¶ Phocaicus, pen. corr. Adiectiuum (φωκαϊκὸς) Vnde Muricem Phocaicum Ouid. 6. Metam. 2. posuit, à Phocæa, non procul à Sardibus.

Manus Phocaicæ. Lucan lib. 3. 35.

¶ Phocæus, Aliud adiectiuum (φωκαεὺς) ut, Rura Phocæa. Ouid. 5. Metam. 56.

¶ Phocais, pen. corr. huius Phocaidis, Patronymicum f.g. (φωκαὶς) ut, iuuentus Phocais. Lucan. lib. 3. 16.

Phocas] φωκᾶς, Romani principis nomen, de quo Egnatius in Commentar. de Romanis imperatoribus post Suetonium. Philippus Melanchthon lib. 3. Chronicon. Phocas item fuit celebris Grammaticus.

Phocenſes] Vide Phocis.

Phocion] φωκίων, Vir Athenienſis, qui etſi ſæpe exercitibus præfuit, ſummoſq; magiſtratus geſſit: tamen multo notior fuit eius integritas uitæ, quàm rei militaris labor. De hoc uide Plutarchum in Phocione.

Phocion] Philoſophus ex Peripatetica diſciplina, haud ſanè ignobilis. Is librum multæ uariæq; hiſtoriæ refertum compoſuit: eumq; inſcripſit νέφως ἀμαλθείας, quaſi dicas, Cornu copiæ. Vide Gellium lib. 1. cap. 8.

Phocis] huius Phocidis, pen. corr. (φωκὶς) teſte Liuio lib. 2. de bello Maced. parua regio eſt Græcorum, Apollinis oraculo inſignis, in qua eſt ciuitas Delphi. Eſt item Phocis Pomponio, Ioniæ ciuitas: quam Strabo Phocæam uocat, à qua Phocæenſes cum diphthongo, ut à Phocide Phocenſes ſine diphthongo. Lucan. lib. 5. 11, Maſſiliæq; ſuæ donatur libera Phocis. Vide Phocæa.

Phocis Curiana. Cic. Attic. lib. 2. 32. 3.

Sonoræ Phocidos arma. Stat. 11. Thebaid. 56.

Arx trifida Phocidos. Stat. 1. Thebaid. 13.

Exuſtæ Phocidos arces. Lucan. lib. 3. 68.

¶ Phocenſes, φωκεῖς, Qui Phocidem incolunt.

Phocides, & Phocæi dicti ſunt, qui Maſſiliam condiderũt. Hos Varro ſcribit trilingues fuiſſe, quòd Græcè & Latinè & Gallicè loquerentur.

Ciuitas execrata Phocæorum. Horat. Epod. 16. 4.

Phocus] φῶκος, filius fuit Aeaci, cuius meminit Ouidius libro 7. Metamorph.

¶ Phocus, Alius item fuit, filiam habens iam nuptijs maturam, qui procos (nam erant complures) cõuocare ſolitus, præmia ſtatuebat, & conditionibus ſubinde nouis propoſitis nuptias prorogabat. Quamobrem indignati iuuenes, Phocum in conuiuio trucidauerunt. Hinc natum prouerbium Phoci conuiuium, dictitari ſuetum, ubi quis ſuo malo conuiuas acciperet. Tametſi nihil uetat quominus longius etiam traducatur, nempe ad quoſuis, qui læduntur ab ijs de quibus benemeriti fuerint. Eraſ.

Phocuſa] Inſula una ex Sporadibus. Plin. lib. 2 4. cap. 12.

Phocylides] φωκυλίδης, Mileſius philoſophus contemporaneus Theognidis. Natus eſt 59. Olympiade, ſcripſit Heroicum carmen, & Elegias. Item, Paræneticum carmen ex libris Sibyllinis, ut uolunt, decerptum. Vide Suidam.

Phœbas] Phœbadis, pen. corr. (φοιβὰς) Fatiloqua, quòd Phœbei numinis concepto afflatu fureret & agitaretur, in bacchantis imaginem. Sidonius,

Nec ſic intortum uiolatæ Phœbados ultrix
In Danaos fulmen iecit. Lucan. lib. 5. 26,
Limine terrifico metuens conſiſtere Phœbas.

Phœbe] huius Phœbes (φοίβη) dicitur Luna. Et uenit ab eò quod eſt Phœbus. Virg. 1. Georg. 87,

—uento ſemper rubet aurea Phœbe.

Iaculatrix Phœbe. Ouid. epiſt. 19. 45. Hoc eſt, Diana.

Innupta Phœbe. Ouid. 1. Metam. 96.

Nemoralis Phœbe. Stat. 1. Sylu. 3. 16.

Phœbe] Leucippi filia. Vide Linceus, diſſyllabum.

Phœbe] Inſula in Propontide. Plin. lib. 6. cap. ult.

Phœbus] φοῖβος, Apollo, Iouis & Latonæ filius, eodẽ partu cum Diana genitus, quæ & ipſa Phœbe uocitata eſt. Diuinationis & ſapientiæ deus à poetis exiſtimatus, & medicinæ repertor. Dictus Phœbus, quaſi φόβερος, à φῶς & βίος: id eſt, lux uitæ. A' poetis enim pro Sole etiam accipitur. Vide Apollo.

Phœbus Apollo. Virgil. 3. Aeneid. 51.

Chorus Phœbi. Virgil. ecloga 6. 14.

Cortina Phœbi. Virg. 6. Aeneid. 70. Vide Cortina.

Fax Phœbi triſtis nuntia belli. Cic. 1. de Diuinat. 33. Ex poeta.

Interpres Phœbi. Virg. 3. Aeneid. 95.

Repertor medicæ opis Phœbus. Ouid. 1. de Remed. amor. 16.

Sacerdos Phœbi. Virg. 6. Aeneid. 126. De Sibylla.

Soror Phœbi, Diana. Virg. 1. Aeneid. 67.

Ardens Phœbus. Valerius 8. Argonaut. 24.

Augur Phœbus. Horat. in Carm. ſecul. 13.

Candentis Phœbi niueum limen. Virg. 8. Aeneid. 144.

Decorus Phœbus fulgente arcu. Horat. in Carm. ſecul. 13.

Fatidicus Phœbus. Claud. 2. in Eutropium, 10.

Fatidici penetralia Phœbi. Lucanus lib. 5. 15.

Inclytus Phœbus. Statius 6. Thebaid. 60.

Laurifer Phœbus. Ouid. 3. de Arte, 78.

Metuendus Phœbus certa ſagitta. Horat. 1. Carm. ode 12. 5.

Occiduus Phœbus. Ouid. 14. Metam. 83.

Radiantis Phœbi ictus. Lucanus lib. 7. 43.

Rediens fugat aſtra Phœbus. Horat. 3. Carm. ode 21. 5.

Serenatus Phœbus. Silius lib. 5. 36.

Vterque Phœbus, id eſt, oriens & occidens. Ouidius 1. Metamorph. 68.

Plena Phœbo Phœmonoe. Lucanus lib. 5. 38.

Digna Phœbo loqui. Virg. 6. Aeneid. 133.

¶ Phœbeus, pen. prod. Adiect. (φοίβειος) ut, Arte Phœbea pellere morbos. Ouid. 3. Faſt. 166. Hoc eſt, arte medica.

Chelis Phœbea. Ouid. ad Piſonem, 35.

Flammæ Phœbeæ. Seneca Thyeſte, 9. 10.

Ignes Phœbei. Ouid. 5. Metam. 78.

Lampás Phœbea. Virg. 4. Aeneid. 2.

Laurus Phœbea. Ouid. 4. Triſt. eleg. 2. 11.

Sortes Phœbeæ. Ouid. 3. Metam. 26.

¶ Phœbeius, Aliud adiectium (φοιβήϊος) Ouid. 15. Metam. 129, Iuuenis Phœbeius. Id eſt, Aeſculapius.

Phœmon] Lacus eſt Arcadiæ. De quo Ouidius 15. Metamorphoſeos,

Eſt lacus Arcadiæ, Phœmon dixere priores:
Ambiguis ſuſpectus aquis, quas nocte timeto:
Nocte nocent potæ: ſine noxa luce bibuntur. Alij legunt Pheneum.

Phœmonoe] penult. corr. filia Phœbi, & uates, quæ prima carmen heroicum cecinit, ut eſt author Heſiodus in Theogonia.

Phœnice] inſula maris Maſſilitani ad Antipolim, inter Aeriæ inſulas nunc numeratur. Plin. lib. 3. cap. 5.

Phœnicea] Herba. Plin. lib. 21. cap. 25. Eſt & herba Phœnicea appellata à Græcis, à noſtris uerò hordeum murinum.

Phœnicia] uel Phœnice, penult. product. (φοινίκη) Aſiæ regio: ſic dicta à Phœnice, Neptuni & Libyes filio, ut Stephanus author eſt: ad quod accedit Silius libro 1. 18. quum inquit,

Et qui longa dedit terris cognomina Phœnix. Eſt autem Iudææ contermina. In ea ſunt Tyros & Sidon urbes: Carmelus & Libanus montes, in quo thura leguntur. Huius meminit Cic. 11. Philipp. 315. Huius regionis incolæ, Phœnices dicuntur, quos Strabo lib. 16. arithmetica & aſtronomia inſignes ſcribit. Lucanus item lib. 3. 45,

Phœnices primi, famæ ſi creditur, auſi
Manſurã rudibus uocẽ ſignare figuris. Hoc eſt, fuerũt primi literarum inuentores. Vide Plin. lib. 5. cap. 12. 2, Ob Syrorum

Syrorum & Phœnicum nimis ſolertem uafritiem, adagio locus factus eſt, Aduerſum Phœnicas Syri: quo uſi ſunt ueteres, quoties uerſutus uerſuto imponere uelle uidebatur.

¶ Phœniſſus, Adiectiuum (φοινίσσω) ut, Agmina Phœniſſa. Silius lib. 17. 38.

Claſſis Phœniſſa. Silius lib. 7. 83.

Cohors Phœniſſa. Stat. 9. Thebaid. 106.

Dido Phœniſſa. Virg. 6. Aened. 90.

Tyros Phœniſſa. Ouid. 15. Metam. 58.

¶ Phœniceus, Adiectiuum (φοινικεύς) Quod eſt purpurei coloris, à purpura, quæ prima commendatione in Tyro tingebatur apud Phœnices, quos mutatis ſyllabis Phœnos appellamus. Plin. libro 21. cap. 23. 1, Aut enim Phœniceum florem habet, quæ & copioſiſſima eſt, aut purpureum, aut lacteum.

Chlamys phœniceæ. Ouid. 14. Metam. 69.

Color Phœniceus. Lucret. lib. 2. 166.

Veſtes phœniceæ. Ouid. 12. Metamorph. 21.

Phœnícias] uentus ab ortu ſolſtitiali, media regione inter ortum brumalem & meridiem flat. Plin. lib. 2. cap. 47.

Phœnicobalanus] φοινικοβάλανος, Palmæ Aegyptiæ fructus præmaturitate nigreſcens, ueſcentesq; inebrians. Qui uerò adhuc Viridis ante maturitatem decerpitur, adipſos appellatur. Plin. lib. 12. cap. 22, Myrobalano ſimilem in unguentis, proximumq; uſum habet palma in Aegypto, quæ uocatur adipſos uiridis, odore mali cotonei, nullo intus ligno. Colligitur autem paulò antè quàm incipiat matureſcere. Quod relinquitur phœnicobalanus uocatur, & nigreſcit, ueſcentesq; inebriat.

Phœnicopterus] phœnicopteri, penult. corr. m. g. (φοινικόπτερος) Auis rubentes pennas habens, Græci uocant φοινίκιον rubrum: & πτερὸν alam. Iuuenal. Satyr. 11. 14,

Et Scythicæ uolucres, & phœnicopterus ingens. Plin. lib. 10. cap. 48, Numidicæ in parte Africæ Numidia, omneſq; iam in Italia, phœnicopteri linguam præcipui ſaporis eſſe.

Phœnicuſſa] φοινικοῦσσα, Vna ex Vulcanijs inſulis apud Plinium, lib. 3. cap. 9.

Phœnicurus] φοινικοῦρος, auis à candæ rubedinæ ita dicta, quæ hyberno tempore Eritacus appellatur. Plin. lib. 10. cap. 29. Vulgò apud nos Coarous dicitur, parumq; à Luſcinio la diſſat. Quamdiu fœmina aut ouis, aut pullis incubat (nidificat uerò in pertuſa arbore) tandiu maſculus quaſi lugeret pipiſſat. Auis eſt, quamuis minima, tamen ſuperbiſſima, & inuidiæ pleniſſima: unde & locum fecit prouerbio de duobus ſe inuicem non ferentibus: Vnicum arbuſtum duos non capit Eritacos.

Phœnix] huius Phœnicis, pen. prod. (φοίνιξ) ut nonnulla aſſerunt, filius fuit Agenoris regis, & frater Cadmi: uel, ut alij etiam ferunt, Agenoris pater, à quo regio in qua habitabat, Phœnicia dicta. Fuit & Phœnix, Amyntoris filius, teſte Homero 8. Iliados. Ouid. 8. Metam. 62,

Hippotuſq;, Dryaſq;, & cretus Amyntore Phœnix.

Reuerendus Achilli Phœnix. Stat. 3. Sylu. 2. 20.

Phœnix ſe à Peleo patre Achilli iuueni comitem eſſe datum dicit ad bellum, at illum efficeret oratorem uerborum, actoremq; rerum. Cic. 3. de Orator. 32.

Phœnix Homerus. Quintil. lib. 2. cap. 3. 9.

Phœnix] Phœnicis, dubij gen. (φοίνιξ) Auis. Plin. libro 10. cap. 2. 1, Aethiopes atq; Indi, diſcolores maximè & menarrabiles ferunt aues, & ante omnes nobilem Arabia phœnicem: haud ſcio an fabulosè, unum in toto orbe nec uiſum magnopere. Aquilæ narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cætera purpureus, cæruleam roſeis caudã pennis diſtinguentibus, criſtis faciem, caputq; plumeo apice honeſtante. Primus atq; diligentiſſimus togatorum deeo prodidit Manilius Senator ille maximus, nobilis doctrinis doctore nullo: neminem extitiſſe qui uiderit ueſcentem: ſacrũ in Arabia ſoli eſſe, uiuere annis DCLX. ſeneſcentem caſia thuriſq; ſurculis conſtruere nidum, replere odoribus, & ſuperemori. Ex oſſibus deinde è medullis eius naſci primò ceu uermiculum, inde fieri pullum: principioq; iuſta funeri priori reddere, & totum deferre nidum prope Panchaiam in Solis urbẽ, & in ara ibi deponere. Ouid. 15. Metam. 79,

Vna eſt quæ reparet, ſeq; ipſa reſeminet ales:
Aſſyrij phœnica uocant. Vide illic plura.

Et uiuax phœnix unica ſemper auis. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 11.

Pholegandros] φολέγανδρος, inſula eſt una Sporadum, quam Aratus propter aſperitatem ferream uocat. Stephanus à Pholegandro Minois filio nomen accepiſſe ait.

Pholoe] φολόη, Mons eſt Arcadiæ, ut ſcribit Pomponius. Lucan. lib. 7, Scilicet ipſe petet Pholoen, &c.

Vertex Pholoes. Stat. 10. Thebaid. 44. Eſt etiam nomen mulieris. Virg. 5. Aeneidos,

Olli ſerua datur operum haud ignara Mineruæ
Creſſa genus Pholoe, &c.

Pholus] φόλος, Vnus fuit ex Centauris Ixionis ex Nube filius. Hic teſte Seruio in 8. Aeneid. Herculem ſuſcepit hoſpitio, quum ad expugnandos Centauros pergeret, dicẽte Lucano, Hoſpes & Alcidæ magni, Phole: &c. Tandẽ in nuptijs Pirithoi, orto prælio inter Lapithas & Centauros occubuit, dicente Virgilio lib. 2. Georg.

—letho domuit Rhœtumq; Pholumq;.

Phonaſcus] phonaſci (φωνασκὸς) Vocis pronuntiationisq; magiſter & moderator. Dictio Græca. Quintil. lib. 11, Sed cura non eadem oratoribus quæ Phonaſcis. Sueton. de Auguſto, cap. 84, Pronuntiabat dulci & proprio quodam oris ſono, dabatq; aſſiduè phonaſco operam. Is enim uocem intorquere, remittere, lenire, exaſperare docebat. Facto nomine à uerbo φωνέω, quod ſignificat loquor.

Phonos] φόνος, herba eadem quæ Atractylis, ita dicta ab eo quòd ſanguineum fundat ſuccum. Plinius libro 12. cap. 16.

Phorbas] huius Phorbantis (φόρβας) teſte Seruio, pater Ilionei Troiani, Aeneæ in fuga comitis: Mercurio deo eloquentiæ fauente ſemper pugnauit. Vnde Virgil. 5. Aeneid. 169,

—puppiq; deus conſedit in alta
Phorbanti ſimilis, fiditq; hos ore querelas.

Phorbion] herba eſt, quam Dioſcorides ormium appellat. Galenus lib. 8. de ſimplici medicam. facultatibus, cap. 159, Phorbij (inquit) ſemina ad leucomata, hoc eſt, albugines, cum melle applicant.

Phorcus] φόρκυς, apud Græcos dicitur Phorcys: filius fuit Theſeæ Nymphæ & Neptuni, ut Seruius eſt author.

Chorus Phorci. Virg. 5. Aeneid. 48.

Exercitus Phorci. Virg. 5. Aeneid. 189.

¶ Phorcas, pictor ac ſculptor egregius: de quo ſic Plin. libro 36. cap. 5, Item Tritones, chorusq; Phorci & Priſtes, ac multa alia marina, omnia eiuſdem manus, præclarum opus etiam ſi totius uitæ fuiſſet.

Phorcys] φόρκυς, Pater fuit Meduſæ: unde Phorcynis, nomine patronymico, ipſa dicitur. Ouid. 5. Metam. 46,

Dixit: & in partem Phorcynida tranſtulit illam.

¶ Phorcys, Phorcydos (φορκὺς) Aliud patronymicum. Proper. libro 3. eleg. 22. 2, Sectaq; Perſea Phorcydos ora manu.

Phormio]

Phormio] *nis, uel formio. Formiones (φορμίονες) tegetes sunt ex iuncis, aut straminibus contextæ, apud Vlpianum l. 12. §. 12. de instructo & instrumen. legat. in P.*

Phormio] *Philosophus, teste Cicerone 2. de Orat. Peripateticus, quum Annibal Carthagine expulsus Ephesum ad Antiochum uenisset exul: proq; eo, quod eius nomen erat magna apud oēs gloria, inuitatus esset ab hospitibus suis, ut eum si uellet, audiret: quūq; is se non nolle dixisset: locutus esse dicitur homo copiosus aliquot horas de imperatoris officio, & de omni re militari: tum, quū cæteri, qui illum audierant, uehementer essent delectati, quærebat ab Annibale quidnā ille ipse de illo philosopho iudicaret. Hic Pœnus, nō optimè Græcè, sed tamen libere respondisse fertur, Multos se deliros senes sæpè uidisse: sed qui magis quàm Phormio deliraret, uidisse neminē. Neq; mihi hercule iniuria: quid enim aut arrogantius, aut loquacius fieri potuit, quàm Annibali, qui tot annos de imperio cū Populo Romano omnium gentium uictore certasset, Græcū hominē, qui nunquam hostē, nunquā castra uidisset, nunquā deniq; minimā partem ullius publici muneris attigisset, præcepta de re militari dare? Hactenus Cicero.*

¶ *Phormio Crotoniata dux, bello nauali Lacedæmonios uicit. Huius meminit Theopompus in Philippicis. Fuit itē alter hoc nomine dux Athenienſium in bello Peloponneſiaco, ut ſcribit Thucydides lib. 2.*

Phormus] *φόρμος, Syracuſanus comicus, Epicarmi cōtemporaneus, Geloni tyranno familiaris, & filiorū ipſius altor, docuit fabulas ſeptem quas commemorat Athenæus.*

Phoroneus] *φορωνεύς, trium ſyllabarum, pen. prod. Primus Inachi fluuij filius: hic initio diſperſos populos in urbē coegit, appellauitq; Phoronicon. Author Volaterranus. Alij dicunt Phoroneum Argiuorum regem, filium habuiſſe Inachum, qui à ſe fluuium Inachum denominarit: quem fluuiū poſtea poetæ pro ipſo filio Phoronci accipiunt,*

Magnus Phoroneus. Stat. 1. Thebaid. 51.

¶ Phoroneus, pen. prod. Adiectiuum (*φορώνεος*) ut, *Matres Phoroneæ. Stat. 12. Thebaid. 93.*

Antra Phoronea. Stat. 3. Sylu. 2. 20.

A Phoroneo dicti ſunt Achiui Phoronei.

¶ Phorontides, pen. prod. (*φορωνίδαι*) Patronymicum maſc. quo nomine uocatur Inachus fluuius apud Senecam Thyeſte, 1. 23.

¶ Phoronis, Phoronidos (*φορωνὶς*) Patronimicum fœm. Ouid. 1. Metam. 134,

Nec ſuperum rector mala tanta Phoronidos ultra
Ferre poteſt. Io puellam intelligit.

Phoſphorus] pen. corr. (*φόσφορος*) Veneris ſtella dicitur, quæ Latinè Lucifer, ut teſtatur Cic. 2. de Nat. deor. 77, Martial. lib. 8. 12, Phoſphore redde diem.

Photinus] & Achilla, Pompeij Magni ex acie Pharſalica fugientis, imperio tamen Ptolemæi pueri regis Aegyptiorum, interfectores fuerunt. Alexander lib. 2. cap. 2. Hic eſt enim Ptolemæus ille puer, qui Pompeiū Magnū ex Pharſalo fugientē miniſtro Achilla, & Photino miſeranda nece affecit.

Phoxon] *φοξόν, figura capitis deprauata, nō oblongæ ſphæræ ſimilis, ſed quæ eſt acuminato uertice, Galenus lib. ſingul. de oſſibus ad Tyron. cap. 1.*

Phraates] Rex Parthorum & Perſarū fuit: de quo ſic Strabo lib. 6, Itaq; nō tropæa Romā miſerunt Parthi, quæ aduerſus Romanos quondam erexerant, uerumetiam liberos ſuos Cæſari Auguſto credidit Phraates. Huius meminit & Horat. lib. 8. Epeſt. 12.

——ius imperiumq; Phraates
Cæſaris accepit genibus minor, &c.

Phragmitis] *radix recens tuſa luxatis medetur, & ſpinæ doloribus ex aceto illita. Phragmis herba eſt Plin. lib. 32. cap. 10.*

Phranicates] *Parthorum imperator ille, qui cum Ventidio apud Trapezunta decertauit. Strabo lib. 16.*

Phraortes] *φραόρτης, Rex Indorum, de quo Philoſtratus in Vita Apollonij.*

Phraortes, filius Herodis regis Perſarum, occiſo patre, regnū occupauiſſe dicitur. Horat. 2. Carm. ode 2. 4,

Redditum Cyri ſolio Phraorten
Diſſidens plebi, numero beatorum
Eximit uirtus. Quidam tamen hoc loco Phraoten legunt, alij Phrahaten. ut neſcias de quo loquatur Horat. Idē, 1. epiſt. 12. 6,

——ius, imperiumq; Phraotes
Cæſaris accepit genibus minor.

Phraſis] *huius phraſis, fœ. gen. (φράσις) Eloquētiæ corpus, inquit Quintil. lib. 10. cap. 1. & dicendi modus. Dicta ἀπὸ τοῦ φράζειν, quod eſt fari & differere.*

Phratriæ] *de quibus meminit in Politicis Ariſtoteles, ſunt cōuentus quidam hominum, aut etiam conuenticula, quaſi pagi, propria ſibi ſacra peculiaraq; communiter habentiū: ab eo dictæ phratriæ, quòd communi puteo utantur, quod Græcè φρεὰρ dicitur. Quo nomine primum quas confratrias hodie dicimus, id eſt, communem quandam religionem, appellatus eſſe putant, non autem ab eo quòd fratres ſint illi inter quos cultus ille ſanctorum quorundam intercedit. φρατρία, ας, ἡ, conuenticulum, ſecta, ſodalitas, tribus, contubernium.*

¶ *Phratores, Græcè dicūtur, qui eiuſdem ſunt phratriæ: ut tribules, qui eiuſdem ſunt tribus.*

Phrenes] *φρένες, dicuntur à Græcis præcordia, quæ extā nuncupant. Galenus lib. 5. de interioribus, docet diaphragma dici phrenas: eo quòd propter apoſtema diaphragmatis, gignatur phrenitis. Ariſtoteles præcordia dici autumat phrenas, à mente & prudentia, quæ Græcè dicitur φρόνησις. Subtilitas enim mētis, ut ait Plin. præcordijs accepta fertur.*

¶ Phrenitis. pen. prod. huius phrenitidis (*φρενῖτις*) Morbus lædens mentem, & ad inſaniam, furoremq; deducens. Morbus acutus in febre ſuperueniens, quum ægrotātes deſipiunt, & aliena loquuntur. Quidam uolunt phrenenitidem appellari.

¶ Phrenelis, huius phrenelis, pen. prod. f. g. (*φρένηλις*) Idē Iuuenal. Satyr. 14. 14,

Quum furor haud dubius, quū ſit manifeſta phrenelis.

Martial. lib. 4. 36. Plin. lib. 24. cap. 9. 7, Semen inſtillatur in oleo decoctum capiti in lethargia & phrenesi,

¶ Phreneticus, pen. corr. (*φρενητικὸς*) Qui phrenesi laborat. Mart. lib. 11. 29,

Inuaſit medicus ſica phreneticus Eueli. Cic. 1. de Diuin. 139. Ego autem haud ſcio an nec cardiacis hoc tribuendum ſit, nec phreneticis.

Phricius] *mons Locrenſium, à quo Cumus ciuitas Phriconia dicta eſt. Strab. lib. 12.*

Phrixa] *φῆρα, Vrbs Peloponneſi triginta non amplius ſtadijs ab Olympia diſtans, alio nomine Pheſtus appellata. Hinc Phrixeus, a, um, gentile. Stephanus.*

Phroneſis] *huius phroneſis, pen. prod. f. g. (φρόνησις) Prudentia. Cic. 1. Offic. 214, Prudentiam enim quam Græci φρόνησιν dicunt, aliam quandam intelligimus, quæ eſt rerū expetendarum fugiendarumq; ſcientia.*

Phroneſium] *φρονήσιον, meretriculæ nomen eſt apud Plautum: Latinè prudentiam ſonat.*

Phryganion] *animal quoddā, qd' ſe ignorare Plin. ait, quū tamen remedio eſſe quartanis ex Chryſippo idem author commemoret, lib. 30. cap. 11.*

Phrygia] *φρυγία, regio minoris Aſiæ, à Phryge amne, q eā à Caria diuidit. Vel à Phrygia Cecropis filia, ubi Dardania, à Dardano Iouis filio: inde à Troe, Erichthonij Dardani filio, Troia: in qua Ilion. Vel à Phrygio oppido Macedoniæ, ſiue Brygio: unde colonos profectos aiunt in Phrygiā. Duæ tamen feruntur Phrygiæ, maior ſcilicet & minor, quæ Epictetus dicta fuit. Phrygia ab Aquilonis parte eſt Galatiæ collimitata, à Meridie Lycaoniæ Piſidiæ Mygdoniæq; contermina. In ea eſt Ida mons, & Tmolus, & Pactolus fluuius. Meminit Cic. in Orat. 13.*

De Phrygia & Phrygibus ſcribit Plin. lib. 5. cap. 32.

Pinguis Phrygia. Horat. 2. Carm. ode 12. 5.

¶ Phryx, Phrygis (*φρυξ*) Qui ex Phrygia eſt. Dicitur & Euerſi Phryges. Seneca Troad. 6. 25. (Phrygius.

Ruricolæ Phryges. Ouid. 11. Metam. 19.

Serò ſapiunt Phryges. Hoc prouerbium ex uetuſtiſſima tragœdia Liuij Andronici mutuo ſumptum eſt, quæ inſcribitur Equus Troianus, Serò ſapiunt Phryges. Cic. ad Trebatium lib. 7. 16. 1, In equo Troiano ſcis eſſe in extremo, Serò ſapiunt. Conuenit in eos, quos ſtultè factorum ſerò pœnitet. Siquidem Troiani tot tam acceptis cladibus, uix decimo demum anno de reſtituenda Helena conſultare cœperunt: quā ſi ſtatim initio reposcenti Menelao reddidiſſent, innumerabilibus ſeſe calamitatibus ſubduxiſſent. Eraſmus.

Phryx plagis emendatur. In barbaros ſeruiliq; ingenio homines dicitur, qui non pudore, neque monitis, ſed uerberibus redduntur meliores: quum contrà generoſus animus, ut ait Seneca, rectius ducatur, quàm trahatur. Cic. pro Flac. 51, in teſtes Aſiaticos, Aſia ueſtra conſtat ex Phrygia, Myſia, Caria, Lydia. Vtrum igitur noſtrum eſt, an ueſtrum hoc uetus prouerbium, Phrygem plagis fieri ſolere meliorem? Ex Eraſmo.

¶ *Phrygio, phrygionis, m. g. (φρυγίων) Qui acu pingit, uel qui ueſtes acu intexit. Phryges enim primi inuenere talem texturam. Plin. lib. 8. cap. 48. 5. Plautus Aulul. 19. 36,*

Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius.

¶ *Phrygius, Adiect. (φρύγιος) Qui ex Phrygia eſt. Cic. pro Roſc. Amer. 54, Quis ibi nō eſt uulneratus ferro Phrygio?*

Aequor Phrygium. Virg. 1. Aeneid. 77.

Arces Phrygiæ. Ouid. 13. Metam. 9.

Cantibus Phrygijs incitari. Cic. 1. de Diuinat. 185.

Cateruæ Phrygiæ. Lucret. lib. 2. 124.

Clades Phrygia. Ouid. 13. Metam. 112.

Homo Phrygius. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1. 29.

Iudex Phrygius, Paris. Catull. in Epithal. 56. 4.

Lapis Phrygius, Marmor. Horat. 3. Carm. ode 1. 9.

Phrygius lapis gentis nomen habet: eſt autem gleba pumicoſa. Plin. lib. 36. cap. 19. 6.

Mater Phrygia, Cybele. Ouid. 2. Faſt. 11.

Nemus Phrygium. Catul. de Berecynth. epigr. 58. 1.

Vrbes Phrygiæ. Virg. 6. Aeneid. 157.

¶ *Phrygianus, penult. product. (φρυγιανὸς) Adiectiuum: ut, Phrygianæ ueſtes: hoc eſt acu contextæ, & ſilis aureis decoræ. Plinius libro 8. cap. 48. 6, Togis raſis, Phrygianaſq;, D. Auguſti nouiſſimis temporibus cœpiſſe, ſcribit Feneſtella.*

Phryne] *φρύνη, Nomen meretricis apud Athenas, de qua Quintil. lib. 2. cap. 15. 6.*

Phryne, Puellæ nomen libertinæ, apud Horatiū. Epod. 14. 3,

Phrynicus] penult. corr. (*φρύνιχος*) Athenienſis tragicus, Theſpiadis diſcipulus, qui primus multum fœmineum protulit in ſcenam, & tetrametrum reperit: filium habuit Polyphradmonem poetam, & ipſum tragicum: docuit tragœdias nouem.

¶ *Phrynichi lucta. Diogenianus indicat dictitari ſuetum de iis qui aſtu doliſq; negocium peragunt. fuit is Phrynichus Lacedæmoniorum proditor. Ex Eraſmo.*

Phrynion] *φρύνιον, herba eadem cū Paronychia, ita dicta quod τοῖς φρυάνοις, hoc eſt, rubetis aduerſetur. Plin. lib. 25. cap. 10.*

Phrynis] *φρῦνις, Citharœdus nobilis fuit, patria Mytilenus, diſcipulus Ariſtoclidis, qui genus ſuū ad Terpandrū referebat. Hic primus Athenis uiſus eſt citharœdus, Callia ſummum magiſtratum gerente. Vide de eo apud Suidam.*

Phrynondas] *φρυνώνδας, Viri propriū, qui quū eſſet hoſpes Athenis, in negocijs Peloponneſiacis uerſabatur, homo uerſutus, maleficus, impoſtor, ſummus malorū rerū artifex: ut hominis uocabulū in rei tranſierit appellationē. Etenim quoties inſigniter malū & ſceleratū accipi uolebant, Phrynondam appellabant. Hinc prouerbium, Phrynondas alter, de improbo. Huius meminit Lucian. in Pſeudomante, inter nobiles facinoroſos.*

Phrynos] *φρῦνος, à Græcis ranæ genus appellatur omniū maximum, in uepribus tantùm uiuens, unde & Rubetam Latini appellant. Plinius lib. 32. cap. 3, rubetas huiuſmodi plenas ueneno malo eſſe ait.*

Phryx] *gis, fluuius qui Phrygia, cui & nomen dedit, à Caria diſterminata, in Hermum Smyrnæ amnem influit. Plinius libro 5. cap. 29.*

Phryxus] *φρίξος, Athamantis regis Thebarum filius, fratérq; Helles, ut ſcribit Heſiodus: qui quum nouercales inſidias ferre nō poſſent, & conſenticnte patre aufugerent, in Aſiamq; traijcerent, uecti ariete, cuius uellus erat aureum, Helle puellari more exterrita, decidit in Pontum. Lucan. lib. 4. 12,*

——delapſæ portitor Helles. Phryxus autem incolumis euaſit, Colchoſq; peruenit. De quo Iuſtinus lib. 42.

Aeolius Phryxus. Valer. 6. Argon. 109.

Aequoreus. Stat. 5. Thebaid. 95.

Gratus. Valer. 5. Argon. 80.

Pius. Valer. 2. Argon. 121.

Profugus. Valer. 1. Argon. 106.

¶ *Phryxeus, pen. prod. Adiectiuum (φρύξειος) ut, Aries Phryxeus. Seneca Medea, 7. 9.*

Mare Phryxeum. Seneca Herc. Oetheo, 7. 8.

Ouis Phryxea. Ouid. epiſt. 6. 21.

Vellera Phryxea. Ouid. 7. Metam. 2.

Phthia] *φθία Oppidum eſt Theſſaliæ, Achillis patria, ut ſcribit Seruius in illud Virgilij 1. Aeneid. 58,*

Quum domus Aſſaraci, Phthiam, clarasq; Mycenas
Seruitio premet, ac uictis dominabitur Argis. Hinc

¶ *Phthius (φθῖος) gentile: ut, Vir Phthius. Propert. 2. eleg. 14. 8.*

Achilles Phtius. Horat. 4. Carm. ode 6. 1.

¶ *Phthiota, phthiotæ, penul. prod. (φθιώτης) Qui Phthiam habitat. Cicero 1. Tuſcul. 34, Primo libro loquentes multos ſacit, duobus Pherecratem quendam Phthiotam ſenem, quem ait à Deucalione ortum, &c.*

¶ *Phthiothia (φθιῶτις) Straboni libro 9. una è quatuor partibus Theſſaliæ.*

¶ *Phthioticus, penul. corrept. Adiectiuum (φθιωτικὸς) Catul. Argonaut. epigr. 59. 7,*

Deſeritur Scyros, linquunt Phthiotica Tempe.

Phthiriaſis] pen. corr. (*φθειρίασις*) Latinis dicitur morbus pedicularis, *ἀπὸ τῶν φθειρῶν*, quos & pedes & pediculos uocamus. Plin. lib. 20. cap. 1. 5, Sic & contra phthiriaſin bibitur, & hydropiſes.

Phthirophagi] *pen.corr.* (φθειρόφαγοι) *Populi sunt iuxta Pontum Euxinum, de quibus Strabo lib.11.*

Phthisis] *huius phthisios, f.g.* (φθίσις) *Tabes, morbus quo pulmonis exulceratio fit ex pituita à capite distillante,* ἀπὸ τοῦ φθίνειν, *quod est tabescere: unde phthisici uocantur. Sunt qui phthisin, phthonem quoq; appellant: sed illud genus maximè quo sanguis reijcitur. Quali morbo laborasse Theopompum, & ab Aesculapio curatum tradunt. Colum. lib. 6. cap. 14. 1. Iuuenal. Satyr. 13. 11.*

Et phthisis, & uomicæ putres, & dimidium crus.

Phthisis præterea, ut tradit Paulus Aegineta Medicinæ tertio, est pupillæ affectio angustioris factæ debilioris q; , ac etiam rugosioris: in qua paulò maiora sese ostentant obiecta.

Phthongus] φθόγγος, *sonus Latinè dicitur: unde Diphthongus. Plin. de harmonia diapason, lib. 2. cap. 22. 2, In ea Saturnũ dorio moueri, Mercuriũ phthongo, Iouẽ phrygio, et in reliquis similia iucũda magis quàm necessaria subtilitate.*

Phthongarium] φθογγάριον, *Tibiarum genus est, quibus Phonasci modos uocis & tenores regebant, qualis erat fistula Gracchi, quam tonorium uocat Quintilianus. Meminit in pneumaticis Hero. Ex Turnebo.*

Phthoria] *sunt medicamẽta quibus medici utuntur abigendis infantibus in utero enectis: quæ ecbolia quoq; dicuntur, id est, eiectoria. Plinius de scammonite uino, lib. 14. cap. 16. 9, Hoc uinum (inquit) phthorium uocant, quoniam abortus facit. Sic enim in antiquis exemplaribus legitur manu scriptis: licet in impressis ectromatium legatur, uerbum subditium.*

Phthuris] φθῦρις, *Aethiopiæ oppidũ unum ex his quæ C. Petronius, quum ab Augusto Aegypto præfectus esset, expugnarit. Plin. lib. 6. cap. 29.*

Phu] φῦ, *uocant aliqui Nardon Agrion, siue Criticum, folio oleris atri, caule cubitali, geniculato in purpura albicante, radice obliqua uillosa q;, & imitante auium pedes. Dioscorides lib. 1. & Plin. lib. 12. cap. 12. Officinæ Valerianam maiorem nominantur.*

Phuthei] *Populi Mauritaniæ, quorum originem refert Iosephus ad Futh filium Cham, filij Noe.*

Phy] *ὦ interiectio mirantis, teste Donato. Terent. Adelph. 3. 3. 59, Syre, præceptorum plenus istorum ille.*

s. Phy: domi habuit unde disceret?

Phycis] *fœm.gen.* (φυκὶς) *Piscis est uerno tempore uarius, reliquis anni partibus candidus, ex alga nidificans, & in nido ouа pariens. Plin. lib. 9. cap. 26.*

Phycites] φυκίτης, *gemma algæ colorem habens. Plin. lib. ultimo, cap. 18.*

Phycos] φῦκος, *Frutex. Plin. lib. 13. cap. 25. 1, Non habet lingua alia nomen, quod Græci uocant Phycos: quoniam alga herbarum magis uocabulum intelligitur: hic autem est frutex: folia lata colore uiridi gignit, quod quidam præson uocant, alij zostera. Alterum genus eiusdem capillaceo folio, simile fœniculo, in saxis nascitur: superius in uadis haud procul litore.*

Phycus] *Phycontis* (φυκὸς) *Cyrenarum promontorium, ut scribit Plin. 4. cap. 12. Lucan. lib. 9. 8,*

— tunc ausum classi præcludere portus,
Impulit, ac sæuas meritum Phycunta rapinas Sparsit.

Phycussæ] φυκοῦσσαι, *insulæ sunt Lybiæ adiacẽtes, ita dictæ ab algæ copia, quæ φῦκος à Græcis appellatur. Stephanus.*

Phygela] *oppidum in Pannonia à fugitiuis conditum. Plin. lib. 5. cap. 29.*

Phygethlon] *pen. corr.* (φύγεθλον) *Tumor est non altus, sed latus, in quo quiddam pustulæ simile est. Dolor distensioq; uehemens est, & maior quàm pro magnitudine tumoris, interdum ètiã febricula: idq; tardè matureſcit, neq; magnopere in pus conuertitur. Fit maximè aut in uertice, aut in alis, aut in inguinibus. Panem ad similitudinem figuræ nostri uocant. Hactenus Celsus lib. 5. cap. 28.*

Phylaca] *phylacæ, pen. corr.* (φυλακὴ) *Locus custodiæ, carcer. Plaut. Capt. 12. 93, Illic est abductus recta in phylacam, ut dignus est.*

¶ Phylacista, phylacistæ (φυλακιστὴς) *Custos carceris. Plaut. Aulul. 15. 45, Trecenti constant phylacistæ in atrijs.*

¶ Phylaceius, Adiectiuum (φυλακήϊος) *Ouid. 5. Trist. eleg. 15. 8, Vt uiuat fama coniux Phylaceia, &c. Id est, Laodamia Protesilai uxor, qui ex patria erat Phylaca.*

Phylacæ] φυλακαὶ, *oppidum est Phthiotidis regionis Thessaliæ, cuius meminit & Homer. in Catalogo nauium. Ouidius lib. 3. de Arte amandi,*

— Phylacides aberat, &c.

Phylacterium] φυλακτήριον, *Græca dictio est, ἀπὸ τῆ φυλάττειν, hoc est, à custodiendo, asseruando, siue tuendo deducta, significatq; modò antidotum, quo nos aduersus uenena tuemur & præmunimus, modò locũ custodiæ destinatũ. Hoc etiã nomine dicebãtur Phariseorũ tabulæ, siue mẽbranæ Decalogi præcepta inscripta habẽtes: quas illi & frontẽ & brachijs affigebant, ut eorũ oculis nunquã non obuersarentur. Qua de re sic scribit Erasmus in Matthæum: Pharisei, quo uiderentur admodũ obseruantes legis, scribebant Decalogum in membranis, seu duobus uoluminibus, quorum alterum fronti coronæ uiæ, circumponebant; alterum brachio, ut siue quo manum porrigerent, essent in conspectu: siue caput mouissent, ob oculos essent. Hunc morem testatur Hieronymus ad suam usq; ætatẽ duraſſe apud Iudæos, Persas, ac Babylonios: atq; eos qui id facerẽt, apud illos habitos ceu religiosos, quasi sic præstarẽt id quòd Deus iuberet per Mosen, seruari præcepta sua. Hæc Erasmus.*

Phylarchus] φύλαρχος, *ordinis siue dignitatis nomen in Equestri militia. Erat enim equitatus diuisus in classes quasdam, quas illi φυλὰς appellant, quibus qui præerant φύλαρχοι appellabantur. Omnes autem uni parebant Hipparcho, hoc est, equitatus totius præfecto: quem Latini sub dictatore magistrum equitum appellabant. Fuit item hoc proprium nomen historici cuiusdam Atheniensis, siue Sicyonij, aut, ut alij malunt, Naucretiæ, qui Pyrrhi Epirotæ bellum aduersus Poloponnesios, libris uigintiocto conscripsit: item, alia complura, quæ recensentur à Suida.*

Phyleus] φύλευς, *Iouis filius, & pater Megetis uiri fortissimi, qui in bello Troiano præfuit Dulichijs, Echinadiumq; insularum incolis. Homer. in Catalogo nauium.*

Phyllanthes] φυλλάνθης, *herba est ex genere aculeatarũ, sed mitioribus aculeis, ab radice tantum folia. Plinius libro 21. cap. 16.*

Phyllanthion] φυλλάνθιον, *cognomento dysticon, herba est Democrito, purpuram tingentibus utilis. Hermol. in Corol.*

Phyllis] *huius Phyllidis, pen. corr.* (φύλλις) *inquit Seruius regina Thracum fuit, & Lycurgi Thracum regis filia. Hæc Demophoontem Thesei filium regem Athenienſium redeuntem de Troiano bello dilexit, & in coniugium suum rogauit: ille ait ante se ordinaturum rem suam, & sic ad eius nuptias reuersurũ. Profectus itaq; quũ tardaret, Phyllis & amoris impatientia, & doloris impulsu, quòd se spretã esse credebat, laqueo uitam finiuit, & conuersa est in arborem sui nominis, id est, amygdalũ sine foliis. Postea reuersus Demophoon, cognita re eius amplexus est truncum, qui, uelut sponsi sentiret aduentum, folia emisit. Vnde etiam phylla sunt dicta à Phyllide, quæ antè petala dicebãtur. Sic Ouidius*

dius in Metamorphoseon libris. Hæc Seruius enarrans illud Virgilij eclogæ 5,

Incipe Mopse prior, si quos aut Phyllidis ignes,
Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri.

Rhodopeia Phyllis. Ouid. 2. 1.

Phyllis nutrix Domitiani imperatoris. Suetonius in Domitian. cap. 17.

Phyllis, amnis Bithyniæ, à quo Phylli, Phyllicenses q; dicuntur, ut ait Strabo.

Phyllon] φύλλον, *Spina est sine caule, sine flore, sine echino, foliis longis, aculeatis & lactucæ similibus. Alijs nominibus Polygonaton appellatur, & leucacantha. Plinius lib. 22. cap. 16.*

Phyllus] *li* (φύλλος) *siue Phyllus, Phylluntis* (φυλλῦς Stephano) *oppidum Thessaliæ in tractu Phthiotidis: à quo Apollo Phylleus cognominatus est. Strabo lib. 9.*

Phyma] *phymatis, pen. corr. neut. gen. Celsus libro 5. capite 28, Phyma est tuberculum furunculo simile, sed rotundius. & planius, sæpe etiam maius. Nam furunculus ori dimidij magnitudinem raro explet, magnam excedit: Phyma etiam latius patère consueuit, sed inflammatio dolorq; sub eo minores sunt. Vbi euulsum est pus, eodẽ modo apparet uentriculus: quod in furunculo non inuenitur. Verum omnis corrupta caro in pus uertitur. Idem lib. eodem, cap. 18, Aristonis malagma etiam recentia phymata, doloresq; omnes discutit.*

Physa] φύσα, *Piscis quidam ex genere testaceorum Nilo fluuio peculiaris. Strab. lib. ult.*

Physco] *nis, Nomen cuiusdam principis Alexandrini, quo domiñante Polybius Alexandriam profectus est. Strabo libro 16.*

Physcus] *sci* (φύσκος) *Cariæ oppidum è regione Rhodi insulæ. Strabo lib. 14, Stephanus aliam eiusdem nominis urbem collocat in Locride, quam dictam uult à Physico Aetoli filio, Amphyctionis nepote, pronepote uerò Deucalionis.*

Physemata] *sunt conchæ, quæ audito tonitru pauent, ac repentè comprimuntur. Plin. lib. 9. cap. 35.*

Physes] *sunt gemmæ, quæ ad naturalium similitudinem effectæ sunt ab artificibus. Plin. lib. 37. cap. 12.*

Physeter] *pen. prod. physeteris, pen. prod m.g.* (φυσητὴρ) *Genus piscis marini, admirabili magnitudine. A' φυσάω, spiro, uel sufflo. Plin. lib. 9. cap. 4, Maximum animal in Indico mari pristes & balæna est: in Gallico Oceano physeter, ingentis columnæ modo se attollens, altioremq; nauium uelis diluuiem quandam eructans. Auienus in Arato,*

Delphino: uirides, & physeteres anhelos.

Physeteres aiunt plurimum nauigantibus nocere. De illis ex Nearcho scribit Strabo lib. 15.

Physis] *fœm. gen.* (φύσις) *Latinè natura dicitur.*

¶ Physicus, pen. corr. Adiect. (φυσικὸς) *Naturalis.*

Ratio physica. Cic. 2. de Nat. deor. 79.

¶ Physica, physicæ, pen. corr. (φυσικὴ) *Cic. 1. Acad. 37, Sed enitar ut Latinè loquar, nisi in huiusce modi uerbis, ut Philosophiam, aut Rhethoricam, aut Physicam, aut Dialecticam appellem.*

¶ Physica, physicorum, n.g. (φυσικὰ) *ut, Physica Aristotelis, Libri qui de rebus naturalibus tractant.*

Ne physicorum quidem ignarum oratorem esse uolo. Cicero in Orator. 65.

In physicis, quibus maximè gloriatur, totius est alienus Epicurus. Cic. 1. de Finib. 26.

Explicare aliquid physicum. Cic. 2. de Diuin. 183.

¶ Physicus, physici, penultima correpta (φυσικὸς) *Qui physicæ dat operam. Cic. 1. de Natura deorum, 104, Sed tu hoc physicæ non uides, quàm blanda conciliatrix, & quàm sui ſit lena ipsa natura.*

Speculator uenatorq; naturæ physicus. *Cicero 1. de Natura deorum, 112.*

¶ Physicè, pen. corr. Aduerbium (φυσικῶς) *Cic. 3. de Nat. deor. 24, Eodemq; tempora illa omnia quæ à te physicè dicta sunt de ui ignea, deq; eo calore, &c.*

¶ Physiologus, physiologi, pen. corr. (φυσιολόγος) *De naturis differens.*

¶ Physiologia, physiologiæ, pen. corr. (φυσιολογία) *Cic. 1. de Nat. deor. 30, Hunc censes primis, ut dicitur, labris gustasse physiologiam, id est, naturæ rationem, quicquam, quod ortum sit, putet æternum esse posse?*

Rationem naturæ physiologiam Græci appellant. Cic. 1. de Diuinat. 149.

Peruertere physiologiam. Cic. 2. de Diuin. 55.

¶ Physiognomia, physiognomiæ (φυσιογνωμία) *Naturæ regula: nam id uerbum significat morum naturarumq; hominum, ex inspectione uultus prædictionem.*

¶ Physiognomus, physiognomi, pen. prod. (φυσιογνώμων) *uel Physiognomon, physiognomonis, Qui hominum mores ex corpore uultuq; cognoscit. Cic. de Fato, 16, Quid Socratem, nónne legimus quemadmodum notârit Zopyrus physiognomon, qui se profitebatur hominum mores, naturasq; ex corpore, oculis, uultu, fronte pernoscere.*

Phytecusa] *Legendum Pithecusa. Vide suo loco.*

Phyteuma] *herba est amatoria, quam ob id contemnunt, qui de herbarum uiribus aliquid scriptum accuratius requerunt. Vide Dioscoridem lib. 4. cap. 125. Plin. lib. 27. cap. 12.*

Phython] *Vide Python.*

P I

Piabilis, Piacularis, Piaculum] *Vide Pio.*

Pialæ] *arum, populi in Scythia, qui cum Parthis ex æquo uiuunt ac degunt. Plin. lib. 6. cap. 17.*

Piam] *syllabica adiectio, quæ ornatus tantùm causa ponitur: ut Quispiam.*

Piamen, Piator, Piatrix] *Vide Pio.*

Piasus] *Pelasgorum dux, de quo sic Strabo scribit. In Larissa Phriconide dicunt Piasum coli: quem tradunt, quũ Pelasgorum dux esset, Larissæ filiæ amore captum fuisse: quumq; puellæ uiolentiam attulisset, contumeliæ pœnas luisse. nam quum uini dolium pronus inspiceret, puella (quòd rem resciuerat) illum per pedes captens & attollens in dolium deiecit. Strabo lib. 13.*

Pica] picæ (πίτται, κολοιὸς) *Auis, magnitudine palumbæ, alis uario colore, & præsertim cæruleo depictis, humana uerba proferens. Mart. lib. 14. 81,*

Pica loquax certa dominum te uoce saluto:
Si me non uideas, esse negabis auem. *Idem lib. 1. 49,*
Improba Cecropias ostendit pica querelas. *Plinius lib. 10. cap. 33. 6, Picæ quum diligentius uisum ab homine nidum sensêre, ouа transferunt aliò.*

Pica alia est, sub uentre alba, superius nigra, quæ uaria appellatur. Ouid. 5. Metam. 60,

Insiterant ramis imitantes omnia picæ.

Pica, est in grauidis languor ille & mollities dissoluti & cuncta fastidientis stomachi. Dictum ab aue pica, quoniam eiusmodi aues uaria solent appetere quum sunt prægnantes. Vide Malacia.

¶ Pica, inquit Paulus Aegineta lib. 1. cap. 1, circa tertium mẽ-

ximè fit imprægnationis mensem: eo quòd fœtus tũ non possit totum id quod pro alimenti ratione ad uterum affertur, consumere, nimirum imbecillior, ita ut ex hoc ipso uariæ in stomacho superfluitates redundent. Vnde etiam uaria & absurda appetunt, uelut carbones extinctos, cimoliam terrã, & alia multa. Hæc enim de causa etiam appellationem hanc affectio ipsa adepta est, ob picæ animalis uarietatẽ, aut quòd etiam illa sæpe hac affectione corripitur.

¶ Picæ, apud Festum sunt Sphinges: unde & apud eum picati. Quanquam & pici, ex se picatos propagare possunt, qui Latinis sunt auidæ illæ uolucres, feræ griphes uocatæ, aurũ è cauernis penitùs egerentes. Annotauit Turnebus.

Picaria, Picatus] Vide Pix.

Picea] piceæ (πεύκη) Arbor eiusdem cum pinu generis, inquit Dioscorides, sed quandam flagitans specierum differentiam: differt enim à pinu picea, quòd pinguiori ac tenuiori folio est, quodq; minus alta, minusq; recta quàm pinus adsurgit: præterea & conum minorem ac magis algentem, nucleos quoq; resina perfusos gerit. Virg. 9. Aeneid. 18,

Lucus in arce fuit, summa quò sacra ferebant
Nigranti picea, trabibusq; obscurus acernis. Plin. lib. 14. cap. 20. 5, Fit è piceæ resina. In Hispania autem è piceastris minimè laudata. Idem libro 16. capite 10. 4. Ouid. 3. Met. 31.

Vallis erat piceis & acuta densa cupressu.

¶ Piceastrum, piceastri (ἀγριοπεύκη) Picea syluestris. Vide in Picea.

Picenum] pen. prod. (πίκηνοι) Regio Italiæ, in qua est Asculum, à pico Martio aue dicta, cuius ductu & auspicio Sabini, quum Asculũ proficiscerentur, in uexillo eorũ picus cõfederat. Nam sicut Strabo lib. 5. scribit, conditores Picentiũ è Sabinorum terra profecti sunt, à quibus orti sunt. Picenũ quondã uberrimæ multitudinis: nãq; trecentã & sexaginta millia Picentium in fidem pop. Rom. uenêre. Ea nunc Marchia Anconitana dicitur: uulgò, Marcha D'ancona. Incipit à Truento amne usq; ad Isaurum fluuium, qui nunc Folia dicitur: & hinc Apennino, hinc mari supero terminatur. Habet ciuitates Pisaurum, Fanum Fortunæ, Senam Gallicam, Vrbinum, Anconam, Camerinum, Firmum & Asculum.

¶ Picentes, siue Picentini (πικηνοί τες) Qui Picentum inhabitant. Cic. pro Sylla, 18, Aut igitur doceat Picentes solos non esse peregrinos, aut gaudeat suo generi me meum non anteponere.

Acies Picentum. Sil. lib. 10. 63.

¶ Picentinus, pen. prod. Adiect. (πικηντῖνος) Idem quod Picenus. Mart. lib. 13. 47,

Picentina Ceres niueo sic nectare crescit, &c. De pãnibus Picentinis.

¶ Picenus, pen. prod. Possessiuum (πικηνὸς) ut, Picenus ager, pro Picena regione. Cic. de elar. Orat. 28.

Tellus Picena. Silius lib. 8. 85.

Poma Picena. Hor. 2. Serm. Satyr. 3. 55.

Piceus, Pico, picas] Vide Pix.

Picris] huius picris, fœ. g. (πίκρις) Genus lactucæ, siue cichorei agrestis, ab amaritudine nomen trahens. Plinius lib. 21. cap. 17. 4, Amara & aphace, & quæ picris nominatur, & ipsa toto anno florens: nec ullum ei amaritudo imposuit.

Picrocholi] πικροχόλοι, in quibus abundat flaua bilis, quæ amara esse consueuit. Hippocrates de ratione uictus.

Pictatium] Vide Pyctatium.

Pictè, Aduerbium] Vide Pingo.

Pictones] pen. prod. (πίκτωνες) Galliæ populi, Ptolemæo lib. 2. cap. 7. Vlgò Poictou.

Pictor, Pictura] Vide Pingo.

Picumnus] πίκυμνος, Deus qui in sacris Romanis adhibebatur. Acmylius sacer in Theogonia,

Et nunc agrestes inter Picumnus habetur.

Picus] huius pici (δρυοκολάπτης) Parua auis est, uncorum unguium: cauat arbores, in quibus pullos educat, & scandit in subrectum, felium modo: dicta à Pico Saturni filio, qui ei nomen dedit. Plin. lib. 10. cap. 18.

Picus] πῖκος, Saturni filius, augur: de quo fabula talis est. Picum amauit Pomona, dea pomorum, & eius uolentis est sortita coniugium. Postea Circe quum eum amaret, & sperneretur: irata eum in auem picum Martium conuertit. nam altera est Pica. Hoc autem ideo fingitur, quia augur fuit: & domi habuit picum, per quem futura noscebat: quod Pontificales indicant libri. Hactenus Seruius, enarrans illud Virgilij 7. Aeneid. 38,

Ipse Quirinali lituo, &c. Vide Ouid. 13. Metamorph. 63. qui Picum canentem filiam Iani & Veniliæ uxorem habuisse ait.

Ausonius Picus. Valer. 7. Argon. 47.

Piden] oppidum in Aethiopia, ad sinum maris Rubri, ab Arabibus habitatum. Plin. lib. 6. cap. 29.

Pieres] pen. corr. (πιέρες) populi olim Macedoniæ finitimi, inter Actium & Aliacmonem amnes: quibus pulsis, Macedones loca eorum occuparunt. Plin. lib. 4. cap. 10. Strabo libro 10.

Pieria] πιερία, Mons & ciuitas Bœotiæ, quã primus Pierus Lini pater ædificauit, Musis sacer. Plin. lib. 4. cap. 8, Pierus dicitur. Est & regio Macedoniæ Plinio, eodẽ lib. cap. 10.

Pierides] pen. cor. (πιερίδες) inquit Sextus Pompeius, Musæ dicuntur, propter amœnitatem ac solitudinẽ Pierij montis, quo eæ secretis locis propter studia liberalia delectãtur. Hæc Sextus. Pierides, authore Perotto, à Pieria, quæ regio est Macedoniæ, dictæ. Cic. 3. de Nat. deor. Pierias & Pieridas è poetis appellari, quòd Pierio patre ex Antiopanate sint, author est. Vide Ouid. lib. 5. Met. Virg. 8. eclog. 11,

Hæc Damon: uos, quæ responderit Alphesibœus,
Dicite Pierides.

Lumẽ Pieridum. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 9. Sic uocat Cottã.

Sacris Pieridum imponere manum. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 6.

Studio Pieridum teneri. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. 13.

Nominatiuus singularis numeri est Pieris, huius Pieridis: & Pieri, in casu uocandi. Hor. 4. Carm. ode 3. 4,

— ô testudinis aureæ
Dulcem quæ strepitum Pieri temperas.

¶ Pierius, Possessiuum (πιέριος) unde Pierium carmen, Lucr. lib. 1. 193. Chorus Pierius, Ouid. ad Pisonem, 49.

Tutela chori Pierij Mecœnas. Ouid. ad Pisonem, 49.

Dies Pierij, Quos impẽdimus literarũ studijs. Stat. 1. Sylu. 3. 5.

Studijs Pierijs pollere. Claud. 5. Paneg. 30.

Via Pieria. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 13.

Pierus] pen. corr. (πίερος) Pater nouem puellarum, quæ in picas uersæ fuerunt. Ouid. 5. Metam. 61,

Pierus has genuit Pellæis diues in aruis.

Pierus] mons est in Thessalia, qui in Macedoniam protenditur. Plin. lib. 4. cap. 8.

Pietas] pen. corr. pietatis (σύνεσις, θεοσέβεια, ὁσιότης) Est (ut ait Cic. 2. de Inuent. 24) per quam sanguine coniunctis, patriæq; beneuolis, officium et diligens attribuitur cultus. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 1, Periucundæ mihi fuerunt literæ tuæ, quibus intellexi te perspicere meam in te pietatem. Quid enim dicam beneuolentiam, quum illud ipsum grauissimum & sanctissimum nomen pietatis, leuius mihi meritis erga me tuis esse uideatur? Virg. 1. Aen. 31,

Tum

Tum pietate grauem, ac meritis, si fortè uirum quem
Conspexêre, silent.

Iusticia erga parentes, pietas est. Cic. in Partit. 41.

Pietas, est uoluntas grata in parentes. Cic. pro Plancio, 65.

Nimia pietas & summus amor in patriam. Cicero pro Flacco, 74.

Pietas, Verus Dei cultus propriè intelligi solet. Cic. pro Domo sua, 82, Nec est ulla erga deos pietas, nisi honesta de numine eorum ac mente opinio: quum expeti nihil ab ijs, quod sit iniustum ac inhonestum, arbitrere te. Virg. 1. Aeneid. 3. de Aenea,

Insignem pietate uirum.

Pietas, sanctitas, religio, purè & castè deo tribuendæ sunt. Cic. 1. de Nat. deor. 5.

Fundamentum uirtutum omnium pietas est. Cicero pro Plancio, 23.

Egregius pietate. Virg. 6. Aen. 154.

Mira pietate egregius parens. Catul. ad Ianuam, epigr. 62. 6.

Magnus pietate & armis. Virg. 1. Aen. 110.

Potens pietate. Propert. lib. 3. eleg. 22. 5.

Abundans pietatis. Vide Abundo.

Honos pietatis. Virg. 1. Aen. 53.

Imago pietatis. Virg. 6. Aen. 81.

Solennia pietatis. Tacit. in uita Agricolæ. hoc est, ad parentalia.

Notæ pietatis uir. Ouid. 14. Metam. 89.

Vmbra mendax pietatis. Ouid. 9. Metam. 93.

Concors pietas. Ouid. ad Liuiam, 17.

Picta pietas. Stat. 5. Sylu. 3. 49.

Hilaris pietas. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1. 2.

Ignaua pietas. Stat. 12. Thebaid. 77.

Mitis pietas. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 7.

Spectata pietas. Ouid. 4. Fast. 8.

Spreta pietas. Catul. Argon. epigr. 59. 77.

Trepida pietas. Seneca Medea, 7. 2.

Temeraria pietas. Stat. 3. Sylu. 3. 39.

Velox pietas. Stat. 3. Sylu. 1. 3.

Adhibere pietatem. Vide Adhibeo.

Cauere pietatem. Vide Caueo.

Colere pietatem. Vide Colo.

Cole pietatem, quæ quum sit magna in parentibus & propinquis, tum in patria maxima est. Cicero in Somnio Scipionis, 12.

Colitur pietate propinquitas. Cic. pro Quintio, 13.

Pietas & sanctitas deos placatos efficit. Cic. 2. Offic. 15.

Euertere pietatem. Lucret. lib. 3. 17.

Excidit pietas. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 3.

Excitari pietate ad accusandum. Cic. pro Cluent. 137.

Frangi pietate alicuius. Ouid. epist. 1. 17.

Victa iacet pietas. Ouid. 1. Metam. 31.

Læditur sæpe uultu pietas. Cic. pro Rosc. Amer. 22.

Monet pietas erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine coniunctos officium conseruare. Cic. 2. de Inuent. 170.

Præstanda pietas parentibus. Quint. lib. 5. cap. 10. 10.

Repletum pietate genus. Lucret. lib. 2. 234.

Officio omni ac potius pietate erga te cæteris satisfacio omnibus. Cic. Lent. lib. 1. 1. 1.

Victa pietas cupidine uentris. Ouid. 15. Metam. 35.

Victa metu pietas. Ouid. 13. Metam. 144.

Victa furore pietas. Hor. 3. Carm. ode 27. 8.

¶ Pius, Adiectiuum (σύνεδρος, θεοσεβὴς, ὅσιος, θεοφιλὴς, μνησίθεος, σύναγνος) Qui colit Deum, qui Deo fidens uiuit secundum præcepta ipsius. Vndè Pietas ipse cultus. Virg. 3. Georgic. 103, Dij meliora pijs.

Pius in parentes. Cic. 3. Offic. 121.

Pij quidem sine scelere esse potuerunt. Cicero pro Roscio Amerin. 40.

Piorum & impiorum deos rationem habere. Vide Impius.

Nemo pius est qui pietatem cauet. Cic. 2. de Fin. 113.

Pius, Misericors, benignus. Cic. Non secus in me pius, quàm pater in filios. Terent. Hecyr. 1. 2. 77,

Pium ac pudicum ingenium narrãs Pamphili.

Pius & castus amor. Quint. Et pios amores & castos.

Animæ piæ. Hor. 1. Carm. ode 10. 4.

Aræ piæ. Seneca Hippol. 4. 29.

Causa pia coegit me. Ouid. 6. Metam. 100.

Dextra pia. Hor. 2. Serm. Satyr. 1. 11.

Dolor pius & iusta iracundia. Cic. pro Sestio, 2.

Duellum pium. Liu. 1. ab Vrbe, 144.

Fraus pia. Ouid. 9. Metam. 143.

Furtum pium. Seneca Agamem. 13. 3.

Gens pia. Hor. Epod. 16. 13.

Labor pius. Ouid. 2. Trist. 65.

Lachrymæ piæ. Ouid. 6. Metam. 107.

Lingua pia. Ouid. epist. 21. 14.

Manus pias scelerare. Virg. 3. Aen. 9.

Mens pia. Ouid. 8. Metam. 155.

Militia pia. Ouid. 7. Metam. 97.

Numina pia. Virg. 4. Aen. 77.

Officium pium. Ouid. 6. Metam. 50.

Ore pio reposcere aliquid. Virg. 6. Aen. 106.

Pax pia & æterna. Cic. pro Corn. Balbo, 28.

Populus pius. Lucret. lib. 6. 257.

Preces piæ. Liu. 4. bel. Maced. 12.

Rem piam præstare. Ouid. 5. Trist. eleg. 14. 3.

Sacra pia. Ouid. 2. Fast. 50.

Vota pia. Ouid. 1. Metam. 45.

Facto pius & sceleratus eodem. Ouid. 3. Metam. 1.

Pijssimus, pen. corr. Cic. 13. Philipp. 379, M. Antonium notans, quòd uerbum nouum protulisset, ita dicit, Tu porrò ne pios quidem, sed pijssimos quæris: & quod uerbum omnino nullum in lingua Latina est, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis. Curt. lib. 9, Vobis quidem ô fidissimi pijssimiq; ciuium atq; amicorum, grates ago habeoq;.

¶ Piè, σωφρόνως, θεοσεβῶς, Aduerbium, aliquando Religiosè, & cum maxima in Deum fiducia: aliquando Clementer. Terent. Adelph. 3. 4. 13,

Neq; faciam, neq; me satis piè posse arbitror.

Piè & humanè facere. Cic. ad Matium, lib. 11. 27. 16.

Piè & amicè. Cic. 5. de Finib. 112.

Iustè & piè accusare. Cic. pro Cluent. 32.

Piger] pigra, pigrum (ὀκνὸς, νωθρὸς, ῥᾴθυμος, βλακικὸς, ὀκνόδους) Tardus.

Pigros, sine adiecto, uocat tardos pedes Seneca de Benefic. 2, quales sunt hominis delicati, Nisi, inquit, in os Senatoris ingessisset imperator pigros suos. Iusserat enim osculari pedem suum.

Mane piger stertis. Persius Satyr. 5. 14.

Piger scribendi ferre laborem. Hor. 1. Serm. Satyr. 4. 3.

Piger ad. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 1. 3, Hunc laborem alteri delegauimus quin mihi suauissimum sit & occupato, & ad literas scribendas, ut tũ nosti, pigerrimo, tuæ memoriæ dare operam.

Ad pœnas piger, ad premia uelox. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 11.

Piger ad nandum Ouid. epist. 17. 43.

Piger in. Cic. Trebatio, lib. 8. 17. 2, Interdum piger, interdum timidus in re militari uidebare.

Piger frigore. Ouid. 2. Metam. 17.

Militiæ piger. Horat. 2. epist. 1. 26.
Annus piger. Horat. 1. epist. 1. 5.
Bellum pigrum, Longum. Ouid. 2. Fast. 146.
Bos piger. Horat. 1. epist. 14. 9.
Campi pigri. Horat. 1. Carm. ode 22. 4.
Familia pigra. Plaut. Mostel. 3. 16.
Frigus pigrum dicitur, quia pigros efficit. Author ad Herenn. libro 4. 198.
Frigora pigra hybernæ noctis. Propert. lib. 1. eleg. 2. 7.
Gratia pigra. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 1. 5.
Hyems pigra. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 19.
Humor piger, Lentus, maximè fluidus. Colum. lib. 2. cap. 2. 12.
Piger lapsus. Colum. lib. 1. cap. 5. 2.
Manus pigra. Ouid. epist. 20. 32.
Moles pigra. Claud. 3. Paneg. 71.
Obliuia pigra. Stat. 10. Theb. 18.
Palus pigra. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 13.
Quies pigra. Mart. lib. 12. 59.
Senectus pigra. Ouid. 10. Metam. 80.
Situs piger. Ouid. 2. Amor. eleg. 3. 3.
Somno pigro torpere. Stat. 3. Sylu. 2. 15.
Vitia pigra. Claud. 2. in Eutrop. 42.
Vita pigra. Stat. 1. Sylu. 4. 12.
Vultus piger. Martial. lib. 2. 11.
Pigrior. Horat. 1. Serm. Satyr. 7. 4,
— discedet pigrior ultrò Muneribus missis.
Arar pigerrimus. Sil. lib. 15. 99.
¶ Pigrè, Aduerbium (ὀκνηρῶς) Plin. lib. 10. cap. 34. 2, Pigrius intrante fœmina ad pullos.
¶ Pigritia, pigritiæ (ὀκνία, ῥᾳθυμία, ἀπονθία) ignauia, lentitudo. Cic. 4. Tuscul. 29, Quæ autem subiecta sunt sub metu, ea sic definiunt, Pigritiam metum consequentis laboris Liu. 1. ab Vrbe, 136.
Pigritia & ignauia. Cic. 1. Offic. 142.
Negligentia, pigritia, inertia, aut suis studijs quibusdam, occupationibusue sic impediuntur, ut eos quos tutari debeant, desertos esse patiantur. Cic. 1. Offic. 41.
Facere me pigritia noli putare, quòd non mea manu scribam. Cic. Att. lib. 16. 339. 1.
Incutere pigritiam. Vide Incutio.
¶ Pigrities, pigritiei, fœ. g. Idem (νωθρότης.)
¶ Pigror, pigraris (ὀκνέω) pigrari, ut grauari. Cicer. ad Atticum, libro 14. 299. 2, Tu quæso quicquid noui (multa autem expecto) scribere ne pigrere. id est, ne moreris. Lucretius lib. 1. 83,
Quod si pigraris, paulumúe recesseris ab re.
¶ Pigresco, pigrescis (ἀκνέω) pigrescere, Pigrum fieri & lentum. Plin. lib. 18. cap. 18. 2, Mox pigrescit, in Virginem transgresso. Sub. Sole. De Nilo.
¶ Pigro, pigras (βραδύω) pigrare, Antiquum, Detinere ac tardare. Accius Chrysi, Melius pigrasse, quàm properasse est nefas. Nonius.
Pigeo] piges, pigui (ἄχθω) pigere, Dolere, seu molestum esse. Frequentius tamen impersonaliter in tertijs personis. Plautus Menæh. 2. 4. 7,
Adolescens quæso loquere tuum mihi nomen, nisi piget. Terent. Phorm. 3. 3. 21,
— quare obsecro,
Nequid plus, minusúe faxit quod nos postea pigeat. Idē in Prolog. Heaut. 19,
Neq; se id pigere.
¶ Piget (ἄλγεα) Impersonale frequentius legitur. Donatus, Piget in his quæ cum damno ac malo: & ad dolorem referuntur. Festus, Pigere interdum pro Tardare, interdum pro Pœnitere, poni solet.
Piget quod dolet. Plaut. Pœn. 1. 8. 39,
Nisi piget, confiteare. Terent. Heaut. 5. 4. 20,
Pudet dicere hac præsente uerbum turpe: at te illud nullo modo Facere piguit. Mart. lib. 2. 5,
Te tamen uideam, duo millia non piget ire.
Quærere non piguit, cur ego, &c. Cic. in Salustium, 12.
Piget esse pium. Ouid. epist. 14. 3.
Piget, aliquando accusatiuum rei Patientis, cum genitiuo agentis regit. Terent. And. 5. 3. 6,
— ô ingentem confidentiam?
Num cogitat quid dicat? num facti piget? Cicero pro Domo sua, 23, Vt me non solùm pigeat stultitiæ meæ, sed etiam pudeat.
Facti forsasse pigebit. Ouid. epist. 12. 42.
Incœpti piget. Virg. 5. Aeneid. 136.
Laborum actorum piget. Ouid. 2. Metam. 78.
Piguit sceleris. Lucan. lib. 4. 6.
Turpitudinis tuæ nonnullos pigeret. Cic. in Salustium, 3.
Induci ad misericordiam, ad pudendum, ad pigendum. Cicero de claris Oratoribus, 97.
¶ Pigendus, ἀλγητέος: ut, Error nulla parte pigendus. Ouid. epistol. 7. 22.
Pigmalion] πυγμαλίων, Beli regis Tyri filius fuit, frater Didonis, qui dum ardentissima auri cupiditate flagraret, adnimum ad Sichæi patruelis sui opes appulit, illum q; spe pontuudi auri ante aras, clàm & dolo interemit. Cuius cædis quum certior in somnis à marito Dido facta fuisset, sumptis secum thesauris fugit, & Carthaginem condidit. Moris autem erat, ut inquit Seruius, ut de pecunia publica Phœnices missò à rege auro de peregrinis frumenta coemerent. Dido autem à Pigmalione ad hunc usum paratas naues abstulerat: quam quum fugientem à fratre missi persequerentur, aurum illa præcipitauit in mare: qua re uisa, sequentes reuersi sunt. Meminit huius Virg. 1. Aen. 71,
— sed regna Tyri germanus habebat
Pigmalion, scelere ante alios immanior omnes, &c.
Auari opes Pigmalionis. Virg. 1. Aen. 74.
¶ Pigmalioneus, pen. product. Adiect. (πυγμαλιώνιος) Silius lib. 1. 5,
Pigmalioneis quondam per cærula terris, &c.
Pigmentum] pigmenti (βρότον) Vnguentum quo utuntur puellæ ad uenustandam faciem. Plaut. Mostel. 4. 105,
Non istanc ætatem oportet pigmentum ullum attingere. Plin. lib. 16. cap. 43. 6.
Pigmenta aliquando dicuntur colores pictorum: de quibus Plinius lib. 35. cap. 51. Cic. 1. de Diuinat. 46, Aspersa temerè pigmenta in tabula, oris lineamenta efficere possunt. Plaut. Epid. 13. 20,
Quem Apelles, Zeuxis q; duo pingent pigmentis ulmeis.
Pigmenta, per translationem, pro corporibus rhetoricis. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 3, Meus autem liber totum Isocratis μυροθήκιον, atq; omnes eius discipulorum arculas, ac non nihil etiam Aristotelica pigmenta consumpsit. Pigmenta, id est, exornationes, quibus oratores ut pigmentis pictores utuntur. Idem de clar. Orat. 165.
Pigmenta item per translationē dicuntur mēdacia & fraudes: quia is qui pingitur, non est naturalis color, sed artificialis. Cic. lib. 2. de Orat. 101, Tam integræ sententiæ, tam uerè, tā nouæ, tā sine pigmentis, fucoq; puerili, ut mihi, non solùm tu incendere iudicem, sed ipse ardere uideare.
¶ Pigmentarius, pigmentarij (φρονοποιὸς) Qui pigmenta uendit.
Pignus] pignoris uel pigneris, penult. corr. n. g. (ἐνέχυρον, ἀῤῥαβών,

ἀῤῥαβὼν, ὑποθήκη, ῥᾴστιον) Quod pignori datur, ut quis sit securus. Plautus Casin. 2. 75,
Id ni fit, mecum pignus si quis uolt, dato
In urnam mulsi. Vlpianus de pignoratitia actione, uel contra. l. si rem alienam, Propriè pignus dicimus, quod ad creditorem transit: hypothecam, quum non transit, nec possessio ad creditorem. Mart. lib. 12. 25,
Quum rogo te nummos sine pignore: Non habeo, inquis.
Dare pignus cum aliquo. Vide Do, das.
Ponere pignori. Plaut. Capt. 7. 74.
Pignus (inquit Budæus) est quod Græcè hypotheca, quasi obligationi suppositum dicitur, uel quasi ob fidem debiti suppositum: quod Latini, Pignori opponere dicunt. Pignus enim tam de immobili, quàm de re mobili dicitur. Terentius Phorm. 4. 3. 56,
— ager oppositus est pignori ob decem minas,
Aedicule item ob decem alias.
Pignus auferre. Cic. lib. 3. de Orat. 3, de iurgio Philippi Consulis in Senatu, & L. Crassi magni illius oratoris loquens, Hic quum homini & uehementi & diserto, & in primis forti ad resistendum Philippo, quasi quasdam uerborū faces admouisset: non tulit ille, & grauiter exarsit, pignoribusq; ablatis Crassum instituit coercere. Coercere pignoribus captis dixit Cicer. quod nos Cogere per bonorum captionem dicimus. Budæus.
Capere pignus. Vide Capio.
Ablatis pignoribus aliquem coercere. Cic. 3. de Orat. 3.
Excepit Tyrio uenerabile pignus in ostro. Claud. 6. Paneg. 3.
Opponere pignori. Vide Oppono.
Pignus, A' pugno dicitur (ut Caius ait de uerborum & rerum significatione, l. Plebs.) quia res quæ pignori dantur, manu traduntur.
Pignus hoc modo sæpe dicitur, quū aut munus nostrū, aut aliquid simile, pignus esse amoris & beneuolentiæ uolumus: id est, indicium, siue documentum & argumentum idoneum: uel etiam signum certum. Virg. 3. Aen. 122,
Ipse pater dextram Anchises haud multa moratus,
Dat iuueni, atq; animum præsenti pignore firmat. id est, securum facit, ut qui dat pignus: inquit Valla libro 6. ibidem, 5. 108,
— monumentū & pignus amoris. Curtius lib. 9, Nullū erga me beneuolentiæ pignus atq; indicium omisistis.
Mutua pignora amoris. Sil. lib. 17. 74.
Charitatis mutuæ pignus. Quint. in Proœm. lib. 1. 6.
Fidei pignus. Ouid. 6. Metam. 102.
Cōmunis filij pignus interceptum. Sueton. in Tiberio, cap. 7.
Hospitij pignora. Curt. lib. 6, Extulerat & hospitij pignora.
Pignus uocis. Ouid. epist. 19. 13.
Chara pignora. Virg. eclog. 8. 19.
Miserabile pignus amoris. Ouid. epist. 11. 23.
Dare pignus. Ouid. 2. Metam. 8.
Petis certa pignora. Ouid. 2. Metam. 19.
Pignus tenemus sceleris. Senec. Hipp. 5. 29.
Pignora aliquando pro filijs accipiuntur: quoniam filij uidentur tanquam pignora inter uirum & uxorem esse, tum uinculi, ne alioqui dinortium fiat: tum charitatis. Ouid.
Dulcia sollicitæ gestabant pignora matres. Quint. lib. 6. cap. 1, Affert in ijs momentum & ætas, & sexus, & pignora: liberi dico, & parentes, & propinqui. Ibidem, cap. 2, Obsecratio illa iudicum per charissima pignora, &c.
Charissima pignorum. Tacit. lib. 13.
Nepotes chara pignora. Ouid. 3. Metam. 27.
Adscita pignora, Filij adoptiui. Stat. 2. Sylu. 1. 18.
Gemino natarum pignore fultus. Stat. 1. Theb. 79.
Inauspicatum pignus sanguinis mei. Seneca Oedipo, 1. 4. 5.
Pignora iniuriæ, uitam & fortunas Cic. uocat obnoxias iniuriæ, 13. Philipp. 347. Budæus.
Pignus Reipub. Fidūcia & securitas Reipub. Cicero pro Sestio, 14, de Pisone, Nam quid ego te supercilio dicam, quod tum hominibus non supercilium, sed pignus Reipub. uidebatur? tāta erat grauitas in oculo, tāta frontis cōtractio. Hæc Bud.
Pignus, metaphoricōs sumptum. Cicero 13. Philipp. 348, Magnis & multis pignoribus M. Lepidum Respub. obligatum tenet. id est, fidei retinaculis: translatione à fœneratoribus ducta. Budæus.
Obsses & pignus. Cic. pro Cælio, 62.
Affinitatis coniunctionem pignori fore ad confirmandas inimicitias putauit. Cic. pro Cluentio, 152.
Mors mea pignus erit coniugij. Ouid. epist. 9. 30.
Pacis pignus. Ouid. 8. Metam. 10.
Libertatis pop. Roma. pignus D. Brutum uocat Cicero 11. Philipp. 334.
Salutem pro pignore tradere ad explendas cupiditates. Cic. de prouinc. Consul. 1.
Pignus, Id quod deponitur ab ijs qui simul decertant apud sequestrum. Virg. eclog. 3. 7,
— tu dic mecum quo pignore certes.
Contendere pignore. Catul. ad Fundum, epigr. 41. 1.
¶ Pigneror, penul. correp pignerari (ἐνέχυρίζω, ἐγχειρίζω, πιστόω) pignerari, Deponens, quod uulgò dicimus Per executionem capere, hoc est, pignora capere, inquit Budæus. Liuius, Postea conscientia sibimet exilium consciscentes: bona tantùm quæ publicari poterant, pigneranda pœnæ præbebant. Cicero 14. Philipp. 405, In fuga. fœda mors: in uictoria, gloriosa. Etenim Mars ipse ex acie fortissimum quenque pignerari solet. Pignerari dixit, pro eo quod est quasi Pignus accipere, & sibi asserere. quasiq; obnoxium sibi debitumq; capere. Cuius dicti hic sensus est, Fortissimus enim quisque, primus in prælio occumbere solet. Budæus.
Pignerati animi, In pignus habiti. Liu. 4. bel. Pun. 4, Et quorū propinqui extra urbem intercluſi ab hostibus erant, uelut obsidibus datis, pigneratos haberent animos. Quædam exemplaria habent, pignoratos.
Pignerare, Actiuum, Dare pignus. Sueton. in Vitel. cap. 7, Vtq; ex aure matris detractum unionem pignerauerit ad itineris expensas.
¶ Pignoratio, onis, Verbale. Caius in l. sed & D. de pign. & hypothec.
¶ Pignoriscapio, ut usucapio. Gellius ex Catone, Pignoriscapio ob æs militare, quod æs à Tribonio erario miles accipere debebat, uocabulum seorsum fit. &c.
¶ Pignerator, pen. prod. pigneratoris Verbale (ἐνεχυρίαστὴς) Qui pignus accipit. Cic. 4. Verr. 21, Cum in his inquam rebus omnibus publicanus petitor ac pignerator, non creptor, neq; possessor soleat esse: tū de optimo, de iustissimo, de honestissimo genere hominū, hoc est, de aratoribus, ea iura constituebas, quæ omnibus alijs essent contraria. Edixerat enim Verres, ut publicani possent iure suo ab aratoribus decumarum nomine quantum uellent capere, non iudicis duthoritate (ut assolet) pignora eorum capere. Budæus.
¶ Pigneratitius, Adiectiuum (ὀφειλομένιος) Ex supino uerbi Pignero nomen deductum, significat quod pignori datum est: ut, Res pigneratitia.
Pigneratitius creditor, Cui pignus capere licet. Vlp. Quæritur in pigneratitio creditore, an pignoris persecutio denegetur:

Pigresco, Pigro, *pigras*, & Pigror, *pigraris*] Vide Piger.

Pila] pilæ, priore prod. (ἴγδην) A pinso, *pinsis*, Vas concauũ, quo antiqui siccata frumenta pinsebant ac contũdebant. Cato cap. 14. 12, Paululum latam pilam, ubi triticum pinsant unam. Idem cap. 10. 4, Pilam ligneam unam. Similiter uasa illa concaua medicorum usui apta, in quibus pisanæ fieri solent, pilæ dicuntur.

Pila, Columna stans, quam Græci πίλλον uocant, à stando. Propriè autem stelas Græci appellant stantes columnas in monumentis. Apul. libro 3. Metam. Pila media quæ stabuli trabes sustinebat. Festus, Pila quæ parietem sustentat, ab opponendo dicitur. Plinius lib. 11, Ruentes ceras fulciunt pilarum instar, interius à solo fornicatas, ut sit aditus ad farciendum. Hor. 3. Serm. Satyr. 4. 15.

Pilæ lapideæ (inquit Budæus) in ædificijs sunt colũnæ structiles, aut structuræ ex lapide cæso, quasi quædam ædificiorũ femora: quibus mutuli (quos coruos uocant) incumbentes, trabes & epistylia sustinent. Vide Columna.

Pilæ etiam sunt opera informia quæ in aqua construuntur, cuiusmodi magnifica Genuæ uisitur molem uulgò appellant. Earum usus est ad tuendas à fluctibus naues intra portus & naualia. De quarum constructione. Vitruuius libro 5. Huiusmodi pilam Virgilius libro 9. Aeneidos, 142, describit his uerbis,

Qualis in Euboico Baiarum littore quondam
Saxea pila cadit, &c.

Huiusmodi autem fiebãt ex puluere Puteolano, qui in aqua lapidescit. Plunt & alia ratione intra aquam, circundatis tabulationibus, quas arcas Vitruuius appellat, ab arcendis aquis ab opere. Alij aquaria septa uocant. Budæus.

Pila (σφαῖρα) priore correpta, instrumentum lusorium est, rotundum ad similitudinem sphæræ, ab πιλέω, æquo: quòd forma sphærica sit, quæ omni ex parte æqua est. Vel à pilo, quòd pilis impleri solet. Plaut. Bacchid. 8. 2 4,

Ibi cursu, luctando, hasta, circo, pugillatu, pila,
Saliendo se exercebant magis. Quatuor pilarum genera sunt. Est pila trigonalis, omnium minima, prædura, firmo pilo plena: à quo pila nomen habet. Fluentina nunc uulgò dicta, quòd Fluentiæ huiusmodi pilæ optimæ fiant. Trigonalis autem uocitata est à trigone, qui locus erat in thermis triquetra (hoc est, triangulari figura, quam Græci τρίγωνον uocant) ad huiusmodi pilæ lusum ædificatus, & paruo calore tepidus teneri per hyemem solitus: ne exuti ad ludendum homines, statim rigorem conciperent, néue ludendo exerciti nimis æstuarent. Mittitur pila ad unum angulum, ita ut utrunq; parietem contingat: redditur non minus sinistra quàm dextra manu, miramq; corporis agilitatem requirit. Martialis de pila trigonali, lib. 14. 51,

Si me mobilibus scis expulsare sinistris,
Sum tua: si nescis, rustice redde pilam.

Est pila paganica, à pagis, hoc est, uillis, ita dicta, q; pagani ea uterentur. Hæc crassior est, laxioráq; & pluma plena: nec ad lusum tam agilis, ut quæ nec tam leuis est, nec iactata facilè resilit. Mart. lib. 14. 50,

Hæc quæ difficilis turget paganica pluma,
Folle minus laxa est, & minus arcta pila.

Quasi dicat, Est laxior quàm pila trigonalis, & arctior, firmioráq; quàm follis. Nam follis tertium pilæ genus est: hic ex pelle fit, spiritúq; inflatur: crassior cæteris, sed nõ multo grauior: pugno redditur, non palma, ut reliquæ pilæ. A Flatu nomen habet. Est præterea quartum pilæ genus, quod uocant harpastum, siue sphennidem: crassior est quàm pila paganica, tenuior quàm follis. E panno ferè fit, aliquando ex pelle, lana, tomentóue impletur; nõ repercutitur. Sed quum multi sint ludentes, & in duas partes diuisi, ut utrinq; eruginosè sibi inuicem opposîti sint, ad suos quisq; transmittere pilam conatur, quam aduersarij nituntur arripere. Sic magno labore luditur: décidit sæpe in terram pila: ad quam ceteruatim currentes, se inuicem prosternunt, puluereq; & sudore infecti flaueſcunt. Laboriosum ludi genus, & ideo grãdioribus tantùm conueniens. Hæc ex Sipontino.

Terra pilæ similis. Ouid. 6. Fast. 54.

Iactus pilarum. Ouid. 2. Trist. 97.

Pila lusoria. Plin. lib. 7. cap. 56. 15.

Perpictæ pilæ. Ouid. 10. Metam. 53.

Velox pila. Hor. 2. Serm. Satyr. 2. 3.

Ad pilam se, aut ad talos, aut ad tesseras se conferunt homines labore abiduo & quotidiano assueti, quum tempestatis causa opere prohibentur. Cic. 3. de Orat. 33.

Pilam scitè ac diligenter excipere, & Aptè & expeditè remittere. Senec. de Benefic. lib. 2. cap. 32.

Pila se exercere. Celsus lib. 1. cap. 6.

Volantem pilam geminare. Ouid. ad Pisonem, 38.

Pila ludere. Cic. 5. Tusc. 84.

Tollere, & mouere pilam. Ouid. 3. de Arte, 73.

Claudi more tenere pilam. Cicero in Pisonem. 54, Græcus primò distinguere atq; diuidere illa, quem admodum dicerent: iste claudus (quomodo aiunt) pilam retinere, quod acceperat testificari. Hactenus Cicero. Prouerbium conuenit in eos, qui quicquid à præceptoribus acceperint, siue id doctum sit, siue id indoctum, nullo delectu, nullaq; iudicio tenere solent ac sequi. Sumpta metaphora à claudo diffidente suis pedibus, & ob id pertinaciter columnis innitente. Nisi si cui magis referendum uidetur ad ludum pilæ, quam claudus ita demum accipit, si commodè illi mittas: alioqui pedibus tardus non potest utcunq; missam accipere. Generatim conueniet in omnes, qui de alieno pendent iudicio, alienéq; innituntur authoritati. Erasmus.

Mea pila est, si repudiatur miles. Plaut. Trucul. 15. 6, Prouerbialiter hoc dictum est id est, in mea potestate est ludus: tanquã cuius est pila. Ita meæ erũt primæ partes apud mulierũ.

Pila lanugimis, Laginosa quædam rotunditas, in formam pilæ. Plin. lib. 12. cap. 10. 2.

¶ Pilula, pilulæ, pen. correp. Dimimutiuum (σφαίριον) Globulus, & sphæricum quiddam ac rotundum. Plinius libro 16. cap. 7. 2, Nascuntur in eo & pilulæ, nucibus non absimiles. Quinetiam pharmaca illa in globulos conformata, quæ hac forma summus, uulgò pilulas nominamus. Plinius libro 28. cap. 9. 143 Vetus axungia phthisim in pilulis sumpta sanat. Hæc Græco uocabulo κατωπότια dicuntur. Ab absorbendo: non enim comminuendæ dentibus, aut gustandæ sunt pilulæ.

¶ Pilarius, pilarij, Dicuntur pilarij præstigiatores, qui leui agitatione pilulas, seu paruas pilas uidentur emittere, aut in uas injicere, quum secus faciant. Quint. lib. 10. cap. 7, Quo usu constant miracula illa in scenis pilariorum ac uentilatorum, ut ea quæ emiserint, ultrò uenire in manus credas, & qua iubentur decurrere.

¶ Pilatim, penultima producta, Aduerbium (πιλαδὸν) A pila columna: significat columnas. Vitruuius, Pilatim struuntur ædificia.

¶ Pilicrepus, pen. corr. (σφαιροκόβος) apud Senec. lib. 8. epist. ad Lucilium, ubi notatur balneorũ luxuria, intelligendus est is qui pilas, hoc est, sphæras aut glomos pice illitos in igne bãleorũ siue uaporarij cõijceret, sicubi fortè restrinxisset. Meminit huiusmodi pilarum Vitruuius lib. 5. cap. 10.

Pilates]

Pilates] pilatæ (πιλάτης) Genus lapidis candidissimi. Cato, Lapis candidior, quàm pilates.

Pilatus] Vide Pilum.

Pilentum] pilenti, inquit Festus (ὀχήματος γένος) Vehiculi genus, quo matronæ ferebantur. Idem uidetur esse quod petoritum. Estq; eius formæ, quã nostri temporis principum Italiæ mulieres uectantur, ita libratum, ut considentes, in puluinis in aere suspendi agitatæ uideantur. Virgil. libro 8. Aeneid. 134,

— castæ ducebant sacra per urbem
Pilentis matres in mollibus. id est, pensilibus. Liu. 5. ab Vrbe, 116, Honoremq; ob eam munificentiam ferunt matronis habitum: ut pilento ad sacra, ludosq; carpentis festo profestoq; uterentur. Horat. 2. epist. 1. 39,

Esseda festinant, pilenta, petorita, nisus.

Sacra pilenta. Claud. de nupt. Honorij, 58.

Pileus] pilei, m. g. uel pileum, n. g. (πίλος, πίλιον) Tegmen capitis. Pers. Satyr. 5. 9,

— hæc nobis pilea donant.

Sutj pilea de cæsis lacernis. Stat. 4. Sylu. 9. 5.

Clauatus pileus. Vide Clauis.

Pileus, quandoq; ponitur pro libertate. unde legimus apud historicos, ad pileum seruos fuisse uocatos: quod significat ad libertatem, cuius insigne est pileus. Liuius 4. bell. Punic. 148, Postero die serui ad pileum uocati, & carcere uincti emissi. Accipiebant enim serui pileum raso capite, qui manumittebantur.

¶ Pileolus, Diminutiuum, uel pileolum, pen. corr. (πιλίδιον) Horat. 1. epist. 13. 3,

Vt cum pileolo soleas conuiua tribulis. Colum. de Arboribus, cap. 25. 2, Pileolos induere. Ouid. 1. de Arte, 148,

— nec turpe putaris
Pileolum nitidis imposuisse comis.

¶ Pileatus, penult. prod. Adiect. (πιλιδόδε) Pileo tectus. Liuius 4. bell Pun. 73, Pileati, aut lana alba uelatis capitibus Volones epulati sunt. Martial. lib. 10. 72,

Ad Parthos procul ite pileatos.

Pileati serui. Gellius lib. 7. cap. 4, Pileatos seruos uenum ire solitos, quorum nomine uenditor nihil præstaret, Cælius Sabinus iurisperitus scriptum reliquit.

Fratres pileati. Catull. ad Contubernales, epigram. 35. 17.

Pilicrepus, Pilula] Vide Pila.

Pilo] pilas, pilare: unde & compilare, furto aliquid subitrahere. Huius meminit quoddam loco Turnebus, & à uerbo Græco deduci putat Aeolicon πιλάτης, id est fur, qui φιλητὸς ab Hesiodo uocatur: sed Aeolum est, aspirationes in tenues mutare, ut pro σφὶν ξ, Doricè φὶξ, & Aeolice πὶξ: unde Latinũ uerbum pica & picatus. Simplex parum est in usu.

Pilosella] herba est Holostio persimilis, unde à quibusdam imperitè cum Holostio confunditur. Cæterùm quia Pilosellæ uariæ sunt species, ac de illis earumq; uirtutibus copiosè tractat Matthiolus apud Dioscoridem lib. 4. cap. 10. eò lectorẽ relegandum censuimus.

Pilum] pili, priore producta (πῖλος) Armorum genus, hastile pedum quinq; et semis, ferro triangulo uncis rum nouem: ad cuius ictum præcipuè exercebantur milites: quòd arte & uirtute directum, & scutatos pedites, & loricatos equites sæpe transuerberat. Hæc Vegetius, lib. 2. cap. 15. Generaliter, authore Varrone, pila tela Romana sunt. Plin. libro 15. cap. 30. 6, Romanis præcipuè lætitiæ, uictoriarumq; nuncia additur literis, & militum lanceis, pilisq;. Cic. in Pison. 29, Vt semper Macedonibus imperatoribus ijdem fines prouinciæ fuerint, qui gladiorum atq; pilorum. Lucan. lib. 3. 119,

Pila sed in medium uenêre trementia pectus.

Aduigilantia pila regum somnis. Stat. 1. Thebaid. 30.

Catapultarium pilum. Vide Catapulta.

Excubiæ, & circumstantia pila. Claud. 7. Paneg. 57.

Curuata pila cuspide. Lucan. lib. 1. 50.

Exesa pila rubigine. Virg. 1. Georg. 100.

Agmina horrentia pilis. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 3.

Infixa tergis hostium pila. Vide Infigo.

Pila minantia pilis. Lucan. lib. 1. 2.

Muralia pila. Vide Murus.

Sæua pila. Stat. 10. Thebaid. 30.

Torquere pila. Lucan. lib. 1. 74.

Primum pilum uocabatur prima centuria in exercitu apud Romanos: quòd circa signa grauis armatura constituta esset, in qua inter cætera armorum genera, hastile erat pedum quinq; semis, quod pilum nominabant. Cæsar 5. bel. Gallic. 133, Tum T. Baluentio, qui superiore anno primum pilum duxerat, utro forti, & magnæ authoritatis, utrunq; femur tragula traijcitur.

Pilum, Instrumentum quò aliquid pinsitur seu tunditur in pila. Plin. lib. 18. cap. 10. 7, Pistura omnium facilis. Quippe & Hetruria spicam farris tosti pinsente pilo præferrato, fistula serrata, & stella intus denticulata, ut nisi intenti pinsant, cõcidantur grana, ferroq; frangantur. Cato de re Rustic. capite 12, Pilam fabarium unum, farrearium unum, seminarium unum, qui nucleos succernat unum. Pistillum etiam uocatur.

¶ Pilatus, pen. prod. Adiect. Pilo armatus. Mart. lib. 10. 48,

Et pilata redit iamq;, subitiq; cohors.

¶ Pilanus, pen. prod. uidetur significare aliquem qui ordinem aliquem ducebat in militia. Ouid. 3. Fast. 26,

Et totidem princeps, totidem pilanus habebat
Corpora, legitimo quicq; merebat equo.

Pilumnus] πίλαμνος, Iouis fuit filius. Hic teste Seruio, fratrem habuit Pithumnum, qui primus stercorandorum agrorum usum inuenit, unde & Sterquilinius dictus est: Pilumnus uerò, pinsendi frumenti: unde & à pistoribus colitur. Ab ipso etiam pilum dictum est.

Pilumnus, pater Turni. Virg. 9. Aeneid. 1. ibi. lib. 10. 16.

Cui Pilumnus auus, cui diua Venalia mater.

Pilus] pili, priore correpta (πάγμα, τρὶξ) Nomen generale est. Plin. lib. 11. cap. 37. 9, In capite cunctorum animalium, hominis plurimus pilus. Idem lib. 8. cap. 21. 3, Pilo in contrarium uerso. De tauris.

Vallum pilorum. Cic. 2. de Nat. deor. 214.

Inordinatissimi pili. Vide Inordinatus.

Pilus frequens: Celsus lib. 6. cap. 4.

Fruticante pilo neglecta & squalida cutis. Iuuen. Satyr. 9. 2.

Ad pilum ulcera reducere. Vide Ad præpositionem.

Vellere pilos cãudæ equinæ. Horat. 2. epist. 1. 9.

Pili non facio, est Latinis hæc familiaris hyperbole, Non facio pili, Ne pilo quidem melior: quum minimum quiddam momenti significant. Cic. ad Quint. frat. lib. 2. 16. 15, Nihil est quòd uereare: ego enim ne pilo quidem minus me amabo.

Viri boni pilum illum non habere. Cicer. pro Rosc. Comoed. 11, Nullum esse pilum omnibus rebus talem qualis sit paratus alius, Stoicum est quidem, nec admodum credibile. Cic. 4. Acad. 150.

¶ Pilo, pilas (τριχόω, ῶ) pilare, Pilos emittere. Accius, Tum prius pilabant genæ. Nonius.

Pilare, Pilos detrahere. Martialis, lib. 3. 56,

Extirpa (mihi credè) pilos de corpore toto:
Teq; pilare tuas testificare nates.

¶ Pilosus, penult. prod. Adiect. (τριχώδης) Pilis abundans. Cic. in Pisonem, 1, Non enim nos color iste seruilis, non pilo-

ſæ genæ, non dentes putridi deceperunt.

Piloſiora fólia, quæ in ipſa ſuperficie exteriori uel interiori uelut adnatos quoſdam pilos oſtendere uidentur. Plinius libro 20. cap. 16. 3.

Pimpinella] *herba notißima, etiam mulieribus. Eius duo ſunt genera: de quibus uide Matthiolum apud Dioſcoridem lib. 4. cap. 45.*

Pimpla] (πίμπλα) *Thraciæ mons eſt & locus, ut ſcribit Strabo libro 10.*

¶ **Pimpleus**, pen. prod. Adiect. (πίμπλεος) Mart. lib. 12, 12,

Cuius Pimpleo lyra clarior exit ab antro,

Mons Pimpleus. Catull. in Mentulam, epigr. 100.

Dulcis pimplea. Horat. 1. Carm. ode 26. 2.

¶ **Pimpleis**, pen. prod. Pimpleidis, pen. corr. Patronymicum, f. g. (πιμπλεύς) *ut*, Pimpleides *Muſæ. Mart. lib. 11. 4.*

Pina] *piſcis. Vide* Pinna.

Pinacotheca] pen. prod. (πινακοθήκη) Tabli*num. In pinacothecis autem tabulæ pictæ, cælatum argentum, stragula ueſtis, ſigna & ornamenta reponebantur. Plin. lib. 35. cap. 2. 1, Et inter hæc pinacothecas ueteribus tabulis confuſunt, alienaſq; effigies colunt. Varro 1. de re Ruſt. cap. 2. 9.*

Pinarius & Potitius (πινάριος καὶ ποτίτιος) *duo ſenes, quibus qualiter coli uellet, oſtendit Hercules: ſcilicet ut mane & ueſperi ei ſacrificaretur. Perfectóq; itaq; matutino ſacrificio, quum circa ſolis occaſum eſſent ſacra repetenda, Potitius prior aduenit, Pinarius poſtea extis iam redditis. Vnde iratus Hercules ſtatuit, ut Pinariorum familia tantùm miniſtra eſſet epulantibus Potitijs & complentibus ſacra. Vnde & Pinarij dicti ſunt, ἀπὸ τῆς πείνας, id eſt à fame. Nam ſenem illum Pinarium conſtat alio nomine nuncupatum. Hæc Seruius, explicans illud Virgilij, 8. Aeneid. 53,*

— *primúmq; Potitius author,*

Et domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri. De his Feneſtella.

¶ **Pinaria** gens Patricia Rómæ fuit, ſic dicta à Pino Numæ regis filio, *ut author eſt Plutarchus in Numa: uel à Pinarijs, qui Herculi faciebant ſacra anniuerſaria. Liuius, Dionyſius, Virgilius lib. 8.*

Pinaſter] *Vide* Pinus.

Pincerna] *pincernæ, maſcul. gen. Pocillator, qui ſtat ad cyathos, poculorum miniſtrator. Pincerna (inquit Budæus) non auſim affirmare probum eſſe uocabulum, etiamſi Aſconius in Prætura urbana uſus eſt, ſi uera ſunt eo in loco exemplaria. Pincerna à Græco deducitur, cui conuiuæ dicunt identidem* πίνειν μέγα, *id eſt, Miſce unum: uel, Tempera unum, ut bibam. Hæc Budæus.*

Pindarus] pen. cor. (πίνδαρος) *genere Thebanus, temporibus fuit Aeſchyli poetæ, & Perſarum expeditionis in Græciam. Duas habuit filias. A patre tibiam primùm, mox ab Hermione lyram edoctus eſt. Altißimus fertur & uerborum & ſententiarum copia, ut ait Quintilianus: grauitate arduus, conſtructioneq; ac ordine immenſus ac prolixus. Quem etiam non imitabilem Horatius ſcribit 4. Carm. ode 2. 1,*

Immenſus Pindarus profundò *ruit ore. Horat. 4. Carm. ode 2. 2.*

¶ **Pindaricus**, pen. corr. Adiect. (πινδαρικός) Propert. lib. 3. eleg. 17. 8,

Qualis Pindarico ſpiritus ore tonat,

Fons Pindaricus. Horat. 1. epiſt. 3. 2.

Lyræ Pindaricæ *fidicen. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 6.*

Plectris Pindaricis contendere. *Stat. 1. Sylu. 3. 21.*

Pindaſus] (πίνδασος) *mons Troadis, in quo Cetius fluuius naſcitur, qui Pergamum præterfluit. Plin. lib. 5. cap. 30.*

Pindeniſsum] Oppidum, quod M. Cicero imperator quum eſſet, oppugnauit, nomenq; ex eo oppido ſibi dari, ſicuti ex Numantia deuicta dictus eſt Numantinus Scipio, exoptauit. Cic. ad M. Cælium, Oppugnaui quinq; & uiginti diebus, aggeribus, uineis, turribus, oppidum Pindeniſſum munitiſſimum tantis operibus, ut mihi ad ſummam gloriam nihil deeſſit, niſi nomen oppidi.

Pindus] (πίνδος) *Lapitharum ſedes, mons Theſſaliæ, Apollini Muſiſq; ſacer. Acarnaniam ab Aetolia diuidit, ut ait Solinus. Sunt tamen qui hoc nomen cum y pſilo ſcribunt. Eſt & nomen urbis Theſſalicæ, à Pindo monte appellatæ, iuxta quam eſt fluuius eiuſdem nominis.*

Iuga Pindi. Virg. 10. eclog. 3.

Vertex Pindi. Lucan. lib. 1. 134.

Ingens Pindus. Senec. Medea, 9. 11.

Niualis Pindus. Senec. Medea, 6. 1.

Perrhebi tremuêre cacumina Pindi. Propert. lib. 3. eleg. 5. 7.

Pínea, Pínetum & Píneus] *Vide* Pinus.

Pingo] pingis, pinxi, pictum (γράφω, ζωγραφέω, ποικίλω, ζωγρέω) *pingere, Formam alicuius rei ductis lineis repræſentare. Plin. lib. 35. cap. 8. 5, Adeò iam colorum uſus increbuerat, adeò ars perfecta erat, ut in eo prælio iconicos duces pinxiſſe tradatur.*

Pingere & fingere. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 23.

Pingere formam hominis. Cic. 2. de Oratore, 38.

Moris ſanguineis pingit frontem. Virg. 6. eclog. 5.

Caſtra pingere mero in menſa. Tibull. lib. 1. eleg. 10. 7.

Pingere humum uarijs floribus: Eſt uerſicolorum florum uarietatem humo aſpergere, Plaut. Stich. 6. 29.

Iuuenile decus mihi pingere malas Cæpit. Ouid. ad Piſon. 53.

Membra pingere ferro. Claud. 1. in Ruffin. 63.

Palloribus omnia pingunt. Lucret. lib. 4. 64.

Indiſcretè pingere imaginũ ſimilitudines. Vide Indiſcretus.

Tabulas pingere. Cic. 2. de Inuent. 122.

Tempora pingebant uiridantes floribus herbas. Lucretius libro 5. 280.

Tempora ſutilibus pinguntur tecta coronis. Ouid. 5. Faſt. 67.

Mollia lutheola pingit uacinia calatha. Virg. 2. eclog. 10.

Acu pingere. Ouid. 6. Metam. 5. Vide Acus.

Pingere, per translationem, pro Deſcribere. Cic. ad Att. lib. 4. 74. 4, Bibliothecam mihi tui pinxerunt conſtructione.

In uerbis pingendis & illuminandis ſententijs. Cic. de claris Oratoribus, 73.

Pingere coloribus. Cic. ad Quint. frat. lib. 2. 16. 3.

¶ **Pictus**, Participium (γεγραπτός) *ut*, Pictæ tabulæ. *Cicer. pro Roſc. Amer. 79. Plaut. Menæh. 4. 32.*

Adonis pictus. Vide Adonis.

Arma picta. Virg. 8. Aen. 18.

Cauda picta. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 6.

Picta ad eximiam pulchritudinem forma. Plinius epiſtol. 101.

Frigora picta. Mart. lib. 1. 51. (c. lib. 5.

Geloni picti. Vide Geloni.

Lacerti picti terga ſqualētia. Virg. 4. Georg. 3.

Pantheræ pictæ. Ouid. 3. Metam. 134.

Philoſophus pictus. Cic. 5. de Finib. 139.

Prælia picta rubrica. Hor. 2. Serm. Satyr. 7. 20.

Purpura picta. Virg. 7. Aeneid. 51.

Stragulum textile magnificis operibus pictũ. Cic. 5. Tuſc. 86.

Strata picta. Ouid. 8. Metam. 7.

Tabellæ pictæ. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 15.

Tapeta picta. Virgil. 7. Aeneid. 56.

Toga picta. Propert. lib. 4. eleg. 4. 11.

Veſtes pictæ unde triumphales natæ. Plin. lib. 8. cap. 48. 5.

Volucres pictæ. Virg. 3. Georg. 49.

Pictus, Nomen, Ornatus. Cic. de clar. Orat. 162, Quo nihil poteſt eſſe pictius.

¶ **Pictura**,

¶ *Pictura, huius picturæ, pen. prod. (ζωγραφία, ἀνάγραμμα) Actus uel ars ipſa pingendi. Plin. lib. 35. cap. 9, Quinimò certamen picturæ etiam florente eo inſtitutum eſt Corinthi.*

In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca: contrà, alios nitida, læta, collustrata delectant. Cic. in Orat. 20.

Collustrata pictura. Vide Collustro.

Inanis pictura. Vide Inanis.

Textiles picturæ. Lucret. lib. 2. 7.

Textilis pictura, & in tabulis. Cic. 6. Verr. 1, Quod placitum ſit abſtulerit.

Ineſt pictura in hac tabula. Vide Inſum.

Inani pictura paſcit animum. Virg. 1. Aeneid. 94.

Tenentur pictura oculi, aures cantibus. Cic. 4. Acad. 41.

Pictura, per metaphoram transfertur ad poetas. Cic. 3. Tuſcul. 160, Traditum eſt etiam Homerum cæcum fuiſſe, at eius picturam non poeſim uidemus.

¶ *Picturatus*, pen. prod. Adiect. (ποικιλόγραπτος) *ut*, Opus picturatum metallis. *Claud. 7. Paneg. 118.*

Agger picturatus morituris floribus. Stat. 6. Thebaid. 12.

Limbus picturatus. Stat. 1. Achil. 66.

Veſtes picturatæ. Virg. 3. Aeneid. 97.

Volucres picturatæ. Claud. ad Serenam, 17. 1.

¶ *Pictor, pictoris, Verbale (γραφεύς, ζωγράφος) Plin. lib. 13. cap. 11. 2, Fit & ex ſarcocolla gummi utiliſſimum pictoribus ac medicis. Cicer. 6. Verr. 25, Alterum eſſe pictorem. Horat. de Arte, 2.*

Vident multa pictores in umbris, & in eminentia, quæ nos non uidemus. Cic. 4. Acad. 41.

Pinguis] & hoc pingue (πῖων, παχύς, πιμελής, λιπόδης, λιπαρός, σύβωτος, σηπτός) Notæ ſignificationis. *Plin. libro 10. cap. 50. 2, Fœminæ quidem ad ſaginam non omnes eliguntur, nec niſi in ceruice pingui cute.*

Pingues & ualentes Thebani. Cic. de Fato, 12.

Pingue, Fœcundum. Virg. 4 Georg. 24. Et pingues hortos.

Agri pingues. Lucret. lib. 5. 251.

Pinguis ager ac putris. Col. lib. 2. cap. 2. 4.

Agni pingues. Virg. 1. Georg. 69.

Amnis pinguis. Valer. 5. Argon. 85.

Aruum pingue. Virg. 5. Eclog. 7.

Pingue & concretum cælum, Tenue & purum, contraria. Cic. 1. de Diuinat. 211.

Campus pinguis. Virg. 2. Georg. 55.

Campus pinguior ſanguine. Horat. 2. Carm. ode 1. 6.

Corpus non pingue. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 11.

Culta pinguia. Virg. 4. Aeneid. 75.

Digiti pingues. Ouid. 3. de Arte, 56.

Equi pingues ſanguine humano. Ouid. 9. Metam. 39.

Ferina pinguis. Virg. 1. Aen. 44.

Fici pingues. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 18.

Fimo pingui ſaturare ſola. Virg. 1. Georg. 16.

Flammæ pingues. Ouid. 5. Triſt. eleg. 6. 3.

Flumen pingue Nili. Virg. 9. Aeneid. 7.

Fumus pinguis. Lucan. lib. 8. 143.

Horti pingues. Virg. 4. Georg. 24.

Humus pinguis. Virg. 2. Georg. 37.

Lardum pingue. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 13.

Menſæ pingues. Catul. in Carm. Nupt. 57. 1.

Merum pingue. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 13.

Muſta pinguia. Tibull. lib. 1. eleg. 1. 2.

Oliuum pingue. Stat. 6. Thebaid. 116.

Omaſo pingui tentus. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 9.

Oues pinguet. Virg. eclog. 6. 1.

Pabula pinguia. Lucret. lib. 1. 52.

Rami pinguiſſimi. Horat. Epod. 2. 11.

Solum pingue. Virg. 1. Georg. 13.

Terræ pingues. Virg. 2. Georg. 19.

Toga pinguis, pro Craſſa, apud Tranquillum, teſte Budæo: ut,

— *pingues aliquando lacernas*

Munimenta togæ. Iuuen. Satyr. 9. 3.

Vapor pinguis. Senec. Herc. fur. 11. 4.

Vitijs pinguis. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 5.

Pingui Minerua aliquid facere. Vide Minerua. *Colum. in Præfat. lib. 1. 28.*

Pinguiores ruſticorum literæ. Colum. lib. 9. cap. 14. 10.

Pinguis doctor. Quint. lib. 1. cap. 10.

Ingenium pingue. Ouid. 11. Metam. 30.

Amor pinguis. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 6.

Pingue ocium. Plin. epiſt. 101. p, Nam ſuper illa quæ retuli, alius ibi ocium & pinguius, eoq; ſecurius.

Somni pingues. Ouid. 1. Amor. eleg. 13. 2.

Pingue, impeditum, & ineptum, inquit Nonius. Cic. 4. Acad. 196, Quod ipſi Antiocho pingue uidebatur, & ſibippſi contrarium.

Pingue quiddam & peregrinum ſonare. Cic. pro Archia, 19.

Pingue, Subſtantiuum, neut. gener. dicitur quod inter carnem & cutem eſt, ſucco liquidum. Author Plin. lib. 11. cap. 37. 79. Virg. 3. Georg. 25,

— & *omnes*

Impendunt curas, denſo diſtendere pingui. Plinius libro 11. capite 37. 80, Omnibus animalibus eſt quoddam in oculis pingue.

¶ **Pinguiter**, pen. cor. Aduerb. (πιμελῶς) Col. lib. 2. cap. 2. 4, Proximum deinde huic pinguiter denſum. Sub. ſolum. Plin. lib. 12. cap. 25. 10, Colos in quacunq; natione præfertur ruſſus, & pinguiter lentus.

¶ **Pinguius**, Aduerbium, Comparat. pro plenius & largius, Vlpianus in l. & an eadem. §. 1. ff. de except. rei iudic. Sed pinguius pro communi utilitate accipitur. Paulus in l. & exhæredatum. ff. de re iudic. Pinguius enim donatori ſuccurrere debemus, quàm ei qui uerum debitum perſoluere compellitur.

¶ **Pinguedo**, pen. prod. pinguedinis, fœm. gen. (πιμελή, λίπα) Subſtantiuũ. Plin. lib. 23. cap. 8. 8, Nuces auellanæ capitis dolorem faciunt, inflationem ſtomachi, & pinguedini corporis conferunt plus quàm ſit ueriſimile.

¶ **Pinguitudo**, pen. prod. pinguitudinis (πιότης) Idem. Varro 3. de re Ruſt. cap. 9. 14, Et lux pinguitudini inimica. De gallinis. Colum. lib. 2. cap. 15, Et res admonet nos, meſſe tali materiæ naturalem pinguitudinem & ſuccum.

Laborare nimia pinguitudine. Quint. lib. 1. cap. 11. 3.

Literarum nimia pinguitudo. Quint. lib. 1. cap. 11. 3.

¶ **Pinguiarius** (ῥιπογράφος) Qui pinguia amat. *Martialis, libro 11. 94,*

Carnarius ſum, pinguiarius nõ ſum. Quod ſignificat, carnoſam, hoc eſt, corpulentã amicam opto, non nimis pinguẽ.

¶ **Pinguco**, pingues, ſiue

¶ **Pinguesco**, pingueſcis (πιαίνομαι) pingueſcere, Pinguem fieri. Colum. lib. 2. cap. 11. 1, Omne emaciatum armentum ex medica pingueſcit.

Campi pinguescunt. Virgilius 1. Georgic. 99. Ouidius 15. Metamorph. 18,

Congeſtoq; *auidum pingueſcere corpore corpus.*

¶ **Pinguefacio**, pinguefacis, pen. corr. pinguefeci, pen. prod pinguefactum (πιαίνω) pinguefacere. *Plin. lib. 16. cap. 44. 11, Deinde ea pinguefacit.*

Pinifer] *Vide* Pinus.

Pinna] pinnæ (πτίλον, πτερόν) Propriè penna eſt, quæ pluma, id eſt mollior, & exigua penna non eſt: nam pennæ generalè no-

nerale nomen est ad plumas & pinnas. Hæc Sipontinus. Var.lib.3.de re Rust.cap.7.8,de columbis,Qui iam pinnas habere incipiunt,in nido relinquunt illis cruribus.

Breuibus insurgere pinnis.Valer.7.Argon.76.

Talaria pinnarum affingunt Mineruæ. Cicero 3. de Natur. deor.81.

Pinnæ,Quibus innatant pisces,& quarum adminiculis ueluti remis innatando utuntur. Plin.lib.9.cap.20.1,Pinnarum quoq; fiunt discrimina,quæ pedum uice datæ sunt piscibus.

Pinna(πιννα ξία)Acutum quiddam significat. Vnde & Pinnæ murorum,id est,summitates.Liu.10. bel. Maced.183,Muri pinnæ aliquot locis decussæ.Virg.7.Aeneid.32,

— primaq; in littore sedes

Castrorum in morem pinnis,atq; aggere cingit. Lucanus lib.3.78.

Summas prensabat in aggere pinnas.Silius lib.7. 122.

Virens pinna.Sil.lib.8.103.

Pinna,Conchæ genus.Plin.lib,9.cap.42.1,Concharum generis & pinna est.nascitur in limosis subrecta semper,nec unquam sine comite,quem pinnoterem uocant,alij pinnophylacem:is est squilla parua,alibi cancer dapis affectator.Pandit se pinna,luminibus orbum corpus intus minutis piscibus præbens.Assultant illi protinus,& ubi licentia audacia creuit,implent eam.Hoc tempus speculatus index, morsu leui significat: illa ore compresso quicquid inclusit,exanimat, partemq; socio tribuit.Meminit Cic.2.de Nat.deor.183.

¶Pinnula,pinnulæ,pen.corr.Dimin. (πτίλιον) Summa pars auris,ab acuitate dicta.

Pinnula,Quæ innatant pisces.Plin.lib.9.cap.57.1, Quosdam inde exire ad pabula pinnulis gradientes crebro caudæ motu.

Pinnula,parua penna,uel pinna,Colum.lib.8.cap.5.4,Inhibe turq; cupiditas incubandi,pinnula per nares traiecta.Plaut. Amphit.3.143.

¶Pinnaculum,pinnaculi,pen.corr. (πτέρυγιον) Fastigium & summitas ædificij in acumen tendentis: siue quòd ueteres pinnam acutum dicebant:siue quòd pinnaculis addi pinna consueuit, quæ facili motu uentorum indicet flatum:quod genus nunc uulgò penniculum dicimus.Sipontinus.

¶Pinnatus,pen.prod.Adiect.(πτερωτὸς)Quod pinnas habet. Cauda pinnata.Cic.2.Tusc.43. de aquila.Ex poeta.

¶Pinnatus,Cupido:hoc est,alatus.Cic. 3. de Natura deorum, 78.Idem 1.de Diuinat.171,

Hic Iouis altisoni subitò pinnata satelles. De aquila.Ex poeta.

Pinnata folia modò concisa.Plin.lib.27.cap.7.

Pinnatus fulgor.Plin.lib.37.cap.7.2.

¶Pinniger,penult.corr.Adiect.ut,Pisces pinniger. Ouid. 13. Metamorph.204.

¶Pinnirapus,pen.corr.Retiarius,qui pinnam,id est,galeæ summitatem aduersario rapiebat.Iuuen.Satyr.3.116,

Hic plaudat nitidi præconis filius inter
Pinnirapi cultos iuuenes.

Pinna]πίννα,Oppidum est Vestinorum,qui sunt populi in quarta regione Italiæ,Prægutijs ad ortum finitimi,teste Ptolemæo lib.3.cap.1.Pinnensium meminit & Plinius lib.3. cap. 12.Vulgò hodie Penna.

Pinnotheres]pinnotheris,piscis.Vide Pinna, pro cõcha.

Pinsum]Palatium Romæ est,ad Collatiuã portam, quæ & ob id Pinsiana porta dicta est.Alexander lib.4.cap.16.

Pin ſo]pinsis,pinsui,pistum & pinsitum,pen.cor. apud Columellam,& pinsum apud Vitruuium sæpius, teste Budæo (μάσσω,μαμάσσω)pinsere,Pilo tundere,uel molis frangere:nam ueteres usu molarum carentes,frumenta torrebant,

& ea in pilas missa, pistillis tundebant & terebant.Nunc accipimus pro Panem facere.Colum.lib.2.cap.9.17,Panicum pinsitum,& euolutum furfure, sed & millium quoq; pultem, quauis inopia, maximè cum lacte non fastiendam præbet. Pomponius, Quum neq; molis molui,neq; palmis pinsui Persius Satyr.1.6,

O Iane,à tergo quem nulla ciconia pinsit. id est, tundit & percutit:hoc est,irridet.

Hordea pinsere.Ouid.ad Pisonem,4.

¶Pistus,Participium(μαμαχθείς)Plinius lib. 18.cap.10.4,Si pistæ serantur.

¶Pinso,pinsas(μάσσομαι)pinsare,Idem.Varro lib.1.de re Rustic.cap.63,Promendo diem,ut in pistrino pinsetur,ac torreatur.Nunc uerò sic legitur:Promendum hyeme,ut in pistrino pinsetur,ac torreatur.

¶Pinsito,pinsitas,pen.cor.(μαμάσσομαι) pinsitare,Frequẽt. à Pinso,pinsis,quidam probant ex Plauto in Asin.3.18,

Qui polentam pinsitam:quum ibi legatur, pransitant.

¶Pinsor,pinsoris,m.gen.(μαμαστὴς)quem nunc pistorem dicimus.Varro,Nec pinsorem ullum nossent, nisi eum qui in pistrino pinseret farinam.

¶Pistor,pistoris (ἀρτοποιὸς,ἀρτοπόλος) Qui frumenta contundebat pilis.

Pistor nunc dicitur qui panem facit.Plin.lib.18.cap.11.5, Pistores Romæ non fuerunt ad Persicum usq; bellum,annis ab Vrbe condita super quingentos octoginta.Plaut. Asin. 5.49,

Quum à pistore panem petimus. Cic. 2. de Finib.40.

Coqui,pistores,lecticarij,artes uulgares,Ciceroni pro Rosc. Amerino, 79.

Pistor dulciarius.Martial.lib.14.228.

¶Pistoricus,pen.corr. Adiect.(ἀρτοποιητὸς) Quod ad pistorẽ pertinet.Iureconsultus, Siquis seruos habuerit proprios, sed quorum operas locabat uel pistoricas uel histrionicas,seruorum appellatione hos legasse uidetur.

¶Pistorius,aliud Adiect.Idem (ἀρτοποιητικὸς) ut, Ars pistoria.Plinius libro 18.cap.11.4, Ad operis pistorij genera transeunte cura.

¶Pistura,pisturæ,pen.prod. (μάμαστις) Pinsendi artificium & ratio.Plin.lib.18.cap.10.6,Pistura non omnium facilis. Ibidem,8,Et ipsa autem quæ euelluntur,uariam pisturarum rationem habent.

¶Pistrinum,pistrini,& Pistrina,pistrinæ,pen.prod. (ἀρτοποιεῖον,μύλων,μυλόδρομον) Locus in quo panis pinsitur & fit.Plin.lib.18.cap.9.1,E' filigine lautissimus panis, pistrinarumq; opera laudatissima.

In pistrinum autem antiquitùs à dominis trudebantur serui obnoxam.Vnde Terent.in Heaut.3.2.19,Pistrino dignus.

Dédere aliquem in pistinum.Vide Dedo.

Detrudere & compingere aliquem in quoddam pistrinum.Cic. 1.de Orat.25.

Tradere aliquem in pistrinum.Cic.Quint.fratri,lib.1.2. 23.

Viuere in eodem pistrino cum aliquo.Cic.2.de Orat.79.

¶Pistrinensis,& hoc pistrinense(ἀρτοποιεῖον)Quod ad pistrinum pertinet. Apuleius in Asinum transformatus molas pistrinenses,per circuitus multiuios circumegisse se fistiuiter scribit, describens quales essent ministri in pistrinensi contubernio.Sueton.in Caligula,capite 39, Quicquid instrumenti ueteris aulæ erat,ab Vrbe repetijt, comprehensis ad deportandum meritorijs quoq; uehiculis,& pistrinensibus iumentis.

¶Pistrinarius,Pistrini custos,uel exercitor.Vlpian.l.1.ff.depositi.§.si quis seruum custodiendum conieceritfortè in pistrinum: siquidem merces interuenit custodiæ, puto actionem esse aduersus pistrinarium ex conducto.

¶Pistrilla,

¶Pistrilla,pistrillæ Diminutiuum à Pistrina. Terent. Adelph. Act.4.scen. 2,

Apud ipsum lacum est pistrilla,et exaduorsum est fabrica.Veteres (inquit ibi Donatus)absolutè dicebant pistrinã, ut sutrinam, & medicinam,ad tabernam referentes. Charis. lib.1,Pistrinum neutro genere dicitur sed Lucilius decimosexto fœminine extulit, Media è pistrina,ad tabernam referens,ut Caupona dicitur.Nam & Terent. diminutiuè pistrillam dixit, Apud ipsum lacum est pistrilla.

Pinta]pintæ,Vini mensura,quæ duabus cheopinis apud nos constat.Budæus lib.5.de Asse: Prima mensurarum nostrarum deorsum auspicando,Cheopina à nobis dicitur: ex eo (ut arbitror)dicta,quòd in ea tantum funditur, uel hauritur uini,quantum homo sitibundus uno haustu absumere possit.Hæc duplex,Pintam efficit,ex eo uocabulo detortam, quod Græci Pityam appellant,uas quoddam uinarium significantes.Expityna enim per syncopen pitna,deinde transpositione Pitna dicta.Pino enim Græcè bibo significat.

Pintia]πιντία,Ptolemæo lib.2.cap.6.Vallis,Oletana alio nomine dicta,urbs Hispaniæ:uulgò Valladolit.

Pinus]f.g.tam quartæ quàm secundæ declinationis (πίτυς) Arbor nota.Plin.lib.16.cap.10.2,Ex ijs pinus atq; pinaster folium habent capillamenti modo prætenuè longumq;, & mucrone aculeatum.Pinus fert minimum resinæ, interdum ex nucibus ipsis.Virg.7.eclog.9,

Fraxinus in syluis pulcherrima,pinus in hortis.

Syluarum gloria pinus.Stat.5.Sylu.1.31.

Pinus filia nobilis syluæ.Horat.1.Carm.ode 14.3.

Acuta pinus. Vide Acuo.

Acuta pinu præcinctus caput Pan.Ouid.Metam.141.

Alta pinus.Virg.2.Georg.78.

Amnosam pinum reuellere dumo.Ouid.12.Metam. 72.

Cæsa pinus montibus.Ouid.1. Metam.20.

Eruta pinus radicibus.Virg.5. Aeneid. 90.

Flammifera pinus.Ouid.5.Metam.89.

Gallinaria pinus.Iuuenal.Satyr.3.30.

Grata deûm matri pinus. Ouid, 10. Metam.21.

Ingens pinus.Horat.2.Carm.ode 3.2.

Pinus loquens.Virg.8.eclog.4.

Nautica pinus.Virg.4.eclog.8.

Sacra pendebit fistula pinu.Virg.7.eclog.4.

Succincta comas,hirsutaq; uertice pinus.Ouid.10. Metam. 21.

Trunca pinus.Virg.3.Aeneid.132.

Vberrima pinus.Virg.4.Georg.29.

Syluis euertere pinum.Virg.1.Georg.52.

Caua pinus,per synecdochen pro ipsa naui,quæ ex pinu constructa est.Valer.1.Argonaut.138.

Operta pinus.Stat.5.Sylu.78.

Tarda pinus pondere.Virg.5.Aeneid.31.

¶Pinea,pineæ,etiam dicitur(πίτυς)Columella lib. 5. cap. 10. 10,Eodem tempore iuglandem,& pineam, & castaneã serere oportet.

¶Pineus,Adiectiuum(πιτυώδης) Quod ex pinu est. Plinius libro 15. cap. 10. 2, Pinea corona uictores apud Isthmum coronantur.

Ardor pineus.Virg.11.Aeneid.158.

Claustra pinea.Virg.2.Aeneid. 52.

Cortex pineus.Col.lib. 6.cap.16.1.

Frondes pineæ.Col.lib.2.cap.2.8.

Robora pinea.Stat.2.Thebaid. 124.

Sylua pinea.Virgilius 9.Aeneid.18.

Tæda pinea.Ouid.2.Fast.1.12.

Tecta pinea uocat naues.Ouid.14.Met.106.

Virga pinea.Ouid.2.Fast.6.

¶Pinaster,pinastri,m.g.(ἀγριοπίτυς)Pinus syluestris, miræ altitudinis. Plin. lib. 16. cap. 10.3.Idem lib.15.cap.10.3, Quartum Pityida uocant è pinastris.

¶Pinifer,pen.corr.Adiect.(πιτυοφόρος)ut,Pinifer mons.Virgilius 10.Aeneid.142,

Vesulus pinifer. id est,in quo crescunt pinus.

Caput piniferum Atlantis.Virg.4.Aeneid.50.

Mænalus pinifer.Virg.10.eclog.3.

Rupes piniferæ.Lucan.lib.2. 87.

¶Pinetum,pineti,pen.prod. (πιτυών) Locus pinis consitus. Plin.lib.27.cap.8.10, Chrysolachanum in pineto lucucæ simile nascitur.

Succincta pineta.Ouid.15.Metam.121.

¶Pio, pias, piaui, piatum (σὺν εὐσεβῶς ἁγαπᾷν) piare,Colere. Plaut. Asin.10.3,

Vbi piem pietatem,&c.

Piare,aliquando pro Contaminare & polluere ponitur.

Piare,Piè amare,inquit Nonius. Næuius, Nemo est qui magis suos piet liberos.

Piare(καθαίρειν,ἁγνεύειν,ἀφοσιοῦσθαι) Purgare. Virgilius 2. Aeneid,28,

— & culpam miserorum morte piabunt. Cic.pro Domo sua,101,Si quid tibi aut piandum,aut instituendum fuisset religione domestica.

Aras piare thure.Propert.lib.3.eleg.10.4.

Hostilia busta piasti.Ouid.13.Metam.105.

Clades piare.Propert.lib.3.eleg.4.3.

Corpora piantur.Ouid.2.Fast.6.

Delicta piare.Silius lib.17.114.

Delubra piantur cædibus.Sil.lib.4.166.

Fontes piandi.Propert.lib.4.eleg.10.5.

Fulgura atq; ostenta piare.Cic.2. de Legib.35.

Iram piauit cæde.Propert.lib.3.eleg.19.4.

Mors morte pianda est,Ouid.8.Metam. 97.

Nefas piare.Virg.2.Aeneid.37.

Ossa piare.Virg.6.Aeneid.76.

Ritum piandi tradere.Ouid.3.Fast. 59.

¶Piatio,piationis,f.g.Verbale.Plin.lib.28.cap.2.17, Si Pontifici accidat Ditis causa epulanti, in mensa utiq; id reponi adolerique ad larem,piatio est.

¶Piatrix,pen.prod.piatricis(καθαρτὶς)Sacerdos quæ expiare solita erat,authore Festo.

¶Piamen,pen.prod.seu Piamentum(κάθαρσις,ἀφοσίωσις) Erat id quo in expiando utebantur,inquit Festus. Dictio poetica magis,quàm oratoria.Plin.lib.25.cap.4.4,Hac cuniculosa scrobem repleri uario genere frugum,religio est,ac terræ piamentum.

Februa Romani dixêre piamina patres.Ouid.2.Fast.4.

¶Piaculum,piaculi,pen.corr.(ἀφοσιωτήριον)Sacrificium, cultus,& quicquid agitur,seu præbetur pro satisfactione peccati.Virg.6.Aeneid.31,

— ea prima piacula sunto.Horat.1.Carm.ode 28.7,

— teq; piacula nulla resoluent. hoc est,nullis hostijs te expiabis.Cic.2.de Leg.90.

Infert piacula manibus.Ouid.6.Metam.114.

Miseranda piacula spretæ pœnæ.Sil.lib.1.37.

Piaculum,Aliquando dicitur peccatum,crimen,flagitium. Virgil.lib.6.Aeneid.114,

Dissultit in seram commissa piacula mortem.Seruius propter quæ expiatio debetur.Plaut.Trucul.5.12,

— piaculum est misereri nos hominum
Rem malè gerentium.

Horrend.

Horrenda piacula. Stat. 1. Achill. 28.
Contrahere piaculum. Vide Contraho.
¶Piaculus, piacula, piaculum, Adiectiuum. Cato de re Rustica, Porro piaculo facito. id est, piaculari. Turnebus.
¶Piaculo, piaculas, Expio. Cato de re Rust. Te hisce solitauri libus piaculo, &c.
¶Piacularis, & hoc piaculare, penult. prod. (ἀφοσιωματικὸς) Quod ad satisfactionem peccati pertinet uel datur. Liu. 1. ab Vrbe, 11, Is quibusdam piacularibus sacrificijs factis, quæ deinde genti Horatiæ tradita sunt, &c. Plaut. Epid. 3. 36,
Mene piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam,
Vt meum tergum stultitiæ tuæ subdas succidaneum? id est oportétne tuam stultitiam meis scapulis expiari? Plin. in Panegyr. 55, Quum uelut piaculares publicæ solicitudinis uictimæ supra sanguinem noxiorum ad lenta supplicia, grauioresq; pœnas ducerentur.
Piacularia, Tristia, per quæ malum fieri opinabantur. Nam à superis fœlicitatem, ab inferis dijs infœlicia dari censebant.
Piacularia auspicia dicebantur, quæ sacrificantibus tristia portendebant, quum aut hostia ab ara profugisset, aut percussa mugitum reddidisset, aut in aliam partem corporis quàm oporteret cecidisset.
Piacularis] Romæ porta appellatur propter aliqua piacula quæ ibidem fiebant, uel, ut ait Cloatius, quum ex sacro per aliquem piaculo soluitur: ut aliqua peandi, propitiandi qui causa immolatur. Festus.
¶Piabilis, & hoc piabile, pen. corr. (ἀφοσιωτὸς) Quod purgari potest.
Fulmen piabile. Ouid. 3. Fast. 58.
Piper] piperis, penult. corr. n. gen. (πέπερι) Arbor parum nobis nota, cuius fructus condimentis aptus & calidus ex Arabia ad nos affertur. Plinius lib. 12. cap. 7, Passim uerò quæ piper gignunt, iuniperis nostri similes, quanquam in fronte Caucasi solibus oppositi gigni tantum eas aliqui tradidêre, &c.
Album piper. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 15.
Asperum piper. Vide Asper.
Cádidũ piper. Vide Candidus, in Candeo.
Longum piper. Vide Longus.
Rugosum piper. Perf. Satyr. 5. 6.
¶Piperatus, pen. prod. Adiect. (πεπερίτης) ut, Piperatum uinum, Quod pipere & melle conditum est. Et Piperatum acetum, apud Colum. lib. 12. cap. 47. 5.
Piperitis] huius piperitis, pen. prod. f. g. (πιπερίτις) Herba, de qua Plinius libro 20. cap. 17. 1. Idem libro 19. cap. 12. 4, Genitiuum fecit piperitidis. Panax, inquit, piperis saporem reddit, magis etiam siliquastrum, ob id piperitidis nomine accepto.
Pipilo] pipilas, pen. corr. (πιπίζω) pipilare, dicitur passer. Catullus de passere Lesbiæ, 3. 2,
Sed circunsiliens modò huc, modò illuc,
Ad solam dominam usq; pipilabat.
Pipio] pipionis, m. g. (πιππίδιον) Pullus columborum, apud Lampridium in Alexandri uita.
Pipio, pipis, pipiui, pipitum, pen. prod. (πιπίω) pipire, Proprie dicuntur pulli gallinacei, & huiusmodi. Colum. lib. 8. cap. 5. 11, Die undecimo animaduertat, an pulli rostellis oua percuderint, & auscultetur si pipiant.
Pipo] pipas (πίπω) pipare, dicuntur Gallinæ quum uocem emittunt. Varro in Originibus, Mugit bos, ouis balat, equi hinniunt, gallina pipat. Nonius.
Pipulum] pen. corr. (ἰγκλημα) pro conuicio, à pipatu gallinarum, dixit Plaut. Aulul. 16. 31,
Ita me bene amet Lauerna, te iam nisi reddi
Mihi uasa iubes, pipulo hic differam ante ædes. Nonius.

Piquentum] πικέντον, Ptolemæo lib. 3. cap. 1, Vrbs Istriæ. Vulgò Pinquento.
Pirræa] ciuitas est insignis, Aminsus olim dicta: ut testatur Strabo lib. 12, Post Gadilonem, inquit, est Saramena, & Aminsus ciuitas insignis, à Sinope distans ad stadia nongenta. Refert Theopompus, prius Milesios, postea Cappadocum principem eam condidisse: deinde ab Athenocle & Atheniensibus habitatam, & Pirræa nominatam.
Pireus] πειραιεύς, (inquit Strabo) Athenarum portus & emporium, duorum millium passuum muro recedentibus Athenis iunctus, quadringentarum nautum capax. Vadianus in Pomponium Melam sic ait, Multi Pyrrhæum, pleriq; Pireæum pronunciant, scribuntq;, & Pireum, à quo Pireæ & Pireæa accusandi casu. Stat. 12. Thebaid. 123, in Catalogo copiarum, quæ Theseum secutæ sunt,
Qui gelidam Brannona uiri, qui rura lacessunt
Munichia, & tepidis stabilem Pireæa nautis. Et Pireæ pluraliter. Ouid. 4. Fast. 113,
Sunion expositum, Pireæq; tuta recessu Linquit. Illud notandum, Pireum & portum esse, & oppidum: de quo uide Gellium lib. 2. cap. 21. & lib. 15. cap. 1. Haclenus Vadianus. Cic. ad Att. lib. 7. 123. 13, Venio ad Pireæa: in quo magis reprehendendus sum, quòd homo Romanus Pireæa scripserim, non Pireum (sic enim omnes nostri locuti sunt) quàm quòd IN addiderim. Et paulo post, Quod si ἄλσος, oppida uolumus esse, tam est oppidum Sunium, quàm Pireeus.
¶Pireus, Adiect. (πειραϊκὸς) est, Littora Pireæa. Ouid. 6. Met.
Portus Pireus. Propert. lib. 3. eleg. 21,
Inde ubi Pireï capient me littora portus,
Scandam ego Theseæ brachia longa uiæ. Quo in loco si Pireï adiectiuum non est, oportet appositionem esse. Theseus Athenarum rex fuit. Brachia uocat, quæ Strabo crura, longos illos utique muros, qui urbem Pireo iungunt: de quibus suprà.
Pirata] piratæ, pen. prod. m. g. (πειρατὴς) Nomen latronis, qui primus mare infestauit: à quo omnes spoliatores & prædones, piratæ dicti sunt. Alij piratam, à πειράω transeo deducunt: quia scilicet ex transuerso simul ac piratæ uiderent insulam, in eam transeundo mare impetum facientes, illam deprædabantur. Pirata Græcè, Latinè prædo dicitur. Cicer. 7. Verr. 52, Ilium clàm à piratis ob hunc archipiratam pecuniam accepisse. Lucan. lib. 2. 115.
Barbarus pirata, & nefarius prædo. Cic. pro Rosc. Amer. 87.
¶Piratica, piraticæ, penult. cor. (πειρατεία) Ars ipsa. Cic. Post red. in Senatu, Profectò egestate & improbitate coactus, piraticam ipse fecisset. Quintilianus lib. 8. cap. 3, Piraticam quoq; ut musicam & fabricam dici, adhuc dubitabant mei præceptores.
¶Piraticus, penult. cor. Adiect. (πειρατικὸς) Quod ad piratam pertinet: ut, Piraticum bellum. Cic. Post reditum in Senatu. Idem 7. Verr. 58, Myoparone piratico capto, dux liberatus, symphoniaci Romam missi.
Puppis piratica. Claud. 4. Panegyr. 27.
Nauis piratica. Quint. lib. 2. cap. 14. 2.
¶Piraterium, πειρατήριον, Habitaculum piratarum.
Pirithous] pen. cor. (πειρίθους) Ixionis filius non ex Nube, sed ex coniuge, fuit rex Lapitharum: qui quum ad inferos cum Theseo descendisset, à Cerbero cane tricipiti deuoratus poetis fingitur, ut scribit Seneca in Hercule furente. Alij dicunt, quùm ad inferos descendisset, ut illinc raperet Proserpinam, cuius amore tenebatur, iussu Plutonis catenis alligatũ fuisse in perpetuum supplicium. Hor. 4. Carm. ode 7. 63
Non Lethæd ualet Theseus abrumpere charo
Vincula Pirithoo.

Ardor

Ardor temerarius Pirithoi. Stat. 8. Thebaid. 11.
Fides Pirithoi. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 6. 6.
Amator Pirithous. Horat. 3. Carm. ode 4. 16.
Pirum] Vide Pyrum.
Pisa] πίσα, Ciuitas in summo montis uertice condita, inter Ossam & Olympum, iuxta quam Iouis sacra dicta Olympia celebrantur. Est & hoc nomine oppidum Arcadiæ, prope Alpheum amnem: à qua hi qui Pisas in Italia condidederunt, uenêre: dictas à ciuitate pristina. Vnde Virgilius lib. 10. Aeneid. 36,
—Alpheæ ab origine Pisæ
Vrbs Hetrusca solo. Hinc,
¶Pisæus, Possessiuum (πισαῖος) ut, Iuuentus Pisæa. Stat. 6. Thebaid. 111.
Manus Pisææ. Lucan. lib. 3. 36.
Pisæ] Pisarum (πίσαιοι) ciuitas Tusciæ: à qua Pisani dicuntur. Lucan. lib. 2. 81,
Hinc Tyrrhena uado frangentes æquora Pisæ. Meminit huius Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 8. 6.
Alphææ Pisæ. Claud. de bello Gildon. 97. Virg. 10. Aen. 36.
¶Pisatilis, Pisanus. Pisatilem appellat Næuius Pantaleontem, è Pisis oriundum tyrannum: quum alioqui inde profecti, nunc Pisani dicantur. Festus.
Pisander] filius fuit Bellerophontis, quem in Solimo bello cecidisse Homerus ait Iliad. 9,
At natum occidit Pisandrum Bellerophontis
Pugnantem Solimos contra, in certamine Mauros.
¶Pisandro timidior. Dicebatur olim in immodicè formidolosos. Aiunt enim, Pisandrũ hunc fuisse prodigiosa timiditate, adeò ut anxius esset, ne suam ipsius animam alicubi uideret, quæ se uiuum reliquisset. Idem uidetur esse cum illo Ciceronis Vmbram suam metuere.
Pisandrus] Camireus (Camirus autem ciuitas est Rhodi) Eumolpi tempore poeta, ut nonnullis placet, antiquior Hesiodo.
Pisandrus alter Lycaonius, sub Alexandro Mammeæ uersificator: scripsit uariam historiã. Pisandrus etiã tertius, Nestoris filius. Suidas.
Pisaurus] πίσαυρος, fluuius Piceni: à quo Pisaurum ciuitas ei superposita, nominata est. Seruius uerò scribit Pisaurum dictum, quòd illic aurum pensatum sit. Nam quum Camillus Gallos interemisset, auruméq;, quod Galli à Romanis acceperant pro Capitolio non euerso, recepisset, & signa ciuitati appendisset, ciuitati nomen dedit. Plin. lib. 3. cap. 14. Huius meminit Cic. ad Tironem, lib. 16. 11. 4.
Sedes moribunda Pisauri. Catull. ad Iuuentium, epigr. 76. 1.
¶Pisaurensis, πισαυρήσιος, Qui Pisaurum habitat, aut ex eo natus est. Cic. de clar. Orat. 147, T. Accium Pisaurensem.
Piscis] huius piscis, m. gen. (ἰχθὺς) Animal in aquis degens: proprie autem qui squamis tegitur, ut ex Plinio apparet, libro 9. cap. 12, quum ait, Aquatilium tegmenta plura sunt: alia corio & pilis teguntur, ut urituli, hippopotami: alia corio tantùm, ut delphini: cortice, ut testudines: filicum duritia, ut ostreæ & conchæ: crustis, ut locustæ: crustis & spinis, ut echinis: squamis, ut pisces.
Aequorei pisces. Ouid. 10. Metam. 16.
Captiui pisces. Ouid. 13. Metam. 198.
Litoralis piscis. Vide Litus.
Molles pisces. Vide Mollis.
Muti pisces. Horat. 4. Carm. ode 3. 4.
Nitidi pisces. Ouid. 1. Metam. 16.
Taciti pisces. Ouid. 4. Metam. 10.
Obscœnus piscis. Vide Obscœnus.
Capiuntur hamo pisces. Cic. de Senect. 40.
Captare pisces arundine. Ouid. 8. Metam. 44.

Corrumpere pisces. Vide Corrumpo.
Ducere piscem hamo. Ouid. epist. 18. 3.
Euocare esca piscem è penetralibus liquidis. Sil. lib. 7. 101.
Generant oua pisces. Cic. 2. de Nat. deor. 194.
Ludit piscis in aqua. Vide Ludus.
Nactus sum pisces ex sententia, hi ne corrumpantur cautio est. Vide Nanciscor.
Suspendere piscem hamo. Ouid. 15. Metam. 21.
Extructa non conchylijs aut piscibus, sed multa carne subranci da mensa. Cic. in Pisonem, 53.
Magis mutus quàm pisces. Prouerbialis metaphora, de uehementer infantibus atq; infaciundis. Cõueniet & in hominem immodicæ taciturnitatis. Horat. 4. Carm. ode 3. 4,
O mutis quoq; piscibus
Donatura cygni si liberet, sonũ. Pisces enim nullam edunt uocẽ, exceptis perpaucis, inter quos canis marinus. Erasmus.
Piscis nequam est, nisi recens: manet in hunc usq; diem uulgo celebre. Dicitur autem peculiariter in hospitem aut uulgarem amicum, qui primo quidem aduentu non ingratus est, cæterùm ante triduum exactum putet. Plautus,
Quasi piscis itidem est amator lenæ: nequam est nisi recens. Erasmus.
Pisces, pro signo cæsti, frequentius pluraliter declinatur. Colum. lib. 11. cap. 2, Quintodecimo cal. Martij, Sol in Pisces transitũ facit. Cic. 2. de Nat. deor. 163. Virg. 4. Georg. 47.
Aut eadem sidus fugiens ubi Piscis aquosi.
Piscis Aquilonius tertio idus Martij desinit oriri. Col. 11. cap. 2.
Piscis Austrinus quarto nonas Septembris desinit occidere. Col. lib. 11. cap. 2.
¶Pisciculus, pisciculi, pen. corr. Diminut. (ἰχθύδιον) Terentius And. 2. 2. 32. Varro 3. de Re rust. cap. 5. 13.
Pisciculi parui. Cic. 2. de Nat. deor. 183.
¶Piscor, piscaris (ἁλιεύομαι) piscari, Insidiari piscibus. Plinius libro 19. cap. 1. 8, Retia in piscando durantia. Cicero 3. Offic. 96.
Piscari in aere. Plaut. Asin. 3. 87. Prouerbiũ, pro Operã ludere.
¶Piscatus, huius piscatus, pen. pro. m. g. (ἁλιευτικὸ) Plin. Quò uenatus, aucupia, piscatusq; alebant. Plaut. Rud. 8. 9,
—hamatilem piscatum;
Et saxatilem aggredimur. Plin. lib. 6. cap. 22. 11, Esse in piscatu uoluptatẽ, testidinum maximè. Sic Cic. 2. de Fin. 40.
Piscatus, per translationem dixit Plautus in Bacchid. 1. 69,
Piscatus meo animo hic tibi hodie euenit bonus.
¶Piscator, pen. corr. Verbale (ἁλιεὺς, ἰχθυοβολεὺς) Qui piscatur. Terent. Eunuch. 2. 2. 26. Cic. 3. Offic. 76, Piscatores ad se conuocauit, & ab his petiuit, ut ante suos hortulos postridie piscarentur.
¶Piscatorius, Adiect. (ἁλιευτικὸς) Quod ad piscatorem pertinet. ut, Ludi piscatorij, qui fiebant pro quæstu piscantium.
Piscatoria nauis. Cæsar 2. bel. Ciuil. 11.
Piscatoria linea. Plin. lib. 24. cap. 9. 8.
Piscatorium forum. Colum. lib. 8. cap. 17. 13.
¶Piscatrix, pen. prod. Verbale fœmininum (ἁλιεύτρια) Plinius lib. 9. cap. 42. 2, Nec minor solertia ranæ, quæ in mari piscatrix uocatur.
¶Piscarius, Adiect. (ἰχθυοβολικὸς) Idem quod piscatorius: ut, Hamus piscarius. Plaut. Stich. 5. 16.
Piscaria copia, Abundantia piscium. Plaut. Casin. 10. 63,
Piscarium forum, Vbi pisces uenduntur. Plaut. 9. 13.
¶Piscarius, Substantiuum (ἰχθυοπώλιον) Qui pisces uendit. Varro, Inter piscarios nemo uendebat.
¶Piscaria, piscariæ (ἰχθυοπωλεῖον) Locus in quo pisces uenduntur. Varro, Nullus in piscaria piscis erat. Vlpianus (teste Budæo) pro uulgari significatione usus est in l. inter publ. de

uerb. signif. Salinarum, metallorum, piscariarum, inquit.

¶Piscosius, pen. prod. (ἰχθυώδης) *ut, Piscosus amnis, in quo piscari facile est. Ouid. 3. Fast. 117.*

Piscosius, aliquando dicitur Piscibus plenus. *Mart. lib. 10. 37,*

Illic piscoso modò uix educta profundo.

Vada piscosa. Ouid. 2. de Arte, 17.

¶Pisculentus, Adiect. (ἰχθυώδης) Locus pisculentus, Vbi multi pisces morantur, uel in quo est facile piscari. Cato, Fluuium magnum, pulchrum, pisculentum. Plaut. Rud. 22. 2.

¶Piscina, huius piscinæ, pen. prod. (ἰχθυοτροφεῖον, πολυμβήθρα) Lacus uel stagnum in quo uiui pisces cõseruantur. Varro 3. de Re rust. cap. 3. 2, Piscinas dico eas, quæ in aqua dulci aut salsa inclusos habent pisces ad uillam.

In piscinis sunt muli barbati. Cic. Att. lib. 16. 14.

Viuaria & piscinæ. Plin. lib. 9. cap. 17. 4, de mulis, Nec in uiuarijs piscinisq; crescunt.

Publica piscina. Cic. Qu. frat. lib. 3. 23. 1.

Piscinæ uocantur omnes aquæ, siue frigidæ siue calidæ, collectæ ad natandum: quòd in piscinis pisces natare soleant. Cic. Latiorem piscinam uoluissem, ubi iactata brachia non offenderentur. Plin. iunior epist. 6. lib. 5. ad Apollinarem, Si natare latius aut tepidius uelis, in area, piscina est: in proximo puteus, ex quo posßis rursus abstergi, si pœniteat teporis.

Piscinæ pecorum. Colum. lib. 1. cap. 6, Piscinas minimum duas: alteram, quæ anseribus ac pecoribus seruiat: alteram, in qua lupinum, uimina, & uirgas, atq; alia quæ sunt usibus nostris apta, maceremus.

Piscinæ, dicuntur etiã uasa ligneæ ampliora ad tenendam aquã. Plinius, Decoquitur in aqua, & in piscinas ligneas funditur.

¶Piscinalis, & hoc piscinale, pen. pro. (ἰχθυοτρόφειος) Quod est piscinæ, siue quod ad piscinam pertinet. Vnde apud Palladium Piscinales cellæ leguntur.

¶Piscinarius, piscinarij (ἰχθυοτρόφος) Qui loca piscibus referta habet, uel qui piscinis delectatur. Vnde Cic. Lucullum & Hortensium piscinarios appellat: ad Atticum, lib. 1. 14. 8.

Pisidia] Pisidiæ (πισιδίαι) Regio est in Asia Minori: de qua apud Ciceronem 1. de Diuinat. 154.

Pisidæ] pen. indiff. Pisidarum (πισιδαι) antea Solymi uocati, à Solymo Iouis & Chalenæ filio: populus est Barbarus, iuxta Aspendam & Ciliciam habitãs: ut ait Stephanus. Claud. 2. in Eutropium, 49. de Phrygia,

—utrinq; propinqui
Eimibus obliquis Lydi, Pisidæq; feroces
Cõtinuãt Australe latus. Prisc. in Perihegesi corripuit,
—Post hos Pisidûm pinguißima rura coluntur. Pisidûm, pro Pisidarum.

Pisidæ, Phryges, Cilices & Arabum natio auium significationibus plurimum obtemperant. Cic. 1. de Diuinat. 152.

Pisistratus] pen. corr. (πισίστρατος) Athenienſis tyrannus, clarus genere, eloquentia uerò tanta, ut ea deliniti Athenienſes, libertate qua nihil charius habebant, ſe ſponte exuerent, illiusq; facundiæ ſanctitatem Solonis, qui numen fuerat ciuitatis, poſthaberent. Regnauit annos triginta tres, quo tempore Seruius Tullus Romæ, ut author est Gellius. Plura de hoc, & quibus artibus tyrannidem adeptus ſit, uide apud Trogum lib. 2. Meminit & huius Cic. ad Att. lib. 7. 138. 3.

Pisistratus alter, Larissæus historicus commemoratur à Suida.

Piso] pisis (μάσσω) pisere, pen. cor. Id significare uidetur Budæo, quod Græcis πίσσειν, hoc est, purgare, decorticare: quod pinsendo fit in ordeo & alijs frugibus. Plin. lib. 18. cap. 17, Vt niſi intenti piſant, cõcidantur grana, ferroq; frangantur. Legitur & pinsant. Varro de Re ruſt. Alij ficum & uuã paſſam quum piſerũt, affundunt ſapam. Legitur & hic, pinſerũt. Plin. lib. 18. cap. 10. 8, Lentẽ torreri prius iubet: deinde cum furfuribus leniter piſi. Vbi quidã legunt, pinſi. Budæus.

¶Piso, pisas (πίσσω) pisare, Idem. Varro 1. de Re ruſt. cap. 63, Vt in pistrino pisetur ac torreatur.

¶Pisus, pisa pisum. Plin. lib. 20. cap. 5. ad finẽ, Varro, quæ ſale aut aceto piſa eſt arefactaq;, uermiculis nõ infeſtari autor eſt.

Pisones] πίσωνες, appellati sunt quidam Romani nobiles, quòd optimè pisa fererent: sicut à lente Lentuli. Plin. tamen aliter lib. 18. cap. 3. 1, Cognomina, inquit, etiam prima inde: Pilumni, qui pilum pistrinis inuenerat: Pisones, à pisendo. Sic etiam Ouid. in carmine ad Pisonem, 4.

Pisones, Calpurniorum è prosapia fuêre, quæ à Numa rege descendit. Calpurnius enim Numæ filius fuit, ut ait Festus. Horatius item in Arte poetica ad Pisones,

—uos ô Pompilius sanguis, &c.

Triumphi clari Pisonum. Ouid. ad Pisonem, 8.

Pissa] πίσσα, Latinè dicitur pix.

Pissasphaltus] πισσάσφαλτος, Pix mista bitumini, quæ in Apolloniatarum agro reperitur. Plin. lib. 35. cap. 15. 6, Liquidum est & Apolloniaticũ, quæ omnia Græci pissasphalton appellant argumento picis & bituminis. De sulphure. Idem lib. 24. cap. 7. 4.

Pisselæon] πισσέλαιον, Oleũ qd'ex pice fit. Plin. lib. 24. ca. 5.

Pissoceros] pen. prod. (πισσόκηρος) Melliginis genus ceræ & picis, siue gummi, siue resina mistum. Plin. lib. 11. cap. 7. 1, Prima fundamenta operis comosin uocant periti, secunda pissoceron, tertia propolin.

Pistacium] πιστάκιον, Nucis genus. Plinius libro 13. cap. 5. 1. In nucum genere pistacia nota. Vulgus pharmacopolarum uocat phisticorum.

Pistana] herba ex uluarum genere. Plin. lib. 21. cap. 17, Item Pistanam dicit à Græcis uocari, quam inter uluas sagittam appellamus.

Pistillum] pistilli (ὕπερ) Instrumentum quo in mortario quædam tunduntur. Plaut. Aulul. 5. 17,

Cultrum, securim, pistillum, mortarium,
Quæ utenda uasa, semper uicini rogant. Colum. lib. 12. cap. 55. 2.

Aut bene emundatum conijcito, & pistillis conterito.

¶Pistillus, Idem quod pistillum. Virgil. in Moreto,

Procedebat opus, nec tam salebrosus ut antè,
Sed grauior lentos ibat pistillus in orbes.

Pistis] Latinè dicitur fides, & persuasio, πίστις.

Pistolochia] πιστολοχία, quartũ Aristolochiæ genus, tenuius quàm clematitis, denſis radicis capillamentis (unde & Polyrrhyzos nominatur) iunci plenioris craßitudine odorem habens, ut reliquæ Aristolochiæ species medicatum. Plin. libro 25. cap. 8.

Pistor] pistoris. Vide Pinso, pinsis.

Pistorium] πιστωρία, Italiæ ciuitas, quã Ptolemæus lib. 3. cap. 1. ponit inter Mediterraneas Tusciæ. Est enim inter Florentiam & Lucam: à qua Pistorienſes dicti. Plin. lib. 3. cap. 4.

Pistrinum, Pistrix] Vide Pinso, pinsis.

Pistris] huius Pistris, f. g. (πίστρις) Nomen nauis apud Virgilium lib. 5. Aen. 38.

Parte prior, partem noſtro premit æmula, Pistris.

Pistris (φάλαινα) Sidus cæleſte. Dicitur & Cetus, & Pistrix, ut paulo pòſt, Germanicus in Arato,

Auſter piſtris agit duo ſidera, perlegit unum, &c.

Pistrix] pistricis, f. g. (πῆτος) Piſcis marinus: aliàs cetus. Cic. in Arato, 21,

Spumiferam ſubter caudam piſtricis adhæſit.

Fera pistrix. Cic. in Arato, 45.

Neptunia pistrix. Cic. in Arato, 48.

Pistrix. Sidus cæleſte. Cic. in Arato, 18,

Hac una

Hac una ſtella uertuntur quam iacit ex ſe
Piſtricis ſpinæ ualida cum luce refulgens, &c.

Pisum] pisi (πίσον) Genus leguminis notũ: cuius caules ſpargunturin terram, niſi habeant admiscula. Plin. lib. 18. cap. 12. 6. Piſum in apricis seri debet, frigorum impatientiſſimũ. Ideo & in Italia & in auſteriore cælo, non niſi uerno tempore, terra facili ac ſoluta. Colum. lib. 2.

Pitane] pen. corr. (πιτάνη) Vrbs Aeolidis in Asia, quæ portus duos habuit. Ab hac Pithanei, & Pitanitæ nominantur. Fama est, apud Pitanã lateres inuentos esse, qui super aquas innatarent. quod & de alijs locis traditum est.

Aeolia Pitane. Ouid. 7. Metam. 7. 2.

Pithecus] pitheci, pen. prod. m. g. (πίθηκος) simia Latinè dicitur. A quibus insulæ ubi eorum maxima copia, Pithecinæ, siue Pithecusæ dictæ sunt. Vide Pithecusa.

¶Pithecium, πιθήκιον, deformem mulierem uocat Plautus in Milit. 13. 42, —ædepol equidem

Bellula est. P A. pitheciũ hæc est præ illa, & ſpinthuriciũ.

Pithecusa] pen. prod. (πιθηκοῦσα) Insula est in mari Tusco, sinuq; Campano sita, in cuius quodam colle oppidum fuit Pithecusæ, numero multitudinis. Hæc insula, Aenaria quoq; dicta est, à ſtatione nauium Aeneæ, & Homero Inarime dicta hodie Ischia ab oppido, cui coxendicis similitudo, ut Hermolaus lib. 31. Plinij, cap. 2. docet. Græcis uerò Pithecusa (inquit Plinius) non à ſimiarum multitudine, ut aliqui existimauêre, ſed à figlinis doliariorũ. Hæc Plin. lib. 3. cap. 6. Sanè πίθος Græcis, dolium significat Latinis. Ouidius tamen Pithecusas urbem, non à dolijs, ſed à pithecis, id est, ſimijs nomen habere putat libro 12. Metam. 18. in Cercopum fabula, quos tradit fuiſſe mutatos in ſimias,

Pitheus] πιθεύς, Filius Pelopis, qui cum Troœzene fratre, urbem Troœzena condidit. Vnde Ouid. epist. 4. 22,

Hîc tecum Troœzena colam, Pitheia regna. Nonnulli habent, Pytheus.

¶Pitheus, Vir quidã fuit Xerxis temporibus omniũ ſuæ ætatis ditißimus: qui duro semper imbians aurifodinas iugiter exercebat. Hiſtoriam narrat pluribus Plutarchus. Plinius uocat Pithicum lib. 33. cap. 10.

¶Pitheius, Adiectiuum (πιθεῖος) ut, regna Pitheia. Ouidius epiſt. 4. 22.

Pitho] πιθώ Mulier flexanima illa dicendi præſes, quam Ennius Suadã, Quintilianus Perſuadendi deam, Horatius Sudelam, & poetica mella, Cicero Leporem. Plin. Colebatur & Diana, cognomine Pitho, Corinthi. Vna est ex Atlantidibus. Vide Cic. de clar. Orat. 29.

Pithodemus] pen. prod. (πειθόδημος) Luctator egregius, cuius imaginẽ Diomenes ex ære expreſsit. Plin. lib. 34. ca. 8.

Pithœgia] πιθοιγία, inquit Proclus, feſtũ ueteribus erat, quo in uini participatum & ſeruos aduocabãt & mercenarios. Relinebantur enim tunc primùm doliã. Proinde facta re diuina uini cõmunicatio omnibus patebat. Compreccabantur uerò, ut Plutarchus inquit, innoxiam ſalubremq; ipſis fieri medicamenti potionẽ. Vndecima menſis die factitari hoc Athenis conſueuiſſe, produnt authores. Aliubi etiam ſexta eius, qui Proſtaterius uocaretur, bono Dæmoni diuina re peracta, deſinente iam Zephyri flatu, qui obl.edere uinũ ac commouere præcipuè creditur. Ioannes grammaticus, Heſiodi interpres, Pithœgia tradit celebrari ſolita menſe Ianuario. Dicitur autem à πίθος dolium & οἴγω aperio.

Pitholeon] pen. corr. huius Pitholeontis (πιθολέων) Rhodius, Poëta triuialis & abiectus: qui quũ in confinio utriuſq; linguæ natus eſſet, confuſo ſermone epigrammata quædam futilia conſcripſit, in quibus perquàm ridiculè Græca Latinis miſciuit: cuius meminit Horat. 1. Serm. Satyr. 10. 5.

Pitiſſo] pitiſſas (παρὰ μικρὸν γόμφους) pitiſſare, Paulatim degustare. Terent. Heaut. 3. 1. 48,

—pitiſſando modò mihi
Quid uini abſumpſit?

Pittacium] pittacij (ῥάκκος) pro modico panno accipi solet, qui aliquo medicamento illitus, modò præcordijs, modò capiti dolenti imponi solet ad mitigandum cruciatum. Celſ. lib. 3. cap. 10, Si capitis dolores sunt, roſam cum aceto miſcere oportet, & in id ingerere: deinde habere duo pittacia, quæ latitudinem frontis, longitudinemq; æquent.

Pittacus] pen. corr. (πιττακός) Mitylenæus, unus è ſeptem ſapientibus tempore Cræſi regis. Fuit alter Pittacus legislator (ut Fauorinus & Demetrius in homonymis meminêre) qui minor est appellatus. Aelianus autem de uaria historia, Pittacum quendam commemorat qui de mola piſtrina Enomium conſcripſit, ut in paruo argumento uim dicendi ostentaret. Idem de ſapiente dicit, eum in templo Fortunæ ſcalam conſtituiſſe, ut eius exprimeret effectum, quum multi in uita mortales aſcendant, deſcendantq;.

Pituita] pituitæ, pen. prod. (φλέγμα) tameſi quidam corripi contendant, ſed falsò: idem significat (ut ait Valla in Raudenſem) quod Græcè catarrhus: hoc est, quilibet humor redundans, qui ex ore naribuſue fluit: uel etiam ſi non flueret, etiam ſi non redundaret. Est tamen pituita, ex quatuor corporis noſtri humoribus, is potißimùm, qui magis ſeroſus est, & aqueus, ac magis fluxilis: uulgus medicorum cum Græcis phlegma appellat. Cic. 4. Tuſcul. 34, Quemadmodum quum ſanguis corruptus est, aut pituita redundat, aut buis, in corpore morbi, ægrotationes naſcuntur. Vide Celſum lib. 6. cap. 6, de pituita craſſa, alba, molli, ſicca & arida, calida, liuida, & alijs generibus.

Lenta pituita ſtomacho fert tumultum. Horatius 2. Serm. Satyr. 2. 16.

Leues curſus pituitæ. Celſ. lib. 7. cap. 7.

Mala pituita naſi. Catull. ad Furium, epig. 4.

Moleſta est pituita. Horat. 1. epiſt. 1. 22.

Extenuant pituitam omnia ſalſa atq; acria & arida. Celſus lib. 2. cap. 23.

Subſtitit pituita. Celſus lib. 6. cap. 6.

Sustinere pituitam. Celſus lib. 5. cap. 28.

Pituita per ſynæreſim uox est triſyllaba, apud Perſiũ Satyr. 2.

Somnia pituita qui purgatißima mittũt. Alij tamẽ legũt,
Somnia qui pituita purgatißima mittunt.

Pituita in arboribus. Plin. lib. 17. cap. 27. 1.

Pituita in Gallinis. Colum. lib. 8.

¶Pituitoſus, pen. prod. Adiect. (φλεγματώδης) Qui Græcè dicitur phlegmaticus. Cic. de Fato, 11, Inter locorum naturas quantum interſit uideamus: alios eſſe ſalubres, alios peſtilentes: in alijs pituitoſos, & quaſi redundantes, in alijs exclcatos atq; aridos.

¶Pituitaria, pituitariæ (σκάφος, ὀλυγία) herba quæ & aſtaphiſagria dicitur, hoc est, uua agreſtis: dicta pituitaria, quòd pituitam oris ſiccet, ſed tamen ſauces lædit. Plinius libro 23. cap. 1. 8, Quidam eam pituitariam uocant. De aſtaphiſagria loquitur.

Pitylisma] tis, (πιτυλισμὸς) genus exercitationis, maximè quidem uelox, ſed citra intentionem & uiolentiã. Galen. lib. 2. de tuendâ bona ualet. Politianus Miſcellaneorũ cap. 3. 8. Vide Cornarium in Galenum, pagina 514. & 515.

Pityocampæ] πιτυοκάμπαι, uermes ſiue erucæ è pinu arbore naſcentes. Plin. lib. 23. cap. 2. 4, Pinorum erucas, quas pityocampas uocant.

Pityonices] pen. prod. (πιθυονίκης) dicitur qui est uictor in ludis Græciæ, in quibus uictores donabantur pinu, qui in

Archemori honorem celebrabantur.

Pityrias] πιτυρίας, Græcis panis genus eſt, cui nihil furfuris ademptum eſt, quem noſtri furfuraceum uertunt. Galen. lib. 1. de Alimen. facultatibus, cap. 2.

Pityus] Oppidum opulentiſsimum in regione Colchica, ereginè Sarmatarum, qui Caucaſi montis iugæ incolunt. Plin. lib. 6. cap. 5.

Pityuſa] Genus rithymali. Plin. lib. 24. cap. 6.

Pityuſæ] πιτύουσαι, inſulæ duæ ſunt in mari Balearico, à pineorum fruticum ubertate dictæ, teſte Plinio lib. 3. cap. 5. Ex his quæ maior eſt, Ptolemæo Ebuſus: quæ minor, Ophiuſa, hoc eſt colubraria, appellatur. Plinius tamen utramq; Ebuſum uidetur appellare, & Ophiuſam inſulam ab hiſce diuerſam facere. Eſt item Pityuſa inſula eregionè Ioniæ ſita, quæ notiore nomine Chios appellatur. Plin. lib. 5. cap. 31. Eſt & alia eiuſdè nomiis inſula in ſinu Argolico, ex aduerſo Hermioni agri. Plin. lib. 4. cap. 12.

Pius] Vide Pietas.

Pius] Metellus nominatus, quòd à Furio Tribuno patris reditum exorauit. Antonius quoq; imp. pius dictus eſt, quòd animum à belli ferocitate alienatum haberet: malletq; unum (ut inquiebant) ciuè ſeruare, quàm mille hoſtes trucidare. Dion. Alexander lib. 1. cap. 9.

Pix] picis, ſ. g. (πίσσα, πίττα) nihil aliud eſt, inquit Ruellius, quàm fluxus combuſtæ in tæda ſua reſinæ: de pinu ferè omnis, ut Theophraſtus inquit. quanquam in Syria terebinthi quoq; picem ferunt, quia deſint ibi pinus. Cæterum pix liquida coquitur ad nauium, & ad multos alios uſus. Plin. lib. 14. cap. 19. 3, Italiæ pars aliqua rabulana pice: ac reſina condire muſta, uulgare eſt ei, prouincijsq; finitimis. Colum. lib. 6. cap. 32. 2,

Atq; ita factis ulceribus mederi liquida pice atq; oleo.

De generibus picis uide Plinium lib. 16. cap. 12.

Atræ picis maſſa. Virg. 1. Georg. 55.

Illyrica pice nigrior. Ouid. 2. de Arte, 132.

Cælum pice nigrius. Ouid epiſt. 17. 2.

Induere poſtes pice. Vide Induo.

Lenteſcit tellus in morem picis. Virg. 2. Georg. 50.

Arbores manantes picem. Vide Mano, manas.

¶Piceus, Adiect. (πισσόδης) Quod eſt ex pice, ſiue nigrum, & uiſcoſum, ac tenax ut pix. Martialis lib. 2. 41,

Et tres ſunt tibi Maximina dentes,
Sed planè piceiq;, buxeiq;.

Caligo picea. Virg. 2. Georg. 62.

Imber piceus. Plin. lib. 16. cap. 33. 45.

Lumen piceum. Virg. 9. Aen. 15.

Nimbus piceus. Stat. 1. Thebaid. 20.

Nubes piceæ. Ouid. 11. Metam. 110.

Nubila picea. Sil. lib. 5. 8.

Turbo piceus. Virg. 3. Aen. 115.

¶Piceatus, pen. prod. Aliud Adiect. (πισσόχρους) Pice illitum ſignificat. Martial. lib. 8. 59. in furem,

Non ſuit Autolyci tam piceata manus.

¶Picaria, æ: & Picariæ, arum, Picis fodinæ, quales populus Ro. in reditu habuit, l. 17. in fin. de uerbor. ſignif. in P. Cic. in Bruto. Nam quum in ſylua Scantia cædes facta eſſet, notiq; homines interfecti, inſimularetur q; familia, partim etiam liberi ſocietatis eius, quæ picarias de P. Cornelio, & L. Mummio Cenſoribus redemiſſet.

¶Pico, picas (πισσόω) picare, Pice inducere, uel illimere. Plin. lib. 11. cap. 7. 1, Piſſoceros ſuper eam uenit picantiũ modo, ceu dilutior. Col. 12. cap. 18, Cæteraq; uaſa ante quadrageſimum uindemiæ diem picanda ſunt. Paulo poſt, Et feruentiſsima pice infuſa nouo alio rutabulo & ſcopula picatur.

¶Picatus, Participium (πισσωθείς) Plin. lib. 15. cap. 17. 2, Picata uaſa fictilia. Colum. lib. 11. cap. 2. 52, Dolia partim picata, partim defricata.

Picatum etiam dicitur quod picem reſipit: ut, Picatum uinum. Plin. lib. 23. cap. 1. 34. Martial. lib. 13. 107,

Hæc de uitifera uenieſſe picata Vienna
Ne dubites: miſit Romulus ipſe mihi.

¶Pix, genus tormenti ſeu cruciatus. pice enim torquebant hominum corpora. Lucretius pœnas mortalium, tormentaq; breui exponens, libro 3,

Verbera carnifices, robur, pix, lamina, tedæ. Plaut. in Captiuis, Act. 3. ſcen. 4, inducit Ariſtophanem refellentè aſſutam uocem ſerui, qui dixerat in eum: Atrabilis agitat hominem. ait enim,

At pol te, ſi hic ſapiat ſenex,
Atra pix agitet apud carnificem, ac tuo capiti illuceat.

Baptiſta Pius tunicam pice illatã intelligit, qua induebantur qui flammis cremabantur uiui ob inſigne delictum. Hanc tunicam moleſtam dicebant: de qua uide in Tunica.

Pixacanthum] Vide Pyxacanthum.

Pixodorus] Vnus ex filijs Hecatomni Cariæ regis, frater Artemiſiæ eius quæ Mauſolum conſtruxit: de quo ſuo loco dictum eſt. Strabo lib. 14.

Pixus] Pixuntis (πυξοῦς) Oppidum Lucaniæ, à Latinis Buxentum appellatum. Plin. lib. 3. cap. 5.

P L

Placabilis, Placatus] Vide Placo.

Placenta] placentæ (πλακοῦς) Libum farinaceum, quod fit ex farina ſiligineà, caſeo & melle. Dicta quòd nobis placeat: uel quòd ea ſolerent deos placare. Vel dicitur à Græco πλακοῦς. Plin. lib. 7. cap. 53. 4, de moribus repentinis, Iam Manlius Torquatus Conſularis quum in cœna placentam appeteret, &c. Martial. lib. 5. 40.

Mellitæ placentæ. Horat. 1. epiſt. 10. 3.

Abſorbere totas placentas. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 5.

Placentia] πλακεντία, urbs Italiæ ad Threbiam amnem, nec procul à Pado, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 15.

¶Placentinus, pen. prod. (πλακεντῖνος) Gentile nomen. Cic. de claris Orat. 88.

Placeo] places, placui, placitum, pen. corr. (ἀρέσκω, ἀδέω, συμπροσωπέω, αὐθαδεύω) placere, Gratum eſſe. Col. lib. 9. cap. 7. 1, Quoniam pleriſq; uidetur operoſum iſtud, qualiacunq; uaſa placuerint collocari.

Placet amaritudine piper. Plin. lib. 12. cap. 7. 3.

Omni tibi dote placebam. Ouid. 4. Triſt. eleg. 3. 12.

Facie placere. Ouid. epiſt. 6. 17.

Factis placere. Ouid. 11. Metam. 65.

Illa placet geſtu. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 6.

Meritis placere. Ouid. epiſt. 6. 17.

Moribus placere. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 10.

Ratione aliqua placere. Claud. 1. in Eutropium, 16.

Placere, & Diſplicere, contraria. Cic. pro Domo ſua, 42.

Agam, ſic ut ipſi authori huius diſciplinæ placet. Cicero 1. de Finibus, 44.

Plus iuſto placere. Horat. 3. Carm. ode 7. 5.

Medico quid placeat uidebis. Cic. Tironi, lib. 16. 1. 2.

Nec carmina nobis Ipſa placent. Virg. ecleg. 10. 13.

Cœpta placent. Ouid. 8. Metam. 14.

Meum mihi placebat, illi ſuum. Cic. Attico, lib. 14. 318. 4.

Ocia ſemper placuerunt meæ menti. Ouid. 4. Triſt. eleg. 7. 2.

Rura mihi, & rigui placeant in uallibus amnes. Virgilius 2. Georgic. 97.

Sententia iſta tibi placuit. Propert. lib. 2. eleg. 10. 8.

Placet, ferè in tertijs perſonis: pro Videtur, cenſet, eſt eius opinionis,

nionis, & quod uulgus dicit, melius uiſum eſt. Cic. 3. Philip. 152, Et ut pro tantis eorum in Remp. meritis honores eis habeantur, gratiæq; referantur, Senatui placere. Idem Lentulo, lib. 1. 2. 2, Itaq; poſtridie placuit, ut breuiter ſententias diceremus. Sic 1. de Diuinatione, 180, Vt doctiſsimis ſapientiſsimisq; placuit. Budæus, Placere uerbum eſt cenſentis: uerbum item apponi ſolitum in Senatuſconſultis. Cic. 6. Philip. 205, Tumulũ eſſe decerni, iuſtitium edici, ſaga ſumi, dixi placere.

Non ita dis placuit. Ouid. 4. Triſt. eleg. 11. 2.

Placet de. Cic. ad Att. lib. 13. 261. 3, Expecto quid iſtis placeat de epiſtola ad Cæſarem.

Placitum eſt mihi, uel Placitum eſt ut: hoc eſt, uiſum eſt. Decius Brutus Bruto & Caſsio, lib. 11. 1. 3, Quum in his angustijs uerſarer, placitũ eſt mihi, ut poſtularem legationem liberam mihi. Cælius Ciceroni, lib 8. 4. 12, De prouincijs placitum eſt, ut coram Pompeio ageretur.

Placuit & placitũ eſt, ſicut licuit & licitũ eſt, dicimus, ait Seru.

Sic placitum. Virg. 1. Aeneid. 58,

Conſilia in melius referet, mecumq; fouebit
Romanos rerum dominos, gentemq; togatam.

Sic placitum. Vbi Seruius, Placitum, uel fatis, uel mihi: nam impersonale eſt.

Placere ſibi, Eſt efferri, gloriari. Cic. 2. de Orat. 9, Ego enim (ut quemadmodum ſentio loquar) nunquam mihi minus, quàm heſterno die placui.

Cura placendi tibi eſt. Ouid. 13. Metam. 64.

Studioſa mulier placendi. Ouid. 3. de Arte, 85.

¶Placens, Participium (ἀρέσκων) ut, Vxor placens. Horatius 2. Carm. ode 14. 5.

¶Placitus, per. cor. Aliud particip. (πεπλασμένος) Quod placuit. Terent. in Prologo Hecyræ, 21,

—ubi ſunt cognitæ,
Placidæ ſunt. Col. in præfatione lib. 1, Placida diſciplina.

Eſt uirtus placidis abſtinuiſſe bonis. Ouid. epiſt. 16. 20.

Forma placita. Ouid. 2. Faſt. 156.

¶Placitum, placiti, penult. corr. (ἀρέσκον, ἀρεστόν) Decretum: quòd quæ decreta ſunt, ea ſic Senatui uel maioribus placuiſſe uidentur. Plin. lib. 14. cap. 22. 6, Medicorum placitis nouitate aliqua ſeſe commendantium.

Si tibi per tuũ, placitumq; negabitur ire. Ouid. 1. de Arte, 49.

Placere, pro Blandiri. Tacit. de Orat. Satis multos offendit: qui ſi fortè hoc audirent, ſatis ſcio dicturos, me, dum iuris & philoſophiæ ſcientiam tanquam oratori neceſſariam laudo, ineptijs meis placuiſſe.

¶Placiturus, pen. prod. (ἀρέσων) Similiter participium: ut,

Dicta haud placitura referre. Virg. 12. Aen. 16.

¶Placendus, Adiect. (ἀρεστέος) Quod placere debet, & acceptum eſſe. Plaut. Trinum. 17. 35,

—ſi illa tibi placet,
Placenda dos quoq; eſt, quam dat tibi.

¶Placito, placitas, penultima corrept. placitare, Frequentatiuũ (ἀρέσκομαι) Plautus Bacchid. 21. 5,

Neq; placitant mores.

Placidus] pen. corr. Adiect. (ἄρτιος, ἀρτιώδης, ἀπαλός, ἡσύχιος, μαρὸς, ὑμὸς, συμπροσωπος, σύαρτος) Mitis, ſedatus: quòd illa quæ quieta ſunt, omnibus placent. Donatus. Clemens, eſt circa rectè agentes: Placidus, etiã circa delinquentes. Clemens, animo: Placidus, uultu. Terent. Adel. 5. 4. 10,

Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. Plautus Merc. 2. 4. 4,

Vxor tibi placida & placata eſt. Idem Perſa, 22. 1,

Hoſtibus uictis, ciuibus ſaluis, re placida, pacib. Perfectis.

Feruere, & Placidum eſſe, contraria. Terent. Adelph. 4. 1. 18.

Dare ſe placidum alicui. Ouid. 1. Faſt. 4.

Placidum mollemq; aliquem reddere. Cic. pro Cecinna, 20.

Placida & Inmitia, contraria. Horat. in Arte, 3.

Æuum placidum degere. Lucret. lib. 2. 218.

Amnis placidus. Ouid. 1. Metam. 141.

Amor placidus. Virg. 4. Aeneid. 8.

Animalia placida, quibus Fera opponuntur. Plin. lib. 8. cap. 53.

Arbor placida, cui Syluestris opponitur. Plin. lib. 16. cap. 5. 2.

Aures placidæ. Virg. 4. Aeneid. 88.

Canis placida. Plaut. Moſtell. 10. 51.

Caput placidum. Virg. 1. Aeneid. 27.

Cælum placidum. Sil. lib. 12. 134.

Columba placida. Ouid. 7. Metam. 74.

Placida & quieta tranquillitas. Cic. 2. Tuſc. 17.

Deus placidus. Ouid. 4. Triſt. eleg. 5. 4.

Dictis placidis miſcere ſortia. Ouid. 4. Metam. 131.

Dies placidus. Ouid. 11. Metam. 150.

Dies placidus & ſerenus. Plin. epiſt. 101. d.

Fœdus placidum. Virg. 10. Aeneid. 3.

Hyems placida. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 12.

Iter placidum. Plin. in Paneg. 32.

Lector placidus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 2.

Lumen placidum. Horat. 4. Carm. ode 3. 1.

Manum dare placidam alicui. Ouid. 3. Triſt. eleg. 1. 1.

Mare ſit placidum. Virg. eclog. 2. 6.

Mens placida & alta. Quint. in Proœm. lib. 6. 7.

Mente placida ferre aliquid. Ouid. 13. Metam. 43.

Mores placidi. Colum. lib. 6. cap. 20. 1.

Mors placida. Virg. 6. Aeneid. 105.

Placida, ſummiſſa, lenis oratio. Cic. 2. de Orat. 98.

Ore placido edere aliquid. Virg. 7. Aen. 39. Edere, loqui.

Oũs placida. Ouid. 1. Faſt. 73.

Paltis placida. Virg. 8. Aen. 18.

Pax placida. Virg. 1. Aeneid. 51.

Placidiſsima pax in animo. Cic. 5. Tuſc. 69.

Pectus placidum. Virg. 1. Aeneid. 106.

Portus æterna placidus quiete. Senec. Agamem. 7. 1.

Quies placida. Plin. lib. 10. cap. 75. 1.

Sedibus ut ſaltem placidis in morte quieſcam. Virgilius 6. Aeneidos, 79.

Senectus placida. Horat. in Carm. ſeculari, 10.

Placida & lenis ſenectus. Cic. de Senect. 12.

Somnus placidus. Ouid. 3. Faſt. 37.

Somnus placidiſsimus deorum. Ouid. 11. Metam. 125.

Sopor placidus. Virg. 4. Aen. 105.

Venti placidi. Virg. 5. Aen. 153.

Vitam placidam ac pacatam degere. Lucret. lib. 5. 232.

Vndis placidis natare. Ouid. 13. Metam. 190.

Vrbes placidæ, Expertes tumultus bellici. Virg. 7. Aen. 10.

Vultus placidi. Claud. 5. Paneg. 24.

Vultu placido uidere aliquem. Propert. lib. 2. eleg. 4. 11.

Nihil placidius aut quietius. Liu. 3. ab Vrbe, 61.

¶Placidè, pen. corr. Aduerb. (ἀρίστως, συναρέστως) Quietè, ſine tumultu. Plaut. Bacchid. 15. 58.

Accepta eſt placidè oratio. Liu. 2. ab Vrbe, 15.

Accubare placidè. Plaut. Moſtel. 10. 55.

Agere aliquid placidè & ociosè. Plaut. Pœn. 7. 42.

Amplecti placidè aliquid. Virg. 5. Aen. 18.

Aperire placidè forem. Plaut. Bacchid. 18. 35.

Placidè pultare fores. Idem Menæch. 4. 63.

Currere placidè. Plaut. Rud. 28. 10.

Exquirere placidè. Plaut. Merc. 4. 53.

Ferre placidè ſedateq; dolorem. Cic. 2. Tuſc. 99.

Ferre placidè iniuriam. Cic. 4. Verr. 59.

Loqui placidè ſedateq;. Cic. in Orat. 50.

Sequi placidè aliquem. Plaut. Milite, 18. 5.
Regere feruidã mentem, & placidè tractare. Sen. Medea, 7. 26.
Viuere placidè. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 5.
¶Placiditas, penult. corr. placiditatis (ἀταραξία) Gell. lib. 13. cap. 21, ex cõmentario Seruilij Claudij, Nerio dictum, quasi Neirio, hoc est sine ira, & cum placiditate: ut eo nomine mitem, tranquillumq; fieri Martem precemur.
¶Placo, placas (ἱλάσκω, ἱλάσκομαι, πραΰνω, σὺμβιβάζομαι, διαλλάττω) placare, Mitem ac placidum facere, sedare, tranquilliorem facere. Terent. Heaut. 5. 4. 21,
Neq; quod principium inueniam ad placandum, scio.
Pacem animis affert, & eos quasi cõcordia quadã placat ac lenit temperantia. Cic. 1. de Fin. 72.
Sanare, & placare aliquos Reipub. Cic. 2. in Catil. 37.
Placare, & lenire se alicui. Cic. 7. Philip. 232.
Sibi aliquem placare. Cic. Memmio, lib. 13. 1. 7.
Aequora tumida placat Iuppiter. Virg. 1. Aen. 30.
Est honor & tumulis animas placare paternas. Ouidius. 2. Fast. 107.
Placare & mitigare animum. Cic. 10. Philip. 272.
Animos iudicum placare. Cic. pro Fonteio, 30.
Placare & lenire animos concordia. Cic. 1. de Fin. 72.
Tauro niueo placatur Cyllenius. Sil. lib. 3. 45.
Carmine di superi placantur. Horat. 2. epist. 1. 1. 28.
Deuotionibus deos placare. Cic. 3. de Nat. deor. 19.
Hostijs humanis placant deos Galli. Cic. pro Fonteio, 17.
Deos placare thure. Horat. 1. Carm. ode 36. 1.
Diuos placaui sanguine. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 41.
Munera (crede mihi) placant hominesq;, deosq;. Ouidius 3. de Arte, 130.
Ieiunia uentris uoracis placare, Famem sedare. Ouidius 15. Metamorph. 19.
Iram dei placare donis. Cic. 2. de Legib. 37.
Iram deũm sacris placare. Ouid. 10. Metam. 80.
Iras discordiasq; nostras inter nos placare. Cicero de Aruspic. respõsis, 58.
Lares placare thure & horna fruge. Horat. 3. Carm. ode 23. 1.
Numine deorum placare. Ouid. 1. Fast. 34.
Obiurgatores beneuolos placare. Cic. 1. de Nat. deor. 9.
Odia improborum placare. Cic. pro Domo sua, 35.
Esca placauit iratum uentrem. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 1.
Verbis sup plicibus placare aliquem. Ouid. 4. Fast. 31.
Non est placandi spes mihi nulla dei. Ouid. 5. Trist. eleg. 9. 5.
Ira placanda iudicis. Tibull. lib. 4. ad Messalam, 1. 10.
¶Placare, pro Gratias agere. Horat. lib. 1. Carm. ode 26,
Et thure & fidibus iurat
Placare, & uituli sanguine debito
Custodes Numidæ deos:
Qui nunc Hesperia sospes ab ultima, &c. Hic (ait Acron) nõ irata aut mitigare, aut reconciliare numina parat, sed aut grates referre, aut uota persoluere. Propitij enim dei reduxerunt Numidam sospitem. Placare (inquit Porphyr.) pro eo quod est grattam referre, intelligendum, non ut placari irati dicuntur. Quum enim Numidam dicat sospitem redisse, apparet eum deos propitios & ante sacrificia habuisse. Custodes autem pro conseruatoribus accipiamus. Hec ille. Ascens. sic exponit: Placare id est, placidos, & (ut dictũ) cõtentos facere: quia dũ dijs uouemus, nõ sunt placati, donec uota reddiderimus. Propterea dixit debito, scilicet ex uoto.
¶Placatus, pen. prod. (διλακτέος, σὺλλατέος) Participium, siue Nomen ex participio. Plin. lib. 12. cap. 18. 2, Nec minus propitij erant mola falsa supplicantibus, imò uerò (ut palàm est) placatiores.
Aequus & placatus. Qu. Cic. de Petit. Consul. 30.

Placatus, & ira incensus, contraria. Cic. Att. lib. 6. 113. 2.
Placatum & mite. Cic. Att. lib. 5. 88. 3.
Quietis & placatus. Cic. 5. Tusc. 36.
Placatus & satiatus. Cic. pro Marcello, 10.
Deus placatus. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 9.
Deos placatos pietas efficit & sanctitas. Cic. 2. Offic. 15.
Gurges placatus. Valer. 4. Argon. 68.
Maria placata. Virg. 3. Aen. 14.
Mens placata. Lucret. lib. 5. 242.
Ore placato annuit. Ouid. 14. Metam. 119.
Procella placata. Propert. lib. 1. eleg. 16. 2.
Placatæ res & minimè turbulentæ. Cic. in Orat. 34.
Sepulchra placata. Ouid. 2. Fast. 7.
Vita placata. Cic. 1. de Fin. 108, Vt omnes bene sanos in uiam placatæ, tranquillæ, quietæ, beatæ uitæ deduceret?
Placatissima quies. Cic. 1. Tusc. 155.
¶Placatè, pen. prod. Aduerb. (ἀταράκτως) Inturbatè. Cic. ad Torquatum, lib. 6. 1. 11, Omnia humana placatè & humanè feramus. Idem ad Ligarium, lib. 6. 13. 6, Sed hoc ipsum intelligimus eum quotidie remissius & placatius ferre.
¶Placatio, Verbale (διλακτέα) Cic. 4. Tusc. 95, Sed omnis eiusmodi perturbatio animi placatione abluatur.
Deorum immortalium placatio. Cic. 3. de Nat. deor. 7.
¶Placabilis, & hoc placabile, pen. corr. (διλακτὸς) Quod facilè placatur. Cic. 4. Verr. 6, Hic qui Romam uenisset, satisq; fœliciter anni iam aduerso tempore nauigasset, omniaq; habuisset æquiora & placabiliora quàm animũ Prætoris atq; hospitis rem ad amicos suos detulit.
¶Placabilis, & Irritabilis, contraria. Cic. ad Att. lib. 1. 12. 5.
Aequus & placabilis. Cic. in Orat. 18. Aequos, placabilesq; dimittas. Legitur & placatos.
Placabilis, & Inexorabilis, contraria. Author ad Herenn. libro 4. 165.
Quo quisq; est maior, magis est placabilis iræ. Ouidius 3. Trist. eleg. 5. 7.
Præbere se placabilem alicui. Cic. ad Att. lib. 10. 207. 1.
Placabile ingenium ad preces. Liu. ab Vrbe, 181.
Ira deorum placabilis. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10. 5.
Numen solet fieri placabile. Ouid. 2. Trist. 29.
Aequa & placabilia omnia habere. Cic. 4. Verr. 66.
Placabilius est. Terent. Phorm. 5. 8. 68. idem Adelph. 4. 3. 17,
Quapropter teipsum purgare ipsis coràm, placabilius est. hoc est, res erit placabilior.
¶Placabilitas, pen. cor. placabilitatis (τὸ διλατὸν) Cic. 1. Offic. 124, Nihil enim laudabilius, nihil magno & præclaro uiro dignius placabilitate atq; clementia.
¶Placamen, penult. prod. siue Placamentum (ἱλασμὸς) Quo, quis placatur. Liu. 7. ab Vrbe, 5, Et quum uis morbi nec humanis consilijs, nec ope diuina leuaretur, uictis superstitione animis, ludi quoq; scenici, noua res bellicoso populo (nam circi modo spectaculum fuerat) inter alia cælestis iræ placamina instituti dicuntur. Plin. lib. 8. cap. 47. 1, Magna & pecori gratia, uel in placamentis deorum, uel in usu uellerum.
Placia] Mysiæ oppidum, iuxta Cyzicum Milesiorum oppidum, ut scribit Plin. lib. 5. cap. ultimo.
Placiadæ] Viri cuiusdã Atticis regionis incolæ uocantur, apud quos moris erat, ut qui fuisset in adulterio deprehensus, ignominiosas pœnas daret, impactis in pudendam corporis partẽ rapulanis, qui apud illos miræ magnitudinis esse dicuntur. Quòd si raphani fortè nõ fuissent ad manum, fixlæo utebantur, id est, ligonis ligno. Hinc Placiadæ, prouerbiũ, quod dici refert Plutarchus de deprehensis adulteris, & cõtumeliosè, sicut merentur, tractatis.
Placideianus] seu placidianus (utrunq; enim scriptum reperitur)

peritur) fuit gladiator, & quidem præstantissimus, ut ex Lucilij uersib. apparet, quos profert Nonius Marcellus in declaratione uerbi Compono. Versus sunt hi,
Sannis spurcus homo uita illa dignus locoq;,
Cum Placideiano componitur optimum longè
Post homines natos gladiator qui fuit unus. Eundem cõmemorat. Cic. lib. 3. epist. ad Qu. fratrẽ, & pluribus alijs locis.
Meminit huius & Horat. 2. Serm. Satyra 7,
Aut Placideiani contento poplite miror, Prælia, &c.
Placitis] πλακοῦς, Cadmi species, quæ uelut fuligo quædam, aut fæcilla ex fornacibus ærarij egesta, parietibus adhæret. nam partes sui grauitatem. ad testudinem euolare non potest. Dicta Placitis ab eo, quod speciem refert crustæ, quam Græci πλακόεντα uocant. Galen. libro 9. Simplic. & Plin. libro 34. cap. 9. & 10.
Pladarotis] πλαδαρώτης, Pladarotes, sunt mollia, ueluti corpora uetusta, & maximè decolora, palpebrarum parte interna nondum asprediuem habentia. Galen. in Medic.
Plados] πλάδος, est superflua, siue nimia humiditas. Hippocrat. libro 1. de Morb. uulgar. n. 11. Galen. Com. 11. in libro 1. Hippocrat. de Morb. uulg. Omnib. undequaque mul tus Plados.
Plaga] plagæ, priore prod. (πληγή) Percussio, uulnus. Terent. Eunuch. 2. 2. 13,
— neq; plagas pati Possum.
Nodi plagarũ, Tubera ex plagis. Stat. 4. Tebaid. 15. de tauro.
Dolor crepitusq; plagarum. Cic. 7. Verr. 126.
Expertia plagarum corpora. Lucret. lib. 3. 163.
Plaga ab. Cic. in Tusc. Hæc leuior est plaga ab amico, quàm à debitore.
Ex retuso telo plaga. Celsus lib. 5. cap. 26.
Altæ plagæ, Profundum uulnus. Senec. Oedipo, 4. 11.
Exigua plaga. Celsus lib. 5. cap. ult. De phygethlo.
Luculenta plaga. Vide Luculentus.
Lunata plaga. Celsus. lib. 7. cap. 26.
Odiosa plaga. Vide Odium.
Vehementior plaga. Cic. 2. Tusc. 96.
Accipere plagam. Cic. 2. Tusc. 70, Qui bene institui sunt, accipere plagã malunt, quàm turpiter uitare? Et 1. de Nat. deor. 95, Grauiorem enim plagam accipiebat, ut leuiorem repelleret. Vide Accipio.
Adhibere plagas. Vide Adhibeo.
Consumere hostem plagis. Horat. 2. epist. 2. 20.
Dissoluere corpora ualida plaga. Lucret. lib. 3. 164.
Domare corpora plagis. Lucret. lib. 2. 228.
Facere grauem plagam. Cic. in Orat. 134.
Facta plaga. Celsus, de incisione inguinis uel scroti loquens, Plaga facta deorsum uersus subest.
Ferre plagam. Virg. 20. Aeneid. 160.
Fieri meliorem plagis Phrygem. Cicero pro Flacco, 51. Vide Phryx, in Phrygia.
Imponere plagam insanabilem alicui. Cic. pro Sestio, 35.
Infligere plagam mortiferam alicui. Cic. in Vatinium, 15.
Injicere plagam. Cic. pro Murena, 45, Illa plaga est iniecta petitioni tuæ maxima. Vide Injicio.
Efflantes plagas internectere. Stat. 8. Thebaid. 34.
Leuare plagam. Vide Leuis.
Obducere plagam limo. Vide Obduco.
Perferre plagas. Cic. Pæto, lib. 9. 16. 12.
Peremptus plagis uitulus. Virg. 4. Georg. 60.
Corpus plagis præbere. Ouid. de Nuce, 35.
Plaga fedare dicitur, apud Ouidium 3. Metam. 18.
Externis succumbunt omnia plagis. Lucret. lib. 2. 228.
Suere plagam. Cels. lib. 5. cap. 26.
Plaga, incisio arboris. Plinius lib. 12. cap. 25. 4, Succus è plaga manat.
Plagæ, priore cor. Retia dicuntur rariora, ad capiendas feras: quòd plagis, id est foraminibus plena sint. Cic. 3. Offic. 89.
Sintne igitur insidiæ, tendere plagas, etiam si excitaturus non sis, nec agitaturus? Virg. 4. Aeneid. 26,
Retia rara, plagæ, & lato uenabula ferro. Seruius in hunc locum scribit, Plagas propriè illos funes dici, quibus retia tenduntur circa imam & summam partem.
Densæ plagæ. Horatius. 3. Carm. ode 5. 7.
Dispositæ plagæ. Senec. Thyeste, 6. 1.
Nodosæ plagæ. Ouid. 6. Fast. 22.
Raræ plagæ. Senec. Hippol. 1. 7.
Teretes plagæ. Horat. 1. Carm. ode 1. 6.
Plagis nexilibus ambire syluas. Ouid. 2. Metam. 98.
Cadere in plagas. Ouid. 3. de Arte, 86.
Sepire saltum plagis. Lucret. lib. 5. 252.
Tendere plagas, Disponere retia. Ouid. 1. de Arte, 54.
Trudere apros in obstãtes plagas multa cane. Horat. Epo. 2. 7.
Incidere in plagas, per translationẽ, pro Incidere in periculum. Cic. in Verrẽ, Si mehercules (id quod fore intelligo non posse) ex his laqueis te exueris, ac te aliqua ui, ac ratione explicaris: in illas tibi maiores plagas incidendum est, in quibus te ab eodem me, superiore ex loco confici & concidi necesse est.
Laci in plagas amoris. Lucret. lib. 4. 231.
Conijcere se in plagas. Vide Conjicio.
Texere plagas contra se. Cic. 4. Acad. 264.
Plaga, priore similiter correpta (παραπόνιον πλίμα) Cæli uel terræ spacium amplissimum, quod etiam tractus & clima à Græcis dicitur, Virgil. 7. Aeneid. 46,
— & si quem extenta plagarum
Quatuor in medio dirimit plaga solis iniqui. Plin. libro 16. cap. 2, In eadem Septentrionali plaga Hercyniæ syluæ.
Cæli plagas scrutari. Cic. 1. de Diuinat. Ex poeta.
Extra pondus & plagam motus. Cic. de Fato, 34.
Mundi plaga: id est, pars. Senec. Herc. furente, 13. 1.
Aetheria plaga. Virg. 1. Aeneid. 80.
Ardens plaga, Regio ardentior Africæ. Claud. 1. in Eutrop. 36.
Cæleſtes plagæ. Ouid. 12. Metam. 8.
Diuitis arua plagæ. Valer. 1. Argon. 104.
Feruida arua, pliga. Herc. Oetheo, 9. 18. Intelligit Zonam torridam.
Lactea plaga cæli. Stat. 1. Sylu. 2. 11.
Marmorata plaga ingenti dorso. Stat. 4. Sylu. 3. 10. Intelligit uiam stratã marmoribus. Loquitur enim de uia Domitiana.
Mitis plaga. Silius lib. 1. 4. 3.
Solifera plaga, Plaga Orientis Senec. Herc. Oetheo, 2. 12.
Plagæ, Tapetes, uel tapetia Græcè dicuntur, stragula Latinè. Varro de uita pop. Romani, Chlamydes, plagæ, uasa aurea.
Idem, Eburneis lectis & plagis sigillatis. Nonius.
¶Plagula, plagulæ, pen. corr. Diminutiuum, Stragulum. Plin. lib. 13. cap. 12. 3, docens quomodo fiant chartæ, Premitur deinde prelis, & siccantur in sole plagulæ, atq; inter se iunguntur. Ita legit Bud. Liu. 9. bel. Maced. 23, Luxuriæ enim peregrinæ origo ab exercitu Asiatico inuecta in urbem est, Ii primùm lectos æratos, uestem stragulam pretiosam, plagulas, & alia textilia, & quæ tum magnificæ supellectilis habebantur, monopolia & abacos, Romam aduexerunt.
¶Plagiarius, ἀνδραποδιστής, Qui liberum emit, uel uendit. Item, qui seruo aut seruæ persuadet, ut à domino dominâue fugiat: uel eum eámue inuito uel nesciente domino celat, uinctum habet, emit uel uendit. Dictus plagiarius, quòd lege Fabia plagijs damnatus esset.

Lex ipſa, Plagiaria (ἀνδραποδισία) crimen, Plagiũ uocatur. Martil. lib. 1. 48, Plagiarium uocat furem librorum ſuorum. Calliſtratus in l. non ſtatim. ff. ad legem Flau. de Plagiarijs, Seruos alienos qui ſollicitauerit, aut interceperit, crimine plagij quod illi intenditur, tenetur nec ne, facit quæſtionem. Vide titulum Ad legem Flauiam, de Plagiarijs, lib. 48. Digeſt. Cic. Qu. frat. lib. 1. 2. 10.

¶ Plagoſus, pen. prod. Adiectiuum (πληγώδης) Plagis plenus. ut, Plagoſa crura, apud Apuleium. Ab Horatio plagoſus dicitur, qui ſæpe plagas infert, 2. epiſt. 1. 114.

¶ Plagiger (πληγοφόρος) Ad ferendas plagas quaſi natus. Plaut. in Pſeudolo, Plagigera genera hominum.

Plagiaſon] Tibiæ genus ex loto. fuerunt enim tibiarũ, multæ ſpecies: Elymos, ex buxo & lauro: Calami, ex auena aut hordeo apud Gallos: & ueræ tibiæ, quæ ex auium maiorum aut mortuorum tibijs, unde & nomen habuerunt, fiebant. Alexãd. lib. 4. cap. 17. Nos ferè eo uerbo utimur, Flageolet.

Plaguſia] Genus piſcis. Plaut. Rudente, 8. 9,

Oſtreas, balanos captamus, conchas, marinam urticam, Muſculos, plaguſias, ſtriatas, &c.

Planaria] Vna ex fortunatis inſulis, à planicie dicta. Plinius lib. 6. cap. 32.

Planarius] a, um. Planaria interpellatio magiſtratus, quæ de plano fit ſeu in plano, non pro tribunali. Conſtantinus in l. 4. C. de dilation. Et cognitio cauſæ, nõ interpellatione planaria: ſed conſidente magis iudice colligatur.

Planaſia] πλαναισία, inſula eſt in mari Tyrrheno, non longè ab Ilua, ut author eſt Ptolemæus lib. 3. cap. 2. & Plin. libro 3. cap. 6.

Planca] plancæ (πλαξ) Tabula plana, à planicie ita appellata. Plin. lib. 8. cap. 43. 3, Nec pontes aſini tranſeant, per raritatem plancarum translucentibus fluuijs. Legitur &, Per raritatem eorum, &c.

Plancianus] a, um, ex nomine proprio (quod ſæpe fit) attributiũ conficium. Plancianum S. C. de liberis agnoſcendis, l. 1. §. eleganter. de lib. agnoſcend. in P.

Planctus] Vide Plango.

Plancus] planci (πλάγιος) inquit Feſtus, qui ſupra modũ planis pedibus eſt, qui pedes imos graciles habet, planoſq; æqualiter, quaſi tabellas, quæ plancæ uocantur. Plin. lib. 11. cap. 45. 6, Vola homini tantùm, exceptis quibuſdã. Nanq; & hinc cognomina inuenta Planci, Plauti, &c.

Plancus] πλάγιος, dictus eſt Romanus quidam, cuius extant epiſtolæ luculenter ſcriptæ. Qui (teſte Euſebio) quum Galliam comatam regeret, Lugdunum condidit: quæ ciuitas Senecæ temporibus deflagrauit incendio.

Planè] Vide Planus.

Planeta] planetæ, pen. prod. m. g. ἀπὸ τῆς πλάνης, id eſt, ab errore. πλανήτης, id eſt, erraticus & uagus. Latini ab inceſſu uocant errantia, & erraticas ſtellas. Nigidius errones appellat. Vnde Virg. 3. Georg. 68, de Mercurio,

Quos ignis cæli Cyllenius erret in orbes. Sunt autem ſeptem planetæ, Saturnus, Iuppiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna.

Plango] plangis, planxi, planctum (κόπτομαι) plangere, Tundere, uel percutere. Ouid. 2. Metam. 116,

Plangere nuda meis conabar pectora palmis. Lucilius,

—plangunt littora fluctus.

Lacertos ſuos planxit. Ouid. 9. Metam. 128.

Pectora plangere manu. Ouid. 3. Amorum, eleg. 5. 12.

Humum pectore plangere, Percutere. Ouid. 1. Faſt. 116.

Venti plangunt peſtem per auras. Lucret. lib. 6. 24.

Fluctus plangentes ſaxa. Lucret. lib. 3. 231.

Plangere (ὀλοφύρεσθαι) Plorare & deflere: quia in ipſo luctu pectora plangere ſolemus.

Carmine plangere aliquem. Stat. 5. Sylu. 3. 9.

Plangunt ſua damna coloni. Stat. 11. Thebaid. 24.

Magno planxit diuortia luctu. Claud. 1. in Eutropium, 13.

Funera alicuius plangere. Stat. 12. Thebaid. 77.

Plangunt littora. Virg. 1. Georg. 67.

¶ Planctus, huius planctus (κόπτω) Percuſſio. Lucan. libro 2. 5, Exigit ad ſæuos familiarum brachia planctus.

Planctus, Lamentatio & luctus.

Peruigil planctus. Valer. 3. Argon. 72.

Triſtes planctus. Claud. 2. in Eutropium, 61.

Dare planctus. Senec. Troade, 1. 13.

Ingentes iteraſti pectore planctus. Stat. 3. Sylu. 5. 11.

Fœmineo cum planctu miſtus clamor. Senec. Octau. 6. 10.

Mollem planctum pepulêre brachia. Stat. 6. Thebaid. 44.

Ponere plãctus, Linquere mœrorẽ. Senec. Herc. Oetheo, 16. 6.

Tympana reddunt Planctum. Claud. 3. de raptu Proſerp. 27.

Immenſus plãctus reſonat per urbes. Senec. Herc. Oetheo, 12. 6.

Vno planctu ſonant tria regna. Senec. Herc. furente, 12. 13.

Vallantur planctibus aræ. Stat. 10. Thebaid. 112.

¶ Plangor, plangoris, Verbale (κόψις) Percuſſio. Catullus Argon. 59. 55, Procedũt, leuiterq; ſonant plangore cachinni.

Præcipiti plangore ruunt. Valer. 3. Argon. 55.

Sonitus plangoris. Ouid. 3. Metam. 100.

¶ Plangor, ὀλοφυρμὸς, pro Planctu & uociferatione. Cicer. 2. Philip. 89, Tum diadema imponebas cum plangore populi.

Plangor & lamentatio. Cic. in Orat. 72.

Sonus plangoris. Ouid. 14. Metam. 150.

Clarus plangor. Ouid. 4. Metam. 28.

Dare plangorem. Ouid. 2. Metam. 70.

Conſonus plangor exit in auras. Ouid. 13. Metam. 124.

Magnis plangoribus æther reſonat. Virg. 4. Aeneid. 134.

Domus plangore ſonat. Ouid. ad Liuiam, 36.

Fœmineis plangoribus ædes ululant. Virg. 2. Aeneid, 98.

Planipes, Planicies] Vide Planus.

Planta] plantæ (ταρσὸς, πέλμα) Tota pars inferior pedum, digitiq; & ungues. Plin. lib. 7. cap. 2. 15, Eudoxus in Meridianis Indiæ uiris plantas eſſe cubitales fœminis adeò paruas, ut ſtruthopodes appellentur. Ouid. 2. Metam. 148,

—ut terſis niteant talaria plantis.

Alatæ plantæ. Virg. 4. Aeneid. 52. De Mercurio.

Ancipiti figens ueſtigia planta. Iuuen. Satyr. 14. 28.

Auerſæ plantæ. Vide Auerto.

Ferratæ plantæ. Claud. 3. de raptu Proſerp. 78.

Læua planta. Cic. in Arato, 17.

Niueæ plantæ. Claud. de nupt. Honorij, 31.

Peruices plantæ. Virg. 11. Aeneid. 144.

Timidæ plantæ. Ouid. 6. Metam. 22.

Tremulis inſiſtere plantis. Iuuen. Satyr. 6. 10.

Velocis gloria plantæ. Iuuen. Satyr. 13. 10.

Volucris planta. Silius lib. 13. 39.

Contingere ſidera plantis. Propert. lib. 1. eleg. 8. 9.

Celeres plantas tingere æquore. Virgil. 7. Aeneid 162. id eſt, Mergere.

Aegra planta euadere lubrica. Silius lib. 7. 123.

Planta (φυτὸν, κλῆτρον) de arboribus dicitur ea, quæ transferẽ di gratia, uel de arboribus rapta, ut ait Seruius, uel ex ſeminibus eſt orta: & de herbis quoq; dicitur. Virg. 2. Georg. 5,

Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum

Depoſuit ſulcis. Plin. lib. 17. cap. 15. 3, Satiuæ plantæ ſyluestrium radicibus inſeruntur natura ſiccioribus.

Feraces plantæ. Virg. 2. Georg. 16. & lib. 4. 23.

Teneræ plantæ. Virg. 10. eclog. 10. Quint. lib. 2. cap. 4. 7.

Summas plantas defringere ex arbore. Virg. 6. Georg. 60.

Deponere

Deponere ſulcis plantas. Virg. 2. Georg. 5.

Euellere plantam cœno. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 6.

¶ Plantæ, ſemina olerum, quòd plana ſunt: & appellantur etiã ex ſimili plantæ noſtrorum pedum. Paulus.

¶ Plantarium, plantarij (φυτοσύριον) Ipſa planta in terra nata, quæ cum radicibus transfertur de uno loco ad alium: ut ait Seruius. Virg. 2. Georg. 6.

Syluarumq; aliæ preſſos propagimis arcus

Expectant, & uiua ſua plantaria terra.

Plantarium, Plantarum locus. Plin. lib. 17, Quædam in plantario inſita, eodem die transferuntur. Idem lib. 13. cap. 4. 8, Ergo plantaria inſtituũt. Dicitur et Seminariũ, teſte Budæo.

¶ Plantarius, Adiectiuum (φυτοσύριος) Colum. lib. 5. cap. 9, Antequam plantarias arbuſculas effodias ſolo, rubrica notato partem eius, quæ Meridiem ſpectat. Nunc uerò ex emẽdatis codicibus ſic legitur, Antè quàm explantes arbuſculam, rubrica notato, &c.

¶ Plantaris, & hoc plantare, pen. prod. (πελμάτικὸς) Quod eſt plantæ pedis: ſiue quod pertinet ad plantam pedis. Statius lib. 1. Theb. 61,

Summa pedũ properè plantaribus alligat alis. De Mercurio. Perſ. Satyr. 4. 4,

Quinq; palæſtritæ licet hæc plantaria uellant.

¶ Plantiger, pen. corr. Adiectiuum (φυτοφόρος) Plantas gerens: ut, Plantigeræ arbores, Quæ ex ſe pullulando plantas emittunt. Plin. lib. 13. cap. 3. 1, Siliqua plantigera eſt in imis partibus.

¶ Planto, plantas (φυτεύω) plantare. Plin. lib. 17. cap. 10. 9, Hoc modo plantantur punicæ.

¶ Plantatio, Verbale (φυτεία) Plin. lib. 21. cap. 4. 3, Vnde accòlæ transferentes conſerunt, ipſaq; plantatione proficiunt.

¶ Plantago, pen. prod. plantaginis, f. g. (ἀρνόγλωσσον) Plinius lib. 25. cap. 8. 1, Celebrauit & Themiſon medicus uulgarem herbam plantaginem, tanquam inuentor, uolumine de ea edito. Duo eius genera. Minor anguſtiorib. foliis & nigrioribus linguæ pecorum ſimillimis, caude anguloſo, in terram inclinato, in pratis naſcens: altera maior, foliis laterum modo incluſa, quæ quia ſeptena ſunt, quidam eam heptapleuron uocauêre. Huius & caulis cubitalis eſt, & napi ſimilis. Naſcitur in humidis multo efficacior. Vis mira in ſiccando, denſandoq; corpore, cauterij uicem obtinens.

Planus] plana, planum, priore producta (ἐπίπεδος, πλανὸς, ὁμαλὸς) Cuius figura æqualis eſt, ut Planum ſolum, apud Plinium epiſt. 161. a, & 170. a. Cic. de Vniuerſitate, 18, Quòd ſi uniuerſitatis corpus planum & æquabile explicaretur, neq; in eo quicquam eſſet requiſitum. Mart. lib. 1. 170, Et planus modico tumore uertex.

Ex ſolidis globus, ex planis circulus aut orbis. Cic. 2. de Natur. deorum, 68.

Planior aditus: hoc eſt, facilior & patẽtior. Liu. 4. bel. Maced.

Area planiſſima campi. Ouid. 10. Metam. 18. (112.

Campi plani æquora. Lucret. lib. 3. 204.

Planus & æquus locus. Cic. pro Cecinna, 37.

Spacia plana. Horat. 1. epiſt. 7. 9.

Via plana. Ouid. 3. Faſt. 168.

Cadere in plano. Ouid. 3. Triſt. eleg. 4. 4.

In planum rota uerſari dicitur à Vitruuio lib. 10. ut differt ab ea quæ in cultrum uerſatur. Ea autem rota in planum uerſatur, cuius axis perpendiculariter ſitus eſt: in cultrũ uerò uerſatur ea, cuius axis in porrectum collocatus eſt. Budæus.

Ad planum. Vide Ad.

Ad planum reducere cicatrices. Vide Ad.

Decurrunt in plana arbores. Vide Decurro.

De, uel è plano. Paulus de Quæſtionibus, in l. unius, in fine, Cuſtodiæ non ſolùm pro tribunali, ſed & de plano audiri poſſunt, atq; damnari. Suet. in Tiberio, Iudices q; aut è plano, aut è Quæſtoris tribunali admonebat. id eſt, è ſolo in quo populus ſtabat. Papinianus in l. miles. §. quidam. ff. ad legem Iuliam, de Adulterijs, De plano quoq; libellus dari poteſt. id eſt, iudice non ſedente, & diebus feriatis. Budæus.

Plani pedis ædificium dicitur à Vitruuio, ad differentiam concamerationis & hypogei: lib. 6. cap. 10. Et plano pede, ad differentiam contignationum: lib. 7. cap. 1. & 4. Budæus.

Planos piſces dicimus, Qui ſuperficiem planam, non rotundam habent. Plin. lib. 9. cap. 24. 1, Planorum piſcium alterum eſt genus, quod pro ſpina cartilaginem habet, ut ratæ, &c. Ibidem, cap. 20. 2.

Plani dentes piſcium. Plin. lib. 11. cap. 37. 35.

Plenum & æquabile corpus. Cic. de Vniuerſ. 18.

Venter planus, Non rugoſus. Ouid. 1. Amor. eleg. 5. 5.

Planus, pro Aperto & manifeſto aliquando ponitur: quòd quæ plana ſunt, nullum impedimentũ habeant, quin undecunq; uideri poſſint. Plaut. Perſa, 6. 1.

Satin' hæc tibi ſunt plana & certa?

Narrationes planæ ſint, breues, euidentes, credibiles, moderatæ, & cum dignitate. Cic. in Topic. 52.

Planum facere (δηλοῦν, ἐξομαλίζειν) Declarare, & rem difficilem, aut dubiam ſoluere, & ante oculos uerbis explanarè & patefacere. Translatio à loco inæquali, qui cultu adhibito, aut opera planus fit. Cic. 2. Verr. 24, Hoc planum factũ eſt. Ibidem, 5. 112, Quum planum fieret decumis contra inſtituta legis, conſuetudinemq; omnium uenditis, &c.

Facere planum, atq; probare aliquid. Lucret. lib. 2. 87.

Præceps & lubrica uia, Plana & ſtabilis, contraria. Cic. pro Flacco, 81.

Planã uiã facere ad honores quærendos. Plaut. Trinum. 10. 20.

Planus] plani, priore correpta (πλανὸς) Aulus Gellius lib. 16. cap. 7, Commemorat inter uerba inuſitata, quibus uſus ſit Mimus Laberius, aitq; ſignificare ſycophantam. Budæus, Impoſtores à Græcis etiam plani dicuntur, ſed certi cuiuſdã generis impoſtores, inſigni uerſutia præditi: quo uocabulo potius quàm Latino Cic. pro Cluentio uſus eſt, 57. Hic ille planus (inquit) improbiſſimus, quæſtu iudiciario paſtus, &c. Horat. lib. 1. epiſt. 18. 12,

Nec ſemel irriſus triuijs attollere curat

Fracto crure planum, &c. Planus (ut in hunc locum inquit Acron) nomen eſt hominis, qui ſolebat multos ſic fallere, in quorum uehicula uoluiſſet tolli, ut fingeret ſe crus fregiſſe: qui cum poſtea uerè genu fregiſſet, & idem rogaſſet, non eſt ei creditum. Euſtathius Homeri interpres in Odyſſeam, ſic inquit (interprete Budæo) Planus eſt, qui artem quandã profitetur imponendi etiã ſpectantibus, quales fuerunt Ciphiſſodorus & Pantaleon, & Matreas apud Alexandriam. Huiuſmodi autem impoſtores in delicijs olim regum fuiſſe, ex Plinij uerbis conijcere licet, lib. 35. cap. 10. 23, Non fuerat (inquit) Apelli gratia in comitatu Alexandri cũ Ptolemæo, quo regnante Alexandriam ui tempeſtatis expulſus, ſubornato fraude æmulorum plano regio inuitatus, ad regis cœnam uenit: indignamq; Ptolemæo, & uocatores ſuos oſtendenti, ut diceret à quo eorũ inuitatus eſſet, arrepto carbone extincto è foculo, imaginẽ in pariete deliniauit, agnoſcente uultum plani rege ex inchoato protinus. Budæus.

¶ Planè, planius, planiſſimè, Aduerbiũ (φανερῶς, πρόδηλως) Clarè, apertè. Plaut. 14. 63,

Satin' ego oculis planè uideo? eſt'ne ipſius, an non eſt?

Planè & apertè loqui. Cic. 2. de Finib. 24.

Parum planè dicere aliquid. Cic. 2. de Finib. 15.

Planè & perſpicuè dicere aliquid. Cic. 3. de Finib. 30.

Explicari

Explicari mihi tuum consilium planè uolo, ut penitùs intelligã. Cic. Attico, lib. 8. 16. 2.
Intelligere planè aliquem. Cic. Gallo, lib. 7. 14. 3.
Planè & dilucidè loqui. Cic. 1. de Orat. 70.
Planè & Latinè loqui. Cic. 7. Philipp. 228.
Planius commemorare. Cic. 3. Verr. 90.
Apertißimè & planißimè aliquid explicare. Cic. 4. Verr. 112.
Scribi quàm planißimè illa res potuit. Cic. Trebatio, li. 7. 20. 3.
Planè, Certè. Terent. Heaut. 5. 1. 24,
Sed te miror qui alia tã planè scias. Idem Phorm. 5. 2. 6,
Vt sit qui uiuat, dum aliquid aliud flagitij conficiat.
G. Planißimè. D. his nunc præmium est qui recta prauа faciunt. G. Verißimè.
Planè (παύτως, παντελῶς) Omnino, Funditùs & penitùs. Terent. Phorm. 4. 4. 5,
—opera tua
Ad restim mihi quidem res rediit planißimè. Cic. ad Terẽtiam, lib. 14. 4. 7, Vnum hoc scito, si te habebo, non mihi uidebor planè perisse. Idem ad Tironem, lib. 16. 1. 2.
Planè & omnino. Cic. de clar. Orat. 113.
Perfectè planèq; eruditus P. Crassius. Cic. de claris. Orat. 154.
Penitùs cognitæ, planéq; perspectæ res. Cic. 1. de Orat. 54.
Propemodum uel planè aliquid efficere. Cic. de clar. Orat. 186.
¶Planiloquus, pen. corr. Adiect. (φανηρολόγ) Qui planè et apertè dicit quod sentit, & liberè. Plaut. Trucul. 18.
11, Planiloqua est paucis ut rem ipsam attigit?
¶Planipes, pen. corr. planipedis, pen. corr. om. g. (γυμνόπους, ὁμαλόπους) Qui pedes planos habet. Vnde Comœdiæ siue fabulæ, genus dicitur Planipedia. Diomedes scribit, planipedem Græcè minũ significare: quòd actores planis pedibus, id est, nudis intrarent proscenium. Donatus, Planipedia dicta ob humilitatem argumenti eius, ac ullitatem actorũ, qui non cothurno, aut socco utuntur in scena, aut pulpito: sed plano pede. Vel ideo, quòd non ea negocia cõtinet quæ personarum in turribus aut in cœnaculis habitantium sunt, sed in plano & humili loco. Gellius lib. 1. cap. 11, Quid enim fœdius ea re ineptius, si ut planipedi saltanti, ita & Graccho cõcionanti numeros & modos, & frequentamenta quædam uaria, tibicen incineret? Quint. lib. 5. cap. 11. 19, Vt Cassius quis istam faciem planipedis senis torqueris.
¶Planities, planitiei, f. g. (ὁμαλότης, πεδιάς, πεδίον) Locі æqualitas, siue complanatio. Cicer. 1. de Diuinat. 3, Principio Assyrij, ut ab ultimis authoritatem repetam, propter planitiem, magnitudinemq; regionum quas incolebant, &c. Liu. 7. ab Vrbe, 28, Duûm millium planities castra Romana ab Hernicis dirimebat.
Aequata agri planities. Cic. 6. Verr. 95.
Aprica planities. Claud. 2. in Eutropium, 54.
Circuncisa planities. Vide Circuncido.
Curuata paruo tumore planities. Claud. 2. de raptu Proser. 21.
Panditur planities. Vide Pando.
Vincere cursu planitiem. Claud. 6. Paneg. 10.
Speculi planities. Lucret. lib. 4. 60.
¶Planitas, pen. cor. planitatis. Tacit. de Orat. Is compositionis decor sententiarum planitas. Fortasse legendum, plenitas.
¶Planitudo, dinis, Idem quod Planities (ὁμαλότης) Colum. lib. 4. cap. 30, Perticæ cacuminum modicæ planitudinis, quæ tamen dipondiarij orbiculi crassitudine non excedant, optimè panguntur.
Plasea] siue Palasea. Omenti pars quædam, quo receptacula uentrium circumretita finiuntur. Arnobius, Vobis cauda est Plasea, siligine & sanguine delibuta.
Plasma] plasmatis, penult. corr. n. g. & Plasmatum plasmati (πλάσμα) Figmentum, figlinum opus dicitur quod formatum est.

Plasma, Emplastrum (πλάττω) fingo, compono, Persius Satyr. 1. 2, —liquido quum plasmate guttur
Mobile coluerit. Antiqui enim nonnulli emplastrum ex pluribus liquidioribus rebus cõmistis uocem adiuuantibus faciebant. Cato, De plasmatis ebibendis. Quintil. lib. 1. cap. 8. 2, Nec plasmate, ut nunc à plerisq; fit effœminata. De lectione, qualis esse debeat.
¶Plastes, plastæ, m. g. (πλάστης) Fictor, qui figlinam artẽ exercet, qui & figulus dicitur. Plin. lib. 35. cap. 12. 4, Plastæ laudatissimi fuêre Damophilus & Gorgasus.
¶Plasticus, pen. corr. Idem quod Plastes. Firmicus lib. 7. cap. 25, Si enim Venus sic fuerit inuenta, faciet pictores, plasticos, aurifices.
¶Plastice, plastices, pen. corr. f. g. (πλαστικὴ) Fictoria uel figlinа ars, qua finguntur imagines ex argilla. Plin. lib. 35. cap. 12. 1, De pictura satis superq;. Contexuisse his & plastices conuenit, eiusdem operæ terræ fingere ex argilla similitudines. Plura toto capite.
Plastra] πλάστρα Commemorata hic inter ornamenta mulierbria Polluci, lib. 7. cap. 22.
Platage] insula inter Eubœam & Andrum, quondam Patage: nunc Amorgos appellatur. Plin. lib. 4. cap. 12.
Platalea] Auis, quæ & Platea dicitur. Vide paulo pòst in Platea.
Plataniſta] plataniſtæ, Piscis est, in Gange Indiæ fluuio nascens, Delphino rostro & cauda similis, sed multo maior: ut qui in longitudinem XV. cubitorum excrescat. Plin. libro 9. cap. 15.
Plataniſtinos] πλατανίστινος, Pomi genus aqueũ, qualitatis fermè expers: itaque contemnitur, suibusq; proijcitur. πλατανίστινον uocant, quòd tenera platanorum gustum quodammodo repræsentet. Galen. de Alimentor. facultatibus, lib. 2. cap. 21.
Plataniſtus] πλατάνιστος, Promontorium est Peloponnesi, non procul à Leprio: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 5.
Platanus] platani, pen. corr. fœm. gen. aliquando quartæ, sed frequentius secundæ declinationis (πλάτανος) Arbor latè spargens ramos à πλάτος, latum. Nomine apud nos cæret, rarior in Gallia: omnibus inuisum arboris speciem demirantibus, & nomen eius & naturam ignorantibus, alto-qui peregrina est, & umbræ duntaxat gratia expetita. Hæc Ruellius. Virg. in Culice, Aeriæ platanus. Idẽ 2. Georg. 14, Et steriles platani. Vide Plinium lib. 12. cap. 1. Cic. 1. de Orat. 15, Nam me hæc tua platanus admonuit, quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis, &c.
Alta platanus. Ouid. 13. Metam. 170.
Genialis platanus. Ouid. 10. Metam. 19. Sic uocat illam, quòd sub ea conuiuari ueteribus mos esset. Vnde etiam Virgilius 4. Georg. 30,
Iamq; ministrantem platanum potantibus umbram.
Nutans platanus. Catull. Argon. epigr. 59. 58.
Vmbrifera platanus. Gic. 2. de Diuinat. 95. Ex Homero.
¶Platanetum, plataneti, penult. prod. (πλατανὼν) Locus platanus consitus.
¶Platanimus, pen. corr. Adiectiuum (πλατανινὸς) Quod ex platano est. Colum. lib. 12. cap. 16. 3, Alij foliis uitigineis, nõnulli platanmis semi uietas uas contegunt.
¶Platanon, pen. corr. platanonis, pen. prod. masc. gen. Idem quod Platanetum. Plin. iunior lib. 1. epist. 3. ad Caninium, Quid πλατανὼν opacißimus.
Platea] plateæ, pen. indiff. (πλατεῖα) Via latior, fereq; militaris, Prætoria, Consularisq; dicitur. Terent. And. 4. 6. 1, In hac habitasse platea dictum est Chrysidem.
Platea (πεδίον) Area, in quum populus conuenire solet. Lampridius

in Heliogabalo, Plateas in palatio strauit Lacedæmonijs & porphireis saxis.
Concelebrare plateam hymenæo. Vide Concelebro.
Platea (πλακοῦς) Auis, Plin. lib. 10. cap. 40, Platea nominatur aduolans ad eas quæ se in mari mergunt, & capita illarum morsu corripiens, donec capturam extorqueat. Eadem quum deuoratis se impleuit conchis, calore uentris coctus euomit, atq; ita ex ijs esculenta legit, testas excernens. Cic. platealeam uocat, 2. de Nat. deor. 185.
Plateæ] pen. prod. numero plur. (πλαταιαὶ) ciuitas in Bœotia, ut ait Homerus lib. 1. Iliados, sub Citherone monte, non longè à Thebis: dicta à latitudine remorum, ut inquit Strabo lib. 9. Nam Græcè πλάτη remus, πλάτος latitudo. Inde platea, quia lata. Hìc Pausanias & Aristides Mardonium Xerxis ducem et consobrinũ superauêre. Hinc Platecenses, populi dicti. Stat. lib. 7. Thebaid.
Nunciat excubijs uigiles arsisse Plateas. Eodem nomine est insula in mari Libyco, quasi opposita ad Cyrenen, ut scribit Herodotus lib. 4.
Platessæ] Pisces sunt lati. Ausonius,
Carrochos, lætalisq; trygon, mollesq; platessæ. Sic explicat Turnebus.
Platice] platices, fœm. gen. pen. corr. Firmicus libro 2. cap. 16, Nunc ad platicem, locorumq; definitionem reuertamur. Cælius lib. 19. cap. 4, Platicen appellant eruditiores, tracta tum quo uniuersum ac pinguius imbuuntur rudes informanturq;, ut mox partiliter subtexatur doctrinæ ratio. Vide Platicè, aduerbium.
¶Platicus, Aduerbium. Firmicus lib. 3. cap. 2, Et quamuis quidam putent platicam istam dispositionem esse: discentis tamen ingenium facili institutionis magisterio componit, ne quasi in tenebris constitutus Mathematicus, caduca erroris confusione turbetur. Sed licet platicè definita hæc à quibusdam putentur, partiliter tamen in hoc libro multa dicuntur.
¶Platicus aspectus, nouo, sed proprio tamen nomine appellari potest, sepositus, ac remotus, quinetiam laxus aut latus: quod Græcis πλάτος significat. Nam in eo non ex ipsa signi parte, ut in partili, uerùm sepositis atq; interiectis complurибus eiusdem signi partibus, se inuicem aspiciunt stellæ. Vnde longiusculè à parte in similem partem sui aspectus dilatantur: ex quo fit, ut minorum planè uirium hic aspectus esse censeatur. Partilis aspectus, exactè fit à parte in similem partem, unde nomen habet: cuius uires sunt maximæ atque efficacißimæ. Vide Iouian. Pontan. lib. 10. cap. 1. De rebus cælestibus. Vtrunq; aspectum facili exemplo sic demonstro, Si stella aliqua cùm prima Arietis parte, orientalem angulum teneat, se ab occasu in hemisphærium inferius præcipitante altera cum prima parte Libræ, aspectus partilis erit, nimirum à parte simili in aliam partem similem, qui uulgò oppositus dici solet. Si uerò ascendente eadem parte Arietis cum sua stella, inueniatur à 25. Libræ parte altera stella descendens, quia à prima longiusculè distat & dilatatur, nec à parte in partem radios proijcit, aspectus & re, & nomine platicus esse censebitur.
¶Platicè, Aduerbium. Firmicus lib. 2. cap. 16. Sed interim platicè: nam paulo pòst partiliter ostendemus rationem, qua posint loca singula secretis inquisitionibus colligi. Debet enim is, qui instituitur, primùm platicè institui: ut his apertioribus leuioribusq; compositus atq; formatus, secretiora deinceps genituræ confidentius consequatur. Idem cap. 17. & in fine 23. ut uidere poteris.
Platina] nomine Ioannes, Homo doctus, & antiquitatum studiosus, scripsit de uita & moribus Pontificum Romanorum, quos Papas dicunt, librum satis lepidum. Alexand. libro 3. cap. 9.
Plato] πλάτων, Philosophus, ab humerorum latitudine dictus. Hic antea, ex aui paterni nomine, Aristocles uocabatur. Fuit egregio corporis habitu, & in palæstra se exercuit apud Aristonem palæstritam, à quo primum cognominatus est Plato. Natus est Athenis eo die, quo apud Delon Apollo. Athenis primùm Socrati dedit operam. Deinde dum licuit per ætatem, in Italiã profectus est, ut Pythagoreos audiret: ubi Philolai Crotoniatæ libros de secta Pythagorea centum minis etiã in difficultate rei familiaris mercatus est, ex quibus multa in suum Timæum transtulit. In Aegyptum deinde, ut audiret Gymnosophistas: ubi libros Mosaeos legisse creditur. Decessit annos natus octogintaunum, morbo, uti fertur, pediculari. Adeò autem in omni disciplinarum genere, & præsertim in philosophia excelluit, ut diuinus Plato, & philosophorum Homerus uocatus sit. De quo Cic. in libris Tuscul. quæst. Labeo inter semideos commemorandum putauit, cui defuncto magi uti deo immolauerunt. Vide Quintilianũ lib. 10. cap. 1. Vita fuit cælebs, ac castus, ut scribit Augustinus. De quo plura uide apud Plutarchum.
Platoni quum in cunis paruulo dormienti apes in labellis consedissent, responsum est, singulari illum suauitate orationis fore. Cicero 1. de Diuinatione, 133.
Virum unum totius Græciæ facilè doctißimum Platonem iniquitate Dionysii Siciliæ tyranni, cui se ille cõmiserat, in maximis periculis insidijsq; esse uersatum accepimus. Cic. pro Rab. Posthumo, 14.
Quasi deus quidam philosophorum Plato. Cicer. 2. de Natur. deorum, 45.
Deus ille noster Plato. Cic. Attico, lib. 4. 85. 4.
Princeps ingenij & doctrinæ Plato. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 43.
Exagitator omnium rhetorum Plato. Cic. in Orat. 24.
Longè omnium, quicunq; scripserunt aut locuti sunt, extitit & grauitate princeps Plato. Cic. in Orat. 34.
Vberior quis in dicendo Platone? Iouem si quidem, aiunt philosophi, si Græcè loquatur, sic loqui. Cic. de claris Orat. 62.
Grauißimus author & magister intelligendi & dicendi Plato. Cic. in Orat. 6.
Diuinus author Plato. Cic. de Opt. gen. Orat. 149.
Doctus Plato. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 1.
Errare se malle cum Platone, quàm cum alijs bene sentire, ait Cic. 1. Tusc. 61.
Plato alter, Atheniensis poeta priscæ Comœdiæ, tempore Aristophanis & Eupolis. Cuius fabulas Suidas & Athenæus cõmemorant in Dipnosophistis. Tres itẽ alios Diogenes Laertius commemorat: unum Rhodium philosophũ, discipulum Panætij: alium Peripateticum de Aristotelis ludo: tertium Praxiphanis discipulum.
¶Platonicus, penult. corr. Adiectiuum (πλατωνικὸς) Quod est Platonis.
Platycerotes] πλατυκέρωτες, Animalia sunt latis armata cornibus. Plin. lib. 11. cap. 37. Aliorum cornua natura finxit in palmas, digitosq; emisit ex ijs: unde platycerotas uocant.
Platyophthalmon] Plinius lib. 33. cap. 6. 6, In ijsdem argenti metallis inuenitur, ut propriè dicamus, spumæ lapis candidæ nitentisq;, non tamen translucentis: stimmi appellant, alij stibium, alij alabastrum, alij larbason. Duo eius genera, mas & fœmina: magis probant fœminam, horridior est mas, scabriorq;, & minus ponderosus, minusq; radians, & arenosior. Fœmina contrà nitet, friabilis, fissuriq; non globis debiscens. Vis eius adstringere, ac refrigerare, principalis autem circa oculos. Nanq; ideo etiam pleriq; platyophthalmon id appellauêre, quoniam in calliblepharis mulierũ dilatet

dilatet oculos. Et fluxiones inhibet oculorum, exulceratio-nesq; Vulgus appellat Antimonium.

Platyphyllon] πλατύφυλλον, Genus tithymali, à latitudine foliorum dictum. Plin. lib. 26. cap. 8.

Plaudo] plaudis, plausi, plausum (κροτέω, ἐπικροτέω) plaudere, Est manibus pulsare, & strepitum facere: quod uel lætitiæ, uel derisionis causa fieri solet, quoties alicui pro re bene gesta congratulamur, lætitiamq; ostendimus. Cic. ad Quintum fratrem, lib. 1. 2. 9, Te curaturum fumo ut combureretur tota plaudente prouincia.

Hîc in theatro plaudebatur. Cic. pro Sestio, 91.

Pennis plausit perdix. Ouid. 8. Metam. 48.

Ciconia sibi plaudit crepitante rostro. Ouid. 6. Metam. 20.

Pedibus plaudût choreas, et carmina dicunt. Virg. 6. Aen. 129.

Aquas plaudere natatu. Stat. 1. Sylu. 3. 15.

Plaudere sibi, Sibi blandiri & placere, sua nimium amare. Plinius epist. 91.

Domi sibi plaudere. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 14.

Plaudite, uerbum addi solitum in fine Comœdiarum. Quintil. lib. 6. cap. 2. Horat. in Arte, 32,

Si plausoris eges aulæa manentis, & usq;
Sessuri, donec cantor, Vos plaudite, dicat. Budæus.

Plaudere aliquem, Cum plausu laudare. Stat. 5. Sylu. 3. 28.

¶Plaudi, Passiuè (κροτεῖσθαι) Cic. ad Atticum, Populum uerò præclarum, quòd propter malum uicinum re uictoria quidè plauditur. id est, plausu excipitur propter inuminens malũ. Budæus. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 10,

Quáq; ibis manibus circum plaudêre tuorum.

¶Plauditur, pen. cor. Impersonale (κροτεῖται) Ouid. 2. Trist. 101, Quumq; fefellit amans aliqua nouitate maritum, Plauditur, & magno palma fauore datur.

¶Plaudens, Participium (κροτῶν) Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 3. Plaudente populo.

Alis plaudens columba. Virg. 5. Aeneid. 104.

Chorus plaudens. Stat. 1. Sylu. 2. 51.

¶Plausus, Aliud participium (κροτεῖς) ut,

Ceruicis plausæ sonitus. Virg. 3. Georg. 38.

Alis plausis circũuolat remos agmen uolucrum. Ouid. 14. Metamorph. 101.

Colla plausa. Ouid. 1. de Arte, 127.

¶Plausus, huius plausus, masc. g. (κρότος) Cic. de Senec. 59, Quibus quum à cuncto consessu plausus esset multiplex datus. Sic ad Atticum, lib. 2. 33. 2, Huic plausus maximi, consalutatio forensis perhonorifica.

Plausus, Sonora percussio. Plin. lib. 10. cap. 21. 1, de gallinaceis, Diemq; uenientem nunciant cantu, ipsum uerò cantum plausu laterum. hoc est, alarum concussu.

Plangor & Plausus, contraria. Cic. 3. Philipp. 89.

Plausus & approbatio aliquorum. Cic. Attic. lib. 14. 314. 2.

Populi plausus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 6.

Ambitiosus in plausus. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. 6.

Aequabilis plausus. Vide Aequo.

Clarus plausus. Vide Clarus.

Lætifici plausus. Stat. 12. Thebaid. 105.

Mortuus plausus. Cic. Attic. lib. 2. 34. 5.

Plausus acuunt equum. Stat. 5. Sylu. 2. 5.

Affectare plausum. Quintil. lib. 3. cap. 11. 19.

Lætos attollunt agmina plausus. Stat. 6. Thebaid. 179.

Captare plausus. Vide Capto in Capio.

Comprobare plausu & clamore aliquid. Cic. 1. de Diuin. 106.

Consonat nemus plausu, fremitu; uirũm. Virg. 5. Aeneid. 30.

Dat plausum pennis columba. Virg. 6. Aeneid. 43.

Dare plausum in recitando. Cic. Attic. lib. 4. 70. 8.

Dare plausum in theatro. Horat. 1. Carm. ode 20. 1.

Excipere aliquem plausu. Virg. 5. Aeneid. 115.

Excitatus est ex omnibus spectaculis plausus tantus, ut, &c. Cic. pro Sestio, 108.

Impertiri plausus alicui. Cic. Attic. lib. 2. 33. 2.

Ingeminant plausum Tyrij. Virg. 1. Aeneid, 151.

Moritur plausus. Vide Morior.

Persequi plausu effrænatos furores alicuius. Ci. de Arusp. Resp

Petere plausum. Quintil. lib. 4. cap. 1. 53. (48.

Quærere uel captare plausum. Cic. 2. Tusc. 108. Et lib. 5. 13.

Resonant spectacula plausu. Ouid. 10. Metam. 133.

Sonat æther plausibus. Stat. 9. Thebaid. 6.

Ingenti sonuerunt omnia plausu. Virg. 5. Aeneid. 102.

¶Plausibilis, & hoc plausibile. pen. corr. (κροτητὸς) Iucundum, populare, quod plausu populi excipi potest. Cicer. 3. Tuscul. 87, Quoniam hæc plausibilia non sunt, ut in scitis gaudeant, glorioseè loqui desinant.

Plausibile atq; populare. Cic. 1. Verr. 5.

Lætus atq; plausibilis locus. Quintil. lib. 4. cap. 31.

¶Plausor, Verbale (κροτητὴς) Quintil. Assiduus plausor. Horat. 2. epist. 2. 26. Et in Arte poet. 32.

¶Plaudus, plauda, plaudum: unde plaudi canes appellantur, quorum aures languidæ sunt, ac flaccidæ, & latius uidentur patere. Festus.

Plausito, plausitas, pen. corr. (πλαυσιτόω) Verbum fictitium à uoce palumbis. Author Philomelæ, 5,

Plausitat arborea clamans de fronde palumbes.

Plaustrũ] plaustri (ἅμαξα) Currus. Vide Plostrũ. Plaut. Epid. 12. 22, Perij, plaustrum perculi. Vide Percello. Cic. 1. de Diuin. 102, Se interfectum, in plaustrum à caupone esse coniectum. Liu. 4. ab Vrbe, 176, Eò missa plaustra, iumenta; alia, &c.

Plaustrum erat matronarum uehiculum, ut carpentum. Liu. 5. ab Vrbe, 115, Honoremq; matronis ob eam munificentiam habitum, ut plaustro ad sacra ludosq;, carpentis festo prosestoq; traherentur. Vetus exemplar habet, pilento: non, plaustro.

Vnda hospita plaustris. Virg. 3. Georg. 73.

Grauia plaustra. Virg. 3. Georg. 28.

Leuia plaustra. Claud. 8. Paneg. 25.

Robusta plaustra. Horat. 2. epist. 2. 15.

Voluentia plaustra. Virg. 1. Georg. 33. Vide Voluo.

Decedunt domum plaustra ex æquore. Virgil. 2. Georg. 42, Ex æquore, ex agro.

Trementi plaustro fertur præda. Senec. Hippol. 1. 13.

Impellere plaustrum in terram. Vide Impello.

Stridentia plaustra ceruice trahunt boues. Virg. 3. Georg. 108.

Vehere plaustris. Quintil. lib. 5. cap. 13. 32.

Vehere poemata plaustris. Horat. in Arte, 56. id est (inquit Acrõ) tã multa scribere, quæ quis possit plaustris aduehere.

Plaustrum, pro sidere cæleste, nempe Vrsa maior: ut,

Geminum plaustrum. Senec. Oedip. 5. 15. Ouid. 10. Metam. 89.

¶Plaustrarius, Qui plaustrum regit. Vlpian. in l. si seruus. §. si cum. ff. ad legem Aquil. Si ex plaustro lapis ceciderit, & quid ruperit, uel fregerit, Aquiliæ actione plaustrarium teneri placet.

Plautia] Gens plebeia Romæ fuit, ex qua C. Plautius P. F. P. N. Proculus Cos. cum M. Fabio, anno CCC. XCL. Cassiodorus, Diodorus lib. 16. Hernicos uicit. Liuius lib. 7. Mag. Eq. C. Marcio Dictat. Anno CCC. XCV. Idem.

Plautus] Plauti, m. g. Idem quod Plancus. Festus, Plauti appellantur qui sunt planis pedibus: unde et poeta Accius, quia Vmber Sarcinas erat, à pedum planitie inuito plotus, postea Plautus est dictus. Soleas quoq; dimidiatas, quibus utebantur in uenando, quo planius pedem ponerent, semiplotia appellabant,

pellabant. Vide Plancus, in Planca.

Plautus] πλαῦτος, poeta Comicus, siquando à mola asinaria uocabat, cui addictus ob paupertatem erat, fabulas componebat quas uenditaret. Legito Gellium lib. 1. cap. 24, Hic cæteris comicis præfertur, sententia multorum, præsertim Varronis, qui ait, St Musæ Latinè loquerentur, Plautino sermone loquerentur.

Plautus urbano, ingenioso, & faceto genere iocandi refertus. Cic. 1. Offic. 145.

Plautus P. Claudio, L. Portio Consulibus mortuus est. Cicero de claris Orat. 30.

¶Plautinus, pen. prod. Adiectiuum (πλαυτῖνος) ut,

Numeri Plautini, Versus Plautini. Horat. in Arte, 55.

¶Plautinissimus, Superlatiuum, quo usus est Gellius libro 3. capite 3.

PLEB] uel PLE, Plebis, PLEBS. VRB. ET HONO. V. Plebs Vrbana & honore usi.

Plebs] plebis, f. g. uel Plebes, plebei, pen. corr. (λαὸς, πλῆθος, χυδαῖος, ὅμιλος) Idem quod Vulgus: hoc est, uilior pars populi. Plinius, Tanta plebei consternatione, ut primò pulsus ex ea regione, mox & interemptus fit. Saluslius in oratione Marci ad plebem, Ne nos ad uirilia illa nocem, quò Tribuni plebei modò Patricium magistratum. Ibidem, Docendumq; quas iniurias & quoties à Patribus armata plebes secessisset. Cic. 3. de Legib. 13, Plebes quos pro se contra uim auxilij ergo, X. creasit, Tribuni eius sunto. Plebs ἀπὸ τῶν πλειόνων, hoc est, à pluribus dicitur: quòd plures sint plebei, quàm patricij.

Plebem Capito seorsum à populo diuisit apud Gellium lib. 10. cap. 20, Institutionum quoq; lib. 1. de iusti. & iure. §. plebs à populo eo differt, quo species à genere. Nam appellatione populi, uniuersi ciues significantur, connumeratis etiam patricijs & Senatoribus. Plebis autem appellatione, sine patricijs & Senatoribus, cæteri ciues significantur.

Ab infima plebe. Vide Inferus.

Accusator de plebe. Cic. de claris Orat. 68.

Plebs & infima multitudo. Cic. pro Milone, 73.

Antiqua plebs. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 5.

Anxia plebes. Stat. 2. Sylu. 1. 45.

Caducæ plebis interitus. Stat. 2. Sylu. 1. 43.

Confusa plebs. Ouid. 6. Fast. 77.

Humili de plebe pars. Claud. 2. in Eutrop. 69.

Ieiuna plebes. Lucan. lib. 3. 12.

Immensa ac nimia plebs. Iuuenal. Satyr. 11. 26.

Infima plebs. Cic. Attico, lib. 4. 70. 6.

Ingenua plebs. Ouid. 9. Metam. 135.

Misera plebs. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 2.

Sceleста plebs. Horat. 2. Carm. ode 3. 4.

Scenica plebs. Stat. 1. Sylu. 6. 15.

Ventosa plebs. Horat. 1. epist. 20. 8.

Agere plebem. Vide Ago.

Amplecti plebem. Vide Amplector.

Concidere plebem. Vide Concido.

Mansuefacere plebem. Vide Mansuetus.

Permulcere & tractare plebem. Vide Permulceo.

Vos quoque plebs superûm, Fauni, Satyriq;, Laresq;. Ouidius in Ibin, 17.

Plebs, de uno tantùm. Horat. 1. epist. 1. 12,

Est animus tibi, sunt mores, & lingua, fidesq;
Plebs eris. id est (inquit Acron) in duodecim ordinibus non sedebis. hoc est, plebeius eris.

¶Plebecula, plebeculæ, pen. cor. Diminut. (λαΐδιον) Cicer. Attico, lib. 1. 11. 19. Et lib. 16. 335. 4. Persius Satyr. 4. 1, Ergo ubi commota feruet plebecula bile. Horat. 2. epist. 1. 38.

¶Plebiscitum, plebisciti, pen. prod. (τὸ λαῦ ἔδαπτόμα) Plebis statutum. Sciscere enim, statuere est. Vide Gell. lib. 5. cap. 27. Liu. lib. 3. ab Vrbe, 230, Omnium primum, quum uelut in controuerso iure esset, tenerentúrne Patres plebiscitis: legem Centuriatis comitijs tulêre, ut quod tributim plebes iussisset, populum teneret: qua lege Tribunitijs rogationibus telum acerrimum datum est. Est igitur plebiscitum, quod nulla authoritate Patrum constitutum est. Gell. lib. 10. cap. 20, Plebiscitum est, secundum Capitonem, lex quam plebes non populus accipit. Et paulo pòst, Et plebiscita & priuilegia translato nomine leges appellauerunt. Cic. Attico, libro 3. 65. 5, Per leges, plebisue scita.

Plebiscitum, lex, rogatio. Cic. pro Domo sua, 35.

Decreta est plebiscito à Senatu Consuli quæstio. Cicero 2. de Finib. 87.

Ex plebiscito uetari facere aliquid. Author ad Herenn. libro 1. 27.

Minuere plebiscitis dignitatem Senatoriam. Cicero 2. de Orator. 108.

¶Plebeius, Adiectiuum (λαϊκὸς, τῆς πλήθους) Quod est plebis. Liu. 6. ab Vrbe, 50, Criminando Patres, alliciendo ad se plebeiam auram, non consilio ferri, &c. Correctiora exemplaria legunt, plebem, iam aura non, &c.

¶Plebei Romæ multi fiebant ex patricijs, sicuti contrà ex plebeis patricij. id quum fiebat adoptione, nomen mutabatur: quod opinor satis constare. quum uerò non adoptione, sed aliquo priuilegio, aut à plebe ad patres, aut à patribus ad plebem transibant: conseruabatur nomen quod Octauiæ gentis exemplo Suetonius ostendit: ait enim, modò patriciũ, modò plebeium fuisse, nomine conseruato. Et Dio lib. 42, P. Cornelium Dolabellam, qui Ciceronis gener fuit, transisse ad plebem, tradit. Ex quo postea Tribunus plebis factus est Dolabella: nec desijt esse Cornelius, sed desijt esse patricius. nam libro 13. Epist. Fam. Cicero P. Cornelium uocari dicit eum, qui Dolabellæ beneficio ciuitate à Cæsare, uicto iam Pompeio, donatus erat. quod factum est post illud tempus, quo transisse ad plebem Dolabellam scripsit Dio. Video etiã in historijs. Tribunum plebis nominari Minutium Augurinum: factum uidelicet ex patricio plebeium, nomine conseruato. nam antea Minutios omnes patricios uidemus. Ex Manutij commentario in Epist. ad Quint. Fratrem.

Plebeius fieri dicebatur patricius, qui se plebeio homini in adoptionem dabat. Cic. Attico. lib. 2. 22. 2, Sed uidebatur mihi, siquid esset in eo populare, quòd plebeius factus esset, id amissurus.

Plebeius, Vulgaris. Plinius lib. 13. cap. 4. 17, Ex reliquo genere plebeiæ uidentur.

Plebeius, siue plebeius, Pauper. Plaut. Pœnul. 7. 12,

Heus tu, quanquam nos uidemur tibi plebei & pauperes, &c.

Amictus plebeius. Propert. lib. 2. eleg. 26. 9.

Domus plebeia. Stat. 4. Sylu. 6. 18.

Gemmæ plebeiæ. Plinius lib. 37. cap. 12. 3, Indicatis mobilibus gemmis etiam plebeijs.

Iura plebeia. Stat. 3. Sylu. 48.

Olla plebeia. Martialis lib. 13. 8.

Philosophi plebei. Cic. 1. Tusc. 86.

Purpura plebeia ac penè fusca. Cic. pro Sestio, 14.

Rogus plebeius. Ouid. in Ibin, 31.

Senex plebeius. Seneca Thyeste, 4. 13.

Sermo plebeius. Cic. Papyrio, lib. 9. 21. 2.

Vestis plebeia. Lucret. lib. 2. 8.

¶Plebicola, plebicolæ, pen. corr. (δημοτικὸς) Qui plebem colit, & plebi seruit. Cicer. pro Sestio, 96, Qui (ut credo) non

libidinis causa, sed ut plebicola uideretur, libertinam duxit uxorem. Liuius 3. ab Vrbe, 140, Adeoq; nouum sibi ingenium induerat, ut plebicola repentè atque omnis auræ popularis capiator euaderet, pro truci infectatore plebis.

Plecto] plexui, plexum, plectere, à uerbo Græco πλέκω deductum uidetur, quod est implico, necto, texo: quamuis Sipontinus contradicat. Ouid. ad Pisonem, 37.

Mobilitate pedum celeres super orbibus orbes
Plectis, & obliquis fugientem cursibus urges. Hinc,

¶Plexus (πλεκτὸς) Nomen participiale: ut, Coronæ plexæ. Lucret. lib. 5. 281.

Plexa, Colligata significat ex Græco, cui nos etiam præpositionem adiscimus, quum dicimus perplexa. Festus.

Plecto] plectis, planè Græcum est (πλήσσω) inquit Budæus: plexi, plectum, secundum Prisc. anum: uel, ut alij uolunt, plexui, plexum: plectere, Punire, supplicio afficere. Terentius Phorm. 1. 4. 40,

— tu iam lites audies,
Ego plectar pendens. Cicero pro Cluentio, 3, Vt in iudicijs & sine inuidia culpa plectatur, & sine culpa inuidia ponatur.

Iisdem de causis alios plectere, & alios ne appellare quidem. Cicero 1. Offic. 125.

Plecti, Dare pœnas. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 6.

Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui. Horatius 1. epistol. 2. 3.

Plecti capite. Cic. 3. de Legib. 66.

Tergo plecti. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 21.

Iure plecti. Cic. 2. Offic. 39.

¶Plectrum, plectri (πλῆκτρον) Instrumentum quo citharœdi fides plectunt, id est, percutiunt. Martial. lib. 14. 172,

Exornent docilem garrula plectra lyram. Cic. 2. de Nat. deor. 223, Itaq; plectri similem linguam nostri solent dicere, chordarum dentes.

Aureo plectro sonans. Horat. 2. Carm. ode 13. 6.

Degenerum plectrum. Stat. 3. Sylu. 2. 9.

Eburnum plectrum. Tibull. lib. 3. eleg. 4. 8.

Graue plectrum. Ouid. 10. Metam. 31.

Imbelle plectrum. Ouid. 5. Metam. 23.

Modulans plectrum. Seneca Medea, 8. 10.

Noua plectra mouere. Stat. 1. Sylu. 2. 1.

Smyrnea plectra. Silius lib. 8. 119.

Plectra linguæ titubantia. Suet. in Claudio Cæsare, cap. 39.

Plectrum etiam quandoq; dicitur calcar æneum, quod olim gallis gallinaceis addebatur dum inter se pugnarent. Sipont.

Pleias] trium syllabarum, huius Pleiadis, pen. corr. (πλειὰς) dicta est Maia, septem Pleiadum splendidissima: de quibus infrà dicemus.

Madida cadens Pleias. Claud. 7. Paneg. 88.

Imbrifera Pleias. Luc. lib. 8. 168.

Lucida Pleias. Ouid. 1. Metam. 135,

Vtq; sub occidua iactatis Pleiade nautis. id est, quum occidunt Pleiades. Claud. de bell. Getico, 42.

¶Pleiades, pen. corr. (πλειάδες) Pherecydes tradit septem sorores fuisse, Lycurgi filias, ex Naxo insula. Et quia Liberum educauerunt, eas à Ioue inter sidera fuisse relatas. Harum nomina putantur, Electra, Alcinoe, Celeno, Merope, Sterope, Taigeta, Maia: quarum septima (ut ait Aratus) uix cerni potest: propterea quidam existimant uocatam Electram. Sunt qui pudore occultasse se dixerint, quòd quum aliæ diis nupsissent, sola Electra nupsit mortali. Alij, quod Electra non tulerit spectare ruinas Troiæ, manumq; ante oculos opposuerit. Vide Ouidium 4. Fast. 34,

Pleiades incipient humeros releuare paternos, &c. Alij has Atlantis filias esse dixêre, ex Pleione Nympha genitas, unde sint Pleiades appellatæ. Seruius, Pleiades (inquit) signum est ante genua Tauri, quod ortu suo primæ nauigantionis tempus ostendit. Vnde Græcè Pleiades dicuntur, ἀπὸ τῦ πλέειν. Latinè Vergiliæ, à uerni temporis significatione, quo oriuntur. Hæc Seruius. Fu autem quandoq; hæc dictio tetrasylla. ba. Propertius,

Non hæc Pleiades faciunt, nec aquosus Orion. Aliquãdo abijciitur e, & dicimus Pliades. Stat. lib. 1. Sylu. 3. 19,

Nec per & Aegeas Hyades, Pliadumq; niuosum
Sidus, &c.

Chorus Pleiadum. Horat. 4. Carm. ode 14. 5.

Denſi latitant Pleiadum greges. Seneca Medea, 2. 9.

Signa Pleiadum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 17.

Aquoſæ Pleiades. Stat. 4. Thebaid, 24.

Atlanteæ Pleiades. Ouid. 3. Fast. 21.

Denſæ Pleiades. Valer. 5. Argon. 83.

Pleione] pen. cor. (πληϊόνη) Nympha, Oceani filia, & uxor Atlantis, ex qua Pleiades suscepit. Ouid. 5. Fast. 17.

Nepos Atlantis & Pleiones, Mercurius. Ouid. 2. Metam. 149.

Magnæ Pleiones nepos. Valer. 1. Argon. 148.

Plemmyrium] πλημμύριον, Fluuius est Siciliæ, quem Virgilius undosum appellauit, uerbum de uerbo exprimens. Idẽ enim Vndosum, quod Plemmyrium. Author Seruius, enarrans illud Virgilij 3. Aeneid. 139,

Sicanio prætenta sinu iacet insula contra
Plemmyrium undosum: nomen dixêre priores
Ortygiam, &c.

Plenus] (μεστὸς, διάπλεως, πατάπλεως, κάπλεως, μεστὸς, πλέως, πλεῶς, πλήρης, ὑπάπλεως, ἀδρὸς) Adiectiuum, quod est Vacuo contrarium. Plaut. Truc. 16. 13,

Integrum & plenum adorta est thesaurum.

Cadus à summo plenus. Plaut. Milite, 11. 40.

Lacus plenus ad marginem. Plin. lib. 2. cap. 103. 3.

Plenus & Inanis, contraria. Cic. 1. de Orat. 20.

Ieiunus & Plenus orator, contraria. Cic. 3. de Orat. 10.

Plenus & Exilis, contraria. Cic. 2. de Diuin. 46.

Plenum & Imminutum uerbum, contraria. Cic. in Orat. 38.

Plenus & Enectus, contraria. Cic. 2. de Diuin. 210.

Plenus ac refertus. Cic. 1. Acad. 25.

Plenum cumulatumq;, id est, copiosum. Liu. lib. 2. Decad. 5.

Acerra plena. Virg. 5. Aeneid. 149.

Fluere pleno alueo. Quintil. lib. 2. cap. 1. 4.

Amator plenus. Horat. 1. epist. 21. 2.

Annus plenus. Horat. 3. Carm. ode 18. 1.

Annis plenis nubilis filia. Virg. 7. Aeneid. 11.

Plenum atq; integrum annum habere ad Præturam gerendam. Cic. pro Milone, 18.

Perfecta & plena argumentatio ex quinq; partibus constat. Author ad Herennium, lib. 2. 63.

Atria plena rosarum. Ouid. 2. Metam. 23.

Auro pleno se proluit. Virg. 1. Aeneid. 149.

Campus plenus. Virg. 3. Georg. 78.

Canistri pleni. Virg. 4. Georg. 56.

Graue & plenum carmen. Cic. 1. Tusc. 98.

Corpus plenum, Repletum cibo. Horat. 1. Serm. Satyr. 7. 7.

Flumina plena. Virg. 2. Georg. 29.

Perpetuis pleniq; gaudijs uita beata exiſtit. Cicero 5. Tusculanar. 95.

Gradu pleno ingredi. Trebonius Ciceroni, lib. 12. 16. 7. Erasmus, Qui leuiter rem quampiam attigerunt, summo pede dicuntur ingressi: contrà qui magno studio instituerunt aliquid, pleno gradu dicuntur ingressi. Vide Gradus.

Luna plena. Virg. 5. Aeneid. 30. Ouid. 7. Metam. 36.

Manu plena, pro eo quod est Ampliter, copiosè, prolixè, mimeq; malignè. Translatum ab ijs qui non minutim & parcè, sed plena manu largiuntur. Cic. ad Atticum, lib. 2. 40. 2, At hercule alter tuus familiaris Hortensius quàm plena manu, quàm ingenuè, quàm ornatè nostras laudes in astra sustulit? Erasmus.

Manibus plenis dare aliquid. Virg. 7. Aeneid. 177.

Merces plenior suo officio. Ouid. epist. 9. 28.

Obsequium plenius. Quintil. in Procem. lib. 1. 3.

Demereri pleniori obsequio. Quintil. in Procem. lib. 1. 3.

Orationem Latinam legendis nostris efficies pleniorem. Cicer. 1. Offic. 4.

Plenus & perfectus orator. Cic. 1. de Orat. 31.

Ore pleniore laudare. Cic. 1. Offic. 89.

Pectus plenum. Horat. de Arte, 68.

Pecunia plena. Cic. pro Roscio Amer. 4.

Plagæ plenæ. Martial. lib. 1. 51.

Pocula plena. Virg. 4. Georg. 76.

Præsepia plena. Virg. 3. Georg. 99.

Curtæ sententiæ opponitur Perfecta atq; plena. Cicero 4. de Finibus, 60.

Testimonium plenissimum. Plin. epist. 225.

Vber plenum. Ouid. 15. Metam. 24.

Velum plenum. Virg. 1. Aeneid. 81.

Velis plenissimis nauigare. Cic. pro Domo sua, 20.

Vijs plenissimis portari. Cæsar 2. bell. Ciuil. 104. Plautus Epid. 5. 25,

Quia ego ire uidi milites plenis uijs.

Villa plenissima. Horatius 1. Sermon. Satyr. 5. 10. Subauditur, hominibus.

Voluptas plena. Cic. 1. de Finib. 82.

Votum plenum. Ouid. 5. Trist. eleg. 10. 5.

Grandiorem & pleniorem uocem subsellia desiderant. Cic. de claris Orat. 160.

Plenus genitiuo iungitur aliquando, aliquando ablatiuo.

Aetatis plenus. Plaut. Merc. 11. 13. id est, senex.

Plenum adhortationes. Liu. 6. bel. Pun.

Amoris plenus. Plaut. Trinum. 11. 16.

Animi plenus. Liu. 4. ab Vrbe, 141.

Animorum & irarũ plenus. Liu. 6. ab Vrbe, 80.

Annis plenus, plenus honoribus. Plin. epist. 25. c.

Apparatu bellico pléna urbs. Liu. 6. bel. Pun. 2.

Spongia plena aquæ. Lucret. lib. 4. 125.

Argenti cælati optimi multaq; stragulæ uestis, pretiosissimorumq; mancipiorum domus plena. Cic. 4. Verr. 24.

Artis plenum & peracutum genus orationis. Cicero de claris Orator. 59.

Plenus corporis & externis bonis. Cic. 3. de Finib. 67.

Consilij plenus. Plaut. Epid. 3. 49.

Copia plenior iusto. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 12.

Crapulæ plenus. Liu. 9. ab Vrbe, 157.

Dedecore plenus. Plaut. Amphit. 15. 29.

Expectatione plenus. Cic. Attico, lib. 3. 54. 1.

Festinationis plena epistola. Cic. Att. lib. 5. 101. 3.

Fidei plenus. Cic. de Senect. 1.

Frigoris domus plenissima. Ouid. 2. Metam. 76.

Gaudiorum plena omnia honestè sunt. Cic. 5. Tusc. 95.

Gloriarum plenus. Plaut. Milit. 3. 22.

Ingenij plenus. Cic. pro L. Flacco, 11.

Inimicorum plenus. Cic. de Prouinc. Consul. 15.

Iræ plenus. Liu. 3. ab Vrbe, 198.

Laboris immensi plenus. Plin. lib. 6 cap. 19. 2.

Regio plena laboris. Virg. 1. Aeneid. 93.

Lachrymarum plenus. Liu. 10. bel. Pun. 27.

Læticiæ plenus. Horat. de Arte, 87.

Litium plenus. Plaut. Menæh. 14. 9.

Loca plena metus. Ouid. 4. Metam. 23.

Verba plena minarum. Horat. de Arte, 22.

Nauium plenissimus portus. Cic. pro lege Manil. 23.

Negotij plenus, Valde occupatus. Cic. 1. de Nat. deor. 79, Curiosum, & plenum negotij deum? Vide Negotium.

Officij plenus. Cic. Attico, lib. 7. 12. 4. 1, Quem quidem cognoui cùm doctum, tum sanctum, plenum officij, studiosum etiam meæ laudis.

Persuasionis plenus. Sueton. in Tiberio Cæsare, cap. 69.

Piscium plenissimus fons Arethusa. Cic. 6. Verr. 105.

Præceptorum plenus. Terent. Adelph. 3. 3. 58.

Nauis plena puellarum. Ouid. 2. de Remed. amor. 19.

Salutis plena. Lucret. lib. 3. 167.

Sanguinis plenus, Homicida. Plaut. Bacch. 2. 45.

Sceleris plenum consilium. Cic. pro Rosc. Amerino, 16.

Somni plenus. Cic. 7. Verr. 74, Lucebat iam ferè: procedit in medium, uini, somni, stupri plenus.

Aures plenæ sonoribus. Lucret. lib. 6. 239.

Spei plenus. Cic. pro Cælio, 63.

Splendore plenum cælum. Plaut. Merc. 22. 39.

Stultorum plena sunt omnia. Cic. ad Papyrium, lib. 9. 22. 14.

Temeritatis plenissimus. Cic. 4. Acad. 203.

Amor, res timoris plena. Ouid. epist. 1. 3.

Noctem timoribus plenam habui. Cic. Tironi, lib. 16. 14. 1.

Oratio plena ueneni Catul. ad Fundum, epigr. 41. 3,

Venustatis plenior. Terent. Hecyr. 5. 4. 8, Quis me est fortunatior, uenustatisq; adeò plenior?

Vini plenus. Terent. Hecyr. 5. 3. 25.

Vitæ plenus. Lucret. lib. 3. 191.

Vita uoluptatibus referta & plena. Cic. pro Sestio, 17.

Voce pleniorem aut suauiorem audisse mihi uideor neminem. Cic. 1. de Orat. 65.

Plenus, pro Refertо, siue diuitijs onusto. Cic. 4. Verr. 8, Prætorem uerò cohortemq; totam sic studiosam, ut facilè appareret non tam illis Siciliam, quam imanem offenderant, quàm Verrem ipsum, qui plenus decesserat, prouinciam fuisse. Horat. 2. epist. 2. 31.

Domus plena, Dives, referta opibus. Horat. 2. Carm. ode 12. 5.

Plenior & uberior ad dicendum nemo fuit. Cic. de clar. Orat. 64. De C. Graccho.

Plena proprietas: hoc est, qua usus fructus continetur, in l. si ita stipulatus. de uerb. oblig. Et ibidem, Fundum pleno iure promittere: hoc est, non detracto usufr. & pleno iure stipulatoris fundum efficere. Budæus.

Plenum, pro Integro & iusto. Quintil. lib. 1. cap. 2, Nec sum adeò ætatum imprudens, ut instandum teneris protinus acerbè putem, exigendamq; plenam operam. Budæus.

In plenum dicere. Plin. lib. 13. cap. 4. 4.

Ad plenum. Vide Ad.

Ad plenum manare. Horat. 1. Carm. ode 17. 3.

Calcare undas à fontibus ad plenum. Virg. 2. Georg. 49.

¶Plenè, Aduerbium (ὁλοπλόως, ὑπαλεῶς) Planè, perfectè, cumulatè. Horat. 1. epist. 11. 3,

— furnos & balnea laudat
Vt fortunatam plenè præstantia uitam.

Alere plenius. Quintil. lib. 2. cap. 2. 5.

Plenissimè dicere: hoc est, amplissimè & abundanter. Cicer. 4. de Finibus, 23.

Plenè facere. Plin. epist. 243.

Laudare aliquid plenius æquo. Horat. 2. epist. 2. 2.

Plenè & cumulatè perfectum. Cic. 2. de Diuinat. 4.

Referre gratiam plenius. Quintil. lib. 2. cap. 16. 11.
Perfecti homines pleneq; sapientes. Cic. 1. Offic. 70.
Plenè scribere. Cic. ad Atticum, lib. 3. 62. 1.
Vitare plenè aliquid. Cic. Quint. fratri, lib. 1. 1. 58.
Plenissimè & Restrictissimè, contraria. Plin. epist. 103.

¶Plenitudo, pen. prod. plenitudinis (πλήρωμα, πληρωφόρημα, ἀδρότης, ἀδροσύνη) Plin. lib. 11. cap. 37. 82, Homo crescit in longitudinem ad annos usq; ter septenos, tum deinde ad plenitudinem. Author ad Herennium, lib. 4. 175.

Plenitudo, & Crassitudo, pro eodem. Columella, libro 4. capite 30. 3.
Crescere ad plenitudinem. Vide Cresco.

¶Plenilunium, huius plenilunij (πανσέληνος, πλησιφαὴς) Plin. lib. 18. cap. 32. 3, Quum verò occidente Sole orietur Luna ex aduerso, ita ut pariter aspiciantur, tunc erit plenilunium. Colum. lib. 11. cap. 2. 65, Sed & propriè hoc obseruabis, ut pridie quàm plenilunium fit, si minus, certè ipso plenilunio, omnem quam saturus es fabam, uno die spargas.

Pleonasmos] πλεονασμός, Est (inquit Donatus) adiectio superuacua ad plenam significationem: ut, Sic ore locuta est. Terent. Phorm. 2. 2. 26, Ocioſum ab animo. Vbi Donatus, Pleonasmos: nam addidit Ab, quum sufficeret Animo.

Plericq; pleræq;, penult. prod. pleræq;, penult. corr. (πλεῖστοι) A Plus deducitur: quod authores usurpant aliquando pro eo quod est Plures, & maxima ex parte. Saluſtius, In diuisione orbis terræ plericq; in tertia parte Africam posuêre: pauci tantummodo Asiam & Europam. Cic. 1. Acad. 65, Vt contra omnium sententias dies iam plerosq; deduceret.

Plericq;, id est, Nonnulli. Quintil. lib. 6. cap. 5, Videas plerosq; ira percitos.

Ferè plericq;. Vide Ferè.

Plericq; omnes, Particula est, teste Donato, idem significans quod Plericq;, siue pleræq;, hoc est, Maxima ex parte. Sic autẽ ait, Plericq; omnes, κρ κατὰ μέρος est. nam errant qui Plericq; παρέλκον intelligunt, aut qui subdistinguunt Plericq;: & sic inferunt Omnes: hoc enim pro una parte orationis dixêre ueteres. Idem super Hecyram Terentij, Plerique omnes, id est, Omnes: & Pleraque omnia, id est, Omnia. Terentius And. 1. 1. 28,

Quod plericq; omnes faciunt adoleſcentuli, etc. Et Heaut. 4. 7. 2, Quid rei esset, dixti huic? s. dixi pleræq; omnia.

¶Plerusq;, pleræq;, plerumq;, Adiectiuum, num. sing. Vsurpauit Saluſtius in Iugurtha, ubi scribitur, Exercitum plerunq; in ijsdem locis opperiri iubet. Plerunq; exercitum, pro magna exercitus parte dixit: sed Plerunq;, in editionibus desideratur: ut intelligas, emendatores librorum, ut quædam de suo nonnunquam addunt, sic aliàs frequenter subtrahere. Ex Turnebo.

¶Plera dixisse antiquos, testis est Pacuuius, quum ait,

Perière Danai, plera pars pessundata est. Festus.

Plera, pro pleræq;. Cicer. de Legib. lib. 3, Minores magistratus partiti iuris plures in plera sunto.

Plericq; (παρὰ τὸ πλῆθος sit, quod Plenum significat.

¶Plerunq;, Aduerbium (ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, τὰ πλεῖστα) Ferè semper. Terent. And. 1. 2. 22,

Ipsum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunque applicat.

Plerunq; non semper quæ eueniunt, fortuita sunt. Cicero 2. de Diuinat. 21.

Feruentior plerunq; est animus fortis & magnus in homine nõ perfecto nec sapiente. Cic. 1. Offic. 71.

Frigoribus parto agricolæ plerũq; fruũtur. Virg. 1. Georg. 60.

Manere plerunq; in aliquo loco. Cic. Attico lib. 5. 10 4. 3.

Semper aut plerunq; quid futurum sit multo antè prædicunt. Cic. 1. de Diuin. 208.

Plerunq;, aliquando significat Nonnunquam, sed rarissimè. Quint. Declam. 15, Excussa sunt plerunq; uitia uerberibus.

Plerunq; omnes iam sunt intermortui. Plaut. Trin. 3. 5.

Plerunq; noctis. Saluſt. in Iugurtha, Sed ubi plerunq; noctis processit: obscuro etiam tum lumine milites Iugurthini signo dato, castra hostium inuadunt. hoc est, multum aut plurimum, uel multa pars noctis.

Plethora] unde & Plethorici (πληθώρα) Plenitudo corporis est, quæ toto oberrat corpore, & ex qua morbus enasci solet. Eraſiſtratus. Galenus de compoſ. pharmac. secund. loc. lib. 2. cap. 3.

Plethrum] πλέθρον, mensura est centum pedum, ut ait Suidas. Laurentius iugerum ex Herodoto uertit.

Pleuitas] ἀγνώεια, pro ignobilitate, legitur apud ueteres. Cato pro Veturio, Propter tenuitatem & pleuitatem. Hemina in Annalibus, Quicunq; propter pleuitatem agro publico eiecti sunt. Hæc Nonius.

Pleuritis] penult. prod. pleuritidis, fœm. gen. (πλευρῖτις) Dolor laterum. nam ἡ πλευρὰ, τῆς πλευρᾶς, appellatur tunica succingens costas: inter quam & ipsas costas dum sanies colligitur, & apostema generatur, pleuritis appellatur morbus.

¶Pleuriticus, pen. corr. Adiectiuum (πλευριτικὸς) Qui laterum dolorem patitur. Plin. lib. 20. cap. 17. 2, Origanum tussientibus quoq; cum melle datur, & pleuriticis, & peripneumonicis.

Pleuron] huius Pleuronis, penult. prod. (πλευρὼν) Vrbs est Aetoliæ, ut ait Plin. lib. 4. cap. 2. in qua urbe Combe, quum Phasnei filij occiderentur, deorum misericordia in auem mutata est. Ouid. lib. 7. Metam. 77. Meminit & Plinius libro 2. cap. 4.

¶Pleuronius, Adiectiuum: ut, Pleuronius Agmon. Ouidius 14. Metamorph. 99.

Pleuronia] Regio in Aetoliâ, à Pleuronibus, id est Curetibus, sic dicta: Curetes erant comati populi: sed quia ab Aetolis bello exagitati semper anteriori coma decapillabantur, cœperunt ab occipite tantùm nutrire comam. Vnde ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, id est, tonsura, κεφῆτας appellatos fuisse, memoriæ proditum est, id est, detonsos. Strabo lib. 10, Pleuronius ager.

Plexa] Vide Plecto.

Plico] plicas, plicaui, plicatum, pen. prod. & plicui, plicitum, pen. corr. (πλέκω) plicare, Nectere, & ueluti rugas facere. A Græco πλέκω, quod est Necto.

Plicari. Lucret. lib. 4. 167.

—ideo faſtigia posse
Surarum, at feminum pedibus fundata plicari.

¶Plicatilis, & hoc plicatile, pen cor. (πλικτὸς) Quod plicari facilè potest: ut Nauis plicatilis, quũ facta est ex corio. Plin. lib. 5. cap. 9. 17. Idẽ lib. 10. cap. 29. 10, Vpupa crista uisenda plicatili, contrahẽs eã, subrigens q; per longitudinẽ capitis.

¶Plicatura, ipse plicãdi actus. Plin. lib. 7. cap. 51, Iam fimbriarũ curã, & stragulæ uestis plicaturas. Logtur de signis mortis.

Plinius] πλίνιος, Secundus Veronensis, temporibus Vespasiani uixit, cuius negocia administrabat: noctibus uerò & succisiuis (ut ipse inquit) temporibus, opus de Rerum natura conscripsit, unus omnium parcissimus temporis. Perijt in montis Vesui incendio, dum eius causam indagare cupit. Eius uitam diligentius narrat nepos eius ex sorore, Cæcilius Plinius, cuius extat liber Epistolarũ, & Panegyricus Traiano Cæsari dictus, quo gratias agit Consul ab eo factus: qui et Quintiliani filiam dote iuuit, & Martialem poetam secedentem uiatico profecutus est, ut testatur ipse in Epistolis.

Plinthi-

Plinthides] quid sit, Hygenus in libro de limitibus declarat his uerbis: Quæstorij dicuntur agri, quos populus Romanus, deuictis, pulsisq; hostibus, possedit, mandauitq; quæ sforibus ut eos uenundarent: quæ centuriæ nunc appellatur Plinthides, id est, laterculi: easdem in quinquagenis iugeribus quadratas clauserunt limitibus, atq; ita certum cuique modum uendiderunt. Idem in eodem lib. sic, Sunt Plinthides, id est, laterculi quadrati, uti centuriæ per sena millia pedum, L. limitibus inclusi, habentes singuli laterculi iugera numero I. C C. L.

Plinthis] Instrumentum, cuius meminit Vitruuius in catapultæ descriptione lib. 1. Est autem Plinthis, id est laterculus, quadratum superius ipsius basis, qui laterculus, quam accipit columellam, quæ τυλίσκος uocatur suo cauo, eam habere debet: quanquam dicit ipse idem Vitruuius latitudinem. Ex Turnebo.

Plisthenes] πλεισθένης, impudicus à poetis dicitur. Quintil. lib. 3. cap. 7. 14. Vnde Plisthenius uir Agamemnon, Ouidius, de Remed. amor. 77.

Plistoanax] Plistoanactis (πλειστοάναξ) Pausaniæ filius, & Lacedæmoniorum rex: cuius res gestas uide apud Thucydidem.

Plistolochia] æ (πλειστολοχία) Herba est ex maluarum genere, quam & hibiscum, & molochen agrian, hoc est, maluam syluestrem appellant. Plin. lib. 20. cap. 4.

Plistonicus] πλειστόνικος, Medici nomen, apud Plinium sæpius repetitum. Fuit & Appion quidam cognominatus Plistonicus, non multo tempore Plinio superior, ut idem ultimo uolumine testatur. Quandoq; Plistonices scriptum legitur, sicut Olympionices.

Plocamos Isidis] πλόκαμος ἰσιδος, Frutex est in mari nascens, circa Trogladytarum insulas, corallio similis, sine foliis, qui præcisus lapidescit, colore in nigrum commutato: ut ex iubæ sententia refert Plinius lib. 13. cap. 25. Latinè uertere possumus, Isidis capillum.

Plocion] πλόκιον, Ornamentum, tricha, mauris, genus monilis implexum & obliquum. Pollux lib. 5. cap. 16, dicit id esse ex colli ornamentis.

Plodo] plodis, plosi, plosum (πρωτίω) plodere, Idem quod Plaudere, quatere, siue collidere, & manibus pedibusue sonum aliquem facere. Hinc composita, Applodo, Complodo, Explodo. Vide Plaudo.

Ploiaria] πλοιάρια, Calceorum muliebrium species, quæ ἀκροκόνιτα uocat Aristophanes, apud Pollucem lib. 7. cap. 22.

Ploro] ploras (ὀδύρομαι, κωκύω, οἰμώζω) plorare, Notæ significationis. Festus, Plorare, flere, inclamare. Quint. lib. 6. cap. 2, Date puero panem, ne ploret.

In funere plorare. Horat. in Arte, 87.

Prohibere aliquem pro alio plorare. Cic. pro Domo sua, 45.

Plorare aliquid. Horat. 4. Carm. ode 2. 5.

Funera sua plorare. Stat. 5. Sylu. 3. 49.

Plorare, cum infinitiuo. Horat. 2. epist. 1. 2,

Plorauere suis non respondere fauorem
Speratum meritis.

Amore sollicitus plorat. Horat. 12. Serm. Satyr. 3. 51.

Fessus sum plorando. Cic. Attico, lib. 15. 32 5. 8.

Plorare, maius est quàm lacrymari. Seneca epistol. 64, Nec sicci sint oculi amisso amico, nec fluant: lacrymandum est, non plorandum.

¶Plorandus, Particip. ut, Bell. ploranda. Stat. 1. Thebaid. 9.

¶Ploratus, penult. prod. Nomen ex participio: ut, Domus plorata. Stat. 5. Sylu. 3. 33.

Adonis ploratus. Vide Adonis.

Rogus ploratus. Ouid. 4. Fast. 172.

¶Ploratus, huius ploratus, pen. prod. mascul. gener. (ὀλοφυδμός, κλαῦμα, κώκυμα) Cicer. 2. Tusc. 35.

Heu uirginalem me ore ploratum edere. Ex poeta. Idem ad Attic. lib. 5. 10 4. 2, Ciuitatum gemitus, ploratus, &c.

Missi ploratus ægris uagitibus. Lucret. lib. 2. 117.

¶Plorator, penult. product. Verbale (ὀλοφυρτὴς) Martialis lib. 14. 59,

Siquis plorator collo tibi uernula pendet.

¶Plorabundus (κλαυθμώδης) Qui multum plorat. Plautus Aulul. 9. 38,

Homo ad Prætorem plorabundus deuenit, &c.

Plostrum] plostri (ἅμαξα) Idem quod Plaustrum. Cato de re Rust. cap. 2. 4. Vendat boues uetulos, armenta reiicula, oues reiiculas, lanam, pelles, plostrum uetus. Cic. 3. Verr. 36, Omnia ex fanis, ex locis publicis, palàm spectantibus omnibus, plostris euecta, asportata q; esse.

¶Plostrarius, Adiectiuum (ἁμαξικὸς) Quod pertinet ad plaustrum: ut, Asinus plostrarius.

¶Plostellum, plostelli, Diminutiuum (ἁμαξίδιον.)

Plostellum, Paruum plaustrum, quo pueri ludunt. Horatius 2. 2. Serm. Satyr. 3. 50,

Aedificare casas, pl. stello adiungere mures, &c.

Plostellum Pœnicum. Varro lib. 1. de re Rust. cap. 52. 1, Spicis in aream excuti grana, quod fit apud alios iumentis iunctis, ac tribulo: id fit è tabula, lapidibus, aut ferro exasperata, quo imposito auriga, aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, ut discutiat è spica grana: aut fit ex assibus dentatis cum orbiculis, quod uocant plostellum Pœnicum.

Plotæ] πλῶται, Insulæ duæ sunt Aeoliæ, alio nomine Strophades dictæ, supra Zacynthum in meridiem sitæ. Plinius lib. 4. cap. 12.

Ploti] appellantur, qui sunt planis pedibus. Vnde Attius, quid Vmber Sarsinas erat, à pedum planitie inditò Plotus, postea Plautus est dictus. Soleas quoq; dimidiatas, quibus utebantur in uenando, quò planius pedem ponerent, semiplotia appellabant. Paulus ex Festo.

Plotina] pen. prod. (πλωτῖνα) Traiani Cæsaris uxor, sanctitate, probitate, & omnibus quæ in muliebrem sexũ cadunt, uirtutibus celebrata. Hæc tonso capillo uirum mentita, coniugem comitata in exilium exeuntem, imperterrita, & quasi quædam uirago, tolerans ærumnas acerbas.

Plotinus] pen. prod. (πλωτῖνος) Philosophus Platonicus, Aegyptius natione, fuit è ciuitate Lyco, discipulus Ammonij, præceptor Porphyrij. Galeni, Taciti, & Probi temporibus. Fuit corpore gracili, tenuiq; ualetudine, morboq; sacro obnoxius. Hæc Suidas.

Plotius] πλώτιος, Gallus, patria Lugdunensis, dicendi præceptor, Romæ profitebatur: à quo se Cicero in libro de Oratore, unà cum Q. fratre, Latinas literas edoctum fuisse testatur: à Tranquillo autem inter rhetores ponitur.

Plotius insignis dicendi præceptor. Quint. lib. 2. cap. 4. 30.

Ploxemus] pen. corr. (πλώξιμος) alijs est uiri proprium, alijs lingua Transpadanorum significat capsam. Catul. de Aemylio, epigr. 92. 2,

—hoc dentes sesquipedales,
Gingiuas uerò Ploxemi habet ueteris. Meminit & Quintil. lib. 1. cap. De uirtutib. & uitijs orationis.

Pluma] plumæ (πτίλον) Mollior & exigua penna. Plautus Menæch. 11. 23, Pluma leuior. Martial. lib. 14. 166,

Lassus Amycleæ poteris requiescere pluma.

Auium plumæ. Lucret. lib. 3. 79.

Albæ plumæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 1.

Canæ plumæ. Ouid. 2. Metam. 75.

Horrida pluma. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 1.

Leuibus plumis uelari corpora. Ouid. 15. Metam. 72.
Mollis pluma. Virg. 10. Aeneid. 39.
Penſilibus plumis uehi. Iuuenal. Satyr. 1. 2.
Rutila pluma fulgens præteruolat ales. Cic. in Arato, 45.
Variæ plumæ. Horat. de Arte, 1.
Verſicolores plumæ columbis ad ornatum ſunt. Cicero 3. de Finibus, 29.
Verſicolore pluma fultum caput. Propert. lib. 3. eleg. 7, 10.
Volucres plumæ. Senec. Herc. Oetheo, 3. 6.
Vulſæ plumæ. Virg. 11. Aeneid. 145.
Moueri facilius pluma aut folio. Cic. Attico, lib. 8. 167. 3.
Nantes plumæ colludunt in aqua. Virg. 1. Georg. 74.
Obductæ plumis quædam animantes. Cic. 2. de Nat. deor. 180.
Inſperata tuæ quum ueniet pluma ſuperbiæ. id eſt, Quum euolarint aut effluxerint ea bona tibi, propter quæ nũc ſuperbis. Horat. 4. Carm. ode 10. 1.

¶ Plumula, plumulæ, pen. cor. Diminutiuum (πτίλον) Colum. lib. 8. cap. 5. 15, Plumulæq; ſub cauda clunibus detrahendæ, ne ſtercore coinquinatæ dureſcant, & naturalia præcludant.

¶ Plumeus, Adiectiuum (πτιλινὸς) Quod eſt ex pluma: ut, Plumea culcitra. Cicero 3. Tuſcul. 79. Plin. lib. 10. cap. 2. 1, Plumeus apex.

Pectora plumea. Stat. 3. Thebaid. 102.
Torus plumeus. Ouid. 11. Metam. 123.

¶ Plumarius, Aliud adiectiuum, Idem (πτιλινὸς) Vnde Plumariam culcitram dicimus, quæ pluma plena eſt. Plumarium dicitur opus acu factum, quod Græci à liciorum uarietate multiplici, polymitarium appellant. Plumarium opus alij uocant opus Phrygionis.

¶ Plumiger, pen. corr. plumigera, plumigerum, penult. corr. Plin. lib. 10. cap. 22, 3, Velluntur quibuſdam locis bis anno. Rurſus plumigeri ueſtiuntur. De anſeribus.

¶ Plumarius, plumarij (πτιλαρχὸς) Qui acu aliquid depingit ſuper culcitris plumeis aut puluinaribus plagis. Cato de liberis educandis, Etenim nulla quæ non didicit pingere, poteſt bene iudicare, quid ſit bene pictum plumario, aut textore in puluinaribus plagis. Ex Nonio. Firmicus lib. 3. cap. 7.

¶ Plumatilis, & hoc plumatile, pen. corr. neut. gen. (πτιλινὸς) Quod ex plumis factum eſt. Plaut. Epid. 5. 50,
Cumatile, aut plumatile, aut cerinum.
Nonius clauatũ inter pretatur, aut ex pluma factum.

¶ Plumo, plumas (πτιλόω) plumare, Plumas emittere: unde Plumatum eſſe, Pennatum dicimus. Gell. lib. 2. cap. 29, Pullis iamiam plumantibus. Cic. 2, de Nat. deor. 171,
— nitens plumato corpore coruus. Ex poeta.

Plumare, Acu pingere. Flauius Vopiſcus, Laneas tunicas purpura micantes, & plumanti difficultate pernobiles.
Pars auro plumata nitet. Luc. lib. 10. 25.

¶ Plumeſco, plumeſcis (πτιλόω) plumeſcere, Pennatum fieri. Plin. lib. 10. cap. 53. 3, Pullus ab eodem tempore plumeſcit.

¶ Plumoſus, pen. prod. (πτιλώδης) Adiectiuum: ut,
Pectora plumoſa plangere pennis. Ouid. ad Liuiam, 22.
Aucupium plumoſum. Propert. lib. 4. eleg. 2. 7.

¶ Plumipes, pen. corr. Adiect. (πτιλόπους) Catull. in Camerium, epig. 51. 6, Adde huc plumipedes, uolatilesq; Antea dixerat, pennipesue Perſeus.

Plumbum] plumbi (μόλυβδος) Metalli genus notiſſimum. Plin. lib. 34. cap. 16, Sequitur natura plumbi. Eius duo ſunt genera, nigrum atq; candidum: precioſiſſimum candidum, à Græcis appellatum eſt caſiteron. Et in fine capitis, Plumbi nigri origo duplex eſt. Aut enim ſua prouenit uena, nec quicquam aliud ex ſe parit: aut cum argento naſcitur, miſtiſq; uenis conflatur. Horat. 1. epiſt. 10. 4,

Purior in uicis aqua tendit rumpere plumbum, &c. Intelligit fiſtulam plumbeam.

Plumba, numero plurali non dicimus, inquit Varro de Ling. Lat. cap. 8. quòd quæ ſub menſuram ac pondera ponitur, quòd ſub numerum ſuccedant, multitudinis uocabulo efferri non debeant. Vide plura ibidem.
Liquidum plumbum. Horat. 1. Carm. ode 35. 4.
Vitiatum plumbum. Ouid. 4. Metam. 25.
Plumbum, pro Pila plumbea. Ouid. 2. Metam. 146,
— quàm quum balearica plumbum
Funda iacit. Virg. 5. Aeneid. 81.
Audax plumbum. Stat. 1. Sylu. 3. 14.
Vulnificum plumbum. Valer. 1. Argon. 85.
Plumbum, Genus uitij in oculis. Plin. lib. 25. cap. 13. 11, Hac commandata, ſi oculus ſubinde liniatur, plumbum quod eſt genus uitij, ex oculo tollitur.

¶ Plumbeus, Adiectiuum (μολυβδινὸς) Quod eſt ex plumbo. Plaut. Trin. 13, 117,
Cui ſi capiti res ſiet nummum nunquam credam plumbeum. In quem locum ſic Eraſmus, Nummum plumbeum hyperbola prouerbiali pro minimo pecuniæ poſuit.
Canalis plumbeus. Colum. lib. 8. cap. 3. 7.
Color plumbeus. Plin. lib. 11. cap. 52. 2, Igitur uitæ breuis ſigna ponit Ariſtoteles raros dentes, plumbeum colorem. hoc eſt, plumbum referentem: qualis apparet in ijs qui ictero nigro laborant.
Glans plumbea. Lucret. lib. 6. 36. Ouid. 14. Metam. 166.
Mortarium plumbeum, apud Plinium lib. 34. cap. 18. 3.
Pondera plumbea. Propert. lib. 4. eleg. 3. 13.
Plumbeus thorax. Plin. lib. 7. cap. 20. 3.
Auſter plumbeus. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 4. hoc eſt, grauis. Mortales enim aggrauat more plumbi.
Plumbeo iugulare gladio, eſt futili leniq; argumento conuincere quempiam. Cic. ad Atticum, lib. 1. ii. 4. Idem 4. de Finibus 79, Frigidum argumentum, plumbeum uocat pugionem.
Plumbeum hominem Plautus appellat liuidum. Terentius uerò obtuſum & ſtupidum in Heaut. 5. 1. 4,
In me quiduis harum rerum conuenit,
Quæ ſunt dicta in ſtultum: caudex, ſtipes, aſinus, plũbeus.
Plumbeæ iræ. Plautus Pœnulo, 12. 18. id eſt, quæ diu inſident pectoribus.
Plumbeum ingenium, per translationem, dicitur obtuſum, & quod cogitando penetrare non poteſt.
Plumbeum eſſe in re aliqua. Cic. 1. de Finib. 111.

¶ Plumbago, pen: prod. plumbaginis, fœm. gen. (μολύβδαινα) Metalli genus, plumbi & argenti naturam referens. Plin. lib. 34. cap. 18.

Plumbago, Vitium gemmarum. Plin. lib. 37. cap. 5. 7, Hæc coloris uitia: illa corporis, capillamentum, ſal, plumbago. Paulò pòſt, 9. Frequens & ijs plumbago, hoc eſt, ut in ſole plumbei uideantur.
Plumbago, Herba: de qua Plin. lib. 25. cap. 13. 11.

¶ Plumbarius, Adiect. (μολυβδινὸς) Quod ad plumbum pertinet: ut, Plumbaria officina. Plin. lib. 34. cap. 18. 9.
Plumbarius (μολυβδουργὸς) Qui facit opera ex plumbo.

¶ Plumboſus, penult. prod. Adiectiuum (μολυβδώδης) Quod plurimum plumbi habet admiſtum. Plinius lib. 34. cap. 18. 7, Eſt & molybdena quam alibi galenam uocauimus, plumbi & argenti uena communis. Melior hæc, quanto magis au rei coloris, quantoq; minus plumboſa, friabilis, & modicè grauis. Idem libro 33. capite 6. 8, Fæx eius intelligitur plumboſiſſima.

¶ Plumbo, plumbas (μολυβδόω) plumbare, Ferruminare, uel plumbo conglutinare. Plinius lib. 10. cap. 33. 5, plumbatis eos

tis eos ſagittis decutiunt indigenæ. Cato cap. 21. 3, Plumbet operas fabri duntaxat octo.

¶ Plumbatura, plumbaturæ, pen. prod. (μολύβδωσις) Ferruminatio, & quæcunq; coniunctura plumbo facta. Caſſius apud Paulum in l. in rem actio. §. item quæcunq;. ff. de rei uendicatione, Ferruminatio per eandem materiam facit confuſionem: plumbatura non efficit.

¶ Plumbata, plumbatæ (μολυβδωτὸ) inquit Sipontinus, Pila plumbea, quam ueteres peregrino uocabulo martiobarbulum uocabant. A quo & milites qui his utebantur, martiobarbuli appellati ſunt. Vegetius de Re militari lib. 1. cap. 17, Plumbatarum quoq; exercitatio, quas martiobarbulos uocant, eſt tradenda iumentoribus, &c. Alciatus uerò, Plumbatæ, inquit, ſunt iaculi genus, quum directa uirga in capite ferrum apponitur, dein undiq; tribuli plumbo affixi: unde nomen datum. Iaciuntur manu. Earum duo genera, tribulatæ, & mamillatæ: quarum formam diffuſius leges in Theodoſij officijs.

Pluo] pluis, pluui, & plui, plutum (ὕω, ὑμβρέω, βρέχω) pluere, dicitur Deus. Cic. 2. de Nat. deor. 161,
Has Græci ſtellas Hiadas uocitare ſuerunt à pluendo: ὕειν enim eſt pluere. Plinius libro 16. cap. 26. 5, Etiam ſi non pluat.
Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis. Virgilius 4. Georgicorum, 16.
In terris pluere. Virg. 10. Aeneid. 162.
Aliquando id quod Deus pluit, ponitur in accuſatiuo. Valerius Maximus, libro 1. capite 6, de Caio Volumnio, in Piceno agro lapides pluiſſe ait.
Aliquando in ablatiuo. Liu. lib. 6. de bello Maced. Tarracinæ & Amiterni nunciatum eſt aliquando lapidibus pluiſſe. Sic Cic. 2. de Diuinat. 85, Sanguine pluiſſe Senatui nunciatum eſt. Alia exemplaria legunt, ſanguinem.
Pluit terra. Liu. 10. ab Vrbe, 153, Nam & terra multifariam pluuiſſe, & in exercitu Appij Claudij pleroſque fulminibus ictos nunciatum eſt.

¶ Pluuia, pluuiæ (ὗν, ὑετὸς, βροχὴ) Notum.
Vis & incurſus pluuiarum. Vide Incurro.
Ingens pluuia. Virg. 1. Georg. 66.
Tenues pluuiæ. Virg. 1. Georg. 19.
Nox pluuiam colligit. Virg. 9. eclog. 12.
Cæruleus pluuiam denunciat, igneus Euros. Virg. 1. Georg. 91. De Sole.
Fiunt pluuiæ. Lucret. lib. 6. 147.
Grauari pluuia. Virg. 9. Aeneid. 87.
Impendet pluuia. Virg. 4. Georg. 39.
Metuere pluuias. Cic. Att. lib. 15. 329. 2.
Nubila rareſcunt pluuijs. Stat. 1. Sylu. 2. 38.

¶ Pluuius, Adiectiuum (ὔμβριος) ut, Aqua pluuia, quæ pluta eſt. Plin. lib. 10. cap. 43. 5.
Aquæ pluuiæ arcentur. Cic. pro Muræna, 19.
Aer pluuius: hoc eſt, pluuioſus. Stat. 5. Sylu. 12. 1.
Arcus pluuius, Iris. Hor. de Arte, 4.
Auſter pluuius, Pluuiam inferens. Ouid. 1. Metam. 14.
Cælum pluuium. Varro 1. de re Ruſt. cap. 13. 2.
Frigus pluuium. Colum. lib. 6. cap. 27. 6.
Hyades pluuiæ. Virg. 12. Aen. 150.
Imber pluuius. Ouid. 6. Faſt. 57.
Rores pluuij. Hor. 3. Carm. ode 3. 14.
Status cæli pluuius. Colum. lib. 2. cap. 10. 17.
Ventos pluuios uocat Horat. 1. Carm. ode 17. 1, hoc eſt, pluuiam inducentes. Colum. Ver pluuium nominat, in quo ſæpe fit pluuia: in Præfat. lib. 1. 20.

¶ Pluuialis, & hoc pluuiale, penultima producta. Idem ὑετὸς, ὀμβροφόρος.

Aqua pluuialis. Colum. lib. 1. cap. 5. 1.
Auſtri pluuiales. Virg. 3. Georg. 86.
Dies pluuiales. Colum. lib. 2. cap. 13. 7.
Frigus pluuiale. Claud. de Nilo, 6. 1.
Fungi pluuiales. Ouid. 7. Metam. 79.
Signum pluuiale Capellæ. Ouid. 5. Faſt. 23.
Vndis pluuialibus auctus torrens. Ouid. 2. Faſt. 44.
Hœdi pluuiales. Stellæ duæ ſunt, quas Auriga (quod ſignum cæleſte eſt ſuper cornua Tauri) in manu tenet. Virg. 9. Aen. 136, Dicti ſunt autem pluuiales, quòd eorum ortus & occaſus tempeſtates grauiſſimas facit.

¶ Pluuiatilis, & hoc pluuiatile, pen. corr. Idem (ὑδρευτὸς) Columel. lib. 9. cap. 1. 2, Infoſſi lacus ſignino conſtruuntur, qui receptam pluuiatilem contineant.

¶ Pluuioſus, pen. prod. Adiect. (ὑετώδης) ut, Annus pluuioſus, In quo fuerunt frequentes pluuiæ. Plin. lib. 18. cap. 25. 15, Nubilo occaſu pluuioſam hyemem denunciat.

Plus] cum compoſitis, & deriuatis. Vide Multus.

Plutarchus] πλούταρχος, Chæroneus, Traiani temporibus, à quo in Illyricum miſſus Conſulari poteſtate, iuſſumq; omnibus Illyricis magiſtratibus ut abſq; eo nihil agerent, multis libris editis notiſſimus eſt. Plutarchus alter, Neſtorij filius, Athenienſis ſophiſta, præceptor Syriani, qui ſcholæ præſidebat Athenienſi ſub Iuliano principe. Author utriuſque Suidas.

Pluteus] plutei, m. g. Machina ad expugnandos muros adſimilitudinem caſſidis facta: contegiturq; animæ, & corijs protegitur, terniſq; rotulis, quarum una in medio, duæ in capitibus apponuntur: in quacunq; partem uolueris, admouetur. Hos obſidẽtes muris admouent, applicantq;, & eorũ munitione ſagittis ſeu alijs miſſilibus defenſores de propugnaculis exturbant, ut ſcalis aſcendendi præſtetur occaſio, ut ait Vegetius. Cæſar, Semperq; hoſtibus ſpes uictoriæ redintegrabatur, eo magis quòd deuſtos pluteos turrium uidebant. Sic, lib. 2. 30. Liu. 1. bel. Pun. 244, Per quos ratò unaquam nix minus quatuor pedes alta iacuit: adeoq; plateos ac uineas Romanorum operuerat.
Expedire pluteos. Tacit. lib. 18.
Plutei, etiam tabulæ quibus aliquid præſepiretur, dictæ ſunt, inquit Feſtus. Liuius, Cratibus, pluteiſq;, & limitis contectus.
Pluteum, Suetonius in Caligula, cap. 26, accipere uidetur pro fulcro tori diſcubitorij, quum inquit, Quoſdam ſummis honoribus functos, ad eſſedum ſibi occurrere togatos per aliquod paſſuum millia: & cœnanti, modò ad pluteum, modò ad pedes ſtare ſuccinctos linteo, paſſus eſt. Martialis libro 3. 49,
Excidumq; ſenem, ſpondæ qui parte iacebat:
Namq; puer pluteo uindice tutus erat.
Plutei, Librorum & tabularum, ſignorumq; repoſitoria. Iuuenal. Satyr. 2. 1,
Et iubet archetypos pluteum ſeruare Cleanthas.
Pluteus, Tabula qua utuntur ij qui literis dant operam, & ſcribunt. Perſius Satyr. 1,
Nec pluteum cædit, nec demorſos ſapit ungues. Vbi interpres, Qui moram ſtylo, iudiciumq; adhibent, in ipſo limæ labore irati interdum, aut ſolicitè cogitabundi uel pluteum cædunt, uel ungues arrodunt, uel caput ſcabunt.
Pluteum etiam dicebant ſpacium id, quod inferiores columnas à ſuperioribus, pro longitudine in fronte diſcernebat. Vlpianus. in l. Fundi nihil. §. quæ pictæ. ff. de actionibus. empt. Reticuli circa columnas, pluttei circa parietes, item ci-

licia uela,ædium non sunt.

¶ Pluteális,& hoc pluteale,pen.prod. Vnde à Cicerone sigilla plutealea,imagunculæ pluteis, id est,tabulis inclusæ dicebantur:ad Attic.lib.1.6.3.Legitur & Putealia.

Pluto] uel Pluton,huius Plutonis,penul.prod. (πλούτων,ῶνος,ἀϊδής,ἀϊδωνεύς) Saturni filius ex Ope coniuge,& frater Iouis atq; Neptuni:ab opibus nomen habet. Græcè enim πλοῦτος opulentia est. Qui cum ad regni diuisionem uenissent,Plutoni qui natu minor erat, & Agesilaus uocabatur, pars Occidentis obtigit,secus inferum mare:Iouis plaga Orientalis:Neptuno insulæ, Hinc datus est locus fabulæ,ut Iouis imperium cæli,Neptuno maris,Plutoni inferorum obtigerit,Statio teste.Pluto autem,Sumanus,Dis, Orcus,Vrcus ab urgendo,Vedius Iupiter dictus fuit. Idem Quietalis est appellatus, quasi mors quies sit erumnarũ. Huius uxorem fuisse Proserpinam Cereris filiam,Ex Claudiano poeta satis constat.

Dis quare Pluton dictus,notat Cic.2.de Nat.deor.96.

Illacrymabilem Plutona placare.Hor.2.Carm.ode 14.2.

Superbus Pluton.Seneca Herc.Oeth.9.3.

Toruus Pluton.Iuuen.Satyr.13.5.

¶ Plutonius,a,um,attributum ex Plutone deductum. Hor.lib.1.Carminum,

Et domus exilis Plutonia
Quo simul mearis. Dicitur exilis, quòd inanis & uacua sit:ut apud Virgilium,
Perq; domos Ditis uacuas & inania regna. Sic & Horatius alio loco,
Exilis domus est,cui non & multa superfunt. Turnebus.

¶ Plutonia, Plutoniorum,neut. gen. loca quædam pestifera in Asia.Cicer.lib.1.de Diuinat.Qui enim non uidemus quàm sint uaria terrarum genera:ex quibus & mortifera quædã pars est, ut & Amsancti in Hirpinis,& in Asia Plutonia, quæ uidemus.Turnebus,Plutonia (inquit)species sunt in Asia,tetrum & pestiferum halitum euomentes,omniaq; accedentia animalia statim enecantes,ut ad Hierapolim Plutonium describitur à Strabone & Charoniã ad Thymbriam uicini Cariæ. Spiracula Ditis Maro uocat,ut quodam loco dicemus.Hæc ille.

Plutonium] est os in paruo quodam imminentis montis supercilio,ita commensuratũ, ut hominem suscipere possit,mira profunditate.Strab.lib.13.ubi singularia multa circa Plutonium foramen recenset.Est autem in Laodicea regione Asiæ ad Hierapolim.

Plutus] πλοῦτος, à Græcis fingitur esse diuitiarum Deus, quem in aduentu claudum esse uolunt, in recessu alatũ: hoc nimirum innuentes,quòd serius quidem opes contrahantur, partæ aũt nisi frugaliter dispenses, uelocissimè dilabantur. Eundem & cæcum faciunt,& iudicij expertem: propterea quòd indignissimum quenq; opibus affluere uideamus, probos autem & condignos in re tenuissima uersari.Huius domicilium constituit Posidonius in subterraneis Hispaniæ locis,eo quòd ea metallorum fœcunditate reliquis antecellat. Est item huius nominis comœdia apud Aristophanem.

Pluuia,Pluuialis] Vide Pluo.

Pluuialia] Pluuialiæ,f.g.Vna ex insulis fortunatis.Plin.li.6.cap.32.1,Ab ea tantundem ad Occasum uersus,Pluuialiam Capriariamq;,in Pluuialia non esse aquam nisi ex imbribus.

Plynteria] orum (πλυντήρια) Dies festi erant apud Athenienses,Cereri sacri,qui inter nefastos numerabantur. Cælius Rhod.lib.14.cap.9.

P N

Pneuma] pneumatis,penult.corrept.neut.gener.(πνεῦμα) Spiritus,flatus.

¶ Pneumaticus,pen.corr. Adiectiuum (πνευματικὸς)ut,Organa pneumatica, id est,spiritualia; uel spiritalia:hoc est,quæ ui flatus uel spiritus aliquid hauriunt & attrahunt.Plin.lib.19.cap.4,E puteo perticæ,organisue pneumaticis,uel tolenonũ haustu rigandos. Dicitur & in Musica,Ratio pneumatica.Idem lib.7.cap.37.4,Ctesibius laudatus, pneumatica ratione & hydrauilicis organis repertis.

Pneumon] pneumonis,m.g.(πνεύμων) Latinè pulmo dicitur,à πνέω spiro.Vnde pneumonia, quæ & perpneumonia,inflammatio pulmonis,cùm ex aliis causis,tum ex distillatione uehementi uel synanchia,uel suspirio, uel pleuritide prouenies,ut sanguis inde copiosius excreari soleat. Hunc morbum & πλευρπνευματικὴν Græci appellant, teste Celso lib.4.cap.7,Hinc pneumonici, qui laborant ex pulmone, qui Latinè dici possunt pulmonarij: sicut à Columel. Ouis pulmonaria dicta est,cuius pulmo afficitur.

Pneumonphalon] Dilatatio est in umbilico. Galenus in Finitionib.Medic.

Pnigeus] uicus in Aegypto,prope Phœnicum portum, ereigione Pedoniæ insulæ,iuxta Paretonium.Strab.lib.16.

Pnigitis] aliàs Pignitis,terra est Eretriæ similima,grandioribus tantum glebis,& glutinosa,cui effectus idem,qui Cimoliæ,infirmior tamen.Plin.lib.35.cap.16.& 17.

P O

Poblicia tribus] Vide Tribus.

POM.Pomponius. PONT.MAX.Pontifex Maximus. POP. Populus. POST. Posthumius,uel Posthumus. POT. Potestas.

Pocœnium] μετοδειπνον,ab Hermolao Barbaro eleganter fictum nomen,pro comessatione quæ fit post cœnam.

Poculum] poculi,pen.corr. (πῶμα, ὑπόμα, ποτήριον,πύελος) Vas in quo bibitur.Cic.6.Verr.345,In his pocula duo quædam,quæ Heraclia nominantur, Mentoris manu summo artificio facta.Idem pro Cluentio,134,Quæ deinde interceptio poculi?

Mensæ plenæ pocula.Virg.11.Aen.148.

Poculum,Quandoq; sumitur pro eo quod bibimus. Virgil.2.Georg.62,

Pocula si quando sæuæ infecêre nouercæ: Cic.7.Ver.23,Illis diligenter legibus quæ in poculis ponebantur, obtemperabat.Virg.3.Georg.106,

Pocula sunt fontes liquidi,atq; exercita cursu. Flumina
Et sedare sitim prius est, quàm pocula;natum.Lucretius,libro 4.171.

Amoris poculum,Philtron.Hor.Epod.5.8.

Desiderij poculum,Philtron.Hor.Epod.17.17.

Aurea pocula.Horat.Serm.Satyr.2.23.

Blanda pocula.Valer.2.Argon.84.

Ducentia somnos pocula.Hor.Epod.14.1.

Fagina pocula.Virg.3.eclog.8.

Fictilia pocula.Tibul.lib.1.eleg.1.8.

Immania pocula.Cic.2.Philipp.74.

Insidiosa Circes pocula.Ouid.14.Metam.59.

Lactea pocula,Repleta lacte.Stat.1.Achil.62.

Læuia pocula.Virg.5.Aen.19.

Marcentia pocula.Stat.4.Sylu.6.12.

Medicata pocula.Vide Medicor.

Plena pocula.Virg.4.Georg.76.

Plena meri pocula.Ouid.9.Metam.84.

Sobria pocula suppositaq;ua.Tibul.lib.1.eleg.6.6.

Vitea pocula.Virg.3.Georg 76.

Administrare pocula.Vide Administro.

Col-

Collucent pocula mensæ.Catul.Argon.epigr.599.

Componere pocula de luto.Tibul.lib.1.eleg.1.8.

Oras circum pocula contingere liquore aliquo,imbuere. Lucretius lib.4.3.

Fabricata fago pocula.Ouid.8.Metam.135.

Finguntur pocula de humo.Ouid.2.Trist.98.

Dare poculum alicui.Cic.pro Cluentio,22.

Ducere pocula,Exhaurire.Hor.1.Carm.ode 17.5.

Exhaurire poculum mortis.Cic.pro Cluentio,23.

Inficere pocula ueneno.Vide Inficio.

Infundere poculum.Horat.Epod.5.17.

Inuitare aliquem poculis.Vide Inuito.

Poculaq; Eo luxum irritantia gemma.Silius lib.13.71.

Aulai in medio libabant pocula Bacchi.Virg.3.Aeneid.71.

Ministrare pocula.Vide Ministro.

Miscere pocula,Ministrare.Ouid.10.Metam.32.

Lactis pocula mista mero.Tibul.lib.3.eleg.5.7.

Negare porrecta pocula.Hor.1.epist.19.11.

Perfecta argento,atq; aspersa signis pocula.Virg.9.Aen.53.

Ponere pocula.Virg.1.Aen.143.

Poscunt maioribus poculis.Cic.3.Verr.45.

Reponere pocula mensis.Virg.4.Georg.76.

Restinguere pocula ardentis Falerni lympha.Horat.2.Carm.ode 11.4.

Spumantia lacte pocula.Virg.eclog.5.14.

Sumere pocula.Ouid.1.Amor.eleg.4.7.

Magnitudine poculorũ bibẽdoq; superare.Cic.pro Flac.71.

Tangere labellis pocula.Ouid.1.de Arte,116.

Temperare pocula.Horat.1.Carm.ode 20.3.

Tinguere aliquem poculis,irrigare aliquem mero. Horat.4.Carm.ode 12.5.

Pocula adorandæ rubiginis.Iuuenal.Satyr.13.15.

Torquere pocula,Proijcere in aliquem.Iuuen.Satyr.5.3.

Trahere pocula arenti fauce.Horat.Epod.14.1.

Cum canibus timidi uenient ad pocula damæ.Virg.8.eclog.6.

¶ Pocillum, pocilli, Diminutiuum (ποτήριον) Paruum poculum.Cato cap.156.2, Per linteum exugito succum,quasi hominem,in pocillum fictile.Liu.10.ab Vrbe,213.

¶ Pocillator, pen. prod. (οἰνοχόος) aliàs dicitur A cyathis, qui pocula mensæ ingerit.

¶ Poculentus, Adiectiuum (πόσιμος) Quicquid potari potest.Quidam dicunt potulentum scribendum esse. Cic.2.de Nat.deor.212,Habitat in ea parte oris, quam esculentis & poculentis iter natura patefecit. Legitur & potulentis. De gustatu.Gel.lib.4.cap.1,Penus est,inquit, quod esculentum aut poculentum est.

Podagra] podagræ,penult.corr.(ποδάγρα) Pedum dolor. πούς,pes:ἄγρα,atrocitas.Mart.lib.1.93,

Litigat,& podagra Diodorus Flacce laborat. Plinius libro 26.capite 10.6,Podagræ morbus rarior solebat esse, non modò patrum auorumq; memoria, uerumetiam nostra, peregrinus & ipse. Nam si Italiæ fuisset antiquitus, Latinum nomen inuenisset. Insanabilis non est credendus: quippe quando in multis & sponte desinit,& in pluribus curatur.

Corpora fœda podagra.Tibul.lib.1.eleg.9.15.

Loculos podagra.Iuuen.13.Satyr.10.

Nodosa podagra.Ouid.1.de Ponto,eleg.4.5.

Tarda podagra.Hor.1.Serm.Satyr.9.7.

Turpes podagræ.Virg.3.Georg.60.

Ardere podagræ doloribus. Vide Ardeo. Cicero 5.de Finibus,162.

Doloribus podagræ complures annos cruciari.Cicero Tusculanar.78.

Fomenta iuuant podagram.Hor.1.epist.2.11.

¶ Podagricus,pen.corr. Adiectiuum (ποδαγρικὸς) Qui podagra laborat.Plin.lib.20.cap.8.7, Omnes hæ & podagricis utiles,& sanguinem reijcientibus.

¶ Podagrosus,penul.prod. (ποδαγρώδης) Aliud adiectiuum, Idem.Plautus Merc.12.8,Sed tandem si podagrosis pedibus esset Eutycus,&c.

¶ Podager,pen.cor.(ποδαγρῶν) Aliud similiter adiect. Idem. Atq; nihil prorsus stare putat podager.Claud.epigr.39.2.

Podagrus] à pnicitate ductus est. Aethon & Podagrus duo aurigæ Hectoris apud Homerum.Pro flagrante cupiditate à Budæo,& præcipiti celeritate usurpantur.

Podalirius] ποδαλείριος, teste Homero lib.2.Iliados,Filius fuit Aesculapij,& frater Machaonis,qui ob solertiam medicinæ artis una cum fratre ex Creta ad Troianum bellum conuocatus fuit. De quo Ouid.2.de Arte amandi.

Podarge] es (ποδάργη) Equæ uelocissimæ nomen, ex quia Zephyrus Xanthum & Balium Achillis equos progenuit:ut comminiscitur Homerus 16.Iliad. Dicta Podarge,à pedum uelocitate.

Podex] huius podicis, pen. corr. m.g. (πρωκτὸς) Posterior pars corporis pudenda.Iuuenal.Satyr.2,

—sed podice læui,
Cæduntur tumidæ,medico ridente,marisæ.

Turpis podex.Horat.Epod.8.1.

Podissimus] podissimi, masc. gen. est dimensio pedibus facta. Budæus.Veget.lib.2.cap.7.

Podium] podij,Locus ad spectandum habilis,à pede nomen habens: siue quia pedis modo proiectura illa,quæ podium facit,procedat:siue quòd ad pedes ædificiorum strui consuuisset:siue quòd in eo pedibus hæreamus. Nunc uulgò dicitur menianum. Solet enim fieri extra domus parietem,locus porrectus instar pulpiti,mutulis è marmore suppositis. Iuuenal.Satyr.2.15,

Omnibus ad podium spectantibus. Sueton. de Nerone, cap.12,Cæterùm accubans primùm paruis foraminibus,deinde toto podio adaperto spectare consueuerat.

¶ Podio tenus. Plinius iunior lib. 5.epist.101.Apollinari,Est & aliud cubiculum à proxima platano,uiride & umbrosum,marmore excultum podio tenus,&c.

Pœan] antis (ποίαν) pater Philoctetis,qui ab eo Pœantius, & Pœantides à poetis appellatur. Ouidius libro 5. Tristium,

Penè decem totis alluit Pœantius amnis
Post sœuum tumido uirus ab ague datum. Et 13.Metamorphos.
—non te Pœantia proles
Expositum Lemno,nostro cum crimine haberet.

Pœcilasium] ποικιλασείου, urbs Cretæ.Ptolemæo libro 3.capite 17.Vulgò Peulalo.

Pœcile] huius Pœciles,pen.corr.fœ.ge.(ποικίλη) Fuit porticus Athenis,in qua Stoici philosophabantur: Latinè dici potest Varia,siue Variegata,à multiplici pictura. Græci enim ποικίλον,uarium dicunt:ποικιλίαν,uarietatem. Vnde & lapis Similes uocatus est Pyrrhopœcilos, à uarietate rubentium macularum.In hac autem porticu Zenon philosophus discipulos docebat. Plinius libro 35.cap.9.2,Hic & Athenis pinxit porticum,quæ Pœcile uocatur,gratuitò, quum partem eius Mycon mercede pingeret.De Polygnoto Thasio. Fuit & in Helide porticus Pœcile, quæ à Plinio Heptaphonos appellatur,quoniam septies eodem uox in ea reddebatur.

Pœessa] ποιήεσσα, Insula est in mari Carpathio, notiore nomine Rhodus dicta.Plin lib.5.cap.31.

Poema]

Poema] Vide Poeta.

Pœnenis] pen.correp.(ποινὴ, ἴος) Nomen canis apud Ouidium, 3. Metamorph.

—— pecudesq; secuta
Pœnenis, & natis comitata Harpyia duobus. Dicta est pœnenis, quòd oues seruet. ποίμνη enim ouile significat, aut gregem: unde ποιμὴν, pastor.

Pœna] pœnæ (ποινὴ, τίσις, τιμὴ, πρόστιμον, ἐπιτίμιον, πόνωμα) Supplicium: à pendendo, ut inquit Varro, quo quis ob delictum afficitur. Vlpianus in l. si quis fortè. ff. de pœnis, Et sunt pœnæ, quæ quidem uitam aut adimant, aut seruitutem adiungant, aut ciuitatem auferant, aut exilium: aut coercitionem corporis contineant.

Animaduersio & pœna. Cic. Bruto, 15. 4.
Mulcta pœna. Cic. 3. de Legib. 8.
Ne maior pœna quàm culpa sit, cauendum est. Cicero 1. Officiorum, 125.
Periurij pœna diuina, exitium: humana, dedecus. Cicero 2. de Legibus, 37.
Mors naturæ, pœna est: iracundiæ, tormentum atq; cruciatus. Cic. 11. Philipp. 290.
Scelerum pœnæ. Virg. 8. Aeneid. 134.
Arbiter pœnarum alicuius. Senec. Theb. 1. 34.
Causa pœnæ cruenta. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 9.
Imago pœnæ. Sil. lib. 16, 14.
Inter pœnas. Vide Inter.
Amara pœna. Iuuenal. Satyr. 13. 26.
Crudeles pœnæ. Vide Crudelis.
Debitæ pœnæ. Senec. Herc. fur. 9. 6.
Grauissimæ legum pœnæ. Cic. in Pisonem, 40.
Ingens pœna. Senec. Thyeste, 1. 19.
Lætæ pœnæ. Ouid. epist. 22. 16.
Leuis pœna. Quint. lib. 7. cap. 3. 33.
Meritæ pœnæ. Ouid. 4. Fast. 48.
Pœna minor merito, nocuit mala lingua duobus. Ouidius 2. Amor. eleg. 2. 10.
Mitior pœna. Quint. lib. 6. cap. 4. 13.
Præsens pœna. Senec. Hippol. 4. 16.
Tardior pœna. Quint. lib. 7. cap. 3. 33.
Tristis pœna. Ouid. 2. Trist. 99.
Vehemens pœna. Iuuenal. Satyr. 13. 20.
Accipere pœnas. Vide Accipio.
Accipe quas merui pœnas: ien ora fatiscunt, &c. Claudian. 3. de raptu Proserp. 85.
Addere pœnam. Vide Addo.
Afficere pœna. Cic. 2. Offic. 25.
Agere pœnam. Vide Ago.
Adscribere pœnam. Vide Ascribo.
Audere pœnam. Tacit. lib. 2.
Capere pœnam. Vide Capio.
Capere pœnas. Salust. in Iugurtha, Dum pro ciuibus suis uiris fortissimis atq; miserrimis pœnas caperent. Caperent, id est, ferrent, subirent.
Capere pœnas uerborum. Ouid. 2. Metam. 167.
Capere pœnam in hostem: hoc est, hostem afficere supplicio. Curtius libro 4.
Cogere in pœnam. Plin. lib. 8. cap. 16. 8.
Commeruisse pœnam. Ouid. 2. Trist. 1.
Committere pœnam. Quint. lib. 7. cap. 5.
Compescere aliquem pœnis. Hor. 1. Serm. Satyr. 8. 7.
Conscripserunt edictum Prætores cum pœna & iudicio. Cic. 3. Offic. 105.
Constituere pœnam. Vide Constituo.
Reticentiæ pœna etiã est à Iurisconsultis cõstituta. Cic. 3. Of. 84.

Consurgere in pœnam. Plin. lib. 8. cap. 16. 2.
Præmio & pœna contineri Rempub. dixit Solon. Cicero Bruto, 15. 5.
Contrahere pœnam. Vide Contraho.
Decerni potuit pœna decentior. Senec. Thyeste, 2. 6.
Dependere pœnas. Cic. pro Sestio, 123.
Differre pœnas. Ouid. 2. Metam. 94.
Dare pœnas. Cicero de claris Oratorib. 130. Nisi in ficinore manifesto deprehensus, pœnas legibus & iudicio dedisset. Vide Do.
Crudeles pœnas dare. Virg. 6. Aen. 117.
Dare pœnas meritas sanguine. Ouid. lib. 6. Fast. 48.
Morte dare pœnas alicui. Ouid. 9. Metam. 117.
Dare pœnas temeritatis suæ. Cic. Att. lib. 9. 181. 3.
Dare pœnas quas pati meruimus. Ouid. 1. Metam. 49.
Dedi satis superq; pœnarum tibi. Hor. Epod. 17. 4.
Heu quantum pœnæ misero mens conscia donat. Lucanus, libro 7. 159.
Effugere pœnam. Cic. Tironi, lib. 16. 26. 1.
Ire in pœnas. Ouid. 5. Metam. 134.
Exerceri pœnis. Virg. 6. Aen. 148.
Exhaustum est satis pœnarum. Virg. 9. Aen. 72.
Exigere pœnas de aliquo. Ouid. 8. Metam. 107.
Exigere pœnam. Plin. lib. 7. cap. 44. 3.
Exoluere pœnas. Catul. Argon. epig. 59, 16.
Exoluere aliquem pœna. Tacit. lib. 14.
Expendere pœnas alicui. Cic. 2. Tusc. 40.
Expetere domestici sanguinis pœnam. Cicero de Aruspic. respon. 40.
Ferre pœnam. Cic. pro Domo, 103.
Finire pœnas. Ouid. 1. Metam. 148.
Grauior fit pœna longa mora. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 8.
Frangere pœnas, Mitigare. Lucret. lib. 4. 218.
Habere pœnas. Cic. 2. de Legib. 71.
Imponere pœnas fontibus. Ouid. 2. Metam. 102.
Inire pœnam. Ouid. lib. 1. Amor. eleg. 7. 5.
Factorum pœnæ instant. Ouid. 8. Metam. 156.
Interponere pœnas. Vide Interpono.
Irrogare pœnam alicui. Quintilianus libro 6. capite 4. 13. Vide Irrogo.
Nemo nocens sibi ipse pœnas irrogat. Senec. Herc. Oeth. 7. 32.
Irrogare pœnas æquas peccatis. Hor. 1. Serm. Satyr. 3. 24.
Leuari à pœna. Vide Leuis.
Liberare pœna iudiciorum innocentiam. Cic. 1. de Orat. 101.
Luere pœnas, Puniri. Suet. in Vesp. Augusto, cap. 1.
Luere pœnas iustas. Hor. Epod. 17. 8.
Luere pœnas facinorum. Senec. Octau. 5. 6.
Manet cunctos generis pœna una. Claud. 2. in Eutrop. 96.
Meditari pœnam in fratrem. Vide Meditor.
Mouere pœnas immeritas. Claud. 2. de raptu Proserp. 28.
Multare aliquem multa & pœna. Cicero pro Cornelio Balbo, 33.
Offerre pœnam. Liuius libro 6. Decad. 1, Pœnam oblatam oculis deorum.
Omitte pœnas languidas longæ moræ. Senec. Theb. 1. 10.
Patior sine crimine pœnam. Ouid. 9. Metam. 75.
Pati pœnam culpa. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 6. 6.
Genus nouum pœnæ pati. Ouid. in Ibin, 68.
Pendere pœnas, Multam soluere. Cicero in Pisonem, 39. Vide Pendo.
Haud mediocres pœnas pendere. Vide Mediocris, in Medius.
Pendere pœnam exilio. Ouid. 10. Metam. 47.
Pendere pœnas pro scelere. Lucret. lib. 5. 24.

Pendere

pendere pœnas grauissimas stultitiæ suæ. Cicero ad Atticum, libro 11. 219. 2.
Perferre pœnam. Cic. pro Sestio, 128. Pertuli pœnarum satis.
Perferre omnes acerbissimas pœnas impiorum. Cicero 2. de lege Agrar. 90.
Perpeti pœnas pro crimine. Valer. 4. Argon. 85.
Persequi pœnas alicuius, pro Vlcisci. Cic. Att. lib. 9. 187. 2.
Persoluere pœnas sceleris. Cicero Bruto, 5. 3. Idem 11. Philipp. 311. Pœnas dijs hominibusq; meritas, debitasq; persoluat.
Iustas & graues pœnas Reip. is persoluit. Cic. de Amic. 36.
Persoluere pœnas capite suo. Senec. Agamem. 13. 10.
Petere pœnas in imperatorem, pro Exigere pœnas de imperatore. Salust. in Iugurtha.
Petere pœnam ab aliquo. Cic. 1. de Inuent. 27.
Placere pœnæ. Senec. Troade, 11. 2.
Pœnitere crudelis pœnæ. Ouid. 2. Metam. 120.
Poscere pœnas cum sanguine. Virg. 2. Aen. 15.
Magnas pœnas præcepit: hoc est, de hostibus cepit antè, quàm ab eis caperetur. Sil. lib. 6. 62.
Culpam pœna premit comes. Hor. 4. Carm. ode 5. 5.
Promere pœnam. Ouid. 1. Tristium, eleg. 2. 13.
Proponere pœnam alicui. Catul. epig. 94. 3.
Nouamq; pœnam sceleribus quærit parem. Senec. Theb. 1. 49.
Recipere pœnas ab aliquo. Virg. 4. Aen. 131.
Recusare pœnam. Quint. lib. 4. cap. 2. 51.
Reddere pœnas. Salust. in Iugurth. id est, grauissimè punire.
Reddere aliquem pœnæ, Vide Reddo.
Relictus pœnæ. Ouid. 1. Metam. 44.
Solus, inops, expes, letho, pœnæq; relictus.
Remanet pœna. Cic. in Pisonem, 75.
Remittere pœnam. Quint. lib. 7. cap. 2. 43.
Repetere pœnas ab aliquo. Cic. 7. Verr. 128.
Reposcere aliquem ad pœnas. Virg. 2. Aen. 28.
Pœna reuersura est in caput ista tuum. Ouid. 1. de Arte, 69.
Ruere in pœnam suam. Senec. Octauia, 17. 14.
Veterum malorum pœnas sancire aliquibus. Stat. 3. Theb. 49.
Sancire pœna obseruantiam. Cic. pro Plancio, 37.
Sequitur pœna scelus. Cic. de Aruspic. resp. 34.
Seruare pœnam. Ouid. lib. 2. de Arte, 58.
Soluere pœnas. Ouid. 1. Metam. 43.
Soluere pœnas breues tam magnis sceleribus. Seneca Oedip. 12, 5,
—— magnis iniuria pœnis
Soluitur. Ouid. 5. Fast. 61.
Seræ, sed tamen iustæ & debitæ pœnæ solutæ sunt. Cicero pro Milone, 65.
Subire pœnam. Cic. in Pisonem, 72.
Sufferre pœnam. Cic. pro Flac. 74.
Esse in pœna. Cic. pro Ligario, 8.
In pœnas non satis unus eris. Ouid. epist. 2. 9.
Pœna est. Cic. pro Flacco, 30, Pœna est, ut opinor, Dorylensium grauior.
Sumere pœnas. Cic. 2. de Inuent. 183.
Sumere merentes pœnas. Virg. 2. Aen. 118.
Sceleratas pœnas sumere, Ob perpetratum scelus commeritas. Virg. 2. Aen. 116.
Suscipere pœnam. Cic. pro lege Manil. 4.
Suscitare pœnas alicui. Virg. 4. Georg. 91.
Sustinere pœnam. Cic. pro Domo sua, 104.
Sempiternam pœnam sustinerem mea uoluntate susceptam. Cicer. Post red. ad Quirites, 1.
Trahere aliquem per omnem pœnam. Virg. 5. Aen. 158.
Transigere aliquod scelus leui pœna. Quint. lib. 7. cap. 3. 33.

Quæ uenit indigne pœna dolenda uenit. Ouid. epist. 5. 2.
Viuere in pœnas alicuius. Seneca Troade, 10. 19.
Vrgeri pœnis. Virg. 6. Aen. 112.

¶ Pœna, & Beneficium, pro dijs habitos apud quosdam Æthiopiæ populos legimus. Sunt qui non ab Aethiopibus, sed ab Assyrijs & Persis Pœnam & Beneficiũ cultos fuisse asserant: illam, q. malorum: hunc, quòd bonorum largitorem esse opinentur. Alexand. Alexandrinus lib. 6. cap. ultimo.

¶ Pœnalis, & hoc pœnale, pen. prod. ut, Pœnalis opera, Quæ ad pœnam pertinet. Plin. lib. 18. cap. 11. 9.

¶ Pœnarius, Adiectiuum (ποινωματικὸς) ut, Pœnaria actio. Quint. lib. 4. cap. 3. 6.

Pœnicus] à Delijs dictus Apollo. Apud enim quoscunq; populos, sui dij nomen nouum accipiebant: quo de Alexander Alexandrinus Genial. dier. lib. 6. cap. 4.

Pœnitet] pen. corr. pœnitebat, pœnituit (μετανοῶ, μετάμελέω, μεταμέλομαι) Pœnitere dicimur, quum quæ ipsi fecimus, ea nobis pòst displicere incipiunt, & molesta esse. Et regit accusatiuum patientis rei, cum genitiuo agentis. Cicero ad Att. lib. 2. 47. 3, Alterum non potes, ut me non nostri consilij uitæq; pœniteat.

Pœnitet, Aliquando pro Tædet, pudet, seu dolet, accipitur: & tunc interdum præsenti infinitiui iungitur. Terentius Phorm. 1. 3. 20,
Ita plerique ingenio sumus omnes, nostri nosmet pœnitet. id est, nostra contemnimus, inquit Donatus. Vir. eclog. 2. 7,
Nec te pœniteat calamo triuisse labellum. Cicero, Pœnitet defendere. Idem Senect. 17, Num igitur si ad centesimum annum uixisset, senectutis eum suæ pœniteret? id est, tæderet.

Tædet & pœnitet. Cic. Att. lib. 2. 37. 6, Sed quod facilè sentias, tædet ipsum Pompeium, uehementerq; pœnitet.

Nihil pœnitet. Cic. 5. Tusc. 75.
Quod te offenderim, me pœnitet. Cic. Att. lib. 11 121. 3.
Sapientem nihil opinari, nullius rei pœnitere, nulla in re falli, sententiam mutare nunquam. Cic. pro Muræn. 57.
Sapientis proprium est, nihil, quod pœnitere possit, facere. Cic. 5. Tuscul. 117.
Facinus pœnitere. Cic. 2. de Inuent. 150.
Me haud pœnitet eorum sententiæ esse, quibus & apparitores, &c. Liu. 1. ab Vrbe, 32. id est, Non nolo, inquit Budæus.
Ne supplicijs quidẽ mouerí, uiri fortis est, ut fortiter feciſſe pœniteat. Cic. pro Milone, 63.
Iurasse pœnitet. Ouid. 2. Metam. 10.
Pœnituit eum illa sensisse. Cic. 4. Acad. 125.
Pœnitet. Cic. pro Cluent. 64, Neq; me pœnitet hoc potius tempore, quàm illo causam A. Cluentij defendere. causa enim manet eadem. id est, non minus commodè nunc & opportunè agere puto, quàm si in re recenti egissem. Budæus.
Acti uos pœnitet. Valer. 5. Argon. 135.
Authoritatis alicuius pœnitere. Cic. de Aruspic. resp. 42.
Belli iniusti pœnitet. Ouid. 5. Metam. 42.
Conuiuiorum pœnitet. Hor. Epod. 11. 2.
Dignitatis tuæ non me pœnitet. Cic. 3. Philipp. 135.
Facti pœnitere aliquem. Catul. epigr. 28. 3.
Fortunæ, amplitudinis, claritatis, gloriæ num pœnitebat? Cic. 1. Philipp. 24. Curtius, Malo me fortunæ pœniteat, quàm uictoriæ pudeat. id est, Malo me dolore affici propter calamitosam offensionem, quàm pudore ob uictoriam. Budæus.
Meæ fortunæ pœnitet me. Cic. ad Torquatum, lib. 6. 1. 1.
Pœnitet me hominis. id est, non magnifacio hominem. Cicero 4. Acad. 125, Quid eum Mnesarchi pœnitebat, quid Dardani, qui erant Athenis tum principes Stoicorum? Budæus.
Imperij pœnitere. Cic. in Som. Scip. 13.

Indu-

Industriæ noſtræ neq; eos, neq; alios pœnitebit. Cicero 2.de Inuentione.
Ineptiarum ſuarum eos pœnitet.Cic.Cælio,lib.2.8.7.
Inſtituti pœnitet.Cic.1.Verr.38.
Laudis me meæ pœnitet.Cic.ad Lent.lib.1.7.27.
Memet mei pœnitet.Cic.3.de Orat.18.
Muneris ſui pœnitere.Senec.de Benefic.lib.1.cap.1.
Pacis pœnitet.Liu.5.bell.Maced.90.
Pœnitet me pecoris.Virg.10.eclog.3.
Pœnitet rei:pro,Nolle ita rem euenisſe,et ob id dolere.Cic.pro Domo ſua,15.Budæus.
Scelerum pœnitet.Hor.3.Carm.ode 24.10.
Vehementer ſui ſtatus pœnitet.Cic.Attico,lib.2.38.1.
Pœnitet me uerbi tui.Cicero pro Plancio, 62, Vide quàm me uerbi tui pœniteat. id eſt,quàm mihi non ſatis ſit hoc uerbum.Budæus.
Virium pœnitet.Liu.1.ab Vrbe,34.
Pœnitet,Parum uidetur.Terentius Heauton.1.1.20. Idem Eunucho, 5.7.11,
An pœnitebat flagitij, te authore quod feciſſet
Adoleſcens,ni miſerum inſuper etiam patri indicares?
Donatus. Cæſar libro 2. belli Ciuil. An pœnitet uos,quòd ſaluum atque incolumem exercitum nulla naue deſiderata traduxerim.
¶ Pœnitens, pen.corr. pœnitentis,o.g. (μετανοῶν) Sueton.in Vitell.cap.15,Non multo pòſt pœnitens facti.
Portus optimus pœnitenti, mutatio conſilij. Cicero 12.Philipp.322.
Pœnitens de matrimonio.Sueton.in Claud.Cæſare,cap.43.
¶ Pœnitendus,μεταμελητός, Adiect.nomen,à Pœnitet uerbo: id eſt,Pudendus,& parui æſtimandus. Liu.1.ab Vrbe,159, Sub haud pœnitendo magiſtro. Colum.lib.2.cap.2.5,Itaq; hic ager ſiue exercetur,ſeu ceſſat,colono eſt pœnitendus,ac tanquam peſtilens refugiendus.
¶ Pœnitendum,μεταμελητέον, Gerundium legitur.ut,Non eſt eius præceptoris pœnitendum. Saluſt.In Iugurth. Num eorum pœnitendum ſit.
Ad pœnitendum.Tacit.lib.3.
¶ Pœnitendi,Aliud gerundium (τῦ μεταμελεῖσθαι) Cicer.4. Tuſc.129,Alexanarum regem uidemus: qui quum interemiſſet Clutum familiarem ſuum,à ſe manus abſtinuit, tanta uis fuit pœnitendi.
¶ Pœnituruus,pen.prod.(μετανοήσων) Accius, Quod ſi procedit, neq; te, neq; quenquam arbitror pœnitururum laudis: quam ut ſerues uide.Quint.lib.9. cap.3, Eoúſq; proceſſum eſt,ut non pœnituruum,pro non acturum pœnitentiam: & uiſuros,ad uidendum miſſos,Saluſtius dixerit.
¶ Pœnitentia,μεταβουλία,μετεμέλεια. Plin. auunculus lib.17. cap.12.6,Nihil eſt fœdius agricolis,quàm geſtæ rei pœnitentia.Liu.1.bel.Maced.Celerem enim pœnitentiam,ſed tandem ſeram & inutilem ſequi.
Agere pœnitentiam.Vide Ago.
Pœnitentia,pro Contemptu & aſpernatione.Plin.libro 5.cap. 17.1,de Eſſenis,Gens æterna in qua nemo naſcitur, tam fœcunda illis aliorum uitæ pœnitentia eſt.Budæus.
¶ Pœnitudo, pœnitudinis, Idem quod Pœnitentia. Pacuuius Teucro,
Quæ deſideria alumnûm,pœnitudines,
Squales,ſcapreſq;,& incultas uaſtitudines. Nonius.
Pœnulus] Diminutiuum eſt à Pœnus:unde Plautina fabula nomen ſumpſit, in qua Pœnus Hamo Punicè loquens introducitur.
Pœnus] λίβυς, Carthaginenſis:à Phœnix, ſed aſpiratio detrahitur:& œ in u mutatur in deriuatiuo,Punicus,Punica,

Punicum,non Pœnicus.Vide infrà in dictione Punicus.
¶ Pœni,λίβυες (inquit Seruius) ἀντίστοιχον eſt,quaſi Phœni, quia à Phœnicibus orti.Virg.1.Aen.62,
—ponuntq; ferocia Pœni
Corda uolente deo.
Calliditate Pœnos Romani non ſuperarunt. Cicero de Aruſp. reſpon.17.
Acutus ut Pœnus, & ualde ſtudioſus ac diligens Clitomachus. Cic.4.Acad.178.
Crudelitati Pœnorum corpus Reguli præbitum. Cic. 3.de Natura deor.115.
Ductor Pœnorum,Hannibal.Sil.lib.7.107.
Ferox Pœnus.Claud.5.Paneg.30.
Fulmineus Pœnus.Claud.de bel.Get.lib.28.
¶ Pœnus,Adiect.(λιβυκὸς) Stat.lib.4.Sylu.3.19,
Pœnos Bagrada ſerpit inter agros,
Leones Pœni.Virg.5.eclog.6.
Sermo Pœnus.Stat.4.Sylu.4.9.
Poeta] poetæ,pen.prod.m.g. (ποιητὴς ἀπὸ τῦ ποιέω) quod eſt facio,effingo,quaſi fictor. Eſt enim qui elegantia carmina fingit:Hor.in Arte,25,
—pictoribus atq; poetis
Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.
Manus multa poetarum.Hor.1.Serm.Satyr.4.29.
Antiquiſsimum è doctis apud Græcos eſt genus poetarum.Cic. 1.Tuſculan.5.
Finitimus oratori poeta,numerus aſtrictior paulo, uerborum autem licentia uberior.Cic.1.de Orat.36.
Neminem adhuc cognoui poetam, qui ſibi non optimus uideretur.Cic.5.Tuſc.90.
Arguti poetæ.Hor.2.epiſt.2.18.
Aſtrictior uerſu poeta,oratoris uirtutes perſequitur.Cicero in Orator.37.
Bonus poeta nemo ſine inflammatione animorum exiſtere poteſt, & ſine quodam afflatu quaſi furoris. Cicero 2.de Orator. 105.
Caſtum eſſe decet pium poetam. Catull. ad Aurelium, epigrammate 16.1.
Clariſsimi poetæ.Quint.lib.1.cap.10,11.
Creſcens poeta.Virg.7. eclog.5.
Diſiecti membra poetæ.Hor.1.Serm.Satyr. 4.13.
Diuinus poeta.Virg.eclog.5.9.
Docti uetcres poetæ Graium.Lucret.lib.2.121.
Græci poetæ.Cic.2.de Orat.33.
Grauis & ingenuoſus poeta.Cic.pro Plancio,48.
Illuſtres poetæ.Quint.lib.5.cap.11.28.
Magnum poetam quenquam ſine furore eſſe poſſe negat Democritus.Cic.1.de Diuin.137.
Secli incõmoda peßimi poeta.Catul.ad Caluum,epig.14.5.
Sanctos poetas ſuo iure appellat Ennius,quòd quaſi deorum ali quo dono & munere commendati nobis eſſe uideantur.Cic. pro Archia,14.
Seniorum poetarum turba.Hor.1.Serm.Satyr.10.14.
Tener poeta.Catul.ad Libellum,epig.33.1.
Veſanus poeta.Hor.de Arte,92.
Alere & formare poetam.Hor.de Arte,62.
Canunt poetæ.Vide Cano.
Confingunt hæc poetæ.Cic.pro Roſc.Amer.27.
Valet natura ipſa poeta,& mentis uiribus excitatur, & quaſi diuino quodam ſpiritu afflatur.Cic.pro Archia,14.
¶ Poema,pen.prod.poematis,pen.corr.n.g.(ποίημα) Poetarum opus,hoc eſt,figmentum ſeu fictio. Plin.lib.7.cap.56, De poematum origine magna quæſtio eſt.
Auſtera poemata.Hor.de Arte,69.

Dulcia

Dulcia poemata.Horat.de Arte,21.
Egregium poema.Cic.1.de Orat.109.
Feſtiuum,concinnum,& elegans poema.Cic.in Piſonem,5.
Immodulata poemata.Horat.de Arte,54.
Lachrymoſa poemata.Horat.1.epiſt.1.14.
Pulchra poemata.Horat.de Arte,21.
Ridenda poemata.Iuuen.Satyr.10.13.
Ridiculum poema.Horat.2.epiſt.1.48.
Sanctum poema.Horat.2.epiſt.1.11.
Tenerum,moratum,atq; molle poema.Cic.1.de Diuin.117.
Tragicum,comicum, epicum, melicũ ac dithyrambicum poema.Cic.de Opt.gen.Orat.141.
Attingere poemata.Catul.ad Varum,epigr.19.3.
Componere poemata.Vide Compono.
Componere poema ad aliquem.Cic.Qu.fratri,lib.3.17.16.
Condere poema.Vide Condo.
Condere poema Græcum.Cic.Att.lib.1.11.24.
Tenui deducta poemata filo.Horat.2.epiſt.1.46.
Facere bona poemata.Horat.de Arte,62.
Varium & elegans omni ferè numero poema feciſti. Cicero 1. Academ.15.
Legere libentius poemata.Cicero Quint.fratri,lib.2.12.2.
Natum inuentumq; poema iuuãdis animis.Horat.de Arte,76.
Mira poemata pangere.Horat.de Arte,84.
¶ Poeſis,huius poeſis, pen.prod.f.g.Nonius,Poeſis & Poema hanc habẽt diſtantiam:poeſis,eſt textus ſcriptorum:Poema, inuentio parua,quæ paucis uerbis expeditur. Lucil. Satyr. lib.8.Cic.4.Tuſc. 117, Anacreontis quidẽ tota poeſis eſt amatoria.Idem 3.de Orat.56, Quamuis claris ſit coloribus picta uel poeſis uel oratio.
Homeri picturam,non poeſim uidemus.Cic.5.Tuſc.160.
¶ Poeticus,pen.corr.Adiectiuũ (ποιητικὸς) Quod ad poetam pertinet:ut, Ars poetica,& Verba poetica. Cic.3.de Orat. 34.Quint.lib.1, At in eadẽ uitij geminatione Metieri, Sufficier,dicens Ennius,poetico iure defenditur.id eſt,authoritate poetica.Cic.1.de Orat.73,Poeticus numerus.
Poetici dij.Cic.3.de Nat.deor.1.11.
Licentia poetica.Quint.lib.2.cap.4.3.
Mella poetica manare.Horat.1.epiſt.20.9.
Themata poetica.Quint.lib.2.cap.10.4.
Voluptates poeticæ.Quint.lib.1.cap.8.8.
¶ Poeticè, penul. cor.Aduerbium (ποιητικῶς) More poetico. Cic.5.de Fin.16,Vt poeticè loquar.
¶ Poetica,poeticæ,& Poetice,poetices,penul.cor.(ποιητικὴ) Ars ipſa conſcribendorum uerſuum. Cicero 1. Tuſcul. libro 4.113,O præclaram emendatricẽ uitæ poeticam! Idem 3.de Orat. 96.
¶ Poetor,penult.prod.poetaris (ποιέω) poetari,In poetica ſe exercere,ſiue poetam agere.Ennius,
Nunquam poetor niſi podager.
¶ Poetria, poetriæ, penul.corr. & Poetis, pen.prod.poetidis (ποιήτρια) Id eſt,mulier poetices perita.Cic. pro M.Cælio, 51, Verum hæc tota fabella ueteris & plurimarum fabularum poetriæ,quàm eſt ſine argumento, quàm nullum inuenire exitum poteſt!Perſius in Procem.3.
¶ Poetificus, penul.corr. (ποιητοποιὸς) Adiectiuum quo uſus eſt Ennius,qui Caballinum fontem poetificum nominauit.
Pogonia] uel Pogonias,pogonia,pen.cor. (πωγωνία) Dici poteſt barbata. Genus cometæ.πώγων enim barba Græcis dicitur.Plin.lib.2.cap.25,Pogonias uocant,quil us inferiore ex parte in ſpeciem barbæ longè Promittitur ſtella.
Pol] Aduerbium iurantis (νὴ τὸν πολυδεύκην) per Pollucem. Cic.3.Tuſc.74,
Pol mi fortuna magis nunc deſit,quàm genus. Ex poe-

ta.Horat.1.epiſt.7.19,
—pol me miſerum patrone uocares.
Certè pol.Terent.Eunuch.4.5.5,
Certè tu quidem pol multò hilarior.
Pola] πόλαι, Iſtriæ ciuitas, quondam à Colchis condita.Pietas Iulia Plinio dicitur lib.3.cap.19.in deſcriptione Iſtriæ.
Polea] πόλιον, ſimus pulli aſinini, quem equa initio partionis ante fœtum effundit, ut ait Ariſtoteles, qui poliõ:Plinius uerò lib.28.capit.13.5,Polean uocat.
Polemarchi] πολέμαρχοι; ſunt apud quos ſumma rei militaris & agitur & refertur: & Polemarchia, munus ipſum, & magiſtratus uocatur. Hodie apud nos bi Mareſcali uocantur: quaſi maiores iudices, hoc eſt iudices in Cabalo ſedentes, uno tantùm magiſtro equitum, id eſt, Conneſtabulo inferiores. Siquis Latinæ dicere uelit, eos Tribunos militum poßit appellare. Sic etiam uocantur in capit. officium de re militar. in P. Hæc Bud.eus in notis in pandectas,l.ultima ad finem de muneribus in Pand.
¶ Polemarchus, (πολέμαρχος) à belli ductu,quaſi belli dux. Aetolis uerò Polemarchus, claudendarum portarum eſt urbis curam gerebat, clauesq; noctu detinebat:interdiu autem,cuſtodijs portarum aſsidebat. Alex. Alexandrinus lib.3.cap.16.
¶ Polemarchia. Vide Polemarchi.
Polemon] penul.cor. (πολιμῶν) Athenienſis philoſophus, prima adoleſcentia laſciuus,& uoluptatibus deditus, quum patentem Xenocratis ſcholam intraſſet, deq; modeſtia & moribus ſermo haberetur, ita demum ad eum flexit animum,ut reiecta incontinentia, ſe totum philoſophiæ addixerit:ex quo poſtea eius ſcholæ ſucceßit. Author Gellius: Diogenes eum multa ſcripſiſſe teſtatur. Suidas nihil ſcriptum reliquiſſe aſſerit.
Mutatus Polemon.Horat.2.Serm.Satyr.3.
¶ Polemon, cognomento Helladicus, genere Ilieus, hiſtoricus nobiliſsimus, æqualis Ariſtophanis & grammatici Panætij diſcipulus, ſcripſit de origione ciuitatum Phocidis, Ponti,Laconiæ geographiam, & de curſu orbis libros tres. Suidas.
¶ Polemon alius è Laodiceæ Cariæ,qui Smyrnæ uixit,ac præcepit, æqualis Herodis Attici, ſub Adriano principe: ad quem legatus quandoque Smyrnæorum miſſus, ab eoq; honorificè exceptus,& muſæo Aegyptio adſcriptus eſt.
Polemonia] polemoniæ, penul. corr. (πολεμώνιον) Herba.Plinius libro 25.capit.6.2, Polemoniam, ally philetæriam,à certamine regum inuentionis appellant.
Polemonium] πολεμώνιον,Ptolemæo libro 5.cap.6.Cappadociæ urbs:uulgò Leona.
Polenta] polentæ (ἀλφίτου) Dicitur & pulenta. Sic fiebat, Perfuſum aqua hordeum ſiccabat nocte una, poſtero die frigebant,deinde molis frangebant, ſeruabantq; in multos dies.Cato de Re ruſt.cap.108,Tum id percolato, polentam adijcito.Ouid.5.Metam 91,
—neq; adhuc epota parte,loquentem
Cum liquido miſta perfudit diua polenta.
Grandis polenta.Perſius Satyr.3.6.
¶ Polentarius.Adiectiuum (ἀλφιτικὸν) Quod pertinet ad polentam,ſeu quod eſt ex polenta.Plaut.Curcul.7.11,
Eiſciam crepitum polentarium.
Polentia] πολεντία, urbs Liguriæ Ptolemæo libro 3.capit. 1.uulgò Palanza. Eſt etiam apud Melam libro 2. capit. 7. caſtellum in maioribus Baleáribus nomine Polentia: nunc uulgò Polenſa,ut ſcribit Oliuatius.
Polètes] internuncius Epidauriorum ad Illyricos: de quo dudi Alexandr. Alexandrinus libro 4. capit.10, Pro-

ditum est de Epidaurijs mirum, quòd quum Illyricos mores osos haberent, nec illorum commercia uitare possent, ut se à contagione accolarum seruarent immunes, ita cauisse, ut unum seligerent ætate grauem, qui solus ad illos penetraret, cum quo commercium haberent, quem Poletem dixerunt.

Polia] Gemma quædam. Plinius lib. 37. capit. 11, polia canicie quandam sparti indicat: eandem duriorem, nigra Spartopolios.

¶ Polia, poliæ, Grex equorum. Vlp. in l. ædiles aiunt. D. de ædil. edict. Nam si polia uenierit, dicemus unum equum qui uitiosus est, non omnem poliam reddiberi oportere. Cæcilianus Cotta putat poliam esse equitium, hoc est, equorum mandram, seu armentum equinum: descendereq; non à pluralitate, ut Accursius uoluit, sed potius à Græco nomine πῶλος, quod pullum, & maximè equinum significat. unde πωλοδαμάζειν, est equos domare.

Polimenta] polimentorum (ὑποσάρκια) Testiculi porcorum dicuntur, quum castrantur: à politione uestimentorum, quòd similiter ut illa curantur, inquit Festus. Plautus Menæch. 5. 29,

—pernam iidem, aut sinciput,
Aut polimenta porcina.

Polio] polis, polui politum, penul. prod. (ξέω, ξύω, κτοξέω, κτοξύω, λειαίνω) polire, Colere, ornare, & quasi urbano & politico more (qui rustico contrarius est) componere, ut ait Sipontinus. Virg. 3. Aeneid. 88,

Certatim squamis serpentum, auroq; polibant. Cicero 2. de Legib. 93, Hoc plus, inquit, ne facito rogum, ascia ne polito.

Arma polire deorum. Stat. 4. Sylu. 6. 10.
Signa Dædala polire. Lucret. lib. 5. 281.
Tigna polire. Claud. 3. Paneg. 65.
Pumice poliantur geminæ frontes. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 2.
Carmina polire sollicita cura. Ouidius 1. de Ponto, eleg. 6. 13.
Orationis faciendæ & poliendæ ignarus. Cicero 1. de Orat. 33.

¶ Politus, penul. prod. (ξεστός, σύξεστος, σύξυστος, λεῖος, γλαφυρὸς) politior, politissimus. Plin. lib. 13. cap. 4. 11.

Fonte politus. Persius Satyr. 5. 12,

Pelliculam ueterem retines, & fronte politus
Astutam rapido seruas pectore uulpem.

Politus, urbanus, elegans. Cic. de clar. Orat. 156.
Politus è schola. Cic. in Pisonem, 47.
Politus artibus. Cic. 1. de Fin, 39. Et ad Memmium, lib. 13. 1. 13, Est enim omni liberali doctrina politissimus.
Pictus & politus omnibus artis coloribus. Cicero Attico, libro 2. 36. 5.
Doctrina politos constituit quosdam pariter. Lucret. lib. 3. 62.
Politus omnibus uirtutibus. Varro 1. de Re rust. cap. 2. 9.
Politum quid & perfectum proferre. Cic. 1. de Orat. 3.
Nihil acutius, nihil politius Aristotele. Cic. 4. Acad. 257.
Arte politissima perfecit caput Veneris Apelles. Cicero Lentulo, lib. 1. 9. 53.
Politæ columnæ. Cic. ad Q. Frat. lib. 3. 17. 2.
Politior elegantia. Cic. 3. de Finib. 6.
Politæ facetiæ, Elegantes & ornatæ. Cic. 1. de Orat. 125.
Politioris humanitatis expers. Cic. 2. de Orat. 40.
Accurata & polita oratio. Cic. de clar. Orat. 182.
Politissimus & acutissimus noſtræ memoriæ philosophus. Cic. 4. Acad. 202. De Antiocho.
Sermo politus. Claud. 8. Paneg. 50.

¶ Politulus, penul. cor. (ὑπογλάφυρος) Adiectiuum diminut. Cic. ad Volumnium, lib. 7. 34. 5, Opus est huc limatulo & politulo tuo iudicio.

¶ Politè, penul. prod. Aduerb. (γλαφυρῶς) Cicero 1. Acad. 4, Quæ & sunt magna sanè, & limantur à me politius.

Politè & subtiliter. Cic. 4. Acad. 216.
Ornatè politéq; dicere. Cic. pro Cælio. 5.
Eloqui politè. Cic. 1. Tusc. 10.
Scribere politè. Cic. de clar. Orat. 37.

¶ Politor, penul. prod. politoris, Verbale. Vlpian. in l. cum duobus. D. pro socio, Veluti quum pecus in commune pascendum aut agrum politori damus in commune quærendis fructibus. Erant autem politores, qui agros excolere atque polire consueuerant, Nonius enim Marcellus sic ait, Politiones agrorum cultus diligentes, ut polita omnia dicimus exculta, & ad nitorem deducta. Ennius Satyr. libro 3. Testes sunt lati campi, quos gerit Africa terra politos. Et Annal. 8, Rastros dentefabres capsit causa poliendi agri. Varro, Quid mirum, si ex agri depolitionibus efficiuntur, quū hic in cœnaculo polito recipiuntur? Hæc Nonius. Hoc etiam significato politionem & politorem dixit Cato de Re rustic. cap. 136.

Politores, gemmarum. Firmicus libro 4. capit. 7. ad finem.

¶ Politio, politionis. Dicitur illa cultura, quæ pactione certæ frugis pro mercede fit, atque adeò ipsa merces. Cato de Re rustica, Politionem quo pasto dari oporteat? in agro Casinate, & Venusio in loco bono parte octaua corbi diuidat: satis bono septima, tertio loco sexta, &c.

¶ Politura, polituræ, penul. prod. (λεῖωσις) Plinius lib. 11. capit. 24. 3, Quàm non ad hoc uidetur pertinere cribratæ pexitas telæ, & quadam polituræ arte, ipsa per se tenax ratio tramæ? Idem lib. 36. capit. 6. 9, Thebaica polituris accommodatur.

Ad polituram farcire. Vide Ad.

Polio] polionis, m. g. Qui arma polit. Firmicus lib. 2, Mars & Mercurius in decimo ab horoscopo loco poliones faciunt. Meminit Callistratus libro 50. ff. de iure immunit. l. quibusdam.

Polion] πόλιον. Vide Polea.

Polion, siue polium, est etiam herbæ nomen, quam Plinius describit lib. 21. cap. 7. 8, Sic & apud Græcos polion herbam, inclytam Musæi & Hesiodi laudibus, ad omnia utilem prædicantium, superq; cætera ad famam etiam dignitatis: prorsusq; miram, si modò (ut tradunt) folia eius mane candida, meridie purpurea, sole occidente cærulea aspiciuntur.

Polis] huius polis, f. g. (πόλις) Latinè dicitur Ciuitas et urbs.

Polisma] est ciuitas in Rhetia ad Simoentis ripas. Strabo lib. 13, Astypatienses itaque qui Rhetium tenuerunt, primi oppidum iuxta Simoentem habitauêre: quod nunc Polisma nominatur, in loco non ualde idoneo, &c.

Polites] penul. prod. Priami filius ex Hecuba uxore à Pyrrho, capta Troia interfectus est. Virg. lib. 2. Aeneid.

Ecce autem elapsus Pyrrhi de cæde Polites
Vnus natorum Priami per tela, per hostes, &c.

Politia] politiæ, Respub. quo nomine inscriptus est liber Platonis. Cic. 1. de Diuinat. 107.

¶ Politicus, pen. cor. Adiect. (πολιτικὸς) Quod est ciuile. Cic. Mario, lib. 7. 1. 11, Sed quæ potest esse homini politico delectatio, quū aut homo imbecillis à ualentissima bestia laniatur? Quædam exemplaria legunt, polito. Idem ad Atticum, lib. 9. 172. 4, Sumpsi mihi quasdam tanquam theseus, quæ & politicæ sunt, & temporum horum.

Poliuchi] πολιοῦχοι, Dij tutelares, quos cuique loco præesse antiquitas existimabat. Poliuchos Minerua apud Spartanos cognominata est, quòd eorum ciuitati imperaret. Herodotus.

Polla] πόλλα, uxor Lucani poetæ, cuius meminit Stat. 2. Sylu. 7. 11.

lu. 7. 11, Tu castæ titulum, decusq; Pollæ
Iucunda dabis allocutione. Paulòq; infrà eam commendat ab eruditione.

Pollen] pollinis, pen. cor. n. g. uel Pollis, pollinis, m. g. (γόγυρ, πάπαλη) A polleo deduci uidetur, Flos tritici. Terentius Adelph. 5. 3. 60,

—ego istuc uidero:
Atq; illi, fauillæ plena, fumi, ac pollinis
Coquendo sit faxo, & molendo. Marcellus Dioscoridis interpres dicit esse pollinem, tenuissimum puluerem magis quàm farinam, qualis circa molas plerunq; & loca in quibus panis pinsitur, parietibus hærens, inuenitur, unde fit panis omnium infirmissimus. Columella libro 6. capit. 30, 5, Et thuris polline cum eo qui profluit, sanguine immisto, armi linantur.

Pollis polentæ. Cato cap. 157. 8.

¶ Pollinarius, Adiectiuum (γυρυτικὸς) Quod ad pollinem pertinet: ut, Cribrum pollinarium, Quod lino, non setis eorum fit ad pollinem purgandum. non cribra quæ ad excutiendam farinam fiunt, excussoria dicuntur. Plinius libro 18. cap. 11. 6. Plautus Pœn. 7. 10,

Nam iste quidem gradus succretus est cribro pollinario.

¶ Pollintor, pollintoris, m. g. (πτιφοφόρος) Curator pistrini, qui farinã facit, & pollinem, quiq; pollinario cribro pollinem excutit. Cato cap. 5. 3, Operarium mercenarium, pollintorem, diutius eundem ne habeat die.

¶ Pollinceo, pollinces, pollincui, pollincere, Farinam in pistrino lucrifactam diuidere, inquit Sipontinus.

¶ Pollintio, Verbale, Cato cap. 136, Pollintionem in agro Casinate & Venusio sic dare oportet. In loco bono parte octaua corbi diuidat, satis bona septima, tertio loco sexta, si grauum modio diuidet, parti quintã in Venafro ager optimus, IX. parti corbi diuidat. Alij legunt, politionem,

Polleo] polles (ἰσχύω, δύναμαι, λυθαμαι) pollere, Posse, ualere. Cicero in Parad. 43, Nec est ulla res quæ plus apud eum polleat, quàm ipsius uoluntas atq; iudicium.

Polleat moderatione & constantia. Cic. 4. Tuscul. 56. In quibusdam exemplaribus desideratur, polleat.

Pollere quæsti dicitur, quod est præciosum. Plin. lib. 19. cap. 3. 9, Sunt etiamnum duo genera, non nisi sordido nota uulgo, quum quæstu nullo polleant.

Scientia pollet uirtus. Cic. in Partit. 40.

Posse & pollere. Liu. 1. ab Vrbe, 100.

Pollere ad, uel aduersum. Plin. lib. 16. cap. 22. 2, Cur ergo non eadem causa aduersum omnes polleat, iure miremur. Cic. 2. Offic. 47, Harum igitur duarum ad fidem faciendam iustitia plus pollet.

Pollet contra. Plin. lib. 24. cap. 19. 2, Herba quæ gignitur suprà fimeta ruris, cõtra anginas efficacissimè pollet ex aqua pota

Pollere in remedij autum. Plin. lib. 33. cap. 4. 17.

Pollere in Rep. Cæsar 1. bell. Ciuilis, 14.

Pollet eius authoritas: id est, ualet, in precio est, & magni est ponderis. Sallust. in Iugurtha.

Facundia pollet tuis ingenijs. Claud. 4. Paneg. 99.

Plurimum pollet oratio in peroratione. Cic. de clar. Orat. 99.

Pollere, Præstare, utilius esse. Plin. lib. 36. cap. 22. 8, de cotibus, Ex oleo & aqua Ciliciæ pollent: ex aqua Arsinoeticæ. Hoc est quod uulgus dicit, Melius ualent: uel, Bene ualent.

Plus pollet potiorq; est filius patre. Cic. 4. Tusc. 114.

¶ Pollens, pollentis (δυνάμενος) Partic. siue Nomen ex participio. Plaut. Capt. 6. 28,

Quod genus illic unum est pollens atq; honoratissimum.

Auis pollens. Sil. lib. 8. 76.
Hostis equo pollens. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 11,

Fulmine pollens regia Iouis. Ouid. ad Liuiam, 43.
Opibus pollens. Lucret. lib. 1. 12.
Venenis gelidis pollens Ophiusa. Valer. 6. Argon. 18.
Matrona pollens. Ouid. 5. Metam. 102.
Herbæ pollentes. Ouid. 7. Metam. 40.
Pollens uini. Plaut. Curcul. 3. 20.

¶ Pollentia, pollentiæ (δύναμις) Potentia. Plaut. Rud. 16. 4, Vindicate, ne impiorum potior sit pollentia. Idem Casina, 21. 3.

¶ Pollentia, πολλαντία, Plinio authore, oppidum fuit in maiore Balearium insula. Fuit & altera Pollentia iuxta Alpes, inclyta lanarum nobilitate: de qua Syl. lib. 8. 119,

—fuscisq; ferax Pollentia uilli.

¶ Pollentinus, penul. prod. Adiectiuum (πολλαντῖνος) ut, Campus Pollentinus. Claud. 4. Paneg. 26.

Fuerunt & Pollentini in Piceno, in quinta regione Italiæ, non multum distantes à Tolentinatibus, ut indicat Plin. lib. 3.

Pollex] pollicis, penul. corr. m. g. (αὐτίχειρ) Primus in manu digitus: sic uocatus, quòd cæteris potentior sit. Plin. libro 11. cap. 43. 1, Hominis pollex articulos habet binos. Cic. 3. Offic. 60, Durius etiã Athenienses, qui sciuerũt ut Aeginetis, q classe ualebant, pollices præciderentur: hoc uisum est utile.

Ictus pollicis. Horat. 4. Carm. ode 6. 8.

Festiuus pollex. Claudianus in Præfat. li. 2. de raptu Proserp. 3.
Honestus pollex. Persius Satyr. 6. 1.
Ignauus pollex. Stat. 4. Sylu. 4. 11.
Sollicitus pollex. Claud. 8. Paneg. 26.
Tener pollex. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 5.
Leui deducens pollice filum. Ouid. 4. Metam. 8.
Et reliquum nitido detersit pollice somnum. Claud. in Epithalamio Palladij, 6.
Artificemq; tuo ducit sub pollice uultum. Persius Satyr. 5. 4.
Pollice primo metere. Mart. lib. 10. 92.
Mouere chordas pollice. Stat. 1. Achil. 38.
Impresso pollice nentes stamina. Ouid. 8. Metam. 91.
Habili pollice prætentat chordas. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 6.
Irrefectum pollicem dente rodere. Horat. Epod. 5. 19.
Tremulo pollice siccare lachrymas. Ouid. epist. 18. 6.
Docto pollice sollicitat stamina. Ouid. 11. Metam. 35.
Tentauit impulsas chordas pollice. Ouid. 10. Metam. 29.
Pollex, etiam in pede. Plin. lib. 7. cap. 53. 3, Qu. Aemylius Lepidus iam egrediens incusso pollice limini cubiculi.

Premere pollicem, Conuertere pollicem. Antiquitùs in pollice fauoris erat, studijq; significatio. Qui faueret, pollicem premebat: qui minus faueret, pollicem conuertebat. Qui gestus in prouerbium abierunt, ut iam premere pollicem dicatur, qui quoquo pacto fauet: conuertere, qui malè uult. Plin. lib. 28. cap. 2. 15, Pollices quum faueamus, premere etiam prouerbio iubemur. Iuuen. Sat. 3. 4,

—& uerso pollice uulgi,
Quemlibet occidunt populariter. Horatius utroq; pollice dixit, pro summo fauore, 1. epist. 19. 14,

Consentire suis studijs, qui crediderit te,
Fautor utroq; tuum laudabit pollice ludum. Porphyrion enarrat hunc ad modum: Vtroq; pollice, id est utraq; manu, συνεκδοχικῶς, Synecdoche à parte totum. An qui uehementius laudat, manus iungens, iungit pollicem cum proximo? Acron hoc pacto, Vtroq; pollice, συνεκδοχικῶς, manu utraq;, sublataq; pariter ac sæpius mota. Hic enim gestus ualde laudantium est. Sanè utrunq;, sicut ex ijs conijci licet, prouerbij origo fugit. Erasmus.

Pollex, in arborum corticibus: Plin. lib. 13. cap. 4. 3, de palmis arboribus, Reliquæ teretes atq; proceræ, densis gradatisq; corticum pollicibus ut orbibus, faciles q; se ad scandendum

Signifer polus, Plaga circuli Zodiaci. Lucan. lib. 3. 51.
Stellifer polus. Senec. Hippol. 6. 10.
Stelligeri iubar poli. Stat. 12. Thebaid. 113.
Sidereus polus. Valer. 3. Argon. 128.
Vmbrans polus. Senec. Hippol. 7. 1.
Humentéq; aurora polo dimouerat umbrã. Virg. 3. Aen. 118.
Picei fulsere poli. Valer. 1. Argon. 125.
Inhorrescit polus atra nube. Senec. Herc. Oet. 2. 9. 1.
Intonuêre poli, & crebris micat ignib. æther. Virg. 1. Aen. 19.
Inuoluês umbra magna terramq; polumq; Virg. 1. Aeneid. 51.
Nube polum pater occupato. Horat. 3. Carm. ode 29. 9.
Pascit sidera conuexa polus. Virg. 1. Aeneid. 123.
Percurrere polum animo. Horat. 1. Carm. ode 28. 2.
Stabtexit nox atra polos. Stat. 1. Theb. 68.
Et nox atra polũ bigis subuecta tenebat. Virg. 5. Aeneid. 145.
Australium polum Indi Dramasa uocant. Plin. lib. 16. cap. 19. 5.

¶ Polus, Agrigentinus sophista, Gorgiæ auditor, primus in oratione inuenisse dicitur parisa, & antithea, & similiter desinentia. quod minimè uerum: sed iam inuctis sæpe usum fuisse constat. Philostratus. Suidas scribit eum genealogiam eorum qui ad Troiam profecti sunt, scripsisse, simul & nauiũ catalogum.

¶ Polus, poli: Poli. polorum. numi Corinthiaci qui altera parte insculptum Pegasum habent. Alexander lib. 4. cap. 15.

Polyacanthos] Herba, cuius Plinius meminit libro 21. capite 16, Cardaus & folio & caute spinosas lanugines habet. Item, acorna, leucacanthos, chalceos, cegnidos, polyacanthos.

Polyægos] πολύαιγος, Insula una ex Sporadibus, à caprarum multitudine dicta. Plin. lib. 4. cap. 12.

Polyænus] πολύαινος, Sophista quidam Sardianus, temporibus Cæsaris Dictatoris, & M. Antonij Triumuiri. Scripsit orationes iudiciales, triumphi Parthici M. Antonij libros tres. Fuit & alter eiusdem generis Macedo, qui de Thebis scripsit, & de re militari. Autor Suidas.

Polyandrion] πολυάνδριον, in Græcis ciuitatibus dicebatur commune hospitum sepulchrum: ita dictum à multitudine sepultorum. πολυάνδριον enim significat populosum.

Polyani] à Polyano quodam dicti sunt Pindi accolæ. Strabo lib. 7. Ea tempestate (inquit) licet asperа & montibus plena Thamaro & Polyano, aliisq; compluribus, egregiè tamen populosa Epirus tota erat, & Illyricum: hoc uerò tempore, magna ex parte solitudo tenet. Habitatur autem per pagos, ruderumq; reliquias.

Polyanthemum] polyanthemi. penul. cor. (πολυανθέμου) Herba, quam quidã batrachion appellant, caustica ui: exulcerat cicatrices, & ad colorẽ reducit. Plin. lib. 27. cap. 12. 7

Polyarna] polyarnæ, masc. gen. (πολύαρνις) Multorum agnorum, Qui pœnitet multos agnos. Varro de Re rust lib. 2. capit. 1, Origo quam dixi, & dignitas quam dicam, de antiquis illustrissimus quisq; pastor erat: ut ostendit Græca & Latina lingua, & ueteres poetæ, qui alios uocant πολύαρνας, alios πολυμήλους, alios πολυβώτας, qui ipsas pecudes, propter caritatem aureas habuisse pelles tradiderunt, ut Argis Atreus.

Polybius] πολύβιος, è Megalopoli ciuitate Arcadiæ, præceptor Scipionis Africani, Ptolemæo Euergetæ apud Aegyptium regnante, scripsit Romanam historiam libris quadraginta. Incipit à fuga Cleomenis Spartiatæ, & Persei Philippi filij Macedonum regis, Post hæc Romam attigit. Author Suidas. Meminit huius Cic. 3. Offic. 155.

Polybus] Discipulus Hippocratis, eiusq; successor in iuuenibus instituendis, Galen. libro Hippoc. de Natur. hum. Com. 1. in princip.

Polycarpus] πολύκαρπος, Ioannis apostoli (ut fertur) discipulus, & Smyrnæorum episcopus. Latinè uertere possis fructuosum. Irenæus.

Polychrestos] πολύχρηστος, Lupinus, à frequenti usu iste nominatus. Galen. libro 1. de Aliment. facultat. cap. 23.

Polychronius] polychronij (πολυχρόνιος) Diuturnus, longæuus. Firmic. libro 8. cap. 28, In coniunctione spinæ & colli Sagittarij qui nati fuerint, nobiles erunt, polychronij quoque, sed qui biothanati moriantur. Et capit. 29, Prima pars Aquarij si in horoscopo fuerit inuenta, reges magnos faciet, & gloriosos, polychronios quoque.

Polycletus] pen. prod. (πολύκλητος) Statuarius eximius, diligẽtia et decore supra cæteros, ut ait Quintilianus. Nam ex ære signa fecit, nobilitata scriptorum præconio. Cum primis fecit astragalizontes, hoc est, talis ludentes: quo opere nullum absolutius iudicant. Fuit Sithonius, & discipulus Ageladæ. Memimit huius Cicero 2. de Orat. 38. Item, de claris Orat. 35. Et 6. Verr. 5. Vide item Aelianum de uaria historia.

¶ Polycleteus, pen. prod. Adiectiuum (πολυκλήτειος) Statius 2. Sylu. 2. 14.

—quod ab arte Myronis,
Aut Polycleteo iußum est quod uiuere cælo. Idem 4. Sylu. 6. 8,
Quod Polycleteis iußum est spirare caminis.

Polycnemon] penul. prod. (πολύκνημον) Herbæ nomen: de qua Plinius lib. 26. cap. 14. 8. & Galen. libro 8. de Simplic. medic. fac. cap. 62.

Polycrata] πολυκράτη, Nobilis fuit quædam fœmina, è Naxo insula, quam præmio gaudio & inspirato expirasse refert Aristoteles, teste Gellio Noct. Attic. lib. 3 cap. 15.

Polycrates] pen. cor. (πολυκράτης) & Syloſontes, fratres, Samiorum tyranni. Quorum alter Polycrates, fortuna opibusq; clarus: perpetua usus fœlicitate, præterquam ad extremum, quam uti temperaret, annulum sibi charissimum in mare proiecit, quem deinde à piscatore recepit, capto pisce qui eum deuorauerat. Ad postremum à Persarum satrape Oronte dolo captus ac suspensus est. Ex Strabonis lib. 14. Huius item meminit Cic. 5. de Fin. 158. Fuit & Polycrates, Ephesiorum præsul, temporibus Seueri Principis, ut scribit Hieronymus.

Polydamas] penul. cor. huius polydamantis (πολυδάμας) pancratiastes, æmulatus Herculem, leonem inermis amplexus superault: taurum ingentem apprehensis extremis pedibus retrò tenebat: currum agitatum sese opponendo altera manu apprehensum ex cursu retrahebat, in equosq; insiliebat deiecto auriga. Accersitus à Dario Artaxerxis Magni filio, ter apud eum ex pronocatione uictor fuit. Postremò post cœnam in cauerna, cum saxum à uertice ruinã minaretur, diffugientibus conuiuis, confisus ipse uiribus, ac manibus posse illud sustinere, oppressus est. Author Pausanias.

Polydamas Troianus, Panthoi filius, socius & magister, & æqualis Hectoris, ut est author Aelianus. Homerus scribit Iliados lib. 18, hunc eloquentia, Hectorem armis ualuisse. Dares historicus hunc dicit ad castra Græcorum noctu profectum, Troiam prodidisse. Ouid. 12. Metam. 110.

Polydectes] πολυδέκτης, Magnetis filius, rex Seriphi insulæ. Hic Perseum Iouis & Danaes filium educauit. Cuius tandem ingenium ueritus, audaciamq; & fœlicitatem, sub prætextu æternæ gloriæ illum ad superandum Gorgonem Medusam compulit: quã deuicta, redeunti Perseo quam iem per detraheret, conuersus est ab illo in silicem, monstrato capite Medusæ: ut ostendit Ouid. lib. 5. Metamor. b

Polydorus] penul. prod. (πολύδωρος) Priami filius, missus à patre

à patre initio belli cum magna ui auri, ad Polymnestorem Thraciæ regem conseruandus nutriendusq;: ut si contingeret Troiam capi, ipse genus & urbem instaurare posset. Sed destructa Troia, auri cupiditate Polydorum interfecit: ut testatur Virgil. 3. Aeneid. 10,

Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno, &c.

¶ Polydoreus, penul. prod. Adiectiuum (πολυδώρειος) Ouid. 13. Metam. 127.

Et Polydoreo manantem sanguine terram.

Polygalon] uel Polygala (πολύγαλον) Herba palmi altitudine, in caule summo folijs lenticulæ, quæ potata lactis ubertatem inducit: à quo effectu nomen accepit. Plinius lib. 27. cap. 12. Dioscorid. lib. 4. cap. 14.

Polygnotus] penul. prod. (πολύγνωτος) pictor antiquissimus: cuius meminit Quintil. lib. 12. de Instit. orat. & Plinius lib. 7. & lib. 35. cap. 6. 12. Is in picturæ tenuitate ualebat, plicas uestium, mollitiasq; signorum imitabatur: ut est author Aelianus, Pausanias lib. 10. de eodem sic scribit, Polygnotus pinxit Ocnum torquentem spartum, & asinã propè rodentem. Quod sanè ænigma est eius, qui frustra laborat, si uxorem habet prodigam. Vide Erasmum in prouerbio, Ocnus torquet spartum. Meminit & huius Plinius lib. 35. cap. 9. 1. Vide Pœcile.

Polygona] Figura est ex pluribus triangulis. Euclid. 6. Elementorum, theor. 14, Similia polygona, in similia triangula diuiduntur, & inæqualia numero, & æqua ratione totis: & polygonum ad polygonum dupliem rationem habet, quam similis rationis latus ad similis rationis latus.

Polygonaton] penul. corr. (πολυγόνατον) Herba sine foliis, aspragi caule, in cacumine aculeum habens, eadẽ quæ polygonum, à frequentia geniculorum: teste Plin. libro 27. cap. 12. 8. Aliam tamen uidebis polygonati descriptionem in Dioscoride lib. 4. cap. 7.

Polygonoides] πολυγονοειδὲς, Herba est folio lauri, longa tenuisq;, aduersus serpentes ac priuatim aspides ex aceto pota efficax. A quibusdam clematis Aegyptia, ab alijs daphnoides appellatur. Plin. lib. 24. cap. 15.

Polygonum] polygoni, pen. cor. (πολύγονον) Herba, quam nos sanguinariam dicimus, & geniculatam à multis geniculis, & seminalem à multo semine. Vulgò Centinodia dicitur: Parisijs, herba sancti Innocentis. Plin. lib. 27. cap. 12. 7. Polygonon Græci uocant, quam nos sanguinariam: non attolitur à terra, foliis rutæ, semine graminis. succus eius infusus naribus, supprimit sanguinem, & potus cum uino, cuiuslibet partis profluuium, excreationesq; cruẽtas inhibet. Colũ. lib. 7, Sanguinalis herba, quam Græci polygona appellant.

Polygrammos] πολύγραμμος, Gemma est smaragdo similis, per transuersum multis albis lineis distincta. Plinius lib. 37. cap. 9.

Polygynæcon] Mulierum frequentia (πολυγυναικεῖον) Plin. lib. 35. capit. 11. 12, Pinxit in templo Eleusinæ Phylarchum, Athenis frequentiam, quam uocauêre polygynæcon: Alij tamen legũt, gynæconitim: hoc est, senatulum mulierũ.

Polyhedrum] Circulus est in sphæra maiori, cuius diameter secat centrum ipsius ad angulos rectos sphærales. Euclid. 12. Elem. Binis sphæris circum idem centrum existentibus, in maiori sphæra solidum polyhedrum inscribere, non tangens sphæram minorem in superficie.

Polyhistor] πολυΐστωρ, Multiscius dicitur. Hoc nomine appellatus fuit Appion de quo Gellius libro 5. capit. 14. Solinus quoque ob uariarum rerum commentorationem, eo nomine dictus est.

Polymestor] Milesius puer quum à matre locatus esset ad caprarios pastus, ludicro leporem consecutus est: & ob id statim productus à gregis domino Olympiade sexta & quadragesima (ut Bocchus author est) uictor in stadio meruit coronam. Hæc Solinus capit. 6. πολὺ, multum: μέστως, bellicosus: Polymestor, multum ualidus.

Polymitus] penul. cor. (πολύμιτος) Adiectiuum à πολὺ, & μίτος, filum, quod nos licium dicimus: à liciorum multiplici uarietate. Vnde Vestis polymita, quæ uersicoloribus licijs contexta est. Plin. lib. 8. cap. 48. 7. Plurimus uerò licijs texere, quæ polymita appellant, Alexandria instituit. De polymita cubicularia est epigramma Martialis lib. 14. 155.

Polymnastus] Poeta quidam primæuæ ætatis, de quo sic Pindarus: Nosti quicquid dixit Polymnastus uir Colophonius. Sunt qui Homerum hunc faciant. Strabo libro 14.

Polymnestor] huius Polymnestoris, penul. corr. (πολυμνήστωρ) rex Thracum, tempore belli Troiani, ad quem Priamus dubitans de statu Troiæ, & belli euentu, filium Polydorum cum magno auri pondere conseruandum nutriendumq; misit: ut si contingeret Troiam capi, ipse genus & urbem instaurare posset. Sed destructa Troia, auri cupiditate Polydorum interfecit. Quod quum cognouisset Hecuba, finxit se illi aliud auri pondus uelle secretò indicare. Quæ duarus rex uera esse credens, & in conspectum Hecubæ ueniens, ab illa ungubus occæcatus est: ut eleganti sanè scribit Euripides in Hecuba: & Ouidius tetigit libro 13. Metam.

Regia diues Polymnestoris. Ouid. 13. Metam. 87.
Thrax Polymnestor. Propert. lib. 3. eleg. 13. 12.

Polymyxos] πολύμυξος, Lucerna quæ multos habet angulos, & in his funiculos, illustrandis conuiuijs accommodata. Martial. lib. 14. 41,

Illustrem quum tota meis conuiuia flammis,
Totiq; geram myxos, una lucerna uocor.

Polymnia] penul. indiff. siue Polymneia (πολύμνεια) Horatius 1. Carm. ode 1. 7. diuisit diphthongum,

Euterpe cohibet nec Polymneia. Vbi etiam y, sequentibus m & n, more Græco corripitur. Fuit una ex Musis: sic dicta, quia cantus suauit ate poetas reddit gloria immortales. Vel à πολὺ multum, μνεία memoria. Vnde præesse rhetoribus dicitur, quibus opus est multa memoria. Sunt qui à πολὺ & hymnos deducunt, quod est laudatio, quia laudationibus præsit, & scribunt Polyhymnia: ut apud Ouidiũ lib. 5. Fast.

Dissensere Deæ, quarum Polyhymnia cœpit.

Polynices] penul. prod. (πολυνείκης) Oedipi Thebanorum regis filius, & Eteoclis frater: qui Oedipo mortuo, de hæreditate & ditione dißidentes, contractis utrinq; copijs, ambo se mutuis uulneribus interfecerunt id quod testatur Virgilius in Culice.

Polyphemus] penul. prod. (πολύφημος) teste Homero in Odyssea, Neptuni filius, Cyclops. De quo Seruius, Multi Polyphemum dicunt unum habuisse oculũ, alij duos, alij tres: sed totum fabulosum est. Nam hic uir prudentißimus fuit, & ob hoc oculum in capite habuisse dicitur id est, in rebrum, quia prudentia plus uidebat. Verum Vlysses amat prudentia superauit, & ob hoc eum cæcasse fingitur. Hæc Seruius in illud Virgilij, 3. Aeneid. 128,

——& telo lumen terebramus acuto, &c.

Cicero quoq; de Polyphemo lib. 5. Tuscul. quæst. 162.

Pastor polyphemus. Virgil. 3. Aeneid. 132.

Polyphontes] πολυφόντης, Rex quidam fuit qui apud Euripidem, fratrem se ideo interfecisse dicit, quòd ipse antè cõsilium de nece eius cepisset. Memmit Gellius lib. 7. cap. 3.

Polyplusios] πολυπλούσιος, Latinè bene nummatus dicitur, siue diues. nam πολὺς, multus: & πλοῦτος, diues. Plautus Capt. 6.27,

Quo de genere natus est illic Philocrates? P. Polyplusio.

Polypodium] polypodij (πολυπόδιον) Herba. Plinius lib. 26. cap. 8. 14. Detrahit bilem polypodion, quam nostri filiculam uocant: similis enim est filici. Radix in usu, pilosa, coloris intus herbacei, crassitudine digiti minimi, acetabulis cauernosa ceu polyporum cirri subdulcis, & in petris nascens, aut sub arboribus uetustis.

Polyptoton] penul. prod. (πολύπτωτον) dicitur quod multiplicem habet casum: ex πολὺ, quod est multiplex, & πτῶσις casus: ut dominus, domini, domino, dominum, domine.

Polyptoton, Figura ex pluribus casibus. Hanc figuram uulgò nominauerunt, quòd quum sæpius initiò ab eadem parte orationis stat, illa ipsa pars declinationibus casuum, aut generibus, aut numeris immutatur. Casuum declinationibus hoc modo, Senatus est summi imperij cõsilium: Senatui Rei pub. cura mandatur: ad Senatum in dubijs periculosisq; rebus omnis ciuitas respicit. Generibus autem hoc modo, Pulchra autem hæc fama contigit ciuitati, si optimè meritum ciuem damnauerimus: pulchrum erat exteras nationes existimare, infestiores nos esse bonis quàm malis: pulchrè communibus utilitatibus consulemus, si quos oppressos & hostes cupiêre, nos circumuenerimus. Numeris autem sic, Grata semper singulis fuerunt, quæ commodi eorum causa constituta sunt. Gratũ ille superior Africanus Senatoribus fecit, qui primas eius ordinis subsellia à populo liberauit. Hæc Aquila Romanus in libro de figurarum nominibus.

Polyptica] in l. 13. de indulg. debit. in C. Theod. Cassiodorus lib. 5. Varr. epistola ad Seuerianum, & epistola ad Aureliũ.

Polypus] polypi, penul. corr. uel polypodis, pen. corr. m. ge. (πολύπους) Piscis est, ex mollium genere, à multis pedibus sic appellatus. Plin. lib. 9. cap. 29. 1, Polyporum multa genera. Terreni maiores quàm pelagij, omnes brachijs ut pedibus ac manibus utuntur, cauda uerò, quæ est bifulca, & acuta, in coitu. Est polypis fistula in dorso, qua transmittũt mare: eam modò in dexteram partem, modò in sinistram transferunt. Natant obliqui in caput: quod prædurũ est suffiatione uiuentibus. Cæterum per brachia uelut acetabulis dispersis, eo hausto quodammodo cui adhæresunt, tenent supini, ut euelli non queant, &c.

Polypi, prouerbio dicebantur olim, uel stupidi, stolidiq;, uel raptores, & uncis unguibus homines. Erasmus.

¶ Polypus, Id genus uermis, quod uulgus Gallicum uocat Cloporte. Scribonius Largus, Bestiolæ multorum pedum, quæ tactu conduplicant se in orbem, pillulæ rotundissimæ similem (ναρκομιδίκης ὄγκος, aut πολύποδας, Græci hoc genus animalium uocant) oleo domestico complures inferuefactæ uase ferreo, &c.

¶ Polypus, Genus morbi. Celsus lib. 6. cap. 8. Polypus est caruncula modò alba, modò subrubra, quæ narium ossi inhæret: & modò ad labra pendens, narem implet: modò retrò per id foramen quo spiritus à naribus ad fauces descendit, adeò increscit, uti post uuam conspici possit, strangulatq; hominem, maximè Austro aut Euro flante: fereq; mollis est, rarò dura: eaq; magis spiritum impedit, & nares dilatat, quæ ferè παχυσάρκης est, itaque attingi non debet. Horat. Epod. 12. 1,

Polypus, an grauis hirsutis cubet hircus in alis. Idem 1. Serm. Satyr. 3. 8.

¶ Polyposus, pen. prod. Adiectiuũ (πολυποδώδης) Qui eò morbo laborat. Martial. lib. 12. 33.

Polyrrhizon] Herba, quam circuitione Melampodion nigrum uocant. Plin. de ea eiusq; iuribus, lib. 25. cap. 5.

Polystephanus] Græcus fuit historicus, non paruæ authoritatis inter scriptores ueteres: de quo uide Gellium, libro 9. cap. 4.

Polysyndeton] penul. corr. (πολυσύνδετον) à πολὺς, multus: & σύνδεσμος, coniunctum: quasi multipliciter coniunctum. Figura, quum sermo multis coniunctionibus concatenatur. Virgil. 3. Georg. 70,

—tectumq; laremq;,
Armaq;, Amycleumq; canem, Cressamq; pharetram.

Polysyntheton] penul. cor. (πολυσύνθετον) Figura, quum sententiæ multorum articulorum conuenienti copia continentur: ut, Ille hunc pœna constrictum trahebat, hic autem uociferabatur: concursus uerò non mediocris: quum tãdem omnes opitulari uellent, sed nemo auderet, neq; ibi magistratus aderat, neq; circunspicientes quò potissimum confugeremus, reperiebamus. Rutilius Lupus.

Polytes] Vide Polites.

Polytrichon] πολύτριχον, Herba sic dicta, quòd multitudinem capillorum faciat. Plinius lib. 22. capit. 21. 11. Dicitur etiam polytrix. Plinius libro 29. cap. 12. 3, Polytrix in uino data.

Polytrix] Gemma, quæ quum in uiridi capilletur, desinuia tamen capillorum facere ea dicitur. Plinius lib. 37. capit. 11. 5.

Polyxena] penul. cor. (πολυξενῆ) Priami regis filia ex Hecuba coniuge, quæ à Pyrrho ad Achillis tumulum iugulata est. Vide Seruium in illud Virgilij, 3. Aeneid. 65,

O fœlix una ante alias Priameia uirgo, &c. Ouidi 13. Metam. 90,

Placet Achilleos mactata Polyxena manes. Græcè dicitur multorum peregrima: seu quod amor peregrinari faciat mentes ab ingenio suo: seu quòd apud multos libido ut peregrinabunda uagetur.

¶ Polyxenius. Adiectiuum (πολυξενῖος) ut, Cædes Polyxenia. Catul. Argon. 59. 74.

Polyxo] Polyxus (πολυξὼ) una Amazonum, & Apollinis uates, quæ Lemniaci sceleris dux & hortatrix extitit. Quũ enim Lemniacæ mulieres ob spretam Venerem hircum oderent, mariti earum tantam odoris fœditatem execrantes, Lemno deserta, Thracas petierunt: ibiq; filias eorum sibi coniugio asciuerunt. Quod ubi Lemniadibus compertum est, Polyxûs impulsu & Venere stimulante, in omne genus uirile coniurarunt: remeantesq; ex Thracia uiros omnes peremerunt: inter quas Polyxo ducem fingit Statius, 5. Thebaid. 18.

Quum subitò horrendas æui matura Polyxo, &c.

Valer. 2. Argon. 64,

Tunc etiam uates Phœbo dilecta Polyxo.

Polyzelus] πολύζηλος, penul. prod. poeta Comicus, Græcus: cuius fabulas enumerat Suidas.

Polyzonos] Gemma nigra, à multiplicitate zonarum sic dicta: candicat enim zonis. Plin. lib. 37. cap. 11.

Pomarium] Vide Pomum.

Pomeridianus] pen. prod. (μεσημερῖνος) Adiectiuũ, A post & meridie: quod post meridiem fit: ut, Pomeridiana ambulatio, Cic. 5. de Finib. 1. Et 3. de Orat. 66. Atq; huius ambulationis antemeridianæ: aut nostræ pomeridianæ sessionis. Vide Meridianus.

Scholæ pomeridianæ. Quintil. lib. 3. cap. 1. 10.

Pomifer] Vide Pomum.

Pomilio] pomilionis, m. g. uel Pomilius, pomilij (νάνος) Nanus, id est, homo paruæ staturæ, paulum supra terrã extans: Habet

Habet quandoq; membra enormia, qualem Martialis describit in illo disticho, cui est nomen Pomilio, lib. 14. 211,

Si tantum spectes hominis caput, Hectora credas:
Si stantem uideas, Aslyanacta putes.

Plin. lib. 11. cap. 49. Pomilionũ genus in omnibus animalibus est, atq; etiam inter uolucres. Pumilio à quibusdam scribitur, oin u cõuersa.

¶ Pomilius, Adiectiuè dixit Martialis, quum titulum fecit epigrammati, Pomiliæ mulæ, lib. 14. 202.

Pomœrium] pomœrij, tam intra quàm extra murum est, dictum quasi post mœrium, hoc est post murum, ut inquit Varro de ling. Lat. Liu. 1. ab Vrbe, 194, Pomœrium uerbi uim solam intuentes, postmœnium interpretantur esse. Est autem magis circa murum locus, quẽ in condendis urbibus quondam Hetrusci, quà murum ducturi erant, certis circà terminis inauguratò consecrabant. Et paulo post, Hoc spacium quod neq; habitari, neq; arari fas erat, nõ magis quod post murum esset, quàm quòd murus post id, pomœrium Romani appellarunt: & in urbis incremento semper, quantum mœnia processura erant, tantum termini hi consecrati profereãtur. Gellius lib. 13. cap. 14, Pomœrium quid esset, augures pop. Rom. qui libros de auspicijs scripserunt, istiusmodi sententia definierunt. Pomœrium est locus intra agrũ effatum, per totius urbis circuitum pone muros regionibus certis determinatus, qui facit finẽ urbani auspicij. Cic. 2. de Nat. deo. 17, Quod quum pomœrijũ postea intrasset habẽdi Senatus causa, in redeundo, quum idem pomœrium trãsiret, auspicari esset oblitus. Lucan. lib. 1. 118,

Longa per extremos pomœria cingere fines, &c.

Ius pomœrij. Cic. 2. de Diuin. 114.

Pomona] πωμώνα, pomorum dea. Vide Oui. 14. Met. 125.

¶ Pomonalis, flamen Pomonæ pomorum deæ erat. Alexand. Alexandr. libro 6. capit. 12, Post aliquot uerò tempestates aucta ciuitate, quum augeri sacerdotia oporteret: quin de in flamines constituti fuêre qui omnes à dijs, quibus sacra faciebant, cognomenta sortiti sunt quorum primus Dialis, ultimus Pomonalis.

Pompa] pompæ (πομπὴ) Omne spectaculum & apparatus solennis, cum ostentatione & specie quadam triumphi, tam in aduersis, quàm in prosperis & lætis: à Græco πέμπω, mitto. Ex Valla lib. 4. Terent. Heaut. 4. 4. 17.

Transeundum est nunc tibi ad Menedemum, & tua pompa Eò traducenda est. Cic. 1. Offic. 182, Cauendum est autẽ, ne aut tarditatibus utamur in gressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse uideamur.

Pompa, Longus incedentium ordo in supplicatione: quam nos processionem appellamus.

Lictorum pompa. Cic. ad Celium, lib. 2. 15. 5.

Rhetorum pompa. Cic. 4. Tuscul. 72.

Bellorum pompa. Iuuen. Satyr. 10. 29.

Pompa nuptiarum dicitur, Pompa sacrorũ, Pompa funerum. Cic. Sed iam è pompa in ueram aciem descendamus.

Circus erit pompa celebris, numerosq; deorum. Ouidius 4. Fast. 79.

Decus pompæ. Ouid. 2. Metam. 146.

Aurea pompa. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 9.

Eximiæ pompæ. Ouid. epist. 9. 17.

Feralis pompa, Funus. Lucan. lib. 8. 144.

Flebilis pompa. Ouid. 14. Metam. 150.

Nigræ solennia pompæ. Stat. 2. Sylu. 1. 4.

Solennes pompæ. Virgil. 3. Georg. 5.

Ducere pompam. Ouid. epist. 12. 31.

Exequi ordine solennes pompas. Virgil. 5. Aeneid. 11.

Parare pompam triumphis. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 19.

Spoliatum exequijs & pompa cadi: uer. Cic. pro Milone, 25.

In pompa partim eorum, partim acie illustres esse uolucrunt. Cic. 2. de Orator. 52.

Adhibere speciem atq; pompam in dicendo. Cic. 2. de Orator.

Pompæ plena petitio: hoc est, fastus. Q. Ci. de Petit. Cõsul. 34.

Detrahere pompam muneri suo, Absque fastu dare. Seneca de Benefic. libro 2. cap. 12.

Pompæa] Ciuitas in Neapolitana Græciæ finitima regione, quam præterlabitur Sarnus fluuius. Strabo lib. 5.

Pompeij] πομπήιοι, Quint. Pompeius contra Numantinos missus ab eis, superatus, turpe & ignominiosam pacem fecit. Author Florus libro 2. Huius filius, siue nepos Cn. Pompeius, quòd peruersis esset oculis, Strabo nominatus, Magni Pompeij pater, Nouocomum Coloniam deduxit: in bello sociali imperator creatus, de Picentibus triumphauit: uir admodum duræ disciplinæ. Cn. Pompeius huius filius, Syllæ partes secutus est, ab eoq; ad ulciscendos inimicos in Africam missus: Domitium prius expugnauit, Iarbam regem cepit, de quo triumphauit ante legitimam ætatem: quare ab exercitu Syllæ Magnus est salutatus. Mox delectus imperator ad bellum Piraticum, tribus mẽsibus id confecit. Deinde successor L. Lucullo missus, de Mithridate triumphauit: Tigranem Armeniæ regem ei ad genua procumbentem, in regnum restituit, Extincta uxore Iulia, Cæsaris filia, Corneliam Scipionis filiam, à P. Crasso, M. filio, uiduam relictam duxit. Pharsalica pugna à Cæsare copijs longè inferiore superatus, & in Aegyptum fugiens, regis perfidia ab Achilla præfecto interfectus est. Triumphum, quum ex Oriẽte olim redisset, biduo egit, prænotatis gentiũ titulis uictarum: quæ à Plinio lib. 10. item à Plutarcho ordine adnotantur. Hic Pompeius à Cicerone in epist. ad Attic. uarijs nominibus subobscurè nuncupatur: ut lib. 2. epist. 3. 7. 9. 14. & 17. Vide Arabarches. Pompeij eius liberi, alter apud Mundam à Cæsare in Hispania, alter in Sicilia ab Augusto postea uictis ex quibus Sex. Pompeius piraticam exercuit, ut est author Lucanus lib. 6. 84.

¶ Pompeius, Adiectiuum (πομπήϊος) ut, Vmbra Pompeia: Propert. lib. 4. eleg. 9. 10. Apud Ouidium lib. 4. de Ponto, eleg. 5. 2. Domus Pompeia.

¶ Pompeianus, penul. prod. Aliud. Adiectiuum (πομπηϊανὸς) ut, Triumphi Pompeiani. Lucan. lib. 3. 34.

Signa Pompeiana. Lucan. lib. 1. 66.

Pompeij] πομπαῖοι, oppidum Campaniæ, non procul à Puteolis & Neapoli, ut scribit Pompon. Mela lib. 2.

Pompeianum, id est prædium circa Pompeios.

Pompeiana uitis, ab insitore dicta. Colum. lib. 3. cap. 2. 17.

Pompeiopolis] penul. corr. (πομπηϊόπολις) Ciliciæ urbs, dicente Pompeio Mela lib. 1. in descriptione Ciliciæ, Deinde urbs est à Rhodijs, Argiuisq;, pòst Piratis, Pompeio assignante possessa: nunc Pompeiopolis, tunc Soloe. Quæ etiam, Solino teste, postea Traianopolis est appellata, mutato nomine, postquã in ea fato cedere Traianus coactus est.

Pompelon] πομπελὼν, hodie Pampelona, Vasconum ciuitas in Hispaniæ finibus. Strabo lib. 3. Hanc Nauarriæ caput fuisse paucis ab hinc annis, nemo est qui nesciat. Romani eã Pompeiopolin appellarunt. Vide Ptolomæum lib. 2. cap. 6.

Pompelonenses] Populi Hispaniæ, Segiensibus conterminj, qui ad huc Pompelonam (quam Pampelonam dicimus) inhabitant. Plin. l. b. 3. cap. 3. Vide in dictione Pompelon.

Pompholyx] huius pompholygos (πομφόλυξ) authore Dioscoride libro 5. specie sola, non genere à spodio distat: siquidem spodos (dicimus enim & spodium, & spodos) nigricat, & plerunque ponderosior est, palearum piluorumq; plena, quasi purgamentum quoddam quod ab ærariorum officinarum pauimentis & fornacibus euerritur. Pompholyx uerò

lyx uerò pinguis est, & candida, usque adeò leuis, ut in auras euolare possit. Cuius duo fluxerunt genera: unum ad aeris colorem uergens, sub pingue: alterum magnopere candidum, summamq; leuitatem nactum. Candida fit pompholyx, quoties in perficiendo ære, fabri præstantiorem facere uolentes, detritam cadmiam cumulatius insperserint. namque tenuissima fauilla quæ effertur: in pompholygem coit. Cæterum pompholyx non æris modò materia, & fabrili industria factitatur: sed ex cadmia quoque, ad gignendam ipsam eximiè follibus proflata. Cuius faciundæ ratio hæc est. Vide cætera. Meminit tum Pompholygis, tum etiam spodij, Galenus libro 9. Simplicium medicamentorum, sic inquiens: Pompholyx fit in æris fornace, uelut & Cadmia: fitq; & dum in fornacibus Cadmia uritur, ut in Cypro. Quum enim præfectus ad æris fornacem instructas res non haberet, præcepit ex ipsa Cadmia præparari præsentibus atque inspectantibus nobis, pompholyga, uidelicet minutis Cadmiæ fragmentis in ignem conjectis, qui ante ærarium iacebat follem. Camera erat incurua, nusquā pertusa, sed integra quæ egestam ab usta Cadmia faillam excipiebat: quam ubi collegissent, habebant pompholyga. At quod reflectens infrà in pauimentum recedebat, Spodos est quam uocant, quæ plurima, ubi æs in fornacibus uritur, colligi assolet. Pompholygen, inquit Matthiolus, interpres Dioscoridis, officinæ Mauritanos secutæ Tutiam dicunt. ita enim pompholyx appellatur Serapioni & Auicennæ. Verùm quam seplasiarij Tutiam existimant, legitima non est, sed Cadmiæ potius species. Cætera sunt prolixiora, quàm ut hic adscribi queant. Meminit & Plin. lib. 34. cap. 13.

Pompilia] Gens patritia Romæ, cuius author fuit Pomponius uel Pompo, homo inprimis nobilis & clarus, urbe Sabinorum oriundus, authore Plutarcho.

Pompilius] Theophrasti peripatetici seruus fuit, qui post inter illustres philosophos est habitus. De hoc Gellius libro 2, capit. 18.

Pompilius] πομπίλιος, secundus Romanorum rex: de quo uide Numa.

Regnum quietum Pompili. Horat. 1. Carm. ode 12. 7.

¶ Pompilius, Adiectiuum (πομπίλιος) ut, Sanguis Pompilius Horat. de Arte, 59. hoc est, Pisones, qui à Numa Pompilio originem ducunt.

¶ Pompiliana tribus, de qua Alexandrinus Alexander libro 1. cap. 16.

Pompilus] Piscis genus, qui alio nomine uocatur nautilos, quòd nauis speciem præ se ferat (ναῦς ναὸς) Plin. lib. 9. ca. 29.

Pomponia] πομπωνία, mater Scipionis, à Ioue in anguem mutato compressa. Vide Silium lib. 13. 124.

Pomponiana] alio nomine Mesen, insula una ex Stœchadibus, ante Massiliam sita. Plin. lib. 3. cap. 5.

Pomponius] πομπώνιος, Atticus nobilis Eques Romanus, excellenti ingenio, & amicus Ciceronis in primis fuit: unde Atticus Ciceronis est appellatus. Qui postquam uidit Cinnæ tumultu Rempublicam esse turbatam, secessit Athenas: ubi longo tempore moratus, & ciuitatem & omnium gratiam morib. elegantissimis promeruit: linguam ita probè didicit, ut Attici nomen adsequeretur, Humanitate diuitijsq; simul præditus fuit, quibus amicos libenter impertiebat. Nam & Ciceronem ab Vrbe pulsum H-SCC & quinquaginta millibus donauit: & Bruto abiecto, Italiaq; cedenti H-SC. millia muneri misit. Erat alioqui grauissimus, ut quæ religiosè polliceretur, præstare niteretur. Mendacium nec ipse dicebat, nec pati poterat. Plura Cornelius Nepos.

Pomponius iurisconsultus, ex Pandectarum libris notissimus.

Præter hos Pomp. Mela, insigni opere de sita orbis clarissimus.

¶ Pomponiana pira, attributum ex Pomponio confictum, quòd ea primus inseruerit. Pomponius hæc & mammosa dicuntur. Plin. lib. 15. cap. 15.

Pomptina palus] in extrema Italia est, iuxta Circeos. Plinius libro 3. capite 5.

Pomptina tribus, tum adiecta quum lex de ambitu à Gaio Patilio lata est. Alexand. lib. 1. cap. 17. Vide Tribus.

Pomptinus ager. Liu. Decad. 6. lib. 2, De agro Pomptino ab L. Sicinio Tribuno plebis actum. Paulò post, Fugientium ex agro Pomptino agmen repentè illatum in urbem.

Pomum] pomi (ἀπώρα, ἀκρόδρυα) Generale nomen est omnium fructuum, qui ex arboribus esui apti proueniunt, siue mollium, siue durorum. Plinius libro 15. capit. 22, nuces pomorum genere comprehendit. Solum, inquit, hoc pomum natura cōpactili operimento clausit. De nuce iuglāde.

Nuces pineæ apud Martialem lib. 13. 25.

Poma sumus Cybeles, &c.

Mora etiam Plinius appellat poma, libro 15. capit. 24. 2. glandes non item. Sic enim ait ibidem, Glandes inter pona numerari non possunt: quamobrem in sua natura dicentur. Quod autem uulgus Gallorum Pomum uocat, id Latini Malum appellant.

Mitibus pomis decorum caput Autumni. Horat. Epod. 2. 4.

Arbor fertilis pomis aureis. Senec. Agamem. 9. 9.

Bis grauidæ pecudes, bis pomis utilis arbos. Virg. 2. Georg. 30.

Acerba poma. Ouid. 2. Amor. eleg. 14. 5.

Agrestia poma. Virgil. 7. Aeneid. 23.

Annua poma. Ouid. de Nuce, 2.

Cadiua poma. Vide Cadiuus, in Cado.

Conditiua poma. Vide Conditiuus, in Condo.

Cruda poma. Vide Crudus.

Decerpta poma. Ouid. 10. Metam. 129.

Diuitia poma. Senec. Herc. furente, 7. 2.

Dulcia poma. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 3.

Fœlicia poma. Ouid. 9. Metam. 19.

Generosissimum pomum. Quintil. lib. 5. cap. 11. 3.

Gregalia poma. Senec. de Benefic. lib. 1. cap. 12.

Inimitia poma. Vide Immitis.

Intactum omnib. pomū propter asperitatem. Vide Intactus.

Lapidosa poma. Vide Lapis.

Mitia poma. Horat. Epod. 2. 4. Virgil. 2. eclog. 16.

Nitidum pomum. Ouid. 10. Metam. 132.

Punica poma. Ouid. 4. Fast. 122.

Putria poma. Ouid. 7. Metam. 120.

Rubens pomum. Ouid. 10. Metam. 21.

Vilia poma. Virgil. 1. Georg. 55.

Poma cadunt mensis nō interdicta secundis. Ouid. de Nuce, 15.

Carpere poma. Virgil. 9. eclog. 9.

Puniceum curua decerpserat arbore pomū. Ouid. 5. Met. 108.

Demptum pomum arbore. Ouid. 11. Metam. 23.

Detrahere poma arboribus. Tibull. lib. 1. eleg. 5. 7.

Excussa syluis poma. Senec. Hippol. 4. 32.

Annus exuberat pomis. Virgil. 2. Georg. 104.

Grauantia poma ramos. Ouid. 13. Metam. 174.

Arbos induit se pomis. Virgil. 4. Georg. 29.

Nascentia poma & florentia. Ouid. 14. Metam. 3.

Rubenti pomo onerata arbutus. Ouid. 10. Metam. 21.

Cui pendēre sua patereris in arbore poma. Virg. 2. eclog. 8.

Strata iacent passim sua quæq; sub arbore poma. Vir. 7. ecl. 11.

Pomum unde dictum, docet Varro lib. 1. de Re rust. capit. 31, 5.

Itē poma quæ insita erunt siccitatibus, aquam addi quoditie uesperi: à quo quōd indigent potu, poma dicta esse possunt.

Pomum, pro ficu. Colum. lib. 8. capit. 17. Facit etiam ex pomis uiridibus adaperta ficus.

¶ Pomus,

¶ Pomus, pomi, s. g. Arbor pomifera. Plin. lib. 17. cap. 1. 7. Nec minus miraculum in pomo est, multarum circa suburbana fructu annuo addicta binis millibus nummum, maiore singularum reditu, quàm erat apud antiquos prædiorum.

Consita pomus. Tibull. lib. 2. eleg. 1. 9.

¶ Pomarium, pomarij, locus arboribus pomiferis consitus. Græci paradisum uocant. Colum. libro 1. cap. 6. 10, Pomaria quoque & hortos oportet septo circundari, & esse in propinquo, atque in ea parte, quò posit omnis stercorata colluuies cortis, balneorumq;, & oleis expressa amurcæ sanies influere.

Locum pomarij, priusquam semina seras, circummunire macerijs oportet, uel sepe, uel fossa præcipiti. Colum. libro 5. capit. 10. 1.

Horti & pomaria. Cic. de Senect. 50.

Vda pomaria mobilibus riuis. Horat. 1. Carm. ode 7. 3.

Est aliquid plenis pomaria carpere ramis. Ouid. epist. 4. 6.

Pomarium oleagineum. Cato cap. 48. 1.

Ponere pomaria. Plin. lib. 34. cap. 14. 1.

Pomarium, Locus in quo poma reponuntur. Plinius libro 15. capit. 16, In uniuersum uerò de pomis seruandis præcipitur: pomaria in loco frigido ac sicco contabulari, Septentrionalibus fenestris sereno die patere, Austros specularibus arcere.

¶ Pomarius, pomarij, pomorum uenditor. Horat. 1. Serm. Satyra 3. Edicit piscator uti, pomarius, auceps.
Vnguentarius, &c.

¶ Pomifer, penul. corr. Adiect. Ferens poma, ut, Arbor pomifera. Colum. lib. 5. capit. 9. 15.

Annus pomifer. Horat. 3. Carm. ode 23. 2.

Autumnus pomifer. Ouid ad Pisonem, 31.

Montes pomiferi. Ouid. 1. de Ponto, eleg 9. 9.

Rami pomiferi. Senec. Herc. furen. 9. 17.

¶ Pomosus, penul. prod. Adiectiuum. ut, Pomosa corona. Propert. lib. 3. eleg. 2. 4.

Pondero, Ponderosus] Vide Pondus.

Pondo] indeclinabile, n. g. (μνᾶ, λίτρα, ὁλκή) Idem quod libra. Plaut. Asin. 7. 33.

Quot pondo te esse censes nudum? Dicimus, duo millia pondo: ibi est genitiui casus. Mille pondo: nominatiui est. Bis mille pondo, nominatiuus est, quia mille adiectiuum est. Tamen non dicimus, bina, terna pondo: sed, duo, tria.

In numerato pondo sexcenta millia. Vide Numero.

Auri quinque pondo abstulit. Cic. pro Cluentio, 143.

Duo pondo. Liuius 5. Decad. lib. 4. 53. Quint. lib. 6. capit. 4, Torqueum aureum centum pondo.

Decem pondo auri. Cic. in Parad. 25.

Centum pondo uasorum argenteorum. Cic. 2. de Inuent. 209.

Pependēre pondo DCC. Plin. lib. 9. cap. 30. 5.

Mellis pondo decem. Colum. lib. 12. cap. 41, Ibidem, capit. 51, Cum olei pondo octoginta.

Pondo, Pondus duodecim librarum. Liuius Decad. 3. libro 2, Argenti pondo bina, & sex libras in militem præstaret. Sic docet Calepinus. Sed legendum est, selibras: nec illic pondo aliud significat quàm libram. Locus Liuij est Decad. 3. lib. 2.

Pondo, Idem quod pondus. Apud Liuium 4. ab Vrbe, 86, Scribitur coronam auream libræ pondo Ioui dicatam fuisse. Plaut. Menæch. 12. 18.

Pondo ducentūm, nouē. Varro de uita populi Rom. Delphos Apollini munera misit, cornua aurea pondo ducentūm. Idem lib. 4, Itaq; retulit auri pondo mille octingentūm septuaginta quinq;. Græci enim heroa mille dixerūt. Nonius.

Dodrans pondo. Colum. libro 12. cap. 12, Sextarum atq; cum dodrante pondo mellis diluūt Ibidem, cap. 20, Amomi pondo quadrans. Ibidem, cap. 33, Adde pondo libram.

Plus pondo. Gellius lib. 2. capit. 24, Neq; argenti in conuiuio plus pondo quàm libras centum illaturos.

Pondus] pònderis, penul. cor. n. g. (βάρος, ἄρσος, ἀσσάριον, γάθμη) Quod graue est. Cicer. in Som. Scip. 16, In terram feruntur omnia nutu suo pōdera. Plin. lib. 12. cap. 5. 1, Ficus ramis diffunditur uastis, quorū pondera in terrā curuātur.

Saxi pondus. Lucret. lib. 1. 92.

Pondus, pro onere. Virgil. 5. Aeneid. 83.

——gemuit sub pondere Cymba.

Pinus tarda pondere. Virgil. 5. Aeneid. 32.

Extra pondus & plagam motus oritur. Cic. de Fato, 34.

Breue pondus. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 8.

Flagellata pondera. Stat. 3. Thebaid. 7.

Ima flagellatis signum lugubre malorum
Ponderibus trepidauit humus. Physici dicunt, quòd suis fixa ponderibus in aere librata pendeat tellus: & omne graue quum pendet, si motum habeat, flagellatur: flagellatur ergo terra, quum enim in medio fuerat aere librata, motum passa est, suis flagellata ponderibus.

Graue pondus. Ouid. 7. Metam. 24.

Iaculabile pondus. Stat. 6. Thebaid. 132.

Immane pondus. Vide Immanis.

Immensum pondus. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 9.

Iners pondus. Ouid. 1. Metam. 2.

Ingens pondus. Ouid. 13. Metam. 18.

Iniquum pondus. Virgil. 1. Georg. 33.

Irreuocabile pondus anchoræ. Vide Irreuocabilis.

Iustum pondus. Ouid. 1. Metam. 32.

Leue pondus. Ouid. 2. Metam. 33.

Magnum pondus. Vide Magnus.

Maturo pondere grauis uenter. Ouid. 9. Metam. 138.

Muralia pondera uasti saxi. Lucan. lib. 6. 39.

Reuolubile pondus. Ouid. in Ibin, 39.

Ruitura pondera. Claud. 7. Panegyr. 13.

Solida pondera. Lucret. lib. 1. 200.

Vix tractabile pondus. Stat. 5. Sylu. 1. 17.

Aggrauare pondus. Vide Aggrauo.

Nam cadere aut bruto deberent pondere pressæ. Lucret. lib. 6. 22. Quidam legunt, abrupti & pressi.

Cedere ponderi. Vide Cedo.

Vasto ponderē ad terram concidit. Virgil. 5. Aeneid. 90.

Deducere pondera deorsum. Lucret. lib. 2. 42.

Rostrata ora nauium graui pondere ducuntur contra latrones. Horat. Epod. 4. 4.

Excutere pondus. Senec. epist. 92.

Pondera cæleſti mente paterna feret. Ouid. 1. Fast. 107. id est, patrem ipsum. de Aenea qui patrem tulit.

Concita ponderibus suis feruntur. Lucret. lib. 5. 38.

Feruntur in terram omnia suo nutu pondera. Cicero in Somnio Scip. 16.

Et grauius iusto pallia pondus habent. Ouid. 20. epist. 35.

Moueatur & feratur, nulla re impediente, omne pondus necesse est. Cic. de Fato, 71.

Niti ualido sub pondere. Virgil. 3. Georg. 35.

Aspice conuexo nutantem pondere mundum. Virgil. 4. eclog. 10.

Subito pondere procubuit turris. Virg. 9. Aeneid. 108.

Ictaq; subsedit pondere mollis humus. Ouid. 1. Fast. 114.

Tolerare pondus tauri ruentis in Venerem. Horat. 2. Carm. ode 5. 1.

Saxa quoque infesto uoluebant pondere. Virg. 9. Aeneid. 103.

Grauitas & pondus. Cic. de Fato, 38.

Pondus,

Pondus. Quod librando ad ſtateram ponderatur. Cicer. de Senect. 51, Magnum auri pondus.
Grande pondus argenti. Cic. de Senect. 9.
Magnum optimi argenti pondus. Cic. 2. Philip. 76.
Magnum pondus auri. Virgil. 3. Aeneid. 10.
Ignotum pondus argenti. Virgil. 1. Aeneid. 73.
Pondus, pro numero aliquando ponitur, Nonio teſte. Varro de uita populi Romani, E Græcia comportaſſe magnum pondus omnium artificum.
Pondus, pro Libra. Cic. pro Cn. Plancio, 64, Sed ego hoc meis ponderibus examinabo, non ſolùm quid cuiq; debeam, ſed etiam quid cuiuſq; interſit, & quid à me cuiuſq; tempus poſcat. Idem 1. Tuſc. 69, Quum enim ſui ſimilem & leuitatem & calorem adeptus, ſiquam paribus examinatus ponderibus, nullam in partem mouetur.
Tellus ponderibus ſuis librata. Ouid. 1. Metamorph. 3.
Nec circumfuſo pendebat in aere tellus
Ponderibus librata ſuis.
Senectæ amara pondera. Ouid. 9. Metam. 69.
Et pondus ueteris triſte ſupercilij. Senec. Hippol. 6. 13.
Pondus conſcientiæ graue. Cic. 3. de Nat. Deor. 123.
Imponere pondus alicui. Ouid. 2. Faſt. 25.
Nec potui cœpti pondera ferre mei. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. 6.
Pondus, pro Authoritate ſiue exiſtimatione.
Grauior omni pondere habenda eſt honeſtas, quàm cætera omnia. Cicero 3. Offic. 45.
Dulce loquendi pondus. Claud. 8. Paneg. 4.
Amabile pondus mentis. Silius lib. 8. 122. de Bruto.
Teſtimonij pondus. Cic. in Topic. 38.
Pondera uerborum. Cic. 2. de Orator. 40.
Accedit magnum pondus ad tollendam dubitationem. Vide Accedo.
Addere pondus nugis. Horat. 1. epiſt. 20. 9.
Afferre pondus. Vide Affero.
Habere pondus, pro grauem eſſe, & non leuem. Cicero ad Atticum, lib. 11. 21 4. 2, Addis etiam, cæteris quoq;, id eſt qui pondus habeant, factum noſtrum probari.
Habere pondus apud aliquem. Cic. 3. Ver. 102, M. Marcelli tutoris authoritas apud te ponderis nihil habebat.
Immutabile & graue pondus ineſt ſanctis uerbis. Statius. 1. Thebaid. 43.
Eodem eſſe pondere apud. Cic. ad Atticum, lib. 10. 192. 2, Eius igitur mihi uiuit authoritas, & ſimillimus eius ſi. ius eodem eſt apud me pondere quo fuit ille.
Magni ponderis eſſe. Cic. pro Plancio, 3. Idem Cælio, lib. 2. 18. 7, Sed tuæ literæ maximi ſunt apud me ponderis.
Momentum & pondus. Cic. in Vatinium, 7.
¶ Ponduſculum, ponduſculi, penul. corr. Dimin. (βαρύδιον) Plin. lib. 14. cap. 16. 6, Inter flores ex roſæ foliis tuſis in linteolo in muſtum colatis cum ponduſculo ut ſidat, &c.
¶ Ponderoſus, penul. prod. Adiectiuum (βαρὺς, ὑποβολικῶς) Quod eſt grauis ponderis. Varro 1. de Re ruſt. capit. 11. 7, Ex ſudore eius lana fit mollior & ponderoſior, & colore meliore.
Ponderoſa epiſtola, pro Longa, & multa continente. Cic. ad Atticum, lib. 2. 26. 2.
¶ Ponderitas, ponderitatis. Att. Pragmatic. libro 2, Et cuncta fieri cætera iubet illa, non quod ponderitatem, grauitatémque hominis. Nonius.
¶ Pondero, ponderas, penul. cor. (ἱστάω, ἵστημι, σταθμάω, σταθμίζω) ponderare, Librare. Plinius libro 18. capit. 7. 17, Si quis granum ipſum ponderet.
Sinus ponderare amatorum. Propert. lib. 2. eleg. 17. 3.
Ponderare, per translationem, pro conſiderare & examinare. Cic. 2. Offic. 83, Graui uerò homini, & ea quæ fiunt, iudicio certo ponderanti, probari poſſe nullo modo.
Æſtimare, & ſuo momento ponderare unamquamq; rem. Cic. pro Fonteio, 10.
Iudex non ſolùm quid poſſit, ſed etiam quid deceat, ponderare debet. Cic. pro Rab. Poſthumo, 8.
Cauſus ponderare. Cic. pro Plancio. 68.
Cauſas ponderare uocibus, non ratione. Cic. pro Cecin. 45.
Conſilia euentis ponderare. Cic. pro Rab. Poſth. 1.
Crimina ponderare magnitudine ueru ipſarũ. Cic. 3. Verr. 29.
Fidem ex fortuna ponderare. Cic. in Partit. 64.
Fortunam cuiuſq; non euentis, ſed factis ponderari. Cicero in Piſonem, 78.
Officia alicuius ponderare. Cic. ad Curionem, lib. 2. 5. 3.
Re, non uerbis ponderantur diuitiæ, bona ualetudo, cæteraq; generis eiuſdem. Cic. 5. Tuſcul. 168.
Voluptatibus & doloribus omnia ponderant Epicurei. Cicero 1. de Legib. 56.
Non quantum quiſq; proſit, ſed quanti quiſq; ſit, ponderandum eſt. Cic. de claris Orat. 139.
In hoc uerborum genere propriorum delectus eſt quidam habendus, atq; is aurium quodam iudicio ponderandus. Cicero 3. de Orat. 83.
Pone] præpoſitio antiqua (ὀπίσω) pro Poſt: accuſatiuo iungitur: contrarium habet Ante. Plaut. Pœn. 8. 34 4, Pone nos recede. Liu. 10. bell. Maced. 125, Pone caſtra utrique pabulatum & lignatum ibant.
Pone & Ante. Cic. de Vniuerſ. 47, Quumq; inter ſe penè contingant, eos qui propè copulentur, contrariaq; regione, aut pone quos, aut ante labantur, quiſq; temporibus à noſtro aſpectu obliteſcunt.
¶ Ponè, Aduerbium (ὀπίσθεν) Retrò ſignificat, ſiue à tergo, cum accentu in ultima. Virgil. 2. Aeneid. 145,
Ponè ſubit coniunx, ferimur per opaca locorum. Seruius. Valerius Max. lib. 1, Ponè reſpiciens animaduertit immenſæ magnitudinis ſerpentem.
Poncropolis] penul. prod. (πονηρόπολις) Thraciæ ciuitas ſub Rhodope mõte ſita: deinde Philippopolis ab inſtauratore, & poſtremò Trimontium à ſitu dicta. Plin. lib. 4. cap. 11.
Pono] ponis, poſui, poſitum, penul. cor. (τίθημι, ἅξω) ponere, Collocare & conſtituere. Variat autem ſignificationem pro ſibi adiuncto nomine, aut pro uaria conſtructione.
Accuſatorem ponere. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 12. 6.
Poſita ad fores arbor. Plin. lib. 16. cap. 10. 4.
Ponere ante. Plinius lib. 9. cap. 35, 17, Ex præcepto miniſtri unum tantùm uas ante eam poſuêre aceti.
Contra legem loquendi ſunt poſita. Quintil. lib. 1. cap. 8. 9.
Collocare & ponere. Cic. 7. Verr. 30.
Ponere & defigere. Cic. pro Flacco, 2.
Ponere in admirandis: pro, Inter admirãda. Plin. lib. 31. ca. 2. 11
Ponere aliquid in admiratione: pro, Admirari. Plinius libro 28. cap. 8. 5.
Ponere in æqualitate. Cic. 1. de Legib. 56.
Ponere aliquem in æquo duobus ſummis. Liu. 9. bel. Maced. 206.
Poſitus extra omnem ingenij aleam Cicero. Plinius in Præfat. lib. 3.
Amplitudo ac dignitas omnis in uirtute poſita eſt. Cic. Lentulo, lib. 1. 5. 6.
Animum, curam, cogitationemq; ſuam in omnium laude undique colligenda ponere. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 61.
Aras ponere. Virgil. 3. Aeneid. 81.
Argumentum ponere. Cic. 2. de Orat. 118.
Et ſale tabentes artus in littore ponunt. Virgil. 1. Aeneid. 36.

Poſita in auribus omnium uirtus alicuius. Cicero ad Quin. fratrem, lib. 1. 1. 13.
Beneficium apud aliquem bene ponere, quod & collocare dicitur. Cicero ad Sulpitium, lib. 13. 27. 8, Scriberem quàm id beneficium bene apud Meſcinum poſiturus eſſes, niſi & te ſcire confiderem.
Præclariſſimè apud aliquẽ ponere. Cic. pro Silio, lib. 13. 65. 7.
Ponere beneficium in Repub. Cic. pro Syll. 19.
Calculum ponere. Columel. lib. 3. cap. 3. 7. Vide Calculus.
Plinius epiſt. 96.
Capillos ponere ſine arte. Ouid. 4. epiſt. 4. 16.
Caput ponere. Virgilius 5. Aeneid. 168. id eſt, Componere ad quieſcendum.
Carinas ponere. Curtius lib. 10. hoc eſt, extruere.
Caſtella ponere. Cæſ. 3. bell. Ciuil. 222, Caſtellaq; his locis poſuit.
Caſtra ponere, Caſtrametari. Cic. Octauiano, 2, In urbe milites uagantur, in campo caſtra ponuntur.
Ponere caſtra apud Corſinium. Cic. ad Attic. lib. 8. 164. 1.
Ponere caſtra in aperto. Liu. 6. bell. Maced. 75.
Ponere caſtra in plano. Liu. 5. ab Vrbe, 132.
Ponere caſtra ad murum. Cic. Attic. lib. 9. 186. 1.
Velocis iaculi certamina ponit in ulmo. Virg. 3. Georg. 106.
Pro certo ponere. Liu. 10. ab Vrbe, 39. Id ne pro certo ponerem, uetuſtior annalium author Piſo effecit.
Ceruicem inflexam ponere. Virg. 3. Aeneid. 126.
Collum poſuit puluere. Horat. 4. Carm. ode 6. 3.
Comas ſuas ponere in ſtatione. Ouid. 3. de Arte, 87.
Poſita in coniectura. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 5. 10.
Conſilium in fortuna poſitum. Cic. ad Attic. 14. 314. 6.
Ponere in conſpectu. Cic. 4. Tuſc. 101, Continet autem ſedationem omnem animi humana in conſpectu poſita natura.
In conſpectu animi aliqua ponere. Cic. 3. de Orat. 88.
Ponere in contentione rem aliquam. Cic. pro Cælio, 44.
Ponere in caput, uel in capite coronam. Gellius lib. 3. cap. 15. Idem, lib. 5. cap. 14.
Ingenuũ dura ponere corpus humo. Ouid. 3. Amor. eleg. 10. 2.
Crimen in teſtibus poſitum. Cic. 4. Verr. 82.
Ponere in crimen. Plaut. Trinum. 11. 8.
In nefario crimine, atq; fraude capitali aliquid alicui ponere. Cic. 2. de Orat. 109.
Cubilia ponere. Virg. 6. Aeneid. 55,
Veſtibulum ante ipſum, primiſq; in faucibus Orci,
Luctus, & ultrices poſuêre cubilia curæ.
Ponere in culpa & ſuſpicione. Cic. pro Cluentio, 100.
Extra omnem culpam cauſamq; ſe ponere. Cic. de Vniuerſ. 52.
Curam in rẽ aliqua ponere. Cic. 1. de Diuin. 152, Omnem curã in ſiderum cognitione poſuerunt.
Cuſtodes & limina ponere alicui. Propert. lib. 2. eleg. 6. 8.
Cuſtodias portis ponere. Hirtius lib. 5. bel. Africani, 356.
Poſitus cuſtos in frumento publico. Cic. pro Flacco, 35.
Cuſtodia poſita eſt noſtræ puellæ. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 1.
Diem tecum libentius poſuerim, quàm omne tempus cum pleriſque eorum quibuſcum uiuo neceſſario. Cicero Meſcino, libro 5. 21. 3.
Diem totum in conſideranda aliqua reponere. Cicero de claris Orator. 44.
Dies multo ponere in rem aliquam. Cic. ad Attic. lib. 11. 228. 3.
Domos ponere ſub terris. Virg. 1. Georg. 37.
In dubio ponere. Liu. 4. bel. Maced. 22.
Eloquentiam in orationis celeritate ponunt quidam. Cicero in Orat. 29.
Epulas ponere. Ouid. 4. Faſt. 109.
Exemplum ponere. Cic. pro Cluentio, 94.

In extremo ponere. Cic. ad Brutum, lib. 11. 16. 7.
Poſitus in exceſſiſſimo faſtigio humani generis. Plinius in Præf. 4.
Fidem pignori ponere. Plautus Capt.
Et meam eſſe fidem hic pro te poſitam pignori, hoc eſt, fidem meam propter te obligatam eſſe.
Finem ponere ſcelerum. Lucan. lib. 5. 63.
Finem uitæ ſibi poſuit. Tacit. lib. 5. De Tiberio.
Fœdera ſunt ponenda prius, ſignandaq; iura. Propert. libro 3. eleg. 20. 3.
Formidinem improbis ponere. Cic. 4. Catil. 80.
In fortuna poſita res. Cic. 2. de Diuin. 22.
Fructum ponere. Cic. ad Furnium, lib. 10. 25. 8, Maioremq; fructum ponere in perpetuitate laudis, quàm in celeritate Præturæ.
Fundamenta ponere. Cic. in Piſonẽ, 6, Ergo his fundamentis poſitis Conſulatus tui, triduo poſt inſpectãte & tacẽte te, &c.
Ponere fundamenta alicuius rei in uoluptate. Cicero 2. de Fin. 114.
Fundamina prima fauis ponere. Virg. 4. Georg. 33.
Poſiti in extremis & ultimis gentibus. Cic. 7. Verr. 130.
Suppliciter poſito procubuêre genu. Ouid. 2. Faſt. 88.
Ponere in gloria, Ad gloriã, uel pro gloria referre. Liu. 6. bel. Pun. 187, Et ut ad mœnia urbis Romæ nullo prohibente ſe peruenîſſe in gloria ponebant, ita pigebat irriti incœpti.
Ponere in gloriam. Salluſt. contra Cic. 2, Qui ciuitatis incommodum in gloriam ſuam ponit. id eſt, conuertit: hoc eſt, ex incommodo ciuitatis parit ſibi gloriam.
Ponere aliquem in gratia, uel gratiam apud alterum. Cicero ad Atticum, lib. 5. 90. 2. Ibidem, 98. 5.
Haſtam in foro ponere. Cic. 2, Offic. 122.
Poſita in oculis gratia. Cic. pro Muræna, 18.
Humi poſitus. Ouid. 3. Metam. 84.
Intelligentiam in audiendi faſtidio ponere. Cicero de Opt. gen. Orator. 248.
Initia ut malè poſuimus, ſic cætera ſequentur. Cicero Attico, lib. 10. 208. 5.
Inſidias ponere. Cic. pro Roſc. Amer. 60, Non illum miſerum, ignarum caſus ſui, redeuntem à cœna uidetis? nõ poſitas inſidias? non impetum repentinum?
Inſidias ponere contra aliquem. Cic. 2. pro lege Agrar. 54.
Hic iuuenem agreſti ſublimem in ſtramine ponunt. Virgilius 11. Aeneid. 14.
Ius in natura poſitum eſt. Cic. 1. de Leg. 51.
Non eſt enim poſitum in labore aliquo, ſed in quadam inductione animi & uoluntate. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 48.
Latus ſaxo ponere. Valer. 4. Argon. 76.
Ponere in æqua uel pari laude. Cic. in Topicis, 37, Si cõſilio iuuare ciues & auxilio, æqua in laude ponendũ eſt, pari gloria debent eſſe ij qui conſulunt, & ij qui defendunt.
Leges ponere, Condere. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 21.
Ponere in legibus, pro Statuere. Cato de Re ruſt. in Procem. r.
Legiones ponere. Cic. ad Atticum, lib. 9. 188. 1, Legiones ſingulas poſuit Brunduſii, Tarenti, Siponti.
Libertatem in aliqua re ponere. Cic. pro Plancio, 75.
Limina ponere. Martial. lib. 9. 49.
Loco alterius poni. Cic. Octauio, 9, Cui hoſtis relinquitur? cuius hoſtis loco ponitur?
Ponere loco contumeliæ uel criminis aliquid alteri. Cicero in Piſonem, 24. Idem pro Cælio, 2.
Ponere in beneficij loco. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4. 36.
Ponere celebri loco. Plin. epiſt. 6. lib. 3.
Ponere pro loco. Quint. lib. 15. cap. 12.
Ponere in lucro, Modus loquendi, quum aliquid boni præter

ſpem euenit. Cic. *Quieſcant igitur, & me hoc in lucro ponere, atq; aliud agere patiantur.*
Ponere in manu alicuius. Liu. 8. *ab Vrbe,* 71.
Ponere in medio ſententias philoſophorũ. Cic. 1. *de Nat. deo.* 20.
Poſita in medio, pro Manifeſta. Cic. 1. *Verr.* 18.
Menſam poni iubet. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 3. 30.
Merum ponere in gemma. Ouid. 8. *Metam.* 115. *id eſt, in pocula gemmis ornato.*
His ego nec metas rerum, nec tempora pono. Virg. 1. *Aen.* 56.
Ponere aliquid in metu. Cic. *ad Attic. lib.* 12. 26. 0. 4, *Hoc metuere, alterũ in metu non ponere.* Eidem, *lib.* 14. 319. 3.
Ponere res ſuas in minimis: id eſt, in minimis rebus habere, uel minimi æſtimare. Cic. *Marcello, lib.* 4. 9. 11.
Modum creſcendi ponere. Lucan. *lib.* 1. 17.
Modum ponere exitijs. Virg. 7. *Aeneid.* 26.
Modum orationi ponere. Tacit. *lib.* 4.
Moreſq; uiris, & mœnia ponet. Virg. 1. *Aeneid.* 54.
Poſitum in more & inſtituto maiorũ. Cic. 2. *pro lege Agr.* 17.
Mortem in malis ponere. Cic. 3. *de Fin.* 44.
Multum ponere in arte. Cic. 4. *Acad.* 163.
Ponere multum in fortuna. Cic. 5. *de Fin.* 131.
Ponere multum in fidei alicuius. Cic. *ad Atticum, lib.* 2. 38. 4.
Multum quoq; in tua fide ac diligentia poſitum eſt. Quintil. *Typhoni,* 3.
Multum ponere in alicuius miſericordia. Curtius *lib.* 5.
Munus ponere. Liu. 4. *bel. Maced.* 185, *Vt pop. Romanus dignis datam libertatem, ac munus ſuum bene poſitum ſciret.*
Dũ bene ponẽdi munera tẽpus habes. Ouid. 2. *Amor. eleg.* 3, 4.
Bruma poſuit niues. Seneca *Theb.* 2. 11.
Niues poſitæ. Horat. 3. *Carm. ode* 10. 2,
— *& poſitas ut glaciet niues*
Puro numine Iuppiter? id eſt (inquit Acron) deorſum miſſas. poſt niues enim miſſas ſi flat Aquilo, eius frigore ſolidantur.
Nomen alicuius ponere. Ouid. 4. *de Ponto, eleg.* 3. 1.
Nomen ponere alicui. Virg. 7. *Aeneid.* 13.
Nomen alicui ponere inſano, Quendam nomine inſani appellare. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 3. 10.
Nomina rebus ponere. Cic. 1. *de Nat. deor.* 64.
In numero oratorum aliquem ponere. Cic. *de claris Orat.* 85.
Numinos in fœnore ponere. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 2. 3.
Ante oculos ponere rem aliquam. Cic. *in Parad.* 11, *Ponite ante oculos unumquemq; regum.*
De rebus ante oculos poſitis diſputare. Cic. 1. *Acad.* 7.
Ante oculos ponere ſibi: id eſt, conſiderare. Ouidius 3. *de Põto,*
Poſitum in oculis & aſpectu. Cic. 3. *Verr.* 92. (*eleg.* 1. 22.
Omnia in voluptate ponere. Cic. 2. *de Fin.* 43.
Operam ponere. Cic. *Primum enim ſtante Rep. facere ſolebamus, ut in agẽdo plus quàm in ſcribẽdo operæ poneremus.*
Ponere operam & ſtudium in philoſophia. Cic. 1. *de Fin.* 2.
Ponere operam alicui. Cic. *ad Atticum, lib.* 13. 283. 4.
Opus aliquod ponere, Conficere. Horat. *de Arte,* 7.
Infœlix operis ſumma, quia ponere totum Neſciet.
Opus ponere, Extruere. Ouid. 8. *Metam.* 32.
Orationem longam in aliqua re ponere. Cic. *de Vniuerſit.* 38.
Ponere in oratione ſua aliquid: pro, Scribere & dicere. Cic. 1. *Verr.* 14, *In quo ego quid eniti, aut quid efficere poſſim, intelligo in aliorũ ſpe relinquere, quàm in oratione mea ponere.*
Ponere ordine. Vide Ordo.
Procul ab oſtentatione poſitum. Quint. *in Proœm. lib.* 1. 4.
Ponere in ordinem. Varro 3. *de Reruſt. cap.* 13, 12.
Otia ponere. Horat. 2, *Serm. Satyr.* 7. 23.
Oua ponere dicitur gallina. Colum. *lib.* 8, *cap.* 2. 9. Ouid. 8. *Metamorph.* 52,

Propter humum uolitat, ponitq; in ſepibus oua.
Partem deo ponere. Plin. *lib.* 12. *cap.* 19. 5.
In patria omnia noſtra ponere, & quaſi conſecrare debemus. Cic. 2. *de Legib.* 9.
Pecuniam in aliquo oppido ponere. Cic. *pro Flacco,* 44.
Pecuniam ponere, Dare fœnori. Horat. *Epod.* 2. 14. *Quin. Declmat.* 9, *Nuſquam melius ponitur pecunia, quàm ubi fœnus bonitatis extenditur.*
Tunc gruibus pedicas, & ponere retia ceruis. Virgilius 1. *Georg.* 62.
Pedem ponere. Cic. 3. *Verr.* 42, *Ecquo in oppido pedem poſuit, ubi, &c.*
Pedem ponere in poſſeſſionem libertatis. Cic. 3. *Philip.* 143.
Pedem ubi ponat, in ſuo non habet. Cic. *ad Atticũ, lib.* 13. 261. 5. Idem 4. *de Fin.* 112, *Sapientia pedem ubi poneret, non habebat, ſublatis officijs omnibus.*
Ante pedes ponere. Propert. *lib.* 2. *eleg.* 11. 4.
Poni poſt aliquem, Poſthaberi alicui. Ouid. 2. *Metam.* 110.
Poteſtatem dicendi in honore atq; in beneficio ponere. Cicero *pro Cluentio,* 44.
Poſitus in poteſtate illius. Cic. *pro lege Manil.* 33, *Non ut in illius poteſtate fortunam poſitam eſſe dicam.*
In poteſtate ſapientis totum ponere. Cic. 2. *de Fin.* 237.
Inuitat precijs animos, & præmia ponit. Virg. 3. *Aeneid.* 58.
Præmia ponere circum compita. Virg. 2. *Georg.* 77.
Præſidium in loco aliquo ponere. Cæſ. 2. *bel. Gal.* 253.
Principem aliquem ponere. Cic. 4. *Acad.* 4.
Ponere in promptu, & Contegere ſiue abdere, contraria. Cicero 1. *Offic.* 176.
Quantum in prudentia tua & fide ponam, credibile non eſt. Cic. *Attico, lib.* 2. 38. 4.
In publico tabulas obſignatas lex poni uoluit. Cic. *pro Flac.* 16.
Rationem ponere cum Orco. Vide Orcus. Columella *libro*
Retia ponere. Ouid. *lib.* 1. *de Arte,* 53. (1. *cap.* 3. 1.
Rudimenta uirtutis ponere. Quintil. *Declamat.* 3.
Salutem in pecunia ponere. Cic. 2. *Verr.* 6.
Salus noſtra in uno te poſita eſt. Ouid. 3. *Metam.* 130.
Bene ſe ponere. Q. Cic. *de Petit. Conſul.* 18.
Se extra culpam ponere. Cic. *de Vniuerſ.* 52.
Se totum in re aliqua ponere. Cic. 1. *Tuſc.* 71.
Toro ſe ponere. Ouid. 11. *Metam.* 95.
Semina ponere humo. Propert. *lib.* 2. *eleg.* 12. 1.
Sententiam ſuam ponere. Quintil. *lib.* 3. *cap.* 1. 16.
Poſitus in ſententijs hominum. Plaut. *Epid.* 10. 80.
Signa ponere nouis præceptis. Scribere & conſignare. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 4. 4. 1.
In ſolem ponere. Cato *cap.* 7. 3.
Sortes ponere: pro, Facere ſortem. Plaut. *Caſin.* 9. 22.
Spem ponere, Sperare. Plaut. *Capt.* 18. 4.
— *neq; ſpem ponas me bonæ frugi fore.*
Spem ponere in. Cic. *ad Atticum, lib.* 6, 111, 20, *In Põpeio te ſpẽ omnem otij ponere non miror.*
Spem ponere in armis. Virg. 2. *Aeneid.* 136.
Ponere ſibi aliquid in ſpe optima. Cic. *ad Atticũ, lib.* 13. 280. 4.
Studium ſuum & officium apud aliquem ponere, Collocare & conferre. Cic. *Thermo, lib.* 13. 56. 8, *Sed tantum ſtudium, tamq; multam operam in eo ponendam non arbitrantur.* Cic. 1. *de Fin.* 8. 2.
Studium ſuum omne in aliquibus artibus cognoſcendis atque tractandis ponere. Cic. 1. *de Orat.* 31.
Subſidium ponere in Cæſ. 2. *bel. Gal.* 274, *Omnes in fuga ſibi ſubſidium poſuerunt.* Cic. 1. *de Orat.* 133.
Summum bonum in animo ponere. Cic. 3. *de Fin.* 45.
Ponere ſummum bonum in uirtute. Cic. *de Amic,* 19.

Sumptum

Sumptum ponere, quod & Facere dicitur. Cic. *ad Quint. fratrem, lib.* 3. 17. 7.
Templum ponere, Condere. Virg. 3. *Georg.* 2.
Templa, ſtatuas ponere alicui. Virg. 6. *Aeneid.* 4,
— *poſuitq; immania templa. Vnde in antiquis marmoribus legimus,* BENEMERENTI POSVIT. Plin. *epiſt.* 17. 4, *Neq; enim magis decorũ & inſigne eſt, ſtatuã in foro populi Romani habere, quàm ponere.* Cic. *pro Domo ſua,* 63, *Qui Titi ob eam legẽ ſtatuã in ædibus meis poſuit.*
Tempus ponere in re aliqua. Cic. *Senatui, lib.* 15. 2. 7.
Tempus in aliqua cogitatione ponere. Cic. 3. *de Orat.* 10.
Tempus & diem ponere. Cic. *Meſcino, lib.* 5. 21. 3, *Vnum medius fidius diem tecum libentius poſuerim, quàm hoc omne tempus cum pleriſq; eorum quibuſdam uiuo neceſſariò.*
Ponere multum temporis in aliquo loco. Cic. *ad Att. lib.* 1. 8. 2.
Poſita ſub niue terra latet. Ouid. 2. *Faſt.* 15.
Tumulo in eodem poni. Ouid. *ad Liuiam,* 33.
Tyrocinium ponere. Liu. *Decad.* 5. *lib.* 5. 160.
Venenum ponere alicui cum cibo. Liu. 6. *ab Vrbe,* 171.
Verbum aliquod in oratione ponere. Cic. *in Orat.* 45. & 14.
Verba in uſu quotidiano poſita minus timeremus. Quintil. *libro* 2. *cap.* 10. 7.
Verbum diuitis in aliquo ponere. Cic. *in Parad.* 54.
Ponere uerba alicuius in re aliqua: pro, Adducere in teſtimonium. Plin. *lib.* 13. *cap.* 13. 2.
Nũc itaq; & uerſus et cætera ludicra pono. Horat. 1. *epiſt.* 1. 2.
Veſtigia ponere. Horat. 1. *epiſt.* 20, 5. Cic. 3. *Philip.* 146, *Quas fecit ſtrages, ubicunq; poſuit ueſtigias?*
Ponere ueſtigium in aliquam hiſtoriam. Cic. 5. *de Fin.* 9.
In ui & armis poſita eſt potentia. Cic. *Bruto,* 10. 5.
Vim omnem dicendi in arte ponere. Cic. 1. *de Orat.* 55.
Vitam ponere in adminiſtratione Reipub. Cic. *ad Papirium, libro* 9. 24. 12.
Poſita uita in manu alterius. Cic. *pro Quintio,* 3.
Vitem ponere: id eſt, deponere, & depangere. Columella *libro* 4. *cap.* 1.
Vites ordine ponere. Virg. *eclog.* 2. 15.
Ponere in dictionem aliquam. Cic. 3. *Tuſc.* 23.
Grauius uituperationem ponere: cui Lenius opponitur. Quintil. *lib.* 6. *cap.* 3. 25.
In ultimis ponere. Plin. *lib.* 17. *cap.* 12. 4.
Vrbem ponere. Ouid. 3. *Metam.* 26,
Quum poſuit iuſſam Phœbeis fortibus urbem.
Vrbem ponere in montibus. Virg. 8. *Aencid.* 11.
In uſu poſitum. Cic. *pro lege Manil.* 20.
Poſitus extra uulgarem uſum. Quintil. *lib.* 9. *cap.* 3.
Ponere in tranſuerſum. Plin. *lib.* 16. *cap.* 42. 1.
Ponere in diſcrimine: pro, Alicuius momenti facere. Liuius in *Præf. lib.* 1. *ab Vrbe,* 5.
Ponere ſub conſpectu. Senec. *de Benef.* 7.
Medicinã in uſu & experimẽtis ponere. Celſ. *lib.* 1. *in Proœm.*
Pacem ſumere & ponere. Propert. *lib.* 2. *eleg.* 1. 8.
Precium ponerẽ alicui rei. Seneca *epiſt.* 1.
Quæſtionem ponere: id eſt, proponere. Seneca *epiſt.* 50.
Rudimenta uirtutis ponere. Quintil. *Declamat.* 3.
Ponere, pro Proponere. Cic. 1. *Tuſc.* 13, *Ponere iubebã de quo quis audire uellet, & id aut ſedens, aut ambulans diſputabã.*
Breuiter, quæ erunt ſatis aperta, ponemus. Cic. *in Partit.* 26.
Exempli cauſa ponere aliquid. Cic. 3. *Off.* 23.
Suo uno aſpectu, ratione & diſtributione, omnia quæ in re diſperſa atq; infinita uidẽtur eſſe, ponere. Cic. *de Petit. Conſ.* 1.
Ad ſcribendum poni. Cic. *Pæto, lib.* 9. 15. 10.
Ponere quæſtiunculam: pro, Proponere, uel opponere. Cic. 1. *de Orat.* 51.

Virginitas posita. Ouid. 6. Fast. 26.
Vitam ponere, Mori. Propert. lib. 2. eleg. 17. 1.
Vitia ponere. Cic. 3. de Orat. 26.
Ponto, pro Duco, arbitror. Cic. in Brut. Hoc loco ipsum Domitium non relinquo. Nam etsi nō fuit in oratorū numero, tamen pono satis in eo fuisse orationis atq; ingenij, quo & magistratus personam, & consularem tueretur.
Ponere, pro Componere & tēperare. Horat. 1. Carm. ode 3. 3,
— quo non arbiter Adriæ
Maior, tollere seu ponere uult freta.
Ponere, Apponere. Martialis lib. 8. 23,
Inuitas ad aprū, ponis mihi Gallice porcum. Sic lib. 1. 127.
Hinc poetæ fabulas & scripta sua ponere dicebantur, quod ea in scena spectatoribus, quasi in cōuiuio apponebant. Iuuen. Satyr. 1. 16,
Pone Tigillinum. id est, affer in scenam aliquid de Tigillino scriptum.
Ponere. Horat. 4. Carm. ode 8. 2,
Hic saxo, liquidis ille coloribus
Solers nunc hominum ponere, nūc deum. id est, formare, pingere. Acron.
Ponere pallium, aut aliquid aliud, quod & Deponere dicitur. Plautus Curcul. 7. 76.
Ponere pāgina pocula: id est, Deponere in sponsionem. Virgilius 4. eclog. 8.
Pone eum esse uictum. Terent. Phorm. 4. 3. 25.
Ponunt philosophi: id est, statuunt, censent, decernunt, scribūt. Plin. lib. 11. cap. 52. 2. Aristoteles nitæ breuis signa ponit raros dentes. Cic. 4. de Fin. 42, Sed primum positum sit, nosmetipsos commendatos esse nobis.
Longè & retrò ponenda omnia, quæ sine honestate sunt. Cicero 5. Tuscul. 126.
Positum est in te ut, & c. id est. In te situ est. Cic. Attico, lib. 12. 245. 2, Sed si perficitur de hortis Silij, hoc est, si perficis (est enim totum positū in te) nihil est scilicet quod de Cotta cogitemus. Eidem, lib. 16. 342. 2.
¶ Positus, pen. corr. Participium (τιθεὶς) ut,
Positis omnium aliarum rerum curis. Liu. 7. ab Vrbe, 147.
Positus, Examinatus. Virg. 4. Aeneid. 137,
— sic te ut posita, crudelis abessem? Seruius.
Positus super armamentarium, Præfectus armamentario. Curtius libro 6.
¶ Posta, pro Posita. Lucret. lib. 3. 176,
Semina sæpe in eodem, ut nunc sunt ordine posta.
¶ Positurus, pen. prod. (θέσων) Ouid. 3 Metam. 95,
Nec mihi mors grauis est posituro morte dolores.
¶ Positor. pen. corr. (κτίστης) Ouid. 9. Metam. 91,
— & in Aside terra
Mœnia constituis, positoris habentia nomen.
Templorum positor. Ouid. 2. Fast. 13.
¶ Positus, huius positus, pen. corr. m. g. (θέσις) Id est, Positio, siue situs. Ouid. 4. Fast. 84,
Trinacria, à positu nomē adepta loci. Cels. in principio lib. 8, Prius positus ostium, figuraq; indicabo.
Locorum positus. Stat. 5. Sylu. 3. 48. Tacitus lib. 4, Quæ positu regionis à tergo illis. Idem lib. 5, Ille positus siderum, ac spacia dimensus.
Vrbs melius defensa positu. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 7. 5.
Mœnibus & positu uix adeūda loci. Ouid. 1. de Pōto, eleg. 9. 3.
Variare capillos positu. Ouid. de Medicamine faciei, 4.
Variare comas positu. Ouid. 2. Metam. 83.
¶ Positiuus, pen. prod. Adiectiuum (θετικὸς) Quod primò positum est, nec aliunde deriuatum. à quo Grāmatici Positiuum à comparatiuo & superlatiuo distinguunt, quòd illud sit quasi fundamentum istorum.
¶ Positura, posituræ, pen. prod. (θέμα) Nota, qua sensus in oratione distinguitur. Lucret. lib. 1. 168.
Dissoluuntur enim posituræ principiorum. Lucre. lib. 2. 190.
Positura, Situs siue positio. Gellius lib. 14. cap. 1, Vt animadueretur quo habitu, quaq; forma, quaq; positura stellarum aliquis nasceretur. Idem lib. 5. cap. 3, Iunctura, posituraq; ligni, scitè peritèq; factam considerat. Sic syllabam esse longam positura dicimus.
¶ Positio, Verbale (θέσις, θέμα) Plin. lib. 18. cap. 5. 3, Vt solum sua uirtute ualeat, qua dictum est, positione.
Loci positio. Quintil. lib. 3. cap. 7. 19.
Positio cæli, pro Situ, uel statu alicuius rei ad aliquē cæli uel solis partē: quidā aspectū uocant. Columel. lib. 1. cap. 6. 12.
Positio urbis. Cic. pro Flacco, 48.
Positio campestris. Colum. lib. 1. cap. 2. 4.
Positionis arbustiuæ exēplo. Col. lib. 4. cap. 1. Vide Arbustū.
Positio, apud Oratores. Quintil. lib. 9. cap. 4, Tēpus enim solum (alij sonum legunt) metitur, ut à sublatione ad positionem iisdem sit spacijs pedum.
Vitia positionum. Quintil. lib. 2. cap. 10. 10.
Inconueniens positio. Quintil. lib. 1. cap. 5. 33.
Positio dictionis. Quint. lib. 1. cap. 5. 40, Simplices uoces positione, id est, natura sua constant. compositæ autem præpositionibus subiunguntur: ut Innocens, & c. Budæus.
Fœminina positio. Quintil. lib. 1. cap. 4. 18, Aut quæ fœminina positione mares, aut neutrali fœminas significant. De nouissimum generibus.
Positio, pro Thesi seu argumento. Quint. lib. 1. capit. 3, Tacco depositionibus & declamationibus rhetorum.
Pons] pontis, m. g. (γέφυρα) Per quod super aquas transimus. A pendeo dicitur, quòd uelut in ære pendeat. Plin. libro 8. cap. 3. 2, Territos spacio, pcul pontis à cōtinēte porrecti, ut sese lōginquitatis æstimatiōe fallerēt, auersos retrorsus isse.
Ignotus pons. Virg. 3. Georg. 16.
Naumachiarius pons. Vide Nauis.
Saxeus pons. Lucan. lib. 4. 3.
Solutus pons. Claud. 7. Paneg. 81.
Angusto ponte pars oppidi adiungitur & continetur. Cicero 6. Verr. 105.
Crebris pontibus consistere. Virg. 4. Georg. 6.
Deijcere de ponte in Tyberim aliquē. Cic. pro Ros. Amer. 61.
Distendere pontem in agros. Lucan. lib. 4. 28.
Disturbare pontes. Author ad Herenn. lib. 1. 21.
Facere pontem. Cic. in Vatinium, 16.
Indere pontes. Tacit. lib. 12.
Injcere pontem. Vide Injcio.
Interrupi pontes quos feceram. Plancus Cic. lib. 10. 23. 8.
Interscindere pontem à tergo. Cic. 2. de Leg. 17.
Iungere pōte fluuium, Fluuio pontē imponere. Curtius lib. 4.
Ludere ponte magno. Catul. ad Coloniam, epig. 17. 1.
Reuellere pontes. Claud. lib. 1. in Ruffinum, 55.
Rupti torrentibus pontes. Quintil. lib. 2. cap. 13. 11.
Vellere pontem. Virg. 8. Aeneid. 130.
Pons, pro Scala nauium. Virg. 10. Aeneid. 58,
Interea Aeneas socios de puppibus altis
Pontibus exponit.
De ponte deijcere sexagenarios solebant antiquitus, teste Festo, in integris codicibus. Cic. pro Rosc. Amer. 61, Habeo etiam dicere, quem contra morem maiorum, minorem annis sexaginta de ponte in Tyberim deiecerit. Budæus.
Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat. Catul. epig. 17. 1.
¶ Ponticulus, ponticuli, penult. corr. masc. gen. Diminutiuum (γεφυρίδιον) Cic. lib. 5. Tusc. 83, Et quum fossam latam cubiculari lecto circundedisset, eiusq; fossæ transitum ponticulo ligneo coniunxisset, & c.
¶ Ponto, pontonis, pen. prod. m. g. (πορθμεὺς) Pontones, naues quibus in trajiciendis amnibus loco pontium utimur. Paulus in l. ult. D. de seruit. rust. præd. Flumine interueniente uia constitui potest, si aut uado transiri potest, aut pontē habet: diuersum, si pontonib. trajiciatur. Cæsar 3. bel. Ciuil. 114, Pontones, quod est genus nauium Gallicarum, Lysi relinquit.
Pontia] νῆσος, Insula Tyrrheni maris, teste Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Vulgò Ponce. Ex hac fuit Pontius Pilatus. Pontiæ item, insulæ sunt in mari Tusco, ut scribit Plinius lib. 3. cap. 6. Ab his ultra Tiberina ostia in Antiano, Astura, mox Palmaria. Sinonia, & aduersum Formias Pontiæ.
Pontia] tribus, ab oppido Pontio, cuius ciues in urbem asciti fuerant, dicta, nominataq; est. Alexander Alexandr. lib. 1. cap. 17. Vide Tribus.
Pontica] gemma. Ponticarum plura sunt genera. Est stellata, nunc sanguineis, nunc atris guttis, quæ inter sacras habetur: alia pro stellis eiusdem coloris lineas habet, alia montiū cōuallium q; effigies. Plin. lib. 37. cap. 10.
Ponticulus] Vide Pons.
Ponticus] πόντιος, Poeta quidam, qui de bello Thebano scripsit, ut inquit Propert. lib. 1. eleg. 7. 1. Ouidius quoq; libro 4. Trist. eleg. 9. 10, huius meminit,
Ponticus heroo, Battus quoq; clarus iambis,
Dulcia conuictus membra fuere mei.
Pontifex] pen. corr. pontificis, pen. corr. masc. gen. (γεφυροποιὸς, ἀρχιερεύς, ἱερεύς) Sacer magistratus, ut ait Scæuola. A posse & facere dictus: uel, ut ait Varro, à pōte: quia sublicius pons à pontificibus factus est primùm, & deinde restitutus. Cic. Attico, lib. 4. 71. 5, Calendis Octobris habetur Senātus frequens, adhibentur omnes pontifices qui erant Senatores, & c.
Præsunt sacris pontifices, auspicijs augures. Cicero 1. de Natur. deor. 169.
Sacerdotes alij diuis alijs, omnibus pontifices, singulis flamines sunto. Cic. 2. de Leg. 33.
In pontificum libris & in XII. tabulis plurima est antiquitatis effigies. Cic. in Orat. 95.
Cœnæ pontificum. Horat. lib. 2. Carm. ode 14. 6.
Libri pontificum. Horat. 2. epist. 1. 5.
Religio pontificum. Cic. pro Domo sua, 25.
Secures pontificum. Horat. 3. Carm. ode 23. 3.
Dicite pontifices, in sacro quid facit aurum? Pers. Satyr. 2. 7.
Erant maiores & minores pontifices: inter quos summus, qui Pontifex maximus dictus est: quòd maximarum rerū, quæ ad sacra & religionem pertinent, iudex sit; iudex contumaciæ priuatorum magistrātuum. Numa enim pontificē fecit, eiq; sacra omnia attribuit: eiusq; scitis sacra omnia priuata & publica subiecit, institutiq;, ut idem pontifex non cæleste modò ceremonias, sed iusta quoq; funebria, placandosq; manes edoceret. Author Liuius.
Maximus pontifex Metellus uiginti & duos annos ei sacerdotio præfuit. Cic. de Senect. 27.
Minores pontifices. Vide Minor, in Paruus.
¶ Pontificatus, huius pontificatus, pen. prod. (ἀρχιερωσύνη) Pontificis dignitas, sicut consulatus. Cic. de Arusp. resp. 16, Qui status solennesq; ceremonias, pontificatu, & c. contineri putauerunt.
¶ Pontificius, Adiectiuum, Quod est pontificis. Cicero 3. de Natura deor. 57, Docebo meliora me didicisse de colendis diis immortalibus iure pontificio & more maiorum. Sic 1. Tuscul. 43.
¶ Pontificia, pontificiorum, plur. num. Libri pontificij. Cic. 1. de Nat. deor. 114, Deinde nominum non magnus numerus ne in pontificijs quidem nostris, deorum aūt innumerabilis.
¶ Pontificium, Substantiuè. Gellius lib. 1. cap. 13, Sunt enim nō pauci qui sententiam suam in una parte defixerint, & re semel statuta, deliberataq; ab eo, cuius negocium id, pontificiūq; esset, nequaquam putauerint cōtra dictum eius faciendum esse.
¶ Pontificalis, & hoc pontificale, pen. prod. Quod ad pontificem pertinet. Vnde Pontificales libri, in quibus sacræ cere moniæ continentur.
Pontificialis authoritas. Cic. 2. de Leg. 83.
Caput pontificale. Ouid. 3. Fast. 142.
Pontificales cœnas, olim appellabant cœnas sumptuosas, opiparasq;. Ad quod alludit Horat. 2. Carm. ode 14. 6,
— & mero Tinget pauimentum superbo
Pontificum potiore cœnis. Macrobius libro Saturnalium 3, uetustissimam quandam pontificis cœnam describit, summo apparatu, & omnigenis lautitijs affatim instructā. Id inde natū apparet, quòd solennes, sacrāq; cœnæ exquisitissimis epulis soleant instrui. Erasmus.
Honor pontificalis. Ouid. 3. Fast. 84.
Ponficalia atq; augurālia insignia. Liu. 10. ab Vrbe, 29.
Ius pontificale. Cic. 2. de Legib. 86. & 89.
Sacrum pontificale. Ouid. 1. Fast. 92.
Pontina] pen. prod. (πωντῖνα) palus Volscorum est iuxtà uiam Appiam, quam Plin. lib. 3. cap. 5. nō longè fuisse à Circeis dicit, quem locum XXIIII. urbiū fuisse Mutianus ter Consul prodidit. Exiccata est à Corn. Cethego Cos. cui ea prouincia obuenerat: ageréq; ex ea factus, ut ait Liuius lib. 47. Insequentibus deinde seculis iterum exiccata à Theodorico Gothorum rege, ut ex eius inscriptione in eo loco cernitur. Latrūculorum autem fuisse sedem ait Iuuen. Satyr. 3. 30. Lucan. lib. 3. 17. Quint. lib. 3. cap. 8. 12.
Pontinus] pen. prod. (πωντῖνος) Vir fortissimus: laborum, periculorum, consiliorum Ciceronis socius: ut ipse testatur de Prouinc. Consul. 26.
Pontones] Vide Pons.
Pontus] πόντος, insula est, de qua Virg. 1. Georg. 12,
— uiroſq; Pontus Castorea. Est & prouincia Asiæ Minoris, à Ponto rege sic cognominata, nobilis crudelitate Medeæ. Hæc (ut Strabo refert lib. 1. 2. 8. 9. 11.) ab Occidente Hali flumine clauditur, ab Oriente Colchide, à Meridie Minori Armenia. Ptolemæus uerò aliter lib. 5. ait enim, Pontus ab Occasu ore Ponti & Thracio Bosphoro: à Meridie, regione quæ propriè Asia dicitur: à Septērione, parte Euxini maris terminatur. Eius ciuitates insignes sunt, Chalcedō, Nicomedia, Nicea. Hic regnauit Mithridates. Eupator, & Pythodoris regina. Ex Ponto fuit Aquila, ueteris testamenti translator & interpres.
Pontus; Nerei filius & Neptuni, ut Eusebius lib. 1. Præparat. scribit. Vide Pontus mare dici uidetur. Alij Pontū dici existimant mare, ab πωντίζω, quod est mergo. Vel à πόνος, id est, labor, quia sit laboribus plenus. Ridiculè per contrarium dici arbitrantur, quòd careat ponte. Propriè autem id mare Pontus appellatur, quod à palude Mœotidis usq; in Tenedum protenditur: sed ubi primùm se arctat, à Tenedo incipiens, post Helles casum, Hellespontus uocatur: ubi expanditur, Propontis: ubi iterum premit, Thracius Bosphorus: ubi iterum effundit, Pōtus Euxinus, qui paludi committitur: Palus ipsa, Mœotis in Ponto iuxta Phasidis ostium: Tomos ei loco proxima insula est, Medeæ crudelitate memoranda, quæ ibi fratrem suum Absyrtum interfecit, nec minus Nasonis exilio nota. Ouid. Tristium, lib. 1,

Inde Tomos locus est, &c.
Freta Ponti. Virg. 1. Georg. 72.
Gurges Ponti. Cic. 1. de Diuinat. 23. Ex poeta.
Hyemis aspera Ponti. Virg. 2. Aeneid. 22.
Imago tristis Ponti. Ouid. 11. Metam. 86.
Os Ponti & angustiæ. Cic. 6. Verr. 114.
Angustus Pontus Nepheleidos Helles. Ouid. 11. Metam. 40.
Apertus Pontus: id est, latus, latè patens. Ouid. 11. Metam. 80.
Arduus Pontus. Valer. 5. Argon. 68.
Cæruleus Pontus. Virg. 12. Aeneid. 37. Catul. in Annales Volusti, epigr. 34. 3.
Curuati Ponti littora. Senec. Hipp. 1. 5.
Euxinus Pontus. Cic. 1. de Orat. 85.
Ingens Pontus. Virg. 1. Aeneid. 24.
Mobilis Ponti uaga unda. Senec. Herc. fur. 12. 1.
Niger Pontus. Valer. 1. Argon. 116.
Niualis Pontus. Stat. 12. Theb. 119.
Profundus Pontus. Virg. 5. Aeneid. 123.
Tranquillus Pontus. Stat. 6. Theb. 116.
Vastus Pontus. Virg. 4. Georg. 86. Sil. lib. 4. 16.
Ventosi mulcere pericula Ponti. Stat. 3. Sylu. 2. 1.
Bruma astringit Pontum frigore. Lucan. lib. 1. 4.
Consistit glacie Pontus. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 8.
Credere se Ponto. Ouid. 13. Metam. 191.
Nomina dare Ponto. Horat. 4. Carm. ode 2. 1.
Ferri Ponto. Virg. 9. Aeneid. 25.
Arctatus rapido feruet quà gurgite Pontus. Lucan. lib. 5. 47.
Feruet uertigine Pontus. Ouid. 11. Metam. 110.
Legere pŏtū ponè. Virg. 2. Aeneid. 42. id est, Trãsire, Seruius.
Mergere Ponto. Vide Mergo.
Miscetur Pontus magno murmure. Virg. 1. Aeneid. 16.
Obruerat tumulos immensa licentia Ponti. Ouidius 1. Metamorph. 63.
Pererrare Pontum. Senec. Medea, 8. 15.
Subdola quum ridet placidi pellacia Ponti. Lucret. lib. 2. 113.
Sæuit Pontus. Horat. lib. 3. Carm. ode 3. 8.
Sæuit Pontus minaci murmure. Lucret. lib. 1. 56.
Transire Pontum per uada. Lucret. lib. 1. 40.
Transcurrere Pontum. Stat. 3. Sylu. 4. 1,
Crastina nanq; dies trucis ad confinia Ponti
Cyaneasq; uocat. Valer. 8. Argon. 35.
Vstus Pontus ab assiduo frigore. Ouid. 3. Trist. eleg. 2. 2.
¶ Ponticus, pen. corr. Adiectiuum (ποντικὸς) Vnde Ponticum absynthium, apud Colum. lib. 12. cap. 35, Pontici absynthij pondo libram, &c.
Freti Pontici fauces. Senec. Medea, 7. 5.
Humus Pontica. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5. 12.
Mare Ponticum. Horat. 3. Carm. ode 24. 1.
Prælia Pontica. Lucan. lib. 1. 69.
Terra Pontica. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 19.
Verba Pontica. Ouid. 3. Trist. eleg. 14. 10.
Popa] popæ, Popæ dicebantur, qui victimas habebant uenales, & qui legabant eas ad altare, feriebantq; Propert. libro 4. eleg. 3. 13,
Succinct. eq; calent ad noua lucra popæ. Spartianus in uita Getæ, Percussit hostiam popa nomine Antoninus.
¶ Popæ, qui victimas inundabant, alio corpore nudo, ab umbilico ad pedes inuoluti erãt uestę, quæ limus dicebatur. Hinc succincti Suetonio dicuntur, Succinctus, inquit, poparum habitu. Seruius, Limus, uestis est, qua ab umbilico usque ad pedes teguntur pudenda poparum.
Venter popa. Persius Satyr. 6. 9. id est, phago & guloſus, quales erant popæ victimarij.
¶ Popanum, popani, pen. cor. (πόπανον) Placenta lata, tenuis, rotunda, quam dijs ueteres offerebant: sed et pro quacunq; libo capitur. Iuuenalis Satyra 6. 54.
Scilicet & tenui popano corruptus Osiris. Iulius autem Pollux ait placentam esse, qua in sacrificijs antiqui utebantur, cuius dictionis frequens est usus apud Aristophanem.
Popellus] Vide Populus, masc. gen.
Popilia gens] Plebeia Romæ fuit, ex qua M. Popilius M. F. C. N. Lænas Fl. Carmentalis Cos. cum C. Manlio, anno CCCXCIV. Liu. lib. 7. Diodorus 16. Hic quum Cos. esset, eodẽq; tẽpore sacrificiũ publicũ cũ læna faceret, quòd erat Flamen Carmentalis, plebis contra Patres concitatione & seditione nũciata, ut erat læna amictus, ita uenit in concionẽ, seditionemq; cum authoritate, cùm oratione sedauit. Author Cic. in Bruto. De hoc uide multa apud Liu. lib. 55. & 45. & Valer.
¶ Popilius, legatus ad Antiochũ, qui Ptolemæũ regẽ, amicum populo Romano obsederat, missus nunciatũ ut à socijs populi Romani abstineret: cunctantẽ, responsumq; differentẽ, uirga circũscripsit, ne ultra spaciũ illud differẽdo exiret. ex quo territus Antiochus, bellũ omisit. Liu. li. 45. et Valerius.
Popilius Lanatus, siue Lænas, qui Cicreonem occidit, patronũ suum in causa capitis. Author Valerius.
Popilia tribus. Vide Tribus.
Popina] popinæ, pen. prod. à Popa (παπεῖον, ὀπτανεῖον) Locus ubi publicè opsonia, carõq; cocta, ac delicatè confecta uenditatur, comeditúrq;: uel priuatim ubi guloſa familia extraordinariè ligurire & helluari consueuit, authore Valla in Raudensem. Cic. 3. Philipp. 137, Sed quum tã atroci edicto nos concitauisset, cur ipse non affuit? num putatis aliquare tristi & seuerã uino & epulis retentus; & aleæ esh? si epulæ potius, quàm popinæ nominandæ sunt. Hìc pro epulis ganeæ accipitur. Horat. 1. epist. 14. 5,
—fornix tibi & uncta popina
Incutiunt urbis desiderium. Cic. 2. in Catil. 27, Quorum æs alienum contractum in popinam, nullum Reip. motum afferre poterat.
Arcana popina. Vide Arcanus.
Pro triclinijs popinæ, pro cubiculis stabula in sedibus huius sunt. Cic. 2. Philipp. 78.
Calida popina. Iuuenalis Satyr. 11. 9.
Diues popina. Mart. lib. 5. 45.
Immundæ popinæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 13.
Nigra popina. Martialis lib. 7. 60.
Tenebricosa popina. Cic. in Pisonem, 13.
Tepidæ popinæ. Martial. lib. 1. 125.
Inhalare popinam. Cic. in Pisonem, 9.
¶ Popino, pen. prod. popinonis, mascul. generis (λαφύσσω, ἄσωτος) Qui in popinis uersatur, & helluatur. Sueton. de claris Grammat. 15, Lurconem, & nebulonem, popinonemq; appellans, & uita scriptisq; monstrosum. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 8,
Imbecillus, iners: sim quiduis, addè popino.
¶ Popinor, pen. prod. popinaris, (λαφύσσω, ἀσωτεύομαι) popinari, Helluari & indulgere popinis. Iulius Capitol. Dum Galienus popinatur, & balneis ac lenonibus reputat uitã.
¶ Popinarius, popinarij. Firmicus lib. 4. cap. 6, Faciet pharmacopolas, aut popinarios. Et cap. 15, Faciet hoſpites, popinarios, tabernarios.
¶ Popinatio, popinationis (ἀσωτία) Nuncupata est à Gellio, quæ alio nomine dicitur helluatio, quã Græci asotiã uocãt.
¶ Popinalis, & hoc popinale, penult. producta (παπινὸς) Quod ad popinam spectat. Colum. lib. 8. cap. 16. 4, Iam enim celebres erant deliciæ popinales, quum ab mari deferrentur uiuaria.

Poples]

Poples] poplitis, pen. corr. masc. gen. (ἰγνὺς, ἰγνύα) Pars oppoſita genu. Dicta quòd plicetur & curuetur. Colum. lib. 6. capite 12, Si dolore neruorum claudicat, oleo & sale genua poplitesq;, & crura confricanda sunt, donec sanetur. Liuius lib. 2.
Defectus poples. Ouid. 13. Metam. 96.
Firmus poples. Ouid. 15. Metam. 45.
Lapsus poples. Lucan. lib. 3. 51.
Mollia odoſus facit internodia poples. Ouidius 6. Metamorphoſ. 52.
Succiduus poples. Ouid. 10. Metam. 91.
Suspensus poples. Stat. 5. Sylu. 4. 4.
Tensus poples. Stat. 9. Thebaid. 95.
Contendere poplitem. Vide Contendo.
Depoſito uictum præbebat poplite collum. Lucan. lib. 1. 122.
Duplicato poplite ad terram incidit. Virgilius 12. Aeneidos, 186.
Excipere ſe poplitibus. Curtius lib. 6.
Flexo poplite sinunt. Stat. 6. Theb. 118.
Proijciet truncum ſubmiſſo poplite corpus. Catul. Argon. 59. 74.
Poppea] Poppeæ (ποππαία) Secunda Neronis Claudij Cæſar. uxor. Suet. in Nerone, cap. 35.
¶ Poppeanus, penult. prod. Adiect. (ποππειανὸς) Quod ad Poppeam ſpectat, uel quo Poppea uti ſolebat. Iuuen. Satyr. 6. 47.
—ridendaq; multo
Pane tumet facies, aut pinguia poppeana
Spirat, & hinc miſeri uiſcantur labra mariti. Sic legẽdum, non, ut corruptè Calepinus, popana: & ſunt unguenta ex aſinæ lacte compoſita, ad conciliandum facici decorẽ, quibus Poppea uxor Neronis, ut inquit Plinius lib. 11. cap. 41. 2, utebatur.
Poppyſma] poppyſmatis, pen. cor. n. g. (πόππυσμα) Dicitur uocis blandimentum: quod ſit equis indomitis, cum tractatione manuum. Vnde & quæ ſit manibus palpatio interpretari poteſt: ut apud Iuuenalem Satyr. 6. 59,
Præbebit crebrum poppyſma roganti, à ποππύζω, quod eſt ſibilo uel adulor.
¶ Poppyſmus, poppyſmi (ποππυσμὸς) à ποππύζειν, quod eſt illiſis manibus inter ſe, & palma cum palma collata plauſum edere. Plin. lib. 28. cap. 2. 15, Fulgetras poppyſmis adorare, conſenſus gentium eſt.
Poppyzon] poppyzontis, Demulcens, blandè attrectans, ſibilans. Plin. lib. 35. cap. 10. 37. Quum pingeret poppyzõta retinentem equum.
Populifugia] funeſta populi Romani feſta, quibus ſuas fugas Romanus populus, boſtium repentinis incurſionibus exagitatus, teſtabatur. Varro & Macrobius.
Populnus] Vide Populus, f. g.
Populonia] ποπλώνιον, Hetruriæ ciuitas iuxta Piſas, authore Pomponio Mela lib. 2. Hodie Plumbinum.
Populonia] & Fulgura, nomina dearum apud Senecam in libro de ſuperſtitione. Iuno Populonia ab Auguſtino dicitur lib. 6.
Populonium] ποπλώνιον, Tuſcorum promontorium, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Baractus portus hodie.
Populus] populi, prima corr. m. g. (δῆμος, λαὸς, λιὸς, λῆτος) Singulari numero unius ciuitatis multitudinem ſignificat. Virg. Aeneid. 5,
Hinc populum latè regem, belloq; ſuperbum. Populus, Multitudo hominum, iuris conſenſu & concordi communione ſociata.
Populus, princeps terrarũ, Romani dicũtur. Plin. lib. 22. cap. 3.
Populi in plurali, diuerſarum ciuitatum multitudo. Virgilius 1. Aeneid. 46.
Populi Aethiopum. Ouid. 2. Metam. 46.
Stultorum regum, & populorum continet æſtus. Horat. 1. epiſtol. 2. 2.
Fauor populi. Ouid. 4. Faſt. 175.
Stultaq; pars populi quæ ſit ſua curia neſcit. Ouidius 2. Faſtor. 107.
Rector populorum. Ouid. 7. Metam. 97.
Regnator populorum. Horat. 3. Carm. ode 30. 3.
Acres populi. Silius lib. 13. 141.
Armati populi. Claud. de bello Gildon, 10.
Aeger. Senec. Oed. 10. 6.
Audax. Virg. 4. Aeneid. 123.
Auritus. Vide Auris.
Contumax. Senec. Thyeſt. 8. 5.
Degener. Lucan. lib. 2. 24.
Exanguis. Stat. 12. Theb. 5.
Frequens. Horat. 1. Carm. ode 35. 3.
Furens. Lucan. lib. 1. 14.
Hilaris. Ouid. 3. de Arte, 103.
Indomiti populi. Lucan. lib. 4. 30.
Innumerus. Silius lib. 13. 106.
Integerrimi diuturna pace populi. Vide Integer.
Lati populi. Virg. 1. Aeneid. 46.
Leuis populus. Horat. 2. epiſt. 1. 22. Valer. 1. Argon. 11.
Magnus. Vide Magnus.
Nobilis. Iuuen. Satyr. 15. 12.
Potens. Lucan. lib. 1. 1.
Præceps. Lucan. lib. 1. 98.
Rudis. Ouid. 1. Faſt. 8.
Silens populus, Inferi. Claud. 2. de raptu Proſerp. 48.
Trux. Stat. 10. Theb. 25.
Primores populi arripuit, populumq; tributim. Horat. 2. Ser. Satyr. 1. 14.
Compeſcere populos tumentes. Vide Compeſco.
Concedere populo uſum loquendi. Cic. in Orat. 91.
Concionari apud populum. Vide Concionor, in Concio.
Conſcribere populum. Vide Conſcribo.
Voces populi contemnere. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 13.
Contundere populos feroces. Virg. 1. Aeneid. 55.
Conuocare populum in tribus. Vide Conuoco.
Damnari populo. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 18.
Inſpectante populo. Vide Inſpecto.
Feroces populos lenire. Claud. 7. Paneg. 88.
Paſcere populum frumenti copia. Horat. 1. epiſt. 15. 4.
Profectus ad bella populus. Ouid. 1. Faſt. 54.
Regere populos imperio. Virg. 6. Aeneid. 171.
Spectaret populum ludis attentius ipſis. Horatius 2. epiſtol. 1. 40.
Tueri populum ſub religione. Virg. 2. Aeneid. 37.
Téne magis ſaluum populus uelit, an populum tu. Horatius 1. epiſtol. 17. 6.
Integros atq; florentes populos uici. Vide Integer.
Populus, de apibus. Columel. lib. 9. cap. 13. 9, de remedijs apum laborantium morbo, Id ne fiat, duo populi cõiungi debent, qui poſſint adhuc integras ceras explere.
¶ Popellus, popelli, Diminut. (δημίδιον) Paruus populus. Perſius Satyr. 4. 2,
Ante diem blando caudam iactare popello. Horat. 1. epiſt. 7. 13,
—Vulteius mane Philippus
Vilia uendentem tunicato ſcruta popello Occupat.
¶ Popularis, & hoc populare, penul. prod. (δημοτικὸς, ἰδιωτικὸς)

πανδ, λαϊνος, δημοκρατικὸς) Quod est populi. Horat. de Arte,17,

——& populares
Vincentem strepitus,& natus rebus agendis.

Animus uerè popularis, & saluti populi consulens. Cicero 4. Catil. 81.

Ars popularis rhetorum. Cic.3.de Fin.6.

Aura popularis. Horat. 3. Carm. ode 2. 4. Cicero de Aruſp. reſp. 40.

Auris popularibus gaudens. Virg.6.Aeneid.164.

Auris popularibus impelli. Lucan.lib.1.27.

Cædes popularis. Ouid.12.Metam.23.

Cœtus popularis & forenſis. Cic.4.Acad.12.

Commemoratio popularis. Quint.lib.4.cap.3.9.

Delectatio popularis. Quint.lib.2.cap.10.8.

Fama popularis. Cic.2.de Fin.80.

Flumen populare. Ouid.11.Metam.11.

Iactatio popularis. Vide Iacio.

Imperium populare & ſemper extraordinarium atq; uentoſum eſt. Cic.11.Phil.301.

Ingenium populare. Liu.2.ab Vrbe,102, Cui ingenium magis populare erat.

Lex popularis: id eſt, quam populus ſanxit. Cicero 2. de Legibus, 15.

Loca popularia erãt, in quib. populus ſedebat in theatro. Suet. in Dom.c.4. Et quia pars maior intra popularia deciderat.

Nomine popularis appellari. Plin.lib.13.cap.4.18, id eſt, nomine uulgò uſurpato à populo.

Perſuaſio popularis. Quint.lib.2.cap.15.13.

Ratio popularis. Cic.1.de Leg.28.

Sacra popularia, ut Labeo ait, ſunt quæ oẽs ciues faciunt, nec certis familijs attributa ſunt: ut, Fornacalia, Pallilia. Hæc Feſtus. Sic dicta, quòd populo grata eſſent: quum in populum miſſio fieret ab ijs qui gratiam plebis quærebant: & hoc duplici modo: aut de Rep. bene ſentiendo, & ea quæ ad populi ſalutem ſpectant, recta cũ ratione agẽdo: aut largiendo & adulando, uel alijs corruptelis beneuolentiam captando.

Ad uulgarem popularemq; ſenſum accommodata oratio. Cic. 1.de Orat.54.

Sermo popularis. Senec. Herc.fur.6.4.

Studijs popularibus munitus. Claud.3.Paneg.10.

Turbæ populares. Quint.lib.2.cap.16.2.

Popularis & ciuilis uſus. Cic.3.de Legib.

Popularis (ὁμόδημος, δημότης) Ciuis, & unus ex populo. Terent. Adelph.2.1.1,

Obſecro populares ferte miſero atq; innocenti auxilium. Cic.4.Acad.210. At hoc Anaximandro populari, & ſodali ſuo perſuaſit.

Impleuit populares laudib. & meritis Scipiõis. Vide Impleo.

Popularis ciuis. Cic.3.de Legib.39, Sapientis aũt ciuis fuit, cauſam nec pernicioſam, & ita popularem, ut non poſſet obſiſti perniciosẽ, populari ciui non relinquere.

Fieri popularem. Cic.de Aruſp.reſp. 40. Id eſt, quod prius dixerat, A' grauitate patrum deſciſcere.

Popularis, de gliribus. Plin.lib.8.cap.57, Quæ in re notatum, non congregari, niſi populares eiuſdem ſyluæ: & ſi miſceãtur alienigenæ, &c.

Popularis, pro Subdito. Liuius, Tentando nunc ſociorum, nũc popularium animos. id eſt, ſuorum ſubditorum. De Philippo loquens. Salluſt. Dubitare, uirtuti an fidei popularium minus crederet. De Iugurtha. Budæus.

Popularis, inquit Donatus, A' fortuna eiuſdem conditionis, gẽtiſq;, ſortis, & fortunæ. Terent. Phorm. 1.1.1,

Amicus ſummus meus & popularis Getã.

Popularis, pro Conſcio, uel participe, uel faũtore. Saluſt. in Catil. Igitur comitijs habitis Conſules declarantur M. Tullius, & C. Antonius. Quod factum primò populares cõiurationis concuſſerat. Paulò antè, Fuêre ea tempeſtate qui dicerẽt, Catilinam oratione habita quum ad iuſiurandum popularis ſceleris ſui conſcios addiceret, &c.

Popularis, Populo amatus & charus, authore Donato. Cic. Nihil tam populare, quàm bonitas.

Popularis atq; plauſibile nomen Cenſorium factum eſt. Cicero 1. Verr. 5.

Maximè popularis homo Quintius, qui omnes rumorum & concionũ uentos colligere conſuêſſet. Cic. pro Cluent. 61.

Popularis, id eſt, aſſentator, & leuis ciuis: Conſtans, ſeuerus & grauis, contraria. Cic. de Amic. 78.

Popularis, humilis, uilis, è populoq; factus, interpretatur Donatus. Plautus,

Præſtat diuitiè eſſe ac popularẽ, quàm nobilẽ & mẽdicũ.

Popularia, Nugatoria, puerilia. Laberius, Popularia agimus per ludum. Nonius.

¶ Popularitas, pen. corr. popularitatis (δημότης) Populi coniunctio, Amicitia quæ eiuſdem patriæ habitatione contrahitur. Plin.lib.33.cap.2.4, Iudicum autem appellatione ſeparari eum ordinem primi omniũ inſtituêre Gracchi, diſcordi popularitate in contumeliam Senatus. Quint.lib.5. cap. 9.8, Vnde Spurij Melij, Marciq; Manlij popularitas ſignũ affectati regni fuit exiſtimatum.

Popularitas (δημαγωγία) gratia in populo. Plin.epiſt. 117.a, Dixit cauſam Claudius Ariſtion princeps Epheſiorum, homo munificus, & innoxiæ popularitatis.

¶ Populariter, pen. corr. Aduerb. Affabiliter, humaniter, & cum gratia populi. Iuuen. Sat.3.4,

——& uerſo pollice uulgi,
Quemlibet occidunt populariter.

¶ Popularitèr, & moderatè, contraria. Cic. pro Sextio, 30.

Populariter, More populi. Cicer. in Somnio Scip. 25, Homines enim popularitèr annum tantummodo Solis, id eſt, unius aſtri reditum metiuntur.

Popularitèr agere. Cic.3.Verr.107.

Popularitèr loqui. Cic.2.de Fin.29.

Popularitèr, & Limatè ſcriptum, contraria. Cicero 5. de Finibus, 20.

¶ Populatim, penul. prod. Aduerbium (κατὰ δήμους) Per populos. Apuleius, Populatim ab omni prouincia reuocatus. Nonius.

Populatim, Cateruatim & in uniuerſum. Cæcilius,

Ego perdidi te, qui omnes ſeruos perdo populatim. Nonius.

¶ Populo, populas, pen. cor. (δημαγωγέω) populare Amorem populi conciliare. Pacuuius Chryſe,

Atq; ut promeruit pater mihi patriam populauit meam. Nonius.

Populo, populas: uel Populor, popularis (δήϊδω, δηϊόω, πέρθω, πορθέω, δῃλεκτέω, λεηλατέω) populari, Prædari. Virgil. 12. Aeneid. 105,

Quiſq; ſuum populatus iter. Idem primo Georgic. 37,

——populatq; ingentem farris aceruum.

Hic olim ignaros luctus populauit Achiuos: Propertius libro 3. eleg. 18.6.

Agros populari. Cic.5.Verr.111.

Cura populatur artus. Senec. Hippol.4.4.

Formam populabitur ætas. Ouid. de Medicamine faciei, 9.

Ferro populari & igni. Lucan.lib.2.90.

Mœnia populari detecto uallo. Ouid. ad Piſonem, 41.

Lapis

Lapis durus pulchra populatur ora. Senec. Hipp. 10.21.

Ferro populare penates. Virg.1.Aeneid.107.

Vi populare. Virg.12.Aeneid.53.

Populatus urbes cæcibus. Stat.3.Theb.44.

¶ Populans, pen. cor. Particip. (δηϊῶν) ut,

Flamma populante capillos. Ouid.2.Metam.32.

Igne furtiuo populante uenas. Senec. Hippol.3.2.

¶ Populandus, A' iud participium (δηϊωθέω) ut,

Trãdere terras populandas. Ouid.1.Metam.50.

¶ Populatus, pen. prod. Similiter participium (πορθηθείς) Cicero 5. Verr. 103, Electos aratores eſſe dico, agros uectigales uexatos, atq; eximanitos à Verre: populatam, uexatamq; prouinciam.

Agmina populata alueum gurgitis. Stat.5.Theb.4.

Arua populata noſtro Marte. Horat.3.Carm.ode 5.5.

Tempora populata. Virg.6.Aeneid.100.

¶ Populatus, huius populatus, pen. prod. (δηΐωσις) Lucan. libro 2. 106,

Ardent Heſperij ſæuis populatibus agri.

¶ Populatio, Verbale (πόρθησις) Liu.3.ab Vrbe, 8, Aequos populationibus incurſionibusq; meliores eſſe.

Populatio murum, & uolucrum. Colum.lib.2.cap.20.1. Idem lib.3.cap.21.5, Aut ſi maturitatem ſerotini expectet, amittat uindemiam præcocem, quæ plerunq; populationibus uolucrum, pluuijſq; aut uentis laceſſita dilabitur.

Populatio morum. Plin.lib.9.cap.24, Quum populatio morum atq; luxuria non aliunde maior quàm è concharum genere proueniat.

¶ Populator, pen. prod. Aliud uerbale (πορθητὴς) ut, Troiæ populator. Ouid.13.Metam.132.

Senſit Arcadij populator agri. Senec. Agamemn. 9.5.

Luxus populator opum. Claud.1.in Ruff.7.

Viuit adhuc operis noſtri populator Achilles. Ouid. 12. Metamorph.119.

¶ Populatrix, penul. prod. (πορθήτειρα) Verbale fœm. Martial. lib.13.104,

Hæc tibi Theſei populatrix miſit Hymetti,
Palladis à ſyluis nobile nectar apis. Stat.3.Sylu.2.18.

Cateruæ populatrices. Claud.3.de raptu Proſerp.34.

¶ Populabundus, Adiect. (δῃλεκτικὸν) qui populatur. Liu. 1.ab Vrbe, 1.62, In fines Romanos excurrerunt, populabũdi magis, quàm iuſti more belli.

¶ Populabilis, & hoc populabile, pen. cor. (πορθητὸν) Ouid. 9.Metam.53,

Interea quodcunq; fuit populabile flamma.

Populus] populi, pen. corr. ſ g. prima prod. (φηγὸς, λεύκη, αἴγειρος) Arbor, à frondium multitudine ſic appellata. Plin.lib.17.cap.11.34, Populos & fraxinos, quia feſtinantius germinant, diſponi quoq; maturius conuenit. Cic. 1. de Legib. 22, Sic nos inter has proceriſſimas populos in uiridi opacaq; ripa inambulantes.

Populi duo genera: eſt enim alba populus, quæ Græcis λεύκη, Gallis trambula appellatur: feriq; uuas unguentis dicatas, quas bryа appellãt. Eſt & populus nigra, Græcis αἴγειρος dicta, ſfronde anguſtiori, ſcabriore cortice, in totum ſtrigoſior, nullum fructum ferens. Ruellius.

Populus in fluuijs, abies in montibus altis. Virg. eclog. 7.14.

Alba populus. Horat.2.Carm.ode 3.2.

Alta populus. Tibul.lib.1.eleg.4.6.

Ardua populus. Claud. in Præfat. lib.2. de raptu Proſerp.5.

Candida populus. Virg. eclog. 9.8.

¶ Populeus, pen. corr. Adiect. (αἰγείρειος) Quod eſt populi arboris, aut ex ea factum. Virg.4. Georg.103,

Qualis populea mœrens philomela ſub umbra.

Frondes populeæ. Virg.8.Aeneid.7.

Vmbra populea. Virg.4.Georg.103.

¶ Populnus, Aliud adiect. Idem (αἰγειρεῖος, λεύκινος) Plautus Caſina, 9.31,

Nam iſta aut populna ſors, aut abiegna eſt tua?

¶ Populneus, Adiectiuum, Idem (αἰγειρεῖος) Colum. lib. 6. capite 3. 6, Probaturq; maximè ulmea, poſt fraxinea, & ab hac populnea frons.

¶ Populifer, pen. corr. (αἰγειροφόρος) Similiter adiect. ut, Pãdus: populifer. Ouid.2.Amor.eleg.17.7.

¶ Populetum, penul. prod. (αἰγειρών) Locus populis conſitus. Plin.lib.14. cap. 6.2, Antea cæcubo erat generoſſima celeberrima in paluſtribus populetis.

Porca, Porcellus] Vide Porcus.

Porcere] penult. prod. (μακρᾷ λαύειν) pro, Porrò arcere, dictum ab antiquis, teſte Feſto: ſiue prohibere, ut ait Nonius. Lucil. lib. 6,

——non te porrò procedere porcent. Obſoletum uerbũ: ſyncopatum ex porrò & arceo.

Porcia] πορκία, Nomen mulieris Romanæ. Fuerunt autem duæ, maior & minor. Porcia minor quum laudaretur apud eam quædam bene morata, quæ ſecundum habebat uirum, reſpondit, Fœlix & pudica matrona nunquam præter ſemel nupſit.

Porcia gens Plebeia Romæ fuit, Tuſculo oriũda, authore Plutarcho in Cẽſorino, 2. Tacit. lib. 11. Eſt autem M. Porcius Cato princeps huius gẽtis: qui Priſcus primò, deinde quia multarum rerum uſum haberet, Cato, teſte Plutarcho appellatus eſt, quod cognomẽ poſteri retinuerunt. Idẽ quoq; à cẽſura ſeuerè adminiſtrata, Cẽſorius dictus eſt: & in ſumma ſenectute, quia multa eius in ſenatu, multa in foro uel prouiſa prudenter, uel acta conſtanter, uel reſponſa acutè ferebantur, Sapientis cognomen adeptus eſt. Teſtis Cicer. 3. Offic. & in Lælio.

Porcius] πόρκιος, cognomen fuit Catonis Cenſorini. Tractum à porco: cognomina enim (ut inquit Varro) habentur à maiori & à minori pecore. A' maiori, ut Equitius, Taurus: à minori, ut Porcius, Caprillus.

Porculetum] porculeti, pen. prod. Plin. lib. 17. cap. 22. 4, de ſulco & uinearum putatione, Quieſcere uentos ſationis die utiliſſimum. Plerisq; Auſtros optãt, Cato abdicat, Intereſſe medio temperamento inter binas uites oportet pedes quinos. Minimum autem læto ſolo, pedes quaternos, tenui plurimum octonos. Vmbri & Marſi ad uicenos intermittunt arationis gratia in his quæ uocant porculeta. Hermolaus porculetum ait idẽ ſignificare quod porca, hoc eſt puluinum, ſiue hortũ, in quo ueluti ſulcatim ſua cuiuſq; generis olera ſeruntur.

Porculum] porculi, penult. corr. Cato cap. 19. 1, Foramen quod primum facies, ſemipedem ab cardine facito: cætera diuidito quàm rectiſſimè: porculum in media ſucula facito: inter arbores medium quod erit, in medium collibrato, ubi porculum figere oportebit, ut in medio prelum rectè ſitum ſiet.

Porcus] porci, maſc. gen. (χοῖρος) Notũ animal. Porcus inquit Varro lib. 2. de Re ruſt. cap. 4. 16) Græcum nomen eſt antiquum, ſed obſcuratũ, quòd nunc eum uocant χοῖρον.

Porcus dictus eſt, quòd porrecto rictu paſcatur, & terrã dum herbarum radices rimatur, latius porrigat.

Bimeſtris porcus. Horat.3.Carm.ode 17.3.

Saginatus porcus. Propert. lib. 4. eleg. 1. 5.

Abundat porco, hœdo, agno, gallina, lacte, caſeo, melle uilla locuples. Cic. de Senect. 52.

Dare piaculum porco fœminæ. Cic. 2. de Leg. 90.

Immolare

Immolare porcum. Horat. 2. Serm. Satyr. 3.33.

Porcus (χοῖρος) pro porculo, & lactente. Col. lib. 7. cap. 9.3, Quum iam herbæ solidiores sunt, ut & firma lactis maturitas porcis contingat.

Candidulus porcus. Iuuen. Satyr. 10.36.

Lactens porcus. Vide Lac.

Epicuri de grege porcus. Horat. 1. epist. 4.4.

¶ Porca, porcæ (χοῖρος) Fœminuum est à Porcus: cuius exemplum est apud Catonem, cap. 134, Prius quàm porcam fœminam immolabis. Vetus exemplar habet porcum fœminã. & ibidem paulo antè, Porco fœmina. Quam puto uerã lectionem. Si enim porca dixisset, quid opus erat addere fœminã? Virg. 8. Aeneid. 129,

Stabant, & cæsa iungebant fœdera porca.

Porca in agro. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 29.2, Quod est inter duos sulcos elata terra, dicitur porca, quòd ea seges frumẽtum porrigat. Hæc Varro. Vel dicitur à Porcendo, antiquo uerbo, quod ultra se iaci semina prohibeat. Colum. lib. 2. capit. 4, Liras rustici uocant easdem porcas, quum sic aratum est, ut inter duos latius distantes sulcos; medius cumulus siccam sedem frumentis præbeat. Sed in triginta pedum latitudinem, CXXV. longitudinem, porcam uocabant, eodẽ authore lib. 5. cap. 1. 6. Campani (inquit Hermolaus Barbarus) hodie porcas uocant puluinos siue hortulos, in quibus ueluti sulcatim sua cuiusq; generis olera seruntur. Id genus & areæ dicuntur apud Columellam. Festus, Porcæ appellãtur rari sulci, qui ducuntur aquæ deriuandæ gratia: dictæ quòd porceant, id est prohibeant aquam frumentis nocere. Cic. 2. de Leg. 87, Quemadmodum os reiectum terræ obtegatur, quæq; in porca confracta iura sint, quo tempore incipiat sepulchrum esse, & religione teneatur.

Auida porca. Horat. 3. Carm. ode 23.1.

Lactens porca. Ouid. 2. Fast. 132.

Præcidanea porca. Cato de Re rust. cap. 141. Virgilius porcam fœminino genere, pro porco dixit: ut & Seruius adnotauit, & meminit Quint. lib. 8. cap. 3.

¶ Porca, ex Varrone natura appellatur, qua mulieres sunt: sic à Græcis pars illa quæ honestè nominari non potest, χοῖρος uocatur. Annotauit Turnebus.

¶ Porcetra, porcetræ, Porca est quæ semel tantùm peperit (χοῖρος, alijs λέπρας) scrofa, uel scropha, quæ sæpius. Vide Gel. lib. 18. cap. 6.

¶ Porculus, porculi, pen. cor. Diminut. (λέπρας) Plautus Menæch. 8.40.

Porculus marinus, apud Plinium lib. 9. cap. 15.2.

¶ Porculus, in torculari uinario uocatur batillus aut uncus in media circiter succula, qui figebatur ut teneret funem, & dũ uersabatur succula, circumplicabatur. Cato de Re rust. Porculum in media succula facito. Iterum, Vbi porculum figere oportebit. Monuit Turneb.

¶ Porcellus, porcelli, Idem (λεπράνιον) Varro 2. de Re rust. cap. 4.14, Subulcus facilè despicere posset, nequis porcellus à matre opprimatur.

¶ Porcinus, pen. prod. (χοιρεῖος) Quod est ex porco. Plautus Capt. 13.80.

¶ Porcinarius, porcinarij (χοιροσπώλης) Qui carnes porcinas uendit. Plaut. Capt. 14.5,

Quanta laniis lassitudo, quanta porcinarijs?

¶ Porcarius, Adiect. (χοιρεῖος) Idem quod Porcinus. ut, Porcaria uulua. Plin. lib. 11. cap. 37.77.

¶ Porcarius, Substantiuum (χοιροβόσκης) Porcorum custos. Iul. Firmicus lib. 3. cap. 6, Faciet etiam armentarios, bubulcos, pastores, equorum domitores, porcarios, & his similes.

¶ Porculatio, porculationis (χοιροτροφία) Antiquis porcorũ nutricatus dicebatur. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 4. 12, In nutricatu, quam porculationem appellabant, bimis mensib, porcos sinunt cum matribus: sed eos quum pasci iam posse sunt, secernunt.

¶ Porculator, pen. prod. porculatoris (χοιροτρόφος) Qui porcos nutrit ut pinguescant. Colum. lib. 7. cap. 9. 9, Itaq; porculatoris maximum officium est, ut unamquamq; cum prole claudat. Sic lib. 1. in Præf. 22.

Pordoselene] penul. product. (ποροδοσελήνη) insula est ante Ephesum, cum urbe eiusdem nominis, quam nonnulli escrologiam fugientes, Porosolenen appellarunt. Stephan. & Plin. lib. 5. cap. 31.

Pornæ] πόρνα, à Iustiniano, titulo de consulib. in Nouel. §. ac primus quidem. iuxta Haloandri interpretationem commemorantur inter spectacula, quasi floralia, quæ per meretrices & perditissimorum hominum genera celebrabantur.

Pornopioni] Apollini sacra facere dicuntur Bœotij, ne muribus prouincia obnoxia reddatur. Alexandrinus Alexander lib. 1. cap. 13.

Porocela] Vide Enterocela.

Poros] πόρος, Vadum transitus, à quo pelagus Saronicum dicitur, Pontus alio nomine. Strabo lib. 8.

Poroselene] Insula, cum eiusdem nominis oppido, in Ceramico sinu. Plin. lib. 5. cap. 31.

Porpe] πόρπη, Fibula, bulla, monile. Hanc autem inter alia Veneris ornamenta tribuit ei Homerus in hymno ipsius.

Porphyra] porphyræ, Latinè dicitur purpura, πορφύρα.

Porphyrio] porphyrionis, pen. prod. fœ. gen. (πορφυρίων) Auis quæ sola morsu bibit, cuius crura prælonga rubent, & rostrum. Hæc à nonnullis pelicanus dicitur. Vide Plinium libro 10. cap. 46.

Porphyrion] πορφυρίων, unus ex gigantib. Martialis libro 13. 78,

Nomen habet magni uolucris tam parua gigantis,
Et nomen Prasini Porphyrionis habet.

Porphyris] penultima correpta (πορφυρὶς) Insula in sinu Laconico sita, quinque millibus passuum à Maleæ promontorio distans: postea Cythera dicta, ob memorabile templum, quod in hac insula est Veneri sacrum. Plin. lib. 4. capite 12. Est & altera eiusdem nominis insula, duodecim nõ amplius passuum millibus distãs à Cnido, alio nomine Nisyros appellata. Plin. lib. 5. cap. 3.

Porphyrite] tes (πορφυρίτης) oppidum est in ea parte Arabiæ, quæ Aegypto contermina est. Stephan.

Porphyrites] porphyritis, penultima producta, mascul. gener. (πορφυρίτης) Lapis in Aegypto rubens, candidis interuenientibus punctis, ut ait Plinius lib. 36. cap. 2. 4. Propterea leucostictos appellatus, quòd λευκὸς, album dicimus, στίζειν, pungere.

Porphyrius] πορφύριος, philosophus, Tyrius genere, clara ortus prosapia, puero usus est præceptore Longino, uiro doctissimo: prius Malchus uocabatur: deinde ob uestem regiam purpuream, qua ob nobilitatem utebatur, Porphyrius appellari cœptus est. Romam postea profectus, Plotinũ audiuit, unà cum Origine & Amelio condiscipulis. Inde in Siciliam nauigans, apud Lilybæum morbo correptus à Plotino magistro, qui eò se contulerat, & præsentia, & philosophica oratione recreatus, adeò ut statim conualuerit, moxq; Romam simul repetens, ibidem diẽ obijt, relictis operibus, in quibus contraria & pugnantia inter se uidetur asserere. Causa putanda est, quòd quæ prius probauerit, ea postea

postea retractauerit. Floruit Aureliani Cæsaris temporibus, usq; ad Tacitum & Probum principes. Hæc ex Suida, apud quem plura.

Porphyreticus] pen. cor. Adiect. Suet. in Nerone, cap. 50, In eo monumento solũm porphyretici marmoris superstanti Lunensi ara circunseptum est lapide Thasio.

Porraceus] Vide Porrum.

Porriciæ] porriciarũ, exta, quæ in aræ foco ponuntur, quòd dijs porriguntur, à Solino uocata reperio. Nec ignis, inquit, in hanc cõgeriem apponitur, quum porricias intulerint. id est, quum intulerint exta aræ, quòd sponte illa lignorũ struæ flammam concipiat diuino quodam miraculo.

¶ Porricio, porricis, porricere: & Porricior, uerba sacrificulorum, qui soli hostias porricere, & ab ijs hostiæ porrici dicebantur. Porriciuntur hoc modo, cum alibi, tum apud Lusitanos: Ignitis lapidibus sacrificales carnes coquunt. Mox farra uisceribus spargens Pontifex, probata, libatáq; exta, lancib. imposita, aræ superponebat, uisceraq; detractis extis, flammis & foculo, mittebat desuper thus & costum. Ea quidem uiscera, licet nunquam abluta, elixa per se fiebant, uinumq; aris postea fundebat, & tunc porrici hostia dicebatur inter cæsa & porrecta. Vide Cædo.

Porricio] porricis, pen. cor. porricere (μακρὰν ὀρέγω) Porrò iacere, ait Festus: id est, ualde porrigere. Quod uerbum solenne sacrificantibus erat. Nam exta porrici dicuntur, quando porriguntur dijs. Vnde apud Macrobium, Hostia porrecta, quasi sacrificata. Plaut. Pseud. 5.3,

——nam si sacrificem summo Ioui,
Atq; in manibus exta teneam, ut porriceam. Liuius 9. bel. Pun. 136. Secundum has preces cruda exta cæsa, uictima (uti mos est) in mare porricit. Alia exemplaria habent, proiecit. Virgil. 5. Aen. 74,

Di quibus imperium est pelagi, &c.
Porriciam in fluctus, & uina liquentia fundam. Vbi quidam proijciam, legunt, sed malè: ut pluribus contendit Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 2. Virg. ibidem, 156.

——exta; salsos Porricit in fluctus.

Porrigo] porrigis, pen. corr. porrexi, porrectum (ὀρέγω προτείνω, ἐπικτείνω, παρατείνω) porrigere, Extẽdere. Plinius, Facilius quippe radices porrigunt solo subacto. Plinius iunior epist. 101. b. lib. 5, Sub his per latus omne uineæ porriguntur, unamq; faciem longè lateq; contexunt. Plinius libro 11. cap. 45. 4, Dextra in fide porrigitur. Ouid. 4. Metamor. 115,

Ipse precor serpens in longam porrigar aluum.

Porrigere in longitudinem. Liu. 5. bel. Pun. 115.

porrigere in rectum. Plin. lib. 11. cap. 52. 3.

porrigere se in ordinem. Plin. lib. 17. cap. 11. 3.

porrigere latius aciem. Vide Acies. Ouid. epist. 2. 26.

porrigere bellum in Lucanos. Liu. 9. ab Vrbe, 109.

Porrigere & dare bona. Cic. 3. de Nat. deor. 121.

Brachia porrexit cælo. Ouid. 1. Metam. 154.

Collum longè porrigitur à pectore. Ouid. 2. Metam. 75. De Cycno Ligurum rege, in auem mutato.

Corpus porrigitur per nouem iugera. Virg. 6. Aeneid. 120.

Dextram porrigere alicui. Cic. pro Deiotaro, 4.

Ne digitum quidem porrigere in rem aliquam. Cicero 3. de Finibus, 86.

Afflicto & iacenti fidem dextramq; porrigere. Cicero post reditum in Senat. 21, Cui ciui supplici non illa dextra inuicta, & fidem porrexit, & spem salutis ostendit? Cicero 7. Verr. 119.

Flores ad candida porrigit ora. Ouid. 2. Metam. 173.

Scopulus porrigit frontem in apertũ æquor. Ouid. 4. Metã. 6.

Gladius nobis ad occidendum hominem aliquãdo ab ipsis porrigitur legibus. Cic. pro Milone, 6, Summum apud antiquos signum uictoriæ erat, herbam porrigere uictos: hoc est, terra & altrice ipsa humo, & humationem etiam cedere. Vide Herba. Plin. lib. 22. cap. 4. 2.

Sol porrigit horas: id est producit. Ouid. 4. Metam. 40. Horat. 2. Serm. Satyr. 8.6,

Ingustata mihi porrexerit ilia rhombi.

Lacertos æquales porrigit. Ouid. 15. Metam. 149.

Porrigere atq; tendere lucẽ ingenij & consilij sui cunctis prope ciuibus. Cic. 1. de Orat. 91.

Manum porrigere, Opem ferre. Cic. pro Flacco, 11.

Porrigere manum ad aliquid faciendum. Cic. pro Cæl. 50.

Manus porrigere aliquo. Ouid. 4. Trist. eleg. 8.2.

Manum in mensam porrigere. Cic. 5. Tusc. 87.

Gratulabundus manum porrigere. Author ad Herenn. lib. 4. 242, Membra quò uult flectit, contorquet, porrigit, contrahit animal. Cic. 1. de Diuin. 196.

Membra in spacium porrigere. Ouid. 2. Metam. 40.

Munera porrexit dextra. Ouid. 8. Metam. 19.

Oscula porrigere alicui. Ouid. 3. Metam. 91.

Pedem sinistrum porrigere ad occulandum. Senec. de Benefic. lib. 2. cap. 10.

Pocula porrigere. Ouid. 2. de Arte, 68.

Porrigi in tempus aliquod. Cels. lib. 2. cap. 5.

Campus porrigit umbras murorum. Stat. 12. Theb. 51.

¶ Porrectus Participium (προτεταμένος) Extẽsus. Plin. lib. 10. cap. 33. 2, Hirundines faucibus porrectis in angustum. Horat. 4. Carm. ode 15.3.

Ante fores porrectus. Horat. 3. Carm. ode 10.1.

Tityus porrectus per nouem iugera terræ. Tibul. libro 1. eleg. 3.15.

Arena porrectus. Propert. lib. 2. eleg. 9.7.

Hostis porrectus somno sub frondibus. Stat. Achil. 15.

Iugulum porrectum. Horat. 1. Serm. Satyr. 3.18.

Littora porrecta. Ouid. epist. 10.19.

Statua est in Ceramico Chrysippi sedentis, porrecta manu. Cic. 1. de Finib. 60.

Mora porrecta. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 12.3.

Longè series porrecta uiarum. Stat. 3. Sylu. 3.21.

Porrecta in latitudinem stabula. Columella libro septimo, capite. 3. 6.

Tectus porrecta. Horat. Epod. 5.17.

¶ Porrectus, aliquando nomen est: ut, Porrectiore fronte loquitur hoc est, bilariore. Plaut. Casina, 7.3.

Acies porrectior. Vide Acies.

¶ Porrectio, Verbale (πάτασις, παράτασις) Cic. 2. de Natur. deorum, 224, Digitorum enim contractio facilis, facilisq; porrectio, propter molles commissuras, & artus nullo in motu laborat.

Brachij porrectio. Author ad Heren. lib. 3. 120.

Porrigo] pen. prod. porriginis, pen. cor. fœmin. gen. (λειχὴν) Genus morbi, ubi inter pilos quædam quasi squamulæ surgunt: eæq; à cute resoluuntur, & interdum madent, multo sæpius siccæ sunt. Sæpius fit in capillo, rarius in barba, aliquando etiam in supercilio, ut ait Celsus lib. 6. cap. 2. Iuuen. Satyr. 2.8,

——sicut grex totus in agris
Vnius scabie cadit, & porrigine porci,
Vuaq; conspecta liuorem ducit ab una.

Impexa porrigine fœdum caput. Horat. 2. Serm. Satyr. 3.26.

Porrima] pen. cor. (πόρρωμαι) soror siue comes Carmentæ matris Euandri. Ouid. 1. Fast. 127,

Porrima placatur, &c.

Porrò] Aduerbium (ἀλλ᾽, γέ, μᾶλλον) significat certè. Cic. pro Plancio, 66, Nihil porrò tam inhumanum, tam immane, tã ferum, quàm committere ut beneficio non dicam indignus, sed victus esse uideare.

Porrò, Hortantis. Virg. 9. Aeneid. 39,
——percipe porrò
Quid dubitem. Seruius.

Perge porrò: nam de isto magnâ dissensio est. Cicer. 4. de Finibus, 121.

Porrò. Virg. 5. Aeneid. 120,
——hinc maxima porrò
Accepit Roma, & patrium seruauit honorem.
Seruius, Porrò, per longum interuallum: & est aduerbium temporis. Sic dicimus, Lycurgus non porrò ab Homeri temporibus fuit.

Porrò ire pergas: ut sit aduerbium loci. Liuius lib. 8, Porrò, id est ultra.

Porrò, longè remotum. Virg. 6. Aeneid. 143,
——quæ sint ea flumina porrò. Seruius.

Porrò (ὕστερον) Aduerb. ordinis. Terent. And. 4. 4. 10,
Moue ocyus te, ut quid agam porrò intelligas.

Porrò (ἑπειτα) Posteà, deinde, in futurum. Cic. Marcello, lib. 4. 9. 4, Non est porrò tuum, uno sensu solùm oculorũ moueri. Terent. Hecyr. 3. 1. 18,
Vixq; huc contuleram, hem noua res orta est, porrò ab hac, quæ me abstrahat. id est, deinde inquit Donatus. Ibidem, 20,
Quòd quum ita esse inuenero, quid restat, nisi porrò ut fiam miser? Porrò hoc loco, id est Posteà, uel in postremum, authore Donato.

Porrò, Coniunctio (δὲ) pro Autem ponitur, locatúrq; in principio orationis. Quintilianus in Apibus pauperis, Porrò qui confessum defendit, non absolutionem sceleris petit, sed licentiam. Cic. pro Milone, 18, Occurrebat, mancam ac debilem Præturam suam futuram Consule Milone, eũ porrò summo consensu pop. Rom. Consulem fieri uidebat.

Porrò, pro Coniunctione expletiua aliquando ponitur, authore Donato. Terent. And. 1. 5. 45,
——adeon' me ignauum putas,
Adeon' porrò ingratum, aut inhumanum, &c.

Porrò, Græcum est, πόῤῥω.

Age porrò tu qui te tam religiosum existimari uoluisti interpretem fœderum, cur Tauromenitanis, &c. Cicero 7. Verr. 45.

Iam porrò uidete cætera Iudices. Cic. pro Rosc. Amer. 68.

Mihi porrò, ut ego non dicam, quis omnium mortalium non intelligit, quàm longè progredi sit necesse? Cicero 7. Verr. 140.

Porrò autem: pro, Et uerò, & Porrò. Terent. Phorm. 1. 1. 12,
——porrò autem Geta
Ferietur alio munere ubi herà pepererit:
Porrò alio autem, ubi erit puero natalis dies. Budæus.

Porrò autem, pro Sed. Salust. in Catil. At illum ingens cura atq; lætitia simul occupauêre. Nam lætabatur, intelligens coniuratione patefacta ciuitatem periculis ereptam esse. Porrò autem anxius erat, dubitans in maximo scelere in tantis ciuibus deprehensis quid facto opus esset.

Catoni porrò assensus est Fauonius. Cic. Attic. lib. 7. 12. 1. 11.

Sequitur porrò nihil deos ignorare. Cicer. 2. de Diuin. 157.

Neq; porrò: pro, neq; etiam. Cic. 3. Verr. 85. Neq; enim perfacetè dicta, neq; porrò hæc seueritate digna sunt. Idem 2. de Finibus, 99. Budæus.

Porrò minima: pro, Et etiam, uel Longè minima potius. Cicero 3. de Finibus, 136, Ea nos mala dicimus, sed exigua & porrò minima. Budæus.

Porrò, pro Valde. Cic. de Senect. 39, Sæpe à maioribus natu audiui, qui se porrò pueros à senibus audiuisse dicebant.

Porrus] uel Porrum, porri (πράσον) Genus oleris hoti. Martial. lib. 13. 19,
Mitti præcipuos nemoralis Aricia porros,
In medio uirides stipite cerne comas. Plin. lib. 19. cap. 6. 9, Porrum seritur semine ab æquinoctio Autumno, si sectiuum facere libuerit, densius. In eadem area secatur donec deficiat, stercoraturq; semper, si nutritur in capita antè quàm secetur. Quum increuit, in aliam aream transfertur, summis foliis leuiter recisis ante medullam, & capitibus retractis, tunicisue extremis. Et paulo pòst, Sectiui duo genera, Herbaceum folio incisuris eius euidentibus, quo utuntur medicamentarij. Alterum genus suauioris folij, rotundioris q;, incisuris leuioribus.

Catinus porri & ciceris. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 23.

Sectile porrum. Iuuen. Satyr. 3. 29.

Sectiui porri fila. Iuuen. Satyr. 14. 14.

De porris capitatis est epigramma Mart. lib. 13. 19. De porris item sectiuis, ibidem, 18.

¶ Porraceus, pen. cor. Adiect. (πρασίνος) Quod est porri. Pli. lib. 21. cap. 18. 5, Folia ima porraceis exliora.

Porraceus color, Porri colorem referens. Plinius libro 37. capite 10. 24.

¶ Porrima, porrinæ, pen. prod. Locus porris consitus, uel porrorum uno in loco consitorum multitudo. Scæuola in l. defuncta. D. de usufruct. Sempronio do lego ex rediru fructũ oleris & porrinæ.

Porsena] pen. cor. (πόρσιν) rex Tusciæ, qui urbem Romã obsedit. Martial. lib. 1. 106,
Vrere quem potuit contempto Mutius igne,
Hanc spectare manum Porsena non potuit. Additur etiam nonnunquam n, Porsenna, ut producatur. Virg. lib. 8. Aeneid. 130,
Necnon Tarquinium eiectum Porsenna iubebat, &c.

Minax Porsena. Horat. Epod. 16. 1.

Porta] portæ (πύλη) Omnis exitus, quo potest importari uel exportari aliquid: unde etiam à portando dicta est, uel ab aratri portatione, inquit Donatus: quia in designatione urbium, subiunctis uacca & tauro, qui urbem designabat, aratrum manu sustendebat, ne sulcum quem primogenitum dicunt, faceret, ubi aditus ciuitatis erant relinquendi. Cæsar. 6. bell. Gall. 141, Capit arma à proximis, atq; in porta consistit.

Claustra ingentia portarum. Virg. 7. Aeneid. 37.

Moræ portarum. Stat. 11. Theb. 49.

Vigiles portarum. Virg. 2. Aeneid. 67.

Fornice aduerso portæ. Virg. 6. Aen. 127.

Aeratæ portæ. Ouid. 8. Metam. 9.

Ahena porta. Stat. 10. Theb. 52.

Bipatens. Virg. 2. Aeneid. 66.

Cornea. Stat. 5. Syl. 3. 58.

Decumana. Vide Decumanus, in Decem.

Eburna. Virg. 6. Aeneid. 180. & Horat. 3. Carm. ode 27. 9.

Ferrata. Stat. 10. Theb. 101.

Laxata. Claud. 2. Paneg. 39.

Recluſa. Stat. 11. Theb. 84.

Rudis. Ouid. epist. 7. 24.

Stabiles portæ. Claud. 2. de raptu Proserp. 29.

Porta tenuis. Tacit. lib. 3.

Vrbanæ portæ. Ouid. de Nuce, 28.

Arietare in portam. Vide Arieto.

Sublimibus portis astant. Virg. 12. Aen. 27.

Portæ

Portæ non clausæ. Horat. 3. Carm. ode 5. 5.

Diffindere portas urbium. Horat. 3. Carm. ode 16. 3.

Qua data porta ruunt, & terras turbine perflant. Virg. 1. Aen.

Efferre sese portis. Virg. 12. Aeneid. 88. (18.

Efferre pedem porta. Cic. Attico, lib. 8. 14. 6. 7.

Erumpunt portis, concurritur. Virg. 4. Georg. 16.

Exierat portis equitatus apertis. Virg. 8. Aeneid. 117.

Ad portam comites expectare. Cic. Cassio, lib. 15. 17. 2.

Explorare portas. Virg. 9. Aeneid. 34.

Imponere portam in aliquam regionem. Vide Impono.

Instant Rutuli sternere cæde uires portis circùm omnibus. Virgil. 10. Aeneid. 23.

Introire porta. Cic. in Pisonem, 43.

Irrumpere portas patentes. Virg. 11. Aeneid. 176.

Moliri portas. Tacit. lib. 18.

Obijcere portas. Virg. 9. Aeneid. 9.

Obsidere portas. Stat. 10. Thebaid. 53.

Obstrepere portis. Vide Obstrepo.

Obstructas portas præbere re aliqua. Sil. lib. 11. 46.

Occupare portas urbis. Cic. 14. Philip. 394.

Panduntur portæ sacræ. Virg. 6. Aeneid. 115.

Pandere portas alicui. Virg. 12. Aeneid. 17.

Patet porta aliquibus. Cic. in Pisonem, 43.

Perfringere portas ui. Lucan. lib. 3. 69.

Recludere portas. Ouid. 8. Metam. 9.

Perfringere portas. Ouid. 6. Metam. 120.

Referare portas alicui. Ouid. 3. de Arte, 115.

Ruere portis. Virg. 4. Georg. 37.

Substare in ipso limine portæ. Virg. 2. Aeneid. 49.

Ad portam præstò esse lictores. Cic. in Pisonem, 43.

Tenere limina portarum obsessa. Virg. 2. Aeneid. 161.

Porta tonat cæli. Virg. 3. Georg. 53.

Belli portæ diræ. Virg. 1. Aeneid. 60.

Portæ iecoris. Cic. 2. de Nat. deor. 206, Per uias quasdam à medio intestino usq; ad portas iecoris. Venam à porta uulgus uocant, uel uenas portas.

¶ Portula, portulæ, penult. corr. Diminutiuum (πυλὶς) Liu. 5. bel. Pun. 46, Conuenerat autem ut Philomenes portula assueta uenationem inferens, armatos induceret; parte alia portam Temenitida adiret Annibal.

¶ Porta Augusta, (πόρτα Αὐγούστα) Hispaniæ urbs Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Torquemada uulgò.

¶ Portæ Caucasiæ, locus in Albania, quo se Caucasus mons findens ad amnis Dyriodori transitum, portarum speciem refert. Caspias quidam eas portas nuncupant, sed errore inducti. Plin. lib. 6. cap. 11.

Portendo] portendis, portendi, portentum, portendere, (προσημαίνω, ἐπισημαίνω, προφαίνω) Porrò, hoc est antè tendere, prædicere, præmonstrare. Cic. 2. de Nat. deor. 10. Prædictiones uerò & præsensiones rerum futurarum quid aliud declarant, nisi hominibus ea quæ sint ostendi, monstrari, portendi, prædici, ex quo illa ostenta, monstra, prodigia dicuntur?

Cladem portendere alicui. Silius lib. 4. 21.

Cõmutationem rerum populo portendere. Cic. 1. de Diuin. 82.

Genet alicui portenditur. Virg. 7. Aeneid. 51.

Læta omnia prosperaq; portendere. Liu. 1. ab Vrbe, 32.

Nox portendit metus. Stat. 9. Theb. 117.

Ex ostentis metus magnorum periculorum portenditur. Cicerò 6. Verr. 97.

Superi portendunt noua. Claud. 1. in Eutrop. 3.

Periculũ principib. dij portendunt. Cicero de Aruſp. resp. 49.

Significationes rerum futurarum uigilantibus & dormientibus portenduntur. Cic. 2. de Nat. deor. 247.

Thesauri pars 3.

Spem portendere. Liu. 9. bel. Pun. 53.

Portentum malum, in significatione passiua usus est. Plautus in Circul. 6. 21,
Pacem ab Aesculapio petas: ne fortè tibi eueniat magnũ malum, quod in quiete tibi portentum est. id est, præmonstratum est.

¶ Portentum, portenti (πρᾶσις, πρασπολογία) Quod portendit & præmonstrat aliquid futurũ. Varro, in cælo, inquit, memorabile extitit portentum. Portenta autem ex augurijs & auspicijs significationem accipiebant. Vide apud Curt. lib. 2. de Nat. deor. 10.

Portenta, ostenta, monstra, prodigia dicuntur: quia ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt. Cic. 1. de Diuin. 154.

Hominum pecudumq; potenta præter naturam. Cic. 2. de Natura deorum, 21.

Explanationes portentorum, Hetruscorum disciplina continetur. Cic. de Aruſp. respon. 16.

Interpres portentorum. Cic. 2. de Diuin. 96.

Portentum & funus Reip. Gabinius. Cic. de Prou. Cons. 15.

Fatale portentum, prodigiumq; Reip. P. Clodium uocat Cicerò in Pisonem, 6.

Magica portenta. Vide Magus.

Casum aliquem portenta ferunt. Virg. 8. Aeneid. 107.

Loqui monstra ac portenta. Lucret. lib. 4. 119.

Sed uarijs portenta deûm terroribus obstant. Virg. 7. Aen. 12.

Portentum, pro Bono omine posuit Virg. 8. Aeneid. 107,
——ne quære profectò
Quæ casum portenta ferant. id est, bona omina, quæ uictoriam portenduit.

Portentum, Inane quidpiam & irridendum. Cicer. 1. Tusc. 173, Aut quid negotij est, hæc poetarum & pictorum portenta committere?

¶ Portentosus, penult. prod. Adiectiuũ (πρᾶστώδης) Quod portentum facit. Cicer. 2. de Diuin. 88, An uerò illa nos terrent, si quando aliqua portentosa aut ex pecude, aut hominè nata dicuntur?

Portentosa Græciæ mendacia. Plin. lib. 5. cap. 1. 3.

Portentosissimum opus. Plin. lib. 36. cap. 13. 1.

¶ Portentuosus, pen. prod. Idem. Suet. in Domit. cap. 4, Ante pedes eius stabat puerulus occimatus, portentoso paruoq; capite.

¶ Portentificus, penult. corr. Adiectiuum (πρᾶστοποιὸς) ut, Venena portentifica, Portenta ac monstra facientia. Ouid. 14. Metam. 11.

Porthmeus] porthmei, penultima correpta (πορθμεύς) Latinè dicitur transfretator, qui nauigio uehit, & qui exigit portorium. πορθμὸς, enim Latinè dicitur fretum Iuuenalis. Satyr. 3. 26,
Iam sedet in ripa, tetrumq; nouitius horret
Porthmea. Plin. lib. 3. cap. 5. 38, Quà intrat, porthmos à Græcis, à nobis Gaditanum fretum.

Porthmos] πόρθμος, Idipsum est quod nos Gaditanum dicimus. Est & oppidi in Eubœa nomen. Plin. lib. 3. cap. 5. & lib. 4. cap. 12.

¶ Porthmos, fretum, maris inter duos continentes angustiæ. Budæus in l. Lucius. de seruit. rustic. præd. in Pand.

Porticus] huius porticus, pen. corr. f. g. (στοὰ, παστὰς, παραστὰς) Egregium aduersùs tempestates, ac feruorem salis receptaculũ, quo includi areæ solent: quæ propter repentinos imbres, & umbrarum ac deambulationis gratiã ædificatur. Ouid. 1. de Arte, 14, de porticu Pompeiana,
Tu modò Pompeia lentus spaciare sub umbra,
Quum sol Herculei terga Leonis adit. Cic. pro Domo sua, 89, Vix pars ædium mearum decima Catuli porticum decessit causa fuit ambulatio, & monimentum, ei ista Tana-

gred oppreſſa libertate libertas. In palatio pulcherrimo proſpectu porticum cum conclaubus pauimentatum trecentum pedum concupierat. Colum.lib.7.cap.9, de ſuibus, Nec ut cuncti greges, uniuerſi claudi debent, ſed per porticus harę faciendæ.

Amplæ porticus. Virg.3.Aeneid.71.
Excelſa porticus. Cic.ad Atticum,lib.4.86.5.
Longæ porticus. Virg.2.Aeneid.106.
Perfuſa luto porticus. Iuuen.Satyr.14.7.
Spacioſa porticus. Ouid.1.de Arte,99.
Vacuæ porticus. Virg.2.Aeneid.151.
Coire in porticum. Vide Coeo.
In porticibus deambulantes diſputabant philoſophi. Cic.2. de Orat.12.Idem 4.Acad.134, Sed quid eos colligam,quũ habeam Chryſippũ, qui fulcire putatur porticum Stoicorum?
Integebantur porticus lignis cõiunctis inter ſe. Vide Intego.
Spaciari porticibus. Ouid.epiſt.20.20.
Porticus Octauij. Sueton. de claris Grammat.21. Vide Ordino in Ordo.
Porticus Pompeij,amphitęatrum erat Romæ amplißimum,cuius meminit Plin. lib.36.cap.15.15, Cauea ipſa cepit hominum LXXX millia:quum Pompeij amphiteatri toties multiplicata urbe,tantoq; maiore populo ſufficiat XL.M. Meminit & huius Plutarchus in uita Bruti.Plin.interdum theatrum, interdum ędem Pompeij nominat.
¶Porticus, nonnunquam ſignificat tabernaculum, ſiue tentorium. Cic.2.Tuſcul. Namque Aeſculapi liberorum ſaucij opplent porticus.loquitur de Podalirio & Machaone, qui ad Troiam tendebant,& tabernacula habebant.Turneb.
¶Porticatio, Macer in l. funeris ſumptus. ff. de religioſis & ſumpt. fun. Itaque ſi amplum quid ędificari teſtator iuſſerit (ueluti in circuitu porticationes) eos ſumptus funeris cauſa non eſſe.
¶Porticulas, pen. corr. à porticu (παστάδια) Varro dixit, teſte Budæo: & Cicero Fabio Galbo, lib.7.24.10, In porticula Tuſculani.
Portio] portionis, f. g. (συμμοῖρα) Quaſi partio: ſignificat partem. Cic.7.Verr.44, Nunquam in Sicilia frumentum publicè eſt emptum, quin Mamertinis pro portione imperaretur.
Breuiſſima uitæ portio. Iuuen.Satyr.9.13.
Portionem ſeruare. Curtius lib.7.
Ad portionem. Vide Ad præpoſitionem.
Portio ex re aliqua. Plin.lib.12.cap.18.3.
Portio, pro Parte. Plin.lib.8.cap.28.1, Siquidem & pericula præmonent nõ febris modò extisq;, circa quod magna mortalium portio hæret,ſed,&c. Quint.lib.6.cap.1.21.
Pro portione. Cic.2.de Orat.175, Sed oportet, ut in ędibus ac templis ueſtibula & aditus,ſic cauſis principia pro portione rerum proponere. Bud. Vide Ad portionem in Ad.
Pro rata portione aliquid diſtinguere. Cic.in Somn.Scip.17.
Pro uirili portione. Tacit.in uita Agricolæ.
Supra portionem reſpondere. Colum. lib. 7. cap.1, de aſinis loquens, Huius animalis tam exiguæ tutelæ plurima & neceſſaria opera ſupra portionem reſpondent.id eſt,maiorem utilitatem præbent,quàm pro cura & tutela ſui.Budæus.
Portione, ablatiuus. Plin. lib.11.cap.37.10, Cerebrum omnia habent animalia, quæ ſanguinem. Sed homo portione maximum.Idem lib.11.cap.37.59.
¶Portiuncula,portiunculæ,pen.corr. Diminutiuum (συμμοιρίδιον) Apuleius, Qui quũ à me portiunculam poſceret.
¶Portiſculus,portiſculi, pen.corr. m.g. Propriè (inquit Nonius) hortator remigum, qui eam perticam tenet,quæ portiſculus dicitur, quà excurſum & exhortamenta moderatur.Plaut.Aſin.10.15,

Et mea partem loquendi,& tuam trado tibi: ad loquendum atq; tacendum tute habeas portiſculum. Feſtus, Portiſculus,ut ſcribit Aelius Stilo, qui in portu modum dat claſſi.

Portitor] pen.corr. portitoris (πορθμεύς,πορθμεντὴς) ille dicitur,qui traducit homines,ac uehit nauigio uel ad nauem de litore, uel de naui ad litus:uel ad ulteriorem fluminis, lacus, ſtagniue ſeu ripam, ſeu litus. Poteſt etiam accipi pro eo qui portorium conduxit, id eſt, qui fructus pecuniarios ex portu conduxit,& à uenientibus illos exigit.Hæc Valla lib.1.Virg.6.Aeneid.60.

Portitor has horrendus aquas,& flumina ſeruat
Terribili ſqualore Charon. Cicer. Pro lege Agraria, 64,Si turpe, ſi intolerandum, hos Decemuiros portitores omnibus omnium pecunijs conſtitui. Idem 1.Offic.208,Primum improbantur ij quæſtus, qui in odia hominum incurrunt,ut portitorum,ut fœneratorum.

Amnis lethæi portitor. Stat.12.Thebaid.112.
Orci portitor. Virg.4.Georg.100.
Auarus portitor. Ouid.ad Liuiam,72.
Niger portitor. Valer.1.Argon.158.
Portitor,Qui aliquid portat. Stat.lib.1.Thebaid.

Languet Hyperboreæ glacialis portitor Vrſæ, Seruius, Portitor propriè qui portat: abuſiuè etiam qui portatur, portitor dicitur,ſicut uector.

¶Portorium, portorij (τελώνιον, πόρθμιον, ἐλλιμένιον) Merces quæ portitoribus datur. Item.uectigal quod ſoluitur portitori,ut ait Nonius. Lucilius lib.27, Facit idem quod illi,qui inſcriptum ex portu exportant,ne portorium dent.
Circunuentionis portorium. Cic.Attic.lib.2.31.7.
De portorio & nonnullis iniurijs portitorum conqueri. Cicero Quin.frat.lib.1.48.
Portorium dare de re aliqua. Cic.4.Verr.128.
Magnis portorijs illò mercatores ire conſueuerunt. Cæſar 3. bell.Gall.354.
Nomine portorij in ſingulas amphoras uini quatuor denarios exigere. Cic.pro Fonteio,8.
Exportare aliquid ſine portorio. Cic.4.Verr.132.
Portorium uini inſtituere. Cic.pro Fonteio,8.
Locarunt portorium fruendum. Liu.2.bell.Maced.21.
Locare & conducere portorium. Cic.de Inuent.63.
Portoria Italiæ ſublata. Cic.ad Attic.lib.2,31,2.
Tollere portoria Italiæ. Cic.Qu.frat.lib.1.1.48.
Vectigal & Portorium, pro eodem dixit Plin. de macello loquens,& rebus hortenſibus,lib.19.cap.4.
Imponere portorium ſingulis rebus quæcunq; uenirent. Cicero in Piſonem,69.
Vectigal ac portorium Dyrrhachinorum. Cic.de Prou.Conſul.
Porto] portas (φέρω,βαστάζω,πομίζω,ὀχμάζω,ἄγαμαι) portare, Eſt baiulare corpore iumenti, aut ſuo,uel etiam interdum Animo ferre & pati: ut in ſequentibus exemplis patet.Plaut.Aulul.7.53,

Vbi onus nequeam portare pariter, iaceam ego aſinus in luto.

Portare ad. Cicer.pro Domo ſua, 49,Columnæ marmoreæ ex ędibus meis inſpectante pop. Romano. ad ſocerum Conſulis portabantur.
Portare ad & in. Plin. libro 12. cap.17.9, Mihi & ad Perſas etiam prius iſta portaſſe, quàm in Syriam aut Aegyptum uidentur.
Portare ex toto. Plin.lib.11.cap.17.3.
Naues portabant legatos Romam. Liu.3.bell.Pun.177.
Exercitum portare. Salluſt.in Iugurtha.
Faſciculum librorum portare ſub ala. Horat.1.epiſt.13.3.

Frumenta

Frumenta portare. Horat.1.epiſt.17.15.
Frumentum donum ad aliquem portare. Cic.Att.lib.14.301.1.
Fuſtes portare. Horat.3.Carm.ode 6.9.
Humeris portare aliquid. Horat.1.Serm.Satyr.5.18.
Portare dicimur, quum iumẽtis aliquid nobiſcũ ducimus. Hinc Verrem legimus amicã è prouincia portaſſe, & Pompeium deportaſſe triumphum.
In triumpho Maßiliam portari ad exemplum amißi imperij uidimus. Cic.2.Offic.34.
Collo portare aliquid. Colum.lib.9.cap.8.2.
Lectica portari. Cic.ad Attic.lib.10.207.6.
Pelago portare opes. Virgil.1.Aeneid.74.
Venti portant nubila per cælum. Lucret.lib.4.91.
Auxilium portare alicui. Adiuuare. Salluſt.in Catil.
Bellum portare. Virg.3.Aeneid.108.
Bonum portare. Terent.Andr.2.2.1,

Dij boni,boni quid porto.

Dolorem portare ſecum. Stat.11.Thebaid.102.
Fallaciam portare alicui. Terent.And.2.6.2.
Inſidias portare. Ouid.2.Triſt.55.
Quum ſatis una tuis in ſomnia portet ocellis. Propertius lib.2. eleg.26.19.
Iurgium portare ad aliquem. Terent.Hecyra.3.5.63.
Mandata portare. Virgil.9.Aeneid.63,

Multa patri portanda dabat mandata.

Nuncium portare. Plin.lib.9.cap.25.21.
Omnia mea mecum porto,inquit Bias. Cic.in Parad.9.
Onus moleſtum portare. Horat.1.Serm.Satyr.6.20.
Peccatum portare. Terent. Heaut.4.1.12.
Preces portare ad aliquem. Valer.2.Argon.65.
Rugas portare in uertice frontis. Ouid.1.Amor.eleg.8.9.
Verba iuſſa portare. Ouid.2.Metam.149.
Nequa tibi inſolitos portarent uiſa timores. Propertius libro 1. eleg.3.6.
¶Portatum,portatu, pen.prod. Supina. Plin.lib.23.cap.7.2, Mala pyraq; portatu iumentis mire grauia ſunt, uel pauca. Idem lib.9.cap.15.10.
¶Portans,Participium (πομίζων) ut, Verba portantia ſalutẽ. Ouid.3.de Ponto,eleg.4.1.
¶Portandus,Aliud participium (πομιστέος) ut, Cadauera portanda in arca uili. Horat.1.Serm.Satyr.8.2.
Mandata portanda alicui dare. Virgil.9.Aeneid.64.
¶Portatus,pen.prod. Similiter Participium.
¶Portatus, huius portatus,pen.prod. Verbale,m.g. Silius Italicus libro 12,

Incluſas igitur,quibus haud enare dabatur
Arce ſuperpoſita,clauſtris maris extulit æſtu,
Perq; auerſa tulit portatus in arua carinas. De nauib. loquitur; quæ uehiculis impoſitæ, per campum in mare rurſum uehebantur.

¶Portito, portitas,penult. corr. (συχνῶς πομίζω) portitare, Frequentatiuum. Gellius lib.20.cap.1, Crumenam plenam aßium portitas.
Portuenſis] porta, una è Romanis portis: de qua ac ſimilibus Alexander lib.4.cap.16.
Portula] Vide Porta.
Portulaca] portulacæ, pen. prod. (ἀνδράχνη) Eſt, inquit Plin.lib.20.cap.20, quam peplion uocant, non multum ſatiua efficacior. Cuius memorabiles uſus tradunt. Sagittarum uenena & ſerpentium hemorrhoidum & præſertim reſtringit,pro cibo ſumpta,& plagis impoſita extrahit.
Portunus] pen.prod. (παλαίμων) Deus marinus. Vide in dictione Palæmon.
Portunus à portu, ſicut Neptunius à nando, paulum primis litteris immutatis dicitur. Cic.2.de Nat.deor.95.
Pater Portunus. Virgil.5. Aeneid.49,Deus marinus qui portubus præeſt. Seruius.
Portunalia] παλαίμονια, inter quatuor Græciæ celeberrima certamina numerantur, in honorem Palæmonis, quem Latini Portunum uocant, inſtituta. Eadem & Iſthmia dicebantur,ab iſthmo Peloponneſiaco,ubi ſolebant celebrari.
Portus] huius portus, maſculini generis,ablatiuo portubus & portibus (λιμήν) Dicitur locus concluſus, quò importantur merces,& inde exportãtur,ut ait Vlpianus in l. portus.ff.de uerb.& rerum ſignific.& ubi naues hyemant. Cic. 7.Verr.76,Quem poſtea quàm inanem locum offenderũt, & Prætorem commouiſſe ex eo loco caſtra ſenſerunt, ſtatim ſine ullo metu in portum ipſum penetrare cœperunt. Quum in portum dico Iudices (explanandum eſt enim diligentius, eorum cauſa qui locum ignorant) in urbem dico, atq; in urbis intimam partem uenißſe piratas. Non enim portu illud oppidum clauditur,ſed urbe portus ipſe cingitur & concluditur: non ut alluantur à mari mœnia extrema, ſed influat in urbis ſinum portus.
Propter portus ſuos, multis & uarijs mercatorum ſermonibus ad ſtudium fallendi uocabantur Carthagimienſes fraudulenti & mendaces. Cic.de lege Agraria,92.
Aditius portus. Vide Adeo, adis.
Oſtium & aditius portus. Cic.6.Verr.105.
Aditus & os portus. Cic.7.Verr.24. Vide Os, oris.
Altus portus. Virg.5.Aeneid.49.
Amœnus portus. Stat.4.Sylu.7.4.
Celeberrimus portus. Vide Celebris.
Celeberrimus & pleniſſimus nauiũ portus. Cic.pro l.Manil.23.
Fluminei portus. Claud.4.Paneg.399.
Immotus portus ab acceſſu uentorum. Virg.3.Aeneid.114.
Inſidi portus. Ouid.13.Metam.153.
Manufacti portus. Cic.2.Offic.18.
Rudis undarum portus. Stat.3.Thebaid.1.5.
Tranquillus & tutus portus. Cic.pro Plancio,76.
Tutus & clauſus portus. Cic.de Prouin.Conſul.24.
Vacui ſine remige portus. Virgil.4.Aeneid.118.
Accipere aliquos portu tuto. Virg.3.Aeneid.16.
Capere portum. Vide Capio.
Cincta portubus duobus inſula. Cic:6.Verr.105.
Committere portibus. Vide Committo.
Inerti portu condita ratis. Ouid.ad Piſonem,46.
Deferre in portum. Vide Defero.
Deferri in portus. Virg.7.Aeneid.5.
Diſtincta portubus regio. Cic.pro Flacco,21.
Inſula efficit portum obiectu laterum. Virg.1.Aeneid.33.
Effodere portum. Virg.1.Aeneid.87.
Facere portum. Quint.lib.2.cap.21.11.
Intrare portus. Virg.3.Aeneid.51.
Amicos portu intramus. Virg.5.Aeneid.12.
Inuehi ex alto in portum. Vide Inueho.
Inuectus portum. Vide Inueho.
Linquere tũ portus iubeo, & conſidere tranſtris. Virg.3.Aen.
Pateſcit portus proplor. Virg.3.Aeneid.108. (58.
Penetrare in porium. Vide Penetro.
Petere portum. Virg.1.Aeneid.40.
Præcludere portus claſſi. Lucan.lib.9.8.
Claſſis premit portus. Ouid.epiſt.2.19.
Progredi portu. Virg.3.Aeneid.60.
Relinquere portus. Virgil.3.Aeneid.2.
Soluere è portu. Cic.pro Murena,3.
Tangere portus. Virg.4.Aeneid.123.
Ceu preſſæ portum quũ iam tetigêre carinæ. Virg.1.Georg.81.

Tenere portam si nequeas, nauigando, tempestati obsequi artis est. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 8 5. Virgil. 1. Aeneid. 81.
In portu impingere, est apud Quintilianum: pro eo quod est, statim in ipso operis ingressu peccare.
Portus et aura fuge. Metaphoricos. Oui. 2. de Pont. eleg. 8. 14.
Portus & perfugium. Cic. Luceio, lib. 5. 15. 6.
Portus fugæ. Cic. ad Brutum, 5. 3.
Portus & refugium nationum, Senatus. Cic. 2. Offic. 37.
Portus ocij. Cic. ad Attic. lib. 4. 7 5. 2.
Portus philosophiæ. Cic. ad Curium, lib. 7. 31. 6.
Perfugium portus q; supplicij exilium. Cic. pro Cecinna, 72.
Placidus portus æterna quiete, Mors. Senec. Agamem. 71.
Res est in portu, id est, in tuto, prouerbialis locutio. Plaut. Mercat. 19. 49.
Expectare tanquam portum solitudinem. Cic. 1. de Orat. 133.
In portu nauigare, Est à periculo abesse, prouerbialis locutio: propterea quòd qui medijs adhuc in fluctibus nauigant, hi uentorum & æstus arbitrio nauigant: contrà, qui iam intra portum sunt, nihil habent negocij cum undis ac uentis. Terent. And. 3. 1. 22. Virg. 7. Aeneid. 120,

Nunc mihi parta quies, omnisq; in limine portus. Vide Nauis.

Paratum nobis portum & perfugium mortem putemus, quo utinam uelis passis prouehi liceat. Cic. 1. Tusc. 194.
Venire in portũ aliquãdo ex lõga nauigatione. Cic. de Sen. 65.
¶Portuosus, penult. prod. Adiectiuum (λιμενώδης) ut, Portuosus locus, Portuosum mare, Multos portus habens. Sallust. in Iugurtha. Cicer. 3. de Orat. 40, Vt philosophi tanquam in superum mare Ionium defluerent, Græcum quidam & portuosum.
Nauigatio minimè portuosa. Cic. Torquato, lib. 6. 20. 2.
Portus] Magnus, proprium nomen oppidi ciuium Romanorũ in Tingitania prouincia: nunc puto Guineax Hispanus uocat, eregionè sui loci: est quippe Maurorum patria. Plin. lib. 5. cap. 2.
Portus] Veneris, est in sinu salso, inter Pyrenei promõtoria. Mela lib. 2. cap. 5. Oliuarius dicit hodie uulgò uocari Cap de creus, id est, promontorium crucis.
Porus] πῶρος, Rex Indiæ fuit, non tam ingentis corporis, quàm animi magnitudine præditus, quem Alexander deuicit. Vide Curtium lib. 8. circa finem.
Eous Porus. Claud. 7. Paneg. 75.
Nigri Pori regia. Claud. 8. Paneg. 7.
¶Porus, alius Metidis filius, de quo in Penia.
Pos] uidetur potius significare potem, quàm potẽtem, inquit Varro lib. 4. de ling. Latina.
Posca] poscæ (ὀξύμελι) Vinum in torculari aquatum, quod apud Plinium, Varronemq; & alios, Lora dicitur. Plaut. Trucul. 11. 48.

— tum tantuli doni causa,
Holerum atq; escarum, & poscarum, &c. Quidam potionis genus esse dicunt, quam Græci oxycraton uocãt, quæ ex aquæ aceticq; mistura fit. Celsius. Aluum astringunt merulæ, palumbus, magisq; si in posca decoctus est. Pusca, per quintam uocalem ubiq; legitur apud Celsum. Sueton. in Vitellio, cap. 12.

Posco] poscis, popposci, poscitũ, pen. cor. (αἰτέομαι, ἀξιόω).
Poscere, Rem debitam & honestam petere. Varro, Poscere est: quoties aliquid pro merito nostro deposcimus. Donat. Poscimus imperiosè: Postulamus iure. Hæc tamen differentia sæpe confunditur nam pro Petere, etiam Posco accipitur. Cic. 6. Verr. 39, Nemo tam audax qui posceret, nemo tã impudens qui postularet ut uenderet.
Ne popposcisses, ego me tibi non offerebam. Cic. Att. lib. 2. 16. 7.
Poscere uerbo. Cic. 2. Verr. 27, Quam quum poscebat, uerbo illam poscere uidebatur, re uera iudicia poscebat.
Poscere aspiciendum. Cic. 6. Verr. 40.
Poscere ad rauim. Plaut. Aulul. 10. 10.
Poscere & flagitare. Cic. 7. Verr. 57.
Causas ueniendi poscere. Virg. 1. Aeneid. 84.
Deos poscere. Horat. 1. Carm. ode 24. 3.
Honorẽ deũm sibi poscere. Virg. 6. Aeneid. 118. De Salmoneo, qui honorem Ioui debitum sibi uolebat tribui.
Poscere ab aliquo manus. Cic. 4. Verr. 80.
Ad te confugio, et supplex tua numina posco. Virg. 1. Aen. 135.
Opem poscere. Horat. in Arte, 83.
Oracula precibus poscere. Virg. 3. Aeneid. 92.
Audaciæ partes poscere. Cic. pro Rosc. Amer. 21.
Pœnas cum sanguine poscere. Virg. 2. Aeneid. 15.
Precium pro sepultura aliquorum poscere. Cic. 3. Verr. 4.
Pugnam poscere. Liuius 2. ab Vrbe, 195.
Quæstionem poscere. Cic. 2. de Finib. 2, Quorum è numero primus est ausus Leontinus Gorgias in conuentu poscere quæstionem: id est, iubere dicere, qua de re quis uellet audire.
Rationem cuiuscunq; tribus poposceris, me redditurum contendo. Cic. pro Plancio, 38.
Reum poscere. Liuius 1. ab Vrbe, 139. hoc est, accusare.
Sumptum iámne poscet ad id Scaptius? Alia exemplaria legũt, Sumptu iam nepos euadat Scaptius? Cicer. ad Attic. libro 6. 113. 15.
Veniam peccatis poscere. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 15.
Vitam poscere. Ouid. 9. Metam. 122.
Poscere, duobus accusatiuis iunctum. Cicer. 3. Verr. 4, Rapiunt eum ad supplicium dij patrij, quòd iste inuentus est, qui è cõplexu parentum abreptos filios ad necem duceret, & parentes precium pro sepultura liberũm posceret.
Puerum poscere aliquid, A' puero. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 6.
Munus amantem poscere. Ouid. 3. de Arte, 162.
Nummos magistratum Sicyonium poposcit. Cic. 3. Verr. 30.
Veniam deos poscere. Virg. 4. Aeneid. 10.
Poscere. Prouocare. Virg. 8. Aeneid. 123,

Aut acrem dubites in prælia poscere Turnum.

Poscere maioribus poculis. Vide Poculum.
Poscere aliquem clamore. Plaut. Curcul. 15. 5.
Posci in certamen. Virg. 11. Aeneid. 45.
Poscor Olympo. Virg. 8. Aencid. 107, hoc est, aut de Olympo poscor: aut certè in Olympum poscor. Seruius.
Poscere, Accipere. Varro Parmenone, In argumentis Cæcilius poscit palmam, in etheſin Terentius, in sermonibus Plautus. Nonius.
Poscere, Requirere, aut exigere. Plinius libro 28. cap. 20. 1. Ratione per transuersum iurata, occasio sequitur, ubi res poscit.
Vbicunq; causæ, locusq; poscebant. Plin. lib. 30. cap. 1. 1.
Poscit usus. Cæsar 4. bell. Gall. 470.
Nulla est poscendi, nulla est reuerentia dandi. Propertius libro 3. eleg. 13. 3.
¶Reposci, in præterito, non popposci, antiquum. Valerius Antias lib. Annal. 45, Denique Licinius Trib. pleb. perduellionem ei diem dixit, & comitijs diem à Q. Martio Prætore peposcit. Meminit Gell. lib. 7. cap. 9. quem uide.
¶Poscens, Participium (αἰτῶν), ut, Negare aliquid poscenti. Ouid. 3. Amor. eleg. 10. 13.
Posideum] promontorium & oppidum, oraculum Branchidarum appellatum, nunc Didymei Apollinis, à littore stadiorum uiginti: regione Ionia. Plaut. lib. 5. cap. 29.
Posidianæ] in Baiano sinu sunt aquæ calidissimæ: de quibus quoniam incredibiles naturæ uicos alioqui manifestant effectibus

uarijs, uide Plin. lib. 31. cap. 2.
Posidippus] ποσείδιππος, Comicus fuit Cassandreus, Cynisci filius, qui fabulas triginta docuit, teste Suida.
Posidium] ποσείδειον, oppidum in finibus Macedoniæ, nõ procul à Strymone amne: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 10. Est eiusdem nominis oppidum in Syria Libano monti subiecta: cuius meminit idem Plin. libro 5. cap. 20. Sunt qui id Pisodeum appellent. Ptolemæus libro 5. cap. 2. Vulgò Pudio. Est item Posidium Ioniæ promontorium, cum oppido eiusdem nominis, quod olim Branchidarum, & postea Didymæi Apollinis oraculum fuit appellatum. Plinius libro 5. cap. 29.
Posidonia] ποσειδωνία, Oppidum in littore Lucaniæ, postea Pæstrum appellatum. Hinc Posidonias, tis, & Pæstanus, a, um. Plin. lib. 3. cap. 5, Trœzen quoq; Peloponnesi urbs nomine appellata est, quòd ϖ ποσειδῶνι, id est, Neptuno sacra esset. Strabo lib. 8.
Posidonius] ποσειδώνιος, philosophus Apaminensis ex Syria, ut Strabo lib. 14. author est, sed Rhodius existimatus, quia Rhodi uixit, ac philosophatus est. Fuit admodum familiaris Ciceroni, ut idem testatur 2. de Natura deorum, 125. Philosophus Stoicus, discipulus & successor Panætij. Venit etiam Romam M. Marcelli tempore, scripsitq; multa. Author Plutarchus.
Possessio, Possessor] Vide Possideo.
Possibilis] Vide Possum.
Possideo] possides, pen. corr. possedi, pen. prod. possessum, (κτάομαι, κτεανίζω, πέπαμαι, πατέχω, πᾶ, νέμομαι) Possidere, in posse, id est, in potestate sua habere. Terent. And. 4. 6. 15, Quæ illius fuerunt, possidet.
Tenere & possidere. Cicer. pro Quintio, Omnia autem bona possessa non esse constitit, quòd bonorum possessio spectetur, non in aliqua parte, sed in uniuersis quæ teneri ac possideri possint.
Sua esse omnia, atq; à se possideri sicut propria, uolunt philosophi. Cic. 1. de Orat. 110.
Aequor sub pectore possidere. Ouid. 4. Metam. 138. De bellua, cui Andromeda fuit exposita: estq; emphasis, qua belluæ magnitudo monstratur.
Agros possidere. Cic. 1. de lege Agraria, 6.
Bona ex edicto. Cicer. pro Quintio, Antequam docco id factũ non esse: libet mihi C. Aquilli ex officij ratione, atq; ex omnium consuetudine rem ipsam & factum simul Sexti Næuij considerare. Ad uadimonium non uenerat, ut ais, is quicum tibi affinitas, societas, omnes denique causæ & necessitudines ueteres intercedebant. Ilicóne ad Prætorem ire conuenit? continuóne uerum fuit postulare ut ex edicto bona possidere liceret? ad hæc extrema & inimicissima iura tam cupidè decurrebas, ut tibi nihil in posterum, quòd grauius atq; crudelius facere posses, reseruares? nam quid homini potest turpius, quid uero miserius, aut acerbius usu uenire? quod tantum euenire dedecus? quæ tanta calamitas inueniri potest? Pecuniam si cuipiam fortuna ademit: aut si alicuius: eripuit iniuria: tamen dum existimatio est integra, facile consolatur honestas egestatem. at non nemo aut ignominia affectus, aut iudicio turpi conuictus, bonis quidè suis utitur: alterius opes, id quod miserrimum est, non expectat: hoc tamen in miseriis adiumento & solatio subleuatur.
Bona publicè possidere, id est, quod in manum regiam ponere dicimus. Cicer. 11. Philip. 300, Itaq; non assentior Iulio, sed etiam gratias ago Q. Fusio: dixit enim seuerum, grauem, Republica dignam sententiam: iudicauit hostem Dolobellam, bona eius censuit publicè possidenda. Budæus.
Bona possidere sine diminutione. Plin. in Paneg. 61.

Possidere aliquid communiter cum aliquo. Cicero pro Roscio Amerino, Cur quæ reliqua sunt, iste Roscius omnia cũ Chrysogono communiter possidet?
Domum alterius possidere. Cic. pro Domo sua, 85.
Fiduciam sibi cõmissam tenere ac possidere. Cic. pro Flac. 40.
Forum armatis cæteris hominum perditorum possidere. Cic. pro Domo sua, 83.
Hominem. Cic. 5. Verr. Quibus rebus non sensim, atq; moderatè ad istius amicitiam arrepserat: sed breui tempore totũ hominem, totamq; eius Prætoram possederat.
Imaginem uel nomẽ alterius possidere. Plaut Amphit. 4. 304. Idem Bacchid. 72.
Inuerecundam animi ingenium possidere. Cic. 1. de Inuen. 96.
Me triclinia possidẽt. Plin. epist. 3. 4, Quid balneũ illud, quod plurimus sol implet, & circumit? quid triclinia illa popularia? illa paucorum? quid popinæ? quid cubicula diurna, nocturnaq;? possidéntne te, & per uices partiuntur?
Mores possidere. Plaut. Trucul. 2. 11.
Multa possidere. Horat. 4. Carm. ode 9. 9.
Opes possidere. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 10.
Palmam possidere. Plaut. Mostel. 2. 31.
Plus fidei quàm artis, plus ueritatis quàm disciplinæ possidet in se. Cic. pro Roscio Commœdo, 10.
Regnum possidere. Ouid. 3. Fast. 127.
Veritatem possidere. Cic. pro Rosc. Comœdo, 10.
Magnam uim, magnam necessitatem, magnam religionem possidet paternus maternusq; sanguis. Cicero pro Roscio Amerino, 40.
¶Possidam, Futurum à Possido, possidis, tertiæ coniugationis, quo usi sunt ueteres. Lucret. lib. 1,

— nempe aer omne necesse est.

Inter corpora quod fiat, possidat inane. Id est possideat, occupet. Lambinus.
¶Possideri, Passiuum. Cic. ad Attic. lib. 2. 3. 3, Habet etiã Campana lex execrationem in concione candidatorum, si mentionem fecerint, quo aliter ager possideatur.
¶Vtenda ac possidenda bona alicui tradere. Cic. 4. Verr. Quæ bona, is qui testamentum fecit, huic Heraclio, antequam est mortuus, omnia utenda ac possidenda tradiderat.
Possessum publicè in bona alicuius mittere. Liuius 8. bel. Macedon. 264, In bona deinde L. Scipionis possessum publicè Quæstor misit.
¶Possessus, Participium (κτηθείς) Lucret. lib. 2. 122,

Vrbs est Dicteis olim possessa colonis.

Et possessa ferus pectora uersat amor. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 2.
¶Possessio, possessionis, Verbale (κτῆσις, κτῆμα, κτέανον, κατοχή, κατάσχεσις, περιουσιασμός, νομή, πόσις, πῶσις) Proprietas & usus agri aut ædificij, non ipse fundus aut ager. Cic. in Paradoxis, 65, Etenim si isti callidi rerum æstimatores prata & areas quasdam magno æstimant, quòd ei generi possessionum minimè quasi noceri potest.
¶Possessio est, ut definit Gallus Aelius, usus quidam agri, aut ædificij, nox ipse fundus, aut ager. Nõ enim possessio est, nisi in ijs rebus, quæ tangi possunt: authore prætore, qui dicit se possidere, is uere potest dicere. Itaquè in legitimis actionibus, nemo ex reliquis possessionem suam uocare audet, sed ad interdictum uenit, ut Prætor his uerbis utatur, Vti nunc possidetis eum fundũ, Q. D. A. (quo de agitur) quod nec ui, nec clàm, nec precario alter ab altero possidetis, ita possideatis, aduersus ea uim fieri ueto. Possessiones tamen appellantur & agri latè patentes, publici, priuatiq; quia nõ mancipatione, sed usu tenebantur: & ut quisq; occupauerat, collidebat (aliàs, colebat) Hæc Festus,
Caduca & uacua possessio. Cic. 3. de Orat. Nostra est, inquam,

omnis ista prudẽtiæ doctrinæq; possessio, in quam homines quasi caducam, & quasi uacuam abundantes ocio nobis occupatis inuolauerunt.
Voluptariæ possessiones. Cic. Attic. lib. 12. 24 4. 4.
Consistere in possessione iudicij & defensionis. Cicero 2. de Orat. 109.
Occupare possessionem laudis. Plancus Ciceroni, lib. 10. 7. 4.
Permanebit in possessione victoriæ Respublica. Plancus Ciceroni, lib. 10. 21. 14.
Certa & stabilis sua cuiq; possessio amicitiarum permanet. Cic. de Amic. 50.
In libertatis possessionem pedem ponere. Cic. 3. Philip. 143.
Retinuerunt in possessione sui iuris Ciuilis cognitionem atque interpretationem principes. Cic. 2. Offic. 96.
Bonorum possessio spectatur non in aliqua parte, sed in uniuersis quæ teneri & possideri possunt. Cic. pro Quintio, 61.
Esse in possessione bonorum. Cic. pro Cecinna, 13.
Mittere in possessionem. Vide Mitto.
Mittere in bonorum alicuius possessionem. Cic. 1. Verr. 30.
Possessio, pro ipsis bonis immobilibus aliquando sumitur, siue pro fundo. Cicero ad Valerium, lib. 13. 5. 4. Is habet in Volaterr. ano possessionem.
Cui tanta possessio est, ut liberaliter possit uiuere, dies est. Cicero in Parad. 5 4.
Possessio fiduciaria, quam sub manu regia possidere uocant, quasi fide data acceptam. Liuius libro 2. de bello Macedon. Nabidi eam tyranno uelut fiduciariam dare optimũ uisum, ut uictori sibi restitueret: si quid aduersi accidisset, ut ipse haberet. De Corintho loquens, quam Philippus Nabidi ea lege dederat, ut si uictor ex bello rediisset, Nabis ei restitueret.
Incerta possessio. Vide Incertus. (Budæus.
Paternæ possessiones. Cic. 2. de lege Agraria, 81.
Relictæ. Cic. 1. de lege Agraria, Vtrum tandem hanc syluam in relictis possessionibus, an in Censorum pascuis inuenisti?
Vacua possessio. Cæsar 3. bell. Ciuil. 448.
Cedere possessione. Vide Cedo.
Decedere de possessione. Cic. 2. de lege Agraria, 69.
Depelli possessione sua. Cic. 3. de Orat. 60. (38.
Detrahere aliquid de possessione, ac fidẽ acquirere. Cic. 2. Cat.
Deturbari non solùm spe, sed certa re & possessione. Cic. Cornificio, lib. 12. 25. 6.
Dimouere & deijcere aliquem de possessione. Cicer. 2. de lege Agraria, 80.
Dare possessionem secundum tabulas. Cic. in Topicis, Si statuissemus ex edicto Prætoris secundum eas tabulas possessionẽ dari, quas is instituisset, cui testamenti factio nulla esset.
Ex edicto possessionẽ bonorũ alicuius dare. Ci. Treb. li. 7. 22. 1.
Hæreditatum possessiones datæ. Cic. 2. Philip. 73.
Exturbare è possessione aliquem. Cic. pro Sylla, 53.
Irruere temerè in alienas possessiones. Cic. 1. de Orat. 22.
Mouere possessione. Vide Moueo.
Vrbanas & rusticas possessiones notare, & aliorum pecunias æstimare. Cic. 5. Philip. 178.
Pellere aliquem possessione. Cic. pro Milone, 55.
Recuperare possessionem amissam. Cic. 3. de Orat. 61.
Proficisci in possessionem. Idem pro Quintio, 57.
Retinere aliquem in sua possessione. Cic. Att. lib. 1. 14. 5.
Tenere possessiones paternas. Cic. Trebatio, lib. 7. 21. 3.
Latitudinem possessionum tueri. Cic. 2. de lege Agraria, 70.
Venire in suam possessionem. Cic. 1. Offi. Nec uerò tanquam in possessionem suam uenerit, excludat alios, sed cum reliquis in rebus, &c.
Vsurpare possessionem. Cic. 3. de Orat. 61.
Possessio, per translationem. Cic. 4. Acad. 239, Est enim inter eos non de terminis, sed de tota possessione contentio.
¶Possessiuncula, pen. corr. Diminut. (κτησίδιον) Cic. ad Att. lib. 13. 28 1. 3, Omni enim asseueratione affirmo, quod mihi credas uelim, mihi maiori offensioni esse, quàm delectationi, possessiunculas meas.
¶Possessor, Verbale (κτήτωρ) Cic. 2. Offic. 115, Aut agrariã rem tentant, ut possessores pellantur suis sedibus.
Agelli possessor. Virgil. 9. eclog. 1.
Acerrimus bonorum possessor, expulsor, ereptor. Cicer. pro Quint. 15, Habebat tantum quisq; possessor, quantum diuisor reliquerat Antonius. Cic. 5. Philip. 178.
¶Possessorius, Adiectiuũ. Triphonius in l. pen. §. sed nunquid. ff. de bon. libert. Sed nunquid Prætor ei denegare possessorias actiones debeat. Libro 5. Pandectarum titulus est, De possessoria hæreditatis petitione.
¶Possessiuus, pen. prod. Adiect. (κτητικὸς) Quod possideturi quo utuntur grammatici. Quintil. libro 1. cap. de Virt. & uit. oratton.
¶Possestrix, Verbale à Possidendo. Afran. Aliber totius mobilis possestricem. Ita tonstrix, ita impulstrix, &c. Nonius.
Possum] potes, potui (δύναμαι, σθένω, κρατέω, ἰσχύω, ἰσχύω, ἐξαύω, πρατιτόω, ἐξουσιάζω, οἷός τε εἰμί) posse. Notæ significationis. Terent. in Prologo Heauton. 27,
Ne plus iniquùm possit, quàm æquùm oratio.
Assequi nullis literis possum ut exprimam. Cic. Bruto, 15. 1.
Posse ad. Cic. 1. de Diuin. 27, Quid scamoniæ radix ad purgandum, quid aristolochia ad morsus serpentium possit.
Plurimũ posse ad obtinendas causas. Cic. in Orat. Is qui in foro causisq; ciuilib. ita dicet, ut probet, ut delectet, ut flectat: probare necessitatis est, delectare suauitatis, flectere uictoriæ. nã id unũ ex omnibus ad obtinendas causas potest plurimũ.
Posse plurimum apud aliquem. Cic. 5. Verr. Loquebantur decumani palàm, et præter cæteros is qui apud ipsum plurimũ poterat, maximosq; agros populabatur, Apronius.
Amicitia, beneficijs, dignitate apud aliquem plurimum posse, Cicero pro Roscio Amerino.
Potest corradi. Plaut. Pœnulo, 20. 26, Trecentos nummos credo, corradi potest.
Sed tamẽ quod fieri poterit, nõ negligã. Cic. Qu. fra. lib. 3. 21. 8.
Fieri nihil potest, nihil accidere, nihil euenire, nisi, &c. Cic. 2. de Diuinat. 28.
Si poterit fieri, ut ne pater per me stetisse credat,
Quominus hæ fierent nuptiæ, uolo. Terẽt. And. 4. 2. 16.
Fieri potest ut fallar. Cic. Philipp. lib. 13. 7 4. 4.
Possum nominare ex agro Sabino rusticos uicinos & familiares meos, quibus absentibus nunquam ferè ulla in agro maiora opera fiunt, non serendis, &c. Cic. de Senect. 21.
Nescire non possum diutius, quomodo iam se habeat tota res Brundusina. Cic. Attico, lib. 9. 17 2. 3.
Non possum quin exclamem. Cic. 2. de Orat. 22.
Non poterit quin. Cic. 2. de Orat. 36, De musicis rebus non poterit, quin dicat hoc onere susceptò, recusare.
Non potuit quin suo sermone aliquem familiarium participauerit. Sub. continere se. Plaut. Milit. 5. 10.
Non sic futurum est, non potest: pro, Non est possibile. Terent. Phorm. 2. 1. 72. Budæus.
Non omnia possumus omnes. Virg. 8. eclog. 11.
Potest per se. Cic. de Amic. 26.
Minus per se posse. Vide Minor, in Paruus.
Posse per uim. Cic. pro Quintio, 46. (Salust. 2.
Quàm maximè potero, dabo operam ut breue id faciã. Cic. in Quàm possum maxima uoce dico. Cic. pro Domo sua, 73.
Quàm possunt mollissimè substernunt nidos aues. Cic. 1. de Natura deorum, 195.

Quoad

Quoad possem & mihi liceret, à senis látere nunquam discederem. Cic. de Amicitia, 1.
Quoad, uel quantũ potest: pro, Quoad possibile est. Cic. ad Atticum, lib. 2. 22. 4, Incende hominem amabo te, quoad potes. Terent. Eunuch. 5. 1. 20,
Comprehendi iube quantum potest. Budæus.
Quantum potui per ætatem, auidissimè contuli. Plinius epist. 16. libro 2.
Possum scire quò profectus, cuius sis, aut quid ueneris? Plautus Amphit. 4. 192.
Si potes iuuare me consilio, & tamen ista quantum potes prouide. Cic. Attico, lib. 7. 13 9. 4.
Si quid poteris. Terent. Andr. 4. 2. 29.
Dignitatem nostram, ut potest in tanta hominum perfidia, retinebimus. Cic. Lentulo, lib. 1. 2. 10.
Sic tueor, ut possum, concordiam. Cic. Attico, lib. 1. 12. 14.
Diligentissimè grauissimèq; ut potui, sic te Cæsari commendaui & tradidi. Cic. Trebatio, lib. 7. 17. 7.
Potest, cum ablatiuo. Cæsar 1. bell. Gall. 34, Gratia & largitione apud Sequanos plurimum poterat. Nonnunquam cum præpositione: ut Terent. in Prol. Heaut. 13,
Sed hic actor tantum potuit à facundia,
Quantum ille potuit cogitare commodè.
Qui neq; usu satis, & ingenio parum possum. Cicero pro Quintio 1.
Possum, geminatum. Quintilianus lib. 10. cap. 5, Nobiscum contendere possumus, cum alijs non possumus. Ibid. cap. 6.
Tantum potest in dicendo hæc res, ut ad id uincendũ nulla plus possit. Cic. in Orat. 96.
Minimum quidem non potest Resp. sed possit necesse est. Cic. Figulo, lib. 4. 13. 16.
Potest, pro potest fieri. Plaut. Pseud. 9. 40,
Potest ut alij ita arbitrentur, ego ut ne credam tibi.
Poterat utrunq; præclarè: pro, Vtrunq; fieri poterat. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. 25.
¶Potest, pro Debet. Cic. Attic. lib. 2. epist. 9, Festiuè, mihi crede, & minore sonitu quàm putarã, orbis hic in Repub. est conuersus: citius omnino quàm potuit: id culpa Catonis. Quàm potuit, subaudi, per publicas rationes. Potuit, id est, licuit, debuit, æquum fuit. Rursus epist. 16, Potuerit interuenire nécne, nihil ad se pertinere. hoc est, debuerit. Et in orat. pro Domo, Nam quum ingrauesceret annona, ut iam planè inopia ac fames, non caritas timeretur: cõcursus est ad templum Concordiæ factus, Senatum illuc uocante Metello Consule. qui si uerus fuit, ex dolore hominum & fame certè Consules causam suscipere, certè Senatus aliquid consilij capere potuit.
Posse, pro Valere & bene habere. Cic. 2. Tusc. 77, Nihil enim dolet nisi pes: possunt oculi, potest caput, latera, pulmones, possunt omnia.
¶Potin' (μῶν δύνασαι) pro, Potésne. Terent. Andr. 2. 6. 6,
Potin' es mihi uerum dicere? Idem,
Potin' es ut desinas?
¶Potessim (δυναίμην) pro Possim. Terent. Eunuch. 4. 3. 23,
At pol ego amatores audierã mulierũ eos esse maximos,
Sed nihil potesse. Quædam exemplaria legunt hoc loco, posse. Plaut. Aulul. 9. 30,
Censen' talentum magnum exorari potesse
Ab isto sene?
¶Potessem, potesses, potesset, Optatiuus antiquus. Lucil. lib. 5,
Nam si quod satis est homini, id satis esse potesset,
Hoc sat erat: nunc quum hoc non est, qui credimus porrò
Diuitias ullas animum mi explere potesse?
¶Postetur (δύναται) pro Potest, frequẽs apud antiquos, teste Nonio. Pacuuius, Si qua potestur inuestigari uia. Luc. lib. 3. 205,
Quod tamen expleri nulla ratione potestur.
¶Potens, potentis (δυνάμενος) Participium, tempus significat: & accusatiuo iungitur nominum, uel infinito, nec comparationem accipit: ut, potens pugnare uel bella facere. De hoc tamen apud authores nullum exemplum.
¶Potens (δυνατὸς, δυνατὴ, ἰσχυρὸς, κρατερὸς, σθενώρ) Nomen, caret tẽpore, & genitiuo iungitur: ut, Potens maris: & comparationem accipit. Terent. Adelph. 3. 4. 57,
Quàm uos facillimè agitis, quàm estis maximè
Potentes, dites, fortunati, nobiles. Cic. pro Quintio, 47,
Si propter partium studium potens erat Alphenus.
Potens corporis. Curt. lib. 9.
Potens deorum. Plin. in Paneg. 131.
Frugum potens. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 7.
Imperij potens, Qui imperium obtinet. Tacitus. Budæus.
Nec potens mentis truculentus Atreus. Senec. Thyest. 7. 1.
Nemorum potens uirgo. Stat. 9. Theb. 122. epitheton Dianæ.
Pugnæ & fugæ potens. Liu. 8. ab Vrbe.
Regni potens: id est, Regno maturus. Liuius. Budæus.
Scelerum potens. Stat. 11. Thebaid. 12.
Sui potens. Liu. 6. bell. Pun. 69.
Potens tempestatum. Virgil. 1. Georg. 3.
Voti aliquem potentem facere. Ouid. 8. Metam. 16.
Diua potens uteri. Ouid. 9. Metam. 64.
Potens, ablatiuo iunctum: ut, Armis potens. Virg. 1. Aen. 108,
Classe uirisq; potens. Ouid. epist. 13. 12.
Ferro potentes. Propert. lib. 3. eleg. 22. 5.
Muneribus Veneris potens. Horat. 4. Carm. ode 10. 1.
Nobilitate potens. Ouid. 13. Metam. 5.
Opibus potens Roma. Ouid. 4. Fast. 51.
Oppidis centum potens Crete. Horat. 3. Carm. ode 27. 7.
Pietate potentes. Propert. lib. 3. eleg. 22. 5.
Proditione potens. Ouid. 8. Metam. 12.
Turpi Venere potens libido. Senec. Octau. 7, 12.
Ciuis potens. Horat. Epod. 2. 2.
Ampla & potens ciuitas. Cic. 2. de Inuent. 246.
Dextra potens. Virg. 7. Aeneid. 47.
Dominator potens. Senec. Herc. fur. 13. 9.
Dominus potens. Virg. 6. Aeneid. 125.
Factum potens. Claud. 7. Paneg. 45.
Herbæ potentes. Virg. 7. Aeneid. 4.
Ignis sacer, nimiumq; potẽs. Senec. Hipp. 3. 12. De igne amoris.
Iusticia potens. Horat. 2. Carm. ode 17. 3. Intelligit fatum.
Manus potentes terra mariq;. Horat. in Carm. secul. 11.
Nomen potens maris. Seneca Hippol. 5. 4.
Populus potens. Ouid. 6. Fast. 146.
Regna potentia. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 4.
Tactus potens. Ouid. 11. Metam. 62.
¶Potens, Substantiuum. Lucan. lib. 56,
—libertatemq; tueri
Ausus, & armatos plebi miscere potentes.
Matrona potens. Horat. de Arte, 24.
Ex humili potens. Horat. 3. Carm. ode 30. 3.
Florens & potens. Cic. pro Domo sua, 39.
Inops uir, Fortunatus & potens, contraria. Cicero 2. Officior. 101.
Potens & factiosus. Ad Herenium, lib. 2. 77.
Potens, gratiosus, diuersus homo. Cic. pro Cælio, 15.
Contra potẽtes ne quid stultè, ne quid temerè dicam aut faciam, reliquum est. Cic. Pæto, lib. 9. 16. 14.
Tribuere infinita potentibus. Brutus Ciceroni, 4. 3.
Maximè potens. Vide Magis.
Fortuna potentem me fecit. Ouid. 10. Metam. 120.
Tanto potentior. Ouid. 14. Metam. 131.

Armis potentior. Ouid. 6. Metam. 136.
Potentiora ad. Quintilianus lib. 6. cap. 1. 21, Tanto sunt quadam portione ad efficiendum potentiora, quum uelut ipsorum ore dicuntur.
Auro nihil potentius. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 6.
In affectibus potentissimus. Quintil. lib. 6. cap. 2. 24.
Argumenta potentissima. Quintil. lib. 6. cap. 4. 17.
Potentissimus odor. Plin. lib. 13. cap. 2. 2.
Potētissima in toto orbe terrarū Græcia. Plin. lib. 18. cap. 7. 15.
Contumaciam potētissimorum uirorum nunquā tuli. Cic. Att. lib. 6. 14. 10.
¶ Potenter, Aduerbium (ἰσχυρῶς) ut, res potenter lecta. Horat. de Arte, 8.
Fieri potentius. Quintil. lib. 6. cap. 4. 14, Quod in altercatione fit potentius.
¶ Potentia, potentiæ (δύναμις, ἰσχύς, ἐπικράτεια, κράτος, ῥώμη, ἀλκή) contrarium habet Impotentia. Virg. 1. Georg. 19,
Te tenues pluuiæ, rapidique potentia solis Acrior.
Inq; feris subiti deprensa potentia morbi est. Ouidius 7. Metamorph. 109.
Ventosa potentia Neptuni. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 6.
Potentia, pro Authoritate & opibus ciuilibus. Cic. 2. de Inuen. 246, Potentia est ad sua conseruanda, & alterius obtinenda idonearum rerum facultas.
Cupido potentiæ. Tacit. lib. 18.
Prompta pecunia. Tacit. lib. 12.
Subiecta inuidiæ potentia. Iuuenal. Satyr. 10. 6.
Sempiterna potentia. Tacit. lib. 3.
Vasta potentia. Ouid. 2. Metam. 104.
Potentia in ui posita est & armis. Cic. Bruto, 10. 5.
Potentiæ opum. Cic. 3. Offic. 46.
Consequi potentiam. Idem 3. Offic. 109.
Concupiscere opes uiolentas, & minimè ferendam potentiam. Idem 1. Philipp. 21.
Criminari inuidiosè potentiam alicuius. Idem pro Milone, 9.
Dimicant de sua potentia homines. Idem Att. lib. 7. 12. 3. 6.
Dominatur potentia. Cic. pro Cecinna, 52.
Vis, potentia, potestas. Idem pro Domo sua, 63, Quæ nec uis temporum, nec potentia magistratuum, nec res tum iudicata, nec denig; uniuersi populi Rom. potestas, quæ cæteris in rebus est maxima, labefactare posit.
In magna potentia esse. Cic. pro Murena, 22.
Sine potentia esse. Plin. epist. 7. lib. 3.
¶ Potentatus, huius potentatus, pen. prod. (δυναστεία) Idem. Cæs. 1. bel. Gal. 119, Hic quum tantopere de potentatu inter se multos annos contenderent, factum esse, &c.
¶ Potestas, potestatis, pro ui accipitur (δυνάμις, ἐξουσία, αὐθεντία) Potestas, inquit Sipontinus ex Paulo Iurecons. de uerb. signif. l. potestatis, plura significat. In persona magistratuū, imperium: in persona liberorum, patriam authoritatem: in persona seruorum, dominium. At quum agimus de noxæ deditione cum eo qui seruum non defendit; præsentis corporis copiam & facultatem.
Potestates, principes potentes dicuntur, quos Græci dynastas uocant, & ij qui magistratus gerunt, & iudicijs præsunt. Plin. lib. 29. cap. 4. 10, Mites præstare dominos potestatesq; exorabiles. Apul. Sed iussit potestas officialem suum magna seueritudine coërceri. Suet. in Claud. cap. 23.
Mansuetus & misericors in potestatib. fuit. Ad Heren. lib. 2. 59.
Potestas, & facultas. Cic. 2. de Inuent. 137, Sin fuisse alijs quoq; causa faciendi uidebitur, aut potestas alijs defuisse demonstranda est, aut facultas, aut uoluntas.
Potestas adipiscendi, &c. Plaut. Epid. 2. 13.
Quocunq; tempore mihi potestas præsentis tui fuerit, tu eris;

&c. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 93.
Quidlibet audendi æqua poetis & pictoribus potestas. Horatius de Arte, 2.
Nutus atq; potestas. Cic. 3. in Catil. 63.
Optio & potestas. Cic. in Vatinium, 31.
Vis omnis ac potestas deorum. Cic. 3. de Nat. deor. 127.
Potestas & dominatus. Cic. 2. de Nat. deor. 43.
Dominatio & potestas. Cic. 2. de lege Agraria, 38.
Imperium & potestas. Cic. de lege Agraria, 40.
Magistratus & potestas. Cic. 1. Tuscul. 117.
Præditus summa potestate homo. Cic. pro Domo sua, 85.
Compacta potestas Centaurorum ex membris alienigenis. Lucretius lib. 5. 176.
Decemuiralis potestas. Tacit. lib. 1.
Extraordinariæ potestates. Cic. pro Domo sua, 18.
Firma rerum potestas. Valer. 4. Argon. 3.
Fracta potestas & pene translata. Claud. 3. Paneg. 25.
Immensa potestas deūm. Lucret. lib. 5. 243.
Inuidiosa potestas. Claud. 2. Paneg. 111.
Iusta potestas est illi in ambos. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 13.
Iusta & legitima potestas. Vide Lex.
Lenis potestas. Claud. 2. Paneg. 34.
Regia potestas. Cic. 3. de Legib. 5.
Summa potestas. Seneca Thyeste, 5. 8.
Tranquilla potestas. Claud. 8. Paneg. 48.
Violenta potestas. Idem, Ibidem.
Viuata potestas corporis atq; animi. Lucret. lib. 3. 113.
Abrogare potestatem. Vide Abrogo.
Accipere potestatem. Vide Accipio.
Adimere potestatem. Vide Adimo.
Per potestatem auferre aliquid alicui. Cic. 6. Verr. 27.
Cadere in potestatem. Vide Cado.
Peccandi potestatem alicui concedere. Cic. 11. Philip. 330.
Continere in sua potestate aliquos. Cic. 2. in Catil. 45.
Respirandi potestatem dare. Cic. pro Quintio, 59.
Deducere alicuius potestatem. Vide Deduco.
Deferre potestatem alicui tribunendorum beneficiorum. Cic. pro Corn. Balbo, 30.
Spacio diuisa potestas. Lucret. 3. 54.
Dare potestatem. Cic. Planco, lib. 10. 13. 1, Vt primùm potestas data est augendæ dignitatis tuæ, nihil prætermisi, &c.
Eligendi potestatem dare. Cic. 2. de Inuent. 123.
Exisse de potestate proprie iratos dicimus: id est; de consilio, de ratione, de mente. Cic. 4. Tusc. 127.
Facere potestatem. Cic. 3. in Catil. 55, Si quid de his rebus dicere uellet, feci potestatem. Vide Facio.
Conueniendi sui potestatem omnibus facere. Cicero. 8. Philipp. 254.
Interpellandi facto tibi potestatem. Idem pro Rosc. Amer. 44.
Libera facta est mihi potestas loquendi. Idem, Antequam iret in exilium, 17.
Potestatem sui facere. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 2. 24.
Gerere potestates. Author ad Herennium, lib. 3. 106.
Gliscit potestas. Tacitus lib. 3.
Habere potestatem. Cic. pro Corn. Balbo, 30, Si præmij tribuendi potestatem nullam haberemus.
Regalem habuit potestatem. Idem, de Arusp. respon. 50.
De Sylla.
Habere summam potestatem in aliquo loco. Cicero Quin. fratri, lib. 1. 1. 14.
Habere potestatem alicuius. Idem, in Sallust. 8.
Habere aliquem in sua potestate. Brutus Ciceroni, 4. 3. Et 4. Verr. 94, Quadruplatorum quicquid erat, habebat in potestate.

Vitæ

Vitæ necisq; potestatem habere in aliquem. Cicero pro Domo sua. 61.
Ducendi liberum spiritum nullam habeo potestatem. Cic. Antequam iret in exilium, 17.
Ius potestatemq; imperandi habere. Cic. 11. Philipp. 312.
Nacti summam potestatem. Vide Nanciscor.
Obsidere potestatem. Cic. 1. Philipp. 2.
Ostendere suam potestatem in aliquem. Vide Ostendo.
Patet latè potestas eius. Cic. Marcello, lib. 4. 7. 9.
Permittere potestatem. Idem, Quin. fratri, libro 1. 1. 16, Vt ea potestate quam tu ad dignitatem permisisses, ad quæstum uteretur.
Decernendi potestatem aliquibus permittere. Cic. post reditum in Senatu, 2.
Permissa potestas. Valer. 8. Argon. 85. Lucret. libro 1. 118.
Peruenire in potestatem alicuius. Cic. pro. lege Manilia, 22.
Poni in potestate alicuius. Cic. 2. de Finib. 137.
Priuare aliquem potestate faciendi aliquid. Cicero Metello, libro 5. 2. 17.
Cum potestate proficisci in prouinciam. Idem, 6. Verr. 8.
Fortunæ potestas in nos prorogata. Cic. Qu. frat. lib. 1. 1. 7.
Recisa orandi potestas. Quintil. lib. 2. cap. 16. 3.
Reddere potestatem certaminis uicto. Quint. lib. 1. cap. 2. 17.
Redigere aliquos in suam potestatem. Cic. 5. Philip. 197.
Redigere aliquem in suam ditionem ac potestatem. Cicero 2. de lege Agraria, 74.
Redire in suam potestatem dicitur, qui è potestate exierat: apud Gellium lib. 7. cap. 3. ex Catonis oratione ita legitur, Suadetq; uti hæc res dies aliquot proferatur, dum tanto ex interuallo in potestatem nostram redeamus.
In potestate alicuius esse. Plaut. Mostell. 3. 36.
In ditione ac potestate alicuius esse. Cic. pro. Quintio, 4.
In potestate alicuius esse, Ex eius consilio pendere, ei obtemperare. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 10. 2.
In potestate tua est. Cic. 4. Verr. 105.
In potestatem esse. Vide In.
Cum potestate esse. Vide Cum.
Sub potestate alicuius esse. Liuius 4. bell. Pun. 194.
Maleficiendi est mihi potestas. Plaut. Stich. 3. 60.
Potestas tibi est seruandi illum. Terent. Andr. 3. 3. 10.
Potestas fuit liberius uiuendi. Terent. Andr. 1. 1. 25.
Potestas tibi fuit quotidie hominis admonendi. Cicero pro Quintio, 22.
Quòd potestas mittendi non fuit. Cic. ad Att. lib. 11. 210. 4.
Potestas eorum hominum est: hoc est, Habeo certos homines ad manum. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. 3.
Integra nobis est iudicandi potestas. Cic. 4. Acad. 16.
Sita est in eorum potestate nostra salus. Cicero Antequā iret in exilium, 7.
Potestas ea tua est: pro, Potes. Terent. Heaut. 4. 3. 42,
—quasi non ea potestas sit tua,
Quo uelis in tempore ut te exoluas, rem facias palàm.
Cic. ad Atticum, lib. 16. 345. 2, Præsertim quum tota potestas huius rei tua sit.
Quæ tum erat potestas: id est, quod tum fieri poterat. Cic. pro Cluentio, 59.
Summa omnium rerum potestas populi Romani est. Cicero de Arusp. respon. 9.
Suscipere in potestatem, & Dimittere ex potestate. Cicero pro Cecinna, 71.
Tenere aliquem in sua potestate & ditione. Cic. 3. Verr. 68.
Tradere potestatem alicui. Idem, 1. de Orat. 115.
Venire in arbitrium ac potestatem alicuius. Cic. 3. Verr. 106.
Versari cum imperio & potestate in Repub,. Cicer. 1. Phil. 13.

¶ Possibilis, & hoc possibile, pen. corr. (δυνατός) Quod fieri potest. Plaut. Sticho, 16. 3. Quintil. libro 3. cap. 8. 18, Melius ergo qui tertiam partem fecerunt δυνατὸν. Nostri possibile nominant: quæ ut dura uideatur appellatio, sola tamen est.
¶ Possibilis conditio, cui apponitur Impossibilis. Pomponius in l. quum in secundo. D. de iniusto, rupto, &c.
¶ Possibilitas, pen. corr. Arnobius lib. 1. aduersus gentes, Atqui constitit Christum sine ullis adminiculis rerū, omnia ille quæ fecit, nominis sui possibilitate fecisse.
Post] μετὰ, ἔπειτα, κατόπιν, ὕστερον, Præpositio, accusatiuo casui iungitur. Virg. 1. eclog. 14,
Post aliquot, mea regna uidens, mirabor, aristas.
Annum post quintumdecimum creati Consules: id est, cum interuallo XV. annorum fuissent Tribuni militum Consulari potestate. Liuius 5. ab Vrbe. Budæus.
Post hunc diem. Plaut. Rud. 31. 60.
Post dic̄ quartum quàm ab Vrbe discessimus. Cicero ad Atticū, lib. 9. 18. 1. 8.
Castra paucos post dies habuimus. Cic. ad Att. libro 5. 108. 5.
Quædam exemplaria hoc loco omittunt, Post.
Post genus humanum natum pauci reperti sunt, qui nullis præmijs propositis uitam suam hostium telis pro patria obiecerint. Cic. pro Corn. Balbo, 10.
Post id locorum: pro, Postea. Plaut. Trucul. 13. 12.
Post iudicia hæc constituta: id est, ex quo iudicia constituta sunt. Cic. in Verrem. Ex Budæo.
Prætereo, atq; alijs post me memoranda relinquo. Virgilius. 4. Aeneid. 30.
Post hominum memoriam, ab hominum recordatione. Cic. in Pisonem, 51, Instant post hominum memoriam paratissimi, magnificentissimiq; ludi. Idem 2. in Catil. 46.
Post homines natos, Idem. Cicero de Optimo genere Oratorum, 15, Optimus longè post homines natos. Et 11. Philipp. 288.
Aliquot post menses is occisus est. Cic. pro Rosc. Amer. 76.
Postq; breuem rescribe moram. Ouid. 3. de Arte, 94.
Post omnia orationem concludere. Cic. in Orat. 67.
Post tempus uenis. Plaut. Capt. pro P. Quintio, 31, Ego pro te nunc hoc consilio, post tempus, in aliena re, quod tu in tua re, quum tempus erat, consulere oblitus es.
Post terga. Virg. 11. Aeneid. 17.
Post, pro pone. Virg. eclog. 3. 4,
—tu post carecta latebas.
Post tergum, A tergo. Cæsar 7. bel. Gal. 351, Repentè post tergum equitatus cernitur.
Post, suo casui, non seruiens, Aduerbium est. Terent. Hecyra, 4. 4. 78.
In culpa nō est: pòst de matre uidero. Virg. 1. Aeneid. 28,
Pòst mihi non simili, &c.
Pòst ubi confecti cursus & dona peregit. Virgilius 5. Aeneid. 73.
Respexit tamen, & longo pòst tempore uenit. Virgilius 2. eclog. 6.
Pòst uiderimus de Capitone, si, &c. Cic. pro Rosc. Amer. 51.
Consequens est, & pòst oritur. Cic. 3. de Finib. 34.
Initio & pòst. Cic. Cæsari, lib. 7. 5. 6, Mitto igitur ad te Trebatium, atq; iam mitto, ut initio meâ sponte, pòst autem inuitatu tuo mittendum duxerim.
Primò pòst. Cic. 2. Verr. 11, Quæ res primò iudices pertenui nobis argumento indicioq; patefacta est, pòst aperto suspicionis, &c.
Pòst aliquanto. Cic. in Orat. 57, Quæ nequaquam satis defrbuisse pòst aliquanto sentire cœpimus.

Anno

Anno pòst, & deinceps reliquis annis. Cic. de claris Orat. 115.
Multis pòst annis pecunia recuperata est. Cic. pro Flacco, 44.
Pòst deinde. Terent. And. 3.2.3,
Nunc primùm fac istæc ut lauet: pòst deinde
Quod iussi ei dare bibere, &c. Virg. 5. Aeneid. 65,
—spacio pòst deinde relicto Tertius Eurydice.
Pòst demùm. Plaut. Asin. 16. 65,
Pòst demum huc cras adducam ad lenam, ut uiginti minas Ei det.
Paucis pòst diebus Tarenti emortuus est. Plaut. Menæch. 2.34.
Paucis pòst diebus quàm Luca discesserat. Cic. Lentulo, libro 1.9.24.
Hora pòst, Antonium Gabinium nescio quem, &c. condemnarunt. Cic. ad Att. lib. 4. 5. 16.
Multo pòst, & Pòst multo. Plaut. Merc. 5.10,
Ea simia adeò pòst haud multo ad me uenit. Cic. 1. in Catil. 11, Ac iam illa omitto: neq; enim sunt aut obscura, aut nõ multo pòst commissa. Vide Multus.
Non ita multo pòst. Vide Non.
Pòst paulo. Cæsar 1. bell. Ciuil. 77, Pòst paulo tamen internunciis ultrò citrò; missis, quæ, &c.
Pòst paulo fugies inaudax. Horat. 3. Carm. ode 20. 1.
Pòst principio deniq;. Plaut. Persa. 13.4.
Tanto pòst cur potius quàm continuò queri maluit? Cicero pro Cælio, 14.
¶ Postea, pen. corr. (ἐπειτα, ὑστερα, μετέπειτα, μετὰ ταῦτα) compositum ex Pòst, & Ea. Aduerbium est idem significans quod exinde. Sallustius, Postea Piso in citeriorẽ Hispaniam Quæstor Proprætor missus est. Terent. Hecyra, 4.1.37,
Audisti ex aliquo fortassè qui uidisse eum diceret
Exeuntem, aut introeuntem ad amicam: quid tum postea,
Si modestè ac rarò hoc fecit? Item Adelph. 4.5.26,
Eho nónne hæc iusta tibi uidentur postea? Hoc loco abundat Postea, authore Donato.
Primùm, & postea deinceps. Cic. de clar. Orat. 6, Post Cannensem illam calamitatem primùm Marcelli ad Nolam prælio populus se Romanus erexit, postéaq; prosperæ res deinceps multæ consecutæ sunt.
Postea aliquanto: pro, Aliquanto pòst. Cic. 2. de Inuent. 236, Postea aliquanto ipsos quoq; tempestas uehementius iactare cœpit.
Postea uerò quàm profectus es, nelim recordare quæ ego de te in Senatu egerim. Cic. F. Metello, lib. 5.2.12.
Quid postea? & quid tum inde? Cic. pro Muræna, 22, Cedo, quid postea? Eum ego ex iure meum esse aio. Quid tum inde? inde ego te ex iure manu consertum uoco.
Posteaquam] ὑπεί, ἐπειδή, ὑπειδήπερ, ὑπειδή, ὑπεάδλεν, penult. cor. Vna dictio est, quam nonnulli diuidunt, idem significans quod postquam. Cic. Planco, lib. 10.1.1, Et abfui proficiscens in Græciam: & posteaquam de me meo cursu Reip. sum uoce reuocatus, nunquam per M. Antonium quietus fui.
Posteaquam ego inquirendi causa in Siciliam ueni, repentè Letilij aduentu, istius non modò amicus, uerumetiam cognatus factus est. Cic. 4. Verr. 96.
Posteaquam mihi renunciatum est de obitu Tullíæ filiæ tuæ, sanequàm pro eo ac debui, grauiter ac molestè tuli. Seruius Ciceroni, lib. 4.5.1.
Aliquando inter postea & Quam, interpretatur Verò, & significat Sed posteaquam. Cic. Appio, lib. 3.7.14, Postea uerò quàm ita & cœpi.
Posterus] pen. corr. (ὑπισθιος, ὕστερος, ἐπιών) Adiectiuum, Quod aliquid sequitur: ut, Postera dies. Cic. 4. Verr. 29, Id ei postera die uenit in mentem, è lege Rupilia sortiri dicas oportere. Plin. lib. 7. cap. 24.1, Postero die quàm aduenerat.

Annus posterus. Cic. 4. Verr. 97.
Postera iamq; dies primo surgebat Eoo. Virgil. 3. Aeneid. 118.
Postero iduum die. Tacit. lib. 17.
Diem posterum commorari alicubi. Cic. pro Cluentio, 27.
Laude postera crescere: id est, in posteritatem propagata. Horat. 3. Carm. ode 30.2.
Secla postera. Lucret. lib. 3.197.
Temporis posteri prouisio. Cic. in Partit. 37.
In posterum tempus. Vide In.
Posterum & consequens tempus. Cic. 1. de Finib. 102. Ibidem lib. 3.50, Sed in cæteris artibus, quum dicitur artificiosè, posterum quodammodo & consequens putandum est, quod illi ἀναγκαιομαθικὸν appellant.
In posterum diem differre. Cic. pro Deiotaro, 13. Et ad Att. lib. 10.205.7, Dissimulemus omnino sermonem in posterum. Contrarium est illi, in præsens.
Pugna in posterum extracta. Tacit. lib. 14.
In posterum prospicere, Sub. tẽpus. Cic. ad Cælium, lib. 2.7.4, Ego nec præterita, nec præsentia abs te, sed ut ab homine longè in posterum prospiciente, futura expecto.
Valescit labor in posterum. Tacit. lib. 4.
Postero, absolutè: pro, Postero die. Tacit. lib. 4, Idemq; quum postero ad quæstionem traheretur.
¶ Posteri, posterorũ (ὑπίγονοι, μεταγγενέστεροι) qui etiam Minores appellantur, sunt quicunq; ex nobis & post nos nati sunt: ut filius, nepos, pronepos, atnepos, trinepos, & cæteri qui nomine carent, posteriores seu minores uocantur. Cic. 3. de Nat. deor. 130, Vt etiam siquis morte pœnas sceleris effugerit, expectantur hæ pœnæ à liberis, à nepotibus ac posteris.
Degenerarunt horum posteri. Cic. 5. de Fin. 22.
Apud posteros nostros non ut extinctor cõiurationis & sceleris, sed author & dux fuisse uidear. Cic. pro Domo sua, 78.
Indicare posteris aliquid. Cic. de claris Orat. 181.
¶ Posteriora, Comparatiuum, cuius Superlatiuum est Postremus, pen. prod. (ὀπίσθιος, ὀπισθότερος, μεταγγενέστερος) Cic. 4. Acad. 177, Itaq; quæ contra sensus, contraq; perspicuitatem dicantur, ea pertinere ad superiorem diuisionem, contra posteriorem nihil dici oportere.
Non posteriores feram. Teren. Adelph. 5.4.26. Vbi Donatus, Non posteriores feram. Subauditur, Partes. aut, Non paruifaciam: id est, Non uincar à Mitione. Et translatio est à partibus histrionum in fabula.
Posterior ætate. Cic. 2. de claris Orat. 21.
Posteriores cogitationes, ut aiunt, sapientiores solent esse. Cic. 12. Philipp. 321.
Omnes res posteriores ponere, atq; operam alicui dare. Plaut. Milite, 13.7. Idem significat quod, Posthabere omnes res.
Salus patriæ posterior illi suis commodis. Cicero ad Atticum, libro 10.195.5. hoc est, Sua commoda præposuit saluti Reipublicæ.
Suam salutem posteriorem salute cõmuni ducere. Cic. pro Rab. perduel. reo, 2. id est, posthabere.
Posteriora & superiora. Cic. 3. de Orat. 103. Idem 4. Acad. 83, Ita priori posterius, posteriori superius coniungitur.
Vitam, corpus, fortunas rem familiarem posteriora libertate ducere. Cic. 13. Philip. 346. hoc est, posthabere.
Pars prior apparet, posteriora latent. Ouid. 4. Fast. 130.
Non conuenit posterius priori. Vide Conuenio.
Facere posterius quod prius est ordine. Horat. 1. Ser. Sat. 4.12.
Posterius & nequius isto nihil est. Cic. in Pisonem, 52.
Postremus, pen. prod. (ὕστατος, ἐσχάτος) Superlatiuum à Posterior. Terent. in Phorm. 4.3.44,
Hæc deniq; eius fuit postrema oratio,

Ego,

Ego, inquit, &c. Cic. Attico, lib. 6.113.1, Respondebo prius postremæ tuæ paginæ.
Primus & postremus. Cic. in Oratore, 28.
Non in postremis esse. Cic. Lentulo, lib. 1.9.61.
Postremi homines, pro Nequissimis. Brutus Ciceroni in Epistolis ad Brutum, 16.6, Quòd si Romanos nos esse meminisse mus, non audacius dominari cuperent postremi homines, quàm id nos prohiberemus. Cic. pro Rosc. Amer. 81.
Munus postremum mortis. Catul. epigram. 96.1.
Ad postremum. Vide Ad.
Postremus in. Cic. 7. Verr. 71, Tum ut quisq; in fuga postremus, ita periculo princeps erat. Princeps, id est, primus.
¶ Postremior, Cõparatiuũ. Apuleius de deo Socratis, Vt possit uideri nullum animal in terris homine postremius.
¶ Postremissimus, pen. cor. Superlatiuum. Tertull. in principio libri, De cultu fœminarum, Quo iure deputor uobiscum, postremissimus omnium. id est, ultimus & infimus. Vsus est & Gracchus in oratione quadã, cuius meminit Gellius lib. 15. cap. 12.
¶ Posterius, Aduerbium comparatiuum (ὕστερον) Terent. Andr. 3.2.29,
Renuncio here futurum ut scis sciens,
Ne tu posterius dicas, Daui factum consilio aut dolis. Cic. 6. Verr. 57, Tum mittit rex ad istum: si sibi uideatur, ut redat, iubet iste posterius ad se reuerti.
Quæ tibi posterius Memmi faciemus aperta. Lucret. lib. 2.37.
Non posterius esse. Cic. de claris Orat. 159.
Posterius pro minus, interprete Nonio. Plaut. Asin. 3.4.9,
Posterius istuc dicis, quàm credo tibi.
¶ Postremùm, penult. prod. (ὕστατον) Superlatiuum aduerbium, & Vltimum. Terent. Andr. 2.1.24,
Si id facis, hodie postremùm me uides. Dicitur pro eodem & postremò. Vtitur & hoc Cicero in Verrem, & pro Cluentio, & 3. de Orat. 4, Vt uestigiũ illud ipsum in quo ille postremùm institisset contueremur.
¶ Postremò, pen. prod. Aduerbiũ (ὕστατον, ἐπὶ τέλει, τὸ πρῶτον, ἐν ἐσχάτῳ) Terent. Eunuch. 2.2.21,
Negat qs, nego: ait, aio: postremò imperaui egomet mihi
Omnia assentari. Idem Andr. 3.2.40,
Quis igitur eum ab illa abstraxit, nisi ego? nam omnes nos quidem
Scimus quàm misere hanc amârit, nũc sibi uxorẽ expetit.
Postremò id mihi da negocij.
Sallustius in Iugurtha, non procul ab initio, post uaria enarrata inquit: Postremò, de omnibus rebus legatos Romam breui se esse missurum.
¶ Posteritas, penult. corr. posteritatis (ὀψιγονον, ὀψιγονία, ὑστέρημα) Posterum seculum, siue homines qui post nos nascentur. Cic. de Amicit. 14, Quo in genere sperare uideor Scipionis amicitiam & Lælij, notam posteritati fore. Sic 1. Tusculan. 55, Quum optimus quisq; maximus posteritati seruiat.
Omnium seculorum posteritas huius rei immemor non erit. Cic. 2. Philipp. 68.
Memoria posteritatis. Quintil. lib. 6. cap. 1.17.
Infinitatis posteritas. Cic. Attico, lib. 12.241.16.
Memor posteritas. Ouid. 6. Fast. 16.
Sera posteritas. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5.5.
Crescere posteritate. Propert. lib. 3. eleg. 1.7.
Spe & fructu posteritatis duci. Cicero pro Rabir. perduel. reo, 22.
In posteritatem. Vide In præpositionem.
¶ Postero, posterare, pen. corr. (ὑστερέω) posterare. Palladius, Oliua quum uaria cœpit esse, colligitur. nam quum tota nigrescet, quod specie meritò posterauit, fundendi uberta te compensat. Ex Calepino.
Postfero] pen. corr. postfers, postfuli, postlatum (ὕστερον τίθημι) postferre, Postponere. Plin. lib. 4. cap. 4.1, Haud ulli terræ nobilitata postferenda. Liu. 3. ab Vrbe, 271, Qui libertati plebis suas opes postferrent.
Postfuit] ὕστερον ἐτέθη, Posthabitum est. Sallustius in Catil. Sed ubi periculum aduenit, inuidia atq; superbia postfuere. Budæus.
ostgeniti] pen. corr. (ὑπίγονοι) Posteri.
Clarus postgenitis. Horat. 3. Carm. ode 24.6.
Posthabeo] posthabes, pen. corr. posthabui, posthabitum, pen. corr. (ὕστερον ποιῶμαι) posthabere, Postponere. Terent. Phorm. 5.8.15,
Nam omnes posthabui mihi res, uti par fuit,
Postquam tantopere id uos uelle animum aduerteram. Cic. 5. Tuscul. 3, Vt omnibus posthabitis, totos se in optimo uitæ statu exquirendo collocarent.
Seria ludo posthabere. Virg. 7. eclog. 4.
Sanus posthabita. Virg. 1. Aeneid. 3.
Colere aliquem posthabito altero. Stat. 4. Sylu. 4.12.
Posthac] Aduerbium (ἐὰν οὖδὲις, τυδοιανὸν, μετὰ ταῦτα) Deinceps, in futurum, post hoc temporis, ut ait Valla lib. 2. Terrent. Hecyra, 3.3.45,
Lachrymo, quæ posthac futura est uita quum in mentem uenit, Solitudoq;. Idem Eunuch. 5.2.59,
—hunc tu in ædes cogitas
Recipere posthac? Cic. Gallo, lib. 7.27.6, Posthac igitur erimus cautiores.
Posthac & Antea, contraria. Cic. Attico, lib. 7.123.11.
Efficiam, posthac ne quenquam uoce lacessas. Virgilius 3. eclog. 10.
Scribam posthac ad te planius. Cic. Attico, lib. 2.34.8.
Posthinc] Aduerb. (ἐξῆς) Deinceps. Virg. 8. Aeneid. 108,
Posthinc ad naues graditur, sociosq; reuisit.
Vbi Seruius, Vnum uacat, aut Post, aut Hinc: ut,
Posthinc digressus iubeo frondentia capris. id est, quum hoc feceris. 3. Georg. 60.
Posthumia] ποσθωμία, mulier bibacissima, cuius meminit Catullus ad puerum suum, epigram. 24.1,
Vt lex Posthumiæ iubet magistræ
Ebriosa acina ebriosioris. Vide Acinus.
Posthumus] posthumi, pen. corr. m. gen. ex Post & humus compositum, qui post mortem parentis natus est, quasi post humatum patrem. Plaut. Aulul. 6.37. Cic. 2. de Orat. 76, Nisi fortè existimatis à M. Curio causam didicisse L. Crassum, & ea re multum attulisse, quamobrem posthumo non nato Curium tamen hæredem Coponij esse oporteret. Idem 3. de Fin. 87, Dicuntq; ut liberis consultum uelimus, etiam si posthumi futuri sint.
Posthumus, pen. corr. Adiectiuum: pro futuro, sequenti, & postero. Apuleius, Posthumam spem dixit Virgil. 6. Aen. 153,
—tua posthuma proles.
Filius posthumus. Cic. pro Cecinna, 39.
Posthumus] ποσθούμιος, qui & Syluius, filius fuit Aeneæ ex Lauinia, quæ (ut inquit Seruius) Aenea Mortuo, Ascanij timens insidias, grauida confugit ad syluas, & illic enixa est Syluium, qui Posthumus, quòd patre mortuo natus esset, dictus est. Sed quum Ascanius flagraret inuidia, euocauit nouercam, & ei concessit Laurolauinii: sibi uerò Albã constituit. qui quoniam sine liberis perijt, Syluio, qui & ipse Ascanius dictus est, suum reliquit imperium. Vnde apud Liuium est error, quia Ascanius Albam condidit. Hactenus ex Seruio. Liuius quoq; hunc Syluium non Aeneæ, sed Ascanij

nij filium asserit, lib. 1. ab Vrbe, 12. Meminit etiam huius Ouidius 4. Fastor. 9,

Posthumus hinc, qui quòd syluis ortus in altis,
Syluius in Latia gente uocatus erat. Vide in dictione Syluius.

¶ *Posthumus, prænomine C. Rabirius, natura C. Curtij (Curtius enim in Cicerone, non Curius legendum) filius adoptione Rabirij, repetundarum accusatus est, aduentitio quodam iudicio & subsidiario, quod dicebatur, quò ea pecunia peruenisset. Hoc genus iudicij proditum erat in alios, quũ de alicuius rei repetundarum bonis summa litium æstimatarum non poterat redigi, ad quos ea peruenisse uidebatur: ut ex orat. Ciceronis pro Rabir. & epistolis ad Atticum apparet. Maiestatis tamen crimen obiectum Rabirio dicit Tranquillus, quòd Ptolemæum secutus esset. Annotauit Turnebus.*

¶ *Posthumus Cornelianus, qui post captiuitatem patris, quæ morti comparatur, nascitur. Lex enim Cornelia mortis & captiuitatis tempora coniungit. l. lege Cornelia. D. qui testam. fac. poss.*

Posticum *postici, penult. prod. (ὀπισθοδόμου) à Post, & Stando, Ostium in posteriori parte ædium. Plautus Mostel. 11.27,*

Nunc ego me illac per posticum ad congerrones conferã.

Idem Sticho, 7.41.

Postico recedere dicitur, qui furtim abit, alijs inscijs sese subducens. Sic Horatius 1. epist. 5.6,

—postico falle clientem.

¶ **Postica**, *posticæ (ὀπισθοδόμου) Idem. Varro, Perrexit interioris partes domus posticæ (ut ait Plautus) penitissimè. Nonius.*

¶ *Posticulum, posticuli, pen. corr. (θυρίδιον) Diminutiuũ. Plaut. Trin. 14.75,*

—ubi nunc filius meus habitat?
S. hìc in hoc posticulo. Ibidem, 4.115.

Posticus *pen. prod. Adiect. (ὀπισθίου) Posticum, inquit Festus, uicinum habitantem ad posteriorem partem ædium appellarunt. Deniq; & quæ ante nos sunt, antica: & post nos sunt, postica dicuntur. Et dextram, anticam: sinistram, posticam dicimus. Sic etiam ea cæli pars, quæ sole illustratur ad Meridiem, antica nominatur: quæ ad Septentrionem est, postica. Rursum quæ diuiduntur in duas, partem Orientem, atq; Occidentem. Hactenus Festus. Liu. 3. bell. Pun. 33, Hortus erat posticis ædiũ partibus. Sic Plin. Postica pars mundi.*

Postica *sanna. Persius Satyr. 1, Posticâ sannâ prouerbialiter appellat clancularia irrisione, à gestu ridentiũ aliquẽ à tergo,*

—posticæ occurrite sannæ. Erasmus.

Postilena *postilenæ, penult. prod. (ὕστερος) à Post, & stando: quòd stet à parte postriori. Est enim incuruum lignum, siue crassius lorum, quod sub iumenti cauda ponitur. Plaut. Casin. 3.36,*

Ita te aggerunda curuum aqua faciam probè,
Vt ex te postilena possiet fieri. Hinc per contrariũ, Antilena, qua pectus cingitur.

Post-illa *μετὰ ταῦτα, duæ dictiones in unam coniunctæ per subunionem, Aduerbium est, significans Postea authore Donato. Plaut. Pœn. 11. 5,*

Iis explicaui meam rem post-illa lucro. Terentius Andr. 5.4.34,

Tum illam hìc relinquere, est ueritus, post-illa nunc primùm audio
Quid illo sit factum. Idem Eunucho, 1.2.47.

Postidea *ὕστερα: pro, Post id, siue deinde, seu postea, legitur apud Plautum in Sticho, 3.40,*

Quom æquius est nos potiorem habere te, postidea uiros
Nostros, quibus uoluisti nos esse matres familiàs. Ibid. 15.18.

Postis *huius postis, m. g. (πρόθυρα) à Post, & stando deducitur: & significat ualuam ostij, siue latus portæ. dictus, quòd post fores stet. Cic. Att. lib. 3.55.10, Astute scripsisti ad me, quoddam caput legis Clodium in curiæ poste fixisse, ne referri, néue dici liceret. Liu. 2. ab Vrbe, 37.*

Arati postes. Ouid. 15. Metam. 125.

Crassi. Vide **Crassus.**

Ferrati. Horat. 1. Serm. Satyr. 4.13.

Fumosi. Silius lib. 7.35.

Humiles. Ouid. 8. Metam. 129.

Improbi. Vide **Improbus.**

Inuidendi postes: id est, nimis ornati. Horat. 3. Carm. ode 1.9.

Laureati. Vide **Laurea.**

Nigri fuligine. Virg. 7. eclog. 10.

Resupinati. Claud. 3. de rapt. Proser. 30.

Saligni. Claud. 7. Paneg. 84.

Superbi. Virgil. 8. Aeneid. 145.

Altos difiecit postes. Silius lib. 7.115.

Excutere feram poste. Ouid. 1. Amor. eleg. 6.5.

Frangere postes. Tibul. lib. 1. eleg. 1.15.

Parietibus, testis & postibus meis bellum intulisti. Cicero pro Domo sua, 47.

Emoti procumbunt cardine postes. Virg. 2. Aeneid. 99.

Pulsare postes. Ouid. 2. Metam. 154.

Clauso poste se recepit. Stat. 3. Sylu. 1.9.

Requiescunt postes. Propert. lib. 1. eleg. 15.3.

Rumpere postes. Senec. Herc. fur. 11.22.

Tenere postem. Cic. pro Domo sua, 91.

Vellere postes à cardine. Virg. 2. Aeneid. 96.

¶ *Postes, pereleganter pro foribus posuit Lucretius, quia postibus utrinq; fulciuntur. Sic enim scribit,*

Cernere res animus sublatis postibus ipsis. id est, sublatis oculis, qui sunt animi fores. Eodem sensu etiam respondent apud Varronem aruspices, Deum manium posti leonem postulari: id est, ciuem fortissimum eò demitti. Nam deum manium postis, appellatur terræ hiatus, qui censebatur orci ianua. Scio postulationẽ semper apud Varronem edi, & grammaticos postulationem mordicùs retinere: sed ea uox idoneã non interpretatur sententiã, & leonem Varro per inuersionem ciuem fortissimum adumbrare uult. In postulione autem nullum figuræ inuolucrum huius significationis reperias. Ex Turnebo.

Postliminium *postliminij (ὑποστροφὴ) ex Post & Limen componitur. Paulus, de captiuis, & de postliminio. l. postliminium. Postliminium est ius amissæ rei recipiendæ ab extraneo, & in statum pristinum restituendæ, inter nos ac liberos populos regesq;, legibus ac moribus constitutum. Nam quod bello amisimus, aut etiam citra bellum, hoc si rursus recipiamus, dicimur postliminio recipere: idq; naturali æquitate introductũ est, ut qui per iniuriam ab extraneis detinebatur, is ubi in fines suos rediisset, pristinum ius suum reciperet. Cic. pro Corn. Balbo, 11, Quòd si ciui Romano licet esse Gaditanum siue exilio, siue postliminio, siue reiectione huius ciuitatis. Idem in Topic. 18, Sed quum ipsius postliminij quæritur, & uerbum ipsum notatur: in quo Seruius noster, ut opinor, nihil putat esse notandum, nisi post & liminium illud productionem esse uerbi uult, ut in finitimo, legitimo, ædilitimo, non plus inesse timum, quàm in medullio tullium. Scæuola autem P. filius iunctum putat esse uerbum, ut sit in eo & post, & limen: ut quæ à nobis alienata sunt, quum ad hostem peruenerint, & ex suo tanquã limine exierint, hinc quum redierint post ad idem limen, postliminio uideantur redijsse.*

Redeunt

Redeunt postliminio hæc, homo, nauis, mulus clitellarius, equus, equa quæ frena recipere solet. Idem in Topic.

Postmeridianus *pen. prod. (μεσημβρινός) Adiectiuum, quod & pomeridianus dicitur, Quod post meridiem fit. Cicero ad Atticum, libro 12. 160. 6, Hodie tuas literas expectabamus matutinas, erunt fortasse alteræ postmeridianæ. Quintilianus lib. 3. cap. 1, Postmeridianis scholis Aristoteles præcipere artem oratoriam cœpit. Alij legunt, pomeridianis.*

Tempus postmeridianum. Cic. 3. de Orat. 11.

Postmitto *tis, Post habeo, negligo, parui, aut nihili habeo. Cicero pro Cælio, Quod in alicuius agrestis periculo non postmitteret, id homo eruditus in institijs doctissimi hominis dissimulandum putaret?*

Postmodum *penult. corr. Aduerb. (μετέπειτα) ex Post & Modum, significat Postea, siue postremò, Quasi post modũ rei datum. Terent. Hecyr. 2.1.11,*

Meq; abs te immeritò esse accusatam postmodum rescisces. Liu. 1. ab Vrbe, 40, Sæpe ex iniuria postmodum gratiam ortam.

¶ *Postmodo, pen. corr. Idem (μετὰ ταῦτα) Liu. lib. 4, Si Aræ deates sua tempora expectare uelint, arbitriumq; Senatui landandæ iniuriæ suæ permittant, fore ut postmodo gaudeant se iræ moderatos. Ouid. de Arte, lib. 3,*

Postmodo riualem, partitiq; fœdera lecti Sentiat. Hor. 2. Serm. Satyr. 6.6.

Postomis *Vide* **Pastomis.**

Postpartores *dicuntur nostri successores & hæredes, qui post nos nostra adepti bona possident. Plautus in Truculento,*

Vnde anteparta domus postpartoribus. Videtur deductum à Post, & Pario, quod est acquiro. Turneb.

Postpono *postponis, penult. prod. postposui, postpositum, penult. corr. (ὕστερον τίθημι) Postponere, Retro ponere, posthabere.*

Natis suis postponere aliquos. Ouid. 6. Metam. 43.

Postponere honestum officium scorto. Hor. 1. epist. 19.7.

Pudore postposito referre aliquid. Ouid. 3. Amor. eleg. 1.5.

Postponere, Omittere. Cic. F. ad Tironem, lib. 16.21.12, Omnid postposui, dummodo præceptis patris parérem.

Postprincipium *μετὰ τὴν ἀρχὴν, Verbum quo Varro apud Gellium utitur lib. 16. capite 18, pro progressu uel absolutione rei, quod principio oppouitur: ipse tamen plurali utitur, quum ait, Voluptas autem, uel utilitas taliũ disciplinarum in postprincipijs existit, quum perfectæ absolutæq; sunt, in principijs uerò ipsis ineptæ & insuaues uidentur.*

Postquam *Aduerbium (ἐπεί, ἐπεὶ δή, ἐπειδή, ἐπειδάν, ἐπείδαν) Connexiua particula est. Terentius Andr. 3.1.16,*

Hui tam citò ridiculum, postquam ante ostium
Me audiuit stare, approperat. Cic. de Prouin. Consul. 4, Quò ille, postquam nihil exprimere ab egentibus, nihil ulla ui à miseris extorquere potuit, cohortes in hyberna misit. Virg. 3. Georg. 87,

Postquam exhausta palus, terræq; ardore dehiscunt.

Multo postquam. Vide **Multus.**

Postquam aliter. Terent. Adelph. 5.1.3,

—sed postquam intus sum omnium rerum satur,
Prodeambulare huc libitum est. Cicer. Mario, lib. 7.3.16, Me uoluisse etiam, reliquis omnibus postquam non potuerum, mihi ipse finem fecisse belli.

Biennio postquam. Plaut. Bacch. 3.2. Cic. Att. lib. 12.232.1, Vndecimo die postquam à te discesseram, hoc literularum exaraui egrediens è uilla.

Biennium iam factum est, postquam abij domo. Plautus Mercat. 3.12.

Hic annus sextus est, postquam rei huic operam damus. Plaut. Menæh. 7.9.

Tum postquam ad te uenit, mensis hic agitur iam septimus. Terrent. Hecyra, 3.3.34.

Inter Post & Quam, dictiones aliquando interponuntur. Cic. ad Atticum, Nil sanè habebam noui quod post accidisset, quàm dedissem ad te Philogeni liberto tuo literas.

Postquam, *pro Quoniam, apud Terentium, interprete Donato, in Prologo Adelph. 1,*

Postquam poeta sensit scripturam suam
Ab iniquis obseruari, &c.

Postscænium *postscænij, neutr. gener. Locus erat post scænam, ubi multa fiebant, quæ à spectatoribus audiebantur tantùm, non autem cernebantur: quale erat θέρετρον apud Græcos, in quo (ut scribit Iulius Pollux) calculis compluribus in utres coniectis, & illis utribus per aera uersatis atque agitatis, tonitru similitudo referebatur. Hinc per translationem, Vitæ postscænia, dixit Lucretius, libro 4, absconditam illam & intimam puellarum, seu meretricum consuetudinem uiuendi, & omnia quæ domi faciunt, quum solæ sunt, quæ suis amantibus occulta esse uolunt. Monuit Lambinus.*

Postremus *Adiectiuum: & Postremò, Aduerbium. Vide* **Posterus.**

Postridie *Aduerbium (τῇ ὑστεραίᾳ) Idem quod Postero die significat. Valla, Postridie, quasi cras, non præsentis dici, sed cuiusdam alterius, aut præteriti, aut futuri. Cato de re Rust. cap. 65, Oleum uiride sic facito, oleam quàm primùm ex terra tollito: si inquinata erit, lauito: à solijs & stercore purgato: postridie, aut post diem tertium quàm lecta erit, facito. Terent. And. 1.1.117,*

Venit Chremes postridie ad me clamitans, &c.

Tantum uini in Hippiæ nuptijs exhauseras, ut tibi necesse esset postridie uomere. Cic. 2. Philipp. 74.

Postridie, *aliquándo genitiuo iungitur. Cato cap. 2.1, Postridie eius diei uillicum uocet. Seruius Sulp. Cic. lib. 4.12.3, Postridie eius diei quum ab Athenis proficisci in animo haberem. Vetustiora exemplaria legunt, Post diem tertium eius diei.*

Postridie eius absolutionis in theatrum Curionis Hortensius introijt. Cæl. Cic. lib. 8.2.4.

Accusatiuo. Cic. Act. lib. 16. 334. 8, Itaq; sese scripturum aiebat, ut uenationem etiam, quæ postridie ludos Apollinares futura est, proscriberent. Sueton. Postridie nundinas.

Postridie, *quàm. Cicer. ad Terentiam, lib. 14.7.2, Quid causæ autem fuerit, postridie intellexi quàm à uobis discessi. Idem Quint. frat. lib. 2.10.1.*

¶ **Postriduo,** *τῇ ὑστεραίᾳ, dixit Plautus, pro Postridie, in Milite, 14.89,*

Postriduo natus sum ego mulier, quàm Iuppiter ex Ope natus est.

Postuenio *postuenis, pen. corr. postueni, pen. prod. postuentum (ὑστερίζω) postuenire, contrarium habet Anteuenire Plin. lib. 18. cap. 25.1, Accedit confessa rerum obscuritas, nunc præcurrente, nec paucis diebus, tempestatum significatione, quod prochemasin Græci uocant: nunc postueniente, quod epichemasin.*

Postuerta *dea apud Romanos, una ex Carmentibus, quæ partui fœminarum præsidebat, ut & Prosa altera: à rectis peruersisq; partus & potestate, & nomine. Vide Gellium, lib. 16. cap. 16. sub finem.*

Postulo] *postulas,pen.corrept.*(αἰτέω,ἀπαιτέω) *postulare. Requirere:quemadmodum dicimus,* Rem, *locũ, personam, tempus, causam postulare.*Terent.Eunuch.1.1.16,

——*incerta hæc,si tu postules*
Ratione si certa facere,nihilo plus agas
Quàm,&c. Idem Andr.1.2.18,
Nunc hæc dies aliam uitam affert, alios mores postulat.

Postulamus iure,inquit Donatus.Cicer.pro P. Quintio,7,*Verum his de rebus non necesse habeo dicere ea, quæ me* P. Quintius *cupit commemorare, tametsi causa postulat: tamen quia postulat, non flagitat,præteribo.*Vide Vallam *lib.* 5.*cap.*58.

Vis ingenij & copia dicendi postulatur. Quintil. *in Proœm. lib.*1.*cap.*10.

*Postulare,Cupere,uelle,expectare.*Terent.Adelph.2.2.30,
Per oppressionem ut hanc mihi eripere postulet? Donatus.

*Postulare & petere.*Cic.Anteq. iret *in exil.*14.

Postulare & expectare omnia ab aliquo. Cicero Appio, *libro* 3.10.6.

*Familiariter postulare.*Quint.*in Proœm.lib.*1.1.

*Postulo abs te,*Peto *abs te uehementer.*Terent.And.5.1.4,
Imò enim quàm maximè abs te postulo,atq; oro Chreme, Vt beneficium uerbis initum,audum, nunc re compro bes. Cic.de Amic.69.

*Cum solo accusatiuo.*Cic.pro Ligario, 23, *Longiorem orationem causa forsitan postulat,tua certè natura breuiorem.*Cæsar 1.bel.Gall.123.

*Cum duobus accusatiuis.*Plin.epist.48.*b,Iterum me iam præsentem aduocatum postulauerũt, implorantes fidem meam quam essent contra Massam Bæbium experti.*

Postulare de. Cæsar primo bell. Gall. 175,*Ariouistus legatos ad Cæsarem mittit, quod antea de colloquio postulasset, id per se fieri licere.*

*Postulare iudicium in aliquem.*Cic.5.Verr.30.

*Animam postulare.*Ouid.3. Fast.69.

*Postulare fidem publicam.*Cic.ad Att.lib.2.19.3.

*Posco & postulo.*Cic.6.Verr.39,*Nemo tam audax qui poscaret:nemo tam imprudens,qui postularet ut uenderet.* Idem 5.Verr.66,*Incipiunt postulare,poscere,minari.*

*Efflagitare,postulare,poscere.*Cic.1.Verr.5.

*Amicitia & fides postulat.*Cic.Cælio,lib.2.15.20,
*Vt causæ natura & temporis ratio postulabit,aliquid facere.*Cic.*in* Orat.68.

*Ratio postulat.*Cæsar 2.bell.Gall.308,*Instructo exercitu, magis ut loci natura, deiectusq; collis & necessitas temporis, quàm ut rei militaris ratio atq; ordo postulabat.*

*Ratio & opinio hominum aliquem postulat, qui præsit prouinciæ.*Cic.Att.lib.6.1.4.2.

Longius quàm res postulat, repetita est. Cicero 1. de Inuentione,103.

*Tempus postulat & necessitas.*Cic.1.Offic.114.

Postulare, Accusare, seu querelam dicere de altero apud alterum,ut ait Donatus:*& modò genitiuo, modò ablatiuo cum præpositione iungitur.* Plin. epist.153.*b,Impietatis reum postulat.*Suetonius *in Cæsare,cap.*4; *Cæterum* Cornelium Dolabellam Consularem *& triumphalem uirum repetundarum postulauit.*

*Gabinium tres adhuc factiones postulant.*Cicero Quint.*fratri, libro* 3.17.20.

*Lege aliquem postulare.*Cælius Ciceroni,*lib.*8.12.7.

*Repetundis aliquem postulare.*Tacit.*lib.*3.

*Postulare de.*Cicero Quint.*fratri,libro* 2.7.8,*Ad* IIII. *Idus Feb.Sestius ab indice* Cn. Nerio Pupinia *de ambitu est postulatus.*

Reum postulare,Accusare. Plinius *lib.* 33.*cap.*2.4,*Vt apud* C. Cæsarem *in Censura eius unus ex Equitibus Flauius Proculus* CCCC.*ex ea causa reos postularet.*

Postulare quæstionem, eius est qui iniuriam sibi factam queritur,aut alteri,quam uindicare ad eum pertineat. Liuius 2, *ab Vrbe,Senatus tumultuosè nocatus, tumultuosius consulitur:quæstionem postulantibus ijs qui pulsati fuerant, decernente ferociſsimo quoque non sententijs magis, quàm clamore & strepitu.tandem quum iræ resedissent, ordine consuli cœpit.*Budæus.

*Postulare seruos in quæstionem.*Cic.pro Milone, 43, Sed *quæstiones urgent* Milonem,*quæ sunt habitæ nunc in atrio Libertatis:quibúsnam de seruis rogas?de* P. Clodij,*quis eos postulauit? Appius,quis produxit? Appius.*

*Delationem nominis in aliquem postulare.*Cic.1.Verr.35.

*Iudicem postulare.*Cic.5.Verr.115.

*Iudicium postulare.*Cic.Att.lib.2.39.7.

Postulari, Pațsiuum. Vlpianus *in l.*1.*ff.de suspectis tutoribus uel curatoribus, Primum igitur tractemus unde descendat suspecti crimen,& apud quos postulari quis possit suspectus tutor,uel curator.*

Postulare,inquit Vlpianus *in l.prima,ff.de postulando,Est desiderium suum uel amici sui in iure, apud eum qui iurisdictioni præest, exponere: uel alterius desiderio contradicere.*

Postulo pro te. Gellius *lib.*7.*cap.*19,P.Scipio Africanus *postulauit pro* L.*Scipione Asiatico,fratre, quum contra leges contraq; morem maiorum Trib.pleb. hominib. accitis per uim inauspicato sententiam de eo tulerit.Vbi, postulauit pro fratre,id est,Pro fratre in iudicio intercessit.Nam paulò antè legitur,Scipio Africanus fratris nomine ad collegiũ Tribunorum prouocabat.*

*De fœdere ab aliquo postulare.*Cic.pro Corn.Balbo,23.

Postulatum est,ut Bibuli *sententia diuideretur.* Cicero Lentulo,*lib.*1.3.4.

¶ *Postulatus,penultima producta,Participium usitatissimum* (αἴτησις)

¶ *Postulatus, huius postulatus, penultima producta* (αἴτησις) Liuius 4.*ab Vrbe,*43,*Postulatu audito matris, tutorumq;, magistratus secundum parentis arbitrium dant ius nuptiarum.*

¶ *Postulatum,postulati,pen.prod.* (αἴτημα) Ipsa postulatio. Cicer. Attic.*libro* 7.13 4.3,*Pleriq; negant Cæsarem in conditione mansurum,postulataq; hæc ab eo interposita esse,quominus quod opus esset ad bellum,à nobis pararetur.* Cæsar 1.*bell.*Gall.162.

*Accipere & remittere postulata.*Cic.12.Philip.339.

Postulata interponere. Vide Interpono.

*Postulatum,Accusatio.*Cicero 4.Verr.7, *Hoc animo toties apud patronos de suis miseriis deplorarunt. hoc commoti dolore,postulata Consulibus,quæ non postulata, sed in istum crimina uiderentur esse,ediderunt.*

*Intolerabilia postulata referre.*Cic.Cațsio,*lib.*12.4.3.

¶ *Postulatio,Verbale,Idem* (αἴτησις) Cæsar 8.*bell.*Gall.172, *Quam postulationem Antonius quum iudicaret ab iusto nasci timore,ueniam petenti dedit,obsides accepit.*

*Aequa postulatio.*Quint.*lib.*7.*cap.*2.33.

*Aequa & honesta postulatio.*Cic.pro Rosc.Amer.4.

Impudens postulatio. Vide Impudens.

Abijcere postulationem triumphi. Vide Abijcio.

*Concesșit postulationi tuæ Senatus.*Cic.pro Muræna,44.

*Postulatio,pro Supplicatione,ut uulgò dicunt.*Cic.de Aruspic. resp.18,*De eare scriptum est,postulationes decretas esse Ioui,Saturno,Neptuno,Telluri,dijs cælestibus.*

Postulationibus uacare,Expedire. Plin.*lib.*7.*epistola ultima ad* Tacitum. Budæus.

*Respondere postulationibus,*Idem.Sueton. *in Nerone,cap.*15. *Alia exemplaria habent,Postulatoribus.*

*Postulatio.*Donatus,*Propriè expostulatio est apud illũ ipsum qui peccauerit:postulatio,de illo apud alterum.Item postulatio,querela,& quasi iusta interpositio querelarum.*Plautus Bacch.8.45,
Acris postulatio hæc est,quum huius dicta intelligo.
Terent.Hecyr.1. 2.105,
Neq; lites ullæ inter eas,postulatio Nunquam

*Postulationes,aduocatorum sunt & patronorum in foro.*Suetonius *in* Nerone,*Celeberrimis patronis non translatitias & breues,ut assolet, sed maximas,plurimasq; postulationes certatim ingerentibus.*

*Resistere postulationi alicuius.*Cic.Qu.frat.lib.2.13.2.

¶ *Postulator,pen.prod.*(αἰτητὴς) *Verbale masc.* Suet. *in* Nerone, *cap.* 15, *In iurisdictione postulatoribus nisi sequenti die,&c.legitur & postulationibus.*

¶ *Postularia* (αἰτητικὰ) *fulgura,inquit* Festus, *quæ uotorum aut sacrificiorum spretam religionem designant.*Apud Senecam 2.Natur.quæst.uocantur postulatoria.

¶ *Postulatitius* (αἰτητικὸς) Seneca epist.7, *Hæc plerique ordinarijs partibus & postulatitijs præferunt.*

Postũrta] *Dea fuit apud Romanos,ita dicta quòd futura prospiceret.*Macrob.*lib.*1.*Saturn.*

Potamautis] *alio nomine Thalassegien,herbá,qua pota homines fieri lymphaticos narrat* Plinius *libro* 24.*cap.*17. *Nascitur circa Indum.*

Potamogeton] *herbæ nomen,apud Galen.lib.*8.*de simpl. medicam.facult.cap.*63.Dioscor.*lib.*4.*cap.*96.

Potatio, Potator] Vide Poto.

Pote] Vide Potis.

Potens,Potẽter,Potẽtatus,Potentia] Vide Possum.

Potentia] *πατρονυμία, Vrbs in agro Piceno,* Ciceroni *de Aruspic.respon.* 58. Plinius *libro* 3. *capite* 1. Vulgò S. Maria de Loret.

Potentini] *Populi Lucanorum.Plin.lib.*3.*cap.*11.

Poterio] *herba,quæ alio nomine phrynion,uel neurada appellatur.*Plinius *libro* 25.*cap.*12,*Sunt & ranis uenena,rubetis maximè: uidimusq; pŏllos in certamine patines candefactas admittentes,ocyore etiam quàm aspidum pernicie. Auxiliatur eis phrygnion in uino pota:aliqui neurade appellant,alij poterion,floribus paruis,radicibus multis, neruosis,bene olentibus.*

Poterium] *poterij*(ποτήριον) *dicitur à Græcis,quod nos Poculum dicimus.*Plaut. *Stich.*14.12,
——*quibus diuitiæ domi sunt,scaphio,cantharis,batiocis*
Bibunt:nos nostro samiolo poterio,tamen uiuimus.

Potesse,Potessum] Vide Possum.

Potestas,Potestur] Vide Possum.

Pothos] *herba, cuius uim & species enumerat explicatq;* Plin.*lib.*21.*cap.*11.

Potidæa] *ποτίδαια, Macedoniæ urbs,antè Cassandria dicta, ut scribit Plin.lib.*2.*cap.*58.*& lib.*4.*cap.*10.

Potidonia] *æ* (ποτιδωνία) *urbs Aetoliæ apud Stephanum, cuius incolæ dicti sunt Potidoniates.*

Potina] *testæ Nonio, deæ nomen apud Romanos, quæ puerorum potui præsidere putabatur,sicut:* Educa *corundem alimentis.* Varro.

Potio] *potionis,f.g.* Vide Poto.

Potior] *& hoc potius* (μᾶλλον) Comparatiua,*pro Melior & melius:quasi potentior & potentius.* Vide Potis.

Potior] *potiris, pen. prod.potitus sum uel fui*(τυγχάνω,κτῶμαι

τυγχάνω) potiri, *à Potis deducitur, ut ait Valla libro* 3, *Est tenere,& quasi in potestate habere. Item obtinere, & in potestatem uendicare. Apud Poetas in quibusdam personis interdum inuenitur tertiæ coniugationis.* Virgilius 3.Aeneid.11,
——*fas omne abrumpit,& auro*
Vi potitur. Ouid.13.Met.26.*apud Priscianum,*
Tuq; tuis armis,nos te poteremur Achille.

*Tenere & potiri.*Cic.Attic.*lib.*7.141.4.

*Potiri in tempore.*Lucret.*lib.*4.217.

*Genitiuo aliquando iungitur:ut,Potiri hostium:quod aliquando significat Venire in hostium potestatem,aliquando Redigere in potestatẽ.*Plau.Cap.3.24,*Nam postquam meus rex est potius hostium.Hoc est,Vicit hostes.*

*Potiri uoluptatum.*Cic.1.*de Finib.*92.

Hostium potiri.Papinianus in l.quod si filius.ff. de captiuis, & de postliminio.Siue quoniam uino patre filiusfamilias mori intelligitur, siue quoniam non reuerso eo, exinde sui iuris non uidetur fuisse,ex quo pater hostium potitus est.Id est,ab hostibus captus.

Athenienșium potiti sunt Spartiatæ.Author ad Herennium,libro 4.184.

*Potiri regni.*Cic.Lent.*lib.*1.7.17.

Potiri rerum,Imperium tenere,inquit Valla.Cic.4.Acad.228, *Cleantes qui quasi maiorum est gentium, Stoicus Zenonis auditor,solem dominari,& rerum potiri putat.Sic ad Atticum,lib.*10.197.5.

*Dominari & rerum potiri.*Cic.4.Acad.227.

In alijs nominibus,inquit Valla,*quàm in hoc Rerum, significatio magis exponitur per Obtinuerunt,quàm per Tenuerũt: ut,Potitus sum uictoria, sum Potitus amicitia est,Pugnando uel laborando obtinui uictoriam,uel amicam.*

*Accusatiuo:Potiri,bonum,laborem,legiones,&c.*Plaut.*Asin.* 7.58.*Idem Rud.*5.5.*Idem Asin.*11.9.Cic.13.Philip.347, *Itaq; si receptis illis,possumus esse liberi, uincamus odium,pacemq; potiamur.Legitur & pace, in ablatiuo.* Terent.Adelph.5.4.17,
Ille alter sine labore patria potitur commoda.

*Ablatiuo.*Virg.1.Aeneid.
Egrẽsi optata potiuntur Troes arena. Lucret.*lib.*1,
Deficit ægra Ceres:nec plebes pane potitur. Id *est,nec habet panem.*Cic.1.Offic.33.

*Amore potiri.*Ouid.10.*Metam.*85.

*Auso potiri.*Virg.6.Aeneid.125.

*Corpore & armis potiri.*Virg.12.Aen.129.

*Et potitur capta Maurus larba domo.*Ouid.3.Fast.111.

Gaza omni Macedonum,quæ fuit maxima, potitus est Paulus: Cic.2.Offic.113.

*Lachrymis alicuius potiri.*Stat.11.Theb.54.

*Optatis potitur.*Valer.6.Argon.94.

*Sceptris potiri.*Virg.9.Aen.54.

*Spolijs potiri.*Virg.9.Aen.91.

*Thalamis petitis potiri.*Ouid.11.*Metam.*51.

*Vellere Graio ui potitur.*Valer.1.Argon.105.

*Voto potiri.*Ouid.9.*Metam.*64.

Potior,in præsenti tempore,plerunque pro Fruor. Cicero *de Senectute,*44, *Quòd si istis ipsis uoluptatibus bona ætas fruitur,libentius primùm paruulis fruitur rebus, ut diximus:deinde ijs quibus senectus,etiam si non abundè potitur, non omnino caret. Pro eodem posuit* Fruitur & Potitur. *Hæc* Valla,*lib.*3.

In potiundo. Vide In.

*Ad potiundum temerè & effrænatè incitantur auidæ uoluptatis libidines.*Cic.de Senect.36.

¶ Potiens, participium (ἐπιτυγχάνων) Cicero 3. Tuscul. 71, Natura ijs potiens.

Potis] & hoc pote (οἷός πορ, οἷός τε) potior, potissimus, Integrum est, authore Donato, pro Bonus, melior, optimus & quasi Potens, potentior, potentissimus. Plautus Amphit. 7.68,

Qui, malum, intelligere quisquam potis est? Id est, potest, ut ait Donatus. Terent. Heaut. 2.3.80,

Multis modis iniurius Clitipho est, neque ferri potis est. Cic. 2. Tusc. 66, Neq; sanguis ullo potis est pacto profluens consistere. Ex poeta.

Cur non diuitijs Crœsum superare potis sit. Catul. in Mentulam, 110.1.

Nec potis est dulces musarum expromere fœtus. Catull. ad Oratalum. epig. 60.1.

¶ Potior (πρείσσων) & hoc potius, potissimum, Melior, præstantior. Terent. Phorm. 3.2.48,

Me lege utar, ut potior sit, qui prior ad dandum est. Cic. de Amic. 18, Itaq; ciues potiores sunt quàm peregrini: & propinqui quàm alieni.

Potior ad legendum. Cic. 1. de Finib, 18.

Plus pollere & potiorem esse. Cic. 4. Tusc. 114.

Aera potiora auro. Stat. 2. Sylu. 2.14.

Merum potius cœnis Pontificum. Hor. 2. Carm. ode 14. 6.

Mors ciuibus Romanis semper fuit seruitute potior. Cicer. 10. Philip. 283.

Honesta mors turpi uita potior. Tacit. in uita Agricolæ.

Pars potior. Quintil. in Proœm. lib. 1. 11.

Prudentia potior acri dextra. Valer. 4. Argon. 125.

Res oratione potior. Mattius Ciceroni, lib. 11. 28. 12.

Sententia potior. Hor. 1. epist. 18. 4.

Hæc alternanti potior sententia uisa est. Virg. 4. Aen. 58.

Nihil mihi potius quàm ut Masinissam conuenirem. hoc est, Nihil exoptatius, charius. Cic. in Som. Scip. 1.

Ducere potiora, quæ ad sapientiam spectarent. Cicero 3. de Orator. 46.

Cura potissima. Stat. 4. Syl. 4.4.

Potissima nobilitas. Plin. lib. 14. cap. 2.4.

Potissima oratio. Cic. ad Atticum, lib. 2. 24. 2, Vt sciat hic noster Ierosolymitarius traductor ad plebem quàm bonam meis potissimis orationibus gratiam retulerit. Vetusta exemplaria legunt, purissimis.

Potissimũ opus, Præcipuum, exquisitum. Plin. epist. 79. c.

Quod est potissimum. Quintil. lib. 10. cap. 3, Deniq; ut semel quod est potissimum, dicam. Idem lib. 11. 3.

¶ Pote, pro Potis, id est, possibile, accipitur metri causa. Propert. lib. 2. eleg. 1. 10,

Qua pote quisq; in ea conterat arte diem. id est, quantum quisq; potest. Terent. Adelph. 2.3.11,

Maledicta, famam, meum amorẽ, & peccatum in se transtulit, Nihil pote suprà. Pote pro Potis, inquit Donatus. Cic. de clar. Orat. 89, Hospes non pote minoris. Catul. de Lesbia, epigr. 71.4,

Vna salus hæc est: hoc est, tibi peruincendum: Hoc facies, siue id non pote, siue pote.

¶ Potius (μᾶλλον, ἀντὶ μᾶλλον) potissimùm, uel potissimè, Aduerbia. Plaut. Amph. 4.301,

Nam si me irritaßis, hodie lumbis fragium hinc auferes. s. Abeo potius. Hoc est, Abire satius duco. Terent. Eunuch. 2.3.94,

An potius hæc pati æquum est fieri, ut à me ludatur dolis? Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget usus, &c. Virgil. 2. eclog. 15.

Depugna potius quàm seruias. Cic. Att. lib. 7.127.7.

Perpessus est omnia potius Zeno Eleates, quàm conscios delendæ tyrannidis indicaret. Cic. 2. Tusc. 90.

Vtrum potius, aut quid potissimum in comparatione quæritur. Cic. 1. de Inuent. 24.

Munus potius centum signis. Hor. 4. Carm. ode 2.4.

¶ Potissimùm (μάλιστα) pro eo quod uulgò dicitur Et principaliter. Terent. And. 5.5.6, Sed quẽ ego potissimùm exopiẽ nunc mihi, cui hæc narrem, dari? Cic. 4. Acad. 209, Næ ille longè aberit, ut argumentis credat philosophorum: aut si est creditur us, quorum potissimùm?

Ordienda est nobis potissimùm causa à Deo. Cic. 1. de Leg. 31.

¶ Potissimè (μάλιστα) Idem. Cic. libro 2. de Orat. Non potissimè confirmo. Sic apud eundem sæpius inuenies: tametsi sint qui mendum putent esse, legendumq; dicant, Potissimùm. Idem pro Muræna, 3, Is potissimè honore affecto defensor daretur, qui, &c.

Potitius] ποτίτ@, à potando cognominatus est, qui Herculi sacra faciebat. A quo Potitia familia.

Potito] Vide Poto.

Potnia] ποτνία, Vrbs in Bœotia, non longe à Thebis, ubi Glaucus Sisyphi filius & Meropes habuit equas, quas consueuerat humana carne alere, quo cupidius in hostem irruerent. Ipsum autem, quum alimenta defecissent, deuorauerũt. Item, quadrigæ quibus utebatur, ποτνιάδες dictæ sunt.

Equæ Potniades. Ouid. in Ibin, 112.

Potniades deæ dictæ fuerunt furorem facientes, hoc est, μαινομενοι. Non procul à Potnijs Bœotiæ ciuitate puteum fuisse legimus, ex quo si aqua hausta fuisset ab equis indigenis, furore agitabantur, unde dearum nomen. Sed Hesychius Bacchas & Mænadas hoc uocari nomine scribit. à Potnis autem, uel Potnia ciuitate Potniades Equæ dictæ sunt. Virgil. in Georgicis,

Scilicet ante omnes furor est insignis Equarum, Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci Potniades malis membra absumpsere quadrigæ. Sic & Bacchæ, Mænadesq; Potniades ab eodem ipso loco appellantur. Hesychius & Lilius. Gregor. Giraldus primo suo Syntagmate, de historia deorum.

Poto] potas, potaui, potatum: uel potus sum, potum (πίνω) potare, Bibere. Virg. 7. eclog. 3,

Huc ipsi potum uenient per prata iuuenci. Terentius Phorm. Nam apud me potaturus est.

Acetum acre potare. Hor. 2. Serm. Satyr. 3.24.

Aquam potare galea. Tibul. lib. 2. eleg. 7.2.

Flumina limosa potat. Ouid. 1. Metam. 128.

Et lac concretum cum sanguine potat equino. Virgilius 3. Georgicorum, 93,

Merum potare. Mart. lib. 1.41.

Totos dies potare. Cic. 2. Philip. 77.

De medio potare die. Hor. 2. Serm. Satyr. 8.1.

Arbores uina potare docuimus, inquit Plinius libro 12. capite 1.5.

Lanæ potant. Plin. lib. 9. cap. 38.2.

¶ Potor, potaris, Passiuum. Plin. lib. 11. cap. 37.50, Guttur homini tantum & suibus intumescit, aquarum quæ potantur, plerunq; uitio.

Dare potatum bobus. Colum. lib. 12. cap. 51.

Voluptate potandi fruatur aliquis pariter cum alijs: aut ne sobrius in uiolentiam uinolentorum incidat, ante discedat. Cicero 5. Tusc. 166.

¶ Potans, Participium (πίνων) Cic. 2. de Fin. 105.

Vellera potantia succum Aquinatem. Hor. 1. epist. 10.5, Intellugit de Aquinatibus purpuris, quæ similes sunt Tyrijs.

¶ Potandus, penultima producta, Aliud participium (ποτέ@) Ouid.

Ouidius 2. Fast. 64,

Dumq; parant epulas potandaq; uina ministri.

Nectar potandum. Ouid. epist. 15.40.

¶ Potatus, pen prod. Aliud participium (ποθείς) ut, Potata de qua. Plin. lib. 2. cap. 103.8.

¶ Potator, pen. prod. potatoris (φιλοπότης) Qui potationibus indulget. Plaut. Menæh. 7.34,

Voluptarijs, atq; potatores maximi. Plin. lib. 20. capite 23.10, Radix cuiusq; ex aqua decocta, potatoribus sitim facere narratur. Legitur & potatoribus.

¶ Potatio, potationis, Verbale (πόσις) Plautus Sticho, 4.60, Quot potationes mulsi, quot autem prandia, &c. Cic. 1. de Diuin. 188, Si modò temperatis escis, modicisq; potationibus ita est affectus, ut sopito corpore ipse uigilet. Crrectiora exemplaria legunt, potationibus.

¶ Potus, Participium (πεπωκώς) actiuè & passiuè accipitur. Actiuè. Terent. Hecyr. 1.2.64,

Quid dixi? cum uirgine unà adolescens cubuerit Plus potus, sese illa abstinere ut potuerit? Cic. pro Mil. 42, Adde inscitiam pransi, poti, oscitantis ducis.

Passiuè (πεπωμένος) Ouid. 1. Fast. 44,

Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

Cadus potus. Hor. 3. Carm. ode 13.5.

Flumina pota Getis. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4.19.

Sanguine tauri poto mortuus concidit Themistocles. Cicer. de claris Orat. 21.

Vnda pota. Valer. 6. Argon. 14.

¶ Poturus, penul. prod. Aliud part. (πώσων) ut, Terra potura cruores. Stat. 12. Theb. 144.

Oues poturæ. Propert. lib. 4. eleg. 4.2.

¶ Potus, huius potus (πότημα, πότημα, σχῆμα, πόθων) Plin. libro 10. capite 72.2, Serpentes exiguo indigent potu. Hoc est potatione.

Immoderatus potus. Vide Immoderatus.

Inexplebilis potu. Vide Inexplebilis.

Obstupefieri potu & pastu. Cic. 1. de Diuin. 107.

In medio potu. Vide Medius.

Potui dare medicamentum. Celsus lib. 2. cap. 13.

Potus lactis herbidus. Plin. lib. 24. cap. 6.7.

¶ Potio, potionis (πόσις, πόμα, πότης, πτ@) pro Potu & potatione. Cicero de Senectute, 32, Tantum cibi & potionis 2. de Finibus, 58, Quum cibo, potioneq;, fames, sitisq; depulsa est.

Sumere magnam potionem. Celsus lib. 1. cap. 9.

Poculum & potio. Cic. pro Cluent. 137.

Vsitatæ potiones. Hor. Epod. 5.16.

Dulciculæ potionis scutelam dare. Cic. 3. Tusc. 79.

Potio medicorum, Sorbitiuncula est quæ ægrotis datur, Græci pharmacum uocant. Plaut. Menæh. 20.22.

Efficaces potiones ad id. Cels. lib. 4. cap. 8.

Mortifera potio. Quint. lib. 7. cap. 4.6.

Accipere potionem. Quint. lib. 7. cap. 3.14.

Adijcere potioni. Vide Adijcio.

Bibere potionem. Quint. lib. 7. cap. 3.14.

Dare potionem. Quint. lib. 7. cap. 3.17.

Sustulit mulierem prima potione medicus. Cic. pro Cluent. 30.

¶ Potor, potoris, pen. prod. (πότης) Idem quod Potator. Titus est apud Martialem, ad Sextilianum potorem, lib. 1. 41. Plin. lib. 23. cap. 8.4, Aiunt quinis ferè præsumptis, ebrietatem non sentire potores.

Aquæ potores. Horat. 1. epist. 20.1.

Acer potor. Vide Acer adiectiuum.

¶ Potorius, Adiect. (ποτηρὸς) Quod ad potandum pertinet: ut, Ampulla potoria, apud Martialem, libro 14. 115. Plinius lib. 33. capite 10.4, Ptolemæum Varro tradit Pompeio res gerente circa Iudæam octona millia equitum sua pecunia toleraui sse: mille conuiuas totidem aureis potorijs mutantem uasa cum ferculis saginasse.

¶ Potulentus (ποτὸς) Sueton. in Othone, capite 2, Fertur & noctibus uagari solitus: atq; inualidum quenq; obuiorũ aut potulentum corripere.

¶ Potito, potitas, penult. corr. (πίνομαι) potitare, Frequentatiuum. Plaut. Asin. 13.26, Tecum unà postea æquè pocula potitet. Idem Amph. 4.265.

¶ Potionor, pen. prod. potionaris (ποτίζω, ἐπιποσόω) potionari, Passiuum, Suet. in Cæsare Caligula, cap. 50, Creditur potionatus à Cæsonia uxore, amatorio quidem medicamento: sed quod in furorem uerterit. Id est, ueneno affectus.

P R

Practicus] Adiectiuum. Vide Praxis.

Practores] πραίπτορες, in nouellis Iustiniani sunt oratores tributorum. Suidas, φορολόγ@ ὁ τὰς εἰσφορὰς συλλέγων, ὃς πραίπτορας παλαιῶν εἴθ@ τῶν πολλοῖς.

Prę] Præpositio, ablatiuo casui seruit, significat Ante (πρὸ) Liu. lib. 1. ab Vrbe, Prope Tyberim fluuium, qua præ se armentum agens nando traiecerat. Aliquando absolutè ponitur. Terent. Andr. 1.1.144, I præ, sequar. Plautus datiuo iunxit, in Pœnulo, 9.57,

Trecentos nummos philippeos portat præ sibi.

Præ (πρὸς σύγκρισιν) comparationem aliquando inducit. Cicer. Seruio Sulp. lib. 4.4.6, Non tu quidem uacuus molestijs, sed præ nobis beatus. Terent. Adelph. 2.3.9,

— illius opera Syre nunc uiuo: festiuum caput, Qui omnia sibi post putarit esse præ meo commodo. Id est, mei commodi comparatione, inquit Donatus. Hoc est, Nihil pluris illi esse curandum putat, quàm meum cõmodũ. Cicer. pro Roscio Amer. 80, Etiam uidetis iudices, ut omnes despiciat, ut hominem præ se neminem putet.

Præ (πρὸς σύγκρισιν) nonnunquam abundantiam notat: ut, Præ multitudine. Cic. Attic. lib. 2.36.5. Quidam dicunt significare Propter, in huiusmodi exemplis: ut paulo post uidebis.

Præ ira. Liu. 1. bel. Maced. 93.

Præ lachrymis. Cic. Attic. lib. 9.184.1.

Præ se ferre, Est dicto, factóue, & ipsa statim fronte, qualem de opinionem de aliqua re aut homine habeas, confiteri. Quint. lib. 5. cap. 13, Fiduciam igitur præ se ferat orator, semperq; ita dicat, tanquam de causa optimè sentiat. Id est, Ex ipso aspectu oratoris, ex ipsa uoce, ex ipsa tota ratione eluceat fiducia: quemadmodum qui pugnaturi sunt, in uultu & gestu indicant tacitam uel formidinem, uel fiduciam: hoc est, Præ se ferunt fiduciam uel formidinem. Hæc Valla lib. 5. Cicero pro Rab. perduel. reo, 11, Quamobrem fateor, atq; etiam Tite Labiene profiteor, & præ me fero, te ex illa crudeli, importuna, non Tribunitia actione, sed regia, meo consilio, uirtute, authoritate, esse depulsum. Idem Cn. Magno in epist. ad Atticum, lib. 8.159.9, Primùm enim præ me tuli, me nihil malle, quàm pacem.

Præ te, pro Quàm te. Plaut. Merc. 8.21,

Sanus si sim, præ te medicum mihi expetam.

Præ quod. Plaut. Sticho, 6.38,

Imò res omnes relictas habeo præ quod tu uelis.

Præ quàm. Plaut. Amph. 8.2,

— parua res est uoluptatum in uita, atq; in ætate Aguuda præ quàm quod molestum est. Gel. lib. 16. cap. 1.

Præ ut. Plaut. Milite, Nihil hercle hoc quidem præ ut alia dicã. Idem Menæh.

Præ, Propterea, Præ formidine. Plaut. Amph. 4.183. Terentius Eun. 1.2.18,
Credo, ut sit, misera præ amore excluſit hunc foras. Idem Heaut. 2.2.67,
Præ gaudio (ita me di ament) ubi sim, nescio:
Ita timui. Vide paulo antè Præ ira.

Præ manu, uel Præ manibus. Vide Manus.

Præacutus] pen. prod. Adiectiuum (παρυξὺς) Valde acutum significat. Cæsar 2. bel. Gall. 334, Tum magni ponderis saxa, & præacutas trabes in muro collocarant.

Præacuta asperitas. Plin. lib. 11. cap. 26. 2.

Præacuta bipennis. Plin. lib. 8. cap. 8. 3.

Cuspis præacuta. Ouid. 7. Metam. 26.

Præacutus scopulus. Plin. lib. 9. cap. 10. 4.

Præaltus] λίαν ὑψηλὸς, Valde altus. Liuius 10. ab Vrbe, 6, Ostium fluminis præalti, quo circunagi naues in stationem tutam possint.

Præaltus alueus. Liu. 5. ab Vrbe, 168.

Præalta rupes. Liu. 10. bel. Maced. 225.

Præauditus] pen. prod. Antè auditus. Vlpianus in l. solet. in princ. ff. de offic. Proconſ. Solet etiam custodiarum cognitionem mandare legatis: scilicet ut præauditas custodias ad se remittant.

Præbeo] præbes, præbui, præbitum, pen. cor. (παρέχω, χορηγέω, πόρω, προτείνω, προβάλλω, ἐγχειρίζω, ἐπιβάλλω, ἐγγυαλίζω) præbere, ex Præ & Habeo compoſitum, abiectis a & h, ſignificat Dare, exhibere. Nam qui aliquid præbet, id præ habere ratione dicitur. Cic. 6. Verr. 8, Neminem qui cum poteſtate, & legatione in prouinciam eſſet profectus, tam amentem fore putauerunt, ut emeret argentum (dabatur enim de publico) ut ueſtem (præbebatur enim legibus) mancipium putauerunt.

Præbere & impertire ſe alicui. Cic. pro Roſc. Amer. 7.

Præbere de manu cibos, Manu ipſa cibum in os ingerere. Columel. lib. 9. cap. 1, 1.

Acceſſum præbere. Liu. 10. bel. Pun. 38.

Alimenta furori præbere. Ouid. 3. Metam. 96.

Animum ad perniciem alicuius moderatum, & ad rerum euentum leniſſimum præbere. Cic. Qu. frat. lib. 3. 19. 5.

Appetitum rationi obedientem præbeamus. Cic. 1. Offic. 184.

Aurem, Auſcultare. Plin. epiſt. 14. lib. 2, Nihil quod præbeas aurem. Vide Auris.

Aures præbere ambagibus. Ouid. 3. Metam. 139.

Aures conuitijs. Liu. 8. bel. Maced. 233.

Aures non obtuſas crimination, ſed uacuas præbere. Cic. Antequàm iret in exil. 7.

Auxilium. Plin. lib. 21. cap. 32, 1.

Præbueram ſceleri brachia noſtra tuo. Ouid. epiſt. 7. 25.

Caſum pugnæ. Tacit. lib. 12.

Cauſam. Liu. 10. bel. Pun. 16, Quæ peropportunè cupienti tollere inducias, Scipioni cauſam præbuere.

Cauſam necis. Ouid. epiſt. 2. 30.

Ceruices. Cic. Antequàm iret in exil. 13.

Cibum alicui. Lucret. lib. 3. 202.

Collum cultris. Iuuen. Satyr. 10. 27.

Copiam uerborum populo cum multa concurſatione, magnoq; clamore præbebat. Cic. de clar. Orat. 131.

Corpora præbemus plagis, ut ſæpe ſagittis. Ouid. de Nuce, 35.

Crudelitati Pœnorum corpus Reguli præbitum eſt. Cicero 3. de Nat. deor. 115.

Curam præbere, pro Solicitum habere uel ſolicitudinem afferre. Liu. lib. 3. Decad. 5.

Domum alicui. Hor. 3. Carm. ode 19. 2.

Errorem. Liu. 4. ab Vrbe, 266.

Honorem. Plin. lib. 35. cap. 10. 20, Alexander et honorem eleganti ſimo præbuit exemplo. Sic, lib. 15. cap. 4. 1.

Imaginem antiquitatis Senatui præbebat. Tacit. lib. 3.

Indignationem. Liu. 6. bel. Pun. 188.

Iter. Colum. lib. 3. cap. 16. 2.

Iuſta. Cic. 1. Offic. 64.

Iuſiurandum alteri. Plin. in Paneg. 109.

Creta ſerpentibus præbet latebras. Virg. 2. Georg. 43.

Locum peccandi. Colum. lib. 11. cap. 1. 19.

Ludos. Terent. Eun. 5. 7. 9.

Lumen præbet feneſtra. Varro 3. de re Ruſt. cap. 9. 5.

Luna mihi tremulum lumen præbebat euntí. Ouidius epiſtol. 17. 12.

Manus uerberibus. Ouid. 1. de Arte, 4.

Materiam. Liu. 3. ab Vrbe, 190, Quum Appius non Virgilium defendi ab Icilio, ſed inquietum hominem, & Tribunatum etiam nunc ſpirantem, locum ſeditionis quærere diceret: nõ præbiturum ſe illi eo die materiam.

Materiam præbere ſuo damno. Ouid. 2. Metam. 43.

Materiam igni præbere. Liu. 1. bel. Pun. 35.

Metum. Liu. 5. bel. Pun. 106, Vtriq; parti parem metum præbuit, ne hoſtes noui aduentarent.

Metus præbere. Ouid. 1. de Arte, 152.

Miraculum. Plin. lib. 28. cap. 3. 2.

Munimenta. Cæſar 2. bel. Gal. 294.

Nomen. Tacit. lib. 13.

Notitiam. Lucret. lib. 5. 25.

Præberi alicui nudum. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 7.

Operam præbere, Iuuare. Plaut. Milite, 9. 108.

Operam Reip. Liu. 5. ab Vrbe, 14.

Orationem. Plautus Pœnul. 18. 50, Vt modeſtè orationem præbuit.

Os. Terent. Adelph. 2. 2. 7, Quid potui melius, qui hodie uſque os præbui? Cicero 5. Verr. 33, Qui teſtes interrogari prius re actione noluerit, & ijs tacitum os tuum præbere maluerit, quamuis & te & patronos tuos ingenioſos eſſe dicito. Vide Os, oris.

Os præbere ad contumeliam. Liu. 4. ab Vrbe, 156.

Os præbere ad malè audiendum. Cic. ad Att. lib. 1. 13. 8.

Pabula præbere. Lucret. lib. 2. 199.

Pectora præbent ferro. Stat. 9. Theb. 135.

Perfugium & ſolatium aduerſis rebus præbent ſtudia. Cicero pro Archia, 12.

Pigneranda pœnæ præbere bona. Liu. 9. bel. Pun. 184.

Prandium alicui. Cic. ad Atticum, lib. 5. 88. 4, Quòd antecefferat Statius, ut prandium nobis præberet. Quædam exemplaria legunt, uideret.

Quàm ſe præbuerant ferro patienter & igni. Ouid 1. Amor. eleg. 14. 5.

Se præbere, Eſt ſe oſtendere. Terent. Phorm. 3. 1. 12, Tum Phormio itidem hac re, ut in alijs, ſtrenuum hominem præbuit.

Se æquum præbere. Cic. ad Curionem, lib. 2. 1. 4.

Se æquabilem. Cic. 2. Tuſc. 109.

Se attentum auditorem. Cic. 3. de Nat. deor. 2.

Authorem ſe alicui rei præbere. Tacit. lib. 19. Hoc eſt, ducem.

Se credulum. Cic. ad Att. lib. 15. 329. 1.

Dignum ſe ſuis maioribus præbere. Cic. Thermo, lib. 2. 17. 6.

Se docilem. Cic. 2. Tuſc. 23.

Se duriorem alicuius afflictæ fortunæ. Cicero ad Atticum, libro 14. 310. 2.

Nimium ſe exorabilem præbere. Cic. Qu. fratr. lib. 1. 2. 13.

Se facilem præbere dicitur res aliqua. Plinius lib. 13. cap. 4. 3. Cicero ad Atticum, lib. 14. 309. 4, Ego autem Antonio ſæcillimum me præbui.

Se

Se facilem præbere in hominibus audiendis, admittendisq;. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 1. 1. 48.

Gratum ſe de bene meritis præbere. Cic. pro Plancio, 74.

Se iudicem acrem. Cic. 1. Off. 159.

Leniſſimum ſe præbere. Cæſar Oppio in epiſtol. ad Atticum, lib. 9. 177. 1.

Miniſtros ſe præbent oratoribus infimi homines apud Græcos mercedula adducti. Cic. 1. de Orat. 98.

Miſericordem in re, in teſtimonio religioſum ſe præbere. Cic. pro Cecin. 19.

Moderatum ſe in aliqua re præbere. Cic. 2. Off. 107.

Obſequentem ſe præbere. Senec. Hipp. 2. 10.

Patientem & impigrum ſe præbere. Cic. 7. Verr. 22.

Placabilem ſe alicui præbere. Cic. Attico, lib. 10. 207. 1.

Se quoquomodo in re aliqua præbere. Cic. 4. Verr. 50.

Spectatores ſe otioſos præbere alicuius calamitatis. Cicero 2. Officior. 36.

Se ſuperbum in fortuna. Cic. ad Atticum, lib. 8. 148. 1.

Vegetum acremq; ad aliquid agendum ſe præbere. Cicero 1. de Diuinat. 109.

Se uirum præbere in re aliqua. Cic. Fabio, lib. 5. 18. 1, Pro amore noſtro rogo atq; oro, te colligas, uirumq; præbeas.

Silentia præbent ſomnum. Ouid. 5. Faſt. 86.

Sonitum. Liu. 7. ab Vrbe, 170.

Speciem. Plin. lib. 24. cap. 15. 7, Naſcitur in petroſis, orbiculato florum ambitu, ſpeciem lecti pedum præbens.

Speciem extinctæ animæ. Plin. lib. 20. cap. 9. 17.

Speciem erroris. Liu. 4. bel. Pun. 136.

Speciem triumpho. Liu. 4. bel. Maced. 194.

Spectaculum lætum. Liu. 10. bel. Pun. 49.

Spem. Liu. 4. bel. Pun. 109.

Spiritum uitalem & ſalutarem præbet animantibus aer temperatus. Cic. 2. de Nat. deor. 175.

Sponſalia alicui præbere, pro Celebrare ſponſalia, & deſponsare filiam. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 2. 8. 4.

Sumptus præbetur mihi ex re aucta. Hor. 1. Serm. Sat. 6. 16.

Præbuit illa arbor miſero ſuſpendia collo. Ouidius 1. amor. eleg. 12. 4.

Suſpicionem præbere. Tacit. lib. 17.

Tempora mollia præbuerunt mihi. Ouid. 4. Triſt. eleg. 7. 7.

Terga præbere. Tacit. lib. 14.

Terrorem. Liu. 3. ab Vrbe, 34.

Tyrannum, aut alium quemuis præbere. Cic. 3. Verr. 58. Quum in oppidis & ciuitatibus amicorum non legatum Populi Rom. ſed tyrannum libidinoſum, crudelemq; præbueris. Id eſt, geſſeris te non tanquam legatus, ſed potius ut ſolent ſe gerere tyranni libidinoſi. Idem ad Trebatium, lib. 7. 16. 2, Deinde quòd in Britannia non minus quàm Philotheoron te præbuiſti.

Rima patet, præbetq; uiam lethalibus undis. Ouidius 11. Metamorph. 104.

Vicem. Plin. lib. 16. cap. 36. 5.

Vim. Plin. lib. 13. cap. 12. 3.

Hyems præbebat uires fluuio. Luc. lib. 1. 44.

Vſum. Plin. lib. 13. cap. 22. 5.

¶ Præbitus, pen. cor. Participium (παρεσχεθὲις) Colum. lib. 1. capite 8. 13, Tantoq; curioſior inquiſitio patris familiàs debet eſſe pro tali genere ſeruorum, ne aut in cæteris præbitis iniuriosè tractentur.

¶ Præbenda, præbendorum (προμισθία) Gellius lib. 15. cap. 4, Cõparandis mulis, & uehiculis magiſtratibus, qui ſortiti prouincias forent, præbenda publicè conduxiſſe. Vbi interpres, Præbenda publicè conduxiſſe. id eſt, ea quæ à parochis præbenda erant, de quibus Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 10, Præbuit, & parochi quæ debent, ligna, ſalemq;. Erant autem in exercitu copiarij, quibus erat præceptũ, ut præbenda, id eſt, ſalem & ligna publicè miſſis exhiberent. Vt uerò annotauit Bebelius, in plur. tantùm legimus, idq; in neut. genere.

¶ Præbitor, pen. cor. præbitoris, Verbale (προμισθίτης) Cic. 2. Off. 76, An tu id agis, ut Macedones non te regem ſuum, ſed miniſtrum & præbitorem putent.

¶ Præbitio, præbitionis. Aliud uerbale Vlpian. ff. de offic. præfect. urb. l. omnia. §. cura carnis. Cura carnis omnis, ut iuſto pretio præbeatur, ad curam præfecturæ pertinet. Ideo & ſorum ſuarium ſub ipſius cura eſt: ſed & cæterorum, ſiue pecorum, ſiue armentorum, quod ad huiuſmodi præbitionem ſpectat, ad ipſius curam pertinent.

¶ Præbia, remedia. Feſtus, Ea uerò præcipuè præbia appellarunt, quæ amuleti uim habebant, cuiuſmodi erant lora, quæ de puerorum collo ſuſpendebantur.

Præbia. Varr. lib. 6. de Ling. Lat. Næuius in ſtigmatia: Præbia à præbendo ut ſit tutum, quòd ſint remedia in collo pueris.

Præbitere] ὠθεῖσθαι, pro Perimere, uſurpauit Plautus Pſeud. 12, 12, Interminatus eſt à minimo ad maximum,
Si quis non hodie munus miſiſſet ſibi,
Eum cras cruciatu maximo ſe præbiterè.

Præbitere item dixit Plautus pro Præterire, in Pœnul. 17. 43,
Quid ſi eamus illis obuiam? Præbiterea ne inter uias
Præbiteramus eas metuo.

Præcaluus] προφαλακρὸς, Caluus in anteriore capitis parte. Sueton. de Galba, cap. 21, Statura fuit iuſta, capite præcaluo.

Præcantatio] præcantationis (προεπῳδὴ) Verbale à Præcantando. Quint. lib. Declam. at. 14, Diris utiq; carminibus, & ſeralium præcantationum terrore pernitiſum.

¶ Præcantrix, præcantricis, pen. prod. ſ. g. (προεπῳδὸς) Varro de liberis educandis, Vt faciunt pleræq;, ut adhibeãt præcantrices, nec medico oſtendunt.

¶ Præcantatrix (quod uerbum apud Plautum reperitur in Truculento) mulier ea dicitur, quæ cantionibus utitur, id eſt, carminibus & incantamentis, quibus plurimum ſuperſtitioſi ueteres tribuebant.

Præcanus] pen. prod. Adiectiuum (προπολιὸς) Qui ante annos iuſtos canus eſſe incipit. Horat. 1. epiſt. 21. 5, Corporis exigui, præcanum, ſolibus aptum.

Præcarus] pen. prod. Adiectiuum, Nimis, ſiue multum carus. Terent. Phorm. 3. 3. 25,
Quantum opus eſt tibi argenti? eloquere. P. ſolæ triginta minæ, G. Triginta? hui, præcara eſt. P. iſtæc uerò utilis eſt. Quædam exemplaria, percara legunt.

Præcaueo] præcaues, pen. cor. præcaui, pen. prod. præcautum (προφυλάττομαι) præcauere, Antè cauere. Terentius And. 3. 5. 18, Nunq; hocce tempus præcauere mihi me, haud te ulciſci ſinit.

Præcauere ab inſidijs. Liu. 9. ab Vrbe, 91.

Præcauere peccata. Cic. pro Roſc. Amer. 68.

Præcautum eſt à me. Cic. ad Attic. lib. 2. 16. 12, Quòd à me ita præcautum atq; ita prouiſum eſt, non ut ego de optima illa mea ratione decederem.

Aſtutia intelligendi ad præcauendum quibus abeſt, ſibi iniecto terrore mortis, horreſcunt. Cicero 5. de Finibus, 55, Ex Pacuuio.

¶ Præcauens, pen. cor. Participium (προφυλάττων) Cicero pro Plancio, 43, Qui te incautum ſortaſſe nunc tuo loco dimouere potuerunt, prouidentem antè & præcauentem nunquam certè mouebunt.

¶ Præcautus, Participium (προφυλαχθεὶς) ut, Prouiſa & præcauta res. Cic. 6. Verr. 82.

Præcauto opus eſt. Plaut. Merc. 6. 61.

¶ Præcautor, præcautoris, Verbale (προφυλακτὴρ) Plautius Pſeud. 9. 14,

Nam ego præcautor, & patronus foribus proceſſi foras.

Præcedo] præcedis, penult. prod. præceſſi, præceſſum (προέχω, προβαίνω, προέρχομαι) præcedere, Antecedere. Plinius lib. 11. cap. 37. 25, Nulla præcedente iniuria.

Agmen præcedere. Virg. 9. Aeneid. 10.

Præcedere, per translationem, pro Præcellere. Plaut. Aſin. 12. 39, Vt veſtræ fortunæ meis præcedunt Litane longè, &c.

Præcedere authoritate, ſapore, ſuauitate, & ſimilibus. Plin. lib. 29. cap. 1. 9. Idem lib. 14. cap. 6. 1, Vinum aliud alterum germanitate præcedit. Colum. lib. 3. cap. 2.

Armorum decus præcedere actis forenſibus. Ouid. ad Piſon. 7.

Famæ priſcæ titulos præcedere. Stat. 2. Sylu. 2. 30.

Præcedere in re aliqua. Plin. lib. 18. cap. 3. 12.

Longè præcedere. Vide Longus.

¶ Præcedens, pen. prod. Participium (προσῳκειωμένος) ut, Inſtare præcedentibus. Horat. 1. epiſt. 2. 14.

Præceler] pen. corr. præceleris, & hoc præcelere, pen. corr. (ποδωκτάχυς) Valde celerem ſignificat. Plin. lib. 9. cap. 46. 3, Vt prope carinam uentum eſt, niſi præceleri iui repente rapiant, abſumi ſpectant.

Viri præceleres. Stat. 6. Theb. 111.

¶ Præcelero, præceleras, pen. corr. (προτρέχω) Præcelerare, Præcurrere. Stat. 4. Theb. 160,

— pars arcta plebe ſequuntur,
Præcelerantq; ducem, medium ſubit illa per agmen.

Præcelio] præcellis, præcellui, præceſum (προέχω, διαφέρω) præcellere, Præcedere & ſuperare. Plin. lib. 12. cap. 3. 1, Malus Aſſyria odore præcellit foliorum.

Mobilitate præcellere. Lucret. lib. 2. 33.

Robore mentis præcellere. Silius lib 3. 122.

Præcellere alicui, pro Imperare, & dominari. Tacit. lib. 12.

¶ Præcellens, Adiectiuum (προοχὴς) Plin. lib. 12. cap. 6. 1, Maior alia pomo & ſuauitate præcellentior, quo ſapientes inuorum uiuunt.

Omnibus rebus præcellentiſſimus uir. Cic. 6. Verr. 87.

¶ Præceſſus, Adiectiuum (ὑπερῳκυλὸς) Valde exceſſum ſignificat. Cic. 6. Verr. 95, Enna autem, ubi ea quæ dico geſta eſſe memorantur, eſt loco præceſſo atq; edito.

Moles præceſſæ. Stat. 1. Sylu. 5. 6.

Rubes præceſſa. Virg. 3. Aeneid. 49.

Fortuna præceſſa. Stat. 3. Sylu. 3. 18.

Præcentio] præcentionis. Vide Præcino.

Præceps] præcipitis, pen. corr. om. gen. (προῤῥὰς, κάθοπος, ἡμιπόδιος, παράκρημνος, ἀπορῥὼξ) A Præ & Capio compontur, ſignificatq; propriè eum, qui ſine conſideratione aliqua, aut modo quid agit, & quaſi rem & tempus præoccupat: ut apud Martialem, quum de urſo loquitur, lib. 1. 11,

Præceps ſanguinea dum ſe rotat urſus arena. Virgilius 3. Aeneidos,

— mox ſeſe ad littora præceps
Cum fletu precibuſq; tulit. Hoc eſt, ſine reſpectu ſalutis, inquit Seruius.

Præceps in auaritiam & crudelitatem animus. Liu. 6. bel. Pun. 189. Hoc eſt, promptus & procliuis.

Præceps ingenio in iram. Liu. 3 bel. Pun. 30.

Amentia præceps aliquis. Cic. pro Milone, 65.

Conſilijs omnibus præceps & deuius homo. Cic. 5. Phil. 191.

Præceps animi, Figuratè. Virg. 9. Aeneid. 137.

Præceps, Nimis feſtinus. Virg. 2. Aeneid.

Præcipites atra ceu tempeſtate columbæ. Terentius Andr. 1. 3. 9,

Quo iure, quáq; iniuria, præcipitem me in piſtrinum dabit. Virg. 4. Aeneid.

Non fugis hinc præceps dum præcipitare poteſtas

In præceps rapere, pro Deorſum. Virg. 1. Georg. 41.

Ad pœnam exitiumq; præceps. Cic. de Aruſp. reſp. 47.

In omnia præceps. Lucan. lib. 2. 130.

Ex præcipiti leuari, E magno periculo. Horatius 2. Sermon. Satyr. 3. 59.

Petere aliquid ex præcipiti. Ouid. 13. Metam. 76.

In præcipiti eſt ægrotus. Celſus lib. 2. cap. 6. de indicijs mortis quæ ex aluo ſumuntur.

Præceps, Locus altus, unde quis ſe præcipitem dare facilè poſſit. Virg. 2. Aeneid. 92, Turrim in præcipiti ſtantem. Seru.

Alea præceps. Horat. 1. epiſt. 19. 5. Hoc eſt, ſubita.

Amentia præceps. Stat. 12. Theb. 155.

Annus præceps. Senec. Herc. fur. 3. 4.

Audacia præceps. Claud. 1. in Ruff. 7.

Celeritate quadam dicendi præcipiti uolubilis homo. Cicero pro Flacco, 38.

Certamen præceps. Virg. 3. Georg. 21.

Currus præceps. Virg. 3. Georg. 72.

Curſus præceps. Lucan. lib. 3. 79.

Præceps dies. Liu. 4. ab Vrbe, 45.

Præceps in noctem diei tempus cauſatus eſt. Curtius lib. 4. non procul à fine.

Præcipites foſſæ, in quas quis poteſt præcipitari, Profundæ. Virgilius 11. Aeneid.

Nondum præcipites cingebant oppida foſſæ. Ouid. 1. Met. 20.

Fragor præceps. Valer. 3. Argon. 81.

Furor præceps. Cic. pro Domo ſua, 70.

Gloria præceps. Stat. 10. Theb. 166.

Gradu præcipiti ſecreta mentis exerere. Sen. Herc. Oeth. 4. 5.

Ira præceps. Senec. Hipp. 4. 37.

Ardua per præceps gloria uadit iter. Ouid. 4. Triſt. eleg. 3. 15.

Lethum præceps. Senec. Hipp. 2. 36.

Locus præceps. Celſus lib. 3 cap. 23.

Decliuis & præceps locus. Cæſar 4. bel. Gal. 584.

In præcipitem locum ſe committere. Cic. 4. Acad. 123.

Locos præcipites uitare. Lucret. lib. 4. 104.

Præceps in ſalũ murus pedeſtre interceperat iter. Curt. lib. 4.

Nimbus præceps. Valer. 1. Argon. 17.

Nox fuit præceps. Ouid. 9. Metam. 98.

Palmites præcipites (inquit Colum. lib. 5. cap. 6. 27.) dicuntur qui de hornotinis uirgis enati, in duro alligantur.

Periculum præceps. Celſus lib. 2. cap. 11.

Procellæ præcipites. Stat. 5. Theb. 84.

Subitus diſceſſus, & præceps profectio. Cic. Attico, lib. 9. 181. 11. Ex epiſtola Attici.

Saxum præceps. Ouid. in Ibin, 99.

Senectus præceps, id eſt decrepita. Curtius lib. 6. Cicer. 8. 10, O meam calamitoſam & præcipitem ſenectutem!

Sententiæ præcipites uel obſcuræ. Quint. lib. 7. cap. 2. 31.

Præceps in Occaſum ſol. Liu. 10. ab Vrbe, 210.

In tam præcipiti tempore ferret opem. Ouid. 2. Faſt. 80.

Via præceps. Quint. in Prooem. lib. 6. 6.

Præceps & lubrica uia, Plana & ſtabilis, contraria. Cicero pro Flacco, 81.

Vnda præceps. Stat. 6. Theb. 155.

Abire præcipitem. Saluſt. in Catil.

Adigere præcipitem. Virg. 6. Aeneid. 119.

Præcipitem agere. Cic. 3. Verr. 4. Vide Ago.

Præcipitemq; Daren ardens agit æquore toto. Virg. 5. Aen. 92.

Agere aliquem de fundo præcipitem. Cic. pro Cecin. 44.

Apes præcipites cadunt. Virg. 4. Georg. 16.

Capeſſere

Capeſſere ſe præcipitem ad malos uiros. Vide Capeſſo, in Capio.

Currimus præcipites. Iuuen. Satyr. 10. 9.

Decidere in præceps. Ouid. 12. Metam. 68.

Deferor præceps. Virg. 9. eclog. 12. Vide Defero.

In mare præcipitem puppi deturbat ab alta. Virg. 5. Aen. 35.

Præcipitẽ dare, pro Eijcere & excludere. Ter. Phor. 4. 3. 20,

Nam cæteri quidem hercle amici omnes modò
Vno ore authores fuere, ut præcipitem hanc daret.

Præcipitem in terram dare. Liu. 1. bel. Maced. 147.

Dare præcipitem è turre. Seneca Troade, 6. 43.

Dedit ſe præcipitem tecto. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 9.

Deijcere præcipitem. Cic. 6. Verr. 77.

Ire præcipitem. Catull. ad Coloniam, epig. 17. 2,

Quendam municipem meum de tuo uolo ponte
Ire præcipitem in lutum per caputq;, pedesq;.

Ilmus præcipites. Perſius Satyr. 3. 5.

Exturbatus è prouincia, præceps. Cic. 6. Verr. 59.

Præcipitem ferri. Cic. de Amic. 75, Obſequium multo moleſtius, quòd peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri finit.

Fertur præceps in hoſtem. Virg. 3. Georg. 48.

Cæcum & præcipitem me ferri confitear in cauſa. Cic. pro Plan

Præcipitem amentia ferri. Cic. 7. Verr. 94. (cio, 4.

Fugit præceps in exilium. Iuuen. Satyr. 10. 16.

Iacere aliquem in præceps. Tacit. lib. 4.

Stellæ præcipites cælo labuntur. Virg. 1. Georg. 73.

Mittere præcipitem de muro. Vide Mitto.

Mittere ſe toto corpore præcipitẽ ad undas. Virg. 4. Aen. 51.

Patet in præceps. Virg. 6. Aeneid.

Perturbare aliquem præcipitem ex ciuitate. Author ad Herennium, lib. 4. 152.

Proijcere præcipitem in undas. Virg. 5. Aeneid. 172.

Rapere aliquem præcipitem. Ouid. 3. Metam. 139.

Præcipites pariterq; ruunt. Virg. 11. Aeneid. 135.

Præcipitem trahere. Virg. 2. Aeneid.

Præcipitesq; trahit ſyluas, id eſt, ſecum deorſum rapit arbores.

In præceps uolui. Ouid. 2. Metam. 64. Voluitur in præceps.

Populum præcipitem urgere. Lucan. lib. 1. 98.

¶ Præcipito, præcipitas, pen. corr. (προνίσσω, παπαιρομνίσω, παπαβροχίσω) præcipitare, In præceps deijcere. Terentius Adelph. 4. 2. 37,

— ubi eò ueneris,
Cliuos deorſum uorſum eſt, hac te præcipitato.

Pondera præcipitant ex ſupero. Lucretius lib. 2. 50. Hoc eſt, præcipitanter ruunt.

Imbres præcipitare in gremium matris Terræ. Lucr. lib. 1. 51.

Quum uerò deorſum per fauces præcipitauit. Lucretius libro 4. 127. De cibo.

Viuus in occultas præcipiteris aquas. Ouid. in Ibin, 66.

Cedentem iuuenem retro præcipitat. Stat. 6. Theb. 158.

Ad terram ſe præcipitare de montibus. Lucret. lib. 4. 206.

Præcipitare ſeſe de turri. Liu. 3 bel. Pun. 173.

Præcipitare ſe ex aliqua rupe. Plin. lib. 8. cap. 36. 4.

Præcipitare ſe in flumen. Cæſ. 4. bel. Gal. 511.

Præcipitare palmitem, flagellum, & huiuſmodi, pro Deorſum reflectere. Colum. lib. 4. cap. 24. Cato cap. 32, Vites bene nodentur per omnes ramos, diligenterq; caueto, ne uitem præcipites, & ne nimium perſtringas.

Præcipitare, Præcipitem agere. Celſus, Aurium dolores, inflammationes, interdum ad dementiã, mortemq; præcipitãt. Bud.

Ex altiſſimo dignitatis gradu præcipitari. Cic. pro Domo ſua,

Præcipitare ad exitium. Cic. ad Attic. lib. 3. 55. 14. (75.

Præcipitari in inſidias. Liu. 5. bel. Pun. 92.

Præcipitant curæ. Virg. 11. Aeneid. Id eſt, urgent.

Curſum præcipitare. Iuuen. Satyr. 15. 8.

Fata ſua præcipitare. Lucan. lib. 7. 11.

Ira & furor mentem præcipitant. Virg. 2. Aeneid. 64.

Præcipitate moras. Præcipitanter, id eſt, feſtinanter abijcite. Seruius. Virg. 8. Aeneid.

Spem præcipitare. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 28.

Præcipitat hyems. Cæſar 3. bel. Ciuil. Hoc eſt, ad finem uergit.

Lux præcipitatur aquis. Ouid. 4. Metam. 19.

Præcipitat Nilus, Præceps ruit, & ex alto dilabitur. Cicero in Somnio, 19, Hoc eſt, præcipitanter & feſtinanter cadit: ut eſt apud Virg. 2. Aeneid.

— & iam nox humida cælo
Præcipitat, ſuadentiq; cadentia ſidera ſomnos.

Præcipitare, Inconſideratè agere. Plaut. Trinum. 5. 31, Nam qui in amore præcipitant, peius perit, quàm ſi ſaxo ſaliat.

Præcipitare, cum infinitiuo. Silius lib. 3. 34,

— priſcoſq; referre labores
Præcipitat. Hoc eſt, feſtinat.

¶ Præcipitans, pen. cor. præcipitantis (πραμνίσω) Participiũ, ſiue Nomen ex participio.

Diſcrimine nullo ſe præcipitans. Valer. 4. Argon. 60.

Impellere præcipitantes, aut urgere iacentes, certè eſt inhumanum. Cic. pro Rab. Poſth. 1. Idem pro Cluentio, 55. Hoc eſt, ruentes in præceps.

Amnis præcipitans. Cic. 3. de Orat. 103.

Præcipitante Repub. Cic. pro P. Sylla. Id eſt, corruente.

Præcipitans iam & debilitatus Tribunatus. Cicero pro Domo ſua, 32.

¶ Præcipitandus, Participium (πατακρημνίσθω) ut, Dare pectora præcipitanda ſaxis. Ouid. epiſt. 21. 39.

¶ Præcipitanter, Aduerbium (προπαιστῶς) Temerè, inconſideratè. Lucret. lib. 3. 216,

Currit agens mannos ad uillam hic præcipitanter.

¶ Præcipitantia, huius præcipitantiæ (πατακρήμνισις) Gellius lib. 6. cap. 2, Sicut lapidem cylindrum ſi per ſpacia terræ prona atq; derupta iacias, cuiuſcam quidem ei & initiũ præcipitantiæ feceris, mox tamen ille præceps uoluitur.

¶ Præcipitatus, pen. prod. Participium (πατακρήμνισις) ut, Præcipitata ætas, Nutata & ad ſenium inclinata. C. Mattius ad Cic. lib. 11. 28. 13, An quod adoleſcens præſtiti, quum etiã errare cum excuſatione poſſem, id nunc ætate præcipitatæ communem, ac me ipſe retexam? Id eſt, decrepita.

Iamq; moræ ſpacium nox præcipitata negabat. Ouid. 1. Triſt. eleg. 3. 10.

¶ Præcipitatio, Verbale (πατακρήμνισις) Seneca lib. 1. de Ira, Sed conſilium Omne & pœnitentiam irreuocabilis præcipitatio abſcondit.

¶ Præcipitium, præcipitij (πρημνὸς) Locus præruptus unde præcipitari facilè poteſt.

Deferri per præcipitia. Quint. lib. 1. cap. 10. 26.

Præceptio, Præceptor, Præceptum] Vide Præcipio.

Præcerpo] præcerpis, præcerpſi, præcerptum (προαρέπω) præcerpere, Antè carpere. Plin. lib. 18. cap. 19. 3, Ne germinum tenera præcerpant. Valer. lib. 2. cap. 3, Nimirum non plura præcerpens quàm acciderant.

Præcerpunt lubas leoni. Stat. 9. Theb. 39.

Præcerpere fructum. Cic. 6. Verr. 72, Non præcerpo fructum officij tui, non alienam mihi laudem appeto.

Præcertatio] κρατομία, Verbale, à Præcerto. Author ad Herenn. lib. 4. 94, Mihi tecum præcertatio non eſt, &c.

Præclamitores] Vide Præclamitatores.

Præcido] præcidis, præcidi, præciſum, penult. prod. (ὑπατέμνω, ἀπατέμνω, ἐπιπόπτω) præcidere, Antè cædere, antè immolare, inquit Feſtus. Amputare, obtruncare. Plinius lib. 16. cap.

16.cap.30.3,Etsi infra quàm rami fuere,præcidatur, quod superest,uinit.Cic.pro Rab.perduel.reo,24,Etsi C.Marius quòd fistulas quibus aqua suppeditabatur Iouis Opt. Max. templis ac sedibus præcidi imperarat, &c.

Anchoras præcidi imperat Cleomenes.Cic.7.Verr.70.

Cotem nouacula præcidere.Cic.1.de Diuinat.61.

Manum alicuius gladio præcidere.Cic.2.de Inuent.164.

Præcidere aliquem medium.Lucret.lib.3.128.

Præcidere amicitias,per translationem.Cic.1.Off.169.

Causam belli præcidere.Horat.1.epist.2.2.

Defensionem alicui præcidere.Cic.5.Verr.127.

Dubitationem præcidere.Cic.2.de Orat.16.

Securi præcidere libertatem.Cic.Quint.fratri.lib.2.13.1.

Licentiam libertatemq; uiuendi sibi præcidere.Cic.5.Verr.3.

Partem maximam defensionis alicui præcidere. Cicero 4. Verr.107.

Spem alicuius rei præcidere, Auferre.Cic.in Pisonem, 40, De reditu Gabinij omittamus:quem,etsi sibi præcidit,ego tamẽ os ut uideam hominis expecto.Liu.4.ab Vrbe, 12.

Præcidere,designare quotum quenq; articulum, quotũ quodq; caput oppugnare uelit litigator,ne in uniuersum admissus licenter tergiuersari & identidem uariare possit.Cic.4.Acad.241, Placet Stoicis omnia peccata esse paria:at hoc Antiocho uehementissimè displicet.Liceat tandem mihi confidenter utram sententiam sequar.Præcide,inquit,statue aliquando quid libet.Id est signanter & præcisè desume.Trãslatio sumpta è fabrili more: nam fabri quod deseare ferra uolunt,prius linea ducta signant & præcidunt. Vel à more uestem lineam sericamue uenditantium.quod enim emptori addixerunt & admensi sunt,prius leuiter incidunt, quatenus mensura procedit,deinde abrumpunt. Præcidere igitur non est simpliciter & uniuersum aliquid dicere, sed designatè & præcisè:quod Græci ἀφορίζειν dicunt.Budæus.

Præcidere sua authoritate aliquid ex oratione alterius. Cicero 4.Verr.119.

Præcidere.Cic.Attico, lib. 10.107.2, Quod quia planè quum in Formianum uenissẽt præciderat,asperius ad te de eo scribere solebam.

¶Præcisus,pen.prod. Participium (ἀποτετμημένος,ἀπότομος) ut,Præcisum caput.Plin.lib.11.cap.37.65.

Cornu præcisum.Claud.de bello Get.120.

Præcisa oratio, Concisa, & quod uulgus dicit abbreuiata: Quint.lib.4.cap.2.

Præcisa copitulandi potestas.Cic.ad Brutum,15.7.

Præcisum,abruptum,& abscissum.Quint.lib.7,Præcisam uerborum comprehensionem appellant diffinitionem dialecticam.quæ difficilior est tractatu oratoria finitione. Metaphora inde tracta,quòd quæ præcisa sunt,ea sunt iusto concisiora et breuiora,indeq; obscuriora.Vel à saxis præruptis,quæ ἀπόρρηνα dicuntur,unde descensus durior est. Bud.

Præcisum,Dicitur pars carnis uiscerum,hoc est circa quod uiscera inuoluta sunt,quòd oras circuncisas habeat. Lucilius libro 20,

Illi præciso atq; epulis capiuntur opimis. Nam omasum dicitur intestinum pingue. Siponimus ex Nonio.

Præcisus,etiam dicitur muliebria patiens. Seneca de Prouidentia,Quid porrò non est iniquum,fortes arma sumere, & in castris pernoctare,& pro uallo obligatis stare uulneribus: interim in urbe securos esse præcisos, & professos impudicitiam?In quo sensu & uerbum Præcido frequenter usurpatur Martiali,ut lib.7.61,

Recluso foribus grandes præcidis Amille:
Et te deprendi,quum fucis ista,cupis.

¶Præcisè,pen.prod.(ἀποτόμως)Aduerbium,Abruptè & absciſsè.Gellius,Obscurè hoc & præcisè dictum.

Præcisè alicui negare,Durè.Cic.ad Attic.lib.8.148.3. Bud.

Præcisè dicere:id est,compendio sermonis,& per defectum & aliquid subintelligendum, inquit Budæus.Cicero 2.de Natura deorum,106.

¶Præcisio,Verbale(ἀποτομή,ὑποτομή)Cicero 3.de Orator. 112, Et huic contraria sæpe præcisio est,& plus ad intelligendum; quàm dixeris, significatio, & distinctè concisa breuitas.

Præcisio est, quum dictis quibusdam,reliquum quod cœptum est dici relinquitur inchoatum,sic:Mihi tecum præcertatio non est,ideo quòd Pop.Rom.me nolo dicere,ne cui fortè arrogans uidear:te autem semper ignominia dignum putauit. Author ad Herenn.lib.4.194.

¶Præcidaneus, Adiectiuum,Præcidendum,inquit Nonius.Varro de uita Populi Romani,lib.3,Quod humatus non sit, hæredi porca præcidanea suscipienda Telluri,& Cereri, aliter familia pura non est.Festus,Præcidaneam porcam dicebant ueteres,quam immolare erant soliti antea,quàm nouam frugem inciderent.

¶Præcimitator,præco qui præire ante sacrorum regem solebat,is præmonebat populum,ne dum sacra fierent,opus faceret quisquam.Alexander Alexandrinus lib.6.cap.12,Cùm Flamen sacra Dijs dare,& hostiam immolare uult flumineũ puerum,aut puellam iuxta habebat,qui parati intentiq; ministerio,& sacrificanti præsto forent,quæq; exequenda,quæ patrij moris & ritus erant,sacris minisſtraret,quos non nisi ingenuos patrimos & matrimos esse decebat. Cui ad sacra eunti,præco præcimitator dictus,præire,& præmonere solebat populum,ut dum sacra fiunt ab opere cessarent; qui si contumacius parẽrent,pignoribus & multa plectebantur, neq; enim flaminem,aut regem sacrorum religiosis diebus, opus facientem uidere fas erat. Festus Præciamitatores uocat.Vide suprà.

Præcingo] præcingis, præcinxi, præcinctum (ὑποζωννύω, περιζωννύω) præcingere, Cingere,uel anteriora cingere, Sueton.in Cæsare,cap.45,Vnde emanasse Syllæ dictum constat,optimates sæpius admonentis,ut malè præcinctum puerum cauerent.

Ense præcingi.Ouid.2.Trist.54.

Auro fulua præcingitur ceruix.Ouid.14.Metam.79.

Castris præcingere fluuium.Claud.de bello Get.60.

Littora muro præcingere.Silius lib.3.49.

Præcingere,Præparare.Plaut.Milite,16.443

Idem & connexu in humero,læuo expapillato brachio,

Præcinctus:aliquid simulato,quasi gubernator sies.

¶Præcinctus,Participium (περιζωσμένος) Horatius 1. Serm. Satyr.5.2.

Capilli præcincti flore.Ouid.epist.4.15.

Hic est Euphrates præcinctus arundine frontem. Ouidius 1. de Arte,45.

Præcincti parietes operẽ testaceo,Obducti.Plin.epist.256.

Pueri præcincti.Horat.2.Serm. Satyr.8.14.

Præcino] præcinis,penultima correpta, præcinui, præcentum(προᾴδω)præcinere,Antè canere,prædicere,prædiuinare. Cicer.4.Tusculanar.7, Nec uerò illud non eruditorum temporum argumentum est,quòd & deorum puluinaribus,& epulis magistratuum fides præcinunt. Tibull.lib. 1.eleg.5.3,

Carmine quum magico præcinuisset anus.

Gemitum præcinere.Stat.5.Syl.3.12.

Præmonstrare & præcinere.Cic.de Arusp.respon.18.

¶Præcentio,Verbale(προόσμια) Modulatio illa uocum quæ antè initium cantus fieri solet,quasi præludium. Cicero de Arusp.

Arusp.resp.19,Tui sacerdotij sunt tensæ,curriculi, præcentio,ludi,libationes,epulæq; ludorum.Gellius lib.1.cap.11,Tibicines inter exercitum positi canere incœptabant. Ea illi præcentione tranquilla & uenerabili,ad quandam quasi militaris musicæ disciplinam uis & impetus militum,ne sparsi dissalatiq; proruerent,cohibebatur.Quapropter & exordium,siue initium siue principium,sine proloquium,siue antiloquium,quidam præludium,alij præcentionem ad similitudinem Græcorum, qui id proœmium nominant:propterea quod ὑμὸς cantus est.

Præcipio] præcipis,pen.corr.præcepi,penult. prod. præceptum(προλαμβάνω)præcipere, Antè capere,prævenire, præoccupare.Virg.in Buc.3.eclog.20,

Cogite oues pueri:si lac præceperit æstus,
Vt nuper,frustra pressabimus ubera palmis. Idẽ 9. Aen.
Exultatq; animis,& spe iam præcipit hostem. Vbi Serius,Præcipit,mente præoccupat hostis aduentum. Colum. de Arboribus,cap.6.1,Quamobrem neq; fructum huberem præcipies,& nihilominus celeriter consenescet.

Iter præcipere. Lucan.lib.6.3.

Pœnas præcipere.Silius lib.6.60.

Gaudia præcipere.Cic.13.Phil.381.

Præcipere antè.Lucret.lib.6.161,

Carbonumq; grauis uis,atq; odor insinuatur
Quàm facilè in cerebrum,nisi aquam præcepimus antè?

Præcipere,Antè uidere.Virg.6.Aeneid. 22, Omnia præcepi, atq; animo mecum antè peregi.Legitur & Percepi.

Præcipere animo,uel animis.Liu.8.bel.Maced.85,Consul quia non cominus pugnam,sed procul locis oppugnandis futuram præceperat animo.Ibidem,1.198, Non id quod animis præceperat:quæstus est non expectatum se ab Senatu,&c.

Præcipere cogitatione futura.Cic.1.Off.114.

Præcipere(ὑποτίθεσθαι,προαγγέλλω)est tum magistrorum, quod est præcepta tradere:tum magistratuum,& superiorum personarum.Saluſt.in Iugurth.Micipsa pater meus moriens mihi præcipit.Terent.Adelph.3.3. 70, Conseruis ad eundem illis præcipio modum.

Præcipere atq; interdicere.Cæsar 5.bel.Gall.219.

Præcipere(παιδαγωγεῖσθαι)Præmonere,instruere,docere.Plinius lib.18.cap.24.6,Hesiodus qui princeps omnium de agricultura præcepit.

Facilè de aliqua re præcipere.Cic.1.de Orat.65.

Præcipere aliquid operosè.Vide Operosus,in Opus.

Præcipere artem oratoriam Quint.lib.3.cap.1.

Hic artem nandi præcipit,ille trochi:id est docet. Ouidius 2. Trist.97.

Hortari & præcipere.Cic. Luceio,lib.5.13.10.

Præcipere ne. Cic.de Amic.64,Rectè etiam præcipi potest in amicitijs,nequis intemperata quadam beneuolentia (quod persæpe fit)impediat magnas utilitates amicorum.

Præcipere ut. Cicero de Amicitia,54,Illud potius præcipiendum fuit,ut eam diligentiam adhiberemus in amicitijs comparandis,&c.

¶Præcepsi,Antiquum præteritum,pro Præcepi.Cato de Re rustic.Villici officia quæ sunt?quæ dominus præcepsit. Quod quidem uidet,quæ dominus præceperit,ut Capsit pro Ceperit à ueteribus est sæpe usurpatum.Turnebus.

¶Præcipitur,pen.corr.Impersonale. Plin.lib.15.cap.16.1,In uniuersum de pomis seruandis præcipitur.

¶Præcepto,præceptas(σύνταγμα)præceptare,Frequentatiuum,Sæpe præcipere.Fest.Præceptat in Saliari carmine.

¶Præceptus,Participium(προλαφθείς) Antè captum,præuentum.Liu.lib.1,Tempore illi præcepto.Cic.lib.3.Tusc. Hæc cogitantem fore beatum,præsertim si & antè præceptis bonis contentus esset,nec mortem,nec deos extimesceret.

¶Præceptum,huius præcepti(παράγγελμα,ἐφετμή,ὑφηγούμενον,σύνταγμα)Substantiuum,Monitum, admonitio, institutum, uia,ratio.Cicero 1.Off.10,Neq; ulla officij præcepta firma, stabilia,&c.

Monita & præcepta.Cic.Luceio,lib.5.13.9.

Arcana præcepta.Vide Arcanus.

Mira præcepta.Horat.2.Serm.Satyr.3.7.

Patria præcepta.Lucret.lib.3.2.Id est,paterna.

Ratio & præceptum dicendi.Cic.de claris Orat.143.

Præcepta & institutaphilosophiæ.Cic.1.Off.1.

Periculosissimum præceptum.Quint.lib.1.cap.6.29.

Vniuersalia,uel perpetualia præcepta. Quintilianus libro 2. cap.13.10.

Contrita præcepta.Vide Contero.

Præcepta artium.Cic.de Fato,Etenim si est diuinatio quælibet natura,à præceptis artis proficiscitur. Præcepta appello quæ dicuntur Græcè θεωρήματα.Sunt igitur astrologorum præcepta huiusmodi:si quis,uerbi gratia, oriente Canicula natus est,in mari non morietur. Alia exemplaria legunt, percepta.

Abundare præceptis & institutis Philosophiæ. Vide Abundo.

Accelerare præcepta.Vide Accelero.

Accipere præcepta.Vide Accipio.

Aduuare nequitiam præceptis.Quint.lib.2.cap.15.22.

Agitare præceptis.Quint.lib.5.cap.13.46.

Amplecti præcepta.Claud.de bello Gildon.65.

Contrahere præcepta in unum. Ouidius libro 2. de Remed. amoꝛis.

Curare præcepta.Vide Curo.

Demonstrare aliquid præceptis.Quint.lib.6.cap.5.5.

Contrita & communia præcepta discere.Cic.1.de Orat.68.

Dare præcepta.Virg.4.Georg.80.

Dare præcepta alicuius rei.Quint.3.cap.3.3.

Dare præcepta de aliqua re.Cic.2.Tusc.98.

Viuendi præcepta dare.Cic.pro Flacco,82.

Edocere præcepta.Virg.5.Aeneid.150.

Exequi præcepta alicuius.Virg.6.Aeneid,48.

Facessere præcepta alicuius,Facere,Frequentatiuum pro principali.Virg.4.Georg,110.

Amicis præceptis formare pectus alicuius.Hor.2.epist.1.26.

Horrere præcepta alicuius.Catull.Argon.epig.59.32.

Instillare præceptum auriculis.Horat.1.epist.8.4.

Ponere signa nouis præceptis.Horat.2.Serm.Satyr.4.1.

Veterum præcepta referre.Virg.1.Georg.35.

Respuere præcepta alicuius.Claud.4.Paneg.22.

Sancire præcepta.Quint.lib.2.cap.13.4.

Sequi præcepta deûm.Virg.4.Georg.90.

Suppeditare præcepta.Lucan.lib.3.2.

Tenendum est hoc officij præceptum,ne quem unquam innocentem iudicio capitis accersas.Cic.2.Off.71.

Tradere præcepta differendi.Cic.in Orat.62.

Præcepta & quasi uias quæ ad eloquentiam ferrent,tradere.Cicero in Orat.78.

Tradere præcepta uolandi.Ouid.8.Metam.42.

Vti præceptis alicuius.Ouid.3.de Arte,88.

¶Præceptio,præceptionis(ὑποθήκη)pro Præcepto.Cic.3.Off. 10,Itaq; propria est ea præceptio Stoicorum,&c.

¶Præceptor,Verbale(παιδαγωγός,διδάσκαλος)Doctor, institutor.Cic.3.de Orat.32,Neq; disiuncti doctores, sed ijdem erant uiuendi præceptores atq; dicendi.Ouid.1.de Arte, 4. Aeacidæ Chiron,ego sum præceptor Amoris.

Arandi

Arandi præceptor. Ouid. 6. Fast. 3.
Magistros artium liberalium & iuuendi præceptores habere. Cic. 1. de Inuent. 52.
Authorem & præceptorem omnium consiliorum aliquem habere. Cic. 2. Phil. 39.
Eloquentiæ præceptor. Quint. lib. 2. cap. 8. 3.
Acer & subtilis præceptor. Quintil. lib. 1. cap. 4. 18.
Assiduus potius, quàm immodicus præceptor. Quintilianus lib. 2. capite 24.
Domesticus præceptor. Quint. lib. 1. cap. 2. 4.
Effusus præceptor. Quint. lib. 2. cap. 2. 4.
Latini dicendi præceptores. Quint. lib. 2. cap. 4. 30.
Malignus præceptor. Quint. lib. 2. cap. 2. 40.
Peridoneus præceptor. Vide Peridoneus.
Publici præceptores. Quint. lib. 1. cap. 2. 1.
Sanctissimus præceptor. Quint. lib. 1. cap. 2. 5.
Turpis præceptor, hoc est flagitiosus. Quint. lib. 1. cap. 2. 4.
Abducere discipulum à præceptore. Vide Abduco.
¶Præceptrix, Verbale, fœm. gen. (νεκτηγητὶς) Cic. 1. de Fin. 68, Sapientia enim est una, quæ mœstitiam pellat ex animis, quæ nos exhorrescere metu non sinat, qua præceptrice in tranquillitate uiui potest.
¶Præceptorius, Adiectiuum: ut, Præceptoria epistola. Plinius iunior lib. 4. epist. 78. ad Tacitum, Interim nequid festinationis meæ pereat, quod sum præsens petiturus, hac quasi præceptoria epistola rogo: sed prius, &c.
¶Præcipuus, Adiectiuũ (ἐξαίρετος, ἀκροθίνιος, πρόκριτος) Quod antè captum est, inquit Festus. Sumitur etiam pro magno & singulari, & non communi cum alijs. Terent. Adel. 2. 3. 5, Itaq; unam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror, Fratrem homini nemini esse primarum artium magis principem.
Vir in eloquentia præcipuus. Qu. lib. 6. cap. 3. 2. De Cicerone.
Circumuenienti præcipuus. Tacit. lib. 5.
Præpositum, uel præcipuum. Cic. 3. de Fin. 82, Quoniam autem omne quod est bonum, primum locum tenere dicimus, necesse est nec bonum esse, nec malum, hoc quod præpositum uel præcipuum nominamus.
Commune & Præcipuum, contraria. Cic. 5. Verr. 111.
Præter cæteros præcipuum quod mihi Consuli fuit, priuato cũ cæteris commune est. Cic. pro Sylla, 6.
Pár aliquid cum alio esse, & Præcipuum, contraria. Cicero pro Ligario, 16.
Amorem quendam præcipuum in eos qui procreati sunt ingenerat natura. Cic. 1. Off. 20.
Artis præcipuæ opus. Ouid. 1. de Arte, 53.
Bonitas præcipua, Singularis. Plin. lib. 12. cap. 19. 5.
Præcipua cœnationum, id est, Præcipua cœnatio. Suet. in Nerone, cap. 31.
Decus præcipuum. Ouid. 14. Metam. 167.
Dolor in hoc casu præcipuus est. Celsus lib. 8. cap. 20.
Dolore quodam præcipuo angi. Cic. Seruio, lib. 4. 3. 1.
Incommodum præcipuum. Cic. ad Atticum, lib. 11. 21. 2.
Idem ius cum cæteris, & Præcipuum, contraria. Cicero ad Atticum, lib. 6. 113. 12.
Præcipuum ueniæ ius habet ille liber. Ouidius 3. de Ponto, eleg. 4. 4.
Laborem præcipuum impendere. Virg. 3. Georg. 15.
Obses præcipuus animi. Cic. Ante quàm iret in exil. 18.
Singularis & præcipua opera, Plancus Cic. lib. 10. 9. 3.
Partes meæ in ea causa præcipuæ fuerũt. Cic. pro Domo sua, 8.
Præcipua remedia, Omnium longè utilissima. Plinius libro 11. cap. 49. 1.
Ossea sunt lupis, uulpibus, mustelis, uiuerris, unde etiam calculo

hum. uno remedia præcipua. De genitalibus.
Præcipuus & proprius sensus. Cic. de Prouin. Consul. 1.
Præcipuum ad serpentis ictus, Optimum. Plinius libro 8, capite 27. 2.
Præcipuum contra morsus remedium, Saluberrimum. Plinius lib. 8. cap. 22. 7.
Rerum præcipua. Tacit. lib. 4.
¶Præcipuè, Aduerbium (ἐξαιρέτως, περισσῶς) Ante alia, potissimum. Cic. ad Curionem, lib. 2. 5. 16, Non enim mihi tam mea salus chara fuit, in qua præcipuè fuit ab illo adiutus, quàm pietas erit in referenda gratia iucunda.
Decorus præcipuè est deo color albus. Cic. 2. de Leg. 72.
Infœlix præcipuè. Virg. 1. Aeneid. 144.
Diligentia præcipuè nobis colenda est. Cic. 2. de Orat. 81.
Commendare præcipuè quosdam alicui. Cicero Acilio, libro 13. 33. 1.
Nihil datum præcipuè esse homini à natura dicemus. Cicero 2. de Finibus, 176.
Debere præcipuè isti generi hominum uidemur. Cic. Quinto fratri, lib. 1. 1. 42.
Obseruare præcipuè aliquem. Brutus Cic. lib. 11. 19. 2.
Vnum illud te præcipuè rogo. Cic. Appio, lib. 3. 8. 33.
Nequid tibi præcipuè timendum putes, eo animo sis uelim. Cic. Plancio, lib. 4. 14. 10.
Præcipuè aliquid appetere, & In communi iure uiuere, cõtraria. Cic. 2. de lege Agrar. 64. Idem pro Rab. perduel. reo, 2, Labor in hoc defendendo præcipuè meus est, studium uerò conseruandi hominis commune mihi uobiscum esse debebit.
Præcipitatio, Præcipitium, Præcipito] Vide Præceps.
Præcipites] Milites à Mario constituti, qui illius custodiam studiosè faciebant. Mos enim regum hic fuit, & est, ut ad sui corporis custodiam fideliores quosdam homines deputarẽt, de quo uide Alex. Alexandrinum, lib. 6. cap. 22.
Præcisus] Vide Præcido.
Præclamitatores] dicebantur qui flaminem Dialem antecedebant clamitantes, ut homines ab operibus abstinerẽt, quia ei opus facientem uidere irreligiosum erat. Hæc Siponius ex Festo, apud quem corruptè legitur præclamiatores.
Præclarus] pen. prod. Adiectiuum (περιφανὴς, πολυτίμητος) Valde clarum significat.
Clarus & præclarus, figuratè accipiuntur pro eo qui tanquam fulgore quodam famæ & gloriæ resplendet: unde Clarissimi & præclarissima gesta dicimus. Sed præclarus nonnunquam pro bono reperitur apud Ciceronem, sicut Philip. 3. 143, O præclarum custodem ouium (ut aiunt) lupum! Non claritas in custode desideratur, sed probitas. Ergo præclarũ pro bono posuit. Idem de Amicit. 9, Cum illo uerò quis neget actum esse præclarè? Et paulo pòst, 14, Cum illo quidem (ut suprà dixi) actum est optimè, mecum incommodius. Nã non suprà dixerat, actum cum illo optimè, sed præclarè. Verùm ideo sic dixit, quia præclarè & optimè idem roboris & uirium in significatione obtinent. Hæc Valla lib. 4.
Commemorandus & præclarus. Cic. 2. Verr. 26.
Præclarus & luculentus. Cic. 4. Philipp. 155.
Præclari & nobiles in philosophia. Cic. 1. de Orat. 24.
Armis præclari. Stat. 3. Theb. 57.
Eloquentiæ, ac fidei præclarus. Tacit. lib. 4.
Eximia plerisq; & præclara, parua ducere, eaq; ratione stabili firmaq; contemnere, fortis animi magniq; ducendum est. Cic. 1. Offic. 96.
Præclarus ad aspectum. Cic. 6. Verr. 104.
Conscientia præclara. Cic. ad Atticum, lib. 10. 19. 5.
Defensio præclara. Cic. 6. Verr. 7.

Facies

Facies præclara. Lucret. lib. 5. 236.
Fama præclara. Claud. de nupt. Honorij, 24.
Fama præclara de Afranio. Cic. ad Atticum, lib. 7. 144. 2.
Funus præclarum. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 8.
Magnificum & præclarum genus dicendi. Cicero 2. de Orat. 50. Et in Orat. 8.
Egregia quædam & præclara indoles. Cic. 1. de Orat. 65.
Indole præclara iuuenis, admirabiliq; constantia. Cic. ad Brutum, lib. 10. 3.
Laudatio præclara. Cic. 4. Verr. 9.
Lux præclara. Lucret. lib. 2. 206.
Nomen præclarum. Lucret. lib. 6. 1.
Operibus suis præclaris lætari. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 21.
Plena & præclara pecunia. Cic. pro Rosc. Amer. 4.
Opima & præclara præda. Cic. pro Rosc. Amer. 5.
Prædium præclarum & propinquum. Cicer. pro Rosc. Amer. 79.
Proles præclara. Valer. 2. Argon. 30.
Res præclara. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 2.
Ad discendum iuuentuti præclara res. Cic. pro Sestio, 83.
Senator præclarus. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 22.
Sol præclarus. Lucret. lib. 5. 25.
Stirps præclara. Virg. 4. Georg. 64.
Triumphus præclarus. Claud. 3. de raptu Proserp. 66.
Vrbem præclaram statuere. Virg. 4. Aeneid. 131.
Vultus præclarus. Lucret. lib. 4. 208.
¶Præclarior (περιφανέστερος) Comparatiuum, ut præclarior laus. Plin. in Panegyr. Ideoq; ille parens hominum, deorũq; optimi prius, deinde maximi nomine colitur: quo præclarior laus tua, quem non minus constat optimum esse, quàm maximum.
¶Præclarius, neut. gen. Comparat. Lucret. lib. 1,
Nil tamen hoc habuisse uiro præclarius in se,
de Empedocle.
¶Præclarè, pen. prod. Aduerbium (περιφανῶς) Cic. 6. Verr. 86, In eo Chrysæ est simulachrũ, præclarè factũ è marmore.
Præclarè actum nobiscum. Cic. 3. Verr. 6.
Dicitur præclarè à sapientibus, Vultu sæpe læditur pietas. Cicero pro Rosc. Amer. 22.
Præclarè datur, Præclarè medetur. Hoc est, commodè, optimè. Plin. lib. 26. cap. 15. 10. Idem lib. 20. cap. 13. 3.
Præclarè explicare. Cic. 1. Acad. 48.
Præclarè facere. Cic. 3. de Fin. 13.
Præclarè gessit suum negocium. Cic. pro Rosc. Comœdo, 20.
Præclarè se habere. Cic. 4. Verr. 106.
Præclarè intelligere aliquid. Cic. Cluuio, lib. 13. 8. 3.
Meminisse præclarè. Cic. Marcello, lib. 4. 7. 3.
Præclarè, Approbantis uocabulum, & annuentis. Cic. 13. Philip. 249, Pacem uult M. Lepidus. Præclarè: si talem potest efficere, qualem nuper effecit.
Præclauum] προπαρόξυτον, pars uestis, quæ ante clauum texebatur. Afranius, Totum diem præclauum unum texere. Nonius.
Præcludo] præcludis, pen. prod. præclusi, præclusum, pen. producta (ἀποκλείω) præcludere, Antè cludere. Cicero pro Plancio, 78, Nam maritimos cursus præcludebat hyemis magnitudo.
Aditũ custodi patriæ præcludere. Cic. Antequam iret in exil. 5.
Animus ad exponẽdam rei indignitatem præcluditur. Cic. Ante quàm iret in exil. 9.
Præcludere sibi curiam. Cic. in Pisonem, 31.
Iter præcludere. Ouid. 14. Metam. 158.
Omnia præcludere effugio. Ouid. 2. de Arte, 5.
Præcludere omnem orbem terrarum alicui. Cic. 7. Verr. 132.

Portus præcludere classi. Lucan. lib. 9. 8.
Speciem uiuendi præcludere. Lucret. lib. 1. 66.
Transitum præcludere. Colum. lib. 6. cap. 18. 1.
Vsus uocis præcluditur. Ouid. 2. Metam. 132.
¶Præclusus, pen. prod. Participiũ (ἀποκλεισθείς) ut, Fores præclusæ. Propert. lib. 2. eleg. 5. 5.
Præclusos esse alicui aditus misericordiæ iudicum, Per translationem. Cic. 7. Verr. 17.
Præclusa ciuibus expectatio incolumitatis. Cicero Antequam iret in exilium, 5.
Foramina præclusa. Quint. lib. 1. cap. 11. 4.
Ianua præclusa. Ouid. 1. Metam. 133.
Vox præclusa. Claud. 4. Paneg. 53.
Præco] præconis, m. g. (κήρυξ, βραχὺς) Præcones à præcinendo dicti sunt, quasi præcanes, quod antè canant & annuntient quod est faciendum. Vel, ut ait Priscianus, à Præ, id est ualde canendo. Sunt enim qui iussu magistratus publicè aliquid ore denuntiant, qui auctionem faciebant, & qui audientiam in theatris indicebant. Plaut. Pœn. 2. 11,
Exurge præco, fac populo audientiam. Cic. 3. Verr. 53,
Tum repentè iste testes citari iubet. dicit unus & alter breuiter. nihil interrogantur. præco dixisse pronuntiat.
Citat præco maxima uoce legatos Aemonẽses. Cic. pro Flac. 26
Declarare uictorem uoce præconis. Virg. 5. Aeneid. 49.
Præco prædicat. Cic. pro Quintio. 29, De quo homine præconis uox prædicat, & pretium conficit.
Sub præcone subijci. Cicero pro Sestio, 48, Præconi publico subijceretur.
Subijcere sub præcone non solùm fortunas, sed etiam uictum uestitumq; necessarium alicuius. Cic. pro Quintio, 18.
Voci præconis bona ciuium subijcere, & hastam in foro ponere. Cic. 2. Offic. 122.
Per præconem uendere aliquid. Cic. 3. de Natur. deor. 122.
Actionum præco Iurisconsultus. Cic. 1. de Orat. 121.
Ludorum præcones. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 31.
Præco uirtutum alicuius. Cic. pro Archia, 18.
¶Præconium, præconij (κήρυγμα, κελευσμός) Præconis uox. Sueton. de Nerone, Et præconio ubiq; contẽdit. Cic. Leptæ, lib. 6. 18. 1, Rescripsit eos, qui facerent præconium, uetari esse in Decurionibus: qui fecissent, non uetari.
Acerbum præconium. Cic. pro Rab. Posth. 28.
Deferre alicui præconium. Cic. ad Atticum, lib. 13. 269. 1.
Præconium laudum. Cic. pro Archia.
Domestico præconio stultitiæ suæ quamplurimos testes colligere. Cic. 2. de Orat. 48.
Magna quidem dè te rumor præconia fecit. Ouid. epist. 15. 28.
Homeri præconio Achillis hasta nobilitata. Plinius libro 16. cap. 13. 1.
Carmina uestrarum peragunt præconia laudum. Ouid. 4. de de Ponto, eleg. 8. 9.
Tribuere præconium. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 28, Vt mihi non solùm præconium, quod quum in Sigæum uenissem Alexãder, ab Homero Achilli tributum esse dixit: sed etiam graue testimonium impertitum clari hominis magniq; uideatur.
Præconius] L. Aeliùs stilo ob id cognominatus, quòd Præco purpura Latiore tunicæ usus fuerit. Plin. lib. 33. cap. 1.
Prœcognosco] præcognoscis, præcognoui, pen. prod. præcognitum, pen. corr. (προγινώσκω) præcognoscere, Antè cognoscere. Rarum est. A quo
¶Præcognitus, pen. corr. Adiectiuum. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 15. 9, Quòd si latro præcognito nostro aduentu, rursus in Italiam se recipere cœperit, Bruti erit officium occurrere ei.
Præcolo] præcolis, penult. corr. præcolui, præcultum (προτιμάω)

γυμνάζω) præcolere, Antè colere, præparare. Cic. in Partit. 42, Sunt autem alij quidam perfecti animi habitus ad uitæ tutem, quasi, præculti & præparati rectis studijs & artibus. Quint. lib. 11. cap. 1.

Præcompositus] pen. corr. (προσυμπαρασκευάζω) Participium, siue Nomen ex participio, Præparatus: ut, Præcompositum os. Ouid. 6. Fast 135.

Præconceptus] Adiectiuum (προσυλλήψεως) Antè conceptus. Plin. lib. 2. cap. 82. 1, de spiritibus, Præcõceptum enim spiritum exhalant, quod, &c.

Præconsumo] præconsumis, pen. prod. (προαναλίσκω) præconsumere, Antè consumere. Ouid. pro Consumere posuit, lib. 7. Metam. 99,

—utilius bellum putat esse minari,
Quàm gerere, atq; suas ibi præconsumere uires.

¶ Præcõsumptus, Participium (προαναλωθείς) Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 13,

Est quoq; non minimum uires afferre recentes,
Nec præconsumptum temporis esse malis.

Præcontrecto] præcontrectas (προψηλαφάω) præcontrectare, Antè contrectare. Ouid. 6. Metam. 96,

Spectat eam Tereus: præcontrectatq; uidendo.

Præcoquo] præcoquis, penult. corr. præcoxi, præcoctum, (προπέσσω) præcoquere, Antè coquere, seu maturare. Plin. lib. 18. cap. 29. 7, Aciniq; præcoquuntur in callum. Idem lib. 14. cap. 9. 2, Quidam è quacunque dulci, dum præcocta alba faciunt siccantes sole.

Præcoquus] Vide Præcox.

Præcordia] præcordiorum, neut. gen. pluralis numeri (προκαρδίαι) Plinius lib. 11. cap. 37. 95, Exta homini ab inferiore uiscerum parte separantur membranis, quæ præcordia appellant, quia cordi prætenduntur, quod Græci appellauerunt phrenas. Omnia quidem principalia uiscera membranis proprijs, ac uelut uaginis incluſit prouidens natura. Cic. 5. de Fin. 158, Fœlix rursus quũ is ipse annulus in præcordijs piscis inuentus est. De Polycrate.

Præcordia (inquit Plinius lib. 30. cap. 5. 6.) uocamus uno nomine exta in homine, quorum in dolore cuiuscunq; partis si catulus lactens admoueatur, apprimaturq; his partibus, transire in eum morbus dicitur.

Subter præcordia cupiditatum locauit Plato. Cic. 1. Tusc. 34.
Ferrea præcordia. Ouid. epist. 10. 22.
Flagrãtia præcordia. Iuuc. Satyr. 13. 19. Id est, cõmota, et irata.
Inquieta præcordia. Horat. Epod. 5. 20.
Mollia præcordia. Ouid. 1. Metam. 111.
Aperit præcordia Liber. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 18.
Excutienda dare alicui sua præcordia. Pers. Satyr. 5. 3.
Intima mouere præcordia. Ouid. 4. Metam. 102.
Mutare præcordia, Mutare animum. Propert. lib. 2. eleg. 4. 5.
Genibus premere præcordia alicuius. Ouid. 12. Metam. 28.
Virtus redit in præcordia. Virg. 2. Aeneid. 74.
Stertere totis præcordijs. Quint. lib. 4. cap. 2. 87.
Ligno fisso transit præcordia. Virg. 9. Aeneid. 83.
Vincta præcordia duro ferro. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 13.

Præcorrumpo] præcorrumpis (προφθείρω) præcorumpere, Antea corrumpere. Ouid. 14. Metam. 27,

Dum tamen hanc sperat, dum præcorrumpere donis
Me cupit, &c.

¶ Præcorruptus (προφθαρτός) Participium, uel Nomen ex participio. Ouid. 9. Metam. 60,

Illa quidem uenit: sed præcorrupta, meumq;
Quæ donare caput Iunoni uellet iniquæ.

Præcox] præcocis, pen. prod. et, ut in quibusdã legitur exemplaribus, præcoquis, pen. cor. om. g. (πρώϊμος) Præcox fi-

cus, Præcocia poma, quæ ante solitũ tẽpus maturescũt. Valla, Præcox fructus, præter morem cæterorum coctus, siue ante cæteros. Plin. libro 15. cap. 12, Post Autumnum maturescunt persica, æstate præcocia intra triginta annos reperta, & primò denarijs singula uænundata. Col. lib. 3. cap. 2. 1, Præcoques uites. Ibidẽ, cap. 9. 6, Ex una percoque uite.

Præcoquem maturitatem contrahere. Colum. lib. 1. cap. 6. 13.
Fatum præcox. Senec. Theb. 1. 50.
Ingenium præcox, Quod nimis citò maturitatem consecutum est, nimisq; citò uidetur adoleuisse. Quint. lib. 1. cap. 3. 3.
Modestia præcox. Stat. 2. Sylu. 1. 8.
Risus præcox. Plin. lib. 7. in Præf. 3.
Præcox, Immaturus. Ennius Annaliũ lib. 8, Præcox pugna est.

¶ Præcoquus, pen. corr. Idem (προΐος) Mart. lib. 13. 46,

Villa maternis fueramus præcoqua ramis, &c. Colum. lib. 12. cap. 37, Vuas præcoquas quàm maturissimas legito.

Præcrassus] Adiect. (πολυπαχὺς) Valde crassum significat. Plin. lib. 16. cap. 8. 4, Cortex præcrassis ac renascens.

Præcurro] præcurris, præcurri, præcursum (προτρέχω, προθέω) præcurrere, Antè currere, siue Citò antè ire. Terentius Eunuch. 3. 2. 46,

—abi, præcurre, ut sint domi
Parata omnia. Cæsar 6. bel. Gal. 142, Præcurrit equites: quanto res sit in periculo cognoscunt.

Præcurrere, Præcedere, antegredi. Cic. 1. de Diuinat. 192, Sed ita à principio inchoatum esse mundum, ut certis rebus certa signa præcurrerent. Budæus.
Appetitus ne præcurrant rationem. Cic. 1. Offic. 142.
Neq; hoc quicquam esset turpius, quàm cognitioni & perceptioni assertionem approbationemq; præcurrere. Cicer. 1. Academ. 65.
Præcurrit hyemem maturitas eius. Colum. lib. 3. cap. 1. 6.
Aetate aliquem præcurrere. Cic. in Orat. 101.
Albis equis præcurrere aliquem. Horat. 1. Serm. Satyr. 7. 2.
Vita præcurrere aliquem: id est, Vitam, quàm alius, meliorem & fœliciorem agere. Horat. 1. epist. 10. 7.
Præcurrere alicui, pro Anteuertere, occupare. Cic. in Catil. 91. Idem 3. de Orat. 127, Vobis uerò illum tanto mimorem præcurrere uix honestum est Budæus.
Hominem plurimorum studio, atq; omnium bona existimatione munitum, ut homo iners sine officio sine ingenio, cũ infamia, nullis amicis septus præcurrat, sine magna culpa negligentiæ fieri non potest. Qu. Cic. de Petit. Consul. 19.
Amor uotis suis plerunq; præcurrit: id est, uota sua spe & festinatione præuenit. Plin. in epist. Budæus.
Iudicium præcurrit amicitia, tollitq; experiendi potestatem. Cic. de Amicit. 56.
Præcurrere aduentum alicuius in aliquem locum. Plin. epistol. 114. Hoc est, præcedere.

¶ Præcurrens, huius præcurrẽtis (προτρέχων) Præcursio, quã Boetius Præcursoriam causam uocat. Cic. in Partit. 5, Vt primordia rerum & quasi præcurrentia, in quibus ineſt aliquid argumenti.

¶ Præcursus, huius præcursus (προοδοποιία) Plin. lib. 16. cap. 25. 10, Omnia intra VIII. Iulij Idus Etesiarum præcursu.

¶ Præcursio, Verbale, Idem (προοδοποιία) Cic. de Fato, 66, Idéq; illi qui ab hoc dissentiunt, confitentes non fieri assensiones sine præcursione uisorum.

Præcursio, pro Præcursoria causa, & præcurrente. Cic. in Topic. 30, Alia autem præcursionem quẽdam adhibent ad essiciendum, & quædam afferunt per se adiumenta, &c.

¶ Præcursor (προόδομος) Aliud uerbale. Cicer. 7. Verr. 82, Quem iste in decumis, in rebus capitalibus, in omni calumnia præcursorem habere solebat & emissarium. Idem Cicer.

Cicer. 4. Verr. 4. excursorem uocat.

¶ Præcursorius, Adiectiuũ. Plin. iunior. lib. 4. epist. 13. ad Cornel. Taciti. Interim quod sum præsens petiturus, hac quasi præcursoria epistola rogo: id est, aduentum ad te meũ præcurrente.

Præda] huius prædæ (λεία, λπλασία, λπλασία, βουπασία, πρόνομή, προνόμαια) Dicitur à pariendo, ut ait Varro, quasi parida, quòd manu parta sit. Præda, inquit Gellius lib. 13. cap. 23. proprie dicuntur corpora ipsa rerum quæ capta sunt.

Victor erat prædæ, præda pudenda suæ. Ouid. 2. de Arte, 82.
Cerius præda est canum. Ouid. 11. Metam. 6.
Præda & rapinæ. Cassius Cic. lib. 12. 12. 8.
Copia prædæ. Ouid. 1. Fast. 137.
Cupido cæca prædæ. Ouid. 3. Metam. 124.
Captiua præda. Claud. 3. de raptu Proserp. 68.
Facilis præda. Claud. 2. in Eutropium, 113.
Fera præda. Ouid. 7. Metam. 6.
Feralis præda. Claud. de bello Getico, 123.
Genialis præda. Ouid. 1. de Arte, 25.
Humiles prædæ. Claud. 2. Paneg. 5.
Ingens præda. Stat. 10. Theb. 52.
Nefanda præda. Ouid. 8. Metam. 18.
Opima præda. Horat. Epod. 10. 5.
Onerosa præda. Vide Onerosus, in Onus.
Perpetua præda. Vide Perpetuus.
Recens præda. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 2.
Tenera prædã. Horat. 3. Carm. ode 27. 11.
Accingere se prædæ: id est, ad prædam. Virg. 1. Aeneid. 43, Illi se prædæ accingunt, dapibusq; futuris. Id est, studiosè parant. Seruius.
Spe prædæ adduci. Cæsar. 4. bel. Gal. 594.
Adseruare prædam. Stat. 10. Theb. 7.
Agere prædam, Vide Ago.
Amittere prædam. Vide Amitto.
Ardere amore prædæ & spoliorum. Virg. 11. Aeneid. 107.
Auertere prædam. Vide Auerto.
Auctus præda. Vide Augeo.
Capta crudelissimè ex fortunis alicuius præda. Cic. pro Domo sua, 113.
Conuectare prædas. Vide Conuecto, in Conucho.
Corrumpere prædam. Vide Corrumpo.
Ditescere præda. Lucret. lib. 5. 251.
Diuisa præda est. Senec. Agamemn. 6. 7.
Heu, terra ignota, canibus data præda Latinis, Alitibusq; iacces. Virg. 9. Aeneid. 98. De Euryalo.
Sortem ducere prædæ. Virg. 9. Aeneid. 54.
Facere prædam. Cicero 5. Verr. 99, Maximos quæstus, prædasq; fecisse.
Frui præda. Valer. 4. Argon. 152.
Habere prædam cum cura. Tacit. lib. 15. (10. 10.
Non habet euentus sordida præda bonos. Ouid. 1. Amor. eleg.
Munificè largiri prædam. Vide Munus.
Nanciscì prædam. Vide Nanciscor.
Nactus prædam. Ouid. 3. Metam. 122.
Parta præda. Cic. 1. de Fin. 79.
Ex præda, ex manubijs aurum & argentum ad eos peruenit. Cic. 2. de lege Agrar. 62.
Potiri præda. Virg. 9. Aeneid. 73.
Victores præda, spolijsq; potiti. Virg. 9. Aeneid. 91.
Proponere ad prædam urbem, bona, & fortunas ciuium. Cic. 4. Philip. 158.
Quærunt prædam sanguine. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 12.
Raptæ prædæ. Virg. 1. Aeneid. 107.
Prædæ esse. Cic. 7. Verr. 64, Quum ea res non solùm prouin-

ciæ saluti, uerumetiam ipsi prædæ esse posset.

¶ Prædaceus, Adiectiuum (λῃστὸς) ut, Pecunia prædacea. Gellius lib. 4.

Prædatitius, Aliud adiectiuum, Idem (λῃστικὸς) Gellius lib. 13. cap. 23, Ex manubijs non res corporaq; ipsa prædæ demonstrat (nihil enim captum est horum à Troiano ex hostibus) sed facta esse hæc comparataq; ex manubijs, id est, pecunia prædatitia, declarat. Manubiæ enim sunt, sicuti iam dixi, nõ præda, sed pecunia per Quæst. Populo Rom. ex præda uenditã contracta.

¶ Prædor, prædaris (λῃστεύομαι, λπλατέω, λωποδυτέω, προνομεύω, καταπρέχω, συλάω) prædari, à Præda, ut ait Varro: Diripere, & ui auferre, quemadmodum prædæ in bello solent. Cic. 3. Offic. 94, Ex quo intelligitur, quoniam iuris natura fons sit, hoc secundum naturam esse, neminem id agere, ut ex alterius prædetur inscitia.

Ad multas lupa tẽdit oues prædetur ut unã. Oui. 3. de Arte, 84.
Arces prædari. Valer. 5. Argon. 129.
Dapes prædantur ab ore. Valer. 4. Argon. 86.
Pisces calamo prædabor. Propert. lib. 4. eleg. 2. 8.
Puella est mea prædata. Ouid. 1. Amor. eleg. 3. 1.

¶ Prædator, penul. prod. Verbale (λῃστὴς) Cic. 2. in Catil. 40, Quos ego utroq; Quirites, in eodem genere prædatorum, direptorumq; pono.

Iouis deprædatori templum fuisse legimus, non quòd prædæ, sed quòd ei aliquid ex præda in partem prædæ debebatur. Nam mos Romanorum fuit, ut bella gesturi, de parte prædæ, aliquid numinibus pollicerentur.

Aprorum prædator. Ouid. 12. Metam. 62.

¶ Prædatrix, pen. prod. Verbale fœmininum (λῃστρὶς) ut, Herculei alumni prædatrix. Stat. lib. 1. Syl. 5. 5.

¶ Prædatorius, Adiectiuum (λῃστικὸς) ut, Naues prædatoriæ. Liu. 9. bel. Pun. 141, Annis prope quinquaginta nullum Romanum exercitum uiderant præter prædatorias classes. Sic, 4. bel. Maced. 143.

¶ Prædabundus, Aliud adiect. Qui prædatur. Salust. in Iugurtha, Vbi stipendium & commeatum locauerat, ire iubet: datiq; se prædabundum post paucos dies eodem uenturum.

¶ Prædo, prædonis, penult. prod. (λῃστὴς) Qui prædatur. Plinius lib. 16. cap. 40. 4, Germaniæ prædones singulis arboribus cauatis nauigant.

Templorum omnium atq; tectorum totiusq; urbis prædo. Cic. pro Domo sua, 108.
Liber à prædonibus. Vide Liber, liberi.
Acerbus prædo. Claud. 7. Paneg. 72.
Decidere prædonum in turbam. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 9.
Nefarijs prædo. Cic. 3. de Orat. 2.

Prædo. Vlpian. in l. sed etsi, de petitione hæreditatis, Quod autem ait Senatus eos qui bona inuasissent: loquitur de prædonibus, id est, de ijs qui quũ scirent ad se nõ pertinere hæreditatem, inuaserint bona, scilicet quũ nullam causam habẽrent possidẽdi. Et paulo post, De eo aũt loquitur Senatus, qui ab initio mẽte prædonis res hæreditarias apprehẽdit. Budæus.

¶ Prædonulus, prædonuli, pen. corr. (λῃστίδιον) Diminutiuum à Catone usurpatum.

Prædamno] prædamnas (προκαταδικάζω) prædamnare, Prius damnare, siue iudicare, aut condemnare. Suetonius in Augusto, cap. 56, Sin deesset: destituere ac prædamnare amicum existimaretur.

Prædamnata spe dimicandi: id est, præcisa. Liu. 7. bel. Pun. 106.

Prædelasso] Prædelassus (προκατακοπέω) prædelassare, Antè delassare. Ouid. 11. Metam. 147,

—quæ primas æquoris undas
Frangit, & incursus quæ prædelassat aquarum.

Prædenſus] Adiectiuum (πολυπλασὸς) Valde denſus. Plin. lib. 18. cap. 18. 4, Culter uocatur, prædenſam prius quàm proſcindatur, terram ſecans.

Prædes] Vide Præs.

Prædeſtino] prædeſtinas, pen. corr. prædeſtinâre, Præordinare. Aemylius Probus in Eumene, Primus Leonatus Macedoniam præoccupare prædeſtinauerat.

¶ Prædeſtinatio, prædeſtinationis, fœm. gen. Verbale. Definitur autem, ut ſacræ Scripturæ docent, liberum eſſe Dei conſilium, quo & humanum genus, & ſingulas mundi partes pro immenſa ſua ſapientia, & iuſtitia incomprehenſibili moderatur. Vide Auguſtinum lib. de Prædeſt. ſanct.

Prædico] prædicas, pen. corr. (προρρήσω, αὐξαγορεύω, ὄσομαι) prædicare, Apertè ſeu publicè dicere, celebrare, uulgare, palàm commemorare, laudare. Terent. And. 3. 1. 7, Actum eſt, ſi quidè hæc uera prædicat. Cic. pro lege Manil. 15, Quam prædicant in fuga, fratris ſui membra in his locis, qua ſe parens perſequeretur, diſſipauiſſe. De Medea.

Prædicare palàm. Cic. ad Atticum, lib. 9. 180. 6.

Prædicat præco, dum aliquid palàm promulgat & pronunciat ex Senatuſconſulto. Vide Præco.

Prædicare ex Tribunali. Cæſ. 2. bel. Ciuil. 71.

Victores ſe ſua uoce prædicare. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 32.

Repulſam alicuius alteri prædicare. Cic. pro Plancio, 41.

Monere & prædicare. Liu. lib. 2.

Ferre & prædicare. Cic. pro Archia, 16.

Prædicari & nominari. Cic. pro Archia, 20.

Dicere & prædicare. Cic. pro Cecinna, 18.

Prædicare de aliquo. Cic. 1. Offic. 192, Deforme etiam eſt, de ſe ipſo prædicare falſa præſertim, & cum irriſione audientiũ imitari militem glorioſum.

Glorioſius de ſeipſo prædicare. Cic. pro Domo ſua, 72.

De ſe uera cum gloria aliquid prædicare. Cic. in Piſonem, 1.

Honoratè, & honorificè, & grauiter multa de aliquo prædicare. Cic. 11. Philip. 314.

Virtutem alicuius optimè prædicare. Cic. pro Archia, 15.

Prædicare miris laudibus. Plin. lib. 25. cap. 5. 3.

Gloriãda, prædicãda, et præ ſe ferẽda beata uita. Cic. 5. Tuſ. 71.

¶ Prædicatus, pen. prod. Participium (κηρυγμενὸς) ut, Arbor hiſtorijs alicuius prædicata. Plin. lib. 12. cap. 17. 7.

¶ Prædicatio, Verbale. Plin. lib. 35. cap. 3. 4, Affirmant uana prædicatione, ut palàm eſt. Idem lib. 20. cap. 10. 2, Radix quoq; plurimorum prædicatione trita, &c.

Factum eſt tua prædicatione, ut tantũ ei debere uidereris. Cic. Attico, lib. 9. 185. 2.

Prædicatio, Palàm cõmemoratio facta. Cic. 2. Verr. 2, Homo uita atq; factis, omniũ iam hominũ opinione damnatus, pecuniæ magnitudine, ſua ſpe, ac prædicatione abſolutus. Bud.

Beneficiorum alicuius prædicatio non grata potius quàm arrogans. Cic. de Aruſp. reſp. 14.

Societatis neſariæ prædicatio. Cic. 5. Verr. 11. 9.

In ſtatu mediocri ſermonis ac prædicationis res alicuius eſſe. Cic. Q. fratri, lib. 1. 2. 61.

Acerba prædicatio præconi futura eſt. Cic. 2. de lege Agr. 54.

Deſpiciunt prædicationem nobilitatemq; philoſophi. Cic. pro Archia, 20.

¶ Prædicator, pen. prod. (κηρυκτὴς) Aliud uerbale. Cic. pro Corn. Balbo, 2, Qui ſui facti, ſui iudicij, ſui beneficij uoluit me eſſe, ut apud eoſdem uos iudices nuper in alia cauſa fuerim, & prædicatorem, & authorem.

Te prædicatore & teſte. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 16.

¶ Prædicabilis, & hoc prædicabile, pen. corr. (κηρυκτὸς) Palàm dicendum & gloriandum. Cic. 5. Tuſc. 70, Ne in miſera uita quicquam eſt prædicabile, aut gloriandum, nec in ea quæ nec miſera ſit, nec beata.

¶ Prædicamẽta (κατηγορίαι) uulgò uocantur quæ Quintilianus elementa decem appellat, circa quæ uerſari uidetur omnis quæſtio: lib. 3. cap. 7.

Prædico] prædicis, pen. prod. prædixi, prædictum (προαγορεύω, προλέγω, προφημι, προειρέω) prædicere, Antè ſiue prius dicere. Terent. And. 1. 1. 19,

—hoc primum in hac re prædico tibi,
Quas credis eſſe has nõ ſunt ueræ nuptiæ. Cic. 2. Ver. 23,
Moneo, prædico, antè denuncio, &c.

Id temporis illos ad me uenturos aliquibus prædixeram. Cicero 1. in Catil. 7.

Prædicere aliquid præ omnibus. Virg. 3. Aeneid. 87.

Prædicere & reſpondere. Cic. de Aruſp. reſp. 27.

Monere, prædicere, portendere. Cic. de Aruſp. reſp. 49.

Bellum non obſcurè nobis paulo antè prædixerunt aruſpices. Cic. de Aruſp. reſp. 16. (uim. 25.

In multos annos ſolis defectiones prædicuntur. Cicer. 2. de Diuinat. 132.

Futura prædicere & intelligere. Cic. 1. de Diuin. 3.

Hos mihi prædixit luctus. Virg. 3. Aeneid. 143.

Necem prædico tibi. Tibul. lib. 2. eleg. 6. 2.

Genus prædicendi Chaldaicum repudiauit Scylax. Cicero 2. de Diuinat. 132.

¶ Prædicens, penult. product. Participium (προλέγων) Cicero Cecinnæ, lib. 6. 6. 14, Quo in bello nihil aduerſi accidit non prædicente me.

¶ Prædictus, Participium (προρρήθεὶς) ut, Defectiones ſolis & lunæ in omne poſterum tempus cognitæ prædictæq; ſunt. Cic. 2. de Natur. deor. 229.

Prædictus, pro Suprà dicto. Quintil. lib. 10, Theopompus his proximus ut in hiſtoria prædictis minor, ita oratori magis ſimilis. Cic. 4. Acad. 84, Vt nihil in prædictis relinquamus. Alia exemplaria legunt, præteritis.

Prædicta cœnæ bona: hoc eſt, præſtituta. Sueton. in Claudio Cæſare, cap. 8.

Prædicto, abſolutè. Tacit. lib. 16, Montanus patri conceſſus eſt, prædicto, ne in Rep. haberetur. Subauditur exiſtente: hoc eſt, Quum prædictum eſſet.

¶ Prædictum, prædicti (προρρήσεως) pro Prædictione. Cicero 2, de Legibus, 54, Augurum prædictis multa incredibiliter uera cecidiſſe.

Vatum prædicta interpretari. Cic. 2. de Leg. 50.

Vatum prædicta terribili monitu horrificant. Virg. 4. Aen. 93.

¶ Prædictio, prædictionis, Verbale (προρρήσεως, προαγόρευσις) Quod prædicitur, ſiue prænunciatur, uel prædiuinatur. Cic. lib. 1. de Diuin. 7, Ex quo genere ſæpe hariolorũ etiam & uatum furibundas prædictiones. Idem 2. de Natur. deor. 10, Prædictiones uerò & præſensiones rerum futurarum.

Prædictio & notatio cuiuſque uitæ ex natali die. Cic. 2. de Diuinat. 131.

Mali prædictio tum probatur, quum ad prædictionem cautio adiungitur. Cic. 2. de Diuin. 81.

Fatorum ueteres prædictiones. Cic. de Aruſp. reſp. 16.

Prædictiones diuinæ. Plin. lib. 7. cap. 37. 1.

Diuina prædictione qui non uteretur, qui rex unquam fuit? Cic. 1. de Diuinat. 155.

Habet fidem noſtra prædictio. Cic. Cecinnæ, lib. 6. 6. 15.

Prædiſco] prædiſcis, prædidici, pen. corr. (προμανθάνω) prædiſcere, Antè diſcere. Plin. lib. 18. cap. 2. 4. 10, Et conſtituendum eſt cælo maximè conſtare ea, quippe Virgilio iubente prædiſci uentos antè omnia. Virg. 1. Georg. 11,

Ventos & uarium cæli prædiſcere morem,
Cura ſit. Hos uerſus citat Colum. lib. 1. cap. 4. 3.

Prædiſcere & meditari aliqua. Cic. 1. de Orat. 71.

Prædis-

Præditus] pen. corr. Id eſt, habeo. Quaſi affectus: de quo ſic Valla, Præditus ſum (inquit) bono dicitur, & præditus ſum malo: ſicut Affectus ſum malo, & affectus ſum bono, id eſt (ut breuiter magis, quàm optimè dicam) habeo bonum, & habeo malum: ut Præditus ſum humanitate, uirtute, diuitijs, dignitate, uiribus: qui ſermo eſt uſitatiſſimus. Nunquam tamen cum ablatiuo & præpoſitione à uel ab, ut ſit in Affectus: ueluti, Ego ſum à rege magnis honoribus affectus: nõ autem, Sum præditus à deo magnis uiribus. De malo rarius. Cic. pro Sylla, 5, Niſi uerò me unum uis ferum præter cæteros, me aſperũ, me inhumanũ exiſtimari, me ſingulari immanitate, & crudelitate præditũ. Idem pro Rab. perduel. reo, 13, Confectus ſenectute, morbo præditus. Correctiora autè exemplaria habent præpeditus. Hactenus Valla, lib. 5.

Aetate præditus. Cic. 5. Verr. 51.

Amentia & audacia præditus. Cic. 4. Verr. 72.

Animo & ſenſibus præditus mundus. Cic. 1. de Nat. deor. 28.

Nulla, aut humili aliqua arte præditus, et mediocris homo. Cic. pro Cluentio, 7.

Audacia præditus. Cic. pro Roſc. Comœdo, 2.

Authoritate præditus & miſeria. Cic. 7. Verr. 85.

Præditus authoritate & poteſtate. Cic. pro Roſc. Amer. 91.

Beneficijs ſummis maximiſq; rebus geſtis, ſummo ingenio & prudentia præditus. C. Curio. Cic. pro lege Manil. 48.

Bonitate ſingulari et modeſtia præditus. Cic. pro Dom. ſua, 85.

Cupiditate ſingulari, audacia, ſcelere præditus homo. Cicer. 1. Verr. 4.

Dignitate magna præditus puer. Cic. 2. de Inuent. 122.

Diuinitate præditæ imagines. Cic. 1. de Natur. deor. 164.

Gloria ingenij ſumma præditus. Cic. pro Archia, 7.

Luctu præditus miſer. Cic. pro Roſc. Amer. 13.

Leuitate præditus, egeſtate, perfidia. Cic. pro Flacco, 5.

Magiſtratu ſummo præditus uir. Cic. 6. Verr. 78.

Medicamentis præditum cornu. Plin. lib. 8. cap. 32. 5. de cornu cerui.

Mente præditus. Cic. 4. Acad. 227.

Diuina mẽte et cõſilio præditi homines. Cic. 2. de lege Agr. 88.

Sapiens & alta mente præditus homo. Cic. pro Mil. 15.

Metu paruo præditus. Cic. 5. Tuſc. 58.

Multitudine infinita, uarietate admirabili præditi ſiderum errores. Cic. de Vniuerſ. 42.

Natura immortali præditus. Lucret. lib. 1. 48.

Paruis opibus ac facultatibus præditus. Cic. 1. Verr. 38.

Ornamentis honoris, fortunæ, uirtutis, ingenij præditus uir. Cic. pro lege Manil. 35.

Poteſtate ſumma præditus uir. Cic. pro Domo ſua, 85.

Prudentia & exercitatione præditus uir. Cic. pro Cluent. 68.

Religione ſumma & authoritate præditus homo. Cicero pro Cluentio, 41.

Sacerdotio ampliſſimo præditus. Cic. ad Attic. lib. 8. 147. 3.

Sapientia præditus propè ſingulari. Cic. Seruio, lib. 4. 3. 2.

Senſu diuino præditus. Lucret. lib. 5. 29.

Spe optima præditus. Cic. pro Flacco, 1. & 2. Verr. 6.

Spe ſumma & animi & ingenij præditus adoleſcens. Cic. 2. Philip. 62.

Studio optimo, iudicio minus firmo præditos docere, nõ alienum eſt. Cic. in Orat. 13.

Rectiſſimis ſtudijs atq; optimis artibus præditus adoleſcens. Cicero pro Cælio, 17.

Studio uenandi uel pilæ præditus. Cic. de Amic. 64.

Studijs literarum doctrinaq; præditus. Cicero. Acilio, libro 13. 31. 3.

Tumore præditum, deformatum & decoloratũ corpore moꝛtuum conſtat eſſe. Author ad Heren. lib. 2. 81.

Singulari uirtute, conſtantia, grauitate præditus uir. Cicero pro Domo ſua, 31.

Vitio perſpicuo & grandi præditum poſuimus exemplum. Cicero 1. de Inuent. 100.

Præditus] pen. prod. prædiuitis, pen. cor. om. g. (πολυπλούσιος) Valde diues. Plin. lib. 34. cap. 3. 2, Prædiues numinũ uices illud candelabrum coluit.

Aula prædiues. Claud. 2. in Ruffinum, 29.

Cornu prædiues. Ouid. 9. Metam. 19.

Prædiuino] prædiuinas, pen. prod. (προμαντεύομαι) Prædiuinare. Plin. lib. 11. cap. 10. 1, Prædiuinant enim apes uentos, imbreſq;.

¶ Prædiuinandus, Participiũ. Varro de ling. Lat. lib. 5. Qui ſitura prædiuinando ſolent fari, factidici dicti, &c.

¶ Prædiuinatio, Verbale (προμαντεύσις) Plin. lib. 8. cap. 25, de Nilo, Parit oua quanta anſeres, eaq; extra cum locum transferens ſemper incubat prædiuinatione quadam, ad quem ſummo auctu eo anno egreſſurus eſt Nilus.

¶ Prædiuinus, pen. prod. Adiectiuum (ἐκθεσ) Valde diuinum ſignificat. Plin. lib. 37. cap. 10. 27, Promittitur prædiuina ſomnia repræſentare.

Prædium] huius prædij (χωρίου, κτῆσις) A præda: eo quòd capti ab hoſtibus agri militibus diſtribuebantur. Vel dicitur à præſtando, ut ait Varro. Alij à prius, ſeu ualde dando. Eſt ruſtica & urbana poſſeßio. Cic. 3. Offic. 84, Ac de iure quidem prædiorum ſanctum eſt apud nos iure Ciuili, ut in his uendendis uitia dicerentur, quæ nota eſſent uenditori.

Continentia prædia fundo. Vide Contineo.

Culta prædia. Claud. 1. in Ruffinum, 38.

Dotalia prædia. Cic. Att. lib. 15. 329. 14.

Libera prædia. Vide Liber, liberi.

Paterna prædia. Quintil. lib. 6. cap. 3. 31.

Ruſtica prædia. Cic. pro Roſc. Amer. 24.

Triquetra prædia. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 11, Triquetra, inquit Acron, Græcè Trimacria dicitur. Porphyrio uerò dicit Triquetra prædia Sicula dici, quòd in tres partes, id eſt, promontoria diducta ſit, uel quadrus.

Vrbana prædia. Cic. 5. Verr. 172.

Accipere prædia in æſtimationem ab aliquo. Vide Accipio.

Fructus prædiorum abeunt in ſumptus. Cic. Att. lib. 11. 210. 2.

Aedificare prædia. Vide Aedifico.

Fructuoſa prædia colenda ac tuenda pater filio tradiderat. Cicero pro Roſcio Amer. 24.

Diuidere prædia. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 34.

Emere prædia ab aliquo. Cic. Rutilio, lib. 13. 9. 4.

Mancipare paterna prædia. Quintil. lib. 6. cap. 3. 31.

Vendere prædia. Cic. 3. Verr. 100.

¶ Prædiolũ, huius prædioli, pen. corr. Dimin. (κτηδιδιον) Cicer. M. Cælio, lib. 2. 15. 7, Sed mea prædiola tibi nota ſunt.

Aedificata bellè prædiola noſtra, & ſatis amœna. Cic. Attico, lib. 16. 333. 4.

¶ Prædiatus, pen. prod. Adiect. Prædijs munitus. Apul. lib. Flo. Ipſe bene ueſtitus, bene prædiatus.

¶ Prædiator, Qui prædiorum & prædum iurà nouit.

¶ Prædiatores (κτηνοτρόφοι) Homines in iure prædiatorio periti. Cic. Att. lib. 12. 241. 8, Quod pro Cornificio me abhinc amplius annis xxv. ſpopondiſſe dicit Flauius, etſi reuis locuples eſt, & Apuleius prædiator liberalis: tamen uelim deſperam, ut inueſtiges ex conſponſorum tabulis ſit'ne ita. Ibidem, 241. 8. & 2, Procuratores Cornificij & Apulcium prædiatorem uidebis. Budæus.

Prædo] prædonis. Vide Præda.

Prædomo] prædomas, pen. cor. (προδαμάω) prædomare, Antè domare, ſedare, comprimere. Senec. epiſt. 114, Et omnes ca-

nes casus, antequam exciperet, prædomuit meditando.
¶ Prædicatorius, Adiect. (κατακτικὸς) Quod ad prædium pertinet, ut Prædicatorium ius. Cic. pro Cornel. Balbo, Etenim si Q. Scæuola ille augur, quum de iure prædicatorio consuleretur, homo iurisperitissimus, consultores suos nonnunquam ad Furium & Casellium prædicatores reijciebat. Sic. Val. Max. lib. 8. cap. 13. De Q. Scæuola.
Prædor] prædaris. Vide Præda.
Præduco] præducis, pen. prod. præduxi, præductum (ὑπερθύρωσιν) præducere, Ante ducere. Plin. lib. 35. cap. 16. 2, Probatur mollitie, et quòd si æra præducantur, uiolaceum reddit colorem.
Fossam præducere. Tacit. lib. 14.
Præducere fossam homini obsesso, pro Fossa circunuallare. Senec. lib. 2. de Ira.
Vallum præducere. Tacit. lib. 14.
Prædulcis] & hoc prædulce (πολυγλυκὺς) Valde dulcis. Plin. lib. 12. cap. 5. 3, Fructus per folia solibus coctus prædulci sapore, sic lib. 11. cap. 17. 4.
Luxuries prædulce malum. Claud. 2. Paneg. 27.
Thyrrenæ uolucres nautis prædulce minãtur. Stat. 5. Syl. 5. 17
Præduro] præduras, pen. prod. (ἐπιουλκρόω) præurare, Valde durum facere. Colum. lib. 3. cap. 11. ad finem, de rubrica, Verùm, est in opere difficilior, quòd neq; humentem fodere possis, quòd sit glutinosissima: nec nimium siccam, quia nimium præduratur. Vetus exemplar habet, prædura. Plin. lib. 23. cap. 7. 24, Aliqui myrrha adiecta & cupresso præduratum uas sole torrebant.
¶ Prædurus, pen. prod. Adiect. (ὑπερσκληρὸς) Valde durus: ut,
Prædura gemma. Plin. lib. 37. cap. 10. 27.
Viribus prædurus. Virg. 10. Aeneid. 150.
Corpora prædura. Virg. 2. Georg. 107.
Labor prædurus. Valer. 1. Argon. 48.
Tẽpora prædura fregit nodoso robore. Ouid. 12. Metam. 70.
Prædura ætas, cui opponitur Tenera. Colum. lib. 6. cap. 2. 1.
Præeo] præis, præiui, pen. prod. præitum, pen. cor. (προοδεύω προοδεύομαι, προηγοῦμαι) præire, Ante ire. Liu. 2. ab Vrbe, 26, Præierat Aruns Tarquinius filius regis, rex ipse cum legionibus sequebatur.
Præi uerbis quod uis: id est, dic primùm uerba quæ uis me referre. Plaut. Rud. 30. 47.
Mihi præire digneris quid me putes obseruare debere. Plinius epistol. 264.
Præire uerba dicebant ueteres, quum carmen aliquod canendum antè quàm uel fœdus feriretur, aut execratio piaculi gratia per Pontificem, uel sacrificulum, aut alium magistratum fieret, magistratus primò pronunciabat. Budæus, Præire, est uerba præfari, & subsequi, et dictata uerba pronunciare. Liu. 8. ab Vrbe, 45, Agedum Pontifex publicus Pop. Rom. præi uerba, quibus me pro legionib. deuoueam. Idem de bel. Maced. Præeuntib. execrabile carmen sacerdotibus.
Præire obsecrationẽ, pro Dictare. Suet. in Claud. Cæs. cap. 22.
Præire uoce alicui quid iudicet. Cic. pro Milone, 2.
Præire de scripto. Budæus, Præire bodie uerba damnationis dicturi, aut eorũ uicarij carnifici solent, quũ damnati facinorosi ad supplicia trahuntur, sed de scripto id faciũt. Id enim De scripto præire dicitur. Plin. lib. 28. ca. 2. 2, Vidimus certis precationibus obsecrasse summos magistratus, et nequid uerborum prætereatur, aut præposterum dicatur, de scripto præire aliquem. Budæus.
Præire alicui de re aliqua. Gellius lib. 14. cap. 2. Id est, pronunciare quod sequatur.
Præcunt discipulis præceptores. Quintil. lib. 2. cap. 5, Non uidentur suffectura tempora, si legentibus singulis præire sem per ipsi uelint. Hoc est, antè pronunciare, & prædictare & prælegere. Nam statim sequitur, Et hercle prælectio.
¶ Præiens, præeuntis (προοδεύων, προηγούμενος) Participium. Ouid. ad Liuiam, 82,
Et uenit stella non præeunte dies.
Præeũte natura deduci ad cognitionẽ aliquã. Cic. 2. de Fin. 104
Præfacilis] & hoc præfacile, pen. cor. (παρὰ ῥᾴδιος) Valde facile. Plaut. Epid. 14. 21.
—te profectò Apoecides
Nihil moror mihi. P. de prefacili Epidice.
Præfamino] propræfator. Cato de Re rust. Ianum, Iouemq; uino præfamino. Quod autẽ sequitur, sic dicito, delendum est. Huc enim ab illis summissum est, qui præfaminum uinum adiectionis more dici censuere, aut interpretationem adscripsere. Turneb.
Præfaris] uel præfare, pen. prod. præfatus sum (προλοιδορέω, προαιδέω, προοιμιάζω) præfari, Ante fari. proloqui. Colum. in Præfat. 28, Quas ordine suo tunc demũ persequar, quum præfatus fuero quæ reor ad uniuersam disciplinam maximè pertinere. Cic. de Vniuers. 47, Sed hæc satis sunt dicta nobis, quæ de eorum qui cernũtur, quiq; sunt orti, natura præfati sumus, habeant hunc terminum. Hic pro simplici uidetur positum, id est, fati & locuti.
Præfari honorem, Est quum quid turpe dicturi, solemus duobus aut tribus uerbis præfari, hoc pacto, Si commemorare fas est, Honore dicto, Honor sit auribus, & huiusmodi. Cicero Papyrio Præto, lib. 9. 22. 13, Nos autem ridiculè si dicimus, ille patrem strangulauit, honorem non præfamur. Sin de Aurelia aliquid, aut Lolia, honos præfandus est. Idem 2. de Finib. 51.
Pacem præfari. Stat. 2. Achil. 11.
Præfari Africam. Plin. lib. 28. cap. 2. 14, Attalus affirmat scorpione uiso, si quis dicat duo, cohiberi nec uibrare ictus. Et quoniã scorpio admouit, in Africa nemo destinat aliquid, nisi præfatus Africam. In cæteris uerò gentibus deos antè obtestatur ut uelint. His postremis uerbis declarat seipsum Plinius. Cic. 1. de Diuin. 165, Idcirco omnibus rebus agẽdis, quod bonũ, faustũ, fœlix, fortunatumq; esset, præfabantur.
Præfari carmen. Liu. 5. ab Vrbe, 184.
Præfatus diuos solio rex infit ab alto, More antiquo: nam maiores nullam orationem nisi inuocatis numinibus, inchoabant. Virgil. 11. Aeneid. 61. Seruius.
Præfari aliquem in scribendo opere. Plin. lib. 8. cap. 16. 2.
¶ Præfans, Particip. (προλογίζων) Catul. Arg. epig. 59. 77,
Talia præfantes quondam fœlicia Pelei,
Carmina, diuino cecinerunt pectore Parcæ.
¶ Præfatio, Verbale (πρόλογος, προοίμιον) Id quod præloquimur antè quàm ad rem ueniamus. Cic. 5. Verr. 162,
Quæ porrò præfatio tuæ donationis fuit?
Adhibere præfationem. Sueton. in Claudio Cæsare, cap. 25.
Dare præfationem. Quintil. lib. 4. cap. 1. 52.
Præfectus] Vide Præficio.
Præfero] pen. corr. præfers, prætuli, pen. cor. prælatum, pen. prod. (προφέρω προτίθημι) præferre, Antè ferre. Ouid. 2. Fast. 68.
Et præfert cautas, subsequiturq; manus. id est, ante se manus fert, ut solent ij qui in tenebris ambulant.
Facem præferre. Cic. 6. Verr. 66, Sinistra manu retinebat arcum, dextra ardentem facem præferebat.
Præferre facem ad libidinem. Cic. 1. Catil. 9.
Tædas præferre. Cic. 6. Verr. 95.
Præferre lumen. Cic. Antequam iret in exilium, 5, Vos uos obtestor dij immortales, qui meæ menti lumina prætulistis, quum consensum extinxi coniurationis. Idem pro Sylla, 30.
Sensus apertè præferre. Plancus Cic. lib. 10. 8. 9.

Opem

Opem præferre. Stat. 6. Thebaid. 9. 5, Præ, hoc loco nihil significare uidetur, sed augere tantum.
Præfertur opinio, pro Iactatur. Cæsar 1. bel. Ciuil. 183.
Præferre (προτιμᾶν, προηγεῖσθαι, προίστασθαι) Præponere. Cicer. pro Rosc. Amer. 52, Auaritiam præfers, qui societatem coieris de municipijs, cognatiq; fortunis cum alienissimo. Ouid. 4. Metam. 12,
Altera quas Oriens habuit, prælata puellis.
Se alijs præferre. Cic. 2. de Orat. 186.
Ius imperij amori patrio præferre. Cic. 1. de Finib. 35.
Salutem Reipub. suis cõmodis præferre. Cic. pro lege Man. 50.
Hominem à se ortum hominibus nobilissimis, omnibus honoribus præferre. Cic. 6. Philip. 215.
Bonitate præfertur. Plin. lib. 12. cap. 21. 2.
Præferre cum infinitiuo. Colum. lib. 1. cap. 3, Vt multi prætulerint carere poematibus.
Præferre (προίστασθαι) pro Præ se ferre, Ostendere. Plin. epist. 22. b, In summa, nõ facilè quis quenquam existis qui sapientiæ studium habitu corporis præferunt, huic uiro compararit. Liu. Vultus tuus nescio quod ingens malum præfert.
¶ Præfericulum, præfericuli, pen. cor. Vas æneum fine ansa patens, ueluti peluis, quod præferre in sacrificijs solebant ueteres. Festus.
Præferox] pen. cor. præferocis, pen. prod. Adiect. (προπάροξυς) Valde ferocem significat. Liu. 5. ab Vrbe, 160, Mitis legationi præferoces legatos, Gallisq; magis quàm Romanis similes habuisset. Ibidẽ, lib. 3. 157, Præferocis animi.
Præferratus] pẽ. prod. Adiect. (προσιδηρωμένος) Quod ferrum habet in cacumine, Plin. lib. 18. cap. 10. 7, Quippe & Hetruria spicam farris tosti pinsente pilo præferrato, si stula serrata, & stella intus denticulata, ut nisi intenti pinsant, concidantur grana, ferroq; frangantur.
Præferatus, Ferro uinctus. Plaut. Persa, 2. 23,
—— plusculum annum sui
Præferratus apud molas Tribunus uapularis.
Præferuidus] pen. cor. Adiect. (πολύφλογος) Valde feruidum significat. Colum. lib. 3. cap. 13, Et omni declinatione mundi, nisi tamen glaciali, uel præferuida curæ mortalium respondet. Liu. 9. ab Vrbe, 94.
Præfestino] præfestinas, pen. prod. (προσπεύδω) præfestinare, Ante tempus festinare. Plaut. Rud. 4. 31,
Qui præfestinet, ubi herus adsit, præloqui. Liu. 3. bel. Pun. 62, Concedendo plebi Senatum, ubi uelint, defecturos se, ne deficere præfestinarent, efficisse. Tacit. lib. 5,
Toronæum, Thermæumq; sinu præfestinans.
¶ Præfestinatus, pen. prod. (προσπεσπευσμένος) Participium, aut Nomen ex participio. Ouid. de Nuce, 20,
Et tamen inuenias qui me iaculetur, & ictu
Præfestinato munus inane petat.
¶ Præfestinè, pen. prod. Aduerb. (προπεπαισμένως) Celeriter. Plaut. Ru. 12. 4, Vt sine labore extraxi hãc præfestinè satis?
¶ Præfestinatim, pen. prod. Aduerbiũ, Idem (προσπαγμένως) Sisenna Histor. lib. 4, Iidemq; perseuerauerunt uti lex perueniret ad Quæstorem, ac iudices quos uellent instituerent præfestinatim & cupidè.
Præfica] præficæ, pen. corr. (ἡ θελωτρία τοὺς νέκυας) Nonius, Præficæ dicebantur apud ueteres quæ adhiberi solebant funeri, mercede conductæ, ut flerent, & fortia facta laudarẽt. Plaut. Trucull. (lib. 22,
Præfica, quæ alios collaudare, se uerò nõ potest. Lucil.
Mercede quæ conductæ flent alieno in funere præficæ,
Multo, & capillos scindunt, & clamant magis.
Præficio] præficis, pen. corr. præfeci, pen. prod. præfectum, (ἐφίστημι, προΐσταμαι) præficere, Ex Præ & Facio, Est quod uulgò dicitur, Committere aliquem & ordinare. Col. lib. 1. cap. 7. 4. Ne talis præficiatur negocio. Ouid. 1. de Arte, 2,
Me Venus artificem tenero præfecit Amori.
Præficere curatorem qui præsit. Cic. 4. Verr. 101.
Custodem prærogatiuæ aliquem comitijs præficere. Cic. Post red. in Senatu, 15.
Custos præficitur lateri. Claud. 8. Paneg. 9.
Deum præfecit mundo Aristoteles. Cic. 1. de Natur. deor. 48.
Ducem populo præficere. Cic. pro Domo sua, 69.
Imperatorem alicui bello præficere. Cic. pro leg. Manilia, 34.
Præficere legatos legionibus. Cæsar 5. bell. Gall. 89.
Præficere magistratum procurationi. Cic. 2. de Legib. 104.
Pecori aliquem præficere. Cic. pro Plancio, 51.
Regioni alicui, aut negocio præficere aliquem. Cic. Attico, libro 10. 194. 1.
Reipublicæ seditiosos homines præficere. Cic. pro Flacco, 12.
Præficere aliquem stationibus uiarum. Stat. 4. Sylu. 9. 4.
¶ Præfectus, præfecti (προστάτης, ἐπιστάτης) Qui alicui rei gerendæ præficitur.
Præfectus moribus, Qui ad mores componendos, & quod uulgò dicitur, reformandos, ordinatus est. Cicero ad Papyrium, lib. 9. 15. 13.
Sacris præfecta maritis iuno. Ouid. epist. 2. 8.
Præfectus Prætorio, qui & præfectus Prætorianorum dicitur apud Suetonium in Claudio Cæsare.
Vt clariùs intelligatur quis olim Præfectus Prætorio diceretur, & quod esset eius officium, sciendum est, olim regnante Romulo eum qui præerat Prætorio, id est, militibus cohortibusq; Prætorianis circa palatium principis, solitum fuisse etiam in bella prodire, & dictum Magistrũ equitum. Sed ubi Romanorum opes creuerũt, distincta fuere officia, ut hic excubias ageret ad tuendam principis salutẽ: ille uerò contra hostes imperium tueretur. Meminit Iustinianus, C. de Præfecto Præt. l. 1. Neque tacendum est, à paulò recentiorib. Cæsaribus, præfectos Prætorio missos quandoq; ad regendas prouincias. Cuius testimoniũ affert l. pen. & l. ult. C. de Offi. Præf. Præt. ubi legitur, Præf. Prætorio Africæ, & Præf. Præt. Orientis. Quãta aũt sit huius magistratus dignitas, ostendit Cassiodorus epist. lib. 6. Potestati præfecti Prætorio nulla dignitas est æqualis. Vice sacra iudicat. Nullus ei miles fori authoritate præscribit, excepto Officiali Magistri militum. Curiales etiam uerberat. In officio suo ius retinet singulare. Secundum post imperatorẽ locũ obtinebat. Ab eo ex Cæsarũ priuilegio pronocare nõ licebat. Alciatus.
Præfectus urbi. Gellius lib. 13. cap. 16.
Præfecti regij. Liu. 6. bel. Maced. 47.
Præfectus ærarijs, Vide Aerarius præfectus, in Aes æris.
Præfectus annonæ. Liu. ab Vrbe.
Dux præfectus classis. Cic. 7. Verr. 71.
Gymnasij præfecto haud mediocres pœnas penderes. Plautus Bacch. 8. 21.
Præfectus libidinum. Cic. Post reditum in Sen. 13.
Præfectus oræ Ponticæ. Plin. epist. 238.
Præfecti prouinciarum, inquit Budæus, sunt quos balliuos & senescalos uulgò dicimus.
¶ Præfectiani, norum, Apparitores præfecti prætorio, l. 2. & 3. C. de apparit. præfecti prætor. Ammianus Marcellinus libro 17, Vt nec præfectianus, nec præsidialis apparitor ad soluendum quicquam urgeret.
¶ Præfectura, præfecturæ, penult. prod. (πρόστασις, προστασία) Festus, Præfecturæ eæ appellantur in Italia, in quibus & ius dicebatur, & nundinæ agebantur: & erat quædam earum Respub. neq; tamen magistratus suos habebãt, in quæ legibus præfecti mittebantur quotannis qui ius dicerent.

Quarũ genera fuere duo: alterum in quas ſolebant ire præfecti quatuor ſexiæ, qui pro populi ſuffragio creati erãt in hæc oppida, Capuam, Cumas, Caſinum, Vulturnum, Liternum, Puteolos, Acerras, Sueſulam, Atellam, Calatiam. Alterum, quas Prætor urbanus quotannis in quæq; loca miſerat legibus, ut Fundos, Formias, Cere, Aprinum, aliáq; complura. Hactenus Feſtus. Plin. lib. 5. cap. 9. 3, Diuiditur in præfecturas oppidorum quas nomos uocant. Cic. pro Seſtio, 25, Nullum erat Italiæ municipium, nulla colonia, nulla præfectura, nulla Romæ ſocietas uectigalium, &c.

Dare præfecturas alicui. Cic. Att. lib. 6. 111. 10.

Præfecturæ dabantur honoris gratia. Cic. ad Att. lib. 5. 110. 10.

Promittere præfecturam alicui. Cic. Att. lib. 6. 111. 9.

¶Præfectorius, Adiect. (ἐπισατικὸς) ut, Præfectorius uir. Vlpianus de Senatoribus l. 1.

Præfido] præfidis, pen. prod. præfidi, præfiſum, pen. prod. (μυγάλοὶ φαίδομαι) præfidere, Valde fidere. Cic. primo Offic. 128, Sic homines ſecundis rebus effrænatos, ſibiq; præfidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportere.

Præfigo] præfigis, pen. prod. præfixi, præfixũ (προπηγνύω) præfigere, Antè figere. Plin. lib. 33. cap. 4. 9, Limeas itineri præfigunt.

Arma præfigere puppibus. Virg. 10. Aen. 16.

Capita in haſtis præfigere. Virg. 9. Aeneid. 97.

Præfigere, Præcludere. Virg 3. Georg. 80,

Multi iam excretos prohibent à matribus hœdos,
Primáq; ferratis præfigunt ora capiſtris.

¶Præfixum, præcluſum. Catius, l. 6. de ſeruitut. urban. prædiorum. Si ego per ſtatutum tempus feneſtras meas præfixas habuero, uel obſtruxero.

¶Præfixus, Participũ (προπεπηγώς) Plin. lib. 26. cap. 4. 2, Antea roſtra nauium Tribunali præfixa foro decus erant.

Veru præfixa latus. Tibull. lib. 1. eleg. 6. 10.

Haſtilia præfixa ferro. Virgil. 5. Aeneid. 112. (Pun. 18.

Præfixa ferro iacula, Quibus affixũ eſt ferrũ acutũ. Liu. 6. bel.

Præfinio] præfinis, penult. prod. præfiniui, præfinitum, pen. prod. (προοφίω) præfinire, Præſcribere, præſtituere. Cic. ad Marium, lib. 7. 2. 1, Sed eo uidiſti multum, quòd præfiniſti quo ne pluris emerem.

Præfinire aliquid de aliquo. Cic. 7. Verr. 137.

Præfinire diem. Cic. de Prouinc. Conſul. 30.

Præfinire reſtrictè. Idem 2. de Legib. 73.

Præfinire ſumptũ funerum ex cenſibus. Cic. 2. de Legib. 106.

Præfinitum & Infinitum, contraria. Cic. 1. de lege Agraria, 5.

¶Præfinitio, præfinitionis, Iulianus in l. quũ ſine. ff. quãdo dies leg. uel fideicom. ced. Quum ſine præfinitione temporis legatum ita datum fuerit, Vxori meæ penum hæres dato, Marcellus in l. proxima, Si cum præfinitione annorum legatum fuerit, uelut Titio dena ad annos decem, &c.

¶Præfinito, pen. prod. Aduerbium (προωρισμένως) ut, Præfinito loqui. Donatus dicit deeſſe Tẽpore: ut dicamus, Præfinito tempore. Terent. Hecyra, 1. 2. 19, Nam illic haud licebat, niſi præfinito loqui.

Præfiſcine] ueteres ad faſcinum depellendum dicere ſolebãt. Afranius, Paula mea amabo, pol tu ad laudem addite præfiſcine, ne puella faſcinetur. Ex Turnebo.

Præflorco] præflores, pen. prod. præflorui (προανθέω) præflorere, Antè florere. Plin. lib. 16. cap. 29. 1, Ideoq; & præflorent talia, & prægerminant.

Præfloro] præfloras, penult. prod. (προεσθέπω) præflorare, Quaſi prælibare, ut ait Budæus. Gell. Et futuri gaudij fructum ſpes tibi iam præflorauerit. Plin. in Paneg. 98.

Præfluo] præfluis, præfluxi, præfluxum (προῤῥέω) præfluere, Antè fluere. Plin. lib. 4. cap. 5. 3, Præfluente Alpheo amne. Idem lib. 5. cap. 30. 7, Pergamum quod intermeat Silenus, præfluit Cetius profuſus Pindaſo monte. Et lib. 6. cap. 3. 1, Archelaidem quam præfluit Halys.

Præfoco] præfocas, pen. prod. (ἄγχω) præfocare, Spiritum faucibus claudere. Ouid. in Ibin, 112,

Præfocent animæ Gnoſia mella uiam.

¶Præfocatio, onis, Verbale. Scribon. Largus, Facit hoc medicamẽtũ ad ſubitas præfocationes. Vide Incubo, incubonis.

Præfodio] præfodis, pen. corr. præfodi, pen. prod. præfoſſum (προορύσσω) præfodere, Idem quod Fodere ſignificat, ſiue altè fodere. Plin. lib. 17. cap. 11. 4, Præfodere ſcrobes antè,

Præfodiunt portas. Virgil. 11. Aeneid. Seruius, Id eſt ante portas, foſſas faciunt, quæ res nimiam indicat deſperationem. Ouid. 13. Metam. 12,

—fictumq; probauit
Crimen & oſtendit quod iam præfoderat aurum. id eſt, quod iam antea abſconderat, ſeu defoderat.

Præfœcundus] Adiect. (πολυγόνιμος) Valde fecundum ſignificat. Plin. lib. 16. cap. 27. 4, Omnia autem celerius ſeneſcunt præfœcunda.

Præfor] non dicimus. Vide Præfari.

Præformido] præformidas, pen. prod. (παταφοβέμαι) præformidare, Valde formidare. Quint. lib. 4. cap. 5, Quam index ſi prouidet, non aliter præformidat, quàm qui ferrum medici antè quàm curetur, aſpexit.

Præformo] præformas (προμορφόω) præformare, Antè uel prius formare. Quintil. lib. 2. cap. 2, Nanq; incipientibus danda erit uelut præformata materia ſecundum cuiuſq; uires. Id eſt, declamationis formam dare debet præceptor, diuidendo, & dictionem incipiendo, Silius lib. 7. 78, Atq; his præformat dictis, fingitq; monendo.

Præfrigidus] pen. corr. Adiectiuum (πυλόψυχος) Valde frigidus. Plin. libro 17. cap. 20. 5, Septentrionali & præfrigido ſitu.

Auſter præfrigidus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 12. 7.

Præfringo] præfringis, præfregi, penult. prod. præfractum (προαγνύω) præfringere, prius frangere. Colum. lib. 2, Et præfractas ſtirpes, ſummáſq; radices, quibus ager arbuſto conſitus implicatur, omnis reſodiat ac perſequatur.

Præfringere, Frangere, uel effringere. Liuius 8. ab Vrbe, 50, Et haſtas aut præfregiſſent, aut hebetaſſent.

¶Præfractus (προαπαγνύμενος) Participium, ſiue Nomen ex participio. Celſus lib. 5, Surculus corpori infixus, ſi præfractus eſt, uel altius deſcendit quàm ut manu aut ferro eijci poſſit, medicamento euocandus eſt.

Pinus præfracta. Ouid. 12 Metam. 72.

Præfractus, Durus & inflexibilis. Valerius Max. lib. 6. Cic. in Orator. 23, Thucydides autem præfractior, nec ſatis ut ita dicam, rotundus.

¶Præfractè, Aduerb. (κῶλαπλῶς) Obſtinatè. Cic. 3. Offic. 118, Nimis mihi præfractè uidebatur ærarium uectigalia defendere.

Præfulcio] præfulcis, præfulſi, præfultum (προσβέβω) præfulcire, Præmunire, fortificare, ſuſtentare. Plaut. Pſeud. 12. 6, —ubi ego omnibus
Paruis, magnisq; miſeriis præfulcior.

Præfulcire, & præmunire, per translationem. Cicero ad Atticum, lib. 5. 100. 3.

Præfulgeo] præfulges, præfulſi (προβλεπαγλίζω) præfulgere, Præter modum fulgere. Author ad Herennii, lib. 3. 126, Tum nec nimis illuſtres, nec uehementer obſcuros locos haberi oportet, ne aut obcæcentur tenebris imagines, aut ſplendore præfulgeant.

¶Præfulgens, Participium (προβλεπαγλίζων) ut, Murice aurato præfulgens. Silius lib. 4. 66.

Pellis præfulgens unguibus aureis. Virgil. 8. Aeneid. 111.

Præfulguro] præfulguras, pen. cor. (προαστράπτω) præfulgurare, Antè fulgurare. Valer. 3. Argon. 24,

—ſtrictóq; uias præfulgurat enſe. hoc eſt, coruſcare facit.

Præfurnium] præfurnij (προπυγεῖον) Os patens fornacis, quo ligna in fornacem induntur, & deinde obſtruitur, ut ait Budæus. Cato cap. 38. 2, Ventus ad præfurnium caueto ne accedat. Sic cap. 38. 1.

Præfuro] ris, pen. cor. præfurere, Antè uel uulde furere. Stat. 4. Thebaidos. —agmina bello
Decertare putes, iuſtumq; in gurgite Martẽ Præfurere.

Prægelidus] pen. corr. Adiect. (πολυπερυμνόδυς) Qui multum aut nimis frigidus eſt. Col. lib. 2, Ea locis prægelidis ac niuoſis, ubi æſtas humida & ſine uaporibus, rectè committitur. Idem lib. 11. cap. 2. 31, Prægelidum et pluuium cælum.

Rimi prægelidi. Silius lib. 4. 46.

Prægermino] prægerminas, pen. cor. (προβλαστέω) prægerminare, Antè germinare. Plin. lib. 16. cap. 29. 1, Ideoq; & præflorent talia, & prægerminant.

Prægeſtio] prægeſtis, prægeſtiui, prægeſtitum, pen. prod. (ὑποδραπροθυμέμαι) prægeſtire, Valde geſtire. Cic. pro M. Cælio, 53, Prægeſtit animus eum uidere, primùm lautos tum uenes mulieris beatæ ac nobis familiares.

Animus prægeſtit adipiſci aliquid. Catul. Argon. epigr. 59. 29.

¶Prægeſtiens, Partic. (ὑποδραπροθυμούμενος) Horat. 2. Carm. ode 5. 2, —nunc in udo
Ludere cum uitulis ſalicto
Prægeſtientis. De puella innubili, quam iuuencæ cõparat. Porphyrio Prægeſtiẽtis, interpretatur Properãtis, creſcẽtis.

Prægigno] prægignis, prægenui, prægenitum, penult. corr. (προγεννάω) prægignere, Antè gignere. Plaut. Pſeud. 7. 77 Quia nolebam ex me morem prægigni malum. Id eſt, nolebam eſſe author mali moris.

Prægnans] ἐγκύος, ἐγκύμων, κυῶν, Quæ iam occupata eſt in generando quod conceperit. Cicer. 1. de Diuinat. 71, Quum prægnans hunc ipſum Dionyſium aluo contineret, ſomniauit ſe peperiſſe ſatyriſcum.

Vxor prægnans. Cic. pro Cluentio, 25.

Canis prægnans. Horat. 3. Carm. ode 27. 1.

Folia prægnantia. Plin. lib. 25. cap. 13. 3.

Nitrariæ prægnãtes, ſed nõdũ parientes. Plin. lib. 31. cap. 10. 6.

Sus prægnans. Varro 2. de Re ruſt. cap. 4. 7.

Prægnans arbor, quæ etiam fœta dicitur, tunc ſcilicet quũ humorem & ſuccum ſibi familiarem exuxit, necdum in folia aut flores propagauit. Plin. lib. 12. cap. 14. 6.

¶Prægnatio, prægnationis, Denominatiuum (κύησις) Varr. de Re ruſt. Hi enim primi prægnationis, & extremi fines. Plin. lib. 8. epiſt. 10. ad Fabatum, Dum ſe prægnantem eſſe puellariter neſcit, ac per hoc quædam cuſtodienda prægnationibus omittit, facit omittenda. Caſtigatiora exemplaria habent, prægnantibus.

Prægrandis] & hoc prægrande (πολυμέγας) Valde grandis. Cic. 6. Verr. 54, Erat etiam uas uinarium ex una gemma prægrandi; trulla excauata cum manubrio aureo. Legitur & prægrandi. Sic Plin. lib. 4. cap. 13. 5.

Prægrauis] & hoc prægraue, pen. corr. (πολυβριθὴς) Valde graue. Plin. libro 10. cap. 33. 10, Perdix procurrit ad pedes aucupis fœta, prægrauem aut delumbem ſeſe ſimulans.

Prægraue caput. Plin. lib. 8. cap. 21. 5.

Prægraue ſeruitium. Plin. lib. 7. cap. 8, 2.

¶Prægrauo, prægrauas, pen. corr. (παταβρίθω) prægrauare, Grauem admodum facere, ualde grauare, & moleſtum eſſe. Plin. li. 17. ca. 22. 16, Ne prægrauet fructus parte aliqua. Liu. 5. ab Vrbe, 154, Prægrauante turba, etc. Ibidem, lib. 7. 103, Onerata & prægrauata corpora.

Artes prægrauare. Horat. 2. epiſt. 1. 2.

Corpus prægrauat animum uitijs. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 16.

Prægrauatum caput. Colum. lib. 6. cap. 7. 3. Idem lib. 7. cap. 6, Flaccidis & prægrauantibus auribus.

Prægrauare (προβρίθω) Id eſt, præponderare. Seneca 1. de Clementia, Citò apparebit pars deterior ciuitatis quanto prægrauet. Idem de Tranquil. uitæ, Hæc pars multum prægrauabit.

Prægredior] prægrederis, pen. cor. prægreſſus ſum (προπορεύω) prægredi, pen. cor. Ante uenire, inquit Nonius, dictũ à gradu. Pacuuius,

Extremũ intra canterẽ ipſum prægrediar Parthemorem.

Liu. 10. ab Vrbe, 118, Qui ut lictores prægredi uiderunt.

Sequi & Prægredi, contraria. Cic. 13. Philip. 345.

Prægredi ad urbem. Liu. 5. bell. Pun. 182.

Prægredi gregi. Varro 2. de Re ruſt. cap. 7. 6.

Prægredi, Prætergredi. Plin. lib. 28. cap. 8. 6, Quũ fugiant nocentem declinare ad dextram, ut prægreſſi hominis ueſtigia occupent. De pantheris.

Prægredi nuncios & famam aduentus ſui in aliquem locum: hoc eſt, Anteuertere. Liu. 8. bel. Pun. 3.

Prægredi alios, Antecellere. Saluſt. in Oratione ad Cæſarem, de Repub. ordinanda.

¶Prægrediens, Participium (προπορεύων) Præcedens. Suet. in Tiberio, cap. 7, Druſum in Germania amiſit, cuius corpus pedibus toto itinere prægrediens, Romam uſq; peruexit.

¶Prægreſſus (προπορεύσας), Aliud particip. ut, Fama prægreſſa diem. Stat. 5. Sylu. 1. 22.

¶Prægreſſio, Verbale (προπόρευσις) Cic. de Fato, 66, Dicẽt, ſi omnia fato fierẽt eiuſmodi, ut nihil fieret niſi prægreſſione cauſæ, confitendum eſſe fato fieri omnia.

Præguſto] præguſtas (προγεύομαι) præguſtare, Antè guſtare. Plin. lib. 21. cap. 3. 7, Gratificationem ipſius reginæ Antonio timente, nec niſi præguſtatos cibos ſumente, &c.

Cibos præguſtauit ipſe. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 7.

Timidus prægueſtet pocula papas. Iuuenal. Satyr. 7. non procul à fine.

¶Prægueſtator, penult. prod. Verbale (προγευστὴς) Qui cibos principis prægueſtat. Suet. in Claud. Cæſare, cap. 44.

Prægueſtator libidinum. Cic. pro Domo ſua, 20.

Prægutij] προαγυῆται, Italiæ populi, qui Marſis magis Orientales ſunt, Ptolemæo authore, lib. 3. cap. 1. hodie Præcutini, Abruzi uulgò.

Præiaceo] præiaces, pen. cor. præiacui (προβέβλημαι) præiacẽre, Antè iacẽre. plin. lib. 3. cap. 4. 2, Oppida de cætero rara, præiacentibus ſtagnis. Idem lib. 4. cap. 10. 3.

Caſtra præiacere. Tacit. lib. 12.

Præiudico] præiudicas, pen. cor. (προδιαγινώσκω) præiudicare, Ante tempus iudicare, inquit Budæus. Brutus ad Ciceronem, 4. 2, Quod enim nondum Senatus cenſuit, nec Pop. Rom. iuſſit, id arroganter non præiudico, nec reuoco ad arbitrium meum.

Præiudicare, Præiudicium facere. Cic. 3. de Legib. 67, Apud eoſdem qui magiſtratu abierint, edant & exponant quid in magiſtratu geſſerint, deíq; ijs Cenſores præiudicent. Idẽ pro Cluentio, 3, Quamobrẽ à uobis iudices, antè quàm de ipſa cauſa dicere incipio, hoc poſtulo: Primùm id quod æquiſſimum eſt, ut ne quid huic præiudicati affĕratis. Budæus.

Præiudicari de re aliqua. Cic. pro Cluentio, 137, Cur non Habiti exemplo uſus es, ut per illum qui attuliſſet uenenum, de hoc præiudicaretur? Id eſt, præiudicium fieret: hoc eſt, Vt ſi indicatum

indicatũ esset uenenũ esse huic Habito allatũ, præiudicium esset factum in accusationem ueneficij secuturam. Budæus.
De aliquo maleficio præiudicare. Cic. 2. de Inuent. 165.
Præiudicare alicui, pro Nocere. Vlpian. in l. 1. §. si inter. ff. de magist. conuent. & eor. &c.
¶Præiudicatus, pen. prod. Participium (προδιαγνωσθείς) ut, Euentus belli præiudicatus, apud Liuium lib. 2. Decad. 5.
Semel atq; iterum præiudicata res. Cic. pro Cluentio, 37.
Opinio præiudicata. Cic. 1. de Natur. deor. 16.
¶ Præiudicatio, Verbale (προδιάγνωσις) ut,
Damnari præiudicatione Senatus. Quintil. lib. 4. cap. 2. 18.
Præiudicium] præiudicij (πρόσκρισις) Quod iudicibus exemplum postea præbet ad iudicandum in eadem causa, uel paribus causis: uti clarè in oratione Ciceronis pro Cluentio, 53. colligitur: qui duobus præiudicijs, uno in Scamandrum, altero in Fabritium eadem ueneficij causa factis, Oppianicum damnatum esse demonstrat. Eius hæc sunt uerba, Quum Oppianicum iam perditum, & duobus iugulatum præiudicijs uideret. Idem 1. Verr. 7, De quo non præiudicium, sed planè iudicium iam factum putatur. Curtius lib. 6, Sine præiudicio dicimus causam liberis corporibus, animisq; habitum etiam in quo te comitari solemus, reddidisti. Verba sunt Amyntæ, inquit Budæus, causam dicentis, ac si diceret, Si ex uinculis causam diceremus, præiudicatũ quodammodo uideretur nos esse compertos & conuictos sceleris, Quum uerò uinculis exemptos nos uoluisti, significasti te liberum iudicium integrumq; sustinere uoluisse, quoad defensionem nostram audieris.
Præiudicium dicitur etiam quasi sententia quædam ante iudicium, ac sententiæ lationem, siue pro me, siue contra me. Vt si essent duo de officio aliquo contendentes, quia lis in longum procedit, magistratus iubet interea dum sententiam ferat, alterũ officio fungi: quasi iudicans iam nunc se pro ea parte sentire penes quam uult esse uẽ de qua litigatur. Et hoc præiudicium dicitur quod posidentẽ adiuuat, & obest excluso. Hæc ex Valla in Raudẽsem. Plin. epist. 96. a. lib. 5, Curianus orabat ut sibi donarẽ portionem meã, seq; præiudicio iuuarem: eandem tacita conuentione saluam mihi pollicebatur.
Facere præiudicia. Quintil. lib. 4. cap. 5. 9.
Præiudicia sunt animaduersiones Censorum, & primæ assertiones: item, prioris Centumuirallium iudicum partis sententia, posterioris uerò iudicium.
Præiudicium dicitur pronunciatum secundum Claudium Cantiunculam in locis legalib. Quid autem sit pronunciatum, habes apud Rodolphum Agric. lib. 1. cap. 4.
Præiudicij, pro Damno & iactura. Vlpian. in l. 1. §. quemadmodum. ff. de agnoscendis uel alendis lib. Si maritus uxore denunciante custodes miserit, nullum præiudicium facit.
Præiuro] præiuras, pen. prod. (προόμνυμι) præiurare, ante alios iurare.
¶ Præiuratio (προόμοσις) inquit Festus, quam ij facere dicuntur, qui ante alios conceptis uerbis iurant.
Præiuuo] præiuuas, pen. corr. præiui, pen. prod. (προωφελέω) Præiuuare, Antè iuuare. Tacit. lib. 12. Et credebatur affectam eius fidem præiuuisse, domo, agrisq; pignori acceptis.
Prælabor] pen. prod. prælaberis, prælabi (προολισθέω) Antè labi. Colum. lib. 11. cap. 1. 24, Prælabentis uerò temporis fuga, quàm sit irreparabilis, quis dubitet? Cic. 2. de Natur. deor. 163, Pisces quorum alter paulùm prælabitur antè. Ex poeta.
Tybris prælapsus mœnia Romæ. Lucan. lib. 6. 16.
Prælambo] prælambis (προλιχμάω) prælambere, Idẽ quod antè lambere. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 22,
Continuatq; dapes, nec non uernaliter ipsis.
Fungitur officijs, prælambens omne quod affert.
Prælego] prælegas, pen. prod. prælegãre. Paulus in l. Titiã Seio. ff. de legat. 2.
Prælego] prælegis, pen. corr. prælegi, pen. prod. prælectum (προαναγινώσκω) prælegere, Antè legere, ut solent præceptores pueris suis. Quint. lib. 1. cap. 14, Sed pueris quæ maximè ingenium alant, prælegenda, atque animum augeant.
Prælegere Campaniam, Præterire. Tacit. lib. 5.
¶Prælectio, Verbale (προαναγνωσις) Quint. lib. 1. cap. 3, Ita tamen emendationi, prælectioniq; numerus obstat.
¶Prælector, aliud Verb. (προαγνώστης) Gellius lib. 18. cap. 5, Si magistrum, prælectoremq; habuisset alicuius æris.
Prælibo] prælibas, pen. prod. (προγεύομαι) prælibare, Antè libare & degustare. Stat. 3. Sylu. 4. 12,
Chare puer, superis qui prælibare uerendum
Nectar, & ingentem, &c.
Vultus ac pectora alicuius, prælibare uisu. Stat. 2. Achill. 18.
Prælicenter] Aduerbium (πολυαδιῶς) Nimis licenter. Gell. lib. 14. cap. 7, Oppidò quàm uerba finxit prælicenter.
Præliganeum] unum, A' prælegendo dictum: Estq; illud quod uel præmaturum est, uel præ omnibus legitur: quod & precium Virgilio dicitur. Cato de Re rustica cap. 23, Vuas miscellas ad unum præliganeum, quod operarij bibant, ubi tempus erit, legito: succum puriter omnium dierum pariter in dolia diuidito.
Præligo] præligas, pen. corr. (προσυναδέω) præligare, Antè uel ab anteriori parte ligare. Liu. 2. bel. Pun. 74, Fascesq; uirgarum, atq; arida sarmenta præligãtur cornibus boum. Cic. 2. de Inuent. 232, Os autem obuolutum est folliculo, & præligatum.
Prælium] prælij (μάχη, σάλπιγξ, συμβολή) Conflictus in bello. Plaut. Menæh. 14. 16, Prælijs factis plurimis. Descriptionem prælij uide apud Plautum in Amphitryone, 4. 73.
Prælium, bellũ, excursus, & pugna. Tacit. de Morib. German.
Prælium & Bellum, quid inter se differant. Liu. 10. bel. Pun. Fassius in curia est non prælio modò se esse, sed bello uictum.
Bellum & prælium. Cic. in Orat. 16.
Certamen & prælium. Cic. 2. in Catil. 44.
Exitus præliorum sunt incerti. Idem Torquato, lib. 6. 4. 3.
Audax prælijs Liber. Horat. 1. Carm. ode 12. 5.
Aduersum prælium. Vide Aduerto.
Cruda prælia. Stat. 12. Thebaid. 153.
Dubium prælium. Liu. lib. 5. Decad. 4. Martem incertum uocat. Tacit. lib. 20.
Fatale prælium. Cic. Cæsio, lib. 15. 15. 5.
Feruida prælia. Claud. in Gigantomachia, 3.
Impia prælia. Horat. 2. Carm, ode 1. 6.
Iustum prælium. Vide Iustus.
Maritimum prælium. Vide Mare.
Modicum prælium. Vide Modus.
Naualia prælia. Quintil. lib. 2. cap. 17. 21.
Scelerata prælia. Lucan. lib. 2. 51.
Secundum prælium. Tacit. lib. 20.
Vlulata prælia. Stat. 9. Thebaid. 145.
Abstinere prælio, uel pugna. Vide Abstineo.
Audere prælium. Tacit. lib. 4.
Audere in prælia. Virgil. 2. Aeneid. 70.
Cessare à prælijs. Vide Cesso.
Ciere prælium. Vide Cieo.
Committere prælium. Vide Committo.
Concurrunt prælia uentorum. Virg. 1. Georg. 64.
Conserere prælia. Virg. 2. Aeneid. 80.
Decertare prælio. Vide Decreto.

Detre-

Detrectare prælia. Silius lib. 7. 130.
Differre prælia. Silius lib. 7. 67.
Dimicare prælio cum aliquo. Cic. 2. de Natur. deor. 8.
Dirimere prælia. Virg. 5. Aeneid. 94.
Dare prælia. Idem 3. Georg. 53.
Edere prælia & pugnas æterno certamine. Lucret. lib. 2. 24.
Manibus prælium facere. Vide Manus.
Præclara prælia facere. Cic. 2. de Orat. 151.
Facere secundum prælium. Tacit. lib. 20. Liu. lib. 8. Decad. 4.
In agro eorum pluribus prælijs secundis factis.
Frangere prælijs aliquos. Cic. de Prouinc. Consul. 26.
Incessitq; itineri & prælio. Tacitus libro 1. Hoc est, Ad iter, & prælium.
Inducere in prælium cohortes. Vide Induco.
Inire prælium. Quintil. lib. 3. cap. 8. 14.
Inire & finire prælium. Vide Ineo.
Hispida prælia ineunt ursi. Stat. 6. Thebaid. 174.
Inferre prælium in castra. Vide Infero.
Instaurare prælia. Lucan. lib. 3. 122.
Instaurata prælia. Virg. 2. Aeneid. 134.
Intermittere prælium. Vide Intermitto.
Inuadere prælium. Vide Inuado.
Ludere prælia. Stat. 9. Thebaid. 158.
Horrida miscere prælia. Virg. 2. Georg. 57.
Miscere prælia multa ui. Virg. 3. Georg. 44.
Moliri prælia. Silius lib. 13 40.
Obire prælia. Lucret. lib 4. 196.
Dura prælia pati. Virg. 7. Aeneid. 162.
Profligare prælia. Tacit. lib. 14.
Mutuis prælijs inter se pugnare. Vide Mutuum.
Scrutari prælia Silius lib. 7. 55.
Serere prælia. Tacit. lib. 2 1, Et sequentibus diebus crebra pedestris prælia serebant.
Severe prælia cum aliquo. Silius lib. 8. 8.
Sumere prælium. Tacit. lib. 20.
Sustinere alicuius causa prælia. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 11. 4.
Tentare prælia. Virg. 2. Aeneid. 67.
Texunt fugas & prælia ludo. Virg. 5. Aeneid. 119.
Caput altum in prælia tollit. Idem 5. Aeneid. 75.
Tractare prælia. Silius lib. 15. 92.
Ventum est ad prælia. Virg. 3. Georg. 20.
Secundis prælijs uti. Cic. pro lege Manlia, 16.
Prælium à prelo quidem deducunt: quia sicut in prelo humor uuarum, ita in prælio sanguis hominis fluit.
¶Prælior, præliaris, præliari (μάχομαι, ἀγωνίζομαι, ἀντιμαχέω) Dimicare. Cæsar lib. 2. bell. Gall. 312, Ex loco superiore in ipsis fluminis ripis præliabantur.
Præliari cum equitibus. Cæsar 1. bell. Ciuil. 288.
Præliari, per translationem, pro Dimicare, & contendere uerbis. Cic. ad Att. lib. 1. 11. 1, Ego enim, quandiu Senatus authoritas mihi defendenda fuit, sic acriter & uehementer præliatus sum, &c.
¶Prælians, Participium (μαχόμενος) ut, Eudemus prælians ad Syracusas occidit. Cic. 1. de Diuinat. 95.
¶Præliatus, pen. prod. Participium. Plin. lib. 7. cap. 28.
¶Præliaris, & hoc præliare, pen. prod. (μαχίζω) Ad prælium pertinens: ut, Præliares pugnæ, apud Plaut. in Curc. 12. 17.
Præliares dies appellantur, quibus fas est hostem bello lacessere. Erant enim quædam feriæ publicæ, quibus nefas fuit id facere. Paulus.
Prælongus] Adiect. (σύμμετρος) Valde longum significat. Liu. 2. bel. Pun. 192, Dissares ac dissimiles gladij: Gallis prælongi, ac sine mucronibus.
Cornua prælonga. Lucret. lib. 3. 126.
Homo prælongus. Quintil. lib. 6. cap. 4.
¶Prælongo, prælongas (παρεμπαιόω) prælongare, Longum facere. nam Longo non dicitur. Plin. lib. 11. cap. 2. 1,
Qua subtilitate pedum crura prælonguit?
Præloquor] penult. corr. præloqueris, præloquutus sum, (προφθέγγομαι) præloqui, Præfari. Plin. epist. 17 4. a, Fortè accidit, ut eo die manè in aduocationem subitam rogaret: quod mihi causam præloquendi dedit. Cælius Ciceroni, lib. 8. 12. 7, Vix hoc erat præloquutus, quum ego Appium Cẽsorem eadem lege postulaui.
Præluceo] præluces, pen. prod. præluxi (περιφωτίζω) prælucere, Valde lucere. Martial. lib. 12. 38,
Præluxere faces, uelarunt flammea uultus.
Alicui prælucere, Præferre faciem. Sueton. in Octauio Augusto, cap. 29. Plin. de Viris illustr. 38, Duillio concessum est, ut prælucente funali, & præcinente tibicine, à cœna publicè rediret.
Maioribus suis prælucere uirtute sua. Cic. in Sallustium, 3.
Bona spe prælucere in posterum. Cic. de Amic. 22.
Pectora præluxent filo Sidonio. Lucan. lib. 10, 28. Vbi rectius legendum est, perluxent.
Nullus in orbe locus Baijs prælucet amœnis. Horat. 1. epist. 1. 17. Hoc est, præpollet, siue amœnior est.
¶Præludus, pen. cor. Adiectiuum (πολύφωνος) Plin. lib. 37. cap. 6. 8, Arabicæ excellunt candore circuli præludo atq; non gracili.
Præludo] præludis, penul. prod. prælusi, prælusum, penult. prod. (προπαίζω, ὑποβολίζω) præludere, Antè ludere. Virgil. lib. 3. Georg. 47,
— & sparsa ad pugnam præludit arena. Legitur & proludit.
Præludere, cum dativo. Seneca epist. 103, Illi meliori uitæ longioriq; præluditur.
¶Præludium, præludij (προοίμιον) dicitur illa modulatio uocum, quæ ante initium cantus fieri solet: quæ & præcentio dicitur.
Præludium & portentum, metaphoricè & in malam partem. Cic. 14. Philipp. 390, Quæq; esset facturus in hac urbe, nisi eum hunc ipse Iupiter ab his mœnibus repulisset, declarauit in Parmensiũ calamitate: quos optimos uiros, honestissimosq; homines, maximè cum authoritate huius ordinis, populiq; Rom. dignitate coniunctos, crudelissimè interfecit, præludium illud & portentum L. Antonius, insigne odium omnium hominum, uel si etiã dij oderint quos oportet, omnium deorum.
¶Prælusio, prælusionis, Verbale, Idem (ἀπροβουλισμός) Plinius epist. 99. lib. 6, Tu tamen existima quantum nos in ipsa pugna prælij & certaminis maneat, cuius quasi prælusio atq; præcursio has contentiones excitauit.
Prælum] præli (πιεστήρ) Sunt proprie præla, trabes in torculari, quibus uua calcata premitur. Vide Catonem & Varronem de Re rust. Sunt qui absq; diphthongo scribant, & à premendo deducant. Vide Prelum.
Falerna præla. Stat. 2. Sylu. 2. 1.
Prælumbo] prælumbas, prælumbare, Lumbos præfringere. Næuius,
Cœpit unumquemq; prælumbare fustibus. Nonius.
Prælustris] Adiect. (πολύλαμπρος) Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 2,
Viue tibi: quantumq; potes, prælustria uita:
Sæuum prælustri fulmen ab arce uenit.
Præmacero] præmaceras, pen. corr. præmacerare. Scribon. Largus, Præmacerantur autem mala cydonia.
Præmando] præmandas (προπαραγγέλλω) præmandare, Antè, siue prius mandare, & mittere. Vatinius ad Ciceronẽ

lib. 5.

lib. 5.9.6, Dicitur mihi tuus seruus anagnostes fugitiuus Vardæis esse, de quo tu mihi nihil mandasti: ego tamen terra mariq; ut conquireretur, præmandaui. Plaut. Trucul. 8. 36, Præmandare & quærere puerum.

Præmaturus] *pen. prod. Adiectiuum (πρόωρος) Nondum maturus. ut, Segetes præmaturæ, Frumenta præmatura. Valla lib. 4.*

Præmaturus fructus, Ante alios maturus. Colum. libro 11. capite 3.42.

Præmaturus, per translationẽ, dicitur pro immaturo, & quod ante tempus uenit, aut accidit: ut, Præmatura mors. Plin. libro 7. cap. 51.2.

Hyemis præmatura. Tacit. lib. 1.

¶ Præmaturè, *pen. prod. Aduerbium (πρόωρως) Immaturè. Plaut. Mostel. 7.68,*

Quia præmaturè uita careo. hoc est, Quia mortuus sum ante tempus. Gellius lib. 10. cap. 11.

Præmaturum & Serum, contraria. Plin. lib. 8. cap. 45. 5, Dolo mitura boum in trimatu, postea fera, antè præmatura.

Præmatura denunciatio. Plancus ad Senatum, lib. 10. 8. 10.

Labor præmaturus. Silius lib. 15. 70.

Præmedicatus] *pen. prod. Particip. (προφαρμακευθείς) siue nomen ex participio. Ouid. epist. 12. 3,*

Isset anhelatos non præmedicatus in ignes
Immemor Aesonides, oraq; adunca boum. Id est, non isset Iason ad domandos tauros qui naribus ignem efflabãt, antè à me, Medea scilicet, instructus medicamentis quibus hi possent uinci.

Præmeditor] *pen. corr. præmeditaris, præmeditatus sum (προμελετάω) præmeditari, Antè meditari, præcogitare. Cicer. ad Att. lib. 6. 1. 4. 6, Ex qua me fingere posse, & præmeditari quo animo accedam ad urbem.*

Quid sibi usu uenturum sit, præmeditari. Author ad Herennium, lib. 2. 40.

¶ Præmeditatio, *Verbale (προμελέτημα) Cicer. 3. Tusc. 50, Hæc igitur præmeditatio futurorum malorum, lenit eorum aduentum, quæ uentientia longè antè uideris.*

Præmensus] *Vide* Præmetior.

Præmercor] *Præmercaris (πρόωμαι, πρόωμος σύνομαι) præmercari, Priùs mercari, siue, ut ait Budæus, In emptione præuenire, & licitaturo præripere. Plaut. Epid. 9. 27,*

Aedepol næ istam tempore suo gnato tuo
Sumus præmercati. Plin. libro 32. cap. 2. 9, Ni qui ad pollu&um emerent, precio minus parcerent, eáq; præmercarentur.

Præmessum] *præmeßi (προθέρισμος) Sacrificij genus, quod de spicis quas primùm messuissent, sacrificabãt Cereri. Hæc Festus. Quidam legunt, Præmeßium.*

Præmetior] *præmetiris (προμετρέω) præmetiri, pen. prod. Antè metiri. Vnde participium Præmensus: ut,*

Lucis præmensæ tempora. Tibul. lib. 3. eleg. 3. 2.

Portionem uitæ appellat Iuuenalis Satyr. 9. 13,

—miseréq; breuißima uitæ Portio.

Præmetuo] *præmetuis (προφοβέομαι) præmetuere, Antè metuere. Lucret. lib. 3. 207,*

—at mens sibi conscia facti,
Præmetuens adhibet stimulos, torretq; flagellis.

Præmigro] *præmigras, pen. cor. (προοικοδομέω) præmigrare, Antè migrare. Plin. lib. 8. cap. 28. 1, Ruinis imminentibus musculi præmigrant.*

Præminens] *pro Præeminens. Solent enim Latini non raro uocales coniungere & in unum confundere: ut Prærogare, pro Præerogare: & sic in cæteris. Prudentius,*

Insignis ipse & præminens. Turnebus.

Præmitto] *præmittis, præmisi, pen. prod. præmissum (προπέμπω) præmittere, Antè mittere. Cõstruitur ferè cum Ad uel In præpositionibus. Cic. 2. Offic. 34, Præmittebatq; de stipatoribus suis qui scrutarentur arculas muliebres.*

Literas odiosas præmittere. Cic. Att. lib. 10. 197. 15.

Cum equitatu in aliquem locum præmittere aliquem. Brutus Ciceroni, 15. 5.

Præmiserat in Hispaniam legiones. Cæsar 1. bel. Ciuil. 76.

Præmittitur in Siciliam cum imperio. Cic. ad Att. lib. 7. 134. 3.

Præmittere edictum. Cæsar 2. bel. Ciuil. 76.

¶ Præmissus, *Participium (προπεμφθείς) ut,*

Equites præmißi ibant. Virg. 9. Aeneid. 74.

¶ Præmissa, Præmissorum, *neut. gen. Substantiuum. Plinius lib. 12. cap. 1, Produnt Alpibus coercitas, & tum inexuperabili munimento Gallias, hanc primùm habuisse causam superfundendi, sese Italiæ, quòd Elico ex Heluetijs ciuis earum, fabrilem ob artem Romæ commoratus, sicum siccam & uuã, oleiq; ac uinum præmissa remeans secum tulisset. Quem locum emendans Hermolaus, promissa reponit, publica lectione expuncta. Cælius tamen lib. 6. cap. 6. Mauult præmissa, interpretaturq; primitias quasdam, sicuti præmissa sacrorũ dicuntur. Contendit etiam, Ciceronem hoc uocabulo fuisse usum lib. 10. epist. 12. ad Plancum, Et tuarum literarum ad me missarum præmissa meminissem. ubi uulgò legitur, promissa.*

Præmium] *præmij (χέρας, τίμιον, ἐντίμιον, ἄθλον, ἀγώνισμα, γεράσμιον) Quod in ludis proponitur ijs, qui se strenuè gesserint, & uictores euaserint. Terent. Eunuch. 5. 9. 27, Quod uis donum & præmium à me optato, id optatũ feres. Cic. 4. de Finib. 96.*

Pro euersæ Reipub. præmijs prouincias aliquas occuparunt. Cicero de Prouin. Consul. 2.

Ampla præmia. Stat. 6. Thebaid. 110.

Amplißimum præmium ex omnibus præmijs uirtutis, si esset habenda ratio præmiorum, gloria est. Cic. pro Milone, 47.

Exitialia præmia. Stat. 2. Achil. 69.

Frondentia præmia uatum, laurus uel hedera. Statius 5. Sylu. 3. 12.

Opimum præmium. Plin. lib. 14. cap. 1. 9.

Accipere præmia. Virg. 5. Aeneid. 62.

Affici præmio. Quint. lib. 3. cap. 6. 31. Vide Afficio.

Aufferre præmium. Vide Aufero.

Capere præmia. Virg. 5. Aeneid. 47.

Commoueri amplis præmijs ad perdiscendum. Cicero 1. de Orator. 17.

Periculorum præmia & laborum fructum contemnere. Cicer. in Pisonem, 50.

Præmio & pœna Rempublicam contineri Solon dixit. Cicero ad Brutum, 15. 5.

Decoratur honoribus, præmijs, atq; splendore uerus, iustus & honestus labor. Cic. 1. de Orat. 96.

Dignitatis præmium alicui deferre, alteri denegare. Cicero pro Flacco, 1.

Amplißima præmia alicui dare. Cic. 4. in Catil. 77.

Data sunt mihi pro hac industria præmia tanta, quanta antea nemini. Cic. pro Muræna. 7.

Donare aliquem præmijs. Cic. pro Archia, 3.

Donari præmio studij sui. Quintil. lib. 2. cap. 7. 4.

Elicere aliquem præmijs ad faciendum aliquid. Cic. pro Corn. Balbo, 29.

Euocari præmijs. Quintil. lib. 1. cap. 1. 15.

Expectare præmia meritæ palmæ. Virgil. 5. Aeneid. 14.

Extant rectè factis præmia, peccatis supplicia. Cicero 3. de Natura deor. 124.

Ferre

Ferre præmia multa laborum. Horat. 2. Serm. Sat. 1. 3.

Ferre grandia præmia meritorum. Horat. 2. epist. 2. 8.

Digna præmia ferre. Virg. 1. Aeneid. 122.

Improba præmia fert dira libido. Senec. Octau. 6. 6.

Peruersa præmia tulit tristis uirtus. Senec. Hippol. 9. 6.

Inuitare aliquem præmijs ad aliquid agendum. Cicero pro Ligario, 7.

Legis præmio licet: id est, beneficio legis. Cic. 4. Acad. 1.

Quæsita præmia linquere alicui. Lucret. lib. 5. 1.

Metus pœnarum maculat uitæ præmia. Lucret. lib. 5. 232.

Merere præmia. Vide Mereo.

Oppugnare aliquem suis præmijs. Cic. Anteq. iret in exil. 7.

Pensare præmia. Stat. 1. Achil. 14.

Persoluere præmium alicui. Cicero pro Cælio, 55. & pro Mil. 43.

Persoluit præmia morum. Stat. 1. Sylu. 4. 8.

Præmia magna quidẽ, sed nõ indebita posco. Ouid. epist. 15. 4.

Postulare præmium. Cic. pro Rab. perd. reo, 23.

Virtutis præmium, insigne honoris, monimentum laudis pro tantis rebus nullum postulo. Cic. 3. in Catil. 69.

Proposuit præmium Xerxes qui inuenisset nouam uoluptatẽ. Cic. 5. Tusc. 31.

Propositã uirtutibus sunt præmia, & supplicia uitijs. Cicero 1. de Orator. 128.

Reddere præmia. Catul. Argon. epigr. 59.

Referens præmia seruati ciuis. Lucan. lib. 1. 73.

Rependere digna præmia. Stat. 9. Thebaid. 10.

Præmium & fructum officij repetere. Cic. Anteq. iret in exil. 2.

Soluere præmia digna. Virg. 9. Aeneid. 51.

Inuidiosa trahunt, uictores præmia Graij. Ouid. 13. Met. 84.

Tribuere alicui præmium sub aliqua conditione. Cicero pro Archia, 19.

Vendere præmio prouinciæ totam Remp. Cic. in Pisonem, 10.

Venire frustra ad præmia. Virg. 5. Aeneid. 70.

Venire ad præmia legis. Cic. pro Cluent. 79.

Præmium, pro mercede ob uiæ laborem. Plin. epist. 17. lib. 3, Ego uiaticum, ego etiam præmium dabo. id est, mercedem præter uiaticum.

Præmium, pro Pecunia posuit Naeuius,

Sine præmio sum, marsupium reliqui domum. Nonius.

¶ Præmior, *præmiaris (χρεύω) præmiari. Suet. in Tit. Vesp. cap. 7, Suspecta & rapacitas, quòd constabat in concionibus patris nundinari, præmiariq; solitum. Præmiari, inquit Budæus, hoc loco Lucrari significat.*

¶ Præmiosus, *pen. prod. Adiectiuum (χρηματώδης) Pecuniosus interpretibus Nonio & Festo. Accius,*

Diuitem ac præmiosum auum.

¶ Præmiator, *penult. prod. (νέρατος) præmiatoris, Qui præmia soluit.*

Præmiatorem, pro prædone dixit Naeuius, authore Nonio,

Nam in scena uos nocturnos cœpit præmiatores tollere.

Præmoderor] *pen. cor. præmoderaris (προοδοιπορέω) præmoderari, Antè moderari. Gell. lib. 1. cap. 11, Cretenses quoque prælia ingredi solitos memori datum est præcinente ac præmoderante cithara greßibus.*

Præmodum] *pen. cor. Aduerbium (ὑπερμέτρως) Gell. lib. 7. cap. 7. Liuius in Odyssea, præmodum dicit, quasi admodum, Parcentes, inquit, præmodum. Quod significat supra modum: dictumq; est, quasi præter modum: in quo scilicet prima syllaba acui debet.*

Præmolestia] *præmolestiæ (προοδυσχέρειαι) Cic. 4. Tusc. 103, Alij metum præmolestiam appellabant, quod est quasi dux consequentis molestiæ.*

Præmolior] *præmoliris, pen. prod. præmolitus sum (προεπιχειρέω) præmoliri, Antè moliri, præparare, inquit Budæus. Liu. 8. bell. Pun. 89, Itaq; præmoliendas ibi ratus iam res, conciliandosq; regum, gentiumq; animos, Syphacen primũ regem statuit tentare.*

Præmollis] *& hoc præmolle (προλιμαλακὸς) Valde mollis. Plin. lib. 11. cap. 37. 52, Cor palpitat certè, & quasi alterum mouetur animal, intrà præmolli firmoq; opertum membranæ inuolucro. Idem lib. 9. cap. 51. 6, Intra se parit ouа præmollia.*

¶ Præmollio, *præmollis (προμαλάσσω) præmollire, Antè mollire. Vnde,*

¶ Præmollitus, *pen. prod. (προμαλαχθείς) Participium, siue Nomen ex participio. Quint. lib. 2. cap. 9. 2, Et frustra sparseris semina, nisi illa præmollitus fouerit fulcros.*

Mentes præmolliteæ. Quint. lib. 6. cap. 5. 7.

Præmoneo] *præmones, pen. cor. præmonui, præmonitum, pen. cor. (προπαραγγέλλω, προεπιπλήττω) præmonere, Antè monere: prius quàm aliquid fiat, & antè periculum monere. Cic. Ideo præmoneo, ne illicium ex eo genere seruorũ qui corpore placuerunt, instituamus.*

Animo sanè benuolo, ut magnopere cauerem, præmonebat. Cic. 2. Verr. 15.

Ab impendentibus periculis maximis uoce alicuius præmoneri. Cic. de Aruisp. resp. 8.

Nefas præmonere. Ouid. 15. Metam. 157.

Pericula præmonent. Plin. lib. 8. cap. 28. 1.

¶ Præmonitus, *penult. cor. Participium (προπαρῳγγελθείς) ut,*

Vrbs præmonita oraculo. Plin. lib. 16. cap. 39. 10.

¶ Præmonitus, *huius præmonitus, pen. cor. Verbale (προπαραίνεσις) pro Prædictione. Valer. lib. 1. cap. 6, Sic deorum spreti præmonitus excandescunt. Ouid. 15. Metam. 160.*

Præmonstro] *præmonstras (ὑποδεικνύω) præmonstrare, Antè monstrare, docere, ostendere. Plaut. Persa, 4. 67,*

Præmonstra docte: præcipe aßu filiæ
Quid fabuletur, ubi se natam prædicet. Et Epid. 6. 12,
Ea conducetur, atq; ei præmonstrabitur
Quo pacto fiat subdola aduersus senem. Cic. 1. de Diu. 21,
Atq; etiam uentos præmonstrat sæpe futuros
Inflatum mare. Ex poeta.

¶ Præmonstrans, *Participium (ὑποδεικνύων) Stat. 1. Theb. 14,*

—si Sphyngos iniquæ
Callidus ambages te præmonstrante resolui.

¶ Præmonstrator, *pen. prod. præmonstratoris, Verbale (ὑποδεικτὴς) Qui præmonstrat, & docet quid faciendum sit ante periculum. Terent. Heaut. 5. 1. 2,*

Sed hic aditor meus, & monitor, & præmonstrator Chremes, Hoc mihi præstat.

Præmordeo] *præmordes, præmordi, præmorsum (προδάκνω) præmordere. Gellius, Plautus in Trinummo neq; præmordisset, dixit: sed, præmorsisset:*

Ni fugissem, inquit, medium credo præmorsisset.

Præmorior] *præmoriris, pen. prod. uel præmoreris, penult. cor. (προτελευτάω) præmori, pen. cor. Quasi ante tempus mori. Ouid. epist. 8. 25,*

Aut ego præmoriar, primoq; extinguar in æuo,
Aut ego Tantalidæ Tantalis uxor ero. Plinius libro 29. capite 2. 9, Traduntq; quod extra nodum sit, è cauda præmori.

Membra præmortua. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 13.

Præmortuus pudor. Liu. 1. ab Vrbe. 3. ad finem, Scaptiũ ipsum id quidem, etsi præmortui iam sit pudoris, non facturum. Sic autem fortè uocat, ut notet in sene decrepito paulo ante uitam extinctum esse pudorem.

Præmunio] *præmunis, pen. prod. præmuniui uel præmiui,*

nij,præmunitum,pen.prod. (προοχυρόω,προοχυρόω)præmunire,Prius munire.Cæsar 3.bel.Ciuil.214, Isthmũ præmunire instituit.

Præmunire,per transl'ationem. Cic. pro Cælio, 13. Quamobrem illa quæ ex accusatorum oratione præmuniri iam & fingi intelligebam,fretus uestra prudentia iudices non pertimesco.

Antè præmunire.Cic.in Orat.76.

Præfulcire & præmunire.Cic. Att.lib.5.100.3.

¶ Præmunitio, Verbale (προοχύρωμα) Cic. 2. de Orat.167, Quid? si in homines charos, iudicibusq; iucundos, sine ulla præmunitione orationis acerbius & contumeliosius inuehare,nónne abs te iudices abalienes? Ibidem, libro 3. 113, Præmunitio est etiam ad id quod aggrediare, & reiectio in alium.

Prænarro]prænarras (προδιηγέομαι) prænarrare,Antè narrare.Terent.Eunuch,5.6.12,

——rectè sanè interrogasti,oportuit
Rem prænarrasse me.

Prænato]prænatas,pen.cor. (προνήχομαι)prænatare,Antè natare. Plin.lib.9.cap.45.1, Prænatante pisciculo frondem suam spargit.

Prænatat amnis domos.Virgil.6.Aeneid.141. Seruius,Prænatat, præterfluit. Et contrariè dictum est. nam non natant aquæ,sed nos in ipsis natamus. Ennium igitur sequutus est, qui ait,

——fluctuq; natantes.

Prænauigo]prænauigas,pen.cor.(προπλέω)prænauigare, Præter nauigare,uel ultrà nauigare. Plin. lib.6. cap.23.7, Deinde Ichthyophagi tam longo tractu,ut xx.dierum spatio prænauigauerint.

¶ Prænauigatio,Verbale,fg.Plin.lib.6.cap.31.4,Gorgonũ insulis prænauigatione Atlãtis dierũ quadraginta, &c.

Pręneste]gen.neu.& hæc Prænestis (προάστειον)nomen urbis in Latio, non longè ab Vrbe, quòd locus in quo sita est, montibus præstet.Et sic cum diphthongo scribitur. Seruius ἀπὸ τοῦ πρίνου,hoc est ab ilice,quæ ibi abundat,deducit. Solinus,à Præneste Vlyssis nepote, & Latini regis filio. Olim Polystephanos dicta:id est,multarum coronarum.Lege Plutarchum. Quidam à Cæculo Vulcani filio conditam ferunt super Aretime monte:quod sequitur Virgilius.Vide Cæcilius. In hâc fuit fortunæ templum illustre: unde certa edebãtur oracula.Silius,

——sacrisq; dicatum Fortunæ Prænestе iugis.

Huius meminit.Cic.2.de Diuin.131.

Altum Prænestе.Virg.7.Aeneid.137.

Frigidum Prænestе.Horat.3 Carm.ode 4.5.

Sacrum Prænestе.Stat.4.Sylu.4.3.

¶ Prænestini,pen.prod.Prænestinorum (προαστιανοί) Habitatores Prænestе. Cic. 2. de Diuin. 128, Numerium Suffustium Prænestinorum monumenta declarant,bonestum hominem & nobilem somnijs crebris,&c.

¶ Prænestinus,pen.prod.(προαστιανός)Possessiuum:ut, Prænestinæ bractææ.Plin.lib.33.cap.3.20.

Dea Prænestina.Ouid.6.Fast.6.

Fortuna Prænestina.Lucan.lib.2.39.

Montes Prænestini.Liu.3.ab Vrbe,33.

Nucum Prænestinarum meminit Cato sæpius, 34. 143. 2. & capite 8.

Sorores Prænestinæ.Stat.1.Sylu.3.16.

Sortes Prænestinæ.Cic.2.de Diuin.130.

Vrbs Prænestina.Virg.7.Aeneid.136.

Prænimis] pen.cor. (μέγα λίαν) quasi dicas, Valde nimis. Gel.lib.19.cap.10,Hoc prænimis plebeium est.

Pręniteo] Prænites,pen.cor.prænitui(προστιλβόω) prænitere,Valde nitere & resplendere: ut, Prænitens luna. Plin. lib.2.cap.9.1.

Prænomen] pen.prod.prænominis,pen.cor. (πρῶτον ὄνομα)Quod honoris causa præponitur nomini: ut, Marcus Publius,Titus,Quintius.Et tractè plenè scribitur.sed aut una litera,ut A,id est Aulus: C, id est Caius: ubi scribitur C. & pronunciatur G ut in Cn,duabus literis,id est Cneus.Sic Sex.id est Sextus.Cic.ad Volumnium, lib.7.33.1,Quod sine prænomine familiariter,ut debebas, epistolam misisti ad me,primùm addubitaui,num à, &c.

In prænominibus non seruari analogiam ut in nominibus,scribit Varro,quòd sint instituta ad usum singularis, quibus discerneretur nomina gentilitia:ut à numero in fœminis,Prima, Secunda,tertia:in uiris,Quintus,Sextius, Decimus. Sic ab aliis rebus,quum essent duo Terentij, aut plures, discernendi causa,ut aliquid singulare haberent, notabant,forsitan ab eo,qui mane natus diceretur,ut is Manius esset:qui lucri,Lucius,&c.Vide lib.de Ling.Lat.8.

¶ Prænomina Romana ad triginta fuisse,ex Varronis sententia tradit Valerius,hæc aũt fuisse uidẽtur. Agrippa,Appius, Aulus,Cæso,Caius,Cneus,Decimus, Hostus, Lucius,Mamercus,Manius,Marcus,Numerius,Opiter,Posthumus,Proculus,Publius, Quinctius, Seruius, Sextus,Spurius,Tiberius, Titus,Tullus,Vibus,Volero,Vopiscus. Peregrina uerò nomina fuere. Ancus,Aruns, Lar,Lucumo,Metius,Numa,Petro,Põpo,Sertor,Tullus, Turnus,Volusius. de quorũ prænominum origine ac significatione, quoniam qui de nominib. modò scripsere,nihil dixerunt,nos ea scribemus,quæ à ueteribus tradita,à nobis quanta maxima fieri potuit diligentia, sunt collecta. Agrippa,Festo authore,uocatus,qui cum labore matris sit natus:exempli causa, in pedes contra naturam, & non in caput: id est, ab ægro partu. item Nonius Marcellus,& Quintilianus lib.9. Appius ex Sabinorum prænomine actio uenit, ut ait Valerius:idq; Romæ Claudiorum fuit:quorũ princeps Appius Clausus dictus est. de quo Liuius lib.2. Auli dicti, qui dijs alentibus nascerentur, ut ait Valerius. Cæso,qui ex utero matris exectus est: quod tradunt Festus, Valerius,Plinius lib.7.cap.9. Caius à gaudio patrum appellatus, ut ait Valerius. Cneos uel ab insigni aliqua re,quasi γνωσός, uel à γίγνεσθαι,id est, generatione futura dictos tradit Valerius & Festus. Quinctus, Sextus,Decimus,à numero dicti sunt, teste Varrone: ut qui quinto,sexto,& decimo quoq; loco esset natus,is demũ primis temporibus Quinctus, Sextius & Decimus diceretur. Hostus,inquit Valerius, fuit prænomen in eo, qui peregrè apud hospitem natus est: fuitq; prænomen Lucretij Tricipitini,collegæ L.Sergij consulis. Macrob. lib.1. Satur. qui in hostico procreatus esset, eum hostum fuisse uocatum scribit.est autem mendum apud Valerium: Hospes enim legitur,non Hostus.quòd autem legendum sit Hostus,ex eo intelligi potest, quòd Liuius Lucretium Tricipitinum, cuius meminit Valerius, Hostum uocat: & in consulibus capitolinis scriptum est, P. Lucretius Hosti F. Macrobius etiã lib.1,Hosti Hostilij mentionem facit. Lucij duplex origo traditur à Valerio. aut enim à Lucumonibus Etruscis dictus est,ut Lucumo Tarquiniensis,qui se L.Tarquinium appellauit: aut is demum Lucius appellatus est, qui lucis initio natus est. quod scribit etiam Festus,& Varro. Mamercus prænomen gentis Aemiliæ fuit de quo Plutarchus in Numa & Aemilio sic,Mamercus fuit Pythagoræ filius, à quo Numa Pompilius rex filium Mamercum nominauit, qui author & princeps gentis Aemiliæ fuit. Festus autem prænomen Oscum esse putat, quòd Osci Martem Mamercum appellauerint. Manius dictus est,qui mane est ortus:aut omnis causa, quasi bonus: Manum enim antiqui Bonum dicebant.quæ tradit Varro lib.2. de analogia, Valerius, Festus,Macrob.lib.1.Sat.Zosimus autem,Græcus historiarum author,lib.1.tradit,Manium in gentem Valeriam profectum esse à quodam Valerio,qui primus sacra dijs Manibus fecit. Marcus dictus est,qui mense Martio natus est,ut ait Valerius.De Numerio sic Festus:Numerius prænomen nunquã antè fuisse in patricia familia dicitur,quàm Q.Fabius,qui unus post sex & trecentos ab Etruscis interfectos superfuit,inductus magnitudine diuitiarum uxorem duxit Oracilij Maleuentani,ut tum dicebantur,filiam,ea conditione,ut qui primus natus esset,prænomine aui materni Numerius appellaretur,& Valerius ita.Numerio sola patricia familia usa est Fabia:eiccirco quòd CCCVI.apud Cremeram flumẽ cæsis, qui unus ex ea stirpe extiterat,ducta in matrimonium uxore filia Numerij Oracilij Maleuentani sub eo pacto,ut quem primum filium fustulisset,ei Numerij prænomen imponeret, obtemperarit.Hinc mendosè apud Cicer. lib.1. de Diuinatione legitur ita: His adiungatur etiam somnium Aeneæ, quod innumerum Fabij Pictoris Græcis annalibus scriptum est.quum sit legendum,Quod in Numerij Fabij Pictoris.fuit enim alter Fabius Pictor,prænomine Quinctus,qui de rebus Romanis Latinè scripsit,Gellio & Nonio testibus, qui eius sepe uerba Latina proferunt,itemq; Cicerone de Legibus lib.1.qui eum inter historicos Latinos numerat. at qui Græcè ijsdem de rebus scripsit, is uidetur fuisse Numerius nominatus,quem tamen lib.1.Dionysius Quintum nominat. Hac ratione in oratione pro Cluentio Numerios Aurios legimus,& lib.3.de Oratore,Numerium Furium,& libro.2. de Diuin.Numerium Suffucium,& apud Pedianum Numerium Quintium. Opiter dictus,cuius pater,auo uiuo, mortuus est:quasi qui post obitum patris genitus sit, aut qui ob patrem auum habeat, quod prænomen Virginio Tricosto consuli fuit.Valerius & Festus. Posthumus,qui post humatum patrem est natus.Varro lib.2.de analogia, & Plutarchus in Coriolano:ut Posthumus Cominius, & Posthumus Ebutius:de quibus Valerius. Proculus, qui natus sit patre peregrinante patria procul,ut ait Plutarchus in Coriolano. Valerius autem,qui patre sene natus sit, quasi procul ætate progresso,eum Proculum esse uocatum dicit. Publij,ait Valerius,qui prius pupilli facti erant, quàm prænomina haberent:alij,ominis causa à pube. Seruius is primùm dictus est quem seruiens mulier peperisset,ut de Ser.Tullio rege scribit Dionysius,at Valerius,qui mortua matre,in utero seruatus est. Spurius dictus,qui sine patre esset.antiqui enim ipsidem literis S.P.Spurium,& sine patre, scripserunt. quod à Plutarcho in quæstionibus,& Valerio traditum est. Tiberij,ait Valerius,dicti qui ad Tiberim nascerentur. De Tito controuersia est.Valerius à Sabino quodam, nomine Tito, manasse ait:Festus,à titulo:titulos autem milites fuisse, quòd patriam tuerentur,quasi titulos. Tullus ominis causa dictus est,quasi tollẽdus,oliuera in u uersa: quod à Valerio traditum. Volero,inquit Valerius, in prænomen abijt, quia uolentibus nasci liberis parentibus uidebatur. quo usus est Publius Philo,qui nominatur in anno CCCLIII. Capitolino. Vibum prænomen esse,indicat annus CCC.Capitolinus,ubi est ita:P. SESTIVS Q.F. VIBI N. CAPITOLINVS.Itemq; Liu.lib.26. Vopiscus dictus, qui ex duobus conceptis uno abortu excluso ad partum legitimum deduceretur: quo prænomine præcipuè Iulia gens usa est. Valerius,Festus,Plutarchus in Coriolano,Plin.lib.6.cap.9. Hactenus de Romanorum prænominum ui,ac significatione: nunc de peregrinis, quorum est ratio & significatio.

Ancum scribit,Varro à Sabinis ortum: Valerius autem tradidit eum Ancum esse appellatum,qui uitiosum habuit cubitũ, qui ἄγκων Græcè dicitur:cui etiam Festus assentitur. Ancus enim,inquit,ille uocatur,qui aduncum habet brachium, ita ut regi non posit.hinc Ancus Martius rex,& Ancus Publicius imperator Lanuuinus contra Hostilium regem Dionysio authore. Acuntem,& Incumonem Etrusca prænomina fuisse,scribit Dionysius.Itaq; Aruntem Tarquinium,Superbi regis filium,& Aruntem Tolumnium,Porsenæ filium,legimus. Volusus Sabinum fuit:eo q; usus est pater P. Valerij Poblicolæ,Liuio & Capitolinis lapidibus auctoribus.quanquam Græci ἐλάττονα uocant. Lartis prænomen, ut tradit Valerius,à laribus sumptum est.Tuscum autem antè creditũ est esse,fuitq; consulis Herminij.idem ferè Carisius, & Priscianus lib. 5, Lar, si familiaris est, facit Laris:si Tolumnij Porsenæ,Lartis & Seruius in 6.Aeneidos,Lar Tolumnius, à Cosso occisus,à loco dictus est:flectitur autem, Lar Lartis. & Liuius lib.4,Daturos,quod Lar Tolumnius dedisset,& Cicero Philippica 9, Lar Tolumnius, Veientium Rex.de Larte Porsena ita Dionysius lib.5, Βασιλεὺς δὲ πλασιαστῶν λαὲ & ὄνομα, παρόνυχα ἐπίκλησιν. Quòd autem hoc prænomen Herminij consulis fuerit,ut ait Valerius,id etiam ex Dionysij lib.9.cognoscitur:à quo ita anno CCCIIII consul scribitur,λαέ & ἑρμίνιος & Diodoro,λαρίνος & ἑρμίνιος. Ex his autem intelligi potest,quàm uerè scripserint quidam in libro de nominibus,ita:Postea quàm in urbem migrarunt Sabini duplicari nomina cœperunt, ut Numa Pompilius, Ser.Tullius,Lartes Porsena:quamuis hoc nomen Etruscum fuerit in quo prænomine Lartes,sciendum,eo ueluti prænomine usos ueteres.Seruius interpres Virgilianus ab oppido dictum putat.itidem Plutarchus in Publicola existimat: qui tamen λαέρτης scribit,sed malè.Hæc illi.quàm autem uerè, ipsi uiderint.neq; enim Lartes Porsena duobus tantùm nominibus usus est, quum ex Tolumnia gente fuerit,Seruio, quem antè nominaui,authore:nec Lartes in recto casu dicitur,sed Lar:quod superioribus testimonijs comprobatum est:nec Seruius Lartem ab oppido dictum ait,sed à loco:nec item Plutarchus ullo in libro,ne dum in Publicola,ab oppido dictum scripsit:neq; item est apud Plutarchum λαέρτης, sed λαέρ, quanquam mendosè:inquit enim, ὑπέλυσαν λαέρεω πορσίνην:quum sit legendum ex Dionysio, τὴν λαέρτος πορσίνην.Cur igitur hoc illi dixerunt? quia interpretem legerunt,qui ita uertit:Supplex ad Laertem Porsenam confugit illi uerò in Græcis libris uersati, quid in Græco codice esse deberet,intelligentes,illud quod non erat, esse affirmarunt. Metius Albanorum prænomen fuit,ut in Metio Fufetio:& Sabinorum,ut in Metio Curtio:& Latinorum, ut in Metio Geminio,& Metio Octauio,de quibus Liuius. Numa Sabinorum fuit,ut in Numa Pompilio rege, & in Numa Marcio pontifice maximo. Pomponis prænomine usus est Pompo Pompilius,Numæ regis pater:quod scripsit Dionysius in Numa,& Liuius lib.41.itaq; Numa filium etiam habuit nomine Pomponem, qui ex se gentem Pomponiam propagauit,authore Plutarcho quanquam quidam imperitè Pompilij filium Numam esse scripserunt. Tullus Sabinorum prænomen fuit:de quo Festus.Dionysius etiam cum Tatio rege Sabinorum Romam commigrasse ait Tullum cognomine Tyrannum. Turnus Latinorum nomen fuit,ut in Turno Herdonio Aricino. Sertor,authore Valerio,dictus est,qui per fationem natus esset:eoq; prænomine Sertor Resius usus est is,qui primus ius fœciale instituit.Festus autem, Sertorem à prædendo dictum à quibusdam ait: quia quum cuipiam afferat matum educendi eius gratia ex seruitute, in libertatem,uocetur adsertor:quum uerisimilius sit,dictũ,

quòd fereret quid: ac potius adfertorem à ferendo accepisse nomen, cum aliquem ferat, petendo in libertatem eandem, quia ipse sit, id est iungat, quia fruges, quum seruntur, terræ iungit. Statium prænomen à stabilitate dictũ, tradit Festus: seruile autem nomen fuisse, Gellius. Nunc ostendamus qua ratione hæc ipsa prænomina scriberẽtur. Romanorũ prænominum alia singulis, alia binis, alia ternis literis scribi solita cùm à ueteribus traditum, tum ab antiquissimo quoq; lapide, numoq; ita retentum est, ut nihil ea re posśit esse illustrius. authores sunt Plutarchus in quæstionibus, Sositpater, Donatus, & Priscianus. Singulis literis scribebãtur, Aulus, Cæso, Caius Quinctus, Decimus, Lucius, Marcus, Manius, Numerius, Publius, Vitus: ut A. Posthumius, C. Iulius, K. Fabius, Q. Cæcilius, D. Iunius, L. Licinius, M. Valerius, M. Curius, N. Fabius, P. Cornelius, T. Manlius. binis literis: Appius, Cneus, Spurius, Tiberius, Opiter: ut Ap. Claudius, Cn. Pompeius, SP. Veturius, Ti. Aemilius, Op. Virginius. ternis, Mamercus, Sextus, Seruius, Tullus: ut, Mam. Aemilius, Sex. Iulius, Sex. Cornelius, Tul. Hostilius. Fuisse præterea aliquot prænomina, quæ longo pòst tempore pro cognominibus usurpari cœpta sint, ex uetustis non solùm grãmaticis, sed etiam annalibus intelligitur. quod ipsum in Agrippa, Volusõ, Mamerco, Proculo, & Tullo facilè perspici potest: quæ in L. Vipsanio Agrippa, L. Valerio Volusõ, M. Aemilio Mamerco, C. Plautio Proculo, L. Volcatio Tullo, uiris consularibus, cognomina esse, perspicuum est. quod etiã tradit Valerius his uerbis: Quæ olim prænomina fuerunt, nunc cognomina sunt: ut Posthumus, Agrippa, Proculus. itemq; Priscianus lib. 2. sic, Inueniũtur multa, quæ in alijs personis sunt prænomina: loco cognominum accipi. Mulieres quoq; prænominibus usæ sunt: de quo Valerius ita, Antiquarum mulierum frequenti in usu prænomina fuerũt, Ruilla, Cesella, Rodocilla, Mutrulla, Burra. ista prænomina à uiris tracta sunt, Caia, Lucia, Publia, Mania. Festus uerò sic: Prænominibus fœminas usas esse, testimonio sunt Cæcilia, & Terentia, quæ ambæ Catæ solitæ sint appellari: pari modo Lucia, & Tita. Varro autem lib. 2. de Analogia sic: In nostris nominibus, qui sumus in Latio, & liberi, Analogia necessaria. itaq; ibi apparet Analogia: ac uicitur, Terentius uir, Terentia fœmina, Terentium genus in prænominibus ideo non fit item, quòd hæc institutã ad usum, singularia, quibus discernerentur, nomina gentilitia, ut à numero. Secunda, Tertia, Quarta: in uiris, ut, Quinctus, Sextus, Decimus. sic ab alijs rebus, quum essent duo Terentij, aut plures, discernendi causa, ut aliquid singulare haberent, notabant fortasse ab eo, qui mane natus diceretur, ut is Manius esset: qui luci, Lucius: qui post patris mortem, Posthumus è quibus quædam item cecidisse in fœminis, declarant prænomina antiqua mulierum, Manta, Lucia, Posthuma, uidemus enim, Maniam matrẽ Larum dici, Luciam Volaminiam Saliorum carminibus appellari, Posthumam à multis post patris mortem etiã nunc appellari. Postremò Plutarchus in Mario Posidonium reprehendit, qui quum primum nomen proprium esse diceret, nulli, tamen mulieri primum nomen esse dicebat ex quo efficiebatur, mulieres proprio nomine caruisse. itaque idẽ in quæstionibus apertè scribit, mulieres duobus, uiros tribus nominibus esse usos. Sunt etiã lapides, in quibus hæc prænomina leguntur, Prima, Secunda, Tertia, Quarta, Quincta, & Quinctula, Lucia, Mania, Tita: quibus ipsis in lapidibus animaduertitur, prænomina quandoq; postponi cõsueuisse: nominatur enim Saluia Prima, Liuia Quarta, Nonia Quinctula. quod idẽ in uiris Liuius etiam fecit: qui, Accius Tullus, Accius Nauius, Marlius Cneus, Octauius Metius: & Cicer. Matiginensis M. Scipio: & Suetonius, Claudius Appius Regillanus, & alia eiusmodi dixerunt. Caiam præterea, quod comune omnibus mulieribus prænomen fuit, ꝺ inuersa notatam fuisse, contraq; Caiũ in uiris, satis est ex Probo, alijsq; ueteribus grammaticis, atq; lapidibus perspicuum. Ex libro Caroli Sigonij de nominibus Romanorum: in quo & alia leguntur, sanè præclara, admodumq; scitu digna.

Eximere prænomen alicuius è familia. Quint. lib. 3. cap. 7. 14.

Gaudere prænomine. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 7.

Mutare prænomen. Tacit. lib. 3.

Prænosco] prænoscis, prænoui, prænotum, pen. prod. (προγινώσκω) prænoscere, Antè noscere. Plin. lib. cap. 12. 6, Vera autem cuiusq; natura non nisi medico effectu prænosci potest. Idem lib. 18. capit. 24. 11, Quæ futuræ prænosci non possunt. Vetera exemplaria in his duobus Plinij exemplis, pernosci, habens.

Laborem uenturum prænosse. Stat. 3. Thebaid. 98.

Signum hoc ueniens poterũ prænoscere nautæ. Cic. in Arat. 8.

Omnia prænoscens mater. Silius lib. 16. 25.

¶ Prænotio, Verbale (προγνωσις) Cic. 1. de Nat. deor. 64, Fateamur constare illud etiam, hanc nos habere siue anticipationem, ut antè dixi: siue prænotionem deorum.

Prænubilus] penul. corr. Adiectiuum (συννεφὴς) significat idem quod Nubilus. Ouid. 3. Amor. eleg. 12. 2.

Stat uetus, & densa prænubilus arbore lucus,

Prænuncio] prænuncias (προαγγέλλω) prænunciare, Antè nunciare. Terent. Phorm. 5. 2. 12,

Geta, abi, prænunci hanc uenturam. Cic. 1. de Diuin. 19, Inflatuq; diuino futura prænunciat. Plinius lib. 16. cap. 42. 2, Frangiq; se prænunciat strepitu.

¶ Prænuncius, Adiectiuũ (προαγγελτικὸς) Cic. 2. de Nat. deo. 21, Quæ nuper bello Octauiano magnarum fuerunt calamitatum prænunciæ. De cometis. Plin. lib. 2. cap. 27. 2, Quippe ingentium mo'orum fuêre prænuncia.

Ales lucis prænuncius, gallus. Ouid. 2. Fast. 154.

Solis prænuncia Aurora. Cic. in Arato, 7.

Clamor prænuncius. Plin. in Paneg. 104.

Hirundo Veris prænuncia. Ouid. 2. Fast. 171.

Ortus prænuncius solis. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 11.

Verba prænuncia cladis futuræ. Ouid. 3. Metam. 39.

Prænunciatiuus, pen. prod. Adiectiuum: ut, Ignes prænunciatiui, Plinius lib. 2. cap. 71, de ignibus loquitur, qui accenduntur in turribus siue speculis, ad maris litus extructis.

Præoccido] præoccidis, penul. cor. præoccidi, præoccasum (προπτέω) præoccidere, Antè occidere. Plin. lib. 18. capit. 29. 5, Cui præoccidere Caniculam necesse sit.

Præoccupo] præoccupas, pen. corr. (προφθάνω, πρόληψιν λαμβάνω) præoccupare, Præuenire. Cæsar 2. bel. Ciu. 65, Præoccupatum sese legatione ab Cn. Pompeio teneri obstrictum fide. Est autem in hoc Cæsaris exemplo, Hominem beneficio irretire. Loquitur de Varrone, quem Pompeius sibi per eam legationem obligauerat, antequam bellum fòret. Liuius 4. ab Vrbe, 207, Vbi uideant Collegas principes agendæ rei gratiam omnem ad plebem præoccupauisse, nec locum in ea relictum sibi.

Præoccupauit animos timor. Cæsar 6. bell. Gall. 15.

Præoccupare partes alterius. Cic. 10. Philip. 269.

Præoccupauit ferre legem. Liu. 4. ab Vrbe, 128.

Præoccupari ulceribus. Colum. lib. 7. cap. 12.

¶ Præoccupatus, pen. prod. cum infinitiuo (προληπτέος) Seneca epist. 51, Omnes præoccupati sumus uirtutes discere, uitia dedisce re.

¶ Præoccupatio, præoccupationis (πρόληψις) Verbale, apud Rhetores schema quoddam, quum aliquid nos reticere dicimus, & tamẽ tacitum intelligitur. quod fit, uel quum rem notam

notãesse putamus auditoribus, uel quũ suspicionẽ excitare maiorẽ reticendo uolumus à Græcis dicitur Apostopesis.

Præopto] præoptas (μᾶλλον αἵρομαι) præoptare, Potius optare, uel ualde optare. Teren. Hecyr. 4. 1. 18,

Adeón' peruicaci esse animo, ut puerum præoptares perire? Liu. 3. bel. Pun. 202. Punicam Romanæ societatem atque amicitiam præoptandam esse.

Præoptare, quàm. Liuius 8. bell. Pun. Mortem in certamine, quàm ut alter alterius subigeretur imperio, præoptantes.

Præpando] præpandis, præpãdi, præpassum (προπετάζω) præpandere, Prætendere. Plin. lib. 11. cap. 24. 2, Maiores darani in terra cauernarum exigua uestibula præpandunt.

Præpandere, Præaperire, Lucret. lib. 1. 30, (Budæus.

——quo carmine demum

Clara tuæ posśim præpandere lumina menti, &c.

Præparcus] Adiect. (πάνυ φειδωλὸς) Valde parcus. Plin. lib. 11. cap. 19, Aliquando & ipsæ contrahunt mortis sibi causas, quũ sensere eximi mella, auidè uorãtes. Cæterò præparcè, & quæ alioquin prodigas atq; edaces, non secus ac pigras & ignauas proturbent.

Præparo] præparas, pen. cor. (παρασκευάζω, κατασκευάζω, παρασκευάζω, παρατίθω, προπαρασκευάζω, προετοιμάζω) præparare, Antè parare quæ nobis utilia credimus. Cicero lib. 1. Offic. 19. Facilè totius uitæ cursum uidet, ad eamq; degendam præpararet res necessarias.

Causa aliorum alia præparare. Cic. 1. de Legib. 42.

Amicitias præparare. Cic. de Amic. 54.

Animos præparare ad aliquid. Cic. 2. Tuscul. 20.

Arma præparare. Claud. 6. Paneg. 39.

Hyemi præparare cibos. Plin. lib. 8. cap. 37. 2.

Hortos certo loco diligenter præparare. Cic. pro Cælio, 28.

Puppes præparare. Lucret. lib. 3. 4.

Vlmos præparare. Horat. 1. epist. 7. 17.

Præparo te huic. Quintil. lib. 7. cap. 2.

Victu atq; cultu præparari. Cic. 2. de Diuinat. 179.

¶ Præparatus, pen. prod. Participium (προπαρασκευασθείς, προπαρεσκευασμένος) ut,

Pectus bene præparatum. Horat. 2. Carm. ode 10. 3.

Animo cum bonis cogitationibus, tum rebus ad tranquillitatẽ accommodatis præparato, qui se ita quieti tradet, certa & uera cernit in somnijs. Cic. 1. de Diuin. 198.

Auribus non præparatis qui inflammare rem cœpit, furere uidetur. Cic. in Orat. 53.

Otio nisi præparato institui historia nec potest, nec exiguo tempore absolui. Cic. 1. de Legib. 14.

Pœnæ apud inferos sunt impijs præparatæ. Cic. 1. de Inuent. 62.

Præparato, Ablatiuus: ut, Præparato facere. Quint. lib. 4. cap. 4. 2. 2. id est, ex præparatione.

¶ Præparatus, huius præparatus, pen. prod. Subst. (παρασκευή) Gel. lib. 10. cap. 11, Namq; in præparatu rei rusticæ, per tempestates pluuiasq;, quũ ocium est, maturari potest.

¶ Præparatorius, Adiectiuũ. Vlpianus in l. deinde. D. de liber. exhib. Itaq; prius interdictũ, quod est de liberis exhibendis, præparatorium est huius interdicti.

¶ Præparatio, Verbale (προπαρασκευὴ) Quintil. lib. 4. cap. 2, Narrabimus cum præparatione quadam.

Diligens præparatio in omnibus negocijs, priusquam aggrediare, adhibenda est. Cic. 1. Offic. 105.

Prouisto animi & præparatio multum potest ad minuendum dolorem. Cic. 3. Tuscu. 3.

Præpedio] præpedis, pen. cor. præpediui, præpeditum, pen. prod. (πεδήσω, ἐμποδίζω) præpedire, ex Præ & Pedio compositum, significat Prius pedib. deuincire. Per translationẽ uerò, quasi pedibus uehementer obligare, impedire. Terent. Heaut. 3. 1. 101,

——an eo fit, quia in re nostra aut gaudio

Sumus præpediti nimio, aut ægritudine?

Præpeditus latera forti ferro, apud Plautũ in Pœnulo. Liu. 8. ab Vrbe, 197, Sine modò, inquit, sese præda præpediant.

Crura præpediuntur uacillanti. Lucret. lib. 3. 97.

Tremor subitus præpedit ossa. Ouid. epist. 14. 4.

Morbo præpeditus. Cic. pro Rab. 15.

Mentes præpedire timore; apud Hirtium libro 6. bell. Hisp. 132.

¶ Præpedimentum, præpedimenti (ἐμπόδισμὸς) Impedimentum. Plautus,

Ne fallaciæ præpedimentum obijciatur.

Præpendeo] præpẽdes, præpendi, præpensum (προπρεμάζω) præpendere, Antè pendere. Martial. lib. 9. 50,

Præpendet mento nec tibi barba minor. Cæsar. 2. bel. Ciuil. 34, Circum turrem præpendentes.

Præpes] præpetis, pen. cor. om. g. (ὠκυπέτης) Velox. Cic. 1. de Diuinat. 173,

——præpetibus pennis, lapsúq; uolantem. Ex poeta.

Alæ præpetis plausus. Stat. 2. Thebaid. 8.

Aduncæ præpetis Iouis, Aquilæ. Ouid. 6. Fast. 40. Hìc pro aue.

Auis præpes. Cic. 1. de Diuin. 177.

Præpetes aues, inquit Festus, quidam dici aiunt, quia secundum auspicium faciũt. Alij, quòd antea quàm petamus, indicent, aut quòd præteruolent. Aut ex Græco tractum putãt, quòd ante conspectum uolent nostrum: ineptè scilicet, ex præpositione Latina componentes, & Græco uocabulo. Cæterùm poetæ promiscuè omnes aues ita appellant.

Cursus præpes. Claud. 1. in Rufinum, 53.

Subitæ præpetes. Ouid. 13. Metam. 125.

Pennæ præpetes. Virg. 6. Aeneid. 30,

Præpetibus pennis ausus se credere cælo.

Præpeto] præpetis, præpetiui, præpetiti, pen. prod. (προάγω) præpetere, Antè, uel prius petere, id est ire. Festus, Præpetere dicebant ueteres, pro antire.

Præpilatus] pen. prod. Adiect. Præpilatæ hastæ sunt, quæ ferreas habent cuspides, quasi præferratæ. Præpilatum etiã dicitur ubi non est ferrum, si modò in mucronem acutũ sit, ut cornua locustarũ quibus natant. Plin. lib. 8. cap. 6. 2, Ab operarijs hastas præpilatas habentibus per circum totum actos. Plin. lib. 9. cap. 30. 8, de locustis, Si nullus ingruat metus, recto meatu, cornibus, quæ sunt propria rotunditate præpilata, ad latera porrectis, &c.

Exerceri præpilatis. Quintil. lib. 5. cap. 12. 13.

Præpinguis] & hoc præpingue (προλιπαίνω) Valde pinguis. Colum. lib 3, Itaq; non est uineis aptatuix etiam arbusto, nisi præpingui & uiuida terra.

Solum præpingue. Vir. 3. Aeneid. 140.

Præpolleo] præpolles, præpollui (πλέον δύναμαι) præpolere, Ante alios uel plurimum pollere. Liu. 1. ab Vrbe, 249, Ardeam Rutuli habebant, gens ut in ea regione atque in ea ætate, diuitijs præpollẽs. Ibidem, lib. 5. 154, Virtute fortunaq; tum sua, tum publica præpollens.

Præpondero] præponderas, penul. cor. (προῤῥοπέω) præponderare, Prius ponderare, seu examinare. Statius 8. Thebaid. 123,

Quem uicisse uelint tacitè præponderat exul.

Præponderare, per translationem, Pluris esse, siue pluris æstimari debere. Gell. lib. 1. cap. 3, Nam quum in rebus aut paribus, aut nõ longè secus, utilitas amici, aut honestas nostra constitit, honestas procul dubio præponderat. Cic. 3. Offic. 22. Qui autem omnia metiuntur emolumentis & commodis, neq; ea uolunt præponderari honestate. Accipitur & pro Anteferre. Quintil. Declam. 8, Inter duos filios pari desperatione languentes da bonum patrem: nõ præponderabit

bit alterutrum,non eliget. Alia constructione apud Senec. 1.de Elementis,Quicquid plus æquo futurum est, in partem humaniorem præponderet.

Prępono] præponis,pen.prod.præposui,præpositum,pen. corr.(προτίθημι) præponere,Ponere antè.Saluſt.in Iugurt. Vbicunq; res postulabat,præsidium est præpositum.

Aditus ædibus præponere. Vide Aditus,in Adeo,adis.

Seruitium scenæ præpositum.Cic.de Aruſp.resp.22.

Vltima primis præponere.Hor.1.Serm.Satyr.4.12.

Via præpoſita.Ouid.1.Triſt.eleg.3.11.

Verbum præpositum,appellatum ex eo credo, quòd præponatur alijs.Cic.4.de Fin.118.

Præponere (προτίθεμαι, προτιμᾶν, προΐστασθαι) Anteponere. Terent.And.1.1, 38,

Nunquam præponens se alijs. Idem Eunuch.1.2.59.

Ait,si fidem habeat,se iri præpositum tibi Apud me.

Amicitiam patriæ præponere. Cicero pro Rabirio perduel.

Multos sibi præponere.Ouid.4. Triſt.eleg.9.26. (reo,17.

Hominem Ioui præponere.Ouid.2.Faſt.136.

Vis tu homines,urbemq; felis præponere syluis. Horatius 2. Serm.Satyr.6.19.

Salutem pop.Rom.uitæ suæ præpoſuit.Cic.9.Philip.267.

Præponere aliquem negocio:pro,Præficere. Cic.ad Catonem, lib.15.4.30.

Præpoſitus bello imperator.Cic.pro lege Manilia,31.

Imperatorem sapientem & calidum exercitui præponere. Cic.1.de Inuent.74.

Muneri alicui quendam præponere.Cic.2.de Orat.23.

Nauibus aliquem præponere.Cic.7.Verr.79.

Publico negocio præponi. Cælius Ciceroni,lib.8.5.4.

Oraculo præpoſita sacerdos.Cic.1.de Diuin.129.

Quæstioni præpoſitus qui hæc iustè sapienterq; disceptet. Cicero pro Milone,17.

¶ Præpoſti,per synæresim,pro Præpoſitæ, & ut uulgus loquitur,præmiſſa.Lucret.lib.6.

¶ Præpoſitio, Verbale (πρόθεσις) Actus ipse præponendi.

Præpoſitio,pars orationis apud Grammaticos:de qua abundè apud Priſcianum & alios.Cicero in Topic.24, Præpoſito enim in,priuat uerbum ea ui quam haberet, si in præpoſitum non fuiſſet.

Abs,præpoſitio una est,eaq; nunc tantùm in accepti tabulis manet,nec hìs quidem omnium: in reliquo sermone mutata est. Cic.in Orat.89.

Corrumpere præpoſitiones.Quint.lib.1.cap.5.43.

Præpotto] præportas (προφορέω) præportare, Antè se ferre uel portare.Cic.in Arato,47,

E' quibus ingenti exiſtit cum corpore præ se
Scorpios, infeſta præportans flebile acumen. Lucret. lib.2.126,

Telaq; præportant uiolenti signa furoris.Catul.Arg.59.39.

Præpoſſum] præpotes,pen.corr.præpotui(προΐσχω)præposse,Præpollere,præualere.Tacit.lib.21,Poſtquam Macedones præpotuêre,rex Antiochus demere superstitionem & mores Græcorum dare adnixus.

¶ Præpotens,pen.corr.om.gen.(πολὺ δυνάμενος) Valde potens:ut,Præpotens Deus.Cic.2.de Nat.deor.6.

Præpotens & glorioſa philoſophia.Cic.1.de Orat.95.

Præpotens,Diues. Cicero 2.de Finib.93,Præpotentem ut M. Domus præpotens.Seneca Oct.au.2.1. (Craſſus fuit.

Opibus præpotens.Plin.lib.36.cap.5.29.

Terra præpotens,mariq; Carthago.Cic.pro Corn.Balbo, 27.

Præpoſterus] pen. correp. Adiectiuum (ὑστεροπρότερος) Quaſi peruersus & inuersus.Cic.ad Caſsium, libro 15.17. 2,Præpoſteros habes tabellarios,etsi me quidem non offendunt,ſed tamen quam à me diſcedunt, flagitant literas.

Præpoſterus,confuſus,perturbatus.Cic.3.de Orat.28.

Præpoſterus atq; peruersus.Cic.pro Cluentio,56.

Peruersum & præpoſterum.Cic.pro Rabir.Posthum.13,Quid tam insolens,tam peruersum præpoſterúmue dici,aut excogitari potest.

Omnia peruersa præpoſtera sunt ratione.Lucret.lib. 4.168.

Perturbatum ac discrepans, aut præpoſterum nequid sit, conseruemus.Cic.3.de Orat.23.De ordine orationis.

Ambitio præpoſtera.Tacit.lib.16.

Consilia præpoſtera,Quæ ad tẽpus nõ dantur.Cic.de Amic.71.

Gratulatio præpoſtera.Cic.pro Sylla,68.

Imperator Præpoſterus.Cic.in Pisonem,73.

Præpoſtero obsequio crimen meruit:id est, importuno & exitioſo.Budæus.Tacitus.

Ordo præpoſterus.Lucret.lib.3.125.

Verbis præpoſteris quædam pronunciare. Cicero pro Domo sua,108.

Præpoſterus,Contrarius,uel aduerſus. Ouid.1.Triſt.eleg. 7.1, Omnia naturæ præpoſtera legibus ibunt.

¶ Præpoſterè,penul.corr.Aduerb. (ὑστεροπροτερῶς) Ordine contrario Cicero 4.Academ.121, Quod quoniam à te probatur,ut præpoſterè tecũ agãtia enim referam me ad ordinẽ.

Præpoſterè et Ordine,cõtraria inter se.Cic.ad Att.lib.7.135.1.

Præpoſterè & monstrosè.Cic.2.de Diuin.216.

Præpoſterè inducere calcem.Plin.lib.2.cap.7.9.

Prępotens] Vide Præpoſſum.

Pręproperus] pen.corr.Adiect. (μᾶλλα ἐπειγόμενος) Valde celer.Cic.ad Trebatium,lib.7.8.2,Sed ex tuis literis cognoui præproperam quandam festinationem tuam.

Celeritas præpropera.Liu.1.bel.Maced.166.

Hastam præpropero nisu iacit. Silius lib.15.149.

Præproperum ingenium.Liu.2.bel.Pun.

præpropera ac feruida ingenia.Liu.7.bel.Pun.185.

¶ Præproperè,pen.cor.Aduerb.(λίαν ἐπειγομένως) Nimium celeriter.Liu.2.bel.Pun.14,Itaq; satis apparebat, nec deos nec homines consulentem, ferociter omnia ac præproperè acturum.

¶ Præproperanter,Aliud aduerbium, idem significans. Lucretius lib.3,

Innumero numero,certareq; præproperanter,&c.

Præputium] præputij (ἀκροβυστία,πόσθη) Pellis quæ glandem, hoc est, summam colis partem tegit. dictum, quòd membris pudentibus præemineat. Vel à præputando: nam illam Iudæi præputant:quam quia retinebãt Gentiles,præputium dicebantur,quaſi præputiati.Iuuen.Satyr.14.10,de Iudæis loquens,

——mox & præputia ponunt. Idem Satyr.6.24,

Impatiensq; moræ pauet,& præputia ducit.

Prequam] Vide Prę quàm,in Prę.

Prequeſtus] Participium,Antè queſtus. Ouidius libro 4. Metamorphoseos,

Multaq; præqueſtus, tanges tamen æthera dixit. Alij legunt,Multaq; conqueſtus.

Prędradio] præradias (προαπτολεῶ) præradiare. Ouid. epist.6.24,

Præradiãt ſtellis signa minora suis.id est,præluceẽt.Budæus.

Prędrado] præradis,penult.product.præraſi,præraſum,pen. prod.(ἀπαξόω)prærădere,Idẽ quod Radere significat:niſi quid addat præpoſtio.Cato cap.41.1, Si uitis uitem cõtingat,uitis utriuſq; latus alterũ præradito obliquè, & inter ſe medullam cum medulla libro colligato.

Prędrancidus]pen.corr.Adiect.(παλαιωθείς) Valde rancidum significat:ut,Prærancida caro.

Prærancidus,per translutionem,pro Exoleto & iam ingrato. Gell.lib.13.cap.19,Non finitiones illas prærancidas, neque secutinas grammaticas ſpectaueris. Budæus.

Prærapidus]pen. corr. Adiect. (παγὺν ἐρρωμένος) Valde celer: ut,Fuga prærapida.Silius lib.16.113.

Prędripio]præripis,pen.corr.præripui,prærepti(προαρπάζω,προλαμβάνω) præripere, Antè capere, Præoccupare. Plaut.Caſin. Huc uenisti sponsam prærẽptũ meam?

Præripere alicui ne sit primus.Valla, Qui aliquid alteri eripit, potest non in suos usus eripere:ut, Eripuit illi uitam. Qui uerò præripit, in suos proprios usus rapit:neq; præpoſitio illa anteceßionẽ tẽporis declarat.Cic.pro Gallo, Demoſthenes tibi præripuit ne esses primus orator:tu illi,ne solus. Nõ hoc intelligit Cicero, quòd Demoſthenes huic aut aliquid eripuerit (ut qui auferre nihil posset nodũ nato) aut priorẽ se fecerit.Nõ enim Demoſthenes primus oratorũ antiquitatẽ tẽporis dicitur,sed facultatem neq; hũc solus Demoſthenes ætate anteceßit,eo quidẽ magis,quòd hic ipse æqualis Ciceroni nõ potuiſſet inuicẽ antiquißimo illi aliquid auferre. Ergo ille præripuit tibi:id est,rapuit sibi iſtã dignitatẽ,ut summus orator esse uideatur: futurus etiã solus, nisi tu partẽ in te illius laudis transtuliſſes,esſeq; tu dignus nomine oratoris,quãuis nõ æquãdus Demoſtheni:quo nomine adhuc poſt illũ præter te dignũ uidimus neminẽ. Hactenus Valla,lib.5.

Coniugem præripere.Virg.9.Aeneid.28. (cap.83.

Consilia hostium præripere.Cic.1.Offic.152,Facilè celare,tacere,dißimulare,insidiari,præripere hostiũ consilia, id est, præoccupare,siue prænoscere,aut præuenire.

Alicui præripere populare gratiam.Cic.3.Offic.106.

Iter præripere, Præoccupare. Liuius 3. ab Vrbe, 192. Idem 1. bel. Maced.152. In his duobus Liuij locis ex uetuſto exemplari legendum,Præcipere,à Capio.

Laudem præripere alteri.Cic.de Aruſp.resp.4.

Oscula præripere.Lucret.lib.3.184.

Viaticum præripere alicui.Cic.Att.lib.4.74.4.

¶ Præreptus,Partic. (προαρπασθείς) ut,Præreptus immatura morte.Plin.de Viris illuſt.

Virtus prærepta.Silius lib.4.162.

Prærodo]prærodis,pen.prod.prærosi,prærosum,pen.producti. (παταβρώσσω) prærodere, Vehemẽter rodere, aut etiã rodere tantùm.Colum.lib.2,Nãſi sæpius cacumina manu præfracta, aut à pecore prærosa fuerint,in perpetuum corrumpuntur.Colum.de Arboribus,cap.15, Genus est animalis, uolucra appellatur, id ferè prærodit teneros adhuc pampinos & uuas. Idem lib.5.cap.6.5,Ne prodeuntia cacumina seminum ab auibus prærodantur.

¶ Prærosus, pen. prod. Particip. (καταβρωθείς) ut, Hamus prærosus.Horat.2.Serm.Satyr. 5.5.

Prærogo] prærogas, pen. corr. (προαιτέω) prærogare, Notæ significationis.

Prærogare,pro Rrepręsentare aliquando accipitur, & Ante tempus soluere. Vlpianus, locati & conducti. l. sed addes, Nam inter eum qui per errorem soluit, & eum qui pensionem integram prærogauit multum interest. Budæus.

¶ Prærogatiuus,pen.prod. Adiect.ut, Prærogatiua tribus dicebatur,quæ prima ferebat suffragia:& Prærogatiua centuria,itidem.Liu.6.bel.Pun.Cic.pro Plancio,39, An tandem una centuria prærogatiua tantum habet authoritatis, ut nemo unquam prior eam tulerit,quin renunciatus sit?

Dicuntur & comitia comitijs prærogatiua. Cic. pro Plancio, 39.Cuius in honore non unius tribus pars, sed comitia tota comitijs fuerunt prærogatiua? Et datiuo iunxit, hoc est, præiudicatam opinionem authoritatemq; afferentia: quod ideo dixit,quia populus alijs comitijs suam uoluntatem erga Plancium declarauerat. Budæus.

Omen prærogatiuum.Cic.pro Murena,37. Vide Omen.

¶ Prærogatiua,pen.prod.Substantiuè etiam dicitur, pro authoritate & præiudicio quod sumquis pleriq; reliquæ centuriæ & tribus authoritatem sequebantur prærogatiuæ.Cicero utrunq; eleganter coniunxit,2.Verr.17,Quãtùt Metellus quàm isti sit amicus,attẽdite.Dedit enim prærogatiuã suæ uoluntatis eiusmodi,ut isti pro prærogatiuis ea reddidisse uideatur.id est, apertè fauere se ostẽdit Verri, ut hoc beneficiũ repẽdere uideatur pro pecunia à Verre accepta, ex qua tribus corrupit ut Cõsul crearetur ambitu.locus aũt est Ciceronis à dilogia ductus,id est, ab ambigua significatiõe prærogatiuæ.Prærogatiua in superiore loco, pro Præiudicio suffragiario ponitur:ut prærogatiua in posteriore, est nomẽ adiectiuum:subintelligitur enim,centuria.Budæus.

Sortio prærogatiuæ.Cic.2.Philip.87.

Conuiuiorum iustorum prærogatiua.Cic.1.de Diuin.166.

Prærogatiua triumphi.Cato ad Cic.lib.15.5.4.

Custodẽ prærogatiuæ comitijs præficere.Cic.Post reditũ in Se

Referre prærogatiuã.Cic.2.de Diuin.113. (natu,15.

Prærogatiua,pro Eminentia ponitur,inquit Budæus, siue excellentia & antelatione,ut ait Sipontinus.Vtpiam.in l.observare.de offi.Proconſ.Magni enim faciunt prouinciales seruari sibi consuetudinem iſtam, & huiusmodi prærogatiuas. Arrius iureconſ.in l.j.ff. de ueteranis.l.ueteranorum. Primi legium inter cætera etiã in deliciis habet & prærogatiuã.

Prărumpo]prærumpis,prærupi,penult.prod.præruptum (παραῤῥήγνυμι) prærumpere, Corrumpere,disrumpere, Ouid.14.Metam.110,

Stupeã prærupit Phrygiæ retinacula puppis.

¶ Præruptus,Adiect. (ἀφανώδης,ἀπόκρημνος) Colum.lib. 3.Præruptior uerò collis,uel in quatuor pedes uertendus.

Cæli prærupti uertex.Vider.2.Argon.18.

Ad poſſeſſa uenis,præruptáq; gaudia ſeruis.Ouid.epiſt.16.22.

Imber præruptus.Claud.2.Paneg.93.

Moles prærupta.Ouid.epiſt.2.27.

Montes prærupti.Catul.Argon.epigr.59.23.

Mons aquæ præruptus.Virg.1.Aeneid.22.

Oppidum præruptum.Cæſar 8.bel.Gall.140.

Rupes prærupta.Ouid.1.Metam.145.

Saxum præruptum.Liu.5.ab Vrbe,205.Cic.7.Verr.113. Stinus quoſdã obſedisse maritimos,aut aliqua promõtoria aut prærupta saxa tenuisse dicuntur.Præruptũ hoc loco arduũ significat,nõ sensim accliue,quod ἀνάντιον Græcè dicitur.

Vertices prærupti.Catul.Argon.epigr.59.60. (Budæus.

Præruptißima urbis pars. Cæſar 8.bel.Gal.117.

Prærupta,pro rupibus.Plin.lib.8.cap.32.2, Ad prærupta ducunt,saltumq; demonstrant.

¶ Præruptè, Aduerbium (ἀπηνωδῶς) Abruptè, & sine clinuo.Plin.lib.34.cap.14.10,Mons prærupte altus, incredibile dictu,totus ex ea materie est.

Præs] prædis,n.g. (ἐγγυητὴς) Est,inquit Feſtus, qui populo se obligat,interrogatus à magiſtratu. Idem alibi mancipem etiam prædem dici ait:quia tam debet, inquit, populo præstare quod promiſit, quàm is qui pro eo præs factus est. Cic.Caninio,lib.2.16.7, Laodiceæ me prædes acceperunt arbitror omnis pecuniæ publicæ,ut et mihi, & populo eam tum sit sine uecturæ periculo. Gell. lib.7, Si Lucius Cornelius Scipio Aſiaticus Collegæ arbitratu prædes dabit, Collega ne eũ in uincula ducat intercedemus. Varro,Spõſorem inquit, & præs,& nas,neq; ijdẽ,neq; res,à quibus ij,sed diſſimiles.Itaq; præs est,q à magiſtratu interrogatur in publicũ ut præsteat quo quãq; respõderit,dicitur præs. Vas appellatus est,qui pro altero uadimoniũ promittebat.Hæc Budæus.

Prædes hodie sunt, qui sponsores Reip. uel principi facti sunt pro ijs qui pecuniam publicam dispensant. Eorumq; bona prædia dici possunt: id est, ut Græci dicunt, ὑπέγγυα. Ii etiã qui publicanos in locationibus uectigalium, aut eorũ fideiussores locupletes affirmant (quod idoneos & sufficientes testificari uocant) prædes dici propterea possunt, quòd locupletes eos esse ipsi præstare debent. Budæus.

Cautum est populo prædibus & prædijs. Vide Caueo.

Accipere prædes. Cic. 3. Verr. 106.

Dare per prædem aliquid. Cic. Att. lib. 9. 180. 12.

Factus aliquando præs in quibusdam tabulis ille est. Cic. Attic. lib. 13. 262. 2.

Prædes etiam, interdum pro bonis prædijs accipiuntur. Cic. 2. Philipp. 85, Et domi quidem causam amoris habuit, foris etiam turpiorem, ne Lucius Plancus prædes tuos uenderet. id est, bona tua sponsioni obnoxia. Possumus etiam hîc prædes pro sponsoribus intelligere, ut sit Spõsorum bona prædia auctioni addicere. Idem Cic. ad Att. lib. 6. 111. 16, μετάφορῶς usus est: Itaque, inquit, irascatur qui uolet, patiar. τὸ γὰρ δυ μετ' ἐμοῦ, præsertim quũ sex libris tanquam prædibus meipsum obstrinxerim, quos tibi tam ualde probari gaudeo. Budæus. Vide Obstringo.

Præsagio] præsagis, penult. product. præsagiui, præsagitum, penult. product. (προαισθάνομαι, προφητεύω) præsagire: ex Præ & Sagio.

Præsagire quid significet, & eius etymologiam dat Cicero 1. de Diuin. 114, Sagire enim, inquit, sentire acutè est, ex quo sagæ anus, quia multa scire uolunt: & sagaces dicti canes. Is igitur qui antè sagit quàm oblata res est, dicitur præsagire: id est, futura antè sentire. Idem 1. de Diuinat. 114, Præsagiebat animus frustrà à me ire quum exirem domo.

Dicimus, Præsagit animus, ut ex superioribus exemplis ostendi tur: &, Præsagio animo. Liu. 10. bel. Pun. 95, Iã hoc ipsum præsagiens animo, præparauerat antè naues. Teren. Heaut.

Animus præsagit magna mala. Senec. Theb. 1. 56. (2. 2. 7.

Corpus præsagit gaudia. Lucret. lib. 4. 223.

Voluptatem præsagit multa cupido. Lucan. lib. 4. 213.

Exiguitas copiarum, recessum, non dimicationem mihi tuam præsagiebat. Cælius Cic. lib. 8. 10. 3.

Venturam melius præsagit nauita mortem. Prop. libro 3. eleg. 11. 1.

¶ Præsagior, præsagiris, pen. prod. (προμαντεύομαι) Deponens, legitur apud Plautum in Bacchid. 15, 30,

Occidi: iam animus istoc dicto plus præsagitur mali.

¶ Præsagitio, Verbale (προμαντεία) Cic. 1. de Diuin. 115, Inest igitur animis præsagitio intrinsecus iniecta, atq; inclusa diuinitus.

Diuina præsagitio. Cic. 1. de Diuin. 200.

¶ Præsagium præsagij (προαίσθησις) Præsensio, diuinatio. Colum. lib. 11. cap. 1. 28, Quantumuis utile continget uilli co tempestatis futuræ præsagium.

Mentis præsagia. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8. 15.

Somni præsagia. Stat. 2. Achil. 5.

Irrita præsagia. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 18.

Noctes canunt præsagia. Claud. de bel. Gildon. 71.

Capere præ agium. Vide Capio.

Docta spirant præsagia rupes. Claud. 4. Paneg. 7.

¶ Præsagus, pen. prod. (προαισθητικὸς) Qui præsagire nouit. Claud. —heu mens præsaga futuri.

Malorum præsagus. Lucan. lib. 2. 25.

Ars præsaga. Valer. 5. Argon. 87.

Fulmina præsaga. Valer. 3. Argon. 71.

Mens mali præsaga. Virg. 10. Aeneid. 169.

Pectora præsaga mœrent. Ouid. 10. Metam. 88.

Quies præsaga, Somnium. Stat. 10. Theb. 65.

Suspiria præsaga luctus. Ouid. 1. Metam. 25.

Præsanatus] pen. prod. (προϊαθεὶς) Adiectiuũ. Plin. 26. cap. 14. 8. Vulneribus præsanatis aspbodeli radix decocta efficacissima est. Ita legit Hermolaus: licet uulgò Persanatus legatur, & ita in antiquo legimus, inquit Budæus.

¶ Præsanasco, præsanascis (πρὸγιγάνομαι) præsanascere, Antè sanũ fieri. Plin. lib. 24. cap. 10. 1, Cortex eius interior cicatrices quæ præsanauêre, aperit. Budæus.

Præscateò] præscates, penult. corr. præscatui (προτρέφω) præscatere. Gellius lib. 14. cap. 6, Et simul dat mihi librum grandi uolumine, doctrinis omnigenis, ut ipse dicebat, præscatentem.

Præscio] præscis, præsciui, præscitum (προγινώσκω) præscire, pen. prod. Antè scire. Terent. And. 1. 5. 4,

—nónne oportuit
Præscisse me antè? nónne prius cõmunicatum oportuit

¶ Præscisco, præscisris (προσπίσταμαι) præscisrere. Liuius 7. bel. Pun. 193, Quamprimùm eos sortiri prouincias & præscisrere quam quisq; eorum prouinciam, quem hostem haberet, uolebant.

Longè præscisrere. Virg. 4. Georg. 14.

¶ Præscita, pen. prod. Plinius identidem uocat, quæ Græci προγνωστικὰ, inquit Budæus. Plin. lib. 10. cap. 18, Vnũ eorũ præscitum transire nõ queo. id est, augurium & ostentũ. Ibidẽ, cap. 75. 3, Vtrùmne sint aliqua præscita animi quiescentis.

¶ Præscius, præscia, præscium, pen. corr. Adiectiuũ (προγνωστικὸς, προειδὼς) ut, Præscia uenturi uates. Virg. 6. Aeneid. 14. Claud. 3. Paneg. 36,

Romaq; gaudebat uentura præscia fari.

Cæli uenturi præscius. Valer. 5. Argon. 11.

Lingua præscia. Ouid. 1. Fast. 108.

Mens præscia. Silius lib. 16. 18.

Vox præscia. Valer. 5. Argon. 106.

Præscribo] præscribis, pen. prod. præscripsi, præscriptum (προγράφομαι) præscribere, Antè, siue prius scribere. Cic. ad Seruium, lib. 13. 28. 4, Sic enim præscripsimus ijs quibus ea negocia mandauimus.

Præscribere, Inscribere. Virg. 6. ecleg. 3,

—nec Phœbo gratior ulla est,
Quàm sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen. Gellius lib. 11. cap. 16.

Præscribere (ὑπογράφω) Præcipere, determinare, legem ponere. Cic. 3. Off. 33, Atq; si etiam hoc natura præscribit, ut homo homini quicunq; sit, ob eam causam, quòd is homo sit, consultum uelit.

Præscribere quæ sunt gerenda. Cic. de Senect. 17.

Quid faciam? præscribe. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 1.

Quemadmodum ius suum persequatur, alicui præscribere. Cic. pro Cecin. 6.

Qualis debeat esse ciuis, alicui præscribere. Cic. pro Flac. 82.

Aliquid præscribere necessitudine. Ad Herennium, lib. 2. 58.

Constituere & præscribere aliquid. Cic. pro Cecinna, 55.

Indicare & præscribere. Cic. pro lege Manil. 1.

Præscribere & imperare. Cic. 4. Acad. 16.

Curationem ualetudinis per somnium præscribere an potest Aesculapius? Cic. 2. de Diuinat. 184.

Præscribere finem rei alicui. Terent. Andr. 1. 1. 124.

Gyro præscripto seuecta est pagina. Propert. lib. 3. eleg. 3. 5.

Iura ciuitatibus præscribere. Cic. de Senect. 25.

Iura moresq; maiorum præscribunt. Cic. pro Fonteio, 30.

Præscribere leges & institua. Cic. 4. de Fin. 100.

Lege præscribitur. Cic. 2. de Legib. 61, Dummodo ea moderata sint, ut lege præscribitur.

Lege

Lege & officio præscriptum est, testib. credere Ci. pro Font. 11.

Modum præscribere. Quint. lib. 4. cap. 1. 22.

Munia præscripta. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 17.

Natura præscripsit homini, ut nihil pulchrius quàm hominem putaret. Cic. 1. de Nat. deor. 105.

Ratio & doctrina præscribit. Cic. 1. de Nat. deor. 12.

Simus igitur ea mente, quam ratio & ueritas præscribit. Cicero Torquato, lib. 6. 1. 12.

Præscribere, Prænũciare, siue prædicere. Cic. in Vatinium, 10, At ibi idem præscribo, ne tuas sordes cum clarissimorum uirorum splendore permisceas.

Præscribere, pro Excipere, exceptionem summotoriam obijcere argenti: cum datiuo iungitur. Quint. lib. 7, Ignominioso patri filius præscribit: de eo solo iudicatio est, an liceat. Marcellus l. 3. ff. de præuaricatoribus, Nã si reus accusatori ideo præscribit, quòd dicat se ab alio accusatum & absolutum. Budæus.

¶ Præscriptio, Verbale (πιγραφὴ) Cic. 1. Off. 33, Ex quo fit, ut ager Arpinas, Arpinatum dicatur. Tusculanus, Tusculanorum: similisq; priuatarum possessionũ præscriptio. Quædam exemplaria hîc legunt, descriptio.

Præscriptio (ὑπογραφὴ, πρόσαγμα) Præceptum, ordo, forma, regula. Cic. 4. Tusc. 33, Omnium autem perturbationũ fontem esse dicunt intemperantiã, quæ est à tota mente, ac recta ratione defectio: sic auersa à præscriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi nec regi, nec contineri queant.

Norma, regula, præscriptio naturæ. Cic. 4. Acad. 254. Hanc normam, hanc regulam, hanc præscriptionem esse naturæ. Hoc loco, inquit Budæus, præscriptio non quidem significat quod Græci παραγραφὴν, hoc est translationem: sed quod illi ὑπογραφὴν, hoc est formam, siue informationem uocãt.

Præscriptio & moderatio. Cic. pro Cælio, 33.

Legis præscriptio. Cic. 2. de lege Agrar. 36.

Præscriptio (παραγραφὴ) Cicer. ad Atticum, lib. 4. 87. 3, Hæc pactio non uerbis, sed nominibus, & præscriptionibus, multorum tabulis, quum esse facta dicerentur, &c. Præscriptio, exceptio, & translatio (inquit Budæus) unum & idem in re forensi significant. Præscribere etiam, perscribere, subscribere, uerba sunt propria fori & iudiciaria: unde hoc uerbum utrãq; lingua tractum est. Quint. lib. 7, de quæstione actionis loquens, Quum ex præscriptione lis pendet, de ipsa re quæri non est necesse. Ignominioso patri filius præscribit: de eo solo iudicatio est, an liceat. Actionis quæstionem eo loco & præscriptionis litem Quintilianus uocat, quam lib. 3. cap. 6. 51. translationem uocauerat. Iurisconsulti in Pandectis promiscuè excipiendi uerbo & præscribendi usi sunt: licet præscriptionis uocabulum apud recentiores legum interpretes, & apud iuris Pontificij cõditores, ad præscriptionis exceptionisq; temporis significationem coarctatum sit & præfinitum. Hactenus Budæus.

Inducere præscriptionem. Cic. 1. de Inuent. 47.

Præscriptionem à translatiõe differre ait Fortunatianus: quòd illa excludat actionem, hæc differat. Quibus uerbis ostenditur, latius patére exceptionis quàm præscriptionis nomen. Nam præscriptio ad peremptorias tantùm, exceptio uerò etiam ad dilatorias refertur. Et ita sumi debet in Rub. ff. de exceptionib. & præscript. ut sit differentia inter hæc duo: licet uulgò doctores aliter sentiant.

Præscriptio, Prætextus. Cæsar 3. bel. Ciuil. Vt honesta præscriptione rem turpissimam tegerent.

¶ Præscriptum, præscripti (ὑπόγραμμα) Cic. 2. de Orato. 95, Plura enim multo homines iudicant odio, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut lætitia, aut spe, aut timore, aut errore, aut aliqua permotione mentis: quàm ueritate, aut præscripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicij formula, aut legibus. Idem pro Cluentio, 117, Omnia legum imperio & præscripto fieri uidebitis.

Præscriptum & formula. Cic. in Orat. 20.

Certum præscriptum. Quint. lib. 4. cap. 2. 60.

Ad præscriptum agere. Vide in præpositione Ad.

Communi ex præscripto ciuitatis unamquamq; rem administrare. Cic. 2. de Inuent. 220.

Dare certum quiddam præscriptum alicuius rei in perpetuũ. Cic. 2. de Inuent. 250.

Seruare præscripta. Cic. 1. Off. 131.

Præseco] præsecas, pen. cor. præsecui, præsectum (ὑποτέμνω, ἀποκόπτω) præsecare, Præcidere. Colum. de Arboribus, capit. 29, Radicem arundinis acuta falce præsectam impendenti pluuia disponito. Varro 3. de Rerust. capit. 16. 27, Fauorem qui eximuntur, si qua pars mellis nihil habet, aut habet inquinatur, cultello præsecatur.

Manu celeri aliquid præsecare. Ouid. 1. de Remed. amor. 23.

Præsecare, accommodatur aliquando immolationi. Liu. lib. 5, Inseritur huic loco fabula immolante rege Veientium, uocem aruspicis dicentis, Qui eius hostiæ extra præsecuisset, ei uictoriam dari, exaudiri am.

¶ Præseca, præsecæ, Nomen, Varro lib. 4. de Ling. Lat. Brassica ut præseca, quòd ex huius scapo minutatim præsecatur.

¶ Præsegmen, præsegminis, penult. corr. neut. gen. (ἀποσύγκρισμα) Pars corporis incisa, amputatio rerum superfluarum. Vnde quæ ex unguibus scinduntur, præsegmina dicuntur. Plaut. Aulul.

Quin ipsi pridem tonsor ungues dempserat,
Collegit, omnia abstulit præsegmina. Nonius.

Præsens, Præsento] Vide Præsum.

Præsentio] præsentis, præsensi, præsensum (προαισθάνομαι) præsentire, Antè, uel prius sentire. Plautus Trinum. 4. 99, Ni hæc præsensissent canes.

Præsentire, per translationem. Terent. Andr. 5. 1. 20,

Quum ibi me adesse neuter tum præsenserat. Prima malum nutrix animo præsensit anili. Ouid. epist. 11. 7.

Animo prouidere, & præsentire. Cæsar 7. bel. Gal. 122.

Certa notione animi præsentire deum esse. Cicero 2. de Nat. deor. 64.

Dolos præsentire. Virg. 4. Aeneid. 59.

Futura præsentire. Cic. 2. de Diuin. 150.

Præsentire sermones de se aurium tinnitu. Plinius libro 28. capit. 2. 23.

Præsentire in posterum. Cic. pro Rab. perduel. reo, 22.

¶ Præsentisco, præsentiscis (προαισθάνομαι) præsentiscere, Idem. Terent. Heaut.

Et ea gratia secum adduxisse ne id tu præsentiscères.

¶ Præsensus, (προαισθητὸς) Participium, uel Nomen ex participio. Cicero 1. de Diuin. 263, Satis est non modò plura, sed etiam pauciora diuinè præsensa & prædicta reperiri.

¶ Præsensio, Verbale (προαίσθησις) Cicero 2. de Nat. deor. 10, Prædictiones uerò & præsensiones rerum futurarum, quid aliud declarant, nisi, &c.

Præsepe] Vide Præsepio.

Præsepelio] præsepelis, pen. cor. præsepelíui, præsepultum, (ὑποθάπτω) præsepelire. Quint. Declamat. 9, Video senem meliore sui parte præsepultum.

Præsepio] præsepis, pen. prod. præsepíui, præsepitum (περιφράττω) præsepire, Circũdare, circũmunire septis, uel circunsepire. Cæsar 1. bel. Ciuil. 110, Aditus autem, atq; ilinerã duo, quæ extra murum ad portam ferebant, maximis defixis trabibus atq; eis præacutis præsepit.

Præsepe]

Præsepe]*præsepis,pen.prod.neut.gen.* (φάτνη) *Stabulum dicitur equorum,mularum,& cæterorum animaliũ. Virg. 4.Georg.34,*

Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.

Alta præsepia.Virg.7.Aeneid.55.
Olida præsepia.Iuuen.Satyr.8.16.
Vipera delituit sub præsepibus.Virg.3.Georg.84.
Ferre herbas præsepibus.Virg.3.Georg 79,

Quum primum pasti repetent præsepia tauri.Virgilius eclog.7.8.

Sæuiunt ursi in præsepibus.Virg.7.Aeneid.4.
Præsepe,Lupanar.Cicero in Pisonem,32,Verùm audis in præsepibus, audis in stupris,audis in cibo & uino. Horatius lib.1.epist.16.1,

Scurra uagus:non qui certum præsepe teneret
Impransus.

Præsepes,præsepis,pen.prod.f.gen.Idem. Plaut. Casina,2.56. Varro 1.de Re rust.c.13.2, illic laudabatur uilla,si habebat culinam rusticam bonam præsepes laxas. Ex antiquo codice legitur,præsepias.Cato cap.14.1.Præsepes bubus hybernas & æstiuas falisicas,& equile,&c.

¶ *Præsepium,præsepij* (πάπη,κάπης) *Locus in quo pabuli animalibus porrigitur. Apuleius lib.6.Metã. Præsepiũ meũ hordeo pasim repleri iubet,fœnũq; Bactriano camelo sufficiens apponi.Colum.In stabulo sint ampla præsepia.*

Plenia præsepia.Virg.3.Georg.99.
Satura præsepia.Virg.3.Georg.43.
Boues stant ad præsepia.Tibullus lib.2.eleg.1.2.
¶ *Præsepiola,siue alueoli,sunt cauitates ossium,in quibus dentes firmantur. Galen.in finition.medic.*

Præsero]*præseris,pen.corr. præseui, præsatum , pen. corr.* (προσπείρω) *præserere,Prius ferere.Colũ. lib.7.cap.9.5. At ubi penuria est arborum, terrenum pabulum consectabimur , & sicco limosum præseremus , ut paludem rimẽtur. Castigata exemplaria rectè habent , Præstremus: hoc est, pluris faciemus.*

Præsertim] καὶ ταῦτα,βαιρέτως , προκυμαόως , *Aduersum,significat Præcipuè,ante alia.Cic. ad Lentulum,lib.1. 8.4, Sed te non præterit quàm sit difficile sensum in Rep. præsertim rectum & confirmatum deponere.*

Tantam fuisse obliuionem,in scripto præsertim, admirari. Cic. de claris Orat.115.

Hæc præsertim imbecillitate magistratuum,præstare nihil possum.Cic.Lentulo,lib.1.4.7.

Præsertim quum:id est,hac de causa potissimùm . Terent. Eunuc.5.2.24, —— *debeam*

Credo isti quicquam furcifero,si id fecerim,
Præsertim quũ se seruũ fateatur tuũs Cic.4.Acad.226.

Præsertim quòd.Cic.pro Flacco,32, Facis iniustè Læli, si putas periculo nostro uiuere tuos contubernales, præsertim quòd tua negligentia factum arbitremur.

Præsertim si,cum indicatiuo.Cic.Curioni,lib.66.3, Sera gratulatio reprehendi non solet:præsertim si nulla negligentia prætermissa est. id est,per aliquam negligentiam.

Præsertim ut.Terent.Phorm.1.2.5,

Præsertim ut nunc sunt mores,adeò res redijt:
Si quis quid reddit,magna habenda est gratia.

Præseruio]*præseruis , præseruiui , præseruitum* (προσπαρέπω) *præseruire , penult. product. Inseruire . Plautus Amph.3.126,*

Vt præseruire amanti meo possem patri.

Præseruo] *præseruas* (προφυλάτω) *præseruare . Huius nullum exemplum repperi apud idoneos authores.*

Præses]*Vide* Præsideo.

Præsideo]*præsides,pen.corr.præsedi,pen.prod.præsessum,* (προϊσημι,προστατόω,ἐφεδρεύω,προστάτω) *præsidere, Ad opem præstandam præesse : quam præstant propriè uel dij precantibus hominibus , uel homines ipsi alijs hominibus iniuriam patientibus , uel in discrimen adductis , ut ait Valla lib.5.Cic.7. Verr.148, Vos etiam atq; etiam implorо sanctissimæ deæ , quæ illos Ennenses lacus lucosq; colitis: cunctæ Siciliæ,quæ mihi defendenda tradita est, præsidetis. Idem 13.Philipp.358,Testor & uos & populum Rom. & omnes deos,qui huic urbi præsident.*

Præsidere,Præsse. Suet.in Tiber. cap.6, Præsedit & Acciacis ludis. hoc est,præsuit.

Aruis præsidet Iupiter.Virg.7.Aeneid.160.
Foribus cæli præsidet Ianus. Ouid.1.Fast.25.
Imperio huic & libertati cõmuni præsidet atq; præsedit Galli.Cic.5.Philip.191.
Iudicio alicui præsidere.Cic.pro Milone,78.
Orbi terrarum præsidere.Cic.2.Philip.40.
Præsidere rebus urbanis.Cæsar 1.bel.Ciuil.327.
Templo præsident dij.Cic.pro lege Manilia,49.
Præsideo,cum accusatiuo.Tacit.lib.4, Et haud spernenda illic ciuium,sociorumq; manus litora Oceani præsidebat.

¶ *Præses,præsidis,pen.corr.com.gener.* (προστάτης, ἔφεδρος, ὑπηρέτης, ἐπιτροπεὺς) *Tam dij quàm homines præsides dicti sunt:illi,in suo quisq; numine,suaq; ui:hi uerò,in sua quisque prouincia, aut ab rege, aut à populo sibi commissa , ut ait Valla.Quint.lib.3.cap.9,Quod omnia sic egerit,ut genium præside bellorũ deo incredibile non sit. Vlp. in l.4. ff.de officio præsidis, Præses prouinciæ maius imperium in ea prouincia habet omnib.post principẽ.Hæc ex Valla li.5.*

Rerum præses.Cæsar.Ouid.15.Metam.152.
Custos & præses iuuentutis,Mercurius.Cic.7.Verr.145.
Dea præses terræ.Seneca Hipp.2.5.
Libertatis præses & custos Tribunus plebis. Cicero 2. de lege Agr.30.
Vrbi & Reipublicæ præsides sunt penates patrij . Cicero pro Domo sua,111.
Senatus Reipublicæ custos , præses & propugnator . Cicero pro Sestio,102.
Caruerunt præside Delphi.Ouid.10.Metam.34.
Præses,pro Auxiliatore.Liu.lib.6.ab Vrbe,Dij,deæq;, qui Capitolium arcemq; incolitis,siccine uestrum militem ac præsidem finitis uexari ab inimicis?
Præses locus,pro Tuto.Plaut.Casin.21.9.
Præsides,qui uulgò patriarũ gubernatores dicuntur: inter eos etiã sunt legati regis,qui & uicarij dici possunt. Ex Budæo.

¶ *Præsidium,præsidij* (ἄλυξ,φρουρά,φρόυριον) *Dicitur principale auxilium:ut milites qui in tutela alicuius oppidi collocati sunt.præsidium esse dicũtur:ut ait Valla lib.5.Cæsar, eo opere facto præsidia disponit,castella cõmunit,quo facilius si se inuito trãsire conarentur,prohibere posset.Iurecõs. Qui relinquit præsidium,peccatum desertionis incurrit.*

Præsidium est dictum,quia extra castra præsidebant in loco aliquo,quo tutior regio esset.Varro de Ling.Lat.lib.4.
Præsidia , pro Castris. Cic. pro Ligario,17, Tantummodo in præsidijs eratis,animi uerò à causa abhorrebant.
Collocare armatos in præsidijs.Cic.1.Phil.19.
Castra & præsidia.Cic.2.de Orat.167.
Propugnaculum & præsidium prouinciæ.Cic.5.Verr.161.
Nocturnum præsidium palatij.Cic.1.in Catil.1.
Cassa præsidia. Seneca Troade,8.12.
Præsidium statiuũ,quod datur ut aliquis stet in loco aliquo. Cicero 12.Philip.335,Hæc mea sedes est,hæc uigilia,hoc præsidium statiuum.

Agitare

Agitare præsidium.Tacit.lib.1.Vide Agito *in* Ago.
Cingere aliquem præsidijs.Claud.2.Paneg.42.
Collocoare *præsidium.Vide* Colloco.
Comparare uel quærere præsidium.Cic.pro Sestio, 78. Et 12. Philip.337.
Confirmare præsidijs aliquam prouinciam . Cicero pro lege Manil.24.
Contrahere præsidia. Cn. Magnus Domitio, in epist. ad Atticum,lib.8.163.3.
Constituere præsidia in arce.Vide Constituo.
Decedere de præsidio & statione uitæ iniussu imperatoris,hoc est,Dei,uetat Pythagoras.Cic.de Senect.66.
Deducere præsidia in aliquem locum. Cn. Magnus Domit.libro 8 163.5.
De locis deducere præsidia. Vide Deduco.
Præsidio & copijs uitam defendere.Cic.pro Sestio,74.
Deijci de præsidio urbis,& de custodia ciuitatis deturbari. Cicero pro Murena,72.
Inutile præsidium ferri.Claud.3.Paneg.45.
Firmare præsidijs aliquem locum.Cic.Lentulo,lib.1.7.14.
Gerere præsidium.Ferre. Plin.lib.22.cap.12.2.
Habet firmum præsidium locus ille.Cic.pro lege Manil.21.
Imponere præsidium ciuitati. Vide Impono.
Introducere præsidium in oppidum. Vide Introduco.
Locatus in præsidio. Vide Locatus *in* Locus.
Munire se præsidio.Cic.pro Sestio,67.
Munire frumentaria subsidia Reipublicæ firmissimis præsidijs classibusq;.Cic.pro lege Manil.24.
Nudata urbs præsidio. Vide Nudus.
Obsidere & occupare Italiam præsidijs , Cicero 2. de lege Agr.74.
Occupare præsidia.Seneca Troade,6.18.
Opponere præsidium. Vide Oppono.
Parare præsidia , & Dimittere , contrarie. Cicero Sallust. libro 2.16.5.
Præponere præsidium alicui urbi , & Opponere. Cic. pro lege Agrar.12.
Intercluſam præsidijs Italiam tenere.Cic.2.de lege Agr.76.
Tenetur armis præsidijsq; tota Italia.Cic.Attic.lib.9.172.2.
Tutari aliquo præsidio caput , ceruices , & iugulum . Cicero pro Sestio,78.
Venire ad iudicium cum præsidio.Cic.pro Rosc. Amer.8.
In præsidijs meis uersaris.Cic.pro Cecinna,60,In meis castris, præsidijsq; uersaris,mea est ista defensio.
Præsidium,per translationem , omne auxilium dicimus & salutis propugnaculum.Terentius And.5.2.2,

——*præsidio meo atq; hospitis.*

Naturæ uel doctrinæ præsidijs omnibus ad dicendum parati uiri.Cic.1.de Orat.20.
Perfugium & præsidium salutis. Cic.pro Rab. perduel.reo,2.
Tutela & præsidium bellicæ uirtutis.Cic.pro Muræn.29.
Innocentiæ leue est præsidium , ubi lubido dominatur . Cicero in Orat.127.
Fortissimum præsidium pudoris.Cic.pro Sylla,58.
Præsidium contra feras.Cic.1.Tusc.96.
Fida præsidia amici.Seneca Agamemn.11.2.
Grande præsidium.Ouid.1.de Ponto,eleg.7.3.
Insigne præsidium mœstis reis.Horat.2.Carm.ode 1.5.
Magnum in pecunia præsidium.Cic.2.Verr.5.
Vltima præsidia discriminis afferre.Iuuen.Satyr.12.6.
Comparat magnum sibi præsidium ad beatam uitã, qui mortem non timet.Cic.2.Tusc.3.
Firmo præsidio aliquem defendere.Cic.pro Rosc.Amer.3.
Ferre præsidiũ labenti & inclinatæ penè Reip.Cic.Brut.18.2.
Munire præsidia Reipub.Cic. pro Rab. perduel reo,2.
Oppugnat omnium commune præsidium,qui fidem lædit. Cic. pro Roscio Amer.65.
Petere sibi præsidium ex aliqua honesta re,quã ne inimici quidem criminari possint.Author ad Herenn.lib.4.182.
Præsidia periculis , aut adiumenta honoribus ex cuiusquã amplitudine sibi quærere.Cic.pro lege Manil.49.
Præsidium esse alicui. Terent. Hecyr.1.2.44. Idem Heaut. 5.2.14,

Ibi tuæ stultitiæ semper erit præsidium Clitipho.

Præsidio esse.Cic.7.Verr.131,Sed quocunq; uenerint, hanc sibi rem præsidio sperant esse futuram.
Parentibus esse præsidio & decori. Lucret.lib.2.129.
Esse præsidio solitudini atq; inopiæ contra uim & gratiam. Cicero pro Quintio,3.
Tegi firmo præsidio amicorum.Cic.pro Sylla,38.
¶ *Præsidiarius , Adiectiuum* (φρουρικὸν) *Quod paratum est ut præsidio sit.ut,Præsidiarij milites, apud Liuium libro 9 bel.Punici.*
Præsidiarij,in uitibus,qui & custodes.Colum.lib.4.cap.15.1, Et præsidiarij malleoli propagandi sunt. Ibidem, cap.21.3, Sed nouellis palmis semper ultis renouetur : quæ si satis excreuerint , iugo superponantur : sin aliqua earum uel præfracta,uel parum procera fuerit,locumq; idoneum obtinebit,unde ultis anno sequenti renouari debeat , in pollicem tondetur : quem quidam custodem , alij pejorem , nonnulli præsidiarium appellant, id est,armentum gemmarum ducturum uel trium. Vide Custos.

Præsidero] *præsideras , pen. corrept.præsiderare dicitur, quum maturius hyberna tempestas mouetur , quasi ante sideris tempus.Paulus.*

Præsignifico]*præsignificas,pen.corr.* (προσημαίνω) *præsignificare,Prædicere, præostendere. Cic.2.de Diuin. 152, aut non censent esse suæ maiestatis præsignificare hominibus quæ sunt futura.*

Præsignis]*& hoc præsigne*(πρόσημον) *ut Insignis. Ouid. 1.Fast.122.*

Præsignis facie Corniculana fuit.id est,præstans,uel præ alijs insignis.Budæus.

Gaudeat & Libyca præsignis auunculus hasta . Stat. 4. Syl. 8.3.
Facie præsignis mulier.Ouid.6.Fast.126.
Vertice præsignis.Stat.4.Syla.4.2.
Draco præsignis tribus linguis.Ouid.7.Metam.30.

Præsigno]*præsignas* (προσημαίνω) *præsignare,Prius signare.Cato cap.154, Et ad summum , qua fini culeum capiet,præsignato.Plin.lib.28.cap.4.4, Incipientes furunculos ter præsignare ieiuna saliua.*

Præsilio] *præsilis, pen. corr. præsilui, præsultum* (προσπηδάω) *præsilire.Plaut.Sticho,8.13,*

Vt præ lætitia lachrymæ præsiliunt mihi?

Præspargo]*præspargis,præspargere, Antè spargere . Lucretius lib.5.148,*

Flora quibus mater præspargens ante uiat
Cuncta coloribus egregijs,& odoribus opplet.

Præstabilis,Præstantia] *Vide* Præsto.

Præstega]*præstegæ,pen.corr.* (προσκέγον) *Locus ubi ocij causa sumus sub tecto tantùm,patula reliqua parte , tanquã sub porticu.Plaut.Pseud.4.30,*

——*facite uoffendam paratis omnia,*
Vorsa præsteg.i,strata,lautaq;,coctaq; omnia uti sint.

Præster] *masc. gener . Genus serpentis uenenati . Vide* Preſter.

Præsterno]*præsternis,præstrauí,præstratum , penult prod.*

(πρόσ-

(προχρωμύω) præsternere, Antè sternere. Stat. 3. Sylu. 2. 23,

Quæ sibi præsternat uiuax altaris phœnix.

Præsternere, Præparare. Plin. epist. 103. c. lib. 5. ad Capitonem, illud peto præsternas, ad quod hortaris, eligasq; materiam, &c.

Præstes] præstitis, pen. corr. m. g. (πρωτοστάτης) idem quod Præses, antistes. Nam antiqui sic præstites dixerunt, nunc antistites, inquit Festus.

Præstes] Minerua, quòd præiret, & se uelut ducem homini exhiberet: ducit enim hominem sapientia, eumq; per uniuersum terrarum orbem tutissimè comitatur. Itaq; non solùm Præstes, sed & Astes Minerua dicebatur: astat enim uiro bono, lateriq; eius hæret fidus comes. Macrobius, Martianus, & Festus.

Præstites Lares, dicti fuerunt inquit Ouidius 5. Fastorum, 27. quòd præstent oculis omnia tuta suis. id est, quòd res omnes conseruent, & tueantur in ædibus. His ara constituta fuit calendis Maij.

Præstigiator] penult. Product. præstigiatoris, m. g. (δεκμακτόποδος, γόης) Qui circunstantibus ita oculorum aciem præstringit, ut non aduertant dolum. Plaut. Pœn. 17. 6,

Præstigiator hic quidem Pœnus probus est, &c.

¶ Præstigiatrix, pen. prod. præstigiatricis, fœm. gen. (γοητεύτριαι) Plaut. Amph. 8. 148,

Aut pol hæc præstigiatrix mulier multo maxima est, &c.

¶ Præstigiæ, præstigiarũ (γοητεῖαι, γοήτευμα, δεκμακτοπεῖαι) Incantationes, delusiones: quæ quidam manuum dexteritate aliæ apparent, quàm reuera sint. Cicero 6. Verr. 47, Qui præteriens, lectica paulisper deposita, non per præstigias, sed palàm per potestatem, uno imperio ostiatim totum oppidum compilarit. Quædam exemplaria hic legũt, præstigia, neutro genere.

Præstigiæ & fallaciæ. Cic. pro Rabirio Posth. 22. Idem 3. de Nat. deor. 104, Quid ergo ijsli doli, quid machinæ, quid fallaciæ, præstigiæq;, num sine ratione esse potuerunt?

Præstigiæ & captiones. Cic. 4. Acad. 84.

præstigiæ uerborum. Cic. 4. de Fin. 119.

petere plausum præstigiæ. Quintil. lib. 4. cap. 1. 53.

Præstinguo] præstinguis, Compositum à Præ & Stinguo (quo uerbo utitur Lucretius lib. 2.) obtenebro, obscuro. ut, Præstinguere oculos, Cicero in Vatin. Hoc uerbum tamen in omnibus libris impressis corruptum est. Nam ubicunq; legitur perstringere, seu præstrinxit, oculos, seu aciẽ oculorum, apud M. Tull. & cæteros, legendum præstinguere: ut rectissimè Lambinus adnotauit.

Præstrinxi, præteritum à Præstinguo. Lucretius libro 3,

—& omnes

Præstrinxit stellas, exortus uti ætherius sol. De Epicuro.

Præstino] præstinas, penult. corr. (φθάνω) præstinare, à Præ & Stino, Emère est, inquit Fest. id est, emendo tenere. Plaut. Pseud. 4. 35.

Ego eo in macellũ, ut piscium quicquid est, precio præstinem. Idem Capt. 3. 79,

Alium pisces præstinatum abire?

Præstituo] præstituis, præstitui, præstitutum, pen. product. (προορίζω) præstituere, Prius statuere, præscribere. Terentius Phorm. 3. 2. 39,

Certè hercle si satis commenini, tibi quidẽ olim est dies Quam ad dares huic præstituta.

Tempus quandiu dicat, alicui præstituere. Cicero pro. Quintio, 18.

Diem præstituere. Cicero 1. Tuscul. 148, Quod tempus? natũ

tiorẽne at ea quidem dedit usuram uitæ tanquam pecuniæ, nulla præstituta die.

Præsto] præstas, præstiti, præstitum, penult. corr. & præstatum, pen. product. (παρέχω, κατεπαλέω) præstare, significat Exhibere, uel dare. Datiuum cum accusatiuo regit. Plinius, Plura hic mihi præstitit, quàm parentes. id est, fecit.

Per seipsum præstare aliquid. Cic. 4. in Catil. 96.

Ad quendam modum aliquid præstare. Quintilianus libro 1. cap. 11. 2.

Amorem præstare, Præbere amoris occasionem. Ouidius 3. Trist. eleg. 4. 13.

Animum debitum præstare. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 12.

Beneuolentiam præstare. Cic. ad Atticum, lib. 9. 178. 5. Nam non mediocriter laboro, utriq; ut uis, tuam benetolentiam præstare possis, quam mehercule te præstaturum confido.

Beneuolentiam memoriamq; quam debet, tibi præstat Pontinus. Cic. Appio, lib. 3. 10 9.

Fulminibus & ruinæ præstare caput. Lucan. lib. 5. 155.

Consilium suum fidemq; in Senatu, & apud populum, & in causis amicorum, & domi & militiæ præstare. Cicero 3. de Orat. 74.

Dignum præstabo me etiam pro laude merentis. Horatius 1. epist. 7. 5.

Diligentiam alicui præstare. Cic. ad Terent. lib. 14. 3. 3.

Fauorem præstare, & uoce & mente. Ouid. 15. Metam. 137.

Fidem præstare. Ouid. 3. Fast. 100.

Fidem suam negocijs alicuius præstare. Cicero ad Attic. libro 9. 178. 3.

Honorem præstare alicui. Ouid. 6. Fast. 12.

Debitum honorem patri præstare. Cic. 9. Philip. 264.

Iter tutum alicui præstare. Cic. pro Plancio, 78.

Iusiurandum præstare. Plin. epist. 26. 9.

Mare tutum præstare. Cic. pro Flacco. 24.

Munus suum præstare. Cic. in Orat. 22.

Officium præstare. Cic. Terent. lib. 14. 4. 5. Neq; legis improbissimæ pœna deductus est, quo minus hospitij & amicitiæ ius, officiumq; præstaret.

Mors omnia præstat. Lucret. lib. 3. 44.

Operam in re militari præstare. Cic. 3. bel. Ciuil. 303.

Otia præstare. Ouid. 2. Trist. 4.

Pacem præstare. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 14.

Pietatem non tam fratri quàm patriæ præstare. Cic. de claris Oratoribus, 64.

Principem præstare, Facere quæ sunt principis, exhibere se principem. Suet. in Tiberio, cap. 33.

Quæstum præstare dicitur res aliqua. Cic. pro Quintio, 64, Funestum est à sorti atq; honesto uiro iugulari: funestius, ab eo cuius uox in præconio quæstum præstitit.

Quæ ratio & doctrina præscripserit, arbitrabamur ea nos præstitisse. Cic. 1. de Nat. deor. 12.

Quod petebat præstitit. Plin. epist. 205.

Quod promisit, uix uideor præstare posse. Cic. Bruto, 18. 2.

Præstare quod factũ est impensæ in bellũ. Liu. 2. ab Vrbe, 79.

Satis id magnum est quod potes præstare. Cic. 1. de Orat. 23.

Reuerentiam marito præstare, Reuereri maritum. Plinius epistol. 158.

Robur præstare alicui Claud. 8. Panegyr. 31.

Salutem præstare. Cic. Terent. lib. 4. 31.

Salutem integram in periculo alterius communem præstare. Cic. Anteq. iret in exil. 11.

Sapientiam & grauitatem præstare. Cic. Titio, lib. 5. 16. 12.

Non se unum, sed omnes ministros imperij sui, socijs & ciuibus & Reip. præstare. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 14.

Se incolumem præstare. Cic. ad Tironem, lib. 16. 9. 10.

Præstare se propugnatorem acerrimum. Brutus ad Cic. 11. 1.

Sedulitatem præstare alicui, Sedulò alicuius negocium agere. Plin. epist. 62. b.

Sententiam suam Senatui præstare. Cic. in Pisonem, 62.

Silentium præstare. Liu. 9. bel. Pun. 130.

Eximia est uirtus præstare silentia rebus. Ouid. 2. de Arte, 121.

Saluos socios suos authoritate nominis sui præstabant Romani. Cic. pro lege Manilia, 38.

Solicitudinem præstare. Plin. epist. 29. d.

Spem suam præstare deis. Lucanus lib. 5. 9.

Præsta te eum qui mihi à teneris (ut Græci dicunt) unguiculis es cognitus. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 6. 4.

Vicem alicuius rei præstare: pro, Esse uice alicuius rei. Plinius lib. 20. cap. 17. 10.

Vires præstare. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 8. 8.

Vitam præstare. Ouid. 1. epist. 11. 3.

Vltima præstare iucunda: id est, efficere. Cicero ad Trebatium, libro 7. 17. 8.

Voluntatem suam alicui præstare. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 16.

Voluptatem illam quis potest præstare sapienti? Cic. 2. de Finibus, 142.

Præstare plus significat quàm Dare. Seneca 1. de Clement. 2, Hoc est non dare tantùm statuere, sed præstare.

Præstare aliquem ante ædes. Plaut. Mostel. 15. 8. id est, ante ostium adducere.

Præstare aliquem alicui negocio, Præficere. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 1. 1. 16.

Præstare (προκαλλιχεῖσθαι, ἐγγυᾶσθαι) interdum accipitur à Iurisperitis pro Exitum rei in se recipere, uel alienæ culpæ dispendium uelle lucre: ut, Præstare euentum, Præstare promissum alienum. Valla lib. 6. cap. 16, Præstare, est prohibere ne alicui fiat aliquid incommodi: & si non prohibuerint, satisfacere: ut uenditor debet præstare uitium rei quam uendit, id est, prohibere atq; efficere, ne emptor damni quid faciat, alioqui satisfacere. Cic. ad Vatinium, lib. 5. 11. 5, De Dionysio, si me amas, confice: quancunq; ei fidem dederis, præstabo. Idem 1. de Orat. 87, Defendebamus quicquid fuisset incommodi in mancipio, id si uenditor sciisset, neq; declarasset, præstare debere.

Præstare periculum. Cæsar in Commentarijs, Neq; periculum præstare eorum, sed totam rem ad Pompeium reijcere.

Communem & incertum casum neq; uitare quisquã nostrũm, neq; præstare ullo pacto potest. Cic. Sestio, lib. 5. 17. 7.

Præstare culpam. Cic. 1. de Orat. 56, Perge uerò Crasse, inquit Mutius. Istum enim culpam quam uereris, ego præstabo.

Damnum præstare. Cic. 3. Off. 86.

Fidem præstare. Cicero 2. de Diuinat. 119, Virtutis auspicijs uideo esse usum Deiotarum, quæ uetat spectare fortunam, dũ præstetur fides.

Fidem promisi præstare. Liu. 10. bel. Pun. 55.

Fidem præstare publicam. Liu. 2. ab Vrbe, 118.

Fœlicitatem de se præstare nemo potest. Cic. pro lege Man. 33.

Periculum iudicij præstare debet, qui se nexu obligauit. Cicero pro Muræna, 3.

Promissum præstare. Liu. 3. bel. Mac. 109. Et 7. ab Vrbe, 71.

Sumptum nusquam melius posse poni præstabo. Cic. Quinto, fratri, lib. 3. 17. 6.

Præstare usuram. Iuuenalis.

Non possum præstare quid quisq; nos dixisse dicat. Cicero ad Pætum, lib. 9. 16. 15.

Prædones nullos fore quis præstare poterat? Cic. pro Flac. 21.

Me non ingratum esse præstabo. Cic. de Prouinc. Consul. 39.

Quod de te sperare, de me præstare possũ. Cic. Plan. lib. 5. 15. 4.

Præstare nihil debeo: id est, culpa non est mea. Cicero ad Qu.

fratrem, lib. 3. 17. 13.

Messalam Cæsari præstabo, Quasi fide iubebo Cæsari pro Messala. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 3. 24. 5.

Præstare Rempub. id est, incolumem ab omni incommodo conseruare. Cic. ad Atticum, lib. 10. 195. 6.

Præstare (διαφέρειν, ἐπαυξάνειν, περιεῖναι, περιγίνεσθαι, προέχειν) cum solo datiuo, Melius esse, uel antecellere significat Terent. Eunuch. 2. 2. 1,

Di immortales, homini homo quid præstat? stulto intelligens Quid interest?

Virtus præstat cæteris rebus. Cic. 4. de Finib. 83.

Culta incultis præstant. Lucret. lib. 1. 42.

Intelligens præstat imperito. Cic. de claris Orat. 103.

Imperatoribus minutis præstat orator. Cic. de claris Orat. 138.

Contemplatio rerum cogitatioq; longè omnibus studijs in uita præstat. Cic. 5. Tusc. 14.

Doctus auditor indocto præstat: Cic. de claris Orat. 104.

Datiuum aliquando regit rei quæ superatur, & ablatiuum rei in qua quis excellit: ut, Præsto tibi scientia. Cic. pro Deiotaro, 7, Tanto ille superiores gloria uicerat, quanto tu omnibus præstitisti. Quint. lib. 1, Eloquentia cæteris præstet.

Ætate alteri præstare. Cic. de claris Orat. 83.

Lepore & humanitate omnibus præstitit Socrates. Cic. 2. de Orator. 150.

Prudentia cæteris præstare. Cic. 1. de Orat. 97.

Suauitate & breuitate dicendi alijs præstitit Aristoteles. Cicer. 2. de Inuent. 125.

Ablatiuus aliquando omittitur. Cic. 1. Off. 92, Difficile autem est, quam præstare omnibus concupieris, seruare æquitatem quæ est iustitiæ maximè propria. Hoc loco, pro Præesse uel præsidere nonnulli interpretantur. Plaut. Bacch. 20. 48,

Sed Priamus hic multò illi præstat.

Datiuus nonnunquam tacetur. Cic. 1. Off. 162, Quorum uerò patres aut maiores aliqua gloria præstiterunt, ij student plerunque eodem in genere laudis excellere. Idem Torquato, lib. 6. 161 1.

Arte bellandi præstabat Claudius. Silius lib. 13. 30.

Patria charitate præstat. Cic. 2. de Leg. 9.

Facie præstare. Horat. 2. Serm. Sat. 4. 15.

Gloria alijs præstare. Cic. 3. de Orat. 5.

Honore & ætate præstare. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 14.

Ingenio præstare. Lucret. lib. 5. 223.

Iuris Ciuilis intelligentia, atq; omni prudentiæ genere Mutius præstitit. Cic. de claris Orat. 52.

Literis doctrinaq; præstare. Cic. 3. de Orat. 76.

Mobilitate præstare. Lucret. lib. 3. 87.

Præstabant numero militum. Cæsar 3. bel. Ciuil. 177.

Accusatiuum cum ablatiuo aliquando regit. Liuius 5, ab Vrbe, 162, Vt nunciare domum posset, quantum Galli uirtute cæteros mortales præstarent.

Ablatiuum subtexit Virg. 11. Aeneid. 88, dicens,

Ibo animis contrà, uel magnum præstet Achillem. id est antecellat: uel, ut quidam uolunt, repræsentet, exhibeat, uel æqualis sit.

In arte aliqua præstare. Lucret. lib. 5. 272.

Præstat inter. Cæsar 2. bel. Gall. 284, Quòd ciuitas magna & inter Belgas authoritate, ac hominum multitudine præstabat.

Inter suos æquales longè præstare. Cic. de claris Orat. 123.

Longè multùmq; præstat mens atq; ratio. Cic. 5. de Fin. 72.

¶ Præstat (πρόκειται) Impersonaliter, pro Melius est, & datiuo construitur. Cic. pro P. Sestio, 129, Si hoc non est satis quòd hæc omnia deleta uidentur reditu meo, multo mihi, multo in quam iudices præstat, in eandem illam recidere fortunam,

quàm tantam importare meis defensoribus & conseruatoribus calamitatem. Datiuus rarò exprimitur. Virgilius 1. Aeneidos, 28,

——*sed motos præstat componere fluctus.*

Emori potius, quàm seruire præstat. Cic. in Pisonem, 11.

Mori millies præstitit quàm hæc pati. Cic. Att. lib. 14. 30 5. 5.

Tacere præstat philosophis, quàm loqui. Cicero 3. de Natur. deor. 113.

Longè multumq; præstat. Vide Longus.

Multò præstat. Vide Multus.

Vires præstandi habere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 8. 8.

¶ *Præstandus, Participium: ut, Amor præstandus.* Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 17.

Inuidia capitis periculo præstanda. Cic. pro Sestio, 52.

¶ *Præstans, Participium* (ὑπερέχων) *ut, Præstans uirtute homo.* Virg. 8. Aeneid.

Corpore & armis præstans. Silius lib. 5. 35.

Grauitate & prudentia præstans homo. Cicero pro Corn. Balbo, 40.

Longè præstans omnibus ingenio & doctrina. Cic. 2. Tusc. 35.

Ingenio, iusticia, integritate omnibus præstans uir. Cicero pro Planc. 27.

Literis doctrinaq; præstans uir. Cic. 3. de Orat. 76.

Præstans ualetudine. Cic. 5. Tusc. 63.

In oculis præstans. Vide Oculus.

¶ *Præstans, Nomen* (ἕξις, ὑπεροχή) *Præstans animi, Cui est animi præstantia.* Virg. 12. Aeneid. 4. Idem 6. Aeneid. 33.

——*quo non præstantior alter*
Aere ciere uiros, Martemq; accendere cantu.

Sapientiæ præstantissimus. Tacit. lib. 5.

Præstantissimus ingenio. Cic. de Amicit. 1.

Numero præstantior omni. Stat. 1. Achil. 104.

Studio ac doctrina præstantissimi Xenocrates & Aristoteles. Cic. 1. Acad. 24.

Victoria & fide præstans alicuius manus. Cic. Cæs. lib. 7. 5. 10.

Virginibus præstantior omnibus Herse. Ouid. 2. Metam. 145.

Præstantissima fœminarum. Cicero ad Licinium, lib. 5. 8. 6, Itaq; & præstantissima omnium fœminarum uxor tua, & eximia pietate, &c.

Hoc certè præstantioribus, quo nihil nouêre nisi commune. Plin. lib. 11. cap. 5. 2.

Nihil præstantius. Cic. 3. de Finib. 3.

Alijs aliud præstantius. Lucret. lib. 2. 102.

Solidæ laudis ac ueræ dignitatis, præstantius quid mihi potuit accidere? Cic. in Vatinium, 6.

Præstantia debent ea dici, quæ habent aliquam comparationẽ. Cic. 5. Tusc. 55.

Amor præstantior. Ouid. 13. Metam. 163.

Virtute & consilio præstanti extiterunt. Cic. pro Sestio, 79.

Corpore præstanti Nymphæ. Virg. 1. Aeneid. 15.

Labor præstans. Lucret. lib. 2. 3.

Munere præstanti donare aliquem. Virg. 5. Aeneid. 73.

Excellens & præstans natura. Cic. 1. de Nat. deor. 77.

Nomina præstantia. Ouid. 2. Trist. 93.

Odium præstans. Ouid. 13. Metam. 163.

Ordo præstantior. Stat. 5. Sylu. 1. 20.

Victima labe carens, & præstantissima forma. Ouidius 15. Metamorph. 27.

Viri præstantes. Stat. 6. Theb. 59.

¶ *Præstantia, præstantiæ* (ἕξις, ὑπεροχή) *Excellentia: à Præstans fit.* Cic. de Amicit. 62, *Fructus enim ingenij & uirtutis omnisq; præstantiæ, tum maximus accipitur, quum in proximum quenq; confertur.*

Excellentia & præstantia. Cic. 1. Off. 137.

Excellens in animorum laude præstantia. Cic. 5. de Fin. 64.

Animi præstantia. Quint. lib. 6. cap. 1. 19.

Dignitatis aut fortunæ suæ præstantia æquabilitatem communis iuris transeunt quidam, & intolerantius se iactant. Cic. 2. de Orat. 115.

Ingenij præstantia. Cic. 4. de Fin. 87.

Mentis præstantiam habet homo, cui tota illius natura paret. Cic. 5. de Fin. 59.

Partium præstantia. Cic. 1. Acad. 29, *Valetudinem, uires, pulchritudinem in toto: in partibus autem, sensus integros & præstantiam aliquam partium singularum, ut in pedibus celeritatem, &c.*

Præstantia remedij. Plin. lib. 12. cap. 3. 2.

Excellentes rerum omnium præstantia dij immortales. Cicer. 2. de Diuinat. 193.

Virtutis, ingenij, fortunæ præstantiam consequi. Cicero de Amicit. 61.

¶ *Præstaturus, pen. prod. Participium. Vlpian. in l. planè ubi. §. quod si rem. ff. de legat. 1.*

¶ *Præstatio, Verbale* (παροχή) *Paulus de legatis 3. l. si plures gradus sint hæredum, & scriptum sit, Hæres meus dato: ad omnes gradus hic sermo pertinet: sicuti hæc uerba, Quisquis mihi hæres erit. Itaq; si quis uelit non omnes hæredes onerare legatorum præstatione, sed aliquot ex his, nominatim damnare debet.*

Familiæ erciscundæ iudicium ex duobus constat, id est, rebus atque præstationibus: quæ sunt personales actiones. Vlpianus in l. item Labeo. §. famil ercis. ff. familiæ erciscundæ.

¶ *Præstabilis, & hoc præstabile, pen. cor.* (ἕξις) Excellens. *Gellius, Chilo præstabilis homo sapientiæ. Cic. 1. de Finib. 62, Quem tandem hoc statu præstabiliorem, aut magis expetendum possumus dicere?*

Nil melius mundo, nihil præstabilius, nihil pulchrius. Cicero 2. de Nat. deor. 28.

Dignitas præstabilis. Cic. de Prouinc. Consul. 31.

Præstabiles primæ, & singulares res: quibus Paruæ, usitatæ & uulgares opponuntur. Cic. 2. de Orat. 189.

Præstabilis & insignis alicuius uirtus. Cic. de Arusp. resp. 37.

Nil mente præstabilius natura homini dedit.

Præstabile, Quod præstari potest, aliquando significare, dicit Sipontinus.

Præstò] *Aduerbium, ut uult Sipontinus: alij nomen indeclinabile omnis generis esse uolunt: significat Præsens sum* (παρεῖναι) *Verbo Sum, Es, Est, iungitur. Plaut. Epid. 13. 46,*

Tibi quidem quod ames, domi præstò est. Cic. ad Appiũ *Pulchrum, lib. 3. 5. 1, Tralleis ueni ad* V I. *calend. Sextiles: ibi mihi præstò fuit* L. *Lucilius cum literis mandatisq; tuis. id est, mihi occurrit.*

Adire præstò. Vide Adeo, adis.

Præstò adesse. Terent. Eun. 5. 9. 20,

Sed ubi est frater? c. præstò adest. Poeticè, pro Præstò est.

Præstò domi. Terent. Heaut. 1. 1. 120,

——*iandudum domi*
Præstò apud me esse aiunt.

Præstò esse alicui, Præsidio esse, fauere, iuuare. Cic. pro Murena, 17, *Ius Ciuile didicit, multum uigilauit, laborauit, præstò multis fuit. Ibidem 40.*

Præstò esse, Aduenire, comparere. Author ad Herenn. libro 4. 227, Hirundines æstiuo tempore præstò sunt, frigore pulsæ recedunt.

Præstò esse ad horam certam. Cic. 4. Verr. 64.

Præstò est ad nutum, & paret. Cic. 3. Verr. 54.

Locus est præstò. Lucret. lib. 2. 213.

Præstò est ut ancillula. Cic. 2. de Fin. 110.

Præstolor] *pen. prod. præstolaris* (ὑποπτεύω, προσμένω) *præstolari, Manere, expectare. Festus, Præstolari is dicitur, qui antè stando ibi, quò uenturum excipere uult, moratur. Terent. Eunuch. 5. 6. 5,*

Quem præstolare Parmeno hic ante ostium? Sic Cæsar 2. bel. Ciuil. 98, Huius aduentum L. *Cæsar filius cum decem lõgis nauibus præstolans, &c.*

Præstolor, Datiuo iunxit Cic. 1. in Catil. 17, Qui tibi ad forum Aurelium præstolarentur armati.

Præstolari (inquit Donatus) Præstò esse, & apparere: hoc est, obsequi.

Præstringo] *præstringis, præstrinxi, præstrictum* (ἀποξύω, προσπίπλω) *præstringere, Valde stringere: & aliquando leuiter lædere, attingere. Plin. lib. 18. cap. 34. 3, Præstringit enim atq; percellit hic radices arborum. De Borea uento loquitur.*

Tempora præstrinxit sertis. Stat. 5. Syl. 3. 23.

Fauce præstricta laqueo. Ouid. in Ibin, 110.

Præstringere (προσπιάζειν) *Obtenebrare. Vnde Præstigiæ, & Præstigiatores. Budæus. Liu. 10. bel. Maced. 224, Cum ingenti fragore cæli tonitribusq; & fulgoribus, præstringentibus aciem oculorum. Cic. in Vatinium, 19, Cuius dignitas & splendor præstringebat credo oculos Vatinij.*

Lux abena præstringit oculos. Claud. 6. Paneg. 27.

Præstringere præstigiæ. Cic. 3. de Nat. deor. 104.

Aciem oculorum uel ingenij præstringere. Vide Acies.

Præstringere aciem ingenij, per translationem: pro, Imponere. Cic. 1. Verr. 25.

Aciem mentis præstringere. Cic. 1. de Diuinat. 108.

Præstringitur acies ferri, eborisq; nitor. Plin. lib. 7. cap. 15. 2.

De mentruis. id est, obtunditur & hebetatur. Idem lib. 15. cap. 14. 5, de pomis acerbis, Vis, inquit, tanta, ut aciem glandij præstringat.

Præstruo] *præstruis, præstruxi, præstructum* (προοικοδομῶ, προπαρασκευάζω) *præstruere, Prius ordinare, ædificare. Colum. lib. 1. cap. 5. 8, Quippe ab imo præstructa, ualenter resistent contra ea quæ postmodum superposita incumbent. Liu. 8. bel. Pun. 224, Non semper temeritas est fœlix: & fraus fidem in paruis sibi præstruit, ut quum operæ precium sit, cum mercede magna fallat.*

Præstruo, pro Obstruo: ut, Aditum mortis præstruere obisce. Ouid. 1. Fast. 113. De Cæco.

¶ *Præstructus, Participium* (προπαρασκευασθείς) *ut, Hostis præstructus bellis ciuilibus. Claud. de bello Getico, 58.*

Præstructus, Arte præparatus, & ex composito siue ex industria factus. Suet. in Tiberio, cap. 53, Quondam uerò inter cœnam porrecta à se poma gustare non ausam, etiam uocare desijt, simulans se ueneni crimine accersitum: quum præstructum utrunq; consulto esset, ut & ipse tentandi gratia offerret, & illa quasi certissimum exitium caueret.

Præsudo] *præsudas, pen. prod.* (προϊδρόω) *præsudare, Antè sudare, antè exercere se. Stat. 6. Theb. 1,*

——*ludumq; super quo Martia bellis*
Præsudare paret, seseq; accendere uirtus.

Præsul] *præsulis, pen. cor. m. gen.* (προστάτης) *teste Phoca, à Præsilio, præsilis fit, quod est Antè salio: Is appellabatur apud antiquos, qui primus erat inter Salios Martis sacerdotes. A saliendo dicti, in portandis ancilibus. Valla lib. 5.*

¶ *Præsultor, præsultoris, masc. ul. gen.* (καταρχων) *pro Præsule. Cic. 1. de Diuinat. 97, Exin quidam rusticus Romano dormienti uisus est uenire qui diceret, præsultorem sibi non placuisse ludis, &c.*

¶ *Præsulto, præsultas* (προπηδάω) *præsultare, Antè saltare. Liuius 7. ab Vrbe, 37, Si tu permittis, uolo ego illi bellua ostendere, quando adeò ferox præsultat hostium signis, me ex ea familia ortum, quæ Gallorum agmen ex rupe Tarpeia deiecit.*

¶ *Præsultator, penult. prod. Verbale. Liuius lib. 2. ab Vrbe, Vitus Iupiter dicere, sibi ludis præsultatorem displicuisse. Præsultatorem uocat eum, qui quasi ludorum prima pars fuerit: qui antequam ludi committerentur, saltauerit.*

Præsultus] *Adiectiuum* (προηδύς) *Valde salsus, uel antè salsus. Colum. lib. 6. cap. 2, Libralesq; offas in præsulsæ adipis liquamine tinctas.*

Præsum] *præes, præest, præfui* (προΐστημι, ἡγέομαι) *præesse, Præfectum esse. Cicero 4. de Finibus, 12 4, Omnibus enim artibus uolumus attributam esse eam quæ communis appellatur prudentia, quam omnes qui cuiq; artificio præsunt, debent habere.*

Præesse agro colendo. Cic. pro Rosc. Amer. 29.

Faciendæ alicui rei publicè præesse. Cic. 7. Verr. 38.

Interesse alicui rei & præesse. Cic. Lentulo, lib. 1. 8. 1.

Exercitui præesse. Plancus Senatui, lib. 10. 8. 8.

Ignibus æternis præesse. Ouid. 3. Fast. 85.

Imperio Prætorio præesse. Cic. 1. de Diuinat. 119.

Magistratibus leges, populo magistratus præsunt. Cicero 3. de Legibus, 3.

Nauibus & classi præesse. Cic. 7. Verr. 66.

Officijs alicuius præesse. Ouid. 4 Fast. 77.

Prouinciæ præesse. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 107.

Præesse quæstioni dicitur iudex. Cic. pro Rosc. Amer. 17, Quum huic idem quæstioni iudex præesses.

Reipublicæ præesse. Cic. 1. Off. 112.

Sacerdotijs præesse. Cic. pro Domo sua, 81.

Sacris præesse. Cic. de Arusp. resp. 12.

Studio alicui præesse. Cic. 1. de Orat. 120.

Temeritati alicuius præesse. Cic. de Amicit. 35.

Templo præsse. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 13.

¶ *Præsens, præsentis, om. gener.* (παρών, σύνδημος) *Qui adest. Plaut.*

Agite si uultis, præda erit præsentium. id est, eorum qui hìc adsunt.

Præsens & absens, contraria. Terent. Eunuch. 1. 2. 112,

Cũ milite isto præsens absens ut sies. Idẽ Adelph. 1. 1. 48,
Præsens, absensq; idẽ erit. id est, te absente aut præsente.

Præsens præsenti adsum. Plaut. Most. 15. 27. Terentius Adelph. 4. 5. 34,

Quum hanc sibi uidebit præsens præsenti eripi,
Abduci ab oculis.

Præsente absente Terent. Eunuch. 5. 9. 29.

——*postulo ut mihi tua domus*
Te præsente absente pateat.

Facultas optabilis tui præsentis si mihi esset, nunquam à tuis cõfilijs discreparem. Plancus Cic. lib. 10. 4. 7.

Cognoscent omnes tui præsentes, tui absentis amorem. Cicero Lentulo, lib. 1. 1. 13.

Præsentem atque audientem, uita priuandum esse dixit Cicero 4. in Catil. 85.

Viui & præsentes. Cic. 1. Off. 218.

Memoria uiuorum & præsentium teste aliquem commendare. Cic. 2. de Orat. 6.

Præsente hoc, nolebam dicere. Terent. Hecyr. 4. 4. 90.

Dicerẽ de eius uirtute eo præsente timidius. Cic. pro Cecin. 56.

Agere gestum præsente Roscio. Cic. pro Quintio, 52. Prouerbialis locutio, in eos qui doctiores se præsentes docere uolunt. Idem 2. de Orat. 129. Quanquam soles, inquit, sæpe mirari eorum impudentiam, qui agunt in scena gestum spectante Roscio.

Hic est unus homo ex omnibus, quo præsente minimè ineptus esse uellem. Cic. 1. de Orat. 55.
Præsente nobis, pro Præsentibus, dixerunt ueteres. Plaut. Amphit. 3. 192,
Nec nobis præsente, aliquis, nisi seruos Africanus adest.
Pomponius, Qui apud forum præsente testibus mihi uendidit. Idem, Siue ergo istuc præsente amicis inter cœnam. Varro in Marcellum, Id præsente legatis omnibus, exercitu pronunciat. Ex Donato.
Adesse, & præsentem esse. Cic. 1. Off. 19, Ad id solum quod adest, quodq; præsens est, se accommodat. De bellua.
Adest præsens. Vide Adsum.
Præsens non ades. Plaut. Amph. 11. 23. Terent. Adelph. 3. 3. 39.
Præsens tecum egi, itemq; petiui sæpe per literas. Cicero Curioni, lib. 2. 6. 9.
Exponere commodius aliquid præsenti. Cic. Att. lib. 1. 12. 5.
Interfuit, & præsens uidit. Cic. 1. de Inuent. 116.
Præsens inuisit. Liu. 1. ab Vrbe, 251, Quin si uigor iuuentæ inest, conscendimus equos, inuisimusq; præsentes nostrarum ingenia?
Præsens succurre. Virgilius 9. Aeneid. 82,
Tu dea, tu præsens nostro succurre labori. Vbi Seruius, Non dicit, Quæ præsens es: sed, Præsens succurre: id est, illico, statim.
Præsens tanquam in manum aliquid dare. Cic. 2. Off. 88.
Præsens ingenio. Plin. lib. 17. cap. 1. 4.
Ætas præsens. Horat. 2. epist. 1. 9.
Animus præsens (παρόντημα) Terent. Phorm. 5. 8. 64,
Animo uirili præsentiq; ut sis, para. Virg. 5. Aeneid. 73,
Nunc sicui uirtus, animusq; in pectore præsens. Vbi Seruius, Præsens, fortis: ac si diceret, Si adsit quis plenus animi. Cic. 2. de Orat. 47, Sed animus acer & præsens, & acutus, idem atq; uersutus inuictos uiros efficit.
Præsenti animo uti. Cic. 1. Off. 113.
Præsenti animo dicere. Terent. Eun. 4. 6. 31. hoc est, confidenti.
Præsenti argento, uel pecunia mercari uel uendere. Plaut. Pœn. 2. 89. Idem Menæh. 24. 99. Et Capt. 6. 8.
Casus præsentis immemor. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 8.
Dolor præsens. Lucret. lib. 6. 257.
Forma dei præsens. Statius 1. Sylu. 1. 13.
Gratiam præsentem refero. Cic. pro Plancio, 81.
Hora præsens. Horat. 3. Carm. ode 8. 6.
Præsens malum. Terent. Phorm. 5. 2. 16,
—— præsens quod fuerat malum, in diem abiit: plagæ crescunt, Nisi prospicis.
Mors præsens. Virg. 4. Aeneid. 19.
Ad præsentem pasum mendicitatis suæ agros populari. Cicero 11. Philipp. 291.
Præsentem pecuniam soluere. Cic. ad Atticum, lib. 2. 19. 1.
Pecuniam præsentem non debitam soluit mulieri. Cicero pro Cluentio, 25.
Pestis præsens. Cic. 3. Philipp. 363.
Pignore præsenti firmat animum. Virg. 3. Aeneid. 123.
Pœna præsens. Cic. 2. de Diuinat. 184.
In re præsenti. Vide In. Liu. 10. bel. Maced. 73.
Venire in rem præsentem. Cic. 1. de Orat. 130.
In præsens tempus, uel in posteritatem hæc impendent. Cicero 1. in Catil. 16.
Testibus præsentibus liberam cretionem cognoscere. Cicero Attico, lib. 13. 29. 2.
Vires ad noscendum præsentes habere. Cic. Att. lib. 13. 32. 5. 2.
Præsens & Futurus (ἐνεστὼς καὶ μέλλων) contraria. Cicer. pro Domo sua, 9, Erat igitur et præsens caritas, & futura fames.
Præteritorum meminit, præsentia cernit, futura præuidet animus. Cic. 1. de Diuinat. 111.
In præsens, In præsenti, Ad præsens. Vide In & Ad.
Præsens, non in præteritum modò accipitur, uerumetiam in futurum. ut Horatius in Arte, 9,
Pleraq; differat, & præsens in tempus omittat. In præsens, id est, in suum tempus, & quando tempus dicendæ rei aderit: nisi accipiatur pro impræsentiarum: ut idem 2. Carmin. ode 16. 6,
Lætus in præsens animus, quod ultrà est
Oderit curare. Valla lib. 4.
Constituere se cuipiam aduocatum in rem præsentem esse uenturum. Cic. 1. Off. 48.
Præsens quandoq; dicitur, non quod nunc fit, sed quod tunc fiebat: id est, tempore illo tunc præsenti. Cic. Ego incolumitati ciuiũ primùm, & postea dignitati: ille præsenti potius, quàm futuræ dignitati consulebat. De mortuo loquitur. Hæc Sipont. ex Valla lib. 4. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 9. 1. Sed cetera (ut tu scribis) præsenti sermoni reseruantur: hoc tamen nõ queo differre. id est, coràm quum erimus.
Præsens iracundia. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 1. 77. hoc est, quo mihi tunc ex re præsenti obuenerat.
Præsens, Paratus. Horat. 1. Carm. ode 35. 1, de Fortunæ potẽtia,
O' diua, gratum quæ colis Antium,
Præsens uel imo tollere de gradu
Mortale corpus: uel superbos
Vertere funeribus triumphos. Præsens, parata, potens mutare status hominum. Acron.
Præsens (ἵλεως) Propitius: quoniã is qui præsens est nobis, propitiatur facilè, si inuocetur, & citius quàm is qui præsens non est. Virg. 1. Georg. 2,
Et uos agrestum præsentia numina Fauni. Seruius. Terent. Phorm. 2. 2. 31,
Ea qui præbet, non tu hunc habeas planè præsentem deum: Donatus, Præsentes dij sunt, uel qui statim præstant: uel qui coluntur, & uidentur, ut Sol & Luna.
Auxilium præsens. Cic. 6. Ver. 96.
Auxilium præsentius. Virg. 2. Georg. 26.
Præsens ac præpotens deus. Cic. 2. de Nat. deor. 6.
Deos præsentes uidere. Cic. 3. de Nat. deor. 15.
Numen præsentius. Quint. in Procem. lib. 4. 4.
Præsentior. Ouid. 2. Amor. eleg. 8. 4,
At quanto, si fortè refert, præsentior ipse
Per Veneris feci numina magna fidem?
Præsentissimum, Præstantissimum: ut apud Virg. 12. Aen. 50,
Dat signum cælo, quo non præsentius ullum
Turbauit mentes Italas. id est, efficacius. Vnde Præsentissimum periculum, Præsentissima medicina, Præsentissimũ uenenum: id est, potens, & in primis efficax.
Præsens medicina: hoc est, quæ præsens & festinum remedium adfert. Colum. lib. 2. cap. 14. 3.
Præsentissimum remedium, sanguis de aure emissus. Colum. lib. 6. cap. 14. 2.
¶Præsentia, præsentiæ (παρουσία) Terent. Heaut. 3. 3. 12,
Multa fert libido: ea prohibet facere tua præsentia.
In præsentia. Vide In.
In præsentia: sed post. Vide In.
In præsentia & ante oculos proponere periculum. Cicero pro Domo sua, 9.
Desiderium præsentiæ tuæ meo labore minuam. Cic. Licinio, lib. 5. 8. 17.
Deorum præsentiæ. Cic. 2. de Nat. deor. 246.
Declarant præsentiam suam sæpe diui. Cicero 2. de Natur. deorum, 8.
Formæ aberat præsentia. Ouid. 2. Fast. 156.

Præsentia animi (παρασκευὴ) Græci παρόρημα uocant: Latini præsidentiam, & robur animi. Cic. pro Milone, 46, Neque uerò sine ratione certa causa Milonis semper à Senatu probata est. uidebant enim sapientissimi homines, facti rationem, præsentiam animi, defensionis constantiam.
¶Præsento, præsentas (παρίστημι, προβάλλω) præsentare, Quasi præsens facere. Quint. lib. 11. cap. 2. 1, Frustrà docemur, si quicquid audiuimus, præterfluat: & exemplorum, legum, responsorum, dictorum, beneq; factorum uelut quasdam copias, quibus abundare, quasq; in promptu semper habere debet Orator, eadem illa uis non præsentat. Alij legunt, repræsentat: nec adhibent negationem Non. Plinius de Viris illust. 77, Caput ab Achilla Ptolemæi satellite, Aegyptio uelamine inuolutum, cum annulo Cæsari præsentatum est.
Præsentare, Referre, speciem præbere, & quod repræsentare dicitur. Plin. li. 37. cap. 10. 39. Sarcites bubulas carnes præsentat. Idem lib. 20. cap. 19. 3.
¶Præsentaneus, Adiectiuum (παραστατικὸς) Quod in præsens subitò fit: seu potius quod præsentem habet efficaciam: ut, Præsentanei boleti, apud Senec. epist. lib. 15. qui citò enecãt.
Remedium præsentaneum ad dentium mobiles firmandos. Plinius lib. 21. cap. 31. 4. Item, lib. 24. cap. 13. Præsentaneum uenenum.
¶Præsentarius, Aliud adiectiuum. Præsentarium argentum. Plaut. Mostel. 6. 14. Et Pœn. 9. 92,
Quid ita? quia aurum poscunt præsentarium.
Præsumo] præsumis, penult. prod. præsumpsi, præsumptum (προλαμβάνω) præsumere, Prius sumere. Plin. lib. 36. cap. 11. 7, Theophrastus author est, potores in certamine bibendi præsumere farinam eius. Scilicet lapidis.
Dapes præsumere. Ouid. 3. de Arte, 151.
Præsumere animo, Præsagire. Valerius lib. 1.
Præsumere spe bellum. Virg. 11. Aeneid. 4,
Arma parate animis, & spe præsumite bellum. Vbi Seruius, Aut hypallage est, pro, Armis parate animos. aut certè est mutanda distinctio, ut sit,
—— animis & spe præsumite bellum, mete præoccupate.
Fortunam præsumere. Tacit. lib. 12.
Gaudium præsumere. Plin. epist. 10. lib. 2, Vt tandem percipias gaudium, quod ego olim pro te nõ temerè præsumo. id est, quibusdam signis intelligo ante tempus.
Ingenium iudicio præsumi. Quint. lib. 2. cap. 4. 5.
Lætitiam præsumere. Plin. in Paneg. 132.
Mollitiem præsumere. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 18.
Officia hæredum præsumere: pro, Agere, dum superstites sumus, quod hæredum esset. Plin. epist. 96.
Remedia præsumere. Tacit. lib. 14.
Supplicium in aliquem præsumere. Tacitus lib. 1. hoc est, antè sumere.
¶Præsumptus, Participium (προλαμβεὶς) ut,
Piacula præsumpta. Silius lib. 5. 42.
Præsumpta opinio. Quint. lib. 2. cap. 17. 18, Nihil inuidia ualeat, nihil gratia, nihil opinio præsumpta. Apud Tacitum, Præsumptá suspicio, pro eodem dicitur, teste Budæo.
Quies præsumpta. Tacit. in uita Agricolæ.
Spes præsumpta. Tacit. lib. 3.
¶Præsumptio, præsumptionis, Verbale (προδόλωσις) Antè sumptio, uel anticipatio. Plin. epist. 180. lib. 9. ad Paulinũ, Alius alium: ego beatissimum existimo, qui bonæ, mansuræq; famæ præsumptione perfruitur, certusq; posteritatis cum futura gloria uiuit.
Præsumptio, apud Rhetores. Quint. lib. 9, Mirè uerò in causis ualet præsumptio, quæ πρόληψις, dicitur, quũ id quod obijci potest occupamus, quæ præcipuè proœmio conuenit.
Præsuo] præsuis, præsui, præsutum, pen. prod. (προράπτω) præsuere, Antè suere. Plin. lib. 12. cap. 19. 9, Consecant funiculos longitudine binũm cubitorum. Mox præsuunt recentibus corijs quadrupedum ob id interemptorium, &c.
Hasta præsuta foliis. Ouid. 11. Metam. 2.
Prætego] prætegis, pen. cor. prætexi, prætectum (προσκιάζω) prætegere, Idem quod Tegere. Plin. in Paneg. 27, Venict ergo tempus, quo posteri uisere, uisendumq; tradere minoribus suis gestient, quis sudores tuos hauserit campus, quæ refectiones tuas arbores, quæ somnum saxa prætexerint, quod deniq; tectum magnus hospes impleueris.
Prætendo] prætendis, prætendi, prætentum & prætensum (προΐσχομαι, προβάλλω) prætendere, Antè tendere, opponere. Virg. 9. Aeneidos,
—— & Marti prætendere muros.
Vestem prætendere. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 16.
Prætendere auribus. Plin. epist. 147. d. lib. 7, ad Suram.
Prætendere retia. Plin. lib. 9. cap. 8. 10, Quæ de causa prætendi non queunt retia, quæ molem ponderis ullo modo tolerent.
Prætendere sepem segeti. Virg. 1. Georg. 54. Seruius, Circundare, & opponere.
Prætendo, pro Obtendo, & prætexo: dãtiuo aliquando iungitur, nonnunquam accusatiuo cum præpositione Aduersus. Plinius epist. 81. lib. 4. ad Valerium Paulinum, Studeamus ergo: nec desidiæ nostræ prætendamus alienam. Quintilian. in Præfat. lib. 1. 13, de falsis philosophis, Sed iudium & tristitiam, & dissentientem à cæteris habitum pessimis moribus prætendebant.
Ignorantia prætendi non potest. Quint. lib. 7. cap. 2. 24.
Nomen alicuius prætendere. Cic. in Vatinium, 10.
Speciem lætam prætendere fraudi. Claud. 2. Paneg. 7.
Verba culpæ prætendere. Ouid. 2. de Remed. amor. 48.
Prætendere, Præmonstrare, exhibere. Quintilian. lib. 8. cap. 3, Qui quum loricatus in foro ambularet, prætendebat se id metu facere.
Amicitiam, an studium alicuius prætendere. Tacit. lib. 20.
Prætendere, Præferre. Virg. 4 Georg. 46,
—— sumosq; manu prætende sequaces. Seruius.
¶Prætentus, Participium (προτεταθεὶς) ut, Cuspis prætenta. Ouid. 3. Metam. 17.
Veste prætenta lachrymas coortas obtegis. Senec. Hipp. 8. 5.
Locus prætentus aquis. Claud. 1. in Ruffinum, 25.
¶Prætentura, prætenturæ, & Prætenturæ, num. plur. à prætendendo, id est, antè tendendo & præsidendo dictæ, sunt, tanquam quædam castra antè tendentia, uel stationes antè tendentes. Ammianus Marcell. lib. 2, ibiq; densis inter obsidentium itinera prætenturis prouincialium & uiatorum opibus pascebantur. Iterum, Et quia Mesopotamiæ tractus omnes crebrò inquietari sueti, prætenturis & stationibus seruabantur agrarijs. Rursus, Salubriter & cautè castra metata, prætenturæ stationesq; agrariæ totis rationibus ordinatæ. Memmit Higenus. Verbum militare est. Vide plura apud Turnebum.
Prætener] penult. corrept. prætenera, prætenerum, penult. corr. (προλιπὴς) Valde tenerum. Plin. lib. 25. cap. 13. 12, Similis & nomine & effectu, sed alia est capnos, fruticosa, prætenera, foliis coriandri.
Prætento] prætentas (προπειράζομαι) prætentare, Prius tentare. Plin. lib. 11. cap. 37. 5, Cornua sunt cochleis ad prætentandum iter.
Calliope querulas prætentat pollice chordas. Ouid. 5. Met. 68.
Vires prætentare. Ouid. 8. Metam. 2.
Misericordiam iudicis prætentare. Quint. lib. 4. cap. 1. 19.

Prætentata & perſpecta cauſa. Cic. 2. de Orat. 174.

¶ **Prætentatus, huius prætentatus,** pen. prod. (προπαροξυτόνως) Plin. lib. 11. cap. 37. 17, Cochleis oculorum uicem cornicula bina prætentatu adimplent.

Prætenuis] & hoc prætenue (πολυνιφὴς) Valde tenue ſignificat. Plin. lib. 11. capit. 15. 1, Mel thymoſum non coit, & tactu prætenuia fila mittit. Idem lib. 8. capit. 50. 2, Solertiam eius animalis Mutianus uiſam ſibi prodidit, in ponte prætenui. De capris.

Prætepeo] prætepes, penult. correp. prætepui (προεκλιλάνομαι) prætepere, Idem quod Antè tepere. Ouidius 2. Amor. eleg. 3. 2,

Mollis in obſequium, facilisq; rogantibus eſſes,
Si tuus in quauis prætepuiſſet amor.

Præter] Præpoſitio (πλὴν, ἐκτὸς, παρὰ, περίξ) accuſatiuo ſemper iungitur, & excipiendi uim habet. Cic. ad Atticum, lib. 7. 123. 16, Qui omnes præter eum de quo per te egimus, reum me facere rentur.

Ante, & Præter, contraria. Auth. ad Heren. lib. 4. 136, In ſuperioribus libris nihil, neq; ante rem, neque præter rem locuti ſumus.

Præter, Vltra. Quint. Multa erant præter hæc, quæ obijci meritò potuiſſent. Terent. Adelph. 2. 3. 5,

Itaq; unam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror.

Præter ripam ire. Liu. 8. bel. Maced. 80.

Præter mœnia ipſa fluere, Præter Caralliten paludem agmẽ ductum, Præter Thebas Demetriadem curſum dirigerent, Præter oram Hetruſci maris Neapolim tranſmiſit, dixit Liuius Decad. 4.

Præter æquum. Terent. Hecyr. 2. 1. 29,

Meo labori haud parcens præter æquum atq; ætatẽ meã.

Præter æquum & bonum nimium durus. Terent. Adel. 1. 1. 39.

Præter ætatem, id eſt Contra, ut ait Donatus. Plaut. Epid. 3. 3,

Præter ætatem & uirtutem ſtultus es. hoc eſt, Dedecet ætatem tuam te ſtultum eſſe, Non conuenit ætati tuæ, Contra ætatem facis.

Præter cætera, Plus quàm cætera. Terent. Andr. 1. 1. 31,

Horum ille nihil egregiè præter cætera Studebat.

Idem 2. Off. Teſtis eſt Phalaris: cuius eſt, præter cæteros crudelitas nobilitata. Pro eo quod eſt, præter cæterorum crudelitatem.

Hoc mihi præcipuum eſt præter cæteros. Cic. pro Sylla, 6.

Præter conſuetudinem. Cic. ad Atticum, lib. 3. 65. 1, In altera epiſtola, præter conſuetudinem tuam, diem non adſcribis, ſed ſatis ſignificas tempus.

Præter conſuetudinem ſi acciderit aliquid, præter naturam tamen non poſſit exiſtere. Cic. 2. de Diuinat. 88.

Nihil magis ridetur, quàm quod eſt præter expectationem. Cicero 2. de Orat. 156.

Præter communem fidem quæ omnibus debetur, præterea nos iſti hominum generi præcipuè debemus. Cicero Quint. frat. lib. 1. 1. 42.

Præter hæc, id eſt Vltra, Amplius. Plaut. Sticho, 6. 21.

Præter hac, apud Plautum ſæpius legitur, pro Poſthac. In Rud. 24. 73, —ſi præter hac

Tu uerbum faxis hodie, ego tibi commiuuam caput. Idem Menæb. 16. 25.

Præter libidinem. Terent. Heaut. 1. 2. 27,

Fortaſſe aliquanto iniquior erat præter eius libidinem.

Præter modum gratum eſt. Cic. pro Plancio, 66.

Præter modum iuſtus. Cic. 5. Tuſc. 148.

Præter modum creuit lacus Albanus. Cic. 1. de Diuinat. 161.

Præter modum exterreri. Cic. 2. Offic. 52.

Præter morem atq; legem ciuium, Contrà conſuetudinem, inquit Donatus. Terent. And. 5. 3. 8.

Præter naturam. Cic. 1. Philip. 7, Multa autem impendere uidebantur præter naturam etiam, præterq; fatum. id eſt, uiolenta morte & inopinata. Vide Gellium in hæc uerba, libro 13. cap. 1.

Præter opinionẽ, Contra, inquit Donatus. Terẽt. Hecyr. 5. 1. 37,

Nunc quum ego te eſſe præter noſtram opinionem comperi: Fac eadẽ ut ſis porrò. id eſt, aliã quàm credebamus.

Præter opinionem aliquid accidere. Cic. pro Plancio, 12.

Præter optatum illud accidit. Cic. in Piſonem, 36.

Præter ſententiam omnia euenium. Plaut. Merc. 19. 20.

Præter ſolitum lætus. Virg. 1. Georg. 83.

Præter ſpem. Terent. And. 2. 6. 5,

Præter ſpem euenit, ſentio: hoc malè habet uirum.

Præter ſpem ſiquid erit, facies ut ſciam. Cic. Att. Ab. 15. 327. 6.

Præter ſpem aliquid dicere. Cic. Sulpitio, lib. 4. 4. 9.

Præter, Ante. Cic. 5. Ver. 51, Serui autem eius qui & moribus iiſdem eſſent, quibus dominus, & eodem genere ac loco nati, præter oculos Lolij hæc omnia ferebant. Plinius epiſtol. 31. 6, Erit ergo pergratum mihi, hanc effigiem eius ſubinde intueri, ſubinde reſpicere, ſub hac conſiſtere, præter hanc commeare.

Præter ora. Tacit. lib. 20.

Præter, Aduerbium, pro Præterquam. Colum. lib. 3. cap. 2, Omnis incommodi patientes præter caloris. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1. 24, Atqui etiam è Græcis ipſis diligenter cauendæ ſunt quædam familiaritates, præter hominum perpaucorũ, ſiqui ſunt uetere Græcia digni. Hæc Budæus. Varro 1. de re Ruſt. cap. 41. 4, Quare ex terra potius in ſeminarijs ſurculos de ficeto, quàm grana de fico expedit obruere, præter ſi aliter quæras.

Præter, Inſuper. Plin. lib. 8. cap. 42, ad finem, E` quo ferè qui homini morbi, præterq; ueficæ conuerſio. Idem lib. 11. cap. 4, ad finem, Habent autem oculos, præterq; è ſenſibus tactum atq; guſtatum.

Præteragere] πρόσω ἄγειν, ut Circumagere. Horatius 1. epiſtol. 15. 3,

Mutandus locus eſt, & diuerſoria nota
Præteragendus equus. id eſt, inquit interpres, agendus eſt equus præter diuerſoria nota, id eſt ultra: quod equi inuitiſſimi ſolent facere.

Præterbito] præterbitas. Vide Prætereo.

Prætercaputſaxi] ex tribus uerbis unum nomen, quo iter ad Garamantas apud Plinium appellatur, lib. 5. cap. 5.

Præterduco] præterducis, penult. prod. præterduxi, præterductum (προσπέμπω) præterducere, Ducere, uel anteducere. Plaut. Milit. 3. 68,

Vt te hodie quaſi pompam illac præterducerem.

Prætereа] Aduerbium (παροπροσέτι) id eſt, Præter hæc quæ dicta ſunt. Terent. Adelph. 2. 2. 16,

Age, noui tuum animum, quaſi iam uſquam tibi ſint uiginti minæ,
Dum huic obſequare, præterea autem te aiunt proficiſci Cyprum. Vbi Donatus, Prætereа aũt ἐξαίσιμος figura. nã ueteres libenter coniunctiones multiplicabant. Virg. 1. Aen.
——& quiſquam numen Iunonis adoret,
Præterea? aut ſupplex aris imponat honorem? hoc eſt, poſtea, ait Seruius.

Addebant prætereа Rempublicam conuenturam calẽdis Sextilibus. Cic. 1. Philipp. 6.

Prudentiam tuam mihi expoſuit, & prætereа mihi non ignotã, in cõſuetudine & familiaritate ſuauitatẽ tuã adiunxit: prætereа ſummã erga ſe liberalitatem. Cic. Planco, lib. 10, 3. 2.

Lyſiadem

Lyſiadem Athenienſem plerique nouimus: eſt enim Phædri philoſophi nobilis filius, homo prætereа feſtiuus. Cicero 5. Philip. 173.

Prætereа, interdum habet pronomen tam ſingularis quàm pluralis numeri incluſum.

De ſingulari. Virg. 11. Aeneid. 57,

Si duo prætereа tales Idæa tuliſſet
Terra uiros. id eſt, præter eum Aeneam. Cicer. Seruio Sulpitio, lib. 4. 3. 16, A` me uerò ſic diligitur, ut tibi uni concedam, prætereа nemini. id eſt, præter te.

Sic populus Rom. deligit magiſtratus, quaſi Reipub. uillicos, in quibus ſi qua prætereа eſt ars, facilè patitur. Cicero pro Planc. 51.

Non poſſumus huius ciuitatis & cuiuſuis prætereа eſſe ciues. Cic. pro Cornel. Balbo, 22.

Expedito homine nobis opus eſt, & eo qui imperium legitimũ habeat, quæ prætereа authoritatem, nomen, exercitum, etc. Cic. 1. Philip. 308.

Nihil'ne uobis in mentem uenit, quod propterea à Craſſo requiratis? Cic. 1. de Orat. 77.

De plurali. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 7, Prætereа quidem de Conſularibus, nemini poſſum aut ſtudij animi erga te, aut officij, aut amici eſſe teſtis. id eſt, præter eos.

Duo prætereа teſtes nihil dixerunt. Cic. pro Cecinna, 20.

¶ **Prætereа, pro præterito tempore & anteacto, non conſueta ſanè ſignificatione.** Agretius Salluſtij interpres in Catilina, Prætereа, inquit, præteriti temporis: Saluſtius, nunquam Hiſpanos prætereа tale facinus facere auſos. Ex Turnebo.

Prætereo] præteris, pen. corr. præteriui uel præterij, præteritum, penul. corr. (παραβαίνω, μεταβαίνω, παραβαίνω, παρελάω, παροίχομαι, παραίομαι) præterire, Vltrà ire. Terent. Eunuch. 4. 2. 5,

——dum hæc puto,
Præterij imprudens uillam. Idem Adelph. 4. 2. 36,
Præteritо hac recta platea ſurſum.

Præterire per uias. Plaut. Merc. 24. 46.

In platea modò huc, modò illuc præterire. Catull. ad Aurel. 15. 2.

Aeſtas præterit. Virg. 2. Georg. 65.

Aetas præterijt ad agendum. Terent. Phorm. 2. 3. 76.

Dies præterijt. Terent. Phorm. 3. 2. 40. Idem Eunuch. 2. 2. 52,

Sine biduum hoc prætereat.

Tempus non legis, ſed libidinis tuæ præterijt. Cicero Attico, libro 7. 128. 12.

Vnda præterijt. Ouid. 3. de Arte, 13.

Præterire malum, Effugere, uitare. Terent. Hecyr. 3. 4. 5.

Præterire aliquid, Nullam de re aliqua facere mentionem, & quaſi obliuiſci. Terent. in Prolog. Adel. 14, —pernoſcite,
Furtúmne factum exiſtimetis, an locum
Reprehenſum, qui præteritus negligentia eſt.

Omittere, Relinquere, præterire. Cic. de Prouinc. Conſul. 5.

Et, quod penè præterij, Bruti tui cauſa feci omnia. Cicero Attic. lib. 6. 114. 6.

Non prætereundum eſt ne id quidem. Cic. 3. Verr. 110.

De hoc iure nulla prætereo. Cic. pro Cecinna, 73. Ouidius 6. Faſt. 84,

Non tamen idcirco prætereunda mihi.

Præterire ſilentio aliquid. Cic. ad Brutum, 15. 11, Præterire tamen non potui, quin & ſcriberem ad te, & illum mitterem. Cic. ad Att. lib. 9. 174. 1.

Præterijt me hæc res. Terent. Hecyr. 5. 4. 37,

An temerè quicquam Parmenonem prætereat quod facto uſus ſit? Cic. 1. Verr. 29.

Non te præteriti: hoc eſt, ſcis. Cic. ad Atticum, libro 8. 164. 3.

Idem ad Silium, lib. 13. 66. 2, Non me præterijt, nos eam rem Epheſi expertos eſſe.

Animo præterire ſuos annos, Animum annis maiorem habere. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 15.

Suffragijs præteriri, & repulſam ferre. Cic. 5. Tuſc. 76.

Dignos præterire nonnunquam populus ſolet. Cicero pro Plancio, 5.

Filium fratris præterire: pro, Nihil ei in teſtamento relinquere. Cic. 2. Philip. 59.

Præterire, pro Antecellere, uincere. Varro 1. de re Ruſt. cap. 1. 8, Hos nobilitate Mago Carthaginienſis præterijt Pœnicã lingua. Cic. in Saluſt. 1, Neq; ab alio uinci poteſt, neq; ipſe ſe omnino reliqua ætate præterire.

Prætereor, Paſſiuum. Cic. 2. de Legibus, 95, Ne ſumptuoſa reſperſione longæ coronæ, nec acêrræ prætereantur.

Præterit, pro Præterijt uel præteriuit, ſyncopa poetica. Ouid. 1. Faſt. 9,

At Numa nec Ianum, nec auitas præterit umbras. id eſt, prætermiſit.

¶ **Præteriens, prætereuntis** (παροδεύων) Participium. Cicero 1. Verr. 27, Quaſi præteriens ſatisfaciam uniuerſis.

Vno aſpectu, & præteriens de aliquo iudicare. Cicero de claris Orat. 104.

Populus præteriens. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 11.

Currus præteriens. Tibul lib. 2. eleg. 6. 17.

¶ **Præteritus, penultima correpta** (παρελυθὼς) Aliud participium.

Aetas præterita quanuis longa, quum effluxiſſet, nulla conſolatione permulcere poſſet ſtultam ſenectutem Cicero de Senect. 5.

O` mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos. Virg. 8. Aen. 112.

Labores præteritos meminiſſe. Sil. lib. 3. 97.

Opus præteritum retexere. Ouid. 1. de Remed. amor. 3.

Spacium temporis præteritum. Lucret. lib. 3. 175.

Tempus præteritum nunquam reuertitur. Cic. de Senect. 63.

Nihil relinquere in præteritis. Cic. 4. Acad. 84.

Præteriti dicuntur etiam extincti. Propert. lib. 2. eleg. 14. 11,

Fas eſt præteritos ſemper amare uiros.

¶ **Præteriti,** ἀποδοκιμασθέντες, ἡμπεμόνητοι, **Qui in petitione magiſtratuum repulſam habuerunt, ut ſæpe apud Ciceronem inuenies.** Feſtus, Præteriti Senatores quondam in opprobrio non erant, quòd ut reges ſibi legebant, ſublegebantq; quos in conſilio publico haberent: ita poſt exactos eos, Conſules quoq; & Tribunos militum Conſulari poteſtate coniunctiſſimos, ſibi quoſq; patriciorum & deinde plebeiorum legebãt, donec poteſtas Tribunitia interuenit: quæ ſancitum eſt, ut Cenſores ex omni ordine optimum quenq; curiatim in Senatu legerent: quo factum eſt, ut qui præteriti eſſent, & loco moti, haberentur ignominioſi.

Aedilitate præteritos ſcimus Conſules eſſe factos. Cicero pro Planc. 42.

Præterita & futura. Cic. 1. de Diuin. 111, Tum meminit præteritorum, præſentia cernit, futura præuidet.

Memoria præteritorum, futurorum prudentia. Cicero de Senectut. 71.

Conuerti præterita in falſum è uero non poſſunt. Cicero de Fato, 22.

Mutare præterita non poſſumus. Cic. in Piſonem, 46.

In præteritum. Vide In.

Præteritus dolus eſt, ante litem contrà commiſſus: Præſens uerò eſt, poſt litem commiſſus. Vlp. in l. apud Celſum. 9. quæſitum eſt an. ff. de doli mali & metus except.

Præteritus uenter. Vide Venter.

¶ **Præteriturus, penult. prod.** Participium (παραπορευόμενος)

Ouidius 3.de Arte aman.122,
Quáq; uigil custos præteriturus eram.

¶ Præterbito, præterbitas, pen.corr. (παραμείβομαι) præterbitare, Frequentat. Frequenter ire. Interponitur b, quasi præteritò, præteritas. Plaut. Epid. 10.1,
Caue præterbites illas ædes, quin roges,
Senex hic ubi habitat Periphanes Platenius?

Præterequito] præterequitas, pen. corr. (παρεππάζομαι) præterequitare, Equitando prætergredi, uel currere. Liuius 3.ab Vrbe, 260, Præterequitantesq; absterrent.

Præterferor] pen.corr. præterferris, præterlatus sum (παραφέρομαι) præterferri, Prætergredi. Liu. 1.bel.Pun. 216, Sed & Baleares pulso equite iaculabantur in latera, & elephanti iam in mediam peditum aciem sese tulerant: & Mago Numidaq;, simul latebras eorum improuida præterlata acies est, exorti, à tergo ingentem tumultum ac terrorem fecêre.

¶ Præterlatus, pen. prod. Participium (παραφέρω) Lucret. lib. 4.115,
At quæ pars nocum non aures accidit ipsas,
Præterlata perit, frustra diffusa per auras.

Prǽterfluo] præterfluis, præterfluxi, præterfluxum (παραρρέω, παρρέω) præterfluere, Vltrà, uel iuxtà fluere. Varro 3.de re Rust. cap. 16. 20, Cibi pars quod potio, & ea ijs aqua liquida, unde bibant, esse oportet: eamq; propinquam, quæ præterfluat, aut in aliquem locum influat.

Præterfluere, per metaphoram, pro Elabi, peritransire. Cic. 5. Tusc. 136, Quocirca corpus gaudere tandiu, dum præsentem sentiret uoluptatem: animum & præsentem percipere pariter cum corpore, & prospicere uenientem, nec præteriri tam præterfluere sinere. id est, Non negligere præteritam.

Prǽtêrgeo] præterges, præterſi, præterſum, prætergere. Lucret. lib. 4, de aere,
Isq; ita per nostras acies perlabitur omnes,
Et quasi præterget pupillas, atq; ita transit. Ibidem,
Et nostros oculos præterget longior aura, Hoc est, præstringit, prælambit, & sensum titillando sensim pertrâsit.

Prætergredior] prætergrederis, penult. corr. prætergressus sum (παραβαίνω) prætergredi, pen. cor. Vltrà transire. Cic. ad Appium Pulchrum, lib. 3. 7.10, Currens Lepta uenit, mihiq; nunciauit, te iam castra prætergressum esse.

Prǽteriens] præteritus. Vide Prǽtereo.

Præterlabor] pen. prod. præterlaberis, pen. corr. præterlapsus sum (παροχλαίνω) præterlabi, Iuxtà labi. Cic. 2. de Orat. 60, Tum & in sensum & in mentem iudicis intrare non potest: ante enim præterlabitur quàm percepta est. Virgil. 3. Aeneid.
Et tamen hanc pelago præterlabere necesse est.
Tumulum præterlabi. Virg. 6. Aen. 175.

Prǽtermeo] prætermeas (παραπορεύομαι) prætermeare, Iuxtà meare. Lucretius,
Sæpe salutantem tactu, præterq; meantum. pro Prætermeantium, causa metri.

Prætermitto] prætermittis, prætermisi, pen. prod. prætermissum (παραλιμπάνω, παραλείπω) prætermittere, Intactum relinquere, omittere, præterire. Terentius Adelph. 3. 3. 60,
Nihil prætermitto: consuefacio, &c. Cic. de Aruspic. respon. 19. Si quid est prætermissum aut commissum afferût. Idem 7. Verr. 20, Certè nihil sciens prætermisi.

Prætermitti dicitur, quod aut ignorantia, aut obliuione, aut negligentia præteritur: Omitti uerò, quod de industria relinquitur. Cic. 3. Offic. 11, Minime uerò assentior ijs, qui negant eum locum à Panætio prætermissum, sed consulto relictum.

Prætermittere, relinquere. Cic. 2. de Orat. 69, Quare Crasse neq; tu tua suauitate nos priuabis, ut si quid ab Antonio aut prætermissum, aut relictum sit, non explices.

Prætermittere silentio, quod & Prætirire dicitur. Cicero 13. Philipp. 352.

Sine nefario scelere quædam prætermitti non possunt. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 2. De studijs erga amicum.

Nihil quod ad rem pertinet, prætermittere. Cicero Lentul. libro 1. 5. 14.

Ne hoc quidem prætermittendum duxi, te ut hortarer, ut, &c. Cic. Sestio, lib. 5. 17. 6.

Prætermittere & deserere officium. Cic. 1. Offic. 41.

Ne illud quidem prætermittam. Hortensius filius fuit, &c. Cic. Att. lib. 6. 114. 13.

Hæreditatē prætermittere. Neratius in l. qui patri. ff. de acquir. uel omit. hæred. Qui patri hæres extitit, si idem filio impuberi substitutus est, non potest hæreditatem eius prætermittere.

Nullum locum laudandi tui prætermitto. Cicero Cornific. libro 12. 24. 1.

Neminem prætermittere cui, &c. Cic. ad Brutum, lib. 11. 21. 1.

Nihil prætermisi in te ornando. Cic. ad Plancum, lib. 10. 13. 1.

Nihil prætermisi, quantum eniti potui, quin Pompeium à Cæsaris coniunctione auocarem. Cic. 2. Philip. 45.

Occasionem prætermittere. Liu. 5. bel. Pun. 163.

Neq; ullum officium erga te hominis amantissimi prætermisit. Cic. Lent. lib. 1. 8. 2.

Pœnam prætermittere. Cicero ad Brutum, 15. 14, Sed sceleris pœnam prætermittere (id enim est quod uocatur ignoscere) etiamsi in rebus tolerabile est, in hoc bello perniciosum puto.

Prætermittere scelus. Cic. ad Att. lib. 9. 182. 2.

Vitia animi prætermittere. Lucret. lib. 4. 232.

Voluptates prætermittere. Cic. 3. de Natura deorum, 51. Stat. 3. Syl. 2. 17,
—— an facili te prætermiserit unda
Lucani rabida ora maris?

¶ Prætermissio, Verbale (παράλειψις) Cic. in Topicis, 16, Formæ igitur sunt hæ, in quas genus, sine ullius prætermissione diuiditur.

Præternauigo] præternauigas, pen. correp. (παραπλέω) præternauigare, Iuxtà, uel ultrà nauigare.

¶ Præternauigatio, Verbale (παράπλουσις) Plin. lib. 4. cap. 12. Ab hac Ægina liberæ conditionis XVII. M. P. cuius XX. M. P. præternauigatio est.

Prætero] præteris, pen. corr. prætriui, prætritum, pen. prod. præterere. Plin. lib. 11. cap. 37, Timarchus Nicoclis filius Paphij, duos ordines habuit maxillarum, frater eius non nisi duos primores, ideoq; prætriuit.

Præterpropter] una dictio est, significans Præterquã propter: hoc est, propter aliam causam, quàm propter eam de quà loquimur: ut, Præterpropter uitã uiuitur: hoc est, propter aliam causam uiuitur quàm ut uiuatur, utputa propter laudem, propter uirtutem, propter gloriam. Ennius initio Iphigeniæ,
Imus huc, hinc illuc: quum illuc uentũ est, ire illinc lubet.
Incertè erat animus, præterpropter uitam uiuitur. Sipontinus ex Gellio lib. 19. cap. 10.

Præterquam] πλὴν, πλήν ἐπὶ, ἀλλ' ἢ. Vnica dictio est, quæ requirit semper præcedentem casum, quia idem uerbũ subintelligitur: ut, Nemo id dixit, præterquam Cicero. Nullius id interest, præterquam patris. Nulli id placuit, præterquam Cæsari. Neminem, præterquam Prætorem timeo. Omnes omnes, præterquam Plato, legite. A nemine, præterquam quam à Socrate, didici. Terent. Andr. 4. 5. 14,
—— uerbum si mihi
Vnum præterquam quod te rogo, faxis: caue.
Nullas ijs præterquam ad te dedi literas. Cic. Appio, lib. 3. 7. 2.
Pro tantis rebus nullum à nobis præmium postulo, præterquã huius diei memoriam sempiternam. Cic. 3. in Catil. 70.

Præterquam, Aliter quàm. Liu. lib. 1, Vocata ad consilium multitudine, quæ coalescere in populi unius corpus nulla re præterquam legibus poterat, iura dedit.

Præter quam disiunxit Plautus, interposita altera dictione, in Persa, 10. 38,
Virgo atq; mulier nulla erit, quin sit mala,
Quæ præter sapiet, quàm placet parentibus.

Præterquam quòd, nonnulli unam dictionem existimant esse, significatq; Nisi quòd. Terent. Heaut. 2. 4. 20,
Nam, dum abs te absum, omnes mihi labores fuêre, quos cepi leues.
Præterquam tui carendum quod erat.

Præterquam quòd Reipub. consulere debemus, tamen tuæ dignitati ita fauemus, ut omne nostrum consilium, studium. officium, operam, laborem, diligentiam ad amplitudinem tuam conferamus. Cic. Planco, lib. 10. 1. 7.

Præterquam quòd, & præterea. Cic. 5. de Finib. 109, Hoc autem loco tantùm explicemus, hæc honesta quæ dico, præterquam quòd nosmetipsos diligamus: præterea suapte natura per se esse expetenda indicant pueri, in quibus ut in speculis natura cernitur.

Præterquam si. Plin. li. 8. cap. 25. 7, Tergoris ad scuta, galeasq; impenetrabilis, præterquam si humore madeat.

Præterquam semper: pro, Quum semper. Gellius lib. 15. capite 1, Declamauerat Antonius Iulianus rhetor, præterquam semper alias, tum uerò minimum quàm delectabiliter & fœliciter.

Præterquam, sequente Etiam. Celsus, Aqua uerò frigida infusa, præterquam capiti, etiam stomacho prodest. id est, non tantùm capiti, sed etiam, uel præterquam quòd capiti prodest.

Præterrado] præterradis, præterrasi, penultima producta (παραξύω) præterradere, Idem quod Radere simplex. Lucret. lib. 4. 108,
Præterradit enim uox fauces sæpe. Legitur & Præterea radit uox, &c.

Prǽterueho] præteruehis, pen. corr. præteruexi, præteructum (παραφενάω) præteruehere, Trans. uel ultrà uehere. Cic. 7. Verr. 69, Tandiu in imperio suo classem iste Prætor diligens uidit, quandiu conuiuium eius flagitiosissimum præteructa est. Idem 5. de Finib. 89, Neq; enim uocũ suauitate, uidentur, aut nonitate quadam & uarietate cantandi reuocare eos solitæ, qui præteruehebantur: sed quia multa se scire profitebantur. De Sirenum cantibus.

Littora præteructa aquis. Stat. 5. Theb. 95.

Ostia præteruehi. Virg. 4. Aen. 138.

Præteruehere, pro Præteruehi. Sueton. in Augusto, capite 93, C. Nepotem, quòd tudeam præteruehens, apud Hierosolymam non supplicasset, collaudauit.

Præteructa scopulos oratio, per translationem: pro, Difficilio ra explicauit, & percurrit. Cic. pro Cælio, 39.

Præteructa est oratio mea aures uestras. Cic. pro Corn. Balbo, 2, Etenim ei succedo orationi, quæ non præteructa sit aures uestras, sed in animis omnium penitus insederit.

Præteruehere aliquid silentio, Idem quod Præterire silentio. Cicero 7. Philip. 223.

¶ Præteructio, Verbale. Cic. 7. Verr. 134, Monimentum sceleris audaciæq; suæ uoluit esse in conspectu Italiæ, uestibulo Siciliæ præteructione omnium, qui ultrò citroq; nauigarent.

Prǽteruerto] præteruertis, præterui, præteruersum, præteruertere, Antè uertere: & per translationẽ. pro Prius dicere. Cic. 1. de Diuinat. 17, De quibus quid ipse sentiam, si placet, exponam: ita tamen si uacas animo, neque habes aliquid quod huic sermoni præteruertendum putes. Quidam hic legunt, præuertendum.

Prǽteruolo] præteruolas, pen. corr. (παρίπταμαι) præteruolare, Celeriter præterire, & quasi ultrà uolando effugere. Cic. 3. de Orat. 124, Sententiæq; sæpe acutæ, non acutorum hominum sensus præteruolant. Idem 4. Acad. 78, Hæc duo proposita nõ præteruolant, sed ita dilatant, ut non mediocrem curam adhibeant & diligentiam.

Ales præteruolat. Cic. in Arato, 45.

Parua puppe lacum præteruolat ocyus. Claudianus de bello Get. 65.

Hasta præteruolat auras. Sil. lib. 10. 23.

Prǽtexo] prætexis, prætexui, prætextum (προκαλύπτομαι, σκέπω) prætexere. Ausonius, Tu Auguste uenerabilis, distractus maximo bello, assultantibus tot millibus Barbarorum, quibus Danubij ora prætexitur. id est, cooperta. Ouid. 1. de Arte, 51,
Quid referam Baias, prætextaq; littora uelis? Plin. quoque prætexta tuguriorum posuit lib. 16. cap. 9. Bastius.

Littora prætexere. Virg. 6. Aeneid. 1.

Prætexere (προϋφαίνω) Prius ordinare & componere. Cicero 2. de Oratoribus, 174, Sic omnia quæ fiunt, quæq; aguntur acerrimè, leuioribus principijs natura ipsa prætexuit. Idem 2. de Diuinat. 167, Atq; in Sibyllinis ex primo uersu cuiusq; sententiæ, primis literis illius sententiæ carmen ordine prætexitur.

Prætexere retia. Plin. lib. 16. cap. 1. 2.

Prætexere, Coopĕrire. Plin. lib. 6. cap. 25. 3, Semper fuit Parthia in radicibus montium sæpius dictorum, qui omnes eas gentes prætexunt.

Prætexere authores quos sequamur: pro, Nominatim & ordine nominare. Plin. lib. 18. cap. 3. 12.

Prætexere (προφασίζομαι) Obtendere, colorem quærere, inquit Bud. Virg. 4. Aen. 100,
Non tamen Anna nouis prætexere funera sacris,
Germanam credit. Vbi Seruius, Prætexere, Præuelare, abscondere. Ibidem, 34,
Coniugium: uocat hoc prætexit nomine culpam. Cic. in Pisonem, 44, Neq; enim quisquam potest exercitum cupere, aperteq;, ut non prætexat cupiditatem triumphi.

¶ Prætexens, Participium (προκαλύπτω) Tibull. libro 1. eleg. 4. 9,
Quamuis prætexens picta ferrugine calum.

¶ Prætextus, Aliud Participium (προκαλυφθείς) ut, Templũ prætextum. Ouid. 5. Fast. 113.

Calumnia prætexta. Cic. 2. in Catil. 27.

Prætextus, huius prætextus (προϋφασμα) pro obtentu ponitur, quod Cicero, Per causam & similationem, dicere solet. Suetonius in Tiberio, cap. 28, Omnium inimicitiæ hoc prætextu ad uos deferentur.

Prætextum etiam neutro genere dicitur. Suetonius de Cæsare, capite 30, Et prætextum quidem illi ciuilium armorum hoc fuit: causas autem alias fuisse opinantur. Seneca epistol. 72, Sed illud pulcherrimum capi prætextum optimates, &c.

Prætextum tugurij. Plin. lib. 12. cap. 9.

¶ Prætexta, prætextæ (περιπόρφυρος) Substantiuum est, significat Prætextatoga, Genus uestimenti oblongum ac talare, quo

quo pueri utebantur usque ad annum decimum septimum: quo tempore togam uirilem sumebant, deposita prætexta puerili. Ouidius 4. de Ponto, eleg. 9. 9. Horatius 1. Serm. Satyr. 5. 8.

Prætexta toga. Cic. 3. Ver. 108, Neq; te tam commouebat, quòd ille cum toga prætexta, quàm quòd sine bulla uenerat.

Facibus cessit prætexta. Propert. lib. 4. eleg. 12. 7.

Demissa prætexta ad talos. Quint. lib. 5. cap. 13. 31.

Mutare prætextam paludamento. Vide Muto.

Prætextæ actiones seu comœdiæ, dictæ à prætexta, quòd in his ferè regum aut magistratuum acta comprehenduntur, qui principio prætexta toga utebantur.

Docere prætextas. Horat. in Arte, 59,

Vel qui prætextas, uel qui docuêre togatas. id est, inquit Acron, Et qui prætextatas fabulas fecerunt, uel togatas, meruerunt minimum decus. Prætextatam dicunt Tragœdiam, Comœdiam togatam. Alij autem dicunt prætextatam & togatam Comœdias esse: sed togatas, in quibus Græca argumenta sunt: in quibus Latina, prætextatas. Hactenus Acron.

Insectari prætextam. Quintilianus libro 5. capitè 13. 31, Habitus rectè incusari solet. Vt aduersus Quintium Cicero, non hæc solùm, sed ipsam & prætextam demissam ad talos insectatus est.

Prætexta dicta est, quòd purpura circuntexta erat. Pædianus in Præturam Vrbanam, author est, prætextã nobiliũ fuisse, tam mulierum quàm uirorum. Cic. 3. Verr. 79, Eripies igitur pupillæ togam prætextam? detrahes ornamenta non solùm fortunæ, sed etiam ingenuitatis? Prætextam Cicero pupillæ tribuit, quam nubentes deponebant, inquit Festus. Rursus Cic. 3. Verr. 108, de pupillo quodam, Neq; te tam commouebat, quòd ille cum toga prætexta, quàm quòd sine bulla uenerat. Ex Budæo.

Erat sua magistratuum prætexta. Tacit. lib. 19, Sed ubi Cecinna prætexta & lictorib. insignis dimota turba Consul incessit, exarsere uictores. Sic apud Cic. pro Domo sua, 75, Videre prætextatos inimicos: id est, in magistratu positos. Suetonius in Tiberio, cap. 17, Triumphum, inquit, ipse distulit, mœsta ciuitate clade Variana: Philomusus urbem prætextatus, & laurea coronatus intrauit. Lucius Valerius apud Liuium lib. 4. de bello Macedon. in oratione quam habuit pro fœminis, ne auri ac purpuræ postulantibus, à Senatu, M. Catone reclamante, 33, Purpura, inquit, uri utentur, prætextati in magistratibus, in sacerdotijs: liberi nostris prætextis purpura togis utentur: magistratibus in colonijs, municipijsq;, hic Romæ insimo genere magistris uicorum, togæ prætextæ habêdæ ius permittemus: nec id ut uiui solùm habeant tantũ insigne, sed etiam ut cum eo crementur mortui: fœminis duntaxat purpuræ usum interdicemus? Ex Valerio rursum intelligere datur hunc morẽ fuisse, ut Prætor qui iudex quæstionis, & quæsitor rerum capitalium dicebatur, non antè sententiam in reum noxæ capitalis pronunciaret, quàm prætexta exuta. Sic enim inquit lib. 9, Consimili impetu mortis C. Licinius Macer, uir Prætorius, Repetundarum reus: dum sententiæ dicerentur, in Menianum conscendit. Siquidem quum M. Ciceronem, qui id iudicium cogebat, prætextam ponentem uidisset: misit ad eum qui diceret se non damnatum, sed reum perijsse, nec sua bona hastæ posse subijci: ac protinus sudario, quod fortè in manu tenebat, ore & faucibus suis coarctatis, incluso spiritu, morte pœnam præcurrit. Ex Budæo.

¶ Prætextatus, pen. prod. Adiectiuum (στεφανηφορικὸς) Prætextati pueri dicebantur, qui prætexta adhuc & bulla utebantur, quod fiebat usq; ad annum decimum septimum: quo tempore togam uirilem sumebant, deposita prætexta puerili, ut meminit Cicer. de Amic. 1, Ego autem, inquit, à patre ita eram deductus ad Scæuolam, sumpta uirili toga. Budæus.

Filij triumphantium prætexiati. Cic. pro Murena, 10.

Prætextati & prætextatæ, Pueri & puellæ, Ingenui & ingenuæ: qua dictione usus est author Institutionum iuris, tractatu De iniurijs, Siue quis matremfamiliãs, aut prætextatum, prætextatamue affectatus fuerit. Vide Assector. Iuuen. Satyr. 10. 31,

Nec prætextatum rapuit Nero loripedem, uel Strumosum. Budæus.

Prætextatæ puellæ dicebantur à prætextis, quas nubentes deponebant. Budæus. Catul. epigr. 56. 37.

Pupillus prætextatus. Cic. 3. Verr. 107.

Prætextati anni à Plinio dicuntur libro 33, pro Annis pueritiæ. Et ætas prætextata, Gellio lib. 1. Noctium Atticarum dicitur. Budæus.

Prætextati mores, etiam Festo dicuntur, in integris codicibus, et Macrobio, & Iuuenali Satyr. 2. 17. Budæus.

Prætextatus sermo. Festus in integris codicibus, Prætextatum sermonem ab eo dictum putant, quòd prætextatis nefas sit obscœno uerbo uti. Alij dici putant, quòd nubentibus depositis prætextis, à multitudine puerorum obscœna clamentur. Ideoq; prætextatum sermonem appellabant, qui nihil obscœnitatis habere. Contra hanc tamen Festi opinionem Suetonius, Gellius, Macrobius prætextatum sermonem acceperunt, pro eo qui apertè rem obscœnam significat. Sueton. in Vespasiano, cap. 22, Erat enim dicacitatis plurimæ, & sic scurrilis ac sordidæ, ut ne prætextatis quidem uerbis abstineret. Macrobius lib. 2. Saturnal. Hæc nobis sit literata lætitia, & docta cauillatio uice planipedis & fabulonis impudici, & prætextata uerba iacientis. Ex Budæo.

Prætextatus] cognomen Papyrij fuit, quòd in ætate prætextata summam prudentiam ostenderit. Macrobius.

Prętimeo] prætimes, penult. correp. prætimui (σημαίνω) prætimere, Valde timere. Plaut. Amphit. 3. 29,

Mirari non est æquum si sibi prætimet.

Prętor] Prætoris (στρατηλάτης, στρατηγὸς) Omnis magistratus appellabatur, cui paréret exercitus. Victorinus, Notare debemus, omnes magistratus Prætores appellatos: sed Patres, quo tempore L. Sextius primus ex plebe Consul creatus, Furium Camillum primum Prætorem urbanum, qui ius in urbe diceret, creauerunt. Mox unico Prætore non sufficiente, quòd multi peregrini in ciuitatem uenirent, alius creatus est peregrinus: eo quòd plerunq; inter peregrinos ius dicebat. Capta deinde Sardinia, alijsq; prouincijs, totidem Prætores quot prouinciæ in ditionem uenerant, creati sunt, partim qui urbanis rebus, partim qui prouincialibus præessent. Hactenus Victorinus: quæ omnia desumpsisse uidentur ex Pomponio iureconsulto. De origine iuris. l. necessarium. Et paulo pòst, §. capta deinde Sardinia. Liu. lib. 5. scribit, primum Prætorem ex Patribus, qui ius in urbe diceret, creatum fuisse: penes quem magistratum omnis publici priuatiq; iuris potestas, ut & nouum ius condere, & uetera abrogare facultas esset. Idq; ob magistratus honorem, ius honorarium appellatum est: quum tamen regia illi essent insignia, ut apparatu Consulibus penè par uideretur. Creatus, quum Consules auocarentur bellis finitimis, nec esset qui in ciuitate ius diceret. Cic. ad Att. lib. 9. 18 4. 3, Prætores ius dicunt? Aediles ludos parant? idem pro Murena, 39, Sapiens Prætor, qualis hic fuit, offensionem uitat æqualitate decernendi: beneuolentiam adiungit lenitate audiendi.

Prætor dicitur, ut Liu. innuit, à præeundo, quasi Præitor, quòd præiret iure & exercitu. Idem sentit Cic.

lit Cicero 3. de Legibus, 11. ex l. XII. Tab. Nonius, Consulum & Prætorum proprietas, quòd consulant, & præeant populis, authoritate Varronis ostenditur. de uita pop. Rom. lib. 2.

Honoratus Prætor. Ouid. 1. Fast. 11.

Iustissimus Prætor. Cic. pro Flacco, 6.

Magnus, uel Maximus Prætor. Vide Magnus.

Mercenarij Prætoris decretum. Vide Merces.

Palæstricus Prætor. Vide Palæstricus, in Palæstra.

Vrbani Prætores iurati debent optimum quenq; in selectos iudices referre. Cic. pro Cluent. 96.

Per Prætorem citare. Vide Cito.

¶ Prætores, Adiectiuum (στρατηλατικὸς) Quod est Prætoris, seu quod ad Prætorem pertinet: ut, Prætorium ius, Prætoria cohors, quæ à Prætore non discedebat. Scipio enim Africanus primus fortissimum quenq; delegit, qui ab eo in bello non discederent, & certo munere militiæ uacarent, & sesquiplex stipendium acciperent Festus.

Author Prætorius. Hor. 2. Serm. Satyr. 2. 10,

Donec uos author docuit Prætorius. Rufus Prætorius, inquit Porphyrio, instituisse creditur, ut ciconiarum pulli manducarentur: isq; quum in Prætura repulsam retulisset, tale epigramma meruit,

Ciconiarum Rufus iste conditor,
Hic est duobus elegantior Plancis.
Suffragiorum puncta non tulit septem.
Ciconiarum populus ultus est mortem.

Acron Asellium uocat, dicitq; alios Sempronium uelle, qui post multa etiam ex ciconijs docuit.

Candidatus Prætorius. Vide Candeo.

Classica Prætoria. Propert. lib. 3. eleg. 3. 9.

Cognitio Prætoria. Quint. lib. 3. cap. 6. 51.

Cohors Prætoria. Cic. 2. in Catil. 43. Tacit. lib. 11.

Collegium Prætorium. Cicer. 3. Offic. 105. Legunt & hic alij, Prætorum.

Domus Prætoria. Cic. 7. Verr. 113.

Imperium Prætorium. Cic. 7. Verr. 32.

Ius Prætorium. Cic. 1. Offic. 48.

Nauis Prætoria, qua dux belli siue imperator uehebatur. Liu. lib. 7. bell. Pun.

Vir Prætorius, qui Præturam gessit. Cic. pro Plancio, 2.

Viri Consulares & Prætorij. Cic. Att. lib. 16. 234. 2.

Prætoria porta, Qua exercitus in prælium educitur: quia initiò Prætores erant, qui nunc consules, & ij bella administrabant: quorum tabernaculum quoque dicebatur Prætorium. Festus.

¶ Prætorium, Prætorij (στρατήγιον, πραιτώριον) Domus in qua Prætor habitat, siue dux: quia, ut dictum est, omnis magistratus cui paréret exercitus, Prætor dictus est. Liu. lib. 3, Quercus, ingens arbor, Prætorio immineba: cuius umbra opaca sedes erat. Hoc alio nomine à Quintiliano dicitur Augustale.

Prætorium, Magnifica & ampla domus in agro et ruri extructa: in quæ ædificia, pecuniæ ingentes effundebant. Sueton. de Caligula, cap. 37, In extructionibus Prætoriorum atque uillarum omni posthabita ratione, nihil tam efficere concupiscebat, quàm quod effici posse negaretur. Idem in Augusto, cap. 72, Ampla & operosa Prætoria grauabatur. Vlpian. in l. plenum aũt. ff. de usu & habitatione, Plenum autẽ usum habere debet, si & uillæ & Prætorij relictus est.

Prætorium, locus in quo Prætor ius dicit. Vnde dicimus, Dimitti Prætorium, sicut Dimitti Senatum. Liuius, Fuluius ne id ipsum impedimento inceptо foret dimittens Prætorium, Tribunis militum ac præfectis sociorum imperauit, &c. Potius enim continens pro contento, ut sæpe fieri solet. Cic. 7. Verr. 73, Curritur ad Prætorium. Ibidem, 83, Procedit iste repentè è Prætorio.

Deferre aliquid in Prætorium. Cic. 6. Verr. 56.

¶ Prætorianus, pen. prod. Adiect. Qui apud Prætorem, seu in Prætorio uersatur.

Prætoriani milites, honoratiores erant, qui Romæ habebant castra, quæ Prætoria dicebantur. Ex Prætoriano exercitu Otho factus est imperator. Plin. lib. 6. cap. 29. 18, Nuper renunciauêre principi Neroni, missi ab eo milites Prætoriani cum Tribuno ad explorandum, inter reliqua bella & Aethiopicum cogitanti.

Prætoriana comitia. Liu. 2. bel. Pun. 150. Alia exemplaria habent, Prætoria comitia.

¶ Prætoritius, aliud Adiect. Martial. libro 8. 34, Prætoritia corona.

¶ Prætura, præturæ, pen. prod. (στρατηγία) Ipsa Prætoris dignitas. Plinius libro 14. cap. 22. 6, Ad Proconsulatum usq; à Prætura honoribus gestis.

Calamitosa Prætura. Vide Calamitas.

Continua Prætura. Vide Continuus.

Manca & debilis Prætura. Vide Mancus.

Probata in iure, grata in munere, ornata in prouincia Prætura Murenæ Cic. pro Murena, 50.

Abdicare se Prætura. Vide Abdico.

Consequi aliquem in Prætura. Vide Consequor.

Egredi Prætura. Tacit. lib. 3.

Prętortus] Adiectiuum (πολυστρόβλος) Valde tortum significat. Colum. lib. 3. cap. 18. 1, Iulius Atticus prætorto capite et recuruato.

Prętrepidans] pen. corr. Particip. (πολυτρέμων) Catull. epigr. 43. 2,

Iam mens prætrepidans auet uagari.

Prętruncо] prætruncas (πατακόπτω) prætruncare, Idem quod simplex Trunco. Plaut. Capt. 15. 73

Arripuit gladiũ, prætruncauit tribus tergorib. glandia.

Idem Milit. 6. 47.

Nónne tibi istam prætruncari linguã largiloquã iubes?

Prætumidus] pen. corr. Adiectiuum (πολυογκώδης) ut, Furor prætumidus. Claud. 1. in Ruffin. 46.

Prętutium] Ptolemæo oppidũ est in Piceno. Sil. lib. 15. 112,

Tum quã uitiferos domitat Prætutia pubes
Læta laboris agros.

Prætutiana regio, Plin. lib. 3. cap. 13.

Prævalco] prævales, pen. corr. prævalui (ὑπερῥωννύω) prævalere, Antecellere, & quasi in maiori pretio esse, uel meliorem esse. Plinius, Vtræque in precio sunt, sed tamen prævalent margaritæ. Idem libro 10. cap. 6. 1, Vulturum prævalent nigri.

Arcu prævalere. Stat. Achill. 25,

Quisquis equo, iaculoq; potens, qui prævalet arcu.

¶ Prævalet, pen. corr. Impersonale. Catul. epigram. 6. 3,

Nam mi prævalet ista nil tacere.

¶ Prævalet, cùm Infinitiuo. Paulus in l. eum qui. §. si iniuria. ff. de iniurijs, Si iniuria mihi fiat ab eo, cui sim ignotus: aut si quis putat me Lucium Titium esse, quum sim Caius Seius: prævalet (quod principale est) iniuriam eum mihi facere uelle.

¶ Prævalentia, prævalentiæ. Paulus in l. in rem actio. D. de rei uendicatione.

¶ Prævalesco, prævalescis, prævalescere, pro Inualescere. Colum. lib. 5. cap. 6. 15, Vitem quoq; antè quàm ex toto prævaluerit arbor, conserere conuenit.

¶ Prævalidus, penul. corrept. Adiectiuum: ut, Prævalida urbs, quæ

quæ & præpotens dicitur. Liuius 6. bel. Pun. 84. Sic libro 7.18, Prærualidus iuuenis.
Manus prærualidæ. Ouid. epist. 9.16.
Tellus prærualida. Virg. 2. Georg. 51.
Vites prærualidæ. Virg. 2. Georg. 39.
Vitia prærualida & adulta. Tacit. lib. 3.
Prærualidi prouincialium, pro Prærualidi prouinciales. Tacit.

¶ Prærualidè, penult. corr. *Aduerbium (πολυπραγμόνως) Plinius lib. 17. cap. 14. 9, Hoc maximè præcauendum, ut prærualidè accipientis trunco in media fissura relinquatur.*

Præuaricor] *pen. corr. præuaricaris (παραβαίνω, ἐθελοκακέω, ὑποφέρω, προΐημαι) præuaricari, ex Præ & Varicor. est à recto discedere. Plin. lib. 18. cap. 19. 5, Arator, nisi incuruus præuaricatur.*

Præuaricari, Quocunq; modo à præscripto officij sui deflectere, ut ait Valla lib. 9. Et in iudibus forensibus est Colludere. Vlpianus De ijs qui notantur infamia, l. athletas, Qui præuaricatur, ex utraq; parte consistit, quinimò ex aduersa. Cicero de Aruſp. respon. 39, A Catilina pecuniam accepit, ut turpissimè præuaricaretur. Et ad Atticum, libro 4. 85. 11, Omnino accusatorem incredibilis insantia, id est, l. Lentuli, L. F. quem fremunt omnes præuaricatum.

Præuaricari accusatori. Cic. pro Cluentio, 45. id est, Præuaricando subseruire. Budæus.

¶ Præuaricator, pen. product. *præuaricatoris (παραβάτης, ἐθελοκακῶν) Qui ab officij sui præscripto deflectit atq; aberrat. Martianus, ff. ad S. C. Turpillianum, l. 1, Præuaricatorem esse eum ostendimus, inquit, qui colludit cum reo, & trãslatitiè munere accusandi defungitur: eo quòd proprias quidem probationes dissimularet, falsas verò rei excusationes admitteret. Vlpianus in l. athletas. ff. de his qui notantur infamia, sic definit, Præuaricator autem est quasi uaricator, qui diuersam partem adiuuat, prodita causa sua: allegatq; Labeonem, qui hoc nomen à uaria certatione tractum sensit. Cic. 1. Verr. 32, Virum te perfidiosum, an præuaricatorem existimari mauis?*

Præuaricator publicæ causæ. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 11. 2.
Apponere sibi præuaricatorem, dicebant antiqui, pro eo quod dicimus, Curauit se per tertium adornandum, ut colluderet scilicet. Cic. 2. Philipp 47, Iam uereor Patres conscripti, ne (quod turpissimum est) præuaricatorem mihi apposuisse uidear. Budæus.

¶ Præuaricatio, præuaricationis, Verbale (παράβασις) *Plinius iunior ad Cor. Tacitum libro 1. epistol. 20, Alioqui præuaricatio est transire dicenda: præuaricatio etiam cursim & breuiter attingere, quæ sint inculcanda, insigenda, repetenda.*

Præuaricatio in iure. Cicer. in Partit. 68, Vt si in reo pecunia absoluto, rursusq; reuocato, præuaricationem accusator esse definiat omnem iudicij corruptelam ab reo: defensor autem, non omnem, sed tantummodo accusatoris corruptelam ab reo. Idem ad Q. fratrem, lib. 2. 16. 12, Quo die hæc scripsi, Drusus erat de præuaricatione à Trib. ærarij absolutus.

Præuaricationis nomen, significat eum qui in contrarijs causis, quasi uariè esse positus uideatur. Cicero in Partitionibus, 69.
Crimina præuaricationum. Quint. lib. 2. 22.
Absoluere de præuaricatione. Vide Absoluo.
Concedere quadam præuaricatione aliquid quibusdam. Cicero 2. de Diuin. 136.
Damnare aliquem præuaricationis. Vide Damno.
Causam præuaricationis dicere. Cæl. Cic. lib. 8. 8. 7.
Liberari præuaricatione. Cic. pro Cælio, 17.

Præueho] *præuehis, p. præuexi, præuectum (προάγω) præuehere, Prius ducere Liu. 9. ab V be, 185, Sed Equites Romani præuecti per obliqua campi, quum se fugientibus obtulissent.*
Equo præuectus. Silius lib. 7. 24.

Prꝫelo] *præuelas, penult. prod. (προκαλύπτω) præuelare, Prius operire. Claud. 2. de rapt. Proserpinæ, 65,*
Flammea sollicitum præuelatura pudorem.

Præuelox] *penult. prod præuelocis, om. gen. Valde uelocem significat. Plinius lib. 11. cap. 31. 1, Formicæ odore solicitatæ prouolant, crebroq; lacerant, quamuis præuelocibus cædentes fugientes.*

Præuenio] *præuenis, pen. corr. præueni, pen. prod. præuentum (φθάνω, προφθάνω, ὑποφθάνω, ὑποτέμνω, προλαμβάνω) præuenire, Antè uenire. Liu. 4. bel. Pun. 94, Cæterum præuenerat non fama solùm, qua nihil in talibus rebus est celerius, sed nuncius etiam ex regijs seruis.*

Præuenire desiderium alicuius. Liu. 8. ab Vrbe, 85.
Præuenit germinatione arbor. Plin. lib. 16. cap. 26. 2.

Præuentri nota malitiæ. *Plin. lib. 11. cap. 52. 4, Oculi quibuscunq; sunt longi, maleficos esse indicant. Qui carnosos à naribus angulos habent, malitiæ nota præuenti. Candidi pars extenta notam impudentiæ habet. Prioribus & posterioribus uerbis declarat Plinius, quid sit præueniri nota malitiæ. Correctiora tamen exemplaria habent, malitiæ notam præbent.*

Præuenio, *interposita dictione. Virg. 8. eclog. 3,*
Nascere, præq; diem ueniens age Lucifer almum.

Præuentus. Tacit. lib. 17, Præuentamq; gratiam intelligit.

Præuerbia] *Sunt, quæ uulgò Præpositiones uocamus. Varro lib. 5. de Ling. Lat. & alibi frequenter.*

Prꝫerto] *præuertis, præuerti, præuersum, præuertere, Actiuum: & præuertor, præueteris, præuerti, Deponens, Præterire, præcedere. Virg. 1. Aen. 65,*
—— uolucremq; fuga præuertitur Hebrum. pro, Præuertit, id est, Transit ut ait Seruius. Tacit. lib. 4, Aut si quando ad interna præuerterent.

Præuerti foràs. Plaut. Amphit. 15. 24.
Aliquem præuertere. Cicero pro Sylla, 34, Nemo unquam me tenuissima suspicione perstrinxit, quem non præuerterim.
Præuertere aliquem præ Repub. Plaut. Amphit. 6. 30. id est, Præferre Reipub.
Cursu pedum præuertere uentos. Virg. 7. Aen. 162.
Ipse pedes præuertit uolantem equum. Sil. lib. 8. 111.
Fata præuertunt me. Ouid. 2. Metam. 132,
præuertere alicui poculum. Plaut. Mil. 10. 58.
Præuertere animos amore, Præoccupare. Virg. 1. Aen. 146.
Præuertere metum supplicij, fuga. Liu. 4. bell. Pun.
Luctum metus præuertit. Ouid. ad Liuiam, 80.
Nefas præuertere morte. Senec. Hippol. 2. 35.

Præuerti *aliquid rebus omnibus. Plaut. Cistel. 11. 8. Idem Mercatore, 7. 33,*
Ergo ædepol si sapias, eas, ac decumbas domi.
Ć. Oĉium non est: mandatis rebus præuorti uolo. id est, Transigere uolo prius quæ mihi mandata sunt, quàm ut meũ procurem corpus. Familiare est Plauto uerbum. Significat autẽ præuertere, aliquid cæteris rebus anteponere, uel magis alicui rei operam dare. Hadrianus Cardinalis, Præuertere & præuerti, nõ id significat quod præcedere, sed id quod præponere, præuenire, sed non suo, imò potius præposterο ac peruerso ordine: id est, ut quod erat in animo, ut postea fieret, fiat antea: & contrà, quod antè erat faciendum, postea fiat. Sed id quoq; præcipuè notandum est, datiuum post

post se plerunq; trahere, ac deponens idem uerbum etiam fieri. Liuius 2. ab Vrbe, 103, Nec posse, quum hostes propè ad portas essent, bello præuertisse quicquam. Ibidem, Aegrè impetratum à Tribunis, ut bellum præuerti sinerent.

Præuertere serio quod dictum est ioco. Plaut. Amphit. 10. 40. id est, existimare dictum esse serio.
Præuerti pigritiæ. Plaut. Merc. 4. 3.
Illac præuertamur, dixit Horatius lib. 1. Serm. Sat. 3. 8, quum uellet notare, uitia amicarum corrumpere amatores. ac si diceret, Prius erat notandum amatores decipere amicas: sed præposterè dicam de uitijs amicarum. Colum. lib. 3. cap. 7, Non intempestiuum est nos ad ea præuerti, quæ uidentur hunc publicum errorem corrigere posse.

Præuertere, Præponere. Gellius lib. 4. cap. 3, Iusiurandi religionem animo atq; amori præuertisse, quòd iurare à Censoribus coactus esset, uxorem se liberorum quærendorum gratia habiturum.

Sermoni aliquid præuertere. Cic. 1. de Diuin. 17.
Præuersum fulgur, inquit Festus, quod ignoratur noctu, an interdiu sit factum.

Præueto] *præuetas, pen. corr. præuetui, præuetitum, penult. corr. præuetare, Antè uetare. Silius lib. 13.*

Præuideo] *præuides, penult. corrept. præuidi, præuisum, penult. prod. (προοράω) præuidere, Antè uidere. Terentius Andr. 1. 2. 12,*
Herus est, neq; præuideram. Cic. 1. de Diuinat. 111, Tum meminit præteritorum, præsentia cernit, futura præuidet.

Aliquem præuidere. Horat. 1. epist. 7. 14.
Ictum uenientem præuidit. Virgil. 5. Aeneid. 89.
Eloquentiã futuram in infante præuidere. Cic. 1. de Diuin. 133. Ita futura eloquentia præuisa in infante est. In quibusdam exemplaribus legitur, prouisa.
Cunctaq; mens oculis præuidet illa suis. Ouidius 1. de Ponto, eleg. 9. 7.

¶ Præuisus, pen. prod. Participium (προορατέος) *ut,*
Cultros præuisos timet hostia. Ouid. 1. Fast. 66.

Præuincio] *præuincis, præuinxi, præuinctum (προσπεδέω) præuincire. Gell. lib. 15. cap. 10, Cum eodem laqueo, qui essent præuincti, efferrentur.*

Prꝫitio] *præuitias (προσπαταχύνω) præuitiare, Antè uitiare. Ouid. 14. Metam. 11,*
Hunc dea præuitiat, portentificisq; uenenis
Inquinat. hoc est, Circe gurgitem uenenis inficit antè quàm Scylla in eum sese lotura descendat.

Præuius] *Adiectiuum (πρόοδος) Quod antecedit. Cicero,*
Alcion genuit claris delapsus ab astris,
Præuius Auroræ, Solis, Noctisq; satelles. Ex potea. Ouid. 11. Metam. 14,
Nunc præcedentem sequitur, nunc præuius anteit.

Agmina præuia. Stat. 2. Sylu. 1. 36.
Turba præuia. Ouid. 1. de Arte, 109.

Præumbro] *præumbras (προσκιάζω) præumbrare, Tegere, caligine offundere, & inuoluere, inquit Budæus. Tacitus, Fama, inquantum præumbrante imperatoris fastigio datur, clarus. Hic præumbrare dicitur imperatoris fastigium: quia primatium magnitudine superius, splendorem eius obfuscat: quemadmodũ præcelsæ arbores fulgore in se recepto, alias obscurant inferiores.*

Præuolo] *præuolas, penult. corr. (προσπέτομαι) præuolare, Antè uolare. Plautus Milite, 3,*
Curamq; adhibere ut præuolet mihi quò tu uelis. Cic. 2. de Nat. deorum, Basis autem trianguli, quàm efficiunt grues, ea tanquam puppi uentis adiuuatur, eaq; in tergo præuolantium colla & capita reponunt.

Præuro] *præuris, penult. prod. præussi, præustum (προκαταυκαίω) præurere, Antè, uel prius urere. Plin. lib. 3. cap. 20. 2, Cæteri ferè Lepontios relictos ex comitatu Herculis, interpretatione Græci nominis credunt, præustis intra sinus Alpium niue membris. hoc est, ualde uel admodum ustis: uel quorum primores partes erant ustæ.*

¶ Præustum, *προκαυθές. Antè ustum. Liuius 1. ab Vrbe, 145, Vt Fœcialis hastam ferratam, aut sanguineam præustam ad fines eorum ferret. hoc est, cuius extremitas erat ustulata.*

Præut] *Vide* Præ ut, *in* Præ.

Pragma] *pragmatis, pen. corr. n. g. (πρᾶγμα) Latinè dicitur actio, siue negociatio.*

¶ Pragmaticus, *pragmatici, pen. corr. (πραγματικός) Negocialis dicitur. Pragmatici erant homines quidã forensis professionis, qui causarum actores, interdum iuris ignaros monebant, iuris responsa, formulasq; actionum subministrãtes, quasi admonitores postici, dicendorumq; suggestores, quum ad iuris disceptationem uentum erat. Quintil. lib. 12. Cic. 1. de Orat. 98, Itaq; non ut apud Græcos infimi homines mercedula adducti ministros se præbent in iudicijs oratoribus, ij qui apud illos πραγματικοὶ uocantur: sic in nostra ciuitate, &c. Inde illud Iuuenal. Satyr. 7. 13,*
—si contigit aureus unus:
Inde cadunt partes in fœdera pragmaticorum.
Olim igitur pragmaticis forum Romanum non utebatur: postea uti cœpit: ut ex Satyrici dicto ostenditur. Hactenus Budæus. Martial. lib. 12. 69,
Frumentum, militum, ptisanamq; solebas
Vendere pragmaticus, nunc emis agricola. Cic. 1. de Orat. 132, Itaq; illi disertissimi homines ministros habent in causis iurisperitos, quum ipsi sint peritissimi, qui, ut abs te paulo antè dictum est, pragmatici uocantur.

¶ Pragmatica *sanctio, est quæ à principe conceditur, adhibita causæ cognitione, in modum sententiæ, uel ad aliquius uniuersitatis preces. l. ultim. de diuers. rescript. lib. 11. C. Dicta autem est pragmatica sanctio, quòd per eam à supremo atq; ordinario iudice discedatur, & omnia pragmaticorum arbitrio terminentur. Sipontinus.*

¶ Pragmatici *homines, hoc est, rebus gerendis exercitati. Cic. ad Attic. lib. 2. epist. 20, Pompeius amat nos, charosq; habet. Credis? inquies. Credo: prorsus mihi persuadet. Sed quid, ut uideo, pragmatici homines omnibus historicis præceptis, uersibus deniq; cauere iubent, & uetant credere alterum facio, ut caueam: alterum, ut non credam, facere non possum. Pragmaticus ad uerbum Negocialis dicitur à Quintil. lib. 3. cap. 8. apud Dionysium Halicarnas. differt à theoretico.*

¶ Pragmaticum, *pragmatici (πραγματικὸν) Cic. ad Att. lib. 14. 301. 2, Tu si quid pragmaticon habes, scribe. hoc est, quod in Repub. gestum sit, inquit Budæus.*

Pramnium] *uinum (πραμνιος οἶνος) Generosi uini genus, quod in Smirneorum agro nascebatur iuxta delubrum Matris deũm, etiam Homeri carmine celebratum. Author Plinius lib. 14. cap. 4.*

Prandium] *prandij (δεῖπνον) Ab edendo dicitur, quasi peredium: Cibus qui ante meridiem sumitur. Vel dicitur, quasi parandium, quia debemus accipere quod paratum est. Cicero ad Atticum, lib. 5. 88. 4, Quod antecesserat Stathius, ut prandium nobis uideret. Sueton. in Vitellio, cap. 13, Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in tentacula, & prandia, & cœnas, comessationesq;.*

Apparatus prandiorum. Cic. 2. Philip. 100.
Prandium abstemium, In quo nihil uini potatur. Gellius libro 13. cap. 29.
Caninum prandium. Vide Canis.

Plebeia prandia. Perſ. Satyr. 5.2.
Accurare prandium. Vide Accuro.
Adducere ad prandium. Vide Adduco.
Prandia & cœnas alicuius commemorare. Cic. 3. Verr. 33.
Conficere prandium. Vide Conficio.
Curare prandium. Vide Curo.
Finire prandia nigris moris. Horat. 1. Serm. Sat. 4. 5.
Opſonare prandium. Vide Opſono.
Ornare prandium. Vide Orno.
Calidum prandere prandium. Vide Calidus.
Magno honori prandia Oreſti fuerunt. Cic. 2. Offic. 85.
Vocare uulgò ad prandium aliquos. Cic. pro Murœna, 65.
Prandium, non fuiſſe præcipuum cibum antiquis, ex ſequentibus apparet. Celſus libro 4, Famem facilius fert adoleſcens quàm puer, & uno cibo quàm prandio quoq; aſſuetus. Eodem pertinet id quod dicit lib. 7, de hyeme loquens, Si prandet aliquis, utilius eſt exiguum aliquid, & ipſum ſiccum ſine carne, ſine potione ſumere.
¶ Prandiolum, prandioli, pen. corr. Diminut. (ἀριστίον.)
¶ Prandiculum, prandiculi, pen. corr. (ἀριστίδιον) Feſtus, Prandicula antiqui dicebant, quæ nunc ientacula.
¶ Prandeo, prandes, prandi, & pranſus ſum (ἀριστάω) prandere, Prandium ſumere. Plaut. Rud. 22. 29,
Sed his rex cum aceto pranſurus eſt atq; ſale. Cic. ad Atti cum, lib. 5. 88. 3, Sed prandimus in Arcano.
Luſcinias ſoliti impenſo prandere coemptas. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 49.
Olus prandere. Horat. 1. epiſt. 18. 3.
¶ Pranſus (ἠριστηκὼς) Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 26,
Pranſis non audè.
Ducis pranſi, poti, oſcitantis inſcitia. Cic. pro Milone, 41.
Pranſi, inquit Nonius, non ſolùm qui prandierent, dicuntur, ſed etiam quibus nihil deſit. Varro, Quare ô Marce, pranſum, ac paratum eſſet hoc minimè oportet.
¶ Pranſito, pranſitas, pen. cor. (ἀριστᾶσαι) pranſitare, Frequentativum. Plaut. Aſin. 3. 18,
Vbi ſient nequam homines qui polentam pranſitant.
¶ Pranſor, pranſoris (ἀριστητὴς) Qui prandet, aut qui inuitatus eſt ad prandium. Plaut. Menæh. 8. 2,
Bonum anteponam prandium pranſoribus.
¶ Pranſorius, Adiect. (ἀριστητόριος) Vnde Pranſorium candelabrum, apud Quintil. lib. 6. cap. 3.
Praſiæ] πράσιαι, oppidum maritimum fuit in ora Laconica, non procul ab oſtio Inachi fluminis. Thucydides lib. 2. belli Pelopon. Praſiana gens. Plin. lib. 6. cap. 22.
Praſinus] equus Commodi, cui mortuo, ſepulcrum in Vaticano ſumptuoſiſſimum fecit princeps: ſicut olim Bucephalo ſuo fecerat Alexander, aut Octauius Auguſtus. Alexandrinus lib. 6. cap. 14.
Praſinus] pen. corr. Adiect. (πράσινος) ut, Praſinus color, uiridis, ad ſimilitudinem porri. Nam πράσον, Latinè porrum dicitur. Hinc ueſtes uiridi lana, praſinæ dicuntur. Mart. lib. 10. 29,
De noſtra praſina eſt ſynthesis empta toga. Plaut.
Praſina, coccina, tyria, uocale ſocos, monilia amiſit. Plin. lib. 37. cap. 10. 38, Praſinus color.
¶ Praſianus (πρασιανὸς) Adiectiuum, qui Praſinæ factioni fauet. Erant enim poſtremis imperatorum temporibus, qui in certamen aliquod deſcendebant, per factiones diuiſi, quas ſuo quanq; nomine uocabant. Antonius imperator in uita ſua, πρὸ τοῦ προφέως, τὸ μητὲ πρασιανὸς, μητὲ βρεντιανὸς, μητὲ παλμωλάριος, ἢ σκυτίσιος γενέσθαι. Ex Turnebo. Meminit etiam Plinius Secundus eorum, qui in Circenſibus panno & coloribus fauent, his uerbis, Nunc fauent panno, pannum amant, & in ipſo curſu, medioq; certamine, hic color illuc, ille huc transfertur. Vide epiſt. 183.
Praſium] Herbæ nomen Galeno, lib. 8. de Simplicium medicamen. facult. cap. 65. Marrubij ſpeciem Dioſcorides ſtatuit, libro 3.
Praſius] πράσιος, Gemma quædam è uiridantium genere. Plin. lib. 37. cap. 8. 6.
Praſoides] penult. product. (πρασοειδὴς) gemma eſt ex genere Topaziorum, à porri colore nomen habens. Nam πρασοειδὴς Græcis idem eſt quod porraceus. Plinius libro 37. cap. 8.
Praſon] alijs nominibus Phycos, Zoſtera frutex eſt marinus, foliis latis, colore uiridi: de quo Plin. lib. 14. cap. ult.
Praſopius] pagus, què præterlabitur Phlius fluuius, nõ procul ab Heraclea Trachinia, Strabo lib. 8.
Pratum] prati (λειμὼν) dicitur, authore Vlpiano, De uerbis ſignif. In quo ad fructum præcipiendum falce duntaxat opus eſt: ex eo quòd paratum ſit ad fructum capiendum. Colum. lib. 2. cap. 17. 1, Et ideo neceſſarius ei cultus eſt agri, cui ueteres Romani primas in agricolatione tribuerunt partes: nomen quoq; uiderunt ab eo, quòd protinus eſſet paratum, nec magnum laborem deſideraret. Idem ſentit Varro 1. de Reruſt. cap. 7. 6. & Plin. lib. 18. cap. 5. 4. Virgilius 8. eclog. 13,
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
Prata etiam dicuntur quæ nunc uiridia, utplurimùm buxo & lauro frequentata.
Viriditas pratorum. Cic. de Senect. 53.
Floridior prato. Ouid. 13. Metam. 170.
Inſtar triginta iugera prati. Catul. epig. 110. 1.
Arida prata. Vide Aridus.
Aſia. Virg. 1. Georg. 77.
Crocea. Claud. 5. Paneg. 54.
Mollia. Virg. 2. Georg. 77.
Nouella. Ouid. 2. de Arte, 140.
Viride pratum. Ouid. 1 Metam. 60.
Nec prata canis albicant pruinis. Horat. 1. Carm. ode 4. 1.
Capere prata fuga. Vide Carpo.
Conueſtiuntur herbis prata. Vide Conueſtio.
Non prata uiridi facie læta germinant. Senec. Herc. fur. 9. 17.
Iugera prati irrigare. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 17. 5.
Aperto prato ludere. Senec. Herc. fur. 2. 4.
Obducta ſitu uetuſtatis prata. Vide Obduco.
Ouis paſcit pratum. Ouid. 1. Faſt. 77.
Rigent prata. Horat. 4. Carm. ode 12. 1.
Antè nouis rubeant quàm prata coloribus. Virg. 4. Georg. 61.
Area gramineo ſuberat uiridiſſima prato. Ouid in Fragmento.
Subſecare prata tenerrima. Ouid. 1. de Arte, 60.
Verrere pratum pectine. Ouid. 4. Faſt. 140, Hæc modò uerrebat cum raro pectine pratum. Aldinum exemplar legit,
Hæc modò uerrebat ſtantem tibicine uillam.
¶ Pratulum, pratuli, pen. corr (λειμώνιον) Diminutiuum, apud Plin. iun. libro 5. epiſt. 6. ad Apollinarem. Cic. ad Atticum, libro 12. 236. 3, Pro iſto aſſo ſole, quo tu abuſus es in noſtro pratulo.
¶ Pratenſis, & hoc pratenſe (λειμώνιος) Quod eſt extra prato. Colum. lib. 6. cap. 3. 3, Pratenſe fœnum. Plin. lib. 21. cap. 8. 5, Pratenſes flores.
Fungi Pratenſes. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 4.
Prauus] Adiect. (πονηρὸς, φαῦλος) Quod non eſt rectum.
Rectum & prauum, contraria. Cic. 1. Acad. 28.
Diſtortum & prauum. Cic. 4. Tuſcul. 44.
Talis prauis ſulcus. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 10.
Prauo naſo niuere. Horat. in Arte, 8.

Regula

Regula praua. Lucret. lib. 4. 105.
Prauus, ad animũ refertur: Praui mores. Terent. Adel. 5. 8. 22;
Eſti hoc mihi prauum, ineptum, abſurdum atq; alienum à uita mea Videatur.
Malus, prauuſq;. Plin. epiſt. 9. lib. 3.
Prauus & peruerſus. Cic. pro Roſc. Comœd, 17.
Ambitio praua. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 12.
Stultitia praua. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 44.
Prauus homo dicitur Senecæ non improbus, nec malus: ſed præfractus: lib. 1. de Ira, Cn. Piſo uir fuit memoria noſtra integer: ſed prauus, & cui placebat pro conſtantia rigor.
Prauus malus eſt quàm Deprauatus. Cicero 2. de Finib. 56, Beſtiarum uerò nullum iudicium puto. quamuis enim deprauatæ non ſint, prauæ tamen eſſe poſſunt. Deprauatus enim eſt tantùm animi, quo beſtiæ carent: prauus autem & corporis & animi.
Tenax praui. Virgil. 4. Aeneid. 38.
Prauæ iubens ardor ciuium. Horat. 3. Carm. ode 3. 1.
Obnoxius prauis. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 2.
¶ Prauiſſimus, pen. corr. Superlatiuum. Tacitus lib. 15, Præualuerat ea tempeſtate prauiſſimus mos.
¶ Prauè, Aduerbium (πονηρῶς, φαύλως) cui rectè opponitur. Cicero de Finib. 45, Quia quod bene, id rectè, frugaliter, honeſtè: illè porrò malè, prauè, nequiter, turpiter cœnabat. Horat. iii Arte, 18.
Prauè colere religiones. Liu. 1. ab Vrbe, 139.
Prauè facta, Peccata. Cic. 1. Acad. 53, Rectè facta ſola in bonis actionibus ponens: prauè, id eſt, peccata, in malis.
¶ Prauitas, pen. cor. prauitatis, fœm. gen. (πονηρία, φαυλότης) Obliquitas, mala & peruerſa alicuius rei conſtitutio & compoſitio. Colum. lib. 4. cap. 20, Prauitas ſtatuminum. Cic. 4. Tuſc. 43, Vitium, quum partes corporis inter ſe diſſident: ex quo prauitas membrorum, diſtortio, deformitas.
Corporis prauitates ſi erunt perinſignes, an habebunt aliquid offenſionis: animi deformitas non habebit? Cic. 1. de Leg. 75.
Prauitas & imminutio corporis. Cic. 5. de Finibus, 85.
Deformitas & prauitas. Cic. 1. de Orat. 76.
Prauitatem oris alicuius imitari. Cic. 2. de Orat. 51.
Inemendabilis prauitas. Quintil. lib. 1. cap. 1. 27.
Prauitas (νόσημα) pro Malitia. Cic. 4. Acad. 52, Tamenne in iſta prauitate perſtabitis?
Animi prauitas. Qu. Cic. de Petit. Conſul. 27, Dans operam, ut de illa animi prauitate deducas.
Animi prauitates rectè uitia dicuntur. Cic. in Parad. 26.
Afferre prauitati interitum. Cic. 2. de Finib. 48.
Erroribus prauitatis mentes Aegyptiorum imbutæ. Cicero 5. Tuſc. 114.
Perſtare in prauitate ſua. Vide Perſto.
Praxaſpes] πραξάσπης, Nobilis, Perſa, qui Smerdim Cambyſæ fratrem iuſſu regis occidit: cuius facinoris conſcientia adactus, poſtea in maximo Perſarum conuentu, ex editiſſima turre ſe præcipitem dedit. Herod. lib. 3.
Praxibulus] li, lo (πραξίβουλος) Athenienſium magiſtratus: cuius meminit Plin. lib. 33. cap. 7.
Praxidice] es (πραξιδίκη) Deæ nomen, cuius non ſtatuam integram, ſed caput tantùm in templis dedicabant. Hinc Maceas Soteris uxorem facit, eandemq; ſororem: Concordiæ & Virtutis matrem, Suidas Stephanus Praxidicen Nympham fuiſſe tradit, quæ ex Tremelite Cragum peperit: à quo Liciæ mons nomen accepit.
Praxis] praxeos (πράξις, πράξεως) fœm. gen. Actionem ſignificat: unde Practicus, Adiectiuum, quaſi actiuus, & qui actu ipſo aliquid perficit. Hinc artes dictæ ſunt quædam practicæ, quæ in exercitatione & ipſa actione conſiſtunt: diuerſæ ab illis quæ theoricæ, id eſt, ſpeculatiuæ dicuntur. De utriſq; Quintil. lib. 2. cap. 18. 2.
Praxiteles] pen. corr. (πραξιτέλης) ſtatuarius, marmore nobilitatus duplici Venere, Gnidia & Coa. Natus eſt in Græcia Italiæ ora, ciuitate Romanæ donatus. Scripſit, teſte Varrone, quinq; uolumina nobilium operum in toto orbe. Vide Plinium lib. 36. cap. 5. Propert. lib. 3. eleg. 9. 3.
Praxitelem Parius uindicat arte lapis.
Laboriſer Praxiteles. Stat. 4. Sylu. 6. 6.
¶ Praxitelius, Adiectiuum (πραξιτέλειος) Cic. 2. de Diuin. 71, Quaſi non potuerit id euenire caſu, & non in omni marmore neceſſe ſit ineſſe uel Praxitelia capita: illa enim ipſa efficiuntur detractione, neq; quicquam illuc affertur à Praxitele, & c.
Precię] πρόωροι σαφυλαὶ, uuæ apud Virgilium leguntur, 2. Georg. 20,
Purpureæ, præcięq;, & quo te carmine dicam
Rheticas? Vbi Seruius, Precięq;: hæ citò matureſcũt: unde & precię dictæ ſunt, quaſi præcoquæ, quòd ante alias coquantur.
Precium] Vide Pretium.
Precius] Lacus eſt Ciceroni pro Milone, Qui cum ab equite Romano ſplendidiſſimo & forti uiro, T. Pacanio, non impetraſſet, ut inſulam in lacu precio uenderet, repentè lintribus in eam inſulã materiã, calcem, cæmenta atq; arma conuexit.
Precor] precaris (εὔχομαι, δέομαι, λιτανεύω, παρακλητεύω) precari, accuſatiuo iunctum, ſignificat Orare. Plin. in Paneg. 12 4, Atq; hoc magis incenſi ſumus ut precaremur, nequando tibi non eadem cauſa lachrymarum.
Colere, precari, uenerariq; deos ſolemus. Cicero 1. de Natura deor. 162.
Deos precari, atq; ab eis auxilium petere. Cic. 6. Verr. 63.
Precari, implorare, & uenerari deos ut urbem defendant. Cic. 2. in Catil. 47.
Numen cæleſte precari. Ouid. 1. Metam. 78.
Numina Palladis precari. Virgil. 3. Aeneid. 109.
Precor, quæſo & obteſtor uos. Cic. pro Domo ſua, 111.
Precari bonas preces. Cato cap. 134. 1.
Parce precor. Horat. 4. Carm. ode 1. 1.
Pro aliquo precari. Ouid. 3. Metam. 123.
Precari ad deos. Liu. 8. bell. Maced. 187, Quos adoret, ad quos precentur & ſupplicent, Ambracienſibus ſupereſſe.
Animo & uoce precari. Ouid. lib. 2. de Ponto, eleg. 6. 4.
Scientia peregrina & externa, mente domeſtica & ciuili deos precari. Cic. pro Corn. Balbo, 44.
Sonis blandis precari. Ouid. 1. de Remed. Amor. 67.
Voce grata precari. Senec. Agamem. 6. 12.
Voce timida precari. Ouid. epiſt. 18. 11.
Vultu pro uerbis precari: id eſt, ſignis & indiciis. Ouidius 2. Faſt. 123.
Expetere de aliquo, optare, precari aliquid. Cic. in Piſonem, 36.
Bona à quibus precamur, ab iis dantibus nolle ſumere, ſtultitia eſt. Cic. 3. de Nat. deor. 121.
Precari ab aliquo: Cic. de Amicitia, 51.
Vt res aliquã fauſtè, fœliciter, proſpereq; eueniret, precari. Cic. pro Murœna, 1.
Veniam precari. Virg. 3. Aeneid. 29.
Mortem precari, Optare. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 12,
Sæpe precor mortem, mortem quoq; deprecor idem, & c.
Salutem, incolumitatem, & reditum precari. Cicero in Piſonem, 25.
Precari alicui bonam uel malam fortunam. Quintil. in epiſtola ad Triphonem, Et oram ſoluentibus bene precemur. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 8.

Dira precari alicui. Tibull. lib. 2. eleg. 7.4.
Mala precari alicui. Cic. in Pisonem, 33.
Malè precari alicui. Vide Malus.
Execrari & malè precari. Cic. in Pisonem, 25.
Tentare iterum precando. Virg. 4. Aeneid. 83.
¶Precans, Participium (λιτόμενος) ut,
Mitis precanti. Stat. 1. Thebaid. 38.
Dextera precans. Virgil. 12. Aeneid. 186.
Verba precantia. Ouid. 7. Metam. 120.
¶Precandus, Aliud participium (λιτητός) ut,
Modestia precanda. Tacit. lib. 4.
¶Precaturus, pen. prod. (λιτομένος) Similiter participium. Ouid. ad Liuiam, 39.
Larga precaturi sumite uina manu. Ouid. 2. Fast. 128.
¶Precatio, Verbale (εὐχωλὴ, εὐχὴ) Cic. pro Murena, 1, Quòd si illa solennis comitiorum precatio Consularibus auspicijs consecrata, &c. Idem 3. de Nat. deor. 98, Itaq; in ea dea, quòd est rerum custos intimarum, omnis & precatio & sacrificatio externa est. Liu. 1. bel. Maced. 16, Secundum rem diuinam precationemq;, ut de Repub. deq; prouincijs Senatum consulerent.
Vti noua precatione. Quintil. in Proœm. lib. 4. 3.
Precatione rem transigere. Liu. 9. ab Vrbe, 22.
¶Precator, pen. prod. precatoris (λιτητὴρ, ἐυκτὴς) aliud Verbale, Qui pro altero intercedit, uel postulat. Terent. Heaut. 5. 2. 23,
Nemo accusat Scyre te, nec tu aram tibi neq; precatorem pararis. Ibidem, 49.
¶Precatrix, pen. prod. precatricis, aliud Verbale, gen. fœm. Asconius in 3. Verr. de nominibus Sabinarum plures tribus factæ, quibus precatricibus bellum parentum maritorumq; finitum.
¶Precis, preci, precem, prece (λέκμα, ἱκεσία) Pluraliter preces, precum, precibus. Quintil. lib. 3. cap. 10, Hæc illi opus est occasione, ne eum talium precum pudeat.
Nullus locus preci. Terent. Phorm. 3. 3. 14. Idem Andr. 34. 22,
Nihil est preci loci relictum: iam perturbaui omnia.
Tempus aptum precibus. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 14.
Preces & uota. Cic. pro Plancio, 79.
Preces & gratulationes. Cic. 6. Verr. 84.
Blandæ iuuenum preces. Horat. 4. Carm. ode 12.
Docta prece blandus. Horat. 2. epist. 1. 28.
Exiguæ preces. Ouid. 1. de Arte, 89.
Graues preces. Propert. lib. 1. eleg. 6. 2.
Humiles preces. Claud. 3. de rap. Proser. 59.
Infructuosæ preces. Vide Infructuosus.
Irritæ preces. Vide Irritus.
Longæ preces. Brutus Ciceroni, 13. 3.
Omnibus precibus aliquid petere. Vide Omnis.
Pudicæ preces. Ouid. epist. 1. 17.
Sacrificæ preces. Senec. Medea, 2. 8.
Spretæ preces. Ouid. 1. Metam. 141.
Accipere preces. Vide Accipio.
Accipere superbius alicuius preces. Tacit. lib. 2.
Accurare preces. Vide Accuro.
Addere precibus lachrymas. Ouid epist. 4. 35.
Addere minas precibus. Ouid. 2. Metam. 80.
Adduci precibus. Vide Adduco.
Castis precibus adire templa. Senec. Hippol. 2. 5.
Adhibere preces. Vide Adhibeo.
Admittere preces. Vide Admitto.
Admouere preces. Vide Admoueo.
Agitare animum precibus. Quintil. lib. 4. cap. 1. 23.
Sollicita prece ambire aliquem. Horat. 1. Carm. ode 35. 1.

Annuere precibus. Ouid. 8. Metam. 71.
Iustis precibus assentire. Ouid. 3. Metam. 82.
Audire preces. Cic. in Pisonem, 33.
Auersari preces. Vide Auersor.
Blandiri alicui precibus. Ouid. 2. de Arte, 106.
Vanæ preces sine carent. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 7. 1.
Cedere precibus alicuius. Vide Cedo.
Cogere aliquem prece. Horat. 1. epist. 9. 1.
Complecti preces. Ouid. 10. Metam. 96.
Concipit illa preces, & uerba precantia dicit. Ouid. 14. Metamorph. 73.
Concipere preces per noua uota. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 9.
Caducas preces concipere. Ouid. 1. Fast. 37.
Consumptis precibus uiolentâ transit in iram. Ouid. 8. Met. 22.
Decurrere ad miseras preces. Horat. 3. Carm. ode 29. 12.
Nec prece, nec precio, nec gratia, nec simultate à uia recta ostendimus oportere deduci. Author ad Heren. lib. 3. 95.
Demittere se in preces humiles. Claud. de rapt. Proserp. 59.
Descendere ad preces. Seneca Hippol. 5. 16.
Descendere in preces. Virg. 5. Aeneid. 157.
Despuere preces alicuius, contemnere. Catul. ad Licinii, 47. 4.
Hostili prece detestari aliquem. Ouid. 15. Metam. 101.
Dare preces. Valer. 2. Argon. 67,
—date uina precesq;.
Dare preces alicui. Quintil. lib. 6. cap. 1. 21.
Dare manus precibus. Ouid. 3. Fast. 138.
Erubescere preces, dicitur quem pudet precari. Claudian. 1. de raptu Proserpinæ, 14.
Excipere preces blandas molliter. Ouid. 1. de Arte, 17.
Pacem precibus exposcere. Virgil. 3. Aeneid. 53.
Fallere preces uoce. Ouid. 5 Fast. 136.
Fatigare aliquem prece. Horat. 1. Carm. ode 2. 6.
Ferre preces alicui, Precari aliquem. Virg. 8. Aeneid. 12.
Supplici prece flectere. Seneca Herc. fur. 7. 10.
Flectiprecibus. Virg. 2. Aeneid. 138.
Frangi precibus. Ouid. epist. 1. 18.
Fundere preces. Virg. 5. Aeneid. 47. & lib. 6. 11.
Immisscere preces. Virg. 10. Aeneid. 31.
Impetrare precibus salutem alicui. Brutus Cic. 16. 5.
Implorata prece Pollucis. Catull. ad Mallium, epigram. 63. 13.
Indulgere precibus. Vide Indulgeo.
Solennes satis est uoce mouere preces. Ouid. 6. Fast. 125.
Moueri prece. Ouid. epist. 7. 1.
Obliquare preces, Est per ambages aliquid rogare, ut solent qui rem uel inhonestam, uel factu difficilem impetrare uolunt. Stat. 3. Thebaid. 76.
In precibus occurrere. Cicero 1. de Nat. deor. 53, Nihil sentiès deus, qui nunquam nobis occurrit neq; in precibus, neq; in optatis, neq; in uotis.
Per precem orare. Plaut. Capt. 5. 50.
Petere precibus ut aliquid fiat. Cic. pro Sylla, 41.
Infimis precibus aliquid petere. Vide Inferus.
Tacita prece petere aliquid. Horat. 1. epist. 14. 3.
Placare prece cælites. Senec. Agamem. 7. 22.
Placare precibus diuinum numen scelere uiolatum. Cicero pro Domo sua, 108.
Emaci prece poscere aliquid. Pers. Satyr. 2. 1.
Prosequi aliquem prece. Horat. 4. Carm. ode 5. 7.
Repugnare precibus. Ouid. 11. Metam. 48.
Resistere precibus. Senec. Hippol. 8. 6,
Tentata precibus restiti.
Retentare preces, Iterum precari. Ouid. 14. Metam. 76.
Cum magna prece scribere. Cic. ad Att. lib. 11. 12. 2.
Succumbere precibus. Ouid. epist. 3. 19.

Totus est in prece. Ouid. 6. Fast. 51.
Tentare precibus. Ouid. 2. Amor. eleg. 3. 3.
Tollere preces, Desinere precari. Ouid. 3. Fast. 40.
Vinci precibus. Senec. Hippol. 2. 32.
Vocare aliquem precibus. Virg. 7. Aeneid. 27.
Iratis precibus urgere. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 6.
Prece uti. Cic. 1. de Inuent. 32, Si prece & obseruatione humili ac supplici utemur.
¶Precarius, Adiect. (ἱκετευτικὸς) Est, ut ait Vlpianus, de uerb. signif. l. pratum, quod precibus petenti utendum conceditur tandiu, quandiu is qui concessit, patitur.
Anima precaria. Tacit. lib. 1, Meq; precariam animam inter infensos trahere.
Auxilium precarium, non iustum ferre. Liu. 8. ab Vrbe.
Forma precaria. Vide Forma.
Imperium precarium. Tacit. lib. 17.
Ius precarium. Tacit. de Germanis.
Libertas precaria. Liu. lib. 9. belli Maced.
Opem orare precariam. Liu. 3. ab Vrbe, 194.
Quæstus precarius. Cic. Octauiano, 14.
Salus precaria. Brutus ad Ciceronem, 16. 7.
Vita precaria. Tacit. lib. 20.
Precariò (ᾧ λιτόμενοι) nomen ipsa terminatione ablatiui, prò aduerbio accipitur. Paulus iureconsultus. Precariò habere uidetur, qui possessionem corporis uel iuris adeptus, ex hac solummodo causa, quòd adhibuit preces, & impetrauit, quod sibi possidere aut uti liceat: ueluti si me precariò rogaueris per fundum meum ire, uel agere liceat: uel ut in tectum meum stillicidium, uel tignum in parietem immissum habeas. Plin. de Viris illust. 7. 4, Seruius Tullius quasi precariò regnare cœpit: sed rectè imperium administrauit. Cic. pro A. Cecin. 67, Ne id quidem satis est, nisi docet ita se possedisse, ut nec ui, nec clàm, nec precariò possederit. Idem 3. de Oratore, 90, Etenim uerecunda debet esse translatio, ut deducta esse in alienum locum, non irruisse, atq; ut precariò, non ui uenisse uideatur.
Precariò rogare, Cic. 7. Verr. 48.
¶Precatiuus, Adiect. penult. prod. Vlpian. titulo 24. eius libri qui inscribitur, Tituli ex corpore Vlpiani, legatum est, quod legis modo, id est, imperatiuè testamento relinquitur: Nam ea quæ precatiuo modo relinquuntur, fideicõmissa uocãtur.
¶Precatiuè, Aduerbium, pen. prod. Vlpian. titulo 25. eius libri qui inscribitur, Tituli ex corpore Vlpiani, Fideicommissum est, quod non ciuilibus uerbis, sed precatiuè relinquitur: nec ex rigore iuris ciuilibus proficiscitur, sed ex uoluntate datur relinquentis.
Prehendo] prehendis, prehendi, prehensum (λαμβάνομαι, πιάω) prehendere, Capere. Dicimus & prendo, per syncopam. Cic. 1. de Legib. 91, Quid diuinum æternumq; sit uiderit, ipsumq; ea moderantem & regentem penè prehenderit. Idem 1. Acad. 58, Sed quum acceptum iam & approbatum esset, comprehensionem appellabat, similem ijs rebus quæ manu prenderentur: ex quo etiam nomen hoc duxerat.
Prehendere tribus digitis. Plin. lib. 20. cap. 17. 16.
Prehendere dextram. Cic. 1. de Diuinat. 105, Quumq; te tua patria ui pulsum esse dixisses, prehendisse eum dextram tuam, & bono animo te iussisse esse.
Manu prehendere aliquem. Cic. 1. de Orat. 123.
Fugientia prehendere poma. Ouid. epist. 17. 37.
Stirpes tellus amplexa prehendit. Cic. in Arato, 14.
Oras prendimus fugientis Italiæ. Virg. 6. Aeneid. 13.
Stylum prehendere. Cic. de clar. Orat. 47.
Prendo amicos, supplico, ambio domos. Plin. epist. 9. lib. 2. Sic Terentius Phorm. 4. 3. 15,
Visum est mihi ut eius tentarem sententiam.
Prehendo hominem solum. Hìc prehendo significat hominem acccipio, colloquij causa.
¶Prendendus, Participiũ (λαμβανόμενος) Ouidius 2. de Ponto, eleg. 6,
Brachia da lassa potius prendendo natanti.
¶Prensus, siue prehensus, Aliud Participium (λαφθεὶς) Senec. Troade, 12. 9,
Sic illa dextera prensus hostili puer ferox.
¶Prehensus manifesto furto. Gellius lib. 11. cap. 18.
Prehensus furti manifesti. Gellius ibid.
Corpora prensa manu. Virg. 3. Aeneid. 125.
¶Prensurus, penult. prod. (λαμβάνων) Similiter participium. Ouid. epist. 10. 2.
Incertum uigilans, an somno languida mouit.
Thesea prensurus semisopita manus.
¶Prehẽsio, prehensionis, Verbale, Ius quoddã erat magistratibus concessum. Varro apud Gellium, In magistratu, inquit, habent alij uocationem, alij prehensionem, alij neutrum: uocationẽ, ut Coss. & cæteri qui habent imperium: prehensionem, ut trib. pleb. & alij, qui habent uiatorem: neq; uocationem, neq; prehensionem, ut Quæst. & cæteri, qui neq; lictorem habent, neq; uiatorem. Qui uocationem habent, ijdem prehendere, tenere, abducere possunt: et hæc omnia siue adsunt quos uocant, siue acciri iusserunt: Trib. pleb. uocationẽ habent nullam. Neq; minus multi imperiti, perinde atq; haberent, ea sunt usi. Hæc Varro. Cur autem Tribuni, qui habebant summam coercendi potestatem, ius uocandi non habuerint, iide apud Gellium lib. 13. cap. 12. sub finem.
¶Prehenso, prehensas, prehensare, siue Prenso, prensus, prensare, per syncopam, frequentatiuum. Liu. ab Vrbe, libro 1, 207, His nullieribus instinctus furijs Tarquinius, circumire, & prehensare minorum maximè gentium patres admonere paterni beneficij. Cicero ad Atticum, lib. 1. 1. 1, Prensat unus P. Galba, sine fuco ac fallacijs more maiorum. In his prehensare, est ambitiosè petere: quia præ studio, manus cuiusq; suffragatoris prehendebatur à candidatis.
Manu prensare brachia. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 13.
Genua circumstantium prensare. Tatii. lib. 1.
Prensant fastigia dextris. Virg. 2. Aeneid. 89.
Prensare consilium. Liuius 2. bell. Pun. 212.
Prensare, significat etiam id quod nos corpore prehendere dicimus, teste Budæo.
Initium prensandi. Cic. Attico, lib. 1. 1. 2.
¶Prensans, Participium. Virg. 4. Georg. 101,
Prensantem nequicquam umbras.
Tumulos prensans. Ouid. 13. Metam. 85.
Lubrica prensantes effugit umbra manus. Ouid. 5. Fast. 95.
Prensatio, Verbale. Cic. ad Atticũ, lib. 1. 1. 1, Fuit illius hæc præpropera prensatio.
Prelum] preli (πιεστήριον, πιεστήριον, πρεστὴρ) trabs est qua uuæ uel oliua premitur, authore Seruio, à premendo dictum. Virgil. 2. Georg. 49,
—tu spisso uimine quassos,
Cõlaq; prelorum, & reliqua. Nostri hodie in torculariis cochleis utuntur, per quarum capreolatos anfractus tollitur, demittitúrq; prelum, aut siculæ, aut rotæ uersatione. Hæc Budæus. Martial. lib. 1. 116,
Non hæc peligni agitur uindemia prelis.
Prela, etiam dicuntur instrumenta pressoria, quibus pannarij, chartarij, & librorum impressores utuntur. Plin. lib. 13. cap. 12. 3, de chartis loquens, Premitur deinde prelis, & siccatur sole plagulæ, atq; inter se iunguntur. Hæc Budæus.
Prema] Dea mater, culta, ut subacta uirgo non se commoueret, quum

ret, quũ premitur. Lilius primo syntagmate Historiæ Deorũ.
Premellere] item promouere. Paulus, apud Festum.
Premo] premis, pressi, pressum (πιέζω, θλίβω) premere, Calcare, & alicui rei inniti cum pondere, ut ait Nonius. Virg. 10. Aeneid. 100. —& leuo pressit pede talia fatus,
Exanimum rapiens immania pondera baltei. Plin. lib. 28. cap. 2. 14, Pollices, quum fauemus, premere etiam prouerbio iubemur. Colum. lib. 12. cap. 39. 2, Prelo premere.
Arctè premere. Lucret. lib. 4. 217.
Premere & urgere. Cic. 1. de lege Agraria, 10.
Premo & defendo contraria. Quintil. Ex aduerso unũ est quo defendimur, reliquum est quo premimur.
Premere, Aduersari. Virg. 10. Aeneid. 75,
Numina nulla premũt, mortali urgenur ab hoste Mortales.
Premere, Cincius in lib. De uerbis priscis, ait significari idem quod Prohibere. At Cato lib. qui est de Re militari, pro Vitiare usus est, quum ait, Quum magistratus nihil audeat imperare, nequid Consul auspicij premat. Festus.
Premere, pro Instare, & dicendo immorari. Plin. epist. 9. lib. 3, Quum Castam accusarem, nihil magis, quàm quòd accusator eius præuaricationis crimine corruisset.
Premere, Insequi, fugare. Virg. 1. Aeneid. 95,
Hac fugerent Graij, premeret Troiana iuuentus.
Premere, pro Reprehendere, maledicere. Quintil. lib. 12. de Cicerone, Præcipuè uerò presserunt eum qui uiderí Atticorum imitatores concupiebant. Budæus.
Pressa est insignis gloria facti: id est, author ignoratur, ut ait Budæus. Virg. 12. Aeneid. 65.
Premere aliquid in annũ nonũ uel decimũ. Horat. de Arte, 79.
Aliquẽ ab ædibus premere. Varro, Inuitamq; pressit ab ædibus.
Aere alieno premi. Cic. ad Att. lib. 7. 123. 8.
Alas premunt cantu plausuq; galli. Cic. 2. de Diuin. 85.
Facta premunt annos: id est, Superant. Ouid. 7. Metam. 90.
Angustijs premi. Cæsar 3. bel. Gal. 420.
Arte sua premi. Ouid. 2. Trist. 90. Tibul. lib. 1. eleg. 6. 2.
Arua aliena iugo premere. Virg. 10. Aeneid. 16.
Arua premere dicitur pelagus. Virg. 1. Aeneid. 50. id est, aquarum abundantia populari & uastare. Seruius.
Bello premi. Cic. pro lege Manilia, 21.
Caseus pinguis premitur urbi ingratæ. Virg. eclog. 1. 7.
Causam ipsa facie premi. Quintil. lib. 4. cap. 1. 29.
Causam premere testibus. Cic. pro Cluentio, 41.
Ceruum ad retia premere. Virg. 3. Georg. 83.
Collum laqueo premere. Horat. 1. epist. 17. 8.
Confessionem premere. Quintil. lib. 7. cap. 2. 20.
Corticem premgre, Contundere, & succum ex cortice exprimere. Plin. lib. 12. cap. 21. 3.
Crimen eleuare & Premere, contraria. Quint. lib. 7. cap. 3.
Fronde crimen premere. Virg. 4. Aeneid. 30.
Cursum apri clamore premens. Virg. 1. Aeneid. 66.
Cursum ingenij premit hæc importuna clades ciuitatis. Cic. de claris Orat. 186.
Dentes in uite premere. Ouid. 1. Fast. 72.
Desiderio rerum omnium & luctu premi. Cic. Att. lib. 3. 63. 3.
Dolorem premere. Virg. 1. Aeneid. 43,
Spem uultu simulat, premit altum corde dolorem.
Doloribus premi. Cic. 2. Tusc. 24.
Famam alicuius premere. Tacit. lib. 15.
Fame premi & tempestate. Plin. lib. 37. cap. 8. 1.
Lingua aspera premit fauces obsessas. Virg. 3. Georg. 102.
Fauces defensionis alicuius premere, per translationẽ: pro, Corrumpere, & quasi iugulare ac infirmare. Cic. 5. Ver. 151.
Premi faucibus, uta premi, ut elabendi locus nullus sit. Cicero pro Cluentio, 68.

Frigoribus premimur. Ouid. 2. de Arte, 64.
Gradũ pressere attoniti. Valer. 2. Argon. 91, hoc est, repressere (runt.
Grana presserat ore. Ouid. 5. Metam. 108.
Hasta aliquem premere. Virg. 2. Aeneid. 106.
Imperio uentos premere. Virg. 1. Aeneid. 12.
Impetu hostium premi. Liu. 2. bel. Maced. 105.
Inopia premi. Colum. lib. 5. cap. 12. 1.
Inuidia & odio premi. Cic. 1. de Orat. 116.
Iras premere. Tacit. lib. 20, Cerialis à metu infamiæ, si licentiã, fœuitiáq; imbuere militem crederetur, pressit iras.
Iras graues premere. Lucan. lib. 2. 105.
Fauniq; premunt te iussa parentis. Virg. 7. Aeneid. 73.
Luxuriem premere. Ouid. 14. Metam. 126.
Mammam premere. Plin. lib. 11. cap. 40. 2.
Manu premere. Lucret. lib. 4. 125.
Necessitas te tanta premebat. Cic. pro Roscio Amer. 59.
Nec finis ingenium nobilitate premi. Oui. 2. de Ponto, eleg. 3. 2.
Nocte premi. Virg. 6. Aeneid. 166.
Obsidione premi. Ouid. 6. Fast. 74.
Vrbem obsidione premebat. Virg. 8. Aeneid. 130.
Oppugnationibus premere. Cæsar 3. bel. Ciuil. 31.
Oculos premere. Virg. 9. Aeneid. 101,
—pressiue oculos, aut uulnera lani
Veste tegens. Nonius.
Quies pressit oculos. Virg. 12. Aeneid. 182.
Odium premere. Plin. in Paneg. 106.
Odium premi. Cic. Antè quàm iret in exil. 3. Idem ad Qu. fratrem, lib. 3. 19. 4, Quo quidem in iudicio odio premitur omnium generum.
Onere premi. Vide Onus.
Pedem premere, Figere. Liuius 8. ab Vrbe, 39.
Propositum premere, Non desistere ab incœpto. Ouid. 2. Metamorph. 21.
Sedilia premere, Sedere. Ouid. 5. Metam. 64.
Seruitio premere urbem. Virg. 1. Aeneid. 58.
Seruitute premi. Cic. 4. Philip. 154.
Silentia pressére. Sil. lib. 12. 129.
Sonus remorum premitur clamore: id est, præ clamore remorum sonus non auditur. Lucan. lib. 3. 109.
Sulcum premere dicitur carina. Virg. 10. Aeneid. 60,
—sulcumq; sibi premat ipsa carina.
Tumentia premere, humilia extollere luxuriantia astringere, inordinata digerere, soluta componere, exultantia coercere, &c. Quintil. lib. 10. cap. 4.
Verbo premere aliquem. Cic. 1. Tusc. 22.
Vestigia premere, pro Consistere, siue pedem figere. Virgil. 6. Aeneid. 40,
—sic effatus uestigia pressit. Poeticum est.
Vestigia premere, Proximè sequi. Tacit. lib. 2.
Virgulta per agros premere. Virg. 2. Georg.
Quod supereſt, quæcunq; premes uirgulta per agros.
Alij hoc loco exponunt Demergere, infodere.
Vi premi. Lucret. lib. 6. 142.
Vitem premere falce. Horat. 1. Carm. ode 31. 2.
Vitio premi. Cic. 4. de Finib. 125.
Vmbras premere falce: id est, resecare frondes, uel herbas, aut frutices umbras facientes. Virg. 1. Georg. 32.
Vocem premere, Tacere. Virg. 9. Aeneid. 65.
¶Pressus, πεπιεσμένος, πατασχεθής, Particip. siue nomen ex participio: ut, Pressus manu caseus. Colum. lib. 7. cap. 8. 6.
Humi pressus utroq; genu. Stat. 5. Thebaid. 136.
Grauitate soporis pressus. Ouid. 15. Metam. 5.
Mentem formidine pressus. Virg. 3. Aeneid. 10.
Bello iniquò pressus. Valer. 5. Argon. 111.

Pressus

Pressus & Redundans, contraria. Cic. de claris Orat. 25.
Pressa & tenuia. Quintil. lib. 10. cap. 1.
Pressus ac lætus. Quintil. lib. 10. cap. 1, de Homero, Lætus ac pressus, iucundus & grauis, tũ copia, tũ breuitate mirabilis.
Boues pressi detrectant iuga. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 3.
Clamor pressus subsitit. Ouid. 1. Metam. 42.
Coma pressa sustinere galeam. Ouid. epist. 3. 24.
Cubito presso remanere. Horat. 1. Carm. ode 27. 2.
Pressus uultus orationis. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Dolor pressus sub corde. Stat. 9. Thebaid. 165. (cap. 1.
Plenum eloquẽtiæ genus, & Pressum, contraria. Quint. lib. 11.
Presso gradu incedere, hoc est firmo, nec tamen celeri: sed quòd cautos incedere uidemus. Liu. 8. bel. Pun. 76.
Pressus homo in explicanda re aliqua. Cic. in Hortensio.
Lactis pressi copia. Virg. eclog. 1. 17.
Mammis pressi manabunt flumina. Virg. 3. Georg. 62.
Pressis & fidelibus modis concinere. Cic. 1. Tuscul. 170.
Pressa narratio. Quintil. lib. 9. cap. 4.
Pressa narrationis gracilitas. Quint. lib. 4. cap. 3.
Oratio pressa, & In qua ineſt luxuries quædam, contraria. Cicero 2. de Orat. 64.
Ornatus pressius & seuerus. Quint. lib. 8. cap. 3.
Ore presso obmutuit. Virg. 6. Aeneid. 31.
Oscula pressa iungere. Ouid. epist. 2. 19.
Ponere uestigia pressis signis. Lucret. lib. 3. 2.
Solo presso tenuit uestigia. Virg. 5. Aeneid. 67.
Sonus pressior. Cic. 2. de Nat. deor. 223, Deinde in ore ſita lingua est, finita dentibus, & ea uocẽ immoderatè profusam fingit & terminat, quæ sonos uocis distinctos & pressos efficit.
Verba pressa. Plin. epist. 19. lib. 2. (ficit.
Verbis aptus et pressus Thucydides. Cic. 2. de Orat. 30.
Vina pressa Torquato Consule. Horat. Epod. 13. 2.
Pressum uocat Ouidius, quod est quaſi impressa nota signatũ, lib. 6. Fast. 123,
(Certa fides facti est) dictus sceleratus ab illa
Vicus, & eterna res ea pressa nota est.
¶Pressior, Comparatiuũ. ut, Vis pressior. Plin. iun. lib. 2. epist. 16, Nam in concionibus eadem quæ in orationibus uis est: pressior tamen, & circunscriptior, & adductior.
¶Pressus, huius pressus (πίεσις) Cic. 3. de Orat. 25, Nemo est quin literatißimum togatorum omnium Qu. Valerium Soranum lenitate uocis, atq; ipso oris pressu & sono facilè uincat. Idem 2. Tusc. 94.
¶Pressura, pressuræ, pen. prod. (πιεσμὸς) Plin. lib. 18. cap. 31. 7, Pressura una culeos uiginti implere debet. Colum. lib. 12. cap. 36.
¶Pressè, Aduerbium (πεπιεσμένως) contrariũ habet Abundanter. Quint. lib. 8. cap. 3, Primum est, ut liqueat augere quod uelimus, an minuere: concitatè dicere, an moderatè: latè an seuerè: abundanter, an pressè: asperè, an leniter.
Pressè & anguste definire aliquid. Cic. in Orat. 63.
Pressè & æquabiliter loqui. Cic. 3. de Oratore, 26.
Pressè & leniter loqui. Cic. 1. Offic. 185.
Pressius agere. Cic. 4. de Finibus, 41.
¶Presso, pressas (πιέζομαι) pressare, Frequentat. Virg. eclog. 3. 18, —frustra pressabimus ubera palmis. Proper. lib. 3. eleg. 17. 4, Et noua pressantes inquinet ua pedes.
Ora dentibus pressare. Lucretius lib. 4. 223.
Parcè pressare: id est, Vide ne premas. Plautus Persa, 9. 11.
¶Pressans (πιεζόμενος) Particip. Lucret. lib. 4,
—& inspirant pressantes dentibus ora.
¶Pressatus, pen. prod. Participium (πιεσθεὶς) Plaut. Asin. 12. 71, Quin tradis hac crumena pressatum herum?
¶Pressorius, Adiectiuum (πιεστικὸς) ut, Pressorium uas, in quo quid premitur. Colum. lib. 12. cap. 18. 2.

Prendo] prendis, prendi, prensum (πιάσω) prendere, per syncopam dicitur pro prehendere. Vide Prehendo.
¶Prendidi, Præteritum trisyllabum, pen. corr. Silius lib. 15,
—huic lancea turbine nigro
Fert letum cuiuscunq; uiro quem prendidit ictus.
Prenestè] Vide Præneste.
Prensare, frequentatiuum: uide Prehensare in Prehendo.
Prenussum] πρόβοσκον, alio nomine Athenæum, id est Mineruium, non procul à Vesuuio monte, in cuius flammis extinctum fuisse Plinium Secundum, Plinius Cæcilius nepos Secundi in quodam epistola testatur. Strabo lib. 6.
Presbyter] pen. prod. presbyteri, pen. corr. (πρεσβύτερος) Latinè dicitur senior, ætate maior.
Prester] presteris, pen. prod. m. g. (πρηστὴρ) serpẽtis uenenati genus, qui alio nomine dicitur dipsas. Plinius libro 20. cap. 20. 1, Sagittarum uenena & serpentium hæmorroidum & presterum restringi. Lucan. lib. 9. 145,
Oraq; distendens auidus humantia prester.
Prester, genus uorticis, quem typhon, id est, ubratã cenephian uocant. Idem ardentior accensúsq; dum furit, prester uocatur, amburens contacta pariter & proterens, ut author est Plin. lib. 2. cap. 48, Sequẽti autem capite tradit eum à fulmine differre, ut ignem à flamma. Meminit huius Lucret. libro 6. 85, πρηστῆρας Graij, quos ab re nominitarunt:
In mare qua missi ueniant ratione supernè. Et paulo pòst, Et quasi demissum cælo prestera imitetur, &c.
Precides] Vide Prætides.
Pretiũ] πωλὴ, quod datur pro re empta. Terẽt. Heaut. 3. 1. 12,
—agrum in his regionibus
Meliorem neq; pretij maioris nemo habet.
Pretium in libras sex. Sub. denariorũ. Plin. lib. 12. cap. 7. 3. Ibidem, lib. 12. cap. 24. 1, Quod genitiuus Denariorum subintelligendus sit, manifestum est ex lib. 12. cap. 12. & 13.
Emitur X. LX. id est, denarijs LX. Et pretium unæ in libras X. LX. Vbi notabis, per X literam, denarios significari.
Pretia ei à XXXV, ad X. CCC. Plin. lib. 13. cap. 1. 11.
Pretium, merces, præmium. Terent. And. 3. 5. 4,
Ego pretium ob stultitiam fero: sed inultum id nunquam auferet. Ibidem, 1. 1. 12, Quod habui summum pretium, persolui tibi.
Pretium & merces. Cic. 7. Ver. 40.
Mors pretium tardis. Ouid. 10. Metam. 114.
Deforme pretium moræ. Stat. 11. Thebaid. 16.
Iniquum pretium pietatis. Ouid. epist. 14. 26.
Pugnæ pretium, coniux. Ouid. 9. Metam. 10.
Sceleris pretium, crux. Iuuen. Satyr. 13. 11.
Copiosum pretium. Vide Copia.
Grande pretium. Ouid. 2. Amor. eleg. 5. 13.
Immensum pretium. Vide Immensus.
Leuius pretium. Ouid. 3. de Arte, 35.
Pretij magni homo, uel pretij parui. Terent. Adelph. 5. 6. 4. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1.
Maximo pretio. Vide Magnus.
Minimi pretij. Vide Minor, in Paruus.
Par pretium. Vide Par. Senec. Thyeste, 6. 8.
Pretium non uile. Martial. lib. 1. 72, ad Flaccum.
Pretium, pro periculo, nonnulli interpretantur, teste Donato, Terent. in Prologo Hecyræ. 57,
Vt libeat scribere alijs, mihiq; ut discere
Nouas expediat posthac, pretio emptas meo.
Abijt pretium. Vide Abeo.
Accendere pretium rei alicuius. Vide Accendo.
Adduci pretio. Cic. pro Cecinna, 21,

Addicere pretio. Vide Addico.
Aequare pretium. Vide Aequo.
Aestimare pretium. Vide Aestimo.
Amplificare pretium. Vide Amplifico.
Antecedere pretio. Vide Antecedo.
Auellere pretiũ ante, quàm mercem ostendere. Horat. 1. Serm.
Augere pretium. Vide Augeo. (Satyr. 2,21.
Nefandum pretium augere. Claud. 1. in Eutropium, 10.
Capi pretio. Tibul. lib. 3. eleg. 1. 2.
Coemere pretio. Cic. 2. de lege Agrar. 71.
Componere pretio. Vide Compono.
Concedere partem pretij. Vide Concedo.
Constituere certum pretium. Cic. ad Atticum, lib. 14. 309. 2.
Corrumpere pretio. Vide Corrumpo.
Deduci à recta uia nec prece, nec pretio, nec gratia, nec simultate oportet. Author ad Herennium, lib. 3. 95.
Dicere pretium muneri. Horat. 4. Carm. ode 8. 3. id est, ostendere quàm pretiosum sit munus. Porphyr.
Dare pretium. Cic. pro Fonteio, 6.
Pretio & mercede duci ad aliquid faciendum. Cic. 2. Offic. 29.
Emere aliquid pretio. Propert. lib. 3. eleg. 16. 5.
Meo pretio emptus. Vide Meus.
Pretium facere alicui rei: pro, Imponere & statuere. Plin. lib. 9. cap. 35. 21.
Facere finẽ pretio difficile est, nisi libidini feceris. Cic. 6. Ver. 12.
Flagitare pretium. Tibull. lib. 2. eleg. 4. 3.
Annona pretiũ, nisi in calamitate fructuum, non habet. Cic. 5.
Iacent pretia prædiorum. Cic. pro Q. Roscio, 19. (Ver. 195.
Impendere pretium. Vide Impensus in Impendo.
Imponere pretium. Vide Impono.
Inficiari pretium. Ouid. 11. Metam. 42.
Largiri pretium alicui. Ouid. ad Pisonem, 25.
Mercari pretio. Cic. 4. Verr. 85, Ab isto & præco qui uoluit, istum ordinem pretio mercatus est. Vide Mercor.
Mercari aliquid tanto pretio. Cic. pro Sex. Roscio, 74.
Mercari minori pretio. Vide Mercor.
Metiri pretio, Aestimare pretio. Iuuen. Satyr. 9. 8.
Pactum pretium. Cic. 3. Offic. 145.
Parcere pretio. Vide Parco.
Pertimere pretium alicuius rei. Cic. Attic. lib. 12. 243. 1.
Posci pretium Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 13.
Vrbem exiguam pretio posuit. Virg. 4. Aeneid. 43.
Prostare pretio. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 4.
Redemptus pretio. Virg. 9. Aeneid. 43.
Sarcire pretium. Claud. 2. in Eutropium, 118.
Pretium statuere arti suæ. Terentius in Prologo Hecyræ, 49.
Magno pretio stare. Horat. 1. Serm. Satyr. 2, 25. Stare, Cõstare.
Esse in pretio. Vide In præpositionem.
In pretio pretium nunc est. Ouid. 1. Fast. 44.
Pretium est. Plin. libro 12. cap. 25. 5, Corticis ad medicamenta pretium est. id est, ualet cortex ad medicamenta, & est in
Vendere aliquid paruo pretio. Cic. 6. Verr. 118. (pretio.
Pretium, pro Operæ pretium. Tacit. lib. 1, Germanico pretium fuit conuertere agmen.
Pretium operæ, & pretium curæ, adnotatu dignæ locutiones. Posterior apud Plin. epist. 159. lib. 8. ad Montanum, Postea mihi uisum est pretiũ curæ, ipsum Senatusconsultũ quærere.
Operæ pretium. Iuuenal. Satyr. 9. 3. Vide Opera.
Exitus pretium. Tibul lib. 20.
Conscientiæ pretium. Tacit. in uita Agricolæ.
¶ Pretiosus, pen. prod. Adiec. (τίμιος, τιμήεις, λυτιμος) Quod est multi pretij. Plaut. Bacch. 1. 41,
Equidem tibi dabo hanc operam. P. at nimium pretiosa operaria es.

Pretiosum & Vile, contraria. Cic. lib. 3. Offic. 119.
Aera pretiosa Corinthi. Seneca Medea, 10. 12.
Dona pretiosa. Idem, ibidem.
Emptior pretiosius, Sumptuosus, qui magno pretio aliquid emit. Horat. 3. Carm. ode 6. 7.
Ingeniũ quondã fuerat pretiosius auro. Oui. 3. Amor. eleg. 7. 1.
Pretioso linteo uestes. Plin. lib. 52. cap. 10. 2.
Loca pretiosa metallo. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 8. 1.
Nox pretiosa, Quæ emitur pretio. Propert. lib. 3. eleg. 13. 1.
Pretiosius sapor. Colum. lib. 3. cap. 7. 2.
Texta pretiosa. Ouid. epist. 16. 45.
Vestis pretiosa. Lucan. lib. 2. 78.
Vestimenta pretiosa. Horat. 1. epist. 19. 7.
Pretiosior. Ouid. 1. Metam. 24,
— subijitq; argentea proles
Auro deterior, fuluo pretiosior ære.
¶ Pretiosè, pen. prod. (τιμίως) Delicatè, eleganter. Cic. 2. de Inuent. 201, Vasa magnifica, & pretiosè cælata.
Priamus] pen. corr. (πρίαμος) fuit Laomedontis Troiani regis filius, sic παρὰ τοῦ πρίασθαι emo, dictus, authore Seruio. Nam puer ab Hercule captus cum Hesiona sorore solus pecunia redimi potuit. Eum à Ioue originem traxisse ferunt. Vide Ouid 4. Fast. Priamus patre ab Hercule interfecto, est auro redemptus, Ilion reformauit & exornauit. Habuitq;, teste Cicerone 1. Tuscul. 132, filios quinquaginta: quorũ decem & septem ex iusta uxore sunt nati. At uerò ex altero latere Assaracus Capyn genuit, ex quo Anchises, et ex illo Aeneas. Quam sanè genealogiam Ouid. lib. 4. Fastorum pulcherrimè expressit.
Priamum tota progenie orbatum, quum in aram confugisset, hostilis manus interemit. Cic. 1. Tuscul. 133.
Regna Priami. Virg. 2. Aeneid. 5.
Dies Priamus. Horat. 1. Carm. ode 10. 3.
¶ Priameius, Adiect. quinq; syllabarum (πριαμήϊος) Virgil. 7. Aeneid. 51, Sceptra Priameia.
Coniux Priameia, Hecuba. Ouid. 13. Metam. 81.
¶ Priamides, pen. corr. (πριαμίδης) Patronymicũ masc. Virgil. 6. Aeneid. 99,
Atq; hic Priamiden laniatum corpore toto
Deiphobum uidit.
Priapus] pen. prod. (πρίαπος, φαλλὸς) inquit Seruius, Dionysij ac Veneris filius, deus Lampsacenus Hellespõti, qui hortos tuetur. Is ob membri uirilis magnitudinem immoderatam, ex Hellesponto primùm eiectus, deinde pro deo habitus est. Vnde Virgil. lib. 4. Georg. 23,
Hellespõtiaci seruit tutela Priapi. Asserunt etiam nõnulli priscos illos, quum uellent hominum pudẽda occultius nominare, Priapum dixisse. Author Diodorus lib. 5.
At ruber hortorum decus, & tutela Priapus. Ouid. 1. Fast. 83.
Est et Priapus, Hellesponti urbs, teste Plinio lib. 5. cap. 32. à Priapo superiore, Liberi & Veneris filio cõdita: cœptus est enim ibi coli ob uineta uberrima, quæ iuxta in Pariana & Lampsacena regione sunt, authore Strabone.
Priapeia (πριαπεῖα) carmen obscœnũ, quòd nonnulli Virgilio, alij Ouidio ascribunt: quamquã ueri simillimus est, multorũ id opus esse, ob argumenti similitudinem, unum in uolumen coniectum.
Priapismus (πριαπισμὸς, σπανίαιτις) Morbus est, quũ genitale membrũ in longitudinem protenditur, & in circuitu intumescit sine Veneris appetitu: quod uitij genus ijs potissimùm solet usu uenire, qui supini cubare cõsueuerunt. Galen. lib. 6. de Locis affect.
Pridem] Aduerbium (πάλαι) Quasi prius die: de longiori tempore dicitur, decem aut uiginti dierum, aut mensis, mensiumue

mensiumue, & nonnunquam annorum pro conditione materiæ, inquit Valla. Plaut. Pseud. 5. 207,
Non ædepol habeo profectò: nam eam pridem uendidi.
Cicero Sestio, lib. 5. 6. 4, Quòd ad me pridem scripseras.
Quàm pridem hoc nomen Fauni in aduersaria retulisti? Cicer. pro Q. Roscio, 4.
Non pridem. Terent. Heaut. 2. 1. 17,
Hoc ego mali non pridem inueni, neq; etiamdum scit pater. Vide Non.
Non ita pridem. Cic. in Bruto, 20, de Themistocle loquens, Fuit enim regnante iam Græcia, nostra autem ciuitate nõ ita pridem dominatu regio liberata. id est, Non multo ante id tempus, inquit Budæus.
Pridie] Aduerbiũ (τῇ προτεραίᾳ) id est, Priori siue præcedẽti die. Cato de Re rustica, Si quem purgare uoles, pridie ne cœnet. Cic. Attic. lib. 12. 14 1. 10, De Terentia autem scripsi ad te eis literis quas dederam pridie.
Pridie & Postridie, contraria. Cic. 6. Philip. 225.
Vsq; ad pridie Calendas. Cic. ad Attic. lib. 2. 24. 6.
Ad pridie Idus Septembres gignitur. Plinius libro 11. cap. 16. 1. Vide Ad.
Pridie, cum genitiuo. Cicero ad Lentulum, libro 1. 4. 1, Quòd iam illam sententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus.
Pridie eius diei uenit. Cic. Attic. lib. 11. 229. 2.
Accusatiuo etiam iungitur. Cic. Appio, lib. 3. 4. 1, Pridie nonas Iunias quum essem Brundusij.
Pridie quàm. Plaut. Millite, 14. 90. Cicer. de Amic. 11, Pridie quàm excesserit è uita. Idem ad Lentulum, libro 1. 2. 12, De his rebus pridie quàm hæc scripsi, Senatus authoritas grauissima intercesserat.
¶ Pridianus, pen. prod. (προτεραῖος) Adiect. pro Hesterno. Tranquil. in Caligula, cap. 58, Marcẽte adhuc stomacho pridiani cibi onere. Hæc Budæus. Vide Vallam lib. 2.
Priene] pen. prod. (πριήνη) Ioniæ urbs, Biante alumno nobilis. Meminit Cic. in Paradoxis. Priscianus in Peribegesi,
Per quas Mæander pinguis descendit in æquor,
Inter Miletum currens, latamq; Prienem. Hinc,
¶ Prieneus, pen. prod. Adiect. (πριηνεὺς) Sidonius 1. Paneg. Prienee Bia, quòd plus tibi turba malorum est.
Primarius, Primates, Primitiæ, Primipilus] Vide Primus.
Primnesius] Palus ad quem finis nauticus religatur, quem alij tonsillam dicunt. Paulus.
Primus] Adiect. (πρῶτος, πρόμος, πρώτιστος) Quandoq; ad numerum, seu ordinem refertur. Terent. Phorm. 2. 3. 47,
At si talentum rem reliquisset decem.
D. Di tibi malefaciant. P. Primus esses memoriter
Progeniem uestram usq; ab auo atq; atauo proferens.
Idem Adelph. 5. 9. 18,
— & quidem tuo nepoti huius filio
Hodie primam mammam dedit hæc. hoc est, Ipsa prima dedit mammam. Terent. Adelph. 4. 2. 8,
Primus sentio mala nostra, primus rescisco omnia.
Extremi primorum. Horat. 2. epist. 2. 41.
Primus ante omnes. Virgil. 2. Aeneid. 8.
Primus ad extremum similis sibi. Horatius in Arte, 52, de pede Iambo.
Decem primi uiri. Cic. pro Sex. Rosc. Amer. 14.
Prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda sunt. Cic. Appio, lib. 3. 8. 2.
Primæ & Posteriores sententiæ. Plancus Cic. lib. 10. 11. 2.
Primus, de duobus. Cic. 2. de Inuent. 129, Quo pacto tractari conueniret argumentationes, in libro primo non intelligen-

ter expositum est.
Primus & alter libellus. Cic. 4. Verr. 132.
Primus, Princeps. Virgil. 1. Aeneid. 6,
Prima quod ad Troiam pro charis gesserat Argis.
Ciuitatis primus Dyrrachinus. Cic. 5. Verr. 110.
Genere & nobilitate sui municipij facilè primus. Cicero pro Roscio Amerino, 5.
Primus, Optimus. Virgil. — primos iuuenũ tot miserit Orco,
Terent. Adelph. 5. 4. 4,
Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies. Vbi Donatus, Prima, ante alia eligenda, quæ & primo loco ponenda, ac per hoc optima. Idem Eunuch. 5. 9. 51.
Prima & summa, habentur utilia. Cic. 3. Offic. 138.
Homo primus. Cic. 6. Verr. 33.
Primus apud te est. Terent. Eunuch. 1. 2. 10. hoc est, Supra alios amas illum. Ibidem, 2. 2. 17,
Est genus hominum qui esse primos se omnium rerum uolunt, nec sunt.
Primam dices, scio, si uideris, hoc est, pulchriorem cæteris omnibus. Terent. Eunuch. 3. 5. 19.
Laus prima illa est. Plin. lib. 12. cap. 23. 2, Laus prima candidissimis spagnis atq; altissimis, secunda rutilis, nulla nigris, id est, pluris æstimantur.
Honos primus uirtutis. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 17.
Primus de. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 5. 5, Postea Racilius de priuatis me primum sententiam rogauit.
Primus ex omnibus philosophis. Cic. 4. de Finib. 28.
Prima, plurali numero, pro principijs. Liu. lib. 8, Quod bellum si prima satis prospera fuissent, haud dubie peruenisset ad Romanos. Curtius lib. 4.
Prima consiliorum: hoc est, prima consilia. Tacit. lib. 18.
Primus, dicitur aliquando pro eo ante quem nullus est. Virgil. 1. eclog. 9, Hic mihi responsum primus dedit ille petenti. Sanctus in Iugurtha.
Primo accessu Liuius 8. bell. Pun. 238, M. Attilium captum in Africa commemorat, tanquam M. Attilius primo accessu ad Africam offenderit.
Aditus primi difficiles. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 12.
Prima adolescentia. Vide Adoleo.
Primo statim aduentu. Liu. 4. ab Vrbe, 230, Impigre primo statim aduentu deiectis qui in præsidio erant, arcem recepit.
Aestas prima incœperat. Virg. 3. Aeneid. 2.
Aetas prima. Virg. 2. Georg. 73.
Anni primi. Virg. 2. Aeneid. 18.
Annus primus ab honorum perfunctione. Cic. 3. de Orat. 5.
Aspectu primo. Liu. 5. bel. Maced. 37, Nihil primo aspectu contemptius, equi hominesq; pauculi & graciles.
Aspectu primo obstupuit. Virgil. 1. Aeneid. 124.
Barba prima. Seneca Hippol. 5. 12.
Corpora prima, & semina rerum uocat Lucretius elementa, libro 1. 11.
Primo quòq; die. Colum. lib. 8. cap. 5. Pompeius ad L. Domitiũ, Vt primo quòq; die Luceriam aduenires.
Primo diluculo, apud Suetonium in Vitellio, cap. 15.
Prima ab infantia. Tacit. lib. 1.
Prima facie. Caius in l. aliquando. ff. ad S. C. Velleianum.
Primo introitu. Plin. lib. 12. cap. 8. 2.
Prima inuenta. Plin. lib. 10. cap. 55. 1.
Labes prima mali. Virg. 2. Aeneid. 20.
Primis labris aliquid gustare. Cic. 1. de Nat. deor. 30, Hunc censes primis, ut dicitur, labris gustasse physiologiam, &c. Est, inquit Erasmus, breuiter quippiam attingere dictum ab ijs qui cibum aut uotum tenuiter prægustant, nihil inde in stomachum transmittentes.

Prima

Prima lux, pro Summo diluculo. Sulpitius Ciceroni, lib.4.12.5, Eò fum profectus prima luce. Sic Cic. Atti. lib.4.72.8. Cæsar 1.bel.Gal.86. Et Liu.9.ab Vrbe,190. Tacit.lib.19.

A' prima luce. Vide A' præpositionem.

Primo mane cum familia prodeundum est. Colum. lib. 12. cap. 13. Dicitur & Summo mane.

Prima quâque occasione. Plin.iunior, Proinde prima quâque occasione mitte.

Primo progressu. Cic. 4. Acad. 163.

Prima specie. Idem. Cic. 4. de Finibus, 99, Nominibus uterentur his quæ prima specie admirationem, re explicata risum mouerent.

Primo quôque tempore: id est statim, siue quum dabitur occasio. Cic. 6. Verr. 51, Primo quôque tempore afferetur. Idem Attic. lib. 8. 159. 3, Omnes copias primo quôq; tempore in unum locum conuenire. Cæsar 6. bell. Ciuil. 22.

Primis tenebris mouit: hoc est, cœpta nocte. Liu. 1 bel. Maced.

Prima uespera. Liu. lib. 4. bel. Maced. Tabellas conscriptas celebrino loco supra sedem quotidianam magistratuum prima uespera suspendit.

Primo uespere. Tacit. lib. 6, Primo uespere ut lumina in castro hostium conspexêre, &c.

Primus aduentu. Plin. lib. 15. cap. 14, ad finem, de uarijs maiorum generibus, Dacis fermè utilissimis nomen, quanquã primis aduentu, decerpiq; properantibus.

A' primo: pro Ab initio. Cic. Attico, lib. 8. 155. 3, Hoc à primo cogitauit, omnes terras, omnia maria mouere. Terentius Phorm. 4. 3. 37, A' primo homo insanibat. Vide A'.

A' primo, deinde pôst. Cic. in Orat. 14, In illa pro Ctesiphonte oratione longè optima, summissius à primo: deinde dum de legibus disputat, pressius: pôst sensim incedens, iudices ut ui dit ardentes, in reliquis exultauit audacius.

A' primo lucis. Vide A'.

In primo uiget, iacet in extremo. Cic. in Orat. 125.

Cum primis. Vide Cum præpositionem.

Cum primis domi suæ locuples & honestus homo Sopater. Cic. 4. Verr. 47.

Sapiens cum primis nostræ ciuitatis homo. Cic. 2. de Orat. 123.

In primis. Vide In præpositionem.

Clarum & ornatum in primis Siciliæ oppidum Himera. Cicer. 4. Verr. 60.

Homo in primis improbissimus. Cic. 5. Verr. 55.

In primis splendidus Minutius Eques. Rom. Cic. 4. Verr. 48.

¶ Primas dare alicui, Sub partes. Vide Do. item, Primas ferre aut tenere. & Primas ferre alicui. Cicer. de clar. Orat. 95, Ex his Cotta & Sulpitius, cùm meo iudicio, tum omnium facilè primas tulerunt: id est, sapientissimi & doctiss. habiti sunt. Ib idem, 183, Erat excellens iudicio uulgi, & facilè primas tenebat adolescens.

Agere primas. Vide Ago.

Agebat primas in causis Hortensius. Cic. de clar. Orat. 171.

Concedere alicui primas. Vide Concedo.

Concedere ingenio primas. Cic. 2. de Orat. 81.

Primas deferre alicui, Palmam & primum locum tribuere. Cic. ad Attic. lib. 1. 12. 8.

Primarum partium esse. Vide Pars.

¶ Primùm, Aduerb. (πρῶτον, πρώτως, πρώτιστα) fera sequitur Præterea, uel Deinde. Terent. Adelph. 4. 2. 1,

Næ ego homo sum infœlix? primùm fratrem nusquam inuenio gentium:

Præterea autem dum illum quæro, à uilla mercenarium Vidi. Idem in Prologo Heaut. 3,

Id primùm dicam: deinde quod ueni, eloquar.

Nunc primùm. Vide Nunc.

Primùm, deinde, postremò. Cicero 5. Ver. 141, Primùm eam, quum posita esset apud eas societates, unde erat attributa, binis centesimis fœneratus est: deinde permultis ciuitatibus pro frumento nihil soluit omnino: postremò sicut ciuitati soluit, tantum detraxit, quantum commodum fuit. Cicero pro Sylla, 32.

Primùm, deinde, deinde. Cic. 4. Ver. 101, Primùm auerti pecuniam domum non placere: deinde ipsarum statuarum modũ quendam esse oportere: deinde illud certè, ab inuitis exigi non oportere.

Primùm. Plaut. Capt. 7. 100,

Sequere, te ut amittam: ei rei primùm præuorti uolo.

Primùm omnium, Terent. Heaut. 2. 3. 33,

Mane hoc quod cœpi primùm, enarrem, ô Clitipho:
Pôst istuc ueniam. Clit. propera. s. iam primùm omnium
Vbi uentum ad ædes est, Dromo pultat fores, &c.

Vt primùm illam uidi, nunquam uidi postea. hoc est, Nunquam nisi semel uidi. Plaut. Epid. 12. 30.

Vt primùm potestas data est augendæ dignitatis tuæ, nihil prætermisi in te ornando, quod positum est in præmio uirtutis, aut in honore uerborum. Cic. Planco, lib. 10. 13. 1.

Vt primùm fórum attigi, spectaui semper ut tibi possem quammaximè esse coniunctus. Cic. Licinio, lib. 5. 8. 8.

Primùm, pro Præcipuè. Plin. lib. 15. cap. 18. 7, Quid primùm in eo miremur? curam ingenij, an occasionem fortuitam? celeritatemq; cursus, an uehementiam uiris?

¶ Primò, Aduerbium (πρῶτον) hoc est, Prima fronte, prima specie, primo aditu. Terent. Eunuch. 5. 7. 10,

At etiam primò callidum & disertum credidi hominem.

Ouid. 2. Metam. 89,

Et timuit primò ne Iuppiter esset in illa.

Primò & mox. Plin. libro 19. cap. 3. 6, Vesci pecora solita, primoq; purgare, mox pinguescere.

¶ Primulus, pen. corr. Adiectiuum, diminutiuũ à Primus. Plaut. Amph. 8. 104, Primulo diluculo abijsti ad legiones.

¶ Primulùm, pen. corr. Aduerbiũ diminutiuũ. Terent. Adelph. 5. 6. 10, Paulatim plebem primulùm facio meam. Ibidem, 3. 1. 2, Modò dolores mea tu occipiunt primulùm. Vbi Donatus. Initium & ipsa origo dolorũ diminutiuè demonstrata est. Non enim primùm, sed primulùm dicit.

¶ Primarius, Adiectiuum (πρωτεῖος, ἀρχικὸς, πρόβατος, ἀρχοειδὴς) Quod aliunde originem non habet. Prunarius lapis, qui primus in aliquo ædificij fundamento ponitur. Primarius uir, primus in ciuitate. Cic. de Senect. 57, In quem illud elogium unicum plurimæ consentiunt gẽtes, populi primarium fuisse uirum. hoc est, primum inter populum, & ueluti eminentiorem. Idem 7. Verr. 93, Vir primarius, homo nobilissimus, dicit. Et 2. de Fin. 184.

Adolescens primarius. Vide Adoleo.

Bellator primarius. Plin. lib. 7. cap. 43. 5.

Conditio primaria. Plaut. Stich. 3. 81.

Fœmina primaria. Terent. Phorm. 5. 8. 78. Cicer. 3. Ver. 109; Scilicet magno præsidio fuit Anniæ pupillæ mater fœmina primaria.

Senator uir primarius. Cic. pro Flacco, 40.

Primario loco esse, & Secundum locum obtinere, contraria. Cicer. 3. de Finibus, 81.

¶ Primas, primatis, pen. prod. (πρῶτος) Primates dicti sunt, qui & summates siue optimates, hoc est primi in ciuitate.

¶ Primatus, huius primatus, pen. prod. masc. gen. (πρωτεῖον, πρωτεῖον) Ipsa authoritas primatum. Plin. lib. 13. cap. 12. 4. Primatum mutauit Cæsar.

¶ Primatum dare alicui rei. Varro 1. de Re rust. cap. 7.

¶ Primanus, primani (πρωτεῖος) Tribunus qui primæ legioni

ni tributum scribebat, ut apud Catonem, in ea quæ est cõtra Thermum de suis uirtutibus. Hæc Festus. Tacit. lib. 18, Primam stratis unà & uicesimanorum principibus Aquilam abstulêre.

¶ Primoris, pen. prod. (ἄκρος) genitiuus, cuius nominatiuus non reperitur. Pluraliter, Primores, primorum, &c.

Primores, Dicuntur summæ quæq; res, inquit Nonius. Lucilius, Quum gallus digitos, primoresq; erigit ungues. Cato cap. 51, Pullos in terram deprimito, extollitoq; primorem partem.

Nasi primoris acumen. Lucret. lib. 6. 240.

Primoribus labris gustare, Est leuiter quidpiam attingere. Dictum ab ijs qui cibum aut potũ tenuiter degustant, nihil inde in stomachum transmittentes. Cic. pro Cælio, 20, Equidem multos & uidi in hac ciuitate, & audi non modò qui primoribus labris gustassent genus hoc uitæ, & extremis, ut dicitur, digitis attigissent. Idem 1. de Orat. 44, Hæc autem esse penitùs in media philosophia retrusa atq; abdita, quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigissent.

Primores, pro Primis accipitur: ut, Primores imbres. Varro 2. de re Rust. cap. 2. 11.

Anni primores. Silius lib. 15. 130.

Primores dentes, Qui primi patent. Plin. lib. 11. cap. 37. 7.

Partem domus primorem esse atrium. Gel. lib. 16. cap. 5.

Primori in acie uersabantur. Tacit. lib. 19.

Primores (ἄριστοι) pro Optimatibus. Virg. 9. Aeneid. 65,

Protinus armati incedunt: quos omnis euntes
Primorum manus ad portas, iuuenumq;, senumq;
Prosequitur uotis. Vbi Seruius, Primorum, genitiuus hic uenit ab eo quod est, hi primores, sicut hi proceres: quorum nominum nominatiuus singularis non inuenitur, licet dicamus huius primoris.

Populi primores. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 14.

Sociũm primores. Silius lib. 13. 2.

¶ Primæuus, pen. prod. Adiectiuum (πρωτεῦλεξ) Quod est primæ ætatis: ut Grandæuus, grandioris ætatis. Virgilius 9. Aeneid. 109,

—uix unus Helenor
Et Lycus elapsi: quorum primæuus Helenor, &c. Idem lib. 10. 69,

—primæuo corpore Lausus.

Coniux primæua. Stat. 5. Syl. 3. 14.

Natus primæuus. Catul. Argon. epig. 59. 80.

Primæuo flore iuuentus. Virg. 7. Aeneid. 33.

¶ Primicerium, existimat Accursius dictum (πρωτοκηρεῖον) quòd primus ferat cereum. Quæ etymologia planè ridicula est. Nam Primicerius, notarius principis dicitur, & honore inter notarios primus: sicut sequens dicitur Secundicerius. κηρὸς enim ceram significat: κήρωμα tabulam ceratam, in qua antiqui scribebant. Ab huiusmodi igitur tabulis dicti sunt primicerij. Vegetius libro secundo, Primicerius, inquit, in officio præfectorũ Prætorio, ad honestum quæstuosumq; militiæ peruenit finem. Dicitur autem Primicerius nõ solùm notariorum, ut apud Renatũ Frigiridũ in historia Honorij & Theodosij: Rusticus Agretinus ex primicerio notariorũ Iouini, multiq; nobiles apud Aruernos capti, sed etiam primus aliarũ dignitatũ. Ammianus Marcell. lib. 18, Inter quos etiã Valentinus ex primicerio protectorũ, Tribunus. Quæ autem huius officij sit dignitas, ostendit Cassiodorus Epistolarum lib. 6, in forma comitiuæ sacrarum & primiceriatus, ubi, Ad publicæ, inquit, festiuitatis indicium, locum quoq; primiceriatus adiungimus. Parum est autem, quòd prouinciarũ iudices tuæ subiaceant dignitati: ipsis quoq; procerib. chartarum confirmas officium: dum perfectum non creditur, nisi à te fuerit pro solennitate completum, &c. Ex Alciato.

¶ Primigenius, Adiectiuum (ἀρχικὸς, προηγούμενος, ἀρχοειδὴς, πρωτότοκος, πρωτόγονος) Idẽ quod Primitiuus, Quod aliunde non habet originem. Et propriè Primigenia semina, quæ dedit natura: quæ Cic. prima naturæ: & Græci, τὰ πρῶτα τοῦ φύσει appellant. In his numerant incolumitatem, conseruationemq; omnium partium, ualetudinem, sensus integros, doloris uacuitatem, uires, pulchritudinem, cæteraq; huiusmodi.

Verba primigenia, ut lego, scribo, quæ non sunt ab alio uerbo, sed suas habent radices.

Primigenius sulcus (inquit Festus) dicitur, qui in condenda noua urbe, tauro & uacca, designationis causa imprimitur.

Primigenia fortuna à gignendo. Cic. 2. de Leg. 47. Liu. 4. bel. Maced. 195, Et ædem Fortunæ primitiuæ in colle Quirinali dedicauit Q. Martius Ralla Duumuir ad idipsum creatus.

Semina primigenia. Varro 1. de Re rust. cap. 40. 1, Dicam de primigenia pecuaria. Id est, de ouibus quales sint ad fœturam utiles. Varro 8. de Re rust. 2. 1.

¶ Primigenus, pen. corr. Aliud Adiectiuum (πρωτόγονος) Lucret. lib. 2. 221,

Multaq; post mundi tempus genitale, diemq;
Primigenum maris & terræ, solisq; coortum, &c.

¶ Primitius, penult. prod. Similiter adiectiuum (πρωτόγονος) Quod aliunde non habet originem, siue quod per se inuentum est. Vnde & Primitiua uerba, quæ per se inuenta sunt, nec aliunde deriuantur: ut Amo.

Primitiui anni. Colum. de Arboribus, cap. 23, Ea res & fertilem arborem reddet, & primitiuos annos, fructum uinosum, postea uerò etiam dulcem & apyrenum. Fortasse legendum, primitiuis annis, siue primis: ut idem lib. 5. cap. 10. 10. Ea res & fertilem arborem reddit, & primis annis fructum uinosum, & post quinquennium dulcem & apyrenum facit.

¶ Primipara, primiparæ, pen. corr. (πρωτοτόκος) Primiparæ dicuntur matres quæ primò genuerunt. Plin. lib. 8. cap. 40. 10, Et ab ea quæ fœmina sit ex primipara genita citius cerni. Ibidem, cap. 47. 1.

¶ Primipilus, primipili, pen. prod. (πρωτοστάτης) Centurio primæ cohortis, ut Liuius scribit lib. 7, Id propter P. Solonium postulatum est à coniuratis, qui alternis propè annis & Tribunus militum & primus Centurio erat: quem nunc primipilum appellant. Innominatus Græcè legum interpres, primipilum tradit militarem annonam esse. Id quod non omnino absurdum putat Alciatus. nam quum primipilus in legione primus esset, consequebatur omnia legionis commoda, ut docet Vegetius lib. 2. cap. 8. Proinde annona quoq; militaris illi concedebatur diuidenda per capita militum. Vide Antepilani. Sueton. in Caligula, cap. 44, At in exercitu recensendo, plerisq; Centurionũ maturis iam, & nonnullis ante paucissimos quàm consummaturi essent dies, primos pilos ademit, causatus senium cuiusq; & imbecillitatem. Cic. Attico, lib. 5. 108. 6, At ille cohortẽ illam primã totam perdidit, Centurionemq; primipili nobilem sui generis.

Aquila primipili. Cic. 12. Philip. 332.

Primipilum ducere. Cæsar 5. bel. Gal. 133.

¶ Primipilaris, huius primipilaris, pen. prod. (πρωτοστατικὸς) Dici uidetur non tam miles qui fuerat sub Centurione primipili, quàm ipse Centurio qui olim præditus fuerat hac dignitate. Et ea forma dicitur primipilaris, qua Consularis. Quint. lib. 6. cap. 3. 63, An primipilaris ei testamento suaderet ordinare suprema iudicia.

¶ Primiter, Aduerbium, (πρώτως) id est, Primò Pomponius Macchis geminis. Quin bono animo es uideo, eripis primiter dapes. Nonius.

¶ Primi tiũ

¶Primitus, pen.corr. Aliud aduerbium (πρωτίστως) Idem. Lucilius lib.5, Sicuti quum primiter ficos populare sentis, item pretio ingenti ad primitus paucos. Ita Nonius. Varro 2. de Re rust. cap. 2. 11 Primitùs oritur herba imbribus primoribus euocata.

Insinuari primitùs. Lucret. lib. 4. 207.

¶Primitiuus, Adiectiuum. Quod in aliqua re primum & principale est. Ouid. 12. Metam. 55,

Ecce rapit medijs flagrantem Rhetus ab aris
Primitiũ torrem. Alij legunt, Prunitiũ: à pruna scilicet.

¶Primitiæ, primitiarũ, fœm. gen. plur. numeri (ἀρχαὶ, ἀπαρχαὶ, πρωτόγονα) Primi fructus ex agro suscepti, qui Deo offeruntur. Plin. lib. 18. cap. 3. Idem lib. 4. cap. 12. 48, Frugũ primitias solitos Delon mittere Apollini.

Frugum primitiæ. Ouid. 10. Metam. 86.

Operum primitiæ. Stat. 2. Theb. 249.

Primitias uitis resecare cẽsuerunt: id est, prima flagella. Colum. lib. 4. cap. 10.

Armorum primitiæ. Stat. 11. Theb. 57.

Lachrymarum primitiæ. Stat. 6. 30.

¶Primodum, pro Primo. Plaut. Capt. 45. 7,

Primodum opus est pistorienſibus.

¶Primogenitus, primogeniti, pen. corr. (πρωτότοκος) Qui primò genitus est, etiam si alij nõ sint geniti. Plin. lib. 11. cap. 40. 2, Primogeniti in quacunq; parte sues primas premũt. Vetus codex habet, Primis genitis in quoq; partu sues primas præbent. Subaudi, mammas.

¶Primordium, primordij (ἀρχαιογονία, πρεσβυτικὸν) Principium, inquit Festus, quòd primò ordinur. Cic. in Partit. 5, Vt primordia rerum & quasi præcurrentia, in quibus inest aliquid argumenti. Idem 2. de Leg. 13, A' Ioue Musarum primordia, sicut in Aratio carmine orsi sumus.

Belli primordia. Stat. 2. Achil. 67.

Dicendi primordia. Quint. lib. 1. cap. 9. 1.

Gentis primordia. Ouid. 5. Metam. 38.

Mundi primordia. Ouid. 15. Metam. 14.

Operum primordium. Curtius lib. 9.

Principiorum primordia. Lucret. lib. 3. 53.

Prima primordia rerum. Lucret. lib. 2. 27.

A' primordio sui. Vide A' præpositionem.

Capere primordia. Vide Capio.

Ducere primordia generis ex alijs. Ouid. 15. Metam. 99.

Princeps] principis, pen. corr. communis generis (ἀρχὸς, ἀρχηγὸς, ἀρχηγέτης, ὀρχαμὸς, πρεσβυγενὴς) Qui uel quæ principatum tenet, quasi primum caput. Cic. 8. Philipp. 253, O' dij immortales, quàm magnum est personam in Republica tueri principis: quæ non animis solùm debet, sed oculis seruire ciuium.

Princeps, Primus. Cic. 2. de Orat. 30, Nanq; & Herodotum illum qui princeps genus hoc ornauit. Liuius, Princeps præsium imbat. Budæus.

Postremus & Princeps, contraria. Cic. 7. Verr. 71.

Ad pericula princeps. Plancus Ciceroni, lib. 10. 17. 3.

Exordium princeps omnium debet esse. Cic. 1. de Inuent. 29.

In principibus. Vide In præpositionem.

Princeps, pro Ordine inter principes: id est, qui sunt in principijs aciei. Cic. ad Brutum, 8. 2, Cretenſi bello Metello imperatore octauum principem duxit. id est, octauum ordinem inter principes. Budæus.

Princeps in. Cic. 7. Verr. 100, Totum enim tua libidine & scelere, ex sua patria, in qua multis uirtutibus & beneficijs floruit princeps, sustulisti.

In Astrologia princeps Eudoxus. Cic. 2. de Diuinat. 131.

In iure Ciuili longè omnium princeps Seruius. Cicer. de claris Oratoribus, 78.

Longè princeps. Vide Longus.

Consilij publici princeps plurimos annos fuit Pericles. Cicer. 1. de Orat. 109.

Author consilij publici, dux regendæ ciuitatis, sententiæ atque eloquentiæ princeps in Senatu. Cicer. 3. de Orat. 36. Idem Planco, lib. 10. 6. 7.

Princeps tragici cothurni. Plin. lib. 7. cap. 29. 3.

Dearum princeps Iuno. Ouid. 6. Fast. 8.

Ingenij & doctrinæ princeps Plato. Cic. Q. fr. at. lib. 1. 1. 43.

Nunc iuuenũ princeps, deinde future senũ. Ouid. 1. de Arte, 39.

Princeps legis Agrariæ P. Rullus: id est, author. Cicero 2. pro lege Agraria, 27.

Princeps Latini nominis. Liuius 1. ab Vrbe, 218. Vide Oriundus, in Orior.

Philosophorum princeps Socrates. Cic. 2. de Nat. deor. 248.

Princeps philosophorum & authoritate & antiquitate Socratícus Arístippus. Cic. 2. Tusc. 22.

Salutis mentisq; publicæ princeps, Senatus. Cicer. de Arusp. respon. 54.

Princeps atq; architectus sceleris. Cic. pro Cluentio, 47. Et 2. de Legibus, 69.

Princeps sceleris & concitator belli. Cæsar 8. bel. Gal. 134.

Princeps sermonis ordiendi fuit: id est, author. Cicero 1. de Orat. 48.

Stoicorum princeps Zeno. Cic. 4. Acad. 238.

Princeps terrarum populi Rom. Plin. lib. 22. cap. 3. 1.

Consilio & lingua princeps aliquis. Cic. 1. de Orat. 49.

Longè omnium quicunq; fuerunt grauitate dicendi princeps Plato. Cic. in Orat. 34.

Studijs doctrinæ, & regenda ciuitate princeps Demetrius. Cicero 3. de Leg. 22.

Princeps, Vir primarius. Plin. epist. 7. lib. 3, Fuit inter principes ciuitatis sine potentia, sine inuidia.

Quales in Republicâ principes essent, tales reliquos solere esse ciues. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 40.

Ciuitatis longè princeps Pompeius. Cic. pro Domo sua, 52.

Orbis terræ princeps. Cic. pro Domo sua, 85.

Principium princeps. Cic. pro Flacco, 43.

Altißimus princeps. Claud. de muneribus Honorio imperatori à Stilicone missis, 20. 3.

Egregius princeps. Claud. 3. Paneg. 23.

Honoratus homo & princeps. Cic. 1. Offic. 192.

Immensus princeps. Claud. 7. Paneg. 5.

Iustus princeps. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 3.

Nefandus princeps. Seneca Octauia, 5. 2.

Venerandus princeps. Claud. 4. Paneg. 11.

Colere principem donis. Vide Colo.

Exercere principem, & præstare. Sueton. in Tiberio, cap. 33. Vide Præsto, præstus.

Principibus placuisse uiris non ultima laus est. Horat. 1. epistol. 18. 7.

Profiteri se principem in Senatu. Cic. Cornificio, lib. 12. 24. 4.

Personã principis in Rep. tueri, magnũ est. Cic. 8. Philip. 253.

Seruire principi. Cic. Pæto, lib. 9. 17. 7.

Princeps, f. g. Plin. lib. 8. cap. 32. 9, Quasdam nos principes fœminas scimus omnibus diebus matutinis carnem meam degustare solitas, & longo æuo caruisse febribus.

Princeps, Adiectiuum. Primum significat, & aliquando præcipuum. Terent. Adelph. 2. 3. 6,

Itaque unam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror,
Fratrem homini neminem esse primarium artium magis principem.

Amor princeps ad benëuolentiã coniungendã. Cic. de Ami. 26.

Ciuem principem se putat. Cic. 2. de Nat. deor. 248.

Dies imperij princeps, uitæ supremus. Tacit. lib. 1.

Locum principem authoritatemq; in salute mea tenuistis. Cicero pro Domo sua, 114.

Princeps mensis, Ianuarius. Colum. lib. 11. cap. 2. 2.

Natura princeps huius boni. Cic. 2. de Orat. 193. De his qui memoria uigent.

Patroni principes. Cicero de claris Orat. 177.

Qualitatum aliæ sunt principes, aliæ ex ijs ortæ. Cic. 1. Acad. 39.

Roma princeps urbium. Horat. 4. Carm. ode 3. 3.

Princeps uox in Rep. Cic. in Catil. 91.

Principem habere aliquem. Cic. Ampio, lib. 6. 12. 5. Id est, præcipuum adiutorem. Budæus.

Principatus] huius principatus, pen. prod. m. gen. Imperiũ (ἀρχὴ, πρωτεῖον, ἡγεμονία) Cæsar 5. bel. Gal. 19, In ea ciuitate de principatu inter se contendebant. Principatu Claudij cæsus rationem docuit. Plin. lib. 8. cap. 16. 12.

Principatus est apibus. Plin. lib. 11. cap. 5. 1.

Regius principatus. Cic. 3. de Fin. 80.

Appetitio quædam principatus cupiditati ueri uidendi adiuncta est. Cic. 1. Off. 22.

Deferre principatum alicui. Cic. 2. Philip. 32.

Delere principatum. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 84.

Dare principatum homini. Cic. 11. Phil. 325, Cassio uerò sententia mea dominatum & principatum dari.

Dare principatum alicui rei: pro, Eam præferre alijs. Plin. lib. 9. cap. 17. 3, Nunc scaro datur principatus.

Penes ipsum est principatus. Cic. ad Atticum, lib. 13. 176. 4.

Ferre principatum alicuius belli, Moderari, administrare. Cic. in Philipp. 13, Qui huius belli ferat principatum.

Pertinacia et nimia cupiditas principatum facillimè in elatione animi innascitur. Cic. 1. Off. 92.

Tenere principatum sententiæ. Cic. de Senec. 59. Idem 12. Philip. 326, Illa enim huius belli propulsandi, administrandi, sustinendi principatum tenet.

Diuinũ tribuit principatũ menti Theophrastus. Cic. 1. de Natura deorum, 51.

¶Principalis, et hoc principale, pen. prod. (ἀρχικὸς, ἡγεμονικὸς) Quod primum & præcipuum: aut quod principis est. Plin. in Paneg. 83, Tanta benignitas principis, tanta securitas temporum est, ut ille nos principalibus rebus existimet dignos. Liuius 4. ab Vrbe, 85, Intentos deinde hostes in uallum, egressus dextera principali cum triarijs repentè inuadit. Quint. lib. 9. cap. 1, Est igitur tropus, sermo à naturali & principali significatione translatus ad aliam, ornandæ orationis gratia. id est præcipua. Idem lib. 3. cap. 13, Hanc quæstionem ueluti principalem uocant ζήτημα.

Principales & perfectæ causæ, Adiuuantes & proximæ. Cicero de Fato, 61.

Paratus principalis. Tacit. lib. 18.

Principalis porta (inquit Festus) Castrorum nominatur, quòd in eo loco est, in quo principes ordines tendunt.

¶Principaliter] pen. cor. Aduerb. (ἡγεμονικῶς, πρωτογενῶς) Præcipuè: uel, Vt decet principẽ. Plin. in Pan. 75, Quid uitã, quid mores iuuẽtutis, quàm principaliter formas?

Principium] principij (ἀρχὴ) Initium alicuius rei: & modò ad numerum, modò ad tempus, modò ad fundamentum refertur. Terent. Phorm. 1. 3. 6,

Neu me cupidum eò compulisset, quod mihi principium est mali. Ibidem, 2. 3. 82,
Bene habent tibi principia.

Origo principij nulla est: nam ex principio oriuntur omnia, ipsum autem nulla ex re alia nasci potest. Cicero 1. Tuscul. 84.

Principium & Extremum contraria. Cic. 1. de Nat. deor. 30.

Principium & Exitus, contraria. Cic. pro Cælio, 44.

Principium & Finis, contraria. Cic. de Senec. 71.

Data à natura principia. Cic. 4. de Fin. 29.

Ex albis principijs alba esse. Lucret. lib. 4. 147.

Corporea principia. Lucret. lib. 4. 109.

Bellorum et imperiorum principium. Cic. pro Corn. Balbo, 6.

Iuris principia. Cic. 1. de Leg. 26.

Lucis principium Lucina habet. Ouid. 2. Fast. 90.

Fons & principium mouendi. Cic. in Somnio Scip. 30.

Parére principijs naturæ debemus. Cic. 3. Off. 68.

Philosophiæ principium est scientia. Cic. 1. de Nat. deor. 2.

Pugnæ principium. Virg. 9. Aeneid. 11.

Rerum omnium principia parua, sed suis progressionibus usa augentur. Cic. 5. de Fin. 105.

Capessere principium. Tacit. lib. 15.

Constant ex principijs rerum omnia. Cic. 4. Acad. 209.

Cognitis principijs multo facilius extremæ intelliguntur. Cicero pro Cluentio, 7.

Ducenda sunt omnium rerum magnarum principia à dijs immortalibus. Cic. in Vatinium, 10.

Ducere principium à sanguine Teucri. Ouid. 13. Metam 152.

Flebile principium melior fortuna secuta est. Ouid. 7. Metam. 105.

Fœdum anni principium inceßit. Tacit lib. 4.

Abrupta principia. Quint. lib. 3. cap. 8. 40.

Acutum principium. Vide Acuo.

Exalbescere in principijs dicendi. Cic. 1. de Orat. 60.

Ferri à principio ad exitum, & à capite ita fluere, ut ad extremum ueniens consistat. Cic. in Orat. 116.

Prouisa et diligenter explorata principia ponere. Cicero 1. de Legibus, 54.

Tarda principia in omni genere dicendi sunt, exitus spißi & producti esse debent. Cic. 2. de Orat. 118.

¶Principia, principiorum, plur. num. Locus in castris, à principibus militibus sic appellatus, ut est apud Columellã lib. 2. Inde, Post principia esse: id est, in tuto, citraq; periculum. Sumptum à bellis, in quibus tutißimus locus est post principia: ſquidem in prima acie ſtabant haſtati, in ſecunda principes, robuſtior ætas: hos ſequebantur ſcutati omnes, maximè inſignes armis. Poſt hos triarij & rorarij, quemadmodum indicat Liuius Decadis primæ lib. 8. Itaq; nullus in acie Locus tutior quàm poſt principia. Terent. Eunuc. 4. 7. 11,

Tu hoſce inſtrue, hic ego ero poſt principia.

Inde omnibus ſignum dabo. Erat autem hic locus tinnulo nebuloni conueniens. Donatus admonet eum uſum uerbo militari. Vide Erasmi Adagia. Porrò Vege. lib. de Re militari 2. teſtatur, principales in acie milites, propriè dici Principia: ſic enim ait, Antiqua ordinatione legionis expoſita, principalium militum, &, ut proprio uerbo utar, principiorum nomina, ac dignitates, ſecundum præſentes matriculas indicabo. Accius apud Varronem, Ego uerò, ut aiunt, poſt principia in caſtris. Liu. 2. ab Vrbe, 274, Qui à ab tergo erant ciui, in quos poſt principia, integris ordinibus tutus receptus fuit.

Principia in acie, pro Principibus: ſæpe apud Liuium. Cicero ad Brutum, Spes libertatis nuſquam niſi in noſtrorum caſtrorum principijs eſt.

A' principio. Terent. And. 1. 1. 21.

Rem omnem à principio audies.

Audire à principio admonentem. Cic. Attico, lib. 7. 12. 4.

In principio. Vide In.

Principio, pro In principio. Cic. 1. Off. 18, Principio generi animantium omni estrè natura tributum. Subauditur præpositio, In.

Principio lucis. Tacit. lib. 19. (stio, In.

¶ Principiò, Aduerb. id est, primùm. Terent. Eunu. 5. 9. 39.
Principiò ego uos credere ambos hoc mihi uehementer uelim Me, &c.

Principiò & postea. Cic. 2. de Diuinat. 114, Existimoq; ius augurum, etsi diuinationis principiò opinione constitutũ sit, tamen postea Reip. causa conseruatum ac retentum.

Principiò & primùm. Cic. 1. de Fin. 26, Principiò, inquam, in physicis, quibus maximè gloriatur, primùm totus est alienus. De Epicuro.

Principiò atq; animus ephebis ætate exijt. Plaut. Merc. 3. 4. 40. id est, Quàm primùm, uel statim postquam.

¶ Principialis, & hoc principiale, penult. prod. (ἀρχικὸς) Quod primum est. Lucret. lib. 2. 85,
Aut sine principiali aliquo leuiore creata est. Legitur & læuore. Idem lib. 5. 50.

Prior] & hoc prius (πρότερος) Comparatiuum, non solùm ad duos, sed etiam ad plures referri potest. Terentius Phorm. 3. 2. 48,
Mea lege utar, ut potior sit qui prior ad dandum est. Apul. lib. 2. Flor. Vt Hippiæ è numero sophistarum est, artiũ multitudine prior omnibus, eloquentia nulli secundus.

Aritbus in dubio est, hæc sit, an illa, prior, Ouidius 2. Amor, eleg. 10. 2.

Nunc & qui color est punicæ flore prior rosæ. Horatius 4. Carm. ode 10. 1.

Causa quis prior. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 6.

Officio prior est ille. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 5.

Aestate priore cõficere aliquid nõ potuisse. Cic. Lentulo, lib. 1.

Priore libro. Colum. lib. 4. cap. 22. id est, præcedenti. (9. 101.

Loco priore causam dicere. Cic. pro Quintio, 4.

Priora tempora. Plin. in Paneg. 75.

Prior Siciliæ tyrannus Dionysius. Plin. lib. 12. cap. 1. 4.

Priores nostri: id est, maiores. Plin. epist. 4. lib. 3.

Priora & terga. Plin. lib. 11. cap. 37. 53.

Primas etsi utriq;, priores tamen libenter deferũt Lælio. Cicero de claris Orat. 42.

Priorsum, Aduerbium. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 9. & 13.

Priscianus] pen. prod. (πρισκιανὸς) Cæsariensis, claruit Athenis tẽpore Iustiniani principis: scripsit de Arte Grammatica ad Iulianum Consulem: ad Cosroen uerò Persarum regem, librũ de Naturalibus quæstionibus. Conuertit in Latinum sermonem Dionysij de situ orbis carmina. Sunt qui scribant hunc ab initio Christianum, deinde fidei desertorẽ fuisse. Volaterranus.

Priscus] Adiectiuum (πρόνιος, ἀρχαῖος, ἀρχαϊκὸς) Qui superiore ætate fuit: ut, Prisci Latini, qui fuêre antè quàm Roma conderetur.

Credendum nimirũ est ueteribus & priscis, ut aiunt, uiris, qui se progeniem deorum esse dicebant, itaq; eorum uocabula nobis prodiderunt. Cic. de Vniuersit. 48.

Itaq; unum illud erat insitum priscis illis, quos Cascos appellat Ennius, esse in morte sensum. Cic. 1. Tusc. 43.

Agricolæ prisci. Horat. 2. epist. 1. 28.

Annales prisci. Ouid. 1. Fast. 2.

Addere arti priscæ motum & luxuriam. Horat. in Arte, 44.

Aurum priscum. Horat. 4. Carm. ode 2. 8.

Fides prisca. Mart. lib. 1. 6. Virg. 9. Aeneid. 16,
Dicite, prisca fides facto, sed fama perennis.

Gens prisca mortalium. Horat. Epod. 2. 1.

Græcorum priscæ literæ. Cic. 3. de Nat. deor. 55.

Monetæ prisca concessit nouæ. Ouid. 1. Fast. 45.

More prisco. Tacit. lib. 2. Ouid. 2. Fast. 57,
Flamen ad hæc prisco more Dialis erat.

Nomen priscum mutare. Ouid. 14. Metam. 170.

Progenies prisca. Claud. 1. in Ruff. 22.

Religio prisca. Ouid. 10. Metam. 138.

Me chaos antiqui (nam sum res prisca) uocabant. Ouidius (1. Fast. 21.

Ritus priscus. Plin. lib. 12. cap. 1. 11.

Secula prisca. Mart. lib. 1. 27.

Senes prisci. Ouid. 10. Metam. 128.

Seueritas prisca. Cic. de Aruspic. respon. 24.

Tempus priscum. Ouid. 1. Fast. 44.

Verborum priscorum affectator, apud Suetonium in libello de claris Grammaticis, 10.

Vetustas prisca. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 23.

Verborum prisca uetustas. Cic. 1. de Orat. 95.

Vocabula prisca. Cic. 3. de Orat. 24.

Verbis priscis, & penè solennibus bona alicuius consecrare. Cic. pro Domo sua, 94.

¶ Priscæ, Latinæ coloniæ appellatæ sunt, ut distinguerentur à nouis, quæ postea à populo dabantur. Festus.

¶ Prisci Latini propriè appellati sunt ij, qui prius quàm conderetur Roma, fuerunt. Festus.

¶ Priscè, Aduerbium (κρονίως) ut, Priscè agere: id est, Prisco & antiquo more. Cic. pro M. Cælio, 24, Sed tamen ex ipsa quæram prius, utrum me secum seuerè & grauiter & priscè agere malit, an remissè ac leniter & urbanè.

Priscus] Eluidius, sub Nerone quæstor Achaiam administrauit, Quæstoriusq; adhuc à Pæto Thrasea gener adscitus, è moribus soceri nihil æquè ac libertatem hausit, opum contemptor, recti peruicax, constans aduersus metus. Tacitus. Vide Probum grammaticũ de eodẽ, & Ruell. Priscus alter, Planites genere, sophista, Theodosij iunioris epistolarũ magister fuit. Vide Suidã de hoc Prisco, atq; eius monumentis.

Prisma] Figura est solida, quæ planis cõtinetur, quorũ aduersa duo sunt, & æqualia & similia & parallela, alia uerò parallelogramma. Euclid. 2. Elem.

Pristinus] pen. corr. Adiectiuum (ὁ πάλαι) Quod superioribus annis, mensibus, diebus, & nostra memoria fuit. ut, Pristina nostra beneuolentia. Venit autẽ ab eo quod est Prius, authore Festo. Cic. 2. de Diuinat. 10, Quod quum accidisse, nostræ Reip. tum pristinis orbati muneribus, hæc studia retinemus. Idem de Senect. 19, Manent ingenia senibus, modò permaneat studium & industria: nec ea solùm in claris & honoratis uiris, sed in uita etiam priuata & quieta. Cic. 3. de Finib. 5, Verbis tamen in dicendo quasi priuatis utuntur ac suis.

Aetas pristina. Claud. 3. Paneg. 25. (nouare cœpimus.

Bonitas pristina & misericordia. Cic. pro Roscio Amer. 89.

Coniux pristinus. Virg. 6. Aeneid. 96.

Dignitas pristina. Cic. Lentulo, lib. 15. 15.

Gloria pristina. Virg. 10. Aeneid. 29.

Labor pristinus. Cic. pro Sylla, 19.

Vetus consuetudo fori, & pristinus mos iudiciorum. Cicero pro Milone, 1.

Odio pristino incensa mulier. Cic. pro Cluentio, 144.

Casus recidere ad pristinũ statũ. Cicero Antequã iret in exil. 8.

¶ Pristinalis, & hoc pristinale. Colum. lib. 7. cap. 9. 2, Si tẽpe rata atq; aprica, glabrum pecus, uel etiã pristinale albũ pasci potest. Quo in loco melius quidam legunt, pistrinalis.

Pristis] huius pristis, f. g. (πρῆστις) Genus piscis marini longissimi, atq; angusti corporis. Plin. lib. 9. cap. 3. 1, Plurimæ autem & maximæ in Indico mari animalia, è quibus balænæ quaternũm iugerum: pristes ducenũm cubitorum.

Pristis, Sylla, maris monstrum dicitur. Virg. 3. Aeneid. 86,
Prima hominis facies, & pulchro pectore uirgo
Pube tenus, postrema immani corpore pristis. Vide Plinium.

Pritanum] Vide Prytaneum. (strix.

Priuatus] Vide Priuus.

Priueræ] Mulieres priuatæ. Festus.

Priuernum]

Priuernum] πολίχνιον, urbs Volscorum in Latio. Vnde,

¶ Priuernates, pen. prod. ut notat Seruius apud Virgil. 7. Aeneid. 161. explicans carmen illud,
Hos super aduenit Volsca de gente Camilla.

Fundus priuernas. Cic. 2. de Orat. 13. Ibidem, Fortè euenit ut in priuernati essemus.

Priuignus] priuigni (πρόγονος) Filius mariti uxorisue, cuius prior coniux discesserit. Brutus Ciceroni, 16. 8, Quanto autem magis illa callere uidetur Philippus, qui priuigno minus tribuerit, quàm Cicero qui alieno tribuat?

Carentes matre priuigni. Horat. 3. Carm. ode 24. 4.

Pocula priuigno non nocitura suo. Propert. lib. 2. eleg. 1. 11.

Nubere in familiæ luctum, atq; in priuignorum funus. Cic. pro Cluentio, 149.

Priuigna, Cic. ad Atticum, lib. 13. 272. 1, De uxore Tuberonis & priuigna, neq; possum iam abdere (est enim res peruulgata) neq; Tuberonem uolo defendere.

Priuigna proles. Colum. lib. 10. 17.

Priuignus dictus, quòd prius quàm mater secundo nuberet, est genitus. Pri enim antiqui pro Præ, dixerunt. Festus.

Priuilegium, & Priuo] Vide Priuus.

Prius] πρότερος, Comparatiuũ, Prior & hoc prius. Terent. Eunuch. 1. 1. 5,
Si quidem hercle posis, nihil prius, neque fortius, hoc est, nihil excellentius.

Aeui prioris exempla. Ouid. in Ibin, 51.

Prius & posterius, contraria. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 12.

Priori posterius, posteriori superius coniungere. Cicero 4. (Acad. 83.

Nil prius fide. Propert. lib. 4. eleg. 1. 16.

¶ Prius (πρότερον, πρόσθε, πρόσθεν, πρίν, πάρος) Aduerbium temporis. Terent. Heaut. 5. 2. 18,
—— prius quæso disce quid sit uiuere:
Vbi scies, si displicebit uita, tũ istoc utitor. Virg. 1. Geor. 10, Ac prius ignotum ferro quàm scindimus æquor.

Nihil prius mihi faciendum putaui, quàm ut tibi gratularer. Cicero Attico, lib. 4. 70. 1.

Vt prius, sic prius. Cic. de Amicit. 14, Quem fuerat æquius, ut prius introiceram, sic prius exire de uita.

Prius orto sole, id est, ante solis ortum. Horatius 2. epist. 1. 23.

¶ Priusquam, Subcontinuatiua cõiunctio, quam nonnulli disiungunt, prius quàm. Aliquando indicatiuo, aliquando subiunctiuo iungitur.

Indicatiuo. Terent. Hecyr. 3. 1. 14,
Prius quàm hanc uxorem duxi, habebam alibi animum amori deditũ. Cicer. 1. Philip. 7, Prius quàm de Rep. dicere incipio, pauca querar de hesterna M. Antonij iniuria.

Cui priusquam de cæteris rebus respondeo, &c. Cic. 2. Phil. 30.

Coniunctiuo. Vir. 3. Georg. 94,
Continuò ferro culpam compesce, prius quàm
Dira per incautum serpant contagia uulgus.

Ac priusquã aggrediar ad causam. Cic. pro Cornel. Balbo, 12.

Præclarè enim uixero, si quid mihi acciderit, priusquam hoc tantum mali uidero. Cic. pro Milone, 76.

Tamen quid potius faciam priusquam me dormitum cõferam, non reperio. Cic. Peto, lib. 9. 26. 4.

Priuus] priua, priuum (ἴδιος) priui, priuæ, priua, id est singuli. Vnde Priuas uerbenas, et priuos silices, pro singulis accipit Liuius. Nonius, Priuum est proprium uniuscuiusque. Festus, Priuos, priuasq; antiqui dicebant pro singulis. Ob quam causam & priuata dicuntur, quæ uniuscuiusq; sint. Hinc & Priuilegium, Priuatus. Hactenus Festus. Cato cap. 26, Priuasq; scopulas in dolio facito habeas illi rei, ques labro doliorum circunfrices. Idem cap. 3. 3, Trapetos bonos, priuos, imparès esse oportet. Et cap. 10. 3, Labra aquaria quinq; opercula doliis & serijs priua plura.

Aures priuæ. Lucret. lib. 4. 115,
In multas igitur noces uox una repentè
Diffugit, in priuas quoniam se diuidit aures.

¶ Priuatus, pen. prod. Adiect. (ἰδιώτης, ἰδιωτικὸς) Quod uniuscuiusq; propriũ est. Cic. de Amic. 14. Quia cũ Scipione uixerim: quocũ mihi cõuncta cura de Repub. et de priuata fuit. Idem de Senect. 19, Manent ingenia senibus, modò permaneat studiũ & industria: nec ea solùm in claris & honoratis uiris, sed in uita etiam priuata & quieta. Cic. 3. de Finib. 5, Verbis tamen in dicendo quasi priuatis utuntur ac suis.

Priuatum & Commune, contraria. Cic. 1. Off. 32.

Census priuatus. Horat. 2. Carm. ode 15. 3.

Consensu priuato. Cic. pro Sestio, 21.

Consilium priuatum. Plin. de Viris illust. 72.

Disputationes priuatæ. Quint. lib. 3. cap. 4. 7.

Dolor priuatus. Silius lib. 5. 32.

Domus priuata. Cic. pro Quintio, 7.

Priuato licet delituisse loco. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 16.

Odium priuatum. Brutus ad Ciceronem. lib. 16. 6.

Opes priuatæ, Sibi propriæ. Horat. 1. epist. 3. 4.

Pecunia priuata. Quint. lib. 3. cap. 6. 29.

Senectus priuata. Lucan. lib. 1. 66.

Vita priuata. Lucan. lib. 7. 54.

Priuatæ etiam feriæ, uocabantur sacrorũ propriorũ, uelut dies natales, ut ait Festus. Fulgurum procurationes, et huiusmodi priuatæ, quæ fiebant pro familijs singulis & hominibus.

Priuatus, Qui nõ est cõstitutus in aliqua dignitate. Cic. 1. Offic.

Priuatũ autem oportet æquo & pari ciuibus iure uiuere.

Priuatus, cui oponitur Cum potestate. Cic. 1. de Inuent. 53.

Vetant XII Tabulæ, leges priuatis hominibus irrogari. Cicero pro Domo sua, 34.

Priuati iudices sunt, quos uocant subalternos. Tacitus lib. 14, Qui à priuatis iudicibus ad Senatum prouocauissent, eiusdem pecuniæ periculum fecerunt, cuius ij, qui Imperatorem appellauêre.

In priuato, & in publico, contraria. Vide In præpositionem.

¶ Priuatim, pen. prod. Aduerbiũ, Quod non est publicè factũ. Plaut. Bacchid. 5. 79.

Priuatim & Publicè, cõtraria. Cic. 1. de Inuent. 7, Quare meo quidem animo nihilominus eloquentiæ studendum est, etsi ea quidem & priuatim & publicè peruersè abutuntur.

Si quæ beneficia singulis ciuibus, priuatimq; dantur, ea solent ijs esse fructuosa, à quibus sunt profecta. Cicero Anteq. iret in exil. 1.

Priuatim aliquid gerere, Non fungi munere publico. Cicero 5. de Finibus, 101.

Nulla enim meipsum priuatim pepulit insignis iniuria. Cic. Flagulo, lib. 4. 13. 4.

¶ Priuatim (ἰδίᾳ, ἰδίως,) pro eo quod uulgò dicitur Particulariter, uel In particulari, uel specialiter. Cic. pro Quintio, 8, Neq; interea uerbum interposuit Næuius, aut societatem sibi quippiam debere, aut priuatim Quintium debuisse. Plin. lib. 24, Picis natura excalfacit, explet, aduersatur priuatim ceraſtæ morsibus cum polenta. Peculiariter pro eodem, ibidem dixit, Peculiariter renibus utilis est.

Mandare alicui rem priuatim. Cic. pro Sext. Rosc. 67.

¶ Priuatè, pen. prod. aliud Aduerbiũ, idem Cic. ad Atticũ, lib. 7. 127. 1, Illud priuatè non ascribis, & tibi gratias egit. Ex uetusto codice legendum, Illud puto non, &c.

¶ Priuo, priuas (στέρω, στρέω, ἀποστρέω, στερίσκω, ἀποκωλύω, λούω, λουέω, λυμέρω) priuare, Adimere & spoliare significat. Plaut. Trucul. 11. 19,
Miserum sua blanditia intulit in

Pauperiem, priuauit bonis, luce, honore, atq; amicitia.
Spoliare & priuare. Cic. 4. Acad. 111, Spoliat nos iudicio, priuat approbatione omni, orbat sensibus.
Præpositio enim in, priuat uerbum ea ui, quam haberet, si In præpositiũ nõ fuisset, ut dignitas, indignitas, &c. Cic. in Topic. 24.
Patri in priuare aspectu suo. Cic. Marcello, lib. 4. 9. 13.
Dolore priuari. Cic. 1. de Fin. 58.
Exilio aliquem priuare. Cic. Attico, lib. 1. 11. 16.
Fide priuauêre eum fata. Stat. 2. Theb. 139.
Fructu liberalitatis aliquem priuare. Cic. Rufo, lib. 5. 20. 1.
Nõ enim hac exceptione unus afficitur beneficio, sed priuatur iniuria. Cic. 1. de lege Agra. 7.
Priuare communi luce, Occidere. Cic. pro Quintio, 49.
Priuare oculis. Cic. 4. Acad. 65. Et 5. de Fin. 150.
Aegritudo me somno priuat. Cic. Attico, lib. 9. 18. 1.
Priuare testimonio. Cic. 4. Acad. 7. Idem ad Curionem, lib. 2. 2. 1, Graui teste priuatus sum amoris summi erga me tui.
Priuare uita patrem. Cic. in Parad. 29.
¶ Priuandum (στερητέον) est corpora motu. Lucret. lib. 1. 78.
¶ Priuans, Participium (στερῶν) Cic. in Topic. 24, Sunt enim alia contraria, quæ priuantia licet appellemus Latinè, Græcè appellantur στερητικά.
¶ Priuatus, στερηθείς, Cui quid est ademptum, inquit Festus. Plin. de Viris illust. 50, Priuatus stipendio.
Lumine priuatus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1. 11.
Aer priuatus lumine. Lucret. lib. 4. 74.
¶ Priuatio, Verbale (στέρησις) Cic. 2. de Fin. 50, Quia doleri non uoluptas contraria est, sed doloris priuatio.
Omni priuatione doloris putat Epicurus terminari summam uoluptatem. Cic. 1. de Fin. 59.
¶ Priuilegium, priuilegij (προνομία, προτέρημα) Lex ad priuatos homines, singulosq; pertinens. Quod de reditu M. Ciceronis, & de imperio Pompeij statutum est, nõ lex, sed priuilegiũ dicitur. Priuilegiũ enim hoc differt a lege, quòd lex ad multos priuilegiũ ad paucos pertinet. Cic. in Parad. 39, Sed quid ego communes leges profero, quibus omnibus es exul? Familiarissimus tuus de te priuilegiũ tulit, ut si in operti Bonæ deæ accessisses, exulares. Idem pro Domo sua, 34, Quo iure, quo more, quo exemplo legẽ nominatim de capite ciuis indemnati tulisti: uetant leges sacratæ, uetãt duodecim Tabularum leges priuatis in hominibus irrogari: id est enim priuilegium.
Priuilegia, sunt iussa non generalia, neq; de uniuersis ciuibus, sed de singulis concepta inde dicta, quia ueteres priua dixerunt, quæ nos singula dicimus. Aul. Gell. Noct. Attic. lib. 10. cap. 20.
Quum & sacratis legibus, & XII Tabulis sanctum esset, ut neq; priuilegium irrogari liceret, neq; de capite, &c. Cic. pro Sestio, 55.
Vim & crudelitatem priuilegij, authoritate honestissimorum hominum et publicis literis consignauit. Cic. post red. in Senat. 26.
Priuilegiũ, pro Prærogatiua. Senec. lib. 2. de Trãquil. uitæ. Nã si dicis illũ æquo animo laturũ, nullum habet priuilegium.
¶ Priuilegiarius, Adiectiuum. Vipian. in l. rescriptum. ff. de pactis, Rescriptum autẽ diui Marci sic loquitur, quasi omnes creditores debeant conuenire. Quid ergo si quidam eorum absentes sint: nunquid exemplum præsentium absentes sequi debeant? Sed an & priuilegiarijs absentibus hæc pactio noceat, elegãter tractatur: si modò ualet pactio & contra absentes.
Priuilegiarius dicitur, cui aliquod priuilegium concessum est. Vulgò ab indoctis priuilegiatus nuncupatur. Vnde Milites priuilegiarij dicti, qui uacabant officio. Vlpianus libro 14. ff. titul. Quod cum eo qui in aliena potestate. l. sed an hic, rectè, inquit, dicetur occupãtis meliorem esse conditionem nisi quis priuilegiarius ueniat.
Pro] ὦ, Interiectio indignantis. Nominatiuo aliquando, seu Vocatiuo potius: aliquando Accusatiuo iungitur. Terentius Adelph. 3. 3. 12.

—Prô Iuppiter,
Hominis stultitiã. Aliquãdo admirãtis. Cic. 1. Tusc. 152, Prô dij immortales, quàm illud, &c. Et Liuius 2. bel. Pun. 62, Tantum (prô dolor) degeneramus à parentibus nostris, ut, &c.

Quæres prô sancte Iupiter in terris est gesta maior? Cicero 2. Philip. 53.
(Prô curia, inuersiq; mores!) Horat. 3. Carm. ode 5. 2.
Accusatiuo. Terent. Heaut. 1. 1. 9,

Nam prô deũm atq; hominum fidem, quid uis tibi? Cic. de Amicit. 48, Nã quis est, prô deũm fidem atq; hominum, qui uelit ut neq; diligat quẽquã, nec ipse ab ullo diligatur.

Prô sacinus. Ouid. epist. 10. 2.
Prô, circunflectitur, aut grauatur. Sunt qui prob scribunt, ade scripta aspiratione.
Pro] ὑπέρ, Præpositio, ablatiuo casui seruiens. Terent. Eunuc. 1. 2. 89,

Heri minas uiginti pro ambobus dedi. Idẽ And. 5. 3. 17,
—an Vt pro huius peccatis, ego suppliciũ sufferã?

Pro, præpositio notanda in genere loquẽdi. quale est hoc, Iuit emptum pro me panem: quod usitatius dicitur, Iuit emptum mihi panem. Plautus in Rudente,

Ex urbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitu gymnastico. id est, eis qui in gymnasijs corpora exercẽt.

Pro omnibus & contra omnia disputare. Cic. 3. de Orat. 81.
Hoc non modo non pro me, sed contra me est potius. Cic. 3. de Orator. 43.
Partim nihil contra Habitum ualere, partim pro hoc esse. Cic. pro Cluent. 71.
Pro mea parte, Pro sua parte. Cic. Metello, lib. 5. 2. 27, Fieri nõ molestè tuli, atq; etiã, ut ita fieret, pro mea parte adiuui. Sic 2. de Leg. 81, Ac post de eius hæredibus aliquis exegisset pro sua parte.
Pro sua parte loqui. Plaut. Rud. 2. 4. 82,

—si iste loquitur, sine me mea pro parte loqui. id est, Sine ut meipsum defendam.

Pro, Causa, uel propter. Terent. Eunuch. 5. 4. 19,

Ego pol te pro istis dictis & factis scelus Vlciscar.

Pro (ἀντὶ) hoc est Loco, uel in locum: ut, Pro illo, & pro imbre. Terent. Eunuch. 2. 3. 79,

Quid tum posteà? p. pro illo te ducam. Plaut. Mostel. 3. 42. Continuò pro imbre amor aduenit.

Eduxit eam mater pro sua. Terent. Eunuch. 1. 2. 76.
Habere pro absoluto aliquem. Cælius Ciceroni, lib. 8. 8. 9.
Pro ancilla habere. Plaut. Persa, 12. 23.
Pro argumento. Liu. lib. 5. bel. Pun. Pro argumento id fuit Annibalem castris non mouisse.
Ponere aliquid pro argumento. Cic de claris Orat. 151.
Sicilia non solùm pro penaria cella, sed etiam pro ærario Romanis fuit. Cic. 4. Verr. 4.
An hoc pro beneficio est habendum? Brutus Ciceroni, 16. 4.
Pro beneficio aliquid alicui dare. Cælius Ciceroni, lib. 8. 8. 4.
Gerere se pro ciue. Cic. pro Archia, 8.
Nam esse pro ciue, qui ciuis non sit, rectum est non licere. Cic. 3. Offic. 61.
Putare pro decreto. Cic. 11. Phil. 310.
Pro derelicto aliquid habere. Cic. Attico, lib. 8. 14. 5. 2.

Noctem

Noctem pro die, caponam pro oppido alicui esse. Cicero in Pisonem, 41.
Pro dijs habent obscœna. Plin. lib. 2. cap. 7. 3.
Pro deliũijs crudelitas illi fuit. Cic. 11. Philipp. 295.
Cererem pro frugibus, Liberum appellare pro uino, Neptunũ pro mari, curam pro Senatu, campum pro comitijs, etc. Cic. 3. de Orat. 92.
Patre non mortuo omnia gerere pro hærede. Cic. in Sallust. 8.
Pro hoste habere. Liu. 2. ab Vrbe, 85.
Incerta pro certis habere, falsa pro ueris. Cic. de Senect. 62.
Etiam noctes certarum mulierum, atq; adolescẽtulorum nobilium introductiones nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. Cic. Attico, lib. 1. 11. 10.
Vnus Cato mihi est pro cẽtum millibus. Cic. Attic. lib. 2. 20. 2.
Pro monstro eam uocem accepit: id est, tanquã monstrum detestatus est. Valerius lib. 4. cap. de Abstinentia.
Prò occiso relictus est Sestius. Cic. pro Sestio, 68.
Pro parente colere. Liu. 6. bel. Pun. 254.
Tradere aliquid pro pignore. Cic. de Prouinc. Consul. 1.
Pro socio damnatus est. Cic. pro Flacco, 33.
Ornamentis alicuius pro spolijs abuti. Cic. pro Quintio, 66.
Habere rationes relictas pro latis. Cic. Rufo, lib. 5. 20. 9.
Sui, ne putresceret, anima pro sale data est. Cicero 2. de Natura deorum, 238.
Pro stercore aliquid habere, Nihil facere. Plaut. Truc. 11. 4.
Verbum pro uerbo reddere. Cic. de Optimo gen. Orat. 148.
Verba pro uerbis summittere. Cic. in Orat. 50.
Pro uirgine nuptum dari non potest. Terent. Adelph. 3. 2. 48.
Pro, Tanquam, siue perinde ac si. Terent. Adelph. 1. 1. 23,

Inde ego hunc maiorem adoptaui mihi,
Eduxi à paruulo, habui, amaui pro meo.

Pro certo est. Quintilian. lib. 5. cap. 12, Prius de adulterio conuincendum est, ut quum id cœperit esse pro certo, fiat incertum.
Pro certo ponere. Cæsar 2. bel. Gal. 20. (ti argumentum.
Pro certo affirmare. Liu. 1. ab Vrbe, 10.
Ambiguum pro certo concedere. Cic. 1. de Inuent. 100.
Pro certo negare. Cic. Attico, lib. 5. 110. 3.
Pro certo dicere. Terent. Adelph. 3. 4. 32.
Pro certo habere. Cic. Bruto, 5. 2, Neq; nunciabatur quicquã quod pro certo haberemus.
Perscribere ad aliquem pro certis ea quæ certa sunt. Cicero Ampio, lib. 6. 12. 10.
Pro comperto. Liu. 5. bel. Maced. 109. Vnum de auxiliaribus specie transfugæ mittit ad eum: qui pro comperto afferret, Achæos statuisse postero die, &c.
Dubia pro certis & concessis sumuntur. Cic. 2. de Diuin. 157.
Pro concesso & probato sumere. Cic. 5. Tusc. 28.
Pro damnato esse. Cic. 6. Verr. 29.
Pro explorato esse. Cic. Attico, lib. 11. 22 4. 6. Aliqua exemplaria habent, pro desperato.
Pro facto habere. Cic. Att. lib. 13. 26 1. 3.
Pro formato stare. Liu. 4. ab Vrbe, 33.
Pro induiso. Cato cap. 137.
Et id quod iudicatum non sit, pro infecto haberi oportere. Cicero de Inuent. 182.
In scriptura Siciliæ pro magistro est quidam L. Carpinatius. Cicero 4. Verr. 122. Idem Attico, lib. 11. 21 8. 1, P. Terentius meus necessarius operas in portu, et scriptura Asiæ pro magistro dedit.
Pro meliore fuit effugere hostes, &c. Taciti lib. 12.
Pro nihilo ducere. Cic. 4. Verr. 27.
Pro nihilo putare. Cic. 1. Verr. 13.
Pro nihilo uideri. Cic. 2. de Finib. 70.
Ego tamẽ, quoniam condemnatum esse pro nihilo uis, si ita es-

set ignoscerem. Cic. 2. Philipp. 70.
Pro parte. Paulus in l. iusus. ff. de usu & hab. Nam frui quidem pro parte possumus, uti pro parte non possumus. Pomponius in l. si pœnæ. §. si fals. ff. de cõdict. indeb. Si falsò existimans debere, tibi nummos soluero, qui pro parte alieni, pro parte mei fuerunt, &c.
Pro rata. Vlpian. in l. in his uerò. ff. de soluti. & liberatio. Si uerò summa usurarum debitarum & non debitarum non eadem sit: ad utranq; causam æqualiter proficit, quod solutũ est, non pro rata, ut uerba rescripti ostendunt.
Pro ridiculo ac delectamento putare aliquẽ. Terent. Heaut. 5.
Pro rudi atq; indocto despicitur. Gel. lib. 10. cap. 24. (1. 79.
Pro rupto fœdus habere. Liu. 2. ab urbe, 29.
Prò uictis abiêre. Liu. 2. ab Vrbe, 29.
Pro, Secundum. Terent. Phorm. 2. 2. 23,

Imò enim nemo satis pro merito gratiam regi refert.

Sallust. in Catil. Hisq; permissum est, uti pro tempore atque periculo exercitum compararent.
Prò conditione. Quintil. lib. 3. cap. 6. 11, Et accidit pro conditione causarum.
Pro mea consuetudine. Cic. pro Archia, 23. Idem ad Atticum, lib. 1. 3. 1, Pro nostra consuetudine tu existimare potes.
Tribuere cuiq; pro dignitate. Cic. 1. Off. 65.
Pro facultatibus. Colum. lib. 9. cap. 1. 2, Modus syluæ pro cuiusque facultatibus occupatur.
Pro nostra facultate. Quint. lib. 6. cap. 5. 1.
Hæc pro tuo ingenio considerata. Cic. Tironi, lib. 16. 3. 5.
Nunquam te mihi pro tuis in me iniurijs satis esse facturum putabas. Cic. 2. Philip. 65.
Præstare se dignum pro laude merentis, id est, iuxta laudem merentis. Horat. 1. epist. 7. 5.
Pro modo crassitudinis. Colum. lib. 12. cap. 46. 1.
Pro modo uirium & exigendum & corrigendũ opus. Quintil. lib. 2. cap. 4. 10.
Ciuitatibus pro numero militum pecuniarum summas describere. Cic. 7. Verr. 50.
Cæsar nequaquam satis pro meis officijs, pro ipsius in alios effusione, in me liberalis fuit. Cic. Attico, lib. 7. 12 3. 5.
Nemo fuit qui non me pro suis opibus in illa tempestate defenderit. Cic. pro Domo sua, 83.
Hæc nequaquam pro opinione uulgi extimescenda sunt. Cic. 3. Tuscul. 98.
Conficere negocium pro causæ ueritate, & pro sua dignitate. Cic. Thermo, lib. 13. 58. 4.
Pro uirili parte. Cicero 13. Philip. 348, Tum me eius beneficio plus quàm pro uirili parte obligatum puto. Ouidius 2. de Ponto, eleg. 1. 4.
Pro rata parte. Cic. 1. Tusc. 150, Omnia ista perinde ut cuique data sunt, pro rata parte à uita, longa aut breuia dicuntur.
Pro portione. Varro 2. de Re rust. cap. 3, Vt & lac multum, et pingue habeãt pro portione. Cic. 2. de Orat. 176, Sed oportet ut ædibus ac templis uestibula & aditus, sic causis principia pro portione rerum proponere.
Pro rata portione. Cic. in Somn. Scip. 17, Hic est, inquit ille, qui interuallis coniunctus imparibus, sed tamẽ pro rata portione distinctis, impulsus & motu ipsorum orbium efficitur.
Pro uirili portione. Tacit. in uita Agricolæ.
Pro spe nihil contigit. Liu. 8. bel. Pun. 123.
Pro tempore, Pro re, Pro loco, significat quod ineptè dicitur, Pro qualitate temporis, rei, loci. Cæsar in Commẽt. Consiliũ pro tempore & pro re caperet. Sallust. Ipse pro re ac loco paulatim procedere.
Pro malis. Cicero Attico, lib. 12. 24 1. 3, Nam pro malis rectè habebat.

Pro horum temporum perturbatione: id est, ut est temporum perturbatio. Cic. ad Seruium Sulpitium, lib. 13. 29. 10.

Pro, Aliter. Plaut. Pœn. 4. 63,

Nam pro heri nostri quæstu satis bene ornatæ sumus.
hoc est, Si reputes quàm exiguè lucrum faciat herus. Terèt. Heaut. 5. 1. 67,
Duo talenta pro re nostra ego esse decreui satis.

Pro charitate Reip. Cic. 3. Philip. 149, Sunt impij ciues, pro charitate Reip. nimium multi: pro multitudine bene sentientium, admodum pauci.

Pro mea authoritate uideor posse. Cic. pro Fonteio, 26.

Pro singulari eius humanitate. Cic. Attico, lib. 9. 178. 2.

Pro tua singulari prudentia. Cic. ad Brutum, lib. 11. 12. 2.

Quorum uobis pro uestra sapientia Quirites, habenda est ratio diligenter. Cic. pro lege Manil. 11.

Pro re nata. Cic. Attico, lib. 7. 128. 2, Diem tuum ego quoq; ex epistola quadam tua, quam incipiente febricula scripseras, mihi notaueram, & animadueram posse pro re nata, te non incommodè ad me in Albanum uenire 111 non. Ian.

Pro suo iure esse in aliquo loco. Cic. Attico, lib. 3. 42. 1.

Pro meo iure dico. Cic. pro Flacco, 73.

Pro iure meo imperitabam. Plaut. Capt. 5. 59.

Pro tuo iure ôras. Plaut. Rud. 5. 1. 36.

Pro suo iure agere omnia. Terent. Adelph. 1. 1. 27,
——non necesse habeo omnia
Pro meo iure agere. Vbi Donatus, Hic est sensus, Non necesse est, etiam si liceat, sæuum esse patrem.

Pro cætera reuerentia. Plin. lib. 3. epist. 8, Facis pro cætera reuerentia, quam mihi præstas, quòd tam solicitè petis, ut Tribunatum, &c. id est, præter reuerentiam, quam mihi præstas in cæteris rebus, hoc quoq; facis.

Pro cætera diligentia. Plin. lib. 2. epist. 16.

Satis pro imperio. Terent. Phorm. 1. 4. 19. id est, imperiosè. Budæus.

Pro, In. Sallust. in Iugurth. Ac Numidæ sæpe antea uineis Romanorum subuersis, itè incensis, nõ castelli mœnibus se tutabantur: sed pro muro dies noctesq; agitare, maledicere Romanis. Plin. epist. 10. 6, Sedeo pro Tribunali.

Pro concione aliquid agere. Quint. lib. 4. cap. 4. 7.

Pro suggestu. Cæsar 6. bel. Gal. 10.

Pro, Ante. Sallust. Qui ni maturasset, pro curia sociis signũ dare. Cic. 2. Philip. 75, Hasta posita pro æde Iouis Statoris.

Illa præsidia, quæ pro templis omnibus cernitis. Cicero pro Milone, 1.

Locare equites pro cornibus. Quint. lib. 2. cap. 13. 3.

Pro, De. Terent. Hecyr. 3. 1. 30,
Pueri inter sese quàm pro leuibus noxis iræ geruntur?

Pro se quisq; id est, quisq; pro uirili. Terent. Heaut. 1. 1. 74.
Video alios festinare, lectos sternere,
Cœnam apparare, pro se quisq; sedulò
Faciebat.

Pro se quisq; quod ceperat, afferebat. Cic. 3. Off. 76.

Pro se quisq; conferunt aurum, &c. Liu. 6. bel. Pun.

Pro se quisq; omnes. Liuius 5. bel. Pun. Itaque pro se quisq; omnes per æqua atq; iniqua loca, quum undiq; tela conijcerentur, aramq; & corpora hostes obijcerent, peruadunt, irrumpunt q;.

Pro sua quisq; facultate. Cic. 1. Tusc. 174.

Pro testimonio dicere. Cic. 6. Verr. 38.

Mentiri pro testimonio. Cic. in Vatinium, 1.

Pro sanè loqueris, qui me meo appellas nomine? Plautus Menæch. 8. 24.

Maior quàm pro numero hominum editus pugna. Liuius 5. bel. Pun. 94.

Pro agricola: id est, è re agricolæ, atq; utile agricolæ. Colum. lib. 3. cap. 5. 1, Quod minimè reor esse pro agricola.

Pro me est. Quintil. lib. 7. cap. 2.

Pro eo ac, uel Pro eo atq;, legitur pro tã ut, uel perinde ut. Seruius Sulpitius ad Ciceronem, lib. 4. 5. 1, Sanequam pro ea ac debui, grauiter, molestèq; tuli.

Pro eo atq;. Vlpianus in l. ad testium. §. siquis. ff. qui testamenta facere possint, Siquis ex testibus nomẽ suum non adscripserit, ueruntamen signauerit: pro eo est, atq; si adhibitus non esset. Cic. 1. de Inuent. 70, Aut quoniam taciturnitatis mitatur confessionem, pro ea, ac si confessum sit, concludere oportebit argumentationem.

Pro aliquo stare, Defendere aliquem, & partes alicuius tueri. Terent. Phorm. 2. 1. 37.

Decernere pro sodali, & pro fama, fortunisq;. Cicero 2. de Oratore, 110.

Deprecari aliquid pro amicis, & non pro se. Cicero 2. de Orator. 110.

Pro, repetitum. Cicero pro Murena, 77. Ego uos pro mea summa et uobis cognita in Rempub. diligentia moneo, pro authoritate Cõsulari hortor, pro magnitudine periculi obtestor, ut, &c.

Proædificatum] dicitur quod ex priuato loco in publicum solum procesit. Festus.

Proæresius] προαιρέσιος, *insignis sophista fuit ex Cæsarea Cappadociæ, Vlpiani discipulus, & Libanij sophistæ contemporaneus. Suidas.*

Proagogium] proagogij (προαγώγιον) *Stuprum, perductio à Græco uerbo* προαγωγεῖν, *quod nos perducere dicimus, id est, lenocinari, lenocinium facere. Suet. in Nero. cap. 28, Super ingenuorum proagogia, & nuptarum concubinatus, Vestali uirgini Rubriæ uim intulit.*

Proagogia] προαγώγιαι, *sunt aquarum deductiones, pori meatusq; Cœlius Rhodig. lib. 7. cap. 6.*

Proagorus] *Dorica ratione, quã Latini æmulantur, & Siculorum lingua (nam ab alijs Græcis* προάγορος *dicitur) significat eum qui princeps est, & ante alios uerba facit. Vsus est Cic. in Verr. Annotauit Turnebus.*

Proamita] *proamitæ, pen. corr. f. g. Proaui mei soror. Cæsius in l. 1. D. de gradibus.*

Proaries] *proarietis, pen. corr. m. g. Instrumentum quo uice arietis utimur ad adigendam materiam. Cæsar bell. Gall. comm. 4, Ac nihilo serius sublicæ, & ad inferiorem partem fluminis obliquæ adigebantur, quæ proariete subactæ, & cum omni opere coniunctæ, uim fluminis exciperent. Vide Bayfium in libro de Vasculis. Alij legunt, proarietate subiectæ.*

Proasma] *in epode est tanquam cantilenæ procœmium. Cœlius lib. 9. cap. 10, Proasma, & Epilodema, item Epode esse uidetur tanquam cantilenæ procœmium, &c.*

Proastia] *proastiorum (προάστεια) Suburbana, quæ pulcherrimè consita à domino, non tam utilitatis quàm uoluptatis causa habentur. Alciatus lib. 2. Parergon, cap. 4.*

Proauctor] *proauctoris (προαυξήτωρ) Suetonius in Claudio Cæsare, cap. 24, Appium cæcum generis sui proauctorem. Alij legunt, proauthorem, id est, authorem & principem. Ex Budæo.*

Proaunculus] *& Promatertera, id est, proaui frater & soror. l. iureconsultus. & l. 2. & de gradibus & affinibus Imper. in tit. de gradib. lib. 2. Instit. Ciuilium.*

Proauus] *proaui, pen. corr. (πρόπαππος, πρόπαππος) Aut paterni uel materni pater. Huius relatiuum est Pronepos: à quo fœmininum est proneptis. A' proauo, fœmininũ proauia. Cic. de claris Orat. 111, Nam & de duobus auis iam diximus, Scipione & Crasso, & de tribus proauis.*

Genus à proauis ingens. Virg. 12. Aeneid. 46,
Atq; aui proauorum tutelã. Stat. 3. 31,
12 ind.
Fœlices proauorum atauos.
Cui genus à proauis ingens, clarumq; paternæ
Nomen erat uirtutis. id est, Cuius authoritatem commendabat & origo maiorum, & paterna uirtus. Seruius.

Petere proauos, Ad proauos uisendos ire. Virg. 3. Aeneid. 7.

¶ Proauitus, pen. prod. Adiectiuum (προπαππῶος) *Quod est proaui: ut, Rura proauita. Stat. 4. Sylu. 4. 17.*

Regna proauita. Ouid. 13. Metam. 83.

Pugnæ proauitæ insignia ostentare. Silius lib. 5. 16.

Probabile] *Vide* Probus.

Probatica] *probaticæ, pen. corr. (προβατικὴ) Latinè ouilis dicitur. Erat piscina, ubi oues lauari solebãt, quã sacerdotes eius litare uellent. πρόβατον Græcè, Latinè dicitur ouis.*

Probè, Probitas, Probiter] *Vide* Probus.

Problema] *pen. prod. problematis, pen. corr. n. g. (πρόβλημα) Est propositio interrogationem annexam habens. Cicero Attico, lib. 12. 232. 5, Iam explicandum est πρόβλημα, siquid acturus es.*

Probo] *Vide* Probus.

Proboscis] *proboscidis, pen. corr. fœ. gen. (προβοσκίς, προβοσκὶς) Græcum nomen est, dictum quòd ante depascat: & est porrecta corporis pars imbærens naribus: quæ excepto homine, in alijs animalibus inuenitur. Varro Sexagesf. Inuenisse se quum dormire cœpisset, tam glaber quàm Socrates, calutum esse factum ericium è pilis albis cum proboscide. Hæc Nonius. In elephanto dicitur manus: quòd ea tanquam manu utatur. Plin. lib. 8. cap. 12. 1, Resoluunt elephanti manu draconum nodos. Idem proboscidem uocat, lib. 8. cap. 7.*

Probrum] *probri (πολὺς, ὄνειδος) Valla dicit significare crimen, ut est adulterium, stuprum, & huiusmodi. Suetonius in Cæsar. cap. 43, Diremit nuptias Prætorij uiri, qui digressam à marito post biduum sextim duxerat, quãuis sine probri suspitione. Vnde lex fuit apud Romanos, ut probrum uirginis Vestalis capite puniretur.*

Nefanda probra. Senec. Hipp. 2. 9.

Probrum, Maledictum, contumelia, infamia, dedecus, quod ex scelere consequi solet: ut, Datũ est probro id est, ignominiæ adscriptũ. Cic. Attico, lib. 11. 217. 3, epistolas plenas probrorum appellat, id est, contumeliarum. Idem de Senect. 39.

Cum probro. Vide Cum.

Accusare probri. Vide Accuso.

Arguere probri. Vide Arguo.

Canere probra. Ouid. 3. Fast. 136.

Dicere multa probra alicui. Ouid. 2. de Remed. amor. 61.

Sumptus effusi cum probro atq; dedecore. Cicero pro Sext. Roscio, 41.

Emergere ex paternis probris ac uitijs. Cic. 5. Verr. 138.

Iacere probra in insontem. Vide Iacio.

Iactare probra in aliquem. Vide Iacto, *in* Iacio.

Terras probris implere. Ouid. epist. 16. 42.

Increpare probris. Vide Increpo.

Incusabo te probri. Vide Incuso.

Inferre probrum alicui. Cic. pro Celio, 33.

Ingerere probra alicui. Liu. Decad. 1. lib. 2.

Insimulare probri mulierem, Accusare. Cic. 2. Philip. 98. Accipitur autem hic pro adulterio.

Intendere probra alicui. Tacit. lib. 3.

Luere sanguine probra. Ouid. in Ibin, 114.

Obijcere probrum. Cic. 2. de Orat. 157. Et pro Domo sua, 59, In isto tuo maledicto probrum non modò mihi nullum obiectum, sed etiam laudem illustrem meam.

Obijcere ut probrum. Cic. 1. Tusc. 6.

Tuum scelus, meum probrum putas esse oportere. Cicero pro Domo sua, 68.

Esse probro & crimini. Cic. pro Rosc. Amer. 28. Vide In.

Vetito probro sacrata temerare. Ouid. 10. Metam. 138.

Vacare probro. Senec. Herc. fur. 1. 4.

Et fuerint oculis probra uidenda meis. Ouid. 3. Amo. eleg. 13. 8.

Animal probrum, Gel. lib. 9. cap. 2. dutr pro probroso: quemadmodum apud Terentium, Scelus, pro homine scelesto.

¶ Probrosus, pen. prod. Adiectiuum (ὀνειδικὸς) *Ignominiosus. Cic. pro Fonteio, 22, De quo uos homine iudicetis, ne ab inimicis quidem ullum fictum probrosum non modò crimẽ, sed ne maledictum quidem audistis.*

Ruinæ probrosæ, Dedecus afferentes. Horatius 3. Carm. ode 5. 8.

Carmina probrosa. Tacit. lib. 16.

Probus] πρόβος, *Berytius, Grammaticus, Romæ docuit. Tranquillus.*

Probus] *Adiectiuũ (δόκιμος, ἀνδρεῖος, πολυτελὴς ὠφελὴς) Bonus, quasi probibus, quòd se à delinquendo prohibeat: inquit Festus. Terent. Phorm. 2. 1. 29,*
O' artificem probum!

Sanctus & probus. Cic. pro Cluentio, 105, Neq; enim hoc nomine sanctior, neq; probior, neq; in omnibus officijs retinẽdis diligentior esse quisquam potest.

Non probus. Vide Non.

Probus ad istas res. Plut. Pœn. 9. 67.

Argentum probum. Liu. 2. bel. Maced. 6.

Claua proba. Plaut. Rud. 19. 19.

Color probus. Colum. lib. 8. cap. 2. 6.

Probus hic conger frigidus. Plaut. Mil. 10, 164.

Facinus probum. Plaut. Men. ch. 4. 21.

Ingenium probum. Cic. 1. Off. 145.

Materia proba. Plaut. Pœn. 14. 94.

Merx proba. Plaut. Pœn. 4. 120.

Mores probi. Horat. in Carm. secul. 9.

Moribus probus. Plin. epist. 171. c.

Nummi probi. Plaut. Persa, 12. 32. & 15. 59.

Occasio proba. Plaut. Casina, 25. 2.

Pauperies proba. Horat. 3. Carm. ode 29. 11.

Sapor probus. Colum. de Arboribus, cap. 3. 7, Sed firmũ, proabumq; saporem uini præbent.

Probè, Aduerbium (δοκίμως) *Bene, rectè, eleganter. Terent. Andr. 2. 5. 7,*
Quasi de improuiso respice ad eum. p. hem pater.
D. Probè. hoc est, rectè, & ut uolebam.

Oculus conturbatus non probè affectus ad munus suum fungendum. Cic. 3. Tusc. 26.

Appotus probè. Plaut Amph. 4. 128,

Curare probè. Terent. Andr. 5. 2. 6.

Decipere probè. Plaut. Amph. 4. 270.

Discere probè. Plin. epist. 18. lib. 2, Nisi sperare te uellem, posse fratris tui liberos probè discere.

Intelligere probè. Terent. Eunuch. 4. 6. 30,
Si uim faciet, in ius ducito hominẽ, intellextin? c. probè.

Iudicas probè. Cic. Attico, lib. 7. 123. 5.

Memini probè. Cic. de Senec. 13. Terent. Andr. 5. 4. 15,
Ni metuam patrem, habeo pro illa re illum quod moneam probè.

Nosse probè. Cic. 1. de Orat. 115.

Percutere probè hoc est, fortiter. Plaut. Amph. 4. 164.

Sentire probè. Cic. 1. de Legib. 81.

Stabilire probè. Cic. 1. Tusc. 139.

Tenere aliquid probè, Scire. Cic. 1. de Inuent. 90.

Viuere probè. Plaut. Amph. 9. 40.
Probißimè. Terent. Adelph. 3. 3. 65.
Hoc uerbum, ut ex præcedentibus exemplis apertißimè liquet, omnibus ferè uerbis iungitur: ut, Probè appotus, Probè curare, Probè decipere, Probè memini, Probè commeminißi, Probè monere, Probè ornatus, &c.
De aquæductu probè feciſti. Cic. ad Attic. lib. 13. 264. 1.
De Seruio probè dicis. Cic. de claris Orat. 77.
Ornatus probè. Cic. ad Cælium, lib. 2. 9. 5.
¶ Probitas, pen. corr. probitatis (καλοκαγαθία) Bonitas. Cicer. de Amic. 27, Quòd ſi tanta uis probitatis eſt, ut eam uel in eis quos nunquam uidimus, uel quod maius eſt, in hoſte etiam diligamus: quid mirum eſt, ſi animi, hominum moueantur, &c.
Virtus, probitas, integritas, in candidato, non linguæ uolubilitas, non ars, non ſcientia requiri ſolet. Cic. pro Plancio, 51.
Diſſimilis eſt ibi probitate. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 11. 4.
Dulcis probitas. Stat. 1. Sylu. 2. 3.
Exercita probitas rebus aduerſis. Ouid. 5. Triſt. eleg. 6. 10.
Æuo tenero maturior probitas. Stat. 2. Sylu. 1. 8.
Inops iacet probitas. Claud. 2. Paneg. 26.
Probitas laudatur & algет. Iuuenal. Satyr. 1. 8.
Commendatione probitatis boni uiri ſpeciem tueri. Cicero 2. de Orator. 117.
Perdurat probitas in longum æuum. Ouidius de Medicamine faciei, 10.
¶ Probiter, pen. corr. (εὐδοκίμως) pro Probè, apud antiquos. Varro Octogeſi. Poſtquam auida libido rapere ac concidere cœpit, ſeq; opificè, non probiter ſtrepere.
¶ Probo, probas (δοκιμάζω, εὐδοκέω, βεβαιόω) probare, Efficere ut probum, rectumq; iudicetur id quod quis facit uel dicit. unde & pro Laudare accipitur, inquit Budæus. Cicer. 6. Verr. 74, Non uereor ne hoc officium meum P. Seruilio iudici non probem. id eſt, ſcio eum omnino hâc meam accuſationem Verris non improbaturum. Idem pro Sylla, 2. Et de Senec. 39, Mihi uerò & Flacco neutiquam probari potuit tam flagitioſa & tam perdita libido. id eſt, nullo modo perſuaderi mihi potuit, ut bonam dicerem & laudarem, tantam libidinem.
Eſt enim mihi utendum quibuſdam rebus ex ijs libris, ad eos quos in manibus habeo: quos, ut ſpero, tibi uehementer probabo. Cic. Attico, lib. 4. 83. 2.
Laudare & probare. Cic. ad Marium, lib. 7. 1. 16.
Probare aliquid in aliquo. Cic. 2. de Fin. 1.
In uulgus probari. Cicer. in Parad. 2, Et ea ſentit quæ non ſanè probantur in uulgus. id eſt, quæ ne ipſum quidem uulgus probat, neq; laudat.
Oculis hominum probari. Ouid. epiſt. 16. 25.
Video meliora, proboq;. Ouid. 7. Metam. 4.
Indolem generoſam factis probare. Senec. Theb. 2. 4.
Probare & improbare, opponuntur. Quint. lib. 2. cap. 2. 7.
Probare, Demonſtrare, & argumentando planum facere: quod ea laude digna uideantur, quæ probari rationibus poſſunt. Plaut. Bacchid. 15. 55,
Quid mihi refert Chryſalo eſſe nomen, niſi factis probos?
Dialecticè probare. Quint. lib. 1. cap. 10. 29.
Huic ſatis illud erit planũ facere atq; probare. Lucr. lib. 2. 187.
Plus iuſto probare aliquid. Ouid. 9. de Ponto, eleg. 9. 2.
Exitus acta probat. Ouid. epiſt. 2. 17.
Cauſam ſuam probare alteri. Cic. pro Quintio, 62.
Culpa non probatur ex facili. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 11.
Dicta alicuius uoce probare. Ouid. 1. Metam. 50.
Probare diligentiam ſuam in re aliqua. Cic. 1. Verr. 40.
Pactum dea probauit. Ouid. 6. Faſt. 91.

Probare atq; deligere iudices. Cic. 7. Verr. 137.
Auribus puris ſcripta probare. Propert. lib. 2. eleg. 14. 3.
Se probare. Cic. pro Ligario, 1, Qua in legatione & ciuibus, et ſocijs ita ſe probauit, ut decedens, &c. id eſt, probitate & integritate uitæ ſe talem præſtitit ac demonſtrauit.
Seſe probare alicui, quominus, &c. impediri. Cic. Cornificio, libro 12. 29. 11.
Se probare pro Eunucho: id eſt, perſuadere, interprete Donato, aut fingere. Terent. Eunuch. 2. 3. 83.
Nemini probatur: id eſt, nemo approbat, ſiue laudat, aut nemini placet. Cic. 3. Verr. 11.
Probare ingenio unius ex aliorũ ingenio. Plaut. Trin. 14. 41.
Non nimium probare. Vide Nimis.
Lentè & faſtidioſè probare aliquem. Vide Lentus.
Vulgus amicitias utilitate probat. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3. 2.
Probare, Rem experiri & tentare: ut, Amicos probato. Et apud Columellam, Probare boues.
Animos probare. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 8.
¶ Probandus, Participium (δοκιμαστέος) Cæſar 5. bel. Gallic. 163, Quem locum probandæ uirtutis tuæ expectas?
Cauſa probanda. Ouid. 6. Faſt. 54.
Forma probanda operis. Ouid. 3. Triſt. eleg. 11. 9.
¶ Probatus, penult. product. (δοκιμασθείς) aliud Participium, ſiue Nomen ex participio. Cic. in Topic. 39, Nam & ingenioſos, & opulentos, & ætatis ſpacio probatos, dignos quibus creditur, putant.
Crimen patens ſine teſte probatum. Ouid. 15. Metam. 8.
Fides probata. Claud. 6. Paneg. 29.
Operâ probata homo. Cic. 3. Verr. 70.
Probatior. Liu. 7. bel. Pun. 43, Ita repentè exuit antiquos mores, ut nemo tota iuuentute haberetur prior: nec probatior primoribus patrum, ſuis pariter alienisq; eſſet.
Homo probatißimus. Cic. 4. Verr. 15.
¶ Probator, pen. prod. Verbale (δοκιμαστὴς) Cic. pro Cecinna, 61, Deinde huius rationis non modò non inuentorem, ſed ne probatorem quidem eſſe me. Idem 2. Phil. 50, Quid enim intereſt inter ſuaſorem facti, & probatorem?
Ingenij probator. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 21.
¶ Probatio, probationis, Verbale, fœm. gen. (κατασκευὴ, δοκιμασία, δοκιμὴ) Plin. epiſt. 35. 3, Huius actionem uerſabar incluſit, non tamen ſic ut abrumperet. Itaq; in tertium diem probationes exierunt. Cic. 3. Verr. 100, Locatur opus id, quod ex mea pecunia reficiatur: ego me refecturum eſſe aio. Probatio futura eſt tua, qui locâs: prædibus & prædijs populo cautum eſt. id eſt, tuum eſt Prætoris, qui locaſti, exigere ut opus tradam approbatum: et mihi acceptum ferre, quum probatum fuerit. Budæus.
Artificialis probatio. Quint. lib. 5. cap. 9. 1.
Firma probatio. Quint. lib. 5. cap. 10. 4.
Implere probationem, eſt quod quis intendit, ſeu agendo, ſiue excipiendo plenè probare. Vlpian. in l. in exceptionibus, in fine. ff. de probationibus & præſumpt. Si iudicatæ rei uel iurisiurandi conditio delata dicatur de eo quod tunc petitur, ſiue in alea geſtum eſſe contendatur, cum implere probationes oportet.
Inexpugnabiles probationes. Quint. lib. 5. cap. 10. 31.
Lineares probationes. Qu. lib. 1. cap. 10. 36. De Geometrid.
Potentißimæ probationes. Quint. lib. 1. cap. 10. 29.
Probationem non habere. Senec. lib. 3. cap. 10.
¶ Probabilis, & hoc probabile, pen. cor. (πιθανὸς) Dicitur quod licet nõ ſit uerũ, uidetur tamẽ rationibus probari poſſe. Cic. 4. Acad. 65, Quãobrẽ ſiue tu probabilẽ uiſionẽ, ſiue improbabilem, & quæ non impediatur, ut Carneades uolebat, &c.
Probabilis re aliqua. Cic. de claris Orat. 130.

(Bat. &c.

Specie &

Specie & odore probabilis. Plin. lib. 21. cap. 4. 4.
Orator probabilis. Cic. in Orat. 142.
Copia probabilis. Quint. lib. 1. cap. 8. 12. De uerbis.
Nomunquam honeſto ac probabili nomine, bono uiro iudici error obijci ſolet. Cic. pro Cecinna, 52.
Probabile. Cic. 1. de Inuent. 62, Probabile autem eſt id, quod fere fieri ſolet, aut quod in opinione poſitum eſt, aut quod habet in ſe ad hoc quandam ſimilitudinem, ſiue id falſum eſt, ſiue uerum.
Probabile & Non probabile, ſiue (ut in præcedentibus exemplis) improbabile, contraria. Cic. 4. Acad. 177.
Non eſt probabile. Cic. 4. Verr. 109.
Nihil eſt tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile. Cicero in Parad. 3.
¶ Probabiliter, pen. corr. Aduerbium (πιθανῶς) Cic. 2. de Orat. 183. Ad conſilium autem de Repub. dandũ caput eſt, noſſe Remp. ad dicendum uerò probabiliter, noſſe mores ciuitatis. Idem 1. de Diuinat. 22.
¶ Probabilitas, pen. corr. probabilitatis (πιθανότης) Cic. 4. Acad. 134, Certè tam multa nõ collegiſſet, quæ nos falleret probabilitate magna, niſi uideret his reſiſti non facilè poſſe.
Captioſa probabilitas. Vide Captioſus in Capio.
Procalare] prouocare, ex Græco καλέω, id eſt, uocare: unde calendæ, calumnia, calones, caculæ, & calatores. Procalato, prouocato. Feſtus.
Procapis] Progenies, quæ ab uno capite procedit. Paulus, in Feſto.
Procas] πρόκας, rex Albanorum fuit, pater Amulij & Numitoris, auus Romuli & Remi: cuius meminit Liuius libro 1. ab Vrbe condita. Virg. 6. Aeneidos,
Proximus ille Procas Troianæ gloria gentis.
Procax] procacis. Vide Proco, procas.
Procedo] procedis, pen. prod. proceſſi, proceſſum (προβαίνω, προβιβάω, πρόειμι, ἐπιπορεύομαι, ἐκπορεύω, προμόλω, προκόπτω, προέρχομαι) procedere, Vlterius ire & progredi.
Huc procede, uel illuc. Plaut. Capt. 17. 1. Terent. Eun. 3. 2. 17.
Procedere propriè dicitur, qui pompa quapiã procedit in publicum: ueluti ſi ſponſus procedat, aut ſponſa: quod Virgilius 4. Aeneid. 27. dicit,
Tandem progreditur. Hæc Eraſmus. Cicero 1. de Diuinat. 194, In ſella aurea ſedit, & cum purpurea ueſte proceſſit.
Lentè & paulatim procedere. Cæſar 1. bel. Ciuil. 302.
Leniter placidèq; procedere. Vide Lenis.
Longius procedere. Cic. de Aruſp. reſp. 45. Ouid. 2. Faſt. 79.
Nimium procedere. Virg. 3. eclog. 19.
Obliquè procedere. Vide Obliquus.
Vltrà procedere. Propert. lib. 1. eleg. 19. 5.
Vltrà procedere quàm comes poſſit. Quint. lib. 2. cap. 3. 6.
Aliquantum uiæ procedere. Cic. Attico, lib. 6. 116. 1.
Trecenta circiter ſtadia procedere. Cic. Attico, lib. 16. 334. 1.
Foras procedere. Plaut. Pſeud. 9. 14.
Obuiam procedere. Cic. pro Seſtio, 58, Huic ad urbem uenienti tota obuiam ciuitas cum lachrymis gemitúq; proceſſerat, Idem 4. Verr. 46.
Obuiam morti procedere. Cic. 5. Tuſc. 79.
Procedere à, uel ex. Cæſar 4. bel. Gal. 580, Quum paulo longius à caſtris proceſſiſſet. Ibidem, lib. 8. 70. Paulatim ex ſylua inſtructa multitudo procedit militum. Cic. 7. Verr. 83,
Procedit iſte repentè è Prætorio.
Ad forum procedere. Plaut. Caſin. 14. 2.
Extra mœnia proceſſit. Lucret. lib. 1. 15.
In aliquem locum procedere. Cic. pro Cælio, 54.
Caſtris procedere. Virg. 12. Aeneid. 34.

Teſtis procedere. Valer. 7. Argon. 62.
Paſſu tacito procedere. Valer. 5. Argon. 71.
Pedibus æquis procedere. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5. 1.
Cultus procedit adulter. Ouid. 2 Triſt. 100.
Subducto uultu grauior uolo procedere. Propert. libro 2. eleg. 11. 2.
Teſtis puſillus proceſſit. Cic. 2. de Orat. 135.
Procedit funus. Terent. And. 1. 1. 101.
Claſſis procedit uelis æquatis. Virg. 4. Aeneid. 118.
In aciem procedere. Vide Acies.
Procedere ad aliquid agendum. Caius de uerb. ſignific.
Ad opus procedere. Plin. lib. 11. cap. 10. 1.
Ad pabula nocturnis procedunt. Plin. lib. 8. cap. 32. 7.
Ad pugnam procedere. Liuius 7. ab Vrbe, 336.
In latera obliquè procedere. Plin. lib. 9. cap. 30. 8.
In infinitum procedere. Colum. lib. 5. cap. 3. 10.
In medium procedere. Cic. 4. Verr. 138.
In multum uini proceſſerat. Liu. 7. bel. Maced. 29. hoc eſt, probè appotus erat.
In pedes procedere, & Pedibus gigni, ſignificant fœtum ita nasci, ut pedes ex utero priores emergant. Plin. lib. 7. cap. 8. 1.
In publicum procedere. Liu. 4. bel. Maced. 23.
In ſolem ex umbraculis procedere. Cic. de claris Orat. 18.
In ſublime uites procedunt. Colum. de Arb. cap. 1.
Cubitum nullum proceſſit. Cic. ad Att. lib. 13. 269. 2.
Temerè proceſſit. Cic. 4. Acad. 123, Suſtinenda eſt potius omnis aſſenſio, ne præcipitet, ſi temerè proceſſerit.
Procedunt ſtipendia militibus. Liu. 5. bel. Pun. 23, Tribuniplebis, ſi ijs uideretur, ad populum ferrent: ut qui minores ſeptem & decem annis ſacramento dixiſſent, ijs perinde ſtipendia procederent, ac ſi ſeptem & uiginti annorum, aut maiores, milites facti eſſent.
Proceſſit aliquantum ad uirtutis aditum. Cic. 3. de Fin. 74.
Longè ad uirtutem procedere. Cic. 4. de Fin. 36.
In uirtute procedere & progredi. Cic. 4. de Fin. 105.
In multum honorẽ formæ procedere. Propert. lib. 3. eleg. 2. 4.
In philoſophia procedere, Proficere. Cic. 3. de Fin. 9.
Ad opes procedere, Diuitem fieri. Plin. epiſt. 44. 1.
Ætate proceſſit. Cic. de Senect. 19, Num igitur cenſetis eũ, quã ætate proceſſiſſet, qui Ariſtides eſſet, Lyſimachum ſalutare ſolitum? id eſt, ſenex factus eſſet. Idẽ 5 Philip. 200, An hoc uidit puer? ſi ætate proceſſerit, non uidebit?
Proceſſit eò inſolentiæ ut iram, &c. Plin. in Paneg. 29.
Proceſſit eò ira. Liu. 9. ab Vrbe, 133.
Honoribus longius procedere. Cic. de claris Orat. 94.
Studijs procedere: pro, Ad honores emergere adminiculo literarum. Plin. epiſt. 89.
Conſuetudine procedere. Liu. 9. bel. Maced. 34.
Opere procedere. Cæſar 1. bel. Ciuil. 308.
Ratione & uia procedat oratio. Cic. 1. de Fin. 44.
Cum ea uoluntate proceſſit ut. Cic. pro Flacco, 8.
Aliquid procedit noui. Plaut. Moſtel. 14. 7. id eſt, accidit.
Dies alter & alter proceſſit. Virg. 3. Aeneid. 72.
Dies procedunt emptori. Cato cap. 148, Quot dies per dominum mora fuerit, quominus uinũ deguſtet, totidẽ dies procedent emptori.
Sed ubi plerũq; noctis proceſſit, obſcuro etiã tũ lumine milites Iugurthini ſigno dato caſtra hoſtiũ inuadunt. Salluſt. in Iugurthino. (gurtha.
Tempus proceſſit. Cæſar 2. bel. Ciuil. 98.
Tempora tardè procedunt. Ouid. 5. Triſt. eleg. 11. 1.
Ecce Dionei proceſſit Cæſaris aſtrum. Virg. 9 eclog 9. Quum Auguſtus Cæſar ludos funebres patri celebraret, de medio ſtella apparuit: ille eam eſſe confirmauit parentis. Seruius.
Iræ longius procedunt. Virg. 5. Aeneid. 93.

Proced re,

Procedere, Bene uel malè cadere, siue accidere, siue cedere. Terent. Adelph. 5.6.9,

—meditor esse affabilis,
Et bene procedit.

Omnia, ut spero, prosperè procedent. Cic. Cæsſ. lib. 12. 9.3.
Consilia procedunt. Liu. 4. bel. Pun. 118.
Parum processit. Liu. 1. ab Vrbe, 250. Terent. Andr. 4.1.47:
Nisi id putas, quia primo processit parum,
Non posse, &c.
Quibus quum parum procederet, ut ulla lege mihi poneret accusatorem, &c. Cæl. Cic. lib. 8.12.6.
Nihil procedit. Liu. 4. bel. Pun. 58.
¶ Procedens, penult. prod. (προβαίνων) Participium, siue Nomen ex participio.
Dies procedens. Cic. 3. Tusc. 89, Quod ita esse dies declarat: quæ procedens ita mitigat, ut ijsdem malis manentibus non modò leniatur ægritudo, sed in plerisq; tollatur.
Die procedente. Liu. 8. bel. Pun. 78.
Nox procedens. Silius lib. 13. 84.
Tempore procedente, pro eo quod dicimus, Successu temporis. Plin. epist. 64. b, Sed uereor ne procedente tempore ex ipso remedio uitia nascantur.
¶ Processus, huius processus (πρόβημα, προοπή) Progressus. Cicero pro lege Manil. 16, Vtex his locis à militibus nostris reditus magis maturus, quàm processus longior quæreretur.
Efficere processus. Cic. de claris Orat. 148.
Officiorum processus per officia. Senec. epist. 102.
Processus, Successus & euentus. Senec. epist. 116, Quæruntur & de consilijs, & de processibus suis: maluntq; semper, quæ reliquerunt.
Habere processum in literis: pro, Facere progressum. Sueton. de clar. Gram. 10.
Processus, Auctus, plurali numero. Cic. de clar. Orat. 124, Gradus tuos & quasi processus dicendi studio cognoscere.
Proceleusmaticus] pen. correp. (προκελευσματικὸς) Pes est constans è duobus pyrrhichijs, id est, è quatuor syllabis brenibus, temporum quatuor: ut philosophus. Dictus παρὰ τὸ παρακελεύειν, id est, à cohortatione & iussu nauticoru, cui ob celeritatem est aptissimus.
Procello] procellis, procului, pen. corr. proculsum (πλήττω) Procellere, Percutere, euertere. Plin. in Paneg. 111, Erant sub oculis naufragia multorum, quos inuidiosa tranquillitate proiectus, improuisus turbo proculerat.
¶ Procella, procellæ (ἄελλα, ἀήτης, ἴθυνα, πνεύμων, λαῖλαψ, χειμών) Vehementior quidam uenti impetus, nec ita durans, authore Valla in Raudensem: in mari potius, quàm in terra. Dicta ab eo quòd omnia procellat, id est, moueat & perculiat. Virg. 1. Aen. 18,

—— creberq; procellis
Africus. Plin. lib. 2. cap. 48, Flatus uagi & ruentes torrentium modo, tonitrua & fulgura edunt. maiore uerò illati pondere, incurfuq;, si latè siccam ruperint nubē, procellam gignunt, quæ uocatur à Græcis ἐπιπλοκή.

Timidus procellæ. Horat. in Arte, 6.
Aduersa procella. Ouid. 11. Metam. 97.
Immanis procella. Silius lib. 3. 106.
Impendentis procellæ signa. Claud. de bello Gildon. 98.
Insana procella. Senec. Hipp. 6. 1.
Nigrans procella. Silius lib. 12. 124.
Præcipites procellæ. Stat. 4. Theb. 84.
Subitæ procellæ. Ouid. de Nuce, 33.
Tristis procella. Senec. Troade, 9. 8.
Turbida rapacior procella. Catul. ad Thallum, epigr. 22. 1.
Vndans procella. Silius lib. 5. 108.
Volucres procellæ. Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 7.
Abruptæ procellæ. Vide Abrumpo.
Credere se ueloci procellæ. Hor. 3. Carm. ode 27. 23.
Incessit procella. Vide Incedo, in Incedo.
Collecta procella uenti intorquet se nubibus. Lucret. lib. 6. 2.
Subitæ saliunt in uela procellæ. Stat. 10. Theb. 107.
Talia iactanti stridens Aquilone procella. Virg. 1. Aen. 22.
Tolerare sæuas procellas. Silius lib. 3. 162.
Inæquales procellæ uexant mare. Hor. 2. Carm. ode 9. 1.
Procella, per translationem. Liuius 10. bel. Pun. 83, Equestrem procellam excitemus oportet, si turbare, ac statu mouere uolumus. Sic, 2. ab Vrbe, 3.
Circunspicite omnes procellas, quæ impendent, nisi prouidetis. Cic. 4. in Catil. 76.
Impotens fortunæ procella: id est, superba, & se cohibere nequiens. Senec. Agamem. 7. 2.
Temporis deuitare procellam. Cic. 2. Verr. 5.
Inuidiarum procellæ. Cic. pro Cluent. 324.
Irarum procellæ, per metaphoram. Silius lib. 11. 45.
Patriæ procella, turbo ac tempestas pacis. Cicero pro Domo sua, 105.
¶ Procellosus, pen. product. Adiect. (ἀελλὸς, αἰγέτης) Plenum procellis. Colum. lib. 7. cap. 6. 3, Hanc pecudem mutilam parabimus quieto cæli statu: nam procelloso atq; imbrifero cornuta semper. Liu. 10. bel. Macedon. 4, Ver procellosum eo anno fuit.
Aequor procellosum. Valer. 3. Argon. 124.
Mare procellosum. Senec. Medea, 6. 7.
Noti procellosi. Ouid. epist. 2. 3.
Venti procellosi. Liu. 8. bel. Pun. 29.
Proceraſtis] προπέραστις, Oppidum Bithiniæ ad Bosphorū Thracium, eregionē Bizantij, quod notiore nomine Chalcedon appellatur. Plin. lib. 5. cap. ult.
Procerus] procera, procerum, pen. prod. (σύμπους, προμήκης) Prolixum, & in longitudinem productum, quasi ex cera, ob eius facilitatē, inquit Festus. Hor. 2. Serm. Satyr. 2. 8,

— quo pertinet ergo.
Proceros odisse lupos? Varro 2. de re Rust. cap. 1. 14,
Sues procero corpore, capitibus ut sint paruis.

Alni proceræ. Virg. eclog. 7. 13.
Arundo procera. Ouid. 13. Metam. 189.
Cacumina procera nemoris celsi. Sil. lib. 7. 136.
Cohors procera. Claud. 1. Paneg. 32.
Corpus procerum. Lucret. lib. 3. 132.
Fraxini proceræ. Hor. 3. Carm. ode 25. 4.
Membra procera. Stat. 1. Theb. 83.
Nemora procera. Plin. epist. 101. 10.
Palmæ proceræ. Catul. Argon. epigram. 59. 53.
Proferre proceros passus uiæ. Lucret. lib. 4. 166.
Syluæ proceræ. Ouid. epist. 15. 22.
Procerior numerus. Cic. 3. de Orat. 102.
Procerissimus homo. Plin. lib. 7. cap. 16. 7.
Procerissima populus. Cic. 1. de Legib. 22.
¶ Procerè, penult. product. Aduerbium (προμηκῶς) Cic. 3. de Orat. 122, Brachium procerius proiectum quasi quoddam telum orationis.
¶ Proceritas, pen. corr. proceritatis (μῆκος) Prolixitas. Cic. de Senect. 55, Quum autem miraretur Lysander & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines. Plin. lib. 6. cap. 32. 2, Arborum ibi proceritatem ad centum quadraginta quatuor pedes adolescere.
Breuitas & proceritas pedum in oratione. Cic. in Orat. 123.
Proceres] procerum, pen. corr. masc. gen. plur. num. (προβολεῖς

κὲφαλαι) Capita trabium, hoc est, mutuli quidam extantes, ut ait Seruius. Per translationē etiam accipitur pro maioribus ciuitatis: quòd ij ita in ciuitate eminent, sicut illi in ædificijs. Liuius 1. ab Vrbe, 196, Quum consensum, deosq; consociatos laudaret mirè Seruius inter proceres Latinorum. Cic. Cæsari, lib. 13. 16. 3, Audiebam enim nostros proceres clamitantes.

Tot lecti proceres ter denis nauibus ibant
Subsidio Troiæ. Virg. 10. Aeneid. 43.

Referre aliquid ad delectos populi proceres. Virg. 3. Aeneidos 12.
Castrorum proceres. Lucan. lib. 7. 14.
Rerum proceres Paulus & Flaminius. Silius lib. 11. 29.
Proceres gulæ. Plin. lib. 9. cap. 17. 6.
Procerem, protulit Iuuenalis Satyr. 8. 3, Agnosco procerem.
A procer, proceris.
Proceritus] pen. prod. Adiectiuum (νυμφόληπτος) Malo spiritu afflatus.
Proceriti lapides. Plaut. Pœn. 7. 25.
Procestrium] Procestrij, Locus apertus ac patulus in ædificio uel domo, per quē proceditur in cubiculū, cœnaculū, & reliquas partes superiores. Plin. iunior Gallo, Post hanc, cubiculum cum procestrio, altitudine æstiuū, munimentis hybernum. Sunt qui legant procœtone, qui locus est ante cubiculum, ab excubando nomen ex Græco sibi uendicans.
Procestrium fit æqualibus columnarum interuallis patulum, supra quarum epistylia arcus curuantur.
Procestria, à castro, siue castris, dicta sunt munimenta quædā, quæ fiunt ante mœnia castrorum, siue ante castra. Quidam etiam procestria aditum & uelut portam castrorum appellarunt. Ex Festo.
Processus] Vide Procedo.
Prochemasis] πρωχέμασις, Præcedens tempestatum significatio. Plin. lib. 18. cap. 26, Accedit confessa rerum obscuritas, nunc præcurrente, nec paucis diebus tempestatū significatione, quod πρωχέμασιν Græci uocant, &c. Sunt qui scribant, prochimasis.
Prochirus] Scriba expeditè notans. Meloprochirus, exercitio & cura promptus. Alciatus ad legem peculiari. De Proxim. sacr. scrin. lib. 12. C.
Prochyta] Prochytæ, penult. corr. & Prochyte, Prochytes (προχύτη) insula in Puteolano sinu. Dicta quasi profusa. Emersit enim prouolutis in mare montibus, quum prius nō foret. Nam προγχέω significat effundo. Inarimes enim mons terræ motum passus hanc insulam fudit. At Dionysius lib. 1. scribit Prochytam dictam esse à nutrice Aeneæ, eiusdem nominis. De hac Virgil. 9. Aeneid. 146,

Tum sonitu Prochyta alta tremit.

Prochyte etiam uasis genus est.
Procido] procidis, pen. corr. procidi, procasum (προπίπτω, παραπίπτω, προπαίτνέω) Procidere. ex Pro & Cado compositum, significat Pronum cadere, procumbere. Gellius, Nam quum multis annis postea scena quæ prociderat, recuprssius latè procidit. Horat. 4. Carm. ode 6. 3. (Ita esset.
Ad pedes alicuius procidere. Horat. Epod. 17. 3.
Procidere ante. Liu. 6. bel. Pun. 199, Ille atq; præceps cum armis procidit ante proram, &c.
¶ Procidens, pen. corr. procidentis, Participiū (προπαίτνων) Plin. lib. 16. cap. 5. 1, Cautum est præterea lege duodecim Tabularum, ut glandem in alienum fundum procidentem, liceret colligere.
¶ Procidentia, procidentiæ (πρόπτωσις) Plin. lib. 34. cap. 18. 4, Vsus enim ex eodem & in oculorum medicamentis, & maximè contra procidentiam eorum, & inanitatem, & ulcerum excrescentiam, &c.
Procidentia sedis. Plin. lib. 24. cap. 11. 12.
Procidentia uuluæ. Plin. lib. 23. cap. 9. 3.
¶ Prociduus, Adiect. (πρόπαυτος) Quod próciderit. Plinius lib. 20. cap. 20. 2, Infantium cerebro inponitur, umbilicoq; prociduo. Idem lib. 21. cap. 20. 13, Testes verò, & sedem prociduam, quæq; illi sunt uitia, &c.
Procieo] prima corr. procies, prociui, pen. prod. procitum, pen. corr. (μετακαλέω) prociere, Petere. Liu. Matrē procitum plurimi uenerunt. id est, petitum, ut Festus exponit.
Procilius] Grammaticus, cuius meminit Seneca, uir suis temporibus doctissimus fuit, qui in itinerario commemorat apud Memphim, in aurea columna Aegyptijs literis scriptū fuisse, tunc demum Aegyptum liberam fore, quum in eam uenissent Romani fasces. Lampridius.
Procinctus] Adiectiuum (ἐν προβολῇ κατεστὰς) Paratus, expeditus. Festus, Procincta classis dicebatur, quum exercitus cinctus erat Gabino cinctu, confestim pugnaturus. Vetustius enim fuit multitudinem hominum, quàm nauium, classem appellari. Idem alio loco. Procinctam classem, id est, paratam ad bellum, militum multitudinē Diali flamini uidere non licuit. Hactenus Festus. Gellius lib. 1. cap. 11, Quū procinctæ igitur classes erant, & instructa acies.
¶ Procinctus, huius procinctus, m. g. (προβολὴ παρασκευή) Apparatus bellicus, & expeditio dicitur. Plin. lib. 23. cap. 1. 28, Curas, uigoremq; animi impedit ad procinctum tendētibus. Cic. 1. de Natur. deor. 14, Ex quo in procinctu testimenta perierunt.
In Procinctu facere, Expeditè, & celeriter. Ouidius 1. de Ponto, eleg. 9. 2.
Testamentum in procinctu facere sine libra atq; tabulis. Cicero 1. de Orat. 116.
In procinctu stare, Est accinctum esse. Quint. lib. 12. cap. 9.
In procinctu habere. Quintil. lib. 10. cap 1.
In procinctu uersari. Vlpian. in l. non dubiū est. ff. de bon. possess. ex test. milit. Quamquam enim dissert conditio militum ab his personis, quas constitutiones principales separant: tamē qui in procinctu uersantur, quum eadem pericula experiantur, iura quoq; eadem meritò sibi uendicant.
Procio] procis, prociui, procitum, pen. prod. procire, à Cio, Rumpere, atq; irritum facere. Hinc Iureconsultus, Irritum & ruptum testamentum procitum dicit, authore Festo.
Procito] tas, pen. corr. Idem quod uocito (προπαλῶμαι) Festus. Citare enim uocitare est unde procet & procit.
Proclamo] proclamas, penul. prod. (πάταβοάω) proclamare, Palàm & ualde clamare, uociferari. Liu. 1. ab Vrbe, 118, Moti homines sunt in eo iudicio maximè, Pub. Horatio patre proclamante, se filiam iure cæsam iudicare: ni ita esset, patrio iure in filium animaduersurum fuisse. Cicero 7. Verr. 85, Adsunt, defendunt, proclamant: fidem tuam quæ nusquam erat, nec unquam fuit, implorant.
¶ Proclamator, penul. prod. Verbale (πατάβοητὴς) Cicero 1. de Orat. 100, Non enim causidicum nescio quem, neq; proclamatorem, aut rabulam hoc sermone nostro cōquirimus, sed eum uirum qui primùm sit ciuis artis antistes.
Proclino] proclinas, pen. prod. (προκυβίπτω) proclinare, Idē quod inclinare significat. Colum. lib. 7. cap. 10. 1, Earum notanda sunt capita quam in partem proclinentur.
¶ Proclinatus, pen. prod. Participium (προκυκυμένος) ut, Partes proclinatæ. Ouid. 2. Trist. 17.
¶ Proclinatio, Verbale. Vitruu. lib. 7. Non minus etiam obseruandum est uti omnes structuræ perpendiculo respondeant, neq; habeant in ulla parte proclinationes.
Procliuis] & hoc procliue, penult. product. siue procliuus (κάτοφος

(κλιφος, ἀνηφορος, ἐπιῤῥιπτης, καταφορὸς) Porrò inclinatius, uel pronus, inclinatusq; ut ait Donatus. Colum. lib. 9. cap. 5. 1, Cum onere per procliuia non ægrè deuolent. De apibus. Varr. 2. de re Rustica, cap. 2. 5, Solum oportet esse eruderatũ, & procliuum, ut euerri facilè possit, ac fieri purum.

Impetus procliuis undarum. Lucret. lib. 6. 146.

Sceleri procliuis egestas. Silius lib. 13. 118.

Ingenium procliue ad libidinem. Terent. And. 1. 1. 51. Cicer. in Partit. 20, Vt adolescentiam procliuiorem esse ad libidinem.

Circa aliquid procliuior. Quint. lib. 4. cap. 5. 15.

Procliuiores alij ad alios morbos. Cic. 4. Tusc. 49.

Procliue, Quod facile factu est. Plaut. Asin. 12. 73,

Nam istud procliue est, quod iubes plane collocare.

Dictu procliue. Cic. 2. Offic. 100.

In procliui esse, in promptu, promptum, & facile. Terentius Andr. 4. 2. 18,

Id faciam, in procliui quod est, per me stetisse ut credat.

Vitia semel incitata in procliue labuntur, sustinerique nullo modo possunt. Cic. 4. Tuscul. 64.

¶ Procliuus, Adiectiuum: ut, Procliuus impetus. Lucret. lib. 6, Quo sit uti pacto liber minus exitus amni,

Et procliuus item fiat minus impetus undis. Sic enim ex manuscriptis legit Lambinus.

¶ Procliuè, Aduerbium. Lucret. lib. 2. 92,

Et procursus item procliuè uolubilis extat. Neque est quòd quenquam moueat syllaba ultima, nam breuem esse licet, cuiusmodi est, sublimè uolantes, &c. Alij legunt, In procliue: ut sit nomen.

¶ Procliuiter, penult. corr. procliuius, procliuissimè. Aduerbium (κατηφορικῶς) Cic. Antequam iret in exilium, 8, Qui sunt assecuti summum gradum honoris, non despoliabuntur honore: qui sperant, facilius & procliuius ad laudem nobilitatis peruenient.

Multo procliuius. Lucret. lib. 2. 159.

Decurrere ad iras procliuius. Lucret. lib. 3. 63.

Verba procliuius labuntur breuitate & celeritate syllabarum. Cic. in Orat. 111.

¶ Procliuitas, penult. corr. procliuitatis (κατωφέρεια) Cicero 4. Tusc. 41, Hæc igitur procliuitas ad suum quodq; genus à similitudine corporis ægrotatio dicitur, dum ea intelligatur ad ægrotandum procliuitas. Sed hæc in bonis rebus, quòd alij ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur: in malis procliuitas, ut significet lapsionem.

Proclus] πρόκλος, Lycius, discipulus Syriani, philosophus Platonicus: præfuit scholæ Athenienſi, cuius discipulus & successor fuit Marinus Neapolitanus. Scripsit plura in Grammatica & Philosophia. Author Suidas. Is etiam est, cuius hodie commentarios in Platonem habemus. Præceptor item M. Antonini, quem ad Consulatum usq; promexit, ut scribit Spartianus.

¶ Proclus, alter, Malleotes patria, qui scripsit in Sophismata Diogenis & contra Epicurum. Proclus item cognomento Proculeius, è Laodicea Syriæ, qui scripsit theologicum in Pandoræ fabulam Hesiodi, in Aurea carmina, Isagogen in Arithmeticam Nicomachi, & alia quædam Geometrica. Proclum Naucraticam his Philostratus addit, qui dicit unũ fuisse ex suis præceptoribus, ac docuisse Athenis, filiumq; habuisse luxui deditum, in quem non modò nõ seuerus fuit, sed usqueadeò indulgens, ut in alendis canibus, auibusq; adesset, dictitans, has nugas eum citius cum senibus dimissurũ, quàm cum æqualibus. In docendo hunc omnino seruasse morem, ut ab initio à discipulis centum drachmas pro totius temporis mercede acciperet, bibliotheca domi publicata, ut illi solùm lectioni intenti, dum cogerentur, minimè per ocium, ultimo ris est in ludo, inter se sibilent, aut iurgentur, pueris cum pædagogis ac adolescentibus in medio constitutis. Hæc ex Philostrato, apud Volaterranum.

Proco] procàs (κωμαζῶ) procare, Poscere, inquit Festus. Liuius Aegysthο, Quin quod parére uos maiestas mea procat, toleratis, templo hanc deduciti is? Vnde Procaces meretrices, ab assiduè poscendo: & Proci, uxorem poscentes in matrimonium.

¶ Procax, procacis, pen. prod. (ὑβριστὴς) id est, Petax. Hinc Meretrix procax, Petulans, impudens, imuerecunda. Terent. Hecyr. 1. 2. 84,

Maligna multo, & magis procax facta illicò est. Idem Heaut. 2. 1. 15,

Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis: Cic. pro Cælio, 38, Vt non solùm meretrix, sed etiam procax uideatur. De Clodia.

Odij procax. Tacit. lib. 13.

Procax & superbus fastus. Plin. lib. 9. cap. 35. 16.

Procax, de inanimantibus etiam dici potest. Virgilius 1. Aeneidos, 109,

— penitusq; procacibus Austris. id est, sæuientibus procellis.

Dicta procacia. Claud. 4. Paneg. 50.

Epistola procax. Plin. in Præfat. 2.

Lingua procax. Silius lib. 8. 49.

Locutio procax. Catull. in Epithalam. Iuliæ, 26.

Manus procaces: Plin. lib. 22. cap. 6. 7.

Manum procacem armare uid est, Exercitum improbè aliquid repetentem. Seneca Agamem. 3. 21.

Musa procax. Horat. 2. Carm. ode 1. 8.

Vernæ procaces. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 14.

¶ Procacior (ὑβριστικώτερος) Comparatiuũ. Ouid. 2. Trist. 87,

Cimus quoq; bis comes est, Cimnaq; procacior Anser.

In fœminas procacior. Colum. lib. 7. cap. 3. 4.

¶ Procacitas, penult. cor. procacitatis (ὕβρις) Licentia turpium conuitiorum, qua meretrices & scurræ utuntur. Cic. lib. 4. de Rep. 12, A procãdo, id est poscẽdo, procacitas nominata est. Idẽ in Salust. 1, Aut si huius facta mores, omnẽ ætatẽ nudauero, in idem uitiũ incidam procacitatis, quod huic obijcio.

Procacitas, Mordacitas. Cic. in Salustium, 1, Non enim procacitate linguæ uitæ sordes eluuntur.

¶ Procaciter, pen. cor. procacius, procacissimè (ὑβριστικῶς) Liuius 8. bel. Pun. 125, Flagitatum quoq; stipendium procacius quàm ex more & modestia militari erat, & à custodibus probra in circumeuntes uigilias Tribunos iacta.

¶ Procus, proci (βωμαστὴς, μνηστὴρ) Matrimonij appetitor. Virgilius 4. Aeneid. 107,

— rursusue procos irrisa priores
Experiar? Ouid. epist. 1. 18,
Turba ruunt in me luxuriosa proci.

Diuites proci. Ouid. 2. Metam. 115.

Spes procorum inuidiosa. Ouid. 4. Metam. 159.

Ignoti & impudentes proci. Cic. de claris Orat. 185.

Procœton] procœtonis, pen. prod. m. g. (προοιστρῶν) Antea cubiculum & quasi excubitorium. Plin. epist. 41. d, Post hãc cubiculum cum procœtone, altitudine æstiuum, munimentis hybernũ. Alij tamẽ Procœtiũ, procœtij, dicũt genere neutro.

Procomiõ] προκώμιον, id est, ut interpretatur Theodorus, coma appositicia. Hoc autem inter ornamenta muliebria posuit Pollux lib. 7. cap. 22.

Procomesia] Ancilla quædam, quam ex eiusdem diei coitu, alterum domino similem partum, alterum procuratori eius enixam, refert Plin. lib. 7. cap. 11.

Proconne-

Proconnesus] pen. prod. (προπόντιος) insula est in Propontide. Plin. lib. 5. cap. ultimo, Insulæ in Propontide ante Cyzicum Elaphonnesus: unde Cyzicenum marmor. Eadem Neuris & Proconnesus dicta.

Proconsul] proconsulis, pen. corr. m. g. (ἀνθύπατος) Qui cum potestate Consulari extraordinaria ad aliquam prouinciam administrandam mittitur. Huius dictionis crebra est mentio apud historicos.

Proconsule] Vide Exconsule. Diuus Augustinus in eo libello quem de Grammatica scripsit. Ab e litera uocali, inquit, nullum Latinum, nisi iuncta præpositione, masculinum inuenitur: ut, Proconsule, Prætore. Ergo iuncta præpositione fiunt Latina, ut dixi; Prætore & Proquæstore. Nam ueteres nominatiuo casu Proconsul dicebant, attendentes nullum nomen uirilis generis apud Latinos in e exire. Hæc Augustinus. Cic. Verr. 5, C. Marcelle te appello, Siciliæ prouincie, quum esses Proconsule, præfuisti. Asconius in 2. Verr. Pompeius autem Proconsule de Hispania, Sertorio uicto, nuper uenerat. Plinius lib. 2. epist. 11. ad Arrianum, Marius Priscus accusantibus Afris, quibus Proconsule præfuit, omissa defensione iudices petijt. Budæus in Pandect. aliud esse Proconsulem, aliud pro Consule putat. Dicebant, inquit, ueteres Proconsulem aliquem esse, & pro Consule esse. licet frequentius pro Consule dicerent, id est, Consulari potestate. Cic. pro lege Manil. Quid tam inusitatum, quàm quum duo Consules clarissimi fortissimiq; essent, ut eques Romanus ad bellum maximum formidolosissimumq; pro Consule mitteretur? missus est. Quo quidem tempore cum esset non nemo in Senatu, qui diceret non oportere mitti hominem priuatum pro Consule, L. Philippus dixisse dicitur, non se illum sua sententia pro Consule, sed pro Consulibus mittere. Tanta in eo Reip. bene gerendæ spes cõstituebatur, ut duorum Consulum munus, unius adolescentis uirtuti committeretur.

¶ Proconsulatus, huius proconsulatus, penultima producta (ἀνθυπάτεια) Proconsulis dignitas. Plin. epist. 12. lib. 2, Summotum à Proconsulatu: quia se in legatione turpiter gesserat, de Proconsulibus iudicare?

¶ Proconsularis, & hoc Proconsulare, penultima producta (ἀνθυπατικὸς) Quod ad Proconsulem pertinet. Gellius, lib. 5. cap. 14, Quum prouinciam Africam Proconsulari imperio meus dominus obtineret.

Procopius] προκόπιος, è Cæsarea Palæstinæ orator & sophista, scripsit res Iustiniani, quæ in Oriente, aut Occidente, aut Africa per Belisarium patricium gesserat: cuius scriba & comes in cunctis expeditionibus fuit. Composuit item alterũ librũ, quem inscripsit ἀνέκδοτα, id est, non edenda, siue non edita: ubi Comœdia quædam Iustiniani, & eius uxoris Theodoræ uituperationem continens. Suidas.

¶ Procopius alius fuit tyrannus Constantinopolitanus, qui insurgens contra Valentem principem apud Matoliam Phrygiæ ciuitatem, in eius potestatem cum exercitu uenit, proditus à duobus militibus: alligatusq; deinde duabus per uim reflexis arboribus, discerptus est. De proditoribus etiam sumptum supplicium. Ex tripartita historia.

Procrago] procraxi (προκράω) procraxisse, & per syncopen procrâxe, Palàm aperuisse atq; indicasse, & quasi in publico garrijsse. Verbum est è Græco detortum κράω, quod uel clamo, & uociferor. Lucret. lib. 5,

Quippe ubi se multi per somnia sæpe loquentes
Aut morbo delirantes procrâxe ferantur:
Et celata diu in medium peccata dedisse. Quidam malunt legi, protraxe, ut habent plerique libri uulgati: sed Lambinus cum Hermolao hoc aptius & significantius esse contendunt. Adde, quòd in aliquot manuscriptis ita reperitur scriptum.

Procrastino] procrastinas, pen. corr. (ἀναβάλλομαι) procrastinare, Diem de die trahere, differre. Cic. pro Sex. Rosc. Amerino, 15, Ac primò rem differre quotidie, ac procrastinare isti cœperunt: deinde altquanto lentius nihil agere, atque deludere. Idem 3. Verr. 99.

¶ Procrastinatio, Verbale (ἀναβόλησις) Dilatio. Cic. 6. Philipp. 209, Nam cùm plerisque in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est, tum hoc bellum indiget celeritatis.

Procreo] procreas (παιδοποιέω) procreare, Liberis operam dare. Liuius 1. ab Vrbe, 13, Proca deinde regnat: is Numitorem atque Amulium procreat. Cicero pro Roscio Amer. 23, Pater igitur amens, qui odisset eum sine causa quem procreârat.

Procreati ex gaudio lenones. Plaut Rud. 29. 4.

Sic enim ab initio fui animatus, ut non magis me mea causa patrem esse natum, quàm Reipub. procreatum. Cic. Antequã iret in exilium, 13.

Mente dura aliquem procreare. Catul. epigr. 55. 2.

Procreare alicui periculum. Cic. ad Att. lib. 2. 37. 2. Vetus codex habet, Crederetur periculum.

Vsum procreare. Lucret. lib. 4. 168.

¶ Procreor, procrearis, Passiuum. Varrò lib. 8. de Ling. Latin. Non in uolucribus generatim seruatur analogia: non ex aquilis, aquilæ: atq; ex turdis, qui procreantur, turdi, &c.

¶ Procreatio, Verbale (παιδοποιΐα, παιδογονία) Cicero 1. Tusculan. 50, Quid procreatio liberorum? quid propagatio nominis?

Dissimilitudo locorum, nonne dissimiles hominum procreationes habet? Cic. 2. de Diuin. 144.

¶ Procreator, penult. product. Verbale (παιδοποιητὴς) Cic. 4. de Finib. 28, Vt ij qui procreati essent, à procreatoribus amarentur.

Procreator mundi Deus. Cic. de Vniuers. 34.

¶ Procreatrix, pen. prod. Verbale, fœm. (παιδοποιτρια) Cic. 1. de Orat. 5, Neq; enim te fugit laudandarum artium omnium procreatricem quandam, & quasi parentem eam, quam φιλοσοφίαν Græci uocant.

Procrescò] procrescis (παιδίδωμι) procrescere. Lucretius, lib. 2. 114, Et res progigni, & genitas procrescere posse.

Procris] πρόκρις, inquit Seruius, filia Phidi, uxor Cephali, quum audisset à rustico quodam amare eum Auram, quam inuocare consueuerat, ad syluas profecta est, & in fruticis latuit ad deprehendendum maritum cum pellice. Qui quum more solito Auram uocaret, Procris egredi cupiens, fruteta commouit. Sperans Cephalus feram, hastam meditabilem iecit, & ignarus interemit uxorem. Hæc & plura Seruius, enarrans illud Virg. 6. Aen. 89,

His Phædram, Procrimq; locis, mœstamq; Eriphylen. Vide Ouidium lib. 7. Metam. non procul à fine, ubi Procrin fabricit Erechthei filiam, & Orithyiæ sororem. Vide & Erechthis uocatur.

Procubo] procubas, penult. correp. procubui, procubitum, penultima correpta (κυπτάζω) procubare, Vigilare: quasi porrò, hoc est, longè esse à cubando. Sipontinus. Virgilius 3. Georg. 29,

— muscus ubi, & uiridissima gramine ripa
Speluncæq; tegant, et saxea procubet umbra. hoc est, cubet. Sabinus legit, protegat: exponitq;, defendat.

¶ Procubitor, penultima correpta, procubitoris (προϋπνιστὴς)

qui noctu, custodiæ causa, ante castra excubat, authore Festo.

Procudo] procudis, procudi, procusum, penult. product. (ἐκπόπλω, ἐκπολαπλω) procudere, Prolatare, cudendo extenuare, inquit Seruius, seu probè cudere, exacuere ue. Virg. 1. Georg. 53,

— durum procudit arator
Vomeris obtusi dentem.

Ira procudit enses. Hor. 4. Carm. ode 15. 4.
Ignes procudunt ignem. Lucret. lib. 2. 222.
Procudere dolos. Plaut. Pseud. 9. 22.
Linguam procudere. Cic. 3. de Orat. 67, Non enim solùm acuenda nobis, neq; procudenda lingua est, sed onerandum cõplendumq; pectus maximarum rerum, & plurimarum suauitate, copia, uarietate.
Prolem propagando procudere. id est, procreare, producere. Lucretius libro 5. 171. Et paulo ante, Secla propagando procudere.
Voluptas proculitur iuuendo. Lucret. lib. 3. 220.
¶ Procudendo (οὐ δεῖ ἐπικολαπίζεσθαι) Lucret. lib. 5. 254.

Procul] Aduerb. (ἄπωθεν, πόῤῥω, εἰς μακρὰν, τηλόθι, ἐπὶ πρόσω, ἀπὸ μακρόθεν) Videtur componi ex Porrò & Longè, quasi Longè ab oculis. Plaut. Curc. 3. 17,

Amabò, cuia uox auribus sonat procul? Cæsar 5. bell. Gall. 180, Tum fumi incendiorum procul uidebantur. Terent. Adelph. 3. 3. 84,

Sed quis illic est, quem procul uideo?

Procul hinc. Terent. Eunuch. 4. 7. 17,

Vt tu illos procul hinc ex occulto cæderes, facerent fugã.

Idem Hecyr. 4. 3. 1,

Quem cum istoc sermonem habueris, procul hinc stans accepi uxor. Ouid. 2. Metam. 93,

I procul hinc dixit, nec sacros pollue fontes.

Non procul, sed hîc. Cic. 2. in Catil. 47.
Abscedere procul. Vide Abscedo.
Errare procul. Salust. in Iugurtha, Cæterum homines superbissimi procul errant. hoc est, uehementer fallũtur, & longè à uero iudicio aberrant.
Procul esse. Ouid. 2. Metam. 92,

His quoq; laudatis, procul est, ait, arbiter omnis.

Procul, ô procul este profani. Virg. 6. Aen. 52.
Procul alicunde quærere. Cic. 4. Verr. 34.
Procul à. Terent. Adelph. 3. 2. 50,

Postremò, quãdo ego conscia mihi sum, à me culpam esse hanc procul. Ouid. epist. 4. 15,

Sint procul à nobis iuuenes, ut fœmina compti.

Procul à conspectu imperij. Cic. pro lege Agraria, 86.
Procul à iudicio remota. Cic. pro Cluent. 1. Subauditur aliquando ipsa præpositio.
Procul à literis. Quint. lib. 7. cap. 2. 32.
Cœlestia procul esse à naturæ cognitione. Cic. 1. Acad. 22.
Procul à patria. Virg. 10. eclog. 10.
Procul longè à. Plaut. Curcul. 6. 11,

Hac noctu in somnis uisus sum uiderier
Procul sedere longè à me Aesculapium.

Procul ab ostentatione posita res. Quintilianus in Proœm. libro 1. 4.
De procul. Vide De.
Procul, aliquando præpositio est, & interdum ablatiuo, nonnunquam etiam accusatiuo iungitur.
Accusatiuo. Curtius, Procul Vrbem. Liu. li. 31, Locus procul muros satis æquus agendis uineis fuit.
Ablatiuo. Tacitus, Nec procul cæde aberant. id est, propè interficiebantur.

Procul mari incolebant. Liu. 8. bel. Maced. 69.
Non procul Oceano habet. Plin. lib. 5. cap. 9. 6.
Procul patria. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 6. 3.
Haud procul Neapoli. Plin. lib. 9. cap. 53.
Ambitione procul. Hor. 1. Serm. Satyr. 6. 11.
Procul discordibus armis. Virg. 2. Georg. 92.
Procul dubio id est, certè. Sueton. in Claud. Cæsare, cap. 3.
Procul uero, sic dicitur ut Procul dubio. Columella in Præfatione lib. 1. 28, Nam illud procul uero est, quod plerique crediderunt, &c.

Proculco] proculcas (καταπατέω) proculcare, Progredendo, uel aliud agendo conculcare. Colum. lib. 2. cap. 20, Nam dum à pecudibus legumina proculcantur. Herbæ etiam ateruntur ungulis. Idem lib. 2. cap. 15. 3, Tum pedibus lotis in modum farinæ proculcant.
Segetes crescentes proculcat aper. Ouid. 8. Metam. 58.
Vngula equorum proculcat eum crebro pulsu. Virgilius 12. Aeneid. 107.
Fata proculcare. Senec. Theb. 1. 39.

Proculeius] ut scribit Acron, Eques fuit Romanus, Augusti amicissimus: qui pius sic erga fratres suos Scipionem & Murænã fuit, ut spoliatis bello ciuili patrimonium suum ex integro diuideret, quod cĩ eis iam antè diuiserat. Hæc Acron apud Horat. lib. 2. Carm. ode 2. 1. Huius meminit & Plutarchus in uita Antonij.

Proculio] Promitto: proculiunt, promittunt: proculinant, promittunt. Antistius iure Pontificiali, lib. 9. Festus.

Proculus] pen. corr. (πρόκλος) cognomen eius qui natus sit patre peregrinante à patria procul. Plaut. Menæh.

Procumbo] procumbis, procubui, procubitum, pen. corr. (προαναπίπω, κατάκειμαι) procumbere, Prosterni, procliuè iacere. Liu. 1. ab Vrbe, 25, Ipsum fessum uia procubuisse. Colum. lib. 1, Lata bubilia esse oportebit pedes x. uel ut minimum 1x. Quæ mensura & ad procumbendum pecori, & iugario ad circumeundum laxa ministeria præbeat.
Soluti uino procubuêre. Virg. 9. Aen. 39.
Lassus studio uenandi procubuit. Ouid. 3. Metam. 83.
In terram toto procumbere multu. Ouid. 14. Metam. 57.
Terræ procumbere: hoc est, terram. Ouidius 2. Metamorphos. 70.
Pede offenso procumbere. Ouid. 2. Fast. 144.
Genu succiduo procumbere. Ouid. epist. 13. 5.
Genu posito suppliciter procumbere. Ouid. 2. Fast. 88.
Genibus alicuius procumbere: hoc est, ad genua. Ouidius 13. Metamorphos. 119.
Procumbere ad genua, uel ad pedes alicuius. Liuius 5. bel. Pun. 33. ibidem, lib. 6. 253.
Ante pedes alicuius procumbere. Ouid. epist. 12. 38.
Procumbere ad arborem. Plin. lib. 8. cap. 16. 16.
Procumbere in armos. Mart. lib. 1. 56,

Alta iuuencorum uulnera figet ubi?

Procubuit lupa. Virg. 8. Aen. 126.
Culmis procumbit grauidis aristis. Virg. 1. Georg. 23.
Domus lapsa in domini procubuit caput. Ouid. lib. 1. de Ponto, eleg. 10. 3.
Nemora omnia latè procumbunt. Lucan. lib. 3. 79.
Procubuêre segetes imbribus. Cæsar 6. bel. Gall. 156.
Tectum thalami procumbit. Ouid. 4. Fast. 47.
Tecta super habitantes procubuêre. Quintilianus libro 2. capite 16. 4.
Turris procubuit pondere. Virg. 9. Aen. 108.
Procumbunt milites, pro Cadunt. Cæs. 2. bel. Ciuil. 181.
Procumbit humi bos. Virg. 5. Aen. 96.
Metu pr ocubuêre feræ. Stat. 4. Theb. 28.

Bello

Bello & armis procubuisse. Valer. 4. Argon. 150.
Certamine summo procumbunt. Virg. 5. Aen. 40.
Procubuêre pares fatis. Stat. 2. Theb. 129.
Ictu saxi procumbit. Sil. lib. 8. 133.
Manu nostra procubuêre. Ouid. 13. Metam. 53.
Strage hac me uellem procubuisse. Valer. 3. Argon. 55.
Procumbere, Demitti. Plin. lib. 16. cap. 36. 6, de arundinibus, Omnibus uerò foliã à nodo orsa, complexu tenues per ambitum inducunt tunicas, atque à medio internodio, cum plurimum, desinunt uestire, procumbuntq;. hoc est, in terram inclinantur.
Taxi procumbentes. Lucan. lib. 3. 84.

Procuro] procuras, pen. prod. (ἐπιτροσσύνω, ἐπιμελέομαι) procurare, Administrationem alienarum rerum gerere, diligenter rem suam uel alienam administrare. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 24. 5, Is procurat rationes negociaq; Dionysij nostri. Idem 1. Acad. 43, Procurante cœlestia maximè, deinde in terris ea quæ quæ pertinent ad homines.
Procurare prouinciam. Plin. lib. 7. cap. 16. 9.
Procurare (ἀφοσιοῦσθαι) Expiare. Gell. lib. 4. cap. 6, Vt terrã mouisse nunciari solet, eaq; res procuratur. Et paulo pòst, De ea re ita cõfuerunt, ut M. Antonius Consul hostijs maioribus Ioui & Marti consecraret.
Procreare & expiare. Cic. 2. de Diuin. 195.
Procurare sacrificia. Cæsar 6. bel. Gal. 50.
Magna uis est in monstris interpretandis ac procurandis, in Aruspicum disciplina. Cic. 1. de Diuin. 6.
Procurare, Simpliciter curare. Plaut. Pœn. 2. 29,

Nutrices pueros, infantes minutulos
Domi procurent. Apuleius, Hunc enim equulum suum curiosè nimis procurantem inuenit.

Corpora procurare. Virg. 9. Aen. 32.
Stabulis procurans ocia pastor. Sil. lib. 6. 66.
Procurare arbores, Adhibita diligentia excolere, & prouidere ut crescant. Cato de re Rust. cap. 43, Eodem modo cæteras arbores procurato.
¶ Procuratio, Verbale (ἐπιτροπὴ) Varro 1. de re Rustica, capite 1, 5, Aduenerõr Mineruam & Venerem, quarum unius procuratio oleti, alterius hortorum.
Negocij publici procuratio. Cic. pro Sestio, 55.
Habere procurationem alicuius rei. Cicer. lib. 1. de Natura deorum, 5.
Procuratio & authoritas. Cic. pro Rosc. Amer. 82.
Suscipere procurationem rei alicuius. Vlp. in l. si uerò. §. si filiofamilias. ff. mandati, uel contrà.
Procurationes committere. Cic. 7. Ver. 30.
Cura & procuratio. Cic. 1. Academ. 17, Dum me ambitio, dum honores, dum causæ, dum Reipub. non solùm cura, sed quædam etiam procuratio multis officijs implicatum & constrictum tenebat, &c.
Procuratio, Expiatio. Cic. 1. de Diuinat. 164, Atq; etiam scriptum à multis est, quum terræmotus factus esset, ut sue plena procuratio fieret.
Procuratio & expiatio. Cic. 2. de Legib. 56.
¶ Procurator, pen. prod. procuratoris, Verbale (ἐπίτροπος, ἐπιμελητὴς, διοικητὴς, οἰκονόμος) Vlpianus de procuratoribus & defensoribus, l. 1, Procurator est, qui aliena negocia mandato domini administrat. Cic. pro Quintio, 13, Libellos Sex. Alphenus procurator P. Quintij familiaris & propinquus Sex. Næuij deiecit.
Procurator, Ciceroni dicitur in Oratione pro Cecin. 42. & 43, legitimè esse, qui nostri negocij aliquid gerit, alieno præpositus negocio penè dominus, & alieni iuris uicarius, præsertim bonorum illius qui Reipub. causa abest.

Mandare aliquid procuratori de agricultura. Cicero 1. de Orator. 121.
Agere per procuratores. Cic. Att. lib. 4. 86. 7.
Procurator regni. Cæs. 3. bel. Ciuil. 449.
¶ Procuratrix, penultima producta, Verbale, fœmin. (ἐπίτροπος) Cicero 4. de Finibus, 27, Sed quum sapientiam totius hominis custodem & procuratricem esse uellent, quæ esset naturæ comes, &c.
¶ Procuratorius, Adiectiuum. Pomponius in l. ad legatum. ff. de procurat. Procuratoria exceptio, Idem in l. si quis, Procuratorio nomine Titus petit.

Procurro] procurris, procurri, procursum (προτρέχω, προβάλλω) procurrere, Vltrà, siue longè currere. Columel. lib. 6, Ex domitis bubus ualentissimum, eundemq; placidissimum cum indomito iunginus, qui & procurrentem retrahat, & cunctantem producat. Cæsar 5. bel. Gall. 129, Quoties quæq; cohors procurrerat, ab ea parte magnus hostium numerus cadebat. Sic apud Virgilium 9. Aen. 138, Procurrere longius.
Procurrere in uias. Liu. 4. ab Vrbe, 176.
Procurrere in publicum. Liu. 4. bel. Maced. 7.
In pugnam procurrere. Colum. lib. 7. cap. 3. 4.
In aciem procurrere. Vide Acies.
Vitæ spacium pede inoffenso procurrere. Ouidius 3. Trist. eleg. 4. 7.
Procurrere in Occidentem. Colum. lib. 6. cap. 27. 7.

Terra tribus scopulis uastum procurrit in æquor.
Trinacris à positu nomen adepta loci. id est, protenditur. Ouid. 4. Fast. 84.

In mare procurrit Apenninus. Hor. Epod. 16. 6.
¶ Procurrens, Particip. (προτρέχων) ut, Procurrens sinus inter duo maria. Plin. lib. 4. cap. 11. 5.
Saxa procurrentia. Virg. 5. Aen. 41,

Inscelix saxis in procurrentibus hæsit. id est, præminentibus, & ueluti obuiam uenientibus. Seruius.

Procurrens in longitudinem radix. Plin. lib. 18. cap. 13. 4.
¶ Procursus, huius procursus (προσβόμημα) Liuius 2. bell. Pun. 174, Tumultuario prælio, ac procursu magis militum, quàm ex præparato, aut iussu imperatorum orto, haud quaquam par Pœnis dimicatio fuit.
Rapidus procursu. Virg. 12. Aen. 143.
Magno procursu agebat equos. Stat. 9. Theb. 5.
Faciles sternit procursibus herbas. Stat. 4. Theb. 158.
Procursus anguloſus. Plin. lib. 5. cap. 10. 1.
¶ Procursio, Verbale (προσβοάω) Excursio, uel digressio à causa. Quint. lib. 4. cap. 3, Non semper est necessaria post narrationem illa procursio.
Procursio, pro cursu. Quint. lib. 11. cap. ultimo, Procursio opportuna breuis, moderata rara.
¶ Procurso, procursas (ὑπερέχω) procursare, Frequentatiuũ. Liu. 7. bel. Pun. 10, Ibi per dies aliquot quum ab stationibus procursaretur. Plin lib. 8. cap. 5. 5, Procursantibus inter eos qui lacesserent, non potuisse effici, &c.
¶ Procursator, pen. prod. procursatoris, Verbale. Liuius Decad. 5. lib. 2, Breue certamen leuis armaturæ maximè cum procursatoribus fuit.
¶ Procursatio, Verbale (ἐπεξοδικὸς) Liuius 8. belli Punic. 172, A quibus ubi per procursationem commissa pugna esset, &c.

Procurvus] Adiectiuum (πολυκαμπύλος) Valde curuum significat. Virg. 2. Georg. 85,

Contrà non ulla est olcis cultura, neq; illæ
Procuruam expectant falcem.

Littora procurua. Virg. 5. Aen. 153.

Procus] Vide Proco, procas.

¶ Procus, & plurali proci, dicebantur proceres in classibus, iam inde à Seruio Tullio. De his intelligendus est locus ille apud Ciceronem in orat. ad Brutum, ubi inquit, Iam, ut Centoriæ fabulæ loquuntur, Fabrûm & procûm audeo dicere, non fabrorum & procorum. Festus, Procûm patriciûm in descriptione classium, quam fecit Seruius Tullius, significat procerum: ij enim sunt principes.

Procustes] uel Procrustes (προκούστης) ut author est Plutarchus in Romulo, latro insignis in Attica regione, qui hospites interimere solitus, ab Hercule hospite interfectus est. Hic super Cephisum flumen habitans, & nocte suos hospites irruentes, à Theseo Aegei filio, ut ait Bocatius, superatus atque interemptus est.

Immitis Procustes. Ouid. 7. Metam. 88.

Procyon] pen. corr. (προκύων) teste Plin. lib. 18. cap. 38, Stella est, quæ alio nomine Canicula dicitur, quoniam ante maiorem Canem exoritur. Caniculæ enim exortu, accendi solis uapores quis ignorat? cuius sideris effectus amplissimi in terra sentiuntur: ferunt maria, exoriente eo fluctuant in cellis uina, mouentur stagna, canes etiam in rabiem agitantur. Colum. lib. 12. scribit, quòd idibus Iulijs Procyon exoritur mane, & tempestatem significat. Postea inquit, 7. cal. Augusti, Canicula apparet, estq; caligo æstuosa. Horat. lib. 3. Carmin. ode 29. 4.

Latinis autem Anticanis, Græcis Procyon dicitur & Sirius. Cicero 2. de Nat. deor. 171.

Prodeambulo] prodeambulas, pen. corr. (προπερικατέω) prodeambulare, quasi Foris deambulare. Terentius Adelph. 5. 1. 4,

Prodeambulare libitum est.

Prodeo] prodis, prodiui uel prodij, proditum, pen. corrept. (προβαίνω, παρέρχομαι) prodire, Vltrà ire, siue foràs ire, quasi porrò ire. ex Pro & Eo, is, d interposita. Terent. Eunuch. 5. 7. 4,

Nunc id prodeo, ut conueniam Parmenonem. id est, ob id exeo, ut, &c. Ibidem, 4. 4. 2,

Fugitiue prodi, malè conciliate.

Prodire ad aliquem. Plaut. Casin. 19. 11,

Atq; illi ad me prodeunt. Idem Bacchid. 20. 92.

Prodire ad colloquium. Cæs. 5. bel. 98.

E limine prodire. Tib. lib. 3. eleg. 3. 1.

Ex portu prodire. Cæs. 3. bel. Ciuil. 23.

Extra modum prodire. Cic. 1. Offic. 195.

In aciem prodire. Vide Acies.

In conspectum alterius prodire. Terent. Phorm. 2. 4. 3.

In funus prodire. Varro 1. de re Rust. cap. 69. 1.

In hostem prodire. Lucan. lib. 7. 47.

Prodeunt in pascua pecudes. Colum. lib. 7. cap. 10. 3.

In prælium prodire. Cæsar 3. bel. Ciuil. 315.

In publicum prodire. Cic. 3. Verr. 56.

In scenam prodire. Cic. 1. Offic. 180.

Intus prodire. Vide Intus.

Obuiam alicui prodire. Cic. 4. Verr. 124.

Obuium prodire reduci. Ouid. epist. 8. 20.

Prodire, Procedere. Virg. 6. Aen. 40,

——illæ tantum prodire uolando,
Quantum acie possint oculi seruare sequentum.

Infans prodit utero matris. Ouid. 1. Fast. 7.

Proditur, pen. prod. Impersonale. Cicer. 1. de Inuent. 42, Ne ab ultimo repetatur: ne ad extremum prodeatur.

Prodico] prodicis, prodicere, Antè dicere. Varro lib. 5. de lingua Latina, Hinc illa, Indicit illum: indixit funus, prodixit diem, &c. Alij, prædixit legunt.

Prodictator] penultima producta, Prodictatoris (ὑπατικὸς στρατηγὸς) Qui extraordinariam Dictaturam gerit. Liuius 2. bel. Pun. 38, Prodictatorem populus creauit Q. Fabium Maximum.

Prodicus] penultima producta (πρόδικος) Cous, cuius quanta fuerit authoritas, ex Xenophonte deprehendere licet. Suidas autem dicit, eum Chium fuisse, & Democriti ac Gorgiæ temporibus fuisse, librumq; edidisse, qui inscribitur ὥραι, in quo finxit Herculem, Virtuti pariter ac Voluptati congressum, & utrâque adhortante, tandem à Virtute persuasum alteram spreuisse.

¶ Prodicus, dici potest & uerti, præiudicator, qui antè de lite pronunciet, quàm ad Iudices delata sit. Vide Erasmum in Adagio, Prodico doctior.

Prodigium] prodigij (τέρας, τεράστασμα, τερατεία) Quasi porrodicium, quòd porrò dicat, porrò significet, & aliquid futurum esse portendat. Festus, Prodigia, quòd prædicunt futura, permutatione G literæ: nam quæ nunc Capellatur, ab antiquis Gnocabatur. Nonius, Prodigia, deorum minæ, uel iræ. Virg. 3. Aeneid. 74,

Sola nouum dictuq; nefas Harpyia Celæno
Prodigium canit. Cic. 6. Verr. 96, Etenim multa sæpe prodigia, uim eius numenq; declarant Cereris. Vide Portentum.

Prodigia, quia prædicunt aliquid. Cic. 1. de Diuin. 154, Quid enim ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt, ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur.

Heu prodigia uentris. Plin. lib. 19. cap. 4. 5.

Prodigio simile. Plin. lib. 12. cap. 26. 3.

Locus notus prodigio, Ouid. 6. Metam. 65.

P. Clodius fatale portentum, prodigiumq; Reip. Cic. in Pis. 6.

Factum diuinitùs prodigium. Quint. lib. 1. cap. 10. 35.

Lætum prodigium. Vide Lætus.

Miserabile prodigium diuûm. Stat. 11. Theb. 91.

Prodigijs acti cælestibus ossa piabunt. Virg. 6. Aen. 76.

Implere prodigium. Plin. libro 10. capite 18. 2. de Pico Martio, Respondere uates, exitium imperio portendi si dimitteretur: at si exanimaretur, Prætori. Et ille autem protinus concerpsit, nec multo post impleuit prodigium. id est, mortuus est.

¶ Prodigiator, penult. prod. prodigiatoris (τερατωσκόπος) Qui ex prodigio futura prænunciat. Festus, Prodigiatores, aruspices, prodigiorum interpretes.

¶ Prodigiosus, pen. prod. Adiect. (τερατώδης, τερατουργός) Quod prodigium facit, uel quod præter naturam est & consuetudinem. Plin. lib. 10, cap. 63. 7, Partus aliquando singuli, quod prodigiosum putant. De canibus.

Astra prodigiosa. Stat. 3. Theb. 105.

Corpora prodigiosa. Quint. lib. 1. cap. 1. 2.

Prodigiosè & longiores solis defectus. Plin. lib. 2. cap. 30.

Honor prodigiosus. Claudianus in Præfation. libri 2. in Eutropium, 3.

Mendacia prodigiosa ueterum uatum. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 4.

¶ Prodigiosè, pen. prod. Aduerb. (τερατωδῶς) Præter naturam uel morem. Plin. lib. 11. cap. 37. 72, Lien cum iecinore locum aliquando permutat, sed prodigiosè.

¶ Prodigialis, & hoc prodigiale, penult. prod. (τερατώδης) Quod prodigium procurat. Plaut. Amphitr. 8. 106,

Sed mulier postquam experrecta es, prodigiali Ioui.
Aut mola salsa hodie, aut thure comprecatum oportuit.

Rubens prodigiale cometes: hoc est, prodigialiter nomen proaduerbio. Claud. 1. de rapt. Proserp. 47.

¶ Prodigialiter, pen. corr. Aduerb. (τερατωδῶς) Idem quod prodigiosè. Columell. lib. 3. cap. 3. 3, Nam illa uidentur prodigialiter

digialiter in nostris Ceretanis accidisse.

variare rem unam prodigialiter. Hor. in Arte, 6.

Prodigæ hostiæ] Vide paulo post in Prodiguus.

Prodigo] prodigis, pen. corr. prodegi, pen. prod. (ἀναλόω, ἀσωτεύομαι) prodigere, Consumere, ultra modum erogare. Compositum ex Pro, & Ago, agis. Plaut. Aulul. 13. 10,

——festo die si quid prodegeris,
Profesto egere liceat, nisi peperceris.

Prodigere, Procul adigere. Var. 2. de re Rust. cap. 4. 7, Admissuras quum faciunt, prodigunt in lutosos limites. De suibus. Idem lib. 3. cap. 9. 11, Prodigendi in solem & sterquilinium, ut se uolutare possint, quod ita albiores fiunt.

¶ Prodigus, pen. cor. Adiectiuum (ἄσωτος, ἀνάλωτος, κακός) Præterimodum liberalis & profusus. Cic. 2. Offi. 80, Omnino duo genera sunt largorum: quorûm alteri prodigi dicitur, alteri liberales. Prodigi, qui epulis & uiscerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum, uenationumq; apparatu, pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut breuem, aut nullam omnino sunt relicturi. Plautus Mostell. 12. 16, Prodigus sui peculij.

Prodigus, ex eo appellatus est, quòd sua foras agat, propellat, & protrudat. nam prodigere est id propriè, atq; in hac significatione usurpatum reperimus, quæ eius uis primigenia est. inde enim factum, ut prodigere sit consumere. Turneb.

Prodigus, pro Liberali aliquando ponitur. Horatius 1. Carmin. ode 12. 8,

——animæq; magnæ
Prodigum Paulum superante Pœno
Gratus insigni referam camœna
Fabritiumq;. Acron tamen hoc loco interpretatur pro contemptore uitæ: idemq; sentit Porphyrio.

Homo largitor & prodigus. Cic. 4. in Catil. 82.

Aeris prodigus. Hor. in Arte, 34.

Animæ prodigus, pro Contemptore uitæ. Horatius 1. Carmin. ode 12. 8.

Auri prodigus. Claud. 2. Paneg. 31.

Lucri neglecti prodigus. Claud. de bel. Get. 122.

Nocendi prodigus. Stat. 6. Theb. 153.

Sanguinis atq; animæ prodigus. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 13.

Prodigus re aliqua. Plin. lib. 9. cap. 17. 7.

Prodigus in honoribus decernendis. Cic. ad Brutum, 15. 4.

Fides prodiga arcani. Hor. 1. Carm. ode 18. 4.

Locus prodigus inutilis herbæ. Hor. 1. epist. 7. 9.

Mens prodiga. Plin. lib. 36. cap. 15. 15.

Odor prodigus. Plin. lib. 13. cap. 3. 5.

Pectora prodiga uitæ. Stat. 3. Theb. 14.

Tellus prodiga diuitias & alimenta suggerit. Ouidius 15. Metamorph. 17.

¶ Prodigè, pen. corr. Aduerbium (ἀσώτως) Effusè. Cicero 11. Philip. 299, Sed non possunt non prodigè uiuere, qui nostra bona sperant, quum effunduntur sua.

¶ Prodigitas, pen. corrept. prodigitatis, antiquum (ἀσωτία) Profusio. Lucil. lib. 6. Satyrarum,

Nequitia occupat, hoc petulantia, prodigitasq;.

¶ Prodigentia, prodigentiæ (ἀκολασία) Tacitus libro 13, Cuius abditis adhuc uitijs per auaritiam ac prodigentiam mirè congruebat.

Prodiguus] prodigua, prodiguum. Vnde & prodiguæ hostiæ uocantur, ut ait Verrius, quæ consumuntur: unde homines quoq; luxuriosi, prodigi. Festus.

Prodinunt] pen. prod. (προϊοῦσι) pro Prodeunt, dixêre ueteres. Ennius Annalium lib. 3,

Prodinunt famuli, quum candida lumen lucent. Festus.

Prodiquí] πρόδικοι, Qui alterius tutelam, curamue susci-

piunt, apud Lacedæmonios appellantur. Alexand. lib. 6. capite 10.

Proditio] Vide Prodo.

Prodius] ἐγγύτερον, dictum est interius, longius, inquit Nonius: à Prodeundo, quasi porrò eundo. Varro Virgula diuina, Primum uenit in urbem, atq; intrà muros; deinde accedit prodius, atq; introijt domum. id est, intra priuatos muros.

Prodo] prodis, prodidi, proditum, pen. corr. (παραδίδωμι, παραπροδίδω) prodere, Longè proijcere, porrò dare, ait Seruius; excludere; propellere. Virgilius 1. Aeneidos, 52.

——Nauibus, insandum, amissis unius ob iram.
Prodimur, atq; Italis longè disiungimur oris.

Seipsum interpretatur Virgilius quum ait, Longè disiungimur oris. Donatus in Terentium, Deserimur, proijcimur, decipimur exponit.

Prodere, Deferre, ostendere, patefacere. Virg. 2. Aen. 26,

Prodere uoce sua quenquam, aut apponere morti. Terent. Heaut. 4. 3. 29,

Tu quidem illum plane prodis.

Conscios prodere. Cic. 2. Tusc. 55.

Furor proditur ultu. Seneca Hippol. 4. 1.

Indicio suo proditur. Ouid. epist. 11. 15.

Insidias prodere. Ouid. 13. Metam. 22.

Dogma prodere. Cic. 4. Acad. 24. 1, Scelus enim dicebas esse, Luculle, dogma prodere. Ibidem, 83, Quum enim decretum proditur, lex ueri rectiq; proditur.

Artes suas prodere. Ouid. 1. de Remed. amor. 3.

Prodere interregem: pro, Nominare, renûciare, ut ait Budæus. Liu. 6. ab Vrbe, 178, Sic prodere flaminem, apud Ciceronem pro Milone, 35. Pomponius in l. 2. ff. de orig. iuris, Itaq; Dictatores proditi sunt.

Prodere, Decipere, deserere, authore Donato. Terentius Adelph. 4. 5. 58,

Prodidisti & te, & illam miseram, & gnatum. Idem Hecyra, 4. 4. 50,

——eho an non alemus Pamphilen?
Prodemus quæso potius? Donatus, Deseremus, proijciemus, porrò dabimus.

Coniugium prodere, Decipere. Virgilius 4. Aeneidos 86.

Seruiis.

Amici partim me deseruerunt, partim prodiderunt. Cicer. Quint. fratri, lib. 1. 3. 8.

Prodere, Proferre, prolatare, differre, interprete Donato. Terent. Andr. 2. 1. 15,

Credo impetrabo, ut aliquot saltem nuptijs prodat dies.

Lucilius lib. 5. Satyr.

Posisne elabi, an prodenda dies. Sic Nonius etiam interpretatur, & legit hunc Terentij locum: licet uulgata exemplaria legant, protrahat.

Prodere, Propagare. Virg. 4. Aeneid. 47,

Italiam regeret, genus alto à sanguine Teucri
Proderet. Cic. 7. Verr. 20, Imagines ad memoriam, posteritatemq; prodendam.

Prodere, Dare. Salust. Atquam arcem proderent hostibus.

Caput & salutem alicuius mercede. Cic. in Pison. 44.

Classem prodere prædonibus. Cic. 7. Verr. 83.

Exemplum prodere. Liu. 1. ab Vrbe. Tacitus, Non tamen adeò sterile uirtutum seculum, ut non & bona exempla prodiderit. hoc est, ediderit.

Fidem prodere, Iureiurando non stare. Salust. in Catil. Budæus.

Imitationem prodere exempli. Cic. pro Flacco, 19.

Legè prodere, Desituere. Vlp. ad legem Iuliam, De adulteriis;

Mentiendi licentiam prodere. Quint. lib. 4. cap. 2. 65.
Officium prodere, Contra officium facere. Cic. 4. Acad. 48.
Parentes prodere. Lucret. lib. 3. 18.
Patriam prodere, Quasi ante dare, inquit Seruius. Cic. In eum pœnam qui prodere hostibus patriam cogitaret.
Eriphyla salutem uiri prodidit. Cic. 6. Verr. 35.
Vitam prodere, Exponere se uitæ periculo. Terentius Heauton. 3. 1. 70.
Prodere posteris, & Accipere à maioribus, contraria. Cic. de Senect. 22.
Prodere gloriam et laudem posteris. Cic. in Som. Scip. 24. Idem ad Qu. frat. lib. 1. 1. 65.
Prodere, pro Scribere, & componere, quod posteri legãt, quasi dare posteris. Plin. lib. 6. cap. 23, Regnabat tibi quum hæc proderem, Celebrotas.
Prodere literis. Cic. pro Archia, 11.
Prodere memoriæ. Idem. Cic. pro Milone, 6, Itaq; hoc Iudices, non sine causa fictis fabulis doctissimi homines memoriæ prodiderunt.
Sermonem memoriæ prodere. Cic. 3. de Orat. 9.
Proditum est memoriæ, ac literis. Cic. 3. Verr. 32.
Proditum memoria. Cæsar 5. bel. Gal. 47. Quos natos in insula ipsi memoria proditum dicunt.
Prodidit memoria. Colum. lib. 1. cap. 4. 5.
Prodere memoriam alicuius facti dicitur loci nomen. Cæsar 1. bell. Gall. 52, Ne committeret ut is locus ubi constitisset, ex calamitate pop. Romani, & internecione exercitus nomen caperet, aut memoriam proderet. id est, ad posteros trãsmitteret, ut perpetua esset memoria.
Prodere memoriam posteris. Cic. 2. Offic. 91.
Prodere monumentis. Cic. 1. de Legib. 93.
Prodit fama, pro Refert. Cels. lib. 2. cap. 6.
Prodiderunt poetæ. Cic. 3. Offic. 130.
Produnt uix quinto anno reuerti negociatores. Sub. authores. Plin. lib. 12. cap. 19. 3.
¶ Proditur, penultima correpta: Impersonale. Plinius libro 8. capite ult. Iam quædam animalia indigenis innoxia, aduenas interimunt: sicut serpentes parui in Tyrinthe, quos terra nasci proditur.
¶ Proditus, pen. corr. Participium (προδεδομένος, πρόδοτος) Deceptus, circunuentus. Cic. ad Attic. libro 3. 55. 12, Quando quidem ego proditus, inductus, coniectus in fraudem, omnia mea præsidia neglexi.
A socio proditus. Ouid. 13. Metam. 14.
Proditus ac nudatus Consul. Cic. 2. Verr. 7.
Dies prodita, qua quid agatur. Cic. pro Domo sua. hoc est, edita, declarata.
Ira prodita turbato uultu. Lucanus libro 3. 72. id est, manifestata.
Proditio nobis prodita est, & prodita à duce, quærimus proditorem. Quint. lib. 7. cap. 2. 21.
Vox prodita. Valer. 5. Argon. 47.
¶ Proditor, pen. corr. Verbale (προδότης) Cic. 3. de Finibus, 99, Nec magis uituperandus est proditor patriæ, quàm communis utilitatis aut salutis desertor.
Culpæ proditor. Ouid. 2. Amor. eleg. 8. 6.
Conseruator patriæ, & Proditor, contraria. Cicero Cassio, libro 12. 3. 4.
Proditor aut desertor salutis meæ. Cicero Post reditum ad Quirit. 10.
Risus proditor puellæ latentis ab angulo. Horatius 1. Carmin. ode 9. 5.
Initiò proditor, deinde perfuga. Cic. pro Rosc. Amer. 69.

Occultus proditor. Claud. 1. Paneg. 23.
Induere proditorem. Tacit. lib. 16.
¶ Proditio, προδοσία, aliud Verbale. Liuius 4. ab Vrbe, 128, Quum ab Tribunis parari Coss. unius ex collegio proditione excepissent, &c.
Arcanorum proditio. Plin. lib. 7. cap. 45. 4.
Proditiones amicitiarum & Rerump. Cic. 4. Acad. 53.
Infida proditio. Ouid. 3. de Arte, 115.
Potens proditione. Ouid. 8. Metam. 13.
Merces proditionis. Lucan. lib. 4. 46.
Falsa sub proditione aliquem neci demittere. Virgilius 2. Aeneidos, 17.
Prodoceo] prodoces, prodocui, prodocere, Foris, palam, & publicè docere. Pro enim in compositione sæpe idem uolet, quod foris, seu foras & palàm. Hor. lib. 2. epist. 1,
O ciues, ciues: quærenda pecunia primùm est,
Virtus post nummos: hæc Ianus summus ab imo
Prodocet: hæc recinunt iuuenes dictata senesq;, &c. Sic enim legit Lambinus: & rectè, meo quidem iudicio.
Prodromus] prodromi, pen. corr. masc. gen. (πρόδρομος) Latinè præcursor dicitur. Cic. Att. lib. 1. 7, 5, Nãmihi Pompeiani prodromi nunciant apertè Pompeium acturum. Idem, lib. 16. 333. 18.
Ficus & præcoces habet, quas Athenis prodromos uocant. Plinius lib. 16. 8.
Prodromi, Aquilones uenti, qui octo fermè diebus exortum Caniculæ antecedunt. Columella libro 11. capite 2. 38, Sexto Idus Iulias prodromi flare incipiunt. Vide Plinium libro 2. capite 47. 8.
Produco] producis, pen. prod. produxi, productum (τείνω, ὑπτείνω, ἀποτείνω, ὑπαγώ, ὑπτιτείνω, προτείνω, παρατείνω, παριπτείνω, παρέλκω, μακρύνω) producere, In longũ ducere, prolongare. Et tam de tempore, quàm de corporeis rebus dicitur. Cic. de Senect. 43, Conuiuiumq; uicinorum quotidie compleo, quod ad multam noctem, quàm maximè possumus, uario sermone producimus.
Cœnam producere. Hor. 1. Serm. Satyr. 5. 14.
Conuiuium producere uario sermone ad multam noctem. Cic. de Senect. 43.
Diem producere. Terent. Adelph. 4. 2. 53.
Moram alicui malo producere, Differre, protendere, prolatare, inquit Donatus. Terent. Andr. 3. 5. 9.
Noctem uino producere. Mart. lib. 2. 88.
Pelles dentibus producere, Extendere. Mart. lib. 9. 77.
Rem producere, Differre. Cæs. 1. bel. Ciuil. 316.
Sermonem longius producere. Cic. de clar. Orat. 135.
Sermonem in multam noctem producere. Cic. in Som. Scip. 3.
Spem uitæ producere. Tacit. lib. 12.
Vitam producere. Cic. de Senectut. 56, Marcum quidem Valerium Corũnum accepimus ad centesimum annum uitam produxisse.
Producere, Extrà ducere. Galba Ciceroni, lib. 10. 30. 6, Repentè Antonius in aciem suas copias de uico produxit, & sine mora concurrit.
Producere cunctantem bouem indomitum. Columella libro 6. capite 2. 7.
Producere longius. Colum. lib. 6. cap. 2. 5, Post eiusmodi experimenta uacuo plaustro subiungendi, & paulatim longius cum oneribus producendi sunt.
Ad solem producere. Colum. lib. 11. cap. 3. 43.
Ad necem producere. Cic. 7. Verr. 122.
E carcere producere. Cic 7. Verr. 93.
In aciem producere. Vide Acies.

Copias

Copias suas in aciem producere. Galba Cic. lib. 10. 30. 6.
Producere aliquem in concionem. Cic. in Pisonem, 9.
In prospectum populi producere. Cic. 3. Verr. 85.
Coràm productus. Cic. pro Flacco, 27.
Authorem uel testem producere. Cic. 4. Verr. 128, Producam testes, & producam plures eodẽ tempore. Idem 7. Ver. 103, Harum rerum omnium authores testesq; produco.
In iudicium producere, Vocare, uel cogere. Cic. 7. Ver. 89.
Aliquem producere, Absolutè pro, In ius producere. Cicero 6. Verr. 16, Producam cæteros, reticebunt quæ poterunt, libenter: dicent quæ necesse erit, gratis.
Producere aliquem rus, pro Ablegare. Terent. Adel. 4. 2. 23.
Producere aliquem, pro Detinere, & uerbis remorari. Cicero pro Quintio, 15, Annum & sex menses nihil petit, quiescit conditionibus hunc quoad potest, producit.
Producere aliquem falsa spe, Deludere & detinere. Terentius Andr. 4. 1. 24.
Producere aliquem ad aliquid, pro Inducere. Plinius libro 9. cap. 35. 19.
Amator me duce productus. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 3.
Nubila producere. Stat. 5. Sylu. 3. 3.
Sed ut productus studio & uiribus ultrà facilè procurras. Author ad Heren. lib. 4. 225.
Producere aliquem, Promouere hominem, & in medium honorificè proferre: cui opponitur, Subducere. Cicero pro Domo sua, 17, de Catone in Syriam ablegato, Quem tu in eo non pro illius dignitate produxeras, sed pro tuo scelere subduxeras Budæus. Aliquando cum adiectione. Liuius 10. bell. Maced. Ab hoc sermone omni genere honoris promouere eum non destitit.
Produci propriè uænales dicuntur, authore Donato. Plautus Merc. 19. 44,
Hanc rescisces pater produxit, uænalem præbuit. Terent. Heaut. 1. 1. 92.
Producere filiam. Prostituere. Plautus Asin. 10. 40. Iuuenalis Satyra 6. 24,
——utile porrò
Filiolam turpi uetulæ producere turpem.
Producere filios, Gignere. Plaut. Capt. 12. 105.
Partus producere. Silius lib. 1. 23.
Sobolem producere. Horat. in Carm. secul. 4.
Multa cura fata produciuntur ad segetem. Seneca de Benefic. lib. 2. cap. 11.
Exemplum producere. Iuuen. Satyr. 15. 4.
Scelus producere. Terent. Adelph. 3. 2. 16. id est committere.
Memoriam alicuius scriptorum monumento producere: id est, propagare. Seneca in Consolatione frat. ad Polybium.
Producere, Prosequi. Virg. 9. Aeneid. 96,
——nec tua funera mater
Produxi. Stat. 8. Thebaid. 23.
Funus producere ad tumulum. Lucan. lib. 2. 60.
¶ Productus, productior, productissimus. Cicer. 2. de Orator. 118, Et principia tarda sunt, & exitus tamen spissi & producti esse debent.
Commoditates temporibus productæ. Cic. 4. de Finib. 48.
Dolores longinquitate producti, uehementius torquent. Cicero 5. Tuscul. 165.
Nomen productum. Cic. 2. de Nat. deor. 95, Datum est igitur Neptuno alterum, Iouis ut uolunt fratri, maritimum omne regnum: nomenq; productum, ut Portunus à portu, sic Neptunus à nando, paulum primis literis immutatis.
Syllaba producta atq; longa. Cic. 3. de Orat. 101.
Longior & productior status. Colum. lib. 7. cap. 12. 8.
Flagellum uitis productissimum. Colum. lib. 3. cap. 10. 1. hoc est, longissimum.
¶ Productè, Aduerbium: cui Breuiter opponitur. Cic. in Orat. 90, Inclytus dicimus breui prima litera, insanus producta: inhumanus breui, infœlix longa: & ne multis, quibus in uerbis ea prima literæ sint, quæ in sapiente atq; fœlice, producte dicitur: in cæteris omnibus breuiter.
¶ Productio, Verbale (παράτασις, ὑπτασις, ἐπέκτασις) Prolongatio. Cicer. in Topic. 18, Nihil putat esse notandum nisi Post, & Liminium illud, productionem esse uerbi iuult.
Productio, cui opponitur Contractio. Cic. 3. de Orat. 108.
Productio temporis. Cic. 3. de Finib. 70.
Proedri] apud Athenienses dicebantur, quasi Præsides, magistratus quidem primi subsellij, quibus cæteri omnes sedendi loco cedebant. Suidas, & Budæus in notis ad Pandect.
Proetus] Προῖτος, fuit Abantis, Argiuorum regis filius, cui successit in regno. Hic, teste Homero lib. 11. Odyssææ, Antiam habuit uxorem: ex qua filias quatuor habuit, quæ, teste Phærecide, quum in forma seu pulchritudine se Iunoni prætulissent, offensa dea eis furorem talem immisit, ut naccas se esse arbitrarentur, & aratra timentes, syluas peterent, dicente Virgilio 6. eclog. 20,
Prœtides implerunt falsis mugitibus agros. Postea autẽ helleboro sanatæ à Melampode perhibentur: à cuius nomine unum helleborj genus appellatur melampodion.
Profanus] penult. prod. Adiectiuum (βέβηλος) Irreligiosum significat, non sanctum: quasi sit porrò à fano: impium, scelestum, aduersum omni religioni. Plautus,
Sacrum an profanum habeas, paruipenditur. Festus, Profanum, quod sani religione non tenetur.
Error profanus. Claud. 1. in Ruffinum, 15.
Mistaq; erat flammæ flamma profana piæ. Ouid. 6. Fast. 98.
Locus profanus, & Consecratus, contraria. Cic. in Partit. 21.
Loca sacra & religiosa profana habere. Cic. de Aruspic. resp. 7.
Manus profanæ. Claud. 1. in Ruffinum, 24.
Mens profana. Ouid. 2. Metam. 167. Claud. 4. Paneg. 22.
Oculi profani. Ouid. 3. Metam. 146.
Pagina profana. Claud. 2. Panegyr. 61.
Testis profanus. Ouid. 5. Metam. 109.
Verba profana, Ominosa, infausta. Tacit. lib. 4.
Verba profana lapsa nimio mero. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 9.
Vsus profanus, Communis & uulgaris, non sanctus. Plin. lib. 15. cap. 30.
Vulgus profanum. Horat. 3. Carm. ode 1. 1.
Profanum, simpliciter, Vsu uulgatum significat. Tacit. lib. 13, Tegmina corpori directa iniciunt, quantum magis profana & usu polluta, tanto magis oppressura ignes.
Profanum facere, cui Colere opponitur. Cic. 6. Verr. 108. Virg. 12. Aeneid. 156,
——colui uestros si semper honores,
Quos contrà Aeneadæ bello fecere profanos.
Profanus, sacris non initiatus, inquit Seruius, qui fanum intrare non poterat. Virgil. 6. Aeneid. 52,
——procul ô procul este profani
Conclamat uates.
Profanum. Varro interpretatur quod est ante fanum, fano coniunctum. Vide lib. 5. de Ling. Lat.
Profanum bellorum ciuilium. Plinius lib. 16. cap. 4. 1.
¶ Profano, profanas, penult. product. (βεβηλόω) profanare, Ex sacro humanis usibus promiscuum facere. Liuius 1. bell. Macedon. 173, Dies festi, sacra, sacerdotes, quæ ipsius maiorumue eius honoris causa instituti essent, omnia profanarentur.
Mors profanat omne sacrum. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 4.

¶Profanatus, pen. prod. Participium (βεβηλωθείς)
Funus profanatum acerbo uulnere. Stat. 9. Thebaid. 2.
Chaos profanatum. Stat. 8. Thebaid. 11.
Manus profanatæ. Ouid. 2. Metam. 152.
Terræ profanatæ. Stat. 3. Sylu. 3. 1.

¶Profanatum, Substantiuum. Varro de Lingua Lat. lib. 5, Hinc fana, &c. Et paulò pòst, Hinc profanatum, quod in sacrario pollutum.

¶Profanatio (βεβήλωσις) Verbale. Plin. lib. 16. cap. 4. 1, Postquam ciuilium bellorum profanatione meritum cœpit uideri, ciuem non occidere. Alia exemplaria habent, profano.

Profaris] uel profare, profatur (προφάναι, προφωνέω, ἐξαπεφάν) profari, pen. prod. Latinè dicitur, quod Græci Prophetare dicunt, id est, Futura prædicere. Vlpianus de Aedilitio edicto, l. prima. §. exempli, Apud Viuianum quæritur, si seruus inter fanaticos non semper caput lactaret, & aliqua profatus esset, an nihilominus sanus uideretur?

Breuiter profari. Virgil. 1. Aeneid. 114.
Clamore magno profatur. Silius lib. 11. 42.
Voce sacra profari. Ouid. 2. Metam. 56.
Mente læta profatur. Silius lib. 3. 137.
Demissa uultum Dido profatur. Virgil. 1. Aeneid. 114.

¶Profatus, huius profatus, pen. prod. (ἐκφώνησις) Gell. lib. 18. cap. 11, Quæ uoces mihi quidem neq; abhorrere à poetica facultate uisæ sunt, neq; dictu, profatuq; ipso tetræ aut insuaues esse.

Effrænus profatus. Stat. 5. Sylu. 3. 21.

Profectio] Vide Proficiscor.

Profectò] ἀμέλει, ὄντως, Aduerbium confirmatis, dictum quasi pro facto: & significat Nimirum, sanè, certè. Et plerunq; ad responsionem adhibetur. Terent. Adelph. 1. 1. 3,

Profectò hoc uerè dicunt, si absis usquam, &c. Cic. Quis hæc renunciatis profectò qui interfuit. Idem de Senect. 12, Quorsum igitur hæc tam multa de Maximo? Quia profectò uideris, nefas esse dictu, miseram fuisse talem senectutem.

Profectò enim negare non potes, te ex lege Rupilia sortiri iudicium debuisse. Cic. 4. Verr. 29.

Profectò non crederem, nisi aliquoties ex ipsis accusatoribus uobiscum simul iudices audissem. Cic. pro Fonteio, 19.

Non est ita iudices, non est profectò. Cic. pro Flacco, 42.

Profectò, Certè. Cic. 1. de Nat. deor. 9, Alterum profectò fieri non potest, ut earum nulla: alterum certè non potest, ut plus una uera sit.

Profectus] Vide Proficio, & Proficiscor.

Profero] pen. corr. profers, protuli, pen. corr. prolatum, penult. product. (προφέρω, ἐκβάλλω) proferre, Extrà ferre, exercere. Plaut. Asin. 14. 50,

— ne sic tussiat,
Vt cuiquam linguam in tussiendo proferat.

Proferre audaciam, Ostendere. Cic. pro Quintio, 60.
Caput proferre. Ouid. 6. Metam. 75.
Digitum proferre. Cic. pro Cecinna, 52.
Ex arca pecuniam proferre. Cic. pro Rosc. Comœdo, 17.
Imaginem proferre. Quintil. lib. 6. cap. 1. 30.
Libellos proferre. Tacit. lib. 2.
Proferrem libros, si negares. Cic. 1. de Nat. deorum, 156.
Dolum proferre. Plaut. Casina, 16. 48.
Gaudium oculis proferre. Plin. in Paneg. 127.
Verba proferre. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 10.
Proferre, Extra portare. Cæsar 2. bell. Ciuil. 95, Arma tormentaq; ex oppido, ut est imperatum, proferant.
In solem proferre. Plin. lib. 21. cap. 17. 7.
Beneficium in aliquem proferre, pro Conferre. Cicer. pro Muræna, 64.

Gradum proferre. Stat. 12. Thebaid. 2,

Vix primò proferre gradum, & munimina nulli
Soluere.

Gradum proferre, Festinare. Plaut. Menæch. 17. 1.
Passus ulæ proferre, Incedere. Lucret. lib. 4. 166.
Pedem proferre. Horat. in Arte, 28.
Proferre (ἐξαγορεύειν) palàm facere, prodere, uulgare, pronunciare. Terent. Hecyra, 1. 2. 78,

Hoc ego proferre, incommodum esse mihi arbitror. Ibidem, 2. 2. 11,

Siquid est peccatum à nobis, profer.

Proferre palàm. Terent. Adelph. 3. 2. 41.
Nominatim proferre. Vide Nomen.
Custodire & Proferre, contraria. Cic. Att. lib. 15. 327. 1.
Patefacere & proferre aliquid. Cic. pro Flacco, 4.
Dicerem fortassè, & facilè & libenter dicerem, si paulo etiam longius, quàm finis quotidiani officij postulat, pietas & fraternus amor L. Cæcilium protulissent. Cic. pro Sylla, 48.
Indicia communis exitij indagaui, patefeci, protuli, extinxi. Cicer. pro Milone, 78.
Aliquid foras proferre. Cic. pro Cælio, 45.
In aspectum, lucemq; proferre. Cic. pro Archia poeta, 9.
In auras aeris proferri, Creari. Lucret. lib. 1. 42.
In conspectum proferre. Cæsar 7. bell. Gall. 195.
In lucem proferre, Edere in publicum. Horat. 2. epist. 2. 24.
Aperire & in lucem proferre res occultissimas. Cicero 4. Acad. 112,

Illa commentatio inclusa in ueritatis lucem proferenda est. Cicero 1. de Oratore, 76.

In medium proferre. Cic. 7. Verr. 141.
Commemorare, & Proferre in medium. Cic. 6. Verr. 103.
Profiteri, & In medium proferre. Cic. 2. de Finib. 122.
Proferre in medium literas, palamq; recitare. Cic. 2. Philip. 34.
Scelus in medium proferre. Cic. 2. Verr. 18.
Neq; ea eò profero, quò, &c. Cic. pro Rosc. Amer. 30.
Vis enim aliquid ijsdem de rebus politius à nobis perfectiusq; proferri. Cic. 1. de Orator.
Dolores proferre. Propert. lib. 1. eleg. 17. 1.
Proferre se. Budæus, Qui sine deductore innotescunt, & ipsi se producunt, proferre se dicuntur.
Proferre sua studia, In medium producere. Plin. epistol. 145.
Proferre, Protendere, & prolatare, ut ait Nonius: uel differre. Cic. lib. 3. de Repub, Sapientia iubet proferre opus, amplificare diuitias.
Munitiones proferre. Cæsar 1. bel. Ciuil. 307.
Fines officiorum Stoici uidentur longius protulisse, quàm natura uellet. Cic. pro Muræna, 59.
Imperium proferre. Tacit. lib. 12.
Imperium protulit in terras nouas. Ouid. ad Liuiam, 4.
Imperium proferet super & Garamanthas & Indos. Virg. 6. Aeneid. 159.
Proferre auctionem. Cic. ad Atticum, lib. 13. 270. 1.
Diem proferre. Cic. ad Atticum, lib. 13. 271. 2. Terent. Andr. 2. 1. 31,

Saltem aliquot dies proser, dum proficiscor aliquò.

Honorem proferre. Tacit. lib. 3.
Proferre beatam uitam usq; ad rogum. Cic. 3. de Finib. 115.
Proferre, pro eo quod Plinius iunior Allegare dixit, ponit Cicero 2. de Inuent. 220, Oportebit igitur eum, qui sibi ut ignoscatur, postulabit, commemorare si qua sua poterit beneficia, &c. deinde maiorum suorum beneficia, siqua extabunt, proferre. Idem in eodem libro, Deinde postulabit ut legem, qua lege fecerit, proferat. Plin. ad Traianum, de Archippo philosopho, Ille nihil proferebat, quo restitutum se doceret:

docere: allegabat tamen pro restitutione libellum à se Domitiano datum. Budæus.

Fabritios authores proferre. Cic. 2. de Orat. 160.
Testes & legatos proferre. Cic. pro Corn. Balbo, 33.
Proferre exempla. Cicer. 1. de Diuinat. 166.
Probationem apud iudicem proferre. Quintil. li. 6. cap. 4. 17.
Proferre, pro Obijcere. Cicero pro Muræna, 12, Sic à me Consul designatus defenditur, ut eius nulla fraus, nulla auaritia, nulla perfidia, nulla crudelitas, nullum petulans dictum in uita proferatur. Budæus.
Proferre, apud Iureconsul. est Apud acta deponere. Cicero 4. Verr. Scio te edicta superiorum omnium correxisse: & possessiones hæreditatum non secundum eos qui proferrent, sed secundum eos qui dicerent testamentum factum, dedisse. Budæus.

¶Prolatus, penult. prod. Participium. Lucan. lib. 4. 99.
Auro prolato non deest uenditor. Lucan. lib. 4. 20.
Prolatus de te rumor. Cic. ad Atticum, lib. 10. 198. 1.
Somnia multa ex historijs prolata. Cic. 2. de Diuinat. 202.

¶Prolatio, Verbale (προφορά) Plaut. Milit. 5. 98,

Quantum uis prolationum, dummodo, &c.

Commemoratio antiquitatis exemplorumq; prolatio. Cicer. in Orator. 66.
Prolatio, Protensio. Liuius 1. bel. Maced. 18, Lætáq; exta fuisse: & prolationem finium, uictoriamq; & triumphum portendi.
Iudicij prolatio. Cic. pro Rabirio perduel. reo, 5.

Profectus] Adiectiuum (αὐξητικὸν) Profecti dies, qui hominibus, ad rem uel priuatam uel publicam administrandam concessi erant. Nonius, Profecti dies, sunt à festiuitate uacui. Afranius, Quæ festi nos facere solemus, de quotidiano opere promiscuè, atque profesto concelebras focum. Plautus Aulul. 13. 11,

— festo die siquid prodegeris,
Profesto egere liceat, nisi pepperceris. Plin. li. 18. cap. 6. 8, Peiorem qui profestis diebus ageret, quod feriatis deberet.

Dies profesti. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 29.
Lucibus profestis deos adprecari. Horat. 4. Carm. ode 15. 5.

Proficio] proficis, penult. corrept. profeci, penult. prod. profectum (προκόπτω, προβαίνω, προάγω, ἐπιδίδωμι) proficere, ex Pro & Facio compositum: Procedere, & perficere significat. Cic ad Toranium, lib. 6. 21. 4, Nunc uerò euersis omnibus rebus, quum consilio profici nihil possit, una ratio uidetur, quicquid euenerit, ferre moderatè. Idem 6. Verr. 82, Vti si maximè esset inuentus, qui in se suscipere istius culpam crimenq; cuperet: tamen is proficere nihil posset.

Authoritate proficere. Cic. pro lege Manil. 31.
Celeritate proficere. Cæsar 6. bell. Gall. 104.
Minis proficere. Cic. pro Fonteio, 22.
Querelis quotidianis nihil proficere. Luceius Cic. lib. 5. 144.
Nihil testibus illis profeci. Virgil. 8. eclog. 4.
Gazæ non proficiunt in nostro corpore. Lucret. lib. 2. 8.
In aliquo nihil proficere. Cic. pro Plancio, 61.
Proficere ad. Cic. 3. de Finib. 22, Multumq; ad ea quæ quærimus, explicatio tua ista profecerit.
Magnificentia & uirtus in qua grauitas & authoritas est, plus proficit ad misericordiam commouendam, quàm humilitas & obsecratio. Cic. 1. de Inuent. 121.
Ad bonitatem proficere. Vide in præpositione Ad.
Vsq; ad mores proficere. Quintil. lib. 1. cap. 1. 26.
In summam proficere. Quintil. lib 1. cap. 1. 14.
In summam spei proficere. Liu. 3. ab Vrbe, 261.

Proficere, Prodesse. Vlpian. in l. ait prætor, & iureturex eo prægnans non esse, de iureiurando, Matris igitur iusiurandum partui non proficiet, nec nocebit, etsi mater detulerit.

Prodesse, ait Valla in Raudensem, ad alios quoq; spectat. Proficere uerò, ad se tantùm. Nos contrà, ut Proficere credamus ad alios quoq; spectare, facit Plin. lib. 28. cap. 17, Adeps, inquit, è lupis illitus, in his quæ rumpere opus est, plurimum proficit. Et cap. 18, Similiter proficit ad cacoethe hœdi feminum cinis è lacte mulieris. Quam significationem reperias in sexcentis apud eundem scriptorem locis.

Proficitur. pen. corr. Impersonale. Cicer. Att. lib. 16. 333. 5, Aut proderimus aliquid Ciceroni, aut quantum profici possit, iudicabimus. Plinius lib. 17. capite 23. 1, Adeò excelsitate proficitur.

Magni profectus puer in ea arte obijt. Plin. lib. 35. cap. 4. 3.

¶Proficiens, Participium (προκόπτων) ut,

Frænanon proficientia equo rigidæ ceruicis remittere. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 23.

Herba nihil proficiente curari. Horat. 2. epistol. 2. 31.
Verba miser frustra non proficientia perdo. Ouidius 1. Trist. eleg. 2. 3.

¶Profecturus, pen. prod. (προκόψων) aliud Participium. Ouidius 3. de Ponto, eleg. 1. 2,

Profectura aliquid tunc tua uerba putes. Idè epist 5. 24, Non profecturis littora bobus aras. Idem de Nuce, 32, Non profectura dextra lauatur aqua.

¶Profectus, huius profectus, proficiui, m. g. (προκοπή, ἐπίδοσις) Vtilitas quæ ex alicuius rei tractatione nobis prouenit. Plinius iunior, Nec minorem sub eo præceptore profectum fecit. Quintil. lib. 10, cap. 2, Vt terra altius effossa generandis alendisq; seminibus fœcundior fit: sic profectus non à summo petitus, studiorum fructus effundit uberius, & sidelius continet.

Teneri profectus. Quintil. lib. 2. cap. 3. 8.
Stat profectus: admiratio decreuit. Quintil. lib. 1. cap. 3. 4.

¶Proficiscor, proficisceris, pen. corr. profectus sum (προέρχομαι, εἶμι, εἶμι) proficisci, Eundi, & redeundi, uel uenienti significationem habet, secundum eos casus cum quibus iungitur: ut si accusatiuo iungatur, Proficiscor Romam, hoc est Eo: si uerò ablatiuo, ut Proficiscor Roma, significat Venio, uel redeo. Interdum autem cum suis casibus uarias adiunctas habet sibi præpositiones, quemadmodum sequentia exempla docebunt. Terent. Adelph. 2. 2. 16,

Præterea autem te aiunt proficisci Cyprum.

Proficiscor quæsitum. Plaut. Merc. 22. 98.
Quò profectus sum, ibo. Plaut. Aulul. 5. 40. id est, quò cœperã.
Profecta est illinc grandiuscula. Terent. And. 4. 6. 19.
Et si poteram remanere, tamen ut scripsi tibi, proficiscar hinc, ne relictus uidear. Cic. Attico, lib. 13. 282. 7.
Copiosè aliquò proficisci. Vide Copia.
Ad doctas Athenas proficisci. Propert. lib. 3. eleg. 21. 1.
Populus profectus ad bella. Ouid. 1. Fast. 56.
Profectus ad Capuam. Cic. de Senect. 9.
Proficiscitur ad Catonem. Cic. de Senect. 76.
Proficisci ad domum. Cic. 3. Verr. 48.
Proficisci ad somnum. Cic. 1. de Diuin. 110.
Proficisci de. Cic. ad Atticum, lib. 2. 23. 3, Calen. Maias de Formiano proficiscemur.
Proficisci ex. Cic. 4. Acad. 179, Si iam ex hoc loco proficiscatur Puteolos stadia triginta, probo nauigio, &c.
Ex Asia Romam uersus profectus. Cic. Curioni, lib. 2. 5. 2.
In exilium proficisci. Cic. 2. de Finib. 87.
In animorum concilium cœtumq; proficisci. Cic. de Senect. 76. Alij legunt, ad.
Proficisci ciuitates. Cæsar 8. bel. Gall. 111, C. Fabius cum reliquo exercitu Carnutes, reliquasq; proficiscitur ciuitates.

Alia

Alia exemplaria habent, in Carnutes.

Proficisci naui. Cic. *ad Qu. fratrem, lib.* 3.18.1.

Proficisci obuiam. Cæsar 7. *bel. Gall.* 42.

Proficisci ad reliqua, pro Pergere. Cic. 5. *Verr.* 9.

Proficisci, pro Originem habere. Cic. 1. *Offic.* 36, Atq; *illæ quidem initiariæ quæ nocendi causa de industria inferuntur, sæpe à metu proficiscuntur.*

Omnia enim à me in te profecta sunt, quæ ad tuum commodum, quæ ad honorem, quæ ad dignitatem pertinerent. Cicero *ad Antonium, lib.* 3.6.3.

A falsis initijs proficisci. Cic. 1. *de Finib.* 109.

Profectus amor ab his initijs. Cic. *Planco, lib.* 13.30.2.

Siquæ beneficia singulis ciuibus priuatim; dantur, ea solent ijs esse fructuosa à quibus sunt profecta. Cicero *Anteq. iret in exil.* 1.

Profecta causa à natura. Cic. *de Amic.* 26.

Proficiscitur à meis consilijs tua laus. Cic. *ad Dolabellam, in Epist. ad Atticum, lib.* 14.315.3. *hoc est, meo consilio eam tibi laudem parasti.*

Nerui sicut uenæ & arteriæ à corde tractæ & profectæ in corpus omne ducuntur. Cic. 2. *de Nat. deor.* 209.

Quæcunq; à me ornamenta ad te proficiscuntur. Cic. *Celio, lib.* 2.18.8. Vide Ornamentum, *in* Orno.

Proficiscitur oratio. Cic. *pro lege Manilia,* 2, Atq; *ut inde oratio mea proficiscatur, unde hæc omnis causa ducitur, &c.*

Xenophon Socraticus profectus à philosophia. Cicero 2. *de Orator.* 31.

Proficiscitur ius cinnamomi à, Adfertur, habetur, uenit. Plinius *lib.* 12. *cap.* 19.7.

¶*Proficiscens, Particip.* (πορευόμενος) Horat. 1. *epist.* 13.1,

Vt proficiscentem docui te sæpe, &c. Ibidem, lib. 2.2.4.

¶*Profectio, Verbale* (πορεία) Cic. *ad Quint. fratrem, libro* 3. 14. 1, Recordere *consilium nostrum, quod fuerit profectionis nostræ.*

¶ *Profectio & Reuersio, contraria,* Cic. 1. *Philip.* 1.

Ducere lentum profectionis ordinem. Quint. *lib.* 4. *ca.* 2. 42.

Intermittere profectionem. Vide Intermitto.

Parare profectionem. Vide Paro, *paras.*

¶ *Profectitius, Adiectiuum* (προικῶος) *unde Dos profectitia.* Vide Dos.

Profindo] *profindis, profidi, penult. corrept. profissum* (διαχωρίζω) *profindere, Proscindere.* Stat. 10. *Thebaid.* 101,

— quanta pariter ceruice gementes
Profindunt inarata diu Pangea iuuenci.

Profiteor] *profiteris, pen. prod. professus sum* (ὁμολογέω, ἐπαγγέλλομαι, ἀπογράφομαι) *profiteri, Latè, seu palàm polliceri.* Cic. 1. *Acad.* 27, *Qui philosophiam iam professis sim populo nostro exhibiturum?* Liuius, *Palàm professi, nusquã inde nisi in patrium uestigium esse moturos. id est, uoluntariè & liberè.*

Quum tantas res Græci susciperent, profiterentur, agerent. Cicero 2. *de Orat.* 83.

Impudentiæ est, profiteri quod non possis implere. Cicero *pro Cluentio,* 39.

Profiteri, & non posse satisfacere. Cic. *pro Plancio,* 50.

Ducem profitetur primis in annis. Ouid. 1. *de Arte,* 336.

Profiteri operam suam, Polliceri. Cic. 4. *Verr.* 59. *Idem pro Rosc. Amerino,* 61, *Quòd si id uos suscipitis, & eâdem in re operam uestram profitemini.*

Profiteri suum studium ad defendendum aliquem. Cic. *de lege Agraria,* 17.

Suum studium in omni genere officij alicui profiteri atq; polliceri. Cic. *Licinio, lib.* 5.8.11.

Nostræ tamen causæ non uidentur homines defuturi, mirandum in modum profitentur, offerunt se, pollicentur. Cic. *Quint. fratri, lib.* 1.2.25.

Profiteri, Apertè ac uoluntariè confiteri & affirmare. Cicero *de Amicitia,* 34, *Illos autem qui quiduis ab amico auderent postulare, postulatione ipsa profiteri, omnia se amici causa esse facturos. Idem pro C. Rab. perduel. reo,* 11, *Quamobrem fateor, atq; etiam T. Labiene profiteor, & præ me fero, te, &c. auctoritate esse depulsum.*

Profiteri apud Prætorem. Cic. *pro Archia,* 5. & 6.

Me principem Senatui, populoq; Rom. professus sum. Cicero *Cornificio, lib.* 2.24.3.

Studia sua profiteri. Curtius *lib.* 7, *Tum uerò neq; lachrymis, neq; acclamationibus, quibus studia sua multitudo profitetur, temperauerunt.*

Confiteri, fateri, & profiteri Cic. *pro Cecinna,* 17, *Quid confitetur, atq; ita libenter confitetur, ut non solùm fateri, sed etiã profiteri uideatur Recuperatores?*

Profiteri & affirmare. Cic. 1. *Acad.* 65.

Eámne rationem sequare, qua tecum ipse, & cum tuis utare, profiteri autem & in medium proferre non audeas? Cicero 2. *de Finib.* 122.

Verum profiteri. Ouid. 9. *Metam.* 148.

Profiteri nomen. Liu. 6. *bel. Pun.* 95, *Primò expectauerant, ut qui se tanto imperio dignos crederẽt, nomina profiterẽtur.*

Profiteri æs alienum: pro sua debita testari. Seneca de Benefic, *lib.* 6, *Siquis patriæ meæ pecuniam credat, non dicam mihi, sed illius esse debitorem, nec ex hoc æs alienum profitebor.* Curtius *lib.* 10.

Amores furtiuos timidè profiteri. Ouid. 6. *Fast.* 115.

Profiteri, Apud antiquos id significat, quod uulgò dicunt Assignare uel insinuare quantum numerum uini, olei, frumenti, iugerum, pecuniæ, uel aliarum rerum quilibet habeat. Cicero 2. *de lege Agraria,* 63, *In posterum uerò lex hæc Imperatoribus uestris constituitur, ut quicunq; de prouincia decesserit, apud eosdem Decemuiros, quantum habeat prædæ manubiarum, auri coronarij, profiteatur.* Idem 5. *Ver.* 30, *Edixerat, ut aratores iugera sationum suarum profiterentur.* Varro *lib.* 2. *de re Rust. cap.* 1.13, Itaq; *greges ouium longè abiguntur ex Apulia in Samnium, æstiuatum: atque ad publicanum profitentur.*

Profiteri, ait Budæus, est publicè & apud acta aliquid ultrò denunciare. Fiebat autem professio in censu peragẽdo. Vlpian. *in l.* 2. *ff. de censibus, Vitia priorũ censuũ editis nouis professionib. euanescunt. Profiteri etiã merces dicimus: hoc est,* Vectigales *facere, & publicanis non subducere.* Vide Merces *improfessæ à Martiano dicuntur in l. interdũ. de publicanis, quarũ nomine negociatores uectigal nõ pependerũt. Antiqui porrò liberos natos sibi profitebãtur apud acta.* Iuuen. Sat. 9.9, Tollis enim, & libris actorum spargere gaudes
Argumenta uiri: foribus suspende coronas:
Iam pater es. Capitolinus in Marco philosopho, inter hæc liberales causas ita muniuit, ut primus iuberet apud præfectos ærarij Saturni unũquemq; ciuium natos profiteri, intra tertium diẽ nomine imposito. Per prouincias tabellariorum publicorum usum instituit: apud quos idem de originibus fieret, quod Romæ apud præfectos ærarij: ut si fortè aliquis in prouincia natus, causam liberalem diceret, inde ferret. Fiebat autem professio, addito die & Consule propterea professione ætas facilè probari poterat. Vt in l. prima. C. si minor se maiorem dixerit. quod mirum est Accium sio excidisse.

Profiteri, Loqui. Plaut. *Capt.* 8.2.20,

Quis agit hoc, aut quis profitetur inquã? quasi muti fiãt. id est, Quis hîc respondet? Sequitur autem, silent. Cicero 4. *Acad.* 130, *Qui ita sit ausus ordiri, Hæc loquor de uniuersis. Nihil excipit de quo non profiteatur.*

Profiteri indicium, Sponte indicare rem aliquam: ultrò sese, cõfortesq; criminis deferre. Plin. *epist.* 60. *c.*

Profiteri, publicè legere, uel docere. Cic. *de Amicit.* 16, *Quamobrem quæ disputari de amicitia possunt, ab eis censeo petatis, qui ista profitentur.*

Disciplinam profiteri. Liu. 9. *bel. Maced.* 29.

Ius profiteri. Ouid. 3. *de Arte,* 106.

Partes teneri profitemur amoris. Ouid. 2. *Amor. eleg.* 18. 4.

Qui philosophiam profitetur, grauissimam sustinet personam. Cic. *in Pisonem,* 56.

Profiteri se iurisconsultum: hoc est, iurisconsulti nomen, & iuris prudentiam sibi uendicare. Cic. *pro Muræna,* 25.

Se profiteri grammaticum. Cic. 2. *Tusc.* 17.

Suscipere atq; profiteri onus. Cic. 1. *de Orat.* 57.

¶*Profitens, penult. corr. Participium* (ἐπαγγελόμενος) Cicer. *Bruto, in epist. ad Brutum,* 15.6, *Italiæ sua uobis studia profitenti remisistis.*

¶*Profitendus* (ἐπαγγελτέος) *aliud Participium.* Cic. 1. *de Nat. deor.* 88, *Ex quo equidem existimo tardiores ad hanc sententiam profitendam multos esse factos.*

¶*Professus* (ἐπαγγελόμενος) *similiter Participium.* Ouidius 2. *Fast.* 40,

Sumunt gentiles arma professa manu.

Incepta grauia & magna professa. Horat. *de Arte,* 3. Ouidius 5. *Fast.* 71,

Non est de tetricis, non est de magna professis.

Culpa professa. Ouid. 3. *Amor. eleg.* 13.2.

Vota aperta & professa, pro Manifesta. Seneca *epist.* 68.

¶*Professio, Verbale* (ἐπαγγελία) *Confessio palàm facta.* Cic. 5. *Verr.* 95, *Professio est agri Leontini ad iugera xxx. Idem ad Atticum, lib.* 13.287.4.

Vices professionum diuidere. Quintil. *in Præm. lib.* 1.4.

Iugerum subscribtio ac professio. Cic. 5. *Ver.* 93.

Conficere professionem. Cic. *Tironi, lib.* 16.23.1.

Bene dicendi professio. Cic. 1. *de Orat.* 11, *Quanquam uis oratoris, professioq; ipsa bene dicendi.*

Professio, collegiumq; Prætorum. Cic. *pro Archia,* 6.

¶*Professor, professoris. m. g.* (ἐπαγγελτὴς) *Qui liberales artes publicè docet, qui artes illas se scire, & posse publicè tradere fateatur, inquit Valla in Raudensem. Suet. de claris Grãmat.* 9, *Reliquit filium Orbilium, & ipsum grammaticum professorem. Plin. epist.* 76. 4, *Quos tibi Fortuna ludos facis? facis enim ex professoribus Senatores, ex Senatoribus professores.*

Sapientiæ professores. Quintil. *in Procem. lib.* 12.

Magni nominis professores. Quintil. *lib.* 2. *cap.* 11, 2.

Consummati professores. Quintil. *lib.* 1. *cap.* 9.2.

¶*Professorius, Adiectiuum* (ἐπαγγελτικὸς) *ut, Lingua professoria, quæ meritoriam exercet eloquentiam.* Tacit. *lib.* 13.

¶*Professum, professi. unde, Ex professo aliquid agere.* Vide Ex professo, *in* Ex.

Profligo] *profligas, pen. prod.* (καταπόπτω) *profligare, Dejicere, depellere, deperdere, & ad perniciem deducere.* Cic. *pro C. Rabirio Posth.* 26, *Castris locum capere, exercitum instruere, expugnare urbes, aciem hostium profligare.*

Hostium copias profligare, occidere. Cic. 14. *Philipp.* 409.

Profligare Remp. Cic. 3. *de Orat.* 2.

Profligare, Absoluere, & uimcendo perficere. Tacitus *lib.* 18, *Profligauerat bellum Iudaicum Vespasianus.*

¶*Profligandus, Participium* (καταπονητέος) *ut, Acies profligandæ.* Silius *lib.* 11.80.

¶*Profligatus, pen. prod.* (καταπονεῖν) *aliud Participium, siue Nomen ex participio, Prostratus, deiectus, afflictus, perditus.* Cic. *pro Rosc. Amer.* 22, Et deniq; *omnia ad pernicem profligata atq; perdita?*

Quanto tandem illum mœrore afflictum esse & profligatum putatis? Cic. 2. *in Catil.* 26.

Profligati homines, Perditi, & in quibus nihil est salubre, nihil integrum. Cic. 5. *Ver.* 53, *Profligatissimus omnium mortalium, ac perditissimus. Idem pro Rab. perduel. reo,* 17, *Nemo est inquam inuentus tam profligatus, tam perditus, tam ab omni non modò honestate, &c.*

Tu omnium profligatissime & perditissime. Cic. 5. *Verr.* 53.

Iudicia perdita & profligata. Cic. 2. *Ver.* 5.

Profligata, dicuntur etiam quæ propè absoluta sunt. Cic. 5. *Tuscul.* 23, *Atqui si ita est, profligata iam hæc, & penè ad exitum adducta quæstio est. Idem ad Cornificium, lib.* 12.29.5, *Sic uehementius nos laboramus, qui profligato bello, ac penè sublato renouatum bellum gerere conamur.*

Quæstio profligata, Dissoluta. Seneca de Benefic. 7.

¶*Profligator, pen. prod.* (καταποπτὴς) Verbale. Tacitus, *Habebatur q; non ganeo & profligator, ut plerique sua hauriens tium, sed erudito luxu.*

Profluo] *profluis, profluxi, profluxum* (ἀπορρέω, προρρέω) *profluere, Deorsum, siue à longè fluere: & propriè de aqua dicitur.* Plaut. *Asin.* 13.51,

Quod illa autem simulet quasi grauedo profluat.

Si lacus emissus lapsu & cursu ad mare profluxisset. Cicero *de Diuinat.* 162.

Humor profluit. Virg. 4. *Georg.* 5.

Profluunt lachrymæ ab oculis. Colum. *lib.* 6. *cap.* 7.4.

Profluit sanguis ex uulnere. Plin. *lib.* 8. *cap.* 16.9.

Græcia profluit ore Romano Ouid. *ad Pisonem,* 18.

Cuius ore iermo melle dulcior profluebat. Ad Herenn. libro 4.199.

Profluere ad hominum famam, per translationem: pro, Delabi & deuenire. Cic. *pro Cælio,* 4.

¶*Profluens, profluentis* (ἀπορρέων) *Participium.* Cicero *ad Quint. fratrem, lib.* 3.17.5, *Ego locum æstate umbrosiorem uidi nunquam: permultis locis aquam profluentem, & eam uberem.*

Genus orationis liquidum, fusum ac profluens: cui opponitur, Exile, aridum, concisum ac minutum. Cic. 2. *de Oratore,* 87.

Loquacitas perennis & profluens. Cic. 3. *de Orat.* 103.

Expedita ac profluens celeritas. Cic. *de claris Orat.* 116.

Profluens, Aliquando nomen est substantiuum, m. g. pro fluuio ne, Author ad Herennium, lib. 1.23, *Qui parentem necasse iudicatus erit, is obuolutus & ligatus culeo, deuehatur in profluentem. id est, fluminis procursum.*

Deferri in profluentem. Cic. 2. de Inuent. 232.

¶Profluenter, Aduerbium (προῤῥέοντως) Abundanter. Cic. 5. Tuscul. 7. 5, Ergo omnia profluenter, absolutè, prosperè: igitur beatè.

¶Profluentius, Comparatiuum aduerbium. Gellius lib. 14. capite 1, At Phauorinus, &c. Latius ea & amœnius, & splendidius, & profluentius exequebatur.

¶Profluentia, profluentiæ (προῤῥοή) Cicero in Partition. 43, Et hanc oratoriam uim manus quædam profluentia loquendi. Subau. imitatur.

¶Profluus, Adiectiuum (προῤῥέω) Quod profluit: ut, Profluus amnis, qui perpetuò fluit. Plin. lib. 19. cap. 4. 11. Colum. libro 8. capite 17. 9, Humilis in duos pedes piscina deprimitur in ea parte litoris, quæ profluo recessu nunquam destituitur.

Flumina proflua in altas syluas. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1. 8.

¶Profluuium, profluuij (προῤῥύσεις) Fluxus: ut, Profluuium alui. Colum. lib. 9. cap. 12. 2.

Profluuium sanguinis. Colum. lib. 6. cap. 26. 3.

Acer profluuium tetri sanguinis. Lucret. lib. 6. 243.

Inhibere profluuium sanguinis. Vide Inhibeo.

Profluuium genitale. Plin. lib. 7. cap. 14. 1.

Profluuium mulierum, siue fœminarum. Plin. lib. 7. cap. 15. 1. De menstruis. Et lib. 34. cap. 12. 7, Fœminarum profluuium sistit.

Profluuium genitæ. Plin. lib. 22. cap. 22. 16.

Profluuium narium. Plin. lib. 32. cap. 10. 11.

Proforem] prosores proforet (ὠφιλέω) profore. penult. cor. Profuturum esse, coniugatur ut Forem. Horat. 1. epist. 8. 3, Quæ nocuêre sequar, fugiam quæ profore credam.

Profugio] profugis, penult. corr. profugi, penult. producta, profugitum, penult. corr. (ἀποφεύγω, προφέυγω) profugere, Procul fugere, aut quantum quis possit fugere. Cicero de Senect. 36, Hæc itaq; amentia quæstione noua perterritus, in Asiam profugit. Cicer. 3. Verr. 26, Quòd si illinc inanis profugisses, tamen, &c.

Profugerant metu perterriti. Seruius Cic. lib. 4. 12. 8.

Hinc centum triginta septem patres familiâs extorres profugerunt. Cic. 5. Verr. 101.

Ex Ponto Medea quondam profugisse dicitur. Cicero pro lege Manil. 15.

Inanem ex aliquo loco profugere. Vide Inanis.

A I aliquem profugere. Cic. Attico, lib. 15. 329. 15.

Profugere à. Cic. de Senect. 43, Libenter uerò istinc, tanquam à domino agresti ac furioso profugi.

Profugere in exilium. Cic. pro Domo sua, 67.

Profugere domo. Cic. de claris Orat. 170.

Pedibus profugere. Cæsar 2. bell. Ciuil. 99.

Ex tempestatum periculis profugere. Cic. 7. Verr. 123.

Ad ocium profugere. Cic. 1. Offic. 99.

Profugio, cum accusatiuo. Curtius lib. 10, Nec serui quidem uno grege profugiunt dominos.

¶Profugus, penult. cor. Adiectiuum (φυγάς) Qui longè aliquò fugit, procul à finibus suis uagus, quasi porrò fugatus. Sallustius in bel. Catil. Troiani qui Aenea duce profugi sedibus incertis uagabantur.

Castra profuga. Claud. de bel. Getico, 60.

Classis profuga. Ouid. 13. Metam. 127.

Currus profugus. Ouid. 15. Metam. 102.

Pedem profugum referre. Ouid. epist. 21. 38.

Pudor profugus. Ouid. epist. 4. 31.

Puppis profuga. Ouid. 5. Trist. eleg. 3. 4.

Stirps profuga. Ouid. 2. Fast. 109.

Profugus, cũ genitiuo. Plin. lib. 7. cap. 28. 4, Bis ab Annibale ca-

ptus, bis uinculorum eius profugus.

Profugus, Qui diuersa petit loca, etiam si non fugatus. Vnde Horat. 1. Carm. ode 35. 2, Profugos Scythas appellat, quòd crebrò domicilia mutent.

¶Profugium, profugij, dicitur quum longè aliquò fugitur, ubi se quis tutum putat. Cic. 1. Tusc. 194, Portum potius paratum nobis profugium putemus, quò utinam uelis passis prouehi liceat. De morte.

Exilium, non supplicium est, sed profugium, portusq; supplicij. Cicero pro Cecinna, 72.

Profundo] profundis, profudi, profusum. penult. product. (προχέω, καταχέω, καταβάω, προΐεμαι) profundere, Largè fundere. Plautus Aulul. 9. 29,

Aquam hercle plorat, quum lauat, profundere.

Animam profundere. Cic. pro Marcello, 18.

Clamorem profundere. Cic. pro Flacco, 11.

Ignes profundere. Lucret. lib. 6. 42. id est emittere.

Laborem profundere & perdere. Cic. Antonio, lib. 5. 5. 7.

Lachrymas profundere. Cicero pro Plancio, 84. Et in Somnio Scipionis, 10, Quem ut uidi, equidem uim lachrymarum profudi.

Lachrymas oculis profundere. Virg. 12. Aeneid. 31.

Odium inclusum profundere in aliquem. Cic. in Pisonem, 11.

Palmites profundere dicitur uinea, quùm ubertim fructicat. Columel. lib. 5. cap. 5. 16.

Sed ut ad ea quæ clariora sunt ueniam, res iam uniuersas profundam. Cic. 4. Acad. 153.

Sanguinem profundere. Cicero pro Cluentio, 13, Sanguinem suum profundere omnem cupit, dummodo profusum, huius antè uideat.

Sanguinem pro patria profundere. Cic. 2. de Finib. 97.

Se in aliquem profundere. Cic. ad Att. lib. 7. 123. 5.

Nihil est in natura rerum omnium, quod se uniuersum profundat, & quod totum repentè euolet. Cic. 2. de Orat. 174.

Verba profundere uentis. Lucret. lib. 4. 188.

Vires animi & ingenij profundere: pro, Omnes neruos intendere, & omnem ingenij uim applicare. Cicero ad Attic. lib. 1. 13. 5.

Vitam profundere Cic. 1. Offic. 118.

Vocem profundere. Cic. 2. Tusc. 95, Sed quia in profundenda uoce omne corpus intenditur, uenitq; plaga uehementior.

Voces profudit pectore. Catul. Argon. epig. 59. 42.

Voluptates quum inclusæ diutius & prima ætate compressæ & constrictæ fuerunt, subitò sese nonnunquam profundunt atq; eijciunt uniuersæ. Cic. pro Cælio, 59.

Profundere (καταναλίσκειν) Supra modum exponere, siue insumere. Terent. Adelph. 1. 2. 54,

— tibi si istuc placet,
Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet. Cic. 5. Verr. 132, Ait, omnia pecunia effici posse: dare, profundere, opponere, si uelis uincere. Idem in Catil. 31, Patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligurierunt.

¶Profusus, pen. prod. Participium (κατέχυτο) siue Nomen ex participio, Supra modum abundans. Plin. lib. 11. cap. 41. 1, Mulieri ante septimum mensem profusum lac, inutile.

Siti ea quæ fructus cunque es, perière profusa. Lucretius lib. 3. 191.

Fletus super ora profusus. Ouid. 11. Metam. 132.

Lachrymis ultum lauêre profusis. Ouid. 9. Metam. 137.

Profusus Nilus. Plin. lib. 5. cap. 9. 7.

Claustris profusi Caspiadæ. Valer. 6. Argon. 21.

Profusus usq; ad. Varro 2. de re Rust. cap. 5. 7, Bonis clunibus, coda profusa usq; ad calces, &c. id est, protensa.

¶Profusus (ἀπαυθηρός, προέμενος) Supra modum sumptuosus, inquit

sus, inquit Festus. Cic. pro Murena, 69, Odit populus Rom. priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit: non amat profusas epulas, sordes & inhumanitatẽ multo minus.

Profusa luxuries. Cic. pro Cælio, 34.

Sumptibus profusis uiuere. Cic. pro Quintio, 62.

Profusus homo. Cic. 3. Ver. 13, Pecuniosus, profusus, perditus.

Perditus ac profusus nepos. Cic. pro Quintio, 22.

Profusus sui. Sallust. in bello Cati. Alieni appetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus.

Profusa hilaritas. Cic. 4. Tusc. 25.

Mens profusa. Stat. 3. Syl. 1. 19.

Ipsiusq; genius iocandi non profusum neq; immoderatum, sed ingenuum & facetum. Cic. 1. Off. 145.

Profusus, Abiectus, iacens. Pacuuius, Profusus gemitu murmuro. Festus.

¶Profusè, penul. prod. Aduerbium (πατασχυμένως) Liuius 10. ab Vrbe, 176, Hæc ipsa minitans obsitit profusè tendẽtibus suis in castrâ.

Profundus] Adiectiuum (βαθύς, βάθος) Dictum est quòd porrò, id est, longè habeat fundum.

Acheron profundus. Vide Acheron.

Fornax profunda. Ouid. 2. Metam. 46.

Fretum profundum. Senec. Hippol. 12. 1.

Inane profundum. Lucret. lib. 1. 218.

Mare profundum & immensum. Cic. pro Plancio, 12.

Pontus profundus. Virg. 5. Aeneid. 123.

Sinus profundus. Senec. Troade, 6. 23.

Stagna profunda. Ouid. ad Liuiam, 48.

Tartara profunda. Senec. Hipp. 8. 18.

Valles profundæ. Stat. 10. Theb. 19.

Profundus, Altus. Virg. 1. Aeneid. 13,

—cælumq; profundum.

Sic apud Liuium, lib. 8. bel. Maced. 101, Profunda altitudo; Cæli profundi latus. Valer. 7. Argon. 96.

Syluæ profundæ. Lucret. lib. 5. 9.

Profundus, sæpe per translationem capitur: ut, Profunda auaritia, Immensa & magna. Sallust. in Iugurtha.

Cædes profunda. Stat. 10. Theb. 167.

Cupido profunda imperij & diuitiarum. Sallust. in Iugurth.

Gula profunda. Suet. in Vitellio, cap. 7.

Libido profunda. Sallust. de Rep. ordinanda.

Mero profundo caluêre nubigenæ. Stat. 5. Theb. 53.

Nox profunda. Virg. 4. Aeneid. 6.

Os profundum, Exuberans. Horat. 4. Carm. ode 2. 2.

Tempestas profunda. Stat. 1. Achil. 10.

Venter profundus. Curtius lib. 10.

Summum & Profundum, contraria. Cic. 3. de Fin. 73.

Profundum (βύθος, βύσσα, βάραθρον) Substantiuum, Mare.

Pater Profundi, Neptunus. Valer. 2. Argon. 122.

Gelidum profundum. Ouid. epist. 17. 18.

Latum profundum. Senec. Herc. fur. 11. 12.

Penetrale profundum. Claud. 2. Pateg. 89.

Rubrum profundum, Mare Erythræum. Lucan. lib. 8. 168.

Sæuum profundum. Silius lib. 13. 97.

Summum profundum. Ouid. 2. Metam. 54.

In profundum abijcere. Cic. 6. Verr. 22.

Natura ueritatem in profundo abstrusit. Cic. 4. Acad. 62.

Iacere se in profundum. Vide Iacio.

Indomito profundo iactari. Ouid. 1. Trist. eleg. 10. 8.

Mergere multos profundo. Senec. Octau. 6. 11.

Progemmo] progemmas (βλαστέω) progemmare, Gemmas trudere. De uinea dicitur. Colum. libro 4. capit. 27. 1, Si palmis incipientibus, progemmantibúsq; fossorem immisce-

ris, magnam partem uindemiæ decusseris.

Progener] penul. corr. progeneri, m. g. (πάππος, γαμβρός) Proœnerum dicit auus, neptis suæ uirum.

Progener, Generi pater. Suetonius in Augusto, capit. 19, Lucilijq; Pauli progeneri sui, &c.

¶Progenero, progeneras, penul. corr. (παιδοποιέω, παιδοποιέω) progenerare, Generationem ex se producere. Plin. lib. 11. cap. 16. 5, Fœtus quonammodo progenerarent, magna inter eruditos & subtilis fuit quæstio.

Aquilæ non progenerãt columbam. Horat. 4. Carm. ode 4. 7.

¶Progeneratio, Verbale (παιδοποιία) Plinius lib. 8. cap. 43. 1, Opera sine dubio geruli mirifica, arando quoq;, sed mularum maximè progeneratione. De asinis.

¶Progenies, penul. cor. progeniei, pen. prod. fœ. gen. (γενέα, γενεὰ) Genus atq; familia. Cic. 9. Philip. 259, Reddita est ei tum à maioribus statua pro uita: quæ multos per annos progeniem eius honestaret. Idem de Vniuersit. 48.

Certa progenies. Senec. Troade, 6. 11.

Dignissima cæli progenies. Stat. 2. Achil. 75.

Egregia progenies uirtute. Virg. 7. Aeneid. 52.

Ferrea progenies. Virg. 2. Georg. 69.

Impia progenies Tantali. Senec. Thyeste, 2. 4.

Progenies Phaethon haud inficiendâ parenti. Ouid. 2. Met. 7.

Magna progenies Iouis. Catul. in Carm. seculari, epigr. 32. 2.

Parua progenies. Virg. 1. Georg. 83. De coruis.

Prisca progenies. Claud. 1. in Ruff. 22.

Regia progenies. Ouid. 11. Metam. 151.

Vesana progenies. Claud. de bel. Gild, 67.

Viua progenies. Lucret. lib. 2. 125.

Vitiosiorem progeniem dare. Horat. 3. Carm. ode 6. 10.

Propius abesse ab ortu, & diuina progenie. Cic. 1. Tusc. 43.

Orbatus progenie. Cic. 1. Tusc. 133.

Terræ progenies. Vide Terra.

Progenies uitis. Colum. lib. 3. cap. 9. 6.

Progermino] progerminas, penul. corr. (καταβλαστέω) progerminare, Vberrimum germen ex se producere dicitur surculus. Colum. libro 4. capit. 10. 1, Putandi autem duo sunt tempora: melius autem (ut ait Mago) uernũ, antè quàm surculus progerminet.

Progero] progeris, penul. corr. progessi, progestum (προπέμπω, προπομπέω) progerere. Extrà gerere, efferre. Plinius lib. 11. capit. 18. 4, Quum defunctas progerunt, funerantiumq; more comitantur exequias. Colum. lib. 12. capit. 50. 7, Vrcei quibus oleum progeritur,

Progerens, Participium. Plin. lib. 18. cap. ult. ad finem, Formicæ uel concursantes, aut ouа progerentes.

Progigneon] Vide Propnigeon.

Progigno] progignis, penul. prod. progenui, progenitum, pen. corr. (γεννάω) progignere, Notæ significationis. Cicer. 3. Off. 86, Sic hic qui illud lumen progenuit, ex filio est nominandus. Idem 1. de Diuinat. 208, Atq; ut in seminibus uis inest earum rerum quæ ex his progignuntur: sic in causis conditæ sunt res futuræ. Lucret. lib. 2. 110.

Vt enim cæteri ex patribus, sic hic qui illud lumen progenuit, ex filio est nominandus. Cic. 3. Off. 86.

Feræ te progenuêre. Ouid. epist. 78.

Terra parens illam progenuit. Virg. 4. Aeneid. 36.

¶Progenitor, penult. corr. (προγεννήτωρ) Auus. Ouidius 11. Metam. 64,

Quid peperisse duos, & dis placuisse duobus,
Et forti genitore, & progenitore Tonante
Esse satam prodest?

Prognatè] penult. prod. Aduerbium, id est, Apertè, authore Festo.

¶ Prognariter, penul. corr. (γνωσίμως) aliud Aduerbium, Audacter, strenuè. Plaut. Pœn. 16.30,
Ego scio hercle utrũq; uelle. D. age, indica prognariter.

Prognatus] pen. prod. Adiectiuum (γνήσιος) Natus, Terent. Phorm. 1.2.65,
Bonam, bonis prognatam. Cic. 3. Tuscul. 44, Qualis enim tibi ille uidetur Tantalo prognatus, Polepe natus?

A'se prognatus. Horat. 1. Serm. Satyr. 6.16,
Artes, quas doceat quiuis Eques atq; Senator
A'se prognatos. hoc est liberos suos.

Quo prognatus eodem. Horat. 2. Serm. Satyr. 1.6.

Pinus prognatæ uertice Peliaco. Catul. Argon. epigr. 59.

Prognati (γεννώμενοι) Liberi. Plaut. Amph. 8.18,
Res parentes, patria & prognati, tutantur, seruantur.

Progne] πρόκνη, Pandionis Athenienſium regis filia fuit, quæ Tereo Thracum regi matrimonio iuncta est, ex qua filium Itym ſuſcepit, quem patri poſtea comedendem dedit, propter Philomelam ſororem ab eo uiolatam. Ouid. 6. Metam. 86, dicit eam fuiſſe uerſam in hirundinem, Itym uerò in phaſianum: quo in loco tota fabula deſcribitur. Videtiã in dictione TEREVS. Virg. 4. Georg.
Et manibus Progne pectus ſignata cruentis.

Prognoſis] penult. prod. (πρόγνωσις) Præſentia prouidentia dicitur.

¶ Prognoſticon, penul. corr. (προγνωστικὸν) Rei futuræ ſignum. A'Græco uerbo προγινώσκω, quod facit in futuro προγνώσομαι, q. præſcio, ſiue præcognoſco ſignificat. Vnde Hippocratis prognoſtica, quibus facilè ægrotorum ſalus mors ue à medicis prædici ſolet. Cicer. 2. de Diuinat. 68, Ex eo quidem loco & prognoſtica noſtra pronunciabas, & generà herbarum. Ibidem, lib. 1. 22, atq; his rerum præſenſionibus prognoſtica tua referta ſunt.

Si prognoſtica noſtra uera ſunt. Cic. Att. lib. 15. 329. 2.

Programma] programmatis, penul. corr. neut. gen. Scriptura in frontiſpicio. Inſcriptio alicuius rei uenalis: tabula pendula publicè propoſita ac ſuſpenſa, in qua edicta ſcribi conſueuerunt, unde pro edicto aliquando ponitur.

Progredior] progrederis, penul. corr. progreſſus ſum (προποδίζω, προέρχομαι, προάγω) progredi, pen. corr. Vltrà procedere. Plaut. Caſin. 19.17,
Sed eccum progreditur cum corona & lampade
Meus ſocer. Cæſar 4. bel. Gal. 554, Quum illi aut exarido, aut paululum in aquam progreſſi, omnibus membris expediti, &c.

Regredi, & Progredi, oppoſita. Cic. 1. Off. 50.

Nihil progredi. Cic. pro Seſtio, 64.

Progreſſus ſum ad Inalpinos cum exercitu, Brutus Ciceroni, libro 1. 14. 1.

Pedetentim progredi. Lucret. lib. 5. 92.

Inceſſu tacito progredi. Virg. 12. Aeneid. 44.

Progredi magnis itineribus. Cæſar. 2. bel. Ciuil. 78.

Duos duntaxat pedes progredi. Cic. 3. de Orat. 100.

Tridui uiam progreſſi, rurſus reuerterunt. Cæſar 4. bel. Gal. 477.

Progredi obuiam. Liu. 7. ab Vrbe, 41.

Progredi longius, per translationem: pro, Sermonem extendere. Cic. 5. Verr. 122, Non dubito quin uobis ſatisfecerim iudices, ueruntamen progrediar longius.

Vltrà progredi. Cic. 1. Tuſcul. 28.

In adulationem progredi. Tacit. lib. 3.

Progredi aliquid. Liu. 1. bel. Maced. 2, Iam prouideo animo, uelut qui proximis litori uadis inducti mare pedibus ingrediuntur: quicquid progrediar, in uaſtiorem me altitudinem ac uelut profundum inuehi.

Suis uiribus ſine adminiculo progredi. Quint. lib. 2. cap. 6, 4.

Ad omnia progredi. Cic. de Aruſp. reſp. 52.

De aliquo progredi aliquò. Cic. 6. Verr. 36.

Ne digitum quidem progredi, Prouerbialis formula: pro, Ne minimum quidem. Cic. 4. Acad. 207, Non quæro ex his illa initia mathematicorum, quibus non conceſſis, digitum progredi non poſſunt.

Vltra primas literas paulum aliquid progredi. Qu. li. 1. ca. 1. 7.

In uirtute procedere & progredi. Cic. 4. de Fin. 105.

In eum locum progredi, ut, &c. 3. Verr. 57.

Progreſſus eò: hoc est, Eò peruenit, uel decidit. Cic. Attico, lib. 10. 195. ô, Indulgentia uidelicet noſtra deprauatus, eò progreſſus eſt, quò non audeo dicere. Et 3. Verr. 112.

Neq; eò deducam, aut progredi patiar, ut opera mea manus inter uos conferatis. Cic. Antequam iret in exil. 12.

Peruenit quoad feri hominis amentia progredi potest. Cicero 11. Philip. 293.

Quamobrem id primùm uideamus, ſi placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat. Cic. de Amic. 34.

Vix ultrà quò iam progrediatur habet. Ouidius 1. Faſt. 40, de Amore.

Serpere longius atq; progredi dicitur calumnia. Cic. Anteq. 9.

Diuinatio coniectura nititur, ultra quam progredi non poteſt. Cic. 1. de Diuinat. 50.

Progreditur rationibus philoſophia. Cic. 4. Acad. 53.

¶ Progrediens, προάγων, Participium, ſiue Nomen ex participio. Cicer. 3. Tuſc. 92, Senſim enim & pedetentim progrediens extenuatur dolor.

Progrediente ætate: hoc est, in ipſo ætatis curſu. Cicero 5. de Finibus, 106.

Progredi uia. Cic. 2. de Nat. deor. 115, Alij autem uim participem rationis atq; ordinis tanquam uia progredientem. De natura. Idem ibidem, 81.

Progrediens uſus. Cic. 1. de Fin. 105.

¶ Progreſſus, Aliud Participium (προαγαγὼν) Cic. de Senect. 29, Niſi fortè adoleſcentes pueritiam paululum ætate progreſſi, adoleſcentiam debeant requirere.

Viam multorum dierum progreſſus. Cic. 1. de Diuinat. 52.

Ex hac domo progreſſa iſta mulier de ueneni celeritate dicere audebit? Cic. pro Cælio, 47.

¶ Progreſſus, huius progreſſus, (προπορεία) Proceſſus, progreſſio.

Audiui Cæſarem firmo progreſſu in caſtrum Truentinum uenisse. Cn. Magnus Domitio Proconſ. in Epiſt. famil. Ciceronis, lib. 8. 162. 2.

Progreſſus & regreſſus quinq; ſtellarum errantium conſtantes & rati. Cic. 2. de Nat. deor. 73.

Arcere à progreſſu, & à reditu reſrænare. Cicer. 11. Phil. 291.

Anteceſſio & progreſſus. Cic. 1. Off. 19, Homo autem quoniam rationis eſt particeps, conſequentia cernit, cauſas rerum uidet, earumq; progreſſus & quaſi anteceſſiones non ignorat. id est, futuros exitus, & quò res progrediatur & tẽdat.

Progreſſus ætatis. Cic. 5. Philip. 198.

Facere progreſſum in ſtudijs: quod Plinius iunior Profectum facere dicit. 4. Tuſc. 67.

Habere progreſſum in Stoicis, Idem. Cic. 1. de Nat. deor. 23.

¶ Progreſſio, προκοπὴ ὁ λόγος. Cicero 3. Off. 17, Quæ & ingenij bonitate multi aſſequuntur, & progreſſione dicendi.

Progreſſio ad uirtutem. Cic. 1. Acad. 31.

Origo & progreſſio uirtutum. Cic. 4. de Fin. 29.

Progymnaſius] progymnaſij. Seneca epiſt. 84, Animum exercitationi corporis datum. & hoc nomine ago gratias ſenecluti, non magno mihi conſtat: quum me mouui, laſſus

ui, laſſus ſum. Hic autem eſt exercitationis, etiam fortiſſimis, finis. Progymnaſios meos quæris: unus mihi ſufficit, Earinus, puer (ut ſcis) amabilis, ſed mutabitur, iam aliquem teneriorem quæro: iam uix illum aſſequor currentem, & intra pauciſſimos dies non potero.

Progymnaſmata] προγυμνάσματα, Latinè dici poſſunt præexercitamenta, uel præexercitationes. ut Aphtonij opuſculum, quod hoc nomine inſcripſit.

Proh] ὦ, Interiectio. Vide Pro. Proh Iuppiter. Virgilius 4. Aeneid. 118.

Proh ſcelus. Virg. 5. Aeneid. 159.

Prohibeo] prohibes, penul. cor. prohibui, prohibitum, pen. corr. (κωλύω, ἀπέργω, διείργω, ἀποτρύνω, διαστρύνω, ἐρύω, καθέργω, ἀπέχω, χρέω) prohibere, Ex pro & habeo cõpoſitum, Vetare, ſeu impedire ne quid fiat aut incipiatur. Virg. 1. Aeneid. 109,
Quod genus hoc hominum: quæue hunc tam barbara morem Permittit patria? hoſpitio prohibemur arenæ. Terent. Heaut. 3.3.12,
Multa ferè libido, ea prohibet facere tua præſentia.

Prohibere minaciter. Vide Minaciæ.

Prohiberi & impediri. Cic. 4. Verr. 111.

Coràm aliquid facere prohiberi. Cic. Octau. 4.

Prohibentur adire ad filios ſuos. Cic. 7. Verr. 91.

Lachrymæ dolorq; prohibent loqui. Ouid. 9. Metam. 66.

Prohibere peregrinos uti urbibus. Cic. 3. Off. 61.

Prohibere në. Cic. 1. Verr. 18, Daturus es huic crimini, quod & potuiſti prohibere ne fieret, & debuiſti?

Prohibere quo minus. Colum. libro 2. cap. 4. 3, Nihil prohibet quo minus menſe Iulio uernacla ſubigantur.

Prohibere & uetare quin. Plaut. Curcul. 2. 33.

Accuſatiuo & ablatiuo cũ præpoſitione. Cæſar 1. bel. Gal. 42, Cæſarem certiorem faciunt, ſeſe depopulatis agris nõ facilè ab oppidis uim hoſtium prohibere. Virg. 1. Aeneid. 107,
—prohibe infandos à nauibus ignes.

Prohiberi commeatu, aqua, &c. hoc est, Detineri quo minùs aquam, commeatũ & alia neceſſaria habere poſſimus. Lẽtulus ad Senatum, lib. 12. 15. 8.

Acceſſum prohibere. Vide Accedo.

Acceſſus prohibet refugitq; uiriles. Ouid. 14. Metam. 127.

Aditum prohibere. Vide Adeo, adis.

Prohibere operas aditu. Cic. ad Atticum, lib. 4. 72. 4.

Agricultura prohiberi. Cæſar 4. bel. Gal. 464.

Calamitate prohibere. Cic. pro lege Manil. 11.

Prohibere à conuitijs. Cæſar 1. bel. Ciuil. 89.

Cibo prohiberi & tecto. Cic. 5. Verr. 49.

Detrimento aliquem prohibere. Author ad Heren. libro 2. 50.

Dolorem dentium prohibet, Occurrit dentium dolori, Impedit ne oriatur, Arcet. Plin. lib. 20. cap. 7. 1.

Domo prohibere. Terent. Phorm. 2. 3. 78.

Exitu prohibere. Cic. ad Atticum, lib. 9. 187. 2.

Fuga prohibere. Cic. ad Atticum. lib. 9. 184. 3.

Aliquem ab iniuria prohibere. Saluſt. in Iugurtha.

Ab inſula procul prædones prohibere, & intra inſulam recipere, contraria. Cic. 6. Verr. 127.

Itinere prohibere. Cæſar 1. bel. Gal. 35.

Ludo insani prohibere animos inſtabiles. Virgilius 4. Georg. 22. De apibus.

Motus & conatus alicuius prohibere. Cic. 2. in Catil. 45.

Neſus prohibere. Virg. 5. Aeneid. 40.

Periculo prohiberi. Cic. 4. Verr. 10.

A'periculo Remp. prohibere. Cic. pro lege Manil. 12.

Potione prohibere per triduum. Colum. lib. 6. cap. 7. 2.

Aliquem prouincia prohibere. Plancus Cic. lib. 10. 15. 3.

A'pugna prohibere. Cæſar 4 bel. Gal. 587.

Bacchum rixis prohibere. Horat. 1. Carm. ode 27. 1.

Sepultura aliquem prohibere. Author ad Heren. lib. 4. 183.

Seruitio prohibere. Liu. 1. ab Vrbe, 174.

Prohibere à ſe uim. Plaut. Capt. 13. 35.

Voce prohibere aliquem, Impedire ne quis loquatur. Cicero pro Ligario, 8.

Vrbe prohibere aliquem. Ouid. 15. Metam. 120.

Prohibere, dátiuo & accuſatiuo iunctum. Plautus Curc. 14. 7.
Obſecro parentes ſuos mihi prohibeas? Idẽ Mil. 10. 105.

¶ Prohibẽſis, (ἀπειρύσης) pro Prohibueris, antiquè. Plautus Pſeud. 3. 12,
—id te Iuppiter
Prohibeſſit. Cato capit. 141. 2, Vti in morbo uiſos, inuiſoſq; uiduertatem, uaſtitudinemq;, calamitates, intemperiaſq; prohibeſis. Sic Cic. 3. de Legib. 8.

¶ Prohibens, penul. corr. Participium (ἀπείργων) ut, Lex naturæ recta imperans, prohibensq; contraria. Cic. 1. de Nat. deor. 52.

Egredi deo prohibente. Tibul. lib. 1. eleg. 3. 5.

Vento prohibente reuerti. Ouid. epiſt. 26.

¶ Prohibitus, penul. corr. Participium. Cicero 5. Verr. Equitem Romanum ſcitote biduum cibo tectoq; prohibitum.

¶ Prohibendus, Aliud participium (κωλυτέος) ut,
Ira maxime prohibenda in puniendo. Cic. 1. Off. 125.

¶ Prohibitorius, Adiectiuum: ut, Auis prohibitoria, apud Plinium lib. 10. cap. 14.

Edictum prohibitorium. Paulus in l. mutus & ſurdus. ff. de procur. Quid hoc edictum prohibitorium eſt.

Proiicio] proijcis, penul. corr. Proieci, pen. prod. proiectum, (ἀποῤῥίπτω, προΐεμαι, καταῤῥίπτω, προβάλλω) proijcere, Porrò iacere. Virg. 6. Aeneid. 167,
—proijce tela manu. Ouid. epiſt. 20. 33,
Proijcit ipſe ſuas deducta fronte coronas.

Ante pedes proijcere aliquid. Virg. 5. Aeneid. 235.

Arma proijcere. Cæſar 3. bel. Ciuil. 384.

Ampullas proijcere & ſeſquipedalia uerba. Horat. in Arte, 20. Id est, Irata uerba, inflata, grandia: emittere orationem tumidam. Adhuc enim ampullas uocamus quaſi inflata uaſa.

Animas proijcere. Virgil. 6. Aeneid. 88. quaſi rem uilem, inquit Seruius.

Strato proiecerat artus. Valer. 7. Argon. 29.

Aurum proijcere. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 20.

Diem proijcere, Oppetere. Stat. 1. Theb. 47,
Ille tamen ſuperis æterna piacula ſoluit,
Proiecitq; diem, nec iam amplius æthere noſtro Veſcitur. Ibidem, lib. 2. 132.

In exilium proijci. Cic. Antequam iret in exil. 19.

Foras proijcere. Cic. in Catil. 26, Quo quidem lætari mihi uidetur, quòd tantam peſtem euomuerit, foràsq; proiecerit.

Fructus amoris proijcere, A'ſe reijcere. Catul. in Camerium, epigram. 51. 5.

Lachrymas proijcere, pro Effundere. Hirtius 4. bel. Alex. 98.

Libertatem ſuam proijcere. Cic. pro C. Rabirio Poſt. 20.

Se proijcere. Cicero ad Atticum, libro 9. 173. 11, Tuas nunc epiſtolas à primo lego. Hæ me paulum recreant: primæ mouent & rogant, ne me proijciam. Hoc est, deſpondeam animum.

Diogenes proijci ſe iuſſit inhumatum. Cicero 1. Tuſcul. 166. Hoc est, abijci.

Se ad pedes proijcere, Humilitatis ſignum. Cæſ. 1. bel. Gal. 105. Cic. pro Seſtio, 20, Vos inquam, pro meo capite ad pedes lenonis impuriſſimi proiecistis.

Se ex naui proijcere. Cæſar 5. bel. Gal. 559.

Se ex urbe proijcere, Subtrahere. Cic. 4. Philip.
Se in forum proijcere, Proripere. Liu. 2. ab Vrbe, 95.
Se in iudicium proijcere. Cic. pro Cælio, 13.
Se in muliebres fletus proijcere. Liu. 5. bel. Pun. 204.
Super amicum exanimem sese proijcere. Virg. 9. Aeneid. 89.
Proijcit se libido, ac proripit. Cic. 2. de Fin. 117.
Tectum proijcitur, pro Extenditur. Cic. in Topicis, 11.
Virtutem patriam proijcere. Cæsar 2. bel. Gal. 287.
¶ Proiectus, (ἀπορριμμένος, προβλὴς) Participium, siue Nomen ex participio. Colum lib. 12. cap. 22. Quia ignoretur ubi proiectum iaceat quod desideratur.
Cibum proiectum odorari. Horat. Epod. 6. 2.
Simonides ignotum quendam proiectum mortuum quũ uidisset, humauit. Cic. 1. de Diuinat. 100.
Ex naufragio ad saxa proiectus. Cic. 12. Philip. 132.
In puluere proiectus. Valer. 4. Argon. 54.
Sternitur & toto proiectus corpore terræ. Virgil. 12. Aen. 18.
Amor lucis proiectus. Silius lib. 10. 9.
Corpus proiectum. Lucret. lib. 3. 181.
Enses proiectos reddidit. Lucan. lib. 9. 6.
Pudore proiecto loquar tua facta. Ouid. 6. Metam. 109.
Proiectus puer, dicitur expositus. Plaut. Cistel. 3. 5,
Paruulam puellam proiectam ex angiportu sustuli.
Proiectus (προτεταμένος) Extensus. Cicero 1. de Orat. 122, Brachium procerius proiectum, quasi quoddam telum orationis.
In antro uiridi proiectus. Virg. eclog. 2. 15.
Exin proiectæ claro cum lumine Chelæ. Cic. in Arato, 37.
In æquor proiectus. Ouid. 2. de Ponto. eleg. 7. 82,
Proiecta insula. Cic. 6. Verr. 105, Quarum una est ea quam dixi, insula: quæ duobus portubus cincta, in utriusq; portas ostium aditumq; proiecta est.
Proiectæ humi uineæ. Colum. lib. de Arboribus, capit. 4. 1.
Vrbs proiecta in altum. Cic. 6. Verr. 18.
Proiecta audacia atq; eminens. Cic. pro Cluentio, 145, Sic, Proiecta cupiditas, apud eundem pro Domo sua, 88.
Proiectus ad audendum. Cic. 3. Verr. 1.
Ad libidinem gens proiectissima. Tacit. lib. 21. de Iudæis.
Proiectas ac proditas ad inconsultam atq; improuidam pugnã legiones, dixit Liuius.
Proiectum, pro Contempto & uili. Tacit. lib. 1, An ciues, quibus iam proiecta Senatus authoritas? Idem lib. 3.
Proiecta, Partes sunt domus prominentes, qualia sunt meniana & podia pensilia: unde aspectus est nobis in uicos & plateas. Budæus.
¶ Proiectus, huius proiectus (προβολὴ) ipsa proiectio. Plin. lib. 17. cap. 12. 4, Omnium quæ proiectu frontis ita diffunduntur, ut per ipsas non defluant imbres, stilla sæua est.
Corporis proiectus immanis. Lucret. lib. 3. 201.
¶ Proiectio, Verbale (πρόσις) Cic. in Orat. 33, Brachij proiectio in contentionibus, contractio in remissis.
¶ Proiecto, proiectas (πανλεύω) proiectare, Frequenter proijcere.
Proiectare aliquẽ probris, Iniurijs afficere. Plaut. Bacch. 11. 38.
¶ Proiectura, proiecturæ, penul. prod. (προβολὴ) Proiecturæ Vitruuio sunt prominentiæ, & uelut supercilia quædam parietum arcendis stillicidijs inuenta: fabri larmieros appellant & intabulamenta. Quanquam etiam proprio nomine Coronæ uocentur: siue structura, siue intestino opere constent. Vitruuius libro 2. cap. 8, Summis parietibus structura testacea sub tegula subijciatur altitudine circiter sesquipedali: habeatq; proiecturas coronarum. Ita uetari poterunt quæ solent in ijs fieri uitia. Budæus.
¶ Proiectitius, Adiectiuum. Qui proiectus nutritur. Plautus

Cistel. 1. 8, Lemniq; natam despondit adolescentulo amore capto illius proiectitiæ.
Proin] Aduerbium (διὰ ταῦτα) Proterea, ideo, prõpter hoc. Terent. Eunuch. 1. 1. 11,
Proin tu, dum est tempus, etiam atque etiam cogita. Idem And. 2. 4. 5,
—orationem sperat inuenisse se,
Quã differat te: proin face, apud te ut sies.
¶ Proinde, Aliud aduerbium (διὰ τόπων, διάνοιαν) Idem significans. Terent. And. 4. 2. 24,
—ne uacuum esse me nunc ad narrandum credas.
Proinde hinc uos amolimini. Liuius lib. 1, Satis scire de regni Romani & deos affuisse, & non defuturam uirtutem: proinde ne grauarentur.
Proinde isti licet faciant quos uolent Consules. Cicero Attico, 2. 24. 4.
Proinde bono animo sis. Cic. Attico, lib. 1. 6. 6.
Proinde fac magnum animum habeas. Cic. Cassio, lib. 12. 6. 4.
Proinde, si sapis uide. Cic. 4. Verr. 49.
Proinde si qui sunt, qui, &c. Cic. 7. Verr. 143.
Et proinde diligenter ab utroque conseruata sunt. Lepidus Ciceroni, libro 11. 35. 6.
Proinde (ὁμοίως) pro aduerbio similitudinis aliquando ponitur, eãdemq; significationem habere uidetur cum Proinde. Terent. Phorm. 2. 3. 35,
Proinde expiscare quasi non nosses. Cic. pro Domo sua, 25, Proinde quasi isti aut de Cn. Pompeio aliter atque ego existimo, sentiant, &c. Colum. libro 11. cap. 52. 1, Itaq; non nulli gustu explorare maturitatem tentauerunt, ut siue dulcis esset sapor uuæ, siue acidus, proinde æstimarent. Taci. lib. 12, Decretaq; eorum proinde haberi iusserat, ac si magistratus Romani constituissent. De Augusto loquitur.
Prolabor] penul. prod. prolaberis, Pen. cor. prolapsus sum, (προάγομαι) prolabi, Vltra labi. Cic. 2. de Nat. deor. 168,
At Canis ad caudam serpens prolabitur Argo. Ex Poeta.
Prolapsus cecidit. Liu. 5. ab Vrbe, 101.
Prolabi in caput. Liuius 7. bel. Pun. 178. Vetus codex habet, Per caput.
Prolabi ex arbore. Plin. lib. 27. cap. 8. 12. Et apud Liuium, lib. 7. bel. Pun. 152, Prolabi ex equo.
Matris prolapsus ab aluo. Ouid. in Ibin, 45.
Prolabi timore. Cic. Pro Quintio, 51.
Prolabi longius. Cic. pro Cecinna, 73.
Prolabi in misericordiam. Liu. 10. bel. Pun. 54.
Prolabi cupiditate. Cic. ad Atticum, lib. 1. 12. 12.
¶ Prolapsus, Participium (προαχθεὶς, καταφερεχθεὶς, καταφερόμενος) ut,
Equus prolapsus. Proper. lib. 4. eleg. 1. 19.
Pergama prolapsa. Virg. 2. Aeneid. 111.
Prolapsa iuuentus refrenanda & coercenda: In malos mores deuoluta. Cic. 2. de Diuinat. 7.
Prolapsa huc libido, ut. Cic. pro Cælio, 37.
Verbum prolapsum ab aliqua cupiditate. Cic. pro Fonteio, 15.
¶ Prolapsio, Verb. (καταφέρεψις) Cic. pro Cælio, 32, Et interdũ multas uias adolescentiæ lubricas offendit, quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione uix posset.
Prolatio] Vide Profero.
Prolato] prolatas, pen. prod. (ἀνευρύνω, πλατύνω) Prolatare, Ex Pro, & Latus adiectiuo compositum, Idem quod Dilatare, & aliquando differre in aliquod tempus, & protrahere. Cic. in Catil. 78, Id opprimi sustentando ac prolatando nullo pacto potest. Sic 1. bel. Pun. 16, Nihil prolatandum
Agros prolatare. Tacit. lib. 18. (ratus.
Diem prolatare. Silius libro 3. 29. Salust. in Catilin. Cethegus

semper querebatur de ignauia sociorum: illos, dubitando, & dies prolatando, magnas opportunitates corrumpere.
Diem ex die prolatare. Tacit. lib. 5.
Vitam prolatare. Tacit. lib. 11.
¶ Prolatatus, penul. prod. Participium (ἀνασκευασθεὶς) ut, Bellum prolatatum. Tacit. lib. 13, Prolatatum inter Parthos Romanosq; de obtinenda Armenia bellum acriter sumitur.
¶ Prolatatio, prolatationis, Verb. (ἀναβράσμασις) Tacit. li. 19, Sed omnẽ prolatationem ut inimicam uictoriæ suspectabãt.
Prolecto] prolectas (παράγω) prolectare, Illectare significat. Cic. pro Flacco, 14, Egenes, & leues spe largitionis, & uitatico publico, priuata etiam benignitate prolectat.
¶ Prolectibile, Quod alliciendi incitandiq; uim habet. Sidon. ad Vectionem. Nemo ita naturæ firmæ est, ut prolectibilibus careat occultis.
Prolepsis] huius prolepsis (πρόληψις) dici potest Latinè præsumptio: Ex πρὸ ante, & λῆψις sumptio, siue acceptio: siue ἀπὸ τῦ προλαμβάνειν, hoc est à præsumendo. Fitq; in oratione, quum id quod in aduersarij aut iudicis opinione esse aut fore arbitramur contrarium nobis, præoccupamus dicere, & ratione dissoluere. Cicer. 1. de Nat. deor. 62, Quæ est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum, quam appellat πρόληψιν Epicurus, id est, anteceptam animo rei quãdam informationem? Sic, 2. de Diuinat. 163.
Proles] prolis, fœm. gen. (ἀπογόνου) Progenies. Colum. libro 7. de caprino pecore, Pascit autem, si est generosa proles, frequenter duos, nonnunquam trigeminos. Quint. lib. 8. capit. 3. Proles ducenda, tragicum.
Proles & Soboles, uerba à Cicerone non euitata, ut ipse testatur lib. 3. de Orat. 84.
Tuta diu uolucrum proles, tũ denique cæsa est. Ouid. 1. Fast. 901
Olivæ proles. Virg. 2. Georg. 1.
Hominum futurorum proles. Cic. in Som. Scip. 14.
Fœlix urbs prole uirũm. Virg. 6. Aeneid. 157.
Achilles Thetidis proles. Vide Achilles.
Degener proles. Senec. Agamemn. 6. 15.
Duellica proles equorum. Lucret. lib. 2. 133. Alij legũt, Bellica.
Effera. Lucret. lib. 2. 122.
Fœda. Senec. Medea, 7. 17.
Fœlix. Claud. 2. de rapt. Pros. 75.
Ignara parentis. Ouid. 2. Metam. 110.
Incerta. Seneca Thyeste, 4. 31.
Inclyta. Seneca Medea, 7. 17.
Mascula proles rusticorum militum. Horat. 3. Carm. ode 6. 8.
Noua. Lucret. lib. 1. 5.
Posthuma. Virg. 6. Aeneid. 153.
Præclara. Valer. 2. Argon. 30.
Pulcherrima. Virg. 6. Aeneid. 130.
Scelerata. Ouid. 1. Metam. 26.
Virilis. Virg. 7. Aeneid. 10.
Ambigua prolem agnoscere. Virg. 3. Aeneid. 36.
Proles sine matre creata. Ouid. 2. Metam. 111.
Equitum, peditumq; proles describunto. Cic. 3. de Leg. 10.
Gemina prolem dare. Virg. 1 Aeneid. 56.
Gemellam prolem eniti. Ouid. 9. Metam. 91.
Ferrea tum uerò proles exorta repentè est. Cicero 2. de Natura deorum, 237.
Procudere prolem. Lucret. lib. 5. 171.
Pulchra prole parentem facere. Virg. 1. Aeneid. 16.
Producere prolẽ teneram à nido in aera. Ouid. 8. Metam. 43.
Propagare prolem. Lucret. lib. 2. 199.
Proletarius, Adiectiuum (ὀπτικὸς, θητευτικὸς) à Prole dictum est. Proletarij dicti sunt qui in plebe Romana pauperrimi

erant, & non amplius quàm mille & quingentos æris in censum deferebant, ut ait Nonius. Ennius Annalibus, Proletarij, ut publicitus, scitaq; ferriq; ornatus. Vide Gellium libro 16. capit. 10. Festus, Proletarium, capite censum dictum ait, quòd his ciuitas constet, quasi proles progenie. ijdem & proletanei. Nonius Proletarij dicti sunt plebeij, qui nihil Reip. exhibeant, sed tantum prolem sufficiant.
Proletarius sermo. Plautus Milite, 10. 156. id est, uilis & plebeius.
¶ Proletarij, dicebantur homines inopes, & nullo censu in classes redacti. Hoc uerbum eleganter usurpauit Budæus, pro ijs qui nulla animi dote, nulla ingenij ac ciuilis prudentiæ facultate censentur, & commendabiles sunt.
Prolibo] prolibas, penul. prod. (προαπόλαυω) prolibare. Antè libare. Plin. lib. 35. cap. 12, In sacris quidem etiam inter has opes non myrrhinis crystallinisue, sed fictilibus prolibatur sumptus. Idem libro 28. cap. 4. 13, Alij è tribus puteis pari mensura aquas miscent, & prolibant nouo fictili.
Prolicio] prolicis, penul. corr. prolexi, prolectum (ἑρέλκω) prolicere, Inducere. Antiquum. Plaut. Curcul. 3. 2,
Eius amor cupidam hac me per tenebras prolicit.
Prolixus] Adiectiuum (μακρὸς, ὑπτιανὸς, πρόμηκης) A laxum fit quasi porrò laxum, quod longum, laxumq; est. Terent. Heaut. 2. 3. 49,
Capillus passus, prolixus, circum caput
Reiectus negligenter. Varr. 1. de Re rust. capit. 9. 5, Licet uidere fructuosas segetes ac restibiles, & arbores prolixas.
Barba prolixa. Virg. eclog 8. 7.
Comæ prolixæ. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 7.
Ictu prolixo prouolat. Lucretius libro 4. 251, Hoc est, uelocitate maxima.
Prolixus animus, Optimus: quòd quæ prolixa sunt, eò meliora, uel Prolixus animus, Liberalis. Cicero ad Atticum, libro 16. 343. 5, Quod quum ita sit, tamen interest nostra, Plancum hoc animo libenti prolixoq; facere. Vbi interpres, Prolixus, in causam propensus.
Natura prolixa & benefica. Cic. Attico, lib. 3. 8. 31.
Ariobarzanes non in Pompeium prolixior per ipsum, quàm per me in Brutum. Id est, propensior. Cicero Attico, libro 6. 114. 7.
Prolixus, Superfluus aliquando dicitur. Vnde Prolixa oratio, Prolixum iter, Prolixa uerba dicimus. Sipontinus.
¶ Prolixè, Aduerbium, Longè, latèq;. Terentius Adelph. 5. 8. 21,
—uis est hæc quidem. D. age prolixè Mitio. Vbi Donatus, Aut age prolixè, id est, age benignè, ut si prolixè, benignè, secundum ueteres, aut, &c.
Prolixè aliquem accipere. Id est, largè & lautè. Terent. Eunuch. 5. 9. 52, Accipit hominem nemo melius prorsus, neq; prolixius.
Prolixè promittere. Largè, liberaliter. Cicero ad Cæsarem, libro 7. 5. 3.
Prolixè & cumulatè. Cicer. pro L. Flacco, 69, Adductus huius pudore, & non amplissimis patrimonij copijs, id non solùm fecit, sed etiam prolixè, cumulatèq; fecit.
Libenter, prolixè, & celeriter facere. Cicero ad Atticum libro 16. 341. 5.
Prolixè respondere. Cic. ad Att. lib. 7. 133. 2.
¶ Prolixitudo, penul. prod. prolixitudinis (μῆκος) Pacuuius Dolorestẽ, Oro mi ne flectas fandi prolixitudinem.
¶ Prolixo, prolixas, prolixare, Prolixum facere. Columella libro 4. capit. 24. ad finem, Magnopere monendus putator est, ut prolixet aciem ferramenti, & quantùm possit,

noueulæ similem reddat.

Prologus] prologi, penult. corr. masc. gen. (πρόλογος) Prologuium, siue præfatio, ubi aut poeta excusatur, aut fabula commendatur. Prologus etiam narranda proponit. Teren. in Prologo Phorm. 15,

Nullum inuenire prologum potuisset nouus
Quem diceret.

Prologus, aliquando ipsum hominem, prologum referentem significat. Terent. in Prologo Heaut. 11,

Oratorem uoluit esse me, non prologum.

¶ Prologium, prologij (προλόγιον) Principium, Proloquium, Pasuuius,

Quid est? nam examinasti me prologio tuo. Fest.

Prolongo] prolongas (μηκύνω) prolongare. Longum facere. Plinius libro 13. capit. 3. 1, Vestes prolongant tempus. Ex uetusto exemplari legitur, prorogant. Seneca lib. 5. de Benefic. Vt prolongetur tibi dies mortis, nihil proficiet ad fœlicitatem.

Proloquor] penul. corr. proloqueris, proloquutus sum (προφημι, προφέρω, ἀποφαίνομαι) proloqui, Est quum quod in animo habemus, loquendo efferimus, ut ait Varro de Lingua Lat. Terent. And. 1. 5. 21,

Censen' ullum me uerbum potuisse proloqui? Idem Phorm. 2. 1. 53,

—postquam ad iudices
Ventum est, non potuit cogitata proloqui. Cicero in Orat. 82, Me autem siue peruagatissimus ille uersus, qui uetat artem pudere proloqui quam facilites, dissimulare non sinit quin delectet.

Proloqui, Multum, siue plus loqui quàm par est. Plautus Epid. 10, 28,

—nam, quid ego apud te proloqui parem? &c.

¶ Proloquium, proloquij (ἀφήγημα) Sententia in qua nihil desideratur. Quod etiam pro exordio ponitur.

Proloquium disiunctiuum, pro Disiuncto genere argumenti. Gellius libro 5. capit. 11, Non ratum id neq; iustum, disiunctum esse ait, quoniam non necessum est alterum ex duobus, quæ disiunguntur, uerum esse: quod in proloquio disiunctiuo necessarium est.

Prolubium] prolubij (προπυμία) Cupiditas & uoluptas. Gellius libro 16. cap. 19, Feros & immanes nauitas prolubium tamen audiendi subit.

Prolucèo] prolucet, penult. prod. proluxi, proluxêre. Seneca De uita beata. capit. 32, Sena per diem, sena per noctem signa prolucent.

Proludo] proludis, penul. prod. prolusi, prolusum, penul. prod. (προαγωνίζομαι) proludere, Est futurum certamen meditari & exercendarum uirium causa, confirmandi; animi ueluti simulacrum quoddam certaminis inire. Virg. lib. 3. Georg. 47,

Et tentat sese, atq; irasci in cornua discit,
Arboris obnixus truncoq; uentosq; lacessit
Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena.

Iurgia proludere. Iuuen. Satyr. 5. 2.

Proludere, inquit Budæus, est aliquid agere quod ad iustum certamen pertineat: quasiq; exordium legitimi, pleniq; certaminis auspicari. Cic. 2. de Orat. 177, Sed ut ipsis sententijs quibus proluserunt, uel pugnare possint.

In armis leuibus proludit. Ouid. ad Pisonem, 18.

Dolor proludit per scelera. Seneca Medea, 12. 6.

¶ Prolusio, prolusionis, Verbale (προαγώνισμα) Cicero 2. de Orat. 177, Atque eiusmodi illa prolusio debet esse, non ut, &c.

Prolusionis uocabulum ad causas translatum est. Sic Cicero diuinationem suam, prolusionẽ Verrinæ accusationis uocat, 1. Verr. 25, Sin mecum in hac prolusione nihil fueris: quem te in ipsa pugna cum acerrimo aduersario fore putemus?

¶ Proludium, proludij (προαγών) Id est, Præludium, & initium orandi causas, sed per trãslationem. Gellius lib. 5. cap. 10, Sed maius mihi in ista uictoria proludium est, quum te non in causa tantùm, sed in argumento quoq; isto uinco.

¶ Prolusorius, Adiectiuum: ut, Prolusorium iudicium id est Præiudicialis causa. Vlpian. in l. si prolusorio iudicio. ff. de appellation.

Prolugeo] proluges, penul. prod. proluxi, proluctum (ἀπενθέω) prolugere. Festus, Prolugere dicuntur, qui solito diutius lugent.

Proluo] proluis, prolui, prolutum, pen. prod. (ῥέχω) proluere, Ex pro & Lauo compositum, Multum siue multo tempore lauare. Persius in Prologo, 1,

Nec fonte labra prolui Caballino, Non enim omnino negat, sed negat multum labra lauisse, humilitatis causa. Colum. lib. 2. capit. 18. 5, Quoniam impetus aquarum proluit terram, nudatisq; radicibus germina non patitur coalescere. Virg. 1. Aeneid. 149,

—& pleno se proluit auro.

Cruor saucia proluit pectora. Stat. 8. Theb. 139.

Præcordia melius prolueris leni mulso. Hor. 2. Ser. Satyr. 4. 6.

Eridanus proluit syluas insano contorqueus uortice. Virgilius 1. Georg. 97.

¶ Prolutus, penul. prod. Participium (ἀπεργυμένος) ut,

Multa prolutus uappa nauta, atque uiator. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 4.

¶ Proluuies, penul. corr. proluuiei, pen. prod. fœm. gen. (ῥύπος) Immundities cuiuscunq; rei sordidæ. Virg. 3. Aen. 44,

—fœdissima uentris
Proluuies. Id est, sordis effusio, inquit Seruius. Cicero ad Qu. fratrem, lib. 3. 23. 1, Rome, & maximè Appia, ad Martis, mira proluuies. Nonnulla exemplaria habent, Alluuies. Colum. lib. 12. cap. 38. 1, Et ad alui proluuiem.

Larga proluuie lauere saxa. Lucret lib. 5. 90.

¶ Proluuium, proluuij, Idem (κατάπλυσμα) Profusio & prodigalitas, quum quis more aquæ opes profundit. Terentius Adelph. 5. 9. 28,

Quod proluuium? quæ istæc subita est largitas?

Prolytæ] à Tribuniano appellantur, qui quintum iam in annum iuri ciuili operam dederant sicut Lytæ, qui quatuor. Instinian. in Procœmio Pandectarum iuris Ciuilis. Turnebus ut lytas interpretatur solutores, quasi qui iam tantos progressus habent in iure ut de eo respondere propè possint & quæstiones soluere: sic prolytæ illi sunt quos tanquam præsolutores dixeris, quòd etiam solutoribus, qui lytæ dicuntur, antecellant. Vulgus interpretum iuris lytas solutos uocat magno sanè flagitio.

Promachus] Macedo, & Nouellius Tricongius, rarâ gloriâ inter bibaciss imos fuerunt, ille enim quòd quatuor ingurgitasset cantharos uno actu, ab Alexandro corona donatus est: hic tres uini congios prandiolo uno ebibisse commemoratur. Promachum Macedonem triduo post uini furor enecauit. Alexander libro quinto, cap. 22. 12.

Promagister] scripturæ. Cicero Attic. libro 5. epist. 15. in fine, Le commis ou substitut du, &c. Dicitur & pro magistro. Vide scriptura, pro Vectigali, &c. in Scribo.

Promatertera] teræ, penul. corr. Proauiæ meæ soror, Caius in l. 2. ff. de gradib.

Promellere] uerbum antiquum, quod Litem promouere interpretatur. Festus.

Promercalis] & hoc promercale, pen. prod. (ἐπὶ τῷ) Dicitur quod

iur quod paterfamiliàs uænale habet extra ea quæ usui suo seruat, ut ait Budæus. Colum. lib. 1. capit. 8. 9, Neue negotietur sibi, pecuniamq; domini aut animalibus, aut rebus alijs promercalibus occupet. Suet. de claris Grammat. 23, Quũ & officinas promercalium uestium exercuerit. Gellius libro 4. cap. 1, Ex iis autem quæ promercalia & usuaria in locis hisdem essent, ea sola esse penoris putet, quæ sint usu annuo. Suet. in Cæsare, cap. 54, Aurum promercale uocat id, quod Cæsar uendidit superans sibi, reseruata tanta auri copia, quanta suo usui satis esset.

Promercium] promercij. Paulus in l. cætera. ff. de legat. 1, Sed & si quis ad opus Reip. faciendum legauit, puto ualere legatum. Nam & Papinianus libro undecimo Responsorum refert. Imperatorem nostrum & Diuum Seuerum constituisse, eos qui Reipublicæ ad opus promiserunt, posse quid detrahere ex ædibus suis urbanis atque rusticis, eóque ad id opus uti: quia hi quoque non promercij causa id habeant. Promercium, inquit Turnebus, à Paulo dicitur ea ratione, qua commercium. Illo autem uerbo continentur ea, quæ paterfamiliàs promercalia habet & uænalia, id est, quæ non suæ usioni & penori, ut consumet, seruat, sed ut pecunia mutet.

Promerco] promeres, penul. corr. promerui, promeritum, pen. corr. (προσόφλω) promerere: & Promereor, promereris, promeritus sum, promereri, Deponẽs, Idem quod Mereri. Terent. Phorm. 3. 2. 31, Idem hoc tibi quod bene promeritus fueris, conduplicauerit. Cicero ad Quint. fratrem, lib. 1. 1. 45, Etenim si in promerendo ut tibi tanti honores haberentur, quanti haud scio an nemini, fuisti omnium diligentissimus. Terent. Adelph. 2. 1. 45,

Verùm enim quando bene promeruit, fiat: suum ius possidulat.

Vota tua promeruere deos dextros marito. Stat. 5. Sylu. 1. 15.

Officium promerere. Cic. Antequàm iret in exil. 2.

Pœnam promerui. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 13.

Curæ testimonium promeruisse contentus. Quintil. libro 3. cap. 1. 16.

Promereri de aliquo. Plaut. Menæch. 2. 4. 3.

Promereri malum. Plaut. Amph. 7. 14.

Reus leuius punitus quàm sit promeritus. Cicero 2. de Inuen. 184.

Promereri principem, pro Principatum. Plin. in Paneg. 107, Quisquis probatos Senatui uiros suscipit, hic maximè principem promeretur.

Promereri (συνοικέω) beneficium præstare, adiuuare, prodesse, Donato interprete. Virg. 4. Aeneid. 67,

—nunquam regina negabo
Promeritam. Terent. And. 2. 1. 33,

Ego Charinæ, neutiquam officium esse liberi puto,
Quum is nihil promereat, postulare id gratiæ opponi sibi. id est, nihil meretur, inquit Donatus: uel, ut idem ait, cum nihil præstet.

Promereri de aliquo, Conferre beneficium in aliquem. Plautus Capt. 16. 11.

Bene promereri de multis. Cic. 2. Off. 76.

Optimè de Repub. promereri. Cic. 3. Philip. 150.

Occasionem promerendi non amittere. Quint. Cicero de Petit. Cons. 12.

Diligentissimum esse in promerendo. Cic. Qu. frat. lib. 1. 1. 45.

¶ Promerens, penul. corr. promerentis (συνοικῶν) Qui bene de aliquo meretur. Plaut. Asin. 4. 2, Promerĕti optimè hoccine pretij redditur?

¶ Promeritum, promeriti, penul. corr. (σύνοικος) Plaut. Perſa, 1. 3. 27, Cic. Post reditum ad Quirites, lib. 6, Quare hoc maius est in uos uestrum promeritum, quod non multitudini propinquorum, sed nobismetipsis reddidistis.

Prometheus] penul. prod. (προμηθεύς) trium syllabarum teste Ouidio libro 1. Metam. Iapeti filius ex Asia Nympha coniuge, post factos à se homines, dicitur auxilio Mineruæ cælum ascendisse, & adhibita facula ad rotam Solis, ignem furatus: quem hominibus indicauit. Ob quam causam irati dij, duo mala immiserunt terris, febres & morbos, sicut & Sappho & Hesiodus memorant. Quod tangit & Horatius, libro 1. Carm. ode 3. 6. Ipsum etiam Prometheum in monte Caucaso per Mercurium religauerunt ad saxum: & adhibita aquila est, quæ eius cor exederet. Hæc autem omnia non sine ratione finguntur. Nam Prometheus, uir prudẽtissimus fuit, dictus ἀπὸ τῆς προμηθείας, id est, à prouidentia. Hic primus Astrologiam Assyrijs indicauit: quam, residens in monte altissimo Caucaso, nimia cura & solicitudine deprehenderat. Dicitur autem aquila cor eius exedere, quòd ἀχθ&, est solicitudo, qua ille affectus, siderum omnes deprehenderat motus. Et hoc quia per prudentiam fecit, duce Mercurio, qui prudentiæ & rationis deus est, ad saxum dicitur esse religatus. Deprehendit præterea rationem fulminum, & hominibus indicauit unde cælestem ignem dicitur esse furatus. Nam quadam arte ab eodem monstrata, superiusq; ignis elicieb atur, qui mortalibus prosuit, donec eo bene usi sunt. Nam postea malo hominum usu in perniciem eorum uersus est: sicut in Ludo lectum de Tullo Hostilio, qui eo igne exustus est cum omnibus suis. Numa uerò Pompilius impunè eo usus est tantùm in sacris deorum. Hinc est quòd igne raptο, ab iratis numinibus morbi hominibus dicuntur immissi. Vide Seruium in illud Virg. 6. eclog. 9,

Caucaseaq; refert uolucres furtumq; Promethei.

Scopuli Promethei. Seneca Hercule fur. 13. 14.

Callidus Prometheus. Horat. 2. Carm. ode 18. 7.

Diri Prometheos artes. Stat. 11. Theb. 94.

¶ Prometheus, penul. prod. (προμόθεος) Adiectiuum quatuor syllabarum: ut, Iugis Prometheis lecta herba. Propert. lib. 1. eleg. 11. 8.

¶ Promethides, penul. prod. Patronymicum, masc. gen. (προμηθίδης) Ouid. 1. Metam. 79,

Inde Promethides placidis Epimethida dictis
Mulcet. De Deucalione.

Promico] promicas, penul. corrept. (προτείνω) promicare, Extendere, uel longè iacere. Næuius, Si quidem loquiuis, non perdocere, multa longè promicanda oratio est. Nonius.

Promilite] Vide Exconsule.

Prominco] prominos, penul. corr. prominui (προβάλλω) prominere, Vltra aliquid eminere, inquit Sipontinus. Plin. lib. 11. cap. 37. 38, Simiæ dentes ut homini. Elephanto; intus ad mandendum quatuor, præterquam eos qui promicant. Horat. Epod. 5. 7.

Vulgus prominet excelsis tectis. Stat. 11. Theb. 83.

Prominere ante. Plin. lib. 8. cap. 32. 6, Aut enim paucos, aut nullos habent, nec in cornibus imis ramos, alioquin ante frontem prominere solitos iunioribus.

Prominere à cætera acie, pro Eminere ultra reliquam aciem. Liu. 2. bel. Pun. 196.

Collis prominet in Pontum. Ouid. 13. Metam. 167.

Prominere in memoriam ac posteritatem, pro Extendi. Liuius 8. bel. Pun. 234.

¶ Prominens, penul. corr. (προβάλλων) Participium, siue Nomen ex participio. Liu. 7. bel. Pun. 255, Gallos prominens collis tegebat. Mart. lib. 5. 4.

¶ Prominens, Nomen substantiuum (προβάλλον) ut, Littoris prominens. Tacit. lib. 1.

¶ Promontorium, (ἄκρα, ἀκρωτήριον) promontorij, Quasi præeminens mons dictum, significat montem in mari prominentem; aut aliquid simile. Plin. Promontoria aperiuntur mari, & verum natura agitur in planum. Cicer. 6. Verr. 92, Ab eo oppido non longè, in promontorio fanum est Iunonis antiquum.

Promiscam] dicebant ueteres, pro Promiscuè. Festus.

Promiscuus] Adiectiuum (ὑπήνεον, ἀδιάφορον) Mistum, confusum, incertum. Salustius, Diuina atq; humana habere promiscua, nihil pensi atq; moderati habere. Liu. 2. ab Vrbe, 130, Plusq; ibi sanguinis promiscua omnium generum cæde, quàm in ipsa dimicatione factum.

Connubia promiscua. Liu 4. ab Vrbe, 5, Quã enim aliam uim connubia promiscua habere, nisi ut ferarum propè ritu uel gentur concubitus plebis patrumq;?

Victus promiscuus. Plin. lib. 5. cap. 1. 15.

In promiscuo aliquid habere. Plin. lib. 33. cap. 1. 21.

In usum promiscuum uenire. Plin. lib. 9. cap. 35. 20.

Operam promiscuam dare, Mutuam operam tradere. Plautus Rud. 24. 138.

Promiscuum genus, apud Grammaticos, Genus epicœnum, & quasi incertum siue confusum. Quint. lib. 1. cap. 4. 18.

¶ Promiscuè, Aduerbium, Mistè, confusè, incertè. Plin. auunculus, lib. 11. cap. 37. 8, In capite cunctorum animalium homini plurimus pilus, iam quidem promiscuè maribus ac fœminis. Liu. ab Vrbe, lib. 3. 197, Placet pecudum, ferarumq; ritu promiscuè in concubitus rueres?

Promiscuè & Propriè, contraria. Cic. 2. de lege Agrar. 84, Tamẽ promiscuè toto, quàm propriè partu frui parte malletis

Promiscuè & communiter. Cic. pro Fonteio, 11, Vnum est enim & simplex aurium iudicium, & promiscuè & communiter stultis ac sapientibus ab natura datum.

Haurire promiscuè ex aliquo loco. Cic. 3. de Orat. 41.

Promitto] promittis, promisi, pen. prod. promissum (ὑπισχνέομαι, ὑφίημι, ἐπαγγέλλομαι, ὑγυάω, ἐγγυάομαι, πένομαι) promittere, Polliceri. Terent. Adelph. 5. 8. 18, Fac: promisi ego illis. Cicero, Iam enim totum quod tibi promiseram, præstiti.

Dij faxint ut faciat ea quæ promittit. Cic. Attico, lib. 16. 331. 5.

Vix uidebar quod promiseram, præstare posse. Cicero ad Brut. 18. 3.

Promittere ad cœnã: hoc est, Promittere se iturum ad cœnam. Plaut. Menæb. 17. 35.

Promittere foras ad cœnam. Plaut. Sticho, 10. 16.

Promittere ad fratrem: hoc est, Se iturum ad fratrem. Cicero 2. de Orat. 16.

De re aliqua promittere. Quint. lib. 3. cap. 9. 6, Nec esse utilis potest, nisi constiterit, quid debeat de probatione promittere.

Promittere prolixè de re aliqua. Cic. Cæsari, lib. 7. 5. 3.

Bene promittere. Ouid. 3. de Arte, 92.

Quæ autem inconstantia deorum, ut primis mimentur extis, bene promittant secundis? Cic. 2. de Diuinat. 56.

Difficulter promittere. Seneca epist. 1, Aut timidè negauit, aut promisit, sed difficulter.

Timidè promittere. Ouid. 1. de Arte, 127.

Verè promittere. Catul. ad Lesbiam, epig. 104. 1.

Promittere & affirmare. Lentulus Ciceroni, lib. 12. 14. 15.

Promittere atq; confirmare. Cicero ad Sulpitium, lib. 13. 28. 6, Quod ita esse tibi promitto, atque confirmo. Idem Appio Pulch. lib 3. 10. 5.

Promittere ac spondere. Cic. pro Cælio, 61, Promitto hoc uobis, & Reipub spondeo. Item Crassipedi, lib. 13. 10. 6.

Promitto, recipio, spondeo p. c. C. Cæsarem talem semper fore ciuem, &c. Cic. 5. Philip. 201.

Promittere, & in se recipere. Cic. ad Brutum, lib. 13. 118.

Damni infecti promittere. Cic. in Topicis, 10.

Auxilium promittere alicui. Ouid. 13. Metam. 66.

Auidi promittere bellum. Stat. 3. Theb. 78.

Promisi mea fide. Plaut. Menæh. 19. 6.

Promittere se facturum aliquid. Plaut. Asin. 16. 80.

Promitto fore. Plaut. Aulul. 7. 42.

Magna promittere. Silius lib. 8. 47.

Opem promittere. Ouid. 5. Fast. 50.

Torum promisit illi. Ouid. 7. Metam. 18.

Vana promittere. Ouid. epist. 15. 60.

Vadimonium promittere. Cic. 5. Verr. 30.

Promittere, Producere. Plin. lib. 16. capit. 26. 3, In maxima tamen admiratione pinus est. Habet fructum maturescentem, habet proximo anno ad maturitatem uenturum, ac deinde tertio, nec ulla arborum auidius se promittit id est (ut ego quidem interpretor) porrò mittit prosert se, & in fructum effert. Nisi fortè quis putet idem esse ac si diceret, fructum de se pollicetur: quippe in annum tertium promittit. Cæsar 8. bel. Gal. 36, Quo tutius altitudine esset. hoc audacius longiusq; tela promitteret.

Promittere barbam. Liu. 6. ab Vrbe, 73. Tacit. lib. 2, Donec crinem barbamq; promitteret.

¶ Promissus, Participium (ἐπαγγελθείς, ἐγγυητὸς) Cicero pro Quint. Rosc. 9, Quæ ex liberalitate huius promissa sit & ostentata.

Corpus mihi promissum. Ouid. epist. 19. 29.

Dies promissa aderat. Virg. 9. Aeneid. 22.

Dona promissa reddere. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 2.

Donum Ioui dicatum atq; promissum. Cic. 7. Verr. 144.

Fides promissa. Virg. 6. Aeneid. 70.

Fœdera promissa. Ouid. 2. Fast. 32.

Munus promissum. Ouid. 3. Fast. 73.

Nox promissa. Tibul. lib. 3. eleg. 7. 10.

Soluere promissa præmia alicui. Ouid. 14. Metam. 165.

Salus promissa tibi est. Lucanus lib. 4. 48.

Promissa barba, Prolixa & dependens, siue longa. Virg. eclog. 8. 7. Plin. epist. 147. lib. 7. ad Suram, Mox apparebat idolum senex macie & squalore cõfectus, promissa barba, horrenti capillo. Festus, Promissum capillum dicunt longum. Istẽ, Barba promissa, uelut porrò missa. Liu. 2. ab Vrbe, 96.

Capillus promissus. Liu. lib. 4. Decad. 5.

Comæ promissæ. Liu. libro 8. bel. Maced. 4, Procera corpora, promissæ & rutilatæ comæ, uasta scuta, prælongi gladij. De Gallis.

Promisso uentre arietes. Colum. lib. 7. cap. 3. 3.

¶ Promissum, Substantiuum (ἐπαγγελμα) Quod pollicemur. Plinius libro 12. capit. 1. 3, Elico ex Heluetijs Romæ commoratus, olei ac uini promissa remeans secum tulit. Vetus codex habet, præmissa.

Promissum ac receptum interuertere. Cic. 2. Phil. 86.

Constantia promissi. Cic. ad Atticum, lib. 4. 86. 1.

Sponsor promissorum alicuius. Cicero Dolabellæ in Epistolis ad Atticum, lib. 15. 328. 5.

Dextra non tam in bellis & in prælijs, quàm in promissis & fide firmior. Cic. pro Deiotaro, 4.

Infida promissa. Valer. 2. Argon. 116.

Superba promissa. Valer. 4. Argon. 130.

Vberius promissum. Cic. 5. Tusc. 30.

Absoluere promissum. Vide Absoluo.

Admouere promissis spem recursus. Ouid. 11. Metam. 91.

Ditibus promissis commoueri. Silius lib. 3. 104.

Complere

Complere promissum. Vide Compleo.

Conficere munus promissi. Cic. in Partit. 73.

Consequi promissa. Cic. 1. Tusc. 152.

Dignum promissis dicere aliquid. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 1.

Dare blanda promissa. Catul. Argon. 59. 28.

Efficere promissum & conuentum cupiam. Cic. 1. Off. 46.

Exigere promissa. Cic. 3. Off. 127.

Expetere promissa. Cic. Bithynico, lib. 6. 17. 1.

Exuere promissa. Tacit. lib. 13.

Facere promissum alicui. Cic. 1. Philip. 12.

Ferre munera uberiora promissis. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 14.

Firmare promissa. Ouid. 10. Metam. 86.

Flagitare promissum. Cic. Appio Pulchro, lib. 3. 11. 14.

Implere promissum. Plin. epist. 12. lib. 2.

Inducere aliquem promissis. Vide Induco.

Inani promisso ludere aliquem. Ouid. 3. Fast. 137.

Manere promissis, & seruare fidem. Virg. 2. Aeneid. 32. Vide Maneo.

Morari aliquem plura in promissis. Lucret. lib. 5. 19.

Largis promissis onerare pectora alicuius. Silius lib. 17. 116.

Parere promissis, Facere quod promisisti. Ouid. 5. Fast. 101.

Patrare promissa. Vide Patro.

Pendere promissis. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 1. 22. 4.

Perficere promissa. Vide Perficio.

Reddere promissa. Virg. 5. Aeneid. 78.

Referre promissa. Ouid. 14. Metam. 4.

Repetere promissum. Cic pro Plancio, 82.

Satisfacere promisso. Cic. 7. Verr. 108.

Seruare promissa. Cic. 1. Off. 47.

Soluere promissa militibus. Cic. Cornificio. lib. 12. 29. 10.

Stare promissis. Cic. 1. Off. 48.

Teneri uoto & promisso. Cic. Attico, lib. 12. 24. 1. 10.

Trahunt promissa puellas. Ouid. 1. de Arte, 127.

¶ Promissio, Verbale, Idem (ὑγυή, ἐπαγγελία, ὑπόσχεσις) Cicero 3. de Orat. 114, Promissio, deprecatio, obsecratio. Idem ad Atticum, libro 153, 8, Cum literis, cum mandatis, cum promissione prouinciæ.

Scelerum promissio. Cic. 8. Philip. 241.

Promnestria] proxenestria est seu. nuptiarum conciliatrix. Id enim munus per fœminas iam diu expediri solebat. Aliciat. libro 1, disiunction. capit. 22. Latinè Pronuba dicitur. προμνήστρια.

Promo] promis, prompsi, promptum (ὑποφαίνω, προβάλλω, προκαλέσομαι) promere, Proferre, exponere, educere. Virgil. 2. Aeneid. 52,

——illos patefactis ad auras
Reddit equus, lætiq; cauo se robore promunt.

Vina horna promere dolio. Horat. Epod. 2. 10.

Nisi id circo molestè pateris, quòd HS. IↃↃↃ tu ex arca proferebas, HS. CCCIↃↃↃ. ex disciplina & artificio Roscius promebat. Cic. pro Roscio Comœdo, 17.

Ex armario aurum promere. Cic. pro Cælio, 40.

Pecuniam ex ærario promere. Cic. 5. Verr. 169.

Promere è sacrario. Plin. lib. 33. cap. 1. 19.

Libros è bibliotheca promere. Cic. 3. de Fin. 10.

Promere de narthecio medicamenta. Cic. 2. de Fin. 38.

Spicula promit de pharetra. Ouid. 3. de Arte, 103.

Promere in usus. Colum. lib. 2. cap. 10. 13.

Aestus promit Titan. Senec. Herc. Oetheo, 12. 10.

Diem promit & celat sol. Horat. in Carm. Secul. 2.

Gemitus de pectore promere. Mart. lib. 10. 85.

Voces promere. Cic. 1. de Diuinat. 39.

Promere, Eloqui. Plin. in Paneg. 112, Iubes quæ sentimus promere in medium. Plaut. Asin. 3. 11.

In publicum aliquid promere. Quint. lib. 1. cap. 1. 17.

Promere à se. Vide A uel Ab.

Animus eruditus qui semper aliquid promat quod alios delectet. Lucceius Ciceroni, lib. 5. 14. 3.

Aliquid ex scientia obscuriore promere & assumere. Cic. 1. de Orator. 31.

Loci sunt quasi sedes è quibus argumenta promuntur. Cicero in Top. 5.

Promere consilia, Aperire, palàm facere. Cicero ad Attic. libro 9. 190. 5.

Obscura promere. Horat. 1. Carm. ode 34. 3.

Orationem de se promere. Tacit. lib. 18.

¶ Prompto, promptas (προχειρίζω) promptare, Frequentatiuum. Plaut. Bacchid. 8. 62, Quia malum si promptet, in dies faciat minus. Idem Pseud. 9. 35.

¶ Promptus, (προχειρισμός) Part. siue Nomen ex participio.

Clausum, & Promptum, contraria. Salustius in bel. Cati. Aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere.

¶ Promptus, (πρόχειρον, πρόχειρος, πρόθυμα, ἑτοῖμος) Qui iam paratus est ad augendũ, & in quo nulla mora est, quasi iam productus: expeditus, alacer, ardens. Salustius, Natura ferox, uehemens, manu promptus erat, maximum bonum in celeritate putabat.

Paratus & promptus. Cic. 1. Verr. 22.

Promptus ingenio, Qui ingenium ad omnia paratum habet. Liu. 5. ab Vrbe, 9, Is tum iam non promptus ingenio tantum sed usu etiam exercitatus, talem orationem habuit.

Promptus lingua. Liu. 2. ab Vrbe, 199.

Promptior manu. Liu. 2. ab Vrbe, 245.

Promptus seruitio, pro Ad seruitium. Tacit. lib. 1.

Promptus ad. Liu. 1. bel. Maced. 134, Quòd promptiores ad subeundam omnem dimicationem uidebatur facturum, id metum, pigritiamq; incussit.

Ad arma promptior. Ouid. 1. Metam. 26.

Quirites prompti ad bella. Ouid. 3. Fast. 56.

Promptus & non inexercitatus ad dicendum. Cicero de clar. Orat. 70.

Ad discendum promptus. Quint. lib. 1. cap. 1. 2.

Promptior ad pericula. Cic. 1. Off. 117.

Ad pugnam promptus. Cic. pro Milone, 40.

Ad uim promptus. Cic. 2. de lege Agrar. 81.

Aditus ad honores capessendos prompti. Tacit. lib. 3.

Te esse hilari animo & prompto ad iocandum, ualde me iuuat. Cic. Quæ fratri, lib. 2. 15. 1.

Animum tuum promptum & alacrem perspexi ad defendendam Reipub. Cic. Appio, lib. 3. 111. 13.

Prompta & parata in respondendo celeritas. Cicero de clar. Orat. 79.

Promptissimus homo & experiens. Cic. 6. Verr. 32.

Ingenium promptum ad asperiora. Druso erat. Tacit. lib. 1.

Promptum in adulationes ingenium. Tacit. lib. 15.

Lingua prompta ad sonos rigidos. Ouid. 4. Fast. 62.

Manus promptas in fata alicuius continere. Ouidius 1. de Ponto, eleg. 10. 5.

Alacri & prompto ore ac uultu, huc atq; illuc intueri. Cicero 1. de Orat. 91.

Pectus promptum ad uulnera. Lucan. lib. 5. 64.

Rabies in ferrum promptissima. Lucan. lib. 7. 49.

Facilis & prompta responsio. Cic. 1. de Orat. 122.

Studia prompta. Tacit. lib. 2, Prompta illi legionum studia.

Promptus, per translationẽ, dicitur manifestus, & apertus, quæres à secretiore loco educitur, ut parata nobis et ad manus sit

Prompta & aperta, quibus Occulta & recondita opponuntur.

Cic. 1. de

Cic.1.de Fin.46, Altera occulta quædam & quasi inuoluta aperiri, altera prompta & aperta iudicari. Idē 6. Ver. 37.
Eminentia & prompta. Cic.3.de Orat.119.
Loca prompta, Publicā & in propatulo. Lucret.lib.6.255.
Prompta & exposita fides. Cic.pro Cecinna, 57.
In promptu rem esse dicimus: id est, manifestam. Cic. 4. Acad. 20, A me enim ea quæ in promptu erant, dicta sunt: à Lucullo autem reconditiora desidero. Ibidem, lib.1.6.
Sed hæc quoq; in promptu fuerunt, nunc interiora uideamus. Cic.2.de Diuinat.185.
Hoc decorum non recondita quadam ratione cernitur, sed est in promptu. Cic.1.Off.134.
In promptu habere. Cic.3.Tusc.92.
Patere & in promptu esse omnibus. Cic.1.de Orat.13.
Quod omnibus patet, & æquè promptum est mihi & alijs. Cicero pro Murena, 25.
In promptu aliquid ponere, cui opponitur Contegere & abdere. Cicero 1.Off.176.
Cognita in promptu. Lucret.lib.2.174.
Promptum est. Quint.lib.9.cap.1, Neq; enim me mouent nōmina illa, quæ fingere utiq; Græcis promptissimum est. Id est, facillimum. Idem lib.10.cap.7, Promptum hoc, & in expedito positum, exercitatione sola continetur.
Non est promptum cognoscere unde, &c. Ouid.3.Metam 20.
Haud promptum, Non facile inuentu. Plin.lib.9.cap.35.8.
Promptus, cum genitiuo. Gel.lib.10.cap.22, Plato ueritatis homo amicissimus, eiusq; omnibus exhibendæ promptissimus.
¶ Promptum, Substantiuum (προχαρον) Lucret.lib.6.164, Expirat q; foras in aperta prompta q; cæli.
¶ Promptissimè, Aduerbium (προθυμότατα) Confestim. Plin. epist. 82.ē, Quare ego uerò Corelliæ adero promptissimè: nec subire offensas recusabo.
¶ Promptuarius, Adiectiuum (ταμίεῖος) ut, Promptuaria cella, Ex qua aliquid depromitur. Plaut. Amphit. 4. 4, Inde cras è promptuaria cella depromar ad flagrum? Hic pro carcere posuit.
¶ Promptuarium, promptuarij (ταμεῖον) Locus in quo res ad usum necessariæ ita repositæ sunt, ut statim promi ac proferri possint: ut ait Sipontinus. Cato cap.11.3, Armariū, promptuarium unum, scamna longa sex.
¶ Promus, promi, masc. gen. Cellarius. Plaut. Pœn.10.5, Aedepol feciſti prodigum promum tibi. Colum.lib.12.capit.3.7, Promis quoq; & cellarijs aliquid attendentibus aut mentuentibus interuenire.
Per translationem dixit Plautus in Trin.4.35,
——ne admittam Culpam ego meo ſum promus pectori.
Promönstra] Prodigia, inquit Festus.
Promöntorium] Vide Promineo.
Promöntorium Mineruæ] πτηνεῶον ἄκρον, est iuxta Surrentū, in quo olim Sirenes habitasse feruntur. In illius aūt extremo est Athenæū, hoc est Mineruæ sacellū, quod Vlysses ædificasse narratur. Huius meminit Ouid. 15. Met. 1424 Inde legit Capreas, Promöntoriumq; Mineruæ.
Promoueo] promoues, pen.tōrr, promoui, promōtum, pē. prod (προώθησω, πρόνεμαι, μεμοινεύω, ὀρνύω, προάγω, παροτρύνω) promouere, Vltra mouere, prouehere. Terent. Eunuch. 5. 2. 4, Moue uerò ocyus tē nutrix. s. moueo. c. uideo, at nihil promoues. Cic. ad Qū. fratrem, lib. 3. 17. 4, Assa in alterum apodyterij angulum promoui.
Promouere onera & portare. Colum. lib. 11. cap. 1. 7.
Scalas, & machinamenta promouere. Tacit. lib. 15.
Gradum promouere ab aliquo loco. Stat. 12. Theb. 109.
Promouere loco aliquid, est Deducere quòd non expedit. Horatius Epod. 11. 3.

Promouere aliquem. Cic. Att. lib. 4. 8. 2, Inde domū, cœnatus ut sim præsto Miloni: ibi igitur te uidebo & promouebo.
Promouere (ὑπτιανέω) Extendere. Plin. epist. 173. lib. 8. ad Gallum, Rursus omnes in eundem locum depulsæ, quā steterūt, promouent terram: & modò hāc, modò illāc lacum reddunt, auferuntq;.
Aciem promouere. Vide Acies.
Cornua aciei utrinq; promouere. Quint. lib. 2. cap. 13. 3.
Imperium promouere. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 14.
¶ Promosse, pro Promouisse. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 4,
Roma, nisi immensum uires promosset in orbem, &c.
Promouere, Prolongare, producere tēpus. Terē. And. 4. 2. 28,
Ebo tu impudens, non satis habes quòd tibi dieculam addò Quantum hūc promoueo nuptias?
Promouere, Proficere. Terent. Hecyr. 4. 4. 81,
Abibo hinc, præsens quando promoueo parum.
¶ Promotus, pē. prod. Participiū (προωθισθεὶς) Vltra motus.
Classis promota attollit fluctus. Stat. 1. Achil. 89.
Promota & remota. Cic. 3. de Finib. 81, Sic in uita non ea quæ primario loco sunt, sed ea quæ secundum locum obtinent, προηγμένα, id est producta nominentur. Quæ uel ita appellemus (id erit uerbum è uerbo) uel promota & remota, uel (ut dudum diximus) præposita uel præcipua, & illa reiecta.
Promotus ad dignitates. Plin. epist. 151.
¶ Promotio, promotionis, Verbale, Firmicus libro 3. capite 7, In palatijs regum, uel potentum uirorum domibus perseuerant & promotionibus aliquibus adornantur.
Promulco] agi nauis dicitur, quum scaphæ ducitur fune. Paulus.
Promülgo] promulgas, promulgare, Publicare, palàm pronunciare: quasi Prouulgare. Festus, Leges promulgari dicuntur, quum primum in uulgus eduntur. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 7. 2, Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando. Sic 4. Verr. 126.
De meo reditu octo Tribuni promulgarunt. Cic. pro Sest. 59, Tribuni qui promulgarent de salute mea, & ad uos sæpe referrent. Cic. Post reditum in Senatu, 3.
Qui de Cæsare mōstra promulgarunt, quibus intercederet nemo. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 10. 6.
Quæstionem promulgare. Cic. in Vatinium, 20. Id est, ad populum ferre rogationem. Budæus.
Rogationem promulgare. Quint. lib. 2. cap. 4. 26.
¶ Promulgatus, penul. prod. Participium: ut, Prælia promulgata. Cic. pro Murena, 28.
Re multos dies promulgata & cognita. Cic. pro Flacco, 12.
Promulgata, proposita, in ærario cognita, agunto. Cicero 3. de Legibus, 16.
¶ Promulgatio, Verbale. Cicer. ad Lentulum, lib. 1. 5. 3, Subitò exorta est nefaria Catonis promulgatio.
Illæ enim leges nulla promulgatione latæ sunt, antequam scriptæ. Cic. 2. Phil. 18.
promulgatio trinundinum. Cic. 5. Phil. 169.
Promulsis] promulsidis, fœm. gen. (ὑδρόμελι) Potio ex mulso condita. Cic. Papyrio Pæto, libro 9. 16. 24, Neq; est quòd in promulside spei ponas aliquid, quam totam sustuli. Idē, lib. 9. 20. 20, Habuisses enim non hospitēm, sed contubernalem. At quem uirum? non eum, quem tu es solitus promulside conficere. Integram sumem ad ouum affero, itaq; usque ad assum uitulinum operā perducitur.
¶ Promulsidaria, uasa dicuntur, quibus promulsis continetur. Pomponius, Legatis uasis, seu tellas, & promulsidaria cōtineri in titul. de auro & argento legat. in P.
Promuntoria] quum prominentes sunt in mari rupes, unde per

æ per u scribi hæc uox debet, ut ueriloquium demonstrat. non enim à monte, sed à prominendo deducitur: in Liuio tamen eminens & editissimum in Alpibus iugum promuntorium appellatur. Prægressus, inquit, signa Annibal in promuntorio quodam, unde longò ac latè prospectus erat, consistere iussis militibus Italiam ostentat. Vide Promontorium, in Promineo.
Promus] Vide Promo.
Promuscis] promuscidis, fœ. gen. (προβοσκὶς) Manus siue proboscis elephantorum aliàs dicitur. Plin. lib. 8. capit. 7. 1, Promuscidem elephantorum facillimè amputari, Pyrrhi præliorum experimentis patuit. Vetus exemplar, proboscidem legit.
Promutuum] mutuum, mutua pecunia. Scæuola. l. 40. §. 3. de stat. lib. in P. quod neque à conductoribus prædiorum, neque à uillicis pensiones exegerit, & insuper etiam promutuum eis dederit.
Pronaus] pronai, penult. corr. masc. gen. uerti potest Protemplum, quasi ante templum. Vitruuius libr 3. capite. 1, Dipteros autem octastychos & pronaō & postico. Id est, tat euson principal rencōtre que en son sons. Rursus cap. 3. Spicis perfectis & collocatis, columnæ sunt medianæ in pronao & postico ad perpendiculum mediį centri collocandæ. Id est, tant au front comme auderriere. Budæus etiam pronaum uocat, quod uulgus Le paruis, Comme le baruis nostre dane de Paris.
Pronecto] pronectis, pronexi & pronexui, pronexum (κατατείνω) pronectere. Stat. 4. Syl. 3. 30,
Vidi quam seriem morantis æui
Pronect.ant tibi candidæ sorores. Hoc est, in longum tempus nectant.
Pronepos] penult. corr. pronepotis, penul. prod. masc. gen. (πρωέγγονος) Nepotis filius. Cic. 13. Phil. 354, Hæc si cogitas M. Lepide, M. Lepidi Pontificis Maximi fueris pronepos. Idem ad Atticum, lib. 16. 338. 4, Quintus tui pronepos scribit ad patris mei nepotem.
Iouis pronepos, Aiax. Ouid. 13. Metam. 29.
¶ Proneptis, huius proneptis (προεγγόνη) Neptis filia.
Pronœa] πρόνοια, Prouidentia. Budæus in notis ad Pand. Mentem enim mundi Stoici πρόνοιαν, id est prouidentiam appellauerunt, quem deum esse putabant, ut docet Cicero libro 2. de Natura deorum. Vnde Quintilianus de deo loquens, prouidentiam ferè dicit: ut primo libro: Oratione (inquit) nihil præstantius homini dedit prouidentia. Et alibi de Cicerone loquens, Dono quodam prouidentiæ genitus, in quo omnes suas uires eloquentia experiretur. Ex ea autem monte diuina, quæ & prouidentia dicitur, animos humanos defluxisse aiebant, quasi de scillasse.
Pronomen] penul. prod. prononinis, ieut. gen. (κατωνυμία) Pars est orationis Grammaticis, dicta quòd uice nominis ponatur. Vt enim quum nomen ponimus, explicamus personam: sic ponendo pronomen, tacito nomine ut quum dicimus, Hic legit, ille scribit. De hoc consule Priscianum, & alios grammaticos
Pronuba] pronub.e, penul. cor. (προσυνοχὶς, νυμφοστρία) Pronubæ dicuntur quæ in obsequio nubētis sunt, inquit Donatus, quæ nubentes domum mariti deducunt, ac comitantur. Pronuba dicitur, quæ nuptijs celebrandis præest, & ea ex parte uxoris: sicut auspex ex parte uiri. Inde pronuba Iuno dicitur. Virg. 4. Aeneid. 33.
Flamma pronub.a. Claud. 1. de raptu Proserp. 27.
——tenerum iam pronuba flamma pudorem
Sollicitat. Hoc est, ingenitus ardor quidam qui ætate matura uirgines ad nuptias prouocat, aut certè cōnubij tēpus, quippe nouam nuptam faces præibant.
Pronubo] is, ere, Nuptijs præsum, Festus.
Pronuncio] pronuncias (προφωνῶ, προφθέγγω) pronunciare, Est id quod uulgò memoriter recitare dicitur. Plinius autunculus libro 7. cap. 48. 6, Luceria mima centum annis in scena pronunciauit.
Perperam pronunciare. Vide Perperam.
Memoriter pronunciare multos uersus. Cic. 2. de Diuinat. 21.
Ad comicum morē aliquid pronunciare. Quint. lib. 1. cap. 8. 3.
Vno spiritu multos uersus pronunciare. Cicer. 1. de Orat. 137.
Pronunciare (inquit) Budæus uerbum est iuris in alio significatu, pro eo quod est Expressè & nominatim prædicere, præfariq; ex bona fide in rebus contrahendis. Vlpian. in l. prima, de ædilitio edicto, sæpe in ea significatione usus est. & in l. quòd si nolit, Qui mancipia uendunt, nationem cuiusq; in uentidione pronunciare debent. Hoc Græci ὑπαναγορεύειν dicunt. Cic. 3. Off. 86, Is igitur Cato iudex ita pronunciauit, quū in uēdendo rem eā scisset, & nō pronunciasset, emptori damnū præstari oportere. Hoc etiam nuncupari dicitur.
Pronunciare, Nominare. Liuius 4. bel. Pun. 123, Postremo uicti consensu, & seditionem metuentes, pronunciant eos Prætores.
Pronunciatum & statutum (inquit Vlpianus in l. pronunciatum. ff. de uerb. signific.) idem dici potest: promiscuè enim & pronunciasse, & statuisse solemus eos dicere qui ius habent cognoscendi.
P ronunciare per præconem. Plin. de Viris illust. 51.
Pronunciare sententiam. Cic. 2. de Fin. 63.
Pronunciare de. Plinius epist. 15. lib. 3, Non temere iam nunc de uniuersitate pronuncio.
De se sententiam ferre, & iudiciū pronunciare. Cic. in Pis. 78.
Amplius pronunciare. Vide Amplius. Cic. 3. Verr. 17.
Pronunciare, Dicere. Plin. epist. 113. lib. 5. ad Macrum, Nec tamen adhuc possum pronunciare, utrum sit difficilius, capere aliquid, an scribere.
Seorsum de re aliqua pronunciare. Quint. lib. 7. cap. 3. 16.
Pronunciare, Iudicare. Quint. lib. 2, Sed ij qui sint, non cuiusuis est pronunciare. Hæc Budæus. Cic. pro Rosc. Amer. 76.
Pronunciare, Palàm promittere. Cic. pro Cluentio, 62, Suppressam esse ab eo pecuniam, quam pro reo pronunciasset: qui erant in concione non intelligebant. Hæc Budæus. Idem ad Atticum, lib. 1. 11. 22.
Pronunciare aduersus aliquem. Plin. lib. 17. cap. 9. 6.
¶ Pronunciatur, Impersonale. Plin. libro 7. cap. 4. 2, Patriam ab eo coronari pronunciatur.
¶ Pronunciatus, penul. prod. Participium (ὑπαναβολὴ) ut, Pronunciata sententia.
Versus pronunciatus syllaba una breuior aut longior. Cicero Partit. 31.
¶ Pronunciatum, pronunciati, penul. prod. Substantiuum (ἀξίωμα) Cicer. 1. Tusc. 23, Omne pronunciatum (sic enim mihi in præsentia ocurrit ut appellarem ἀξίωμα, utar post alio, si inuenero melius) Id ergo est pronunciatum quod est uerum aut falsum.
¶ Pronunciatus, huius pronunciatus, pen. prod. (ὑπαγόρευσις) Pro ipsa pronunciatione. Gellius libro 4. capite 17, Ratio in pronunciatu manet.

¶ Pronun-

¶ Pronunciatio, pronunciationis, Verbale (ἐκφώνησις, ἐκφώνημα) Est uocis, & uultus, & gestus moderatio cum uenustate, inquit author ad Herennium, libro 1.3. Idem de Fato, 39. Quod quum ita sit, quid est quod non omnis pronunciatio aut uera aut falsa sit?

Indecora uel uoce, uel gestu pronunciatio. Quintil. lib. 3. capit. 3. 2.

Quis enim cantus moderatæ orationis pronunciatione dulcior inueniri potest? Cic. 1. de Orat. 119.

Lex & pronunciatio. Cic. pro Cluentio, 43.

¶ Pronunciator, penul. prod. Verbale, masc. gen. (ἐκφωνητής) Cic. de claris Orat. 158, Thucydides enim rerum gestarum pronunciator syncerus & grandis etiam fuit.

Pronuper] penul. prod. Aduerbium (πρωΐ) Quasi dicas nuper de nuper. Plaut. Trinum. 8. 20.

—qua sponsione pronuper tu exactus es
Pro illo adolescente.

Pronurus] huius pronuri, penul. cor. pronurui, fœm. gen. (πρόνυος) Nepotis uxor. Ouid. epist. 16. 42,

Pronurus & magni Laomedontis ero.

Pronus] Adiectiuum (πρηνής, πεπτωκώς, πεπτωκυῖα) In anteriorem partem flexus. Ouid. 1. Metam. 18,

Pronaq; quum spectent animalia cætera terram,
Os hominis sublime dedit, &c.

Supinus & Pronus, contraria. Plinius lib. 7. cap. 17, Virorum cadauera supina fluitare, fœminarum prona: uelut pudori defunctarum parcente natura.

Pronus & Superus, contraria. Cic. 1. Tusc. 67.

Proni decurrere monte parabant. Silius lib. 7. 44.

Pronus ad Meridiem locus. Varr. 3. de Re rust. cap. 16. 29.

Pronus soli, & ad solem. Colum. lib. 2. cap. 9. Idem libro 3. cap. 2, Aquiloni prona.

Pronus in uentrem. Varr. 2. de Re rust. cap. 7. 11.

Pronus bibis aquam. Mart. lib. 1. 88.

Aurigæ pendent proni in uerbera. Virg. 5. Aeneid. 30.

Mittere aliquem pronum. Catul. ad Coloniam, epig. 17. 5. Id est, præcipitem dare.

In pronum iaculari. Vide Iaculor.

Pronus, Facilis. Plin. epist. 163, Quibus uideo à meo, tuoq; latere pronum ad honores iter, & audita latius nomina, & non subitas imagines relicturus. Sallust. in Iugurtha.

Pronus, pro Vicino. Virg. 5. Aeneid. 43,

—uentisq; uocatis
Prona petit maria. Id est, litori uicina. Seruius.

Pronus, per translationem, Inclinatus ad uirtutes, uel ad uitia. Plinius in Paneg. 138, Nihil est tam pronum ad simultates, quàm æmulatio, in fœminis præsertim.

Pronior huic rei, pro In hanc rem, apud Suetonium in Nerone. cap. 40, Cui spei pronior, Britannia Armeniaq; amissa, ac rursus recepta, defunctum se fatalibus malis existimabat. Idem in Galba, cap. 12.

Honori alicuius pronior. Stat. 3. Sylu. 3. 31.

Proniores paci. Valer. lib. 7. cap. 3.

Pronus ad hæc, apud Sueton. in Vitellio, cap. 7. & in superioribus exemplis.

Ad omne nefas pronus. Lucan. lib. 6. 30.

Proniores ad iracundiam. Plin. lib. 22. cap. 24. 5.

Pronus ad fidem. Liu. 1. bel. Pun. 102. Id est, credibilis.

In aliquid pronior. Quint. lib. 2. cap. 8. 8.

In bellum pronus. Lucan. lib. 1. 60.

In obsequium plus æquo pronus. Horat. 1. epist. 19. 2.

Aer pronus. Ouid. 14. Metam. 165.

Aetas ad uitia maximè prona. Quint. lib. 1. cap. 2. 2.

Et pronus saturæ lac bibit agnus ouis. Ouid. 5. Fast. 99.

Atq; illum in præceps prono rapit alueus amne. Virgil. 1. Georg. 41.

Anni proni. Horat. in Arte, 13.

Aqua prona. Virg. 8. Aeneid. 110.

Aures pronas accommodare. Claud. de bel. Gildon. 86.

Auribus pronis aliquid accipere. Tacit. lib. 17.

Aures superbæ, & offensioni proniores. Tacit. lib. 4.

Crateres proni, Euersi. Stat. 5. Theb. 51.

Currus proni. Stat. 10. Theb. 73.

Decursu prono agitur malum. Catul. ad Ortalum, epig. 65.

Dies prona. Stat. 2. Theb. 9.

Fides prona uenit. Ouid. 3. de Arte, 134.

Iuuentus Satyrorum prona in uenerem. Ouid. 1. Fast. 80.

Lapsus pronus. Claud. in Ruff. 1. 32.

Pronus lapsus fidei. Plin. lib. 5. cap. 1. 11.

Largitor pronus. Claud. 7. Paneg. 24.

Manu prona fundere falerna. Tibul. lib. 3. eleg. 6. 2.

Mens prona in ferrum. Lucan. lib. 1. 92.

Menses pronos uoluere. Horat. 4. Carm. ode 6. 8.

Motus corporis pronus, obliquus, supinus. Cic. 1. de Diu. 196.

Sententia prona. Valer. 8. Argon. 68.

Via prona. Ouid. 2. Metam. 14.

¶ Pronitas, penul. corr. (τὸ πρόωρες) Senec. in Præfat. declam. Nescio qua iniquitate & ad malum pronitate naturæ eloquentia se retrotulerit.

Proœconomia] Proœconomiæ (προοικονομία) Figura: de qua sic Serui. in illum uersum Virg. 1. Aeneid. 46,

—& Libyæ defixit lumina regnis. Pulchra proœconomia, id est dispositio carminis. Vitiuperabile enim fuerat si ex abrupto trasitiu faceret. Seruius. Rursus Virg. 2. Aeneid. 60,

Diuerso interea miscentur mœnia luctu. Vbi Seruius, Hæc est proœconomia. dit enim Aeneam non fuisse proditorem: sed propter longinquitatem domus & tarda bella cognouisse, & facilius euitasse discrimen.

Proœmium] proœmij (προοίμιον, φρόιμιον) Latinè dicitur initium uel exordium, siue præfatio. Dictu proœmiu, quòd ὄιμη cantus dicitur: componiturq; ex πρὸ, id est ante: & ὦιμη, cantus, quasi ante cantum. Nam sicut citharœdi pauca illa quæ antequam legitimu carmen inchoent, emerendi fauoris gratia canunt, proœmium cognominauere: sic oratores ea quæ priusquam causam exordiantur, ad conciliandos iudicum animos præloquuntur, eadem appellatione signarũt. Sunt tamen qui Prohœmium appellatum ueliint, quod Græci ὄιμον, uiam nominant: quòd prohœmium ante rei ingressum ponatur, atq; ideo scribendum cum h putant. Cic. ad Atticum, lib. 16. 333. 22, De gloria librum ad te misi, & in eo proœmium id est quod in Academico tertio. id euenit ob eã rem, quòd habeo uolumẽ proœmiorum: ex eo eligerẽ soleo, quum aliquod σύγγραμμα institui.

Libera proœmia. Quint. lib. 3. cap. 8. 6.

Vitiosum proœmium. Quint. lib. 4. cap. 1. 43.

Dicere proœmium. Quint. lib. 2. cap. 20. 8.

Longo & altè petito proœmio resõdere. Cic. pro Cluẽt. 44.

Scribere proœmium. Quint. lib. 3. cap. 9. 6.

In singulis libris utor proœmijs. Cic. Attico, lib. 4. 85. 3.

Proœmia philosophiæ. Cic. 1. Acad. 13.

Habes proœmium legis hoc. Cic. 2. de Legib. 28.

Affictum proœmium citharœdi. Cic. 2. de Orat. 177.

Rixæ proœmia. Iuuen. Satyr. 3. 28.

Proœmium mercenariũm. Cic. 3. Verr. 77.

¶ Proœmior, proœmiaris (προοιμιάζω) Proœmiari, Exordiri. Plinius epist. 27. 4, Proœmiatur aptè, narrat apertè, pugnat acriter, colligit fortiter, ornat excelsè. Postremo docet, delectat, afficit.

Propæ-

Propædeumata] προπαιδεύματα, sunt ea documẽta, quæ præscisse nos oportet prius, quàm accedamus ad rerum grandiorum, arcanarumq; cognitionem. Bud. lib. 5. de Asse.

Propago] propaginis, fœm. gen. (ἀπογονή, πυθμήν, παραφυάς, ἀπόῤῥυξ, ἀπόῤῥιξ) Vitis uetula, & suppressa, ut ex una plures fiant: dicta quòd porrò pangatur, id est, longè figatur. Virg. 2. Georg. 6, — pressos propaginis arcus.

Et prima producitur. Cic. de Senec. 48, Malleoli, plantæ, sarmenta, uites, traduces, propagines.

Vites melius respondent propagine. Virg. 2. Georg. 13.

Vitium propago. Horat. Epod. 2. 2.

Propago, Genus. Virg. 12. Aeneid. 166,

Si Romana potens Itala uirtute propago.

Author propaginis. Ouid. 3. Fast. 32.

Auidissima cædis propago. Ouid. 1. Metam. 26.

Blanda propago catulorum. Lucret. lib. 4. 202.

Clara propago. Lucret. lib. 1. 9.

Versuta propago, Autolycus. Ouid. 11. Metam. 63.

Propago, priore nunc corr. nunc prod. In utraq; enim significatione credendum est nunc produci, nunc corripi: nam in posteriore primam produxit Lucret. lib. 5. 170,

Vt propagando posit producere secla. Quãuis in priore significatu neminem sciam ex antiquis qui contraxerit. Sunt autem qui putant, Probi authoritatem secuti, in nominatiuo primam corripi, in ablatiuo produci.

¶ Propages (inquit Nonius) est series & affixio continua, uel longè ducta. Pages enim compactio: unde Compages: & Propagare genus, id est, Longè mittere. Pacuuius, Saluete gemina mea propages sanguinis. Ennius,

Vnde florent fructus, uitæq; propagines.

Propago librorum. Plin. lib. 7. cap. 14. 1, Quæ de causa aliorũ eius librorum propago, Liciniani sunt cognominati.

¶ Propago, propagas, pen. prod. (πηκτιόω) propagare, Vitem uetulam supprimere, ut ex ea una plures fiant. Cato cap. 32, Vites propages in sulcos.

Propagare, per translationem, ponitur pro Extendere, & dilatare. Cicer. 7. Verr. 141, Quum ipse sui generis initium ac nominis ab se gigni & propagari uellet; hominum potentissimorum suscepit inimicitias.

Hæc monumentis annalium mandantur, posteritati propagantur. Cic. pro Sestio, 88.

Arbitria propagare, Paulus de arbitris, uocat quando arbiter pronuntiat ad alium arbitrum rem reiiciendam. Budæus.

Ex quibus plura bona propagentur. Cic. in Topicis, 36.

Commeatum propagare, Producere & proferre. Sueton. in Caligul. cap. 29.

Animantum genus propagare. Lucret. lib. 1. 39.

Imperium in annum propagare. Liu. lib. 3. bel. Pun. 117. Legẽdum ex uetusto codice, Prorogari.

Laudem propagare ad sempiternam memoriam. Cicero pro Domo sua, 68.

Prolem propagare. Lucret. lib. 2. 199.

Radices agere & propagari. Cic. 2. Offic. 61.

Religionem propagare. Cic. 2. de Diuinat. 221.

Secla propagare. Lucret. lib. 1. 4.

Stirpẽ propagare in propè quingentesimũ annũ. Cic. 1. Phil. 9.

Tempora propagare. Cic. in Catil. 32.

Vrbis terminos propagare. Tacit. lib. 12.

Vitam propagare. Cic. 1. de Inuent. 3; Nam fuit quondam tempus quum in agris homines passim bestiarum more uagabantur, & sibi uictu ferino uitam propagabant.

Procudere secla propagando. Lucret. lib. 5. 170.

¶ Propagandus, Participium: ut, Soboles propaganda. Cicero pro Marcel. 14.

Religio propaganda quæ est iuncta cum cognatione naturæ. Cic. 2. de Diuinat. 221.

¶ Propagatus, pen. prod. Aliud participium: ut, Memoria Consulatus mei propagata. Cic. 4. in Catil. 70.

Verissimè memoriam propagata, fabulæ similia existimare. Cic. ad Octauium, 11.

¶ Propagatio, Verbale (πηκτίωσις) Colum. de Arboribus, cap. 7. 1, Propagationem genera tria sunt in usu maximè.

Vitium propagatio. Cic. de Senect. 49.

Finium imperij propagatio. Cic. de Prouinc. Consul. 23.

Vita in qua nihil insit nisi propagatio miserrimi temporis. Cic. Luceio, lib. 5. 15. 7, Quæ propagatio & soboles, origo est Rerumpub. Cic. 1. Offic. 86.

Propagatio nominis. Cic. 1. Tusc. 50.

¶ Propagator, pen. prod. Aliud uerbale, m. gen. Cic. ad Atticũ, lib. 8. 147. 4, Ille restituendi mei quàm retinendi studiosior, ille prouinciæ propagator, ille absentis in omnibus aduitor. De Pompeio.

Propala] propalæ, Est qui merces propalam uelut ante palum, uel de palo pendentes habet, & uenditi: quam uocem in propolam deprauauerunt, quum apud Græcos (quorum uocabulum uideri uolunt) hæc uox proxeneta significet, uendítionisq; conciliatorem, ut scribit Pollux. Plautus,

Patris & unum à propala & de cupa. Sic enim legit Turnebus. Quin & ea uox integra bodieq; apud Varronẽ remanet, sic scribentem: Deniq; ipsæ exruminantes ad propalam uitam diu producunt: id est, apud propalam. Quo sanè Varronis in loco non dubitem ruminantes emendare refragantibus libris omnibus, in quibus exgrumantes legitur. Cocleas enim dicit apud propalam ruminando suo sibi succo, & exiguo cibo uitam diu producere. Apud Nonium deniq; Lucilius ipso syllabæ moduló satis indicat uocabulũ Latinum esse, cuius uerba sunt.

Vt cum primitijs ficos propala recentes
Protulit, et pretio ingẽti dat primitus paucos. Ex Turn.

Propalam] pen. corr. Aduerbium (ἀποφανδόν) Id est, clarè, apertè, & in propatulo. Cic. 1. de Orat. 78, Non explicata ueste, neq; proposito argento, neq; tabulis, & signis propalam collocatis. Liu. 4. bel. Maced. 135.

Ponere libellos propalam. Tacit. lib. 4.

Respondere propalam. Tacit. lib. 12.

¶ Propala, propalæ, pen. corr. propalare, probat Calepinus ex Columella lib. 13. cap. 7. Vbi nùc propagare legitur, hoc modo, Per quos uti quæque uirga postulauerit, propagetur.

Propatruus] propatrui, Maximus patruus frater proaui. Caius in l. i. ff. de gradibus.

Propatulus] pen. corr. Adiectiuum (προφανὴς) Latè patens, atq; apertum, quasi porrò patulum. Cic. 6. Verr. 98, Ac tamen eo contentus non fuit, ante ædem Cereris in aperto ac propatulo loco signa duo fuit, Cereris unum, alterum Triptolemi, & pulcherrima, & perampla.

In propatulo, Aduerbialis formula, pro Palam. Colum. lib. 12. in Procem. 2, Quum uictus & cultus humanus non uti ferus in propatulo, ac syluestribus locis, sed domi sub tecto accurandus erat.

In propatulo habere aliquid. Salustius.

Prope] præpositio (ἄγχι, ἄγχω, ἀγχόθι, ἐγγὺς, σύνεγγυς) accusatiuo casui seruiens, significat uxtà. Curtius, Quum prope id oppidum copias constituissent.

Vbi nõ modo prope me, sed planè mecũ habitares. Liu. 1. ab Vrbe, 106, Eò maiore cũ gaudio, quo prope metũ res fuerat.

Cubat is prope Cæsaris hortos. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 4.

Prope montes consistere. Liu. 1. ab Vrbe, 116.

Quum plebs prope ripam Anienis ad 111. milliariũ consedisset.

set. Cic. de claris Orat. 26.
Prope seditionem uentum. Tacit. lib. 19.
Bellum prope à Sicilia. Cicer. 7. Verr. 5. Plin. lib. 15. cap. 18. 7, Tam prope à muris habemus hostem. Hoc est, muris nostris tam propinquum.
Prope ab. Plin. lib. 4. cap. 4. 3, Nec sunt uetustiora de illa re Latinæ linguæ prætexta: tam prope ab origine rerum sumus. Hoc est, tam sumus propinqui post rerum originem.
Prope ab domo detineri. Cic. 4. Verr. 5. Idem in Pisonem, 20, Prope à meis ædibus, &c. sedebas.
Ab exule prope esse, Vide A uel Ab.
Prope ab incestu. Quint. in Insami in matrem, 1.
¶ Propè (πλησίον, πλησίαι, πέλας) sine casu, Est aduerbiũ idẽ significans. Terent. Adelph. 4. 1. 8,
Et illud rus nulla alia causa tam malè odi, nisi quia,
Propè est.
Propè adest, quum alieno more uiuendum est mihi. Sub. tempus. Terent. And. 1. 1. 125.
Propè adest ut. Plaut. Aulul. 8. 9.
Tu aduentare ac propè adesse iam debes. Cic. Att. lib. 4. 85. 19.
Propè aduentat. Plaut. Trucul. 8. 35.
Alterius gladium propè apposìtum è uagina eduxit. Cicero 2. de Inuent. 131.
Propè intueri, & Procul spectare, cõmaria. Cic. de Senec. 44.
Volebam propè alicubi esses. Cic. Varroni, lib. 9. 7. 1.
Propè est quando. Plaut. Menæh. 21. 19. Hoc est, appropinquat tempus.
Propè est ut omnes sint. Senec. epist. 121. Id est parũ abest quin omnes sint.
Propè, Quasi ferè. Ter ent. Heaut. 1. 1. 46,
Eius filiam ille amare cœpit perdìtè
Propè iam ut pro uxore haberet.
Annos propè quinquaginta continuos. Cic. 2. Verr. 24.
Iam tu potes discedere liberatus molestia propè dicam nõ minore, quàm Quintius. Cic. pro Quintio 24.
Propè desperatis rebus. Cic. Curio. lib. 7. 29. 2.
Propè diuinitus. Cicero 2. Verr. 1, Id non humano consilio, sed propè diuinitus datũ atq; oblatum uobis summo Reip. tempore uidetur.
Propè nouum genus dicendi. Cic. pro Archia, 2.
Propè singularis Aristoteles in philosophia. Cic. 4. Acad. 239.
Sapientia præditus propè singulari. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3. 2.
Propè solus. Cic. 4. Verr. 114.
Funeratus propè ictu arboris. Horat. 3. Carm. ode 8. 2.
Propè est factum ut iniussu Prætoris signis conuulsis in aciem exirent. Liu. 5. bel. Pun. 112.
Iam propè erat ut sinistrum cornu pelleretur Romanis, ni septima legio succesisset. Liuius 10. bel. Maced. 129.
¶ Propior, & hoc propius, huius propioris, pen. prod. Comparatiuum (ἐγγύτερος) Terent. Heaut. 5. 2. 34,
Dum istis fuisti solus, dum nulla alia delectatio,
Quæ propior esset te indulgebant. Cic. 1. Tuscul. 190,
Veniunt inde ad proptora,
Funeri propior. Horat. 3. Carm. ode 15. 1.
Gradu sanguinis propior. Ouid. epist. 3. 6.
Tibi propior me nemo est. Cic. pro Quintio, 65.
Propior uero. Liu. 3. bel. Pun. 49.
Quod propius uero est, per parenthesin. Liuius 4. ab Vrbe, 159, Capuamq; ab duce eorũ Capye, uel (quod propius uero est) à Campestri agro appellatam. Id est, magis ad ueritatem accedens.
Propius fidem est. Liu. 2. ab Vrbe, 178.
A' laude propriùs esse. Vide A' uel Ab.
Propius nihil factum, quàm ut occideretur. Cic. ad Qu. fratrẽ,

lib. 1. 2. 24. Hoc est, parum abfuit. Idem 7. Ver. 74.
Vocari ad propiora. Ouid. 6. Fast. 17.
Cura propior deam angit. Ouid. 13. Metam. 117.
Exemplo tangi non propiore potes. Ouid. epist. 15. 66.
Fides ad fallendum propior. Tacit. lib. 18.
Mors propior uenit. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 9.
Omnia sua sibi propiora esse pericula quàm aliena. Cicer. pro Sestio, 33.
Et dicendi ardore eram propior, & ætate coniunctior. Cicero de claris Orat. 176.
Nos autem alium portum propiorem huic ætati habebamus. Cic. Attico, lib. 14. 317. 2.
Res uirtuti propiores. Cic. 2. Offic. 30.
Ætas aliquem insequitur propioribus spacijs. Virg. 9. Aen. 96.
¶ Propius, Comparatiuum aduerbium. (ἐγγύς, ἐγγύτερον, πλησιέστερον, ἐγγυτέρω) quod barbaris dicitur Magis iuxta, uel De prpoe. Terent. Adelph. 3. 2. 11, Propius obscuro accedamus.
Propius urbem. Cicer. 6. Philip. 208, Dum ne propius urbem Romam c c. mil. admoueret.
Abesse propius ab ortu & diuina progenie. Cic. 1. Tusc. 43.
Abesse propius mortem. Vide Abfum.
Accedere propius. Ouid. 2. Metam. 9.
Itineribus nocturnis propius aliquem accedere. Cicer. Attico, lib. 11. 221. 3.
Propius accedere. Cic. 4. de Fin. 41, Sed ut propius ad ea Cato accedam quæ à te dicta sunt.
Accedere propius ad sensum alicuius. Cic. in Partit. 68.
Ad similitudinem enim Deo propius accedebat humana uirtus, quàm figura. Cic. 1. de Nat. deor. 134.
Aspicere res alicuius propius. Virg. 1. Aeneid. 107.
Stellæ aliæ propius à terris, aliæ remotius, ab eisdem principijs, disparibus temporibus eadem spacia conficiunt. Cic. 1. de Natur. deorum, 119.
Consistere propius. Ouid. 3. de Arte, 93.
Cur castra longius aduersariorum castris, & propius urbem mouentur? Cic. in epist. ad Octauium, 9.
Propius petas licebit, quod petis. Martial. lib. 1. 88.
Propius ab aliquo loco stare. Seneca epist. 121.
Quò propius nũc es, flãma propiore calesco. Oui. epist. 17. 36.
Vt propius uentum est. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 7. 9.
¶ Proximus, pen. cor. Superlatiuum (ἐγγύτατος) Terent. Eunuch. 2. 3. 40.
Proximæ fundo ædes. Terent. Heaut. 4. 4. 10.
Sedere proximum ad aliquem. Ouid. 1. de Arte, 28.
In proximum annum transferre. Cic. pro Milone, 18.
Mare dissimile proximo ei continenti. Cic. 4. Acad. 289.
Cura proxima. Ouid. 2. de Arte, 150.
Primo & proximo die. Cic. 4. Tusc. 105.
Proximis superioribus diebus. Cic. Lentulo, lib. 19. 77.
Proximus huic labor est, placidam exorare puellam. Ouid. 1. de Arte, 8.
Proximis mensibus illum non uidi. Terent. Eunuch. 2. 3. 40. Id est, præteritis, inquit Donatus. Proxima enim nobis, aut præterita, aut præsentia sunt.
Quid proxima, quid superiore nocte egeris. Cic. 1. Philip. 1.
Hunc proximo seculo Themistocles insecutus est. Cicero de claris Orat. 20.
In proximum Senatum differre. Vide In.
Proximus uicinus. Cic. Attic. lib. 2. 29. 2, C. Arrius proximus est uicinus, imò ille quidem iam contubernalis.
Proximus, superior, primus in his tribus est obseruatio digna scitu, de rebus ordine relatis ad tria tempora præterita, retro tamen numeranda. Cicer. pro Archia, 8, Est enim obscuriua

rum proximis Censoribus, hunc cum clarissimo imperatore L. Lucullo apud exercitum fuisse: superioribus, cum eodẽ Quæstore fuisse in Asia: primis Iulio & Crasso nullam populi partem esse censam.
Optimus, proximus, tertius. Plin. lib. 12. cap. 13. 1, Asarum optimum in Ponto, proximum in Phrygia, tertium in Illyrico.
Proximus, sed longo interuallo proximus. Cicero de claris Oratoribus, 89.
Proximus, secundo loco positum. Cic. 2. de Inuent. 250, Summa necessitudo honestatis, huic proxima incolumitatis, tertia et leuissima commoditatis.
Proximus ante aliquem. Cic. de Senect. 28.
Proximus à postremo. Cic. in Orat. 126.
Proximus ab eo. Quintil. lib. 3. cap. 10. circa finem.
Ab aliquo proximus. Quintil. lib. 3. cap. 8. 43.
Proxima ab Aegypto Capania est copia rosæ. Plin. lib. 13. cap. 3. 5, In ueteri codice non legitur, proxima.
Proximus à uino somnus. Plin. lib. 10. cap. 75. 3.
Proximus post. Cic. 1. Offic. 153, Qui præfectus classis proximus post Lysandrum fuit.
Socrates hanc uiam ad gloriam proximam, & quasi compendiariam dicebat esse, si quis, &c. Cic. 2. Offic. 60.
De proximo. Vide De.
Amore tibi proximus. Cic. ad Attic. lib. 1. 14. 2.
Eques dignitate Senatori proximus. Cic. pro Cluentio, 122.
Genere mihi proximus. Terent. Adelph. 4. 5. 17.
Proximum uino gustu semen. Plin. lib. 12. cap. 25. 3.
Interuallo longo proximus. Virg. 5. Aeneid. 64.
Titulis proximus. Ouid. 4. Fast. 9.
Vsu longo alicui proximus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 6. 11.
Proximus optimis. Plaut. Trin. 8. 67.
Optimis proximum numerari. Cic. de claris Orat. 116.
Carmina proxima Phœbi uersibus. Virg. 7. eclog. 5.
Laudẽ Planco proximã consecutus es. Cic. Furnio, lib. 10. 25. 3.
Vero proximum. Horat. in Arte, 69.
Veritati proximum. Quintil. lib. 2. cap. 10. 2.
Habere aliquem proximum. Cic. Att. lib. 1. 1. 7.
Id habendum est Deo pxoximum, quod est optimum. Cicer. 2. de Leg. 65.
Qua cuiq; proximum erat. Liu. 10. bel. Pun. 22.
Inferioris ætatis proximus. Cic. de claris Orat. 121.
Seruorum proximi. Tacit. lib. 15. Serui proximi.
Proximus mihi fuit. Terent. Andr. 4. 1. 12.
Intimus, proximus, familiarissimus quisq; sibi pertinuit. Cic. Q. fratri, lib. 1. 4. 1.
Proximus te fui, apud Plautum in Pœn. 17. 1. Cic. Attic. lib. 1. 9. 4, Proximus Pompeium sedebam.
¶ Proximum, Substantiuum. Terent. Eunuch. 3. 5. 53, Eamus ad me: ibi proximum est ubi mutes. Hoc est, Nullus est propior locus, ubi possis mutare uestem.
In proximo, Non procul hinc. Cic. Tironi, lib. 16. 121. 10.
Proximus, Maximè propitius aliquando dicitur. Martial.
Nec propior quem Phœbus amet.
Proximiorem comparatiuũ usurpat Senec. epist. 109, Ità tamẽ ut modum seruem, & quidem continentiæ proximiorem.
¶ Proximè, penult. corr. (ἐγγύτατα, ἄγχιστα) Superlatiuum Aduerbium.
Literæ quas à te proximè accepi. Cic. Luceio, lib. 5. 15. 1.
Is quem proximè nominaui. Cic. 1. de Nat. deor. 54.
Eiq; proximè adiunctus Drusius fuit. Cic. de claris Orat. 56.
Habere exercitum quàm proximè hostem. Cic. Att. lib. 6. 116. 5.
Proximè Ianuam, Romam, &c. Varro de Re rust. Villici proximè Ianuam cellam esse oportet. Cic. Metello, lib. 5. 2. 12.
Idem Attic. lib. 6. 116. 5, Tamen esse officium meum putaui, exercitum habere quàm proximè hostem.
Ego huic tuæ uirtuti proximè accedo. Cic. Bruto, lib. 11. 21. 7.
Proximè morem. Liu. 4. bel. Pun. 219.
Proximè à Cic. 4. Acad. 33, Proximè à Lacyde solo retenta est: post autem, &c.
Proximè atq; Cic. Dolabellæ, lib. 9. 18. 4, Non possum ego non aut proximè atq; ille, aut etiam æquè laborare.
Proximè autem & secundum deos homines hominibus maximè utiles esse possunt. Cic. 2. Offic. 15.
Proximè accedere ad uerum. Cic. 4. Acad. 88.
Proximè, mox, tertiò. Plin. lib. 12. cap. 12. 3. In nostro orbe proximè laudatur Syriacum, mox Gallicũ, tertio loco Creticũ.
Proximè. Quintil. lib. 6, Et ut proximè utriusq; differentiam signem. Id est, ut quantum propè fieri potest, accedam ad utriusq; differentiam.
¶ Proximitas, pen. corr. proximitatis (ἀγχιστεία) Primus cognationis gradus, ut nonnulli uolunt. Ouid. 2. de Arte, 133,
Et lateat uitium proximitate boni.
Meq; ream nimiæ proximitatis agi. Ouid. de Nuce, 12.
Damno est ipsa proximitas. Ouid. 10. Metam. 67.
Requirere proximitatẽ, aut primũ hæredẽ. Oui. 13. Metam. 31.
¶ Proximò, Aduerbium, proximè. Cic. ad Attic. lib. 4, Ab Quintre accepi literas datas à litoribus Britanniæ proximò ad Calend. Octob.
¶ Proximo, proximas, pen. corr. (ἀγχιστεύω) proximare, Proximum esse. Cic. 2. de Nat. deor. 165, Capiti autem equi proximat Aquarij dextra, totusq; deinceps Aquarius. Solinus cap. 70. non procul à fine, Tertia huic proximat eodem nomine. Idem cap. 65, Indo flumini proximantes, uersi ad Meridiem plaga ultra alios torrentur calore.
Propecto] propectis, propexui, uel propexi, uel propectiui, propexum (πανυπερλίαν) propectere, In longum pectere,
¶ Propexus, Nomen ex participio (πανυπερτάτῳ) ut, Propexa barba. Ouid. 1. Fast. 52.
Barba propexa in pectore. Virg. 10. Aeneid. 166.
Canities mento propexa. Stat. 2. Thebaid. 20.
Crinis propexus ac rutilatus. Tacit. lib. 20.
Propediem] Aduerbiũ temporis (οὐ βραχεῖ, ὀλίγου χρόνου) Brrei: quasi prope sit dies quando aliquid futurum sit. Terent. Heaut. 1. 1. 108,
—— at porrò rectè spero illum tibi
Saluum affuturum esse hic confido propediem. Cic. 3. Offic. 166, Tum & præsens tecum propediem, ut spero, & de uberis, præsens loquar. Idem 1. de Diuinat. 86.
Propedius] Marsorum dux fuit, ac princeps, illo Marsico bello quod cũ Romanis gesserunt: sic dicto, quòd Marsi populi defectionis illius fuerint authores. Vide Strabon. lib. 5.
Propello] propellis, propuli, pen. corr. propulsum (ἀπωθέω, ὦθνω, ἀποκρούω, ἀπωσοβέω) propellere, Longè pellere, procul amouere. Plin. lib. 9. cap. 6. 3. Dum saginam persequitur, in litus fluctibus propulsa, &c.
Propellere à castris. Liuius 7. ab Vrbe, 106.
Agmina uoce propellere. Silius lib. 7. 107.
Amnem cædibus propellere. Stat. 1. Thebaid. 10.
Classem propellere. Lucan. lib. 3. 1.
Hastam uicinam metæ propellere. Silius lib. 16. 114.
Impetum inimicorum propellere. Cic. Anteq. iret in exil. 1.
Inimicos propellere. Cæsar 5. bel. Gal. 167.
Iniurias hominum propellere. Colum. lib. 7. cap. 12. 2.
Anima propellit membra. Lucret. lib. 3. 33.
Pactione propellere. Salust. in Catilinam, Collegam suum Antonium pactione prouinciæ propulerat, ne contrà Reipublicam dissentiret. Alij legunt, perpulerat.
Pecus pastum propellere. Liu. 5. bel. Pun. 40.

Orationem alicuius propellere remis. Translatione sumpta à nauigantibus qui remis undas propellunt. Cic. 4. Tuscul. 16.
Periculum propellere Pop. Rom. Fugare. Cic. pro Fonteio, 3. Hoc est, à Rom. Populo.
Propellere, Vltra ducere. Colum. lib. 2. cap. 2. 23, Quum uentū erit ad uersuram, in priorem partem iugum propellat.
¶Propellens (ἀποπεράων) Participium. Lucret. lib. 4, Atq; alium præ se propellens aera uoluit.
¶Propulsus, Participiū (προωθεὶς) ut, Flumina propulsa cruore. Lucan. lib. 7. 160.
¶Propulsus, huius propulsus, Verbale (πρόωσις) Seneca 6. Natur. quæst. Ventum propulsu suo concitare.
¶Propulso, propulsas (ἀπωθρόω) propulsare, Frequentatiuum. Cic. 5. de finib. 42, Cœptaq; & ea quæ naturæ sentit apta appetere: & propulsare contraria.
Bellum mœnibus propulsare. Liu. 1. ab Vrbe, 9.
Frigus, famem, & similia propulsare. Cic. 4. de Finib. 113.
Hostem propulsare. Cæsar 1. bel. Gall. 214.
Propulsare ac propellere impetum inimicorum. Cic. Antequā iret in exilium, 1.
Iniurias propulsare. Cæsar. 6. bell. Gal. 61.
Periculum propulsare à capite. Cic. pro Cluentio, 114.
Periculum quod in omnes intenditur, propulsare. Cicero pro Roscio Amer. 5.
Sic ab ingressione fori populū propulsari uideret. Cic. 5. Phil.
Suspicionem propulsare. Cic. 5. Verr. 119. (170.
Vindicationem propulsare. Cic. 2. de Inuent. 170.
¶Propulsatio, Verb. (ἀπάθησουσι) Cic. pro Sylla. 1. Cum huius periculi propulsatione coniungam defensionem officij mei.
¶Propulsator, pen. prod. Aliud uerbale (ἀπωθητὴς) Valer. lib. 7. cap. 9, Authorem harum rerum beneuolentia, propulsatorem odio insecutus.
Propemodum] pen. corr. Aduerb. (ὀλίγου δεῖν, σχεδὸν) Penè, quasi prope mensuram. Terent. Adelph. 1. 2. 51,
— nam ambos curare propemodum
Reposcere illum est, quem dedisti. Idem And. 3. 4. 7,
Propemodum habeo iam tibi fidem.
Verba componere & syllabas propemodum dinumerare. Cic. in Orat. 81.
Alteros propemodū iā sumus experti. Ci. Torquato. lib. 6. 4. 5.
Vt propemodum iustioribus utamur illis, qui omnino auocent à philosophia, quàm ijs, &c. Cic. 1. de Finib. 5.
Propemptícus] pen. corr. Adiectiuum. Vnde Propemptícum carmen, quo prosequimur abeuntem & discedentem, προπέμπω, comitor, cùm pompa assequor, honoris gratia ded uco. Statius lib. 3. Sylu. 2.
Propendeo] propendes, propendi, propensum, propendere, pen. prod. (ῥέπω, κατῤῥέπω) In anteriorem partem pendere, sicut Dependere, retrouersum, siue in posteriorem partem. Cic. 5. Tusc. 13, Qui quum in alterā lancem animi bona imponat, in alteram corporis, & externa: tantum propendere illam boni lancem putet, ut terram & maria deprimat.
Propēdere in aliquē inclinatione uolūtatis. Cic. 2. de Orat. 70.
Si multo maiore & grauiore ex parte bona propendent. Cic. 5. Tuscul. 125.
¶Propendens, propendentis, Participium (ῥέπων) Demissus. Colum. lib. 7. cap. 12. 4, Probatur quadratus potius quàm longus aut breuis, capite tam magno, ut corporis uideatur pars maxima, deiectis, aut propendentibus auribus. De cane uillatico.
¶Propendulus, pen. corr. Adiectiuum: ut, Propenduli crines, apud Apuleium lib. 1. Floridorum.
¶Propensus (κατῤῥόπου, ἑτοιμὸς) Aliud participium siue nomen ex participio: Vehementer inclinatus. Plautus Bacchid. 9. 2. 3.
Sed antè quàm illa unquam meis opulentijs
Ramenta fiat grauior aut propensior,
Mori me malim.
Propensa munera, id est, multa & magna. Plaut. Truc. 1. 8.
Hortandus, cui sua sponte propēsius opponitur. Cic. 5. de Finib. 10, Sed utrum hortandus nobis es, Luci, inquit, an etiam tua sponte propensus es?
Ad turpem causam propensior. Cic. Att. lib. 7. 144. 2.
Ad discendum propensius. Cic. 3. de Finib. 101.
Ad ignoscendum propensius. Cic. 2. de Inuent. 201.
Ad lenitatem propensius. Cic. pro Muræna, 59.
At similitudinē ueritatis propensior. Cic. 3. de Nat. deor. 138.
Ad uoluptatem propensior. Cic. 1. Offic. 126, Quāmetiā si quis est paulò ad uoluptates propensior. Idem de Amicit. 31.
In aliquid propensior. Quintil. lib. 4. cap. 1. 13.
In alteram partem propensius. Cic. ad Attic. lib. 8. 147. 7.
Animus propēsius ad salutem alicuius. Cic. Figulo, lib. 4. 13. 14.
Vt natura ad aliquem morbum procliuior: sic animus alius ad alia uitia propensior. Cic. 5. Tusc. 132.
Propenso animo aliquid facere. Liu. 7. bel. Maced. 225.
Propēsior benignitas esse debebit in calamitosos. Ci. 2. Offi. 90.
Dei propensi ad uota. Ouid. 1. Fast. 145.
Disputatio ad ueritatem propensior. Cic. 1. de Diuin. 15.
Fauor propensus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 3.
Fauorē propensum petijt uoce sollicita. Ouid. 14. Metam. 142.
Propensior uoluntas in aliquem. Cic. 2. Offic. 101.
¶Propensè, Aduerb. (ἑτοίμως) Ex animo. Lentulus ad Senatum, lib. 12. 15. 13, Vt hanc concordiam & conspirationē omnium ordinum ad defendendam libertatem, propensè nō crederent esse factam.
¶Propensio, Verbale (ἑτοιμότης) Animi inclinatio. Cic. 4. de Finib. 78, Qui nulla in re nisi in uirtute aut uitio propensionem, ne minimi quidem momenti ad summum bonū adipiscendum esse diceret.
Propero] properas, pen. corr. (βύνω, πτείνω, κατεπείγω) properare. A Propè fit, & significat Festinare, celeriter ire. Nam qui in aliquē properat, id agit ut illi propinquior sit. Terent. Andr. 1. 5. 64,
— obstetricem accerso. p. propera.
Festinare & properare, quid differant. Vide Festino.
Maturare properare. Vide Maturus.
Pergere & properare Romam. Cic. Q. fratri, lib. 1. 3. 6.
In campum properare. Cic. 1. de Orat. 81.
In Cyprum properare. Terent. Adelph. 2. 4. 14.
Atq; inde uentis, remisq; in patriam omni festimatione properaui. Cic. Cornificio, lib. 10. 25. 9.
Properare ad exitum. Brutus ad Attic. 16. 7.
Ad metam unam properare. Ouid. ad Liuiam, 72.
Sedem properamus ad unam. Ouid. 10. Metam. 7.
Propera ocyus. Plautus. Cistel. 8. 8. Et Cur. 7. 33, Properatisne ocyus?
Quò properas? Plaut. Asin. 12. 16.
Retractare & Properare, contraria. Cic. 1. Tusc. 119.
Properare, cum infinitiuo. Virg. 7. Aeneid. 12,
— quem regia coniux,
Adiungi generum miro properabat amore.
Properabat adire. Ouid. 4. Metam. 64.
Sed odio ductus rem properauit deducere in iudicium. Cicer. Attic. lib. 1. 11. 4.
Properare hominem inuenire. Terent. Phorm. 5. 6. 5.
Properare proficisci. Cæsar 2. bel. Ciuil. 186.
Properare propero domum. Plaut. Aulul. 7. 4.
Properare uenire ad aliquem. Cic. in Somnio Scip. 10.

Properare aliquid, prò Festinanter aliquid agere uel dicere. Virgil. 1. Georg. 52,
Multa forent, quæ mox cælo properanda sereno,
Maturare datur.
Deditionem properare. Tacit. lib. 2.
Iter properare. Tacit. lib. 1.
Laborem properare. Propert. lib. 3. eleg. 21. 5.
Mortem properare. Tacit. lib. 2.
Mortem properare per uulnera. Virgil. 9. Aeneid. 81.
Pecuniam indigne hæredi properare, pro Rapaciter colligere. Horat. 3. Carm. ode 24. 12.
¶Properantur, passiuè. Plin. in Paneg. 8, At quàm magnificus in publicum es? hinc porticus, hinc delubra occulta celeritate properantur.
Lanæ cui properabantur? id est, citò parabantur. Horat. Epod. 12. 5.
Amores teneri properentur. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 14.
¶Properans, pen. corr. properantis. Particip. (ἐπείγων) Terent. Eunuch. 2. 2. 60, Non temerè est, & properans uenit.
At ille properans festinansq; Cic. 9. Philip. 260.
Ad alia properans. Cic. pro Cluentio, 27.
Properantes hæc scripsimus. Cic. Attic. lib. 4. 73. 2.
Properantes aquæ, Rapidè & concitatè fluentes. Plinius lib. 5. cap. 9. 10.
Properātis aquæ per amœnos ambitus agros. Horat. in Art. 4.
Bellum properans. Lucan. lib. 1. 94.
Vix operi cunctæ dextra properante sorores Sufficiunt. Lucan. lib. 3. 4.
Palce operāti dolatus aceruus stirpis. Propert. lib. 4. eleg. 4. 2.
Gradum properantem siste. Senec. Herc. fur. 9. 32. (12.
Legere aliquid lingua properante. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5. 2.
Oculus properans. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 15.
Pede properante adire locum aliquē. Catul. de Berecyn. 58. 6.
Remis properantibus æquora impellere. Ouid. 3. Metam. 132.
¶Properandus, Participium (πτεπτέον) Virgil. 1. Georgic. 52, Multa forent quæ mox cælo properanda sereno. Hoc est properanter agenda.
Fuga properanda. Valer. 4. Argon. 115.
Veneris non est properanda uoluptas. Ouid. 2. de Arte, 144.
¶Properatus, pen. prod. (ἐπεσπουδάσθη) Aliud Particip. Ouid. 5. Metam. 80, Vsq; adeo est properatus amor.
Accusatio properata. Tacit. lib. 4.
Carmina properata. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 12.
Fata properata retexere. Ouid. 10. Metam. 7.
Gloria rerum properata. Ouid. 15. Metam. 150.
Gressu properato mœnia repetere. Silius lib. 3. 33.
Mors properata. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 7.
Opus properatum breui tempore. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 11. 1.
Oscula congerimus properatā sine ordine raptim. Ouid. epist. 17. 23.
Stylus properatus. Quintil. lib. 10. cap. 3.
Tela agrestia ad subitum usum properata. Tacit. lib. 2.
Voluptas properata. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 10.
Vox properata. Ouid. 3. Metam. 60.
¶Properatio, Verbale (ἐπείξις) Cic. ad Tironem, lib. 16. 27. 1, Nam quæ parcius frater perscripserat, uerecundia uidelicet & properatione.
¶Properantia, properantiæ (πτεπτείξις) Festinatio, Salustius in Iugurtha, Neq; ex tanta properantia tam facilè tractum bellum, discordia magis quàm dolo credorent.
¶Properatò, penult. prod. Aduerbium (ἐπεσπουδάσθως) Tacitus lib. 13, Neq; nimis properatò Narcissus Claudij libertus ad mortem agitur.
Properatò opus est, pro Properare. Cic. pro Milone, 37.

¶Properatim, penult. prod. (πτεπτέπτως) Aliud aduerb. Celeriter. Cæcilius, Properatim in tenebris istuc confectum est opus. Nonius.
¶Properiter, pen. corr. (ἐπεπτῶς) Idem. Catullus, Animalia miserula properiter abit. Nonius.
¶Properanter (πτεπτεσπουδάσθως) Idem. Accius, Remisq; nixi properanter nauim in fugam uertunt. Lucret. 5. 66.
¶Properus, pen. corr. Adiect. (τοχὺς) Idem quod Celer, festinus. Festus, Properus antiquos dixisse pro celer, testimonio est qualitatis aduerbium, quòd est properè.
Iræ properus. Tacit. lib. 11.
Oblatæ occasionis propera. Tacit. lib. 12. de Agrippina.
Pergit properus. Tacit. lib. 5.
Cursus properus. Ouid. epist. 16. 54.
Gressus properi. Valer. 4. Argon. 36.
Pede propero sequuntur ducem. Catul. de Berecynth. 58. 7.
¶Properè, pen. corr. (ταχέως) Aduerb. Terent. Heaut. 2. 3. 9,
— ubi dum tu Dromo illis obuiam
Properè: quid stas?
Subitò, properè. Plaut. Amphit. 17. 10,
Vt subitò, ut properè, ut tonuit ualidè.
Properè celeriter. Plaut. Rud. 30. 35,
Eloquere properè celeriter.
Properè exequi præcepta alicuius. Virg. 6. Aeneid. 48.
Propértius] προπέρτιος, Elegiarum poeta ex Meuania oppido oriundus: quod in Vmbria est, ut ipse author copiosè testatur. Sunt qui scribant eius patrem Equestri dignitate ornatum, ac triumuir ali potestate fuisse. Illud omnino constat, hunc Propertium magna ex parte amissis bonis Romam se recepisse, quum patrem suum in tenera adhuc ætate amisisset: quod illis uersibus apparet,
Aspice me, cui parua domus fortuna relicta est:
Nullus & antiquo Marte triumphus aui. Ex Crinito.
Blandus Propertius. Ouid. 2. Trist. 93.
Tener Propertius. Ouid. 3. de Arte, 67.
Propes] propedis, Funis est, ut ait Isidorus, quo pes, id est, imum ueli tenditur: Profertq; Turpilij testimonium,
Reliquam uentis fert nāremin mare secundus,
Si quis propedem misit in ueli sinistrum.
Propetrare] mandare quod perficiatur: nam impetrare est exorare: & perpetrare, perficere Paulus apud Festum.
Propexus] Vide Propecto.
Prophanus] Vide Profanus.
Propheta] prophetæ, uel prophetes, prophetæ, pen. prod. masc. gen. (προφήτης) Qui futura prædicit, à πρόφημι, prædico. Veteres, ut ait Festus, antistites fanorum, oraculorumq; interpretes, prophetas dicebant. Propheta in sacris literis appellatur Videns.
¶Prophetis, Prophetidis: & Prophetissa, prophetissæ (προφῆτις) Quæ futura prædicit.
¶Prophetia, prophetiæ, penult. prod. (προφητεία) Inspiratio uel reuelatio diuina, rerum euentus immutabili ueritate denuntians.
¶Propheto, prophetas (προφητεύω) prophetare, Prædicere.
Prophthasia] oppidum in Drapē Indiæ regione; non procul à Persis. Strab. lib. 22.
Propilo] propilas, propilare, Acuere. Vnde propilatum acuminatum, & quasi ad pilæ formam factum. Sipontinus.
Propingo] propingis, propingere. Lucret. lib. 4,
Quæ penetrata queunt sensum propingere acerbum. Id est, impellere, regere, uersare, impingere.
Propino] propinas, pen. prod. (πρόπινω) propinare, Proprie est prægustato leuiter uino poculū alteri offerre. Quæ cōsuetudo inde initium habuit: quòd principes Græciæ sō-

solenni die, quem Philotheſiam uocant, miſcere aureis, atque argenteis poculis uina ſolebant, quæ è manu geſtantiũ ſumẽtes, ori parumper admouebant, deinde alteri quem uellent, offerebant, ingens hoc argumentum beneuolentiæ exiſtimantes. Hoc uerò, προπίνειν, ſiue propinare, quod ſignificat præbiberé dicebatur. Hinc ergo factum eſt, ut προπίνειν, ſiue propinare, ſit cibum potumq; extraordinarium uoluptatis gratia cum amicis ſumere, & quod uulgo dicitur compotare: quod etiam coronati facere ſolebant, præguſtantes, ut diximus, & ſibi inuicem pocula præbentes. Quin etiam in abſentium memoriam idem factitantes. Socrates apud Platonem, Hoc poculum Critiæ propino. Martial. lib. 5. 119. Si tristi domicœnio laboras,

Torani potes eſurire mecum.
Non deerunt tibi, ſi ſoles προπίνειν,
Vides cappadocæ, grauéq; porri. Hæc Sipontinus. Cic. 1. Tuſcul. 153, Quo ſonitu reddito arridens, Propino, inquit hoc pulchro Critiæ, qui in eũ fuerat teterrimus. Græci enim in conuiuijs ſolent nominare, cui poculum tradituri ſint, Martial. lib. 6. 44, Nemo propinabit Callidore tibi. Idem lib. 1. 64, Cœnat, propinat, poſcit, negat, innuit.

Multa propinare. Ouid. 1. de Arte, 118.

Propinare, Porrigere ſimpliciter aliquando ſignificat. Terent. Eunuch. 5. 9. 57, Hunc comedendum & deridendum uobis propino. Plin. lib. 20. cap. 10. 2.

Salutem propinare. Plaut. Stich. 8. 16.

Demoſthenes eos qui patriam produnt, προπίνειν τοῖς ἐχθροῖς, hoc eſt propinare hoſtibus dicebat.

¶ Propinator, pen. pro. Verb. (προπότης) Ouid. 1. de Arte, 118, Inde propinator nimirum multa propinet.

¶ Propinatio, Aliud uerbale (πρόποσις, πρόπομα) Seneca epiſtol. 94, Quũ penes te palma fuerit, & propinationes tuas ſtrati & uacuitates recuſauerint, tamẽ à dolo uinceris. Gellius lib. 10. cap. 17, Eſt enim perſona quæ hoc apud Laberiũ dicit, diuitis auari et parci ſumptum plurimum, πότου πάνυ, & propinationem adoleſcentis filij deplorantis. Hic comeſſationem ſignificare uidetur. Apud Senecam uerò libro 2. de Beneficijs, cap. 21, pro ipſo actu porrigẽdi poculum, Ego ab eo beneficium accipiam, à quo propinationem acceptuarius non ſim?

Propinquus] Adiectiuũ (πλησίος, πλησιαίτατος, ἀνάγκη) Qui propè eſt. Terent. Heaut. 1. 1. 5, Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto.

Clamor propinquus. Silius lib. 13. 30.

Exilium propinquis orare. Ouid. 4. Triſt. eleg. 4. 11.

Mors propinqua. Cic. 1. de Diuinat. 114.

Motus, qui finitimi ſunt & propinqui his. Cic. 2. de Orat. 59.

Prædium propinquum. Cic. pro Roſcio Amer. 79.

Prouinciæ propinquæ & finitimæ. Cic. 11. Philip. 314.

Spes propinqui reditus. Cic. Attico, lib. 9. 188. 3.

Regio propinqua. Ouid. 3. Triſt. eleg. 12. 7.

Signa propinqua. Ouid. 2. Faſt. 138.

Spem alicuius rei propinquam facere. Liu. 8. bel. Pun. 132.

Verbis propinquis abuti. Cic. in Orat. 50.

Veſpera propinqua. Tacit. lib. 15.

In propinquo ſunt caſtra. Liu. 4. bel. Pun. 174.

In propinquo certamen erat. Vide In præpoſitionem.

Conſanguinitate propinquus. Virg. 2. Aeneid. 18.

Propinquus (ἀγχίσπορος) Affinis. Cic. de Amic. 18, Itaq; ciues potiores ſunt quàm peregrini, & propinqui quam alieni.

Propinquus & neceſſarius. Cic. pro Muræna, 67.

Longinqui & Propinqui, contraria. Cic. pro Milone, 56.

Arctior uerò colligatio eſt ſocietas propinquorum. Cicero 1. Offic. 79.

Chari propinqui. Horat. 1. Serm. Satyr. 11. 17.

Propinqui cognatiq; optimè cõueniẽtes. Cic. pro. Roſ. Am. 59.

Tutela abeat ad ſanos propinquos. Hor. 2. Serm. Satyr. 3. 44.

¶ Propinquitas, pen. corr. propinquitatis, fœm. g. Coniunctio, uicinitas. Cicer. 3. Offic. 60, Nimis enim imminebat propter propinquitatem Aegina Pyræo. Liu. 8. bel. Maced. 119, Ipſe (iam enim medũ Autumni erat) locis gelidis propinquitate Tauri montis excedere properans, &c.

Propinquitas loci, & Lõginquitas, cõtraria. Cic. 1. de Inuẽt. 55.

Propinquitas (ἀχιστεία) Affinitas. Cic. de Amic. 46, Vt bonos boni diligant, adſciſcantq; ſibi quaſi propinquitate coniunctos atq; natura.

Propinquitas, & affinitas. Cæſar 2. bel. Gal. 244.

Municipium propinquitate penè finitimum. Cic. 3. Phil. 134.

Si pietate propinquitas colitur: qui affinem prodit, impius ſit neceſſe eſt. Cic. pro Quintio, 13.

Qui eſt cum illo maximis uinculis & propinquitatis & affinitatis coniunctus. Cic. pro Plancio, 22.

¶ Propinquè, Aduerb. (πλησίως) Plaut. Truc. 11. 20, Atat ecce eam adeſt propinquè: credo audiuiſſe hæc me loqui.

¶ Propinquo, propinquas (πελάζω, πλησιάζω) propinquare, Vicinum & proximum fieri, aut propè accedere. Virgil. 2. Aeneid. 147.

— heu fuge nate, propinquant.

Foribus propinquare. Virg. 5. Aeneid. 127.

Scopulo propinquare. Virg. 5. Aeneid. 32.

Acies legionum propinquat. Vide Acies.

Supplicium propinquat. Stat. 5. Thebaid. 99.

Animis propinquare alicui. Stat. 10. Thebaid. 75.

Propior] Vide Prope.

Propitius] Adiect. (ἵλεως, ἱλαός) Placidum, fauens, à Prope, & Ito, itas, ut quidam aiunt: nam qui fauent, prope nos ire conſueuerunt: ut ait Sipontinus. Vel dicitur propitius, prorſus pius: aut porrò, id eſt ualde pius, authore Nonio. Terent. Adelph. 1. 1. 6, Vbi ſi ceſſes, euenire ea fatius eſt,

Quæ in te uxor dicit, & quæ in animo cogitat
Irata, quàm illa quæ parentes propitij. Cic. 1. de Nat. deor. 171, Quid enim dicam, propitius ſit? eſſe enim propitius poteſt nemini, quoniam, ut diciuis, omnis in imbecillitate eſt & gratia & charitas.

Iratus & Propitius, contraria. Cic. pro Cælio, 32, Huic homini ego fortaſſe, & pauci deos propitios, pleriq; autem iratos putabunt. Idem 2. de Nat. deor. 218.

Dei propitij, ſed lenti. Seneca Agamem. 6. 3. (ctau. 4.

Fortuna propitia; cui opponitur Infeſta. Cicero in epiſt. ad O

¶ Propitio, propitias (ἱλάσκω, ἱλάσσω) propitiare: & Propitior, propitiaris, propitiari, Propitium reddere, placare. Plaut. Pœn. 1. 2, Quò te agis? A. D. egóne? in Veneris. A. d. Quid eò tur? A. D. ut Venerem propitiem.

Propitiare aliquid, pro Conciliare ſeu dare. Curtius lib. 4.

Propitiare ſolicitudinem animi. Plin. lib. 28. cap. 2. 14.

¶ Propitiabilis, & hoc propitiabile, penult. corr. (ἱλαστὸν) Quod eſt ad propitiandum aptum. Vnde Propitiabilis hoſtia. Propitiabilis, Qui facilè flectitur. Vt propitiabile numẽ. Enniũ Capeduncul. Huic eſt animus propitiabilis. Nonius.

¶ Propitiatorium, propitiatorij (ἱλαστήριον) Locus in quo placari ſolet Deus. Eſt & tabula quædam in Exodo, poſita ſuper arcam.

Propius] Vide Prope.

¶ Propius ſobrino mihi eſt, conſobrini mei filius, & conſobrinæ meæ filia: & patris mei conſobrinus & matris meæ conſubrinus. Feſtus.

Proplaſtice] proplaſtices, Pen. cor. (προπλαστικὴ) Ars eſt fingendi typos, id eſt formas, quibus, formandis figulinis operibus figuli utuntur. Vide Plinium lib. 35. cap. 12. 6.

Proplaſtice, ipſa forma, quam ad formanda alia opera adhibẽt. Plin. lib. 35. cap. 12. 6, Archeſilai proplaſticen pluris æneire ſolitam conſtat artificibus ipſis, quàm aliorum opera. Caſtigata exemplaria habent, proplaſmata, utiq; à Proplaſma, proplaſmatis.

Propnigeon] προπνιγεῖον, Os patens furni, præfurnium. Plin. epiſt. 41. lib. 2. ad Gallum, Adiacet unctorium hypocauſtou, adiacet prognigeon balinei: mox duæ cellæ magis elegantes quàm ſumptuoſæ. Alij legunt, prognigeon.

Propœtides] pen. cor. (προωτοπῶλις) Filiæ Amathunthæ deſpernatæ Venerem, triuijs uulgauere corpora, ob eiuſdem deæ iram: quia uerò pudore indurauerant, nouiſſimè in lapidem ſunt transfiguratæ, ut inquit Lactantius. Ouid. quoq; lib. 10. Metam. 48. fabulam pulchrè deſcribit,

Sunt tamen obſcœnæ Venerem Propœtides auſæ, &c.

Propola] propolæ, pen. prod. m. g. (προπώλης, μετακάπηλος) Negociator, qui merces præmit minoris, ut poſtea pluris uendat. πρὸ enim antè, πωλέω uendo. Plaut. Aulul. 19. 40, Propolæ, limteones, calceolarij. Cic. in Piſon. 53, Piſtor domi nullus, nulla cella, panis & uinum à propola, atq; decupa. Vide Propala.

Propolis] huius propolis, pen. corr. f. g. (πρόπολις) Quaſi ſuburbanum. Dicitur quod apes ante alueum faciunt, maximè æſtate. Varro 3. de Re ruſt. cap. 16. 18. Plin. lib. 11. cap. 7. 1, Ceræ initium plerunq; è mitiore gummi. Propolis craſſioris iam materiæ additis floribus, nondum tamen cera, ſed ſauorum ſtabilimentum, quo omnes frigoris aut imbriæ aditus obſtruuntur, odore & ipſa etiamnum graui, ut qua pleriq; pro galbano utantur.

Propoma] pen. corr. propomatis, neut. gen. Propinatio: Apud medicos ueteres potio eſt mellita, ex uino & melle deſpumato, ita & in uini ſextorios quatuor, nnus mellis addetur, atq; ſic miſtura fiebat citra cocturam, quæ tamen ſufficienti tempore inſolabatur. Huiuſmodi ferè eſt, qui uulgò ſyrupus nominatur. Palladius in Februario, capite 32, Vt propomata ſponte naſcantur. Cœlius lib. 7. cap. 26, Sunt & propomata, uelut antecedentia pocula, ut ſint bibendi procœmia. Eſt apud Palladium caput libro tertio, quo pacto ſponte naſcantur propomata, id eſt uina condita, cuius eſt modi roſatum & uiolatum. Idem libro 21. cap. 7, Procœmium cœnæ legimus apud Athenæum: quo nomine intelligi uidentur, quæ inferuntur primum. Ipſum id indicat ferè propoma quoq;.

Propono] proponis, pen. pro. propoſui, propoſitũ, pen. cor. proponere (προτίθημι, προβάλλω, ὑπόκαμαι, ἐπιπροιάλλω, ὑποτίθημι, προτείνω) Extra ponere, ſiue palàm oſtendere dictum aut factum. Plin. lib. 35. cap. 10. 18, Idem perfecta opera proponebat in pergula tranſeuntibus.

Quod dicturus ſis, proponere. Cic. in Orat. 76.

Digredi ab eo quod propoſueris. Cic. 2. de Orat. 171.

Proponi oportet quid aſſeras, & id quare ita ſit, oſtendere. Cic. 2. de Orat. 94.

Et quem huius uobis adoleſcentiam propoſueritis, conſtituite uobis ante oculos huius etiam miſeri ſenectutem. Cicero pro Cælio, 62.

Animo proponere. Liu. 10. bel. Pun. 142, Quũ tuas uires, tum uim fortunæ Martemq; belli communem propone animo.

Animo ſuo multa ferenda proponere. Ouid. 2. de Arte, 104.

Quæ alij tute præcipere ſoles, ea tute tibi ſubijce, atq; apud animum tuum propone, Serutus Ciceroni, lib. 4. 5. 18.

Animis proponere. Liu. 1. bell. Maced. 157.

Argentum proponere. Cic. 1. de Orat. 78.

Auctionem proponere. Quint. lib. 6. cap. 4.

Bona ciuium ſibi ad prædam proponere. Cic. 4. Philip. 158.

Cauſam belli gerendi ſibi proponere. Cic. 13. Philip. 361.

Conditionem alicui proponere. Cæſar, 8. bell. 10.

Locus ubi edicta proponuntur. Cic. Att. lib. 2. 36. 5.

Ediſcendum proponere. Cic. pro Muræna, 22.

Exemplar ſibi proponere. Cic. de Vniuerſ. 5.

Exemplum propoſitum. Quintil. lib. 10. cap. 1.

In exemplum aliquid proponere. Quint. lib. 7. cap. 2. 29.

Exercitationem aliquam ſibi proponere. Cic. 1. de Orator. 74.

Propoſueram illud mihi extremum. Cic. pro lege Manilia, 10.

Finem ſibi proponere. Cic. 2. Tuſc. 5.

Quæcunq; mihi fortuna proponetur, ſubeatur. Cicero in Catilin. 74.

Proponere edicto fraudem alicuius rei aut periculum. Cicero 3. Verr. 75.

Hoc igitur tibi propone, amplitudinem animi, & quaſi quandam exaggerationem quàm altiſſimam animi, qui maximè eminet in contemnendis & deſpiciendis doloribus, unam eſſe omnium rem pulcherrimam. Cic. 2. Tuſc. 107.

Honorem geminum pugnæ proponere. Virg. 5. Aeneid. 73.

Aliquem ſibi ad imitandum proponere. Cic. 2. de Orat. 52.

Impunitatem proponere. Cic. 2. de Finib. 117.

Iudices proponere. Cic. 4. 23.

Legem in publicum proponere. Cic. 2. de lege Agraria, 28.

Legum leges uoce proponam. Idem 2. de Legib. 29.

Libellos de aliquo in celeberrimis locis proponere. Cicero pro Quintio, 28.

Magna ſibi proponere. Cic. 1. Offic. 163.

Memoriã atq; imaginẽ alicuius ſibi proponere. Cic. de Ami. 85.

Mercedem alicui proponere. Cic. Qu. frat. lib. 3. 17. 11.

Propoſuit ſua in illos merita. Cæſar 7. bell. Gall. 281.

Minas proponere, Minari. Cic. Att. lib. 2. 34. 2.

Mortem proponere. Cic. pro Plancio, 79.

Mortem omnibus natura propoſuit. Cic. 4. Philip. 160.

Mortem acerbam proponere. Cic. 7. Verr. 119.

Ante oculos proponere. Idem 1. de Nat. deor. 157.

Ora alicuius oculis proponere. Cic. pro Seſtio, 13.

Ad uerſus Ennij ſe exercere, aut Gracchi orationem ſibi proponere. Cic. 1. de Orat. 75.

Periculum ante oculos proponere. Cic. pro Cluentio, 7.

Pœnam proponere. Cic. 2. de Finib. 93.

Pœnam amori proponere. Catull. ad Iuuentium, epigr. 94. 3.

Præmium proponere. Cæſar 1. bel. Ciuil. 64.

In publico epiſtolam proponere. Cic. Att. lib. 8. 153. 3.

Sed mihi in cauſa facili atq; explicata perdifficilis iudices, & lubrica defenſionis ratio proponitur. Cic. pro Plancio, 3.

Propone tibi duos reges, idq; animo contemplare, quod oculis non potes. Cic. pro Deiotaro, 28.

Rem in medio proponere. Cic. 3. Verr. 20.

Sententiam alicuius proponere. Plin. lib. 18. cap. 10. 7.

Signum pugnæ proponere. Liu. 7. bel. Pun. 223.

Spem proponere. Cæſ. 3. bel. Ciuil. 199, Quibus quotidie melius ſuccedere tempus, maioremq; ſpem maturitate frumentorum proponi uidebant. Cic. 4. Verr. 81.

Ad timorem aliquid alicui proponere. Cic. Cælio, lib. 2. 15. 13.

Vænale aliquid proponere. Cic. 4. Verr. 55.

Voluntatem alicuius proponere alteri. Cæſar 1. bel. Ciuil. 12.

Qui leges ſcribunt, utilitatem Reipub. ſibi proponere debent. Cic. 1. de Inuent. 82.

Proponere, Promulgare. Sueton. in Caligula, cap. 41, Tandem flagitante Pop. Rom. propoſuit quidem legẽ, ſed & minutiſſimis literis et anguſtiſſimo loco, ut ne cui deſcribere liceret.

Propoſitum eſt mihi. Cic. de clar. Orat. 12, Laudare igitur eloquentiam, & quanta uis ſit eius expromere, quantamq;

ijs qui sint eam consecuti, dignitatem afferat, neq; propositum nobis est hoc loco, neq; necessarium.
Omni huic sermoni propositum est, ut laborem meum perspicias. Cic. de claris Orat. 177.
Tametsi hoc minimè latet, quod ita promptum & propositum est, ut, &c. Cic. pro Rosc. Amer. 70.
¶ Propositus, pen. corr. Particip. (ὑποτεταμένος, οὐχ&) Cic. ad Titium, lib. 5. ep. 3, In animo habere debemus, homines nos ut esse meminerimus ea lege natos, ut omnibus telis fortunæ proposita sit uita nostra. Id est, exposita.
Propositus, Expositus, explicatus & prolatus. Cic. 5. Verr. 81, Sed est hic ordo quasi propositus & editus in altum, ut ab omnibus uentis inuidiæ circunflari posse uideatur. Sic 1. de Orator. 78. Budæus.
Causa alicuius perditis ciuibus proposita ad inuidiam. Cic. pro Domo sua, 36.
Exemplum propositum ad imitandum. Cic. pro Muræna, 61.
Peruenire ad exitum sibi propositum. Cic. 12. Philip. 334.
Quidam propositis malorum & bonorum finibus, officium omne peruertunt. Cic. 1. Offic. 8.
Aut fuga turpis, aut gloriosa mors proposita. Cicero 2. de Finib. 156.
Gloriosa Scipioni proposita. Cic. 2. de Finib. 92.
Gratia, gratulatio proposita est omnis in impudenti mendacio. Cic. pro Flacco, 9.
Iniurijs ab aliquo propositis resistere. Cic. Lent. lib. 1. 14.
Iter propositum peragere. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 20.
Ex itinere proposito, & iam constituto reuerti. Cicero 1. de Diuinat. 51.
Laqueos legum & conditionum sibi propositos esse oportere putandum. Cic. pro Cluentio, 121.
Officium propositum. Propert. lib. 1. eleg. 19. 8.
Opus propositum perficere. Ouid. 1. de Remed. amor. 8.
Ordo propositus atq; editus in altum. Cic. 5. Verr. 81.
Neq; mihi in omni uita res tam erit ulla proposita, quàm ut quotidie uehementius te de me optimè meritum esse, lætere. Cic. Lentulo, lib. 19. 94.
Quem de suscepta causa propositaq; sententia nulla uis, nulli periculum posset depellere. Cic. pro Ligario, 16.
Serui, qui libertatis spem propositam non habent. Cic. pro C. Rab. perduellionis reo, 10.
Vita maximis præmijs proposita & penè addicta. Cicero pro Milone, 41.
¶ Propositum, propositi, pen. cor. (προαίρεσις, πρόθεσις, ὑπόθεσις, βάλημα, πρόταστις) Quod mente statutum est, & quæ intentio hominis dicitur. Plinius, Hoc ei propositum erat, uel superare, uel cedere.
Academiæ consuetudo contra propositum disputandi. Cicero de Fato, 6.
Tenax propositi. Ouid. 10. Metam. 81.
Reditus ad propositum. Cic. 3. de Orat. 112.
Graue propositum. Iuuen. Satyr. 10. 33.
Aberro proposito, & à proposito: id est, longius digredior, & deflecto ab eo quò ire contendo. Cic. 1. Tusc. 128. Idem 5. de Finib. 142. Et pro Cecinna, 40.
Assequi propositum. Vide Assequor.
Auerti à proposito. Liu. 2. ab Vrbe, 37.
Conducit hoc proposito. Horat. in Arte, 40.
Declinare à proposito. Cic. in Orat. 76.
Deerrare à proposito. Vide Deerro.
Destituere propositum. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 3.
Nulla re deterreri à proposito potest. Brutus Ciceroni, 11. 4.
Egredi à proposito. Cic. de claris Orat. 41.
Lumina proposiri facta ministra tui. Ouid. epist. 20. 23.

Fugare à proposito. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Maledictio nihil habet positi præter contumeliam. Cicero pro Cælio, 4.
Manere in proposito. Vide Maneo.
Permanere in proposito. Cic. 1. Offic. 157.
Pertinet ad propositum. Quintil. lib. 9. cap. 1.
Premere propositum suum. Ouid. 2. Metam. 21.
Redire ad propositum suum. Cic. 1. Tusc. 37.
Reuerti ad propositum. Senec. de Benefic. lib. 1. cap. 14.
Proposito rapimæ aliquid facere. Plin. lib. 11. cap. 17. 6.
In proposito. Aphricanus in l. Stichus habet. ff. de peculio leg. At in proposito, quia Stichus nil debeat, &c.
Superare aliquem proposito. Quintil. lib. 2. cap. 5. 15.
¶ Propositio, propositionis (πρόθεσις, πρότασις) Verbale Dicitur, inquit Author ad Herenn. lib. 2, per quam ostendimus summatim quid sit quod probare uolumus. Cic. 3. de Orat. 112, Propositioq; quid sis dicturus, & ab eo quod est dictū, seiunctio, & reditus ad propositum.
Cum animi ampla quadam & splendida propositione. Cic. 2 de Inuent. 242.
Confessa propositio. Quint. lib. 5. cap. 14. 11.
Dura propositio. Quintil. lib. 4. cap. 5. 4.
Nuda propositio. Quintil. lib. 4. cap. 4. 6.
Vitæ propositio & cogitatio. Cic. 3. Tusc. 68.
Propontis] propontidis, pen. corr. fœ. g. (πρόποντις) Aequor patens & diffusum. Dicitur Propontis, quasi ante Pontum. Hæc angustijs Bosphori Thracij cū Euxino Ponto coniungitur. Nam Geographi primas angustias maris sic coarctantis, Hellespontum uocant. Inde expatiatur æquor quæ laxitas, Propontis appellatur. Vbi iterum in arctum coit & stringitur, illæ angustiæ, Bosphorus Thracius nuncupatur. Vbi iterum effunditur Pontus Euxinus: qui curuatus in figuram Scythici arcus, committitur ostio Mæotidis paludis: idq; ostium Cimerius Bosphorus appellatur.
Vnde propontidis. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 9.
Læua propontidos: id est, sinistra pars. Ouid. 5. Fast. 52.
Longa Propontis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 24.
¶ Propontiacus, pen. cor. Adiect. (προποντιακός) Ouid. 1. Trist. eleg. 9. 6,
Hincq; Propontiacis hærentem Cyzicon oris.
Aqua Propontiaca. Propert. lib. 3. eleg. 22. 1.
Proporro] πρόρρω, Vlterius præterea. Lucr. lib. 2. 195, Et sibi proporro quæ sint primordia quærunt. Idem lib. 3. 56.
Proportio] proportionis, fœ. g. (ἀναλογία) Est duarum rerum, quatenus ad quantitatem pertinet, inuicem facta comparatio. Cic. pro Flacco, 25, Qui quum omnes Asiæ ciuitates proportione in prouincias descripsisse. Idem 6. Ver. 41, Vt hoc liceret suspicari, fuisse aliquando apud Siculos per æqua proportione cætera. Sic de Vniuersitate, 17.
Propositio] Vide Propono.
Proprætor] Proprætoris (ἀνθύπατος) Qui cum authoritate Prætoria aliquò mittitur, non autem qui pro Prætore prouinciam tenet. Cic. de Prouinc. Consul. 12, res in Sardinia cum maximis latrunculis, à Proprætore una cohorte auxiliaria gesta. Idem 2. de Diuinat. 116.
Proprius] Adiect. (ἴδιος, οἰκεῖος) Quod peculiare est uniuscuiusq; à Prope fit. hoc enim maximè prope est, quod proprium est, Virgil. 7. Aeneid. 67,
Hunc mihi da proprium uirgo sata nocte laborem.
Terent. Phorm. 5. 5. 2,
Curaui propria ea ut potiretur.
Connubio iungam stabili, propriamq; dicabo. Virgil. 1. Aeneid. 16. Seruius, perpetuam interpretatur.
Vt quum ademerit nobis omnia quæ nostra erant propria, ne lucem

luccm quoq; hanc quæ cōmunis est, eripere cupiat. Cic. pro Rosc. Amer. 89.
Certum & proprium: ut, Rem aliquam suo certo ac proprio uocabulo nominare. Cic. pro Cecin. 37. Et 3. de Orat. 83. Ergo utemur uerbis quæ propria sunt, & certa quasi uocabula rerum, penè una nata cum rebus ipsis.
Proprium & suum. Cic. 5. Tusc. 30.
Proprium & Commune, contraria. Cic. de Senect. 31.
Proprium & peculiare. Plin. lib. 7. cap. 25. 2.
Quod aūt meum erat propriū, ut alarijs Trāspadanis uti negarem, id etiā populo se remisisse scribit. Cic. Cæl. lib. 2. 16. 15.
Præcipuum & proprium. Cic. de Prouinc. Consul. 1.
Amor proprius. Lucret. lib. 4. 230.
Aliunde assumpto uti bono, non propio nec suo. Cicero 2. de Oratore, 23.
Consilium propriū auferre alicui. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 27.
Consuetudo communis uel tua solius & propria. Luceius Ciceroni lib. 5. 14. 7.
Crimen proprium. Cic. 3. Verr. 29.
Culpa mea propria. Cic. ad Terentiam, lib 14. 3. 2.
Animæ propria natura atq; uis est, moueri motu interiore & suo. Cic. de Somn. Scip. 32.
Excuti propriis negotijs. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 4.
Certa & propria nota. Cic. 4. Acad. 68.
In propria pelle non quiescere. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 5.
Periculum proprium. Cic. Torquato, lib. 6. 1. 4.
Prædia propria tradere alicui, in proprietatem alicuius. Cicero pro Rosc. Amer. 12.
Ritus proprius. Plin. lib. 10. cap. 58. 1.
Tempus agendi fuit mihi magis proprium quàm cæteris. Cic. pro Sylla, 6.
Translata & aliena uerba, quibus opponūtur Propria & sua. Cic. 3. de Orat. 87.
Vi propria nituntur. Virg. 2. Georg. 86.
Proprium est eius, per translationem: hoc est, Illi adscribitur. Cic. pro Rosc. Amer. 73.
Propria est ea præceptio Stoicorum. Cic. 1. Offic. 10.
Varietas est propria. Fortunæ. Cic. 2. de Diuin. 163.
Proprium Oratorum, Proprium epistolæ: hoc est, Quod maximè conuenit, & obseruari debet ab Oratore, & in epistola. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 66, Illud quod epistolæ proprium, ut is ad quem scribitur, de his rebus quas ignorat, certior fiat. Idem 3. de Orat. 63. Et de clar. Orat. 41.
Animum iudicis impellere quocunq; res postulat, hoc est, unum Oratoris maximè proprium. Cic. de claris Orat. 180.
Artis maximè proprium est creare & gignere. Cic. 2. de Natura deor. 81.
Postremò quum hoc proprium sit animantiū, ut aliquid appetant quod sit naturæ accōmodatū. Cic. 1. de Nat. deor. 144.
Proprius, cum genitiuo. Cic. 3. Philip. 144, Aut libertatem propriam Romani generis, & numinis recuperemus, aut mortem seruituti anteponamus.
Cum datiuo. Quintil. lib. 1, Propria est nobis mentis agitatio, atq; solertia. unde origo animi cælestis creditur.
Proprium, Perpetuum. Terent. And. 4. 3. 1,
Nihilne esse proprium cuiquam? dij uestram fidem? Vbi Donatus, Omne quod habemus, aut mutuum est, aut proprium. Ergo proprium, perpetuum. Virg. 6. Aeneid. 175,
—propria hæc si dona fuissent. Terent. Andr. 5. 5. 4.
Ego uitam deorum propterea sempiternā esse arbitror, Quòd uoluptates eorum propriæ sunt.
Perenne & proprium. Cic. Post red. in Senatu.
¶ Propriascit, proprium fecerit. Festus.
¶ Proprietas, pen. cor. proprietatis (ἰδιότης, ἰδίωμα) Quod alicuius rei propriū est. Plin. lib. 13. cap. 1. 10, Huius proprietas, ut uentiletur in coquendo donec desinat olere. Cic. 1. Acad. 102, Singularum rerum singulas proprietates esse.
Proprietas terræ et cæli, pro Ingenio. Liu. lib. 8. bel. Maced. 72.
Habere proprietatem. Plin. lib. 13. cap. 22. 3.
Proprietas, pro Diffinitione. Cic. in Topic. 44, Proprietas sic in hominem ne solum cadat, atq; etiam in beluas ægritudo.
¶ Proprietarius, arij. Pomponius in l. diuus Hadrianus. ff de usu & habitat. Licet tam augustus est legatarius, cui domus usus legatus est, ut non possit occupare totius domus usum, tamen eis quæ uacabunt, proprietarius non utetur, quia licebit usuario & alijs temporibus tota domo uti.
¶ Propriè, Aduerb. (ἰδίως, ἰδίως, κυρίως) Cic. Pæto, lib. 9. 15. 4, Quod me amas, & è. est id quidem magnum, atq; haud scio an maximum: tibi commune cum multis: quòd tu ipse tam amandus es, &c. id est propriè tuum.
Promiscuè & Propriè, contraria. Cic. 2. pro lege Agraria, 84.
Propriè & Publicè, contraria. Cic. pro Sestio, 29.
Communis persona, & Propriè singulis attributa, contraria. Cic. 1. Offic. 50.
Propriè, & uerè honestum. Cic. de Offic.
Dicere propriè. Cic. 2. de Orat. 32, Quàm propriè de unoquoque dixit. Idem Philip. 2. 84, O hominem nequam? quid enim aliud dicam? magis propriè nihil possum dicere.
Et propriè, pro Et maximè. Cic. 1. Offic. 57, A peregrino enim recessit, & propriè in eo qui arma contrà ferret remansit.
¶ Propritim, pen. prod. Aduerbium (ἰδίως) Lucret. lib. 2. 194, Quid genus humanum propritim de quibus auctum'st. Id est, propriè. Nonius.
Propter] διὰ σύνεγγυς, σύνεγγυς, præpositio, accusatiuo casui seruit, & significat Alicuius causa. Terent. Phorm. 2. 1. 46, Qui sæpe propter inuidiam adimunt diuiti.
Qui propter acumen occultissima perspicis. Luceius Tullio, M. F. lib. 5. 14. 5.
Propter tuum in me amorem. Cic. Lentulo, lib. 1. 3. 2.
Indicere uentri bellū propter aquā. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 2. eaq; suspicio propter eam causam fuit, quòd, &c. Cic. de claris Oratorib. 51.
Habemus hæc omnia: bonorum studium, propter nostram catum sam: uulgi ac multitudinis, propter magnificentiam munerum. Cic. Curioni, lib. 2. 5. 9.
Tironem propter humanitatem & modestiam malo saluum, quàm propter usum meum. Cic. Attic. lib. 7. 125. 2.
Propter reliquæ ætatis infamiam pœnas lege & iure persoluere. Cic. Aequam iret in exilium, 18.
Legibus non propter metum parēre. Cic. in Parad. 42.
Ex se & propter se expeti. Cic. 2. de Finib. 133.
Vnum illud dico, si propter partium studium potens erat Alphenus, potentissimus Næuius. Cic. pro Quintio, 12.
Nam nec castra propter anni tempus facere possum. Cn. Magnus Domitio in epist. ad Atticum, lib. 8. 163. 4.
Propter, pro Propè, iuxta, Aliquando aduerbium est sine casu. Terent. Adelph. 4. 2. 38, —postea
Est ad hanc manum sacellum: ibi angiportum propter est. Cic. 6. Verr. 95.
Iungitur & accusatiuo sæpissime in eadem significatione. Terent. Adel. 2. 1. 15,
Nimium istoc abisti, hic propter hunc abiisse.
Propter ædem Saturni. Tacit. lib. 2. Hoc est, propè.
Fluuius Eurotas qui propter Lacedæmonē fluit. Cic. 2. de Inuēt.
Duo filij propter patrē cubantes. Cic. pro Rosc. Am. 39. (93.
In pratulo propter Platonis statuam consedimus. Cic. de claris Oratorib. 12.
Propter quod Paulus in l. qui in. ff. de adopt. Vxor mea illi matris

matris loco non est, nec enim agnoscitur ei: propter quod nec ei cognatus sit.

Propterea] Aduerbiũ (ἀπὸ τοῦ τὴν αἰτίαν οὕτως, ἢ ὅτι) Ob eam causam. Terent. Hecyra, 4.4.88,
Amarae mulieres sunt, non facilè haec ferunt:
Propterea haec ira est.

Propterea quòd. Terent. And. 1.1.11,
—feci è seruo ut esses libertus mihi,
Propterea quòd seruiebas liberaliter. Cic. pro Quintio, 15.

Cum essem otiosus in Tusculano, propterea quòd discipulos obuiam miseram, ut, &c. Cic. Pæto, lib. 9.18.1.

Si notionem ueri & falsi, propterea quòd ea nõ possint internosci, nullam habemus. Cic. 4. Acad. 65.

Propterea quia. Seruius Cic. lib. 4.5.2, Etsi genus hoc consolationis acerbum est propterea quia per quas, &c.

Propterea ut. Cic. pro Ligario, 5, Atq; haec propterea de me dixi, ut mihi Tubero, quum de se eadem diceret, ignosceret.

Protopsis] procidentia oculorum, ubi cum inflammatione moti, sede suã procidunt. Galen. in Medico.

Propudium] propudij (αὐτοῦ εἵνεκα τοῦ) A quo pudor & pudicitia procul sint, inquit Festus. Plautus Curcul. 4.35, Iam huic uoluptati hoc aduenuentum odium est. P A. quid ais propudium? Budæus, Propudiũ rem pudendam significat. Plin. lib. 28. cap. 8.34, Hoc cinere poto propudia uirorum, eiusdem aspersu fœminarum libidines inhiberi. Propudium pro obscœnitate posuit pudenda.

¶Propudiosus, penult. prod. Adiect. (αὐτοῦ εἵνεκα τοῦ δεῖνα) Idem. Plaut. Trucul. 6.16,
Quia tibi insuaso infecisti propudiosa pallulam. Gell. lib. 2. cap. 7, Sed enim si imperet uxorem ducere infamem, propudiosam, criminosam.

Propugno] propugnas (ὑπὲρ ἀσπίδος ἢ τείχους μάχομαι) propugnare, Aduersus pugnantes pugnare, siue pugnando resistere. Plin. lib. 12. cap. 19. 1, Casia circa paludes propugnante unguibus diro uespertilionum genere, aligerisq; serpentibus, his commentis augentes rerum pretia.

Propugnare commoda patriæ, pro Tueri & defendere aduersus hostium impetum. Cic. 1. de Inuent. 2, Vt non oppugnare commoda patriæ, uerùm propugnare posset. Vetus codex legit, pro his pugnare.

Propugnare pro. Cic. pro Rabirio perduel. reo, 22, Testor me pro illorum fama, gloria, memoria, non secus ac pro patrijs fanis, atq; delubris propugnandum putare. Sic 1. Offic. 90, Propugnare pro æquitate.

Pro innocentibus propugnare, & Nocentes oppugnare, opposita. Cic Antequam iret in exil. 6.

Acerrimè propugnare pro salute alicuius. Cic. Bruto, lib. 11. 16. 4.

Armatus nugis propugnat. Horat. 1. epist. 19. 4.

¶Propugnatio, Verbale fœm. (ὑπὲρ ἀσπίδος μάχη) Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. 7, Nam nostra propugnatio, ac defensio dignitatis tuæ propter magnitudinem beneficij tui fortasse plerisq; officij maiorem authoritatem habere uideatur. Et Licinio, lib. 5. 8. 3, Suscepiq; mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis.

¶Propugnator, pen. prod. (ὑπὲρ ἀσπίδος μαχητὴς) Verbale masc. Cæsar 7. bel. Gall. 107, Nec ille prius est à propugnatoribus ua cuus relictus locus.

Classis infirma propter dimissionem propugnatorum & remigum. Cic. 7. Verr. 69.

Propugnator & defensor. Cic. 6. Verr. 72.

Senatus propugnator. Cic. pro Milone, 12.

Acerrimus propugnator communis libertatis. Cicero ad Brutum, 11. 1.

Defensor & quasi propugnator patrimonij sui. Cic. 1. de Orat.

Propugnator studiosissimus. Cic. 4. Verr. 8. (126.

¶Propugnaculum, propugnaculi, pen. corr (προβολὴ, ἐπιτείχισμα, ὄχυρωμα, προμαχὼν, ἔπαλξις) Locus munitus, unde uehementur certari possit, & defendi procul. Virg. 4. Aen. 18, —& propugnacula bello
Tuta parant. Cic. pro Ponteio, 3, Est in eadem prouincia Narbo Martius colonia nostrorum ciuium, specula Populi Romani, ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum & obiectum.

Pontesq; & propugnacula iungunt. Virg. 9. Aeneid. 35.

Aequoris propugnacula. Stat. 3. Sylu. 3. 21.

Classis pulcherrima Siciliæ propugnaculum, præsidium prouinciæ. Cic. 5. Verr. 161.

Propugnaculo esse alicui. Cic. 7. Verr. 71.

Propugnaculis imperij, sociorum fortunas, non sua tecta defendere. Cic. pro lege Manilia, 22.

Propugnaculum contra hostium impetus. Cic. 5. Verr. 32.

Propugnaculum & præsidium. Cic. ad Terentiã, lib. 14. 18. 4.

Propugnaculum firmissimum. Liu. lib. 4. bel. Maced.

Lex Aelia & Fusia, propugnacula, muriq; tranquillitatis. Cic. in Pisonem, 6.

Propulso] Vide Propello.

Propylæum] propylæi (προπύλαιον) Latinè uestibulum uel porticus ante domum. Cic. lib. 2. Offic. 88, Phalereus Demetrius, qui Periclem principem Græciæ uituperat, quòd tantam pecuniam in præclara illa propylæa conicecerit. Plin. lib. 35. cap. 10. 34, Protogenes quum Athenis celeberrimo loco Mineruæ delubro propylæon pingeret.

Proquæstor] Proquæstoris, masc. g. (ἀντιστράτηγος) Qui quæstoria authoritate accepta mittitur in aliquã regionem. Cic. Acad. 9, Nec uerò ineunte ætate solim, sed & Proquæstor aliquot annos. Vetus codex hic, Quæstor legit.

Quum Alexandriæ Proquæstor essem. Cic. 4. Acad. 22.

Proquæstore] Vide Exconsule.

Proquiritata] Promulgata: uerbum. ll. 12. tab. Sidon. Apollinar. lib. 8. epistola ad Nammatium: Per ipsum seruè tempus, ut decemuiraliter loquar, lex de præscriptione tricennij fuerat proquiritata. Quiritare, fidem Populi Rom. implorare.

Prora] proræ (πρῷρα) Anterior pars nauis. Liu 4. bel. Pun. 156, Ferrea manus firmæ catenæ illigata, quum iniecta proræ esset, grauiq; libramento plumbi recelleret ad solum: suspensa prora, nauim in puppim statuebat. Ibidem, lib. 2. 87.

In nauigio, latera, carinæ, prora, puppis. Cic. 3. de Orat. 99.

Aerata prora. Stat. 5. Thebaid. 67.

Rostrata. Plin. lib. 9. cap. 30.

Terris aduertere proram. Virg. 3. Georg. 24.

Contorsit læuas proram Palinurus ad undas. Virgil. 3. Aen. 113.

Detorquet proram ad undas. Virg. 5. Aeneid. 33.

Obtorquet proram in undas dextras. Stat. 5. Thebaid. 33.

Obuertunt pelago proras. Virg. 6. Aeneid. 1.

Illisa prora pependit. Virg. 5. Aeneid. 43.

Aeratæ steterant ad littora proræ. Virg. 9. Aeneid. 25.

Torquent proras ad littora. Virg. 3. Aeneid. 107.

Vertere proras à littore. Lucan. lib. 9. 118.

Prora & puppis. Cic. lib. Epist. 16. 24. 2. scribens ad Tironem suum, paroemiam hanc refert his uerbis, Mihi prora & puppis (ut Græcorum prouerbium est) fuit à me tui dimittendi, ut rationes meas explicares. Prora itaq; & puppi summã consilij nostri significamus, propterea quòd à prora & puppi, tanquam à capite & calce pendeat tota nauis. Erasm

¶Proreta, proretæ, pen. prod. (πρῳρεύς, πρῳρέτης) custos & gubernator in prora nauis. Plaut. Rud. 23. 74,
Si tu proreta isti naui es, ego gubernator ero.

¶Proreus, duarum syllabarum uox, proprium nautæ apud Ouid. 3. Metam. Dicitur autem πρωρεὺς Græcis, qui & proreta. id est, proræ gubernator, ut dictum est.

Prorepo] prorepis, pen. prod. prorepsi, proreptum (ὀρθοπλέω) prorepere, Vltrà repere. Colum. lib. 3. cap. 5, Vt mota æqualiter humus, nouelli seminis radicibus, quamcunq; in partem prorepserint, molliter cedat.

Quum prorepserunt primis animalia terris. Horatius 1. Serm. Satyr. 3. 20.

Prorepere è cauis. Plin. lib. 8. cap. 39. 1.

Prorepere in luxuriem dicuntur radices uitium, Prorependo luxuriari & diuagari. Colum. lib. 5. cap. 5. 11.

Prorepentes oculi uitium. Colum. lib. 11. cap. 2. 28.

Proreta & Proreus] dissyllabum. Vide Prora.

Propipio] proripis, pen. corr. proripui, proreptum (ὑποθρέω, ὄρθομαι, αὐλοθορῶ) proripere, Latenter & furtim rapere. ut, Proripere sese domo. Liu. 9. bell. Pun. 44. Virgilius eclog. 3. 4,
Et quum clamarem, quò nunc se proripit ille?
Tityre coge pecus: tu post carecta latebas.

Vsquam proripere. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 8.

Proripere se repentè, uel subitò. Cic. de Aruspic. resp. 1. Cæsar 1. bel. Ciuil. 303.

Sese porta foras uniuersi proripiunt. Cæsar. 2. bel. Ciuil. 46.

Solio se proripit alto. Valer. 5. Argon. 54.

Proripere sese ab uestibulo templi. Liu. 8. ab Vrbe, 24.

Proripere se ex curia. Liu. ab Vrbe, 70. & lib. 8. 152.

Proripere se in publicum. Liu. 8. ab Vrbe, 141.

Proripere se in cœtus. Plin. lib. 8. cap. 46. 2.

Proripere aliquem, Rapere. Cic. 7. Verr. 126.

Cateruas proripere in cædem. Horat. 1. Carm. ode 8. 3.

Proripiet se libido ac proijciet occultatione popositа. Cic. 2. de Finib. 117. Vide Proijcio.

Prorito] proritas, pen. prod. (παραῤῥώω) proritare. Pronocare. Colum. lib. 10. 12,
Vt Pelusiaci proritet pocula zythi. Plin. lib. 26. cap. 8. 43, Anagallis cærulea procedentia sedis retro agit: ediuersò rubens proritat. Id est, extimulat & acuit. Colum. lib. 2. cap. 10. 13, Limi semen, nisi magnus est eius in ea regione quam colis prouentus, & pretium proritat, ferendum non est. Id est, allicit & inuitat.

Prorogo] prorogas, pen. corr. (παρατείνω, αὐθαδολογέω) prorogare, Protrahere, prolongare. Cicero Appio, libro 3. 10. 11, Illud pugna & enitere, ne quid nobis temporis prorogetur.

Per singulos annos aliquid prorogare. Quintil. lib. 1. cap. 1. 13.

Aetatem prorogare. Plin. lib. 15. cap. 13. 2.

Aeuum prorogare. Horat. in Carm. secul. 14. Et in Arte, 70.

Bellum prorogare. Cic. 12. Philipp. 328.

Dies paucos propter inopiam ad soluendum, alicui prorogare. Cic. 2. Philip. 82.

Impetrant à Senatu ut dies sibi prorogaretur. Cic. 3. Verr. 69.

Prorogat æternam feritas tibi punica famã. Claud. 7. Paneg. 82.

Horam prorogare recte uiuendi. Horat. 1. epist. 2. 9.

Imperium prorogare, Noua rogatione in longiora tempora proferre. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 7. Idem ad Atticum, lib. 5. 89. 1. Ne pateretur quantum esset in ipso, prorogari nobis prouincias.

Moras prorogare. Plin. lib. 16. cap. 22. 2.

Numerum annorum prouincijs prorogauit. Cic. 2. Philip. 105.

Rogo atq; ora ne patiare quicquã mihi ad hanc prouincialem molestiam temporis prorogari. Cic. Curioni, lib. 2. 6. 9.

¶Prorogatio, Verbale (αὐθαδολόγησις, ὑπερθεσμίησις) Cic. ad Att. lib. 13. 291. 3, Ego ucrò utar prorogatione diei. Liu. 4. bel. Maced. 26, Tum L. Valerius prorogatione ab se promulgatã, ita disseruit, &c.

Prorogatio legis, Dilatio promulgãdæ legis. Cic. pro Mur. 45.

Prorsi] limites. Vide Prorsus.

Prorsus] uel Prorsum, Aduerbium (παύεσθαι, παύω, μὴ δὲν, ἐκ παύω) Quasi porrò uersus, inquit Festus: significat Omnino. Terent. Eunuch. 2. 3. 14,
—Ego nescio hercule neq; unde eam, neq; quorsum eam,
Ita prorsus oblitus sum mei. Cic. 2. de Orat. 35, Verbum prorsus nullum intelligo.

De summa agi prorsus uehementer & seuerè uolo. Cic. Attic. lib. 16. 339. 3.

Satis affatim prorsus. Cic. Attico, lib. 16. 331. 3.

Prorsus iocundè. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 15.

Prorsus omnino omnia obsequor. Terent. Adel. 5. 9. 33.

Nam penitus prorsum latet hæc natura, subestq;. Luc. lib. 3. 55.

Prorsus, cum negatione, pro Nullo modo. Terent. Hecyr. 4. 4. 51, Enimuero prorsus iam tacere non queo. Idem, And. 2. 6. 4, Nihil ne? hem. D. nihil prorsus. Item, Adelph. 4. 1. 4.

Nullo modo prorsus assentior. Cic. de Natur. deor.

Prorsus, pro eo quod Generaliter uulgò dicitur. Cic. ad Marcel. lib. 4. 10. 2, Venies enim, mihi crede, expectatus: neq; solùm nobis, id est tuis, sed prorsus omnibus.

Prorsum, Rectè ad locum aliquem. Plaut. Milit. 16. 56,
—ego adeò, ut tu scias,
Prorsum Athenas protinus abibo tecum. Idem Persa, 17. 5,
Simulato quasi eas prorsum in nauem.

Rursum prorsum. Terent. Hecyr. 3. 1. 35,
Trepidari sentio, cursari rursum prorsum. Vbi Donatus, Rursum propriè Retro, prorsum Ante significat, & est prouerbiale, ut dicimus Sursum deorsum, intrò foras, hac illac, & similia.

Prorsum, Certè, rectè, uerè, inquit Donatus. Terent. Adelph. 5. 3. 58, Eo pacto prorsum illic alligaris filium. Cic. ad Atticũ, lib. 13. 293. 1, Prorsus ex his libris non uidetur esse dubium, quin, &c.

¶Prorsus, nomĕ, Rectũ significat. Inde Prorsi limites dicuntur in agrũ mensuris, qui ad orientem directi sunt: ut ait Festus.

Prorumpo] prorumpis, prorupi, penult. prod. proruptum, (ἐκρηγνύω) prorumpere, Valde rumpere, uel cum impetu ferri. Virg. 1. Georg. 20,
Rursus in obliquum uerso prorumpit aratro. Cæsar 5. bel. Gall. 60, Nouo genere pugnæ perterritis nostris per medios audacissimè proruperunt. Virg. 10. Aen. 76,
Hæc ait, & medius densos prorumpit in hostes.

In aciem prorumpere. Vide Acies.

Prorumpet pestis qua poterit. Cic. pro Murænã, 77.

Vox prorumpit in auras. Silius lib. 3. 142.

Eò prorumpit hominum cupiditas, & scelus, & audacia, ut nõ modò clam, uerùm etiam hic in foro cædes futuræ sint. Cic. pro Roscio Amerino, 7.

Prorumpere, Actiuum, Vltrà emittere, euomere: unde Prorumptum mare, Effusum fluensq;, inquit Seruius. Virg. 1. Aeneid. 50. Et 3. Aeneid. 154,
—horrificis iuxta tonat Aetna ruinis,
Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubẽ. Seruius accipit pro euomit, asserens nouam hanc esse loquutionem. Nõ enim dicimus, Ego prorumpo hanc rem. Terent. in Eun.
Iámne erumpere licet hoc mihi gaudium.

Prorumpit fons ab una parte: hoc est, magno impetu profluit & oritur. Cæsar 8. bel. Gal. 142.

¶Proruptus (κατῤῥηγνύμενος) Participium, siue Nomen ex participio

ticipio: ut, Proruptus murus, Prorupta audacia, Temeraria. Cic. pro Roscio Amer. 41, Nisi prorupta audacia, nisi tanta temeritas, ut non procul abhorreat ab insania.

Aditus proruptus. Vide Adeo, aditus.

Proruptæ munitiones, Violenter à militibus superatæ. Cæsar. 3. bel. Gall. non procul à fine.

Mare proruptum. Virg. 1. Aeneid. 50.

Proruo] proruis, prorui, prorutum. penult. corr. (κατεῤῥήγνυμι, κατερρήξω) proruere, Projicere, facere ut aliquid cadat. Liu. Mare fluminibus inuexit, montes lapsu ingenti proruit. Idem 6. bel. Pun. 70, Albam, unde ipsi oriundi erant, à fundamentis proruerunt: ne stirpis, ne memoria originum suarum extaret. Colum. lib. 12. cap. 43. 10, Tum uinaceorum pes bene prælo expressus, proruitur.

In caput proruit. Valer. 7. Argon. 121.

Proruere se fòras, Prorumpere. Terent. Eunuch. 3. 5. 51.

Aciem hostilem proruere. Vide Acies.

¶ Prorutus, pen. cor. Particip. (κατερραχθείς) Liu. 4. ab Vrbe, 12, Dictator proruto uallo, iam in castra prælium intulerat. Ex uetusto codice legendum, prorupto.

Gramina prorupta. Stat. 4. Thebaid. 264.

Prosa] dea, de qua Gell. lib. 16. cap. 16. ex Varrone, Quando, inquit, contra naturam, fortè conuersi in pedes pueri, brachijs plerunq; diductis retinere solent, ægrius tunc mulieres eniituntur. Huius periculi deprecandi gratia, aræ statutæ sunt Romæ duabus Carmentibus: quarum altera Postuerta nominata est, Prosa altera, à recti peruersiq; partus & potestate & nomine.

Prosa] prosæ (πρόσω λόγῳ) dicitur oratio soluta, quasi prosa. Gell. lib. 10. cap. 18, Extat nunc quoq; Theodori tragœdia, quæ inscribitur Mausolus: in qua eum magis, quàm in prosa placuisse Higinus refert. Quintil. lib. 1. cap. 10, Sed in prosa quoq; quædam iam recepta immutatio.

Prosa oratione prioribus subnectentur exordijs. Colum. libro 10. in Præfat.

¶ Prosaicus, pen. cor. Adiect. (πρόσω) Plin. lib. 7. cap. 56. 15, Prosaicam orationem condere Pherecydes Syrius instituit. Idem lib. 5. cap. 29. 8, Cadmus primus prosaicam orationem condere instituit. Alij codices habent, prosam.

Prosapia] prosapiæ (γενεὰ, ἀπογονὴ) Generis longitudo, siue progenies antiqua. Dicta à Prosupero, prosuperas, quod est Superabundo, quòd prosuperent, hoc est superesse & superabundent liberi. Cato, Veteres prosapiæ. Plaut. Curcul. 8. 23, De coelitum prosapia te esse arbitror. Idem Merc. 12. 49. Cic. de Vniuers. 56, Deinceps Iouem atq; Iunonem reliquos fratres inter se, agnatosq; uti par est atq; appellare solemus, & eorum, ut utamur ueteri uerbo, prosapiam. Quintil. lib. 1. cap. 11, testatur prosapia esse uerbum inusitatum. & lib. 8. cap. 3. Festus, Prosapia, progenies: id est porrò sparsis, & quasi iactis liberis: quia inspare, significat iacere & disijcere.

Proscenium] proscenij (προσκηνίου) Locus ante scenam porrectus, ubi pulpitum excitatum erat, quò actores fabularum prodirent, ita ut scena altior esse pulpito: pulpitum autem altius orchestra, quæ ipsa locus erat saltantium. Hæc Budæus. Plaut. Amphit. 3. 91,

Etiam histriones Nannico in proscenio hic
Iouem inuocarunt. Liu. 10. bel. Maced. 202, Theatrum ut proscenium ad Apollinis ædem, Iouis in Capitolium, &c.

Ineunt proscenia ludi. Virg. 2. Georg. 77.

Proscindo] proscindis, proscidi, pen. cor. proscissum, proscindere, Valde, seu ultra, uel subtus scindere. Vnde dicimus Proscindere terrã, quum primùm eam aramus. Var. de Re rust. lib. 1. cap. 29. Colum. lib. 2. cap. 2, 17, Antiquissimi ferè omnes formam huius operis conscripsere, quam uelut scita legemq; in proscindendis agris sequantur agricolæ.

Aequor rostro carina proscindit. Catul. Argon. 59. 3.

Campum ferro proscindere. Ouid. 7. Metam. 24.

Litus atrato proscindere. Ouid. epist. 16. 28.

Quercum ferro proscindere. Lucan. lib. 3. 87.

Terram aratris proscindere. Lucret. lib. 5. 42.

Vdentis udalidis terram proscindere. Virg. 2. Georg. 48.

Proscindere aliquem, per translationem, pro Infamare, contumelijs lacessere & lacerare. Sueton. in August. cap. 13. Hunc fœdissimo conuitio coram prosciderunt. Plinius libro 36. cap. 6. 4.

Suminotij aliquè patria proscindere. Ouid. 4. de Pont. eleg. 16.

¶ Proscissus, Participium: ut, Proscissa terra.

Aequor proscissum. Virg. 1. Georg. 20. Id est, terra quam iam arauerat. Seruius.

Armi proscisti natant palearibus. Stat. 3. Thebaid. 67.

Pectus proscissum uulnere. Stat. 10. Thebaid. 87.

¶ Proscissum, Substantiuum, pro Terra proscissa. Colum. lib. 2. cap. 2. 21, Bubulcum autem per proscissum ingredi oportet.

¶ Proscisio, Verbale. Colum. lib. 6. cap. 26, Neue adhuc tenera colla dura proscisione terræ contundant.

Proscribo] proscribis, pen. prod. proscripsi, proscriptum, (προγράφω, ἀπογράφομαι) proscribere, Aliquid per scripturam uænale proponere & publicare. Nam proscribi domus dicuntur, quando apposita inscriptione, uænales uel locandæ significantur. Cic. 3. Offic. 85, Itaq; Calphurnius quũ demollitus esset, cognosceretq; Claudium ædes postea proscripsisse, &c. Idem 3. Offic. 71, Ille quod non placebat, proscripsit: tu quod placebat, emisti.

Racilius tabulam proscripsit, se familiam Catonianam uenditurum. Cic. Q. fratri, lib. 2. 16. 6.

Aedes proscribere. Cic. 3. Offic. 89.

Proscribere se auctionem facturum. Cic. pro Quintio, 8.

Proscribere uænale. Curius ad Ciceronem, lib. 7. 20. 1.

Itaq; sese scripturum agebat, ut uenationem etiam quæ postridie ludos Apollinares futura est, proscriberent. Cic. Att. lib. 16. 333. 8.

Proscribere aliquem, Damnare, relegare. Cic. pro Domo sua, 35, Hanc uos igitur Pontif. iudicio atq; authoritate uestra Tribunoplebis potestate dabitis, ut proscribere posit quos uelit? Quæro enim, quid sit aliud proscribere, Velitis iubeatis, ut M. Tullius in ciuitate ne sit, bonaq; eius ut mea sint: ita enim fecit, etsi alijs uerbis tulit. Vlpian. in l. sed etsi pupillus. ff. de institoria actione, Proscribere palàm, sic accipimus claris literis, ut de plano recte legi possint, ante tabernam scilicet, uel ante eum locum in quo negotiatio exercetur, nec in loco remoto, sed in euidenti.

Quum proscriberentur homines, atq; ex omni regione caperentur ij, qui aduersarij fuisse putabantur. Cicero pro Rosc. Amer. 19.

¶ Proscriptus, Participium (προγεγραμμένος) ut, Ager proscriptus. Cic. Att. lib. 16. 341. 2.

Iste locare incipit nõ proscripta neq; edicta die. Cic. 3. Ver. 99.

Horti quam in diem proscripti sint, uelim ad me scribas. Cic. Attico, lib. 12. 260. 1.

Possessiones uænales ac proscriptas hac lege uideo. Cic. 3. de lege Agraria, 10.

Proscriptus, Relegatus. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 6, Quinta de proscriptorum filijs.

Lex Cornelia proscriptum iuuare uetat. Cic. 3. Verr. 86.

Rex proscriptus. Horat. 1. Serm. Satyr. 7. 1.

¶ Proscriptio, proscriptionis, Verb. (προγραφὴ, ἀπογραφὴ) Damnatio. Cic. pro Cluentio, 97, Ne subscriptio Censorialis

non minus calamitatis ciuibus quàm illa acerbissima proscriptio posset afferre.

Capitis proscriptio. Cic. de Prouinc. Consul. 37.

Non nominatim, sed generatim proscriptio est informata. Cic. Attico, lib. 11. 214. 2.

Facere proscriptiones prædiorum. Cic. pro Flacco, 57.

Quum de capite ciuis & de bonis proscriptio ferretur. Cicero pro Sestio, 54.

Cauete per deos immortales, ne noua & multò crudelior per uos proscriptio instaurata esse uideatur. Cicer. pro Roscio, Amerin. 91.

Quum caput meæ proscriptionis recitaretur. Cicer. Post reditum in Senatu, 3.

¶ Proscriptor, Aliud uerbale (προγραφεύς) Plin. lib. 7. cap. 12. 7, Adeoq; tempestiuam admirationem intulit, ut ille proscriptor animus, mero & contumelia furens, non aliud in censu matus, & in fortuna sua duceret.

¶ Proscripturio, proscripturis, penult. corrept. proscripturiui, proscripturitum, proscripturire, Desideratiuum uerbum. Cic. Att. lib. 9. 191. 12, Sed mediusfidius turpe nobis puto esse de fuga cogitare. Hoc turpe Cn. noster biennio ante cogitauit, ita sullaturit animus eius, & proscripturit iandiu. Sullaturire, est cupere Sullam, siue Syllam imitari. Proscripturire, proscriptiones ciuium meditari ac moliri: id quod fecerat L. Sylla, qui & Sulla dicitur: cuius exemplum Cæsar imitari conabatur.

Proseco] proseças, pen. corr. prosecui, prosectum, prosecare, Secare. Plaut. Pœnul. 6. 8,

——uetiũq; exta proscearier. Liu. 5. ab Vrbe, 98, Qui eius hostiæ exta prosecuisset.

¶ Prosecta, dicta sunt ab antiquis uiscera, quæ in sacrificijs prosecuissent. Lucan. lib. 6. 142,

——si pectora plena
Sæpe dedi; & laui calido prosecta cerebro. Nonius, Prosecta, exta quæ aris dantur ex fibris pecudum diśecta: sunt generis neutri. Licinius Macer, Ornithogonia,

——uulgari tosta uapore
Cum uirgis prosecta ferunt.

Fœminum. Lucilius lib. 14,

Cœnam inquit nullam, neq; diuo prosectam ullam.

Imponere prosecta aris calentibus. Ouid. 12. Metam. 31.

Proseda] prosedæ, pen. cor. (πόρνη) Meretrix dicitur, authore Festo, quòd ante stabula sedeat. Plaut. Pœn. 4. 4. 43,

——an ibi uis inter istas uersarier
Prosedas pistorum amicas, reliquias alicarias?

Prosedamum] prosedami, pen. corr. Vitium est arietibus et hircis circa coitum prouenies ex nimio labore. Huic morbo rustici medentur genere satyrij, quod crategonon appellant, quum in cibum porrigitur. Plin. lib. 26. cap. 10. 5, Et à Sarmatis equis obaßidium laborem pigrioribus in coitu, quod uitium prosedamum uocant.

Proselenus] προσέληνος, penult. prod. Arcadum epitheton est, qui se πρὸ τῆς σελήνης, id est, ante Lunam fuisse gloriabantur. Stat. 4. Thebaid.

Arcades huic ueteres astris Lunaq; priores,
Agmina fida ducis

Proselytus] proselyti (προσήλυτος) Aduena, notus, peregrinus: à uerbo Græco προσελεύθω, quod est aduenio. Proselyti Hæbræis, qui ex Ethnicis, legibus Mosis & ceremonijs initiati Iudaismum profitebantur non illi quidem gente, sed adoptione Iudæi. Lucas in rebus gestis Apostolorum: Iudæi quoq; & Proselyti.

Prosemino] prosemimas, pen. corr. (κατασπείρω) prosemi nare, Disseminare. Cic. 3. de Orat. 35, Nam quum essent plures orti ferè à Socrate, quòd ex illius uarijs & diuersis, & in omnem partem diffusis disputationibus aliud apprehenderit, proseminatæ sunt quasi familiæ dissentientes inter se, & multum distinctæ & dispares.

Prosequor] penult. corr. prosequeris, prosequutus sum (κατακολουθέω, ἀκολουθέω) prosequi, Vlrà, siue post sequi. Cæsar bell. Gall. lib. 5. 192, Longius prosequi ueritus, quòd syluæ paludesq; intercedebant.

Prosequi usq; ad locum aliquem. Cic. 6. Verr. 69.

Prosequi decedentem domum. Liu. 2. ab Vrbe, 134

Prosequi, & domum reducere. Martial. lib. 11. 25.

Cum equis aliquem prosequi. Cic. Quint. fratri, lib. 2. 15. 2.

Dictis prosequi aliquem. Virg. 6. Aeneid. 180.

Prosequi cum donis. Liu. 9. bel. Maced. 224.

Lachrymis aliquem prosequi. Cic. pro Plancio, 60, Is me in discessu meo non lachrymis solùm suis, sed animo, corpore, copijs prosequutus est.

Abeuntia uela prosequi oculis. Ouid. epist. 5. 11.

Odore prosequitur. Plinius lib. 11. cap. 17. 3. Alij legunt, persequitur.

Visu prosequimur illos. Stat. 5. Thebaid. 97.

Ventus prosequitur euntes à tergo. Virg. 3. Aeneid. 26.

Exequias alicuius prosequi. Ouid. 1. Trist. eleg. 6. 3.

Prosequi funus, uel exequias funeris alicuius. Cic. pro Cluentio, 159. Liu. 8. bel. Maced. 241.

Ab ultimo repetere, & longe prosequi, Author ad Heren. 1. 15.

Altius prosequi. Vide Altus.

Latius, quæ cuiusq; affectus natura sit, prosequamur. Quintil. lib. 5. cap. 8. 3.

Et id non prosequar longiùs quàm mea fides postulabit. Cicer. pro Roscio Amerino, 51.

Ne hæc difficiliora esse ad prosequendum uideantur. Cicero 3. de Orat. 104.

Ne plures prosequar. Cic. 1. Tusc. 45, Quid, totum propè cælum, ne plures prosequar, nonne humano genere completiũ est? id est, Vt alios taceam.

Prosequi usq; ad extremum. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 11.

Prosequi atq; imitari antiquitatem. Vide Imitor.

Prosequi aliquem, Est etiam cum affectu animi sequimur, Prosequor te amore: id est, amo. Prosequor te, odio: Odio habeo. Prosequor te laude, honore, contumelijs, & huiusce modi.

Prosequuntur cibos uoluptate carentes blandioribus alloquijs medici. Plin. epist. 8. 2.

Amore prosequi profectionem alicuius. Cicero Trebon. libro 15. 21. 13.

Prosequi aliquem beneficijs. Cic. 5. Verr. 78.

Opportunitatem uerò mortis illius beneuolentia potius quàm misericordia prosequamur. Cic. de clar. Orat. 3.

Mirabilis eum omnium beneuolentia prosequuta est. Cic. Cassio, lib. 15. 15. 7.

Dicto improbum factum alicuius prosequi. Colum. lib. 8. cap. 16. 3. id est, improbo facto dictum non minus improbum adijcere.

Vt eum bona existimatio usq; ad rogum prosequatur. Cicero pro Quintio, 66.

Fletibus natos, lætitia defunctos prosequuntur. Quint. lib. 5. cap. 11. 29. De quibusdam nationibus.

Prosequitur eos honos amicorum. Cic. de Amic. 22.

Impudentia prosequi. Cic. Sallustio, lib. 13. 63. 2.

Lachrymis prosequi mortuos. Liu. 5. bel. Pun. 152.

Prosequi lamentis, lachrymisq; aliquos tanquam extinctos. Liuius 5. bel. Pun. 152.

Laudibus prosequi. Colum. lib. 12. cap. 3. 9, Horum erat officium, eos qui legibus parèrent, laudibus prosequi.

Laudes alicuius ad eantum prosequi. Cic. 2. de Legib. 98.
Laureatis gesta prosequi. Tacit. in uita Agricolæ.
Libello prosequi memoriam alicuius. Plin. epist. 10. lib. 3. id est, honestis scriptis memorare.
Memoria prosequi aliquid. Quint. lib. 10. cap. 7.
Alicuius uirtutem grata memoria prosequi. Cicero 14. Philipp. 404.
Memoria immortalitatis prosequi aliquorum gloriam dicuntur literæ: hoc est, scripta aliquorum laudes complectentia. Cic. 2. Philip. 53.
Mentionem alicuius cum honore summo prosequi. Plinius epistol. 159. b.
Nomen alicuius prosequi animis clarissimis. Cic. 3. Philip. 153.
Officijs omnibus aliquem prosequi. Cic. Marcello, lib. 15. 10. 5.
Qui paternam amicitiam nullis ipsi officijs prosequuti sunt. Bithynicus Ciceroni, 6. 16. 1.
Facta alicuius prosequi suo officio. Ouid. 4. Fast. 146.
Liberaliter aliquem prosequi oratione. Cæs. 2. bel. Gal. 248.
Ordinem rerum prosequi. Cic. in Partit. 8.
Memoriam alicuius plausu & clamore prosequi. Cic. 10. Philipp. 274.
Ac rursus præmio prosequuntur eos qui strenuè atq; industriè se gesserunt. Colum. lib. 8. cap. 14.
Prosequare reliquias aui. Cic. de Senect. 17. Alia exemplaria habent, persequare.
Spes prosequitur nos: quasi persequitur. Cicero ad Attic. lib. 3. 47. 3, Quid enim est quod me retineat, præsertim si spes ea non est, quæ nos proficiscentes prosequebatur? id est, quam habebamus.
Stylo prosequi rationem munificentiæ. Plin. epist. 8. c.
Prosequi aliquem uerbis honorificis. Cic. 2. Tusc. 103.
Prosequi aliquem uerbis, Conuicijs obiurgare, uel insectari. Cicero 2. in Catil. 25.
Verbis uehementioribus aliquem prosequi. Cic. 4. Verr. 51.
Versu prosequi pascua. Virgil. 3. Georg. 68. hoc est, describere carmine.
Voto & suffragio prosequi aliquem. Plin. epist. 307.
Proserpo] proserpis, proserpsi, proserptum (ἐρπύζω) proserpere, proprium draconum siue serpentium est, dum nullis pedibus innixi per terram deuoluuntur. Plautus Asin. 12. 105,
Eac proserpentem bestiam duplicem ut habeam linguã. Idem Pœnulo, 16. 71.
Proserpit herba. Plin. Hæc herba, nisi sata sit, mirè proserpit.
Proserpina] pen. corr. (πυρεφόνη, βριμώ, πυρσέφασσα, πυρσηφόνεια, φερσεφόνη) Luna, Iouis ex Cerere filia. Ouidius lib. 4. Fast. 119,
At neq; Persephone digna est prædone marito. A' proserpendo dictam Proserpinam Augustinus lib. 7. de Ciuitate Dei, significareq; fœcunditatem scribit: quæ quum aliquando non esset, dicta fuit rapta ad inferos, & tunc cessarunt instrumenta ruralia. Qua redeunte, instituta sunt solennia Athenas. Serpere enim uidetur ueluti serpens, dum modò in dextram, modò in sinistrã mouetur: propter quod & omniuaga dicitur. Dicta est Libera, Diana, Lucina, Trinia, Hecate, & Noctiluca. Huius raptum describit Cicer. 6. Verr. 95. Cuius fabulam sic scribit Seruius, Ceres, inquit, quum raptam à Plutone Proserpinam filiam diu quæsisset: tandem aliquando eam esse apud inferos comperit: pro quare quum Iouis implorasset auxilium, ille respondit posse eã reuerti, si nihil apud inferos gustauisset. Illa autem iam punici mali in Elysio grana gustauerat: quam rem Ascalaphus Stygis filius prodidit. Vnde Proserpina ad superos remeare non potuit. Hinc ait Lucanus lib. 6. 148,
Eloquar immenso terræ sub pondere quæ te
Detineant Ennæa dapes. Sanè Ceres à Ioue postea meruisse dicitur, ut Proserpina sex esset cum matre mensibus: sex cum marito. quod ideo fingitur, quia Proserpina ipsa est. quæ & Luna, quæ toto anno sex mensibus crescit, sex deficit, scilicet per singulos menses quindenis diebus: ut crescens apud superos, deficiens apud inferos esse uideatur. Hæc Seruius apud Virgil. lib. 1. Georg.
Quamuis Elysios miretur Græcia campos:
Nec repetita sequi curet Proserpina matrem.
Regna Proserpinæ, Inferi. Horat. Epod. 17. 1.
Casta Proserpina. Horat. 2. Carm. ode 13. 5.
Imperiosa Proserpina. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 23.
Pulchra Proserpina. Virg. 6. Aeneid. 29.
Sæua Proserpina. Horat. 1. Carm. ode 28. 4.
Siculæ regna Proserpinæ. Senec. Herc. fur. 7. 6.
Proserpinaca] herba est notissima & uulgaris, eximij aduersus scorpiones remedij. Plinius lib. 27. cap. 12. & libro 26. cap. 4.
Prosero] proseris, penult. corr. Proserere, Proferre, producere. Lucan. libro 4,
—non proserit ullam
Flaue Ceres segetem.
Proseuche] προσευχὴ, obsecratio, uel oratio quæ ad Deum funditur, dicta quòd attentione opus habeat: προσέχω, attendo, uel intendo, uel adhibeo. Iuuenalis Satyr. 3. 29. prosenchama Latina declinatione uidetur posuisse pro eo loco, ubi precibus & obsecrationibus mendici à transeuntibus stipem mendicabant, uel uicitabant. ait enim,
Ede ubi consistas, in qua te quæro proseucha. Nam in ingressibus pontium mendici tuguria habebant, unde à prætereuntibus mendicarent stipem. Vide Turnebum, in hunc Iuuenalis locum.
Prosferari] Impetrari: Nonius, Verbũ antiquum. Lucil. lib. 26, Nec mimino & prosferatur pax, quòd Cassandram signo deripuit.
Prosiceæ] Vide Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 12.
Prosicium] prosicij, Quod prosectum proijcitur, inquit Festus.
Prosilio] prosilis, pen. corrept. prosilui, prosiliui, & prosilij, prosultum (ἐκπηδάω, προθορέω). prosilire, ultrà seu foràs uel antè salire; prorumpere. Terent. Eunuch. 5. 8. 6,
Hunc ego nunquam uideram: & iam hic quidnam properans prosilit.
Repentè prosilire. Cic. pro Cælio, 49.
Temerè prosilire. Cic. pro Cælio, 51.
Prosilire à sede. Liuius lib. 2.
Prosilire ad certamen. Senec. de Benefic. lib. 1. cap. 25.
Prosilire ex tabernaculo. Liu. 8. bel. Pun. 74.
In campos prosilit. Stat. 10. Theb. did. 49.
In apertos campos hostes prosiliunt. Ouid. 2. Fast. 46.
In freta prosilit attonito pede. Valer. 8. Argon. 5.
In concionem prosilire. Liuius 5. ab Vrbe, 4.
In altitudinem prosilire, dicuntur frutices: pro, Exurgere & erumpere. Colum. lib. 7. cap. 6. 1.
Stratis prosiluit. Valer. lib. 6. Argon. 62.
Toris altis prosilit. Valer. lib. 6. Argon. 91,
Acies prosiliunt. Lucan. lib. 2. 16.
—ipsæ tua signa reuellent,
Prosilientq; acies. Et lib. 7. 16.
Prosiliunt lachrymæ. Martial. lib. 1. 117,
Amissum non flet, quum sola est Gellia, patrem:
Siquis adest, iussæ prosiliunt lachrymæ.
Natura uaga prosiliet frænis remotis. Hor. 2. Serm. Satyr. 7. 15.
Scintillam

Scintillam subitò prosiliuisse ferunt. Ouid. 4. Fast. 160.
Prosilire inde spuma pinguis. Plin. lib. 12. cap. 14. 6.
Prosimurium] aut Postmurium, Pontificale pomœrium, ubi Pontifices auspicabantur. dictum autem pomœrium, quasi postmurium. id est, proximum muro. Paulus apud Festum.
Prosita] Proposita. Paulus apud Festum.
Prosocer] pen. cor. prosoceri, masc. gen. (αὐτιπενθερὸς) Plin. epist. 110. c. lib. 5, Eram cum prosocero meo, eram cum amica uxoris, eram cum amicis diu desideratis, circumibam agellos. Ouid. epist. 3. 15,
Curq; senex Nereus prosocer esse uelit.
Prosocrus] huius prosocrus, penult. corr. f. g. Modest. l. 4. ff. de gradibus, Prosocrus mihi uxoris meæ auia est: ego illius sum progener.
Prosodia] prosodiæ, pen. cor. (προσῳδία) Latinè accentus dicitur: Estq; lex, siue regula ad eleuandam deprimendamue syllabam uniuscuiusq; particulæ orationis accommodata: alio nomine apud Græcos τόνος dicta. Fit autem prosodia, à πρὸς Græca præpositione, quæ significat ad: & ᾠδὴ cãtus. Gellius lib. 13. cap. 6, Quos Græci προσῳδίας dicunt, eas ueteres docti tum notas uocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum uoculationes appellabant.
Prosonomasia] προσονομασία, annuncidtio: quæ fit aliqua uocum similitudine, & uerborum quadam affinitate: ut, Quis locus, aut lacus: Ex aratore orator: Deligere oportet, quem uelis diligere: Amentium aut amantium. Amor amaror.
Prosopis] προσωπὶς, & Prosopeion (προσωπεῖον) apud Aristophanem in Danaidibus idem est quod Larua & larunula, adscripta instrumentis muliebribus à Polluce libro 10. capite 28.
Prosopites] Aegypti præfectura. Plin. lib. 5. cap. 9.
Prosopopitis] Prosopopitidis (προσωποποιΐτις) Insula est in Delta Nili, nouem schœnorum ambitu, urbem habens Atarbechim, ex qua naues proficiscuntur ad tollenda tota Aegypto boum, aliorumue pecorum ossa, quæ religiosè apud Aegyptios sepeliuntur. Herod. lib. 2. Alij Prosopis legunt.
Prosopon] προσώπου, Insula non longè à Carthagine: cuius incolæ Prosopij dicuntur, uel Prosopitæ. Stephanus.
Prosopopœia] προσοποποιΐα, ad uerbum, dicitur personæ fictio: hoc est: figura personam inducens. Componitur enim ex πρόσωπον, quod personam significat: & ποιῶ, facio uel fingo. Figura est, quum persona aliqua fingitur: ut quum inanimatum loquitur ad animatum, uel è conuerso. Horatius Epod. 17. 6,
Quid amplius uis? ô mare & terra, & ardeo. Quint. His præcipuè locis utiles sunt prosopopœiæ, id est, fictæ alienarum personarum orationes. Idem lib. 6. cap. 2, Illa adhuc audaciora, & maiorum, ut Cicero existimat, laterum, fictiones personarum quæ prosopopœiæ dicuntur: mirè namq; tum uariant orationem, tum excitant. His etiam aduersariorum cogitationes uelut secum loquentium, protrahimus: quæ tamen ita demum à fide non abhorrent, si ea locutos finxerimus, quæ cogitasse eos non sit absurdum. Et nostros cum de alijs sermones, & aliorum inter se credibiliter inducimus, & suadendo, obiurgando, querendo, laudando, miserando, personas idoneas damus. Quin deducere deos in hoc genere dicendi, & inferos excitare, concessum est. Vrbes etiam, populiq; uoces accipiunt. Ac sunt quidam qui has demum prosopopœias dicant, in quibus & corpora & uerba fingimus: sermones hominum assimulatos, dicere dialogos malunt.
Prospecto, prospectas, & Prospectus] Vide Prospicio.
Prospeculor] pen. cor. prospeculari, procul speculari. Liu. Decad. 1. lib. 3. l. Siccium prospeculatum ad locum castris ca-

piendum mittunt.
Prosper] prospera, prosperum, pen. corr. (σύμμερος, ἵλεως) Qui dat prosperitatem, & hem nostram implet. Vnde Prosperos deos dicimus: Prospera fidera, loca, fines, actiones, successus.
Acies prospera. Tacit. lib. 20.
Exitus prosper. Cic. ad Atticum, lib. 9. 175. 2.
Fama prospera. Tacit. lib. 17.
Fatum prosperius. Ouid. 3. Fast. 123.
Vti prospero flatu fortunæ. Cic. 2, Offic. 26.
Prospera fortuna. Horat. 4. Carm. ode 14. 8.
Prospera sic maneat uobis fortuna, nec unquam, &c. Ouidius 3. Trist. eleg. 5. 16.
Prospera & aduersa fortuna. Cic. 3. de Nat. deor. 129.
Fortuna prospera, æquabilis, perpetuaq;. Cicero Post reditum ad Quirites, 1.
Ino prospera populo adest. Ouid. 6. Fast. 109.
Frugum prospera Luna. Horat. 4. Carm. ode 6, 8. id est, inquit Acron, rore nocturno nutriens. Luna enim (ut inquit Mancinellus) nocturno temperamento maturandis frugibus moderatur.
Lux prospera. Ouid. 1. Fast. 15.
Sors prospera. Catull. Argon. 59. 48.
Successus prosperos dare: hoc est, Fœlicem exitum. Liuius 1. ab Vrbe, 8.
Tempora prospera. Claud. 7. Paneg. 124.
Frui terra prosperiore. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 7. 6.
Verba prospera. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 8.
Prosper, Sæpe etiam pro eo qui prosperitatem recipit, hoc est, qui spe sua potitus est, accipitur. Hinc Sueton. in Claudian. Cæsare, cap. 45, Cæsarem scribit fuisse prospera ualetudine: id est, fœlici.
¶ Prosperitas, pen. corr. prosperitatis, fœm. gener. (σύμμετρος) Fœlicitas, & ad uotum successus. Cic. 2. de Finib. 32, Vt Aristoteles, qui uirtutis usum cum uitæ perfectæ prosperitate coniunxit.
Improborum igitur prosperitates secundæq; res redarguunt, ut Diogenes dicebat, uim omnem deorum ac potestatem. Cicer. 3. de Nat. deor. 128.
Commoditatem, prosperitatemq; uitæ à dijs habemus, uirtutem deo acceptam nemo refert. Cic. 3. de Nat. deor. 125.
¶ Prosperè, pen. corr. Aduerbium (σὺν μέρει) Quasi prospe, inquit Nonius. Cic. 2. de Nat. deor. 248, Magna dij curant, parua negligunt, magnis autem uiris prosperè semper omnes res. Sub. euẽniunt.
Euenire prosperè. Cic. Appio, lib. 3. 12. 4.
Fortuna prosperè functus. Cic. de claris Orat. 131.
¶ Prospero, prosperas, pen. corr. (σύμμερον ποιῶ) prosperare, Prosperum facere. Plautus Persa. 7,
—nunc & amico meo
Prosperabo, & genio meo multa bona faciam. Liu. 8. ab Vrbe, 46, Dij Manes uos precor, ueneror, ueniam peto, ut populo Rom. Quiritium uim uictoriamq; prosperetis.
Consilia Reipub. prosperare. Tacit. lib. 3.
Prospergo] prospergis, prosperfi, prosperfum (ἐπιῤῥαίνω) prospergere, Aspergere. Tacit. lib. 15. Vnde hausta aqua, templum & simulacrum deæ prosperfum est.
Prospicio] prospicis, pen. corr. prospexi, prospectum (προνοέω, προμηθέω, προσορᾶω, ἐπιμηνύπτω, ἀλεξανύπτω) prospicere, Longè uidere, quasi porrò specere: pro Videre, aliquando accipitur. Terent. Phorm. 5. 1. 8,
Certo ædepol (nisi me animus fallit, aut parum oculi prospiciunt, Meæ nutricem gnatæ uideo.
Prospicit à tergo. Ouid. 6. Fast. 41.

Ab rupe prospicere. Virg. 3. Aeneid. 130.
Ad agentem ex turba prospexit. Quint. lib. 6. cap. 1. 36.
Ex specula prospicere. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3. 3.
Prospicere ex loco aliquo in alium. Cæsar 2. bel. Ciuil. 16.
Prospicere per umbram. Virg. 2. Aeneid. 47.
Sed tamen munere seruili obtulit se ad ferramenta prospiciendа. Cic. pro Sylla, 41.
Prospicere oculis. Plaut. Amphit. 17. 7.
Prospicere, Antè, siue à lõgè uidere: hoc est, prouidere & præcauere. Terent. Adelph. 3. 3. 34.
Istuc est sapere, non quod ante pedes modò est,
Videre: sed etiam illa quæ futura sunt, prospicere.
Prospiciens in annum fructus. Varro 1. de re Rust. cap. 23. 2.
Prospicere in posterum. Cic. pro Murænâ, 54. *Semper in hac ciuitate nimis magnis accusatorum opibus, & populus uniuersus, & sapientes, ac multum in posterum prospicientes iudices resitterunt.*
Longè in posterum futura prospicere. Cic. Cælio, lib. 2. 7. 4.
In dextrum prospicere. Quint. lib. 1. cap. 1. 24.
Prospicere animo, Considerare. Cicero pro Quintio, 19, *Et tu C. Aquili iam autè animo prospicere possis, quibus de rebus auditurus sis.*
Longè animo prospicere. Cic. pro Cluentio, 35.
Prospicere mente & cogitatione. Cic. 1. Verr. 22.
Coniectura aliquid prospicere. Cic. pro Domo sua, 9.
Prospicere multo antè. Cic. ad Brutum, 10. 6.
Longè prospicere futuros casus. Cic. de Amicit. 38.
Insidias prospicere. Cic. 2. Verr. 31.
Propè infinitum mihi laborem prospicio. Quintilianus in Proœm. lib. 4. 6.
Prospicere senectutem: pro, Esse propinquum senectuti. Seneca epistol. 33.
Prospicere sibi, alicui, saluti suæ: hoc est, Sibi cauere. Terentius Adelph. 4. 2. 51,
Ctesipho autem in amore est totus: ego iam prospiciam mihi. Idem Eunucho, 4. 6. 24,
Malo ego nos prospicere, quàm hunc ulcisci accepta iniuria. *Sub. nobis.* Cicero 3. Verr. 112, *Hoc modo iste sibi, & saluti suæ prospicere didicit.*
Multum prospexeris si, &c. Cic. Trebatio, lib. 7. 21. 3.
Prospicere bonum alicui. Liu. lib. 5. ab Vrbe, 211.
Alicui malo prospicere. Cic. de Aruisp. resp. 53.
Consulere filijs, ac prospicere. Cic. 3. Verr. 108.
Patriæ prospicere. Cic. 4. in Catil. 75.
Rationibus alicuius quibuscunq; rebus prospicere & consulere. Cic. Appio, lib. 3. 2. 4.
Nisi prospectum interea aliquid nobis est, desertæ uiuimus. Terent. Heaut. 2. 4. 11.
¶ *Prospecturus*, pen. prod. Participium (προοράσων) Claud. 7. Paneg. 48,
Mandatricem operum prospecturamq; labori.
¶ *Prospectus, huius prospectus*, masc. gen. (πρόσκαιρος, πρόοψις) Plaut. Milite, 10. 15,
Sterilis hinc prospectus usq; ad ultimã plateã probè est.
Adimere prospectum. Liu. 10. ab Vrbe, 158.
Capere prospectum, Considerando prospicere. Liuius 1. ab Vrbe, 76.
Corrumpere prospectum alicui. Silius lib. 5. 8.
Prospectum oculis eripere. Virg. 8. Aeneid. 51.
Prospectum impedire, Quod uulgò dicitur Visum auferre. Cæsar 4. bel. Gal. 309
Petebat prospectum ex summa arce. Catul. Argon. 59. 48.
Petere prospectum pelago. Virg. 1. Aeneid. 37.
In prospectum populi producere. Cic. 5. Verr. 85.

Maris prospectus. Cic. Attico, lib. 12. 237. 1.
Arborum prospectus. Plin. lib. 12. cap. 6. ad finem.
O *præclarum prospectum! Puteolos uidemus, at familiarem nostrum Auianum fortassè in porticu Neptuni ambulantem non uidemus.* Cic. 4. Acad. 142. (sua, 80.
Porticus in palatio pulcherrimo prospectu. Cicero pro Domo
¶ *Prospecto, prospectas* (προοράω, προόπτομαι) prospectare, Frequentatiuum. Liuius 4. bel. Punic. 96. *Pars in ædium uestibulis stat, pars ex tectis fenestrisq; prospectant.* Virgil. 7. Aeneid. 163,
Turbãq; miratur matrum, & prospectat euntem.
Nauis omnibus qui eam aspexerant, prospectare iam exitiũ, atq; explorare fugam domini uidebatur. Cic. 7. Verr. 36.
¶ *Prospectans, Particip.* (παλιπροπῶν) Catul. Argon. 59. 50,
Quæ tum prospectans cedentem mœsta carinam, &c.
Astra prospectantia. Stat. 5. Syl. 1. 25.
¶ *Prospices, prospice.* Festus.
¶ *Prospicienter, Aduerbium* (προορατικῶς) *Circunspectè.* Gellius lib. 2. cap. 29, *Res salubriter ac prospicienter animaduersas in mentes, animosq; hominum cum audiendi quadam illecebra induxit.*
¶ *Prospicientia, Cura, prouidentia.*
¶ *Prospicuus* (πρόσφορος) *pro Conspicuo aut uisendo.* Senec. epist. 111, *Hinc prospicuos puerorũ cultu atq; forma greges.*
¶ *Prospica, & despica, Intenta & contempla:* Næuius, *Ac sibi prospica ac despica.* Potest ergo prospicus ac despicus dici. Nonius.
Prospiro] *as, are*, penult. prod. *Spiritum longè lateq; diffundo.* Cato, *Nam uenæ eorum ubi sufflatæ sunt ex cibo, nõ possunt prospirare in toto corpore.*
Prostasis] *siue prostasia* (προστασία) *Præfectura uel præsidentia, Latinè dicitur. Est item prostasia, quum quis pro altero liti se opponit, & eius defensionem suscipit, euentumq; præstat. Budæus in Commentar.*
Prostates] προστάτης, *modò præsidem adiutoremue in bello, aut uicarium, aut defensorem significat. in lib. posterioribus C. de muneribus patrimon.*
Prosterno] *prosternis, prostraui, prostratum*, penult. prod. (καταστρωννύω, ἐδαφίζω) *prosternere, Antè sternere, uincere, prostigare: quod fit, quum hostes in acie sternuntur.* Terent. Adelph. 3. 2. 21,
Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, prosternerem. *Liu. 8. ab Vrbe, 56.*
Humi aliquem prosternere. Ouid. 5. Metam. 40.
Telo prostrauit uirum. Valer. 3. Argon. 37.
Prosternunt acies, proteruut armatos. Plin. lib. 8. cap. 9. 1.
Corpus prosternere. Silius lib. 17. 86.
Corpus prosternere leoni. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 7.
Prosternere corpora humi. Liu. 9. ab Vrbe, 28.
Flores prosternere. Stat. 5. Syl. 1. 52.
Hostes prosternere fundere, occidere. Cic. 14. Philipp. 402.
Hostem ferro prosternere. Silius lib. 7. 80.
Legio prosternitur latis aruis. Valer. lib. 6. Argon. 102.
Oppida prosternere fragore. Silius lib. 3. 43. (lib. 8. 125.
Nutantiq; ruens prostrauit uertice syluas Garganus. Silius
Syluam pondere aliquo prosternere. Ouid. 8. Metam. 157.
Prosternere in terram uineas. Colum. lib. 11. cap. 3. 17.
Viribus suis prosterni. Quint. lib. 2. cap. 12. 2.
Prosternere, interdum datiuum habet cum accusatiuo. Suet. in Iulio, cap. 2, *Non sine suspicione prostratæ regi pudicitiæ.*
Perfregit ac prostrauit omnia cupiditate ac furore. Cicer. pro Cluentio, 11.
Prosterni materiem & campum gloriæ alicuius: pro, Explicari & complanari. Plin. in Paneg. 50.

Præcipi-

Præcipitantem igitur impellamus, & perditum prosternamus. Cicero pro Cluentio, 55.
Opes regni prosternere. Silius lib. 17. 30.
Prosternere atq; obterere obtrectationes maleuolorum. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5. 9. 3.
Ille se ad meos pedes prostrauit lachrymans. Cic. 2. Philipp. 62.
Abijcere se atq; prosternere: pro, Parui æstimare, & sese demittere. Cic. in Parad. 16.
¶ *Prostratus*, pen. prod. Participium (καταβεβλημένος) *ut, Humi prostratus.* Lucret. lib. 4. 241.
Lucre prostratum. Cic. 2. in Catil. 25. Vide Iaceo.
Ense adacto prostratus. Silius lib. 17. 98.
Mole prostratus. Ouid. 1. Trist. eleg. 7. 4.
Morte prostratus. Lucret. lib. 6. 241.
Siti prostratus. Lucret. lib. 6. 254.
Affecta & prostrata Respub. Cic. in epistol. ad Octauium, 7.
Prostratæ religiones, Dirutæ, euersæ. Cic. 2. de Legib. 69.
Virtus afflicta & prostrata. Cic. 2. de Orat. 117.
Prostituo] *prostituis, prostitui*, pen. corr. *prostitutum*, penult. prod. (προάγω, προαγωγεύω, ὀπτάνομαι) *prostituere, Antè, siue publicè statuere, Meretriciæ arti sese dedere. Vnde prostituere pudicitiam dicimus, Sui corporis potestatem facere.* Sueton. in Nerone, cap. 29, *Suam pudicitiam usq; adeò prostituit, ut contaminatis, &c.*
Toto corpore sese prostituere. Catull. epig. 105. 2.
Faciem suam lucro prostituere. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 9.
Voces prostituere ingrato foro. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 2.
¶ *Prostitutus*, pen. prod. Participium (προεκβέβλ) Plin. lib. 30. cap. 2. 2, *Vtinamq; inferos potius & quoscunq; de suspicionibus suis deos consuluisset Nero, quàm lupanaribus atque prostitutis mandasset inquisitiones eas.*
¶ *Prostibulum, prostibuli*, pen. corr. (προνεῖον, ἐργαστήριον) *Ipsum scortum aliquando dicitur.* Plaut. Aulul. 9. 6,
Bellum, & pudicum uerò prostibulum populi.
Prostibulum, Lupanar aliquando significat.
¶ *Prostibula, prostibulæ*, pen. corr. (πόρνη) Meretrix. Festus, *Alicariæ meretrices appellabantur in campis solitæ ante pistrina alicariorum uersari, quæstus gratia: sicut hæ quæ ante stabula sedebant, dicebantur prostibulæ.* Plautus Persa, 23. 58,
——nam hercle si absq; me
Fores & meo præsidio, hic faceret te prostibulam prosapiem.
Prosto] *prostas, prostiti, prostitum*, pen. cor. (προΐσταμαι) *prostare. A longè stare.* Plaut. Curcul.
Hæ saltem in occultis locis prostant, uos in foro ipso,
Anguli prostantes. Lucretius lib. 2. 87. *hoc est, Prominentes, extantes.*
Prostare (παθεῖδαι) *pro, Precio stare, seu uiuere, siue prostitui.* Iuuenalis Satyra 1. 5,
Quid referam, quanta siccum iecur ardeat ira,
Quum populum gregibus comitiũ premat hic spoliator
Pupilli prostantis?
Precio prostare. Ouid. 1. Amorum, eleg. 10. 4. Quintilianus in Milite Mariano, 1, *Iuberet prostare gladio cinctum. hoc est, Prostitui ad uenerem patiendam.*
Ingenio alicuius prostare. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 2.
Prostomis] *Vide* Pastomis.
Prosubigo] *prosubigis, pen. cor. prosubegi*, pen. prod. *prosubactum* (ὑπορύττω) *prosubigere, Vehementer suffodere.* Virg. 3. Georg. 52,
Ipse ruit, dentesq; Sabellicus exacuit sus:
Et pede prosubigit terram: fricat arbore costas. *Vbi Seruius, Prosubigit, fodit, & pedibus impellit alternis: quod*

pugnaturi sues facere consueuerunt ad acquirendũ robur. Fulmina Cyclops prosubigit. Valer. 4. Argon. 58.
Prosum] *prodes, prosui* (ὠφιλέω, λυσιτελέω, συμφέρω, συνηλέω, χρησμέω) *prodesse, Vtilitati esse, quasi pro aliquo esse.* Terent. Eunuch. 5. 5. 23,
——neq; illi prosis, & tu pereas. Idem Hecyr. 3. 5. 13,
Quicquid est id quod reliquit, prosuit. *Vbi Donatus, Prosuit, pro nobis fuit, ac per hoc nostrum est: potest enim ipse prosuisse, potest res eius.* Cic. 7. Verr. 130, *Nobile & illustre apud omnes nomen tuæ ciuitatis prosuisset.*
Sim à me est alienior, nihil tibi literæ meæ proderunt. Cicero Canimio, lib. 2. 16. 15.
Metuo ne artificium tuum tibi parum prosit. Cicero Trebatio, libro 7. 13. 4.
Aere multum prosuit ei Bithynia. Catul. de Varro, epig. 10. 2.
Aequè prodest pauperibus, locupletibus æquè. Horatius 1. epistol. 1. 5.
Constantia multum prodest in amore. Propert. li. 2. eleg. 27. 6.
In commune prodesse. Quint. lib. 6. cap. 1. 6.
Prodesse ad concordiam. Liu. 2. ab Vrbe, 6.
Prodest contra. Plin. lib. 37. cap. 10. 2, *Putant eam contra araneorum & scorpionum ictus prodesse.* Sic lib. 23. cap. 1.
Prosumia] *prosumiæ* (πλοίς γένος) *Genus nauigij, speculatorium paruum.* Plaut. Amph.
De nocte ad portam fum prouectus prosumia. Cæcilius Meretrice,
Qui pro gubernatore se gerens, propè euertit prosumiam. Festus. *Meminit Gell. lib. 10. cap. 25.*
Prosumnus] *index inferorum, de quo sic scribit Arnobius lib. 5. aduersus gentes, Quum (inquit) inter homines esset adhuc Nysius & Semeleius Liber, nosse inferos expetiuit, & sub Tartari sedibus quidnam rerum ageretur, inquirere. Sed cupiditas hæc eius nonnullis difficultatibus impediebatur, quòd quà iret, ac pergeret, insciis itineris, nesciebat. Prosumnus quidam exoritur, ignominiosus amator dei, atq; in nefarias libidines satis pronus, qui se ianuam Ditis, aditq; Acherusios aditus polliceretur indicaturum, si sibi legeret morem deus, atq; uxorias uoluptates pateretur ex se capi. Deus facilis, iurat potestatis futurum, ac uoluntatis se eius: sed quum primùm ab inferis compos uoti atq; expeditionis redisset. Viam comiter Prosumnus edisserit, atq; in limine ipso prostituit inferorum. Cætera referre pudet. Arnobius. Liuius Syntagmate 7. Histor. deorum.*
Prosuperare] *Superabundare, apud Sipontinum.*
Prosymna] προσύμνα, *nomen ciuitatis est, in qua Iuno colitur: cuius situm uide apud Strabonem lib. 8.*
Celsa Prosymna. Stat. 1. Theb. 77.
Protagoras] *pen. corr.* (πρωταγόρας) *Abderites, domi Democriti auditor fuit, natus Menandro patre Thracum locupletissimo, qui Xerxem aduersus Græcos proficiscentem, domo, muneribusq; excepit: ob quam liberalitatem, Magi qui cum eo erant, facta à rege potestate, eius filium Protagoram una adolescentem sua disciplina erudierunt. Nam inissu regis eam communicare non licet: quòd de dijs haud bene sentiant, dubitareq; se dicant eos esse illis quoq; clàm sacrificant, ne clara religionis professione illis seruire, aut per illos aliquid posse uideantur. Ex hac igitur consuetudine & ritu Protagoras ab Atheniensibus condemnatus: ut autem placet nonnullis, tantùm accusatus, sponte exulauit. Quũq; sparsas toto orbe triremes Atheniensium uideret, paruo se nauigio credens, insulas lustrauit, ubi tunc mercede dicitur primus omnium profiteri cœpisse. Igitur Plato quum uideret eum arte rhetorica intumescentem, uerbaq; ex poetica plus iusto ostentantem, eius ideam longo sermone expressit.*

Hæc ex Philostrato. De eodem secus scribit Gell. lib. 5. cap. 3. Protagoras alius fuit astrologus, in quem Euphorio Epicedium scripsit. Alius item Stoicus, Diogeni Laertio.

¶Protagorius, & Protagoricus, pen. corr. Possessiua: ut, Protagorium responsum. Gellius lib. 5. cap. 11.

Protarchus] πρώταρχος, Epicurus philosophus, Demetrij præceptor, qui Lacon appellatus est. Hic Bargylianus patria fuit, ut refert Strabo lib. 14.

Protasis] huius protasis, pen. corr. (πρότασις) dicitur Propositio. Donatus in Prologo Terentij, Protasis, primus actus est, initiumq; dramatis.

Proteas] Bibendi certamine clarus: hunc in conuiuio Alexander poculo bicongio prouocauit. Quumq; Alexander bibisset: Proteas rege multum laudato, qui egregiè tantum calicem exorbuerat, & ipse quoq; ea fide atq; integritate bibit, ut ab omnibus plausu exciperetur. Mox Proteas eodem poculo, quum regem prouocasset, bibissetq;, Alexander generosè conatus iterum calicem eundem ducere, quum pariè iam traxisset, resupinata in lecti puluinar ceruice, poculum manibus emisit: quo ex certamine in valetudinem incidit, à qua tandem extinctus est. Ephippius. Budæus 5. de Asse non Proteam, sed Medum dixit. Plutarchus in libello de Tuenda bona valetudine.

Protego] protegis, pen. cor. protexi, protectum (σκεπάζω, προβάλλω, προαμύνω, ὑπερβαίνω) protegere, Tegendo tueri. Plin. lib. 12. cap. 1. 6, Arbor se vastis protegens ramis. De platano arbore.

Protegere ab hyeme. Plin. lib. 19. cap. 8. 20. Idem lib. 10. cap. 33. 5. Cameraq; ab imbri aut fronde protegere densa.

Ego iacentẽ & spoliatũ defendo & protego. Cic. pro Sylla, 37.

Qui vicit, victos protegit ille manu. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 11.

Armis protegere aliquem. Ouid. 8. Metam. 79.

Ora equi saucia protegere. Propert. lib. 4. eleg. 1. 19.

Protegere, per trãslationem, Tegere. Quint. Declam. 8, Captet licet crudelissimus senex parricidij immanitatem metu maiore protegere, &c.

¶Protectus, σκεπασθείς, Participium, siue Nomen ex participio. Ouid. 12. Metam. 55,

— dextraq; à parte Charaxi
Tempora perfregit fuluo protecta capillo. hoc est, tecta.

Protectus humeros capillis. Ouid. 2. Metam. 128. hoc est, humeros habens tectos capillis.

Sapientia protectior omni ratione. Cic. 13. Philip. 346.

Protecta & Proiecta, Partes sunt domus prominentes: qualia sunt Meniana & podia pensilia: unde aspectus est nobis in uicos & plateas. Protecta, à protegendo dicta sunt. Est enim Protegere, Tectum proijcere. Cicero in Topicis, 11, Quoniam Publius Scæuola id solum ambitus ædium esse dixit, quantum parietis communis tegendi causa tectum proijceretur: ex quo tecto in eius qui protexisset, aqua deflueret: ius tibi uideri, & reliqua. Budæus.

¶Protectum, protecti, Substantiuum. Vlpian. in l. quemadmodum. ff. ad leg. Aquil. Si protectum meum, quod supra domũ tuam & nullo iure habebam, recidisses, posse me tecum dam ni iniuria agere, Proculus scribit.

Protelo] protelas, penult. prod. (ἀνεβαλόμαι, ἀπελαύνω) protelare, Protrahere, præuenire, exagitare, inquit Donatus. A' πρὸ, & ἐλαύνω, dictum est, quod est antè & trahere. Alij ab assiduo telorum iactu existimant dici. Hæc Donatus. Terentius Phorm. 1. 4. 37,

Nec te iratus suis sæuis dictis protelet. Alij legunt, sæuidicis dictis. Plaut. Merc. 2. 12,

Vicini scortiũ instimulat, protelat uirũ. Fest. Protelare, lõgè propellere, ex Græco uidelicet τηλόθι, q̃ significat Lõgè.

Protelare (inquit Nonius) Percutere, perturbare. Sisenna Hist. lib. 3, Romanos impetu suo, ptelãt, prolectos persequuntur.

Protelare (inquit idem Nonius alio loco) est Excludere. Turpilius Lemnijs, Propter peccatũ pauxillũ indignissimè patria protelatũ esse sæuitia patris. Sisenna Histor. lib. 4. Duæ cohortes de subsidio procedunt, atq; equites protelant.

¶Protelum, proteli, Tenor pugnandi, continua certatio. Lucret. lib. 2. 107,

Vndiq; protelo plagarum continuato. Donatus.

Protendo] protendis, protendi, protensum & protentum (προτείνω, ἐκτανύω) protendere, Vltrà tendere, porrigere. Plin. lib. 11. cap. 43. 2, Inter digitos medius lõgissimè protenditur. Idem lib. 9. cap. 32. In eodem genere cochleæ, aquatiles terrestresq;, exerentes se domicilio, binaq; ceu cornua protendentes contrahentesq;, &c.

Aciem protendere in æstus pelagi. Catul. Argon. epig. 59. 26.

Brachia alterna protendere. Virg. 5. Aeneid. 76.

Dextram precantem protendere. Virg. 12. Aeneid. 186.

Famam alicuius protendere. Claud. 1. Paneg. 8.

Iuga protendit Cithræon. Seneca Theb. 1. 3.

Lachrymas protendere. Claud. 2. in Eutropium, 119.

Nanti protendere manum. Ouid. ad Pisonem, 51.

Protendere, Proferre, Differre. Cic. ad Fam. lib. 10. 26. 8, Comẽtia tamen, quũ ex his pendes, quantũ facere possumus, quod multis de causis Reipublicæ arbitramur cõducere, in tantariũ mẽsem protendimus. Vetus codex habet, protrudimus.

¶Protendens, Participium (προτείνω) ut,

Brachia protendens. Catul. epig. 61. 2.

¶Protentus, Aliud particip. (προτανύω) Silius lib. 16.

Temo protentus in octo pedes. Virg. lib. 1. Georg. 35.

Hastæ protentæ. Tacit. lib. 14.

Tela protenta. Ouid. 8. Metam. 69.

Protenus] pen. cor. (πῆλαι) Aduerbium, quasi porrò tenus, et longè à finibus, interprete Seruio. Virg. eclog. 1. 3,

— en ipse capellas
Protenus æger ago. Per e scribi debere, testatur Caper grammaticus. Sipont. hoc loco per i, pro Valde interpretatur. Vide Protinus.

Protermino] proterminas, pen. cor. (παρατείνω) protermĩnare, Propagare, fines promouere. A' termino promouẽdo ductũ uerbũ. Apul. lib. 9, Fines usq; et usq; proterminaueris.

Protero] proteris, pen. corr. protriui, protritum, pen. prod. (καταρίβω, καταπατῶ) proterere, Vehementer terere, & quasi pedibus conculcare. Plin. lib. 8. cap. 9. 1, Prosternunt acies, proterunt armatos. De elephantis. Cæsar 8. bel. Gall. 70, Partim in fuga proteruntur, partim intercipiuntur.

Agmina curru proterere. Virg. 12. Aeneid. 66.

Pedibus arua proterit. Claud. 1. de raptu Proserp. 26.

Vlmus labens proterit uuas. Stat. 8. Theb. 110.

Aestas proterit Ver. Horat. 4. Carm. ode 7. 2.

Vmbram inanem proterere. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 5.

Proterere aliquem & conculcare. Cic. pro Flacco. 43.

Proteri & conculcari. Author ad Herenn. lib. 4. 237.

¶Protritus, pen. product. Particip. (κατατριβείς) ut, Protrita acies. Vide Acies.

Protritum & corruptum frumentum. Liu. 4. bel. Maced. 99.

¶Protrimentum, protrimenti. Apuleius lib. 8, Asini aurei, ad finem, Accuratius in protrimentis sapidissimè decoctũ. Protrimenta, inquit Beroaldus, dicuntur edulia minutim trita concisaq;, qualia hodieq; in pulmentarijs plurima conficiuntur ex carnibus frustillatim sectis. A' tritura dicta protrimenta, quasi à proterendo.

Proterreo] proterres, proterrui, proterritũ, pen. cor. (καταπήσσω) proterrere, A' longè terrere. Plaut. Trin. 10. 75,

Mea

Mea opera hinc proterritum te, meaq; duritia autument. Terent. Heaut. 3. 1. 37,

Proterruisti hinc me.

Aduerso equo aliquem proterrere. Virg. 12. Aen. 59.

Proteruus] Adiectiuum (προπετής, αὐθάδης) Qui dum alius obuius est, proterit: quod faciunt tauri in appetitu coitus fœminarum in quas calent. Superbus. Plautus Bacchid. 1. 4. 1,

Petulans, proteruo, iracundo animo, indomito, incogitato. Terent. Heaut. 3. 3. 16,

Ne ineptus, ne proteruus uidear. Cic. 1. de Finib. lib. 1. 92, Alij audaces, proterui, ijdem intemperantes & ignaui.

Siuidua liberè, proterua petulanter, diues effusè, libidinosa meretricio more uiueret: adulterum ego putarem, si quis hanc paulo liberius salutasset? Cic. pro Cælio, 30.

Africus proteruus. Hor. Epod. 16. 5.

Proteruum dictum aut factum. Cic. 2. de Finib. 78.

Damnaret nati facta proterua pater. Ouid. epist. 6. 17.

Frons proterua, Impudens. Hor. 2. Carm. ode 5. 4.

Iuuenes proterui. Hor. 1. Carm. ode 25. 1.

Lingua proterua. Ouid. in Ibin, 105.

Manus proteruæ. Ouid. 12. Metam. 47.

Noctis proteruæ lusus. Stat. 9. Theb. 123.

Oculi proterui. Ouid. epist. 16. 16.

Ora proterua canum. Ouid. 14. Metam. 13.

Rixa proterua. Hor. 3. Carm. ode 14. 6.

Sales proterui. Stat. 1. Sylu. 6. 2.

Stella proterua Canis Icarij. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 1.

Turba proterua. Ouid. epist. 5. 27.

Venti proterui. Hor. 1. Carm. ode 26. 1.

Verba proterua dicere in aliquem. Ouid. 5. Trist. eleg. 7. 6.

¶Proteruè, Aduerbium (προπετῶς) Immoderatè, & superbè. Terent. Heaut. 4. 4. 1,

Satis pol proteruè me Syri promissa huc induxerunt. Idem Hecyr. 3. 5. 53,

Ecce autem tu quoq; proteruè iracundus es.

Facere & dicere aliquid æquo proteruius. Ouidius 1. de Arte, 121.

Multa miser timeo, quia feci multa proteruè. Ouidius 1. Amorum, eleg. 4. 9.

¶Proteruitas, pen. corr. proteruitatis, f. g. (προπέτεια) Superbia, petulantia. Terent. Heaut. 4. 6. 10,

Quàm penè tua me perdidit proteruitas. Cicero pro Cælio, 21, De corruptelis, de adulterijs, de proteruitate, de sumptibus, immensa oratio est.

Grata proteruitas. Hor. 1. Carm. ode 19. 2.

¶Proteruia, proteruiæ, Idem (ἀπελαστία) Lucretius,

Capripedes agitat quum læta proteruia Panas.

Proteruiam facere. Erat hoc religiosum in nonnullis hostijs apud ueteres, nequid ex sacris epulis relinqueretur, aut si quid reliquum esset, id igni absumeretur: quemadmodum Moyses tradit de agno paschali. Porrò id genus sacrificij, Romani proteruiam appellant. Vnde celebratur illud Catonis festiuiter dictum in Albidium quendam, qui patrimonium uniuersum luxu absumpserat, unis exceptis ædibus, quæ incendio conflagrarunt: Proteruiam, inquit, fecit: pròpterea quòd ea quæ comesse non potuerit, quasi combusisset. Author Macrobius lib. Saturn. 2. Erasmus.

¶Proteruio, proteruis (ἀσελγαίνω) proteruire, Petulanter agere.

Protesilaus] pen. prod. (πρωτοπλάσ) unus è Græcorum ducibus, qui ad Troiam profecti sunt: quum primus ex nauibus in litus prosiliret, ab Hectore est interfectus. Fuit ex Phylace Thessaliæ oppido. Inde Phylacides dictus. Eius uxor Laodamia, quum interitum resciisset, in solatium mœroris optauit ut mortui umbram uideret. Quod quum impetrasset, in illius amplexibus expirauit. Propert. lib. 1. eleg. 18. 2,

Illic Phylacides, &c.

¶ Protesilaeus, penult. prod. Adiectiuum (πρωτεσιλάεος) ut, Protesilaea domus. Catul. epigr. 63. 15.

Proteus] duarum syllabarum uox (πρωτεύς) filius Oceani & Tethyos, marinus deus, pastor Phocarum: & uates, sed nisi coactus, nulla dans responsa. Virgilius 4. Georgic. 79. Fuit autem rex Aegypti, temporibus Priami regis Troiani. Quum Aegyptus rege careret, ait Diodorus lib. 2, ex dignioribus quidam in regem assumptus est, quem Aegyptij Cetea, Græci Proteum appellant, qui Italici belli tempore exstitit. Hunc artiũ peritum fuisse tradunt, & in uarias se formas uertere solitum, ut nunc animal, quandoq; arbor, aut ignis, aut quid aliud uideretur. Vide Virg. 4. Georg. 89. Consuetudo autem regibus Aegyptijs, causam huiusmodi trãsmutationes fingẽdi præbuit. Num Aegyptijs mos erat regibus, aut leonis, aut tauri, aut draconis, priorem partem in capite ferre insignia principatus, quandoq; uerò arborem, aliquando ignem, quandoq; redolentia supra caput unguenta. Hæc tum ad decorem spectant, atq; ornatum: tum stuporem, ac superstitionẽ quandã aspicientibus injiciebant, &c. Proteum aliquando in Carpatho insula regnasse, Pallene urbe Thessaliæ relicta, ad quam tamen reuersus est postea, Seruius author est, enarrans carmen illud Virgilij 4. Georgicorum, 78,

Est in Carpathio Neptuni gurgite uates
Cæruleus Proteus, &c.

Senex Proteus. Ouid. 11. Metam. 45.

Mutabilior Proteo, In uafrum & uersipellem competit: aut in eos qui facilè uertunt sententiam. Hor. 1. epist. 1. 18,

Quo teneam uultus mutantem Protea nodo? Idem 2. Serm. Satyr. 3. 15,

Effugiet tamen hæc sceleratus uincula Proteus.

Protea uocat tergiuersantem, & quem Græci uocant ἀνσφύρατον, id est, deprehensu difficilem.

Prothesis] penultima correpta, fœm. gener. (πρόθεσις) Latinè dicitur Præpositum, siue præpositio. Figura est Grammaticis propria, quoties litera quædam uel syllaba apponitur ad principium dictionis: ut gnate, pro nate: tetulit, pro tulit. Ex Donato.

Prothymata] προθύματα, sunt quæ ante sacrificium fieri consueuêre, ut est uaporatio thuris: aut id genus primitiæ quæcunq;, ut siligo, uel etiam placentulæ quæ ante sacrificium offeruntur.

Prothymia] prothymiæ (προθυμία) Promptitudo, alacritas Latinè dicitur. Plaut. Sticho, 10. 35,

Vides benignitates hominum perire & prothymias. Idem, ibidem, 12. 8,

— proh dij immortales, quot ego
Voluptates fero, quot risiones, quot iocos, quot suauia, saltationes,
Blanditias, prothymias.

Prothyrum] prothyri, penultimà producta (πρόθυρον) Vestibulum domus, ita de priuatis ædibus dictum, ut propylæum de uestibulo urbis, uel templi regiæ. Author Vitruuius.

Protinus] pen. corrept. Aduerbium (ὠθνίνα) id est, statim, quasi porrò tenus. Virg. 4. Aen. 40,

Protinus ad regem cursum detorquet Hiarbam. Cicero 1. de Diuin. 89, Præcepitisq; ut pergeret protinus: quid retrò atq; à tergo fieret, ne laboraret.

Protinus quàm. Plinius lib. 15. cap. 17. 7, In cinere lixiuio tin-

gunt protinus quàm detraxêre uitibus.

Rogo te ut Romam protinus pergas. Cicero Quint. fratri, libro 1. 3. 6.

Protinus, Simul, siue etiam. Virg. 6. Aen. 7,

—quin protinus omnem
Perlegerent oculis. Quint. in Agro redempto, Traxerat ex firmitate mentis magnum protinus & in membra constantiam. Etenim quod statim fit, quasi simul fit. Sic Valla.

Protinus, Deinceps, exinde, ut ait Seruius. Virgilius 4. Georgicorum, 1,

Protinus aerij mellis cælestia dona Exequar.

Protinus etiam id significat, quod uulgò Directè & immediatè dicunt (ἀμέσως) Vlpianus, Etenim parui refert protinus libertus patrono cogatur dare, an per interpositam fidetussoris uel rei personam. Budæus.

Protinus, Statim à principio. Vlpianus in l. sed etsi. ad S.C. Macedon. Videri pecuniam à donatore profectam protinus ad creditorem, & fieri nummos accipientis. Celsus, libro 3. capite 3, Aliquæ febres protinus à calore incipiunt. Budæus.

Principium est oratio perspicuè & protinus perficiens auditorem attentum. Cic. 1. de Inuent. 30.

Protinus, Iugiter, continuè. Virg. 10. Aen. 68,

—traiectò missa lacerto
Protinus hasta fugit, seruatq; cruenta tenorem. Plin. lib. 5. cap. 9. 7, Originem in monte inferioris Mauritaniæ, non procul Oceano habet, lacu protinus stagnante, quem uocât Nilidem. Virg. 7. Aen. 121.

Protinus, Longè porrò. Virg. 7. Aen. 103,

—cornuq; recurno
Tartaream intendit uocem, qua protinus omne
Contremuit nemus.

Quando autem huic aduerbio additur negatio, significat non ideo: quemadmodum fit in Continuò & Statim. Quintilianus, libro 10. capite 1, Non autem ut quicque præcipuè necessarium est, sic ad efficiendum oratorem maximi protinus erit momenti.

Protinus continuò. Plaut. Pseud. 8. 17,

Pòst ad oppidum hoc uetus continuò mecum exercitum
Protinus abducam.

Protinus, Vno, eodemq; tempore. Virg. 8. Aen. 33,

Protinus Arcadiæ gelidos inuisere fines. Seruius.

Protinus, cum accusatiuo. Suet. in Octauio Augusto, cap. 38, Liberis Senatorum, quò celeriùs Reipub. assuescerent, protinus uirilem togam, latum clauum inducere, & curiæ interesse permisit. id est, continuò post sumptam uirilem togam. Nisi quis fortè referri putet ad infinitum inducere.

¶ Protinam, Aduerbium (σύνδρομον) Idem apud ueteres significabat. Plaut. Casin. 25. 12,

Etsi malum merui, hîc dabo protinam, & fugiam. Et apud Terentium in Phorm. 4. 13,

Atq; hinc me conijcerem protinus in pedes. Vbi Donatus, Protinam fuit: & sic Nigidius legit.

Protocollum] protocolli (πρωτόκολλον) Quasi prima concinnatio. Est enim propriè protocollum, quod breuiter & succinctè notatur à tabellione, ut extendi deinde, atq; absolui possit. κόλλα Græcè gluten, siue colla dicitur. Ex Hermolao.

Protogenes] pen. corr. (πρωτόγονος) Pictor nobilissimus, cui patria fuit Caunus, gens Rhodijs subiecta. Palmam habet tabularum eius Ialysus, qui est Romæ, dicatus in templo Pacis: quem quum pingeret, traditur madidis lupinis uixisse, quoniam simul famem sustinerent, & sitim, ne sensus nimia dulcedine obstrueret. Huic picturæ quater colorem induxit subsidio iniuriæ & uetustatis, ut decedente superiore, inferior succederet. Hæc Plinius, & alia multa de Protogene, libro 35. capite 10. Fab. libro 12. capite 10. & Gellius. Vide Ialysus.

Protogenes] protogenis, m. g. (πρωτόγονος) Significat aliquem primi generis, siue à quo genus incipit: ut ostendit Dionysius in principio historiarum: & à poetis sumitur pro eo qui se talem confingit. Iuuenalis Satyr. 3. 12,

Non est Romano cuiquam locus hic ubi regnat
Protogenes aliquis. Vbi interpres, Protogenes, id est, pictor, qualis Protogenes.

Protogenia] πρωτογένεια, nomen filiæ Deucalionis & Pyrrhæ. Aristarchus in 10. lib. Odyssææ. Fuit præterea hoc nomine una ex filiabus Erichthei Athenien sium regis, quæ se pro patriæ salute iugulandas præbuerunt.

Protogonos] πρωτόγονος, Primogenitus: quo nomine ab Orpheo dictus est Deus, quòd ante ipsum nihil sit genitum, sed ab ipso sint cuncta creata.

Protollo] protollis, prosustuli, prosublatum (προτείνω) protollere, Vltrà tollere. Plaut. Pseud. 13. 71,

Manum si protollet, & pariter prosferto manum.

Protollere (αὐξάνειν) Differre, prolongare. Plaut. Casina, 16. 43,

Neq; uiri uitam sinet in crastinum protolli. Gellius libro 3. cap. 16, Neq; ultra decimum mensem fœtura mulierum protolli potest.

Protologia] protologiæ (πρωτολογία) Prima locutio, antiloquium.

Protomysta] πρωτομύστης, Mystarum princeps. Mystæ autem sacerdotes appellantur, qui mysteria & ecclesiæ secreta regunt, & administrant.

Protono] protonas, pen. correp. (προβοητάω) protonare, Ante tonare. Valer. 4. Argon. 41,

Deuolat inde furens, nec quà uia, curuè profecti,
Nec genus antè rogat: sed tali protonat ira,
Incipit ô iuuenes, &c.

Protoplastes] protoplastæ, masculi gener. (πρωτοπλάστης) Qui primò fingit. & Protoplastus, Primò formatus. Vnde & Adam protoplastus dictus est.

Protospatarius] rij, rio: Protospatarij, orum, Officiarij, ac iusticiæ reddendæ præfecti, apud Constantinopolim. Hermenopul. lib. 1. Epist. Luitprandus lib. 3. de reb. per Europam gest. cap. 7.

Protostasia] æ, Protostasiæ munus, in l. 8. C. de munerib. patr. l. 3. de filijsfam. & quemad. pro his par. tenean. lib. 10. C. l. 1. & toto tit. de Protostasia, in C. Theodos.

Prototocos] πρωτοτόκος, Quæ primùm peperit: quod nomen ipsi Hevæ proprium est.

Prototomus] prototomi, penult. corr. masc. gen. (πρωτότομος) Primæ sectionis.

Primus caulis qui succiditur, uel cyma brassicæ, à prima sectione, prototomus appellatus est, quæ Vere fit: estq; ipsorum caulium delicatior, tenuiorq; cauliculus. Columella, libro 10. 35,

Sed iam prototomos tempus decidere caules. Martialis lib. 10. 48,

Et faba fabrorum, prototomiq; rudes. Idem. lib. 14. 106,

Prototomis, pudet heu, seruio coliculis.

Prototypus] huius prototypi, pen. cor. (πρωτότυπος) Primum exemplar: archetypus aliàs dicitur.

Protraho] protrahis, pen. corr. protraxi, protractum (προσέλκω) protrahere, Palàm trahere. Liu. 8. bel. Pun. 157, Nudi in medium protrahebantur, & simul omnis apparatus supplicij expromebatur. Cic. 6. Verr. 20, Hinc in conuiuium Sextum Cominium protrahi iussit.

Omnia protrahere in lucem, Lucret. lib. 4. 239.

Caput alicunde protrahere. Propert. lib. 3. eleg. 18. 6.

Latitantes protrahere indicio. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 15.

In medio aliquem protrahere, Statuere coram omnibus. Virg. 2. Aeneid. 25.

Ad operas mercenarias protrahi. Cic. 1. Philipp. 16.

Protrahere ad indicium. Liu. 3. bel. Maced. 45.

Verum protrahere alicunde, Elicere. Lucret. lib. 1. 83.

Protrahere, Augere. Valer. lib. 1. cap. 5. de Caio Cassio, Vt rapacissimi uictoris insolentiam dicti tumore protraheret.

Protrahere (αὐξάνειν) Differre, prolongare. Terentius And. 2. 1. 15,

Credo impetrabo, ut aliquot saltem nuptijs protrahat dies. Hoc loco Donatus legit, prodat.

Protrahere & differre. Sueton. in Nerone, cap. 32.

Mors lenta protrahatur longa fame. Senec. Herc. fur. 6, 17.

¶ Protractus, Participium (ἐφικτός) ut, Ad arma protractus. Silius lib. 16. 17.

Protrepticus] προτρεπτικός, Instructiuus & exhortatiuus. Symmachus in epistol. Indulge stylo, Ali quidq; didascalicũ seu protreptici luseram. Capitolinus ait, librum cui titulus est Hortẽsius, scriptum esse à Cicerone, ad exemplar protreptici.

Protrimentum, Protritus] Vide Protero.

Protropij] populi, alto nomine Abellinates, in Apulia non procul à Beneuento. Plin. lib. 3. cap. 11.

Protropum] protropi, pen. corr. (πρότροπον) Genus potus. Plin. lib. 14. cap. 9. 5, Sed inter hæc genera potũ ponere debeo & protropum. Ita appellatur à quibusdam mustum sponte defluens ante quàm calcentur uuæ. Idem, libro 30. capite 6. 6.

Protropum uinum, dicitur à Colum. lib. 12. cap. 41, mustum lixiuium Latinè, siue lixinum, teste Budæo.

Protrudo] protrudis, pen. prod. protrusi, protrusum, pen. prod. (προωθέω) protrudere, Porrò, siue ultrà trudere. Cic. de Fato, 63. Vt igitur, inquit, qui protrusit cylindrũ, dedit ei principium motionis, uolubilitatem non dedit: sic, &c.

Paulatim moles protruditur atq; mouetur. Lucret. lib. 4. 180.

Protrudere opus, apud Vitruuium. Vide Orthostrata.

Proturbo] proturbas (ἐκπαρρέω) proturbare, Porrò, siue ultrà, & à se, aut extrà turbare, repellere. Liuius 5. ab Vrbe, 209, Iamq; & alij congregati telis, missilibusq; saxis proturbare hostes, ruinaq; tota prolapsa, acies in præceps deferri. Plinius lib. 11. capite 19. 3, Apes pigras & ignauas proturbant.

Proturbare aliquem. Tacit. lib. 11.

Hostem eminus missilibus proturbare. Virg. 10. Aen. 161.

Hinc cominus atq; hinc proturbare. Virg. 9. Aen. 89.

A' solio proturbare aliquem. Valer. 1. Argon. 120.

Proturbare extra tecta. Colum. lib. 9. cap. 15. 2.

Protus] πρῶτος, illustris cuiusdam Phocensis nomen, qui à Gallis benignè exceptus, Massiliam non procul à Rhodani ostio condidit. Plutarch. in Solone.

Protutor] nisi distinctè malis legere, est qui aut se ingerit in tutelam, aut pro ipsomet tutore occupato, tuetur. l. 1. §. 1. de eo qui protutor. l. ultima. de tutel. & rat. distrahen. l. 3. §. pen. de contra. iudic. tutel. & multis alijs locis. in P. Hinc Protutelæ actio, quæ in Protutorem datur, l. 4. de testam. tutel. l. pen. de tut. & rat. distr. in P.

Protypum] protypi, pen. corr. (πρότυπον) Quod in typi uicem formatum est. Plin. lib. 35. cap. 12. 3, Primusq; personas tegularum extremis imbricibus imposuit, quæ inter initia protypa uocauit: postea idem ectypa fecit. Vide Cælium.

Prouehò] prouehis, pen. corr. prouexi, prouectum (προάγω, ὑπεκδιδῶμι) prouehere, Producere. Plaut. Rud. 20. 25,

Quia pol prouexi, auehere non quiui miser. Liu. 2. bel. Pun. 88, Itaq; ad Honestam classe prouecti, exscensu è nauibus in terram facto, quum urbem ui cepissent, &c. Cicero 7. Verr. 69, Postaquam paulùm prouecta classis est, & Pachynum quinto die deniq; appulsa est.

Vltrà prouehi. Virg. 3. Aen. 96.

Vlterius prouehere. Propert. lib. 2. eleg. 16. 4.

Ratem prouehere per freta. Valer. 4. Argon. 84.

Prouehimur pelago uicina Ceraunia iuxta. Virg. 5. Aen. 102.

Atq; etiam homines agrestes inani spe ad aquas usq; Puteolanas prouehuntur. Cic. 8. Philip. 240.

Prouehi equo. Liu. 3. bel. Pun. 216.

Prouehere mulis. Plin. lib. 21. cap. 13. 1.

Prouehi amore, per translationem. Cicero ad Brutum, 15. 3. id est, rapi.

Longius in amicitia prouecti. Vide Longus.

Eò usq; corruptionis prouectus est. Tacit. lib. 2.

Vide & quousq; iam prouecta sit orandi facultas. Quintil. lib. 2. cap. 16. 11.

Prouehi longius in scribendo uel orando, Procedere. Cic. 3. de Finib. 111. Vide Longus.

Paùlo longius oratio mea prouecta est. Cicero pro Roscio Comœd. 18.

Vitam in altum prouehere. Lucret. lib. 5. 288.

In maius prouehere. Hor. 3. Carm. ode 4. 14.

Prouehi in maledicta. Liu. 5. bel. Maced. 185.

Prouehere uitam suam in periculum Cic. pro Milone, 41.

Prouehi ad optatos exitus. Cic. 2. Offic. 26.

Paulatimq; per altercationem ad continuas & infestas orationes prouecti sunt. Tacit. lib. 20.

Prouectu prudentia usq; ad extremum. Cic. de Senect. 25.

Prouexit orationem meam uestra benignitas. Cicero pro Domo sua, 26.

Prouexit me hæc spes. Liu. 2. ab Vrbe, 220.

Prouehere aliquem ad dignitatem. Plin. epist. 230.

Prouehere studiosos. Plin. epist. 165. 4, Vir est optimus, & inter præcipua seculi ornamenta numerandus: colit studia, studiosos amat, fouet, prouehit.

Sulpitium longius quàm uoluit, popularis aura prouexit. Cic. de Aruspic. respon. 40.

Vltrà, quàm homini datum est, prouehi. Quintilianus in Proœm. lib. 6. 9.

Ecquò te tua uirtus prouexisset? Cic. 13. Philipp. 352.

¶ Prouehens, pen. corr. Participium (προάγων) Liu. 10. bel. Maced. 58, Illo etiam (prauo forsitan) gaudio prouehente, quòd, &c.

¶ Prouectus, Aliud participium (προαχθείς) siue Nomen ex participio. Cicero de Senectute, 50, Ignoscetis autem: nam studio rusticarum rerum prouectus sum, & senectus est natura loquacior.

Prouectus & delapsus in flumen. Cicero 1. de Diuin. 103.

Prouectus ætate, uel Prouecta ætate homo. Cic. de Senect. 9, Quanquam eum colere cœpi, non admodum grandem natu, sed tamen iam ætate prouectum.

Ætate prouecta mortua est Cic. 1. Tusc. 151.

Longius prouectus ætate. Cic. de clar. Orat. 66.

Nox erat prouecta. Tacit. lib. 13.

Senectus prouecta. Tacit. lib. 1.

Prouenio] prouenis, penultima correpta, proueni, penultima producta. prouentum (προέρχομαι) prouenire, Porrò uenire. Plaut. Pseud. 7. 156,

—nam

—— nam qui in ſcenam prouenit
Nouo modo aliquid nouum inuentum afferre addecet,

Prouenire (ἐπιδιδόναι) Creſcere, fructificare. Plautus Truculent.10.37,
Quum tu rectè proueniſti, quumq; es aucta
Liberis, gratulor.

Studia hilaritate proueniunt. Plinius epiſtol.172. id eſt, contingunt.

Prouenire (φύεσθαι) Produci, naſci. Plin.lib.9.cap.105, Neque aliud ibi animal prouenit.

Carmina proueniunt animo deducta ſereno. Ouidius 1.Triſt. eleg.1.8.

Proueniebant oratores noui, ſtulti, &c. Cicero de Senect.18. Ex Næuio:

Prouenire, Contingere. Plaut.Menæch.2.0.60,
—— nimis prouentum eſt nequiter. id eſt, peſſimè res cadit. Cicero 1.de Finibus, 73, Nec quid prouenturum ſit prouident.

Annus fœcundior prouenit. Ouid.4.Faſt.135.

Proueniant medij ſic mihi ſæpe dies. Ouid.1.Amor.eleg.5.5.

¶ Prouentus, prouenta, prouentum, Participium. Macrob.lib. 7.Saturn.cap.12.ad finem, Ideo ex aſpiratione oris prouenta ſuauitas excluditur.

¶ Prouentus, huius prouentus, maſc.gener. (πρόδοσις, πρόοδος) Reditus non tantùm bonarum, ſed etiam malarum rerum. Plautus,
Calamitatum & miſeriarum tot prouentus.

Prouentus dapſilis. Vide Daps.

Onerare ſulcos prouentu. Virg.3.Georg.104.

Poctarum prouentus. Plin.epiſt.13.4.

Triferus prouentus. Plin.lib.15.cap.18.4.

Prouentus lactis. Plin.lib.20.cap.12.5.

Prouentus, pro Succeſſu. Cæſar lib.2.bel.Ciuil. Multum ad hãc rem adiuuat adoleſcentia, magnitudo animi, ſuperioris temporis prouentus, fiducia rei bene gerendæ.

Prouerbium] prouerbij (παροιμία) Dicitur quaſi commune omnium uerbum: eſt enim ſententia quæ in ore omnium uerſatur.

Prouerbij loco. Cic.13.Philip.365, Illud tamen uerum, quod in hoc Planco prouerbij loco dici ſolet, perire eum non poſſe, niſi ei crura fracta eſſent.

Opportunè aptata prouerbia. Quint.lib.6.cap.3.67.

Ceſſit in prouerbium. Vide Cedo.

Contrarium uetuſtate prouerbium. Vide Contero.

In prouerbio eſt. Cic.4.Acad.105.

Quod eſt Græcis hominibus in prouerbio. Cic.3.Verr.36.

Tangunt eum prouerbia. Ouid.5.Faſt.98.

Trium ſermone prouerbium. Cic.1.Offic.49.

Venit in conſuetudinem prouerbij. Cic.2.Offic.79.

Prouerbiũ uertere in ludicrum prouerbij. Vide Ludicrum.

In communi prouerbio uerſari. Cic.3.Verr.85.

Veteri prouerbio. Cic.de Senect.ut.7, Pares enim cum paribus, ueteri prouerbio facillimè congregantur.

Prouerſus] Varro de ling.Latin.libro 6, Apud Plautum, ut transuerſus, non prouerſus cedit, quaſi cancer ſolet. Dicitur ab eo, qui in id quod eſt uerſus: & ideo qui exit in ueſtibulum, quod eſt ante domum, prodire & procedere dicitur. Quod quum leno non faceret, ſed ſecundum parietẽ transuerſus iret, dixit: Vt trãſuerſus cedit, quaſi cancer: non prouerſus, ut homo. Hæc Varro.

Prouideo] prouides, penultima correpta, prouidi, prouiſum, penult.prod. (προνοέω, προμηθέομαι) prouidere, Antè uel à longè & futurum aliquid uidere, antequam ſit factum. Cic.2.de Diuinat.23, Medicus morbum ingraueſcentem ratione prouidet, inſidias imperator, tempeſtates gubernator & tamen ipſi ſæpe falluntur, qui nihil ſine certa ratione æſtimantur. Idem 1.Tuſc.103, Quod & præterita teneat, & futura prouideat.

Eſt boni Conſulis non ſolùm uidere quid agatur, uerumetiam prouidere quid futurum ſit. Cic.pro Muræna, 4.

Prouidere in poſterum. Cic.3.de Legibus, 63.

Prouidere exitus. Cic.ad Torquatum, lib.6.4.2.

Prouidere animo. Cæſar 7.bel.Gal.122, Pluſq; animo prouidere & præſentire exiſtimabatur, quòd, &c.

Coniectura aliquid prouidere. Cic.Att.lib.1.1.1.

Antè occupatur animus ab iracundia, quàm prouidere ratio potuit, nè occuparetur. Cic.Qu.frat.lib.1.58.

Celeritas in conficiendo, conſilium in prouidendo. Cic.pro lege Man.20.

Prouidere (φυλάττειν) Cauere. Terent.And.1.3.3,
Quæ ſi non aſtu prouidentur, me, aut herum peſſundabunt. Idem Heaut.1.1.64,
—— putauit me ætate & benenolentiã
Plus ſcire & prouidere, quàm ſeipſum ſibi.

Prouidere & præcauere. Cic.pro Plancio, 43.

In poſterum quàm longiſſimè prouidere. Cic.7.Philip, 229.

Quum uideturi præcaueri potuiſſe, ſi prouiſum eſſet. Cicero 3. Tuſcul.89.

Actum eſt de te, niſi prouides. Cic.Peto, lib.9.18.8.

Prouidere ne. Cic.1.Tuſc.122. Sed, ne accidat, prouidebo.

Quicquid prouideri poteſt, prouide, ne, &c. Cicero Attic.libro 5.98.1.

Omnibus rebus cura & prouide, ne, &c. Cicero Attic.libro 11.211.4.

Iam ſocij ne ſpoliarentur, fide ac officijs prouiderunt. Cicero 7. Verr.99.

Prouidere animo ſaluti alicuius. Cic.in Catil.50.

Prouidere ſibi ex iniuria alterius. Cic.3.Verr.60.

Prouidere conſilio. Planc.ad Cic.lib.10.4.6, Quantum utribus enitij, conſilio prouidere, authoritate mouere potuero.

Cætera, quæ conſilio prouidere poterunt, cauebuntur. Cic.Att. lib.10.267.3.

Conſulere omnibus, mederi incommodis hominum, prouidere ſaluti. Cic.Qu.frat.lib.1.1.46.

Ex aliorum euentibus, rationibus ſuis prouidere. Author ad Herenn.lib.4.154.

Prouidere alicui contra aliquem. Cic.pro Cælio, 16.

Huic loco, per deos immortales, Iudices, conſulite & prouidete. Cic.2.Verr.27.

Publicè prouidere. Cic. Antequàm iret in exilium, 5: id eſt, communi ſalute conſulere.

Magnopere prouidendum. Vide Magnus.

Sanè multum in eo Reipublic. prouiſum eſt. Cicero Attico, libro 7.133.3.

A me ita præcautum & prouiſum eſt. Cicero Attico, libro 2.16.1.

Prouidere rebus neceſſarijs, Res neceſſarias comparare. Cic.

Prouidere rei frumentariæ. Cæſar 5.bel.Gal.31.

Prouidere rem frumentariam. Cæſar 6.bel.Gall.36.

Prouidere in hyemes pabulum. Plin.lib.8.cap.38.3.

Prouidere authorem induſtrium. Colum.lib.6.cap.27.

Prouiſum hoc legibus: id eſt, cautum. Plin.epiſt.9.lib.3.b.

Prouiſum à dijs immortalibus. Cic.2.de Nat.deor.201.

Prouiſum eſt rationibus multis ne noceri poſſit Verri. Cicer.2. Verr.17. Terent.Phorm.5.2.14,
Prouiſum eſt ne in præſentia hæc hinc abeat.

¶ Prouiſus, prouiſa, prouiſum, pen. product. (προωρᾳωθείς) Colum.lib.9.cap.8.

Frugis prouiſæ copia in annum. Hor.1.epiſt.19.23.

Verbaq; prouiſam rem non inuita ſequentur. Horatius, in Arte, 63.

Explorata & prouiſa ratio. Cic.3.Verr.19.

Cui uiuendi uia conſiderata atque prouiſa eſt. Cicero in Parad. 42.

Prouiſa ſiunt leuiora. Cic.3.Tuſc.57.

¶ Prouiſus, penultima producta, prouiſus, prouiſui, Verbale (πρόοψις) Tacit.lib.18, Diſpoſitu prouiſuq; ciuilium rerum peritus.

¶ Prouiſio, Verbale (πρόνοια) Cic.3.Tuſculan.53, Tamen quoniam multum poteſt prouiſio animi & præparatio ad minuendum dolorẽ, ſint ſemper omnia hominũ humana meditata. Idem in Orat.110, Vitioſum genus, & longa animi prouiſione fugiendum.

Cautio & prouiſio. Cic.de Amic.67.

Poſteri temporis prouiſio. Cic.in Partit.37.

Vitium longa animi prouiſione fugiendum. Cic.in Orat.110.

¶ Prouiſor, pen.prod. prouiſoris (προνοητὴς) Aliud uerbale, Horat.in Arte, 34,
Vtilium tardus prouiſor, prodigus æris. De iuuene.

¶ Prouiſo, prouiſis, penul.prod.prouiſi, prouiſum (πρὸ τοῦ ἔρχομαι) prouiſere, Duo ſignificat, inquit Donatus: Procedere, & uidere. Terent.Eunuch,3.1.4,
—— hoc prouiſo, ut ubi tempus ſiet,
Deducam. Idem Adelph.5.6.1.

Prouiſi. Præteritum. Hor.lib.1.epiſt.ad Mecœnatem,
—— deniq; quòd non
Prouiſiſſet eum. Mendoſè in nonnullis libris legitur, præuidiſſet: ut docet Lambinus, & uerè.

¶ Prouidens, pen.corr. (προμηθὴς) prouidentior, prouidentiſſimus, Prudens, qui præuidet futura, & cauet. Plin.epiſt. 82.c, Quod dum recordor, intelligo mihi laborandum, nequa parte uidear hanc de me fiduciam prouidentiſſimi uiri deſtituiſſe. Cic.Cecinnæ, lib.6.6.21, Homo ualde eſt acutus & multum prouidens.

Prouidentius ad Cic. Appio Pulchro, libro 3.1.2, Id enim mihi & ad breuitatem eſt aptius, & ad reliquas res prouidentius.

¶ Prouidenter, προνοητικῶς, prouidentius, prouidentiſſimè. Cic.3.de Nat.deor.137, Quæ de prouidentia deorum ab illis ſanctiſſimè & prouidentiſſimè conſtituta eſt.

¶ Prouidentia, prouidentiæ (πρόνοια, προμήθεια, πρόγνωσις, προνοητικὴ) Prudentia prouidendi futura. Cic. Id enim ſapientis eſt, prouidere: ex quo ſapientia appellata eſt prouidentia. Idem 2.de Inuent.240, Prouidentia eſt, per quam futurum aliquid uidetur, antè quàm factum ſit.

Prouidentia, pro Deo. Quint.de Cicerone, lib.10.cap.1, Dono quodam prouidentiæ genitus, in quo totas uires ſuas eloquẽtia experiretur.

Materiæ rerum ex qua & in qua omnia ſint, fictrix & moderatrix diuina prouidentia. Cic.3.de Nat.deor.133.

Mundus diuina prouidentia conſtitutus. Cic.de Vniuerſ.12.

Prouidentia, quæ πρόνοια Græcè dicitur, hæc potiſſimùm prouidet, & in his maximè eſt occupata, primùm, ut, &c. Cic. 2.de Nat.deor.83.

Deorum prouidentia mundum adminiſtrari. Cic.1.de Diuinatione, 191.

Regatúrne prouidentia mundus. Quint.lib.5.cap.7.

Prouidentia, Paſſiuè. Pomponius in l. Quintus Mutius. in fine. ff.de annuis leg. & fideic. Et magis enim eſt, ut prouidentia filiorum ſuorum hoc feciſſe uideatur.

¶ Prouidus, pen.corr. Adiectiuum (προνοητικὸς) Diligens, ſolers. Plinius iunior, Sed diſpice ne ſit parum prouidum, ſpernere ex aliis, quod tu ipſe non præſtes.

Cautus & prouidus. Cic.pro Roſc.Amer.69.

Prouidus & ſolers. Cic.2.de Natur.193.

Aſtu prouidus. Stat.6.Theb.154.

Rerum ueſtrarum prouidus. Tacit.lib.4.

Multorum prouidus. Hor.1.epiſt.2.4.de Vlyſſe.

Actor prouidus. Stat.10.Theb.65.

Augur prouidus. Ouid.12.Metam.4.

Auſpex prouidus. Hor.3.Carm.ode 27.2.

Cura prouida. Ouid.2.Faſt 12.

Homo animal prouidum, ſagax, &c. Cic.1.de Legib.32.

Labor prouidus. Silius lib.7.13.

Mens prouida. Hor.3.Carm.ode 5.3.

Mens prouida rerum futurarum. Cicero 2.de Diuinatione, 176.

Conſultrix & prouida natura. Cicero 2.de Natura deorum, 82.

Orator prudens & prouidus. Cic.in Partit.9.

Virtus prouida. Claud.1.in Eutropium, 81.

¶ Prouidè, pen.corr, Aduerb. (προνοητικῶς) Diligenter. Plin. lib.10.cap.33.5, Iam publicum quidem omnium eſt, tabulata ramorum ſuſtinendo nido prouidè eligere.

Prouincia] prouinciæ (ναυαρχίαι) Dici uidetur, quòd procul uincatur. Propriè enim prouinciæ dictæ ſunt regiones longè ab Italia bello acquiſitæ, quòd eas Romanus populus prouicerit, id eſt, antè uicerit, inquit Feſtus. Prima omnium prouincia Sicilia eſt appellata, ſicut docet Cic. 4. Verr. Et prouinciarum aliæ erant Conſulares, aliæ Prætoriæ. Redigere autem regiones in prouinciæ formam, nihil aliud eſt, quàm Regionem ſubijcere imperio Romano, & ad eam gubernandã mittere præfectum. Cic.4.Verr.2, Primùm quòd omnium nationum exterarum princeps Sicilia ſe ad amicitiam fidemq; pop.Rom.applicuit, id quod ornamentum imperij eſt, prouincia eſt appellata. Ouid.1.Faſt.118,
Redditáq; eſt omnis populo prouincia noſtro.

Mari cincta prouincia. Vide Cingo.

Prouincia, pro Onere. Quoniam enim præfecti ad prouincias gubernandas cum officio mitti ſolebant, factum eſt etiam ut ipſi magiſtratus, & omne onus nobis impoſitum, prouincia appelletur. Terent.Phorm.1.2.22,
—— ô Geta prouinciam
Cepiſti duram. Idem Heaut.3.2.5,
Ideirco huic noſtro tradita eſt prouincia.

Animorum prouinciæ prudens. Tacit.in uita Agricolæ.

Annuæ prouinciæ. Cic.de Prouinciis Conſul.14.

Aquaria prouincia. Vide Aqua.

Illuſtris prouincia. Vide Illuſtris.

Infeſta prouincia. Vide Infeſtus.

Legataria prouincia. Vide Lego, legat.

Libera à prædonibus prouincia. Vide Liber, liberi.

Locuples ac referta prouincia. Vide Locuples, in Locus.

Pacatiſſima prouincia. Vide Pacatus.

Accedere in prouinciam. Vide Accedo.

Quum aliquantum ex prouincia, atq; ex imperio laudis acceſſerit. Cic.Lent.lib.1.7.30.

Accipere prouinciam. Vide Accipio.

Adiungere prouincias ad imperium. Vide Adiungo.

Adminiſtrare prouinciam. Vide Adminiſtro.

Capere prouinciam. Vide Capio.

Communicare prouinciam. Vide Communico.

Deponere prouinciam. Cic.in Piſon.3.

Depoſcere ſibi prouinciam. Cic.pro Syll.39.

Deſcribere in prouincias. Cic.pro Flacco, 25.

Dare prouinciam uel negotium alicui. Cic.6.Verr.45.

Ducere prouincias. Tacit. lib. 3.

Habere prouinciam authoritate Senatus, & sorte. Cicero in Pison. 39.

Obtinere prouinciam. Cic. pro Flacco.

Perdomare prouinciam aliquam. Vide Perdomo.

Petere ambitiosissimè prouinciam. Quintilianus libro 6. capite 3. 47.

Præesse alicui prouinciæ. Cic. pro Fonteio, 2.

Referebatur de prouincijs Quæstorum, & de ordinandis Prætoribus. Cic. Quint. lib. 2. 7. 2.

Suscipere prouinciam. Cic. pro Cælio, 50.

¶ Prouinciam, penultima producta, Aduerbium (κατ' ἐπαρχίαν) Per prouincias. Suetonius in Augusto, capite 49, Ex militaribus copijs legiones & auxilia prouinciatim distribuit.

¶ Prouincialis, & hoc prouinciale, penultima producta (ἐπαρχιώτης) Prouinciales dicti sunt qui ex prouincijs sunt, siue, ut ait Vlpian. de verb. signific. qui in prouincijs domicilium habent.

Prouincialium nomine omnes præter Italos appellabantur. Vide Colum. lib. 5. cap. 4, tradit uinearum prouincialium culturam, quam alibi de Italicarum cultura scribat. Plinius iunior lib. 8. epist. Italicus es, an prouincialis?

Hostilia prouincialia. Cic. 4. in Catil. 9 4ᵛ

Molestia prouincialis. Cic. Curioni, lib. 2. 6. 19.

Negocia prouincialia. Cic. ad Att. lib. 2. 16. 19.

Ornamenta prouincialia. Cic. Post reditum in Senatu, 31.

Scientia prouincialis, quæ de prouinciarum administratione est. Cic. ad Quint. frat. lib. 1. 1. 30.

Solitudo prouincialis. Mart. lib. 12. 1.

Viri prouinciales. Cic. ad Quint frat. lib. 2. 1. 21.

Prouiſio, Prouiſo, Prouiſus] Vide Prouideo.

Prouiuo] prouiuis, pen. prod. prouixi, prouictum (ζήσκω, μι) prouiuere, Vlerà & amplius uiuere. Tacit. lib. 5. Nondum is dolor exoleuerat, quum de Agrippina auditum: quâ interfecto Seiano spe sustentatam prouixisse reor.

Prouocabulum] prouocabuli, neut. gen. Varr. lib. 7. de lingua Latina, Appellandi partes sunt quatuor: è queis dicta à quibusdam prouocabula, quæ sunt, ut quisq; uocabulo, ut scutum, &c.

Prouoco] prouocas, pen. correp. (παρακαλέω, προκαλίζω, παρακικλήσκομαι) prouocare, propriè significat A longè uocare. Plaut. Pseud. 9. 45,

Herus si domi est tuus, quin prouocas? Idem Bacchid. 4. 48,

Prouocatur pædagogus. Eho senex minimi precij, &c.

Prouocare, in certamen aliquod uocare, siue ludendi, siue lædendi gratia. Terent. Eunuch. 3. 1. 53,

—Pamphilam

Cantatum prouocemus. Idem Adelph. 5. 4. 24,

Quando eò prouocat. Cicero, Tuis literis amantissimis sum prouocatus.

Respondere prouocare. Cic. Cornif. lib. 12. 20. 2.

Hostem clamore prouocat. Sil. lib. 17. 106.

Prouocare ad certamen. Liu. 4. bel. Pun. 34.

Prouocare ad pugnam. Cic. 4. Tusc. 75.

Prouocare in aleam. Plaut. Curcul. 7. 76.

Prouocare minimo. Sub. digito. Hor. 1. Serm. Satyr. 4. 3. Solemus enim dicere, nos tantum digito uelle, quantum alius brachio. Budæus.

Auras cursibus prouocare. Virg. 3. Georg. 39.

Prouocare uirtute. Plin. epist. 7. lib. 2.

Respondere in amore ijs à quibus prouocêre. Cic. Brut. 1. 2.

Prouocare, irritare: ut, Prouocare injurijs, hoc est, Lacessere.

Cic. 2. Philip. 63, Hæc tu quum per me acta meminisses, nisi illis, quos uidemus, gladijs confideres, maledictis me prouocare ausus esses?

Bellum prouocare dicit Plin. in Paneg. 28.

Prouocare, Vincere. Quint. lib. 10, Elegia quoq; Græcos prouocamus. Plin. lib. 33. in Prœm. 5, Accessit ars picturæ, & aurum argentumq; cælando carius fecimus. Didicit homo naturam prouocare. Lucan. lib. 9,

—qui nuda fusus arena

Excubat, atq; omni fortunam prouocat hora.

Prouocare, Profugere, & fermè idem est quod Appellare: nisi quòd prouocare maius est. Et propriè ad maiores, potentiorq;, quorum ope atque gratiâ indigemus, pertinet prouocatio.

Prouocare ad. Cicero, Quum alter ad Senatum prouocasset, alter uerò appellasset Tribunos. Idem, 3. de Leg. 40, Iudicia, ut esset populi potestas ad quam prouocaretur.

Ad populum prouocare. Cic. 1. Philip. 15.

Appellare & prouocare. Liu. 8. ab Vrbe, 167, Tribunos plebis appello, & prouoco ad populum.

Prouocare iudicium ad populum. Valer. lib. 8. cap. 1.

Prouocare in integrum. Brutus Ciceroni, 16. 15, de Cæsare uerò quod fieri potuit ac debuit, transactum est: neq; iam prouocari in integrum potest. hoc est, Integrum iam non est illi ut prouocare posit iure.

Prouocare aduersus creationem. Papinianus in l. tutores qui, §. tutor. ff. de administrat. & peric. tut.

¶ Prouocatus, pen. prod. Participium (προκεκλημένος, πεπρόκλητος) Cic. 1. de Fin. 13, Quanquam à teipso id quidem sæpio prouocatus gratissimo mihi libro, &c.

Qui mecum sæpissimè non solùm à me prouocatus, sed etiã sponte de tè communicare solet. Cic. Lent. lib. 1. 7. 8.

Prouocatus cum Gallo depugnauit. Cic. 2. de Fin. 116.

Prouocatus beneficio. Cic. 1. Offic. 74.

¶ Prouocatio, Verbale, fœm. gen. (πρόκλησις, παράκλησις) ut, Prouocatione certare. Liu. 1. ab Vrbe, 110.

Ex prouocatione interfecit eum. Plin. lib. 37. cap. 1. 6.

Prouocatio, Appellatio. Cic. 4. Acad. 26, Commemorant reliquos qui leges populares de prouocationibus tulerunt.

Quid turpius quàm Senator sine prouocatione. Cicero 3. de Legibus, 28.

Prouocatio patrona illa ciuitatis, ac uindex libertatis pop. Rõ. dari sine nobilium dissensione non potuit. Cic. 2. de Or. 108.

Dare alicui prouocationem. Cic. 1. Philip. 17.

Dare pœnam sine prouocatione. Cic. 2. de lege Agr. 44.

¶ Prouocator, pen. prod. prouocatoris, Verbale masc. (πρόκλητος) Cicer. pro Sestio, 117, Quum uerò nè de uænalibus quidem homines electos, sed ex ergastulis emptos, nominibus gladiatorijs ornârit, et sortito alios Samnites, alios prouocatores fecerit, &c.

¶ Prouocatorius, Adiectiuum (προκλητικὸς) ut, Prouocatoria dona militaria: id est, quæ meruit prouocatus: quod humanius est quàm prouocasse. Gel. lib. 2. cap. 11.

Prouolo] prouolas, penult. corr. (προσαναπτόμαι) prouolare, Procul uolare, aduolare. Plin. lib. 11. cap. 10. 1, Tunc uniuersæ prouolant, si dies mitis futurus est. De apibus.

Prouolat in medium. Ouid. 5. Fast. 89.

Prouolare, per translationem posuit. Liu. 2. ab Vrbe, 203, Sic in primum infensis hastis prouolant duo Fabij, totamq; mouerunt secum aciem. id est, procurrunt.

Prouolare ad. Liuius 1. ab Vrbe, 51, Ipse ad primores Romulus prouolat.

Prouolare in locum & uicem alterius. Liu. 3. ab Vrbe, 78.

Prouoluo] prouoluis, prouolui, prouolutum, pen. product. (προσυλιν-

δέω) prouoluere, Porrò uoluere. Terentius And. 4. 5. 38,

—iam ego hunc in mediam uiam

Prouoluam. Lucret. lib. 2. 95,

Prouolui simul ut posſint, & lædere sensus.

Subter iuga & loca prouoluere aliquem. Virg. 12. Aen. 107.

Prouoluere se ad genua, ad pedes alicuius. Liu. 4. bel. Maced. 49. Idem 6. ab Vrbe, 12.

Genibusq; eius prouolutus Mithridates, &c. Tacit. lib. 12.

Prouomo] prouomis, prouomere (ἐξεμέω) ex Pro, & Vomo, Valde uomo. Lucret. lib. 6,

Hic ubi se in terras demisit, dissoluitq;:

Turbinis immanem uim prouomit, atque procellæ. De præstere.

Prouorsum] fulgur appellatur, quod ignoratur noctu, an interdiu sit factum. Itaque Ioui fulguri & Summano fit: quòd diurna Iouis, nocturna Summani fulgura habentur. Festus.

Prout] Aduerbium (ὡς) id est Sicut, uel ut: aut quod uulgò dicunt, Secundum quod. Plaut. Bacchid. 2. 0. 5,

Non Pelides tormento fuit, prout ego herum expugnabo meum. Subaudi, Sic, in priore membro: ut sit sensus, Non sic Pelides tormento fuit, prout (id est, Vt) ego expugnabo herum meum. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 14,

—uernasq; procaces

Pasco libatis dapibus prout cuiq; libido est. hoc est, ut cuiq; libido est. Ex quo apparet, eum metri causa Prout dixisse, pro Vt. Quintil. lib. 4. cap. 1, Prout asperi, leues, iucundi, &c. Cic. ad Attic. libro 11. 21. 4. 8, Tuas literas, prout res postulat, expecto.

Prout Thermitani hominis facultates ferebãt. Cic. 4. Verr. 58.

Prout haberi liberet, si anno superiore Quæstor fuisset. Cicero 1. Philip. 197.

Perinde, prout. Quint. lib. 9. cap. 4, Perinde asperiores erunt, prout oris hiatu simili aut diuerso pronunciabuntur.

Prout, ita Plinius lib. 28. cap. 2. 7, Ac prout quæque accepta sunt, ita ualere.

Prox] bona uox, uelut quidam putant, significare uidetur: ut ait Labeo de iure Pontificio, libro 11. Festus.

Proxeneta] proxeneta, pen. prod. m. g. (πρόξενος) Proxenetæ (inquit Budæus) sunt conciliatores & interuentores, quasiq; conglutinatores hominum inter se stipulantium & spondentium, aut quemuis cõtractum, conuentumq; ineuntium. Martialis lib. 10. 3,

Quæ sulphurato nolit empta ramẽto

Vatiniorum proxeneta fractorum.

Proxenetria] Pronuba, nuptiarum conciliatrix. Alciat. libro 1, Disiunct. cap. 22.

Proxeneticum] merces, quæ pro opera, proxenetis datur: quæ & licito iure peti potest. Vlpian. l. 1. & 2. de proxenet.

Proxenia] προξενία, Munus erat in oppidis Græciæ quoddam recipiendorum hospitio senatorum, legatorum, magistratuum: & qui eos recipiebant, qui hospitio publico cum ciuitate erant coniuncti, πρόξενοι dicebantur. Hoc munus significat Cicero, quum scribit, Ostendit munus illud suum non esse: se, quum suæ partes essent hospitium recipiendorum, tum ipsos tantùm Prætores & Consules, non legatorum assecias recipere solere. Turnebus.

Proximi] sacrorum scriniorum sunt, qui seruant scrinia, & libellos principis. Budæus.

Proximus] Vide Prope.

Prudens] prudentis, om. gen. (φρόνιμος, φρενήρης, νοητικὸς, ἐπιστήμων, λεπίφρων, ἰσχέφρων, παρίφρων, σύνδρομος) Quasi prouidens: interdum sapiens, aut sciens dicitur. Vnde iuris-

prudentes uocantur, qui ius sciunt. Prudens, inquit Donatus, qui intelligentia sua aliquid cognoscit, prudens per se. Plaut. Capt. 2. 45,

Plus insciens quis fecit, quàm prudens boni.

Omitto prudens: id est, Sciens, & de industria. Plinius lib. 10. cap. 29. 3.

Prudens, pro Sciens, cum infinitiuo. Plin. lib. 8. cap. 3. 1, de uitulo marino, Euomit fel suum ad multa medicamenta utile: item coagulum ad comitiales morbos, ob ea se peti prudẽs.

Prudens & sciens. Terent. Eunuch. 1. 1. 27,

—& prudens, sciens,

Viuus, uidensq; pereo. Cic. in quadam epist. Vt in fabulis Amphiaraus, sic ego prudens & sciens ad pestem ante oculos positam sum profectus.

Prudens & sciens ad interitum ruebam. Cic. pro Marcel. 8.

Ad consilia prudens. Cic. pro Fonteio, 28.

Gnarus & prudens impendentium malorum. Cic. pro Sestio, 2. Vetus codex habet, Ignarus & imprudens.

Prudens ingenio. Cic. pro Cluentio, 86, Quis P. Octauio Balbo ingenio prudentior? iure peritior?

Prudens in. Cic. de Amic. 5, L. Acilius quia prudens esse in iure Ciuili putabatur.

Prudens administrandi. Cic. 5. de Fin. 104.

Destituor prudens artis, ab arte mea. Ouid. epist. 5. 30.

Gens adulandi prudentissima. Iuuen. Satyr. 3. 9.

Moderandi prudens. Tacit. lib. 3.

Iuris mouendi prudens. Claud. 2. in Eutropium, 70.

Prudens agricolationis uir. Colum. lib. 2. cap. 2. 12.

Prudens locorum. Liu. 4. bel. Maced. 109.

Animus prudens rerum. Horat. 4. Carm. ode 9. 7.

Sententia prudens animi. Ouid. epist. 20. 28.

Ciuitas Atheniensium prudentissima. Quintil. lib. 5. cap. 11. 29.

¶ Prudentia, prudentiæ (φρόνησις, ἐπιφροσύνη, σύνεσις, πρόμαθεια) Cic. 1. de Leg. 90, Quæ uirtus ex prouidendo est appellata prudentia. Idem 2. de Inuent. 140, Prudentia est rerum bonarum & malarum & utrarumq; scientia. Idem 5. de Fin. 119, Prudentia in delectu bonorum & malorũ. Subcernitur. Idem 3. de Natur. deor. 49, Prudentiã Deo tribuemus, quæ constat ex scientia rerum bonarum & malarum, & nec bonarum nec malarum, cui mali nihil est, nec esse potest.

Prudentia, quam Græci φρόνησιν dicunt, est rerum expetendarum fugiendarumue scientia. Cic. 1. Offic. 214.

Vt medicina ualetudinis, sic uiuendi ars est prudentia. Cicero 5. de Finib. 28,

Temeritas est florentis ætatis, prudentia senectutis. Cicero de Senectute, 19.

Prudentia in iudicando. Cic. 10. Philipp. 277.

Prudentia iuris Ciuilis. Cic. 1. de Orat. 81.

Altissima prudentia. Quint. lib. 2. cap. 13. 10.

Communis prudentia. Cic. 5. de Fin. 124.

Domestica & ciuilis prudentia. Cic. in Partit. 40.

Aut rerum fato prudentia maior. Virg. 1. Georg. 34.

Velox prudentia. Pers. Satyr. 4. 1.

Vulgaris prudentia. Cicer. 2. de Orat. 72, Perspicua sunt hæc quidem, & in uulgari prudentia sita.

Acuere prudentiam. Vide Acuo.

Adhibere prudentiam. Vide Adhibeo.

Malitia imitatur prudentiam. Cic. in Partit. 43.

Adeon' ego non perspexeram prudentiam literarum tuarum? Cic. Attico, lib. 6. 1. 20. 4.

Impertire prudentiã suam ad salutẽ alicuius. Vide Impertio.

Adde quòd est illis operum prudentia maior. Ouid. 2. de Arte, 135.

Hoc ſentire,prudentiæ eſt:facere,fortitudinis.Cic.pro Seſt.75.
Pro tua prudentia.Cn. Magnus Domitio,in Epiſt.ad Atticum, lib.8.163.2.

¶Prudenter,Aduerbiũ(φρονίμως,φρονίμως,φρενικῶς)Sapienter,prouidè.Cic.5.de Fin.25,Facit igitur L.noſter prudenter,qui audire de ſummo bono potiſſimum uelit.

Aliquid in cauſa prudenter intexere.Cic.2.de Orat.37.
Multa prudenter prouiſa.Cic.de Amicit.6.

Pruina]pruinæ,pen.prod.(πάχνη) Ex rore gelido naſcitur: à Perurendo dicta,quod fruges & uirgulta perurat. Budæus,Pruina eſt quæ lapſa perſidet & gelat:nec fit,niſi immoto aere & ſereno. Hoc genere alternis propè annis in Gallia uites,arbores,& frumenta interdũ præcocia uitiantur. Etenim pruina à perurendo dicta eſt, quaſi perurina: urit enim germina, quũ ſole liquefacta eſt, ut ſæpe uidimus. Ariſtoteles in libro de Mundo,Gelu,inquit, eſt aqua cõfrita,à ſerenitate cæli concreta: pruina uerò,ros concretus.Gelu igitur eſt glacies: pruina,eſt quod gelu uulgò dicitur.Cicer.1.de Nat.deor.37,Quòd pars earũ appulſu ſolis exarſerit, pars obriguerit niue,pruináue lõginquo ſolis abſceſſu.

Acris pruina.Lucret.lib.3.4.
Algentes pruinæ.Stat.3.Theb.94.
Canta pruina.Virg.2.Georg.76.
Canens pruina.Silius lib.3.108.
Candentes pruinæ.Claud.de nupt.Honorij,11.
Gelidæ pruinæ.Virg.2.Georg.53.
Matutina pruina.Propert.lib.2.eleg.10.9.
Rorata pruina.Ouid.3.Faſt.72.
Triſtes pruinæ.Valer.2.Argon.36.
Vitrea pruina. Ouid.epiſt.10.2.
Corpora circumfuſa pruinis.Virg.3.Georg.74.De bobus.
Obrigere pruina.Cic.in Som.Scip.22.
Pruinas ac niues perferre.Cic.2.in Catil.43.

¶Pruinoſus,pen.prod. Adiectiuum(παχνώδης) Pruinæ obnoxius.Colum.lib.3.cap.20.1, Seu frigidus et pruinoſus,quod non eſt patiens uredinis.

Longa pruinoſa frigora nocte pati.Ouid.2.Amor.eleg.19.5.
Herbæ pruinoſæ.Ouid.4.Metam.17.
Olympus pruinoſus.Claud.2.de raptu Proſ.52.
Tenebræ pruinoſæ.Ouid.5.Metam.89.

Pruna] prunæ (αὐθρακιὰ,αὐθρακιὰς) A carbone ita diſtinguitur,quòd illa quandiu ardet,pruna dicitur:carbo,quum exincta fuerit. Virgilius in Moreto,

Et cinis obductæ celabat lumina pruinæ. Pruna dicta à perurendo.Horat.1.Serm.Satyr.5.8,

Prætextam,& latum clauum,prunæq; batillum.

Subiſciunt ueribus prunæ, & uiſcera torrent. Virgil.5.Aeneid.21.

Prunus]pruni,ſ.g.(προύμνος) Arbor pruna producens. Prunum,fructus.Colum.lib.2.cap.2.16,Multa ſunt quæ & dulcem terram,& frumentis habilem ſignificent,ut iuncus, ut calamus, ut gramen & trifolium,ebulum,rubi,pruni ſyluestres.

Globus prunorum.Stat.4.Sylu.9.6.
Spiniferentes pruna. Virg.4.Georg.29.
Corna lapidoſa rubeſcũt prunis,inſita ſcilicet.Virg.2.Geor.7
Aſtnina pruna.Vide Aſinus.
Autumnalia pruna.Propert.lib.4.eleg.2.3.
Cerea pruna.Vide Cera.

De prunis Damaſcenis, eſt epigramma Mart.lib.13.29,

Pruna peregrinæ carie rugoſa ſenectæ
Sume:ſolent duri ſoluere uentris onus.

Onychina pruna.Vide Onychinus,in Onyx.

¶Prunetum,Locus prunis conſitus.Calepinus.

Prurio]pruris,pruriui,prurítum,pen.prod.(κνήθομαι,κνησάω)prurire, Libidine ſcalpẽdi ardere.Plaut.Bacch.23.72,

Te amabo,& te amplexabor. N. caput prurit. Idem Pœnulo, An dentes pruriunt?

In pugnam prurire. Mart. lib.5.103.
Verſus pruriunt.Mart.lib.1.120,

Lex hæc carminibus data eſt iacoſtis,
Ne poſſint, niſi pruriunt, uuare. Cat. ad Aureli um, epigram.17.2.

¶Pruritus,huius pruritus,pen. prod.m.g. (κνησμὸς) Eſt excurſus humoris ſpirabilis incluſi contra naturã. Plin.lib.9. cap.45.2, Contactos piſces,attritúſq; petræ ſcalpentes pruritum inuadit. Ibidem,cap.45.1,Vix pruritu mordax.

¶ Prurigo,pen.prod. prurigínis,ſ.g.Idem (κνησμὸς) Colum. lib.7.cap.5.6 , Nam ſubeſt aſpera cutis , & uelut quædam prurigo. Nigræ radices ita in aqua coctæ pruriginem tollunt. Vetus codex habet, porrigínem.

¶Prurigioſus,pen. prod. Adiectiuum.Paul.in l.3.D. de ædilit.edict.

Pruſa] πρῦσα, Oppidum eſt Bithyniæ , Phrygibus & Myſis finitimum,à Pruſia rege, qui cum Cyro bellum geſſit,ad radices Olympi montis conditum. Strab.lib.12.Plin. libro 5. cap.32, ab Annibale id conditum eſſe putat. Hinc Pruſenſes populi,Pruſam inhabitantes.

¶Pruſa Vetuſta ſedes regum Bithyniæ fuit.Vrbs eſt,quæ nunc Burſia dicitur.

Pruſias] πρῦσίας , Vrbs Bithyniæ,olim Cius dicta , à Pruſia rege condita, cognomento Zela,ad Arganthonium montẽ. Strabo lib.12.Plin.lib.2.cap.32.

Pruſias] πρῦσίας, de quo multa Liuius, Bithyniæ rex, qui Annibalem huc concedentem ſuſcepit , poſt Antiochum ſuperatum , & Phrygiæ Helleſpontiæ ſeditionem , aduerſum Attalicos ex compoſito factam.

Prymneſium]prymneſij (πρυμνήσιον) funis nauticus. Apud Feſtum Pompeium palus, ad quem funis nauticus religatur, quem alij tonſillam nominant.

Prytaneum]penul.prod. (πρυτανεῖον)Locus erat Athenis in arce digniſſimus, ubi iudices & magiſtratus habere conſilium ſolebant.In Prytaneo item alebantur publicè qui bene meriti erant de Rep. qui bonos habebatur maximus.Cicero 1. de Orat. 119 , Et ut ei uictus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur. Sic dictum, quaſi πυρὸς τομίαιον, tritici promptuarium, uelut horreum publicum.Dionyſius Prytanea uocat curias,in quibus ſacra ſiebãt ab ijs,qui maximam in urbe habent poteſtatem. Prytanis , magiſtratus, præfectus,adminiſtrator,ut Conſulatus: quem publici conſilij principem appellabãt. A uerbo πρυτανεύω,quod eſt gubernо , & magiſtratum exerceo.Liu.5.Decade , libr.1.71, Cyzici in Prytaneum : id eſt , penetrale urbis , ubi publicè quibus is honos datus eſt,ueſcuntur,uaſa aurea menſæ unius poſuit.

P S

Pſalis]ψαλὶς,& Pſalidion (ψαλίδιον)Forfex,quam Pollux lib.7.cap.22;& iterum,lib.10.cap.28,ponit inter inſtrumenta muliebria.

Pſalma] ψάλμα,quod pſallitur.Diapſalma(διάψαλμα) ſilentium , & quies quædam inter pſallendum interpoſita. Nam ut ſympſalma dicitur uocum copulatio in cantando, ita diapſalma diſiunctio,ubi quædam requies diſtinctæ continuationis oſtenditur.

¶Pſalmus(ψαλμὸς) Canticum: à ψάλλω,canto, quòd ad Pſalterium cantaretur.

¶Pſalmodia, pſalmodiæ,penul.corr.(ψαλμῳδία) Cantus muſtus:quum aliquis canit ad muſicum inſtrumentum.

¶Pſaltes,

¶Pſaltes,pſaltis,m:g.(ψάλτης) Latinè cantor dicitur.

¶Pſaltrias,Idem.Cic. de Aruſp.reſp.40, P. Clodius à crocotâ, à mitra , à muliebribus ſoleis purpureis, ſaſciolis , à ſtrophio , à pſaltrio , à flagitio , à ſtupro eſt factus repentè popularis.

¶ Pſaltria , pſaltriæ (ψάλτρια) Cantatrix. Terent. Adelph. 3.3.34,

Iſthæc iam penes uos pſaltria eſt? Cic.3.Tuſcul.79.Et pro Seſtio,101, Qui in cœtũ mulierũ,p pſaltria adducitur.

¶Pſallocithariſtæ,ψαλλοκιθαρίσται, apud Trãquillum in Domitiano , cap. 4, Certabat etiam & proſa oratione Græcè Latinéq; , ac præter citharœdos corocithariſtæ quoque & pſallocithariſtæ.

¶Pſallo,pſallis, pſalli (ψάλλω) pſallere,Canere,cantare. Gellius lib.19.cap.9, Qui canerent uoce, & qui pſallerent. id eſt, citharam pulſarent, inquit Budæus. Horat.2. epiſt.1.7,

—— pingimus atq;
Pſallimus & luctamur Achiuis doctius unctis.

Doctius pſallere.Horat.4.Carm.ode 13.2.

Pſalteriũ] pſalterij (ψαλτήριον)Græca dictio,Hebraicè Nablon dicitur , Genus organi muſici,dulcius & amœnius ſonans quàm cithara,cuius ſimilitudinem quidem habet, ipſa tamen non eſt.

¶Pſalteria, pſalteriorum (ψαλτήρια) Quintil. lib. 1.cap.10. 24, Nec pſalteria & ſpadicas, etiam uirginibus probis recuſanda,ſed cognitionem rationis,& c. De Muſica.

Pſamate]pen.corr. (ψαμάθη) ſons apud Thebas. Valer.1. Argon.74,

Qui tenet undiſonam Pſamaten. Ponitur etiam pro urbe & monte. Fuit & Pſamate,Crotopi Argiuorũ regis filia, ex qua compreſſa Apollo Linum filium ſuſtulit,quẽ inter ſentes à matre occultatũ canes dilacerarũt:ut latè proſequitur Stat.1. Theb. Alia Pſamate Nympha fuit, Nerei filia & Phori mater:de qua Ouid.11.Metam.79,

Cæruleam Peleus Pſamaten,ut finiat iram Orat.& c.

¶Pſammathus , untis , & Pſammathuntius , ſiue Pſammathuſius.Stephanus.

Pſammenitus] Herodoto libro 3, Ammaſis filius, & Aegyptiorum rex, qui à Cambyſe uictus,epoto ſanguine taurino expirauit.

Pſammetichus] ψαμμήτιχος, rex Aegypti, cuius tempore , teſte Herodoto lib.2.ducenta & octo millia Aegyptiorum ad Aethiopes tranſiêre.

Pſaphis] Oropiorum ciuitas in confinio Atticæ & Bœotiæ. Hic ſitum erat Amphiarai oraculum quoddam uenerabile, ubi Amphiaraum fugitantem(ut Sophocles ait)ſciſſa Thebana tellus hauſit, ipſis cũ armis curruq; quadrijugo. Strabo lib.9.

Pſaphon] Libyorum deus.Is Pſaphon quum deſpectiſſimus eſſet, & ultimæ notæ , uocales aues edocuit hæc uerba eloqui:Magnus deus Pſaphon. Quibus dimiſsis in lucos,audita uoce apud rudes populos,eſt pro deo habitus.Alexander Alexandrinus lib.6.cap.4.

Pſaronius] Lapidis genus,quem Thebaicum et Pyrrhopœcilon appellari dicit Plin.lib.36.cap.22.

Pſeboa] Lacus ingens in Aegypto ſupra Meroen, qui inſulã (ut Strabo lib.17.ſcribit) habet ſatis amplam & habitatã.

Pſecas] dis (ψιγὰς) Gutta,ſiue ſtilla dici poteſt.Apul.lib.De mundo,ex Ariſtotele,Pſecadas interpretatur ſtillicidi.1.Micæ quoq; auri inter arenas lucẽtes,Pſecades dicũtur.Quinetiam ancillæ, quæ delicatarũ matronarũ capillos medicamẽto fuco conſpergũt,à Græcis hoc nomine appellatæ ſunt.

Pſegma]pſegmatis,pen.cor.n.gen.(ψῆγμα) Idem ferè quod flos æris. Plin.lib.34.cap.13.5, Ih æraríjs officinis & pſegma fit,iam liquato ære atq; percocto, additis etiamnũ carbonibus, paulatimq; accenſis, ac repentè uehementiori flatu exponitur æris palea quædam. Ex ueteri codice legendum,ſmegma.

Pſegma quoq; pro ramento auri uſurpatur: ut apud Herodotum in Thalia,Indi,inquit,ut ſunt multitudine multo numeroſiſſima omnium quos nouimus hominum, ita tributũ cõferebant aliorum comparatione maximum : trecenta ſcilicet & ſexaginta pſegmatis talenta, id eſt,aurei ramenti.Ramentum auri arena eſt aurea , ob id alio nomine ab eodem authore chryſitis dicta. Chryſammos etiam ad uerbum aurea arena dicitur lib. x1. codicis Iuſtiniani. Aurum autem ramentitium, inquit ille , inuenitur eſſe talentum Euboicorum quatuor millium ſexcentorum & octoginta , ſi ita ratio ineatur ut pſegmi terdecies tanto argenti rependatur. Strabo lib. 3, Ac ne aurum quidem ſolum effoditur, ſed etiã trahitur. Deferunt enim aurum amnes et torrentes auream arenã : quæ etiã multis in locis aquarum indigis reperitur: ſed in his nõ apparet:in ijs aũt locis quæ fluminibus alluuntur, auri pſegma,id eſt,ſcobs aurea reſplendeſcit.Budæus.

Pſellion] ψέλλιον , Armilla , ornamentum manuum , apud Xenophontem lib.2. κυβδείσεως , & apud Plutarchum in Cimone , recenſentem ſpolia Perſica. Traditq; Athenæus, hæc ex margaritis quandoque fieri ſolita. Porrò nota eſt hiſtoria Brenni Gallorũ regis, qui quũ depopulatus Aſiã, Epheſum aduentaſſet , plebeiam puellam adamauit , quæ ei & concubitum,& Epheſi proditionem pollicita eſt,ſi mundum ſibi muliebrem & pſellia traderet. quod annuit Brennus,& orauit milites,ut in auariſſimæ puellæ gremium, aurum quod geſtabant, immitterent: quo ea obruta periit, ut ſcripſit Clitophon lib.2. rerum Gallicarum,& ex eius authoritate Plutarchi in Parallelis,cap 30.Pſellion autem inter ornamenta carpi , hoc eſt, iuncturarum manuum ponit Pollux lib. 5.cap.16.Hinc Pſelliophori,id eſt armillati,Herodoto dicuntur.lib.2.

Pſephiſma]pſephiſmatis,pen.cor.n.gen. (ψήφισμα) dictio Græca , quæ decretum ſignificat. Cicero pro Flacco,11, Sic ſunt expreſſa iſta præclara quæ recitantur pſephiſmata,nũ ſententijs nec authoritatibus declarata.Ibidem;58 , Poſſem recitare pſephiſmata Smyrneorum, quæ fecerunt in Caſtrium mortuum.

Pſeudos] ψεῦδος , Latinè dicitur falſus: ut Pſeudolus, falſus ſeruus. Pſeudologus, falſidicus. Pſeudopropheta, falſus propheta:& multa alia id genus.

¶Pſeudancuſa, pen. prod.(ψευδαγχοῦσα) quaſi falſò anchuſa dicta:de qua Plin.lib.22.cap.20.2.

¶Pſeudobunion,ψευδοβούνιον,herba,quæ,ut Plinius lib.24. cap.16.10. ait, napi folia habet,fruticans palmi altitudine. Laudatiſſima in Creta.

¶Pſeudocato, pen.cor. pſeudocatonis (ψευδοκάτων) Cic. ad Atticum,lib.1.9.10.

¶Pſeudocoraſium(ψευδοκόρασιον) Litus magnum inter Corycum & Seleuciam ſauricam , tria ſtadia longum , & in Lunæ ſimilitudinem curuatum. Stephan.

¶Pſeudodamaſippus. Cicero ad Gallum , lib. 7. 24 , Si enim Damaſippus in ſententia hon manebit , aliquem pſeudodamaſippum uel cum iactura reperiemus.

¶Pſeudodecimianus,Pyri genus, quaſi falſus Decimianus.Plinius lib.15.cap.15.

¶Pſeudodictamnum (ψευδοδίκταμνον) falſum dictamnum, genus herbæ, quæ in Creta ſimilis pulegio naſcitur.Plin.libro 26.cap.9.

¶Pſeudenedrus, pen.corr.Iul. Firmic.lib.3.cap.8,Mercurius pſeudenedros ſæpius fecit. Cælius lib.11.cap.7,Inſidiatores

fictos Firmicus pſeudenedros nuncupat. Nam & apud Xenophontem, pſeudenedram legimus pro fictis inſidijs.

¶Pſeudographiæ (ψευδογραφίαι) Quintil. lib. 1. cap. 10. 30. Fit hoc & in numeris per quaſdam, quas pſeudographias uocant, quibus pueri ludere ſolebamus.

¶Pſeudomenos, pen. corr. (ψευδόμενος) Cic. 2. de Diuin. 17. Quomodo autem mentientem, quem ψευδόμενον uocant, diſſoluas? Sic 4. Acad. 264.

¶Pſeudomelanthium, quaſi falſum melanthium, apud Dioſcoridem in Matthiolo lib. 3. cap. 78, herba eſt, quæ ſponte ſua naſcitur inter ſegetes: flores habet cæruleos: ergitur ad ſpicarum altitudinem culmis birſutè nodatis.

¶Pſeudonardos, herba nardum falſò referens. Plin. libro 12. cap. 12.

¶Pſeudopenias, promontorium eſt, in quo eſt ſita Berenice, iuxta lacum Tritoniadem, in quo inſula eſt, quæ Veneris templum habuit. Strabo lib. 17.

¶Pſeudophilippus, Cic. 2. de lege Agrar. 88.

¶Pſeudophiloſophia, falſa ſapientia, quæ non ueritate, id eſt, Dei uerbo nititur, ſed humana & fallaci ratione, qualis eſt Gentilium philoſophia. Budæus.

¶Pſeudoporticus, falſa porticus. Nam in ædificijs partes, quæ fiunt ad imitationem, nec integrum, nec principalem: ſed precarium, aut temporarium uſum præbet, quæ quaſi alienum opus mentientia, hoc nomine inſigniri ſolent: ut Pſeudothyrum, & Pſeudoancæ, ſimiliaq; his complura apud Vitruuium.

¶Pſeudopylæ, inſulæ iuxta portum Iſidis apud Troglodytas. Plin. lib. 6. cap. 29.

¶Pſeudothyrum, pſeudothyri, pen. prod. (ψευδόθυρον) Falſum oſtium. unde pro poſtico ſumitur. Cic. in Verrem, Ea quemadmodum ad iſtum poſtea pſeudothyrum reuertatur, tabulis uobis, & teſtibus iudices planum factam.

¶Pſeudourbana ædificia, dicuntur à Vitruuio ædificia ruſtica, urbana elegantia extructa. Budæus.

Pſile] Inſula circa Epheſum. Plin lib. 5. cap. 31.

Pſilothrum] pſilothri, pen prod. (ψίλωθρον) Plin. lib. 23. cap. 1. 10, Vitis alba eſt quam Græci ampelolеucen, alij ophioſtaphylon, alij melothron, alij pſilothrum. Huius ſarmenta longis & exilibus internodijs geniculata ſcandunt. Folia pampinoſa, ad magnitudinem hederæ diuiduntur, ut uitium. Radix alba, grandis, raphano ſimilis initio: ex ea caules aſparagi ſimilitudine exeunt. Et paulo poſt, Semen in uua raris acinis dependet, ſucco rubenti, poſtea croci. Et paulo poſt, Vitia cutis in facie, uarosq; & lentigines & ſugillata emendat & cicatrices.

Pſilothrum, Vnguentum depilatorium, quo mulieres utebantur: à ψιλόω nudo. Martialis lib. 6. 93.

Pſilothro nitet, aut acida latet oblita creta. Idē lib. 3. 32.

Pſimmythium] pſimmythij (ψιμμύθιον) Plin. lib. 34. cap. 18. 9, Pſimmythium quoq;, hoc eſt ceruſam plumbariæ dāt officinæ. Laudatiſſimum in Rhodo. Fit autem ramētis plumbi tenuiſſimis ſuper uas aceti aſperrimi impoſitis, atque ita diſtillantibus, &c.

Pſimythus, ψίμυθος, Idem. De hac uide Vitruu. lib. 7. cap. 12. & Dioſcor. lib. 5. cap. 94.

Pſitta] ψίττα, piſcis plani genus, quē nos paſſerem uocamus, ut uertit Theodorus ex Ariſtotele de Natura animalium. Plinius lib. 9 cap. 16.

Pſittacus] pſittaci, pen. corr. m. g. (ψιττάκη, ἀνθρωποειδὲς ζῶον) Auis Indica, uocem humanam miro naturæ artificio effingens. Martial. lib. 14. 76.

Pſittacus à uobis aliorum nomina diſcam:
Hoc didici per me dicere, Cæſar aue. Plin. lib. 10. cap. 42. 1, Super omnia humanæ uoces reddunt pſittaci quidem etiam ſermocinantes. India autē hanc mittit, pſittacem uocāt, uiridem toto corpore, torque tantùm miniato in ceruice diſtinctam. Imperatores ſalutat, & quæ accipit uerba pronunciat. In uino præcipuè laſciua. Capiti eius duritia eadem quæ roſtro, &c. Vide ibidem. Perſius in Prologo, 2.

Quis expediuit pſittaco ſuum χαῖρε,
Picaſq; docuit noſtra uerba conarie?

Imitator ſolers humanæ linguæ pſittacus. Stat. 2. Sylu. 4. 1.

Dux uolucrum pſittacus. Stat. 2. Sylu. 4. 1.

¶Pſittacinus, pen. prod. Adiect. Scribon. Largus, Collyrium Pſittacinum à colore ita dictum.

Pſophis] dis (ψωφὶς) Arcadiæ ciuitas, à Pſophide Lycaonis filio, aut, ut alij malunt, à Pſophide Erycis Sicula filia condita. Ouidius lib. 5. Metamorphoſeos,

Vſque ſub Orchomenon, & Pſophida, Cyllenenq;. In inſula quoq; Venetorum Zacyntho arx ipſa uocabatur Pſophis: & aliæ multis locis. Hermol. in Plin. Eſt & alterum eiuſdem nominis oppidum in Arcadia. Ité tertiū in Achaia.

Pſora] pſoræ (ψῶραι) Cutis aſperitas, & ſquamoſitas quædam: uidetur alia à ſcabie, quem Plinius libro 20. cap. 1. dicat, Arida cum reſina impetiginem & ſcabiem, quam pſoram & lichenas uocant, ſanat.

Pſora, ſit à ψῶ ſcalpo. Nam qui pſora laborāt, ulcera ſiue puſtulas ſupra modum cōtingere, palpare, & ſcalpere cupiūt.

¶Pſoricus, pen. corr. Adiectiuum. Celſius lib. 6. cap. 6. ubi docet ad oculos ſcabros collyria.

Pſychomantium] pſychomantij, pen. prod. (ψυχομαντεῖον) Locus uaticinij, ubi fiebat maniū euocatio. Cic. 1. Tuſcul. 187, Ait enim Termaneum quendam Elyſium, quum grauiter filij mortem mœreret, ueniſſe in pſychomantium, quærentem quæ fuiſſet tantæ calamitatis cauſa, &c. Idem 1. de Diuin. 214, Neque eos qui quæſtus cauſa ariolentur, nec pſychomantia quidem quibus Appius amicus tuus uti ſolebat, agnoſcere.

Pſychotrophum] ψυχότροφον, herba duorum cubitorum altitudine, angulоſum habere caulem, à radice ſpargens filia ſerè lapathi, ſerrata, ſemine purpureo: in Italia Serratula dicitur, in Gallia uerò Vertonica. Plinius lib. 25. cap. 8. Pſychotrophon inde dictum, quòd locis potiſſimùm gaudeat alcioſis.

¶Pſychotrophi item piſces quidam appellātur, quòd umbroſos ſectentur receſſus, ac humido frigidoq; delectentur elemento.

Pſychrologus] ψυχρόλογος, pen. corr. Pſychrologi, Qui frigida loquuntur, et abſurda, nec plauſu excipēda, qui boni nihil profert. Cuiuſmodi ſermo rectè Pſychrologia uocatur.

Pſychrolutes] pſychrolutæ: uel Pſychroluta, lutæ, penult. prod. (ψυχρολούτης) Qui frigida lauatur. Veteres enim frigida tantùm utebantur: calida uerò balnea ualetudinarijs deſeruiebant. Seneca epiſt. 54, Memor artificij mei ueteris, frigidæ cultor, mitto in mare, quomodo Pſychrolutam decet, gauſapatus. Idem epiſt. 84, Ille tantus pſychrolutes, qui calendis Ianuarijs in Euripum ſaltabat, qui anno nono auſpicabar in uirginem deſilire, &c.

Pſydracion] ψυδράκιον, genus puſtularum durarum & ſubalbidarum acutarumq;, caput præcipuè infeſtantium. Paul. Aegineta.

Pſydrax] cis (ψύδραξ) Morbus, ulcus in capite: de quo Galen. lib. 2. de Compoſit. pharm. cap. 9.

Pſygnum] Portus ingens eſt ad radices Elephantis montis, apud Cynocephalos Strabo lib. 16.

Pſylli] ψύλλοι, populi ſunt Libyæ in Africa, à Pſyllo rege dicti: quibus, ut ſcribit Plinius lib. 7. cap. 2. uirus exitiale ſerpentibus

pentibus ingenitum fuit, ut cuius odore eos ſopirent. Mos uerò illis fuit, liberos genitos protinus obijcien di ſæuiſſimis earum: eoq; genere pudicitiā coniugū experiendi, non profugientibus adulterino ſanguine natos ſerpentibus. Hactenus Plinius. Meminit & Herodotus lib. 4. Silius item de Atyro Pſyllo, lib. 1. 13. Lucanus lib. 9. 179. Gellius etiam lib. 16. cap. 11. Crinitus lib. 1. cap. 3. et Solinus. Plutarchus in Catone, ſcribit Cātonem per deſerta Libyæ iter facientem ſecum Pſyllos duxiſſe, qui morſibus ſerpentum mederentur, ore trahentes uenenum, & ipſos ſerpentes cantibus mitigantes. Vide Celſum lib. 5. cap. 27. de curationibus communibus aduerſus omnes morſus ſerpentium.

Marmaridæ Pſylli. Lucan. lib. 9. 179.

Pſyllion] ψύλλιον, radice tenui, ſuperuacua, ſacramētoſum, fabæ grauis in cacuminibus, folijs canino capiti nō diſſimilibus, ſemine autem duplici: unde & nomen. hoc in baccis: ipſa herbā in uineis inuenitur, &c. Plin. lib. 25. cap. 11. 6. Vulgus noſtrum herbam publicarem uocat.

Pſyllis] Fluuius in Boſphoro pōti Euxinij. Plin. lib. 6. cap. 1.

Pſyllium] ψύλλιον, Ptolemæo libro 5. cap. 1. urbs Bythyniæ uulgò Picello.

Pſithia] uua (ψυθία) Virg. 2. Georg. 19,

Et paſſo pſythia utilior. Ibidem, lib. 4. 54. Colum. lib. 3. cap. 2. 14, Nam quæ Græculæ uites ſunt, ut mareoticæ, thaſiæ, pſythiæ, ſophortiæ, ſicut habent probabilem guſtū, ita noſtris regionibus, & raritate uuarum, & acinorum exiguitate minus fluunt. Macrobius quoq; in enumeratione generum uuarum meminit lib. 3. Saturn. cap. 19, Numantana, precia, prannia, pſythia, pilliolata, &c.

Pſythium, paſſum. Plin. lib. 14. cap. 9. 1, Pſythium & melanpſythiū paſſi genera ſunt, ſuū ſaporem, non uini, referentia.

P T

Ptarmica] Exiguus frutex eſt, ſurculos habens paruos, multos & rotundos, abrotono non diſſimiles, & circa eos folia oleæ ſimilia, longa, multa, & in cacumine capitulum, uti Anthemidis, paruum, rotundum, quod acri ſuo odore ſternutationem excitat: unde & nomen accepit, Dioriſcorides lib. 2. cap. 156.

Pte] τέ, ſyllabica adiectio ablatiuis aliquando iungi ſolita: ut Meapte, tiapte, ſuapte, noſtrapte, ueſtrapte. ut, Meapte culpa. Curtius, Sabinus ſuopte ingenio mitis.

Pteleon] πτέλεον, Ioniæ oppidum iuxta Erythras, & Mimantem montem. Plin. lib. 5. cap. 29. Eſt & aliud uiuſdem nominis oppidum in ora Bœotiæ. Plin. lib. 4. cap. 7.

Ptera] pteræ, ſiue, ut Vitruuius lib. 3. cap. 2. appellat, pteromata, in templis muri duo ſunt, ut ait Strabo lib. 17. de templo Heliopolitano, ad altitudinem ipſorum templorum, utrinq; ſurgentes: ità dicti, quod alarum ſpecie quaſi protegant. Ex Hermolao.

Pteris] Herba, prima ſpecies eſt filicis herbæ no bilis: quā Plinius deſcribit, eiuſdemq; uires monſtrat, lib. 27. cap. 9.

Pterna] πτέρνα, Pars inferior naualis mali: circa mediam ſerè, trabelos: ſumma pars, carchefium nominatur.

Pternica] Caulis eſt herbæ quæ uocatur cactos: de qua Plinius lib. 21. cap. 16.

Pteron] Aedificij moles maior ſolitis. Plin. lib. 36. cap. 13, Maiore autem in parte tranſitus eſt per tenebras: aliæq; rurſus extra murum labyrinthi ædificiorū moles, pteron appellant. Et lib. eodē, cap. 5, Namq; ſupra pteron pyramis, etc.

Pterophoros] πτεροφόρος, Eſt regio apud Riphæos montes: ſic dicta ab aſſidua niue, quæ ibi pennarum ſimilitudine continuò decidit. Plin. libro 4. cap. 13. Pterophori item dicti ſunt curſores Pegaſarij: quòd peregrè proficiſcentes, ſurrectas in capite pinnas geſtare ſolebant. Dionyſius:

Pteroti] Duo Neronis calices ex uitro. Plin. lib. 36. cap. 26, Sed quid refert, Neronis principatu reperta uitri arte, quæ modicos calices duos, quos appellabant pteros, HS. ſex milibus uenderet.

Pterygium] pterygij (πτερύγιον) In oculis uocatur membranula quædam neruoſa, quæ oriens ab angulo, uel à naſo rium uel temporum parte ad coronam uſq;, interim & pupillam operit. Plin. lib. 34. cap. 10. 5, Cadmiæ effectus, ſicut care, ſanare, ſiſtere fluxiones, pterygia, ſordes oculorū purgare, ſcabriciem extenuare. Ex Hermolao.

Pterygium in digitis apud Paulum Aeginetam eſt, quum caro excreſcit, partem illam contegens, quæ in ungue, pterygion (inquit) appellatur: quod uitium ex paronychia ferè naſcitur. At Celſus lib. 7. dicit eſſe pterygium, quum recedit ab ungue caruncula, non ſine magno dolore. Hæc Hermolaus. Videtur enim diminutiuum eſſe ab πτερόν, id eſt ab ala, quā tunc uidetur efficere caro ab ungulis diſcedens. Plin. lib. 23. cap. 1. 14, illimitur eadem cum fico & pterygijs digitorum. Idem lib. 31. cap. 9. 2.

Ptiſana] ptiſanæ, pen. corr. (πτισάνη) Plin. lib. 18. cap. 7. 24, Ptiſanæ ex hordeo uſus ualidiſſimus, ſaluberrimusq; tantopere probatur. Vnum laudibus eius uolumen dicauit Hippocrates, clariſſimus medicinæ ſcientiæ. Ptiſanæ bonitas præcipua Vticēſi. In Aegypto uerò ea eſt, quæ fit ex hordeo, cui ſunt bini anguli. In Bætica & Africa genus, ex quo fiat, hordei, glabrum appellat Turannius. Idem lib. 22. cap. 25. 15, Ptiſanæ, quæ ex hordeo fit, laudes uno uolumine condidit Hippocrates, quæ nunc omnes in aliam tranſeunt. Contrà quanto innocentior eſt alica? Hippocrates tantùm ſorbitionis gratia laudauit, quoniam lubrica ex facili hauriretur, quoniam ſitim arceret, quoniam in aluo non intus meſceret, quoniam facilè redderetur, & aſſuetis hic ſolus cibus in febri, bis die poſſet dari: tantum remotus ab iſtis qui medicinam fame exercent.

Ptiſanam medici hodie quum abſolutè proferunt, hordeaceam intelligunt: fit enim & triticea ptiſana ex tritico uel farina triticea, aqua elota: de qua Galenus lib. 1. Alimentorum.

¶Ptiſanarium, πτισανεῖον, oryzæ uocauit Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 31, oryzam coctam uel ptiſanam aut ſorbitionem ex oryza,

Quid ceſſas? agedum ſume hoc ptiſanarium oryzæ.

Ptochia] πτωχεῖα, Domus alēdis pauperibus deſtinata: idem quod Ptochodochium. l. ulti. C. de ſacroſanct. Eccleſ.

Ptochotrophia] pen. prod. (πτωχοτροφεῖαι) Diuerſoria, ſiue domus, in quibus mendici nutriūtur, πτωχὸν enim Græci mendicum dicunt, & τρέφω nutrio. Iuſtinianus lib. 1. C. multis in legibus, maximè ſub tit. de Epiſcopis & clericis. & de ſacroſanct. Eccleſ.

Ptoembari] Africæ populi, qui nullum regem præter cānem habent. Eum illi ſtudioſè ac mirificè obſeruāt, ex illius motu & nutu imperia, & quæ ſint placita, augurantes. Alexander Alexandrinus lib. 6. cap. 2.

Ptoemphanæ] Populi in Africa, qui canem pro rege habent, motu eius imperia augurantes, ſicut & Ptoembari. Plin. lib. 6. cap. 30.

Ptolemæum] (quidam ſcribunt Ptolemæium) Nomen eſt gymnaſij apud Athenas. Cic. in ipſo ſtatim initio lib. 5. de Finibus, Quum audiſſem Antiochum Brute, ut ſolebam, cū M. Piſone in eo gymnaſio, quod Ptolemæum uocatur, &c. Pauſan. in Att. In gymnaſio, quod à foro non procul abeſt, & à conditore Ptolemæum appellatur, ſtatuæ Mercuriales lapideæ uiſuntur, ſpectatu dignæ. Adeſt & Ptolemæi ænea ſtatua.

Ptolemæus] πτολεμαῖος, Nomen proprium Lagi gregarij

militis filij, qui maximæ authoritatis fuit apud Alexãdrum Macedonem. Post cuius mortem, Aegypto & Africa, & magna Arabiæ parte potitus, regnauit annis quadraginta. A quo deinceps Aegyptij reges, Ptolemæi appellati sunt. Hic frequentissimè apud amicos & cœnabat, & dormiebat. Quòd si aliquando cœnam præberet, rebus illorum utebatur. Accersebat enim scyphos, strata, ac mensas. Ipse præter necessaria possidebat nihil: quin alios locupletes facere, regale magis esse dicebat, quàm locupletari. Et est nomẽ à Græco deductum. Græci quippe πτολιμέειν, & πτολεμέειν, pugnare dicunt. Sic igitur à πτολεμῶ Ptolemæus dicitur: sicut ab τιμάω, quod est honoro, Timæus. Hic duos filios habuit, Ptolemæum Philadelphum, & Ptolemæum Ceraunum. Philadelphus in regno patri succesit, uir doctissimus, Stratonis discipulus, qui bibliothecam illam celeberrimam fecit, quæ usq; ad primum Alexandrinorum & Romanorum bellum durauit. Regnauit annis triginta octo: cui succesit Ptolemæus cognomento Euergetes, quod Latinè dici beneficus potest. Hic uigintisex annis regno potitus, moritur: cui succesit Ptolemæus Philopater, decem & septem annis regnans. Post eum Ptolemæus Epiphanes, qui annis uigintiquatuor regnauit. Tum Ptolemæus Philomater, qui triginta quinq; Deinde Ptolemæus Euergetes uigintinouem. Postea Ptolemæus Phiton, qui & Soter, decem & septem annis regnãs. Postremò Ptolemæus Dionysius, qui caput Magno Pompeio abscidi fecit. Fuerunt & alij hoc nomine, ut Pyrrhi regis filius, & Cypriorum rex, qui suis diuitijs Romanum locupletauit erariũ. Item astrologus, natione Aegyptius, quẽ Traiani & Hadriani temporibus floriisse constat.

Manes Ptolemæorum. Lucan. lib. 8.136.

¶ Ptolemæus, pen. prod. (πτολεμαῖος) Adiectium quinque syllabarum. Propert. lib. 2. eleg. 1. 6,

Et Ptolemææ littora capta Phari.

¶ Ptolemais, pen. prod. huius Ptolemaidis, pen. corr. Patronymicum, fœm gen. (πτολεμαὶς) Lucan. lib. 10. 14,

Miscuit incestam ducibus Ptolemaida nostris. De Cleopatra.

Ptolemais] πτολεμαὶς, Oppidum in margine Rubri maris, ad primos elephantorum uenatus, à Ptolemæo Philadelpho conditum est in regione Troglodytarum. Author Plinius lib. 2. cap. 73.

Ptolemais, Ptolemaidis uel Ptolemaidos, & Ptolemaida, Ptolemaidæ, pen. corr. nomen quinq; urbium, quarum una est in Aegypto, de qua Hieronymus ad Eustochium, Per arenas Syriæ peruenit ad Coum, quæ nunc Ptolemais dicitur. Altera est in Aethiopia. Tertia in Phœnicia. Quarta Nili fluminis. Quinta in Cyrenaica prouincia Africæ.

Ptolemæus] Fluuius in Troglodytico sinu. Plin. li. 6. ca. 29, Eæ uiæ omnes Arsinoen ducunt, conditam sororis nomine in sinu Charandra, à Ptolemæo Philadelpho: qui primus Troglodyticen excussit, & amnem, qui Arsinoen præfluit, Ptolemæum appellauit. (uium,

Ptous] Mons triuertex in Græcia. Homerus in Catalogo nauium,

Olim tricipitem Ptoi cauernam tenuit. Strabo lib. 9, Ptous autem mons cãpo Tenerico lacuiq; Copaidi ad Acræphium incumbit. Erat autem Thebanorum mons simul & oraculum.

Ptyades] Aspidum genus quoddam, quod sputum homini lethale in oculos exputt. Plin. lib. 28. cap. 6, Verùm ex his quæ referre fas sit, impubium puerorum cõtra saliuas aspidum, quas ptyades uocant, quoniam uenena in oculos hominum expuant: contra oculorum albugines, obscuritates, cicatrices, argema, palpebras, & cum erui farina contra adustiones, contra aurium pura, uermiculosq;, si decoquatur ad dimidias partes, cum porro capitato nouo ficiũ.

Ptynge] πτύγη, Auis rapax, quæ chalcis aliquibus dicitur. Aristot. de historia animi. lib. 9. cap. 12. Quidam Ptynx.

Ptysis] Sputum. unde & Ptystici, qui nimio humore repleti, semper sputum mittunt.

P V

Pub.] Vide Publicus.

Pubes] pubis, fœm. gen. (ἥβη, ἀφτιπαλία, ἥβη, πρόσηβος) Proprie lanugo, quæ maribus decimoquarto anno fœminis duodecimo circa pudenda oriri incipit. Quod quia maturitatis est signum, factum est, ut mas pubes siue puber uocaretur, quamprimùm ad generandum aptus est, & fœmina similiter ad concipiendum. Salustius, Puberes omnes interfici iubet. Cic. 1. Off. 180, Nostro quidem more cum parentibus puberes filij, cum soceris generi non lauantur. Cic. pro Rabirio perduel. reo, 23, Neminem esse dico, ex ijs omnibus, qui illo die Romæ fuerint (quem tu diem in iudicium uocas) pubesq; tum fuerit, quin arma ceperit.

Pater filium puberem habens. Cic. 2. de Orat. 124.

Puber ætas. Liu. 1. ab Vrbe, 9.

Pubera fŏlia: id est, adulta. Virg. 12. Aeneid. 83. Seruius. Sic in lib. 4. Pubentes herbæ. Et est reciproca inter herbas & homines translatio. nam & pubertatem herbarum, & florem iuuentutis uocamus.

Pubes, pro Parte pudẽda aliquãdo accipitur. Virg. 3. Aen. 86.

Prima hominis facies, & pulchro corpore uirgo
Pube tenus: inde os pubis medici uocãt illud, super quo pubes crescit circa pudenda.

Pubes, Iuuenum multitudo. Virg. 1. Aeneid. 81,

Haud aliter puppes in tuæ, pubesq; tuorum. Cicero pro Milone, 45, Cui Senatus totam Remp. omnẽ Italiæ pubem, cuncta pop. Rom. arma commiserat.

Agrestis. Virg. 1. Georg. 69.

Armata. Valer. 7. Argon. 16.

Captiua. Horat. 3. Carm. ode 5. 4.

Delecta. Stat. 4. Theb. 23.

Effræna. Stat 5. Sylu. 2. 14.

Electa. Claud de bel. Gild. 8 4.

Fortissima. Lucan. lib. 2, 95. Valer. 8. Argon. 83.

Generosa. Stat. 5. Silu. 3. 30.

Indomita. Virg. 3. Georg. 35.

Nautica. Silius lib. 6. 71.

Numerosa. Valer. 5. Argon. 8.

Rustica. Tibullus lib. 1. eleg. 1. 5.

Sobrix pubes. Silius lib. 11. 21.

¶ Pubens, pubentis (ἀρτιβλάστης, εὐθηνῶν) ut, Pubentes herbæ, per translationem. Virg. 4. Aeneid. 103. Vbi Seruius, Pubentes, quia aliæ siccæ, aliæ uiridiores leguntur. Idem 3. Georg. 26. Pubentesq; secant herbas. Vbi Seruius, Pubentes, adultas, macriores, quibus robur acquiritur. Quidam legunt, Florentes. Claud. 5. Paneg. 29,

Sunt mihi pubentes atro de semine fratres.

Genæ pubentes. Virg. 12. Aeneid. 45.

Herbæ pubentes. Virg. 4. Aeneid. 103.

Rosæ pubentes. Stat. 3. Sylu. 3. 26.

¶ Pubeo, pubes, pubere. Vlpianus in l. Carbonianum. §. planè si mater. ff. de Carbon. edicto. Si duo impuberes pattantur statu controuersiam, & alter eorum pubuerit, expectari alterius quoq; pubertas debet.

¶ Pubesco, pubescis (ἀρτιβλαστέω, ἡβάω, ἡβάσκω, γονιάω, χνοάζω) pubescere, Lanuginem emittere. Cic. 1. Offic. 164, Namque Herculem Prodicium dicunt, ut est apud Xenophontem, quum primùm pubesceret.

Iuuentus pubescens. Silius lib. 16. 136.

Pubes

pubescunt malæ. Valer. 7. Argon. 69.

Ora pubescentia. Stat. 3. Syl. 3. 3.

Ætas pubescit. Silius lib. 3. 18.

Pubescere, de stirpibus dictum, pro Adolescere, & maturitatem assequi. Virg. 2. Georg. 78,

Hinc omnis largo pubescit uinea fœtu. id est, exuberat. Cic. 2. de Natur. deor. 58. Quum is efficiat ut omnia floreant, & in suo quæq; genere pubescant. De sole.

Vites pampinis pubescunt. Cic. 1. Tusc. 108.

Virgulta pubescunt fœtu. Claud. de raptu Proserp. 16.

Prata pubescunt flore. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 2.

¶ Pubertas, pubertatis, pen. prod. (ἥβη, ἀφτιπαλία) Aetas in maribus, qui est annus XIIII. in fœminis, XII.

Pubertas plena XVIII annis est. Modestinus, de adoptionibus, l. arrogato.

Pubertas, Est emissio ipsa pubis, à qua anni pubertatis dicti sunt. Colum. lib. 4, At citra naturæ quandam pubertatem. Cic. 2. de Natur. deor. 122, Vt siquis dentes & pubertatem natura dicat existere.

Vuæ pubertas. Plin. lib. 23. in Procem. lib. 7.

Publicius] *clivus appellatur, quem duo fratres, L. M. Publicij Malleoli Aediles Curules pecuarijs condemnatis ex pecunia quam ceperant, munierunt, ut in Auentinum uehiculo Velia, ueniri posit.* Festus. Sic enim emendandum Festum puto.

Publicus] penult. corr. Adiectiuum (δημόσιος, κοινὸς) Quod non est priuatum alicuius, sed populo cõmune. Hinc Respublica, res populi. Plaut. Rud. 14. 14,

Istic ubi uis, condormisce: nemo prohibet, publicum est.

Idem Trinum. 4. 135,

Hoc ita si fiat, publico fiat bono. Vlpianus, de tabulis exhibendis, l. prætor ait, Publici loci appellatio quemadmodum accipiatur, Labeo definit, ut & ad aream, & ad insulas, et ad agros, et ad uias publicas, itinerag; publica pertineat.

Conuiuari de publico. Vide Conuiuor.

Publicum, commune, singulare. Cic. 1. de Inuent. 57.

Publica priuatis secernere. Horat. de Arte, 80.

Iam publicum quidem omnium est tabulata, &c. hoc est, omnibus commune. Plin. lib. 10. cap. 33. 5.

Aes publicum. Tacit. lib. 12.

Assertor publicus. Ouid. 1. de Remed. amor. 15.

Antea causam publicam nullam dixi. Cic. pro Rosc. Amer. 35.

Commoda publica. Horat. 2. epist. 1. 1.

Publicum consilium, dictus est Senatus. Cic. 1. de Orat. 109.

Cura publica iuuenum. Horat. 2. Carm. ode 8. 2.

Custodia publica. Tacit. lib. 3.

Pauor publicus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14. 12.

Fides publica. Salustius. Vide Fides.

Furor publicus. Claud. 2. Paneg. 61.

Litora omnia publica esse. Cic. in Topicis, 16.

Loca publica urbis. Cic. 2. de lege Agrar. 46.

Luctus publicus. Ouid. ad Liuiam, 14.

Ludus publicus urbis. Horat. 4. Carm. ode 2. 9.

Lux publica immensum mundi. Ouid. 2. Metam. 7.

Munera publica. Ouid. 6. Metam. 71.

Maiestas publica. Claud. 1. in Eutrop. 84.

Pecunia publica. Cic. 6. Verr. 122.

Sacra publica, Quæ pro populo fiebant.

Sidera publica. Ouid. epist. 17. 31.

Spes publica. Ouid. ad Liuiam, 73.

Sumptus publicus. Horat. 2. Carm. ode 15. 4.

Vectigalia publica, Ex quibus uectigal fiscus capit: quale est uectigal portus, uel uenalium rerum, item salinarũ, & metallorum, & piscariũ. Vlpianus de uerb. sign. l. inter publica.

Verba publica, Quibus utuntur omnes, tam uulgus quàm etiã docti. Ouid. 3. de Arte, 95.

Via publica, Quæ in solo populi est, cuius solum publicum est, siue quà iter populo est.

Vias publicas, partim Prætorias, partim Consulares Romani appellauerunt. Ouid. 4. Trist. eleg. 3. 16.

Nemo quenquam ire prohibet publica uia. Erasmus, Prouerbij speciem habet illud Plautinum ex Curculione. Quo significant, rerum communium æqualem omnibus usum esse: neq; cuiquam uertendum uitio, quod ius publicum concedit.

Vsus publicus. Horat. 2. epist. 1. 19.

Vtilitates publicæ. Tacit. lib. 1.

Publicum omnium est, Omnibus est commune. Plinius lib. 10. cap. 33. 5.

Publicum est, quod ciuitas uniuersa, aliqua de causa frequentat. Cic. 1. de Inuent. 57.

Consulere in publicum. Vide Consulo.

Publicum, pro Conspectu publico. Liu. 9. ab Vrbe, 34, de Caudina pace loquens, Vt postero atq; insequentibus diebus nemo eorum fòrum aut publicum aspicere uellet. Budæus.

In publico. Vide In.

Abstinere publico. Vide Abstineo.

Carere publico, Non prodire in publicum. Cicero, Cæterum proximis Censoribus adeò omnibus notis ignominijsq; cõsectos esse, ut non fòro sòlum omni, deinde uita, sed propè luce ac publico caruerint, iisdem uerbis utitur Liuius 2. bello Punici, 263.

Egredi in publicum. Tacit. lib. 20.

Per publicum uectus. Suet. in Nerone, cap. 9.

Proponere literas in publico. Cic. Attico, lib. 7. 135. 5.

Prouidere in publicum. Suet. in Nerone, cap. 51.

In publicum redigere bona. Vide In Præpositionem.

Non audere esse in publico. Cic. 7. Verr. 73.

Versari in publico. Tacit. lib. 15.

Publicum, aliquando significat uectigal: unde & Publicani dicti sunt. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 49, Hic te ita uersari, ut & publicanis satis facias, præsertim publicis malè redemptis, & socios perire non sinas, diuinæ cuiusdam uirtutis esse uidetur. id est, tuæ. Tranquillus in Caligula, cap. 40, Additumq; ad caput legis, ut tenerentur publico, et quæ meretricium & quæ lenocinium fecissent. Vlpianus etiam alicubi usus est. Budæus.

¶ Publico, publicas, pen. cor. (δημεύω, δημοσίου, διαγράφω, κατάλογον) publicare, Omnibus palàm facere, manifestare. Iustinus, Non contentus uoluptatum suarum conscientia, nisi etiã matrimonij reticẽda publicaret. Plin. lib. 33. cap. 3. 8.

Publicare, Præconi publico subijcere, publicum facere. Cic. 2. de Inuent. 194, Lex est apud Rhodios, ut siqua rostrata in portu nauis deprehensa fit, publicetur. Quum magna in alto tempestas esset, uis uentorum inuitis nautis, Rhodiorum in portũ nauim coegit, Quæstor nauim populi uocat. Nauis dominus negat publicari oportere. Idem 2. de Fin. 38, Secutus est qui in causa impia, uictoria etiam fœdiore, non singulorũ ciuiũ bona publicaret, sed uniuersas prouincias, regionesq; uno calamitatis genere comprehenderet.

Publicare hominem, Populo communẽ facere: cui opponitur,

Reuocare in seruitutem. Suet. in Claud. Cæsare, cap. 25.

Agros publicare. Cic. 1. de lege Agrar. 6.

Bona publicare. Cic. 4. in Catil. 80.

Priuata publicare, Publica liberare. Cicero 2. de lege Agraria. 69.

Librum publicare, Edere in publicum. Plin. epist. 27. lib. 4.

Fortunam suam publicare, pro Passim communicare. Senec. 1. de Clementia.

Se publicare. Suet. in Nerone, cap. 21. id est, copiam sui publicè facere, & publicè cantare.

Publicat uulgò corpus suum meretrix. Plaut. Bacchid. 19. 22.

Publicare crimen, interdum non pro Diuulgare, aut palàm facere: sed pro Deriuare in totam ciuitatem, uel totam ciuitatem eius infimulare. Liu. 4. bel. Maced. 124, Scriptum erat, Aristonē priuatim ad neminē, publicè ad seniores (ita Senatum uocabant) mandata habuisse. Publicato crimine, minus intenta de paucis quæstio erat.

¶*Publicatio, Verbale (δήμευσις) Cic. in Catil. 82, Adiungit etiam publicationem bonorum. Idem 4. de Finib. 38.*

Proponere publicationem bonorum. Cic. pro Plancio, 79.

¶*Publicanus, publicani, pen. prod. (τέλωνης, τελώνης) Publicanos appellarunt maiores nostri eos, qui uectigalia, & alios pòp. Rom. reditus exigendos certo constituto precio redimebant. Horum ordinem & numero amplissimum, & personarum dignitate potentissimum fuisse constat. Cic. pro Plancio, 19, Flos enim Equitum Romanorum, ornamentum ciuitatis, firmamentum Reipub. publicanorum ordine continetur. Vlpianus de publicanis & uectigalibus. l. 1, Publicani sunt qui publico fruuntur. nam inde nomen habent, siue fisco uectigal pendant, uel tributum consequantur: & omnes qui aliquid à fisco conducūt, rectè uocantur publicani.*

Familiæ maximæ publicanorum. Cic. pro lege Manil. 10.

Asperari nomen publicani. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1. 50.

Cato publicanos tertiū iam mensem uexat. Cic. Att. lib. 1. 13. 9.

Mulier publicana. Cic. 5. Verr. 67.

¶*Publicola, quasi cultor & obseruator populi (δημοκηδὴς) Hoc cognomine dictus est Publius Valerius, qui in locum Tarquinij Collatini cōsul à populo suffectus est. Plutarchus.*

¶*Publicè, pen. corr. Aduerbium (δημοσίᾳ, κοινῇ, δημοσίου) Vulgò, palàm. Terent. Adelph. 3. 3. 89,*

Haud citò mali quid ortum ex hoc sit publicè. id est, nunquam obsturus Reipub.

Publicè custos, Publicè præesse. Terent. Eun. 2. 2. 59. Cicer. 6. Verr. 16, Qui naui istius ædificandæ publicè præfuit.

Socij publicè. Cic. 5. de Fin. 116, Serpit sensim foras cognationibus primùm, tum affinitatibus, deinde amicitijs, post uicinitatibus cū ciuibus, & ijs qui publicè socij atq; amici sunt, deinde totius complexu gentis humanæ.

Dicere publicè Cic. 5. Verr. 68.

Dare causam publicè. Cic. 5. Verr 146.

Dati ei sumptus publicè. Plinius de Viris illustr. 40. id est, ex ærario.

Locantur publicè cibaria anseribus. Cic. pro Rosc. Amer. 33.

Fossidere bona publicè. Vide Possideo.

Maximam publicè putant esse laudem, quàm latissimè à suis finibus uacare agros. Cæsar 4. bel. Gel. 471.

Redimere publicè. Cic. 7. Verr. 71.

Scribere publicè. Cic. Attico, lib. 16. 336. 9, Publicè tamen scripsi, si uti uellet ijs Valerius, aut mihi nomina mitteret.

Publicè & priuatim oneri esse. Cic. 3. Verr. 11, Neq; meus aduentus labori aut sumptui neq; publicè, neq; priuatim fuit. id est, neq; meis amicis, neq; prouinciæ, aut urbi.

Valere publicè. Tacit. lib. 12, Publicè ualebant.

Venire publicè, Palàm. Cic. 1. Verr. 2.

Venire publicè, & Priuatim, contraria. Cic. 4. Verr. 7.

¶*Publicitùs, pen. corr. Aduerbium (δημοσίως) Idem quod publicè. Terent. Phorm. 5. 8. 85,*

Nónne hoc publicitùs scelus hinc deportarier
In solas terras? Vbi Donatus, Publicitùs, publica cura consilio. Gel lib. 6. cap. 14. Plaut. Amphitr. 4. 8,
Hospitio publicitùs accipiar. id est, carcere publico.

¶*Publicius, Adiectiuum (πολίτης) ut,*

Iter publicium. Ouid. 5. Fast. 59.

Aediles publicij. Ouid. 5. Fast. 58.

¶*Publipor, pen. corr. publiporis, pen. corr. (πολλὰ πωῦ) Publij puer siue seruus. Vide Marcipor.*

Publius] *& Laberius (πόπλιος & ῥέξ λαβέριος) poetæ mimorū, Iulij Cæsaris familiares ambò, sed Publius acceptior. Nam Laberij maledicentia, simùl & arrogantia, Cæsar magnopere offendebatur. Is Publius genere Syrus fuit, conditione seruus: puer enim & formā & ingenio à Domitio mamumitti & erudiri meruit. Romam uenit ad ludos Cæsaris, ubi mimos suos egit, magno ipsius populi applausu. Author res Gellius & Macrobius. Plin. lib. 8. cap. 51. 5.*

Publius item prænomen eius qui populo gratus fuit.

Pucinum] *pen. prod. (πώκινον) Ptolemæo lib. 3. cap. 1, Oppidum est Histriæ in mediterraneis.*

Pucinum uinū (πωκινὸς οἶνος) ab oppido Pucino in quo nascitur. Plin. libro 14. cap. 6. 1, de uinis generosis, Iulia, inquit, Augusta LXXXII annos uitæ Pucino retulit acceptos, non alio usa. Gignitur in sinu Adriatici maris, non procul à Timauo fonte, saxeo colle, maritimo afflatu pauca coquente amphoras. Nec aliud aptius medicamentis indicatur. Hoc esse crediderim, quod Græci celebrātes miris laudibus pyctanon appellauerunt ex Adriatico sinu.

Pudeo] *pudes, pudui, puditum, pen. corr. (αἰσχύνομαι, αἰσχύνω, ἐντρέπω) pudere. Ferè semper in tertijs tantùm personis legitur. Plautus Casina, 3. 3,*

Ita nunc pudeo, atque ita nunc paueo, atq; ita in ridiculo sumus ambo. Donatus, Pudere, est in his quæ turpiter fiunt: pigere, in his quæ cum malo, damnoq;.

Cum accusatiuo. Lucan. lib. 8. 96,

——semper meluit, quem sæua pudebunt. Terent. Adelph. 4. 7. 36, Non te hæc pudent?

Impersonale sæpius legitur, ut dictum est: Aliquando cum infinitiuo, & subauditur accusatiuus Me uel Te: interdū etiam effertur. Terent. Heaut. 5. 4. 18, ——pudet
Dicere hac præsente uerbum turpe.

Non me hoc iam dicere pudebit. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1. 42.

Cum accusatiuo. Terent. Adelph. 1. 2. 4,

——quem neque pudet
Quicquam, neq; metuit quenquam.

Quem non pudet, huic pœna dignum puto. Cic. 1. de Orat. 60.

Me autem quid pudeat? qui, &c. Cic. pro Archia, 9.

Me pudet quòd, uel quia. Plautus Capt. 5. 9. Idē Pseud. 5. 46.

Cum genitiuo. Terent. Heaut. 2. 3. 19,

Cuius nunc pudet me & miseret, qui harum mores cantabat mihi, Cic. 2. Verr. 22,

Quos libidinis infamiæq; suæ neq; pudeat, neq; tædeat.

Crasse pudet me tui. Cic. in Pisonem, 45.

Cuius eos non pudet miror. Cic. 10. Philip. 285.

Non te huiuscemodi criminis, maximè eius pudet? Cicero 7. Verr. 106.

Pudet incœpti. Stat. 3. Theb. 5.

Pudet tanti mali. Horat. Epod. 11. 2.

Patris mei meūm factūm pudet: pro Meorum factorum. Cicero in Oratore, 86.

Sceleris pudet. Horat. 1. Carm. ode 35. 7.

Piget, minus quàm Pudet. Cic. pro Domo sua, 23, Me non solùm piget stultitiæ meæ, sed etiam pudet.

Puditum esset. Cicer. pro L. Flacco, 41, Nónne esset puditum, si hanc causam agerem seuerè, &c.

Non enim pudendo, sed non faciendo id quod non decet, impudentiæ nomen effugere debemus. Cic. 1. de Orat. 60.

Induci ad pudendum. Cic. de claris Orat. 97.

Puditurum esset. Plin. lib. 36. cap. 15. 9.

¶*Pudens,*

¶*Pudens, ἀιδήμων, Participium, siue nomen ex participio. Cic. 5. Verr. 136, Metelli est filius in prouincia: nō puer, sed adolescens bonus ac pudens.*

Petulans, & Pudens, contraria. Ouid. 1. de Arte, 154.

Pudens animus. Terent. Heaut. 1. 1. 68.

Hominem pudentem & officiosum cognosces, & dignum qui à te diligatur. Cic. ad Sulpitium, lib. 13. 22. 6.

Risus pudens & liberalis. Author ad Herennium, lib. 3. 116.

Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum. Cic. 3. Philip. 144.

Pudentissimus. Cic. pro Cluentio, 61, Homines totius ignari negocij, qui Oppianicum nunquam uidissent, utrum optimū, & hominem pudentissimum pecunia oppressum arbitrarentur? Vetus codex habet, prudentissimum.

Pudentissimus atq; optimus uir. Cic. pro Placco, 38.

Pudentissima lectissimaq; fœmina. Cic. 3. Verr. 67.

¶*Pudenter, Aduerbium (αἰδημόνως) Cum uerecundia, uel uerecundè: cui contrarium, Impudenter. Cic. pro Quintio, 21, Quem nunc interficere nefariè cupis, eum tum pudenter appellare noluisti?*

Appellare aliquem pudenter. Cic. pro Plancio, 21.

Rogare aliquem parum pudenter. Cic. Gallo, lib. 7. 28. 2.

Sumere pudenter aliquid. Horat. 1. epist. 18. 9.

Licentia sumpta pudenter. Horat. de Arte, 11.

Viuere pudenter. Cic. in Vatinium, 4.

¶*Pudendus, Adiectiuum (αἰδοῖος, αἰσχωτός) Plin. lib. 17. cap. 12. 6, Illam inscitiam pudendam esse conueniet.*

Amor pudendus. Ouid. epist. 5. 9.

Causa pudenda tua est. Ouid. epist. 5. 20.

Lucra pudenda. Ouid 3. de Arte, 89.

Luxus pudendi. Tacit. lib. 3.

Strages pudenda. Claud. de bello Getico. 32.

Vita pudenda. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 22.

Vulnera pudenda. Virg. 11. Aeneid. & lib. 12. 134.

Vt iam pudendum sit, honestiora esse legionum decreta quàm Senatus. Cic. 5. Philip. 166.

Dictu pudenda. Quintil. lib. 1. cap. 2. 7.

Multa pudenda pati. Ouid. 2. Trist. 101.

¶*Pudibundus (αἰσχυντηρὸς) Aliud adiectiuum, Idem quod Pudens. Plin. lib. 10. cap. 20. 1, Idē cauda annuis uicibus amissa cum foliis arborum, donec renascatur iterum cum flore, pudibundus ac mœrens quærit latebram. De pauonibus. Colum lib. 10. 34.*

Amplexus pudibundi. Claud. 3. de rapt. Proserp. 56.

Dies pudibunda exoritur, Purpurea. Stat. 5. Thebaid. 50. Descriptio Auroræ.

Matrona pudibunda. Horat. de Arte, 48.

Ora pudibunda. Ouid. 2. Fast. 164.

Pars pudibūda nostri, Genitalia mēbra. Ouid. 3. Am. ele. 6. 14.

¶*Pudefio, pen. prod. pudefis, pen. indiff. (αἰσχύνομαι) pudefieri, à Pudefacio fit. Gell. lib. 15. cap. 17, Traditas sibi tibias quum ad os adhibuisset, inflassetq;, pudefactus oris deformitate abiecit, infregitq;. De Alcibiade.*

¶*Pudicus, pen. prod. Adiectiuum (σώφρων, σεμνὸς, πάννυχος) Notæ significationis: ut, Pudicum ingenium Amphili, apud Terentium in Hecyra, 1. 2. 77.*

Pudicus à. Vide A.

Amicitia pudica. Stat. 2. Sylu. 2. 29.

Animus pudicus. Ouid. epist. 7. 1.

Aures pudicæ. Senec. Hippol 8. 3.

Coniuges pudici. Horat. 4. Carm. ode 9. 5.

Crines pudici. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 11.

Fidem pudicam sollicitare donis. Ouid. 7. Metam. 147.

Fraus pudica. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 21.

Frons pudica. Claud. 8. Paneg. 24.

Iuuenis pudicus. Senec. Hipp. 12. 9.

Miles pudicus. Cic. in epist. ad Octauium, 16.

Mores pudici. Ouid. 3. Trist. eleg. 7. 3.

Mulier pudica. Horat. Epod. 2. 8.

Nupta pudica. Ouid. 2. Fast. 159.

Preces pudicæ. Ouid. epist. 1. 17.

Thalamos uiolare pudicos. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 4.

Vota pudica. Ouid. epist. 9. 7.

¶*Pudicior, Comparatiuum. Ouid. in Ibin, 71,*

Nec tibi contingat matrona pudicior illa, &c.

¶*Pudicè, pen. prod. Aduerbium (σωφρόνως) ut,*

Actum pudicè omne æuum. Ouid. ad Liuiam, 9.

¶*Pudicius, Aduerbium comparandi (σωφρονιστέρως) Plin. lib. 4. epist. 78, Vbi enim iucundius morarētur, quàm in patria: aut pudicius continerentur, quàm sub oculis parentū, &c.*

¶*Pudicitia, pudicitiæ (τὸ σώφρον, σωφροσύνη) Plin. lib. 17. cap. 25. 4, A' quo tempore Pudicitiam subuersam Piso grauis author tradidit.*

Lis est cum forma magna pudicitiæ. Ouid. epist. 15. 58.

Impenetrabilis Agrippinæ pudicitia. Tacit. lib. 4.

Inuiolata pudicitia. Ouid. ad Liuiam, 9,

——nulla reparabilis arte
Læsa pudicitia est: deperit illa semel. Ouid. epist. 5. 21.

Obstinata pudicitia. Vide Obstino.

Attentatur pudicitia. Vide Attento.

Colere pudicitiam. Vide Colo.

Eripere pudicitiam alicui. Cic. pro Milone, 6.

Imminuere pudicitiam uirginis. Vide Imminuo.

Non parcere sitæ nec alienæ pudicitiæ. Cic. pro C. Rabirio perduellionis reo, 5.

Parcat inuictus pudicitiæ suæ, ne spoliet alienā. Cic. pro Cæl. 33.

Pudicitia, religiosa munditia, ac puritas. Virg. 2. Georg. 105,
Casta pudicitia seruat domus.

Pudicitiam] *pro dea coluerunt Romani. Festus, Plebeiæ Pudicitiæ sacellum in uico longo est. Liuius lib. 10.*

¶*Pudor, pudoris, pen. prod. (αἰδὼς, αἰσχύνη) Dicitur ob aliquā rem sordidā timor, ut ait Sipontinus. Cic. pro Cluentio, 9, Deinde ita flagrare cœpit amentia, sic inflāmata ferri libidine, ut eā nō pudor, non pudicitia, non pietas reuocaret.*

Insigne pudoris. Ouid. 1. de Arte, 7.

Pudoris significatio. Cic. 2. de Orat. 97.

Plena pudoris libertas. Ouid. ad Pisonem. 22.

Moderator cupiditatis pudor. Cic. 2. de Finib. 179.

Paupertatis pudor & fuga. Horat. 1. epist. 19. 5.

Famæ pudor. Cic. de Prouinc. Consul. 11.

Pudor patris, Reuerentia. Terent. And. 1. 5. 25.

Pudor etiam, pro Scelere, & probro, uel dedecore sumitur, quia sunt pudoris causa. Ouid. epist. 11. 16,

Irruit & nostrum uulgat clamore pudorem.

Aeger pudor. Valer. 7. Argon. 103.

Afflictus pudor. Stat. 11. Thebaid. 33.

Castus pudor. Ouid. 1. de Arte, 20.

Dirus pudor. Senec. Herc. Oetæo, 9. 10.

Famosus pudor. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 16.

Fœdus pudor. Ouid. 3. de Arte, 50.

Infans pudor. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 13.

Ingenuus pudor. Iuuen. Satyr. 11. 16.

Miser pudor. Ouid. epist. 9. 4.

Profugus pudor. Ouid. epist. 4. 31.

Proiectus pudor. Ouid. 6. Metam. 109.

Pulcher pudor. Claud. 5. Paneg. 19.

Rigidus pudor. Claud. 8. Paneg. 49.

Sanctus pudor. Tibul. lib. 1. eleg. 3. 17.

Tener pudor. Ouid. epiſt. 2. 29.
Timidus pudor. Ouid. 1. Amor eleg. 5. 2.
Turpis pudor. Ouid. 11. Metam. 37.
Verecundus pudor. Ouid. 2. de Arte, 115.
Virginei pudoris flos intemeratus. Ouid. 14. Metam. 132.
Nominibus adeſt pudor: id eſt. Nomina ſunt turpia. Ouidius 2. Triſt. 7.
Ingens pudor æſtuat in imo corde. Virg. 11. Aeneid. 174.
Afferre pudorem. Ouid. 3. Triſt. eleg 6. 7.
Affici pudore. Vide Afficio.
Auferre pudorem virgini. Ouid. 6. Metam. 124.
Ceſſit pudor. Ouid. 10. Metam. 49.
Non unquã reuocabilis pudor ab ore ceſſit. Valer. 7. Arg. 93.
Coactus pudore. Vide Cogo.
Colere pudorem. Vide Colo.
Confuſa pudore. Ouid. epiſt. 20. 23.
Rubor pudorem conſequitur. Cic. 4. Tuſc. 30.
Conſulere pudori. Vide Conſulo.
Cuſtodire pudorem. Quintil. lib. 1. cap. 2. 4.
Decet ora pudor. Ouid. 5. Amor. eleg. 8. 7.
Defendere pudorem pudicitiamq; Cic. de Aruſp. reſp. 7.
Triſti pudore deiecta oculos. Valer. 2. Argon. 94.
Vultus deiecti pudore. Seneca Troade, 12. 17.
Depoſitus pudor. Horat. 1. epiſt. 9. 3.
Explicare pudorem. Quintil. lib. 6. cap. 3. 69.
Extinctus pudor. Virg. 4. Aeneid. 64.
Triſtia cũ magno dãna pudore tuli. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 15.
Formare pudorem. Quintil. lib. 1. cap. 2. 4.
Fugit ab ore pudor. Ouid. 2. Triſt. 6.
Fugiens ex urbe pudor. Iuuen. Satyr. 11. 6.
Habere pudorem. Stat. 10. Thebaid. 113.
Imponere plagiario pudorem. Vide Impono.
Tum pudor incendit uires, & conſcia uirtus. Virg. 5. Aen. 91.
Incutere pudorem alicui. Horat. 1. epiſt. 19. 17.
Intrat pudorem aliquem. Tacit. lib. 1.
Temperies iuſta miſcet pudorẽ. Claud. de nupt. Honorij, 54.
Miſcendus eſt amori pudor, Ouid. epiſt. 4. 2.
Mordet pudor. Quintil. lib. 6. cap. 4. 9.
Notat ora pudor. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 16.
Digna pudore obijcere alicui. Ouid. 13. Metam. 62.
Obſequi pudori. Vide Obſequor.
Pudor, qui ornat ætatem. Cic. pro Roſcio Amer. 88.
Quantum illius ætatis patiebatur pudor. Cic. 2. de Orat. 3.
Pulſus pudor. Ouid. 6. Metam. 75.
Penſare pudorem nece. Ouid. epiſt. 2. 29.
Perijt pudor. Vide Pereo.
Ponere pudorem. Stat. 10. Thebaid. 13.
Poſtpoſito pudore referre aliquid. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 5.
Rapere pudorem puellæ. Ouid. 1. Metam. 121.
Refugere pudore à dicendo. Cic. 2. de Orat. 6.
Relictus pudor. Stat. 3. Thebaid. 55.
Reprimere cupiditatẽ pudore. Senec. de Benefic. lib. 2. cap. 7.
Sollicitare tenerum pudorem. Claud. 1. de raptu Proſerp. 27.
Soluere pudorem. Virgil. 4. Aeneid. 11.
Pudori eſſe res dicitur, quæ uerecundari nos cogit, quia dedecus aliquod aſſerat. Liu. 4. bel. Maced. Amicitiam Romanos Antiochum petere: ſed quæ impetrata, gloriæ ſibi, non pudori ſit. Gloriam hîc pudori opponit.
Pudor eſt mihi dicere. Ouid. 1. de Remed. Amor. 73.
Pudor eſt ulteriora loqui. Ouid. 5. Faſt. 106.
Pudor eſt referre promiſſa precesq;, &c. Ouid. 14. Metam. 4.
Tegere pudorem. Lucan. lib. 2. 72.
Tenet ora pudor. Ouid. 9. Metam. 104.
Fines tranſire pudoris. Ouid. epiſt. 16. 14.

Vexare pudorem. Lucret. lib. 3. 17.
Victus amore pudor. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 6.
Malus pudor te urget. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 8.
Puer] pueri, pen. cor. maſc. gen. (παῖς, παῖδος) Paulus de uerb. ſignif. puer. Pueri appellatio tres ſignificationes habet: unã, quum omnes ſeruos, pueros appellarentus: alteram, quum puerum contrario nomine puellæ diceremus: tertiam, quæ ætatem puerilem demonſtraremus. Virg. 1. Aeneid. 55.
At puer Aſcanius.
Improuida ætas puerorum. Lucret. lib. 1. 192.
Centum artium puer. Horat. 4. Carm. ode 1. 3. hoc eſt, multarum artium. Acron.
Puer duri oris & audax. Ouid. 5. Metam. 91.
Adulti pueri. Quintil. lib. 2. cap. 2. 2.
Aeternus puer. Ouid. 14. Metam. 4. De Baccho.
Cæſar puer. Cic. Bruto, 3. 1.
Caſti pueri. Horat. in Carm. ſecul. 1.
Conſuetus puer. Vide Conſueſco.
Dulcis puer. Catul. de Acme, epigr. 42. 3.
Egregius puer. Stat. 3. 4. 20.
Ferox puer. Claud. de nupt. Honorij, 22.
Feruidus puer, Amor. Horat. 1. Carm. ode 30. 1.
Formoſus puer. Virg. 2. eclog. 4.
Gracilis puer. Horat. 1. Carm. ode 5. 1.
Improbus puer. Virg. 8. eclog. 10.
Infantium puerorum incunabula. Cic. pro Roſc. Amer. 91.
Ingenuus puer. Horat. 3. Carm. ode 24. 11.
Integri pueri, incorrupti, caſti. Catul. in Carm. ſecul. 32. 1.
Laſciui pueri. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 27.
Magnanimus puer. Perſ. Satyr. 6. 3.
Magni pueri, Diuites, ex magna familia nati. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 15.
Meritorius puer. Vide Mereo.
Molles pueri. Horat. Epod. 11. 1.
Neſcij fari pueri. Horat. 4. Carm. ode 6. 4.
Orti pueri magnis è Centurionibus. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 15.
Parui pueri. Horat. 1. epiſt. 7. 4.
Præſtantes pueri. Claud. 2. de raptu Proſerp. 27.
Pulcher puer. Horat. 1. epiſt. 19. 15.
Regij pueri, apud Macedonas uocabantur principũ liberi, ad miniſterium regis electi. Liu. 5. Dec. ad. lib. 5. 23.
Robuſtus acri militia puer. Horat. 3. Carm. ode 2. 1.
Teneri pueri. Celſ. lib. 2. cap. 1.
Teres puer. Horat. Epod. 11. 6. Vide Teres.
Trux puer, Achilles. Senec. Troade, 9. 4.
Creandis pueris beata uxor. Horat. 2. epiſt. 2. 9.
Deerrat à patre puer. Vide Deerro.
Florent urbes pueris. Lucret. 1. 51.
Inclamatus à puero. Vide Inclamo.
Periclitari pueros & experiri. Vide Periclitor.
Vagit puer. Ouid. 10. Metam. 102.
A puero, et A pueris, A puero paruulo, & A puero puſillo. Vide A præpoſitionem.
Vt primum ex pueris exceſſit Archias. Cic. pro Archia, 2.
Puer ſeruus. Terent. And. 2. 2. 31.
Certa res eſt, etiam puerũ inde abiens conueni Chremis.
Eo die pueri tui mihi à te literas reddiderunt, & alij pueri poſt diem tertium eius diei literas alias attulerunt. Cic. Attico, lib. 3. 47. 1.
¶ Puerus, pueri, pen. cor. (παιδίον) etiam declinatur antiquè. Plaut. Merc.
Tu puere abi hinc intrò ocyus.
¶ Puera, pueræ, pen. corr. (παιδίσκη, κοράσιον) id eſt, Puella. Varro, Properate uiuere puerę; quas ſinit ætatula ludere & amare, & Veneris tenere leges. Nonius.

¶ Puerpera, puerperæ, pen. cor. (λεχώ) Mulier quæ recens peperit. Terent. Adelph. 5. 7. 23.
—multo rectius eſt,
Quàm illum puerperam nunc duci huc per uiam
Aegrotam. Plin. lib. 7. cap. 4. 2.
¶ Puerperus, pen. corr. Adiectiuum (λεχώϊος) ut,
Verba puerpera. Ouid. 10. Metamor. 102.
¶ Puerperium, puerperij (λοχεία) Tempus quo puerpera ex dolore partus recumbit, uel etiam tempus ipſum quo parit mulier. Plin. lib. 28. cap. 8. 26. Lingua adalligata, pericula puerperij tolli. Sic Colum. lib. 3. cap. 21. 2.
Cubare puerperio. Vide Cubo.
Puerperium, Proles ipſa. Gell. lib. 10. cap. 2. Diuo Auguſto imperante, ancillam Cæſaris Auguſti in agro Laurente peperiſſe quinq; pueros dicunt, eosq; pauculos dies uixiſſe: matrem quoq; eorum nõ multo poſt, quàm peperit, mortuam: monumentumq; ei factum iuſſu Auguſti in uia Laurentina, inq; eo ſcriptum eſſe conſtat numerum puerperij eius. Plin. lib. 18. cap. 29. 3. Vt in lacte puerperium necat. Idem lib. 7. cap. 11. 1. Vno aborſu duodecim puerperia egeſta.
Cruda puerperia. Stat. 4. Thebaid. 56.
¶ Puerulus, pueruli, pen. cor. maſc. gen. (παιδάριον) Diminutiuum à puerus. Cic. in Topic. 9. Adiungitur enim ut ſecundum ſeruorum, ſecundum exulum, ſecundum puerulorum tabulas poſſeſsio uideatur ex edicto dari.
¶ Puerilis, & hoc puerile, pen. prod. (παιδικὸς, παιδικῶς, ἀνε) Quod eſt pueri, uel quod puerorum proprium eſſe ſolet. Terent. Phorm. 5. 8. 56,
Quid uos, malum, ergo me ſic ludificamini,
Inepti ueſtra pueruli ſententia?
Acta puerilia. Stat. 5. Thebaid. 101.
Aetas puerilis. Cic. pro Archia, 2.
Agmen puerile. Virg. Aeneid. 110.
Anni pueriles. Ouid. 2. Metam. 11.
Blanditiæ pueriles. Ouid. 6. Metam. 125.
Carmina puerilia Fauni. Stat. 1. Achilleidos, 48.
Conſilium puerile. Cic. ad Atticum, lib. 14. 319. 3.
Decus puerile. Claud. 7. Paneg. 33. Stat. 3. Syl. 4. 7.
Delectatio puerilis. Cic. 1. de Finib. 108.
Facies puerilis. Ouid. 7. Metam. 65.
Flos Puerilis. Claud. 1. in Eutropium, 69.
Imago puerilis. Propert. lib. 2. eleg. 23. 3.
Infirmitas puerilis. Quintil. lib. 2. cap. 3. 5.
Regnum puerile. Liu. 1. ab Vrbe, 11.
Specie puerili dicitur uſus. Cic. 2. de Diuin. 75.
Puerile eſt, Inconſultum & uanum. Cic. 3. de Finib. 30.
¶ Puerilitas, pen. cor. puerilitatis, fœm. gen. (τὸ παιδαριῶδες) Actus puerilis. Seneca epiſt. 4, Adhuc non pueritia in nobis, ſed quod grauius eſt puerilitas remanet: & hoc quidem peius eſt, quòd authoritatem habemus ſenum, uitia puerorum: nec puerorum tantùm, ſed infantium.
Puerilitas, Pueritia. Varro de Liberis educandis, Velim meher cules, inquit, ipſe uſu magno puerilitatis formulam audire.
¶ Pueriliter, pen. cor. Aduerbium (παιδαριωδῶς) More puerorum. Cicer. 1. de Finibus, 29, Quæ quum res tota fiĉta ſit pueriliter, tum ne efficit quod uult.
Pueriliter blandiri. Liu. 1. bel. Pun. 3.
Pueriliter facere. Cic. 4. Acad. 65.
Pueriliter conſectari aliquid. Cic. 4. Acad. 99.
¶ Pueritia, pueritiæ (παιδικὴ ἡλικία) Aetas puerilis. Cicero 3. Verr. 32, Si in pueritia non his artibus & diſciplinis inſtitutus eras.
A pueritia legimus & diſcimus. Cic. 2. Tuſc. 49. Vide A.
Qui me à pueritia ſua ſemper obſeruauit. Ci. Licinio, li. 5. 8. 13.
Ornamentum pueritiæ. Cic. 3. Verr. 108.
Extrema pueritiæ. Cic. pro lege Manilia, 19.
Adoleſcit pueritia. Tacit. lib. 12.
Puerilia, Puritas. Varro, Ea erat matronæ ſimplicitas & puericia & honeſtas.
¶ Puellus, puelli, Diminutiuum à Puer (παιδάριον) Lucilius, Cumq; hic tam formoſus tibi ac te dignus puellus.
¶ Puella, puellæ (κοράσιον) Diminutiuum à puera. Cic. Attico, lib. 1. 3. 6, De tutela legitima, in qua dicitur eſſe puella, nihil uſucapi poteſt. Virgil. 1. Georg. 1,
Ferte ſimul, Fauniq; pedem, Dryadesq; puellæ.
Idoneus puellis. Horat. 3. Carm. ode 26. 1.
Turba puellarum ſi mea uerba colit. Propert. lib. 1. eleg. 2. 2.
Verba puellarũ fólijs leuiora caducis. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 9
Bella. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 2.
Blanda. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 7.
Candida. Horat. Epod. 11. 6.
Caſta. Ouid. 2. Metam. 143.
Compta longas comas. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 5.
Delicatior hœdo. Catull. ad Coloniam, epigr. 17. 3.
Diues. Horat. 4. Carm. ode 11. 5.
Sũt tamẽ & doctæ rariſſima turba puellæ. Ouid. 2. de Art. 57.
Flaua puella. Iuuenal. Satyr. 6. 36.
Formoſa puella. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 13.
Aut non formoſa eſt, aut non bene culta puella. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 1.
Infans. Horat. 2. epiſt. 1. 20.
Ingenua. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 7.
Innupta. Virg. 2. Aeneid. 48.
Lacteola. Catul. in Camerium, epigr. 51. 4.
Laſciua. Virg. eclog. 13.
Sapiens. Ouid. 10. Metam. 124.
Scelerata. Ouid. 1. de Remed. amor. 60.
Tenera. Ouid. 14. epiſt. 18.
Vaga. Propert. lib. 1. eleg. 5. 2.
Verecunda. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 2.
Flore uiridiſſimo puella. Catul. ad Coloniam, epigr. 17. 4.
Duræ puellæ blandiri precibus. Ouid. 2. de Arte, 106.
Candida me capiet, capiet me flaua puella. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 8.
Placidam exorare puellam. Ouid. 1. de Arte, 8.
Experta uirum puella. Horat. 3. Carm. ode 14. 3.
Hoc aditu uidi tetricæ data uerba puellæ. Ouid. 1. de Arte, 145.
Nónne ſatis fuerat timidæ inclamaſſe puellæ? Ouidius primo Amorum, eleg. 7. 9. (22. 1.
Laborantes utero puellæ, Prægnantes. Horat. 3. Carm. ode
Miſerèri dignæ puellæ. Ouid. epiſt. 5. 31.
Nata puella magno patre. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 15.
¶ Puellula, pen. cor. (κόριον, κοράσιον) Alterum diminutiuum. Catul. in Epithal. Iul. 56. 12,
Floridam ipſe puellulam
Matris è gremio ſuæ Dedit.
Socij puellularum. Catul. in Mamurram, epigr. 53. 2.
¶ Puellaris, et hoc puellare, pen. prod. (παρθενικὸς, κορώδης) Quod puellarum proprium eſt, uel quod puellarum eſt. Quintil. in Proœm. lib. 6. 5, de uxore defuncta, Tum ætatem puellari, præſertim meæ comparatã. Apud Plinium lib. 10. cap. 55. 1, Puellare augurium.
Aetas puellaris. Quintil. in Proœm. lib. 6. 5.
Animi puellares. Ouid. 4. Faſt. 87.
Anni puellares. Claud. de laudibus Serenæ, 22. 28.
Furor puellaris. Seneca Medea, 12. 7.
¶ Puellariter, pen. corr. Aduerb. (κορωδῶς) Plin. epiſt. 163,
Dum ſe prægnantem puellariter neſcit, ac per hoc, &c.

¶ Puellaſco,

¶Puellasco, puellascis (θηλύνομαι) puellascere, Effœminari. Pacuuius,

Puellascunt lasciuia adulescentes.

Puellascere, Reflorere, & quasi ad puellarem ætatem redire. Varro Lais, Quòd non solùm innubæ fiunt communes, sed etiam ueteres puellascunt.

¶Puellatorius, a, um, Quod est puellarum, aut simile huic rei, quam faciunt puellæ. Tibiæ puellatoriæ, quæ sonum puellarem mittunt, id est clariorem. Alexander Alexandr. libro 4. cap. 2.

¶Puellitari uerbum, ut multa alia, Laberius finxit, de ijs agens qui cum uetulis rem habent: quorum naturam eugium canum uocauit. Quæ nam mens, inquit, quæ deliritas uos sup politores facit cum cano eugio puellitari?

Pugil] pugilis, com. gen. (πύκτης, πύγμαχος, ἀγωνιστὴς) à Pugna dicitur, ut ait Donatus: uel à Pugno: Qui uel quæ pugnandi artem nouit. Terent. Eunuch. 2. 3. 23,

Siqua habitior paulo, pugilem esse aiunt. Cicero de claris Oratoribus, 131, Pugiles inexercitati etiam si pugnos & plagas Olympiorum cupidi ferre possunt, solem tamen sæpe ferre non possunt.

Pugiles etiam quum feriunt aduersarium, in iactandis cæstibus ingemiscunt. Cic. 2. Tusc. 96.

Inexercitati pugiles. Cic. de claris Orat. 131.

¶Pugilatio, Denominatiuum (πυγμαχία) Pugilum exercitatio. Cic. 2. de Legib. 61, Iam ludi publici quoniam sunt cæsa circoq; diuisi, sint corporum certationes cursu, & pugilatione, luctatione, curriculisq; equorum.

¶Pugilatus, pen. prod. huius pugilatus, pugilatui, m. gen. (πυγμή) Pugilum ludus. Plaut. Capt. 13. 2. 4,

Hic homo pugilatum incipit. Idem Bacch. 8. 2. 4,

Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugilatu, pila,
Saliendo se exercebant magis, quàm scorto, aut sauijs.

¶Pugilicè, pen. correp. Aduerbium (πυγμικῶς) Firmiter, ualenter, quemadmodum pugiles solent. Plautus Epid. 2. 18,

Quid, herilis noster filius ualet? ἀ. pugilicè, atq; athlete.

Pugillaris, Pugillus] Vide Pugnus. (ticè.

Pugio] pugionis, masc. gen. (ἐγχειρίδιον) Genus teli: à Pugno dictus, quòd facile prehenditur, uel quòd eo præsentius pugnetur. Festus, Pugio dictus est, quòd eo punctim pugnatur. Nonius, Pugio, est gladius breuis. Salust. Histor. lib. 3. At Opius postquam orans nihil proficiebat, & timidè uestæ tectum pugionem expedire conatus, à Cotta, Vulscioq; impeditur. Martial. lib. 14. 33.

A pugione. Vide A uel Ab, præpositiones.

Stillans pugio Cic. 2. Philip. 50.

Exolutum à latere pugionem, uelut ius necis, uitæq; ciuũ, reddebat. Tacit. lib. 19. De Cæcilio Simplici.

Pugionem plumbeum uocat Cicero inualidum argumentum, lib. 4. de Finib. 79, O plumbeum pugionem.

¶Pugiunculus, pugiuncli, pen. corr. (μαχαιρίδιον) Diminutiuum. Cicero Hispaniensem pugiunculum Cn. Pisonem appellat. Idem in Orat. 131.

Pugna] pugnæ (μάχη, μῶλος, δηϊοτής, ἀγών, χάρμη, φύλοπις) Lucta uel præliũ. à Pugno dicta est. Veteres enim, inquit Donatus, ante usum ferri & armorum, pugnis & calcibus & morsibus, corporumq; luctatione certabant.

Arenæ sparsa ad pugnam. Virg. 3. Georg. 9.

Amor pugnæ. Horat. 4. Carm. ode 4. 3.

Certamen pugnæ. Ouid. 12. Metam. 36.

Euentus pugnæ. Virg. 8. Aeneid. 4.

Incerti exitus pugnarum, Marsq; communis. Cic. pro Milone.

Facies pugnæ. Tacit. lib. 18.

Fortuna pugnæ anceps. Virg. 4. Aeneid. 121.

Ardens. Virgil. 3. Georg. 10.

Auida. Silius lib. 12. 143.

Cæca. Valer. 5. Argon. 133.

Clara. Vide Clarus.

Decertatoria. Quintil. lib. 6. cap. 4. 5.

Dura. Valer. 6. Argon. 60.

Equestris Silius. lib. 13. 46.

Forensis. Quintil. lib. 5. cap. 12. 12.

Fortuita. Quintil. lib. 6. cap. 5. 8.

Impeditior. Vide Impedio.

Inermis. Stat. 6. Thebaid. 50.

Ingens. Virg. 2. Aeneid. 88.

Iniqua. Vide Iniquus.

Lenta. Vide Lentus.

Magna pugna bis uicti. Virg. 12. Aeneid. 7.

Magna Lacedæmoniorum in Leuctris. Cic. 2. de Diuin. 80.

Nobilis. Vide Nobilis. Senec. Herc. fur. 9. 29.

Obnixa. Valer. 6. Argon. 72.

Optata. Silius lib. 16. 17.

Pedestris. Virgil. 11. Aeneid. 142.

Pedestres nauales q; pugnæ. Vide Pedestris in Pes.

Sæua. Valer. 4. Argon. 30.

Simplicior contra tabulas. Quint. lib. 5. cap. 7. 1.

Tristis. Virgil. 11. Aeneid. 118.

Miseras abrumpere pugnas. Valerius 3. Argon. 50.

Abstinere pugna. Vide Abstino.

Accingere se pugnæ. Virg. 11. Aeneid. 142.

Aequare pugnas. Virg. 5. Aeneid. 83.

Aequatæ pugnæ. Silius lib. 4. 79.

Viriles pugnas capere. Stat. 1. Sylu. 6. 11.

Capessere pugnam manu. Tacit. libro 12. Vide Capesso, in Capio.

Ciere pugnam. Tacit. lib. 20, Suis quisq; locis pugnã ciebant.

Committere pugnã. Cic. 3. in Catil. 52, Tum interuentu Pontini atq; Flacci pugna quæ erat commissa, sedatur.

Committere pugnas sanguine. Stat. 6. Thebaid. 29.

Committere pugnam cæstu, Virg. 5. Aeneid. 14.

Iniqua pugna congredi. Virgil. 10. Aeneid. 178.

Conserere pugnam. Vide Consero.

Conseritur pugna. Valer. 6. Argon. 71.

Conspirare pugnam. Vide Conspiro.

Cooriri in pugnam. Vide Coorior.

Crudescit pugna. Vide Crudus.

Forti decernere pugna. Valer. 4. Argon. 39.

Insanas deposcere pugnas. Stat. 10. Thebaid. 183.

Deposcite pugnam uotis. Lucan. lib. 2. 106.

Pugnam dare. Terentius.

Edere pugnas. Lucret. lib. 2. 24.

Ereptus pugnæ Annibal. Silius lib. 17. 77.

Excedere cunctos pugna. Virg. 5. Aeneid. 76.

Exire ad pugnam. Virg. 4. Georg. 14.

Expediã, & primæ reuocabo exordia pugnæ. Virg. 7. Aen. 8.

Extracta in posterum pugna. Tacit. lib. 4.

Facere pugnam. Tacit. lib. 3.

Gerere pugnas innumeras. Claud. 3. Pneg. 29.

Imponere finem pugnæ. Virg. 5. Aeneid. 93.

Indipisci pugnam. Vide Indipiscor.

Inducere in pugnam equites. Vide Induco.

Indulgere pugnæ. Stat. 11. Thebaid. 9.

Inire pugnam & prælium. Vide Ineo, inis.

Inire pugnam forensium certaminũ. Quint. lib. 5. cap. 12. 17.

Instaurare pugnam. Vide Instauro.

Lacessere pugnam. Lucan. lib. 3. 110.

Lacessere ad pugnam. Vide Lacesso.

Arma mouent pugnam. Ouid. 3. Fast. 79.

Obire pugnas lituo & hasta. Virg. 6. Aeneid. 34.

Parare membra pugnæ. Ouid. 9. Metam. 7.

Pauere pugnam. Lucan. lib. 7. 21.

Perpetrare pugnam. Liu. lib. 4. Decad. 5.

Præbere pectora pugnæ. Ouid. 10. Metam. 140.

Ruere in pugnam magno feruore. Silius lib. 15. 91.

Subducere aliquem pugnæ. Vig. 10. Aeneid. 10.

Pugna est de paupere regno. Stat. 1. Thebaid. 30.

Quanta pugna est doctissimorũ hominũ. Cic. 2. de Diuin. 157.

Sumere pugnam. Silius lib. 8. 61.

Aspera pugna surgit. Virgil. 11. Aeneid. 127.

Venire ad pugnam. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 12.

Venit res ad pugnam. Cic. 7. Verr. 23.

Venire in pugnas. Silius lib. 15. 128.

Pugna uocet. Virgil. 12. Aeneid. 25.

Versare pugnam in pectore. Lucan. lib. 7. 155.

¶Pugno, pugnas (μάχομαι, μαχέσμαι, πολεμίζω, λοιδορέω, νικάω, διακαλλιτεύομαι) pugnare, Pugnam committere. De quacunq; re dicitur, de qua controuersia est. Plaut. Amphit. 4. 4. 5,

Nam quũ pugnabãt illi maximè, ego fugiebã maximè.

Pugnare amori. Virgil. 4. Aeneid. 8,

——placitone etiam pugnabis amori?
Ac si diceret: Contemptisti eos qui displicebant: nunquid etiam placito amori repugnabis? Et est Græcum, Pugno tibi. Nam nos, Pugno tecum, dicimus. Seruius. Alij legunt, placido.

Acriter pugnare. Quint. lib. 2. cap. 20. 8.

Bene pugnare. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3. 11.

Cautè pugnare. Ouid. epist. 13. 30.

Pugnare pugnam. Plaut. Pseud. 7. 116.

Pugnare præla. Horat. 4. Carm. ode 9. 4.

Acie directa pugnare. Quintil lib. 2. cap. 13. 3.

Manu pugnare. Ouid. 13. Metam. 2.

Odijs pugnare. Stat. 3. Thebaid. 48.

Pugnare pugnis. Horat. 1, Serm. Satyr. 3. 20.

Viribus cum aliquo pugnare. Cic. ad Messenium, lib. 5. 21. 7.

Aduersus latrones canẽ pro domino pugnare accepimus. Plin. lib. 8. cap. 40.

Contra aliquem pugnare. Plin. lib. 8. cap. 7. 5.

Contra naturam pugnare. Quintil. lib. 2. cap. 8. 6.

Pugnare cum. Cic. Att. lib. 7. 12. 6. 2, Nisi fortè hæc illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnemus.

Cum senectute pugnare: id est, aduersus senectutem. Plinius epist. 1. lib. 3.

De possessione hominis pugnare. Gel. lib. 12. cap. 15. Terent. in prolog. Hecyr. 41,

Tumultuantur, clamant, pugnant de loco.

Ex æquo pugnare. Cic. 2. de Natur. deor. 8.

Ex causa pari pugnat uterq;. Ouid. 5. Fast. 141.

E muris pugnare. Plin. lib. 32. cap. 1. 2.

In aliquem pugnare. Contra aliquem. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 8.

In hostem pugnare. Liu. 8. ab Vrbe, 28.

In frontem & latera pugnare. Tacit. in uita Agricolæ.

Inter se cornibus pugnant. Vide Inter.

Pugnare pro aliquo. Cicer. pro Quintio, 60, Omnesq; pro P. Quintio pugnent: id est, defendant P. Quintium.

Pro causa iniqua pugnare. Ouid. epist. 19. 34.

Pro commodo patriæ pugnare: cui opponitur, Patriæ commoda oppugnare. Cic. 1. de Inuent. 2.

Cum eorum uita mirabiliter pugnat oratio. Cic. 2. Tusc. 17. id est, contraria est oratio uitæ illorum.

Contrà pugnare. Lucret. lib. 2. 57,

——tamen est in pectore nostro
Quiddam, quod contrà pugnare, obstareq; possit.

Pugnare inter se. Quintil. lib. 3. capite 10. id est, contraria esse.

Sententia mea pugnat secum. Horat. 1. epist. 1. 20.

Pugnare aliquid: pro, Contendere de re aliqua. Cicer. 1. de Nat. deorum, 100.

Hìc pugnes licet, non repugnabo. Cic. 4. Acad. 104.

Pugnant Stoici cum Peripateticis. Cic. 2. de Finib. 109.

Non magnopere pugnare: pro, Non ualde laborare. Cic. de Natura deorum.

Pugnare, pro Conari. Ouid. 1. de Remed. amor. 25,

Pugnat in aduersas ire natator aquas.

Illud pugna, & enitere. Cic. Appio, lib. 3. 10. 11.

Pugnaueris. id est, magnam rem feceris, inquit Donatus. Terentius Adelph. 5. 5. 57.

——& istam psaltriam
Vnà illuc mecum hinc abstraham. M. pugnaueris.

¶Pugnatur, impersonale. Cæsar 4. bel. 4. 12, Quum ab hora ferè quarta usq; ad solis occasum pugnaretur.

Gladijs pugnatur acutis. Ouid. 3. de Arte, 117.

Quum malè pugnatum apud Caudium esset. Cic. 3. Offic. 147.

Libido prauа pugnandi. Silius lib. 7. 43.

Superare pugnando. Ouid. 9. Metam. 6.

Vinci pugnando. Ouid. 1. de Arte, 134.

Arte pugnandum est. Quintil. lib. 2. cap. 17. 18.

Hoc pugnatur: pro, Hoc contenditur. Cic. pro Rosc. Amer.

¶Pugnans, pugnantis (μαχόμενος) Particip. siue Nomen ex participio. ut; Domare pugnantem. Ouid. 13. Metam. 35.

Vincetur fœmina pugnans. Ouid. 2. Fast. 160.

Cum frigore pugnans. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 6.

Anima pugnans. Stat. 3. Sylu. 5. 22.

Et dare anhelanti pugnantibus humida linguis
Oscula. Tibullus lib. 1. eleg. 8. 8.

Pugnantes sententiæ: hoc est, inter se contrariæ. Plin. epist. 167. lib. 8. ad Aristonem.

Pugnantia & contraria studia. Cic. 1. de Finib. 89.

Venti pugnantes contra. Lucret. lib. 6. 20.

Loqui pugnantia. Cic. 1. Tusc. 21.

¶Pugnatus, pen. prod. om. g. (μάχιμος) Bellicosus. Plin. lib. 22. cap. 21. 15. Perdices & gallinaceos pugnatiores fieri putant, in cibum eorum additis.

In uitijs pugnax. Cælius Ciceroni, lib. 8. 13. 2.

Pugnax contra. Cic. in Pisonem, 55, Græcus facilis & ualde uè nustus, nimis pugnax cõtra Senatorẽ pop. Rom. esse noluit.

Arma pugnantia. Ouid. 2. Fast. 110.

Centurio pugnax & lacertosus. Cic. 8. Philip. 251.

Vehemens & pugnax exordium dicendi. Cic. 3. de Orat. 173.

Fera pugnax. Ouid. 5. Fast. 75.

Hostes pugnaces. Propert. lib. 3. eleg. 9. 5.

Ignis aquæ pugnax. Ouidius 1. Metamorph. 87. hoc est, aquæ repugnans.

Mustum pugnax. Plin. lib. 14. cap. 20. 3.

Pugnatior oratio. Cic. de claris Orat. 62.

Pugnax oratio & contentiosa dicitur à Plinio lib. 2. epist. 19. id est, quæ est in genere iudiciali, & in qua opus est contra aduersarium uocem intendere.

Quid ferri duritia pugnacius? Plin. lib. 36. cap. 16. 1.

Pugnacitas] pen. cor. pugnacitatis (τὸ μάχιμον) Pugnan-

di uis. Plin. lib. 10. cap. 33. 8, Perdices capiuntur quoq; pugnacitate eiusdem libidinis. Quintil. lib. 4. cap. 3. 2.

¶ Pugnaciter, penult. corrept. Aduerbium (μαχίμως) Pertinaciter, instanter. Cic. 4. Acad. 18, Sed nescio quomodo plerique errare malunt, eamq; sententiam quam adamauerunt, pugnacissimè defendere, quàm sine pertinacia quid constantissimè dicatur, exquirere. Quint. lib. 9. cap. 4, Vbi cunq; acriter erit, & instanter, pugnaciterq; dicendū, membratim cæstimq; dicemus.

¶ Pugnator. pen. prod. pugnatoris, Verbale (μαχόμων) Liuius 4. belli Punici, 65, Deinde occupata dextra tenendo caput, fortissimus quisq; pugnator esse desierat.

Pugnator gallus gallinaceus. Plin. lib. 30. cap. 15. 8.

¶ Pugnaculum, pugnaculi, pen. corr. (προμαχών) Locus unde pugnatur. Plaut. Milit. 6. 63. Antiqua dictio.

Pugnus] pugni, masc. g. (ὁρθοῖς, πόνδυλος) à Punctione, id est, percussiõe dicitur, authore Festo. Donatus in Adelphis, An pugnus à pugna sit dictus, an ab illo pugna. Cic. in Orat. 61, Nam quum compresserat, digitos, pugnumq; fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi esse, Hic clarissimè docet Cicero, quid sit pugnus.

Pleni pugni sanguine. Iuuenal. Satyr. 15. 6.

Cædere pugnis. Vide Cædo.

Cæsus pugnis. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 14.

Confrendere aliquem pugnis & calcibus. Cic. 5. Verr. 46.

Contendere, uel certare pugnis. Cic. in Parad. 27. Idem 5. Tuscul. 11.

Contendere aliquem pugnis. Vide Contundo.

Facere pugnum, & pugnum arctè nebementerq; comprimere. Cic. 4. Acad. 260.

Pugnos & plagas ferre. Cic. de claris Orat. 131.

Fœdans pectora pugnis. Virgil. 11. Aeneid. 18.

Impingere pugnum. Vide Impingo.

Incursare aliquem pugnis. Vide Incursio, in Incurro.

Ingerere pugnos in uentrem alicuius. Vide Ingero.

Obserere pugnos. Vide Obsero.

Obtusus pugnis, Vide Obtundo.

Onerare pugnis. Vide Onero, in Onus.

Is mihi dum resto, iuuenili guttura pugno Rupit.
Ouid. 3. Metamorph. 126.

Victus pugno. Horat. 3. Carm. ode 12. 2.

¶ Pupillus, pupilli, m. g (ὀφθάλμιον) Diminutium à Pugnus.

¶ Pugillaris, & hoc pugillare, pen. prod. Adiect. (ὀφθαλμικός) Quod pugillum siue pugnum implere potest, Quantum pugnus potest continere. Iuuen. Satyr. 11. 16,

Nec pupillares defert in balnea raucus
Testiculos, nec uellendas iam præbuit alas.

¶ Pugillaris, pen. prod. masc. g. uel hoc pugillare, siue pugillar (πιτακιδίον) Substant. Pugillares, tabellæ cereæ, uel alterius materiæ, in quibus stylo scribimus: dictæ quòd pugno comprehendantur. uel à pungendo, quòd stylo in his pungendo scribatur. Plin. epist. 129 d, Quin ergo pugillares sumis, & aliquid ex his, uel istud ipsum quod cœperas, scribis? Apuleius, Dolebam mehercle, quòd pugillares & stylum non habebam, qui tam bellam fabellam pernotarem. Catul. de Acme, epigr. 39. 3,

Et negat mihi uestra redditurum
Pugillaria, si pati potestis.

Ausonius Sectione 3. in notarium,

Bipatens pugillar expedi. Plin. lib. 13. cap. 11. 3, Pugillarium enim usum fuisse etiã ante Troiana tempora, inuenimus apud Homerum.

¶ Pugillatorius, Adiectiuum (ὀφθαλμικός) Quod pugno percutitur. Plaut. Rud. 18, 14,

— extemplò hercle eho te follem pugillatorium
Faciam, & pendentem incursabo pugnis periurissime.

Follis pugillatorius, Pilæ genus, quod ex pelle fit, spiritumq; insuitur, grossior cæteris: pugno redditur, nõ palma. Sipontinus.

Pulcher] pulchra, pulchrum (καλός, σύμμορφος, ἁρμόττων, πρόσφορος) Antiqui pulchrum dixêre, Quod non est deforme, sed formosum & decorum. Vnde pulchritudo. Cic. 1. Offic. 201, O puerum pulchrum Pericle. Idem pro Muræna, Ne pulchrum se, ac beatum putaret.

Pulcher à Pollendo dicitur, quòd polleat forma. Non igitur aspiratione scribẽda dictio erat, nisi usus uicisset, qui uix expugnari potest.

Nimis pulcher. Vide Nimis.

Visus pulcher. Stat. 5. Sylu. 2. 5.

Pulchrior, pulcherrimus, Comparatiuus & superlatiuus. Virgilius 9. Aeneid. 37,

— quo pulchrior alter
Non fuit Aeneadũm.

Vna quid potest esse tum fructu lætius, tum aspectu pulchrius Cic. de Senectute, 49.

Iuuenum pulcherrimum. Ouid. 4. Metam. 11.

Pulcherrimus poetarum. Gell. lib. 19. cap. 8. id est, optimus & peritissimus.

Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma. Virgilius 3, Georg. 107.

Pulcher, Fortis. Virg. 7. Aeneid. 132.

— fatus Hercule pulchro
Pulcher Auentinus.

Cohors pulchra. Claud. 2. de rap. Proserp. 13.

Color pulcher. Lucret. 4. 220.

Consilia pulcherrima. Virg. 5. Aeneid, 146.

Cura pulcherrima dolori meo nata. Propert. lib. 2. eleg. 26. 1.

Dies pulchra. Horat. 1. Carm. ode 36. 2.

Diuitiæ pulchræ. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 20.

Dos pulchra. Plaut. Epid. 4. 14.

Facinus pulchrum. Plut. Menæch. 4. 21.

Genæ pulchræ. Horat. 4. Carm. ode 13. 2.

Gens pulcherrima. Silius lib. 13. 94.

Ignis pulchrior. Horat. Epod. 14. 3,

Vreris ipse miser: quòd si non pulchrior ignis
Accendit obsessam Ilion, gaude sorte tua. id est, inquit Porphyrio, Si non fuit Helena speciosior, Terentia scilicet amica tua, iucunda hæc miseria est. Amor ignis solet dici.

Liber pulcher. Plin. epist. 151. b.

Libertas pulchra. Virgil. 6. Aeneid. 165.

Materia pulchra. Plin. epist. 190. 4, Occiso Domitiano statui mecum ac deliberaui esse magnam pulchramq; materiam insectandi nocentes.

Mors pulchra. Virg. 4. Georg. 44, id est, gloriosa. Seruius.

Nympha pulcherrima formæ. Virg. 1. Aeneid. 15.

Origo pulchra. Virg. 1. Aeneid. 58.

Panis pulcherrimus. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 18.

Pectore pulchro uirgo. Virg. 3. Aeneid. 86.

Pœmata pulchra. Horat. in Arte, 21.

Postes pulchri. Plaut. Mostel. 10. 35.

Prædia pulchra & fructuosa. Cic. pro Rosc. Amer. 24.

Proles pulchra. Virg. 1. Aeneid. 16. Idem, 6. 130.

Puer pulcher. Horat. 1. epist. 19. 19.

Pulchritudo pulchra. Plaut. Milit. 13. 13.

Sol pulcher. Horat. 4. Carm. ode 2. 10.

Tecta pulchra. Horat. 3. Carm. ode 10. 3.

Tunicæ pulchræ. Horat. 1. epist. 19. 7.

Virgo pulcherrima Deianira. Ouid. 9. Metam. 2.

Vrbs pulchra. Virg. 4. Aeneid. 53.

¶ Pulchrè,

¶ Pulchrè, Aduerbiũ (πρεπωδῶς) Decorè: ut, Pulchrè ædificare. Plautus Merc. 22. 61,

Si tu uera dicis, & pulchrè ædificatas arbitror.

Pulchrè, Sapienter, interprete Donato. Terentius Eunucho, 2. 3. 84,

Dixti pulchrè: nunquam uidi melius cõsilium dari. Ibidem, 3. 1. 26,
Pulchrè mehercle dictum, & sapienter. Cic. 2. de Fimib. 101.

Pulchrè, Valde, fortiter, nimis, inquit Donatus. Terentius Eunucho, 4. 5. 2,

Ac dum accubabam, quàm uidebar mihi esse pulchrè sobrius? Cato cap. 74, Aquæ paulatim addito, subigitóque pulchrè.

Pulchrè locare operam, Bene. Plautus Amphit. 4. 12 4,

Optumè optumo optumam operam das, datam pulchrè locas. Idem Trinum. 4. 74,

Aedepol mandatum pulchrè, & curatum probè.

Pulchrè notus. Plin. lib. 21. cap. 26. 1.

Pulchrè possum. Cic. ad Att. lib. 13. 277. 4.

Pulchrè est. Cicer. 1. de Natur. deor. 157, Propone ante oculos Deum nihil aliud in omni æternitate, nisi mihi pulchrè est, & ego beatus sum, cogitantem.

Tibi pulchrè est. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 4.

Est pulchrè tibi cum tuo parente. Catul. epigr. 20. 1.

Pulchrè ualet Charinus, & tamen pallet. Martial. lib. 1. 73.

Degere ætuum pulchrè. Lucret. lib. 5. 35.

Pulcherrimè factum. Cic. 3. Verr. 34.

¶ Pulchellus, Diminutiuum. Cic. Attico, lib. 1. 11. 17, Redeo ad altercationem: surgit pulchellus puer. Idem ad Gallum, lib. 7. 24. 6, At pulchellæ sunt, noui optimè, & sæpe uidi. Sic 2. de Orat. 146.

¶ Pulchritudo, pen. prod. pulchritudinis, fœm. gẽ. (κάλλος, εὐμορφία, ὥρα, καλλονή, ὡρεότης) Species, uenustas, decor, elegantia. Cic. 1. Offic. 139, Pulchritudo corporis apta compositione membrorum mouet oculos, & delectat hoc ipso, quòd inter se omnes partes quodam lepore consentiunt.

Oris pulchritudo. Cic. 3. Offic. 13.

Excellens muliebris formæ pulchritudo. Cic. 1. de Inuent. 122.

Eximia pulchritudine fœmina. Cic. 1. de Diuin. 92.

Species & pulchritudo. Cic. 3. de Orat. 41, *Si illam præclaram & eximiam speciem Oratoris perfecti & pulchritudinem adamastis.* Idem in Pisonẽ, 83, Habet hoc uirtus, ut uiros fortes species eius & pulchritudo etiã in hoste posita delectet.

Splendor & pulchritudo uirtutis. Cic. 2. Offic. 53.

Venustas et pulchritudo corporis secerni non potest à ualetudine. Cic 1. Offic. 181.

Pulchritudinis duo genera sunt: quorum in altero uenustas est, in altero dignitas: uenustatem muliebrem dicere debemus: dignitatem uirilem. Cic. 1. Offic. 181.

Pulchritudo rei nos trahit uel ea consectandi quæ propter infirmitatem, &c. Colum. lib. 3. cap. 20. 4.

Illuminare pulchritudinem rerum. Quintil. lib. 2. cap. 16. 6.

Prosequi honore uerborum pulchritudinem. Quintil. lib. 3. c. 7. 8.

Pulchritudo, cum gerundio. Plin. epist. 19. lib. 3. ad Calusium, Solicitat primùm ipsa pulchritudo iungendi. id est, decorum aspectus agrorũ perpetuorum: iungendi agrum agro.

¶ Pulchritas, tis, Pulchritudo. Nonius. Cæcilius, *Dij boni quid illud est pulchritatis.*

Pulegium] huius pulegij (γλήχων, πλήχων) Herba hortensis, uulgò nota. Plin. lib. 20. cap. 14. 7, Magna societas cum menta ad recreandos defectos animo pulegio, cum furculis suis in ampullas uitreas aceti utrisq; deiectis. Qua de causa dignior è puleg'o corona uertigini, quàm è rosis, cubiculis nostris pronunciata est.

Pulegium, pro Suauitate sermonis. Cic. ad Tironem, lib. 16. 23. 4, Cras expecto leptam: etenim ad cuius rutam pulegio mihi tui sermonis utendum est.

¶ Puleium, puleij, siue g. pro eodem dicitur (βληχώνιον) Colum. lib. 12. cap. 7. 1, Silentem florem uitis albæ & asparagi, &c. & puleij, & neptæ, &c. Mart. lib. 12. 28,

Quadrina nigri nec corona puleij. Cic. 2. de Diuinat. 49, Nam & musculorum iecuscula bruma dicuntur augeri, & puleium aridum florescere brumali ipso die.

Pulex] pulicis, pen. cor. masc. gen. (ψύλλα) Animal notũ: sic dictum, quòd ex puluere generetur. Plin. lib. 30. cap. 10. 4, Aliud est cuculo miraculum, quo quis loco primò audiat aut litem illam, si dexter pes circunscribatur, ac uestigium id effodiatur, non gigni pulices ubicunq; spargatur. Varro 2. de Re rust. cap. 9. 12.

¶ Pulicosus pen. prod. Adiect. (ψυλλώδης) Pulicibus plenũ. Colum. lib. 7. cap. 13. 1, Pulicosæ canis remedia sunt: sume cyminum tritũ pari pondere cum ueratro, aquáq; mistum & illitum, seu cucumeris anguinei succum. Vel si hæc non sunt, uetus amurca per totum corpus infusa.

Pulla] terra tenera. Plin. lib. 17. cap. 5.

Pullariæ] arum. Insula in Illyrico. Plin. lib. 3. cap. ultimo, Clarè ante ostia Timaui calidorum fontiũ, cum æstu maris crescentiũ iuxta Istrorũ agrum, Cissa, Pullariæ, & Absyrtides.

Pullariam] Plautus dixit manum dextram. Paulus.

Pullarius, Pullaster] Vide Pullus *substantiuum.*

Pullatus] *Vide* Pullus *adiectiuum.*

Pullesco, Pullicenus, Pullities] Vide Pullus *substantiuum.*

Pullulasco, Pullulo] *Vide* Pullus *substantiuum.*

Pullus] pulli, masculini gener. (παιδαρίων) Quidam per syncopam à puellus dici uolunt. Significat nouellum, id est paruum puerum & paruum filium, aut etiam fœtum, pro quo pulleiaceum Augustus dicere solebat, ut ait Tranquillus capite 87.

Antiqui (inquit Festus) puerum quem quis amabat, pullum eius dicebant. Inde pullus Iouis dicebatur Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat, propter candorem, quòd eius naris fulmine icta erat.

Pullos (πώλους) dicimus paruos fœtus quorumcunque animalium: ut, Pullus hirundinis, Pullus asini, Pulli ranarũ. Quin etiam arborum atque plantarum pullos dicimus. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 63,

Absentis ranæ pullis uituli pede pressis.

Pullos aquilæ uocat Plin. lib. 10. cap. 3. & cap. 7. Coccycis, lib. 10. cap. 9. Cornicis, ibidem cap. 12. Hirundinis, ibidem cap. 33. & 60. Columbæ, cap. 34. & cap. 58. Anseris, cap. 59.

Equæ pullus. Lucret. lib. 3. 153.

Generosi pecoris pullus. Virgil. 3. Georg. 15.

Animales pulli. Lucret. lib. 2. 186.

Asininus pullus. Vide Asinus.

Columbinus pullus. Cic. Pæto, lib. 9. 18. 6.

Equinus pullus. Quintil. lib. 8. cap. 2.

De pullis gallinaceis est epigramma apud Martial. lib. 13. 45.

Infantes auium pulli. Plin. lib. 10. cap. 33. 1. Vide Infantes.

Miluinus pullus. Vide Miluus.

Nothi pulli. Vide Nothus.

Viles pulli. Iuuenal. Satyr. 13. 15.

Cauea liberati pulli. Cic. 2. de Nat. deor. 11.

Pullus onagri. Plin. lib. 8. cap. 44. 4.

Pulli apum. Colum. lib. 9. cap. 3.

Pulli arborum (μοχλίαι) Plin. lib. 17. cap. 18. 7, Nullis uerò tales

les pulli prouenìunt, niſi quarum radices amore ſolis atq; imbris in ſummã tellure ſpaciantur. Cato cap. 51, Ab arbore, abs terra pulli qui naſcentur, eos in terram deprimito.

¶ Pullulo, pullulas, pen. corr. (πεφυκώω) pullulare, Quaſi pullulos emittere. Nam pullulare dicimus arbores, quum à radice nouæ plantæ ſurgunt. Plin. lib. 17. cap. 10. 7, Natura et plantaria demonſtrauit, multarum radicibus pullulante ſobole denſa, & pariente matre quos enecet.

Sylua pullulat ab radice. Virgil. 2. Georg. 4.

¶ Pullulaſco, pullulaſcis. (βλαστάω) pullulaſcere, pullulantem fieri. Colum. lib. 4. cap. 21. 4, Ebita ex nouello palmite uitis pullulaſcit. Legitur & pulleſcit.

¶ Pulleſco, pulleſcis (μοχθέω) pulleſcere, Idem quod Pullulaſcere. Colum. lib. 4. cap. 21. 4, Quicquid eſt ſuprà uetuſti brachij, amputatur, et ita ex nouello palmite uitis pulleſcit. Legitur & pullulaſcit.

¶ Pullaſter, uel Pullaſtra (ὀρτύσιον) ſignificat gallum ſiue gallinam adoleſcentes. Sic à M. Varrone lib. 3. de Re ruſt. cap. 9. 7. pullaſtræ dicuntur iuuencæ gallinæ.

¶ Pullicenus, pulliceni, pen. prod. n. g. (πωλαρίου, πωλίδος) Diminutiuum à Pullus. Lampridius de Alexandro Seuero, Et ne earum paſtus grauaret annonam, ſeruos habuit uecligales, qui eos exonus & pullicenis & pipionibus alerent.

¶ Pullinus, pen. prod. Adiect. (πωλικός) Quod eſt pulli. Vnde Pullini dẽtes, quos primùm equi iaciunt. Plin. lib. 8. 44. 2. Quæ non priùs quàm dentes quos pullinos appellant, iaciat, conceperit, ſterilis intelligitur. De mula.

¶ Pullarius, pullarij (πωλικός & ὁ) Qui pullorũ curã habet.

Pullarius, Qui è paſtu pullorum captat auſpicia. Cic. ad Planc. lib. 10. 12. 3, Recitatis literis oblatæ religio Dornuto eſt, pullariorum admonitu, non ſatis diligenter eum auſpicijs operam dediſſe. Idẽ de Diuin. 110, Attulit in cauea pullos, is qui ex eo nominatur pullarius.

¶ Pullatio, pullationis (πωλοτροφία) Fœtura pullorum. Colum. lib. 8. cap. 5. 6. Plerique tamen etiam ab æſtiuo ſolſtitio non putant bonam pullationem.

¶ Pullities, pullitiei, fœ. gen. (νεοσοί) Ipſa pullatio, uel pulli ipſi. Colum. lib. 9. cap. 11, Itaq; quum primo Vere in eo uada ſe nata eſt pullities, nouus rex eliditur. De apibus. Et lib. 8. cap. 14. 11, Et eapropter etiam tenerrima pullities ſæpe x l. diebus redditur optima. De anſeribus.

Pullus] Adiectiuum (φαιὸς) Quod eſt natiui coloris, id eſt, non plenè obſcurum, Leucopo contrarium: quòd pulli ouiũ ferè eo colore naſcuntur. Virg. 3. Georg. 78,

—ne maculis infuſcet uellera pullis. Id eſt, nigris, inquit Seruius. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 13,

Cóncidit ad magicos hoſtia pulla deos.

Sunt qui dicũt colorem, Hiſpanicum, ſiue Bæticum dici, A' quo Pullati, etiam Bæticati dicũtur. Martial. lib. 1. 91,

Et Bæticatus atq; leucopæatus. Cuius rei rationem adferũt, quòd natiuus color in Hiſpania ſubnigrior eſt, ideóq; minus uilis. Sipont. Vide Bæticus, in Bætica.

Agna pulla. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 6.

Aqua pulla. Tibul. lib. 2. eleg. 5. 7.

Ficus pulla. Horat. Epod. 16. 10.

Myrtus pulla. Horat. 1. Carm. ode. 25. 4.

Pulli oleris radix: hoc eſt, oluſatri. Colum. lib. 10. 13.

Putre ſolum & pullum. Colum. lib. 2. cap. 10. 14.

Pulla terra. Colum. in Præfat. lib. 1, In alijs regionibus nigra terra, quam terram pullã uocant. Sic lib. 2. cap. 2. 15. Plin. lib. 17. cap. 4. 2, Nec pulla, qualem habet Campania, ubique optima uitib. Cato cap. 34, Ager rubricoſus, & terra pulla.

Veſtis pulla, Fuſca, atra, qua quis in luctu induitur. Cic. in Vatinium, 24, Quis in funere familiari cœnauit cũ toga pulla? Idem 6. Verr. 49, In hac officina maiorem partem diẽ cum tunica pulla ſedere ſolebat & pallio.

¶ Pullatus, pen. prod. Adiect. (μιλαυκόμων) Pulla ueſte indutus, hoc eſt, Lugubrem habitum ferens, uel ex parentum morte, uel alia quauis ratione. Idem & atratus dicitur: qui mos à Lydis cœptus eſt. Cic. in Vatinium, Quis unquã cœnauit atratus? Et Paulo pòſt, Quũ ipſe e pulli dominus. Q. Arrius albatus eſſet.

Pullatu turba. Quintil. lib. 6. cap. 4. 5.

Circulus pullatus, pro Imperitorum turba. Quintil. lib. 2. cap. 12. 6.

Pullatus, pro Vili perſona, ſiue rudi & imperita. Suetonius in Augusto, cap. 44, Militẽ ſecreuit à populo, multis ex plebe proprios ordines aſſignauit, prætextatis cuneum ſuum & proximum pædagogis, ſanxitq; ne quis pullatorum media cauea ſederet.

¶ Pulligo, pen. prod. pulliginis, fœ. ge. (ῥαιότης) Idem quod Pullus color. Plin. lib. 8. cap. 48. 1, de lanarum generibus, Hiſpania nigri uelleris præcipuas habet: Polentia iuxta Alpes cani: Aſia rutili, quas Erythræas uocãt: item Bætica: Canuſium fului: Tarentum & ſuæ pulligines.

Pulmentum] pulmenti (ὄψου) Ipſa puls, uel aliud cibarium ad modum pultis factum. Apuleius, Ius porcorum, pullorum, piſcium, & ius pulmẽtorum largiſſimas epulas. Plaut. Aulul. 9. 37,

Pulmentum prídem ei eripuit miluius.

Cœnes ut pariter pulmenta laboribus empta. Horat. 1. epiſt. 19. 10.

Minuere in ſingula pulmenta multũ. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 7.

¶ Pulmentaris, & hoc pulmentare, pen. prod. (ὀψοποιὸς) Quod pertinet ad pulmentum. Plin. lib. 18. cap. 12. 2, Prævalens pulmentari cibo.

¶ Pulmentarium, pulmentarij (προσφάγιον, ὄψιον) Dicitur quod inter cibos ſumitur, in ſimilitudinem pultis factũ, hoc eſt, quod pulmenti uicem præbet. Iuuen. Satyr. 7. 19,

—ueniet qui pulmentaria condit. Plin. lib. 18. cap. 8. 3, Pulte autem, non pane, uixiſſe longo tempore Romanos, manifeſtum: quoniam inde et pulmentaria hodieq; dicitur.

Vncta pulmentaria. Perſius Satyr. 3. 11.

Pulmo] pulmonis, maſc. g. (πνεύμων) Notæ ſignificationis. Plin. lib. 11. cap. 37. 58, Sub corde pulmo eſt, ſpirandi officina, attrahens ac reddens animam, idcirco ſpongioſus, ac fiſtulis inanibus cauus.

Pulmo diuiditur in ſimilitudinem ungulæ bouis: atq; eius quidem partes, fibræ uocantur: ſicut in omnibus uiſceribus: unde etiam pulmones plurali numero pro tota pulmonis ſubſtantia. Plaut. Curcul. 5. 22,

—lien necat, renes dolent,
Pulmones diſtrahuntur, cruciatur iecur. Cic. 2. Tuſc. 31,
Lateri inhærens morſu lacerat uiſcera,
Vrgensq; grauiter pulmonum haurit ſpiritus. Ex Poeta.

In pulmonibus ineſt raritas quædam, & aſſimilis ſpongiæ mollitudo, ad hauriendum ſpiritum aptiſſima, qui tum ſe contrahunt aſpirantes, tum ſpiritu dilatant, ut frequenter ducatur cibus animalis, quo maximè aluntur animantes. Cicero 2. de Natur. deor. 205.

Has tamen imagines loqui nolunt: quod fieri nec ſine lingua, nec ſinu palato, nec ſine faucium, laterumue & pulmonum uí & figura poteſt. Cic. 1. Tuſc. 58.

Anheli pulmonis fibra. Lucan. lib. 1. 124.

Mollis pulmo. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 4.

Sanguineus pulmo. Seneca Oedipo, 4. 16.

Tumidi iecur pulmonis arentes fibras Diſtendit. Seneca Hercule Oetæo, 9. 19.

Ignis

Ignis edax errat imis pulmonibus. Ouid. 9. Metam. 41.

Rumpere pulmonem uentis. Perſius Satyr. 3. 3.

Pulmo prius ueniſſet, quàm tu mihi aduenìſti. Antiquum prouerbium in tardos. Plaut. Epid. 13. 21.

Ex pulmone naſcitur tabes, quam Græci phthiſin uocant: tunc enim pulmo tabeſcit, atque adeò totum corpus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 4,

Cernis ut è molli ſanguis pulmone remiſſus,
Ad Stygias certo limite ducat aquas.

¶ Pulmunculus, pulmunculi, pen. corr. maſ. ge. Diminutiuum, Paruus pulmo, uel aliquid paruo pulmoni ſimile. Solinus cap. 62, Sunt enim illis reciprocis quibuſdam pulmunculis ueſtigia carnulenta. De Camelis.

¶ Pulmonarius, Adiectiuũ (περιπνευμονικός) Quod laborat pulmonis morbo: ut, Ouis pulmonaria, apud Columellam lib. 7. cap. 5. 12.

¶ Pulmoned, Poma quædam pulmonis inſtar tumentia. Plinius lib. 15. cap. 14, Stolidè tument pulmonea. Perottus ea eſſe exiſtimat, quæ Itali ſua lingua Centum ſolida appellant.

¶ Pulmones piſces, ad inſtar pulmonis. Plin. lib. 18. cap. 35, Pulmones marini in pelago, plurium dierum hyemem pertendunt. Et libro 32. cap. 10, Pulmonis marini cinis adalligatus, egregiè profluuia purgat.

Pulpa] pulpæ, Pars in arboribus, & fruticibus, carne, neruo, Venis & filamentis conſtans, qui muſculus in humanis, atque adeò aliorum animalium corporibus dicitur. Plin. lib. 16. cap. 38. 3, In quarundam arborum carnibus pulpæ uenæq; ſunt. Diſcrimen earũ facile. Venæ latiores (uel, ut quidam legunt, lætiores: uel potius, altiores) candidioresq; pulpæ fibſtilibus inſunt. Ideo fit, ut aure ad caput trabis quamlibet prælongæ admota, ictus ab altero capite uel graphij ſentiatur, penetrante rectis meatibus ſono. De ſuccis arborum loquitur, & natura materiarum.

In pulpam, & in orbem arboris ſecari, differunt. Plin. lib. 16. Cætera menſarũ genera fibris arboris. circinantur in pulpã: alioqui fragilis eſſet uena in orbem arboris cæſa. Budæus.

Pulpa, inquit Donatus, caro ea quæ manducatur, eo quòd pulſetur & conſcindatur. Perſius Satyr. 2. 7,

Quid iuuat hoc, templis noſtros immittere mores,
Et bona dijs ex hac ſcelerata ducere pulpa?

Et pulpam dubio de petaſone uoras. Martial. lib. 3. 35.

¶ Pulpamentum, pulpamenti, à pulpa dictum eſt, & accipitur pro cibo lautiore. Terent. Eunuc. 3. 1. 36, —tute
Lepus es, & pulpamentum quæris.

Cic. 5. Tuſc. 130, Mihi amicitui eſt Scythicum tegmen, calceamentum ſolorum callum, cubile terra, pulpamentum fames: lacte, caſeo, carne ueſcor.

Pulpitum] pulpiti, pen. corr. (ἀναβαθρον, ἀκροατήριον, ὀρχήσεως, θυμέλη, μογεῖον) Locus ante ſcenam editior, in quo omnis comœdia recitabatur. Plin. epiſt. 90. lib. 4, Inde iſta ludibria, ſcena & pulpito digna. Iuuen. Satyr. 6. 8,

Longa per anguſtos figamus pulpita uicos.

Rubra pulpita. Ouid. 1. de Arte, 21.

An genus hoc ſcripti faciunt ſua pulpita tutum? Ouid. 2. Triſt. 103.

Pulpita ſolennes non eluere crocos. Propert. lib. 4. eleg. 1. 4.

Pulpitum, pro ſuggeſtu, id eſt, pro quocunque loco edito, unde ſermo habeatur ad populũ. Sueton. de claris Grammat. 4, Remoto pulpito declamare ſolitum.

Puls] pultis, fœm. gen. (πολτὸς) Victus antiquiſſimus ex farina, aqua, melle ſeu caſeo, uno decocto factus. Plin. lib. 18. cap. 8, Pulte aũt, nõ pane, longo tempore uixiſſe Romanos, manifeſtũ: quoniam inde & pulmentaria hodieq; dicuntur. Et hodie ſacra priſca atque natalium pulte fritilla confi-

ciũtur: uideturq; tam puls ignota Græciæ fuiſſe, quàm Italiæ polenta.

Puls potiſſimùm dabatur pullis in auſpicijs, quia ex ea necceſſe erat aliquid decidere, quod tripudium faceret, id eſt terripauium. Pauire enim, ferire eſt. Bonum enim augurium eſſe putabant, ſi pulli, per quos auſpicabãtur, comediſſent, præſertim ſi eis edẽntibus aliquid ab ore decidiſſet. Si autem omnino non ediſſent, arbitrabantur periculum imminere. Hæc Feſtus. Cic. 2. de Diuinat. 111, Nunc uerò incluſa in cauea, & fame enecta, ſi in offam pultis inuadit, & ſi aliquid ex ore cecidit, hoc tu auſpicium, aut hoc modo Romulum auſpicari ſolitum putas?

Fœniſecæ pultes. Perſius Satyra 6. 4.

¶ Pulticula, pulticulæ, pen. cor. diminutiuũ (ποντάριον) Plin. lib. 26. cap. 8. 15. Columel. lib. 8. cap. 11, Nec minus quolibet frumento cocta pulticula.

¶ Pultarius, pultarij (ψητήριον) Vas in quo puls decoquebatur. Cornelius Celſus lib. 2. cap. 11, Si cætera defecerint, calículus aut pultarius oris compreſſioris ei rei commodè aptatur. Plin. lib. 7. cap. 53. 6, Aedita cœna calidam potionem in pultario poſcit.

¶ Pultificus, pen. corr. Adiectiuum. Auſon. in Monoſyllabis,

Mox ador: atq; adoris de polline pultificum fac.

¶ Pultiphagus, opifex (πολτοφάγος) Qui pultem uorat, apud Plautum legitur in Moſtel. 10. 43. Nomen ioco fictum: per poeticam licentiam ex Latino & Græco deductum.

¶ Pultiphagonides, Plaut. Pœnul. Latinè Plautus patruus pultiphagonides. id eſt, Romanus, ut Turnebus explicat. Nam olim non pane, ſed pulte uiuebant Itali: atq;, ut ait Plinius, uidetur olim tam puls ignota Græciæ, quàm polenta Italiæ.

Pulſo, Pulſula, Pulſus, Pulto] Vide Pello.

Puluinar] pen. prod. puluinaris, pen. prod. n. g. (προσκεφάλαιον) Eſt quod capiti dormituri ſupponimus. Iuuen. Satyr. 6. 14,

Fœda lupanaris tulit ad puluinar, odorem.

Incolumis coniunx ſua puluinaria ſeruat. Ouidius 2. de Ponto, eleg. 2. 14.

Geniale puluinar. Catul. Argon. 59. 10.

Puluinar, Lectus qui in templis ſterni conſueuit, numini dicatus. Cic. pro Domo ſua, 105, Aram & ædiculam & puluinar ſub ſaxo ſacro dedicauit. Idem 4. Tuſcul. 7, Nec uerò illud non eruditorum temporum argumentum eſt, quòd & deorũ puluinaria. et epulis magiſtratuũ fides præcinũt.

Puluinar, ſimulachrum, faſtigium, flamen. Cic. 2. Philip. 106.

Alta puluinaria. Ouid. 14. Metam. 166.

Puluinar, abuſiuè pro Templo ponitur. Inde apud Liuium legitur, Ad omnia puluinaria ſacrificatũ fuiſſe. Cicero in Catil. 67, Quoniam ad omnia puluinaria ſupplicatio decreta eſt. Puluinaria dicebantur aut lectícæ diuorum, aut tabularia in quibus ſtabant numina, ut eminentiora uiderentur. Acron.

¶ Puluinarium, puluinarij, idem quod Puluinar, id eſt lectus qui in templis ſterni cõſueuerat. Liu. bell. Pun. 246, Et cornuum in ædem Iunonis deuolaſſe, atque in ipſo puluinario conſediſſe.

¶ Puluinus, puluini, pen. prod. maſc. gen. ſeu pulullus, à pluma quaſi pluminus, quòd plumis pullorum fiat. Eſt autem quaſi lectulus quidam exiguus, lana, uel tomẽto, uel pluma, aut alio genere huiuſmodi plenus, quo utimur in ſedendo. Plaut. Trucul. 15. 11,

Opus eſt puluinis, cunis, incunabulis. Cic. 1. de Orat. 15, Tum Craſſum, imò uerò commodius etiam puluinoſq; popoſciſſe, & omnes in ijs ſedibus, quæ erant ſub platano, conſediſſe dicebat.

Equestris puluinus. Iuuen. Satyr. 3. 116.

Puluinus, pro Lectulo quandoque accipitur. Cic. 7. Verr. 22, Nam (ut mos fuit Bithiniæ regibus) lectica octophoro ferebatur, in qua puluinus erat perlucidus, Melitēsi rosa farctus. Apul. Quatuor eunuchi confestim puluinis compluribus, uento tumentibus, pluma delicata terrestrem nobis cubitum perstruunt.

Puluini, Areolæ terra elata inter duos sulcos in hortis, quæ porcæ à porrigendo, in agris appellantur. Habet enim ueluti puluinorum, in quibus sedemus, similitudinē: propter quod & torus à quibusdam dicitur. Plin. lib. 19. cap. 4. 11, Areis distingui, easq; resupinis puluinorum toris, ambire singulas tramitum sulcis, qua detur accessus homini scatebrisq; decursus. Colum. lib. 11. cap. 3. 16.

Puluinum, pro loco, ubi homines sub dio in hortis, deliciarum causa iacent, usurpare uidetur Plin. epist. 10 1. d. lib. 5, Ante porticum, xystus concisus in plurimas species, distinctusq; buxo: demissus inde, pronusq; puluinus, cui bestiarum effigies inuicem aduersus buxus inscripsit.

Puluinus, Arena durior, quæ in modum saxi lapidescit. Vitruuius lib. 5. cap. 12. Tunc ab ipsa terra fine crepidine puluinus firmissimè struatur.

Puluinus, Machina qua naues in portum sub ducuntur.

¶ Puluinatus, penult. prod. Adiect. Quod est ad similitudinem puluini, molle ac conuexum. Plin. Lanuginoso ac puluinato calyce. Et lib. 17. cap. 22. 1, Cliuosa loca altiores poscunt scrobes, præterea puluinatis à deuexitate labris.

¶ Puluinulus, penult. corr. Diminutiuum. Colum. de Arboribus, cap. 10. 4, Sed quæcunq; in cliuis erunt positæ, ita ablaqueandæ sunt, ut à superiore parte secundum codicem lacusculi fiant, ab inferiore autem puluinuli altiores excitentur.

¶ Puluillus, aliud diminutiuum: ut, Serici puluilli Sericoano obducti. Horat. Epod. 8. 4.

Puluis] *puueris, penultima correpta, communis generis (κονισορτὸς, κονίσαλος) Notæ significationis. Propertius lib. 2. eleg. 21. 2,*

Sit mihi præcipuè puluis Hetrusca dolor.

Idem lib. 2. eleg. 147,

Et duo sint uersus, qui nunc iacet arida pul[uis] i. e.

Plin. lib. 35. cap. 13. 1, Quis enim satis miretur peßimā eius partem, ideoq; puluerē appellatum in Puteolanis collibus, opponi maris fluctibus, &c.

Nebula puluueris. Lucret. lib. 5. 52.

Aestiuus puluis. Claud. 4. Paneg. 43.

Altus puluis. Virg. 4. Georg. 20.

Ater puluis. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 11.

Cæcus puluis. Virg. 12. Aeneid. 89.

Canus puluis. Claud. 1. de raptu Proserp. 38.

Coctus puluis, Calx. Stat. 4. Sylu. 3, 11.

Crassus puluis. Stat. 6. Theb. 164.

Crudus puluis. Persius Satyr. 2. 7.

Exiguus puluis. Virg. 4. Georg. 18.

Feralis puluis. Stat. 6. Theb. 7.

Fractus puluis. Stat. 6. Theb. 128.

Hyberno lætißima puluere farra. Virg. 1. Georg. 21.

Immundus. Virg. 10. Aeneid, 169.

Inanis. Ouid. 5. Fast. 131.

Indecoro puluere sordibus. Horat. 2. Carm. ode 1. 5.

Leuis puluis. Catul. de coma Berenicis, 61. 17.

Littoreus puluis. Stat. 6. Theb. 63.

Niger puluis. Virg. 9. Aeneid. 7.

Obscurus puluis. Stat. 2. Sylu. 2. 7.

Siccus puluis. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 10.

Sordidus puluis. Ouid. 3. Amor. eleg. 3. 9.

Turbidus puluis. Virg. 11. Aeneid. 176.

Commoto puluere nubes. Silius lib. 4. 19.

Turbine collectus puluis. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 6.

Crines collinere puluere. Horat. 1. Carm. ode 15. 4.

Excutere puluerem. Ouid. 1. de Arte, 30.

Canitiem terra, atq; infuso puluere fœdans. Catull. Argonaut. 54. 45.

Glomerato puluere undans nubes. Silius lib. 13 32.

Haustus puluis. Ouid. 14. Metam. 28.

Mouere puluerem. Quint. lib. 5. cap. 10. 58.

Lumina obruere haustu pulueris. Stat. 5. Sylu. 3. 45.

Roribus, & scissi respersus puluere campi. Stat. 8. Theb. 2.

Puluis & umbra sumus. Horat. 4. Carm. ode 7. 3.

Puluis, pro Loco certaminis, Cic. 3. de Legibus, Doctrinam ex umbraculis eruditorum, ocioq; non modò in solem atq; puluerem, sed in ipsum discrimen aciemq; perduxit. Idem 1. de Orat. 74, Educenda inde dictio est ex hac domestica exercitatione & umbratili medium in agmen, in puluerem, in clamorem, in castra, atq; aciem forensem. Virg. 7. Aeneid. 33.

Eruditus puluis. Cic. 2. de Nat. deor. 68.

In suo puluere currere: id est, in sua materia scribere. Ouidius Fastorum.

Citra puluerem Græci dicunt contingere, quo quis facilè, citraq; negocium potitur: translatū uel ab aphe, id est, à puleris contactu, quo se spargebat, in palæstrico certamine congressurus: uel certè à puluere, quo non indecorè sordidari scripsit Horatius eos qui certant Olympia, quūe bellum gerunt. Plin. lib. 35. cap. 11. 18, Alcimachus Dioxippum qui pancratio Olympiæ citra pulueris iactum (quod uocant ἀκονιτὶ) uicit. Gel. lib. 5, Quandi, inquit, causa est, quūe deditione repentè facta, sine puluere, ut dici solet, incruenta[q;] uictoria obuenit. Horat. 1. epist. 1. 10,

Cui sit conditio dulcis, sine puluere palmæ?

Puluer apud antiquos dicebatur: unde genitiuus pulueris Verum in usu tantùm est puluis in recto, pulueris in obliquis.

¶ Puluis, huius puluis in genitiuo (κόνις) apud Catullum in Epithal. Iuliæ, 56. 42,

Ille puluis Erithræi
Siderumq; micantium
Subducat numerum prius.

¶ Puluiſculus, puluiſculi, pen. corr. mascul. gener. (κονιορτίδιον) uel Puluiſculum, neutro genere, Diminutiua: generaliter de omni puluere dicuntur. Apuleius in Apologia de Magia,

Misi, ut petisti, munditias dentium,
Nitellas oris, ex Arabicis frugibus
Tenuem, candificum, nobilem puluiſculum,
Complanatorem tumidulæ gingiuulæ,
Conuerritorem pridianæ reliquiæ,
Nequa uisatur tetra labes sordium,
Restrictis fortè si labellis riseris.

Cum puluiſculo dicimus, quoties omnia sic tolluntur, ut nil il sit reliqui, ne puluis quidem. Plaut. Trucul. 2. 16,

Quo citius rem ab eo auferat cum puluiſculo,

¶ Puluereus, Adiectiuum (κονιώδης) Plenum puluere ibus. Plin. lib. 18. cap. 11. 7, Gratia terræ eius puluerea summa.

Aequor puluereū, pro Circo ubi pugnatur. Stat. 11. Theb. 81.

Circus puluereus. Stat. 6. Theb. 99.

Crinis puluereus. Stat. 6. Theb. 2.

Farina puluerea. Ouid. de Medicamine faciei, 13.

Nubes puluerea. Virg. 8. Aeneid. 119.

Palla puluerea. Ouid. 7. Metam. 141.

Solum puluereum. Ouid. 7. Metam. 23.

Turbo

Turbo puluereus. Claud. de bel. Getico, 92.

¶ Puluerulentus, Aliud adiectiuum (κονιορτώδης) Idem. Martial. lib. 7. 31,

Non harpasta uagus puluerulenta rapis. Varro 3. de Re rust. cap. 16. 15, Minus ualētium signa, si sunt pilosæ & horridæ, ut puluerulentæ, nisi opificij eas urgeat tempus.

Aestas puluerulenta. Virg. 1. Georg. 14.

Agmina puluerulenta cerui glomerant fuga. Virg. 4. Aen. 31.

Iter puluerulentum. Quintil. lib. 5. cap. 10. 58.

Præmia militiæ puluerulenta sequi. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 1.

Terga puluerulenta. Virg. 12. Aeneid. 93.

Via puluerulenta & æstuosa. Ouidius de Nuce, 18. Cic. Attico, lib. 5. 101. 1.

¶ Puluero, puluerās, pen. corr. (κονιορτόω, κονίω) puluerare, Resoluere in puluerē. Colum. lib. 11. cap. 2. 45, Hoc eodem tempore prius quàm uineæ puluerentur, &c.

¶ Pulueratio, Verbale (κονιόρτωσις) Genus culturæ, ut ait Seruius in secundum Georgicorum, quo imminutæ glebæ uitibus applicantur. Colum. lib. 11. cap. 2. 45, Sed frigidioribus regionibus puluerationem faciunt, quam uocāt rusticioccationem, quum omnis gleba in uineis refringitur, & resoluitur in puluerem.

Pumex] *pumicis, pen. corr. masc. gen. (λίθος πορεία) Lapis cauernosus, ad corpora læuiganda laudatißimus, in mari crescēs. Plin. lib. 36. cap. 21. 5, Sed & ij pumices, qui sunt in usu corporum læuigandorum fœminis, iam quidem & uiris, atq;, ut ait Catullus, libris, laudatißimi sunt in Melo, Scyro, Aeolijs insulis. Probatio in candore, & in minimo pondere, & ut quammaximè spongiosi, aridiq; sint, ac teri faciles, nec arenosi in fricando. Vis eorum in medicina, extenuare, siccare. Plaut. Aulul. 9. 18,*

Pumex non æquè est aridus, atque hic est senex. Martial. lib. 1. 188.

Cauus pumex. Virg. 4. Georg. 9.

Exesus pumex. Ouid. 4. Fast. 99.

Latebrosus pumex. Virg. 5. Aeneid. 43.

Mordax pumex. Ouid. 1. de Arte, 102.

Multicauus pumex. Ouid. 8. Metam. 113.

Niueo de pumice fontes. Claud. 2. de raptu Proserp. 21.

Viuus pumex. Ouid. 3. Metam. 32.

Aequata pumice omnia. Catul. ad Varum, epig. 19. 2.

Nec fragili geminæ poliantur pumice frontes. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 2.

Læuis pumice, pro Molli & effœminato. Iuuenal. Satyr. 9. 10.

Quòd neq; sim cedro flauus, nec pumice læuis. Ouidius 3. Trist. eleg. 1. 3.

A' pumice aquā quærere. Plaut. Persa, 2. 4. 2. Erasmus, pro eo quod est, Frustra ab alio petere, cuius ipse à quo petas, maximè sit indigus. Nihil enim pumice lapide siccius, nihil siticulosius. Perinde ac siquis ab indoctißimo doceri postulet, ab inconsultißimo consilium expectet, ab egeno munus, ab inope præsidium: deniq; ab auaro ac tenaci pecuniam. Est autem pumex, lapis cauernosus, quo solent poliri codices, naturæ adeò siccæ, ut si in urceum bullientem immiseris, feruorem extinguat, non solùm ad tempus, sed in totum. Nec aliud in causa putat esse Theophrastus, nisi quòd uehementißima siccitate spumam totam ad se trahere nitatur.

Pumex, fœminino genere etiam reperitur. Catull. ad Cornelium, epigr. 1. 1,

Cui dono lepidum nouum libellum
Arida modò pumice expolitum Cornelī?

¶ Pumicosus, pen. prod. Adiectiuum (πετρηρώδης) Quod pumicis uel naturam uel similitudinem habet. hoc est, rarum & cauernosum. Plin. lib. 17. cap. 5. 3, Pumicosa terra. Idem lib. 32. cap. 8. 1, Quartum pumicosius, spōgiæq; putri simile, pene purpureum.

¶ Pumiceus, Aliud adiect. Idem, (πετρηρὸς) Plautus Pseud. 3. 73.

—— pumiceos oculos habeo, non queo
Lachrumam exorare. Martial. lib. 1. 63,
Et quæ pumiceis fontibus antra calent.

Antra pumicea. Stat. lib. 3. Sylu. 1. 29.

Sedes pumiceæ. Silius lib. 7. 85.

¶ Pumico, pumicas, pen. corr. (πετρήθω) pumicare, Pumice polire, læuigare. Tibul. lib. 3. eleg. 1. 2,

Pumicet, & canas tondeat antè comas.

¶ Pumicatus, a, um, Pumice politus. Plin. epist. 35, Qui titulus à uita hominis compti semper & pumicati nō abhorrebat.

Pumilio] *pumilionis (παῖς) Qui natus aliàs dicitur. Colum. lib. 8. cap. 2. 11, Pumiliones aues, nisi quem humilitas earum delectat, nec propter fœcunditatem, nec propter alium reditum nimium probo. Plin. lib. 10. cap. 56, de gallinis, Est & pumilionum genus non sterile in his, quod non in alio genere alitum, sed quibus certa fœcunditas rara, & incubatio ouis noxia. De pumilione est epigramma apud Martialem, lib. 14. 218.*

¶ Pumilo, pen. corr. pumilonis (ἀνθρωπίσκος) legitur apud Statium pro Pumilione, lib. 1. Sylu. 6. 12,

Hic audax subit ordo pumilonum, &c. Producit hìc prīmam, quum alibi contrahat.

¶ Pumilus, pumili, penult. corrept. (ἀνθρωπάριον) ab eodem Statio, pro Pumilione usurpatur, lib. 1. Sylu. 6. 12,

Casuræq; uagis graues rapinis.
Mirantur pumilos ferociores. Contrahitq; primam, quūe alibi producat.

¶ Pumilius, pumilij, Idem (ἀνθρωπίδιον) Suetonius in Augusto, capite 83, Nam pumilios, & distortos, & omnes generis eiusdem, ut ludibria naturæ, maliq; ominis abhorrebat.

Punctus] *masculini generis (στιγμὴ, στίγμα, πέρας, τὸ μέσον) & Punctum neutro genere frequentius. Tradunt Geometræ, punctum esse corpus indiuiduum, in quo neque longitudo, neque latitudo, neque altitudo deprehenditur, & ob incomprehensibilem breuitatem sui, in partes diuidi non posse: quod protractum lineam efficit, id est, corpus unius dimensionis. Plinius libro 2. cap. 68. 4, Non aliud est terra in uniuerso, quàm mundi punctus. A' punctis: Vide A' uel Ab.*

Punctum temporis. Cic. 3. Verr. 72, Quum iste punctum temporis nullum uacuum peccato præterire passus sit. Item, pro P. Sestio, 45, Illo inquam ipso die: die dicoſimò horā, atq; etiam puncto temporis eodem, mihi, Reipub. pernicies, Gabinio & Pisoni prouincia rogata est. Terentius Phorm. 1. 4. 6,

—— tum temporis punctum mihi Ad hanc rem est.

Donatus, Punctum, angustißimum spacium. Lucretius libro 4. 34,

Temporis in puncto, rerum simulacra feruntur.

Omnibus minimis temporum punctis. Cicero 1. de Natura deorum, 91.

Eodem puncto temporis quo, &c. Cic. pro Domo sua, 88.

Hunc diem, hoc punctum temporis quo loquor, defende si potes. Cic. 2. Philipp. 108.

Ciuium Romanorum uno puncto cædes. Cic. pro Flacco, 47.

Attende enim paulisper, cogitationēq; sobrij hominis ad punctum temporis fuscipe. Cic. 2. Philip. 51.

Leges uno uersiculo Senatus puncto temporis sublatæ. Cicero 2. de Legibus, 23.

Diei punctum. Lucret. lib. 4. 41,

— hæc puncto cernuntur lapsa diei
Per totum cæli spacium diffundere sese.

Horæ puncto. Hor. 2. epist. 2. 20.

In punctum. Vide In.

Punctum, Suffragium, & fauor: quoniam ueteres suffragia non scribebant, sed puncto notabant. Vnde Expuncti dicebantur uiles, eiecti, sine fauore priuati. Hor. in Arte, 10,

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci. id est, Solus suffragia iudicium tulit, qui & utile & dulce scripsit. Nam qui iucunda modò scribunt, ijs duntaxat placent, qui uoluptatem appetunt: contrà qui utilia, ab ijs tantùm probantur quibus utilitas quæritur. At qui uoluptatem cum utilitate coniunxit, is omnium suffragio laudabitur. Idem libro 2. epistol. 2. 20,

Discedo. Alcæus puncto illius: ille meo quis?
Quis nisi Callimachus? Idem in epigrammate Choliambico, quod refertur à Porphyrione:
Ciconiarum Rufus iste conditor
Hic est duobus elegantior Plancis.

Suffragiorum puncta non tulit septem. Cic. 2. Tusculan. 105, Quæ flamma est, per quam non concurrerint hi qui hæc olim punctis singulis colligebant? Agit autem de magistratibus, qui singulorum ciuium suffragijs mandabantur. Hæc ex Erasmo. Idem Cic. pro Muræna, 65, Tamen admonitus re ipsa, recordor quantum hæ quæstiones in Senatu habitæ punctorum nobis detraxerint. id est, suffragiorum in comitijs.

Argumentorum puncta occulere. Cic. 2. de Orat. 95.

Punctus etiam uerbale à pungo. Vide paulo pòst.

¶ Punctim, Aduerbium, per punctiones, in flictiones q; gladij, siue pungendo. Liu. 2. bell. Pun. 192, Hispano punctim magis quàm cæsim assueto petere hostem.

¶ Pungo, pungis, pupugi, penult. correp. Punctum (πύσσω, νύττω, στιγματίσω) pungere. Non solùm de ferro, sed etiam de quacunq; alia re dicitur. Varro, Admota aspis quum pupugerit, si non occidat, sciat ex psyllorum esse stirpe. Cic. 3. Tusculan. 39, Si ignominia pupugit, si quid tenebrarum offudit exilium. Idem pro Roscio Amerino, 4, Hunc sibi ex animo scrupulum, qui se dies noctesq; stimulat ac pungit, ut euellatis, postulat. Idem 4. de Finibus, 12, Pungunt quasi aculeis, &c.

Gladius qui per se pungere non potest. Cic. pro Sestio, 18.

Leuiter pungit eos animi dolor. Vide Leuis.

Suspiria pungere. Propert. lib. 3. eleg. 8. 6.

Primùm epistola illa ita me pupugit, ut somnum mihi ademerit. Cic. Att. lib. 2. 31. 1.

¶ Pungens, Participium (νύττων) Plin. lib. 16. cap. 24. 3, Pungentia folia pino, &c. Idem lib. 8. cap. 57. 1.

¶ Punctus, Aliud Participium (στιχθείς) ut, Vulnus punctum acu. Cic. pro Milone, 49.

¶ Punctura, punctureæ, penultima product. Firmic. libro 8. capite 21, Duodecima pars Gemmorum si in horoscopo fuerit inuenta Marte præsente, uiri punctura teli morientur, mulieres uerò in partu deficient.

¶ Punctio, Verbale (στίξις) Plinius libro 25. cap. 13. 7, Bibitur & contra serpentes, & ante sectiones punctionesq;, ne sentiantur.

¶ Punctum, puncti, neutri generis (νύγμα) Idem Plinius libro 8. capite 50. 2, Oculos suffusos capra iunci puncto sanguine exonerat, caper rubi.

¶ Punctus, huius punctus (νύξις) Plin. lib. 29. cap. 6. 22, Mustelæ etiam oculis punctu erutis, aiunt uisum reuerti.

¶ Punctiuncula, pen. corr. Diminutiuum (νυγμάτιον) Seneca

3. de Ira, Magis ignosco ei qui uulnus inimici, quàm qui punctiunculam concupiscit.

Punicus] pen. corr. Adiect. (λιβυκὸς, φοινικικὸς) Quasi Pœnicus, à Pœnus, qui à Phœnicia, detracta aspiratione, deducitur. Virg. 1. Aen. 69,

Punica regna uides.

Bellum Punicum. Cic. 3. Tusc. 86.

Gloria Punica, Gloria Pœnorum. Virg. 4. Aen. 10.

Punica sub lento cortice grana rubent. Ouidius 4. de Ponto, eleg. 15. 2.

Humus Punica. Ouid. epist. 7. 28.

Mala Punica. Mart. lib. 1. 127.

Poma Punica. Ouid. 4. Fast. 122.

Prælia Punica. Iuuenal. Satyr. 14. 16.

Regna Punica. Virg. 11. Aeneid. 69.

Sagum Punicum. Hor. Epod. 9. 6.

Tempora Punica. Lucan. lib. 2. 10,

O miseræ sortis, quòd non in Punica nati
Tempora, Cannarum fuimus, Trebiæq; iuuentus.

Punica fides, Pœnorum perfidia in prouerbium abijt: quòd ea gens peculiariter periurij, uanitatisq; notata sit: quemadmodum abundè testatur Liuius bel. Pun. 1. 5, Has tantæ uiri uirtutes ingentia uitia æquabant: inhumana crudelitas, perfidia plus quàm Punica, nihil ueri, nihil sancti, nullus deûm metus, nullum iusiurandum, nulla religio. Salustius in Iugurtha, Comperio Bochum magis Punica fide, quàm ob ea quæ prædicabat, simul Romanos & Numidam spe pacis deciuisse. Plaut. Pœn. 2. 112,

Et is omnes linguas scit, sed dissimulat sciens,
Se scire, Pœnus planè est, quid uerbis opu'st? Erasmus.

¶ Puniceus, Aliud Adiectiuum, Idem (φοινίκεος) Ouidius in Ibin, 57, A' duce Puniceo pertulit ipse feras.

Punicus color, siue Puniceus, Qui est coloris rubentis, qui Græcè Phœnicos dicitur. Virg. 2. Aen. 16,

Puniceis inuecta rotis. Nam exuberantissimum colorem, teste Gel. lib. 3. cap. 9, significat. Plaut. Rud. 23. 60,

Fiet tibi puniceum corium, postea atrum denuò. Et paulo antè, Puniceus color. Plin. lib. 24. cap. 13. 3.

Aqua punicea Getico sanguine. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 7. 4.

Colore puniceo matura arbuta. Lucret. lib. 5. 188.

Punicea depexa coma, sed lactea crure est. Colum. lib. 10. 19.

Crocus puniceus. Ouid. 5. Fast. 64.

Cruor puniceus. Ouid. 13. Metam. 188.

Pennæ puniceæ. Virg. 3. Georg. 75.

Pomum Puniceum. Ouid. 5. Metam. 108.

Color flore rosæ puniceæ prior. Hor. 4. Carm. ode 10. 1.

Roseta punicea. Virg. eclog. 5. 4.

Sanguis puniceus. Stat. 1. Achilleid. 62.

¶ Punicanus, pen. prod. (φοινικικὸς) Similiter adiectiuum: ut, Punicani lecti, ex Phœnicia, uel qualibus Carthaginenses uti solebant. Cic. pro Muræna, 69, Atq; ille homo eruditissimus ac Stoicus strauit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos, & exposuit uasa Samia.

Punicanæ fenestræ. Varr. 3. de re Rust. cap. 7. 4.

Punio] punis, puniui, punitum, penult. prod. (κολάζω, τιμάω, ἀποτίνω, ἀποτιμάω, τιμωρέω, μετέρχομαι) punire, Castigare, supplicio afficere. Cic. 1. Offic. 125, Prohibenda autem est maximè ira in puniendo.

Punire maleficium, peccatum. Cicer. pro Cecinna, 5. & 2. de Inuentione, 170.

Punire capite. Plin. epist. 167. 1.

Punire supplicio. Cic. pro Domo sua, 60, Tu supplicio puniendum putasti.

¶ Punior, τίνω, ἀποτίνω, Deponens. Cicero pro Milone, 25, Tu

Tu me iratum Sexte putas tibi, cuius tu inimicissimum multò crudelius etiam punitus es, quàm erat humanitatis meæ postulare? Quintil. lib. 9. cap. 3, Fiunt & in uerbis, inquit, figuræ: ut, Fabricatus est gladium: &, Inimicos punitus est: quod mirum minus est, quòd in natura uerborum est, & quæ facimus, patiendi modo sæpe dicere: ut, Arbitror, Suspicor: & contrà faciendi quæ patimur: ut, Vapulo, Ideoq; frequens permutatio est.

Punior, Passiuum. Ouid. 9. Metam. 150,

Quòd uidet hæc lucè, quòd non ego punior ipsa, &c.

¶ Puniendus, Participium (κολαστέος) ut, Facinus puniendum. Cic. pro Milone, 13.

Senatus meam domum à magistratibus defendendam, à iudicibus puniendam putauit. Cic. de Arusp. respon. 14.

Iracundia est cupiditas puniendi doloris. Cicer. 1. de Orat. 111.

¶ Punitio, Verbale (κόλασις)

¶ Punitor, penul. prod. Verbale, mas. gen. (κολαστὴς) Cic. pro Milone, 26, At uoluit odium, fecit iratus, fecit inimicus, fuit ultor iniuriæ, punitor doloris sui.

Pupa] pupæ (κορασίου) Puella. Ausonius,

Barba quæ Latias uincis alumna pupas. Martial. libro 4. 2,

Pupam se dicit Gellia, quum sit anus.

Pupa, A' similitudine, parula puellaris imago dicitur. Varro in Orig. Itaq; breui tempore magna pars in desiderium puparum & sigillorum ueniebat. Moris autem fuit ueterum puellarum, parula quædam puellaria simulacra ex linteo fusiere: deinde tomento infarcire, tum uestibus amicire. Hæc uirgines pueritiam ingressæ Veneri tanquam uirginitatis suæ insignia condonabant, ut faustum futurum matrimonium cederet. Persius. Satyr. 2. 7,

Dicite Pontifices in sacris quid facit aurum?
Nempe hoc quod Veneri donatæ à uirgine pupæ.

¶ Pupillus, & Pupilla, Diminutiua sunt à Pupa, & significat parùum puerum uel puellam. Horat lib. 2. Satyr. 3,

Pupam, aut pupillam appellet, fortiq; marito
Destinet uxorem. Sic restituit hunc locum Lambinus. quum antea legeretur, Rufam aut pusillam: contra legem carminis. Prima enim syllaba nominis pusillam, breuis est. Vide plura apud eundem.

Pupilla] pupillæ (κόρη, κόλπη) Foramen unius ex tunicis quæ in oculis sunt, quam rhagoidè Græci uocant, per quod foramen transfunditur spiritus uisorius in res externas. Plin. lib. 28. cap. 8. 7, Augurium ex homine ipso est non timendi mortem in ægritudine, quandiu oculorum pupillæ imaginem reddãt. Idem lib. 7. cap. 2. 8, Notabilius esse quòd pupillas binas in oculis singulis habeant. Cic. 2. de Natur. deorum, 213. Vetus exemplar habet, Pupula.

Pupilla] Tribus Romana. Alexander Alexandrinus lib. 2. cap. 17, Papyria quoq;, Pupinia & Pupilla ex suis progenitoribus uocatur.

¶ Pupula, pupulæ, pen. corr. Idem (κόρη) Lucret. lib. 3. 83,

Vt lacerato oculo circum si pupula mansit
Incolumis, stat cernendi uiuata potestas.

Cicero 2. de Natura deorum, 214, Palpebræ quæ sunt tegumenta oculorum, mollissimæ tactu, ne læderent aciem, aptissimè factæ, & ad claudendas pupulas, nequid incideret, & ad aperiendas.

Parvula sic totum pertusit pupula cælum. Manilius lib. 4.

Pupillo] pupillas, pupillare, Verbum fictitium à uoce pauonis. Author Philomelæ, 6,

Pupillat pauo, trinsat hirundo uaga.

Pupillus] pupilli, & hæc Pupilla, pupillæ (ὀρφανὸς) à puer derivatur, pro impubes, qui desijt esse in patris potestate, uel morte, uel emancipatione, ut ait Pöponius, De uerb. signif. l. pupillus. Plin. epist. 176. b, Modò designatus ædilis, recens maritus, recens pater, intactum honorem, orbam matrem, uiduam uxorem, filiam pupillam ignaram aui, ignaramq; patris reliquit. Cic. in Topic. 23, Non quemadmodum quod mulieri debeas, rectè ipsi mulieri sine tutore solues, ita quod aut pupillæ aut pupillo debeas, rectè possis eodem modo soluere. Horat. 1. epist. 1. 5.

Pupillum fraudare qui in tutelam peruenit. Cic. pro Roscio Comœdo, 9.

Infans pupilla. Cic. 3. Verr. 109, Iste infanti pupillæ fortunas patrias ademit.

¶ Pupillaris, & hoc pupillare, penult. product. (ὀρφανικὸς) Quod ad pupillam pertinet. Liu. 4. bel. Pun. 81, Pecuniæ quoq; pupillares primò, deinde uiduarum cœptæ conferri. Plin. lib. 7. cap. 18. 1.

Pupinia] Festus Pompeius lib. 14, Pupinia tribus, ab agro Pupinio prope Tybur. Vide Tribus. Tradunt autem rerum scriptores, Tybur ciuitatem esse, sextodecimo lapide ab urbe Roma distantem, uocariq; hodie Tyuoli. Liuius Decad. 3. lib. 6, infrà Thusculum dextrorsus Gabios descendit. Inde in Pupiniam exercitu demisso, octo millia passuum à Roma posuit castra. De Annibale ad urbem ducente exercitum loquitur. Columel. lib. 1. cap. 4, In uniuersum tamen quasi testificandum, atque sæpius prædicandũ habeo, quod primo iam Punico bello dux inclytissimus M. Attilius Regulus dixisse memoratur, fundum, sicuti ne fœcundissimi quidem soli, quum sit insalubris, ita nec effœti, si uel salubrimus sit, parandum. quod Attilius ætatis suæ agricolis, maiore cum authoritate suadebat, peritus usu. Nam Pupiniæ, pestilentis simul & exilis agri cultorem fuisse eum loquuntur historiæ. Valerius Maximus lib. 4. cap. 4, Attilius Regulus primi belli Punici gloria, cladesq; maxima, quam in Africa insolentissimæ Carthaginis opes crebris uictorijs contunderet, ac prorogatũ sibi ob bene gestas res in proximum annum imperium cognouisset: Consulibus scripsit, ullicum in agello quem septem iugerum in Pupinia habebat, mortuum esse: occasionemq; nactum mercenarium, & amoto inde rustico instrumento discessisse: ideoq; petere, ut sibi successor mitteretur, ne deserto agro non esset unde uxor ac liberi sui alerentur. Varro de Re rustica lib. 2. cap. 9, Itaque in ijs, ut in Pupinia, neque arbores prolixæ, neque uites feraces, neq; stramenta uidere crassi possis. Cicero quoque secunda in Rullum oratione docet, Pupiniam esse agrum ad Vrbem, eundemq; macrum & sterilem: Agros uerò, inquit, Vaticanum & Pupiniam, cum suis optimis atque uberibus campis conferendos scilicet putabunt. De Campanis loquitur.

Puppis] huius puppis, f. g. (πρῶμνα, ἄφλαστον, ἀντίπρωρον, ἀντιπρόσωπον) Posterior pars nauis. Liuius 2. bel. Pun. 88, Naues omnes quæ non aut perfregerant proras litore illisas, aut carinas fixerant uadis, religatas puppibus in altum extraxêre.

Sedere in puppi. Cic. de Senect. 16.

A' puppi religatus: id est, ad puppim. Vide A' præpositionem.

Puppis, pro Tota naui, apud poetas. Ouidius 4. de Ponto, eleg. 3. 1,

Dum mea puppis erat ualida fundata carina.

Virgil. 10. Aeneid. 58.

Interea Aeneas socios de puppibus altis
Pontibus exponit.

Id prosa ratio non recipit, teste Quintiliano libro 8. capite 6,

Aduncapuppis.Ouid.3.Metam.132.
Aerata.Ouid.8.Metam.21.
Aerea.Virg.5.Aeneid.40.
Alta.Virgil.5 Aeneid.3.
Cærulea.Virg.6.Aeneid.82.
Celeris.Ouid.epist.18.36.
Celsa.Virgil.1.Aeneid.38.
Cita.Horat.Epod.9.4.
Concaua.Ouid.1.de Arte,81.
Curua.Virgil.6.Aeneid.1.
Emerita puppis.Stat.2.Sylu.2.29,
—nec unquam
Emeritam in nostras puppem demitte procellas.
Fractæ puppes.Valer.6.Argon.83.
Incestæ puppis.Stat.2.Achilleid.73.
Inflexa puppis.Vide Inflecto.
Laboratæ puppes arte.Ouid.epist.18.37.
Laertia puppis.Stat.2.Achill.1.
Naufraga puppis.Ouid.epist.2.4.
Patulæ puppes.Virg.3.Georg.73.
Pictæ puppes.Horat.1.Carm.ode 14.3,
Pronæ puppes.Claud.4.Paneg.100.
Recurua puppis.Ouid.8.Metam.29.
Trunca puppis.Iuuen.Satyr.12.8.
Turritæ puppes.Virgil.8.Aeneid.139.
Iussis inexpertâ Colchos aduertere puppim. Ouid.epist.12.5.
Applicare puppim littori.Senec.Here.fur.9.31.
Auferor ut rapida concita puppis aqua. Ouid. 2. Amor. eleg. 4.2.
Consertis puppibus coit agmen.Lucan.lib.5.142.
Dirigit huc puppim fluctus.Lucan.lib.5.118.
Euertit puppim fluctus.Lucan.lib.5.130.
In littora exire fessis puppibus.Ouid.6.Metam.104.
Ignaua puppe facere iter.Ouid.epist.20.16.
Clamq; per immensas puppe feruntur aquas.Ouid.3.de Ponto, eleg.2.19.
Iamq; per Aegeos ibat Laertia fluctus Puppis. Stat.2. Achil.1.
Hostiliumq; nauium portu latent.
Puppes sinistrorsum citæ.Horat.Epod.9.4.
Summersas obrue puppes.Virgil.1.Aeneid.15.
Laceras puppes refici.Ouid.epist.2.9.
Et Scythicum profuga scindere puppe fretum. Ouid.5. Trist. eleg.3.4.
Non puppis umbras furna trãsuexit meas.Senec.Herc.Oetæo, 16.5.Intelligit nigram cymbam Charontis.
Puppis metaphoricõs usus est Plaut.in Epid.2.70,
Heccine ubi scribit senex,istæc puppis pereũda est probè?
Puppis,pro loco honoratissimo in Repub. Cicero ad Papyriũ Pætum,lib.9.15.9,Sedebamus enim in puppi,et clauum tenebamus:nunc autem uix est in sentina locus. id est, Remp.ciuitatis principes tenebamus. Idem ad Cornificiũ, lib. 12.25.12.
Puppius]*πόσπιος*,Poeta Tragœdiographus (inquit Acron apud Horatium) ita affectus spectantium mouit, ut eos flere cõpelleret.Inde huius poemata, lachrymosa uocauit Horatius.1.epist.1.14,
Vt propius spectes lachrymosa poemata Puppi.
Pupula]Vide Pupilla.
Pupulum]*πούπολον*, Vrbs est in latere Meridionalis Sardiniæ.Ptolemæus lib.3.cap.3.
Pupus]pupi,m.g.(*βρεφίδιον*)Paruulus tenerior.Varro, Mammam lactantis fugentem pascere pupum.
¶Pupulus,pupuli, pen.corr.Diminutiuũ (*βρεφύλλιον*)Catul. ad Catonem,epigr.52.1,

Deprehendi modò pupulum puellæ Trisantem.
Purgo]purgas(*καθαίρω,καθαρσίω,κατέρξω,λυτροῦμαι φαίνω,διασφήχω,διακαθαίρω,φοιβέω,χνυίζω*)purgare, Mundare,quasi purum agere.Colum.de Arboribus,cap.8. 4,Itaq; cauatum fòramẽ quum purgauimus, undiq; ad rasos circulos inserimus.
Purgare à.Cato cap.65,Si inquinata erit,lauito,à foliis & stirpe purgato.
Vomitione canis purgare aluos ibes Aegyptiæ curant. Cicero 2.de Nat.deor.189.
Agros & agrestes purgare.Tibul.lib.2.eleg.1.4.
Nec dubitem longis purgare ligonibus arua. Ouidius primo de Ponto,eleg.9.12.
Aqua proiecta corpus purgare.Ouid.in Ibin,91.
Immissi cum falcibus multi purgarunt & aperuerunt locum. Cicero 5.Tuscul.93.
Omnia purgat edax ignis.Ouid.4.Fast.158.
Purgare pisces.Terent.Adelph.3.3.22.
Vngues cultello purgare.Horat.1.epist.7.10.
Purgare cum genitiuo.Horat.2.Serm.Satyr.3.6,
—noui, Et morbi miror purgatum te illius.
Purgare se apud aliquem,uel alicui,de re aliqua. id est,se excusare.Terent.Eunuc.3.1.44,
Sed heus tu,purgõ' ego me de istac,Thaidi,
Quòd eam me amare suspicatur?
Cic.ad Att.lib.10.20B.6,De altero ei me purgaui.
Se alicui de aliquo purgare.Cicero Cornificio,lib. 12.25.7,
Quòd te mihi de Sempronio purgas,accipio excusationẽ.
Si quis tibi se purgare uolet,quòd suspectum esse arbitretur. Q..Cicero.de Petit.Consul.24.
Ab aliquo cui te purges,ueniam petere.Cic.in Orat.135.
Arguere & purgare,contraria.Cic.pro Ros.Amer.71.
Crimen purgare,Eluere,uel diluere.Cic.pro Cluentio,1.
Fastidium purgare, Curare, & ei remedium adhibere. Plinius lib.8.cap.27.5.
Fidem purgare letho.Claud.de bello Getico,119.
Pectora purgauit dictis.Lucret.lib.6.5.
Nefas purgare ferro.Silius lib.11.40.
¶Purgans,Particip.(*καθαίρων*) Ouid.4.de Ponto, eleg.3.11, I,bibe dixissem purgantes pectora succos.
¶Purgatus, pen.prod.Aliud participiũ (*κατηρξάμενος*),ut Aether purgatus nitet discussis nubibus.Silius lib.12.128.
Est mihi purgatã crebrò qui personet aurẽ.Horat.1. epist.1.2.
Si parum uobis essem sine defensione, purgatus. Cic. 14. Philipp.396.
¶Purgatio,Verbale (*καθαρμὸς,καθαρσιμὸς,κάθαρσις*)Plin. Suffimentum cædis hostium & purgatio.
Purgatio pro curationibus quæ medicamentis fiunt.Cic.ad Tironẽ,lib.16.12.1, Ego uerò cupio te ad me uenire, sed uiam timeo,grauissimè ægrotasti:inedia,& purgationibus, & ulipsius morbi consumptus es.
Aesculapius primus alui purgationẽ inuenit. Cicero 3. de Nat. deor.78.
Purgationes fœminarum,pro Menstruis. Plinius lib. 20. cap. 4.1.
Purgatio (*ἀπολόγησις*)Excusatio.Terent.Heaut.4.1.12,
Nescio quid peccati portet hæc purgatio. Cicero 4. Verrina,119.
Purgatio est quum factum conceditur,culpa remouetur. Cic.1. de Inuent.22.
¶Purgator,purgatoris,penult prod.Aliud uerbale. Firmicus lib.8.cap.20, Secũda pars Tauri,si in horoscopo fuerit inuenta,stercorũ faciet baiulos, latrinarũ cloacarũq; purgatores.

¶Purga-

¶Purgamen,pen.prod.purgaminis,siue purgamentum,purgamenti (*κάθαρμα*) Sordes quæ ex re aliqua immunda & lurida tergitur & repurgatur.Colum.lib.1.cap.6,Stercilinia quoq; duo sint:unum,quod noua purgamenta recipiat,& in annum conseruet.Liu. 1. ab Vrbe, 244, Cloacamq; maximam receptaculum omnium purgamentorum urbis,sub terram agendam.
Latius etiã patet significatio.Senec.epist.75, Non aliter quàm simus sterilis ac palustris bona semina necat,ac deinde purgamenta pro frugibus cient. id est, herbas inutiles, & quæ sint proiciendæ,uel res nihili.
¶Purgabilis,& hoc purgabile,penult.corr. (*σὺν κάθαρσιν*) Quod facilè purgatur. Plin.libro 15. cap. 23.2, Rotundior quæ balanitis uocatur, purgabilis maximè, & sponte prosiliens.
Purifico,Puritas]Vide Purus.
Purpura]purpuræ,pen.corr. (*πορφύρα,πόρφυρον, ποικίλος*) Piscis ex concharum genere, annos septenos uiuens. Congregatur uerno tempore,mutuoq; attritu lentorẽ quendam ueluti ceræ emittit. Sed nobilem illum succum ad tingendas uestes in mediis faucibus habet:reliquo corpore fœrè sterilis.Cum uita succum emittit, & ideo uiuas capere oportet. Hinc purpureus color dicitur, qui nigricantis rosæ splendore sublucet,cæterorum omnium gratissimus,& tingendis uestibus maximè expetitus. Hæc fere ex Plinio, lib. 9.cap.36.ubi plura leges.
Purpura, ut Vitruuius lib. 7. cap. 13, pro solis propinquitate colorẽ habet. Et puniceum quidem procreat Africa, id est, quasi uiolaceum colorem:Tyros autem,rubrum.
Purpura antiquitùs erat insigne Romanorum magistratuum: quod Martialis affirmat,quum ait,
Diuisit nostras purpura uestra togas.Bayfius.
Ardens purpura.Iuuen.Satyr.11.16.
Coæ purpuræ.Horat.4.Carm.ode 13.3.
Ignea purpura.Valer.1.Argon.86.
Laconicæ purpuræ.Horat.2.Carm.ode 18.2.
Melibœa purpura.Lucret.lib.2.101.
Oebalis purpura.Stat.1.Sylu.2.31.
Picta purpura.Virg.7.Aeneid.51.
Tyria purpura.Cic.pro Flacco,55.
Violacea purpura.Plinius,Nepos Cornelius qui diui Augusti principatu obijt,Me (inquit) iuuene,uiolacea purpura uigebat,cuius libra denarijs centum uænibat. id est,decem aureis solutis.Hæc Bayfius:apud quem plura legito de purpuræ precio & usu.
Vsq; ad talos demissa purpura.Cic pro Cluentio,85.
Illius è roseo flammatur purpura uultu.Stat.1. Achill.60.
Fulgere purpura.Cic.2.in Catil.28, Qui nitet unguentis,qui fulgent purpura.
Numeros cum numeris tanquam purpuram misceri. Cicero in Orator.114.
Purpura,pro Magistratibus.Martialis,
Purpura te fœlix,te colit omnis honos.Plin.lib.10.cap. 21.3,Romana purpura. id est,Romani magistratus.
Regum purpura.Virg.2.Georg.99.
Iamq; noui præeunt fasces, noua purpura fulget. Ouidius 1. Fast.17.
Per hoc inane purpuræ decus precor.Horat. Epod.5.2.
¶Purpureus, Adiect. (*πορφύριος, πορφυρέος, πορφυροῦς*) Quod purpuræ colorem refert. Plin. lib. 10. cap. 32.1,Tantum purpureis & candidis,admistis pennis. Purpureũ autem colorem ab Hercule primùm inuentũ,pulchrè docet Bayfius in libello De re uestiaria,ex Iulio Pollace.
Purpureus,Pulcher.Virg.1.Georg.82,

Et pro purpureo pœnas dat Sylla capillo.
Aer purpureus.Ouid.6.Metamorph.10.
Amictus purpureus.Virg.3.Aeneid.81.
Anima purpurea.Virg.9.Aeneid.70.Vide Anima.
Aurora purpurea.Ouid.3.Metamor.37.
Color purpureus,est niger rubore quodam admisto.Quandoque dicitur cæruleus, quando de mari uel fluuiis dicitur. Virg.4.Georg.75,
In mare purpureum uiolentior influit amnis, Cicero 4. Acad.188.
Purpureus quondam color ossa reliquit. Virgilius 11. Aeneidos,164.
Colore purpureo cassia.Plin.lib.12.cap.19.10.
Coma purpurea.Tibul.lib 1.eleg.4.13.
Cultus purpurei.Stat.6.Thebaid.16.
Purpureum rapido qui uehit axe diem.Ouid.3.Fast.104.
Ensis purpureus.Pers Satyr.3.5.
Flores purpurei.Virg.4.Georg.9.
Flore purpureo asarum.Plin.lib.12.cap.13.1.
Genæ purpureæ.Ouid.1.Amorum,eleg.4.5.
Ignis purpureus.Stat.1.Achill.33,
—nueo natat ignis in ore
Purpureus,fulmq; nitet coma gratior auro.
Labella purpurea. Ouid 1.Amorum,eleg.13.5.
Lætaq; purpurea luce refulsit humus.Ouid.6.Fast.51.
Lumen purpureum.Virg.1.Aeneid.120.
Plenaq; purpureo subrubet ua mero.Ouid.2.de Arte,64.
Nã modò purpureo uires capit Eurus ab Ortu. Ouid.1. Trist. eleg.2.6.
Os purpureum.Horat.3.Carm.ode 3.3.
Pallium purpureum.Cic.7.Verr.76.
Panis purpureus.Plaut.Menæch.20.19.
Pudor purpureus.Ouid.1.Amorum,eleg.3.3.
Inter pyra generosissima recensent purpurea Columel. libro 5. cap.10.12. Item,prunapurpurea,lib.12.cap.10.3.
Rubor purpureus.Senec.Hipp.4.4.
Sanguis purpureus Homero cur dictus.Plin.lib.9.cap.38.
Torus purpureus.Ouid. Epist.5.17.
Ver purpureum.Virg.9.eclog.7.
Vestes purpureæ.Virg.6.Aeneid.45.
Vestes purpureæ dictæ sunt Tyriæ,à loco ubi purpura fit. Plinius lib 11.
Vestitus purpureus.Cic.2.de Diuinat.55.
Vuæ purpureæ.Ouid.13.Meram.174.
Purpureus Lunæ sanguine ultus erat.Ouid.1.Amor.eleg.8.3.
Purpureus,pro purpurato.Horat.1.Carm.ode.35.3.
Et purpurei metuunt tyranni.
Reges purpurei.Claud.de raptu Proserp.lib.2.60.
¶Purpuro, purpuras, pen. corr. (*πορφυρίζω*) purpurare, Purpuræ colorem habere,siue reddere.Colum.lib.10.10, Tum quæ pallet humi,quæ frondens purpurat auro, Ponatur uiola,& nimium rosa plena pudoris.
¶Purpurasco, purpurascis (*πορφυρίσκω*) purpurascere, Purpureum fieri.Cic.in Acad. Quid mare, nõne cæruleũ aut eius unda,quum est pulsa remis,purpurascit?
¶Purpuratus,pen.prod. Adiect. (*πορφυροῦς*) Quod est purpura ornatum, Vnde Purpurati, dicuntur ij qui apud principes dignitate antecellũt.Cic.1.Tuscul.164,Istis quæso, inquit ista horribilia minitare purpuratis tuis. Liuius 10.bel. Pun.196, Sopratrum ex purpuratis & propinquis regis esse.
¶Purpurarius,Aliud adiectiuum (*πορφυρικὸς*) Quod ad purpuram pertinet: ut, Officina purpuraria, in qua purpura fit.Plin.lib.35.cap.6.16.

¶Purpura-

¶ Purpurarij,orum,Purpuræ diuenditores,l. negociantes. de excusat.munerum.lib.10. Cod.

¶ Purpuriſicium,apud Strabonis interpretem,ex Græco uerbo conficium,eſt locus in quo purpura conficitur,uel paratur. Strabo lib. 17, Poſt Syrtim eſt lacus, nomine Zuchis, cccc.ferè ſtadiorum,habens ingreſſum arctum, ad quẽ urbs eſt eodem nomine:ea Purpuriſicium, & uarias piſcium condituras habet.

Purpuriſſum] purpuriſi (πορφύρινος) Genus coloris ſanctiuij,quo utuntur pictores,ſicq; è creta argentaria, & cum purpuriſſimè pariter tingitur, bibitq; eum colorem celerius quàm lanæ.Plin.lib.35.cap.6.14.Plaut.Moſtel.4.103,

Tum tu igitur cedo purpuriſſum. s. non do: ſcita es tu quidem,
Noua pictura interpolare uis opus lepidiſſimum.

¶ Purpuriſſum, qui buccas inficiebant ſuas meretriculæ, rubricam dixit Plautus Latinè.Nam quum ſcripſiſſet,

Iſtas buccas tam bellè purpuriſſatas habes: ſubiecit non multo pòſt,
Buccas rubricatas,era omne corpus intinxit tibi. Turneb.

¶ Purpuriſſo,purpuriſſas (πορφυρίζω) purpuriſſare, Purpuriſſo inficere.Plaut.Trucul.6.34,

— Quaq; iſtas buccas tam bellè purpuriſſatas habes.

Purpuriſſo enim utebantur mulieres ad labra & genas tingendas, quemadmodum hodie plerunque apud Italos fieri uidemus.

Purpurariæ] Inſulæ in Aethiopico mari,non procul à Fortunatis inſulis.Plin.lib.6.cap.30.

Purrhicharij] qui dicantur in l.aut damnum.de pœnis:Vide in dictione Pyrrhicha.

Purus] Adiectiuum (καθαρός,καθαρίσιος,ἔκφατος,ἄκρατος, ἀγνός) Mundus,ſine ſorde.

Ad cibum purus.Vide in præpoſitione Ad.

Purus ab.Liu.1.ab Vrbe cond. Et extrinſecus puri aliquid ab humano patèret cultu.id eſt,uacui.Intelligit de pomœriis.

Nulla in hac urbe domus ab hac religionis ſuſpicione tam uacua atq; pura eſt.Cic.de Aruſp.reſp.8.

Purus & liquidus.Cic pro Cecin.57.

Purus & inſons.Hor.1.Serm.Satyr.6.14.

Purus & religioſus.Cic.de Aruſp.reſpon.49.

Sceleris purus.Horat.1.Carm.ode 22.1.

Aer purus.Lucret.lib.4.62.

Aer purus ac tenuis,cui opponitur Craſſus,& concretus. Cic. 2.de Nat.deor.60.

Amnis purus.Horat.2.epiſt.2.24.

Electro purior amnis.Virg.3.Georg.105.

Animus omni admiſtione corporis liberatus,purus, & integer eſſe cœpit.Cic.de Senect.73.

Caſtus animus & purus.Cic.1.de Diuin.198.

Aqua pura.Hor.3.Carm.ode 16.6.

Argentum purum.Cic.6.Verr.43.

Argenti uaſcula puri.Iuuenal.Satyr.9.15.Et Satyr.10.2.

Aurum purum,inquit Feſtus,in ſacris dicitur,quod in uſu ſpurco non fuerit.aliàs Purum aurum,quod expurgatum,excoctumq; eſt.

Campus purus ac patens.Liu.4.bel.Pun.62.

Charta pura,Vlpiano,In qua nihil ſcriptum eſt.Budæus.

Et purum eſt uitio tibi, quum tumidum eſt cor? Horatius 2. Serm.Satyr.2.3.42.

Dies purá.Claud.2.de raptu Proſerp.1.

Domus hac nec purior ulla eſt.Hor.2.Serm.Satyr.9.10.

Duellum purum & pium.Liu.1.ab Vrbe,144.

Fides pura.Ouid.1.Amor.eleg.3.2.

Genæ puræ.Senec.Hippol.5.12.

Haſta pura,id eſt, Sine ferro: præmium fuit apud antiquos eorũ qui prælio uicíſſent.author Seruius.Virg.6.Aen.152,

Ille uides pura iuuenis qui nititur haſta.

Hiſtoria pura & illuſtris.Cic.de clar.Orat.142.

Hoſtia pura.Plin.lib.8.cap.51.2.

Humus ſubacta atq; pura.Cic.de Senect.56.

Iudicium purum poſtulare.Cic.2.de Inuent.164.

Libertas pura.Claud.2.Paneg.33.

Locum purum Vlpianus eſſe definit, qui nec ſanctus, nec ſacer nec religioſus eſt: de religioſis & ſumptibus funerum.l. locum.

Luna pura.Hor.2.Carm.ode 5.4.

Lux pura.Virg.2.Aen.118.

Mella puriſſima.Virg.4.Georg.33.

Pura atq; integra mens.Cic.pro Milone, 45.

Nox pura.Virg.Prolog.8.

Oratio pura. Terent.in Prologo Heaut. 46.id eſt,quæ facilè aſſenſum auditorum ineat.

Orbis purus.Ouid.1.Amorum,eleg.8.2,

Quum uoluit, puro fulget in orbe dies.

Pectus purum,Hor.1.epiſt.2.14.

Concha ſalis puri.Hor.1.Serm.Satyr.3.3.

Sol purus.Hor.3.Carm.ode 29.9.

Synceritas pura.Plin.lib.15.cap.6.2.

Thus purum.Plin.lib.12.cap.14.7.

Toga pura.Plin.lib.8.cap.48.5.

Vaſa pura,ſine emblemate,cælatura,aut incruſtatione. Paulus in l.ſi in rem.de rei uendicatione, Quanuis & in uaſis occurrat difficultas,pura,aut cælata ſint dici oporteat.

Non ſatis eſt puris uerſum perſcribere uerbis. Horatius 1.Serm.Satyr.4.11.

Veſper purus.Hor.3.Carm.ode 19.6.

Veſtis pura.Virg.12.Aen.34.

Veſtimẽta pura, à ueteribus dicebantur,quæ ſacerdotes ad ſacrificia ſumebant: id eſt, non obſita,non fucata,non maculam habentia.Feſtus.

Vinum purum.Ouid.7.Metam.121.

Vir purus,pudens.Cic.pro Roſc.Comœdo,10.

Vnda pura.Virg.7.Aen.46.

¶ Purè, Aduerbium (καθαρῶς) Plin.Aul.8.3,

Vaſcula intus purè,propera,atq; elue.

Quietè,purè,& eleganter acta ætas Cic.de Senect.12.

Apparet tibi purè res.Hor.1.Serm.Satyr.2.20.

Lauari purè.Tibul.lib.2.eleg 3.5.

Loqui purè & emendatè.Cic.de Opt.gen.Orat.143.

Loqui Latinè & purè.Cic.1.de Orat.70.

Purè & caſtè deos uenerari Cic.1.de Nat.deor.5.

¶ Puriter,pen.corr.(καθαρῶς) Aliud aduerbium, Idem Cato capite 23.1,Succum puriter omnium dierum pariter in dolia diuidito.Idem cap.90.

¶ Puritas,pen.corr.puritatis,ſ g.(καθαρότης) Munditia.

¶ Purifico,purificas,pen.corr. (καθαροποιῶ) purificare, Purum facere.Suet.in Octauio Auguſto,cap.94,Paulo q; poſt egreſſum,illamq; expergefactam, quaſi à concubitu meretrũ purificaſſe ſe, & ſtatim in corpore eius extitiſſe maculam depicti draconis.Plin.lib.10.cap. 41, Villaribus gallinis & religio ineſt. Inhorreſcunt edito ouo, excutiuntq; ſeſe,& circumactæ purificant, ac feſtuca aliqua ſeſe & ouа luſtrãt. Idem lib.8.cap.12.

¶ Purificatio,Verbale (καθαρισμὸς) Plin.lib.15, cap. 30.10, Eadem purificationibus adhibetur.Sic Martialis, libro 8.1. Vide Luſtrum

Pus] puris,n.g.(πῦον) Sanies eſt, & quicunq; humor in putredinem uerſus. Plin. Ad puris & ſanguinis excreationes. Idem lib.23.cap.4.2,Vtiliter etiam auribus inſtillatur cum melle,uel ſi pus effluat.

Pus à ſanie diſtinguit Celſius his uerbis, lib.5.cap.26,Sanguis omnibus notus eſt:ſanies tenuior hoc,uariè craſſa,& glutinoſa,& colorata.Pus craſſiſſimum,albidiſſimumq;,glutinoſius & ſanguine & ſanie. Exit autem ſanguis ex uulnere recenti,aut iam ſeneſcente. Sanies eſt inter utrunq; tempus. Pus ex ulcere iam ad ſanitatem ſpectante.

Maturum opus.Celſus lib.5.cap.18.

Effunditur pus.Celſius lib.2.cap.8.

Exit pus ex iecinore.Celſus lib.2.cap.8.

Exempto pure,ſi leuis plaga eſt.Celſ.lib.6.cap.12.

Exprimere pus.Idem lib. 5.cap.28.De furunculo.

Extuſire pus. Celſius lib.2.cap.8.

Fertur pus ex uomica.Celſ.lib.2.cap.8.

Maturare pus.Celſius lib.5.cap.18.

Mouere pus dicitur emplaſtrum.Celſus,Aliud emplaſtrum eodem nomine puri mouendo eſt. Hoc eſt,ualet ad excitandum & extrahendum pus. Idem lib.5.cap.3,Concoquunt & mouent pus.

Mouendo puri accommodatum.Vide Accommodo.

Ortum pus.Celſius lib.5.cap.19.

¶ Purulentus,Adiectiuum (πυώδης) Pure plenum.Plinius l.xxiii.cap.13,Multi uerò & contra purulentas excreationes ſiccæ drachmas duas,ſulphuris unam & dimidiam miscent.Ibidem,cap.2.2.

¶ Purulentè, Aduerbium (πυωδῶς) Plin. lib. 23. in Procem. 8,Cicatricibus marcidis, oſſibus purulentè limoſis plurimũ confert. De omphacio.

¶ Puruleintia,æ,eſt ipſa puris tumiditas,aut plenitudo,uel uulnus pure plenum.

Puſa] pro Puella,apud antiquos accipiebatur.Feſtus.

Puſca] Vide Poſca.

Puſillanimis] & hoc puſillanime,pen.corr.(μικρόψυχος) Quod eſt puſilli animi:cui contrarium,Magnanimus.

Puſillus] τυτθός, μικρός; Diminutiuum à Puſio,puſionis, antiquo uocabulo,id eſt,Parυulus:ut,Puſillus homo. Martialis lib.1.39,

Bellus homo,& magnus uis idem Cotta uideri:
Sed qui bellus homo eſt Cotta,puſillus homo eſt.

Animus puſillus.Hor.1.Serm.Satyr.4.4.

Illud eſt puſilli animi.Cic.Caninio,lib.2.16.16.

Caput oppidò puſillum.Catull.de quodam & Caluo,epigrammate,50.2.

Et firmis cauſa puſilla nocet.Ouid.2.de Remedio amor.67.

Epiſtola puſilla.Cic.ad Brutum,14.3, Videlicet quum illam puſillam epiſtolam tuamad me dabas, nondum erat tibi id notum. Idem ad Att.lib.16.112.2.

Homines puſilli.Iuuen.Satyr.15.7.

Libelli puſilli & contempti.Cic.4.Verr.134. (35.4.

Mœchi puſilli & ſemitarij. Catull.ad Contubernales,epigram.

Habuimus in Tuſculano quaſi puſillam Romam:tanta erat in his locis multitudo.Cic.Att.lib.89.2.

Teſtis puſillus proceſſit.Cic.2.de Orat.135.

Villula ualde puſilla.Cic.Att.lib.12.145.1.

Vxor puſilla.Hor.2.Serm.Satyr.3.43.

Puſillum laxamenti,Paululum relaxationis. Trebonius ad Cic. lib.12.16.8.

Puſillum intelligere.Plin.epiſt.278.

Puſio] puſionis,maſcul.gener,(παιδίον) Paruus puer. Veteres enim puſum & puſam, pro puero & puella uſurpabant.Cicero pro Cæcio,28,Qui propter neſcio quam credo timiditatem, & nocturnos quoſdam manes metus tecum ſemper,puſio cum maiore ſorore cubitauit. Sic 1.Tuſc.89. Iuuen.Satyr.6.4,

Nónne putas melius quod tecum puſio dormis?
Puſio qui noctu non litigat.

Puſio] & Secundilla,prodigioſi corporis homines,apud Plinium lib.7.cap.16.

Puſtula] puſtulæ,penultima correpta (φλυκτίς,φλύκταινα) Tuberculum in ſummitate cutis naſcens. Martialis, libro 14.169,

Feruida ne trito tibi pollice puſtula ſurgat. Quidam legunt.Plin.lib.26.cap.8.22,Eſt enim tam feruentis naturæ,ut per ſe extrà corpori impoſitum,puſtulas ignium modo faciat, & pro cauſtico in uſu ſit.

Puſtulæ ſunt apud Celſum lib.5,id genus morbi, quod uariolas & rubeolas uocant, morbus in ætate puerili maximè euenies,ut inquit ille,raro in medio corpore,ſæpe in eminentibus partibus. Budæus.

Rupta puſtula.Tibul.lib.2.eleg.3.2,

Nec quererer quòd ſol graciles exureret artus,
Læderet & teneras puſtula rupta manus.

Puſtulæ liuentes.Plin.lib 20.cap.6.1.

Lucentes puſtulæ.Mart lib.11.92.

¶ Puſtulatus, penultima product.Adiectiuum (φλυκταινώδης) Puſtulis plenus.

Puſtulatum argentum, pro purgatiſſimo & excoctiſſimo poſuit Tranquillus,cuiuſmodi aurum obryzum à Græcis appellatur τὸ σολακίζειν ἐψυθὲν:hoc eſt, multipliciter excoctum. Tron pulli uerba ſunt in Nerone, cap. 44,Exegitq; ingenti faſtidio & acerbitate nummum aſperum,argentum puſtulatum,aurum obryzum,ut plericq; omnem collationem palam recuſarent.Mart.lib.7.85,

Sed cauſam ſcio,nulla euenit à me
Argenti tibi libra poſtulati.

¶ Puſtuloſus,penult.prod.Adiectiuum, Idem. ut, Locus puſtuloſus.Celſius libro 5.capite 26, De ulceribus quæ extrinſecus, &c.

Puſula] puſulæ,pen.corr. (φλυκτίς) Eſt tumefactio illa leuis, quæ in coquendo pane ſolet aſſurgere.

Puſula,Morbi genus,qu alio nomine dicitur Sacer ignis. Columel.lib.7.cap.5.13,Eſt etiam inſanabilis ſacer ignis, quam puſulam uocant paſtores.Ea niſi compeſcitur inter primam pecudem quæ tali malo correpta eſt,uniuerſum gregem contagione proſternit.

¶ Puſulatum argentum,ab attributo Puſulatus,puſulata,puſulatum,idem quod Puſtulatum,id eſt,puſula probatili, quam & copellam barbari dicunt. Alſenus l.31,locati,in P. Veluti quum argentum puſulatum fabro daretur, ut uaſa fierent, ut aurum, ut annuli.

¶ Puſuloſus, penultima product. Adiectiuum (φλυκταινώδης) Qui eo morbo laborat:ut, Pecus puſuloſa.Columella,libro 7.cap.5.14.

Puſus] puſi, Puer à ueteribus dicebatur, ſicut & Puſio,& Pupus:ut etiam docet Iſidorus in uoce Pupus. Quin & ex epigrammate quodam Pomponij, quod extat apud Varr. lib.6.de ling.Latina,

Puſum pro puero accipi,facilè eſt intelligere:
Nam uerè puſus tu,tua amica ſenex'ſt. Lucret.libro 4,
Puſi ſæpe lacum propter,ſe,ac dolia curta
Somno deuincti credunt extolli re ueſtem.&c.

Puta, Putamen, Putatio, Putator] Vide Puto.

Putal] neut. gen. (βῆμα) Prætoris tribunal uel ſubſellium dicitur.Hor.1.epiſt.20.2,

— ſorum putealiq; Libonis

Mandabo ſiccis. Cic.1. de Diuin. 61, *Cotem autem illam & nouaculam defoſſam in comitio, ſuprá́q́ impoſitum puteal accepimus.* Hor.2, Serm. Satyr. 6.7.

¶ *Putealis.* Vide Puteus.

Puteo] *putes, putui* (πικάζω, βρωμάομαι) *putere*, Fœtere, & *mali odoris eſſe. Producit primam ſyllabam. Horatius 2. Serm. Satyr. 2.9,*

Putet aper, rhombuſq́ recens. Quintil. lib. 6. cap. 4, *Aliquando deſinet putere.*

Diurno mero putere. Horat. 1. epiſt. 20.3.

¶ *Putidus, pen. corr.* Adiectiuum (δυσώδης, κακὸς) *Quod eſt mali odoris. Plaut. Bacchid. 18.23,*

Tanti eſt, quanti eſt fungus putidus. Cic. *in* Piſonem, 14, *Ego iſtius pecudis ac putidæ carnis conſilio ſcilicet, aut præſidio niti uolebam?*

Plus putida. Catul. ad Coloniam, epi. 17 2.

Cerebrum putidius. Hor. 2. Serm. Satyr. 3.15.

uPlidum (inquit Nonius) *non ſolùm ab odore fœtido & graui, quod naribus præbetur, ſed etiam quod auribus triſte, inſuaue, auſterum, rancidum, putidum dici poſſe authoritas uetuſtatis admiſit.* Cicero, *Putidas ac pœminoſas aures. Putidam orationem dicimus per metaphoram, quæ auribus auſtera, inſuauis, & (ut ita dicam) rancida.* Cicero *in* Orator. 15, *Quónam igitur modo audiretur Myſus aut Phryx Athenis, quum etiam Demoſthenes exagitetur ut putidus?*

Non dices hodie quorſum hæc tam putida tendunt Furciferi? Horat. 2. Serm. Satyr. 7.5.

Mœcha putida. Catul. de Acme, epigr. 39.4.

Putidum Ciceroni, in quo nimia diligentia reprehendi poſſit, 1. Officior. 186, *Literæ neque expreſſæ, neque oppreſſæ, ne aut obſcurum eſſet, aut putidum.* Idem ad Atticum, libro 1.9.1.

¶ *Putidum, Putre* Varr. πεφὶ μενίπτου, *Inde putidas uas acinis electis & comeſtis extendit in lectis quondam.* Cæcil. Andria, *Conducit nauem putidam.* Nonius.

¶ *Putidè, penultima correpta, Aduerbium* (δυσώδως) *Inſuauiter, auſterè, rancidè.* Cicero 3. de Orat. 23, *Nolo exprimi literas putidius, nolo obſcurari negligentius. Sic de claris Orator.* 156.

¶ *Putidulus, pen. corr.* (ὑποδυσῳδης) *Adiectiuum diminutiuum.* Mart. lib. 4.20,

Ferre ne hanc poſſis, poſſis Colinte nec illam:
Altera ridicula eſt, altera putidula.

¶ *Putidiuſculus, pen. corr. Aliud diminutiuum.* Cic. ad Cæſarē, *libro 7.5.10, Simus enim putidiuſculi, quàm per te uix licet: uerùm, ut uideo, licebit.* Nonnulli hoc loco legunt, *pudentiuſculi: & fortaſſe rectius.*

¶ *Putor, putoris* (ἀνοσφρησία, βδελυγμὸς) à Puteo, *putes*, Fœtor. Cato cap. 157, *Poſtea bis in die contrita imponito, ea omnem putorem adimet.*

Cœpit putor ob imbres intempeſtiuos. Lucret. lib. 2. 186.

Detegere putorem. Stat. 4. Sylu. 3.18.

Tellus humida putorem nacta eſt ex imbribus. Lucretius, libro 2.175.

Puteoli] *orum* (ποτίολοι) Stephano, Vulgò Puzzuoli, Oppidum maritimum Campaniæ, octauo lapide à Neapoli diſtans, non procul ab Auerno lacu, à Samijs conditum, teſte Euſebio: *ſub idem ferè tempus, quo Tarquinij Roma ſunt excacti. Dicti Puteoli, ſiue à copia puteorum aquis calidis ſcatētium: ſiue à pudore, hoc eſt, graueolentia aquæ ſulphuratæ. Olim etiam, quòd iuſtiſſimè regeretur, Dicœarchia dicebatur. Paulus apud Feſtum. Hinc,*

¶ *Puteolanus, penultima producta* (ποτιολανὸς) Poſſeſſiuum Cicero Thermo, lib. 13.57. 1, *Cluuius Puteolanus haldem obſeruat.*

Aquæ puteolanæ. Cic. 8. Philip. 240.

Puteus] *putei, m. g.* (φρέαρ) Notæ ſignificationis. Plin. lib. 2. cap. 97.8, *Æſtus idem triduo in menſe conſiſtit, ſeptima, octaua, nonaq́ luna. Gadibus, qui eſt delubro Herculis proximus, fons incluſus ad putei modum: aliàs ſimul cum Oceano augetur, minuiturq́: aliàs nerò utrunq́ contrarijs temporibus.* Virg. 3. Georg. 66,

Ad puteos, aut alta greges ad ſtagna iubeto
Currentem illignis potare canalibus undam.

Capaces putei. Ouid. 7. Metam. 116.

Iugis puteus. Vide Iugis, *in* Iugum.

Patens puteus. Hor. 2. epiſt. 27.

Perennis puteus iugis aquæ. Hor. 1. epiſt. 15.4.

Abijcere ſe in puteos. Cic. de Prouinc. Conſ. 5.

Haurire aquam de puteo. Cic. 2. de Diuin. 46.

Puteus, à Putore dicitur, authore Varrone *lib. 4. de Lingua Latina, quòd putidus ſit odoribus, ſæpe ex ſulphure & aliquo mineræ: & putearios ſæpe necat.* Vlpianus *quoq́ in l. Iulianum, in fine. ff. de act. empt. & uend. Aedibus diſtractis uel legatis, ea eſſe ædium ſolemnis dicere, quæ quaſi pars ædium, uel propter ædes habentur, utputa puteum cooperitur.*

Puteum, n. g. dixit Varro, *De miris ſecundo de ſtatuis, aquis, ut ſunt lacus, & ſtagna, & putea, & maria.* Nonius.

¶ *Puteanus, penultima producta*, Adiectiuum (φρεατικὸς) *Quod ex puteo eſt. Vnde Aquam puteanam dicimus.* Plin. lib. 14. cap. 9.3.

¶ *Putealis, & hoc puteale, pen. prod.* (φρεάτιος) *Eiuſdem ſignificationis. Ouid. in Ibin, 79,*

Vt quos dux Pœnus merſit putealibus undis. Colum. lib. 9. cap. 5.5, *Præterfluens unda uel putealis.*

Lymphæ puteales. Lucret. lib. 6. 236.

¶ *Putearius, putearij* (φρεατορύκτης) *Qui puteos fodit.* Plin. lib. 31. cap. 3. 18, *Depreſſis puteis ſulphurata uel aluminoſa occurrentia, putearios necant.*

¶ *Puticuli, ſunt appellati à puteis, quòd ibi cadauera in puteis obruerentur: uel ab eo quòd in his corpora putreſcerent. Romæ ultra Exquilias fuit locus publicus, dictus Puticuli, quoniam illic erat commune ſepulchrum miſeræ plebi. Author* Varro de lingua Latina, libro 4. *Puticuli, inquit* Pompon. Feſtus, *ſunt appellati, quòd uetuſtiſſimum genus ſepulturæ, ut puteus fuerit: uel dicti pulticuli, quia ibi cadauera putreſcerent.*

Putidus] Vide Puteo, *putes.*

Putitus] *pro ſtulto dixit* Plaut. *Paulus apud Feſtum.*

Puto] *putas* (κλαδεύω, κλαδέω) *putare*, Falſa & ſuperflua & infructifera ex quacunq́ re à ueris & fertilibus reſecare & purgare. Hinc putari arbores & uites dicuntur. Columella, libro 2, Neq́ arent, neq́ uitem aut arborem putent.* Idem, *libro 6, Quinetiam compluribus annis interpoſitis oliuetum putandum eſt.*

Vitem putando fingit. Virg. 2. Georg. 82.

Putare (νομίζω, λογέω, οἴομαι, ἡγέομαι, ἐλπόμαι) Cogitare, confiderare. Terent. Eunuch. 4.2.4, — *dum hæc puto, Præterij imprudens uillam.*

Multa putans, ſortemq́ animo miſeratus iniquam. Virgilius 6. Aeneidos, 67.

Multaq́ dura ſuo triſti cum corde putabant. Virgilius 8. Aeneidos, 105.

Puto ut. Cælius Ciceroni, lib. 8.2.4, Puto ut ſuum gaudium gauderemus.

Putare, Aeſtimare, iudicare. Terent. Eunuch. 4.7.43,

Nolunt ubi uelis: ubi nolis, cupiunt ultrò. THR. *bene putas.* Idem Andr. 1.1.114,

Rectè putas.

O pater, an'ne aliquas ad cælum hinc ire putandum eſt

Sublimes animas? Virg. 6. Aeneid. 144.

In quo primum illud debes putare, comitijs ſtudium eſſe populi, non iudicium. Cic. pro Plancio, 8.

Præterea quamuis ſolidæ res eſſe putentur. Lucret. lib. 1. 71.

Noli putare me, &c. Cic. Att. lib. 111. 6.

Nunquam putaſſem. Cic. 4. Acad. 103.

Putare aliquo in numero, Aliquo in precio uel numero habere. Cic. pro lege Manil. 26. *Simile eſt* Terentij *in* Heaut. *putare uicinitatem in propinqua parte amicitiæ: pro, Aeſtimando ponere.*

Nemimem præ ſe putare. Cic. pro Roſc. Amer. 80.

Putare pro certo. Cic. ad Attic. lib. 9. 188.9.

Putare pro nihilo, Nihili æſtimare aut facere. Cic. 13. Philippic. 359, *Neq́ eos ſolùm præſentes, ſed multò magis nos, à quibus illi erant miſſi, ſpreuit, & pro nihilo putauit.*

Magni putare. Quint. lib. 6. cap. 2, *Alius imaginem mariti pro rea proferre magni putauit.*

Magni putare honores. Cic. pro Planc. 9.

Noli ſpernere, nec putare parui. Catul. epigr. 20.5.

Tanti putare. Plinius libro 8. capite 3.3, *Circumuentiq́ à uenantibus primos conſtituunt quibus ſunt minimi, ne tanti prælium putetur.*

Quid, quod amat, tantiq́ putat connubia noſtra Vt pereat? Ouid. 10. Metam. 123.

Putemus rem ipſam. Terent. Adelph. 5.3.10,

— mitto maledicta omnia,
Rem ipſam putemus. Vbi Donatus, Putemus, Tractemus, purgemus. Idem Phorm. 4.5.6,

Nam ſi altera illa magis inſtabit, forſitan nos reijciat.
G. *Rem ipſam putaſti. Vbi Donatus, Putaſti, pro Diſputaſti modò.*

Beſtia damnationem pro Prætura putat. Cic. 11. Philipp. 297, *id eſt, damnationem putat eſſe Prætura.*

Putare cum aliquo argumentis. Plaut. Amph. 7.34.

Putare rationem cum aliquo: pro, Subducere rationem. Plautus Aulul. 19.55. Cato, cap. 5.3, *Rationem cum domino crebrò putet. Sic cap. 2.3. Et* Cic. ad Atticum, *lib. 4.80.1, Putare rationes cum publicanis.*

Rationem ſecum putare: pro Cogitare, conſiderare. Plautus Caſin. 13.26.

Puta, Imperatiuum, loco Aduerbij ponitur quandoq́, pro Scilicet, uel Verbi gratia. Pomponius *in l. ſi quis. §. item ſi. ff. de hæred. inſti. Si ille, puta, Conſul factus fuerit: tunc, &c. De hoc ita Priſcianus lib. 15. de Aduerbijs, A igitur terminantia uel primitiua ſunt, ut ita, quod ſolum A correptam habuit: quamuis quidam Puta quoq́ aduerbium eſſe accipiāt, ideoq́ Perſium id corripuiſſe: ut,*

Hoc puta non iuſtum eſt, illud malè, rectius illud.

Vt puta, eodem modo dicitur. Vlp. in l. Iulianus. §. ult. ff. de act. empt. & uendi. Aedibus diſtractis uel legatis, ea eſſe ædium ſolemnis dicere, quæ quaſi pars ædium, uel propter ædes habentur, utputa putea.

Putatur prudens, Reputatur & æſtimatur. Cic. de Amicitia, 5. *Legitur &, putabatur.*

¶ *Putator, pen. prod. putatoris* (κλαδευτὴρ) *Arborum purgator, inquit* Donatus. Plinius *lib. 27. cap. 8.12, Curatum ea ſcio, omnibus ferè oſſibus confractis, prolapſum ex arbore alta putatorem circundata uniuerſo corpori. Martialis libro 5.114, Seras putator horridus refert uuas.*

Vitis putator. Ouid. 13. Metam. 130.

Pendulus putator. Vide Pendeo.

¶ *Putatorius, Adiectiuum: ut, Falces putatoriæ. Vlpianus in l. Inſtrumenta. ff. de inſtruc. & inſtr. leg.*

¶ *Putatio, Verbale fœm.* (κλάδευσις) *Quæ ulgò in arboribus emundatio, in uitibus reſectio dicitur.* Cic. 1. de Orator. 129, *Vt quid ſit ſemētis ac meſſis, quid arborū putatio ac uitium, quo tempore anni, aut quomodo ea fiant, omnino neſciat.* Colum. lib. 1. *in Præfat.* 23.

Putatio, pro Aeſtimatione. Paulus in l. eum qui. §. ult. ff. de iniur. & famoſ. lib. Nec transferri perſonæ putatio ex perſona filiorum ad eas poteſt.

¶ *Putamen, pen. prod. putaminis, n. gen.* (λυπρὸν, πέλυφος) *Rei alicuius purgamentum: nam quicquid ex aliqua re proijcitur, id putamen appellatur.* Plaut. Capt. 11.123,

Nucleū amiſi, reliqt pignori putamina. Vide Nucleus.

Putamen iugulandis. Cic. 5. Tuſc. 83,

Inſtituitq́ ut candentibus iuglandium putaminibus barbam ſibi & capillum adurerent.

Putamina uuorum. Plin. lib. 7. cap. 2.18.

Teſtudinum putamina ſecare in laminas. Plin.

Putor] *putoris.* Vide Puteo.

Puteo, Putreſco, Putrefactus, Putricauus, Putridus] Vide poſt Putris.

Putris] *& hoc putre* (σαπρὸς) *Quod eſt corruptum ac reſolutum.* Virg. 8. Aen. 117,

Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.

Idem 1. Georg. 9,

— & Zephyro putris ſe gleba reſoluit.

Putris & in uacuo texetur aranea lecto. Propertius libro 3. eleg. 6.7.

Arenæ putres. Stat. 4. Sylu. 3.26.

Bos putris. Ouid. 1. Faſt. 76.

Chartæ putres. Stat. 4. Sylu. 3.29.

Cineres putres. Stat. 6. Theb. 47.

Coma putris. Martialis lib. 1. 559.

Corpus putre. Lucret. lib. 3.155.

Hæc tibi dictabam poſt fanum putre Vacunæ. Horatius 1. epiſtol. 10.10.

Fungi putres. Virg. 1. Georg. 79.

Roſus tineis liber, & ſitu putris. Stat. 4. Sylu. 9.2.

Lapis putris. Plin. epiſt. 256, *Siue lapis ipſe gracilis & putris.*

Mammæ putres. Hor. Epod. 8.2.

Putris & in uacua requieſcit nauis arena. Propertius libro 2. eleg. 26.2.

Oculi putres, Fluxi & humidi. Hor. 1. Carm. ode 36, 4.

Sanies putris. Stat. 12. Theb. 114.

Saxa putria. Claud. 2. *in* Eutrop. 56.

Solum putre. Virg. 2. Georg. 41.

Spinis putribus atq́ deciduis. Plin. *auunculus lib. 8. cap. 37.*

Sulci putres. Virg. 1. Georg. 43.

Tabo putri liquentia corpora. Sil. lib. 13.99.

Tellus putris. Stat. 6. Theb. 102.

¶ *Putricauus, putricaua, putricauum, Cariæ exeſus & excauatus.* Lucret. lib. 2,

— quæ quum ita ſunt tandem, ut mortalia conſtent,
Mollia, lenta, fragoſa, putricaua, corpore raro, &c.

¶ *Putridus, penult. corr. Adiectiuum* (σαπρόδης) Corruptus. Cic. *in* Piſonem, 1, *Non enim nos color iſte ſeruilis, non piloſæ genæ, non dentes putridi deceperunt.*

Antra putrida. Claud. 1. *de raptu* Proſerp. 36.

Membra putrida. Lucan. lib. 2.29.

Pectora putrida. Catul. Argon. 59. 70.

¶ Putredo, penultima producta, putredinis: (σάπεια, σηπεδὼν) Corruptio, resolutio.

Æstur, ut occulta utitia putredine nauis. Ouidius 1. de Ponto, eleg. 1. 14.

¶ Putreo, putres, putrui (σαπρόω) putrere, Marcere, & in pus resolutum esse, uel putridum. Pacuuius Teucro,

Quanquam amnis & ætate hoc corpus putret. Ex Nonio.

Non alia, quàm quia Byzantia putruit orca. Horat. 2. Sermon. Satyr. 4. 14.

¶ Putresco, putrescis (σήπομαι, κατασήπομαι) putrescere, Putridum fieri. Colum. lib. 2, Vt herbarum culmis cæteriscq; rebus immista putrescant. Cic. 5. de Fin. 68, Animum illi pecudi datum pro sale ne putresceret.

Cur Aiax heros ab Achille secundus Putrescit. Horatius 2. Serm. Satyr. 3. 39.

Vestis putrescit in Arca. Hor. 2. Serm. Satyr. 3. 2 4.

¶ Putrefacio, putrefacis, penultima correpta putrefeci, penultima producta, putrefactum (σήπω, ματασήπω) putrefacere, Corrumpere, resoluere, putre aliquid facere. Plautus Mostel. 3. 31,

Perpluunt tigna, putrefacitq; operam fabri. Columella, libro 3. capite 12. 2, Quum se promunt uites, modico tempore euocant humorem terræ iusto maiorem, qui putrefacit deposita semina.

¶ Putrefactus, Participium (κατάσηπ℈) Ouidius 15. Metamorph. 68,

Sunt qui quum clauso putrefacta est spirina sepulchro, &c.
Mutari credunt humanas angue medullas.

Et tamen hæc quum sint quasi putrefacta per imbres. Lucretius lib. 2. 189.

¶ Putror, putroris, penultima producta (σηπεδὼν) Idem quod Putredo. Lucret. lib. 2,

Quippe uidere licet uiuos existere uermes
Stercore de tetro, putrorem quum sibi nacta est.
Intempestiuis ex imbribus humida tellus. Sic enim legendum est, non ut in uulgatis, puiorem. Lambinus.

Putus] Adiectiuum (καθαρὸς) Purus. Vnde putum argentum, id est, purgatum. Iuuenal. Satyr. 10. 2,

Pauca licet portes argenti uascula puti. Sic Satyr. 9. 15. Alij legunt, Puri. Inuenitur apud Gellium lib. 6. capite 5, Alphenum iurisconsultum, Seruij Sulpitij discipulum lib. 30. scriptum reliquisse in fœdere, quod inter Pomanum populum & Carthagimienses factum est, cautum fuisse, ut Carthaginienses quotannis populo Romano darent certum pondus argenti puri puti. Vbi purum putum Gellius intelligi uoluit expuratum, excoctumq;, atq; aliena omni materia carens, omnibusq; ex eo uitijs detractis emaculatum & candefactum: quo uerbo antiquos uti solitos esse ait. Propterea Plautus in Pseud. 15. 32, ridiculè ita inquit,

— eho Polymachæroplacides.
Purus putus est ipsius: noui. Quasi diceret, Ipse est omnino, & nullus alius prorsus: uerus, non adulterinus est: translatione ab argento tracta, quum merum prorsus & omni parte uerum est. Verba sunt lenonis, in epistola symbolonis militis agnoscentis. Idem alibi in eadem, Purus putus sycophanta est. hoc est, merus sycophanta, in quo nihil probitatis inest, ex omni uitio concretus, qualis delator & calumniator esse debet. Festus, Putum antiqui pro puro dicebant. Vnde Putum aurum, putatum dici solet, id est, expurgatum. Meminit & Nonius. Budæus.

Orationes putissimæ. Cic. Attico, lib. 2. 24. 2, Vt sciat hic Hierosolymarius traductor ad plebem, quàm bonam meis pu-

tissimis orationibus gratiam retulerit.

P Y

Pyanepsion] πυανέψιων, Mensis nomen apud Athenienses, nostro Octobri respondens, si Theodoro credimus: quo celebrabantur Pyanepsia festa Apollini sacra: coquebantur autem fabæ, aliaq; legumina, quæ mensi nomen fecerunt.

Pycnocomon] penul. correpta (πυκνόκομον) Nomen herbæ, quam Plinius lib. 26. cap. 8. 14. describit. Sed hodie incognita est.

Pycnostylum] πυκνόστυλον, Aedificium deambulationis aptum, cinctum columnis densioribus, modicoq; interuallo à se inuicem distantibus.

Pycnotica] πυκνωτικὰ, Pharmaca à medicis appellantur, quæ uim habent condensandi: quibus opponuntur Manotica, quæ rarefaciendi habent potestatem.

Pyctatium] pyctatij (πύκτιον) Apud Lampridium in Alexandri uita, dicitur album, hoc est, tabella dealbata, in qua nomina iudicum selectorum describebantur. sic enim inquit, Deniq; quum inter militares aliquid ageretur, multorũ dicebat nomine: de promouendis etiam sibi annotabat, & perlegebat pyctatia, sic faciebat diebus etiam pariter annotatis, & quis & qualis esset in ciuitate promotus. Budæus, Album uulgò matricula dicitur, ut album Decurionum, & similia. A quibusdam matrix à quibusdam recentiorum pyctatium: à Græcis leucoma, quasi album. in l. actuarij. de erogatione mil. ann. libro 12, pyctatia pro brenibus commentariolis accipiuntur: quæ eodem in titulo, in l. excellentia, breues uocantur.

Pyctes] pyctis: siue Pycta, pyctæ (πύκτης) Pugil dicitur. Lampрid. in Heliog. Gladiatores ante conuiuium pugnantes sibi & pyctas frequenter exhibuit. Columella, libro 8. capite 2. 4, Gallinaceum in certaminibus gallorum pugnacem, pyctem uocat. Plinius, libro 7. capite 47, Euthymus pictà semper Olympiæ uictor.

Pyctomacharius] Idem quod Pyctes, uel pugil. Firmic. lib. 8, Hunc locum si Mars respexerit, stadiodromos facit: si Luna cum Marte, pyctomacharios.

Pyga] pygæ, Cauda uirilis, membrum uirile. Horat. lib. 3. Sermon. Satyr. 2, ad finem,

Ne nummi pereant, aut pyga, aut deuiq; fama. Deijs loquitur, qui in adulterio deprehendebantur.

Pygargus] pygargi, masc. gen. (πύγαργος) Capreæ quædam syluestris, non dissimilis damis. Plin. lib. 8. cap. 53. 2, Sunt & damæ & pygargi, & strepsicerotes, multaq; alia haud dissimilia. Iuuenal. Satyr. 11. 34,

— apud quem
Sumine cum magno lepus atq; aper, atq; pygargus,
Et Scythicæ uolucres.

Pygargos pro quodam aquilarum genere accipit Plinius libro 10. capite 3. 1, Secundi generis (inquit) pygargus, in oppidis mansitat, & in campis, albicante cauda.

Pygella] Oppidum in Epheso, quod Dianæ Munychiæ templum habet, Agamemnonis opus, à parte quadam gentium illius habitatum. nam quidam Pygalij nominati, iam calamitatibus defatigati, ibi remanserunt: unde locus nomen ab illis accepit. Postea portus est nomine Panormus. Strab. lib. 14.

Pygmæi] πυγμαῖοι, Populi sunt ad extremos fines Indiæ. De quibus Plinius lib. 7. cap. 2. 18, sic scribit, Super Astomos extrema in parte montium Spithamæi Pygmæi narrantur, ternas spithamas longitudine, hoc est, ternos dodrantes non excedentes, salubri cælo, semperq; uernante, montibus ab Aquilone oppositis: quos à gruibus infestari Homerus quoq; prodidit. Fama est, insidentes arietũ caprarũq; dorsis, armatos sagittis, Veris tempore, uniuerso agmine ad mare de-

re descendere, & ouà pullosq; earum alitum consumere: tertio eam expeditionem mensibus confici, aliter futuris gregibus non resisti. Casas eorum luto pennisq;, & ouorum putaminibus construi. Aristoteles in cauernis uiuere Pygmæos tradit. Cætera de his ut reliqui. Hactenus Plinius. In Thracia quoq; Pygmæorum gentem fuisse, idem Plinius scribit lib. 4. cap. 11. quod secutus uidetur. Iuuen. Satyr. 13. 17,

Ad subitas Thracum uolucres, nubemq; sonoram
Pygmæus paruis currit bellator in armis.
Mox impar hosti, raptusq; per aera curuis
Vnguibus à sæua fertur grue. si uideas hoc
Gentibus in nostris, risu quatiere: sed illic
Quanquam eadem asiduè spectentur prælia, ridet
Nemo, ubi tota cohors pede non est altior uno.

¶ Pygmæus, Adiectiuum (πυγμαῖ℈) ut,

Sanguis Pygmæus. Ouid. 6. Fast. 36,

Nec quæ Pygmæo sanguine gaudet auis. id est, grus.

Virgo Pygmæa. Iuuen. Satyr. 6. 51.

Pygmalion] Vide Pigmalion.

Pyla] pylæ (πύλη) Latinè dicitur porta. Vnde Thermopylæ in angustijs Thessaliæ dictæ sunt. Cicero ad Atticum, libro 5. 108. 4, Itaque confestim iter in Ciliciam feci per Tauri pylas.

Pylades] pen. corr. (πυλάδης) Strophij filius, Agamemnonis amicissimi: nec ipse eius filij Orestis minor amicus, quem nun quam deseruit. Ouid. lib. 2. de Ponto, eleg. 6. 5,

Non ita uixerunt Strophio atq; Agamemnone nati.

De Pyladis & Orestis amicitia, scripsit Cicero libro 2. de Finibus.

Pylæa] πυλαία, conuentus Amphictyonum ad Thermopylas, ad quem quotannis è singulis ciuitatibus singuli mittebantur, quos uocabant Pylagoras.

Pylæmenes] πυλαιμένης, Dux Paphlagonum, qui in bello Troiano Priamo suppetias ferens à Menelao est interfectus.

Pylæus] fuit inclyti nominis dux apud Græcos, quem & Pylæo monti nomen communicasse, Strabo libro 13. refert.

Pylagoras] Nomen eius qui legatione ad Pylæam fungebatur pro Græcorum ciuitatibus. Pilæa synodus apud Thermopylas quotãnis celebrabatur. de ea uide Strabonem, libro 9.

¶ Pylæa synodus Græcorum nationum apud Delphos intra & extra Isthmum, in medio Græciæ uniuersæ, aut potius in medio uniuersæ terræ: de cuius ritu, splendore, & natura uniuersa, uide Strabonem, lib. 9.

Pylena] Vrbs est in Aetolia, quam posterioribus seculis Proschium uocauêre: sita est in superioribus Aetoliæ locis, authore Strabone lib. 10.

Scopulosa Pylene. Stat. 4. Thebaid. 21.

Pylorus] πυλωρὸς, Intestinum, de quo Galen. lib. 6. de Anatom. administrat. Ianitor est uentriculi, qui ad dextram prope iecur situm habet. Galen. de Venar. arteriarumq; dissect. Per pylorum primæ concoctionis excrementa in aluum emittuntur, mox in fecessum.

Pylos] πύλ℈, Achaiæ iuxta Thessaliam uetusta ciuitas in agro Messenio, quem Coryphasium Græci nominauerunt: à Sparta, stadia circiter quadraginta sita, ut Thucydides lib. 4. scribit: Nestore alumno, qui Pylius inde cognominatus est, celebris. Ouid. lib. 1. de Ponto, eleg. 5. 2,

Crede mihi, Pylio Nestore maior ero.

De Pylo, multa Strab. lib. 18.

Nestoria Pylos. Senec. Herc. fur. 7. 8.

¶ Pylius, Adiectiuum (πύλι℈) ut,

Agri Pylij. Ouid. 2. Metam. 138.

Pylius, Idem quod Nestorius: ut,

Senecta Pylia. Sylius lib. 15. 90,

Ille foro auditus quum dulcia solueret ora,
Aequabat Pyliæ Neleia uerba senectæ.

Aequarint Pylios quum tua fata dies. Ouid. 5. Trist. eleg. 6. 13.

Vide Strabonem lib. 8. & Melam lib. 2. cap. 3.

Pyr] pyros, Græcè πῦρ, Latinè dicitur ignis: à quo multa per compositionem fiunt.

Pyra] pyræ (πυρὰ) Lignorum congeries. Virgilius 11. Aeneidos, 41,

Innumeras struxêre pyras. In his cremare corpora antiqui consueruntt.

Accensa pyra. Ouid. in Ibin, 8.

Atra pyra. Silius lib. 8. 11.

Paruáq; in extructas munera ferre pyras. Ouid. 2. Fast. 107.

Erigere pyram. Virg. 4. Aen. 99.

Struere ingentem pyram. Virg. 6. Aen. 43.

Pyracmon] πυράκμων, inter Cyclopes numeratur. Virgil. 8. Aen. 85,

Ferrum exercebant uasto Cyclopes in antro,
Brontesq;, Steropesq;, & nudus membra Pyracmon

Securifer Pyracmon. Ouid. 12. Metam. 92.

Pyralis] huius pyralis, pen. prod. fœm. gen. (πυραλὶς) pene natum animalculum, magnitudine muscæ, igne prouenientis: unde & nomen ei à quibusdam pyraustæ datum est. Quandiu est in igne uiuit: quum euasit longiore paulum uolatu, tunc emoritur. Ex Plin. lib. 11. cap. 36.

Pyrama] ut legit Sipontinus, uel potius Phyrama, Lachrymæ genus, ex Metopio arbore stillans, pingue et resinosum. Plin. lib. 12. cap. 28.

Pyramis] est Figura solida quæ planis continetur, ab uno plano ad unum punctum collecta. Eucl. 2. Element.

¶ Pyramis, penult. corr. pyramidis, fœm. gen. (πυραμὶς) Moles maxima quadrata, ita constructa, ut è lato in acutum tendat in formam flammæ, quæ latior surgens, in acutum desinit: quales Romæ adhuc extant duæ, iam uetustate fatiscentes. Dicta pyramis, quòd flammæ similitudinem habeat. Vel à lapide pyropœcilo, qui & Thebaicus, ex quo ædificabantur, ab ignea quadam uarietate. πῦρ enim, ignis dicitur: ποικίλ℈, uarius.

Pyramidem nostri metam uocant, quòd termini eorum qui à metiendo, id est, mensurando metæ dicuntur, forma pyramidum ædificari solent: atque ea figura, pyramidalis uocatur.

¶ Pyramides, erant in Aegypto structuræ ex quadratis lapidibus admirandæ, fastigiatæ ultra omnem excelsitatem quæ manu fieri posset, ut scribit Solinus. Et sub eis sepulti reges. Vide Plinium lib. 36. cap. 5. 20. & cap. 12. 1. Flures in Aegypto passim extiterunt, nullæ tamen clariores tribus illis, quarum Pomponius Mela meminit, quæ orbem impleuêre fama, conspicuæ undiq; adnauigantibus, sitæ in parte Africæ, monte saxeo steriliq; inter Memphim oppidum & Delta. Lucan. lib. 9. 31,

Nam mihi pyramidum tumulis euulsus Amasis.

Forma pyramidis. Cic. 1. de Nat. deor. 35.

Saxa pyramidum. Stat. 5. Sylu. 3. 10.

Nam neq; pyramidum sumptus ad sidera ducti. Propert. libro 3. eleg 2. 4.

¶ Pyramidalis, penult. prod. Adiectiuum (πυραμιδωτὸς, πυραμοειδὴς) In formam pyramidis factum. Cicero 1. de Natura deorum, 89, Esse corpuscula quædam læuia, alia

aſpera, rotunda alia, partim autem angulata, & quædam pyramidata, curuata quædam & quaſi aduncа. Vetuſtiora exemplaria omittunt hæc uerba, Et quædam pyramidata.

Pyramus] pen.corr. (πύραμος) fuit adoleſcens Memphiticus, qui apud Pyramides amore Thyſbes amatæ ſeipſum interemit, ut pulcherrimè narrauit Ouid. lib. 4. Metam. Eſt & Pyramus, Ciliciæ fluuius, teſte Pomponio Mela lib. 1. de quo & Cydno digna ſunt lectu in Arriano & Curtio. De hoc quoq; extat illud oraculum,

Tunc erit undiſonus latè quum Pyramus olim
Littora perfundens, Cyprum labetur in almam.

Pyrander] πύρανδρος, Quæſtor fuit Athenienſis: qui quum tempore belli frumentum parcè ſuppediraret, a populo ſaxis eſt obrutus.

Pyranthus] πύρανθος, Oppidum ſiue uicus Cretæ, non procul à Gortyne. Stephan.

Pyraſter] Pyrus ſyluestris, cuius pyra incredibiliter adſtringunt. Vide Dioſcoridem lib. 1. cap. 132.

Pyraſus] Ciuitas fuit munitiſſima, quæ & portum habuit munitionis eiuſdem. Strabo lib. 9.

Pyraſus] πύρασος, Viri Troiani nomen, ab Aiace in bello Troiano interfecti, ut placet Hom. lib. 12. Iliad. Pyraſus item Stephano urbs eſt Phthiotidis, ita dicta à fertilitate tritici, quod πυρὸν Græci appellant.

Pyrauſta] pyrauſtæ (πυραύστης) Animal in igne uiuēs. Vide Pyralis.

Pyrauſta, apud Ariſtotelem, lib. 8. de Hiſt. animal. cap. 27, uermiculus eſt, quem & cleron uocat, eranei ſpecie, nocens ſauis.

Pyreicus] πυρεικός, Egregius ſculptor in paruis imagunculis fuit. Vnde ſic cecinit Propert. lib. 3. eleg. 9. 3,

Pyreicus parua uindicat arte locum. Vide Plinium, lib. 35. cap. 10, 43.

Pyren] Gemma ab oliuæ nucleo ſic dicta, huic aliquando ineſſe piſcium ſpinæ uidentur. Plin. lib. 37. cap. 11.

Pyrene] penultima, producta (πυρλόνη) Acrocorinthi fons haud affluentes aquas habens, cæterùm perſpicuas ad imum, potuq; ſuauiſſimas, Straboni. De eo ſcribit Perſius in Prologo, 1,

Heliconidesq; pallidamq; Pyrenen, &c. Plautus Aulul. Interbibere ſola ſi uino ſcateat, Corinthienſem fontem Pyrenea poteſt. Stat. lib. 1. Sylu. 4. 6.

Pyrene, Nomen puellæ, Bebrycis filiæ, in Pyrenæo monte ab Hercule compreſſæ, atq; à feris laniatæ, & ibi ſepultæ.

Pyrene & Pyrenæus (πυρλόνη καὶ πυρλωεύς) dicitur, & numero multitudinis Pyrenæi montes, qui Gallias Hiſpaniasq; diſterminant, promontorijs in duo diuerſa maria proiectis. Plin. lib. 3. cap. 3. Silius lib. 3. 85. Idem lib. 17. 130. Strabo lib. 3, Pyrenes (inquit) latus in Hiſpania uergens conſtitum eſt uarijs arborib. materiæ multitudine, & quæ ſemper uirens germinet: alterum autem Galliam ſpectans, nudum omnino. Nomen accepit à fulminum ictu. Silius à Pyrene Bebrycis filia dici fabuloſè tradit lib. 3. 85. Diodorus lib. 6, ubi de Pyrene, Ferunt (inquit) priſcis temporis igne à paſtoribus iniecto, montanas omnes regiones fuiſſe combuſtas: qua ex re montes aiunt cognominatos Pyrenæos.

Populi Pyrenes. Silius lib. 1. 38.

Montis Pyrenæi frondoſa cacumina. Silius lib. 3. 84.

¶ Pyrenides (πυρληίδες) undæ. Senec. Medea, 10, 2.

Pyrenes] pē. prod. ſunt ceraſorum oſſa, ſeu baccarum, ut apud Ariſtot. lib. 2. Meteororum, in fine.

Pyreneus] trium ſyllabarum, penult. prod. (πυρληνεύς) rex Thraciæ, qui Daulida Phocidis urbem occupauit: ubi cùm quodam die pluuioſo Muſas ad Parnaſſum euntes uidiſſet, ut domum ſuam ſubirēt, donec pluuia ceſſaret, inuitauit. Quæ uerò iam imber ceſſaret, Muſæq; diſcedere uellent, Pyreneus clauſis foribus, illis uim inferre parabat. At Muſæ in aues cōuerſæ euolauerunt: quas quum perſequi uellet, ex arce ſe dans præcipitem, caput terræ illiſit, ſicq; expirauit. Author Ouid. lib. 5. Metam. 58.

Pyrethi] ſunt quidam magi in Cappadocia, qui non cultro, ſed ſtipite mactant. ab his Pyretheia, quæ ſunt ſepta quædam ingentia, in quorum medio ara eſt: in ea Pyrethi & cinerem multum & ignem mextinguibilem ſeruant. Strabo lib. 15.

Pyrethrum] pyrethri, pen.corr. (πύρεθρον) Herba medicinalis, quam uulgò nunc draconem uocant, linguam adurens & mordicans. Eius folia in ſcetarijs probantur: radice utuntur pigmentarij. Plin. lib. 28. cap. 9. 26.

Flana pyrethra. Ouid. 2. de Arte, 84.

Pyrethri radicem, quæ tantùm hodie nobis in uſu eſt, pharmacopolæ uulgò uocant Pedem Alexandri, teſte Ruellio.

Pyretus] pen. corr. (πυρετὸς) Febris ab incendio appellata: quemadmodum apud nos febris à feruore.

Pyrgi] Pyrgorum (πύργοι) Oppidum eſt Hetruriæ, authore Plinio lib. 3. cap. 5.

Veteres Pyrgi. Virg. 10. Aeneid. 36. Vbi Seruius, Hoc caſtellum nobiliſſimum fuit ex eo tempore, quo Tuſci pyraticam exercuerunt. nam illic metropolis fuit.

Pyrgoteles] pen. corr. (πυργοτέλης) gemmarum ſculptor artificioſſiſimus, à quo tantùm Alexander Magnus ſe in gemmis ſculpi paſſus eſt, edictoq; alios uetuit. Vide Plinium libro 37. cap. 1. Rurſum lib. 7. cap. 37.

Pyrgus] pyrgi, maſcul. gen. (πύργος) Turris Latinè dicitur, quòd fulgureis ignibus feriri turres conſueuerunt.

Pyrgus, Non eſt tabula luſoria, ſeu alueus, ut quidam putant: ſed uaſculum, in turriculæ figuram confirmatum, ex quo talli in alueum conijciebantur: ne ſi manu iacerentur, fraus à luſoribus admitteretur. Itaque turriculam appellat Martialis Latino nomine, quod Græco πύργος ferè æqualiter reſpondet,

Quærit compoſitos manus improba mittere talos,
Si per me miſit, nil niſi uota facit. Horatius 2. Sermon. Satyra 7. 4,

— qui pro te tolleret, atq;
Mitteret in pyrgum talos. Turricula aliàs dicitur, & occa, & fritillus.

Pyrgus, Militaris ordo, quadringentos uiros continens: & turma equeſtris.

Pyriaſtes] πυριάστης, Lac coactum, ſine coagulo tamen, quale eſt quod edito partu mulgeri poteſt. Galen. de Alimentorum facultatibus, lib. 3. cap. 16.

Pyrites] penultima product. (πυρίτης) Lapis, ſic dictus quòd plurimus illi ignis ſit: unde hunc nos igniarium uocamus. Quidam etiam niuum uocant, qui clauo, uel altero percuſſus lapide, ſcintillas edit.

Pyrites, Lapis molaris, quòd in eo quoq; ignis conſpiciatur.

Pyrites, Alius eſt lapis, æris ſimilitudine, in Cypro reperiri ſolitus, & circa Acarnaniam: cuius uſus in medicina non paruus eſt. Plinius libro 36. capite 19. 1, Pyritarum etiamnum aliqui genus unum faciunt, plurimum habens ignis, quos uiuos appellamus, & ponderoſiſimi ſunt. Hi exploratoribus caſtrorum maximè neceſſarij, qui clauo, uel altero lapide percuſſi, ſcintillas edunt: quæ exceptæ ſulphuratis, aut fungis aridis uel folio, dicto celerius ignem trahunt.

Pyro-

Pyrocorax] pen.corr. (πυροκόραξ) Auis luteo roſtro, nigra, præcipuò ſapore. Nomen habet à calore roſtri igneo. Latinè ignitus coruus dicitur. Plin. lib. 10. cap. 48. 2.

Pyrodes] pen. prod. (πυρώδης) Lapis, qui & pyrites dicitur. Fuit & Cilicis filius hoc nomine, qui primus ex ſilice excuſiſſe ignem dicitur, quem admodum aſſeruaſſe in ferula Prometheus. Author Plinius lib. 7. cap. 56.

Pyroís] Vide Pyrous.

Pyromantia] penult. acuta (πυρομαντεία) Genus diuinationis, quæ fit per ignem. Vide in dictione Magia.

Pyros achnen] Frutex Thymel. ea, de qua abundè Plin. lib. 13. cap. 21, Et in quo (inquit) naſcitur granum Gnidiū, quod aliqui linum uocant. Fruticem uerò Thymelæam, alij Chamelæam, alij Pyros achnen, alij Cneſtron, alij Chneoron. Eſt ſimilis oleaſtro, foliis anguſtioribus, gummoſis, ſi mordeantur, Myrti magnitudine, ſemine, colore, & ſpecie ſirris, ad medicinæ tantùm uſum.

Pyropus] pyropi, pen. prod. (πύρωπος) Genus carbunculi, nonnullis placet. Ouid. 2. Metam. 1,

Clara micante auro, flammasq; imitante pyropo.

Inducto pyropo fulgebat parma. Propert. lib. 4. eleg. 11. 5.

Pluma rubra claro pyropo. Lucan. lib. 2. 161.

¶ Pyropus, Genus eſt metalli. Iſidorus pyropum eſſe ait metal ligenus, ex dimidia parte auri, & dupla argenti. Plin. lib. 36. cap. 8, Aes in uncias duas additis auri ſcrupulis ſenis, prætenui pyropi bractea ignicſcit.

Pyrous] πυρόεις, Nomen unius ex equis Solis, quaſi ardens. nam quatuor eſſe perhibentur: Pyrous ſcilicet, Aethon, Phlegon, Eous. Colum. lib. 10. 17,

— nec Syrius ardor
Sic micat, aut rutilus Pyrous, aut ore coruſco, &c.

¶ Pyrois, Pyroentis (πυρόεις) ut Simois Simoentis. Idem. Ouid. 2. Metam. 31. πυρόεις, Græcè, Igneus, plenus igne.

¶ Pyrois, Pyroentis, Martis ſtella, ab igneo colore. Cic. lib. 2. de Natur. deor. Stellæ Iouis proximum inferiorem orbē tenet πυρόεις, quæ Stella Martis appellatur. Porrò igneum eſſe Martem teſtatur his uerbis Plinius lib. 2. 8, Tertium ſidus Martis, quod quidam Herculis uocant, ignei, ardentis à Solis uicinitate. Et cap. 18, Suus quidem cuiq; color eſt, Saturno candidus, Ioui clarus, Marti igneus.

Pyrpile] es (πυρπίλη) maris Aegæi inſula, Cycladum omniū clariſſima, quæ notiore nomine Delos appellatur: Pyrpile dicta, eo quòd ibi primùm ignis repertus exiſtimetur. Plin. lib. 4. cap. 12.

Pyrrha] πύῤῥη, quæ cum Deucalione marito poetis dicitur humanum genus reparaſſe, ut latiſſimè ſcribit Ouid. 1. Metam. Iuuen. Satyr. 19. Vide Theſſalia.

Seculum graue Pyrrhæ. Horat. 1. Carm. ode 2. 2.

Pyrrha, Cariæ ciuitas, iuxta Myrtoum pelagus: & inſula circa Mæotin, quam Pontus abſtulit. Author Plinius lib. 1. cap. 92. qui eiuſdem nominis plures ciuitates enumerat.

Pyrrheum nemus. Plin. lib. 16. cap. 10.

Pyrrhicha] pyrrhichæ: ſiue Pyrrhiche, pyrrhiches, penult. corr. (πυῤῥίχη) Saltatio Græcanica, quam primus in Creta Pyrrhus inſtituit. Strabo docet pyrrhicham repertam fuiſſe à Pyrrhicho, pro iuuenibus ad diſciplinam militarem exercendis. Suet. in Cæſare, cap. 39, Pyrrhicham ſaltauerūt Aſiæ Bithyniæq; principum liberi. Plato, Pyrrhicha eſt, quæ motiones corporis imitatur, ictus iactusq; declinantis & uitabundi, omniſariamq; cedentis, in altum etiam ſubſilientis, & ſeſe ſucciduo poplite demittentis: rurſusq; contrarios his motus pyrrhicha imitatur, eos ſcilicet qui in habitus corporis actuoſos feruntur: quales eius ſunt qui ſagittarum miſſilium q; iaculationes effingere motu corporis, plagarumq; & petitionum multiplicium imitamenta aſſequi impleregq; contendit. Plinius tamen lib. 7. cap. 56. 16, uidetur pyrrhichen ab enoplia diſtinguere, his uerbis: Saltationem armatam Curetes docuēre: pyrrhichen Pyrrhus. Sueton. in Neronе, cap. 12, Exhibuit & pyrrhichas quaſdam è numero epheborum. Budæus.

¶ Pyrrhicharius, pyrrhicharij (πυῤῥιχιστὴς) Saltator pyrrhichæ. Legitur & more antiquo, purrhicharij.

¶ Pyrrhiachus, pen. corr. Adiectiuum (πυλαϊνὸς) Liu. 1. bell. Maced. 128, Quum legibus cautum eſſet, ne de pace, bellove, niſi in panætolico, & pyrrhiacho concilio ageretur. Vetus exemplar habet, Pylaico.

¶ Pyrrhichius (πυῤῥίχιος) genus pedis conſtans è duabus breuibus, ut Deus. Sic dictus ἀπὸ τῆς πυῤῥίχης, ſaltationis genere: uel ἀπὸ τῦ πυῤῥίχου, Curetum deo: de quo meminit Pauſanias lib. 3.

Pyrrhidæ] Moloſſorum reges, à Pyrrho dicti. Alexand. Alexandrinus lib. 1. cap. 2, Quinetiam à Neoptolemo Achillis filio, qui Pyrrhus dictus eſt, reges Moloſſorum Pyrrhidæ, quum ea loca tenuiſſent & Ponti, Mithridatis nomina ſumpſere.

Pyrrho] πύῤῥων, Nomen proprium philoſophi, à quo philoſophi Pyrrhonij dicti, quos græco cognomento σκεπτικοὺς, id eſt conſideratores appellant. Nihil enim decernunt, ſed inquærendo ſemper conſiderandoq; ſunt. Ac ne uidere quidem planè quicquam, neq; audire ſe putant. Aiunt q; ueritatem incomprehenſibilem uideri. Iidem ἀποῤῥητικοὶ, id eſt ambigentes dicuntur, quoniam nihil affirmant, & de omnibus ambigunt. Hic patria Elidenſis fuit, primò pictor, deinde Anaxarchi diſcipulus. Vixit annis fermè nonaginta.

Pyrrhocorax] Auis, roſtrum habens luteum, in Alpibus frequens. Plin. lib. 10. cap. 48.

Pyrrhopœcilus] πυῤῥοποίκιλος, Marmoris genus, quod & à Syene Thebaidis urbe, circa quam effodiebatur, Syenēticum dicebatur, ſiue lapis Syenites. Plin. lib. 36. cap. 8.

Pyrrhus] πύῤῥος, rex Epirotarum, materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus, Trogo authore lib. 17. Quum propter odium patris Aeacidæ, qui ab Epirotis fuerat interfectus, ad necem & ipſe poſceretur, furtim ſubtractus, in Illyrios defertur, traditusq; Beroæ Glauciæ, regis uxori nutriendus fuit. Quumq; natus annos undecim eſſet, reuocatus à ſuis, tanta uirtute creuit, ut quum (ſicut Cæcilius ſcribit) imperium orbis agitaret, & Romanos potentes uideret, Apollinē de bello conſuluerit. ille ambiguè reſpōdit,

Aio te Aeacida Romanos uincere poſſe. Hoc ad ſe dictū putans, auxilio Tarentinis contra Romanos uenit. Pyrrhi res geſtas in Italia, conſcripſit Zeno hiſtoricus ille, qui etiam Epithomen Romanarum & Carthaginienſium rerum compoſuit, teſte Diogene. Vide & Plutarchū in Pyrrho. Pyrrhus alius (inquit Seruius) à capillorū qualitate uocitatus eſt, antè Neoptolemus dictus, Achillis & Deidamiæ filius, Pelei et Thetidis nepos ex patre: ex matre uerò Lycomedis regis Syriæ inſulæ. Hactenus Seruius. Horat. 3. Carm. ode 6. 7.

Achilleides Pyrrhus. Ouid. epiſt. 8. 1.

Ferox Pyrrhus. Lucan. lib. 1. 16.

Immanis Pyrrhus. Iuuenal. Satyr. 14. 17.

Pyrrhus ab Achille & ab Hercule oriundus. Vide Oriundus, in Orior.

Pyrus] pyri, fœm. gen. (ἄπιος) Arbor nota.

Edura pyrus. Virg. 4. Georg. 29.

Inſerere pyros. Virg. 1. eclog. 15.

Flos pyri. Virg. 2. Georg. 15.

¶ Pyrum, pyri (ἄπιον) Fructus: dictum, quòd flammæ ſimilitudinem reddat, è lato in acutum tendens: ut ait Sipontinus.

De pyris uide multa apud Plinium lib.15.cap.15.

Autumnalia pyra. Vide Autumnus.

Cucurbitina pyra. Vide Cucurbita.

Decumana pyra. Vide Decumanus, *in* Decem.

Libralia pyra. Plin.lib.15.cap.11.ad finem.

Mammosa pyra. Vide Mamma.

Onychina pyra. Vide Onychinus, *in* Onyx.

Ordeacea pyra. Vide Ordeum.

Insitiua decerpens pyra. Horat.Epod.2.4.

Vesci pyris. Horat.1.epist.7.3.

Ad pyrum. Vide *in* præpositione Ad.

Pysianactia] pugna. Alexander Alexandrinus lib.3.cap.23, Athenis uerò porticus Pœcile, & altaria uaria, ubi Mercurius æneus erat, celebratissimæ picturæ uarietate, miris laudibus feruntur, ubi pugna Marathonia depicta, & alia Pysianactia, & Pœcile in Elide, quam Echum uocabant.

Pythagoras] pen.corr. (πυθαγόρας) Samius philosophus, patre Demaratho locuplete ac negociatore, *in* Aegyptum primò, mox Babyloniam, discendi cursus sideru gratia profectus est. Inde regressus, in Cretam ac Lacedæmonem peruenit, ut Lycurgi & Minois inclytas ea tempestate leges agnosceret. Deinde in Italiam transmittens, Crotone consedit: ubi populos assuetos luxuriæ, authoritate ac doctrina, ad frugalem cultum reuocauit. Pythagoras itaq; quum multos annos Crotone egisset, Metapontum migrauit, ibiq; decessit. Cuius tanta fuit admiratio, ut eius ex domo templum facerent, eumq; pro deo colerent. Hæc ex Trogi lib.20.

Dictus est autem Pythagoras, quòd non minus uera Pythio Apolline loqueretur. Ouid.15.Metam. 13,

Mente deos adijt, & quæ natura negauit
Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.

Hic in Italia in ea parte quæ Magna Græcia dicta est, maximam iuuenum multitudinem philosophiam docuit, ubi uice numinis cultus est. Ex quibus Archita Tarentinus, Alcmeon Crotoniata, Hippasis Metapontinus, Philolaus Crotoniata, maximè floruerunt, qui dicti sunt Pythagorei. Et Italica Philosophia, quæ à Pythagora defluxit. Venit autem in Italiam, Tarquinio Superbo regnum obtinente.

Pythagoras quum in Geometria noui quiddam inuenisset, Musis bouem immolasse dicitur. Cic.3.de Nat.deor. 127.

Renati Pythagoræ arcana. Horat.Epod.15.5. Pythagoras enim dicebat, animas post mortem transire in alienа corpora: seq; in bello Troiano fuisse Euphorbum Panthoi filium, qui interfectus à Menelao, iterum reuixit factus Pythagoras. Hic antè & *in* Homerum dicitur renatus, postea in pauonẽ, postremò in Ennium poetam. Acron *in* Horatium, 1. Carm. ode 28. Vide Laertium.

Faba Pythagoræ cognata. Horat.2.Serm.Satyr.6.13. Pythagoras enim non solum ab omnibus animalibus, sed etiam à fabâ abstinuit, quòd uiridis in pyxide ærea seruata uertitur in sanguinem. Vnde fertur maluisse in latrones incidere, quàm per fabæ segetem transire, quum aliunde refugium non haberet. Fabam quoq; animal esse dicebat, quòd cocta sanguinis humorẽ ex se emitteret. Hæc Acron. Alij tamen alias affe runt rationes, cur Pythagoras ab esu fabarum abstineret.

¶ Pythagorei (πυθαγόρειοι) Qui sectam Pithagoræ sequũtur. Quint.lib.1.cap.12.11, Non contentus disciplinis quas præstare poterant Athenæ, non Pythagoræorũ, ad quos in Italiã nauigauerat, Aegypti quoq; sacerdotes adijt. De Platone.

Referta quondam Italia Pythagoræorũ fuit. Cic.2.de Orat.84.

¶ Pythagoræus, pen.prod. (πυθαγόρειος) Adiectiuum. Horat. 2.epist.1.11, Pythagoræa somnia. Cic.de Senect.70, Audiebam Pythagoram, Pythagoræosq; incolas penè nostros, qui essent Itali philosophi quondam nominati, &c.

¶ Pythagorici, pen.corr. (πυθαγορικὸς) Cicer. 1. de Diuinat. 110, Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne fabа uescerentur.

Pythangeli] Locus *in* Aegypto, quem illi Elephantorum uenationem appellant. Strabo lib.16.

Pytheas] pen.corr. (πυθέας) Rhetor Athenienſis, Demosthenis æqualis, supra modum arrogans: qui quum alieni æris causa in carcerem coniectus esset, fractis umculis ad Macedones transfugit. Scripsit conciones aliquot & orationes in genere iudiciali. Malè audiuit nomine furti. quare quum in Demosthenem cauillans ei obiecisset, orationes lucernam olere: Noui (inquit ille) tibi imuisos esse, qui noctu lucernam habent. Alius Pytheas cælator, Plin.lib.33.cap.12.

Pythermus] πύθερμος, Princeps fuit eius legationis, quam Ionес Aeolesq; ad petendum auxilium aduersus Cyrum ad Lacedæmonios miserunt: qui quum Spartam appulisset, purpurea ueste indutus in Spartiatarum conuentum processit. Hortatusq; est Lacedæmonios ad auxilium Ionibus ferendum. Herodot.

Pytheus] Vide Pitheus.

Pythis] eximius quidam sculptor & pictor, quem tamen à Timagora Chalcidense, apud Delphos *in* picturæ certamine, superatum narrat Plin.lib.35.cap.9. Idem Plin. lib.36. cap.5, In summo (inquit) est quadriga marmorea, quam fecit Pythis.

¶ Pythia, Pythiorum (πύθια) Ludi Apollinares, qui *in* Apollinis honorem sunt instituti, ob cædem pythonis serpentis nocentissimi: aut, ut Strabo lib.9. scripsit, hominis sceleratissimi, cognomento Draconis. Ouid.1.Metam. 90,

Instituit sacros celebri certamine ludos
Pythia perdomitæ serpentis nomine dictos.

Cantare Pythia Horat.de Arte, 84.

Pythius] πύθιος, Cognomen Apollinis, à pythone dracone, quem ipse in prima infantia sagittis interfecit, Iunonis nutu immissum, ut fingunt poetæ. Alij ὅσον τὸ πυθέσθαι, quod est interrogare & consultare. Cicer. pro Fonteio, 17, Galli Delphos usq; ad Apollinem Pythium profecti sunt. Horat. 1.Carm.ode 16.2,

—— non adytis quatit
Mentem sacerdotum incola Pythius.

Inde uaticinantes Phœbades, Pythiæ cognominantur, ut scribit Strabo libro nono. Cicero 1. de Diuinat. 135, Nam terræ uis Pythiam Delphis incitabat, naturæ Sibyllam. Alij ab πύθεσθαι, putrescere, quod nunquam fine ui caloris efficitur. Lucretius lib.5.23,

—— funderé fata
Sanctius, & multo certa ratione magis, quàm
Pythia, quæ tripode à Phœbi, lauroq; profatur.

Vates Pythia. Iuuen. Satyr.13.20.

¶ Pythius, Adiectiuum (πύθιος) ut, Regna Pythia dei intonsi. Propert.lib.3.eleg.13.11. id est, Apollinis.

Python] πύθων, Serpens: à πυθεῖν, quod putredinem significat, quoniam ex putredine terræ post diluuium Deucalionis natus sit. Et est tã masculini quàm fœminini generis. Claud. 7.Paneg.107,

Cæruleus tali prostratus Apolline python. Tibul.lib.2. eleg.3.7,

—— Vbi Delphica python.

Maximus python. Ouid.1.Metam.89.

¶ Pythonissa (πυθόνισσα) Mulier spiritu Pythonico correpta, quam etiam Tibullus Pythona appellat, Delphica, inquiens, Python tanquam Pythonis uocabulum duobus generibus commune sit.

Pythonoscome] πυθωνοσκόμιον, Locus est *in* Asia, quo primo ad-

mo aduentus sui tempore conueniunt iconiæ, & eam, quæ ultima aduenit, laniant uniuersæ. Plin.lib.10.cap.23.

Pythopolis] πυθόπολις, ciuitas est in Mysia. Plin lib.5.cap. 32, Est & ciuitas Cariæ, à Pythe illo diuite Pythopolis dicta: qui & Xerxem conuiuio excepit, & militibus eius senos Daricos aureos in singula capita distribuit. Stephanus.

Pytisma] pytismatis, penult.corr.neut.gen. (πύτισμα) Lenis sputi irroratio: à πυτίζω, quod est sputo leni & crebro irroro. Iuuenal.Satyr.11.18,

Qui Lacædemonium pytismate lubricat orbem. id est, qui lubricat annulum sputo. Alij legunt, pedemate: non, pytismate. Pedema autem genus saltationis esse dicunt Laconicæ, in qua pedes in orbem ad nates torquebantur: de qua Lucianus in libello περὶ ὀρχήσεως. Plorem Calepini lectionem non improbarim, propter lubricat uerbum. Quidam scribunt pityſmate, per ypsilon in secunda, à πτύειν, spuere. Vide Politianum Miscellaneorum cap.38.

Pyulcos] πυόλκος, Chirurgicum instrumentum, puri eximẽdo accommodum: ita dictum, quasi τὸ πῦον ἕλκειν. Galen. libro 5. Methodic.

Pyxacanthum] πυξάκανθον, Frutex est spinosus, cubitalibus ramis, solijs buxi iundẽ & quasi Buxea acanthus dicitur. Plin.lib.12.cap.7.

Pyxirates] Euphrates fluuius uersus scaturigines suas, dictus est. Plin.lib.5.cap.34.

Pyxis] pyxidis, pen.corr.fœm.gen. (πυξὶς) Græcum nomen. ἀπὸ τῆ πύξου, quod Latinè buxum significat. Vasculum est exiguum, quod uulgus Italorum non ineptè à buxo, buxulum nuncupat, quoniam primò ex eo ligno fieri cœpit. Nã ut docet Quint.lib.8.cap.6, de Abusione figura, Pyxides ex iuscunq; materiæ, quarũ usus uarijs rebus est accõmodatus. Plin.lib.18.cap.11.9, Primori ineſt pyxis ferrea. Apuleius de Asino, li.3, Arcula quadã reclusa, à pyxides plusculas inde depromit. Cic.pro Cælio, 48, Eodem Licinium esse uenturum, atq; ijs uenenis pyxidem traditurum. Mart.lib.9.40,

Et latebras centum condita pyxidibus.

Cornea pyxis. Vide Cornu.

¶ Pyxidicula, pyxidiculæ, pen.corr. (πυξίδιον) Diminutiuum, In qua aromata continentur. Celsus lib.6.cap.6, de Cleonis collyrio, Alia exemplaria habent, pyxi lula.

¶ Pyxidatus, penult.prod. Adiectiuum (πυξιδωτὸς) Quod ad effigiem pyxidis *in* commissura formatum est. Plin. lib.31. cap.6.1, Cæterùm à fonte duci fictilibus tubis utilissimũ est, crassitudine binũm digitorum, commissuris pyxidatis, ita ut superior intret, calce uiua ex oleo læuigatis.

Pyxites] Fluuius *in* Themiscyrena ad Trapezuntam. Plinius lib.6.cap.4.

Q

LITERAM (nũ) uetteres ignorabant: unde Locuntur, scribebant, nõ Loquuntur, ut testantur uetustissimi codices. Item Oblicum. Nonnulli quia Q nõ literam, sed notã esse putabant, duas in se literas continentem, C & V, Quis, Quæret, et Quid, scribere instituerunt abſq; V, ut Velius Longus dit: quòd alij Cuis, Cuæret, Cuid, scribere malebant. Vide Pierij annotationes in Virgilium, ubi scribit ueteres asseuerasse Q, C & V præse ferre. post enim C, uocalem V adplicitam esse parte illa, quæ ad instar grauis accentus premitur, adcuruata: altera uerò quæ acuti accentus in morem surrigebatur, subter lineam delecta, uel ex librariorum commoditate, uel ne præcedentibus literis esset impedimento. Quint.lib.12.cap.10, Duras & illa syllabas facit, quæ ad contingendas demum subiectas sibi uocales est utilis, aliàs superuacuas: equos ac equũ scribimus, quum ipsæ etiam uocales duæ efficiant sonum, qualis apud Græcos nullus est, ideoq; scribi illorum literis non potest. Idem lib.1.cap.6, Et lz, quæ & ipsa quorundam nominum nota est: & Q, cuius similis effectus speciesq;, nisi quòd paulum à nostris obliquatur. Quasi diceret, inter lz A & Qua, hoc seruandum esse discrimen, ut lz A' rectò sono, Qua paulum obliquata proferatur. Sanè qui rectè proferunt, isthæc (ut ita dicam) obliquationẽ seruant in Q literæ prolatione.

Q. Quintus, uel Quintius. Q. uel Qu. Quartus. Q. uel Quint. Quintilius. Quæs. Quæstor. Quæst. Quæstores. Quam. uel Quemadmodum. Q.B.F. Quare bene factũ. Quære bonum factum. Q.B.M.V. Quæ bene mecũ uixit. Q.E.R.E.IV.D.A. Quanti ea res erit, iudicium dabo, formula est prætoria. Q.F. Quinti filius. Q.L. Quinti libertus, uel liberti. Q.L.F. Quinti Lucij filius. Q.M. Quintus Mutius uel Quomodo. Q.N.A.N.N. Quando neq; ais, neq; negas. Q.R.F.E.V. Quod rectè factũ esse uidebitur. Q.S.S.S. Quæ suprà scripta sunt. Q.D.E.R.F.P.D.E.R I.C. Quid de ea re fieri placeret, de ea re ita censuerunt. Notæ quibus Senatusconsulta designabantur Probus.

Qua] cuius, cui (ius) nominatiuo non utimur, nisi in compositione: ut aliqua, siqua.

Quam ad rem. Plaut. Epid.

Quam ad rem istuc refert?

Quam rem agis? Terent. Heaut. 5.1.69.

Qua causa. Plaut. Menæch. 11. 25.

Qua de causa. Cic.1.Academ. 46, Qua de causa definitiones rerum probabant.

Qua gratia id est, quamobrem. Terent. Eunuch. 1.2.79,

Ego excludor, ille recipitur: qua gratia,
Nisi illum plus amas quàm me?

Qua ratione. Terent. Phorm. 2.1. 68,

Qua ratione inopem potius ducebat domum?
O. Non ratio, uerùm argentum deerat.

Qua de re, pro Quam ob rem. Cic. Qua de re iudices uobis magnopere prouidendum est. Terent. Andr. 1.2.13,

—— quid ait? D. qua de re? S. rogas?

Meum gnatum rumor est amare. Vbi Donatus, Negantis uim habet hæc interrogatio, Qua de re. Plus est enim, qua de re, quàm nihil.

Qui de re, aliter pro, De qua re. Varro de re Rust. Emptor stipulatur illas oues, qui de re agitur, sanas rectè esse. Cicer. in primo Rhet. Firmatur similitudine eius rei qua de re agitur ad eam rem qua de re iudicatum est.

Qua pro re argentum promisit hic tibi? Plaut. Rud. 31.22.

Qua impudentia est? Vt est impudens: uel, Quæ est eius impudentia? Cic. pro Rosc. Comœd. 26.

Qua, pro Qua ratione. Virgil. 1 Aeneid. 139,

Qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem.

Prædico delectus, qua posit habiturum. Cicero 6. Philippic. 207.

Quà] Aduerbium loci, Per quem locum. Author Priap.

Dic mihi quà sit iter.

Perge modò, & quà te ducit uia dirige gressum. Virgilius 1. Aeneid. 81.

Omnes introitus, quà adiri poterat in eum fundum. Cicero pro Cecinna, 15.

Ipse in

Ipſe in templum neſcio quà per cuniculum aſcendit. Cic. 3. Philippic. 137.

Licet illi uagari quà uelit. Cic. 1. de Orat. 36.

Quà digitum proferat non habet. Cic. pro Cecin. 52.

Quà proximum. Tacitus lib. 15. Quà proximum, & commeatibus non egenum, regionem Comagenam, &c. petiuit. Idem lib. 19, Vt quà cuiq; proximum, omiſſa præda, prælio occurrerent.

Quà uiſus erat. Saluſt. in Iugurth. Poſtremò omnia, quà uiſus erat, conſtrata telis, armis, cadaueribus, & interea humus infecta ſanguine.

Eà quà, inter ſe relata. Liu. lib. 6. Decad. 1, Et Volſci quà modò ſimulato metu, eà in ueram fugam effuſi. Sic locus ille emendandus eſt, ut ait Rhenanus in Caſtigationibus in libro 19. Taciti.

Quà aut quò. Cic. Attic. lib. 7. 131. 2, Sin diſcedit, quò, aut quà, aut quid nobis agendum ſit, neſcio.

Quà, aliquando ſignificat Tum, ſiue partim. Plaut. Trinum. 14. 36, —neque
Iſtis quicquam lege ſanctum eſt, leges mori ſeruiunt, mores autem Rapere properant, quà ſacrum, quà publicum. id eſt, partim, uel iuxtà potius, aut tum ſacrum, tum prophanum, inquit Budæus. Cic. ad Attic. lib. 2. 34. 4, Nam gladiatorij quà dominus, quà aduocati, fibilis conſciſi. id eſt, dominus iuxtà ac aduocati. Liu. lib. 9. ab Vrbe, 11.

Topiarium laudaui, ita omnia conueſſuit hedera, quà baſim uillæ, quà inter columnia ambulationis. Cicero Quinto fratri, lib. 3. 17. 9.

Quà itineris, quà de Bruto, modus eſt dicendi: pro quo ineptè dicitur, Ea parte qua itineris, uel de Bruto mentio ſit. Cicero Att. 8. Et quàm honeſta, quàm expedita tua conſilia, quàm ęuigilata tuis cogitationibus, quà itineris, quà nauigationis, quà congreſſus ſermoniſq; cum Cæſare. Eidem, lib. 15. 329. 7, Intelligo te diſtentiſſimum eſſe, quà de Buthrotijs, quà de Bruto. id eſt, partim ob Bruti ludos, partim ob Buthrotios ciues, inquit Budæus.

Quà, pro Quatenus. Paulus iureconſ. Sed nec ille qui filium alienum poſſidet, tantum habet, quanti eum patri uendere poteſt. Sed in præſentia, non quà filius alicuius, ſed quà homo æſtimatur. Budæus.

Quacunq;] Ablatiuus à Quæcunq;. Liu. 1. ab Vrbe, 10, Is Aſcanius, ubicunq;, & quacunq; matre genitus (certè natum Aenea conſtat) abundante, &c. Quaſi dicat, tametſi incertum ubi, & qua matre ſit genitus, tamen, &c.

Separatur nonnunquam apud poetas per Tmeſim. Lucretius libro 6. 18,
Quid faciant, & qua de cauſa cunq; ferantur.

¶ Quacunq;, Aduerbium, pro Per quancunq; partem. Cicer. 3. Verr. 30, Quicunque iter facit, eiuſmodi fuit, non ut Legatus populi Romani, ſed ut quædam calamitas peruadere uideretur. Idem Attico, lib. 14. 314. 9, Quacunq; nos commouimus.

Quadantenus] pen. corr. Aduerbium (μέχρι τινός) Vſque ad quandam partem, aliquantulum. Plin. lib. 29. cap. 10. 9, Tria autem genera eius, latum, & alterum longius, quadantenus rubens.

Quadi] κυάδοι, Dioni, Bohemorum olim gens, ſicut & Marcomani. Hieronymus, Sarmatæ, Quadi, Vandali, & innumerabiles aliæ gentes equorum & uulpiũ carnibus delectãtur.

Quadra] quadræ (τετράδες, τετράδιον Θ) Menſarium inſtrumentum ex ſtanno uel argento, ſuper quod dapes ſcinduntur, ſiue apponuntur ſciſſæ: quòd quadrata forma fieri ſoleat: ueluti rotunda repoſitoria, orbes dicimus. Fitq; aliquando etiam ex pane. Virg. 7. Aeneid. 23,
— patulis nec parcere quadris. Iuuenal. Satyr. 5. 1,
Vt bona ſumma putes, aliena uiuere quadra. Horatius 1. epiſt. 18. 10.

Quadram, Panis fragmentum ſiue fruſtum eſſe, nonnulli dicũt: quia olim apud Romanos quadrati panes dicerentur. Martialis lib. 6. 75,
Quum mittis turdumq; mihi, quadramq; placentæ,
Siue femur leporis, ſiue quid his ſimile. Sic apud eundem lib. 12. 28, Quadra caſei Toloſatis.

Quadragenarius] Adiectiuum (τεσσαρακονταέτης) Qui natus eſt quadraginta annos.

¶ Quadrageni, penult. product. (τεσσαρακόνται) Aliud adiect. Idem ſignificat quod quadraginta. Colum. lib. 5. cap. 2. 4, Centies uicies duceni quadrageni fiunt uigintiocto millia & octingenti.

Quadragena millia. Cic. 3. Verr. 105. Idem ad Atticum, lib. 4. 87. 2, Vt ambo HS quadragena Coſ. darent, ſi eſſent ipſi Coſ. facti.

Quadrageni pedes in terga. Plin. lib. 17. cap. 23. 4.

Quadragenis diebus latent. Plin. lib. 8. cap. 36. 1.

Quadrageni, abſolutè aliquando ponitur. Suet. de claris Gram. 23, Nec ſufficeret ſumptibus, quãquã ex ſchola quadragena annua caperet. Subaudi, millia nummũm, aut aliquid tale.

¶ Quadrageſimus, pen. corr. (τεσσαρακοστός) Aliud item adiectiuũ. Plin. lib. 14. cap. 20. 7, Cocti parte quadrageſima. Idẽ lib. 2. cap. 8. 7, Quadrageſima ſecunda Olympiade.

Quadrageſima, abſolutè dicitur, pro quarta parte. Suet. in Caligula, cap. 40, Quadrageſima ſummæ, de qua litigaretur, exigebatur. Subaudi, pars. Idem in Veſpaſiano, cap. 1, Publicanum quadrageſimæ in Aſia egit.

¶ Quadragies, Aduerbium (τεσσαρακοντάκις) Plin. de Viris illuſt. cap. 47, Ipſe quadragies quater accuſatus glorioſè abſolutus. Liu. 8. bel. Mac. 244. Cic. pro Flacc. Seſtertiũm ter & quadragies.

¶ Quadraginta, indeclinabile (τεσσαράκοντα) Plinius lib. 2. cap. 8. 9.

Annos natus magis quadraginta. Vide Magis aduerbium.

Iugera quadraginta arui. Catull. in Mentulam, epigr. 110. 1.

Quadrangulus] penult. corr. Adiectiuum (τετράγωνος Θ) Quod quatuor angulos habet. Plin. lib. 13. cap. 22. 1, Intus granum quadrangula figura.

Quadrans] quadrantis, maſc. gen. (τετραντημόριον) Genus nummi, quòd ſit quarta pars aſſis. Quadrans erat (authore Plinio) nummulus, qui & triuncis uel triunx uocatus eſt à tribus uncijs. Vt enim ſeſtertius quarta pars eſt denarij, ita quadrans quarta pars aſſis. Iuuenal. Satyr. 7. 1,
Nam ſi Peleria quadrans tibi nullus in arca
Oſtendatur. Hæc Budæus. Liu. 3. ab Vrbe, 79, In Conſilis domum plebes quadrãtes ut funere ampliore efferretur, iactaſſe fertur. Martial. lib. 3. 7,
Centum miſelli iam udlete quadrantes, &c.

Quadrantem ſoluiſſe uidetur ingredientes balneum. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 28,
— dum quadrante lauatum
Rex ibis. Iuuenal, Satyr. 6. 45,
Cædere Syluano porcum, quadrante lauari.

Mimus locuples uno quadrante. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 19.

Quadrans operæ. Col. lib. 2. ca. 4. 7. id eſt, quarta pars operæ.

Quadrans pedis. Gel. lib. 3. cap. 10.

Quadrans, genus ponderis. Plin. lib. 27. Et lib. 28, Ad tuſſim ueterem recens decoquitur quadrantis pondere, in uini ſextarijs tribus.

¶ Quadrantalis, & hoc quadrantale, pen. prod. Plin. lib. 13. cap. 15. 2, Quatuor pedũ & ſemipedis per medium ambitũ, craſſitudine quadrantali. id eſt, pedis quartæ partis.

¶ Quadrantarius, Adiectiuum (τετραγραμματικῶς Θ) Cic. pro M. Cælio, 49, Niſi ſortè mulier potens, quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori. Per contemptum dictum: id eſt, quæ accepto quadrante, à balneatore familiaris facta eſt, more meretricum. Sic Cæcilius Clytemneſtram quadrantariam dixiſſe uidetur, apud Quintilianum libro 8. cap. 6.

¶ Quadrantal, quadrantalis, pen. prod. neut. gen. (ἀμφορεύς) Feſtus, Quadrantal uocabant antiqui amphoram, quod uas pedis quadrati octo & quadraginta ſextarios capit. Plautus Curcul. 3. 14,
Sitit hæc anus. PA. quantillũ ſtitit? PH. modica eſt, capit Quadrantal. Plin. lib. 14. cap. 2, Nequis uinum Græcum, Aminæumq; octonis aßibus æris ſingula quadrantalia uenderet. Varro 1. de re Ruſt. cap. 57. 1, Quidam ipſum triticum conſpergunt, quum addat circiter in M. modium quadrantal amurcæ. Budæus ſatis multis uerbis docet, ſe nihil aliud potuiſſe colligere ex uerbis authorum, quid ſignificaret quadrantal, quàm amphoram.

Quadrantal, Figura eſt quæ omni ex parte quadrata ſit, quales ſunt cubi & teſſeræ, quibus in alueolo luditur: in quacunq; enim partem incubuerint, immotam habent ſtabilitatem.

Quadrarius] Adiectiuum (τετραγώνιος Θ) ut, Vas quadrarium: hoc eſt, ex quadrato lapide factum, ut contractius ſit. Cato cap. 18. 1, Torcularium ſi ædificare uoles, quadrarijs uaſis uti contractiora fient, ad hũc modum uaſa componito.

Quadratus] Vide Quadrum.

Quadratus] pen. prod. Apoſtolorum diſcipulus, Præſul Athenienſis, imò cum Philippi filiabus, prophetico ſpiritu clarus perhibetur. Chriſtianos magnis ea tempeſtate terroribus diſperſos, ſua prudentia redintegrauit. Ex Hieronymo & Euſebio.

Quadridens] pen. cor. om. gen. (τετρόδους) Quod quatuor habet dentes. Cato cap. 10. 3, Rutra quinq;, raſtros quadridentes duos. Et cap. 11. 4, Rutra quatuor, raſtros quadridentes duos.

Quadriennium] quadriennij (τετραέτια) Spacium quatuor annorum. Cic. 5. Verr. 37, Nam quum quadriennio pòſt in Siciliam ueniſſem, ſic mihi affecta uiſa eſt, &c. Plinius libro 8. cap. 50. 1.

¶ Quadriennis, & hoc quadrienne. Florus lib. 2. cap. 6, Poſt primum Punicum bellum uix quadriennis requies.

Quadrifariam] Aduerbium (τετραχῶς) Quadripartito, in quatuor partes. Varro, Et ea quæ ad mortales pertineant, quadrifariam diſperticrim. Liu. 4. ab Vrbe, 96, Quadrifariam diuiſo exercitu.

¶ Quadrifariter, pen. corr. Idem Paulus in Iuriſconſultus. D. de gradib. & affinib. Prosimus quadrifariter intelligitur. Paulò pòſt, Pronepos quoq; & Proneptis quadrifariter intelliguntur. hoc eſt, quatuor modis, quadrupliciter.

Quadrifidus] penultima correpta. Adiectiuum (τετραχῶς ἀῤῥ) Quod in quatuor partes findi poteſt, aut fiſſum eſt. Virg. 2. Georg. 5,
Quadrifidaſq; ſudes, & acuto robore uallos. hoc eſt, ita robuſtæ, ut in quatuor partes diuidi poßint. Colum. lib. 4. cap. 33. 4.

Trabs quadrifida. Valer. 1. Argon. 133.

Labor quadrifidus. Claud. 5. Paneg. 53.

Quadrifores] & hoc quadrifore, pen. corr. (τετράθυρος Θ) Quod quatuor fores ſiue foramina habet. Plin. lib. 11. cap. 21. 3, Veſpæ nidos Vere faciunt ferè quadrifores.

Quadriforme] Quod habet formas quatuor (τετράμορφον)

Quadriga] quadrigæ, pen. prod. (τέθριππον Θ) A' quatuor equis quibus iungebatur, appellata eſt. Gell. lib. 19. cap. 8, Quadrigas Cæſar etiam ſi currus unus, equorum quatuor iunctorum agmen unum ſit, pluratiuo ſemper numero dicendas putat.

Apta quadrigis equa. Horat. 1. Carm. ode 16. 7.

Nec enim in quadrigis eum ſecundum num erauerim, aut tertium, qui uix è carceribus exierit. Cic. de claris Orat. 89.

Mineruam quadrigarum inuentricem ferunt. Cic. 3. de Natur. deorum, 81.

Quaſi deſultorius in quadrigarum curſiculum incurrere. Cic. pro Murena, 52.

Aliquando quadrigarum nomine intelliguntur etiam equi, qui quadrigas agunt. Colum. lib. 3. cap. 9. 5, Vnde ſacrorum certaminum ſtudioſi perniciſſimarum quadrigarum ſemina diligenti obſeruatione cuſtodiunt, & ſpem futurarum uictoriarum concipiunt propagata ſobole generoſi armenti.

Curru quadrigarum uehi. Cic. 2. de Diuinat. 213.

Citæ quadrigæ. Virg. 8. Aeneid. 129.

Inſanæ quadrigæ. Claud. 7. Paneg. 13.

Niueæ quadrigæ. Claud. de bello Get. 26.

Perniciſſimæ quadrigæ. Vide Pernix.

Pomeridianæ quadrigæ. Cic. in Orat. 89.

Roſæ quadrigæ. Virg. 6. Aencid. 107.

Quadrigis albis indipiſci. Plaut. Aſin. 7. 13,
Nam ſi huic occaſioni tempus ſe ſubterduxerit,
Nunquam pol indipiſcet quadrigis albis poſtea. Quadrigæ albæ, erant equi Veneris, qui albi erant, & citi.

Sed in te intuens Brute dolco, cuius in adoleſcentiam, per medias laudes quaſi quadrigis uehentem, tranſuerſa incurrit miſera fortuna Reipub. Cic. de claris Orat. 185.

Poeticæ quadrigæ. Cic. Qu. fr. at. lib. 2. 160. 3.

¶ Quadrigula, pen. corr. Diminutiuũ (τεθριππιον) Cic. de Fato, 9, Aut Philippus baſce in capulo quadrigulas uitare monebatur? Plin. lib. 34. cap. 8. 33.

¶ Quadrijugus, pen. corr. Adiectiuum (τετράζυγος Θ) ut, Quadrijugi, ſiue quadrijuges equi, quaterni ad unum iugum alligati. Virg. 10. Aeneid. 115,
— quis ecce Nyphæi
Quadrijuges in equos, aduerſaq; pectora tendit.
Certamen quadrijugum. Stat. 6. Thebaid. 74.

Currus quadrijugi. Virg. 3. Georg. 4. & 12. Aeneid. 33. Plinius in Paneg. 35, Iam hoc ipſum, quòd ingreſſus es, quàm mirum, lætumq;: nam priores inuehi & importari ſolebant: non dico quadrijugo curru, & albentibus equis, ſed humeris hominum.

Quadrijuges ipſi equi dicuntur, quadrigis iuncti. Ouidius 2. Metamorph. 34,
— tritumq; relinquunt
Quadrijuges ſpacium: nec quo prius ordine currunt.
Niuei quadrijuges. Stat. 12. Thebaid. 107.

¶ Quadrigarius, quadrigarij (τεθριππαλάτης) Qui in Circenſibus quadrigas agitabat, inquit Aſconius. Varro 2. de re Ruſt. cap. 7. 12, Itaq; peritus belli alios eligit, atq; alit, & docet aliter quadrigarius, ac deſultor.

Quadrigarius, Adiectiuè dixit Suetonius in Caligula, cap. 19, Quadrigario habitu, curriculoq; bijugi.

¶ Quadrigatus, pen. prod. Adiectiuũ (τεθριππωτός) Plin. lib. 33. cap. 3. 7, Nota argenti fuêre bigæ atq; quadrigæ, & inde bigati, quadrigatiq; dicti. Liu. 2. bel. Pun. 215.

Quadrigeminus] pen. corr. Adiectiuum (τετραπλόος) ut, Quadrigemina cornicula. Plin. lib. 8. cap. 23, Ceraſis corpore emmere cornicula ſæpe quadrigemina: quorum motu reliquo corpore occultato ſolicitent ad ſe aues.

Quadrili-

Quadrilibris] *et hoc quadrilibe, pen. prod.* (τετραλίτρος) *Quod est pondo quatuor librarum. Plaut. Aulul. 31. 2,*

Quadrilibrem aulam auro onustam habeo: quis me est diuitior?

Quadrimanus] *Adiectiuum, pen. corr. Qui quatuor habet manus, qua forma Virgilio dicitur Centimanus Briareus, Iulius Obsequens lib. de Prodigijs, C. Lælio, L. Doniclio Coss. puella biceps, quadripes, quadrimana, gemina fœminea natura, mortua nata. Hos idem author alibi quadrumanes uocat, inflexione tertia. T. Graccho, inquit, M. Iuuentio Coss. pueri quadrupedes & quadrumanes nati.*

Quadrimus] *penultima product. Adiectiuum* (τετραετὴς) *Quod habet quatuor annos. Liu. 7. bel. Pun. 201, Frusinone infantem natum esse quadrimo parem. Plin. lib. 8. cap. 44. 1, Ad tales partus equis neq; quadrimis minores, neq; decem nibus maiores legunt. Cicer. ad Tironem, lib. 16. epistol. de quadrimo Catone.*

Merum quadrimum. Horat. 1. Carm. ode 9. 2.

Quadrimulus, *pen. corr. Diminutiuum. Plaut. Capt. 18. 4. Idem Pœnul. 2. 85,*

Altera quinquennis, altera autem quadrimula
Cum nutrice una periêre.

¶ Quadrimatus, *huius quadrimatus, penult. prod.* (τετραετία) *Aetas quatuor annorum. Plin. lib. 19. cap. 11. 1, Sed ex his quæ sunt fortißima, nullum extra quadrimatum utile est. Idem lib. 8. cap. 45. 1.*

Quadrimatum agere. Colum. lib. 7. cap. 9. 2.

Quadrigenarius] *Adiectiuum: ut Quadrigenariæ cohortes, quadraginta uiros continentes. Liu. 7. ab Vrbe, 28.*

Quadringenti] *quadringentæ, quadringenta* (τετρακόσιοι) *Numerale, quater centum significans. Plin. lib. 8. cap. 17. 5, Pompeius Magnus quadringentas decem misit, diuus Augustus quadringentas uiginti. Cic. in Pisonem, 7, Centum propè annos legem Heliam & Fusiam tenueramus: quadringentos iudicium rationemq; Censoriam.*

Tali quadringenti iacti. Cic. 2. de Diuinat. 71.

¶ Quadringenties, *Aduerbium* (τετρακοσιάκις) Cic. 4. Verr. 17, B-S *quadringenties accepisse te arguo contra leges. Idem pro Rab. Posth. 13.*

¶ Quadringentesimus, *pen. cor.* (τετρακοσιοστὸς) *Adiectiuũ. Plin. lib. 8. cap. 6. 1, Anno urbis quadringentesimo septuagesimo secundo.*

Quadringenus] *pen. prod. & ut nonnulli legunt, quadrigenus, uel quadricenus. Liu. 8. ab Vrbe, 60, Vectigal quoq; eis Campanis populus iussus pendere in singulos quotannis (fuêre autem mille & sexcenti) denarios nummos quadringenos quinquagenos. Varr. 2. de re Rust. cap. 8. 3, Vbi tricenis ac quadrigenis millibus H-S admissarij aliquot uacuerunt.*

Quadrinus] *penult. prod.* (τετραετὴς) *Adiectiuum, pro Quatuor, quemadmodum trimus. Plin. lib. 11. cap. 36. 2, Mutationes, & in alias figuras transitus, trimis aut quadrimis diebus. Idem lib. 7. cap. 50. 4, Quadrini circuitus febrem nunquam brumæ, nunquam hybernis mensibus incipere. Plinius lib. 7. cap. 50. 5.*

Quadripartitus] *pen. prod. Adiectiuum* (τετραμερὴς) *In quatuor partes diuisum. Plin. lib. 15. cap. 22. 3, Nucleorũq; illis quadripartita distinctio. Cic. 3. Ver. 23, Quare hæc eadẽ erit quadripartita distributio totius accusationis meæ. Sic 3. de Nat. deor. 8. Legitur & quadripertitus, per e secundam uocalem.*

¶ Quadripartitio, *quadripartitionis, Verbale, fœm. gen. Varr. de Ling. Lat. lib. 4, Quadripartitio magis sic apparebit. Et lib. 6, Et siquid excidit ex hac quadripartitione, &c.*

Quadriplicatus] *Adiectiuum, legitur apud Varronem libro 8. de Ling. Latin. quanquam nonnulli quadripartitam malint.*

Quadriremis] *huius quadriremis, penult. prod. fœm. gen.* (τετρακρὴρης) *Nauis quatuor remorum ordines habens. Liu. 4. bel. Pun. 149, Præmissa quadriremis, quum intrasset fauces portus, capitur. Cic. 7. Verr. 68, Egreditur Centuripina quadriremi Cleomenes è portu.*

Quadriuium] *quadriuij* (τέτροδος) *Locus publicus, quo quatuor uiæ concurrunt. Iuuenal. Sat. 1. 7,*

Nõne libet medio ceras implere capaces
Quadriuio. Catull. ad Cælium, 54. 1.

Quadro] *quadras. Vide* Quadrum.

Quadrum] *quadri* (τετράγωνος) *Quod rectas atq; æquales lineas quatuor, & quatuor rectos angulos habet. Colum. libro 8. cap. 3, Perticæ dolantur in quadrum.*

In quadrum sententias redigere: hoc est, æqualiter fundere, & suo numero seruato æqualiter disponere. forma enim quadrata, inquit Quintilianus, nulla est ex parte neq; longior, neq; breuior. Cic. in Orat. 120, Quin redigerent omnes fere in quadrum numerum q; sententias.

¶ Quadro, quadras (τετραγωνίζω) *quadrare, In quadrum redigere. Horat. 1. epist. 6. 7,*

—— & quæ pars quadret aceruum. Colum. lib. 11. capite 2, Abies atque populus singulis operis ad unguem quadrantur.

Quadrare, per translationem, pro Consentire, & ex omni parte conuenire ponitur. Tractum à lapidibus quadris, qui omnium laterum æquali proportione inter se optimè conueniunt ac consentiunt. Virg. 2. Georg. 56,

Arboribus positis secto uia limite quadret. Cicero 3. de Oratore, 96, Et tamen eam coniunctionem, sicuti uersum, numerose cadere & quadrare & perfici uolumus.

Quoniam tibi quadrat, omnia in illis fuisse paria. Cicero de claris Orat. 21.

Quadrare ad multa. Cic. ad Atticum, lib. 4. 87. 5.

Quadrare in. Cicero pro Cælio, 56, Nisi omnia quæ cum turpitudine aliqua dicerentur, in istam quadrare aptè uiderentur.

Summa rationum quadrans dicitur, in qua nihil excurrit, & in qua nulla sunt reliqua: id est, quum æqualis est summa accepti & expensi. Cic. 3. Verr. 65, Expensa Chrysogono seruo sestert. sexcenta millia, accepta pupillo Malleolo retulit. Quomodo ex decies sestert. sexcenta sint facta, quomodo sexcenta eodem modo quadrarint, ut illa de Cnei Carbonis pecunia reliqua sester. sexcenta facta sint, &c. uos æstimabitis. Budæus.

¶ Quadratus, *penult. prod.* (τετράγωνος δὲ) *Participium, siue Nomen. hoc est, quatuor angulos habens. Liu. 6. ab Vrbe, 21, Capitolium quoq; saxo quadrato substructum est. Plin. epist. 254.*

Quadratum agmen. Cic. 2. Philip. 105.

Quadratis angulis palmus. Plin. lib. 17. cap. 11. 5.

Imago quadrata. Lucret. lib. 4. 48.

In quadratum pedem ferantur. Colum. lib. 2. cap. 10, 16.

Turres quadratæ. Lucret. lib. 4. 70.

Triangula & quadrata. Cicero 2. de Diuinat. 134, Quum autem in eam ipsam partem orbis uenerint, in qua sit ortus eius qui nascatur, aut in eam quæ coniunctam aliquid habeat, aut consentiens, ea triangula illi & quadrata nominent. De stellis.

Quadratũ & Rotundũ. Cic. 2. de Fin. 63. Horat. 1. epistol. 1. 20,

—— mutat quadrata rotundis.

Dimensio quadrati. Cic. 5. Tusc. 89.

Forma

Forma quadrati. Cic. 1. de Nat. deor. 35.

Efficere quadratum paribus oris. Quint. lib. 1. cap. 10. 31.

Quadrati boues, grandibus membris, Formati, & bene membrati, quòd uulgò dicunt. Colum. lib. 6. cap. 1. 2.

Quadrata compositio. *Quintil. lib. 2. cap. 5, Quæ leuis & quadrata, sed uirilis tamen compositio. id est, æqualiter fusa: forma enim quadrata, nulla est ex parte neq; longior, neq; breuior. Idem lib. 9. cap. 4, Id quod ex illis conficior, aut seueruum, aut luxuriosum, aut quadratum, aut solutum erit.*

Quadrata] *Romæ locus in palatio ante templum Apollinis dicitur, ubi reposita sunt, quæ solent boni omnis gratia in urbe condenda adhiberi, quia saxo munitus est initio in speciem quadratam. Eius loci Ennius meminit, cùm ait,*

Et quis extiterat Romæ regnare quadratæ. Festus.

¶ Quadratarij, τετραγωνιστῆρες, *dicũtur marmorarij, qui marmora ad amussim quadrant. Sidonius lib. 3, Quod factum sit ue ab industria, seu per iniuriam, mihi magis quàm quadratario liuidus lector adscribet.*

¶ Quadratim, *Aduerbium qualitatis, à Quadra, aut Quadro. Flauius Sosipater lib. 2. Institutionum.*

Quadrupes] *pen. corr. quadrupedis, pen. corr.* (τετράπους, τετραπόδος) *Aliquando substantiuũ, aliquando adiectiuũ: Quod habet quatuor pedes. Terent. Andr. 5. 2. 24,*

—— tu tamen
Cura ad seruandum uinctum, atq; audin' quadrupedem constringito. Per translationem dixit Terentius. Plinius lib. 10. cap. 33. 4, Vt nulla quadrupes posit accedere. Colum. lib. 11. cap. 2, Nec minus maiora quadrupedia charactere signari debent.

Nihil inter te atq; inter quadrupedẽ interest. Cic. in Parad. 16.

Vectio quadrupedum. Cic. 2. de Nat. deor. 26.

Animosos quadrupedes regere. Ouid. 2. Metam. 17.

Distentæ quadrupedes uiridi pabulo. Quintil. lib. 2. cap. 10. 4.

Infans quadrupes. Ouid. 15. Metam. 45.

Vasta quadrupes. Cic. 2. de Nat. deor. 170.

¶ Quadrupedans, *pen. corr. quadrupedantis* (τετραποδίζων) *Quod quatuor pedibus graditur, ut equi, & eiusmodi, Plautus Capt. 13. 45,*

Tum piscatores, qui præbent populo pisces fœtidos,
Qui aduehuntur quadrupedanti, crucianti canterio.

Virg. 11. Aen. 123, —perfractaq; quadrupedantum
Pectora, pectoribus rumpunt. Plin. lib. 8. cap. 45. 6, Thessalorum gentis inuentum est, equo iuxtà quadrupedantem cornu intorta ceruice tauros necare.

Quadripedans, *Adiectiuum* (τετραποδίζων) *ut, Sonitus quadrupedans. Virg. 8. Aeneid. 120,*

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.

¶ Quadrupedatim, *Aduerbium qualitatis, à nomine Quadrupes. ut, Viuere quadrupedatim, ambulare quadrupedatim. Flauius Sosipater lib. 2. Institut. Es terminata nomina, uidentur ex se duobus modis aduerbia figurare: ut quadrupes, quadrupedatim: miles, militariter.*

Quadruplator] *pen. prod. quadruplatoris* (συκοφάντης, φιλοπράγμων) *Asconius, Quadruplatores, delatores erant criminum publicorum, in qua partem de proscriptorum bonis, quos detulerant, consequebantur. Cic. 1. Verr. 37, Putant fore, uti si paulatim hæc consuetudo serpere ac prodire coeperit, per homines honestißimos, uirosq; fortißimos, non imperitos adolescentulos, aut illiusmodi quadruplatores, leges iudiciaq; administrentur. In eundẽ, act. 4, Petit Næuius Turpio quidam istius excursor & emissarius, homo omnium ex illo conuentu quadruplatorum deterrimus. Liu. 3. ab Vrbe, 310, Populum Rom. quadruplatoris, & interceptoris litis alienæ personam laturum?*

Quadruplator, *ut breuiter describam, capitalis est. Author ad Herennium libro 2. 77.*

Quadruplatores beneficiorum uocat Seneca, qui exiguis magna uenantur, 7. de Benef. Malè istis improbis & importunis beneficiorum suorum quadruplatoribus euenlat, qui admonitionem tam bellam inter amicos sustilerunt.

¶ Quadruplor, *pen. corr. quadruplaris* (τριπλάσιον μοι ἀπαιτοῦμαι) *quadruplari, Quadruplatura exercere. Plaut. Perf. 3. 9,*

Neq; quadruplari, me uolo: neq; enim decet
Sine meo periculo abire aliena ereptum bona.

Quadruplari apud ueteres ita dicitur, quod in quadruplũ damnatur. Vlpian. in l. itẽ si cũ. §. 1. ff. de eo quod metus, &c. Siquis non restituat, in quadruplum in eum iudicium pollicetur. Quadruplabitur aũt omne quodcunq; restitui oportuit.

Quadruplex] *pen. corr, quadruplicis, pen. corr. om. gen.* (τετραπλόος) *quod quatuor est modorũ, specierum, uel ordinum. Plin. lib. 12. cap. 11. 1, Alia arbor floret, albæ uiolæ specie, sed magnitudine quadruplici. Liu. 10. bell. Pun. 38, Onerariarum quadruplicem ordinem pro muro aduersus hostem opposuit.*

Stellæ quadruplices. Cic. in Arato, 11.

¶ Quadruplico, *quadruplicas, pen. cor.* (τετραπλασιάζω) *quadruplicare. Plaut. Stich. 7. 4,*

—qui me in mercimonijs
Iuuit, lucrisq; quadruplicauit rem meam.

¶ Quadruplicatio, *Verbale Vlpian. in l. 2. ff. de exceptionibus, Et contra replicationem duplicatio, & contra duplicationem solet dari triplicatio, & contra triplicationem rursus quadruplicatio.*

¶ Quadruplicatò, *pen. prod. Aduerbium* (τετραπλασιαστῶς) *Plin. lib. 14. cap. 4. 7, Emptis quadruplicatò uineis. Idem libro 2. cap. 17. 6.*

Quadruplus] *pen. corr. Adiectiuum* (τετραπλάσιος) *Plautus Truc. 16. 48,*

Post id ego in te manum iniiciam quadruplus uenefica.
Vbi interpretes, Quadruplus, id est, inuenietis quatuor in te irrumpentes.

Quadruplum aliquid attribuere: hoc est, quater id quod dicitur. Plin. lib. 7. cap. 48. 1, Cornici nouem nostras attribuit ætates, quadruplum eius ceruis, id triplicatum coruis.

Quadruplum, Pœna furis. Quintil. lib. 7. cap. 5, Quum duo fures pecuniam abstulerunt, separatim quadruplum quisq;, an duplum debeat. Cato de Re rust. in Præfatione, Furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli.

Dare iudicium in quadruplum. Cic. 5. Verr. 27.

¶ Quadruplò, *Aduerbium. Plin. lib. 11. cap. 37. 71, Pulmo quadruplo maior bubulo. De elephantis.*

Quadrupus] *quadrupedis* (τετράπους) *Adultera & meretrix olim uocata est. Plaut. in Truculento,*

Quadrupus, uenefica, suppostrix puerum.

Quadrurbs] *Ciuitas quæ ex quatuor urbibus in unam cõaluit, uelut, Athenæ. Festus, Quadrurbem Athenas Attius appellauit, quòd scilicet ex quatuor urbibus, in unam domicilia contulerunt, Braurone, Eleusine, Piræeo, & Sunio.*

Quadurcum] *Nobile emporium Quadurcorum in Aquitania Galliæ parte tertia: Hodie Cahors patria poetæ Gallici Clementis Maroti. Plin. lib. 4. cap. 19, Rursus Narbonensi prouinciæ cõtermini Rutheni, Quadurci, Antobroges, Tarnecq; amne discreti à Tolosanis Petrogori. Sunt qui Caduracum scribunt.*

Quæ] *τίς, Pronomen fœmininum à Quis. Interrogatiuè aliquando pronunciatur. Cicero in Verrem, Quæ (malim) est ista tua audacia, atq; amentia? Idem in Philipp. Quæ tua facilitas, & huiusmodi, & per parenthesim posita: pro, Qua*

tu es facilitate, humanitate, &c. præditus. Plin. epist. 97, Sed (quæ facilitas tua) hoc magis dabis ueniam, quòd se non mereri fatentur. Cic. ad Atticum, lib. 6. 1. 10. 2, Spero enim (quæ tua prudentia & temperantia est) hercule, ut iubet me Acastus, confido te iam ut uolumus ualere.

Quæ tua est humanitas, in principio sententiæ: hoc est, Pro tua humanitate. Brutus ad Ciceronem, 4. 4, Quæ tua est humanitas æquo animo te moueri patieris.

Quæ tua potestas. Cic. Antonio, in epist. ad Attic. lib. 14. 311. 4, Quare quoniam hoc à me sic petis, ut (quæ tua potestas est) ea neges te, me inuito usurum, &c.

Quæ mea mens in suscipienda causa fuit, fides in agenda: eadem uestra in iudicanda sit. Cic. 7. Verr. 148.

Quæ, neutrum plurale à nominatiuo singulari Quod. Virgil. eclog. 3. 14,

O quoties, & quæ nobis Galatea locuta est,

Inter Quæ relatiuũ & infinitiuum. Audiui quæ dixisti: hic Quæ relatiuum est, & subauditur pronomen Ea: ut sit sensus, Audiui ea quæ dixisti. Audiui quæ dixeris: Quæ hoc loco infinitum nomen est, nec petit quicquã subaudiri: est enim quasi tu dicas, Audiui quasi tu dixeris: hoc est, qualia sint ea quæ tu dixisti. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 6. 1, Quæ gerantur, accipies ex Pollione. hoc est, intelliges ex Pollione qualia geruntur: id est, qualia sint ea quæ geruntur.

¶ Quæcunq;, ἅτινα, ὅσα, ἅττα, Quædam. Vide Quicunq;, Quidam.

¶ Quælibet in quemuis opprobria fingere (λοιδορεῖν) Horat. 1. epist. 16. 1.

¶ Quæq;, ᾠὰ τά, Lucret. lib. 1. 34,

At nunc seminibus, quia certis quæq; creantur.

Quæro] quæris, quæsiui, quæsitũ, pen. prod. & per syncopam quæstum (ζητέω, ἐξήτημαι, μαίομαι, μεθίημι, μετανλάω) quæritur nisi quod præstò non sit. Terent. Eunuch. 2. 3. 3.

Vbi quærã? ubi inuestigem? quem percontert quam insistam uiam? Idem Adelph. 3. 4. 15,

Te quærebam ipsum, salue Demea. Sic Martialis lib. 5. 45, Quærere aliquem omnibus conclaubus.

Per computa quærere aliquem. Iuuen. Satyr. 9. 12.

Auditum quærere per auia. Virg. 9. Aen. 12.

Quæritur argentum. Horat. 1. epist. 2. 9.

Argentum quærere in fœnus, uel mutuo. Plaut. Asin. 9. 23. Idem Persa, 2. 5.

Causam quærere quamobrem. Terent. Eunuch. 5. 6. 30.

Coniugium quærere. Iuuen. Satyr. 11. 3.

Consilium quærere. Terent. Andr. 4. 2. 19.

Diuerticula quærere. Cic. 5. de Fin. 129.

Excusationem quærere. Cic. ad Attic. lib. 12. 247. 1.

Exitum quærere. Cic. 3. Verr. 2.

Et melius nulla quæritur arte fauor. Ouid. 2. de Põto, eleg. 9. 8.

Fidem quærere promissõ, In re promissa fidem aliquam & ueritatem expetere. Plin. lib. 27. cap. 9. 5.

Finem quærere amori. Ouid. 1. de Remed. amor. 29.

Fugam quærere. Cæsar 8. bell. Gall. 83.

Quærere fugam ex aliquo loco. Cic. ad Attic. lib. 7. 135. 8.

Fugam morbi quærere. Horat. 1. epist. 6. 6.

Gloriam quærere. Cic. 1. Offic. 57. id est, captare.

Gratiam quærere alicui ad uulgum, dicitur res aliqua. Liu. 6. ab Vrbe, 136, Eáq; ipsa affinitas haud spreta gratiam Fabio ad uulgum quæsierat. id est, comparauerat apud uulgum.

Identidem quærere. Vide Idem.

Immoralitatem quærere ipsa morte. Cic. 2. Tusc. 30.

Inimicitias quærere. Plaut. Menæch. 15. 1.

Inuidiam ex re aliqua alicui quærere, Conflare. Quintil. lib. 6. cap. 1. 14.

In aliquem inuidiam quærere. Cic. pro Rabirio Posth. 29.

Latebram quærere periurio. Cic. 3. Offic. 144.

Laudem quærere. Terent. Heaut. 2. 3. 74.

Liberos quærere. Plaut. Capt. 13. 120,

Liberorum quærendorum causa ei credo uxor data est.

Gellius lib. 4. cap. 3.

Locum iniuriæ quærere. Liu. 5. ab Vrbe, 43.

Locum insidijs quærere. Liu. 5. bel. Maced. 11.

Locum gratiæ apud aliquem quærere. Liu. 5. bel. Pun. 89.

Locum seditionis quærere. Liu. 3. ab Vrbe, 189.

Materiam quærere amori. Ouid. 1. de Arte, 10.

In medium quærere, In commune, siue in communi uictum sibi quærere. Tũc enim omnia erat cõmunia. Virg. 1. Georg. 26.

Moras quærere. Ouid. 11. Metam. 93.

Moram quærere supplicio. Cic. 7. Verr. 129.

Quærere, Velle, contendere. Plin. lib. 8. cap. 53. 2, Potissimùm è monte aliquo in alium transilire quærentes.

Quærere aliquem, pro Quæstionem habere de aliquo, uel torquere ipsum. Liu. 3. bel. Maced. In præsentia placuit comprehendi eos qui simul fuissent, quæstionemq; de his haberi, dum quæruntur, &c.

Quærere aliquem ad necem. Cic. pro Sestio, 46.

Noua quærere. Propert. lib. 1. eleg. 12. 3.

Numen & auxiliũ per sacras quærere sortes. Ouid. 1. Met. 75.

Occasionem quærere. Cæsar 2. bel. Ciuil. 82.

Odium alicuius quærere. Ouid. 13. Metam. 162.

Quámue malis aliam quærere coner opem. Ouidius 5. Trist. eleg. 8. 9.

Opes & amicitias quærere. Horat. de Arte, 34.

Periculum uoce quærere. Ouid. 2. Metam. 113.

Quo modo aliquid fiat quærere. Terent. Heaut. 5. 4. 16,

Quæris id quod babes, parentes: quod habes nõ quæris, patri Quomodo obsequare.

Animus quærit rationem. Lucret. lib. 2. 208.

Regnum quæritur armis. Lucan. lib. 1. 71.

Remedium quærere ab aliquo. Cic. 2. Tusc. 79, Cogamusq; eon fiteri, non esse ab eo doloris remedia quærenda, qui dolorẽ malorum omnium maximum esse dixerit.

Remedium ad rem aliquam quærere. Cic. pro Cluentio, 19.

Quærere aliquid in medio. Plin. lib. 25. cap. 13. 2.

Requiem quærit sibi. Horat. 1. epist. 7. 16.

Risus quærere sibi. Horat. 1. epist. 7. 16.

Salutem alicui malo quærere. Adelph. 3. 2. 2.

Seria quæramus amoto ludo. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 6.

Sermonem quærere. Terent. Eunuch. 3. 3. 10. id est, occasionem colloquendi.

Sitim quærere, Prouocare. Cic. 5. Philipp. 177. Sic dicitur ut Sermonem quærere. Budæus.

Somnum quærere re aliqua, Conciliare, inducere. Plin. lib 12. cap. 17. 8, Odore strobi arboris somnum ægris quærunt.

Venenum quærere alicui. Cic. pro Cluentio, 98.

Quærebatq; uiam, qua se genitrice relicta exereret. Ouid. 10. Metam. 100.

Ardua sollicitis uictoria quæritur armis. Ouid. 14. Met. 90.

Voluptatem quærere. Cic. 1. de Finib. 50.

Quærere ad unũ exemplum & regulam, Omnes sub uno exemplo comprehendere. Cic. in Sallustium, 2.

Quærere, Est etiam id quod nunc dicimus, Informationem facere, & Legibus uendicare. Cicero, Decernebat enim ut ueteribus legibus tantummodo extra ordinẽ quæreretur. Idem, Tulit enim de cæde quæ in Appia uia facta esset, in qua Publius Clodius occisus fuit. Quid ergo tulit? nempe ut quæreretur. Quid porrò quærendum est? faciúnne sit? at constat. A quo? at patet. Hæc Budæus.

Quærere in aliquem. Cic. pro Cluentio, 118.

Maiores nostri in dominum de seruis quæri noluerunt. Cic. pro Milon. 44.

Quærere de. Cic. 2. Verr. 14, Quum prætores designati sortirentur, & M. Metello obtigisset ut is de pecunijs repetundis quæreret.

De morte alicuius quærere. Cic. pro Rosc. Amer. 71.

Quærere rem, Est agitare causam criminis, ut Prætor quum iudicium cogit. Cicer. in Verrem, illo die rem quæsturus non esset, quum repentè iuberetur dicere.

Quærere rem tormentis, & per tormenta. Cic. pro Cluentio, 140. Suetonius in Tiberio, Acta res in Senatu: & quia ambigebatur, per tormenta quæsita est.

Nam quum more maiorum de seruis in dominum, ne tormentis quidem quæri, &c. Cic. pro Deiotaro, 2.

Quærere (ὑποπτεύω, ὑφοράω, μαι) Percontari, scisciatari, petere, interrogare. Plaut. Amph. 3. 127,

Atq; ut ne, qui essem, familiares quærerent. Terent. Andr. 1. 1. 63, —item alio die

Quærebam: comperiebam nihil ad Pamphilum Quicquam attinere.

Quæro abs te. Cic. pro Sexto Roscio, 44.

Quærere horas ab aliquo. Plin. lib. 7. cap. 53. 3.

Circa aliquem quidpiam quærere. Quintil. lib. 7. cap. 1. 38.

Quærere de. Cic. 4. Acad. 136, Quæsiuit de Zenone fortasse quid futurum esset. Liu. 4. ab Vrbe, 171, Quæro de te, &c. hoc est, abs te.

Quærere de re aliqua. Cæs. 2. bel. Gal. 285, Neruiorum de natura moribusq; Cæsar quum quæreret, sic reperiebat.

Quæro ex te. Cic. in Vatinium, 25. Terent. Heaut. 4. 1. 5,

Nescio, nisi ut ex ipsa quæras, unde hunc habuerit.

Ex re quæritur, ueneficium fuerit, an crudit. us. Quintilian. libro 7. cap. 3. 11.

Quærere secreto ab aliquo. Cæsar. 1. bel. Gall. 69.

Eruditus aliquid quærere. Quintil. lib. 1. cap. 5. 23.

Subtiliter aliquid quærere. Quintil. lib. 7. cap. 2. 42.

Verum quærere. Horat. 2. epist. 2. 9.

Si uerum quæris. Cic. Cæsio, lib. 12. 8. 2.

Quæro quid sit, cur, &c. 1. de Orat. 4.

Et ea res, si quæris, magno ei honori fuit. Cic. 3. Offi. 106.

Quærat aliquis quæ sint mentiti ueteres magi. Plinius libro 30. cap. 2. 4.

Forsitan quæratis qui iste terror sit, & quæ tanta formido, quæ tot ac tales uiros impediat, quo minus, &c. Cicero pro Roscio Amer. 3.

Quæret fortasse quispiam, dissuadeátne mihi legum præsidio à capite periculum propulsare. Cic. pro Cluentio, 114.

Quid quæris amplius? Cic. pro Roscio Amer. 86.

Quærere, nonnunquam significat comparare, siue acquirere. Terent. Adelph. 5. 4. 15,

Contriui in quærendo uitam atque ætatem meam. Idem Heaut. 1. 1. 87,

Laborans, quærens, parcens, illi seruiens. Ibidem, 3. 1. 38,

Post illa cœpit uictũ undè quærere. Cic. pro Quintio. 7,

Nec mirum si is qui uocem uænalem habuerat, ea quæ uoce quæstuerat, magno sibi quæstui fore putabat.

Quærere rem honestè mercaturis faciendis. Cic. in Parad. 58.

Quærere multo labore. Cic. 2. de Fin. 176.

Quærere, Petere, Plaut. Aulul. 5. 17,

Quid si quispiam ignem quæret?

Non quæro ex his illa initia mathematicorũ. Cic. 4. Acad. 207.

Quærere, Disputare, consulere, uel discutere. Cic. Pæto, lib. 9. 26. 7, Ille baro te putabat quæsiturum, num unum cælum esset, an innumerabilia.

Quærere de. Cic. de Orat. In quibus sæpe non de facto, sed de iure atq; æquitate quæritur.

Quæritur inter medicos, cuius generis aquæ sint utilissimæ. Plinius lib. 31. cap. 3. 1.

Finis quærendi. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 19.

Procumbit quærendo iuuencum, bucula. Virg. eclog. 9. 18.

¶ Quærens, Participium (ζητῶν) Ouid. 6. Metam. 117,

Verbáq; quærenti satis indignantia lingua Defuerant.

Mihi percunctanti, aut aliquid quærenti nunquam defuisti. Cic. 1. de Orat. 49.

¶ Quærendus (ζητητέος) Seneca Hercul. Oetæo, 3. 8,

Quoties genitor quærendus eras? Lucret. lib. 3,

—hoc tamen est, ut

Quærendum uideatur, & in discrimen agendum.

¶ Quæsitus, pen. prod. (ζητητός) Nomen ex participio: ut, Arbores quæsitæ. Virg. 3. Georg. 110.

Labore dulci quæsita dicta. Lucan. lib. 2. 146.

Gloria quæsita est multis. Ouid. de Ponto, eleg. 7. 10.

Odium quæsitum mihi. Ouid. 2. Trist. 18.

Salus quæsita fuga. Ouid. 14. Metam. 48.

Adulatio quæsitior fuit. Tacit. lib. 3. hoc est, exquisitior.

Quæsitissimus, pro exquisitissimo. Tacit. lib. 2, Excepêre Græci quæsitissimis honoribus.

¶ Quæsitum, pen. prod. pro Re parta. Ouid. 7. Metam. 134,

—parcum genus est, patiensq; laborum,

Quæsitiq; tenax. Cic. in Parad. 58, Cui quæsito autem opus sit, quis unquam hunc uoce dixerit diuitem?

Quæsitum, Idem quod postulatum. Ouid. 4. Metam. 159,

Accipe quæsiti causam.

¶ Quæsitus, huius quæsitus, pen. prod. m. g. Verbale. Plin. lib. 51. cap. 9. 6, Nilus incertis ortus fontibus, it per deserta & ardentia: & immenso longitudinis spacio ambulans, famaq; tantum inermi quæsitu cognitus fine bellis, quæ cæteras omnes terras inuenêre, originem, &c.

¶ Quærito, quæritas, pen. cor. (ἐπιζητέω) quæritare, Frequentatiuum. Plin. lib. 21. cap. 3. 1, Semper tamen authoritas uel iudicro quæsitatum fuit. Vetus codex habet, quæsitarũ: sub. coronarũ, ut sit Nomen participiale. Loquitur aũt de coronis.

¶ Quæstio, quæstionis, Verbale (ζήτησις, ζήτημα, πρόβλημα) à Quæstum supino. Plaut. Cistel. 7. 50,

—iube domi opperirier,

Ne quæstioni mihi sit, quid eum uelim. id est, ne cogar eum quærere. Idem Capt. 6. 3,

Pol tibi ne quæstioni essemus, cautum intelligo.

Quæstio, est aliquando dubitatio & disceptatio. Cic. 2. de Fin. 38, In his primis naturalibus uoluptas insit, nécne magna quæstio est. Plin. lib. 7. cap. 28. 1, Fortitudo in quo maximè extiterit, immensæ quæstionis est. Cic. 4. Acad. 51, Quæstio autem est appetitio cognitionis: quæstionisq; finis, inuentio.

Disceptatio & quæstio. Cic. 3. de Orat. 71.

Quæstio de. Cic. 4. Acad. 206, De sapiente loquamur, de quo (ut sæpe iam dixi) omnis hæc quæstio est.

Asperitas quæstionum. Quintil. lib. 4. cap. 1. 17.

Frigus quæstionũ & argumentorum. Quintil.lib.2.cap.12.4.
Vinculum quæstionis. Quintil.lib.2.cap.23.
Immensa quæstio. Vide Immensus.
Infinitæ quæstiones. Vide Infinitus.
Legitimæ quæstiones. Quintil.lib.3.cap.6.51.
Lusoria quæstio. Vide Ludus.
Naturales quæstiones. Quintil.lib.1.cap.4.4.
Perdifficilis & obscura quæstio est de natura deorum. Cic.1.de Nat.deor.1.
Adiuuare quæstionem. Quintil.lib.4.cap.4.4.
Afferre quæstionem. Vide Affero.
Conscribere fictam quæstionem. Vide Conscribo.
Diuidit nostri totam istam de dijs immortalibus quæstionem in partes quatuor: primùm docent esse deos: deinde quales sint: tum mundum ab his administrari: postremò consulere eos rebus humanis. Cic.2.de Nat.deor.4.
Existit autem hoc loco quæstio subdifficilis, nunquando, &c. Cic.de Amic.59.
Habere aliquid in magna quæstione. Plin.lib.10.cap.7.
Esse in quæstione. Plin.lib.10.cap.22.2, Nec sine causa in quæstione est, quis sonus tantum bonum inuenerit.
Quæstio tenet eum, qui in ius uocatus est. Papinian. in.l.iudicatæ.ff.de except.rei iudicatæ, Nam & quũ alterum ex cohæredibus inofficiosi quæstio tenuit, aut etiam duobus separatim agentibus alter obtinuit, libertates competere placuit.
Habere aliquid quæstionis dicitur res, quum dubia est & incerta. Cic. in Orat.37, Sed id nec dubium est: & siquid habet quæstionis, hoc tamen, &c.
Habere quæstionem de aliqua re. Cic.5.de Fin.29.
Indicare quæstionem. Quintil.4.cap.4.4.
Ratiocinatiua atq; collectiua quæstio orietur. Quintil.lib.7.capite 2.42.
Persoluere quæstionem. Vide Persoluo.
Variare quæstiones. Quintil.lib.3.cap.10.3.
Versari in quæstione dicitur res, dum de ea disceptatur & dubitatur. Cic. pro Sylla, Quæ res in quæstione uersẽtur.
Quæstionem intelligere debemus & tormenta, & corporis dolorem ad eruendam ueritatem, inquit Vlpianus, de iniurijs & famosis libellis, l. iniuriarum. Idem de S.C. Silaniano, l.1, Quæstionem, inquit, sic accipimus, non in tormenta tantùm, sed omnem inquisitionem, & defensionem mortis.
Facti in oculeo quæstio est, iuris in iudicio. Cic. pro Mil.42.
Abripere ad quæstionem. Vide Abripio.
Quæstioni accipere seruos. Plaut. Mostel.1.5.43.
Habere quæstionem de uiri morte. Cic. pro Cluent.139.
Mortis paternæ habere quæstionem de seruis paternis filio non licet. Cic. pro Rosc. Amer.47.
Habere quæstionẽ in caput alterius de furto. Cic., p Cluent.145.
Polliceri in quæstionem seruos. Cic. pro Rosc. Amer.46.
Postulare quæstionem eius est, qui iniuriam sibi factam queritur, aut alteri, quam uindicare ad eum pertinet. Liu.2.ab Vrbe cond. Ab urbe Senatus tumultuosè uocatus, tumultuosius consulitur, quæstionem postulantibus ijs qui pulsati fuerant, &c. Hæc Budæus. Cic pro Rosc. Amer.46, Aliquoties duos seruos paternos in quæstionem ab aduersarijs Sext. Roscius postulauit.
Quæstio & tormentum. Cic. pro Sylla, 58.
Quæstio & animaduersio. Cic.2.de Leg.59.
Quæstio etiam dicitur, quam uulgò informationem dicunt.
Auri Tholosani quæstio. Cic.3.de Nat.deor.106.
Potentissimæ quæstiones. Quintil.lib.4.cap.1.16.
Quæstionem adhibere. Cic.1.de Diuinat.96.
Constituere quæstionem. Vide Constituo.
Constitutur quæstio de furto. Cic. pro Cluentio, 143.

Decernere quæstionem. Vide Decerno.
Exercere quæstionem, inter sicarios. Cic.2.de Fin.85.
Aspera & uehemẽs quæstio exoritur de iure belli. Quintil.lib.5.cap.10.79.
Facere quæstiones iuris. Quintil.lib.5.cap.10.30.
Ferre quæstionem de iure, non de facto. Cic. pro Milon.23.
Habere quæstionem. Quintil.lib.5.cap.4.2.
Hoc falsum est: habita enim quæstio est. Cic. de Orat.93.
Inferenda est alia quæstio. Quintil.lib.6.cap.4.15.
Instituere quæstionem. Quintil.lib.7.cap.2.10.
¶ Quæstiuncula, pen.corr. Diminutiuum (ὑπομάτιον) Parua interrogatio uel dubitatio. Cicero 1.de Orat.51, Quid mihi nunc uos, inquit Crassus, tanquam alicui Græculo ocioso & loquaci, & fortasse docto atq; erudito quæstiunculã, de qua meo arbitratu loquar, ponitis?
Minutæ quæstiunculæ. Vide Minuo.
¶ Quæsitio, quæsitionis, fœ.g. à supino quæsitũ (ζήτησις) Idem quod quæstio. Plaut. Casin.12.16,
Caue in quæsitione mihi sis. Antiquè.
¶ Quæstor, quæstoris, masc.g. (ταμίας, ταμιεύω) Qui comitandæ rei militari primùm creatus fuit. eum nunc thesaurariũ bellicum uocamus. Cum Imperatoribus enim populi Romani mittebãtur Quæstores, id est, cum Consulibus & Prætoribus ad administrandam rem pecuniariã & prædã, ac manubias in rationes publicas referendas: ut uidere est apud Liuium multis locis. Cic.1.Verr.33, Sic enim à maioribus nostris accepimus, Prætorẽ Quæstori suo, parentis loco esse oportere: nullam neq; grauiorem, neq; iustiorem causam necessitudinis posse reperiri, quàm coniunctionem sortis, quàm prouinciæ, quàm officij, quàm publicam muneris societatẽ. Asconius in Diuinationẽ, Hæc erat, inquit, prima Senatoris administratio, Quæstorẽ fieri, & in prouincia curam gerere publicæ pecuniæ, in usus diuersos erogandæ. Inde Cicero in Prætura urbana: sine Verr.3, Ne diutius teneam, inquit, pecunia attributa numerata est: profectus est Quæstor in prouinciam: uenit in Galliam expectatus ad exercitũ Consularẽ cum pecunia. Hi aut Quæstores, lictores, & uestẽ & insignia quæstoria habebãt. quod Cicero ostendit his uerbis, Nam simulac me Dyrrhachiũ attigisse audiuit Plãcius, statim ad me, lictorib. dimissis, insignibus abiectis, uestẽ mutata profectus est. Ex Budæo.
Sortiri alicui prouinciæ Quæstores. Cic. pro Muræna, 6.
Quæstores urbani, ærarium curabant: eiusq; pecunias expensas & acceptas referre in tabulas publicas consueuerant. Valerius lib.2.cap.3, de Lege triumphi loquens, Cæterum ne tam præclara lex cupiditate laurcæ obliteraretur, legis alterius adiutorio fulta est, quã L. Marius & M. Catio Trib. pleb. tulerunt. Pœnam enim Imperatoribus minatur, qui aut hostiũ occisorum in prælio, aut amissorum ciuiũ falsum numerum literis Senatui ausi essent referre. Iubetq; eos, quum primùm urbẽ intrassent, apud Quæstores urbanos iurare de utroq; numero uerè ab ijs Senatui esse scriptũ. Hi autem Quæstores signa ex ærario promebant exeuntibus ad bellum Consulibus, aut alijs Imperatoribus. Author Liuius lib.7. Budæus.
Quæstores ærarios hodie uocare possimus, quos multarũ receptores uocãt. Tacitus lib.13, Censuit Piso designatus Consul, ne multã à tribus dictam Quæstores ærarij in publicas tabulas ante quatuor menses referrent, medio temporis contradicere liceret, de quo eo Consules statuerent. Budæus.
Quæstor, Idem etiam significat quod Quæsitor. uide Quæsitor. Cic.4.in Catil.82, Iam hoc nemini dubium est, quirco custodiam, Quæstori gratulationem, indici præmium decreuit: quid de tota re & causa iudicãrit. Quibus uerbis Quæstorem coniurationis sese uocat, ob decretã sibi Consuli à Senatu

natu quæstione m. Vetus tamen codex legit, quæsitori.
¶ Quæsitor, pen.prod. quæsitoris, masc.g. (ζητητὴς) Is dicitur qui quæstionem habet: hoc est, qui inquirendum curat de crimine, de eoq; iudiciũ exercendum. Hic quæsitor sedebat pro Tribunali, Iudices dũt in subsellijs, omniaq; fermè in potestate habebat. Cicero in Bruto, itaq; intelligens dicendi existimator, &c. uidet ofcitantem iudicem loquentem cum altero, nonnunquam circulantẽ, mittentem ad horas, Quæsitorem ut dimittat rogantem. Quæsitorem uocat Prætorem, in cuius erat potestate soluere consilium quum libuerat, & dare ueniam abeundi, coactis iudicibus: quod interdum iudices tædio affecti postulabant, horã non expectantes. Idem in Vatinium, 26. Quæro ex te Vatini, num quis in hac ciuitate post urbem conditam Tribunos plebis appellãrit, ne causam diceret: num quis reus in tribunal sui quæsitoris ascẽderit, eumq; ui deturbãrit, subsellia dissipãrit, urnas deleuerit? Ad hanc autem similitudinem (inquit Asconius) Virgilius Minoem iudicem apud inferos, tanquam Prætor sit rerum capitalium, Quæsitorem appellãt. Dat ei sortitionẽ, ubi urnã nominat. dat ei electionem iudicum, quum dicit,
Conciliumq; uocat. dat cognitionem facinorum, quum dicit, Vitasq; & crimina discit. Verba Virgilij hæc sunt, 6. Aeneid.87,
Nec uerò hæ sine sorte datæ, sine iudice sedes:
Quæsitor Minos urnam mouet, ille silentum
Conciliumq; uocat, uitasq; & crimina discit. Per synecdochen etiam Quæstor dicitur. Hæc Budæus. Cic. pro Fonteio, 10. Quid mihi opus est sapiente iudice? quid æquo quæsitore? quid oratore non stulto? Idem ad Qu. fratrem, lib.3.19.4, Grauis & firmus quæsitor.
Edere quæsitorem. Cic. pro Plancio, 34.
Tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusq;, regit quæsitor, &c. Cic. pro Sylla, 58.
¶ Quæstorium, quæstorij (ταμιεῖον) In castris, Quæstoris tabernaculum erat. Liu. lib.10, Itaq; captum quæstorium, Quæstorq; ibi Pansa occisus. Cic. pro Plancio, 80, Thessalonicam me in quæstoriumq; perduxit.
¶ Quæstorius, Adiectiuum (ταμιευτικὸς) Quod ad Quæstorem pertinet. Cic. ad Caninium, lib.2.16.12, Quod ego officio quæstorio te adductum, &c. Idem 3. Verr. 38, Legatus quæstoriũs.
Persona quæstoria. Cic. pro Plancio, 81.
¶ Quæstorius quæstorij, masc.g. (ταμιευτικὸς) Qui Quæstor fuit: ut, Vir quæstorius. Cic.13. Philipp.368.
Sicinius quæstorius mortuus est. Cic. de clãris Orat.142.
¶ Quæstura, quæsturæ, pen.prod. Quæstoris dignitas, sicut à Prætore prætura. Cic. Acilio, lib.13.39.2, Cuius cũ patre magna mihi fuit amicitia, iam inde à quæstura mea Siciliensi.
Sed quæstura utriusq; propemodum pari momento sortis fuit: Cic. pro L. Muræna, 16.
Considit nomen in quæstura. Vide Confideo.
Consignata literis quæstura. Vide Consigno.
¶ Quæstus, huius quæstus, uel quæsti, antiquè (κτῆμα τοῦ κερδαίνω) Datiuum & ablatiuum plurales facit quæstibus per i, teste Valla: significatq; lucrũ ex nũmis. Cic.5.Ver.87, Tantum de quæstu ac lucro dicam unius agri & unius anni.
Rem aliquam gerere sui quæstus aut commodi causa. Cic. pro Rosc. Amer.165.
Consequi quæstum. Vide Consequor.
Pecuniam in quæstu relinquere. Cic. in Pisonem, 68.
Quæstus, pro Actione ipsa atq; artificio lucrandæ pecuniæ, teste Valla lib.3. Cic.1. Offic.208, Iam de artificijs & quæstibus, qui liberales habendi, qui sordidi sint, hæc ferè accepimus. Terent. Eunuch.2.2.22,
—imper. ui egomet mihi
Omnia assentari: is quæstus nunc est multo uberrimus.
Quintilianus, Nam ut lingua primùm esse cœpit in quæstu, institutumq; eloquentiæ bonis malè uti. Quæstu dixit, quasi acquisitione.
Carcerarius quæstus. Vide Carcer.
Illiberales & sordidi quæstus mercenariorum omnium. Cic.1. Offic.208.
Iudiciarius quæstus. Vide Iudico.
Opimi quæstus. Plin.lib.10.cap.51.
Abducere à meretricio quæstu. Vide Abduco.
Callere ad quæstum. Vide Calleo.
Colere quæstum. Vide Colo.
Magnos & uberes quæstus sibi constituere. Cic.4.Verr.20.
Conterere quæstum. Vide Contero.
Duci quæstum & lucro emendi. Cic.5.Tusc.13.
Facere quæstum in aliqua re. Cic. Cassio, lib.15.14.1.
Furtis quæstum facere. Cic.7.Verr.110.
Maximos quæstus & prædas facere. Cic.5.Verr.99.
Habere Remp. quæstui, turpe. Cic.2.Offic.114.
Instituere sibi quæstum. Vide Instituo.
Seruire quæstui. Celsus lib.3.cap.4.
¶ Quæstuosus, pen.prod. Adiectiuũ (ζημιατοποιὸν) Idem quod Lucrosus. ut, Quæstuosus homo, qui quæstus & lucri auidior, undiq; lucella quæritat, ut ait Valla. Cic.4. Verr.32, Quàm illa res calamitosa Heraclio, quæstuosa Verri, turpis Syracusanis, miseranda omnibus uidebatur?
Venio iam sumptuosos, relinquo istum quæstuosum. Cicero in Parad.62.
Quæstuosus & Sumptuosus ager, contraria. Cato cap.1.3.
Damnum quæstuosum. Cic. ad Attic. lib.14.305.4.
Edictum quæstuosissimum & uberrimum. Cic.5.Verr.28.
Insula quæstuosa margaritis: hoc est, ex cuius margaritis magnus fit quæstus. Plin.lib.6.cap.25.1.
Mercatura quæstuosa. Cic.5.de Fin.156.
Ratio quæstuosissima pascendi. Colum.lib.6.in Præfat.3.
Scientiam quæstuosam habere. Cic.2.Philipp.35.
Quæstuosus cum genitiuo. Cic.2. Philip.55, Cuius domus quæstuosissima est falsorum commentariorũ. id est, abundans, uel de maximum quæstum faciat Antonius. Nam mortuo Cæsare commentaria eius, Antonij domum translata sunt, in quibus decreta perscripta erãt. Hinc Antonius quodcũq; ipsius animo collibuisset, faciebat: alijs magistratus dabat, alijs immunitates: & hæc omnia faciebat, quasi à Cæsare antè decreta, & in commentaria relata.
Quæstuosus, cum ablatiuo. Curtius lib.4, Nasamones sunt gens Syrtica, nauigiorum spolijs quæstuosa: quippe obsident littora, & æstu destituta nauigia notis sibi uadis occupant.
¶ Quæsticulus, quæsticuli, pen.cor. (κερδάριον) Diminutiuũ, significat parium lucrum. Cic. 2.de Diuin.at.51, Aut fissum iecoris cum lucello meo, aut mens quæsticulus cum cælo, terra, rerumq; natura?
¶ Quæstuarius, Adiectiuum (κερδαῶν) Seneca lib. de Benef.6, Quum ex adultera in quæstuariam uersa, ius omnis licentiæ sub ignoto adultero peteret.
Quęso] Δέομαι, primam personam indicatiui, & Quæsumus, pen.corr. pluralem tantùm habet: cætera exoleuerunt. Quidam quæsimus, per tertiam uocalem in secunda syllaba scribi uolunt, quod tertiæ esset cõiugationis, si integrum reperiretur, ut Legimus. Terent. Eunuch.3.2.13,
Quæso hercle ut liceat, pace quod fiat tua. Idem Andr. 1.2.33,
Vbi uis facilius passus sim, quàm in hac me deludier.
Et, Bona uerba quæso. Cic.1.de Legib.8, Quamobrem

aggredere quæsumus, & sume ad hanc res tempus.
Quæso quid hoc est? Cic. Attico, lib. 7. 130. 1.
Quid est, quæso Metelle, iudicium corrumpere, si hoc non est? Cic. 2. Verr. 17.
Quæso quid sit mihi faciendum. Cic. Attic. lib. 11. 223. 1.
Fac quæso, qui ego sum, esse te. Cic. Gallo, lib. 7. 24. 2.
Reficite uos quæso iudices, p deos immortales. Cic. 6. Verr. 94.
Quæso deos. Terent. Andr. 3. 2. 7,
Deos quæso ut sit superstes: quandoquidem ipse est ingenio bono.
Deos quæsumus consilia tua Reip. salutaria sint. Brutus Ciceroni, lib. 11. 3. 9.
A' te maximopere peto & quæso. Cic. Appio, lib. 3. 2. 3.
Quæso à uobis. Cic. pro Archia poeta, 2, Quæso à uobis, ut in hac causa mihi detis hanc ueniam, accommodatam huic reo, uobis, quemadmodum spero, non molestam.
De te quæso etiam atq; etiam uide. Hirtius Ciceroni, in epist. ad Attic. lib. 15. 325. 6.
¶ Quæso, quæris, quæsi, quæsum (πεπτωλέομαι) antiquè declinabatur: uel, secundum Probum, quæsiui, quæsitum. Lucret. lib. 5. 247, præsenti usus est,
Non diuûm pacem uotis adit & prece quæsit
Ventorum pauidus paces. Sallust. lib. 1. Hist. Curionem quæsiuit uti adolescentior, & à populi suffragijs integer ætati concederet.
Quæsticulus, Quæstio, Quæstor, Quæstuosus, Quæstura, Quæstus] Vide Quæro.
Qualibet] siue qualubet, pen. corr. Aduerb. Vbicunq; libet, undecunq. Plaut. Most. 10. 22,
Qualibet perambula ædes oppidò tanquam tuas. Quintil. lib. 5. cap. 13, Si uel maxima flumina in riuos deducantur. qualibet transitum præbent.
Quid uis, qualubet esse notus optas? Catull. epig. 38. 2.
Qualis] & hoc quale (οἷος, ποῖος, ὁποῖος, ποιόσις, ποιλίκος, ποιλαπὸς) Relatiuum, alicuius rei naturam declarans: ut, Qualis pater, talis filius. Cicero de Amicitia, 6, Nec sicut uulgus, sed ut eruditi solent appellare, sapientem, qualem in reliqua Græcia neminem.
Qualis, interrogatiuè aliquando ponitur. Plaut. Trin. 15. 3,
Qualine amico mea commendaui bona? Cic. 4. Acad. 83.
Qualis, infinitè. Cic. pro Fonteio, 18, Quamobrem quali fide, qua pietate existimatis esse eos, qui, &c.
Ac primùm quãta innocentia debent esse imperatores, quanta deinde omnibus in rebus tẽperantia, quanta fide, quanta facilitate, quãta ingenio, quãta humanitate: quæ breuiter qualia sint, in Cn. Pompeio cõsideremus. Cic. pro lege Manil. 25.
Nulla gens est, quæ non etiam si ignoret qualem habere deum deceat, tamen habendum censeat. Cic. 1. de Legib. 36.
Nihil interest ad beatè uiuendum, quali utaris uictu. Cic. 2. de Finibus, 144.
Qualis corpore. Cic. 1. de Nat. deor. 88, Concedo esse deos: doce me igitur unde sint, ubi sint, quales sint corpore, animo, uita.
Qualis & quantus. Cic. 3. Tusc. 94, Nam de ipsius rei natura qualis & quanta sit, quæritur.
Quid, quale, quantum. Cic. 1. Tusc. 94, Si quid sit hoc, non uides, at quale sit, uides: si ne, quidem, at quantum id sit, profectò uides.
Qualis oratoris & quanti hominis in dicendo putas esse scribere historiam. Cic. 2. de Orat 28.
Quale, ter repetitum. Cic. 2. de Diuin. 200, Ad aperta & clara ueniamus, quale est de illo interfecto à caupone Megaris: quale de Simonide, &c. quale etiam de, &c.
Tale quale. Virg. 5. eclog. 9,
Tale tuum carmen nobis diuine poeta,
Quale sopor fessis in gramine.
Vt non tales quales antè habitæ sint, habeantur. Cicero de Inuent. 151.
Præbe te talem hoc tempore, qualem te iam antea præbuisti. Cic. pro Rosc. Amer. 8.
Nullus pilus omnibus rebus talis, qualis sit pilus alius. Cic. 4. Academ. 150.
Vidi quosdam in te tales, quales tu, &c. Cic. Lent. lib. 1. 9. 93.
Siquis id ageret, ut qualis haberi ualet, talis esset. Cicero 2. Offic. 60.
Qualis, pro Qualiter, comparationibus faciendis apta particula. Virg. 4. Georg. 102,
Qualis populea mœrens philomela sub umbra,
Amissos queritur fœtus, &c. Ouid. 3. Metam. 137,
—falcata nouissima cauda est,
Qualia dimidiæ sinuantur cornua Lunæ.
¶ Qualiscunq;, ὁποιοσοῦν. Cic. in Pisonem, 21, Quum tamen ille, qualiscunq; est, qui est te ab uno te improbitate uictus Gabinius, colligit ipse se uix. Idem 1. Tusc. 129, Totumq; hoc leue est, qualecunq; est.
Sed homines beneuolos qualescunq; sunt, graue est insequi contumelia. Cic. Attico, lib. 14. 312. 6.
Qualescunq; summi ciuitatis uiri sunt, talis & ciuitas. Cic. 3. de Legibus, 46.
Que qualiacunq; in me sunt (me enim ipsum non pœnitet quales sint) sed apparent in orationibus. Cic. in Orat. 171.
Scripta qualiacunq;. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 10.
Carmina nostra qualiacunq;. Ouid. 5. Trist. eleg. 12. 5.
Qualis enim cunq; est. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 13. 2.
Quale tamen cunq; est. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 2.
¶ Qualisqualis, pen. prod Idem quod qualiscunq;. Iurisconsult. l. rescriptum. de distract. pignor. Quia ex contractu, qualiqualis obligatione à debitore interposita.
¶ Qualislibet, pen. corr. (ὁποιοῦ δήποτε, ὁποιοσδήποτε) Cic. 2. de Nat. deor. 135, Si innumerabiles unius & uiginti fortunæ literarum, uel aureæ, uel qualeslibet, aliquò conijciantur. Legitur & separatis dictionibus, quales libet.
¶ Qualitas, pen. corr. qualitatis (ποιότης) Est secundum quam quales dicimur: ut albedo, nigredo, aduocatio, procuratio, legatio, paternitas, filiatio, qualitates sunt: quod secundũ eas, albos, nigros, aduocatos, procuratores, legatos, patres, filios esse dicimus. Hæc Siponimus. Cic. 1. Acad 37, Qualitates igitur appellauit, quas ποιότητας Græci uocant. Ibidem, 36, Sed quod ex utroq; (id est ex materia & ui) id iam corpus, & quasi qualitatem quandam nominabant. Et 2. de Nat. deor. 135. Rursum 1. Acad. 41, Et quum ita moueatur illa uis, quã qualitatem esse dicimus, & quum sic ultrò citroq; uersetur, & materiam ipsam totam penitùs commutari putant, & illa effici, quæ appellant qualia.
Qualitatum aliæ principes, aliæ ex ijs ortæ. Cic. 1. Acad. 39.
Cæli qualitas. Quintil. lib. 5. cap. 9. 10.
Qualitatem litoris nostri contemplemur, si uitemus scopulos, an probemus. Colum. lib. 8. cap. 17. 7.
Qualitas materiæ excipientis. Plin. lib. 2. cap. 80. 1.
¶ Qualiter, pen. corr. Aduerb. Plin. lib. 8. cap. 48. 3, Antiquis enim torus è stramento erat, qualiter nunc etiam in castris gausapé.
Qualitercunq;, Aliud aduerbium, significat Vtcunq;. Colum. lib. 11. cap. 3. 27, Potest etiam citra hanc operam fieri cristum, qualitercunq; satum. Idem lib. 2. cap. 10.
¶ Qualiterqualiter, pro Qualitercunq;. Vlpian. in l. quo enim in fine. D. rem ratam haberi, Nam qualiterqualiter quis eum dem actum retractat, qui à procuratore actus est, committi stipulationem oportet.

Qualus]

Qualus] quali, m. gen. (πέλαδ&) Genus uasis uiminei, per quod uinum guttatim defluit quum calcatur uua, reliqua uerò materia exire prohibetur. Virg. 2. Georg. 49,
—tu spissò uimine qualos,
Colaq; prælorum sumosis diripe tectis. Plin. lib. 17. cap. 10. 4, Alij in qualo pedibus in profluente deculcant, &c.
Qualus, in quo gallinæ ouà edunt, apud Columellam lib. 8. cap. 3. 4. Idem lib. 9. cap. 15. 10, Saligneus qualus, uel tenui uiminei rarius contextus saccus inuersæ metæ similis, qualis est quo uinum liquatur, obscuro loco suspenditur.
Qualum, neutro genere etiam legitur. Cato cap. 11. 4, Corbulas amerinas uiginti, quala sataria septem, alueos quadraginta. Colum. libro 7. cap. 3. 7, Sint quala mundatissima, nequa earum ualetudo. Quidam hìc legunt, caula. Sed fortè legendum, Sint quàm mundissima, &c. Loquitur enim de stibulis ouium.
Vindemiatorij quali. Vlpian. in l. instrumento. ff. de instruc. uel instr. leg.
Qualus, Cista in qua mulieres reponebant pensa. Horat. 4. Carm. ode 12. 2,
Tibi qualum Cytheræ puer ales.
Qualus, apud Apuleium accipitur pro canistro in quo panis seruatur.
Qualus, Vas quo cæmentarij siue calcarij utuntur ad portandũ calcem uel gypsum. Vlpian. in l. sed & si quid inædificauerit. in principio. ff. de usufructu, Nam si librarium rus mittat, & qualũ & calcẽ portare cogat. id est, calcẽ in qualo.
¶ Quasillus, quasilli: & Quasillum, quasilli (πελλάθιον&) Diminut. à Qualus. Festus, Calathos Græci, nos dicimus quasillos. Cic. in Philipp. An non inter quasilla pendet aurum? Tibul. lib. 4. eleg. 10. 1,
Sit tibi cura togæ potior, pressumq; quasillum.
Quasillus, Calathus, uas ipsis lanificijs aptum. Propert. libro 4. eleg. 7. 9, Et grauiora rependit iniquis pensa quasillis.
Quàm] ὅσον, Coniunctio, notæ significationis, cui eleganter in oratione præponitur Tã particula. Terẽt. Eunuch. 4. 4. 51, Parmenonis tã scio esse hanc technam, quàm me uiuere. Cic. 2. Ver. 3, Quòd si quàm audax est ad conandum, tam esset obscurus in agendo, &c.
Nihil mihi nunc scito tam deesse, quàm hominem cum, quicum omnia communicem. Cic. Attico, lib. 1. 13. 1.
Quàm (ἄ) eleganter connectit duos comparatiuos. Quintil. libro 3. cap. 1, Sitq; salubrior studijs, quàm dulcior. Liu. de Fabio Maximo, Non timeo Iudices ne odio inimicitiarum mearũ inflammatus, libentius hæc in illum euomere uidear, quàm uerius.
Comparatiuo positiuum iunxit Colum. lib. ultimo, Idcirco reddit timidiorem, quàm utilem pluribus.
Comparatiuo uerbum. Cic. ad Marcellum, lib. 1. 5. 8. 3, Maiora orga salutem, dignitatemq; meam studia, quàm erant à muliere postulanda.
Quàm, pro Quantum, positiuo iungitur. Cicero, Videte quàm uelde militiæ fiæ confidat. Terent. And. 1. 1. 109,
Reiecit se in eum flens quàm familiariter.
Quàm, pro Quantum, positum est post negationem in priore oratione. Tam, nõ necessariò sequitur. Liuius 5. bel. Maced. Homo, non quàm ipsi sunt, glorioſus.
Quàm, cum uerbis Possum, Queo, Valeo, et alijs. Terẽt. Heaut. 3. 1. 7, Haud faciam: nam quàm potero adiutabo senem. Plaut. Menæch. 2. 4. 4, Tam consimilis est, quàm potest.
Quàm, pro Quantum, quibusdam interpositis uerbis, cuiusmodi sunt, Possum, Valeo, & synonymis, tum superlatiuis, tum positiuis additur. Superlatiuis. Sallust. in Iugurt. Quàm maximas potest copias armat. Cæsar in Comment. Re frumentaria quàm celerrimè potuit, comparata. Positiuis. Cic. 2. Philip. 63, Sed reliquum cursum uitæ, quàm quidem possum celeriter, perstringam. Vetus codex legit, quem quidem.
Conuiuium ad multam noctem, quàm maximè possumus, uario sermone producimus. Cic. de Senect. 43.
Aues nidos construunt, eosq; quàm possunt mollissimè substernunt. Cic. 2. de Nat. deor. 195.
Quàm, Optantis cum affectu particula, & frequentius cum uerbis Volo aut Cupio iungitur. Terent. Adelph.
Quàm uellem etiã noctu amicis operã mos esset dari. Vbi Donatus, Quàm uellem, præcipuè dicimus in his quæ non uidemus fieri. Cic. 3. de Finib. 15, Quàm uellem, inquit, ut te ad Stoicos inclinauisses.
Quàm, pro Quantum, interrogatiuum. Terent. Eunuch. 2. 2, 44. Quàm hoc munus gratum Thaidi arbitrare esse?
O' rem difficilem, planeq; perditam! quàm nihil prætermittis in consilio dando? quàm nihil tamen, quod tibi ipsi placeat, explicas? Terent. And. 1. 1. 100,
Quàm timeo quorsum euadas!
—ô mihi tum quàm molliter ossa quiescant. Virgil. 10. eclog. 7.
Quàm, cum indicatiuo. Cic. in Ver. Incredibile est autem, quàm multa & quàm præclara fuerunt.
Quàm, cum Volo, pro eo quod uulgo dicitur, Tantum quantũ. Terent. Hecyr. 4. 4. 12,
Dum ne reducam, turbent porrò quàm uelint. Cic. pro Cælio, 50, Quàm uelit sit potens.
Quàm, pro Quanto, comparatiuo datur: quod rarò usu uenit. Virg. 7. Aeneid. 158,
Tam magis illa fremens, & tristibus effera flammis,
Quàm magis effuso crudescit sanguine pugnæ. Quintil. lib. 1, Quàm in his quoq; libris erunt omnia compositiora, & quàm nos poterimus elaborata. Plaut. Pœn. 4. 126,
Quàm magis aspecto, tam magis est nimbata.
Quàm, cum superlatiuo. Cato, Quàm acerbissima olea erit, & oleum facies, tam oleum optimum erit. Sallust. in Iugurtha, Itaq; quàm quisq; pessimè fecit, tam maximè tutus est.
Quàm, tam, superlatiuo. Terent. Heaut. 5. 2. 44,
—nanq; adolescens quàm minima in spe situs erit,
Tum maximè patris pacem in leges conficiet suas. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 6, Tã fœlix esses, quàm formosissima, uellẽ.
Quàm, pro Valde, elegantissimè superlatiuo datur, & aliquando positiuo. Superlatiuo. Terent. And. 5. 1. 16,
Quibus id maximè utile est, illum esse quàm deterrimũ. Idem Heaut. 2. 3. 127,
Eademq; ut esset apud te ob hoc quàm gratissima. Cic. de amic. 42, Alienis nimis implicari, molestum esse: commodissimum esse, quàm laxissimas habere habenas amicitiæ. Idem 2. de Natur. deor. 3, Geram tibi morẽ, & agam quàm breuissimè potero.
Quàm proximè hostem, & ad hostem. Cic. 10. Philip. 287, Operamq; det, ut cum suis copijs quàm proximè Italiam sit. Liu. 1. ab Vrbe, 93, Is ducit exercitum quàm proximè ad hostem potest. Cic. Attic. lib. 6. 116. 5, Officium meum putaui, exercitum habere quàm proximè hostem.
Quàm maturrimè. Tacit. lib. 15, Vt templum Diuo quàm maturrimè publica pecunia poneretur.
Quàm maturrimum. Tacit. lib. 12, Amplecti Britannicum, roborat ætatis quàm maturrimum precari.
Positiuo: ut, Quàm longè, Quàm multa, Quàm celeriter. Terent. Eunuch. 2. 3. 43,
Continuò accurrit ad me quàm longè quidem. Cic. 3. de Nat. deor. 74, Soles ipsi quàm multi à theologis proferuntur? Idem 3. Tusc. 140, Atqui stirpes sunt ægritudinis quàm

multæ, quàm amaræ. Et Attico, lib. 7. 14. 3. 3, Suam in Senatu operã, authoritatemq; quàm magni æstimat. Et alibi, Scribit ad me quàm honorificè de restitutiõe Sexti Clodij. Quintil. lib. 12. cap. ultimo, Quàm multa, imò penè omnia tradidit Varro. Virgil. 2. eclog. 4.

Quàm diues pecoris niuei, quàm lactis abundans. Liu. 6. bel. Pun. 72, Quàm forti animo, &c.

Quàm facilè accipiter columbã cõsequitur. Virg. 11. Aen. 145.

Liberis dare operã, quàm honestè dicitur. Cic. Pæto, li. 9. 22. 9.

Suos ualde quàm paucos habet. Brut. Ciceroni, 11. 13. 7.

Quinto die quàm: id est, postquam: & sic de alijs. Colum. lib. 8. cap. 8, Quanto die quàm sustuleris, condire oportebit. Idem lib. 12. cap. 38, Post nonum diem quàm id factum est. Plin. lib. 8. cap. 41.

Tabellarij uenerunt post diem XL & sextum, quàm à nobis discesserãt. Cic. Tironi, lib. 16. 21. 1.

Postero die quàm illa erãt acta, Catulus uenit. Cic. 2. de Orat. 7.

Triduo proximo quàm. Plin. libro 8. cap. 42. 11, Terram attingere ore triduo proximo quàm sit genitus, negant posse.

Ego autem nõ commemini, antè quàm natus sum, me miserum. Cic. 1. Tuscul. 21.

Seculis multis antè gymnasia inuenta sunt, quàm in ijs philosophi garrire cœperunt. Cic. 2. de Orat. 12.

Numa sapientiam constituendæ ciuitatis duobus propè seculis antè cognouit, quàm, &c. Cic. 2. de Orat. 84.

Tandiu, quàm. Plin. epist. 16. lib. 3, Si tandiu, tantaq; concordia uixerit tecum, quàm ego cum Pæto, uolo. Cicero de claris Orat. 3, Vixitq; tandiu, quàm licuit in ciuitate bene beateq; uiuere.

Quàm longa. Virg. 4. Aeneid. 39,

Nunc hyemem inter se luxu, quàm longa fouere. Seruius, id est, in quantum longa est hyems. Fecit talem & 8. Aeneid. 17. figuram: ut,

Tybris ea fluuium, quàm longa est, nocte tumentem
Lenijt.

Quàm, geminatum. Terent. Phorm. 2. 3. 61,

Potius quàm lites fecter, aut quàm te audiam.

Te igitur imitabor, quàm multa, quàm paucis. Cicero Bruto, lib. 11. 24. 1.

Quàm, pro Plus quàm. Colum. lib. 1. cap. 8, Ferramenta duplicia quàm numerus seruorum exigit refecta & reposita custodiat. Budæus.

Nihil libentius quàm. Cic. pro Cluentio, 122, Quod si fieri posse existimasset, &c. nihil fecisset libentius, quàm omnẽ illam acerbitatem proscriptionis suæ, &c.

Non mehercule quicquam libentius facio, quàm scribo ad te. Cæsius Ciceroni, lib. 15. 19. 1.

Quàm pro. Curtius lib. 5, Ne aurium quidem usus supererat, syluas quatiente uento, qui concutientibus ramis maiorem quàm pro flatu sonum edebat.

Quàm quantum. Cic. 3. de Orat. 9, Vt maius quiddã de L. Crasso, quàm quantum à nobis exprimetur, suspicentur.

Sexies tantũ, quàm quantũ satũ sit, ablatũ esse. Cic. 5. Verr. 83.

Hic maiorem pecuniam Prætori pollicetur, quàm quantam tu dedisti. Cic. 4. Verr. 49.

Quàm quoad. Cicer. pro Domo sua, 106, Id speraſti Rempub. diutius, quàm quoad mecum expulsa careret his mœnibus esse laturam?

Quàm quòd. Cic. ad Atticum, lib. 11. 215. 5, Sed ex omnibus, nihil magis tamen desideratur, quàm quòd in Africam non ierim. Quàm quòd sub. id. ut sit: Nihil magis desideratur, quàm id, quòd scilicet non ierim in Africam.

Quàm quomodo. Cic. 3. de Orat. 103, Quòd si quis erit qui doctus opinione uulgi aut Antonĩ ieiuniorẽ, aut Crassũ pleniorẽ fuisse putet, quàm quomodo à nobis uterq; inductus est.

Multa præclara in eo uiro cognoui, sed nihil est admirabilius quàm quomodo ille mortẽ M. filij tulit. Cic. de Senect. 11.

Quàm ut. Cic. 3. de Orat. 13. Hoc est altius, quàm ut nos humi strati suspicere possimus.

Plerunq; dolor uehementior, quàm ut causa sit cur feratur. Cic. 5. Tuscul. 165.

Quàm ut, pro Aliter quàm ut. Sueton. in Galba, cap. 8, In secessu plurimum uixit, nec ad gestandum quidem unquam iter ingressus, quàm ut secum uehiculo proximo decies HS. in in auro efferret.

Contrà facis, quàm pollicitus es. Cic. 2. de Legibus 20.

Factum est enim culpa, contrà quàm tu mecum egeras. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1. 4.

Socrus generi contrà quàm fas erat amorẽ capta. Cicero pro Cluentio, 9.

Diuersum quàm. Quintil. lib. 1. cap. 8. 2, Pransus quoq; & potus, diuersum ualent quàm indicant.

Multiplex quàm. Liuius, Quicquid hinc aut illinc communis Mars belli aufert, multiplex quàm pro numero damnũ est.

Nulla æquè quàm prædictæ fallaciæ pabula. Col. lib. 8. cap. 17, Quo quàm minimè multi ex illis de istius nefario scelere audire possent. Cic. 3. Ver. 5. 2.

Quàm facetè, Quàm uenustè, Arridentis particula. Plaut. Asin. 11. 35, Vt assimulabat Sauriam me esse, quàm facetè. Terẽt. Eunuch. 3. 2. 4, — quàm uenustè?

Quod dedit principium aduenienti.

Quàm citò. Terent. Eunuch. 1. 2. 98,

Labascit uictus uno uerbo quàm citò.

Quàm dudum, Aduerbium interrogandi. Plaut. Asin. 9. 43.

— hem optimè: quàm dudum tu aduenisti? Terent. Eunuch. 4. 4. 30, — uenit Chærea.

PH. Fraterne? DO. ita. PH. quãdo? DO. hodie. PH. quàm dudum? DO. modò. Nonnulli Quamdudum iungunt, penult. prod.

Quàm extemplò, sic dicitur, ut Quàm mox, apud Plautum, Nunc dicito quàm extemplò hoc erit factum.

Quamlibet, pen. cor. pro Quantũlibet. Plin. lib. 36. cap. 22. 4. Faciliore multo natura, finditur in quãlibet tenues crustas.

Quamlibet parum. Quintil. lib. 1. cap. 1. 13.

Quàm mox, Interrogatiuum cum uenustate. Plaut. Asin. 9. 43, Quàm mox mihi operam das? Idem Bacchid. 17. 6,

— quid fit? quàm mox nauigo
In Ephesum, ut aurum repetam? Terent. Eunuch. 4. 7. 18,

Quàm mox irruimus?

Quàm mox, aliquando non interrogat, & significat Quàm citò, uel statim. Terent. Adelph. 5. 6. 1,

Hera ego hinc ad hos prouisam, quàm mox uirginem
Accersant. Cic. pro Rosc. Comœd. 1, Expecto quàm mox Chærea hac oratione utatur.

Quamobrem] τίνος, ἕνεκα, παρ' ὅ, οἷ, Vnica dictio, quibusdam etiam tres, quam ob rem: Interrogantis particula, & rationem alicuius rei petentis. Terent. Andr. 5. 2. 21,

— sublimem hunc intrò rape, quantum potes.
DR. Quem? S. Dauom. D. quamobrem? Cic. 1. de Finib. 24, Quamobrem tandem, inquit, non satisfacit?

Quamobrem, interdum non interrogat, atq; idem significat quod Quapropter, uel quã ob causam. Terent. Andr. 2. 3. 8,

— dictum ac factum, inuenerit
Aliquam causam quamobrem eijciat oppidò. Cic. Appio Pulchro, lib. 3. 10. 1, Multaq; mihi ueniebant in mentẽ quãobrem istum laborem tibi etiam honori putarem fore. Idem pro Cecinna, 69, Deinde nihil rationis affert quamobrem, si libertas adimi nullo modo possit, ciuitas possit.

Quamobrem

Quamobrem ut maxima de re æquo animo deliberanti, ita mihi des consilium uelim. Cic. Attico, lib. 8. 147. 11.

Verum illud est quamobrem hæc commemorarim, quòd existimare uos uolo, &c. Cic. 6. Verr. 119.

Quamobrem quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictum est, utar, &c. Cic. Curioni, lib. 2. 3. 4.

Quamobrem quanquam in uno prælio omnis fortuna Reip. disceptat, &c. tamen ipsa fama, &c. Cic. Planco, lib. 101.

Quas ob res. Cic. 3. Philip. 150. Lucretius lib. 1. 32,

Quas ob res ubi uiderimus nil posse creari
De nihilo, &c.

Quàm penè tu a me perdidit proteruitas. hoc est, quàm parum abfuit quin, &c. Terent. Heaut. 4. 6. 10.

Quàm plures, A nonnullis negatur esse Latinum: alijs contrà, probantibus id ex locis sequentibus: quod an sit æquum, docti uiderint. Plaut. Stich. 4. 44,

Sed curiosi sunt hîc quàm plures mali. Idem Casin.

Quàm plura sunt mihi quæ uelim. Gellius lib. 1. cap. 7, Vi debatur quàm pluribus. Cæsar lib. 1. de bello Ciuili, 190, Hæ permanserunt aquæ dies quàm plures. Cicer. lib. 5. Tuscul. Abacosq; quàm plures ornauit argento, auroq;.

Quamplurimo uendere. Cic. 5. Verr. 35.

Quamplurimus. Cato de Re rust. Quamplurimam brassicã edet, tam citissimum sanus fiet. Illiterati dicunt, Quanto plus, aut quanto magis ederis, ex brassica, tanto citius sanus fies.

Quàm pridem, Quanto tempore antè, Interrogantis particula. Terent. Eunuch. 3. 3. 11,

Vbi friget, huc euasit, quàm pridem pater
Mihi & mater mortui essent. dico, iamdiu. Cic. pro Quinct. Rosc. 4, Illud uerò quod ad rem uehementer pertinet, quæro, quàm pridem hoc nomen, Fanni, in aduersaria retulisti? Nonnulli iungunt Quampridem, pen. prod.

¶Quamprimùm, pen. prod. una dictio, Valde citò. Terent. Adelph. 2. 4. 18,

— obsecro hercle hominem istum impurissimum
Quãprimùm absolutote. Cic. Cælio, lib. 3. 18. 5, Gratissimũ mihi feceris, si ad me in Ciliciam quamprimùm ueneris.

Perferre literas ad aliquem quamprimùm. Cicero Curioni, libro 2. 5. 2.

Quandiu] Aduerbium temporis (ὅσσον χρόνον, εἰς ὅσον, ἕως, ἄχρις οὗ, ἄχρι οὗ, μέχρι πόσου) Quanto tempore. Cicer. 7. Ver. 88, Homo quandiu uixit, domui suæ, non solùm post mortem tota Sicilia clarus & nobilis.

Tandiu, quandiu. Cic. Attic. lib. 9. 172. 3, Ego tandiu requiesco, quandiu ad te scribo.

Quandiu, interrogatiuè. Cicer. in Somnio Scip. 23, Ipsi autem qui de uobis loquuntur, quandiu loquentur? Vetus exemplar, Quàm loquentur diu? Idem pro Rosc. Amer. 54, Hæc tu Eruci tot & tanta si nactus esses in reo, quandiu diceres? quo te modo iactares?

Quando] Aduerbium temporis (ὅτε, πότε, ὁπότε, ἡνίκα, ἡνίκαπερ) significat quo tempore: & acuitur in prima.

Vtinam tunc essem natus, quando Romani, &c. non essem passus, &c. Cic. 2. Offic. 111.

Interrogatiuè aliquando ponitur. Terent. Heaut. 2. 2. 9,

Iam aderunt. CLIN. quando isthuc erit? Cicer. in Pisonem, 39, Quando hoc bellum aut hic ordo, aut populus susceperat?

Infinitè aliquando. Cic. ad Varronem, lib. 9. 1. 1, Ex his literis quas Atticus à te missas mihi legit, quid ageres, & ubi esses, cognoui quando autem te uisuri essemus, nihil sanè ex eisdẽ literis potui suspicari.

Quando, pro Siquidem, uel Quoniam positum, coniunctio est causalis, habetq; accentum in ultima. Virgil. 1. Aeneid. 54,

— quando hæc te cura remordet. Terẽt. Adelph. 5. 3. 16,
Quando ego tuum non curo, ne cura meũ. Idem Eunuch. 1. 2. 116, Meus hæc sis postremò animus, quando ego sum tuus. Liu. 4. bell. Maced. 135, Bene uertat, inquit, obsidemus Lacedæmonem, quando ita placet. Cicer. Planco, lib. 10. 12. 15, Quam quando complexus es & tenes.

Quando gentium: id est, Quando, absolutè, ea forma qua Vbi locorum, & Nusquam gentium. Plaut. Amph. 15. 60,

— quis te misit Furcifer? S. qui me rogat. A. quando gentium? S. dudum.

Quandocunq;] Aduerb. (ὁποτεοῦν) Id est, Quocunq; tempore. Colum. lib. 2. cap. 10. 13, Quandocunq; in usus prompserimus, integram lentem reperiemus. Plin. lib. 29. cap. 1. 14, Quandocunq; ista gens suas literas dabit, omnia corrumpet. De Græcis.

Quandoq;] Aduerbium temporis (ἐνίοτε) Aliquo tempore. Horat. in Arte, 73.

— quandoq; bonus dormitat Homerus. Cic. Lepta, lib. 6. 19. 5, Ego me Asturæ diutius arbitror commoraturum, quoad ille quandoq; ueniat.

Quandoquidem] pen. corr. (ὅτε, ὁπηνίκα, ἐπειδήπερ) Coniunctio causalis, pro Siquidem, uel Quoniam. Terent. Hecyra, 3. 5. 42,

Illiq; exopto, ut reliquam uitam exigat
Cum eo uiro, me qui sit fortunatior:
Quandoquidem illam à me distrahit necessitas. Idem Heaut. 5. 5. 20. Cic. 4. Verr. 6, Vrbes ac sedes suas relinquerent, quandoquidem iam antè istius iniurijs exagitati reliquissent.

Quandoquidem tu istos oratores, inquit, tantopere laudas, uellem, &c. Cic. de claris Orat. 84.

Quandoquidem honestum ipsa uirtus est. Cic. 5. de Finib. 118.

Dicite, quandoquidem in molli consedimus herba. Virgilius 4. eclog. 11.

Quandoquidem, Quia. Terent. And. 3. 2. 7,

Deos quæso, ut sit superstes: quandoquidem ipse est ingenio bono. Cic. 2. Philipp. 100, Quandoquidem hæ quondam orationes Campani & Leontini in populi Rom. patrimonio glandiferæ & fructuosæ ferebantur.

Quanquam] καίτοι, καίπερ, Coniunctio causalis, idem significans quod Tametsi. Virg. 2. Aeneid. 3,

Quanquam animus meminisse horret. Terent. Adelph. 2. 1. 51, Id quoque possum ferre, si modò reddat, quanquã iniurium est.

Quanquam, particulam aliquando subsequitur alia particula Tamen: & eleganter. Terent. Heaut. 1. 1. 1,

Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum est,
Inde adeò quòd agrum in proximo hîc mercatus es, &c.
Tamen uel uirtus tua, &c. Cic. in Partit. 70, Quanquam utrobiq;, tamen, &c. Et 1. Offic. 13, Ea quanquam pertinent ad finẽ bonorũ, tamen id minus apparet. Virg. 2. Aeneid. 107.

Quanquam, ueruntamen. Terent. Eunuch. 1. 2. 92,

Quanquam illam cupio abducere, atq; hæc re arbitror
Id fieri posse maximè, ueruntamen
Potius quàm te inimicum habeam, faciam ut iusseris.

Quanquam, cum interrogatione, & sine interrogatione, uenustatem quandam habet corrigentis seipsum. Cic. 2. de Orat. 107, Quamobrem hoc uos doceo, Sulpiti, &c. quanquam te quidem quid hoc doceam? qui, &c. Idem 3. de Natura deorum, 55, Quanquam quem potissimùm Herculem colamus, scire sanè uelim.

In integro res nobis erit, quanquam qui cum loquor? &c. Cic. Cæsio, lib. 15. 16. 7.

Quanquam, subiunctiuo additum. Cic. 2. de Orat. 1, Quanquam ita se

ita se rem habere arbitrarentur. Idem 1. de Orat. 11, Quanquam uis oratoris, professioq; ipsa bene dicendi hoc suscipere ac polliceri uideatur. Alij legunt, uidetur.

Quantus] quanta, quantū (ὁσοσδ', πόσοσδ', ὁπηλίκοσδ') Modò relatiuum, modò indefinitum, modò interrogatiuum est: refertur q; ad numerum & pondus & mensuram, inquit Sipontinus. Terent. Heaut. 2. 3. 9.

Væ misero mihi, quāta de spe decidi. Idē Eunuch. 5. 4. 3,

Quantam, & quàm ueram laudem capiet. Cic. pro Sylla, 57, Quantas audacias, quàm incredibiles furores. Et 1. Tusc. 136, Is propagatione uitæ, quot, quantas, quàm incredibiles hausit calamitates?

Quanta pecunia. Cic. pro Sestio, 18, Ab eo prouincias acciperent quas ipsi uellent: exercitum & pecuniam quantam uellent. Idem pro Cluentio, 70, Quum ipsa pecunia, quæ Staleno data est, numero ac summa sua, non modò quanta fuerit, sed etiam ad quam rem data fuerit, ostendat.

Quanti interest. Aphricanus in. l. qui usumfructum. §. ultimo. ff. de usufructu, & quemadmodum, Quanti legatarij interest moram factam non esse.

Quanti & quàm multi mortales. Sallust. ad Cæsarem, de Rep. ordinanda.

Quantis animis ierit in Quintium Lucullus. Sallust. in oratione Marci Trib. pleb. ad plebem.

Quantus homo in dicendo. Cic. 3. de Orat. 28, Qualis oratoris & quanti hominis in dicendo putas esse historiam scribere?

Parit oua quanta anseres. Plin. lib. 8. cap. 25. à. De crocodilo.

Quanta potest maxima. Suetonius in Nerone, cap. 7. Cicer. de Amicit. 64, Nisi quod tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, morum studiorumq; distantia.

Heus heus, quanta hæc mea paupertas est, tamen
Adhuc curaui unum hoc quidem, ut mihi esset fides. Terentius Phorm. 5. 8. 10.

Quanta mea sapientia. Plaut. Stich. 3. 62.

Tantus & quantus. Cicer. ad Atticum, lib. 7. 12. 1. 4, Vide mihi uideor tantam dimicationem, &c. quanta nunquam fuit. Idem ad Brutum, 3. 3, Nam tantæ multitudinis, quantam capit urbs nostra, concursus est ad me factus.

Quantum Tam. Liu. 9. ab Vrbe, Profectò Q. Fabij trans Ciminiam syluam quantum Romæ terrorem fecerat, tam lætam famam in Samnium ad hostes tulerat.

Quanti, genitiuus, uerbis precij solet addi. Terentius Eunuch. 5. 6. 14, Emit? peri hercle. quanti? P. uiginti minis. Idem Adelph. 5. 9. 20,

Ob eam rem? D. ob eam. postremò à me argentū, quanti est, sumito. id est, quanto precio ualet, inquit Donatus. Cic. 4. Acad. 215, Quanti libertas ista æstimanda est, non mihi necesse esse quod tibi est?

Pluris Senatus æstimasset quàm quanti esset annona. Cicero 5. Verr. 165.

Quanti conductum erit aut locatum. Cato cap. 144. 2.

Sed quanti quanti: bene emitur quod necesse est. Cicero Attico, libro 12. 243. 4.

Quanti est negocij? ironicè: pro, Minimi est negocij. Plaut. Truculen. 11. 29.

Quanti est sapere. Terent. Eunuch. 4. 7. 21.

Quanti est ad famam. Cic. pro Muræna, 36.

Quanti fuerit. Plaut. Capt. 4. 42,

Ego postquam gnatus tuus potitus est hostium
Expertus quanti fuerit, nunc desidero.

Quanti penderes illum, nunquam ostendisti. Terentius Heaut. 1. 1. 103.

Quanti sit homo. Cic. Q. frat. lib. 1. 2. 23, Noli spectare quanti homo sit: parui enim precij est qui iam nihil sit.

Quanti faciam, quanti sim apud: pro, Quanto in precio & æstimatione. Cic. Cælio, lib. 2. 15. 15, An dubitas, quū scias quanti cum illum, tum uerò Tullum meam faciam? Idem Trebatio, lib. 7. 20. 1, Vide quanti apud me sis.

Quanti ueheret, interrogaui. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Quanti dimiserit. Cic. 7. Ver. 88, In qua docet, quot à ciuitate sua nautas acceperit, quot, & quanti quenq; dimiserit. id est, quanta pecunia accepta.

¶ Quantum, Aduerbium temporis uel quantitatis.

Quantum, tantum. Quintil. in Procem. lib. 4. 4, Vt quantum nobis expectationis adiecit, tantum ingenij aspiret.

Et quantum uertice ad auras Aetherias, tantū, &c. Virgil. 4. Aeneid. 89.

Quantum animis erroris ineſt? Ouid. 2. Fast. 158.

Quantū peditum. Tacit. lib. 20. Idem in uita Agricolæ, Quantum enim transisse militum, si sese Britanni numerent?

Quantum, subintellecto Tantum. Terent. Phorm. 1. 2. 3,

— accipe, hem
Lectū est, cōueniet numerus quātū debui. Et And. 3. 2. 4. Quod iussi ei dare bibere, & quantum imperaui, Date.

Quantum ad porticus. Plin. epist. 216, Quantum ad porticus, nihil interim occurrit quod uideatur istinc esse repetendum. hoc est, Quod autem attinet ad porticus.

Quantum attinet ad antiquos nostros, ante, &c. Varro 1. de Re rust. cap. 10. 2.

Quantum est adhibere hominem amicum, ubi quid geras? Plaut. Perſ. 16. 46. hoc est, quàm confert & præstat.

Quantum, Quàm multum. Plaut. Amph. 4. 200,

Nescio quātum tu familiaris sis, nisi actutum hinc abis, &c.

Quantum assequi potui. Cic. pro Cluentio, 39.

Quantum hunc audiui facere uerborum. Plaut. Mil. 9. 13.

Quantum coniectura auguramur. Cic. ad Attic. lib. 2. 24. 2.

Quantum ego opinione auguror. Cic. pro Murena, 59.

Quantum existimare possum. Cicero pro Roscio Amerino, 21.

Quantum ego intelligere possum. Terent. Heaut. 5. 2. 31. Cicer. Appio, lib. 3. 8. 1, Est, quantum ex literis tuis intelligere potui, uidebam te hanc epistolam, quum ad urbem esses, esse lecturum.

Quantum illa ætas capit. Quintil. lib. 2. cap. 4. 13.

Quantum ex ipsa re coniecturam facio. Terent. Heaut. 2. 3. 25.

Quantum è uultu eius intelligo. Cic. 3. de Legib. 54.

Quantum intelligo. Terent. And. 4. 5. 17. Ibidem, 1. 3. 2,

Enimuerò Daue, nihil loci est segnitiæ, neq; socordiæ,
Quantum intellexi modò senis sententiam de nuptijs.

Quantum ego sentio. Cic. 4. Acad. 253.

Quantum suspicor. Terent. Eunuch. 1. 2. 62.

Quantum ex tuto poterat. Liuius 6. bel. Pun. 190, Dasius Annibali amicus, Blactius, quantum ex tuto poterat, rem Romanam fouebat.

Quantum proximè coniectura potest. Liuius 5. bel. Pun. 126,

Simul altitudinem muri, quantum proximè coniectura poterat, permensus.

Quantum ego illum uidi, nonnihil timeo misera. Terēt. Eun. 4. 1. 1. id est, Quantum intelligere potui ex illius gestibus.

Quantum in me erit. Cicero ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 54, Neque te patiar (quantum in me erit) cum exceptione laudari. Idē pro Archia, 1, Huic profectò ipsi, quantum est situm in nobis, & opem & salutem ferre debemus. id est, Quantum per nos fieri potest. Sæpius tamē per eclipsin dicimus, Quātum in me est.

Quantum importunitatis habent. uelut per parenthesin dictum. Sallustius in Iugurtha, Nam & illos, quantum importunitatis habent, parum est impune malè fecisse, nisi deinde faciundi licentia eripiatur.

Quantum,

Quantum, pro sicut. Suet. in Vesp. cap. 4, Id de imperatore Romano, quantum euentu posteà prædictum patuit, Iudæi ad se trahentes rebellarunt.

Quantum potest: id est, Celerrimè, ut ait Donatus. Terentius Eunucho, 5. 1. 20,

Comprehendi iube quantum potest. Idem Phorm. 5. 8. 3,

Quantum potest, nunc conueniendus Phormio est,
Priusquam, &c.

Quantum potero. Plautus Aul. 5. 41. Terent. Phorm. 4. 3. 69,

Quantum potes me certiorem inquit face. Cic. 2. de Finib. 65, Quantum enim potero minuam contentiones.

Quantum maximum potuit. Plin. epist. 65, b, Dedit enim mihi quantum maximum potuit, daturus amplius si potuisset.

Quantum plurimum. Colum. lib. 12. cap. 21, Exploratum habeat quantum plurimum salsæ aquæ uinum quod fecerit, sine offensa gustus pati possit.

Quantum queo. Terent. Eunuch. 5. 2. 5.

— ubi uidi ego me in pedes, quantum queo,
In angiportū quoddam desertum. Deest in hoc loquendi genere, citò aut uelociter: ut sit, Quantū citò queo. Sic declarandum. Quantum possum, & quantum potes. Terent. And. 5. 2. 20, Sublimem hunc intrò rape, quantum potes. id est, Quàm citò poteris: quasi dicas, celerrimè. Ibidem, 3. 3. 46.

¶ Quantò, Aduerbiū (ὅσῳ) comparatiuo iungitur, eiq; respōdet Tanto. Terent. Heaut. 3. 1. 15,

— & quanto diutius Abest, magis cupio tanto, & magis desidero. Idem Eunuch. 5. 9. 23,

Perij, quanto minus spei est, tanto magis amo.

Quanto magis. Virg. 4. Georg. 83,

Sed quanto ille magis formas se uertet in omnes,
Tanto, &c.

Quanto, absq; particula Tanto. Terent. Eunuch. 4. 5. 4,

— uah quanto nunc formosior
Videre mihi, quàm dudum? Ibidem, 3. 3. 1,

Profectò quanto magis magisq; cogito,
Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum. Cic. 1. Acad. 16, Quanto magis philosophi delectabunt, si ut illi Aeschylum, &c.

Quanto plus delectationis habiturus est, quàm ex illis ineruditis uoluptatibus. Quintil. lib. 1. cap. 12. 13.

¶ Quantopere, pen. corr. Aduerbium (ἐφ' ὅσον) pro, Quàm ualde. Cic. 3. Tuscul. 10, Quanquà de uniuersa philosophia quantopere expetenda esset & colenda, satis, ut arbitror, dictum est in Hortensio.

Neq; enim tantopere desiderabam, &c. quantopere delector, &c. Cic. 1. de Orat. 79.

Dici enim non potest quantopere gaudeant. Cicero Attico, libro 14. 304. 3.

¶ Quantusquantus, Adiectiuum (ὁποσοσοῦν) id est, Quantuscunq;. Terent. Adelph. 3. 3. 40,

Tu quantusquantus, nihil nisi sapientia es. hoc est, Totus sapientia es.

¶ Quantuscunq;, Aliud Adiectiuum, Idem (ὁπηλικοσοῦν) Id est, Quàm magnus est, uel tantus quantus est. Cicero pro Corn. Balbo, 45, Quæ neq; inuidiosa est, & quantacunq; est, eiusmodi est, ut conseruata magis, quàm corrupta esse uideatur. Idem 2. de Orat. 67, Atq; ego is qui sum, quantuscunq; sum.

¶ Quantumcunq;, Aduerbium (ὁποσονοῦν) Tantum quantum. Cicer. 3. de Finib. 54, Nec rursus in malis, quantumcunq; eo addideris, in suo genere manebit. Ibidē, lib. 1. 17, Quantumcunq; posim.

¶ Quantuslibet, pen. corr. Idē: uel significat Vnum quantum tibi capere licet, non omne: ut, Quantumlibet spacium, non omnē quantitatem spacij, sed unam quam tibi capere libet. Plin. libro 20. cap. 6. 11, Suppurationes quantaslibet sanat, fractæ incoctum fabæ, atq; ita in cibo sumptum. idem lib. 8. cap. 16. 10.

Seruius erat quidam quantolibet ordine dignus. Ouidius 6. Fast. 134.

¶ Quantusuis, Adiectiuū (ὁπόσοσδ' ἐθέλει) Idem Liu. 6. bel. Pun. 221, Tum sitam super portum satis amplum quantuuis classi. De Carthagine.

Sed tamen esto iam quantouis oris honore. Lucret. lib. 4. 236.

¶ Quantiuis, precij homo. Donatus, Ad magnitudinem refertur. Quantiuis, non ad paruitatē precij. Plaut. Persa, 16. 73.

Nomen atque omen quantiuis est precij. Terent. Andr. 5. 2. 15.

Quum faciem uideas, uidetur esse quantiuis precij.

¶ Quantumuis, Aduerbium (ὁπόσου δέλει) Plaut. Mil. 5. 98,

Quantumuis prolationum, dum modò nunc prima uia
Inducamus, ueraut esse credat quæ mentibimur,

Quantumuis rusticus. Horat. 2. epist. 2. 8.

¶ Quantulus, pen. corr. Diminutiuū à Quantus. Cic. 4. Acad. 145, Quantulus nobis uidetur? De sole. Idem 2. de Legib. 76. Id autem quantulum est?

Misit coniectori quantulum uisum est de argento. Cic. 2. de Diuinat. 199.

Etenim quantulum interest, utrum in Masinici radices, an in uitam aliōue deducamini? Cic. 2. de lege Agrar. 68.

Vt ne plus nos assequamur, quàm quantulum tu in dicendo assecutus es. Cic. 1. de Orat. 66.

¶ Quantulum, pen. corr. Aduerbium. Cic. 5. Verr. 3, Nos qui id & quid facere, & quātulum id facere possimus, ostendimus. Ibidem 1. 31. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 25.

Quantulum enim, summæ curabit quisq; diem.

¶ Quantuluscunq;, Adiectiuū diminutiuum à Quantuscunq;, significat Quamminimum, uel Quàm parum tibi uidebitur. Colum. lib. 2. cap. 11. 6, Nam si nox incesserit, quantulocunq; humore, prius quàm obruatur, corrumpitur. Cic. ad Attic. lib. 6. 120. 3, Procura, quantulacunq; est, Precianam hæreditatem. Idem 1. de Orat. 65, Sed de hac mea quantulacunq; est facultate, quæritis. Martialis lib. 11. 15.

Nam terra est illi quantulacunq; grauis.

Pars ego sum census quantulacunq; tui. Ouidius 4. de Ponto, eleg. 15. 3.

Inq; tuo iaceas quantulacunq; toro. Ouid. 3. de Arte, 53.

¶ Quantulumcunq; uidebitur. Cic. 4. Ver. 132.

Quantulumcunq; dicere. Cic. in Orat. 57.

Quantulum id cunq; est. Cic. 2. de Orat. 54.

Quantuluslibet, pen. cor. Vlpianus in l. 4. §. ultimo. D. de ædilit. edict. Non denicq; febriculam quantumlibet ad causam huius edicti pertinere.

¶ Quantillus, Adiectiuum, diminutiuum à Quantulus. Plautus Capt. 4. 90,

Quantillum argenti mihi apud trapezitam siet. Idem Pseud. 20. 87,

Quantillo argenti te conduxit Pseudolus?

¶ Quantillum, Aduerbium. Plaut. Curcul. 3. 13,

Sitit hæc anus. P A. quantillum sitit? P H. modica est, capit Quadrantal.

¶ Quantitas, pen. corr. quantitatis (ποσότης, πηλικότης) Id quo quantum quid esse dicitur, aut iudicatur. Plin. lib. 17. cap. 24. 4, Laborant & fame & cruditate, quam fiunt humoris quantitate.

Quanuis] εἰ καί, Coniunctio aduersatiua. Cic. Attico, libro 12. 252. 4, Quanuis prudens ad cogitandum sis, sicut es: tamen nisi magnæ curæ tibi esset, ut ego cōsequerer id quod magnopere

magnopere uellem, &c. Quintil. lib. 9. cap. 4. Quãuis enim iuncta sit, tamen soluta uideri debet oratio.

Etsi quanuis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certè fuisti. Cic. Attic. lib. 16. 334. 3.

Quanuis licet. Cic. 3. de Legibus, 35, At duo Gracchi fuerunt: & præter eos, quanuis enumeres multos licet, quum deni crèantur, nullos in omnia memoria reperies, &c.

Quãuis ille fœlix sit, sicut est, tamẽ, &c. Cic. pro Rosc. Ame. 13.

Quanuis, pro Quantumuis. Cic. ad Cælium, lib. 1. 15. 6, Quanuis paruis Italiæ latebris contentus essem. Idem pro Rosc. Amer. 26, Quasi uerò mihi difficile sit, quanuis multos nominatim proferre.

Quanuis increpitent socij. Virg. 3. Aeneid. 91.

Quanuis callidè facere. Cic. 4. Verr. 93, Inuestigare, adire, appellare, corrumpere, quiduis facere in eiusmodi rebus, quanuis callidè, quanuis audacter, quanuis impudenter.

Quapropter] διὰ τί, Aduerbium interrogandi, responsionem quærens cur quid ita factum sit. Terent. And. 1. 1. 136,

—magis id adeò, mihi ut incommode,
Quàm ut obsequatur gnato. SO. quapropter? SI. rogas? Idem Heaut. 1. 2. 14,
—caue fixis, non est opus pater. CH. Quapropter? CL. quia, &c.

Sed quid est quapropter nobis malum minitemini? Plautus Bacchidibus.

Quapropter (τίνος ἕνεκα) Infinitè positũ. Plaut. Pseud. 7. 83,

—animum aduorte nunc iam.
Quapropter expertam amoris gnati te habuerim.

Quapropter (οὗ δ' ὅτε) Quamobrem. Terent. Adelp. 3. 2. 44,

—non est utile hanc illi dari:
Quapropter quoquo pacto celato est opus. Cicero 4. Verr. 126, Quapropter nihil est quod metuas nequid mecum fingam.

Quaqua] Aduerbium (ὅπῃπερ ἂν) Plautus Epid. 14. 9,

Quaqua tangit, omne amburit. hoc est, quancunq; partem attingit.

Quaqua uersus, uel quaqua uersum. Idem, Per quencunq; locũ. Cæsar in Comment. Legatos quaqua uersum dimittere.

Quaq; uersus. Cic. 9. Philip. 267, Circumq; eam statuam locum gladiatoribus, ludisq; liberos, posterosq; eius, quaq; uersus pedes quinq; habere. Legitur & quaqua.

¶ Quaquam, Aduerbium per locum. Lucret. lib. 1,

Si nullum foret: haud usquam sita corpora possent
Esse neq; omnino quaquam diuersa meare Id est, neque omnino per ullam regionem, siue hanc, siue illam meare. Alij codices habent, quoquam: sed sic legit Lambinus, ex fide manuscriptorum.

Quare] τίνος ἕνεκα, Aduerbium interrogandi, notam significationem habens. Terent. And. 5. 4. 6,

—itáne hoc paratum aduenis. CH. quare? S. rogas? Cic. 1. de Orat. 36, Nanq; illud quare Scæuola negasti?

Quare. Infinitè positum. Cicero pro lege Manilia, 34, Quare quum & bellum necessarium sit, ut negligi non possit. Cn. Magnus ad Domitiũ, in epist. ad Atticum, lib. 8. 162. 2, Miror quid causæ fuerit quare consilium mutaris. Cicer. pro Rosc. Amer. 23.

Quare, in principio orationis, pro Quamobrẽ. Cic. pro Quintio, 6, Quare quòd socium tibi eum uelles adiungere, nihil erat. Idem Seruilio, lib. 13. 72. 3, Quare sic tibi eum commendo, ut, &c.

Quare agite ò tectis iuuenes succedite nostris. Virg. 1. Aen. 127

Quare, pro Vt. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 21. 1, Omnia feci quare Lepido coniuncto ad Remp. defendendam minore solicitudine uestra perditis resistrem.

Quariates] populi sunt in Gallia Narbonensi: alio nomine Cauarę, à cauo, opinor, Alpium dicti, quorum metropolis est Auenio, hinc Valentinum, nunc inferi Delphinates appellantur. Eos uti antea diximus, Strabo Quaros appellauit. Plinij uerò locus si accuratius inspiciatur, Calepium mẽdacio arguet: nã Plinius Cauarus à Quariatibus separauit, eos ad Antipolim referens, Cauarus supra Druentiam collocans. Vide Plin. lib. 3. cap. 4.

Quarta] solenne uerbum in ciuili iure, quo illa uariarũ hæreditatum portio designatur, quæ uarijs ex causis, uarijs quoq; personis constituto iure debentur.

Quarta Agnatorum,
Quarta Arrogati,
Quarta curiæ,
Quarta hæredis ex lege Falcidia,
Quarta Trebelliana,
Quarta filiarum ex bonis rei maiestatis,
Quarta fiscalis,
Quarta liberorum, quæ in Trientem, aut Quadrantem, pro numero liberorum, commutata est.
Quarta matris, aut auiæ Curiatium,
Quarta posthumi,
Quarta fidei commissarij,
Quarta parentum præmortuis liberis, quas ex Pandectarum libris, Ciuilis iuris candidati habent petere, ne nos in messem alienam (tametsi Enciclopædiam cudimus) misissem falcem pronuncient. Collegit et Hotomanus lib. singulari, de Verb. quæ ad ius pertinent significatione,

¶ Quartus, τέταρτος, Adiectiuum numerale, proximum à tertio significans. Liu. 4. bel. Pun. 208, Eosq; ubi quartæ uigiliæ signum cecinisset, ad eum locum scalas iussit ferre.

Quartus pater, pro Abauo. Virg. 10. Aeneid. 124,

Pilumnusq; illi quartus pater.

Hora quarta. Virg. 3. Georg. 66.

¶ Quartùm, Aduerb. (τέταρτον) pro Quarto. ut, Quartùm Consul. Liu. 3. ab Vrbe, 282, T. Quintio quartùm Consule.

¶ Quartò, Similiter aduerbium, Quartò Consul, & Quartùm Consul, inter se differunt. nam Quartò, locum designat temporis, & ter antè factum. Sipontinus, ex Gellio lib. 10. cap. 1.

¶ Quartusdecimus, pen. corr. (τεσσαρεσκαιδέκατος) Adiectiuum: ut, Quartadecima luna. Plin. lib. 2. cap. 59. 2.

Quartadecimani, τεσσαρεσκαιδεκατάιοι, paulum dubitauerãt. Tacit. lib. 1. hoc est, quartædecimæ legionis milites.

¶ Quartanus, pen. prod. (τεταρταῖος) Aliud adiectiuũ, ut Quartana febris, quæ quarto quôq; die nouam accessionem habet, & ingrauescit ac sæuit. Cic ad Tironem, lib. 16. 10. 1, Sed quũ in quartanã conuersa uis est morbis (sic enim scribit Curtius) spero te diligentia adhibita etiam firmiorem fore. Idem Attico, lib. 8. 150. 3, Modò enim audiui quartanam à te discessisse. Et 3. de Natur. deor. 33, Vide, quæso, si omnis motus, omniaq; quæ certis temporibus ordinem suum conseruant, diuina dicimus, ne tertianas quidem febres & quartanas diuinas esse dicendum sit: quarum reuersione & motu quid potest esse constantius?

Febri quartana liberari. Plin. lib. 7. cap. 50. 2.

Quartanas excutere: hoc est, sanare, uel iugulare, quod quidã dicunt. Plin. lib. 20. cap. 6. 10.

Frigida quartana. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 58.

Quartani, Quartæ legionis milites. Tacit. lib. 20, Deinde mutati in pœnitentiam primani, quartaniq;, & duodecimesimani Voculam sequuntur.

¶ Quartarius, quartarij Quartarium apud Catonem sic congij quartam partem significare existimo, ut tertiarium tertiam, & sextarium sextam: Amurcæ (inquit ille cap. 95.) in uas

in uas æneum indito congios duos: postea igne leui coquito: rudicula agitato crebrò, usq; adeò dum fiat tam crassum quã mel. Postea sumito bitumnis tertiarium, & sulphuris quartarium: conterito in mortario per se utrunq;. Colum. libro 12. cap. 5. 1, In sextarios duodequinquaginta fermenti libras ficiaridæ pondo quadrantem, salis sextarũ: hæc subterito, & subtrita cum quartario mellis aceto diluito. Quartarũ autem dicimus, non quartam partem alicuius maioris mensuræ, sed uas quod quatuor mensuras caperet: sic tertiarium, quod tres. Hæc Budæus. Liu. 5. ab Vrbe, 210, Cui uniuersi se libras farris, & quartarios uini ad ædes eius, quæ in arce erant, contulerunt.

¶ Quartarius mulio mercenarius dicitur eo, quia quartam partem quæstus capiebat. Festus: Quartarios appellabant antiqui multones mercenarios, quòd quartam partem quæstus capiebant. Lucilius. Porrò homines nequam malus, ut quartarius cippos colligere omnes.

Quasi] ὡς, ὥσπερ, ὡσεί, οἱονεί, μονονού, Aduerbium similitudinis, significat ita ut. Plaut. Stich. 9. 33,

Fuit olim, quasi ego sum. senex, & ei filiæ duæ erant,
Quasi nunc meæ sunt: eæ erant duobus nuptæ fratribus,
Quasi nunc sunt meæ uobis. Cic. 4. Verr. 135, Repente aspicimus liturus eiusmodi, quasi quædam uulnera tabularum recentia. Idem 4. Academ. 75, Sed prius potestis totius eorum rationis quasi fundamenta cognoscere. Terentius Adelph. 4. 7. 21,

Ita uita est hominum quam ludas tesseris. Vbi Donatus, Rectum erat, si diceret, Ita uita est hominum quemadmodum tesseris ludere, aut quemadmodum ludus est tesserarum.

Quasi, simulationem dicit. Terent. And. 3. 2. 19,

Quid credas? quasi non tibi renunciata sint hæc sic fore. Idem Adelph. 3. 1. 3,

Iam nunc times, quasi nunquam adfueris, nunquam tute pepereris? Cic. 2. de Fin. 11, Quasi me pudeat, inquit, istorũ, aut non possim quemadmodum ea dicantur ostendere. Idem 7. Verrin. 101, Quasi ego excitare filium eius ab inferis possem.

Quasi tu dicas me te uelle argento circunducere. id est, Verba tua eò tendunt, ut dicas, &c. Plaut. Pseud. 9. 41.

Quasi uerò. Terent. Eun. 4. 4. 18,

Tace obsecro: quasi uerò paulum interfuet. Cic. Appio Pulchro, lib. 3. 7. 5, Non poteram (credo) ante hyemem: sic enim scribis: quasi uerò ad cognoscendum ego ad illos, non illi ad me uenire debuerint. Idem 3. Verr. 24.

Quasi uti. Plaut. Merc. 3. 90,

Qui olim à puero paruulo mihi pædagogus fuerat, quasi uti mihi foret custos.

Quasi, pro Penè uel forè. Cic. 4. Acad. 145, Quantulus nobis uideturi mihi quidem quasi pedalis. De sole loquitur. Terent. Heaut.

Quasi talenta ad quindecim coegi. Cic. 4. Acad. 75.

Quasi, ita. Cicer. pro Quintio, 5, Qui quasi sua res, aut honos agatur, ita diligenter Sex. Næuij studio & cupiditati morem gerunt.

Quasillus] Vide Quallus.

Quatio, quassus, Quatefacio] Vide Quatio.

Quatenus] pen. corr. Aduerbium (ὅσον, καθ' ὅσον, ἐφ' ὅσον) significat Quantum, siue ad quem finem. Cic. de Amicit. 34, Quamobrem id primùm uideamus, si placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat. Idem 1. Tusc. 173, Magnã culpa Pelopis, qui non erudierit filium, nec docuerit quatenus esset quodq; curandum. Et 2. de Orat 143, Itaq; soli qui memoria uigent, sciunt quid & quatenus, & quomodo di-

cturi sunt. Idem ad Lentulum, lib. 1. 2. 4, Postulatum est ut Bibuli sententia diuideretur: quatenus de religione dicebat Bibulo assensum est. Liuius ab Vrbe condita, Italiæ, nisi quatenus uallum castrorum cingit, nihil relinqueretis Pœno.

Quatenus, pro Quoniam, uel Quandoquidem. Plin. epist. 51. lib. 3. ad Caninium Rufum, Et quatenus nobis denegatur diu uiuere, relinquamus aliquid quo nos uixisse testemur. Suet. in Claud. Cæsare, cap. 26, Confirmauitq; pro concione apud Prætorianos, quatenus sibi matrimonia malè cederẽt, permansurũ se in cœlibatu. Quintilianus lib. 6. cap. 3, Propria tamen uis nominis, & exprimenda natura est, quatenus appellatione ipsa non satis significari uidetur. Festus, Quatenus significat Qua fine: ut Hactenus, Hac fine. At Quatinus, Quoniam. Sed antiqui quatenos dicebant: ut Scipio Africanus in ea oratione quam scribit postquam ex Africa rediit, Vt negocium natum erat quatenos castra nostra ita munita erant, ut posses partem exercitus abducere. Ex his Festi uerbis, uidetur Quatinus pro quoniam, per i, tertiam uocalem scribendum: & ita obseruari uideo à doctis. Valla, de Quandoquidem pro Quoniam loquens, Eiusdem significati est quatinus, apud seculum duntaxat Quintiliani. Nam Cicero dixit Quatenus, solummodo pro Inquantum: sicut Eatenus, pro Intantum. Seculum autem Quintiliani, à Liuio, Virgilio, Horatio exordior: quorum ultimus 2. Sermonum, Satyr. 4. 12, sic ait,

Quatinus imò petit uoluens aliena uitellus. Quo modo hîc scripserit Valla, non est certum, quum pro uolũtate chalcographi scribatur locus iste, sicut & alij multi.

Quater, Quaternus, Quaternarius, Quaternio, Quaterdeni] Vide Quatuor.

Quatinus] pen. corr. Coniunctio (ὅτι) significat Quoniam, uel Quia, ut ait Festus. Iuuenalis Satyr. 12. 11,

Quatinus hîc non sunt nec uenales elephanti. Vide Quatenus, pro Quoniam.

Quatinus, pro Vt. Macrobius lib. 2. Saturnal. cap. 5, Non semel præceperat ei pater, temperato tamen inter indulgentiam grauitatemq; sermone, quatinus moderaretur pro suos cultus, perspicuosq; comitatus.

Quatio] quatis, quassi, quassum, quatere (ἰνδῶ, σαλεύω, σείω, σοβῶ, πλονέω, μῥιπῶ, τινάσσω, συρίζω) Mouere, cum uiolentia concutere. Liuius, Carthaginis mœnia nũc quatit ariete. Plin. epist. 147. b, Manibus catenas gerebat quatiebatq;. Virg. 9. Aen. 121,

Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello. Plin. lib. 26. cap. 4. 2, Non satius fuit Aemylianum Scipionẽ Carthaginis portas herba patefacere, quàm machinis claustra per tot annos quatere?

Quatere aliquem foras. Terent. Eunuch. 2. 3. 66.

Quati ægritudine quasi tempestate. Cic. 3. Tusc. 20.

Alis quatere magnis clangoribus. Virg. 3. Aeneid. 46.

Vastos quatit æger anhelitus artus. Virg. 5. Aeneid. 87.

Facer quatiunt splendidas comas. Catull. in Epithal. 56. 16.

Cymbala quatere. Virg. 4 Georg. 13,

Tinnitusq; cie & matris quate cymbala circum.

Cursu quatere armenta. Virg. 3. Georg. 27.

Fundamenta quatere. Virg. 2. Aeneid. 122,

Neptunus muros, magnoq; emota tridenti
Fundamenta quatit, totamq; à sedibus urbem Eruit.

Certam quatit improbus hastam. Virg. 11. Aeneid. 154.

Nudos quatit ille lacertos. Ouid. 2. de Arte, 18.

Horror frigidus membra quatit. Virg. 3. Aeneid. 6.

Aridaq; ora quatit. Virg. 5. Aeneid. 40.

Gemitu quatit pectora. Valer. 5. Argon. 62.

Pennas quatere. Ouid. 4. Metam. 136.

Risu quatere aliquem. Horat. 2. epist. 2. 17.
Tedam quatere manu. Catull. in Epithal. Iuliæ, 56. 3.
Terrore quatere populos. Senec. Herc. Oet. 20, 17. 3.
Tonitrua quatiuntur cærula cæli. Lucret. lib. 6. 20.

¶ Quatiens, Participium (σαλεύων) ut,

Tullaq; & æratam quatiens Tarpeia securim. Virgil. 11. Aeneidos, 132.

¶ Quassus, σαφὲς, Nomen ex participio, Ruptum. Plautus Curcul. 8. 26.

Argutatio quassa lecti. Catull. ad Flauium, 6. 2
Membra quassa. Ouid. in Ibin, 4.
Rates quassæ. Horat. 4. Carm. ode 8. 7.
Vox quassa. Curtius lib. 7.

¶ Quassus, huius quassus, Verbale (τὸ παγμὸς) Cic. 2. Tusc. 87, Nam attrectatu & quassu sæuum amplificatis dolorem. Ex Pacuuio.

¶ Quatefacio, quatefacis, pen. corr. quatefeci, pen. prod. quatefactum (τινάσσω) quatefacere, Concutere & expellere. Cic. ad Brutum, 10. 6, Perrexi tamen, Romamq; perueni, nulloq; præsidio quatefeci Antonium.

¶ Quasso, quassas (διασαλεύω) quassare, Frequentatiuum, Sæpe quatere. Plaut. Merc. 12. 15,

Tristis incedit, pectus ardet, hæreo: quassat caput. Idem Epid. 9. 51,

Sed hic quis est, quem huc aduenientem conspicor, Suam qui undantem chlamydem quassando facit? Idem Bacch. 5. 70,

Subducunt lembum capitibus quassantibus.

Caput quassare. Valer. 1. Argon. 106.
Tussis frequens quassauit me. Catull. ad Fundum, 41. 3.

Quassare, Rumpere. Virg. 1. Aeneid. 112,

Quassatam uentis liceat subducere classem. Idem 4. Aeneid. 12,

Quassateq; rates, & non tractabile cælum. Plin. epistol. 170. b, Quassata atq; etiam decussa monumenta.

¶ Quassans, quassantis, Participiũ (διασαλεύων) Lucr. lib. 4,

——cum Pan
Pinea semifri capitis uelamina quassans, &c.

¶ Quassatus, pen. prod. Participium (διασαλευθεὶς) Plin. lib. 18. cap. 26. 6, Antelucanis ferramenta acuere, manubria dare, dolia quassata sarcire. Legitur & quassa.

Homo quassatus tempora Lyæo. Silius lib. 7. 41.
Domus quassata. Ouid. 2. Trist. 17.
Rates quassatæ. Virg. 4. Aeneid. 11.
Vasa quassata. Lucret. lib. 3. 89.
Quassata Resp. Afflicta, oppressa. Cic. pro Marcello, 14.
Quassanda est (διασειστέον) ista Peliæ hasta manu. Ouid. 1. de Arte, 140.

¶ Quassabilis, & hoc quassabile, pen. corrept. Quod quassari potest. Lucan. lib. 6,

Sed munimen habet nullo quassabile ferro.

Quassabundus. Macrob. lib. 5. Saturnal. cap. 21, Herculem fictores ueteres non sine causa cum poculo finxerunt, & nonnunquam quassabundum & ebrium. Quassabundum, id est, ex uino uacillantem, & uelut casibundum.

Quatriduum, Quatriduo] Vide Quatuor.

Quatrio] τετράωρον, quo uerbo Latino Isidorus utitur, pars est in talo, quam pronam uocant. Galenus in libello de Ossibus, cap. 24, Talus (inquit) ab imis tibiæ fureq; processibus comprehenditur. Eius pars, quam Quatrionem uocant, sursum uergit.

Quatuor] uel quatuor (τέσσαρα, τέσσαρες) Nomen numerale indeclinabile.

En quatuor aras. Virg. 5. eclog. 13.

¶ Quatuordecim, penult. corr. (δεκατέσσαρα) ex Quatuor & Decem compositum. Asinius Pollio ad Ciceronem, lib. 10. 32. 4, Herennium Gallum histrionem summo udorum die, anulo aureo donatum in quatuordecim sessum deduxit. Tot enim fecerat ordines equestris loci. Plinius libro 8. cap 36. 3, Præter quatuordecim dies. Sic libro 2. cap. 14. 1, Intra quatuordecim partes solis, semper occultam esse. De luna.

Quatuordecies] Aduerbium (τεσσαρεσκαιδεκάκις) Apud Plin. lib. 3. cap. 7. 1, Quatuordecies centena.

¶ Quatuoruiri, pen. cor. (οἱ τέσσαρες) ut Triumuiri. Cicer. in quadam epist. & in l. 2. de origine iuris.

¶ Quatuoruiratus, pen. prod. (τῶν τεσσάρων ἀρχὴ) Ipsa quatuor uirorum dignitas. Asinius ad Cicer. lib. 10. 32. 4, Quatuoruiratum sibi prorogauit.

¶ Quater (τετράκις) Aduerbium numerale. Plautus Pseud. 5. 110,

Vtrum uis, uel quater quinis minis. Col. lib. 5. cap. 2. 13.

Quater, pro Sæpius. Virg. 2. Aeneid. 46,

——quater ipso in limine portæ
Substitit, atq; utero sonitum quater arma dedêre.

O terq; quaterq; beati. Virgil. 1. Aeneidos, 20. Tibull. libro 3. eleg. 3. 6,

O mihi fœlicem terq; quaterq; diem.

Quater decies, Quater & quadragies, &c. Cic. 3. Verr. 70, Huic HS quater decies P. Tadio numerata Athenis testibus planum faciam. Plin. lib. 7. cap. 27, Sit proprium Catonis quater & quadragies causam dixisse.

¶ Quaterni, Adiectiuum (τέσσαρες) id est, Quater in numero: ut, Quaterni denarij. Cicer. pro Fonteio, 8. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 18,

Sæpe tribus lectis uideas cœnare quaternos.

Quaternis diebus latent: id est, quatuor. Plin. lib. 8. cap. 36. 1.
Quaternûm iugerum balenæ, pristes ducenûm cubitorum. Plinius lib. 9. cap. 3. 1.
Quaternorum pedum latitudine. Plin. lib. 8. cap. 45. 1.
Quaternûm pedum spacia. Colum. lib. 5. cap. 5. 2.
Gens illi triplex, populi sub gente quaterni. Virg. 10. Aen. 41.

¶ Quaternarius, τετράδιμος, Aliud adiect. Numerus qui quater est. Plin. lib. 28. cap. 6. 7, Numerum quoq; quaternarium Demetrius condito uolumine prodidit, & quare quaterni cyathi, sextarijue non essent.

Quaternarij scrobes. Colum. lib. 11. cap. 2. 20, Eorum (scilicet scrobium) quaternarij, hoc est quoquo uersus pedum quatuor, si est commodum terrenum, x IIII. ab uno fiunt. Vide Scrobes.

¶ Quaternio, quaternionis, m. g. (τετράδιον) Quatuor charatarum, siue alterius cuiuscunq; rei compositio ex quatuor. ut, Quatuor quaterniones militum.

¶ Quaterdeni, pen. prod. (τεσσαράκοντα) Similiter adiect. ut, Quaterdeni gradus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 10.

Anni quaterdeni. Quadraginta. Ouid. 7. Metam. 59.

¶ Quatriduum, quatridui (τετραήμερος) Spacium quatuor dierum. Cic. 6. Verr. 6, Non ablata ex urbibus sociorum quatridui causa per simulationem ædilitatis.

Quatriduum per uastas solitudines absumptum est. Curtius libro 4.

Quatriduum fuit. Liu. 3. ab Vrbe, 11, Sic finem iustitio, quod quatriduum fuit: reditus Quintij Consulis in urbem fecit.

Quatridui nauigatio. Plin. lib. 6. cap. 22. 6.
Quatridui iter. Lentulus Senatui, lib. 12, 15. 28.

Quatriduo (τετραημερίας) ut, Quatriduo ante. Cicero ad Brutum, 3. 2, Triduo uerò aut quatriduo ante hanc rempulacherrimam.

Quatrid-

Quatriduo quo. Cic. pro Rosc. Amer. 63. Mors Sex. Roscij quatriduo quo is occisus est, Chrysogono nunciatur. Ibidem, 11, Quatriduo quo hæc gesta sunt.

Quaxare] Ranæ dicuntur, quum uocem emittunt. Sunt qui non Quaxare, sed Quoaxare: alij, Coaxare scribant. Festus.

Q V

Que] absq; diphthongo (τε) Coniunctio enclitica, & adiectio syllabica, quæ non nisi in compositione reperitur: & modò copulatiua est, ut Virg. 1. Aeneid. 1,

Arma uirumq; cano. Et eclog. 10. 4,

Perq; nines alium, perq; horrida castra secuta est.

Causatiua, pro Quoniam. Cicero 1. Offic. 34, Non nobis solum nati sumus: ortusq; nostri partem patria uendicat, partem amici.

Expletiua, quando ornatus tantum causa ponitur. Propertius lib. 3. eleg. 1: 6,

Deiphobumq;, Helenumq; & Polydamantas in armis.

Que, pro Id est. Plautus,

Rudis est, nescitq; quid expediat.

Que, Explanationem quandam præcedentium infert. Virg. 1. Aeneid. 7,

——manet alta mente repostum
Iudicium Paridis, spretæq; iniuria formæ. Quasi nempe iniuria spretæ formæ: uel, id est iniuria spretæ formæ. Grammatici epexegesim uocant.

Que coniunctio, duo membra coniungens. Cicer. Curioni, lib. 2, Sed tibi & gratulor: & ut sempiterni laudi sit iste Tribunatus, exopto: teq; hortor, ut omnia gubernes & moderere prudentia tua.

Que, pro Etiam. Apul. Idq; ei seriò colloquenti non crederem. id est, Etiam seriò loquenti.

Que, sæpe repetitum legitur apud Ciceronem, 2. de Nat. deor. 221, Ex quo uidelicet quid, ex quibusq; rebus efficiatur: idq; ratione concludimus: singulasq; res definimus, circunscriptæq; complectimur.

Queis (οἷς) Dativus uel ablativus à Quis. Cato cap. 11. 2. Colà queis florem demairt tria. Virg. 1. Aeneid. 20,

Queis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere. Vbi Seruius, Ab eo quòd est à Qui, imbus mittit: ab eo quod est à Quo, in is mittit. Sed à tertia declinatione in usu sunt dativus & ablativus plurales. Valerius Probus (inquit Pierius) Queis iambũ esse dicit, passimq; dativo & ablativo casu pro iambo accipi debere: atq; ita aliquot habent marmora.

Quemadmodum] pen. cor. (ὥσπερ, καθάπερ, ὃν τρόπον) Aduerbium similitudinis. Compositum ex Quem, & Ad, & Modum: quæ tres particulæ in unum iunctæ, idem significant quod, Ad quem modum: uel, Ad eum modum quem, &c. Cicer. de Amicit. 15, Pergratum mihi feceris, spero item Scæuolæ, si quemadmodum soles de cæteris rebus, quum ex te quæruntur, sic de amicitia disputâris quid sentias. Ibidem, 51, Vt quemadmodum in se quisque, sic in amicum sit animatus.

Quemadmodum, aliquando interrogatiuè ponitur, pro Quo pacto. Plaut. Pers. 2, 2, 37,

——tu tibi me facere potis es
Sempiternum. s. quemadmodum? T. ut des mihi nummos sexcentos. Cicer. 7. Verr. 54, Quemadmodum est asseruatus?

Aliquando Nam interponitur, & dicitur Quemnám admodum Plaut. Bacchid. 4. 13,

Qui scire possum? c. nullus plus. p. Quemnám admodũ

Quemadmodum, positum ubi insitatius poni consueuit Vt. Cicero ad me P. Valerius homo officiosissimus scripsit, id quod maximo cum fletu legi, quemadmodum à Vesta ad tabulam Valeriam ducta esses. Idem 4. Acad. 49, Excogitat inquam quemadmodum mense illo legitimo comitia haberentur.

Quemadmodum spero, Quemadmodum dicere audiui, per parenthesim dicta. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 2. 10, Nos in Senatu (quemadmodum spero) dignitatem nostram, ut potest in tanta hominum perfidia & iniquitate, retinebimus. Idem 5. Verr. 129, Pepercit homini amico, & (quemadmodũ ipsum dicere audiui) necessario.

Queo] quis, quiui, quitum (δύναμαι, σχέω, ἔχω) quire, Posse, Terent. Andr. 4. 1. 30,

Nec te quiuit hodie cogere, illâ ut duceres. Dictũ Queo, quasi Qui eo. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 1. 10, Non queo reliqua scribere, tanta uis lachrymarum est. Horatius 2. Sermon. Satyr. 7. 19,

——liber sum, dic age, non quis. id est, nequis, non potes. Vide Non.

Antiqui, Nequeunt, pro Non eunt, dicebant.

Quæ tuis careat sacris,
Non queat dare præsides
Terra finibus. Catull. epigr. 56. 15.

Quit. Lucretius lib. 3. 130,

Mobilitate mali non quit sentire dolorem.

Quisse. Lucret. lib. 5. 286,

Disperisse, neq; in fructum conuertere quisse.

Quror. Lucret lib. 1. 22,

Dum ueniant aliæ, ac suppleri summa queatur.

¶ Quitus, Adiectiuum (ἀσθυνηθὲν) à Queor. Terentius in Hecyr. 4. 1. 58,

Nam quum compressa est gnata, forma in tenebris noscinon quita est. Sed antiquè, ut ait Donatus. Gell. lib. 20. cap. 1, Sæuitia ista pœnæ contemni non quit. est.

¶ Quentiam, pro Potentiam, ueteres aliquando scripsere. Sipontinus.

Quercerus, Quercetum, Quercicus] Vide Quercus.

Quercus] huius quercus (δρυὸς) ablatiuo plurali quercibus, Arbor nota. Cic. 1. de Legib. 3, Quercus glandifera. Festus, Quercus dicitur, quòd id genus arboris graue sit, ac durum: tum etiam in ingentem euadat amplitudinem.

Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos. Virg. 3. Georg. 67.

Aeria. Virg. 3. Aeneid. 127.
Annosa. Virg. 4. Aeneid. 88.
Auritæ quercus. Vide Auritus, in Auris.
Decidua. Ouid. 8. Met. m. 153.
Dura. Virg. eclog. 4. 7.
Fatidica quercus. Seneca Herc. Oetheo, 11. 11.
Geminæ quercus consurgant. Vide Consurgo.
Glandifera quercus. Ouid. 12. Metam. 66,
Ingens quercus. Virg. 11. Aeneid. 1.
Rigidæ quercus motant cacumina. Virg. 6. eclog. 6.
Sacra. Virgil. 7. eclog. 3.
Sublimis. Lucan. lib. 1. 28.
Torta quercus redimitus tempora. Virgil. 1. Georg. 70.

¶ Quernus, Adiectiuum (δρύινος) Quod est ex quercu. Virgilius 1. Georg. 61,

Sed tamen & quernas glandes. Plin. lib. 3. cap. 5, 5, Quercino stellio assimilata.

Corona quernea. Ouid. 1. Fast. 123.
Stipes quernus. Ouid. 4. Fast. 67.
Vimen quernum. Virg. 11. Aeneid. 13.

¶ Querneus, pen. corr. (δρύινος) Aliud item adiectiuum, Idem.

Colum.lib.6.cap.3.7. Probatur maximè ulmea frons, pòst fraxinea, & ab hac populnea: ultimæ sunt ilignea, & quernea, & laurea. Idem libro 9.cap.1.5, Quernæ glandis & ilignæ. Sic Cato cap.5.5.

¶ Querceus, Aliud similiter adiectiuum (δρυϊνὸς) Idem. Seruius, Querceam coronam accipiebant qui in bello ciuem seruassent.

¶ Quercicus. penult. corrept. (δρυϊνὸς) Similiter adiectiuum, Idem. Suetonius in Caligula, capite 19, Primo die phalerato equo insigniq; quercica corona & cetra & gladio, aurea q; chlamyde.

¶ Querculanus, penult. product. Adiectiuum. Plinius lib. 16. cap. 10. 1, Vbi lucus fageus fuit, porta querculana. Legitur & querquetulana.

¶ Quercetum, querceti: uel, Querquetū, querqueti, pen. prod. (δρυϊῶνὸς) Locus ubi cõsitæ sunt quercus. Varr. 1. de Re rust. cap. 16. 6, Si enim ad limitem quercetum habet, non possis rectè secundum eam syluam serere oleam.

Querceta Gargani laborant. Horat. 2. Carm. ode 9. 2.

¶ Quercerus, Adiectiuum, uel Querquerus, penult. corr. (πίων πιεῖν) Quod est frigidum cum tremore: à Græco πίειρα: ut, Febris quercera. Lucilius,

Lactãs me ut febris quercera. Et alibi,

Querquera consequitur febris, capitisq; dolores. Plaut.

Is mihi erat bilis querqueratus. Hæc Festus. Gellius lib. ult. cap. 1, An tu forte morbum appellari hîc putas ægrotationem cum febri rabida & quercera? Quercerum enim grauem & magnam quidam putant dici.

Querela] Vide Queror.

Quernus] Vide Quercus.

Queror] quereris, pen. corr. questus sum (κάμφομαι) queri, à Que & Res, inquit Siponimus, componitur, & significat Lamentari: nam lamentando, quæ res sit, quæ nos angat, explicamus. Ideo autem sine diphthongo scribitur, & corripit primam, ut à queror differat, quod est passiuum huius uerbi quæro. Absolutè aliquando ponitur. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 25, Quid multa? questus est grauiter. Cæsar 8. bel. Gall. 12, Bituriges ad eum legatos mittunt, auxilium petiũ contra Carnutes, quos intulisse bellum sibi querebantur.

Aues queruntur in syluis. Horat. Epod. 2. 6.

Bubo uisa sæpe queri ferali carmine. Virg. 4. Aeneid. 93.

Ore queri. Horat. Epod. 5. 3.

Carmine queri. Ouid. 4. de Ponto eleg. 14. 1.

Dulce queruntur aues. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 1.

Queror, cum accusatiuo. Cic. de Amic. lib. 62, Quorum plerique aut queruntur semper aliquid, aut etiam exprobrant. Cæsar 1. bel. Gall. Abditi in tabernaculis, aut suum factum querebantur, aut cum familiaribus suis communem periculum miserabantur. Cic. ad Atticum, lib. 5. 95. 1, Romæ acceperam literas, Milonem meum queri per literas iniuriam meam. Significat Expostulare.

Ibat ut Oceano quereretur facta mariti. Ouid. 5. Fast. 47.

Queri cũ aliquo, uel secum. Cic. 4. Acad. 144, Neq; tam quereretur cum deo quòd parum longè, quàm quòd falsum uidisset. Idem ad Atticum, lib. 6. 114. 13, Mirificè conturbatum uidi puerum, lachrymans mecum est questus. Eidem lib. 10. 394. 3, Facilè patior quod scribit, secum Tullium & Seruium questos esse, &c.

Queror de. Sallustius, Sæpe de luxuria, de auaritia nostrorum ciuium questus est. Cæsar 4. bell. Gall. 489, Licere, si uelint, in Vbiorum finibus considere: quorum sint legati apud se, & de Sueuorum iniurijs querantur.

Queri alicui multa de. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 22, Multa de meo sententia questus est Cæsari. Vetus exemplar habet, Cæsar. Idem 3. Verr. 111, Is mihi etiã querritur, quòd à nobis IX Solis diebus prima actio sui iudicij transacta sit.

Queri super re aliqua. Horat. epist. 2. 5.

Queri apud, quòd. Plin. de Viris illust. 15, Quo cognito, apud populum questus, quòd de se tale aliquid timuissent.

Querebatur se, tum quum illa uiderc cœpisset, extingui. Cicero 3. Tusc. 117.

¶ Querens, Participium (μεμφόμενος) ut,

Multa querens. Virg. 4. Georg. 63.

Fidibus querens. Horat. 2. Carm. ode 13. 5.

¶ Questus, Aliud participiũ (μεμψάμενος) Ouid. ad Liu. 34,

Oraq; nequicquam per modò questa fluunt.

Esse deos Erebi crudeles questus, in altam

Se recipit Rodopen. Ouid. 10. Metam. 16.

¶ Questus, huius questus, masc. gen. (κάμψις) Ablatiuo plurali questibus, uel (ut quidam uolunt) questibus. Virgil. 4. Aeneid. 111,

Tantos illa suo rumpebat pectore questus. Idem 4. Georg. 103,

—— & mœstis late loca questibus implet. Cicer. 2. de Finibus, 151, Quòd ciulatu, questu, gemitu, &c. Ex poeta. Et pro Quintio, 63, Qui denicq; questus, qui mœror dignus inueniri, &c.

Acerbus questus. Valer. 5. Argon. 125.

Aniles questus. Ouid. 9. Metam. 56.

Creber questus. Tacit. lib. 3.

Fictus questus. Catul. epig. 57. 8.

Flebilis questus. Claud. 1. in Ruffinum, 26.

Mœsti questus. Silius lib. 13. 52.

Secreti questus. Tacit. lib. 3.

Questibus absumptis tristem iam soluere nodum Cœperat. Stat. 11. Thebaid. 129.

Vanis questibus iras agere. Senec. Thyeste, 3. 1.

Flebiles questus ciere. Senec. Theb. id. 2. 14.

Edere questus. Ouid. 4 Metam. 118.

Effundere questus pectore. Virg. 5. Aeneid. 156.

Effundi in questus, lachrymas, uota. Tacit. lib. 1.

Tristes questus exaudire. Senec. Octauia, 1. 3.

Sic dura suos patientia questus Exonerat. Lucan. lib. 9. 177.

Inanes questus fundere. Claud. 2. de rapta Proserp. 50.

Implere cælum questibus. Virg. 9. Aeneid. 97.

Et mœstis late loca questibus implet. Virg. 4. Georg. 103.

Opprimere questus. Senec. Troade, 6. 22.

Parcere questibus. Senec. Herc. Oetheo, 16. 6.

Rumpere questus pectore. Virg. 4. Aeneid. 111.

Inexpleto questu rumpere pectora. Stat. lib. 3. Sylu. 3. 2.

Satiari questu. Claud. 1. in Ruffinum, 40.

Sedare questus. Senec Herc. Oetheo, 14. 16.

Seponere questus. Senec. Hippol. 4. 10.

Tunc questus tenuêre suos. Lucan. lib. 2. 4.

Et tacitos muto uoluunt in pectore questus. Lucan. lib. 1. 51.

¶ Queritor, pen. corr. queritaris (μεμφίβολω) queritari, Frequentatiuum. Tacit. lib. 16. in fine, Igitur flentes, queritantesq; qui aderant, facessere propere iubet Thrasea. Liuius lib. 9. de bel. Maced. Ne uox queritantis audiretur. Fortasse pro quiritantis. Apud Tacitum quiritantes omnino legendum est. Budæus.

¶ Querela, querelæ, pen. prod. (μεμψίμοιρα, μομφὴ) Querimonia. Cic. de Senect. 6, Sæpe enim interfui querelis meorũ æqualium. Idem ad Brutum, lib. 11. 12. 6, Sed tamen prouidendum sit, nequa iusta querela esse possit.

Plena querelarum epistola. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 24. 1.

Querela temporum. Cic. ad Cælium, lib. 2. 15. 2.

Querelæ cum. Cic. pro Deiotaro, Quanquam cui sunt inauditæ cum

tæ cum Deiotaro querelæ tuæ?

Rustica iudicio nostra querela tuo. Ouid. epist. 16. 3.

In querelis mens. Vide In præpositionem.

Chordarumq; sonos fieri, dulceisq; querelas. Lucret. lib. 4. 118, Et lib. 5. 278,

Inde minutatim dulceis didicêre querelas.

Falsa enim est querela, &c. Quintil. lib. 1. cap. 1. 1.

Fœmineæ querelæ. Stat. 10. Thebaid. 113.

Grauissimæ querelæ. Cic. pro Marcello, 12.

Inertes querelæ. Vide Iners.

Infestæ querelæ. Lucret. lib. 6. 4.

Inueterata querela. Vide Inuetero.

Nam nisi iusta tua est, iusta querela mea est. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 5.

Mœstæ querelæ. Ouid. 3. Metam. 48.

Molles querelæ. Horat. 2. Carm. ode 9. 4.

Supplices querelæ, Tibull. lib. 1. eleg. 4. 15,

Abruptæ querelæ. Vide Abrumpo.

Abscindere querelas. Vide Abscindo.

Adhibere querelas. Vide Adhibeo.

Assurgere haud iustis querelis. Virg. 10. Aeneid. 19.

Audire miseras querelas. Ouid. 2. Metam. 69.

Et ueterem in limo ranæ cecinêre querelam. Virg. 1. Georg. 76.

Compescere querelas. Lucret. lib. 3. 194.

Complere querelis nemus. Lucret. lib. 2. 72.

Querelæ quas illi deplorare solebant. Cic. de Senect.

Effundunt iustas in numina sæua querelas. Lucan. lib. 2. 9.

Expleta est annis ista querela tuis. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 2.

Multas expromam mente querelas. Catul. Argon. epig. 59. 45.

Figere querelas intra se. Iuuenal. Satyr. 9. 10.

Habere querelam dicitur res aliqua. Cic. ad Trebonium, lib. 10. 28. 1, Vt uestrum illud diuinum in Rempublicam beneficiũ nonnullam habeat querelam.

Idcere querelas ore. Vide Iacio.

Incendere querelis. Virg. 4. Aeneid. 72.

Et non ingratis incessit turba querelis. Lucan. lib. 5. 137.

Geminis incusat fata querelis. Stat. 1. Achill. 88.

Inserere querelas suas. Vide Insero.

Interponere querelas. Vide Interpono.

Veteres querelas mitto. Stat. 12. Thebaid. 60.

Párere querelas. Senec. Medea, 2. 40.

Proferre querelas extremis medullis. Catull. Argon. 59. 39.

Tandem ut uox mœstas potuit proferre querelas. Lucanus libro 5. 153.

Rabidis querelis pulsare iniustos. Stat. 5. Sylu. 2. 5.

Et nostri memorem sepulchro Scalpe querelam. Horatius 3. Carm. ode 11. 10.

Sistere querelas. Ouid. 7. Metam. 145.

Eorum enim est hæc querela qui sibi chari sunt. Cicero 5. de Finibus, 50.

Querela est de. Cic. pro Sestio, 54, His de tot, tantisq; iniurijs in socios, &c. Consulum querela esse debuit.

Liquidam tollunt lugubri uoce querelam. Lucret. lib. 4. 111.

Tolle querelas. Horat. 1. epist. 12. 1.

Querela apud iureconsultos, peculiari significatione, cã quasi actionem denotat, qua liberi aduersum parentum suorum iudicia inofficiosa, & uicissim parẽtes insana liberorum testamenta, naturalem portionem, id est, tricẽtem, aut semissem & postulant & obtinent. Toto titulo de inofficioso testamẽto in Pandect. ciuil lib. & lib. 3. C. Iustinia.

¶ Querimonia, querimoniæ (μεμψιμοιρία) Querela, lamentatio. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 2. 5. 6, Eo metu iniecto repentè magna querimonia omnium discessimus.

Versibus impariter iunctis querimonia primum,

Post etiam inclusa est uoti sententia compos. Horatius in Arte, 16.

Cum querimonia. Vide Cum præpositionem.

Quotidiana querimonia populi. Cic. 1. Verr. 5.

Malis querimonijs diuulsus. Horat. 1. Carm. ode 13. 4.

Querimonias ultrò citroq; iactare. Vide Iacto, in Iacio.

Querimoniam habere de re aliqua. Cic. 7. Verr. 58.

¶ Querulus, pen. corr. Adiectiuum (μεμψίμοιρος, ἐγκλημάτικὸς) Qui conqueritur, siue qui querelis plenus est. Martial. lib. 2. 26,

Quod querulum spirat, quod acerbum Næuia tussit. Idem lib. 4. 44,

Missa nec à querulo mappa cliente fuit.

Caput querulum. Senec. Thyeste, 8. 22.

Et nunquam queruli causa doloris abest. Ouidius 3. Trist. eleg. 8. 7.

Sub uerbum querulas impulit aura fores. Ouid. 3. Fast. 129.

Murmure querulo referens questus. Senec. Herc. Oetheo, 3. 7.

Sono querulo referre aliquid. Propert. lib. 3. eleg. 6. 4.

Vlulatus queruli. Ouid. epist. 5. 15.

Querulus, Canorus aliquando dicitur à poetis, Virgilius lib. 3. Georg. 66,

Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ. Seruius. Horat. 3. Carm. ode 7. 6,

Sub cantu querulæ despice tibi, Sic apud Columellã lib. 10. 2, Querula rana.

Chordæ querulæ. Ouid. 5. Metam. 68.

Addita da querulo uolucrum medicamina nido. Ouid. de Medic. faciei, 16.

¶ Queribundus, Aliud adiectiuum (μεμψιμοιρικὸς) Lamentabilis. Cic. pro Sylla, 22, De supplicio P. Lentuli, de carcere, magna & querebunda uoce dicebat.

Senectus queribunda. Silius lib. 13. 118.

Querquedula] querquedulæ, pen. corr. Auis semper in aquis natans. Varr. 3. de re Rust. cap. 3. 2, Altera species eorũ quæ non sunt contenta terra solum, sed etiam aquam requirunt, ut sunt anseres, querquedulæ, anates. Vulgus nostrum corruptè cercedulam uocat.

Querquerni] Hispaniæ citerioris sunt populi. Plin. lib. 3. cap. 3, Simili modo Bracarii, XXIIII ciuitates CCLXXV. M. capitum, ex quibus præter ipsos Bracaros Vibali, Celerini, Galleci, Acqueflici, Querquerni citra fastidium nominentur.

Querquerus] querquera, querquerum, aliàs Quercerus. Vide Quercus.

Querquetulana] porta Romæ fuit, ita dicta à Querceto, quòd intra muros iuxta se habebat. Festus. Plinius libro 3. cap. 5. Querquetulanos memorat. Vide in dictione Querquetularia.

Querquetulanæ] dicebantur Nymphæ, querqueto uirescẽti præsidentes. Paulus. Festus autem sic, Querquetulanæ uitæ putantur significari Nymphæ, præsidentes querqueto uirescenti: quod genus syluæ indicant fuisse intra portam, quæ ab eo dicta sit Querquetularia. Sed fœminas antiqui, quas fagas dicimus, uiras appellabant: unde adhuc permanent uirgines & uiragines.

Querquetulani] populi sunt in prima regione Italiæ, inter Pollustinos & Sicanos. Plin. lib. 3. cap. 5.

Querquetulanus] collis, qui postea Celius à Cælio Hetrusco, à querceto quoq; appellabatur. Alexander Alexandrinus lib. 6. cap. 11.

Querulus] Vide Queror.

Q V I

Qui] cuius, cui (ὅς) Pronomen relatiuum. Plaut. True. 11. 2,

Qui amat, nequit quin nihili sit. Terent. Heaut. 4.3.6,
Audistin' obsecro? s. quidni, qui usq; una affuerim?

Qui interrogatiuum, pro Quis. Terent. Phorm. 5.8.18,
Nam qui erit rumor populi, inquit, si id feceris? Liu. lib. 3. ab Vrbe condita, Qui finis discordiarum? Cic. Qui deus appellandus est? Idem pro Domo sua, 22, Qui tantus fuit labor? quæ stimulat?

Qui, pro Nempe qui, utpote qui id est, quia. Cic. Attic. lib. 5. ℘ 6.1, Actio maluimus iter facere pedibus, qui incommodiùs mè nauigassemus. Virg. 1. Aeneid. 79,
Quisquis es, haud credo inuisus cœlestibus, auras
Vitales carpis, Tyriam qui adueneris urbem. Cic. Act. 5, Pueri autem Siscnnæ credo qui audiuissent quæ in istum testimonia essent dicta, de isto nusquam oculos deiecere, ab argento digitum non discedere. id est, credo quia audiuerant.

Qui, Ques, antiqui dixerunt numero plurali: unde declinatum remanet datiuo casu Quibus. nam Qui, adhuc etiam quis facit, ut isti istis, illi illis. Hæc Festus. Seruius in illud Virgilij, 1. Aeneid. 20,
Quis ante ora patrum. Cato (inquit) in Originibus ait, Si ques sunt populi. Et declinauit Ques, quium: sicut Pupes, puppium.

Qui, pro Qualis. Cicer. 1. de Diuinat. 93, Xenophon Socraticus qui uir & quantus? Sic in Orat. 104, Et è poeticis ne numeris, an ex alio genere quodam. & si è poeticis: quis eorum sit, aut qui. Terent. Adelph. 3.7.5,
Nescis qui uir fiet. Budæus.

Hæc quæso qui ego sum, esse te. Cic. Gallio, lib. 7. 24. 2.

Talem igitur te esse oportet, qui primùm te disiungas, &c. Cic. Planco, lib. 10. 6. 6.

Siqui, qui pauci sunt. Cic. Lentulo, lib. 1. 1. 3, Regis causa, siqui sunt qui uelint, qui pauci sunt, omnes rem ad Pompeium deferri uolunt.

Nisi qui (ui scis) Parthicus casus accesserit. Cicero Attico, libro 7. 14. 4.

Quibus ipsis, siue Quibus in ipsis. Quint. lib. 1, Nec tamen ij quibus discere ipsis non contigit, minorem curam docendi liberos habeant. Cic. de Senect. 4, Quibus enim nihil opis est in ipsis ad bene beateq; uiuendum, eis omnis grauis est ætas. Idem de Amic. 67, Digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa cur diligantur.

Quem te appellem? Cic. 13. Philip. 360, O Spartace: quem enim te potius appellem, cuius propter, &c. Ibidem, 12. 38.

Qui, relatiuum ab antecedente discrepans. Gellius lib. 1. cap. 14, Memoratis multis magnisq; rebus, quæ bene ac beneuolè post redditam pacem Samnitibus fecisset, &c.

Qui, pro Vt. Cic. ad Sulpitium, lib. 4. 3. 2, Me quidem etsi nemini concedo, qui maiorem ex pernicie & peste Reip. molestiam traxerit: tamen multa iam consolantur. Idem ad Cælium, libro 2. 15. 3.

¶ Quî, aduerbium, pro Quemadmodum, uel quomodo, uenustè ponitur. Terent. Andr. 2. 1. 36,
Facite, fingite, inuenite, efficite quî detur tibi. Cic. 4. Acad. 49, Quî poterit esse sapientia? Idem pro Cecinna, 5. Quî igitur conuenit, quæ causa fuerit, &c.

Quî uocare? Plaut. Amphit. 4. 228. Et apud Terentium Adelph. 5. 6. 3.

Quî, Quamobrem. Terent. Andr. 5. 4. 52,
Dauo istuc dedam iam negocij. s. non potest.
P. Quî? s. quia habet aliud magis ex sese. Donatus.

Quî, Vnde, uel quomodo. Terent. Hecyra, 4. 1. 39,
——nónne ea dissimulare nos
Magis humanum est, quàm dare operam, id scire quî nos oderit? Idem Andr. 3. 2. 21,
Nam quî istæc tibi incidit suspectio? Idem Hecyr. 2. 3. 6. Hæc Donatus. Cic. 2. de Finib. 19, Deinde quî fit ut ego nesciam, sciant omnes quicunq; Epicurei esse uoluerunt?

Quî, Vtinam. Terentius Phorm. 1. 2. 72,
——est paratus quidam Phormio,
Homo confidens: quî illum di omnes perdiunt.
D. quid is fecit? G. hoc consilium quod dicam dedit. Vbi Donatus, Quî illum? Quî, utinam est: ut Lucilius lib. 2. Sat.
Quî te Momentane malum iam cætera perdat. Aut, qui hoc consilium quod dicam, dedit. Item, Quî aut expletiuum est, aut pronomen, quo incipiens Phormionem describere, cohorruit consideratione eius, & in hanc uocem, quasi consusus erupit. Hoc autem certum genus est parenthescos.

Qui, pro Vt. Terent. in Prologo Andriæ, 6,
Nam in prologis scribundis operam abutitur:
Non quî argumentum narret, sed quî maleuoli
Veteris Poetæ maledictis respondeat. Donatus.

Quî, Quare, cur. Terent. Adelph. 5. 3. 14,
——Cur emis amicam Mitionum quî minus
Mihi idem ius æquum est esse, quàm mecum est tibi? Vbi Donatus, Aut Num, aut Quî abundat. Et est ordo, Quî minus æquum est esse idem ius mihi, &c. Quî ergo, quare, uel cur significat. Hactenus Donatus. Cic. lib. 5. Tusc. 153, Quî enim beatior Epicurus quòd in patria uiuebat, quam Metrodorus quòd Athenis? Huc non ineptè posset capi pro quomodo. Idem ad Attic. lib. 16. 3. 9. 10, Quî minus autem ego istic rectè esse posîm quàm est Marcellus?

Quî, Quomodo, qua re, qua ratione. Terent. Adelph. 4. 5. 75,
Si frater aut sodalis esset, quî magis morem gereret? Cic. Quî fieri poterat? Donatus.

¶ Quidum, Quare igitur? Plaut. Amph. 1. 4. 11,
Prod: gũ te fuisse oportet olim in adolescentia. A. quidũ?
M. Quia senecta ætate à me mendicas malum. Terentius Eunuch. 2. 2. 42,
At nunquid aliud? P. quidum? G. quia tristis es.

Quia ὅτι, Coniunctio causalis. Terent. Heaut. 3. 1. 3. 100,
An eò sit quia in re nostra, aut gaudio
Sumus præpediti nimio, aut ægritudine?
Sed quia natura mutari non potest, idcirco uerè amicitiæ sempiternæ sunt. Cic. de Amic. 32.

Quia, bis repetitum sequẽte subiunctiuo, uel indicatiuo. Quint. lib. 12. c. p. 11, Non quia prodesse unquã satis sit, sed quia decet hoc quoq; prospicere, ne quid peius quàm fecerit, faciat.

Quia, pro Quòd. subiunctiuo. Cic. 1. de Finib. 50, Neq; porrò quisquam est, qui dolorem ipsum quia dolor sit, amet.

Quia & quòd. Quint. lib. 1. cap. 4, Danda est tamen omnibus aliqua remissio, non solùm quia nullares est, quæ perferre possit continuum laborem, sed quòd studium, discendi uoluntate quæ cogi non potest, constat.

Quia, eo. Salustius in Catil. Sed quia multis & magnis tempestatibus uos cognoui fortes, fidosq; mihi, eo animus ausus est maximum atq; pulcherrimum facinus incipere.

Quippe quia. Terent. Heaut. 3. 2. 27,
——quippe quia
Magnarum sæpe id remedium ægritudinum est.

Quia enim. Plautus Amph. 8. 32,
Quî tibi istuc in mentem uenit? s. quia enim ferò aduenimus. Et Casin. 9. 32,
Quid tu id curas? C H. quia enim metuo ne in aqua summa natet.

¶ Quianã, pen. cor. Interrogatiuum, pro Quare, uel cur, ut annotat Festus. Plaut. Trucul. 4. 33. Virg. 5. Aeneid. 3,
Heu quianam tanti cinxerunt æthera nymbi? Idem 10. Aeneid. 2,
Cælicolæ magni quianam sententia uobis
Versa retrò? Legitur &, quænam.

¶ Quiane, Significat certè, reuera. Virg. 4. Aen. 108,
——quiane auxilio iuuat ante leuatos,
Et bene apud memores ueteris stat gratia facti?

Quicquam] cuiusquam (vi) id est, Aliquid. Terentius Andr. 5. 2. 22,
Si quicquam mentitum inuenies, occidito. Cic. 4. Acad. 12, Nec quicquam aliud uidendum est nobis, quos populus Romanus hoc in gradu collocauit, &c. Liuius 6. bel. Punic. 77, Quæs neq; quid facerent, neq; quid dicerent, quicquam unquam pensi fuisset.

Quicqs] uel quidq; (ὁπῆσῳ) Quint. lib. 3. cap. 11, Nõ ut quicq; primum dicendum, ita primum cogitandum est. Cic. 3. de Nat. deor. 82, Vestri autem non modò hæc non refellunt, uerumetiam confirmant, interpretando quorsum quicq; pertineat. Ad Herennium, lib. 1. 15.

Primum quicq; uideamus. Cic. 3. de Nat. deor. 9.

Quicquid] ὁπῆσῳ, Substantiuum, infinitè capitur, nunquã refert. Cic. pro Rosc. Amer. 73, Quicquid maleficij, sceleris, cædis erit, proprium id Rosciorum esse debebit. Terentius Heaut. 1. 1. 32,
Ne lachruma: atq; istuc quicquid est, fac me ut sciam.
Quintil. lib. 1, capite De orthographia, Frigidiora bis alia: ut quicquid quartam haberet, ne interrogare bis uideremur. Et quotidie, non cotidie: ut fit, quot diebus. Verùm hæc iam inter ipsas ineptias euanuerunt.

Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui. Horatius 1. epistol. 2. 3.

Quicquid est, pro Quicquid sit, uel quicquid eueniat. Plautus Curc. 5. 16,
Quicquid est, ipse tibi ibit potius. Idem Truc. 5. 40,
Sed fores, quicquid est futurum, feriam. Cicero 1. Verr. 20, Aut enim id mihi satis est, quod est de me opinionis quicquid est.

Quicquid id est, timeo Danaos & dona ferentes. Virgil. 2. Aeneidos, 10.

Quicquid sapit. Plaut. Pœn. 18. 28,
Nunc hinc sapit, hinc sentit: quicquid sapit, meo amore sapit.

Quicquid pauxillulum. Plaut. Trucul. 19. 47,
——da tu mihi de tuis delitijs summis
Quicquid pauxillulum.

Quicum] μιθ' οὗ, pro Cum quo. Qui enim ablatiuus est. Terent. Heaut. 1. 2. 4,
Quicum loquitur filius? Idem Eunuch. 4. 6. 21,
Imò hoc cogitato, quicum res tibi est, peregrinus est. Cic. Seruio Sulpit. lib. 41. 5, Nemo est omnium, quicum potius mihi, quàm tecum, communicandum putem.

Quicunque] quæcunq;, quodcunq; (ὅστις, ὅσσ@) Cicero 2. de lege Agraria, 55, Vt quibuscunque rebus possem, illius absentis dignitatem uobiscum unà tuerer. Quintilianus lib. 19. capite 4, Ex ijs quæ suprà posui, apparet molossum quoq; clausulæ conuenire, dum habeat ex quocunq; pede ante se breuem.

Quicunq; is est, ei me profiteor inimicum. Asinius Ciceroni, lib. 14. 31. 9.

Quicunq;, geminatum. Cic. 1. de Orat. 27, Quicquid erit quæcunq; ex arte, quocunq; de genere, &c.

Quicunq;, interpositis dictionibus. ut, Qui testamentum tradet tibi cunq; legendum. Hor. 2. Serm. Satyr. 5. 11.

Quem criminosis cunq; uoles modum. Pones iambis. Horatius 1. Carmin. ode 16. 1.

Quæ me cunq; uocant terræ. Virg. 1. Aen. 23.

Quodcunq; militum contrahere poteritis, contrahatis. Cic. ad Atticum, lib. 8. 16. 1. 5.

Quodcunq; hoc regni. Virg. 1. Aen. 17.

Omnia quæcunq;. Cic. 2. de Orat. 25; Non omnia quæcunq; loquimur, mihi uidentur ad artem & ad præcepta esse reuocanda. Idem 3. de leg. Agrar. 3.

Quicunq;, pro Qualiscunq;. Cicero de Oratore, Quicunq; hi dicendo sumus. Plin. lib. 31. cap. 9. 8, Sed quicunq; salacopis additur. id est, omnis generis, siue nationis, siue factitius. Hæc Bud. Cic. pro Rab. Posth. 13, Quæcunq; mens illa fuit, Gabinij fuit. Idem 1. de Orat. 58, Illam ipsam quamcunq; assequi potuerit in dicendo mediocritatem. Ibidem, Illa ipsa facultate, quamcunq; habet, &c.

Quid] νι, Nomen substantiuum, interrogat, aut infinitè capitur, nunquam refert. Terent. Andr. 3. 4. 21,
Quid causæ est, quin hinc in pistrinum recta proficiscar uias? Cic. 5. Tusc. 47, Quid est causæ, quin si Zenonis ratio ni consentaneum sit, &c.

Quid facerent miseri? aut quid recusarent? Cic. 5. Verr. 67.

Quid te futurum? pro, Quid de te. Cic. 4. Verr. 110, Vtrum tibi Siculos publicè, priuatim; amicos, an inimicos existimari uis? si inimicos, quid te futurum est? Idem pro Plancio, 5.

Quid ætatis. Plaut. Merc. 6. 19,
Quid ego tibi ætatis uideor? id est, cuius ætatis, siue quot annos natus tibi uideor?

Quid animi. Plaut. Merc. 7. 108, —— quid scio
Quid sit ei animi, uenirécne eam uelit, an non uelit?

Quid captiuorum ducunt secum? Plaut. Epid. 5 27.

Quid sui consilij sit, ostendit. Cæsar 1. bel. Gal. 85.

Quid hominis, Cuiusmodi, aut cuius formæ ac naturæ homo. Terent. Heaut. 4. 8. 7,
Quæso, quid tu hominis es? Idem Eunuch. 3. 4. 8,
Quid hominis? qui hic ornatus est. Cic. 4. Verr. 93, Exponam uobis breuiter quid hominis sit.

Quid gentium. Plin. lib. 17. cap. 24. 2, Infestantur & arbores morbis: quid enim gentium caret his malis? hoc est, quænatio, quæ gens, qui populi? Vetus autem codex habet, Quid enim gentium caret, &c.

Quid gaudij? hoc est, Quid sibi uult gaudium istud? Terentius Andr. 5. 5. 7.

Quid mulieris. Terent. Hecyr. 4. 4. 21,
——sed quid mulieris
Vxorem habes? aut quibus moratam moribus?

Quid militum aut nautarum per triennium dederunt? Cic. 5. Verr. 132. hoc est, quos, uel quot.

Quid rei huius sit, sciã. Plaut. Aulul. 30. 72. id est, quid de hac re futurum sit.

Quid hoc rei est? pro, Quæ res, uel quidnam est? Liuius 1. ab Vrbe, 210.

Quis tu homo es? quid tibi uis? quid cum illa rei tibi est? Terentius Eunuch. 4. 7. 34.

Quid sententiæ. Terent. Phorm. 2. 4. 4,
Quid de hac re dicat, quidue sit sententiæ. hoc est, quid de hac re sentiat.

Quid signi. Plaut. Amphit. 4. 267.

Quid uerbi. Plaut. Pseud. 9. 16. Terent. Phorm. 2. 2. 29,
——cœna dubia apponitur?
S. Quid istuc uerbi est? hoc est, Quid sibi uolunt hæc uerba.

Quid uiri. plautus Pœn. 14. 34, —apage,
Nescio quid uiri sis.

Quid,pro Aliquid.Terent.Hecyr.54.24,
Dic mihi harum rerum nunquid dixti iam patri? Idem Andr.1.1.14,
Si tibi quid feci,aut facio,quod placet Simo.
Quid rerum portant.Terent.Heaut.2.3.6.
Quid rerum gerere:pro,Quod negocium,uel quam rem.Plautus Aulul.4.15.
Ad quid.Vide Ad.
Quid?admiratiuè dictum à respondente quid factum sit. Terentius Andr.1.1.61,
— ebo quid Pamphilus?quid?symbolum
Dedit,cœnauit.
Quid,Ob quid,propter quid.Terent.Andr.1.4.7,
Sed quidnam Pamphilum exanimatum uideo? uereor quid siet.Idem Adelph.3.3.50.
Quid,pro Quamobrem.Virg.1.Aen.150,
Quid tantum Oceano properent se tingere soles.
Quid fit,quòd,&c. Cic. 2. Verr.24,Quid sit quòd P.Septimio Senatore damnato Q.Hortensio Prætore de pecuniis repetundis.
Quid ego nesciam factum.Terent.Heaut.3.2.18,
Scin' esse factum ut dico? c. quid'ego nesciam? id est, cur' ego nesciam?uel, Quid,id est, quam rem. quasi dicat, De qua re mihi loqueris,quam me scire oportuerit.
Quid est quod.Terent.Eunuch.3.5.11,
Quid est quod lætus sis?quid tibi uis? Cic. 4.Verr.34, Quid est quod tu alios accuses? id est, Quid est in causa, quid est quamobrem,uel propter quod.
Quid est cur.Cic.1.de Fin.53.Hanc ego quum teneam sententiam,quid est cur uerear ne ad eam non possim accommodare Torquatos nostros?
Quid est quamobrem quisquam nostrûm Censorias subscriptiones omnes fixas & in perpetuum ratas putet esse oportere?Cic.pro Cluent.105.
Quid,quid?Emphasis.Terent.Eunuch.3.2.51,
— quid,quid aliud uolui dicere? Donatus,pro, quid aliud?Ibidem,5.3.1,
Quid, quid uenire in mentem nunc posit mihi,
Quidnam?
Quid, quid præterea, quid aliud. Cicero pro Cecinna,18, Quid?testes quid aiunt? P.Vetilius propinquus Ebutij, se Ebutio cum armatis seruis uenisse aduocatum. Quid præterea?fuisse complures armatos. Quid aliud?minatum esse Ebutium Cecinnæ.
Quid? senem quoad expectatis uestrum? Terent.Phorm.1.2.97.Donatus,Animaduerte,Quid secundum morem quotidianum tum dici,quum fit transitus à mentione alterius rei ad alteram.Idem Phorm.5.3.28,
— age fiat: quid,illa filia
Amici nostri, quid futurum est? In hoc genere loquendi accipitur Quid,quasi pro Autemut sit sensus,Senem autem uestrum quoad expectatis? Et,Illa autem amici nostri filia,quid futurum est?Cic.in Partit.2,Quid orationis,quot sunt partes? hoc est,Orationis autem quot sunt partes?
Quid, Contemnendi aduerbium, siue interiectio, uel potius ironicè ac iocosè dictum.Cic.ad Marium,lib.7.1.7, Nosti enim reliquos ludos. quid?ne id quidem lepôris habuerunt quod solent mediocres ludi.
Quid?tu me hoc mandasse existimas, ut, &c. Cicero Cælio,libro 2.7.1.
Quid est,si non hoc contumelia est?Terent.Andr.1.5.2. Cic. 2.Verr.17, Quid est quæso Metelle iudicium corrumpere, si hoc non est?Ibidem,5.5.9.
Quid pater,uiuitne? hoc est,Quid de patre?Plaut.Capt.6.31.Et paulo pòst,32,
Quid diuitiæ,suntne optumæ?
Quid, qui pecuniæ cupiditate, qui uoluptatum libidine seruiunt,quorum q; ita perturbantur animi, ut non multum absint ab insania, quod insipientibus contingit, omnibus his nullane est adhibenda curatio?Cic.3.Tusc.7.
Quid ergo, siue igitur est?Cicero pro Roscio Amerino, 21, De hisce omnibus rebus me dicere oportere intelligo. Quid igitur est? non eodem modo de omnibus.Ibidem,32, Vident omnes quæ de causa huic inimicus uenias: sciunt huiusce pecunia te adductum esse. Quid ergo est?&c.
Quid amplius uultis?Cic.pro Rosc. Amer. 19,Patrem meum, quum proscriptus non esset,iugulastis:occisum in proscriptorum numerum retulistis, me domo mea per uim expulistis, patrimonium meum possidetis. Quid uultis amplius?
Quid mecum est tibi,aut tecum?Plaut.Curcul.15.10. Cic. pro Cluentio,137,Quid huic cum Habito? nihil. Idem pro Quintio, 32, Quid mihi, inquit, cum ista sanctimonia & summa diligentia?
Quid Antonio cum,&c.Cic.10.Philip.276,Cum Illyrico uerò, & cum Vatinij legionibus quid erat Antonio? id est, quid ad eum pertinebant? Budæus.
Quid,quòd.Modus dicendi quû quis interrogatur.uerbi gratia, Quid,quòd me etiam occidere uult? Cic.4. Acad.168, Quid, quòd eadẽ illa ars quasi Penelope telam texẽs,tollit ad extremum superiora: utrum ea uestra, aut nostra culpa est?Ibidem,4.51,Quid,quòd si ista uera sunt,ratio,omnis tollitur?
Quid,quòd sæpius repetitum.Cic.1.de Nat.deor. 149, Quid, quòd eiusdem hominis in meum aliæ, aliæ in tuum? Quid. quòd earum rerum quæ nunquam omnino fuerant,&c.
Quid, quum ipse Antiochus dissentit quibusdam in rebus,ab his quos amat Stoicis,nónne indicat non posse illa probanda esse sapienti?Cic.4.Acad.240.
Quid illi fiet? Quid illi faciam? Quid illi factum est? Vetusta locutio,pro eo quod quidam admirantes, uel accepta aliqua calamitate,aut iactura,dicunt, Quid de illo fiet?quid de illo faciam?quid de illo factum est?Plaut.Merc.
Sed quid nunc illi fiet?Idem Most.
Quid mihi fiet tertio, qui solus facio facinora immortalia?Cic.ad Terentiam,lib.14.1.10, Et si nos premet eadem fortuna, quid puero fiet?Idem 2.de lege Agrar. 73, Quid pecunia fiet?Idem 4.Acad.191,Quid fiet artibus? quibus? hisne, &c.
Quid faceret?Cic.3.Offic.78,Stomachari Cannius:sed quid faceret?nondum,&c.
Quid faceret aliud? Cic. de Orat.Valerius quotidie cantabat, erat enim scenicus:quid faceret aliud?
Quid sciam?Terent.Andr.4.5.52,
Eho inepta,nescis quid sit actum? M.quid sciam? Nisi egendum est,Quî sciam: id est, Quomodo, aut unde sciam? aut uidetur esse quid sciam, ut illud suprà, Quid ego nesciam factum?
Quid si, Venusta locutio,pro eo quod quis dicat, Quid futurũ est,si uel,rectúmne fuerit,si:uel,quid dicas,aut cẽses,si.Plautus Asin.12.138,
Quid si optâro? L B. eueniet.Terentius Phorm.14.35, Satin'sic est? G. non. A. quid si sic? G. propemedum. A. quid si sic? G. sat est.Idem Eunuch.5.2.36,
Quid si hoc quispiam uoluit deus?
Quid tibi uidetur:adeón'ad eum? Terent. Andr.2.1.17.Plaut. Most.11.1,
Quid tibi uisum est hoc mercimonij?

Quid uis tibi?aut quid quæris? Terent.Heaut.1.1.9.
Quid eò? pro,Ad quid? Plautus Pseud.5.98.Terentius Hecyr.5.3.11,
— properè curre ad Pamphilum.
P.Quid eò? D.dic me orare ut ueniat.
Quid uerbis opus est?Reticentiæ forma: pro eo quod quis dicat,Quid cupis præterea? quid multa? Plaut. Amphit.4.291.Terent.Phorm.1.2.25,
Cœpi aduersari primò:quid uerbis opus est?
Seni fidelis dum fui,scapulas perdidi.
Quid multa? Cicero 3.Officiorum,77, Grauatè ille primò. quid multa?impetrat.Idem Attico, libro 1.8.7, Quid multa?uereor,&c.
Quid multa uerba?Plautus Pœnul.6. 36. Et apud Terentiũ Eunuch.3.5.20,
— primam dices scio,si uideris.
Quid multa uerba?amare cœpi.
Quid multis moror? Terent.Andr.1.1.87,
Quid dicam?Cic.2.de Nat.deor.239, Quid multitudinẽ,suauitatemq; piscium dicam?Festimantis sunt uerba, & exaggerantis.Budæus.
Quid ita?Vna pars orationis,inquit Donatus, pro Quamobrem.Plaut.Epid.2.10.Terent.Andr.2.1.14,
Si id facis,hodie postremùm me uides.P. quid ita? C. hei mihi, Vereor dicere.
Quid ita?quia,&c.Cic.pro Rosc.Amer.20, Estné hoc illi dicto atq; facto Fimbriæ nũ simillimũ? Accusatis Sext.Roscii. Quid ita?quia de manibus uestris effugit,quia se occidi passus non est.Terent.Eunuch.4.4.58,
Thais iam aderit. P Y. quid ita? D. quia quum inde abeo,&c.
Quid ita non? Terent.Phorm.4.1.2.
Quid ita tantum?Terent.Eunuch.5.5.17, — qua audacia
Tantum facimus audet? P.quid ita tantum?
Quid tibi huc?Plaut.Bacchid.2.6.Terent.Heaut.3.2.7,
— C.Syre.s.hem. C. Quid tu istic?&c.
Quid mea refert?Terent.Phorm.4.5.11,
Quid tua (malùm) id refert?
Quid nostra?pro, Quid nobis confert? quid nos iuuat? Brutus ad Atticum,in Epist.ad Brutum,178.
Quid interest, utrum Prætor imperet, uiũ cogat aliquem de suis bonis omnibus decedere? an huiusmodi iudicium det, &c.Cic.4.Verr.29.
Quid postea?Cic.pro Murœna,22.
Quid tum inde?Cic.pro Murœna,22.
Quid tum?Terent.Heaut.3.41,
— huic drachmarum hæc argenti mille dederat mutuũ.
C.Quid tum? S.ea mortua est. Cic.5.Tusc.15,At multantur boni exules.Quid tum?Parùmne multa de toleranda paupertate dicuntur?
Quid tum si fuscus Amynthas?Virg.eclog.10.8.
Quid tum postea?Plaut.Asin.7.68.Terent.Adelph.4.5.15,
Neq; enim diu huc commigrarunt. A B.quid tum postea? M.Virgo est cum patre.Idem Hecyr.4.1.37,
— quid tum postea, Si modestè ac rarò hoc fecit?Vbi Donatus,Idiotismus,quo contemnimus crimina leuiora.
Quid deinde?Terent. Dicam.quid deinde?hoc est,quid postea?subaudi,dicam.
Quid,pro In quo.Cic.de Amic.30, Quid enim Africanus indigens mei minimè hercle.Quintil. Quid tibi tantum malũ feci?quid offendi?
Quid istic?Aduerbium est ægrè concedentis, inquit Donatus. Terent.Eunuch.2.3.96,
Quid istic? si certum est facere, facias: uerùm ne pòst conferas Culpam in me.
Quid nunc agimus?Consilium quærentis est, inquit Donatus. Terent.Eunuch.4.7.41.
Quid quæris?Ornatè dictum:pro, Quid uis præterea? Quid plura? Quid uis dicam? Cic.Attic.lib.1.9.10, Quid quæris? nunc ut ad priuata redeam? Eidem,lib.10.195.16, Quid quæris?atq; iubebat. Est enim suspicio illa domestici mali et sermonis Lurtiani. Hor.lib.1.epist.10.2.
Quid censetæos esse facturos, qui omnino uirtutem à bonorum fine segregauerunt,Epicurum,Hieronymum, &c.Cic. 4.de Fin.81.
Quid cum illis agas,qui neq; ius,neq; bonum atq; æquum sciunt?Terent.Heaut.4.1.29.Cic.pro Cecinna,22, Quid huic tu homini facias?
Quid facias? ut homo est,ita morem geras. Terentius Adelph.3.3.76.
Quid aliud nisi. Cicero 1.Tusculanar.117, Num quid aliud agimus,quum, &c. quum à negocio omni reuocamus animum? quid, inquam, tum agimus,nisi animum ad seipsum aduocamus?
Quid dicam,uel Quid loquar:pro, Mitto, et Non dico,Prætereo.uetusta loquendi forma,quum aliquid nos tacere simulamus,quod tamen exprimimus. Cic.2.de Natur.deor.193, Quid dicam quantus amor sit bestiarum in educandis custodiendisq; in quæ procreauerunt?Idem 2.de Nat. deor.191, Quid loquar quanta ratio in bestijs appareat?
Quid,aliquando in oratione uacat. Cic.ad Seruium,lib.4.1.10,Trebatio mandauí,ut si quid tu eum uelles ad me mitterc,ue recusaret.Idẽ Quint. Philippo,lib.14.7.4,Nisi quid existimas me in ea re uoluptatem tuam. Budæus.
Quid,pro Quid fecit.Cic.Patruus,inquit,meus cum Sassinatio fuit. Quid pater?quicum?quid uicini,propinqui,&c.
Quid fiunt? quod fiunt? quid est factum? id est, Quid est quod accidit?Varro.
Quid enim?Cic.2.de Fin.147, Quid enim?summus dolor plures dies manere non potest? Vide ne etium mensis. Vt γὰρ apud Græcos interrogationi congruit.Budæus.
Quidam] quædam,quoddam uel quiddam,cuiusdã(ἔστις, τοιόδε τις, ἄδεινα) Personam certam dicit, & singulare potius signum est, quàm particulare. Terentius Eunuch.3.2.30,
Neq; pugnas narrat, neq; cicatrices suas
Ostentat,neq; tibi obstat,quod quidam facit.
Quidam ex aduocatis, homo & honoribus populi ornatis,& summa uirtute præditus dixit.Cic.pro Cluent.142.
Quidam de collegis.Cic.Bruto,lib.11.21.9.
Certus quidam.Cic.1.de Orat.90, Quæsti iudicarentur certis quibusdam uerbis,non nouis nuptijs fieri cum superiore diuortium.Idem 3.de Orat.25.
Cuiusdam modi.Cic.4.de Fin. 42, Sumus igitur homines: ex animo constamus & corpore:quæ sunt cuiusdam modi. id est,non cuiuslibet.Ibidem,lib.5.63.
Magni cuiusdam hominis & perfapientis uidetur. Qu. Cic.de Prouinc.Consul.36.Idem 2.de Orat.164,Crassi quidem responsum excellentis cuiusdam est ingenij,ac singularis.
Quiddam diuinum,quiddam portenti simile: pro, Nescio quid uel quidnis.Cic.1.Acad.48,Vt in his quiddam diuinum esse diceret,

diceret.Idem 3.de Legib.33.Ego enim fateor in ista ipsa potestate inesse quiddam mali.Et 2.de Ora.164,Cui quiddam portenti simile esse uisum est. Alia exemplaria legunt,Cui quidam.Ibidem,3.40.

Quidem] *Aduerbium affirmandi (μήν, γέ, γέτοι) id est, Certè.Duobus autem tribusue modis in oratione accipi solet.Vno,ad distinguendas res.ut,Ego quidem scribo,tu uerò legis,ille autem dormit.In quo modo his duabus tantum dictionibus iungitur Verò,& Autem.Altero, quasi per acceptionem eius quod affirmes.Quintil.in Infami,Torquebis quidem filium,sed fatebitur mater. Cic.3. Offic.50,Atqui hoc loco philosophi quidam, minimè mali illi quidem, sed non satis acuti,& c.Et sequuntur istæ dictiones, uerùm, uerùntamen,sed tamen,at,attamen,cæterùm. Idem Bruto,15. 12,Suspicor illud tibi minus probari,quod ab tuis familiaribus,optimis illis quidem uiris,sed in Repub.rudibus non probatur. Idem 2.Philip. 76. Vide Vallam lib.2.cap.23. Tertio modo,Quæ nulla sequitur ex prædictis coniunctionibus,ut apud Ciceronẽ de Amic. 8, Aut enim nemo (quod quidem magis credo)aut si quisquam,ille sapiens fuit.*

Tu quidem,ut ille quidem:sequente semper aduersatiua coniunctione. Cic.pro Plancio,43,Fortius tu quidem quàm nonnulli defuncti honoribus,sed apertius quàm,& c.

Non tu quidem,sed. Cicero 2.Philipp.105,Collegam quidem de cælo detraxisti : efficisti; non tu quidem etiam nunc,ut sit similis tui : sed certè ut dissimilis esset sui. Idem pro Murena,59.

Vos quidem. Cic.Attico,lib.8.153.4,Num igitur peccamus? minimè uos quidem,sed tamen signa conturbantur, quibus uoluntas à simulatione distingui posset.

Ille quidem.Cic.de clar. Orator.59, Qu.Mutius enucleatè ille quidem,& politè,ut solebat,dixit,neque quidquam autem ea ui atq; copia,quã genus illud causæ postulabat. Idẽ 2.in Catil. 32,Essent illi quidem desperandi:sed tamen essent ferendi.

Id quidem ago,& tacitus Lycida mecum ipse uoluto.Virgilius eclog.9.7.

Et quidem,ut illa quidem.Cic.Attic.lib.10.203 1,Quæ de fratre meo scribis,sunt ea quidem parum firma, sed habent nihil ἄτοπον.Alij legunt,equidem.

Minus quidem illa seuerè,quàm decuit,non tamen omnino dissolutè.Cic.6.Philip.204.

Nunc quidem.Cic.1.Verr.10, Hanc habent arcem socij, minus munitam aliquando nunc quidem quàm antea:ueruntamen si qua reliqua illis spes est,ea tota posita in lege est.

Iungitur etiam dictione Ne,sed interiecta semper una dictione: & hoc,quum aliquid uehementer negare cupientes,id quod minus quo; est,negamus.Vt cupientes negare nos aliquem Romæ pulsasse,nos Romæ fuisse negemus: Tu ne illum Romæ pulsasti? Ne fui quidem Romæ. Interdum una tantum pars negatur, & altera negata intelligitur: ut in exemplo prædicto.Interdum utra exprimuntur:ut, Non solùm homines non times,sed ne deum quidem.

Ne,uel nec quidem.Cic.Planco,lib.10.2.3, Quapropter in priuatis rebus,nullum neq; officium, neq; studium meum desiderabis:ne in publicis quidem, si quid erit in quo me interesse necesse sit,unquam ácero,ne cum periculo quidem meo dignitati tuæ.

Et quidem,uel Ac quidem:pro,Atq; etiam. Cic.de clar.Orat. 63,Nobis uerò,inquit Atticus,& uehementer quidem.Sub. placet,Idem Attico,libro 2.34.2,Tantum doleo,ac mirificè quidem.

Et quidem:pro,Et certè.Cic.de Diuin. 139, Post solstitium Canicula exoritur,& quidem aliquot diebus.

Quidem certè. Cic. ad Lentulum,libro 1.9.45,Illud quidem certè nostrum consilium iure laudandum est.Et ad Qu.fra. lib.2,Aliud hoc tempore de Repub.nihil loquebantur:agebatur quidem certè nihil.Et pro Quintio,2,Qui ut summa haberem cætera,temporis quidem certè uix satis habui.

Quidem hercle certò,uel certè.Terent.Phorm.1.3.12,

Nam tua quidem hercle certò uita hæc expetenda,optanda; est.Idem Andr.2.2.10,

Mea quidem hercle certè in dubio est uita.

Quidem profectò.Cic.ad Atticum,libro 6.116.1,Nunc quidem profectò Romæe. Et lib.10.195.14, Hoc quidem est uerum profectò.

Quidnam] *Interrogatiuum (τὶ μήν) Terentius Phormio.1.4.6,*

Quidnam ille commotus uenit? Idem Eunuch.5.8. Cic. 3.Tusc.95,Quidnam dici potest quamobrem,& c.

Quidnam, sine interrogatione : pro, Quid. Terentius Eunuch.5.4.1,

Reuiso quidnam Chærea hic rerum gerat. Cic. Attico, lib.14.318.6.

Quidni] *πῶς δ',πῶς γὰρ δ',τὶ μήν,Confirmandi aduerbium, Cur non? Terent.Eunuch.1.3.36,*

Patris cognatum atq; æqualem Archidemidem
Noſtin'? P. quidni? Cicero 1.Offic.112,Laudat Africanum Panætium,quòd fuerit abstinens.quidni laudet?sed in illo alia maiora.

Quid ego ni negẽm,qui egomet sciam? pro, Quidni ego negẽ, Plaut.Amph.4.280.

Quidpiam] *cuiuspiam (τὶ) Aliquantulum.Terentius Andr.2.6.7,*

Num illi molestæ quidpiam hæ sunt nuptiæ? Quidam scribunt,Quippiam.

Quidq;] *cuiusq; (ἑνὸς ὁτουοῦν) Columell.lib.12. cap. 7,Tum quidq; uase conditur.Cic.6.Verr.31,Ede mihi scriptũ quid argenti in prouincia Sicilia pararis,unde quidq; aut quanti emeris.Quint.lib.1.cap.2.*

Qui in sua quidq; arte optimè faciant.Vide Quicq;.

Quidquid] *Vide* Quicquid.

Quiduis] *Vide* Quiuis.

Quidum] *Vide* Qui.

Quies] *quietis,pen.prod.Substantiuum,fœ.g.(ἡσυχία,ἡρεμία,ἀτρεμία,πλῆθος,παυσολὴ,σύνηλία) Cessatio à quocũq; opere:unde etiam pro somno sumitur.*

Potest facere genitiuum quietis, & quiei quintæ declinationis. Vnde & requies, requiem & requietem accusatiuum facit.

In quiete,& secundum quietem.Cic.1.de Diuin.78,Quæ ei secundum quietem uisa sunt.Ibidem, 94, Et uisum in quiete egregia facie iuuenem,& c.Silius lib.13.12,

——medios inter somnos,altamq; quietem.

Cura quietis.Ouid.3.Metam.88.

Quies, Requies, tranquillitas, laxamentum, ocium, uocatio, cessatio,remissio,finis.

Quies & tranquillitas.Cic.1.de Orat. 3, Qui locus quietis & tranquillitatis plenissimus fore uidebatur. Idem pro Deiotaro,27.

Mors,laborum aut miseriarum quies.Cic.4.in Catil.79.

Nec eum labor ad quietem reuocauit.Cic.pro lege Manil.28.

Quies & remissio.Cicero pro Cælio,31,Quem non quies,non remissio, non æqualium studia,non ludi, non conuiuia delectarent.

Animi quies.Ouid. 4.de Ponto,eleg.9.19.

Omnibus una quies operum.Virg.4.Georg.37.

Sub his facta quies.Celsus lib.4.cap.11.

Veniat quies.Celsus lib.6.cap.6,Noctu uerò quo commodior quies

quies ueniat,non alienum est,superimponere candidi panis interiorem partem ex uino subactam.

Quies doctrinarum, Quieta literarum uacatio. Plin.lib.18. cap.28.14.

Quies,Pax. Plinius libro 15.capite 30.5,Ipsa laurus pacifera,ut quam prætendi etiam inter armatos hostes quietis sit indicium.

Quies,Tranquillitas,serenitas aeris uel clementia.Virgilius 2. Georg.69,

Si non tanta quies iret frigúq; caloremq;
Inter,& exciperet cæli indulgentia terras.

Quies,Ocium.Virg.9.Aen.36,

Aut pugnam,aut aliquid iandudum inuadere magnum
Mens agitat mihi nec placida contenta quiete est. Seruius.

Vobis parta quies, nullum maris æquor arandum. Virgil.3. Aeneid.99.

Portus æterna placidus quiete.Senec.Agam.7.1.

Quies & Vigilia,opponuntur.Quintil.lib.7.cap.3,Refert enim,conuiuium præcesserit an tristitia,labor an ocium, uigilia an quies.

Aduersa quies.Silius lib.15.152.

Amica quies.Vide Amicus.

Blanda quies.Stat.2.28.

Dura quies,Mors.Virg.10.Aen.149.

Eremebunda quies.Stat. 5.Theb.49.

Grata quies.Hor.1.epist.18.2.

Impacata quies.Claud.1.in Ruffinum,15.

Imperiosa quies.Claud.8.Paneg.48.

Infesta miseris quies.Lucret.lib.5.197.

Insidiosa quies.Stat.1.Sylu.4.12.

Mira quies pelagi.Stat.2.Sylu.2.6.

Modica quies.Vide Modicus.

Nocturna quies.Senec.Hippol.2.4.

Obscura quies.Senec.Hippol.11.1.

Opaca quies.Stat.10.Theb.18.

Præsaga quies.Stat.10.Theb.64.

Secura quies,& nescia fallere uita.Virg.2.Georg.93.

Segnis quies.Silius lib.3.34.

Summa quies.Lucret.lib.2.63.

Tranquilla quies.Lucan.lib.1.52.

Tremefacta quies.Stat.1.Achilleid.50.

Et nunquam turbata quies.Stat.3.Sylu.5.18.

Vesana quies.Lucan.lib.7.155.

Quietes,Cubilia.Lucret.lib.1.82,

Nanq; canes ut montiuagæ persæpe ferai,
Naribus inueniunt intectas fronde quietes.

Abrupta quies.Vide Abrumpo.

Capere quietem.Vide Capio.

Procubuit, seraq; dedit per membra quietem. Virgilius 8. Aeneidos,6.

Cura non dat quietem membris.Virg.10.Aeneid.43.

Dare parua tempora quieti.Ouid.3.Amor.eleg.5.2.

Datur hora quieti.Virg.5.Aeneid.169.

Imus ad quietem integri:cui,Onusti cibo, opponitur. Cicero 1. de Diuin.105.

Excutitur terrore quies.Ouid.4.Fast.184.

Expellere quietem.Silius lib.15.108.

Fugit pigra quies,inersq; somnus.Stat.lib.1.Sylu.6.19.

Impetrare studijs quietem.Quint.in Procem.lib.11.

Placidam quietem per membra irrigat.Virg.1.Aen.140.

Irrorat quietem oculis somnus.Silius lib.10.72.

Vix primos inopina quies laxauerat artus. Virgilius 5. Aeneidos,17.2.

Placida laxarant membra quiete. Virg.5.Aen.197.& 9.48.

Dulci quiete membra leuare. Ouid.1.de Remed.amor.42.

Mandare corpus quieti.Lucret.lib.4.171.

Mitigare febrem quiete & abstinentia.Quint.li.2.cap.17.7.

Pati quietem.Claud.2.in Ruffin.2.

Ac uelut in somnis oculos ubi languida pressit Nocte quies. Virg.12.Aen.182.

Dulcis & alta quies pressit iacentem.Virg.6.Aen.105.

Reddere se quieti.Seneca Hippol.4.3.

Retineri quiete.Quint.lib.1.cap.3.5.

Rupta quies populis.Lucan.lib.1.48.

Vina quies sequitur.Ouid.2.Fast.61.

Sopitus quiete.Lucret.lib.3.111.

E molli quiete suscitare.Catul.epigr.75.1.

Tradere se quieti,Quiescere.Cic.1.de Diuin.108.

Turbare quietem alicuius.Propert.lib.1.eleg 3.4.

¶ Quietes,in plurali.Salust. Namq; animus impurus dijs hominibusq; infestus,neq; uigilijs, neq; quietibus sedari poterat.Cic.1.Offic.145,loco uti illo quidem licet,sed sicut somno & quietibus cæteris.

Quies] *Dea apud Romanos, cui fanum extra urbem uia Lauicana sacratum fuit. Alexander lib. 2.cap.4.Et lib.4. cap.16,Neniæ quoq; sacellum, quòd cantu querulo funeribus præesset,pari exemplo ab urbe semotum, extra portam Viminalem statuerunt:sicut fanum Quietis uia Lauicana, & Rediculi extra portam Capenam, quod secundo Punico bello constructum fuisse constat.Item,Collina,inquit, porta eo dicta,quòd anfractus multiplices circum haberet,& partim edita,partim decliua essent loca ad eam:extra eam Veneris Erycinæ, & Quietis templa fuêre, & iuxtà campus Sceleratus:in quo incesti damnati,uiuas defodere Vestales Romani assueuerant.*

Quietalis] *& quietale, à Quiete dea Romanorum,de qua & iam diximus, & scribunt Augustinus lib. 4.de Ciuitate Dei,& T.Liuius lib.4.*

Orcus Quietalis.Liuius Syntag.1.

Quietalus] *ab Antiquis dicebatur Orcus.Festus.*

¶ Quiesco,quiescis,quieui,quietum,pen.prod.(ἡγιάω,ἠτρεμέω,ἡσυχάζω,πεφόμαι,κοιμάω) quiescere, In ocio esse,uacare è labore,cura,officio,negocio:unde etiã pro Dormire sumitur.Cic.pro Ros. Amer. 39, Propterea quòd qui tantũ facinus commiserunt, non modò sine cura quiescere, sed ne spirare quidem sine metu possunt.Idem 6.Verr.27, Eò quũ uenio,Prætor quiescebat.Virg.10.eclog.7,

——ô mihi tum quàm molliter ossa quiescant,& c.

Infœlix,tota quicunq; quiescere nocte Sustinet. Ouid.2.Amorum,eleg.9.8.

Bene placideq; quiescas.Tib.lib.2.eleg.4.10.

Pulueris exigui iactu compressa quiescent. Virg.4.Georg.18. De certaminibus apum.

Placidaq; ibi demum morte quiescit.Virg.9.Aeneid.90.

Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam. Virgilius 5. Aeneidos,75.

Conticuit tandem, factoq; hìc fine quieuit. Virgilius 4. Aeneidos,144.

Quiescere dicitur,qui non est insolens & inquietus. Terent.in Prologo Andr.22,

Dehinc ut quiescant porrò moneo,& desinant
Maledicere. Liu.10.bel.Pun.61.

Quiescere,Abstinere,& supersedere.Cic.pro Plancio,7[illegible] si unquam in me uitæ cupiditas fuisset,ego mense [illegible] mei Consulatus omniũ parricidarum tela cor[illegible]mòssem, [illegible] si uiginti quiessem dies,in eliorum iugulum Consulum recidissent.Gellius lib.2.cap.20, Statuere atq; edicere quiescebant. id est,abstinebant,& supersedebant.

Quiescas,uel quiesce: hoc est,Sine,uel desine. Terentius Andr.3.4.19,

—— corrigere mihi gnatum porrò enitere.

D. Faciam hercle sedulo. s. potes nunc dum animus irritatus est. D. Quiescas. Cicer.3.Verr.25,Iste Rabonium quiescere iubet, & simul ei nonnullam spem societatis ostendit.

Quiesce tu,cuius pater cubito se emungere solebat.Author ad Heren.lib.4.239.

Quiescere per aliquem.Cic.Plancio,lib.10.1.1, Nunquam per M.Antonium quietus fui.quasi dicat,Semper aduersatus est mihi.& persecutus est me.

Alta quierunt Aequora.Virg.7.Aen.2.

Aequora sæua quierant.Virg.4.Aen.105.

Arma quierunt.Silius lib.7.51.

Bella quierunt.Ouid.ad Pisonem,6.

Postquam collapsi cineres,& flamma quieuit.Virgilius 6.Aeneidos,468.

Mens & corpus sopita quiescunt.Lucret.lib.3.188.

Pascitur in uiuis liuor,post fata quiescit.Ouid.1.Amor.eleg.15.

Opus quieuit tuis humeris.Ouid.2.de Ponto,eleg.9.12.

Potentia in hoc solo genere quiescit.Cic.pro Cecinna,52.

Voces hominum quiescebant.Ouid.1.Trist.eleg.3.6.

Quiescas cætera: Actiuum.Plaut.Milit.12.53,

— potin'ut hominem

Mihi desinas quiescas cætera. quasi dicat, Ne de cæteris sis solicitus,sine ea.Idem,

Quiescè istam rem:ego certè uidero.

Quiesce hunc tumultum qui est ante ostium.Plaut.Most.

Quiescere,Permittere,sinere. Cic.ad Attic,lib.7.128.8,Aut si per Trib.pleb.non patiatur,tamen quiescat rem adduci ad interregnum.

Quiesci,Impersonale.Terent.Andr.4.2.8,

Quibus quidem quàm facilè poterat quiesci,si hic quiesset.

¶ Quietus,pen.prod.(ἥσυχος,ἡσύχιος,ἠρέμαιος,ἥσυχος,σύννηλος,ἀπράγμων) Participium,siue Nomen ex participio. Plaut.Amph.4.17.

Quietus esto,inquam: ego curabo, nequid uerborum duint. Vbi Donatus, Quietus,securus,ab eo quod præcedit,id quod sequitur.Terent.Phorm.4.5.1.

Quietus esto de.Plaut.Curc.10.6,

Memineroide istoc quietus esto.

Quietum aliquem reddere, Efficere ut quietè & securè uiuat. Terent.Eunuch.2.2.46.

Aequor quietius.Hor.Epod.10.3.

Aer quietus.Virg.5.Aen.44.

Amnes quietos irritat diluuies.Hor.1.Carm.ode 29.9.

Animus quietus.Virg.1.Aen.62,

—in primis regina quietum

Accipit in Teucros animum,mentemq; benignam.

Solutus & quietus animis.Cic.pro Rosc.Comœd.25.

Quieto animo uiuere.Cic.2.Tusc.3.

Annus quietus.Liu.2.ab Vrbe,79,Bellum indictum,tacitè inductæ quietum animum tenuêre.

Cælestium dies quieti. Cic.2.de Leg.86.

Latus ense quieto Securum.Stat.1.Sylu.1.9.

Exilium quietius oro.Ouid.2.Trist.115.

Gentes agitare quietas.Virg.10.Aen.15.

Homo quietissimus.Cic.6.Verr.36.

Inane quietum.Lucret.lib.2.48.

Mente quieta consistere.Cic.2.de Diuin.221.

Nox quieta. Val.6.Argon.32.

Officio quieto fungi.Ouid.5.Trist.eleg.13.4.

Ossa quieta precor tuta requiescite in urna. Ouidius 3.Amorum, eleg.83.14.

Pax quieta.Senec.Thyeste,7.5.

Regnum quietum.Hor.1.Carm.ode 12.7.

Quieta Respublica, & Turbata,contraria.Cic.2.in Catil.39.

Sedes quietæ.Virg.1.Aen.42.

Sermo quietus & remissus.Cic.de Senect.25.

Somni quieti.Senec.Herc.furent.10.3.

Traducere uitam quietam & ociosam.Cic.de Senect.74.

Vrbs quieta,& immunis belli.Virg.12.Aen.112.

Quietissimus,quietissima,quietissimum,Superlatiuum, Valde quietus.Plin.lib.10.epist.229, ad Trojanum, Ad quam spē alioqui quietissimum hortatur natalium splendor,&c. De amico loquitur,cui præturam petebat.

¶ Quieturus,penultima producta,Participium (ἡσυχάσων) Cic.2.de Orat.127,Videmur enim quieturi fuisse,nisi essemus lacessiti.

¶ Quietè, pen. prod. Aduerbium (ἡσύχως,ἡρέμα,ἀπράγμως) Cic.de Senect.12,Quietè,& purè,& eleganter actæ ætatis placida ac lenis senectus.

Quietissimè se recipere.Cæsar 3.bel. Ciuil.187.

¶ Quiescentia,quiescentiæ, Idem quod Quies.Firmic.libro 1. capite 3.

Quilibet] pen.corr. (ὅστις,ὁστισοῦν,ὁστις βούλη) cuiuslibet,Venus quem tibi capere libet.Hor.1.Serm.Satyr.2.26,

Iliá & Aegeria est, dō nomen quodlibet illi. id est, quodcunq; placet,non tamen omne nomen esse potest.Suet. in Tiberio, Non cessauit efflagitare aliquem cuiuslibet ordinis custodem factis atq; dictis suis. Iustinian.de hæred. instit.Cuilibet cōditioni obtemperare satis est.Cic.4.Acad. 238,Ad uos nunc refero quem sequar:modò nequis illud tā incruditum absurdumq; respondeat, quēlibet modo aliquē.

Indutus quilibet.Hor.1.epist.28.6.

Garrire quidlibet.Hor.1.Serm.Satyr.9.3.

Arti cuilibet idoneus.Hor.2.epist.2.2.

Quibuslibet temporib.egregius Senatus. Liu.2.ab Vrbe,215.

Quodlibet modo.Plin.lib.11.cap.54.2.

Quidlibet,pro Vili & obscuro, aut etiam imperito. Plin.lib. 7.cap.28.4,Bis ab Annibale captus: neq; enim cum quolibet hoste res fuit.

Peritus & Quilibet,ueluti contraria. Cicer.2.de Diuin.109, Apud maiores adhibebatur peritus,nunc quilibet.

Quimatus] huius quimatus,pen.prod.(περιτεταγώς)ut,Bimatus,& Trimatus:hoc est,tempus uel spacium quinq; annorum. Plin.lib.8.cap.45.3,Vita fœminis xv.annis longissima,maribus xx robur in quimatu.De bobus.

Quin] ὅπως,οὐ,ὅτι μὴ μὴ οὐκ, Aduerbium, uaria significat, uariusq; est eius usus,ut docet Donatus in Terentium.

Quin,Quòd non.Terent.Adelph.5.4.2,

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad uitā fuit, Quin res,ætas,usus semper aliquid adportet noui.

Quin,pro Quòd. Cic.Non dubito quin eo sis animo,quo ego essem si quid tu me rogares.Terent.Andr.1.2.1,

Non dubium est quin uxorem nolit filius.

Non dubitare quin.Cic.pro Domo sua,54,Non quòd dubitaret quin ab isto nihil legibus, nihil religionibus, nihil iure esset actum.Idem ad Atticum,lib.5.98.5,Non enim dubitabat Zeno,quin ab Areopagitis inuito Memmio impetrari non posset.

Nihil, uel parum abest quin. Cicero ad Atticum,libro 11. 223.5, Prorsus nihil abest quin sim miserrimus. Idem in Orator.138, Abesse non potest quin eiusdem hominis sit, probos improbare qui improbos probet.Idem ad Atticum, lib.9.180.10.

Facere non possum quin cotidie ad te mittam.Cic.ad Atticum, lib.12.

lib.12.245.2. Idem pro Quin,dixit Vt Non:ut ad Atticum libro 8.166.1, Vt ad te nihil dem literarum, facere non possum.

Non possum quin exclamē.Cic.2.de Orat.22.Ibidem,36, De musicis rebus non poterit, quin dicat hoc onere suscepto, recusare.

Non esset quin hoc se audisse liquidò diceret. Cic. 5.Ver.116. Cecinna Ciceroni, lib.6.7.3, Nemo nostrum est quin uota uictoriæ suæ fecerit.

Nullum intermisi diem quin,&c. Cic.ad Attic.lib.7.135.1.

Vtne quis à me dies intermittatur, quin dem ad te literas. Cic. ad Attic.lib.8.160.2.

Nego ullam gemmam aut margaritam fuisse,&c,quin quæsierit,insperserit,abstulerit.Cic.6.Ver.2.

Dies fere nullus est quin hic Satyrus domum meam uentitet. Cic.ad Atticum,lib.1.1.7.

Cause nihil esset,quin secus iudicaret.Cic.pro Quintio,17.

Quin,admiratiuè.Teren.Adelph.2.3.9,

—festiuum caput,

Quin omnia sibi post putârit esse præ meo commodo?

Legendum est qui,sine liquida.

Quin,Certè,profectò.Amphit.8.71,

—at pol quin ceria res

Hanc est obiurgare. Idem Men.9.68,

Herc'e quin tu rectè dicis.

Quin,Corripiendi uel imperandi uim habet. Teren.Phor.3.2. 4.Idem Andr.2.6.18,

Quidnam est? D. puerile est. s. quid est? D. nihil. s. quin dic quid est.

Quin age,si quid habes.Virg.ecl03.3.11.Et 4.Georg.65.

Quin,Cur non,interrogatiuè sumitur.Terent.Phor.1.4.33,

Quid contrimus operam frustra? quin abeam? Cic. in Som.9,

Quin tu aspicias ad te uenient ēPaulum patrem?Ibidem,10,

Quid moror in terris? quin huc ad uos uenire propero?Idē Trebatio,lib.7.8.4, Quin tu urges occasionem istam? Et pro Rabirio perduel.reo,12, Quin continetis uocem indicem stultitiæ uestræ? Item Attico,lib.4.8.6.2, Quin tu huc aduolas,& inuisis illius nostræ reipub.germanæ.

Quin potius pacem æternā,pactosq; hymenæos Exercemus. Virg 4 Aeneid.20.

Quin ergo, quod iuuat, quod charum æstimant,id semper faciant,ament,potent.Sallust.in Iugurth.

Quin,etiam.Terent.Heaut.3.3.21,

Syre,pudet me. s. credo:neq; id iniuria:

Quin mihi molestum est.

Quin,Imò.Terent Heaut.4.3.23,

Quid dicā? quam causam afferā? s. quin nolo mentiare: Apertè ita ut res sese habet, narrato. Idem Eunuc. 5. 2.64, —non pol credo Chærea,

Nisi si commissum non erit. c. quin Pythias

Tu me seruato. Idem Heaut.4.4.15.

Quin,Quin imò.Terent.Adelph.4.2.5,

Syre. s. quid ais? c. me quæris? s. uerum. c. perij. s. quin

Tu animo bono es. Virg.1.Aen.57,

—quam æquora Iuno,

Quæ mare nunc,terrasq; metu,cœlumq; fatigat,

Consilia in melius referet.Plaut.Capt.19.20,

Quin potius illud adnota,quæ putaueris corrigēda.Plin. epist.57.b,

Quin,Quamobrem.Plaut.Epid.10.19,

—hic non est locus:

Quin tu aliū quæras,cui centones farcias.Terē. And.1.1.18,

Quin tu uno uerbo dic, quid est,quod me uelis.

Quin,Quare non,uel ut non.Terent. Adelph.2.2.39,

Nunquid uis quin abeam? Plaut.Cistel.2.108,

Nunquid me uis mater intrò quin eam? Donatus.

Quin,Qui non,quæ non.Terent.Hecyr.2.1.43,

Et merito adeò: nam uestrarū nulla est,quin gnatū uelit Ducere uxorem. Quintil.lib.7.cap.2,Quis tam impe ritus,quis tam procul à literis,quin sic incipiat? Cic.7.Ver. 46,Hic mihi etiam audebit mentionem facere Mamertinæ laudationis: in qua quàm multa sint inulnera, quis est uestrūm Iudices quin intelligat.Ibidem,57.

Quin,Quin etiam,insuper,præter id.Plaut.Aul.9.33,

Famem hercle utendam si roges,nunquam dabit: Quin ipsi pridem tonsor unges dempserat, Collegit,omnia abstulit præsegmina.

Quin,Quominus.Terent.Eunuch.5.2.3,

Apud Antiphonem uterq; mater & pater Quasi dedita opera domi erant,ut nullo modo Introire possem,quin uiderent me.Idem Hecyr.1.2.52.

Cic.Non idcirco causas Socrates non defendit, quin id utile esse & honestum existimaret.

Quin taces? Correptio est silentium præcipientis,& timorem alicui adimentis: id est, Esto securus:nam tacere, securi est. Terent.And.2.3.25.

Quina dena] uu'gò quindena.l.qui quadraginta.§.qui decem & centa. ad legem Falcid.in Pandectis.

Quinārius] Adiectiuū (πεμπτάς) dicitur quod quinq; complectitur.Plin.lib.31 cap.6.2,Fistulas denūm pedum longitudinis esse, legitimum est. Et si quinariæ erunt, sexagena pondo pendēre. Vide Octonarius in Octo.

Quinarius argenteus,quinq; libris æris, id est assibus quinque ualebat,hoc est denarij dimidium.Budæus.

Quinctia] gens Patritia Romæ fuit, duabus familijs nobilis; Quarum altera Capitolinorum,altera Flaminiorum cognomine utebantur.De his multa historici.

Quincunx] quincuncis (πεντάς) Substantiuum, m. gen. Quinque unciæ. Vncia remota de quincunce, Hor.de Art. 66.

Iii quincuncem (ἀπὸ πεντάδος γωνίου) arbores dispositæ dicūtur,facile ex Quintil. intelligimus,apud quem hæc uerba,lib.8.cap.3.legitur, Nullius ne ergo etiam fructiferis adhibendus decor? quis negatēnam & in ordinem certaq; interualla redigam eas arbores. Quid enim illo quincunce speciosius, qui in quancunque partem spectaueris, rectus est? Sed protinus in id quoq; prodest,ut terræ succum æqualiter trahant. Cic. de Senec. 55, Quum admiraretur Lysander & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines,& humum subactam, atque puram, & suauitatem odorum qui afflarentur è floribus,tum eum dixisse, mirari se non modò diligentiam,sed etiam solertiam eius. Colum. lib. 3.cap.15.1, Hæc in quincuncem uinearū metatio expeditissima ratione conficitur. Fortasse autem antiqui sic quincuncem appellauerūt exactam plantarū metationem:ut decussem,exactam spacij diuisionem.Hactenus Budæus. Cæsar 7. bel.Gall.291,Ante hos obliquis ordinibus in quincuncē dispositis scrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur. Varro 1.de Rerust.cap.7.1, In quincuncem prope sint ordines atque interualla modica. Bayfius, Arborum ordines dicuntur in quincuncem digesti, quando secundi ordinis arbores paribus internallis sic disponuntur, ut figuram quincuncialem seruare ad inuicem uideantur. Vide Glareanum in Commentarios Cæsaris.

Quincunx,mensuræ genus.paulum supra dimidiam heminam continens.Mart.lib.1.111,

Hesterna tibi nocte dixeramus.

Quincũces puto poſt decem peractos. hoc eſt, poſt epotos. Idem lib. 2. 2,

Te conuiua leget miſto quincunce, &c.

Quincunces uſuræ ſunt, quoties ex centum nummis (ut exempli gratia ſit) quinq; nummos uſuræ nomine percipimus. Sic Semiſſes uſuræ, trientes, beſſes, & huiuſmodi.

Modeſto quincunce nutrire nummos. Perſius Satyr. 5. 15. Vide Vſura, in Vtor.

¶ Quincuncialis, & hoc quincunciale, pen. prod. ut, Quincuncialis herba: quæ minor eſt ſemipede, & ſeptenum fermè digitorum. Plin. lib. 27. cap. 11. 5. Inter omnes herbas lithoſpermo nihil eſt mirabilius: aliqui ægonychon uocant, alij dioſpyron: alij heracleos: herba quincuncialis ferè, foliis duplo maioribus quàm ruiæ. Et paulò poſt, lácere eam, atq; humi ſerpere authores tradunt. Budæus.

Quincuncialis ordinum ratio. Plin. lib. 17. cap. 11. 3.

Quincupedal] Menſura quædam quinque pedum, qua fabri macrarij in demetiendis parietibus uti ſoient. Huius formam & uſum depingit. Martial. lib. 14.

Quincuplex] pen. corr. quincuplicis, pen. corr. om. g. (πεντα πλοῦς) ut Duplex dicitur Mart. lib. 14. 4. Cæde iuuencorum domini ealet area ſcelix,

Quincuplici cæra quum datur altus honor. Quincuplices cæras uocat tabellas in quibus res amatoriæ ſcribebantur. Ab eodem triplices dicuntur. Sipontinus.

Quinda] munitio eſt Macedonum, non procul ab Anchiale & Tarſo Ciliciæ urbibus, quas beluam illum Sardanapalum uno die condidiſſe autumant. Strabo lib. 4. Vtra Anchialam eſt munitio nomine Quinda, in qua olim Macedones, theſauros ſeruabant. Vide Alexandr. Alexandrinum libro 2. cap. 2.

Quindecim] pen. corr. (δεκαπέντε) Numerale nomẽ indeclinabile. Plaut. Pſeud. 5. 111,

Et iam quindecim habeo minas.

Virorum quindecim preces. Horat. in Carm. ſeculari, 14.

¶ Quindecies, Aduerb. (δεκαπεντάκις) Quindecim uicibus. Cic. 4. Verr. 43, At illa HSD. millia hæreditaria, acceſſit ipſius antiqua HS quindecies pecunia. Mart. lib. 7. 9,

Dicere quindecies poteram, quid pertinet ad te?

¶ Quindecimuir, ἐκ τῶν πεντεκαίδεκα, Nomen magiſtratus apud Romanos. Plin. lib. 7. cap. 43. 5, Q. Metellus in ea oratione quam habuit ſupremis laudibus patris ſui L. Metelli, Pontificis, bis Conſulis, Dictatoris, Magiſtri equitum, Quindecimuiri agris dandis, &c. Idem lib. 28. cap. 2. 3, Cuius ſacri precationem, qua ſolet præire Quindecimuirũ collegij magiſter, ſiquis legat, profectò uim carminum fateatur.

Quindeni] pen. prod. (πεντακόσιοι) Adiectiuum. Idem ſignificat quod quindecim. Liu. 5. bel. Maced. 157, Quindena iugera agri data in ſingulos pedites ſunt, &c. Quidã legunt, quinadena.

Quinetiam] ἔτι δὲ, ἀλλὰ μήν, καὶ μήν, καὶ, Coniunctio copulatiua, qua nectimus quæ coniuncta ſignificare uolumus. Cic. de Amicit. 53, Quónam enim modo quiſquam amicus eſſe poterit, cui ſe putabit inimicum eſſe poſſe? quinetiam neceſſe erit cupere & optare, ut quam ſæpiſſimè peccet amicus. Ibidem, 73, Quinetiam ſiquis aſperitate ea eſt & immanitate naturæ, congreſſus ut hominum fugiat atq; oderit.

Quinetiam cæli regionem in cortice ſignant. Virgilius 2. Georg. 54.

Quinetiam inſuper ſcelus poſtquam ludificatus eſt uirginem,

Veſtem omnem miſerè diſcidit. Terent. Eunu. 4. 3, 3.

Quingenti] quingentæ, quingẽta (πεντακόσιοι) ut, Quingenti milites: hoc eſt, quinquies centum. Cic. ad Attic. lib. 16. 335. 1, Nec mirum, quingentos denarios dat. Eidem, lib. 4. 71. 8, Tuſculanam uillam quingentis millibus, Formianum HS ducentis quinquaginta millibus.

Quingentis empto drachmis deprenderis. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 9.

Hinc quoq; quingentos in ſe Mezentius armat. Virgilius 10. Aeneid. 41.

¶ Quingẽteſimus, pen. corr. Adiectiuũ (πεντακοσιοστὸς) Plin. lib. 15. cap. 1. 1, Anno urbis quingenteſimo quinto.

¶ Quingenties, Aduerbium (πεντακοσιάκις) Cic. 4. Verr. 65, Ob eam rem HS quingenties Veneri Erycinæ de Sthenij bonis exactorum. Plin. lib. 6. cap. 23. 11.

¶ Quingeni, quingenæ, quingena, pen. prod. (πεντακόσιοι) Idem quòd quingenti. Cic. ad Attic. lib. 4. 8. 4. 7, Apud eum HS quingenta depoſuerunt, ut qui à Catone damnatus eſſet, id perderet. Colum. lib. 5. cap. 2. 9, Horum pars dimidia quingeni.

Quingeni, pro Singulis quingenti. Suet. in Cæſare, cap. 38, Populo præter frumenti denos modios, ac totidem olei libras, trecentos quoq; nummos quos pollicitus olim erat, uiritim diuiſit: & hoc amplius, centenos pro mora. Annuam etiam habitationem Romæ uſq; ad bina millia nummûm, in Italia non ultra quingenos ſeſtertios remiſit.

¶ Quingenarius, Adiect. (πεντακοσιακὸς) Plin. lib. 33. cap. 11. 6, Diſpenſator Hiſpaniæ Citerioris quingenariam lancem habuit, cui fabricandæ officina prius exædificata fuerat. id eſt, pondo quingentarum librarum.

Quinimò] pen. prod. (ἀλλὰ δὴ, τὰ μεγίστου) Coniunctio, pro imò uerò, uel imò etiam. Plaut. Ciſtell. 5. 39,

Itaq; Ops opulenta illius auia. M. quinimò mater quidẽ. Plin epiſt. 74. 5, Præualuit ſententia Cepionis, quinimò conſurgenti ei ad cenſendum, acclamatum eſt: quod ſolet reſidentibus. Cicero ad Attic. lib. 2. 8. 5, Eius aũt Collega & in me perhonorificus, & partium ſtudioſus ac defenſor bonarum. quinimò leuiter inter ſe diſſident: ſed uereor ne hoc quod infectum eſt, ſerpat longius. Vetus codex legit, quin nunc leuiter.

Quinquaginta] indeclinabile (πεντήκοντα.)

¶ Quinquagies, Aduerbiũ (πεντηκοντάκις) Col. lib. 5. cap. 2. 9. Has duas ſummas in ſe multiplicato, quinquagies centeni ſiunt quinq; millia. Plin. lib. 7. cap. 25. 1, Idem ſignis collatis quinquagies dimicauit.

Quinquagies bis centena, quindecim, &c. Plinius lib. 2. cap. 108. 2.

Quinquagies centena millia. Plin. lib. 2. cap. 108. 3.

¶ Quinquagenus, pen. prod. Adiectiuum (πεντήκοντα) Idem quod quinquaginta. Plin. lib. 8. cap. 36. 3, Viuunt quinquagenis annis, quidã & centenis. Et lib. 15. cap. 24. 3, Iuba author eſt quinquagenũm cubitorũ altitudine in Arabia eſſe eas. Cic. 5. Verr. 57, In ſingulos HS quinquagenis millibus damnari maiultis?

¶ Quinquageſies, Aduerbium. Plaut. Menæh. 24. 100,

Vix credo tota auctione capi & quinquageſies. id eſt, quinquaginta francos. Alij legendum putant, quinquagies.

¶ Quinquagenarius, Adiectiuum (πεντηκοντάδικὸς) Quod quinquaginta continet. Cato cap. 13. 2, Vrnam quinquagenariam unam, ſextarium olearium unum. Sic cap. 102.

Quinquagenarius grex. hoc eſt, quinquaginta capitum. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 10. 9, Quinquagenaria cohors, quæ quinquaginta militibus conſtat. Curtius lib. 5.

¶ Quinquageſimus, pen. corr. Aliud adiectiuũ (πεντηκοστὸς.)

Quinquageſimas exigere, ea forma qua & Decimas exigere dicitur. Cic. 5. Verr. 95.

Quin-

Quinquageſima liba, pro religione quadam apud ueteres offerebantur. Martial. lib. 10. 24,

Natales mihi Martiæ calendæ,
Lux formoſtor omnibus calendis,
Qua mittunt mihi munus & puellæ
Quinquageſimã liba, ſeptimamq;
Veſtris addimus hanc uocis acerram.

Quinquageſimo uno raptus anno. Plin. lib. 8. cap. 2.

Quinquatria] Quinquatriorũ, neut. gen. (πεντατηρίδες) Ab eo quod Quinquatre in ſingulari, ſicut Bacchanale & Vulcanale. Feſta erant quæ quinq; diebus Palladi fiebant: ita appellata, quoniam quinq; diebus poſt idus celebrabantur. Nã dies poſt idus, ater erat. Inde Quinquatria, quaſi quinq; ab atro die. Primo die fiebant ſacrificia, tribus ſequentibus gladiatores in theatro certabant: quinto die erat luſtratio. Vide Ouidium lib. 3. Faſt. 162. Sunt qui dicant hunc diem munuſculorum quoque eſſe, quo tempore matronæ inter ſe inuicem munera miſsitabant, et cœnas ſeruis apponebãt, ut uiri Saturnalibus. Plaut. Milite, 10. 97,

——da quod dem Quinquatribus,
Percantatrici, collectrici, ariolæ, atq; aruſpicæ. Iuuen. Satyr. 10. 12.

Feſta Quinquatria. Horat. 2. epiſt. 2. 40.

¶ Quinquatria, Quinquatriorũ, Quinquatrib. & Quinquatrijs, tam tertiæ quàm ſecundæ declinationis, ſicut cætera feſtorũ nomina. Diomedes uerò Quinquatrę in prima declinatione protulit. Cic. ad Cornificiũ, lib. 12, 25. 1, Quinquatribus frequenti. Senatu cauſam tuã egi non inuita Minerua.

¶ Quinquatrus, etiam dicitur, ſicut Triatrus, Sexatrus, Septimatrus, Decimatrus. Iungiturq; hæc particula Atrus, nihil ſignificãs, ſupplementi cauſa. Varro lib. 1. de ling. Lat. Quinquatrum diem unum feſtum dicit, ſic appellatum, quòd erat poſt diem quintum idus Martij, &c.

Dies uocata quinquatrus. Ouid. 6. Faſt. 139.

¶ Quinquatrus, huius Quinquatrus, pen. prod. pro ipſis Quinquatrijs, antiquè. Cic. ad Attic. lib. 9. 18, Futt enim pridie Quinquatrus egregia tempeſtas, qua ego illum uſum puto. Idem Cælio, lib. 2. 11. 1, Ita tumultuoſæ cõtiones, ita moleſtæ quinquatrus afferebantur. Plin. lib. 18. cap. 24. 9.

Minores Quinquatrus. Ouid. 6. Faſt. 131. Hæc erãt meſe Iunio.

Quinq; ter implebat ulnas, Quindecim. Ouid. 8. Metam. 151.

¶ Quinquefolium, πεντάφυλλον, herba, à numero foliorum nomen habens, unde etiam Græcis pentaphyllon dicitur. Plin. lib. 25. cap. 6. 2, Foliis per interualla quinquefolij, aut cãnabis, per ambitũ inciſis quinquepartitò. Ibidem, cap. 9. 7, Quinquefolium nulli ignotum eſt, quum etiam fraga gignendo cõmendetur. Græci uocant pentapetes, ſiue chamæzelon, ſiue pentaphyllon. Quũ effoditur, rubram habet radicem. Hæc inareſcens nigreſcit, et anguloſa fit. Nomen à numero foliorũ habet: & ipſa herba incipit & deſinit cũ uite.

¶ Quinquelibralis, et hoc quinquelibrale, pen. prod. (πεντελίτραιος) Pondo quinq; librarũ. Colum. lib. 3. cap. 15. 4, Diſpoſitis lapidibus paucis, qui ſinguli nõ excedant quinquelibrale pondus.

¶ Quinquemeſtris, & hoc quinquemeſtre. (πενταμηνιαῖος) Quinque menſes natũ. Var. 2. de Re ruſt. cap. 7. 9, Quinquemeſtribus pullis factis, quum redacti ſunt in ſtabulum, obijcendum, &c. Plin. lib. 8. cap. 48. 7, Caſtrandi agnos niſi quinquemeſtres, præmaturum exiſtimant.

¶ Quinquennis, & hoc quinquẽne (πεντετὴς) Quinq; annos natus. Plaut. Pœn. 2. 85,

——duæ fuêre filiæ,
Altera quinquennis, altera autem quadrimula. Colum: lib. 7. cap. 6. 3, Caper quinquennis parum idoneus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 1,

In Scythia nobis quinquennis Olympias acta eſt.

Quinquennes oleas eſt, & ſylueſtria corna. Horatius 2. Serm. Satyr. 2. 12.

Vinum quinquenne. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 10.

¶ Quinquennalis, et hoc quinquẽnale, pen. prod. (πενταετηρικὸς) Quod fit ſingulis quinq; annis. Cic. 3. de Orat. 69, Ex quibus Helæus Hippias, quũ Olympiam uenifſet, maxima illa quinquennali celebritate ludorum gloriatus eſt, &c.

Quinquennales ludi. Plin. lib. 4. cap. 5. 7.

Quinquennalis magiſtratus, qui quinq; annis continuis geritur. Liuius 4. ab Vrbe, 101.

Tempus quinquennale. Varr. de Ling. Lat. lib. 5.

¶ Quinquennalia, quinquennaliorum, Ludi qui quinto quoq; anno fiebant. Liuius 1. bel. Maced. Vouit in eadẽ uerba Coſ. præeunte Max. Pontifice: quibus ante quinquennalia, uota ſuſcipi ſolita erant: præterquam quòd tanta pecunia, quantam tum, quum ſolueretur, Senatus cenſuiſſet.

¶ Quinquennium, quinquennij (πεντετία) Spaciũ quinque annorũ. Cic. 3. de Leg. 10, Bini ſunto, magiſtratũ quinquennium habento. De Cenſoribus. Idem 5. Ver. 182.

Duo quinquennia, Decem anni. Ouid. 12. Metam. 117.

In quinquennio. Vide In.

¶ Quinquepartitus, pen. prod. Adiectiuum (πενταμερὴς) Quod in quinque partes diuiſum eſt. Cic. 1. de Inuent. 75, Quinquepartitam igitur hoc pacto putant eſſe argumentationem. Legitur etiam, quinquepertitam.

¶ Quinquepartitò, pen. prod. Aduerbiũ (πενταμερῶς) Plin. lib. 25. cap. 6. 3, Foliis per interualla quinquefolij, aut cannabis, per ambitum inciſis quinquepartitò, nigris & ipſis, plumoſisq;.

¶ Quinque pedum uſucapio, apud Ciceronẽ quid ſit, lib. 1. de Legibus ipſemet rectè explicat. Ex hac (inquit) non rerũ, ſed uerborũ diſcordia controuerſia nata eſt de finibus, in qua (quoniam uſucapionem, XII. tab. intra quinque pedes eſſe noluerunt) depaſci ueterem poſſeſsionem Academiæ ab hoc acuto homine nõ ſinemus, nec Manilia lege ſinguli, ſed ex his, tres arbitri fines regemus. Eum locum ſic, & rectè explicat Hotomanus: Vt in controuerſia uicinorũ de finibus, termini requiruntur, quibus repertis, quinq; quadraua uerſus pedes definiuntur, qui quamuis longo tempore ab alterutro poſſeſſi ſint, finibus tamen dirimendis reſeruantur: ſic controuerſia de finibus bonorũ & malorum quæ philoſophos exercet, termini Academicæ diſciplinæ à Socrate poſiti, perueſtigandi ſunt, & Antiochi arrogantia illius gloriam depaſcentis regenda & coercenda eſt. Lex autem Manilia unicum adigi arbitrũ uolebat finibus agrorum regũdis: ſed quum tres tum eſſent, facetè intulit, Nec Manilia lege ſinguli, ſed ex his tres arbitri fines regemus. Aggenius Vrbicus: De fine enim lex Manilia quinq; aut ſex pedũ latitudinem præſcribit, quoniam hanc latitudinem uel iter ad culturas accedens occupat, uel circũactus aratri quod uſucapi non poteſt.

¶ Quinqueprimi, penult. prod. (πρωτόπρωτοι) qui Græcè, & cap. 2. de priuilegijs eorũ qui in ſacro palatio militant, dicuntur Pentaproti. Cicero Verr. 5, Magiſtratus et Quinqueprimi accitu iſtius euocantur.

¶ Quinqueremis, huius quinqueremis, pen. prod. (πρωτόρης) Nauis quinq; remorum ordines habẽs. Liu. 5. Decad. lib. 1. 30, D C equites & decem quinqueremes naues, ſi deducere ex naualibus uellet. Cic. 1. de Or. 85. Sic 6. Verr. 92, Certos homines in quinqueremi miſiſſe, qui eos dentes reportarent.

¶ Quinquertium (πενταθλον) exercitium, quod quinq; certamina complectitur, uidelicet luctam, pugillatum, cursum, saltum & pancratium. Festus. Budæus in l. athletas. de his qui notantur infamia.

¶ Quinqueßis, numus apud Romanos. Antonius Augustinus ad Festum, Quinqueßis (inquit) quinarius, siue victoriatus dictus est, quòd initio quinq; assibus æstimaretur, postea octo ualuit, eiusq; nota erat victoria. Plinius.

¶ Quinqueuir, pen. corr. Quinqueuiri (ἐκ τῶν πέντε) dicitur ut Triumuir. Cic. 4. Acad. 247. Nescio an' ne Quinqueuirum quidem quenquam, nisi sapientē. Idē 2. pro lege Agrar. 31, Toties legibus Agrarijs curatores constituti sunt Triumuiri, Quinqueuiri, Decemuiri.

Scribæ ex Quinqueuiro corum deludet hiantem. Horatius 2. Serm. Satyr. 5. 12.

¶ Quinqueuiratus. huius quinqueuiratus, pen. prod. (ἀρχὴ τῶν πέντε) Officium uēl magistratus Quinqueuirorum. Cic. ad Attic. lib. 9. 171. 3, Repudiari se totum magis etiam quàm olim in Quinqueuiratu putabit. Vetus codex legit, x x uiratu. Idem de Prouincijs Consul. 33, Me ille ut Quinqueuiratum acciperem, rogauit.

¶ Quinquies, Aduerbium (πεντάκις) Quinq; uicibus. Cic. 5. Verr. 193, Reperietis quinquies tanto iudices, amplius istum, quàm quantum ei in cellam sumere licitum fit; ciuitatibus imperasse. Idem 11. Philip. 297, At hic me defendente quinquies absolutus est.

Quinquies millies. Plin. lib. 2. cap. 23. 1.

¶ Quinquiplico, quinquiplicas, pen. corr. quinquiplicare. ut, Quinquiplicare magistratus, apud Tacitum lib. 2. pro, In annum quintum prorogare.

¶ Quini, Adiectiuum (πένται) Cic. 5. Verr. 94, Nam quum à multis quaterna, etiam quina exigerētur, &c. Ibidē 148, In medimna singula uideo ex literis publicis tibi H-S quinos denos dediße. Plaut. Pseud. 5. 110,

Quater quinis minis.

Quina milia peditum. Liu. 8. ab Vrbe, 42.

Quini deni. Curtius lib. 8, Menses in quinos denos descripserunt dies. De sapientibus Indorum.

Quini uiceni nummi. Liu. 2. bel. Pun. 222.

Quinas hic capiti mercedes exigit. Horatius 1. Serm. Satyr. 2. 3.

Quintanus & Quintana porta] Vide Quintus.

Quintij] Populi sunt in Armenia ad Medorum montes. Strabo lib. 11, Has autem montium radices ad summum usque à mari incipiendo. Albanorum & Armeniorum nonnulli, quadam ex parte habitant, partem uerò maximam Gelæ, Docusini et Amardi, & Quintij: alias Quitij, & Anariacæ.

Quintiliani] dicti sunt iuuenes, qui per ludum & lasciuiā currentes Lupercalia celebrabant. Alexander Alexandrinus lib. 4. cap. 12. Sunt qui putent Romulum & Remum, quum Fauno sacra facerent, clamore pastorum excitos, quorum oues abactæ erant, in latrones præda onustos incurrisse nudos, prædamq; detraxisse: quā postquam potiti sunt, sacra instituisse, ut nudi iuuenes, incincti pellibus per ludum & lasciuiam currerent: ex quibus alij Faniani, nonnulli Quintiliani dicti.

Quintilianus] pen. prod. (κοιντιλιανὸς) rhetor, ortus in Hispania, in ciuitate Calagurritana, ut Eusebio placet. Ipse Quintilianus Hispanos prouinciales suos uocat. Eum dicunt Romam cum Galba uenisse, breuiq; tempore postea in familiaritatem Domitiani principis uenientem eius nepotes erudijsse. Id quod ipse testatur in Procemio lib. 4. Ludum Romæ aperuit, primusq; è fisco salarium tulit. Laurentius Valla eum in præceptis Ciceroni præferebat, styloq; eius & doctrinæ magnopere adhærebat. Meminit huius Martialis lib. 2. 90,

Quintiliane uagæ moderator summe iuuentæ,
Gloria Romanæ Quintiliane togæ.

Plinius quoq; eum discipulum lib. 2. epist. 14, ad Maximum, Ita certè ex Quintiliano præceptore meo audisse memini. Sic lib. 6. epist. 6, ad Fundanum. Idem libro 6. epist. 3. à fine, testatur se quinquaginta millia nummum dedisse dono nupturæ Quintiliani filiæ.

Quintilis] huius Quintilis, pen. prod. (πεντεμβριών) Quintilis mensis ideo dictus est, quòd quintus in ordine esset: sed postea in honorem Iulij Cæsaris Dictatoris, M. Antonio M. filio Consule legem ferente, Iulius appellatus est, inquit Sueton. Cicero Attic. lib. 14. 304. 5, Volo mense Quintili in Græciam.

Quintilius] ut scribit Eusebius, Cremonensis fuit, Virgilij olim & Horatij familiaris, qui obijt ante Virgilij obitum annis sex. Huius meminit Horatius cùm alibi, tum 1. Carm. ode 24. ubi ipsius mortem deplorat.

¶ Quintilius, Dictator Romæ ueneficis matronis puniendis creatus est. Alexander Alexandrinus lib. 1, cap. 6, Post quē quum Romæ de ueneficijs quærerent, & aliquot matronæ damnatæ forent, eaq; res prodigij haberetur loco: ut mētes alienatæ, sui compotes fierent, simili memoria ex annalibus repetita, claui figēdi causa dictator creatus Cneus Quintilius fuit: qui fixo item clauo, quum eo piaculo ciuium mentes sui compotes feciſſet, discordesq; animos conciliasset, dictatura se abdicauit.

¶ Quintipor Seruile nomen, frequens apud antiquos erat, à prænomine domini ductum, ut Marcipor, Gripor. quamuis sint, qui à numero natorum ex ancilla quinto loco dictum putent. Festus.

Quintus] quinta, quintum (πέμπτος) Adiectiuū à quinq;. Liu. 1. bel. Maced. 23, Non quinto inde mense, quem admodum ab Sagunto Annibal, sed quinto inde die quàm ab Corintho soluerit naues, in Italiam perueniet.

¶ Quintæ Calendæ, & quinto Calendas, pro eodem apud Ueriſconsultos usurpatum ubiq; comperimus. Et quidni? nam qui dies Nonæ aut Idus non sunt in mense. Calendæ sunt, illisq; diebus calari populus solebat. Fenestella.

¶ Quintidecagonum, Figura est æquilatera & æquiangula, compositā ex 15 angulis, & lateribus æqualibus. Euclides 4. Element. Theor. 16, In dato circulo, quintidecagonum & æquilaterum & æquiangulum describere.

¶ Quintusdecimus, dies πεντεκαιδεκάτη ἡμέρα, Plin. lib. 9. cap. 51. 6.

¶ Quintum, Aduerbium: ut, Quintum Consul, tempus designat, & quater antè factum. Liu. 7. bel. Pun. 13, Declarati Cōsules Q. Fabius Maximus quintum, Q. Flauius Flaccus IIII. Idem 6. ab Vrbe, 183, Vt M. Furius Dictator quintum diceretur.

¶ Quintanus, pen. prod. Adiectiuum (πεμπταῖος) Plin. lib. 17. cap. 22. 2, Semper uerò quintanis semita i. hoc est; ut quinto quòq; palo singulæ iugo paginæ includantur. De limitatione uinearum loquitur.

¶ Quintana febris, apud Galenum sæpe.

¶ Quintana porta, & statio militum, quum legiones in castra fuerant dispositæ. Alexander Alexandrinus lib. 1. cap. 12, Quarta post prætorium Quintana dicitur, quippe per eā commeatus in castra conuehi, & rerum uenalium copiā uenalis exponi: inde etiā merces ad usum militaris multitudinis, quæq; bello usui forent, importari et exportari solita. Sueton. in Neron. cap. 26. & Liu. 5. Decad. 2.

¶ Quin-

¶ Quintani, Quintæ cohortis aut legionis milites. Tacit. lib. 20, Aduentu quintanorum, quintadecimanorumq; auctæ legiones.

¶ Quintarium limitem ita nominauit Hygenus. Quintū quēque quintarium uolunt. Porrò inter quintum & quintariū interest aliquid. Quintus est, qui quinto loco numeratur: quintarius, qui quinque centurias cludit. hunc uolunt esse quintum, qui est sextus. nam & legumlatoribus, quemadmodum perlatum est, sic caueriūt, ut à D M. quintus quisque spacio itineris ampliaretur. Erat sanè interpretatio legis huius ambigua, nisi eorum formæ sextum quenq; limitem latiorem haberent. Significatione qua & minores. Tractemus nunc diligentius quid dixerint, à D M. quintū quenque latiorem decumano. quum decumanus erat positus, pō siti sunt deinde quinq; limites, quorum nouissimus factus est latior: his quum decumanus accesſit, sex fiunt. eandē obseruationem in reliqua limitum parte esse uoluerunt, quemadmodum à D M. quinq; limites ducebantur, quorū esset summus latior: sic & ab eo quintario, quum spacium definitum erat, quinq; adiectis limitibus, summo, latitudinem suam seruari placuit.

Quintus] πόντος, & Quintius, cognomina antiquis magno in usu. Vnde quintia prata trans Tyberim, à Quinto Cincinnato.

¶ Quintus à principio is dictus est, qui loco natus esset quinto: ut Sextus, qui Sexto: Septimus, qui septimo: Octacilius, qui octauo: Nonius, qui nono: Decimus, qui decimo. Quod et in fœminis est seruātum, ut Claudia quinta: Postea tamen Quintus cœpit esse prænomen eius etiam quandoq; qui secundo, uel tertio, atq; adeò primò loco natus esset: ut in Metellis, Catulis, & alijs licet reperire.

¶ Quintij, orum: nobilis apud Romanos familia, à Quintio illo consule, qui Pietati ædem, ubi Marcelli poste i theatrum fuit, consecrauit. Plin. lib. 7. cap. 36, Pietatis (inquit) exempla infinita quidem toto orbe extitēre, sed Romæ unum, cui comparari cuncta non queant. Humilis in plebe, & ideo ignobilis puerpera supplicij causā carcere inclusa matre, quum impetrasset aditū, à ianitore semper excussa ne quid inferret cibi, deprehensa est uberibus suis alens eam. Quo miraculo, matris salus donata pietati est, ambæq; perpetuis alimentis, & locus ille eidem consecratus deæ, C. Quintio, M. Acilio Coß. Idem lib. 33. cap. 1, ait Quintiorum familiam aurum plurimum contempsisse.

Quinus] Vide Quinq;.

Quippe] Rationis redditiuæ aduerbium, nempe quo rationem eius quod præcesſit, reddimus. Teren. Heaut. 2. 4. 9,

Nam expedit bonas esse uobis, nos quibuscunq; est res, non simunt:

Quippe forma impulsi nostra nos amatores colunt. Cic. 2. de Finib. 31, Sol Democrito magnus uidetur, quippe homini erudito, in geometriaq; perfectō.

Dixisti quippe, iam fixum et statutum est. Cic. pro Mur. 57.

Mouet me quippe lumen curiæ. Cic. pro Milone, 25.

Quippe, pro Certè. Plaut. Aulul. 5. 3. Cic. pro Cecinna, 40, Recte igitur diceres te restituisse? quippe. quid enim facilius est quàm probari ijs qui Latinè sciant, &c.

Quippe quum. Cic. 2. Off. 47, Harum igitur duarum ad fidem faciendam iusticia plus pollet: quippe quum ea sine prudentia satis habeat authoritatis. Plin. lib. 7. cap. 51. 2.

Quippe etenim. Lucret. lib. 2. 158;

Quippe etenim multò procliuius exorientur
Candida de pullo, &c.

Quippe etiam festis quædam exercere diebus: Virgilius 1. Georg. 54.

Quippe qui, Vt qui, nempe qui, uel nempe quum. Colum. lib. 12, de Cappari, Quippe quæ res etiam in desertis agris citra rusticum operam conualescit. Plaut. Amph. 8. 112,

An & id tu scis? ALC. quippe quæ ex te audiui, ut urbem maximam Expugnauisses.

Cicero pro Rosc. Amer. 31, Conuiuia cum patre non inibat, quippe qui ne in oppidum quidem nisi perrarò uenirct. Idē 2. de Fin. 10.

Quippe quia. Terent. Heaut. 3. 2. 27,

Ego uerò laudo. S. rectè sanè. C. quippe quia
Magnarum sæpe id remedium ægritudinum est.

Quippe quòd. Cicero Lentulo, lib. 1. 9. 22, Vbi de mea sententia questus est Cæsar: quippe quòd etiam Rauēnæ Crassum ante uidisset. Legitur & quippe qui.

Quippe quoniā. Plin. lib. 26. cap. 10. 7, Insanabilis non est credendus: quippe quoniam & sponte desinit, & in pluribus cura. De podagræ morbo.

Quippe ubi fas uersum atq; nefas tot bella per orbem,
Tam multæ scelerum facies. Virg. 1. Georg. 101.

¶ Quippini, τί γὰρ οὐ, Cur non, antiquè. Plaut. Menæh. 20. 45,

Ad me face ut efferatur. S. itan' censes? ME D. quippini. Ibidem, 24. 51.

Quir] Vide Quirites.

Quirianus] na, num: ex Quirijs Italiæ populis conflctum à Catone attributū. Plin. lib. 15. cap. 14, Cato adijcit Quiriana poma, & quæ trādit in dolijs condi, Scantiana.

Quiritia tribus] Vide Tribus.

Quirinus] pen. prod. (κυρῖνος) inquit Seruius, Romulus dictus est, uel quòd hasta utebatur, quæ Sabinorum lingua curis dicitur: hasta enim, id est curis, telum longum est: unde et secūris, quasi semicuris. Vel quòd Græcè κύριννος, rex dicitur. Constat autem Græcos fuisse Romanos, uel propter generis nobilitatem. Mars enim quum fœuit, Gradiuus dicitur: quum tranquillus, Quirinus. Deniq; in Vrbe duo eius templa sunt: unum Quirini intra Vrbem, quasi custodis & tranquilli: aliud in Appia uia, extra Vrbem, prope portam; quasi bellatoris, uel Gradiui. Hæc Seruius, enarrans illud Virgilij 1. Aeneid. 60,

Cana fides, & Vesta, Remo cum fratre Quirinus
Iura dabunt, &c. Vide Ouidium lib. 2. Fast. 96.

Genitor urbis Quirinus. Ouid. 15. Metam. 173.

Victor Quirinus. Virg. 3. Georg. 6.

Armifer Quirinus. Silius lib. 16. 16.

Iliacus Quirinus. Silius lib. 13. 53.

Magnus Quirinus. Ouid. 4. Fast. 163.

Quirinus Martigena. Ouid. 1. Fast. 40.

Trabeatus Quirinus. Ouid. 14. Metam. 166.

Collis Quirini. Ouid. 4. Fast. 75.

¶ Quirinalis & hoc Qrinale, pen. prod. (κυρινάλιος) Quirinalis collis dictus est Romæ, quòd in eo Quirini templum erat: siue quòd in eū cōmigrauerint Sabini à Curib. uenientes. Quirinalis porta etiam Romæ dicta, quòd ea in collem Quirinalem iretur: uel quòd proximè eam esset Quirini sacellum.

Iuguni Quirinale. Ouid. 6. Fast. 44.

Lituus Quirinalis, Qualem Quirinus habuit. Virg. 7. Aeneid. 38.

¶ Quirinalia, dies quo Quirino fiebant sacra mense Februario. Idem stultorum feriæ appellantur (antè, quàm in eum commigrarent ferè Sabini à Curibus uenientes, post fœdus inter Romulum & Tatium) quòd quidam suorum fornacalium sacrorum ignari, eo potißimùm die rem diuinam faciunt. Festus.

¶ Quirinalia, Quirinaliorum (κυρινάλια) Cic. ad Quint. frat.

lib.2.15.3,Comitialibus diebus, qui Quirinalia sequuntur, Appius,&c.

¶ Quirites,pen.prod.Romani dicuntur,à Quirino,id est,Romulo,urbis Romæ cõditore:uel à Curibus, Sabinorũ urbe. Author Seruius,enarrans illud Virgilij,7 Aeneid.142,

—postquam in partem data Roma Sabinis,

Vnà ingẽs Amiterna cohors,priscíq; Quirites. Cic. pro Cecinna,70, Qui enim potest iure Quiritum liber esse is, qui in numero Quiritum non est?

Bellicosi Quirites.Horat.3.Carm.ode3.12.

Mobiles Quirites.Horat.1.Carm.ode 1.2.

Et quanquam hoc nomen Quirites,quidam tantum pluraliter declinari uelint, apud poetas tamen reperimus Quiritem, à Quiris Quiritis, uel Quirites Quiritis, uel hic & hæc Quiritis.In genitiuo plurali Quiritium, & Quiritum per syncopam.Persius Satyr.5.8,

—heu steriles ueri quibus una Quiritem
Vertigo facit.Ouid.1.Amor.eleg.7.6.

Quiritia] Iuno,mensalis dicta est apud Romanos. De eu sic Alexander lib.Genial.dierum,1. cap. 17,Rursusq; singulas Curias (Romanus populus in tres tribus,Tilienſem, Ramnenſem,& Lucerem distributus, quinq; & triginta postea superauit) in decurias,præfectos illarum Decuriones dixisse,ut in sua quisq; Curia sacra faceret, suamq; aram haberent:ubi Iuno Mensalis, quæ Quiritia dicta est, colebatur: feriasq; obseruarent: ac ex raptarum nominibus, decurijs nomina fuisse multi asseuerant.

¶ Quiritium,quiritij, Fossæ dicuntur, quibus Ancus Martius circumdedit urbem, quam secundũ Ostium Tiberis posuit, ex quo etiam Ostiam. Et quia populi operaeas fossas fecerat, appellauit Quiritum. Paulus autem genitiuo plurali fossas Quiritium dixit.Festus.

¶ Quiritium ius, erat ius Quiritibus, non etiam peregrinis, inter solos Quirites commune, uelut Mancipatio, Vsucapio, Cessio in iure,Iusta hæreditas, Emptio ex præda sub corona.Emptio in bonis,sectioneue alicuius. Varro lib. 2. de Rerustica, & Vlpian.in fragment.

¶ Quirito,quiritas,pen.prod. (κεντέω,λιθοβολέω) quiritare:& Quiritor,quiritaris,qui itari, Clamare, Romanos commouere,& Quiritum auxilium inuocare. Var. Quiritare,Quirites ciere.Nonius, Quiritare,est clamare: tractum ab ijs qui Quirites inuocant. Lucil.lib. 12. Satyr.

Concursus ueluti aurarius, clareq; quiritas. Budæus, Quiritari,deos hominesq; implorare. Liu. 9. bel. Maced. 31,Occulebat uim,quòd præ ululatibus, tympanorumq; & cymbalorum strepitu nulla nox quiritantium inter stupra & cædes exaudiri poterat.Asinius Pollio ad Ciceronem,libro 10.32.8,Quum quidem pransus nudis pedibus, tunica soluta,manibus ad tergum reiectis inambularet, & illi misero quiritanti, C.R. natus sum?respõderet, Abi nunc, fidem populi implora.

Quiritari, Exclamare.Quintil.lib.3.cap.8.41, Si modò est sanus,non quiritet,sed quàm maximè potest, ciuili & humano ingressu mereri,assensum deliberantis uelit.

Quititari, Conqueri. Plin.lib.9.9.cap.17.7, Quæ reputatio aufert transuersum animum ad contemplationem eorũ qui in conquestione luxus coquos emi singulos pluris, quàm equos quiritabant.

¶ Quiritatio, Verbale.Liu.3. bel Maced.42. Fuga comitum & quiritatio facta, & tumultus tota urbe discurrentium factus cum luminibus.

¶ Quiritatus,huius quiritatus, pen.prod. Clamor urbanorũ, lubilatus rusticorũ:ut ostẽdit Valla ex authoritate Varrõis.

Quiritatus infantiũ. Plin.epist.106.d.lib.5, Audires ululatus fœminarum,infantium quiritatus,clamores uirorum.

Quirritare]Vocem edere uerris. Author Philomelæ,11.

Quirritat uerres,pardus rudit,oncat asellus.

Quis] cuius (τίς,ποῖος) Interrogatiuè aut infinitè ponitur, nunquam relatiuè.Terent. Andr.5.3.1,

Quis me uult perij,pater est.Virg.10.eclog.6,

Et quis erit modus,inquit?amor non talia curat.

Quis clarior in Græcia Themistocle?quis potẽtior?qui quum, &c.Cic.de Amic.40.

Quis, fœminino genere, pro Quæ. Plautus Epid. 12. 4. Vbi Aulul.

Dic mihi si audes,quis ea est quam uis ducere uxorem?

Quo facto,id est,qua re facta. Vlpian.in l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acquir. uel omit.hæred. Qui hæreditatem repudiauit,quo facto statuliber filio nominatim pecuniam dare missus,&c.

Infinitè,apud Plinium iuniorem, Tum mihi nescio quis in aurem insusurrauit.

Quis omnium. Sallust.in Iugurtha,At contrà,quis est omnium his moribus,qui non diuitijs & sumptibus,&c.

Quis,de duobus etiam dictum.Liu.9.bel. Maced.non ita procul à fine,de Perseo & Demetrio Philippi filijs loquens,Et Philippus (inquit) ipse uix sui arbitrij fore quem hæredẽ regni relinqueret credens, sibi quoq; grauiorem esse quàm uellet,minorem filium censebat.

Quis,& uter. Quintil.lib.7.cap.5, Ex duobus uter dignior, ex pluribus quis dignissimus.

Quis,pro Qualis.Terent.Andr.4.2.19,

Quis uideor? c.miser æquè atq; ego. Cic.ad Curionem, lib.2, Cui scribam uideo.hoc est, Video qualis sit is ad quẽ scribo.In hoc loco datiuus Cui, non à Qui,sed à Quis declinatur.Terent.Andr.

Ego quid narres,nescio.

Quis ego sum,aut quæ in me est facultas?Cic.de Amic.16.

Quæs, pro Quibus, in datiuo uel ablatiuo. Horat. 1. Serm. Satyr. 1.16,

Quæs humana sibi doluit natura negatis. Plin. lib.12. cap.1.2, Mille prætereà sunt usus earum, sine quæs uita degi non possit.De arboribus.Virg.1.Aeneid.20,

Quæs ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere.

Quæscum,pro Cum quibus.Plaut.Capt.186,

Aut anates,aut coturnices dantur,quescum lusitent.

E' quæs,pro Ex quibus.Colum.lib.3.cap.1.6, Athenæ uerò scriptorum frequentiam pepererunt, è quæs probatissimi authores Chæreas, Aristandros,&c.

In quæs,pro in quibus.Gell.lib.3.cap.11, Alij Homerum quàm Hesiodũ natu maiorem fuisse scripserunt. in quæs Philochorus & Xenophanes: alij minorẽ, in quæs L.Accius poeta.

Quem ad finem sese effrænata iactabit audacia?Cic.1.in Catil. 1. id est,Quousq;.

Quis quisquam.Plaut.Aulul.27.3,

Quis me Athenis nunc magis quisquam est homo, cui dij sint propitij?

Quisnam] τίς ἆρα, Interrogatiuum est. Terent. Andr. 5. 6.1,

Quisnam homo est? P. ego sum. D. ô Pamphile.Cic.6, Verr.71, Quisnam igitur per deos immortales tuebitur P. Scipionis memoriam mortui? quis monumenta atq; indicia uirtutis,si tu ea relinquis ac deserís?

Quisnam igitur liber?Horat.Serm.Satyr.7.17.

Infinitum aliquando. Plin. lib.11. cap.37.14, Delphini quanam modo audiant,mirum.Gellius lib. 9.cap.2, Tum Herodes interrogat quisnam esset.

Quispiam]

Quispiam]cuiuspiam (οὔτις) Aliquis. Cicero 1.Off.47, Vt si constitueris te cuipiam aduocatum in rem præsentem esse uenturum.Idem 3. de Nat. deor. 124, Nec si tu redo aut grando quidpiam nocuit,id Ioui animaduertendum fuit.

Absoluere quempiam alteri.Vide Absoluo.

Abrogare quempiam.Vide Abrogo.

Quispiam,pro Quidam.Gellius lib.2.cap.21, Tum quispiam ex ijs qui eodem in numero Græcas res eruditi erant.

Quisputas]penult.corr.Idem significat quod Quisnam.

Quisquam]cuiusquam, Aliquem, siue unum quemlibet significat.

Negatiuè,interrogatiuè,& subiunctiuè ponitur.

Negatiuè.Cic.ad Lentulum, lib.1.1.4, Nam cum in sermone quotidiano,tum in senatu palàm sic egit causam tuã,ut neq; eloquentia maiore quisquam,nec grauitate,nec studio, nec contentione agere potuerit. id est, ut nemo agere potuerit maiore eloquentia,nec grauitate.

Non ferè quisquam. Vide Non.

Interrogat ferè semper, et cum indignatione.Cic.Verr.3.100, Quid enim quisquam ad meã pecuniam me inuito affirmat? Idem pro lege Manilia,31, Et quisquam dubitabit quid uirtute proficiatur?st,qui tantum authoritate præficeritr? Virgilius 2.Aeneid.11,

—& quisquam numen Iunonis adoret?

Subiunctiuè. Terent.in Prolog.Eunuc.

Si quisquam est qui placere se studeat bonis
Quàm plurimis. Cic.Attico,Quòd si non modò tu,sed quisquam alius fuisset.

Quisquam, pro Quiuis. Cicero ad Terentiam, lib.14.7.4, Nisi uos fortiores cognossem, quàm quenquam uirum.pro, Quemuis uirum.

Quisquam,pro collectiuo positum,Plaut.

Neq; nostrũm quisquam sensimus quum peperit.

Quisquam,fœmininè.Terent.Eunuch.2.3.82,

Quandoquidem illarum neq; quisquam te nouit, neque scit quis sies.Ibidem,4.4.11.

Quisquam gentium.Terent.Hecyr.3.1.13,

—an quisquam gentium est æquè miser? Ex emendato exemplari legendum,An quisquam usquam gentium.

Quisquam unus.Liu.2.ab Vrbe,42, Nec quisquam unus malis artibus postea tam popularis esset, quàm tum bene imperando, uniuersus Senatus fuit.Ibidem, Quia nondũ in quẽquam unum seuiebatur.

Quisquã omnium.Cic.4.Verr.82, An hoc dubitabit quisquã omniũ, quin is uenalem in Sicilia iurisdictionem habuerit?

Quisq;]cuiusq; (πᾶς τις) Vniuersale pronomen.Vnico uerbo contentum est.Virg.6.Aeneid.149,

Quisq; suos patimur manes.Cic.2.de Nat.deor.82,Cæteræ naturæ suis semimibus quæq; gignũtur. Idem in Sallust. 10,Elogium Appij Claudij & L. Pisonis integerrimorum uirorum,quo usus est quisq; eorum,pro lege,&c.

Quisq; homo.Plaut.Merc.24.51.

Cuiq;,cuiq;.Cic.3. Philipp.141, Diuina uerò opportunitas ut quæ cuiq; apta esset,ea cuiq; obueniret.De prouincijs.

Quid quenq; cuiq; præstare oporteret.Cic.3.Off.93.

Ego quid ad te tuorum quisq; necessariorum scribat,nescio.Cicero Lentulo,lib.1,9.106.

Quisq;,superlatiuis, uel his quæ horum similem habent naturam,iungitur: qualia sunt ex numeralibus nomina ordinalia.cũ suo interrogatiuo uel infinito Quotus: uel positiuis his,quæ superlatiua publico usu non recipiunt: uel duobus pronominibus sui & suus:uel obliquis relatiui substantia ferè iunctum inueniãs.Hæc ex Valla.

Superlatiuis,ut doctissimus quisq;. Aliquando in diuerso casu à superlatiuo,ut maximo quisq; animo.Cic.1.Acad 19,Certè enim recentissima quæq; sunt correcta & emendata maxime. Idem 1. Tusc.120, Sed nescio quo modo doctissimus quisq; contemnit.

Ordinalibus,Plaut.Pseud.15.17,

Nam in foro uix decumusquisq; est qui ipsius sese nouerit.Idem Merc.3.66,

Neq; nisi quinto quòq; anno posse tum uisere urbem.

Cum Quotus: Quotus quisq;,id est, Nullus uel rarus. Cic.2. Tusc.17, Quotus enim quisq; philosophorum inuenitur, qui ita sit moratus?Idẽ 2.de Diuin.77. Quota enim quæq; res euenit prædicta ab istis?

Superlatiuis carentibus, Strenuus quisq;, Singularis quisque, Principalis quisq;.

Cum Sui & Suus.Terent.in Prolog.Adelph.21,

Quorum opera in bello,in ocio,in negocio,
Suo quisq; tempore usus est,sine superbia.Cic.5. de Fin. 43,Sua cuiusq; animantis natura est. Et paulo post, Et suæ cuiq; propria,& ad id apta,quod cuiusq; natura desiderat.

Pictores & poetæ suum quisq; opus à uulgo considerari uult. Cic.1.Offic.205.

Ex quo quid suum cuiusq; sit eorum quæ natura fuerunt cõmunia,quod cuiq; obtigit,id quisq; teneat.Cic.1.Off.33.

Obliquis relatiui substantiæ. Quintil. Cui quodque loco sit aptissimum.

Rarò absolutis alijs,uel comparatiuis.Suet.in Othone,cap.2, Ferebatur & uagari noctibus solitus,atq; in ualidum quẽq; obuiorum uel potulentum corripere, ac distento sago impositum in sublime iactare.Quintil.lib.2.cap.3,Erit etiam eo obscurior,quo quisq; deterior.

Pro se quisq;.Cic.3.Verr.47, Pro se quisq; ut in quoq; erat authoritatis plurimum, ad populum loquebatur. Idem 1. de lege Agrar.16, Huic pro se quisq; nostrũm mederi, atque hoc omnes sanare uelle debemus.

Quoq; ablatiuus,priore lõga.Cic.4.Verr.67,Quinto quòq; anno Sicilia tota cẽsetur. Idem pro Rabirio Posthumo.21, Modò nobis inspectantibus in iudicio Gabinij tertio quòq; uerbo excitabantur.

Quid quòq; loco quadret.Quintil.lib.9.cap.4.

Quæq;,pro Vnaquæq;.Cic.de Senect.14,Earum,si placet,causarum quantum quæq; ualeat,quantumq; ista sit,undaquæq; uideamus.

Quisq;,de duobus. Caius in l. si seruus.§. si inter.ff.de uerbor. obligat. Quia possit contingere, ut tam stipulator quàm promissor, ante aliquod tempus suo quisq; dispensatori notum fecerit.Quintil.lib.7.cap.5.

Quisq;,cum comparatiuo. Quintilian. lib.9.cap.4, Sed quo quoq; pedes sunt tẽporibus pleniores longiq; syllabis magis stabiles,hoc grauiorem faciunt orationem, breues celerem ac nobilem.

Quisquiliæ] quisquiliarũ,pluraliter tãtum (περικαθάρματα) Purgamenta terrarum, & quicquid ex arboribus minutis fruticulorum,filiorumq; & florũ cadit,uelut quicquid cadit, inquit Festus.Ob id Cæcilius quisquilias uolantes dicit.

Quisquilias,homines nihili uocat.Cic.ad Atticum,lib.1.11.12. Idẽ pro Sestio,81,Omitto iam Numerium, Serranum, Attium,quisquilias seditionis Clodianæ.

Quisquilium] quisquilij (κόκκος ἀφεδρώνιος) uocant exiguum fruticem ilicis producentem coccum: quod granum est ad tingendas uestes gratissimum Plin.lib.14.cap.8.2, Omnes tamen has eius dotes ilex solo pronocat coccо.Ornamum hoc,primoq; ceu sceptro fruticis paruæ aquifoliæ ilicis quisquilium uocant, pensionem alteram tributi pauperibus Hispaniæ donat.Vetus codex legit,cusculium.

Hinc natum esse putatur, ut uestis coccina, literis per imperitiam interceptis squallata uulgò hodie dicatur, pro quisquiliata uel cùscùlata.

Quisquis] cuiuscuiusᵹ (ὁστισοῦν) significat Quicunq;. Duo uerba petit, quia per relatiuũ declaratur. Plaut. Pseud. 20. 34, Quisquis es adolescens, operam fac compendi quærere. Liu. 5. Decad. lib. 1. 29, Nam & ne stirpem domi relinquerent, liberos suos quibusquibus in eam conditionem ut manumitterentur, mancipio dabant, &c.

Quisquis est ille, si modò est aliquis. Cic. de clar. Orat. 138.

Quisquis, pro Quisq;. Cic. 1. Off. 76, Colendum autem esse ita quenq; maximè, ut quisquis his uirtutibus erit ornatus. Ex uetusto codice legitur, Vt quisq; maximè uirtutibus his leuioribus erit ornatus.

Quiuis] quæuis, quoduis uel quiduis, cuiusuis (ὁὁτιβούλει) Vnus è multis, sed indifferenter hic uel ille. Terentius Andelph. 2. 3. 1,

Abs quiuis homine, quum est opus, beneficium accipere gaudeas. hoc est, ab hoc siue ab illo, indifferenter. Cic. pro Quint. 16, Vtrumq; quiuis intelligere potuisset.

Non quiuis unus è populo. Cic. de clar. Orat. 178.

Quæsuis temporibus anni matura est & tempestiua: pro, Quibusuis. Cato cap. 17. Legitur & quiduis.

¶ Quiduis, potius quàm. Cic. pro Cluentio, 76, Vis illa fuit, & ut sæpe iam dixi, ruina quædam atq; tempestas, & quiduis potius quàm iudicium, aut disceptatio, aut quæstio.

Quiduis perpeti malle, quàm. Cic. 5. Verr. 37.

Quoduis. Cic. de Opt. gen. Orat. Poematum suum quoduis est diuersum à cæteris.

Vt lutulentus suis cum quouis uolutari. Cic. in Sallustium, 1.

QVO

Quò] ποῖ, Aduerbium interrogandi ad locum. Virgilius 1. Aeneidos, 75,

Quóue tenetis iter? Cic. ad Torquatum, lib. 6. 2. 8, Tu uelim scribas ad me quid agas, & ubi futurus sis, ut aut quò scribam, aut quò ueniam, scire possim.

Quò abis? Donatus. Sic Virgil. 10. Aeneid. 130,

Quò fugitis Aeneadæ? Ibidem, 74,

Quò fugitis socij? Sic enim loquitur, qui uult ostendere conditionem locorum, in qua peruerso modo alius petatur, alius linquatur. Terent. Hecyr. 3. 5. 45,

——quò abis? mane,

Mane inquam: quò abis?

Quò te agis? Donatus, Admonitio discedentis. nam à quo discedere desideramus, admonemus eum quò uadat, aut quò eat. Terent. Andr. 4. 2. 25,

Proindè hinc uos amolimini: nam mihi impedimento estis. P. Ego hanc uisam. D. quid tu? quò hinc te agis?

Quò non? Terent. Adelph. 4. 6. 4,

Perreptaui usq; omne oppidum, ad portam, ad lacum:

Quò non? id est, Non est locus ullus quem non adierim.

Quò, pro Vnde. Terent. Adelph. 2. 1. 36, Illuc quæso redi quò cœpisti Aeschine. Vbi Donatus, Figurate: rectum enim erat, unde cœpisti. Nisi fortè, Quo pronomen est, modò accipiendum, ut sit A quo.

Quò genium fugis? Plaut. Rud. 19. 43.

Quo] διότι, Coniunctio uaria significat.

Quo, Quare, inquit Donatus. Terent. Andr. 2. 5. 18,

——forma bona Memini uidere: quo æquior fuit Pamphilo,

Si se illam in somnis, quàm illum amplecti maluit.

Quo ut. Cic. 2. de Oratore, 5, Quo etiam feci libentius, ut eum sermonem quem illi quondam inter se de his rebus habuissent, mandarem literis.

Quo, Quòd, quoniam, ex quo, aut quare. Terent. Eun. 1. 2. 16,

Non pol quo quenquam plus amem, aut plus diligam

Eo feci. Cic. 6. Verr. 56, Nam rex id celatum uoluerat, nõ quo quicquam metueret aut fuspicaretur, sed ut ne multi, &c. Cic. 1. Off. 40, Quo magis cauendum est nequid in eo genere peccetur.

Non quo libenter malè audiam, &c. sed quia, &c. Cicero 2. de Orator. 168.

Quo minus mirum est, si audientium intentio langueſcat. Plin. epist. 19. lib. 2. Cic. pro Quintio, 2, Nam quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligentiam comparaui.

Interpellent me, quo minus honoratus sim, dum me interpellet quo minus Respublica à me commodè administrari possit. Cicero Bruto, lib. 11. 10. 3.

Quo minus familiaris sum, hoc sum ad inuestigandum curiosior. Cic. Fiquld. lib. 4. 13. 15.

Quo minus interrogatum. Cic. 1. de Fin. 89, Neq; enim ciuitas in seditione potest esse beata, nec in discordia dominorũ domus animas à se ipse dissidens, secumq; discordans, gustare partem ullam tranquillæ uoluptatis & liberæ potest.

Quo, pro Vt. Plin. iunior, Neq; enim id feci, quo tibi molestus essem. Terent. Heaut. 3. 2. 31.

Eo, quo. Cic. pro Quintio, 3, Non eo dico C. Aquili, quo mihi ueniat in dubium tua fides & constantia, aut quo, &c.

Quo, eo. Cic. pro Quintio, 2, Quæ quo plura sunt C. Aquili, eo te & hos qui tibi in consilio adsunt, meliori mente nostra uerba audire oportebit. Quint. lib. 3. cap. 7. 9, Quo minores opes fuerũt, eo maiorẽ benefactis gloriã parit. De Fortuna.

Quo, hoc. Quintil. lib. 2. cap. 2. 4, Nam quo sæpius monuerit, hoc uarius castigabit. De officijs præceptoris.

Quo plus prodest, hoc præstantior. Cic. 4. Acad. 4.

Quo maximè, ita maximè. Cic. 4. Ver. 17, Quo quisq; te maximè cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat, ita maximè manus tua putabatur.

Quò, Ad quid, in quem usum. Horat. 1. epist. 5. 3,

Quò mihi fortuna, si non conceditur uti?

Quò tibi tantum opus fuerit, id quæro. Cic. 4. Verr. 153.

Martis uerò signum quo mihi pacis authori? Cicero Gallo, libro 7. 24. 7.

Quòd autem & quò, nihil scimus. Cic. Attic. lib. 8. 147. 9.

Quoad] ἕως δ, μέχρι τοῦ τί ἐστι, Quandiu, ut ait Donatus. Terent. Phorm. 1. 2. 98,

Senem quoad expectatis uestrum? Cic. de Amic. Ego autẽ à patre ita eram deductus ad Scæuolam, sumpta uirili toga, ut quoad possem, & licèret, à senis latere nunquam discederem. Idem 1. Off. 3. Vlpian. in l. 1. §. 1. ff. de peric. & com. rei uend. Sed si uenditor se periculo subiecit, in id tempus periculum sustinebit, quoad se subiecit.

Quoad, Quousq;. Cæsar 5. bel. Gall. 66, Neq; finem insequendi fecerunt, quoad subsidio confisi equites, præcipites hostes egerunt.

Videte nunc quoad fecerit iter apertius quàm antea. Cicer. 1. de lege Agrar. 2.

Ego me ducem in ciuili bello, quoad de pace ageretur, nolui esse. Cic. Attic. lib. 7. 144. 2.

Quoad uixit. Suetonius de claris Gram. 20.

Quoad tibi æquũ & rectũ uidebitur. Cic. Bruto, lib. 13. 15. 3.

Eatenus quoad. Vlpian. in l. 1. ff. de peric. & com. rei uẽd. Quòd non designauit tempus, eatenus periculum sustinere debet, quoad degustetur uinum.

Nihil differt ita loqui, Quoad uiuam: &, Quoad moriar. hæc enim quamuis cõtraria esse uideantur, idẽ tamen significant: quoniã duo tempora, quũ inter se opposita sunt, atq; ita cohærentia ut alterius finis cum alterius initio misceatur, non refert utrum per extremitatem prioris, an per initium sequentis

sequentis locus ipse confinis demonstretur. Sipontinus.

Quoad, Quãtitatẽ rerũ aliquando denotat. Cic. de lege Agr. 6, Audite uos qui amplissimo populi, Senatusq; iudicio exercitus habuistis, & bella gessistis, quoad quenq; peruenit, peruenerit ex præda, ex manubijs, ex auro coronario. id est, quantum.

Quoad, pro Quantum, ferè cum uerbo Possum.

Quoad potuit restitit. Cic. de Senect. 10.

Quoad longissimè potest mens mea respicere spacium præteriti temporis. Cic. pro Archia, 1.

Nec interest (quoad feras bestias & uolucres) utrum in suo quisq; fundo captet, an in alieno. id est, quãtũ ad feras bestias. Cuius in l. 3. ff. de acquir. rerum dominio.

Quoad, pro Interim dum. Quint. lib. 10. cap. 3, Nisi fortè membranarum usum usus infirmior exigit: quæ ut iuuant acie, ita crebra relatione, quoad intinguantur calami, morantur manum, & mentis impetum frangunt.

Quoad munus officij exequi & tueri possis. Cicero de Senect. 65.

Quoad per me licitum est: pro, Quantum potui & licuit. Cic. 5. Verr. 61, Deniq; domi tuæ piratæ, à quo tempore capti sunt, quoad per me licitum est, fuerunt.

Quoad potest. Cic. ad Attic. lib. 5. 100. 4. Vetus exemplar habet, si quid potest. Idẽ 7. Verr. 138, Tulit hæc ciuitas quoad potuit, quoad necesse fuit, regiam istam uestram dominationem in iudicijs, & in omni Repub. tulit.

Quoad eius fieri potest: hîc Eius pro eicon est. Author ad Herennium, lib. 1. 2. Cic. ad Attic. lib. 11. 220. 6, Tu tamen uelim ne intermittas, quoad eius facere poteris, scribere ad me. Cato cap. 32, Sursum uorsum, quoad eius facere poteris, facito uti dicas.

Quoad eius potest. Liu. 9. bel. Maced.

Quoad usq; Actius,

Nihil te impedio, quoad usque rem peragas. Suet. in Iulio, cap. 14.

Quoad, scilicet. Gellius lib. 1. cap. 15, Vlyssem Homerus uirum sapienti facundia præditum, uocem mittere ait non ex ore, sed ex pectore, quo scilicet non ad sonum magis, habitumq; uocis, quàm ex sententiarum penitus conceptarum altitudine pertineret.

Quocirca] τοιγαροῦν, Coniunctio rationalis: id est, Quamobrẽ, itaq;. Cic. de Senect. 37, Quod quo magis intelligi posset, fingere animo aliquem iubebat tanta incitatum uoluptate corporis, quanta percipi posset maxima, nemini censebat fore dubium, quin tamdiu dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione consequi posset: quocirca nihil esse tam detestabile, tamq; pestiferum, quàm uoluptatem.

Quocirca bene apud maiores nostros Senatus decreuit, &c. Cic. 1. de Diuin. 151.

Quocum] μεθ' ὅ, ablatiuus à Quicũ. Cic. 1. de Legib. 81, Ergo assentiris Antiocho familiari meo: magistro enim nõ audeo dicere, quocum uixi.

Quocunq;] ὅπῃδήν, ablatiuus à Quicunq;. Plin. lib. 27. cap. 12. 9, Quocunq; hæc modo se habeant, uis earum est spissare, ac refrigerare.

Sed quocunq; tempore mihi potestas tui præsentis fuerit. Cic. Lent. lib. 9. 93.

¶ Quocunq;, Aduerb. (πανταχόσε) Plin. lib. 15. cap. 27. 8, Numerosis nominibus & nouis quocunq; incedit insignis. Vetus exemplar legit. Quacunq;.

Eleganter interponitur dictio, inter quo & cunq;, per eam figuram quæ Tmesis dicitur. Cic. Tusc. 22, Vt enim heri fecisti, sic nunc rationem, quo ea me cunq; duxeris, sequar.

Quod] cuius, Adiectiuũ (τοιοῦτον) ut, Quod pomum. Interrogatiuum, & relatiuum est. Plaut.

Quod facinus audi tantum? Idem,

Nec mihi, quod facinus conscirem, inueni.

Quod, aliquãdo appellatiui uicẽ obtinet, id est, rẽ multis communem significat. Cic. Attico, Ego ad P. Lupum & C. Coponium Prætores missi, ut se uobis coniungerent, & militum quod haberent, ad uos deducerent.

Quod biremium. Tacit. lib. 21, Complet & quod biremium, quæq; simplici ordine agebantur.

Quod castrorum. Tacit. lib. 1, Et quod proximè castrorum sinecerum erat.

Quod floris, quod roboris in iuuentute erat, amiserant. Liu. lib. 7. bel. Maced.

Quod militum. Tacit. lib. 13, Et à Flauio Sabino præfecto urbis quod erat in urbe militum, sacramento Vitellij adactum.

Quod, relatiuũ, aliquando dissentit à suo antecedente. Cic. Omnes tenues atq; humiles, quæ maxima in populo multitudo est, sibi præsidium paratum putant. Sallust. in Catilinã. Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur.

Quod, Absolutum, pro Quæres. Terent. Eun. 3. 1. 55,

Par pari referto, quod eam mordeat.

Quod, Propter quod, uel itaq;. Terent. Hecyr. 2. 3. 3,

Nam (ita me ament di) quod me decusat nunc uir, sum extra noxiam. Vbi Donatus, Deest In eo: ut sit, In eo quod me accusat nunc uir, sum extra noxiam. An Quod, propter quod? Hactenus Donatus. Videtur hoc loco, Quod coniunctio esse: pro, Quantum pertinet ad. Idem Andr. 1. 5. 54,

Quod ego per hanc te dexteram oro, & genium tuum.

Quod, Propter quod, aliter. Plaut. Epid.

Animum aduorte: ut quod ego ad te uenio, intelligas. id est, Vt intelligas propter quod ad te uenio.

Quod, pro Quare, ut, Quod te oro, qui modus est Latini sermonis: quo utebantur, quum aliquid timentes narrabant, ac deinde ne quid tale eueniret, obsecrabant: & perinde est quasi, Quare te oro. Terent. Hecyr. 3. 2. 3,

Male metuo ne Philumenæ magis morbus aggraueſcat.

Quod te Aesculapi, & te Salus, ne quid huius sit, oro. Horat. 1. epist. 17. 18,

Quod te per genium, dextramq;, deosq; penates

Obsecro & obtestor, uitæ me redde priori. Quidã uolunt hîc, Quod esse coniunctionem.

Quod, pro Quæ plurali, inquit Donatus. Terent. Eun. 1. 1. 19,

Et quod nunc tute tecum iratus cogitas,

Egone illam, quæ illam, quæ me?

Quod attinet ad. Terent. Adelph. 3. 1. 9,

Quando uitium oblatum est uirgini, quod ad illum attinet potissimùm. Cic. pro Rosc. Amerin. 54, Qui omnes (quod ad me attinet) uellem uiuerent.

Quod, Aliquando tantùm accipitur pro quadam continuatione, siue connexione, quoties Vtinam adiunctum habet. Cic. Terent. lib. 14. 4. 1, Quum autem scribo ad uos, aut uestra lego, conficior lachrymis, sic ut ferre non possim: quod utinam minus uitæ cupidi fuissemus, certè nihil, aut non multum in uita mali uidissemus. Terent. Phorm. 1. 3. 5,

Quasi atq; utinam, uel utinam autem fuissem.

Quod, In quo. Terent. Andr. 4. 4. 17,

——sed si quid sit M. mebo.

Quod mea opera opus sit uobis, aut tu plus uides, quàm ego,

Quod, pro Qui, authore Donato. Terent. Eunuc. 2. 1. 5.

Ego quoq; unà pereo, quod mihi est charius. id est, Qui mihi charior sum. Et apud Plaut. Asin. 13. 12,

Alienum

Alienum hominem intromittat neminem,

Quod illa autem amicum aut patronum nominet. Plinius lib.18.cap.ult.15,de tempestatum præsagijs,Nube grauida candicante,quod uocant tempestatem albam, grando imminebit.

Quod absq; molestia fiat,Quod commodè facere possis, Pace quod fiat tua, &c.Modi sunt loquendi, honoris præfatiunculam quandam & humanitatis signum denotantes.Cic.Sulpitio,lib.13.24.3,Atq; eum,quod absq; molestia fiat, si qua in re opus ei fuerit,iuueris.Idem Terentiæ,lib.14.5.5, Tu uelim,quod commodo ualetudinis tuæ fiat,quàm longissimè poteris,obuiam nobis properes.Et Attico,lib.14.314.4, Et ipse,quod commodo tuo fiat,cum eo colloquere.

Quod bene uertat, Modus bene precandi.Liu.1.ab Vrbe,120. Ibidem,72,Tum interrex, concione aduocata, Quod bonum,faustum,felixq; sit,inquit,Quirites,regem create.

Quod inter nos liceat dicere.Cic.ad Att.lib.2.19.1, Serapionis librum ad me misisti,ex quo quidem ego (quod inter nos liceat dicere) millesimam partem uix intelligo. Vulgus dicit, Quod ego nolim alij dicere uel dici.

Non nouisti me? P. quod quidem ueniat in mętem.hoc est quod memineram.Plaut.Epid.13.32. Plin.lib.12.cap.14.4,Nec tamen ab ullo (quod equidem sciam) Latino arborum earũ tradita est facies.

Quod satis est:pro, Quantum satis est.Horat.2.Serm.Sat.7.1,

—amicum Mancipiũ domino,et frugi,quod sit satis.

Sum quod ille:id est,Talis sum, qualis ille:sum illi similis. Horat.2.Serm.Sat.7.8,

Tu cum sis quod ego,& fortasis nequior,ultrò Insectere?

Quod,pro Quicquid.Cic.pro Domo sua,86, Ornamentorum quod superfluit in fanis & communibus locis, tota è Græcia,&c.sanè frugaliter domum suam deportauit. Budæus.

Quod nunquam ferè.Cic pro Milone,20.Nullis Græcis comitibus,ut solebat:sine uxore,quod nunquam ferè.

Quod ad quos. Cicer.ad Att.lib.11.2 21.5,Si quid erit quod ad quos scribendum meo nomine putes.uelim,ut soles facias.

Quod quum ita est,ex edicto bona possessa non sunt. Cic. pro Quint.44.

Quod superest, Modus est loquendi:quod etiam dicitur,Quod reliquum est,quod restat:hoc est,cæterum. Virg. 2. Georg. 70.Idem 11.Aeneid.3,

Maxima res effecta uiri,timor omnis abesto:
Quod superest,hæc sunt spolia,& de rege superbo
Primitiæ.Seruius.Id est,de reliquo:& est absoluta elocutio. Cic.ad Attic. lib.9.191.6,Quod superest,scribe quæso quàm accuratissimè.

Quod contrà:pro,Econtrario uerò.Cic.de Amic. 76, Peccasse enim se non anguntur,obiurgari molestè ferunt: quod cõtrà oportebat,delicto dolere,obiurgatione gaudere. Budæus.

Quod idem:pro,Id quod. Cic.de Arusp.respons.11, Quod idem in iudicio capitis durum atq; iniquum est.Idem 3. Philipp. 141,Quod idẽ fecit L.Philippus,uir auo,patre, maioribusq; suis dignissimus.Budæus.

Quod idem:pro,Quod ipsum,quod etiam,id quod.Cic.pro Domo sua,56,Quotiescunq; de me consultus est,toties eam nullam esse iudicauit. Quod idem tu Lentule uidisti in ea lege, quam de me tulisti.Et 2.de Nat.deor.77,Quod idem faciunt stellæ superiores. Budæus.

Quod unum.Cic.ad Att.lib.14.318.6,Nunc autem uidemur habituri ducem:quod unum muncipia,bonique desiderant.

Quod,pro καθότι,uel καθόσον,siue quatenus, aliquando quantum.Terent.Phorm.1.2.81, —omnia hæc
Confingam,quod erit mihi bonum atq; commodum. Idem Adelph.4.5.9,
Prodidisti & te,& illam miseram & gnatum,quod quidem in te fuit.pro,Quantum in te situm fuit. Quintil. lib.1. cap.de Orthographia,Ego,quod cõsuetudo obtinuerit, scribendũ quicq; iudico,quo modo sonat.pro Quoad, uel Quatenus. Alij legunt,Nisi quod.

Quod,Cur,quamobrem.Virg.3.eclog.10,

Si ad uitulam spectes,nihil est quod pocula laudes.Cicer. ad Terentiam,lib.14.12.2,In uiam quòd te des hoc tempore,nihil est.Idem pro Rosc.Amerino.1,Credo ego uos mirari,quid sit quòd quum is,& c. ego potissimum surrexerim.

Quod,pro Vt,inquit Donatus.Terent.Phorm.5.9.63,

Vin' primùm hodie facere quod ego gaudeam Nausistratæ, Et quod tuo uiro oculi doleant Cicero 10. Philipp. 270,Cur nunquam tam frequens Senatus fuit, quod sinus aliquis tuam sententiam secutus sit? Vetus tamen codex legit,Vt unus.

Quòd] Coniunctio (ὅτι) Quia significat,& indicatiuo aliquando,frequentius tamen subiunctiuo iungitur. Indicatiuo.Cicero Attic.lib.1.2.2,Quòd ad me scribis de Hermathena,per mihi gratum est,& ornamentum Academiæ propriũ meæ:quòd & Hermes commune omnium, & Minerua singulare est eius gymnasij.Idem,Vtinam illum diem uidẽ, quum tibi agam gratias,quòd me uiuere coegisti.Subiunctiuo.Cic.Attic.Et accersam,sed prohibebo, quòd intelligam multo magis interesse tua,te agere quod agendum esset hoc tempore,quàm mea,te adesse comitijs.Idem,Mihi quòd defendissem,leuiter succensuit.Plin.lib.8.cap.16.6.

Quòd,Sed,uerùm,at:quo modo ferè cum Si uel Nisi iungitur. Terent.Phorm.1.3.19,

Quòd ni fuissem incogitans.Virg.1.Georg.31,

Quòd nisi & assiduis terram insectabere rastris.Terent. Andr.3.4.25,

Quòd si quiessem,nihil euenisset mali.Cic. pro Murena, 3.Quòd si è portu soluentibus,ij qui iam in portum exalto inuehuntur,præcipere summo studio solent. hoc est, si uerò.

Quòd quum,pro Sed quum.Cic.pro Cælio,62.Idem 3. de Fin. 11,Quòd quum accidisset ut alterum nec opinatò uideremus, surrexit statim.Budæus.

Quòd quia,pro Sed quia,uerùm quando.Cic. 1. de Finib.103,

Quòd quia nullo modo sine amicitia firmam & perpetuam iucunditatem uitæ tenere possumus.Budæus.

Quòd quoniam.In præfatione secundi Rhetoricorum, Quòd quoniam nobis uoluntas accidit ut artem dicendi perscriberemus.Vbi principium est sententiæ:pro, Quando uerò nobis:uel, Quum uerò nobis.Budæus.

Quòd,pro ὅτι ut. Scio quòd scribis,uel scribas.Plin.epist.5.lib. 3,Quòd lectitas,mihi pergratum est.

Quòd,aliquando præcedentis uerbi significationem determinat.Plin.ad Seruianum,Gaudeo & gratulor,quòd Fusco Salinatori filiam tuam destinasti.Cic.in Sallust. Credo quòd nõ omnes tui similes incolumes in hac urbe uixissent.Plin.epist. 92,Tertius hic dies est quòd audiui.

Quòd,pro Quantum ad illud.Terent.Eunuch.4.7.15,

Sanè quòd tibi nunc uir uideatur esse,hic nebulo magnus est.Idem Adelph.5.9.29,

Vt id ostenderem,quòd te isti facilem & festiuum putant; id non fieri ex uera uita.

Quodammodò] pen.corr.(τρόπόν τινά) Aduerbium,id significans quod barbarè dicitur Aliqualiter,& aliàs Latinè Aliquo pacto.Cic.de Amic.27, Quippe quum propter uirtutem & probitatem eos etiam quos nunquam uidimus, quodammodo diligamus.Idem ad Sulpitium,lib.13.27.7, Literas ad te à M.Lepido Consule,non quæ te aliquid iuberent,sed

rent,sed quodammodo quasi commendatitias sumpsimus.

Quasi quodammodo.Cic.1.de Orat.131.

Quodcunq;] cuiuscunq; (ὅτου) à Quicunq;. Virgilius 2. Aeneid.16,

Cuncta equidem tibi rex, fuerit quodcunq; fatebor.Cic. 3.de Legib.9,Quodcunq; Senatus decreuerit,agunto.

Quodcunq;, Aliquando nomen appellatiuum est: ut, Quodcunq; militum: pro, Quoscunq; milites. Cicero Attico,lib. 8.161.5,Vos hortor, ut quodcunq; mihi tum cõtrahere posteritis,contrahatis.Idem Rufo,lib.5.19.4, Quodcunq; cepisse consilij.Colum. lib. 1.cap. 5, Quodcunq; rubiginis aut spurcitiæ resedit,siccare.

Quodpiam] τι,à Quispiam.ut,Quodpiam oppidum,pro Quoddam,apud Ciceronem in Verrem.

Aliquod quodpiam membrum.Cic.3.Tusc.32.

Quoi] pro cui. Cic.de Leg. Quoi auro dentes uincti essent.

Quoius] pro cuius.Cic.de Leg.Ad finem bonorum quo referuntur, & quoius adipiscendi causa sunt facienda omnia.

Quominus] pen.corr.(μὴ ὅ, μὴ ἔχι, μὴ ἐχί) id est,Vt non. Terent. And.42.17,

Si poterit fieri ut ne pater per me stitisse credat,
Quominus hæ fierent nuptiæ, uolo. Cic. 1. de Orat.36, Nullis ut terminis circunscribat ius suum, quominus liceat uagari quò uelit.

Nihil desideramus quo minus Epirum ipsam possidere uideamur.Cic.Attic.lib.2.19.4.

Illud non perficies quominus tua causa uelim. Cicero Lent. li libro 1.7.18.

Abstinere quominus.Vide Abstineo.

Aduersari quominus.Vide Aduersor.

Quomodo] pen.corr. (πῶς, πῶσ, ὅπως, πῶνι, πρόπη) Aduerbium id est,Qua ratione, quidam uolũt esse ablatiui casus, & separatim legendum.

Interrogatiuè aliquando ponitur.Plaut.Aulul.4.8,

Quomodo tibi res se habet? Cic.5. Verr.58, Etiámne si plus edidisset,quàm quantum natum esset? etiam. Quomodo? Magistratus ex ipsius edicto exigere debebant.

Quomodo,Quare.Plaut.Stich.4.94,

Illa quidem nullum sacrificabit. Quomodo?
Quid igitur me uolt?

Admiratiuè aliquando.Cic.de Amic.8, Quomodo (ut alia omittam) mortem filij tulit?

Infinitè ut plurimùm.Terent.Heaut.5.3.2,

Idq; adeò miror, quomodo tam ineptum quicquam poterit tibi
Venire in mentem,mi uir.Cato cap. 2, Vbi cognouit, quomodo fundus cuius fiet.

Locutus sum cum Cincio quomodo se res habet. Cic. ad Quint.lib.2.6.1.

Si Respub.tibi narrare posset quomodo sese haberet,non faciliùs,&c. Cic.Appio,lib.3.3.1.

Ita me feci tis Consulem, quomodo pauci in hac ciuitate facti sunt.Cic.3.de lege Agrar.19.

Vt enim quærás omnia, quomodo Græci ineptiũ appellent, nõ reperies.Cic.2. de Orat.11.

Quomodo, pro Quoquomodo. Cic. 2. de Orat. 76, Verùm hoc(ut dixi)nihil ad me.Illud ad me,ac multo etiã magis ad uos Cotta noster & Sulpiti, quomodo nũc se istorũ artes habẽt,pertimescẽda est multitudo causarũ:est enim infinita.

Quomodo potuissem,te conuenissem, si, &c. Cicero Rufo,libro 5.20.1.

Quomodo,pro Vt.Cic.ad Atticum, lib.13.26.1.5, Nam quomodo nunc est,pedem ubi ponat in suo, non habet. Eidem, lib.10.197.13,Cuius quidem mirifica uirtus: quomodo illa fert publicam cladem, quomodo domesticas tricas. De Terentia,ipsius Ciceronis uxore.Budæus.

¶ Quomodocunq; (ὁποσοῦν) pro,Quoquo pacto.Cic.ad Terentiam,lib.14.14.3,Quomodocunq; nunc res habet, modò ut hæc nobis loca tenere liceat. Vetus exemplar habet, quomodo quidem.Idem lib.5,de Fin. 52, Quomodocunq; dicitur,intelligi tamen quicquid dicatur potest.

¶ Quomodonam (πῶς) Cic.ad Qu.frat.lib.2,16.14,Quomodonam mi frater de nostris uersibus Cæsar?

Quónam] ποῖ δή, Aduerb.ad locum.Plaut.Trin.14.69.

—eamus intrò,sequere. s.quò tu te agis? c. quónã nisi Domũ? Cic.Att.lib.8.147.7,Etiã si nũc sequor,quónã?

Quónam (ποίῳ τῷ) ablatiuus à Quinam: iungitur ablatiuo Modo,estq; tanquam una dictio uice aduerbij posita.Cic.2. de Finib.10,Quónam,inquit,modo? quia,&c,

Infinitè.Cic.4. de Fin.113, Admirantes quæramus ab utroque quónam modo uitam agere possimus.

Quondam] πάλαι,ποτέ, Aduerbium temporis, Præteritum tempus aliquando notat, pro Olim uel Aliquando. Cic.Fuit ista quondam in hac Rep.uirtus. Idem ad Cælium, lib.2.15.5,Nosti enim non modò stomachi mei,cuius tu similem quondam habebas.Liu.1.ab Vrbe,209,Omnia onera quæ communia quondam fuerint, inclinasse in primores ciuitatis.

Consuetudo mea qua quondam solitus sum uti. Cicero 1. de Orat.67.

Aliquando futurum.Virg.

—quondam tua dicere facta Tempus erit.

Præsens nonnunquam. Virg.2.Aeneid.74,

Quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus.

Quondam,Semper.Virg.3.Georg.19,

Vt quondam in stipulis magnus sine uiribus ignis. Seruius in 2. Aeneid.63.

Quoniam] ὅτι,ὅτῆι,ἐπεί,ἐπείπερ,Coniunctio causalis. Terent.Andr.1.5.15,

—ea quoniam nemini obtrudi potest,
Itur ad me.Idem Eunuch.2.2.6,
Quid istuc ornati est inquam? quoniam misen quod habui,perdidi.

Quamobrem quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictum est,utar ea clausula,&c.Cic.Curioni,lib.2.3.5, Sic 3.Philip.144, Quapropter quoniam res in discrimen adducta est,utrum ille pœnas Reipub.luat,&c.

Quoniam,aliquando significat Postquam, authoribus Festo et Donato.Plaut.Asin.12.21,

Quid nunc,quoniã ambo, ut est lubitum, nos delusistis, datisne argentum? Teren. And.2.1.6,

Quæso ædepol Charine,quoniam id fieri quod uis,non potest,uelis id quod possis.

Quoniam & Idcirco, ueluti relatiua sunt.Propert.lib.2,

An quoniam agrestem detraxit ab ore figuram
Iuppiter,idcirco facta superba dea es?

Quoniam quidem suscepi,non deest.pro, Quandoquidẽ.Cic. pro Sext.Rosc.18.Idem ad Atticum,lib.2.16.4, Quoniam quidem ea quæ nos scribimus,&c.te etiam delectant.

Quoniam quidem,secundo loco. Colum. lib.5.cap.5.15. Nos autem præcipimus cæsim uirgas.quum à matre fuerint præcisæ,sicubi de mortuis uitibus ordines uacent,aut si nouellã quis uineam instituere uelit, pro uiuiradice ponere: quoniam quidem partes sarmentorum, quæ fuerant obrutæ,satis multas habent radices,quæ depositæ scrobibus consestim comprehendant.

Quanquam quoniam,&c.idem Roscius,&c. Cicero 1.de Oratore,132.

Quoniam, pro Quòd, uel quia. Plin. lib. 23. cap. 1. 26, Quo certè uocabulo satis consilij dedêre prisci, quoniam & in maleficijs cariem sumus erodit.

Quopiam] Aduerbium ad locum. Terent. Eunuch. 3. 2. 9, Ituráne Thais quopiam est?

Quoquam] Aduerbium ad locum. Cato cap. 72, Boues ne pedes subterent, prius quàm in uiam quoquam agas. Cic. 4. Verr. 37, O Verres præclara, quoquam si accessisti, quo nõ attuleris tecum istum diem?

Quoqs] ὅτι, διότι, Coniunctio, pro Etiam, similiter. Terent. Eunuch. 2. 2. 20,

Quicquid dicunt, laudo: id rursum si negent, laudo id quoq;. Idem Andr. 4. 4. 13,

——ego quoq; hinc ab dextera
Venire me dissimulabo. Cic. pro Rabirio Posth. 21, Si per eũ reductus infidiosè rediisset, me scilicet maximè, sed proximè illum quoq; fefellisse.

Quoq; enim. Liuius bel. Pun. 1, P. Sempronius (ei quoq; enim Proconsuli imperium in annũ prorogabatur) P. Licinio succederet.

Quoq; etiam. Terent. Hecyr. 5. 1. 35,

Nam non sunt solæ arbitratæ hæ: ego quoq; etiam credidi. Et paulo antè 7.

Quoq; certè. Curtius lib. 8, Puero quoq; certè posteà ex ea utcunq; genito, Alexandro fuit nomen.

Quoq; cum particula &. Plin. 8. cap. 16. 15, Sunt uerò & fortuita eorum quoq; clementiæ exempla. De leonibus.

Quoq; in fine sententiæ, uemustatem habet in oratione. Quint. lib. 8. cap. 6, Nam sit longa & inexpedita: ut in quæstionibus eam iudices similem agmini totidem lixas habenti, quot milites quoq;. Idem lib. 9. cap. 4, Perdidisset gratiam simplicis atq; affectati coloris, perdidisset fidem quoq;.

Quoquò] ποντικοῖ, Aduerbium ad locum, In quancunq; partem. Cic. 2. de Diuin. 36, Ita quoquò sese uerterint Stoici, iaceat necesse est omnis eorum solertia.

Quoquo gentium. Plaut. Merc. 22. 17,

Mensq; mihi illam quærere, quoquò hinc abducta est gentium.

¶ Quoquo (ὅτινοσθεν) ablatiuus: id est, Quocunq;. Cic. ad Att. lib. 9. 17. 5, Confido igitur aduentum nostrum illi quoquo tempore fuerit, ut seribis, ἀσῶλύτον fore.

Quoquo consilio, fecit certè suo. Cicero pro Rabirio perd. reo, 13.

Hic ager quoquo precio coemptus sit, tamen ingenti pecunia nobis inducetur. Cic. 2. de lege Agr. 71.

¶ Quoquomodo. Plaut. Menæh. 1. 7. 67, —— quid nocui
Tibi, aut adeò isti, quæ mihi molesta est quoquomodo? id est, Omnibus mõdis, omnino. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 2. 23, Tu quoquomodo, quoniam Ephesi est, hominum mouestiges leuiter: summaq; diligentia uel tecum deducas.

Fuit aliquis casus quem tulimus, quoquomodo ferendus fuit. Cic. 6. Philipp. 217.

Quoquomodo ea res huic quidem cecidit. Cic. ad Attic. lib 8. 14. 7. 10. Et 7. Verr. 30, Tu quum esses Prætor renunciatus quoquomodo. id est, Quomodocunq;, siue utcunq;.

Quoquomodo de me meritus est. Cic. pro Milone, 71.

Quoquomodo, tamen. Cic. 4. Verr. 50, Quoquomodo se in ea quæstione præbebat, tamen in consilio habebat homines honestos è conuentu Syracusano. Idem 7. Verr. 70.

¶ Quoquopacto. Terent. Adelph. 3. 2. 44,

Quapropter, quoquopacto celato est opus. Idem Eunuch. 5. 9. 53,

Mirum, ni illoc homine quoquopacto opus est.

¶ Quoquoversum, siue Quoquouersus (ὥκιστα) Aduerbium ad locum: id est, Versus quecunq; locum. Cæsar in Comment. Eius imperio classem quoquouersum dimittunt. Idem 2. bel. Ciuil. 28, Patebat hæc quoquouersus pedes xxx. Colum. lib. 2. cap. 5. 1.

Quorsum] Aduerbium ad locum, Versus quem locum cum interrogatione, & sine interrogatione aliquando ponitur. Terent. Eunuch. 2. 3. 13,

Ego nescio hercle neq; unde eam, neq; quorsum eam.

Quorsum, Ad quam rem. Terent. Eunuch. 1. 2. 75,

At ego nesciebam quorsum tu ires? hoc est, Quid tuis uerbis uelles? quò tenderes? Idem Andr. 1. 1. 100,

Quàm timeo quorsum euadas? id est, Ad quem finem perueniat oratio tua. Ibidem, 1. 5. 29,

Misera timeo, hoc incertum quorsum accidat. id est, Vereor ne illud incertum, quod dixit Pamphilus, malè uertat nobis, & in nostram perniciem conuertatur. Cic. pro Roscio Comœd. 25, Quorsum récidat responsum tuum, non magnopere laboro.

Quorsum istuc? Quod uulgò dicitur, Ad quod propositum? Terent. Adelph. 1. 2. 20. Idem Andr. 2. 2. 24,

Quorsumnam istuc? D. ego me continuò ad Chremem. Cic. de Amic. 39, Quorsum hæc? quia sine socijs nemo quicquam tale conatur. Idem Post reditum ad Quirites, 3, Quorsum igitur hæc disputatio? quorsum? ut intelligere possitis, neminem, &c.

Verebar quorsum id casturum esset. Cicero Attico, lib. 3. 66. 1. Terent. And. 1. 1. 4,

—— & heri semper lenitas
Verebar quorsum euaderet.

Vnde mihi lapidem? quorsum est opus. Horat. 2. Sermon. Satyra 7. 24.

Quorsum hæc tandem? hoc est, Ad quid tandem hæc dicis? Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 5.

Quorsum tandem, aut cur ista quæris? Cic. 1. de Legib. 5.

¶ Quorsus, idem. Cic. de clar. Orat. 162, Quorsus inquã istuc? non enim intelligo. Idem Att. 2. 36. 1, Nunc repente tanto in odio est omnibus, ut quorsus eruptura sit, horreamus.

Quot] πόσοι, ὁπόσοι, Nomen numerale. Plaut. Stich. 4. 59,

Quot adeò cœnæ, quas defleui, mortuæ?
Quot potiones mulsi? quot autem prandia? Admirationè dictum. Et apud Terentium in Hecyra,

Quot commodas res attuli? quod autem ademi curas? Tot, quot. Terent. Phorm. 2. 4. 14,

—— uerùm ita est;
Quot homines, tot sententiæ. Hæc eadem uerba habet Cic. lib. 1. de Fin. 24.

Quot homines, tot causæ. Cic. 2. de Orat. 76.

Quot, quantæ, quàm incredibiles calamitates. Cic. 1. Tusc. 36.

Quot sunt? s. totidem quot ego & tu sumus. Plaut. Rud. 14. 6. Cic. in Orat. 30, Quot orationum genera, &c. totidem orationis sunt.

Quot modis. Terent. Andr. 1. 5. 12, —— quot modis
Contemptus, spretus: facta, transacta omnia.

Quot annos nata? H. septendecim. Plaut. Cist. 10. 99. Idem Menæh. 2. 4. 57,

Quot eras annos natus quum te pater à patria auehit?
MEN. Septuennis.

Quot mensibus, pro Quolibet mense, siue singulis mensibus: quemadmodum Quotannis, pro Singulis annis. Vlp. in l. cui ij. §. si cui non. ff. de transactionibus, Si tamen ita sine prætore transegerit, ut inuicem eorum nummum quotannis uel quot mensibus acciperet, &c. Vide Vallam lib. 6. cap. 6.

¶ Quotannis, ἕκαστον ἐνιαυτοῦ, Singulis annis. Plaut. Epid. 5. Quid istæ quæ quotannis nomina inueniunt nouas? Cicero 4. Verr. 91, Quòd omnes Siculi ex censu quotannis tributa conferunt? Sic 2. de Finib. 162. Colum. lib. 5. cap. 9. 10, Omnis deinde soboles quæ ex uno stirpe nata est, quotannis extirpanda est.

Quotennis] δύο ἐτῶν: id est, Quot annorũ. habet enim antecedentia nomina numeralia, uel composita ex numeralibus & anno: ut anniculus, biennis, triennis. ut, Tu es biẽnis, quotennis ille. Hæc Calepinus: sed sine teste.

Quotenus] pen. prod. (ποσόσ τις) Relatiuum diuisiuum, significat Vsque ad quem numerum. Ad bini, terni, quaterni refertur. Sic docet Priscianus. Cic. ad Atticum, lib. 12. 25. 1, Is, opinor, ita partes fecit in ripa nescio quotenorum iugerum, ut certa precia constitueret, quæ mihi nota non sunt. Alij tamen dicunt, nihil aliud significare quàm Quot.

Quotidie] Aduerbium (ὁσημέραι) Singulis diebus. Terent. Heaut. 3. 1. 14,

Nam mihi quidem quotidie augescit magis
De filio, ægritudo. Cic. 3. Verr. 92, Quò maximarum rerum frequentissimæ quotidie aduocationes fiunt. Quintil. lib. 1. cap. De ortographia, Frigidiora his alia: ut quicquid c quartam haberet, ne interrogare bis uideremur. Et quotidie, non cotidie: ut fit, quot diebus. Verùm hæc iam inter ipsas ineptias euanuerunt.

Quotidie, uel potius in singulos dies, breuiores ad te literas mitto. Cic. Attic. lib. 5. 94. 1.

¶ Quotidianus, penul. prod. Adiectiuum (ὁσημερινὸς) Quod quotidiè fit. Cic. 2. de Diuinat. 91, Quia sunt hæc quotidiana, angues non item.

Quotidianum magis quàm usitatum. Brutus Ciceroni, 16. 1, Audire aliquid de te, non solùm usitatum, sed etiam quotidianum est.

Cœnam quotidianam alicui apponere. Plin. lib. 9. cap. 35. 17.

Culpa quotidiana. Catul. ad Mallium, 63. 28.

Cura quotidiana. Terent. Phorm. 1. 3. 8.

Epistolæ quotidianæ odiosæ. Cic. Attico, lib. 8. 166. 1.

Febris quotidiana. Terent. Hecyr. 3. 2. 22.

Formæ quotidianæ, id est, Vulgares & usitatæ. Terentius, Eunuch. 2. 3. 6,

O' faciẽ pulchram deleo oẽs debinc ex animo mulieres
Tædet harum quotidianarum formarum. Vbi Donatus, Quotidianarum, hoc est Leuium & usitatarũ. Est quippe contrarium, Noua figura oris.

Opera quotidiana & perusitata. Cic. 3. de Orat. 104.

Querimonia quotidiana. Cic. 1. Verr. 5. & 3. 92.

Res quotidiana. Plin. lib. 8. cap. 5. 6.

Sermo quotidianus, Qui quotidie habetur. Cic. ad Lent. lib. 1. 1. 4. Idem 3. Verr. 92, Nam quid ego de quotidiano sermone querimoniaq; pop. Rom. loquar? Quintil. lib. 2. cap. 4. 7.

Sermo quotidianus & familiaris. Cicer. pro Cecin. 38, Sermo hercle & familiaris & quotidianus non cohærebit, si uerba inter nos aucupabimur.

Sumptus quotidiani. Terent. Heaut. 4. 5. 7.

Verba quotidiana. Cic. ad Papyrium, lib. 9. 21. 3. id est, In quibus quotidiano sermone utimur.

Victus quotidianus. Cic. pro Rosc. Amer. 46.

Vitæ quotidianæ expressa imago. Cic. pro Rosc. Amer. 27.

Vita quotidiana, assidua, & urbana. Cic. in Pisonem, 51.

¶ Quotidianò, pro quotidie. Plin. lib. 11. cap. 37. 29, Palpebræ in genis homini utrinq;. Mulieribus uerò etiã infectæ quotidianò. Tãta est decoris affectatio, ut tinguntur oculi quoq;.

Quoties] ὁσάκις, ὁσάκις, ποσάκις, Aduerbium numerale, hoc est, Quot uicibus. Terent. Hecyr. 1. 1. 3,

Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi,
Quàm sanctè. Cic. 4. Verr. 102, Verùm quoties, & quot nominibus à Syracusanis statuas auferes?

Quoties mihi certorum hominum potestas erit. Cicero Lentulo, lib. 1. 7. 3.

Apud ueteres, quotiens per N scriptum fuisse, testatur Pierius his uerbis, In omnibus codicibus antiquis quos euoluerim, Quotiens per ns scriptum obseruaui. Quibus astipulatur Caper Grammaticus, ubi dicit, Sine N scribẽda sunt millies, centies, decies. Totiens & quotiens quum scribuntur, per N scribenda sunt. In cuius sententiam Victorinus etiam descendit, dum ait, Aduerbia utrò cum N scribenda sunt, Totiens, Quotiens.

Quoties iam, quoties iam tibi exorta est sica ista de manibus. Cic. 1. in Catil. 11.

Quotiescunq;, ποσακισδήν. Cic. pro Cluentio, 39, Quotiescunque dico, toties mihi uideor in iudicium uenire. Idem 3. Tuscul. 142, Cætera, quotiescunq; uoletis, & hoc loco & alijs parata uobis erunt.

Quotquot] ὁσοιδή, compositum à Quot: Catull. de Acme, epigram. 39. 2,

Adeste hendecasyllabi, quot estis,
Omnes undique, quotquot estis omnes.

Quotquot erũt dies, Singulis diebus. Horat. 2. Carm. ode 1. 41. Si duæ leges, si plures, aut quotquot erũt. Cic. 2. de Inuen. 229.

Quotuplus] pen. corr. (ποσαπλάσιος) Ad mensuram uel ad pondus refertur: ut, Meus ager reddit decuplum quotuplum non reddit tuus.

Quotuplex] ποσαπλᾶς, Quot iugerum.

Quotus] quota, quotum (πόστος, ὁπόστος, ποσαστός) Relatiuum ordinale, quo significatur cuius numeri, siue in quo numero aut ordine. ut, Sit primus in ciuitate, quotus es in tua.

Quotus, simpliciter interrogat, & numerum petit. Cic. 5. Verr. 189, Quotus erit iste denarius, qui non sit deferendus? Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 9,

Hora quota est?

At fuit fama, quotus quisq; istam potest effugere in tam maledicta ciuitate? Cic. pro Cælio, 29.

Quotus, sine interrogatione. Horat. 2. epist. 1. 7,

Scire uelim chartis pretium quotus arroget annus.
Mart. lib. 14. 217,

Dic quotus es, quanti cupias cœnare. Plaut. Pseud. 15. 7,
Quotas ædes dixerit, id ego admodum incertò scio.

Neq; ãdo perturbatione ordinis impediamur, quo sectius quoto quoq; loco libebit, posiimus. Author ad Heren. li. 3. 124.

Quota pars, id est, Minima pars. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10. 5,

Qui quota terroris pars solet esse mei? Idem ad Corinnã, lib. 2. Amorum, eleg. 12. 2,

Ex toi in Atridis pars quota laudis erat? Mart. lib. 1. 28,
Cæsavis hæc nostri pars est quota? quasi diceret, Minima.

¶ Quotuscunq;, ὁποσοσδήν. Tibul. lib. 2. eleg. 7. 11,

Mouerit è cunctis pars quotacunq; deos.

¶ Quotusquisq;, Nomẽ numerale, per interrogationem profertur: ut, Quotusquisque est qui teneat artem numerorum? quasi dicat, Nullus aut rarus. Cic. 5. de Fin. 53, Quis est enim aut quotusquisque, cui mors quum appropinquet,

Non refugiat timido sanguis, atq; exalbescat metus?
Ex poeta. Idem 3. de Diuin. 77, Quota enim quæque res euenit prædicta ab istis?

Quoto cuiq; lorica est? quis equum habet? Curtius lib. 9.

Quouis] Aduerbium ad locum.

Quouis gentium. Terent. Heaut. 5. 1. 55,

Imò abeat potius multo quouis gentium,
Quàm hic per flagitium ad inopiam relicat patrem.

¶ Quouiscunq;, loco potes hunc finire libellum. Martialis libro 14. 1.

Quousque] (ἕως, ἐσ' ἄν, μέχρι τινος) id est, Quãdiu, uel usque ad quod tempus: & ponitur interrogatiuè. Plautus Asin.3.29,

Nam quousque? L. usque ad mortem uolo. Cic.pro Cn. Plancio, 61, Atq; etiam clamitas Laterensis, Quousque ista dicis? Nihil in Cyprio profecisti. Idem 1.de Natur.deor. 155, Quousque ludis?

Quousque tandem, primo loco positum, & quasi ex abrupto prolatum. Cic.1. in Catilinam, 1, Quousque tandem abutêre Catilina patientia nostra? Quandiu, &c.

Quousque, cui respondet Quoad. Cic.ad Attic.lib.15.329.19, Quousque inquies? quoad erit integrum.

Quum] ὅτου, uel Quũ, uel Quom, scribebant ueteres, quando aduerbium temporis erat. Victorinus in orthographiæ præceptis admonet sic esset scribendum, quum est aduerbium temporis. Eius hæc sunt uerba, Cum autem, si fuerit aduerbium temporis, per Q & V, sue unum, siue duo scribatis: ut Quum primùm, & Quum facerem. Hactenus Victorinus. Scripserunt ueteres & Quom, per O ante M. Plaut.Amph.

Grauidam ego illam reliqui quom abeo. Terent.in Prolog. Andriæ, 1,

Poeta quom primùm animum ad scribendum appulit. Cic. de Amic.1, Quom sæpe multa, tum memini, &c. sub. narraret. Quintil.lib.1.cap. De orthographia, Illa quoque seruata est à multis differentia: ut Ad, quum esset præpositio, D literam: quum autem coniunctio, T acciperet. Item Cum, si tempus significaret, per Quom: si comitem, per Cum: si uerò causam, per Q. ac duas sequentes uu, scriberetur.

Quum, pro Quo, authore Donato. Terent. And.1.1.125,

Propè adest, quum alieno more iiuendum est mihi.

Quris] uel Qurina, lingua Sabinorum hasta dicebatur: unde & Quirinum, & Quirites, & Quirinalia dixêre. Scribebant uerò per C. quoniam Q litera Hetruscis in usu, sicut Romanis non erat. Cato in Origmibus: Quirinalis (inquit) collis à Iunone Sabinorum dea, quam illi Curitim, id est hastatam Iunonem uocant, &c.

¶ Quris cælibatis. Arnobius lib.11. aduersus Gentes, Quum in matrimonia conuenitis, toga sternitis lectulos, & maritorum Genios aduocatis, nubentium crinem cælibari hasta mulcetis, puellarum togulas fortunam defertis ad uirginalem. Festus, Cælibari hasta caput nubentis comebatur, quæ in corpore gladiatoris stetisset abicti, occisiq;, ut quemadmodum illa coniuncta fuerit cum corpore gladiatoris, sic ipsa cum uiro sit, &c. Lilius 3. Syntagm.

R

LITERA consonans initio Romanis, medijs in dictionibus incognita, cuiusq; uice, s literam posuerunt. nã maiosibus, melioribus, Laribus, festis, Valesijs, Fusijs: pro maioribus, melioribus, Laribus, serijs, Valerijs, Furijs, scripserũt. Pomponius in libro singulari Enchiridij, relatus in l.2. §.idem Appius. de origine iur.lib.1. Pandect. Ciuilũ. Idem Appius Claudius, qui uidetur ab hoc processisse, R literã inuenit, ut pro Valesij, Valerij essent: & pro Fusijs, Furijs. Vide Festum, & Fabium lib.4. Oratoriarum institutionum.

R litera in compositione, consequente L liquida, in alterum L itidem permutatur: ut in perluceo, pelluceo: perlucidus, pellucidus. Vlpianus l.19.§. gemmæ autem. de auro & argento legat. Gemmæ autem, inquit, pellucidæ sunt materiæ. In Pandectis Florentinis, perlucidæ legitur.

R litera canina à Persio dicitur, quòd cum rictu pronuncietur, fragorem enim stridoremq; concitat, hærente lingua dentibus, spiritu copiosiore, sonitu uerò stridulo: itaq; ei L opponitur, quòd tam leniat uerbum, quàm R exasperat.

R uel Ro. Roma. R.C. Romana ciuitas. R.D. Regis domus. R.F.E.D. Rectè factum esse dicetur. R.F.E.V. Rectè factum esse uidebitur. R. FERRARIN. Rerum Ferrariensium. R.G.C. Rei gerundæ causa. R.G.F. Regis filius. R.L.P. Rectè legi posit. R.N.LON.PX. Retrò non longè pedes decem. R.P. Respublica, uel Romani Principes. R.P.C. uel R.P.C. Reipublicæ consiliator: uel Retrò pedes centum. R.R. Rurum Romanorum. Ruderibus recolligendis. Reiectis rudibus, aliàs ruderibus. R.R.R.F.F.F. Regnum Romæ ruet, ferro, fame, flamma. R.REG. Rurum Regiensium. R.S.P. Res sua publica. R.VE. Res Veronenſis.

R.R. Actuum solennis nota apud maiores nostros, qua Rationes relatas significabant. Festus, R duobus in compluribus orationibus (quum de actis disseritur) etiam perscribi solet, id est Rationum relatarum: quod ijs tabulis docentur iudices, quæ publicè data atque accepta sint.

Rabbath] ῥαββὰθ, Metropolis erat filiorum Ammon, quæ postea à Ptolemæo Philadelpho, qui Arabiam tenuit, cum Iudæa, Philadelphia nominata est.

Rabienus] antea Labienus, mutato suo nomine, q. omnes passim laceraret. Cælius lib.11.cap.13, In Labieno tãta, & tã impromiscua memoratur libertas, ut libertatis nomen excederet: & quia passim omnes lacerabat, Rabienus uocabatur. In hunc primùm excogitata est noua pœna: effectum enim est per inimicos, ut omnes eius libri comburerentur. Quæ res inusitata fuit, & prorsus mira, supplicium de studijs sumi. Eam contumeliam Labienus non tulit, nec superstes (ut inquit Seneca) ingenio suo esse uoluit: sed in monumenta maiorum suorum se ferri iussit, atque ita inclusus uiuus (credo) ne ignis, qui nomini subiectus erat, sibi quoque negaretur: nec tantùm finiuit ipse se, sed sepeliuit. Cassius Seuerus Labieni amicissimus, quum ex Senatusconsulto libri eius comburerentur: Nunc (inquit) me uiuum uri oportet, qui illos edidici.

Rabies] rabiei, s.g. (λύσσα) & Rabia, rabiæ, apud antiquos, Morbus canum, quum ueluti furore quodam acti, huc atq; illuc rapiuntur, nec ullum quietis locum inueniunt.

Alij rabiem quasi rauiem dici putant, à raucitate uocis, quam rabiosi habent similem latratui canis. Plinius libro 29.cap. 5.2, Multo tamen utilissimè iecur eius qui in rabie momorderit, datur.

Canum rabies. Ouid.14.Metam.14.

Rabies, transfertur & ad homines. Cicero in Salust.5, Quòd ista inusitata rabie petulanter in uxorem meam inuasisti. Idem 3.Tuscul.107, Hecubam autem putant propter animi acerbitatem quandam & rabiem, fingi in canem esse conuersam.

Edendi rabies ex longo collecta fatigat. Virg.9.Aeneid.13.

Rabies, Furor. Horat.in Arte, 16,

Archilochum proprio rabies armauit Iambo. Quonid qui Iambicis utebantur, furore quodam correpti primùm uiderentur: uel quòd propitij sint Iambi furoribus explicandis: unde tragœdijs primùm in usu fuerunt.

Scelerum rabies. Lucan.lib.5.53.

Noti, siue Austri rabies. Horat.1.Carm.ode 3.3.

Ciuica rabies: id est, ciuium. Horat.3.Carm.ode 24.14.

Horrenda rabies. Horat.2.Serm.Satyr.3.65.

Horrenda rabies ferarum. Silius lib.16.21.

Improba uentris rabies. Virg.2.Aeneid.72.

Innata rabies. Claud.1.in Ruffinum, 10.

Promptißima in ferrum rabies. Lucan.lib.7.49.

Remissa rabies. Stat.11.Thebaid.6.

Seua rabies uentorum. Ouid.5.Metam.2.

Addere rabiem in fines Italũm. Silius lib.1.14.

Dolor rabiem collegerat. Ouid.9.Metam.43.

Colligit os rabiem. Ouid.1.Metam.48.

Dissimulare rabiem & minas. Stat.2.Achil.7.

Celi rabiem comprimere. Virg.5.Aeneid.161.

Effundit cunctam rabiem, iramq; procellas. Silius lib.11.4.

Ventorum rabies exasperat fretum. Ouid.5.Metam.2.

Inflammatur rabie equi. Vide Inflamino.

Leniat & rabiem canis, & momenta leonis. Horatius 1.epistol.10.4.

Parare rabiem alicui. Horat.1.Carm.ode 15.3.

Placata cruore rabies. Stat.10.Thebaid.57.

Fracta quieuit rabies. Claud.de bello Getico, 87.

Indomitam properat rabiem sedare. Horat.Epod.12.2.

Sedare rabiem. Silius 13.69.

Irarum rabiem seruat frons. Silius lib.13.148.

Spargit intentam rabiem draconis. Senec.Herc.Oet.12.4.

Stimulatus ut furenti rabie uagus animus. Catul.de Berec.58.1.

Corda tument rabie fera. Virg.6.Aeneid.10.

Hinc canibus blandis rabies ueniit. Virg.3.Georg.100.

Locus in rabiem apertam uertitur. Horat.2.epist.1.30.

¶ Rabiosus, pen.prod. Adiectiuum (λυσσώδης) Rabie correptus. Plaut.Capt.11.16,

Hic homo rabiosus habitus est in Aulide.

Canis rabiosa. Horat.2.epist.2.15.

Fortitudo rabiosa. Cic.4.Tuscul.77.

Iurgia rabiosa fori clamosi. Senec.Herc.furen.3.3.

Signi rabiosi tempora, Dies caniculares. Horat.1.Serm.Satyr.6.16.

¶ Rabiosulus, pen.corr. (ὑποτυποσώδης) Adiectiuum diminutiuum. Cic. ad Trebat.lib.7.16.1, Primas illas rabiosulas fatuas dedisti. Intelligit literas asperas & mordaces.

¶ Rabiosè, pen. prod. Aduerbium (λυσσωδῶς) Cic.4.Tuscul. 75, Atq; hi collocuti, inter se prius quàm manum conferent, leniter & quietè, nihil ne in ipsa quidè pugna iracundè, rabiosèue fecerunt. De Aiace & Hectore.

¶ Rabidus, pen.corr. Adiectiuum (λυσσόληπτος, λυσσόμανος) Qui rabiem habent. Plin. lib.29.cap. 5.1, In canis rabidi morsu tuetur à pauore aquæ, capitis canini cimis illitus uulneri. Idem lib.8.cap.9.1, Domantur autem elephanti rabidi fame & uerberibus.

Rabidum & incitatum agere aliquem. Catul. de Berecynthia, epigram.58.19.

Animi rabidi furor. Catul.de Berecynthia, epigram.58.8.

Aspectu rabido circunspectare. Author ad Heren.lib.2.29.

Canes rabidi. Ouid.3.Amor eleg.11.5.

Certamen rabidum. Silius lib.16.82.

Corpus rabidum. Cic.in Arato, 13.

Ver toto spirans rabido de corpore flammam.

Dens rabidus, Rabie plenus. Martial.lib.1.18.

Dolor rabidus. Stat.6.Thebaid.17.

Fames rabida. Virg.6.Aeneid.85.

Ferarum rabidarum more. Stat.8.Thebaid.15.

Flatus rabidi. Stat.2.Sylu.2.24.

Ingenium rabidum. Claud.1.in Ruffinum, 22.

Ira rabida. Ouid.7.Metam 83.

Miles rabidus. Silius lib.13.51.

Mores rabidos compescere. Ouid.3.de Arte, 100.

Murmur rabidum. Valer.4.Argon.48.

Os rabidum. Virg.6.Aeneid.16.

Tigres rabidæ. Virg.2.Georg.30.

Voces rabidæ. Claud.1.in Ruffinum, 9.

¶ Rabidè, pen.corr. Aduerbium. Cic.5.Tuscul.24, Quid uerò illum quem libidinibus inflammatũ & furentem uidemus, omnia rabidè appetentem cum inexplebili cupiditate, &c.

¶ Rabire, λυσσᾶν, Verbum dictũ à rabie, Nimia ira & quasi rabie agi. Varro, Quid est quod blaterat? quid rabis? quid uis? Cæcilius Hypobolymæo,

Aſt rabie rabire se ait. Ex Nonio. Alij tertiæ coniugationis esse uolunt.

Rabilus] Arabiæ rex, qui Antigonum Macedonem in uico, cui nomen postea Motho, interfecit. Stephanus in dictione Mothó.

Rabirius] ῥαβίριος, Eques Romanus, perduellionis, id est, læsæ maiestatis accusatus à T. Labieno Tribunoplebis, q. Saturninum uirum sceleratum & hostem patriæ in tumultu occiderit, defensus à Cicerone. cuius extat Oratio, quæ inscribitur pro A. Rabirio perduellionis reo.

Rabirius, poeta quidam temporibus Ouidij, ut ipse Ouidius testatur 4. de Ponto, eleg.16.1,

Quum foret & Marsus, magniq; Rabirius oris. Magni oris uocat, id est, magniloquum.

Rabo] rabonis, fœm. gen. (ῥαβδὼν) pro Arrabone, concisum apud Plaut.Trucul.14.13, —sequere

Intrò me amabò mea uoluptas. S. tene hoc tibi, rabonem habeto, (eam

Vt mecũ hac nocte sies. A. peri, rabonem quam esse dicis? Hanc beluã? quin tu arrabonẽ dicis? S. ita facio lucri, Vt Præneſtinis conia est ciconia.

Rabula] rabulæ, pen.corr.m.g. (γόμφος, ἀποφθέγμα) à rabie, ut quidam uolunt: & à Raui, id est, raucitate dicitur: ut is sit rabula, qui in negocijs agendis acer est & rabiosus: quiq; in multis intentus est negocijs, paratusq; ad radendum quid, auferendumq;. Hæc Festus. Vnde et pro aduocato & causarum patrono accipi solet. Vel dicitur à radendis auribus. nam ut à fando fabula, à nando nabula, à stando stabula, à pascendo pabula: ita à radendo rabula. Nec alia ratione rabulas in foro dictos puto, quàm quòd radant, id est, offendant aures: &, ut ait Quintilianus, nimia uerbositate feriant. Quintil.lib.12.cap.9, Super omnia, perit illa, quæ plurimum oratori & authoritatis et fidei affert, modestia, si à uiro bono in rabulam latratoremq; conuertitur. Cic. in Orat.27, Non enim declamatorẽ aliquẽ de ludo, aut rabulam de foro, sed doctißimũ et perfectißimũ quærimus. Idem 1. de Orat. 100, Non enim causidicum nescio quem neque proclamatorem aut rabulam, hoc sermone nostro conquirimus, &c.

¶ Rabula, inquit Nonius, à rabie dictus est, quem nunc aduocatum, uel causarum patronum dicimus.

¶ Rabula sanè probabilis P. Antistius, Cic.in Bruto.

Rabulæ, Litigiosi. Nonius, ex Varr. περὶ ἐγκωμίων: Ille ales gallus, qui fuscitabat Atticarum musarum scriptores, an hic quia gregem rabularum?

Rabulanus] Vide Radulanus, in Rado.

Racemus] racemi, pen.prod.m.g. (βότρυς) Pars botryonis, siue potius ipse botryon, qui & botrys Græcis, & nostris botrus, hoc est, integer uuæ racemus. est enim illa tesla uuarum,

rum, plurima grana continens. Virgil. 2. Georg. 21,
Non ego te mensis & dijs accepta secundis
Transferim Rhodia, & tumidis humaste racemis.
Extentis racemis tumet uua. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 9.
Fulgentes sole racemi. Silius lib. 7. 42.
Prima mihi uariat lucentibus uua racemis. Propert. libro 4. eleg. 2. 3.
Liuidi racemi. Horat. 2. Carm. ode 5. 3.
Passi racemi. Virg. 4. Georg. 54.
Turpes racemos fert uua. Virg. 2. Georg. 12.
Varijs racemis uua Ouid. 3. Metam. 97.
Racemus non solùm de uite, sed etiam de alijs plantis dicitur. Plin. lib. 16. 3, de hedera, Alijs densus acinus, & grandior, racemis in orbem circumactis.
¶Racemifer, pen. corr. Adiectiuum (βοτρυοφόρ&) ut,
Vuæ racemiferæ. Ouid. 3. Metam. 134.
Bacchus racemifer. Ouid. 15. Metam. 83.
Capilli racemiferi. Ouid. 6. 97,
Bacche racemiferos edera redimite capillos.
¶Racemosus, pen. prod. (βοτρυώδης) Similiter adiectiuum, Racemis plenum. Plin. Hederæ modo racemosa est.
¶Racematus, pen. prod. Aliud adiectiuum (βοτρυωτὸς) Quod racemos habet. Plin. lib. 18. ca. 7. 5, de panico, Paruis racemato paniculis.
¶Racemarius, racemarij (βοτρυοφόρ&) Malleolus ex quo pampini pullulant uel steriles, uel certè minus feraces. Colum. lib. 3. cap. 18. 4, Nec dubium quin gemmæ cacumini proximæ quæ sunt infœcundæ, in eo relinquantur, ex quibus pampini pullulant uel steriles, uel certè minus feraces, quos rusticí uocant racemarios.
¶Racematio, racemationis (βοτρυολογία) Diminutiuum, Racemorum uindemia, ut quando à uindemiatoribus racemi rari prætereuntur: sicut in messibus peractis, quod superest, spicilegium dicitur.
Racha] ῥάκα, Interiectio & uox incondita, irati animi commotionem significans. Quidam sine aspiratione scribunt, & dicunt Chaldaicam esse uocem, quæ hominem nequam & nullius frugi significet.
Racilius] Tribunus pleb. qui de Claudianis facinoribus est questus in Senatu, ut scribit Cicero in epist. ad Qu. fratr.
Radagasus] Gothorum rex, qui floruit Arcadij & Honorij Cæsarum temporibus. Dicitur habuisse sub signis supra ducenta bellatorum millia. Paulus Diaconus.
Radamanthus] Vide Rhadamanthus.
Radiatio, Radiatus] Vide Radius.
Radicitus, Radico, Radicula] Vide Radix.
Radius] radij, masc. gen. (ἀκτὶν, ἀκτὶς) Splendor à sole micans. Varro, O' summe sol, qui totam hanc mundi compagem, tuis radijs illustras. Cic. 5. de Fin. 125, Ita enim paruæ & exiguæ sunt istæ accessiones bonorum, ut quemadmodum stellæ in radio solis, sic istæ in nirtutum splendore ne cernantur quidem.
Solis radij. Lucr. lib. 1. 30.
Non radij solis, neq; lucida tela diei.
Lumen radiorum. Lucret. lib. 2. 24.
Verbera radiorum. Lucret. lib. 5. 222.
Vires radiorum. Ouid. 4. Metam. 50.
Ardentes radij. Lucret. lib. 6. 173.
Coruscis radijs insigne iubar. Ouid. 1. Metam. 155.
Micantes radij. Ouid. 2. Metam. 8.
Tabifici radij. Lucret. lib. 6. 146.
Nubes ardent radijs & auro: id est, inquit Seruius, radijs aureis. Virg. 7. Aeneid. 29.
Calere radijs. Ouid. 2. Metam. 35.

Erumpunt radij. Virg. 1. Georg. 89.
Frigora excludunt radios. Stat. 1. Sylu. 2. 31.
Ingruentes solis radios sentit luna. Vide Ingruo.
Nubes interrumpunt radios lucis. Lucret. lib. 5. 58.
Titan retexit orbem radijs. Virg. 4. Aeneid. 24.
Mare rubescebat radijs. Virg. 7. Aeneid. 5.
Matutinis radijs subdita iuga. Ouid. 1. Metam. 13.
Acutis radijs uallatus sol. Ouid. epist. 4. 32.
Radius, Fulgor oculorum. Plinius, Cuius ex oculis radij nocte micantes cernuntur. Gell. lib. 5. cap. 16, Stoici causas esse uidendi dicunt radiorum ex oculis, in ea quæ uideri queunt emissionem, aeriscq; simul intentionem.
Radius, Virga qua Geometriæ lineas indicant. Virgilius 3. ecloga 9,
Descripsit radio totum qui gentibus orbem. Inuenta autem est hæc ars, tempore quo Nilus plus æquo crescens, confudit terminos possessionum. Ad quos innouandos addibiti sunt philosophi, qui lineis diuiserunt agros. Seruius.
Describere radio cæli meatus. Virg. 6. Aeneid. 170.
A' puluere & radio aliquem excitare. Cic. 5. Tusc. 91.
Radius ferreus. Plin. lib. 10. cap. 42. 2.
Radius (κερκὶς, πηνίον) Textoris instrumentum, quo telæ annectuntur. Virg. 9. Aeneid. 96.
Excussi manibus radij. reuolutaq; pensa. Ouid. 6. Metam. 27.
Acutus radius. Vide Acuo.
Attriti manu radij. Claud. 3. de raptu Proser. 33.
Radij (κνῆμαι) quoq; oratorum dicuntur: ut, apud Virgilium 1. Georg. 89,
Hinc radios triuêre rotis. Plin. lib. 16. cap. 40. 6. Sed lignum non aliò penè quàm ad radios rotarum utile. Virgil. 6. Aeneid. 124,
Saxum ingens uoluunt alij, radijsq; rotarum
Districti pendent. Ouid. 2. Metam. 22, de curru Solis,
Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ
Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo.
Radius, Instrumẽtum quo raduntur mensuræ: aliàs hostorium dicitur. Plautus,
Di deæq; omnes tantam nobis lætitiam, tot gaudia sine radio cumulent.
Radij. Oliuæ oblongæ Virg. 2. Georg. 18,
Nec pingues unam in faciem nascuntur oliuæ
Orchites, & radij, & amara pausia bacca. Colum. libro 5. cap. 8. 3, Orchis quoque & radius melius ad escam quàm in liquorem stringitur.
Radius est pastinacæ pisci pro telo. Plin. lib. 9. cap. 42. 3.
¶Radiolus, pen. corr. Diminutiuum, Parua oleæ oblonga. Colum. libro 12. 47. 1, Albam pauseam, uel orchitem, uel radiolum, uel regiam dum contundens primùm quanque, ne decoloretur, in frigidam muriam demerge.
¶Radio, radias, radiare, Radios emittere, fulgere, & conspicuum esse. Colum. lib. 10. 27,
Nec tam nubifugo Borea Latonia Phœbe
Purpureo radiat ultu. Martial. lib. 8. 45,
Vera minus flauo radiant electra metallo. Quidius 2. Metam. 1,
Argenti bifores radiabant lumine ualuæ.
Nec rudis infectis miles radiabat in armis. Propert. libro 4. eleg. 1. 6.
Occelli radiant ut sidus. Ouid. 3. Amor. eleg. 3. 2.
¶Radior, radiaris (ἀκτίζομαι) Ouid. 4. de Põto, eleg. 4. 21,
Scuta sed & galeæ gemmis radientur, & auro.
¶Radians, Participium (ἀκτίζων) Virg. 6. Aeneid. 124,
Arma sub aduersa posuit radiantia quercu.
Aquarius radians. Cic. in Arato, 20.

Astra

Astra radiantia. Ouid. 9. Metam. 55.
Aurum radians. Ouid. 4. Metam. 128.
Galeæ radiantis nitor ab auro. Ouid. 13. Metam. 21.
Lumina radiantia solis. Ouid. 2. Trist. 65.
Lunæ radiantis imago. Virg. 8. Aeneid. 5.
Sidera radiantia. Ouid. 7. Metam. 66.
Templa radiantia multo auro. Ouid. 3. de Arte, 91.
Toga radiante decorus. Claud. 4. Paneg. 75.
¶Radiatus, pen. prod. Participium (ἀκτινοβολήμεν&) ut,
Radiatus sol. Cic. 4. Acad. 228.
Radiatus stellæ modo. Plin. lib. 27. cap. 5. 4.
Orbis flammeus radiatus. Cic. 1. de Diuin. 81.
Radiata rota. Varro 3. de Re rust. cap. 5. 13.
Splendor radiatus. Silius lib. 7. 29.
Radiatũ caput principis uocat Plinius, quod in deos referebatur: qualiter pinguntur hodie diuorũ imagines. Sic enim ait in suo Panegyrico, 85, Horum unum si præstitisset alius, illi iamdudum radiatum caput, & media inter deos sedes auro staret, aut ebore.
¶Radiatio, ἀκτινόβλησις, Verbale. Plin. lib. 36. cap. 5. 21, Et Hecate Ephesi in templo Dianæ post ædem, in cuius contemplationem admonent æditui parcere oculis, tanta marmoris radiatio est.
¶Radiosus, pen. prod. Adiectiuum (ἀκτινώδης) Quod multos emittit radios. Plaut. Stich. 6. 41,
Postquam me misisti ad portum, cum lucu simul
Commodum radiosus esse sol superabat ex mari.
Radix] radicis, pen. prod. f. g. (ῥίζα, ῥίζωμα) Dicta est, quòd sæpe effossa parumper terra raditur, ut arbor melius fruticescat. Cic 5. de Fin. 57, Videamus ea quæ terra gignit, corticibus & radicibus uallidè seruari.
Ocelli radicis. Vide Ocellus, in Oculus.
Vltima radix linguæ. Ouid. 6. Metam. 112.
Radices montis (ῥιζωμὸς, πυθμὴν, ὑπώρεια) pro Inferiori parte. Cæsar 1. bel. Ciuil. 162, Ab infimis radicibus montis, intermissis circiter passibus quadringentis castra facere constituit. Plin. lib. 9. cap. 18. 2, Duo lacus Italiæ in radicibus Alpium.
Imæ radices montis. Vide Imus.
In radice Palatij: id est, in ima parte Palatij. Cic. An. eq. iret in exil. 15.
Aliæ radices. Quintil. lib. 1. cap. 1. 21.
Arboreæ radix. Ouid. 8. Metam. 76.
Bibulæ radicis fibræ. Ouid. 14. Metam. 127.
Bulbosa radix. Vide Bulbus.
Carnosa radix. Vide Caro.
Cauernosa radix. Vide Cauerna.
Latâ radice arbor. Vide Latus, a diectiuum.
Latens radix in locis asperis. Horat. Epod. 5. 15.
Lenta radix. Ouid. 11. Metam. 16.
Limosa radix. Vide Limus.
Nocens radix. Ouid. 14. Metam. 12.
Nudis radicibus arbores. Vide Nudus.
Oleaginæ radix. Vide Oleaginus, in Olea.
Oleagineæ radix. Vide Oleagineus, in Olea.
Rauulsa radix. Claud. 2. in Eutrop. 6.
Vtilis radix medendi. Ouid. epist. 5. 30.
Vulsæ radices. Virg. 3. Aeneid. 130.
Abeunt sursum radices: pro, Sursum tendunt. Vide Abeo.
Affigere radicem terræ. Virg. 1. Georg. 64.
Agere radices. Cic. 2. Offic. 61, Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur.
Capere radices. Vide Capio.
Conterere radicem in pulucrem. Vide Contero.

Descendit radice arbor. Plin. lib. 16. cap. 31. 2, Esculus quantum corpore eminet, tantum radice descendit
Descendunt radices. Plin. lib. 16. cap. 31. 3.
Defixum radicibus. Cic. 4. Philip. 161, Virtus est una altissimis defixa radicibus, quæ nunquam ulla ui labefactari potest.
Eruta radicibus pinus. Virg. 5. Aeneid. 90.
Fibras radicum euellere. Cic. 3. Tusc. 22.
Imis ab radicibus expulsa seges. Virg. 1. Geor. 64.
Figere radices. Ouid. 2. Metam. 117.
Malum habiturum fundamentum & radices altiores. Brutus ad Atticum, in epist. ad Brutum, 17. 4.
Inflectere radices in nodum. Vide Inflecto.
Mittere radicem. Vide Mitto.
Niti radicibus. Cic. pro Cæcilio, 10, Nisi tot uitiorum tanta immanitas quibusdã facilitatis et patiẽtiæ radicibus niteretur.
Niti altis radicibus. Quintil. lib. 1. cap. 1. 21.
Pullulat ab radice sylua. Virg. 2. Georg. 4.
Ruptis radicibus uellitur arbor solo. Virg. 3. Aeneid. 6.
¶Radicula, radiculæ, pen. corr. (ῥιζίον) Diminutiuum. Plinius lib. 20. cap. 9. 3, Laseris radicula. Cicer. 2. de Diuinat. 201, Tum secundùm quietem uisus ei dicitur draco, is quem mater Olympias alebat, radiculam ore ferre.
Radicula, Herba. Plin. lib. 19. cap. 23, At quæ uocatur radicula, lauandis demum lanis succum habet: mirũ quantũ conferens candori mollitiæq;. Et paulo post, Struthion Græci uocant, floret æstate, grata aspectu, uerùm sine odore, spinosa, & caule lanuginoso: semen ei nullũ, radix magna, quæ conditur ad quem dictum est usum. Hactenus Plinius. Hanc à Latinis lanariam herbam appellari Dioscorides contendit. Quinetiam radiculæ nomen ad raphanum trãsfertur, quã, radicem uocat Dioscorides.
¶Radicor, radicaris, pen. prod. (ῥιζόομαι, ῥιζοβολέω) radicari,
Radicem facere, seu capere, uel emittere. Plin. lib. 18. cap. 7. 3,
Frumenta multis radicantur fibris.
Radicare in fruticem. Plin. lib. 13. cap. 4. 8.
Radicare in rectum. Plin. lib. 19. cap. 6. 2.
¶Radicesco, radicescis, radicescere, Senec. epist. 87, Deinde liberalius seruanda uitis, ut etiam ex corpore radicescat.
¶Radicatus, pen. prod. (ῥιζωμένος) Participium. Colum. de Arboribus, cap. 20. 3, Arbores & radicata semina Autumno serito.
¶Radicosus, pen. prod. Adiectiuum (ῥιζώδης) Quod multas radices habet. Plin. lib. 16. cap. 34. 6. Omnium ederarum genera radicosa brachia.
¶Radicitus, pen. corr. Aduerbium (ῥιζόθεν) A' radice, uel usq; ad radicem. Cato cap. 50, Herbasq; malas omnes radicitus effodito. Plin. lib. 21. ca. 11. 2, Eruitur post Aequinoctiũ uernum radicitus.
Nonacrias atq; ille tulit radicitus altas Fagos. Catull. Argonaut. 59. 58.
Huic fluctus uiuo radicitus abstulit ungues. Propertius lib. 3. eleg. 7. 11.
Radicitus, per translationem ponitur pro Omnino. Plautus Mostel. 15. 61,
Nam omnia malefacta uestra reperi radicitus:
Non radicitus quidem hercle, uerum etiam eradicitus.
Cic. 2. de Fin. 47, An potest cupiditas finiri? tollenda est atque extrahenda radicitus.
Excutere opinionem radicitus. Cic. 2. Tusc. 181.
Radix Idæa] Nomen peculiare herbæ cuiusdam, quæ in Ida enascitur, eadem folia quæ ruscus habet: adhærent ijs uelut exigui capreoli, è quibus flos. Dioscorides lib. 4. cap. 40. ἰδαία ῥίζα.
Rado] radis, rasi, rasum (ξέω, ξύω, ναπξέω, ναπξύω, ψάω, ψα-

ξυλάω, ξυράω) radere, Complanare, incidere, extirpare, mundare. Colum. lib. 8, Si tamen nequid radatur.

Tigna læuia radere. Lucret. lib. 5. 256.

Radere caput & genas. Suet. in Caligula, cap. 5, Regulos quosdam barbam posuisse, & uxorum capita rasisse, ad indicium maximi luctus. hoc est, radenda curasse. Plin. libro 11. cap. 37. 3. Cic. 2. de Legib. 93, Mulieres genas ne radunto. Alij legunt, carpito Plin. lib. 7. cap. 59, Primus omnium radi quotidie instituit Africanus.

Radere guttur. Iuuenal. Satyr. 6. 11.

Radit coruus terram. Plaut. Aul. 2. 3. 2.

Arenas radere. Propert. lib. 3. eleg. 3. 5.

Arua radit imbribus Eurus. Horat. Epod. 16, 12.

Radit iter liquidum, celeres neque commouet alas. Virgil. 5. Aeneid. 44.

Proxima circeæ raduntur littora terræ. Virg. 7. Aeneid. 3.

Saxa raduntur impresso uomere. Silius lib. 8. 78.

Aures radere. Quintil. lib. 3. cap. 1. 3, Quorum ne ieiuna atque arida traditio auerteret animos, & aures præsertim tã delicatas raderet, uerebamur. hoc est, læderet, offenderet, fatigaret.

Nomen Pisonis radendum fastis censuit. Tacit. lib. 3. De Aurelio Cotta.

¶ Radens, Participium (ξέων) Lucret. lib. 6. 24,

—— quam de latere ire
Diuerso motu radentes corporis tractũ De nubibus.

Arua radens adhæret humo serpens. Stat. 5. Thebaid. 106.

Flumina radentia ripas. Lucret. lib. 5. 52.

¶ Rasus, Aliud participium (ξυσμός) Plaut. Pseud. 2. 13,

Is risu & uentre raso uigilabit sedulò.

Tabellæ rasæ. Ouid. 1. de Arte, 88.

Tum læues calamos, et rasæ hastilia uirgæ. Virg. 2. Georg. 72.

Terra rasa squamis serpentis. Ouid. 2. Metam. 15.

Liber rasus lima. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 4. 4.

Litera rasa in extremo margine. Ouid. 1. Amor. eleg. 11. 5.

¶ Rasito, rasitas, pen. cor. (ξυρέω) rasitare. Frequentatiuũ, Sæpe radere. Gellius lib. 3. cap. 4, Comperimus autem cæteros quoq; in eisdem temporibus nobiles uiros barbam in eiusmodi ætate rasitauisse.

¶ Rasor, rasoris, masc. gen (ξυστὴρ) Qui radit. Et per translationem fidicines, qui uidentur chordas ictu radere.

¶ Rasura, rasuræ, pen. prod. (ξυσμὸς) Colum. lib. 4. cap. 29. 7, Calamus autem non amplius tribus digitis debet allæuari æqualiter ex ea parte qua raditur, ut sit læuis: eaq; rasura ita deducitur, ut, &c.

¶ Rasilis, & hoc rastile, pen. corr. (ξυστὸς) Quasi rasum, nihil extantis aut redundantis plenitudinis habens, inquit Valla lib. 1. Plin. lib. 17. cap. 23. 7, Nuper repertum, draconem ferere iuxta arborẽ: ita appellamus palmitẽ emeritum, pluribusq; induratũ annis. Hunc præcisum quàm maximas amplitudine tribus partibus longitudinis deraso cortice quatenus obruatur, unde & rasilem uocant, deprimere fulco, reliqua parte ad arborem erecta, ocyßimum in uite.

Rasilis huic summam mordebat fibula uestem. Ouid. 8. Metam. 64.

Foris rasilis. Catul. in Epithal. 56. 34.

Hasta rasilis. Silius lib. 4. 36.

Rasile, Quasi rasibile. Virg. 2. Georg. 90,

—— & torno rasibile buxum. Valla lib. 1.

¶ Radula, radulæ, pen. corr. (ξύστον) Instrumentum ferreum, quo doliorum ueterum pix liquata primùm uel in sole, uel lampade ardenti educitur, ut deinde iterum picentur ad futuram uindemiam: à radendo dictum. Colum. lib. 12. cap. 18. 4, Nam ea quæ demersa sunt, ferreis lampadibus ardentibus calefiunt: & quum picem in fundum distillauit, subdita lampade rutabulo ligneo & ferrea curuata radula ducitur quod distillauit, aut quod in lateribus hæsit.

¶ Radulanus, pen. prod. Adiectiuũ (ξυστικὸς) Radulana pix, dicta quæ radula educitur è dolijs. Plin. lib. 14. cap. 14. 2, Radulana pice ac resina condire musta.

Ragades] pen. corr. fœm. gen. & ragadia (ῥαγάδες) Fissuræ sunt & rimæ, inter sedis uitia annumeratæ, quas Plinius scissuras uocat: Celsus ani fissa. Hoc ipsum et in labris, & in uulua fœminea accidit. ῥαγάδας Græci uocant.

Raia] raiæ (βατὶς, βάτος, βάτραχος) Genus piscis plani & cartilaginei. Plin. lib. 9. cap. 42. 3, Simili modo squatina & rhombus abditi pinnas exteras mouent specie uermiculorum, itemq; quæ uocatur raia. Hermolaus dicit Græcè uocari, à rubi similitudine, qui batos Græcis dicitur, quoniam in tergo hamos habeat aculeatos, quos etiã habet pastinaca, sed præterea radium in cauda pernicißimum & uenenoßimũ. Est & alia maior raia, quæ Latinis læuiraia, Græcis liobatos dicitur, quòd uncos non habeat: mucosa etiam hæc appellatur quibusdam.

Ralla] ralle, Genus uestis, à raritate. Nam rarum, diminutiuum facit rallum, authore Nonio Plaut. Epid. 5. 46,

Quid istæc, quæ quotannis nomina inueniunt nouas
Tunicam rallam, tunicam spissam, &c.

Rallum] ralli (ξύστρα) Ferramentum est, quo raditur uomer, & inhærente terra liberatur atq; purgatur. Nomen habet à radendo. Plin. lib. 18. cap. 19, Purget uomerẽ subinde stimulus cuspidatus rallo. In editis legitur, rulla: sed corruptè. Posset & melius ralla legi: quũ præsertim reperiam in antiquis critici lexico, rallam esse ξυστῆρα: quod & interpretationem nostram confirmat. Turnebus.

Ramale] Vide Ramus.

Ramentum] ramenti (ξύσμα, ῥίνισμα) Tenuis cuiusq; rei particula: à radendo, quasi rasura. Vnde Ramenta auri, Ramenta argenti, lignorum, & cæterarũ rerũ dicimus, quæ ex sectione earum rerũ décidunt: sed et Ramenta fluminum dicũtur, minutulæ arenæ partes. Plin. lib. 33. cap. 4. 1, Apud nos tribus modis fluminum ramentis aurum inuenitur, nec ullum absolutius est cursu ipso, tritũq; perpolitum. Plautus Bacchid. 5. 31,

Patri omne cum ramento reddidi. Subaudi, aurum. Colum. lib. 4. cap. 29. 13, Quippe non scobem, sed ramenta fiscit. De terebra Gallica. Vide Phlegma.

¶ Ramenta, ramentæ, fœminini gen. Plaut. Bacchid. 9,

Verùm quàm nulla unquam de mea pecunia
Ramenta fiat plumea propensior,
Malim, &c. Ex Nonio.

Ramex] ramicis, pen. corr. masc. gen. (ῥάμνος) Genus hernie. Ramices has species sub se continent, Porocelam: quæ est, quum ex abscessu aliquo circa scrotum materia subduruit. Sarcocelam, quum in ipso scroto cõcreuit caro. Cirsocelam, quum uenæ intumuerunt, tunicis testium integris, uel in ipso scroto, uel quum bubonocela dicitur in inguine. Hæc Hermolaus in Glossematis. Plin. lib. 20. cap. 13. 15, Testium uerò epiphoris cum ramis laureæ teneris, adeò peculiari in uisceribus his effectu, ut syluestri ruta, cum axungia ueteri illitos ramices sanari prodant. Plaut. Merc. 4. 27,

Tua causa rupi ramices, iamdudum sputo sanguinem.

De ramice uide Celsum lib. 7. cap. 22.

¶ Ramicosus, pen. prod. Adiectiuum (ῥαμνῶδες) Qui ramice laborat. Plin. lib. 30. cap. 15. 2, Ramicosis cochlearum cinis cum thure ex oui albi succo illitus per dies x x x medetur.

Ramises] Rex quidam Aegypti in Solis urbe, quo regnante Iliũ à Græcis captũ, & solo adæquatũ est. Plin. lib. 36. ca. 8, Ramises

Ramises quadraginta cubitorũ colũnas ex alabastrite fecit.

Ramnetes] pen. prod. Tertia pars fuêre populi Romani, tẽporibus Romuli: de quibus plura uide in dictione Luceres. Propert. lib. 4. eleg. 1. 7. Alij Rhamnetes scribunt.

¶ Ramnenses, ῥαμνήσιοι, Idem qui & Ramnetes. Liu. lib. 1. ab Vrbe, 63, Eodem tempore & centuriæ tres equitum conscriptæ sunt, Ramnenses, ab Romulo, ab Tito Tatio Titienses appellati.

Ramus] rami, m. gen. (κλάδος, κλάδη, πτέρη, πλόκος, ῥάχος, ἰξάς, ὄζος) Est id in arbore (inquit Theophrastus) quod à caudice fissum, multiplexq; spargitur: unde ramos nonnulli nodos appellauêre, suntq; ueluti quædam ipsarum arborum brachia. Vnde Virg. 2. Georg. 60,

Tum sortes latè ramos, & brachia tendens. Cic. 3. de Orat. 98, Quid in arboribus, in quibus non truncus, nõ rami, non folia, &c.

Insignis ramis oliuæ. Virg. 6. Aeneid. 162,

Vmbra ingens ramorum. Virg. 2. Georg. 98.

Alti rami. Lucret. lib. 2. 141.

Aureus ramus. Ouid. 7. Metam. 56. Vide Aurum.

Bifurcus. Ouid. 12. Metam. 89.

Cæcus. Vide Cæcus.

Fortis. Virg. 2. Georg. 60.

Fragilis. Virg. 8. eclog. 8.

Frondens. Virg. 7. Aeneid. 27.

Ingens. Virg. 3. Georg. 67.

Laureus. Vide Laurus.

Lentus. Virg. 4. Georg. 112.

Longus. Ouid. 2. Metam. 71.

Mutilatus. Ouid. de Nuce, 8.

Nudi rami, Sine frondibus. Lucan. lib. 1. 28.

Pandi rami pondere Autumni. Ouid. 14. Metam. 132.

Ratuli rami. Vide Patulus.

Iucundior quàm lecta de pinguißimis
Oliua ramis arborem. Horat. Epod. 2. 11.

Teneri rami. Ouid. 2. Metam. 72.

Virides rami. Ouid. 12. Metam. 5.

Teneros ramos abrumpit manibus. Ouid. 2. Metam. 72.

Ramus ramum adoptat. Vide Adopto.

Inutilesq; falce ramos amputans. Horat. Epod. 2. 7.

Vites apprehendunt ramos. Quintil. lib. 1. cap. 2. 18.

Fluentes ramos compescere. Virg. 2. Georg. 74.

Iam fragiles poteram à terra contingere ramos. Virgilius 8. eclog. 8.

Decisis ramis quercus. Virg. 11. Aeneid. 1.

Defingere ramum arboris. Cic. pro Cecin. 45.

Denudat foliis ramos & cortice truncos. Cic. in Arato, 14.

Corpus sub ramis arboris deponere. Virg. 7. Aeneid. 22.

Rami latè diffunduntur. Cæsar 6. bel. Gall. 94.

Ramis arborem diffundit Deus. Colum. lib. 3. cap. 10, Truncum deinde superposuit uelut quandam staturam corporis et habitus: mox ramis diffudit quasi brachijs.

Direpti rami arbore. Ouid. 11. Metam. 6.

Neq; in uacuum poterunt se extendere rami. Virg. 2. Geor. 58.

Figere ramos humo. Ouid. 2. Fast. 130.

Flectitur obsequio curuatus ab arbore ramus. Ouidius 2. de Arte, 36.

Summi rami frondescunt. Lucret. lib. 1. 217.

Non ulla ramos sylua pomiferos habet. Senec. Herc. fur. 9. 17.

Dum rami pondere nutant. Ouid. 2. de Arte, 53.

Nunc auis in ramo tecta laremq; parat. Ouid. 3. Fast. 49.

Percussi uentis rami. Senec. Hippol. 3. 41.

Fugiente pomo nudus stetit ramus. Senec. Thyeste, 2. 23.

Turgescit in arbore ramus. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 3.

Ramus montis. Plin. lib. 6. cap. 27. 9, Sub monte Cambalido, qui est Caucasi ramus.

Ramus in radice arborum dicitur, quod in herbarum radicibus capillamentum. Colum. lib. 5 cap. 10, Quum ad scrobis solum radix peruenit, duritia humi coercita recuruatur, et ex summo duûm ramorum ambas radices emittit. De nuce.

Amputare ramos miseriarum. Vide Amputo.

¶ Ramulus, pen. corr. Diminutiuum (κλαδίον) Colum. lib. 5. cap. 5. 10, Nam in brachiatis plerunq; fit ut aut crure, aut cornibus boum, ramuli uitium defringantur. Cic. 1. de Diuinat. 200.

Floridi ramuli. Catull. epigram. 56. 5.

Nitidißimus ramulus. Vide Niteo.

¶ Ramusculus, pen. cor. (κλωνάριον) Aliud diminutiuum. Plin. lib. 20. cap. 23. 8, Et uiridi ferula ramusculus, utilis est ad omnia ea uitia.

¶ Ramosus, pen. prod. (κλαδώδης) Adiectiuum, Ramos habens multos. Plin. lib. 13. cap. 5. 2, Nam quæ durũ, acutum, spinosum habet, oxycedros uocatur, ramosa et nodis infesta.

Arbor ramosa. Lucret. lib. 5. 221.

Ceruix ramosa colubri. Ouid. 9. Metam. 15, De Hydra Lernæa.

Cornua ramosa cerui. Virg. 7. eclog. 6.

Syluani domus ramosa. Propert. lib. 4 eleg. 4. 1.

Garrula ramosa prospexit ab ilice perdix. Ouid. 8. Metam. 48

Stipes ramosus. Ouid. 3. Fast. 151.

¶ Ramulosus, pen. prod. (κλωνοφυλλώδης) Adiectiuum à Ramulus. Plin. lib. 16. cap. 24. 4, Ramulosa folia ulmo & cytiso.

¶ Ramale, ramalis, pen. prod. neut. gen. (κλαδάριον) Ramus inutilis ex arbore decisus. Ouid. 8. Metam. 130,

Multifidasq; faces, ramaliaq; arida tecto. Pers. Sat. 1. 10,
Vt ramale uetus uegrandi subdere coctum.

Veteris ramalia fagi. Pers. Satyr. 5. 6.

¶ Rameus, Adiectiuum (κλαδινὸς) Quod ex ramo est. Virgil. lib. 4. Georg. 61. —— & ramea costis
Subijciunt fragmenta, thymum, casiasq; recentes.

Rana] ranæ (βάτραχος) Animal palustre notißimum: quum tamen etiam in rubis & mari inueniantur ranæ, quæ Græcis βάτραχοι appellantur. Ranarum aliæ sunt terrestres, licet in aquis dulcibus degunt: aliæ marinæ. Ex terrestribus quædam in uepribus tantùm uiuunt, et rubetæ appellantur, authore Plin. lib. 32. cap. 5. Aliæ inter arundines, fruticesq; uersantur. Est & rana arborem scandens, & ex ea uocifer ans, ob id à calamis calamita. Plin. lib. 10. cap. 29. 4, Quũ Theophrastus tradat inuectitias esse in Cyrenaica uocales ranas. Cic. 2. de Natur. deor. 186, Ranæ marinæ dicũtur obruere sese arena solere.

Et ueterè in limo ranæ cecinêre querelam. Virg. 1. Georg. 76.

Loquaces. Virg. 3. Georg. 37.

Palustres. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 3.

Turpes. Horat. Epod. 5. 4.

Virides. Ouid. 15. Metam. 76.

Rana, Morbus bobus peculiaris. Colum. lib. 6. cap. 8. 1, Solent etiam fastidia cibo afferre uitiosa incrementa linguæ, quas ranas uocant ueterinarij.

¶ Ranunculus, ranũculi, pen. cor. Diminutiuum (βατράχιον.)

Ranunculos per iocum uocat Cicero Vlubrenses, qui sibi obloquerentur, eo quòd clamarent tanquam ranæ: quæ præsertim instante uespere, totas paludes coaxationibus implent: ad Trebatium, lib. 7. 18. 8, Nam Vlubris honoris mei causa uim maximam ranunculorum se commõsse constabat.

¶ Ranunculus, herba. Plin. lib. 25. cap. 13. 25, Ranunculum uocamus, quem Græci batrachion. Genera eius quatuor: Vnũ pinguioribus quàm coriandri foliis, & ad latitudinem maluæ accedentibus, colore liuido, caule albo, gracili, & ra-

dice alba. Nascitur in limitibus humidis & opacis. Alterum folioſius, pluribus foliorum inciſuris, altis caulibus. Tertium minimum eſt, graui odore, flore aureo. Quartũ ſimile huic, flore luteo: Omnibus uis cauſtica, ſi cruda folia imponãtur, puſtulasq; ut ignis faciunt.

Ranceō] ces, ſicut & Ranco, cas. de quo uerbo ſuo ordine dicitur. Budæus poſteriore libro Philologiæ, Rancere fictitia hoce tũc dicuntur (de ceruis loquitur) Rancentes autem ololygines (ſic enim tum uocantur) diluculo uenatõr ſecundo uento exaudiens: decumanumq; eſſe rancore dijudicabit, aut aliàs memorabili magnitudine, eò decurrit canum admouet, indagatore numellato uenatus auſpicatum præeunte, ut ferè aliàs ſolet.

¶Rancens (ὑπόμυσος) Participium à uerbo Ranceo, quod non eſt in uſu: aut Nomen ex Participio, Idẽ quod Rancidus. Lucretius lib. 3.

Vnde cadauera rancenti iam uiſcere uermes Expirãt? id eſt, Vnde cadauera è uiſcere rancenti uermes eduntur. Lambinus.

Ranco] rancas, Verbum fictitium, à uoce tigridum. Author Philomel. e, 10,

Tigrides indomitæ rancant, rugiuntq; leones.

¶Rancor, rancoris, m. g. (συναλόη) Putor quidam, aut odoris grauitas, quæ ex uetuſtate & putredine ac corruptione naſcitur. Palladius lib. 1. cap. 20, Receptacula olei ſemper ſint munda, ne nouos ſapores ueteri rancore infecta corrũpant.

¶Rancidus, pen. corr. Adiectiuum (σαπρὸς) Quod eſt rancore putidum. Horatius lib. 2. Serm. Satyr. 2. 18,

Rancidum aprum antiqui laudabant, &c.

Rancidus, pro Inſuaui aliquando ponitur.

Rancidus aſpectus. Plin. lib. 22. cap. 22. 25.

¶Rancidè, pen. corr. Aduerbiũ (σαπρῶς) Gellius lib. 18. cap. 8, In collocandis uerbis immodicè faciunt & rancidè.

¶Rancidulus, pen. corr. (ὑποσαπρὸς) Adiectiuum diminutiuũ. Iuuenal. Satyr. 11. 14,

—non tamen his illa unquam opſonia fiunt Rancidula.

Martial. lib. 7. 33,

Qui ſic rancidulo loquatur ore.

Rapa] Vide Rapum.

Rapacitas, Rapaciter, Rapax] Vide Rapio.

Raphaeles] Iuriſconſulti duo celebrantur: alter Fulgoſius, Commenſis alter. quorum uterq; Patauij ius ciuile profeſſus eſt circiter annum 1420.

Raphana] Nobilis ciuitas in Decapoli, regione Syriæ. Plin. lib. 5. cap. 18, Plurimi tamen Damaſcum & Optoton riguas amne Chryſorroa, fertilem Philadelphiam, Raphanam, omnia in Arabiam recedentia, &c.

Raphanus] huius raphani, pen. cor. m. g. (ῥάφανος) Genus radicis notæ. Plin. lib. 19. cap. 5. 12, Cortice & cartilagine cõſtant raphani: multisq; eorum cortex craſſior etiã quàm quibuſdam arborum. Amaritudo plurima illi eſt, & pro craſſitudine corticis. Cætera quoq; aliquãdo lignoſa. Et uis mira colligendi ſpiritum, laxandiq; ructum. Ob id cibus ille liberalis: utiq; ſi proximè olus mandatur: ſi uerò cum oliuis drupis, rarior ructus ſit, minusq; fœtidus. Catull. Ad Aurelium, 15. 4.

Percurrent raphanique, mugilesq;.

Aliud raphani genus agreſte, de quo Plin. lib. 20. cap. 4. 2, Eſt & ſatiui uſus in Italia, & armoraciam uocant ſatiuã. Satiui uerò decocti mane poti ad ternos cyathos, comminuunt, & ejiciunt calculos.

¶Rhaphaninus, pen. cor. Adiectiuum (ῥαφανινὸς) ut, Raphaphaninum oleum. Plin. lib. 23. cap. 4. 16.

¶Raphanides Thaſiæ, apud Cælium, lib. 9. cap. 12.

¶Raphanitis, huius raphanitis, pen. prod. f. g. (ῥαφανῖτις) Genus ireos herbæ. Plin. lib. 21. cap. 7. 6, de iri, Illirica quoq; duorum generum eſt, Raphanitis à ſimilitudine, quæ et melior: & rhizotomos ſubruſa. Optima, quæ ſternutamenta tactu mouet. Caulem habet cubitalem & rectum. Floret diuerſi coloris ſpecie, ſicut arquius cælestis: unde & nomen.

Raphia] Locus in Arabia poſt Gazam, ubi Ptolemeus quartus cũ Antiocho Magno prælium commiſit. Strabo lib. 16.

Rapicium] Vide Rapicia, in Rapum.

Rapio] rapis, rapui, raptũ (ἁρπάζω, διαρπάζω, διαδύομαι) rapere, Per uim, aut cũ feſtinantiâ, ſiue cum furore trahere, euellere, auferre. Terent. And. 5. 2. 20,

Sublimẽ hũc intrò rape quantũ potes. Virg. 1. Geor. 41,

Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni. Terent. Adelph. 3. 2. 21,

Cæteros ruerem, agerẽ, raperem, tunderem, proſternerẽ.

Campum rapit acrior ſompes. Stat. 5. Thebaid. 1.

Venti rapuêre carinas. Lucanus lib. 3. 10.

Ad cognitionem rerum rapere. Cic. 1. de Diuinat. 181.

De complexu parentum ad mortem rapere. Cic. 7. Ver. 108.

In crucem rapere. Cic. 7. Ver. 131.

Cupiditate, auiditate, & ſimilibus rapi. Cic. 3. Verr. 44, Iſte qui unà cupiditate raperetur, totum illius poſtulatum, cauſamq; neglexit. Idem 2. Offic. 54.

Cupiditate cæca prædæ ac rapinarum rapi. Cicero in Piſonem, 45.

Equi rapiunt currum per auia. Ouid. 2. Metam. 41.

Aliquem ad ſuam diſciplinam rapere, Attrahere & impellere ad diſciplinæ ſuæ cognitionem. Cic. 4. Acad. 204.

In errorem rapi. Cic. 2. de Leg. 76.

Fatis rapi. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 7.

In ſomite flammam rapere. Virg. 1. Aeneid. 36.

Flammæ rogales rapuêre te. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 9.

Fortuna rapit iuuenes. Ouid. ad Liuiam, 75.

Aliquem in fraudem rapere. Cic. 2. de Inuent. 146.

Fugam rapere. Valer. 5. Argon. 55.

Odiũ, quæ hominem huc & illuc rapit. Cic. 1. Offic. 142.

Rapit huc, rapit impetus illuc. Stat. 12. Thebaid. 159.

Rapi ad id quod bonum uidetur. Cic. 4. Tuſcul. 20.

Inops mentis rapitur. Ouid. 4. Faſt. 92.

Imperium rapere. Tacitus lib. 19.

Aliquem in inuidiam rapere, Inuiſum eſſe. Cic. 4. Acad. 127, Sed quũ rapior in inuidiã, licẽte per uos neſcire quod neſcio?

Inuitum rapere aliquem. Ouid. 7. Metam. 143.

Aliquẽ in ius rapere, quod & trahere, et uocare dicitur. Plaut. Pœnul. 19. 56. Idem Aſin. 9. 32,

Ità uidi hunc ipſum adducere, & rapere in ius Exærabũ.

Quum rapies in iura malis ridentem alienis. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 15.

Rapiunt ſibi quiſque laborem. Silius lib. 13. 38.

Limis rapere. Sub. oculis. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 11,

Sic tamen ut limis rapias, quid prima ſecundo
Cera uelit uerſu. id eſt, obliquis oculis raptim legas.

De luce rapi. Statius 8. Thebaid. 21.

Rapit me in mœrorem ſtultitia mea. Plaut. Ciſt. 2. 52.

Ad mortem rapi. Cicero 1. in Catil. 20, Nónne hunc in uincula duci, non ad mortem rapi, non ſummo ſupplicio mactari imperabis?

Nauem aliquam ad Italiam rapere. Cic. pro lege Manilia, 13.

Ocellos alicuius rapere. Ouid. 2. Amor. elg. 19. 4.

Oculis in fraudem rapi. Cic. de Aruſp. reſp. 36.

In odium aliquem rapere. Author ad Heren. lib. 1. 7.

Oſcula rapere. Tibul. lib. 1. eleg. 4. 11.

In partesq; rapit uarias. Virg. 4. Aeneid. 57.

In peio-

in peiorem partem rapere. Terent. in Prologo Adelph. 3. Vbi Donatus, id eſt Vitio dare, uituperare.

Tractus rapitur pauore equi. Silius lib. 4. 52.

I, pedes quo te rapiunt, & auræ. Horat. 3. Carm. ode 11. 10.

Rapere ad pœnam. Cic. pro Flacco, 4.

Præcipitem rapere aliquem. Ouid. 3. Metam. 139.

Atq; illum in præceps prono rapit alueus amne. Virgilius 1. Georg. 41.

Rapere aliquem ad Prætorem. Plaut. Aul. 30. 30.

Alicunde ſe rapere ocyus. Horat. 2. Serm. Sat. 7. 24.

Rapere ſe aliquò. Ouid. in Fragmento, 6. de uacca.

Rapere ſe ad. Cic. 13. Philip. 356, Inde ſe quo furore, quo ardore, ad urbem, id eſt, ad cædem optimi cuiuſq; rapiebat?

Rapere ad ſe. Cic. 2. de Natur. deor. 192, Quum autem in locis ſemen inſedit, rapit omnem ferè cibum ad ſeſe, eoq; ſeptum fingit animal. Idem 1. Offic. 16.

Ad ſe conuertere & rapere. Cic. 2. Offic. 53.

Senſus & coniectura rapi. Cic. de Aruſp. reſp. 50.

Virgines ad ſtuprum rapere. Liu. 6. bel. Pun. 70.

In ſublime rapere. Plin. lib. 35. cap. 10. 41.

Ad ſupplicium rapi, quod & Trahi dicitur. Cic. 3. Verr. 4.

Ad tortorem rapi. Cic. 5. Tuſcul. 20.

Viam rapere aliquò. Silius lib. 8. 36.

Virginem rapere, Eſt ei uim inferre, & uiolare. Plinius lib. 15. cap. 29. 1, Propter raptas uirgines.

Vis rapuit, rapietq; gentes. Horat. 2. Carm. ode 13. 4.

Prælia rapuerunt urbes. Claud. 2. in Eutropium, 114.

Vultus alicuius rapere. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 6.

Rapere, pro Raptim ac feſtinanter ducere. Plin. in Paneg. 25, Per hoc omne ſpacium quum legiones duceres, uel potius (tanta uelocitas erat) rapereſ: non uehiculum unquam, non equum reſpexiſti.

¶Rapſere, antiquũ uerbum, pro Rapere. Cic. 2. de Legib. 36, Sacrum ſacroue commendatũ qui clepſerit rapſeritq;, parricida eſto.

Spes rapiendi & prædãdi occæcat animos. Cic. 4. Philip. 158.

¶Rapiens, Participium (ἁρπάζων) Horat. 3. Carm. ode 3. 11,

Omne ſacrum rapiente dextra.

Flamma rapiente curſum ocyor. Senec. Hippol. 6. 1.

Ventus rapiens incendia. Lucan. lib. 3. 101.

¶Rapiendus, Aliud participium (ἁρπαστέος) ut, Pignora rapienda manu. Ouid. 6. Faſt. 90.

Ad arces rapiendas tendit. Lucan. lib. 6. 2.

¶Raptus, Similiter participium (ἁρπαδείς) ut, Raptus à diis Ganymedes. Cic. 1. Tuſcul. 100.

Sublime raptus. Tacit. lib. 20.

Amore cæco raptus furit. Ouid. 2. Faſt. 153.

Auribus raptis populata tempora. Virg 6. Aeneid. 100.

Fortuna rapta ex oculis. Liu. 8. bel. Pun. 33.

Lingua rapta. Ouid. 6. Metam. 127.

Nuptiæ raptæ. Cic. 3. Tuſcul. 44.

Occaſio rapti. Liu. 7. bel. Pun. 102.

Aut raptas ad littora uertere prædas. Virg. 1. Aeneid. 107.

Tecta rapta. Ouid. 3. Triſt. eleg. 10. 4.

Virginitas rapta. Ouid. 8. Metam. 172, de filia Eriſichthonis.

¶Raptum, Subſtantiuum (ἁρπαδὲν) Res rapta, Liuius 7. ab Vrbe, 114, Quos rapto uiuere neceſſitas cogeret. Martialis libro 7. 46.

Potiri rapto. Virgil. 4. Aeneid. 44.

Viuere de rapto. Ouid. 5. Triſt. eleg. 11. 4.

Viuitur ex rapto. Ouid. 1 Metam. 30.

¶Raptus, huius raptus (ἁρπαγμὸς) Cic. 6. Verr. 95, Locus ut ipſe raptum illum uirginis quẽ iam à pueris accepimus, declarare uideatur. Idem 4. Tuſc. 116, Quis aut de Ganymedis raptu dubitat quid poetæ uelint? Claud. 2. de raptu Proſerp. 3,

It Venus, & raptus metitur corde futuros.

¶Raptura, rapturæ, pen. prod. Idem (ἁρπαγὴ) Plin. libro 11. cap. 24. 5, Quum uerò raptura incidit, quàm uigilans & paratus ad curſum? Caſtigatum exemplar habet, captura. hoc eſt, præda. De araneo.

¶Raptor, raptoris, Verbale (ἁρπακτὴς) Plaut. Epid. 5. 112,

—raptor hoſtium
Glorioſus. Idem Trin. 5. 23,

Raptores panis & peni. Colum. lib. 7. cap. 12. 8, Quum & lupi repellere inſidias & raptorem ferum conſequi ſugientem, prædamq; excutere atque auferre debeat. Virg. 2. Aeneid. 71.

Audax raptor. Horat. 3. Carm. ode 20. 1.

¶Rapo, raponis, m. g. (ἁρπακτὴς) Idẽ quod raptor. Põponius,

Ne uos conturbent auri argentiq; rapones. Vide Nonium.

¶Rapturus, pen. prod. Particip. (ἁρπάσων) Lucan. lib. 3. 20,

—namq; ignibus atris
Creditur ut captæ rapturus mœnia Romæ.

¶Rapto, raptas (διαρπάζω) raptare, Frequenter rapere. Virgil. 1. Aeneid. 98,

Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros. Cicero pro Sextio, 128, Fortunæ uexatæ, diſſipati liberi, raptata coniux.

In crimina raptare aliquem. Propert. lib. 3. eleg. 11. 6.

Captus raptatur manu. Statius 9. Thebaid. 33.

Quadrijugo curru raptari. Cic. 1. Tuſcul. 168.

Equorum arbitrio raptatur. Ouid. 2. Metam. 47.

Per uim raptari. Ouid. 12. Metam. 45.

Raptatus, pen. prod. Particip. (διαρπαδὲς) ut, Bigis raptatus. Virg. 2. Aeneid. 55.

¶Rapax, rapacis, pen. prod. om. g. (ἁρπακτικὸς) Auidus, & rapinis ſemper intentus. Plaut. Perſ. 12. 6,

Procax, rapax, trahax. Suetonius, Inopia rapax, metus ſæuus. Salluſt. in Cic. 3, Rapacißimæ manus. Col. lib. 8. cap. 17. 7, Rapax lupus.

Olim furunculus, nunc rapax. Cic. in Piſonem, 52.

Falces rapaces. Lucret. lib. 3. 130.

Fata rapacia. Seneca Hercule Oetæo, 2. 1.

Fluuij rapaces. Virg. 3. Georg. 29.

Ignis rapax. Ouid. 8. Metam. 169.

Mors rapax. Tibul. lib. 1. eleg. 3. 13.

Torrens rapax. Seneca Thebaid. 1. 15.

Ventus rapax. Valerius 4. Argon. 121.

Vndis rapacibus committere ſe. Ouid. 8. Metam. 111.

Idemq; Thalle turbida rapacior procella. Catull. ad Thallum, epig. 22. 1.

Rapax uirtutis ingenium. Senec. epiſt. 96.

Nihil eſt enim appetentius ſimilium ſui, nihil rapacius quàm natura. Cic. de Amic. 46.

¶Rapacitas, pen. cor. rapacitatis, fœ. ge. (τὸ ἁρπακτικὸν) Colum. lib. 1. 7. 4, Niſi ſi maxima uel negligentia ſerui uel rapacitas interuenit. Martial. lib. 12. 49,

Diræ filius eſt rapacitatis.

Quis in rapacitate auaritior? Cic. pro Cælio, 9. De Catilina.

¶Rapidus, pen. cor. Adiectiuum (ἁρπακτικὸς) Id eſt, uelox: Ab eorum, qui rapiunt, celeritate. Plin. lib. 16. cap. 39. 5, Tantum tempeſtiuitas etiam in rapida celeritate pollet.

Corripiunt, rapidiq; rotanti turbine portant. Lucret. lib. 59,

Aequor rapidum. Valer. 4. Argonaut. 54.

Aeſtus rapidus. Virg. eclog. 2. 2.

Alæ rapidæ. Claudianus 3. de raptu Proſerp. 51.

Amnis

Amnis rapidus. Virg. 6. Aeneid. 110.
Et rapidos tranant amnes. Lucret. lib. 1. 3.
Arma rapida. Silius lib. 5. 20.
Arua rapida uelocius. Ouidius 3. Metam. 42.
Bella rapida. Claudianus 1. Paneg. 36.
Canes rapidi. Lucretius lib. 5. 179.
Clamores rapidi. Statius 5. Thebaid. 20.
Currus rapidus. Virg. 12. Aeneid. 96.
Cursus rapidus. Virg. 5. Aeneid. 59.
Decursus rapidus. Virg. 12. Aeneid. 105.
Equi rapidi. Ouid. epist. 9. 6.
Feræ rapidæ. Ouid. epist. 11. 23.
Flamen rapidum. Virg. 4. Aeneid. 48.
Flamma rapida. Ouidius 2. Metam. 25.
Flumen rapidum. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 49.
Gurges rapidus. Cic. 2. de Natur. deor. 153.
Ignis rapidus. Virg. 4. Georg. 53.
Iræ rapidæ. Statius 3. Thebaid. 19.
Lapsus rapidi fluminum. Horat. 1. Carm. ode 12. 2.
Leones rapidi. Horatius de Arte, 80.
Lupa rapida. Ouid. 3. de Arte, 21.
Mare rapidum. Tibullus lib. 1. eleg. 2. 9.
Oratio rapida, Concitata. Cic. 2. de Fin. 5, Quum enim fertur quasi torrens oratio, quamuis multa cuiusq; modi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coerceas.
Passus rapidi. Virgilius 7. Aeneid. 32.
Rotis rapidis insistere. Virg. 3. Georg. 23.
Sol rapidus. Virg. 1. Georg. 85.
Torrens rapidus. Virg. 2. Aeneid. 60.
Turbo rapidus. Lucretius lib. 1. 155.
Venti rapidi. Virg. 6. Aeneid. 15.
Volucris rapidissima. Ouid. 2. Metam. 144.
Vortex rapidus. Virgilius 1. Aeneid. 25.

¶Rapidè, pen. corr. Aduerbium (ὁρμητικῶς) Cic. 2. de Legibus, 11, Rapideq; dilapsus citò in unum confluit. De Fibreno fluuio.

Ferri rapidè. Cic. in Orat. 71.

¶Rapiditas, pen. corr. rapiditatis (τὸ ὁρμητικὸν) Cæsar 1. bel. Ciu. 132, Tum etiam rapiditate fluminis ad transeundum impedirentur. Idem 4. bel. Gall. 522.

¶Raptim, Aduerbium (ἁρπαγδόλως) Velociter, citò, quasi rapto tempore, non accepto. Plin. lib. 17. cap. 14. 1, Semine raptim auium fame deuorato. Liu. 3. ab Vrbe, 90, Fabius omissis omnibus, prædam ex castris raptim Antium conuehit. Cic. ad Atticum, lib. 1. 15. 6, Et raptim in eam sententiam pedarij cucurrerũt. Cæsar 1. bel. Ciuil. 16, His de causis aguntur omnia raptim atq; turbatè. Lucret. lib. 3. 204,

—& plani raptim petit æquora campi.

Iste se raptim domum suam conijcit. Author ad Herenn. libro 4. 233.

Imperia raptim mutata. Silius lib. 7. 5.

Raptim scribere. Cic. ad Attic. lib. 2. 24. 1.

¶Raptio, huius raptionis (ἁρπαγὴ) Verbale, Ad personã refertur. Terent. Adelph. 3. 3. 2,

Disperij, Ctesiphonem audiui filium unà fuisse in raptione cum Aeschino.

¶Rapina, rapinæ, pen. prod. (ἁρπαγμα) Ad rem refertur. Cic. 1. Verr. 2, Quas res luxuries in flagitijs, crudelitas in supplicijs, auaritia in rapinis, superbia in contumelijs efficere potuisset. Cæsar 1. bel. Gall. 60, Satis habebat in præsentia hostem rapinis populationibusq; prohibere.

Spes prædæ ac rapinarum. Cassius Ciceronij, lib. 12. 12. 8.

Auida rapina. Ouid. 1. Trist. eleg. 10. 7.

Ingens rapina. Stat. 10. Thebaid. 164.
Inuidiosa rapina. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 11.
Rapina, Pro loco ubi rapum seritur. Vide Rapum.

¶Rapinator, oris: antiquum, pro raptor usurpatum (ἁρπακτὴρ) Nonius ex Lucilio lib. 2,

Homò impudicus impunè est rapinator.

Rapsa] Oppidum, in Pentapoli seu Cyrenaïca regione, apud Plinium lib. 5. cap. 5.

Rapum] rapi (γογγύλη) Radicis escariæ genus. Plin. libro 18. cap. 13. 4, Genera eorum Græci duo prima fecêre, masculinum fœmininumq;, et ea sterendi modo ex eodem semine. Densiore enim satu inasculescere, item in terra difficili. Semen præstantius, quo subtilius. Species uerò omniũ tres. Aut enim in latitudinẽ fundi, aut in rotunditatem globari. Tertiã speciem syluestrem appellauêre, in longitudinem radice procurrente; raphani similitudine, & folio anguloso scabroq;, succo acri: qui circa messem exceptus oculos purgat, medetur caligini, admisto lacte mulierum. Martial. libro 13. 18,

Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa
Quo damus, in cælo Romulus esse solet. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 11, Nam ex semine brassicæ fato nasci aiunt rapa: & contrà ex raporum, brassicam. Colum. lib. 2. cap. 10. 18, Rapa campis in locis humidis lætantur.

Rapum Seneca dixit, quod in capite radicis hæret, nempe fibras quibus arboris radix inuoluitur: epist. 87, Magnarij, inquit, arborum truncos circuncisis ramis & ad unum radicis pedum cum rapo suo transtulit, amputatis radicibus, relicto tantùm capite ipso, ex quo illæ pependerant.

¶Rapa, rapæ, Idem (γογγύλη) Colum. lib. 11. cap. ultimo, Napus & rapæ duas sationes habent, & eandem culturã quam Raphanus. Paulo post, Rapæ semina Hyginus putat post trituram iacentibus adhuc in area paleis inspergi debere.

Lutosa rapa. Vide Lutum.

¶Rapulum, rapuli, pen. corr. Diminutiuum (γογγύλιον) Horat. 2. Serm. Satyr. 8,

Iã primis Lucanus aper leni fuit Austro
Captus, ut aiebat cœnæ pater, acria circum Rapula.

¶Rapunculus, rapunculi, pen. corr. m. g. (γογγυλίδιον) Aliud diminutiuum, Radicula, quæ comeditur in acetarijs.

¶Rapicia, rapiciorum, siue Rapacia, rapaciorum, Raporum frondes, quas homines decoctis in cibum sumunt. Plin. lib. 18. cap. 13, Quadrupedes & fronde eorum gaudent: & homini non minor rapiciorũ suis horis gratia, quàm cymarũ, &c. Cato cap. 35, Rapinam & coles rapicij unde fiant, & raphanum in loco stercorato bene, aut in loco crasso serito.

¶Rapina, rapinæ, Vbi seminatur rapum. Colum. lib. 11. cap. 2. 53, Nam & napinæ, itemq; rapinæ siccaneis locis per hos dies fiunt. Sic Cato cap. 35.

Rarus] Adiectiuum (ἀραιὸς, ἀραῖος, μανὸς) Propriè dicitur quod non est densum: ut, Rari capilli. Virg. 4. Aeneid. 26,

Retia rara, plagæ, & lato uenabula ferro.

Rarum, Quod non ubiq; reperitur: unde etiã pro præstanti sumitur. Cic. de Amic. 67, Rarum genus (& quidem omnia præclara rara) nec quicquam difficilius quàm reperire, quod sit omni ex parte in suo genere perfectum. Plinius in Paneg. 102, Sed in principe rarum ac propè insolitum est, ut se putet obligatum. Virg. 4. Georg. 26,

Hic rarum tamen in dumis olus.

Rarum & Vulgare, contraria. Cic. in Topicis, 36.

Solitarium & rarum. Cic. 1. de Inuent. 96.

Rarus in potu, Qui rarò potat. Plin. lib. 8. cap. 16. 5.

Rarum dictu, esse aliquid cui prosit negligentia. Plin. lib. 18. cap. 16. 1. Sic lib. 9. cap. 17. 2, Rarum inuentu.

Rarum

Rarũ est enim ut se quisq; uereatur. Quint. lib. 10. cap. ultimo.
Iuuenum rarissimus. Stat. 4. Sylu. 8. 7.
Facie rarus. Ouid. 14. Metam. 67, de Nympha canente,

Rara quidẽ facie, sed rarior arte canendi. Locutio propter ablatiuum annotanda.

Acies rarior. Tacit. lib. 19.
Aer rarus. Lucretius lib. 2. 22.
Animalia rara. Virgilius eclog. 6. 8.
Audentia rara. Tacitus de Germanis, Rara & priuata cuiusq; audentia apud Cattos in consensum uertit.
Coniux rarissima. Statius 5. Sylu. 1. 3.
Cribrum rarum. Ouidius 12. Metam. 88.
Fides rara. Horat. 1. Carm. ode 35. 4.
Frutices rari apparent in uertice. Ouid. epist. 10. 5.
Gratia fratrum rara est. Ouid. 1. Metam. 30.
Lachryma rara. Horat. 4. Carm. ode 1. 7.
Lanugo rara. Plin. lib. 8. cap. 37. 3.
Rara tuas quidem, sed suaues accipio literas. Cicero Cælio, libro 2. 12. 1.
Locus rarus & angustus. Cic. in Somnio Scip. 21.
Racemi rari. Virg. eclog. 5. 2.
Retia rara. Virg. 4. Aeneid. 26.
Salus rara. Plin. lib. 7. cap. 4. 2.
Tectis raris habitata mapalia. Virg. 3. Georg. 68.
Textum tenue atque rarum. Quintil. lib. 9. cap. 4, Neq; illud in Lysia dicendi textum tenue atque rarum lectoribus numeris corrumpendum erat.
Turba rarissima. Ouid. 2. de Arte, 57,

Sunt tamen & doctæ rarissima turba puellæ.

Vmbra rara. Virg. eclog. 7. 11.
Vocibus raris hisco. Virg. 3. Aeneid. 63.

¶Rarè, rarius, rarissimè, Aduerbium (σπανίως) Non densè neq; spissè. Colum. lib. 2. cap. 9. 4, Nam nisi rarè conseritur, uanam & minutam spicam facit. Plin. lib 17. cap. 27. 6, Cæteræ rarius tondentur. hoc est, infrequentius.

Rarius facere. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. 2.

¶Rarò, Aliud aduerbium (σπανίως, ὀλιγάκις) Insolenter, non sæpe, minus sæpe. Cic. pro Rosc. Amer. 22, In hoc tanto, tam atroci, tam singulari maleficio, quod ita rarò exstitit, ut si quando auditum sit, portenti ac prodigij simile numeretur. Horatius 3. Carm. ode 2. 7.

Insolenter & rarò. Cic. 1. de Inuent. 59.

¶Raritas, pen. corr. raritatis. f. g. (σπανιότης, μανότης) Plin. libro 2. cap 18. 2, Namq; modò multitudo conferta inest circa diuidios orbes lunæ, placida nocte leniter illustrãte eas: modò raritas. Hic confertam multitudinem opposuit raritati.

Mirabilis raritate. Vide Mirabilis in Miror.

Raritas arborum. Plin. lib. 11. cap. 27. 1, Cicadæ non nascuntur in raritate arborum. id est, ubi raræ sunt arbores, & non densè consitæ.

Raritas in pulmonibus, Laxitas, mollities spongiosa. Cic. 2. de Natur. deor. 205.

¶Raritudo, penul. prod. raritudinis (σπανιότης) Idem quod raritas. Colum. de Arboribus, cap. 3. 6, Et mediocri raritudine optima est ultibus terra.

¶Rarenter, Aduerbium (σπανίως) Idem quod rarò. Gellius libro 12. cap. 25, A' rarus non dicitur rarè, sed alij rarò dicunt, alij rarenter. Cato cap. 103, Dato rarenter bibere.

¶Raro, raras (ἁραιόω) rarare, Rarum facere. Cuius composita sunt, disraro, & interraro, quod est in medio rarum facio: quo Columella lib. 4. utitur.

¶Rarefacio, rarefacis, pen. cor. (ἁραιοποιῶ) rarefacere, Idem. Colum. lib. 3. cap. 9. 2, Hoc autem facilè continget, si prius rarefeceris eas partes quas supra ramum secaturus es, fœno aut stramentis texeris. Ex uetusto codice legendum, si prius uarã feceris, et eam partẽ quã, &c. Lucret. lib. 6. 175,

Et rarefecit calido miscente uapore.

¶Rarefio, penul. prod. (ἁραιοποιοῦμαι) Rarus fio. Lucret. libro 1. 131,

Nil prodesset enim calidum densarier ignem,
Nec rarefieri, si paries ignis, &c.

¶Rarefactus (ἁραιώθεις) Participium. Lucret. lib. 2. ad finem.

Iure igitur pereunt, cum rarefacta fluendo sunt, &c.

¶Rarefactum (ἁραιωθὲν) Lucret. lib. 3. 90,

—conquassatum ex aliqua re, Ac rarefactum.

¶Rarefco, rarefcis (ἁραιοῦμαι) rarescere, Significat rarũ fieri, siue deficere. Colum. lib. 3. cap. 16. 3, Negligentia cultorum magna pars deperit, ac interim seminum cætera quæ uirẽt, rarescunt. Idem libro 5. cap. 6, Vetustate rarescit. Virgil. 3. Aeneid. 82,

Ast ubi digressum Siculæ te admouerit oræ
Vẽtus, & angusti rarescẽt claustra Pelori. Vbi Seruius, Rarescent ideo, quia uenientibus de Ionio propter curuaturam littorum claustra uidentur angustiæ, quæ paulatim propinquantibus aperiri uidentur.

Colles paulatim rarescunt. Tacitus de Germanis.
Miles rarescit. Silius lib. 17. 86,

Rarescit multo laxatus uulnere miles,
Atque aperit patulas prostrato corpore latè
Inter tela uias.

Nubila rarescunt pluuijs. Stat. 1. Sylu. 2. 38.
Sonitus rarescit arenæ. Propert. lib. 3. eleg. 15. 7.
Tenebræ profundæ rarescunt. Stat. 11. Thebaid. 15.
Phocis & Aoniæ iaculis rarescitis umbræ. Stat. 1. Achil. 85.
Vmbræ rarescentes. Stat. 1. Thebaid. 68.
Lanæ rarescunt. Plin. lib. 11. cap. 39. 35.
Rarescere dicitur, quod fit subtilius et minus densum. Ouid. 15. Metam. 15, —resolutaq; tellus
In liquidas rarescit aquas.

¶Raripilus, penult. corr. Adiectiuum (ψιλόδους) Quod habet raros pilos. Colum. in Præfat. lib. 1. 22, Et idipsum aliter curatur mutilum, & raripilum: aliter cornutum, & setosum, quale est in Sicilia.

Rasilis, Rasito] Vide Rado.

Rasis] ῥητὴρ, ut ait Colum. lib. 12. cap. 20. 5, genus est crudæ picis: eaq; quanto est uetustior, tanto melior habetur. nam longo tempore durior facta, quum est contusa, in puluerem redigitur, & his medicaminibus admiscetur.

Rasis] Nobilis & antiquus medicus, notus ex scripturis, à medicis sæpissimè aliàs allegatus, refertur à Cælio Rhodig. lib. 3 cap. 17, Illud item obseruatione dignum, ossa in homine comperiri numero exactissimo, & in summa, ut dicitur, summarum ducenta quadraginta octo: sicuti in digitos missere diligentia præsigni Hippocrates, Galenus, Rasis, Auicenna & Auerrois quoque.

Rastrum] rastri, quod in plurali hi rastri, & hæc rastra dicimus: Instrumentum rusticum ad glebas confringendas: dictum, quòd terrã radat, & fodiendo cõculcet. Teren. Heaut. 1. 1. 36, ——istos rastros interea tamen
Depone, ne labora. Ibidem, 5. 1. 58,

Menedeme, mihi illæc uerò ad rastros res redit. Colum. lib. 2. cap. 10. 19, Subactum solum pluribus iterationibus aratri uel rastri, largoq; stercore satiatum postulant.

Arua obnoxia rastris. Virg. 2. Georg. 88.
Intacta rastro tellus. Ouid. 1. Metam. 21.
Graues rastri. Ouid. 11. Metam. 8.
Quadridens rastrum. Cato cap. 10. 3.
Tenaces rastri. Virg. 2. Georg. 85.

Vulnera raſtrorum ſert tellus. Ouid.2.Met.im.58.
Frangere glebas raſtris. Virgil.1.Georg.19.
Aſſiduis terram inſectabere raſtris. Virg.1.Georg.31.
Humus patitur raſtros. Virg.eclog.4.9.
Rimari terram raſtris. Virg.3.Georg.107.
¶ *Raſtellum, Diminutiuum.* Varro 1. de Re ruſtica, cap. 49, *Tum de pratis, inquit, ſtipulã raſtellis eradi, atq; addere fœniſicię cumulum.* Colum.lib.2.cap.13.5, *Medica obruitur non aratro, ſed ligneis raſtellis.*
Raſtellis & ſtabularijs utuntur, iſdemq; terram effodiũt. Suet. *in* Nerone, *Tubaq; ſigno dato primus raſtello humum effodit, & corbulæ congeſtam humeris exiulit.*
Raſura, Raſus] Vide Rado.
Ratariæ] *Genus quoddam nauium: de quibus meminit Gellius lib.10.cap.25.*
Ratiarius] Vide Ratis.
Ratiaſtum] *Authore Ptolemæo lib. 2. cap. 7, Lemouicum urbs, uulgò Limoges.*
Ratifico] Vide Ratus *participium, in* Reor.
Ratio] *rationis, ſ.g: (λόγος, ποιγισμὸς) à ſupino* Ratum, *Eſt illa uis animi, qua à cæteris animalibus homo diſtinguitur, ijſq; præpollet atq; imperat.* Cic.1.Offic. *Duplex eſt enim uis animorum atq; naturæ. Vna pars in appetitu poſita eſt, quæ eſt ὁρμὴ Græcè, quæ hominem huc & illuc rapit. Altera in ratione, quæ docet & explanat quid ſciendũm fugiendũq;. Ita fit ut ratio præſit, appetitus uerò obtemperet.* Idem 3. de Natur.deor. 97, *Sic haud ſcio an melius fuerit, humano generi motum iſtum celerem cogitationis, acumen, ſolertiam quam rationem nocamus, quoniam peſtifera ſint multis, admodum paucis ſalutaria, non dari omnino, quàm tam munificè, & tam largè dari.*
Ratio quaſi quædam lux, lumenq; uitæ. Cic.4.Acad.51.
Ratio cœpit. Lucret.lib.3.3,
Nam ſimul ac ratio tua cœpit uociferari
Naturam rerum, &c.
Omni ratione nalẽtior amor patriæ. Ouid.1.de Põto,eleg.4.6
Homines rationis egentes. Ouid.15.Metam.31.
Expers rationis, & Vtens ratione, contraria. Cic.*in* Topic.36.
Particeps rationis, quod Rationale dicimus. Cic.1.Offic.19.
Abſtruſa ratio. Vide Abſtrudo.
Auens ratio. Lucret.lib.3.53.
Naturalis ratio. Lucret.lib.6.153.
Omnia peruerſa præpoſtera ſunt ratione. Lucret.lib.4.168.
Sagax ratio. Lucret.lib.1.26.
Scrupoſa ratio. Lucret.lib.4.107.
Abſtrahere à ratione. Vide Abſtraho.
Carere ratione. Seneca Troade,10.9.
Bona ratio conſligit cum perdita. Cic.2. *in* Catilinam,44.
Vſum rationis demere alicui. Ouid.3.de Ponto,eleg.6,10.
Animi ratione exoluere aliquid. Lucret.lib.2.77.
Expuere ex animo rationem. Lucret.lib.2.208.
Inire impia elementa rationis. Lucret.lib.1.17.
Labi à uera ratione. Lucret.lib.2.36.
Obtendere rationem turpitudini. Vide Obtendo.
Orta ratio ab ſenſu falſo an ualeat. Lucret.lib.4.99.
Tentat enim dubiã mentẽ rationis egeſtas. Lucret.lib.5.244.
Somnia, quæ uitæ rationes uertere poſſint. Lucret.lib.1.21.
Vincere furorem ratione. Ouid.7.Metam.2.
Ratio, pro Reſpectu et cura. Cic.Planco,lib.10.2.4, *Peto à te, ut mei rationem habere uelis, & ſalutis & dignitatis meæ.* Sic 2.Offic.93, *Habenda autem eſt ratio rei familiaris.* Vide Habeo *rationem.*
Ratio prior: id eſt, potior reſpectus. Quintilianus lib.1, *Et morum quidem in his haud dubiè prior ratio eſt, rectè tamen etiam loquãtur. hoc eſt, in his morum potius, quàm ſermonis habenda eſt ratio.*
Domeſticæ rationes. Quintil.lib.1.cap.12.6.
Rationes expunctæ & ſubſcriptæ. Vide Expungo.
Familiares rationes. Tacitus lib.5.
Ventoſa ratio uani fauoris. Claudianus *de bel.Getico,23.*
Lunaris ratio. Vide Lunaris *in* Luna.
Rationem commodi ducere. Cic.ad Trebatium,lib.7.17.4.
Habere rationem officij in ſocios. Cic.4.Verr.109.
Rationem habere cum aliquo. Lucret.lib.1.26,
Quapropter bene cum ſuperis de rebus habenda
Eſt ratio.
Habenda authoritatis ratio. Quintil.lib.6.cap.1.26.
Habere rationem ſi. Cic.7. Verr.31.
Ratio ſua habeatur: pro, Sui. Liuius 4. *ab* Vrbe. Fortè legendum, *ſui.*
Rationem habere cum terra, muſis. Vide Habeo.
Omnes quibuſcũ ratio mihi aut eſt, aut fuit. Cic.*pro* Quint.50.
Populari ratione alicui ſe anteponere. Cic.pro Domo ſua,69.
Quæ ratio tibi cum illo intercedit? Vide Intercedo.
Laborioſiſſima uitæ ratio. Cic.pro lege Manilia,50.
Varia & commutabilis uitæ ratio. Cic.pro Milone,51.
Ratio, Cauſa. Cic. ad Catonem,lib.15.4.13, *Quum autem ad Cybiſtra propter rationem belli quinq; dies eſſent moratus.* Cæſar 8.bell.Gall.22, *Quantum hybernorum opportunitas, belliq; ratio poſtulabat.*
Non eſt ratio. Cic.2. Verr.16, *Minari deniq; diuiſoribus ratio non erat propterea, quòd, &c.*
Nulla eſt ratio, amittere eiuſmodi occaſionẽ. Cic.pro Cecin.11.
Rationis eſt. Colum.lib.3.cap. 5.2. *Tenuiſſimo ſolo uitiarium facere minimè rationis eſt, quoniam, &c.*
Ratio parua. Terent.Heaut.3.5.27,
Nũ parua cauſa aut parua ratio eſt ẽ tradit⁹ ſum mulieri.
Potens ratio. Iuuen.Satyr.14.4.
Operta ratio, Obſcura, difficilis. Ouid.3.Faſt.153.
Sordidiſſima & inquinatiſſima ratio. Vide Inquino.
Quid habuit argumẽti aut rationis res, quamobrem, &c. Cic. 4.Verr.79.
Ratio, Modus, uia & forma, mos, conſuetudo. Saluſtius, At ego uobis (inquit) ſi modò uultis eſſe uiri, rationem oſtendam, qua tanta iſta fugiatis. Cic. ad Attic.lib.6.111.4, *Tantummodo diſſimilitudo meæ rationis offendit hominem. id eſt uiæ, quam ſequor in adminiſtranda prouincia.*
Ratio dicendi. Cic.*in* Partit.1.
Aſſumpta tamen à dialecticis argumentandi ratione. Quintil. lib.2.cap.4.29.
Artificialis ratio. Quintil.lib.6.cap.4.4.
Fuſa latius ratio. Quintil.lib.3.cap.6.59.
Inſolita ratio dicendi. Vide Inſolitus.
Alia ratione. Cic. *pro* Quintio,11, *Negat ſe alia ratiõe facturũ.*
Multis rationibus promiſſum. Cic.2. Verr.17.
Nulla ratione. Vide Nullus.
Pari ratione. Lucret.lib.6.181.
Vitalis ratio. Plin.lib.11.cap.4.2.
In rationem eandem. Vide *in* præpoſitione In.
Duæ epiſtolæ in eandem rationem ſcriptæ. Cic. Attic.lib.1.7.1.
Ad rationem: id eſt, comparatione. Cic. de claris Orat.24, *Et Græcię quidẽ oratorũ partus, atq; fontes uides ad noſtrorũ annalium rationem ueteres, ad ipſorum ſanè recẽtes. Et infrà, Ad noſtrorum temporum rationem uetus.* Budæus.
Ratio, interdum Conſilium, & propoſitum ſignificat. Cic. 4. Verr.7, *Vt ego iſtum accuſarem, à quo mea lõgiſſimè ratio, uoluntaſq; abhorrebat. Et ad Trebatium, lib.7.17.6, Poſteaquam mea mutata ratio eſt.*

Ratio & conſilium. Cic.2.Ver.21, *Tua ratio eſt ut ſecundum bimos ludos mihi reſpondere incipias: mea, ut ante primos ludos comperendinem. ita fiet ut tua iſta ratio exiſtimetur aſtutia: meum hoc conſilium neceſſarium.*
Mea eſt ſic ratio, & ſic animum induco meum. Terentius Adelph.1.1.43.
Veſtram nequeo mirari ſatis rationem. Terent. Adel.3.3.21.
Cic.10.Philip.282, *Quæ (malum) eſt iſta ratio, ſemper optimis cauſis, ueteranorum nomen opponere?*
Adduci rationibus. Vide Adduco.
Adhibere rationem. Vide Adhibeo.
Afferre rationem. Vide Affero.
Admittere rationem. Iuuenal.Satyra,1.3.
Afferre rationem quamobrem, &c. Cic.*pro* Cecin.69.
Agitare rationes. Vide Agito, *in* Ago.
Augere rem bonis & honeſtis rationibus. Cicero *pro* Rabir. Poſthumo,23.
Capere rationem oculis. Vide Oculus.
Cognoſcere rationem facti. Quint.lib.4.cap.2.15.
Colligere rationem & rationes. Vide Colligo.
Conſligere ratione. Vide Conſligo.
Conſulere rationibus. Vide Conſulo.
Dicere rationem. Plaut.Trucul.4.54.
Coramq; contra iſtum rationem meam dicam. Cicero Curioni, *Dictat ratio.* Vide Dico, *dicis.* (libro 2.2.4.
Nimis ratione bona, nimiumq; aptè tu multa uides. Plaut.Miſit.10.121.
Dictare rationem. Plaut.Amph.8.36.
Diſputare rationibus conquiſitis. Vide Conquiro.
Dare rationem. Quintil.lib. 4. cap.2. 55, *Alias cauſas, aliam atq; aliam rationem dabo.*
Dare rationem ſtatarum fabricarum. Plaut.Milite,10.176.
Certa ratio remedij dabatur. Lucret.lib.6.247.
Duci aliqua ratione. Lucret.lib.4.120.
Exacta ratio. Horatius 2.Serm.Satyra 4.8.
Exponere rationem ſuam alicui. Lucret.lib.1.193.
Ad rationem antiquæ religionis exquirere facta alicuius. Cicero.6.Ver.9.
Facere ratione. Vide Facio.
Facere aliquid certum ratione. Terent.Eunuch.1.1.17.
Mala ratione facere rem. Horat.2.Serm.Satyr.6.2.
Celeri ratione fieri. Lucret.lib.3.37.
Vt uideant, qua quidq; geratur cum ratione. Lucret. lib.2.34.
Rationes iacent. Vide Iacco.
Improba nauigij ratio tum cæca iacebat. Lucret.lib.5.201.
Incumbere toto animo & ſtudio omni in aliquem rationem. Cicero Q.u. frat.lib.1.1.40.
Inire rationem, Inuenire modum. Terentius Heauton. 4.2.7. Vide Ineo, *inis.*
Inire rationem de, quomodo, ut, utrum, &c. Vide Ineo, *inis.*
Ratione aliquid inire. Terent.Phorm.2.2.30.
Inſtituere rationem operis. Vide Inſtituo.
Certa ratione inſanire. Horat.2.Serm.Satyr.3.54.
Inuenire rationem cur. Vide Inuenio.
Vaga et mutabili ratione labuntur ſidera. Cic.de Vniuerſ.46.
Limat ratio. Quintil.lib.2.cap.4.6.
Pendent rationes ex coniecturis. Vide Pendeo.
Et ſapere, & doctis rationem reddere dictis. Lucret.lib.2.197.
Perfacilè exemplo rationem reddere poſſis. Lucret.lib. 2.153.
Repetere altius rationem. Quintil.lib.6.cap.2.2.
Scrutari aliquid ratione. Quintil.lib.5.cap.10.16.
Certa quadam ratione non ſernat. Cic.Caninio,lib.2.16.4.
Ratione bene ſubducta eſſe ad uitam. Terent.Adel. 5.4.1. Donatus, *Bene diſpoſita, bene computata. Ducere enim, eſt digitis computare: ſed ducere, eſt apud alium & palàm ſubducere, apud ſeipſum & ſemet.*
Subijcere & ſupponere rationem. Cic.2.de Inuent.173.
Timere aut cupere aliquid ratione. Iuuenal.Sat.10.1.
Tractare rem aliquã ratione modoq;. Horat.2. Ser. Sat.3.54.
Videre rationem opinionis ſuæ. Quintil.lib.2.cap.15.22.
Ratio, Supputatio aliquando dicitur, uel calculus, ſiue expenſa. Plaut. Aulul.
Supputatur ratio cum argentario. Plin.lib. 12. capit. 14.2, *Schœnus pater Eratoſthenis ratione, ſtadia x 1. Colum.lib.1.cap.3.7, Ne maiorum agrum quàm ratio calculorum patiatur, emere uelit. Idem lib.3.cap.3.10, Atq; is calculus quem poſuimus, Græcini rationem continet.*
Caſtrenſis ratio. Vide Caſtrum.
Longæ rationes. Horatius *de Arte,66.*
Numaria ratio. Vide Numus.
Sumptuariæ rationes. Cic. Attic. lib.13.295.1.
Accipere rationem. Vide Accipio.
Accipere rationes à colono. Cic. pro Cecin.68.
Non compãret ratio argenti. Vide Compareo.
Componere rationes. Tacit.lib. 5.
Computare rationem. Colum.lib.5.cap.1.
Conferre rationem. Vide Confero.
Conficere rationem, ut Tabulas conficere. Cic.7.Verr.116.
Conficere rationes in ordinem. Vide Conficio.
Confingere rationes. Vide Confingo.
Ratio conſtat. Vide Conſto.
Pergami non multum auri ratio conſtat. Cic.pro Flacco,54.
Conuenit inter eos ratio accepti & expẽſi. Vide Conuenio.
Exponere facti ſui rationem alicui. Cic.de Aruſp.reſp.2.
Habeo rationem quid à pop. Rom. acceperim. Cic.7.Ver.29.
Inducere pecuniam in rationem. Vide Induco.
Inferre rationibus. Suet.*in* Cæſare. Vide Infero.
Inferre rationes falſas. Cic.pro Flacco,15.
Facti ſui rationem alicui probare. Cic.pro Muræna,2.
Putare rationes cum aliquo. Cic.Attic.lib.4.8.1.
Reddere rationem. Vide Reddo.
Reddere rationem de factis aliorum. Cic.4.Ver.20.
Semper ita uiuamus, ut rationem nobis reddendam arbitremur. Cic.4.Ver.19.
Referre rationes. Cic.3.Ver.24.
Rationes ad ærarium & Quæſtores & imperatores exercituum ex prouincijs decedentes referre dicebantur, pro eo quod nunc Computum reddere dicunt. Cic.*in* Piſonem,48, *Rationem ad ærarium retuli continuo Cæſar, ſtatut lex tua iubebat: neq; alia ulla in re legi tuæ parili. Quas rationes ſi cognôris, intelliges nemini plus quàm mihi, literas profuiſſe.* Budæus.
Rationem uitæ & magiſtratus geſti reposcere uocat Cicero 1. Ver.15. *item Edere et exponere, quod in magiſtratu quiſq; geſſerit: quod nunc Iuriſperiti, nullo antiqui iuris exemplo, ſyndicari dicunt.* Budæus.
Rationibus referre, eſt inter recepta computare. Tranquillus *in* Veſpaſiano, & Vlpianus *in* l. de adminiſt. ver. ad ciuit. pertin. Budæus.
Ad ueritatem rationem reuocare. Cic.3.Off.112.
Rationes Galliæ procurare. Plin. lib.7.ca.16.9, *In filio Cornelij Taciti equitis Rõ. Belgicæ Galliæ rationes procurantis.*
Ratio, pro eo quod recentiores Quãtitatem dicunt. Cato de Re ruſtica, *Ad uillam quum uenies, uideto, uaſa, torcula, & dolia multãne ſient. ubi non erunt, ſcito pro ratione fructuum eſſe. id eſt, ſecundum quantitatem.*
Pro ratione pecuniæ liberius eſt Brutus tractatus, quàm Pompeius. Cic.Attico,lib.6.11.47.

Ad rationem loci & temporis. Plin. epist. 62. d.

¶ Ratiuncula, penul. corr. Diminutiuum. Cic. 2. Tusc. 51, Concludunt ratiunculis Stoici, cur non sit malum: quasi de uerbo, non de re laboretur. Sic 4. Tusc. 64.

Suggerere ratiunculas. Cic. 3. de Nat. deor. 107.

Ratiuncula, Supputatio. Plautus Capt. 4. 89, Terentius Phorm. 1. 1. 2. —erat ei de ratiuncula
Iampridem apud me reliquum pauxillulum.
Nummorum: id ut conficerem: confeci, affero.

¶ Rationalis, & hoc rationale, penul. prod. (λογικὸς) siue Rationabilis, & hoc rationabile, penul. corr. Idem significant, Quod ratione utitur. Quintilianus libro 6. cap. 4, Falsa est finitio, si dicas, Equus est animal rationale. Nam equus est animal, sed irrationabile.

Causa rationalis. Author ad Heren. lib. 2. 41.

Rationalis quæstio, quæ in re, non in scripto uertatur, Quintil. lib. 3. cap. 5.

Rationales & procuratores Cæsaris ijdem erant, ut ait Lampridius in Alexando, teste Budæo.

¶ Rationabilis, penul. corr. Adiectiũ. Vlpian. in l. 2. §. ei quoque. ff. de iudicijs. Et hæc sententia uera & rationabilis est.

¶ Rationarius, Adiectiuũ (λογιστικὸς) ut, Rationarius codex, In quo rationes rerum gestarũ cõtinentur. Suet. in Augusto, cap. 28, Rursus tædio diuturnæ ualetudinis, magistratibus ac Senatu domum accitis, rationarium imperij tradidit.

Rationarius, substantiuum, Qui rationarium conficit, uel qui rationibus præest. Marcellinus, Quidam ex mercatore opulento rationarius apparitor.

¶ Rationator, penult. prod. rationatoris. Vlpianus in l. procuratoris. ff. de tribut. action. Sed etsi duas tabernas eiusdem negociationis exercuit, & ego fullæ tabernæ (uerbi gratia) quam ad Bucinum habuit, rationator: alius eius, quam trans Tyberim æquissimum puto, &c.

¶ Ratiocinor, pen. cor. ratiocinaris (ἀναλογίζομαι, συλλογίσομαι) ratiocinari, Ratione colligere & deprehendere, uel etiam computare quod dicitur. Cic. 1. Tusc. 8, At nos metiendi ratiocinãdiq; utilitate, huius artis terminauimus modum.

Cuius illi conatus, ut ille ratiocinabatur, nec si cuperent, reprimere possent. Cic. pro Milone, 24.

De pecunia ratiocinari. Cic. 2. de Inuent. 208.

¶ Ratiocinator, penul. prod. raciocinatoris, m. g. (λογιστὴς) Calculator. Cicero ad Attic. libro 1. 7. 6, Libertum ego habeo, farè nequam hominem, hilarem dico ratiocinatorem, & clinentem tutum.

Ratiocinatores officiorum. Cic. 1. Off. 86.

¶ Ratiocinatio, Verbale (συλλογισμὸς) Cicero 2. de Inuent. 133, Ratiocinatio autem, est diligens & considerata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio, &c.

¶ Ratiocinatiuus, penul. prod. Adiectiuum (συλλογιστικὸς) Quod ad ratiocinationem pertinet. ut, Ratiocinatiuum genus orationis. Cic. 1. de Inuent. 25.

Ratiocinatiua atq; collectiua quæstio orietur. Quint. libro 7. cap. 2.

Et ratiocinatiuus status, id est syllogismus. Quintil. lib. 3. capit. 6. 32.

¶ Ratiocinium, Ipse ratiocinandi actus. Colum. lib. 5. cap. 1. 8, Hæc non aliena, nec procul à ratiocinio, quod tradituri sumus breuiter præfari oportuit.

Ratis] huius ratis. f. g. uel Rates, ratis, secundum Probũ (σχεδία) Nauigium temerè factũ & inconditũ, ut trabes cõnexæ, & sine fabrica compactæ, quæ nauigij nicem præbent.

Ratis & nauis. Cic. 7. Verr. 4, Quum aut nauibus aut ratibus conari eiitur accedere.

Stirpea ratis. Plaut. Aulul. 2. 1. 9.

Ratis, abusiuè usurpatur pro naue. Virg. 1. Aeneid. 10,
Dissiecitq; rates. Cic. ad Attic. lib. 9. 18. 4. 1, Circumuallatum esse Pompeium, ratibus etiam exitus portus teneri.

Tanquam ratis in mari immenso nostra uehitur oratio. Cicero 1. Tusc. 116.

Ratis dicta nauis longa propter remos: quòd hi, quum per quam sublati sub dextra & sinistra, duas partes efficere uidentur ratis: unde hoc translatum illic ubi plures mali aut asseres. Varro de Lingua Latina, lib. 6.

Rates duplices. Cæsar 1. bel. Ciuil. 100.

Cauæ rates. Ouid. epist. 17. 2.

Celsa ratis. Valerius 5. Argon. 2.

Ceratæ rates. Ouid. epist. 5. 9.

Excelsæ rates. Silius lib. 17. 126.

Fractarum ratium subita ruina. Lucan. lib. 2. 115.

Frugiferæ rates. Claud. de bello Gildonico, 12.

Insana ratis. Valer. 1. Argon. 122.

Intrepida ratis. Seneca Oedipo, 11. 2.

Laceræ ratis naufraga membra. Ouid. 1. de Arte, 83.

Laceræ ratis fracta membra. Ouid. in Ibin, 56.

Opitergina ratis. Quintil. lib. 3. cap. 8. 16.

Pronæ rates. Ouid. 14. Metam. 110.

Quassatæ rates. Virg. 4. Aeneid. 11.

Turbata ratis. Claudianus 7. Paneg. 13.

Veliuolæ rates. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5. 9.

Victrices rates. Claud. de nuptijs Honorij & Mariæ, 36.

Armare rates. Virg. 10. Aeneid. 33.

Committere ratem uento. Ouid. 3. Fast. 116.

Fragilem ratem committere pelago. Horat. 1. Carm. ode 3. 3.

Credita est uento ratis. Seneca Agamem. 6. 11.

Nondum credenda periclis ratis. Stat. 4. Sylu. 4. 20.

Dédere fluctibus ratem. Seneca Agamem. 3. 8.

Flectere ratem. Ouid. epist. 10. 8.

Frænare ratem. Senec. Medea, 1. 1.

Auster implicuit rates. Stat. 11. Thebaid. 104.

Aura impulerat ratem. Ouid. 15. Metam. 140.

Mergere ratem in ima. Ouid. 11. Metam. 112.

Mersa ratis. Iuuen. Satyr. 14. 30.

Nauigare ratibus. Vide Nauigo, in Nauis.

Carinas ponere ratibus. Virg. 2. Georg. 89.

Prouecta ratis fertur in altum. Senec. Octauia, 6. 9.

Læta recurrit ratis. Valer. 1. Argon. 35.

Quassas rates reficere. Horat. 1. Carm. ode 1. 4.

Regere ratem in undis nocturnis. Virg. 5. Aeneid. 174.

Dubiam ratem regere. Ouid. 1. de Arte, 112.

Mare repletum euersis ratibus. Senec. Agamem. 13. 11.

Submersis ratibus saturata Charybdis. Ouidius 2. Amor. eleg. 16. 5.

Soluere ratem. Ouid. epist. 21. 43.

Subigere ratem conto. Virg. 6. Aeneid. 61.

Temperare ratem. Ouid. 13. Metam. 64.

Altum tenuêre rates. Virg. 3. Aeneid. 39.

Tentare Thetin ratibus. Virg. eclog. 4. 7.

Transnare rates uidit. Stat. 1. Achil. 91.

Parua rate uectus. Ouid. 1. Metam. 65.

Celeri rate uectus. Catull. de Berecynthia, 58. 1.

Vexare rates. Virg. eclog. 6. 16.

¶ Ratiarius, ratiarij, masc. gẽ. (κιβιάριος) dicitur, ut Nauicularius, nõ opifex, sed negociator. Paulus de pignorat. act. Qui ratiario crediderat, quum ad diem pecunia non solueretur, ratem in flumine sua authoritate detinuit: postea; flumen creuit, & ratem abstulit. Budæus.

¶ Ratitus, ta, tum: attributum ex rate uerbo confictum.

¶ Ratitus quadrans. Paulus apud Festum, Ratitum quadrantem dicebant putant, quòd in eo, & triente, ratis fuerit effigies, ut nauis in Asse.

Ratous] Fluuius in Ionia Asiæ regione, in Austrum fluitans, donec in sinum Ionium influat. Strabo libro 7.

Ratumenna] Auriga fuit, qui quum in ludis Circensibus excussus fuisset, equi eius cum corona & palma in Capitolium peruenerunt, sedemq; ter lustrarunt. Ex quo factum est, ut porta per quam intrauerant, Ratumenna diceretur.

¶ Ratumenna porta, à nomine eius appellata est, qui ludicro certamine quadrigis uictor Etrusci generis iuuenis Veijs, consternatis equis excussus Romæ perijt: qui equi feruntur non ante constitisse, quam peruenirent in Capitolium, conspectamq; fictilium quadrigarum molem, quæ erant in fastigio Iouis templi, quas faciendas locauerant Romani Veienti cuidam artis figulinæ prudenti, quæ bello sunt reciperatæ, quia in fornace adeò, creuerant, ut eximi nequirent. Idq; prodigium portendere uidebatur, in qua ciuitate eæ fuissent, omnium eam futuram potentissimam. Festus.

Ratus] Vide Reor.

Raua] uox, Rauca & parum liquida, proximè canum latratum sonans. unde etiam Causidicus pugnaciter loquens, taxabula appellatur.

¶ Raua frumenta, nimium sicca, torrida & arida, appellata esse scribit Festus: ex eo, ut suspicatur Turnebus, quòd quemadmodum rauci ab ariditate uocis & gutturis appellantur, ab eadem nominatæ sunt spicarum aristæ, & frumenta raua: nisi quis in Festo stramenta legat, eodem sensu: quanquam alterum magis illi probetur.

Rauca] raucæ, Vermis est. Plinius libro 17. capit. 18, Oleæ, ubi quercus effossa sit, malè ponitur: quoniam uermes qui raucæ uocantur, in radice quercus nascuntur & transeunt. Vlpian. in l. ex conducto. D. locati & conducti, Si raucis, aut herbis segetes corrupta sint. Alciatus tamen 7. Parerg. cap. 5. legendum putat apud Vlpianum, erucis.

Raucus] Adiectiuum (βραγχώδης) Qui nimio clamore uel ob aliam causam, uocem habet compressam & impeditam. Virgil. 11. Aeneid. 92,
Dant sonitum rauci per saxa silentia cygni. Raucos cygnos uocat, non quidem canoros, sed clarum concussione inter uolandum, raucum per aera sonum efficientes, qualis est tubarum. Talis enim auditur cygnorum uolantium sonus, qualis tubarum clangor.

Raucus, pro Fesso & defatigato: ut, Rauca fama. Cic. ad Var. lib. 9. 2. 11, Te uerò nolo, nisi ipse rumor iam raucus erit factus, ad Baias uenire. id est, nisi quum ipse rumor iam defecerit. Budæus.

Sonare raucum quiddam. Ouid. 3. de Arte, 58.

Aeris rauci canor. Virg. 4. Georg. 15.

Aquis raucis feruet mare. Ouid. epist. 17. 6.

Aquilo raucus. Martial. lib. 1. 46.

Bombus raucus. Lucretius lib. 6. 111.

Bubones rauci. Ouid. 1. Amor. eleg. 12. 4.

Chartæ raucæ. id est, libelli forenses. Martial. lib. 8. 61.

Cicadis raucis resonant arbusta. Virg. eclog. 2. 3.

Concentus rauci. Stat. 6. Thebaid. 46.

Cornices raucæ. Lucret. lib. 6. 151.

Cornua rauca sonant. Claud. 2. in Ruffinum, 12.

Fragor raucus. Claud. 2. in Eutropium, 33.

Fremitus raucus. Valer. 2. Argon. 62.

Garrulitas rauca. Ouid. 5. Metam. 130.

Guttur raucum. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 5.

Littus raucum. Statius 5. Thebaid. 59.

Mugitus raucos edere. Ouid. 14. Metam. 82.

Murmur raucum. Virg. 1. Georg. 22.

Ora rauca. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 11.

Orator raucus. Cic. 1. de Oratore, 135.

Palumbes raucæ. Virg. eclog. 1. 12.

Pectus raucum. Seneca Agamem. 7. 20.

Postes rauci. Propertius lib. 4. eleg. 9. 5.

Querela longa raucus. Propert. lib. 1. eleg. 15. 8.

Riui rauci. Claud. 5. Paneg. 44.

Sono rauco dedêre mugitum. Ouid. 1. Fast. 112.

Stridor raucus. Ouid. 8. Metam. 58.

Tympana rauca. Ouid. in Ibin, 92.

Vallis rauca sonat. Statius 4. Thebaid. 160.

Vnda rauca. Ouid. 11. Metam. 157.

Vox rauca. Ouid. 6. Metam. 76.

¶ Rauciſonus, penul. corr. Adiectiuum (βραγχιάζων) Lucret. libro 2. 125,
Concauaq; rauciſonoq; mimantur cornua cantu. Catul. Argon. 59. 53,
Multi rauciſonis efflabant cornua bombis.

¶ Raucitas, penul. cor. raucitatis (βράγχος) Vocis obtusitas. Plin. lib. 11. cap. 51. 4, Elephas per nares tubarum raucitati similem elidit sonum. Sic lib. 22. capit. 23. 9, In tussi, uua, fellis ueteri suffusione, hydropicis, raucitatibus.

¶ Raucio, raucis, rausi, rausum, raucire, Raucum esse.

Rauceo] rauces, raucui (βραγχάω) raucere, Idem. A quo Rauceſco, rauceſcis.

Raudus] uel Rodus (ὀβολὸς γαστὸς) significat (inquit Festus) rem rudem & imperfectam. nam saxum quoque raudus appellant poetæ. Aes raudem ueteribus dictum. Vnde in uenditionibus mancupi, scriptum erat, Rauduſculo libram ferito.

¶ Rodus, modò est adiectiuum, ut suprà: modò substantiuum, ut & rudus in architectura: & quum molem, glebam, massam significat. ut, Hinc rapere manibus rodus saxeum grando & grue. Et apud Lucilium,
Plumbi pauxillum rodus, limiq; mataxam. Hic rodus est pondus.

¶ Rauduſculum, penul. corr. Diminutiuum. Cicero Attic. libro 4. epist. 8, Nam de rauduſculo quod scribis, &c. id est, modico illi ære. Raudum enim pro ære apud ueteres. Cicero hic usurpat pro minimo sumptu. Eidem, lib. 14, Nec mehercule me rauduſculum mouet. id est, pecunia.

Rauduſcula] ῥαυδίσκιον, Porta Romæ appellata est, à Raudo, id est ære, quòd ærata sit. Vide Val. Max. loco mox citato.

¶ Rauduſculanus, penult. prod. Adiectiuum. Vnde Rauduſculana porta Romæ. Val. Maxim. libro 5. capit. 6, Genitio Cippo Prætori paludato portam egredienti, noui & inauditi generis prodigium incidit. Namque in capite eius subitò uelut cornua emerserunt, responsumq; est, eum regem fore, si in urbem reuertisset. quod ne accideret, uoluntario ac perpetuum sibimet indixit exilium. Cuius testandæ rei gratia, capitis effigies æreæ portæ qua excesserat, inclusa est: dictoq; Rauduſculana, quòd olim rauda æra dicebantur.

Rauenna] ῥάβεννα, Vrbs in octaua regione Italiæ: Sabinorum oppidum, in ora litoris Adriatici, olim tota ligneis, compacta ædificijs, aquis diffusa, pontibusq; ac lembis peragrata. à Thessalis condita perhibetur. Alij post excisam Troiam, alij post confusa hominum labia in Babylone, constructam fabulantur. Et quum à mari fiunt inundationes, non mediocrem accipit partem cœni palustris. De hac Silius libro 8. Hanc urbem uetustam esse, res ab Ostrogotis

gestæ commemorant, qui eam regiam posuêre. Liuius author est, ab Augusto muris cinctam fuisse: quos Valentinianus imperator postea ampliauit, eiusq; archiepiscopo duodecim ciuitatum episcopos subiecit. Arimini, Cæsenæ, Forilivij, Forocornelij, Faventiæ, Briucij, Bononiæ, Mutinæ, Rhegij, Parmæ & Placentiæ: quæ ciuitates deinceps sub Exarchatu fuêre. Et Alaricus subinde eam magnificauit. sic Theodoricus, qui in ea octo & triginta annis regni sedem habuit.

¶ Rauennas, huius Rauennatis, penul. prod. om. gĕ. (ῥαβεννάτης) Rauennæ incola, aut ad Rauennam pertinens. Martialis lib. 3. 51,

Meliusq; ranæ garriant Rauennates.

Rauis] huius rauis, fœm. gen. (βραχυκατὰ λήξιν) Raucedo uocatur, quæ fit aut nimia siccitate propter clamorem, aut nimio humore ad uocis locum fluente, ex quibus uox hominis plerunq; negatur. Plaut. Aulul. 10. 10.

Huccine detrusisti me ad senem parcissimum,
Vbi siquid poscamus, ad rauim poscamus prius
Quàm quicquã detur? id est, improbé, sæpius, clamosè, adeò ut nox etiam toties uociferanti rauceſcat, inquit Erasmus. Idem Cistel.

Expurgabo hercle omnia ad raucam rauim.

¶ Rauus, ἀμβλὺς, μεγακόπτρῳ, Adiectiuum, ueteres dixerunt Obtusum. Vnde Raua uox, Obtusa, & parum sonora: Rauis color, Obtusus, id est mistus niger cum suluo, color inter flauũ & cæsium. Cic. 4. Acad. 189, Quia nobis met ipsis modò cæruleum uidebatur, mane rauum. Legitur hic in nostris exemplaribus Flauum. Varro 2. de Re rust. cap. 9. 3, Facie debent esse formosi, magnitudine ampla, oculis nigricantibus, aut rauis. Quidam legunt, Glaucis. Ibidem, cap. 2. 3, Cornibus pronis ad rostrum, rauis oculis.

Lupa raua. Horat. 3. Carm. ode 27. 1.

¶ Rauidus, penul. cor. (μεγακόπτρῳ) Aliud adiectiuum, ut Rauidi oculi, Nigro & suluo misti, qui color est inter flauum & cæsium. Colum. lib. 8. cap. 2. 7.

¶ Rauillus, a, um. Rauillæ mulieres à rauis oculis dictæ, quemadmodum à cæsijs, cæsillæ. Festus.

¶ Rauiſcellus, Simiiiter adiectiuum à Rauo. Plaut.

Quid inquit hæc mulier & ille rauiscellus qui uenit? Legitur & rauistellus.

Rauraci] ῥαυρικοὶ, Galliæ Belgicæ populi, ut scribit Cæsar. in Comment, & Plin. lib. 4. capit. 17. Plinio Raurici dicuntur, lib. 2. cap. 9. quos nunc Basilienses esse coniectura est.

R E

Re] ἀνά, Præpositio, à Retrò per apocopen facta uidetur. Vnde Respicio, retrò aspicio; Reuertor, retrouertor & non nisi composita reperitur.

Re cum Rursum. Plin. lib. 8. cap. 22. 1, Homines in lupos uerti, rursumq; restitui sibi. Ibidem, cap. 32. 3, Quum propè uentum est, rursus fugæ præsidia repetentes.

Re cum Iterum. Plinius lib. 2. epist. 14, Iterum clamor. Iterum reticuit.

Re, ablatiuus à res. Vide suo loco. Cic. pro Milone, 9, Cùm diceret Senatum non quod sentiret, sed quod ego uellem, re decernere. id est, exitu. Vetus codex non habet Re.

Rea] uel Rhea, alijs nominibus Ops, Deũ mater, Cybile. Magna mater, Dea Phrygia, Vesta, Idæa, Dindymene, Pylena Pessinuntia, Enthea, alijsq; compluribus nominibus uocitata, reuera (ut author est Orpheus in hymnis) Protogenis cuiusdam filia. Hanc fabulantur Cæli & Terræ filiam, Saturni uxorem, denique terram esse. Cui quantum religiosè olim sacra Galli facerent, authores sunt Festus, Arnobius, Augustinus, & plerique alij uiri sapientissimi. Huius Semiuiri, id est excecti sacerdotes, se castrabant furentes: quæ res nobis uitio uertitur à Solino. Rhea Syluia, filia Numitoris, Vestæ sacerdos, Romulum & Remum (si dijs placet) de deo Marte, aut potius furtiuo quopiam adolescente, & concepit & peperit. Vide Lilium 4. Syntagmate Historiæ deorum & Liuium lib. 1.

Readopto] Vide Redadopto.

Reædificare] ἀνοικοδομέω, Rursum uel denuò ædificare.

Reædificare meritum, pro Resarcire. Cic. ad Attic. lib. 6. 12. 4, Cæsarem in merito reædificando diligentiorem fore.

Reapſe] τῷ ὄντι, significat Reipsa. Pacuuius,

Si non est ingratum reapse quod feci. Plaut. Rud. 5. 2. Cic. 1. de Diuin. 138, Formæ quæ reapse nullæ sunt, speciem autem offerunt. Idem 5. de Fin. 47.

Reate] huius Reatis, pen. prod. n. g. (ῥεάτιον) oppidum Sabinorum, Italiæ umbilicus. unde Reatini populi. Plin. lib. 3. capit. 12. Varro 2. de Re rust. cap. 6. 1, Ego, inquit, de asinis potissimùm dicam qui sum Reatinus, ubi optimi & maximi fiunt. Silius lib. 8. 82,

—magnaq; Reate dicatum Cælicolûm matri.

Reatini] à Reate oppido quartæ regionis Italicæ, inter Nomentanos & Trebulanos. Plin. lib. 3. cap. 12.

Reatus] pen. prod. huius reatus, reatui, m. g. (ἐνέχομαι, κατάστασις) Status & conditio reorum, hoc est habitus demissus, pannosus, squalidus, & misericordiæ aucupator. Vnde reorum sordes, sordidatiq; rei dicebantur. Modestinus D. de pœnis, Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna eius subleuanda erit. id est, In eum mitius animaduertendum qui diu sordidatus fuerit. id quod euenire solet, aut iudicum consilio, in diem longiorem iudicium reijcientium: aut pro re nata, si qua de causa planè non liquebat, reus sæpius ampliatus est. Pars enim pœnæ uisa est, longa temporis intercapedo in conspicua calamitate & miseranda. Paulus D. de bonis damnat. l. cum ratio, Fraudis autem causa adoptio facta uidetur, etiam si non reatu, sed in deliberatione rerum per conscientiam metu imminentis accusatoris quis adoptet. Hodie in reatu sunt, qui uel carcere detenti, squalore, & illuuie conficiuntur: aut qui honoris causa, custodiæ suæ, aut aduersariorum commissi, aut tudinonio, aut iudibus obstricti sunt: aut expromissoribus. Iustinus lib. 4. Histor. Reus deinde catò igitur ad reatum Alcibiade, duo prælia secunda Niceas & Lamachus faciunt. Ad reatum, inquit: id est, ad causam dicendam. Budæus.

Error autem miro hæc opinio inter iurisperitos, aliosq; inualuit, ut reatus pro crimine exaudiatur. Budæus. Quintil. lib. 8. capit. 3. Messala primus reatum, munerarium Augustus primus dixerunt. Martial. lib. 2. 24.

Si dei iniqua tibi tristem fortuna reatum,
Squallidus hærebo, pallidiorq; reo. Quint. Decl. 15.

Rebar] Vide Reor, reris.

Rebello] rebellas (ἀφίστημι, ἀφυπνόω) rebellare, ex Re & Bello, bellas, compositũ, significat Repugnare, & quasi bellando aut certando contrà uenire & contendere. Cæsar 8. bel. Gal. 154, Si tali ratiõe diuersis in locis plures rebellare cœpissent. Liu. ab Vrbe, lib. 8. 76, Quia cum Latinis rebellare noluissent. Ouid. 13. Metam. 125. Lucanus lib. 3. 74,

—nisi qui uinci potuêre rebellant.

Rebellare uulnera, seu alia uitia dicũtur, quãdo semel curata repullulãt. Plin. lib. 25. ca. 13. 27, Creditq; ea rursus fata rebellare quæ curauerit uitia: quo scelere & plantagine uitiatur.

Rebellat humor. Plin. lib. 13. cap. 12. 6, Minus sorbet politura charta, magis splendet. Rebellat sæpe humor incuriosè datus, primoq; malleo deprehenditur, aut etiam odore, quum fuerit indiligentior.

¶ Rebella-

¶ Rebellatio, Valer. libro 7. cap. 3, Quum crebris rebellationibus meruissent ut eorum urbem funditus Romani euertere uellent, &c. Ibidem, cap. 4.

¶ Rebellator, & rebellatrix, pen. prod. (ἀφυπνιαστὴς) Qui uel quæ rebellat. Liu. 10. bel. Maced. 144, Dictu quàm re facilius sit, prouinciam ingenio ferocem rebellatricem confecisse. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 10, Teq; rebellatrix, &c.

¶ Rebellis, & hoc rebelle (ἀποστατικὸς) Adiect. ut, Flammæ rebelles. Stat. 1. Thebaid. 7.

¶ Rebellio, rebellionis (ἀφυπνιασμὸς) Cæsar 3. bel. Gal. 189, Rebellio facta post obsidionem.

Cœptare rebellionem. Tacit. lib. 3.

¶ Rebellium, rebellij, Idem (ἀποστασία) Liu. 5. Decad. lib. 2. 76, Qui deditis contrà ius & fas bellum intulisset, & pacatos ad rebellium incitasset.

Rebito] rebitas, pen. cor. (ἄνειμι) rebitare, à Re, & Ito, frequentatiuo uerbi Eo is, compositum, Reuerti significat, & redire. Interpositum est autem b, tantùm euphoniæ causa. Plaut. Capt. 7. 20,

Ac si non rebitas huc, ut uiginti minas Dem pro te. Idem, 12. 89,

At unum hoc te quæso, si huc rebitet & Philocrate, &c. Antiquum.

Reblata] Vide Antiochia.

Reboo] reboas (ἀναβοάω) reboare, ex Re, & Boare. Virg. 3. Georg. 45,

—reboant syluæq; & magnus Olympus. id est, resonant, remugiunt. Est autẽ Græcum uerbum. Nam apud Latinos nullũ uerbũ est quod ante o finalẽ, habeat o, excepto incboo: quod tamen maiores aliter scribebant, aspirationem interponentes duabus uocalibus, & dicebant incoho

Laquata citharis reboant. Lucretius lib. 2. 6. (Seruius. Syluæ reboant. Virg. 3. Georg. 45.

Tympana reboant. Catullus de Berecynth. 58. 5.

Reboare, cum accusatiuo. Silius lib. 3. 89. de Hercule,

—mœsto clamore ciebat
Pyrenen: scopulíq; omnes, ac lustra ferarum
Pyrenen reboant.

Recalcitro] recalcitras, pen. cor. (ἀντιλακτίζω) recalcitrare, Idem quod Calcitro. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 4,

—nisi dextero tempore Flacci
Verba per attentam non ibunt Cæsaris aurem:
Cui malè si palpêre, recalcitrat undiq; tutus.

Recalco] recalcas (παλιμπατέω) recalcare, Rursum calcare. Colum. libro 2. cap. 2. 15, Si ulcus scrobibus egestam humum recondere, & recalcare, quum aliquo quasi fermento abundauerit.

Recaleo] recales, penul. cor. recalui. (ἀναθέρομαι) recalere, Idem quod simplex Caleo. Virg. 12. Aeneid. 7,

—uix urbe tuemur.
Spes Italas, recalent nostro Tyberina fluenta Sanguine.

¶ Recalesco, recalescis, recalescere (ἀναθερμαίνομαι) Rursus calescere. Cicero 2. de Nat. deor. 59, Quod nostris quoque corporibus contingit, quum motu atq; exercitatione recalescunt. Ouid. 2. de Remed. amor. 47,

Quid iuuat admonitu tepidam recalescere mentem?

¶ Recalfacio, recalfacis, penul. cor. recalfeci, penul. prod. recalfactum (ἀναθερμαίνω) recalfacere, Rursus calidum facere. Ouid. 8. Metam. 89,

—calidumq; prioris
Cæde recalfecit consorti sanguine telum.

¶ Recalfio, penul. prod. recalfis, recalfieri, penul. corr. Scribonius Largus capite ult. Rursus recalfiunt, & colantur per linteum.

Recaluaſter] recaluastri (ἀναφαλαντίας) Qui fronte calluus est, non toto corpore: quasi recaluatulus, quod est diminutiuum. Valla lib. 1. cap. 5.

¶ Recaluus, Adiectiuum, idem (ἀναφαλαντίας) Plaut. Rud. 9. 12, —equem

Recaluom ac stilonem senem statutum, uentriosum, &c.

Recandeo] recandes, recandui (ἀναπυρόμαι) recandere, Idem quod Candeo. Ouid. 4. Metam. 106,

Seq; super Pontum nullo tardata timore
Mittit, onusq; suum: percussa recanduit unda. id est, Candida & alba facta est propter spumam, quam concitatum mare emittere solet.

Ira recanduit. Ouid. 3. Metam. 142.

Recandescere, pro Vehementer incalescere. Ouid. 1. Metã. 88,

Ego ubi diluuio tellus lutulenta recenti
Solibus ætherei's altoq; recanduit æstu.

¶ Recandens, recandentis (ἀναπυρόμενος) Valde candens significat. Plin. lib. 37. ca. 9. 17, Sed esse aliquas scabris lateribus & angulis inæqualibus dicunt, in sole aperto proiectas, radios in se recandentes discurrere. Vetus exemplar legit, candentes.

Recano] recanis, pen. corr. recinui, recentum (ἀνακρούω) recanere, iterum canere. Plin. lib. 10. cap. 33. 6, Adeoq; uincit libido etiam fœtus charitatem, ut illa furtim & in occulto incubans, quum sensit fœminam aucupis accedentem ad marem, recanat, reuocetq;. De perdice.

¶ Recanto, recantas (ἀναπυρσλέω) recantare, Est rem incantatam alio carmine liberare. Plinius lib. 28. cap. 2. 10, Non pauci etiam serpentes ipsos recantari credunt.

Recantare, iterum cantare. Martial. lib. 2. 85,

Nusquam Græcula quod recantat Echo: hoc est, cantanti uel loquenti respondet.

¶ Recantatus, pen. prod. Participium (παλινῳδημένος) Horat. 1. Carm. ode 16. 6,

—nunc ego mitibus
Mutare quæro tristia, dum mihi Fias recantatis amica
Opprobrijs, animumq; reddas. Recantatis, id est, meliore carmine deletis. Recantantur autem opprobria, quum mutato carmine laudibus corriguntur, ait Acron. Porphyrio uerò, Recantari probra dicuntur, quum contraria probris carmina fiunt in eum cui malè dixerimus.

Curæ recantatæ. Ouid. 1. de Remed. amor. 52.

Recaſurus] Vide Recido.

Recauta] uno uerbo, apochæ species, in Nouel. de transitu militum, in qua Iustinianus ostendit de recauta de more facta παρὰ τὸ ὀπίσω τῆς ὑποτάξεως ὑπαρχόντων τῶν ἀναγνωσθέντων. Brisonius lib. 16. De uerborum quæ ad ius pertinent, significatione.

Recedo] recedis. penul. prod. receßi, receßum (ἀπέρχομαι, ἀφίστημι, ἀναίρω, ἐρωέω, ὀχνέω, ἀπέρχομαι, νοσφίζομαι, ὑπεξάγω) recedere, Quasi retrò cedere. Plinius lib. 3. capite 23, Recedens à mari M passium.

Recedere ab aliquo procul. Plaut. Capt. 11. 20.

Accedere ad aliquem, & Recedere ab aliquo, contraria. Cicero pro Plancio, 12.

Ab hoste recedere. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 30.

Ex acie recedere. Vide Acies.

Longius recedere. Virg. 4. Georg. 39.

Recedere illuc. Plaut. Rud. 19. 7,

Iube dum recedere istos ambo illuc modò.

Domus receßit. Virg. 2. Aeneid. 60,

Et magis atq; magis (quanquam secreta parentis
Anchisæ domus, arboribusq; obtecta receßit) id est, inquit Seruius, à frequentia se remouit. & est speciosa translatio,

latio, quoties rei mobilis ad immobilem, uel econtrà transfertur officium.
Flammæ recedunt. Virg. 2. Aeneid. 127.
Turpiter victa Venus sæpe receßit. Ouid. 1. de Remed. 40.
Recedere ab armis, pro Cessare, & desistere. Cicero pro Rosc. Amer. 75.
A causa alicuius paululum recedere. Cic. Post redit. in Senat. 5.
Recedere à conditione, à persona, à statu, Est quod Immutare conditionem, personam, statum dicimus.
Recedere ab usitata consuetudine. Cic. pro Quintio, 45.
Sic ut mater amas sic nunquam corde recedit
Nata tuo. Stat. 3. Sylu. 5. 11.
Recedere à lege. Cic. 4. Verr. 30.
Procul à natura recedere. Quintil. lib. 2. cap. 10. 9.
Recedere ab oculis, Mori. Plin. epist. 15. 2, Viuit enim, uiuetq; semper atq; etiam latius in memoria hominum & sermone uersabitur, postquam ab oculis receßit.
Recedere à officio. Non facere officium. Cic. 3. Off. 24.
Nullo dolore cogitur ab officio recedatur. Ad Heren. 2. 56.
Auius à uera longè ratione recedit. Lucret. lib. 2. 46.
Recedere à sententijs alicuius: pro, Illas taxare. Cicero Attico, libro 12. 234. 2.
Receßu dictio à significatione Cic. 1. Off. 57, Hostis enim apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus, &c. quanquam id nomen durius iam efficit uetustas: à peregrino enim receßit, & propriè in eo qui arma contrà ferret, remansit.
De statu dignitatis recedere. Cic. Attic. lib. 1. 15. 3.
A uita recedere, Mori. Cic. 4. Tusc. 61.
Vita receßit patrio corpore: id est, mortuus est pater. Plautus
A uitio recedere. Plin. epist. 182. (Merc. 3. 73.
Recedere, pro Reuerti, Sallustius in Iugurtha, Albinus Aulo fratre in castris Propretore relicto, Romam receßit.
In ocia tuta recedere. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 6.
Dilapsus calor, atq; in uentos uita receßit. Virg. 4. Aen. 141.
Recedo, pro Discedo. Cic. Attic. lib. 2. 28. 3, Tu si literas ad Syciconios habes, aduola in Formianum, unde nos pridie Non. Maij recedere cogitamus.
In auras tenues recedere Virg. 2. Aeneid. 159.
De medio recedere. Cic. pro Rosc. Amer. 66. (119.
Quid suris, aut quòd nostri tibi cura receßit? Virg. 2. Aeneid.
Hic, ut opes fractæ Teucrũ, & fortuna receßit. Virg. 3. Aen. 11.
Recedere, pro Diminui. Plin. epist. 6. lib. 3, Receßit uenter.
Rarescunt tenebræ, tantum de luce receßit. Stat. 11. Theb. 15.
Recedere pro Distungi. Celsus lib. 8. cap. 7, Sed in alijs quidem ossibus ex toto sæpe fragmentum à fragmento recedit: maxillæ uerò semper ossa etiam uexata aliqua parte cohærent.
Membra cæsa receßerunt à cute. Ouid. 6. Fast. 142,
Antè receßisset caput hoc ceruice cruenta,
Quàm tu, &c. Ouid. epist. 15. 31.
Illa etiam siquando in tergum pulsa receßit. Virg. 11. Aen. 131.
Recedere, Remotum esse. Currius lib. 4, Maritimam tamen oram & pleraq; longius etiam à mari recedentia rex eius insulæ Serato posßidebat.
¶ Recedens, penul. prod. Participium (ἀφισάμενος) ut, Anni uenientes & recedentes. Horat. de Arte, 36.
Rursus recedens hospes. Valer. 7. Argon. 24.
¶ Receßurus, pen. prod. (ἀποστησόμενος) aliud Participium. Ouid. in Ibin, 48.
¶ Receßus, huius receßus (ἀποχώρησις, ἀπόστασις) Cicero 2. de Nat. deor. 48, Bestijs autem sensum & motum dedit, & cum quodam appetitu accessum ad res salutares, à pestiferis receßum.
Tacitus receßus. Stat. 1. Sylu. 2. 55.

Accessus & Receßus lunæ, contraria. Cic. 3. de Orat. 98. Idem de Diuinat. 50, Quid de fretis aut de marinis æstibus plura dicã? quorum accessus & receßus, Lunæ motu gubernãtur.
Receßus in oculo, pro Cauitate siue profunditate quam uocãt. Plin. lib. 8. cap. 33. 2, Oculi in receßu cauo, tenui discrimine, prægrandes, & corpori concolores.
Receßus collium. Mart. lib. 1. 170,
Lati collibus eminent receßus.
Solitudo & receßus. Cic. Attic. lib. 12. 244. 6.
In receßu, & Fronte, contraria. Quintil. lib. 1.
Anguloſi receßus. Vide Angulus.
Apricus receßus. Vide Apricus.
Longis receßibus ingens spelunca. Ouid. 1. Fast. 111.
Magni receßus & amœni. Curtius lib. 7.
Marmoreo superi sedêre receßu. Ouid. 1. Metam. 36.
Seducti receßus. Ouid. 13. Metam. 191.
Tenebroso receßu carceris obtecta. Claud. 3. de rapt. Pros. 17.
Oris receßus. Quintil. lib. 1. cap. 5. 20, Quum uox quasi in receßu oris auditur.
Latebræ & receßus in animis hominum. Cic. pro Marcel. 13. Plin. epist. 3. lib. 3, Vita hominum altos receßus, magnasq; latebras habet. id est, reconditissima arcana. Budæus.
Vmbra aliqua aut receßus. Cic. 3. de Orat. 56, Sed habeat tamẽ illa in dicendo admiratio ac summa laus, umbram aliquam aut receßum, quo magis id quod erit illuminatum, extare atq; eminere uideatur.
¶ Receßim, Aduerbium (ἀναδρομάδην) Retrò cedẽdo. Plaut. Amph. 17. 60,
Ego cunas receßim rursum prorsum trahere Idem Casin. 10. 7.
Recello] recellis, recellui (ἀναπαύω) recellere, Reducere, &, ut ait Festus, reclinare. Apuleius libro 10, de Asino, Illa enim quoties ei parcens nares recellebam accedens, toties ille rabido & spinam prehendens ad eam appliciore nexu inhærebat. Liu. 4. bel. Pun. 156. Ferrea manus quum iniecta proræ esset, grauiq; libramento plumbi recelleret ad solum: suspensa prora nauim in puppim statuebat. id est, deprimeret, inquit Budæus.
Recens] recentis, om. g. (νεαρὸς, πρόσφατος, λατόφατος) Nouum quod nuper accidit. Terent. Adel. 3. 2. 14,
Vt iram hanc in eos enomam omnem, dum ægritudo hæc est recens.
Recens, nouus. Cic. Bruto, lib. 11. 21. 4, Quocirca Segulium neglegamus, q res nouas quærit: nõ qui ueterẽ comederit (nulla enim habuit) sed hanc ipsum recentem nouam deuorauit.
Recens, & Inueteratus, contraria. Cic. de Senect. 66.
Recens, & Lassus, contraria. Curtius lib. 3, Timere ne nõ uirtute hostiũ, sed lassitudine sua uincerẽtur. Persas recentes indè succeßuros, si laxius stare potuissent. Hinc dicuntur equi recentes, Ouidio 2. Metã. 13. ut paulo pòst uidebis adnotatum.
Pullus à partu recens. Varro 2. de Re rust. cap. 8. 2.
Dido recens à uulnere. Virg. 6. Aeneid. 90.
Recens ab. Cic. 3. de Nat. deor. 15, Et quos Homerus qui recens ab illorum ætate fuit, sepultos dicit Lacedæmone.
Recens è prouincia. Cic. 2. Verr. 4, Quum è prouincia recens esset, inuidiãq; & infamia non recenti, sed uetere ac diuturna flagraret.
Recentior, recentißimus. Cic. 2. de Fin. 131, Horum recentiorum nunquam dictum ab ipso ullo quod sciam.
Alius alio recentior est in dolore. Author ad Heren. lib. 2. 42.
Recentiores ex authoribus. Plin. lib. 12. cap. 17. 3.
Recens à dijs, qui nuper à dijs profectus est. Senec. epist. 19, Nõ tamen negauerim fuisse alti spiritus uiros, & c. ut ita dicam, à dijs recentes.

Animæ

Animæ recentes. Ouid. 8. Metam. 98.
Cædes recens. Virg. 2. Aeneid. 144.
Locus tepidus recenti cæde. Virg. 9. Aeneid. 92.
Candore recenti sol irrigat cælum. Lucret. lib. 5. 57.
Causa recens acceßit ad iras. Ouid. 3. Metam. 15.
Crimen recens. Ouid. epist. 9. 11.
Cura recens. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 7.
Dolor recens. Quintil. lib. 6. cap. 2. 22.
Equi recentes, Non lassi, uel à lassitudine recreati. Ouidius 2. Metam. 12.
Exemplum recens. Claud. 2. in Eutropium, 110.
Factum recens. Ouid. 1. Metam. 34.
Fama recens. Plin. lib. 10. cap. 43. 4.
Flores recentes carpere. Horat. 3. Carm. ode 27. 9.
Fluuios recentes, pro Aqua statim hausta, dixit Virgilius lib. 3. Georg. 61. Seruius.
Folio uelata recenti. Ouid. 3. Fast. 29.
Homines recentes, Nuper nati. Horat. 1. Carm. ode 10, 1.
Laudes recentes. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 18.
Lectus recens: hoc est, delectus recens. Tacit. lib. 20.
Literæ recentißimæ. Cic. ad Attic. lib. 6. 111. 1.
Malum recens. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 12.
Maritus recens. Plin. epist. 176. b. Plautus Nouum dixit.
Memoria recentiore. Cic. 2. de Nat. deor. 3, Et recentiore memoria ijdem Tyndaridæ Perseo victum nunciauerunt. id est haud ita multo antè.
Metu recenti trepidat mens. Horat. 2. Carm. ode 19. 1.
Negocio recenti. Cic. 3. Verr. 71.
Pede recenti recurrere. Plaut. Trin. 14. 8.
Incolere recentia prata riuis. Virg. 6. Aeneid. 135.
Re recentißima est, eo tempore quo res contigit: quod etiam Bere nata dicitur. Cic. 7. Ver. 60, An recẽti re Syracusis apud nos, inspectãte Sicilia penè tota, securi ferire? Curtius lib. 7.
Rore recenti gemmantes herbæ. Lucret. lib. 2. 64.
Seditio recens. Ouid. 12. Metam. 13.
Recens hominum sermo, & Vetustas annalium, contraria. Cic. pro Murænã, 14.
Tempore recenti illo tu omnia, &c. Cic. ad Brutum.
Vestigia recentia. Cic. 5. Ver. 67.
Vires recentes. Ouid 4. Trist. eleg. 5. 13.
Vmbræ recẽtes, Quarum corpora nuper erant mortua. Ouid. 10. Met. m. 10. de Orpheo.
¶ Recens (προφάτως) Aduerbium est aliquando, idem quod Recenter significans. Virg. 3. Georg. 32,
Sole recens orto. Plin. lib. 18. cap. 22. 3, Quàm recentißimè stercorato solo.
Recens cõdita Roma: hoc est, nuper. Suet. in Tiberio Cæsa. 1.
Recentes Roma uenerunt. Cic. Attic. lib. 16. 334. 1.
Recens natus, apud Plautum in Cist. 3. 17.
Recens dies, Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 2.
¶ Recenter, νεωστὶ, Aduerb. cuius nullum exemplum reperi.
¶ Recentor, recentaris (νεοχμάζω) recentari, Renouari, et denuò recens fieri. Mutius,
Iamiam albicascit Phœbus, & recentatur,
Commune lumen hominibus & uoluptas. Nonius.
Recenseo] recenses, recensui, recensum (πανταλέγομαι, ἀπαριθμέω, ἐξετάζω) recensere, Recognoscere, summam totius populi colligere. Liuius, inter hæc recenset exercitum, militem instruit. Idem 1. ab Vrbe, 65.
Captiuos recensere. Liu. 6. bel. Pun. 252.
Numerum recensere. Virg. 4. Georg. 88.
Numerum porcorum recensere. Colum. lib. 7. cap. 9. 8.
Vellera ad numerum pecoris recensere. Col. lib. 12. cap. 3. 8.
Recensere, Narrare. Cic. Attic. lib. 16. 331. 3, Ob iun enim recensens multa, quæ uellem. Vetus exemplar legit, Ob iun enim recessis multa. Alij, Quius enim recenset multa.
Facta fortia recensere. Ouid. epist. 9. 22.
Dinumera fastos, nec parua exempla recense. Stat. 4. Syl. 1. 5.
¶ Recensus, διαπεραίωσις, Participium à Recenseo, recenses, secundæ coniugationis. Suet. in Vesp. capit. 9, Amplißimos ordines, & exhaustos cæde uaria, & contaminatos ueteri negligentia purgauit, supplenitq; recenso Senatu & equite, submotis indignißimis, & honestißimo quôq; Italicorum ac prouincialium allecto.
¶ Recensus (ἀναρίθμησις) huius recensus, Ipse recensendi actus, ac recognitio. Suet. in Cæsare Dictatore, cap. 41, Recensum populi, nec more, nec loco solito, sed uicatim per dominos insularum egit.
¶ Recensio, recensionis (διαπάλαγος) Idem. Cicero pro Milone, 55, Eum qui ædem Nympharum incendit, ut memoriã publicæ recensionis tabulis publicis impressam extingueret. Suet. in Iulio Cæsare, cap. 41, Ne qui noui cœtus recensionis causa moueri quandoq; possent.
¶ Recensitio, Idem. Vlpian. in l. 3. §. siquis noxali. D. ad exhibend. Recensitione seruorum facta. Sic habent Pandectæ Florentinæ, & Haloander.
¶ Recensitus, penul. prod. (ἀναριθμηθείς) Participium, à Recensio, recensis, quartæ coniugationis uerbo antiquo, ut docet Georgius Vallã. Idem quod Recensus, siue recognitus. Suet. in Iul. Cæs. cap. 41, Instituit quotãnis in demortuorum locum ex his qui recensiti non essent, subsortitio à Prætore fieret. Claud. in Eutropium, lib. 2,
Prisca recensitis euoluite secula fastis.

Recepto] Vide Recipio.
Recessim] Aduerbium. Vide Recedo.
Rechedipna] Erant uestes peregrinæ, quibus in gymnasijs utebantur. Iuuenal. Satyr. 3. 7,
Rusticus ille tuus simit rechedipna Quirine. Quo in loco uolunt docti legendum esse, trachedipna.
Récido] recidis, recidi, penul. corr. recasum, penul. prod. (ἀναπίπτω, περιπίπτω) Recidere, ex Re & Cado compositũ, Retrò siue iterum cadere. Iungitur præpositionibus Ad uel In. Cicero 2. de Nat. deor. 96, Quia & recidant omnia in terras, & oriantur è terris.
Recido, c geminato, productionis gratia interdum dixerunt poetæ. Lucret. lib. 1. 172,
At neq; recidere ad nihilum res posse. Idem lib. 5. 57.
Propert. lib. 4. eleg. 9. 4,
Recidit inq; suos mẽsa supina pedes. Legitur & Decidit.
Recidere in caput. Curtius lib. 9.
Incassum recidit omnis impensa. Colum. lib. 4. cap. 3. 4.
Eò recidit, Quorsum recidat Liu. 4. ab Vrbe, 7, Ne id Iupiter Opt. Max. sineret, regiæ maiestatis imperium eò recidere. Cic. pro Rosc. Comœd. 25, Et quorsum recidat responsum tuum, non magnopere labora.
Recidit ad paucas familias attenuata bellis ciuitas. Plinius libro 5. cap. 2. 1.
In fortunam recidere. Quintil. lib. 6. cap. 1. 18.
Tela in iugulum Consulum recidissent. Cic. pro Plancio, 74.
Ad luctum reciderunt ex lætitia. Cic. pro Sylla, 69.
Ad ludibrium recidit. Curtius lib. 9.
Hoc in memoriam recidit. Cic. 13. Philip. 357.
In grauiorem morbum recidere. Liuius 4. bel. Pun. 130.
Ad nihilum recidere. Cic. 7. Philip. 234.
Ramulus adductus ut remissus esset, in oculũ situm recidit. Cic. 1. de Diuin. 200.
Ad paucos recidit ars musica. Terent. in Prolog. Hecyr. 47.
In te recident hæ contumeliæ. Plaut. Menæch. 11. 53. Liuius 6.

bel. Mæced. 118, Aetolorum praua consilia, atq; in ipsorum caput semper recidentia accusauit.
In tenebras recidere. Cic. ad Brutum, 19. 11.
Recidunt febres: id est, redeunt. Plin. lib. 28. cap. 16. 10.
¶ Recasurus, pen. prod. Particip. (περιῤῥέων) Cic. ad Attic. lib. 4. 85. 18, Id ego puto, ut multa eiusdem, ad nihil recasurum.
¶ Recidiuus, pen. prod. (ὑπότροπος, ὀπίσθοροφος, ὑποστροφώδης) Adiectiuum, Quod post casum renascitur. Virg. 4. Aeneid. 69,

Et recidiua manu posuissem Pergama victis. id est, quæ reciderunt. quasi Didoni se purgans Aeneas, Si mihi, inquit, licuisset, ruinas Troiæ protinus instaurassem: non tot, tantisq; laboribus ac periculis condere nouam quæsissem. Seruius, Recidiua, post casum restituta interpretatur. Idem libro 7. Aeneid. 165.

Recidiuæ febres. Plin. lib. 30. cap. 11. 10.
Recido] recidis, recidi, recisum, pen. prod. (ἀποτέμνω) recidere, ex Re & Cædo compositum, Incidere. Vnde Recisos ramos dicimus. Cato cap. 2. 3, Viam publicam munire, uepres recidi. Martial. lib. 1. 115,

Quàm primum longas Phœbe recide comas.

Barbam recidere falce. Ouid. 13. Metam. 165.
Vulnus ense recidendum est. Ouid. 1. Metam. 30.
Ornamenta ambitiosa recidere. Horat. de Arte, 91.
Culpa recidit supplicio. Horat. 3. Carm. ode 24. 7.
¶ Recisus, penul. prod. Participium (ἀποτετμημένος) Plinius lib. 16. cap. 34. 4, Itaque quum truncо inaruit recisa, etiam lætius fruticat.
Ab omni parte recisum. Ouid. 3. Fast. 76.
Caput recisum est. Ouid. 9. Metam. 15.
Recisæ columnæ. Horat. 2. Carm. ode 18. 1.
Fustes recisi. Horat. 3. Carm. ode 6. 9.
Vultus à ceruice recisus. Lucan. lib. 2. 223.
Nationes partim recisæ, partim repressæ. Cicero de Prouin. Consul. 25.
Coloni ense recisi, Interfecti. Lucan. lib. 2. 39.
Vitia recisa à stirpe. Claud. 1. in Ruffinum, 12.
¶ Recisurus, penul. prod. Particip. (ἀποτεμοῦμενος) Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 25.

——quum dicas esse pares res
Furta latrocinijs, & magnis parua, mineris
Flace recisurum simili te.

¶ Recisio, Verbale (ἀποτόμωσις) Plinius lib. 21. cap. 4. 7, Omnis autem recisione atq; ustione proficit.
¶ Recisamentum, recisamenti (ἀποτόμωμα) Paruum frustum & quasi ramentum ex re aliqua recisum. Plin. libro 33. cap. 11. 5, Ocyßimè uerò coronarium æruginem contrahit recisamentis in acetum additis. De ære.
Recingo] recingis, recinxi, recinctum (ἀναζωννύω) recingere, Idem quod Discingere, quemadmodum Reuincio, & multa alia, significationem habent suis simplicibus contrariam. Plinius lib. 17. cap. 28. 6, Priuatim autem contra erucas ambiri arbores singulas à muliere incitati mensis nudis pedibus recincta. Sub. multi iubent. hòc est, discincta, & uestem recinctam habente, ut menses fluant super humo. Ouid. 4. Metam. 102,

——sumptumq; recingitur anguem. id est, iterum deponit anguem, que se antea uelut cingulo præcinxerat. Ibidem, lib. 5. 119.

¶ Recinctus, Particpium (ἀναζωσμένος) ut, Vestis recincta. Virgilius 4. Aeneid. 104.
Tunica recincta. Ouid. 1. Amor. eleg. 5. 2.
Castaq; fallaci zona recincta manu. Ouid. epist. 2. 24.
Recinium] recinij, siue Recinus, Vestis antiquissima quæ drata, ut ait Varro, cuius mediam partem retrò incidebant: unde Recinciati numi. Seruius in primum Comm. Aeneid. Recinus dicitur, ab eo quòd post tergum reijcitur.
Recino] recinis, penul. corr. recinui, recentum (ἀναφωνῶ) recinere, Rursus canere. Cicero de clar. Orat. 88, Illud est maius, quod in uocibus nostrorum oratorum, recinit quiddam & resonat urbanius. Horat. 1. epist. 1. 11,

hæc recinunt iuuenes dictata, senesq;.

Nomen alicuius recinere. Horat. 1. Carm. ode 12. 1.
Parræ recinentis omen. Horat. 3. Carm. ode 27. 1.
Recipio] recipis, penul. corr. recepi, penul. prod. receptum (ἀναδέχομαι, ἀποδέχομαι, ὑποδέχομαι, προσίεμαι, ὑποδέχομαι, ἀπέχω, ὑπαναχωρέω) recipere, ex Re & Capio, Rursum capere significat. Liu. lib. 9, Recipiunt arma quæ per pactionē tradiderunt. Plin. de Viris illust. 61, Apud Contrebiam oppidum cohortes loco pulsas redire, & locum recipere iußit.
Frænum recipit equus. Horat. 1. epist. 10. 8.
Anhelitum recipere. Plaut. Epid. 5. 22.
Animam recipere. Quintil. in Procem. lib. 6. 11. Animam recipere, auramq; communem haurire amplius potui?
Animum recipere. Terent. Adelp. 3. 2. 26.
Animum ultumq; recipere. Ouid. 4. Fast. 123.
Recipere animum uel animos à uel ex pauore. Liu. 2. ab Vrbe, 222. Idem 1. bel. Pun. 21.
Mentem recipere. Virg. 11. Aeneid. 180.
Ossa receperunt frigus. Ouid. 11. Metam. 84.
Recipere urbem aliquam, Recuperare. Cic. de Senect. 10, Tarentum uerò qua uigilantia, quo consilio recepit?
Res amissas recipere. Liu. 3. ab Vrbe, 267.
Pœnas ab aliquo recipere. Virg. 4. Aeneid. 131,

Vlta utrum; pœnas inimico à fratre recepi. Bene recepi, inquit Seru. quasi debitas.

Recipere se in aliquem locum, pro Conferre se, & proficisci. Cicero Attico, lib. 1. 15. 1, Me Romam recepissem. Terent. Phorm. 2. 4. 22,

Percunctatum ibo ad portum quoad se recipiat.

Recipere se ad aliquem fuga. Cæsar 1. bell. Gall. 42.
Recipe te ad me. Plaut. Persa, 2. 48.
Recipere se ad cœnam ad aliquem, Ire ad cœnam. Plautus Capt. 13. 62.
Ad diem se recipere. Cic. 3. Off. 59.
Recipe te ad dominum domum. Plaut. Trinum. 14. 1.
Domum se recipere. Plaut. Capt. Terent. Phorm. 5. 4. 7.

Neq; me domum nunc reciperĕ, ni mihi esset spes ostensa.

Recipio tempore me domo. Cic. Atic. lib. 11. 214. 4.
Gressum recipere ad limina. Virg. 11. Aeneid. 6.
Ex loco aliquo se recipere Plaut. Aul. 28. 10. Cic. 6. Verr. 19,

Et quum ex hisce se locis reciperent, eodem deferuntur.

Ex opere se recipere. Plaut. Menæch. 18. 7.
In portum se recipere. Cic. 5. de Fin. 26.
In montem sese recipere. Cæsar 1. bel. Gall. 99.
Sub murum se recipere. Cæsar 2. bel. Ciuil. 55.
Se recipere ab undis. Virg. 4. Georg. 8.
Ab Actio quum Samum insulam in hyberna se recepißet. Sueton. in Augusto Cæsare, cap. 17.
Ad frugem se recipere. Cic. pro Cælio, 20.
Ad ingenium suum se recipere. Plaut. Asin. 6. 7.
Recipere se ipso, Ad se redire, & animum ac uires resumere, Cic. in Somnio, 16.
Recipere se in principem. Plin. in Paneg. 128.
Recipere, Capere uel accipere uel, Reciptre in custodiam. Plaut. Rud. 17. 30,

——in custodiam nos ut tuam

Recipias & tutere. Et apud Plin. in Paneg. 152, Recipere in tutelam.
Recipere epistolas. Cic. ad Attic. lib. 12. 15. 3.
Recipere sinu. Cic. de Vniuers. 58.
Recipere in se omnia. Cic. 4. Acad. 212.
Recipere in aures, Audire. Plaut. Cistel. 5. 34.
Recipere animis consilia alicuius. Liu. 2. bel. Pun. 163.
Austeritatem recipere dicuntur uina. Plin. lib. 14. cap. 2. 4, Vina primò dulcia austeritatem annis recipiunt, & rubra fiùt. In uetusto exemplari legitur, accipiunt.
Casum recipere. res aliqua dicitur. Cæs. 3. bel. Ciuil. 203, Quæ res tamen fortasse aliquem reciperet casum, ne imperatoria sibi partes sumpsisse uideretur.
Non recipit punctationem hæc res. Liu. 9. bel. Pun. 123.
Recipere domum custodiendum. Liu. 9. bel. Maced. 203.
Detrimentum recipere. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 34.
Recipere ignem dicitur lignum, & similia. Plinius lib. 14. capit. 20. 8, Fex uini siccata recipit ignes, ac sine alimento per se flagrat.
Incrementum recipere. Colum. lib. 5. cap. 6. 10.
Sonum recipiunt aures. Cic. 2. de Nat. deor. 211.
Recipere aliquem, Admittere, accipere, bonoris uel beneficij aut humanitatis causa suscipere. Cic. 3. Off. 63.
Recipere hospites. Cic. 3. Verr. 44.
Recipere hospitè in domum. Cic. 1. Off. 194, Sic in domo clari hominis, in quam & hospites multi recipiendi sunt, & admittenda hominum cuiusq; generis multitudo.
Recipere aliquem mensa, lare, tecto, &c. Liu. 6. bel. Pun. 132. Cicero 4. Verr. 17. Idem pro Cluentio, 136, Quem propter animi importunitatem nemo recipere tecto, nemo adire, &c.
Recipere adytis suis. Colum. lib. 1. in præf. 25.
Recipere ciuitate. Cic. pro Corn. Balbo, 25.
Recipere in sedem, & Recipere dorso dicitur equus hominem. Plin. lib. 8. capit. 42. 1, Neminem hic alium quàm Alexandrum, regio instratus ornatu recepit in sedem, alios passim reijciens. De equo Alexandri. Idem libro 8. capite 42. 2, Nec Cæsaris Dictatoris quenquam alium recepisse dorso, equus traditur.
Hospitio recipere aliquem. Ouid. 5. Metam. 132.
Neu recipi portis, aut duci in mœnia poßint. Virg. 2. Aen. 38.
Tectis ac sedibus suis aliquem recipere. Cic. 2. de lege Agr. 89.
Vrbe uirum uidi, tectoq; animoq; recepi. Ouid. epist. 6. 11.
Aliquem animo & thalamo recipere. Ouid. 2. de Arte, 82.
Ad se se aliquem recipere. Virg. 2. Aeneid. 105.
In eandem nauem recipere. Cic. 3. de Nat. deor. 129.
In secundam aciem recipere aliquem. Vide Acies.
In ornithona recipere aliquem. Vide Ornithon.
In amicitiam recipere. Cic. Attico, lib. 2. 35. 1.
In cœlum recipi. Ouid. 2. Metam. 106.
In deditionem recipere. Cæsar 3. bel. Gall. 437.
Recipi ad deos. Liu. 4. ab Vrbe, 70.
Aliquem in familiaritatem recipere. Cic. 2. Philip. 85.
Ciuitatem in fidem recipere. Plin. lib. 7. cap. 26. 3. Cæsar 2. bel. Gall. 284, Cæsar honoris Diuitiaci causa atq; Heduorum, se eas in fidem recepturum, & conseruaturum dixit. Ibidem, lib. 8. 98. Cic. 1. Off. 54, Vt ij qui ciuitates aut nationes deuictas bello in fidem recepissent, earum patroni essent more maiorum.
In fidem, suam recipere aliquem. Cic. Scrullio, lib. 13. 70. 6.
In fidem & necessitudinem recipere. Cic. Sulpitio, lib. 13. 20. 5.
In gratiam recipere. Cic. pro Rab. Posthumo, 12.
Ignorantiam alicuius recipere id est, excusationem admittere. Vlp. in l. si fideiussor. §. 1. ff. mandati uel contrà.
Recepta est cognitio id est, admissa est actio causæ. Plinius epist. 108.
Recipere aliquem domum ad se hospitio. Cæsar lib. 2. bel. Ciuil.
Recipere serum (inquit Vlpianus, de seruo corrupto, l. 1.) est abscondendi causa seruo refugium præstare, uel in suo agro, uel in alieno loco ædificioue.
Recipere, Excipere ad usum suum, & reseruare: quod sit, quum quis uenditis cæteris, sibi quippiam reseruat. Plaut. Trin. 4. 116,

——ubi nunc adolescens habet? o posticulum
Hoc recepit quum ædes uendidit. Nonius, Recipere, est exceptum facere. Budæus, Recipere antiquum uerbum iuris. Gellius libro 17. capit. 6, Quando mulier, inquit, dotem marito dabat, tum quæ ex suis bonis retinebat, neq; ad uirum transmittebat, ea recipere dicebatur: sicuti nunc quoq; in uenditionibus quæ excipiuntur, neq; ueneunt. Receptitius ergo seruus mulieris est proprius, quē cum pecunia relè qua mulier receperat, neque dixerat doti, sed retinuerat.
Recipere, In tutum reducere, liberare. Virg. 6. Aeneid. 23,

——medioq; ex hoste recepi.

In tutum recipi. Liuius 2. ab Vrbe, 82.
Aliquem in periculo recipere. Vatinius Ciceroni, lib. 5. 9. 2.
Nomen absentis recipere. Cic. 4. Ver. 71, Et hac actione quàm uoletis multi dicent, & qui ex isto ipso audierint uiri primarij nostri ordinis, & alij qui interfuerint quum absentis nomen reciperetur. id est, inter reos reciperetur, inquit Budæus. Valer. lib. 3. cap. 7, de M. Antonio, Lex Memia cōtra, qui Reip. causa abessent, recipi nomina uetabat.
Recipere corpore telum. Virg. 9. Aeneid. 70. hoc est, educere, inquit Seruius, ut,

——hastamq; recepit

Ossibus hærentem. Cic. pro Rosc. Amer. 20, Aiunt hominem (ut erat furiosus) respondisse, quòd non totum telum corpore recepisset.
Recipere, Facienda suscipere, & cum obligatione promittere. Cic. Crasso, lib. 5. 8. 13, Quæ tibi promitto ac recipio, sanctißimè esse obseruaturum. Terent. Phorm. 5. 8. 9,

An uerebamini ne non id facerem, quod recepissem semel?

Recipere ad se, In suam fidem & periculum accipere. Plaut. Milit. 5. 74. Terent. Heaut. 5. 5. 12,

——ad me recipio, Faciet.

Recipere in se. Cic. ad Brut. lib. 13. 11. 8, Sed tamen separatim promitto, in meq; recipio, fore eū tibi & uoluptati & usui.
Tibi spondeo, in meq; recipio. Cic. Sulpitio, lib. 13. 18. 6.
Recipere causam capitis. Cicero post Reditum ad Quirites, 8. id est, defendendam suscipere. Idem 4. Verr. 1, Recipi enim causam Siciliæ.
De aliquo fidem recipere. Cic. Attic. lib. 2. 37. 2.
Recipere mandatum. Cic. pro Rosc. Amer. 66.
Receptum officium persoluere. Cic. 7. Ver. 143.
Recipere onus aliquod. Cic. in Orat. 19.
Recipere, Promittere. Cecinna Ciceroni, lib. 6. 7. 13, Sed tamen ego filio dixeram, librum tibi legeret & auferret: aut ea conditione daret, si reciperes te correcturum. Cæsar 3. belli Ciuilis, 66.
Thermus omnia se facturum recepit. Cicero ad Atticum, libro 5. 100. 3.
Recipere alicui. Cic. ad Atticum, lib. 5. 95. 3, Vt ego ei coràm dixeram, mihiq; ille receperat. Idē ad Memmium, lib. 13. 3. 2, Velim ita tractes, ut mihi coràm recepisti.
Inter recipere, & suscipere. Recipimus partem, Suscipimus totum, ut ait Asconius in Diuinationem. Cicero, Ego in hoc iudicio mihi Siculorum causam receptam, populi Romani susceptam

sceptam esse arbitror. Idem 2. de Orat. 57, In quo est illa quidem magna offensio, uel negligentiæ susceptis rebus, uel per fidiæ receptis.
Recipere & Reßuere, contraria. Quintil. lib. 8. cap. 5.
Recipere, Approbare. Quintil. lib. 8, de Metonymia loquens, Ex eo quod continetur, usus recepit bene moratas urbes, & poculum epotum, seculum fœlix. Budæus.
Cognoscere & recipere. Cic. 1. Tusc. 5, Sero igitur à nostris poetæ uel cogniti, uel recepti.
Recipi in cibum, uel in mensas, dicitur herba, uel auis, quum recipitur pro cibo. Plin. lib. 22. cap. 22. 18, Scolymon quoq; in cibos recipit Oriens. Et lib. 10. cap. 26. 1, Africæ nouissimæ sunt peregrinarum auium in mensas receptæ propter ingratum uirus.
Recipere in mores, Obseruatione quadam, non legibus confirmare. Quintil. lib. 5. cap. 10. 10.
Receptum est, Impersonale: pro, Approbatū est, ut ait Budæus. Plinius lib. 28. cap. 2. 13, Quin & absentes tinnitu aurium præsentire sermones de se, receptum est. Quintil. libro 1. cap. 3. 8.
Ratione falsa receptum est. Lucret. lib. 1. 77.
¶ Receptus, Participium (προσδεκτέος) Recepti in ciuitatem dicuntur, qui cum suffragio ciues sunt effecti: ut apud Liuum sæpe legitur. Et Receptus mos est, quem sponte ciuitas alienum asciuit.
Ex facili nulloq; urgente receptus. Lucan. lib. 4. 10.
Cælo receptus. Quintil. lib. 3. cap. 7. 4.
Sede cælesti receptus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5. 11.
Amans receptus tota nocte. Propert. lib. 2. eleg. 15. 6.
Ensis receptus pectore. Senec. Thyeste, 8. 24.

—frugesq; receptas
Et torrere parant flammis, & frangere saxo. id est, liberatas. Seruius, ut, Medioq; ex hoste recepi. Virg. 1. Aen. 37.

Persuasio publicè recepta. Quintil. lib. 3. cap. 7. 16.
Preces receptæ. Stat. 4. Sylu. 1. 2.
Somnus receptus parte oculorum. Ouid. 1. Metam. 138.
Verba aure recepta. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 3.
¶ Receptum, ἀναλειπτέον, Substantiuū. Cic. 2. Philip. 86, Promissum & receptum interuertit, ad sese transtulit.
Promisso ac recepto suo satisfacere. Cic. 7. Ver. 108.
¶ Receptus, huius receptus (ἐκδοχή) Liu. 8. ab Vrbe, 96, Breuitate ipsa loci, facilioq; receptu in tam propinqua castra, haud ægrè militem à multa cæde est tutatus.
Receptui canere, Est tuba è prælio exercitum remouere (ἀναλαφησις) Cic. 12. Philip. 324, Quis enim reuocante & receptui canente Senatu properet dimicare? Vide Cano.
Per translationem, pro Discedere & abire. Plin. epist. 45. d. Cic. 3. Tusc. 59, Vetat igitur ratio tueri molestias, abstrahit ab acerbis cogitationibus hebetem aciem ad miserias contemplandas: à quibus quum cecimit receptui, impellit rursum & incitat ad conspiciendas, totaq; mente contrectandas uarias uoluptates.
Receptui signum dare. Liu. 2. ab Vrbe, 265.
Receptui signum, aut reuocationem à bello audire. Cicero 13. Philip. 354.
Receptus pertinacis sententiæ, apud Liuium lib. 4. pro Resipiscentia à sententia pertinaci. Alia constructione, lib. 8. bell. Punici, Receptus à malis consilijs.
Receptus (καταφυγή) Locus in quo se tutò recipit exercitus, & sine periculo hostē expectare potest. Virg. 11. Aen. 106, Planities ignota iacet, tutiq; receptus.
Habere aliquem receptum. Plancus Ciceroni, lib. 10. 11. 5.
Amittere receptum. Cic. Attic. lib. 8. 163. 4.
¶ Receptio, Verbale. fœm. g (ἔνδειξις) Plaut. Asin. 16. 70,

Quid tibi huc receptio ad te est meum uirum? id est, Quare recipis ad te uirum meum?
¶ Reciperatio est, ut ait Gallus Aelius, quum inter populum, & reges, nationesq; & ciuitates peregrinas lex conuenit, quomodo per reciperatores reddantur res reciperentur; resq; priuatas inter se persequantur. Festus.
¶ Reciperationem Turnebus esse dicit, quum inter populos lex conuenit, quomodo res repetantur recuperentur; σύμβολα, si credimus Suidæ, appellat Demosthenes 7. Philipp. quæ pacta conuenta sunt ciuitatum inter se, quibus iura ciuibus ultrò, citroq; redduntur. Hæc ille.
¶ Receptor, Aliud uerbale (ὑποδέκτης) Qui latrones, eorumq; furrepta recipit, occultatq;. Cic. pro Milone, 37. Sustinuisset hoc crimen primum ipse ille latronum occultator & receptor locus, dum neque multa solitudo indicasset, neque cæca nox ostendisset Milonem. Metius iurisconsl. tit. De receptoribus, Peßimum, inquit, genus est receptorum, sine quibus latere nemo diu potest.
¶ Receptrix, Verbale fœm. (ὑποδέκτρια) Cic. 6. Ver. 14. Tua inquam, tua Messana, tuorum adiutrix scelerum, libidinum testis, prædarum ac furtorum receptrix. Ibidem, lib. 7. 125.
¶ Receptitius, Adiectiuum (ἐξαίρετος) Quod reseruatur. Vide Recipere, pro Excipere ad usum suum.
¶ Recepto, receptas (ὑποδέχομαι) receptare, Frequentatiū. Terent. Heaut. 5. 2. 15,

Ibi tuæ stultitiæ semper erit præsidium Clitipho.
Victus, uestitus, quò in tectum te receptas. Idem Hecyr. 5. 1. 17,
Meum receptas filium ad te Pamphilum. Liuius 5. ab Vrbe, 36,

Animam receptare. Lucret. lib. 3. 102.
Sinu suo cuncta recepta natura. Lucan. lib. 7. 165.
¶ Receptator, penult. prod. receptatoris, Verbale. Qui res, eorumq; furta domi suæ receptat, seu recipit & occultat. Vulgus Recelatorem uocat. Vlpian. ff. de incend. ruin. naufrag. &c. Non tantum autem qui rapuit, uerum is quoque qui recepit, ex causis suprà scriptis tenetur: quia receptatores non minus delinquunt, quàm aggressores.
¶ Receptaculum, receptaculi, penul. corr. (ὑποδοχή, δοχεῖον, ἐνδοχεῖον, ὑφαιτητήριον) Confugium. Cic. 7. Verr. 48, Illud tibi oppidum receptaculum prædæ. Cæs. 7. bel. Gal. 52.
Receptaculum omnium purgamentorum urbis. Liuius 1. ab Vrbe, 244.
Nisi illud & rei frumentariæ subsidium, & receptaculum classibus nostris pateret. Cic. 4. Ver. 3.
Receptaculum animi corpus. Cic. 1. Tusc. 82.
Mors æternum nihil sentienti receptaculum. Cic. 5. Tusc. 165.
Reciprocus] pen. cor. Adiect. (παλινδρομος, ἀντίστροφος) Dicitur quod eò redit unde prodijt. Spiritus reciprocatur, quum rursum reforbetur. Et undà à littore excussa, rursus littus alluens, reciprocari dicitur. Et horæ reciprocantur, quum expleto legitimo cursu, rursum ad pristinum ordinē redeunt. Haud aliter pronomina reciproca ad id unde prodierant, reuocantur. Hæc Erasmus. Varro de Ling. Lat. lib. 3. à recipiendo deriuat reciprocum: qui esse asserit, id quod aliunde profectum, redit eò unde profectum est.
Motus reciproci. Senec. Herc. fur. 12. 32.
Reciprocus amnis, Refluus. Plin. lib. 9. cap. 57. 2. Idem lib. 5. cap. 4. 4. Tertius sinus diuiditur in geminos, duarum Syrtium uadoso ac reciproco mari diros.
Tethys reciproca. Silius lib. 3. 13.
¶ Reciproco, reciprocas, pen. corr. (ἀντιστρέφω, παλινδρομέω) reciprocare, Repetere, reflectere, remittere, retrogredi. Liu.

dit. Liu. 1. bel. Pun. 230, Quū ita spiritū intercluderet, nec reciprocare animā sineret, auersi à uento paruper consedēre. Cic. 1. de Diuin. 16, Siquidem ista sic reciprocantur, ut si diuinatio sit, dij sint: & si dij sint, sit diuinatio. Idem 3. de Nat. deor. 31, Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius? Liu. 8. bell. Pun. 160, Quinqueremem satis credens deprehensam rapido in freto in aduersum æstum reciprocari non posse.
Reciprocare cœpit mare, magno tractu aquis in suum fretum recurrentibus, reddebatq; terras paulo antè profundo salo mersas. Curt. lib. 9.
Reciprocare manu tellum. Gellius lib. 9. cap. 50. 2.
¶ Reciprocatio, Verbale (ἀντιστροφή) Retrogressio. Plinius lib. 8. cap. 52, Quum circumactum angustiæ non caperent, nec reciprocationem longitudo in exilitate cæca. Idem lib. 9. capit. 8. 10, Obseruata æstus reciprocatione. Idem lib. 11. cap. 24. 4, Longitudo fili à culmine, ac rursus à terra per illud ipsum uelox reciprocatio.
Recisamentū, Recisio, Recisus] Vide Recido, pē. prod.
Recito] recitas, penul. cor. (λέγω, ἀπαγγέλλω, ἀναγινώσκω) recitare, ex Re & Cito, citas, compositum, Scripturam clara uoce, ut alij audiant, intelligantq;, legere. Plaut. Pseud. 3. 47. Cicero 4. Ver. 14. Quid ego nunc hic Sext. Pompeij Chlori testimonium recitem?
Recitare idem. Vide Idem.
Carmen recitare. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5. 8.
Edictum recitare. Cic. pro Quintio, 16.
Literas recitare in senatu. Cic. ad Plancum, lib. 10. 12. 2.
Scripta recitant in medio foro. Horat. 1. Serm Satyr. 4. 15.
Recitare de uel ex. Cicero pro Cluentio, 106, Cui loco respondere posse uix uideor, quod elogium recitasti de testamento Cn. Egnatij patris. Idem 5. Verr. 10, Da quæso scribæ, recitet ex codice.
De tabulis publicis recitare. Cic. pro Flacco. 31.
Recitatus hæres testamēto, Factus, pronunciatus, scriptus. Cic. pro Cecinna, 40. Plin. lib. 7. cap. 52. 4, Apertoq; testamento recitatum hæredem minorem funeri instituisse.
Recitare Senatum, aut Senatorem. Cic. pro Domo sua, 66, Patrem tuum, & c. L. Philippus Censor aiunculum suum præferijt in recitando Senatu. Ibidem.
Recitare, Memoriter enunciare. Quint. Declamat. 6, At ista lex quum recitat. De muliere cæca. Celsi. lib. 3. cap. 18, Quinetiam recitare, si qua meminerunt, cogendi sunt. De phreneticis.
¶ Recitatio, Verbale (ἀνάγνωσις) Cic. pro Cluen. 115, Crassius tum ita Brutum ultus est, ut illū recitationis suæ pœniteret.
Literarum recitatio. Cic. pro Domo sua, 18.
¶ Recitator, penul. prod. (ἀναγνώστης) Aliud uerbale masc. Cic. 2. de Inuen. 122, Neq; enim uos scripti sui recitatores, sed uoluntatis interpretes fore putauit. Idem pro Cluentio, 111, Tres & ipse excitauit recitatores cum singulis libellis.
Acerbus recitator. Horat. de Arte, 96.
Reclamo] reclamas, penul. prod. (ἀντιλέγω, ἀνθεστήκω, ἀναβοάω) reclamare, Clamore aduersari, non acquiescere, repugnare, refragari. Cicero 6. Ver. 36, Reclamat Sicilia tota, propter cælati argenti cupiditatem, reos fieri rerum capitalium. Ibidem, 67, Res agitur in Senatu, uehementer ab omnibus reclamatur.
Ager canenti domino reclamat, Respondet ad uocem. Statius 4. Syl. 5. 4.
Feruet iter gemitu, & plangoribus arua reclamant. Statius 3. Thebaid. 2. 4.
Aequora scopulis illisa reclamant. Virg. 2. Georg. 53.
Theatra tot i reclamant. Cicer. 3. de Orat. 108, At in his si paulum modò offensum est, ut ait contractione breuius fieret,

dut productione longius, theatra tota reclamant.
Reclamo tibi pro reo: id est, Reprobo cum clamore quæ in reū dicis. Plin. epist. 3. lib. 9.
Reclamari, Paßiuum, pro Obijci. Quintil. lib. 12. capit. 1, Nunc de ijs dicendum, quæ mihi quasi conspiratione quadam uulgi reclamari uidentur.
Ab uniuerso Senatu reclamatum est. Cic. pro Domo sua, 8.
¶ Reclamatio, Verbale (ἀναβόησις) Cicer. 4. Philip. 155, Præclara & luculenta reclamatione uestra factum pulcherrimum Martialium comprobauistis.
¶ Reclamito, reclamitas, pen. corr. (ἀναβοάομαι) reclamitare, Frequentatiuū. Cic. pro Rosc. Amer. 38, Magna est enim uis humanitatis, multum ualet communio sanguinis, reclamitat ißiusmodi suspicionibus ipsa natura.
Reclino] reclinas, pen. prod. (ἀνακλίνω, κατακλίνω) reclinare, Ad aliquid flexum esse, incuruari & reflecti. Cic. in Arato, 45,

At Cepheus caput atq; humeros, palmasq; reclinat. Plin. lib. 29. capit. 3. 2, Candipo ouorum in oculis & pili reclinantur ammoniaco trito admixto.

Reclino, neutrum est apud Senecam in Consolatione ad Maniam, In quem onus imperij reclinaret.
¶ Reclinatus, penul. prod. Participium (ἀνακλινόμενος) Horat. 2. Carm. ode 3. 2,

Seu te in remoto gramine per dies
Festos reclinatum beatis.
Interiore nota Falerni.

Recliuis] & hoc recliue, penul. prod. (ἀνάντης) Idem quod Accliuis, propendens, prominens. Martial. lib. 9. 95,

Sic in gramine floreo recliuis,
Quā gemmantibus hinc & inde riuis
Curua calculus excitatur unda.

Cubili recliuis. Stat. 1. Sylu. 2. 33.
Pectus recliue. Seneca Herc. Oetæo, 13. 8.
Recliuis in sinu iuuenis. Ouid. 10. Met. 111. De Venere in sinu Adonidis recumbente.
Recliuis, & nescio similis. Tacit. lib. 13.
Recludo] recludis, penul. prod. reclusi, reclusum, pen. prod. (ἀνοίγω) recludere, Aperire. Plaut. Capt. 15. 10,

Cellas refregit omnes intus, reclusitq; armarium. Virg. 8. Aeneid. 49,

Infernas reseret sedes, & regna recludat Pallida.

Artus recludere. Silius lib. 1. 25.
Cælum luce æstiua recludere. Virg. 4. Georg. 11.
Ensem recludere. Virg. 4. Aeneid. 129.
Iugulum recludere, Aperire. Ouid. 7. Metam. 58.
Occulta recludere, Prodere. Stat. 1. Achil. 101.
Operta recludere. Horat. 1. epist. 5. 4.
Ora fontana recludere, Fonti dare cursum. Ouid. 1. Fast. 53.
Portas recludere. Propert. lib. 3. eleg. 19. 5.
Tellus recluditur dente unco. Virg. 2. Georg. 85.
Tellure recludere thesauros. Virg. 1. Aeneid. 73.
¶ Recludens, Participium (ἀνοίγων) ut, Virtus recludens cælum. Horat. 3. Carm. ode 2. 5.
¶ Reclusus, penul. prod. Participium (ἀνεῳγμένος) Apertus: ut, Fores reclusæ. Ouid. 7. Metam. 131.
Domo reclusa uigilare. Horat. 2. epist. 1. 21.
Recogito] recogitas, penul. cor. (ἐνθυμέομαι, ἀναλογίζομαι) recogitare, Iterum atq; iterum cogitare. Plaut. Capt. 2. 51. Cic. Qu. frat. lib. 2. 6. 2, Sic tu mihi uideris in Sardinia de forma Minutiana & nominibus Pompeianis in ocio recogitasse. Colum. lib. 1. in Præfat. 12, Quæ quum animaduertam sæpe mecum retractans ac recogitans, quàm turpi consensu deserta exoleuerit disciplina ruris.

Recon

tũ,pen. corr. (ἀναγνωρίζω,ἀναγινώσκω)recognoscere, Aestimare significat,& cõsiderare,tractareq;,inquit Budæus: in memoriam reuocare,uel etiam agnoscere.Cic.ad Atticũ, lib.8.158.1, Tuas literas libenter legi recognoui enim tuam pristinam uirtutem etiam in salute communi. Item 4. Verr. 12, Quũ istius in Quæstura fugã & furtum recognoscere.

Aliquem penitus recognoscere.Cic.pro Deiotaro,2.

Amorem alicuius erga se in literis recognoscere. Cassius Ciceroni,lib.12.12.1.

Dona recognoscere.Virg.8.Aeneid.145.

Plura recognoscere.Ouid.4.Fast.84.

Sacra recognoscẽs annalibus eruta priscis.Ouid.1.Fast.2.

Vetera recognoscere.Cic.in Sallust.1.

Recognoscere ex.Cic.3.Ver.22.Quæ qualis fuerit, aut meministis,aut ex eo quem sui simillimum produxit,recognoscere poteſtis.

Reminiscendo recognoscere.Cic.1.Tusc.90.

Recognoscere cum aliquo.Cic.in Catil.5.

Recognosci ab omnibus,Cognosci,uel iterum cognosci.Cicero 7.Ver.58.

Recognoscere, Opus compositum emendandi aut limandi, aut reprehendendi causa reuidere,inquit Sipontinus. Cic. 3.de Legib.53,Quamobrem quoniam non recognoscimus nunc leges R.P.sed aut repetimus ereptas, aut nouas scribimus.Idem 4.Ver.137, Hæc omnia summa cura & diligentia recognita & collata,& ab hominibus honestissimis obsignata sunt.Et in Vatinium,3,Nõ recitandi causa legisse, sed recognoscendi.

Decretum recognoscere,Retractandi, uel emendandi causa cognoscere & uidere.Cic.pro Cornelio Balbo,8.

Explorare & recognoscere. Colũ.lib. 1.capit.8, Panis, potionisq; bonitatem gustu suo exploret:uestem,manicas, pedũq; tegmina recognoscat. id est,recenseat.

Recognoscere equitum turmas,pro Recensere. Suet.in Octau. August.cap.37.Idẽ in Calig.cap. 16, Equites Romanos seuere curioseq;,nec sine moderatione recognouit,palàm adẽpto equo quibus aut probri aliquid, aut ignominiæ inesset.

¶ Recognitio,ἀνάγνωσις,ἀναγνώρισις, Verbale.Plinius libro 11.capit. 30, Et quoniam ex diuerso conuehunt altera alterius ignara, certi dies ad recognitionem mutuam nundinis dantur.De formicis.

Recognitio eorum quæ in familia sunt.Col.lib.11.cap.1.19.

Recognitio scelerum suorum.Cic.6.Ver.99, Qui tãdem istius animus est nunc in recognitione scelerum suorum,quũ ego ipse in commemoratione eorum non solùm commouear, uerumetiam corpore perhorrescam?

Recolligo] recolligis,pen.cor. recollegi,pen.prod.recollectum (ἀναλέγομαι)recolligere, In unum colligere. Colum. lib.8.capit.5,Confestim circumire oportebit cubilia,ut quæ mota sunt ouã,recolligantur.Plin.epist.190.lib.9,ad Quadratum,Postea actionem meam utunq; potui, recollegi,addidi multa.

Sparsos ignes recolligit.Lucan.lib.1.32.

Annos primos recolligere.Ouid.7.Metam.44.

Recolligere animum alicuius, qui est in alterum offensior (ἐπιλέγομαι)Cic. Attic. lib.1.3.5,Quòd scribis etiam si cuius animus in te esset offensior,à me recolligi oportere:quid dicã,neq; id neglexi, sed est miro quodam modo affectus, id est,Corrigi,reuocari ab ira,inquit interpres.

Recolligere se dicitur æger (ἀναλαμβάνω)Plin.lib. 20.cap. 5.5, Heraclides contra argentum uiuum dedit,& Veneri subinde offensanti,ægrisq; se recolligentibus.

Recolligere se à longa ualetudine,Resumere & recipere uires. Plin.lib.23.cap.7.7.

Recolligere nires longa ægritudine.Plin.lib.24.cap.6.6.

Desertum agrum rursus colere. Liu.libro 7. bel. Puin. Omnes in urbes,in agros suos reductos,arare, serere, desertam recoli terram.

Recolo] recolas, penul.prod. recolare, Iterum colare. Scribon.Largus,Postea recolare per linteum duplex.

Recolo] recolis, penul: corr.recolui,recultum(ἀνανεωίζω) recolere,Rursum colere.Tacit. lib.3, Quo tũ exemplo Lepidus,quanquam pecuniæ modicus, auitum decus recoluit, hoc est,restituit, renouauit.Idem lib. 17, Et recens ab exilio reuersos nobileis adolescentulos auitis ac paternis sacerdotijs in solatium recoluit.hoc est, rursus coluit, decorauit,honorauit.

Recolere (ἀναλογίζεσθαι,ἀναμιμνήσκω) Repetere,meditari,& mente tractare.Diomedes, Superest ut singula recolendo,memoria tenus mandẽtur,ne frustra cũ tempore euanescant.Cic.pro Archia,10,Quantum alij tribuunt temporibus conuiuijs,quantum deniq; aleæ,quantum pilæ:tantum egomet mihi ad hæc studia recolenda sumpsero. Idem 13. Philip. 381, Quæ si tecum ipse recolis, æquiore animo,& maiore consolatione moriere.

Studio recolere.Virg.6.Aeneid.136.

Intermissa recolere.Liuius 9.bel. Maced. 89. Vectigalia regni nõ fructibus tantùm agrorum,portorijsq; maritimis auxit, sed metalla etiam & cætera intermissa recoluit, & noua multis locis instituit.

Artes inter se recolere,Exercere.Cicero 1.de Orat.2,Neq; uerò nobis cupientibus atq; optantibus fructus ocij datus est ad eas artes quibus à pueris dediti fuimus, celebrandas, interq; nos recolendas.

Ingenia recolere.Plin. lib. 129.b, Vt enim terræ uarijs mutationibus seminibus,ita ingenia nostra nunc hac nunc illac meditatione recoluntur.id est,Poliuntur,renouantur.

¶ Recultus, Participium (ἀνεργεώργητος) ut,Humus reculta. Ouid.6.Met.130.

Recommiſcor] recommiſceris,penul.corr.(ἀναλύομαι)recommiſci,Reducere in memoriam. Plaut.Trin.13, 67,Literis recommiſcar.

Recompono] recomponis,pen.prod.recomponere,Iterum componere & colligere. Vlpian.in l.argumento.§.margarita, Sed & si in hoc sint soluti, ut recomponantur, ornamentorum loco sunt.De lapillis & margaritis.

¶ Recompositus, penul.cor.Participium(ἀναβούλευτος)Idem quod Rursus compositus.Ouid.1.Amorum,eleg.7.14.

Pone recompositas in statione comas.

Reconcilio] reconcilias (καταλλάσσω, ἀποκαταλλάσσω, ἐπαρέσκομαι,ἀναπείθομαι) reconciliare, In gratiam restituere.Liu.5.bel.Maced.69, Non mouit modò talis oratio regem:sed etiam reconciliauit Annibali.Cicero Attic.lib.6. 118.1.Cicero Quin.filius piè sanè,me quidem certè multum hortante, sed currentem animum patris sui, sorori tuæ reconciliauit.

Alienare & Reconciliare,contraria.Cic.de Prouinc.Conſ.17.

Existimationem reconciliare,pro eo quod est Recuperare. Cicero 2.Verr.2.

Animos populi sibi reconciliare.Liu.1.ab Vrbe,114.

Veterem gratiam reconciliare.Cic.Attic.lib.1.7.1.

Gratiam cum aliquo reconciliare.Curt.lib.10.

Reconciliare filium domum:hoc est, Tantum efficere ut reducatur filius domum.Plaut.Capt.2.33.

In gratiam reconciliari.Cic.pro Domo sua,99.

Reducit, reconciliat, restituit in gratiam. Cicero de Prouinc. Conſul.18.

Recognoſco] recognoſcis,recognoui,penul.prod.recogni- in liber-

In libertatem reconciliare.Plaut.Capt.11.46.

Conciliantur noui.Reconciliantur antiqui,inquit Festus.

¶ Reconciliatus,pen.prod.Participium (καταλλαχθείς) Cic. Lentulo,lib.1.2.3, Videbatur enim reconciliata nobis uoluntas Senatus esse.

Fructus libertatis reconciliatus.Cic.Anteq.iret in exil.1.

Reconciliata & Nunquam imminuta gratia,contraria.Cicer. Qu.Metello,li.5.2.13,Quod scribis de reconciliata nostra gratia,non intelligo cur reconciliatam esse dicas,quæ nunquam imminuta est.

¶ Reconciliatio,καταλλαγὴ,ἀναπτησις,Verbale.Cic.pro Cluentio, 81, Irridebatur hæc illius reconciliatio, & persona uiri boni suscepta.

Reconciliatio gratiæ, uel concordiæ.Cic.in Catil.69.Idem ad Attic.lib.9.179.2.

Gratiarum reconciliationes. Cic. Post reditum ad Quirit.10.

¶ Reconciliator,pen.prod.(καταλλακτὴς,ἱλαστὴς) Verbale. Liu.5.bel.Maced. 172, Ph.neas reconciliatore pacis & disceptatore de ijs,quæ in controuersia cum pop.Rom. essent,utendum potius Antiocho censebat,quàm duce belli.

Reconcinno] reconcinnas (ἐπισυνάγω, ἀνέομαι) reconcinnare,Denuò uel rursum reconcinnare,hoc est,expolire. Plaut.Menæh.9.67,

——ad phrygionem ut referam,
Vt reconcinnetur.Cic.ad Qu.frat.lib.2.10. 4, Tribus locis ædificio:reliqua reconcinno.Var.3.de re Rust.cap.16. 30,Hoc faciendum secundum aluos,ut reconcinnatæ ad sum quæq; opus & domicilium redeant.

Recondo] recondis,recondidi, reconditum,pen.cor.(ἀποτίθεμαι) recondere,Reponere,contegere.Cic.2. de Natura deorum,155,

Hoc caput hic paulum sese subitoq; recondit. Ex Arato. Plinius lib. 7. cap. 53.8,Flammæ ui è rogo eiectus,recondi propter ardorem non potuisset.

Caput strato recondere.Ouid.11.Metam.130.

Recondere gladium in uaginam.Cic.2.de Inuent.131.

Gladium lateri recondere.Ouid.12.Metam.97.

Nummos aurumq; recondere.Hor.2.Serm.Satyr.3.22.

Oculos erigere, & recondere, opposita. Ouidius 4.Metamorphos.30.

Opes recondere.Ouid.1.de Arte,126.

In aliquem locum se recondere.Quint.lib.10.cap.3.

Interius recondere uenerem.Virg.3.Georg.28.

Mens aliqua sic recondit,è quibus memoria oritur. Cicero 4: Acad.59.

Multi præterea, quos fama obscura recondit. Virgilius 5. Aeneidos.

¶ Reconditus, pen. corr.(ἀποθετὸς, ἀποκείμενος) Participium siue Nomen ex participio.Plin.lib.10.cap. 33. 7, Merops uocatur genitores suos reconditos pascens.

Clausum & reconditum.Cic.6.Verr.37,Statuerunt se nihil tã clausum,neq; tam reconditum posse habere,quòd non istius cupiditati apertissimum promptissimumq; esset.

Quod celari oportebat, habebant sepositum & reconditum. Cic.6.Verr.19.

Aegyptus recondita.Cic.pro lege Agra.49, Quid Alexãdria, cunctaq; Aegyptus?ut occultè latet? ut recondita est?

Angulus reconditus ac derelictus.Cic.5.Verr.168.

Studia quæ reconditis in artibus uersantur. Cicero 1. de Oratoribus, 5.

Pro me reconditum Cæcubum Hor.3.Carm.ode 28.1.

Literæ reconditæ. Cicer. ad Trebonium,lib.15.21.12.Idem de claris Orat.144,Erant in eo plurimæ literæ, nec eæ ullagares,sed interiores quædam & reconditæ.

Mores reconditi.Cic.1.de Legib.39.

Naturæ recondita.Cicer.pro Quintio,40,Vixit enim semper inculctè atq; horridè: natura tristi ac recondita fuit:non ad solarium,non in campo,non in conuiuijs uersatus est.

Saltus recondidi.Catul.epigr.32.3.

Reconditiora. Cicero 4.Academ. 20, Ame enim ea quæ in promptu erant, dicta sunt: à Lucullo autem reconditiora desidero.Brutus ad Ciceronem,lib.11.20.10,Ad has literas statim mihi rescribe:tuorumq; aliquem mitte,si quid reconditum magis erit.

Reconduco] reconducis,penult.prod.reconducere,Iterum conducere.Vlp.in l.item quæritur.§. qui impleto. ff. locati & conducti, Qui impleto tempore conductionis remansit in conductione,non solùm reconduxisse uidebitur,sed etiam pignora uidentur durare obligata.

Reconflor] reconflaris (ἀναχωνεύομαι) reconflari, Rursus conflari.Lucret.lib.4.187,

Vnde reconflari sensus per membra repentè, Posse hoc est, resuscitari.

Recoquo] recoquis,pen.corr.recoxi, recoctum (ἀνεψέω) recoquere,Iterum coquere.Mart.lib.11.46,

Altera non deerunt tenui uersata fauilla,
Et Velabrensi massa recocta foco.

Recoquere,per translationem,Rursus polire & formare,tanquam ea quæ iterum coquuntur,ut meliora fiant. Quintil. lib.12.cap.6,de Cicerone, Quum iam clarum meruisset inter patronos,qui tunc erant,nomen, in Asiam nauigauitq;: seq; & alijs, sine dubio eloquentiæ ac sapientiæ magistris, sed præcipuè tamen Apollonio Miloni, quem Romæ quoq; audierat,reformandum ac uelut recoquendum dedit.Cic.de Senect.75,Quò quidem me proficiscentem haud sanè quis facilè retraxerit,neue tanquam Peliam recoxerit.

Spicula recoxit.Lucan.lib.7.30.

¶ Recoctus,Particip.(ἀνεψημένος,ἀπαυρόω) ut,Passum recoctum. Stat.4.Sylu.9.8.

Senex recoctus.Catul.epigr.50.2.

Scriba recoctus.Hor.2.Serm.Satyr.5.12.

Recocti dicuntur scribæ,qui sæpius pro Consulibus ad prouincias missi,exercitatiores facti sunt ex ipsa frequentia & ipso usu. Acron. Lambinus aliter : quem uide in hunc locum.

Recordor] recordaris,recordatus sum(μνημονεύω,ἀναμιμνήσκομαι,ὀρθόω,ὑπολαμβάνω) recordari,Rursus in cor reuocare,uel iterum rem cordi dare:hoc est,in mentem reuocare, reminisci.Cicero 1. Tusculanar. 90, Ex quo efficiebat Socrates, ut discere nihil aliud sit, quàm recordari. Hor.2.epist.2.29,

Quocirca mecum loquor hæc,tacitusq; recordor.

Inde recordati Teucros à sanguine Teucri Ducere principiũ. Ouid.13.Metam.153.

Recordor huius rei.Cic.pro Plancio,56.

Recordor hanc rem.Plaut.Menæh.21.5.Cic.de Senect.12, Vt pedestres nauales q; pugnas,ut bella à se gesta, triumphosq; recordentur.Idem 2.pro lege Agra.73,Est operæpretium, diligentiam maiorum recordari.

Si ritè audita recordor.Virg.3.Aen.22.

Benefacta priora recordari.Catul.epigr.71.1.

Recordari cum animo suo uitam alicuius. Cicero pro Cluentio,55.

Recordari de.Cic.pro Planc.84,Quoniam istis uestris lachrymis de illis recordor,quas,&c.Idem 1.Tusc.21, Tu si meliore memoria es,uelim scire[ecquid de te recordere.

Recordatur quantũ.Cicer.pro Murœn. 6.Idem Verr.6.114, Hinc colligere potestis,si recordari uolueritis, quanta relR gione

gione fuerit eadem ſpecie atq; forma ſignum illud, &c.
Vt recordor, per parentheſin. Cic. Att. lib. 13. epiſt. 2.
Recordanda & cogitanda. Cic. pro Sylla.
¶ Recordans, Participium (ἀναμιμνησκόμενος) Cicero Attico, libro 4. epiſt. 1, O' nauigationem amandam, quam mehercule ego ualde timebam, recordans ſuperioris tuæ tranſmiſſionis.
¶ Recordatio, Verbale (ἀνάμνησις, ὑπόμνημα) Reminiſcentia. Cic. ad Lentulum, lib. 1. epiſt. 2, Facilè ſecundo loco me conſolatur recordatio meorum temporum.
Conſcientia bene actæ uitæ, multorumq; beneficiorum recordatio iucundiſſima eſt. Cic. de Senect. 9.
Vltimi temporis recordatione & proximi memoria. Cic. de Prouinc. Conſul. 36.
Acerba ſanè recordatio ueterem animi curam moleſtiamq; renouauit. Cic. 3. de Orat. 1.
Aſſidua recordatio. Vide Aſſiduus.
Doloris præteriti ſecura recordatio. Cic. Luceio, lib. 5. epiſt. 12. 16.
Veteris memoriæ non ſatis explicata recordatio. Cic. 1. de Oratore, 31.
¶ Recordo, recordas, recordaui, ab antiquis uſurpatum. Quadrigar. Annal. lib. 5, Is ubi Darium cognouit, & patria (alij patricia) eum recordauit. Ex Nonio.
Recorrigo] recorrigis, pen. cor. recorrigere. Senec. epiſt. 51. Si modò antè incipimus formare animum noſtrum & recorrigere, quàm indureſcat prauitas eius.
Recraſtino] recraſtinas, pen. corr. (ἀναβάλλομαι) recraſtinare, idem quod Procraſtinare, & in diem craſtinum differre. Colum. lib. 2. cap. 21. 1, Propter quæ recraſtinari non debet, ſed æqualiter flauentibus iam ſatis antequam ex toto grana indureſcant, quum rubicundum colorem traxerunt, meſſis facienda eſt. Plinius libro 17. capite 14. 13, Recraſtinare minimè utile.
Recrementum] Vide Recreſco.
Recreo] recreas (ἀναπομίζω, ἀναζωπυρῶ) recreare, iterum creare. Cic. 2. de Nat. deor. 15, Atqui & noſtrorum augurum, & Hetruſcorum, & aruſpicum diſciplinam P. Scipione, C. Figulo cos. res ipſa probauit, quos quũ T. Gracchus cos. iterum recrearet, primus rogatorum, ut eos retulit, ibidem eſt repentè mortuus.
Recreare (ἐπιπνεύσαι) per translationem, pro inſtaurare, & quaſi nouum facere. Plinius, Sic enim defecta longis ægritudinibus corpora recreantur. hoc eſt, reſtaurantur & reficiuntur. Idem libro 12. cap. 1. 2, Ex arboribus recreans membra olei liquor, uiresq; potus uini.
Recreari & confirmari. Cic. 7. Verr. 140.
Recreari & reſtitui. Cic. pro Roſc. Amer. 82, Tum uerò in iſto bello non recreatus, neq; reſtitutus, ſed ſubactus, oppreſſusq; populus Rom. eſt.
Recreor eius nomine. Cic. in Som. Scip. 2, Cuius ego nomine ipſe recreor.
Afflictos bonorum animos recreare. Cic. Att. lib. 1. 11. 13.
Arbor, æſtiua recreatur aura. Hor. 1. Carm. ode 22. 4.
Vento leni recreare humerum. Hor. 3. Carm. ode 20. 3.
Amicorum literis recreari. Cic. ad Tironem, lib. 16. 6. 1.
Recreari & ſuſtentari literis. Cic. ad Att. lib. 4. 79. 4.
Conſpectus ueſter reficit & recreat mentem meam. Cicero pro Plancio, 1.
Recreatus è morbo. Cic. poſt reditum ad Quirites, 3.
Aliquem fugientem excipere, diffidentem confirmare, afflictũ erigere, perditum recreare. Cic. pro lege Manilia, 15.
Afflictam & perditam prouinciam erigere & recreare. Cic. 5. Verr. 182.
Colligere & recreare ſe. Cic. 1. Tuſc. 92.

Ex magno timore ſe recreare. Cic. 3. in Catil. 53.
Recreare carnes, Rurſus creare. lib. 34. cap. 15. 5.
Recreatur ueritas debilitata. Cic. pro Quintio, 2.
Vitam recreare Lucret. lib. 6. 1.
Recreare uocem. Cic. ad Attic. lib. 2. 38. 1.
Dirutæ ac penè deſertæ urbes per aliquem recreatæ. Cic. Q. frat. lib. 1. 1. 36.
Ex uulnere recreatus. Cic. 2. de Inuent. 236.
¶ Recreatio, Verbale. Plin. lib. 22. cap. 23. 7, Ab ægritudine recreationi efficax in cibo.
Recrepo] recrepas, penult. corr. recrepare. Catul. 58. 6, Leuè tympanum remugit, caua cymbala recrepant, id eſt, crepitum reddunt.
Recreſco] recreſcis, recreui, pen. prod. (ἀναφύομαι) recreſcere, Rurſum creſcere. Plinius lib. 11. cap. 37. 82, Cartilago rupta non ſolideſcit. Nec præciſa oſſa recreſcunt. Liuius 6. belli Pun. 219, Vos modò milites ſtuete nomini Scipionum, ſoboli imperatorum ueſtrorum, uelut acciſis recreſcenti ſtirpibus.
Terra aucta recreſcit. Lucret. lib. 5. 53.
Luna quater latuit, toto quater orbe recreuit. Ouidius epiſtol. 2. 1.
¶ Recrementum, recrementi (σκωρία) Idipſum quod recreuit: hoc eſt, ueluti purgamentum & retrimentum alicuius rei. Plinius lib. 18. cap. 16. 2, Farrago ex recrementis ſtirpis prædenſa ſeritur. Celſus lib. 5, Vlcera illmenda ſunt aut plũbi recremento, aut ceruſſa. id eſt, ſcoria.
Recrudeſco] recrudeſcis, recrudui (ὠμοποιέομαι) recrudeſcere, Renouari. Tractum à uulneribus, quæ agitatione nimia, uel malè purgata, interdum peiora & crudeliora, id eſt, cruda & noua fiunt. Cic. ad Sulpitium, lib. 4. 6. 9, Nunc autem hoc tam graui uulnere, etiam illa quæ conſanuiſſe uidebantur, recrudeſcunt.
Recrudeſcere dicitur morbus qui denuò repetit. Curtius libro 7, non procul ab initio, Recruduit ſopor atus dolor, hoc eſt, ſopitus.
Nefas recrudeſcit. Senec. Theb. 1. 47.
Recrudeſcit ſeditio. Liu. 6. ab Vrbe, 79.
Recruduit pugna. Liu. 10. ab Vrbe, 90.
Recta, Rectè, Rectio, Rector, Rectus] Vide Rego.
Recubo] recubas, pen. corr. recubui, recubitum, penultima correpta (ἀνάκειμαι) recubare, Quieſcere, iacere. Virgil. eclog. 1. 1,
Tityre, tu patilæ recubans ſub tegmine fagi. Cic. 1. de Diuin. 101, Eum primùm perterritum ſomnio ſurrexiſſe: deinq; quũ ſe collegiſſet, idq; uiſum pro nihilo habendum eſſe duxiſſet, recubuiſſe. hoc eſt, rurſus cubuiſſe.
Sub qua nunc recubas arbore, uirga fuit. Ouid. de Arte, 69.
Toro Tyrio recubare. Tibul. lib. 2. eleg. 2. 16.
Recubare & conſidere. Colum. lib. 7. cap. 3. 24.
¶ Recubans, pen. corr. Particip. (ἀνακείμενος) Cic. 2. de Orat. 36, Sed in hortulis quieſcet ſuis, ubi uult, ubi etiam recubãs molliter & delicatè nos auocat à Roſtris, &c.
Solo recubans. Virg. 3. Aen. 79.
Recudo] recudis, recudi, recuſum, pen. prod. (ἀνακολάπτω) recudere, Denuò cudere. Varro, Vt hi ſolent qui ueteres incudes recudunt.
Recula] Vide Res.
Recumbo] recumbis, recubui, recubitum, pen. cor. (ἀνακλίνω) recumbere, Sedere ad menſam. Plin. epiſt. 87. b. lib. 4, Cœnabat Nerua cum paucis, Veiento proximus, atq; etiam in ſinu recumbebat. Mart. lib. 2. 19,
Debet Aricino conuiua recumbere cliuo,
Quem tua fœlicem Zoile cœna facit.

Re-

Recumbere, pro Recubare, & iacére. Plin. lib. 17. cap. 22. 12, Adeò non recumbat in eo, nec delicatè ſe ſpargat. Cicero 2. de Orat. 158, Vt M. Lepidus quum cæteris in campo exercentibus in herba ipſa recubuiſſet, Vellem hoc eſſe, inquit, laborare.
Humo recumbere. Ouid. epiſt. 14. 20.
Ceruix collapſa in humeros recumbit. Virg. 9. Aen. 87.
Ipſa ſibi eſt oneri ceruix, humeroq; recumbit. Ouid. 10. Metamorph. 39.
Onus recumbit in partes proclinatas. Ouid. 2. Triſt. 17.
Recumbunt iugera. Mart. lib. 1. 170.
¶ Recubitus, huius recubitus, pen. corr. (ἀνάπτωσις, ἀνακλιτός) Plin. lib. 24. cap. 13. 5, Itemq; baculum ex ea factum, in quoduis animal emiſſum, etiã ſi citrà ceciderit defectu mittentis, ipſum per ſeſe recubitu propius adlabi.
Recupero] recuperas, pen. corr. (ἀναπτάομαι, ἀνακομίζομαι, ἀναλαμβάνω, ἀναιρέομαι, ὄνασιν ἐρέομαι) recuperare, à Recipio deriuatur, ut ait Sipontinus: & ſignificat Remiſſam rurſus acquirere. Cæſar 3. bell. Ciuil. 356, Quo confecto, ille ſuam dignitatem, & nos noſtram libertatem recuperabimus. Cic. 4. Verr. 60, Victoriam recuperare. Liu. 1. ab Vrbe, 197. Recuperare imperium.
Conſumpta replere, & erepta recuperare. Cicero pro Murena, 47.
Iudicto ſuum recuperare. Cic. 5. Verr. 58.
Gloriam recuperare. Tacit. lib. 19.
Veterem belli gloriam recuperare. Cæſar 7. bel. Gall. 5.
Ius ſuum recuperare. Cic. ad Att. lib. 15. 327. 5.
Aliquem honeſtatis ſuæ partẽ recuperare. Cic. pro Cluent. 94.
Libertatem recuperare. Corn. Tacit. lib. 2.
Somnum interruptum recuperare. Suet. in Auguſt. cap. 78.
Vires recuperare. Tacit. lib. 19, Et recuperatis cibo somnoq; uiribus, confectum algore, &c.
Recuperare aliquem per. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 2. 24. Idem ad Sulpitium, lib. 13, Ego ſi hominem per te recuperãro, ſummo me beneficio affectum arbitrabor.
Recuperare ſe, &c. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 1. 7, Quem ego diem ſi uidero, & ſi in ueſtrum complexũ uenero, ac ſi & uos & me ipſum recuperãro.
Reſpub. ſe adhuc tantummodo ulta eſt, nondum recuperauit. Cic. 2. Philip. 109.
¶ Recuperatio, Verbale (ἀνάπτησις, ἀνακομιδή) Cic. 10. Philip. 284, Ita præclara eſt recuperatio libertatis, ut ne mors quidem ſit in repetenda libertate fugienda. Feſtus, Recuperatio eſt, ut ait Gallus Aelius, quum inter populum & regem, nationeſq; & ciuitates peregrinas lex conuenit, quo modo per recuperationem reddantur res, recuperenturq; res priuatas inter ſe perſequantur.
¶ Recuperator, pen. product. recuperatoris, Dicebatur ille cui Prætor iuriſdictionem mandabat priuatarum cauſarũ, qui Delegati iudices poſtea appellari cœpti ſunt à recentioribus. ut ait Bud. Plaut. Bacchid. 5. 36,
Poſtquam quidem Prætor recuperatores dedit. Quintilianus, Etenim recuperatoris non ea ſolà uis eſt, quæ ad corpus noſtrum, uitamq; peruenit, ſed etiam multò maior ea quæ periculo mortis iniecto, formidine animum perterritum, loco, ſpe & ſtatu certo dimouet. Plaut. Rud. 29. 2,
Quis me eſt mortalium miſerior, qui uiuat alter hodie,
Quem modo damnauit ad recuperatores Pſeuſidippus.
Recuperator à Iudice diſtinguitur, propriè loqui uolentibus. Cic. 5. Verr. 12, De conuentu nullum unquam iudicem, neq; recuperatorem dedit. Idem pro Cecinna, 45.
¶ Recuperatorius, Adiectiuum, Quod ad recuperatorẽ pertinet. Cic. 2. de Inuent. 165, Non enim oportet in recuperatorio iudicio eius maleficij, de quo inter ſicarios quæritur, præiudicium fieri.
Recupio] recupis, pen. corr. recupiui, recupitum, penultima producta (ὑπαφροφάω) recuperare, Valde cupere. Plautus Capt. 13. 87,
Quin ita faciam, ut recupias facere ſumptum, etſi ego uetem.
Recuro] recuras, pen. prod. (ἀναπομίζω) recurare, Diligenter curare. Plin. lib. 13. cap. 12. 2, Quæ non eſſet ita recurata, in ſuo manſit amphitheatrica.
Ocymo ſe recurare. Catul. epigr. 41. 3.
Recurro] recurris, recurri, recurſum (ἀναπρέχω, ἀποτρέχω, παλινδρομέω) recurrere, Rurſum currere. Terent. Adelph. 4. 1. 10,
Nunc ubi me illic non uidebit, iam huc recurret, ſat ſcio.
Cic. ad Terent. lib. 14. 3. 8, Deſippo quoq; ita imperaui, ſtatim ut recurreret.
Recurrere curſum ad aliquem. Plaut. Ciſt. 7. 51.
Recurrere ad. Cic. ad Att. lib. 2. 26. 2, Quare quanquam iam teipſum expecto, tamen iſti puero quem ad me ſtatim iuſſi recurrere, da ponderoſam aliquam epiſtolam.
Recurrere in arcem. Liu. 4. ab Vrbe, 237. Cic. ad Atticum, lib. 13. 295. 3, Equidem Cal. in Tuſculanum recurram.
Recurrere eodem. Colum. lib. 8. cap. 14. 5.
Recurrere in contrarium dicuntur argumenta, quæ retrorſum aut reciprocè ualent. Quint. lib. 5. cap. 9.
Ad eam rationem recurrunt. Quint. lib. 1. cap. 6. 9.
In contrarium recurrere. Quint. lib. 5. cap. 9. 4.
Aqua uerſa recurret ad fontem. Ouid. epiſt. 5. 6.
Et metuit, nequa uerſa recurrat hyems. Ouid. 2. Faſt. 171.
Luna recurrit. Tibul. lib. 2. eleg. 4. 4.
Ad initia recurrere Luna dicitur, quum renouatur. Cic. 2. de Nat. deor. 72, Lunæ ſpecies mutatur tum creſcendo, tum defectionibus ad initia recurrendo.
Opus inceptum ſæpe recurrit. Ouid. 3. de Arte, 72.
¶ Recurrens, ἀναπρέχων, Participium: ut, Sol recurrens. Virg. 8. Aeneid. 20.
Anni recurrentes. Hor. 2. epiſt. 1. 30.
¶ Recurſus, huius recurſus (ἀναδρομή) Plin. lib. 16. cap. 25. 3, Natales pomorum recurſus annuos uerſicolori nuncio promittunt. Liu. 6. bel. Pun. 224, Vt ſubeunti ſæpe ad mœnia urbis recurſus pateret.
Curſus & recurſus aduerſis ſpacijs inire. Virg. 5. Aen. 117.
Celeres recurſus ſpondere. Ouid. 6. Metam. 90.
Inſperati recurſus. Claud. 1. in Ruffin. 67.
Dant fatà recurſum. Ouid. epiſt. 6. 12.
Recurſus facilis ad bonam ualetudinem. Celſ. lib. 4. cap. 4.
¶ Recurſo, recurſas (ἀναπρέχομαι) recurſare Frequentatiuum. Plaut. Moſtel. 8. 56,
Quid ego recurſem? aut operam ſumam, aut conteram?
Virg. 4. Aen. 1,
—multusq; recurſat Gentis honos.
Huc & huc recurſare. Senec. Medea, 6. 7.
Cura ſub noctem recurſat. Virg. 1. Aen. 134.
Cura dies noctesq; recurſans. Stat. 1. Theb. 63.
Recuruus] Adiectiuum (ἀναπαμπύλος) Idem quod curuus: niſi ipſa præpoſitio aliquid augeat. Colum. lib. 3. cap. 18. 2, Quicquid recuruum, & ſurſum uerſus ſpectans, demerſum eſt, quum tempeſtiuum eximitur, in modum hami repugnat obluctanti foſſori. Idem lib. 9. cap. 33. 2, Ad plauſum apertis, ad buccinam recuruis.
Aera recurua, Hami. Ouid. 1. de Remed. amor. 42.
Cornu recurruum. Ouid. 3. Amor. eleg. 12. 4.
Haſta recurua. Ouid. 2. Faſt. 142.

Pedes recurui. Ouid. 2. Fast. 51.
Puppis recurua. Ouid. 8. Metam. 29.
Rostrum recuruum. Claud. 2. in Eutrop. 46.
Tectum recuruum. Ouid. epist. 10. 15.
¶ Recuruo, recuruas, recuruare (ἀναπαμπυλιάω) Columel. lib. 5. cap. 10. 9, Quum ad scrobis solum radix peruenit, duritia humi coercita recuruatur, & ex summo duûm ramorum ambas radices emittit. De arboribus pomiferis.
Horrentes q; situ gladios in scua recuruant Vulnera. Statius 3. Theb. 117.
Aquas recuruare in caput. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 2.
¶ Recuruatus, pen. prod. Participium (ωβαπαμπυλιαθεὶς) Quod recuruum factum est. Colum. lib. 3. cap. 18. 1, Prætor to capite & recuruato semen. Celf. lib. 5.
Vndis recuruatis ludit Mæander. Ouid. 2. Metam. 30.
Recuſo] recuſas, pen. prod. (ωὐαείνομαι, ἀμηχανέω, ωὐαδύνομαι) recuſare, Renuere. Plin. de Viris illuſt. 44, Imperatoris nomen à militibus, & à Senatu triumphũ recuſauit oblatum. Tractum ab his qui ad cauſam actitandam aſciti onus reijciunt. Cic. 4. Ver. 4, Quando id quod imperaretur, recuſauit? Virg. 1. Georg. 11,
Et quid quæq; ferat regio, & quid quæq; recuſet.
Vires recuſant ferre rem illam. Hor. 2. epiſt. 1. 53.
Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuſo. Virgilius 6. Aeneid. 141.
Longè recuſare. Virg. 5. Aen. 82.
Deprecari & recuſare. Cic. 7. Verr. 119.
Amicitiam alicuius recuſare. Cæſ. 1. bel. Gal. 190.
Arma recuſare. Virg. 5. Aen. 84.
Iuſſa recuſare. Virg. 5. Aen. 150.
Munus recuſare legationis. Cæſar 1. bel. Ciuil. 132.
Periculum recuſare. Cæſar 7. bell. Gall. 70.
Sortem recuſare. Cæſar 8. bel. Gal. 4.
Verbera recuſare. Tibul. lib. 1. eleg. 6. 8.
Recuſabant animo uetera omnia. Tacit. lib. 18.
Leones uincla recuſantes. Virg. 7. Aen. 4.
Filius uxorem grandi cum dote recuſat. Horatius 1. Sermon. Satyr. 4. 10.
Recuſari de. Cic. 2. Verr. 4, Sin abſoluitur, deſinemus nos de iudicijs transferendis recuſare. Cæſar 1. bel. Gal. 198.
Non recuſo quin: pro, Non abnuo, non inficias eo. Cic. ad Att. lib. 2. 16. 7, Neq; recuſas quin non modò, ſi opus ſit, ſed etiã ſi uelim, accurras. Cæſar 4. bel. Gal. 485.
Non poſſumus quin alij à nobis diſſentiant, recuſare. Cicero 4. Academic. 14.
Non recuſo quominus. Cic. 1. de Fin. 12, Nec uerò, ut noſter Lucilius, recuſabo quominus omnes mea legant.
Recuſare, pro Reijcere iudicẽ. Cic. pro Flac. 75, Populũ Rom. diſceptatorem non modò non recuſo, ſed etiam depoſco.
Recuſare, pro Accuſationem depellere. Cic. de clar. Orat. 45, Tum igitur Galba recuſans ſeſe. Budæus.
Recuſatur, Paſſiuum Liu. 1. ab Vrbe, 97, Cum Trigeminis agũt reges, ut pro ſua quiſq; patria dimicent ferro: ibi imperium fore, unde uictoria fuerit: nihil recuſatur: tempus & locus conuenit.
¶ Recuſans, penult. prod. Participium (ωὐαινόμενος) Cic. 4. Verr. 90, Itaq; fit omnibus recuſantibus & implorantibus.
Rogatus & recuſans hoc feci. Cic. in Orat. 19.
¶ Recuſatio, Verbale (ἀνάνευσις) Cæſar 3. bell. Ciuil. 384, Quod ubi ſine recuſatione fecerunt, &c. Idem 2. de Orat. 15, Nam hæc ipſa recuſatio diſputationis, diſputatio quædã fuit mihi quidem periucunda.
Recuſatio, pro Defenſione. Cic. 2. de Legib. 67, Pœna uerò uiolatæ religionis, iuſtam recuſationem non habet. Idem 2. de Inuent. 130, Aliud accuſatio aut recuſatio conficere debet. Idem 2. de Oratore, 198, Adimere, inquit, omnem recuſationem Craſſo uolui.
Recuſſus] Particip. (ἀναπαθεὶς) Virg. 2. Aen. 11,
—— uteroq; recuſſo Inſonuêre cauæ gemitumq; dedêre cauernæ. Recuſſo, pro concuſſo, inquit Seruius, præpoſitio pro præpoſitione.
Aequor recuſſum. Valer. 6. Argon. 34.
¶ Recuſſus, huius recuſſus. Plin. lib. 8. cap. 53. 2, In hæc ſe librant, ut tormento aliquo rotati in petras, potiſſimùm è monte aliquo in alium tranſilire quærentes, atq; recuſſu pernicius quò libuerit exultant. De ibicibus.
Recutitus] pen. prod. Adiectiuum (λεπόδερμος, περιτετμημένος) Curtatus, & cui reſecta eſt cutis glandem tegens. Quo nomine dicti ſunt Iudæi, à uerendorum cute ſumma reciſa. Mart. lib. 7. 29,
Nec recutitorum fugis inguina Iudæorum:
Nec te Sarmatico tranſit Alanus equo.
Recutitus, Ruptus & exulceratus. Mart. lib. 9. 69,
Nec ruptæ recutita colla mulæ. id eſt, Noua pelle reſtituta.
Reda] Vide Rheda.
Redabſoluo] redabſoluis, redabſolui, redabſolutum, pen. prod. (ἀπολύω) redabſoluere, Idem quod Abſoluere, uel ſoluere. Plaut. Curc. 8. 83,
Sequere hac, te redabſoluam qua aduenifti gratia. Componitur ex Re, & Abſoluo, d litera interpoſita.
Redadopto] redadoptas, redadoptare, Iterũ ſiue denuò adoptare. Modeſtinus in l. ſi pater filium. ff. de adopt. Sed nec is in patris poteſtatem (inquit Iuriſconſultus) reuertitur, quem auus retinuerat, filio dato in adoptionem, quem denuò redadoptauit. Nam etſi in uulgaribus legitur, Readoptauit: in Pandectis tamen Florentinis legitur, Redadoptauit: ac rectius.
Redambulo] redambulas, pen. corr. (ἀναπερέω) redambulare, Reuerti. Plaut. Capt. 13. 131,
Cura quàm optimè potes. B R. bene ambula, & redãbula.
Redamo] redamas, pen. corr. (ἀντιφιλῶ) redamare, In amore reſpondere, Contrà, uel ſimiliter, ſiue me amantem amare. Cic. de Amicitia, 45, Quid enim tam abſurdum, quàm delectari multis inanibus rebus: ut honore, ut gloria, ut ædificio, ut ueſtitu, cultuq; corporis: animo autem uirtute prædito, eo qui uel amare, uel (ut ita dicam) redamare poſſit, nõ admodum delectari?
Redandruo] redandruas, redandruare, Antiquum, dicitur in Saliorum exultationibus, quũ præſul ampiruauit, quod eſt motus edidit, ei referũtur inuicem ijdem motus. Nonius.
Redandruare, Redire. Lucilius libro 9. Satyr.
—— ut uulgus redandruet inde. Pacuuius Chryſe,
Græcos nihil mediocriter redandruare.
Redardeſco] redardeſcis (ἀναπνεύω) redardeſcere, Iterum ardeſcere, recandeſcere. Ouid. 2. de Remed. amor. 68,
Sic niſi uitaris quicquid reuocabit amorem,
Flamma redardeſcet, quæ modò nulla fuit.
Redarguo] redarguis, redargui, redargutum, pen. product. (ἐλέγχω) redarguere, Accuſare cum reprehenſione. Cic. 2. Tuſc. 8, Philoſophia naſcatur Latinis quidem literis ex his temporibus, eamq; nos adiuuemus, noſq; ipſos redargui reſelliq; patiamur. Idem 3. de Nat. deor. 128, Improborum igitur proſperitates, ſecundæq; res redarguunt, ut Diogenes dicebat, uim omnem deorum, ac poteſtatem.
Poterat autem impunè, quis enim redargueret? Cicero 2. de Finibus, 89.
Redargue me ſi mentior. Cic. pro Cluentio, 49.

Incon-

inconſtantiam alicuius redarguere. Cic. pro Domo ſua, 17.
Verba alicuius redarguere armis. Virg. 11. Aeneid. 138.
Redarguere, partem refutationis facit. Quint. lib. 6. cap. 4, Refutatio, inquit, non ſit in negando, redarguendo, defendendo, eluendo.
Redauſpico] redauſpicas, pen. corr. (ὑπαφορμάω) redauſpicare: & Redauſpicor, redauſpicaris, redauſpicari: Incipere ſignificat, & denuò auſpicium ſumere uel auſpicari. Plaut. Capt. 12. 109,
Exauſpicaui ex uinculis, nunc intelligo
Redauſpicandum hunc eſſe in catenas denuò. id eſt, Cœpi ego illum è catenis eximere, nunc quoq; uolo ut rurſus in catenas redeat.
Reddo] reddis, reddidi, redditum, pen. correp. (ἀποδίδωμι, ἀνταποδίδωμι, ἀντικαταλλάσσω, ἀμείβω, ἀντείνω, ὑπεντείνω) reddere, Propriè eſt ablatum uel acceptum reſtituere. Terent. Adelph. 2. 4. 16,
—— reddetur, ne time.
SA. At ut omne reddat. S. omne reddet.
Mutari aliquid ab aliquo, & ei uicißim reddere aliquid aliud. Cic. de Fato, 5.
Reddere, pro Dare. Celſus iuriſconſ. De uerb. ſignif. l. uerbum, Reddendi (inquit) uerbum, quanquam ſignificatum habet retrodandi, recipit tamen & perſe dandi ſignificationem.
Reddere, Facere: ut, Reddo te certiorem, & Tu me reddidiſti probum uirum.
Reddere, Reponere. Plaut. Moſt. 3. 20,
—— tempeſtas uenit, Confringit tegulas, imbricesq; ibi dominus indiligens.
Reddere alias ne uolt. Vide Nonium.
Reddere, pro Referre, ſiue recenſere. Plin. in Præf. 11, Tria non amplius, ut opinor, abſolutè quæ traduntur inſcripta, illeſe cit, quæ ſuis locis reddam.
Perge Pomponi de Cæſare, & redde quæ reſtant. Cic. de claris Orat. 139.
Aliquem ſibi ipſi reddere. Cic. Poſt redit. in Senatu, Quid deniq; noſmetipſos nobis reddidiſtis.
Aliquẽ reddere, pro Referre, æquare, repræſentare. Plin. epiſt. 139. c, Tantæ fœminæ matrem rurſus uideor amittere, quã hæc ut reddit ac refert nobis, ſic, &c.
Clodius omnes Catilinas reddidit. Cic. Att. lib. 4. 72. 5.
Vt charitas liberorum, amiciores Reipub. parentes redderet. Cic. Bruto, 12. 3.
Anhelitum reddere, ac per uices recipere, Reſpirare. Plin. lib. 9. cap. 7. 1.
Animam reddere, Reſpirare. Cic. 2. de Nat. deor. 203, Excipiatq; animã, eam quæ ducta ſit ſpiritu, eandemq; à pulmonibus reſpiret, ac reddat. Plin. lib. 11. cap. 37. 58, Sub corde pulmo eſt, ſpirandiq; officina, attrahens ac reddens animã.
Animam reddere, Mori, expirare. ut, Animas dulces reddunt ad præſepia. Virg. 3. Georg. 99.
Et prius hanc animam uacuas reddemus in auras. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 11. 2.
Animam tandem poſt fera triſtem uulnera reddidit. Tacit. li. 4.
Animum reddere. Terent. Andr. 2. 1. 25,
C. reddidiſti animum.
Reddere ſuis authoribus. Celſus lib. 2. cap. 14.
Truncam reddere arborem. Colum. lib. 2.
Reddere, Egerere. Plin. lib. 10. cap. 47. 1, Inter aquaticas mergi ſoliti ſunt deuorare quæ cætera reddunt.
Flores reddit arbor. Plin. lib. 16. cap. 26. 2.
Iuſta reddere funeri. Plin. lib. 10. cap. 2. 2.
Nomen reddere. Plin. lib. 7. cap. 21.

Partum reddere, Párere. Vide Partus, in Pario.
Semen reddit arbor. Plin. lib. 16. cap. 26. 2.
Animum reddere, pro Reconciliari alicui, intelligi uidetur debere apud Horatium 1. Carm. ode 16. 6,
—— dum mihi
Fias recantatis amica
opprobrijs, animumq; reddas. hoc eſt, ſpem mihi redintegrandi amoris facias. Acron. Ibidem, ode 19. 1.
Finitis animum reddere amoribus. id eſt, redire ad amores, animumq; eò conuertere. Acron, Iam deſertis & alienis ab animo, denuò ijſdem incitari.
Beneficium reddere, Referre. Plautus Perſa, 22. 13. Terentius Phorm. 2. 2. 22,
Pro maleficio ſi beneficium ſummum nolunt reddere.
Quint. lib. 7. cap. 5, In paupere gratior liberalitas, quàm in diuite: dante beneficium, quàm reddente. Cic. 1. Offic. 73, Nam quum duo genera liberalitatis ſint, unum dandi beneficij, alterum reddendi.
Cauſas reddere. Hor. 1. Serm. Satyr. 4. 24,
—— ſapiens uitatu, quidq; petitu
Sit melius, cauſas reddet tibi.
Clamorem reddere. Liu. 5. ab Vrbe, 172.
Colorem reddere uini. Plin. lib. 27. cap. 12. 21.
Colori reddere. Plin. lib. 20. cap. 11. 3, Si foucantur ſemine decocto, ſugillata reddit colori.
Commotum reddere. Terent. Andr. 5. 2. 23. Vbi Donatus, Commotum, citum, celerem.
Conciliatum reddere animum alicuius. Cicero ad Atticum, lib. 14. 311. 4.
Se conuiuio reddere. Liu. 3. bel. Pun. 39.
Crepitum reddere. Plin. lib. 27. cap. 12. 6. hoc eſt, pedere.
Data reddere nolunt. Ouid. 1. de Arte, 87.
Delibutum gaudio reddere. Vide Delibutus.
Depoſitum reddere. Cic. 1. Offic. 45.
Dicta reddere magiſtro. Hor. 1. Epiſt. 19. 3.
Dictum ac factum reddere. Terent. Heaut. 4. 5. 12.
Dubia omnia reddere. Cic. 4. Acad. 149.
Eloquentiam alicuius eloquentiorem reddere. Quint. lib. 1. capite 1. 5, Et Lælij filia reddidiſſe in eloquendo paternã eloquentiam eloquentiorem dicitur. id eſt, dicitur ita retuliſſe paternam eloquentiam, ut etiam elegantius patre loqueretur.
Epiſtolam reddere. Cic. Att. lib. 1. 15. 1.
Epulis reddere ſeſe. Sil. lib. 11. 74.
Excrementa reddere. Plin. lib. 9. cap. 43. 3.
Exemplum ac effigiem uirtutis alicuius reddere, Repræſentare. Liu. 6. bel. Pun. 219.
Exequias reddere, Soluere. Ouid. ad Liuiam, 44.
Exercitatum te reddam. Vide Exercitor.
Quas hominum reddunt facies, qualeſq; colores? Lucretius libro 6. 163.
Farinam reddere dicuntur quæ moluntur. Plin. lib. 18. cap. 9. 2.
Ferociorem & impotentiorem aliquem reddere. Cic. Marcello, lib. 4. 9. 9.
Ferro reddere uitam. Cic. 7. Verr. 71. id eſt, Reliquum uitæ pugnando finire.
Fimum reddere, pro Cacare. Plin. lib. 8. cap. 15. 3.
Brachia reddunt geſtus. Ouid. 6. Metam. 62.
Gratiam reddere. Colum. lib. 4. cap. 3. 5, Experto mihi crede Syluine, bene poſitam uineam, boniq; generis, & bono cultore, nunquam non cum magno fœnore gratiam reddidiſſe.
Vxores grauidas reddere. Lucret. lib. 4. 249.
Suum cuiq; honorem & gradum reddere. Cicero pro Roſcio Amerino, 81.

Humorem reddere, pro Meiere. Plin. lib. 11. cap. 26. 3.
Imaginem reddere. Plinius libro 11. cap. 24, Adeoq; ipſ abſoluta uis ſpeculi, ut tam parua pupilla totam imaginem reddat hominis.
Redditis uerò imaginibus. Plin. lib. 35. cap. 74.
Impendium reddere uſq; ad aſſem. Vide Ad aſſem.
Impetratum reddere aliquid alicui: id eſt, impetrare. Plautus Epid. 2. 46.
Incerta omnia reddere. Cic. 4. Acad. 197.
Infectum reddere. Hor. 3. Carm. ode 29.
Arte multa inſignem reddere aliquem. Virg. 5. Aen. 141.
Iura reddere. Ouid. 1. Faſt. 51.
Iura reddere foro. Stat. 1. Sylu. 4. 10.
Ius uel iudicium reddere populo. Terent. Phorm. 2. 3. 57. Plin. de Viris illuſt. 72. Cæſar 7. bel. Gal. 302, Pro quibus meritis ciuitatem eius immunem eſſe iuſſerat, iura, legeſq; reddiderat. Vide Iudicium, & Ius.
Laborí ſe reddere. Claud. 8. Paneg. 28.
Latinè reddere, Vertere. Cic. 1. de Orat. 73.
Literas reddere. Cic. ad Brutum, 2. 1, Scripta, & obſignata iam epiſtola, literæ mihi redditæ ſunt à te.
Luccm reddere. Hor. 4. Carm. ode 5. 1.
Ludos reddere. Vide Ludus.
Meliorem aliquem reddere. Cic. Att. lib. 2. 13. 16.
Merces reddita mihi. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 8.
O fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria eſt potiſſimùm reddita. Cic. 14. Philip. 405.
Motus genitales reddere. Lucret. lib. 2. 46.
Nitorem reddere. Plin. lib. 28. cap. 8. 21.
Nomen reddere. Plin. lib. 7. cap. 21. 1.
Reddere aliquem nomine, Habere idem nomen. Virgilius 6. Aeneid. 154.
Odorem reddere, pro Odorem emittere, ſiue ſpirare. Plin. lib. 36. cap. 23. 4.
Onera ciborum reddere. Vide Onus.
Operam reddere. Plaut. Epid. 2. 22, —tu uolo Percontari, operam da, opera reddetur tibi. Idem Aſin. 3. 32.
Operas reddere. Cic. ad Tironem, lib. 16. 12. 4, Tu Muſis noſtris para ut operas reddas. id eſt, abſoluas penſum.
Ocioſum aliquem reddere. Cic. Pæto, lib. 9. 25. 7.
Paria reddere in utranq; partẽ. Cic. 3. de Finib. 20, Qui omnia ſic exæquauerunt, ut in utranq; partem ita paria redderẽt, nulla ſelectione uterentur eius, uirtutem ipſam ſuſtulerunt. Hìc Cicero exponit quid ſit paria reddere, quum ait omnia exæquauerunt.
Perfectum reddere aliquid, Perficere. Plaut. Aſin. 3. 110.
Pœnas reddere. Vide Pœna.
Pœnæ reddere aliquem. Plin. epiſt. 275, Reddendumq; pœnæ, quam fractis uinculis euaſit.
Pondo reddere. Plin. lib. 18. cap. 7. 18, Modio tritici panis pondo triginta reddit.
Promiſſa reddere alicui. Virg. 5. Aen. 78.
Quies nulla reddita eſt corporibus. Lucret. lib. 2. 20.
Quieti ſe reddere. Senec. Hippol. 4. 3.
Rationem reddere. Plaut. Aulul. 4. 6,
Tibi ego rationem reddam ſtimulorum ſeges?
Ratio reddunda eſt. Lucret. lib. 5. 14.
Rationem reddere acti, uel ſuæ uitæ. Cic. 3. de Fin. 88. Idem 1. Verr. 15, Nihil eſt enim quod minus ferendum ſit, quàm rationem ab altero uitæ repoſcere eum qui non poſſit ſuæ reddere.
Sententiæ ſuæ rationem reddere. Cic. 1. Tuſc. 60.
Rationem reddere cur. Cic. 4. Acad. 189.

Rationem reddere quare. Quint. lib. 7. cap. 2.
Nec reſponſa poteſt conſultus reddere uates. Virgilius 3. Georgicorum, 99.
Rurſus reddere. Hor. 1. Serm. Satyr. 3. 15.
Sanguinem reddidit. Plin epiſt. 114. b.
Saporem reddere. Plin. lib. 19. cap. 12. 4.
Segniorem reddere ad reſpondendum, &c. Cicero 1. de Finibus, 53.
Sepulchro corpus reddere. Virg. 2. Aen. 109.
Omnem locum, quò adis, exilij ſimillimum reddis. Cic. pro Domo ſua, 56.
Solatia reddita confuſæ menti. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 1.
Sonum reddere, pro Facere & excitare. Plin. lib. 11. cap. 51. 2.
Sonitum reddere. Cic. 1. Tuſc. 153.
Sonitum plangoris reddere. Ouid. 3. Metam. 100. De Echo.
Spiritum reddere alicui. Liu. 8. bel. Pun. 179, Vt aut (ſi ita uideatur) reddant ſpiritum P. Scipioni ab eodem illo acceptũ: aut ſeruati bis uni debitam uitam pro eo in perpetuum deuoueant. id eſt, pro Scipione fundant, quibus ut ne ſinderetur, defendit Scipio.
Reddita eſt ei tum à maioribus ſtatua pro uita. Cicero 9. Philipp. 259.
Stridorem reddit ianua. Ouid. 11. Metam. 121.
Titulum reddere meritis. Ouid. 13. Metam. 75.
Tranſactum reddere aliquid, Tranſigere. Plaut. Capt. 6. 95.
Vacuum ſe reddere alicui. Cic. ad Att. lib. 12. 257. 4. Sub. ab omni ſolicitudine.
Reddere uerbum pro uerbo. Hoc intelligitur interpretando, id eſt, Vertendo de una lingua in aliam. Cicero de Opt. gen. Orat. 148.
Vicem reddere meritis. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 5.
Vim alicuius herbæ reddere, Saporis uires referre guſtu. Plin. libro 21. cap. 18. 7.
Vitæ me redde priori. Hor. 1. epiſt. 7. 19.
Vitam reddere pro aliquo. Ouid. 10. Metam. 41,
Atq; utinam pro te uitam, tecumq; liceret Reddere.
Vitam reddere pro Republica. Cicero pro Cn. Plancio, 73. id eſt, mori.
Vocem humanam reddit pſittacus. Plin. lib. 10. cap. 42. 1.
Audire, & reddere uoces, Humaniter loqui, inquit Seruius. Virg. 1. Aen. 83.
Vota reddere. Cic. 3. de Legib. 37, Cautè uota reddundo. Curtius lib. 3, Vota deinde pro ſalute ſuſcepta per ludum atque ocium reddens.
Vrinam reddere. Plin. lib. 8. cap. 42. 12.
Reddere, Interdum eſt id quod ab aliquo acceperis ac didiceris, uel recitare, uel cantare. Hor. 4. Carm. ode 6. & epiſt. ad Lollium 2. lib. 1.
Reddere aliquid ſine ſcripto, Recitare. Cicero de claris Oratoribus, 167.
Reddere aliquem inter philoſophos, Referre, & connumerare. Quint. lib. 10. cap. 1.
Reddit ager: id eſt, fructum affert. Varro 3. de re Ruſtic. cap. 3. Vt L X. eo anno reddiderit ea pars uillæ bis tantum, quantũ tuus fundus reddit. Terent. Phorm. 4. 3. 73,
Fructum quem Lemni uxoris reddunt prædia.
¶ Redditus, pen. corr. Participium: ut, Redditæ literæ. cuius generis infinita exempla reperies.
¶ Redditurus, penult. prod. (ἀναδιδόσων) Aliud participium. Catul. de Acme, 39. 3,
Et negat mihi ueſtra reddituram
Pugillaria, ſi pati poteſtis.
¶ Redditio, Verbale (ἀποδοσις) Quint. lib. 8. cap. 3, Reddition illa rem utranq; comparat.

Redem-

Redemptio, Redemptor, Redemptura] Vide Redimo.
Redeo] redis, rediui, & frequentius redij, reditum, pen. corr. (ἐπανήκω, ἐπανέρχομαι, ἀπονοστέω, αὖθις ἀπέρχομαι, ἐπανίημι) redire, Retroire, ſiue reuerti. Terent. Andr. 1. 1. 110,
Redeo inde iratus atq; ægrè ferens. Virg. 9. eclog. 4,
Tityre, dum redeo (breuis eſt uia) paſce capellas.
Redire actutum. Plaut. Pſeud. 7. 149.
Redire rurſum. Terent. Eunuch. 4. 2. 6.
Redire retrorſum. Plin. lib. 9. cap. 31. 3.
Inde domum redeunt ſub prima crepuſcula mœſti. Ouidius 5. Faſt. 91.
Non unquam grauis æra domum mihi dextra redibat. Virgil. ecloga 1. 7.
Maturè redire. Horat. 1. epiſt. 7. 20.
Tardius redire. Ouid. 10. Metam. 134.
Redire à foro. Plaut. Aulul. 8. 6.
Redire è ſuburbano. Plin. lib. 8. cap. 40. 3.
Redire ad. Plaut. Amphit. 8. 30,
Redire ad nauim melius eſt. Terent. Heaut. 2. 3. 37,
Ad lanam redit.
Iſq; redit; q; uitam toties. Virg. 6. Aen. 25.
Redijt victor ſeu victus. Cic. ad Atticum, lib. 10. 302. 5.
Redire pedibus. Cic. 3. Verr. Plaut. Menæch. 2. 47, Nunc in Epidanum pedibus redeundum eſt mihi.
Pedibus inuitis redit. Propert. lib. 2. eleg. 26. 4.
Quid ſi redeo ad illos qui aiunt, Quid ſi nunc cælum ruat? Terent. Heaut. 4. 3. 41.
Atq; (ut ad me redeam) meminiſtis, Q. Maximo fratre Scipionis, &c. Cic. de Amic. 79. id eſt, Vt redeam ad propoſitum.
Sed redeamus illuc, unde diuertimus. Cicero ad Cornificium, libro 12. 25. 10.
Illuc quæſo redi quo cœpiſti. Terent. Adelph. 2. 1. 36.
Illuc, unde abij, redeo. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 22.
Redire in amicitiam alicuius. Liu. 5. bel. Pun. 90.
Redeunt amores uel cum odio depoſiti. Plin. lib. 24. cap. 17. 11.
Redit mihi animus. Terent. Hecyra, 3. 2. 12.
Animi redíre uiris. Valer. 3. Argon. 94.
Redit animo hæc res: id eſt, in memoriam redit. Plinius epiſtol. 176. b.
Ad animum alicuius redire. Quint. lib. 7. cap. 2. 36.
Aut redit à nobis Aurora, diemq; reducit. Virg. 1. Georg. 50.
Color Vere redit oſibus. Virg. 3. Georg. 55.
Carbaſa redierunt aduerſo uento. Ouid. epiſt. 15. 20.
Ad cibos uiribus conſeruandis idoneos redeunt. Quintilianus libro 2. cap. 10. 5.
Redit color. Plinius libro 13. capite 25. 5, Reſtinctis colore ſuo redeunte.
Color redit in ora. Ouid. 3. de Arte, 145.
In concordiam redire. Plaut. Amph. 11. 7.
In conſpectum redire. Cic. 7. Verr. 113.
In deditionem redire. Liu. 8. bel. Pun. 62. Sueton. in Claud. Cæſar. c. 25.
In familiam redire. Quint. lib. 3. cap. 6. 68, In adoptionem dato redire in familiam licet.
In fidem alicuius redire. Liu. 5. bel. Pun. 1.
Gramina iam redeunt campis. Horat. 4. Carm. ode 7. 1.
In gratiam cum aliquo redire. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 81, Vt cum Craſſo redirem in gratiam. Terent. Phorm. 5. 9. 40,
Redeat ſanè in gratiam, iam ſupplicij ſatis eſt mihi.
In gratiam redire cum libris. Cic. ad Varronem, lib. 9. 1. 3, Scito enim me poſtea quam in urbem uenerim, redijſſe cum ueteribus amicis, id eſt, cum libris noſtris in gratiam.

Redit ad te hæreditas. Terẽt. Hecyr. 1. 2. 97. Idẽ Adelp. 2. 2. 28,
Iámne enumeraſti quod ad te rediturum putes?
Ad ineptias redire. Cic. 2. Tuſc. 51.
Ad ingenium redire. Terent. Adelph. 1. 1. 45.
Redit agricolis labor actus in orbem. Virg. 2. Georg. 81.
In memoriam redire, Reminiſci. Terent. Phorm. 5. 3. 19,
Non temerè dico, redi mecum in memoriam. id eſt, memineris ut ego. Cic. de Senect. 19, His enim ipſis legendis redeo in memoriam mortuorum.
Menti ſingula redeunt: id eſt, Reminiſcor ſingula. Valerius 8. Argonaut. 42.
Mens redijt. Ouid. 14. Metam. 101.
In metum redire. Plin. epiſt. 164.
In mores patrios redire. Liu. 9. bel. Pun. 9.
Redit mos. Liu. 2. ab Vrbe, 184.
Ad nilum redeunt res funditùs omnes. Lucret. lib. 2. 152.
Nihil ad me redit ex his. Cic. 2. de Finib. 125. id eſt, Nullum ex his percipio commodum.
Redire in ordines, dicuntur milites. Liu. 5. bel. Maced. 16, Obſtabant duces, haſtilibus cædentes terga trepidãtium, & redire in ordines cogentes.
Vt ad pauca redeam, Vt in pauca conferam. Terentius Phormio. 4. 3. 43.
Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias. hoc eſt, ut breuibus agam. Idem Hecyra, 1. 2. 60.
Ad præcedentia redire. Cic. de Amic. 82.
Ad propoſitum redire. Cic. 1. Tuſc. 37.
Ad pugnam redire. Virg. 5. Aeneid. 91.
Rabies eadem redit. Lucret. lib. 4. 225.
Ad rationem redire. Quint. lib. 6. cap. 1, 22.
Ad rem redire. Terent. 2. 3. 78,
Syre uerum hic dicit: mitte, ad rem redi. Cic. 1. de Finib. 100, Sed ad rem redeamus, de omnibus dici neceſſe eſt.
Sed ut ad rem redeam, legionem Martiam & quartam negant, qui illas norunt, ullà conditione ad te poſſe perduci. Cic. ad Brutum, lib. 11. 14. 3.
Redijt res in eum locum. Terent. Adelph. 2. 4. 9,
Sed hoc mihi dolet, nos penè ſerò ſciſſe, & penè in eum locum Rediſſe, ut ſi omnes cuperent, nihil tibi poſſent auxiliarier. Idem Heaut. 2. 3. 118.
Adeò res redijt. Terent. Phorm. 1. 2. 5,
Præſertim ut nunc ſunt mores: adeò res redijt,
Siquis quid reddit, magna habenda eſt gratia. Vbi Donatus, Figuratè, pro, Ita ut loqueris, adeò res redijt, dixit. Et propriè res rediſſe dicitur, quum aliquid petius expectatione contigit.
Redijt mihi res ad reſtim, ſiue ad raſtros, Prouerbium, de re deſperata. Terent. Phorm. 4. 4. 5. Idem Heaut. 5. 1. 58.
In ſaporem redire. Plin. lib. 11. cap. 42. 3, Caſeos redire in muſteum ſaporem, aceto & thymo maceratos, certum eſt, hoc eſt, recipere eaſdem ſaporis uires quas muſtum, uel muſtelli. id eſt, recentem & nouum.
Sæpe in magiſtrum ſcelera redíre ſua. Senec. Thyeſte, 4. 28.
Ad ſe redire, Animum recipere, animam colligere. Cic. ad Atticum, lib. 7. 123. 12. Terent. Andr. 3. 5. 16,
Sed paululum ſine ad me ut redeam. Idem Adelph. 5. 3. 8,
Tandem reprime iracundiam, atq; ad te redi.
Ad ſe redeunt diſcuſſis terroribus. Lucret. lib. 4. 202.
Ad ſe, & ad mores ſuos redire, Priſtinos mores reſumere. Cicero 1. Verr. 31.
Febres redeunt. Plin. lib. 28. cap. 16. 10. Vide Febris.
Primordia redeunt in antiquas ſedes. Lucret. lib. 6. 175.
Redire in rectam ſemitam, ſiue in uiam. Plaut. Caſina, 11. 33.

Terent.And.1.2.19.Cic.12.Philip.322,Quòd si est erratũ P.C.spe falsa atq; fallaci,redeamus in uiam:optimus est portus pœnitenti,mutatio consilij.
Ad summum res redit.Lucret.lib.3.186.
In ueram redijt speciem,solitumq; nitorem.Ouid.4.Met.47. De Apolline,qui in fœminam mutatus fuerat.
In antiquum statum redire.Liu.3.ab Vrbe,36.
Redit ad te summa imperij.Cæsar 1.bell. Ciuil.13.
Tum ultus redeunt in corda.Claud.de bel.Get.43.
Ad suum uestitum redire.Cicero pro Sestio, 25, Quum subitò edicunt duo Coss.ut ad suum uestitum Senatores redirent.id est,deposita luctus ueste,Senatoriam suam acciperent.
Redire uiam,& Inire uiam,apud iurisconsultos.Cic. pro Mureena,23,Prætor interea,ne pulchrum se ac beatum putaret, atq; ipse aliquid sua sponte loqueretur,ei quoq; carmen compositum est,cùm cæteris rebus absurdum,tum uerò nullo uitio,utriq; superstitibus præsentibus,istam uiã dico,Inite uiã. Præstò aderat sapiens ille,qui inire uiam doceret,Redite uiã: eodem duce redibant.
Vires redière mihi.Valer.4.Argon.135.
Quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus. Virgilius 2. Aeneid.74.
Vultus ardore remisso rediit.Stat.8.Thebaid.104.
Redire,Prouenire.unde fit Reditus,pen.corr. Prouentus. Plin. lib.14.cap.4.7.Varro 1.de re Rust.cap.44. Vt ex eodem semine aliubi cum decimo redeat,aliubi cum quintodecimo: ut in Hetruria,& locis aliquot in Italia.In Sybaritano dicũt etiam cum centesimo redire solitum.
Reditur,penult.prod.Impersonale.Liuius 3.ab Vrbe,22, Romam reditum est, iustitium remissum est.Cicero 3.de Legibus,27, Sed iam si placet,de prouincijs discedatur,in urbemq; redeatur.
¶Rediens,redeuntis, Particip. (ἐπανήκων)ut,Anus rediens. Horat.3.Carm.ode 8.2.
Lunæ redeuntis cornua.Ouid.10.Metam.95.
¶Rediturus,pen.prod.Aliud Particip.(ἐπανήξων)Cic. Att.libro 13.26.3,Ad quos dies rediturus sim,ad te scribam. Ouidius 4.de Ponto,eleg.5.9,
Fluminaq; in fontes cursu rediturа supino.
Dies non redituræ.Propert.lib.2.eleg.16.5.
Vela rediturа tenebat Eurus.Ouid.7.Metam.135.
¶Reditus,pen.cor.m.g,substantiuum(ἐπάνοδος,ἀνακομιδή, παλίνοστος)Reuersio.Cic.de Amic. 12, Idem dicebat semper animos hominum esse diuinos,ijsq; quum è corporibus excessissent,reditum ad cælum patere.
Aditus & Reditus,opponuntur.Cic.pro Cluent.94.
Itus & Reditus,opponuntur.Cic. Att.lib.15.324.3.
Profectio & Reditus,contraria.Cic.de clar.Orat.120.
Ad meum reditum.Vide Ad præpositionem.
Dulces reditus abscindere.Horat.Epod.16.7. id est, impedire quo minus reuertamur.
Aperire reditum.Vide Aperio.
Arcere reditu.Vide Arceo.
Cessare ex reditu.Vide Cesso.
Conficere reditum.Vide Conficio.
Excusare reditu.Ouid.epist.23.13.
Ferre reditum,Redire.Catull.de Coma Berenicis,61.7, Si reditum retulisset is.
Ferre reditum in nemora.Catull.de Berecynth.58.16.
Morari reditu.Horat.3.Carm.ode 5.11.
Parare reditum sibi.Horat.1.epist.2.5.
Patent reditus populo.Ouid.1.Fast.56.
Perimere reditum.Vide Perimo.
Maturum reditum pollicitus.Horat.4.Carm.ode 5.1.
Inanes reditus sibi promittere.Ouid.11.Metam.116.
Referre reditum.Catull.de Berecynth.58.10,
Animo æstuante rursus reditum ad uada retulit. Alij legunt,detulit.
Ad reditum reseruare.Vide Ad.
Rupêre reditum Parcæ.Horat.Epod.14.3.
Non erit emisso reditus tibi.Horat.1.epist.21.2.
Solis anfractus,redituq;.Cic.de Somnio Scip.7.
Reditus in gratiam. Cicer. ad Appium Pulchrum,lib.3.50,3, Quid illa tandem popularia?reditus illustris in gratiam, in quo ne per imprudentiam quidem errari potest sine suspicione perfidiæ.
Gratiæ reditus ei patet.Cic.de Arusp.resp.49.
Reditus,Prouentus,eo quòd singulis annis redeat. Ouid.2.de Ponto,eleg.3.4,
At reditus iam quisq; suos amat,& sibi quid sit Vtile sollicitis computat articulis.Plin.lib.17,cap.1.8.
¶Reditio,reditionis,Verbale. Cic.3.Ver.10.Cæs.1.bell. Gall. 19,Vt domum reditionis spe sublata, paratiores ad omnia pericula subeunda essent.
¶Redito,reditas,pen.cor.(ἀπανοστέω)reditare.Frequent.Statim,siue continuò redire.Plaut.Capt.7.20,
Ac si non reditas huc,&c.Exemplaria quæ legimus, reditas hoc loco legunt.
Redhibeo]redhibes,pen.corr redhibui,redhibitum,penult, corr.redhibere:ex Re & Habeo compositum, d interposita,causa melioris soni.Est(inquit Vlpian.de ædilitio edicto, l.redhibere)facere ut rursus habeat uenditor quod habuerat:quia id reddendo fiebat,idcirco redhibitio est appellata,quasi redditio.Festus,Redhiberi dicitur id quod redditũ est,improbatumq;.Plaut.Merc.7.77,
Quid si igitur reddatur illi unde empta est? D. minimè gentium. C.Dixit se redhibere,si non placeat.De uenditore loquitur. id est,precium restituere,re reddita scilicet. Idem Menæh.
Saluum tibi,ut mihi dedisti,redhibeo marsupium. id est, restituo,reddo.Vlp.in l.Pomponius.de acqui.uel amit. poss. Præterea quæritur,si quis hominum uenditori redhibuerit, an accessione uti possit uenditio ex persona eius.Cic. 3. Off. 123,In mancipio uendendo dicendáne uitia,non ea quæ nisi dixeris,redhibeatur mancipium?
¶Redhibitio,Verbale.Quint.lib.8.cap.3,An non pudeat creditam creditam pecuniam periodis postulare, aut circa stillicidia affici,aut in mancipij redhibitione sudare? hoc est,in agendo tanta uti uehementia,ut sudorem emittas. Est autem redhibitio,actionis nomen,quæ & redhibitoria actio uocatur.Ea uerò actio contra eum intentatur,qui quid corrupti uitio commutauerit siue uendiderit,ut cogatur & restituere precium,& retrò quod tradiderat accipere: hoc est enim redhibere,ut ex titulo De ædilitio edicto colligi potest. Hæc ille pres.
¶Redhibitorius,a,um, Adiect.ut,Redhibitoria actio,& Redhibitoria exceptio. Pompon.in l.si tamen.D.de ædil.edict. & Papinianus ibidem in l.actioni redhibitoriæ.
¶Redhibitorium iudicium.Caius in l.si quid uenditor.ff.de ædilit.edict.& alibi sæpius eodem titulo.
Redhostio]redhostis,redhostire,Antiquum, Reddere. Accius,Amphit.Cedo ecquid hic redhostit eam,quum mi assem obbiet facilius. Sic enim legit Iunius medicus apud Nonium: & rectius, ut opinor, quàm hactenus est excusum.
Rediculus]Deus extra portam Capenam à Romanis tum excogitatus,quando Hannibal dimissa urbis obsidione, ex illo loco castra mouit,quibusdam præstigijs perterritus. Alexand.

lexan.Alexandrinus libro Genialium dierum,2.cap.4,Næniæ quoq; sacellum,quod cantu querulo funeribus præesset, pari exemplo ab urbe semotum,extra portam Viminalem statuerunt:sicut phanum Quiritis uia Lauicana & Rediculi extra portam Capenam,quod secundo Punico bello constructum fuisse constat. Quum enim Hannibal urbem oppugnaturus,inter Anienem & mœnia Romana castrametatus foret,quod nulla bene gerendæ rei occasione data,& spe urbis potiundæ abscissa,fatum urbis & propitij dij,illius mentem ab oppugnanda urbe auertissent,& inde parum feliciter redijsset.Rediculo deo phanum ibi constructum ferũt: dictumq; est Rediculi,quòd uisis infecto negocio redierit.
Redigo]redigis,pen.cor.redegi,pen.prod.redactũ (συναγω,περιτρέπω,παθίστω,ἀποστρέφω,ἐξαναγκάζω)redigere, ex Re & Ago compositum,a in i conuersa,& d interposita: Est ui quadam uel industria ducere ad aliquid,uel aliquò:& semper accusatiuum postulat cum præpositione, multisq; accommodatur actibus,& in utranq; partem sumi solet.
Redigere bona alicuius:Accumulare,in unum reducere.Cic.4. Verr.32,Syracusani,qui præfuerant his Heraclij bonis uerbo redigendis,redispertiendis,reddebant eorum negociorũ rationem in Senatu.Idem Cic.1.Verr.31,Deinde bona uendit,pecuniam redigit.
Redigere penes aliquam copiam frumenti.Cic.5.Verr.146.
Pecuniam ex bonis patrijs in prædæ dissipatione redigere. Cicero 13.Philipp.150.
Quæstum totum ad se redigere.Cic.de Arusp.resp.39.
Redactus eò,& In id loci redactus:hoc est,eò deueni, ac perdidus sum.Terent.Eun.4.4.23,
Eò redigis me, ut quid egerim,egomet nesciam. Idem Phorm.5.8.86.
Redigere ad æqualitatem.Plinius lib.30.cap.13.2,Carnesq; excrescentes,ad æqualitatem redigit.
In ærarium redigere uenditum sub hasta.Liu.4.ab Vrbe,232.
Ad assem redigere.Plin.lib.18.cap.3.6.
In concordiam redigere.Plaut.Amph.5.13.
In deditionem imperij redigere,Cogere ut se dedant.Cicero 4. Philipp.161.
In ditionem suam redigere.Cic.pro Corn.Balbo,18,Quos Gaditanis aduitoribus armis subegimus,atq; in ditionem nostram redegimus.
In gratiam redigere aliquos.Terent.Phorm,5.8.73.
Sub imperium Romanum redigere.Cæsar 5.bell.Gall.113.
Ad interitum redigere.Lucret.lib.5.175.
Ad uanum & irritum uictoriam redigere.Irritam uictoriam facere.Liu.6.bel.Punici,188.
In iura sua redigere.Ouid.3.Fast.13.
Ad sex libros redigere.Varro 1.de re Rust.cap.1.9.
Ad ultimam maciem redigere.Col.lib.4.cap.3.4.
In antiqua mala redigere.Liu.3.ab Vrbe,40.
In memoriam redigere:id est,reducere.Terent.Phorm.2.3.36. Cic.2.Philip.41,Quî autem tibi uenit in mentem,redigere in memoriam nostram,te domi Publij Lentuli esse educatũ?
Ad miseriam redigere aliquem. Plautus Amphit.14.25.Terentius Heauton.5.1.56,
Quàm hic per flagitium ad inopiam redigat patrem.
Ad necessitatem redigere.Quint.lib.8.cap.6.
Ad nihilum redigi.Lucret.lib.1.162.
Ad numerum duorum redigi.Ouid.6.Metam.40.
Ad onus minimum redigere.Ouid.14.Metam.30.
In ordinem redigere.Vide Ordo.
In ordinem aliquem authorem redigere,alium omnino eximere numero.Quint.lib.1.cap.4.3.
Ad paucos redigere.Cic.pro Marcello,6.
Ad uel in peregrinitatem redigere.Sueton.in Claudio,cap.16, Vlpianus de in ius uocando,Sed si per pœnam deportationis ad peregrinitatem redactus sit patronus,putat Pomponius eum amisisse honorem.Vide Peregrinus.
In potestatem,uel in seruitium redigere,Sibi subditum & seruum facere.Plaut.Aulul.6.42,
Nihil moror quæ in seruitutem sumptibus redigunt uiros. Cic.3.Off.104,Si se Consulem fecissent,breui tempore,aut uiuum aut mortuum Iugurtham se in potestatem populi Rom.redacturum.
In prouinciam redigere.Cæsar 1.bel.Gal.198.
Rem ad pristinam belli rationem redigere. Cæsar 1. belli Ciuilis,283.
In seruitutem redigere.Vide Redigere in potestatem.
In speciem redigere. Plinius libro 14. capite 4. 14,Duranti; adhuc uina ducentis ferè annis,iam in speciem redacta melis asperi.
In tranquillum redigere.Liu.3.ab Vrbe,169.
In turbam sordidissimam redigere. Senec.de Benefic.libro 3. capite 15.
In unum redigere.Cic.5.Philip.172, Quibus rebus tanta pecunia una in domo coacernata est,ut si hoc genus in unum redigatur,non sit pecunia pop.Rom.defutura.
Redigere,pro Agere,siue ducere.Liu.6.bel.Pun. 63, Hi supra xxx.comprehensi,& cum transfugis nouis multati uirgis,manibusq; præcisis Capuam rediguntur.
In urbem redigere,Reducere.Plin.de Viris illust. 23.
Hostem in castra redigere,Vi agere.Liu.1.bel.Pun.34.
Rem ex difficillima facilem redigere:id est,facilem reddere.Cæsar 2.bel.Gallici.
Redactus]redactus,redactui,quartæ inflectionis substantiuum.id est,pecunis ex frugibus uenditis redacta. Scæuola,l. 58.§.1.ff.de usufructu,Sempronio do lego ex redactu fructuum oleris & porrinæ,partem sextam.sic enim in Pandectis Florent. & manu scriptis codicibus legitur,non reditu.
Redimio]redimis,pen.corr.redimiui,redimitum,pen.prod. (ἀναπλέω,ταινιόω)redimire,ex Re & Emio, d interposita compositum,& e in i mutata:significat Ornare, coronare,circundare.Claud.de raptu Proserpinæ, libro 2. 20,
Hic lauro redimita comas,& cãdida uultu,&c.Ibid.70,
Pieriam tenui frontem redimita corona
Contentus,famæ nec dare uela suæ.Cic.Tusc.73,Incẽdes odores,& sertis redimiri iubebis & rosa.Idem in Somnio, 21,Cernis autem terram eandem, quasi quibusdam redimitam & circundatam cingulis.
Coronis redimire caput.Lucret.lib.5.281.
Intonsas comas uiridi redimita corona.Sil.lib.16.105.
Iam mea uotiua puppis redimita corona. Ouidius 3. Amor. eleg.10.6.
Crinem redimire corymbis.Stat.1.Syl.5.4.
Frons redimita corymbis.Tibull.lib.1.eleg.17.9.
Ausus es hirsutos mitra redimire capillos.Ouid.epist.9.13.
Frondibus redimita capillos.Ouid.1.Fast.142.
Loca redimita syluis.Catull.de Berecynthia,58.1.
Vittis,& sacra redimitus tempora lauro.Virg.3.Aen.17.
¶Redimiculum,redimiculi.pen.cor.(ταινία,πάλλωτρον) Ornamentum capitis mulierum,& uittarum teniæ pendentes à posteriore parte mitræ.Iuuen.Satyr.2.9,
—— accipient te
Paulatim,qui longa domi redimicula sumunt
Frontibus,& toto posuêre mõilia collo.Cic.5.Ver.64,
Hæc ciuitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines.Virg.9.Aeneid.123,

Et tuni-

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.
Aurea redimicula demere collo. Ouid. 4. Fast. 27.
Redimicula longa. Iuuen. Satyr. 2. 9.
Auferre collo redimicula. Ouid. epist. 9. 15.
Aure leues baccæ redimicula pectore pendent. Ouidius 10. Metamorph. 53.
¶ Redimitus, huius redimitus, pen. prod. Solinus cap. 46, Plurimis crines intonsi, mitrata capita, redimitu pari.
Redimo] redimis, pen. cor. redemi, pen. prod. redemptum (λυτρόω, ἀπολυτρόω, ἐξωνέομαι, ἐξαγοράζω) redimere, ex Re et Emo, d interpositæ, euphoniæ causa, compositum: pro simplici accipitur. Plaut. Menæh. 15. 6,
Ego tibi redimam bis tanto pluris pallam.
Paululo redimere. Vide Paululum.
Domum redimere. Cic. 13. Philip. 350, Eamq; non minoris, quàm emit Antonius, redimet: redimet inquam Cn. Pompeij domum filius.
Hostias redimere. Cic. 2. de Inuent. 183.
Redimere sibi amicos. Cicero 5. Verr. 128. Cæsar 1. bell. Gall. 196, Quorum omnium gratiam atq; amicitiam eius mortem redimere posset.
Pacem redimere re aliqua. Cæsar 1. bel. Gall. 149. Cic. ad Quin. frat. lib. 1. 1. 51, Æquo animo parte aliqua suorum fructuum pacem sibi sempiternam redimat, atq; ocium.
Voluntates militum largitione redimere. Cæsar 1. bel. Ciuil. 153.
Redimere precio sepeliendi potestatem. Cic. 7. Ver. 93.
Auro redimere ius sepulchri. Ouid. 13. Metam. 95.
Qui ab hostibus capti sunt, uel alicui pœnæ obnoxij, soluto precio redimuntur. Item, qui iniustè uexantur, si per solutionem pecuniæ liberati fuerint, redemisse uexationem dicuntur. Terent. Eunucho, 1. 1. 29,
Quid agas, nisi ut te redimas captum quàm queas
Minimo: si nequeas paululo, at quanti queas. Curtius, Sed medici q̃ uoq; grauiores morbos asperis remedijs curant: & gubernator si naufragium timet, iactura quicquid seruari potest, redimit.
Redimere captos. Cic. 2. Offic. 80.
Vt corpus redimas, ferrum patieris & ignes. Ouid. 1. de Remedio amoris, 46.
Redimere præteritam culpam. Cic. ad Senat. lib. 10. 8. 2, Ille præteritam culpam redimere dicitur, qui aliquo egregio facto compensat.
Acerbitatem à Repub. suis priuatis & domesticis incommodis redimere. Cic. Cælio, lib. 2. 15. 13.
Redimere precio uirgarum metum. Cic. 7. Ver. 91.
Vt sua per nostram redimat periuria pœnam. Ouidius 3. Amor. eleg. 3. 5.
Morte mortem redimere. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 21.
Redimere dicitur, qui precio accepto aliquid faciendum suscipit, quod & Conducere dicimus. Cic. 3. Verr. 100, Si pupillo opus redimi, mihi præda de manib. eripitur. Ibid. 21, Etenim qua stultitia fuissem, siquam diem qui istum eripiendum redemerunt, in cautione uiderunt, &c. Redemerunt (inquit) id est, qui susceperunt procurationem eorum pendorum iudicum, & conduxerunt eorum pendorum iudicium Budæus.
Conducere & Redimere, pro eodem. Vlpianus, Quare etsi lanam conduxerit ufuarius expediendam, poterit etiam per usuarias ancillas opus perficere. Idemq; si uestimenta texenda redemerit, uel insulam uel nauem fabricandam: poterit ad hoc operis uti usuarius.
Redimere uectigalia. Cic. 5. Verr. 67.
Redimere opus faciendum. Cic. 5. Verr. 13.
¶ Redimendus, Particip. (λυτρωτέος) Ouid. epist. 3. 8,
Si tibi ab Atrida precio redimenda fuissem.

¶ Redemptus, Aliud particip. (λυτρωθείς) Virg. 9. Aen. 43,
Sit qui me raptum pugna, precióue redemptum
Mandet humo.
Mercede capitis redemptus. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 13.
¶ Redemptio, redemptionis, Verbale (λύτρωσις, ἀνάῤῥυσις) Cic. 2. Verr. 11, Vt primum è prouincia redijt, est redemptio huius iudicij facta grandi pecunia.
Temeritas redemptionis. Cic. de Prouinc. Conf. 9.
Redemptio, Quod pro liberatione datur. Plin. de Viris illust. 55, His facilè uictis, inter captiuas uxor regis Ortiagontis Centurioni cuidam in custodiam data, à quo ui stuprata de iniuria tacuit. Et pòst, Impetrata redemptione, marito adulterum Centurionem, interficiendum tradidit.
¶ Redemptor, redemptoris (λυτρωτὴς) Vectigalium emptor,
Festinat calidus mulis, gerulisq; redemptor. Horatius 1. epistol. 2. 15.
Redemptor, Qui certo precio conducit uniuersum aliquod opus faciendum. Cic. 2. de Diuin. 70, Et redemptor qui columnam illam de Cotta & de Torquato conduxerat faciendã, non inertia aut inopia tardior fuit, sed à dijs immortalibus ad istam rem reseruatus est. Idem ad Qu. frat. lib. 2. 8. 3, Redemptori tuo dimidium pecuniæ curaui.
Redemptores (inquit Festus) proprièatq; antiquè consuetudine dicebantur, qui quum ad faciendum aut præbendum conduxerant, effecerant q;, tum demum pecunias accipiebant. Nam antiquitùs emere pro accipere ponebatur. At ij nunc dicuntur redemptores, qui quid conduxêre præbendum, uectendumq;.
Redemptor pontis portorium ab eo exigebat. Labeo in l. cum in plures. §. uehiculum. ff. locati & cond.
Redemptor syluæ, Qui conduxit operas ad syluam custodiendam: uulgò syluanus dicitur. Alphenus in lege. ff. locati & cond.
¶ Redemptor litium, seu causarum, quis dicatur, pulchrè explicat Alexandrinus Alexand. lib. 4. cap. 16, Redemptor causarum is dicitur, qui lites quotidianas pecunia mercari, illasq; pactionibus muneribusq; pellicere conaretur, haud secus quæ qui domos ædificium q; faciendum, utendúue conducit: qui etiam quadruplator, & interceptor alienæ litis dictus est: quos homines tanquam inciuiles, & malarum artium artifices, ureconsulti iure incessêre.
¶ Redempto, redemptas, redemptare, Frequent. A quo,
¶ Redemptito, redemptitas, pen. cor. (λυτρεύομαι) redemptitare. Plaut. Redemptitauêre ad unum captos. Cato apud Festum, Legè facta benefactis non redemptitauêre.
¶ Redemptura, redemptura, pen. prod. Quæ sit per mancipes. Liuius lib. 3. bel. Pun. Exhortandos qui redemptoris auxissent patrimonia, ut Reip. ex qua creuissent, ad tempus commodarent. Vlpianus in l. quicunque. §. 1. ff. de iniuria actione, Labeo quoque scribit, Siquis ijs pecunijs fœnerandis, agris colendis, mercaturis, redemptoris q; faciendis præposuerit, &c.
Redinteger] redintegra, redintegrum, pen. cor. ex Re & integer compositum, Rursus integrum & renouatum significat. Liu. 8. ab Vrbe, 161, Tunc Papyrius redintegra ira sponsori Magistrum equitum, ac uirgas & secures expediri iussit. Vetus exemplar habet, redintegrata.
¶ Redintegro, redintegras, penultima correpta, redintegrare, Rursus inchoare, instaurare, siue innouare & integrum facere. Plinius in Paneg. 104, Hominisne istud ingenium est, hominis potestas, renouare gaudia, redintegrare, lætitiam, nullamq; requiem gratulationis dare? Componitur à Re, & Integro, integras, d interposita, euphoniæ causa.

Acies redintegrata. Vide Acies.
Animum redintegrare, Instaurare, resumere. Cæsar 2. bell. Gall. 322.
Bellum redintegrare, Redintegrare prælium. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 9. 3. Liu. 1. ab Vrbe, 53.
Iram redintegrare. Vide Redinteger.
Memoriam redintegrare. Liu. 3. ab Vrbe, 235.
Pacem redintegrare. Liu. 2. ab Vrbe, 62.
Redintegrari seditionem. Tacit. lib. 1, Horum aduentu redintegratur seditio.
Spem uictoriæ redintegrare. Cæsar 7. bell. Gal. 104.
Vires redintegrare. Cæsar 3. bel. Gall. 453.
Redintegro, aliud quàm Renouo. Author ad Herennium, libro 2. 85, Vt renouetur, non redintegretur oratio.
¶ Redintegratio, Verbale, Renouatio. Terent. And. 3. 3. 24,
Amantium iræ, amoris redintegratio est. Cic. Antè quàm iret in exilium, 5, Nam quid ego improborum factã renouem oratione, ut redintegratione illius coniurationis animos uulnerem uestros?
Redinunt] pro Redeunt, scripserunt ueteres. Festus.
Redipiscor] redipisceris, pen. corr. redeptus sum (ἀναπτόμαι) redipisci, Assequi. Plaut. Trinum. 14. 15,
—— inter eósne homines condalium te
Redipisci postulas, quorũ eorum unus surripuit currẽti, Cursori solum?
Reditio, Reditus] Vide Redeo.
Rediuia] rediuiæ (ἀναφορυχία) Morbus est, quum cutis extrà ungues se soluit: quia rediuire, soluere est, inquit Festus. Plin. lib. 29. cap. 2. 1, Lana succida rediuias sanat ex aqua frigida. Peritiores dicunt, Reduuia, per q̃ntam uocalem.
Reduuiam curare. Cic. pro Rosc. Amer. 76, Intelligo me ante tempus iudices hæc scrutari, & propemodum errare, qui quum capiti Sext. Roscij mederi debeam, reduuiam curem. hoc est, Qui res maximi momenti & præcipuas negligam, secundarias, & infinitis partibus minoris æstimandas consecter. Plin. lib. 28. cap. 4. 8.
Reduuiæ escarum. Solin. cap. 45, Trochilos auis est paruula. Ea dum reduuias escarum affectat, os belluæ huiusce paulatim scalpit, & sensim scalpurigine blandiente aditum sibi in usq; fauces facit, &c. Reduuias escarum uocat reliquias cibo rum, inter crocodili dentes hærentium. Has dormiente crocodilo appetit trochilus, inde uictum sibi parans, ut scribit etiam Plin. lib. 8. cap. 25.
Rediuius] rediuij (πρόσωμα) Vermiculus, seu animalculum quoddam, quod infixo semper sanguini capite uiuit, cui uni ex omnibus, cibi exitus non est, sed usq; adeò intumescit satietate, ut ipso alimento moriatur. Hoc Græci πρόσωπα uocãt, Latini rediuium, à rediuiendo, id est soluendo, quòd carnem animalium suctu resoluat. Colum. lib. 6. cap. 2. 4, Ventri quoq; & sub femina manum subijcere conuenit, ne ad eiusmodi tactum postmodum pauescant, & ut rediuij, qui plerunque feminibus inhærent, eximantur. Alia exemplaria habent, ricini. Vide Plinium libro 11. cap. 34. Ricinus alidis dicitur.
Rediuiuus] pen. prod. Adiect. (ὑποσύστατος, ψεκλίμψυχος) Quod ex uetusto renouatur. Iuuen. Satyr. 6. 37,
Prodiga non sentit pereuntem fœmina censum,
Ac uelut exhausta rediuiuus pullulet arca,
Nummus, & è pleno semper tollatur acceruo,
Non unquam reputat quanti sibi gaudia constent. Cic. 3. Ver. 104, Virum existimatis minus operis esse, unam colũnam efficere ab integro nouam, nullo lapide rediuiuo, an quatuor illas reponere? Et paulo pòst, Rediuius sibi habeto. Quasi quicquam rediuiui ex opere illo tolleretur: ac non totum opus ex rediuiuis constitueretur.
Bella rediuiua. Sil. lib. 10. 52.
Gens rediuiua. Silius lib. 1. 22.
Redoleo] redoles, pen. corr. redolui uel redoleui, redolitum uel redoletum (μυρίζω, ἀπόζω) redolere, Multum olere. Virgil. 4. Georg. 34,
Feruet opus, redolentq; thymo fragrantia mella.
Antiquitatem redolet, per translationem. Cic. de clar. Orator. 41, Sed nescio quomodo huius quem constat eloquentia præstitisse, exilliores orationes sunt, & redolentes magis antiquitatem, quàm aut Lælij, aut Scipionis, aut etiam ipsius Catonis.
Nihil igitur illa uicinitas redolet? Cic. pro Cælio, 37.
Fœtorem redolet. Columell. lib. 12. cap. 18. 2.
Sermonem eius redolet. Cic. pro Sestio, 18.
Situm redolet. Plin. lib. 12. cap. 12. 1.
Solitudinem redolere. Plin. lib. 12. cap. 17. 5.
Vinum redolere. Cic. 2. Philipp. 74.
Virus redolere. Plin. lib. 12. cap. 12. 2.
¶ Redolens, pen. corr. Participium (μυρίζων) ut,
Mella redolentia thymi flore. Ouid. 15. Metam. 16.
Mala redolentia. Ouid. 8. Metam. 136.
Redones] Galliæ populi. Vide Rhedones.
Redono] redonas, pen. prod. (ἀναδίδωμαι) redonare, Reddere. Horat. 2. Carm. ode 7 1,
Quis te redonauit Quiritem
Dijs patrijs, Italóq; cœlo?
Inuisum nepotem Marti redonabo. Horat. 3. Carm. ode 3. 7.
Redordior] redordiris, pen. prod. redorsus sum (ἀνυφαίνω) redordiri, Retexere: Quod orsum est & textum, filatim explicare, & dissoluere. Quod bombyces ordiuntur, nos redordimur: deinde rursum teximus, & pannum conficimus. Plin. lib. 9. cap. 17. 5, Vnde geminus fœminis nostris labor, redordiendi fila, rursumq; texendi. Et lib. 11. cap. 22. 2, Prima ea redordiri, rursusq; texere inuenit.
Redormio] redormis, redormiui, redormitum (ἀναπολμάω) redormire, pen. prod. Rursum dormire. Plin. epist. 213. b, Paulum redormio: dein ambulo, mox orationem Græcam Latinamúe clarè & intentè, non tam uocis causa quàm stomachi lego.
¶ Redormitio, redormitionis, Verbale (ἀνάπολμησις) Plinius libro 10. cap. 73. 3, In redormitione uana esse uisa, propè conuenit.
Redostio] redostis, redostiui, redostitum (ἀντικερτόμαι) redostire, pen. prod. antiquum, Gratiam referre. Naeuius in Lupo, Vel ueniens regem salutat, iubet Albanum millium comitem, senem, sapientem contrà redostis menulus. Et Accius in Amphitryone,
Cedò ecquid te redostitum, quum meassem obiectat facilius? Hæc Festus.
Redostit, Redijt, inquit Nonius. Accius in Amphitryone,
Quid hic redostit uiam?
Reduco] reducis, pen. prod. reduxi, reductũ (ἀνάγω, ἐπανάγω, κατάγω) reducere, Retroducere, retrahere. Sueton. in Caligula, cap. 27, Equitem Romanũ obtectum feris quum se innocentem proclamasset, reduxit: abscissáq; lingua rursus induxit. Liu. 8. bel. Pun. 24, Scotusam copias reduxit.
E conuiuio reducere. Cic. 7. Verr. 73.
Domum reducere aliquem. Cicero ad Quintum fratrem, lib. 2. 10. 2.
Reducere ad, Cic. 1. Acad. 3, Satis eum longo internallo ad suam uillam reduximus.
Vesper ubi è pastu uitulos ad tecta reducit. Virg 4 Georg. 87.
In uiam reducere. Plaut. Pseud. 10. 2.

Dum mox frondosa reducitur æstas. Virg. 3. Georg. 60.
Amicitiam errantem reducere. Plin. in Paneg. 140.
Amorem scelerum reduxit. Lucan. lib. 4. 49.
Animum alicuius ad misericordiam reducere. Terentius Andr. 3. 3. 28.
Ad colorem reducere. Plin. lib. 27. cap. 12. 7. Causticâ ui exulcerat cicatrices, & ad colorem reducit.
Ad uitæ concilium reducere. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 9.
In pristinam concordiam distractos reducere. Balbus Ciceroni, in Epist. ad Atticum, lib. 8. 168. 1.
Aura reducit diem. Virg. 1. Georg. 50.
Ad diuitias reducere & reuocare. Plaut. Cistel. 7. 18.
Variè & multipliciter ad etymum uerba reducere. Quintil. lib. 1. cap. 6. 20.
Exemplum reducere, libertatem, morem. Plin. epist. 94. lib. 4. Idem in Paneg. 130, Hæc nempe intentio tua, ut libertatem reuoces ac reducas. Idem epist. 190.
Exules reducere. Cicero 7. Verr. 10, Vincti soluantur, exules reducantur.
Febrim reducere. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 59.
In gratiam reducere. Terent. Andr. 5. 4. 46,
Iamdudum reduxit me ipsa in gratiam.
In gratiam cum aliquo reduci. Cic. pro Rab. Posthumo, 12.
Aurora reducit lucem, inuecta croceis rotis. Ouidius 3. Metamorph. 30.
Fortuna iterum reduxit luctus. Claud. 2. in Eutropium, III.
Ad maciem reducere obesum corpus. Plin. lib. 24. cap. 8. 3.
In memoriam reducere, quod & Reuocare dicitur. Cicero 1. de Inuent. 110.
A morte aliquem reducere. Virg. 4. Aeneid. 75.
Passus reducere, Retrocedere. Valer. 5. Argon. 75.
Ad planum reducere cicatrices. Plin. lib. 20. cap. 9. 13.
Collectásq; fugat nubes, solemq; reducit. Virg. 1. Aeneid. 30.
Somnum reducere. Horat. 3. Carm. ode 1. 5.
Spem mentibus anxijs reducere. Horat. 3. Carm. ode 21. 4.
Ad salutem reducere aliquem medicina. Cicero Post reditum ad Quirites, 12.
Reducere se undiq;, pro Contrahere. Senec. epist. 14.
Reducere liberalitatem dicit Senec. de Benefic. 1. pro Contrahere, uel in angustum redigere.
Reducere, Liberare, & sine periculo recipere. Apuleius, Meq; oppido in arcem reduco.
Reducere, Reconciliare. Virg. 2. Aeneid. 36,
—numenq; reducant. Seruius.
Reducere, Attenuare, uel refrenare, cõtrahere, in angustum redigere. Senec. de Benefic. libro 1. cap. 14, Nemo hæc ita interpretetur, tanquam reducam libertatem, & frænis arctioribus reprimam.
Redduco, duplici d, propter carmen, apud Lucret. lib. 4. 201,
Et crebras reddúcunt naribus auras.
¶Reducens, Participium (ὑπαναγων) ut, Sinum nitidum reducens. Catull. in Camerium, epigr. 51. 3.
¶Reductus, Aliud participium (ὑπαναχθεὶς) ut, Reductus in gratiam. Cic. pro Cluentio, 81.
Possum excitare multos reductos testes liberalitatis tuæ. Cicer. pro Rabir. Posthumo, 19.
Reductus de exilio. Cic. ad Attic. lib. 9. 187. 3.
Producta & reducta. Cicero 5. de Finibus, 155, Hæc igitur quum ego tot nominibus à Stoicis appellata, partim nouis & commentitijs, ut ista, producta: partim idem significantibus, &c.
Virtus est medium uitiorum utrinq; reductum. id est, remotum. Horat. 1. epist. 19. 2.
Reductus sinus, Replicabilis. Virg. 1. Aeneid. 18. Seruius.

Vallis reducta. Virg. 6. Aeneid. 141. hoc est, secreta. Acron.
Reductus & Eminens, opposita. Quintil. lib. 11. cap. 3, Vt qui singulis pinxerant coloribus, alia tamen reductiora, alia eminentiora fecerunt.
¶Reductio, Verbale (ἀναγωγὴ) Cic. ad Lentulũ, li. 1. 7. 12, Quoniam Senatusconsultum nullum extat, quo reductio regis Alexandrini tibi adempta sit.
¶Reductor (καταγωγὸς) Aliud uerbale masculinum. Liuius 2. ab Vrbe, 144, Reductori plebis Romanæ in urbem, sumptus funeri defuit.
¶Redux, reducis, pen. corr. om. gen. (καταγώμενος) Qui à periculis in tutum, ab exilio siue captiuitate reducitur in patriam. Cic. pro Milone, 78, Quid me reducem esse uoluistis an ut spectante me expellerentur hi, per quos essem restitutus? Virg. 1. Aeneid. 79,
Nanq; tibi reduces socios, classémq; relatam Nuncio.
Reducem facere. Terent. Hecyra, 5. 4. 11,
Egóne qui ab Orco mortuum me reducem in lucem feceris? Idem Heaut. 2. 4,
Ergo mea Antiphila tu nunc sola reducem me in patriam facis.
Gratari aliquem reducem. Virg. 5. Aeneid. 8.
Carina redux. Ouid. epist. 6. 1.
Reduces, pro Redeuntibus, simpliciter. Plin. lib. 8. cap. 5. 3, Initur autem biennio, quinis (ut ferunt) cuiusq; anni diebus, nec amplius: sexto, perfunduntur amne, non antè reduces ad agmen.
Reduces choreæ. Martial. lib. 10. 70.
Redulceró] reulcerás, pen. corr. (ἀνελκόω) redulcerare, Ab ulcere fit. ut, Cutis redulceratur, hoc est, Rursus ulcerosa fit: uel etiam Plaga redulceratur, hoc est Redintegratur. Colum. libro 7. capite 5. 7, Tepefactumq; medicamentum limitur scabræ parti, quæ prius aspera tusta uel pumice defricata redulceratur. Nempe ut faciliùs medicamentum penetret.
Reduncus] Adiectiuum (ἀγκαμπὴς) contrarium est Adunco. Plin. lib. 11. cap. 37. 5, Alijs aduncâ, alijs reduncâ.
Rostrum reduncum. Ouid. 12. Metam. 113.
Redundo] redundas (κυμαίνω, κλυσάζω, πλουσιεύω, πλουσιόω) redundare, pen. prod. ex Re & Vnda compositũ, significat Superabundare. Cic. 3. Verr. 70, Hinc illæ extraordinariæ pecuniæ, quas nullo duce, tamen aliquâ ex particula inuestigamus, redundarunt.
Si lacus Albanus redundasset, isq; in mare fluxisset, Romam perituram. Cic. 2. de Diuinat. 104.
Gutture fac pleno sumpta redundet aqua. Ouidius 2. de Remed. 28.
Redundat pituita. Cic. 4. Tuscul. 34.
Redundare sanguine. Cic. pro lege Manil. 21.
Hesterna cœna redundare. Plin. in Paneg. 107, Non alij marcidi somno, hesternaq; cœna redundantes, comitiorum suorũ nuncios opperiebantur?
Omnibus ornamentis redundare. Cic. ad Appium, lib. 3. 10. 15.
Eloquio redundare. Claud. 5. Paneg. 30.
Vno digito redundare. Cicer. 1. de Nat. deor. 137, Tuus autem deus non digito uno redundat, sed capite, collo, ceruicibus, lateribus, aluo, tergo, poplitibus, manibus, pedibus, femoribus, cruribus. id est, plus habet, & superuacaneum, ut ipse Cicero ibidem dicit.
Non complere uerbis quod proposueris, & Redundare, contraria. Cic. in Partit. 11.
Nihil prætermittatur, cui opponitur Nihil redundet. Cicero in Orator. 63.
Deesse & Redundare, contraria. Cic. 3. de Orat. 10.

Sera re-

Sera redundauit ueteris uindicta libelli. Ouid. 2. Trist. 109.
Oratio redundat. Cic. 5. de Finib. 24.
Redundat ex. Cic. 5. Verr. 85, Quibus quod tum aut remissum aut relictum sit; id fuisse tantum, quantum ex eo, quo ipsius uxoris contenta fuit, redundârit.
Redundare de. Cic. 5. Ver. 931, Necesse est quod redundaret de questu frumentario quæstu, ad illum potissimùm, per quem agebatis, defluxisse.
Vitia redundant ad amicos. Cic. de Amicit. 65.
Ex necessitate redũdabit onus legatorum ad hæredem. Vlpian. in l. si seruus plurium fit. § si quis ante. ff. de legat. 1.
Omnia pericula ad te non rẽdundat. Imp. Alexand. l. & si scisses. C. de admisit. tut.
Redundat ad. Cicer. pro Ligario, 5, Quòd laudem adolescentis propinqui etiam existimo ad meum aliquem fructum redundare. id est, Referri & pertinere. Budæus.
Redundat in. Plautus, Hoc facinus in tuum redundabit caput.
Cicero in Catil. 21, Certè uerendum mihi non erat, nequid hoc parricida ciuium interfecto, inuidiæ mihi in posteritatem redundaret.
In annum redundare. Cic. pro Muræna, 77.
In genus authoris miseri fortuna redundat. Ouidius 3. Trist. eleg. 1. 15.
Si scelus est, in me commisi pœna redundet. Ouid. 6. Fast. 91.
¶Redundans, πλεονάζων, Participium, siue Nomen ex participio: ut, Redundans humo. Cic. de Pato, 11, Inter locorum naturas quantum interfit uidemus, alios esse salubres, alios pestilentes: in alijs pituitosos, & quasi redundantes: in alijs excitatos & aridos.
Is redundantes nos & superfluentes iuuenili quadam dicendi impunitate & licentia repressit. Cicero de claris Oratoribus, 175.
¶Redundatus, pen. prod. (πλεονασθεὶς) Aliud particip. Ouid. 6. Fast. 81, Amne redundatis fossa madebat aquis: Idem 3. Trist. eleg. 10. 11.
¶Rẽdundatio, Verbale (περισσεία) Plin. lib. 11. cap. 37. 25, Certè nulli sine redundatione eius, eruitur oculus. Idem lib. 7. cap. 6. 1, Fastidii in cibis, redũdatio stomachi indices sunt hominis inchoati. id est, nauseæ, uel quæ fluctuatio dicitur.
¶Redundantia, ve. Iundantiæ (πλεονασμὸς) quam Superfluitatem appellamus. Cic. in Orat. 58, Ipsa enim illa pro Roscio iuuenilis redundantia, multa habet attenuata, quædam etiam paulo hilariora.
¶Redundanter, Aduerbium. Plinius iunior lib. 1. ad Cornelium Tacitum epist. 20, Vt illud immodicè & redundanter, ita hoc ieiunè & infirmè.
Reduuiæ] Vide Rediuia.
Refectio, Refectus] Vide Reficio.
Refello] refellis, refelli (ἀνασκευάζω, ἀποσκευάζομαι, περιαιρέω, ὑποπτεύω) refellere, ex Re & Fallere. Quod dictum est, arguendo falsum ostendere, inquit Donatus. Terentius Phorm. 1. 2. 82,
Quum tu horum nihil refelles, uincam scilicet. id est, quum factum non negabis. Donatus, Refelles, refutabis, redargues. Cic. lib. 2. Tusc. 9, Et refellere sine pertinacia, & refelli sine iracundia parati sumus. Virg. 4. Aeneid. 76,
—neq; te teneo, neq; dicta refello.
Fortunam refellere. Stat. 2. Sylu. 2. 26.
Sensus non possunt refelli. Lucret. lib. 4. 98.
Refello & Approbo, contraria. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Ex re ipsa refellere. Quintil. lib. 5. cap. 13. 3.
Refellere aliquem, Alicuius sententiã oppugnare. Cic. 4. Acad. 31, Socrates autem de se ipse detrahens in disputatione plus tribuebat eis quos uolebat refellere.

Ita enim uiuunt quidam, ut eorum uita refellatur oratio. Cic. 2. de Finibus, 130.
Refellere dicta alicuius. Cic. 4. de Finib. 128.
Mendacium alicuius refellere et coarguere. Cic. pro Ligario, 9.
Opprobria non possunt refelli. Ouid. 1. Metam. 153.
Refellere testimonia, & testes, & tabulas, dicebant ueteres. Cicero pro Flacco, 17, Nam aut oratio testium refelli solet, aut uita lædi. Tranquillus in Augusto, cap. 56, Testem se in iudicijs & interrogari & refelli æquissimo animo patiebatur. Dicitur & Eleuare, apud Quintilianum. Budæus.
Refercio] refercis, refersi, refertum (ἐμπίπλω) refercire, ex Re et Farcio, significat Implere. Cic. de Senect. 52, Semper enim boni, assiduiq; domini referta cella uinaria, olearia, & penaria est, uillaq; tota locuples est.
Complere & refercire. Cic. pro Sestio, 65.
Referserunt omnia libris. Cic. 2. Tuscul. 9. Et pro Corn. Balbo, Quòd eis rebus urbem Italiamq; referserunt.
Refercire in. Cic. 1. de Orat. 77, Sed hoc nobis illa Scæuola & perfice, ut Crassus hæc quæ coarctauit, & perangustè reserfit in oratione sua, dilatet nobis atq; explicet.
Superstitione uitam hominũ refercire. Cic. 2. de Nat. deor. 90.
Refercire hominum aures sermonibus. Cicero pro Rab. Posthumo, 25.
¶Refertus, ἐμπεπλησμένος, Participium, siue Nomen ex participio. ut, Refertæ suauitate literæ: hoc est, omni officio plenæ. Cic. ad Quintum fratrem, lib. 2. 16. 1. Accepi tuas literas datas Placentiæ. Deinde alteras postridie datas Blandenonæ, cum Cæsaris literis refertis omni officio, diligentia, suauitate.
Plenus ac refertus. Cic. 1. Acad. 25.
Locuples ac refertus. Cic. 5. Verr. 39.
Refertus ærarium. Cic. 5. Verr. 176.
Domus referta, Plena, diues. Senec. Medea, 17. II.
Locuples & referta domus. Cic. 1. de Orat. 78.
Refertissimus, quod & Confertissimus dicitur. Cic. ad Quintum fratrem, lib. 1. 1. 62, Quare quoniam eiusmodi theatrum totius Asiæ uirtutibus est datum, celebritate refertissimum, magnitudine amplissimum, &c.
Genitiuo aliquando iungitur. Gellius, Is librum multæ uariæq; historiæ refertũ composuit. Cic. pro Fonteio, 1, Referta Gallia negociatorum est, plena ciuium Romanorum. Idem ad Atticum, lib. 8. 14. 4, Etsi propediem uideo bonorum, id est, lautorum & locupletum urbem refertam fore.
Mare refertum prædonum. Cic. pro Rab. Posthumo, 12.
Ablatiuo frequentius. Cic. 3. Verr. 97, Domus erat meretricio Conuentu, sed Prætoria turba referta. Et 7. 51, Referta piratarum præda nauis.
Puppis referta diuitijs. Claud. 4. Paneg. 27.
Referina] Faba. Vide Refrina.
Referio] referis, pen. corr. (ἀντιτυπέω) referire, Repercutere. Terent. Adelph. 4. 2. 29,
—quia miseram mulierem, & me seruolum
Qui referire non audebam, uicit, hui perfortiter.
Phœbus referitur imagine speculi opposita. Ouid. 4. Met. 70.
Refero] pen. corr. refers, retuli, pen. corr. relatum, pen. prod. & metri causa retuli, relatum (ἀναφέρω, ἀνάγω, ἀνακομίζω, ὑπαναφέρω) referre, Reportare, quasi retrò ferre. Quintil. Ad patrem arma non retulit. Tacitus, Quum ex agris segetes domum referrent.
Humeris suis pecunias alicui referre. Cic. Attic. lib. 6. 113. 8.
Sub tectum referre. Colum. lib. 11. cap. 3. 42.
Pateram referre, pro Restituere. Cic. 1. de Diuin. 96.
Ad aliquem referre, In consultationem illius ponere, ut ait Valla lib. 3. Plaut. Curcul. 6. 4,
Tute ipse, siquid somniasti, ad me refers. Cic. 1. de Diuin.

61. Ex eo euenit, ut & Tarquinius augure Attio Nauio uteretur, & populus de suis rebus ad eum referret.
Ad Senatum de re aliqua Consules referre, & ij quibus Senatū cogere licebat, dicebantur, quum rem in Senatu agitandam decernendamq; proponebant, rogantes Senatorum sententias. Cic. 2. in Catil. 45, Reliquis autem de rebus constituendis, maturandis, agendis, iam ad Senatum referemus, quem uocari uidetis. Virg. 3. Aeneid. 12,

Delectos populi ad proceres, primumq; parentem
Monstra deum refero. Et ne dubitares de sensu sermonis, more suo aperuit, subiungens,
— & quæ sit sententia posco. Cic. in Pisonem, 22, Antum eratis Consules, quum quacunq; de re uerbum facere cœperatis, referre ad Senatum, cunctus ordo reclamabat? ostendebatq; nihil esse uos acturos, nisi prius de me retulissetis? Ex Budæo.
Rem omnem ad Patres Conscriptos retuli. Cic. 2. in Catil. 34.
De rebus obscuris & incertis ad Apollinem, censeo referendū. Cic. 1. de Diuinat. 199.
Consulere se, & ad se referre. Cic. pro Quintio, 30.
Ad aliquid referre. Quintil. lib. 3. cap. 11. 18, Theodori scholia (ut dixi) omnia refert ad capita.
Ad seipsum aliquid referre, id est, Perpendere, & quasi de suo facto, alienum metiri. Cic. pro Deiotaro, 3.
Referre acceptum alicui, est fateri se ab eo accepisse, idq; in eo diocm accepti referre: deniq; est quasi debitorem se profiteri. Significat etiam interdum fateri, sibi pecuniam à se creditam, à debitore esse solutam. Cic. pro Cecinna. Per tralationē autem dicimus, Acceptum referre alicui bonum uel malum, & tam rei, quàm personæ: pro eo quod est, ingenuè fateri ac prædicare, sibi illius opera ac beneficio id boni euenisse, uel mali. Exempla passim reperies. Vide Accipio.
Acceptam referre (κεφαλαιῶσαι) salutem suam beneuolentiæ alicuius: pro, Fateri accepisse: Cic. ad Atticum, lib. 11. 209. 3, Te etiam atq; etiam oro, ut me totum tuendum suscipias: ut si ij salui erūt, quibuscum sum, unà cum ijs posim incolumis esse, salutemq; meam beneuolentiæ tuæ acceptam referre.
Acceptum refero uersibus esse nocens. Ouid. 2. Trist. 2.
In acceptum referre. Cic. 3. Verr. 106, Postraquam reus factus est, primò negabat opus in acceptum referre posse. Referre in acceptum, inquit Budæus, est scribere opus esse præbitum & probatum, quod Prætoris munus erat in sartis tectis.
In acta referri. Iuuenal. Satyr. 2. 14.
In ærarios referre. Vide Aerarius adiectiuum, in Aes, æris.
In album referre. Liu. 1. ab Vrbe, 139. Vide Albus.
Aliquem ore referre: id est, Ore similem esse. Virg. 4. Aen. 66.
Animum referre ad rem aliquam. Cicer. pro Rosc. Amer. 27,

Age nunc, refer animum sis ad ueritatem, & considera.

Sed licet à paruis animum ad maiora referre. Ouidius 3. de Arte amandi, 99.
Animum ad mala sua referre. Ouid. 2. de Remedio amor. 33.
Animum & oculos ad aliquē referre. Cic. pro Rosc. Amer. 27.
Aeneas animo noxq; dies q; refert. Ouid. epist. 7. 5.
In apertum referre opus. Cic. in Parad. 6.
Ad arbitrium alicuius referre. Cic. 5. Tusc. 1. 17.
Ad uos nunc refero quem sequar. Cic. 4. Acad. 238.
Aspectum referre in curiam. Cic. de Prouincijs Consul. 31.
In censum aliquid referre. Liu. 9. bel. Maced. 182. Vide Census, in Censeo.
In codicem referre. Cic. pro Sylla, 33.
Colorem paternum referre. Colum. lib. 7. cap. 2. 5.
In commentarium referre, Cic. ad Atticum, lib. 7. 123. 10.
Ad conscientiam referre omnia. Plin. epist. 22. b.
Consilia referre aliquò. Cic. 1. de Finib. 19.
Consilia in melius referre. Virgil. 1. Aeneid. 57.
Consuetudinem repetere atq; referre. Cic. 1. Verr. 37, Neque enim magis animos hominum nocentium res unquam ulla commouit, quàm hæc maiorum consuetudo longo interuallo repetita atq; relata. id est, in usum restituta, quæ desita & antiquata fuisset.
Referre ad aliquem omnes curas, & in eum consumere. id est, Illum solùm curare, de eo solo solicitum esse. Cicer. ad Brutum, 18. 1.
Dexteram ad osculum referre. Plin. lib. 28. cap. 2. 15.
In deterius referre. Tacit. lib. 13.
In deos cælum & terram refert Heraclides. Cicero 2. de Natura deorum, 50.
Diem referre dicitur sol. Virg. 1. Georg. 92,

At si quum referetq; diem, condetq; relatum.

Ensem uaginæ referre. Silius lib. 7. 103.
Eodem referri, Reportari. Cic. 1. Tuscul. 194.
Epistolam referre. Cic. ad Atticum, lib. 4. 80. 3.
Expensum referre. Vide Expensum in Expendo.
Facta referre quæ mandata sunt. Plaut. Capt. 7. 86.
Figuras proauorum referre. Lucret. lib. 4. 245.
Ad finem aliquem referre omnia. Cic. 4. Acad. 233.
Fructum diligentiæ referre alicui. Cic. 3. Verr. 13, Quum in eo uestra mihi dignitas fructum diligentiæ referret, id sum assecutus ut, &c. id est, Reciperem à uestra dignitate fructum ob diligentiam meam.
Gradum referre, quod & Pedem referre dicitur. Liu. ab Vrbe, lib. 1. 60, Et quum uelut inter pugnæ fugæq; consilium trepidante equitatu pedes quoq; referret gradum, plenis repentè portis effusi hostes.
Rettulit ille gradus. Ouid. 2. Fast. 101.
Gratiam referre: Est facto. ut si tu à me subleuatus aut pecunia aut patrocinio, aut manu, aliúue subsidio, uicissim me alloquo modo subleuaueris: gratias retulisti, reddidisti q;, ut ait Valla lib. 5. Liu. 7. bel. Maced. 149, Satiatus tandem complexu filij, Renuntiate, inquit, gratias regi me agere: referre gratiam aliam nunc non posse, quàm ut suadeam non amè in aciem descendat, quàm in castra me rediisse audierit. Cic. in Sallustium. Non enim me speraſti mutuum tibi gratiam relaturum, ut uicissim tuos compellarem. Referre gratiam hoc loco, etiam uerbo dicitur. Cic. 2. Offic. 101, Nimirum enim inops ille si bonus est uir, etiam sine referre gratiam non potest, habere certè potest. Terent. Eunuch. 2. 3. 93,

Nunc referam gratiam: atque eas itidem fallam, ut ab illis fallimur. Seipsum exponit Terent. Vbi Donatus. Referam gratiam, non eas, inquit, lacessam: sed quod iustum est, uicem reddam.

Gratia referenda est emeritis. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 8. 13.
Gratia referatur factis. Ouid. 5. Trist. eleg. 5. 10.
Gratiam referre in aliquo. Vide In præpositionem.
Gratiam plenius referre. Quintil. lib. 2. cap. 16. 11.
Referre gratiā in maius: pro, Maiorē gratiā. Senec. de Benef. 3.
Bonam, uel præclaram gratiam referre. Cic. ad Atticum, lib. 2. 24. 2. Idem in Catil. 20.
Gratias referre, Idem. Plaut. Amphit. 4. 28.
Referre introrsus liberalitatem: pro, Coarctare, uel in arctum cogere. Senec. 1. de Benefic.
Honorem officij referre. Ouid. 2. Metam. 57.
Reijcere iudices, & Referre, contrarid. Cic. pro Plancio 33.
In selectos iudices referre. Cic. pro Cluentio, 96.
Laudem referre familiæ alicuius, Desitam, & antiquatam in dignitatem restituere, siue reuocare. Cic. pro Flacco, 1.
In libellum referre. Cic. 1. Philip. 14.
In literas publicas referri. Cic. 6. Verr. 118.

Mandata

Mandata referre ad aliquem. Cæsar 3. bel. Ciuil. 220.
Mandata referre alicui. Virg. 7. Aeneid. 54.
Manubias referre. Cic. 2. pro lege Agrar. 64.
Manum ad poplitem referre. Plin. lib. 28. cap. 4. 5.
Referre in melius: id est, conuertere. Virg. 11. Aeneid. 85.
Ad memoriam uetustatis referre omnia. Cic. 7. Verr. 67, Atq; hæc omnia ad memoriam uetustatis, non ad contumeliam ciuitatis referri uolo. id est, Accipiantur in eam partem ut dicta sint, quo uetustas reducatur in memoriam, non ut ciuitati quicquam exprobretur.
Morem referre, Reuocare, & quasi rursus ferre. Virgil. 5. Aeneid. 120,

Hunc morem, hos cursus, atq; hæc certamina primus
Ascanius, longam muris quum cingeret Albam, Retulit.

Mores patris referre: id est, exprimere, & imitari. Plin. epist. 111. 5, Amisit enim filiam, quæ non minus mores eius, quàm os uultumq; referebat: totumq; patrem mira similitudine exscripserat.
Inter nefastos referre diem. Plin. de Viris illust. 14.
In Nouocomenses retulit: id est, adscripsit. Cicer. ad Atticum, libro 13. 36. 1.
Referre numerum. Numerare. Virgil. eclog. 6. 17.
In numeros referre. Plin. epist. lib. 52. b, Neq; enim adhuc nomē in numeros relatū est. id est, Tuū nomen nondum relatū est in ordinem Tribunorum: erat enim integrum, alium subrogare. Cic. de clar. Orat. 71, Referre in oratorii numerum.
In numerum deorum referre: id est, adscribere. Suet.
Omnia referre ad unum: id est, In unum omnia conferre. Cicer. Si ad unum omnia referenda sunt, dignissimū esse Pompeiū.
De eo intelligitur, non de oratione. Valla lib. 3. cap. 38.
Referre oculos ad aliquem, uel ad terram. Cic. pro Quintio, 27, Quum autem ad te C. Aquili oculos animumq; retuli.
Idem in Somnio Scipionis, 20, Hæc ego admirans, referebā tamen oculos ad terram identidem.
Ora & oculos in aliquem referre. Virg. 12. Aeneid. 132.
Opem referre. Cic. 1. de Diuinat. 118,

Ciues referte opem, & restinguite. E. poeta. Idem 3. de Legibus, 63. Quibus sæpe referre opem possit. id est, auxilio esse.

Os referre in se. Ouid. 2. Metam. 61.
Retulit ora ad iuuenem, Aspexit iuuenem. Valer. 7. Argon. 16.
Par referre. Terent. Adelph. 1. 1. 48. Donatus, Par referre, id est, benefacere.
Pedem referre, Quod ineptè dicitur, Retrahere se. Virgil. 10. Aeneid. 159,

Ille pedem referens, & inutilis, inq; ligatus Cedebat. Cæsar 1. bel. Ciuil. 171, Pedem ferre, & loco excedere, non turpe existimarent. Liu. 3. ab Vrbe, 96, Inde signum obseruare iussit, ut pariter & socij rem inciperent, referrentq; pedem, si receptui cecinisset.

Iamq; pedem referens casus euaserat omnes. Virgil. 4. Georgic. 97.
Quàm mollissimè pedem referre. Quintil. lib. 6. cap. 4. 15.
Retulit ad me pedem. Plaut. Epid. 10. 3.
Referunt me pedes in locum aliquem. Cicer. ad Atticum, libro 15. 329. 2.
Primas referre ad aliquem. Cic. 1. de Nat. deor. 23, Ad quem tū Epicurei primas ex nostris hominibus referebant. Vetus exemplar habet, deferebant.
Quæstum maiorem referre. Colum. lib. 1. cap. 3. 9.
Rationes referre, pro eo quod uulgò, Computatum reddere dicunt. Cæs. 2. bel. Ciuil. 85, Relatis ad eum publicis rationibus cum fide, quod penes eum est pecuniæ, tradit. Cicer. 3. Verr. 26, Vt hoc pacto rationem referre liceret, ei Sylla-

nus repentè factus est.
Rationes referre ad ærarium. Vide Aerarium in Aes, æris.
Referre rationibus, & in rationes. Est rationibus adscribere: hoc est, Impensam uel receptam facere, ut uulgus loquitur, Tranquillus in Vespasiano, cap. 22, Dicitur & Referre in ratione, ut Referre in publicas literas: quod Iuuenalis Referre in acta dixit. Budæus.
Referunt hæc ad rem. Plaut. Persa 516. 4. id est, pertinent.
Repulsum referre, quod et Ferre repulsam, simpliciter dicitur, & Pati repulsam, hoc est Repelli, reijci. Cic. 1. 893.
Responsum referre, quod & reddere dicitur, sine quod responsum est, referre & recensere. Cic. ad Atticum, lib. 6. 111. 9, Deiotarus etiam mihi narrauit, se ad eum legatos misisse de re Bruti: eos sibi responsum retulisse, illum non habere. Cæsar 1. bel. Gal. 140, His responsis ad Cæsarem relatis, iterū ad eum Cæsar legatos cum his mandatis mittit.
In, uel inter reos referre, opponitur ei quod dicitur Ex reis eximere. Cic. 2. Philip. 70, Absentem credo in reos relatum rē iudicta causa iudicatam.
Absentem aliquem referre in reos. Cic. 7. Verr. 87.
Salutem alicui referre, pro Resaluere. Cicero ad Atticum, libro 16. 333. 7.
In pedes ruere, ac retrò sublapsa referri. Virg. 1. Georg. 46.
Saporem salis referre. Virgil. 3. Georg. 80.
Se referre: pro, Redire domum. Virg. 4. Georg. 36.
Domum se referre, Redire. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 23.
Romam iterum se referre. Cic. pro Flacco, 39.
Ab æstu se referre. Ouid. 14. Metam. 11.
Se in gregē suū ueterē referre. Cic. ad Atticum, lib. 6. 111. 19.
Se ad ordinem referre. Cic. 4. Acad. 121, Iam enim referam me ad ordinem. id est, Ordine omnia agam ut cœperam.
Se ad studia referre, ad philosophiam. Cic. 1. Tuscul. 1. Idem 2. Offic. 5, Existimaut honestissimè posse deponi, si me ad philosophiam retulissem. id est, recepissem.
Senium parentis referre. Colum. lib. 7. cap. 3. 14. hoc est, imitari, reddere.
Similitudinem referre. Plin. lib. 22. cap. 8. 1.
Sinum eundem referre in cadendo. Cic. in Orat. 21.
Spem referre. Cic. pro Rosc. Amer. 65, Pro re certa spem falsam domum retulerunt. hoc est, reportarunt.
In spem sibi aliquid referre. Plaut. Epid. 8. 3.
Referre ad unam summam. Cic. 4. de Finib. 65, Introduci enim uirtus nullo modo potest, nisi omnia quæ leget, quæq; reijciet, unam referantur ad summā. id est, conferantur in unū.
In tabulas, siue tabellas referre. Cicer. 7. Verr. 80. Idem pro Flac. 15.
In tectum referre. Varro 3. de Re rust. cap. 6. 3, Præterea ouum emit, ac supponit gallinis: ex quibus ex his excussos pullos refert in id tectum in quo pauones habet.
Retulit me uentus ad uel in Italiam. Cic. Cornificio, lib. 12. 25. 9. Et ad Brutum, 15. 8.
Vicem referre, Rependere. Ouid. 1. de Arte, 75.
Victoriam referre. Liu. 4. ab Vrbe, 77.
Theatrum Asiæ ita resonans, ut usq; Romam significationes, uocesq; referatur. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 63.
Referre omnia ad uoluptatem, uel ad uentrem, & similia. Est omnia propter uoluptatem facere, uidelicet ut quis aliquando possit uoluptate frui: id est, summam felicitatem in eare constituere. Cic. de Amicitia, 30.
Referre, Reddere. Virg. lib. 8. Aeneid. 112,

O mihi præteritos referat si Iuppiter annos
Qualis eram. Plaut. Curcul. Ni argentum referas.

Referre, Narrare, indicare. Virg. 2. Aeneid. 110,

— referes ergo hæc, & nuncius ibis

Pelide genitori. Cicer. Bruto, At illa retulit, quæſiuitq; quidnam mihi uideretur.
Ordine referre. Ouid. 9. Metam. 1.
Horreſco referens. Virg. 2. Aeneid. 41.
Acta memoranda referre. Ouid. 13. Metam. 202.
Dicta referre. Ouid. 1. Metam. 134.
Facta referre. Horat. 2. epiſt. 1. 27.
Palàm facta referre. Ouid. 3. Amor. eleg. 13. 2.
Magna facta referre. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 18.
Pauca referre. Virg. 4. Aeneid. 67.
Pugnas referre, Recenſere. Ouid. 12. Metam. 32.
In ordine referre uerſus. Virg. 7. eclog. 4.
Vera referre. Ouid. 3. Metam. 132.
Tum ſenior tales referebat pectore uoces. Virg. 5. Aeneid. 82.
Referre uoce. Virg. 1. Aeneid. 20. Seruius, Pleonaſmos eſt.
Ad aures alicuius referre aliquid. Ouid. 4. Triſt. eleg. 9. 23. Virgil. 3. eclog. 45,
O quoties, & quæ uobis Galatea locuta eſt
Partem aliquam uenti diuûm referatis ad aures. Id eſt, utinam referatis.
Refertur, pro Narratur. Plin. lib. 7. cap. 41, Vna fœminarum in omni æuo Lampido Lacedæmonia refertur.
Referre, pro Reſpondere. Cic. pro Cecinna, 61, Ego enim tibi referò, ſi non ſum ex eo loco deiectus, &c. id eſt, reſpondeo. Idem pro Quintio, 24, Quid autem à nobis refertur?
Referre, Reuocare. Senec. de Benefic. lib. 1. cap. 14, Quare ſi quis exiſtimat nos, quum iſta præcipimus, benignitatis fines introrſus referre, & illi minus laxum limitem aperire.
¶ Refert, prima prod. impersonale (διαφέρει) Vtile eſt, ſignificat, & genitiuo iungitur. Saluſtius in Iugurtha, Faciendum aliquid quod illorum magis, quàm ſua retuliſſe uideretur.
Cum genitiuis precij frequentiſſimè conſtruitur, Magni, parui. Cicero P. Seruilio, libro 13. 69. 4, Vt habeamus aliquam Reipub. cuius cõſilijs magni referebat te intereſſe. Terent. Phorm. 4. 3. 41, — parui retulit
Non ſuſcepiſſe: inuenta eſt quæ dotem petat. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 29, Parui refert abs te ipſo ius dici æqualiter & diligenter, niſi, &c.
Permagni referre eadem primordia ſæpe. Lucret. lib. 1. 186.
Cum ablatiuis his, Mea, tua, ſua, noſtra, ueſtra. Plaut. Curcul. 8. 26, — nam quid id refert mea,
An aula quaſſa cum cinere effoſſus ſiet? hoc eſt, Non magnopere laboro. Et Amphit. 8. 108, Tua iſthuc refert ſi cura ueris. hoc eſt, Tuo ſit commodo. Terent. Phorm. 4. 5. 11, Quid tua, malùm, id refert?
Nihil mea refert utrum tu, &c. Cic. in Piſonem, 30.
Nõ adſcripſi id quod tua nihil referebat. Cic. Ruſo, lib. 5. 20. 18.
Aliquando his aduerbijs iungitur, Multum, plus, plurimum, parũ, paulum, pauxillum, nihil, aliquid, & ſimilibus. Martial. lib. 9. 104, Multum, crede mihi, refert, à fonte bibatur,
Quæ fluit, an pigro quæ ſtupet unda lacu. Quintil. lib. 9. cap. 4, Plurimum refert compoſitionis, quæ quibus anteponas. Cic. 5. de Finib. 155, Tantũ refert quàm magna dicã.
Refert, cum infinitiuo. Cic. de claris Orat. 57, Neq; enim refert uidere quid dicendum ſit, niſi, &c. Terent. And. 3. 2. 16,
Interminatus ſum ne faceres? num ueritus? quid retulit?
Vbi Donatus, Retulit, profuit, uel interfuit.
Magnopere. Cic. pro Cælio, 45, At quibus ſeruis? refert enim magnopere idipſum.
Refert (προσήκει) Ad rem pertinet. Plin. libro 14. cap. 6. 10, Quibus exemplis, niſi fallor, manifeſtũ eſt, patriam, ſolumq; referre, non uuam. id eſt, id uini præſtantiam maximè pertinet, eligere ſolum & regionem. Idem lib. 16. cap. 30. 3, de arboribus cædendis, Infinitum refert lunaris ratio, nec niſi

duodecimam in tricesimam cædi uolunt. Hæc Budæus. Varro 1. de Re ruſt. cap. 8. 1, Refert inquam quod genus uineæ ſit, quòd ſunt multæ ſpecies eius.
Plurimum referre. Plin. lib. 21. cap. 11. 8, Diximus & terram referre plurimum.
Refert in ea ne. Cicer. 2. de Diuin. 148, Fac in puero referre ex quâ affectione cædi primum ſpiritum duxerit.
Aues paſcantur, nécne, quid refert? Cic. 2. de Diuin. 110.
Non multum refert, an uillatici corporibus graues, & parum ueloces ſint. Colum. lib. 8. de equibus loquens.
Nihil refert. Plaut. Rud.
Quomodo habeas, nihil id refert, iure, ánne iniuria?
Sed refert quomodo adhibeatur. Cic. 3. Tuſcul. 134.
Nec terræ tãtum natura circa hæ refert. Plin. lib. 16. cap. 33. 4. id eſt, Ad rem non tantum pertinet.
Adeóne eſt fundata leuiter fides, ut ubi ſim, quàm qui ſim, magis referat? Liu. lib. 2.
Refert, neceſſe eſt. Saluſtius, Quare uanum quidem hoc conſilium eſt, ſi periculũ ex illis timuit, ſi in tanto omniũ metu ſolus nõ timet, eo magis refert me mihi atq; nobis timere. Virg. lib. 2. Georg. 21, — neq; enim numero comprendere refert.
¶ Relatum, relatu, pen. prod. Supinum à Refero. Plin. lib. 32. cap. 11. 12, Præter hæc purgamenta aliqua relatu indigna, et algis potius annumeranda, quàm animalibus.
Digna relatu. Ouid. 4. Metam. 159.
Fœdum relatu. Ouid. 9. Metam. 34.
Horrenda relatu res. Ouid. 15. Metam. 60.
¶ Relatus, pen. prod. Participium (ἀναφερόμενος) Cic. 2. de Natur. deor. 217, Sed duros, & quaſi corneolos habent introitus, multisq; cùm flexibus, quòd his naturis relatus amplificatur ſonus. De auribus.
Cauſa relata mea eſt. Ouid. 3. Faſt. 96.
¶ Relatus, relatus, relatui, Verbale. Tacit. lib. 17, Neq; enim relatu uirtutum in comparatione Othonis opus eſt.
¶ Relatio, Aliud uerbale (ἀναφορά, ἀναφορᾶ) Cic. in Piſonem, 10, Nam relatio illa ſalutaris & diligens fuerat Conſulis animaduerſio quidem & iudicium, Senatus. Vetuſtum exemplar legit, delatio. Idem 3. de Orator. 115. Plin. epiſtol. 190. b. Et relationem quidem de eo Cæſar ad Senatum non remiſit. Hîc propoſitionem criminis & rei apud Senatum
Meritorum relatio. Quintil. lib. 4. cap. 1. 9. (ſignificat.
Gratiæ relatio. Senec. lib. 5. de Benefic. cap. 11.
¶ Relator, pen. prod. Verbale maſcul. (μηνύτης) Balbus ad Ciceronem, in epiſt. ad Attic. lib. 8. 168. 3, Incipiam ſperare, etiam conſilio Senatus authore te, illo relatore, Pompeium & Cæſarem coniungi poſſe.
¶ Referendarij apud ueteres imperatores dicebantur, per quos ipſi facilius ſingulorum deſideria perdiſcebant, teſte Caſſiodoro, qui lib. 6. epiſtolarum, quibus uerbis hæc dignitas ſolebat concedi, indicat. Horum ſinguntur miniſterio, qui hodie in aulis Principum Cancellarij appellantur. Nominat autẽ eos ipſe Iuſtinianus ſpectabiles, qui mox ſuum poſt illuſtres obtinebant locum. Vide Not. de Referend. ſacri palatij. Aleiatus lib. 3. Diſpunct. & Iureconſulti in l. eos. C. de excuſationibus munerum. lib. 10. C. Cocleus hanc uocem ad barbaros relegauit.
¶ Referor. Feſtus, Referri diem prodictam, id eſt anteferri, religioſum eſt, ut ait Veranius in eo, qui eſt auſpiciorum de comitijs: idq; exemplo cõprobat L. Iulij, & P. Licinij Cenſorũ, qui id fecerunt, ſine ullo decreto augurum, & ob id luſtrũ parum fœlix fuerit.
Refibulo] refibulas, pen. cor. refibulare (ἀνασχοπεύω) Fibulam tollere, uel ſoluere. Martial. lib. 9. 29,
Refibulauit turgidum faber penem. Vide Infibulo.

Referueo]

Referueo] referues, referbui (ἀναζέω) referuere, Valde feruere. Plin. lib. 16. cap. 11. 4, Item terebinthinam in ſartagine referuenti.
Referuens crimen. Cic. pro Roſc. Comœdo, 9.
Referuere, aliquando contrariũ ſignificat. Cic. de claris Orat. 175, Nam & contentio nimia uocis reciderat, & quaſi reſerbuerat oratio. hoc eſt, refrixerat.
¶ Refrueſco, referueſcis (ἀναζέω) referueſcere. Idem quod ferueſcere. Cic. 1. de Diuin. 84, Ex his Mercurium ex patera quam dextera manu teneret, ſanguinem uiſum eſſe fundere: qui quum terram attigiſſet, referueſcere uideretur, ſic ut tota domus ſanguine redundaret.
Reficio] reficis, pen. cor. refeci, pen. prod. refectũ (ἐπισκευάζω, ἀναπεύω, ἀναλαμβάνω) reficere, Inſtaurare, renouare, quod corruptũ erat, in ſtatum priſtinum inſtaurare. Verbo itẽ reficiendi tegere, ſubſtruere, ſarcire, ædificare, et adhuc here, apportareq; ea quæ ad eandem rem opus ſunt, continentur. Hæc Vlpianus, de riuis, l. 1. Cic. 1. de Diuin. 8, Quin etiam memoria noſtra templum Iunonis Soſpitæ, L. Iulius, qui cum P. Rutilio Conſul fuit, de Senatus ſententia refecit, Cæſ. 4. bel. Gal. 572, Omnia deerant, quæ ad reficiendas nauis uſui ſunt.
Ædes reficere quæ uitium fecerunt. Cic. in Topic. 8.
Reficere breui repetitione rerum iudicum memoriam: pro, Recolligere. Quintil. in Proœm. lib. 4.
Rates quaſſas reficere. Horat. 1. Carm. ode 1. 4.
Puppes laceras refeci. Ouid. epiſt. 2. 9.
Templa ædeſq; labantes reficere. Horat. 3. Carm. ode 6. 1.
Reficere teſtamentum. Vlpian. in l. idemq; erit. ff. de militari teſtamento.
Reficere aliquid ex pecunia alicuius. Cic. 3. Verr. 100.
Reficitur ei tantum ex ſuis poſſeſſionibus. Cic. 5. Verr. 99. Idem in Parad. 57, Hoc propoſito nũquam eris diues, antè quàm tibi ex tuis poſſeſſionibus tantum reficiatur, ut eo tueri ſex legiones & magna equitum ac peditum auxilia poſſis. id eſt, redeat.
Reficere Tribunos, & alios magiſtratus: pro Recreare, et iterum creare. Cicer. de Amic. Papirius legem ferebat de Tribunis reficiendis. Liu. 2. ab Vrbe, Plebs Volernem Tribunũ
Salutem communem reficere. Cic. pro Seſtio, 11. (reficit.
Reficere tribum. Cic. pro Plancio, 35, Neq; hoc liberis noſtris interdicendum eſt, ne obſeruent tribules ſuos, ne deligant, ne reficere neceſſarijs ſuis ſuam tribum poſſint.
Reficere, Recreare, delectare, & animum oblectare. Plin. Quũ reficiendi animi gratia id feciſſet. Idem in Paneg. 129, Adhec iam aſſiduas in Tribunali, ut labore refici ac reparari uideretur. Cic. ad Gallum, lib. 7. 27. 7, Ego hîc cogito commorari, quoad me reficiam: nam & uires & corpus amiſi. Hîc pro Reſtaurare ſumitur, & uires recipere.
Refectus ſum cum tua lego. Plin. epiſt. 68.
Conſilium Cn. Pompeij me recreat, et reficit. Cic. pro Milone, 1.
Reficere exercitum ex labore & inopia, Cibo & potu reparare, atque etiam quiete, ne labore uictus deficiat. Cæſar 7. bel. Gal. 128.
Aurora reficit teneras herbas. Ouid. 3. Faſt. 143.
Reficere ſe ab imbecillitate. Plin. lib. 26. cap. 11. 4, Reficientibus ſe ab imbecillitate utiliſſima.
Reficere ſe ex caloribus, Poſt multos calores defeſſas uires & animum recipere. Cic. ad Qũ. fratrem, lib. 3. 17. 1.
Reficere ſe ad audiendum. Cic. 6. Verr. 94.
Reficere uires cibo, Reparare. Liu. 7. bel. Maced. 98.
Vultum reficere. Cic. Attico, lib. 12. 24. 3.
Refici dicitur qui conualeſcit. Plin. epiſt. 164, Quanquam ueereor ne poſt gratulationem quoq; in metum redeas, atq; ita

gaudeas periculo liberatam, ut ſimul quòd periclitata ſit, perhorreſcas: iam hilaris, tãſibi, iam mihi reddita, incipit reſici, tranſmiſſumq; diſcrimen conualeſcendo remetiri.
Arte Aemonia reſectus Thelephus, Sanatus. Stat. 1. Syl. 4. 23.
Opibus curisq; amici refectus. Horat. 2. epiſt. 2. 28.
Furijs refecti ardebant. Virg. 3. Georg. 103. Quia languentia corpora in uires quodammodo excitat furor, & facit ea in exitium conualeſcere. Seruius.
¶ Refectus, Participiũ (ἐπισκευάζω) Cic. Atti. lib. 16. 333. 2, Sed tamen idem οὐντυμμαι miſi ad te retractius, & quidẽ ἀρχέτυπον ipſum crebris locis inculcatum et refectũ. Ouid. 4. Faſt. 122.
¶ Refectus, huius refectus (ἀνάπλησις) Ipſa refectio. Plin. lib. 18. cap. 7. 24, Panem ex hordeo antiquis uſitatũ uita damnauit, quadrupedumq; tradidit refectibus.
¶ Refectio, Verbale (ἐπισκευή) Ipſe reficiendi & reſtaurandi actus. Colum. lib. 12. cap. 3. 8, Cæteraq;, ſi refectionem deſiderant, fabris concinnanda tradantur.
Quies & refectio. Quintil. lib. 10. cap. 4, Tempora ab ipſa rerum natura ad quietem, refectionemq; nobis data, in acerrimum laborem conuertimus.
Refectioni uálere. Celſ. lib. 3. cap. 15.
Dicitur etiam ciborum refectio. Celſius lib. 4. cap. 6, Si in refectione quoq; manſerit tuſsis, intermittere oportebit uno die.
¶ Refector, refectoris, Verbale, m. g. (ἐπισκευαστὴς) Sueton. in Veſpaſiano Cæſ. cap. 18, Item coloſſi refectorem inſigni congiario magnaq; mercede donauit.
¶ Refacio, refacis (ἀνασκευάζω) antiquum, apud Plautum legitur in Truculi. 18. 23, Nam refacere ſi uelim, non eſt locus.
Refigo] refigis, pen. prod. refixi, refixum (πασσαλόω) refigere, Rurſus, ſiue ualde figere. Colum. lib. 4, Nam ſiue prope truncum defigitur palus, pedali tamen ſpacio refigendus eſt. Virg. lib. 4. Georg. 41, (Seruilio.
— aulæq; & cereа regna refigunt. id eſt, figunt, inquit
Refigere (ἀναπαλιόω) Aliquando contrariũ ſignificat. Inde, Quod ſixum eſt euocare. Inde Refigere tabulas, et legis id eſt, Reſcindere. Cic. 12. Philip. 327. Ibidem 13. 345. Acta Antonij reſcidiſtis, leges refixiſti per uim. Leges enim in tabulis æneis inciſæ erant. Horat. 1. Carm. ode 28. 3,
— quamuis clypeo Troiana refixo
Tẽpora teſtatus. Pythagoras enim in templo clypeũ fixũ muro columnæ, detraxit, dicens ſe illũ illic fixiſſe olim, cùm anima ſua habitaret in Euphorbo, tempore belli Troiani.
Aera refigere. Cic. Caſſio, lib. 12. 1. 7. Horat. 1. epiſt. 19. 12,
Sub duce qui templis Parthorum ſigna refixit.
Leges figere & refigere. Virg. 6. Aeneid. 125.
Sidera refixa cælo. Virg. 5. Aeneid. 106.
Reflagito] reflagitas, pen. corr. (ἀναπαιτίζω) reflagitare, Iterum flagitare. Catul. de Acme, epigram. 39. 3,
Perſequamur eam, & reflagitemus.
Reflecto] reflectis, reflexi, reflexum (ἀνακάμπτω) reflectere, Retrò flectere. Plin. lib. 11. cap. 50. 1, Canum degeneres caudam ſub aluum reflectunt.
Acie reflectere. Senec. Herc. fur. 8. 3. Acie oculorũ intelligit.
Capiti leniter reflectens. Catul. de Acme, epigram. 42. 2.
Colla mollia reflectunt. Virg. 11. Aeneid. 125.
Oculos reflectere. Ouid. 7. Metam. 69.
Pedem reflexit inde. Catul. Argonaut. epigram. 59. 23.
Viſus reflectere. Valer. 5. Argon. 91.
Auis reflectitur in longos ungues. Ouid. 5. Metam. 110. De aſcalapho in buboneм uerſo.
Reflectere, per translationem, pro Reuocare.
Reuocare & reflectere animũ ad aliquid. Cicer. pro Sylla, 34.
Reprimere atq; reflectere. Terent. Adelph. 3. 2. 9.

Incitare & Reflectere, contraria. Cic. 1. de Orat. 28.
Animum reflexi. Virg. 2. Aeneid. 149.
¶Reflexus, Participiũ (ἀνάπαυσις) ut, Ceruix reflexa. Stat. 1. Achil. 77.
Telum reflexum rotabat obliquo marte. Silius lib. 16. 11.
Reflexum & Rectum, contraria. Plin. lib. 11. cap. 37. 38.
Reflo] reflas (ἀντιπνέω) reflare, Retrò, uel contrà spirare, Cic. 2. Offic. 26, Nam & quum prospero flatu eius utimur, ad exitus peruehimur optatos: & quum reflauit, affligimur. Idem ad Atticum, lib. 6. 118. 2, Inde quàm primùm Athenas, etsi Etesiæ ualde reflarint.
¶Reflor, passiuum. Lucret. lib. 4. 190,
Interiorem etiam partem spirantibus aer
Verberat hic idem quum ducitur, atq; reflatur.
¶Reflatus, huius reflatus, pen. prod. masc. gen. (ἀντίπνοια) Plin. lib. 9. cap. 6, Quorum unum mergi uidimus reflatu beluæ expletum unda. Cic. ad Atticum, lib. 12. 232. 4, Hic rumor est T. Marcum periisse naufragio, Asinium delatum uiuum in manus militũ: L naues delatas in Vticã reflatu hoc.
Refloreo] reflores, pen. prod. reflorui (ξανθέω) reflorere, siue Refloresco, reflorescis, reflorescere, Rursum florere. Plin. lib. 18. cap. 16. 6, Secatur incipiens florere, & quoties refloruit, &c. Idem lib. 19. cap. 8. 29, Cuius natura in carnarijs reflorescens sæpius dicta est.
Iuuenta reflorescente ibat ouans. Silius lib. 15. 146.
Refluo] refluis, refluxi, refluxum (παλιρρέω) refluere, Rursum fluere. Plin. lib. 2. cap. 87. 2, Nec unquam eodem tempore quo pridie refluit. Virg. 9. Aeneid. 7.
Vndis refluentibus stridet mare. Virg. 4. Georg. 53.
¶Fluus, Adiectiuum (παλιρροϊκός) ut, Refluũ mare, Quod refluit. Plin. lib. 2. cap. 97. 9.
Gurges refluus. Stat. 5. Sylu. 1. 19.
Refocillo] refocillas (ἀναπνέω, ἀναπομπάζομαι, ἀναψύχω) refocillare, Idem quod focillare, Recreare, reparare, instaurare. Plin. epist. 58. b, Ipse paucis diebus ægrè refocillatus, nõ sine ultionis solatio decessit, ita uiuus uindicatus, ut occisi solent. Verbum ex Focillo, quod calefacio significat, compositum: quod ex focillo, diminutiuo huius nominis, focus deriuatur.
Lugentem efficacibus remedijs refocillare. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 9.
Refodio] refodis, penult. prod. refodi, pen. prod. refossum (ἀνασκάπτω, ἀνορύσσω) refodere, Contrariam habet significationem suo primitiuo: significat enim Extra terram educere, fodiendo eruere. Plin. lib. 15. cap. 18. 5, Quæ mittere cælo refossæ cum arbore, atq; in lucem remissæ, nouos soles recipiunt. Idem lib. 2. cap. 63. 7, Si ulli essent inferi, iam profectò illos auaritiæ atque luxuriæ cuniculi refodissent. Colum. lib. 4. cap. 32, Sed illud de integro refodi debet.
Reformido] reformidas, pen. prod (ὑποπτήσσω) reformidare, Idem quod simplex formidare, siue ualde formidare, Cic. 3. de Finibus, 11, Quippe qui ne reprehensionem quidem uulgi inanem reformidans, in ipsa curia soleret legere sæpe. De Catone. Idem pro Cecinna, 61, Istum locum fugis & reformidas.
Amicitiæ crimen reformidare. Cic. pro Cælio, 10.
Frodes reformidãt ferrũ. Virg. 2. Georg. 74. Quintil. li. 2. cap. 4.
Humus reformidat uulnus. Ouid. 1. Fast. 133.
Lumina reformidãt insuetũ solẽ. Ouid. 3. de Põto, eleg. 4. 10.
Membra saucia reformidãt tactũ. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 3.
Mens reformidat tempus illud. Ouid. 3. Trist. eleg. 6. 6.
¶Reformidatio, Verbale (ὑποπτήξις) Cic. in Partit. 7, In suasione autem aut spem, aut reformidationem deliberantis.
Reformo] reformas (ἀναπλάττω, ἀνατυποῦμαι) reformare, In priorem uel meliorẽ formam redigere. Plin. in Paneg. 85, Vt ostendam quàm longa cõsuetudine corruptos deprauatosq; mores principatus parens noster reformet & corrigat. Ouid. 11. Metam. 51.
Reformare, & uelut recoquere. Quintil. lib. 12. cap. 6, de Cicerone, Qui postquam egit pro Sestio, tamen Apollonio Moloni, quem Romæ quoq; audierat, Rhodi rursus reformandum ac uelut recoquendum se dedit. Legitur &, rursus formandum.
Reformare ad exemplum. Senec. epist. 94. Deinde iubẽtur imitari proposita, & ad illa reformare chirographum.
Reformare, hoc est Constituere denuò. Hermogenes iurisc. De publicanis & uectigalibus, l. uectigalia, Vectigalia sine imperatorum præcepto, neq; præsidi, neq; curatori, neq; curiæ constituere, neq; præcedentia reformare, & his uel addere uel diminuere licet. Budæus.
¶Reformator, pen. prod. reformatoris, Verbale (ἀναπλάστης) Plin. epist. 165. lib. 8, ad Minicianum, Ipsarum denique literarum iam senescentium reductor ac reformator.
Refoueo] refoues, pen. corr. refoui, refotum, penult. prod. (ἀναθάλπω) refouere, Rursum fouere, siue nutrire. Colum. lib. 2. cap. 1, Licet enim maiorem fructum percipere, si frequenti, & tẽpestiua & modica stercoratione terra refoueatur.
Complexibus refouet artus. Lucan. lib. 8. 14.
Corpus refouentq; fouentq;. Ouid. 8. Metam. 108.
Membra refouere quiete. Silius lib. 3. 129.
Inungere ac refouere oculos. Plin. lib. 8. cap. 27. 3. Quod uulgus dicit fomentare.
Absumptas uites refouere stercore. Colum. lib. 2. cap. 14. 3.
Vires dat refouetq; deus. Stat. 6. Thebaid. 105.
Refouere, per translationem. Plin. in Paneg. 117, Siquid usquã stirpis antiquæ, siquid residuæ claritatis, hoc amplexatur, & refouet, & in usum Reipub. promit. Ibidem, 29, Quàm speciosum est enim quòd disciplinam castrorum lapsam extinctamq; refouisti, depulso prioris seculi malo, inertia & contumacia.
Ignes tepidos refouerat. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 3.
Refractarius] Vide Refringo.
Refræno] refrænas, pen. prod. (ἀναχαιτίζω, ἀναστόμωσις) refrænare, à Fræno deductum uerbum, significat Valde frænare, cohibere, coercere: ut, Refrænare libidines. Cic. in Parad. 40. Et pro lege Agraria, 59, O` libidinem refrænandam.
Refrænare atq; coercere omnium opibus iuuentutẽ prolapsam. Cic. 2. de Diuinat. 7.
Licentiam indomitam refrænare. Horat. 3. Carm. ode 24. 6.
Voluptas refrænat morsus: id est, mitigat. Lucret. lib. 4. 219.
A` gloria refrænare, cui Incitare opponitur. Cic. pro Cælio, 60.
A` reditu refrænare. Cic. 11. Philip. 291, A` progressu arcuit, à reditu refrænauit.
Illa refrænat aquas, obliquáq; flumina sistit. De Medea. Ouid. epist. 6. 18.
¶Refrænatus, pen. prod. (ἀναχαιτισθείς) Participium: ut, Relligione refrænatus. Lucret. lib. 5. 23.
¶Refrænatio, Verbale. Senec. 3. de Ira, Necessaria est ista doloris refrænatio, utiq; hoc sortitis uitæ genus, & ad regiam mensam adhibitis.
Refragor] pen. prod. refragaris (ἀντιπράττω, ἀντιψηφίζω) refragari, Resistere, repugnare. Plin. epist. 63. b, Proinde hoc te non moueat, si cætera non refragantur, quæ uelim quàm diligentissimè examines. Plin. lib. 19. cap. 8. 4, Quidam Euanthion, quoniam hæc maximè refragetur ueneri.
Refragari, Repugnare, sed propriè uerbis. Cicer. 11. Philipp. 304, Etsi quis potest refragari non modò non petenti, uerumetiam recusantis

Refragatur

Refragatur illi ingenium. Quintil. lib. 10. cap. 6.
Refragare, Subfragari. Sisenna, lib. 22, Multi populi, plurimæ cõcionis Dictaturã omnibus animis & studijs refragaũere. id est, suffragati sunt. Author est Nonius.
Refrico] refricas, pen. corr. (ἀναψύχω, καταψύχω) refricare, Rursum, uel ualde fricare. Cato cap. 87, Id in limteum nouũ indito, exprimito cremorem in patinam nouam, aut in mortarium: id omne ita facito, & refricato denuò.
Refricare (ἀναανιῶ) Renouare. Tractum à uulneribus, quæ plerunq; fricando renouantur. Cic. ad Sestium, lib. 5. 17. 9, Sin autem omnia quæ sentio perscripserim, ne refricem meis literis desiderium ac dolorem tuum. Idem 3. de lege Agrar. 103, Refricare obductam Reipub. cicatricem.
Nec hæc quæ refricant, hic me magis angunt. Cic. Attico, libro 12. 257. 7.
Refricare uulnera. Cic. Attico, lib. 5. 103. 3.
Animum memoria refricat cinis patriæ. Cic. pro Sylla, 13.
Refricare, neutrum. Cic. ad Atticum, lib. 10. 208. 2, Crebrò refricat lippitudò, non illa quidem perodiosa, sed tamen quæ impediat scriptionem meam.
Refrigeo] refriges, pen. prod. refrixi, sine supino (ἀναψύχομαι) refrigere: uel potius refrigesco, refrigescis, refrigescere, Frigidum fieri. Cato cap. 105, Vbi iam unum refrixerit, in dolium quadragenarium infundito. Colum. lib. 2. cap. 2. 23, Et boues inhibeat, ut colla eorum refrigescant, quæ celeriter conflagrant, nisi assiduè refrigerentur: & ex eo tumor, ac deinde ulcera innadunt. Idem lib. 12. cap. 12.
Refrixit cor. Ouid. 12. Metam. 85.
Refrigescit res per translationem. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 24. 6, Sed tota res & timetur & refrigescit. Idem ad Dolabellam, lib. 9. 10, 7, Ego cætera qui animo æquo fero, unum uereor ne hasta Cæsaris refrixerit.
Refrixerit res, pro Refrigescit: ut ait Donatus. Terent. Adelph. 2. 2. 24,
Nihil est, refrixerit res. id est, Tacent de hac re, nulla amplius mẽtio fit. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 10. 6, Nam quod de Pompeio Caninius agit, sanè quàm refrixit.
Non refrixit amor. Plin. epist. 94. a. lib. 6, Mansit hic postea, nec refrixit iudicio, sed inualuit.
¶Refrigero, refrigeras, pen. corr. (ἀναψύχω, καταψύχω) refrigerare, Frigus inducere, rem calidam frigidam facere. Cic. de Senect. 53, Vbi enim potest illa ætas, aut æquè calescere, uel apricatione melius, uel igni, aut uicissim umbris aquisue refrigerari salubrius?
Refrigerare æstum. Plin. lib. 20. cap. 7. 5.
Refrigerare piscinas. Varro de Re rust. cap. 17. 9.
Refrigerare thermas. Martial. lib. 5. 82.
Refrigerare & extinguere calorem. Cic. 2. de Nat. deor. 34.
Refrigerare & incendere, contraria. Cic. 2. de Nat. deor. 177.
Frigus refrigerat aliquem. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5. 10. 1.
Membra refrigerat unda. Ouid. 13. Metam. 191.
Refrigerato tam leuissimo sermone hominum prouincialium. Cic. Appio Pul. lib. 3. 8. 1.
Defessa ac refrigerata accusatio. Cic. 2. Verr. 20.
Refrigerare testem, Ad frigus redigere. id est, Attonitum reddere, & perturbare, & penè explodere. Quintil. De testibus interrogandis, lib. 5. cap. 7. 18, Testis, inquit, breui interlocutione patroni refutandus est, aut aliquo, si contingeret, urbanè dicto refrigerandus. Budæus.
¶Refrigeratus, pen. prod. Participium (ἀναψυχθείς) Plin. lib. 12. cap. 15. 1, Myrrha melior radice refrigerata.
Refrigeratus, Refocillatus. Suetonius in Claud. Cæs. cap. 41, Et quum primùm frequenti auditorio commisisset, ægrè perlegit, refrigeratus sæpe à semetipso.
Ardens & Refrigeratus, contraria. Cic. 1. de Nat. deor. 37.
Amor inuentionis refrigeratur. Quintil. Tryphoni, 2.
¶Refrigeratio, Verbale (ἀνάψυξις, ψυγμός) Plin. lib. 34. cap. 13. 2, Addicitur & in emplastra, quibus lenis quæritur refrigeratio & siccatio. Colum. lib. 11. cap. 1. 14, Qui quantum sit unà profectus, umbras arborum, fonticulorumq; amœnitatẽ, uel auræ refrigerationem captauit. Cic. de Senect. 43, Et refrigeratio æstate, & uicissim aut sol, aut ignis hyberna.
¶Refrigerator, & refrigeratrix, pen. prod. (ἀναψυκτήρ) Verbalia. Plin. lib. 19. cap. 8. 4, Est quidem natura omnibus refrigeratrix.
¶Refrigeratorius, Adiectiuum (ἀναψυκτικός) ut, Vis refrigeratoria. Plin. lib. 22. cap. 22. 22.
Refrina] Faba dicitur, ut ait Cincius quoq;, quæ ad sacrificiũ referri solet domum ex segete, causa auspicij, quasi reuocent fruges, ut domum datantes teuirtito ad rem diuinam faciendam. Aelius dubitat, an ea sit quæ prolata in segetẽ, domum refrratur: an quæ refringatur, quod est teratur: sed opinionẽ Cincij adiuuat, quòd in sacrificijs publicis quum puls fabata dijs datur, nominatur refrina. Hæc Festus. Plin. lib. 18. cap. 12. 2, Namq; fabam utiq; è frugibus referre mos est auspicij causa, quæ ideo refrina appellatur.
Refringo] refringis, refringi, pen. prod. refractum (ἀνακλάω, ἀποθραύω) refringere, Rumpendo aperire. Plautus Capt. 15. 10,
Cellas refregit omnes intus. Plin. epist. 34. a, Enotuerunt quidam tui uersus & inuito te claustra tua refregerunt. Sic Cæsar 2. bell. Gall. 34, Refringere portas.
Refringere carcerem. Liu. 4. bell. Maced. 169.
Aditus refringere. Valer. 1. Argon. 120.
Domos refringere. Valer. 8. Argon. 65.
Discordia refregit hostes. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 13.
Syluas refringens pectore. Stat. 4. Thebaid. 28.
Refringit uirgulta pede uago. Catul. de Berecynth. 8. 18.
Refringere & hebetare unguiũ mucronẽ. Plin. lib. 8. cap. 15. 3.
Refringere uim fortunæ, per translationem. Liuius 5. ab Vrbe, 166.
Claustra nobilitatis refringere. Cic. pro Muræna, 15.
Gloriam alicuius refringere. Cic. pro Milone, 4.
Opes alicuius refringere. Propert. lib. 3. eleg. 3. 9.
Refringere angustissimo gyro ingeniorum impetus. Plinius epist. 205.
Radius solis refringitur. Plin. lib. 2. cap. 59. 1,
¶Refractus, Participium (ἀναακλασμός) ut, Aquilo refractus. Stat. 4. Sylu. 5. 2.
Refractis pudoris claustris. Plin. epist. 38. b.
¶Refractarius, Adiect. (ἀπειθάδης) à Refringo, quasi repercutiens tactum, & reluctans: Significat contumacem, & nimis in sua sententia tenacem, authore Senec. epist. 74. Errant siqui existimant, philosophiæ fideliter deditos contumaces esse ac refractarios, & contemptores magistratuum.
¶Refractariolus, pen. corr. Adiectiuum diminutiuum. Cic. Atco, lib. 2. 16. 5, Fuit enim mihi commodum, quòd in eis orationibus quæ Philippicæ nominantur, enituerat ciuis ille tuus Demosthenes, & quòd se ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerat, ut σιμαύτοῦρός τις & πολιτικὸς ἀθρῶν uideretur curare, ut meæ quoq; essent orationes, quæ Consulares nominarentur.
Refugio] refugis, pen. corr. refugi, penult. prod. refugitum (ἀποδιδράσκω, ἀποφεύγω, καταφεύγω) refugere, Retrò fugere. Plin. lib. 9, Venantes refugere (nempe pisces ipsos) in suas cauernas. Gellius, Postea quum prælio uictus in ultima regione refugisset.
Trepiduq; repentè refugit. Virg. 2. Aeneid. 76.

Ad urbem refugere. Liu. 3 bel. Pun. 218.
Ad aliquem refugere. Cic. pro Deiotaro, 22.
A mari refugere. Colum. lib. 1. cap. 5. 4.
Refugere ex. Cic. 7. Verr. 79, Qui ex illo numero reliqui Syracusas classe amissa refugerant.
In secundam aciem refugere. Vide Acies.
Refugit Romam. Liu. 5. ab Vrbe, 175.
A pestiferis & nocentibus refugere. Cic. 2. de Nat. deor. 179.
Refugere à consuetudine. Cic. ad Atticum, lib. 1. 1. 9.
Ad planctus refugit. Stat. 5. Sylu. 1. 6.
Refugiunt memoriam nostram ista: id est, Non meminimus ista rum. Colum. lib. 12. cap. 50. 7.
Refugere, Deuitare, ualde fugere. Colum. lib. 3, Idq; adeò plurimi dubitant, ut multi refugiant & reformident talem positionem ruris.
Procul hæc fortuna refugit. Ouid. ad Pisonem, 26.
Mors ipsa refugit uirum. Lucan. lib. 2. 15.
Animus refugit, eaq; reformidat dicere, quæ, &c. Cicero 14. Philipp. 399.
Refugere inuidiam muneris, Munus recusare propter malevolam inuidorum calumniam. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 16.
Iurgia uicina refugit. Horat. 2. epist. 2. 55.
Periculũ refugere ac deprecari. Asinius Ciceroni, lib. 10. 31. 9.
Refugere ela. Cic. pro Cecinna, 16.
Omnem Venerem refugerat Orpheus. Ouid. 10. Metam. 16.
Refugere, Recusare. Cic. pro Rosc. Comœdo, 26, Quem ego si ferrem iudicem, refugere non deberet. Cic. 7. Verr. 32.
Refugere ab admonendo. Cic. Attico, lib. 12. 14. 1. 9.
Refugere à dicendo. Cic. 2. de Orat. 6.
¶ Refugiens, Participium (μετατροπάγων) Plin. de Viris illustribus, Qua re audita Seruius, dum ad Curiam properat, iussu Tarquinij gradib. deiectus, & domũ refugiẽs, interfectus est.
¶ Refuga, refugæ. pen. corr. com. gen. (φυγάς) Qui aliorũ dominium refugit. Vlpianus in l. aut damnum, de pœnis, Quicq; refugæ ex opere metalli in metallũ damnantur. Marcellus de re militari, in l. milites agrũ, Quia custodiæ refuga, non desertor militiæ est.
Vmbra refuga. Valer. 4. Argon. 9.
¶ Refugus, ἀποφυγών, Tacit. lib. 13, Quibus iusserat, ut instantibus cominus resisterent, refugos non sequerentur. hoc est, refugientes.
¶ Refugus, Adiectiuum, Quod est recliue aut reiectum. Sidonius, Capitis apex rotundus, in patullũ à planitie frontis uerticem cæsaries refuga crispatur.
Mare refugum. Stat. 12. Thebaid. 127.
Capilli refugi à fronte: hoc est, reflexi, & uelut refugientes, quales sunt crispi Maurorum capilli. Lucan. lib. 10. 27.
Refugus dicitur is, qui periculo effugit. Tacit. lib. 19, Quidam in castra refugi, omnia formidine implebant. Item, qui se fuga subducit. Ouid. epist. 17. 37,

Spemq; suo refugi fluminis ore sequi. Sic Plin. in Paneg. uocat Nilum, amnem refugum.

¶ Refugium, refugij (ἀποφυγή) Locus ad quem refugimus. Cic. 2. Offic. 37, Regum, populorum, nationum portus erat, & refugium Senatus. Sueton. in Tiberio, Ne refugium in tali fraude cuiquam esset. Vlpianus in l. si cuius rei. §. sed si ædiũ. ff. de usufructu, & quemad. quis utat. fruatur.
Refulgeo] refulges, refulsi, refulsum (ἀναλάμπω) refulgere, Valde fulgere. Plin. lib. 11. cap. 28. 3, Nunc pennarum hiatu refulgentes.
Clara in luce refulsit. Virg. 1. Aeneid. 119.
Rosea ceruice refulsit. Virg. 1. Aeneid. 82.
Humus refulsit luce purpurea. Ouid. 6. Fast. 51.
Refulgens ab Occasu Lucifer. Plin. lib. 2. cap. 8. 7.
Longè refulget nubes. Virg. 8. Aeneid. 125.
Sol refulget in liquida aqua. Ouid. 2. de Arte, 145.
Refulget radijs aduersa. Virg. lib. 9. Aeneid. 27.
Refulgere suspectu. Plin. lib. 9. cap. 38. 4, Color sanguinis concreti, nigricans aspectu, idemq; suspectu refulgens.
Vmbris refulgere. Plin. lib. 37. cap. 5. 8.
Fama splendida refulget. Propert. lib. 3. eleg. 20. 2.
Refundo] refundis, refudi, refusum, pen. prod. (ἀναχέω) refundere, Idem quod fundere. Plin. lib. 2. cap. 101, Glaciem refundat, cunctaq; humifico spiritu laxet. De luna. Refundat, id est, regelet, resoluat, liquefaciat. Cic. 2. de Nat. deor. 176, Quibus altæ, renouataq; stellæ, atq; omnis æther refundunt eadem, & rursum trahunt indidem. Refundunt, hoc est, remittunt, reijciunt, rursus fundunt, regerunt.
Vrna refudit aquas. Propert. lib. 2. eleg. 27. 10.
Aequor refundit in æquor. Ouid. 11. Metam. 98.
Vnda refunditur. Stat. 9. Thebaid. 93.
Refundere alicui sanguinem & bona, pro Reddere, Liuius.
¶ Refusus, pen. prod. Participium (ἀναχυθείς) ut, Refusum mare, Redundans. Plin. lib. 36. cap. 26. 1.
Oceanus refusus. Virg. 7. Aeneid. 45. Vide Oceanus.
Ponto sonat unda refuso. Virg. 2. Georg. 33. hoc est, retrò fuso, & molibus oppositis repulso.
Stagna refusa uadis. Virg. 1. Aeneid. 26. id est, effusa.
Valles refusæ. Silius lib. 17. 13.
¶ Refusè, pen. prod. refusius, refusissimè, Aduerbium (ἀναχυρώδως) Redundanter. Colum. lib. 4. cap. 1. 3, Nam semper in plano refusius egesta humus tumidior est, quàm grãdus soli crudi.
Refuto] refutas, pen. prod. (ἀναπυνθάνω, ἀποδύομαι, ἀποσκευάζομαι) refutare, à Futo, frequentatiuo uerbi Fuo, fuis. Futare, inquit Festus, arguere est: unde cõfutare & refutare, id est, redarguere, siue non ita esse ostendere, reprehendere. Cic. in Vatinium testem, Nemo enim horum te ita refutandũ ut grauem aduersarium: aut ita rogandum ut religiosum testem arbitrabatur.
Manifesta refutant id. Lucret. lib. 2. 174.
Res uerò refutat id. Lucret. lib. 2. 50.
Testes refutare. Cic. pro Fonteio, 1, Plus ego in hac causa laboris & operæ consumo in poscendis testibus, quàm cæteri defensores in refutandis.
Testibus refutare. Cic. 2. de Orat. 2, Quos tum ut pueri, refutare domesticis testibus, patre, & C. Aculeone propinquo nostro & L. Cicerone patruo solebamus.
Refutare & re & uerbis. Cic. pro lege Manilia, 36.
Refutare bello. Cic. de Prouinc. Consul. 25.
Refutare ac reijcere. Cic. 2. Tusc. 95.
Oratione ferocì refutando plebem. Liu. 2. ab Vrbe, 229.
Conatum alicuius refutare, Reprimere aut uerbis, aut etiam facto. Cic. de Arusp. resp. 6.
Aspernari & refutare, Complecti & augere, contraria. Cic. pro Rab. Posth. 27.
¶ Refutatus, huius refutatus, pen. pro. (ἀπόσκευή) Verbale: ut, Ancipiti refutatu conuincere falsum. Lucret. lib. 3. 106.
¶ Refutatio, Verbale (ἀνάσκευή) Cic. in Topicis, 49, Refutatio autẽ accusationis, in qua est depulsio criminis, quæ Græcè στάσις dicitur, Latinè appelletur status, in quo primùm insistit quasi ad repugnandum congressa defensio.
Firma refutatio. Quintil. lib. 5. cap. 10. 40.
¶ Refutatorius, a, um. Refutatoriæ preces, l. 1. C. de relat. l. 18. C. de appell. & Refutatorij libelli, l. 37. §. 1. C. eodem tit. l. 8. eodem in C. Theod. Iudex à quo prouocatum erat, opinionis suæ exemplum litigatoribus dare debebat, & acta edere. Quòd si cui minus plena, uel contraria uiderentur, is refutatorias preces offerebat, quæ simul mittebantur. l. 18. C. de appell. Symmach. lib. 1. Epist. 31, Cuius meritum perennitas uestra lectis gestis ac refutatorijs cohærentibus æstimabit.

REG.] Regio. REI. M. Rei militaris. RET. P. XX. Retrò pedum uiginti.
Regalíolus] regalioli, pen. corr. masc. gen. (ἱππερφ) Auis, quem. Plin. lib. 10. scribit appellari regem auium in Italia, propter diſsidia & bella quæ sunt inter eam & aquilam. Alij putant galgulum, quæ auis Græcè dicitur Ictheros, à colore. Suet. in Iulio Cæsare, cap. 81, Pridie autem eas dem Idus, auem regaliolum cum laureo ramulo Pompeianæ curiæ se inferentem, uolucres uarij generis proximo nemore prosecutæ ibidem discerpserunt.
Regalis] & hoc regale. Vide Rego.
Regelo] regelas, pen. corr. regelare: Contrarium est suo simplici, Gelu resoluere. Colum. lib. 1. cap. 5. 7. Idem lib. 2. cap. 16, Alter quod assiduis humoribus rigens hoc adhibito regelatur. Idem lib. 10. 8,

Post ubi Rypheæ torpentia frigora brumæ
Candidus aprica Zephyrus regelauerit aura.

Regenero] regeneras (ἀναγεννάω) regenerare, Iterum siue rursum generare. Plin. lib. 12. cap. 1. 8, Patani satæ regenerauêre uitium. Idem lib. 7. cap. 11. 2, Signa quædam, nævosq; & cicatrices etiam regenerari.
Regenerare auum, Similem auo gigni. Plin. lib. 7. cap. 12. 2, Indubitatum exemplum est Nycæi nobilis Pyctæ Byzantij geniti, qui adulterio Aethiopis natà matre, nil à cæteris colore differente, ipse auum generauit Aethiopem. hoc est, Niger natus est, qualis fuerat auus, quum tamen alba esset mater.
Regenero, Idem etiã significat, quod Repræsento, seu naturam & mores refero. Plinius lib. 14. cap. 22. 7, Nec alio magis Brutus Cæsar regenerasse patrem Tiberium ferebatur.
Regermino] regerminas, pen. corr. (ἀναβλαστάνω) regerminare, iterum germinare. Plin. lib. 16. cap. 33. 3, Et in Aenaria succisa regerminat.
¶ Regerminatio, Verbale (ἀναβλάστησις) Plin. lib. 17. cap. 20. 5, regerminatione cædua, uel salice lætior.
Regero] regeris, pen. corr. regessi, regestum (ἀνατιθέναι) regerere, Retrò portare, reducere, reijcere. Plin. lib. 2. cap. 9. 5, In coitu quidem non cerni, quoniam hausti um omnem lucis auersa illò regerat, unde acceperit. De luna. Colum. lib. 2. cap. 10. 10, Deinde quum ad adulteram partem areæ perue nerint, in aceruum culmos regerant.
Contagia regerere. Plin. lib. 28 cap. 4. 3.
Crimen alicui regerere: id est, in aliquem reijcere. Seneca Hippol. 5. 27.
Inuidiam regerere in aliquem. Quintil. lib. 11. cap. 1.
Alicui regerere alterum, pro Obijcere, uel opponere. Cassius ad Ciceronem lib. 15. 19. 2.
Regerere (ἀνακομίζειν) In librum referre quæ audiendo excepimus. Quintil. lib. 3. cap. 8, Sunt enim uelut res regestæ in hos commentarios, quas adolescens deduxerat schola. Budæus de rhetoricis Ciceronis.
¶ Regestus, Participium: ut,
Tellus regesta. Ouid. 11. Metam. 38.
¶ Regestum, regesti, Latinè dici potest, quod uulgò registrum uocamus, teste Budæo.
Regestum, siue Regesta terra, Est terra ex sulco egesta, ut ait Budæus. Colum. lib. 3. cap. 13. 7, Quum à superiore parte in inferiorem detrahitur humus, uix iustum pastinationi præbet regestum. Idem lib. 11. cap. 3. 8.
Regia, regiæ] Vide Rego.
Regiescо] Cresco. Festus & apud eum Paulus: Regiescit, adpud Plautum, significat crescit. Sed quum glires, inquit Turnebus, indidem nomen habere in fragmento significare uideatur, regliscit esse scribendũ affirmo, pro regliscit, à gliscо.
Regifugium] Festus dies apud Romanos, 5. cal. April. quo die fugisse Tarquinios, Historia antiquitatis testis meminit. Lilius Sytagm. 17. Historiæ deorum.
Regigno] regignis (ἀναγεννάω) regignere, Iterum gignere. Hinc passiuum Regignor, apud Lucretium lib. 5. 49,

—quapropter maxima mundi
Quum uideam membra, ac partes consumpta regigni.

Regilla] regillæ (βασιλικὴ) Vestis quæ & basilica, & trabea dicitur, quoniam ea reges uterentur, auro & purpura intexta. Plaut. Epid. 5. 40,

An regillã induculam, an mendiculã? Meminit Nonius.

Segillianus] Imperator Romanus fuit, miro fortunæ ludibrio ad tantæ dignitatis fastigium euectus. Nam quum fortè milites aliquot apud ipsum cœnarent, exortaq; esset quæstio, unde Regilliani nomen deductũ foret, quibusdam ad Regillũ lacum alijs alio originè eius referentibus, Grammaticus, qui fortè aderat, deflectere hoc nomen à rege exorsus est: Regi, Regillanus. qua uoce ueluti omine quodam excepta, succlamatum est protinus à militibus: Merito itaq; rex eris. Quum itaq; postridie in publicum prodijsset, ab uniuersis Imperator est consalutatus.
Regillus (ῥέγιλλος) lacus est in Algidæ syluæ ingressu, ad quem Aulus Posthumius dictator prosperè aduersus Tarquinium Superbum patria eiectum, & Latinos bellum inferentes pugnauit. Liuius lib. 2. ab Vrbe.
Regillis] tunicis albis, & reticulis linteis, utrisq; rectis surfumuersum à stantibus pridie nupliarum uirgines indutæ cubitum ibant ominis causa, ut etiam in togis uirilibus dandis obseruari solet. Festus.
Regimen, Regina, Regio] Vide Rego.
Regindalium] Ludus, uel potius ea sors: qua ducta rex creatur. Vide Cælium Rhodiginũ, & Lilium Geraldum, 13. Syntagmate Histur. deorum.
Regis-uila] Vrbs exigua in extrema Italia, nõ procul ab Ostia. Strabo lib. 5, A Cosis Ostiam nauigantibus exiguę occurrunt urbes, Trauisciũ, Pyrgi, Halsium, Frigenia, ad Transiscos ccc. sunt stadijs. inter hæc locus est, quẽ Regis-uilam uocant.
Registrum] Legitur apud Flauiũ Vobiscum in Probo, Vsus, inquit, etiam ex registris scribarum porticus porphyreticæ.
Regium Lepidi] ῥήγιον Λεπίδιον, Galliæ Cisalpinæ oppidum, à quo Regienses. Author Plin. lib. 3. cap. 15. Est & Rhegium aliud, cum aspiratione, promontorium Siciliæ. Vide suo loco.
Reglutino] reglutinas, pen. corr. (ἀπολλάω) reglutinare, contrarium suo simplici Glutinare. Catull. ad Thallum, 22,

Quæ nunc tuis ab unguibus reglutina & remitte.

¶ Reglutinosus, pen. prod. Adiectiuum (κολλώδης) Valde glutinosum, significat. Plin. lib. 11. cap. 15. Sequens probatio ut sit odoratum ex dulci acre, reglutinosum, perlucidum. Vetus exemplar habet, glutinosum.
Regno, Regnum] Vide Rego.
Rego] regis, rexi, rectum (ἰθύνω, εὐθύνω, ἡνιοχεύω, διηκεσία ἐίω, πολιτεύω, κυβερνάω) regere, Gubernare: quasi rem populi agere. Virg. 4. eclog. 4,

Pacatumq; reget patrijs uirtutibus orbem.

Regere & moderari. Cic. in Somnio, 29, Siquidem deus est qui uiget, qui sentit, qui meminit, qui prouidet, qui tam regit & moderatur, & mouet id corpus cui præpositus est, quùm hunc mundum princeps ille Deus.
Lapis regis arua certis finibus. Tibull. lib. 1. eleg. 3. 9.

Animum regere. Horat. 1. epist. 2. 13.
Animos dictis regere. Virg. 1. Aeneid. 32.
Bella regere. Silius lib. 7. 9.
Consilio rem aliquam regere. Terent. Eunuch. 1. 1. 13.
Cursus regere. Virg. 6. Aeneid. 76.
Disciplina regere aliquem. Cic. ad Atticum, lib. 16. 196. 5.
Lunáq; noctiuncs dicta regebat equos. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 6.
Fines regere. Cic. 2. de Legib. 84. Idem pro Murena, 19, Ille exercitatus est in propagandis finibus, tu in regendis.
Fines regi dicuntur (inquit Boethius lib. 2. Top.) quando agri propositis terminis finiuntur. Nam Regere, antiquæ legis XII. Tab. significatione, est Suis finibus terminatum habere & Statuere. Iustinian. lib. 4. tit. de officio iud. §. ult. Si finium regundorum actum fuerit, &c.
Habenas regere. Ouid. 1. Fastorum, 5.
Imperium regere. Virg. 1. Aeneid. 89.
Res imperio regere. Lucret. lib. 5. 227.
Italiam imperijs grauidam regere. Virg. 4. Aeneid. 46.
Ingenium alicuius regere. Plaut. Bacchid. 8. 90.
Iter rexit lino Theseus. Propert. lib. 2. eleg. 15. 1.
Mentem suam regere. Ouid. ad Pisonem, 12.
Mores regere suo exemplo. Ouid. 15. Metam. 167.
Versare suam naturam & regere ad tempus, Cic. pro Cælio, 9.
Opes regere. Ouid. 14. Metam. 155.
Ora equi regere. Ouid. 8. Metam. 8.
Imperio populos regere. Virg. 6. Aeneid. 171.
—O, qui res hominumq; deumq;
Aeternis regis imperijs. Virg. 1. Aeneid. 47.
Ratem regere arte. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 23.
Rates gubernacula regunt: hoc est, dirigunt. Plinius libro 12. capit. 19. 2.
Remo reguntur rates. Ouid. 1. de Arte, 1.
Rempublicam regere. Cic. 1. Offic. 130.
Semetipsum regere. Cic. Plancio, lib. 4. 14. 3.
Senatum consilijs regere. Quintil. lib. 2. cap. 16. 11.
Vrbes regere in longa pace. Virg. 7. Aeneid. 10.
Vrbes consilijs regere. Quintil. in Proœm. lib. 1. 8.
¶ Regendus, Participium (ἰδιωτικῶ) Senec. Octau. 8. 2, Regenda magis est feruida adolescentia.
Iuuenem suscipere regendum. Cic. ad Atticum, lib. 10. 196. 2.
¶ Regito, regitas, pen. cor. (ἰδιώτικα) regitare, Frequentatiuũ. Varro 1. de Re rust. cap. 57. 3, Granaria in agro quidã subtimia faciunt, ut in Hispania citeriore, & in Apulia: ita ut nõ solum à lateribus per fenestras, sed etiam subtus à solo uentus regitare possit. Vetus exemplar habet, regelare.
¶ Rectus, Participium (σὺν ὠθεῖσθαι.)
Rectus ad ingenium bonum. Plaut. Bacchid. 8. 8.
¶ Rectus, rectior, rectissimus, Nomen ex participio (ὀρθὸς, ὀρθότερος, ὀρθότατος, εὐθὺς, εὐθύτερος, εὐθύτατος.)
Rectus, Qui stat & rectus est.
Rectus, Qui nullam in partem inflectitur: cuius contrarium est Obliquus. Plin. lib. 12. cap. 19. 3, Recto cursu.
Acies recta oculorum. Vide Acies.
Cœna recta. Vide Cœna.
Recta coma, id est, pressa: Crispæ opponitur. Senec. epist. 96.
Ius rectæ cœnæ habere: id est, buccam ad curiã, inquit Budæus. Vide Sportula.
Conscientia recta. Cic. ad Atticum, lib. 13. 277. 2, In omni uita sua quemq; à recta conscientia transuersum unguem non oportet discedere.
Consilium rectũ & tutum capere. Terent. Heaut. 2. 3. 86. Idem Andr. 2. 1. 11,
Quum ualemus, recta consilia ægrotis damus.
Ipse ego te ripis & recto flumine dicam. Virg. 8. Aeneid. 12.

Indoles recta: id est, non deprauata. Senec. Hippol. 20. 4,
Ingenia recta. Senec. Hippol. 21. 4.
Lux recta aut obliqua. Lucret. lib. 2. 160.
More recto seruat munia uitæ. Horat. 2. epist. 2. 27.
Ore recto uoces emittere fœras. Lucret. lib. 4. 112.
Platea recta, Via recta. Terent. Adelph. 4. 2. 44. Idem Phormione, 2. 1. 80, —eo
Recta uia quidem illuc. Cic. 1. in Catil. 17; Recta perge in exilium.
Truncus rectus. Ouid. 2. Metam. 165.
Tunica recta dicebatur, quæ ita contexta erat, ut uelluti rigens staret. Vel quæ astantibus ab imo in altum texebatur. Hac tyrones & nouæ nuptæ induebantur. Hanc parentes liberis suis conficiendam curabant, ominis causa. Ex Festo.
Via recta rem narrare, Narrare rem ut est, nihil mentiri. Terent. Heaut. 4. 3. 28,
—imò ut recta uia rem narret ordine.
Via recta animi. Propert. lib. 3. eleg. 5. 2.
Rationem rectæ honestæq; uitæ (ut quidam putauerunt) ad philosophos relegandam non concesserim. Quintil. in Proœmio, libro 1. 8.
Longa trabe rectior. Ouid. 3. Metam. 16.
Rectissimus in dicendo. Cic. 2. de Orat. 163.
Rectus, cum genitiuo: ut, Rectus iudicij animus. Seneca de Vita beata.
¶ Rectangulus, a, um, quod habet lineas in rectum productas, itaq; coeuntes, ut nulla sit quæ magis promineat quàm alitera ὀρθογώνιος.
¶ Rectum, substantiuũ, neut. gen. ut, Curuo dignoscere rectum. Horatius 2. epist. 2. 9. hoc est, quid sit uitium, quid uirtus. Porphyrio.
Non agere iter in rectum. Ouid. 2. Metam. 144. id est, Non recta pergere.
Rectum est. Cic. Attico, lib. 6. 120. 5, Saufeium sine meis literis ad te uenire uix rectum erat.
Videre rectum. Horat. 2. epist. 1. 13.
Rectum in oratione, & Prauum, contraria. Cicero 1. Acad. 28, Tertia de differendo, & quid uerum, & quid falsum, quid rectum in oratione, prauumue, quid consentiens, quid repugnet iudicando.
Amor recti. Stat. 5. Sylu. 3. 50.
Conscia mens recti. Virg. 1. Aeneid, 122.
Capessere recta. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 2.
Colere rectum. Ouid. 1. Metam. 19.
Defendere rectum. Vide Defendo.
Præponere rectum utilibus. Claud. 2. Paneg. 21.
Animi rectum seruare. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 40.
Quidúe ad amicitias, usus, rectúmue trahat nos. Horatius 2. Serm. Satyr. 6. 15.
¶ Rectà, Aduerbium (ἰθὺ, εὐθὺ) Terent. Eunuch. 1. 2. 7,
Cur non rectà introibas? Cic. 5. de Fimib. 165, Sed tempus est, si uidetur, & rectà quidem ad me. Idem 7. Verr. 125, Si rectà iter esse Romam, Verri se præstò aduenienti futurũ. & ad Atticum, lib. 4. 74. 4, T'u de uia rectà in hortos.
E naui rectà ad me uenit. Cic. Attico, lib. 6. 119. 1.
¶ Rectè, Aduerbium (ὀρθῶς, καλῶς, εὐπρόσωπως) id est, Bene. Cic. 4. Acad. 174, Rectè cõclusit, teneo: sin uitiosè, unam Diogenes reddet.
Rectè augurarius de me, bene enim tibi cognitus sum. Cic. Att. lib. 9. 189. 2.
Rectè, an secus, nihil ad nos. Cic. in Pisonem, 54.
Rectè, non obliquè. Cic. 1. de Fimib. 30, Siue aliæ declinabunt, aliæ suo nutu rectè ferentur.
Rectè & Obliquè, opposita. Cic. 1. de Fimib. 30.

Rectè,

Rectè, in responsione. Terent. Hecyr. 3. 2. 20,
Quid tu igitur lachrymas? aut quid es tam tristis? P. A. rectè mater. Vbi Donatus, Rectè mater: sic dicimus, quũ sine iniuria interrogantis aliquid reticemus.
Rectè, pro Nihil, authore Donato. Terent. Eunuch. 2. 3. 49,
Dum hæc dicit, abijt hora, rogo nunquid uelit:
Rectè inquit: abeo.
Rectè, pro Sic est, etiam. Terent. Adelph. 3. 3. 79,
Tu rus hinc abis? D. rectè.
Rectè factis, Gratiarum actio est, interprete Donato. Terent. Eunucho, 5. 9. 54,
Mirum ni illoc homine quoquo pacto opus est. G. Idem arbitror.
—G. Rectè facitis.
Rectè párere: id est, nõ monstrum párere, inquit Donatus. Terent. Hecyra, 4. 1. 17,
—præsertim quum & rectè, & tempore suo pepererit.
Rectè, pro iustè. Terent. Andr. 5. 4. 53, —uinctus est.
P. Pater, non rectè uinctus est. Et Andr. 4. 5. 27,
Rectè ego semper fugi has nuptias.
Lata rectè, & Vitio lata, contraria. Cic. de Arusp. resp. 45.
Rectè abuti. Quintil. lib. 6. cap. 10. 5, Potest uideri hoc nomine rectè abusus.
Tabernaculum rectè captum. Cic. 2. de Diuin. 114.
Rectè, Responsio ad Quid fit? Terent. Adelph. 5. 5. 3,
Quis homo? ô Syre noster, salue: quid fit? quid agitur? S, rectè. D. optimè est.
Rectè, Tutò. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 14. 1, Si ille Romam modestè uenturus, rectè in præsentia domi esse potestis.
Non rectè dicere alicui, pro Maledicere. Plaut. Pseud. 19. 23.
Rectè dicis. Terent. Adelph. 4. 3. 18,
Et rectè, & uerum dicis. Plaut. Capt. 17. 7,
Rectè & uera loquere: sed neq; tu uerè neq; rectè adhuc Fecisti unquam.
Rectè admones. Cic. 6. Verr. 5.
Rectè dare literas. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 3. id est, Quibus tutò & citra periculum dare possim literas.
Rectè dare fundum. Cic. Attico, lib. 13. 298. 2.
Rectè esse alicui, pro rectè ualere. Cic. ad Atticũ, De Attica pergratũ mihi feci sti, quòd curasti antè scirem ei rectè esse, quàm non bellè fuisse. Idem de claris Orat. 185. Quæ si rectè esset, id est, Si omnia bene commodè cederent. Budæus.
Rectè esse alicubi: pro, Sine reprehensione manere. Cic. ad Atticum, lib. 16. 339. 10.
Apud matrem rectè est. Cic. Attico, lib. 1. 4. 3.
Est rectè, pro Satis est. Terent. Heaut. 2. 1. 16,
Tum quod dem ei, rectè est: nam nihil esse mihi, religio est dicere.
Facere alicui rectè. Plaut. Aulul. 10. 12.
Factum rectè, & peccatum. Cic. 1. Acad. 53.
Ferre molestias rectè: id est, patienter. Terent. Eunuch. 1. 1. 33.
Meministi rectè. Plaut. Pseud. 20. 49. Terent. Heaut. 5. 2. 43,
—sat rectè hoc mihi
In mentem uenit.
Ministrare rectè. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 14.
Olere rectè, Bene olere. Plaut. Mostel. 4. 116.
Oneratus rectè. Plaut. Bacchid. 5. 114,
Ille est oneratus rectè, & plus iusto secum uehit.
Otia ponere rectè. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 23.
Sperare rectè. Cic. ad Atticum, lib. 13. 274. 2.
Valere rectè. Plaut. Bacchid. 4. 14,
Quia si illa inuenta est quam amat, uiuit, rectè ualet.
Viuere rectè. Horat. 1. epist. 6. 6.
Epicurus circuitione quadam deos tollens, rectè non dubitat di-

uinationem tollere. Cic. 2. de Diuin. 59, hoc est, apertè, non dissimulanter, nec per circuitionem.
Rectius, Comparatiuum aduerb. Rectius cœnauerimus. Plaut. Merc. 16. 62,
Eadem licebit mox cœnare rectius.
Rectius rem meminisse. Plaut. Epid. 11. 26.
Rectius rem tenere. Plaut. Amphit. 3. 110.
Rectius ualere. Plaut. Trinum. 4. 9.
Perspicere rectius. Lucret. lib. 1. 32.
¶ Rectio Verbale (ἰδιωσις) Cic. 5. de Fimib. 18, Quum autem tertia pars bene uiuendi præcepta quæreret, ea quoq; est ab ijsdem nõ solùm ad priuatæ uitæ rationem, sed etiam ad Rerumpub. rectionem relata. Sic lib. 4. 100.
¶ Rector, & Rectrix (εὐθυντὴς, εὐθυντῆρ, εὐθυντὴρ, εὐθυντῆρες) Qui uel quæ regit. Cic. 2. de Nat. deor. 131, Intelligere inesse aliquem non solùm habitatorem in hac cœlesti ac diuina domo, sed etiam rectorem & moderatorem, & tanquam architectum tanti operis, tantiq; muneris. Colum. lib. 3. cap. 10. 8, Videmus hominibus inspiratam uelut aurigam, rectricemq; membrorum animam. Plin. lib. 37. cap. 13. 3. Italia rectrix parensq; mundi altera.
Maiestas rectoris. Silius lib. 15. 82.
Iuppiter diuũm maximus rector. Virg. 8. Aeneid. 115.
Iuuenum rectores. Virg. 9. Aeneid. 35.
Olympi rector. Ouid. 9. Metam. 101.
Pelagi rector. Ouid. 1. Metam. 67.
Centum populorum rector. Ouid. 7. Metam. 97.
Regum rector maximus. Senec. Troade, 10. 24.
Superũm rector. Ouid. 1. Metam. 234.
¶ Regimen, pen. corr. regiminis (εὐθυνσις) Ipsa rectio. Liu. 3. ab Vrbe, 137, Regimen totius magistratus penes Appium erat, fauore plebis. Plin. lib. 7. cap. 16. 3, Vocis, sermonisq; regimen primores tenent dentes.
In quo consilium uitæ regimenq; locatum est. Lucret. lib. 3. 19.
Cruentum regimen manu tractare, Regere in tyrãnide Stat. 11. Thebaid. 132.
Lentum regimen. Senec. Agamemn. 6. 8.
¶ Regimentum, regimenti, Idem quod Regimen. Arcad. in l. 1. §. 1. de. offic. Præf. præt. Regimentis Reipub. ad Imperatores perpetuò translatis, &c.
¶ Regula, regulæ, pen. corr. (κανὼν) Norma qua lineæ diriguntur, quasi mensuram regens. Colum. lib. 3. cap. 13. 10, Nam duas regulas eius latitudinis qua pastinator sulcum facturus est, in speciem Græcæ literæ X decussauimus: atq; ita mediæ parti, qua regulæ committuntur, antiquam illam ciconiam infiximus.
Regula & Norma quid differant. Vide Norma.
Regula philosophiæ. Cic. 4. Acad. 56.
Habere regulam qua uera & falsa iudicentur. Cicero de claris Orat. 78.
Mediocritatis regula optima. Cic. 2. Offic. 86.
Norma, regula, & præscriptio naturæ. Cic. 4. Acad. 254. Plinius iunior lib. 9. ad Lupercum, Sed Demosthenes ipse ille norma oratoris & regula.
Omnium una regula est, quam cupio tibi esse notissimam, &c. Cic. 3. Offic. 107.
Exemplum & regula. Cic. in Sallust. 2.
Aberrare à regula & præscriptione uitæ. Vide Aberro.
Ad regulam loqui. Quint. lib. 9. cap. 4, Neq; enim loquuti sunt ad hanc regulam & diligentiam primi homines.
Dirigere ad regulã. Cicero de Opt. gen. Orat. 153. Idem 1. de Fimib. 97, Seruata illa, quæ quasi delapsa de cælo est ad cognitionem omnium, regula, ad quam omnia iudicia rerum dirigentur.

Regulæ

Regula peccatis quæ pœnas irroget æquas. Horatius 1. Serm. Satyr. 3. 24.
Regula, Baculus quo aliquid rectum tenetur. Colum. lib. 6. cap. 19. 2. Ibidem, cap. 62. 1, Deinde prius quàm ferrũ admoueas, duabus angustis ligneis regulis (ueluti forcipibus) apprehendere testium neruos, &c.
Prima regula in fabrica. Lucret. lib. 4. 105.
Regula, Instrumentum, eundem usum præbens in factura olei quem fiscus. Vide Fiscus loco suo. Colum. lib. 12. cap. 50. 9, Aut regulis, si consuetudo erit regionis, aut certè nouis fiscis sampsæ exprimi. Ibidem, cap. 52. 1.
¶Regularis, pen. prod. Adiectiuum (κανονικὸς) Quod secundum regulam est, uel quod in regulam trahi potest.
Regulare æs, quod obsequitur malleis, & quasi in utranq; partem regi potest, quòd etiam ab alijs ductile appellatur. Plin. lib. 34. cap. 8. 43, In Cypro coronarium æs & regulare est, utrunq; ductile.
¶Regulariter, pen. corr. Aduerb. Vlpian. in l. quòd si seruus, §. 2. ff. de in rem uerso, Et regulariter dicimus totius de in rem uerso esse actionem. Idem in l. regulariter definiendum est. de petit. hæred.
¶Rex, regis (βασιλεὺς, αὐθέκ, ἀσυμνήτης, ποσμήτωρ, ποιμὴν λαῶν) Qui regnum possidet & regit. Cic. 2. Offic. 58, Mihi quidem non apud Medos solùm, ut ait Herodotus, sed etiam apud maiores nostros iusticiæ fruendæ causa uidentur olim bene morati reges constituti. Idem 3. de Finib. 113, Rectius enim appellabitur rex quàm Tarquinius, qui nec se, nec suos regere potuit. Terent. Phorm.
Regem me esse oportuit.
Triumphi regum. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 7.
Cælicolûm rex. Virg. 3. Aeneid. 4.
Deorum rex. Horat. 4. Carm. ode 4. 1.
Pater diuûm, & rex hominum, Iuppiter. Virg. 1. Aeneid. 14. Et lib. 10. 1.
Rex fluuiorum, Eridanus. Virg. 1. Georg. 96.
Magnus rex Olympi. Virg. 5. Aeneid. 107.
Ingentis nominis rex. Vide Ingens.
Rex regum. Horat. 1. epist. 1. 22.
Aequæuus rex. Virg. 2. Aeneid. 113.
Fortissimus gentis Sidoniæ rex. Silius lib. 8. 142.
Indomitus rex. Lucan. lib. 2. 116.
Infernus rex. Virg. 6. Aeneid. 22.
Magni reges. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 9.
Minantes reges. Horat. 2. Carm. ode 12. 3.
Nemorensis rex. Vide Nemus.
Purpureus rex. Ouid. 7. Metam. 21.
Semidei reges. Stat. 2. Achilleid. 73.
Superbus rex. Virg. 11. Aeneid. 3. Lucret. lib. 5. 246.
Timendi reges. Horat. 3. Carm. ode 1. 1.
Tremendus rex. Virg. 4. Georg. 94.
Pauperies abdicta epulis regum. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 9.
Colere reges, non regna. Senec. Herc. Oetæo, 5. 7.
Constituere regem populis. Vide Constituo.
Atauis editus regibus. Horat. 1. Carm. ode 1. 1.
Reges expugnât, capiuntur, prælia miscêt. Lucret. lib. 4. 204.
Imminent duo reges toti Asiæ. Vide Immineo.
Imponere regem alicui regioni. Vide Impono.
Inducere regem in regnum. Vide Induco.
Interceptus mortalitate rex. Vide Intercipio.
Imperia regum pati. Seneca Herc. furen. 6. 13.
Pati famulum & regem: id est, infimam & summam conditionem. Senec. Herc. Oetæo, 3. 12.
Instaurati animi regis succurrere tectis. Virg. 2. Aen. 91, Regibus hic mos est, ubi equos mercantur, opertos
Inspiciunt. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 18.
Hinc populum latè regem, belloq; superbum
Venturum excidio Libyæ. Virg. 1. Aen. 5.
Rex, pro Rectore. Horat. 1. Carm. ode 36. 2, —memor
Actæ nũ alio rege puerities. id est, moderatore ac magistro.
Rex (ait Donatus) aliàs regnatorem, aliàs dominum, aliàs diuitem significat. Sed nunc rationem habet nominis ad aliquid dicti, ad significandum parasitum. Vt enim parasitus regi est, & libertus patroni: sic econtrario rex parasiti est, & patronus liberti. Hæc ille, in illud Terentij in Phorm. 2. 2. 24, Imò enim nemo satis pro merito gratiam regi refert. Collum. in Præfat. lib. 1. 7.
Rex, Potentior: & is quem nobis ueluti in patronum eligimus quem sequamur. Mart. lib. 2. 18,
Qui rex est, regem Maxime non habeat.
Rex, Diues. Horat. 2. Carm. ode 14. 3, —siue reges
Siue inopes erimus coloni.
Reges ærarij, Qui præsunt ærario. Cic. 2. de lege Agrar. 29.
Rex sacrorum. Cic. de Arusp. resp. 10, L. Claudius rex sacrorũ. Plin. lib. 11. cap. 37. 56.
¶Regina, reginæ, penult. prod. (βασιλὶς, βασίλισσα, βασίλεια, εὐάωσα, πλυσμοὶς, αἰσυμνητὶς) Regis uxor. Cic. ad Attic. lib. 14. 305. 2, Reginæ fuga mihi non molesta.
Teq; particeps connubij, socia regni, regina Iuno. Cicero Antequam iret in exilium, 15.
Regina deûm, Iuno. Virg. 1. Aen. 3.
Regina, Domina. Plaut. Trucul. 10. 51,
Sed reginæ domi suæ fuêre ambæ.
Pecunia regina. Horat. 1. epist. 6. 8.
Omnium regina rerum oratio. Cic. 2. de Orat. 101.
Siderum regina bicornis Luna. Horat. in Carm. secul. 7.
Regina, Quæ prouinciæ alicui præest, & eam regit: quemadmodũ Dido apud Carthaginenses, & Cleopatra in Ponto.
Reginæ, Diuites, inquit Donatus. Terent. Eunuch. 1. 2. 88,
— eunuchum porrò dixti uelle te,
Quia solæ utuntur his reginæ: repperi.
¶Regulus, reguli, pen. corr. m. g. (βασιλίσκος) Diminutiuum, quasi paruus rex, non quòd paruæ staturæ, sed quòd alicuius urbis aut oppidi dominus sit: qui generali uocabulo dominus aut princeps dicitur. Quamuis proprièreguli sint filij aut nepotes regum. Plin. lib. 18. cap. 3. 12, Vt quum reguli Africæ bibliothecas donaret. Liu. 1. bel. Pun. 6.
Regulus, Auis minima, à quibusdam regaliolus dicta: alio nomine trochilus, ut Plin. lib. 10. cap. 74. docet. Et ab Aristotele πρόσβυς, quasi rex & præses auium dicitur.
Regulus, Serpentis genus est, quem Græci basiliscum dicunt.
¶Regius, Adiectiuum (βασιλικὸς) Quod est regis: siue quod rege dignum est. Cic. 3. Offic. 49, Erat autem regius pastor. De Gyge.
Bellum regium. Cic. pro lege Manilia, 35.
Ales regia, Aquila. Ouid. 4. Metam. 75.
Acceptus apparatu regio. Cic. de Somn. Scipionis, 3.
Chartæ regiæ. Catul. ad Varum, 19. 2.
Conditio regia. Cic. ad Att. lib. 12. 238. 3.
Coniux regia. Virg. 2. Aen. 157.
Consuetudo regia. Cic. 5. Verr. 64.
Dona regia. Virg. 1. Aeneid. 141.
Honos regius. Virg. 7. Aen. 163.
Regium imperium pati. Senec. Medea, 4. 3.
Insigne regium. Tacit. lib. 5.
Iuuenis regius. Ouid. 2. Fast. 153.
Moles regiæ. Horat. 2. Carm. ode 15. 1.
Morbus regius, qui & arquatus. Plin. lib. 22. cap. 24. 8, Varro regium cognominatum morbum arquatum tradit, quoniam

mulso curetur. Horatius in Arte, 42,
Aut mala quem scabies, aut morbus regius urget. Aliàs aurigo dicitur hic morbus. Celsus lib. 3. cap. 24, Aeque notus est morbus, quem interdum arquatum, interdum regiũ nominant.
Interfecto enim rege, regios omnes nutus tuemur. Cic. Cassio, libro 12. 1. 4.
Olea regia. Col. lib. 5. cap. 8. 2.
Ornatus regius. Cic. 1. Tusc. 189.
Parens regia. Ouid. 13. Metam. 97.
Potestas regia. Cic. 1. Philip. 2.
Principatus regius. Cic. 3. de Fin. 80.
Progenies regia. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 1.
Puer regius. Virg. 1. Aen. 134.
Pyra regia, apud Columellam libro 5. cap. 10. 12. Et libro 12. cap. 10. 3.
Sanguis regius. Horat. 3. Carm. ode 27. 13.
Virgo regia. Ouid. 2. Metam. 174.
Vrbs regia. Plin. lib. 12. cap. 1. 4.
Ciuitatem regiam Aegyptios inuenisse, populariq; Atticos scribit Plin. lib. 7. cap. 56.
¶Regia, regiæ (βασίλειον) Domicilium & aula regis. Cic. 3. de Fin. 80, Vt enim inquit, nemo dicit in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem.
Regia Solis erat sublimibus alta columnis. Ouidius 2. Metamorph. 1,
Iampridem nobis cæli te regia Cæsar
Inuidet. Virg. 2. Georg. 101.
Aurea regia cæli. Virg. 7. Aen. 42.
Celsa regia Priami. Ouid. epist. 1. 7.
Opulenta regia. Catull. Argon. epigr. 59. 9.
Hic fuit antiqui regia parua Numæ. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 6.
Festaq; confusa resonabat regia turba. Ouid. 12. Metam. 43.
Contingere regiam affinitate. Vide Contingo.
¶Regiè, Aduerbium (βασιλικῶς) Vt decet regem, uel ut solet rex. Cic. 1. in Catil. 22, Si in hunc animaduertissem, crudeliter & regiè factum esse dicerent. Correctius exemplar habet, Non egregiè factum.
Regiè statuere. Cic. 5. Verr. 95, Nunc ut hoc tempore ea quæ regiè seu potius tyrannicè statuit in aratores Apronius, prætermittam.
Politum regiè ædificium. Varr. 1. de Re rust. cap. 2. 9.
¶Regificus, pen. cor. Adiectiuum (βασιλικὸς) ut,
Paratus regificus. Valer. 2. Argon. 131.
¶Regificè, pen. cor. Aduerb. (βασιλικῶς) Cic. 3. Tusc. 77,
Vidi ego te, assuete ope Barbarica
Tectis cælatis, laqueatis,
Auro, ebore, instructam regificè. Ex poeta.
Regificè extructis celebrant conuiuia mensis. Sil. lib. 11. 55.
¶Regalis, & hoc regale, pen. prod. (βασιλικὸς) Ad excellentiam & eminentiam pertinet, & significat Dignum rege. Cic. de Senect. 54, Nihil ei tam regale uideri, quàm studium agri colendi. Idem 1. de Diuinat. 148.
Animus regalis. Liu. 7. bell. Pun.
Arma regalia. Propert. lib. 4. eleg. 4. 5.
Armentum regale. Ouid. 2. Metam. 169.
Atria regalia. Ouid. 5. Metam. 1.
Aula regalis. Senec. Troade, 8. 8. Claud. 1. in Ruffinum, 23.
Carmen regale. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 2.
Cultus regales. Horat. 4. Carm. ode 9. 3.
Diuitiæ regales. Horat. 1. epist. 12. 2.
Domus regalis. Ouid. 1. Metam. 35.
Epulæ regales. Ouid. 6. Metam. 98.
Gaza regali splendida domus. Catull. Argon. epig. 59, 10.
Genus ciuitatis regale. Cic. 3. de Legib. 23.
Imago regalis Iouis. Ouid. 6. Metam. 15.
Impendia regalia. Plin. lib. 36. cap. 15. 10.
Luxus regalis. Virg. 1. Aen. 129.
Mensæ regales. Virg. 1. Aen. 139.
Nomen regale. Cic. pro lege Manilia, 17.
A Senatu regali nomine dignus existimatus Deiotarus. Cic. de Arusp. resp. 26.
Ornatus regalis. Cic. 2. de Finib. 110.
Potestas regalis. Cic. de Arusp. resp. 50.
Sceptrum regale. Ouid. 5. Metam. 85.
Et dedimus tragicis scriptum regale cothurnis. Ouidius 2. Trist. 110.
Sententia regalis. Cic. 1. Offic. 61.
Solium regale. Liu. 1. ab Vrbe, 205, Dij te penates patriiq;, & patris imago, & domus regia, & in domo regale solium, et nomen Tarquiniũ creat, uocatiq; regẽ. Ouid. 6. Fast. 71.
Tecta regalia. Ouid. 6. Metam. 123.
Virgo regalis. Oid. 1. de Arte, 140.
¶Regalia, orum, dicta sunt, quæ multum fœlicitatis & fortunæ pollicentur. Alexandrinus Alexander lib. 5. cap. 25.
¶Regalia exta appellantur, quæ potentibus insperatum honorem pollicentur: priuatis & humilioribus hæreditates, filiofamiliæ dominationem. Festus.
¶Regaliter, pen. cor. Aduerb. (βασιλικῶς) Idem quod Regiè. Ouid. 2. Metam. 80,
—precibus minas regaliter addit.
¶Regio, regionis, f. g. (χώρα, πλίμα, θέσις, περιοχὴ γῆς) Dicta à Rego, quòd prius quàm prouinciæ fierẽt, regiones sub regibus erant, atq; ab his regebantur.
Regio & ora. Cic. pro Sestio, 55, Quæ regio, oráue terrarum erat latior, in qua non, &c. Idem pro lege Manilia, 37.
Certa regio loci. Lucret. lib. 2. 53.
Terræ regio. Cic. 1. de Natura deorum, 36, Atqui terræ maximas regiones inhabitabiles atque incultas uidemus. id est, fines & terminos.
Aprica regio. Vide Apricus.
Agrorũ regiones. Iustinian. lib. 4. tit. 17. de officio iud. §. ult. Quòd si de una re, ueluti de fundo: si quidem iste fundus commodè regionibus diuisionem recipiat, partes eius singulis adiudicare debet.
Deserta siti regio. Virg. 4. Aen. 9.
Montosa regio. Vide Montosus in Mons.
Ignota regio. Ouid. 2. Metam. 41.
Cultu uacantes regiones. Vide Colo.
Apprehendere regionem. Vide Apprehendo.
Attingere regionem. Vide Attingo.
Defendere regiones suas & fines. Cic. in Orat. 79.
Obire pedibus regiones. Vide Obeo.
Peragrare mente regiones. Vide Peragro.
Euryale infœlix qua te regione reliquit? Virg. 9. Aen. 79.
Regiones cæli quatuor, Ortus, Occasus, Meridies, Septentrio. Ortus & Occasus, mobilia ac uaria sunt: Meridies & Septentrio perpetuo statu permanent, oritur quippe sol non itidem semper, sed aut æquinoctialis oriens dicitur, aut solstitialis, aut brumalis. Idem non in eundem semper ócidit locum: sed occasus eius similiter fit aut æquinoctialis, aut brumalis. Ab his quatuor regionibus, quatuor uenti flare dicuntur, qui sunt Eurus, Auster, Fauonius, Aquilo. Cic. 2. de Nat. deor. 72, Sed etiam regio, quæ tum est Aquilonaris, tum Australis. De regione Lunæ.
Lituo Romulus regiones direxit, tum quum urbem condidit. Cic. 1. de Diuinat. 58.
Ara locata sub media cæli regione. Cic. in Arato, 22.

Australis regio. Vide Auster.
Vespertina regio. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 6.
Arctis regionibus exire. Lucret. lib. 6. 25.
Regio, inquit Budæus, vulgò quartarium dicitur, apud Ciceronem pro Plancio, 18. quin etiã tractum uocat, Totus ille tractus celeberrimus Venefranus, Alifranus: tota denique nostra illa aspera & montuosa & fidelis & simplex & fautrix suorum regio, &c.
Viarum regio nota. Virg. 2. Aeneid. 148.
Recta regione uiæ declinare. Lucret. lib. 2. 50.
Regiones, Maiores urbis partes appellari posteà cœptæ, à similitudine earũ regionũ, in quas orbis diuiditur. Quatuor autem fuerunt antiquitus urbis Romæ regiones, è quibus prima regio, Suburrana: secunda, Exquilina: tertia, Colina: quarta, Palatina.
Natiua & regio prouinciæ: hoc est, natura partis & regionis eius prouinciæ quam incolis, uel cui præfueris. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 20.
Regiones uineæ, Fines & limites. Cic. 2. de Nat. deor. 13.
Regionibus officij sese continere. Cic. 2. de lege Agrar.
Modicæ regiones orationis. Cic. 2. de Orat. 37.
Regionibus circunscriptum uitæ spacium: id est, finibus & terminis, ut ait Budæus. Cic. pro Archia, 21.
Regiones & fines eloquentiæ. Cic. in Orat. 79.
Regio, pro Orbita & linea. Cic. 7. Verr. 183, De omnibus nobis si quis tãtulum de recta regione deflexerit. Ibidem, 142, Hæc eadem est nostræ rationis regio & uia, horum nos hominum sectam atq; institutã persequimur. Inde E regione idem pro Rectis lineis accipit. Budæus.
¶ *E regione, tanquam aduerbium ponitur in oratione, pro In conspectu, quasi rectis lineis. Vide E præpositionem. Cæsar 7. bel. Gall 140, Quum uterq; utriq; esset exercitus in conspectu, ferèq; è regione castris castra ponere. Cic. 4. Acad. 219, Nonne etiam dicitis esse è regione nobis è contraria parte terræ, qui aduersis uestigijs stent contra uestigia, quos Antipodas uocatis?*
¶ *Regionatim, pen. prod. Aduerb. (κατὰ χώρας) Per singulas urbis regiones. Suet. in Cæs. cap. 39, Ludos etiam regionatim urbe tota, & quidem pro omnia linguarum histriones. Liu. 10. bel. Maced. 204.*
¶ *Regnũ, regni (βασιλεία)* Regio quæ à rege possidetur. *Cic. ad Cassium, lib. 12. 1. 4, Nam adhuc quidem actum est, non regno, sed rege liberati uidemur.*
Regum regionibus continetur. Cic. 1. de lege Agrar. 45.
Regnum etiam dici potest, quicquid à quoquam possidetur. Cic. 1. de Orat. 22, Nisi hic in tuo regno essemus, non tulissem. id est, in Tusculano.
Regnum, pro Dominatu, siue dominatione. Plaut. Pseud. 3. 13. Sub Veneris regno uapulo, non sub Iouis.
Aut dominatus, aut regnum. Cic. de Arusp. resp. 50.
Regnum ac ditio. Cic. 6. Verr. 53.
Custos regni peruigil canis. Senec. Herc. fur. 9. 39.
Exercitor regnorum Priami Achilles. Virg. 12. Aeneid. 109.
Fructus regni feritas. Sil. lib. 1. 30.
Nouitas regni. Virg. 1. Aeneid. 114.
Adusta regna, Zona torrida. Senec. Herc. fur. 4. 7.
Alterna. Stat. 1. Theb. id. 1.
Barbara. Horat. 2. epist. 1. 51.
Cælestia. Ouid. 1. Metam. 31.
Continua. Vide Contineo.
Dissona regna, Linguis diuersis utentia. Valer. 5. Argon. 122.
Famosa. Lucan. lib. 7. 56.
Furentia regna. Sil. lib. 3. 99.
Huberrima regna. Virg. 3. Aeneid. 22.
Humida regna. Virg. 4. Georg. 73. Intelligit regna Cyrenes Nymphæ sub aquis.
Ignobile regnum. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 2.
Inamabile regnum Plutonis. Ouid. 14. Metam. 118.
Inamœna regna Plutonis. Ouid. 10. Metam. 3.
Inferna regna. Seneca Herc. fur. 11.
Infœlix regnum Erebi. Stat. 8. Thebaid. 5.
Inhospita regna. Ouid. 11. Metam. 57.
Iniusta regna. Valer. 2. Argon. 122.
Inuia uiuus regna. Virg. 6. Aeneid. 31. Orcum intelligit.
Lacum regnum. Claud. 2. Paneg. 41.
Lamentabile regnum. Virg. 2. Aeneid. 1.
Lata regna. Virg. 4. Aeneid. 40. Ouid. epist. 2. 23.
Liberale regnum, Munificum. Vide Liber *adiectiuum.*
Magni regni potentia. Ouid. 6. Metam. 31.
Nobile regnum. Ouid. epist. 16. 27.
Opulenta regna. Seneca Thebaid. 1. 11.
Pallida regna Ditis. Lucan. lib. 1. 91.
Picuum regnum Ditis. Claud. 3. de raptu Proserp. 18.
Potentia regna. Ouid. 1. Amor. el. eg. 1. 5.
Stabile regnum. Seneca Herc. fur. 6. 2.
Tristia regna, Inferorum regna. Horat. 3. Carm. ode 4. 10.
Trux regnum. Seneca Herc. fur. 9. 22.
Vasti regni silentia. Ouid. 10. Metam. 6.
Viduata regna lumine, Orcus. Silius lib. 3. 122.
Vndosa regna, Naiadum. Sil. lib. 5. 5.
Abuti regno et licentia ad omnia. Vide Abutor.
Affectare regnum. Ouid. 1. Metam. 31.
Appetere regnum. Cic. pro Milone, 53, Incidere in suspicionem regni appetendi. Idem de Senect. 51. C. Ser. Ahala Sp. Melium regnum appetentem & occupare uolentem interemit.
Capessere regna. Virg. 8. Aeneid. 102.
Concutere regna Iouis. Senec. Medea, 10. 8.
Vultis et his mecũ pariter cõsidere regnis? Virg. 1. Aeneid. 116.
Contribuere in regna. Vide Contribuo.
Decernere regnum. Vide Decerno.
Deducere aliquem ex regno. Vide Deduco.
Deferre regnum alicui. Cic. 2. Philip. 90.
Superis regnis Iouem detrudere: id est, Cælo. Virgilius 6. Aeneid. 121.
Diuiditur ferro regnum. Lucan. lib. 1. 22.
Dare & Adimere regna, contraria. Cic. pro Milone, 54.
Dominari regno capaci. Senec. Herc. fur. 9. 9.
Exercere regnum. Plin. lib. 10. cap. 21. 1.
Fœdant mea regna suis ruinis. Sil. lib. 15. 106.
Indeserta regna pectore gerere. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 11.
Regna superba gerere. Tibull. lib. 1. eleg. 9. 16.
Habere regna, Regnare. Virg. 1. Aeneid. 70.
Gnosius hæc Rhadamantus habet durissima regna. Virgilius 6. Aeneid. 114.
Impendere regnum. Ouid. 6. Metam. 93.
Inducere regem in regnum. Vide Induco.
Instituere regnum. Vide Instituo.
Insurgere regnis alicuius. Ouid. 9. Metam. 90.
Intercipere regnum. Vide Intercipio.
Inuadere regnum aliquod. Ouid. 3. Fast. 111.
Locare aliquem in parte regni. Virg. 4. Aeneid. 75.
Occupare regnum. Cic. 5. Philipp. 175.
Optare locum regno. Vide Opto.
Permittere regnum alicui. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 25.
Permittere regnum alicui in aliquos. Horat. 4. Carm. ode 4. 1.
Pollutum regnum sanguine Sil. lib. 1. 5.
Possidere regna. Senec. Herc. fur. 9. 3.
Prodere regna alicuius. Ouid. 7. Metam. 3.

Pulsata

Pulsata gemino mari regna Pelopis. Senec. Herc. fur. 13. 6.
Pulsi regnis. Virg. 7. Aen. 44.
Regere regnum. Ouid. 11. Metam. 55.
Resurgunt regna. Virg. 1. Aen. 42.
Sancire regnum. Tacit. lib. 21.
Sortiri regna uiui talis. Horat. 1. Carm. ode 4. 4. Hoc, inquit Acron, ad magisteriorum conuiuia pertinet. Vide Talus pro ludo, in Talus.
Sub regno esse. Cic. Att. lib. 7. 127. 4.
Tenere regna. Lucret. lib. 5. 227.
Iniusta regna tenere. Ouid. 5. Metam. 56.
Torpent regna. Virg. 1. Georg. 25.
Ad auxilium trahere septem regna. Senec. Thebaid. 12.
Viget regnum consilijs. Virg. 2. Aen. 18.
Regnũ, in quo quis eminet, ut in eo regnare uideatur. Cic. Att. lib. 1. 1. 3. Aquilium non arbitrabamur, qui denegat & iurauit morbum, & illud suum regnum iudiciale opposuit. Idem 2. Verr. 22, Hæc dominatio, regnumq; iudiciorum. Item ad Atticum, lib. 14. 314. 1, Post in Cumana & Putcolana regna renauigare.
¶ *Regnó, regnas (βασιλεύω, ἀνάσσω, κρίνω) regnare,* Regnum possidere & administrare. *Priscian.* Rex solum quod à regendo nascitur, peperit ex se aliud uerbum quod est Regno. *Cic. Senatui, lib. 15. 2. 19, Illum cohortatus sum, ut in uita sua conseruanda primùm regnare disceret: à quibus perspexisset sibi insidias paratas, in eo uteretur iure regio. Ibidem pro lege Manil. 4, Sed ab illo tempore annum tam tertium & uicesimum regnat, & ita regnat, &c.*
Si iudicas, cognosce: si regnas, iube. Senec. Medea, 4. 4.
Meditatus est regnare. Vide Meditor.
Impotenter regnare. Vide Impotens.
Latius regnare. Horat. 2. Carm. ode 2. 2.
In occio regnare. Senec. Herc. fúren. 7. 1.
Cælo regnare. Horat. 3. Carm. ode 5. 1.
Mundo nacuo regnare. Senec. Herc. fúren. 1. 14.
Regnare alicui oppido. Cic. in Ver. Timarchidem in Sicilia omnibus oppidis per triennium scitote regnasse.
Per urbes Graias regnare. Virg. 3. Aen. 59.
Regnare in turmis equitum. Cic. Bruto, lib. 11. 16. 7.
Ardor edendi regnat per fauces & uiscera. Ouidius 8. Metam. 168.
Ebrietas geminata libidine regnat. Ouid. 12. Metam. 45.
In hoc uno regnat oratio. Cic. in Orat. 70.
Regnare, pro, In authoritate esse. Cic. ad Gallum, lib. 7. 25. 2, Olim quum regnare existimabamur.
Regnatur, pen. prod. Impersonale. Virg. 1. Aen. 56,
Hîc iam tercentum totos regnabitur annos
Gente sub Hectorea. Sil. lib. 3. 120,
Hinc Cytherea tuis longo regnabitur æuo.
Regnatum est. Liu. 1. ab urbe, 69.
Regnor, regnaris, Passiuum: ut,
Gentes regnantur. Tacit. lib. 17. Idem de Germanis, Trans Lygios Gothones regnãtur, paulo iam addictius, quàm cæteræ Germanorũ gentes, nondum tamen supra libertatẽ. Regnata fœminis gens. Plin. libro 6. cap. 20. 6, Ab ijs gens Pandæ sola Iadorum regnata fœminis. id est, quibus imperauerunt fœminæ.
Terra regnata Philippo. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15. 3.
Cupido dira regnandi. Virg. 1. Georg. 7.
Accipere Albam regnandam. Virg. 6. Aen. 154.
¶ *Regnatus, pen. prod. Particip. (βασιλεύσας)* Horat. 2. Carm. ode 6. 3,
—*& regnata petam Laconi*
Rura Phalanto.

¶ *Regnator, pen. prod. Verbale (βασιλευτὴς) Qui regnat. Plautus,*
Regnator deûm architectus omnibus Iuppiter. Virg. 4. Aeneid. 54.
Agrestium populorum regnator. Horat. 3, Carm. ode 30. 3.
Olympi superi regnator. Virg. 2. Aen. 156.
Regnator agelli, pro Possessore. Mart. lib. 10. 61.
¶ *Regnatrix, pen. prod. (βασιλεύτειρα) Verbale, sig. ut,* Domus regnatrix. *Tacit. lib. 1.*
Regredior] *regrederis, pen. cor. regressus sum (ἀναχάζω, ἀναχωρέω) regredi, pen. cor. Retrò gradi, reuerti. Plautus Aulul. 4. 7,*
Illuc regredere ab ostio. Cic. ad Att. lib. 8. 163. 4, Quamobrem nolito commoueri si audieris me regredi, si fortè Cæsar ad me ueniet.
Regredi, & Progredi, contraria. Cic. 1. Offic. 50, Cum utrisque separatim locutum, ne cupidè quid agerent, nec appeterent, atq; ut regredi quàm progredi mallent. Idem 3. Verr. 76.
Ad formandos animos, statuendosq; uitæ leges regressi, partem quidè potiorem (si diuidi posset) retinuerunt. Quintilianus in Proœm. *lib. 1, 11.*
In memoriam regredi. Plaut. Capt. 19. 26.
¶ *Regredo, regredis, regredere,* legitur *apud antiquos, pro* Reuocare. *Ennius* Achille,
Quò nunc incerta re, atque inorata, gradum regredere conare? Vide Nonium.
¶ *Regressus, huius regressus (ἀναχασμὸς, ἀναχώρησις) Liuius 4. bel. Pun. 122, Neque locus pœnitendi, aut regressus ira relictus esset. Tacitus libro 1, Et Drusus non expectato legatorum regressu, quia præsentia satis considerat, in urbem redijt.*
Progressus & Regressus. contraria. Cic. 2. de Nat. deor. 73.
¶ *Regressio, regressionis, Verbale (ἀναχώρησις) Cic. 1. Philip. Exponam uobis breuiter consilium profectionis, & regressionis meæ.*
Regula, Regulus] Vide Rego.
Regulus *Attilius, de quo Gell. lib. 6. cap. 4. sic scribit,* Eundẽ Regulum Tubero *in historijs rediisse Carthaginem, nouisq; exemplorum modis excruciatum à Pœnis dicit. In atras (inquit) & profundas tenebras eum claudebant, ac diu posteà, ubi erat uisus sol ardentissimus, repentè educebant, & aduersus ictus solis oppositum continebant, atq; intendere in cælum oculos cogebant. Palpebras quoque eius, ne conniuere posset, sursum ac deorsum diductas insuebãt. Tiditanus autem, somno diu prohibitum, atq; ita uita priuatiũ refert. Idq; ui Romæ cognitũ est, nobilissimos Pœnorũ captiuos, liberis Reguli à Senatu deditos, & ab ijs in armario muricib. præfixo destitutos, eadẽq; insomnia cruciatos interijsse. Hactenus Tubero apud Gellium. Cic. in Pisonem, 33, M. Regulus, quem Carthaginẽses resectis palpebris, illigatum in machina, uigilando necauerunt. De rebus ab eo gestis uide Plin. de Viris illust. & Valerium Maximum lib. 4. cap. 4.*
Meis prouida Reguli. Horat. 3. Carm. ode 5. 3.
Regusto] *regustas (ἀναγεύομαι) regustare, iterum gustare Cic. ad Att. lib. 4. 86. 2, Nam Vestorio dandi sunt dies, & illi Latinus ἀπὸ μιᾶς ex interuallo regustandus. Eidem lib. 13. 272. 1, Sed crebrò regusto tuas literas: in his acquiesco, tamẽ expecto nouas. id est, Crebrò tuas literas in manus sumo: ijs legendis acquiesco, quia scribis te de Attica ægrotante bene sperare.*
Laudationem alicuius regustare: id est, rationem scriptam de laude. Cic. Att. lib. 13. 296. 1.
Rehalo] *rehalas, rehalare (ἀφίημι, ἀθυμίζω) ex Re & Halo, iterum halo, & spiro, Lucret. lib. 6.*

Reiſcio] *reiſcis, penult.corr. reieci, penult. prod. reiectum* (ἀποπίθημαι, ἀναβάλλω, ἀναπίθημαι, ἀνάγω, ἀποῤῥίπτω, ἀναῤῥιπτέω, ἀποπέμπομαι) *reijcere, Retrò iácere. Virgil.* 11. *Aeneid.* 124,

Reijciunt parmas, & equos ad mœnia uertunt. Cæſar 1. *bel. Gal.* 200, *Suisq; imperauit nequod omnino telum in hoſtem reijcerent. hoc eſt, uicißim iácerent, retorquerent.*

E' gremio reijcere aliquid. Ouid. 1. *Triſt. eleg.* 1. 14.

Amictum reiecit ex humeris. Virg. 5. *Aeneid.* 84.

Lictores togulis acceptis ſagula reiecerunt. Cic. in Piſonẽ. 43.

Veſtem de corpore reijcere. Ouid. 9. *Metam.* 7.

Reijcere ex humeris ueſtem. Ouid. 2. *Metam.* 115.

Reiectis ad tergum manibus. Pollio ad Cic. lib. 10. 32. 7.

Reijcere ſe in aliquem. Terent. Andr. 1. 1. 109.

Hoſtem ab aliquo loco reijcere. Cic. Cælio, lib. 2. 9. 6.

Vt domus eorum fores extrà aperirentur, & ianua in publicũ reijceretur. Plin. lib. 36. *cap.* 15. 12.

Reijci à uento ad, uel in Macedoniam. Cic. ad Att. lib. 16. 334. 1. *Eidem, lib.* 3. 48. 3.

Reijcere, Repellere. *Virg. eclog.* 3. 19,

Tityre, paſcentes à flumine reijce capellas.

Reijcere, Reſtitare, abijcere, & pro nihil habere. *Terent. Phor.* 4. 5. 5.

Nam ſi altera illa magis inſtabit, forſitan nos reijciat. Idẽ in Prologo Phorm. 19,

Ille ad famem hunc ab ſtudio ſtuduit reijcere.

Spernere & reijcere. Cic. 1. *de Fin.* 7.

Aliquid à ſe reijcere & aſpernari. Cic. pro Roſc. Amer. 91.

Refutetur ac reijciat clamor. Cic. 2. *Tuſc.* 95.

Deligere bona, & Reijcere, contraria. Cic. 2. *de Leg.* 90.

Reijcere iudices (ἀπολέγω, ἀποψήφω) Aliquando pro eligere & accipere iudices. *Cic.* 5. *Verr.* 22, *Quid prætor? iubet Recuperatores reijcere Decurias: ſcribamus quas Decurias de cohorte mea reijcies, inquit: Reiecti enim, electi dicũtur, inquit Aſconius. Alibi pro iniquum dicere, & alium ſubſortiri cupere, ut ibidem,* 79, *Sic habuiſti ſtatutum cum animo ac deliberatum, omnes qui habitarent in Sicilia, aut qui Siciliã te Prætore attigiſſent, iudices reijcere. Hoc ipſe in eadem iniquum ciurare appellat. Cur autem utranq; ſignificationem habeat, ex loco eiuſdem orationis,* 119. *intelligi poteſt, Apronio permittis ut quos uelit de cohorte ſumat Recuperatores. Indigni, uni potius ex iniquis ſumendi, quàm utri q; ex æquis reijciendi fieri poteſtatem. Qui enim reijcit, is quaſi electos ſumit. Budæus.* Vide Subſortitio.

Reijcere, pro Remittere & differre. *Cic. ad Plancum, lib.* 10. 16. 4, *Tu quanquam conſilio non eges, uel abundas potius, tamẽ hoc animo eſſe debes, ut nihil huc reijcias: neue in rebus tam ſubitis, tamq; anguſtis à Senatu conſilium petendũ putes. Idem Qu. frat. lib.* 2. 5. 6, *Habes acta unius diei: reliqua, ut arbitror, in menſem Ianua. reijcientur.*

In menſem Quintilem reiecti ſumus. Cic. Attic. lib. 1. 2. 1.

Reijcere aliquem ad librum, Remittere. *Cicero ad Atticum, libro* 9. 185. 9.

Reijcere cauſam ad Senatum, pro Referre ad Senatum: quod uulgus dicit Remittere. *Cic. ad Att. lib.* 2. 31. 7. *Liu.* 3. *ab Vrbe*, 58, *Summam pecuniæ quantam æquum eſſet promitti uerebat in dubium, id ad Senatum reijcitur. Idẽ* 9. *bel. Macedon.* 27, *De eare conſulationem integram Senatus ad nouos magiſtratus reiecit.*

Reijcere ſanguinem. Plin. lib. 8. *epiſtol.* 1, *ad Septitium, Encolpius quidam lector ille ſeria noſtra, ille deliciæ, exaſperatis ſanguibus puluere ſanguinem reiecit. Idem libro* 5, *Reddidit dixit.*

Reijcere, pro Reponere ſeu reclinare. *Curtius lib.* 10, *Velut o-*

mni uitæ debito deliberatus, fatigata membra reiecit.

¶ *Reiectus, Particip.* (ἀποῤῥιπτέος) *Cic.* 2. *Verr.* 11, *Vt primùm è prouincia redijt, redemptio eſt huius iudicij facta grandi pecunia, manſit in conditione atq; pacto uſq; ad eũ finem, dum iudices reiecti ſunt.*

¶ *Reiectus capillus circum caput: hoc eſt, proiectus. Terẽt. Heaut.* 2. 3. 50.

Capillus paſſus, prolixus, circum caput
Reiectus negligenter.

Os reiectum terræ quemadmodum obtegatur. Cicero 2. *de Legibus*, 86.

Minæ reiectæ retrorſum. Horat. 4. *Carm. ode* 8. 4.

Milo de rheda pœnula reiecta reſiluit. Cic. pro Milone, 21.

Præda reiecta. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 3. 14.

¶ *Reiecturus, pen. prod. Aliud participp.* (ἀποῤῥίψων) *Ouid.* 9. *Metamorph.* 103,

Ergo ego quæ fueram non reiectura petentem,
Ipſa petam?

¶ *Reiectio, Verbale* (ἀπόῤῥιψις, ἀπόθεσις, ἀποβολή) *Ipſe reijciendi actus.*

Selectio & Reiectio, contraria. Cic. 3. *de Fin.* 32.

Reiectio ciuitatis. Cic. pro Corn. Balbo, 21.

Reiectio iudicum, cui Selectio contrarium eſt. Cic. 2. *Verr.* 11.

Reiectio ſanguinis, pro Fluxu. Plin. lib. 25. *cap.* 13. 20.

Reiectio, Vomitus. Plinius, Et *uernatio utilis erat, ſi poſtquam ſorpta fuerat, ſtatim reiectio ſequatur.*

¶ *Reiectus, huius reiectus, m. g.* (ἀνάγωγος) *Idem quod uomitio. Celſus*, Et *reiectus cibi non erit inutilis, ſi raro fiat.*

¶ *Reiecto, reiectas, Frequent.* (ἀποπέμπω) *Lucret. lib.* 2. 66.

— clamoreq; montes
Icti reiectant uoces ad ſidera mundi.

¶ *Reiectaneus, Adiect.* (ἀποπομπαῖος) *Reiectanea à philoſophis dicuntur mala: ut morbus, dolor, &c. quòd ab omnibus reijciantur, uel reijci debeant. Cic.* 4. *de Fin.* 116, *illa autem, morbum, egeſtatem, dolorem, non appello mala, ſed ſi libet reiectanea.*

¶ *Reijculus, pen. corr. Aliud adiectiuum* (ἀποβλητός) *Reijculæ oues, dicuntur quæ propter ætatem uel morbum reijciuntur. Varro* 2. *de Re riuſt. cap.* 1. 24, *Scire oportet in grege, quot reijculæ ſint alienandæ. Ibidem, Reijculæ ſoboles. Cato cap.* 2. 4, *Vendat boues uetulos, armenta reijcula, oues reijculas, lanam, pelles.*

Reiteratio] ἀνάληψις, *Verbale à uerbo Reitero, reiteras, reiterare, de quo nullum exemplum reperi, repetitionẽ ſignificat. Quint. lib.* 11. *cap.* 2, *Sola qua exciderunt, retractantur, ut crebra reiteratione firmentur.*

Relabor] *pen. prod. relaberis, pen. corr. relapſus ſum* (κατολισθάνω) *relabi, Verbum deponens, iterum labi ſignificat. Ouid. epiſt.* 21. 19,

Huc ades, inq; ſinus formoſe relabere noſtros.

In præcepta alicuius relabi. Horat. 1. *epiſt.* 1. 4.

Relabi flumina dicuntur, dum fluxum iterant. Horat. 1. *Carm. ode* 29. 3.

Relangueo] *relangues, relangui* (καταῤῥαθύνω) *relanguere: ſiue Relanguesco, relanguescis, relanguescere: Valde languere. Ouid.* 6. *Metam.* 59,

Impoſito fratri moribunda relanguit ore.

Relanguit. Cic. ad Attic. lib. 13. 290. 8, *Quòd autem ille relanguiſſe ſe dicit, ego ei tuis literis lectis* ἀπολιθῶ ἀπαραῖς *ſignificaui me non fore.*

Relangueſcit animus. Claud. lib. 1. *Cæſar* 2. *bel. Gal.* 286. *Quòd his rebus langueſcere animos, eorumq; remitti uirtutem exiſtimarent.*

Relatio, Relator, Relatus] Vide Refero.

Relauo]

Relauo] *relauas, pen. corr. relaui, relotum, pen. prod. relauare, Frequenter lauare. Lucret. lib.* 6,

Denique ſi calidis etiam quum te relauaris,
Plenior effluxeris ſolio feruentis aquai.

Relaxus] Adiect. (ψολύχαυνος) *Valde laxum & ſolutũ ſignificat. Colum. lib.* 11. *cap.* 3, 38, *Relaxa humo plenioris craſſitudinis fiat radix.*

¶ *Relaxo, relaxas* (ἀφιόω, χαυνόω) *relaxare, laxũ facere, aperire, liberare, diſſoluere. Cicero de Senect.* 73, *Ex quo intelligitur quales futuri ſint, quum ſe planè corporis uinculis relaxauerint.*

Vincla tunicarum relaxat. Ouid. 2. *Faſt.* 65.

Agmina delurbat gladio, campumq; relaxat. Sil. lib. 7. 144.

Denſa relaxare, & laxa denſare. Virg. 1. *Georg.* 84.

Ora fontibus relaxare. Ouid. 1. *Metam.* 57.

Pelagus relaxant fontes Oceani. Sil. lib. 3. 11.

Calor relaxat cæca ſpiramenta. Virg. 1. *Georg.* 18.

Alia ſtringere, et Relaxare, cõtraria. Cic. 2. *de Nat. deo.* 204.

Relaxare & Aſtringere, contraria. Cic. ad Att. lib. 10. 196. 2,

Pater enim nimis indulgens, quicquid ego aſtrinxi, relaxat.

Dat interualla & relaxat dolor. Cic. 2. *de Finib.* 151.

Relaxantur inſani. Cic. 4. *Acad.* 96.

Relaxare animum, & Relaxari animis, Recreari. Cic. 1. *Offic.* 172, *Atq; etiam quum relaxare animos, & dare ſe iucunditati uolent. Idem* 2, *Philip.* 58, *Veruntamen homines quamuis in turbidis rebus ſint, tamẽ ſi modò homines ſunt, interdum animis relaxantur. Sic de claris Orat.* 10, *Relaxa modò paulum animum: aut ſanè, ſi potes, libera.*

Mentem relaxare. Seneca. Hyppol. 4. 18.

Relaxatus ſomno animus: hoc eſt, Reſolutus ſopore. Cicero 2. *de Diuinat.* 150.

Relaxare ſe occupatione. Cicero Att. lib. 16. 340. 1, *Cum ſoror reages attentius, ſi te occupatione iſta relaxaris. id eſt, remiſeris occupationem iſtam: planè te illa exoueris, et omnino reliqueris:*

A' nimia neceſſitate aliquid faciẽdi ſe relaxare. Cic. in Or. 102.

¶ *Relaxatio, Verbale* (ἀφεσις) *Cic. ad Gallum, lib.* 7. 27. 4. *Idem* 2. *de Orat.* 13, *Verum oclſi fructus eſt, non contentio animi, ſed relaxatio.*

Relego] *relegas, pen. prod.* (ἀποπέμπω, ἀποδιοπομπεῖσθαι) *relegare, Separare, ſemouere. Virg.* 3. *Georg.* 43,

Atq; ideo tauros procul atq; in ſola relegant Paſcua.

Cic. 3. *Offic.* 152, *Criminabatur etiam quòd Titum filium, qui poſtea eſt Torquatus appellatus, ab hominibus relegaſſet, & ruri habitare iuſſiſſet. Cæſar* 5. *bel. Gall.* 117, *Ne relecti & longè relegati ab cæteris, aut ferro, aut fame intereant.*

Relegare alicui cauſas alicuius rei: id eſt, prætexere illũ eſſe in cauſa. Tibull. lib. 4. *eleg.* 6. 1,

Illa quidem ornandi cauſas tibi diua relegat. id eſt, aſſignat cauſam ſui ornatus, quòd te colere uoluerit.

Relegare, remittere. Plin. lib. 7. *cap.* 1. 3, *Nec tamen ego in pleriſque eorum obſtringam fidem meam, potiusq; ad authores relegabo, qui dubijs reddentur omnibus.*

Relegare (ἀφοδίαζω) *In exiliũ mittere. Plin. epiſt.* 35. *h, Aſſenſerunt Conſules deſignati, Martianũ in quinquennii relegãt. Cic. ad Attic. lib.* 2. 26. 1, *Narro tibi, planè relegatus mihi uideor poſtquam in Formiano ſum. Ouid.* 2. *Triſt.* 40,

Vnde precor ſupplex ut nos in tuta releges.

In cõcione aliquem relegare. Cic. pro Seſt. 22, *L. Lamiam, qui, &c. in concione relegauit: edixitq; ut ab Vrbe abeſſet mille paſſuum diœcenta.*

Verba alicuius relegare. Ouid. 2. *de Ponto, eleg.* 2. 2.

Relegari in exilium. Liu. 5. *bel. Pun.* 30.

¶ *Relegatus, penul. prod. Participium* (ἀποπεμφθείς, ἐξωρισμένος) *ut,*

Ambitio relegata. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 10. 17. *hoc eſt ſemota.*

Relegatus, in exilium miſſus. Ouid. 4. *de Ponto, eleg.* 13. 8,

—ſed me iam Care niuali
Sexta relegatũ bruma, ſub axe uidet. Idẽ 5. *Triſt. eleg.* 12. 5.

Nõ ſæua terris gens relegata ultimis. Cic. 2. *Tuſc.* 33. *Ex poeta.*

¶ *Relegatio, relegationis, Verbale* (ἐξορισμός) *Eſt exterminatio, quum quis exire fines patriæ iubetur: quod Cicero Sedibus expellere interpretatur. Liu.* 3. *ab Vrbe*, 46, *Exilio aut relegatione ciuium ulciſcentes Tribunos.*

Relegatio ac ſupplicium. Cic. pro Roſcio Amer. 24.

Relegatio atq; amandatio. Cic. pro Roſcio Amer. 25.

Ieiuna & bella relegatio. Cic. ad Att. lib. 2. 22. 4. *Emendatiores codices legunt, ieiuna, tabellarij legatio, &c.*

Relegationem ſemper exilio minorẽ facit Ouidius: ut 2. *Triſt.*

Quippe relegatus, non exul dicor in illo.

Relego] *relegis, pen. cor. relegi. pen. prod. relectũ* (ἀναγιγνώσκω) *relegere, Rurſus legere. Cic.* 2. *de Nat. deor.* 104, *Qui autẽ omnia quæ ad cultum deorũ pertinerent diligenter pertractarent, et tanquam relegerent, ſuni dicti religioſi ex relegendo, ut elegantes ex eligendo.*

Scripta relegere, et Scripta relecta. Ouid. 2. *de Rem. Amor.* 65.

Pecuniam Idibus relegere, Recolligere. Horat. Epod. 2. 14,

Iamiam futurus ruſticus
Omnem relegit idibus pecuniam,
Quærit calendis ponere. Tanquam enim eum, inquit Acron, pro fœnoris lucro iam receptæ pecuniæ pœniteret, ita recollectam Idibus, Calendis properat commodare.

Iter relegere, Redigere per eandem uiam. Stat. 1. *Achil.* 5.

Littora errata retrorſum relegens. Virg. 3. *Aen.* 139.

Sæpe relegenda feci plura. Ouid. 3. *de Ponto, eleg.* 5. 3.

Relenteſco] *relenteſcis, relenteſcere, iterũ lenteſcere. Ouid.* 1. *Amor. eleg.* 8. 16,

Neue relenteſcat ſæpe repulſus amor.

Releuo] *releuas, pen. corr.* (ἀναπαύω) *releuare, Rurſum E' terra corpus releuare. Ouid.* 9. *Metam.* 64. (leuare.

Humeros paternos releuare. Ouid. 4. *Faſt.* 34.

Per translationem ad multa alia transfertur ut,

Æſtus releuare. Ouid. 3. *de Arte*, 139.

Aliquẽ releuare, Excuſare, et quaſi noxæ eximere. Cic. Att. lib. 3. 50. 4, *Hæc eo ſcripſi ut potius releuares me, quod facis, quàm aut caſtigatione, aut obiurgatione dignum putares.*

Animum releuare alicui: hoc eſt, ſuſcitare & erigere. Terent. Adelph. 4. 3. 11.

Caſus alicuius releuare. Ouid. 5. *Triſt. eleg.* 4. 9.

Caſum communem releuare. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 4. 4. *Vetus exemplar legit, A' ſe leuare poteſt, &c.*

Famem copia nulla releuat. Ouid. 11. *Metam.* 26.

Relcuare labores, Minuere. Plin. in Paneg. 31.

Laborem longum requie releuare. Ouid. 15. *Metam.* 4.

Et releuant multo pectora ſicca mero. Ouid. 3. *Faſt.* 61.

Cibi ſatietas atq; faſtidium releuatur. Cic. 1. *de Inuent.* 37.

Sitim releuare. Ouid. 6. *Metam.* 71.

Releuari moleſtijs, Liberari. Cic. 2. *de Diuinat.* 10, *Vt animus moleſtijs potiſſimùm releuaretur. Vetus codex habet, Vt & animus moleſtijs hac potiſſimùm re leuaretur. Idẽ in Catil.* 23, *Videbimur fortaſſe ad breue quoddam tempus cura & metu eſſe relenati.*

Dolore releuari. Ouid. 9. *Metam.* 136.

Non eſt in medico ſemper releuetur ut æger. Ouid. 1. *de Ponto, eleg.* 4. 4.

Releuare aliquem ſatisdatione. Modeſtinus in l. ſi procuratorẽ. ff. de procurat.

Releuari in aliquo. Vlpian. in l. & post rem. ff. de transact. Etsi transactio non perimit rem iudicatam, tamen in eo quod datum est, releuari rem iudicatam oportet.

¶ Releuari, pro exornari. Vlpian. in l. 4. in princ. ff. de censibus, illam enim æquitatem debet admittere censitor, ut officio eius congruat, releuari eum qui & in publicas tabulas delato modo frui certis ex causis non potuit. quare, & si agri portio chasmate perierit, debebit per censitorem releuari.

¶ Releuari, in sensu illo uulgari, qui est, In integrum restitui. Modestinus in l. etiam. §. 1. ff. de minoribus, Ex causa curationis condemnata pupilla, aduersus unum caput sententiæ restitui uolebat: quia uidebatur in cæteris litis speciebus releuata fuisse.

¶ Releuatus, pen. prod. Particip. (ἀναπεφυσιωμένος) ut,

Mens releuata cura. Ouid. 1. Trist. eleg. 10. 3.

Relicinus] pen. prod. Antiquum uocabulum, Significat in occiput refugiente capillamento recrispū. Nomen (ut quidā putant) à Recello deductum, quod significat Retrabo, reuibro, reclino, & cæsim reduco. Et quoniam ad cranium capillitium retorquetur, inde relicinus, ueluti recellimus crinis appellatus, euphoniæ causa. Apuleius lib. 1. Florid. Laudauit sese quòd erat & coma relicinus, & barba squalidus, & pectore hirsutus. Et relicina frons dicitur, ut idem paulo post, Et tabulis & toreumatis idem uigor acerrimi bellatoris, idem ingenium maximi bellatoris, eadem forma uiridis iuuentæ, eadem gratia relicinæ frontis cerneretur. Idē etiam frontem relicinam in Alexandro magno fuisse laudat, quæ scilicet lata, aperta, spectabilis, & à capillorum tegmento libera uideretur. Alij deduci putant à participio Relictus: ut sit frons relicina, capillitio denudata, & uelut relicta.

Relictus] Vide Relinquo.

Religio] religionis, f. g. (ἐρευνία, δυσέρεια, ὀκνηρίαν) Est, ut ait Cic. 2. de Inuent. 241. quæ superioris cuiusdā naturæ (quam diuinam uocant) curam ceremoniamq; affert.

Religio quid à superstitione differat. Cic. 2. de Nat. deor. 103, Non enim philosophi tantum, uerumetiam maiores nostri superstitionem à religione separauerunt. Nā qui totos dies precabantur & immolabant, ut sibi sui liberi superstites essent, superstitiosi sunt appellati: quod nomen patuit postea latius. Qui autem omnia quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter pertractarent, & tanquā relegerent: sunt dicti religiosi ex relegendo, ut eligentes ex eligendo, tanquā à deligendo diligentes, ex intelligendo intelligentes. His enim in uerbis omnibus inest uis legendi eadem quæ in religioso. Ita factum est in superstitioso & religioso: alterum uitij nomen, alterum laudis. Idē lib. 1. 161. de atheis loquens, Horum enim sententiæ (inquit) non modò superstitionem tollunt, in qua inest timor inanis deorum, sed etiā religionem: quæ deorum cultu pio continetur. Cuius dicti meminit Augustinus lib. 4. de Ciuitate cap. 30. Idē ibidem, lib. 6. cap. 9, Quale autem illud est, quod Varro religiosum à superstitioso ea distinctione discernit, ut à superstitioso dicat timeri deos: à religioso autem tantùm uereri, ut parentes: non ut hostes timeri?

Pietas, sanctitas, religio, quæ omnia purè & castè deorum numini tribuenda sunt. Cic. 2. de Nat. deor. 5.

Religio est iusticia erga deos. Cic. in Partit. 41.

Superstitio imitatur religionem. Cic. in Partit. 43.

Diuūm religio: id est, religio erga deos. Lucret. lib. 6. 257.

Cælestes religiones. Tacit. lib. 1.

Prisca religione sacer recessus. Ouid. 10. Metam. 138.

Aetheris alti religio. Virg. 2. Aeneid. 37.

Nondum diuinæ religionis, non humani officij ratio colebatur. Cicero 1. de Inuent. 3.

Labefacta cadit religio. Claud. 1. in Rufinum, 3.

Colere religionem. Cic. pro Plancio, 65.

Summa religione, ceremoniaq; conficere sacra Cereris. Cic. pro Cornelio Balbo, 44.

Omnium religione consecrata. Vide Consecro.

Eripere religionem è domo Pontificis. Cic. pro Domo sua, 80.

Expiare solennes religiones supplicio alicuius. Cicero pro Mil. 54.

Manere in religione. Virg. 3. Aeneid. 82.

Suscipere cultum deorum, & puram religionem. Cicero 1. de Legibus, 90.

Gentes pro suis religionibus bella suscipiunt. Cic. 2. de Nat. deor. 3. Pont. 17.

Antiqua sub religione tueri populum. Virg. 2. Aeneid. 38.

Venire in religionem res aliqua dicitur. Cic. 2. de Nat. deorum 15. Gracchus, quum comitia nihilominus peregisset, remq; illam in religionem populo uenisse sentiret, rem ad Senatum retulit.

Religio, est Latinè loquentibus, id quod uulgò Debitū officij, hoc est, iustum muneris functionem appellant. Cic. 7. Verr. 29. Ibid. 5. 2. Nā qui sibi hoc sumpsit, ut corrigat mores aliorum, ac peccata reprehēdat: quis huic ignoscat, si qua in re ipse ab religione officij declinarit? Budæus.

Religio. Plinius in epistolis lib. 4. ad Cornelium Tacitum, Si parentibus solis ius præceptoris conducendi relinquatur, ijsdemq; religio rectè iudicandi necessitate collationis adda tur. id est, solicita & anxia cura probos præceptores idoneosq; deligendi liberis suis. Budæus.

Adhibe e religionem. Vide Adhibeo.

Oratio nimia religione attenuata. Cic. de claris Orat. 155.

Religio, Conscientiæ scrupulus. Cic. de Arusp. resp. 9, Quæ tanta religio est, qua non in nostris dubitationibus, atq; in maximis superstitionib. unius Pub. Seruilij ac Marci Luculli responso ac uerbo liberemur? Hæc Budæus. Terent. Andr. 5. 4. 39,

At mihi unus scrupulus etiam restat, qui me malè habet.
P. dignus es.
Cum tua religione, odiò: nodum in scirpo quæris. Ibidem, 4. 4. 9.

Arcti nodi religionum. Lucret. lib. 4. 2.

Liber religione animus. Vide Liber adiectiuum.

Afferre religionem. Vide Affero.

Capit quosdam religio. Vide Capio.

Constringi religione. Curtius lib. 6.

Religio iudicis, Integritas, uel anxia cura. Callistratus in l. diuus Adrianus. ff. de re iudic. Cōspiratione aduersariorū testibus pecunia corruptis, religionem iudicis circumuēnam esse.

Religio est mihi. Plautus Curcul. 7. 71,

Vocat ad cœnam: religio fuit, denegare nolui. Budæus. Terent. Heaut. 2. 1. 16,

Tum quod dem ei, rectè est: nā nihil esse mihi, religio est dicere. Apud Suetonium in Augusto, cap. 6, Huic introire, nisi necessariò & castè, religio est. id est, nefas, non licet.

Religio mihi non est quo minus hoc faciam. Cic. 3. in Catil. 60.

Eximere religionem. Liu. lib. 4. id est, scrupulum, & uanum metum adimere. Budæus.

Exoluere religione. Vide Exoluo.

Habere religioni, pro Vereri, & auersari. Cic. 2. Off. 72, Nec tamen ut hoc fugiendum est, ita habendum est religioni, no contemi aliquando & nefarium defendere impiūq; Budæus.

Impediri religione. Vide Impedio.

Incestit deum religio. Tacit. lib. 3. Vide Incesto, in Incedo.

Incutere religionem. Vide Incutio.

Inducere religiones inexpiabiles in Remp. id est, anxietates & formidines impendentes, quasiq; aduentantis iræ diuinæ. Cic. 1. Philip. 9.

Infixa animis religio. Vide Infigo.

Injicere religionem alicuius rei. Vide Injicio.

Mederi religioni. Vide Medeor.

Obligare religione uel obstringere dicebant ueteres, pro eo quod dicimus, Conscientiæ metum incutere. Cic. 2. Philipp. 88. Obstrinxisti Populum Romanum religione, augur auguri, Consul Consuli obnunciasti, id est, de cælo seruasse te dixisti, ne populus eo die comitia haberet, & uitium obuenisse dixisti (uerba sunt augurala) ut comitia disturbares, & populum adalligares, & morareris hac obnunciatione. Verebantur enim Romani aliquid agere uetantibus auspicijs, ne malè cederet, si contra deorum monita ageret. Vide Obligo & Obstringo.

Offerre religionem. Vide Offero.

Grauis ab religione oppressa uita. Lucret. lib. 1. 13.

Ciuitatem religione soluere. Cic. pro Cecinna, 71.

Tangi religione. Liuius 1. ab Vrbe, 198.

Vertere in religionē. Liu. lib. 6. bel. Pun. 52, Et postero die eodem loco acies instructas eadem tempestas diremit. ubi recessissent se in castra, mira ferentitas cum tranquillitate oriebatur. In religionem ea res apud Pœnos uersa est. id est, Pœni interpretati sunt id dijs non placere, ut pro urbe Roma capienda consligerent, uel ut urbs Roma armis oppugnaretur. Budæus.

Religio, quam uulgò Conscientiā rectā dicunt. Cic. pro Cecin. 20, Splendor Equestris ordinis, decus atq; ornamētum iudicium, exemplar antiquæ religionis. Budæus.

Religio, Fides. Cic. pro Flacco, 7, de testibus, Itaque uidete quo uultu, qua confidentia dicant: tum intelligetis quæ religione dicant. Budæus.

Testimoniorum religionem & fidem nunquam ista natio coluit. Cic. pro Flacco, 7.

Religio, Metus, & solicitudo, inquit Seruius. Virgilius 8. Aeneid. 70,

Iam tum religio pauidos terrebat agrestes Dira loci.

Refrenatus religione. Lucret. lib. 5. 23.

Numinum religiones introspicere. Tacit. lib. 3.

¶ Religiosus, pen. prod. Adiectiuum (δρῦσιν, θεοσεβὲς, σεβασθὲς, σεβάσμιον) Vide Religio. Gellius ex Nigidio Figulo, Quocirca religiosus is appellabatur, qui nimia & superstitiosa religione sese alligauerat: eaq; res uitio assignabatur. Sed præter ista quæ Nigidius dicit, alio quodam diuerticulo significationis, religiosus pro casto atq; obseruanti, cohibentiq; sese certis legibus, finibusq;, dicitœptus. Simili aūt modo illa quoq; uocabula ab eadem profecta origine, diuersum significare uidētur, Religiosi dies, & Religiosa delubra. Religiosi enim dies dicuntur tristi omine infames, impeditiq;, in quibus & res diuinas facere, & rem quampiam nouā exordiri temperandū est: quos multitudo imperitorum prauè & perperam nefastos appellant. Ita q; M. Cicero in lib. epist. 9. ad Atticum, 173. 3, Maiores, inquit, nostri funestiorem diem esse noluerunt Allienses pugnæ, quàm urbis captæ, quòd hoc malum ex illo. Itaq; alter religiosus etiam nunc dies, alter in uulgus ignotus. Idem tamen M. T. in Oratione de accusatore constituendo, religiosa delubra dicit, non ominosa nec tristia, sed maiestatis uenerationisq; plena. Massurius aūt Sabinus in commētarijs quos de indigenis composuit, Religiosum, inquit, est quod propter sanctitatem aliquam remotum ac sepositū à nobis est. Verbum à relinquendo dictum, tanquam ceremoniæ à cauendo. Hactenus Gellius lib. 4. cap. 9.

Religiosus & Impius, contraria. Vide Impius.

Iustus, integer, religiosus, timidus, perferens iniuriam. Cic. 2. de Orat. 98.

Ita non religiosus, ut edat de patella. Cic. 2. de Fin. 38.

Atticorum aures teretes & religiosæ. Cic. in Orat. 15.

Dedicatio est religiosa. Cic. pro Domo sua, 95.

Religiosum delubrum. Vide paulo ante ex Gellio. Cic. 6. Verr. 84. Herculis templum est apud Agrigentinos, non longè à foro, sanè sanctum apud illos & religiosum.

Religiosi dies. Vide paulo ante ex Gellio. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 8. 3. Dies erant duo, qui post Latinas habentur religiosi.

Facere aliquam domum religiosam. Cic. de Arusp. resp. 29.

Limina religiosa deorum. Virg. 2. Aeneid. 74.

Res religiosissimæ, & Nefas, contraria. Cic. 2. de Inuent. 224.

Religiosum est quod iurati legibus indicauerunt. Cicero 1. de Inuent. 64.

Religiosum est id facere: Vulgus dicit, Facienda est conscientia. Liuius 2. ab Vrbe, 19.

Religiosum habere. Plin. lib. 28. cap. 4. 3.

Religiosus, Fidelis. Cic. pro Cecinna, 19, Huic ego testi gratias agam, quòd & in te misericordē se præbuit, & testimonio religiosum. Ita Budæus. Rursum Cic. lib. 4. de Fin. 99. Religiosissimus testis.

Religiosus, aliquando pro Superstitioso ponitur. Terentius Heaut. 4. 1. 37,

ut stultæ & miseræ omnes sumus Religiosæ.

¶ Religiosè, pen. prod. Aduerbium (θρυσιῶς) id est, Solicitè & accuratè, inquit Budæus Colum. lib. 3. cap. 10. 6, Nihil curiosè, nihil religiosè administrant.

Religiosissimè colere templum aliquod. Cic. 2. de Inuent. 121.

Religiosè testimonium dicere, Fideliter. Cic. pro Cælio. 44.

Religiosè, pro Subtimidè & uerecundè. Cic. ad Sulpitium, lib. 13. 18. 4, Faciamq; id quod debent facere hi qui religiosè & sine ambitione commendant.

Religo] religas, pen. corr. (ἀναπλέκω) religare, Ligare significat, aut fortius ligare. Colum. lib. 2, Diutiusq; perēnat quæ firmis truncorum & idoneis locis religata est.

Classem religauit ab aggere, Virg. 7. Aeneid. 22.

Funiculus à puppi religatus, Cic. 2. de Inuent. 236.

Ab humeris religatus funis. Plin. lib. 9. 46.

Religatus ad. Cic. 1. Tuscul. 168, Trahit Hectorem ad currum religatum Achilles. Collum. lib. 12. cap. 44. 2.

Religare in. Plin. lib. 2. cap. 65. 5, Religetur in mali cacumine.

Funem religare in querno stipite. Ouid. 4. Fast. 67.

Catena religari. Ouid. epist. 10. 18.

Classem religauit littore, Alligauit. Ouid. 13. Metam. 89.

Robora catenis religare. Lucan. lib. 2. 134.

Religare lineo funiculo. Colum. lib. 7. cap. 10. 3.

Iussu ipsius quadrigis religatus, ac in diuersa distractus est. Plin. de Viris Illust. 4.

Religare religionibus bona alicuius, pro Consecrare. alicui Deo. Cic. pro Domo sua, 94, Vidimus hoc idem in Lentulo Censori Tribunum plebis facere. numquid igitur is bona Lentuli religionibus religauit? &c.

¶ Religatus, pen. prod. Particip. (ἀναπλεκτικὸς) Horatius 4. Carm. ode 11. 1,

est hederæ uis
Multa, qua crines religata fulges.

Nodo religatus brachia. Tibul. lib. 1. eleg. 8. 1.

Si prudentia extrinsecus religata penderet. Cic. 3. Tusc. 65.

Somno religata agmina. Claud. 4. Paneg. 95.

¶ Religatio, religationis, Verbale (ἀναπλοκὴ) Cic. de Senect. 49, Et ipsa natura delectat, adminiculorū ordines, capitū coniugatio, religatio, propagatio uitium sarmentorumq;.

Relino] relinis, pen. cor. releui & relini, pen. prod. relitum,

pen.corr.(ἀπορρίω) relinere, Quod obturatum erat aperire. Terent. Heaut. 3.1.51,

Releui dolia omnia, omnes serias. Plaut. Sticho, 14.83,

Nolo ego nos pro summo bibere: nulli relerimus postea. pro Releuerimus. id est, Nulli deinceps vnum depromplerimus. Cic. ad Attic. lib. 1. 8. 2, Quotus enim quisq; est qui epistolam paulo graviorem ferre possit, nisi eam per lectionem releuerit?

Si quando sedem angustam seruatacq; mella
Thesauris relines: id est, repositionibus, inquit Seruius: ac si diceret, apotheris. De apum aluearijs. Virgilius 4. Georg. 46.

Relinquo] relinquis, reliqui, penul. prod. relictum (λείπω, ἀπολείπω, ἀπολιμπάνω, λιμπάνω, καταλείπω, καταλιμπάνω, ὑπολείπω, ὑπολιμπάνω) relinquere, Notæ significationis. Plaut. Mostell. 4.45,

Reliquit, deseruitq; me. Cæsar 5. bel. Gal. 36, In littore molli atq; aperto deligatas ad anchoras relinquebat.

Relinquere ab se aliquem. Plaut. Trucul.

Prætereo ac relinquo. Cic. 5. Verr. 87.

Relinquere, Est aliquid pro suo alicui dimittere seu legare. Plaut. Aulul. 3.13.

Agri reliquit et non magnum modum, &c. Terentius Phormion. 2.3.46,

At si talentum rem reliquisset decem, primus esses, &c.

Relinquere aliquem: pro, Nolle iuuare. Cicero ad Silium, libro 13.65.5.

Aculeos relinquere in animis auditorum. Vide Aculeus.

Aes alienum relinquere. Cic. pro Quint. 49, Propterea quod C. frater aliquantum æris alieni reliquerat. id est, Mortuus fuerat non persoluto ære alieno.

Sublimis, supiduscq;, & amata relinquere pernix. Horatius in Arte, 34.

Amicitiam relinquere. Cic. 2. de Fin. 126.

Animam relinquam potius, quàm illas deseram. id est, Moriar potius, siue mori me malim. Terent. Adelph. 3.4.52.

Reliquit eam animus: pro, Deficit, siue concidit animo. Plautus Mil. 20.37. Et in Menæh. 17.4, Reliquêre uires.

Arraboni relinquere. Terent. Heaut. 3.3.42,

Ea relicta huic arraboni est pro illo argento. id est, in pignus.

Certatio relinquitur mihi cum aliquo. Cic. 2. de Fin. 73.

Comites in italle reliquit. Ouid. 3. de Arte, 144.

In commentarijs relinquere. Plinius lib. 29. cap. 4. 26. Subscriptum.

Curionem quondam concio reliquit. Cic. de clar. Orat. 100.

Confectum relinquere. Cic. ad Att. lib. 5. 93. 3.

Consolationem alicui relinquere. Cicero ad Trebonium, libro 15. 21. 2.

Consuetudinem relinquere. Cic. 1. Acad. 26.

Relinquere consultationi. Liuius lib. 5. bell. Pun. pro, Remittere ad consultationem.

Direptioni urbem relinquere. Cic. ad Sulpitium, lib. 4. 1. 8.

Dijs uotisq; relinquere. Ouid. 2. Metam. 38.

Dominos relinques, ut famuli solent. Catul. de Berecyn. 58. 11.

Dubitationem relinquere apud aliquem. Cic. ad Treboniũ, lib. 15. 21. 3. Nullam enim apud me reliquisti dubitationem, quantum me amaris.

In egestate relinquere. Cic. 3. Verr. 53.

Excusationem relinquere ad aliquem. Cicero ad Atticum, libro 9. 17. 3. 7.

A febre quartana relinqui. Cic. Attico, lib. 8. 15. 3.

Gaudia relinquere. Ouid. epist. 16. 41.

Heredem testamento relinquere. Cic. pro Quintio, 8.

Incertam relinquere aliquam, & uultnere mentis turbatam. Virg. 12. Aen. 32.

Incœpta fila relinquit. Ouid. 6. Metam. 7.

Infecta sacra relinquunt. Ouid. 6. Metam. 41.

Ita relinquitur, ut ea fortuita diuinari possint, quæ nulla nec arte, nec sapientia prouideri possunt. Cic. 2. de Diuin. 22.

Limen relinquere. Virg. 5. Aen. 64.

Locum admonitionibus relinquere. Cic. ad Lentulũ, lib. 12. 4, Sed plane nec precibus nostris, nec admonitionibus reliquit locum. id est, Nec se orari, nec se admoneri sinit. Adeò præstat omnem diligentiam in tuo negocio.

Locum subtilitati nullum relinquere. Plin. lib. 35. cap. 10. 17.

Locum uituperandi relinquere. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 8. 1. id est, Dare ansam, &c.

Lucem relinquere. Virg. 4. Aen. 31.

Maturè relinquere aliquid. Horat. epist. 1. 20.

In medio relinquere. Cic. pro Cælio, 37, Hîc ego tam rem desiniam: mihi ne nullam nominabo, tãtum in medio relinquã.

Memoriam alicuius rei relinquere. Cic. 2. Offic. 80.

Acrem sui memoriam reliquunt. Tacit. libro 15. De asperis facetiis.

Monimentum æternum audaciæ relinquere in sermone hominum. Cic. 3. Verr. 92.

Negocia longa relinquere. Hor. 3. Carm. ode 5. 11.

De tanto patrimonio nihil relinquere. Cicero pro Roscio Amerino, 14.

Obsessionem relinquere alicuius oppidi. Pollio ad Ciceronem, lib. 10. 33. 2.

In opinione aliciuius relinquere. Cic. 1. Verr. 9, Verum non id mihi sumo iudices, & hoc non modò in oratione mea non pono, sed ne in opinione cuiusquam relinquo, me omnibus patronis esse præpositum.

Incœptum dextra reliquit opus. Ouid. 2. de Arte, 16.

Pauor ossa reliquit. Virg. 3. Aeneid. 12.

Pilo meo satis amplum patrimoniũ in memoria nominis mei relinquam. Cic. ad Cælium, lib. 2. 15. 14.

Pecuniam in quæstu relinquere. Cic. pro lege Manilia, 26.

Præsidium relinquere castris. Cæs. 1. bel. Gal. 218.

Scriptum relinquere. Cic. de clar. Orat. 37. id est, Scribere.

Spem relinquere. Cic. 1. Tusc. 61, Quam (nisi quid dicis) prætermittamus, & hãc totam spem immortalitatis relinquamus. Sic Cæsar 1. bel. Gal. 220, Ne qua spes in fuga relinqueretur.

In spe aliorum relinquere. Cic. 1. Verr. 15.

Studium rei alicuius. Cic. 4. Academ. 15.

In suspenso relinquere. Plin. epist. 248.

Suspitionem alicui relinquere. Suet. in Cæsare, cap. 86.

Ardet abire fuga, dulcesq; relinquere terras. Virg. 4. Aen. 56.

Testamento relinquere aliquid alicui. Cic. 3. Offic. 125.

Verbum relinquere in ambiguo. Lucret. lib. 4. 229.

Verba imperfecta reliquit. Ouid. epist. 13. 3.

Vestigium amoris. Plin. lib. 36. 5. 12.

Vitam relinquere. Virg. 4. Georg. 110. Tacit. lib. 4, Relinquendæ uitæ certus.

Vita reliquit eum. Lucret. lib. 5. 13.

Mihi ne ut dubitem quidem relinquitur. Cic. 4. Acad. 215.

Relinquitur, pro Restat, siue reliquum est. Cic. ad Atticum, Relinquitur, ut si uincimur in Hispania, quiescamus.

Relinquendo. Ouid. 3. Trist. 13. 2,

Inq; relinquendo, quod idem fecêre sodales,
Tu quoq; dixisses tristis in urbe uale.

¶ **Relictus**, Particip. (ἀπολειφθείς) Terent. Eunuch. 2. 2. 55,

——eho numnam tu hic relictus custos,
Nequis forte interrũcius clàm à milite ad istam cursitet?

Omnibus

Omnibus relictis mihi frequentem operam dedistis. hoc est Præter alios, uel præ alijs omnibus. Plaut. Cist. 2. 5. Et apud Terent. in Eun. 1. 2. 86,

Relictis rebus omnibus, Quæsiui.

Relictus sum mihi. Plin. epist. 213, Ab his quæ auocant abductus, & liber, & mihi relictus, non oculos animo, sed animum oculis sequor.

Solus, inops, expes, letho pœnæq; relictus. Ouid. 14. Metamorph. 44.

At tu, oro, solare inopem, & succurre relictæ. Virgilius 9. Aeneid. 58.

Relictus ab omni honestate, Inhonestus. Cic. pro Rab. perdu. reo, 17, Nemo est inquam inuentus tam profligatus, tam perditus, tam ab omni non modò honestate, sed etiam simulatione honestatis relictus, qui se in Capitolio fuisse cum Saturnino fateretur.

Quid faciat? multum cæli post terga relictũ. Ouid. 2. Metam. 38. de Phaethonte.

Relictum æs alienum. Cic. pro Quintio, 8.

Dissimilemq; animum subijt, ætate relicta. Ouid. 7. Metam. 59. De Aesone sene, pristinæ iuuentuti restituto.

Relictum cuiq; arbitrium intelligendi. Plin. lib. 6. cap. 29. 14.

Cursus relictos iterare. Horat. 1. Carm. ode 34. 1.

Fides relicta. Ouid. 3. de Arte, 91.

Loci relicti. Horat. 2. Carm. ode 18.

Siqua mei tamen est in te pia cura relicti. Ouidius 2. Amor. eleg. 16. 10.

Officijs omnibus relictis. Horat. 2. epist. 2. 14.

Postes à tergo relicti. Virg. 2. Aeneid. 91.

Insequitur Salius: spacio post deinde relicto Tertius Eurysalus. Virg. 5. Aeneid. 65.

Inuidiã placare paras uirtute relicta. Horat. 2. Serm. Satyr. 33.

Vita tantummodo relicta est mihi. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 10.

Repetere relicta. Horat. 1. epist. 7. 20.

¶ Relicta, loca sunt, quæ limites nõ acceperũt, ut ait Frontinus de limitibus. Circ. in Rud. Vt à maioribus nostris possessiones relictas disperdat & dissipet.

¶ Relictio, ὑπολειπτέον, Verbale. Cic. 3. Verr. Quibus illam relictionem proditionem? Consulis, &c. Idem ad Atticum lib. 16. 334. 7, Quòd effugissem duas maximas uituperationes. Vnam, quam itineris faciẽdo me intelligebã suscipere desperationis ac relictionis Reip. Aliqui legunt, religionis? sed ineptè.

¶ Reliquus, pen. corr. Adiectiuum (λοιπός, ὑπόλοιπος) Quod superest. Cæsar lib. 1. Comẽt. Demonstrant sibi præter agri solum nihil esse reliqui. Cic. Curio, lib. 7. 32. 2, Reliquũ est ut officijs certemus inter nos. Terent. Adelph. 3. 2. 48,

——hoc reliquũ est, Si inficias ibit, testis mecũ est annulus.

Perge reliqua. Vide Pergo.

Reliqua dies. Cic. pro P. Sestio.

Qualis in reliqua Græcia nemo. Cic. 2. de Amic. 6.

Erant mihi oppida complura etiam reliqua, quæ adire uellem. Cic. 4. Verr. 46.

Operam reliquam dare. Plaut. Trucul. 2. 13.

Spes reliqua. Terent. Eun. 2. 2. 9,

Itáne parasti te, ut spes nulla reliqua in te siet tibi? Cic. ad Brutum, lib. 11. 5. 6, Spẽ reliquã nullam uideo salutis.

Tempus reliquum. Cic. 3. Verr. 20, Menses mihi tres quum eripuisse tis, ad agendum maximè appositos, reliquum omne tempus huius anni me uobis remissurum putastis.

In reliquum tempus sancit. Cic. 1. de lege Agr. 7.

Spe reliquæ tranquillitatis, luctus fugere: id est, futuræ. Cic. pro Sestio, 62.

Reliquum uitæ. Cic. 7. Verr. 71.

Reliqua naticinationis breui cõfecta sunt. Cic. 1. de Diuin. 120.

Reliqui nihil fecit. Cic. 5. Ver. 95. id est, Omnia absumpsit.

Reliqui nihil est ei. Cic. 5. Verr. 171.

De reliquo uelim tibi persuadeas, &c. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 29. 14. Idem 1. de Orator. 50, Quoniam id quod difficillimum nobis uidebatur, ut omnino de his rebus Crassus loquerere, assecuti sumus: de reliquo iam nostra culpa fuerit, si te, nisi omnia quæ percunctati erimus, explicãris, dimiserimus.

Reliquum est, ut de me id scribam, quod te ex tuorum literis & spero, & malo cognoscere. Cic. in quadam epistol.

In reliquum. Quintil. lib. 4. cap. 5. Propositis enim probationibus, omnis in reliquum gratia nouitatis præcerpitur.

Præter te neminem habeo reliquum, in quo, &c. Cicero Pæto, libro 9. 15. 9.

Reliquos facere, pro Relinquere: ut missos facere. Cic. in Verr. Quos belli calamitas reliquos fecerat. Budæus.

¶ Reliqui, pluraliter. Cic. 4. Acad. 10, Sunt enim multi, qui omnino Græcas non amant literas, plures qui Philosophiam reliqui qui etiam si hæc non improbent, tamen, &c.

¶ Reliqua, pluraliter (λοιπά) ut, Reliquorũ ratio: hoc est, debitorũ ab aliquo. Cic. ad Atticũ, lib. 16. 333. 5, Maximè autem me angit ratio reliquorũ meorum: quæ quanquã explicata sunt, tamen quòd et Dolabellæ nomen in ijs est, et attributione nomina ignota, conturbor. id est, Quinquam sint soluendo qui mihi debent, uel non sit controuersa persecutio. Idem ad eundem, lib. 16. 339. 8. Plaut. Cist. 4. 40,

Hunc quod reliquum restat, uolo persoluere.

Vt expugnatur nomẽ, ne quid debeant. Plin. epist. 2. 14. lib. 9, ad Paulinum, Nam priore lustro, quanquam post magnas remissiones, reliqua creuerunt. Idẽ epist. 19. lib. 3, Reliqua colonorum minuit ad tempus. id est, debita contracta colonis. Budæus.

Reliqua contrahere. Plautus de administratione tutorũ. l. L. Titius, Curator C. Seij tempore curæ fundum Cornelianum locauit Sempronio, qui Sempronius reliqua cõtraxit. Pandectæ Florent. & Haloander habent, traxit.

¶ Reliquatio, Verbale. Paulus in l. qui nominibus. ff. de administ. & peric. tut. Sed & si pupillus post pubertatem rationibus à tutore acceptis, reliquationem eius secutus usuras accepta uerit: priuilegium suum non amittit in bonis tutoris uenditis.

¶ Reliquor, pen. corr. reliquaris (λοιπάζομαι) reliquari, Deponens, Aes alienum ex reliquis rationum contrahere. Paulus de administratione tutorum, l. L. Titius, Paulus respondit, non ex eo quòd adultus eum qui prædia eius coluit, pro curatorem habere uoluit, debitum quod ex conditione reliquatus est, agnouisse eum uideri. Vlpianus de muneribus et honoribus, l. rescripto, Eos demum debitores Reip. accipere debemus, qui ex administratione Reip. reliquantur. Budæus.

¶ Reliquator, pen. prod. reliquatoris, Verbale (λοιπάς) Qui reliqua contraxit: Qui integrum non soluit, sed partẽ æris alieni seruat sibi. Scævola de solutionib. & liberat. l. creditor, Valerius L. Titij seruus scripsit, Accepi à Mario Mariano ex summa maiore tot aureos. Quæro, an hæc summa in proximum annum ei accepta ferri debeat, quum superioris anni sit reliquator? Budæus.

¶ Reliquiæ, reliquiarum, Pluraliter tantùm (λείψανα, πατὰ λεῖμμα) Tametsi singulariter apud Plaut. legatur in Milite, 3. 54,

At pedites tibi reliquia erant, si uiuerent. tamẽ frequentius idem etiam author plurali usus est: ut in Perſa, 3. 22,

Nunc

Nunc huc intrò ibo, uisam hesternas reliquias
Qui euenerint. Idem Curcul. 3.18.
Nihil reliquiarum extat. Lucret. lib. 1.218.
Reddere omnes animæ reliquias. Lucret. lib. 3.134.
Cibi reliquiæ. Cic. 2. de Nat. deor. 207.
Cœnæ uel prandij reliquiæ. Cic. ad Cassium, lib. 12. 4. 1.
Coniurationis reliquiæ. Cic. in Parad. 34.
Exercitus reliquiæ. Liuius, Reliquias duorum exercituum cum cura colligerent.
Febrium reliquiæ. Celsus lib. 3. cap. 4.
Reliquias flagitiorum colligere. Cicero 4. Verrina, 94. de Timarchide.
Reliquiæ huius generis. Terent. Adelph. 3.3.90.
Motus uitalis reliquiæ. Lucret. lib. 2.191.
Reliquias uitæ membris ex omnibus aufert. Lucret. lib. 6.166.
Lacerare reliquias uitæ alicuius & distrahere. Vide Lacer.
Reliquias persequi. Cic. de Senect. 17, de Carthaginis euersione loquens, Quam palmam utinam dij immortales Scipio tibi reseruent, & aui reliquias persequare. id est, superioris Africani præscriptum sequare, & peragas incœptum. Bud.
Reliquiæ, pro Cineribus. Modestinus in l. quidam. de cond. instit. Quidam testamento suo hæredem scripserat tali conditione, si reliquias eius in mare proiciat. Plinius ad Traianum, de reliquijs sepultorum transferendis epistolam scripsit. Budæus.
Legere reliquias, & legere ossa: apud Suetonium in Augusto.
Idem in Domitiano, capite 8, Monimentum, quod libertus eius è lapidibus templo Capitolini Iouis destinatis filio construxerat, diruit per milites: ossaq; & reliquias quæ imerant, mari mersit.
Receptæ reliquiæ ex ardente Troia. Virg. 7. Aeneid. 49.
Colere reliquias suorum. Virg. 7. Aeneid. 69.

Rèloco] relocas, pen. corr. relocare, Rursus locare. Vlpian. in l. item quæritur. §. si lege. ff. locati & conducti, Si in lege operis locandi comprehensum esset, ut si ad diem effectum nõ esset, alij relocare id liceret.

Reloquor] reloqueris, reloqui, Idem quod Eloqui. Var. lib. 5. de Ling. Latin. Hinc etiam amplius dicuntur eloqui ac reloqui in fanis Sabinis è cella dei, qui reloquuntur, &c.

Reluceo] reluces, pen. prod, reluxi (γίλβω, ἐκλάμπω) relucere, Valde lucere. Virg. 2. Aeneid. 63,
—Sigæa igni freta lata relucent. Cic. 2. de Nat. deor. 154,
Huic non una modò caput ornans stella relucet. Et poeta. Liuius bel. Pun. lib. 2. 75, Relucens flamma.
Dies reluxit cæco. Tacit. lib. 20.
Barba reluxit flammis. Virg. 12. Aeneid. 60.
Focus reluxit uiuo torre. Valer. 3. Argon. 23.
Vestis fulgore reluxit. Ouid. 11. Metam. 124.

Reluctor] reluctaris (ἀντιπαλαίω) reluctari, Repugnare reniti siue obniti.
Dracones reluctantes. Horat. 4. Carm. ode 4. 3.
Hostis reluctans. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 3.
Ore reluctanti it equus. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 3.
¶ Reluctatus, pen. prod. Participium (ἀντιπαλαιστὴς) Claud. 1. de rapt. Pros. 9,
Penè reluctatis iterum pugnantia rebus
Rupissent elementa fidem.

Reluo] reluis, relui, reluere, Est, inquit Festus, resoluere, repignerare. Cæcil. in Carine,
Vt aurum & uestem, quod matris fuit,
Reluat, quod uiua ipsi opposuit pigneri. A'Luo, luis, compositum, quod est Persoluo. Plautus, Repignorat, reluit, uendit. Vsus est Cicero in Sallustium, ut in optimo codice legit Turnebus: Vnde tu, inquit, qui modò ne patera-

nam quidem domum reluere potueris, repentè tanquam somnio beatus hortos pretiosissimos, uillam in Tiburti C. Cæsaris, reliquasq; possessiones paraueris?
¶ Reluuia, reluuiæ, fœm. gen. à Reluendo dicitur, Grammaticis authoribus, quum se cutis reluit, quod est resoluit circa ungues. Vnde Turnebus, quam reduuiam dicunt, ipsa uocabuli origine adductus, contra fidem librorum omnium & famam, reluuiam libenter appellaret. Quod probaris, sequere.

Remacresco] remacrescis, remacrescere. Suet. in Domitiano, cap. 18, Postea caluitio quoq; deformis uentris obesitate, crurum gracilitate, quæ tamen ei longa ualetudine remacruerant.

Remaledico] remaledicis, pen prod. remaledixi, remaledictum (ἀντιμαλοῤῥέω) remaledicere, Maledictum maledicto retaliare. Sueton. in Vespasiano, capite 9, de iurgio quodam Senatoris Equitisq; Romani ita pronunciauit: Non oportere maledici Senatoribus: remaledici, ciuile fasq; esse.

Remancipo] remancipas, penult. corrept. (αὐλαχερόω) remancipare, pro Mancipatam rem reddere, & iterum mancipare, hoc est redhibere. Boethius, Fiduciam, inquit, acceptisse dicitur, cuicunq; res aliqua ea lege mancipatur, ut mancipanti aliquando remancipet.
Remancipatam Gallus Aelius esse ait, quæ mancipata sit ab eo cui in manum conuenerit. Festus.

Remando] remandis, remandi, remansum, remandere, pen. corr. (αὐλαμαχέρομαι) Ruminare, rursus mandere. Plin. lib. 10. cap. 73. 2, Pŏtici mures simili modo remandunt. Quintilianus lib. 11. cap. 2, Deuoret initio tædium illud, & scripta, & lecta sæpius reuoluendi, & quasi eundem cibum remandendi.

Remaneo] remanes, penult. cor. remansi, remansum (κατα μένω, ὑπολείπομαι) Retrò manere, persistere. Cic. 1. Tuscul. 42, Expone igitur, nisi molestum est, primùm si potes, animos remanere post mortem. Cæsar 3. bell. Ciuil. 320, An non audistis ex ijs qui per causam ualetudinis remanserunt, cohortes esse Brundusij factas?
Recedere ab aliquo, & Remanere in aliquo, contraria. Cicer. 1. Offic. 57.
Cubito remanere presso. Horat. 1. Carm. ode 27. 2,
Amicus remanens in duris rebus. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 5.
Causa iniuriæ remanet. Cic. 1. Ver. 32.
Effigies remansit non cognoscenda. Ouid. 9. Metam. 53.
At' manet in uita, cui mens animusq; remansit. Lucretius libro 3. 82.
Incolumi remanent res corpore. Lucret. lib. 1. 50.
Vestigia antiqui officij in illo remanent. Cicero pro Rosc. Amer. 16.
¶ Remansio, remansionis, Verbale (κατάμονή) Mansio. Cicer. pro Ligario, 3, Profectio certè animum tuum non debet offendere. non igitur remansio multò minus.
¶ Remansor, oris, pro Emansore dixit Arrius in l. 4. §. 13. de milit. Edicta faciebant, qui diu abfuisset, ut is inter remansores haberetur. Et l. 5. §. 6, Si remansor, aut negligens suorum, aut segnis, aut extra contubernium agens, non creditur ei.

Remano] remanas, pen. prod. (ἀποῤῥέω) remanare, Repetere, inquit Festus. Ennius lib. 5,
—— deserunt riuos, camposq; remanant,

Remanare, Refluere. Lucret. lib. 5. 54,
Percolatur enim uirus, retroq; remanat
Materies humoris. id est, retrocedit. Budæus.

Remant] Repetant. Ennius lib. 1,
— desunt

— desunt riuos, camposq; remanent. Certè eo Verbo, eaq;, significatione utimur Vocontini. Remere enim pignora, pro Repetere dicimus. Festus.

Remedium] remedij, à Medeor, mederis (ἀλεξιφάρμακον, ἀλκή, ἀλκέομαι, ἀντιφάρμακον) id quod medendi causa alicui morbo adhibetur. Terent. Heaut. 3.2.28,
— quippe quia
Magnarum sæpe id remedium ægritudinum est. Idem Andr. 3.1.10,
Quod remedium nũc huic malo inueniam? Cic. 3. Verr. 101, Quod est igitur remedium?
Ratio certa remedij. Lucret. lib. 6.247.
Acre remedium. Cic. pro Cluentio, 53.
Aspera remedia. Quintil. lib. 2. cap. 4. 9.
Lene remedium. Liu. 2. ab Vrbe, 101.
Remedium et alleuamentum. Cic. pro Sylla, 50.
Incommodorum remedia. Cic. Luceio lib. 5. 12. 13.
Remedium unum incommodis. Cic. 1. Verr. 5.
Remedium contra tonitrum, clauus ferreus sub stramine oua rum positus. Plin. lib. 10. cap. 54. 2.
Efficax remedium. Cels. lib. 3. cap. 18.
Eximium remedium. Plin. lib. 27. cap. 12. 20.
Singulare remedium. Plinius lib. 26. cap. 8. 30. Et libro 29. cap. 3. 11.
Scatei remedijs urtica. Plin. lib. 22. cap. 13. Vide Scateo.
Tentare remedia. Celsus in Præfatione libri 1.
Adhibere remedium. Vide Adhibeo.
Cedere remedijs. Vide Cedo.
Comparare remedium ad frigorum magnitudinem. Cicero 7. Verr. 21.
Habere remedium, & uti remedio. Cicero 2. de Natura deorum, 189.
Inuenire remedium alicui rei. Cic. 13. Philipp. 363.
Lenire molli & leui manu remedia aspera. Quintilian. lib. 2. capite 4. 9.
Pati remedium. Liuius 1. ab Vrbe, 6. in Præfat.
Quærere remedium. Liu. 2. ab Vrbe, 187. Cic. 5. Verr. 110. Nõ inquam, perpetere, ut homines iniuriæ tuæ remediũ mortem ac suspendio quærerent.
Quærere remedium ad aliquam rem. Cic. pro Cluentio, 19.
Reperire remedium. Cæsar 3. bel. Ciuil. 200.
¶ Remedio, remedias, remediare, Curare, sanare, Scribonius Largus, Constat inter plures, & crocodili testiculum ex aqua quæ cyathis tribus sumptum multos remediasse. Idem, illud non oportet ignorare, sanari. hoc uitium quum cognitum est, aliquibus: uiros facilius mulieribus remediari.
¶ Remediatus, penult. prod. Participiũ. Scribonius Largus, Oportet tamen non indifferenter remediatos, in futurum uiuere. Paulò pòst, Antè quàm remediati erunt.
¶ Remediatio, remediationis, Verbale: Scribonius Largus, Quòd signum est remediationis.
¶ Remedialis, et hoc remediale, pen prod. Vindicianus ad Valentinianum imperatorem, Perunctus unguentus remedialibus. Macrob. lib. 7. Saturn. ad finem, Ineſt æri uis quædam remedialis & sicciſica, quam dimittit in uulnere.

Remeligines] & remoræ, à morando dictæ sunt. Plautus in Casina,
Nam quid illæ nunc tam diu intus remorantur remeligines. Franius in Prodito,
Remeligo à laribus missa sum. Lucilius,
Quæ nam uox ex te resonans, meo gradu remoram facit. Festus.

Remendo] remendas (ἀναῤῥάω) remendare, pro Rursus mendam tollere, probat Calepinus ex Columella, lib. 3. cap. 17, Quidam flagellum totum sicut erat matri detractum, crediderunt fationi conuenire: idq; per gemmas quinas, uel etiam senas partiti complures tale oleaster, remendauerunt. quod ego minimè probo. Vbi legendum, talea: olastere mandauerunt.

Remeo] remeas, pen. corr. (ἀναπορεύομαι) remeare, Retrò meare, redire, reuerti. Plaut. Asinar. 5. 75,
Remeato audacter, mercedem si eris nactus. Martial. libro 1. 99,
Gaudia non remeant, sed fugitiua uolant. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 14.

Remeare ad. Liu. 9. ab Vrbe, 79. Virg. 2. Aeneid. 20,
Si patrios unquam remeassem uictor ad Argos.
Remeare ex. Varro 3. de Re rust. cap. 5. 6, Idemq; faciunt, qui ex Italia trans mare remeant.
Vrbem remeare. Virg. 11. Aeneid. 159.
Remeat aer. Cic. 2. de Nat. deor. 177.
Remeat pestifer calor. Plin. lib. 7. cap. 50. 4.
Dies remeat. Tibul. lib. 1. eleg. 4. 6.
Remeare in se, pro Replicari, siue reuolui. Seneca epist. 36, Obserua orbem rerum in se remeantium: uides in hoc mundo nihil extingui, sed uicibus defcendere ac resurgere.
Remeant aquæ. Plin. lib. 6. cap. 27. 4.
¶ Remeans, Participiũ (ἀναπορινούμενος) Tacit. lib. 1, Caium remeantem Armenia, & uulnere inualidũ, mors fato propera, uel nouercæ Liuiæ dolus abstulit.
¶ Remeandi, remeando, remeandum, Gerundium, Lucretius lib. 4.
— aut quod penetrantibus illis
Exitus ex oculis liber datus, in remeando
Lædere ne possint, &c. id est, in redeundo.
¶ Remeatus, huius remeatus, pen. prod. Martianus in l. relegati, in fine ff. de pœnis, Et nemo potest commeatum remeatumue dare exuli, nisi Imperator ex aliqua causa.

Remetior] remetiris, pen. prod. remensus sum (ἀναμετρέω) remetiri, Rursum metiri. Aliquando etiam reddere. Plin. epist. 164, Iam mihi reddita incipit refici, transmissumq; diu scrinium conualescendo remetiri.
Astra seruata remetior. Virg. 5. Aeneid. 5.
Remetiri pelagus. Virg. 2. Aeneid. 37.
Remetiri, pro Recognoscere. Seneca 3. de Ira, Quum sublatum è conspectu lumen est, & conticuit uxor, moris iam mei conscia, totum diem mecum scrutor, facta ac dicta mea remetior.
Remetiri, pro Pensare uel remunerari. Quintilian. Declamat. 12, Frumentum pecunia remetiamur, libertatem nostram addicimus.
¶ Remensus, Participium. Martial. lib. 6. 89,
Ille fide summa testæ sua uina remensus.
Remensum spacium. Lucret. lib. 2,
Finitu' est, retroq; pari ratione remensum 'st
Iter remensus. Stat. 3. Thebaid. 65.
Mari remenso ire. Virg. 3. Aeneid. 20.

Remex] Vide Remus.

Remigero] remigeras (ἀναπομπεύω) remigerare, Reuerti. Plaut. Perſ. 18. 3.
Crumenam hanc emere aut facere, ut remigeret domum.
Antiquè, pro Remigrare.

Remigium, Remigo] Vide Remus.

Remigro] remigras, pen. corr. (ἀναπορεύω) remigrare, Iterum migrare, reuerti. Cic. 1. Tusc. 193, In nostram domum remigremus. Idem 1. Acad. 19, Remigrare in domum uetere è nouã.
In locum remigrant. Lucret. lib. 2. 194.

Romam

Romam tibi remigrandum est. Cic. Pæto, lib. 9. 18. 7.
Atq; ei ne integrum quidem erat ut ad iusticiam remigraret. Cic. 5. Tusc. 88.
Remigrare, ad alia translatum. Plaut. Pœnulo, 2. 46,
Ad argumentum nunc uicissatim uolo remigrare. Idem Epidic. 11. 40,
Remigrat animus nunc demum mihi.
Reminiscor] *reminisceris, pen. cor.* (μέμνημαι, ἀναμέμνημαι, μνάομαι, ἐνθυμέομαι) *reminisci, Recordari: quod fit, quum ea quæ mens tenuit, repetuntur, inquit Varro, quasi iterum rem in mentem reuocare. Iungitur aliquando genitiuo, aliquando etiam accusatiuo.*
Genitiuo. Cic. ad Atticum, lib. 4. 7. 1. 7, *Reminiscebantur enim calendarum Ianuar.*
Accusatiuo. Cic. Antequam iret in exilium, *In nostro euentu aliorum reminiscentes casus.*
Animo reminisci aliquem. Ouid. de Ponto, eleg. 9. 7.
Nam modò uos animo dulces reminiscor amici.
Actus miseros reminiscitur. Stat. 12. Thebaid. 79.
Tempus illud reminiscitur mœrens. Ouidius 5. Trist. eleg. 5. 7.
Reminisci & recordari aliquid. Cic. de Senect. 72.
Reminisci de re aliqua. Cic. pro Ligario, 22.
Reminiscendo recognoscere. Cic. 1. Tusc. 90.
Remisceo] *remisces, remiscui* (ἀναμίγνυμι) *remiscere*, Idem quod simplex *Misceo*. Hor. in Arte, 31,
Atq; ita mentitur, sic ueris falsa remiscet.
¶ Remistus, remista, remistum, Participium: ut, Venenum remistum. Seneca libro 2. de Tranquillitate uitæ, Venenum mihi dedit aliquis, sed uim suam remistam cibo perdidit.
Remitto] *remittis, remisi, pen. prod. remissum* (ἀφίημι, ὑφίημι, ἀναπέλλω, ἀναπίμπαμαι, ἀποστέλλω, ἐθελλωμι) remittere, Retrò mittere, ut ait Sipontinus. Plautus,
Munera accipit frequens, remittit nun uam.
Dona remittunt non leuiora datis. Ouid. 13. Metam. 152.
Remittere, primo loco: & Mittere, secundo. Cic. Tironi, lib. 16. 12, Volebam ad te Marionem remittere, quem quum mecum esset, ad me misisti.
Ablatiuo precij aliquando iungitur. Curtius libro 4, Captiuos si placet reddi, bon. stius dono dabimus, quàm precio remittemus.
Remittere, Rursus mittere, reddere. Columella, libro 1. capite 6 Plinius libro 9. capite 18. 2, His aquam acceptam ore remittunt.
Remittere, Concedere, condonare, dimittere, ignoscere, datiuo construitur. Cic. 5. Ver. 188, Verùm hoc quoq; uobis remitto, negligite præterita si uultis.
Remitto & condono. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5. 10. 5.
Remitto, pro Mitto, sino, concedo. Ouid. 11 Metam. 76,
Sed mora damnosa est, nec res dubitare remittit.
Remittere alicui aliquid, Concedere. Cic. 4. Acad. 190, Sed tibi aut concedendum est ita esse, quod minimè uis: aut memoriam mihi remittas oportet, & facilè esse ei locum, etiam si comprehensio, perceptioq; nulla sit. id est, Concedas mihi memoriam esse.
Vrgere, & nihil remittere. Cic. 4. de Fin. 124.
Remittere, Demittere: cui contrarium est Erigere. Plinius libro 8. cap. 32. 3, Quum erexêre aures, acerrimi auditus: quum remisêre, surdi.
Remittere, Cessare. Terent. Andr. 5. 1. 8,
Nam si cogites, remittas iam me onerare iniurijs.
Remittere ædes quas emeris. Plaut. Most. 10. 11.
Remittere annum alicui. Plinius epistol. 136, Idem epistol. 155, Rursus ergo ijs qui soluerant, eius quod soluerant, decimam remisi.
Animum remittere, Delectare, inquit Nonius: cui contrarium est Intendere. Cic. in Hortensio, Quæro enim non quib. intendam animum rebus, sed quibus relaxem, ac remittam.
Remittere animum à. Liuius 9. bel. Maced. 89, Nunquam tamè remisit animum à colligendis in pace uiribus, quibus quandocunq; data fortuna esset, ad bellum uteretur. id est, Nunquam cessauit colligere uires, &c.
Remittere & contrahere animos. Cic. 2. de Legib. 61.
Ardorem pugnæ remittere. Liuius 5. bel. Macedon. 14. hoc est, Minuere.
Beneficium remittere. Cæsar 2. bel. Ciuil. 141.
Integramq; causam ad Senatum remittit. Tacit. lib. 3.
Contentionem remittere. Cæsar 2. bel. Ciuil. 56.
Culpam remittens. Valer. 3. Argon. 82. id est, Condonans.
Curam remittens. Stat. 4. Sylu. 6. 1.
Curam animi remittere. Ci. 6. Verr. 120.
De supplicio remutere. Cic. 7. Verr. 132. id est, Minuere supplicium.
De ius remittere. Cic. pro Rab. Posth. 1. 9.
De custodia remittere, Negligentiorem fieri. Colum. lib. 1. cap. 8. ad finem.
De uoluntate nihil remittere. Brutus Attico, in Epist. ad Brutum, 17. 10.
Debitum remittere. Cic. Attic. lib. 13. 28 1. 4.
Remittere ex. Plin. epistol. 194, Vis tu remittere aliquid ex rugis?
Ex uirtute pristina remittere aliquid. Cæsar 3. bel. Ciuil. 111.
Ex pecunia remittere. Cic. 5. Verr. 70.
Filia incœpta remisit. Ouid. 2. Fast. 151.
Frœna remittere equo, Laxare. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 24.
Frenos remittere dolori, per translationem. Plin. epist. 104. b. libro 5.
Remittere frontem, pro Indulgere uel minus feuerum esse. Plinius epist. 29.
Remutere saporem, pro Mitiorem reddere, uel temperare. Seneca de Prouident. Non mutant saporem maris, neq; remittunt quidem.
Remisti ex toto. Celsus lib. 3. cap. 12.
Furor ille se remisit. Ouid. epist. 4. 11.
Hebenas adducere, & Remittere, contraria. Cicero de Amicit. 42.
Horam remittere de suis legitimis horis, Prætermittere, prætereire. Cic. 3. Verr. 16.
Hyems se remittit Vere. Tibul. lib. 3. eleg. 5. 1.
Remittere adolescentiæ alicuius, remittere lachrymis. Plinius epist. 198.
Imbres remiserunt. Liu. lib. 10. bel. Maced. hoc est, Cessarunt, uel minores fuerunt.
Inimicitias suas remittere Reip. Liu. 9. bel. Maced. 16.
Intercessionem remittere, Cessare ab intercessione. Liu. 8. bell. Maced. 240.
Iracundiam remittere. Cic. 8. Philip. 246.
Iras remittere. Virg. 4. Georg. 108.
Ius alicui remittere. Mart. lib. 1. 96.
Labores remittere, Cessare à laboribus, siue minus & parcius laborare. Mart. lib. 10. 82.
Legem remittere. Curtius lib. 6, Legem se supplicio coniunctis sonitum remittere edixit.
Librum remittere dicitur arbor, quando librum sua sponte relinquit. Colum. lib. 11. cap. 2. 18, Possintq; si iam librum remittunt, inseri oleæ, uel emplastrari.
Mandata remittere. Cæsar 1. bel. Ciuil. 42, Illi deliberata respondent, scriptaq; ad eum mandata per eos remittunt.

Memo-

Memoriam remittere. Cæs. 6. bel. Gal. 59, Quod ferè pleriscq; accidit, ut præsidio literarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant. id est, Memoriam non curent, et negligant meminisse.
Multam remittere. Vide Multam dicere, in Dico.
Nerues remittere, & Intendere, contraria. Plinius libro 26. capite 10. 4.
Nomen remittere. Tacitus lib. 20, Vim principis complecti, nomen remittere.
Numeros in cantu remittere. Cic. 1. de Leg. 16.
Nuntium remittere ad aliquem. Plaut. Capt. 7. 15.
Nuntium remittere uxori, Repudiare uxorem. Vide Nuntius. Cicero in Topicis, 6.
Officium alicui remittere, cui opponitur Exigere. Plin. epist. 143. id est, Condonare.
Opera remittere. Liu. 10 bell Pun. 11.
Opinionem remittere. Cic. pro Cluent. 3. id est, Discere ab ea.
Pœnam remittere. Liu. 10. bel. Maced. 42.
Repudium remittere, Repudiare. Terent. Phorm. 5. 8. 36.
Sonum uocis intendere & Remittere, contraria. Cicero in Orator. 32.
Remittant spiritus, comprimant animos suos, sedent arrogantiam. Cic. pro Flacco, 42.
Nullus remittis tempus, neq; te respicis. id est, Non cessas. Terent. Heaut. 1. 1. 8.
Aspera uerba remittere alicui. id est, Non acrius obiurgare aliquem. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 6. 2.
Vincula sæua remittere. Ouid. 2. de Arte, 59.
Voluntate remittere. Liu. 5. bel. Maced. 4.
Vultum remittere. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 13.
Lege remissum, Concessum lege. Ouid. 3. de Arte, 121.
Thyades membra remisse. Senec. Oedipo, 5. 8.
¶ Remittor, remitteris, Passiuum, pro Interquiesco, occupationes intermitto, & animum remitto. Plin. iunior lib. 1. epist. 16, Erucio, Est ergo mecum per diem totum: eundem antequàm scribam, eundem quum scripsi, eundem etiam quum remittor, non tanquam eundem lego.
¶ Remissus (ἀναπεπλώς, ἀνειμένος) Particip. siue Nomen ex participio, Laxus, negligens.
Tristis & Remissus, contraria. Cic. pro Cælio, 9, Cum tristibus seuerè, cum remissis iucundè: cum senibus grauiter, cum iuuentute comiter: cum facinorosis audacter, cum libidinosis luxuriosè uiuere.
Remissus & Acris, contraria. Cic. 3. de Fin. 3.
Remissiorem esse, & summo iure contendere. Cic. ad Attic. libro 16. 339. 1.
Inulcisc endo remissior. Cic. Post reditum ad Quirites, 19.
Remissus animo. Cæs. 2. bel. Ciuil. 52.
Mente remissus. Claud. 2. Paneg. 29.
Remissior æstimatio quàm annona. Cic. 5. Verr. 184.
Ambage remissa. Ouid epist. 7. 30.
Remissus animus. Cic. 2. de Diuinat. 206, Hæc scilicet in imbecillo, remissoq; animo multa omnibus modis confusa & uariata uersantur.
Leni animo & remisso esse. Cic. 2. de Orat. 105.
Contentum & remissum corpus. Cic. 2. Tusc. 94.
Digitos inter remissos cecidère pocula. Propert. li. 4. eleg. 9. 5.
Remissius dicendi genus. Cic. pro Sestio, 99.
Remissius frigus. Cæsar 5. bel. Gall. 5. 50.
Opus remissum, Humile, & non magnæ artis, aut magni laboris. Ouid. 2. Trist. 109.
Pectus remissum. Senec. Herc. furente, 4.
Ramus quum remissus esset, in oculum recidit. Cicero 1. de Diuinat. 200.

Sanguis è pulmone remissus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 4.
Remissa temporibus studia. Cic. 1. Tusc. 1.
Remissus, Solutus febri. Plin. iunior lib. 7. epist. 1. Quinetiam quum peractus ardentissima febri, tãdem remissis unctusq;, acciperem à medico potionem, &c.
¶ Remissio, remissionis (εὔθεσις, ἄνεσις, πάρεσις, ἀπόσολή) Verbale. Plin. epist. 68, Ego tamen te uel magis in remissionibus miror. Sic apud Cic. 4. in Catil. 86, Remissio pœnæ.
Remissio. Relaxatio & dissolutio. Cic. Metello, lib. 5. 2. 26, Si humanitas appellanda est in acerbissima iniuria remissio animi ac dissolutio.
Quies & remissio. Cic. pro Cælio, 31.
Danda tamen est omnibus aliqua remissio. Quintilianus libro 1. capite 3. 5.
Non inutilis laborum remissio. Quint. lib. 3. cap. 8. 20.
Remissio morbi senescentis. Cic. ad Gallum, lib. 7. 27. 4.
Remissio animorum. Cic. ad Pætum, lib. 9. 24. 9.
Remissio & moderatio uocis. Cic. de claris Orat. 174.
Contentio uocis & Remissio, contraria. Cic. 2. de Orat. 136.
Remissio & contractio superciliorum. Cic. 1. Offic. 203.
Remissio pensionis. Suetonius in Iulio.
Remissiones. Tacit. in uita Agricolæ, Iam uerò tempora curarum remissionumq; diuisa.
¶ Remissè, Aduerbium (ἀνειμένως) Leniter uel laxè. Sallustius, Pauca timidè, remissèq; locutus abscessit.
Remissè, Lentè, & ueluti remisso, id est, laxato animo. Cic. 3. de Orat. 17. Quis unquam res præter hunc tragicas penè comicè, tristes remissè, seueras hilarè, forenses scenica propè uenustate tractauit.
Remissè differre, & Neruosè, contraria. Cic. 3. Off. 144.
Remissius agere. Cic. 1. de Finib. 2,
Agere uersum leniter, remissè, non actuosè. Cic. 3. de Orat. 57.
Remissè, Leniter, urbanè agere cum aliquo: cui opponitur Graviter, seuerè, priscè. Cic. pro Cælio, 24.
Remissè & Vehementer, contraria. Cic. 6. Verr. 67.
¶ Remissarius, Adiectiuum (ἀνειμένος) ut, Remissarius uectis in fucula torcularis, qui frequenter remittitur: uel qui ad remissionem factus est. Cato cap. 19. 2, Vectes longissimos pedum decem & octo, secundos pedum sexdecim, tertios pedum quindecim, remissarios pedum duodecim.
Remoboth] Monachorum genus apud Aegyptios deterrimum. Rhodiginus lib. 10. Antiquarum lectionum, cap. 4, Quia uerò Antonij anachoritæ facta mentio est, ambigentiq; forsan multi, quæ sit cognominis eius ratio: sciendum, in Aegypto tria fuisse monachorum genera. Quidam Cœnobitæ dicebantur, uel eius gentis lingua Sauses. Alij Anachoritæ, qui deserta ferè incolebant unde & nominis profluit ratio, ex Græco linguæ interpretamento. Tertios Remoboth appellant, deterrimos, neglectosq; quibus mos est, ut bini terniue habitent simul, suoq; uiuant arbitrio, conquisita in medium conferentes. Verùm apud eos omnia affectata, laxæ manicæ, follicantes caligæ, uestis crassior, crebra suspiria, inquit Hieronymus.
Remolior] *remoliris*, penult. prod. (ἀπωσσείω) De suo loco pellere. Ouid. 5. Metam. 71,
Sæpe remoliri luctatur pondera terræ,
Oppidaq; & magnos deuoluere corpore montes, De Typhoeo hoc est, Excutere uel decutere & demoliri.
Arma remolitur. Silius lib. 1. 8.
¶ Remolitus, pen. prod. Participium ut, Orbis remolitus. Seneca Herc. furen. 6. 34.
Remollio] *remollis, remollini, remollitum* (ἀναμαλάττω) *remollire*, pen. prod. Valde, uel rursus mollire. Colum. lib. 2. cap. 12. 7, Nihil itaq; amplius in iteratione, quàm remolliri

terra debet æqualiter.
Artus tactos remollit Salmacis. Ouid. 4. Metam. 58.
¶Remolitus, pen. prod. Participium (ἀναμαλαχθεὶς) Sueton. in Augusto, cap. 79, Vultu erat uel in sermone, uel tacitus, adeò tranquillo serenoq;, ut quidam è primoribus Galliarũ confessus sit inter suos, eo inhibitum ac remollitum, quo minus ut destimârat, in transitu Alpium per simulationem colloquij propius admissus in præcipitium propelleret.
¶Remollesco, remollescis (ἀναμαλάττομαι) remollescere, Molle fieri. Cæsar 4. bell. Gall. 471, Vinum ad se importari non sinunt, quòd ea re ad laborem ferendum remollescere homines, atq; effœminari arbitrantur.
Cera remollescit sole. Ouid. 10. Metam. 57.
Remollescere, per translationem, Mitem & placatum fieri. Ouid. 1. Metam. 77,
——precibus si numina iustis
Victa remollescunt, si flectitur ira deorum.
Remonium] Locus iuxta urbem, quem ad inauguranda tẽpla Remus cepit. Alexander lib. 6. Genialium dierũ, cap. 11.
Remora] à Remo, Romuli fratre, appellatio. Ennius apud Cicer. Curabant urbem Romam Remorámne uocarent. Sic in manuscriptis. Editi habent, Romámne Remámne uocarent. Turnebus priorem scriptura magis probat.
Remora] Vide Remoror.
Remorbescere] ἀναυοσεῖν, In morbum recidere, inquit Festus. Verbum antiquum.
Remordeo] remordes, remordi, remorsum (ἀντιδάκνω) remordere, Mordere eum à quo quis est morsus.
Remordere, cruciare, sollicitare. Virg. 1. Aeneid.
——quando hæc te cura remordet.
Cura remordet me. Claud. de bello Getico.
Præteritisq; admissa malis peccata remordent. Lucret. lib. 1.
Animus conscius remordet. Lucret. lib. 4.
Remores] pen. corr. Aues in auspicio dicuntur, quæ acturum aliquid remorari compellunt. Festus.
Remoror] pen. corr. remoraris (ἀναβαλλω, ἐπέχω, ἀνέχω, παρέλκω) remorari, Retardare. à Remora pisce, ut ait Donatus. Terent. Andr. 4. 4. 18,
——ne quod uestrum remores commodum. Idem Eunucho, 2. 3. 10,
Vt illum di, deæq; senium perdant, qui me hodie remoratus est.
Iuuenes remorari. Ouid. 12. Metam. 44.
Verba puellæ me remorantur. Propert. lib. 1. eleg. 6. 1.
Remorari aliquem à re aliqua. Cic. 1. in Catil. 2.
Remorari gradum. Plaut. Persa, 3. 25.
Iter remorari. Ouid. 11. Metam. 47.
Spem alicuius remorari. Cic. ad Atticum, lib. 3. 54. 1.
Remorari, sine casu. Liuius 7. bel. Maced. 187, In deteriore sua fortuna pacem faciet rex, quia serius facit, quàm facere potuit si nunc remoratus fuerit. Vetus codex habet, moratus. Plaut. Casin. 19. 7,
Nam quid illæc nunc tam diu intus remoratur, quasi ob industriam?
Non diu remoratus es. Catul. in Epithal. Mallij, 56. 40.
¶Remoratus, pen. prod. Participium (ἀναβιβαμβώθ) ut,
Calamitas remorata longius serpit. Cic. Anteq. iret in exil. 9.
¶Remorans, penult. corr. (ἀναβάλλων) Aliud participium. Ouid. 6. Fast. 155,
Et fugiunt fræno non remorante dies.
¶Remora, remoræ, penult. corr. (παρέλκυσις) Retardatio dicitur. Lucil.
Quæ uox ex te resonans meo gradu remoram facit? Plautus Trinum. 3. 12,
Quæ in rebus multis obstant, odioseq; sunt, remoramq; faciunt rei priuatæ & publicæ.
Remora (ἐχενηὶς) Animal aquatile, admodum breue: à Remorando nomen trahens, quòd nauem cui adnixum sit, remoretur. Plinius libro 32. capite 1. 1, Tamen omnia hæc pariterq; eodem impellentia unus ac paruus admodum pisciculus echeneis appellatus in se tenet. Ruant uenti licet, & sæuiant procellæ, imperat furori, uiresq; tantas compescit, & cogit stare nauigia: quod non uincula ulla, non anchoræ pondera irreuocabili iactæ. Et paulo pòst, E nostris quidam Latinis remoram appellauêre eum.
Remouco] remoues, pen. corrept. remoui, remotum, penult. producta (ἀποπινέω, διαπερῶ, ἀναφεύγομαι, μετάγω) remouere, Amouere, abducere, auferre. Cic. ad Tironem, lib. 16. 11. 6, Accepimus conditiones, sed ita ut remoueat præsidia ex his locis quæ occupauit.
Remouere aliquem à legibus, Deijcere eum à spe legum ferendarum. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 10. 6.
Remouere aliquem à Rep. Cæsar 3. bel. Ciuil. 84.
Remouere ab oculis, & Occultare, Idem. Cic. 1. Off. 177.
Remouere demedio, Clàm auferre. Cic. pro Roscio Amerin. 14, Multa palàm domum suam auferebat, plura clàm de medio remouebat.
Ex urbe me remoui in montes. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 4.
A uulgo & scena in secreta se remouere. Horatius 2. Sermon. Satyr. 1. 1. 5.
Causas desidiæ remouere. Ouid. 3. Trist. eleg. 7. 7.
A se remouere inuidiam. Ouid. 12. Metam. 126.
Manus remouere ex oculis. Ouid. 9. Metam. 79.
Ministerio sceleris me remoui. Ouid. 3. Metam. 126.
Metum remouere. Liu. lib. 2. ab Vrbe, 9.
Moram remouere. Plaut. Stich. 5. 34.
Nubem animi remouit ipse dolor. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 3.
Oculos remouere, & se totum auertere. Cic. pro Corn. Balb. 7.
Operam suam remouere à populari cœtu. Cic. 4. Acad. 12.
Pudorem remouere. Ouid. 8. Metam. 32.
Se remouere ab aliquo, pro Alienare. Cicero ad Atticum, libro 4. 77. 5.
Remouere se à negocijs publicis, Extricare se. Cicero 1. Officiorum, 99.
Ab amicitia alicuius se remouere. Cic. de Amic. 66.
A suspicione alicuius commodi se remouere. Cicero 2. de lege Agrar. 35.
Remouere se arte sua, Non eam exercere amplius. Cicero in Oratore, 3.
Cura remouens soporem. Ouid. 6. Metam. 99.
Suspicionem leuare, atq; ab se remouere. Cic. 5. Verr. 116.
Vim procul hinc remoue. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 6.
Remôsse, pro Remouisse. Lucret. lib. 3. 14,
——falso terrore coacti
Effugisse uolunt longè, longeq; remôsse.
A uulgo remôrant se in secreta: id est, Remouerant, secesserãt. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 15. Syncope est. Silius lib. 11. 35,
——hi sunt qui iura dedêre
Terrore expulso, Sidicinaq; bella remôrunt.
¶Remotus, penult. product. (ἀποπεπωθὼς) Participium, siue Nomen ex participio, Qui longius abest. Cicero 7. Verrin. 66, Remoto atque ablegato uiro, non liberius quàm antè, &c.
Remotum procul. Cicero 5. Verr. 72, Etiámne hæc tam parua ciuitas, tam procul à manibus tuis atq; à conspectu remota?
Procul urbe remotus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 25.
Longa regione remotus. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 12.

Longè

Longè remotus homo ab ambitione. Vide Longus.
A culpa remotus, Qui caret culpa. Cic. pro Murœna, 6. 7.
A cupiditate remotus. Cic. 3. Ver. 75, Hæc conscripsi x. Cal. ac cubans apud Vestorium, hominem remotum à dialecticis, in arithmeticis satis exercitatum. Cic. ad Att. libro 14. 308. 4.
Ab iniurijs remotissimus. Cic. 4. Verr. 115.
Remotus ab inani laude & sermonibus uulgi. Cicero Catoni, lib. 15. 4. 38.
Procul remotus ab oratoris officio. Cic. 1. de Inuent. 12.
A pudore remotus longissimè. Cic. 2. de lege Agr. 42.
A religione remotus. Cic. pro Fonteio, 10.
A sensibus remotum. Lucret. lib. 5. 30.
A suspicione minimi errati remotissimus. Cicer. 6. Ver. 36.
Vitio ab omni remotus. Horat. de Arte, 78.
Ambage remota uerum abdidit. Ouid. 3. Fast. 68.
Antrum remotius. Ouid. 9. Fast. 25.
Dicit esse quæ secretò agere de Rep. uelit, arbitris remotis, &c. Liu. 2. ab Vrbe, 157.
Custos remotus. Horat. de Arte, 33.
Officia autem tollebantur delectu omni & discrimine remoto. Cic. 4. de Fin. 112.
Fœmina à uiris remotissima, Non dedita libidini. Colum. libro 12. cap. 1. 2.
Loco remoto tibi hæc amicissimo animo præcipio. Cic. ad Tre batium, lib. 7. 11. 6. Quod & Amoto loco dicitur.
Locus arboris remotus. Cic. 7. Verr. 64.
Postquam exempta fames epulis, mensæq; remotæ. Virgilius 1. Aeneidos, 44.
Nimbi remoti. Horat. 4. Carm. ode 4. 2.
Pietas remota. Lucan. lib. 6. 31.
A memoria remota res. Cic. 1. de Inuent. 1.
Remota res à Lentulo. Cic. ad Quint. frat. lib. 2. 6. 5.
Sermo à strepitu forensi remotissimus. Cicero in Orat. 17.
¶Remotio, Verbale (ἀποδίωσις) Cicero 1. de Inuen. 22, Eius partes sunt quatuor, concessio, remotio criminis, relatio criminis, comparatio.
Criminis remotio, apud Cic. 3. de Inuent. 186, est, quum eius intentio facti, quod ab aduersario infertur, in alium, aut in aliud dimouetur.
Remugio] remugis, pen. prod. remugiui uel remugij, remugitum, penul. prod. (ἀντιρύγω, ἀναβρύχω) remugire, Resonare. Virg. 3. Georg. 9,
Et uox assensu nemorum ingeminata remugit.
Cælum remugit. Virg. 9. Aeneid. 101.
Mons totus circum remugit. Virg. 12. Aeneid. 186.
Nemus remugit uentis. Horat. 3. Carm. ode 10. 2.
Nemus remugit bellatore. Stat. 12. Thebaid. 121.
Sinus Ionius remugiens Noto. Horat. Epod. 10. 4.
Tympanum remugit. Catul. de Berecynth. epigr. 58. 6.
Vox remugit assensu nemorum ingeminata. Virg. 3. Georg. 9.
Antro remugit Sibylla. Virg. 6. Aeneid. 20.
Ad mea uerba remugis. Ouid. 1. Metã. 132. Verba Inachi ad filiam mutatã in uaccã. hoc est, Mugitum reddis, nõ uerba.
Insanis ululatibus remugit. Stat. 12. Thebaid. 55.
Remulceo] remulces (ἀναπλέω) remulcere. Virgilius 11. Aeneid. 163.
Corda stimulata remulcere. Stat. 8. Thebaid. 19.
Minas remulcere. Stat. 8. Thebaid. 19.
Remulcere, pro Reflectere. Virg. 11. Aeneid.
——caudamq; remulcens
Subiecit pauitantem utero, &c.
Remulco] Ablatiuus est, quum scaphæ remis magna nauis trahitur, ait Festus. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 155, Ad Oricum uenit, submersamq; nauim remulco, multisq; contendens funibus reduxit. Liu. 5. bel. Pun. 171, Itaq; Marcellus nocte nauim onerariam cum armatis remulco quadriremis, trahi ad Acradinam iussit. Plaut. Bacchid.
Interea è portu nostra nauis soluitur.
Vbi portu eximus, hommes remulco sequi.
¶Remulco, remulcas (ἐρυσαλέω) remulcare. Latinis minus in usu. Propriè est remigando è scapha grandiorem nauim trahere: quod aliquando nõ solùm necessitatis gratia fit, sed ut nauis quietius agatur. Hinc remulcare aliquãdo dicimus, molli ac leni tractu ad progressum mulcere: ut ait Nonius. Si senna lib. 2, Si qua celeriter solui poterat, in altum remulcando trahitur. Et à Remulcendo fit.
Remunculus] Nauigium piscatorium, inquit Nonius. Sallust. Histor. libro 26, Primo in dicit sortè super (alij, per) noctem in remunculo piscantis. Meminit & Gell. libro 10. capit. 25.
Remuncro] remuneràs, pen. corr (ἀντιμισθόω, ἀντιχαρίζομαι) remunerare: & Remuneror, remunerari, remunerari, Deponens, Retribuere, compensare, beneficium reddere, mutuam gratiam referre. hoc est, Munere aliquo, munus aliud compensare. Plinius epist. 165. Remuneranda est igitur probitas eorum, &c. Cicero Post reditum in Senatu, 26, Quibus autem officijs T. Annij beneficia remunerabor? Idem ad Attic. lib. 3. 145. 6, Tu si tibi eadem causa est, me remunerare sanè uelim.
Officio aliquem remunerare. Quint. Cic. de Petit. Consul. 25.
Remunerare præmio. Cæsar 1. bel. Gal. 196.
Remunerari aliquem munere. Cic. ad Varronem, lib. 9. 8. 3.
Supplicijs his te remunerabor. Catul. ad Caluum, epigr. 14. 4.
Ad remunerandum nihil suppetit præter uoluntatem. Cicero L. Paulo, lib. 15. 13. 4.
¶Remuneratio, remunerationis (ἀντιμισθία, ἀντίχαρις, ἀνταπόδοσις, ἀνταπόδοσις) Verbale. Cic. de Amic. 46, Nihil est enim remuneratione benenolentiæ, nihil uicissitudine studiorum officiorumq; iucundius. Idem 2. Offic. 101; A quo enim expeditior & celerior remuneratio fore uidetur, in eum ferè est uoluntas nostra propensior.
Remuria] Remi occisi funesti dies. Alexandrinus Alexander libro 4. capit. 20, Etiam mense Maio, dies quibus Remuria celebrantur, ut occisi Remi umbra placaretur: & Nonis Iulij, quæ Caprotinæ dictæ sunt, qua die Romulus apparere desijt.
Remurinus] ager dictus, quia possessus est à Remo: & Remi habitatio, Remora. Sed & locus in summo Auentino, Remoria dicitur, ubi Remus de urbe condẽda fuerat auspicatus. Paulus apud Festum.
Remurmuro] remurmuràs, penul. cor. (ἀντιμορμύρω) remurmurare, Contrà murmurare. Stat. 5. Sylu. 1. 31,
Qualiter alta comam syluarum gloria pinus
Seu Iouis igne malo, seu iam radice soluta
Deficit, & nulli spoliata remurmurat aruæ.
Remus] ῥῶμος, ῥέμος, filius Martis & Iliæ, à fratre Romulo interemptus, ut scribit Liuius. Post cuius mortem, orta pestilentia, consulto oraculo responsum est, placãdos esse manes fratris extincti: ob quam rem sellã curulis cum fœdere & corona, & cæteris regni insignibus semper iuxtà sancientem aliquid Romulum ponebatur, ut pariter imperare uideretur: unde est illud Virgilij, 1. Aeneid. 60,
——Remo cum fratre Quirinus
Iura dabunt. Hæc Seruius. Tibul. lib. 2. eleg. 5. 5,
Romulus æternæ nondum firmauerat orbis
Mœnia, consorti non habitanda Remo.
Remus] remi, masc. gen. (πώπη, πλάτη, ἐλάτης, ἐρετμὸς ὑπηρέσιος) Instrumentum quo naues aguntur. Cic. 3. Ver. 57, Quàm

57. Quàm multos esse oporteret, ex ipso quod erat factum sex remorum numero, coniiciebant.
Remi breues. Iuuen. Satyr. 15. 13.
Lenti remi. Senec. Hippol. 3. 7.
Inflexus remus. Cic. 4. Acad. 39, Neq; uerò hoc loco expectandum est, dum de remo inflexo, aut de collo columbæ respondeam. id est, Cur in aqua inflexus uideatur.
Validi remi. Valer. 2. Argon. 63.
Adijcere uela remis. Ouid. 2. de Remed. amor. eleg. 79.
Admotum fretum remis. Ouid. 6. Metam. 103.
Aptare remos. Virg. 5. Aeneid. 151.
Verrimus & proni certatib. æquora remis. Virg. 3. Aen. 134.
Minutis remis confisa cymba. Propert. lib. 1. eleg. 11. 2.
Ordine terno consurgunt remi. Virg. 5. Aeneid. 24.
Contorsit remum in hostem. Lucan. lib. 3. 134.
Conuulsum remis debiscit æquor. Virg. 5. Aeneid. 29.
Ad remum dare aliquem. Vide in Præpositione Ad.
Ducere remos. Ouid. 1. Metam. 60.
Franguntur remi. Virg. 1. Aeneid. 22.
Impellere remos. Virg. 4. Aeneid. 119.
Nauim remis impellere: id est, Remigrare. Cic. 4. Tusc. 16.
Properantibus remis impellit æquora. Ouid. 3. Metam. 132.
Incumbere remis. Ouid. 2. de Arte, 147.
Validis incumbere remis. Virg. 5. Aeneid. 3.
Lentos incuruans gurgite remos. Catul. Argon. 59. 37.
Inhibere remos. Vide Inhibeo.
Grauibus ineunt certamina remis. Virg. 5. Aeneid. 23.
Alarum remis insistere. Ouid. 5. Metam. 112,
Posse super fluctus alarum insistere remis
Optastis. id est, Posse uolare.
Insurgere remis. Virg. 3. Aeneid. 42.
Intenta remis brachia. Virg. 5. Aeneid. 28.
Lentandus remus in unda. Virg. 3. Aeneid. 77.
Obsistunt remis freta. Ouid. epist. 13. 1.
Agili remo peragit freta. Ouid. epist. 11. 13.
In uerbere remorum perstant. Ouid. 3. Metam. 133.
Agmine remorum celeri petit maria. Virg. 5. Aeneid. 43.
Freta pulsata remis resonant. Senec. Octau. 6. 9.
Reducere renum ad pectora. Ouid. 11. Metam. 93.
Rates reguntur remo. Ouid. 1. de Arte, 1.
Solicitare freta remis. Virg. 2. Georg. 101.
Stringere remos. Virg. 1. Aeneid. 112.
Subducere remos. Ouid. 11. Metam. 98.
Torsit aquas remis. Ouid. 5. Fast. 129.
Verrunt uada remis. Virg. 6. Aeneid. 64.
Demisi remi uerrebant freta. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 9.
Remis uentisq; leuam cuncta cohors petiuit. Virg. 3. Aen. 113.
Ventis remisq; Idē quod Remis ac uelis, hoc est Citissimè, prouerbialis est locutio. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 25. 8, Atq; inde uentis remisq; in patriam omni festinatione properaui. Vetus codex legit, uentis remis.
A remo ad tribunal. Vide A uel Ab præpositiones.
Corporis remos, pro brachijs natatis dixit Ouid. epist. 17. 44.
¶Remigo, remigas, pen. cor. (ἐρέτω, ἐρέσσομαι, λάω, ἐλαύνω, πλατύνω) remigare, Remis nauigare. Cic. lib. 4. Tusc. 15, Virtũ igitur mauis: statimne nos uela facere, an quæsti è portu egredientes paululũ remigare? Plin. lib. 32. cap. 1. 3, Tenuit & nostra memoria Caij principis ab Astura Antium remigantis. Liu. 6. ab Vrbe, 18, Qui non remigasset Romam.
¶Remigatio, Verbale (ἐρεσία) Cic. ad Attic. lib. 13. 278. 3, Inhibitio autem remigum motum habet, & uehementiorem quidem remigationis nauem conuertentis ad puppim.
¶Remex, remigis, pen. corr. m. g. (ἐρέτης, πλωτὴρ πλάτης, πρῴσκωπός, ὑπήρετμος) Qui remos agit, & remigandi ministerio

mancipatus est. Plaut. Merc. 14. 5,
— sed coquos quasi in mari
Solitus est hortator remiges hortarier. Cic. 2. de Diuin. 169, Quid, inquies, remex ille de classe Coponij, nónne ea prædixit quæ facta sunt? Cæs. 3. bel. Gall. 382, Naues interim longas ædificari in flumine Ligeri, quod influit in Oceanũ, remiges ex prouincia institui, nautas, gubernatoresq; comparari iubet.
Ictus remigis. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 1.
Officium remigis. Ouid. 13. Metam. 74.
Classis infirma propter dimissionem propugnatorum & remigum. Cic. 7. Verr. 169.
Opem remigis addere uelo. Ouid. 1. de Arte, 74.
Acri remige uelocem agit pristin. Virg. 5. Aeneid. 24.
Remige iter capere. Ouid. 1. Trist. eleg. 9. 1.
Imperare remiges. Cic. 2. de Orat. 23.
Extructi remigis ordo quater surgens. Lucan. lib. 3. 106.
¶Remigium, remigij (ἐρετή) Ipsa remorum agitatio & remigatio. Virg. lib. 1. Georg. 41,
Non aliter, quàm qui aduerso uix flumine lembum
Remigijs subigit.
Vitiosum remigium. Horat. 1. epist. 6. 13.
Aptæ remigio aquæ. Ouid. 2. de Arte, 26.
Nudum remigio latus nauis. Horat. 1. Carm. ode 14. 1.
Aptat remigio biremes. Virg. 8. Aeneid. 16.
Findere aquas remigio. Ouid. 3. Fast. 118.
Remigium, ad aues transfertur, quoniam alis ueluti remis quibusdam ad diffindendum aerem utuntur. Virg. 1. Aen. 61,
— uolat ille per aera magnum Remigio alarum.
Pennarum remigium. Lucret. lib. 6. 140.
Remigium, Remigum multitudo. Virg. 3. Aeneid. 95,
Remigium supplet, socios simul instruit armis. Cic. 5. Tusc. 161, Quæ pugna, quæ acies, quod remigium, qui motus hominum, &c.
Remuto] remutas, pen. prod. remutare. Tacitus de Orator. Vidit nanq; conditionem temporum & diuersitates authorum, formam quoq; orationi remutandam.
Ren] renis, m. g. (νεφρὸς) Renes sunt, qui lumbis summis coxis inhærent. ἀπὸ τοῦ ῥέειν, fluere, quòd riui spermatis ab his oriantur. Plaut. Cure 5. 21,
Sed quid tibi est? c. lien necat, renes dolent,
Pulmones distrahuntur.
Humores qui ex renibus ueficaq; profunduntur. id est, Vrina. Cic. 2. de Nat. deor. 206.
Laborare è renibus. Cic. 2. Tusc. 101.
Tentantur renes morbo acuto. Horatius 2. Serm. Satyr. 3. 33. Idem 1. Epist. 6. 6.
Renes, pro lumbis ipsis, Nemesianus in Cynegeticis,
Renibus ampla satis ualidis, diductaq; costas. Vsus est & ea in significatione Ausonius.
Renanciscor] Deprehendo. Festus, Renancisci tur significat deprehendit. Vnde adhuc nos dicimus Nanciscitur, & Nactus, id est Adeptus.
Renarro] renarras (ἀναφέρω) renarrare, Idem quod Narrare. Virg. 3. Aeneid. 144,
Sic pater Aeneas intentis omnibus unus
Fata renarrabat diuûm, cursusq; docebat.
Facta renarrare. Ouid. 5. Metam. 127. Ibidem, 6. 64,
Vtq; fit, à facto propiore priora renarrant.
Renascor] renasceris, pen. corr. renatus sum (αὖ φύω) renasci, Iterum nasci. Plin. lib. 11. cap. 29. 1, Deinde ad Canis ortum obire, & alias renasci. Ibidem, capite 37. 41, Equus septimo anno dētes omnes habet & renatos & immutabiles. Liu. 6. bel. Pun. 220, Vt reuixisse, aut renatum sibi quisque Scipionem

Scipionem imperatorem dicat. Cic. 1. Tusc. 85, Nam principium extinctum, nec ipsum ab alio renascetur, nec à se aliud creabit. Ouid. 15. Metam. 55.
Ardor occultus renascitur sub corde. Stat. 2. Achil. 63.
Renascitur malum. Cic. ad Brutum, 4. 4.
¶Renascens, Participium (ἀναφύω) ut, Renascens annus, pro primo Vere. Plin. lib. 16. cap. 25. 2.
¶Renatus, pen. prod. (ἀναστροφικὸς) Aliud participium: ut, Flumen rursùs renatum nouo fonte. Lucan. lib. 3. 53.
Dies renatus. Senec. Troade, 1. 2.
Renatum bellum. Cic. ad Brutum, 13. 3.
Renata urbs. Liu. 6. ab Vrbe, 2.
Renauigo] renauigas, pen. corr. (ἀναπλέω) renauigare, A nauigatione redire. Cicer. ad Atticum, lib. 14. 3. 14. 1, Post in Puteolana & Cumana regna renauigare. Plin. lib. 6. cap. 23. 16, Ex India renauigant mense Aegyptio Tybi incipiente.
Renauo] renauas, renauare: ut Renauabo operam. In emendatioribus exemplaribus legitur, Renouabo. Cicero Attico libro 1. 9. 11.
Renideo] renides, pen. prod. renidui (στίλβω) renidere, Resplendere. Stat. 10. Theb. 130,
Emicat effigies, & sparsa orichalca renident. Horatius 2. Carm. ode 18. 1,
Non ebur, neq; aureum
Mea renidet in domo lacunar. hoc est, fulget. Porphyrio.
Renidere, Os aperire ad subridendum. Catullus ad Egnatium, 37. 1,
Egnatius quod candidos habet denteis
Renidet usquequaq;, &c.
Oratio renidet. Quintil. lib. 12. cap. 10.
Renidens, pen. prod. Participium (στίλβων) Resplendens: ut, Domus auro renidens. Lucret. lib. 2. 9.
Ensem multo renidens. Tacit. lib. 4.
Aere renidenti fluctuat tellus. Virg. 2. Georg. 57.
Lares renidentes. Horat. Epod. 2. 13. hoc est, Splendentes, aut nitu, aut garrulitate. Acron.
Os renidens. Ouid. 8. Metam. 40.
¶Renidesco, renidescis (ἀναστίλβω) renidescere, Inchoatiuum. Lucan lib. 2. 66,
Fulgur ibi ad cælum se tollit: totaq; circùm Aere renidescit tellus.
Reniteo] renites, pen. corr. renitui (ἀναστίλβω) renitere, Valde nitere. Plin. lib. 37. cap. 6. 8, Arabicæ excellunt candore circuli prælucido atq; non gracili, neq; in recessu gemmæ aut in delectu renitente, sed in ipsis umbonibus nitēte, præterea substrato nigerrimi coloris.
Renitor] pen. prod. rentteris, penult. corr. renisus uel renixus sum (ἀντερείδω) renti, Contrà, uel aduersum niti. Liu. 5. ab Vrbe, 217, Quum illi renitentes pactos dicerent esse, negat eam pactionem ratam esse. Plin. lib. 2. cap. 82. 1, Positisq; alterno pulsu renitentes.
¶Renixus, huius renixus, Verbale (ἀντέρεισις) Cels. lib. 5. cap. 28, de fistulis, At cartilago ubi subhæsit, ipsa sedes docet, peruentumq; esse ad eam ex renixu patet.
Reno] renas, renaui (ἀναπνέω) renare, Iterum nare, aut natando redire. Ouid. ad Liuiam, 87,
Nullaq; per Stygias umbra renauit aquas. Horatius Epod. 16. 5,
— simul imis saxa renârint Vadis leuata.
Renodo] renodas, pen. prod. renodare, In nodum cõstringere. Horat. Epod. 11. 6,
Aut teretis pueri longam renodantis comam. Valer. 5. Argonaut. 76,
Teq; renodatam pharetris, ac pace fruentem.

Renouo] renouas, pen. corr. (ἀνανεόω, ἀνακαινίζω, νεωτερίζω) renouare, Notæ significationis.
Vetera renouare. Cic. 1. Acad. 20.
Ager renouatur aratro. Ouid. 5. Trist. eleg. 13. 5.
Amores ueteres renouamus desiderio. Catull. ad Caluum, 91. 1.
Animum renouare. Cæsar, At cohortes suis ex terrore firmatis, rursùsq; renouatis animis, legionarios conuersis equitibus, &c.
Animum à satietate, uel à fatigatione renouat. Quintil. lib. 6. cap. 3. 1. De risu.
Animum alicuius renouare, & reuocare ad. Cic. 2. de Orator. 109. Idem 2. de Inuēt. 155, Animus aut renouatur ad ea quæ restant, aut omnibus iam dictis excitatur.
Annos renouauerat Titan. Tibul. lib. 4. ad Mecœnatem, 1, 23.
Aratrum renouans terram. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 10.
Arua renouauerat taurus. Ouid. 15. Metam. 25.
Bellum renouare. Cæsar 3. bell. Gall. 359.
Campus renouatur aratris. Ouid. 1. Amor. eleg. 3. 2.
Casus omnes renouare. Virg. 2. Aeneid. 150.
Commendationem, Cic. Trebatio, lib. 7. 18. 3.
Consilia belli. Cæsar 8. bell. Gall. 2.
Desiderium. Cic. Post reditum ad Quirites, 6.
Dictum renouare: pro, Iterum dicere. Cic. 2. pro lege Agr. 37.
Dolorem. Virg. 2. Aeneid. 1.
Fœdus. Liu. 8. ab Vrbe, 60. Sic lib. 1. 58, Fœdus inter Romanos Latinúmq; populum renouatum est.
Honores. Cic. Quint fratri, lib. 2. 14. 2.
Hospitium. Cic. pro Deiotaro, 5.
Humum. Mart. lib. 2. 74.
Institutum referre ac renouare. Cic. 1. Verr. 37.
Legendo renouare. Cic. 1. Acad. 17.
Luctus renouabantur acerbi. Tibul. lib. 2. eleg. 7. 9.
Memoriam. Cic. pro Murœna, 14.
Militiam. Cic. 7. Verr. 27.
Operam renouare. Cic. Attico, lib. 1. 9. 11.
Nouis opibus se renouare. Cic. pro Murœn. 32.
Orationem. Cic. 1. de Inuent. 112.
Prælium Cæsar 3. bel. Gal. 4. 34.
Recordatione, uel commemorando rem aliquam renouare. Cicer. 1. de Finib. 87. Idem pro Quintio, 46.
Scelus pristinum in aliquem renouare & instaurare. Cicer. 2. Verrin. 7.
Societatem renouare. Cic. Cornificio, lib, 12. 27. 2.
Studia renouare. Cic. 2. de Diuinat. 10.
Vulnera alicuius renouare. Ouid. 2. Trist. 42.
Renouare à. Quintil. lib. 6. cap. 4, A satietate uel à fatigatione renouat. hoc est, Recreat uel instaurat.
¶Renouatus, pen. prod. Particip. (ἀνανεώσεις) Quintil. lib. 1. cap. 3. 6, Itaq; & uirium plus affrunt ad discendum renouati ac recentes. De pueris.
Ager renouatus. Ouid. 1. Metam. 23.
Lucifer renouatus unda Oceani. Silius lib. 7. 129.
Senecta renouata in florem redit. Ouid. 7. Metam. 43.
Altæ & renouatæ stellæ. Cic. 2. de Nat. deor. 176.
Templum Honoris à M. Marcello renouatum. Cicero 2. de Nat. deor. 87.
Renouatiuum fulgur uocatur, quum ex aliquo fulgure sanctio fieri cœpit, si factum est simile fulgur, quod idem significet. Festus.
¶Renouatio (ἀνανέωσις, νεωτερισμὸς) Verbale. Cic. ad Attic. lib. 6. 111. 11, Confeceram ut soluerent centesimis sexennij diebus, cum renouatione singulorum annorum. Idem de clar. Orat. 135, Vsurpatione & renouatione doctrinæ.
Renouatio timoris. Cic. Bruto, lib. 11. 18. 5.

¶Renouamen,pen.prod.renouaminis, Idem (ἀνανεωτικὸς) Ouid.8.Metam.148,

Forma semel mota est,& in hoc renouamine manſit.

¶Renouello,renouellas(ἐπανανεόω)renouellare, Rurſus nouellum facere.Colum.de Arboribus,cap.6.1,Eiuſmodi itaq; uinea ſi non aridos in corpore habet truncos, & flecti poteſt,factis ſulcis optimè ſternitur,atq; ita renouellatur.

Renumero]renumeras,pen.corr.(ἀναναριθμέω) renumerare,Reddere quod antè nobis numeratum fuerat, ut aurũ, dotem,&c.Terent.Hecyr.3.5.52,

Sin alio eſt animo,renumeret dotem huc,eat.

Renuntio]renuntias(ἀπαγγέλω,ἀποτάττω, ἀποσημαίνω) renuntiare,Referre quid actum ſit, aut uelit aliquis: quemadmodum nuntios referre dicimus,de his ad quæ miſsi ſunt. Cic.5. Verr.113, Fremebat tota prouincia,nemo id tibi renuntiabat?Idem pro Cluentio,114, Nam hoc perſæpè dixiſti, tibi ſic renuntiari, me habere in animo cauſam hanc præſtidio legis defendere.

Poſteaquam mihi renuntiatum eſt de obitu Tulliæ filiæ tuæ.Seruius Ciceroni,lib.4.5.1.

Renuntiare ad Senatum acta.Cic.5.Verr.62.

Renuntiare,Deferre arcanum,uel rem nouam narrare.Cic.pro Cluentio,114,Quiſnám tibi hoc renuntiauit?quis tam improbus fuit?cui ego autem narrauí?Budæus.

Vt nobis renuntiatur.Cic.pro Cluentio,131.

Renuntiare, Apertè nuntiare,ſignificare.Terent.And.3.2.28,

Id ego iam nunc tibi renuntio here futurum,ut ſis ſciens,

Ne tu mihi hoc poſterius dicas,Dani factum conſilio, aut dolis.Cic.2.Verr.12,Renuntio,inquit,tibi,te hodiernis comitijs eſſe abſolutum.

Renuntiare alicui de re aliqua.Plaut.Menæh.9.61.

Renuntiare ad patrem,dixit Plaut.Bacchid.2.49.

Renuntiare amicitiam,redemptionem,repudium, Denuntiare amicitiam diſciſſam,teſtari ſe non eſſe redemptorem, & repudiare uxorem.Tacit.lib.2,Componit epiſtolas, quis amicitiam ei renuntiabat. Terent.Phorm.4.3.72,

—illis repudium renuntiet,

Hanc ducat.Cic.3.Verr.90,Itaq; renuntiat Rabonius illam deciſionem tutoribus.accurrunt tamen ad tempus tutores,digitum tollit Iunius patruus. id eſt, Significat ſe eſſe redemptorem.

Renuntiare alicui hoſpitium,dicebatur is,quem contracti hoſpitij pœnitebat,ne hoſpitij ius uiolaret.Cic.4.Verr. 62,Itaq; iſte uehemẽter Sthenio infenſus,hoſpitium ei renuntiat, domo eius emigrat.id eſt,Denuntiat ſeſe nolle amplius hoſpitari in domo eius.Liu.5.bel.Pun.101, Societatem alicui renuntiare.Liu.lib.8.bel.Maced.

Renuntiare,pro nuntium remittere,& ſalutem ultimùm dicere.Quintil.lib.10.cap.7.1,Mea quidem ſententia, ciuilibus officijs renuntiabat.

Stoicis renuntiare.Cic.de Orat.118.

Vitæ renuntiare.Suet.in Sergio Galba,cap.11.

Renuntiatur Conſul,Tribunus,aliuſue magiſtratus.id eſt, Declaratur factus Conſul,Tribunus,&c.

Conſulem renuntiare aliquem.Cic.2.de Orator.144.

Renuntiatur in tribus illis ſacerdotibus.Cic.4.Verr.88,de ſacerdotibus Iouis, Perfecerat iſte imperio, ut pro ſuffragio Theomnaſtus familiaris ſuus in tribus illis renuntiaretur.

Renuntiare,aliter.Senec.1.de Clement.Renuntiari exemplo amici quos in conſiliũ rogauerat,imperauit.id eſt, indicauit mutã o conſilio,nihil ſe eorum opera in præſens uſurum.

Renuntiare depoſito,eſt rerum depoſitarum curam & cuſtodiam deponere,Vlpian.in l.ſi hominem.§.quoties.ff. depoſiti uel contrà.

Renuntiatus,Participium.Plin.in Paneg.Tuo iudicio conſules facti,tua uoce renuntiati ſumus.id eſt, Declarati.

¶Renuntiatio,Verbale(ἀπαγγελία,ἀπότοξις)Relatio. Cic.5. Verr.75,Cæſio renuntiat ſe dediſſe:cognoſcite renuntiationem ex literis.

Renuntiatio,Teſtimonij genus,quod rapporum uulgo dicunt: cuiuſmodi ædere ſolent architecti & magiſtri uniuſcuiuſq; opificij,quum opus eſt: qui propterea publicè ſacramento adiguntur.Budæus.

Suffragiorum renuntiatio.Cic.pro Plancio,11.

¶Renuntius,renuntij,maſc.gen.(ἀνάγγελος)Qui aliquid literarum nuntiat.Plaut.Trinum.5.13,

Cantrices,ciſtellatrices,nuntij,renuntij.

Renuo]renuis,renui,renutum,pen.prod. (ἀνανεύω,ἀρνοῦμαι,ἀπαγορεύω)renuere,Reſpuere,& quaſi ſigno aliquo oſtendere aliquid ſibi diſplicere.Mart.lib.2.14.

Nullum conuiuium renuere.Cic.pro Cælio,20.

Fato renuente nouos furores.Silius lib.10.10.

Oculo renuente negaui.Ouid.epiſt.16.18.

Quibus ſupercilijs renuentes,huic decem millium crimini?Cic. pro Rabirio Poſthumo,22.

¶Renutus,huius renutus,pen.prod.m.g.(ἀνάνευσις)Plin.iunior lib.1.epiſt.7.4,Nam ego quoq; ſimili nutu ac renutu reſpondere uoto tuo poſſum. Nutu,id eſt,aſſenſu, dum promitto non agere aduerſus Gallum:Renutu,dum nolo adeſſe Gallo aduerſus Beticos.

Renuto,renutas(ἀπαγορεύω)renutare,Negare,renuere, non uelle.Lucret.lib.3. & 4.

Reor]reris,ratus ſum(νομίζω,οἴομαι)reri,Exiſtimare,opinari. Cicer.3.de Nat.deor.20,Rebantur enim ſore,ut exercitus imperatorem equo incitato ſe in hoſtem immittentem perſequeretur:id quod euẽnit.Saluſtius in Catil. Optimum factu ratus, in tali re fortunam belli tentare. Lucretius libro 1.31.

Illos in quibus eas uirtutes eſſe remur,à natura ipſa diligere cogimur.Cic.2.Off.45.

Quod minimè reris.Virg.6.Aeneid.20.

Ducebam animo,rebarq;.Virg.6.Aeneid.138.

Tum reſtituas fratribus rebor meis Animas. Senec. Hercule furente,20.

¶Ratus,rata,ratum(νομίσας)Participium,Significat idem quod Puto,imaginor. Priſcianus,Reor quoq; ratus facit participium,ut puto,differentiæ cauſa:quia Ritus aliud ſignificat:& Ratus pro Reatus, dicebant, quomodo Sancius pro Sanctus, Laſſus pro Laſſatus. Plautus Amphytrione,

Victis hoſtibus quos nemo ſuperari poſſe ratus eſt. Idem Aſin.16.6.Feſtus, Ratus ſum,ſignificat putaui:ſed aliquando pro firmo certoq; ponitur ratus.

Abundè ratus,pro Satis ratus.Tacit.lib.18.

Obſtidionem flagitij ratus.Tacit.lib.3.

¶Ratum(κύριον)Firmum,conſtans,certum,fixum.Ter.Hecyr. Ne quod egiſſem,eſſet ratum.

Certus & ratus.Cic.2.de Nat.deor.140.

Conſtans & ratum.Cic.2.de Nat.deor.73.

Ratum & immutabile.Cic.2.de Nat.deor.138.

Iuſſum,ratum atq; firmum.Cic.pro Cecinna,69.

Verum illud certum,comprehenſum,perceptum,ratum,firmũ, fixum fuiſſe uis.Cic.4.Acad.255.

Ratum & Irritum,contraria.Cic.de Prouinc.Conſul,38.

Ruptum & Ratum,contraria.Cic.1,de Orat.84.

Dicta rata.Ouid.2.Faſt.98.

Fides

fides rata.Ouid.3.Triſt.eleg.10.8.

Leges natura ratæ.Senec.Oedipo,12.6.

Opus ratum.Ouid.in Ibin,16,

Quæq; ratum triplici pollicenetis opus.

Ratum habere aliquid (ἀποιμάζειν) Approbare,confirmare. Cicero pro Roſcio Comœdo, 2, Quis hoc frater fratri, quis parens filio tribuit, ut quodcunque retuliſſet,id ratum haberet?

Iudicium habere ratum,& Reſcindere iudicium,contraria.Cicero in Partit.69.

Ratum habere aliquid,pro Comperto & conſtituto. Cic.1.de Nat.deor.16,Id habent ratum, quod ab eo quem probant, iudicatum uident.De Pythagoreis.

Ratum facere augurium.Cic.1.de Diuin.143.

Ratum mihi eſt:hoc eſt,Probo uel approbo.Cic.ad Gallum,libro 7.24.3.

Rato tempore aliquid facere.Cic.2.de Diuin.28.

Pro rata,ſiue Pro rata parte,quod uulgus noſtrũ Ad æquipollentiam,& etiam Pro rata dicit, Latinam uocem uſurpans. Vlpianus in l.in his uerò de ſoluti. Si uerò ſumma uſurarũ debitarũ non eadem ſit, æqualiter ad utranq; cauſam profuit,non pro rata.Idem ibidem,Si quis ita cauerit debitori, in ſortem & in uſuras eius ſe accipere: utrum pro rata & ſortis et uſurarũ decedat.Cic.1.Tuſc.150,Omnia iſta perinde ut cuiq; data ſunt pro rata parte à uita:longa aut breuia dicuntur.

Pro rata portione.Vide Ad portionem, in præpoſitione Ad.

Ratæ preces:id eſt,Exauditæ.Ouid.1.Faſt.139.Budæus.

Ratiſſimus,a,um, Superlatiuum à Ratus. Feſtus, Ratiſſima quoq; ab ijs quæ rata dicimus : unde etiam rationes dictæ. Cato in Q.u.Thermum,erga Rempublicam multa beneficia ratiſſima atq; gratiſſima.

¶Ratifico,ratificas,pen.corr.(πυρόω)ratificare, Approbare,quod actũ eſt confirmare.Veteres Ratare,pro Ratificare dicebant:unde eſt Irritare, contrarium.Sipontinus.

Repagulum]repaguli,pen.corr.(μοχλός,βάκλος)quod et Repáges dicitur,fœminino genere, Obex dici poteſt,ex Re & Pago compoſitum.Feſtus,Repagula ſunt, ut Verrius ait, quæ patefaciendi gratia ita figuntur,ut ex contrario oppagantur.ut Cic.6.Verr.84,Poſtea conuulſis repagulis, effractiſq; ualuis,demoliri ſignum,ac ueſtibus labefactare conãtur,quæ poetæ interdum repágines appellant. Hactenus Feſtus.Plaut.Ciſtel.8.18,

Occludite ædes peſſulis,repagulis.

Portæ repagula ceciderunt.Ouid.14.Metam.157.

Conuellere repagula.Vide Conuello.

Laxare repagula.Lucan.lib.1.60.

Perfringere repagula iuris.Vide Perfringo.

Pedibuſq; repagula pulſant.Ouid.2.Metam.31.

Robuſta repagula rapta de poſte.Ouid.5.Metam.24.

Recludere iram repagulis.Cic.de Nat.deor.

Repagularij iudices,ſeu diſceptatores,commiſſarij ſunt, ad fores Curiæ ius dicentes.Et ſententiæ eorum, uel interfata,ſeu interlocutiones,acta repagularia uocantur. Budæus in Forenſibus.

Repandus] Adiectiuum(κεκαμπύλος)Quod eſt recuruum & ſinuoſum,quodq; retrorſum patet.Plin.lib.14.cap.22.3,Ad hæc pertinet pectoroſa ceruicis repandæ oſtentatio. Cic.1.de Natur.deor.111, Quam tu nunquam ne in ſomnis quidem uides,niſi cum pelle caprina,cum haſta,cum ſcutulo,cum calceolis repandis.Ouid.3.Metam.136.

¶Repandiroſtrum.Cælius lib.7.cap.26,Sed & erectam ceruicem nõ tacuit.Repandus uerò nunc retrò patrem ſignificat,nunc reflexum:unde Repandiroſtrum concinnauit Pacuiuis,quanquam durè,Quintiliano teſte.

Repango]repangis,repegi,& repanxi, repactum,repangere,Idem quod Pangere.Colum.lib.de Arboribus,cap.22.2,In quo ſcrobe deſtinaueris nucem ſerere, terram minutã in modum ſemipedis ponito,ibiq; ſemen ferulæ repangito. Idem lib.5.cap.10.9.

Reparco]reparcis,reparſi, reparſum (ἀναφείδομαι) reparcere,Idem quod Parcere Plaut.Truc.8.19,

—utinam à principio

Rei item parſiſſem meæ,ut nunc reparcis ſaulis. Antiquum eſt.

Reparo]reparas,pen. correp. (ἀναπειρίζω,ἀναλαμβάνω, ἀναλέγω,ἀνασυνάγω,ἀναπαυάζω,ἀνέομαι)reparare,Inſtaurare,& in ſtatum priſtinum redigere,quaſi rurſus parare. Plin.epiſt.291,Sed quæ ſunt uetuſtate ſublapſa, reparentur in melius.

Perdere & Reparare contraria.Cic.5.Verr.172.

Reparare quod amiſeris.Plin.epiſt.94.b.lib.6.

Amiſſas res reparare.Hor.2.Serm.Satyr.5.1.

Exercitum reparare.Plaut.Capt.4.52.

Reparare bellum.Liu.10.bel.Pun.27.

Requies reparat uires.Ouid.epiſt.4.18.

Reparari labore,ac refici.Plin.in Paneg.130.

¶Reparatus,Participium.ut,Vina Syra reparata merce.Horat.1.Carm.ode 31.Hoc eſt,ut interpretatur Duarenus lib. 1.anniuerſ.diſput.uina, quæ ſint empta nũmis ex uenditione Syræ mercis refectis.Iuriſconſultis autem,Parare,pro emendi uerbo in uſu eſt.Reparare igitur,pro parandi uerbo ab Horatio eſt uſurpatum: quemadmodum & Redimere, pro eo quod eſt emere,ponere ſolemus.Lambinus.

¶Reparator,pen.prod. Verbale (ἐπανασυναγώτης) Statius,4. Sylu.1.3,

Ipſe etiam immenſi reparator maximus æui

Attolit uultus,&c.

¶Reparatio,Verbale(ἐπανασυναγή) Saluſtius in Iugurtha, Sed ſanè fierit regni reparatio,plebi ſua iura reſtituere.

¶Reparabilis,& hoc reparabile,penul.corr.(ἐπανασυναγώτης) Adiectiuũ:ut,Damnũ reparabile.Ouid.1.Am r.eleg.14.11, Pudicitia nulla arte reparabilis.Ouid.epiſt.5.21.

Repaſtino]repaſtinas,pen.corr. (ἀναρρώννυω) repaſtinare, Repaſtinari dicebant ueteres uineas quæ reſodiebantur.Feſtus,Repaſtinari is ager dicitur,ut Verrius exiſtimat, cuius natura mutatur ſodiẽdo,quũ aut ſylueſter excodicatur, aut lapis molitur frangẽdo,ut fiat paſcui,uel pecoribus herbæ, uel hominibus ſatione.Cato in ea quam ſcribit de ſuis uirtutibus contra Thermum,Ego iam à principio in parſimonia atq; induſtria omnem adoleſcentiam meam abſtinui agro colendo,ſaxis Sabinis ſilicibus repaſtinandis, atq; conſerendis.Hactenus Feſtus.Colum.lib.4.cap.32.2, Quum deinde cultus conſenuit,repaſtinandum eſt. Idem lib.2.cap.15.6, Aeſtiuis deinde menſibus non aliter ac ſi repaſtines, totum ſterquilinium raſtris permiſceri oportet. Plin.li.13.cap.13. 1,Cn.Terentium ſcribam agrum ſuum in Ianiculo repaſtinantem offendiſſe arcam.

¶ Repaſtinatio,Verbale.Cic.de Senect.49,Quid agri ſoſtiones repaſtinationeſq; proferam?

Repatrio]repatrias,repatriare,Redire.Solinus cap.46.ad finem,Hoc Arabiæ ſat eſt, hinc ad Peluſium repatriemus. Idem cap.40,Aſſiduis denicq; exemplis patet eos peperiſſe, quum multi captiuorum aliquot leonibus obuijs intacti repatriauerint. hoc eſt,in patriam reuerſi ſint.

Repecto]repectis,repexi uel repexui,repexum(ἀναπτερύσσω) repectere,Rurſum pectere. Vnde,

¶Repexus,Participium (ἀναπτερυσθείς) Claud.5. Paneg.1,

Spárge diem meliore coma: crinemq; repexi
Blandius elato surgent temone iugales.
Coma repexa modò. Ouid. 3. de Arte, 31.

Repedò] repedas, pen. corr. (ἀναποδίζω) repedare, Pedem retrahere, recedere, inquit Festus, siue reuerti. Lucilius lib. 26, Rediisse ac repedasse, ut Roma uiret gladiatoribus. Idemq;, Sancto ego à Metello Romam repedabam munere. Cic. 3. de Legib. 15, Domum cum laude repedandum. Correctius exemplar legit, redeunto.

Repello] repellis, repuli, pen. corr. repulsum (ἀπωθέω, ἀνάκομαι, ἀφαιρέω, ἀποπέμπω) repellere, Retrò pellere quòd ingruit, reijcere, propellere siue propulsare. Plautus Bacch. 20. 43,

Conflixi, atq; hominem repuli. Cic. 6. Verr. 84, Qui primò quum obsistere ac defendere conarentur, malè multati clauis ac fustibus repelluntur.

Armis repellere, fugare, & auertere aliquem. Cicero pro Cecina, 24.

Repellere à uel ab. Cic. post reditum in Senatu, 15, Tu meum generum propinquum tuum, tu affinem tuam, meam filiam superbissimis & crudelissimis uerbis à genibus tuis repulisti. Idem pro Domo sua, Homines audaces ab eius templi aditu atq; ascensu repulistis.

Bellum repellere. Cic. de Prouinc. Consul. 25.

Causam repellere. Cic. 3. de Fin. 3.

Vt seueritas adhibeatur, contumelia repellatur. Cicero 1. Offic. 91.

Dolorem à se repellere. Cic. 1. de Fin. 45.

Facinus repellere. Ouid. 15. Metam. 156.

Arte humili repulit famem. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 8.

Fraus concessa est repellere fraudem. Ouid. 3. de Arte, 98.

Ver repellit hyemem. Ouid. 10. Metam. 33.

Impetum ægrè repellere. Cic. de Prouinc. Consul. 5.

Validos cute reppulit ictus. Ouid. 3. Metam. 13.

Iugum seruitutis repellere à corpore suo. Cicer. Antequam iret in exilium, 1.

Nefas repulit ille. Ouid. 2. Fast. 28.

Preces alicuius repellere. Ouid. 14. Metam. 75.

Sanguinem repellere, pro Depellere uel extrahere. Plin. lib. 18. cap. 16. 7.

Seruitutem à ciuibus repellere. Cic. ad Brutum, 14. 5.

Tellurem hasta repellere. Ouid. 2. Metam. 158.

Verba fastidita repellere. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 1. 4.

Vim ui repellere. Cic. pro Sestio, 31.

Vim repellere, & Inferre uim, contraria. Cicero pro Milone, 38.

Repellere ab impediendo & lædendo. Cicero 1. de Petit. Consulatus, 36.

Repellere & excludere. Cic. 1. de Orat. 24.

Quum te à Consulatu repuli. Cic. 1. in Catil. 19.

¶ Repulsus, Participium (ἀπωσθείς) ut,

Repulsus foribus, pro A foribus, apud Horat. 2. Sermon. Satyr. 7, 18.

A uera ratione repulsum. Lucret. lib. 6, 154.

Aera repulsa toties. Tibul. lib. 1. eleg. 3. 5.

Aera repulsa sonant. Tibul. lib. 2. eleg. 8. 5. hoc est, Frequentèr pulsata seu percussa.

Amor sæpe repulsus. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 16.

Hostis repulsus. Ouid. 6. Fast. 79.

Noxa repulsa effugiat meis stabulis. Ouid. 4. Fast. 151.

Tellus repulsa est. Ouid. 6. Metam. 103.

Telum repulsum ære. Virg. 2. Aen. 109.

¶ Repulsus, huius repulsus (ἀπώθησις) ipse repellendi actus. Plin. lib. 34. cap. 8. 26, Cerumq; unà ita uestigijs suspēdit, ut linū subter pedes trahatur alterno morsu digitis calceū retinentibus solum, ita uertebrato dente utrisq; in partibus, ut à repulsu per uices resiliat. Idem lib. 11. cap. 37. 37, Vipera prægnans ueneno impresso, dentium repulsu uirus fundit in morsus.

Repulsus scopulorum. Cic. 1. de Diuin. 22.

Rauci repulsus umbonum. Claud. de bel. Gildon. 87.

Repulsus, pro Repercussu. Plinius libro 8. capite 43. 4, de elephantis, Repulsu durioris materiæ clauditatem illico affert. Lucan. lib. 4. 22.

¶ Repulsa, repulsæ, Reiectio ab honore uel magistratu. Dicimus autem Accipere repulsam, & Ferre repulsam. Cic. ad Attic. lib. 5. 107. 3, Quòd scribis, libenter repulsam tulisse eum qui cum fororis tuæ filij patruo certaret, hoc magni amoris signum. Idem pro Plancio, 41, C. Marius duabus Aedilitatis acceptis repulsis septies Consul est factus.

Grauior mihi morte repulsa est. Ouid. epist. 19. 33.

Offensiones & repulsas quasi quandam ignominiam & infamiam timere. Cic. 1. Offic. 102.

Rara repulsa. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 2.

Sordida repulsa. Hor. 3. Carm. ode 2. 4.

Tristes repulsæ. Claud. 4. Paneg. 73.

Turpis repulsa. Hor. 1. epist. 1. 9.

Afferre repulsam. Vide Affero.

Sine repulsa assequi magistratum. Cic. in Pisonem, 1.

Ferre repulsam. Cic. 2. de Orat. 155.

Ferre repulsam, & præterire. Cic. 11. Philip. 303.

Pati repulsam. Ouid. 2. Metam. 20.

Dolore repulsæ crescit amor. Ouid. 3. Metam. 79.

¶ Repulso, repulsas (ἀπωθίζω) repulsare, Frequentatiuum: unde,

¶ Repulsans, Participium (ἀπωθίζων) Lucret. lib. 4. 117,

— ita colles collibus ipsis
Verba repulsantes iterabant dicta referri.

Rependo] rependis, repẽdi, repensum (ἀμείβω, ἀμείβομαι, ἀνταποδίδωμι, ἀνταμείβω, ἀνταποδίδομαι) rependere, Retribuere, compensare. Virg. 1. Aen. 49,

— fatis contraria fata rependens. Plaut. Pseud. 4. 86,
Sine modò, rependam ego cuncta ob hæc hercle una opera.

Rependere argento. Plin. lib. 12. cap. 25. 5, de opobalsamo, Alexandro Magno res ibi gerente, toto die æstiuo unam concham impleri iustum erat. Omni uerò fœcunditate è maiori horto congios senos, minore singulos, cum duplo rependebatur argento.

Ingenio formæ damna rependo meæ. Ouid. epist. 21. 7.

Dona rependere alicui. Stat. 9. Thebaid. 132.

Gratia nulla rependatur facto. Ouid. 2. Metam. 139.

Pœnas sceleribus rependere. Senec. Oedipo, 14. 7.

Præmia digna rependere. Stat. 9. Thebaid. 10.

Precium rependere pro officijs. Ouid. 2. Amor. eleg. 8. 5.

Vices rependere. Propert. lib. 4. eleg. 4. 12.

Votà alicui rependere pro re aliqua. Stat. 3. Sylu. 3. 31.

¶ Repensus (ἀνταποδοτέος) Participium: ut, Repensum aurum pro capite alicuius, & Repensum auro caput. Idem. Cic. 2. de Orat. 150. Plin. lib. 3. cap. 3. 9, Quum Septimuleius C. Gracchi familiaris, auro repensum caput eius excisum ad Opimium tulerit.

¶ Repensurus, pen. prod. Aliud participium (ἀμείψων) ut,

Magna repensurus. Silius lib. 17. 117.

¶ Repenso, repensas (ἀντιστῆσαι) repensare, Frequentatiuum. Colum. lib. 3. cap. 2. 9, Id tamen incommodum repensat uarum multitudine.

Repens] priore correp. repentis (ἀφνίδιος, ἐξαίφνιδος, ἐξαπινάιος) Subitus & repentinus. Tacitus lib. 5, Quid repens, aut uetustate obscurum?

Repens aduentus hostium, & Expectatus, contraria. Cicero 3. Tusculan. 88.

Bellum repens. Liuius lib. 10, ab Vrbe, Si quod repens bellum oriatur.

Causa repens. Tacit. lib. 15.

Clamor repens. Sil. lib. 3. 45.

Clamor repens per mœnia tollitur. Claud. de bel. Get. 93.

Cogitatio repens. Tacit. lib. 17.

Consternatio repens. Curtius lib. 10.

Cura repens. Cic. 3. Tusc. 52.

Defectio repens Lucanorum. Liu. 8. ab Vrbe, 142.

Discordia repens. Virg. 12. Aeneid. 68.

Repens fama allata. Liu. 6. ab Vrbe, 183.

Repentes lachrymas fuderunt. simulacra. Tibul. lib. 2. eleg. 6. 8.

Metus repens. Senec. Troade, 6. 4.

Perfidia repens. Tacit. lib. 20.

Ciuitatem eo tẽpore repens religio inuaserat. Liu. 9. bel. Pun.

Sonus repens. Seneca Medea, 12. 19.

Terror repens. Liu. 1. bel. Pun. 108.

Tumultus repens. Liu. 1. ab Vrbe, 59.

Vox repens. Valer. 2. Argon. 19.

¶ Repentè, Aduerbium (ἄφνως, ἀφνῴδην, ἐξαίφνης, ἄφνω, ἀφνιδίως) Subitò, statim. Cicer. ad Dolabellam, lib. 9. 12. 1, Gratulor Baijs nostris, si quidem ut scribis, salubres repentè factæ sint.

Sensim & Repentè, contraria. Cic. 1. Offic. 169, Magis decere censent sapientes, sensim dissuere, quàm repentè præcidere.

Repentè præter spem dixit. Cic. Sulpit. lib. 4. 4. 9.

Sed repentè, è uestigio ex homine, tanquam aliquo Circæo poculo, factus est uerres. Cic. 1. Verr. 31.

Repentè tanquam somnio. Cic. in Sallustium.

Modò egens, repentè dines. Cic. 2. Philip. 76.

Ruere omnia uisa repentè. Virg. 8. Aeneid. 105.

Lapsa repentè turris. Virg. 2. Aeneid. 93.

De repentè. Vide De præpositionem.

¶ Repentinus, pen. prod. Adiect. (ἀφνίδιος, ἐξαίφνιδος, ἐξαπινάιος) Res subita, & à nemine prouisa, seu de qua nemo cogitauerat. Terent. Andr. 5. 4. 36,

— uix sum apud me, ita animus commotus est metu,
Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono.

Expectatus & repentinus. Cic. 2. de Orat. 124.

Aquas repentinas eiaculatus est. Ouid. 1. Fast. 54.

Exoritur peculiare edictum repentinum. Cic. 5. Verr. 28.

Exitus repentinus & informis. Tacit. lib. 5.

Fragor repentinus. Claud. 5. Paneg. 42.

Hommes repentini. Cic. de clar. Orat. 130.

Mala repentina. Cic. 3. Tusc. 93.

Mors repentina. Cic. 2. de Diuin. 113.

Motu repentino accidentia, & Quæ meditata inferuntur, contraria. Cic. 1. Offic. 40.

Nuncius repentinus. Cic. 7. Verr. 85.

Tumultus repentini. Ouid. 5. Metam. 1.

¶ Repentinò, penultima producta, Aduerb. (ἀφνιδίως) Plautus Pseud. 3. 37,

Repentè exortus sum, repentinò occidi. Cic. pro Quintio, 8, Moritur in Gallia Quintius, quum adesset Nœuius, & repentinò.

Repercutio] repercutis, pen. corr. repercussi, repercussum (ἀνταπωθέω) repercutere, Percutientem ferire. Plin. epist. 95. b, An ut flumina, quæ in mari deferuntur, aduersantibus uentis, obuioq; æstu retorqueuntur: ita est aliquid, quod huius fontis excursum per momenta repercutiat?

Repercussus sol. Virg. 8. Aen. 5,

Sicut aquæ tremulum labris ut lumen ahenis
Sole repercusso, aut radiantis imagine Lunæ,
Omnia peruolitat latè loca. Vbi Seruius, Repercusso, aut uacat Re, aut bene repercussum: quia primò aquam ferit, inde postea tendit ad tecta. Ouid. 2. Metam. 22,

— positæq; ex ordine gemmæ
Clara repercusso reddebant lumina Phœbo.

Imaginis repercussæ umbra. Ouid. 3. Metam. 87.

Repercussæ clamoribus ualles. Liu. 1. bel. Pun. 122.

Repercutere aciem oculi, dicit Seneca lib. 21. epist. 1. pro Repercutiendo perstringere.

Repercutere alicuius dicta. Quint. lib. 6. cap. 3. 16, Aliena aut reprehendimus, aut refutamus, aut eleuamus, aut repercutimus, aut eludimus. id est, Refellimus.

Repercutere fascinationes, Discutere. Plin. lib. 28. cap. 4. 3.

¶ Repercussus, Participium (ἀντιτετυπωμένος) Plinius libro 17. cap. 21. 2, Quuum uerò concreti ademêre transitum, repercussa erumpit.

¶ Repercussus, huius repercussus, Verbale (ἀντιτυπωσις) Ipse repercutiendi actus. Plin. epist. 282, Nec in flumen, sed in ipsum mare emittere, repercussus maris seruabit, & reprimet quicquid è lacu ueniet.

Repercussus solis, quæ uulgò Reuerberatio dicitur. Plin. lib. 5. cap. 5. 5. Repercussus colorum. Plin. lib. 37. cap. 2. 9.

Repercussus uentorum. Plin. lib. 5. cap. 9. 11.

Reperio] reperis, pen. cor. reperi, uel poeticè, repperi, repertum (εὑρίσκω, ἀλφάω) reperire, Est casu offendere non, quæsitum aliquid. Plaut. Aul. 31. 10,

Reperi. 1. quid reperisti? s. non quod pueri clamitant
In faba se reperisse. Ouid. lib. 1. Metam. 132,

— tu non inuenta reperta es.

Reperire, non est aliquando fortunæ. Terent. Phorm. 1. 4. 15,
Sed ubi Antiphonem reperiã? aut qua quærere instituam?

Reperiri dicitur aliquis, aut aliqua, quum palàm & compertè à nobis est. Cic. pro Quintio, 33, Tamen in ista populatione & proscriptione bonorum, improbissimus reperiebare. Idem de claris Orat. 61.

Repertus es ingratus. Plaut. Persa, 13. 61. id est, Palam uisus & compertus es esse ingratus.

Aditum sibi reperire. Vide Aditus, in Adeo.

Auxilium alicui rei reperire. Cæsar 3. bel. Gal. 410.

Causam reperire, Inuenire rationem, quapropter aliquid fieri aut minus fieri debeat. Terentius Phorm. 2. 1. 4,

Quid mihi dicent? aut quam causam reperient? Idem Eunuch. 3. 3. 6,
Vbi ueni, causam ut ibi manerem, repperit.

Reperio causas, cur senectus misera esse uideatur. Cic. de Senect. 14.

Consilium reperire. Terent. Phorm. 1. 4. 1,

Nullus es Geta, nisi aliquod iam tibi consilium celere réperis.

Exitum reperire. Cic. 1. de Nat. deor. 148.

Gloriam armis reperire. Terent. Heaut. 1. 1. 60.

Malefacta uestra repperi radicitùs. Plaut. Mostel. 15. 61.

Medicinam reperire alicui rei. Cic. 1. Verr. 39.

Negocium reperi in hac re. Plaut. Rud. 12. 25.

Aliquid noui reperire. Cic. 4. Acad. 32.

Occasionem reperire. Plaut. Pseud. 17. 9.

Periculum suum reperire. Ouid. 8. Metam. 67.

Rationes bellandi reperire. Cæsar 3. bel. Ciuil. 199.

Viam reperire. Cic. ad Att. lib. 2. 31. 5. Idem 5. Verr. 90.

Mihi met ineunda ratio, & uia reperienda est, qua, &c. Virg. 5. Aeneid. 162.

Reperire parentes. Terent. Andr. 4. 6. 11.
Hoc non secus reperies. Plaut. Capt. 11. 94.
Non reperiebam quemadmodum posset iungi sententia duorum tam diuersa censentium. Plin. epist. 167. g. Cic. de claris Orat. 5, Quibus armis quemadmodum uterentur, non reperiebant.
Quid ad hæc repereris? soluamus inquis. Cicero ad Attic. libro 7. 123. 15.
Reperire quamobrem. Terent. Adelph. 4. 3. 1.
Reperibitur, penultima correpta, in futuro aliquando dixit Plautus in Epidico, 3. 48, Quid illa fiet fidicina igitur? aliqua res reperibitur.
Reperio eum uenisse Tarentum. Cic. de Senect. 38.
Non reperitur ullo uestigio. Cic. pro Cluentio, 81.
Reperitur de quodam. Plin. lib. 19. cap. 54. 3, Scitum de quodam potore reperitur, Syracusis tantiu potare solitum, donec cooperta terra fœtum ederent oua.
Reperiam multos, uel potius innumerabiles, non tam, &c. Cic. 2. de Fin. 50.
Reperio, ex Re & Pario componitur: ut repertum sit, quasi repartum, & in lucem proditum.
Reperirier, pro Reperiri. Lucret. lib. 4. 98,
Nam maiore fide debet reperirier illud, &c.
¶ Repertus, Participium: ut, Labore reperta carmina. Lucretius lib. 3. 86.
Diuina antiqua reperta. Lucret. lib. 5. 3.
Diutiùs repertis incumbere. Virg. 6. Aen. 122.
Obscura reperta Graiorum. Lucret. lib. 1. 28.
¶ Repertum, reperti (σύρημα) Substantiuum, neut. gen. Lucretius lib. 1,
Carmina quinetiam diuini pectoris eius
Vociferantur, & exponunt præclara reperta. id est, inuenta, quæ ipse Empedocles (de quo hic fit mentio) primus adinuenit.
¶ Repertitius, Adiectiuum, Quod repertum est. Salustius in Cicero. 1, Repertitius, accitus, & paulo antè insitus huic urbi ciuis.
¶ Repertor, Verbale, Qui reperit. Ouid. 3. Fast. 153.
Doctrinarum repertores. Lucret. lib. 3. 211.
Legum repertores. Quint. lib. 2. cap. 16. 6.
Opis medicæ repertor Phœbus. Ouid. 1. de Remed. 16.
Mirandus repertor pœnæ. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 11.
Tormentorum repertor. Claud. 1. in Eutropium, 33.
Vitis repertor Bacchus. Ouid. 2. Fast. 66.
¶ Repertorium, quid sit, declarat Vlpian. de administratione & periculo tutorum, l. tutor, his uerbis, Tutor qui repertorium non fecit, quod uulgò Inuentarium appellatur, dolo feciſſe uidetur: nisi forte aliqua necessaria & iustissima causa allegari possit, cur id factum non sit.
Repeto] repetis, penult. corrept. repetiui uel repetij, repetitum, penultima producta (ἐπαιτέω, ἀπαιτέω, παραλαμβάνω) repetere, Propriè restituendum petere. Author ad Herennium, libro 2, Id quod argentario obtuleris expensum, à socio eius rectè repetere possis. Terentius Eunuch. 4. 6. 11,
Hanc tibi dono do, neq; repeto pro illa abs te quicquam precij. Cic. 6. Verr. 98, Repetere res suas.
Dare & repetere. Cic. 1. Tusc. 148, At ea quidem dedit usuram uitæ, tanquam pecuniæ nulla præstituta die. Quid est igitur quod querare, si repetit quum uult?
Beneficium repetere. Seneca de Benef. lib. 3. cap. 15.
Bona sua repetere ac persequi lite atque iudicio. Cicero 5. Verr. 26.
Fructum repetere, Dictum de rebus ad animum pertinentibus.

Cic. pro Archia, 1, Eorum rerum omnium uel in primis hic A. Licinius fructum à me repetere propè suo iure debet. Hoc dixit Cicero post commemoratum ingenium suum, & dicendi exercitationem, & optimas artes. Est autem metaphora à uillico, à quo dominus uillæ rationem fructuum solet exigere.
Officij præmium & fructum repetere. Cicero Antequam iret in exilium, 2.
Gratiam pro beneficio repetere. Liu. 1. ab Vrbe, 207.
In seruitutem urbes repetere. Liu. 4. bel. Maced. 213.
Ius repetere. Cic. 1. Verr. 9.
Pœnas ab aliquo repetere. Cic. 7. Verr. 128.
Repetere, Reuocare. Plaut. Trucul. 17: 69,
Bene agis mecum, filium sine cute melius est repetere. Terent. Andr. 1. 5. 14,
Quia hem? Repudiatus repetor.
Repetere, Sæpius petere. Cicero pro Plancio, 82, Quid me spectas? quid mea promissa repetis? quid meam fidem imploras?
Repetere, iterare. Colum. lib. 4. cap. 28. 1, Postea licet eandem pampinationem repetere. Liu. 5. ab Vrbe, 134.
Audita repetens. Ouid epist. 19. 38.
Sermonem de re aliqua repetere. Plin. lib. 33. cap. 1. 10.
Somnum repetere. Cic. Att. lib. 13. 290. 1.
Verba repetere. Ouid. epist. 19. 2.
Repetere per iudicem. Vlpianus l. 3. §. si liber. ff. de condict. caus. dat.
Repetere reum. Paulus in l. reum. ff. de accusat. Quòd si libelli inscriptione legitimè ordinati non fuerint: rei nomen aboletur: & ex integro repetendi reum potestas fiet. id est, Rursus accusandi.
Repetere (ἀναίνεμαι) Reuerti: ut, Repetere castra. Liu. 1. bell. Maced. 76.
Domum repetere. Ouid. 3. Met. am. 41.
Tauri repetunt præsepia. Virg. eclog. 7. 8.
Vrbem repetere. Virg. 2. Aen. 150.
Iter repetere. Ouid. 3. de Arte, 149.
Repetere in Africam. Liu. 5. bel. Pun. 158.
Repetere solita ministeria, Redire ad consuetum opus. Plinius epist. 200. c.
Opus propositum repetere. Ouid. 3. Metam. 31.
Relicta repetere, Redire ad intermissa negocia: Horatius 1. epist. 7. 20.
Studia repetere. Cic. de Fato, 7. Idem in Verrem, Comitijs factis eadem illa uetera consilia pecunia maiore repetuntur. id est, Renouantur. Budæus.
Repetere, Petere. Tibul. lib. 1. eleg. 3. 8,
Nec uagus ignotis repetens compendia terris, &c.
Repetere, Est retrorsum petere: ut quum Altè repetitam orationem dicimus. Cic. 3. de Orat. 51, Quorsum igitur hæc spectat, inquit, tam longa, & tam altè repetita, oratio? Altè repetita, pro A principijs rerum exorsa, dixit: quod ipsum interdum uitiosum est. Ibidem, Repetam, & non ab incunabulis nostræ ueteris puerilisq; doctrinæ quendam ordinem præceptorum. Budæus.
Repetita longius interrogatio, apud Quintilianum lib. 5. Vulgò dicimus, Longissimè rem quærere, uel longissimè uestigare. Hæc Budæus.
Altius repetere. Cic. pro Cluentio, 52, Repetam paulo altius iudices, & omnia quæ in diuturna obscuritate latuerunt, sic aperiam, ut ea cernere oculis uideamini.
Altius omnis rei repetenda oratio est. Quint. lib. 6. cap. 2. 2.
Altè & à capite repetere. Cic. 1. de Legib. 26.
Ab origine prima repetès expediã omnẽ famã. Vir. 4. Geo. 58.

Ab ultimis, uel Ab ultima antiquitate repetere. Cic. 1. de Diuin. 3, Principio Assyrij, ut ab ultimis authoritatem repetam. Idem 1. de Fin. 100.
Ab ultimo aliquid repetere. id est, Ab initio. Author ad Heren. libro 1. 14.
Ex literarum monumentis res repetere. Cic. 1. de Inuent. 1.
Repetere longè principia. Cic. 1. de Legib. 41.
Alium ordiri, & memoriam repetere. Cic. 6. Verr. 94.
Memoriam alicuius temporis repetere. Cic. pro Deiot. 13.
Res repetere supra annos duos. Liu. 1. ab Vrbe, in Præfat. 3.
Repetita consuetudo & institutum dicitur, hoc est, Longo interuallo relata: id est, ut clarius dicam, A longissimis retrorsum temporibus petita. Cic. 1. Verr. 37, Neq; enim magis animos hominum nocentium res unquam ulla commouit, quàm hæc maiorum consuetudo, longo interuallo repetita atq; relata. Hæc Budæus.
Repetita die, Locutio à iurisconsultis usurpata, pro eo quod Antidatam appellant. Vlpianus de fide instrumentorum, Repetita quidem die cautionem interponi non debuisse. id est, die retrorsus ementita. Vbi dies pro tempore intelligi debet, quum fœminino genere sit positum: ut in illa locutione, Annua, bima, trima die. Idem de damno infecto, Videamus si cautio ei offeratur postquam missus est in possessionem, an prius decedere debeat, quàm si ei caueatur, etiam de damno quod ei contigerit post aquã missus est in possessionẽ: quod quidẽ magis probatur repetita igitur die cauendũ erit. id est, referẽda retrorsus cautio, & in præteritũ. Huic opponitur, Prolata die, in titulo De edendo. Ex Budæo.
Repetere (ἀναμιμνήσκω) pro Recordari. Suetonius de claris Grammat. 4. 6, Me quidem adolescentulo, repeto quendã Principem nomine alternis diebus declamare, alternis disputare. Subauditur memoria. Plin. epist. 5. lib. 3, Repeto me correptum ab eo cur ambularem.
Repetere memoria. Cic. 1. de Orat. 1, Cogitanti mihi sæpenumerò, & memoria uetera repetenti, perbeati fuisse Quinte frater, illi uideri solent, qui, &c. Colum. lib. 1. cap 1. 19.
Inde usq; repetens. Cic. pro Archia, 1, Nam quo ad longissimè potest mens mea respicere spacium præteriti temporis, & pueritiæ memoriam recordari ultimam, inde usq; repetens hunc uideo, &c.
Repetere usq; à. Cic. 1. de Orat. 45, Quum repeteret usq; à Corace nescio quo, &c.
Repetere. Cic. 4. Acad. 26, Repetunt iam P. Valerium, qui exactis regibus primo anno consul fuit: cõmemorant reliquos, qui leges populares, &c. Repetunt & commemorant, uidentur eodem sensu dixisse.
¶ Repetendus (ἀναπεμπτέος) Participium: ut, Terra nunquã repetenda. Ouid. 12. Metam. 201.
Vulnera repetenda. Sil. lib. 6. 64.
¶ Repetitus, pen. prod. (ἀπαναλαμβεὶς) Aliud participium: ut, Repetita altè oratio. Cic. 3. de Orat. 51.
Per arma repetitus. Ouid. epist. 15. 69.
Clades repetita. Claud. de bel. Get. 57.
Diuinatio est ab omni æternitate repetita. Cicero 1. de Diuinatione, 50.
Exordia repetita. Silius lib. 7. 88.
Loci ex intima quæstionum naturalium subtilitate repetiti. Quint. lib. 1. cap. 4. 4.
Repetita memoria. Cic. in Parad. 34.
Repetita emptio dicitur retrorsum petita: ut si re uendita & precio soluto conueniat inter contrahentes, ut discedatur ab ea uenditione, & consistat secunda, & quasi alia non præcesserit. Certè ex quo res non est integra (quia precium solutum est) non potest consistere illa posterior uenditio, sed

prior censetur repetita: & sic disceditur à secunda, & recurritur ad priorem. Pompon. in l. 2. de resc. uend.
Repetita possessio per interdictum. Cic. pro Cecinna, 7.
Repetito somno. Cic. ad Attic. lib. 13. 290. 1.
Semicremoq; nouat repetitum stipite uulnus. Ouid. 10. Metamorphos. 58.
¶ Repetitor, pen. product. Verbale (ἀπαιτητὴς) ut, Ademptæ nuptæ repetitor. Ouid. epist. 8. 4.
¶ Repetentia, repetentiæ (ἀνάμνησις) Recordatio, & memoria. Lucret. lib. 3,
Interrupta semel quum sit repetentia nostra. Sic legit Lambinus. Quidã uerò, repentia: sed prior magis placet.
¶ Repetitio, Aliud uerbale (ἀπαίτησις, ἀπαναφορά) Cic. 3. de Orat. 114, Et eiusdem uerbi crebra tum à primo repetitio, tum in extremum conuersio.
Repetitio apud rhetores quid. Author ad Herenn. lib. 4. 162, Repetitio est, quum continenter ab uno atq; eodem uerbo in rebus similibus & diuersis principia sumuntur.
¶ Repetundarum, repetundis, hos duos tantùm casus habet. Repetundarum, uel de repetundis pecunijs à prouincialibus accusatur is, qui præses prouinciæ alienas pecunias aut uiaut dolio expilauit. Vnde Marcellus iureconsl. lib. 48. Digestorum, Lex Iulia repetundarum pertinet ad eas pecunias, quas quis in magistratu, potestate, curatione, legatione, uel alio officio, munere, ministeriõne acceperit. Sed postea latius patuit, ut hoc nomine omnia quibus diuitiæ constant, continentur, ut uasa preciosa, uestes, frumentum, nauigia: ut etiam si quis populus alteri populo iniuriam fecerit, aut captiuorum, aut incendij, aut prædæ, qui iniuriã repeteret, diceretur agere repetundarum rerum. Ergo quum repetuntur quæ sunt ablata, tunc repetundarum res agitur, uel de repetundis. Hæc ferè omnia ex Marcello, ad legem Iuliam repetundarum. Plin. epist. 5. 6, Marium repetundarum pœnæ, quum iam passus esset, censuit relinquendum. Cic. 2. Off. 111, Nondum centum & decem anni sunt, quum de pecunijs repetundis à L. Pisone lata est lex. Valla, Repetundarum, & de pecunijs repetundis, non habet alios casus: & dubitari potest, participiumne sit, siue nomen, an gerundum. Verres accusatus est repetundarum, uel de pecunijs repetundis. Quum dico repetundarum, subintelligo pecuniarum: quo nomine pecuniæ, & omnia quibus diuitiæ constant, continueri dicimus. Et paulo pòst, Hoc autem siue participium, siue nomen, siue gerundium, à tertia coniugatione natum, mutauit e in u: uel ob hoc factũ, ut differret ab illo quod dicitur ad res repetendas. ut, Sunt missi legati ad res repetendas: quo significatur, aut principi aut populo erepta esse uel pecorum, uel hominum, uel locorum, aut terrarum, agrorumq; corpora.
Crimina repetundarum. Tacit. lib. 4.
Ferre legem de pecunijs repetundis. Cic. 6. Verr. 50.
Insimulari repetundarum. Quint. lib. 4. cap. 2. 11.
Postulare aliquem repetundis. Tacit. lib. 4.
Ab aliquo rationem repetere de pecunijs repetundis. Cic. pro Cluentio, 83.
Teneri lege pecuniarum repetundarum. Cicero pro Cluentio, 117.
Repetitius] Vide Repetitius, in Repo.
Repigneró] repigneras, pen. corr. (ἀνεχυρίαζω) repignerare, Pignus recipere soluto precio. Vlp. tit. commodati, l. nunc uidendum, Non repigneras ut mihi reddas.
Repleo] reples, repleui, repletum, pen. prod. (ἀναπλήθω) replere, Implere. Plaut. Pœn. 9. 88,
Ibi te replebo usq; unguentorum è Zeugmatis.
Corpora replere tosta carne, Ouid. 12. Metam. 32,

Mors replêrat delubra corporibus exanimis. Lucretius, libro 6.256.
Dolia replere.Propert.lib.2.eleg.1.14.
Exhaustas domos replere.Cic.de Prouin.Conſ.3.
Foſſa repletur humo.Ouid.4.Faſt.166.
Lacte repletur fœmina quæ peperit.Lucret.lib.5.163.
Littora uoce replet.Ouid.1.Metam.68.
Locum replere humore.Ouid.4.de Ponto,eleg.4.4.
Gemitu nemora ac montes ſyluaſq; replebat. Lucretius, libro 5.199.
Gemitu tectum omne replebat.Virg.2.Aen.136.
Fama replebat populos multiplici ſermone. Virgilius 4.Aeneidos,38.
¶ Repletus,penultima producta, Participium (ἀναπεπλημωμένος) ut,
Repleta ſyluis inſula.Plin.lib.12.cap.10,1.
Eruditione repletus.Suet.in Auguſto,cap.89.
Repletum uitè Celſ.lib.7.cap.8.
Referto foro,repletiſq; omnibus templis.Cicero pro lege Manil.30.
Terrore trepido repletus.Lucret.lib.5.9.
Cornu repletum pomis & flore.Ouid.9.Metam.18.
Pietate repletum genus.Lucret.lib.2.234.
Mare repletum ratibus euerſis.Seneca Agamem.13.11.
Vox repleta.Stat.2.Theb.125.
Replico] *replicas,pen.cor.(ἀναπλόω) replicare,Contrarium eſt ſui ſimplicis Plico.Plautus,*
Replica tricam,atq; extende.
Replicari in rugas,pro Plicari.Plin.lib.17.14.8.
In ſe replicari. Seneca lib.de Benefic.1,Chryſippi acumen tenue retunditur,& in ſe ſæpe replicatur.
Replicatur ad.Cato cap.4.2,Eos in terram demittito,replicatoq; ad uitis caput.
Replicata ceruix.Plin.lib.34.cap.8.30.
Replicatum intus.Plin.lib.9.cap.33.2.
Replicare, per translationem, pro Rurſus explicare, dicere. Plin.Quum ſæpius ille replicaſſet,tandem perſuaſit.
Replicare memoriam annalium uel temporum.Cic.pro Sylla, 80.Idem 3.de Legib.46.
Replicans tempus, Explicans, proferens, oſtendens, patefaciens: *quod uulgus* Replicans *dicit. Cicero 1.de Diuinatione,206.*
Replicare,*pro Inuertere.Plin.lib.8.cap.27.3,de angue membranam exuĕte,Exuit autem à capite primùm,nec celerius quàm uno die ac nocte, replicans, ut extrà fiat membranæ quod fuerat intus.*
¶ Replicius,*Particip.ut,Tunicæ replicæ. Stat.4.Sylu.9.6. Vide Tunicæ bulborum,in* Bulbus.
¶ *Replicatio,replicationis,Verbale. Cicero 1.de Natura deorum, 48, Modò alium quendam mundo præficit, eiq; eas partes tribuit, ut replicatione quadam mundi motum regat.*
Eſt & replicatio uerbum Iuriſconſultis frequens,ad eas alligationes pertimens,quæ intentionem ſuſtentant aduerſum exceptionis iniquitatem. De qua tractatus eſt lib.4.Inſtitut. Iuſtiniani.
Replum] *repli,n.gen.operimentum quoddam.Vitruu.Item replum,inquit,de impage dimidia & ſexta parte. Et alio loco,Chelonij,inquit,replum,quod eſt operimentum.In quibus tamen locis peplum legi debere ſuſpicatur Turnebus,ut tanquam ornamentum & ueſtimentum eſſe uideatur. Auget coniecturam, quòd hæc dictio uix apud alium Latinè loquentem reperiatur.*
Replumbo] *replumbas(ἀναμολυβδόω) replumbare,Diſſoluere.Vlp.in l.cum autem.ff.de auro & argento leg Emblemata uaſis & lapidibus incluſa replumbari poſſe ſignificat.Senec. Natur. quæſtio.lib.4,Argentum replumbatur. De caloribus Aethiopiæ loquitur.*
Repo] *repis, repſi, reptum (ἕρπω) repere,* Propriè dicitur *de animalibus quæ pedibus & uentre gradiuntur, ut ſunt uermes:quamuis & ea quæ paruos pedes habent,repere dicantur,ut ſunt lacertæ,& ſimilia.Plaut.Amph.15.17,*
Cum Veneris filia angues repſiſſe tellus Epirotica uidit.
Vulpecula per rimam repſerat in cumeram. Horatius 1.epiſtol.7.6.
In purpuris repere.Quint. lib.1.cap.2.6.
Per iter longum repſere. Lucanus lib.3.92. Horat. 1. Sermon. Satyr.5.5.
Repere genibus.Plin.lib.8.cap.7.3.
Repere etiam radices dicuntur.Colum. lib. 8, Spacium autem radicibus qua repant,lapides præbent.
Repit in altitudinem uinea.Colum.de Arboribus,cap.16.1.
¶ *Repens,repentis (ἕρπων) Participium:ut, Repens humi. Plin.lib.16.cap.34.7.*
Animantis repentis itus. Lucret.lib.3.79.
Sermones repentes per humum,id eſt,Humiles,ſiue ſtyli humiliores.Hor.2.epiſt.1.51.
Repens,pro Celeri & ſubito.Vide Repens,*paulò antè,alphabetico ordine.*
¶ *Repetitius,Adiectiuum (ἐπανυπὸς) Saluſt. in Ciceronem,1, Vbi M.Tullius leges,iudicia populi Romani defendit,atque in hoc ordine ita moderatur, quaſi unus reliquus ex familia uiri clariſſimi Scipionis Africani,ac non reptitius, accitus, ac paulo antè inſitus huic urbi ciuis.Reptitius,id eſt,qui uelut clanculum irrepſit in hanc urbem nouus homo. Sunt qui legant,repetitius:quàm rectè,ipſi uiderint.*
¶ *Repto,reptas (ἑρπύζω) reptare,Frequentatiuum,Sæpe,ſeu continuè repere.*
Pecudes reptant in colli tondentes pabula.Tralatio eſt. Lucret.lib.2.64.
Per uada reptabat pronus.Claud.2.in Eutrop.89.
Solo noſtro reptaſti.Stat.1.Sylu.3.53.
Reptare,per translationem,dicimus eum qui ſegniter & quaſi teſtudineo paſſu incedit, quales ſunt in hortis aut uineis ſpaciantur.Hor.1.epiſt.4.1,
An tacitum ſyluas inter reptare ſalubres.Plin.epiſt.ultima,lib.1.
Sine cruribus & pennis reptare.Plin.lib.11.cap.29,1.
Reptare,cum accuſatiuo.Tacit.lib.4,Et adhuc reptabat Africa Tiſurinas.
Reptant caput.Plaut.Merc.18.9.
Niue effoſſa reptans.Stat.1.Achilleid.96.
¶ *Reptabundus,Adiectiuum.Senec.de Vita beata, Exingenti interuallo reptabundus ſequar.*
¶ *Reptatus,penult.product.Participium (ἑρπυσθεὶς) ut,*
Ager reptatus.Stat.5.Thebaid.117.
¶ *Reptatus, huius reptatus, penultima producta (ἑρπυσμὸς) Plinius lib.14.cap.1.4, Aliæ improbo reptatu aeria medio complentes.*
¶ *Reptilis,& hoc reptile,penultima corr.(ἑρπυστικὸς) Quicquid repit.*
Repolio] *repolis,penultima correpta,repoliui, repolitum, penult.producta.repolire.Rurſus polire. Colum.lib.2.cap. 21.5,Sin prorſus uſui deſtinantur (nempe frumenta) nihil attinet repoliri:ſatisq; eſt in umbra refrigerari, & ita granario inferri.*
Repono] *reponis,pen.prod.repoſui, repoſitum,pen. corr. (ἀποτίθημι,ἀποσωρεύω,ταμιεύω, θησαυρίζω)* reponere, Rurſus ponere.*Virg.3.Aeneid.47,*
—ariſq; reponimus ignem. id eſt, Rurſus adhibemus ignĕ,& ſacrificamus. Liu.1.ab Vrbe,155,Rurſus uelut miniſterio diuinitùs miſſa capiti aptè reponit.
Inſigne regium quod ille de ſuo capite abiecerat,repoſuit. Cic. pro Seſtio,Grues in tergo præuolantium capita reponunt. Cic.2.de Nat.deor.188.
In libris aliquem reponere pro alio.Cic.Attico, lib.12.236.3.
Ligna largè reponere ſuper foco.Horat.1.Carm.ode 9.1.
Pocula reponere.Virg.4.Georg.76.
Vina reponite menſis.Virg.7.Aeneid.27.
Reponere, Aggerare.Virg.3.Georg.106,
—atq; non Maſſica Bacchi
Munera,non illis epulæ nocuêre repoſtæ.id eſt,abundantes aut uariæ,ut ait Seruius.
Reponere, Recondere, collocare.Virg.1.Aeneid.6,
—manet alta mente repoſtum
Iudicium Paridis,ſpretæq; iniuria formæ.
Condere ac reponere fructus.Cic.2.de Nat.deor.234.
Alimenta in hyemem reponere.Quintil.lib.2.cap.16.9.
Tecto reponunt acerium ſtirris.Vir.4.Aeneid.81.
Seorſum reponere.Colum.lib.9.cap.15.11.
Promſa antè reponere.Virg.1.Georg.34.
Hyemi reponere aliquid, Reſeruare in hyemem.Virgil.3.Georgic.81.
Reponere omnia in aliquo.Cic.ad Dolabellam,lib.9.14.17.
Intelligere debes in te poſitam eſſe Rempub.id eſt,in te fixa, & ex te pendêre,in te ſpem habere.
Necuera uirtus quum ſemel excidit,
Curat reponi deterioribus. Horat.3.Carm. ode 5.6. id eſt, reſtitui.
Reponere, Reddere quod ablatum eſt.Cic.ad Atticum,lib.13. 269.3, Catullo & Lucullo alibi reponemus: ita tamĕ ſi tu hoc probas,deq; eo mihi reſcribas uelim.Budæus.
Reponere alicui (ἀντιμεβάλλειν) pro Vicißim obijcere,quaſi replicare,recriminari.Cic.ad Lentulum,lib.1.9.70.
Semper ego auditor tantùmne nunquàmne reponã? Iuuen.Sat. 1.1,Id eſt ſemper ero auditor,& nunquam ſcribam aut mea opera recitabo?
Reponere, Reuocare, reprimere, cohibere.Statius,
—quoties iam torta reponam
Fulmina,quàm rarus terris hic imperet ignis.
Animas lætis ſedibus reponere.Horat.1.Carm.ode 10.4.
Animum ſuum omniaq; ſua in aliquem reponere.Valerius 5. Agon.ut.78.
Capillum reponere.Quintil.lib.8.cap.1.
Ceruicem reponere, pro Reprimere, contrahere. Quintilian. lib.4.cap.2.
Cauſam reponere in manſuetudinie iudicum.Cic.pro Sylla,69.
In cauſa eadem reponere aliquem.Cic.10.Philip.280.
Cœnam reponere, Dare cœnam ei qui prior dederat. Martial. lib.2.37,
Vllus ſi pudor eſt,repone cœnam. Vel potius, Repone cœnam:id eſt,Refer quæ ſuſtuliſti è menſa.
In coronamenta reponere: pro, Inter herbas quibus coronæ fiunt.Plin.lib.22.cap.21.3.
In deos reponere aliquem: pro,Inter deos collocare. Cic.1. de Nat.deorum,56.
Donata reponere.Horat.1.epiſt.7.8.
Fabulas & ſcripta ſua reponere poetæ dicuntur, quum ſecundò hæc in ſcena apponit, id eſt, quum rurſus recitant. Solebant enim (ut Porphyrio meminit) qui ludis apud ueteres præerant, ſcriptores quum primùm in ſcenam prodirent,benignè excipere:ut ſi fortè non rectè egiſſent, iterum

ad ſcribendum audientium benignitate allicerentur: propterea inquit Horatius in Arte,39,
Fabula quæ poſci uult,et ſpectata reponi. id eſt,primò & ſecundò in ſcena recitari.Ibidem,25,
—honoratum ſi fortè reponis Achillem. hoc eſt, ſi fabulã ſemel de Achille poſitã,rurſus ponere in animo eſt.
Fiducia ſuam reponere in aliquo. Plinius epiſtol.53. lib.3. ad Minutianum.
In gradum reponi.Quintil.lib.5.cap.7.8.
In gremio reponere aliquid.Liu.6.bel.Pun.79.
Reponere iniuriam,pro Rependere.Senec.de Ira,lib.2.
Labrymas reponere.Stat.5.Sylu.5.10.
Loco ſuo reponere omnia.Cic.3.Ver.104.
In locum alicuius reponi.Brutus ad Ciceronem,16.7.
In medium quæſita reponunt.Virg. 4.Georg.32.
Membra reponunt ſtatis.Virg.4.Aeneid.79.
Mentem reponere,Reddere animum.Valer.7.Argon.49.
In numero aliquem reponere. Cic. de Optimo genere Oratorum,146,Tamen hunc in numero non repono. Sic 1.de Orat.30,Reponere in numero eloquentium.
In numero deorum reponere.Cic.pro Seſtio,125.
In numerum fabularum reponere aliquid.Cic.1.de Inuen.56.
Nummos reponere,Reddere,reſtituere.Plaut.Perſa,2.38.
Odium reponere.Tacit.in uita Agricolæ.
Mens reponit onus.Catul.ad Sirmionem,29.2.
In ordinem aliquorum reponere.Colum.lib.9.cap.12.2.
Remum reponere, Ceſſare à remigando.Plaut.Aſin.10.16.
In ſceptra reponere aliquem.Virg.1.Aeneid.52.
Senſibus imis reponere.Virg.ecclog.3.11.
In ſilentio reponere rectè facta alterius.Plin.epiſt.8.c.
Spem ſuam in aliquo reponere.Liu.1.ab Vrbe,215.Et Cic.5. Philip.194,Magnam ſpem in eius uirtute,authoritate,fœlicitatẽ reponere,otij,pacis,concordiæ,libertatis.
Spem ſui in ſeipſo reponere.Cic.5.Tuſc.52.
In opima ſpe repoſitus puer.Antonius Ciceroni, in epiſt. ad Atticum,lib.14.310.2.
Spem unicam ſenectutis in aliquo reponere. Quintilian. in Prooem.lib.6.3.
In ſuis aliquem reponere:pro,Inter amicos. Antonius Ciceroni,in epiſt.ad Atticum,lib.10.198.3.
In theſauris repoſita pecunia.Liu.1.bel.Maced.49.
In uetuſtatem reponere aliquid. Colum.lib.12.cap.44.7. hoc eſt,Vt diu ſeruetur.
In uicem alicuius rei aliud reponere.Columella libro 4. capite 26.2.
Vitæ ſuæ partem in uita alterius reponere. Cic.ad Qu.fratrẽ, lib.1.3.3.
¶ Repoſitus,pen.cor.(ἀποκείμενος) Participium. ut, Repoſiti & frigidi cibi.Quint.lib.2.hoc eſt,Rurſum appoſiti mẽſæ.
Tellure repoſti,Sepulti.Virg.6.Aeneid,131.
Epulæ repoſtæ.Virg.3.Georg.106.
Terras tentare repoſtas.Virg.3.Aeneid.23.id eſt, Longè poſitas.Seruius.
¶ *Repoſitorium,repoſitorij,* Id quod ſuper antiquorum menſã reponebatur ad fercula collocãda, quæ ſubindè unà cum ipſo repoſitorio adferebantur & auferebantur. uel dictum fortaſſis,quòd ſuper eò fercula & menſæ reponerẽtur. Plin. lib.28.cap.2.15; Bibente conuiua menſam uel repoſitorium tolli,inuſpicatiſſimum iudicatur.Idem lib.9.cap.11.
Reporto] *reportas (ἀναπομίζω)* reportare, Notæ ſignificationis.*Virg.1.Georg.55;*
—aut atræ meſſem picis urbe reportat.
Reportare dorſo uel collo.Colum.lib.7.cap.1.4.
Reportare humeris ſuis exulem Italiã.Saluſt.in Catil.

Ad aures alicuius reportare aliquid, Nunciare. Virgilius 7. Aeneid.34.

Frigidißimè reportare. Quintil.lib.6.cap.1.30.

Beneuolentiam reportare de prouincia. Cicero ad Attic.lib.6. 111.15. Vetus exemplar legit,deportassem.

Commodatum reportare. Cic.6.Verr.

Adytis hæc tristia dicta reportat.Virg.2. Aeneid.23.

Exercitum reportare Britannia.Cic.ad Attic.lib.4.85.18. Cæsar 5.bell.Gall.84,Duobus commeatibus exercitus reportare constituit.

Gaudia mente reportare. Stat.lib.1.Sylu.3.3.

Gloriam reportare ex Proconsulatu.Plin.epist.51.4.

Laudem ex hostibus reportare.Cic.3.de Legib.25.

Mandata reportare.Propert.lib.3.eleg.6.8.

Pedem reportat ex hoste.Virg.11.Aeneid.153.

Prædas ac manubias reportare ad Decemuiros. Cic. pro lege Agrar.64.

Victoriam reportare ab aliquo rege.Cic.pro lege Manilia.

Pgus & curru reportatus.Cic.post reditum in Senatu,25.

Reposco]reposcis,repopoſci,reposcitum,pen.corr. (ἀπαιτέω) reposcere, Ab aliquo petere quod nobis debet, uel quod à nobis accepit.Virg.7.Aeneid.122,

—Parthosq; reposcere signa.Terent.Adelph.2.52,

—nam ambos curare.propemodum
Reposcere illum est,quem dedisti.

Reposcere, duobus accusatiuis iungitur, ut apud Plautum in Curcul.13.16,

Quam uirginem me reposcis? Cic.6.Verr.100, Sese à Siculis cuibus hæc habere mandata,ut ad Verrem adirent, & eam simulacrum Cereris & Victoriæ reposcerent.

Réposcere aliquid ab aliquo.Plaut.Truc.17.72.Cic.Post reditum in Senatu,8, Quorum alter à me Catilinam amatorem suum multis audientibus, alter Cethegum consobrinum reposcebat.

Datum auxilium reposcere.Liu.3.ab Vrbe,98.

Fœdus reposcite flammis.Virg.12.Aeneid.115.

Clamore magno fratrem reposcit.Silius lib.17.93.

Pacta reposcere.Stat.11.Thebaid.114.

Pœnas reposcere.Virg.6. Aeneid.106.

Pœnas reposcere ab aliquo,Catul.ad Alcinium,47.4.

Promissa sua reposci uidet.Virg.12.Aeneid.1.

Rationem reposcere.Cæsar 5.bel.Gal.116.

Rationem uitæ reposcere ab altero.Cic.5.Verr.1.

Vos rationẽ reposcitis, quid Achæi Lacedæmonijs bello uictis fecerimus? Liu.9.bel.Maced.153.

Vicem reposcere.Mart.lib.8.35.

Reposcere per iudicem, Callistratus in l.extat. ff. de eo quod metus causa,&c.

Reposcit causa,Exigit.Vlpian.in l.in eos ff.ad legẽ Iul.maiest.

Reposco,pro Posco.Lucret.lib.6.185,

Quo magis attentas aures,animumq; reposco.

Ad pœnas reposcere aliquem.Virg.2.Aeneid.28.

Aliquem ad supplicium reposcere.Virg.8.Aeneid.100.

Propensiores ad benemerendum,quàm ad reposcendum. Cic. de Amicitia,31.

Repositorium]Vide Repono.

Repotia]repotiorũ,plur.num. (ἐπαύλια) dicta sunt, quòd postridie nuptiarum apud nouum maritum fiunt, nempe cœna & compotationes, quia quasi reficitur potatio. Hoc Festum. Horatius 2.Serm.Satyr.3.12,

Cuius odorem olei nequeas perferre,licebit
Ille repotia,natales,aliosue dierum
Festos albatus celebret. Vbi Porphyrio,Repotia dicebatur dies post nuptias.Acron uerò,Repotia,inquit,dicuntur septimus dies, quo noua solet nupta redire ad parẽtes suos, Hùc pro festis diebus. Vide Turnebum in hùc Horatij loco: qui eundem aliter explicat.Gellius lib. 2. cap. 24, Nuptijs autem & repotijs H S millies esse.

¶ Repotatio. Varro de Ling.Lat.lib.5,Ab eadem lingua πόω,unde Potio,unde Poculum,Potatio,repotatio,&c.

Repræsaliæ] Verbum quod ex tyrannide in ius ciuile irrepsit:ut Coruata,quæ diurna operæ est. Prendere, est manu iniecta trahere,ducere.Hinc Reprehendere, quasi quod euaserat:ita uolente fato;recarpere.Hinc & Repræsaliæ elicitum à Barbaris uerbum,pro Remancipatione.At Barbaros de re omnino non Barbara, sed quæ in usu frequens,sit audiamus:Repræsaliæ sunt pignorationes hominum quæ concedi solent ob damna, uel iniurias, aduersus quoslibet habitatores loci, in quo fuerint admissa huiusmodi delicta. c.1.de iniurijs,lib.6.Nou.Ne personæ,uel rei,uel auri alterius, pro alio oppignerationes fiant: sed oppignerationes obsesso,eius quadruplum restituatur. Const.52, Nouis fœderibus inter potentißimum Galliarum principem & Allobrogum ducem Repræsaliæ funditus sublatæ sunt edicto, Anno 1558.

Repræsento] repræsentas (παρίμφαίνω, ὑποτυπόω, παρίστημι)repræsentare,Velut præses aliquid ostendere, uel offerre oculis.Plin.epist.159.c,Astruitur his, quum Senatui, populoq; Romani liberalitatis gratior repræsentari nulla materia posset,quàm si,&c.

Repræsentare ab aliquo.Vide A' uel Ab præpositiones.

Repræsentare aliquid animo, In memoriam reuocare. Curtius libro 3.

Faciem ueri maris repræsentare:Columel.lib.8.cap.17. hoc est, Facere ut stagnum quàm proximè accedat ad similitudinem maris.

Imaginem sceleris repræsentare. hoc est, Tanquam præsens ostendere.Quintil.lib.6.cap.1.25.

Iram deorum repræsentare. Liu.8.ab Vrbe,24.

Libertatem ciuitatis morte sua repræsentare. Cicero 2.Philipp.122.

Memoriam repræsentare alicuius rei.Cic.pro Sestio.

Se repræsentare. Colum.lib.11.cap.1.23,Itaq; non ægrè conquietur, si semper se repræsentauerit. id est,Præsentem se ostenderit,inquit Budæus,nec; discesserit.

Spectaculum repræsentare:pro,Rursus exhibere.Suet. in Caligula,cap.58.

Tormenta repræsentare. Suetonius & in Claudio Cæsare, cap.34.

Virtutem & mores alicuius repræsentare. Horatius 1.epistol. 20.3.

Repræsentare,pro Accelerare:Proprièedere.Cic.ad Attic.lib. 16.332. 4, Mihi quidem uidentur istorum animi incendi etiam ad repræsentandam improbitatem suam. Sic apud Quintilianum lib.10.cap.7, Innumerabiles incidunt subitæ necessitates,uel apud magistratus,uel repræsentatis iudicijs continuò agendi. Budæus.

Repræsentare precium rei emptæ, est Præsenti pecunia soluere non autem ante diem soluere. Cic.ad Attic.lib.12.24.4. 5, Reliquæ pecuniæ uel usuram Silio pendemus, dum à Faberio, uel ab aliquo qui Faberio debet, repræsentabimus. Hæc Budeus.

Diem repromissorum præsentare. id est, præstare promissum Cic.ad Tironem,lib.16.14.4.

Legata repræsentare.Suet.in Caligula,cap.16.

Mercedem repræsentare.Suet. in Claudio Cæsare,cap.18. hoc est, Exhibere.

¶ Repræsentatio, Verbale (ὑποτύπωσις) Plin.lib.9.cap.6. 1,Hoc

scire orcas,infestam his beluam, & cuius imago nulla repræsentatione exprimi possit alia, quàm carnis immensæ dentibus truculentæ.

Repræsentatio,pro Ipsa pecuniarum solutione.Cic.ad Att.lib. 12,247.4,Si enim Faberianum uenderem, explicare uel repræsentatione non dubitarem.

Concludere repræsentatione.Cic.Attic.lib.13.184.4.

Reprehendo] reprehendis,reprehendi,reprehensum (ἀναπλάμβάνω,μέμφομαι,μωμεύω,μυμέω,μωμάομαι,ψαπτίμάω) reprehendere, uel per syncopam reprendere, Retrahere,quasi retrò prehendere,& corripere.Plautus,

Reprehende hominẽ,adsequere. Proper.lib.3. eleg.19.2, Quàm posit nostros quisquam reprehendere cursus.

Pergrauiter reprehendere.Vide Pergrauiter.

Reprehendere manu.Cic.4. Acad.251,Reuocat uirtus, uel potius reprehendit manu,pecudum illos motus esse dicit,hominem iungit Deo.

Reprehẽdi fugitiui dicuntur,id est Retrahi è fuga. Curtius lib. 4,Reprehensosq; ex fuga Persas, pugnaturos, quia fugere non possent.Suet.in Caligula,cap.45.Budæus.

Verba elapsa reprendere.Ouid.epist.11.11.

Reprehendere,Arguere,increpare.Terent.Adelph.4.4.14,

Sensi illicò id illas suspicari,sed me reprehendi tamen,
Ne quid de fratre garrulæ illi dicerem,ac fieret palàm. Cic. 4.Acad.117,Nam si minimis rebus pertinacia reprehenditur,calumnia etiam coercetur.

Reprehendere & exagitare aliquem.Cic.in Orat.14.

Discessum alicuius reprehendere & subaccusare. Cicero pro Plancio,69.

Iustius reprehendi.Horat.2.Serm.Sat.4.18.

Studia aliena reprehendere:Horat.1.epist.19.8.

Factum alicuius reprehendere.Ouid.epist.19.10.

In aliquo uitio reprehendi.Cic.in Partit.71.

¶Reprehensio, Verbale (ἔντιμησις) Cicero 1. de Finib. 41, Quamobrem disceptium inter se reprehensiones non sunt uituperandæ.

Leuis reprehensio.Vide Leuis.

Non indigna laude reprehensio.Quintil.lib.3.cap.11.15.

A' reprehensione abesse. Vide Absum. Plancus Ciceroni, libro 10.23.1.

Capere reprehensionẽ.Quint.lib.5.cap.7.1,Si reprehensionẽ non capit ipsa persona,infamare signatores licet.De testib.

Fugere reprehensionem.Cic.Attic.lib.10.194.2.

Incurrere in uarias reprehensiones. Vide Incurro, Cic. 1.de Finibus,1.

Vereri reprehensionem doctorum atque prudentium. Cicero in Oratore,1.

¶ Reprehensor, reprehensoris, Aliud uerbale (ἐπιτιμητὴς) Cic.2.de Nat.deor.30.Nam ut profluẽs amnis, aut uix, aut nullo modo,concluſa autem aqua facilè corrumpitur: sic orationis flumine reprehensoris uitia diluuntur.

Delicti reprehensor.Ouid.epist.16.44.

Reprehensor,pro emendatore & correctore.Cic.de Opt. gen. Orat.150,Duo genera reprehensorum.

¶Reprehenso, reprehensas (ἐπανακαλαμβάνω) reprehensare, frequentatiuum.Liu.2. ab Vrbe, 43,Reprehensans singulos, obsistens, obtestansq; deûm & hominum fidem, testabatur,nequicquam deserto præsidio eos fugere.

Reprimo] reprimis, penul. corr. repressi, repressum (κωλύω,καταστέλλω,ἐπισωμίζω)reprimere,Cohibere.Terent.Adelph.5.3.8,

Tandem reprime iracundiam,atq; ad te redi.

D.Repressi,redijs:mitto maledicta omnia. Cic. 2.de Legib.71,Reprimam iam me, nec insequar longius, eoq; minus Thesauri pars 3.

nus,quo plus pœnarum habeo quàm petiui.

Coercere & reprimere.Cic.1.de Fin.4.

Hæc Reipub.pestis paulisper reprimi,non in perpetuum comprimi potest.Cic.in Catil.22.

Bella nascentia repressit.Claud.de bello Getico,81.

Conatus hominum reprimere.Cic.4.Verr.45.

Consuetudinem peccandi reprimere.Cic.4.Ver.37.

Cursum reprimere.Cæsar.3.bel.Ciuil.362.

Dextram reprimere.Virg.12.Aeneid.188.

Ensem reprimere.Statt.11.Thebaid.62.

Famam,siue sermones reprimere.Cic.11.Philipp.307.Idem ad Appium,lib.3.8.28.

Ferocitatem alicuius reprimere.Cic.2.Off.57.

Fletu reprimi ne quid scribamus. Cicero ad Att. lib.11.223.4.

Fluuium redundantem reprimere.Cic.2.de Diuin.104.

Furorem exultantem reprimere.Cic.pro Sest.82.

Gemitum uirtute reprimere.Ouid,9.Metam.33.

Impetum populi reprimere.Cic.3.de Legib.40.

Iram repressit pudore.Ouid.1.Metam.152.

Itinera reprimere.Cic.ad Attic.lib.10.200.1.

Obiurgationem susceptam reprimere. Cicero ad Atticum, libro 4.86.7.

Repressi pedem retrò.Virg.2.Aeneid.76.

Continere se,& reprimere à supplicio.Cic.7.Ver.59.

¶ Repressus, Participium (κατεσταλμένος) Cicero pro legẽ Manil.8, Tameh impetus hostium repressos esse intelligunt de relatis.

¶Repressor,repressoris, Verbale (κατασταλτὴς) Cicero pro Sest.127,Extinctorẽ domestici latrocinij,repressorẽ cædis quotidianæ,defensorem templorum atq; tectorum,&c.

Reprobo]reprobas, pen.cor. (ἀθετέω, ἀδοκίμάζω,ἀπονοθεύω, ἀπωθοῦμαι,ἀποδοκιμάζω) reprobare,improbare,reijcere,Notæ significationis.Cic.4. Acad.235,Qui quum Zenonis fuisset auditor,reprobauit ea quæ ille uerbis, Nihil esse bonum, nisi uirtutem.Legendum existimo,Re probauit,disiunctim.

Asciscere & Reprobare,contraria.Cic.1.de Fin.33, Confirmat autem illud uel maximè,quòd ipsa natura,ut ait ille,asciscat & reprobet,id est uoluptatem & dolorem.

Repromitto] repromitis,repromisi,pen. prod. repromissum,repromittere,Spondere stipulanti.Plaut.Asin.9.48,

Verum istuc argentum tamen mihi si uis denumerare,
Repromittam istoc nomine solutam rem futurã. id est, Stipulatione à te facta me obstringam. Cic. de claris Orat. 9,Non me herculè,inquit,tibi repromittere istuc quidem ausus sim.Plin.de Viris illust.2.b,Illa petijt,quod illi in finibus manibus gerebant, uidelicet annulos, armillas: quibus dolosè repromissis,Sabinos in arcem perduxit. Ibidem, 12, Necem regis repromittens.Cic.pro Q. Rosc.22, Repromittis tu ab hinc triennium Roscio? quidè recita istam restipulationem clarius.Budæus.

Repromittere differt à satisdare,inquit Budæus,ut ex exemplo sequenti Pauli iureconsulti patet,de operis noui nunciatione,I, non solum,Si quum iure possem te prohibere,nunciauero tibi opus nouum,non aliàs ædificandi ius habebis,quàm si satis dederis. Quòd si nunciauero tibi ne quid contra leges in loco publico facias,repromittere debebis quoniam de cooperè,alieno iure contendo,non meo:& tanquam alieni iuris petitor,repromissione contentus esse debeo.

Repromittere,pro simplici Promittere.Suet.in Claudio Cæsare,cap.20,Quum quidam priuato sumptu emissuros se repromitterent,si sibi siccati agri concederentur. Idem in Othone,cap.4.

¶ Repromissio, repromissionis, Verbale. Cic. pro Rosc. Comœd.32,Roscius,qui ex iuris peritorum cõsilio & authoritate

ritate restipularetur à Fannio diligenter, ut quod is exegisset à Flauio, dimidiam partem sibi dissolueret, si quidem sine cautione & repromissione, nihilominus id Fannius societati, hoc est, Roscio debebat.

Reptabundus, Reptile, Repto] Vide Repo.

Repubesco] repubescis (ἀνηβάω) repubescere, Rursum pubescere, iuuenem fieri, reiuuenescere, quod uulgo dicitur. Col. lib. 2. cap. 1. 4, Non ergo est exiguarũ causarũ frugum terræ uetustas: si modò quum semel inuasit senectus, regressum non habet: nec reuirescere, nec repubescere potest.

Repudium] repudij (ἀποστάσιον, ἀποστομιὸ) propriè dicitur recusatio ea, qua uir uxorem à se reijcit ob rem aliquã pudendam. Quintil. lib. 7. cap. 5, Simpliciores illæ quæstiones iniusti repudij. Caius de diuortijs, l. diuortiũ, In repudijs, id est, renunciationibus comprobata sunt hæc uerba, res tuas tibi habeto. item hæc, Tuas res tibi agito.

Repudium Verrius ait dictũ, quod sit ob rem pudendã. Festus.

Repudium alicui remittere. Terent. Phorm. 5. 8. 35. Dicitur & Mittere repudium. Vide post in Repudio.

Repudium renunciare. Terent. Phorm. 4. 3. 72.

Repudio] repudias (ἀποπέμπω, ἀποδείκνυμι, ἀποβάλλω, ἀφωσιόομαι) repudiare, Matrimonium dirimere, & quasi ob rem pudendam aliquam uxorem repellere. Suet. in Cæsare, cap. 1, Neq; ut repudiaret illam, cõpelli à Dictatore Sylla ullo modo potuit.

Repudiat; etiam maritũ uxor. Quintil. lib. 7. cap. 9, Sæpe secubanti amatorium dedit, repudiauit. Vlpian. de diuortijs, Iulianus lib. 8. Digestorum, quærit an furiosa repudium mittere, uel repudiari possit: & scribit furiosum repudiari posse.

Repudiare, Non accipere, recusare, respuere, aspernari. Terẽt. And. 4. 4. 12,

Repudio consilium quod primùm intenderam. Idem Adelph. 5. 4. 4,

Et quæ tibi putãris prima; in experiundo repudies. Terent. Andr. 1. 5. 15, —quot modis
Contemptus, spretus, facta, transacta omnia: hem
Repudiatus repetor.

Repudiare & Recipere, contraria. Valinius ad Ciceronem, libro 5. 9. 1.

Repudiare & Assumere, contraria. Cic. in Orat. 121.

Beneficium repudiare. Cic. 2. de Fin. 12.

Conditionem repudiare æquissimam. Cic. pro Quintio, 26.

Gratiam alicuius repudiare. Cæsar. 1. bel. Gall. 162.

Iracundia omnibus in rebus repudianda est. Cic. 1. Off. 126.

Repudiare contumaciter morem patrium. Vide Contumax.

Obsecrationem alicuius repudiare & aspernari, Cicero pro Fonteio, 31.

Hoc non repudio. Cic. ad Atticum, lib. 2. 34. 8.

Voluntatem alicuius repudiare. Cic. 3. Verr. 68.

Repudiata alicuius authoritas. hoc est, neglecta & uiolata. Cicero 3. Verr. 109.

Funditùs repudiare aliquid. Cic. in Orat. 125.

Repudiatus, pro repulso in comitijs. Cicero pro Plancio, 40, Nunquam enim nobilitas, præsertim integra atq; innocens, pro Rom. supplex repudiata fuit.

¶ Repudiatio, Verbale (ἀποπομπή) Cic. ad Attic. lib. 12. 260. 3, Sed mihi simulatio pro repudiatione fuerit.

¶ Repudiosus, pen. prod. Adiectiuum. Plaut. Perf. 10. 56,

Verùm uideto, me ubi uoles nuptum dare,
Ne hæc fama faciat repudiosas, id est, Vt nemo uelit me habere in uxorem propter hanc famam.

Repuerasco] repueraſcis (ἀνανηπιάζομαι) repuerascere, Quasi in puerilem ætatem reuerti, & in contemptum ferè semper simitur. Plaut. Merc. 6. 25. De senibus ferè semper

dicitur, quum desipere uitio ætatis incipiunt. Cic. de Senect. 76, Et si quis deus largiatur ut ex hac ætate repuerascam, & in cunis uagiam, ualde recusem. Vetus exemplar legit, Repueriscam. Idem 2. de Orat. 13, Quum is diceret socerũ suũ Lælium semper ferè cum Scipione soliti rusticari, eosq; incredibiliter repuerascere esse solitos, quum rus exurbe, tanquam ex uinculis euolauissent.

Repugno] repugnas (ἀντιβάλλω, ἀντιμάχομαι, ἐναντίόομαι, ἀντικαθίστημι, ἀντιτυγχάνω, ἀντικρύω, ἀντιφέρομαι, ἀντιφωνέω) repugnare, Resistere, contradicere, restagari, obsistere. Cic. de Amicitia, Cùm omnium rerũ simulatio est uitiosa (tollit enim iudicium ueri, idq; adulterat) tum amicitiæ repugnat maximè.

Non pugnare, sed repugnare. Cn. Magnus Domitio, in epist. ad Atticum, lib. 8. 16. 3. 3.

Oppugnare & repugnare alicui. Cic. Metello, lib. 5. 2. 28.

Dictis & factis repugnare & resistere crudelitati. Cic. pro Rabirio perduellionis reo, 10.

Repugnare & Concedere, cõtraria. Cic. ad Lentulũ, lib. 1. 2. 6.

Nimium repugnare. Ouid. 1. de Arte, 26.

Repugnare alicui rei. Cic. 3. Tusc. 43, His autem perturbationibus, quas in uita hominum stultitia quasi quasdam furias immittit atq; incitat, omnibus uiribus atq; opibus repugnandum est.

Amori fœdo repugnare. Ouid. 10. Metam. 64.

Dictis repugnare. Ouid. 2. Metam. 21.

In una parte repugnare. Ouid. 15. Metam. 171.

Repugnant hæc inter se. Cic. 3. Tusc. 122.

Resistere & repugnare contra ueritatem. Cicero pro Roscio Comœd. 30.

Repugnare circa. Quint. in Proœ. lib. 8, Circa quæ si is qui instituitur, nõ repugnârit, primũ ad cætera habiturus est cursum.

¶ Repugnans, Participium (ἀντιμαχόμενος) Plin. lib. 8. cap. 16. 13, Ita ut deuinciatur non repugnans.

Aduersans & repugnans natura. Cic. 3. Off. 103.

Cede repugnanti. Ouid. 2. de Arte, 40.

¶ Repugnantia, repugnantiæ (ἐναντιότης) Cic. 2. Philip. 43, Sed qui tantarum rerum repugnantiam non uideas, nihil profectò sapis. Idem in Topicis, 26.

¶ Repugnax, repugnacis, pen. prod. (ἀντιμαχος) Qui obstitit & reluctatur. Cic. 1. de Orat. 47, Quibus dicere Carneades solebat, ingenium tuum Crassè uehementer admiranti, me sibi perfacilem in audiendo, te repugnacem in disputando esse uisum. Vetus exemplar legit, perpugnacem.

¶ Repugnanter, Aduerbium (ἐναντιωμένως) cui contrarium est Patienter. Cic. de Amic. 76, Vt igitur & monere, & moneri, proprium est ueræ amicitiæ: & alterum liberè facere, non asperè: alterum, patienter accipere, non repugnanter.

Repullulo] repullulas, pen. corr. (ἀναβλαστάνω) repullulare, Iterum pullulare. Plin. lib. 16. cap. 20. 8, Larix ustis radicibus non repullulat, picea repullulat.

Repullulare è radicibus. Plin. lib. 16. cap. 44. 7.

¶ Repullulasco, repullulascis (ἀναβλαστάνω) repullulascere, Rursum pullulascere, & nouos pullos emittere: & de arboribus ac plantis ferè semper dicitur. Col. lib. 4. cap. 22. 4, Quoniam ferè plurimarum stirpiũ natura sic se cõmodat, ut iuxta cicatricẽ nouellis frõdibus repullulascãt. Ibidẽ, cap. 24. 4, Nã præstat ex uulnere sobolẽ repullulascentẽ uellere, quàm nodosam & scabram plagam relinquere.

Repulsa] Vide Repello.

Repumicare] uidetur à pumice deduci, ut sit quasi pumice expolire. Vnde,

¶ Repumicatio, Verbale, in arboribus dicitur, quando gemmæ hirsutæ

propter frigus, expoliuntur ipso Vere. Plin. lib. 17. cap. 26. 2, de remedijs arborum, item succo emisso quibusdam uelut detractio sanguinis circũrasi corticis, uitiũ extenuatio, & domitura palmitum. Gemmas si frigus retorridas hirsutasq; fecerit, repumicatio, & quædam politura.

Repungo] repungis, repupugi, pen. corr. & repunxi, repunctum (ἀντιτίλω) repungere, Vicissim pungere. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 75, Quoniamq; illi haberent suum Publium, darent mihi ipsi alium Publium, in quo possem illorum animos mediocriter lacessitus leuiter repungere.

Repurgo] repurgas (ἀναπαθαίρω) repurgare, Idẽ quod purgare, uel diligẽter emundare. Plin. lib. 29. cap. 10. 1, Enecatur cyminum ab imo dorso, nisi repurgetur.

Humum repurgare. Ouid. de Nuce. 24.

Repurgare nomas. Plin. lib. 23. cap. 4. 3.

Calum repurgatum. Ouid. 5. Metam. 59.

Repurgatus in sincerissimum nitorem. Senec. epist. 67.

¶ Repurgium, à repurgando, utuntur Iustinianus, C. de aquæductibus, & Ambrosius ad Theodosium, Non audisti Imperator, quid quum iussisset Iulianus reparari templũ Hierosolymis, diuino qui faciebant repurgium igne cremarunt.

Reputo] reputas, pen. cor. (λογίζομαι, ἀναλογίζομαι, ὑπολογίζω, προσλογίζω) reputare, Diligenter putare.

Reputare, per translationẽ, pro Multum ac diu cogitare, considerare, secum uoluere. Terent. Eunuch. 3. 5. 44,

Dum hæc mecum reputo, accersitur lauatũ interea uirgo.

Idem Andr. 2. 6. 11,

Etenim eam secum rem recta reputabit Via. Cicero ad Lent. lib. 1. 9. 17, Tamen non reputans quid ille uellet. Idem 2. de Nat. deor. 178, Hunc horum nihil unquam reputauisse certò scio.

Tecum ipse reputa furores Sidonios. Silius lib. 17. 71.

Non facile est reputare, utrum, &c. Cic. in Sallustium, 8.

Reputare, pro Imputare. Modestinus in l. nihil interest. 5. si cui filius. ff. de inofficioso testamẽto, Tamẽ est aliquid quòd testatoris uitio reputetur, ut meritò repellendus non sit.

Reputare, Computare, compensare. Vlpian. in l. 1. 5. Prætered. ff. de contr. tut. actione, Item sumptus litis tutor reputabit, & uitatica, si ex officio necesse habuit aliquò exire uel proficisci.

¶ Reputatio, Verbale (ἀναλογισμὸς) Consideratio. Plin. lib. 10. cap. 37. 3. Gell. lib. 12. cap. 5, Per incrementa ætatis exorta ẽ seminibus suis ratio est, & utendi consilij reputatio, & honesti contemplatio.

¶ Reputatio, pro Computatione. Caius in l. item ex diuerso. D. familiæ erciscundæ, Si iudex aut reputationes inter eos fecerit, aut curauerit cautiones interponi, quibus inter eos communicẽtur commoda & incommoda. Marcellus in l. Titia. D. de solutionibus, Titia, quum propter dotem bona mariti possideret, omnia pro domina egit: reditus exegit, & mouentia distraxit. quæro, an ea quæ ex re mariti percepit, in dotem ei reputari debeant? Marcellus respondit, reputationem eius quod proponeretur, non iniquam uideri.

Requies] requiei, uel requietis, requiem uel requietẽ, Ablatiuo requie uel requiete (ἀνάπαυλα, ἀνάπαυσις, κατάπαυσις, ῥᾳστώνη, αἴνοσις) Ipse quiescẽdi actus. Cic. de Senect. 48, Vt meæ senectutis requietem, oblectamentum q; noscatis.

Labori requies hæc erat. Ouid. 7. Metam. 165.

Requietis interualla. Cic. 1. de Fin. 76.

In amicitia Scipionis, requies plena oblectationis mihi fuit. Cic. de Amicitia, 85.

Requies spaciumq;. Virg. 4. Aeneid. 87.

Tantum temporis, quantum ad animi & corporis requiẽ conceditur. Cic. pro Archia, 9.

Bellorum requies: id est, à bellis. Stat. 3. Thebaid. 59.

Doloris feri requies. Ouid. 2. de Arte, 98.

Oblectatio animi, requies curarum. Cic. 2. Off. 7.

Medicina & requies curæ. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 24.

Laborum certa requies. Virg. 3. Aeneid. 79.

Laboris grata requies. Ouid. ad Liuiam, 62.

Mali nulla requies erat. Lucret. lib. 6. 237.

Pugnæ requiem sperabant. Virg. 12. Aeneid. 49.

Sera requies meæ senectæ. Virg. 9. Aeneid. 97.

Quod caret alterna requie, durabile non est. Ouid. epist. 4. 18.

Mœsta requies. Stat. 8. Thebaid. 32.

Tutior requies. Ouid. 8. Metam. 112.

Attulit pugna requiem multorum dierum. Ouidius 10. Metamorphos. 29.

Dare requiem ab operè. Colum. lib. 6. cap. 14.

Dare uoce requiem & modum. Ouid. 3. Metam. 124.

Habere requietem. Cic. Attico, lib. 1. 13. 2.

Negare requiem. Ouid. 10. Metam. 27.

Exiguãq; petit requiem. Ouid. 4. Metam. 126.

Poscunt requiem socij. Ouid. epist. 35.

Requietem quærere. Cic. 5. de Fin. 98.

Requiem ex occupationibus quærere. Lucceius Ciceroni, libro 5. 14. 3.

¶ Requiesco, requiescis, requieui, requietum, penult. product. (ἀναπαύομαι, ῥᾳστωνεύω) requiescere, Dormire. Virg. 1. ecloga 16,

Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte.

Fronde super uiridi. Cic. pro Rosc. Amer. 60.

Lecto requiescere. Tibull. lib. 1. eleg. 1. 9.

Humo requiescere. Ouid. 1. Metam. 112.

Somno mollí requiescere. Catul. ad Mallium, 63. 1.

Noctes longas requiescere. Tibul. lib. 3. eleg. 7. 5.

Requiescre, pro Conquiescere, uel quietem accipere, et trãquille uiuere, sine ullo animi aut corporis impedimento.

Requiescere, & curam animi leuare. Cic. 6. Ver. 120.

A malis requiescere. Cic. 1. Tusc. 173.

A turba rerum requiescere. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5. 6.

In sella requiescere. Cic. 1. de Diuin. 168.

In spe alicuius adolescẽtis requiescere. Cic. pro Cælio, 63. hoc est, Ex spe futuræ illius probitatis, quietem sibi polliceri.

In miseriis requiescere. Cic. Attic. lib. 8. 166. 2.

In sermone alicuius requiescere. Cic. 2. de Orat. 29.

In lectione poetarum requiescere. Quintil. lib. 10. cap. 1.

Non requiescere consilio cuiusquam. Cic. Attico, lib. 1. 13. 4.

Aruã requiescunt mutatis fœtibus. Virg. 1. Georg. 17.

Aures requiẽrunt omnibus. Catul. de Ario, 79. 2.

Cum tot sideribus cælum requieuit in illo. Ouid. 4. Metamorphos. 133.

Pectora requiẽrunt. Stat. 12. Thebaid. 103.

Requiescere, Quietum facere, siue retardare, cum accusatiuo, teste Seruio. Virg. eclog. 8. 1,

Et mutatá suos requiẽrunt flumina cursus.

¶ Requietus, pen. prod. Adiectiuum (ἀναπαυόμενος) Qui requieuit. Sallust. Paulum requietis militibus.

Ager requietus. Ouid. 2. de Arte, 71. id est, Ager qui aliquantulum requieuit.

Requietum aruum. Colum. lib. 2. cap. 9. 3.

Lac requietum. Colum. lib. 7. cap. 8. 1.

Requiatior. Colum. lib. 2. cap. 1. 5, Neq; enim idcirco rudis & modò ex syluestri habitu in aruum transducta fœcundior haberi terra debet, quòd sit requietior & iunior.

Requiro] requiris, pen. prod. requisiui, requisitum, pen. prod. (ἐπανέρομαι, αὐαζητέω) requirere, Sæpius uel rursum quærere. Terent. Phorm. 2. 1. 79,

Abi Phædria,eum require,atq; adduce huc.Cic.3.de Fin. 14, Tu autem quum ipse tantum librorũ habeas, quos hic tandem requiris?

Aliquem nocibus, uel sermone requirere. Plin. epist. 106. d. Virg. 1. Aeneid. 45,

Amissos longo socios sermone requirunt.

Oculis requirere aliquid. Curtius lib. 4.

Animo & oculis aliquem requirere. Ouid. 4. Metam. 26.

Requirere ab aliquo, Quærere ab aliquo, interrogare aliquẽ. Cic. Attic. lib. 12. 255. 2, Siquis requirit à te cur Romæ non sim: quia discessus est. Idem 1. Acad. 5, Illud autem mihi ante hoc tempus nunquam in mentem uenit à te requirere.

Requirere ex. Cic. pro Cælio, 53, Ex quibus requiram, quonãmodo latuerint.

Requisiuit rex, quis supremum diem Athenis obijsset, Plinius lib. 7. cap. 29. 3.

Illud quoq; requisiui, qua ratione ex tot creditoribus nemo neque tum idem fecerit, neque nunc contradicat. Cicero pro Quintio, 59.

Studiosè requirere. Ouid. 1. de Arte, 29.

Causam requirere. Ouid. 13. Metam. 199.

Causas requirit inscius. Virg. 6. Aeneid. 42.

Domum alicuius requirere. Cic. 6. Verr. 7.

Requirere, Postulare, flagitare, deposcere. Cic. pro lege Manilia, 3, Quibus amissis, & pacis ornamenta, & subsidia belli requiretis. De uectigalibus.

Requirere & flagitare. Cic. 6. Verr. 70.

Requirere auxilium. Cic. 7. Verr. 135.

Diuitias requirere. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 9.

Requiri, pro Necessarium esse: & Requirere, pro Opus habere. Cic. 1. de Fin. 93, Virtutem autem nixam hoc honesto, nullam requirere uoluptatem, atq; ad beatè uiuendum seipsa esse contentam.

Requirere, pro Desiderare quod non adest. Cic. ad Cecinnam, lib. 6. 6. 1, Vereor ne literarum à me officium requiras. Nã suprà dixerat, Vereor ne desideres officium meum.

In aliquo maiorem prudentiam requirere. Cic. in Parad. 8.

Requirere, pro desiderio rei amissæ teneri uel præteritæ, uel absentis, uel eam poscere. Cic. de Senect. 29, Deniq; isto bono utare dum adsit: quum absit, ne requiras: nisi fortè adolescentes, pueritiam: paulum ætate progressi, adolescentiam debeant requirere.

Post requisitum etiam, nisi eiusmodi esset uisum uerum, quale fuisum. Cic. 4. Acad. 137.

Requisita naturæ, dixit Sallustius per periphrasin, ut notat Quintilianus lib. 8. cap. 6.

¶ Requirito, requiritas (κατ' ἀντίφρασιν) requiritare, Frequent. Plaut. Most. 14. 11,

Quid tu ociosus res nouas requiritas?

Res] rei, fœm. gen. (χρῆμα, πρᾶγμα, πρᾶγμα) Generalem habet significationẽ. Nam, ut Catius inquit in l. j. D. de rerũ diuis. siue corporalia siue incorporalia cõprehendit. Corporales res sunt, quæ uerè tangi possunt, ut homo, uestis: incorporales sunt, quæ tangi non possunt, qualia sunt ista quæ in iure consistunt, sicut hæreditas, usus fructus, obligationes.

Abdita rerum. Horat. in Arte, 10.

Caput & fons rerum. Horat. epist. 18. 9.

Causas rerum cognoscere. Virg. 2. Georg. 98.

Concordia rerum discors. Horat. 1. epist. 12. 4.

Creatrix rerum natura. Lucret. lib. 2. 223.

Desiderium rerum. Lucret. lib. 3. 185.

Tempus edax rerum. Ouid. 15. Metam. 47.

Fama rerum incredibilis. Virg. 3. Aeneid. 59.

Mole sub ingenti rerum fundamina ponit. Ouid. 15. Metã. 87.

Versus inopes rerum. Horat. in Arte, 65.

Inscitia rerum. Horat. 1. epist. 3. 7.

Maiestas rerum. Lucret. lib. 5. 2.

In rerum natura. Cic. 4. Acad. 148.

Nouatrix rerum natura. Ouid. 15. Metam. 51.

Opifex rerum. Ouid. 1. Metam. 17.

Animus rerum prudens. Horat. 4. Carm. ode 9. 7.

Prudentia rerum. Virg. 1. Georg. 84.

Sepulchrum commune rerum, terra. Lucret. lib. 5. 52,

Trepidus rerum. Virg. 12. Aeneid. 118.

Turbine rerum miserarum attonitus. Ouid. 7. Metam. 125,

Aqua rerum utilissima. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 18.

Absurda res. Vide Absurdus.

Acerba res. Lucret. lib. 4. 133.

Angustæ res, Exiguæ, non magni momenti. Virg. 3. Georg. 58.

Ad faciendam fidem res appositæ. Quintil. lib. 5. cap. 8. 1.

Arcana. Ouid. 4. Metam. 45.

Ardua. Vide Arduus.

Bona. Vide Bonus.

Certa. Vide Certus.

Communis. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 8.

Confessa. Vide Confiteor.

Contorta. Vide Contorqueo.

Corporea. Lucret. lib. 2. 38.

Credula res amor est. Ouid. epist. 6. 5.

Declamatoria res. Quintil. lib. 4. cap. 2. 90.

Diuina res. Cic. Attico, lib. 4. 85. 5.

Facilis res. Lucret. lib. 2. 205.

Furtiua res. Quintil. lib. 5. cap. 13. 39.

Relatu horrenda res. Ouid. 15. Metam. 60.

Non liberalis ad cognoscendum res. Vide Illiberalis.

Immoderata res est Cupido. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15. 7.

Implicata res controuersijs. Vide Implico.

Incognita res turba animos. Virg. 1. Aeneid. 104.

Infirma & nugatoria res ad probandum. Vide Infirmus.

Ingeniosa res est. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 13.

Inquisita & compertas res. Vide Inquiro.

Insolitam rem apportare auribus, Referre aliquid inauditum antea. Lucret. lib. 5. 21.

Inuidiosa res. Vide Inuideo.

Inuolutæ & occultæ res. Vide Inuoluo.

Ludicra res. Horat. 2. epist. 1. 37.

Manifestæ res. Vide Manifestus.

Manifestas contra res & ueras repugnare. Lucret. lib. 3. 71.

Manifestaria res est. Vide Manifestus.

Medicatissima res. Vide Medico, medicas.

Missiles. Vide Missilis, in Mitto.

Molesta & odiosa res. Quintil. lib. 5. cap. 13. 29.

Nec opinata. Vide Nec.

Negotiosa. Vide Negotium.

Nouæ res. Vide Nouus.

Res certè noua, & ante hunc diem inaudita. Vide Inaudio.

Nudæ atq; inornatæ res. Quintil. lib. 2. cap. 4. 3.

Otiosa res. Vide Otiosus, in Otium.

Res est non parua. Virg. 3. eclog. 11.

Pensitata res. Vide Penso.

Ridicula & iocosa res. Catul. ad Catonem, 83. 1.

Suaues res. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 19.

Testator res. Vide Testor.

Abducere à re aliqua ad aliam. Vide Abduco.

In rem aliquam abire. Vide Abeo.

Abrumpere ex re aliqua. Vide Abrumpo.

Abstinere rebus urbanis. Vide Abstineo.

Abesse res uidetur. Vide Absum.

Abundare in re aliqua. Vide Abundo.

Accedere alicui res. Vide Accedo.

Accipere ab aliquo rem aliquam. Vide Accipio.

Accommodare in rem aliquam. Vide Accommodo.

Acquiescere alicui rei. Vide Acquiesco.

Addere nomina rebus. Ouid. 5. Metam. 105.

Agere res aliquas. Vide Ago.

Cedit illi res. Vide Cedo.

Cogitare rem aliam ex alia. Vide Cogito.

Conferre rem in pauca. Vide Confero.

Consolatur me hæc res. Vide Consolor.

Rei capitalis damnatus. Vide Damno.

Deducere rem aliquò. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 3.

Res eò deducta est. Vide Deduco.

Rem aliquam in diuersas partes deducere. Vide Deduco.

Exasperare rem uerbis. Quintil. lib. 4. cap. 2. 54.

Exponere rem uerbis. Lucret. lib. 1. 170.

Facere rem diuinam alicui deo. Cic. 3. de Nat. deor. 63.

Iactare rem sermonibus. Vide Iacto, in Iacio.

Imperitare rem æquam. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 38.

Increbuit res prouerbio. Vide Increbresco.

Chaos rebus inducere. Senec. Agamem. 6.

Honestis rebus animum intendere. Horat. 1. epist. 2. 8.

Magnis de rebus loqui. Lucret. lib. 4. 205.

Notare res nominibus nouis. Vide Nota.

Insigni aliqua & nota re notare quippiam. Vide Insignis.

Ordine rem pando. Virg. 3. Aeneid. 36.

Reddere rationem rei. Lucret. lib. 6. 184.

Rem ad manus reuocare. Vide Manus.

Apertas res secernere à dubijs. Lucret. lib. 4. 95.

Summa sequar fastigia rerum. Virg. 1. Aeneid. 70.

Tentare rem. Horat. 2. epist. 1. 52.

Res, Negocium, causa ipsa. Terent. Adelph. 5. 3. 10.

Rem ipsam putemus: dictum inter nos hoc fuit. Vbi Donatus, Res, causa litis. Terent. Hecyra, 3. 5. 18,

Omnem rem scio, ut sit gestu. Idem Heaut. 1. 1. 23,

Chreme, tantúmne est ab re tua ocij tibi,

Aliena ut cures, eaq; quæ ad te nihil attinẽt? hoc est, Præter familiaria negocia tua, est ne tantum tibi ocij ut, &c.

Integra res. Vide Integer.

Parula res. Vide Paruus.

In inuidia res est. Vide Inuideo.

Accingi ad rem aliquam. Vide Accingo.

Aut agitur res in scenis, aut acta refertur. Horat. in Arte, 37.

Agere rem quasi alienam. Quintil. lib. 6. cap. 2. 27.

Agitare res. Vide Agito.

Res tua agitur. Cic. 5. Verr. 95.

Attinet ad rem. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 6.

Tanti sceleris res nemini fuit credenda. Cic. pro Cælio, 41.

In rem præsentem ire. Vide In præpositionem.

Malè rem gerere. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 15.

In rebus gerendis acer. Vide Acer adiectiuum.

A' rebus gerendis abstrahere. Vide Abstraho.

Gerendis rebus minus apta. Ouid. 1. de Arte, 84.

In eam rem si quid habebo. Vide In præpositionem.

In re incipiunda. Vide In præpositionem.

Nihil interest ad rem. Vide Interest.

Nihil neq; ante rem, neq; præter rem locuti sumus. Author ad Herennium, lib. 4. 136.

Ministrare res timidè gelideq;. Horat. in Arte, 35.

Monet res. Vide Moneo.

Mouentur res magnæ. Vide Moueo.

Natus rebus agendis. Horat. in Arte, 16.

Noui rem omnem. Vide Nosco.

Salua res est. Terent. Eunuch. 2. 2. 37.

Bellica res. Horat. 4. Carm. ode 3. 2.

Militaris res diuinitus constituta. Vide Constituo.

Rei militaris scientia. Cic. pro lege Manilia, 19.

Rem militarem discere. Vide Miles.

Res naualis siue nautica. Cic. 7. Verr. 34. Vide Nauis.

Numaria res. Vide Numus.

Pastoria res. Vide Pastor.

Pecuniaria res. Vide Pecunia.

Res ipsa. Vide Ipse.

Res prolatæ, & Rerum probatio, significat tempus illud, cum homines feriarẽtur. Declarat maximè Plautus in Captiuis, Act. 1, ex persona parasiti,

Vbi res prolatæ sunt, quum rus homines eunt,

Simul prolatæ res sunt nostris dentibus, &c.

In re ipsa. Vide In præpositionem.

Ex re ipsa. Quintil. lib. 5. cap. 13, Accusator dat testem, patronus ex re ipsa refellit.

Ex re ipsa natus: id est, Temporalis. Quintil. lib. 4. cap. 5.

E' re natà id est, Occasione, ut ait Donatus. Terẽt. Adel. 3. 1. 8.

Consulere ex re. Tacit. lib. 1. hoc est, Prout occasio tulerit.

Pro te pauca loquor. Virg. 4. Aeneid. 68.

Pro re nata, Pro euentu rei & occasione. Cic. Attic. lib. 14. 304. 1, Antonij colloquium cum heroibus nostris pro re nata non incommodum.

Cum re præsenti deliberare. Vide Cum præpositionem.

Ob rem. Vide Ob præpositionem.

Ab re. Vide A' & Ab præpositiones.

Ab re id est, Ab euentu. Liu. 1. ab Vrbe, 71, Id ab re (quod nũc quoq; tenet nomen) interregnum appellatum.

Res, Veritas. Terent. Adelph. 7. 12,

—si non re ipsa tibi istuc dolet,

Simulare certè est hominis. Item Hecyr. 5. 2. 7,

Hæc res hìc agitur, Pamphilo me facere ut redeat uxor,

Oportet. Vbi Donatus, Aut sic intelligendum est, quasi dicat, Hoc agebamus quum tu aduenires: aut cum asseueratione pronunciandum est, ut sit Res, ueritas: quasi dicat, Hìc non uerba sunt, sed res agitur.

Res ipsa atq; ueritas. Cic. pro Rosc. Amer. 25.

Res ipsa indicat. Vide Indico, indicas.

Res ipsa loquitur. Vide Loquor.

Verba ad rem cõferre. Terent. Eunuch. 4. 6. 4. Vbi Donatus, Verba ad rem contulit, hoc est, Agere quod dicebat, aggressus est. Idem Andr. 5. 1. 5.

Vt beneficium uerbis initum dudũ nunc re comprobes.

Re iuuare. Terent. Heaut. 1. 1. 34,

—crede inquam mihi,

Aut consolando, aut consilio, aut re iuuero.

Dictu quàm re facilius. Liu. 1. bel. Maced.

Res, pro sumptu. Martianus in l. quum uir. ff. de dolima. & met. except. Quũ uir in area ab uxore sibi donata aliquid ædificasset, pleriscq; placet, doli mali exceptione posita rem seruari posse.

Res, Vtilitas. Terent. Hecyr. 1. 2. 27,

Ita di deæq; faxint, si in rem est Bacchidis. Idem Phorm. 2. 4. 9,

Ego quæ in rem tuam sint, ea uelim facias.

In rem nostram est. Vide In.

In re mea est. Vide In.

Cogitatè rem suam tractare. Vide Cogito.

In rem suam aliquid conuertere. Cic. pro Rosc. Amer. 68.

E' re, Ex utilitate, utiliter. Papin. in l. donatiões. in 5. 1. ff. de donationib. Nec matrẽ offensam è re petitionẽ habere. hoc est, Matrẽ ex leui offensione eas res utiliter repetere non posse.

Res, aliquando relatiuum est, referens præcedentia. Terentius Phorm. 2.1. 41,
Si est patruæ, culpam ut Antipho in se admiserit,
Ex qua re minus rei foret, aut famæ temperans. Vbi Donatus, Res ad Culpam relatum.
Alicui rei esse. Terent. Adelph. 3.3.4,
Id misero restat mihi mali, si illum potest,
Qui alicui rei est, etiam eum ad nequitiam abducere. Vbi Donatus, Rectè: de hoc enim suprà dixit, 1.2.15,
——non fratrem uidet
Rei dare operam, ruri esse parcam ac sobrium?
Res est mihi cum illo. Terent. Phorm. 1.3.19. Cicero Sulpitio, lib. 13.27.7, Siqui difficiliores erunt, ut rem sine controuersia confici nolint, si eos, quando cum Senatore res est, Romam reiecerit.
Habere rem cum aliquo: id est, Consuetudinem, amorem. Terentius Eunuch. 1.2.39.
Res, Hæreditas. Terent. Phorm. 2.3.46,
At si talentum rem reliquisset decem. Donatus.
Res, Patrimonium. Terent. Adelph. 5.3.44,
——at enim metuas nè ab re sint tamen
Omissiores paulo. id est, Negligant curare rem domesticam. Idem Adelph. 5.3.23,
Tu illos duos olim pro re tollebas tua. Vbi Donatus, Pro re, Pro patrimonij tui qualitate.
Res, Pecunia, & etiam fortunæ bona. Terentius Eunuch. 1.2.51,
Eius frater aliquantum ad rem est auidior. Idem. Adelph. 5.3.48,
Solum unum hoc uitium affert senectus hominibus,
Attentiores sumus ad rem omnes, quàm sat est. Cic. 2. in Catil. 31, Res eos tampridem, fides deficere nuper cœpit.
Res & aurum. Lucret. lib. 5.224.
Acciſæ res. Vide Accîdo. pen. prod.
Ampla res domi. Iuuenal. Satyr. 12.1.
Arctis in rebus abſit pudor. Valer. 5. Argon. 65.
Auita res & patria. Vide Auitus, in Auus.
Cibaria re copioſus. Vide Copia.
Contemptâ rei dominus ſplendidior. Horatius 3. Carmin. ode 16.6.
Contracta res. Vide Contraho.
Curiæ neſcio quid ſemper abeſt rei. Horatius 3. Carm. ōde 24. 13.
Res familiaris miniſtra & famula corporis. Cic. 1. Tuſc. 117.
Familiaris res mea. Cic. 2. de Orat. 54.
Frumentaria res. Cic. Attico, lib. 8.14 5.3. Tacit. lib. 15.
Modica res. Iuuenalis Satyr. 13.15.
Mouentes res, pro Mobilibus. Vide Moueo.
Paruis rebus alta præſtatur quies. Seneca Thyeſte, 5.14.
Paupera res, apud Plautum. Vide Pauper.
Res pauperculæ, modicæ & modeſtæ. Vide Modus.
Pecuaria. Vide Pecuarius, in Pecus.
Præclara filius in re ſubl. atus malè alitur. Horatius 2. Sermon. Satyr. 5.10.
Res ſalua & Perdita, contraria. Terent. Eunuch. 2.2.26.
Ampliare rem. Horat. 1. Serm. Satyr. 4.7.
Amplificare rem familiarem. Vide Amplifico.
Augere rem, Locupletari. Cic. pro Rab. Poſth. 2.
Comminuti re familiari. Vide Comminuo.
Conficere rem. Vide Conficio.
Confringere rem. Vide Confringo.
Corrumpere rem familiarem. Vide Corrumpo.
Curare rebus alienis ſuo ueſtimento & cibo. Plaut. Truc. 4.25.
Facere rem, Lucrari. Terent. Adelph. 2.2.12,
Nunquam rem facies: abi, neſcis ineſcare homines. Ex Donato.
Habere rem, Non inopem eſſe. Cic. 2. Off. 108.
Intercipere res alicuius. Ouid. 9. Metam. 25.
Copia rerum merſat membra. Lucret. lib. 5.202.
Res ubi magna nitet domino ſene. Horat. 2. Serm. Satyr. 5.3.
Multæ tibi tum officient res. Horat. 1. Serm. Sat. 2.20.
Res ſanguine partæ. Ouid. 1. epiſt. 19.
Patriam rem perdere. Horat. 1. Serm. Satyr. 4.23.
Quærere rem honeſtè mercaturis faciendis Cic. in Parad. 58.
Præclaram ingrata ſtringat malus ingluuie rem. Horatius 1. Serm. Satyr. 2.2.
Vir haud magna cum re Cic. de Senect. 1.
Res, Status, conditio. ut, Res publica, Res priuata, Res familiaris, Res uxoria. Cicero, Id enim rebus noſtris minimè cōducebat, id eſt, ſtatui noſtro. Virg. 6. Aeneid. 172,
Hic rem Romanam magno turbante tumultu,
Siſtet equis. Vbi Seruius, Rem Romanam, Statū Reip.
Tueri armis res Italas. Horat. 2. epiſt. 1.1.
Forenſis res. Quintil. lib. 4. cap. 2. 90.
Reuocare ſe ad curam rei domeſticæ, rei forenſis, Reipublicæ. Cicer. pro Cælio, 33.
In re præſenti. Vide In præpoſitionem.
Res priuatæ: id eſt, Bona priuatorum. Cic. Attic. lib. 9. 175.8.
Priuatæ ac domeſticæ res. Quintil. lib. 2. cap. 21. 4.
Adminiſtrare rem familiarem. Vide Adminiſtro.
Obire rem priuatam uel publicam. Vide Obeo.
Ordinare publicas res. Horat. 2. Carm. ōde 1.2.
Conficere rem ſuam non minus ſtrenuè quàm publicam. Cicero Poſt reditum in Senat. 8.
Inuiſere res ruſticas uel fructus cauſa, uel delectationis. Cicer. 1. de Orator. 129,
Res (ἀρχὴ) Imperium. Virg. 3. Aeneid. 1,
Poſtquam res Aſiæ, Priamiq; euertere gentem
Immeritam uiſum ſuperis, ibidem, 11,
Res Agamemnonias, uictricia q; arma ſecutus. Seruius.
Diſſociabilis res. Tacitus in uita Agricolæ De principatu ac libertate.
Adepta rerum. Vide Adipiſcor.
Domina rerum Roma. Ouid. 15. Metam. 90.
Caput rerum. Tacit. lib. 1.
Cuſtos rerum Cæſar. Horat. 4. Carm. ode 15. 4.
Imperia rerum. Horat. 2. Serm. Satyr. 7.15.
Origo rerum & molitio. Vide Origo.
Pulcherrima rerum Roma. Virg. 2. Georg. 107.
Poteſtas ſumma rerum. Virg. 10. Georg. 20.
Rem uel res gerere, pro Pugnare, apud Iuriſconſultos, & alios. Liuius, Malleq; aduerſus ſingulos ſeparatim, quàm aduerſus duos ſimul rem gerere. Plin. lib. 2. cap. 67.3, In Arrabico ſinu res gerente C. Cæſare, Auguſti filio, ſigna nauium ex Hiſpanienſibus naufragijs feruntur agnita, id eſt, belligerante. Vide Gero.
Bene geſtæ res. Virg. 9. Aeneid. 32.
Maxima res effecta. Virg. 11. Aeneid. 3.
Res Romana, pro Acie. Liuius, Sed res Romana erat ſuperior. Et ſic ſæpe. Budæus.
Nauales res. Tacitus lib. 15.
Rem bellicam adminiſtrare. Cic. 2. de Diuin. 116.
Euentus rerum. Lucan. lib. 5.156.
Abſciſſa res erat, Vide Abſcindo.
Tunc res immenſo placuit ſtatura labore. Lucan. lib. 3.77.
Dare rem in caſum. Tacit. lib 12.
Rem de manibus emittere. Vide Manus.

Rebus

Rebus ſuis diffidere. Liu. 1. ab Vrbe. 7.
Feſti rerum. Virg. 1. Aeneid. 37.
Inclinationes rerum & temporum. Vide Inclino.
Forma rerum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11.4.
Summæ rerum conſulere. Ouid. 2. Metam. 60.
Aduerſæ res. Vide Aduerto.
Afflictæ res. Virg. 1. Aeneid. 92.
Anguſtæ res. Horat. 2. Carm. ode 10.5.
Dubijs rebus non deficere. Virg. 6. Aeneid. 40.
Duræ res. Virg. 1. Aeneid. 113.
Duris urgēs in rebus egeſtas. Virg. 1. Georg. 30.
Egenis in rebus. Virg. 6. Aeneid. 19.
Extremæ res. Tacit. lib. 17.
Feſſis rebus ferre finem. Virg. 3. Aeneid. 29.
Fluxæ res. Silius lib. 7.4.
Fractæ res. Virg. 4. Georg. 48.
Humanæ res. Virg. 10. Aeneid. 30.
Inclinata. Vide Inclino.
Infracta. Vide Infringo.
Iucundæ res. Horat. 2. Serm. Satyr. 6.20.
Secundæ res. Virg. 9. Aeneid. 61.
Secundis rebus merſus. Vide Mergo.
Rem miſeram, aduerbium dolentis. Cic. Attic. lib. 7.143.1.
O rem lugubrem. Vide Lugeo.
Res, Modus. Plaut. Rud. 23.86,
Iam reperi rem, quo pacto nec fur, nec ſocius ſiet.
Res (πρᾶγμα) Experientia. Terent. Adelph. 5.4.1,
Nunquā ita quiſquā bene ſubducta ratione ad uitā fuit,
Quin res, ætas, uſus ſemper aliquid apporret noui. Donat.
Reuera (ἀντως) Duæ dictiones ſunt, aut unica, Reuera, uice aduerbij. Cic. pro Quintio, 4, Deinde habet aduerſarium P. Quintius uerbo Sex. Næuium, re uera huiuſce ætatis hominem diſertiſſimos. Idem pro Cluentio, 41, Verbo ille reus erat: re quidem uera, & periculo, & tota accuſatione Oppianicus. Et pro Roſcio Amer. 73, Qui recuſet, eum profectò tametſi uerbo non audeat, tamen re ipſa de maleficio ſuo confiteri.
Nomine, & Reuera, contraria. Cic. 3. Verr. 7, Quòd iſtæ M. Marcelli, & P. Africani monimenta, quæ nomine illorum, reuera pop. Rom. & erant, & habebantur.
Verbo & ſimulatione, & Reuera, contraria. Cic. 5. Verr. 114.
Re uera pugnare: quod uulgus dicit, De facto. Horat. 2. Serm. Satyr. 7.20.
¶ Reſpublica, reipublicæ, pen. corr. (πολιτεία) ex duobus integris compoſita dictio, quam nonnulli diſiungunt: Res populi dicitur, & negocium publicum.
Sed neceſſe eſt, charitatem eam præſtare, quæ R. P: nomen uniuerſæ ciuitatis eſt: pro qua mori, & cui nos totos dēdere, & in qua noſtra omnia ponere, & quaſi conſecrare debemus. Cic. 2. de Legib. 9.
Conuerſiones Rerumpublicarum. Cic. 2. de Diuin. 10.
Aegra Reſp. Vide Aeger.
Beata. Vide Beatus.
Caſtrata. Vide Caſtro.
Commutabilis. Vide Commuto.
Conſtituta. Vide Conſtituo.
Nuda à magiſtratibus Reſp. Vide Nudus.
Inclinata Reſp. Vide Inclino.
Summa Reſp. et municipalis. Cic. 3. de Legib. 53.
A Repub. aliquem abducere. Vide Abduco.
Accedere ad Remp. Vide Accedo.
Accipere Rempub. Vide Accipio.
Accommodare ſe ad Remp. Vide Accommodo.
Adire ad Rempub. Vide Adeo.
Eo cenſu nullius ciuitatis Reſpub. potuit adminiſtrari. Cic. 4. Verrin. 96.
Aedificare Remp. Vide Aedifico.
Amplificare Remp. Vide Amplifico.
Arrodere Remp. Vide Arrodo.
Attingere Remp. Cic. Lentulo, lib. 1.9.64.
Capeſſere Remp. Vide Capeſſo, in Capio.
Cedere de Rep. Vide Cedo.
Celebrare Remp. Vide Celebro.
Cenſere è Rep. Tacit. lib. 3.
Conferre ſe ad Remp. Vide Confero.
Conflictare Rempub. Tacit. lib. 5.
Conſultare Reipub. Vide Conſulto.
Continere Remp. Vide Contineo.
Cruentare Remp. uulneribus. Vide Cruento.
Facere contra Rempub. Cic. Qu. frat. lib. 2.5.4.
Habere Remp. Cic. Bruto, 15.15.
Labefactare & euertere Remp. Vide Labes.
Lugere Remp. Vide Lugeo.
Mederi Reipub. Vide Medeor.
Bene mereri de Rep. Cic. Planco, lib. 10.5.6.
Pendet Reſp. è Bruto. Vide Pendeo.
Trahere Remp. funditus. Tacitus lib. 3.
Reſacro] reſacras, pen. corr. Vide Reſecro.
Reſæuio] reſæuis, reſæuire, iterum ſæuire. Ouid. 1. Triſt. è leg. 1.21,
Quæq; quieſcebat, ne mota reſæuiat ira.
Reſaluto] reſalutas, pen. prod. (ἀνταπροσαγορεύω) reſalutare, Salutantem ſalutare. Plaut. Pſeud. 11.19,
Dic utrum ſpēnine an matrem reſalutem Pſeudole? Cic. 2. Philip. 104, Sed tum nimis inter omnes conſtabat, neminem eſſe reſalutatum. Mart. lib. 4.39,
Securus nullum reſalutas, deſpicis omnes.
Reſano] nas, pen. prod. reſanare. Lactant. lib. 4. cap. 20, Ne adduceret eos in pœnitentiam, atq; reſanaret,
Reſarcio] reſarcis, reſarſi, reſartum (ἀνέομαι) reſarcire, Inſtaurare, & quaſi nouam formam inducere. Sueton. in Claud. Cæſ. cap. 6, Quod decretum abolitum eſt, excuſante Tiberio imbecillitate eius, ac damnum liberalitate ſua reſarturum pollicente. Terentius Adelph. 1.2.41,
Fores effregit? reſtituentur: diſcidit
Veſtem? reſarcietur. Hæc eadem uerba habet Cicero pro Cælio, 29.
Damna reſarcire. Cic. Lentulo, lib. 1.9.15.
Quæſtum reſarcire: Cōlum. lib. 11. cap. 1.24.
Reſarrio] reſarris, reſarrui, reſarritum (ἀνασκάλλω) reſarrire, pen. prod. Rurſum ſarrire. Plinius lib. 18. cap. 20.3, Quum hyeme prægelida captæ ſegetes eſſent; reſeuerunt, reſarrientes campos.
Reſcindo] reſcindis, reſcidi, pen. corr. reſciſſum (ἀναχαλῶ, ἀναῤῥήγνυω) reſcindere, Tollere, auferre, deſtruere. Cæſar 1. bel. Gall. 26, Pontem qui erat ad Geneuam, iubet reſcindi. Virgil. 1. Georgic. 56,
Et coniuratos cælum reſcindere fratres.
Locum aliquem reſcindere. Cic. 2. de lege Agrar. 19.
Vias reſcindere. Senec. Theb. 1.46;
Reſcindere, ad omnia quæ reſecari & ſcindi poſſunt aut ſerro, aut alio quouis inſtrumēto, pertinet. Colū. lib. 2: ca. 14.1, Et quod ſalx reliquerit, prius quàm in areſcat, uomis reſcindat, atq; obruat: id enim cedit pro ſtercore. Virg. 3. Georg. 91,
Quàm ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum
Vlceris os: alitur uitium, uiuitq; tegendo. id eſt, Aperire.
Pectora ferro reſcindere. Stat. 11. Thebaid. 102.

Terram

Terram rescindere, quod & Proscindere dicitum est Colum el. lib.2.cap.2.19.
Vitem rescindere. Colum. lib. 4. cap. 29. 5.
Rescindere, pro Abolere, siue abrogare accipitur, per translationem. Terent. Phorm. 2. 4. 16,
Mihi non uidetur quod sit factum legibus,
Rescindi posse.
Acta alicuius rescindere. Cic. 13. Philipp. 345.
Beneficium rescindere. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 13.
Concilia rescindere. Cic. 2. de Legib. 51, Quid enim maius est, si de iure quærimus, quàm posse à summis imperijs & summis potestatibus comitatus tollere, & concilia uel instituta dimittere, uel habita rescindere?
Crimina rescindere. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 13.
Damnationem rescindere. Cic. 4. Verr. 75.
Iniurias rescindere, & irritas facere. Cic. 4. Verr. 44.
Iudicia rescindere, siue rem iudicatam. Cic. pro Cluentio, 47. Et 7. Verr. 16. Item 4. Verr. 48.
Iudicium rescindere, & Ratum habere, contraria. Cicero in Partit. 47.
Iussa Iouis rescindere. Ouid. 2. Metam. 136.
Luctus rescindere. Ouid. 12. Metam. 110.
Pactiones rescindere. Cic. de Prouincijs Cons. 8.
Voluntatem mortui rescindere. Cic. 3. Verr. 78.
¶ Rescissus, Participium (ὡς ῥηματικόν) ut,
Palatum rescissum. Lucan. lib. 4. 67,
Rescissoq; nocent suspiria dura palato.
Gloria rescissa cunctis. Claud. de bel. Get. 119.
Fac mea rescisso pectora nuda sinu. Properti. lib. 3. eleg. 8. 2.
¶ Rescissorius, Adiect. ut, Actio rescissoria. Vlpian. in l. exemplo. ff. ex quibus caus. maior. &c.
¶ Rescissio, rescissionis, Verbale. Vlp. in l. sed etsi. D. ex quibus caus. maior. in integr. rest.
¶ Rescissio prioris decreti. Callistratus in l. pen. D. de decret. ab ordin. faciend.
¶ Rescissio, præcisè pro Rescissio matrimonij, quum scilicet Prætor matrimonium in danda possessione pro nihilo ducens, tacitè illud rescindit, & quantum ad ius impetranda possessionis pertinet, extinguit. Vlpian. l. 3. §. 5. D. de bonor. poss. contra tab. Si emancipatus filius uxore non ex uoluntate patris ducta, filium fuerit fortitus, deinde nepos, patre iã mortuo, ad possessionem bonorum aui uelit uenire: admittendus est ad eam. Non enim per rescissionem is qui filius iustus est, efficietur non filius: quum rescissio quo magis, nõ quo minus adhibeatur.
Rescio] rescis, rescisti, rescitum (ἀκούω) rescire, pen. prod. Factum aliquod occultius, aut inopinatum, inueratumq; cognoscere: uel potius rem postquam gesta est, scire, quam nesciebas quum gereretur. Sic enim interpretatur Valla, carpens Gellij, lib. 6. cap. 23. Plautus Menæch. 15. 5. Terentius Adelph. 5. 3. 5,
Rescisti omnem rem. Idem Hecyra, 4. 1. 53. Cic. 3. Offic. 122, Quærit etiam, si sapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis, quum id rescierit, soluturúsne sit eos, si cui debeat, pro bonis? Cælius Ciceroni, lib. 8. 12. 5, Id postquam rescijt, excanduit.
Furtum rescire. Ouid. 2. Metam. 85.
¶ Rescisco, rescisci (γνωρίζω, ἐπιγινώσκω) resciscere. Terent. Hecyr. 5. 4. 27,
Omnia omnes ubi rescisunt, hi quos par fuerat rescíscere, sciunt.
Rescribo] rescribis, pen. prod. rescripsi, rescriptum (ἀντιγράφω, ἀντιπυνθάνομαι, ἀντιγράφω) rescribere, Rursus scribere, uel alterius scripto respondere. Ouid. 1. epist. 1. 1,

Nil mihi rescribas, attamen ipse ueni. Sueton. in Iulio Cæsare, cap. 56, Existimatq; rescripturum, & correcturum fuisse.
Manu trepida rescribere. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 1.
Cui rei fugerat me rescribere. Cic. Att. lib. 5. 99. 3.
Alicui rescribere ad. Brutus ad Antonium, lib. 11. 2. 7, Rescribas nobis od omnia, rogamus.
Ad omnia quæ quæruntur rescribere. Cic. Lent. lib. 1. 9. 4.
Rescribere de aliquo. Cic. Att. lib. 2. 20. 4.
Epistolæ alicuius rescribere. Cic. ad Att. lib. 7. 122. 11, Vnius disertissimæ epistolæ non rescripsi. id est, Non respondi.
Rescribere, pro Econtrario scribere. Quint. lib. 10. cap. 5, Metius hoc quàm rescribere ueteribus orationibus.
Rescribere legionem ad equum, est eam quæ peditiu erat, in numerum equitum transcribere. Cæsar lib. 1. bel. Gal.
Argentum alicui rescribere. Terent. Phorm. 5. 8. 28,
Sed transi sodes ad forum, atq; illud mihi
Argentum rube rursum rescribi Phormio. Vbi Donatus, Rescribi, reddi, seu per mensæ scripturam dari. Quoniam ad numerationem pecuniæ antecedit scriptura, rescribere dicebant pro renumerare. Hor. 2. Serm. Satyr. 3. 16,
Dictantis quod tu nunquam rescribere possis.
¶ Rescriptus, Participium. Cic. 4. Tusculan. ubi scribit cantus rescriptos fuisse sonis: id est, notatos & scriptos suis sonis: nec antiquis defuisse musicam. Vide Turnebum.
¶ Rescriptum, rescripti (ἀντιγεγραμμένον) significare uidetur id genus epistolæ, qua imperatores, aut summi Pontifices consulentibus eos respondent: cuiusmodi sunt quas decretales uocant. Vlpian. in l. 1. de appellationibus, Quæstio est, an aduersus rescriptum principis prouocari possit: si forte Præses prouinciæ, uel quis alius consuluerit, & ad consultationem eius fuerit rescriptum.
Immite rescriptũ. Tacit. lib. 5, Immiti rescripto uenas resoluit.
Reseco] resecas, pen. corr. resecui, resectum (ἀνατέμνω) resecare, Rescindere, de aliquo excindere. Col. de Arboribus, cap. 6, 1. Veterem uineam, si in summo radices habebit, resecare nolito: alioqui etiam nouella uinea, quæ ex resectione enata fuerit, uim inutilem habebit.
Alas resecare. Ouid. 2. de Remedio amor. 61.
Ferro resecare capillos. Ouid. 11. Metam. 37.
Linguam resecare. Cic. 2. de Diuin. 144.
Palpebras resecare. Cic. in Pison. 33.
Reseco spem longam spacio breui. Hor. 1. Carm. ode 11. 2.
Vngues resecare, apud Valerium.
Ad uiuum resecare. Vide Ad præpositionem. Columella libro 6. cap. 12. 2.
Resecare, per translationem. Cic. 4. Tusc. 70, Hæc tamen ita disputant, ut resecanda esse fateantur: euelli penitùs dicant nec posse, nec opus esse. Idem 2. in Catil. 33, Quæ sanari poterunt, quacunq; ratione sanabo: quæ resecanda erunt, non patiar ad perniciem ciuitatis manare.
Libidinem resecare. Cicer. ad Attic. lib. 1. 13. 5. Sic 5. Verr. 179, Resecare audacias ac libidines.
¶ Resecandus, Participium (ἀναστατικόν) ut, Seges falce resecanda. Ouid. 1. epist. 11.
¶ Resectus, Aliud participium (ἀναστημικόν) ut, Farra resecta. Ouid. 2. Fast. 104.
Barba resecta. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 12.
Lingua euse resecta. Ouid. in Ibim, 89.
Resecator. Apuleius de deo Socratis, Sic enim fermè assolet apud prudentes uiros esse in operibus iudicatio resecator, in rebus subitarijs uenia prolixior.
¶ Resectio, Verbale (ἀνατομή) Vide paulo antè in primo exemplo, in uerbo Reseco.

¶ Resegmen,

¶ Resegmen, resegminis, n. g. (ἀπότμημα) Quod ex aliquo resecatur: ut, Resegmina unguium. Plin. lib. 28. cap. 1. 5.
¶ Resex, resecis, pen. corr. Custos dicitur in uitibus. Vide Custos. Dicitur & præsidiarius palmes & subsidiarius. Colum. lib. 3. cap. 10. 13. Nam confiteor pampinarios quoque quum è duro prorepserint, tẽpore anni sequentis acquirere fœcunditatem, & idco in resecẽ submitti, ut progenerare possit. Verùm eiusmodi partum comperimus, nõ tam ipsius resecis, quàm materni esse muneris, Pampinum resecem uocat Columella, qui resectus, recisusq; melius prouenit, fitq; fructuosior. Idem lib. 4. cap. 21, uocant custodem & præsidiarium. Dicitur & subsidiarius, ibid. cap. 24.
Resecro] resecras, pen. corr. (αὐθαιτερέω) resecrare, Est aut eadẽ preces iterare, aut cõtrarias facere. Plaut. Aulul. 27. 4,
—nunc te obsecro,
Fac mentionem cum auunculo mater mea,
Resecroq; mater quod dudũ obsecrauerã. Idem Persa, 2. 49. Festus. Resecrare, soluere religione: utiq; quum reus populũ comitijs orauerat per deos, ut eo periculo liberaretur, iubebat magistratus eum resecrare.
Reseda] pen. prod. Plin. lib. 27. cap. 12. 24, Circa Ariminũ nota est herba, quam resedam uocant. Discutit collectiones inflammationesq; omnes. Qui curãt ea, addunt hæc uerba: Reseda morbos reseda, scísne scísne quis hic pullos egerit? radices nec caput, nec pedes habeant. Hæc ter dicunt, totiesq; despuunt.
Resedo] resedas, pen. prod. (ἀναπαύω) resedare, Idem quod Sedo significat. Vide Reseda.
Resegmen] Vide Reseco.
Reseminо] Reseminas, pen. corr. reseminare. Ouid. 15. Metam. 79,
Vna est quæ reparet, seq; ipsa reseminet ales.
Resequor] pen. cor. resequeris, resecutus sum (ἀναπαύω, ἀναπαύω) resequi, Sequi. Ouid. 8. Metam. 174,
Illa dei munus bene cedere sensit, & à se
Se quæri gaudens, his est resecuta rogantem. id est, Sic respondit interroganti. Ouid. 13. Metam. 161,
Nereis his contrà resecuta Crateide natam est.
Resero] reseras, pen. corr. (ἀνοίγω) Reserare, Aperire. Cic. 2. Offic. 79, Quamobrem nec ita claudẽda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit: nec ita reseranda, ut pateat omnibus.
Claudere, & Reserare, contraria. Plin. lib. 10. cap. 21. 3.
Fores reserare. Ouid. 10. Metam. 77.
Mœnia reserare. Ouid. 8. Metam. 13.
Vrbem reserare, & pandere portas. Virg. 12. Aeneid. 117.
Reserare Italiam exteris gentibus. Cic. 7. Philip. 218.
Vi reseret pelagus, spargatq; per æquora bellum. Lucanus libro 2. 137.
Annum longum reserare. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 5.
Oracula reserabo augustæ mentis. Ouid. 15. Metam. 29.
Secreta referans. Valer. 2. Argon. 88.
¶ Reseratus, pen. prod. Partic. (ἀνεῳγμένος) ut, Ianua serata patet. Ouid. 2. Fast. 92.
Carcere reserato patent postes. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 16.
Pectore reserato egerere dapes. Ouid. 6. Metam. 133.
Refero] referis, pen. corr. refeci, pen. prod. refatũ, pen. corr. (ἀναφυτεύω) referere, Rursus serere, seu rursus plantare. Plin. lib. 18. cap. 20. 3, Nam quum hyeme prægelida captæ segetes essent, refeuerunt, refarrientes campos mense Martio. Colum. lib. 3. cap. 11. 1, Nã de uinetis quæ longo usu exoleuerant, inter omnes authores constitit pessima esse, si referere uelimus.
Reseruo] reseruas (διαφυλάττω, διατηρέω) reseruare, Re-

trò seruare, uel in futurum seruare. Plin. epist. 221, Sed hoc uotum meum bonitati tuæ reseruatum est.
Vsum loquendi populo concessio, scientiam mihi reseruaui. Cicero Orat. 91.
Rem totam uobis integram reseruaui. Cic. Bruto, lib. 11. 21. 9.
Quæsita reseruare. Ouid. 7. Metam. 134.
Iudici reseruare. Cic. 7. Verr. 59.
Præsenti sermoni reseruentur cætera. Cic. Qu. frat. lib. 2. 9. 1.
Supplicia reseruare alicui. Stat. 8. Thebaid. 25.
Ad aliam rem reseruare aliquem. Cic. pro Rosc. Amer. 89.
Reseruabo in congressum nostrum. Cic. Attic. lib. 1. 15. 6.
Pœnas in diem reseruare. Cic. pro Cælio, 46.
Ad extremum reseruare. Cæsar 3. bell. Gall. 365.
Ad maiora reseruare se. Virg. 4. Aeneid. 74.
Ad meliora reseruare sese. Sil. lib. 10. 12.
Ad pœnam uel ad periculũ reseruare. Cic. 7. Verr. 94. Cæsar 1. bell. Ciuil. 5.
Quartam partem agri in pratum reseruare. Cic. 3. Verr. 29.
Ad sphem aliquam reseruare. Cic. 3. Verr. 29.
Ad tempora dubia reseruare. Cic. pro Fonteio, 27.
In aliud tempus reseruare. Cic. 3. de Nat. deor. 24.
Reses] Vide Resideo.
Resex] Vide Reseco.
Resideo] resides, pen. corr. resedi, pen. prod. (ἀναπαύω, ἀνάπαυμα, ἀνάπαυσις) residere, pen. prod. Quiescere, sedere, sine motu ac firmum stare. Virg. 7. Aeneid. 6,
Quum uenti posuêre, omnisq; repentè resedit Flatus.
Residere, deinde spaciari. Cic. pro Roscio Amerino, 36.
In rupe residere. Virg. 5. Aneid. 36.
In solio residere. Ouid. 6. Fast. 123.
Aselli tergo residere. Ouid. 3. Fast. 150.
Humo residere. Ouid. 3. Fast. 3. Et 3. de Arte, 139.
Saxo resedit pastor. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 3.
Monte residere. Ouid. 5. Metam. 73.
Residere in clunes dicũtur quædã animalia. Plin. lib. 8. cap. 37. 2, Similiter resident in clunes, et binis pedibus gradiuntur.
Residet acies hoc campo. Vide Acies, pro exercitu.
Residere in odijs, pro Odio haberi. Plaut. Trucul. 2. 5.
In corpore mortui nullus residet sensus. Cic. 1. Tusc. 167.
Siquid residet in te amoris erga me. Cic. Antonio, lib. 5. 5. 8.
Residet in nutu authoritas. Cic. de Senect. 57.
Residet eius rei in te culpa. Brutus Cic. 16. 5.
Culpa in nobis resedit. Lucret. lib. 5. 286.
Residet culpa penes eum. Alphenus in l. si ex plagis. §. 2. ff. ad l. Aquiliam.
Residet apud eum pecunia publica: id est, in debitos usus ab eo non erogata. Martianus in l. 4. ff. ad legẽ Iuliam peculatus.
Residet periculum. Cic. in Catil. 23, Videbimur fortasse ad breue quoddam tempus cura & metu esse releuati: periculum autem residebit, & erit inclusum penitùs in uenis, atque in uisceribus Reipub.
O misera uitæ ratio quæ tandiu resides in uoluptate? Cic. Antè quàm iret in exil. 19.
Residet spes in uirtute tua. Cic. ad Cassium, lib. 12. 3. 6.
Residet reliquis spes. Cic. Antè quàm iret in exilium, 5.
Res gestæ in quibus nulla potest residere inertiæ suspicio. Cic. Qu. frat. lib. 1. 1. 42.
Residunt iræ, Residet tumor. Liu. 2. ab Vrbe, 122. Cic. 3. Tusc. 46. id est, Quiescit.
Residet horum tecti is ac sedibus belli. Cic. pro Domo sua, 49.
Residemus, si placet. Cic. 3. de Fin. 14. hoc est, sedemus.
Residerè esuriales ferias. Plaut. Capi. 8. 8,
Ita uenter, gutturq; residunt esuriales ferias. id est, Otiantur, aguntq; ferias esuritione plenissimas.

Resídeor,

Resideor, Passiuum. Cic. 2. de Legib. 86, Nec uerò tam Denicales, quæ à nece appellatæ sunt, quia residentur mortui, quàm cæterorum cælestium quieti dies, Feriæ nominarentur: nisi maiores eos qui ex hac uita migrassent, in deorum numero esse uoluissent.

¶Residens, pen. corr. Partic. Post factum aliquod sedens, quiescens. Plin. lib. 34. cap. 14. 3, Aristonides artifex quum exprimere uellet Athamantis furorem, Learchum filium præcipitare uolentis, & præcipitato illo residentis pœnitentiã, &c. Alia exemplaria sic habent, Quũ exprimere uellet Athamantis furorem, Learcho filio præcipitato residentẽ, pœnitentiamq; ferrum & æs miscuit: ut rubigine eius per nitorem æris relucente, exprimeretur uerecundiæ rubor.

Vertice residens. Sil. lib. 7. 74.

In uertice residens. Sil. lib. 5. 41.

¶Reses, residis, pen. cor. o. g. (ἀναπεμψῶ) Qui remanet otiosus à labore, seu opere quod exercere solebat. Liu. 2. ab Vrbe, 136, Timere patres residem in urbe plebem, incerti manere eam, an abire mallent.

Viros resides in arma mouere. Virg. 6. Aen. 163.

Reses aqua. Var. 3 de re Rust. cap. 17. 7, Piscinas eius despiciebat, quòd æstuaria idonea non haberet, ac in residem aquam & locis pestilentibus habitarent pisces eius.

Curas resides soluere. Valer. 8. Argon. 44.

Reses animus, Piger. Virg. 1. Aen. 146,

Iamprudem resides animos, desuetaq; corda. Vbi Seruius, Resides, pigros, & ad amandum inertes.

¶Residuus, Adiect. Quod residet & superest, siue reliquum est. Liu. 3. bel. Maced. 109, Omnibus residuis pecunijs exactis, tributo priuatis remisso, &c. Plancus Ciceroni, lib. 10. 11. 10, Cupio me hercules, nullam residuam solicitudinẽ esse.

Quid relatum, quid residuum sit. Cic. 2. de lege Agr. 63.

Residua & uetus simultas. Liu. 9. bel. Pun. 188.

Residuus pœnæ homo, qui tantum in pœnam uiuit. Quintil. Declamat. 91.

Residuus, pro Relictus. Suet. in Augusto, cap. 73, Instrumenti eius & suppellectilis parsimonia apparet etiam nunc residuis lectis, atq; mensis.

¶Residuus pœnæ homo, Qui tantùm in pœnam uiuit. Quint. in Gladiatore.

¶Residuum, residui. Substantiuum. Paulus in l. sacrilegi. ff. ad l. Iuliam peculat. Lex Iulia residuorum. Papin. ibidem, l. ult. Publica iudicia peculatus, & de residuis & repetundarum. Martianus ibidem, l. 4. lege Iulia de residuis tenetur is, apud quem ex locatione, emptione, alimentaria ratione, ex pecunia quam accepit, aliáue qua causa pecunia publica resedit.

Resido] residis, pen. prod. resedi, pen. prod. (ἀναπαύομαι) residere, pen. corr. Motum significat. Plin. epist. 87. lib. 4, ad Sempronium, Nam Viennẽsium uitia inter ipsos residũt, nostra latè uagantur. Plin. auunculus lib. 28. cap. 9. 16, Datur & phthisicis unciatim cum uini ueteris hemina decocta, donec tres unciæ è toto resideant. id est, Supersint & remaneant, residuæ sint.

Si montes resedissent, amnes exaruissent. Cic. in Pisonem. 64.

Retrò residere. Lucret. lib. 2. 57.

Residunt in clunes. Plin. lib. 8. cap. 37. 2. De moribus ponticis.

Corda ex irâ residunt. Virg. 6. Aen. 82.

Omnia quæ cõmouerat, pace et ocio resederũt. Cic. in Salust. 6.

Resigno] resignas (ἀνοσφραγίζω) resignare, Quod signatum erat, aperire, relaxare, patefacere: ut, Resignare literas. Plautus Trinum.

Iam si obsignatas non feret, dici non potest apud portitorem Eas res resignatas tibi, inspectasq; esse. Cic. ad Atticum, lib. 11. 217. 4, Quas si putabis illi ipsi utile esse reddi, reddes: nil me lædet. nam quòd resignatæ sunt, habet, opinor, eius signum Pomponia.

Testamenta resignare. Horat. 1. epist. 7. 2.

Resignare (ἀποφραγίζειν) Perfectè signare. Colum. lib. de Arboribus, cap. 20. 2, Prius quàm arbusculas transferas, rubrica resignato, ut hisdem quibus antè steterunt, constituas eas. Qui locus ex castigato exemplari sic legitur, Rubrica, uel alia qualibet re signato, ut isdem uentis quibus antè steterunt, constituas eas.

Resignare, Claudere. Virg. 4. Aen. 49,

Dat somnos, adimitq;, & lumina morte resignat.

Fata uenientia resignare. Ouid. 6. Fast. 107.

Resignare, pro Rescribere, dicebant antiqui, sicuti Subsignare, pro Subscribere: & Resignatum æs dicebatur militi, quum ob delictum iussu Tribuni militum, ne stipendium ei daretur, in tabulas referebatur. Festus.

Resignare, Reddere, ut aiunt Acron & Porphyrio: quod fit, quum in libris datorum & acceptorum, pecuniam quam acceptam signauimus, redditam demonstramus. Horat. 3. Carm. ode 29. 11,

—si celeres quatit

Pennas, resigno quæ dedit. De Fortuna. Idem 1. epist. 7. 7, Hac ego si compellar imagine, cuncta resigno.

Resignare (ἀκυρῶ) pro Dissoluere, perimere, abrogare. Cic. pro Archia, 6, Nam quum Appij tabulæ negligentius asseruatæ dicerentur, Gabinij, quamdiu incolumis fuit, leuitas, post damnationem, calamitas, omnem tabularum fidem resignasset. Budæus.

Sic, Parem rationem resignare. Senec. lib. de Benef. 6.

Periuria resignare. Sil. lib. 17. 86.

Resilio] resilis, penult. corrept. resiliui, uel resilij, resultum (ἀναπηδῶ) resilire, In contrarium agi, rebellare, inquit Sipontinus. Plin. Quandoq; resilit uulnus, & curare scalpello oportet. Lucret. lib. 4. 73,

Omnia quandoquidem cogit natura referri,
Ac resilire ab rebus ad æquos reddita flexus.

Grando resilit à culmine recti. Ouid. 12. Metam. 94.

In spacium breue resilire manus. Ouid. 3. Metam. 136. Resilire dixit, pro Retrahi, seu potius contrahi.

Resilire dicitur mamma, quãdo sterilescit: quasi retrò saliat, siue introrsùm lac ipsum, quod in mamma est. Plin. lib. 11. cap. 40. 2, Detracto mamma alumno suo sterilescit ilicò, ac resilit.

Resilire, Non hærere, non conuenire. Cic. pro Rosc. Amer. 48, Vbi scopulum offendis eiusmodi, ut non modò ab hoc crimen resilire uideas, uerùm omnem suspicionem in uosmetipsos residere intelligas.

Resilire emptori dicitur uenditor, meliore conditione allata. Vlpian. in l. Sabinus. ff. de in diem addictione.

¶Resulto, resultas (ἀναπηδῶ) resultare, Frequẽtatiuum. Semper resilire, inquit Festus.

Resultant colles. Virg. 5. Aen. 30.

Imago uocis resultat: id est, Echo. Virg. 4. Georg. 10.

Oranti uox & iuga longa resultant. Stat. 2. Thebaid. 143.

Resultant tecta uocibus. Plin. in Paneg.

Resultans sonus. Plin. lib. 11. cap. 19. 1.

Resimus] pen. prod. (ἀνάσιμος) Adiect. ex Re & Simus cõpositũ, Qui sursum uersus reductas habet nares. Colum. lib. 6. cap. 1. 3, Naribus resimis, patulisq; Varro 2. de re Rustic. cap. 9. 3, Labris subnigris, aut rubicundis, neq; resimis stipe rioribus, neq; pendulis subtus. Plin. lib. 8. cap. 25. 7, Rostro resimo, cauda & dentibus aprorum aduncis, &c. Celsius lib. 8. Lamina ferrea est, ænea, firma: paulũ resima. id est, Pãda.

Resina] resinæ, pen. prod. (ῥητίνη) Humor ex arboribus defluens,

fluens, in ijsdemq; residens. Plin. lib. 16. cap. 10. 3, Pinus fert minimum resinæ, interdum & nucibus ipsis, &c. Plaut. Mercat. 4. 28,

Resinam ex melle Aegyptiam uorato, saluum fecêris.

Resina terebinthina. Colum. lib. 12. cap. 20. 3. Plin. lib. 23. cap. 1. 32, Resina cõdita, frigidis stomachis utilia existimãtur. hoc est, quæ resina condita sint, ut uinũ resinatũ, & huiusmodi.

¶Resinaceus, Adiect. (ῥητινώδης) Quod resina refert. Plin. lib. 24. cap. 11. 11, Alterum sterile, alterum cui & caulis & semen resinaceum, quod canchrys uocatur.

¶Resinatus, (ῥητινώδης) Aliud adiect. Quod est resina illitum. Iuuen. Satyr. 8. 12,

—quid resinata iuuentus?

Resinatum uinum, Cui resina admista est. Plin. lib. 23. cap. 1. 32. Martialis lib. 3. 35,

Resinata bibis uina, Falerna fugis.

¶Resinosus, pen. prod. Adiectiuum (ῥητινώδης) Quod resinã abundat. Plinius lib. 15. cap. 7. 7, Est enim pinguissima & resinosissima.

Resipio] resipis, pen. corr. resipiui, & resipui (σωφρονῶ, ἀναλαμβάνω, ἀναφέρω) resipere, ex Re, & Sapio compositum, Idem quod Valde oleo, uel redoleo. Vnde dicimus, Resipit picem. Plin. lib. 14. cap. 1, 8, Iam inuenta uitis per se in uino picem resipiens.

¶Resipisco, resipiscis, resipui (ἀναλογίζομαι, ἀναπνέω, ἀναφέρω) resipiscere, Est (ut ait Valla libro 5.) ad priorem mentis statum, uel ad meliorem mentem redire. Terent. Andr. 4. 2. 15,

Resipisco. P. non Apollinis magis uerum, atq; hoc respondisse est. Idem Heaut. 4. 8. 3,

—Quum te intelligo

Resipisce. Cic. pro Sestio, 69, An quòd, quũ esset ablatus, primumq; respiuisset, non se referri iussit? Idem ad Atticum, libro 4. 7. 4. 2, Vix aliquando te authore resipiui. Liuius 6. bell. Maced. 92, Vt tunc saltem experti regiam uanitatem resipiscerent.

Resipiscunt ægroti, quasi respirantes à defectione uel animi deliquio. Suet. in Tiberio, cap. 73, Quum extractum sibi deficienti annulum mox resipiscens requisisset.

¶Resipiscentia, resipiscentiæ. Budæus in libro 2. De transitu Hell. Resipiscentiam aũt nemo nescius est (opinor) mœstam & ueluti scallentem recordationẽ esse, ob errorẽ admissum in uita instituenda, atq; in ratione comparanda ad functiones animæ commodas, naturæq; rationali consentaneas & congruentes.

Resisto] resistis, restiti, restitum, pen. corr. (ἀνθίστημι, ἀντιπάσσω, προσαμύνω) resistere. Liu. 1. ab Vrbe, Restitêre Romani, tanquam cælesti uoce iussi.

Restitit ad nostras fessa labore fores. Ouid. 5. Fast. 47.

Ad fores thalami resistere. Ouid. 2. de Arte, 141.

Resistere in re aliqua. Cic. 4. de Finib. 82.

In uoce media resistere. Virg. 4. Aeneid. 16.

Nihil est iam unde nos reficiamus, aut ubi lapsi resistamus. Cic. pro Murena, 76.

Resistere, Permanere. Liu. 6. bell. Maced. Bebius restitit ad Pelineum oppugnandum.

Resistere, Aduersari, repugnare. Cæsar 2. bell. Gall. 308, Quũ diuersis locis legiones aliæ alia in parte hostibus resisterent. Cic. 5. Verr. 28.

Resistere & peruincere. Cic. Attico, lib. 2. 16. 15.

Age, restitero Peripateticis. Cic. 4. Acad. 204.

Robur restitit amori. Lucan. lib. 2. 77.

Resistere armis. Cic. 2. Tusc. 58.

Malo resistere. Ouid. 1. Metam. 58.

Resistere alicui clamore hominum. Cic. 3. Verr. 112.

Arbor resistit uentis. Ouid. 2. de Arte, 131.

Serò resistimus ei, quem per annos decem aluimus contra nos. Cic. Att. lib. 7. 12. 5. 4.

Resistere immobilem. Plin. lib. 12. cap. 9. 3.

Resistere contra. Colum. lib. 1. cap. 5, Præstructa ualenter resistent contra ea quæ postmodum superpositа incumbent.

Resistere & repugnare cõtra ueritatẽ. Cic. pro Rosc. Posth. 20.

Contumaciter resistere. Vidè Contumax.

Fortiter resistere dolori. Cic. Sestio, lib. 5. 17. 7.

Obfirmatè resistere. Vide Obfirmò.

Paulisper resistere. Vide Paulisper in Parum.

Resistere dicitur uenenatis pabulis herba aliqua. Plin. lib. 8. cap. 27. 5, Ceruus herba cinare uenenatis pabulis resistit.

Resistens oratio. Quint. lib. 11. cap. 2, Inde interruptus actionis impetus, & resistens ac salebrosa oratio. hoc est, intersistens, nõ perpetuo tenore fluens, sed interdũ subsistens & hærens.

Species resistentes. Vide Adæro, adæras.

¶Resistetur, pen. corr. Impersonale. Cæsar 1. bel. Ciuil. 12, Omnibus his resistitur, omniumq; oratio cos. Scipionis, Catonis, apponitur. Liu. 3. ab Vrbe, 51, Tamen legi resistebatur.

Resoluo] resoluis, resolui, resolutum, pen. prod. (ἀναλύω, διαχαλάω, κατακλάω) resoluere, Quod ligatum erat dissoluere. Ouid. 1. Metam. 77.

Et uelate caput, cinctasq; resoluite uestes. Plinius maior, lib. 8. cap. 12. 1, Resoluunt illi nodos manu.

Vincere & Resoluere, contraria. Colum. lib. 11. cap. 1. 19.

Ab amplexu resolui. Ouid. epist. 22. 14.

Nexos artus resoluere. Virg. 4. Aen. 139.

Artus & animam resoluere. Virg. 4. Aeneid. 139.

Bella resoluere. Sil. lib. 8. 55.

Alicui clypeum resoluere. Ouid. epist. 13. 30.

Crines resoluere. Liu. 4. bel. Pun. 117.

Arida nec uinctis crura resolue tuis. Ouid. 3. de Arte, 55.

Curas resoluere. Virg. 1. Georg. 61.

Resoluitur emptio sub conditione, Ad nihilum redigitur. Vlp. in l. 2. ff. de in diem addictione.

Fauces resoluere in uerba, Aperire fauces ad loquendũ. Ouid. 2. Metam. 57.

Fila resoluere. Ouid. 2. Metam. 131.

Fraudes resoluere. Sil. lib. 7. 31.

Gleba se resoluit Zephyro. Virg. 1. Georg. 9.

Humum resoluere, Mollire, subigere. Colum. lib. 2. cap. 2. 3. Ibidem, 4, Neq; enim aliud est colere, quàm resoluere & frementare terram.

Iugulum ferro resoluere. Ouid. 6. Metam. 129.

Iura sacra resoluere. Virg. 2. Aen. 32.

Ense latus resoluere. Ouid. ad Pisonem, 29.

Literas resoluere. Liu. 6. bell. Pun. 79.

Nebulæ uentis ac sole resoluuntur. Ouid. 14. Metam. 80.

Ora sono resoluere. Ouid. 13. Metam. 25.

Vesta faue, tibi nunc operata resoluimus ora. Ouid. 6. Fast. 50.

Tenebras resoluere. Virg. 8. Aen. 119.

Tristitia animi resoluere. Plin. lib. 24. cap. 6. 3.

Poplites summittuntur, uiresq; resoluunt. Luc. lib. 7. 4. 193.

Vittas capitis resoluere. Virg. 3. Aeneid. 74.

Vocem atq; ora resoluere. Virg. 3. Aen. 92.

Vulnera resoluere. Stat. 5. Sylu. 5. 17.

Vulnera resolui. Quint. lib. 6. cap. 2. 24.

Resoluere corruptam partem à uiua. Cels. lib. 5. cap. 28.

Resoluere in puluerem, Reducere. Colum. lib. 11. cap. 2. 45.

Resoluere in tabem margaritas. Plin. lib. 9. cap. 35. 17.

Resoluere & colligere. Quint. lib. 12. cap. 2.

Resoluere pro Numerare pecunias creditoribus, aut alijs quibus promisimus. Plaut. Epid. 8. 16,

Mancipio omne argentum abstulit pro fidicina: ego resolui. Cic. 14. Philip. Atq, Senatum quæ sit antea pollicitus legionibus, exercitibusq; nostris, ea summo studio Reip. recuperata resoluturum.

Resoluere & Componere, contraria. Senec. epist. 30.

Resoluere, Refellere. Quint. lib. 5. cap. 13, Resoluere ex parte diuersa dicta, difficile erit.

Resoluitur emptio sub cõditione, Ad nihilum redigitur. Vlpian. in l. 2. ff. de in idem addictione.

Resoluere, pro Absoluere piaculo & flagitio. Horat. 1. Carm. ode 28. 7.

—teq; piacula nulla resoluent. hoc est. Nullis hostijs expiaberis. Piacula enim dicebantur, quibus sacrimus expiabatur admissum. Acron.

Mollire & resoluere hominẽ: pro Effœminare. Senec. epist. 36.

¶Resolutus, pen. prod. Particip. (ἀναλελυμμένος) ut,

—comas resoluta puella. Tibull. lib. 1. eleg. 3. 7.

Quiete resolutus. Ouid. 9. Metam. 95.

Amore resolutus, Liber ab amore. Tibull. lib. 1. eleg. 9. 17.

Brachia resoluta somno. Ouid. 1. Fast. 75.

Corpore resoluto nec similis. Ouid. 7. Metam. 66.

Corpora fluxa & resoluta. Colum. lib. 1. cap. 1. 15.

Gaudia resoluta. Silius lib. 11. 61.

Ira resoluta frenis legum. Lucan. lib. 2. 30.

Dat gemitum patiens resoluto pondere moles. Sil. lib. 3. 130.

Tellus resoluta rarescit in aquas. Ouid. 15. Metam. 49.

Vincla resoluta. Silius lib. 3. 49.

Resono] resonas, pen. corr. (ἀναβρύχω, ἀναίσχω, ἀραβέω, ἠχέω, ἰάχω, μακαχέω, ναναβέω, ῥοχθέω, σμαραγέω, ὑπολεέω) resonare, Contra sonantem sonare. Virg. eclog. 1. 1.

Formosam resonare doces Amaryllida syluas.

Aether clamoribus resonat. Virg. 5. Aen. 46.

Aether resonat latratibus. Ouid. 3. Metam. 47.

Gloria uirenti resonat tanquam imago gloriæ. Cic. 3. Tusc. 6.

Resonare, Sonum reddere. Cicero 1. Tusculan. 153, qui quum coniectus in carcerem, triginta iussu tyrannorum uenenum ut sitiens obbibisset, reliquum sic è poculo eiecit ut id resonaret. Quo sonitu reddito arridens, Propino, inquit, hoc, &c.

Cornua, quæ ad neruos resonant in cantibus. Cic. 2. de Natur. deorum, 224.

Cantu assiduo resonare. Virg. 7. Aeneid. 3.

Ore superbo resonare. Silius lib. 3 50.

Arbusta resonant cicadis. Virg. 2. eclog. 3.

Auia tum resonãt auibus uirgulta canoris. Virg. 2. Georg. 66.

Spectacula plausu resonant. Ouid. 10. Metam. 133.

Acutum resonant umbræ. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 9.

Triste resonant umbræ. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 9.

Recinere & resonare, per translationem. Cic. de claris Orat. 88, Illud est maius, quòd in uocibus nostrorum oratorum recinit quiddam & resonat urbanius.

In fidibus testudine resonatur, aut cornu. Cicero 2. de Natura deorum, 217.

Resono, resonis, resonit, per tertiam coniugationem ab antiquis reperitur usurpatum. Acc. Aeneadis, aut Decio,

Clamore & gemitu templum resonit cælitum. Pacuuius,

Hymenæum fremunt æquales, aura resonit crepitum musico. Nonius.

¶Resonans, pen. corr. Participium (ῥέκων, ἠχέων) ut, Saxa resonantia. Virg. 3. Aen. 87.

Carmina resonantia chordis Romanis. Ouid. ad Pisonem, 49.

Theatrum resonans. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1. 63.

Vnda resonante tunditur littus. Catull. ad Furium, 11. 1.

¶Resonabilis, & hoc Resonabile, pen. corr. Ouid. lib. 3. Metamorphoseos,

Vocalis nymphæ, quæ nec reticere loquenti,

Nec prior ipsa loqui didicit, resonabilis Echo. Verbum de uerbo expressit. Nam Echo dici potest resonantia. Resonabilis. id est, resonans.

¶Resonus, pen. corr. Adiectiuum (ἀπηχὴς) ut,

Voces resonæ. Ouid. 3. Metam. 100.

Ictus resoni. Valer. 1. Argon. 124.

Resorbeo] resorbes, resorbui, & resorpsi, resorptum (ἀναῤῥοφέω, ἀναβρέφω) resorbere, Rursum sorbere. Plin. lib. 4. epist. ult. An quæ Oceano natura, fonti quoq; quaq; ille ratione aut impellitur, aut resorbetur, hac modicus hic humor, ut cibus alternis supprimitur, uel egeritur?

Vomere & Resorbere, contraria. Ouid. epist. 12. 25,

Quæq; uomit totidem fluctus, totidemq; resorbet.

Resorbere quæ euomimus. Plin. lib. 9. cap. 43.

Lachrymas resorbere. Stat. 5. Thebaid. 131.

Pontus saxa reuoluta resorbet. Virg. 11. Aen. 125.

Vocem resorbere. Plin. lib. 18. cap. 35. 20.

Resortior] resortiris (ἀναλαχχάνω) à quo uerbũ Resortus elicuerunt pragmatici, quo territorium aut iurisdictionẽ significãt. Budæus in notis ad Pandectas adnotauit, λαγχάνω Alinde (inquit) Græcis dicitur, quasi sortiri iudiciũ. Sorte enim cognoscendarũ causarum diem capiebant, authore Seruio lib. 6. Aeneid. in illum locum Virgilij:

Nec uerò hæ sine sorte datæ, sine iudice sedes. cuius moris reliquias lingua uernacula retinet. resortiri enim in Curiam eos dicimus, qui curiam appellant: hoc est, quorum disceptationes in curia per prouocationem agitantur.

Respecto, & respectus] Vide Respicio.

Respergo] respergis, respersi, respersum (ἀναῤῥαίνω) respergere, Circum circa spargere. Colum. lib. 1, Deinde quũ prædictum tectorium inaruit, rursus amurca respergitur. Cic. 7. Verr. 79, Quum Prætoris nequissimi inertissimiq; oculos prædonum remi respergerent.

Sanguine respergere dextram. Catull. Argon. 59. 46.

Mero respergere tergora. Colum. lib. 6. cap. 2. 5.

¶Respersus, Participiũ (ἀναῤῥανσείς) ut, Respersæ matris cruore uirgines. Liu. 4. bel. Punic. 120.

Iuuenis respersus cæde fraterna. Catull. Argon. 59. 36.

Puluere respersus. Stat. 8. Thebaid. 2.

Manus respersæ sanguine. Cic. pro Rosc. Amer. 41.

Mensa respersa cruore. Liu. 9. bell. Maced. 181.

Comæ respersæ sanguine. Ouid. 3. Fast. 91.

¶Respersus, huius respersus (ἀναῤῥανσις) Plin. lib. 10. cap. 3. 5, Hæc causa est gregatim auibus natandi: quia plures simul nõ infestantur, respersu pinnarum hostem obcæcantes.

¶Respersio, Verbale, Idem (ἐπιῤῥανσις) Cicero 2. de Diuin. 71, Habes & respersionem pigmentorum, & rostrum suis, & alia permulta.

Respicio] respicis, pen. corr. respexi, respectum (ἀποβλέπω, ἀφοράω, ὑφοράω, ἀνακύπτω, ἀδρυέπω) respicere, Retrò aspicere, siue flexis in terram oculis aspicere, ut ait Erasmus. Terent. Eunuch. 2, 3, 50,

—quum huc respicio ad Virginem. Cic. 1. de Diuin. 88 Tum ei ducem illum præcepisse ne respiceret.

Respicit Aeneas subitò. Virg. 6. Aeneid. 106.

Instantem tergo Cloanthum respicit. Virg. 5. Aen. 34.

Tellus respicitur. Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 5.

Tam longè retrò respicere non possunt. Cic. 5. Tusc. 9.

A tergo respicere. Virg. 8. Aen. 140.

Respicere ad. Terentius Andr. 2. 5. 6,

Quasi de improuiso respice ad eum. Cic. 1. de Diuin. 121, Et noctu ad oppidum respicientes.

Ad aliquid respicere. Quint. lib. 2. cap. 12. 5. Et quum Latinis studebimus

studebimus literis, non respiciamus ad Græcas.

Mala sua respicere, Considerare. Lucret. lib. 4. 233.

Vitæ exemplar respicere. Horat. in Arte, 64.

Respicere aliquem, pro Iuuare. Terent. Andr. 5. 6. 11,

Age, me in tuis secundis rebus respice. Idem Adelph. 5. 8. 9. Cic. ad Cælium, lib. 2. 15. 15, Vt respiciam generũ meum adolescentem optimum, mihiq; charissimum.

Lucina respexit domum nullo ululata dolore. Stat. 3. Theb. 32.

Rempub. respicere. Cic. ad Brutum, 14. 3.

Respicit nos Deus: id est, Custodit, uel diligit. Terentius Phorm. 5. 3. 34,

Di nos respiciunt: gnatam inueni nuptam cum tuo filio. Cicero ad Atticum, libro 11. 11, Nisi quis nos Deus respexerit.

Pietas respicit labores humanos. Virg. 5. Aeneid. 138.

Cauere alicui, & respicere eum. Cic. 5. Verr. 20.

Respicere Cæsarem, Iuuare, fauere, uel obsequi. Cæsar. 1. bell. Ciuilis.

Se respicere pro Sui rationem habere. Plaut. Pseud. 9. 20.

Se respicere, Sibi prospicere, uel rebus suis consulere. Terentius Heaut. 1. 1. 18,

Nullum remittis tempus, neq; te respicis. Ibid. 5. 1. 46. Cic. 2. de Fin. 127, Ne tum quidem te respicies, & cogitabis sibi quenq; natum esse & suis uoluptatibus?

Aetatem suam respicere, Prospicere ætati suæ. Terentius Phormion. 2. 3. 87.

Homo aptissimus ad iocandum, minimeq; respiciens patriam. Cic. 2. de Nat. deor. 65.

Summa imperij ad me respicit. id est, ad me spectat, ad me pertinet. Cæsar lib. 3. bel. Ciuil.

Respicere, Retrorsum aspicere, & in præteritum. Cic. pro Archia, Nam quoad longissimè potest mens mea respicere spacium præteriti temporis & pueritiæ memoriam recordari.

¶Respiciens, Particip. (ἀποβλέπων) Ouid. 1. Trist. eleg 3. 12,

Respiciens oculis pignora chara meis.

¶Respiciendus, Aliud participium (ἀποβλεπτέος) Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 8,

Quantum quisq; ferat, respiciendus erit.

¶Respectus, huius respectus, m. g. (ἀφόρασις) Respectio ipsa, & oculorum coniectus. Plautus,

Et me respectu terruit.

Respectus, id quod respicitur. Cic. 1. de Diuinat. 120, Fugientibus miserabilem respectum incendiorum fore. id est, Horrendum spectaculum.

Respectus (λόγος) Ratio qua ad aliquid agendum mouemur. Mart. lib. 11. 43,

Sit pudor, & tandem ueri respectus & æqui.

Cic. ad Brutum, Meus quidem animus in acie est, ne respectũ illum quærit, nisi me utilitas ciuitatis fortè conuerterit.

Respectum habere ad aliquem. Cic. 5. Philipp. 199, Itaq; quum respectum ad Senatum, & ad bonos non haberet. Liuius 2. ab Vrbe, 125, Sed factione, respectuq; rerum priuatarum quæ semper offecêre, officientiq; publicis consilijs, Appius uicit.

Abscindere rerum omnium respectum. Vide Abscindo.

Respectu mei. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 20.

Respectu cupiũt hîc tamẽ esse sui. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 20.

¶Respecto, respectas (ἀνανεύω πρὸς αἶνον) respectare, Frequentatiuum. Terent. Adelph. 2. 1. 3,

Quid respectas? nihil periculi est. Cic. pro Plancio, 35, Ne par ab his munus in sua petitione respectent.

Lumine obliquo respectare aliquem. Stat. 3. Thebaid. 76.

Siqua pios respectant numina. Virg. 1. Aen. 122.

¶Respectans, Participium (ἀναπαπταίνω) Lucret. lib. 6,

Funera respectans animam & mittebat ibidem, &c.

Respiro] respiras, pen. prod. (ἀναπνέω, ἀναψύχω, ἀμπνυμαι) respirare, Recipere anhelitum. Terent. Heaut. 2. 2. 12,

—ô Clitipho, Timeo c. respira. Plaut. Epid. 5. 21,

Mane, sine respirem quæso. P. imò acquiesce. B. animo malè est,

Recipiam anhelitum. Cic. pro Rosc. Amerino, 13, Quũ tot tantisq; negocijs distentus sit, ut respirare liberè non possit. Sic 1. de Finib. 83.

A re aliqua respirare. Quint. lib. 1. cap. 8. 8, Quum poeticis uoluptatibus aures à forensi asperitate respirent.

A metu respirare. Cic. pro Cluentio, 158.

Respirat ciuitas, quum in pristinum statum redit. Cic. Aulo Torquato, lib. 6. 2. 4, Si armis aut conditione positis, aut defatigatione abiectis aut uictoria detractis, ciuitas respirauerit, & dignitate tua frui tibi, & fortuna uti licebit.

Respirare & reddere animam. Cic. 2. de Nat. deor. 203.

Respirâro, si te uidero. Cic. ad Att. lib. 2. 39. 9.

Respiraui, liberatus sum. Cic. pro Milone, 36.

Respirat cupiditas. Cic. pro Quintio, 30.

Respiro, Efflo, aut emitto odorem aliquem. Stat. Sylu. 2. 16,

—inde malignum

Aera respirat pelago circunfluus Nesis.

¶Respiratio, Verbale (ἀνάπνοὴ) Cicero de Vniuersitate, 23, Neq; erant anima circunfusa extremã mundi, ut respirationem requireret.

Respiratio aquarum, pro euaporatione quam uocant. Cic. 2. de Nat. deor. 40.

Mora et respiratio in oratiõe. Cic. in Orat. 29, Distincta alios, & interpuncta interualla, moræ, respirationesq; delectant.

¶Respiratus, huius respiratus, pen. prod. (ἀνάπνευσις) Cic. 2. de Nat. deor. 205, In pulmonibus autem inest raritas quædam, & assimilis spongijs mollitudo, ad hauriendum spiritũ aptissima: qui tum se contrahunt aspirantes, tum in respiratu dilatant, ut frequenter ducatur cibus animalis, quo maximè aluntur animantes.

¶Respiramen, pen. prod. respiraminis, n. g. (ἀνάπνευμα) pro Halitu seu meatu spiritus. Ouid. 2. Metam. 166.

Vitalesq; uias, & respiramina clausit. Ibid. 12. 29.

Resplendeo] resplendes, resplendui (μαρμαίρω, γήθω) resplendere, Idem quod Splendere. Cicero 2. de Finibus 41, Adsint etiam formosi pueri qui ministrent, resplendeat ijs uestis, argentum, uel Corinthium orichalcum, locus ipse, ædificium.

Respondeo] respondes, respondi, responsum (ἀντωδυγέω, ἀποκίνομαι, ἀποσιμαίνω, ὑποκίνομαι, ὑπολαμβάνω, ἀμείβομαι) respondere, Notæ significationis. Terent. Adelph. 2, 1. 26, Respondẽ.

Nõ caninus surdis, respondent omnia syluæ. Virg. 10. eclog. 2.

Responde quod rogo. Plaut. Pseud. 15. 12.

Acutè respondere. Vide Acuo.

Benignè respondere. Horat. 1. epist. 7. 13.

Incautè respondere. Quintil. lib. 5. cap. 11. 22.

Memoriter respondere. Vide Memor.

Pariter & æqualiter respondere. Vide Pariter.

Paratissimè respondere. Vide Paratus in Paro.

Propalàm aliquid respondere. Tacit. lib. 12.

Pudicè respondere. Quintil. lib. 5. cap. 11. 23.

Respondere uarie. Celsus lib. 5. cap. 18.

Venustè respondere. Quintil. lib. 5. cap. 7. 21.

Corde sedato respondere. Virg. 12. Aeneid. 4.

Respondere ad. Cicero 7. Verr. 115, Quid ad hæc cogitas respondere.

Ad ea quæ quæsita sunt respondere. Cic. 1. Philipp. 1.

Ad uoluntatem dicuius respondere. Cæsar 4. bel. Gal. 482.
Ad rogatum respondere, siue ad interrogata. Cic. pro L. Flacco, 7. Liu. 3. ab Vrbe, 14. Cæsar 1. bel. Gall. 186, Arioui stus ad postulata Cæsaris pauca respondit.
Videat quid de illis respondeat, quos, &c. Cic. 3. Verr. 7.
Respondere aliquid in utranq; partem. Cic. 4. Acad. 187.
Respondit quòd. Cic. pro Rosc. Amer. 20, Aiunt hominem (ut erat furiosus) respondisse, quòd non totum telum corpore recepisset.
Respondere pro aliquo. Cic. de clar. Orat. 63, Vt etiã pro Bruto respondeam.
Respondere ius. Plin. epist. 101.
De iure respondere. Cic. de clar. Orat. 58.
Respondere criminibus. Matius ad Ciceronem, lib. 11. 28. 3.
Grauiter respondere contra inimici contumeliam. Cic. de Aruisp. Resp. 15.
Maledictis respondere. Terent. in Prologo Andr. 7.
Ad nomina respondere: Quod uulgò in iure dicitur Comparere. Liu. lib. 7.
Non respondere citatum: Est, ut nunc loquuntur in iure, Desistere. Cic. in Verrem, act. 3. Budæus.
Ad tempus respondere, uel ad diem debitor dicitur, qui in mora non est. Cic. ad Atticum, lib. 16. 332. 3, Quanquam enim reliqua satis apta sunt ad soluendum, tamen fit sæpe ut ij qui debent, respondeant ad tempus.
Respondere, Conuenire, quadrare, consentire, & parem esse. Virg. 1. Aeneid. 118.
—dictis respondent cætera matris.
Dextra dextris respondent. Cic. de Vniuers. 62.
Vt omnia omnibus, paribus paria respondeant. Cic. 1. de Nat. deorum, 70.
Conuenire & respondere. Cic. 3. de Finib. 12.
Ad normam respondere. Plin. lib. 36. cap. 22. 14, Structuram ad normã & libellam & ad perpendiculũ respondere oportet. id est, Componere & quadrare. Vitruuius lib. 7. cap. 3.
Ad illud respondet. Varro, Quarta chorda ad septimã respondet. id est, Conuenit cum septima.
Respondet frumentum ad pondus & mensuram. Seneca de Breuitate uitæ.
Respondet ad spem euentus: hoc est, Secundum expectationem accidit. Liu. 8. bel. Pun. 28.
Inuidiæ respondere. Ouid. 2. de Remed. amor. 1.
Fama respõsura suo labori. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 14.
Fructus non respondens labori. Ouid. 4. Fast. 129.
Laudibus respondere. Græcorum. Cic. 1. Tusc. 6. Brutus ad Ciceronem, 7. 3, Qui uestris paucorum respondeat laudibus. id est, Qui uestras æquet laudes.
Fauor non respondet meritis. Horat. 2. epist. 1. 2.
Tua uirtus opinioni hominum non respondet. Cicero Curioni, lib. 2. 4. 3.
Voto respondere. Plin. epist. 7, Nam ego quoq; simili nutu ac renutu respondere uoto tuo possum. id est, Facere quod desideras. Virg. Georg. 10.
Si bonitas tua respõderit iudicio meo. Cicero Attico, libro 14. 310. 1.
Neq; quicquam tam obscœnum dicere, cui nõ ab initio pueritiæ omni genere facinoris ætas tua respondeat. Cic. in Sallust. 1.
Amore, uel in amore respondere alicui, Amantem redamare. Cic. ad Trebonium, lib. 15. 21. 9. Idem ad Brutum, 1. 1.
In omnibus tuis rebus meis optatis fortuna respondit. Cic. Curio, lib. 2. 1. 5.
Par pari respondere. Plaut. Trucul. 19. 45. Vide Par.
Respondere patri, pro imitari mores patris, nec degenerare. Cic. 3. de Finib. 13. Budæus.

Nobilitati maiorum respondere. Quintil. lib. 3, cap. 7. 7.
Plenius & uberius respondere. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 17.
Respondere, Respicere, seu contrà positum esse. Virgilius 6. Aeneid. 5,
Contrà elata mari respondet Gnosia tellus Seruius.
Aedificare porticum quæ palatio respondeat. Cicero de Aruisp. respon. 46.
Respondere, pro Profectum habere & nõ fallere consilium & propositum medici. Celsius lib. 2. cap. 10, Id quod si in cura quoq; aquæ, quæ inter cutẽ est, ita respondet: quanto magis necesse est in sanguine respondeat? Alibi Cedere uocat. Bud.
Responsum est, Impersonale. Cic. 1. de Finib. 3, Quanquam plus sophiæ quidem uituperatoribus satis responsum est eo libro, quo à nobis philosophia defensa & collaudata est.
Responsu supinum, pro responsione, siue responso. Cic. pro Cluentio, 132, Quam leuia genere ipso, quam falsa re, quam breuia responsu.
¶Respondens, Participium (ἀποκρινόμενος) ut, Tympana respondentia. Stat. 2. Achill. 36.
¶Responso, responsas (ἀποκρίνομαι) responsare, Frequentatiuum. Plaut. Menæch. 14. 47,
Responsa aut loquere.
Responsare cupidinibus: id est, Resistere, repugnare, contradicere. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 7. Acron.
Gallina dura malum responsat palato: id est, Non sapit, nõ conuenit palato. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 4.
Fortunæ superbæ responsare. Horat. 1. epist. 1. 14.
¶Responsito, responsitas, pen. corr. (ἀνταποκρίνομαι) responsitare, aliud frequentatiuum à Responso, responsas. Gell. lib. 13. cap. 19, Consulentibus de iure publicè responsitauit. Cic. 1. de Legib. 20, Egóne? summos fuisse in ciuitate nostra uiros, qui id interpretari populo, & responsitare soliti sint.
¶Responsum, responsi (ἀπόκρισις, ἀπολόγημα) Ipsa responsio. Terent. in Prologo Phorm. 17,
Is sibi responsum hoc habeat. Idem in Prologo Eunu. 6,
—sciat Responsum, non dictum esse. Cic. Attico, lib. 7. 135. 9, Ex illius ad nostra responsis intelligentur.
Liberale responsum. Vide Liber adiectiuum.
Fida responsa. Virg. 2. Aeneid. 76.
Medium responsum. Vide Medius.
Torua responsa trucis Senatus. Silius lib. 11. 24.
Auferre responsum ab aliquo. Cic. 1. de Orat. 123.
Dare responsum. Cic. 6. Verr. 77.
Dare responsum petenti. Virg. 1. eclog. 9.
Elicere responsum. Quintil. lib. 5. cap. 7. 14.
Ferre responsum ab aliquo. Cic. 1. in Catil. 14.
Reddere responsum. Cic. pro Plancio.
Responsum, Oraculũ. Cic. 2. de Nat. deor. 14, Multa ex aruspicum responsis commemorare possum. Virg. 9. Aeneid. 27,
Si qua Phryges præ se iactant responsa deorum.
E responso. Tacit. lib. 13.
Perplexum responsum. Vide Perplexus.
Apollo animum delusit responso. Virgil. 6. Aeneid. 69.
Edere responsa. Tacit. lib. 2.
Diuũm responsis horrent regna Caspia. Virg. 6. Aeneid. 160.
Id dubijs responsa petunt. Virg. 6. Aeneid. 18.
Poscens responsa sacerdos. Silius lib. 1. 25.
Reddere responsa. Virg. 3. Georg. 99.
Responsa atq; decreta Iurisconsultorum Cic. pro Muræna, 27.
¶Responsus, huius responsis, masc. gen. (ἀνταπόκρισις) Conuenientia, consensusq;. Vitruuius lib. 1. cap. 2, Symmetria est ex ipsius operis membris conueniens consensus: ex partibusq; separatis, ad uniuersæ figuræ speciem, ratæ partis responsus. Idem lib. 3. cap. 1.

¶Respon-

¶Responsio, Verbale (ἀπολογία, ἀνταπόκρισις) Cic. pro Cornel. Bal. 29, Accusatoris interpretatio indigna responsione. Et in Piso. 4. 3, Responsione inimica.
¶Responsor, Aliud uerbale (ὑπηρέτης) Fideiussor, qui pro aliquo spondet. Horat. 1. epist. 17. 9,
Quo responsore, & quo causæ teste tenentur.
Respublica] Vide Res.
Respuo] respuis, respui, resputum, pen. prod. (ἀποπτύω) respuere, Repudiare, & quasi cum sputo per contemptum reijcere. Liu. 2. ab Vrbe, 177, Adeo propter suspicionem insitam regni, uelut abundarent omnia, munera eius in animis hominum respuebantur.
Aspernari & respuere aliquid. Cic. 3. de Orat. 55.
Respuere aliquid, & pro nihilo putare. Cic. pro Cecinna, 41.
Respuunt aliquid aures, per translationẽ. Quint. lib. 11. cap. 1.
Respuit hoc sapientissimi cuiusq; fides. Plin. lib. 28. cap. 2. 1. hoc est, Nemo sapiens id credit.
Respuere auribus hominem. Cic. in Pisonem, 36, Qui uos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur?
Conditionem respuere. Cæsar 1. bel. Gall. 176.
Consolationem respuere. Cic. 3. Tusc. 134.
Curam respuere. Claud. 8. Paneg. 32.
Imperium respuere. Colum. lib. 6. cap. 2. 8.
Interdictum respuere. Cic. ad Atticum, lib. 7. 144. 1.
Munera parua respuere. Tibul. lib. 4. ad Messalam, 1. 2.
Fœnos cum sanguine respuit equus. Stat. 8. Thebaid. 109.
Respuit hoc ferri ictum. Plin. lib. 7. cap. 15. 1. hoc est, Ferro non læditur. Lucret. lib. 3. 162.
Respuere secures dicitur lignum, quod securibus non potest findi. Plin. lib. 17. cap. 10. 12.
Tela omnia respuit. Lucan. lib. 3. 97.
Tergus respuens uulnus: hoc est, Quod nullo uulnere affici aut offendi potest, præ duritie. Plin. lib. 8. cap. 21. 3.
Humus respuet inuisum cadauer. Ouid. in Ibin, 34.
Respuere in aliquem tela, Spuendo reijcere. Seneca epist. 54.
Respuor] respueris, pen. corr. Pasiuum. Lucret. lib. 2. 78,
Præter lumen per cornua transit, at imber Respuitur.
¶Respuens (ἀποπτύων) Participium, siue Nomen ex participio. Gel. lib. 6. cap. 15, Communium uocum respuẽs minus; & fastidiens.
Restagno] restagnas (λιμνάζω, ὑπιπλύσομαι) restagnare, Redundare, aquam non continere. Colum. lib. 2. cap. 17. 3, Itaq; si palũ in aliqua parte subsidens restagnat, sulcis deriuanda est: quippe aquarum abundantia atq; penuria gramini bus æquè exitio est. Idem lib. 8. cap. 15. 2, Ora lacus ne corrumpantur uiolentia restagnantis undæ, quæ semper interfluere debet, opere signino consternuntur.
Flumina restagnant alto uallo. Lucan. lib. 4. 18.
Lacus restagnans uasto gurgite. Silius lib. 5. 1.
Mare restagnans. Ouid. 11. Metam. 73.
Palus restagnat. Silius lib. 8. 76.
¶Restagnatio, Verbale (λιμνασμὸς) Plin. lib. 11. cap. 37. 48, Ne restagnatio intempestiua alui obstrepat. Idem libro 6. cap. 28. 5.
Restauro] restauras (ἀποκαινόω) restaurare, Renouare, redintegrare. Iustinus lib. 21, Ita facta societate, & auxilijs Gallorum auctus bellum uelut ex integro restaurat. Tacit. lib. 3, At Pompeij theatrũ igne fortuito haustum Cæsar extructurum pollicitus est, eo quod nemo è familia restaurando sufficeret. Idem lib. 4, Et Segestani ædem Veneris montem apud Erycum uetustate delapsam restaurari postulauêre.
¶Restauratus, Participium: ut, Nauis restaurata, Vlpian. in l. quid tamen. §. in nauis. ff. quib. mod. usus fructus, &c.
¶Restauratio, Verbale. Iulianus in l. si maritus fundum. D. de fund. dotal. Si eundem fundum Titio reddiderit sine restauratione seruitutis.
Restibilis] et hoc restibile, pen. cor. Adiect. (ἀναλλακτος)
Restibilis ager. Festus, Restibilis ager fit, qui continuo biennio seritur ferreo spico, id est, aristato: quod ne fiat, solent qui prædia locant, excipere. Varr. 1. de Re rust. cap. 44. 2, Illud quoq; multum interest in rudi terra, an in ea seras, quæ quotannis obsita sit, quæ uocatur restibilis: an in uerua cto, quæ interdum requierit. Cato cap. 35, Hordeum, qui locum nouus erit, aut qui restibilis fieri poterit, serito.
Arbor restibilis. Plin. lib. 16. cap. 32. 1, Est in exemplis, & sine tempestate, ullaque causa alia quam prodigij, cecidisse multas, ac sua sponte resurrexisse. Factum hoc pop. Rom. Quiritibus ostentum Cimbricis bellis Nucerinæ in luco Iunonis, ulmo postquam etiam cacumen amputatum erat, quoniã in aram ipsam procumbebat, restituta sponte, ita ut protinus floreret. A quo deinde tempore maiestas pop. Roma. resurrexit, quæ antè uastata cladibus fuerat. Memoratur hoc idem factum & in Philippis, salice prociduæ atq; detruncata: & Stagiris in musæo populo alba. Omnia fausti ominis. Sed maxime mirum, Anitandri platanus etiam circumdolutis lateribus restibilis sponte facta, uitæq; reddita, longitudine quindecim cubitorum, crassitudine quatuor ulnarum. Ex his Plinij uerbis apparet uocem hanc, Restibilis ductum esse à uerbo Restituo.
Fœcunditas restibilis. Plin. lib. 28. cap. 19. 3.
Seges restibilis, Est quæ regerminat, quasi cuius fœcunditas in sequentem quoq; annum resistat. Varro 1. de Re rust. cap. 9. 5, Contrà in agro pingui, ut in Hetruria, licet uidere fructuosas segetes, ac restibiles, & arbores prolixas. Idem lib. 2. cap. 7. 9.
Vinea restibilis. Colum. lib. 3. cap. 11.
Vinetum restibile. Colum. lib. 3. cap. 18. id est, Quod singulis annis repastinatur.
Aruum restibile. Plin. lib. 18. cap. 17. 14.
Crassitudo restibilis. Plin. lib. 18. cap. 17. 14.
Restinguo] restinguis, restinxi, restinctum (ἀποσβεννύω) restinguere, Idem quod Extinguere. Plaut. Casina, 17. 16,
Ignem restinguunt aqua. Liu. 1. ab Vrbe, 172, Quum quidam familiarij aquam ad restinguendũ ferret, ab regina retentum, &c.
Ardere & Restinguere, contraria. Cic. 4. de Finib. 12.
Ignis in aquam coniectus continuò restinguitur & refrigeratur. Cic. pro Roscio Amerino, 9.
Faucibus ardentes restinxit lacte. Stat. 5. Sylu. 5. 4.
Flammam restinguere. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 13.
Flamma restinguitur. Lucret. lib. 4. 229.
Ignes restinguere fontibus. Virg. 2. Aeneid. 138.
Ignis uento restinguitur. Ouid. 2. de Remed. amor. 82.
Incendium restinguere. Cæsar 8. bel. Gal. 147.
Restinguere, per translationem. Cic. 1. de Finib. 69, Omnium cupiditatum ardore restincto.
Flammam restinguere. Cic. 7. Verr. 12.
Genus suum restinguere. Plaut. Trinum. 10. 50.
Improbitatem restinguere. Cic. 3. Verr. 108.
Incendium ruina restinguere. Vide Ruina, in Ruo.
Iracũdias restinguere & cupiditates. Cic. 2. de Nat. deor. 22. 2.
Sermones restinguere, siue rumores. Cic. Attico, lib 12. 268. 2.
Sitim restinguere. Cic. 2. de Finib. 14. Virg. eclog. 5. 10,
—sitim restinguere riuo.
Studia restinguere. Cic. in Orat. 3.
Restinguere incensum, Sedare, lenire. Terent. Phorm. 5. 8. 82.
Verba alicuius restinguere. Terent. Eunuch. 1. 1. 24.
¶Restinctus, Participium (ἀποσβεσθείς) ut, Restinctum bellum.

Cic. ad Brutum, lib. 11. 12. 2, Ex tuis literis, & ex Græcei ōratione, non modò nō reſtinctum bellum, ſed etiam inflammatum uidetur.

Reſtincta eſt ſeditio, inuentum eſt temperamentum. Cicero 3. de Legibus, 35.

Vapor reſtinctus omnis. Virg. 5. Aeneid. 140.

¶Reſtinctio, Verbale (ἀπόσβεσις) Cic. 2. de Finib. 15, Illa autem uoluptas ipſius reſtitutionis in motu eſt.

Reſtio] reſtis, reſtiui, reſtitum, reſtire, Eſt ad referendum, laborandum, colendūmue aptum eſſe. Colum. lib. 3. cap. 61, Nam & quæ reſtire incipiunt, tempeſtiuè leguntur: & quæ nondū maturitatē cœperūt uuæ, ſine diſpendio differuntur. Legitur in aliis exemplaribus, Et quæ matureſcere incipiūt.

Reſtipulor] pen. corr. reſtipularis (ἀντιπροτάσσω) reſtipulari, Dicitur is qui cum eo certat, à quo ſponſione eſt prouocatus. id eſt, Vicißim ſtipulari, & mutuam ſponſionem exigere. Valerius lib. 2, Nec dubitauit reſtipulari. Cic. pro Roſc. Comœdo, 22, Tua uox eſt Fanni: quid tu auferri petis à Flauio, ſi Flauius nihil debet? quid hic porrò nunc reſtipulatur, quod iam pridem ipſe exegit? quod uerò Flauius tibi daturus eſt? Budæus, Reſtipulari, pro ſtipulari, ſiue uicißim ſtipulari, uel poſt rem actam ſtipulari.

¶Reſtipulatio, reſtipulationis, Verbale (ἀντιπρότασις) Cic. pro Roſcio Comœdo, 22, Quid enim reſtipulatio clamat? Quod à Flauio abſtulero, partem dimidiam. Inde Roſcio me ſoluturum ſpondeo. Et paulo pòſt, Quis eſt huius reſtipulationis ſcriptor, teſtis? arbiter quis?

Reſtis] huius reſtis, ſœ. ge. (χοῖνιξ, πάλη) in accuſatiuo, reſtem uel reſtim, Ennis. Plaut. Perſa, 3. 3. 35, —reſtim tibi
Cape craſſam, ac ſuſpende te. Ibidem, 8. 11,
Cædēre hodie tu reſtibus. Apuleius, Reſtim, qua grabatulus erat intextus, aggredior expedire. Plin. lib. 17. cap. 10. 4, Eáq; intrita reſtem circumlini.

Ad reſtim mihi quidem res redijt planißimè. Terent. Phorm. 4. 4. 5, Hoc adagio ſumma rerum deſperatio ſignificatur. nam in hac ſolent quidam amentes ad laqueum confugere. Iuuenal. Satyr. 6. 4,
Ferre potes dominam ſaluis tot reſtibus ullam? Eraſmus. Alliorum connexa capita, reſtes apud Plinium dicuntur, libro 20. cap. 6.

In ſaltatione reſtim ducere dicuntur chori puerorum puellarumq; manus conſerti. Terent. Adelph. 4. 3. 34,
Tu inter eas reſtim ductans ſaltabis. Liu. lib. 17, Per manus reſte data, uirgine ſono uocis, pulſu pedum modulantes inceſſerunt.

¶Reſticulus, Diminutiuum. Vlpian. in l. ſi uerò. §. fin. ff. de ijs qui deiecerunt, Si amphora ex reſticulo ſuſpenſa decidiſſet, & damnum dediſſet. Aliàs legitur, Reticulo.

¶Reſticula, pen. corr. Diminutiuum (χοίνιον) Varro 1. de Re ruſt. cap. 41. 4, Tum enim reſticulas per ficus quas edimus, maturas perferunt, & eas quum inaruerint, complicant, ac quò uolunt, mittunt.

Reſtito] Vide Reſto.

Reſtituo] reſtituis, reſtitui, reſtitutum, pen. prod. (ἀνίστημι, ἀποκαθίστημι, ἐπανορθόω, ἐπιπαντάω, κτίνυω) reſtituere, ex Re & Statuo, ſtatuis, ſignificat Reddere. Terent. Andr. 4. 1. 57,
Reſtitue in quem me accepiſti locum. Idem Heaut. 3. 1. 83,
Somnum hercle ego hac nocte oculis non uidi meis,
Dum id quæro, tibi qui filium reſtituerem. Cæſar. 1. bel. Gall. 109, Ipſos, oppida, uicoſq; quos incenderant, reſtituere iuſſit.

Reſtituere ac reddere. Terent. Eunuch. 1. 2. 67.

Reſtituere aliquem, Venia proſequi. Curtius lib. 8.

Reſtituere ex toto. Celſ. lib. 8. cap. 20.

Reſtitui in bona paterna. Papinianus in l. ſi uno. §. ult. ff. loc. & cond.

Reſtituere, in ſtatum priſtinum reducere. Terent. Andr. 3. 5. 13,
Tu rem impeditam & perditam reſtituas? Idem Adelph. 1. 2. 40,
Fores effregit? reſtituentur.

Eijcere aliquem, & Reſtituere, contraria. Cic. pro Milone, 27.

In antiquum ſtatum reſtitui. Cic. 2. Verr. 8.

A' limine mortis reſtituere aliquem. Catul. ad Mallium, 63. 1.

Reſtituuntur propriè uolentes, authore Donato, cupientesq; ciuis patriæ. Caius de uerb. ſignif. l. plus eſt: Plus eſt, inquit, in reſtitutione quàm in exhibitione: nam exhibere, eſt præſentiam corporis præbere: Reſtituere uerò, eſt etiam poſſeſſorem facere, fructuſq; reddere.

Reſtituere (ἐπισκευάζειν) inſtaurare ac reficere. Cic. in Top. 8, Si ædes exeſæ corruerunt, uitiūmue fecerunt, quarum uſusfructus legatus eſt, hæres reſtituere non debet. Plinius epiſt. 240.

Aciem reſtituere. Liu. 5. ab Vrbe, 85.

Animum alicui reſtituere. Liu. 5. bel. Pun. 99.

Calliditatē ſuam ueterē reſtituere. Cic. pro Roſc. Amerino, 37.

Turbatas com is reſtituere. Ouid. 3. Faſt. 4.

Damnatum reſtituere. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 10. 5.

In priſtinam dignitatem reſtituere. Cic. pro Domo ſua, 67. Sic, Reſtituere in antiquum ſtatum. Cic. 2. Verr. 8.

Dies nulla poteſt igne extinctos reſtituere. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 6. 8.

Fraudata reſtituere. Cæſar 3. bel. Ciuil. 233, Quammaximas pecunias mutuati, perinde ac ſuis ſatisfacere, & fraudata reſtituere uellent.

In gaudium reſtituere. Plaut. Merc. 22. 44.

In gratiam reſtituere. Terent. Hecyra, 3. 1. 11,
Rem cognoſces, iram expedies, rurſum in gratiam reſtitues. Cicero de Prouincijs Conſul. 18, Hic me meus in Remp. animus priſtinus ac perrennis cum C. Cæſare reducit, reconciliat, reſtituit in gratiam.

In honorem Tribunitium reſtituere. Cæſar 1. bel. Ciuil. 284.

Horam reſtituere. Cic. pro Quintio, 48, Dicendum neceſſariò eſt, reſtituendæ horæ ad arbitrium noſtrum. Vetus codex legit, præſtituendæ. Vide Hora.

Imperium pop. Rom. reſtituere. Plin. lib. 7. cap. 26. 4.

In integrum reſtituere, Integrum facere, ut priùs, Inſtaurare, reparare. Cic. 7. Verr. 10, Hos ſolent exitus exitiales habere, ut damnati in integrum reſtituantur, uincti ſoluantur, exules reducantur. Terent. Phorm. 2. 4. 11,
—reſtitui in integrum, æquum eſt & bonum.

Ius reſtituere ereptum. Ouid. 1. Faſt. 125.

In locum antiquum gratiæ & honoris reſtituere. Cæſar 1. bel. Gallici, 12.

In locum reſtituere unde quis décidit. Cic. Att. lib. 2. 38. 1.

Nomen ſuum alicui reſtituere Cæſar. 2. bel. Gal. 142.

Veteri patientiæ aliquem reſtituere, Tacit. in uita Agricolæ.

In poſſeſſionem reſtituere. Cic. pro Cecinna, 55.

Prælium ſiue pugnam reſtituere. Liu. 6. ab Vrbe, 36. Ibidem, lib. 4. 165.

Rem reſtituere alicui. Cic. pro Roſc. Amerino, 67.

Reipublicæ reſtitui. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 79, Quum ſe maximū fructum cepiſſe dicerent ex libertate mea: meq; tum deniq; ſibi uiſum Reipub. qualis fuiſſem, reſtitutum. id eſt, Me fortē conſtantem eſſe in liberè loquendo pro Repub. defendēda, qualis ſcilicet fuiſſem ante exilium meum.

Sanitatem reſtituere, & ſanitati. Plin. lib. 20. cap. 6. 11. Ibid. 7.

Se reſtituere, ac reuiuiſcere. Varro 3. de Re ruſt. cap. 16. 26.

Reſtitui

Reſtitui ſibi dicuntur uina, quæ mutata fuerunt. Plin. libro 14. cap. 18. 2, Vina in apothecis Canis ortu mutantur quædam, poſteáq; reſtituuntur ſibi. Budæus.

Viſum reſtituere. Plin. lib. 11. cap. 37. 25.

¶Reſtituiri, pro Reſtitui. Iulian. lib. 23. D. de actio. empti.

¶Reſtituendus, Participiū (ἀποκατεστατός) Ouid. 4. de Ponto, eleg. 13. 8, Cæſaris imperio reſtituendus eris.

Lingua ſuppreſſa palato reſtituēda mero. Oui. 3. Triſ. eleg. 3. 5.

¶Reſtitutio, Verbale (ἀποκατάστασις) Cic. ad Atticum, lib. 4. 70. 3. Profectò hac reſtitutione fortunæ meipſe non ſatis dignum iudicabo.

Nemini eſt triumphus honorificentius, quàm mihi ſalus reſtitutioq; perſcripta. Cic. in Piſonem, 27.

¶Reſtitutor, pen. prod. Aliud uerbale. Cic. pro Milone, 30, P. Lentulus ultor ſceleris illius, propugnator Senatus, defenſor ueſtræ uoluntatis, patronus illius publici conſenſus, reſtitutor ſalutis meæ.

¶Reſtitutorius, Adiectiuum. Caius in l. qui proprio. §. item. ff. de procurator. Item quæritur, ſi iudicium acceperit defenſor, & actor in integrum reſtitutus ſit: an cogendus ſit reſtitutorium iudicium accipere.

Actio reſtitutoria. Vlpian. in l. quamuis pignori. §. Marcellus. ff. ad S. C. Velleianum.

Interdictum reſtitutorium. Vlpian. in l. ſtipulatio. ff. de non. oper. nunciat.

Reſto] reſtas, reſtiti, reſtitum, pen. corr. (ὑπολείπομαι) reſtare. Supereſſe, ſiue reliquum eſſe ſignificat: & uel perſonaliter, uel imperſonaliter ſumi uidetur.

Perſonaliter. Cic. pro Quintio, 17, Illud etiam reſtiterat quod heſterno die fecerunt, ut te in ius adducerent. Idem 3. Offic. 12, Qui è diuiſione tripertita duas partes abſoluerit, huic neceſſe eſt reſtare tertiam. Idem ad Brutū, 15. 8, Longa ſunt quæ reſtant.

De uiginti reſtabam ſolus. Ouid. 3. Metam. 136.

Duæ noctes reſtant de menſe ſecundo. Ouid. 2. Faſt. 172.

Reſtat reliquum. Terent. Hecyr. 4. 2. 11.

Reſtat ex. Cic. 2. de Inuent. 203, Quid etiam nobis ex eo genere reſtet, & quare reſtet, admonendum uidetur.

Reliqua pars eſt, & reſtat. Cic. pro Marcello, 16.

Hoc nunc reſtat. Terent. Heaut. 5. 5. 22, (35.
Reſtabat aliud nihil, niſi oculos paſcere. Terent. Phorm. 1. 2.

Nihil reſtat præter. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 17. 2, In Manilianō offendi Diphilum Diphilo tardiorem, ſed tamen nihil ei reſtabat præter balnearia, & ambulationem, & auiarium.

Vnum etiam reſtat amico noſtro ad omne dedecus, ut Domitio non ſubueniat. Cic. Attico, lib. 8. 151. 1.

Reſtat, Imperſonaliter. Terentius Hecyr. 3. 1. 20,
Quod quū ita eſſe inuenero, quid reſtat niſi porrò, &c.
Cicero 2. de Diuin. 106, Reſtat etiam de Chaldæis: ſed primum auſpicia uideamus.

Ire reſtat: id eſt, Via reſtat. Horat. 1. epiſt. 6. 6,
Ire tamen reſtat Numa quò peruenit, & Ancus.

Reſtat ut. Cic. 4. Acad. 11, Reſtat ut his reſpondeam qui ſermonibus eiuſmodi nolint perſonas tam graues alligari. Idē pro Quintio, 22.

Reſtat mihi: id eſt, Futurum eſt, manet me. Virg. 7. Aeneid. 55.
Hoc Latio reſtare canunt qui ſanguine noſtrum
Nomen in aſtra ferant.

Reſtare, Retrò ſtare, remanere, uel reſidere, ac immorari, uel remorari. Terent. Andr. 2. 6. 2,
Hic nunc me credit aliquam ſibi fallaciam
Portare, & ea me hic reſtitiſſe gratia. Idem Eunuch. 2. 3. 11,
Vtillū di deeáq; ſeniū perdāt, qui me hodie remoratus eſt:
Meq; adeò qui reſtiterim. Cic. pro Ligario, 3, Tertium eſt tempus, quo poſt aduentum Vari in Africa reſtitit. Item 3. Offic. 149, Ita incolumis in patria Regulus reſtitiſſet. Sic pro Muræna, 72.

Ratio nulla eſt reſtandi. Lucret. lib. 1. 22.

Reſtare, Reſiſtere. Terent. Heaut. 5. 3. 6,
In qua re nunc tam confidenter reſtas ſtultus? Cicer. 5. de Finibus, 129.

¶Reſtans, Participium (ἀπολαπόμενος) Silius lib. 10. 6,
Nunc in reſtantes mucronem cominus urget

Clauſtra reſtantia ſoluit. Silius lib. 7. 26.

Dona reſtantia flammis: id eſt, Quæ ex flammis reliqua fuerūt, & relicta incendio. Virg. 1. Aeneid. 137.

¶Reſtito, reſtitas, pen. corr. (ὑφίσταμαι) reſtitare, Frequentatiuum. Plaut. Capt. 9. 4,
—ita me miſerum
Reſtitando, retinendoq; laſſum reddiderunt. Terent. Eunuch. 4. 4. 1, Exi foras ſceleſte, at etiam reſtitas?
Fugitiue prodi.

Reſtringo] reſtringis, reſtrinxi, reſtrictum (κατασέλλω, περισέλλω, περισφίγγω) reſtringere, Retrò ſtringere, ſiue Valde ſtringere. Plaut. Capt. 8. 26,
Saltem ſi non arriderent, dentes ut reſtringerent. Plin. epiſt. 105, Nam ſumptus Candidatorum fœdos illos & infames, ambitus lege reſtrinxit.

Reſtrinxit Bellona faces. Stat. 21. Thebaid. 83.

Sed exortus reſtrinxit ſtellas. Lucret. lib. 2. 212.

Reſtringere ad, pro Aſtringere. Plin. epiſt. 8, Nam quū omnes homines ad cuſtodiam pecuniæ natura reſtrinxerit.

Reſtringere, Soluere. Apuleius, Iumentum reſtrinxit, abireq; ſtabulo liberum ſiuit, quod ſtabularius inuentum mox domum reducit.

Reſtringere, Rurſus ſtringere. Apuleius, Et duplici, ne ſolui ſacilè queat, reſtringit.

Reſtringit nauſeam hæc herba: hoc eſt, Reprimit, coercet, facit ad uel contra nauſeam. Plin. lib. 8. cap. 27. 3. Ex uetuſto codice legendum, reſtinguit.

¶Reſtrictus (περισταλθείς) Participium, ſiue Nomen ex participio.

Lacertis reſtrictis ſenſit lora. Horat. 3. Carm. ode 5. 7.

Membra catena reſtrictus. Catul. Argon. 59. 59.

Imperium reſtrictum. Tacit. lib. 15, Idq; pluribus probabatur, qui in tanta uitiorum dulcedine ſummum imperium non reſtrictum, nec perſeuerum uolunt.

Reſtrictus, pro Auaro & parco, per translationem: quoniam qui auari ſunt, pecuniam ita ſtringunt, ut nihil prodigant aut profundant. Cic. ad Appium Pulchrum, lib. 3. 8. 32, Quū & naturā ſemper ad largiendum ex alieno fuerim reſtrictior. Idem 2. Offic. 90.

Reſtrictus & tenax. Cic. pro Plancio, 44.

¶Reſtrictè, Aduerbium (περιστατικῶς, φειδωλῶς) Parcè: cui opponitur Pleniſſimè. Plin. epiſt. 103. lib. 5, ad Capitonem, Quamuis illud pleniſſimè, hoc reſtrictiſſimè feceris. Cicero de Amicitia, 52. Ditior mihi & affluentior uidetur eſſe uera amicitia, nec obſeruare reſtrictè, ne plus reddat quàm acceperit.

Reſtrictè præfinire. Cic. 2. de Legib. 73.

Parcè & reſtrictè. Cic. 2. de Finib. 70.

¶Reſtrictim, Aliud Aduerbium. Idem (κατασταλτικῶς) Afranius, Ea quæ fermè ſedere melius conſultoribus, quàm reſtrictim cogitata, atq; omnibus rationibus.

¶Reſtrictiſſimè, Aliud item aduerbiū. Plin. Iunior lib. 5. epiſt. 103, Tum ſi laudaueris, parcius, ſi culpaueris, nimius fuiſſe dicaris, quamuis illud pleniſſimè, hoc reſtrictiſſimè feceris.

Reſulto] reſultas, reſultare. Vide Reſilio.

Resumo] resumis, pen. prod. resumpsi, resumptum (ἀναλαμβάνω) resumere, iterum sumere. Plin. epist. 78. d, Vereor enim ne si hanc intentionem iam in finem laxauero, aegrè resumam. Idem lib. 2. epist. 18, Nam beneficio tuo in scholam redeo, & illam dulcissimam aetatem quasi resumo. Idem in Paneg. 132, Hic Consularibus curis exolutus, principales resumpsit.

Ponere & Resumere, opposita. Ouid. 9. Metam. 106,

Inq; uicem sumptas ponit, positasq; resumit.

Genitus resumere. Stat. 6. Thebaid. 3.

Tela resumere. Ouid. 2. Amor. eleg. 1. 5.

Vires resumere. Ouid. 9. Metam. 12.

Resuo] resuis, resui, resutum, pen. prod. (ἀναῤῥάπτω) resuere, iterum suere, Aliquando contrarium significat suo simplici: ut apud Suetonium de Augusto, cap. 94, Sumenti uirilem togam, tunica laticlaui resuta ex utraque parte, ad pedes decidit.

Resupino] resupinas, pen. prod. (ὑπτιάζω, ἀναβάλλω) resupinare, Inuertere, supinum aliquid deuoluere. Terentius Phorm. 5. 6. 23,

Ponè apprehendit pallio, resupinat: respicio: rogo
Quamobrem retineat me. Plin. lib. 24. cap. 17. 6, Hac admota, leones resupinari cū hiatu laxo. Liu. 4. ab Vrbe, 83.

Valuas resupinare. Propert. lib. 4. eleg. 9. 5.

Resupinare collum. Plin. lib. 10. cap. 34.

Resupinare, Peruertere. Iuuen. Satyr. 3. 12,

—aulam resupinat amici.

Resupinare, A' proposito seu incœpto reuocare, differre, Accius, Quid agis? perturbas rem omnem, ac resupinas foràrori. Nonius.

¶Resupinatus, pen. prod. Participium (ἀναβιβαστός) Iuuen. Satyr. 8, 18, Et resupinati cessantia tympana Galli.

¶Resupinus, pen. prod. Adiectiuū (ὕπτιος) Qui uentre in altum conuersō est, facie in cœlum uersa. Plin. lib. 7. cap. 2. 14, Eosdemq; sciopodas uocari, quòd in maiore æstu humi iacentes resupini, umbra se pedum protegant. Ouid. epist. 15. 52,

Et modò cantabam ueteres resupinus amores. Martial. lib. 9. 46, Quæq; tulit spectat resupino sydere ultu. Cic. de Diuin. 86.

Iacuit resupinus humo. Ouid. 4. Metam. 225.

Hæret curru resupinus inani. Virg. 1. Aeneid. 96.

Corpora resupina. Ouid. 2. Metam. 54.

Resupinus, pro molli & effœminato. Quintil. lib. 5. cap. 12, Quapropter eloquentiā licet hanc libidinosam resupinaq; uoluptate auditoria probent, nullam esse existimabo quæ ne minimum quidem in se indicium masculini & incorrupti, ne dicam grauis & sancti uiri, ostendet.

Resupinus in ungues: hoc est, resupinus dū est, ungues habens in cælum conuersos. Mart. lib. 12. 74.

Resurgo] resurgis, resurrexi, resurrectum (ἐγείρομαι) resurgere, Rursum surgere.

Victa tamen uinces, euersaq; Troia resurgere. Ouid. 1. Fast. 6.

Resurgere dicitur herba, uel arbor, quæ iterum crescit. Plin. lib. 13. cap. 9. 4, Sed præcipua utilitas, quòd cæsa anno tertio resurgit. De Spina Aegyptia. Vide Restibilis arbor in Restibilis. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 2.

Amor resurgens. Virg. 4. Aeneid. 107.

Resurrexit maiestas. Plin. lib. 16. cap. 32. 1.

Resurgunt res Romæ contra spē. Liu. 4. bel. Pun. 203.

Resuscito] resuscitas, pen. corr. (ἐγείρω) resuscitare. Iterum suscitare. Ouid. 8. Metam. 95,

—positamq; resuscitat iram.

Prior obligatio nouo pacto resuscitatur. Paulus in l. si unus ex. §. sed si pactum. ff. de pactis.

Retæ] arbores antiquis dicebantur, quæ ex ripis fluminū eminerent, aut in alueis eorum extarent. Appellatæ autem sunt hoc nomine à retibus, quod prætereuntes naues impedirent, & quasi irretirent. Inde Verbum

¶Reto, retas, retare: ut, Retare flumina, pro Purgare. Hinc retandus, da, dū: in Veteri edicto apud Gellium lib. 11. cap. 17.

Retalio] as, are: pro Talionem, siue par referre, apud Iureconsultos non raro usurpatum. Talio (inquit interpres ueterum iuris Spiegelius) pœnæ genus est ex duodecim tabulis, quo damnum illatum simili damno pensabatur: uelut si oculus eruatur ei, qui alteri oculum effoderit. Vnde Retaliare dicimus, quum per pari refertur.

Retardo] retardas (ἐπέχω, ἀναβάλλω) retardare, Remorari, retinere. Cic. de Senect. 53, Agro bene culto nil potest esse nec usu uberius, nec specie ornatius, ad quem fruendum nō modò se non retardat, uerumetiam inuitat, atq; allectat senectus. Plin. epist. 123, Sed quid imprudens, quem reuocare conor, retardo? Cicer. Attico, lib. 1. 15. 8, Sed mihi, crede, si mulatq; hoc nostrum legerunt, nescio quo pacto retardantur. Sic 2. de Nat. deor. 75.

In uia aliquem retardare. Cic. 10. Philipp. 276.

Flumina obiecta retardant equos. Virg. 3. Georg. 51.

Retinere ac retardare. Colum. lib. 2. cap. 2. 22.

Incitari & Retardari, contraria. Cic. 2. de Nat. deor. 148.

Retardare animum alicuius. Cic. 3. Verr. 11.

Celeritatem retardare. Cic. pro lege Manil. 15.

Impedire ac retardare impetum. Cic. pro lege Manil. 8.

Iter retardare. Ouid. 3. Trist. eleg. 9. 7.

Loquacitatem retardare. Cic. in Vatinium, 1.

Menses retardare mulierum. Plin. lib. 21. cap. 21. 5.

Sed uereor ne nunc mea te fortuna retardet. Ouidius 3. Trist. eleg. 7. 5.

¶Retardatus, pen. prod. Participium (ἀναβιβαστός) Sueton. in Othone, cap. 8, Et primo egressu inundationibus Tyberis retardatus. Idem in Galba, cap. 20, In auxilium aduocati uenta retardata arte. Claud. 1. in Eutropium, 69. (dari.

¶Retardatio (ὑποχή, ἀναβολή) Verbale. Cic. 5. Philipp. 186, Vnde est adhuc bellum, nisi retardatione & mora?

Retaxo] retaxas (ἀντεγκαλέω) retaxare. Sueton. in Vespasiano, cap. 13, Lucinium Mutianum notæ impudicitiæ, sed meritorum fiducia minus sui reuerentem, nūquam nisi clam & hactenus retaxare sustinuit, ut apud communem aliquem amicum querens, adderet clausulæ, Ego tamen uir sum. Retaxare, est eum à quo fueris taxatus, suorum uitiorum admouere, & uicissim reprehendere.

Rete] retis, neut. gen. (δίκτυον, πλέγμα, ἀμφίβληστρον) Quo pisces capiuntur. Plaut. Rud. 22. 7,

—neq; piscium ullam unciam pondo hodie
Cepi, nisi hoc quod nunc fero in rete. Cic. 2. de Nat. deor. 184, Vt in araneolis, aliæ quasi rete texunt: ut si quid inhæserint conficiant: aliæ ex inopinato obseruant, &c.

Rete, à rapio, uel à raritate dicitur, ut ait Varro.

Retis iactus. Vide Iacio.

Fallentia retia. Ouid. 2. de Arte, 38.

Rara retia. Virg. 4. Aeneid. 26.

Exire retibus. Lucret. lib. 4. 231.

Retia dolum meditantur ceruis. Virg. eclog. 5. 12.

Ponere retia ceruis. Virg. 1. Georg. 62.

Seruare retia. Virg. 3. eclog. 15.

Tendere retia ceruis. Ouid. 1. de Arte, 9.

Distincta maculis retia tendere. Ouid. epist. 5. 4.

Retis, in masculino & fœminino genere quidam probant ex Plauto in Rud. 23. 5, Non uides me referre uuidum retem, sine

sine squammoso pecu? Vbi in nostris exemplaribus nunc legitur, unidum rete, neutro genere. Varro 3. de Re rust. ca. 5. 12, Intra retem aues sunt omne genus, maximè cantrices: ut lusciniolæ, ac merulæ, quibus aqua ministratur per canaliculam, cibus obijcitur sub retem.

¶Retia, retiæ (πλέγμα) antiquum, pro eodem, ut nonnullis placet. Plaut. Rud. 21. 9,

Iam nunc & operam ludos facit, & retiam.
Vt tempestas est nunc, legitur retia, neutro genere.

¶Reticulū, reticuli, penult. correp. neut. gen. Diminutiuum. (πλεγμάτιον) Plin. lib. 31. cap. 6. 13, Item, demissæ reticulis in mari concauæ è cera pilæ, uel uasa inania obturata, dulcem intra se colligunt humorem.

Reticulum (κιτρύφαλος) Genus retis quod in orbem spargitur: unde aliquando capitur pro muliebri fascia, quæ capillos continet. Iuuen. Satyr. 2. 10, Reticulumq; comis auratum ingentibus implet.

Reticulum, Fascia quædam lanea, uel linea ad formam retis facta quam faciei admouemus ne agnoscamur, uel ut naribus suaues odores admoueamus. Cic. 7. Verr. 22, Ipse autem coronam habebat unam in capite, alteram in collo: reticulumq; ad nares sibi apponebat tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ.

Reticulum iunceum uel lineum. Colum. lib. 12. cap. 51. 2.

Reticulum, instrumentū lusorium, quo pilam accipimus & remittimus. Ouid. 3. de Arte, 73,

Reticulosq; pilæ læues fundantur aperto.

Reticuli è neruis, pro Cancellis. Varr. 3. de Re rust. cap. 5. 11, Inter columnas exteriores, pro pariete reticuli è neruis sunt, ut perspici in sylua possit, et quæ ibi sint, neq; auis ea trāsire.

Reticulum, Sacculus in modum retis, quo uiatores pecuniā & panem gestant. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 9,

Non tuus hoc capiet uenter plus quàm meus, ut si
Reticulum panis uenales inter, onusto
Forte uehas humero, nihilo plus accipias, quàm, &c. ubi Acron, Reticulum, rete quo in urbe panis inter uenales seruos portari solet. Iuuen. Satyr. 12. 6.

¶Retiaculum, retiaculi, pen. corr. (πλεγμάτιον) Antiquum diminutiuum à Retia, ut nonnullis placet. Plaut. Asin. 3. 87,

Iubeas una opera me piscari in aere.
Venari autem retiaculo apros in medio mari. Quidam legunt, iaculo.

¶Reticulus, pen. corr. masc. gen. (πλεγμάτιον) Plin. lib. 12. cap. 14. 7, At hercule Alexandriæ ubi thura interpollantur, nulla satis custodit diligentia officinas. Subligaria signantur opifici. Persona adijcitur capiti, densissime reticulus: nudi emittuntur.

¶Reticulatus, pen. prod. Adiectiuum (δικτυωτός) Quod factum est in modum retis. Plin. lib. 36. cap. 22. 14, Dictyotheton uocant reticulatam structuram, quam frequentissimè Romæ struunt, rimis opportunam.

Fenestræ reticulatæ, Reticulis obiectis munitæ. Varro 3. de Re rust. cap. 7. 3.

¶Retiarius, retiarij (δικτυοφόρος) Qui rete immittit. Nā cōpositi gladiatores per paria, diuersa nomina sortiebantur. Nam alter dicebatur retiarius, quòd rete iaceret: alter secuntor, perinde ac retiarum fugiens, uel fugam simulans, sequeretur. Quintil. lib. 6. cap. 3. 42, Et Pedo de Mirmillone, qui retiarium consequebatur, nec feriebat. Viuum, inquit, capere uult.

Contra retiarium ferula. Martialis in Præfatione libri secundi, Deniq; uideas an te delectet contra retiarium ferula. Id est, an id faciendum tibi putes quod nemo non damnet atq; exhibilet. Domitius Calderinus interpres admonet subesse prouerbium, dici solitum in eos qui infirmo præsidio contra maximè instructum pugnarent. Quanquam idem paulo pòst aliò dilabitur, nempe huc, gladiatores olim si minus placuissent ferula cæsos eijci solere. Erasmus.

Retego] retegis, pen. cor. retexi, retectū (ἀποκαλύπτω, ἀναπτύσσω) retegere, Nudare, aperire. Virg. 1. Aeneid. 72,

—cæcūq; domus scelus omne retexit. Iuuen. Satyr. 6. 28,
Si tibi zelotype retegantur scrinia mœchæ.

Animi commenta retegere. Ouid. 13. Metam. 8.

Consilium retegere. Horat. 3. Carm. ode 21. 4.

Dies clara retexit damna Pharsalica. Lucan. lib. 7. 100.

Lucifer retegens diem. Ouid. 8. Metam. 1.

Insidias retegere. Claud. 2. Paneg. 43.

Orbem retexit Titan radijs. Virg. 4. Aeneid. 24.

Pectus retegere. Ouid. 13. Metam. 92.

Syluas ferro retegere. Stat. 3. Thebaid. 35.

Vultus retegit scisso uel amine. Lucan. lib. 8. 130.

¶Retectus, Participium (ἀναπεπταμένος) ut,

Res luce retectæ. Virg. 9. Aeneid. 93.

Retendo] retendis, retendi, retensum uel retentum (ἀνεῖναι) retendere, Laxare, contrariam habet significationem suo simplici. Ouid. 2. Metam. 84,

Exuit hic humero pharetram, lentosq; retendit.
Arcus. Ibidem, lib. 3. 34,
—Nympharum tradidit uni
Armigeræ iaculum, pharetramq; arcusq; retentos.

Retento] retentas (ἀναπειράω) retentare, Ex Tento compositum, iterum tentare. Ouid. 1. Metam. 159,

—timidè uerba intermissa retentat. Id est, iterum tentat proferre. Idem epist. 10. 3,

Nullus erat, referoq; manus, iterumq; retento.

Studium retentare. Intermissa studia repetere. Ouid. 5. Trist. eleg. 13. 11.

Viam lethi sine fine retentat. Ouid. 11. Metam. ad finem.

Preces retentatæ. Ouid. 14. Metam. 76.

Retento, Frequentatiuum à Retineo. Vide loco suo.

Retexo] retexis, retexui, retextum (ἀναῤῥάπτω, ἀναπλέκω) retexere. Quod textum erat, non textum reddere.

Telas intertextas retexere. Stat. 3. Sylu. 5. 6.

Tela retexta dolo nocturno. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 6.

Penelopes telam retexere. Vide Penelope.

Properata fata retexere. Ouid. 10. Metam. 7.

Retexere, Per translationem. Cic. 2. de Orat. 86, Et ad extremum, ipsi se compungunt suis acuminibus, & multa quærendo reperiunt non modò ea quæ iam non possint ipsi dissoluere, sed etiā quibus antè exorsa, uel potius detexta prope retexantur.

Idem ordo retexitur. Ouid. 15. Metam. 50.

Plenum orbem Luna quater retexit. Ouid. 7. Metam. 108.

Noxas retexere. Stat. 9. Thebaid. 30.

Retexere orationem, pro In contrariū mutare, expolire emendare, uel potius rursus texere, & ordiri, quasi aliam telam. Cic. 2. Philipp. 52, Itaq; iam retexo orationem illam: scribā ad illos, ut si qui fortè, quod à te mihi obiectum est, quærent sit' ne uerum. Id est, quod negabam cōfiteor. Idem ad Brutū, libro 11. 14. 5, Noui timores retexunt superiora. Idem 5. de Finibus. 144.

Scriptorum quæq; retexens. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 1.

Seipsum retexere. Mattius ad Ciceronem, libro 1. 28. 13, An quod adolescens præstiti, quum etiam errare cum excusatione posssem, id nunc ætate præcipitata commutem, ac me ipse retexam?

Retexere, pro Dissoluere, reuocare, irritū facere. Cic. 4. Verr. 45, Omnia erant Metelli eiusmodi, ut totam suam Prætura retexere

retexere uideretur, Suprà dixerat, Vt omnes iſtius iniurias quas poſſet, retexeret. Budæus.

¶Retexi (ἀναπλάσω) reſolui. Lucret. lib. 1,
Hæc neq; diſſolui plagis extrinſecus icta
Poſſunt: nec porrò penitus penetrata retexi.

Retiarius, Reticulum, Reticulus, Retis] Vide Rete.

Reticeo] retices, pen. corr. reticui (ἀποσιωπάω, ἐχεμυθέω) reticere, A loquendo abſtinere, & propriè de ijs dicitur quæ dolorem ſiue ſolicitudinem afferunt. Terent. Heaut. 1.1.33,
Ne lachryma: atq; iſtuc quicquid eſt, fac me ut ſciam.
Ne retice. Cic. 2. de Legib. 67, Quoniam mihi ſermo eſt apud deos, nihil reticebo.

Nihil nec temerè dicere, nec aſtutè reticere debeo. Cicero Qu. fratri, lib. 1. 2. 4.

Non poſſum reticere. Catul. ad Mallium, 63. 9.

Pate facere & Reticere, contraria. Cic. ad Senatũ, lib. 14. 2. 15.

Negare & reticere. Cic. 3. Verr. 63.

Celare & reticere. Cic. 3. Offic. 73.

Reticere de. Cic. 3. Verr. 98, Tamen de Chelidone reticuit, quo ad ſibi tuti: aliò reſponſionem ſuam deriuauit.

Dolores reticere. Propert. lib. 1. eleg. 10: 3.

Multa reticenda lingua modeſta. Ouid. epiſt. 18. 13.

Arteriæ reticendo acqueſcunt. Author ad Herennĩ, lib. 3. 113.

Crimina reticenda deorum. Stat. 1. Thebaid. 46.

¶Reticentia, reticentiæ (ἐχεμυθία, ἀποσιώπησις) Eſt quum id non dicitur quod dici debuit, ut uitium ædium, uel rei uenalis. Cic. 3. Offic. 84, A iureconſultis etiam reticentiæ pœna conſtituta eſt. Idem 3. de Orat. 114. Plaut. Merc. 2. 2. 52,
Die, enecas me miſerũ tua reticẽtia. Cic. 14. Philip. 406.

Retina] æ, Eſt in oculis pellicula pertenuis, quam araneam dicunt, quæ in duas diuiditur partes, anterior aranea nominatur: poſterior retina, Cælius Rhodiginus lib. lection. antiq. 16. cap. 1.

Retineo] retines, pen. corr. retinui, retentum (κατέχω, ἐφίστημι, κατέχω, ἀναλαμβάνω) retinere, Remorari, quod & Detinere dicitur. Terent. Phorm. 1. 3. 23,
Cui de integro eſt poteſtas etiam conſulendi quid uelis,
Retinere, amare, amittere.

Aliquem retinere, Remorari. Cic. Attic. lib. 13. 27. 2. 2.

Euntem retinere. Ouid. epiſt. 17. 20.

Firmis uinclis retinere. Ouid. 1. de Remed. amor. 43.

Saucius arrepto piſcis retinetur ab hamo. Ouid. 1. de Arte, 79.

Ab alienare & Retinere, contraria. Vide Abalieno.

Retinere, Facere, uel aliquem retrahere ne cadat. Plaut. Curcul. 7. 31,
—retine, retine me obſecro.
PH. Vide ut expalluit? Terent. Heaut. 2. 4. 23,
—ah retine me obſecro.

Retinere dicitur qui aduerſum aliquem tenet, inquit Donatus. Terent. Adelph. 1. 1. 33,
Pudore & liberalitate liberos
Retinere ſatius eſſe credo, quàm metu. Plin. epiſt. 248,
Et in publicis officijs retinere damnatos, non ſatis honeſtum putabam.

Retinere, pro Tenere etiam accipitur. Cic. 6. Verr. 66, Sagittæ ponebant ab humero, ſiniſtra manu retinebat arcum.

Retinere maieſtatem, uel ius ſuum, pro Conſeruare (διαφυλάττειν) Cicer. in Orat. 55, Ius omne retinendæ maieſtatis, Rabirij cauſa continebatur: ergo in omni genere amplificationis exarſimus. Idem de Senect. 33, Ita enim ſenectus honeſta eſt, ſi ſe ipſa defendit, ſi ius ſuum retinet, ſi nemini mancipata eſt.

Amicos retinere. Cic. pro Quintio, 40, Id egit ut amicos obſeruantia, rem parſimonia retineret.

Amore patriæ retineri. Ouid. 1. Triſt. eleg. 3. 10.

Animo ſtudia retinere. Cic. 1. Tuſc. 1, Retuli me Brute te hortãte maximè ad ea ſtudia, quæ retenta animo, remiſſa temporibus, longo interuallo intermiſſa reuocaui.

Charitatem retinere in aliquem. Cic. de Amicit. 61.

Aures retinent commiſſa. Horat. 1. epiſt. 19. 14.

Cuſtodijs retineri atq; ſeruari. Cic. 5. Verr. 49.

Natiuum retinent inuiolata decus. Ouid. de Nuce, 11.

Dignitatem in Rep. retinere. Cic. ad Atticum, lib. 1. 8. 4.

Exiſtimationem retinere. Cic. pro Cluentio, 115.

Fidem retinere in amicitia, Fidelem eſſe. Cic. de Amicitia, 74.

In fide retinere animos ſociorum. Liu. 5. bel. Pun. 227.

Gaudia retinere. Ouid. 12. Metam. 57.

Gemitus non retinere. Ouid. 4. Faſt. 93.

Gratiam alicuius retinere. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 7. 10. Idẽ ad Attic. lib. 1. 1. 10, Vides enim in quo curſu ſumus, & quàm omnes gratias non modò retinendas, uerumetiam acquirendas putemus.

Graultateni retinere. Cic. 1. Offic. 191.

Humanitatem retinere. Cic. 3. Verr. 44.

Inuidiam ſuã apud improbos retinere. Cic. Attico, lib. 2. 34. 7.

Iudicem retinere aliquem. Cic. 2. Verr. 20.

Iudicium ſuum retinere. Cic. 2. de Finibus, 74, Id eſt, in ſuo iudicio perſeuerare.

Ius retinere. Cæſar. 1. belli Ciuil. 17.

Iuſtitiam retinere. Cic. 1. de Inuent. 4.

Labores retinere. Ouid. 13. Metam. 173.

Lacrymas retinere. Ouid. 1. Metam. 130.

Manus retinere. Ouid. 6. Metam. 7.

Memoriam gratiſſimã alicuius reitinẽre. Cic. 3. de Legib. 42.

Memoria retinere. Cicero pro Roſcio Amerino, 19, Neq; plura tamen dici poſſunt quàm populus Roman. memoria retinet.

Non facilè eſuriens poſita retinebere menſa. Ouidius 2. de Remed. amor. 47.

Modum ludendi retinere. Cic. 1. Offic. 146.

Morbo retineri. Liu. 4. bel. Maced. 47.

Morem retinere. Cic. 2. de Finib. 3.

Nummos & ſimilia retinere. Cic. 5. Verr. 145, Quos de publico nummos acceperat, retinuit omnes?

Officiũ retinere, pro In officio manere. Cic. pro Cluentio, 105, Neq; enim hoc homine ſanctior, neq; probior, neq; in omnibus officijs retinendis diligentior eſſe quiſquam poteſt.

In officio retinere. Cic. pro Roſcio Amer. 42.

Pacem retinere. Cic. ad Atticum, lib. 8. 59. 8.

Pilam retinere. Cic. in Piſonem, 54. Vide Pila.

In poſſeßione retinere. Cicer. 2. Offic. 96, Quam quidem ante hanc confuſionem temporum in poſſeßione ſua principes retinuerunt. Idem ad Atticum, lib. 1. 14. 5.

Religiones deorũ retinere. Cic. 5. Verr. 5. Ibidem, 2. 38, Obſeruant quemadmodum ſe unuſquiſq; noſtrum gerat in retinenda religione conſeruandiſq; legibus.

Se retinere. Cic. 1. de Legib. 77.

In ſermone longo aliquem retinere, Occupare longo ſermone & detinere. Cic. ad Atticum, lib. 4. 8. 5. 5.

Spem retinere. Tacit. lib. 19.

Tempeſtatibus retineri. Cic. ad Atticum, lib. 11. 22. 4. 5.

Veritatem retinere. Cic. pro Quintio, 50.

Virtute retineri in uita. Cic. 3. de Finib. 93.

Virtutem retinere. Caßius ad Ciceronem, lib. 15. 19. 5, Itaq; & Panſa qui ἡδονὴν ſequitur, uirtutem retinet.

Vitam retinere. Cic. 5. Verr. 68.

Vi aliquem retinere, aut metu. Cic. 4. Verr. 9.

Hæc utilitatem & gratiam retinent. Plin. epiſt. 8. 6.

¶Retinens, penult. corr. retinentis (κατέχων) Participium, ſiue nomen ex participio.

Dignitatis

Dignitatis retinens. Cic. ad Quint. fratrem. lib. 1. 2. 19. Gellius libro 10. cap. 20, Saluſtius quoq; proprietatum uerbis retinentiſſimus.

Vento retinente morari. Ouid. epiſt. 13. 1.

Membra retinentia aliquid animæ. Ouid. 6. Metam. 129.

Modeſtiæ retinens. Tacit. lib. 5.

¶Retinendus, Participium (κατεπτέον) ut,

Cura retinendæ puellæ. Ouid. 2. de Arte, 59.

¶Retentus, Aliud Participium (κατωχυδείς) Hoc eſt, detentus, remoratus. Martial. lib. 1. 130,
Expectare iube, uelocius ibo retentus. Cic. 1. Verr. 16, Potamonem ſcribam & familiarem tuum retentum eſſe à Verre in prouincia, quàm tu decederes. Lucret. lib. 2. 246.

Equi fruſtra retẽti, dominũ trahũt per ſaxa. Ouid. 6. Faſt. 149.

Lingua retenta metu. Ouid. epiſt. 11. 17.

Verba dolore retenta. Ouid. 10. Metam. 94.

Hoc retento, reliqua uoluntas authoritati aut gratiæ traditur. Cic. 3. de Legib. 56.

¶Retentio, Verbale (κατοχωσις) Cic. ad Atticum, lib. 13. 27. 3, Semperq; Carneades προβολὴν pugillis, & retentionem auriculæ ſimilem facit κατοχὴν. Idem 4. Acad. 139.

¶Retinentia, retinentiæ, Tenacitas, & memoria. Nomen Lucretianum, & alijs quòd ſciam, inuſitatum: quod ſignificat, inquit Lambinus, εὐμνησίαν, ſiue μνήμην, id eſt, recordationem ſeu memoriam rerum præteritarum: uel (ut quidam malunt) continuationem quandam partium, ex quibus conſtamus, permanentem. Lucret. lib. 3,
Nam ſi tantopere eſt animi mutata poteſtas,
Omnis ut act arum excideri it retinentia rerum, & c.

¶Retento, retentas (ἐπιχέω) retentare, Frequentatiuũ. Plaut. Aſin. 2. 1, Cur me retentas? Cicero 1. de Diuin. 30,
Quæ penitus ſenſus hominum uitasq; retentat. Ex Poeta Lucan. lib. 4. 145, Ipſe caua regni uires in ualle retẽtat.
Hoc eſt, retinet exercitum. Seneca epiſt. 73, Diu res iſta non retentauit memoriam meam.

Frena retentare. Ouid. 2. Amorum, eleg. 9. 6.

¶Retentare, Compoſitum à Tento, tentas. Vide ſuo loco.

¶Retinaculum, retinaculi, pen. corr. (ἴγμα, ὄχ&) Quo aliquid retinetur. Virg. lib. 1. Georg. 53,
Atq; Amerina parant lentæ retinacula uiti.

Vnca retinacula. Stat. 3. Sylu. 2. 7.

Ferro ſtricto ferit retinacula. Virg. 4. Aeneid. 116.

Puppis retinacula prærumpere. Ouid. 14. Metam. 109,

Soluere retinacula. Ouid. epiſt. 7. 11.

Retingo] retingis (ἀναβάπτω) retingere. Stat. 1. Syl. 4. 15,
Nec in otia pacis
Permiſſum laxare animos, ferrumq; retingi.

Retis] Vide Rete.

Retondeo] retondes, retondi, retonſum (κατοπείρω) retondere, Omnino uel perfectè tondere. Plaut. Pſeud. 4. 2. 6,
At hæc retõſa eſt, u ſine ſiet, itidẽ quoq; uos eſtis plagis
Omnes. Plin. lib. 18. cap. 17. 11, Retõſa uerò etiã ſemel, omnino certum eſt, granum longius fieri, De ſegetibus.

Retono] retonas, pen. corr. (ἀνταφθέγγω) retonare, Contrà tonare, reſonare. Catul. de Berecynthia, 58. 17,
Face cũcta mugienti fremitu loca retonent. Verba Cybeles ad Furorem.

Retorqueo] retorques, retorſi, retortum (ἀντιστρέφω, ἀναπάμπτω) retorquere, Retro iacere, uel remittere. Cic. de Senect. 75, Quò quidem me proficiſcentem haud ſanè quis facilè retraxerit, nec tanquam pilam retorſerit. Vetus codex legit, Neúe tanquam Peliam recoxerit.

Retorquere aliquem, pro In alteram partem inuertere. Quintil. Declam. 16,
Ille dolore ferox, caput in ſua terga retorſit. Ouid. 3. Met. 14.

Colla retorquere ferociẽ equi. Ouid. epiſt. 4. 16.

Curſus auerſos retorſit. Virg. 12. Aeneid. 97.

Retorqueri ſub terra. Plin. lib. 17. cap. 10. 13. Hoc eſt, reflecti.

Retorquere telam, Diſſoluere, retexere. Plin. lib. 11. cap. 22. 2. Ex uetuſto codice legendum, redordiri.

Retorquere ſarmentum. Colum. lib. 4.

Oculos retorquere. Ouid. 10. Metam. 138.

Oculos ad urbem retorquere. Cic. in Catil. 26.

Animum retorquere ad præterita. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 3.

¶Retortus, Participium (παρατάλ&) ut, Retortæ cernices. Plin. in Paneg. 55, Cùm delatorum ſupina ora, retortaſq; ceruices agnoſcebamus, & fruebamur.

Brachia tergo retorta. Horat. 3. Carm. ode 5. 5.

Manibus retortis trahi. Horat. 2. epiſt. 1. 39.

Retortidus] pen. corr. Adiectiuum (κατόρ&) Quod intempeſtiuè, amiſſis uiribus, à ſole retorquetur. Colum. lib. de Arboribus, cap. 17. 3, Si in oleæ unus ramus aliquanto cæteris lætior eſt, niſi eum recideris, arbor tota fiet retortior. Idem lib. 3. cap. 11. 5, Igitur ſi non retortrida & ſcabra, ſed læuia & nitida, & prolixa, fœcundaq; uiderimus, eam intel ligimus eſſe terram ſiue rulam.

Retorridum etiam dicitur quòd igne combuſtum eſt: ut Senec. uocat manum Scenol e retorridam, epiſt. 67.

Retorrida frons. Colum. lib. 2. cap. 2. 66.

¶Retorridè, Aduerbium (κατεξηραμμένως) Plin. lib. 17. cap. 5. 10, Terram amaram ſiue macram ſi quis probare uelit, demonſtrant atræ herbæ: frigidam autem, retorridè natæ.

¶Retorreſco, retorreſcis (κατεξηραίνομαι) retorreſcere, Retorridi fieri. Colum. lib. 3. cap. 3. 5, Deinde ſata non ita enutriunt, ut antè cõadeſcant ac poſtiant, quàm retorreſcant.

¶Retoſtus, participium (ἀνελίσσω) Plin. lib. 13. cap. 4. 17, Marceſcitq; non retoſtus ſuinis.

Retracto] Vide Retraho.

Retraho] retrahis, pen. corr. retraxi, retractum (ἀνέλκω, ἀνθέλκω, ἀνθυποχέω, ῥυσόω, ἐξαιρέσμαι) retrahere, Retrò trahere: ſiue rurſus, uel in contrariam partem trahere. Cic. pro Cælio, 50, Licinium autem cum iam manum ad tradendum pyxidem porrexiſſet, retraxiſſe. Idem de Senect. 75, Quò quidem me proficiſcentem haud ſanè quis facilè retraxerit.

Non habeo certum quæ te res hinc maximè retrahat. Lucret. Cicero lib. 5. 14. 2.

Retrahere ad ſe argentum. Terent. Heaut. 4. 2. 11.

Ab ictu ſe retrahere. Ouid. 3. Metam. 18.

Aliquem retrahere à ſtudio. Terentius in prologo Phormionis, 2. Id eſt, reuocare. Sic, Retrahere aliquem à Republica. Cicero pro Seſtio, 28.

Ex fuga retrahere. Plaut. Merc. 1. 8.

Retrahere ſe, ne. Cic. pro Cælio, 51, Quĩ minus enim Licinius comprehendi potuit, cum ſe retraxit, ne pyxidem traderet, quàm ſi non retraxiſſet?

Scipio Annibalem in Africam retraxit. Cic. 2. de Finibus, 92.

Aliquẽ retrahere in conditionem miniſtrorum. Plin. epiſt. 29.

Quò fata trahũt, retrahuntq; ſequamur. Virg. 5. Aeneid. 142.

Nocturnæ quietis imaginem ad ſpem haud dubiam retraxit. Tacit. lib. 16.

Retrahere ſe, Deſiſtere à re aliqua. Catul. ad Alphenum, 28. 2. Horat. 19. 12.
Ac ne te retrahas, & inexcuſabilis abſis.

Retrahere uerba, pro Reducere & quaſi reſorbere: quum interuentu alicuius ſermonem interrumpimus. Senec. epiſt. 3.

¶Retractus, Participium (ἀνθελκυσθείς, ἀνελκυσθείς) Cicer. 6. Philipp. 211, Neſcio quomodo ſe coniecit in urbem, atque

ita

ita mœstus rediit, ut retractus, non reuersus uideretur.
Retractis ac resupinis capitibus. Colum. lib. 2. cap. 2. 19.
Retractus in tutum animus. Senec. de Benefic. 6.
Retractus, nomen, pro Remoto. Plin. epist. 17. lib. 2. ad Gallum, Huius à læua retractius paulo cubiculum est amplũ. Liu. 4. bel. Maced. 41, Hispanis retractatior à mari trium millium passuum in circuitu murus erat.
Retracti, fugitiui dicuntur quum reprehenduntur, ut apud Ciceronem in Verrem, Tranquillus reprehensos dicit. Salust. Ceparius (namq; is paulò ante ex fuga retractus erat) Cn. Terentio traditur. Idem, Ad Catilinam proficiscentem exitium retractum esse aiebant. Budæus.
Retractus, pro abdito. Liu. lib. 6. bel. Maced. Thessalonicense emporium est in intimo sinu Corinthiaco retractum.
¶Retracto, retractas (ἀνθέλκομαι) retractare, Rursus, uel retro trahere, Frequentatiuum à Retraho.
Retractare (ἀνατιθέναι) Reuocare, Velut sub incudem repõlire, repetere. Plin. epist. 126. lib. 7. ad Macrinum, Præceptũ est Seruiano, ut uacaret finitam causam retractanti, si quid noui afferret. Idem epist. 174. lib. 8. ad Arrianum.
Largitiones retractare, Reuocare, reprobare, Traianus ad Plinium, lib. 10.
Pedamenta retractare. Colum. lib. 4. cap. 26. 1, Tamen in his hæc eorumq; similia pedamenta post putationem retractanda sunt, partesq; eorum putres dedolandæ, &c. Quibus uerbis abunde declarat quid sit pedamenta retractare, nimirũ superioris anni pedamenta in manus resumere, rursum excucere putrefactis partibus amputatis, inutilia reijcere, redolare, ut ita dicam. Gallis dicitur, Remanier, reparer.
Retractare aliquid, Rursum tractare, ut ait Festus: siue Refricare, & iterum commemorare (ἀναμετεχειρίζεσθαι) Cic. ad Atticum, lib. 8. 153. 6, Sed hæc omittamus: augemus enim dolorem retractando. Plin. ad Septitium, lib. 1. epist. 16. Ex Budæo. Horat. 2. Carm. ode 1. 8,
Sed ne relictis Musa procax iocis,
Ceæ retractes munera næniæ.
Vulnera cruda retractare. Rursus uel frequenter contrectare. Ouid. 3. Trist. 4.
Neue retractando nondum coeuntia rumpe uulnera. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 9.
Retractare actiones: id est, repetere, & iterum tractare & rescribere, repolire, emendare. Plin. ad Capito. lib. 5. epist. 8. Egi magnas & graues causas, has destino retractare. Ibidem, Rescribere uocat. Budæus.
Dicta retractare. Virg. 12. Aeneid. 3.
Materiam eandem retractare. Quintil. lib. 2. cap. 4. 10.
Desuetà uerba retractare. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. 13.
Diligenter retractare. Cic. 2. de Nat. deor. 104.
Retractare ac recogitare secum. Colum. in Præfatione lib. 1. ii.
¶Retractans, Participium (ἀνθελκόμενος) siue Nomen ex participio.
Retractans iuuencus, & edcitrosus, Qui non potest facilè duci quò uolumus, & retractat ac remit. Colum. lib. 2. cap. 2. 22, Alij legunt retractantem, per e, secundam uocalem.
¶Retractatus, pen. prod. (ἀναμετεχειρισθείς) Aliud participiũ, siue Nomen ex participio. Quintil. lib. 2. cap. 4, Quoties eadem materiam rursus à me retractatã, scribere de integro uberem.
¶Retractatius opus, pro Emendatiori, & lituris pleno. Cicero ad Atticum, libro 16. 33. 2, Sed tamen idem σύντομα misi ad te retractatius, & quidem ἀρχέτυπον ipsum creberis locis inculcatum & refectum. Quasi dicat limatius & politius.
¶Retractatio, Verbale (ἀναμετεχείρισις) Actus ipse retractandi: hoc est, opinionem reuocandi. Cicero ad Attic. libro. 13. 382. 12, Conficies igitur, & quidem sine ulla dubitatione aut retractatione. Idem 5. Tuscul. 119.
Retractans] Vide superius Retractans.
Retribuo] retribuis, retribui, retributum, pen. prod. (ἀντιδίδωμι, ἀνταποδίδωμι, ἀντισπόω, ἀντιχαρίζομαι, ἀμείβω) retribuere, Notæ significationis, Reddere. Cic. pro Quint. Rosc. Comœdo, 26, Nihil mihi detraham, cùm illis exactæ ætatis seuerissimè fructum, quem meruerunt, retribuam. Idẽ Antequam iret in exilium, 1, Fidei conducit, in loco debitum retribuere. Liu. lib. 2. ab Vrbe, 177, Pecuniam acceptam retribui populo.
Rebus retribuere corpora. Lucret. lib. 5. 56.
Retrices] retricum, retricibus: riuuli nomen extra Vrbem, ex quo aqua irrigandorum pratorum ac hortorum gratiã deriuabatur. Festus. Retricibus quum ait Cato in ea quam scripsit, quum edissertauit Fuluij nobilioris censuram, significat aquam eo nomine, quæ est supra Viam Ardeatinam, inter lapidem secundum, & tertium, qua irrigantur horti infra uiam Ardeatinam & Asinariam, usq; ad Latinam.
Retrimentum] retrimenti (ἀνάπλεμα) à Retero, reteris: sicut Detrimentum à Detero. Varro lib. de Rerust. cap. 64, Amurca cum ex olea est expressa, qui est humor aquatilis, ac retrimentum condimum in usu fictile.
Retrimentum, Excrementum fœculentum, & stercus ipsum. Macrob. lib. 7. In uentre fit prima digestio, cuius fæx, retrimenta sunt, quæ per intestina inferiora orificio trudente labuntur. Idem, Aridiora retrimenta in aluum conuenire refert, humidiora in uesicam retrahi. Intelligit stercora & urinam. Hæc, recrementa à Celso uocantur: Gellio item quum ait, Recrementa aridiora in aluum conueniunt.
Retrò] Aduerbium (ὀπισθεν, πατόπιν, ὀπίσω, ἀντὶς, ἀλλοῖον) contrarium habet Ante. Terent. Heaut. 5. 1. 29,
Est mihi ultimis cõclaue in ædibus quoddam retro. Plin. libro 28. cap. 7, Contra lippitudines retro aures fricare prodest.
Retro ad Alpes uersus iter mihi incidit. Cæl. Ciceroni, lib. 9. 15.
Retro & à tergo. Cic. 1. de Diuin. 89. (5.
Vocare retro aliquem. Virg. 4. Georg. 100.
Longè & retro. Cic. 5. Tuscul. 126, Vt omnia quæ sine ea sint, longè & retro ponenda censeat. Ibidem, 9, Quod tam longè retro respicere non possunt.
Abduxere retro longè capita ardua ab ictu. Virg. 5. Aen. 86.
Abscedere retro. Vide Abscedo.
Retro ambulare. Plin. lib. 7. cap. 45. 3.
Retrocedere, unica dictione, ut alijs placet, retrocedere. Liu. 8. ab Vrbe, 40, Si hastati profligare hostem non possent, pede presso eos retrocedentes in interualla ordinum principes recipiebant.
Cedens retro. Virg. 3. Aeneid. 100.
Retro commeare. Cic. 3. de Nat. deor. 4.
Retro currere, pro Reciprocum esse. Plin. Panegyr. 62.
Discedere retro. Lucret. lib. 4. 185.
Retro fluere amnes nostra nudit ætas. Plin. lib. 2. cap. 103. ii.
Ire retro. Horat. 3. Carm. ode 10. 2.
Properare retro. Ouid. epist. 5. 7.
Referri retro. Virg. 1. Georg. 40.
Ruere retro. Stat. 12. Thebaid. 4.
Retro, pro Ante, usurpauit Iulius Capitolinus in pertinace Stipendia, inquit, plurimis retro debita exoluit. Pacatus in Panegyrico Theodosii, Quum te semper ultra omnes retro principes laudari oportuerit. Quomodo uidetur etiã usus Plinius ad Traianum, lib. 10. epist. 4. à fine? Hîc quoq;, ait, non mediocriter hæreo, ne cuiusquam retro habeatur ratio, dandumq; quod tunc quum uincerent, non debebatur.

¶Retrogo, retrogis, penultima correpta, retrogi, penult. product. retroctum (προγράω, ἀναπολίζω) retrogere. Plinius libro 7. capite 44. 4, Aut quos non honores curruq; illa sua uiolentia fortuna retrogit, per mediam urbem Censore tracto?
Capillos retrogere. Quint. lib. 11. cap. 3.
Ordinem retrogere. Quint. lib. 12. cap. 2.
Expositionem retrogere. Quint. lib. 2. cap. 4. 11.
¶Retroeo, retrois, retroiui (ἀναχάζω) retroire. Plin. lib. 2. cap. 16. 7, Retroire incipiunt stellæ. Ibidem, Et retroire cogit uapor repercussus.
¶Retrofero, retroferis, retrotuli, retrolatum. Retroferre se, pro Retrocedere. Seneca in præfat. declama. Nescio qua iniquitate & ad malum pronitate naturæ eloquentia se retrotulerit.
¶Retrogradior, retrograderis, penult. corr. retrogressus sum (ἀναχάζομαι) retrogradi, pen. corr. Idem Plin. lib. 2. capite 15. 3, Ab his retrogradiuntur ad solem, & occasu uespertino delitescunt. Idem lib. 8. cap. 15. 2, Ob id retrogradiatur in pascendo.
¶Retrogradus, pen. corr. Adiectiuum (ἀναπολίζων) ut, Retrogradus exortus. Plin. lib. 2. cap. 17. 7.
¶Retrorsus, uel retrorsum (ὀπισθοφανῶς) Retro uersum. Plin. lib. 6. cap. 1. 52, Ab ea gente retrorsus ad Cyrum amnem produntur ducenta uiginti millia. Cic. 2. de Natura deorum, 120, Nam ex terra, aqua: ex aqua oritur aer: ex aere, æther: deinde retrorsum uicissim, ex æthere, aer, inde aqua: ex aqua, terra infima. Hor. 1. epist. 1. 15,
Omnia te aduersum spectantia, nullum retrorsum.
Retrorsum uidere dicuntur argumenta quæ reciproca sunt. Quintilianus libro 5. capite 9, Sed quædam retrorsum idem ualent, ut, Viuere hominem qui spirat, & spirare qui uiuit.
Reiectæ retrorsum Hannibalis minæ. Horatius 4. Carmin. ode 8. 4.
¶Retrorsus, Adiectiuum (ὀπισθοφανῶς) Plinius lib. 26. capite 9. 2, Negat Apollo pestem posse crescere, quam nuda uirgo restinguat: atq; ita retrorsa manu ter dicat, totiesq; ambo despuant. Apuleius lib. 2, Denicq; sæpe retrorsa respiciens substitit. Id est, reflexa, obliquata.
Retrudo] retrudis, retrusi, retrusum, penultima producta (παλινωθέω) retrudere, Retro trudere. Plautus Epid 5. 61,
Cœpi rursum uorsum ad illas pauxillatim accidere,
Quasi retruderet hominum me uis inuitum.
Retrusum, atque abditum. Cicero 4. de Oratoribus, 44. Vide Abdo.
Retundo] retundis, retudi, pen. corr. retusum, pen. product. (ἀναπόπτω, ἀμβλύνω) retundere, Repercutere, cuspidem uel aciem alicuius rei usu nimio uel alio casu perstringere, atq; hebetare. Plin. lib. 16. cap. 40. 7, Argumentum afferunt quòd citissimè aceas retundat.
Ferrum retundare iugulis. Lucan. lib. 6. 33.
Gladios retundere, per translationem. Cic. 3. in Catil. 49, Videmus gladios in Rempub. districtos retudimus, mucrones q; eorum à iugulis uestris retecemus.
Mucronem styli retundere. Cic. pro Cluent. 87.
Improbitatem alicuius retundere, Reprimere. Quintil. libro 6. cap. 4. 9.
Linguam & sermones quorund am retundere. Liu. 3. bel. Maced. 56. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 6. 2.
Tela coniurationis retundere. Cic. pro Domo sua, 50.
In præsentia aliquem retundere. Cic. Att. lib. 16. 339. 4.
¶Retusus, pen. prod. (ἀμβλωθείς) Participium, siue Nomen ex participio. Colum. lib. 4, Quod euenit in retuso & crasso ferramento. Plin. lib. 37. cap. 13. 2.
Aurum retusum bebeti mucrone. Lucret. lib. 5. 236.
Ferrum retusum. Hor. 1. Carm. ode 35. 5.
Tela retusa. Ouid. 12. Metam. 101.
Retusum, siue retunsum cor. Plaut. Pseud. 17. 8.
Retusum ingenium: cui contrarium est Acutum. Cic. 1. de Diuinatione, 135.
Res retusæ. Silius lib. 16. 5.
Reualesco] reualescis, reualui (ῥαΐζω) reualescere, Ad sanitatem redire. Gellius lib. 16. capite 13, Quod in eorum finibus sub ipso oppido ex capitali morbo reualuisset. Ouid. epist. 20. 47,
Ne tamen ignores ope qua reualescere possis.
Reuanesco] reuanescis, reuanui (ἀναφωνίζομαι) reuanescere, Iterum euanescere. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 6,
Quum bene pertæsum est, animiq; reuanuit ardor,
Nescio quo miserè turbine mentis agor.
Reuecho] reuehis, pen. corr. reuexi, reuectum, reuehere, Reducere. Plaut. Bacch. 1. 9, Vt ubi emeritum sibi sit, se reuebat domum. Plin. lib. 12. cap. 17. 9, Ex Syria reuehunt styracẽ. Liu. ab Vrbe, lib. 3. 300, Conficerent equos uirosq;, ne quis reueheretur inde ad prælium, aut integraret pugnam. Stat. 2. Thebaid. 147,
— figamq; superbis
Arma tholis, quæq; ipse meo quæsita reuexi Sanguine.
Domum aliquem reuehere. Hor. Epod. 13. 4.
Reuectus Consul in castra. Liu. 2. ab Vrbe, 205.
Reuectus est triumphali curru. Plin. lib. 7. cap. 26. 2.
Reuehi equo. Liu. 4. bel. Maced. 61.
Reuehere prædam. Liu. 1. ab Vrbe, 160.
Manus reuehere, Reducere exercitum. Senec. Medea, 7. 5.
Reuehere famam Plin. epist. 177, b.
Reuehere pecuniam ex re uendita, pro Colligere. Liu. libro 5. bell. Maced.
Ad superiorem ætate reuehi, Incidere in sermonẽ de superiore ætate. Cic. de clar. Orat. 119.
Reuelo] reuelas, pen. prod. (ἀποκαλύπτω) reuelare, Contrarium est sito simplici Velo, quod Tego significat. Vnde Reuelare, Detegere significat.
Os reuelatum. Ouid. 6. Fast. 124. Seruius.
Reuello] reuellis, reuelli & reuulsi, reuulsum (ἐκπαιάω, ἀνεκπαιάω) reuellere, Rursus uellere, id est, extirpare: frequentius tamen pro Auferre simpliciter & detrahere sumitur, ut in sequentibus exemplis. Colum. lib. 2. cap. 3. 1, Boues cum ab opere disiunxerit, subtrictos confricet, manibusq; comprimat dorsum, & pellem reuellat, nec patiatur corpori adhærere. Cic. 6. Verr. 111, Gorgonis os pulcherrimum, cinctum anguibus, reuellit, atq; abstulit.
Effringere multorum fores, & claustra reuellere. Cic. 6. Verr. 46. Et apud Liuium, 5. ab Vrbe, 99, Reuellere claustra portarum.
Humum reuellit dente. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 3.
Reuellere tabulam in qua nomina ciuitate donatorum incisa sunt. Cic. ad Actium, lib. 13. 37. 2.
Acies reuellunt signa. Lucan. lib. 7. 16.
Titulum chartæ de fronte reuellere. Ouidius 4. de Ponto, eleg. 13. 1.
Reuellere tela de corpore Reipub. per translationem. Cic. in Pisonem, 20.
Reuellere uncula iudiciorum. Cic. pro Cecinna, 51.
Oscula reuellere. Stat. 3. Sylu. 2. 12.
Reuellere ex omni memoria. Cic. 13. Philipp. 364.

¶ Reuulſus (ἀποκαθεδεὶς) Participium, ſiue Nomen ex participio: ut, Axis reuulſus temone. Ouid. 64.
Caput à ceruice reuulſum. Virg. 4. Georg. 105.
Sublato aditu, reuulſis gradibus. Cic. in Piſonem, 17.
Effracta & reuulſa ianua. Cic. pro Murena, 31.
Limen reuulſum tellure. Ouid. 12. Metam. 57.
Saxum è monte reuulſum. Ouid. 12. Metam. 69.
Reuulſæ, iacentesq; ſtatuæ. Cic. 4. Verr. 113.
Reuulſa tabula. Cic. 4. Verr. 77.
¶ Reuulſio, Verbale (ἀποκαθεδεμὲ) Plin. lib. 13. capite 12. 3. Sed ratio deprehendit uitium unius ſchedæ reuulſione plures infiſtante paginas.
Reuendo] reuendis, reuendi, reuenditum, reuendere. Iterum uendere. Vlp. in l. Iulianus. ff. de bonis libertorum. Iulianus ait, ſi patronus libertatis cauſa impoſita liberto reuendiderit, filium eius à bonorum poſſeßione ſubmoueri. Paulo pòſt. Quoties pater eius donum, munus, operas liberto reuendiderit.
Reueneo] reuenis, penult. prod. reuenire. Iterum uænire, rurſus uendi. Neratius in l. lege fundo uendito dicta. ff. de lege commiſſoria, ſed ſi fundus reuenijſſet: Ariſto exiſtimabat, Venditori de his iudicium in emptorem dandum eſſe.
Reuenio] reuenis, pen. corr. reueni, penul. prod. reuentum, (ὑπανάβχομαι) reuenire, Reuerti. Plaut. Amph. 4. 34, Victis hoſtibus legiones reueniunt domum. Idem Capt. 7. 87. Et tua huc ornatus reueniam ex ſententia. Cic. 1. de Orator. 85, Quum miles domum reueniſſet, egiſſetq; lege in hæreditatem paternam. Idem ibidem, 89.
Reuenire ex aliquo loco. Tacit. lib. 2.
Reuenire in gratiam. Plaut. Stich o, 7. 8.
Reuera] Ablatiuus ex Re & Verum. Vide Res, rei.
Reuerbero] reuerberas, pen. corr. reuerberaui, reuerberatum, reuerberare. Senec. 2. de Clem. Omnẽ fortunæ impetum reuerberabit, & arte ſe fruſtrabit.
Reuereor] reuereris, pen. prod. reueritus ſum, penult. corr. (αἰδέομαι, ὀκνέομαι) reuereri, Timere, uereri, & etiam honorare. Terent. Phorm. 2. 1. 3,
—— age, mitto imperium, non ſimultatem meam
Reuereri ſaltem non pudere? &c. Hæc eadem refert Cic. ad Att. lib. 2. 34. 1. Terent. Hecyra, 3. 1. 10,
Sed nũc aduentũ tuum ambas, Pamphile, ſcio reuerituras.
Difficile eſt primum uirtutem reuereri, qui ſemper ſecunda fortuna ſit uſus. Author ad Herennium, lib. 4. 169.
Lectum reuerere parentis. Ouid. epiſt. 4. 26.
Reuereri & colere dignitate antecedentes. Cicero 2. de Inuentione, 170.
¶ Reuerens, pen. corr. reuerentior, reuerentiſſimus (αἰδήμων) Qui defert, ſiue dat honorem. Plin. epiſt. 103. libro 6. ad Reſtitutum, Niſi fortè aliud iudicas tu: quanquam quis uno te reuerentior huius operis? quis benignior æſtimator? Idem epiſt. 307, Probum, induſtrium, atque inter iſta reuerentiſſimum mei.
Illa nulla eſt reuerentior deorum. Ouid. 1. Metam. 65.
¶ Reuerendus, Participium (αἰδοῖος, αἰδεσίμος) ut,
Canities reuerenda. Claud. 3. de raptu Proſerp. 3.
Nox reuerenda ſpecie tenebrarum. Ouid. in Ibin, 15.
¶ Reuerentior, Comparatiuum. Plin. in Panegyr. Quis enim uel uno die reuerentior Senatus cãdidatus, quàm tu, cum omni uita, tũ illo ipſo tempore, quo iudicas de candidatis?
¶ Reuerentia, reuerentiæ (αἰδὼς, αἰδῶ, σέβας, αἰδέσιμον) Honor quem tam uerbis, quàm factis alicui exhibemus. Cic. 1. Offic. 138, Adhibenda eſt igitur quædam reuerẽtia aduerſus homines. Propert. lib. 3. eleg. 13. 3, Nulla eſt poſcendi, nulla eſt reuerentia dandi.

Vultu placido decens reuerentia. Ouid. 5. Faſt. 5.
Famæ reuerentia. Ouid. 9. Metam. 112.
Imperij reuerentia. Tacit. lib. 17.
Rei reuerentia. Colum. lib. 11. cap. 1, Niſi magnitudo rei peperit reuerentiam uel diſcendi, uel profitendi penè immenſam ſcientiam. Hoc eſt, timorem.
Sacramenti reuerentia. Tacit. lib. 17.
Adſit reuerentia uero. Ouid. epiſt. 5. 3.
Adhibere reuerentiam. Vide Adhibeo.
Amittere reuerentiam. Vide Amitto.
Conſtat magiſtratibus reuerentia. Vide Conſto.
Reuerentia debetur parentibus. Quintilianus lib. 11. cap. 1. Iuuenal. Satyr. 14. 5, Maxima debetur puero reuerentia, ſi quid Turpe parat.
Exuere reuerentiam imperij. Tacit. lib. 17.
Reuerentia perſonæ nobis obſtat. Quint. lib. 9. cap. 2.
Præſtare reuerentiam. Plin. epiſt. 8. lib. 3.
Libertas reuerentiam remiſit. Stat. 1. Sylu. 6. 9.
Rumpere ſacramenti reuerentiam. Tacit. lib. 17.
¶ Reuerenter, Aduerbium (αἰδημόνως) Honorificè. Plinius epiſtol. 151. b, Idem quàm reuerenter, quam fideliter amicos colat, multorum ſupremis iudicijs, &c. Suetonius in Oct. Auguſto, capite 93, Peregrinarum cæremoniarum, ſicui ueteres ac præceptas reuerentiſſimè coluit, ita cæteras contemptui habuit.
¶ Reuerentius, Aduerbium (αἰδημονέστερον) Plin. iun. lib. 8. Lego enim omnia, ut omnia emendem: quod contingere nõ poteſt, electa recitantibus. At illud modeſtius, & fortaſſe reuerentius. Sed hoc ſimplicius & amantius.
Reuertor] reuerteris, penul. corr reuerſus ſum (αὐτρέφω, ὑποτρέφω, αὐαχωρέω, αὐαπάμπω, ἀπονέομαι) reuerti, Notæ ſignificationis. Terent. Heaut. 1. 1. 70, Domum reuertor mœſtus. Cæſ. 1. bel. Gal. 230, Sueui qui ad ripas Rheni uenerant, domum reuerti cœperunt.
Domum reuertens ſera nocte. Virg. 4. Georg. 27.
Iterum reuerti. Virg. 6. Aen. 144.
Cum laude reuerti. Ouid. 13. Metam. 50.
Vnde cum honore diſceſſeris, cõdem cum ignominia reuerti. Cic. pro Muræn. 80.
Ad diem reuerti. Cæſ. 6. bel. Gal. 119.
Ad priſtinum actum reuerti. plin. epiſt. 245.
Ad illum animum meum reuerti priſtinum. Cicero Trebonio, lib. 10. 28. 3.
Ad cauſam reuerti. Cic. Verr. 71.
Ad propoſitum reuerti. Cic. 2. de Fin. 165.
In gratiam cum aliquo reuerti. Liu. 8. ab Vrbe, 380.
Ad uitam reuerti. Lucret. lib. 2. 193.
In ciuitatem reuerti. Cic. Cecinnæ, lib. 6. 6. 25.
Eò reuerti, unde egreſſus es. Quint. lib. 2. cap. 4. 10.
Reuerti, pro Venire, uel diuertere. Cic. de Fato, Sed Poſidonium ſicut æquum eſt, cum bona gratia dimittamus: ad Chryſippi laqueos reuertamur. Quum nihil de Chryſippo antea dixiſſet.
¶ Reuerto, reuertis (μεταστρέφω) actiuè, ſæpe apud Ciceronem legitur: ſed non niſi in præterito, aut in temporibus à præterito formatis, ut ad Appi. lib. 3. 10. 9, Conſcendens iam nauem, Epheſo Laodiceam reuertit. Idem 3. Offic. 59, Væ factus eſt alter ſiſtendi eius: ut ſi ille non reuertiſſet, moriendum eſſet ipſi.
Reuerti aliquò. Cic. Attico, lib. 8. 147. 13, Ipſe ne quò incidẽ reuerti Formias.
Legati Ameriam, re inorata, reuerterunt. Cicero pro Roſcio Amer. 75.
Ad eum reuerti unde exorta eſt. Lucret. lib. 5. 232.

Aduerſa

Aduerſa reuertere. Cic. 2. Tuſculan. 116, Itaq; dubitans, circunſpectans, hæſitans, multa aduerſa reuertens, tanquam ratis in mari immenſo, noſtra uehitur oratio. Hoc eſt, reuoluens & reputans apud ſe. Niſi fortè legendum putes, reuerens: id eſt, timens.
¶ Reuertendi (τῦ αὐαστρέφω) Ouid. epiſt. 1. 16,
Néue reuertendi liber abeſſe uelis.
¶ Reuerſurus, penultima producta, Participium (αὐαστρέφω) Ouidius 1. de Arte, 69, Pœna reuerſura eſt in caput iſtud tuum.
¶ Reuerſio, Verbale (αὐαστροφὴ, αὐαχώρησις, ἐπαναστροφὴ) Cic. 1. Philip. 1, Exponam uobis breuiter conſilium & profectionis & reuerſionis meæ. Idem 2. de Fin. 163.
Reuerſio & reditus nonnihil differre uidentur Cic. ad Attic. lib. 16. 334. 7, Dij immortales, quàm ualde ille reditu, uel potius mea reuerſione mea lætatus, effudit illa omnia, quæ tacuerat, ut recordaret illud tuum, &c.
Reuerſio & motus febrium. Cic. 3. de Nat. deor. 33.
Reuileſco] reuileſcis, reuileſcere, Vile fieri. Seneca de Tranquillitate uitæ. Sed nec utrutì periculum eſt, ne admota reuileſcat.
Reuilescunt pennæ auulſæ. Plin. lib. 11. cap. 28. 1.
Reuincio] reuincis, reuinxi, reuinctum (αὐαδιπόω) reuincire, Retro uincire, Vel uehementer & arctè uincire. Virgil. 2. Aen. 12,
Ecce manus iuuenem interea poſt terga reuinctum. Cæſar 7. bel. Gall. lib. 86, Reuinciuntur retrorſus, & multo agere ueſtiuntur.
Latus enſe reuincit. Propert. lib. 3. eleg. 14. 3.
Mentem amore reuincens. Catull. in Epithal. Iuliæ, 56. 7.
Reuinco] reuincis, reuici, pen. prod. reuictum (ἐλέγχω) reuincere, Conuincere & confutare. Cicer. pro Archia, 8, Quærere argumenta, ſi qua potes: nunquam enim hic neq; ſio, neq; amicorum iudicio reuincetur.
Reuincere crimen uerbis, aut rebus. Liu. 6. ab Vrbe, 103. Idem 10. bel. Maced. 69.
Reuinci in culpa. Gel. lib. 6. cap. 2.
Reuiſco] reuiſcis, reuirui (ἀναβλέχω, ἀναβλαλέω) reuiſcere, Iterum uiteſcere. Colum. lib. 2. cap. 1. 4, Non eſt ergo exiguarum frugum cauſa terræ uetuſtas, ſi modò quũ ſemel inuaſit ſenectus, regreſſum non habet, nec reuiſcere, nec repubeſcere poteſt.
Sylluæ læſæ reuiſcunt. Ouid. 2. Metam. 82.
Reuiſcere, per translationem, pro Reuiuiſcere & renouari ac renaſci. Cic. de Prouinciis Conſul. 28, Impoſitæ uerò res, & acerbæ, ſi erunt relictæ, quanquam ſunt abſciſſæ, tamen efferent ſe aliquando, & ad renouandum bellum reuiteſcent. Idem ad Att. lib. 15. 323. 9, Ille enim nunquam reuixiſſet, nos timor confirmare eius acta non coegiſſet.
Arte ſuum parili reuiteſcere poſſe parentem. Ouidius 7. Metamorphoſ. 61.
Pignore laudis reuiteſcens. Sil. lib. 2. 45.
Reuiſito] reuiſitas, penultima correpta (ἀναπαυκέπω) reuiſitare, Iterum uiſitare. Plin. lib. 18. cap. 3. 5, Nundinis urbem reuiſitabant.
Reuiſo] reuiſis, penultima producta, reuiſi, reuiſum (ἀναπαυκέπω) reuiſere, Redire ad uidendum. Terentius Eunuch. 5. 4. 1,
Reuiſo quid nam Chærea hìc rerum gerat. Cic. Attic. lib. 1. 14. 14, Reuiſe nos aliquando. Eidem, lib. 12. 160. 1, Quare quum poteris, reuiſes nos.
Sæpius aliquem reuiſere. Virg. 7. eclog. 14.
Agrum ſæpe reuiſere. Colum. lib. 1. cap. 4. 1.
Domos reuiſere. Liu. 7. ab Vrbe, 188.

Ad aliquem reuiſere. Gellius lib. 13. cap. 29.
Sedes ſuas reuiſere. Virg. 1. Aen. 84.
Crebra reuiſit ad ſtabulum mater, uituli. Lucret. lib. 2. 73.
Furor reuiſit, Redit. Lucret. lib. 4. 225.
Reuiuiſco] reuiuiſcis, reuixi (ἀναβιόω) reuiuiſcere, Rurſum uiuum fieri. Cic. 4. de Fin. 98, Quid ſi reuiuiſcant Platonici illi & deinceps illi qui auditores eorum fuerunt, & tecum ita loquantur?
Is ubi galli cantum audiuit, auum ſuum reuixiſſe putat. Cicero in Piſonem, 53.
Reuiuiſcere, per translationem, pro Renaſci, & ad priſtinum ſtatum redire. Cic. Sulpitio, libro 4. 4. 10, Vt ſpeciem aliquam uiderer uidere quaſi reuiuiſcentis Reip. Et 7. Philippic. 218, Senatum dolent ad authoritatis priſtinæ ſpem reuiuiſcere.
Reuiuiſcere, reſpirare à metu cædis, emergere à fluctibus ſeruitutis. Cic. de Aruſp. reſp. 4. 4.
Anima moribunda reuixit ab alloquijs. Ouidius 4. Triſt. eleg. 5. 1.
Aduentu noſtro reuiuiſcunt iuſtitia, abſtinentia, clementia tui Ciceronis. Cic. Attico, lib. 5. 104. 3.
Ad uerba alicuius reuiuiſcere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 2.
Reunctor] reunctoris, Miniſter & mediaſtinus eorum medicorum qui iatrolepticen, hoc eſt, reunctoriam medicinam docebant. Plinius libro 29. capite 1. 4, Prodicus Selymbriæ natus, diſcipulus eius inſtituens quam uocant iatrolepticen, reunctoribus quoq; medicorum, ac mediaſtinis uectigal inuenit.
Reuoco] reuocas, pendit. corr. (ἀναπαλέω, ἀναπαλέω, ἀναπολίω, ἀναπέμπω) reuocare, Rurſum uocare. Plautus Merc. 8. 6,
Mane mane obſecro Charine. 6. qui me reuocatis? Terent. Phorm. 5. 6. 8,
Num mirum aut nouum eſt reuocari, curſum cum inſtitueris? Cicer. pro Quintio, 55, Reuocares eum quem in Galliam miſeras?
Repetere & reuocare aliquem. Cic. pro Domo ſua, 111.
Vnde tu me exiure conſertum uocaſti, inde ibi ego te reuoco. Cic. pro Muræn. 23. Verba iuris.
Forum reuocare. Vlp. in l. ſi quis poſtea. ff. de iudicijs, In ea cauſa ius reuocandi forum non habebit.
Reuocare promiſſum, pro Negare quod promiſeras. Senec. de Benefic. 4.
Reuocatur quæſtio inter eaſdem perſonas, quũ eadem res quæ priore iudicio petita fuit, ſecundo petitur. Vlp. in l. 3 ff. de except. rei iud. Quoties inter eaſdem perſonas eadẽ quæſtio reuocatur, uel alio genere iudicij.
Ad ſolicitudinem ſuam rerum adminiſtrationem reuocare, in ſe recipere. Scæuola in l. Mæuia. §. 1. ff. de annuis legatis & fideicommiſ.
Reuocare, cum præpoſitione In. Seneca epiſtol. 51, Robora in rectum, quæ uiuis flexa, reuocabis.
Reuocare cum præpoſitione Ad, ferè ſemper Referre ſignificat. Cic. 5. Verr. 183, An me ad M. Antonij æſtimationem frumenti, exactionem q; pecuniæ reuocaturum es? Hoc eſt, Dicéſne me imitatum fuiſſe Antonium in exactione pecuniæ, & ſimile Antonio aliquid feciſſe, quod ad æſtimationem frumenti attinet?
Reprimere ac reuocare ſe à contagione uitiorum. Plinius epiſtol. 137.
Reuocare ex. Cic. pro Cecinna, 61, Vt me ex hoc (ut ita dicam) campo æquitatis, ad iſtas uerborum angiportus, & ad omnes litterarum angulos reuocas.
Reuoca e, inſtaurare. Suet. in Claud. Cæſ. cap. 22, Item, circa o-

mnium ordinum ſtatum, domi foriſq́, aut correxit, aut exoleta renouauit, aut etiam noua inſtituit.
Amor renouatur admonitu. Ouid. 2. de Remedio amor. 67.
Animum ab ira renocare. Ouid. 2. Triſt. 111.
Ad arbitrium ſuum renocare rem aliquam. Cicero ad Brutum, 4, 2.
Ad coniecturam renocare rem aliquam. Cicero pro Domo ſua, 12.
A' conſilio renocare. Cic. ad Attic. lib. 3. 55. 7.
Renocare negligentiam alicuius in crimen mandati. Cicero pro Roſcio Amerino, 67, In minimis priuatiſq́ rebus etiam negligentia in crimen mandati iudicium q́ infamia renocatur. Hoc eſt, crimine mandati prætermiſſi & infamiæ iudicij damnatur.
A' cupiditate renocare. Cic. pro Cluentio, 9.
Ad curam renocare aliquid. Plin. lib. 28. cap. 9. 20. Hoc eſt, cum cura & diligentia facere.
Ab incœpto, uel Ab inſtituto curſu renocare. Cic. 4. Verr. 67. Idem pro lege Manil. 28.
Defunctos renocare. Plin. lib. 2. cap. 7. 11.
In dubium renocare. Cic. pro Cecinna, 55.
Lapſos ab errore renocare. Quint. lib. 2. cap. 6. 2.
Eundem renocare. Catul. ad libellum ſuum, 33. 2.
Ad exempla renocare. Cic. 5. Verr. 170.
Ab exilio renocare. Plin. lib. 7. cap. 30. 2.
Exordia renocare pugnæ. Virg. 7. Aen. 8.
In priorem formam renocare. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 21.
Gradum renocare. Redire. Virg. 6. Aeneid. 26.
Ab inferis, à morte, à limine mortis renocare. Cic. pro Milone, 60. Plin. lib. 7. cap. 44. 2. Idem lib. 53. cap. 6. 12.
Ingenium renocatur ab armis. Ouid. 2. Amor. eleg. 18. 3.
Ex itinere renocare. Cic. 2. de Diuin. 29.
Incœptos renocare labores. Valer. 3. Argon. 125.
Libertatem renocare ac reducere. Plin. in Paneg. 130.
In lucem aliquid renocare. Plin. lib. 29. cap. 1. 3.
Et renocat cupidas alea ſæpe manus. Ouid. 1. de Arte, 91.
Ad manus rem renocare. Cic. pro Cluentio, 107, Quum Tribplebis populo concitato rem penè ad manus renocauiſſet. Hoc eſt, ita commouiſſet populum, ut propter eam rem penè inter ſe digladiarentur.
Ad mediocritatem renocare modum alicuius rei. Cicero 1. Officiorum, 196.
Ad memoriam alicuius rei animos aliquorum renocare. Cic. pro Flacco, 47.
Mentem renocare à. Cic. 1. Tuſc. 59, Magni autem eſt ingenij renocare mentem à ſenſibus, & cogitationem à conſuetudine abducere.
Ad mœſtitiam ſe renocare. Cic. 3. Tuſc. 108.
Morem renocare. Cic. 2. de Fimib. 3.
Oculos alicuius renocare. Ouid. epiſt. 16. 47.
Ab opere renocare. Cæſar 1. bell. Ciuil. 311, Cæſar ab opere legiones renocat.
Opus cœptum renocare. Ouid. epiſt. 22. 11.
Pecuniam renocare & exigere ab aliquo. Plin. epiſt. 240. lib. 10. ad Traianum.
Pedem renocare, Quod dictum eſt etiam de fluminibus. Virg. 9. Aeneid. 26.
Ad potentiam ſuam renocare omnia. Cic. de Amic. 53.
Prætermiſſum renocare. Plinius libro 18. capite 6. 12. Sic Cicero 4. Academic. 22, Philoſophia iſta nunc propè dimiſſa renocatur.
Publicè aliquem renocare. Quint. lib. 6. cap. 11. 7.
Ad rationem operum operarumq́ uillicum renocare. Cato cap. 2. 2.

A' ſcelere renocare. Cic. 2. de Legib. 27.
Ad ſcientiam renocare omnia. Cicero 2. de Finibus, 71, Herillus autem ad ſcientiam omnia renocans, unum quoddam bonum uidit.
Se renocare, mutare ſententiam. Cic. 4. Acad. 96, Dubitant, hæſitant, renocant ſe interdum, bisq́ quæ uidentur imbecillius aſſentiuntur. Idem pro Domo ſua, 108.
Studia intermiſſa renocare. Cic. 1. Tuſc. 1.
Ad priſtina ſtudia ſe renocare. Cic. de clar. Orat. 6.
Teſtes renocare, quod Recolere dicimus, apud Martianum in l. diuus, de cuſtodia & exhibitione reorum. Budæus.
Victu uires renocare. Virg. 1. Aen.
Ad uitam renocare, Facere ut aliquis reuiuiſcat. Cic. ad Att. lib. 7. 141. 2, Sed tamen M. Lepidum, L. Torquatum, C. Caſſii Tribun. plebis Philotimi literæ ad uitam renocarunt. Plin. 25. cap. 2. 11.
¶ Renocatus, pen. prod. Partic. (ἀνάκλησις) ut, Millies renocatus. Vide Mille.
Voce renocatus de curſu Reip. Cic. Planco, lib. 10. 1. 1.
Dum iacet & lentè renocatas ruminat herbas. Ouidius in Frag. 4.
Seruare aliquem renocatum à morte. Virg. 5. Aen. 96.
¶ Renocatio, Verbale (ἀνάκλησις) Cicero 13. Philippic. 354, Receptui ſignum, aut renocationem à bello audire non poſſumus.
Renocatio ad contemplandas uoluptates. Cic. 3. Tuſc. 58.
¶ Renocamen, pen. prod. huius renocaminis, n g. (ἀνάκλησις) Idem quod Renocatio. Ouid. 1. Faſt. 112,
Accipio renocamen ait: uocemq́ ſequutus
Impia per ſyluas uictor ad antra uenit. Idem 2. Metamorph. 120,
Talia dicenti tibi, ait, renocamina coruus, &c.
¶ Renocabilis, & hoc renocabile, penult. corr. (ἀνακλητὸς) Qui poteſt renocari. Ouid. ad Liuiam, 86.
Damnum renocabile. Claud. 2. in Eutrop. 98.
Telum non renocabile. Ouid. 6. Metam. 53.
Verum non renocabile. Stat. 1. Thebaid. 58.
Reuolo] *reuolas, pen. corr. (ἀνακτῶμαι) reuolare, Retro, uel rurſum uolare. Cic. lib. 2. de Natur. deor. 188, Eæq́ in tergo prærolantium colla et capita reponunt: quod quia ipſe dux facere non poteſt, quia non habet ubi nitatur, reuolat, ut ipſe quoq́ quieſcat. De gruibus.*
Cum medio celeres reuolant ex æquore mergi. Virgilius 1. Georgicorum, 73.
Reuoluo] *reuoluis, reuolui, reuolutum, penultima producta (ἀνελέω, ἀλίνω, ἰλλόω, ἀκκυλίω, προφάω) reuoluere, Rurſum uoluere. Cic. 2. de Natura deorum, 153. Colum. lib. 8. cap. 17. 1, Quoniam gelidum ab imo fluctum reuoluit in partem ſuperiorem.*
Reuoluere iter. Virg. 9. Aen. 79.
Reuolui ad, per translationem, pro Recidere, redire. Cic. 2. de Orat. 74, Contraq́ quæ pro reo dicentur, omnia neceſſariò à tempore atq́ homine ad communes rerum & generum ſummas reuoluentur.
Reuolui ad ſententiam alicuius. Cic. 4. Acad. 264.
Victoria ad irritum reuoluebatur. Tacit. lib. 19.
Reuolui in eandem uitam. Terent. Hecyra, 4. 4. 69,
Nam in eandem uitam te reuolutum denuo
Video eſſe. Vbi Donatus, Non rediiſſe, ſed reuolutum eſſe, tanquam inuitum aut neſcium. relinquit enim quandam ueniam, ut uelit eſſe correctior.
Reuolui in Tuſculanum. Cic. ad Att. lib. 13. 282. 7.
Reuolui eò, uel eôdem. Cic. 4. Acad. 38, Et 1. Tuſc. 20, Reuolueris eôdem. Hoc eſt, Idem dicis.

In aliqua

In aliqua reuolui id eſt, in cogitationem aliquarum rerum recidere. Ouid. 10. Metam. 66,
—— quid in iſta reuoluor? Id fit quum iam conſilio ſtabilito, neſcio quid noui conſilij inſtitutum interturbat.
Reuolui retro. Cel. lib. 7. cap. 26.
Reuoluitur ad emptorem infecti damni ſtipulatio. Paulus in l. damni. §. emptor prædij. ff. de damno infec. &c.
Reuoluere libros, ineptias, pro Voluendo tractare & legere, quod de libris propriè dicitur. Liuius 4. bell. Maced. 23. Martil. lib. 11. 1.
Antiqua reuoluere. Sil. lib. 8. 10.
Reuoluere caſus. Virg. 10. Aen. 13,
—— Xanthum & Simoenta
Redde oro miſeris: iterumq́ reuoluere caſus
Da pater Iliacos Teucris. Vbi Seruius, Si ad Troiam nos referre, ſic dicit, Nobis redde Troiam per nauſragia & pericula: id eſt, patiamur denuò quæ pertulimus: duntaxat nobis Troia reddatur. Si uerò ad Italiam uis referre, ſic intellige, Redde nobis Italiam, & libenter repetimus ea quæ in Troia pertulimus.
Vultus reuoluere. Stat. 1. Sylu. 2. 20.
¶ Reuolutus, pen. prod. Partic. (ἀνελιττόμενος, περιπόμενος) Relactus. Liu. ab Vrbe, 57.
Equo ſuffoſſo reuolutus. Virg. 11. Aen. 134.
Penſa reuoluta. Virg. 9. Aen. 96.
Sæcula reuoluta. Ouid. 4. Faſt. 6.
Sic æſtu reuoluta Pontus reſorbet. Virg. 11. Aen. 126.
Reuolutus. Virg. 10. Aen. 52,
—— & interea reuoluta ruebat
Matura iam luce dies. Reuoluta, aperta: ſicut contrà inuolutum dicimus eſſe quod clauſum eſt. Seruius.
¶ Reuolubilis, & hoc reuolubile, pen. corr. (ἀνωτὸς) Ouidius in Ibin, 39,
Siſyphe cui tradas reuolubile pondus habebis.
Reuomo] *reuomis, pen. cor. reuomui, reuomitum, pen. corr. (ἀναμέω) reuomere, Idem quod Euomere. Plin. lib. 10. cap. 72. 2, Draconcs auibus deuoratis ſolidis, contentione plumas, & oſſa reuomunt.*
Scylla reuomit carinas. Ouid. 13. Metam. 158.
Ac miſer fluitant: reuomentes æquora nautæ. Sil. lib. 10. 66.
Reuomere, Sæpius uomere. Virg. 5. Aen. 37,
Et ſalſos rident reuomentem pectore fluctus. Seruius.
Reus] *rei, maſc. gener. (εὔοχος, ὑπαίτιος, ὑπόδικος, ὑπόδουος) Quicunq́ in litem adducitur, etiamſi nihil amiſerit id eſt, contra quem quiſpiam agit. Cic. 2. de Orat. 98, Reos autem, appello non eos modò qui arguuntur, ſed omnes quorum de re diſceptatur. Plautus Truculen. 17. 59, Reus ſolutus cauſam dicit.*
Reus à re dicitur, quòd rei alicui obnoxius ſit, uel à re quam promiſit.
Petitor & Reus, contraria. Cic. pro Roſc. Comœdo, 24.
Nocens reus. Cic. 1. Verr. 28.
Sontes rei. Claud. 7. Paneg. 18.
Trepidi rei. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 10.
Reus eſt maximis pluriminiſq́ criminibus in iudicium uocatus. Cic. 4. Verr. 99.
Reos (inquit Nonius) non ſolùm crimini & culpæ obnoxios, ſed etiam honeſti uel uoti debitores promiſſi authoritas uoluit. Virg. 5. Aen. 45,
Conſtituam antè aras uoti reus.
Reus etiam, interdum pro Expromiſſore accipitur. Vlpianus in l. 1. §. exceptiones ff. quarum rerum actio non datur, Exceptiones onerandæ libertatis cauſa, ſicut & cæteras exceptiones fideiuſſori non eſſe denegandas ſciendum eſt: nec

ei quidem qui rogatu liberti reus factus eſt. Modeſtinus. Quum ſeruus pecuniam pro libertate pactus eſt, & ob eam rem reum dederit, quamuis ſeruus ab alio manumiſſus eſt, reus tamen obligabitur. Budæus.
Reus ſatiſdandi ab Vlpiano dicitur, qui ſatiſdato obligatus eſt: id eſt, fideiuſſore dato. Reus uerò ſatiſaccipiendi, qui fideiuſſores accepit ob debitum. In l. qui hominem. §. quidam. de ſolutionibus, Dici poteſt quoties reus ſatiſdandi, reo ſatiſaccipiendi hæres extiterit, fideiuſſores liberari.
Promittendi reus, qui ſuo nomine, qui pro altero promittit. Stipulandi reus, qui ſtipulatur.
Ambitus reus. Cic. ad Att. lib. 4. 85. 15.
Auaritiæ reus. Cic. pro Flac. 5.
Criminis alicuius reus. Ouid. epiſt. 15. 66.
Alienæ culpæ reus. Liu. 4. bel. Pun. 103.
Deſidiæ reus. Mart. lib. 10. 70.
Facti reus, Qui factum aliquod commiſit. Plaut. Ciſtel. 4. 16.
Iniuriarum reus. Quint. lib. 4. cap. 2. 71.
Læſæ maieſtatis reus. Vide Lædo.
Peculatus reus. Quint. lib. 5. cap. 13, 28.
Pugnorum reus. Mart. lib. 10. 87.
Sacrilegij reus eſt. Quint. lib. 4. cap. 2. 6.
Reus tutandæ ſuæ ſtationis dicitur, qui ſtationem ea lege cuſtodit, ut illi imputetur ſi quid aduerſi acciderit. Liuius lib. 5. bel. Pun.
Reus nati, inquit Macrobius, qui ſuſcepto uoto numinibus ſe obligat. Virg. 5. Aen. 48,
Conſtituam antè aras uoti reus.
Reus de ui. Cic. ad Att. lib. 2, 39. 7.
Agere reum. Vide Ago.
Reus agitur, qui accuſatur,
Quum reus infœlix abſens agor. Ouid. epiſt. 19. 19.
Agi reum falſi criminis. Ouid. de Remedio amor. 78.
Agi reum laudis. Ouid. epiſt. 14. 24.
Spretarumq́ agitur legum reus. Ouid. 15. Metam. 8.
Ampliati rei. Vide Amplio.
Arguere reum. Vide Arguo.
Citare reum. Vide Cito.
Non citatur reus audaciæ, uirtutis reus citatur. Cic. Antequam iret in exilium, 3.
Coarguere reum teſtibus. Vide Coarguo.
Comperendinare reum. Vide Comperendino.
Conſidere in reum. Vide Conſideo.
Deferre reum criminis. Quintilianus libro 11. capite 1. Hoc eſt accuſare.
Reus teſtimonium denunciare poterit, & inquirere Plin. libro 6. epiſt. 5. ad Vrſum, Addidit etiam petendum à Cœſtilibus, ut referrent ſub exemplo legis ambitus, de lege Repetundarum, an placeret in futurum ad eam legẽ adijci, ut ſicut accuſatoribus inquirendi, teſtibuſq́ denunciandi poteſtas ea lege eſſet, ita reis quoq́ fieret. Ex Budæo.
Facere aliquem reum, pro Accuſare, ſiue reum agere. Tacitus, lib. 1, Violatorem fœderis noſtri Arminium, apud Varii, qui tum exercitui præſidebat, reum feci.
Facere aliquem rei capitalis reum. Cic. 4. Verr. 65.
Facere aliquem reum de moribus. Quintilianus, libro 4. capite 2. 22.
Reum fieri (inquit Aſconius) eſt apud Prætorem legibus interrogari. Quum enim in ius uentum eſſet, dicebat apud Prætorem accuſator reo, Aio te Siculos (uerbi gratia) ſpoliaſſe. Si tacuiſſet, lis ei æſtimabatur ut nihilo: ſi negaſſet, petebat à magiſtratu dies accuſator inquirendorum criminũ, & inſtruebatur accuſatio.
Reum fieri, eſt ſe expromiſſorem & alieni debiti debitorẽ con

ſtituere. Vlpian. in l. 1. §. except. ff. quarum rerum act. non dat. Quum enim propoſitum ſit Prætoris, in huiuſmodi obligationibus reo ſuccurrere: non ſeruaturus eſt propoſitum ſuum, niſi fideiuſſorem quoq; & eum, qui rogatu liberti reus factus fuerit, aduerſus patronum defenderit.

Rei pendentes. Vide Pendeo.

Reus peragitur, qui damnatur. Plin. Iunior, Dum ille peragitur reus, ſedimus. Iurisconſ. Peregiſſe reum non aliàs quis uidetur, niſi condemnauerit. Vide Perago.

Poſtulare reum, pro Accuſare. Plin. Iunior, Reum poſtulauit, tanquam in cauſa præuaricaretur.

Referre in reos. Vide Refero.

Subdere reum. Tacit. lib. 1.

Reuulſio, Reuulſus] *Vide* Reuello.

Rex] *regis*. Vide Rego.

R H

Rha] *ῥᾶ*, authore Ptolemæo lib. 5. cap. 9, Sarmatiæ fluuius, in Europa: alio nomine Volga, Volha, à Tartaris Edel nuncupatus. Ab hoc nomen medicamento notabili (ut Ammianus Marcellin. lib. 12. Hiſtoriarũ inquit) quod rheon, *ῥῆον*, ſeu Rha barbarum atq; Ponticum uocatur. Cornelius Celſus in antidoto Mithridatis, radicem Ponticam nominauit. Vide Ruellium lib. 3. cap. 2.

Rhaba] *ῥάβα*, Oppidum ad ſinum Ionium: à quo deducitur gentile Rhabæus. Steph.

Rhabarbarum] *ῥᾶον*. Vide Rha.

Rhabathmoma] *ῥαβάθμωμα*, tertia Palæſtinæ urbs, alio nomine Areopolis dicta. Author Steph.

Rhabbenus] *ni*, no: Rhabbi: magiſter Haccas Rhabbenus Antoniũ inſtruxit quid nomen Ihoua יהוה ſignificaret Hebræis Lilius refert primo Syntag. hiſtoriæ Deorum.

Rhachis] portio eſt Sturionis, qua dorſum flectit. Eſt Murio piſcis apud nos notiſſimus, nempe Martio Aprilíq; mẽſibus, multus Rhodanum auerſo flumine ſecat: capitur plurimum inter Acelatem & Taraſconem: ſed & alibi. Cælius de eo ſcribit lib. 12. cap. 12.

Rhacinus] piſcis pulli coloris, à nemine eorum qui Halieutica ſcripſerunt, præterquàm ab Ouidio commemoratus: ob id fortaſſis quòd non alibi, quàm in ponto enaſcatur, Vbi ſupremis ſuis temporibus opus hoc Ouidius inchoauit. Plin. lib. 32. cap. ultimo.

Rhacinusq; pullus, inquit ex Ouidio Plin. lib. 29. Rhacinus eſt ex conchatorum piſcium in mari degentium numero.

Rhacodes] *dis*, cutis in abſceſſibus. Cælius lib. 3. cap. 19, Eſt & in abſceſſibus cutis nuncupata Rhacodes, puris uirulentia inſigniter attenuata & *τριβωνώδης*, id eſt, attritus linteis admodum aſſimilis. Lacernoſam autem Latinè appellant nonnulli, quia lacernæ inſtar rodatur.

Rhacoma] Herba (*ῥάκωμα*) Plin. lib. 27. cap. 12. 21, Rhacoma affertur ex his quæ ſupra Pontum ſunt regionibus. Radix coſto nigro ſimilis, minor, & ruſſior paulò, ſine odore, calefaciens guſtu & aſtringens. Ruellius putat eam eſſe quæ & Rha Ponticum dicitur.

Rhacoſis] *ῥάκωσις*, id eſt, detritio multa ſcroti extẽſio eſt. Galen. in libro finitionum Medicæ artis.

Rhadamanthus] Iouis ex Europa filius, & rex Lyciæ, qui quòd ſeuerus fuerit, & iuſticiæ executor, fingitur à poetis apud inferos nocentum explorare culpas. De quo Virgilius 6. Aeneid. 114,

Gnoſius hæc Rhadamanthus habet duriſſima regna, &c.

¶ Rhadamantheum iudicium, prouerbio de incorruptè iudicantibus dictum. Rhadamanthus enim Manium iudex, neq; muneribus, neq; gratia flectitur quominus ſeuerè iudicet. Eraſmus in Chiliad. Rhadamantheum iuſiurandum, quod nullo numine conteſtato aut nominato fit, nefas enim eſt Deum iurando teſtem iſtis quiquilijs aduocare. Eraſm. in Chiliadibus.

Rhadamiſtus] regis Iberiæ filius fuit, qui dum ſimularet cũ Mithridate rege Armeniæ fœdus inire, & ob id colligandi pollices ſorent, lorum ad terram callido aſtu decidere ſimulaſſe fertur, quo Mithridatis pedes uinculo inuaſit, ipſumq; cum uxore & liberis captiuum ſecum abduxit, atq; occidit. Alexand. lib. 5. cap. 3.

Rhadata] *ῥάδατα*, Oppidum Syenitarum in Aethiopia, in quo felis aurea pro Deo colebatur. Plin. lib. 6. cap. 29.

Rhadina] uirgo quædam, quæ Corinthio dedita tyranno, dicitur è Samo ſtante Zephyro nauigaſſe. Strabo lib. 8. Eſt & urbis nomẽ non procul à Corintho, de qua ſic idẽ author ſcripſit. Eſt & Rhadina in qua Steſichorus poema ſcripſiſſe uidetur, cuius initium eſt,

Age canora Muſa cantum inci pe
Laudesq; de filijs Samijs
Reſonanti amabiliter lyra. Hinc filios appellat.

Rhadina enim Corinthi dedita tyranno, dicitur è Samo ſtante Zephyro nauigaſſe, non quidem ex Ionica Samo, &c.

Rhaga] *ῥάγα*, ſiue Rage: Mediæ Vrbs à Nicatore condita, et ab ipſo quidem Europus, à Perſis uerò Arſacia appellata. Strabo lib. 11.

Rhagades] pen. cor. & rhagadia, n. g. (*ῥαγάδες*) nocantur ſciſſuræ quæ in ſede & pedibus proueniunt. Dictæ rhagades, à uerbo Græco *ῥαγίζω*, quod ſignificat abrumpõ. Plin. lib. 23. cap. 4. 10. Attrita ſanat & ſurfures, rhagadas, condylomata, articulos luxatos. Ibid. cap. 3. 6, Vſus eius cum aceto, aut uino uetere, aut mulſo, ut quæq; cauſa exigat in curatione oris, dentium, aurium, ulcerum manantium, genitalium, rhagadum. Ibid. cap. 7. 15, Arboris ipſius cinis ex melle ſedat rhagadia. Vide Celſum lib. 6. cap. 17.

Rhagas] *ῥάγας*, id eſt, ſciſſura, fiſſumue, diuiſio eſt labi obtinens callo indurata. Galenus in libro finitionum Medicæ artis.

Rhagion] *ῥάγιον*, Aranei genus, de quo Plinius libro 29. cap. 4. 26.

Rhagis] regiuncula eſt Parthia affinis Hyrcaniæ & Perſicæ regionibus. Rhagis nomen impoſitum dicitur à terræmotibus, qui ibi frequenter fiunt, à quibus multæ urbes (ut Poſidonius refert) & duo milia uicorum euerſa ſunt. Strabo libro 11.

Rhagoides] pen. prod. (*ῥαγοειδὴς*) Tunicula oculi inferior. Celſ. lib. 7. cap. 7, Oculus ſummas habet duas tunicas, ex quibus ſuperior à Græcis *κόρειοειδὴς* uocatur. Ea qua parte alba eſt, ſatis craſſa, pupillæ loco extenuatur. Huic inferior adiuncta eſt, media parte, qua pupilla eſt, modico foramine cõcaua, circà tenuis, ulterioribus partibus ipſa quoq; plenior, quæ *ῥαγοειδὴς* à Græcis nominatur. Hæ duæ tunicæ quum interiora oculi cingant, rurſus ſub his coeunt, extenuatæq;, & in unũ coactæ, per foramẽ quod inter oſſa eſt, ad membranam cerebri perueniunt, eiq; inhæreſcunt. Sub his autem, qua parte pupilla eſt, locus uacuus eſt.

Rhagopodes] Chiropodes, qui morbo pedum laborant, quaſi rupturas in pedib. habẽtes. Cæl. Rhodi. lib. 4. cap. 12, Deniq; in pedibus quæ fiunt rupturæ uocãtur Chiræ, unde ita affecti Chiropodes nuncupati, uelut Rhagopodes.

Rhammei] populi in Nabatæa Arabiæ regione, quorum originẽ referunt quidam ad Rhadamanthum Minois fratrem. Plin. lib. 6. cap. 28.

Rhamnes] *ῥαμνήσιοι*. Hor. de Arte, 69,

Celſi præterean auſtera poemata Rhamnes. Acron, Rhamnes, Luceres, Tatienſes, Romanæ tribus erant: uel ut

uerius, Equites. Hactenus ille.

Rhamnes alij à Romulo appellatos: alij Rhamnes & Luceres uocabula eſſe Tuſca uolunt, ut refert Varro libro 4. de Ling. Latin.

Rhamnis] Vrbs fuit in Eubœa, in qua Fortunæ templum habebatur maximum: hinc Rhamnenſis, & Rhamnenſes. Alexander Alexandrinus lib. 1. cap. 13.

Rhamnus] rhamni, m. g. (*ῥαμνοῦς*) Genus ſentium aſperrimum aculeis, & flore gratiſſimum. Plinius libro 24. capite 3, inter genera ruborum rhamnos appellatur à Græcis, candidior & fruticoſior. Is floret, ramos ſpargens rectis aculeis, non ut cæteri aduncis, foliis maioribus. Vide Ruellium lib. 1. cap. 123.

Rhamnus] pagus in Attica, non procul à Marathone. Plin. lib. 4. cap. 7. & cap. 12.

¶ Rhamnuſius, Poſſeſſium (*ῥαμνούσιος*) Quod eſt ex Rhamnunte. Terent. Andr. 5. 4. 27,

Hoc certò ſcio, Rhamnuſium ſe aiebat eſſe. Vnde

¶ Rhamnuſia (*ῥαμνουσία*) Indignationis dea, quam Græci *νέμεσιν* uocant. nam quum Narciſſus formæ bonitate abuteretur ſuperbius, rectè fingitur eiuſmodi dea aduerſus eũ, qui præſentibus bonis ſit indignus. Ouid. 5. Triſt. eleg. 9. 2,

Exiget at dignas ultrix Rhamnuſia pœnas. Vide Nemeſis.

Virgo Rhamnuſia, Fortuna. Catull. Argon. 58. 79.

¶ Rhamnuſis, pen. prod. Rhamnuſidis, Patronymicum f. (*ῥαμνουσίς*) Ouid. 14. Metam. 139,

——memoremq; time Rhamnuſidis iram. Hoc eſt, Rhamnuſiæ.

Rhampſinitus] Nomen proprium regis Aegypti, ut Herodotus lib. 2. Hiſtor. refert.

Rhanis] *dis*, pen. corr. nomen Nymphæ unius Dianæ comitũ, cuius meminit Ouid. 3. Metamorphoſeos,

Excipiunt laticem Nymphæq;, Hyaleq;, Rhanisq;.

Rhaphæ] *ῥαφαὶ*, futuræ in craneo, quæ ſerratæ inter ſe coalescunt, Rabdoidales ſunt qui appellent. Cælius lib. 13. lect. antiq. cap. 28. Dorion in libello de piſcibus Rhaphidas aliud multò eſſe, quam *ῥάφαι*, dicit: nam eſſe piſciculos, quos & Belonas uocant, author eſt.

Rhaphael Volaterranus] uir inſignis doctrinæ & uirtutis, noſtro æuo excelluit: de quo quoniam Alexander Alexandrinus ciuis coætaneus atq; familiaris ingenuè ſcribit lib. 6. cap. 7. non neceſſe eſt haſce paginas replere: ſed cupidum ſtudioſumq; lectorem ad Alexandrum remittere: quò eat bonis auibus.

Rhaphane] quæ & Apamia oppidum in Media. Plin. lib. 6. cap. 14, Reliqua Medorum oppida, Phauſia, Agamzua, Apamia, Rhaphane cognominata.

Rhaphanitis] Iridis Illyricæ genus primum. Plin. lib. 21. ca. 7, Illyrica quoq; (de Iride loquitur) duorum generum eſt, Rhaphanitis à ſimilitudine, quæ & melior: Rizotomos ſubrufa, optima, quæ contactu ſternutamenta mouet. Illa herba caulem habet cubitalem, erectum. Floret diuerſi coloris ſpecie, ſicut arcus cæleſtis, unde & nomen habet.

Rhaphanoſagria] *ῥαφανοσαγρία*, Herba, quæ aliàs apios, ſiue iſchas dicitur. Plin. lib. 26. cap. 8. 26.

Rhaphea] oppidum in Palæſtina Idumææ, non procul à Rhinocolura. Plin. lib. 5. cap. 13.

Rhaphia] *ῥαφία*, Ptolemæo lib. 5. cap. 19. Vrbs Iudææ Palæſtinæ prope Iordanem fluuium, à Iudæis Rama appellatur.

Raphidę] author Dorione in libello de Piſcib. piſces ſunt, quos & Belonas uocant. Vide in dictione Rhaphæ.

Rhaphius] Animal. Plin. lib. 8. cap. 19. 1, Pompeij magni primum ludi oſtenderunt chaum, quem Galli rhaphium uocabant, effigie lupi, pardorum maculis.

Rhapſodi] diuinorum interpretes dicuntur. Cælius Rhod. lib. 7. cap. 1, Conſtat nimirum diuino inſtinctum ab interpretibus, quos & Rhapſodos nũcupãt, alienã enarrari poſſim.

Rhauraris] Obris, & Atax ex Cemmeno monte, per Galliã Narbonenſem in ipſum mare deuoluuntur. Strabo lib. 4. Hæc quidem flumina è Pyrenæo monte inter Narbonem & Aphrodiſium ex utraq; Narbonis parte, ac etiam ex Cẽmeno monte feruntur in mare, quo ex monte & Atax oritur & Obris, & Rhauraris: quem integriore lectione quidã uocant Arauraris, Gallicè, Eraud, orb, & Aude.

Rhaxayli] populi ſunt extra Germaniæ fines, trans Albin ad Septentrionis oram. Strabo lib. 7, Verùm enimuero quid ultra Germaniam exiſtat, & quid de alijs ex ordine poſtis, ſiue Baſtarnas appellare oporteat, ut plures arbitrantur, ſiue alios intermedios, ſeu Iazygas, ſeu Rhaxaylos, ſeu quoſlibet alios ex ijs qui pro tecto carnis utuntur, non facilè protulerim.

Rhea] *ῥέα*, Cæli & Terræ filia, quæ alio nomine Cybele dicitur. Rhea Syluia, filia Numitoris, Remi & Romuli mater, quæ & Ilia dicitur.

Rhebanus] Fluuius in faucibus Boſphori Thracij, ut ſcribit Orpheus in Argonaut.

Rhebas] *ῥῆβας*, Plin. lib. 6. cap. 1, Ergo à faucibus Boſphori eſt amnis Rhebas, quem aliqui Rhœſum dixerunt. Valer. 4. Argonaut. 139,

——nigrantia quin iam
Littora, longinquiq; exirent flumina Rhebæ.

Rhecas] Vnus ex ijs ducibus qui Laconas Heniochiam deduxerunt. Author Strabo lib. 11.

Rheda] rhedæ, Vocabulum Gallicum, ut ait Quint. lib. 2. cap. 5. 35. Eſt autem genus leuiculi currus, quo geſtabantur nobiliores in uillas ſuas, cuiuſmodi ſunt hodie quos Itali Cochos uocant. Cic. Attic. lib. 5. 10 5. 1, Hanc epiſtolam dictaui ſedens in rheda, quum in caſtra proficiſcerer, à quibus aderam bidui. Eidem, lib. 6. 11 2. 5, Hic Vedius uenit mihi obuiã cum duobus eſſedis, & rheda equis iunctis, & lectica, & familia magna. Cæſar 1. bell. Gall. 22 0, Omnemq; aciem ſuam rhedis & carris circundederunt.

Tollere aliquem rheda. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 9.

¶ Rhedarius, rhedarij, Auriga, rectorq; ipſius rhedæ. Cic. pro Milone, 21, Statim complures cum telis in hunc faciunt de loco ſuperiore impetum, aduerſi rhedarium occidunt.

¶ Rhedarius, Adiect. ut: Rhedarius mulus, qui rhedã ducebat. Varro 3. de re Ruſt. cap. 17. 7.

Rhedones] Galliæ populi, in ducatu Britanniæ, de quibus Cæſar 7. bell. Gall. 300. Scribitur & ſine aſpiratione.

Rhegium] *ῥήγιον*, Oppidũ ſitum in margine Italiæ, cui Græci à fractura nomen dedere. Hic enim Sicilia auulſa abrupti; eſt ab Italia, authore Plinio lib. 3. capite 8. Olim Rhegiæ ciuitatis ingens fuit potentia, ob eamq; cauſam nomen ciuitati factum eſſe autumant, quaſi regia urbs foret. Vnde & Strabo ſcribit quoſdam exiſtimaſſe à quodam rege dici potuiſſe: ſicq; abſq; aſpiratione ſcribendum eſſet. Ouid. 14. Metamorph. 1,

Liquerat & Zanclen, aduerſaq; mœnia Rhegi.

¶ Rheginí (*ῥηγῖνοι*) populi qui Rhegium incolunt.

¶ Rheginus, penultima product. Adiectiuum (*ῥηγῖνος*) Silius libro 13. 19,

Dum Lybis haud lætus Rhegina ad littora tendit.

Eſt aliud Rhegium Ciſalpinæ Galliæ oppidum, non longè à Parma & Mutina, à Lepido inſtauratum, quod & Rhegium Lepidi pro differentia alterius dicitur, à quo Rhegienſes: ſed melius dicitur Rhegium Longobardiæ.

Rhegma]ῥῆγμα,citra plagam,ut ſpaſma in neruoſis, Trauma τραῦμα,ex illato ictu in corpulentis.Cæl.lib.3.cap.11.

Rhegma]lacus eſt poſt Anchialam,quòd antiqua naualia habet multa,haud procul à Tarſo,qua parte ſpectat Rhodios.Strabo lib.14.

Rhemi]ῥῆμοι, Galliæ Belgicæ populi,ut ſcribit Cæſar in Cõmentarijs,& Plin.lib.4.cap.17.Vulgò Rhemenſes.

Rhemnia lex]pœnam calumniatoribus irrogat:Calumniator enim cùm falſa intendat ſciens crimina,innocentemq; laceret immeritum,ea lege coercetur:atq; utinam talio reuiui ſceret.Vide Tit.in Pandectis ciuilibus ad Sen. conſ. Turpil.

Rheneſia]pen.prod.(ῥήνειᾳ)exigua eſt inſula Delo uſq; adeò uicina,ut à Polycrate Samiorum Tyranno duæ hæ inſulæ catenis aliquando fuerint connexæ,in hanc mortuos ſuos Delij inferebãt,eo quod in Delo nec parere licebat, nec mortuos ſepelire,nec canem alere.Author Thucydides lib. 1. & 3.belli Peloponeſiaci.Vide Strabon.lib.10.Hermolaus,Rhenen uocat.

Rheno]rhenonis;m.g.(ἀφθέρᾳ)Veſtis pellicea,præcipuè ouina,ad uſum humanũ redacta.Ab quib.nomen habet, quas Græci ῥῆνας appellant. Licebit etiam pelles caprinas rhenones appellare.Plurimam enim his duobus pecorum generibus indifferenter tribuitur.Cæſar 6.bell. Gall. 79, ſcribit Germanos uti paruis rhenonum tegumentis.

Rhenus]ῥῆνος,Germaniæ fluuius celeberrimus,ab Alpibus defluens,Galliam à Germania ſeparans. Cæſar lib. 4. bell. Gall.Rhenus oritur ex Leponiis,qui Alpes incolunt:& lõgo ſpacio per fines Nantuatium, Heluetiorum, Sequanorũ, Mediomatricum,Tribocorum,Treuirorum citatus fertur: & ubi Oceano appropinquauit,in plures diffluit partes, multis ingentibuſq; inſulis effectis: quarum pars magna à feris barbarisq; nationibus incolitur:ex quibus ſunt, qui piſcibus,atque ouis auium uiuere exiſtimantur:multisq; capitibus in Oceanum influit.Hactenus ille. Vide Tacitum Augiſtæ hiſtoriæ lib.2.

Rhenus ueteribus Germanis dictus eſt à puritate,quòd unda ſit limpidiſſima & pura.Nam Rein purum ſignificat. Vel a fluendo,quod Rinnen Germanis dicitur. Hic in principio agri Batauorum iuxta Lobeccam arcem in tria exit cornua, ſeu oſtia.Primum,quod ad Auſtrum labitur,Flandriam atq; Selandiam uerſus, Cornelio Tacito Vahalis,Cæſari Vacalos, Plinio Helium,Marliano Vuallis,Conrado celti Balus,Germanis der Vual appellatur. In hoc Moſa fluuius defertur. Secundum oſtium,quod medium eſt,nunc Lecca,der Lech dicitur.Tertium,Friſiam Occidentalem alluens,ad Septentrionemq; deſcendens,Iſſula,ſiue Iſela,die Deyſel Germanis uocatur.Plinius & Mela Fleum dicunt.His itaq; tribus oſtijs Rhenus in Germanicum euoluitur mare, totamq; inundat Geldriam,Hollandiam,Selandiam,& Friſſiam. Porrò quòd Ptolemæus & alij multi tria Rheni oſtia faciunt,Virgilius et ueteres duo tantùm:hinc accidit,quia tertium oſtium, quod hodie Iſela dicitur, antiquitus non fuit:ſed Druſi aduerſus Germanos bellantes iuſſu,foſſa in mare ducta,factum eſt, ut munimentum aduerſus Barbaros eſſet.Atq; ideo Ptolemæo tria ſunt Rheni oſtia,quæ ueteribus duo.Ex Andrea Althamero in Tacitum,& Glareano in Cæſarem.

Caput luteum Rheni.Horat.1.Serm.Satyr.10.8.

Ripæ feraces Rheni.Lucan.lib.92.

Bicornis Rhenus:propter duo cornua, ſeu oſtia. Virgilius 9. Aeneid.146.

Rhenus citatus.Vide Cito.

Gallicus Rhenus.Catull.ad Furium,11.3.

Minax.Claud.1.Paneg.44.

Rebellis Rhenus.Stat.1.Sylu.4.18.

Spumans Rhenus uertice Aſtaoo.Lucan.lib.1.76.

Squallidus Rhenus.Ouid.3.de Ponto,eleg.4.22.

¶Rheni,Rhenorum (ῥῆνοι)Rheni accolæ, Germani uidelicet & Galli dicti ſunt à Perſio,Satyr.6.5.

Flumen Rhenum.Horat.de Arte,4.

¶Rhenanus,pen.prod.Adiect.(ῥηνανός) Vnde Cisrhenanus, & Transrhenanus,qua dictione utitur Cæſar bell. Gall.lib. 4,Vbij autem qui uni ex transrhenanis,ad Cæſarem legãtos miſerunt,&c.

Eſt item Rhenus Italiæ fluuius apud Bononiam, cuius meminit Plin.lib.3.cap.16.Ouid.2.Metam.52,

Heſperios amnes Rhenum,Rhodanumq;,Padumq;.

Rheon]ῥῆον,apud Pharmacopolas,Rhabarbarum,Ponticũq; radix eſt nobilis,quam medicamentis inſertam multis uſibus applicant.Vide in dictione Rha.

Rheſus]ῥῆσος,Rex Thraciæ fuit(inquit Seruius) qui quum ad Troiæ uenifſet auxilia,clauſiſq; iam portis tentoria locauiſſent in litore,Dolone prodente Troiano,qui miſſus fuerat ſpeculator,à Diomede & Vlyſſe eſt interfectus,qui & ipſi ſpeculatum uenerant,abductiq; ſunt equi quibus pendebant fata Troiana.Hactenus Seruius apud Virgilium libro 1.Aeneid.95,

Nec procul hinc Rheſi,&c.

Sithonij tentoria Rheſi.Ouid.2.de Arte,28.

Rheſus]fluuius in Zelia Aſiæ regione.Strabo lib. 13, Circa Zeliam eſt Tarſius amnis,qui eadem uia uiginti locis tranſitur quemadmodum is de quo Poeta dixit:

Et ſeptem Rheſi tacita: qui à Nicomedia Niceam fertur.

Rheti]ῥαῖτοι,inter Alpinas gentes Plinio commemorantur, lib.3.cap.20.Hi duce Rheto,à Gallis pulſi,Alpes occupauerunt:& à nomine ducis Rheti condiderunt Rhetiam. Horat.4.Carm.ode 4.4.

Immanes Rheti.Horat.4.Carm.ode 14.3.

Sæui Rheti.Claud.in Epithal.Palladij,46.18.

Rhetia]ῥαιτία,Regio Europæ eſt,quæ(ut lib.2.cap.12.Ptolemæus refert)ab Occaſu limites habet montem Adulam,& fontes Danubij & Rheni:ab Ortu Lycium fluuium, qui in Danubium exit,& Rhetiam à Vindelicia dimidit:à Septentrione Danubiũ:à Meridie Alpib.terminatur ſupra Galliam ciſalpinam.Poſt Rhetiam uerſus Orientem ſequitur Vindelicia, cui Noricum adhæret, Eno tantùm fluuio diſiuncta. Quidam cum Bauariam appellant.

Rhetia antiquitus in primam,& ſecundam,Ripenſem,& Mediterraneam fuit diuiſa:& ab ipſa Germania Danubio fluuime ſeparata.Prima Rhetia,quæ & ſuperior,complexa eſt Alpes.Sed & trans Rhenum:& Brigantinum lacum, quem Conſtantienſem uocant,uerſus Occidentem & Rhodanum fluuium ſuam habet portionem.Inſuper bonam eius prouinciæ partem comprehendit,quam Atheſinam ab Atheſi amne uocant.In Velinam præterea uallem & Larium lacum excurrit:ubi Rheticum uinum in primis generoſum profert quo ſummopere delectatus eſt Auguſtus Cæſar. Germani Veldtner & Paſſauner,Traminium & Vernaciolum uocant.Hi Rheti nunc ualgò Griſones,Graubunter,Engedini, Curienſes,Atheſini,Tirolenſes,&c. nuncupantur. Rhetia ſecunda ſiue inferior ab Lyco amne, qui primam à ſecunda diſterminat,incipit:& ad Oenum amnem uſq; porrigitur,qui Rhetiæ & Norici terminus eſt.Hæc comprehendit Vindeliciam.Boioarij ipſam hodie incolunt. Rhetia ripenſis,ea eſt portio prouinciæ,quæ Danubij ripam attingit: in qua ſunt Vlma,Guntia,id eſt Guntzburgum,&c. Rhetia mediterranea eſt tractus qui interiacet, per quem fluer, Guntia,Camilachus,Mindula,Zaſam,& Smuter fluuij labuntur. Rhetiam in prouinciæ formam redegit Auguſtus Cæſar

Cæſar per Tiberium & Druſum, Velleio Paterculo, Suetonio,& Horatio teſtibus.

Vniuerſa Rhetia nunc intra Germaniam connumeratur, ad quam olim non pertinebat,moribus,lingua & flumine Danubio diſcreta. Germanicum quoq; idioma recepit,præter Alpinæ Rhetiæ partem,quæ adhuc Romana lingua utitur. Sueui Alemanni nunc Rhetiam tenent.Andreas Althamerus in Corn.Tacitum.

¶Rheticus,pen.corr.Adiect.(ῥαιτικὸς)ut,Rheticæ uites, & Rheticum uinum,quod inter generoſa Italiæ uina numeratur:quòd(ut Strabo lib.4.ſcribit)in montanis Rhetorũ radicibus naſcitur,qui populi Veronam Comumq; uſq; perue nerunt.Virg.2.Georg.20.

Arma Rhetica.Ouid.2.Triſt.45.

Rheticæ Alpes,quæ Rhenum effundunt,latè porriguntur: & ab Curia Rhetiæ ciuitate,ſupra quam Occidentem uerſus oriuntur, per Heluetios Tridentem uſq; contra Orientem uagantur,uariaq; aſciſcunt nomina.Vbi incipiũt, Griſones, Graubunter,Engedini,& Heluetica montana,montes S.Bernardi,S.Gothardi,Sprulius,S.Nicolaiuubi deſinunt Tridentinæ Alpes, das Triendiſch gepirg nuncupantur.Incipiunt (inquit Alciatus in Tacitum)ab Adyja monte(Straboni corruptè legitur nunc Adula, nunc Aduela) id eſt in accesſo, uernacula ſimplicitas montem Brullium nuncupat in Volturena,ſeu ut imperiti,in ualle Telina:& in Venetiam protenduntur,donec Ocriæ ſubeant.

Rhetico]pen.cor.Rheticonis(ῥητίκων)Mons apud Pomponium Melam,lib.3,Veſtigium illud Rhetiæ primæ, inter fines Curienſium & Vallelianorum,Heluetijs imminens: cuius adhærens uallis reliquias nominis uetuſti ſeruat. Vulgò enim Bretigau,eſt Rhetorũ ager,pagus,aut uallis prope Rheticone appellatur.Apparet Pomponium Bretigau ad Romanæ linguæ figuram in Rheticonem deflexiſſe. Andreas Althamerus in Tacitum.

Rhetor]rhetoris,pen.corr.accuſatiuo rhetorem uel rhetora (ῥήτωρ) Qui artem oratoriam profitetur,& dicendi præcepta tradit. Cicero 3.de Finibus, 5, Item,ipſe rhetorum artes,quæ ſunt totæ forenſes atque populares.Martialis libro 5.57,

Omnes grammaticoſq;,rhetoraſq;

Deuites monco. Plin.epiſtol.3.lib.3,Iam circunſpiciendus rhetor Latinus,cuius ſcholæ ſeueritas,pudor in primis, caſtitas conſtet. (ritor.42.

Rhetores,& qui dicendi præcepta tradunt. Cicero 1. de Or. Græcè ab eloquendo ῥήτωρ,& Latinè eloquens dictus eſt.Cic. in Orator.34.

Cicero noſter dum ego adſum,non ceſſauit apud rhetorem.Cic. Quint.frat.lib.3.17.20.

Eminentiſſimus rhetor.Quint.lib.2.cap.3.1.

Magnus & nobilis rhetor.Vide Nobilis.

Congredi cum rhetore.Vide Congredior.

¶Rhetorice,rhetorices,pen.cor.uel Rhetorica,rhetoricæ (ῥητορικὴ)Quint.lib.2.cap.15, Huic eius ſubſtantiæ maximè conuenit finitio,rhetoricen eſſe bene dicendi ſcientiam. Cic. 2.de Finib.28,Zenonis eſt,inquam,hoc Stoici,omnem uim loquendi,ut iam antè Ariſtoteles,in duas tributam eſſe partes dicerent:rhetoricam palmæ,dialecticam pugno ſimilem eſſe dicebat,quòd latius loquerentur rhetores, dialectici autem compreſſius.

Exercere rhetoricen apud Grammaticos. Quintilian. libro 2.capite 1.3.

¶Rhetorica,rhetoricorum(ῥητορείαι)Cic.de Fato, Rhetorica mihi noſtra ſat nota.

¶Rhetorici,rhetoricorum,maſcul.gener.(ῥητορικοὶ) Libri de Rhetorica ſcripti.Quint.lib.3 cap.1,Poſt quem tacere modeſtiſſimum foret, niſi & rhetoricos ſuos ipſe adoleſcenti ſibi elapſos diceret.De Cicerone.Idem numero quoq; ſingulari uſus eſt lib.3.cap.5,Sicut ex Ciceronis quoq; rhetorico primo manifeſtum eſt.

¶Rhetoricus,pen.cor.Adiect.(ῥητορικὸς)Quod ad rhetoren ſiue rhetoricen pertinet.Cic.2.de Orat.6, Rhetoricis nunc quibuſdam libris quos tu agreſtes putas.

Ars rhetorica.Quint.lib.2.cap.17.2.

More rhetorico loqui.Cic.1.de Oratore,66.

¶Rhetoricè,pen.corr.Aduerb.(ῥητορικῶς) Cic.de claris Oratoribꝰ,21,Hanc enim mortem rhetoricè & tragicè ornare potuerunt.Idem 2.de Fin.28,Rhetoricè igitur,inquam, nos mauis,quàm dialecticè diſputare.

¶Rhetoricoteros,pen.cor.(ῥητορικώτερος)Magis rhetor.Cicer.3.de Orat.94,Quæ quum dixiſſet,in Albutium illudẽs, ne à me quidem abſtinuit,Craſſum habeo genere, ne rhetoricotero' tu ſis.Verſus eſt fictus à Cicerone ad antiquum morem.Rhetoricotero' dixit,pro Rhetoricoteros. Veteres enim s finalem frequenter elidebant.

¶Rhetoricor,pen.corr.rhetoricaris (ῥητορίζω) rhetoricari, Rhetoricorum more loqui.

¶Rhetoricaſti,Præteritum ab actiuo inuſitato, pro Rhetoricatus es.Næuius Aſinio, Age nunc,quando rhetoricaſti, reſponde,quod te rogo. Nonius.

¶Rhetoriſſo,rhetoriſſis(ῥητορεύω)rhetoriſſare,Rhetoricè loqui,Pomp.Medico,Dolaſti uxorem nunc,& propter me cupis concidere,& iam rhetoriſſas.Nonius.

Rhetus]ῥῆτος,unus Giganthum apud Horatium 3. Carm. ode 4.11.

Inſanus Rhetus multo Iacchо.Valer.1.Argon.29.

Rhetus,Centaurus quidam Ixionis filius, de quo Lucanus libro 6.78,

Teq; ſub Oetheo torquentem uertice uaſtas

Rhœte ferox,quas uix Boreas inuerteret, ornos. Rhœtus ab alijs ſcribitur.

Rheuma]rheumatis,pen.corr.neut.gen.(ῥεῦμα)Vnda,fluxus,catarrhus.fluentum impetus aquarum,tempeſtas, ἀπὸ τοῦ ῥέω,quod eſt fluo.

¶Rheumaticus,pen.corr.adiect.(ῥευματικὸς) Qui rheumate ſiue fluxione laborat. Plin.lib.29.cap.6.33,Humaniſſimi eorum cinerem crematarum reſeruandum ad hos uſus in cornea pyxide cenſuere, aut tritas clyſteribus infundendas orthopnoicis,aut rheumaticis.

¶Rheumatiſmus,rheumatiſmi,maſculin.gen. (ῥευματισμὸς) Fluxio dicitur. Plinius libro 22.capite 18.3,Radicem eius aliqui conciſam ſeruari iubent funiculis pendentem, deconquinq; in cibo contra fluxiones, quas Græci rheumatiſmos uocant.

Rheumatiſmus uentris.Plin.lib.27.cap.12.7.

Rhexenor(ῥηξήνωρ)Nauſithoi filius, & frater Alcinoi Phæacum regis,& pater Aretes,ab Apolline ſagittæ ictu interfectus.Homer.lib.7.Odyſſ.

Rhinion]rhinij,neut.gen. Dictũ uidetur uoce Diminutiua, hoc eſt,à limula,quòd ad limæ ſimilitudinem cicatrices & callos oculorum deterat.ῥίνη enim lima eſt.Celſus lib. 6.capite 6,de Rhinio collyrio.Collyrium uerò aptiſſimum eſt, quod Rhinion uocatur.Meminit & Galenus lib.4.cap. 7. De compoſitione pharmacorum ſecundum locos.

Rhimotalces]Thracum rex,qui ab Antonio ad Auguſtum Octauiũ transfierat.Hic quũ Cæſari Octauio petulãtius, crebriuſq; inter pocula ſocietatẽ & cõiunctiõ exprobraret, illud ab indigna-

ab in dignato Augusto reportauit: Ἐγὼ (inquit) προδοσίαν φιλῶ, προδότας δ' ὡς ἐπαινῶ, Amo proditionem, proditores uerò odi. Plutarchus. Vide Cælium Rhodiginum Lectionum antiquarum lib. 8. cap. 3.

Rhineę] sunt nigriores caricæ. Figues noires. Cæl. li. 16. c. 15.

Rhinnea] Insula Nomadum in mari Arabico. Plinius libro 6. cap. 28.

Rhinoceros] pen. cor. rhinocerotis, pen. prod. m. g. (ῥινόκερως) Animal. Plin. lib. 8. cap. 29. Iisdem ludis & rhinoceros unius in nare cornu, qualis sæpe uisus. Alter hic genitus hostis elephanto, cornu ad saxa limato præparat se pugnæ, in dimicatione alium maximè petens, quam scit esse molliorē. Longitudo ei par, crura multo breuiora, color buxeus. Festus, Rhinocerotem quidam putant esse bouem Aegyptium. Pausanias affirmat rhinocerata duo habere cornua, alterum insigni magnitudine ex naribus extans, alterum quod superne erumpit, exiguum quidem, sed ualidissimum. Vide Rhodig.

Rhinocerotis nasum habere dicimus, sagacem & prudentem uirum. Martial. lib. 1. 1. 32,

Maiores nusquam rhonchi, iuuenesq́, senesq́,
Et pueri nasum rhinocerotis habent.

Rhinoceros, ponitur pro quodam uase oleum guttatim fundente lauantibus se in balneis. Martial. libro 14. 52, Guttus corneus loquitur,

Gestauit modò fronte me iuuencus,
Verùm rhinocerota me parabis. Iuuen. Satyr. 7. 14,
—— exitus hic est
Tongilli magno cum rhinocerote lauari.
Qui solet.

Rhinoceros dicitur à ῥὶς, ῥινὸς, quod nasum significat: & κέρας, cornu.

¶ Rhinoceros per translationem dicitur, qui dente eminente bronchus est. Lucilius,

Bronchus bouillanus dente aduerso eminulo, hic est rhinocero's. Quid sit aũt bronchus, uide suo loco.

Rhinoclitia] ῥινοκλίσια, alterum cellæ herbæ genus. Plin. lib. 27. cap. 8, alterum genus eius, quidam Anchusam uocãt, alij Rhinoclisiã, folia lactucæ longiora, plumosa, radice rubra, quæ ignes sacros cum flore polentæ sanat impositа.

Rhinocolura] siue ut Stephanus, Rhinocurura, legitur in Aegypto fuisse urbs, inde ita nuncupata, quòd incolæ forent mutilati nares, ut Stephanus idem interpretatur, & pluribus exposuit Diodorus. Colura nanq; & coluria dicũt, quæ caudam omnino non habent, aut mutilatam præcisamq; habent. Meminit ad Dardanum Hieronymus: sed Rhinocolura ab eo dicitur. Cælius Rhodig. lib. 3. cap. 30. Strabo lib. 16. Vide Senec. lib. 3. de Ira, cap. 20.

Rhinos] ῥινὸς, pellis: hinc πετορρίνων, Andreas non contemptibilis authoris Salamãdræ (inquit) sanguine, uel marium, uel omnino ueste inficeris, nocumẽta ex igne haud prorsum sentiet. Cæl. Rhodigius lib. 10. cap. 10, addit: Postremò, animal nec corio contegitur, nec præfulcitur squammis. Quin eo argumento Græcus poeta πετορρίνων appellauit, quòd nãta pellem dicant rhinon.

Rinthon] Tragicus poeta, qui Iphigeniam descripsit. Cælius lib. 16. cap. 10, Mandya uerò Phœnolæ similis habebatur, cuius meminit Iphigenia Rhinthon.

Rhinton] Vide Rhynton.

Riocharus] nomen fluuij in Colchide. Strabo lib. 10, In Colchide autem finibus non procul à Dioscuriade Rhiocharus flumen labitur.

Rhion] ῥίον, Actoliæ promontorium est. Plin. lib. 4. cap. 2, Promoctorium, Antirium, ubi ostium Corinthiaci sinus mi-

nus mille passuum latitudine influentis, Aetolosq́; dirimentis à Peloponneso. Promontorium quod contrà procedit, appellatur Rhion. Liuius quoq; libro 8. tertiæ Decadis huius Rhij meminit.

Rhiphæi] Vide Riphæi.

Rhipheus] a, um, Riphæi montes (ῥιπαῖα ὄρη) montes Septentrionales Scythiæ, quorum Cosmographi omnes meminerunt. Plinius lib. 4. cap. 12, Græci hoc nomen in secunda syllaba non aspirant, quòd ἀπὸ τοῦ ῥιπτεῖν, hoc est à flatuum ui deductum putent, quòd ibi uehementissimè esse dicantur Boreæ flatus. Latini uerò tenuem π, mutant in p, ad differentiam Rhipæorum montium, qui in Arcadia, teste Seruio colocantur. Vide Riphei.

Ripheula arma] oppidum in Arabia. Plin. lib. 6. cap. 28, Rhipheama Oppidum, quo uocabulo hordeum appellant.

Rhipheus] Vide Ripheus.

Rhitimna] ῥίτιμνα, Ptolemæo lib. 3. cap. 17. urbs Cretæ, hodie Rhetimum, uulgò Aretima.

Rhium] est promontorium in Archiuorum solum protensum longius (ut ait Strabo lib. 8.) in falcis figuram intus curuatum: unde & Drepanum, id est falcem appellant. Iacet autem inter Patres & Aegium, Neptuni templum habens.

Rhizei] orum, populi Dardaniæ confines. Sunt in Acia populi, de quibus Strabo ita scripsit. Post Ardiæorum et Pleræorũ oram maritimam Rhizeorum sinus est, & eorũdem Oppidum cum quibusdam castellis.

¶ Rhizicus, a, um: Rhizicus sinus, apud eundem lib. 7. Post finum (inquit) &c.

Rhizias] ῥίζιας, succus est ex radice laserpitij profluens: nã qui è caulibus exprimitur, caulias appellatur. Plinius libro 19. capite 3.

Rhizicum] Lissi Oppidum est, & Acrolissus, & Epidamus, quam Corcyræi condidère, hoc tempore dicta Dyrrachium ab Cherroneso, &c.

Rhizes] animaliæ quædam in Aethiopia frequentia, forma tauris persimilis, uita uerò et magnitudine, pugnandi quoq; uiribus Elephantes referentia. Strabo lib. 17.

Rhizus] oppidum in magnesia iuxta Melibœam & Erymnem. Plin lib. 4. cap. 9.

Rhoæ] ῥοαὶ, Sunt costæ tenuiores molliores q́. Cælius Rhodiginus lib. 4. cap. 4, Tenuiores molliores q́ costas Græci ῥοὰς uocant.

Rhoali] populi in Mesopotamiæ finibus. Plin. lib. 5. cap. 24, Qui cohærent Mesopotamiæ, Rhoali uocantur.

Rhoas] flumen in Themiscyrena, quod ex Caucaso defluit. Author Plin. lib. 6. cap. 4.

Rhoda] æ, Rhodiorum in Gallia Narbonensi metropolis: à quibus Rhodijs & Rhodanum dictum putant. Plin. lib. 3. cap. 14, Oppida de cætero rara, præiacentibus stagnis, Agatha quondam Massilienstium & regio. Volcarum Tectosagum: tq; ibi Rhoda Rhodiorum fuit: undè dictus multò Galiarum fertilissimus Rhodanus.

Rhodæi] orum. Strabo lib. 6. Cæterum in mediterranea regione Rhodæi sunt & Lupiæ. Item: Huic obseruato ferente uento, Brundusinis propinquant portubus, & egressi Rhodæos urbem Græcam pedestres ocyus aduentant. cuius oriundus Ennius poeta fuit.

Rhodanus] pen. corr. (ῥοδανὸς) Fluuius Galliæ, à Rhoda, Rhodiorum oppido, ut ait Plin. lib. 3. Adeò magni cursus est, ut uix aduersa possit nauigari aqua. Feruni hunc amnem ex Alpibus oriri, quæ Italiam à Gallia diuidunt, non longè à fontibus Rheni & Danubij. Fertur per Lemanum lacum, & uersus Occidentem, per Galliam fluens, Araxim suscipit. Inde ad Meridiem conuersus, & Isaram Druentiamq́ suscipiens,

filia, ex qua Neptunus Athon gigantem genuit, qui & ipse monti nomen dedit, sed Ouidius ipsam Rhodopen conuersam tradidit, quòd deos aspernaretur. Virg. 8. eclog. 6,

—— duris in cotibus illum
Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes.

Quáq; redit medium Rhodope porrecta sub axem. Virgil. 3. Georg. 71. Id est, inquit Seruius, Quà Rhodope mons Thraciæ protentus in Orientalem plagam, Gammaides in Septentrionalem reflectitur. Nam ideo ait, Redit sub Axem. Nã axis est Septentrio, qui Græcè ἄρκτος nominatur.

Glacialis Rhodope. Ouid. epist. 2. 23.

Thracia Rhodope. Senec. Hercul. Oethæo, 42. 5.

¶ Rhodopeius (ῥοδωπήϊος) Possessiuum: quinq; syllabarum: ut, Orpheus Rhodopeius: id est Thracius. Ouid. 10. Met. 10.

Rhodopis] ῥοδῶπις, Meretrix fuit quædam Thraciæ miræ pulchritudinis, quæ unà cum Aesopo captiua fuit. Illam Charaxes Mitylenæus frater Sapphus, maxima pecunia redemit, ut Herodotus scribit lib. 2. Cuius rei etiam meminit Sappho in epistola ad Phaonem apud Ouidium, 21. 13. Hanc eandem Plin. lib. 36. cap. 12. pyramidem laudatissimam construisse scribit, ne quis opes regum miretur: ut maiore sit miraculo, eam tantas opes meretricio quæstu conquisisse: asseritq; unà cum Herodoto, illam Aesopi philosophi conseruam & contubernalem fuisse.

Rhodora] herba. Plin. lib. 24. cap. 19, Rhombotinum (inquit) arborem demonstrauimus inter arbusta. Iuxta hanc uidua uite nascitur herba, quam Galli Rhodoram uocant: caulem habet Virgæ ficulneæ modo geniculatum, folia Vrticæ in medio exalbida, eadem procedẽte tempore tota rubentia, florem argenteum. Præcipua contra tumores, feruores q́ & collectiones, &c.

Rhodos] ῥόδος, Nomen urbis, ut ait Strabo, super Orientæli promontorio sita, dicta quòd copulo rosæ illic inuento sit ædificata. Ea poreubus olim & uijs & mœnibus & reliquis ornamentis tantopere cæteras superauit, ut nulla putaretur æqualis: legum præstantia & nauali rei peritia adeò ualuit, ut annis multis maris imperio potiretur, & piratarum latrocinia fustulerit. Quo etiã nomine dicta est insula, in qua ea urbs, est quã Plin. Lyciæ, & primam Cycladum scribit esse uenientibus ab Oriente. Hæc insula noningentorum ac uiginti stadiorum ambitu patet, inter Asiaticas insulas tertia. Nam Lesbus & Cyprus maiores habentur. Prius Ophiusa dicta est, deinde Stadia, postea Telchin: eo quòd Telchines insulam incolerent, quos nonnulli maleficos, alij eximios artifices fuisse tradunt: qui eris & ferri fabricam inuenisse dicuntur. Sunt qui hanc insulam Carpathio mari adsignant, ut ex Lucilliano uersu intelligi licet,

Carpathiũ Rhodos in pelagus se inclinat apertum. Soli sacra est, qui puellæ nomine Rhodiæ amore captus, Rhodũ ab ea nominauit, ut Diodorus lib. 6. refert. Nã ut Solinus author est, nunquam ita cælum nubilũ est, ut in sole Rhodos nõ sit. Aurũ Rhodi pluisse ob scelicitatem insulæ cecinit Pindarus, ubi studia liberalium artium & in primis oratoriæ facultatis floruerunt. In ea fuit admirandæ magnitudinis colossus. In ea eti am urbs opulentissima Lyndus, ex qua Cares statuarius, qui colossum extruxit. Gymnasium habuit Asiatica eloquentia & mathematicis studijs clarissimum. Vide Vitruuiũ lib. 7. Dicta etiam est, Asteria, Aethræa, Trinacria, Corymbia, Pœessa, Atabyria ab rege. Plin. lib. 5. cap. 31.

Aspera Rhodos. Stat. 2. Sylu. 1. 18.

Nobilis Rhodus. Catull. de Phaselo, &c. 4. 2.

Phœbea Rhodos. Ouid. 7. Metam. 73. (diacus.

¶ A Rhodus fiunt adiectiua Rhodius, & Rhodinẽsis, & Rhodi

Vitis Rhodia. Virg. 2. Georg. 21.

Rhoduntia]

Rhoduntia] *est locus sanè munitus, apud Heracleam, non procul ab antiqua Thracide. Strabo lib. 9.*

Rhodussæ] *duæ insulæ in Bosphoro ante propõtidẽ & Hellespontum. Plin. lib. 5. cap. ult.*

Rhæas] *tertij generis papaueris, quod nostri appellãt papauer erraticum. Plin. lib. 19. cap. 36.*

Rhæas] *ῥοιὰς, dicitur, quum angulus oculi ex latente quadam causa fecesserit, aut praua curatione sublatus fuerit, ut lachrymas continere non amplius possit: sed humorem dimittat. Galen. in lib. finitonum medicæ artis.*

Rhæba] *ῥαιβὰ, Galenus in libro de Causis morborum: Intem pestiui autem, & Vehementiores motus labefactant mẽbra, ac in quam minimè sit oportunum partem circumagunt. Crura etenim ex ipsa innitentium corporũ grauitate, aut ad exteriora, aut ad interiora uertuntur, ut magis ad hæc quàm ad illa primum tibiæ momentum declinet: quibus enim est rectior, quàm natura conueniat, blesa fit magis: quibus autem cauior, efficitur Rhæba. Voco autem blesum, quod ad exteriora conuertitur: Rhæbum autem, quòd in contrariam partem.*

Rhæbus *(ῥοῖβος) equus fuit Mezentij apud Virg. 10. Aeneid.*

Rhæbe diu, res si qua diu mortalibus ulla est,
Viximus, *&c.*

Rhædias] *fluuius Macedoniæ, qui in Axium influit. Plinius libro 4. cap. 10.*

Rhoeo] *ῥοιὼ, Cælius lib. 7. cap. 5, Vino autem ueritas attribuitur: hinc Græcè οἶνος καὶ ἀλήθεια λέγεται. superſtõdij uerò id loco fuerit. Staphylum Dionyſij filium, ῥοιὼ, id est, Rhoeo filiam ſuſcepiſſe, quã Apollo compreſſit: id ubi reſciuit pater, coniectam in arcam demiſit in mare.*

Rhœtaces] *fluuius in Armenia qui ex Caucaſo monte in Arabonem influit: Arabo autem in mare Caſpium intrat. Strabo lib. 11.*

Rhœtus] *ῥοῖτος, Mutrubiorum rex in Italia, qui Anchemolo filio Caſperiam ſuperduxit nouercam: hunc priuignus ſtuprauit: quo cognito quam eum pater perſequeretur, & ad pœnam uocaret, fugiens ille, ſe ad Turnum contulit. Hæc Seruius in illud Virgil. 10. Aen. 78,*

Hinc Helenum petit, & Rhœti de gente uetuſta.
Anchemolum, thalamos auſum inceſtare nouercæ.

Rhœteum] *pen. prod. (ῥοίτειον) Troiadis oppidum, ubi fuit Alacis aſylum, inquit Seruius: ſicut in Sigeo, Achillis. Inde,*

Litora Rhœtea, *apud Virgilium 6. Aeneid. 101.*

Quidam Rhœtum montem Troianum fuiſſe dicunt, in quo Aiax Telamonius poſtquam ſeipſum interfecit, ſepultus fuit. Vide Rhœteus & Rhœteius.

Capax Rhœteum. *Ouid. 4. Faſt. 56.*

Oræ Rhœteæ. *Virg. 3. Aeneid. 22.*

Profundum Rhœteum. *Ouid. 11. Metam. 40.*

Rhoeti] *populi ſunt, quos Strabo lib. 4. & Vindelicos in ijs alpium partibus collocat, quæ ad Orientem & Auſtrum ſpectant, ut ſint Heluetijs & Boijs finitimi. Hor. 4. Car. ode 4,*

Videre Rhœti bella ſub alpibus, *&c.*

Rhoites] *ῥοίτης, Vnũ ex malis punicis expreſſum, quæ Græci ῥοιῶδες appellant Dioſcorides lib. 5. cap. 25.*

Rholus] *Vnus ex his Architectis qui Lemnium Labyrinthũ ædificarunt. Plin. lib. 36. cap. 13.*

Rhombus] *mator & minor, nomina ſunt locorum in Mæotide, de quibus ita Strabo lib. Geographiæ, 11, Nauigantibus ſecus terram, & ad octingenta ſtadia Tanaide progredienti, primum eſt is qui magnus Rhombites dicitur, ubi piſcatio multa eſt. & condituræ aptæ: deinde aliorum octingentorum ſtadiorum interuallo, eſt minor Rhombites, quòd promontorium non adeò piſcibus abundat. Maiores Rhombitani inſulas habent ſtationibus plenas, &c.*

Rhombus] *rhombi, m. g. (ῥόμβος) Græca uox eſt, ſignificatq; figuram quadratam ſolidam, cuius latera omnia ſunt æqualia, anguli uerò obliqui tetrapleuros, id eſt, quatuor laterum. Hic ſi in terram iactetur, uoluitur ad ſimilitudinem ferè cylindri. Vtebantur eo maleficæ mulieres ad deducendam lunam tortis filis confecto. Martial. lib. 9. 31,*

Quæ nunc Theſſalico lunam deducere rhombo.

Rota ſtraminea rhombi. *Propert. lib. 3. eleg. 6. 6.*

Torto rhombo concita licia. *Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 2.*

Rhombus, *Piſcis genus. Iuuen. Satyr. 4. 4,*

Incidit Hadriaci ſpatium admirabile rhombi
Ante domum Veneris. *Martial. lib. 1. 81,*

Quamuis lata gerat patella rhombum,
Rhombus latior eſt tamen patella. *Sic Plinius libro 32, capite 9. 8. Et*

Grandes rhombi. *Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 19.*

Rhombus, *Torques, ſiue machimula illa, quam uertendo mulieres tramam ad lanicium nent.*

Rhomphæa] *rhomphææ (ῥομφαῖαι) Genus gladij. Valerius Flaccus lib. 6,*

Aequáq; nec ferro breuior, nec rhomphæa ligno. Penultima corripitur à Flacco hoc loco, licet à Græcis ſcribatur cũ diphthongo *ῥομφαῖαι. Liu. 1. ab Vrbe, Thracas quoq; Rhomphæa, ingentis & ipſæ longitudinis, inter adiectos undique ramos impediebant.*

Rhonchus] *rhonchi, m. g. (ῥόγχος) Stertentis ſonus, nomen fictitium. Martial. lib. 1. 32,*

Maiores nuſquam rhonchi: iuuenesq; ſenesq;,
Et pueri naſum rhinocerotis habent. *Idem lib. 3. 40.*

¶Rhonchiſſo, rhonchiſſas *(ῥογχάζειν) rhonchiſſare, Stertere, Plautus, Cyathiſſat dum cœnat: dum dormit, rhonchiſſat.*

¶Ronchiſonus, rhonchiſoni, pen. corr. *(ῥογχισμὸς) Qui ſonat rhonchos, & deriſor eſt. Sidonius,*

Nec nos rhonchiſonos rhinoceronte notat.

Rhopalos] *herba, quàm alij Nymphæam, alij Heraclion nominant: Plin. lib. 25. cap. 8, Nimphæa nata traditur, Nympha, Zelotypia erga Herculem, mortua. Quare Heraclion uocãt aliqui, alij Rhopalon, à radice clauæ ſimili. Ideoq; eos, qui biberint eam, duodecim diebus coitu geniturãq; priuari Laudatiſſimam in Orchomeno & Marathone. Boeti Madon uocant, qui & ſemen edunt. Naſcitur in aquoſis, ſolijs magnis, in ſumma aqua, & alijs ex radice prodeuntibus, flore Lilio ſimili, & quum defloruit, capiti papaueris in caule: ſecatur, Autumno, Radix nigra in ſole ſiccatur, aduerſaturq; aluinis.*

Rhopographia] *Vtrgulorum ſtirpiumq; deſcriptio, qualis ad ripas amnium eſſe ſolet, uel natura uel arte facta. Ripula.*

Rhoptron] *eſt quod nos in ianua circũm dicimus. Lyſias: Ad ſacrum Rhoptrum equum deſtinauit. Cælius lib. 8. cap. 13.*

Rhoſos] *oppidum in Syria ad Caſium montem, à quo Rhoſij, orum. Plin. lib. 5. cap. 22, Oppidum Rhoſos à tergo portæ, quæ Syriæ appellantur, interuallo Rhoſiorum montium & Tauri.*

Rhoſphoduſa] *alio nomine à Stephano Rhoduſſa dicta, Inſula eſt maris pontici, paulum admodum à Matra diſtans. Plin. lib. 4. cap. 13.*

Rhoſſus] *Ciuitas in ſinu Iſico, non procul ab Alexandria, Nicopoli, & Myriandro: Strabo lib. 4. & 16. Rhoſſus (inquit) inter Iſum, & Seleuciam poſita.*

Rhoxalani] *populi in Scythia. Plin. lib. 4. cap. 12.*

Rhoxana] *ῥοξάνη, Oxyartis filia, & Vxor Alexandri Magni, quæ illi tã uita functo poſthumum peperit, de qua multa tum apud Q. Curtium, Arrianum, tum apud Plutarchũ in opuſculo, De Virt. & fortuna Alexand.*

Rhoxotani] *ῥοξανοὶ, populi ſeptentrionales, inter Boriſthenem & Tanaim amnes, cãpeſtria incolentes. Strabo. lib. 7.*

Rhudiæ] *arum, urbs in Apulcia, de qua ſcribit in hunc modum Alexandrinus Alexander lib. 1. Genial. dierum, cap. ultimo, Sed quia Tarenti mentio & Illeæ facta eſt, admoneor etiam Rhudiarum in Appulis ſitæ urbis, quæ multi nominis, & famæ non minoris habitæ ſunt. de hac Plin. libro 3. capite 11.*

Rhus] *ῥοῦς, Fruticis genus duplicem utilitatem habentis: ab antiquis enim ad condienda obſonia uæniebat, & concinnandis conficiendiſq; pellibus utilis erat: unde frutex curiarius, & rhus ſutorius appellatur. Plin. lib. 24. cap. 11. 7. Rhus, quæ erythros appellatur, frutex eſt, & huius fruticis ſemen uim habet aſtringendi, refrigerandiue.*

Rhuſceno] *Rhuſcenonis: amnis in Narbonenſi Gallia è Pyrenæis montibus deſluit. Eſt in eadem prouincia Vrbs eiuſdem nominis, Ruſilio nunc nominata. Strabo lib. 4, Elpyrene quidem Rhuſceno & Iliberrhis amnes exeunt, è quibus uterque eiuſdem nominis urbem habet. Iuxta Rhuſcenorum lacus eſt, &c.*

Rhyas] *ῥυὰς, eſt angulorum carnis aſſumptio, ob quam cauſam effluit lachryma. Galenus in libro finitionum medicæ artis.*

Rhymus] *ῥῦμος, Myſiæ fluuius iuxta Alaſiam fluens, & per Mygdonium campum in Rhyndacum influens. Strabo libro 12.*

Rhyndacus] *ῥυνδάκης, fluuius, teſte Strabone lib. 12. ex Aranitide ortum habens, qui aſſumptis ex Abrettana Myſia cum alijs, tum etiam Meceſto, ab anchora Abaſitica in Propontidem iuxta Besbicum inſulam emittit.*

Rhynitalcus] *uir fuit Thracius, cuius exemplo, teſte Plutarcho in uita Romuli, Cæſar ſæpe dicere conſueuerat amare quidem ſe proditionem, ſed proditores magnopere abhorrere.*

Rhynton] *ῥύνθων, Poeta comicus, patria Tarentinus, nugator uiliſſimus, in agendis præcipuè fabulis, ad quem alludunt tam Varro, quàm Columella, apud quos modò legitur Mython, modò Rhynton. Varro lib. 3. de Re ruſt. cap. 3. 6, Quis contra nunc Rhynton non dicit ſua nihil intereſſe utrum his piſcibus ſtagnum habeat plenum, an raniis? Eadem uerba habet Columella, lib. 8. cap. 16. 4. Athenæus libro 3, ἀεισπεοφιτῶν hunc Rhyntonem citat in comœdia Amphitryone. Cicero quoq; ad Atticum lib. 7. epiſt. ult. Nam ut ait Rhynton ut opinor, οἱ μὲν παρ' ἄλλων ἔσιν, οἷς δ' ἄλλος μέλει. Ad quem ſendriolum uice prouerbij iactatum putantur alluſiſſe Varro & Columella.*

Rhyparographus] *rhyparographi, penult. corr. Sordidarum humiliumq; rerũ pictor. Plinius lib. 35. cap. 10. 45; Tonſtrinas ſutrinaſq; pinxit, & aſellos, & obſonia ac ſimilia: ob hoc cognominatus Rhyparographus, in ijs conſummata uoluptatis: quippe eæ pluris uæniere, quàm maximæ multorum.*

Rhyphos] *ῥύφος, puluis ſordida, ſordes, puluerulentum. Galen libro 8. de Simplicium medicamentorum facultatibus, cap. 82.*

Rhyſoſis] *ῥύσωσις, morbus eſt oculorum, quem Latinè Rugationem appellamus. Cælius lib. 2. cap. 20.*

Rhytius] *Cretæ ciuitas, teſte Homero lib. 2. Iliad.*

Rhythmus] *rhythmi, maſc. g. (ῥυθμὸς) Latinè numerus dicitur. Quint. lib. 9. cap. 4, Sunt numeri rhythmi, qui neque finem habent certum, nec ullam in contextu uarietatem: ſed qua cœperunt ſublatione ac poſitione ad finem uſq; decurrunt. Diomedes, Rhythmus eſt uerſus imago modulata, ſeruans numerum ſyllabarum, poſitionem ſæpe ſublationemq; continens. Differt à metro: quia temporũ, ſyllabarum, generumq; congruentia in infinitum multiplicatur ac proſluit.*

Rhytium] *genus uaſis. Martial. libro 2. 35. ad Phœbum,*

Quum ſint crura tibi ſimulent quæ cornua lunæ,
In rhytio poteris Phœbe lauare pedes?

¶Rhythmicus, pen. cor. *(ῥυθμικὸς) ut, Muſicus dicitur, qui numeros in cantu uel in prolatione aut ſono obſeruat. Cic. 3. de Orat. 105, Neque tamen hoc tanti laboris eſt, quanti uidetur: nec ſunt hæc rhythmicorum ac Muſicorum acerrima norma dirigenda.*

R I

Rica] *ricæ, Quadratum ueſtimentum ſimbriatum, & purpureum, quo pro palliolo utebantur Flaminicæ. Alij dicunt quòd ex lana fiat ſuccida alba, quod conficiunt uirgines ingenuæ patrimæ matrimæ ciues, & inficiatur cæruleo colore. Hæc Feſtus. Plautus Epid. 5. 49,*

Supparum, aut ſubminiam, ricam, baſilicũ, aut exoticũ.

Nonius, Rica eſt quod nunc ſudarium dicimus.

Rica, *genus ueli quo mulieres capita tegunt. Dictum à ritu, ut Varro author eſt, quòd à Romano ritu ſacrificia fœminæ quum faciunt, capita tegunt.*

¶Ricula, *Dimin. pro Sudario ponitur, apud Feſtum.*

Ricinium] *ricinij, neut. gen. palliolum eſt fœmineum breue. Author Nonius Marcellus. Varro de uita populi Romani, lib. 1, Et quò mulieres in aduerſis rebus ac luctibus, quũ omnem ueſtitum delicatiorem ac luxurioſum poſtea inſtitutum ponunt, ricinia ſumunt. Cic. libro 2. de Legibus, Extenuato igitur ſumptu tribus ricinijs, & uinculis purpuræ, & decem tibicinibus, tollit etiam lamentationem. Varro lib. 4. de lingua Latina, ricinium dictum putat, quòd eo uterentur duplici, ab eo quòd dimidiam partem retrorſum iaciebant, à reſciendo. Idem τῳφῇ μυϊσμῷ: Nihilo magis dicere muliebre, quàm de muliebri ricinio palliolũ ſimplex. Ricæ, & Riculæ, inquit Feſtus, nocantur parua ricinia, ut palliola ad uſum capitis facta. Quidam Ricinus ſcribunt. Vide* Recinium.

¶Riciniatus, pen. prod. *Adiect. Ricinio indutus, Arnobius libro 6. aduerſus gentes, Fronte Ianus ancipiti, riciniatus Iuppiter.*

¶Ricinus, na, num, *apud Nonium: ut, Mitra ricina. Varro Prometh. libro 1, Aliæ mitram ricinam, aut mitram melitenſem.*

Ricinus] *pen. prod. (κωνωπίης) Genus uermis, canes acrius atq; boues infeſtans. Varro 2. de Re ruſt. cap. 9. 12, Quidam nucibus Græcis in aqua tritis perungunt aures, quòd muſcæ & ricini & pulices ſoleant (ſi hoc unguine nõ ſis uſus) eas exulcerare. Plin. lib. 22. cap. 18. 3, Et ricinos canum necant. Col. lib. 6. cap. 2. 5.*

Ricini quoq; ouium ſunt. *Cato de Re ruſt. cap. 103.*

Ricinus (ulni) *Frutex grana ferens ricinis animalibus ſimilia, unde nomen traxit. Græcis cici appellatur. Plin. lib. 15. cap. 7. 1, Proximum ſit & è cici arbore in Aegypto copioſa: alij crotonem, alij trixin, alij ſe ſamum ſylueſtre appellant. Et paulo poſt, Noſtri eam uocant ricinum à ſimilitudine ſeminis. Vulgus noſtrum hodie uocat Palmam Chriſti. Cuius ſemine & granis exprimitur oleum cibis fœdum, lucernis emplaſtriſq; utile, ricininum appellatum, inquit Dioſcorides. Galenus Cicinnium uocat. Cæterum ricinum Hetruſci phaſelum Romanus appellant.*

Ricinus, *Aliter. Plinius lib. 23. cap. 7. 21, Mori germinatione priùs quàm in folia exeant, ſiniſtra decerpi iubentur futura poma: ricinos Græci uocant. Hi terram ſi non attigere, ſanguinem ſiſtunt adalligati.*

Ricto] *ricias, rictare, Est leopardorum, quum uocem emittunt. Vide* Minanio.

Rictus] *Vide* Ringo.

Rideo] *rides, risi, risum (γηλάω, μειδάω, μειδιάω, μαθιάζω) ridere, Notæ significationis. Gell. lib. 1. cap. 19, Rex, quasi anus ætate desperet, risit. Cic. 5. Verr. 61, Ridere conniuæ, cachinnari. Idem ad Gallum, lib. 7. 26. 2.*

Flctu misto risit. Stat. 9. Thebaid. 16. 3.

M. Crassius semel in uita risit, ex quo uocatus ἀγέλαστος. Cic. 5. de Fmib. 157.

Rideo tibi. Plaut. Truc. 19. 8.

Alicui ridere. Virg. 5 Aen. 72.

Ridere aliquem, pro Deridere. Terent. Adelph. 4. 2. 10. Cic. de Arusp. resp. 6, Quum riseritis impudentiam hominis, tum à me de tota concione audietis.

Risi niuem atrã, teq; hilari animo esse & prompto ad iocandum ualde me iuuat. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 15. 1.

Ridet amatorem Lyda puella suum. Ouid. 2. Fast. 72.

Versus alicuius ridere. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 11.

Ab omni conuentu rideri. Horat. 1. Serm. Satyr. 7. 5.

Ridere de re aliqua. Cic. ad Attic. lib. 14. 312. 2.

Ridere in stomacho. Cic. ad Cælium, lib. 2. 15. 19.

Ridere risum. Cic. ad Gallum lib. 7. 26. 2.

Intempestiuè ridere. Quint. lib. 6. cap. 1. 29.

Dulce Venus risit. Ouid. epist. 15. 17.

Reddes dulce loqui, reddes ridere decorum. Horatius 1. epistol. 7. 6.

Aequora Ponti tibi rident. Lucret. lib. 1. 2.

Domus ridet argẽto, Splendet. Horat. 4. Car. ode 11. 2. Acron.

Fortuna ridet uultu sereno. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 6.

Tempestas ridet. Lucret. lib. 5. 280.

Deos ridet inultè. Ouid 3. Amor. eleg. 3. 4.

¶*Ridens, Participium (γηλῶν) ut, Arridere ridentibus. Horatius in Arte, 21.*

Dulce ridens. Catull ad Lesbiam, 48. 1.

Vndæ ridentes. Lucret. lib. 5. 201.

¶*Ridendus, Aliud partic. (γηλαστέος) Horat. 1. epist. 1. 2, Solue senescentem maturè sanus equum, ne*
Peccet ad extremum ridendus.

¶*Ridibundus, Adiectiuum (γηλαστὴν) Abundè ridens. Plautus, Epid. 9. 33,*
Illam ridibundam atq; hilaram huc adduxit simul.

¶*Ridiculum, ridiculi, pen. corr. (γέλοιον) Sermo risum excitans. Terent. And. 3. 1. 16, Hui, tam citò? ridiculum. Idem Eunuch. 5. 7. 3,*
Mihi solæ ridiculo fuit, quæ quid timeret, sciebam. Cic. 2. Ver. 12, Alijs illud indignum, alijs ridiculum uidebatur.

Sæpe etiam sententiosè ridicula dicuntur. Cic. 2. de Orat. 158.

Eludere ridiculum ridiculo. Quint. lib. 6. cap. 3. 54.

Est ridiculum ad ea quæ habemus, nihil dicere, &c. Cic. pro Archia, 6.

Esse in ridiculo. Vide In.

Haberi in ridiculo. Vide In.

Iacere ridiculum, & Mittere. Vide Iacio & Mitto.

Iteratu ridiculum. Vide Iter.

Per ridiculum. Cic. 2. Offic. 180, Quum studiosè de absentibus detrahendi causa, aut per ridiculum, aut seuerè, maledicè, contumelioseq; dicitur.

¶*Ridiculus, pen. corr. Adiect. (γελοῖος, καταγέλαστος) Qui alijs risui est, & de quo alij rident. Terent. Eunuch. 2, 3,*
At ego infœlix, neque ridiculus esse, neq; plagas pati
Possum. Cic. Verr. 4. 104, Hoc postulatum de statuis ridiculum esse uideatur ei, qui rem sententiamq; non perspiciat. Plau. Sticho, 4. 68, locos ridiculos uẽdo, agite licemini.

¶*Ridiculissimus, antiquum. Plaut. Sticho, 6. 58,*
—— euge quando
Adbibero, alludiabo, tum sum ridiculissimus.

O' rem ridiculam? Catull. ad Catonem, 52. 1.

Facie magis quàm facetijs ridiculus. Cic. Att. lib. 1. 8. 4.

Poema ridiculum. Horat. 2. epist. 1. 48.

Multa Græcorum ridicula & falsa. Cic. 2. de Orat. 120.

¶*Ridicularius, Adiectiuum, antiquum (καταγέλαστος) Idẽ quod Ridiculum. Plaut. Trinum. 4. 22,*
Sed hoc animum aduorte, auser ridicularia. Gell. lib. 4. cap. 20, Qui iurabat, cauillator quidem, & canicula, & minis ridicularius fuit.

¶*Ridiculè, pen. cor. Aduerb. (γελοίως) Terent. Adel. 4. 5. 42,*
—— hæc mi pater
Te dicere æquum fuit, & id defendere.
M. Ridiculè: aduersumne illum causam dicerem,
Cui ueneram aduocatus? Cic. 1. de Orat. 125, Non modò acutè, sed etiam ridiculè ac facetè.

¶*Risio, risionis. Verbale (μειδίασις) Plaut. Stich. 12. 7,*
—quot ego
Voluptates fero, quot risiones, quot iocos.

Videres incantata lacertis uincula cum risu, & ioco. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 10.

¶*Risor (γελαστὴς) Aliud uerbale. Horat. in Arte, 46,*
Verum ita risores, ita commendare dicaces
Conueniet Satyros.

¶*Risus, huius risus, m. gen. Idem (γέλως, μαθίασμα) Plaut. Milit. 80. 14, Nequeo hercle quidem risu meo moderarier,*

Risu blando fraudem prætexere. Claud. 1. in Ruffinum, 20.

Gratus risus. Horat. 1. Carm. ode 9. 5.

Ineptus risus. Catull. in Egnatium, 37. 4.

Lachrymosi risus. Stat. 6. Thebaid. 33.

Lentus risus. Horat. 2. Carm. ode 16. 6.

Multus risus. Horat. 4. Carm. ode 13. 6.

Obscœni risus. Ouid. 2. Trist. 82.

Soluto risu ludere. Virg. 2. Georg. 77.

Teneri risus pueri. Claud. 2. Paneg. 80.

Tremulus risus. Lucret. lib. 2. 195.

Adimere risum. Vide Adimo.

Captare risum. Cic. 2. Tuscul. 25.

Mappa compescere risum. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 13.

Risus non bene componitur ore mendaci. Tibul. lib. 3. ele. 7. 1.

Conciliatur risus. Quintil. lib. 6. cap. 3. 17.

Concitare risum. Cic. 2. de Oratore, 130.

Consequutus est risus. Cic. Metello, lib. 5. 2. 6, Visa est oratio non iniucunda, & mediocris quidam est risus consequutus. Idem ad Qu. frat. lib. 2. 10. 6, Magni risus consequebantur. Vide Consequor.

Consumere risum. Vide Consumo,

Continere risum. Vide Contineo.

Dare risus. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 12.

Edere risum. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 13. 3.

Elicere risum alicui. Iuuen. Satyr. 7. 22.

Risus est de. Cic. 2. Philip. 81, Qui risus hominum de te erat?

Excipere aliquid risu & osculo. Quint. lib. 1. cap. 2. 7.

Excutere sibi risum. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 7.

Risus factus est. Cic. 6. Verr. 23.

Vnde oricbantur risus, dulcesq; cachinni. Lucret. 5. 282.

Quatere populum risu. Horat. 2. epist. 2. 17.

Mereri risum. Quintil. lib. 6. cap. 1. 34.

Mouere risum. Cic. ad Att. lib. 6. 1. 14. 12, In quo tamen ille mihi risum magis quàm stomachum mouere solet. Vide Moueo. *Horat. 1. epist. 3. 4.* (29.

Mouere risum facto aliquo, uel ipso uultu. Quint. lib. 6. cap. 1.

Soluentur

Soluentur risu tabulæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 18.

Tenere risum. Cic. de clar. Orat. 162.

Tollere risum. Horat. in Arte, 77.

Risus Sardonius: Ris d' hoste, apud nos, Ridere risu Sardonio in eos dictum, qui præferunt lætitiam, cùm intus angantur curis, quiq; blanditijs uelant odium, risus Sardonius dicitur, quòd in Sardinia Apiastro similis herba nascatur, cuius esus diducto ore uelut ridentes homines mortem oppetere cogit.

Risus, Idoli nomen. Deum enim risuum multi olim populi, risu, gesticulatione, summáq; lætitia coluerunt. Lilius Syntag. 1. lib. Histor.

Ridica] *ridicæ, pen. corr. (κάρας) Pedamentum uinearum. Col. lib. 11. cap. 2. 7, Palos una opera cædere, & expuiatos acuere centum numero potest: ridicas autem querneas siue oleagineas findere, & dedolatas utraq; parte exacuere numero sexaginta. Varro 1. de Re rust. cap. 8. 3, Vnum robustum quod optimum solet afferri in uineam è quercu ac iunipero, & uocatur ridica. Colum. lib. 4. cap. 12. 1, Hic annus nondum uehementem palum aut ridicam desiderat. Pedamentum uinearum, inquit Budæus, aut est fissile, ut ridica, quo hodie plurimum utimur: aut est teres, ut palus. Plin. lib. 17. cap. 22. 6, Pedamenta optima quæ diximus, aut ridicæ robore, oleaq;: aut si non sint, pali è iunipero, cupresso, laburno, sambuco.*

Ridiculus] *Vide* Rideo.

Rienes] *antiqui uocabãt Nefrundines, quia Græci eos νεφρὸς uocant: Plautus in Satyrione,*
Malè tibi euenisse uideo.
Glaber erat tanquam rien. Festus.

Rigeo, Rigidus] *Vide* Rigor.

Rigiacum] *authore Ptolemæo lib. 3. cap. 9. Attrebatum ciuitas: uulgò Arras,*

Rigo] *rigas (ἀδύω, βρέχω, ποτίζω, ὀχετάω, ὀχετηγέω) rigare, Madefacere, humorem aspergere. Plin. libro 12. cap. 11, Rigatur arbor gelidis fontibus.*

Conspergere & rigare. Colum. lib. 5. cap. 6.

Iuppiter utilibus quoties rigat imbribus agros. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1. 2.

Arma cruore rigare. Virg. 6. Aen. 62.

Arua rigare. Horat. 3. Carm. ode 3. 10.

Lux solis rigat cælum. Lucret. lib. 4. 41.

Indigno teneras imbre rigante genas. Ouid. 1. de Arte, 107.

Hortus rigatur fonte. Ouid. 5. Fast. 42.

Ora rigantur aquis. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 6.

Ora rigauit fletibus. Ouid. 11. Metam. 84.

Lachrymis uultum & ora rigare. Virg. 9. Aeneid. 51.

Rore rigare. Cic. 1. de Diuinat. 38.

Rigant uenæ sanguinem nitalem membris. Plinius lib. 11. cap. 37. 53.

Ingenia omnium rigare. Author ad Herennium, lib. 4. 148.

¶*Rigans, participium (βρέχων) ut, Nimbi rigantes. Lucret. libro 6,*
Atque alijs aliæ nubes, nimbiq; rigantes.

¶*Rigatio, Verbale (λεῖμμα) Colum. lib. 11. cap. 3. 39, Sin autem sicco loco seri debuerint, quòd rigationem minimè srari non expediat, mense Februar. sesquipedali altitudine sulci faciendi sunt.*

¶*Riguus, Adiect. (ἐπίῤῥυτος) Quod aquis irrigatur: cui opponitur Siccaneus. Col. lib. 2. cap. 17. 2. de prato loquens, Eius igitur, inquit, animaduertimus duo genera: quorum alterum est siccaneum, alterum riguum.*

Amnes rigui. Virg. 2. Georg. 97.

Hortus riguus. Ouid. 8. Metam. 130.

Saltus rigui. Claud. 2. de raptu Proserp. 1.

¶*Riguum, rigui, neut. gen. substantiuum, Rigatio, uel aquæ ipsæ rigantes. Plin. lib. 17. cap. 26, Rigua æstiuis uaporibus utilia, hyeme inimica, autumno uaria.*

Rigor] *rigoris, pen. prod. (ῥίγος) Frigiditas uehemens. Plin. epist. 161. b, Rigor aquæ certauerit nitibus, nec color cedit. Plautus Pœnulo, 5. 46, Longum est rigorem maleficũ exornarier. Colum. libro 9. cap. 14, Quàm recentissimi rigoris aqua infusa.*

Rigor neruorum. Celsius lib. 4. cap. 3.

Calor & Rigor, contraria. Plin. lib. 7. cap. 50. 4.

Horridus rigor. Valer. 3. Argon. 53.

Formosus rigor. Claud. de nuptijs Honorij, 65.

Rigor (σκληρότης) *Duritiès. Virg. 2. Georg. 29,*
Tum ferri rigor, atq; argutæ lamina serræ. Seruius.

Rigor naturæ. Plin. lib. 7. cap. 19. 1, Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, toruitatemq; naturæ duram & inflexibilem, affectusq; humanos adimit. Idẽ lib. 9. ca. 3, Oratio habeat rectam quandam uelut faciem, quæ stupere immobili rigore non debeat.

Rigor stillicidij. Scæuola in l. Olymp. §. ult. ff. de seruit. urb. præd.

Rigoris iuris Modestinus in l. si expressim. ff. de appell. Si expressim sententia contra iuris rigorem data fuerit.

¶*Rigoratus, penult. prod. Adiect. (σκληρωθείς) Plinius lib. 17. cap. 23. 12, Traduces Gallica cultura bimi utrinq; lateribus, si pes quadrageno distet spacio, quaterni si uiceno, inter se obuij miscentur, alliganturq; unà conciliati, uirgultorum comitatu obiter rigorati quæ deficiant. Hoc est, rigidiores & firmiores facti.*

¶*Rigidus, pen. corr. Aliud. adiect. (ῥίγιος, ἀτρυὸς, ἀπόκρεος, καθδένας) Frigidum. Virg. 2. Georg. 64,*
Tellurem Borea rigidam spirante moueri.

Nec poterit rigidas scindere remus aquas. Ouidius 3. Trist. eleg. 10. 10.

Manus rigida. Ouid. 14. Metam. 129.

Pruinæ rigidæ. Lucret. lib. 2. 105.

Rigidus, Durus, Erectus, Quod nõ nisi ex duritie accidit. Virgil. eclog. 8. 6,
—— tum rigidas motare cacumina quercus.

Æsculus rigida. Horat. 3. Carm. ode. 10. 4.

Rigida caligo. Cic. 1. Tusc. 57.

Capillis rigidis hirta canities. Ouid. 10. Metam. 84.

Cornu rigidum. Ouid. 9. Metam. 17.

Ibes aues rigidis cruribus. Cic. 1. de Natur. deor. 141.

Falces conflantur in rigidum ensem. Virg. 1. Georg. 102.

Ferro rigido sodit pectora. Ouid. 1. de Remed. amor. 4.

Mons rigidus. Ouid. 8. Metam. 161.

Mite nec in rigido pectore pone caput. Ouid. 1. Amor. ele. 4. 8.

Rostrum rigidum. Ouid. 5. Metam. 135.

Silex rigidus. Ouid. 10. Metam. 49.

Vngues rigidi. Ouid. 2. Amor eleg. 6. 1.

Rigidus leo, Durus, crudelis. Martial. lib. 10. 65.

Fores rigidæ. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 5.

Rigida innocenti. 1. Liu. 9. bel. Maced. 170.

Ius est rigidum & ineuitabile. Ouid. ad Liuiam, 89.

Et patriæ rigida mente negauit opem. Ouid. epist. 3. 20.

Minæ rigidæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 10.

Mores rigidi. Ouid. 2. de Remedio amoris, 74.

Mors rigida. Lucret. lib. 6. 241.

Sententia rigida. Plin. epist. 74. f.

Canachi signa rigidiora esse quàm ut imitentur ueritatem. Cic. de claris Orat. 34. Signa intelligit statuas.

Pudor rigidus. Claud. 8. Paneg. 49.

Vultus rigidus. Ouid. epist. 4.15.
¶ Rigeo, riges, rigui (ῥίγω, ῥιγέω, ῥιγόω) rigere, Frigere. Plin. lib. 6. cap. 13. 2, Verum Asiæ quoque magna portio apposita Septentrioni, iniuria syderis rigentis, uastas solitudines habet. Sic lib. 8. cap. 36. 2.
Rigent frigore partes mundi inculiæ. Cic. 1. Tusc. 107.
Rigere gelu. Liu. 1. bell. Pun. 118, Homines intonsi & inculti, animalia, imanimáq; omnia rigentia gelu, cætera usu quàm dictu fœdiora terrorem renouare. Martial. lib. 1. 165.
Frigore rigere. Lucret. lib. 3. 163.
Frigore perpetuo Sarmatis ora riget. Ouidius 2. de Ponto, eleg. 7. 15.
Prata rigent. Horat. 4. Carm. ode 12. 1.
Lingua riget. Ouid. 1. de Arte, 104.
Rigere, Erectum esse: ut,
Comæ rigebant horrore. Ouid. 3. Metam. 20.
Capilli metu rigent. Ouid. 2. Fast. 20.
Ceruix horrida riget. Ouid. 8. Metam. 57.
Ianua riget duris fulta roboribus. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 6.
Rigere, Durum esse. Virg. 5. Aeneid. 81,
Terga boum, plumbo insuto, ferroq; rigebant.
¶ Rigens (ῥιγῶν) Participium: ut, Artus rigentes imbri uentoq; Stat. 1. Thebaid. 77.
Bruma rigens. Lucan. lib. 1. 4.
Caput prædurum ac rigens. Quint. lib. 11. cap. 3.
Corpus rigens, Nullo modo flexum. Quintil. lib. 1. cap. 13. 6. A summo ad imum rigens corpus. Alij legunt, A summis ad ima rigens opus. De Statuis & picturis.
Membra rigentia. Lucan lib. 2. 5.
Rigentes oculi, apud Plinium lib. 11. cap. 37. 20. qui non circumaguntur, ut ait Budæus.
Palla rigens ſtignis & auro Virgil. 1. Aeneid. 131.
Vestes auro & ostro rigentes. Virg. 11. Aeneid. 14.
Vngue rigente secui genas. Ouid. epist. 5. 15.
¶ Rigesco, rigescis (ῥιγῶμαι) rigescere, Frigescere.
Rigescere, Indurari. Virg. 3. Georg. 73.
Aeraq; dissiliunt uulgo, uestesq; rigescunt. Vbi Seruius, Rigescunt, Durantur, ut frangi potius, quàm scindi posse uideantur. Plinius lib. 17. cap. 22. 25, Vua quæ nascatur è duro rigescente.
Hubera sensit rigescere. Ouid. 9. Metam. 72.
Lachrymæ rigescunt sole. Ouid. 2. 73.
¶ Rigidor, pen. cor. rigidaris, rigidari, pen. prod. Rigidũ fieri. Senec. epist. 72, Flexuram non recipit: rigidari quidem, amplius intendi non potest.
Riguus] rigua, riguum. Vide Rigo.
Rima] rimæ (σκαφυαὶ, πλεισμιαὶ) Fissura. Propriè rimæ dicuntur exiguæ distantiæ tabularum in iuncturis. Vnde tractum est ut omnes fissuræ, rimæ dicantur. Plinius libro 15. cap. 8. 1, Vt formicæ, rimæq; absint.
Hiantes rimæ. Lucan. lib. 1. 124.
Agere rimas. Ouid. 2. Metam. 43. Vide Ago.
Naues fatiscunt rimis. Virg. 1. Aen. 25.
Plenus rimarum, dicitur qui nihil celat eorum quæ creduntur illi. Terent. Eunuch. 1. 2. 25,
Translatio sumpta à uase aquario fictili.
Rimam inuenire, In tergiuersatores dictum, qui nulla in causa tot fidei uinculis astringi possint, quin aliquid inueniant quo elabantur: ut ait Erasmus. Plaut. Curcul. 10. 24,
Rogitationes plurimas propter, uos populus sciuit.
Quas uos rogatas rumpitis, aliquam reperitis rimam.
Rimas explere dicuntur oratores, per translationem, quũ uerba inferciunt ut pleniorem orationem faciant. Cic. in Oratore, 136, Neq; inferciens uerba, quasi rimas expleat, nec minutos numeros sequens concidat, delumbetq; sententias.
¶ Rimula, rimulæ, pen. corr. Diminut. (πλεισμιδίον)
¶ Rimosus, pen. prod. Adiect. (πλεισμιώδης, διαῤῥηγμοῦ) Quod est rimis plenũ. Col. lib. 1. cap. 5. 9, Quicquid ab inferiore mox apposueris, fissum erit rimosumq;.
Cymba rimosa. Virg. 6. Aeneid. 83.
¶ Rimor, rimaris (ἐκῥηγνύω, ὀρύσσω) rimari, & Rimo, rimas, secundum Priscianum, Diligenter quærere, scrutari, quasi rimulas quasq; perquirere. Tractum à suibus, qui glandes rimãtur de rimis terrarũ authore Seruio. Virg. 1. Geor. 77,
Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri. Id est, pascuntur in pratis, cibum per terræ rimas requirentes: inquit Seru. Cic. 1. de Diuin. 210, Sed tamẽ id quoq; rimatur quantum potest.
Diligentissimè rimari. Quint. lib. 5. cap. 13. 18.
Iuga rimari canibus. Claud. de bello Gildon. 72.
Partes apertas rimari. Virg. 11. Aeneid. 150.
Vultus alicuius rimari lumine acerbo. Stat. 11. Thebaid. 105.
Rimari, Scindere, et quasi in rimas agere. Virg. 3. Georg. 107,
Ergo ægrè rastris terram rimantur. Seruius.
Rimari, Expleri, pasci. Virg. 6. Aenid. 129.
—rimaturq; epulis, habitatq; sub alto
Pectore. Seruius.
Ringo] ringis, rinxi, rictum (κύρτω) ringere: uel Ringor, ringeris, pen. corr. Deponens, Os torquere: quod canes faciunt latraturi, uel quum ex ira in rugas deducunt os.
Ringi, Irasci, & tacitum stomachari, ut ait Donatus, Terent. Phorm. 2. 2. 27,
—quum ille & cura & sumptu absumitur,
Dũ tibi sit quod placeat, ille ringitur, tu rideas. Sidonius.
Multum ringitur otiosa uirtus.
Ringi dicitur à narium tortura. nam ῥὶς naris dicitur: ut sit ringi, quasi narẽ agi, hoc est, narẽ torqueri, inquit Sipontinus.
¶ Rictus, huius rictus, m. g. (στόμαχος) Est oris distensio, qualis esse solet in ridentibus: à Græcis gelasinus dicta, inquit Budæus. Martial. lib. 3. 51,
Quum comparata rictibus tuis ora
Niliacus habeat crocodilus angusta.
Rictus etiam ponitur pro Minaci habitu oris. Cic. 6. Ver. 8. 4. Quintil. lib. 1. cap. 11. 5, Obseruandum erit ne labra distorqueantur, ne immodicus hiatus rictum distendat. Id est, os in ringentis modum formet. Budæus.
Canimus rictus. Iuuen. Satyr. 10. 28.
Crudi rictus. Seneca Agamemn. 9. 8.
Rictus ad aures dehiscens. Plin. lib. 8. cap. 21. 3.
Flexibiles rictus quadrupedis. Ouid. ad Pisonem, 11.
Fluidi rictus sanguine. Ouid. 14. Metam. 34.
Fulmineus rictus lupi. Ouid. 11. Metam. 74.
Immanes rictus. Claud. 7. Paneg. 50.
Lati rictus. Ouid. 3. Metam. 135.
Letiferi rictus. Claud. 1. in Ruffinum, 53.
Modici rictus. Ouid. 3. de Arte, 57.
Niger rictus. Sil. lib. 13 113.
Oblitus spumis rictus. Ouid. 11. Metam. 74.
Patuli rictus. Ouid. 6. Metam. 76.
Pestiferi rictus. Ouid. 3. Metam. 15. De serpente Cadmeo.
Spumantes rictus. Ouid. 4. Metam. 20.
Tabido rictu mœsta iacens Fames. Senec. Herc. furen. 9. 15.
Contrahere rictum, eorum est qui mœsti aut meditabundi sunt. Budæus.
Risu diducere rictum, Ad hilaritatem impellere. Horat. 1. Ser. Satyr. 10. 2. Budæus.
Diducere rictum, Os aperire. Iuuenal. Satyr. 10. 23. Budæus.
Distendere rictum. Quint. lib. 1. cap. 11. 5.
Rictum alicuius in loquendo reddere. Plin. lib. 7. cap. 12. 5.

Nimbo-

Nimbosoq; ruunt spumantia flumina rictu. Sil. lib. 1. 42.
Ripa] ripæ (ὄχθη) Extremitas terræ, aquæ ulcina. Dicta quòd aquarum agitatione rumpatur. Et propriè est fluminũ uel fontiũ, sicut litus maris. Cæsar. 6. bell. Gall. 21, Erat inter Labienum atque hostem difficili transitu flumen, ripisq; præruptis. Sic lib. 5. 68.
Ripa & Litus, pro eodem accipi uidentur apud Columellam, lib. 1. cap. 5, Villa semper mare rectè conspicit, quum pulsatur, aut fluctu respergitur, unquam ex ripa, sed paulum summota à litore.
Ripa, de mari Pontico. Plin. lib. 9. cap. 15. 6, Thynni dextra ripa intrant, læua exeunt.
Agger ripæ gramineus. Virg. 7. Aeneid. 22.
Anfractu riparum incuruus fluuius. Stat. 4. Thebaid. 11.
Margo ripãrum. Ouid. 2. Fast. 45.
Murus ripãrum. Plin. lib. 16. cap. 37. 1. Hoc est, ripæ uicẽ murorum præbentes.
Vestitus uiridissimi riparum. Cic. 2. de Natur. deor. 142.
Abruptissimæ ripæ. Plinius iunior.
Agentes ripæ. Stat. 1. Sylu. 3. 9.
Arentes. Virg. 4. Georg. 111.
Arundineæ. Stat. 6. Thebaid. 55.
Declues. Ouid. 5. Metam. 118.
Fluuiales. Ouid. Epist. 5. 5.
Frondentes. Claud. 4. Panegyr. 39.
Gelidæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 59.
Limosæ. Ouid. 2. Amor. eleg. 5. 1.
Mœniæ. Ouid. 2. Metam. 51.
Opacæ. Sil. lib. 4. 17.
Pendentes ripæ. Ouid. 1. de Arte, 125.
Peregrinæ. Ouid. 2. Metam. 68.
Tacentes. Stat. 4. Sylu. 3. 18.
Trementes ripæ uerbere. Horat. 3. Carm. ode 27. 5.
Virides ripæ. Ouid. 2. Metam. 75.
Viridissima gramine ripa. Virg. 2. Georg. 29.
Vmbrosa ripa. Horat. 3. Carm. ode 1. 5.
Eodem equo aduersam ascendit ripam. Cic. 1. de Diuin. 103.
Assuetæ ripis uolucres. Virg. 7. Aeneid. 7.
Taciturna ripa caret uentis uagis. Horat. 3. Carm. ode 29. 5.
Obliquis ripis cingere flumina. Ouid. 1. Metam. 8.
Fluuiũ extra ripas diffluentem cõtinere. Cic. de clar. Orat. 175
Capacibus ripis effusus amnis. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 4.
Habitare ripis. Virg. 3. Georg. 86.
In uiridi & opaca ripa inambulare. Cic. 1. de Legib. 22.
Intrare ripas fluminis. Virg. 7. Aeneid. 41.
Altis ripis labuntur aquæ. Horat. Epod. 2. 5.
Flumina radentia ripas rodunt. Lucret. lib. 3. 52.
Tyberis ripas stringens flumine pleno. Virg. 8. Aeneid. 13.
¶ Ripula, pen. corr. Diminutiuum (ὀχθίδιον) Cicero ad Atticum libro 15. 329. 2, Itaq; me referunt pedes in Tusculanum, tamen hæc τοποθεσία ripulæ uidetur habitura celerem satietatem.
¶ Riparius, Adiectiuum, Quod in ripis habitat: ut, Ripariæ hirundines. Plinius libro 30. cap. 4. 7, Ita in riparum cauis nidificantes.
¶ Riparenses, de quibus mentio fit. C. de re militari. l. de castris riparensibus erant milites, qui in imperij limitibus excubabant pro Republica aduersus Barbaros: puta in ripis Danubij, ad tuendas Panoniás aduersus Sarmatas: & in ripis Euphratis, aduersus Parthos. Herodianus lib. 6. Alciatus.
Ripa alta] ὄχθη ὑψηλὴ, Britanniæ locus, Ptolemæo authore lib. 2. cap. 3. Vulgò Roxemburg.
Ripepora] Ciuitas ex Cordubensi conuentu populo Romano fœdere coniuncta. Plin. lib. 3. cap. 1.

Riphæi] ῥιπαῖοι, montes Scythiæ, sic dicti à perpetuo uentorum flatu, ut Grammaticis placet. Inde Eurus & Riphæus dictus Virgilio, 3. Georg. 77,
Gens effræna uirũm Riphæo tunditur Euro.
Arces Riphææ. Virg. 1. Georg. 48.
Nix Riphæa. Stat. 11. Thebaid. 23.
Pruinæ Riphææ. Virg. 4. Georg. 114.
¶ Riphæi populi sunt Septentrionales, Riphæorum montium accolæ: quos Riphath filius Gomer instituit, & à se Riphæos nominauit, ut scribit Iosephus lib. 1.
Ripheus] ῥιφεύς, dissyllabum, unus ex Centauris Ixionis & Nubis filius, Fuit & uir Troianus, de quo meminit Virg. 2. Aeneid. 86,
—cadit & Ripheus, iustissimus unus
Qui fuit in Teucris, & seruantissimus æqui.
Rira] æ, fluuius in Thracia, regione Astice non procul à Chersoneso, Plutarchi patria. Plin. lib. 4. cap. 11.
Risagallum] alias Regal, pharmaci quoddam genus pulueruleuti. quod & uirus est, & Aurificibus atque Chymistis usui esse solet ad metallorum facilioremtractationem & fabricam. Vide Matthiolum apud Dioscoridẽ lib. 5. cap. 29.
Risardir] portus in Mauritania è regione Gaditani freti. Plin. lib. 5. cap. 1.
Riscus] risci, m. gen. (φίσκος) authore Donato, est cista pelle contecta. Nomen Phrygium. Seruius uerò ait feneſtram esse paruam in pariete. Terent. Eunuch. 4. 6. 16,
Abi tu, cistellam Pythia domo effer cum monumentis.
C. Videñ' tu illum Thaïs? P. Vbi sita est. T. in risco.
Risinum] Liburniæ urbs Ptolemæo, libro 2. cap. 17. Hodie Rhisinium.
Risus] huius risus, risui. Vide Rideo.
Ritus] huius ritus, m. g. (θεσμὸς, θεσμοθεσία) Festus, Ritus, mos est comprobatus in administrandis sacrificijs: siue, Ritus est mos uel consuetudo. Plautus Menæch. 9. 38,
Certè hæc mulier cantherino ritu astans somniat. Cic. 2. de Leg. 36, Ex patrijs ritibus optuma colunto.
Quadrupedum ritus. Lucret. lib. 4. 255.
Tempestatis ritu mobilia. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 54.
Barbarici ritus. Lucan. lib. 1. 89.
Profani ritus. Tacit. lib. 2.
Ascisere ritus. Vide Ascisco.
Edisscere ritus nouos. Ouid. 2. Fast. 109.
Exigere ritus humanos ad cælestia. Ouid. 9. Metam. 101.
Exuere ritus. Tacitus lib. 2.
Indere ritus. Tacit. lib. 21.
Magico ritu lustrari. Ouid. 10. Metam. 80.
Viuere latronum ritu. Cic. 2. Philip. 74.
¶ Rites, ritis, masc. g. Idem (θεσμὸς) Statius lib. 11. Thebaid. 57,
Hei mihi primitijs ararum, & ritè nefasto Libatus.
¶ Rituales (θεσμοθέται) nominantur Hetruscorum libri, in quibus scriptum est, quo ritu urbes conduntur: aræ, ædes, sacrantur: curiæ, & tribus centuriæ distribuuntur: ut ait Festus. Cic. 1. de Diuin. 125, Quod Hetruscorum declarant & haruspicini & fulgurales & rituales libri, nostri etiam augurales.
¶ Ritè, Aduerb. (σὺν εὐφροσύνῃ, κατὰ θεσμὸν) A Rito uerbo, secundum Priscianum, significat Rectè, quia nihil traditur ritibus, quod non rectum esse credatur. Vel, ut ait Varro, quia quod fit ritè, id rãtum & rectum est. Festus, Ritè, bene significat, ac rectè. Cicero 2. de Finib. 62, Quam igitur pronunciabit sententiã ratio adhibita, primùm diuinarum humanarumq; scientia, quæ potest appellari ritè sapientia.
Ritè coli. Ouid. 13. Metam. 138.
Deos ritè colere. Cic. 1. de Diuinat. 43.

Perpetrare ritè sacrificium. Liu. lib. 4. Decad. 5.
Testamentum ipso præsente conscribunt, testes ritè affuerunt. author ad Heren. lib. 1. 24.

Riualis] huius riualis, pen. prod. m. g. ablatiuo ab hoc riuale & riuali (αὐτόχρωτε, αὐτίγλωσ) Qui eandem amat cum aliquo: quemadmodum procus qui eandem petit. Plautus Sticho, 7. 30,

—est amica ambobus riuales sumus. Teren. Eun. 1. 2. 37,
Sed Parmenomen ante ostium Thaidis tristem uideo
Riualis feruum.

Amare nullo riuale. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 19.
Sine riuale diligere dicuntur, qui stultè mirantur quod nemo alius concupiscat. Veluti simia catulos suos & miratur & amplectitur: & indocti poetæ suas nugas soli diligunt. Sumpta allegoria ab amantibus, quibus est amica deformis, & quam alius nemo uelit. Extat adagiũ in Epistolis Ausonianis. Cic. ad Qu. fratrẽ lib. 3. 2. 4. 6, O dij quàm ineptus, quàm se ipse amans, sine riuali? Horat. in Arte poetica, 90,

Quin sine riuali, teq; & tua solus amares. Translatio sumpta uel à bestijs, quæ sitientes, quum ex eodem riuulo haustum petunt, prælium contra se inuicem concitant. Vel à re rustica. Nam riuales dicuntur ij, quorum agros riuus aliquis determinat, qui incertitudine & mutatione crebra cursus; lites sæpe inter eos suscitat. Vide post Riuus.

Riualis aries. Colum. lib. 7. cap. 3. 4.
¶ Riualitas, pen. corr. huius riualitatis, f. g. (ζηλοτυπία) Dicta est æmulatio illa inter amatores. Cic. 4. Tuscul. 89, Obtrectare uerò alteri, aut illa uitiosa æmulatione, quæ riualitati similis est.
¶ Riuinus, riuini, pen. prod. (ζηλότυπος) Idem quod Riualis. Plaut. Asin. 2. 6, —cedit noctem filius
Riuinus, amens ob raptam mulierem.

Riuolta sicca] Nomen loci, in quo contra Venetos pugnarunt Galli nõ procul ab Abdua Italiæ flumine. Cælius lib. 5. cap. 1, Haud ita multa interiecto tempore, discordi ab hisce belli primitijs exercitu Veneto, pars una Gallũm, Prandinum oppidum haud ita ab flumine diśitum inuadere cogitantem ducentis fermè ab fluuio passibus audacius adorta est inter Cassianum, Triuillium, & Riuoltam siccam, id loci nomen est, &c. (gen.

Riuiana] Ptolemæo lib. 2. ca. 11. Germaniæ urbs, uulgò Gen

Riuus] riui, m. g. (ῥεῦμα) Locus depressus per longitudinem aquæ currentis. Festus, Riuus uulgò appellatur tenuis fluor aquæ, non specu, consilióue factus, uerùm naturali suo impetu. Sed & ij riui dicuntur qui manufacti sunt, siue super terram in fossa, siue super specu: cuius uocabuli origo ex Græco pendet. Cicero in Topicis 17, Tanquam riuorum à fonte deductio.

Aquæ puræ riuus. Horat. 3. Carm. ode 16. 6.
Ruris riui. Horat. 1. epist. 10. 1.
Arens riuus, Siccus ferè. Virg. 3. Aeneid. 70.
Fluens riuus. Virg. 8. eclog. 21.
Garrulus. Ouid. 2. Fast. 64.
Lapidosus. Ouid. 3. Fast. 57.
Mobiles riui. Horat. 1. Carm. ode 7. 3.
Obliquus riuus. Horat. 2. Carm. ode 3. 3.
Proni riui. Horat. lib. 1. Carm. ode 29. 3.
Rauci riui. Claud. 5. Paneg. 44.
Saliens riuus dulcis aquæ. Virg. 5. eclog. 10.
Agit aquas riuus. Ouid. 1. Fast. 81.
Claudere riuos. Virg. 3. eclog. 23.
Deducere riuos. Vide Deduco.
Tenuis fugiens per gramina riuus. Virg. 4. Georg. 4.
Potis riuis intyba gaudent. Virg. 4. Georg. 24.

Gelidos riuos inficere sanguine. Horat. 3. Carm. ode 13. 2.
Riuus cum murmure labens. Ouid. 2. Metam. 45.
Celeres riuos morari. Horat. 3. Carm. ode 11. 3.
Aqua trepidat cum murmure per pronum riuum. Horatius 1. epistol. 10. 5.
Riuus sanguinis. Plin. lib. 11. cap. 37. 84.
Sanguinis riuos uomens. Virg. 11. Aeneid. 134.
Vberes riui lactis. Horat. 2. Carm. ode 19. 2.
Lachrymarum riuus. Ouid. 9. Metam. 32.
Argenti riuus & auri. Lucret. lib. 5. 203.
Fortunæ riuus. Horat. 1. epist. 12. 2.
Flumina facere è riuo: Prouerbij figurã habet, ut illud, Ex musca elephantum: id est, è re minima rem maximam. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. 5.
¶ Riuulus, pen. corr. Diminut. (ῥυάκιον) Cic. 1. Acad. 12, Vtea à fontibus potius hauriant, quàm riuulos consectẽtur. Idem pro Cælio, 14, Nam si ipse orietur & nascetur ex sese, fortasse ut soleo, commouebor: siue autem ut riuulus accersitus & ductus ab ipso capite accusationis uestræ, lætabor.
¶ Riuales (ῥυάκιοι) Qui in riuis habitant. Colum. lib. 8. cap. 15. 5, Datur cammarus, & riualis alecula, uel siqua sunt incrementi parui fluuiorum animalia.
¶ Riuatim, pen. prod. Aduerbium. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 12, Quæ igitur ratio facit, ut riuatim aquæ de Ponto fiant, quum foris influentes aquas Pontus accipiat?

Rixa] rixæ (ἔρις, ἐρίδια) Nomen fictitium, à ringendo, quod est proprium canum quando irritantur. Festus, Rictus, rixæ, rixosè, ringitur, dici uidentur, quia in diuersum rumpantur, contrariaq; sint recto. Cic. in Verrem, Ecce autem noua turba atq; rixa. hoc est, Contentio & pugna.

Calidæ rixæ. Horat. 3. Carm. ode 27. 14.
Dulcis rixa. Propert. lib. 3. eleg. 8. 1.
Nocturna rixa. Ouid. 3. de Arte, 15.
Vecors rixa. Catull. ad Rauidum, 38.
Committere rixam. Vide Committo.
Committere se rixæ. Ouid. ad Pisonem, 40.
Conditus ad rixam. Vide Cõcio.
Excitare rixam. Catull. ad Rauidam, 38. 1.
Inserere rixas. Tibull. lib. 1. eleg. 1. 15.
Rixa est cum eo magna. Cic. ad Patum, lib. 9. 22. 1.
Rixa sedata Liu. 2. ab Vrbe, 122.
¶ Rixator, pen. prod. rixatoris, Verbale. Firmic. lib. 5. cap. 8, Homines erunt mali, litigiosi, rixatores, contentiosi.
¶ Rixosus, pen. prod. Adiect. (ἐριστικὸς, δύσερις) Contentiosus.
Rixosæ aues, Pugnaces, & ad ineũda inter sese certamina proclines: cuiusmodi erãt Græcorum alites, inquit Columella, eorum enim studium erat, ferocissimum quenq; alitem certaminibus & pugnæ præparare. Colum. lib. 8. cap. 2. 4.
¶ Rixo, rixas, rixare, Antiqui pro Rixor sunt usi, Varr. Armorum iudicio, Ille uiros hortari, ut rixarent, præclari philosophi. Idem Serrano, Dormit altiùs, nimirum uigilant, clamant, calent, rixant. Idem de rerum Natur. lib. 1, Ne familiæ rixent cum uicinis.
¶ Rixor, rixaris (ἐρίζω, ἐριμαχέω) rixari, Iurgijs agere, contendere. Horat. in epistola ad Lollium, lib. 1. 19. 3,

Alter rixatur de lana sæpe caprina,
Propugnat nugis armatus. Prouerbium est in eos, qui de re nihili disceptant: quod à quopiam euentu natum appareret, contentiosè decertantibus duobus, utrum lanam haberet caper, an fetas. Aut altioqui de uillis caprinis dimicantibus, re uidelicet inutili, minimiq; momenti: cuiusmodi iocus fertur & de asini lana. Loquitur autem Horatius de morosis in amicitia, qui quantumlibet friuola de causa litem cum amico suscipiunt.

Rixantur inter se. Plin. lib. 16. cap. 2. 1.
Rixari cum aliquo de amica. Cic. 1. de Orat. 133.
Rixatur herba aridæ. Var. 1. de Re rust. cap. 47, Aridæ factæ herbæ rixantur, ac celerius rumpuntur, quàm sequuntur.
¶ Rixus, Participium (ῥίψας) Lucretius lib. 6,

Rixantes potius, quàm corpora desererentur.

Rizonicus] ῥιζωνικὸς κόλπος, Sinus Liburniæ Ptolemæo, hodie Catharum.

R O

Robigo] pen prod. (ῥωδιγῶ) Dea, quam Romani putabant robiginem siue rubiginem auertere. Ouid. 4. Fast. 183,

Flamen & antiquum lucum Robiginis ibat. Erat & Robigus deus, cui robigalia sacra VII. calen. Maij fiebant: quoniam tunc ferè segetes robigo occupat, ut ait Plinius. Vide Varronem 1. de Re rust. cap. 1. 4.

¶ Robigalia, Dies festus septimo calendas Maias, quo Robigo deo suo, quem putabant rubiginem auertere, Romani sacrificabant. Festus.

Robigo] robiginis (ἐρυσίβη) Morbus segetum, qui culmis frumentorum innascitur ex nimio humore, ut ait Var. Hoc uitio, spicæ marcidæ fiunt, & in puluerem fœtidum cõfriabiles. Virg. 1. Georg. 30,

Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos
Esset rubigo. Seruius uerò dicit, rubiginem genus esse uitij quo culmi pereunt, fed abusiuè robigo dicitur: nã proprie rubigo dici debet. Vide Rubigo.

Robor, uel Robur] roboris, pen. corr. n. g. (πρέμνον, βάσις) Species quercus durissimæ. Plin. lib. 16. cap. 2. 1, Roborum uastitas intacta æuis & congenita mundo. Cic. 2. de Diuin. 126, Itaq; perfricto saxo sortes erupisse in robore in sculptis priscarum literarum notis. Et paulo post, Quis robur illud cæcidit, dolauit, inscripsit?

Acutum robur. Vide Acuo.
Ambesa flammis robora. Virg. 5. Aeneid. 151.
Cauum robur. Virg. 2. Aen. 52. Sic uocat equum Durateum.
Robora congesta. Virg. 3. Georg. 76.
Fissile robur cuneis scinditur. Virg. 6. Aeneid. 37.
Graue robur aratri. Virg. 1. Georg. 33.
Indurata flammis robora. Stat. 4. Thebaid. 13.
Insabricata robora. Virg. 4, Aeneid. 80.
Innata rupibus robora. Quid. epist. 78. (nodem.
Magnũ robur. Senec. Herc. fúren. 9. 27. Clauã intelligit triNodoso robore fregit illi tempora. Ouid. 12. Metam. 70.
Solidum robur. Virg. 2. Georg. 13.
Mouere conatus robora terra. Ouid. 7. Metam. 41.
Succidere robur. Ouid. 8. Metam. 152.

Robur quoq; in carcere is dicitur locus, quò præcipitatur malefactorum genus, quòd antea arcis robusteis includebantur. Hæc Festus. Plautus Curcul. 15. 14,

—at ego uos ambo in robusto carcere
Vt pereatis. Erat enim genus supplicij, quod idem Plaut. Pœn. 17. 33, codicem rubustum uocat. Liu. 8. bell. Maced. in fine, Vt in carcere inter fures nocturnos ut clarissimus Scipio includatur, & in robore & tenebris expiret. Quidam legunt, rubore.

Robur (τὸ ἀνδρεῖον μόριον) per translationem, pro animi firmitudine, qua quis durat aduersus pericula. Cic. pro Fonteio, 14, Equites Rom. quos nos uidimus, & ea. habuerunt tãtum animi, tantum roboris, ut, &c. Idem 2. de Orat. 187, Aliæ quæ in ingenij aliqua facultate, aut animi magnitudine & robore. Idẽ Torquato, lib. 6. 1. 9, Quantũ in cuiusq; animo roboris est atq; neruorum.

Animis inest robur. Lucanus lib. 5. 4.
Incredibili quodam robore animi homo. Cic. pro Milone, 77.

Robur (ἰσχύς) Corporis firmitas, quæ aduersus omnes difficultates firmiter obnititur. Cic. pro Rosc. Amerino, 88, Fori iudicijs; rationẽ Messala, ut uidetis iudices, suscepit: qui iam satis ætatis ac roboris haberet, ipse pro Sext. Roscio diceret. Idem 10. Philip. 280, Alter uirtutis robore firmior, quàm ætatis, cum ijs ipsis uteretur ad D. Brutum liberandum profectus est.

Robur, Omnium rerum firmitas, duritiaq;. Col. lib. 2, Quod protinus exile natum sit, nunquam robur accipere manifestum est. Vnde Seruius dicit, Omne quod forte est, robur uocamus. Virg. 7. Aen. 122, —æternaq; ferri Robora.

Firmamentum & robur. Cic. pro lege Manilia, 5.
Robur & soboles militũ interijt. Pollio Ciceroni, lib. 11. 33. 3.
Robur ætatis. Cic. pro Cælio, 58.
Firmius ætatis robur. Quintil. lib. 1. cap. 8. 5.
Quàm maturrimum ætatis robur. Tacit. lib. 12.
Adultum robur. Vide Adultus, in Adolco.
Arboris robur. Ouid. 3. Metam. 19.
Expers roboris herba. Ouid. 5. Metam. 41.
Antiquo robore quercus. Virg. 3. Georg. 67.
Non expugnabile robur. Stat. 6. Thebaid. 21.
Illibatum robur hominis. Vide Illibatus.
Rude robur. Valer. 3. Argonaut. 138.
Virili robore aucta proles. Stat. 4. Sylu. 8. 5.
Accessit robur ætati. Vide Accedo.
Assumere robora. Ouid. 15. Metam. 85.
Capere robur. Vide Capio.
Collectum robur uiresq; receptæ. Virg. 3. Georg. 47.
Mentiri inani fagina uerum robur. Quintil. lib. 2. cap. 15. 17.
Inuictum ponebat pectore robur. Sil. lib. 11. 32.
Vires solidæ suo stant robore. Virg. 2. Aeneid. 128.
Subest robur illi ætati. Celsus lib. 2. cap. 10.
Sumere robur corporibus. Liu. 1. ab Vrbe, 17.
Tenere firmitatem & robur in uirtute. Cic. 5. de Finib. 22.
Firmamentum ac robur totius accusationis. Cic. pro Mur 53.
Prosequi honore uerborum robur. Quintil. lib. 3. cap. 7. 8.

¶ Roboreus, Adiect. (πρεμνώδης, βάσινος) Quod est ex materia roboris. Colum. lib. 6. cap. 19. 1, Est autẽ talis machinæ forma, roboreis axibus compingitur solum.

Pons roboreus. Ouid. 5. Fast. 124.

¶ Roburneus, Aliud adiectiuũ, Quod ex robore nascitur. ut, Fruges roburneæ, pro Glande. Colum. lib. 9. cap. 1. 5.

¶ Robusteus, Denominatiuũ à Robur. ut, Robustea materies, Quæ ex robore facta erat, ut esset durior. Varro 1. de Re rust. cap. 38. 2.

¶ Robustus, Similiter adiect. (σθρωστος, ἐρρωμενὴς, σθρωνος, ἰσχυρὸς) Quod est multi roboris. Col. li. 2, Neq; dubiũ est, ex robusto semine posse fieri non robustum. Robustus codex, apud Plautum in Pœn. 17. 33. Et Robustus carcer, apud eundem in Curculi 5. 4. hoc est, ex robore arbore. Vide paulo antè Robur quoq; in carcere.

Satelles robustus, et ualẽs, & audax. Cic. 2. pro lege Agrar. 83.
Puer robustus acri militia. Horat. 5. Carm. ode 2. 1.
Robustior ad incursum. Plin. lib. 11. cap. 37. 5.
Robustus in clamando atq; exercitatus. Cic. 1. Verr. 26.
Aetate robustus. Cic. 5. Philip. 195.
Robustus exercitatione. Cic. 2. in Catil. 40.
Robusta res uetustate. Cic. 1. de Diuin. 65.
Aetas robustior. Claud. 7. Paneg. 75.
Animus robustus. Cic. 1. Offic. 97.
Collum robustum. Catullus Argon. 59. 67.
Improbitas robustior. Cic. 2. Philip. 74.
Robustius malum. Cic. 5. Philip. 186.
Plastra robusta. Horat. 2. epist. 2. 15.

Viribus robustis adoleuit ætas. Lucret. lib. 3. 92.

¶ Roboro, roborãs, pen. corr. (τονόω, ἰχυρόω, πατραχύω, τοπάω) roborare, Robur addere, firmare. Plin. lib. 10. cap. 33. 1, Hirundines nidos luto construunt, stramento roborant.

Roboratur nox. Plin. lib. 11. cap. 31. 5.

Roborare grauitatem constantia. Cic. 1. Offic. 158.

Roborat se eloquentia. Cicero in Oratore, 24, Sed quod educata eiusmodi nutrimentis eloquentia est, ipsa se postea colorat & roborat, non alienum fuit de oratoris quasi incunabulis dicere.

Roborarium] roborarij, n. gen. (κυφεδρεῖον) Roboraria, inquit Gellius, antiquis significabant ea, quæ nunc uiuaria uulgus uocat. Sic autẽ erãt appellata, à tabulis roboreis, quibus septa uiuebantur: quod genus septorum se adhuc plerisque locis in Italia uidisse scribit. Vsus est hoc uocabulo Scipio in oratione contra Cl. Asellicum quinta: ut idem Gellius author est lib. 2. cap. 20.

Robus] robi, m. g. (δρυεῦς) Apud ueteres dicebatur rubeus, & bonum robum ideirco rustici uocabant. Vnde & materia quæ plurimas huius coloris uenas habet, dicta est robus: & homines ualentes, ac boni coloris, robusti. Ex Festo.

Robus, Genus frumenti. Col. lib. 2. cap. 6. 1, Tritici genera complurima cognouimus. Verùm ex his maximè ferendum est, quod robus dicitur, quoniã & pondere, & nitore præstet.

Robusteus, Robustus] Vide Robor.

Rodo] rodis, rosi, rosum, rodere, Proprie murium est, qui dentibus ferè semper aliquid demoliuntur. Cic. 2. de Diuin. 87, Quasi uerò quicquam interfit mures diem & noctem aliquid rodentes, scuta an cribra corroserint.

Pollicem rodens. Horat. Epod. 5. 10.

Vngues rodere. Horat. 1. Serm. Satyr. 10. 15.

Flumina roduntripas. Lucret. lib. 5. 52.

Ferrum roditur scabra rubigine. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1. 15.

Dentẽ dente roderẽ dicitur, qui carpit eũ qui neq; lædi queat, neq; sentiat: aut qui mordet pari mordacitate præditũ quẽpiam. Martil. lib. 13. 2, in obtrectatorem quendam,

——quid dentem dente iuuabit
Rodere carne opus est, si satur esse uelis.

Rodere aliquem, per translationẽ: pro, Obtrectare alicui. Cic. pro Corn. Balbo, 47, More hominum inuident, in conuiuijs roduntur, in circulis iccirco uellicant.

Amicum absentem rodere. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 17.

¶ Rodor, uoce passiua. Lucret. lib. 5,

Præterea, pro parte sua quodcunque aliud auget,
Roditur, &c. Tralatio est.

Ferrum roditur scabra rubigine. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1.

¶ Rosio, rosionis, Verbale. Plin. lib. 28. cap. 14. 8, Stomachi autem ex aqua item rosionẽs sistit, & uomitiones cum aceto & polentâ. Ibid. cap. 21. 8, Suctus decoctæ neruis prodest, & ueficæ, & intestinorum rosionibus.

Rodus] Vide Raudus.

Roeus] Plastes Samius, quem in Samo primum omnium Plasticen inuenisse refert Plin. lib. 35. cap. 11.

Roffredus] turisconsultus Beneuentanus, ius Ciuile publicè Bononiæ, deinde Aretij professus est, circiter annum 1200.

Rogatianus] Nobilis Senator, de quo audi sapientissimi Cælij Rhodigini admonitum. Succurrit (inquit Cælius libro 7. cap. 11) exemplum frugalitatis nobile, Senatoris Rogatiani, cuius idem meminit Porphyrius. Is ergo sapientiæ studio egregiè intentus, nihil habebat antiquius, quàm ut quãtum ratio patereturanimum ab uitæ cogitationibus seuocaret: quamobrem nec bonorum curam omnino ducebat, quin & seruos à se reiecit, nec ullos unquam honores admisit. Nam proditurus quandoq; Prætor, iam lictoribus illi apparentibus, nulla prorsus dignitatis habita ratione, nec prodire quidem sustinuit. Imò & propria domo relicta, apud amicos diuertebat, contentus semel interdiu dedisse operam cibo. Quæ uiuendi ratio tam incuriosa, tamq; sui negligens, illuc demum profecit: ut cùm podagra infestaretur prius, mox tanquam in multos annos impetratis indutijs, aut diffiso die, ita cõualesceret, ut manuum pedumq; munere non uteretur secus, ac quilibet maximè uigentium: qua quidem re factum est, ut uerè, sinceriterq; philosophantis insigne esset, ac haberetur exemplar. Hæc Cælius.

Rogo] rogas (λέομαι, κατατλέομαι, λιτανεύω, αἰτέω, γνύεσθαι) rogare, Notæ significationis. Gell. lib. 13. cap. 20, Crepidarium, inquit, cultellum rogabit à crepidario sutore. Accusatiuo iungitur rei quam rogamus.

Rogare auxilium, Petere precibus. Cæsar 1. bell. Gall. 40, Legatos ad Cæsarem mittunt rogatum auxilium.

Finem rogant errori. Ouid. 14. Metam. 97.

Opem rogauit summissa uoce. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 9.

Meo iure tẽ hoc beneficium rogo. Antonius Ciceroni, in Epist. ad Attic. lib. 14. 310. 4.

Rogare aquam de proximo. Plaut. Rud. 10. 71.

Rogare aliquem de. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17. 8, Et simul Tullarum, quem tibi audio promisisse, qui nunc Romæ erat, de aqua per fundum eius ducenda rogabo.

Rogare ad & in. Plin. epist. 9. 4, Ille me ad signãdum testamentum, Ille in aduocationem, Ille in consilium rogauit.

Rogare ab amico. Plaut. Trinum. Cic. ad Atticũ, lib. 9. 180. 9, Quod mihi us imperium à minore rogare non sit tibi.

Rogare aliquem mutuam pecuniam. Cæsius in l. si me. ff. si certum pẽtatur.

Rogare sacramento, &c. Additur interdum nomen potestatis: ut, Rogare Consulis sacramento: pro eo quod est, ure consulari. Ita Cæsar in principio lib. 6. bell. Gall. Quos ex cisalpina Gallia consulis sacramento rogauisset, ad signa conuenire, & ad se proficisci iuberet.

Comitia consulibus rogandis habere, alio modo quàm usus est Cic. Liu. 8. bel. Maced. 180, Comitia consulibus rogandis fuerunt ad xii. calendas Mart. Creati consules M. Aemylius Lepidus, C. Flaminius. id est, creandis.

Rogare & orare ne illos supplices aspernarer, quos me incolumi nemini supplices esse oporteret. Cic. 1. Verr. 2. Idem ad Seruilium, lib. 13. 67. 3, Te oro atq; rogo, ut eum & in reliquis ueteris negociationis colligendis iuues.

Ac te illud primùm rogabo, nequid, &c. Cicero Memmio, libro 13. 1. 3.

Rogare ut. Terent. Heaut. 2. 3. 64,

Vbi dicimus redisse te, & rogare uti.
Veniret ad te mulier, &c. Cic. 5. Verr. 57.

Rogare magno studio. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 2. 19.

Supplice uoce rogare. Ouid. 6. Metam. 7.

Continnè rogare. Vide Concinnè in Concinnus.

Impudenter rogare, & impudentissimè postulare. Vide Impudens.

Leuiter rogare. Seneca de Benefic. lib. 1. cap. 1.

Miserabiliter rogare. Senec. de Benef lib. 2. cap. 14.

Nominatim rogare. Vide Nominatim in Nomen.

Suppliciter rogare deos. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11. 9.

Precariò aliquem rogare. Cic. 7. Verr. 48.

Occidere aliquem rogando. Horat. Epod. 14. 1. id est, molestum esse alicui, & instare semper rogando.

Molestum uerbum est, Rogo. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 2, Molestum uerbum est, onerosum, & demisso uultu dicendum, Rogo.

Omitte rogare. Vide Omitto.

Rogare, Viendum accipere. Cic. 6. Verr. 11, Profectò hinc natum est, Malo emere, quàm rogare. Idem in eundem, 4. 59. circa finem.

Rogare utendum. Cato cap. 5. 2.

Rogare inspicienda uasa: id est, Commodato petere, ut tantùm inspicere liceat. Cic. 6. Verr. Budæus.

Mutuum aliquem rogare. Vide Mutuum.

Rogare (ἐρωτᾶν) Interrogare. Plaut. Amphit. 8. 74,

Alcumena unum rogare te uolo. A L. quidnam roga.

Terentius Adelph. 4. 1. 11,

Rogabit me ubi fuerim. Idem Andr. 1. 1. 97.

Rogati, peruenissẽtne Agrigentum: dixit peruenisse, quemadmodum reuertissent. Cic. 6. Verr. 23.

Rogare de. Plaut. Pers. 3, 16. 90,

Iam de isto rogare omitte: non uides nolle eam loqui?

Cic. ad Gallum, lib. 7. 24. 2.

De aliquo aliquid rogare. Cic. in Vatinium, 8.

Roget quis, Modus est loquendi, & ueluti quædam dilutio eorum quæ obijci possent: pro quo multi ineptè dicunt, Si aliquis me interrogaret, peteret, diceret. Terẽt. Eunuch. 3. 3. 5,

Roget quis, quid tibi cum illa?

Rogare legem. Gellius lib 1, Lex deinde Licinia rogata est. Cicero 2. Philip. Ego leges perniciosas rogaui. Hinc legis rogatio dicitur: quoniam rogare populum magistratus solebant, an id placeret quod statuerant. Rogare populum, est agere cum populo. In qua re hæc erant uerba solemnia, Velitisne iubeatisne Quirites, ut hoc uel illud fiat? Idem 2. de legib. 39, Vt siquæ forte à me hodie rogabuntur, quæ nõ sint in nostra Repub. nec fuerint, tamen erãt ferè in more maiorum, qui tum ut lex uidebat. De legibus.

In perpetuum rogari. Quintil. lib. 2. cap. 4. 29.

Rogare sacramento militem. Liu. 5. bel. Maced. 8. Ibidem, lib. 2. 14, Cum quinq; legatis profectus, obuios in agris sacramento rogatos, arma capere & sequi cogebat.

Rogare aliquem sententiam. Cic. Attico, lib. 1. 11. 15. Quintil. lib. 6. cap. 3. 67, Post acceptam hæreditatem primus sententiam rogabatur, cuius hæreditas est.

¶ Rogans, Participium (λιάμενος) ut Veniam dare roganti. Ouid. 6. Metamorph. 7.

Facilis rogantibus. Ouid. 2. Amor. eleg. 3. 1.

Partes rogantis agere. Ouid. 6. Fast. 14.

Persequi rogantem. Vide Persequor.

Verbà rogantia. Ouid. epist. 19. 7.

Voce rogante flectitur iratus deus. Ouid. 1. de Arte, 89.

¶ Rogãdus, Aliud particip. (λιατεόν) Ouid. 3. Trist. eleg. 8. 4,

Tunc quoq; sollicita mente rogandus erit.

Comitia Consulibus rogandis habere. Cic. 1. de Diuin. 62.

¶ Rogatus, pen. prod. (ὁρωτηθείς) Aliud item participium: ut,

Rogatus sententiam in Consulatu. Plin. lib. 7. cap. 48. 4.

Rogati creditores. Cic. 3. Verr. 5. Emendatiora exemplaria legunt, Togati.

Gaudent esse rogatæ puellæ. Ouid. 1. de Arte, 70.

Vocibus rogatis flecti. Ouid. 11. Metam. 80.

¶ Rogatus, huius rogatus, pen. prod. (ἐξίωσις) Cic. 1. de Nat. deor. 23, Nam quid seruis Latinis ad eum ipsius rogatu accersitũq; uenissem, offendi eum sedentem in exhedra.

Ad aliquem ipsius rogatu uenire. Cic. 1. de Nat. deor. 23.

Rogatu meo impetrauit. Cic. Attilio, lib. 13. 37. 1.

Ad rogatum alicui non respondere. Cic. pro Flacco, 7.

¶ Rogatio, rogationis, Verbale (λίτησις, λέτημα, λιτανεία) Interrogatio. Rogationis etiam nomine continetur lex, plebiscitum, & priuilegium. Suet. in Cæsare, Reditum in ciuitatum rogatione Plotia confecit, id est, lege à Plotio lata. Festus, Rogatio ea dicitur, quum populus cõsulitur de uno, pluribúsue hominibus, quod non ad omnes pertineat: & de una, pluribúsue rebus, de quibus non omnibus sanciatur. Nam quod in omnes homines reúe populus sciuit, lex appellatur. Itaq; Gallus Aelius ait, inter legem & rogationem hoc interesse, Rogatio est genus legis: quæ lex non continuò est, ea rogatio est: non potest non esse lex, si modò iustis comitijs rogata est. Cic. 4. de Finib. 125, Et eãdem imbecillitate & constantia L. Tubulum fuisse, qua illum cuius condemnatus est rogatione P. Scæuolam.

Rogatio, & huic finitima percontatio. Cic. 3. de Orat. 113.

Rogatio iudicis. Cic. 3. Offic. 58.

Rogationes & plebiscita. Quintil. lib. 2. cap. 14.

Accipere rogationem: id est, Legem accipere. Cic. ad Atticum, lib. 1. 9. Vide Accipio.

Ferre rogationem ad populum. Cæsar 3. bel. Ciuil. 3.

Perferre rogationem per uim, Est legem perferre. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 6. 4.

Promulgatur ab eodem rogatio de mea pernicie. Cicero pro Sest. 19.

Alicuius rogatione aliquẽ diligere. Cic. Qu. fratrì, lib. 3. 17. 14.

Rogatio, etiã pro supplicatione aut prece. Valer. lib. 6. cap. 4, Nam quũ amici cuiusdam iniustæ rogationi resisteret, &c.

Rogatiuncula] penult. corr. (ὁρωτιόν τινα) Diminutiuum. Cic. pro Domo sua, 41, Te meam domum confecrasse, te monimentum feciss e, in meis ædibus te signũ dedicasse, eáq; te ex una rogatiuncula feciss e.

¶ Rogator, pen. prod. Aliud uerbale (αἰτητὴς) ut, Rogator comitiorum, qui postulat comitia ut fiant. Cic. 1. de Diuin. 62, Qui recentibus comitijs in Senatum introduci negauerunt iustum comitiorum rogatorem fuisse.

¶ Rogator, Postulator & mendicus, qui eleemosynam postulat. Plaut.

Vt rogator ostiatim petam panem? Cic. ad Atticum, libro 16. 342. 3,

Quanquam hæc epistola non suasoris est, sed rogatoris.

¶ Rogatorius (ἐπερωτητὴς) Tabellio, qui rogat quod quisque stipulatur, hoc est promittit. Sipontinus.

¶ Rogito, rogitas, penul. corr. (ἐρώτημα) rogitare, Frequentatiuum, Sæpe rogare.

Rogitare, Precari. Plin. Patrem adit, rogitat ut sui misereatur. Terent. Eunuch. 2. 2. 35, ——sed ego cesso.

Ad Thaidẽ hãc deducere, & rogitare ad cœnã ut ueniat.

Rogitare, Scisciturari. Terent. Andr. 1. 1. 57,

——rogitabam, heus puer,
Dic sodes, quis heri Chrysidẽ habuit? Idẽ Adelph. 1. 2. 2,
——rogitas me, ubi nobis Aeschinus
Siet, quid tristis ego sim? Plaut. Aulul. 13. 3,
Venio ad macellum, rogito pisces, indicant Caros.

Rogitare super aliquo, De aliquo interrogare. Virgilius 1. Aeneid. 151.

¶ Rogitatio, rogitationis, Verbale (νομοθεσία) Lex plebiscitum. Plaut. Curcul. 10. 24,

Rogationes plurimas propter uos populus sciuit.

Rogus] rogi, m. g. (κωρὸς) Strues lignorum ad cremanda cadauera. Dictus, quòd in eo dij Manes rogentur. Plaut. Menæch. 4. 42,

Age sanè igitur quando æquum oras, quàm mox incendo rogum. Cic. 3. de Finib. 115, Nam si beatus unquã fuisset, beatam uitam usque ad illum à Cyro extructum rogum protulisset.

Auidi rogi. Ouid. 1. de Remed. amor. 8.

Flagrans rogus. Senec. Hercul. furente, 1. 21.

Laceri rogi. Seneca Octauia, 6. 7,

——lacerosq; feni

Violenta rogos nata negauit. Sed legendum potius, lacerosq; seni.
Ploratus rogus. Ouid. 4. Fast. 172.
Tepidi rogi. Ouid. epist. 6. 18.
Tristis rogus. Lucan. lib. 8. 150.
Accendere rogum. Lucan. lib. 9. 12.
Ascendere in rogum ardentem. Cic. 1. de Diuin. 86.
Consumptus rogis. Ouid. epist. 7. 38.
Plebeio rogo dare corpus. Ouid. in Ibin, 31.
Extruere rogum. Lucan. lib. 6. 155.
Imponere aliquem in rogum. Cic. 1. Tuscul. 133.
Impositi rogis iuuenes. Virg. 4. Georg. 96.
Ad rogum usq; prosequi. Cic. pro Quintio, 66.

¶Rogalis, pen. prod. Adiectiuum (ὁ τῶν φυγάδων) ut, Ignis rogalis. Stat. 1. Thebaid. 23.

Flammæ rogales. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 9.

Roma] ῥώμη, Orbis aliquando caput dicta, & amplißimi imperij iure in hunc usque diem fœlix. Cuius situm atq; habitum quo tempore cœpta est condi, obseruauerũt antiqui: è quorũ numero fuit Lucius Tarutius Mathematicus, Chaldaicis literis eruditus, quemadmodum Cic. lib. 2. de Diuinat. scriptum reliquit. Hæc paruum ab initio oppidũ fuit, à iuuentute Latina Valentia appellatum. Quod quũ Euander ad ea loca ueniens extendisset, seruata prius impositi nominis significatione, Romam nuncupauit. Siquidem Græci ῥώμην robur appellant. Alij uolunt, Troia capta quosdam ex Achiuis in ea loca ubi nunc Roma est, deuenisse per Tyberim. Deinde suadente nobilißima captiuarum, cui Romæ nomen erat, incensis nauibus, posuisse sedes, & structo oppido Romen ab ea uocasse. Alij Romam à Romulo dictam uolunt. Romulus uerò à Romula arbore, id est ficu, sub qua Romulus & Remus pueri inuenti sunt cum lupa præbente infantibus rumen, id est, mammam. Vel à ruminando, quòd æstate sub ea pecudes ruminabant. Sunt etiã qui Romulum & Remum à robore, ἀπὸ τῆ ῥώμης appellatos uolunt. Multa de Roma ex uarijs authoribus, sed antiquis, uide apud Sextum Pompeium Festum, suo ordine.

Roma in montibus posita, & conuallibus cœnaculis sublata atq; suspensa. Cic. 2. de lege Agraria, 93.

Vrbs Roma. Horat. 3. Carm. ode 5. 3.

Altæ Romæ mœnia. Virg. 1. Aeneid. 3.

Beata Roma. Horat. 3. Carm. ode 29. 3.

Bellatrix Roma. Ouid. 2. Trist. 64.

Dardania Roma. Ouid. 15. Metam. 87.

Domina Roma, Dominans. Horat. 4. Carm. ode 14. 9. Sic Virgil. de Romanis ait, Populum late regem.

Ferox Roma. Horat. 3. Carm. ode 3. 9.

Martia Roma. Ouid. ad Liuiam, 49.

Potens Roma. Horat. 2. epist. 1, 13.

Princeps urbium Roma. Horat. 4. Carm. ode 3. 3.

Rerum pulcherrima Roma. Virgil. 2. Georg. 107.

Regia Roma. Horat. 1. epist. 7. 9.

Romæ ambitum uariè prodiderunt authores. Plin. lib. 3. cap. 5. 29, Mœnia eius collegêre ambitu, imperatoribus Censoribusq; Vespasianis, anno conditæ à DCCCXXVIII. passuum XIII. M. CC. Fla. autẽ Vopiscus tradit, Aureliũ imperatorẽ ambitũ urbis ad triginta millia passũ ampliasse.

¶Romæa, Parilia dici cœperunt, Fortunæ templo ab Adriano in urbe restituto. Vide in dictione Parilia. Cælius Rhodiginus lib. 5. cap. 4.

¶Romana, propria appellatione dicta est ea porta in urbe Roma, quam Romulus infimo cliuo Victoriæ instituit. Appellata autem Romana à Sabinis præcipuè, quòd ea proximus aditus erat Romam. Festus, Romanã portam uulgus appellat, ubi ex epistylio defluit aqua. Qui locus ab antiquis appellari, solitus est Statuæ Cinciæ, quòd in eo fuit sepulchrum eius familiæ.

¶Romanus, pen. prod. Adiect. (ῥωμαῖος) qui è Roma est uel Romam inhabitat.

Domini rerum Romani. Virg. 1. Aeneid. 58.

Achilles Romanus. Vide Achilles.

Acer Romanus. Virg. 3. Georg. 70.

Arces Romanæ. Virg. 2. Georg. 35.

Gens Romana. Virg. 1. Aeneid. 8.

Linguæ Romanæ facundia. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 1.

Ore Romano profluit Græcia: id est, Homo Romanus Græcè loquitur. Ouid. ad Pisonem, 18.

Populus Romanus. Horat. 1. epist. 1. 14.

Potentia Romana. Ouid. 15. Metam. 176.

Pubes Romana. Horat 4. Carm. ode 4. 10.

Sermo Romanus. Quintil. lib. 2. cap. 14. 1.

Tellus Romana. Virg. 4. Aeneid. 55.

Vrbis Romanæ conditor. Ouid. 14. Metam. 170.

¶Romanicus, pen. cor. Aliud adiect. (ῥωμαϊκὸς) Cato cap. 135. 1, Aratra in terrã ualidam Romanica bona erunt, in terram pullam Cãpanica, iuga Romanica optima erunt. Sic Romanicum oleum, apud eundem, cap. 153. in lege oleæ pendẽtis.

¶Romanensis (ῥωμανησιός) Qui alibi ortus est, sed Romæ uersatur. Vnde Cato in libro de Re rust. ca. ult. Salẽ Romanensem appellat, nõ Romæ factũ, sed qui Romæ uẽdebatur.

Romandues] ῥωμανδουενσες, Ptolemæo lib. 2. cap. 9, Populi sub Rhotomago. Hodie Veromandi, Vermandois.

Romanula] porta, teste Varrone lib. 4. de lingua Latina, in Palatino monte fuit, gradus habens in naualia ad Volupiæ sacellum.

¶Romilia lex cauit, ne alij præter patres et magistratus, sacra inirent: postea plebi quoq; adtius ad sacra fuit. Nam rogationibus tribunitijs primùm Sextio Licinia sancitum est, ut Decemuiri sacrorũ, nõ ut antea omnes patricij, sed ex parte dimidia de plebe crearentur. Deinde secuta est Ogulina, ut quũ quatuor pontifices essent, placeretq; sacerdotum numerum augeri, quatuor præterea pontifices, quinq; augures, de plebe omnes allegerentur, ut omnino octo pontificum, nouem augurum numerus fieret. Ex Manutio.

Romphæa] romphææ, Genus teli est, quo Thraces in bellis plurimùm utebantur, illisq; erat ferè peculiare. Hoc autem uocabulum usurpasse Ennium libro Annalium 14, testis est Gell. noct. Atticar. lib. 10. cap. 25.

Romphus] i, o, Pedamenti uitium genus. Alexander Alexandrinus lib. 2. cap. 10, Quod autem natiuum ex arboribus in arbores traductis uitibus, nonnulli traduces, quidam romphos, pleriq; arbusta dixêre, quas in transpadana Italia ex Cornu, Populo, Tilia, Acere, Orno, Carpino, & Quercu sic quenter arbustari tradunt.

Romula] Arbor dicebatur, sub qua Remus & Romulus pueri inuenti sunt.

¶Romulensis, Colonia Romanorum in Celtica Hispalensium. Plin. lib. 3. cap. 1, Et à læua Hispalis, colonia cognomine Romulensis.

Romulus] ῥωμύλος, Martis & Iliæ filius, frater Remi, primus rex Romanorum. Cuius & Remi fratris historiam sic scribit Seruius, Amulius (inquit) & Numitor fratres fuerunt. Amulius fratrem imperio pepulit, & filium eius necauit: filiã uerò eius Iliã, Vestæ sacerdotem fecit, ut spem sobolis auferret, à qua se puniri posse cognouerat. Hanc, ut multi dicunt, Mars cõpressit, unde sunt nati Remus & Romus: quos cũ matre Amulius præcipitari iussit in Tyberim: tum, ut quidã dicunt, Iliam sibi Amien fluuius fecit uxorẽ: ut alij, inter quos Horatius, Tyberis: unde ait 1. Carm. ode 2. 4, Iliæ dum se, &c. Vide ibi Acronem, Pueri uerò expositi sunt ad ripam uicinam. hos Faustulus reperit pastor, cuius uxor erat nuper meretrix, Acca Laurentia, quæ susceptos aluit pueros. Hi postea auum suum Numitorem, occiso Amulio, in regna reuocauerunt. quibus dum cum eo angustum Albæ uideretur imperium, recesserunt, & captatis auguriis urbem condiderunt. Sed Remus prior sex uultures uidit, Romus postea duodecim: quæ res postea bellum creauit, in quo extinctus est Remus: & à Romi nomine Romani appellati. Vt autem pro Romo, Romulus diceretur, blandimenti gratia factum est, quod gaudet diminutione. Quod autem à lupa dicuntur nutriti, fabulosum figmentum est, ad celandam authorum Romani generis turpitudinem nec incongruè factum est: nam & meretrices lupas nocamus: unde & lupanaria. Et cõstat hoc animal in tutela esse Martis. Hactenus Seruius, enarrans illud Virgilij lib. 1. Aeneid. 56,

—donec regina sacerdos
Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem. Vide Tarchetum.

Romulus, Martis filius, educatusq; à lupa dicitur. Quintilianus lib. 3. cap. 7. 4.

Romulus post excessam suum dixit Proculo Iulio, se Deum esse, & Quirinum uocari, templumq; sibi dedicari in eo loco iußit. Cic. 1. de Legib. 5.

Manortius Romulus. Virg. 6. Aeneid. 156.

Romilia tribus. Cic. 2. de lege Agraria, 78. Dicitur & Romulia. Vide Tribus.

¶Romulcus, pen. corr. (ῥωμύλος) Possessiuum: ut, Colles Romulei. Ouid. 14. Metam. 169.

Culmo Romuleo sedens. Virg. 8. Aeneid. 131.

Ense Romuleo cadit Amulius: id est, Ense Romuli. Ouid. 3. Fast.

Mari Romulei. Silius lib. 7. 98. (14.

Vrbs Romulea. Ouid. 15. Metam. 125.

¶Romulus, Adiectiuum, pro Romuleus: ut, Tellus Romula. Virg. 6. Aeneid. 176.

Gens Romula. Horat. in Carm. secul. 10.

¶Romulidæ, pen. corr. (ῥωμυλίδαι) Dicti sunt Romani à Romulo: Persius Satyr. 1. 4,

—ecce inter pocula quærunt
Romulidæ saturi quid dia poemata narrent.

Fuit et alius Romulus Grammaticus, qui sublatis multis Græcis induxit Latina. Hic centesimum excessit annũ, interius mulso, foris oleo perunctus.

Ronchus] Vide Rhonchus.

Roro, roras] Vide Ros.

Ros] roris, n. gen. (δρόσος, πρῶξ, ψακάς, ἕρση, ἔερση) Humor qui sereno tempore è cælo fluit, serena nocte, non gelu, neque ardoribus, neq; uentis existentibus. Aristoteles li. 1. Meteororũ, scribit rorem fieri ex uaporatione modica, atque in hoc differre à pluuia, quæ largo uapore progeneretur. Apuleius lib. de Mundo, Ros nocturnus humor, quem serenitatis tenuitas spargit. A' Græcis dicitur ὁ δρόσος.

Amarus ros. Virg. 4. Georg. 87.

Gelidus. Virg. 2. Georg. 41. Cic. 1. de Diuin. 14.

Leuis ros. Virg. 6. Aeneid. 46.

Liquidus ros, Aqua fontana. Ouid. 3. Metam. 33.

Marinus ros. Horat. 3. Carm. ode 23. 4.

Purus ros Castaliæ. Horat. 3. Carm. ode 4. 11.

Tepidus. Ouid. 10. Metam. 71.

Vitreus. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 12.

Vitalis. Cic. 2. de Diuin. 38.

Recente rore herbæ canent. Ouid. 3. Fast. 176.

Sanguineis stillauit roribus arbor. Lucan. lib. 7. 710.

Quum ros in tenera pecori gratißimus herba est. Virgilius 8. ecloga, 3.

Lacrymarum rore madidæ coronæ. Ouid. 14. Metam. 142.

¶Roralis, pen. prod. Adiectiuum. Ouid. 4. Fast. 147,

Virgaq; rorales laurea misit aquas. id est, ad irrigandũ.

¶Rorifer, pen. corr. Adiectiuum (δροσοφόρος) ut, Aura rorifera. Senec. Hippol. 1. 3.

Biga Lunæ rorifera. Stat. 1. Thebaid. 68.

Vmbris roriferis terram nox obruit. Lucret. lib. 6. 174.

¶Rorulentus, Adiectiuum (δροσῶδης, πολύδροσος) Plenum rore. Columel. lib. 5, Cauendum ne aut Septentrionalibus uentis, aut rorulentæ, sed siccæ serantur uites. Idem lib. 12. cap. 38. 5, Ne rorulentæ baccæ legantur cauendum.

¶Roscidus, pen. corr. (δροσερὸς, ἐρσώδης, ἑρσήεις) Aliud adiectiuum, Quod est rore perfusum: unde Nox roscida, dicitur quæ rore humecta est. Plin. lib. 18. cap. 28. 3. Et libro 3, cap. 12. 4, Roscidis collibus.

Antra roscida. Ouid. 2. Fast. 67.

Aurora roscida. Ouid. ad Liuiam, 57.

Gramina roscida. Claud. 2. de raptu Proserp. 21.

Iris roscida. Virg. 4. Aeneid. 140.

Mala roscida, Quæ matutino rore humecta sunt. Virg. eclog. 8. 8. Plin. lib. 11. cap. 11. 1, Itaq; tum primã Aurora folia arborum melle roscida inueniuntur.

Mella roscida. Virg. 4. eclog. 7.

Poma roscida. Propert. lib. 2. eleg. 19. 8.

Pruina roscida foliis excussa. Ouid. 5. Fast. 43.

Tellus roscida. Senec. Hippol. 1. 9.

¶Rorarij (ῥωγεῶνοι) milites, qui armatura leui prælium primi committebant: quod ut ante pluuias cælum rorari solet, sic illi ante grauem armaturam qui prodibant, rorarij appellabantur, qui & ferentarij. Hæc ex Festo. Liu. 8. ab Vrbe, 39, Primum uexillum triarios ducebat, ueteranum militem spectatæ uirtutis: secundum rorarios, minoris roboris ætate factisq;. Idem, Nam & rorarij procurrebant inter antepilanos.

Rorarium uinum, Quod rorarijs dabatur.

¶Roro, roras (δροσίζω, βρέχω, ῥαντίζω, ψεκάζω) rorare, Humorem instar roris paulatim destillare. Virg. 8. Aeneid. 29, Et sparsi rorabant sanguine uepres. Colum. lib. 11. cap. 2. 34. IIII. Id. Iun. Delphinus uespere exoritur, Fauonius interdũ rorat. In uetusto exemplari, absolutè legitur, Fauonius, interdũ rorat. Plin. lib. 17. cap. 10. 14, Periculum tantum eo die est, si rorauerit quantulumcunq; imbrem.

Vndique dant saltus, multaq; aspergine rorant. Ouidius 3. Metamorphos. 137.

Oculi rorantur lacrymis. Ouid. epist. 21. 20. id est, Rigantur.

Rorare aliquem cruore. Silius lib. 10. 53,

Quum uidet in scopulo rorantem saxa cruore,
Tornoq; obtutu labentem in Tartara Paulum.

Rorat, Absolutè: quomodo dicimus, Pluit, ningit, tonat. Colum. lib. 11. cap. 2, Idibus Octobris, & sequenti biduo interdum tempestas, nonnunquam rorat.

¶Rorans, Participium (δροσίζων, ῥαντίζων) ut Lacrymis rorantes ora genasq;. Lucret. lib. 3. 96.

Rorantia fontibus antra. Ouid. 3. Metam. 36.

Astra rorantia. Virg. 3. Aeneid. 114.

Capilli rorantes. Ouid. 4. Fast. 28.

Lacrymis rorantibus spargunt ora. Lucret. lib. 2. 195.

Pocula rorantia. Cic. de Senect. 43.

¶Roratus, pen. prod. (ῥαντισθείς) Participium, aut Nomen ex participio: ut, Rorata pruina. Ouid. 3. Fast. 72.

Roratæ rosæ. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1. 8.

¶Roratio (ῥαντισμὸς) quam Theophrastus Rhoada quasi defluxum

fluxum appell.it, morbus eſt uitium, quem uulgò Colaturam uocamus. Plin.lib.17.cap.24.10, Syderationis genus eſt in uitibus defloreſcentibus roratio. Aut quũ acini priuſquam creſcant, decoquuntur in callum. Theophraſtus lib.4, de plantis, Roratio, inquit, fit quum uitis defloreſcens irrorat. Fit autem id genus affectionis, quum acini defluũt: & qui remanent, parũuli ſunt. Propter hoc uitium Floralia ab antiquis inſtituta ſunt. Plinius libro 18.cap.29.5, Floralia quarto calend. Maij inſtituerunt, anno urbis quingenteſimo ſextodecimo, ex oraculis Sibyllæ: ut omnia bene defloreſcerent.

¶ *Roreſco, roreſcis (ἐροσείσομαι) roreſcere, Rore aſpergi. Plinius lib. 18. cap.33. 8, Aquilonem prænunciat terra ſicceſcens repentè, Auſtrum humeſcens rore occulto.*

Roſa] *roſæ (ῥόδον) Flos è ſpina naſcens, cui ῥόδ' & Græcis nomen eſt. Plin.lib.21.cap.4.1, Roſa naſcitur ſpina nerius quàm fruticẽ, in rubo quoq; prouenientes, illic etiam iucundi odoris, quàmuis anguſti, &c. Cic.7.Verr.22, Sed quum roſam uiderat, tunc incipere Ver arbitrabatur.*

Flos roſarum. Horat.3.Carm.ode 29.1.
Atria plena roſarum. Ouid.2.Metam.24.
Albentes roſæ. Ouid.3.de Arte,337.
Amœnæ roſæ. Horat.2.Carm.ode 3.3.
Arentes roſæ. Virg.4.Georg.54.
Confuſa rubore roſa. Vide Confundo.
Nimium roſa plena pudoris, Nimium rubra. Colum.lib.10.
Puniceæ roſa. Horat.4.Carm.ode 10.1.
Sera roſa. Horat.1.Carm.ode 38.1.
Carpere roſam. Virg.4.Georg.27.
Et tenui primam deligere ungue roſam. Ouid.epiſt.4.6.
An tu me in uiola putas aut in roſa dicere? Cic.5.Tuſcul.103.
Quale roſæ fulgent inter ſua lilia miſtæ. Ouidius 2.Amor.eleg.5.8.
Serus redimiri & roſa. Cic.3.Tuſcul.73.
Spargere roſis. Horat.3.Carm.ode 19.5.
Paluum perlucidus meluenſi roſa fructus. Cic.7.Verr.22.
Roſam ſuam uocat amicam amator quidam apud Plautum in Aſin.12.74. blandiendi gratia.
Roſa, pro Oleo roſaceo. Celſus lib.8.cap.3, Neq; alienum eſt inſtillare paulum roſæ, uel lactis, quo magis lubrico circũagatur. Ibidẽ, cap.4, Quòd ſi membrana per inflammationem intumuerit, infundenda erit roſa tepida.

¶ *Roſeus, Adiectiuum (ῥοδινὸς) Quod eſt coloris roſæ. Plinius, Aſini à coitu ſpuma collecta roſeo panno, & incluſa argento, uenerem ſtimulat. Idem lib.14.cap.1.6, Hic purpureo lucent colore, illic fulgent roſeo.*

Ceruix roſea. Virg.1.Aeneid.82.
Conualles roſeæ. Claud.3.de raptu Proſerp.17.
Dea roſea, Aurora. Ouid.de Arte,17.
Face roſea ſol infert lumina cælo. Lucret.lib.5.195.
Genæ roſeæ. Virg.12.Aeneid.122.
Labella roſacea. Catul.de Berecynth.58.15.
Os roſeum. Virg.2.Aeneid.119.
Rubor roſeus. Ouid.3.Amor.eleg.3.1.

¶ *Roſaceus, Aliud adiectiuum (ῥοδώδης) Quod ex roſa factum eſt: unde Roſaceum oleum, quod ex roſis expreſſum eſt, quod Græci rhodinon uocant. Plin.lib.20.cap.3.4.*

Roſacea corona. Plin.lib.21.cap.3.3.

¶ *Roſarium, roſarij (ῥοδὼν) Copiam fruticum ſignificat, uno loco roſas gignentium: uel locum in quo ſunt huiuſmodi frutices. Plin.lib.21.cap.11.9, Roſaria à fauonio foſſa oportet eſſe, iterumq; ſoſtitio. Colum.lib.11.2.21, Roſarium ſeroti num, perfoſſum & cultum habere iam tempus eſt.*

Amœna roſaria. Ouid.5.Triſt.eleg.2.5.

¶ *Roſetum, roſeti, penult.prod. (ῥοδωνιὰ) Locus roſis conſitus. Virgilius eclog.5.4,*
Puniceis humilis quantum ſaliunca roſetis.

Roſea] *ῥόδεια, Authore Feſto campus in agro Reatino appellatur, quia in eo arua rore humida ſemper ferũtur. Varro lib.1.de Re ruſt.cap.7.ad finem, Cæſar Vopiſcus Aedilitius, cauſam quum ageret apud Cenſores, campos Roſeæ, Italiæ dixit eſſe ſumen, in quo relicta pertica poſtridie non appareret propter herbam.*

Roſcidus] *Vide* Ros.

Roſcius] *Otho (ῥώνη & ὄθων) Tribunus plebis legem tulit, ut Equitibus Romanis in theatro XIIII gradus proximi aſſignarentur, qui cenſum CCCC. HS. haberent. Author Liuius. De hoc Cicero pro Muræna.*

Lex Roſcia. Horat.1.epiſt.13.

Roſcius Gallus Comœdus, Ciceronis præceptor in pronunciationis & geſtus exercitatione, eò præſtantiæ uenit, ut quum de perfecto in arte aliqua loquimur, in ſuo genere Roſcius à nobis dicatur: teſte Cicerone lib.1. de Orat. Hæc à Ciceronẽ defenſus eſt, quum à Fannio quodam ob pecuniariam rationem in iudicium adductus eſſet.

¶ *Roſcij appellabantur, in omnibus perfecti artibus, quòd Roſcius quidam perfectus unus in arte ſuo, id eſt, comœdia iudicatus ſit. Feſtus.*

Doctus Roſcius. Horat.2.epiſt.17.

Roſcius Amerinus etiam in cauſa parricidij defenſus à Ciceronẽ, patrem habuit hominem locupletem, quem quidã clam interfecerunt: filius per occaſionem diſcordiæ cuiuſdam, quæ inter eos interuenerat, paternæ cædis author accuſatur. Præda ad quendam Syllæ ſatellitem L. Cornelium Chryſogonum redibat, accuſatore Erucio quodã. quam cauſam egit primam publicam Cicero annos natus XXIII. ut eſt author Corn. Nepos. De qua cauſa ipſe in Bruto.

Roſeus] *Vide* Roſa.

Roſio] *Vide* Rodo.

Roſmarinum] *roſmarini, pen.prod. uel Roſmarinus, m.g. (λιβανωτὶς) Frutex. Plin.lib.19.cap.12.4, Libanotis, locis putridis & macris ac roſcidis feritur ſemine. Radicem habet oluſatri, nihil à thure differentem. Vſus eius poſt annum ſtomacho ſaluberrimus. Quidem eam nomine alio roſmarinum appellant. Idem lib.17.cap.13.4. Et Columel. libro 9.cap.4.2.*

Roſmaris] *λιβανωτὶς, Arboris nomen. Ouid.3.de Arte,137,*
—— tegit arbutus herbam,
Roſmaris, & laurus, nigraq; myrtus olent.

Roſtellum] *Vide* Roſtrum.

Roſtrum] *roſtri (ῥὶγχος, ῥάμφος, ἀδρίτου) Quo aues cibum capiunt. Nec ſolum de auibus, ſed etiam de reliquis animalibus, & de ipſo homine interdum dicitur. Plinius, Et mugilis roſtrum. Plautus Menæch.3.13,*
Apud menſam plenam homini roſtrum deliges. Cic.1. de Natur.deor.141, Procero corneoq; roſtro aues.

Acumen roſtri. Vide Acumen *in* Acuo.
Acies roſtri. Plin.lib.11.cap.37.51.

Roſtrum, de hippotamo. Plin.lib.8.cap.25, Roſtro reſimo, cauda & dentibus aprorum, &c.

Caprarum. Varro 2.de Re ruſt.cap.3.2, Duo enim genera earum, ſub roſtra duas ut mammulas penſiles habeant.

Canum. Plin.lib.8 cap.40.6, Ventos & odorem captantes, prodenteſq; roſtro cubilia.

Ceruorum. Plin.lib.8.cap.32.1.
Delphinorum. Plin.lib.9.cap.8.1.
Draconum, piſcium. Plin.lib.9.cap.27.

Suum. Colum.lib.7.cap.9, Roſtris breuibus & reſupinis.

Sus roſ-

Sus roſtro ſi humi, A literam impreſſerit, num propterea, &c. Cic.1.de Diuinat.47.

Teſtudinum piſcium. Plin.lib.9.cap.10.3.

Tragelaphorum. Plin. lib. 8. cap.33.1, Eminet roſtrum ut in paruo ſit haud diſſimile ſuillo.

Acutum roſtrum. Vide Acutus, *in* Acuo.
Aptum rapinæ roſtrum. Ouid.6.Faſt.27.
Corneum roſtrum. Vide Corneus, *in* Cornu.
Ipſa ſibi plaudat crepitante ciconia roſtro. Ouid.6.Met.20.
Obuncum roſtrum uulturis. Virg.6.Aeneid.119.
Punica roſtra. Ouid.2. Amor.eleg.6.5,
Tincta gerens rubro punica roſtra croco.
Reducnum roſtrum. Ouid.12.Metam.113.
Rigidum roſtrum. Ouid.6.Metam.135.
Cibum terreſtrem roſtris facilè contingere. Cicero 2. de Natur.deor.181.
Exacuere ſpicula roſtris. Virg.4.Georg.15.
Oſq; meum ſenſu pando occaleſcere roſtro. Ouidius 14.Metamorphoſ.57.
Prominet immo dicum pro longa cuſpide roſtrum. Ouidius 6. Metamorphoſ.135.
Hoc quaſi roſtro ſinditur Fibrenus. Cicer.2.de Legib.10, Sed uentum in Inſulam eſt. Hæc uerò nihil eſt amœnius. ut enim hoc quaſi roſtro finditur Fibrenus, & diuiſus æqualiter in duas partes latera hæc alluit.

A' ſimilitudine autem roſtri auium, aut aliorum animalium dicta eſt pars illa nauis exporrecta atq; acuta è prora, à quo naues ipſæ, roſtratæ dicuntur. Cæſar 3.bel.Gall.405, Roſtro enim nocere non poſſe cognouerant.

Nauium roſtræ. Plin.lib.16.cap.4.2.
Aequata roſtra. Virg.5.Aeneid.47.
Erepta roſtra carinis. Virg.7.Aeneid.38.
Aequor dibiſcit conuulſum remis & ſtridentibus roſtris. Virgil.5.Aeneid.29.

Roſtra, ἐμβολαὶ (authore Liuio lib.8.ab Vrbe,77.) dictum eſt templum, ſeu forum ante curiam Hoſtiliam, in quo erat pulpitum ornatum ex roſtris nauium Antiatium, ex quo loco concionari ſolebant. Vnde ſæpe leginus pro Roſtris, id eſt, in roſtris: in eo enim loco roſtra ab hoſtibus capta & fixa erant. Cic.3.Offic.105, Conſcripſerunt communiter edictũ cum pœna atq; iudicio, conſtituuntq; ut omnes ſimul in Roſtra poſt meridiem deſcenderent.

Aſcendere in Roſtra. Vide Aſcendo.
Conuocare ad Roſtra. Vide Conuoco.
Deducere de Roſtris. Vide Deduco.
Quum Vectius peroraſſet, deſcendiſſetq; de Roſtris. Cicero in Vatinium,26.
In Roſtris ſtatuam alicui ſtatuere. Cic.Bruto,15.13.

¶ *Roſtratus, pen.prod. Adiectiuum (ῥὶγχωτὸς) ut, Roſtrata nauis. Cic.2.de Inuent.194. Vide* Nauis.

Roſtratus impetus. Qui fit ipſo roſtro. Plin.lib.10.cap.23.5.
Roſtrata corona. Plin.lib.16.cap.4.1.
Tempora roſtrata. Virg.8.Aeneid.137,
—— cui belli inſigne ſuperbum,
Tempora nauali fulgent roſtrata carina. Sextus Pompeius Pompeij filius in Sicilia piraticam exercuit, contra quem primò cum Agrippa pugnauit Auguſtus. Poſtea Agrippæ cura data eſt: qui eum deleuit. ob quod Auguſtus ei roſtratam dedit coronam, quia uicerat nauali certamine. Seruius.

¶ *Roſtro, roſtras (ῥὶγχόω) roſtrare. Plin.lib.18.cap.19.4, In collibus tranſuerſo tantùm monte aratur: ſed modò in ſuperiora, modò in inferiora roſtrante nomere. id eſt, Roſtrum impingente, ut ait Budæus.*

¶ *Roſtellum, roſtelli, Diminutiuum (ῥαμφίδιον) Parũum roſtrum. Plinius lib.30.cap.11.5, Muris roſtellum, auriculaſq; ſummas roſeo panno, ipſumq; dimittunt. Columel.libro 8. cap.5.11, Die uiceſimo animaduertat an pulli roſtellis ouа percuderint.*

Rota] *τροχὸς, κύκλος) A' rotunditate, ſeu à ruendo: ruit enim facilè in ſuos orbes. Plaut.Capt.7.9,*
—— pro rota me uti licet:
Vel ego huc, uel illuc uortar, quò imperabitis. Plinius lib. 16.cap.40.6. Sed lignum non aliò penè quàm ad radios rotarum utile.

Curuatura ſummæ rotæ. Ouid.2.Metam.22.
Orbis rotarum. Plin.lib.8.cap.16.11. Vide Orbis.
Fractarum rotarum radij. Ouid.2.Metam.64.
Strepitus rotarum. Horat.1.epiſt.18.2.
Veſtigia rotæ. Ouid.2.Metam.27.
Acris rota. Perſius Satyra 3.3.
Currens rota. Horat.3.Carm.ode 10.20.
Effuſæ rotæ, Currentes. Propert.lib.4.eleg.8.4.
Errantes rotæ. Statius 1.Thebaid.44.
Volucres rotæ. Claud.3.de raptu Proſerp.87.
Feruidis rotis euitata meta. Horat.1.Carm.ode 1.1.
Inducere rotam. Vide Induco.
Hæc erit admiſſa meta terenda rota. Ouid.1.de Arte,8.
Rota Fortunæ. Cic.in Piſonem,16.

In rotam beata uita non aſcendit. Cic.5. Tuſc.37. id eſt genus quoddam tormenti apud Græcos, quo diſtento corpore homines torquebantur: ſicq; definiebant, τροχὸς, ἐπὶ βασανιστικὸν ὄργανον, ἀνατεῖνον τὰ σώματα τῶν βασανιζομένων. Huius ſupplicij crebra eſt mentio apud Ioſephum in Maccabæis. Meminit & Ariſtophanes: ſed & Plutarchus quoque in Nicia.

Rotæ, Genus caprarum. Varro 2.de re Ruſt.cap.1, Etiam nũc in locis multis genera pecudum ferarum ſunt aliquot, ut in Phrygia ex ouibus, ubi greges uidentur complures: ut in Samothrace, caprarum, quas Latinè rotas appellant.

Rota, Piſcis Plinio lib.32.cap.11.2.

¶ *Rotula, rotulæ, penult.corrept. Diminut. (τροχίσκος, τροχάλιον) Plaut. Perſ.12:36,*
—— iam à foro argentarij
Abeunt, quàm in curſu rotula circũuortitur. Plin.lib.18. cap.18.5, Galliæ uerò duas addiderunt rotulas.

¶ *Roto, rotas (κυκλόω, γυρόω) rotare, In modum rotæ uerſare, uertere, circumagere. Colum.lib.8.cap.11.7, Signa ſunt exti mulatæ libidinis, quum ſemetipſum uelut mirantem caudæ gemmantibus pinnis, protegit: idq; quum facit, rotare dicitur. De pauone. Martial.lib.1.11.*

More fundæ rotare aliquem. Ouid.4.Metam.104.
Aper rotat canes. Ouid.2.de Arte,75.
Caput enſe rotare. Lucan.lib.8.131.
Venti rotant flammas cauis fornacibus. Lucret.lib.6. 41.
Syluas rotare. Stat.4.Sylu.3.16.
Telum immane rotat. Stat.9.Thebaid.161.
Circùm & infrà rotare. Statius 1.Achill.12.

¶ *Rotans, Participium (κυκλόων) Horat.4.Carm.ode 11.3.*
Turbine rotanti portant res uenti. Lucret.lib.1.59.

¶ *Rotatus, pen.prod. Aliud Participium (κυκλωθεὶς) ut, Ceruix rotata. Ouid.ad Piſonem,11.*

Sermo rotatus. Iuuen Satyr.6.45.

Rothomagus] *ῥοθόμαγος, Ptolemæo authore lib.2.cap.8, Galliæ ciuitas ad Sequanam. Vulgò Rouan.*

Rotunda] *Proprium nomen templi eius, quod Numa Pompilius Veſtæ ſacrãrat. Feſtus: Rotundam ædem Veſtæ Numa Pompilius rex Roman. conſecraſſe uidetur, quòd eandem eſſe terram, qua uita hominis ſuſtinetur, crediderit, uãq; pilæ ſor-*

pilæ forma esse: ut sui simili templo Dea coleretur.

Rotundus] Adiectiuum (τροχοῦν, περιφερὲς, περίτορνος, λιπαρὸς, κυκλοτερὲς, κυκλοτερὴς, σύνυλλος, σύντροχαλος) Dicitur quasi collectum, & per omnem circuitum læue, sine offensione asperi anguli. Plinius lib. 10. cap. 52. 3, Aquatilium oua rotunda. Ibidem, Ouа exeunt à rotundissima sui parte dum pariuntur.

Dictum rotundum à retundendo: quòd omnis undiq; retusa & ueluti deformata sit asperitas. Habet enim quod rotundum est, unicam superficiem, in qua nec principium notari potest, nec finis. Rotundum etiam à radendo dici potest, quòd circum rasum atq; expolitum sit.

Forma rotunda ullam negat esse pulchriorem Plato. Cic. 1. de Nat. deor. 35.

Baccæ rotundiores. Horat. Epod. 8. 3.

Lances rotundæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 9.

Globosæ & rotundæ stellæ. Cic. de Somnio Scipionis, 11.

Quadratum & Rotundum, contraria. Cic. 2. de Finib. 63.

Verborum apta, & quasi rotunda constructio. Cicero de claris Orator. 148.

Rotundus orator, per translationem. Cic. in Orat. 23. Thucydides autem præfractior, nec satis, ut ita dicam, rotundus. Id est, Elegans & compositus: uel rotundam non habens sententiarum & clausularum elegantiam, qua integra clausula integram sententiam comprehendit.

Ore rotundo loqui. Horat. in Arte, 66. id est, inquit Parrhasius, Perfecto, pleno, uel sine offensione & asperitate in se reuoluente.

Clausulæ rotundæ. Quintil. lib. 8, Rotundas clausulæ intelligit, intra quas sententiæ claudantur, cum sequentibus non hærentes. Budæus.

Distributio rotunda. Quintil. lib. 3. cap. 4, Celeri magis ac rotunda usi distributione, quàm uera.

Volubilis & rotundus deus. Cic. 2. de Nat. deor. 65.

Rotundus ambitus. Cic. de Vniuersit. 34.

Rotundum cælum. Cic. 3. de Oratore, 98.

¶ Rotundior, & rotundissimus. Cic. de Vniuersit. 22, Idq; ita tornauit, ut nihil effici posßit rotundius. Colum. lib. 8. cap. 5. 8. Rotundissima ouа.

¶ Rotunditas, pen. corr. rotunditatis (τὸ κυκλοτερὲς) Plin. lib. 9. cap. 30. 8, Cornibus quæ sunt propria rotunditate præpilata, ad latera porrectis. Ibidem, capite 36. 5, Rotunditas oris. Idem libro 16. capite 23. 1, Folia in iuuenta circinatæ sunt rotunditatis.

¶ Rotundo, rotundas, rotundare, Rotundum facere. Cic. de Vniuersit. 44, Quumq; similem uniuersi naturæ efficere uellet, ad uolubilitatem rotundauit. Vitru. lib. 10. cap. 11, Id ad circinum rotundatur.

Rotundare caput, Rotundum habere, uel producere. Plin. lib. 20. cap. 18. 6.

Rotundare, pro Implere, & perficere. Horat. 1. epist. 6. 7,

Mille talenta rotundentur, totidem altera, porrò
Tertiæ succedant.

¶ Rotundatio, rotundationis, Verbale fœm. gen. Vitruuius lib. 10. cap. 11, Sic & in rotundatione & in longitudine æqualia spacia sient.

¶ Rotundè, Aduerbium (στρογγύλως) Cic. 5. de Finib. 12, Ista ipsa quæ tu breuiter Regem, dictatorem, diuitem, solum esse sapientem, à te quidem aptè ac rotundè: quippe habes enim à Rhetoribus. id est, Concinnè, & collectè, ut ait Nonius, ut ait Budæus, eleganter, & compositè siue explicatè.

Roxana] Dari filia, & Alexandri concubina: quæ quū prægnans esset, à sorore Satyra in puteum demersa est, quòd eā præcipuis honoribus Macedones cumularent. Author Plutarchus in Alexandro.

Roxicum] ῥωχικὸν, Corsicæ insulæ ciuitas. Ptolemæo libro 3. cap. 2. Vulgò Rogela.

R R

Rr] geminatum (inquit Festus) in compluribus orationibus, quum de actis disseritur, quæ etiam perscribi solent, id est, rationum relatarum: quòd ijs tabulis docentur iudices, quæ publicè data atq; accepta sint.

R V

Rubea] uimina. Vide Rubi.

Rubeas] Promontorium est in Ponto. Plin. lib. 4. cap. 13, Phi lemon Mocimarusam à Cimbrijs uocari, hoc est, mortuum mare, usque ad promontorium Rubeas: ultrà deinde Cronii.

Rubedo, Rubefacio] Vide Rubeus.

Rubella] rubellæ, Rubellæ uites, & Rubellæ uineæ appellatæ sunt, quarum materia rubra sit. Plin. lib. 14. cap. 2. 3, Proxima dignitas Nomentanis rubente materia, quapropter quidam rubellas appellauêre uineas.

¶ Rubellianus, pen. prod. Adiectiuum: ut, Rubellianæ uites. Colum. lib. 3. cap. 2. 8, Sed earum quoq; feracior est minor, cuius & folium parcius scinditur, & materia non ita rubet, ut ammeis: à quo colore rubellianæ nuncupantur.

¶ Rubellus, Aliud adiectiuum (ὑπέρυθρος) diminutiuum à Ruber, rubra, rubrum: ut Rubellum uinum, Vinum subrubens. Martial. lib. 1. 99,

Et Veientani bibitur sex crassi rubelli.

¶ Rubellio (ῥυθρωπὸς) Pisces Plinio lib. 32. cap. 10. 23.

Rubens, Ruber] Vide Rubeus.

Rubensis] & Rubense. Rubensis lacus in Narbonensi prouincia, quem præterlabitur Atax. Plin. lib. 3. cap. 4, Flumen Atax è Pyrenæo Rubense permeans lacum.

Rubeta] rubetæ, penult. prod. (φρυῶν) Plin. lib. 8. cap. 31. 1, Ranæ quoq; rubetæ, quarum & in terra & in humore uita, plurimis refertæ medicamimibus. Idem lib. 32. cap. 5. 7, Sunt quæ in uepribus tantùm uiuunt, ob id rubetarum nomine, ut diximus, quas Græci phrynos uocant, grandissimæ cunctarum, geminis ueluti cornibus, plenæ ueneficiorum. Mira de his certatim tradunt authores. Iuuen. Satyr. 1. 8,

—— quæ molle calentem
Porrectura uiro miscet sitiente rubetam.

Rana rubeta. Plinius, Auxiliantur contra ranam rubetam. Prudentius lib. 3. eleg. 7. 6.

Rubeus] ἐρυθρὸς, Adiect. Rubeus & rufus generalia nomina sunt, ad omnia quæ quomodolibet rubent. Etenim sanguineus, roseus, aureus, ostrinus, fuluus, flauus, rubidus, phœniceus, rutilus, luteus, spadicus, rubei seu rufi coloris sunt, aut acuentes eum quasi incendentes, aut cum colore uiridi miscentes, aut nigro infuscantes, aut uirenti sensim albo illuminantes. Hactenus Sipontinus ex Gellio lib. 2. capite 26. Apud quem pro rubeo, rubor nunc legitur. Negant enim quidam Latinam esse dictionem, rubeum. Inter quos sic Hermolaus in Plinium, lib. 9. cap. 38. 2, Rubeus color nigricante deterior. Non rubeus. Præterissem (inquit idem) hoc ut leue, nisi in omnibus codicibus inoleuisset: uulgoq; imperiti barbariem suam in eo uerbo tuen laborarent. Hactenus Hermolaus. Colum. lib. 6. cap. 1. 3, Colore rubeo, uel fusco. Vbi alij tamen legunt, rubro. nam in eodem capite legitur Vmbri uastos & albos, eademq; rubros. Gellius loco suprà citato, Rufus enim color & ruber, nihil à uocabulo rubei differunt. Firmic. libro 4. capite 12, Rubeis capillis, oculis sanguinolentis.

Rubeus (βατικὸς) ponitur aliquando pro Spineus: à rubo, qui et uitilium usu commendatur à Plinio: uel à Rubis, oppido Campaniæ, ut putat Seruius in illum uersum, 1. Georgic. 54,

Nunc

Nunc facilis Rubea texatur fiscina uirga.

¶ Rubeo, rubes, rubui (ἐρυθραίνω, ἐρυθρόομαι, ἐρυθρῶμαι) rubere, Rubrum esse. Gellius lib. 2. cap. 26, Sed quum aliter rubeat ignis, aliter sanguis, aliter ostrum, aliter crocus. Virgil. 2. Georg. 86,

Sanguineisq; inculta rubent auiaria baccis. Cic. ad Atticum, lib. 15. 323. 10, Rubeo, mihi crede: sed iam scripseram, delere nolui. Idem 4. Verr. 136, Hærere homo, aduersari, rubere.

Faces rubet igne sacri ueneni. Stat. 9. Thebaid. 150.

Antè nouis rubeant, quàm prata coloribus. Virgilius 4. Georg. 62.

Terra rubet sanguine. Ouid. 2. Fast. 43.

¶ Rubens, Particip. (ἐρυθρῶν) ut, Dulce rubens. Statius, 4. Thebaid. 55.

Rubens color. Plin. lib. 9. cap. 36. 2.

Suaue rubens hiacynthus. Virg. 3. eclog. 13.

Ferrum rubens igne. Ouid. 12. Metam. 60.

Nupta rubens dulci probitate. Stat. 1. Sylu. 2. 3.

Zona semper sole coruſco rubens. Virg. 1. Georg. 47.

Vina rubentia. Ouid 5. Fast. 102.

¶ Rubesco, rubescis (ἐρυθριάω) rubescere, Rubrum fieri. Plin. lib. 9. cap. 35. 5, Miror ipso tantùm eas cælo gaudere, sole rubescere, coloremq; perdere ut corpus humanum.

Tum pater ut terras, mundumq; rubescere uidit. Ouidius 2. Metamorphos. 23.

Mare radijs rubescit. Virg. 7. Aencid. 6.

Aurora rubescebat. Virg. 3. Aeneid. 105.

¶ Rubefacio, rubefacis, penult. corr. rubefeci, penult. prod. rubefactum (ἐρυθρόω, ἐρυθραίνω) rubefacere, Ruborem afferre. Silius lib. 16. 28,

Vixq; Atlantiadum rubefecerat ora fororum.

¶ Rubefactus, Particípium (ἐρυθραυθεὶς) Ouidius 13. Metamorphos. 79,

Expulit ipse cruor, rubefactaq; sanguine tellus.

¶ Rubedo, pen. prod. rubedinis, pen. corr. fœm. gen. Firmic. lib. 2. cap. 12, Leo significat colorem croceum, atq; ad rubedinẽ declanantem.

¶ Ruber, Adiectiuum (ἐρυθρὸς, φοινίκιος, λόκινος, ἐρυθρὸς) Idem quod rubens, sed magis Latinum est ruber. Martialis lib. 1. 51,

Flauaq; de rubro ponere mella cado. Author ad Herennium, lib. 4. 230, Hunc dico rubrum, breuem, incuruum, canum, subcrispum, cæsium.

Ruber crine. Martial. lib. 12. 50.

Aequor rubrum. Virg. 3. Georg. 72.

Aurora rubra. Propertius lib. 3. eleg. 13. 4.

Deus ruber hortorum. 1. Fast. 83.

Flamma rubra. Ouid. 11. Metam. 74.

Humor ruber occupat os. Lucret. lib. 4. 212.

Mare Rubrum. Plin. lib. 6. cap. 23. ad finem, Irrumpit deindè & in hac parte geminum mare in terras, quod Rubrum dicere nostri. Græcia Erythræum, à rege Erythra, aut (ut alij) solis repercussu tadem reddi colorem existimantes: alij ab arena terraq; alij tali aquæ ipsius natura. Cicero 1. de Nat. deor. 134.

Sanguis ruber. Horat. 3. Carm. ode 13. 2.

Rubrior, Comparatiuus. Plin. lib. 10. cap. 63. 10, Colorem ilicò mutant rubriore pilo.

¶ Rubrus, rubra, rubrum, Idem quod Ruber. Solinus cap. 53, Colores duo sunt, quos fingere non ualeat, rubrus & candidus: cæteros facilè mentitur. De chamæleonte.

¶ Rubor, ruboris, m. gen. (ἐρύθρημα, ἐρυθρὸς, φοινικὸς) Color rubens, qui & Rubedo dicitur. Plin. lib. 11. cap. 37. 31, In malis maximè ostenditur rubor. Idem lib. 2. cap. 18. 1, Ardentior in ruborem.

Igneus rubor. Lucan. lib. 5. 43.

Mistus candore rubor. Vide Misceo.

Tyrij rubores, Purpura. Virg. 3. Georg. 62.

Virgineus rubor, pro pudore. Vir. 1. Georg. 86.

Acuere ruborem. Vide Acuo.

Confessus secreta rubor. Claud. de nupt. Honorij & Mariæ, 2.

Pudorem rubor consequitur. Cic. 4. Tusc. 40.

Dilutus rubor, Debilis & uelut aquam permista parum intensus atq; ardens. Plin. lib. 22. 25.

Eiectus rubor attrita de fronte. Iuuenal. Satyr. 13. 26.

Incanduit ore rubor. Claud. de nupt. Honor. & Mariæ, 2.

Subitus rubor notauit ora. Ouid. 6. Metam. 10.

Præstet ingenuitatem & ruborem suum, uerborum turpitudine, & rerum obscœnitate uitanda. Cic. 2. de Orat. 134.

Pectora traxerunt tenuem percussa ruborem. Ouidius 3. Metamorphos. 97.

¶ Rubicundus, Adiectiuum (ἐρυθρὸς, ἐρυθρίας) Rubore plenus, siue abundè rubens. In quo alternitatis causa, ut ait Priscianus, C loco B ponitur: ne sit absonum, si rubibundus dicatur. Terent. Hecyra, 3. 4. 26,

Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius. Varr. 2. de re Rust. 1. cap. 8. 5, Hunnus qui appellatur, ex equo & asina, minor est, quàm mulus corpore, plerunq; rubicundior. Martial. lib. 14. 119.

Cornua rubicunda. Horat. 1. epist. 17. 2.

Coniux rubicunda Vmbri mariti. Ouid. 3. de Arte, 61.

¶ Rubicundulus, penult. corrept. Adiectiuum diminutiuum. Iuuenal. Satyr. 6. 43,

—— tandem illa uenit rubicundula, totum
Oenophorum sitiens,

¶ Rubidus, pen. cor. Adiectiuum (ἐρυθρόφαιος) Quod est colore rufo, atrore multo mistum. Plaut. Sticho, 4. 77,

Rubiginosam strigilem, ampullamq; rubidam.

Rubidus panis, Scaber, atq; asper. Vnde à scabritie, panis, secundò coctus, rubidus uocatur: qui & à nautarum usu, nauticus appellatur. Plautus,

Exiguam buccellam rubidi panis. Festus, Rubidus apud Plautum panis uocatur parum coctus.

Rubidæ dicuntur etiam scorteæ ampullæ & rugosæ. Festus.

Rubi] ῥῶβοι, tantùm pluraliter, oppidum Campaniæ, à ruborum frequentia, seu à colore ruboris. Horatius 1. Sermon. Satyra, 5. 19. (Georg. 54,

Rubea uimina, pro fiscellis quæ inde adferebantur. Virgilius 1.

Nunc facilis Rubea texatur fiscina uirga.

Rubia] rubiæ (ἐρυθρόδανον, ἐρυθρόδανον) herba. Plin. lib. 24. cap. 11. 8, Erythrodanus, quam aliqui ereuthrodanum uocant, nos rubiam, qua tinguntur lanæ, pelles q; perficiuntur: in medicina urinam ciet. Vulgus pharmacopolarum rubiam maiorem, & rubiam tinctorum uocant.

Rubicon] pen. corr. huius Rubiconis, pen. prod. (ῥουβίκων) fluuius Galliam citeriorem à reliqua disterminans Italiæ: cuius multa mentio est apud Plutarchum in uita Pompeij & Cæsaris. Sueton in Cæsare, capit. 31, Consecutusq; cohortes ad Rubiconem flumen, qui prouinciæ eius finis erat, paulum constitit.

Vndæ Rubiconis. Lucan. lib. 7. 51.

Amœni Rubiconis incola. Claud. ad Gennadium, 43. 1.

Paruus Rubicon. Lucan. lib. 1. 37.

Puniceus Rubicon. Lucan. lib 1. 43.

Rubicundus, Rubidus] Vide Rubeus.

Rubigo] pen. prod. rubiginis, f. g. (ὸος) In metallis situ quodam contrahitur, arida & rubra, metallũ paulatim absumens, qualem in ferro uidemus. Dicta à colore: nam ueteres robrum, rubrũ dicebant. Plin. lib. 17. cap. 4. 4, Ferroq; omnis rubiginem obducit. Idem lib. 34. cap. 9. 2, Rubigo æris.
Adoranda rubigo. Iuuen. Satyr. 13. 15.
Nigræ rubiginis morsu scabri enses. Lucan. lib. 1. 150.
Putris rubigo. Stat. 3. Theb. 117.
Salsa. Virg. 2. Georg. 444.
Squallida rubigo. Catull. Argonaut. 59. 9.
Defersa rubigo. Silius lib. 4. 3.
Exesa inueniet scabra rubigine tela. Virgil. 1. Georg. 100.
Dentium rubigo. Ouid. 2. Metam. 156.
Rubigo, idem quod Robigo significat, estq; uitium in segetibus. Vide Robigo. Plin. lib. 18. cap. 17. 10, Rubigo quidem maxima segetum pestis lauri ramis in aruo defixis, transfit in earum folia ex aruis. Rubigo uel ærugo in segetibus, inquit Budæus, est quam nuyllam nostrates agricolæ uocant. Spicæ enim marcidæ fiunt hoc uitio, & in puluerem fœtidum confriatiles.
Sterilem rubiginem non sentiet seges. Horatius 3. Carmin. ode 23. 2.
Rubigo, Dea. Vide Robigo.
A rubigine Rubigalia dicta, id est, festi dies, amoliendæ rubiginis instituti ab antiquis. Plin. lib. 17. cap. 29. 4, Rubigalia Numa constituit, quæ nunc aguntur ad septimum cal. Maij: quoniam tunc ferè segetes rubigo occupat. Budæus.
¶Rubiginosus, pen. prod. Adiectiuum (ἰώδης) Plenum rubiginis. Plaut. Sticho, 4. 77.
Rubiginosam strigilem. Apud Martialem lib. 5. 29, Rubiginosi dentes.
¶Rubigino, rubiginas, pen. corr. (ἰᾶσθαι) rubiginare, Rubiginem contrahere. Apuleius lib. 3. Floridorum, Profectò ut gladius usu splendescit, situ rubiginatur: ita uox in uagina silentij condita, diutino torpore hebetatur.
Rubor] Vide Rubeus.
Rubrianum] Senatusconsultum Traiani temporibus factum est, Rubrio Gallo & Cælio Pisone Consulibus: cuius sententia exponitur in l. 26. l. 28. l. 33. §. 1. de fideicommissar. libertatibus. l. 3. ff. de legit. tutoribus.
Rubrica] rubricæ, pen. prod. (μίλτος) Terra rubentis coloris, & minio proxima. Colum. lib. de Arboribus, cap. 17, ad finem, Omnes arbusculas prius quàm transferas, rubrica notare conuenit: ut quum serentur, easdem cæli partes aspiciant, quas etiam in seminario conspexerant. Plin lib. 35. capite 6. 5, Ex reliquis rubricæ generibus fabris utilissima Aegyptia & Africana: quoniam maximè sorbentur. Picturis autem apta nascitur & in ferrarijs metallis.
Rubrica terra, Quæ subrubens est, & rubris arenulis conspersa. Columella lib. 2. cap. 10. 3.
Rubrica notabantur tituli & capita librorum. Pers. Sat. 5. 9,
Excepto si quid Masuri rubrica notauit. Horatius 2. Sermon. Satyr. 7. 20,
Prælia rubrica picta aut carbone.
Delibutus rubrica. Author ad Herennium, lib. 3. 132.
¶Rubriceta, rubricetæ, penult prod. (κυβδηλεῖα) Color quo mulieres ad emendandum faciei ruborem utuntur. Plautus Trucul. 6. 37,
Buccas rubriceta omne corpus intinxit tibi, pessumæ estis. Purpurissum etiam dicitur. unde idem Plaut. Buccas purpurissatas uocat, rubricetâ intinctas.
¶Rubricosus, pen. prod. Adiectiuum (μιλτώδης) ut, Terra rubricosa: hoc est, rubra, & rubrica ueluti conspersa, aut rubris arenulis: ut differat ab alijs, hoc est pulla, &c. Plin. lib. 18. cap. 17. 13, In solo autem rubricoso lupinum. Colum lib. 4. cap. 33. 1, Spissum solum & rubricosum reformidat.
¶Rubricatus (ἐρυθρόπυτος) Ptolemæo lib. 2. cap. 6, Hispaniæ Taraconensis fluuius: uulgò Lobregat.
Rubus] rubi, masc. uel fœm. gen. (βάτος) Sentis genus. Colum. libro 11. capite 3, de sepibus hortorum, Ea semina sint uastissimarum spinarum, maximeq; rubi & paliuri, & eius quam Græci uocant λευόβατον, nos sentem canis appellamus. Horum autem ruborum semina quàm maturissima eligi oportet. Ibidem in fœm. gen. Alternis ordinibus ferulas, alternis rubos in hortis consitas habere. Et Gellius libro 19. capite 12, Videt fortè uicinum rubos lætè atque altè obortas excidentem.
Acuta rubus. Vide Acutus, in Acuo.
Asper rubus. Virg. 4. eclog. 18.
Duri rubi. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 1.
Horrentes rubi. Virg. 3. Georg. 63.
Mordax rubus. Ouid. de Medicamine faciei, 1.
Punicei rubi. Propert. lib. 3. eleg. 13. 6.
¶Rubetum, rubeti, pen. prod. (βατών) Locus in quo rubi sunt.
Dura rubeta. Ouid. 1. Metam. 22.
Ructus] huius ructus, m. g. (ἐρυγή) Cibi & potus in stomacho malè concocti uentosa per os efflatio. Celsus lib. 4. cap. 5, ad finem, Sed si coacuit intus cibus, aut computruit (quorum utrumlibet ructus ostendit) ejiciendus est. Plin. lib. 20. cap. 18. 1, Anethum quoq; ructus mouet, & tormina sedat. Cic. Peto, lib. 9. 22. 16, Stoici crepitus aiunt æquè liberos ac ructus esse oportere.
Crebri ructus, cruditatis indicium. Colum. lib. 6. cap. 6. 1.
Ructu grauis herba: hoc est, grauem odorem ipso ructu ori referens, quale est allium. Plin. lib. 24. cap. 15. 6.
¶Ructo, ructas (ἐρυγγάνω, ῥοῦγμαι) ructare, Ructus emittere. Plaut Pseud. 23. 13.
¶Pergin' ructare in os mihi? Cic. ad Cornificium, libro 12. 25. 9, Quem ego ructantem & nauseantem, conieci in Cæsaris Octauiani plagas. Iuuenal. Satyr. 3. 11,
—— laudare paratus,
Si bene ructauit, si rectum minxit amicus.
Cui ructare turpe esset, is uomuit. Cic. 2. Philipp. 74.
Confer fastidantes, ructantes, refertos epulis tanquam opimos boues. Cic. 5. Tuscul. 140.
¶Ructor, ructaris (ἐρυγγάνομαι) ructari, Deponens, Idem significat.
Ructari dues. Varr. 3. de re Rust. cap. 2. 2.
Versus ructari. Horat. in Arte, 42.
¶Ructatus, pen. prod. Participium (ἐρευγθείς) ut, Ructati cruores. Silius lib. 15. 85,
Permisceq; mero ructatos ore cruores.
¶Ructator (ἐρευνητὴρ) & Ructatrix, pen. prod. Verbalia. Ructatrix herba, quæ ructus inducit. Martial. lib. 10. 48,
Nec deest ructatrix menta, nec herba salax.
¶Ructito, ructitas, pen. corr. (αὐτεροβυγμαι) ructitare, Frequentatiuum. Colum. lib. 6. cap. 6. 2, de boue ægrotante sic inquit, Gemitus exprimit, locoq; stare non patitur, sæpe decũbere & ructitare cœpit, caudamq; crebrius agere. Locus corruptus est: legi autem debet, Sæpe decumbere, & agitare caput, caudamq;, &c.
¶Ructuosus, pen. prod. Adiectiuum (ἐρευγματώδης) ut, Spiritus ructuosi. Quintil. lib. 4. cap. 2. 87.
Rudens] rudentis. Vide Rudo.
Rudero, Rudetum] Vide Rudus.
Rudiæ] Rudiarum (ῥύδιαι) uetus Apuliæ oppidum, Ennij patria, Pomponius Mela lib. 2. Post Barium (inquit) Egnatia, & Ennio ciue nobiles Rudiæ. Hodie non extant.

Rudiarius]

Rudiarius] Vide Rudis substantiuum.
Rudimentum] Vide Rudis adiectiuum.
Rudis] huius rudis, fœm. gen. (ραβδος) Virga impolita dicitur. Cato de re Rust. cap. 104, Hæc rude misceto ter in die, dies quinq; continuas.
Rudibus solitos pugnare gladiatores, testis est Lampridius, quũ ait Commodum in arena rudibus inter cubiculares gladiatores depugnasse.
Rudem accipere, pro Dimitti à munere: Rude donare, pro Dimittere, crebriter apud idoneos authores obuia sunt. Inde ducta metaphora, quòd antiquitùs gladiatores, quibus permissum erat à gladiatorio munere cessare, rude donati dicebantur. Ea cessatio dabatur uirga quam rudem appellabãt: unde hoc modo dimissi, rudiarij uocabantur. Proinde quicunq; à munere quouis in ocium restituuntur uel ob ætatem, uel ob imbecillitatem, rudem accepisse dicuntur. Cic. 2. Philipp. 82, Tam bonus gladiator rudem tam citò accepisti?
Donatus rude. Horat. 1. epist. 1. 1. Idem Iuuenalis,
Ergo sibi dabit ipse rudem, si nostra monebunt Cõsilia.
Ad rudem compellere. Cicero ad Octauium, 15. id est, Certare facere.
Rudem meruit. Mart. lib. 5. 93.
¶Rudicula, rudiculæ, pen. corr. Diminutiuum (ραβδίσκος) Parua uirga impolita, ad multa utilis, potissimum autem ad mouenda & agitanda ea quæ super igne decoquuntur: uulgus nostrum spatulam uocat. Cato cap. 9. de re Rust. 9, Connolaulus in uinea ne siet, amurcam igni leni coquito, rudicula agitato crebrò, usqueadeò dum fiat tam crassa quàm mel. Plin. lib. 20, Non est opus in hoc usu lanas rudiculis esse curatas. Colum. lib. 12. cap. 46. 3.
¶Rudiarius, rudiarij, masc. gen. (ἄρτος) Rudiarij dicti sunt, qui impetrarunt missionem artis gladiatoriæ, donati rude. Suet. in Tiberio, cap. 7, Rudiarijs quoq; quibusdam renocatis authoramento centum millium.
Rudiarius, Qui saga rudia & noua polit, ut ait Hermolaus ex Festo.
Rudiarius, Qui ruderarium cribrum facit, & rudiora linteamina.
Rudis] & hoc rude, Adiectiuum (ἀμαθὴς, ἀδαὴς, σκαιὸς, αὐτόσκευος, ἄγυμνος) Imperitus, indoctus, inscius, ignarus: à Rudere deriuatur. Cicero pro Flacco, 12, Quum in theatro homines imperiti, homines rerum omnium rudes, ignariq; confederant.
Ad bella rudis. Liu. 4. bell. Pun. 217.
Ad mala iampridem non sumus ulla rudes. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 7. 4.
Ad seditiones rudis. Liu. 8. bel. Pun. 132.
Rudis in. Cic. 1. de Orat. 21, Quem tu adolescentulus perpulisti, ignarum legum, hæsitantem in maiorum institutis, rudem in iure ciuili. Et 1. de Orat. 17, Quid esse potest in ocio aut iucundius, aut magis proprium humanitatis, quàm sermo facetus, ac nulla in re rudis?
Orator nulla in re tyro ac rudis, nec peregrinus atq; hospes esse debet. Cic. 1. de Orator. 112.
Rudes, & omnium ignari. Quintil. lib. 1. cap. 8. 3.
Rudes artium homines. Liu. 1. ab Vrbe, 28.
Bonarum artium rudis. Tacit. lib. 1.
Belli rudis, Inexpertus armorum. Horat. 2. epist. 2. 10.
Coniugij rudis iuuenca. Ouid. 4. Fast. 68.
Rudis exemplorum. Cicer. pro Cornel. Balbo, 37, Dicat se non imperitum fœderis, non rudem exemplorum, non ignarum belli fuisse.
Rudes Græcarum literarum. Cic. 1. Offic. 3.
Operum rudes iuuenci. Ouid. 1. Fast. 17.
Rudis prouinciæ & tyro. Cic. 4. Verr. 12.
Rerum rudis. Valer. 1. Argon. 155.
Rerum omnium rudis. Cic. 1. Tuscul. 90.
Rei militaris rudis. Cic. 4. Acad. 4.
Dicendi rudis. Tacit. lib. 1.
Rudis tractandi militares animos. Curtius lib. 4. hoc est, Imperitus.
Rudis, ad animum transfertur: rudesq; illi dicuntur, qui adhuc animum non expoliuêre disciplinis & doctrina, rerũq; usu. Plin. lib. 2. cap. 7. 9, Sedere cœpit sententia hæc, pariterq; & eruditum uulgus, & rude in eam cursu uadit. Festus, Homimem imperfectum rudem dicimus.
Anni rudes. Claud. 6. Paneg. 17.
Capilli rudes, Non compti. Senec. Hipp. 3. 10.
Carmen rude. Ouid. 1. Trist. eleg. 6. 5.
Rudem me discipulum atq; integrũ accipe. Cic. 3. de Nat. deor. 9. Vide Accipio.
Hebes ac rudis Epicurus. Cic. 2. de Diuin. 154.
Forma ingenij admodum impolita & planè rudis. Cicero de clar. Orat. 163.
Genus hominum rude, hebes & impolitum. Cicero 2. de Orator. 73.
Ingenium rude. Horat. de Arte, 83.
Lanæ rudes. Ouid. Epist. 1. 16.
Materia rudis. Lucan. lib. 2. 2.
Moles rudis indigestaq;. Ouid. 1. Metam. 2.
Pectus rude. Ouid. epist. 4. 8.
Populi rudes. Ouid. 1. Fast. 8.
Puer rudis ignoto amore tactus. Ouid. 2. Amor. eleg. 1. 2.
Simplicitas rudis. Ouid. 3. de Arte, 23.
Vetustas rudis. Ouid. 1. Fast. 27.
Vulgus rude. Ouid. 2. Fast. 59.
Rudis, pro Rustico. Iuuenal. Satyr. 11. 10,
Tunc rudis, & Gradias mirari nescius artes. Budæus.
¶Ruditas, pen. corr. ruditatis, fœm. gen. (ἀμαθία, σκαιότης) Imperitia, & obtusitas ingenij.
¶Rudimentum, rudimenti (πρόσκαιρος, πρόσκαιρος) Principium siue prima disciplina quæ rudibus datur: quod & tyrocinium appellatur.
Clara rudimenta primæ militiæ. Stat. 5. Sylu. 2. 2.
Dicendi rudimenta. Quintil. lib. 2. cap. 1. 6.
Rudimentum lucis, pro Initio uitæ, apud Plinium libro 7. in Procœmio, 3.
Rudimentum ponere, Incipere. Cic. in Sallustium, 1.
Rudimenta tyrocinij deponere sub aliquo, Idem significat. Iustinus libro 9.
Rudimentum puerilis regni. Liu. 1. ab Vrbe, 11.
Rudimenta & incunabula uirtutis. Cic. in Sallustium.
Incrementa & rudimenta. Curtius lib. 5.
Turpe rudimentum. Ouid. epist. 5. 20.
Rudo] rudis, rudi (ῥύμαδος) rudere, Proprie ad asinos pertinet: nam rudere asini dicuntur, quum uocem emittunt. Persius Satyr. 3. 1,
Fmdor, ut Arcadiæ pecuaria rudere credas.
¶Rudo, rudes per secundam coniugarunt antiqui. Lucilius,
Hæc inquam rudet ex rostris, atq; hinnitabat. Meminit Varro lib. 6. de Ling. Lat.
Sono intempestiuo rudit asellus. Ouid. 6. Fast. 69.
Vt rudit à scabra turpis asella mola. Ouid. 3. de Arte, 58.
Rudere, abusiuè & de leonibus, & de hominibus dicitur. Virgil. 7. Aeneid. 4,
—sera sub nocte rudentum. Idem 8. Aeneid. 50,
Inclusumq; cauo saxo, atq; insueta rudentem. id est, Clamantem: & abusiuè dictum est. Seruius.

¶Rudens, Participium (ὀρυκτός) ut, Prora rudens. Virgil. 3. Aeneid. 113,

——primusq; rudentem
Contorsit læuas prorum Palinurus ad undas.

Asellus rudens. Ouid. 1. Fast. 87.

Leones rudentes. Virg. 7. Aeneid. 4.

Rudens (βύκτης, πεῖσμα, πάλως, πρότονος) Substantiuum, tam masculinum, quàm fœminimum, Funis nauticus: quòd quum uento agitatur, ueluti rudere audiatur. Virg. 1. Aeneid. 19,

Insequitur clamorq; uirûm, stridorq; rudentum. Plautus Rud. 23. 1,

Heus mane. G. quid maneam? T. dum hanc tibi rudentẽ, quam trahis, complico. Cic. 5. Tuscul. 57, Non sanè optabilis est quidem, inquit rudentibus apta fortuna.

Aptare remos & rudentes. Virg. 5. Aeneid. 151.

Excutere rudentes. Virg. 3. Aeneid. 137.

Explicare rudentem. Cic. 1. de Diuinat. 246, de fato loquens, Sed est quasi rudentis explicatio.

Iactare rudentes. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 15.

Immittere rudentes. Vide Immitto.

Laxare excussos rudentes. Virg. 3. Aeneid. 54.

Innumeros rudẽtes porrexit puppis utrinq; Stat. 5. Sylu. 1. 49.

Intorti rudentes sustollunt uela. Catul. Argon. 59. 47.

Duros tractare rudentes. Iuuenal. Satyr. 6. 11.

¶Rudentisibilus, Dictio composita, qua usi sunt antiqui, & in primis Pacuuius: ut author est Varro libro 4. de Lingua Latin.

Rudus] ruderis, pen. corr. neut. gen. quod & raudus dicitur (ῥάστιον, χάλικες) propriè significat rem rudem, asperam & imperfectam. Ideo hominem imperfectum, rudem nominamus. Et rudis, impolita uirga: de quibus suis locis. Dicitur autem nouum rudus, & uetus rudus: sed diuersa significatione. Liu. 6. bel. Pun. 55, Aeris acerui, quum rudera milites religione inducti iacerent, post profectionem Annibalis magni inuenti.

Nouum rudus, est materia pauimenti, hoc est fixa recens contusa, seu testæ confractæ cum calce, ad pauimentum faciendum. Vitruuius lib. 7. cap. 1, Deinde ruderi nouo tertia pars testæ tusæ admisceatur, calcisq; duæ partes ad quinq; mortarij mistionibus præstent responsum. Plin. lib. 36. cap. 25. 3.

Vetus rudus, est materia pauimentorum & dirutorum ædificiorum, quæ lapidibus & testis confractis, calceq; arena commista constat. Plinius, Complanatæ ueteri rudere erant uiæ.

Rudus rediuiuum. Vitruuius lib. 7. cap. 1, Rudus si nouum erit, ad tres partes una calcis misceatur. Si rediuiuũ fuerit, quinque ad duûm mistiones habeant responsum.

¶Rudero, ruderas, pen. corr. ruderare, Rudus inducere. Vitruuius lib. 7. cap. 1, Tunc insuper statuminetur, ne minore saxo, quàm quod posit manum implere, statuminationibus inductis ruderetur.

¶Ruderatio, ruderationis, Verbale fœm. gen. Vitruuius lib. 7. cap. 1, Primumq; incipiam de ruderatione, quæ principia tenet expolitionum.

¶Ruderatus, pen. prod. Adiectiuum, Ruderatus ager, Qui ueterum ædificiorum materia scatet. Plin. lib. 21. cap. 4. 6.

¶Rudetum, rudeti, penult. prod. Locus plenus ruderibus: siue terra, quæ prius rudis fuerat & inculta, tum autem arata. Cato cap. 38, Lentim in rudeto & rubricoso loco, qui herbosus non siet, ferito. Idem cap. 37, Ager rubricosus, & terra pulla, materina, rudeta, arenosa. Vetus exemplar habet rudecto, rudecta.

¶Ruderarium, cribrum, silius & furfurarium Apuleius dixit.

¶Rudusculum non modò pro ære infecto uulgus usurpat, sed etiam pro signato. ut cum dicitur in mancipando: Rudusculo libram ferito. id est, Asse libram tangito. Festus.

Ruellius] inclyti nominis Physicus ac medicus, qui suæ uirtutis reliquias posteritati libris de natura stirpium editis, reliquit.

Rufæ] arum, Oppidum Campaniæ, cuius meminit Macrobius lib. 7,

Quiq; Rufas Batulumq; tenent, &c.

Rufinus] Vir Consularis à Fabritio Censore damnatus, quòd decem pondò argenti apud eum inuẽta essent. Rufinus alter unà cum Stilicone & Gildone relictus à Theodosio seniore imperij administrator pro tutelu Arcadij & Honorij filiorum Gildo in Africa, Stilicon in Occidente, Rufinus uerò in Oriente, omnes sanè cupiditate regni incensi in suos principes arma conuerterunt: ex quo diuersis modis oppressi periere. Extant in hunc Rufinum Claudiani poetæ inuectiuæ. Vide Volaterranum.

Rufrimacerię] plur. num. Oppidum Campaniæ. Cato cap. 22. 3, Venduntur ad Rufrimacerias numis centum octoginta, temperantur numis triginta: tãtidem Pompeijs emuntur. Idem cap. 135, Est & Pompeij, oppidum Campaniæ.

Rufus] Adiectiuum (πυῤῥὸς) Color non plenè ruber. Martial. lib. 14. 129,

Roma magis fuscis uestitur: Gallia rufis. Terentius Phorm. 1. 2. 1,

Si quis me quæret rufus. Idem Heaut. 5. 5. 17,

Rufam ne illam uirginem, &c.

Quidam scribunt duplici ff, ruffus. Sed hi uehementer fallũtur: ut palàm facit Martial. epigram. 51. lib. 8. ubi apertè docet, uocatiuum Rufè, constare tantùm literis quatuor. Vide Septunx, pro septem uimi cyathis.

Agna rufa. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 43.

Color rufus. Plin. lib. 12. cap. 12. 2.

Gingiua rufa. Catul. in Egnatium, 37. 5.

Vela lutea & rufa. Lucret. lib. 4. 15,

Et uulgo faciant id luteа, rufaq; uela.

¶Rufior, Comparatiuus (πυῤῥότερος) Plin. lib. 16. cap. 14. 1, Nanq; & materies maris dura, rufiorq;, ac nodosa.

¶Rufulus, pen. corr. Diminutiuum (ὑπόπυῤῥος) Plaut. Asin. 8. 20. Idem Amphit. 16. 63,

Vt primùm coiuit cicatrix rufula.

Rufuli appellati sunt Tribuni militum, non à populo, sed à Consule facti, quòd de eorum iure Rutilius Rufus legem tulerit: ibi postea mutatione unius literæ, Rutuli sunt appellati. Festus.

¶Rufo, rufas (πυῤῥοστοιέω) rufare, Rufum facere. Plin. lib. 15. cap. 22. 2, Rufatur capillus primùm prodeuntibus nucleis. Et lib. 23. cap. 2. 7, Tunc addito lentiscino oleo illita una nocte rufat capillum.

¶Rufeo, rufes: à quo Rufisco, rufescis (πυῤῥοποιέμαι) rufescere, Rufum fieri. Plinius libro 10. capite 29. 4, Graculi senectute nigrescunt, Merula ex nigra rufescit. Idem libro 25. cap. 4. 9.

Rufus] Purpurio (ῥῦφος) Legatus Romanorum in concilio Aetolorum: apud Liuium lib. 32.

¶Rufus, Centurio sub Scipione Africano, cuius & res gestas, & belli apparatum descripsit, Author Appianus.

¶ Virginius Rufus orator egregius, interfectus à Nerone: de quo Tacitus, Virginium, inquit, Rufum claritudo nominis extulit. Et paulò inferius, Nam Virginius Rufus studia iuuenum eloquentia, Musonius præceptis sapientiæ fouebat.

¶Rufus

¶ Rufus poeta Bononiensis, cuius meminit Martial. lib. 6, 7,

Funde tuo lachrymas orbata Bononia Rufo,
Et resonat tota planctus in Aemylia.

¶ Rufus Medicus, sub Traiano principe multa conscripsit, quorum nihil ad nos peruenit: sæpe tamen ab alijs testis citatur.

¶ Rufus Corinthius, sophista, quanquam diuitijs, & generis nobilitate pollebat, plus tamen ad eius laudem dicendi gloria, linguæq; gratia contulit. Author Philostratus.

Ruga] rugæ (ῥυτὶς, πτύχη) In hominibus præ senectute accidit. Cicero de Senectute, 58, Non cani, non rugæ repentè authoritatem arripere possunt, sed honestè acta superiore ætas, &c.

Aniles rugæ. Ouid. 14. Metam. 20.

Caue rugæ. Ouid. 7. Metam. 59.

Deformes rugæ. Claud. 2. in Eutrop. 14.

Senilis ruga. Ouid. 5. Fast. 12.

Densissima ruga cogitur in frontem. Iuuenal. Satyr. 13. 23.

Decipere aliquẽ rugis & supercilio. Cic. Post reditum in Senatu, 14.

Senectus frontem exarat rugis. Hor. Epod. 8. 1.

Excutere rugas. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 9.

Inducit rugas senectus. Tibul. lib. 2. eleg. 2. 4.

Laxantur corpora rugis. Ouid. 3. de Arte, 15.

Portare rugas. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 9.

Trahere rugam. Iuuenal. Satyr. 14. 33.

Capitis nives & rugæ te turpant. Hor. 4. Carm. ode 13. 3.

Iam uenient rugæ quæ tibi corpus arent. Ouidius 2. de Arte, 24.

Ruga, non solùm in corporibus dici solet, sed etiam in uestibus. Plinius lib. 35. cap. 8. 5, Præter quæ in ueste & rugas & sinus inuenit.

Ruga, in arboribus. Plin. lib. 12. cap. 7. 4, Deest tota illa maturitas, ideoq; & rugarum, coloriscq; similitudo.

¶Rugosus, pen. prod. Adiect. (ῥυτιδώδης, πτυχώδης) Rugis plenum. Plin. lib. 12. cap. 13. 2, Amomum laudatur quammaximè punici mali folijs simile, nec rugosis.

Acina rugosa. Colum. lib. 13. cap. 43. 5.

Cortex rugosus. Plin. lib. 16. cap. 31. 1.

Facies rugosior uua passa. Claud. 1. in Eutrop. 23.

Frons rugosa. Martial. lib. 3. 51.

Genæ rugosæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 23.

Palmæ rugosæ. Ouid. 8. Metam. 136.

Senecta rugosa ora pallent. Tibul. lib. 3. eleg. 5. 5.

Rugare dicitur uestis, quum multos sinus facit, Plaut. in Casina, Vide palliolum ut rugat.

Rugata testa, apud Plinium lib. 9. cap. 33. 1.

Rugio] rugis, rugiui uel rugij, rugitum, pen. prod. (βρυχάομαι) Rugire dicitur leo, quum uocem emittit. Author Philomelæ, 10,

Trigides indomitæ raucant, rugiuntq; leones.

¶ Rugitus, huius rugitus, pen. prod. m. g. (βρυχηδὼν.)

Rugusci] Alpini populi, inter eos quos maximus ille Cæsar Iulius sub iugum Romanorum misit. Plinius, libro 3. capite 20.

Ruidus] siue ruuidus, penultima correpta, Adiectiuum (ἄβεος) Plinius libro 18. capite 10. 7, Maior pars Italiæ ruido utitur pilo. Hermolaus, Præferratum pilum in molendo propterea uocatur Plinio, ut à pilo ruido (sic enim uocat ipse) distinguatur: ad molas uidelicet quas aqua uersat, utilitinec tam, quòd sine ferro est, id nomen habet, quàm quòd asperum, impolitumq;. Nam & Ruuidus panis Plauto (ut ait Festus) eum significat, qui parum coctus, rugosisq; sit: quanquam rubidus ferè scribitur.

Ruina] Vide Ruo.

Rulla] rullæ, instrumentum ferreum, stimulo rusticorum additum, ad uomerem detergendum. Plin. li. 18. cap. 19. 5, Purget uomerem subinde stimulus cuspidatus rulla. Diminutiuum à runa, quod est teli genus, ut ait Festus. Ennius, Runata recedit. Habet autem hoc telum latiorem cuspidem.

Rullus] ῥῶλλος, testè Plin. lib. 8. cap. 51, solidum aprum Romanorum primus in epulis apposuit, qui Ciceronis Consulatu legem Agrariam promulgauit.

Ruma] rumæ (ῥῶμη) Idem quod Rumen: A ueteribus dicebatur mamma. Vide Rumis.

Ruma, Gutturis pars eminens. Seruius, Rumatio dicta est à ruma eminente gutturis parte, per quam demissus cibus à certis reuocatur animalibus.

¶ Rumo, rumas (αὐαμιχαλάομαι) rumare, Idem quod ruminare dicebatur apud ueteres. Est etiã rumare, lactare, quasi mammam in rumen immittere.

Rumbotinus] Vide Rumpotinus.

Rumen] ruminis, pen. corr. neut. gen. Eminens sub mento gutturis pars, qua cibus in aluum demittitur. Festus, Rumen est pars colli qua esca deuoratur: unde & Rumare dicebatur, quod nunc Ruminare.

Rumen, Mamma dicitur (μαστὸς) Plinius libro 15. capite 19. 9, Magisq; ob memoriam eius quæ nutrix fuit Romuli ac Remi conditoris appellata: quoniam sub ea inuenta est lupa infantibus præbens rumen (ita uocabant mammam) miraculo ex ære iuxtà dicato, tanquam in comitium fronte transissèt.

Rumen, Nonius docet esse locum in uentre, quo sumitur cibus, & unde redditur. Pomponius Prostibulo, Ego rumorẽ parui facio, dum sit rumen quî impleam.

¶ Rumino, ruminas, pen. corr. (μηρυκίζω, αὐαμιχαλίζω) ruminare: & Ruminor, ruminaris, ruminari, Est reuomere, ac rursus consumere, quasi cibum ad rumen reuocare, iterumq; conficere. Colum. lib. 6, Propter quæ bos neq; ruminat, neq; lingua se detergit.

Herbas ruminare. Ouid in Fragment. 4.

Ruminari, per translationem, In memoriam reuocare. Varro Tanaquile, Non modò absens quicquam de te æquius cogitabit, sed etiam ruminabitur humanitatem tuam. Liuius Aegistho, Nemo hæc uoster ruminabitur mulieri. Alij legũt, uostræ ruminetur. Nonius.

¶ Ruminatio, Verbale (μηρυκισμὸς) Plin. lib. 11. cap. 37. 70, Quibus neq; dentes utiq;, nec ruminatio. Idem lib. 17. capite 22, 22, Si faucias recenti medicina mordeat quælibet hyemis ruminatio. id est, Erigeris reiteratio ducta metaphora à cibi repetitione & reuocatione.

Ruminatio, Ipsa in memoriam reuocatio. Cic. ad Atticum, lib. 2. 27. 3, Quanto magis uidi ex tuis literis, quàm ex illius sermone, quid ageretur de ruminatione quotidiana, de cogitatione Pub. lij, &c.

¶ Ruminalis, ficus (ῥαμναλίς, ῥάμνος) Sub qua Lupa Romulo & Remo dicitur mammam præbuisse, ut ait Festus: quæ & Romula nominata est. Ouid. 2. Fastor. 8,

Arbor erat, remanent uestigia, quæq; uocatur
Romula nunc ficus, Ruminia ficus erat. Siue quòd sub ea pecudes æstatis tempore frigora captantes, herbas ruminare consueuerunt.

Ruminales hostiæ, eorum animalium quæ ruminant. Plin. lib. 8. cap. 51. 2.

Rumex] rumicis, pen. corr. masc. gen. (λάπαθον) Lapathi syluestris genus. Plin. lib. 19. cap. 12, Solum uerò ex omnibus lapathum syluestre melius, hoc in satiuis rumex uocatur, nascitur q; fortissimum.

Rumex, Genus teli, simile spari Gallici, ut ait Festus. Lucilius, Tum spara, tum rumices portantur, stragula porro.

Rumia] ῥωμία, dicta est dea, quæ rumis, id est, mammis, hoc est, pueris lactentibus præsidebat. Huius meminit Augustinus libro 4. de Ciuitate Dei. Varro 2. de re Rust. cap. 11. 4, Non negarim inquam ideo apud diuæ Rumiæ sacellum à pastoribus satam ficum. Ibi enim solent sacrificare lacte pro uino, & pro lactentibus.

Rumifero, Rumigero] Vide Rumor.

Rumigestri] Telorum genus quoddam fuit apud antiquos: de quibus meminit Gel. lib. 10. cap. 25.

Rumigo] as, are, apud Apuleium lib. 4. de Asino aureo: Iam ferè tertium palàm rumigabam. id est, ut interpretor, ruminabam.

Rumina] ruminæ, Dea eadem quæ paulò antè Rumia dicta est Varro. Cato, uel de liberis educandis: Hisce nauibus lacte fit, non uino, Cuminæ propter cunas, Ruminæ propter ruinam, id est, prisco uocabulo, mammam, à quo subrumi etiam nunc dicuntur agni. Ex Nonio.

Rumino, Ruminor] Vide Rumen.

Rumis] huius rumis (ῥῆλυ) Idem quod Ruma, id est, mamma: sed propriè animalium. Varro lib. 2. de Agricultura, cap. 11. 4, Mammæ enim rumis, siue rumæ, ut antè dicebant, à rumie & inde dicuntur Subrumi agni lactentes, à lacte. Sic ibidem, cap. 1. 20.

Rumon] præceps in Tyberi locus. Alex. Alexand. lib. 5. cap. 26, Præterq; aram Consi, quæ in circo fuit, ab accessu hominum semota, etiam ara Ditis & Proserpinæ in loco abdito in Martio campo ad Tarentum colebatur: locum denominatum, quòd ibi Tyberis ripas tereret, qui Rumon propterea dictus, & Serra, ad quã ratus erat accessus hominũ.

Rumor] rumoris, masc. gẽ. (ῥῆσις, ῥῆμα, φήμη, ῥῆλυμα) Sermo in populo sine certo authore (in bonum uel in malum) de re recenti dispersus. Cic. 5. Ver. 81, Multa sunt imposita huic ordini munera, multi labores, multa pericula, non solùm legum ac iudiciorum, sed etiam rumorum ac temporum.

Multitudinis rumor. Cic. 2. de Fin. 80.

Rumor de. Cic. ad Cassium, lib. 12. 9. 2, Nihil perfertur ad nos præter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem constantes, sed adhuc sine authore.

Ex sermone rumor. Cic. pro lege Manilia, 17.

Aura rumoris. Cic. pro Mureena.

Aduersus. Vide Aduerto.

Amarus. Virg. 4. Aen. 41.

Atrox. Tacit. lib. 17.

Celebris. Vide Celebris.

Clemens. Vide Clemens.

Constans. Vide Consto.

Fallax. Claud. 2. Paneg. 80.

Iniquus. Ouid. 4. Fast. 62.

Magnus. Vide Magnus.

Miserabilis. Claud. de bel. Get. 40.

Nuncius rumor. Cic. ad Cassium, lib. 12. 10. 3, Nos de Dolabella quotidie quæ uolumus, audiuimus: sed adhuc sine capite, sine authore rumore nuncio.

Secundo rumore: hoc est, grato. Tacit. lib. 3.

Similis rumor. Lucan. lib. 8. 11.

Tristis & iucundus rumor, contraria. Cic. ad Cassium, lib. 15. 17. 5, Rumores tristiores, sed ἀδέσποτοι. Idem Qu. fratri, libro 3. 24. 5, Rumor Dictatoris iniucundus bonis.

Vagus rumor. Tacit. lib. 19. Ouid. 11. Metam. 134.

Validus rumor. Tacit. lib. 4.

Afferre rumores. Vide Affero.

Affingere rumoribus. Vide Affingo.

Afflauit rumor. Cic. Att. lib. 16. 333. 12.

Rumor ait. Mart. lib. 3. 38.

Rumor dit linguæ te tamen esse malæ.

Aucupari inanem rumorem. Vide Aucupor.

Calent rumores. Vide Caleo.

Colligere rumorem. Vide Colligo.

Ditur hic subitò Troiana p agmina rumor. Virg. 7. Aen. 29.

Differre rumorem. Tranquillus in Octauio Augusto.

Dissipatis rumoribus improbissimis. Cic. 14. Philip. 391.

Quæ uos ad cælum effertis rumore secundo. Hor. 1. epist. 10. 2.

Facti rumor it per oppida. Ouid. 6. Metam. 30.

Excipere rumores. Cic. pro Deiotaro, 17.

Rumore malo flagrare. Hor. 1. Serm. Satyr. 4. 26.

Incedit rumor. Tacit. lib. 1. hoc est, subit.

Increbrescit rumor. Vide Increbresco.

Inflat animos rumor. Vide Inflo.

Intelligere rumore. Plaut. Casin. 2. 10,
Nos, postquam populi rumore intelleximus,
Studiose expetere uos Plautinas fabulas.

Frigidus à rostris manat per compita rumor. Horatius 2. Sermon. Satyr. 6. 11.

Narrat rumor. Vide Narro.

Ortus rumor. Vide Orior.

Perferret multa etiam ipse rumor. Cic. Cælio, lib. 2. 7. 3.

Perstrepit rumor in aula. Stat. 2. Achil. 16.

Pertulit hoc idem nobis Germanicè rumor. Ouidius 2. de Ponto, eleg. 1. 8.

Peruaserat rumor, ipso tempore flagrantis urbis, &c. Tacit. libro 15,

Pugnare rumoribus cum aliquo. Cic. 1. de Nat. deor. 18,
Rumoribus, inquit, mecum pugnas Balbe, ego autem à tenebris tiones requiro. (simuntur.

Senescunt rumores. Tacit. libro 2. hoc est, Vanescunt, & con-

Varios rumores serere. Virg. 2. Aen. 46.

Subdere rumorem T. acit. lib. 19.

Claro apud uulgum rumore erat. Tacit. lib. 15. De Pisone.

Rumor in ambiguo est. Ouid. 3. Metam. 50.

Rumor est, uel erat. Terent. Andr. 1. 2. 14,
Meum gnatum rumor est amare. Cicero ad Lentulum, lib. 1. 8. 14.

Surrexit rumor. Tacit. lib. 18,
Mistaq; cum ueris passim commenta uagantur.

Millia rumorem. Ouid. 12. Metam. 11.

Rumor uenit datũ iri gladiatores. Terent. in Hecyræ Prol. 39,

Rumor, pro Fauore. Virg. 8. Aen. 18,
Ergo iter inceptum peragunt rumore secundo.

¶ Rumusculus, pen. corr. Diminutiuum (θρυλλίδιον) Cic. pro Cluentio, 84, Tum etiam illi quinq; qui imperitorum hominum rumusculos aucupati, tum illum absoluerunt, iam suam clementiam laudari magnopere nolebant. Idem ad Attic. lib. 2. 20. 2.

¶ Rumifero, rumiferas, pen. corr. (θρυλλέω) rumiferare, Rumorem ferre, antiquè. Plaut. Amph. 8. 44,
Quamq; adeò ciues Thebani uerò rumiferant probam.

¶ Rumigero, rumigeras, pen. corr. (διαθρυλλέω) rumigerare, Idem: sed obsoletum.

¶ Rumito. Festus, Rumitant, rumigerantur. Næuius, Simul alius aliunde rumitant inter se.

Rumpo] rumpis, rupi, ruptum (ῥηγνύω, ῥήσσω) rumpere, Frangere. Virg. lib. 10. Aen. 47,
Rupimus inuitæ tua uincula. Hor. 2. Serm. Sat. 7, Rũpere catenas. Ci. 7. Ver. 63, Quid si aufugisset, si uincula rupisset?

Rumpere, Defatigare. Plaut. Merc. 4. 39,
Opera licet experiri, qui me rupi currendo tua
Causa. Terent. Hecyr. 3. 4. 21,
—— ut me ambulando rumperet?

Rumpere, Dissicere. Virg. 8. eclog. 15,
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Rupisse uidetur qui corrupit. Vlp. ut bonorum raptorum, l. prætor. Alphenus in l. qui insulam. locati, Qui mulas ad certum pondus oneris locârat, quum maiore onere conductor eas rupisset. Vlpianus de iniurijs, Offerẽdus est seruus præsidi qui eum flagris rumpat. Budæus.

Vt aliquando ista quæ sunt inflata rumpantur. Cic. in Vatin. 7.

Aditus rumpere. Vide Adeo, adis.

Eiaculatur aquas, atq; ictibus aera rumpit. Ouidius 4. Metamorphos. 25.

Amnes fontibus rumpuntur. Virg. 3. Georg. 86.

Et tantos rumpi non speret amores. Virg. 4. Aen. 59.

Pariterq; sinum, pariterq; capillos rupit. Ouidius 10. Metamorphos. 144.

Fulmen emicuit, & rupit diem. Lucan. lib. 1. 31.

Edicta rumpere. Hor. 3. Carm. ode 15. 5.

Fidem rumpere. Liu. 9. ab Vrbe, 214.

Fœdus rumpere. Liu. 3. ab Vrbe, 107. Virg. 12. Aen. 117.

Fœdera negligere, uiolare, rumpere. Cic. pro Corn. Balbo, 9.

Frena pudoris rumpere. Propert. lib. 3. eleg. 19. 1.

Funem ab littore rumpere, & fugere. Virg. 3. Aen. 128.

Guttura cultro rumpere. Ouid. 15. Metam. 93.

Horrea rumpunt immensæ messes. Virg. 1. Georg. 4.

Imperium rumpere. Tacit. lib. 13.

Iter rumpere ad littora Ponti Adriaci. Silius lib. 1. 11.

Iter cœptum rumpere. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 18.

Ius rumpere. Liu. 4. ab Vrbe, 75.

Moras rumpere: hoc est, Festinare, quasi morã frangere, in mora non esse. Virg. 3. Georg. 9. Martial. lib. 2. 63,
Eia age, rumpe moras, quo te spectabimus usq;?

Græcia coniurat. rumpere nuptias. Hor. 1. Carm. ode 15. 2.

Patientiam rumpere. Vide Patientia, in Patior.

Pectora rumpere ense. Virg. 9. Aen. 87.

Præcordia ferro rumpere. Ouid. 6. Metam. 51.

Questus pectore rumpere. Virg. 4. Aen. 111.

Reuerentiam sacramenti rumpere. Tacit. lib. 17.

Silentium rumpere. Mart. lib. 9. 72. Virg. 10. Aen. 33,
—— quid me alta silentia cogis
Rumpere, & obductum uerbis uulgare dolorem?

Sermone silentia rupit. Ouid. 1. Metam. 42.

Somnos rumpere. Lucan. lib. 3. 5.

Telum rupit terga nouena boum clypei. Ouidius 12. Metamorphos. 20.

Testamentum rumpere. Cic. 1. de Orat. 124.

Tunicas rumpere. Virg. 2. Georg. 15.

Vestes rumpere. Ouid. 6. Metam. 27.

Vincula rumpere. Virg. 2. Aen. 27.

Vocem rumpere. Virg. 2. Aen. 26,
Compositò rumpit uocem, & me destinat aræ. Seruius, hoc est, erumpit in uocem. Et dictum est per contrariũ. Nam si Silentium rumpere, est loqui. Vocem rumpere, est tacere. Sed aliqua interdum simpliciter, interdum per contrarium intelliguntur. Idem 3. Aen. 50,
—— rupitq; hanc pectore uocem. hoc est, Cum indignatione loquitur, ut ait Seruius.

Inuidia rumpi. Virg. 7. eclog. 6.

Rumpi malis, & Non moueri, contraria. Cicero Quint. fratri, lib. 3. 2. 4. 9.

Rumpo, id est, Rumpi facio. Plin. lib. 30. cap. 4. 3, de bupresti, Deuoratumq; tacto felle ita bouem inflammat, ut rumpat.

Martial. libro 10. 79.

¶ Rumpor, rumperis, Passiuum. Hor. 1. Serm. Satyr. 3,
Vrgeris turba circum teslante: miserq; Rumperis, &c.

¶ Ruptus, Participium: ut, Rupta pacis fides. Liuius 4. bellì Pun. 131.

Aggeres rupti. Virg. 2. Aen. 100.

Comis ruptis exulare. Ouid. epist. 21. 23.

Rupi, quam ruptã fum mihi questa fidem. Ouid. epist. 23. 20.

Vicinæ ruptis inter se legibus urbes Arma ferunt. Virgil. 2. Georg. 102.

Montes rupti. Lucan. lib. 3. 13.

Postula rupta lædit tenerας manus. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 2.

Quies populis rupta. Lucan. lib. 1. 49.

Testamentum ruptum, & Ratum, contraria. Cicero 1. de Orator. 84.

Ruptaq; singultu uerba loquentis erant. Ouid. 2. de Reme. 41.

Vincla rupta. Virg. 8. Aen. 131.

Rupti. Plinius libro 20. capite 6, Conuulsis & ruptis, cum sale & oleo.

¶ Ruptor, ruptoris, Verbale. Liuius 4. ab Vrbe, 83, Hiccine est, inquit, ruptor fœderis humani, uiolatorq; Gentium iuris?

¶ Ruptio, ruptiõnis, aliud Verbale. Vlp. in l. sit seruus. 9. ruperisse. D. ad legẽ Aquiliam, Aquilia enim uas ruptiones quæ damna dant, persequitur.

Rumpi, rumporum, qui & traduces dicuntur. Varro 1. de re Rust. cap. 8. 4, Quartum pedamentum est natiuum eius generis, ubi ex arboribus in arbores traductis uitibus uinea fit: quos traduces, quidam rumpos appellant.

Rumpotinum] rumpotini, pen. prod. (ῥωμποτίνων) Columel. lib. 5. cap. 7. 1, Est & alterum genus arbusti Gallici, quod uocatur rumpotinum: id est, desiderat arborem humilem, nec frondosam. Vide sequentia.

¶ Rumpotinetum, pen. prod. (ῥωμποτινῶν) Locus arboribus rumpotinis consitus. Colum. lib. 5. capite 7, Nam ferè ita constitutum rumpotinetum animaduerti, ut ad octo pedes locis siccis & clinosis, ad duodecim locis planis & uliginosis tabulata disponantur. plerunq; autem ea arbor in tres ramos diuiditur, quibus singulis ab utraq; parte complura brachia summittuntur, tum omnes penè uirgæ, ne umbrent eo tempore quo uitis putatur, abraduntur. Arboribus rumpotinis si frumentum non inferitur, in utranq; partem uiginti pedum spacia interueniunt.

¶ Rumpotinus (ἄγγειον) uocatur & alio nomine populus arbor Italiæ Padum transgressis, cuius, &c. Plin. lib. 14. capite 1. 4. Alij tamen legunt, Rumbotinus.

Rumusculus] Vide Rumor.

Runa] Genus teli significat. Ennius: Runata recedit. id est, plata. Paulus.

Runca] runcæ, pro Runcina ueteres usurpauerunt, teste Festo.

Runcalia] arum, Locus est campestris ad Padum, haud longè à Placentia. Otho Frising. cap. 11. lib. 2. Rerum Aenobarb. fit mentio in libris Feudorum, de cap. Conrad. in principio. Hodie Romandiolam uocant.

Runcina] runcinæ, pen. prod. (πρίων) Runcinæ (ut ait Hermolaus) sunt maiores serræ, quibus fabri materiarij secant arborum moles, subiectis canterijs. Plin. lib. 16. cap. 42. Ad incitatos runcinarum raptus.

¶ Runcina, præterquam quod significat serram maiorem, signat & planulam, qua leuigandis lignis lignarij fabri utuntur. Gallicè appellamus un Cheuallet, une planne. Col. lib. 8. cap. 4. Lectionum antiquarum.

Rũcina] Dea frumẽto præesse ab antiqs eidololatris creditus est.

est. Lilius Syntagmate 1. Histor. Deorum, Runcina Dea (inquit) tum placabatur, quum frumenta runcanda essent, id est, à terrâ auferenda. Augustinus & Varro de Ling. Lat.

Runcinō] runcinas, runcinare. Varro de Ling. Lat. lib. 5, ad finem, Runcinare, à runcina: cuius origo Græca, τρίγκω. Verbum est antiquum.

Runco] runcas (βοτανίζω) runcare, Eruere, euellere noxias herbas. Cornutus, Runcari propriè segetes uel herba dicuntur. Plin. lib. 18. cap. 21. 1, Siligimem, far, triticum, semè hordeum occato, sarrito, runcato quibus dictum erit diebus. Apud Catonem, cap. 2. 3, Runcare spinas.

¶ Runcatio, runcationis, Verbale (βοτανισμὸς) Euulsio ipsa. Plin. lib. 18. cap. 21. 1, Runcatio, quum seges in articulo est, euulsis mutilibus herbis, frugum radicem uindicat, segetéq; discernit à cæspite. Colum. lib. 2. cap. 9. 16.

¶ Runcator, pen. prod. (βοτανιστὴς) Aliud uerbale. Columel. li. 11. cap. 3. 15, Quæq; præteriero, intelligi oportebit nullam operam postulare runcationis.

Ruo] ruis, rui, rutum (ῥέπω, καταφέρομαι, καταρρύηναι, ῥοῦν) ruere, Concidere. Virg. 2. Aen. 58,

—ruit alto à culmine Troia. Terent. Eunuch. 4. 3. 41, Quid si nunc cælum ruat?

Ruere illa non possunt, ut hæc non eodem labefactata motu concidant. Cic. pro lege Manilia, 22.

Et subito casu, quæ ualuêre, ruunt. Ouidius 4. de Ponto, eleg 3. 8.

Ruit cælum imbribus. Mart. lib. 3. 58.

Ruat dies, pro Oritur. Virg. 10. Aen. 52.

Ira ruit resoluta frænis legum. Lucan. lib. 2. 30.

Nox ruit. Virg. 6. Aen. 108.

Sol ruit interea, & montes umbrantur opaci. Virg. 3. Aen. 202.

Venti ruunt qua data porta. Virg. 1. Aen. 18.

Ruant uenti licet, & sæuiât procellæ, imperat furori, uiresq; tantas compescit. Plin. lib. 32. cap. 1. 1.

Ruit Ver, Præcipitatur, declinat, in finem uergit. Virgilius 1. Georgic. 63,

— uel quum ruit imbriferum Ver.

Ruere, Effundi. Virg. 6. Aen. 9,

Vnde ruunt totidem uoces responsa Sibyllæ.

Amnes de montibus ruunt. Virg. 4. Aen. 33.

Flumina ruunt per apertos campos. Ouid. 1. Metam. 58.

Impetus unde ruit. Ouid. 11. Metam. 107.

Ruere, Festinanter ire, seu in præceps ferri, & impetum de improuiso facere in aliquem. Virg. 10. Aen. 163,

Quò moriture ruis maiorag; uiribus audes? Terentius Heaut. 2. 3. 128,

Vide sis nequid imprudens ruas. Cic. ad Atticum, libro 7. 138. 2, de Cæsare, At illum ruere nunciant, & iam iamq; adesse.

Ruere ad Vrbem infesto agmine. Liu. 3. ab Vrbe, 9.

Quò impetus agit, sine lege ruere. Ouid. 2. Metam. 41.

Portis mane ruunt. Virg. 4. Georg. 37.

Ruere portis. Liu. 7. bel. Pun. 223.

In agendo ruere, & sæpe peccare. Cic. pro Domo sua, 109.

In media arma ruere. Virg. 2. Aen. 71.

Curru in bella ruere. Virg. 7. Aen. 157.

In sacmus ruere. Senec. Octauia, 17. 14.

Per omne fasq; nefasq; ruere. Lucan. lib. 5. 63.

In media fata ruere. Liu. 8. ab Vrbe, 120.

In ferrum ruere. Virg. 2. Georg. 101.

In fugam ruere. Liu. 6. bel. Pun. 206.

In furias & ignem ruere. Virg. 3. Georg. 49.

Ad interitum ruere. Cic. pro Marcello. 8.

Per medios ruit. Virg. 4. Aen. 136.

Gens humana ruit per uetitum nefas. Hor. 1. Carm. ode 3. 6.

In perniciem suam ruere. Liu. 7. bel. Maced. 175.

Auidi in prælium ruunt. Liu. 7. ab Vrbe, 63.

In rixam ruere. Quint. lib. 2. cap. 12. 2.

In uulnera acta ruere. Liu. 6. bel. Pun. 231.

Ruere, Decipi. Cic. 3. Offic. 71, Si hoc non est emptorem pati ruere, & per errorem alterum inducere.

Ruere, Euertere, diruere, complanare: accusatiuo iunctum. Virgilius 1. Georg. 21,

Quid dicam, iacto qui semine comminus arua
Insequitur, cumulosq; ruit malè pinguis arenæ? Seruius.

Ruit nubem ad cælum. Virg. 2. Georg. 63. id est, Egerit, emittit, & ruere facit. nam modò Ruit, agentis est. Seruius.

Ruere, impellere. Terent. Adelph. 3. 2. 21,

Cæteros ruerè, agerè, raperem, tunderem, prosternerem.

Ruere, Eruere, leuare. Virg. 11. Aeneid. 43,

—& confusa ruebant
Ossa foci.

Ruere herbas & linum, Eruere. Plin. lib. 12. cap. 37. 33.

¶ Ruens, Partic. (ῥέπων) Virg. 4. Aen. 80,

Nec sæuus ignis nec tremendo
Iuppiter ipse ruens tumultu. Hor. 1. Carm. ode 16. 3.

Fulcire ruentem. Sil. lib. 11. 47.

Ira ruens. Propert. lib. 3. eleg. 15. 9.

Aceruus ruens. Hor. 2. epist. 1. 10.

Imperium ruens. Lucan. lib. 5. 41.

¶ Ruiturus, pen. prod. Participium (ῥέψω) ut, Pons ruiturus. Lucan. lib. 2. 100.

¶ Ruina, ruinæ, pen. prod. (ῥέπτωσις, ῥέπτωσις, πῆσις, πῆσμα, καταπτῶμα) Propriè casum significat alicuius rei quæ concidit. Cic. 2. de Diuinat. 59, Eos enim ipsos iocandi causa inducit Epicurus perlucidos & perflabiles; & habitantes tanquam inter duos lucos, sic inter duos mundos propter meritum ruinarum. De dijs loquitur.

Cæli ruina. Virg. 1. Aen. 27,

Fluctibus oppressos Troas, cæliq; ruina. id est, Tonitribus, quorum sonus similis est ruinis. Seruius.

Non leui ruina disiecta tecta. Hor. 2. Carm. ode 19. 3.

Patriæ ruina. Ouid. 8. Metam. 100.

Fortunarum ruinæ. Cic. 1. in Catil. 10.

Illa fuit mentis prima ruina meæ. Ouid. epist. 12. 7.

Neronis ruina: id est, Mors. Plin. lib. 17. cap. 25. 5.

Auida ruina. Stat. 8. Theb. 27.

Graues ruinæ. Hor. 2. Serm. Satyr. 8. 11.

Impendens ruina. Ouid. ad Liuiam, 73.

Innocens ruina. Vide Innocens.

Perlucens ruina. Iuuenal. Satyr. 11. 2.

Probrosæ ruinæ. Hor. Carm. ode 5. 8.

Putres ruinæ. Lucret. lib. 2. 229.

Tristes ruinæ. Virg. 1. Aen. 49.

Properante ruina cadunt summa. Lucan. lib. 5. 150.

Collabi ruina. Vide Collabor.

Loca conuulsa ruina. Virg. 3. Aen. 83.

Deuitanda domus. Virg. 2. Aen. 62.

Sonitu ingenti ruinam dare. Virg. 11. Aen. 123.

Facere ruinam, Ruere. Hor. 2. Serm. Satyr. 8. 11.

Fit quasi paulatim nobis per membra ruina. Lucretius, libro 4. 190.

Magna ruina impendet. Cic. Att. lib. 11. 230. 3.

Incident ruinæ capitibus nostris. Vide Incido.

Cuncta labent quassata ruina. Seneca Thyeste, 9. 9.

Opprimi ruina. Vide Opprimo.

Perire ruina. Lucan. lib. 5. 128.

Restinguere incendium ruina. Catilina apud Salust. in Catil.

Generis lapsi sarcire ruinas. Virg. 4. Georg. 50.

Subdere

Subdere caput ruinæ, Periculo se exponere. Curtius. lib. 5.

Horrificis tonat Aetna ruinis. Virg. 3. Aen. 115.

¶ Ruinosus, penul. product. Adiectiuum (ῥεπτώδης) Quod ruinam minatur. Cicero 3. Offic. 70, Malè materiatæ, ruinosæ. Subaudi, ædes.

Rupes] rupis, f. g. (ῥώξ, ἀπόῤῥωξ, ἀπορρῶγες, ἀκρότομοι) Est prærupta pars terræ, uel scopuli, aut saxi prægrandis propter altitudinem ac procliuitatem inaccessa, quòd uelut abrupta sit, à rumpendo dicta. Fluminum quoq; altiores atq; inaccessæ ripæ, rupes dicuntur. Cæsar 2. bel. Gal. 333, Quod quum ex omnibus in circuitu partibus altissimas rupes, despectusq; haberet, una ex parte leuiter accliuis aditus in altitudinem non amplius ducentorum pedum relinquebatur.

Rupes, propriè de montibus dicuntur. Virg. 10. eclog. 2,

Pinnifer illum etiam sola sub rupe iacentem Mænalus.

Acuta. Seneca Agam. 6. 36.

Aerea. Virg. 4. Georg. 112.

Alta. Virg. 1. eclog. 12.

Ardua. Ouid. 5. Fast. 59.

Cana. Vide Cauus.

Canata. Virg. 1. Aen. 63.

Excisa. Lucan. lib. 3. 46.

Frigida. Propert. lib. 1. eleg. 17. 6.

Frondosæ. Sil. lib. 7. 95.

Maxima. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 12.

Nubifera. Valer. 4. Argon. 120.

Procelsa. Virg. 3. Aen. 129.

Scopulosa. Lucan. lib. 2. 125.

Vastæ rupes. Virg. 1. Aen. 34.

Vndisonæ rupes. Stat. 1. Achil. 40.

Excindere rupes. Stat. 3. Sylu. 1. 25.

¶ Rupicapra, rupicapræ, pen. corr. (ἀγρίαγρος) Capra syluestris, quasi rupium capra. Plinius lib. 11. cap. 37. 4, Rupicapris in dorsum adunca cornua, damis in aduersum. Idem libro 8. cap. 53. 2,

Rupitio] rupitis: Rupitias in XII. tabul. significat damnum dederis. Festus.

Raptor, Ruptio, Ruptus] Vide Rumpo.

Rur] Rura, uel rursus.

Rurestris, Ruricola, Ruro, rurat] Vide Rus.

Rursus] & Rursum (αὖ, ἀναλὲν, ἀνάῤῥοπον, αὖθις, εἰς αὖθις) Aduerbia, significant Retrò. Terent. Hecyr. 3 1. 35,

—tace, Trepidari sentio, cursari rursum prorsum.

Donatus, Rursum propriè Retrò, Prorsum Antè significat: & est prouerbiale, ut dicimus, Sursum deorsum, Intrò foras, Hac illac, & similia.

Rursus, Econtrariò, ut uult Donatus. Terent. Eunuc. 4. 4. 45,

Heus tu negato rursum, id est, Contrarium superioribus dicito. Ibid. 2. 2. 20,

Quicquid dicit, laudo: id rursum si negat, laudo id quoq;.

Rursus, Denuò. Terent. Eunuch. 1. 1. 16,

—inimicitiæ, inducie,
Bellum, pax rursum. Cicer. pro Muræna, 13, Facis ut rursus plebs in Auentinum seuocanda esse uideatur. Virg. 2. Aen. 131,

Rursus in arma feror.

Rursus denuò, simul coniuncta. Plaut. Pœn. 2. 79,

Reuertor rursus denuò Carthaginem.

Rus] ruris, n. g. (ἀγρὸς) Locus extra urbem, ubi agri sunt & uillæ. Dictum quòd in ijs agri quotannis rursus ijdem fiant, id est, colantur, ut ex ijs rursus capiatur fructus. Terentius Eunuch. 1. 2. 107, Rus ibo.

Solatia ruris aues. Ouid. 1. Fast. 88.

Amatores ruris. Hor. 1. epist 10. 1.

Amœnum rus. Cic. pro Rosc. Amer. 70.

Aprica rura. Hor. 3. Carm. ode 18. 1.

Aspera dumis rura. Virg. 4. Aen. 106.

Cretosa rura Cymoli. Ouid. 7. Metam. 93.

Deuia rura. Ouid. 1. Metam. 136.

Diuini gloria ruris. Virg. 1. Georg. 34.

Ferax rus. Ouid. 1. Metam. 140.

Florea rura. Virg. 1. Aen. 87.

Flumialia rura. Sil. lib. 13. 17.

Frigida rura. Virg. 3. Georg. 65.

Gaudentia rura. Stat. 3. Sylu. 1. 16.

Inambitiosa rura. Ouid. 11. Metam. 154.

Innocui ruris labor. Seneca Herc. furen. 11. 8.

Merum rus. Vide Merus.

Obsita pomis rura. Ouid. 13. Metam. 156.

Opaci ruris umbræ. Virg. 1. Georg. 32.

Opulenta rura. Seneca Troade, 11. 3.

Parua rura. Hor. 2. Carm. ode 16. 8.

Pascua rura. Lucret. lib. 5. 251.

Saturum rus. Persius Satyr. 1. 8.

Sobria rura, in quibus non nascitur uinum. Stat. 4. Sylu. 2. 8.

Sordida rura. Virg. 2. eclog. 6.

Suburbana rura. Hor. 1. epist. 7. 17.

Abducere rus. Vide Abduco.

Auellere rus ab aliquo. Vide Auello.

Carpere rura. Vide Carpo.

Rus ex urbe, tanquam ex uinculis euolare. Cic. 2. de Orat. 13.

Habitare rure. Cic. 3. Offic. 152.

Inducere in rura oues & armenta. Vide Induco.

Mittere aliquem rus. Quint. lib. 2. cap. 8. 4.

Morans rure. Mart. lib. 4. 45.

Nutrit rura Ceres, almaq; Faustitas. Hor. 4. Carm. ode 5. 4.

Pascuntur omnia rure. Colum. lib. 8. cap. 10.

Peragrare rura. Vide Peragro.

Redire, uel uenire rure. Plaut. Capt. 3. 18. Et Trucul. 14. 18. Et apud Terent. Eunuch. 5 5. 25.

Scindere rura bubus. Senec. Troade, 11. 3.

Est ruri. Cicero pro Cluentio, 112. Fortè euenit ut in Priuernate essemus.

Rure esse autumant. Plaut. Merc. 19. 18.

Tendit rus. Quint. lib. 11. cap. 2.

¶ Rus, per tralationem, pro sermone inconcinno, inurbano, illepido, inornatò, & rusticitatis pleno. Catul. in Annales Volusij, Pleni ruris, & infacetiarum annales Volusij, cacata charta. Hor. lib. 2. epist. 1,

—sed in longum tamen æuum.
Manserunt, hodieq; manent uestigia ruris. Lambinus.

¶ Ruri & rure, aduerbialiter, ut peregrè & peregri, docet Fla. Sosipater. Festus. Ruri esse, non rure, dicendum testis est Terentius in Phorm. quum ait,

Ruri se continebat, ibi agrum de nostro patre, &c.

Rurina] Dea agrorum apud antiquos. Vide in dictione Rusina.

¶ Ruro, ruras (ἀγραυλέω) rurare: & Ruror, ruraris, rurari, Deponens, Rus agere. Plaut. Capt. 3. 13,

Dum ruri rurant homines. Varro, Dum in agro studiosius ruror.

¶ Ruralis, & hoc rurale, penultima producta. Quod ad rus pertinet. Macrobius lib. 5. Saturn. cap. 2, Virgilius Theocritum sibi fecit pastoralis opis authorem, ruralis Hesiodum. Cæsar Cõment. bel. Gal. li. 3, Falces præacutæ, insertæ, affixæq; lõgurijs, nõ absimili forma ruralium falcium. Sic enim legit Robortellius, nõ muralium: idq; ex trib. uetustis codicib. Firmio.

lib. 8.

li.8.cap.11,*In uirginis parte decima oritur ſpica. Quicunq; ſub hoc ſidere natus fuerit, erit rur alib. officijs ſemp applicatus, & ad agrorum cultum patientia laboris adiunctus.*

¶ Rureſtris, & hoc rureſtre (ἐπαρόιος) Quod eſt ruris, uel eorum proprium qui ruri degunt: antiquum. Apuleius, Rureſtri uocabulo uulgus indoctum roſas aureas appellat.

Ruricolà] *ruricolæ, penultima correpta, om. gener. (ἀγραυλος) Qui colit rus. Colum. lib. 10. 33, Hæc ne ruricolæ paterentur monſtra.*

Boues ruricolæ. Ouid. 5. Metam. 96.

Aratrum ruricola. Ouid. 4. Triſt. eleg. 5. 7.

¶ *Ruſticus, pen. corr. Subſt. (ἀγροῖκος, ἄγροικος) Idem: ut, Acer Ruſticus. Virg. 2. Georg. 82. Plaut. Merc. 15. 17,*

Vrbani fiunt ruſtici.

Ruſticus dicitur qui moribus & uita incultus eſt, quaſi ſemibarbarus. Virg. eclog. 2. 12,

Ruſticus es Corydon.

Sermo urbanorum, & Ruſticorum, contraria. Cicero in Orator. 45.

¶ *Ruſticus, pen. corr. Adiect. (ἀγροῖκος, χωρικὸς) Quod ruris uel ruſtici eſt. Cic. pro Quint. 7, Erat ei pecuaria res ampla & ruſtica, ſanè bene culta & fructuoſa.*

Aratra ruſtica. Ouid. 2. de Arte, 337.

Coniux ruſtica. Ouid. epiſt. 1, 16.

Conuicia ruſtica. Ouid. 14. Metam. 104.

Corda ruſtica. Propert. lib. 4. eleg. 1. 3.

Dona ruſtica. Ouid. 2. de Arte, 53.

Homines ruſtici & agreſtes. Cic. 10. Philip. 285.

Manus indoctæ ac ruſticæ. Quint. lib. 2. cap. 11. 9.

Mores ruſtici. Cic. pro Roſcio Amer. 45.

Populus ruſticus. Ouid. 3. Faſt. 157.

Prouerbium ruſticum. Liu. 3. bel. Pun. 218.

Querela ruſtica. Ouid. epiſt. 16. 3.

Res ruſticas uel fructus cauſa, uel delectationis inuiſere. Cicero 1. de Orat. 129.

Sylua ruſtica & agreſtis. Cic. pro Roſcio Amer. 45.

Vita ruſtica & agreſtis. Cic. pro Roſc. Amer. 45.

¶ *Ruſticè, pen. corr. Aduerb. (ἀγροίκως) ut ſolet ruſticus, hoc eſt, imperitè. Cic. 3. de Orat. 26, Ex quo ſic locutum eſſe eius patrem iudico, ſic maiores, non aſperè, ut ille quem dixi, nõ uaſtè, non ruſticè, non hiulcè, ſed preſsè & æqualiter, & leniter. Idem 3. Offic. 51, Vrgent ſanè ruſticè.*

¶ *Ruſticius, Aduerbium, comparatiuum. Horatius 1. Sermon. Satyra 3. 7,*

—— videri poſſit eo quòd
Ruſticius tonſo toga deſſuit. id eſt, Nimis ruſticè & negligenter, ut ab imperito tonſore.

¶ *Ruſticitas, pen. corr. ruſticitatis (ἀγροῖκος, ἀγροικία, ἀγροικία) contraria eſt Vrbanitati. Mart. lib. 7. 57,*

Quære aliquem Curios ſemper, Fabioſq; loquentem,
Hirſutum & dura ruſticitate trucem. Plinius libro 35. cap. 4. 8, Poſt cum M. Agrippa, uir ruſticitati quàm delitijs propior.

Vrbanitati contraria eſt Ruſticitas. Quintilianus, libro 6. capite 3. 11.

Vultus pudentes ſine ruſticitate. Ouid. epiſt. 19. 12.

Ruſticitas, Timida quædam & indecens uerecundia. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 9,

Et ſi ruſticitas non uetat, ipſa rogat.

Excutienda eſt ruſticitas. Ouid. epiſt. 16. 38.

¶ *Ruſticulus, penultima correpta, Adiectiuum, diminutiuum (ὑποκόριστικον) Qui utcunq; moribus ruſticis eſt præditus. Cic. pro Seſtio, 70, Senſit ruſticulus non incautus, &c. Martial. lib. 10. 19,*

Nec doctum ſatis, & parum ſeuerum,
Sed non ruſticulum nimis libellum
Facundo mea Plinio Thalia I, perfer, &c.

¶ *Ruſticula, uel Ruſticula auis, Auis perdici ſimilis, niſi quòd roſtrum longius habet: de qua Mart. lib. 13. 76.*

¶ *Ruſticanus, pen. prod. Adiect. (ἀγρότης) Idem quod Ruſticus. Cic. 7. Verr. 28.*

Homines ruſticani ex municipijs. Cic. 3. Verr. 90.

Ruſticana parſimonia. Cic. pro Quintio, 62.

Verbum ruſticanum. Cic. 3. de Orat. 24.

Vita ruſticana. Cic. pro Roſcio Amer. 25.

¶ *Ruſticarius, Aliud adiectiuum (ἀγροικικὸς) Quod ad ruſticum pertinet. Cato cap. 11. 4, Falces ſyluaticas quinq;, arborarias tres, ruſticarias decem. Vetus exemplar habet, ruſcarias. Varro 1. de re Ruſt. cap. 22. 4, Ruſticariæ falces. Et hìc, ruſcariæ legitur.*

¶ *Ruſticor, pen. corr. ruſticaris (χωριάζω, ἀγραυλέω) ruſticari. Cic. ad Tironem, libro 16. 23. 2, Liceat modò ruſticari. Idem pro Archia, 12, Pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur.*

¶ *Ruſticatio. Verbale (χωριασμὸς) Colum. lib. 11. cap. 1. 3, Et hoc undecimum præceptum ruſticationis memoriæ tradidi. Cic. de Amicit. 85, Neq; ſolùm militia, ſed etiam peregrinationes, ruſticationesq; communes.*

¶ *Ruſſus, a, um. Cic. de Diuin. Galli gallinacei, ut ait Ennius, ſanguine faucibus ruſsis, cantu plauſuq; premunt alas.*

¶ *Ruſticatim, penult. prod. (ἀγροίκως) Aduerbium, pro Ruſticè. Pomponius Aleonibus, At ego ruſticatim tangam, urbanatim neſcio.*

¶ *Ruſticatus, tus, Ruſticatio. Cic. ad Attic. In ruſticatu garrire & ſcribere.*

Rvſtica] *Vinalia, feſtus dies apud Romanos fuit, de quo ita ſcribit Alexand. lib. 6. Genialiũ dierũ, cap. 8, Præter quæ fiebant Ruſtica uinalia, quòd Veneri ædes tunc dicata foret, eiuſq; tutelæ olitores addicerẽtur: quib. dieb. erãt feriati quæ dies tẽpeſtatibus leniẽdis ſolẽnis habebatur, qua nouum uinum in urbem ferre, et in cellis uinarijs condere aſſueuerãt.*

¶ *Ruſtica Vinalia quartodecimo cal. Septemb. celebrabantur: quo die primũ, uinũ in urbẽ deferebãt. Paulus. Hic dies Ioui ſacratus erat, qa Latini bellũ gerentes aduerſus Mezentiũ, omnis uini libationẽ ei Deo dedicauerũt. Eodẽ aũt die Veneri templa ſunt conſecreta, alterum ad Circũ maximum, alterũ in luco Libitinẽſi, quia in ipſius Deæ tutela ſunt horti.*

Ruſcino] *nonis, Oppidum in extremis Galliæ finibus, non procul à Pyrenæis montibus: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 4. Vulgus Ruſcilionem hodie appellat.*

Ruſconię] *arum, Colonia Auguſti in Tingitana prouincia. Plin. lib. 5. cap. 2.*

Ruſcum] *ruſci, ſiue ruſcus (μυρσίνη ἀγρία) Virgultum unde uites ligantur, authore Seruio. Virg. 2. Georg. 83,*

—— nec non aſpera ruſci
Vimina per ſyluam. Ex eo enim ruſco magis uimina fiebant, ex quo nunc ſcopæ fiunt. folia autem habet myrto ſimilia, ſed acutiora & rigidiora: unde myrtus ſylueſtris, et chamæmyrſine, & oxymyrſine uocatur.

Horridior ruſco. Virg. 7. eclog. 9.

Ruſco etiam ſepes muniebantur antiquis. Colum. lib. 10. 36.

Ruſcurium] *Populi Rom. oppidum in Tingitana prouincia, à Claudio ciuitate honoratum. Plin. lib. 5. cap. 2.*

Ruſellana] *Colonia in Hetruria. Plin. lib. 3. cap. 5, Intus colonię, Faliſca Argis orta, ut author eſt Cato: quæ cognominatur Hetruſcorũ, Lucus Feroniæ, Ruſellana, Semẽſis, Sutrina.*

Ruſicade] *es, Oppidum in Numidia. Plin. lib. 5. cap. 3. Mela Ruſicadam nominat. Nunc Aſtora dicitur.*

Ruſina]

Rvſina] *Dea fuit, cui rura committebant antiqui, ut ait Diuus Auguſtinus. Eam quidam Rurinam uocitarunt. Lilius Syntagmate primo Hiſtor. Deor.*

Ruſpina] *Oppidum in Africa, proprio nomine dicta non procul ab Adrumeto. Plin. lib. 5. cap. 4.*

Ruſpor] *ruſparis (ἐξερευνάω) ruſpari, Sæpe ſeu diligenter ſcrutari. Accius Meleagro, Vagent ruſpanter ſyluas. Hæc Nonius. Feſtus, Ruſpari eſſe crebrò quærere, hoc uerſu indicatur,*

Et ego ibo ut latebras ruſpans rimer amaxtimas.

Ruſſatus, & Ruſſeus] *Vide Ruſſus.*

Ruſſus] & *Ruſſeus, colorum nomina ad rufum inclinantes, dilucidiùs tamen rubentes. Vnde in factionibus auriganti um Ruſſati dicebantur, qui hoc colore erant exornati. Thyleſius in libello de Coloribus.*

¶ *Ruſſeam faciẽs pro colore ruſſeo, dixit Cato, qui è uiridi rutilus eſt, aut flauus. Sic enim ſcribit, Coronas aureas ruſſea facie, galbeas lineas, pelles, redimicula. Quidam ſcribunt, Ruſcea. Turnebus.*

Ruſſa uela, Lucret. lib. 4.

Ruſſatus] *ta, tum: Ruſſata ueſtis. Alexand. Alexandrinus libro 1. capit. 20, Sed tamen legionariorũ & arma grauiora, & diſciplina fuit ſeuerior: auxiliariorum uerò minor, nec tam exactæ diligentiæ: quibus in prælium euntibus præter ſaga togaſq;, & rectam tunicam, album aut rubrum paludamentum, quo ſocios ab hoſtibus internoſcerent, publicè dabatur: Afris uerò, Caunis, Numidis Lacedæmonijs & Meſſagetis in bellum profecturis, Ruſſatas, uel puniceas ferre ueſtes, moris erat: ut eo argumento, uulnera & ſanguinis effuſus, non innoteſcerent, confidentiuſq; & ſine pauore dimicarent: id quod apud Perſas in uſu fuit. Idem Alexand. lib. 9. cap. 22.*

Ruſtariæ] *falces, apud Varonem ſunt, quibus ruri ſecantur rubi, qui per agros ſerpunt. Turnebus author eſt, conijciens ex eo quod legitur apud Feſtum, Ruſtum ex rubus.*

Ruta] *rutorum apud Iuriſconſ. quæſi eruta dicuntur, ut arena, creta, & ſimilia.*

Ruta cæſa dicuntur (ut ait Feſtus) quæ uenditor poſſeſſionis ſuæ uſus gratia cõcidit, ruendoq; contraxit. Vlpian. in l. fundi §. ſi ruta cæſa. de actionibus empt. & uendit. Si ruta cæſa excipiantur in uẽditione, ea placuit eſſe Ruta, quæ eruta ſunt, ut arena, creta, & ſimilia: Cæſa ea eſſe, ut arbores cæſæ, & arbones, & his ſimilia. Mutius, l. in rutis. de uerb. ſignif. In rutis, & cæſis, ea quæ ſunt terra, non tenentur, quæq; operę ſtructili, tectoriòue non continentur.

Ne in rutis quidem & cæſis. Haud dubiè prouerbiali figura dictum eſt à Cicerone, 2. de Oratore, 125. pro eo quod eſt, Nulla in parte: Sed dicet te, quum ædes uenderes, ne in rutis quidem & cæſis, ſolum tibi paternum recepiſſe. Eſt hoc loco recipere, idem quod excipere. Meminit & in Topicis de rutis & cæſis, 53. & in Partitionibus, 59. Et quum ſignificamus inclementius tolli omnia, neq; quicquam fieri reliqui, uenuſtè dicimus, Ne rutis quidem ac cæſis receptis, ut iureconſultorum more loquar. Ex Eraſmo.

Ruta] *rutæ (πήγανον) Herba: dicta à Ruendo, quòd una ex omnibus herbis, propter multiplices eius uſus maximè euacuatur. Peculiaris illi authoritas propter uenena, quibus remedium exhibet præſentaneum. Vide Plinium libro 20. capite 13. 7.*

Acuentes lumina rutæ. Ouid. 2. de Remed. amor. 81.

¶ *Rutatus, penul. prod. (πηγανωτὸς) Aliud adiectiuum, Ex ruta factum. Plinius, Inuenio muſtum rutatum populo datum, hoc eſt, In quo macerata eſt ruta, ſiue ruta, medicatum. Plinius lib. 19. cap. 8. 26.*

Rutati lacerti, Ruta inuoluti. Mart. lib. 10. 48.

Rutabri] *dicti ſunt olim raſtri, quòd eradant terram, atque eruant: teſte Varrone lib. 4. de ling. Lat.*

Rutabulum] *rutabuli, penul. cor. Inſtrumentum quo utuntur ruſtici in proruendo igne, panis coquendi gratia. Feſtus. Cato cap. 11. 4. Et Colum. lib. 12. cap. 18. 4.*

Rutela] *Tarantulæ Galli appellamus, maximè Maſſilitanam: nam apud eos ſæpe Phalangium uidimus, Tarante: animal eſt non abſimile ei quam laramuſium uulgò dicimus. Cælius Rhodiginus libro 7. capite 16, Phalangium uerò ex araneorum decuria, ſolers recentiorum perpenſio dici ab Arabibus Rutelam animaduertit, collatis quæ cum Galeno prodit Auicenna, uulgò autem Tarantulam: cuius exitiale uirus ſtuporem leſis inducat, genuum labefactionem, demumq; uniuerſi corporis tremorem, qui in prouerbium uſque profecerit. Illud grauius multò, qua quis affectione morſus tempore diſtrahatur, eandem uel ad extrema ſeruare perpetem. Sic qui, uti aſſolet per mentis hallucinationem, Regem ſe aut Deum ementiatur, imaginario malo perdurante, regiæ claritatis aut diuinæ excellentiæ opinionem exuere nunquam. Hæc Cælius.*

Rutheni] *penul. prod. (ῥοῦτηνοι) Galliæ Aquitanicæ populi, Narbonenſi prouinciæ contermini, & Cadurcis uicini. Author. Plin. lib. 4. cap. 19. Vulgò Rhodes.*

Rutilius Geminus] *ἐφημερίδων γράφων, libros Pontificales fecit: de quo Cic. in Bruto, 58.*

P. *Rutilius, primus legem pugnandi militibus tradidit. De quo Valerius lib. 2. cap. 1, Hic actus in exilium à partibus Syllanis, & à Sylla deinde redeundi poteſtate facta, reſpondit illud quod à Seneca in ſexto libro de Beneficijs ponitur, Malo ut patria mei exilij erubeſcat, quàm reditu mœreat. Vide Valerium lib. 6. cap. 4.*

M. *Rutilius Cenſorinus, teſte Valerio De moderatione libro 4. cap. 1, iterum Cenſor creatus, in concione populum corripuit, quòd eam poteſtatem bis ſibi detuliſſet: cuius maiores, quia nimis magna uideretur, tempus coarctandum iudicaſſent.*

Rutilius Lupus, *rhetor: cuius meminit Quintilianus.*

Rutilius, *Romanus quidam nobilis: à quo familia Rutiliorum. Feſtus, Rutilum, rufum ſignificat: cuius coloris ſtudioſæ etiam antiquæ mulieres fuêre; unde traxêre cognomina Rutiliæ, ut indicat frequentur Afranius.*

Rutilo] *rutilas, penul. corr. (πυῤῥόω) rutilare, Splendere. Vnde dicimus, Aurum rutilare. Plin. libro 16. cap. 11. 2, Item colore rutilante.*

Arma rutilant. Virg. 8. Aeneid. 106.

Arua rutilantia. Stat. 11. Thebaid. 103.

Rutilare, Actiuum: pro, Rutilum facere. Plinius lib. 18. cap. 12, 8, Gallorum hoc inuentum rutilandis capillis ex ſeuo & cinere.

Comæ promiſſæ, & rutilatæ. Liu. lib. 8. belli Maced. 4.

Crinis propexus, ac rutilatus. Tacit. lib. 20.

¶ *Rutileſco, rutileſcis (πυῤῥαίνομαι) rutileſcere, Rutilum fieri. Plinius lib. 8. cap. 55. 1, In alpibus candidi lepores, quibus hybernis menſibus pro cibatu niuem credunt eſſe: certè liqueſcente ea rutileſcunt annis omnibus.*

¶ *Rutilus, Adiectiuum (πυῤῥόχους, πυρόεις) Quod habet aliquid ruboris cum nigro admiſtum, ut conſpicuum & lucidum uideatur. Plaut. Rud. 30. 14,*

Nam hoc quidem pol è rubigine, non è ferro fabreſactum eſt:
Ita quanto magis extergeo, rutilum, atque tenuius ſit. Plinius lib. 8. cap. 18. 4.

Capilli rutili. Ouid. 2. Metam. 64.
Cruor rutilus. Ouid. 5. Metam. 117.
Flamma. Ouid. 3. Fast. 57.
Squamæ rutilæ. Virg. 4. Georg. 19.
Mars rutilus & horribilis terris. Cicero in Som. Scip. 15. De sidere.

¶ Rutilatus, Adiectiuum Rutilo colore infectus. Tacit. lib. 20. Lin. 8. bell. Maced. 70, Promissæ & rutilatæ coronæ.

Rutrum] rutri (λατρεπέδου, σκάφη) Instrumentum quo quid eruitur à Ruendo. nam sicut Aratum, aratrum, sit Rutum, ruitrum facit. Festus. Rutrum tenentis iuuenis effigies in Capitolio Ephebi fuit, more Græcorum arenam eruentis, exercitationis gratia: quod signum deportauit ex Bithynia Romam Pompeius Bithynicus. Cato cap. 11. 4, Oportet habere uillicum palas sex, rutra quatuor, rastros quadridentes duos. Plin. lib. 36. cap. 23. 4, Experimentum marmorati est in subigendo, donec rutro non cohæreat.

¶ Rutellum, rutelli, Diminutiuum (καπερεπεδέλιον, σκαφίον) Lucilius, Frumentarius est, modium hic secum, atq; rutellum unà adfert.

Rutuba] penul. cor. (ῥόπαβα) fluuius Liguriæ ex Apœnino fluens: cuius meminit Plin. cap. 5, lib. 3.

Canus Rutuba. Lucan. lib. 2. 58.

Rutubam] τύφλιν, uteres turbationem appellabant. Varro Sexagesima, Ergo tum Romæ parcè; pureq; pudentis uiuere in patriam: nunc sumus in rutuba. Nonius.

Rutuli] penul. corr. Antiquissimi Italiæ populi, qui Latium tenuerunt: teste Plin. lib. 3. cap. 5.

¶ Rutulus, penul. corr. Adiectiuum: ut,
Hostes rutuli. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 5.
Colles Rutuli. Virg. 7. Aeneid. 160.
Castra Rutula. Tibull. lib. 1. eleg. 6. 2.

Rutulus] penul. prod. Viri proprium.

Magnanimus Rutulus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4.

Rutupiæ] ῥοτόπεια, Britanniæ insulæ portus, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 3. Vulgò Sanduuich.

¶ Rutupinus, penult. product. (ῥοτοπινὸς) Adiectiuum. Lucanus libro 6. 14,

Aut naga quum Thetys, Rutupinaq; littora fernent,
Vnda Caledonios fallit turbata Britannos.

Ruzatus] Augusti colonia in Tingitania. Plinius libro 5. cap. 2.

S



Litera semiuocalis, quæ tantam habet cum H aspiratione cognationem, ut ueteres eam loco ipsius Haspirationis posuerint, in huiusmodi uocibus & alijs, ἕλος, sal: ἕξ, sex: ἑπτὰ, septem: ἕ, se.

S literam in fine dictionis ueteres elidebant, subsequente consonante. Quintil. libro 9. capit. 4, De compositione, Cæterum consonantes quoque, eæq; præcipuè quæ sunt asperiores, in commissura uerborum rixantur, & S ultima, cum X proxima, quarum tristior, etiã si binæ collidantur, stridor est: ut Ars studiorum. Quæ fuit causa & Seruio (ut dixi) scribrahendæ S literæ, quoties ultima esset, aliaq; consonante susciperetur. Quod reprehendit Lauranius: Messala defendit. Nam neque Lucilium putant uti eadem ultima, quum dicit, Serenu' fuit: & Dignu' loco. Quinetiam Cicero in Oratore plures antiquorum tradit sic loquutos. Hactenus Quintilianus. Cicero in Orat. 91. Quinetiam, quodiam subrusticum uidetur, olim autem politius, eorum uerborum, quorum eædem erant postremæ duæ literæ, quæ sunt in Optumus, postremam literam detrahebant, nisi uocalis sequebatur. Ita non erat ea offensio in uersibus, quam nunc fugiunt poetæ noui. Ita enim loquebamur, Qui est omnibu' princeps. non, omnibus princeps, & Vita illa digna' locoq;. non, dignus.

Ciceronis temporibus, paulumq; infrà (ut inquit Quintilianus lib. 1. cap. 7. Serè quoties S litera media uocalium longarũ, uel subiecta longis esset, geminabatur: ut Caussa, Cassius, diuisiones: quo modo & ipsum, & Virgiliũ quoq; scripsisse, manus eorum docent. Atq; paululum superiores etiam illud quod nos gemina S, dicimus Iussi, una dixerunt.

Huic literæ magna cum T cognatio est, & cum R, ut idem Quint. testatur lib. 1. cap. 4. nam & T in S, & rursus S in T transit: similiterq; de R. dicit enim, Nam ut Valesij & Fusij in Valerios, Furiosq; uenerunt: ita arbos, labos, lapos, etiam & clamos, ac lases, ætatis fuerunt. Et hæc ipsa S litera ab his nominibus exclusa, in quibusdam ipsa alteri successit: nam Mertare, atq; Pultare dicebant.

S A

Saba] σαβὰ, Ciuitas regia Aethiopiæ, inquit Iosephus, quam postea Cambyses à sororis suæ nomine, Meroen denominauit. Hanc Nilus circundans, inexpugnabilem reddebat. Dicta Saba, ἀπὸ τῦ σέβειν, quod est reuereri: quia thus mittit, quo in sacrificijs utuntur: & ideo thuriferam uocat Ptolem. Sunt qui dicant, Saba Arabum lingua mysterium significari. Hieronymus uerò conuersionem sonare autumat. Vide Plin. lib. 12. cap. 14. 1.

Saba quidem ciuitas est regalis Aethiopiæ, ut scribit Hieronymus in libro de locis Hebraicis: sed tunc scribitur Saba per literam Samech. Esaiæ 43, Dedi propitiationem tuam Aegyptum, Aethyopiam, & Saba pro te. sortiturq; nomen à Saba filio Chus: Genesis 10. Nam aliud uocabulum Saba scribitur per Sin literam, & significat Arabiam, à filio authore Saba filio Regma, ut Genesis 10. Et ab eo dicuntur Sabæi non Aethiopici, ut suprà, sed Arabici. de quibus Strabo libro 16, postquam de Nabathæis multa loquutus est. Vnde quando inuenitur per Sin literam scriptum, transfertur Arabia. ut Psalmo 62, Dabitur ei de auro Arabiæ. Et paulo superius, Reges Arabum & Saba dona adducent. Vbiutraque uocabula in eodem uersiculo reperies. Solent itaque in hoc uocabulo facilè decipi, qui negligenter intuentur orthographiam. Saba ergitur per Sin, Arabia est thurifera, ad mare Rubrum, odorifera, & diues, ac Beatæ cognomine inclyta. Per Samech autem, Aethiopica. Vnde facile est intelligere, reginam Saba quæ ad audiendum Salomonem accesserat, 3 Regum 10, non fuisse Aethiopissam, sed Fœlicis Arabiæ reginam.

Saba, appellatur, quod significare Græci mysterium dicunt. Plin. lib. 12. cap. 14. 1.

Sabæi] σαβαῖοι, Arabiæ Fœlicis populi, quorum metropolis est Saba, quam Strabo lib. 16, Meriabã uocat: His proxima est (inquit) fœliciſsima Sabæorum terra, quæ maxima natio est. Apud hos thus & myrrha, & cinnamomum nascitur, in ora etiam balsamum, & alia quædam herba uallis odorata, quanquam eius odor citò deperit. Habent præterea palmas odoratas, & calamum. Serpentes quoque palmares, colore punicco, usq; ad ilia assilientes, quorum morsus incurabilis est. Homines propter maximam fructuum copiam ocioſi, segnesq; uiuunt. In radicibus arborum cubant: & ex eis incidunt, quæ proximè suscipientes protinus alter alteri consequenti tradunt, usq; in Syriam atq; Mesopotamiam. Ab odoribus autem stupefacti, bituminis fussitu, & hirci

& hirci barbastuporem tollunt. Meriaba, Sabæorum urbs, in monte iacet arboribus pleno. Sub rege sunt, qui iudiciorum ac cæterarum rerum potestatem habet. Hæc & plura ibidem Strabo. Virg. 1. Georg 12,

India mittit ebur, molles sua thura Sabæi.

Dociles Sabæi. Claud. 7. Paneg. 69.
Leues Sabæi. Claud. 1. in Eutrop. 65.
Thuriferi Sabæi. Valer. 6. Argon. 28.

¶ Sabæus, Adiectiuum (σαβαῖος) ut Thus Sabæum, quod in Saba regione inuenitur, uel quod apud Sabæos crescit. Virg.
Flores Sabæi. Stat. 5. Sylu. 1. 43. (gil. 1. Aeneid. 84.
Myrrha Sabæa. Seneca Herc. Oetæo, 4.

Sabacus] Aethiopum rex, qui Anisim Aegypti regem fugauit, & illius regnum quinquaginta annis obtinuit: teste Herodoto, lib. 2.

Sabaoth] σαβαὼθ, num. plur. & gen. fœ. interpretatur militiarum uel exercituum. unde Dominus sabaoth.

Sabata] pen. prod. (σάβατα) Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Sabatiũ Plinius lib. 3. cap. 4. Sabatia Pomponio lib. 2. maritima ciuitas Liguriæ. Vulgò Sauona: alijs Saona.

¶ Sabatius adiectiuum (σαβάτιος) ut, Stagna Sabatia. Silius lib. 8. 98.

Sabate] σαβάτη, Lacus est. Vnde fit Sabatinus, adiectiuum. Columella libro 8. capit. 16. 2, Inde Velinus, inde etiam Sabatinus, & item Volsinienſis, & Ciminus, lupos, auratasq; procreauerunt.

Sabath] Nomen proprium, à quo Sabatheni nominantur, qui à Græcis Histabari dicuntur: ut Iosephus ait.

Sabathra] σαβάθρα, Ptolemæo libro 4. cap. 3. urbs paruæ Syrtis: Plinio Sabrata dicta, uulgò Raxaniabes.

Sabazius] Iupiter, Bacchus siue Dionysius dicitur, ab σάβαζειν, quod barbari, præsertim Phryges, σαβάζειν, uocant. Author Suidas. Est autem σαβάζειν, bacchari, tripudiare, & more furentium saltare. Valer. Max. libro 1. capit. 4. de Cornelio Hispalo, Idem, qui Sabazij Iouis cultu sublato mores Romanos inficere conati sunt, domos suas repetere coegit. Eundem uerò esse & Dionysium, cum alij, tum Amphitheus in secundo libro Heraclea. Mnaseas uerò Patareus Sabazium ait filium esse Dionysij. Vide Cælium lib. 7. cap. 15.

Sabbathum] sabbathi, pen. cor. (σάββατον) Vox Hebraica, inflexione Latina declinata, significans quietem, cessationem ab opere. Est autẽ septimus dies, quo requieuit Deus ab operibus suis. Plin. lib. 31. cap. 2. 1. 9, In Iudæa riuus sabbathis omnibus siccatur. Sueton. in Augusto Cæsare, ca. 76. Ne Iudæus quidem mi Tiberi, tam diligenter sabbathis ieiunium seruat, quàm ego hodie seruaui. Verba sunt Augusti. Idem in Tiberio Cæsare, cap. 32, Diogenes Grammaticus de spulare sabbathis Rhodi solitus, uenientem, &c.

Festa sabbatha obseruare. Iuuen. Sat. 6. 16.
Peregrina sabbatha. Ouid. 1. de Remed. amor. 44.

¶ Sabbatharius, sabbatharij, Qui sabbathum colit & obseruat, quod faciunt nunc Iudæi. Vnde & Sabbatharij à Martiale dicuntur, libro 4. 4.

Sabbathina tribus] Vide Tribus.

Sabe] Syrorum lingua, Mensis Februarius dicitur.

Sabellus, Sabellicus] Vide Sabinus.

Sabidius] σαβίδιος, Vir Romanus, gulæ deditus, plus uorabat quàm posset concoquere: quocirca ita fœtebat eius anima, ut nemo posset cum eo loqui: quem Mart. hoc epigrammate infectatur, lib. 1. 117,

Non amo te Sabidi, nec possum dicere quare:
Hoc tantùm possum dicere, non amo te. Idem lib. 3. 17.

Sabim] σάβιν, Arabes Deum appellant, & illi decimas mu-

sura, non pondere persoluunt.

Sabina] penul. prod. (βραβὺν) Plinius libro 24. capit. 11. 13, Herba sabina brathy appellata à Græcis, duorum generum est. Altera tamaricæ similis folio est, altera cupresso. Colum. libro 6. cap. 4. 2, Alij sabinam herbam, rutamq; eum mero diluunt.

Sabinam] Illyrij appellabant telum uenabuli simile. Ennius, Illyrij restant scis sabinisq; fodentes.

Sabini] penul. prod. (σαβῖνοι) antiquissimi Italiæ populi sunt & indigenæ atq; aborigines. Ab ijs Picentes, Samnitesq; in colonias defluxere. Sabinorum agrũ Tyberis alluit, quemadmodum Vmbriam, Latiumq;. Quippe inter Vmbros ac Latinos sunt Sabini, extenduntur q; usq; ad Nomentum oppidum, & à religione & deorum cultu, hoc est ἀπὸ τῦ σέβειν, dicti sunt Sabini, quasi Sebini. Author Plinius libro 3. cap. 12. Quanquam Silius à Sabo, gentis authore, Sabinos dici putat, lib. 8.

Ardui Sabini. Horat. 3. Carm. ode 4. 5.
Bacifero Sabino nutrita gens. Sil. lib. 3. 121.
Incultæ Sabinæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 8.
Rigidi Sabini. Horat. 2. epist. 1. 5.
Tetricæ Sabinæ. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 13.
Veteres Sabinæ. Iuuen. Satyr. 10. 30.

¶ Sabinus, pen. prod. Adiectiuum (σαβῖνος)
Ager Sabinus. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 24.
Gens Sabina. Ouid. 15. Metam. 1.
Herba Sabina. Propert. lib. 4. eleg. 3. 12.
Vile Sabinum. Horat. 1. Carm. ode 20. 1. Subaudi, uinum.

¶ **Sabellus**, σαβιλλος, Aliud adiectiuum: & Sabellicus, pen. corr. Iuuen. Satyr. 3. 17,

Fictilibus cœnare pudet, quod turpe negauit.
Translatus subitò ad Marsos, mensamq; Sabellam.

Carmina Sabella. Horat. Epod. 17. 6.
Iaculator Sabellus. Sil. lib. 4. 45.
Ligonibus Sabellis uersare glebas. Horat. 3. Carm. ode 6. 8.
Pubes Sabella. Virg. 2. Georg. 34.
Sus Sabellicus. Virg. 3. Georg. 51.

Sabinus] Declamator tempore Senecæ, lepido uir ingenio: cuius meminit Seneca in declamationibus. Sabinus, Vespasiani frater, interfectus à Vitellio, qui Vespasiano res contrà Iudæos gerente, post Othonis mortem, Capitolium cum æde Iouis occupauerat. Sabinus, sophista, sub Adriano principe scripsit Isagogem ad materias & hypotheses, Declamationum libros quatuor, præterea in Thucydidem enarrationem. Suidas. Sabinus Massurus, scripsit Fastorum & memorabilium rerum libros. Sabinus Syrus memorandæ fortitudinis, qui tempore Titi, primus Ierosolymæ muros ascendit: author Iosephus libro 7. capit. 1. Sabinus Tyro, qui scripsit περὶ πτερυγωμάτων, id est, de Hortensibus: ut scribit Plinius libro 19. cap. 10.

Sabis] Fluuius. Vide Samarobrinæ.

Sabiula] σαβιούλα, Porta dicebatur, quæ rectà in Sabinos ducebat.

Sabota] Vrbs Arabiæ in monte excelso, à quo octo mansionibus differt regio eorum thurifera. Author Camers, Solini interpres.

Sabriana] Ptolemæo libro 2. cap. 3, æstuarium Britannici maris.

Sabrinam] fluuium Cornelius Tacitus scribit lib. 12. Vulgò Seuerne.

Sabulum] sabuli, pen. corr. & Sabulo sabulonis (ψάμμος) Arena tenuior & minutior. Plin. lib. 17. cap. 4. 3, Inuicem sabulum album in Ticinensi, multisq; in locis nigrũ, itemq; rubrum, etiam pingui terræ permistum, infœcundum est.

Colum.lib.4.cap.33.1,de castanea,Pullam terram & resolutam desiderat, fabulonem humidum uel refractum tophũ non respuit. Varro 1.de Re rust.cap.9.2.

¶ *Sabulosus,pen.prod.Adiectiuum(ἀμμαθώδης)*Plenum sabulo.Colum.lib.2.cap.9.15,Nec in sabuloso solo,sed in arena quoq; proueniunt modo humido cælo. uel rigno solo.Plin. lib.13.cap.4.2,Palma gignitur leui,sabulosaq; terra. Apud Colum.lib.6.cap.23.1,Stabula sabulosa.

¶ *Sabuletum, sabuleti,pen.prod.(ἀμμαθὼν)* Locus qui sabulo abundat.Plinius libro 27. capit.8.8,Crocodilium nascitur in sabuletis.

Sabura] *Saburæ,pen.cor.*Nomen uiri propriũ,qui secundũ post regem obtinuit locum apud Numidas.Lucan.lib.4.

Mittitur exigua qui prælia prima lacessat,
Eliciatq; manu,Numidis à rege secundus,
Vt sibi commissi simulator Sabura belli.

Saburra] *saburræ*,Arena crassior & uilior, quã naues onerari usq; ad certam mensuram, quo stabiliores sint, consueuerunt.Plin.lib.10.cap.23.2,Certum est,Pontum transuolaturæ,primum omnium angustias petere, inter duo promontoria Criumetopum,& Carambin:mox saburra stabiliri.De gruibus.Liu.7.bell.Maced.59.Se in animo habuisse tota classe Ephesum petere, & onerarias ducere multa saburra grauatas,atq; eas in faucibus portus supprimere.Virgilius 4.Georg.39.

¶ *Saburro,saburras,saburrare,siue subburrare(ἐφαυρίζω)* Sabulare in sabulo, ac mersare. Plin.lib. 18.cap.35.18, Echinii assidentes sese,alii arenã saburrãtes, tempestatis signa sunt. Solin. cap. 15, Grues uolaturæ arenas deuorant, sublatisq; lapillis ad moderatum grauitatem saburrantur.

¶ *Saburratus,pẽ.pro.Partic.(ὁ ἐφαυρισθείς)* Saburra oneratus:& per translationẽ,Plenus,oppletus. Plaut.Cistell.3,2,

——quæ ubi saburratæ sumus,
Largiloquæ extemplò sumus.

Sabus] Vide Sabini.

Salyllus] Gellæ urbis Siciliæ tyrannus, post,à seipso interfectum Cleandrum.Author Herodotus lib.6.

Saca] Vide Amanus & Ananitis.

Sacæ] *σάκαι*,sunt Scythiæ populi,quos Herodotus tradit uocari à Persis omnes Scythas:item Plin.lib.7.cap.17.

Sacamaza] *σακάμαζα*, Ptolemæo capit.3. lib. 4.uicus est Syrtis magnæ,uulgò Zedicho.

Sacarum] *σάκαρον*, Regio est (ut Ptolemæus lib.6.capit.13. ait)in Asia ultra mare Caspium, Sogdianis conterminain qua nec urbes nec uicos esse testatur:sed incolæ eius regionis nemora & specus habitant, sagittandi arte peritissimi. Qui olim Bactrianam prouinciam occupauêre, & optimã Armeniæ regionem adepti sunt,ut lib.11.Strabo refert, atq; usq; ad Cappadocas processerunt. Sed quum ex spolijs festa celebrarent.Persarum imperatores eos noctu adorti,fundituis deleuêre.Hos quidam Saccazanos uocant.

Saccatus] *Vide* Saccus.

Saccharum] *sacchari,uel etiam Sacchar (σάκχαρον)* Plin. lib.12.cap.8.1, *Saccharon & Arabia fert*, sed laudatius India.Est autem mel in arundinibus collectum,gummium modo candidum, dentibus fragile.Amplissimum, nucis auellanæ magnitudine,ad medicinæ tantum usum.

Sacciperiũ] *sacciperij (σακκοπήγιον, τὸ βακάντιον)* ex Sacco & Pera dictio composita. Plaut.Rud.13.64,

Quod plenum argenti fiat in sacciperio.

Saccus] *sacci(σάκκος, σακκίον)* Notæ significationis.Horatius 1.Serm.Satyr.1.14.

——congestis undiq; saccis Indormis inbians. Idem 2. Serm.Satyr.3.30, ——mensam poni iubet,atq;

Effundi saccos nummorum. Colũ.lib.12.cap.17,Postea in iunceis fiscellis, uel sparteis saccis percolant.Cic.3.Verr. 67, Quum iste ciuitatibus frumentum, coria, cilicia, saccos imperaret, neque ea sumeret: pro his rebus pecuniam exigeret.

Saccis uina castrare,*Vide* Castro.

Saccus uinarius.Plin.lib.24.cap.1.3.

Saccus niuarius loquitur apud Martialem lib.14.104.

¶ *Sacculus, penul.cor.Dimin. (μάρσιππος, βύρσα, πήρα, λύκος)* Cicero de Fin.40,Cui nihil dum sit, ius & sacculos abstulerit.Vetus codex leget,farculos.Mart.lib.5.40,

Excussi loculosq; sacculumq;.

Plenus sacculus est aranearum.Catul.ad Fabullum,13.2.

¶ *Saccaria, saccariæ(σακκαρικὸς)* Saccorum mercatura.Apule.lib.1.de Asino,Saccariam faciens merebam.

¶ *Saccarius, σακκαρίδ&, Baiulus, uel gerulus,qui saccis gestandis uictitat.Paul.in l.qui fundum. de cõtrahend. empti.* Cæterum secundum uerba nõ esse exceptum quod ex stipula nasceretur, non magis, quàm si quid ex eo quod ex sacco saccarij cecidisset, aut auibus ex ore cecidisset, natum esset, Budæus.

Saccaria nauis.Quin.lib.8.cap.2.*Vide* Cælium lib.25.ca.20.

¶ *Saccularius,sacularij.Vlpianus de extraord. criminibus l. Sacularij,Saccularij,qui uetitas artes exercentes,in saccu los partem subducunt,partem subtrahunt.*

¶ *Saccatus,pen.prod.Adiectiuum* Plin.lib.20.cap.19.3.Idem lib.29.cap.6.25. Saccatiq; lineis saccis, & in fictili nouo repositus loco frigido, minus putrescit addito melle.De adipe apium præparando.

Sacellum] *Vide* Sacer *adiectiuum.*

Sacer] *sacra,sacrum (ἱερός, ὅσιος)* Venerabilis,cõsecratus. Virg.8.Aeneid.119.

——sustulit os sacrum cælo. Plaut.Menæch.20.38,
At ego te sacram coronam surripuisse Ioui scio. Plinius epist.177.4, Reuerere gloriam ueterem, & hanc ipsam senectutem, quæ in homine uenerabilis, in urbibus sacra est.

Profanis sacra confundere.Claud.7.Paneg.48.

Miscere sacra profanis.Horat.1.epist.17.11.*Vide* Misceo.

Aedes sacra.Cic.Bruto,lib.13.12.2.

Amor sacer.Valer.3.Argon.74.

Aræ sacræ.Virg.3.Georg.32.

Aruum sacrum Martis.Ouid.7.Metam.20.

Chorus sacer.Ouid.2.Fast.32.

Effigies sacræ diuũm.Virg.3.Aeneid.30.

Fontes sacri.Virg.1.eclog.11.

Horror sacer.Claud.4.Paneg.7.

Ignibus sacris imponit libamina.Virg.6.Aeneid.50.

Iura sacerrima lecti.Ouid.epist.9.32.

Locus sacer,& Locus profanus,contraria. Cic.1.de Inuen.55.

Lucus latè sacer.Virg.5.Aeneid.153.

Medicamen sacrum.Ouid.2.Metam.13.

Mens sacra.Ouid.6.Fast.1.

Signa sacra & religiosa.Cic.3.de Legib.45.

Voce sacra profatur Tellus.Ouid.2.Metam.56.

Vulgus sacram.Claud.2.de raptu Proserpinæ,15.

Sacra eorum deorum insula.Cic.3.Verr.33.

Dies sacer Dianæ.Horat.2.Carm.ode 12.4.

Sacer,cum genitiuo.Plin.lib.8.cap.21.4, Feram nomine axim, humili pelle, pluribus candidioribusq; maculis, sacram Liberi patris.

Sacer,cum datiuo.Plin.lib.16.cap.5, Ciuica iligna primò fiũt, postea magis placuit ex esculo Ioui sacra.ibid. capit. 33.1. Diti sacra cupressus.

Sacrum est ritu.Plin.lib.11.cap.37.26.

Sacer.Budæus, Antiqui sacros homines uocabant quasi execrandos & detestandos.Vnde Sacra fames Virgilio 3.Aen. 12.& Sacer atq; intestabilis Horatio,2.Serm.Satyr.3.36.è XII. Tabulis sumptum uocabulum: quod more Gallorum Seruius translationem esse ait. Nam quum Maßilienses peste laborarent; unus se ex gentibus offerre solebat annum integrum alẽdum publicis cibis & purioribus, postea uerbenis, uestibusq; sacris ornatus circunducebatur per urbem cum execrationibus: precabantur enim ut in eum omnia mala ciuitatis incumberent & inciderent: sicq; proijciebatur.Plaut.Bacchid.17.13,

Mẽ criminatus est optumè est:ego sum malus, Ego sum sacer,scelestus. *Vide* Macrob.lib.3.Saturn.Festus,Sacer homo est, quem populus iudicauit ob maleficium. Necq; fas est immolari: sed qui occidit, parricidij non damnatur. Nam lege Tribunitia prima cauetur, Siquis eum qui plebiscito sacer sit, occiderit, parricida ne sit.Inde sacratæ leges dictæ, ut ipse alibi author est, quibus sanctum iubetur esse alicui deorum quicquid aduersus eas fecerit,sicut familia pecuniaq;.Hactenus Budæus.

Sacer ignis, Morbus:cuius multa sunt genera, quæ apud Plin. libro 25.cap. 11.habentur.Colum.lib.7.cap.5.13.Est etiam insanabilis sacer ignis, quam pusulam uocant pastores. ea nisi compescitur intra primam pecudem, quæ tali modo correpta est,uniuersum gregem contagione prosternit: sic quidem quòd nec medicamentorum,nec ferri remedia patitur.nam penè ad omnem tactum excandescit. *Vide* Ignis. Lucret. libro 6.235.

Ignis sacer edit contactos artus.Virg.3.Georg.113.

Sacer morbus,appellatur comitialis.*Vide* Comitium.

¶ *Sacer mons(ἱερὸν ὄρος)* Locus ad tertium milliarium suprà Anienem,quem plebs Romana post reges exactos,dũ à potentiorib.premeretur,occupauit. Author Cic.in Bruto,26.

¶ *Sacra uia(ἱερὰ ὁδός)* Locus in urbe Roma, ubi Romulus & Tatius fœdus fecerunt:cuius meminit Cic. in Oratione pro Plancio, 14.Hac triumphantes in Capitolium ibant.Tendebat autem à regia usq; in arcem.Horat.1.Serm.Satyr.9.1,

Ibam fortè uia Sacra sicut meus est mos. Hanc idem author Sacrum cliuum nuncupauit.

¶ *Sacrum,promõtorium (ἱερὸν ἀκρωτήριον)* Lusitaniæ locus, teste Ptolemæo libro 3. capite 2.Caput sancti Vincentij hodie dicitur,ubi Cuneus ager.

¶ *Sacrum,(ἱερὸν)* Nomen substantiuum, Dicitur omne quod nomine deorum habetur. Vnde Virgilius quotics sacrum nomin it,additionem ferè deorum facit:ut 3.Aeneid.4,

Sacra Dionææ matri, diuisq; ferebam. Idem 4. Aeneid.128,

Sacra Ioui Stygio,quæ ritè incepta paraui,
Perficere est animus. Macrob.lib.1.Saturn.cap.16, Sacrã celeritas est,uel quum sacrificia diis offeruntur, uel quũ dies diuinis epulationibus celebratur: uèl quum ludi in honorem aguntur deorum,uel quum feriæ obseruantur.

Nequid de sacrorũ religione mutetur. Cic. pro Domo sua,29.

Vates sacrorum.Ouid.11.Metam,14.

Legationis sacra.Tacit.lib.1.

Mensæ sacra.Tacit.lib.13.

Accersita sacra.*Vide* Accerso.

Anniuersaria sacra.Cic. Attic.lib.1.13.6.

Annua sacra.Virg.1.Georg.67.

Arcana sacra.Ouid.10.Metam.87.

Fera sacra.Ouid.13.Metam.91.

Funebria sacra.Ouid.4.Trist.eleg.4.7.

Horrida sacra.Sil.lib.3.28.

Iugalia sacra.Ouid.7.Metam.142.

Municipalia sacra.*Vide* Munus.

Mystica sacra.Ouid.epist.2.9.

Nefanda sacra.Ouid.10.Metam.46.

Nouendiale sacrum.*Vide* Nouem.

Nuptialia sacra.Quint.lib.1.cap.7.14.

Peregrina sacra.*Vide* Peregrinus.

Piaculare sacrum facere:hoc est, Sacrificium pro expiatione sceleris.Liu.lib.9.bel.Pun.106.

Sacra priuata perpetua manento.Cic.2.de Legib.37.

Pura sacra.Ouid.2.Metam.142.

Sancta sacra generis.Seneca Herc.furente,13.22.

Socialia sacra,Coniugium.Ouid.epist.20.31.

Solenne,& necessarium sacrum.Tacit.lib.9.

Solenne sacrum lustri Troici.Senec.Troade,8.9.

Stata sacra, dicuntur quæ stato & certo tempore singulis annis recurrunt, diuersa ab illis quæ Indicta uocantur:quæ uix mirum uel in alia tempora reijci possunt, uel etiam omitti penitus.Ouid.1.Fast.132.

Veneranda sacra.Sil.lib.7.76.

Fastis sacris accedere.Stat.1.Achil.74.

Alligari sacris.*Vide* Alligo.

Astringere se sacris.*Vide* Astringo.

Canere sacra.Virg.2.Aeneid.48.

Conficere sacra.*Vide* Conficio.

Facere sacra.Cic.de Aruspic.resp.30.

Frequentare sacra.Ouid.3.Metam.147.

Initiari sacris.Quint.lib.1.cap.2.15.

Instaurabat sacrum dijs loci. Tacit. lib.18. hoc est, adornabat.

Iurare per commune sacrum doloris.Stat.10.Thebaid.79.

Obire sacra.*Vide* Obeo.

Parare sacra.Ouid.12.Metam.3.

Peragere sacra de more.Ouid.6.Fast.126.

Peregisse mihi uideor sacra tradentium artes.Quintilianus libro 5.cap.14.21.

Sacrum,dicitur templum(ἱερόν)Paulus iureconsf. ad leg. Iuliam peculatus. l.sacrilegi capite puniantur.Sunt autem sacrilegi,qui publica sacra compilãrint.At qui priuata sacra, uel ædiculas incustoditas tentauerint, amplius quàm fures, minus quàm sacrilegi,merentur.

Sacrum,sacróne commendatum qui clepserit rapseritq;,parricida esto.Cic.2.de Legib.36.

Sacrum, Magicum quoddam ad compescendas detrahentium linguas.Ouid.lib.2.Fastorum,

Ecce anus in medijs residens annosa puellis,
Sacra facit tacitè,nec tamen ipsa tacet.

Magica sacra.Virg.8.eclog.14.

Inter sacrum & saxum stare,prouerbialis locutio:pro, In periculo esse.Plaut.Capt.11.85,

Nunc ego inter sacrum,saxumq; sto:nec quid faciam,scio.

Apuleius in Asino aureo,lib.11.Plurimum ergo duritia partis pertatis intercedente,quod ait uetus prouerbium, Inter sacrum & saxum positus cruciabar. Explicat hîc Apuleius allegoriam adagij, uidelicet alludens ad sacerdotium, cui erat initiandus:& paupertatem saxo duriorem, per quam non suppetebant sumptus. Sumptum apparet ex priscis sacrificiis feriendi ceremonijs, in quibus Fecialis porcum saxo feriebat, hæc interim pronuncians, Qui prior populus fœdus rumpet,Iupiter ita eum ferito, quemadmodum ego porcum hoc lapide ferio. Sed undecunq; fluxit adagium,satis liquet dici solitum in eos,qui perplexi, ad extremum periculum rediguntur. Ex Erasmo.

¶ *Sacellum,sacelli (ἱερὸν μνημεῖον, τὸ ναΐδιον)* Diminutiuum à Sacrum, Significat locum paruum deo consecratum cum ara.Trebatius iureconf.scribit,Sacellum, compositum ne=

bum, quasi sacra cella. Cic.2. pro lege Agraria, 46, Sunt enim loca publica urbis, sunt sacella, quæ post restitutam Tribunitiam potestatem nemo attigit: quæ maiores in urbe partim. periculi perfugia esse voluerũt. Idem 1.de Diuinat. 167, Quum uellet sororis suæ filiam in matrimonium collocare, exisse in quoddam sacellum ominis capiendi causa, quod fieri more ueterũ solebat. Plin.lib.6.cap.29.23, De lubrum Ammonis est ibi religiosum, & toto tractu sacella. Propert.lib.4.eleg.3.12,

Flore sacella tego. Virg.eclog.3.2.

Ponere modicum sacellum Ioui. Tacit.lib. 19.

¶ Sacro, sacras (ἱερόω) Sacrare, Deo dicare, & sacrum facere. Cicero 1.de Diuinat. 45,

Quod patriæ uocis studijs, nobisq; sacrasti. Ex poeta.

Aras sacrare. Virg. 5. Aeneid.10.

Carmina sacrarunt auum tuum. Ouid.4.de Ponto, eleg.8.14

Conditionem parentum sacrare. Senec.de Benef.lib.3. cap. 11.

Honorem sacrare. Virg.12. Aen.28.

Nomen sacrare. Martial.lib.1.185.

Templum sacrare deo. Plin.lib.8.cap.16. 18.

Vota sacrare dijs, quod & consecrare dicimus. Virgil.8. Aeneid. 61.

Sacrare fœdus, pro Sancire. Liu.lib.8.bell.Maced.

Sacrare, denouere, & detestabile decernere, & ita morti addicere, ut impunè occidi & uiolari possit. Liu.2.ab Vrbe, 35. Ante omnes de prouocatione aduersus magistratus ad populum, sacrãdoq; cum bonis capite eius qui regni occupandi consilia misset, gratæ in uulgus leges fuêre. Ibidem, lib. 5. 117, Eum prædam Vegentanam publicando, sacrandoq; ad nihilum redegisse, absentes ferociter increpant.

¶ Sacror, sacraris (ἱερόομαι) Fabius.ut, In aris sacrarit. Ouidius primo. Fast.7.

¶ Sacratus, pen.prod. (ἱερωθείς, ἱερατικὸς, θυσίας) Particip. siue Nomen ex participio.

Caput sacratum. Virg.3. Aeneid.75.

Tempora sacrata mea sunt uelata corona. Ouid. 4.de Ponto, eleg.14.12.

Dona ducum sacrata. Lucan.lib.1.28.

Pax mihi Graiorum sacrata resoluere iura. Virg.2.Aen.32.

Sacratæ leges, quibus sanctum iubetur esse alicui deorum quic quid aduersus eas fecerit, sicut familia, pecuniaq;. Liu. 2. ab Vrbe, 238, Præcipuus pauor Tribunus inuaserat, quàm nihil auxilij sacratæ leges haberent, morte Collegæ monitos. Cic. pro Domo sua, 34.

Numen nullum sacratius. Sil.lib.8.vap.45.

Opus alicui sacratum. Ouid.2.Trist.110.

Sude sacrata recondere. Virg.1. Aen.138.

Sacratior, & hoc sacratius. Plin.lib.16.cap.44.13,

Nihil habent Druidæ (ita suos appellant magos) uisco & arbore in qua gignatur sacratius.

Sacratissimum numen. Plin.lib.33.cap.4.16.

¶ Sacrarium (ἱεροφυλακεῖον, τέλυτον) Locus sacer in tẽplo, in quo sacra reponuntur. Vnde à Cicerone Sacrarium Bonæ deæ nominatur. Vlpian.l.sacra.de diuisione rerũ, Sacer locus, est locus consecratus. Sacrarium, in quo sacra reponuntur. Liu.7.ab Vrbe, 90, Cære sacrarium pop. Rom. diuersorium sacerdotũ, ac receptaculum Romanorum sacrorum, intactum, inuiolatumq; crimine belli, hospitio Vestali um, cultisq; dijs darent. Propert.lib.3.eleg.24.4,

Mens bona (si qua dea es) tua me in sacraria dono.

Diri sacraria Ditis. Virg.12. Aen.40.

Probro uetito temerat sacraria. Ouid.10.Metam.138.

Sacrarium, pro sacello, locoq; sacrato sumpsit Suetonius, de Augusto loquens, cap.5, Natus est (inquit) Augustus ad ca

pita bubula, ubi nunc sacrarium habetur, aliquanto postquam excessit constitutum. Cic.6. Ver.3.Ibidem, 88, Sacrarium Cereris est apud Catinenses, eãdem religione qua Romæ, qua in cæteris locis.

Sacrariũ, pro Larario in ædibus priuatis. Cic.ad Memmiũ, lib. 13.2.1, Caio Auiano Euãdro, qui habitat in tuo sacrario, & ipso multũ utor, et patrono eius M. Aemylio familiarissimè.

Testor mentis sacraria, Iouis iusiurandum. Stat.3.Theb.49.

Scelerum sacrarium. Cic.2.in Catilin.34.

¶ Sacres porci (ὑπὸ χοῖροι) Varro 2. de Re rust.cap.1.21. Pere ad quatuor menses à mamma nõ distinguntur agni, hœdi tres, porci duo, è quis, quoniã puri sunt ad sacrificiũ, ut immolẽtur, olim appellati sacres: quos appellat Plaut. quũ ait,

Quinti sunt porci sacres?

Ibidem, cap.4.15. Porci qui à partu decimo die habẽtur puri, ab eo appellantur ab antiquis sacres, quòd tum ad sacrificium idonei dicuntur primum. Plaut. Menæh.8.16. Et in Rud.2.6.4.

¶ Sacramentum sacramenti (ὅρκος) Quod iurisiurandi sacratione interposita geritur, ut ait Festus.

Sacramentum militare. Veget.de Re militari, lib.2. Milites iurare solent, & ideo militiæ sacramenta dicuntur. Iurant autem se omnia strenuè facturos, quæ præceperit Imperator, nunquam deserturos militiã pro Romana Rep. Plin epist. 246.lib.10.ad Traianum.

Longum sacramentum. Tacit.lib.17.

Solenne sacramentum. Tacit.lib.17.

Accedere sacramentum alicuius. Vide Accedo.

Adigere sacramento alicuius. Vide Adigo.

Contendere sacramento. Cic. Volumnio, lib.7.33.5, Nisi cætera, quæ sunt à me in secundo libro de Oratore per Antonij personam disputata de ridiculis, ἀστεϊσμῶν & arguta apparebunt, ut sacramento contendas me a non esse.

Iusto sacramento contendere. Cic.1.de Orat.22, Agerent enim tecum lege primũ Pythagorei omnes atq; Democritici, cæteriq; in suo genere Physici, uindicarentq; ornati in dicendo & graues, quibuscum tibi iusto sacramento contendere non liceret. Iusto sacramento cum Pythagoreis & Democriticis cõtendere oratori nõ licere dixit Scæuola, propter præstantiam ingenij eorum hominũ, qui fundatores authoresq; fuerunt magni nominis sectarũ, quibuscum sacramento & uindicatione contendendo de Physicæ speculationis explicationisq; professione, nullus sanè orator litem uincere posset: uel propter tanti nominis præiudicium, uel quia impudẽtiæ daretur, siquis illis uiris doctrinarum possessione non cederet, qui nomina sua professione earum rerum usq; adeò illustrarunt. Hæc Budæus.

Dicere sacramento. Vide Dico, dicis.

Dicere sacramentum. Tacit.lib.20, Instantibus Tribunis dixit sacramentum. Vide Dico, dicis.

Perfidum sacramentum dicere. Horat.2.Carm.ode 17.2.

Exuere sacramentum. Tacit.lib.19.

Imbutus sacramento. Tacit.lib.17.

Obligare sacramento. Vide Obligo.

Renouare sacramentum in nomen alicuius. Tacit.lib.1.

Rogare aliquẽ sacramento. Quint.lib.12.cap.2, sed hæc inter ipsos, qui uelut sacramento rogati, uel etiã superstitione constricti, nefas ducunt à suscepta semel persuasione discedere. id est, Iureiurando adacti & iurati. Budæus.

Tenere sacramento. Suet.in Cæsare, cap.42.

Sacramenta, Milites, à Iuuenali dicuntur. Satyr.16, isto uersu:

Præmia nunc alia, atq; alia emolumenta notemus
Sacramentorum. hoc est, militum iuratorum, & sacramento rogatorum.

Sacramen-

Sacramentum, ex Varronis uerbis intelligi potest lib.2.de Lingua Latina, Qui petebat (inquit) & qui inficiabatur, de aliis rebus uterq; quingenos æris apud Pontificẽ deponebãt: de aliis item rebus certũ alium legitimũ numerũ assiũ. Qui iudicio uicerat, suum sacramentum auferebat: uicti, ad æra rium ridebant, ut Budæus exponit, uictus ea pecunia quam deposuerat, multabatur in pœnam iniustæ litigationis, quæ erario cedebat. Sacramentum igitur, à sacro dictum est. Vide Vindiciæ, in Vindex. Cic. pro Cecinna, 70, Quum Aretinæ mulieris libertatem defenderem, & Cotta Decemuiris religionem iniecisset, non posse sacramentum nostrum iustum iudicari, quod Aretinus adempta ciuitas esset, &c.

¶ Sacrosanctum (ἱερὸν, ὅσια παντάρχης) quod iureiurando interposito est institutum: siquis id uiolasset morte pœnas pẽderetur ait Budæus. Cic. pro Cornel. Balbo, 25, Quid fuit in rogatione ea quæ de Põpeio à Gellio & à Lẽtulo COSS. lata est, in qua aliquid sacrosanctum uideretur?

Sacrosanctum nihil esse potest, nisi quod per populũ plebẽmue sanctum est. Cic. pro Cornelio Balbo, 28.

Sacrosanctus Trib.pleb. dicebatur, quẽ uiolari nefas erat: qui sine capitali piaculo attingi uiolenter non poterat. Plin.lib. 7.cap.44.2. Quum resistendi sacroq; sanctum repellendi ius non esset, uirtutis sua opera & censura periturus &c. Liu.lib.9.ab Vrbe condita, 40. Tum posthumius, Interea dedite, inquit, profanos nos, quos salua religione potestis, deditis deinde & istos sacrosanctos, quum magistratu abierint. Ideo principes Romanos leginus Tribunitiam potestatem assimere sibi solitos: ut angustiores se & sacrosanctos facerent: id quod in nominatis quoque eorũ extat. Tranq. in Aug.cap.27. Tribunitiam potestatem perpetuam recepit. De hac potestate multa Cic.lib.3.de Legib.

Sacrosanctæ possessiones. Cic.2.in Catil.38, Ergo in uastatione omnium tuas possessiones sacrosanctas futuras putas: hoc est, Intactas, & ab omni iniuria tutas.

Sacrosancta potestas: hoc est, Tribunitia. Liuius libro 9. bel. Punic.105.

¶ Sacrosanctior, Cõparatiũ. Valer.Max.lib.5.cap.3.in Phocionẽ, Honore aræ decoratos cineres sacro sanctiores colis.

¶ Sacricolæ, penul.cor. (ἱεροπόλοι) Tacitus lib.19, Domitianus prima irruptione apud ædituum occultatus, solertia liberti lineo amictu turbæ sacricolarum immistus, ignoratus apud Cornelium Primum paternum clientem, iuxta Velabrum delituit. Macrob.lib.5.Saturn.cap. 19, Velut ad sacricolarum fagarumq; carmina & deuotiones fugientem.

¶ Sacrifico, sacrificas, penul.cor. (ἱερεύω, ἱερουργέω, ῥέζω, θύω, παθαγιάζω, τελεσιουργέω, ὁλοκαυτόω, ἁγιστεύω) sacrificare, Sacrum facere. Plaut. Mostel. 4.83,

Aedepol summo Ioui si uino argento sacrificassem. Idem Capt.6.40.

Deæ sorti sacrificare. Ouid.3 Fast.170.

Suem sacrificare. Ouid.4.Fast.83.

Sacrificare, Veniam petere. Plaut. Pœn.6.41,

Si hercle istuc unquam factum est, tum me Iuppiter
Faciat, ut semper sacrificem, neq; unquam litem.

Sacrificare alicui deo ad diem certum. Plin.lib 3.cap. 5.29.

Orco sacrificare. Plaut. Epid. 4.10. Vide Orcus.

¶ Sacrificatio, Verbale (ἱερουργία) Cic.2.de Nat.deor.98, Itaq; in ea dea, quòd est rerum custos intimarum, omnis & precatio & sacrificatio externa est.

¶ Sacrificalis, penul.prod. Adiectiuum (θυματικὸς) ut, Apparatus sacrificalis. Tacit.lib.2.

¶ Sacrificus, pen.corr. Adiect. (ἱερουργικὸς) ut, Sacrificæ tibiæ, quibus utebantur in sacrificijs. Plin.lib.16.cap.36.13, Nunc sacrificæ Tuscorum è buxo tibiæ.

Aræ sacrificæ. Valer.8.Argon.49.

Dies sacrifici. Ouid.13.Metam.120.

Preces sacrificæ. Senec.Medea, 2.7.

Ritus sacrifici. Ouid.15.Metam.97.

Vestis sacrifica. Sil.lib.3.6.

¶ Sacrificus, (ἱερουργὸς) Substant. Qui sacra facit.

Ancus sacrificus. Ouid.6.Fast.161.

¶ Sacrificulus, penul.cor. (ἱερομνήμων) Rex sacrorum. Gell. lib.10.cap. 15. Liu.6. bel.Pun.280, Vulgo ergo pontifices, augures, sacrificuli reges creantur: cuilibet apicem Dialem, dummodo homo sit, imponamus. Sueton.in Domitiano, cap. 1, Ardente templo, apud ædituum clàm pernoctauit: ac manè ipsaci celatus habitu, interq; sacrificulos uanæ superstitionis, &c.

Sacrificulus uates. Liu.5.bel.Maced.186.

¶ Sacrificium, sacrificij (θῦμα, θυσία, θυηλὴ, ἱερουργία, ἀγιασία) Sacrum, seu res diuina. Liu.1.ab Vrbe, 120, Sacrificium lustrale in diem posterum parat.

Sacrificium facere. Cicero de claris Orat.27, Quum M. Pompilius sacrificium publicum cum læna faceret, quòd erat flamen Carmentalis. Idem ad Brutum, 15.11.

Anniuersaria sacrificia. Cic.6.Ver.114.

Penetralia sacrificium. Vide Penetralis, in Penetro.

Penetrare sacrificium. Liu.lib.4.Decad.5.

¶ Sacrifer, penul.corr. Adiect. (ἱεροφόρος) Qui fert sacra: ut, Rates sacriferæ, Quæ sacra uehunt. Ouid.4.Fast.51.

¶ Sacrilegus, penul.cor. Adiect. (ἱερόσυλος) Qui sacra, aut de sacro legit, id est furatur. Terent. Adelph.2.4.1,

Vbi est ille sacrilegus. Plin.lib.24.cap.17.7.

Sacrilegus & hostis sacrorum. Cic.3.Verr.5.

Sacrilegium interpretatur Cic. qui aliquid è sacro abstulerit. Cic.2.de Legib. 65, Sacrilego pœna est, neq; ei solũ qui sacrum abstulerit, sed etiam ei qui sacro commendatum, quod & nunc multis fit in fanis.

Græcos uocat Cicero sacrilegos, 5.Verr.56.

Hæc ibi si non sunt, minor extat sacrilegus. Iuuen.Sat.13.15.

Artes sacrilegæ meretricum. Ouid.1.de Arte, 88.

Sacrilegum bellum & impium. Cic.7.Verr.148.

Sacrilegi furores. Mart.lib.9.89.

Ignes sacrilegos admouere templis. Tibull.lib.3.eleg.5.3.

Lingua sacrilega. Ouid.1.de Remed.amor.74.

Manus sacrilega. Horat.2.Carm.ode 13. Cicer. 12. Philip.338.

¶ Sacrilegiũ, sacrilegij (ἱεροσυλία) Ipsum sacrariũ rerũ furtiũ.

In sodalitium sacrilegij alicuius abire. Cic.in Sallust.9.

Admittere sacrilegium. Quint.lib.4.cap. 2.6.

Committere sacrilegium. Quint.lib.7.cap.3.15.

Facere sacrilegium. Quint.lib.5.cap.10.61.

Reum esse sacrilegij. Quint.lib.4.cap.3.6.

¶ Sacerdos, sacerdotis, pen. prod. c.g. (ἱερεύς, ἱέρεια, ἀρητὴρ, ἀρητὴρ, ἱερεφόρος) Qui deo dicatus est ad sacrificia faciendа. à Sacris dictus. Apud Romanos uarie erãt sacerdotum genera, Flamines, Diales, Martiales, Quirinales, Salij, Pontifices minores, Pontifices maximi, Reges sacrorum, Sacrificuli, & Galli qui Cybeles sacra faciebant. Cic.4.Acad. 217, Sed quum sacerdotes deorum uocationem habeant, quanto est æquius habere ipsos deos?

Purus Musarum, Phœbiq; sacerdos. Ouid.3. Amor.eleg.7.5.

Musarum sacerdos, Poeta, uates. Horat.3. Carm.ode 1.1.

Casti sacerdotes. Virg.6.Aeneid.133.

Doctus sacerdos. Claud. 4.Panẽg.66.

Religiosus libertatis sacerdos. Cic.pro Domo sua, 36.

Sacerdos stuprorum. Cic.pro Sestio, 31, Cum sororis adultero, cum stuprorum sacerdote, cum uenefico.

Maximum sacerdotem creare. Cic.4.Verr.89.

Furiata ſacerdos. Stat. 2. Thebaid. 5.
Magna ſacerdos. Virg. 6. Aeneid. 109.
Longæua ſacerdos. Virg. 6. Aeneid. 65.
Sacra Cereris per Græcas ſemper curata ſunt ſacerdotes. Cic. pro Cornelio Balbo, 44.
¶ Sacerdotiſſa, Flaminica (ἱέρεια) Gellius libro 10. cap. 15. Eæ deèm fermè ceremoniæ ſunt, quas Flaminicas ſacerdotiſſas Dialis ſeorſum aiunt obſeruitare. Idem tamen libro 13. cap. 10, ſacerdotes fœminas dicit.
¶ Sacerdotium, ſacerdotij (ἱερατεία, ἱερέτευμα) Sacerdotis dignitas. Liu. 10. bel. Pun. 118. Idem lib. 9, Gens Potitia, cuius ad aram Herculis, familiare ſacerdotium erat.
Auctus ſacerdotijs & honoribus. Vide Augeo.
Inire ſacerdotium. Cic. pro Domo ſua, 104.
Populus per religionem ſacerdotia mandare non poterat. Cic. de lege Agrar. 32.
Sacerdotio præditus. Cic. pro Domo ſua, 104, Quum Licinia uirgo Veſtalis ſummo loco nata, ſanctiſſimo ſacerdotio prædita.
In ſacerdotium uenire. Cic. pro Domo ſua, 36.
¶ Sacerdotalis, & hoc ſacerdotale, pen. prod. (ἱερατικὸς) Quod ad ſacerdotem pertinet. Liu. 5. ab Vrbe, 183, Virgines, ſacraq; in paludrum impoſuit, & Cære quò iter ſacerdotalibus erat, peruexit.
Sacoma] penul. prod. (σάκωμα) Sacomatis. Eſt æquipondiũ, hoc eſt, quod in libra apponitur ad æquilibrium faciendum. Vitruuius lib. 9. cap. 3, de Archimede, Quum auream coronam uotiuam dijs immortalibus in quodam fano conſtituiſſet ponendam, immani precio locauit faciendam, & aurum ad ſacoma appendit redemptori. Is ad tempus opus manufactum ſubtiliter regi approbauit, & ad ſacoma pondus coronæ uiſus eſt præſtitiſſe. Budæus.
Sacramentum] Vide Sacer.
Sacrani] pen. prod. (σακρανοί) Populi ſunt, quorum origo ſic Seruio narratur in illud Virgilij 17. Aeneid. 160,
Et ſacranæ acies, & picti ſcuta Labici. Dicunt quendam Corybantem ueniſſe ad Italiam, & tenuiſſe loca, quæ nunc urbi uicina ſunt. Et ex eo populos ducẽtes originem, Sacranos appellatos. Nam ſacrati ſunt Matri deũm Corybantes. Alij Sacranas acies Ardeorum uolunt, qui aliquando quum peſtilentia laborarent, Ver ſacrum uouerunt, unde Sacrani dicti ſunt. Hactenus Seruius.
Sacratus, Sacrifico, Sacrilegus, Sacro, Sacrum] Vide Sacer.
Sadducæi] σαδδουκαῖοι, dicuntur qui Sadducæum quendam magiſtrum legis ſequentes, neq; reſurrectionem credebant, neq; angelos, neq; ſpiritus eſſe.
Sadyattes] fuit Ardyos filij Gygis filius, qui poſt patrem regnauit in Lydia. Vide de hoc Herodotum lib. 1. Hiſtoriarũ.
æculum] Vide Seculum.
Sæpe] πολλάκις, πολλάκις, Aduerbium ſæpius, ſæpiſſimè, id eſt, Frequenter. Recipit diphthongum, ut differat à ſẽpe ablatiuo nominis ſepes. Terent. Heaut. 4. 1. 53,
Non licet hominem eſſe ſæpe ità ut uult, ſi res non ſinit.
Sæpè & multum hoc mecum cogitaui, bonine, an mali plus, &c. Cic. 1. de Inuentio. 1. Idem pro Quintio, 2, M. Iunius, &c. in hac multum & ſæpe uerſatus.
Sæpè ac diu. Cic. pro Quintio, 64.
Semel, atq; iterum, ac ſæpius. Cic. pro Fonteio, 14.
Sæpe, & ſæpius. Cæſar Ciceroni, in Epiſt. ad Att. lib. 9. 174. 13 Etſi hoc & feci ſæpe, & ſæpius mihi facturus uideor.
Quod etſi ſæpe dictum eſt, dicendum tamen eſt ſæpius. Cicero 3. Off. 90.
Iterum & ſæpius te rogo. Cic. Culleolo, lib. 13. 43. 4.

Nimium ſæpe. Cicero 2. de Fin. 68, Interdum, uel potius nimiũ ſæpe. Vide Nimis.
Non ſæpe. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 8.
¶ Sæpenumero, pen. cor. (ἐκμινὰ, πολλάκις) Idem quod Sæpe: eſt enim compoſita dictio ex Sæpe & Numero. Cicero filius ad Tironem, libro 16. 21. 7, Sum totos dies cum eo, noctiq; ſæpenumero partem. Cic. de Senect. 4. Sæpenumero mirari ſolco, &c.
Sæpinum] σάπινον, Ptolæmeo libro 3. cap. 1. urbs Sannitum. Hodie Sepinum.
Sætabis] σαιτάβις, fluuius apud Ptolemæum libro 2. capite 6. Auguſta Valeria alio nomine dicta: Sectanis olim, nunc Xatiua.
Sæuus] Adiectiuum (ἀπλοῦς, πολλὸς, ὑβλὸς, ἀσκιρὸς, χαλεπὸς) Durus, crudelis. Virg. lib. 5. Aeneid. 54,
Quum ſæuo è ſcopulo multa uix arte reuulſus. Terent. Adel. 5. 4. 12,
Ego ille agreſtis, ſæuus, triſtis, parcus, truculentus, tenax.
Sæuus, Inimicus. Virg. lib. 1. Aeneid. 2,
—ſæuæ memorem Iunonis ob iram.
Sæuus, Fortis. Virg. lib. 1. Aeneid. 12,
Sæuus ubi Aeacidæ telo iacet Hector.
Manibus ſæuum eſſe. Tibul. lib. 1. eleg. 10. 13.
Sæuus, Iratus. Virg. 1. Aeneid. 93,
—& ſæuum ambobus Achillem.
Sæuus, Magnus. Virg. 21. Aeneid. 22.
——maternis ſæuus in armis.
Sæuus, Potens. Virg. lib. 1. Aeneid. 29,
Non illi imperium pelagi, ſæuumq; tridentem,
Sed mihi ſorte datum. Ex Nonio hæc omnia.
Adulationes ſæuæ. Tacit. lib. 4.
Amor ſæuus. Virg. 8. eleg. 10.
Amore ſæuo ſaucia Medea. Cic. pro Cælio, 13.
Armis ſæuis comimus certare. Virg. 12. Aeneid. 78.
Belluæ ſæuæ. Horat. 1. Carm. ode 12. 5.
Belli ſæui certamina. Lucret. lib. 1. 97.
Cædes ſæua. Ouid. 1. Metam. 16.
Catenæ ſæuæ. Horat. 3. Carm. ode 11. 9.
Dolor ſæuus. Sil. lib. 3. 47.
Dolores ſæui animo exciderant. Virg. 1. Aen. 6.
Facies ſæua ac deformis. Tacit. lib. 19.
Faces ſæuæ. Virg. 4. Aeneid. 113.
Peræ ſæuæ. Ouid. 7. Metam. 78.
Gelu ſæuum. Valer. 1. Argon. 104.
Gens ſæua. Cic. 2. Tuſc. 33.
Horror ſæuus. Virg. 2. Aeneid. 112.
Hyems ſæua. Valer. 7. Argon. 11.
Iocus ſæuus. Horat. 1. Carm. ode 33. 3.
Ira ſæua. Ouid. 1. Metam. 92.
Lea ſæua. Ouid. 4. Metam. 21.
Militia ſæua. Horat. 1. epiſt. 19. 11.
Neceſſitas ſæua. Horat. 1. Carm. ode 35. 4.
Paupertas ſæua. Horat. 1. Carm. ode 12. 9.
Rabies uentorum ſæua. Ouid. 5. Metam. 2.
Scopulo è ſæuo reuulſus. Virg. 5. Aeneid. 54.
Tempeſtates ſæuæ. Tacit. in uita Agricolæ.
Turbines ſæui. Cic. 3. de Orat. 86.
Venenum ſæuum. Virg. 12. Aeneid. 172.
Ventus ſæuus. Cic. ad Att. lib. 5. 99. 1.
Verbera ſæua. Virg. 3. Georg. 51.
Verba ſæua. Horat. Epod. 12. 3.
Vox ſæua. Cic. 2. de Diuin. 172.
Iuuencis indomitis ſæuior. Ouid. 13. Metam. 171.
Peſtis nulla ſæuior. Virg. 3. Aeneid. 43.

Centau-

Centaurorum ſæuorũ ſæuiſſimus Eurytus. Ouid. 12. Metam. 44.
Sæuiſſimus & uiolentiſſimus in ſuos, quàm qui unquam. Liuius 4. bel. Maced. 124.
Iuno ſæuiſſima. Virg. 2. Aeneid, 123.
Ira ſæuiſſima matris ferre. Valer. 3. Argon. 10.
Sæuiter, penul. corr. Aduerbium (ἀπλοῦς) Plaut. Pſeud. 23. 4,
Magis cogito ſæuiter blandiérne alloquar.
Nimium ſæuiter. Vide Nimis.
¶ Sæuitia, ſæuitiæ, (ἀπλότης, χαλεπότης) Crudelitas. Tibullus lib. 1. eleg. 6. 1, Quid tibi ſæuitiæ mecum eſt?
Clementia & Sæuitia, contraria. Cic. 3. in Partit. 7.
Inteſtabilis ſæuitia, ſed obtectis libidinibus. Tacit. lib. 5.
Intolerabilis ſæuitia. Vide Intolerabilis.
Neſandæ ſæuitiæ mos, parcere morti pereuntis. id eſt, Crudele eſt hominẽ ità cruciare, ut non ſtatim moriatur, ſed efficere ut elangueat, quo ſint cruciatus grauiores. Lucan. lib. 2. 236.
Adhibere ſæuitiam in aliquem. Vide Adhibeo.
Afflictat ſæuitia. Tacit. lib. 13.
Demere aliquid ſæuitiæ. Catull. ad Iuuentium, 91. 2.
Dabreue ſæuitiæ ſpacium, pelagiq; tuæq;. Ouid. 7. epiſt. 15.
Gliſcit ſæuitia. Tacit. lib. 5.
Relinquere ſæuitiam. Ouid. 6. Metam. 138.
Trahere aliquid ad ſæuitiam. Tacit. lib. 3.
¶ Sæuitas, penult. corrept. ſæuitatis, idem quod Sæuitia. Firmicus libro 5. capit. 5. Semper ad arma parati, unde alios ſua fortitudine aut ſæuitate deterreant.
¶ Sæuio, ſæuis, ſæuiui & ſæuij, ſæuitum, pen. prod. (μαίνομαι, ἱστορέομαι, χαλεπαίνομαι) ſæuire, Crudeliter in aliquem agere. Liu. 3. ab Vrbe, 188, Sæuite in tergum, & in ceruices noſtras, pudicitia ſaltem in tuto ſit.
Grauiter ſæuire. Virg. 4. Georg. 52.
Flagellis ſæuire. Iuuen. Satyr. 10. 18.
Rabie ſæuiq; ſæuit. Ouid. 11. Metam. 70.
In aues omnes ſæuit accipiter. Ouid. 11. Metam. 70.
Amor reſurgens ſæuit. Virg. 4. Aeneid. 107.
Bellum ſæuit in pectore. Sil. lib. 1. 16. (to, eleg. 3. 11.
Quo fortuna magis ſæuit, magis ipſe reſiſtis. Ouid. 2. de Ponto
Dolor ſæuit in erepto amore. Propert. lib. 2. eleg. 9. 8.
Ira ſæuit in illum. Ouid. 14. Metam. 39.
Latratus canum ſæuit in auras. Virg. 5. Aeneid. 52.
Saga] ſagæ (σαγμάκης) Mulier prudens, uerſuta, quæ multa ſcire uult. inquit Cic. lib. 1. de Diuin. 114. Item perita ſacrorũ, & diuina. Acron, Saga dicta eſt incantatrix & maleſica, quòd ſatis agat: & ea eſt quæ carminibus & herbis mala hominibus dicebatur uel accerſere, uel pellere. Horat. 1. Carm. ode 27. 5,
Quæ ſaga, quis te ſoluere Theſſalis
Magus uenenis, quis poterit deus? Collũ. lib. 15. cap. 1. 20.
Rapacis ſagæ præcepta. Tibull. lib. 1. eleg. 2. 42.
Theſſala ſaga. Propert. lib. 3. eleg. 24. 2.
Saga, ſagæ, Genus uestis. Cato cap. 59, Quoties cuiq; tunicam aut ſagam dabis, prius uetere accipito: unde centones fiant. Sagum tamen uſitatius.
Sagæ, idem qui Sacæ antea dicti. Author Pompo. Mela libro 3.
Sagapenum] ſagapeni, penult. prod., (σαγαπήνον) Succus eſt herbæ ferulaceæ, quæ in Media naſcitur. Optimum eſt translucens, ſuluo forinſecus colore & intus albo, neſcio quid inter laſer & galbanum redolens, guſtu acri. Author Dioſcorides lib. 3. Officinæ interpolato nocabulo Sarapinũ appellant. Sagapeni meminit Plin. lib. 20. capit. 18. & alibi.
Sagaria, Sagarius] Vide Sagum.
Sagarus] pen. cor. ſiue Sagaris (σάγαρις) fluuius Phrygiæ, teſte Herodoto lib. 3. Liuius autem in ſeptimo de bello Macedonico fluuiũ eſſe dixit Gallogræciæ, qui per Phrygiam

deſluens, & ad Berecynthum perlingens, in Propontidem tandem influit. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 10,
Huc Lycus, huc Sagaris, Pemuſq; Hypaniſq; Bratesq;
Influit, & crebro uortice tortus Halys.
Sagatus] Vide Sagum.
Sagax] ſagacis, pen. prod. om. gen. (ἀγχίνοος) Acutus, ſolers. Feſtus, Sagaces appellantur, multi ac ſolertis acuminis. Cic. ad Atticũ, lib. 6. 114. 2, Quæſtorem nemo dignum putat: etenim eſt leuis, libidinoſus, ſagax. Martial. lib. 12. 88,
Excogitauit homo ſagax & aſtutus. Cic. 2. de Fin. 75, Homines enim, etſi multis alijs, tamen hoc uno à beſtijs plurimum differunt, quòd rationem habeant natura datam, mentemq; & ácrem & uigentem, celerrimeq; multa ſimul agitantem, & ut ita dicam, ſagacem, quæ & cauſas rerum, & conſequationes uideat.
Sagax ad pericula. Plancus ad Cic. lib. 10. 23. 9. Cicero in Catil. 14, Quem tu uidelicet & ad cuſtodiendum te diligentiſſimum, & ad ſuſpicandum ſagaciſſimum, & ad uindicandũ fortiſſimum fore putaſti.
Palatum ſagax in guſtu. Plin. lib. 8. cap. 37. 1. de muribus.
Oculorum acies ſagax. Vide Acies.
Animus ſagax. Lucret. lib. 1. 82.
Curæ ſagaces. Horat. 4. Carm. ode 4. 15.
Cura ſagaci aliquid uidere. Cic. 1. de Diuin. 44.
Mens ſagax. Lucret. lib. 1. 208.
Ratione ſagaci uidendum eſt. Lucret. lib. 1. 26.
Sagaciſſimus rerum naturæ, Peritiſſimus. Col. lib. 1. cap. 1. 29.
Naris ſagax. Lucan. lib. 7. 168.
Naſum ſagax, apud Plautum in Curcul. 3. 16.
Sagaces canes dicuntur (authore Feſto) qui ferarum cubilia præſentiunt. Vide Sagio.
Catulo ſagaci ſectari leporem. Ouid. 1. de Remed. amor. 41.
Aſper ſagacior canibus. Ouid. 11. Met. m. 120.
¶ Sagacitas, pen. cor. ſagacitatis, ſ. g. (ἀγχίνοια, ἀρτιδιανοία) Calliditas. Cic. 6. Verr. 25, Tuam tantam fuiſſe ſagacitatem, ut eas per illum ipſum inſpiceres, ubi erant depoſitæ, &c.
Narium ſagacitas. Cic. 2. de Nat. deor. 237.
Sagacitas etiam ſenſuum corporis. Senec. epiſt. 96.
¶ Sagaciter, pen. cor. Aduerb. (ἀγχινοϊκῶς) Perfectè, prudenter, callidè. Cicer. 1. de Orat. 113, Acuto homine nobis opus eſt, & natura uſuq; callido, qui ſagaciter perueſtiget, quid ſui ciues, &c. Colum lib. 7. cap. 12. 7, Satisq; pulchrè ſunguntur officio, ſi & aduenientum ſagaciter adoruntur, & latratu conterrent.
Odorari ſagacius. Horat. Epod. 12. 1. Cic. Att. lib. 6. 115. 3.
Sagaciſſimè odorari. Cic. 2. de Oratore, 100.
Sagena] ſagenæ, pen. prod, (σαγήνη) Genus retis piſcatorij: σαγήνην Græci, Latini uerriculum appellant. Manlius lib. 5, Excipitur uaſta circumdata ſagena.
Sagina] ſaginæ, penul. prod. (λίπασμα, σίτωσις) Cibus quo quis pinguis efficitur. Iuuen. Satyr. 5. 7, —genialis agatur iſte dies, propera ſtomachum laxare ſagina. Plaut. Mil. 11. 30,
Poſtules ſagina cijcere cellaria. Plin. lib. 9. cap. 59.
Immunda ſagina. Propert. lib. 4. eleg. 8. 5.
Sagina dicendi, Vbertas. Quint. lib. 10. cap. 5. Cic. pro Flacco, 13, Qui multitudinem illam non authoritate, ſed ſagina tenebat. De Mithridate.
Inanis ſagina. Quint, lib. 2. cap. 15. 18.
Sagina, Pinguedo ſuperuacua, arte, non natura adducta, per totum corpus diſperſa. Iuſtinus lib. 20, Sublatis deinde æneis, in ſegnitiem lapſus, ſaginam corporis ex nimia lux, uria oculorumq; ualetudinem contraxit. Plaut. Moſtel. 2. 62,
—bibite, per græcamini Eſſe ac ſerite nobis ſaginam.

Conijcere

Conijcere se in saginam. Vide Conjcio.

¶ Sagino, saginas, pen. prod. (λιπαίνω, σιτίζω) saginare, Pingue facere Colum. lib. 6. cap. 38. 3. Ea herba uiridis, nec tarde tamen arida, fœni uice saginat iumenta. Ibid. capit. 27. Ordeo saginandus equus.

Saginare exquisitis epulis. Plin. lib. 9. cap. 35. 16.

Saginari sanguine ciuium. Cic. pro Sestio, 67.

Saginare plebem populares suos, ut iugularentur. Liuius 6. ab Vrbe, 75.

¶ Saginatus, pen. prod. Participium (πεπαλοστρεφής, σίτιδεις) ut, Porcus saginatus. Propert. lib. 4. eleg. 1. 5.

¶ Saginatio, Verbale (σίτισις) Plinius libro 8. cap. 51. 3. Pinguescunt sexaginta diebus, sed magis tridui media saginationem orsa.

¶ Saginen, saginiminis, Calepinus probat ex Colum. lib. 6. cap. 38, Ne nimio saginime strangulentur pecora. Vti nunc legimus, Ne nimio sanguine stranguletur pecus.

¶ Saginarium, saginarij (σιτευτήριον) Locus ubi saginantur altilia. Varro lib. 3. de Re rust. capit. 10. 6. Ad saginandum eligunt pullos circiter sesquimense qui sunt natu, eos includunt in saginario, ibiq; polentam & pollinem aqua madefacta dant cibum, ita ut perinde saturent.

¶ Saginarius, Adiectiuum Quod saginatum est. Vnde à Seruio Mulus saginarius. Bos saginarius.

Sagio] sagis, sagiui, sagitum, penul. prod. (σιτίζω, σιτίζομαι, κακῶς ἀφροδισιάζομαι) sagire, Acutè sentire. Cic. libro de Diuin. ii 4. Sagire enim, sentire acutè est: ex quo sagæ anus, quia multa scire uolunt & sagaces dicti canes. Is igitur qui antè sagit, quam oblata res est, dicitur præsagire: id est, futura antè sentire.

Sagitta] sagittæ (ἰός, βέλος, ὀιστός, βιλίμνον) Iaculi genus quod arcu emittitur: dicta sagitta, quòd satis longè agatur: uel à satis & ictus: ad longum enim spacium profert ictum suum, uel quod sagax sit ictus eius.

Aculeus sagittæ. Vide Aculeus.

Acuta sagitta. Vide Acuo.

Missiles. Horat. 3. Carm. ode 6. 4.

Hamatæ. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 13.

Pennigeræ. Sil. lib. 8. 76.

Infestæ. Iuuenalis Satyr. 15. 8.

Sceleratæ. Ouid. 1. de Arte, 40.

Leues. Virg. 5. Aeneid. 14.

Volueris sagitta. Sil. lib. 7. 130.

Acuere sagittas. Vide Acuo.

Aptare neruo sagittas. Virg. 10. Aeneid. 27.

Armatus sagittis, ac face. Quint. lib. 3. cap. 4. 20.

Asperare sagittas obsibus. Tacit. De Germanis.

Configere sagittis. Vide Configo.

Celeres sagittas corripere. Virg. 1. Aeneid. 36.

Depromere sagittam pharetra. Virg. 11. Aeneid. 172.

Neruo stridente sagitta per cælum diuerberat auras. Virgilius. 5. Aeneid. 101.

In aliquem ire sagittis. Stat. 3. Sylu. 5. 1.

Primus sagittas Phœbi imbuit draco. id est, tinxit cruore suo, Seneca Here. furen. 6. 24.

Non secus ac neruo per nubem impulsa sagitta. Virgilius 12. Aeneid. 172.

Infigere sagittarum uenabula prætereuntibus. Vide Infigo.

Sagittæ pendebant ab humero. Cic. 6. Verr. 66.

Promere celeres sagittas. Horat. 3. Carm. ode 20. 2.

Volans sagitta. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 11.

Nudis sagittis uti ad bella. Ouid. 1. de Remed. amor. 5.

Sagittam, inquit Colum. libro 3. cap. 17. rustici uocant nouissimam partem furculi: siue quia longius recessit à matre, & quasi emicuit atq; prosiluit: seu quia cacumine attenuata prædicti teli speciem gerit. Ibidem, lib. 3. capit. 10. 19. Plin. lib. 27. cap. 21. 4.

Sagitta, Signum cæleste. Plinius lib. 18. cap. 16. 4. Pridie nonas Ianuarij Cæsari Delphinus matutino exoritur, & postero die Fidicula, quæ Aegyptio Sagitta uesperi occidit.

Sagitta, Herba. Plinius lib. 21. cap. 17. 7, Item pistanam dicit à Græcis, uocari, quam inter uluas sagittam appellauus.

¶ Sagittarius, Adiectiuum (βελεμνικὸς) Quod ad sagittam pertinet, siue idoneum est ut ex eo fiant sagittæ. Plin. lib. 16. cap. 36. 8, Suum genus sagittario calamo.

¶ Sagittarius (τοξότης) Substant. Qui sagittas emittit, præsertim eas quæ in bello ex maioribus illis tormentis eiaculabantur longius: quanquã etiam sagittarios, artis sagittandi peritos appellari possumus, quos uulgus archieros uocat. Cic. ad Att. lib. 5. 10 8. 7, Magna tormentorum copia, multis sagittarijs, magno labore, apparatu, multis saucijs nostris, incolumi exercitu negocium cõfecimus. Idem pro Sest. 116.

Sagittarius, numisma erat Persicum, à notæ genere ita nuncupatum. Quod genus nummi ijdem erãt qui Darici quoq; dicuntur, authore Plutarcho in Apophthegmatis. Ex quo celebre manauit Agesilai dictum, se ex Asia pulsum triginta milibus sagittariorum, quum Persarum rex ea nummorum summa corruptis per Timocratem Athenienſibus, effecisset ut is de prouincia decederet.

Sagittarius, Signum cæleste. Plin. lib. 17. cap. 24. 1, Quum sit Luna in Leone, Scorpione, Sagittario. Idem lib. 18. cap. 26. 4. uocat Sagittam.

¶ Sagittifer, pen. cor. Adiectiuum (ὀιστοφόρος) Qui fert sagittas: ut, Geloni sagittiferi. Virg. 8. Aeneid. 145.

Pecus sagittifera. Claud. de hist rice, 37.

Pharetræ sagittiferæ. Stat. 1. Achilleid. 85.

¶ Sagittipotens, penul. cor. (βελοβολάτωρ) Cicero in Arato, 8, Mense Sagittipotens solis quum sustinet orbem.

Sagma] sagmæ: uel Sagma, sagmatis, n. g. (σάγμα) Stella, quam uulgus bastum uocat, super quo componuntur farcinæ: uel instratum, quo mollior fiat sessio. Sed & pro Sarcina quandoq; ponitur. Ex Cælio lib. 11. cap. 47.

Sagmen] sagminis, pen. cor. n. g. (ἱεροβοτανόν, περιστερώδες) quasi segmen, Herba uulgaris ubiq; sine semine crescens. Festus, Sagmina uocantur uerbenæ, id est herbæ puræ, quia ex loco sancto secabantur à Consule, Prætore ue, legatis proficiscentibus ad fœdus faciendum, bellumq; indicendum. Vel à sanciendo, id est confirmando. Nœuius, Ius sacratum Iouis iurandum sagmine. Liu. 1. ab Vrbe, 98, Iubes ne me rex cũ Patre patrato populi Albani fœdus ferire? Iubente rege, Sagmina, inquit, te rex posco. Rex ait, Pura tollito. Fœcialis ex arce graminis herbam puram attulit: ita postea regem interrogauit: Rex, facis ne me tu regiũ nuncium populiq; Romani Quiritiũ? naſa, comitesq; meos? Rex respondit, Quod sine fraude mea, populiq; Romani Quiritum fiat, facio. Hactenus Liuius. Plin. lib. 22. cap. 2. 3, Quoniam non aliunde sagmina in remedijs publicis fuêre, & in sacris, legationibusq; uerbenæ. Certè utroq; nomine idem significatur: hoc est, gramen ex arce cum sua terra euulsum.

Sagra] σάγρα, Fluuius est in ora magnæ Græciæ in Italia. Author Plin. cap. 10. de Locris, & Italiæ fronte lib. 3. Huius meminit & Cic. lib. 2. de Nat. deo. 9. Ibidem, 3. 17, De Sagra Græcorum est uulgare prouerbium, qui quæ affirmant certiora esse dicunt, quàm ea quæ apud Sagram.

Sagum] huius sagi (σάγανον) Vestis index belli, ut toga pacis, quam tamen Consulares non gestabant: id quod ostendit Cicer. 8. Philip. 254, Equidem patres Conscripti, quanquam hoc honore usi togati esse solent, quum est in sagis ciuitas:

ultas: statui tamen à uobis, cæterisq; ciuibus in tanta atrocitate temporis, tantaq; perturbatione Reipub. non differre uestitu. Non ita nos gerimus hoc bello Consulares, ut æquo animo popul. Roman. usurus sit nostri honoris insignia. Budæus.

Ad sagum ire, & redire ad togas. Cic. 14. Philip. 387.

Lugubre sagum mutare Punico. Horat. Epod. 9. 6.

Sagum autem militare ac bellicum gestamen fuisse, cùm ex Nonio, tum ex Tranquilli uerbis in Augusto, capit. 26. intelligimus, Consulatum (inquit) uicesimo ætatis anno inuasit: admotis hostiliter ad urbem legionibus misisq; qui sibi nomine exercitus deposcerent. Quum quidem cunctante Senatu, Cornelius Centurio princeps legationis, reiecto sagulo, ostendens gladij capulum, non dubitasset in Curia dicere, Hic faciet, si non feceritis uos. Capitolinus in Marcho philosopho, Per Brundusium ueniens in Italiam, togam & ipse sumpsit, & milites togatos esse iussit, nec unquam fuerunt sagati sub eo milites. Hæc Budæus. Cicero 7. Verr. 74, Tum iste excitatus exit, audit rem omnem ex Timarchide, sagum sumit.

Sagum, est etiam uestis stragulæ genus, non dissimilis cilicio. Sueton. in Othone, capit. 2. Ferebatur & uagari noctibus solitus, & inualidum quemq; obuiorum uel potulentum corripere, ac distento sago impositum in sublime iactare. id est, sago excutere sursum uersus. Hæc Budæus. Cicero Trebatio, lib. 7. 10. 4, Valde metuo ne frigeas in hybernis: quamobrẽ camino luculento utendum censeo. Idem Mutio & Manilio placebat, præsertim qui sagis non abundares: quanquam uos nunc istic satis calere audio. Colum lib. 1. cap. 8. 6, Quæ cuncta prohibentur pellibus manicatis, centonibus confectis, uel sagis cucullis.

¶ Sagulum, penult. corr. Diminutiuum (ἱματίδιον, σαγίδιον, σαγίδιον) Virgilius 8. Aeneid. 132,

Virgatis lucent sagulis. Cic. in Pisonem, 43, Togulæ lictoribus ad portam præstò fuerunt: quibus illi acceptis, sagula reiecerunt, & cæteruam imperatori suo nouam præbuerunt.

Fulgentis sagula honor. Sil. lib. 17. 107.

Sagulum græcum. Liu. 7. ab Vrbe, 165.

Sagulum Hispanum, apud Liuium lib. 7. bel. Pun. 116.

Sagulo militari coopertus. Liu. 1. bel. Pun. 14.

¶ Sagatus. penul. prod. (σαγανοῦς) Adiectiuum. Qui sago indutus est. Mart. lib. 6. 11.

Vis te purpureum Marce sagatus amem?

Deinde cras sagati prodeamus. Cic. 14. Philip. 386.

Sagati etiamnum erant ad bella exeuntes, ut paludati Consules, & reliqui exercituum duces, qui Imperatores etiam uocabantur. Budæus.

Galli sagati, brachatiq; Cic. pro Fonteio, 10.

¶ Sagulatus, pen. prod. Adiect. (ἐφεστρωδωτὸς) Sagulo indutus. Sueton. in Vitellio, cap. 11, Vrbem deniq; ad classicũ introijt paludatus, ferroq; succinctus, inter signa atq; uexilla, sagulatis comitibus, ac detectis commilitonum armis.

¶ Sagarius, sagarij (σαγανοπώλης) Qui saga uendit.

¶ Sagaria, sagariæ (σαγανοστάλις) Exercitium uendedi saga: sicut ab argento, argentaria. Vlpianus de Tributaria actione, Dans negociationes exercebat puer, sagariam & lintearium.

Saguntia] σαγουντία, Ptolem. eo libro 2. capit. 4. & Plinius libro 3. Hispaniæ urbs. Eidem etiam Sarguntia dicta, capite 1. 15.

Saguntus] uel Sazuntum (σάγουντον) Hispaniæ ciuitas ultra Iberum fluuium à Zacinthijs condita. Strabo lib. 3, Saguntus occurrit à Zacynthijs condita, quam Annibal con-

tra pop. Rom. fœdera diruens, belli Punici secundi suscitauit incendium. Huius urbis situm eleganter describit libro 1. Silius. Meminit cladis lib. 1. tertiæ Decadis Liuius.

Saij] sunt populi, qui Thracia relicta, in Samum insulam nauigarunt, eam que coluerunt. Strabo libro 10, Sunt qui à Saijs priscis Thraciæ cultoribus, & qui continenti finitimam habitant, Samum appellatam esse dicuntur: seu illi sint, qui Sapæi aut Sinti uocabantur, quos que poeta Sintias nuncupat: aut alij. Saiorum quidem meminit Archilochus,

Quisp. in Saiorum clypeo mactatur,
Quem ad Thamum sine probro non sponte reliquit.

Sais] Præfectura in Asia, authore Plin. lib. 5. cap. 9.

Sais] Ciuitas est in Aegypto, paulo infra Osiridis asylum. distat à Naucrate fluuio schœnisis duobus. Strabo lib. 17.

Saitani] Populi in Asia, de quibus sic scribit Alexander Alexandrinus libro 3. capit. 2. Geinal. dierũ. Sicut Saitanis reges qui imperitãrunt, intra septa templi sepelire assuetum erat: hoc sepulturæ genus optimum pietatis ultimum officium æstimantes.

Sal] Ammoniacus, terræ salsugo est in Libyæ arenis, crescente Luna efferuescens, alumini scissili non dissimilis, glebis oblongis, uenisq; in longitudinem rectis. ἀμμωνιακὸν Dioscoridi. Inuenitur potissimùm in tractu Cyrenaico iuxta Iouis Ammonis templum, unde & nomen accepit. Qui Salem ammoniarum Metopij arboris lacrymam sunt interpretati, in errorem sanè quàm puerilem inciderunt: lacrymam ammoniaram à Sale ammoniaco non distinguentes, cùm tamen sint res diuersissimæ: ut latiusin dictione Ammoniacum uidere possis.

Sal] salis, m. & n. gen. (ἅλς) Quo in condiendis cibis utimur. Dictio græca, ἡ ἅλς, metathesi literarum. Cato, Ex sale qui apud Caithinenses fit. Sallust. in Iugurtha, Neq; salem, neq; alia gulæ irritamenta.

Modius salis. Cic. de Amic. 60.

Concha salis puri. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 3.

Animam pro sale datam sui ait Chrysippus. Cicero 2. de Nat. deor. 238.

Sal torridum. Col. lib. 7. cap. 5.

Fusile sal. Col. lib. 6. cap. 33.

Flos salis. Plin. lib. 38. cap. 10. 20.

Flumina salis. Plin. 31. cap. 7. 3, Sed & summa fluminum dentantur in salem, anne reliquo ueluti sub gelu fluente, ut apud Cassias portas, quæ salis flumina appellantur.

Grumus salis. Plin. lib. 33. ca. 4. 18, Torretur et cũ salis grumo.

Montes salis natiui. Plin. lib. 32. cap. 7. 4, Sunt & montes nati ui salis, ut in Indis Oromenus, in quo lapidicinarum modo cæditur renascens: maiusq; regum uectigal ex eo est, quàm ex auro atq; margaritis.

Aspergere salem carnibus, & sale carnes. Vide Aspergo.

Obruere sale. Vide Obruo.

Sales, pro Condimento ipso. Colum. lib. 7. cap. 8, Aspergitur tritis salibus.

Sal, interdum est ultium in gemmis. Plinius lib. 37. capit. 2. 10. De murrhinis.

Sal (σοφία) pro Sapientia. Terent. Eunuch. 3. 1. 10,

Labore alieno magnam partem gloriam,
Verbis sæpe in se transmouet, qui habet salem
Qui in te est. Vbi Donatus, Sal neutraliter, condimentum: masculinum, pro sapientia.

Sal (γωμυλία, σίλλοι) Vrbanitas, iocus, & dicta ad risum uel delectationem composita, tam singulari quàm plurali numero. Catul. de Quintia, 81. 1,

Nulla in tã magno est corpore mica salis. Hoc est, Nihil ue-

hil uenustum, & sapienter dictum. Quintilianus lib. 6. cap. 4, exponit, nihil in corpore eius esse ridiculum. Plin. lib. 31. cap. 7. 14, Ergo hercule uita humanior sine sale nequit degere, adeoq; necessarium elementum est, ut transierit intellectus ad uoluptates animi quoque. Nam ita sales appellantur, omnisq; uitæ lepos & summa hilaritas, laborumq; requies non alio magis uocabulo constat. Mart. lib. 3. 20,

Lepòre tinctos Attico sales narrat.

Salis enim satis est, sannionum parum. Cic. Pæto, lib. 9. 16. 26.

Sal dicendi & facetiæ. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 2. 11.

Librorum sales. Propertius lib. 3. eleg. 21. 6.

Sal humanitatis. Cic. ad Att. lib. 1. 8. 1.

Sal & lepor, uel facetiæ. Cic. 5. Tusc. 78, C. Cæsaris in quo mihi uidetur fuisse specimen humanitatis, salis, suauitatis, lepòris. Idem 1. Offic. 186, Sale uerò & facetijs Cæsar Catuli patris frater uicit omnes.

Sal & uenustas. Cic. 1. de Fin. lib. 14.

Aspersi sales. Claud. 2. Paneg. 3.

Amari sales. Vide Amarus.

Sal facetus. Plin. lib. 3. 6. cap. 63.

Proterui sales. Satyr. 1. Syl. 6. 2.

Et ridens iocus, & sales proterui.

Nati sales intrà pomœria. Iuuen. Satyr. 9. 2.

Versiculi habent salem ac lepòrem. Catul. ad Aurelium, 16. 2.

Vrbani sales. Cic. Pæto, lib. 9. 15. 9.

Sal, aliquando mare dicitur, quia salsum est, & ex cuius aquâ sal elicitur. Virg. 1. Aeneid. 8,

—& spumas salis ære ruebant.

Mene salis placidi uultum, fluctusq; quietos Ignorare putes? Virg. 10. Aencid. 170.

Rapidum sal. Catul. de Berecynth. 58. 4.

Tremuli salis aduersæ undæ. Catul. Argon. 59. 26.

Vesco sale saxa pereſa. Lucret. lib. 1. 67.

Sale, in nominatiuo etiam dicitur, authore Prisciano. Ennius libro 4. Annal. Cæruleum spumat sale cõferta rate pulsum. id est, Mare.

¶ Salarius, salarij (ἁλοπώλης) Qui sal uel salsamenta uendit. Mart. lib. 1. 126,

Quod uiles pueri salariorum.

¶ Salarius, Adiectiuum (τῦ ἁλός) Quod ad sal pertinet. Liu. 9. bell. Pun. 185, Vectigal etiam nouum ex salaria annona statuerunt. Plin. lib. 31. cap. 7. 14, Sicut apparet ex nomine Salariæ uiæ, quoniam illa sal in Sabinos portari consuêrat. Varro 3. de Re rust. cap. 2. 11.

¶ Salaria uia Romæ est appellata, quia per eam Sabini sal à mari deferebant. Paulus & Sipontinus.

¶ Annona salaria. Liu. 6. bell. Punic. Vectigal etiam nouum ex salaria annona statuerunt.

¶ Salitor, oris, Qui salis tributum colligit. Cicero ad Attic. libro 4, Confecta Britannia, obsidibus acceptis, multa præda, imperata tamen pecunia data salitoribus Britanniæ. Vbi interpres, Salitoribus, præfectis, quos Iurisconsulti Murilegulos appellant, qui salum scrutarentur, margaritasq; Britannicas.

¶ Salarium (μισθὸς) Subst. dicitur stipendium, seu merces, quam quis pro seruitio meritus est. Plin. lib. 31. capit. 7. 14, Sal honoribus etiam militiæq; interponitur, salarijs inde dictis, magna apud antiquos authoritate. Tacit. in uita Agricolæ, Salarium tamen Proconsulari solium offerri, & quibusdam à seipso concessum, Agricolæ non dedit.

¶ Salsus, Adiectiuum (ἁλικὸς, ἁλυλὸς, ἁλμυρὸς, ἁλμυρώδης) Quod salis saporem habet, siue quod sale condsatum est. Plaut. Rud. 14. 31,

Itaque aluum prodisse uoluit nobis salsis poculis.

Aequora salsa. Horat. Epod. 16. 7.

Fluctus salsos pectore reuomere. Virg. 5. Aeneid. 37.

Lacrymæ salsæ. Lucret. lib. 1. 188.

Rubigo salsa. Virg. 2. Georg. 4 4.

Saporis salsi humor. Lucret. lib. 4. 45.

Sudor salsus. Virg. 2. Aeneid. 35.

Salsum, in consuetudine, pro ridiculo tantùm accipimus, inquit Quintil. lib. 6. capit. 4. Cic. ad Papyrium, lib. 9. 15. 4, Accedunt non Attici, sed salsiores quàm illi Atticorum, Romani ueteres atq; urbani sales.

Dictum salsum. Quintil. lib. 6. cap. 3. 4.

¶ Salsè, Aduerbium (ἁλμυρῶς) Cic. 2. de Oratore, 152, Valde hæc ridentur, & hercule omnia quæ à prudentibus, quasi per dissimulationem non intelligendi, subabsurdè salsèq; dicuntur. id est, Acutè, & quasi cum quadam reprehensione.

Dicere salsè. Quintil. lib. 6. cap. 3. 70.

¶ Salsamentum, (ταρίχη, βάμμα, ὀξύγαρον) Quod sale conditur ad usum diuturnum, ut pisces, & cætera id genus. Terent. Adelph. 3. 3. 26,

Salsamenta hæc Stephanio Fac macerentur pulchrè.

Varro 3. de Re rust. cap. 17. 6, Præterea salsamenta in eas piscinas emptitia conijciebat. Sic Cicero 2. de Diuinat. 175, De uino aut salsamento putes loqui quæ euanescunt uetustate.

¶ Salsamentarius (ταριχοπώλης) Quod ad salsamenta pertinet. Plin. lib. 32. cap. 8, Quin & testis cadi salsamentarij tusis cum axungia uetere, mirum in modum prodest. Columb. lib. 2. cap. 10. 12, In uasis olearijs, salsamentarijsq; Plinius lib. 28. capit. 9. 17, Parotidas admista farina salsamentariæ testæ. Sub. sanat.

¶ Salsamentarius, Substant. (ταριχοπώλης) Qui salsamenta uel facit, uel uendit. Author ad Herennium, lib. 4. 239, Vti salsamentarij filio dicas: Quiesce tu, cuius pater cubito fœmungere solebat.

¶ Salsura, salsuræ, penul. prod. (ταρίχευμα) Idem quod salsamentum. Colum. lib. 8. cap. 17. 12, Nulla tamen æquè quàm prædictæ salsuræ pabulum, commodè dantur, quoniam odorata sunt. Idem frequenter lib. 12. cap. 53.

¶ Salsedo, pẽ. prod. salsedinis, f. g. (ἁλυκότης) Ipse salis sapor.

¶ Salina, salinæ, pen. prod. (ἁλυκὶς) Locus ubi fit sal. Cicer. ad Atticum, lib. 5. 99. 3, De struc salinarum planè rogo. Idem pro lege Manil. 10, Quum publicani familias maximas, quas in salinis habent, quas in agris, quas in portubus atq; custodijs magno periculo se habere arbitrentur. Liuius 1. ab Vrbe, 150.

Salinæ ab ora, remotissimæ. Cic. 3. de Nat. deor. 198.

Salinæ pro salibus & iocis, ex ambiguo. Cicero libro Epist. 7, Quibus in literis omnia mihi periucunda fuerunt, præter illud, quòd parùm diligenter possessio salinarum mearum à te procuratore defenditur.

¶ Salinum, salini, penul. product. (ἁλοδοχεῖον) Vasculum in quo sal reponitur, tum ad mensæ usum, tum ad sacrificia paratum. In eo enim cum sale dijs primitiæ offerebantur. Persius Satyr. 3. 3,

—purum & sine labe salinum. Liu. 6. bel. Pun. 183,

Vt salinum patellamq; deorum causa habere posset.

Exiguum salinum. Stat. 1. Sylu. 5. 26.

Regustatum salinum digito terebrare. Persius Satyr. 5. 14.

Salinum ponitur pro quocunque uase fictili mensæ pauperis. Horat. 2. Carm. ode 16. 3,

Viuitur paruo bene, cui paternum

Splendet in mensa tenui salinum.

¶ Salillum, salilli, Diminutiuum. Plaut. Trinum. 8. 70,

—uerum nos homunculi

Salillum animæ.

Purior salillo. Catull. ad Furium, 20. 4.

¶ Sallio, sallis, salliui, sallitum, penult. product. (ἁλίζω) Sallire, Sale condire. Sisenna, Sic meam paludem multi piscium salliendorum causa à nauibus semionustis commeant. Ex Prisciano libro 10.

¶ Sallitus, pen. prod. Participiũ (ἁλιθεὶς) Corn. Seuerus, Ad quem salliti pomiliones adserebantur.

Sallo, cum simplici l (ἁλίζω) pro eodem accipitur. Ouidius 4. Fast. 82,

Farra dèæ, micæq; licet salientis honorem.

Detis, & in ueteres thurea grana focos. Micam salientem pro sale accipit. Columel. lib. 12. cap. 53. 1, Cocto sale, nec nimium minuto, sed suspensa mola infracto diligenter salito. Celsus lib. 2. cap. 18, Item pisces omnes qui salem non patiuntur, solidiùe saliuntur.

¶ Sallo, sallis, salli, salsum (ἁλίζω) Sallere, Idẽ. Lucil. li. 4. Satyr.

Sallere muræna, mercẽ in frigidaria ferre. Salust. in tertio Histor. Parte consumpta, reliqua cadauerum ad diuturnitatem usos fallerent. Hæc ex Prisciano lib. 10.

¶ Salsilago, penult. prod. salsilaginis, fœm. gen. uel Salsugo, salsuginis (ἅλμη, ἁλμυρὶς) Liquor quidam salis. Plin. lib. 31. cap. 7. 18, Præter hoc etiamnum appellatur in salinis salsugo, ab alijs salsilago, tota liquida, marina aqua salsior, ui distans. Idem lib. 18. cap. 12, Ciceris natura est gigni cum salsilagine, ideo solum urit.

¶ Salsitudo, pen. prod. salsitudinis (ἁλυκότης) Humor saporem salis referens. Plin. lib. 20. cap. 14. 9, Salsitudines corporis, si cum uino tradatur, minuit.

¶ Salitura, salsuræ, penult. prod. (ταρίχευσις) Condimentum cum sale factum. Colum. lib. 12. cap. 21. 3, Fœnum græcum quum est aridum factum, molitur, & ex eo molito post salitu ram musti cochlear cumulatum.

Salinator] pen. prod. masc. gen. salinatoris. Liu. Decad. 3. lib. 9. sub finẽ, de M. Liuio, et C. Claudio censoribus loquens, Vectigal etiam nouum ex salaria annona statuerunt, sextãte sal & Romæ, et per totã Italiam erat. Romæ precio eodem, pluris in foris & conciliabulis, & alio alibi precio præbendum locauerunt. Id uectigal cõmentum alterum ex Censoribus satis credebant, populo iratũ: quòd iniquo iudicio quondam damnatus esset. & in precio salis maximè oneratas tribus, quarum opera damnatus erat, credebãt. Inde Salinatori Liuio inditum cognomen. Hæc Liuius. Porrò hic M. Liuius Salinator dicebatur: de quo Cic. in Bruto, 336, Ludi inuẽtutis quos Salinator Senensi uouerat. Quo in loco προλαμβάνει est. nam quum ludos uouit, nondum Salinator dicebatur: ut ex uerbis Liuij apparet, scribentis eum, quum Censor esset, id est, annis tribus postquam Consul ludos uouerat, Salinatorem appellatum fuisse. Sic Tarquinius lib. 1. de Regibus dicitur, qui nondum Tarquinius appellabatur. Prælium autẽ Senense describit Liuius Decad. 3. lib. 7. nõ ita procul à fine.

Sala] σάλα, oppidũ & fluuius Mauritaniæ. Author est Plin. lib. 5. cap. 1. Est item Sala, oppidum magnæ Phrygiæ, Pannoniæ superioris atq; Armeniæ. Ptolemæo lib. 4. cap. 1. Est & Franciæ orientalis fluuius.

Salabastræ] Gẽtes sunt circa Indũ, authore Plin. li. 6. ca. 20.

Salabria] quæ & Sarabrea Ciuitas est Cappadociæ, Ptolemæo lib. 5. cap. 6.

Salacia] σαλαυία, dea aquæ, à salo ciendo appellata. Vnde & à poetis sumitur pro aquæ. Pacuuius, Hinc Salacie sæuitiam fugimus.

Oceanus & Salacia, cæli satu, terræq; conceptu generati. Cicero de Vniuers. 50.

Salacia] Vrbs imperatoria, ad Tagum Lusitaniæ fluuium.

Plin. libro 4. cap. 22.

Salacoma] pen. prod. (σαλάκωμα) Salacomatis, neut. gen. Cic. Attic. lib. 14. epist. 2. Altera epistola de Madaro scripta: apud quẽ nullum salacoma. id est, Apud quẽ nulla mea fuit inanis iactantia, tanquã ineritu Cæsaris recuperata Repub.

Salacon] σαλακὼν, uir fuit, qui quum pauper esset, se diuitẽ simulabat: ut author est Suidas. Huius meminit Cicero Gallo, lib. 7. 25. 6.

Salacon, uel Salaco, fuit Antolyci pater, molliculus, & delicijs diffluens: defamatusq; propterea. Hinc fit substantiuũ nomẽ Salaconia, quo delicatæ molliores significantur. Est deductum nomen à uerbo σαλακωνίζειν, quod nos ceuere dicimus. Hesychio & Suidæ is dicitur Salacon, qui totidem ferè literis ἁλαζὼν uocatur: id est, superbus, arrogans, gloriosus, iactabundus, insolens, præferox.

¶ Salaconia, pen. prod (σαλακωνεία) Græca uox à Latinis usurpata, iactantiam significans cum uanitate & superbia cõiunctam. Quidam & mollitiem interpretantur. Hinc Salaco, salaconis, & plurali salacones, dicuntur homines iactabundi: qui quum iro pauperiores sint, Cræsos tamen quosdã se esse simulant: cumq; Sardanapalo sint effœminatiores, fortitudinis tamen opinionem captant. Cicero M. Fabio Gallo, Cognòsti meam causam, & ipsius Salaconis inæquitatem. Suidas hãc significationẽ fluxisse existimat à Salacone quodam eiusmodi, quales iam depinximus moribus prædito.

Salæ] Populi Themiscyrenæ regionis, apud Plin. lib. 6. ca. 4.

Salamandra] Salamandræ. Plin. lib. 10. cap. 67, Sicut salamandra, animal lacerti figura, stellatum, nunquam nisi magnis imbribus proueniens, & serenitate deficiens. Huic tantus rigor, ut ignem tactum extinguat, non alio modo quàm glacies. Eiusdem sanie, quæ lactea ore uomitur, quacunque parte corporis humani cõtacta, toti defluunt pilci; quod contactum est, colorem in utiliginem mutat. Aristoteles de natura animalium, scribit esse animal in igne uiuens.

Salamantica] Ptolemæo lib. 2. cap. 5. oppidum est in Orientali tractũ Lusitaniæ in Hispania Verronẽ: uulgo Salamãca.

Salambo] Salambonis: Salambonem Babylonij Venerem dicunt. Lampridius in Heliogabalo: Salambonẽ (inquit) omni planctu Syri. ci cultus de iactatione exhibuit.

Salambriæ] σαλαμβρία, Ciuitas est Cappadociæ, in Garaucrotæ præfectura, Ptolemæo lib. 5. cap. 6.

Salaminus] unus ex ijs dijs, qui Idæi appellãtur. Lilius lib. Historiæ deorum, Syntag. 1. Sunt qui Idæos quatuor tantùm numerent: Salaminũ, Damnanemum, Herculem, & Acmonẽ. Hos Rheæ Deûm matris ministros, id est, dactyles dixerunt.

Salamis] uel Salamin, pen. corr. huius Salaminis, pen. prod. siue Salamina (σαλαμὶς) insula in mari Euboico, contra Athenas sita, in qua urbs est eiusdem nominis, ubi Telamon Aiacis & Teucri pater regnauit. Sed quum reuerteretur Teucer à bello Troiano, nec inimicos Aiacis ultus fuisset, expulsus à patre, in Cyprum nauigauit: ibiq; urbem aliam condidit, nomine Salaminam. Inde Iouis Salaminij cognomen; Teucro authore, qui ad Salaminem huic deo insigne & magnificum templum extruxit, ut author est Tacitus lib. 3. Cic. 1. Offic. 106, Citeturq; Salamis clarissimæ testis uictoriæ.

¶ Salamina. Cic. 1. Tusc. 177, Antè enim Salaminã ipsam Neptunus obruet, quàm, &c.

¶ Salaminus, pen. prod. Adiect. (σαλαμινὸς) Cic. 2. Tusc. 177, Salaminum trophæum. Et pro Archia, 14, Homerum Dolophonij ciuem esse dicunt suum, Chij suum uendicant, Salaminij repetunt: Smyrnæi uerò suum esse confirmant.

¶ Salaminius, possessiuum, (σαλαμίνιος) Ex Salamine urbe: unde Solon Salaminius dicitur.

¶ Salaminiacus, pen. cor. (σαλαμινιακὸς) Aliud adiectiuum: ut,

M.re Salaminiacũ.id eſt,Mare Salaminis inſulæ.Luc.li.5.22

Salanga] σαλάγγη, *Mons altiſſimus mari imminens, inter Britanniam (quã hodie Anglaterrã, ſiue terræ angulum iro nicè Galli appellauimus) et Hyberniã à Salanga Barculani primi habitatoris Hiberniæ Filio dictus. Hodie mõs D. Domi nici appellatur, à Monaſterio ibi p D. Dominicũ extructo.*

Salaphitanũ] *Vrbs Africæ prouinciæ,apud Plin.li.5.ca.4.*

Salapia] *Vrbs fuit in Brundusio agro.Alexãder Alexandri nus lib.Genialiũ dierũ,1.cap.ult.Eſt item urbs Apuliæ Dau niorũ,meretricio Hãnibalis amore nobilitata.Plin.li.3.ca.11*

Salapuſius] *à Sale & Puſius compoſitum nomen. Puſius enim, ſiue puſius, & puſio,apud Latinos dicitur puer. Quo nomine dictus eſt Caluus, Catulli familiaris,tanquã puer ob ſtaturam puerilem, plenius ſalis & oratoriæ mordacitatis.*

Salaria] *uia.Vide* Sal.

Salaria] *regio Italiæ,ſuis caſtaneis Romæ nobilitata, qua & Salarianas appellarunt. Plin.lib.15.cap.23, Pura & plana eſt ex eis & Salariana.*

Salarium] *Vide* Sal.

Salas] *Fluuius Germaniæ,inter quem & Rhenũ,quũ Druſus Germanicus belligeraret, domitis hoſtibus victor oppetiit. Strabo lib.7.*

Salaſſi] σαλασσοι, *Ptolemæo lib. 3.cap. 1. nunc Saluſiani, Le Marquiſal de Saluſſes. Regio ſeu Marcha eſt nobiliſſima inter Alpium iuga, auro abundans, quæq; olim Ebredunum Pedylorum metropolim attingebat. ea Salaſſos habitatores habuit:de quibus multa Strabo lib. 4.*

Salaucer] *Colchorũ rex ditiſſimus,ob peritiã auri inueniendi. De eo ſic Plin.lib.33.cap.3, Iã regnauerat in Colchis Sa lauces & Eſubopes,qui terram uirginẽ nactus, plurimũ ar genti auriq; eruiſſe dicitur in Samnorum gente,& alioquin ueteribus aureis inclito regno. Sed & illius aureæ cameræ, & argenteæ trabes narrantur,& columnæ, atq; paraſtatæ, uicto Seſoſtre Aegypti rege tam ſuperbo, ut prodatur annis quibuſq; ſorte reges ſingulos è ſubiectis iungere ad currum ſolitus,ſicq; triumphare.*

alax] *ſalacis, pen.prod.om.gen.* (ἀφροδισιαστικὸς) Libidi ne pruriens. *Colum. lib.7.cap.9.1, Maximeq; quod ad rem pertinet,quam ſalaciſſimos oportet eſſe mares, qui & anni cula ætate commodè progenerant.*

Aquæ ſalaces.id eſt, Scaturientes,quaſi è terra proſilientes.

Artes ſalax.Ouid.4.Faſt.156.

Salaces cibi,Venerem concitantes:ut Erucæ ſalaces. Ouid.2.de Remedio amor.81.

Herba ſalax.Ouid.2.de Arte,85.

Taberna ſalax.Catull.ad contubernales,35.1.

¶ *Salacitas,pen.corr.ſalacitatis* (τὸ ἀφροδισιαστικὸν) *Plin.lib. 10.cap.36.1,Paſſeri minimum uitæ,cui ſalacitas par.*

Saldæ] *colonia* (σάλδαι κολώνιαι) *Mauritaniæ Cæſarienſis urbs Ptolemæo authore lib.4.cap.2.hodie Alger,uel Alge ria: Barbaroſſæ regnum.*

Salduba] *Vrbs Hiſpaniæ apud Melam, lib.2. Nunc uulgò dicitur Vbeda,teſte Oliuario.*

Sale] *Stagnum eſt Mæoniæ, eodem in loco in quo olim Sypi lũ,totius regionis caput,terræ hiatu deſedit.Plin.li.5.ca.29.*

Salebræ] *pen. corr. ſalebrarum* (ἀνώμαλα) *à ſaltu dictæ, ut ait Nonius. Sunt loca inæqualia & aſpera, quæ quaſi ſine ſaltu præteriri non poſſunt Martial.lib.11.84,*

Carminaquãlia probas,molli quæ limite currunt,
Sed quæ per ſalebras,altoſq; ſaxa cadunt. Hîc per transla tionem.Propert.lib.3.eleg.16.3,
Luna miniſtrat iter,demonſtrant aſtra ſalebras. Horat.1. epiſt.18.11, Qui queritur ſalebras & acerbum frigus. Cic. 2.de Finibus,52, Hîc ſi diffinire & diuidere didiciſſet, ſi lo

quendi uim, ſi deniq; conſuetudinem uerborum teneret, nun quam in tantas ſalebras incidiſſet. id eſt , in tantas aſperita tes,& incultas orationis formulas.

Salebra,in ſingulari. Valer.Max.lib. 6, Triſtitiæ ſalebra.Apul. lib.1.Metam. Verborũ ſalebra.Cic. 5. de Fmib.144, Quod ueſtri non item,tria genera bonorum,procliuius currit ora tio,uenit ad extremum,hæret in ſalebra.

¶ *Salebroſus,pen.prod.Adiect.* (τραχυματώδης) Quod mul tas habet ſalebras,quodq; eſt aſperum. *Virgilius,*

— non tam ſalebroſus ut antè. Martial.lib.11.3,
Lectores tetrici ſalebroſam ediſcere Sanctram. Per tranſ lationẽ. Quintil.lib.11.cap.2, Inde interruptus actionis im petus, & reſiſtens ac ſalebroſa oratio.

Salebroſa & exiliens oratio. Seneca epiſt.101.

Salentia] σαλεντία, *Vrbs Meſſapiorum: à qua,*

¶ *Salentinus, pen.prod.* (σαλεντῖνος) *nomen gentile, Stephã no. Ouid.15.Metam.11,*

Præterea & Sybarium,Salentinumq; Neæthum.

Cohortes Salentinæ.Silius lib.8.114.

Salentini] σαλεντῖνοι, *Populi dicti, quòd in ſalo amicitiam fecerint Idomeneus & Locrenſes. Hos, Strabo ſcripſit eſ ſe Cretenſes.*

Regio Salentinorum,Quæ nunc (ut quidã uolunt) terra Idrun ti,ſiue terra de Bari uocatur, in Italia ſita eſt,& Apuliæ fini tima.De quibus Virg.lib.3.Aeneid.80,

Et Salentinos obſedit milite campos. In ea eſt Iapygium promontorium,quod et Salentinum dicitur. Sale dicitur Pom po. Melæ, lib.21. Saluſtius, Omnis Italia coacta in anguſtias ſciditur in duo promontoria,Pachynum & Salentinum.

Salentini campi, peninſulæ forma intra Tarentinum & Adria tici ſauces propanſi, Iſthmo ſe iuxta Brundusium & Rudias contrahente, non amplius CCCX. ſtadijs lato,quod ex Pto lemæi tabula diſcitur. A ſalo autem, id eſt,mari, dictos autu mat Feſtus Pompeius.

¶ *Salentinum,pen.prod.* (σαλεντῖον) Ptolemæo promontorii eſt extremũ totius Italiæ , quo illa quam longiſſimè in mare excurrit , quod alio nomine Acran Iapygiam Græci expel lant.*Plin.lib.3.cap.11. Sale dicitur à Pomponio Mela lib.2. cap.1.Primus (inquit) Tarentinus dicitur inter promonto ria Salen & Lacinium, in eoq; ſunt Tarentus, Metapontũ, Heraclea, Croto,Turium.*

Salernum] σάλερνον, *Picentinorũ oppidum in Italia. Plin. lib.3.cap.5.34, A Surrento ad Silarũ amnem XXX. M. paſſ. ager Picentinus fuit , Tuſcorũ ĩpſum tunonis Argiuæ ſub Iaſone condito inſignis. Intus oppidũ Salerni,Picentia. Volaterranus dicit,Salernum fuiſſe ab Romanis cõtra Picen tes & Lucanos munitũ , ob initã cum Annibale ſocietatem.*

Pugnax Salernus. Silius lib.8.11.

Sales] *Vide* Sal.

Salices] *Vna ex Iouis filiabus, quam Nilo ortam Mineruã, Aegyptij fabulãtur. Alex. Alexan. Genialiũ dierũ,li.6.ca.4.*

Salgama] *pen.corr.* (σαλγαμαι) *appellabantur à priſcis, quæcunq; conditanea ad uictum in uaſis ſeruabantur,inter dum ſicca, ſæpe cum liquamine & iure: utputa mala,pyra. fici,uuæ,rapæ. Colum.lib.10.12,*

Tempore non alia uili quoq; ſalgama merce
Capparis,& triſtes mulæ,ſeruleq; minaces Plantantur. Idem.lib.12.cap.4.3, Poſt præceptum, locum & uaſa ido nea ſalgamis præparari iubent , locum eſſe debere auerſum à ſole,quàm frigidiſſimum & ſiccisſimũ, ne ſitu penora mu corem contrahant. In codice Imperatorio, lib. 12, leginus ſalgami nomine contineri culcitram,lignum,oleum.

¶ *Salgamarius, ſalgamarij* (σαλγαμοπώλης) *Colum.lib.12, cap.44, Libros tres edidit , quos inſcripſit nominibus co*

ci,&

ci, & cetarij & ſalgamarij.

Salganeus] *Perſarum dux à Metabate non procul ab Euri po interfectus. Suſpicabatur Metabates præ malitia claſſem eò fraude illum conleciſſe,et anguſtum in mare minimè per uium induxiſſe. At ubi intellexiſſet , falſum ſe, Barbarus ille pœnitentia ductus, ipſum claſsis ductorẽ indigna cæde per emptum cernens,honore ſepulturæ decorauit.Strabo lib.9.*

Salganeus] *Locus in Aulide ad Euripum fluuium: de quo ſic Strabo lib.9, Propè quidem locus eſt ſublimis,cognomẽ to Salganeus, ab Salganeo cognomentum aſſequutus, ibi ſe pulto. Is homo fuit Bœotius originẽ, qui ſeſe nauigantibus è Malea hoc mare Perſis ducem præbuit. Ipſum uerò claſsis præfectus Metabates, priuſquam Euripum attingeret, occi dit,& occiſum in eo loco ſepeliuit.*

Sali] *per ſimplex i , auiculæ ſunt, quas Ariſtoteles* ἀκρίδας, *et* ἀκρίδια *appellat.fœcũditatis magnæ,ut Perdices, Gallinæq;. Plin.lib.10.cap.52,Plurima ouà pariũt Struthiocameli,Gal linæ,Perdices,Sali.*

Salia] σαλία, *fluuius eſt Hiſpaniæ ad oram Britannici maris, à quo Saleniacolæ dicti: quos Selinos Ptolemæum lib.2.cap. 6. nominaſſe exiſtimat Hermolaus.*

Saliares, *cœnæ* (σαλιάριοι δεῖπνοι) *authore Feſto , Magnæ & copioſæ cœnæ dicebantur , & opiparæ : quales ſolebant facere Salij ſacerdotes Martis. Vide* Salij.

Salica *lex. Vide* Salij *Germaniæ populi.*

Salicaſtrum] *ſalicaſtri* (ἀγριόμηλον) *Plin. lib.23.cap.1. 10,Eſt labruſcæ ſimilis,ſed in ſalictis naſcens:ideo diſtingui tur nomine,quum eoſdẽ uſus habeat , & ſalicaſtrũ uocatur.*

Salicetum,Salictum,Saligneus] *Vide* Salix.

Salici] *Populi ſunt in Cordubenſi conuentu.Plin.lib.3.cap.1, Cõuentus uerò Cordubenſis circa flumẽ ipſum Oßigi , quod cognominatur Laconicũ, Illitirgi,quod Forumiulium,Ipa ſturgi,quod Triumphale.Et paulo poſt,Mox Ripepora fœ deratorum,Salici.*

Salientes] *Vide* Salio.

Salij] σάλιοι, *Sacerdotes Martis, ſic dicti, quòd in portandis ancilibus ſaltare eos mos eſſet.Liu.1.ab Vrbe,82, Numa itẽ Salios duodecim Marti Gradiuo legit, tunicæq; pictæ inſi gne dedit, & ſuper tunicã æneũ pectori tegimen , cæleſtiq; arma (quæ ancilia appellantur) ferre, ac per urbem ire ca nentes carmina cũ tripudijs ſolenniq; ſaltatu iuſſit. Sic 4.ab Vrbe,235.Et Plin.lib.21.ca.3.5.Cic.3.de Orat.109, Vt epu larũ ſolenniũ fides ac tibiæ, Saliorumq; uerſus indicat. Ouid. 3.Faſt. Iam dederint Salijs à ſaltu nomina dicta.*

Exultantes Salij. Virg.8.Aeneid.133.

Curia Saliorum.Cic.2.de Diuin. 58.

Iidem uocantur Saliſubſuli,à Catullo,17.ad Colonium,2.

Dapes ſaliares.Horat.1.Carm.ode 37.1.

Carmen ſaliare Numæ.Horat.2.epiſt.1.18.

Epulati ſumus ſaliarem in modum.Cic.Attic.lib.5,epiſt.9. hoc eſt,Copioſè admodũ, quales erant cœnæ Saliorũ ſacerdotũ.

¶ *Salius,Adiectiuum:ut, Salius mos.Horat.1.Carm.ode 36,*

Neu morem in Salium ſit requies pedum. id eſt, Neu ceſ ſemus Saliorũ more ſaltare. Erant autem Salij Martis Gra diui ſacerdotes,à Numa Pompilio inſtituti,qui certis anni tẽ poribus,carmina cantabant,cum tripudijs & ſaltibus ſolen nibus:de quib.qui plurã ſcire uolet,legat Dionyſ. Halicarn. lib.2.Ex Lambino.

Saliæ] *uirgines Cincius ſalias uirgines eſſe ait conductitias, quæ ad ſalios adhibebãtur cũ apicibus paludatæ,quas Aelius Stilo ſcripſit ſacrificium facere in regia cum Pontifice palu datas,cum apicibus in modum ſaliorum.Feſtus.Ego Salias,il lis non abſimiles exiſtimo,quas Salijs Prouincialibus Aqua trum Sextiarum (quæ urbs in Prouincia eſt Maſſilienſium) ciues Sacramentario die,per uicos ſalire,uident.*

Salij] σάλιοι, *Germaniæ populi, qui & Franci dicuntur, eius regionis incolæ quæ uulgò Franconia uocatur. Sidonius , Sa lius pede , falce Gelonus. Ammianus Marcellinus lib. 17.de Conſtantio ſcribens, Quibus, inquit, paratis, petit primòs õ mnium Francos, eos uidelicet quos conſuetudo Salios appel lauit. Andreas Althamerus in Tacitum, ſuſpicatur ità fuiſſe nuncupatos ab Sala fluuio. Francia enim illa Orientalis irri gatur fluminib. Mœno, Radiantia, Aeſto, Sala, Sinna, & Tu bero. Hi Gallis expulſis, eorũ ſedes occuparunt, Franciamq; de ſuo nomine appellarunt. Ab his Salijs putat Alciatus le gem Salicam nomen duxiſſe, quaſi dicas Francicam.*

Salinæ] *arum: Vrbs Siciliæ iuxta Lilybæum , palmis abun dans, Sunt & aliæ non paucæ eiuſdem nominis urbes, à ſal ſis fontibus nomen ſortitæ: inter quas minimè conuenit præ teriri, quæ apud Sequanos uiſuntur, & ſtructuræ genere et ſalis prouentu adeò admirandæ , ut non immeritò octauum ſibi locum inter orbis miracula poßint uendicare. Vulgò à nobis dicuntur Salins, non procul à Claudiano monte.*

Salinæ,& Salinum] *Vide* Sal.

Salio] *ſalis, ſaliui, uel ſalij , uel ſalui diuiſis ſyllabis , ſaltum* (πηδάω, ἅλλομαι) *ſalire.Virg.2.Georg.77,*

Mollibus in prato unctos ſaliere per utres. Quidam le gũt,ſaluere.Plin.lib.10.ca.38.1,Saliũt aliquæ aues,ut paſſe. Ad ſtrepitum tibicinæ ſalire.Horat.1.epiſt.14.5. (res.

Saliendo ſe exercere.Plaut.Bacchid.8.25.

Salire de muro.Liu.5.bel.Pun.130.

Salire è terra.Lucret.lib.1.38.id eſt, Prodire,emitti.

Grando ſalit in tectis.Virg.1.Georg.90.

Arbuſta ſaliunt è terra.Lucret.lib.1.38.

Salit mihi cor.per translationem.Plaut.Ciſcl.7.9.

Salire dicuntur animalia ratione carentia , quando mares in eunt fœminas:nam ſaliendo aſcendunt.Ouid.2.de Arte,97.

Læta ſalitur ouis,tauro quoq; læta iuuenca eſt.

Salire matrem, de equo dicti.Varro lib.2.de Re ruſt.cap.7.8.

Salire in aqua.Varr.3.de Re ruſt.cap.10.2.

¶ *Saliens,Participium* (ἁλλόμενος) *ut,*

Aqua ſaliens pro Currente.Plin.epiſt.41.

Grandine ſaliente graues ceciderunt nimbi, Ouid. 14. Meta morph. 109.

Riuo ſaliente ſitim reſtinguere.Virg.5.eclog.10.

Vena ſaliens ſanguine.Virg.3.Georg.92.

Salientes Latinis dicũtur capita fiſtularum , atq; etiam ipſæ tu bulorum, fiſtularumq; ſcatturigines, quæ & ſiphunculi dicen tur, & ſipunculi, ab aquæ expreßione , tanquam ex ſipho ne ſaliẽtis. Hos Græci ὑφοὺς *dicunt. Vitruuius lib.8.cap.3, Hæc maximè conſiderantur Athenis : ibi enim ex eiuſmodi locis fontibus, & in Aſty, & ad portum Pyræum, ducti ſunt ſalientes, è quibus bibit nemo , ſed lauationibus & reliquis rebus utuntur , bibunt autem ex puteis. Ibidem,cap.7. Bu dæus.Cic.ad Q.fr.at.lib.3.17.5, Equidem hoc quod melius intelligo, affirmo, mirifica ſuauitate te uillam habituram pi ſcina & ſalientibus additis palæſtra,& ſylua uindicata.*

¶ *Salto, ſaltas* (ὀρχέομαι) *ſaltare frequentatiuum , Tripudia re.Cic.in Catil. 42, Hi pueri tam lepidi, ac delicati, non ſo lùm amare & amari,neq; cantare & ſaltare,ſed etiam ſicas uibrare,& ſpargere uenena didicerunt.Vetus exemplar le git,pſallere.Idem 3.Offic. 99, At ſi dares hanc uim M.Craſ ſo, & digitorum percußione hæres poſſet ſcriptus eſſe, qui reuerà non eſſet hæres,in foro mihi crede ſaltaret.*

Nemo ferè ſaltat ſobrius.Cic.pro Mureena,11.

Nudus in conuiuio ſaltaret.Cic.in Piſonem,16.

Laudes alicuius ſaltare:pro, Saltationibus immiſcere, ut ait Bu dæus. Plin.in Paneg.89, Ita cantari & ſaltari commenta

rios, dixit Tacitus de Orator.
In oratione saltare. Cic. in Orat. 132.
Carmina saltantur theatro. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. 5.
Saltata poemata populo. Ouid. 2. Trist. 104.
¶ Saltito, saltitas, pen. corr. Frequentatiuum à salto. Macrob. lib. 3. cap. 14, Sed quid loquor de histrionibus, quũ Appius Claudius uir triũphalis, qui salius aduſq; senectutẽ fuit, pro gloria obtinuerit, quòd inter collegas optimè saltitabat.
¶ Saltatio, Verbale (ὄρχησις, ὄρχημα) Cic. pro Muræna, 11, Intempestiui conuiuij amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Idem 3. de Finib. 38.
Cordax saltatio. Vide Cor.
Saltationi Tityus nomen. Cic. de claris Orat. 149, Quos Sex. Tytius consequutus, homo loquax sanè & satis acutus, sed tam solutus & mollis in gestu, ut saltatio quædam nascereretur, cui saltationi Tityus nomen esset.
Armatam saltationem Curetes docuêre: Pyrrichen Pyrrhus. Plin. lib. 7. cap. 56. 16.
¶ Saltator, pen. prod. Verbale, masc. gen. (ὀρχηστὴς) Cic. pro Muræna, 11. Idem 1. Offic. 210, Adde huc, si placet, unguentarios, saltatores, totumq; ludum talarium.
Facere aliquem saltatorem. Quintil. lib. 1. cap. 12. 10.
Motus certus datus saltatori. Cic. 3. de Finib. 37.
¶ Saltatorius, Adiectiuum (ὀρχηστικὸς) Quod ad saltationem pertinetur, Ludus saltatorius, in quo saltare docetur. Macrobius lib. 3. Cic. in Pisonem, 16, Quumq; ipse nudus in conuiuio saltaret, in quo ne tum quidem quum illum suum saltatorium uerſtiret orbem, Fortunæ rotam pertimescebat.
¶ Saltatrix, penult. prod. saltatricis, pen. prod. Verbale, fœm. (ὀρχήστρια) Cicero in Pisonem, 13, Tu ex tenebricosa popina Consul extractus, cũ illa saltatrice tonsa, Senatum. Reip. occasum atq; interitum lugere uetuiſti.
¶ Saltatricula, saltatriculæ, pen. corr. (ὀρχηστρίσκη) Diminutiuum à Saltatrix. Gellius lib. 1. cap. 5, Dionysiamq; eum notißimæ saltatriculæ nomine appellaret.
¶ Saltatus, huius saltatus, pen. prod. (ὀρχησμὸς) Ipſa saltatio. Liu. 1. ab Vrbe, 83, Per urbem ire canentes carmina cum tripudijs solennióq; saltatu iußit.
¶ Saltura, salturæ, pen. prod. Antiquum (ὀρχηθμὸς) Idẽ quod Saltatio. Plaut. Curcul. 5. 27,
Nunc dum saltura sat bona est, si id feceris,
Vænire poteris inteſtinis uilius.
¶ Saltus, huius saltus, m. g. (ἄλμα, ὀρχηστὸς, πήδημα) Qualis est ceruorum & leporum. Virg. de Turno, lib. 9. ad finem,
Tum demum saltu præceps, sese omnibus armis
In fluuium dedit.
Superbus saltus. Virg. 12. Aeneid. 66.
Facilis saltus. Claud. de bel. Getico, 36.
Agreſtis saltus. Ouid. 14. Metam. 104.
Rapidus saltus. Stat. 1. Achilleid. 36.
Volucer saltus. Stat. 6. Thebaid. 114.
Dare saltum. Ouid. 1. Fastorum. 101. id est, Salire.
Fera saltu fertur super uenabula. Virg. 9. Aeneid. 110.
Insilire saltu. Vide Insilio.
Viam superare saltu. Virg. 3. Georg. 28.
Vti excursione & saltu. Cic. de Senect. 18.
Saltus, Sylua. Vide suo ordine.
¶ Saltuaris, & hoc saltuare, pen. prod. (σκηλήματικὸς) Plin. lib. 2. cap. 95, Sunt & in Nymphæo paruæ insulæ, saltuares dictæ, quoniam in symphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum mouentur.
¶ Saltuatim, pen. prod. Aduerbium (σκηλήματικῶς) hoc est, Per saltus. Gellius lib. 9. cap. 4, Atq; item esse alia apud ultimas Orientis terras miracula: homines qui monomeri appellantur, singulis cruribus saltuatim currentes, uiuacißimæ pernicitatis.
Saltuatim scribere: hoc est, Non scribere rem aliquam suo ordine, sed ut sese offert: id est, digredi. Sisenna lib. 1. Hist. Nos una ætate in Asia & Græcia gesta literis idcirco continentia mandauimus, ne uellicatim aut saltuatim scribendo, lectorũ animos impediremus.
Saliocanus] σαλιοκανὸς, portus Galliæ, urbs apud Ptolemæum lib. 2. cap. 8. Vulgò S. Paulus.
Salici] pen. prod. populi Alpini, Boijs Heluetijsq; finitimi, quos Cato Tauricæ gentis esse arbitratur. Salisorum tellus auriſodinas habet, diuq; olim potẽtes fuerunt. Sed Augustus eos deuictos omnes sub corona uendidit. Strabo lib. 5. Græcè scribitur per κ, σαλκῖσοι.
Salisubsulus] Mars, dictus à saliendo subsaltandoq;. Nonius ex Pacuuio.
Saliua] saliuæ, uel Saliuum, saliui, pen. prod. (πτύελον, σιαλὶς, σίαλος) Sputum: quod ferè salis saporem habeat. Vel à saliendo, quòd in ore saliat & crescat. Plin. lib. 28. cap. 4. 5, Quidam uerò aggrauaniti ictus ante conatum simili modo saliua in manu ingesta.
Iungere saliuas oris. Lucret. lib. 4. 223.
Ieiuna saliua. Plin. lib. 28. cap. 4. 3.
Spurca saliua lupæ commiſtæ. Catul. ad Iuuentium, 94. 2.
Tenuis saliua turdorum. Perſ. Satyr. 3. 6.
Saliua lacrymationũ, Humor lacrymarũ. Plin. lib. 11. ca. 37. 22.
Saliua siderum. Plin. lib. 11. cap. 12. 1, Siue est cæli sudor, siue quædam siderum saliua.
Saliua uino innocẽtißima. Plin. lib. 23. ca. 1. 27, Sua cuiq; uino saliua innocẽtißima, sua cuiq; ætas gratißima, hoc est media.
¶ Saliuosus, pen. prod. Adiect. (σιαλώδης) Quod saliuæ saporem habet. Plin. lib. 16. cap. 38. 1, Humor ulmis saliuosus.
¶ Saliuo, saliuas, pen. prod. (σιαλόω) saliuare, Saliuam facere, siue emittere. Plin. lib. 9. cap. 36. 1, Congregantur Verno ĩpore purpuræ, mutuoq; attritu lentorẽ cuiuſdã ceræ saliuãt.
Saliuare, etiam est quod Saluiare quoq; dicitur. Quid autem sit Saluiatum, & Saluiare, uide suo loco. Colum. lib. 6. cap. 5. 2, Tunc panacis & eryngij radices fœniculi seminibus miscendæ, et cum defruti ac moliti tritici farina, candentiq; aqua cõ ſpergendæ, eoq; medicamine saliuandum ægrotũ pecus. Ibidem, cap. 37, de asino admiſſario, Et deſecto uiridi pabulo, & largo ordeo firmandus, nonnunquã etiam saluandus erit.
¶ Saliuarius, Adiectiuum (σιαλικὸς) Plin. lib. 9. cap. 51. 3, Quæ durioris testæ sunt, ut murices, purpuræ, saliuario lentore proueniunt. id est, Viſcositate saliuæ.
Saliunca] saliuncæ (νάρδος, νάλτης) ut putat Ruellius, lib. 2. cap. 7, Herba ſtatim è terra exiliens. Plin. lib. 21. cap. 7. 7, Saliunca ſoliosa quidem est, sed breuis, & quæ necti nõ poßit. Radici numerosæ cohæret: herba uerius quàm flos, densa ueluti manu preſſa, breuiterq; cæſpes sui generis. Pannonia hanc gignit, & Norici, Alpiumq; aprica.
Humilis saliunca. Virg. 5. eclog. 4.
Saliuncanus] Portis, maritimum Galliæ Celticæ oppidũ, ea in parte, qua Britanniam insulam spectat. Author Ptolemæus lib. 2. cap. 8.
Salius] salij: authore Polemone nomen proprium Arcadi cuiusdam, qui ab Aenea ex Arcadia in Italiã transiectus, iuuenes Italicos ἐνόπλιον saltationem docuerit. Pompeius Festus Salios à saliendo dictos esse, quanuis dubitari non debeat: tamen Polemon ait, Arcada quendam fuisse nomine Salium, quem Aeneas à Mantinea in Italiam deduxerit, qui iuuenes Italicos, ἐνόπλιον saltationẽ docuerit. At Critolaus Saonens ex Samothrace cum Aenea Deos penates, qui Lauinũ transtulerit, saliare genus saltãdi instituisse, à quo appellatos esse salios; quibus per omnes dies ubicunq; manent, quia ample ponũtur cœnæ, si quæ aliæ magnæ sunt, saliares appellãtur.

Salix] salicis, pen. corr. f. g. (ἰτέα) Arbor, à saliendo dicta: uel quòd fata, uel casu terræ impacta salit ac surgit. Vide Plinium lib. 16. cap. 37. Virg. 10. eclog. 6,
Mecum inter salices lenta sub uite iaceret.
Amnicolæ salices. Ouid. 10. Metam. 20.
Amaræ salices. Virg. 1. eclog. 16.
Cyrnia salix. Ouid. 5. Metam. 119.
Fœcundæ salices uiminibus. Virg. 2. Georg. 90.
Glaucæ salices. Virg. 4. Georg. 37.
Lenta salix. Virg. 3. eclog. 17.
Teneræ salices. Lucret. lib. 2. 73.
¶ Salignus. Adiectiuum (ἰτινὸς) Quod ex salice factũ est. Colum. lib. 7. cap. 11, Quippe uel foliis, spinisq;, uel perticis sãligniſ alitur.
Crates umbonum salignæ. Virg. 7. Aeneid. 127.
Falx saligna. Virg. 4. Georg. 22.
Fores salignæ. Stat. 4. Thebaid. 33.
Fustis salignus. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 5.
Lectus salignus. Ouid. 8. Metam. 133.
¶ Saligneus, Aliud adiectiuũ, Idem (ἰτινὸς) Colum. lib. 7. cap. 10. 2, Deinde ab ictu uirgæ oportet tumentẽ uenam ferro rescindi, detractoq; sanguine colligari saligneo libro, uel etiã ulmeo. Idẽ lib. 11. cap. 3. 27. Et lib. 6. ca. 2. 3, Salignea claua.
¶ Salicetum, saliceti, pen. prod. & per syncopen, Salictum, salicti (ἰτιὼν) Locus salicibus consitus. Varro, Idoneus locus eligendus ubi faciat salictum.
Flos salicti. Virg. 1. eclog. 11.
Amœna salicta. Cic. 1. de Diuinat. 73.
Canentia salicta fronde glauca. Virg. 2. Georg. 3.
Densis salictis obsessa palus. Ouid. 11. Metam. 73.
Humile salictum. Iuuenal. Satyr. 11. 7.
Inculta salicta. Virg. 2. Georg. 83.
Vdum salictum. Horat. 2. Carm. ode 5. 2.
¶ Salictarius, Adiectiuum, Qui salictum curat, & ex eo materiam saligna uiti pedandæ iungandæq; parat. Meminit Cato de Re ruſt. ubi de uinea instituenda loquitur.
Sallio, Sallo] Vide Sal.
Saluſtius Criſpus] σαλλούστιος κρίσπος, C. Saluſtij nepos. Tacitus lib. 3. Criſpum Equestri ortum loco, C. Saluſtius rerum Romanarum florentißimus author, sororis nepotem in nomen adsciuit. Vide Criſpus. Quintil. lib. 2. cap. 5. 13.
Saluſtiana breuitas. Quintil. lib. 4. cap. 2. 33.
Salmacis] Salmacidis, Nympha Cœli et Terræ filia, fertur cau ſa fontis Halicarnaſ. aquæ appellandæ fuiſſe Salmacidis, quã qui bibiſſet, uitio impudicitiæ molleſceret, ob eam rem, quòd eius aditus anguſtatus parietibus, occaſionem largitur iuuenibus petulantibus antecedentium (alijs accedentium) puerorum puellarumq; uiolandarum, quia non patet refugium. Ennius, Sal macidas ſpolia siue sudore & sanguine. Ita enim legendus est ille senarius, nõ Salmacida. Festus. Itaq; M. Cicero lib. 1. de Officio, cap. 21. Intelligendum est, & c. sic reſtituendus est: Et ſi quid eiuſmodi: Salmacidæ ſpolia siue sanguine & sudore.
Salmacis] pen. corr. (σαλμακὶς) Fons in Caria, iuxta Halicarnaſſum. Dictus Venereus ab amœnitate incolarum, ubi paßim homines illecti, omnem feritatẽ depoſuerunt. Strabo lib. 14, Salmacis fons, neſcio quam obrem calumniatus, tanquam emolliens eos qui inde bibant. Hominũ enim mollities uidetur ab aere, uel ab aqua cauſam trahere: quum ea minimè sint cauſa mollitiei, sed diuitiæ, & uictus incontinentia. Spolia quoq; sine labore parta, Salmacia dicuntur. Et Salmacia Baias dixit Macer. Ouid. 4. Metam. 58,
Vnde sit infamis, quare malè fortibus undis
Salmacis enerues, tactosq; remollit artus, Discite.
Vide ibi fabulam.
Vndæ obscœnæ Salmacis. Ouid. 15. Metam. 54.
¶ Salmacis, pen. corr. Adiectiuum (σαλμακὶς) ut, Salmacides aquæ. Plin. lib. 31. cap. 3. 6, Nam nitroſas atq; salmacidas, in desertis Rubrum mare petentes, addita polenta, utiles intrà duas horas faciunt.
Salmani] Gentes sunt in Arabia. Author Plin. lib. 6. cap. 26.
Salmantica] σαλμάντικα, Ptolemæo lib. 2. cap. 5. Alto nomine Salmanca, Hiſpaniæ Luſitaniæ urbs.
Salmideſſus] Regio Ponti ſiniſtra, quam cœno increuiſſe, Strabo lib. 1. author est. Vide eundem lib. 7.
Salmo] Salmonis, m. g. Genus piscis. Plin. lib. 9. cap. 18. 1, In Aquitania salmo fluuiatilis marinis omnib. profertur. Quibusdam tamen salmo rectius placet dici.
Salmone] Vna ex octo urbibus Piſanæ regionis, in qua olim Salmoneum imperaſſe author est Strabo lib. 8.
Salmoneus] Rex Piſanorum, qui celebres fuerunt in Asia populi. Vide in ditione Salmone.
Salmoneus] pen. prod. tryſyllabum (σαλμωνεὺς) Aeoli filius non regis uentorum, sed cuiuſdam apud Elidem, ubi regnauit: qui fabricato põte æreo, ſuper eum agitabat currus, ad imitanda tonitrua: & in quem iaculatus esset faciem, eum iubebat occidi. Hic poſtea uerum expertus est fulmen. Hactenus Seruius, enarrans locum Virgilij 6. Aeneid. 117,
Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas, &c.
¶ Salmonis, pen. pro. huius Salmonidis, Patronymicũ, fœm. ge. Nympha Salmonis, Tyro Salmoneos filia. Valer. 5. Argon. 96. Ex hac & Cretheo natus est Aeson Iasonis pater.
Salmoxis] Dæmon quidam Thracum. Herodot. lib. 4.
Salnitrum] ut uulgò nunc dicitur, factitium est, & ad torumenta ignium miſsilia repertũ, uctoribus autem fuiſſe uidetur incognitum ἀνάντροφον: corrupta tamen dicto est. nam legitur apud Plinium: Sal & nitrum ſulphuri concoctum in lapidem uertitur. Vide in dictione Nitrum.
Salo] Salonis, Fluuius est apud Celtiberos, non procul à Vilabili oppido, optima ferri temperatura nobilis. Mart. lib. 10, Auriferumq; Sitiam patriumq; Salonem.
¶ Salo] Dalmatarum emporium, quod Cæsar uaſtauit, incendio. Strabo lib. 7, De hinc Dalmatarum littus, & eorum emporium Salo. Ea gens annos complures aduerſus Romanos bella geßit. Caſtella ad quinquaginta habuerunt dignitate præſtantia. In his & oppida quædam Salo, Priamo, Niuia, atq; Sinotium & rerum & uetuſtum: quæ Cæsar Augustus uaſtarit incendio.
Solobriasæ] Populi sunt circa Indũ, apud Plin. lib. 6. ca. 20.
Salome] es, soror eius Herodis, qui data Antonio pecunia regnum Iudæorum inuaſerat, quo tempore Ieſus Chriſtus de Maria uirgine natus fuit. Strabo lib. 16, Cæsar & Herodis filios, & sororem Salomen, & Berenicen eius filiam, honore proſecutus est.
Salomon] pen. corr. (σαλομὼν) Nomẽ regis Hieruſalem, & pacificus interpretatur. Pacem enim habuit cum omnibus regibus, ſapientißimus iudicatus. Templũ Deo pulcherrimũ extruxit, ut in literis Sacris habetur. Ab Hebræis Salomo ſcribitur, à Græcis uero Solomon.
¶ Salomonius, Poſſeſſiuum (σαλομώνιος) ut, Templum Salomonium, apud Lactantium.
Salon] Regio est Bithyniæ, paſcendis bobus idonea. Vnde etiam Salonenſis caſeus dicitur. Strabo lib. 12.
Salona littorea] Oppidum in prouincia, medio itinere inter Auenionem Cauarũm & Phorenſium Maſſiliam, nobilitatum Cruceo lapidea. Cruceus est planities, quæ cũ quinquaginta

quaginta miliaria per circuitum habeat, non possis tamẽ digito terram tangere, quin te saxum impediat: tantus est lapidũ (quos ex Herculis pugna relictos fabulantur) in ea planitiæ numerus. Sunt & apud Salonam Marij monumẽta, & Cæsaris: nempe callata uia, murus Marius, Augusti lapides, & miſsilia multa paſsim inueniuntur. Gallicè, Salon de crau.

Salonæ] pen. prod. Salonarem (σαλῶναι) urbs Dalmatiæ, capta olim ab Asinio Pollione. Horat. 2. Carm. ode 1.3.

¶Salonius, Adiectiuũ (σαλώνιος) ut, Quercus Saloniæ. Claud. 6. Paneg. 26.

¶Salonimus, pen. prod. (σαλονῖνος) Seruius in 4. eclog. Asinius Pollio, inquit, ductor Germanici exercitus, quum post captas Salonas Dalmatiæ ciuitatem, primò meruisset laureã, pòst etiam Consulatum adeptus fuisset, eodem anno suscepit filium: quem à capta ciuitate, Salonium uocauit: cui nũc Virgilius Genethliacon dicit, quem constat natum risisse statim: quod parentibus omen est infœlicit atis. nam ipsum puerum inter ipsa primordia perijsse manifestum est.

Salonenſis] Vide Salon.

Saloniani] Catones, Catonis Censorij genus apud Romanos celebre, ex Salonio cliente Catonis: cuius ille filiã uxorẽ duxit, atq; genuit anno suæ ætatis LXXX. Plin. li. 7. ca. 14.

Salpa] ſalpæ (σάλπαι) Genus piscis circa Ebusum, obſcœnus alibi, & qui coqui non posſit, nisi uerberatus, ut ait Plin. lib. 9. cap. 18. 1. Ibidem, cap. 51, Salpæ Autumno gignuntur.

Salpiæ] σαλπίαι, Ptolemæo lib. 3 cap. 1, Apulorum urbs in Ionio pelago: Salapia Plinio.

Salpina] Palus in Apulia iuxta Salpiam ciuitatem, meretricio amore Hannibalis inclytam. Lucanus. lib. 5,

Quos recipit ſalpina palus. Sunt qui non Salpiam, ſed Salapiam ſcribant: de quo ſuo loco ſcripſimus.

Salſa] parilla, aut, ut nonnulli uoluerunt, Sparta parilla, Ebulo ſimilis herba: de qua pòst Dioscoridem ſcribit Matthiolus lib. 11. cap. 111.

Salſamẽtum, Salsè, Salſilago, Salſitudo, Salſura] Vide Sal.

Salſicortex] ſalſicorticis, à nonullis appellatur arbor ex genera glandiferarum, quam Græci ἀλίφλοιον nominant. Est autẽ hæc arbor cortice atq; caudice craſsiſsimo, & plerunq; cauato, fungoſoq;. Sola corde caret, etiam quum uiuit putrescens. fulmine frequenter icitur, etiamſi aliitudine non excellat: ideo ad ſacrificia uri nefas erat apud Aeoles. Eadem ferè ſterilis est, & ſiquando glandem tulerit, ea adeò est amara, ut præter ſues, à nullo attingatur animali: ac ne ab iis quidẽ, quum aliud pabulum posſint nanciſci.

Salſos] Amnis in Cassandro Indiæ: Plin. lib. 6. cap. 25.

Salſuſæ] pen. prod. (σαλσοῦσσαι) fons Narbonenſis Galliæ iuxta Ruscinonem, non dulcibus, ſed ſalſioribus, quàm marinæ ſint, aquis deſluens. Pomponius Mela lib. 2. Vulgò Saulſes: ubi est arx munitiſsima regum Hiſpaniæ ditionis.

Saltator, & Saltatrix, Saltatricula] Vide Salio, ſalis, Salto, ſaltas.

Saltem] κεναγῶν, ἔγωγε, ἀλλαμήν, ἀλλ' ἔμ', τὸ ἐλαττον, τοῦ λάχιστον, Coniunctio, per defectionem dicitur, quaſi. Si aliter non poteſt. Seruius. Saltem, Vel hoc. Est autem ſermo tractus à captiuis, qui quũ tenerentur ab hoſtibus, dicebant ſublatis manibus, Salutem concede. Inde per ſynæreſim, hic natus est ſermo, ut in contemptu rerum multarum petituri aliquid, Saltem dicamus. Donatus, Deſperatis: rebus, ſolam petentes ſalutem, hoc uerbo utuntur. Vide Gellium lib. 12. cap. 14. Terent. Andr. 3. 2. 14, —itáne tandem idoneus

Tibi uideor, quem tam apertè fallere incipias doliſ? Saltem accuratè, ut metui uidear. Idem Phorm. 2. 1. 3. Cic. ad Atticum, lib. 8. 160. 5, Quare nunc ſaltem ad illos calcu-

los reuertamur. Eidem, lib. 9. 173, 12, Eripe mihi hunc dolorem, aut minue ſaltem.

Atque aliquo ſi non bono, ac ſaltem certo ſtatu ciuitatis hæc inter nos ſtudia exercere poſſemus. Cic. Varroni, lib. 9. 8. 6.

Vix ſaltem. Quintilianus lib. 6. cap. 5. Illud uix ſaltem præcipiendum uidetur.

Saltiæ] Populi ſunt iuxta Pontum Euximum, pòstea Pheirophagi à tenuitate uictus appellati.

Saltito, Salto] Vide Salio.

Saltuares] Inſulæ in Nymphæo ſitæ ſunt, ita dictæ, quòd ad ictus ſaltantium mouentur. Plin. lib. 2. cap. 95,

Sunt & in Nymphæo paruæ inſulæ, Saltuares dictæ, quoniã in ſymphoniæ cantu, ad ictus modulantium pedũ mouẽtur.

Saltus] huius ſaltus, maſc. gen. uel Saltus, ſalti (νάπη, γάραξ, ὄργαδε, κνημὸς) Denſior ſylua & inuia, quòd ibi arbores ſaliant, in quo paſci & eſtiuare pecudes ſolent: ut ait Valla lib. 4. Sunt qui dicant ſaltus eſſe loca arboribus expedita, quia facilè in his ſaltetur. Virg. lib. 3. Georg. 28,

Saltibus in uacuis paſcant, & plena ſecundum.

Flumina. Plautus Caſina, 23. 20,

Vbi illum ſaltum uideo obſeptum, rogo ut alterum ſinat adire. Saltum Caius Aelius lib. 2. Significationum, quæ ad ius Ciuile pertinent, ita definit, Saltus est ubi ſyluæ et paſtiones sunt, quarum cauſa caſæ quoq;. Si qua particula in eo ſaltu paſtorum aut cuſtodum cauſa aratur, ea res non perimit nomen ſaltui: non magis quàm fundi qui est in agro culto, et eius cauſa habet ædificium, ſiqua particula in eo habet ſyluam. Festus. Cæſar 1. bel. Ciuil. 145, Celeriterq; Pyrenæos ſaltus occupari iubet.

Nemorum ſaltus. Virg. 5. eclog. 12.

Apti ſaltus uenantibus. Ouid. epiſt. 5. 4.

Floriferi ſaltus. Lucret. lib. 3. 3.

Innoxius ſaltus. Vide Innoxius.

Inuij ſaltus. Vide Inuius.

Profundi. Virg. 2. Georg. 79.

Vmbriferi ſaltus. Iuuenal. Satyr. 10. 20,

Cingere ſaltus indagine. Virg. 4. Aeneid. 24.

Magnos canibus circundare ſaltus. Virg. 1. Georg. 28.

Depaſcere ſaltus. Ouid. 5. Faſt. 57.

De ſaltu agroq; communi detrudi. Cic. pro Quintio, 14.

Occupare ſaltus Vide Occupo.

Virides ſaltus peragrare. Lucret. lib. 2. 72.

Sepire ſaltum plagis. Lucret. lib. 5. 251.

¶Saltuarius, ſaltuarij (ἀγροφύλακες) Syluarum ſaltus custos. Pomponius de uſu & habit. lib. 7. l. ſi ita, Dominus proprietatis, etiam inuito uſufructuario, uel uſuario, fundũ uel ædes per ſaltuarium uel inſularium cuſtodire poterit.

¶Saltuenſis, qui ſaltus à publico reduxit, conducitur. Diocletianus & Maximianus Principes, Cura peruigili obſeruare debebit ſublimitas tua, ne coloni, uel ſaltuenſes, ultrò etiã ſe offerentes, ad militiã ſuſcipiantur armatam, aut cogantur inuiti. Per ſaltus paſcunt pecora, ſunt enim herboſi ſaltus: quas ſi cultore deſituas, deſerta ſylueáue sient: itaq; eos haud esse aduocandos ab opere principes conſtituunt. Ex agris quippe ſitis: ex ſaltibus carnes accipimus. Antonianus. Vide l. 1. de fugit. colon. lib. 11. C. & l. 13. qui militar. non possunt, l. 13. de fundis patrimonial. eodem lib.

¶Saltuoſus, penult. prod. Adiectiuum (νεμόδης) Locus ſaltibus plenus. Liuius 7. bel. Pun. 68, Aperta erat regio ſine ullis ad inſidias lutebris: itaque in loca ſaltuoſa cedere inde cœpit.

Saluber, Saluco] Vide Salus.

Saluia] ſaluiæ (ἐλελίσφακος) Herba: dicta, quòd diuersos ſanet morbos. Plin. lib. 22. cap. 25. 27, Nos ſi qui nunc sunt herbarij, eleliſphacon Græcè, Latinè ſaluiam uocant, mentæ ſimilem, canam, odoratam: partus emortuos ea oppoſita extrahunt. item uermes aurium ulcerumq;. Idem libro 26. cap. 6. 2.

¶Saluiatum, ſaluiati, pen. prod. Genus potionis, quo ueterinarij & mulomodici utuntur in ægrotantium animalium curatione. Græcè ποτὸν uocant, à ſaluia, quam ueteres pro succo accipere conſuẽrunt. Quidam tamen uolunt ſaluiatum, à ſaluiæ ſucco deduci. Colum. lib. 6. cap. 10, Recens tuſsis optimè ſaluiato farinæ ordeaceæ diſcutitur. Plin. lib. 27. cap. 11. 7, Ex hac in tres modios ſaluiati additur.

¶Saluio, ſaluias, ſaluiare, Saluiatum in potum dare: uel, ut alij uolunt, ſaluiati more demittere. Colum. lib. 6. cap. 24. 4, Vel tenero olere cõmiſto, torrido, mollitoq; milio, & per unam noctem lacte macerato ſaluiatur.

Salum] ſali (ἅλς) Mare dicitur, à ſapore ſalis. Vel à uerbo Græco σαλεύω, quod ſignificat mouere, fluctuare. Virg. 1. Aeneid. 109,

Perq; undas ſuperante ſalo. Cic. 3. Tuſc. 114, Nec tam erumnoſo naugaſſem ſalo.

Spumante ſalo ſit ſonitus. Virg. 2. Aeneid. 42.

Salus] ſalutis, pen. prod. ſ. g. (σωτηρία, ἀλωφὴ) Incolumitas. Plaut. Capt. 10. 3,

Hic ille est dies, quum nulla uitæ ſalus ſperabilis est mecũ.

Terent. Adelph. 4. 1. 3,

—uitam quidem

(Quod cum ſalute eius fiat) ita ſe defatigãrit uelim,

Vt, &c. hoc est, ſine malo aliquo. Ibidem, 3. 2. 2.

Salus, contrarium habet Exitium. Cic. pro Roſc. Amerino, 88.

Rerum ſalus. Lucan. lib. 2. 45.

Salus Reipub. Cic. 5. Verr. 179.

Salus omnis in ſocijs. Plin. lib. 9. cap. 46. 2.

Cum ſalute. Vide Cum præpoſitionem.

Helenus dubius ſaluis. Ouid. 15. Metam. 88.

Incertus ſum ſalutis meæ. Ouid. 3. Triſt. eleg. 3. 2.

Sociũ ſalutis. Virg. 5. Aeneid. 35.

Vita prima ſalutis. Virg. 6. Aeneid. 20.

Abſumpta ſalus. Vide Abſumo.

Afflicta ſalus. Vide Affligo.

Dulcis ſalus. Ouid. 5. Triſt. eleg. 8. 1.

Inſeſta alicui ſua ſalus. Vide Infeſtus.

Afferre ſalutem. Cic. 3. de Leg. 52.

Amittere ſalutem. Vide Amitto.

Confidere de ſalute. Vide Confido.

Conſiſtit ſalus. Vide Conſiſto.

Conſidere ſaluti. Cic. ad Atticum, lib. 1. 34. 2. Vide Conſulo.

Conſidere de ſalute alterius. Vide Conſulo.

Continetur ſalus publica in columitate. Vide Contineo.

Debere ſalutem ſuam alicui. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15. 1.

Deſerere ſalutem. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 27.

Deſperare ſalutem. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 7. 5.

Dare ſalutem. Cicero 1. de Orato. 17, Dare ſalutem, liberare periculis.

Aeterna ſalute donatus. Lucret. lib. 5. 244.

Ferre opem & ſalutem indigentibus. Cic. 2. de Finibus 187. Et pro Archia, 1.

Fulcire ſalutem. Lucret. lib. 3. 26.

Salutem iacere in reliqua. Vide Iacio.

Impetrare precibus ſalutem. Vide Impetro.

Incumbere ad ſalutem Reipub. Vide Incumbo.

Inuiſa est mihi ipſa quoq; ſalus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14. 1.

Iuncta ſalus noſtra est. Ouid. epiſt. 19. 46,

O' ſocij, quà, prima inquit fortuna ſalutis

Monſtrat iter. Virg. 2. Aeneid. 78.

Periclitanda ſalus. Vide Periclitor.

Noſtra ſalus poſita est in te uno. Ouid. 3. Metam. 130.

Stabili ſalute potiri, Firma eſſe ualetudine. Ouid. epiſt. 19. 35.

Fuga ſalus quæſita. Ouid. 14. Metam. 48.

Reducere ad ſalutem. Cic. Pòst reditum ad Quirites, 12.

Saluti eſſe alicui. Cic. ad Atticum, lib. 183. 4.

Supereſt ſalus. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Ad perniciem uocari, & Ad ſalutem, contraria. Cicero 2. de Orat. 10.

Qui medicis ſuis non ad ſalutem, ſed ad neçem utitur. Cic. de Aruſp. reſp. 32.

Salutem dicere alicui, Salutare, ſalutem precari. Plautus Capt. 7. 29,

Omnium primùm ſalutem dicito mari & patri. Cicero ſalutem dicit Appio Pulchro, Idem 5. Tuſc. 130, Anacharſis Hannoni ſalutem. Sub. dicit. Sic ad Atticum, lib. 4. 87. 5, Dionyſio plurimam ſalutem.

Accipere ſalutem. Vide Accipio.

Aſcribere ſalutem alicui. Cicero ad Atticum, libro 6. 112. 1. Vide Aſcribo.

Salutem dicere fòro & curiæ. Cic. ad Voluminũ, lib. 7. 34. 4, Quas ſi ut uolumus exceperimus, ego uerò multam ſalutem & fòro dicam, & curiæ uiuq; tecum, & cum cõmunibus noſtris amatoribus. hoc est, tubebo uadere curiam, nihil mihi amplius cum curia erit commune,

Dicere multam ſalutem. Vide Multus.

Dic à me illi ſalutem. Vide A' uel Ab.

Dare ſalutem alicui. Ouid. epiſt. 4. 1.

Impertire ſalutem alicui, & Impertire aliquem ſalute. Vide Impertio.

Mittere ſalutem alicui. Ouid. epiſt. 15. 1.

Mittere ſalutem, & Referre ſalutem: pro Salutare, & Reſalutare. Cic. ad Atticum, lib. 16. 333. 7.

Nuntiare ſalutem. Vide Nuntio.

Salus, Remedium. Virg. 2. Aeneid. 71,

Vna ſalus uictis, nullam ſperare ſalutem.

Suprema ſalus in aliquo. Virg. 12. Aeneid. 131.

Salus, Dea ab idololatris credita eſt. Terentius Adelph. 4. 7. 43,

—ipſa ſi cupiat Salus,

Seruare prorſus non poteſt hanc familiam.

Alma ſalus. Stat. 10. Thebaid. 121.

¶Saluber, hæc ſalubris, & hoc ſalubre: uel, hic & hæc ſalubris, et hoc ſalubre, pen. prod. (ὑγιεινὸς, σωτηριώδης) Quod præbet ſanitatem, ut ait Valla. Vnde aer, cibus, locus, ſalubres dicuntur. Colum. lib. 1. cap. 2. 2, Salubri cælo.

Annus ſalubris, & Peſtilens, contraria. Cic. 1. de Diuin. 211.

Aquæ ſalubres. Horat. in Carmine ſecul. 7.

Adoptio ſalubris pupillo. Vlpian. in l. nec ei §. & primum. ff. de adoptionibus.

Aura ſalubris. Ouid. 3. de Arte, 138.

Fluuius ſaluber. Virg. 1. Georg. 55.

Herbis ſalubribus ſanare curas. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 3.

Lympha ſalubris. Propert. lib. 3. eleg. 22. 6.

Maluæ ſalubres corpori. Horat. Ipod. 2. 12.

Huic rei ſalubris. Plin. lib. 8. cap. 27. 2.

Conſilium ſalubre. Cic. ad Atticum, lib. 8. 160. 5.

Factum ſalubre. Ouid. 1. de Remed. amor. 64.

Liber ſtudijs ſalubrior, quàm dulcior. Quintil. lib. 3. cap. 1. 4.

Dicere ſententiam Reipublicæ ſaluberrimam. Cicero pro Domo ſua, 13.

Verba ſalubria. Ouid. 6. Faſt. 151.

Quidquid ſalſum aut ſalubre in oratione, id proprium Atticorum est. Cic. in Orato. 45.

Salubris, pro Sano, aliquando accipitur. Liu. 3. ab Vrbe, 31, Grauiore tempore anni iam circumacto, defuncta morbis corpora salubriora esse cœpêre. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 12.1, Gratulor Baijs nostris, si quidem, ut scribis, salubres repentè factæ sunt.

¶Salubritas, penul. corr. salubritatis (ἀλύπησις, τὸ ὑγιὲς) Sanitas. Plin. lib. 37. cap. 13.3, Iam situ ac salubritate cæli atq; temperie, accessu cunctarum gentium facili, &c. Cato cap. 157.1, De brassica Pythagorea, quid in ea boni sit, salubritatisq;. Cæsar 8. bell. Gall. 148.

Vrbis uel alicuius loci salubritas. Cic. 2. de lege Agrar. 93.

Afferre salubritatem. Vide Affero.

Dictionis salubritas, per translationem. Cicero de claris Orato. 25, Ita peregrinata tota Asia est, ut se externis obtineret moribus: omnemq; illam salubritatem Atticæ dictionis, quasi sanitatem perderet, ac loqui penè dedisceret. Vide Succus orationis, in Succus.

¶Salubriter, pen. corr. Aduerbium (ὑγιεινῶς) Liu. 3. ab Vrbe, 263, Et trahi bellum salubriter, & maturè perfici potest. Plin. lib. 27. cap. 3.1, Sed maiores, oculorum quoq; medicamentis aconitum misceri saluberrimè promulgauêre.

Refrigerari salubrius. Cic. de Senect. 53.

¶Salutaris, & hoc salutare, pen. prod. (σωτήριος, σωτηριώδης) Idem quod Saluber: hoc est, sanitatem præbens, uel ad sanitatem præbendam idoneum. Cic. ad Octauium, 1, Nulla enim remedia quæ uulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quàm quæ sunt salutaria.

Cultura agrorum generi uniuerso salutaris. Cic. de Senect. 52.

Salutaris ad ortus puerorum. Cic. 1. de Diuinat. 143.

Accessus ad res salutares, A' pestiferis recessus, contraria. Cic. 2. de Nat. deor. 48.

Cuius beneficus & salutaris. Cic. pro Milone, 15.

Salutares literæ, Quæ consolationem afferunt. Cic. ad Atticum, lib. 9. 175. 2. Idem 2. de Nat. deor. 41, Salutaris calor. Et 3. de Finib. 101, Salutaris Iupiter.

Salutaris litera dicitur A. Vide A' præpositionem.

Salutaris digitus, Qui pollici est proximus, qui & index dicitur. Sueton. de Augusto. Cæsare, cap. 80.

Salutaris fœueritas uincit inanem speciem clementiæ. Cic. Bruto, 3. 4.

¶Salutare, Substantiuum. Plin. lib. 12. cap. 3.1, In præsentia externas prosequemur, à salutari maximè orsi. Sed rectius adiectiuè exposueris: à salutari, subaudi arbore. Subdit enim mentionem Assyriæ mali, quæ uenenis medetur.

¶Salutarius, Comparatiuum. Cic. Famil. 2. epist. 14, Nihil magnificentius, nihil præclarius actum unquam, nihil Reipub. salutarius.

¶Salutariter, penult. corr. Aduerbium (σωτηρίως) Cic. de claris Orat. 5, Tum arma sunt ea sumpta, quibus illi ipsi qui dicerant, eis uti gloriosè, quem admodum salutariter uterentur, non reperiebant. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 24. 4.

¶Saluto, salutas, penult. prod. (ἀσπάζομαι, προσαγορεύω, πρόσρησιν ποιοῦμαι) Salutare, Salutem dicere, uisitare, colloqui: quod non accedentibus solùm, sed abeuntibus quoq; attribuitur. Terent. Eunuch. 2. 2. 28,

Salutant, ad cœnam uocant, aduentu gratulantur. Idem Adelph. 3. 3. 92,

Opperiar hominem hîc, ut salutem, & colloquar. id est, uisitem. Virg. 3. Aenéid. 105,

Italiam læto socij clamore salutant. Cic. ad Atticum, Domus te tota nostra salutat. Idem de Vniuers. 3, Veniſſetq; eodem Mitylenis me salutandi & uisendi causa.

Salutare benignè, comiter appellare unumquemq;. Cic. 13. Philipp. 345.

Agros salutare. Ouid. 3. Metam. 5. Idem 15. Metam. 138,

Assuetas domos, habitataq; templa salutat.

Vade liber, uerbisq; meis loca grata saluta. Ouidius 1. Triſt. eleg. 1. 3.

Salutare, Salutè precari. Plin. lib. 28. cap. 2. 123, Cur sternutamentis salutemur? hoc est, Quum sternutamus.

Salutare, Seruare. Plin. lib. 17. cap. 22. 10, Sequenti anno palmites salutentur pro uiribus matris singuli aut gemini. Saluentur, dixit: pro Seruentur incolumes, nec recensentur.

Salutare, pro eo quod Vale dicere uulgò dicitur. Plautus Milit. 20. 29,

Etiam nunc saluto te familiaris, priusquam eo.

Conserui, Conseruęq; omnes bene ualete & uiuite. Stat. lib. 4. Theb.

Stant tamen, & nota puppim de rupe salutant.

Salutare deum, Venerari. Terent. Phorm. 2. 1. 81. Cic. pro Sext. Roscio, 33, Quòd si luce quoq; canes latrent, quum deos salutatum aliqui uenerint, opinor ijs crura suffringantur.

Salutare deum precibus. Martial. lib. 12. 74.

Deum læto clamore salutare. Ouid. 15. Metam. 146.

Salutari, passiuum. Cic. de Senect. 58, Salutari, appeti, decedi, &c. Horat. de Arte, 18,

Descriptas seruare uices, operumq; colores

Cur ego, si nequeo, ignoroq;, poeta salutor?

Visne salutari sicut Seianus? Iuuenal. Satyr. 10. 9.

Esse salutatum te ult mea litera primum. Ouidius 2. de Ponto eleg. 7. 1.

¶Salutatio, Verbale (ἀσπασμὸς, προσαγορία) Cic. in Pisonem, 76. Quis enim te aditu, quis ullo honore, quis deniq; communi salutatione dignum putet?

Dare se saluationi. Cic. Curioni, lib. 2. 9. 3.

Tempus consumere salutationibus. Vide Consumo.

Facere salutationem. Liu. 1. ab Vrbe, 5.

¶Salutator, pen. prod. Verbale (πλοσαγορευτὴς) Qui. Cic. de Petitione Consulatus, 23. Ibidem, 24, Deductorum officium, quod maius est quàm salutatorum.

¶Salutatorius, Adiectiuum (προσαγορευτικὸς) Plinius libro 15. cap. 11. 2, Omnia iam & uirorum salutatorijs cubilibus inclusa.

¶Salutatorium, salutatorij. Senec. libro 2. de Tranquill. uitæ, Itaq; illi quoque quisquis erit, qui salutatorium publicum exerceat, donabit. id est, Qui suam operam locare in salutando solitus sit.

¶Salutifer, pen. corr. salutifera, salutiferum, pen. corr. (ὑλιφόρος, σωτήριος) Ferens salutem. Martial. lib. 5. 1.

Puer salutifer orbi. Ouid. 2. Metam. 129. De Aesculapio.

Venit urbi salutifer. Ouid. 15. Metam. 149.

Opem salutiferam dare. Ouid. epist. 20. 35.

Sorte salutifera succurrere rebus miseris. Ouid. 15. Meta. 127.

¶Salutiger, pen. corr. salutigeri, pen. corr. m. g. siue Salutigerulus, penult. corr. (σωτηρίαν φέρων) Qui salutem nunciat. Plaut. Aulul. 19. 29,

—æquum est

Salutigerulos pueros, uehicula, qui uehat. Pueros salutigerulos uocat, seruos qui iussæ dominæ hunc illum salutant, suntq; nuncij & renuncij.

¶Salue (χαῖρε) uerbum defectiuum: sic coniugatur, Imperatiuo ad secundam personam, salue. Pluraliter, saluete. Futuro, saluebo. Pluraliter, saluebimus. Infinitiuo, saluere. Terent. Phorm. 2. 1. 56,

Here salue, saluum te aduenisse gaudeo.

D. Oh bone custos salue. Horat. lib. 1. epist. 10. 1,

Vrbis amatorem Fuscum saluere iubemus

Ruris amatores.

Multum

Multum salue. Vide Multus.

Salue cura deum. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 9.

Salue festa dies. Ouid. 1. Triſt. 18.

Salue sancte parens. Virg. 5. Aeneid. 16.

¶Saluè, Aduerbium, à Saluus. Vide, Satin' saluè? in Satis.

¶Salue & Vale. Salue dicimus in salutatione matutina: Vale, quum discedimus. Sueton. in Galba, Vt liberti seruiq; bis die frequentes adessent: ac mane saluere, uespere ualere sibi singuli dicerent. Vtrunq; Virgilius posuit, quum scripsit,

Salue æternum mihi maxime Palla,

Æternumq; uale. Turnebus.

¶Saluео, dixit Plaut. pro, Saluus & sanus sum: in Truculento, 6. 4,

Salue. s. satis est mihi tuæ salutis, nihil moror, nõ saluео.

Saluebis, in futuro, dixit Cic. ad Atticum, libro 6. 13. 18, Valebis igitur, & ualere Pyliam & Cæciliam nostram iubebis literis, & saluebis à meo Cicerone. id est, Cicero meus te salutat.

Iubeo saluere. Cic. ad Atticum, lib. 4. 84. 10, Dionysium uelim saluere iubeas.

¶Saluus, Adiectiuum (σόος, σῶος, σῶς) Id est, Sanus. Terentius Phorm. 2. 1. 56,

Saluum te aduenisse gaudeo. Idem Andr. 4. 6. 7,

O Mysis salue. M. Saluus sis Crito. Vbi Donatus, Saluus sis, asseueratio salutantis est, non quasi responsio.

Sum saluus, si hæc uera sunt: hoc est, Tutus, sine periculo. Terentius Andr. 5. 6. 9.

Res est salua, Bene se habet. Terent. Eunuch. 2. 2. 37.

Saluus & incolumis. Cic. 2. de Inuent. 246.

Te saluum uenisse in Epirum uehementer gaudeo. Cic. ad Att. lib. 5. 109. 1.

Capite saluo. Cic. pro Cecinna, 15, Cecinnæ plurimi & amicis, quoad uideretur saluo capite fieri posse, experiri.

Satin' saluæ? Vide Satis.

Saluus, & inanimata transfertur. Plaut. Merc. 4. 60,

Quid alia armamenta. A. Salua & sana sunt. hoc est, integra. Terent. Eunuch. 2. 2. 27,

Quibus re salua & perdita profueram. hoc est, dum diuites erant.

Proscriptionem illam saluis auspicijs rogatam esse dicebãt. Cic. de Prouinc. Conſ. 37.

Clypeus saluus. Cic. 2. de Finib. 155.

Salua epistola. Cic. ad Gallum, lib. 7. 26. 1.

Salua fide aliquid facere. Cic. 3. Offic. 58.

Salua gratia. Quint. lib. 11. cap. 3, Quum aliquid detrahere salua gratia uelis, concedas alia omnia.

Gratia quod uestro salua pudore queat. Ouidius 1. de Ponto, eleg. 2. 14.

Saluo iure amicitiæ. Cic. ad P. Sulpitium, lib. 13. 78. 1.

Salua lege. Cic. ad Appium Pulchrum, lib. 3. 6. 18. Idem ad Lentulum, lib. 1. 2. 11, Nequid agi cum populo aut saluis auspicijs, aut saluis legibus, aut deniq; sine ui posſit, &c.

Salua magnitudine tua domine, descendas oportet ad meas curas, quum ius mihi dederis referendi ad te. Plin. epist. 248.

Officio saluo aliquid facere. Cic. pro Rosc. Amerino, 2.

Corpora missa neci salua pietate fatemur. Ouidius 15. Metamorph. 22.

Sana ac salua Respublica. Cic. Cornificio, lib. 12. 23. 6.

Reuerentia salua, &c. Martial. lib. 1. 29.

Virginitas salua. Ouid. epist. 15. 32.

¶Saluo, saluas (σώζω) saluare, Saluum & incolumem reddere. Quintil. lib. 12. cap. 10, Quod si non euenirent, omnes pares essent, & idem omnes deceret. At loquuntur, & saluant Personarum discrimen, ita quo quisq; plus efficit dicendo, hoc magis secundum naturæ eloquentiam dicit. In castigatis exemplaribus legitur, seruant. Cic. 2. de Nat. deor. 14, Itaq; maximæ Reipub. partes in ijs bellis quibus Reipub. salus continetur, nullis auspicijs administrantur, nulla perennia saluantur. Hoc uerbum apud ueteres, doctißimorum iudicio non inuenitur: ideoq; hi duo loci suspecti sunt, cum & in meliore sensu legi posſit, seruant & seruantur. Quintil. Decl. 5, Perdiderunt pulchritudinem sanctitatemq; naturæ, qui putant illis parentibus iura succurrere, quibus apud liberos saluandi est de mutua charitate reuerentia. Castigationes codices habent, salua est, &c.

¶Saluator, pen. prod. (σωτὴρ) Verbale: de quo nullum exemplum legi apud idoneos Latinæ linguæ authores. Seruator enim Latinè magis dicitur. Cic. 4. Verr. 109, negat extare Latinum nomen quod respondeat Græco uocabulo σωτῆρ. Vide dictionem Soter.

Salyes] Salyum (σάλυες) Straboni & Ptolemæo populi sunt Narbonenſis Galliæ, Liguribus finitimi. Plinius tamen Salyos uocat, Liguriæ eos adscribens: Ligurum celeberrimi ultra Alpes Salyri.

Salyes] sunt populi, qui Salonam atq; uicinos agros inhabitant. Salona castellum est prouinciæ eius nostræ, quæ Massiliam & Sertias Aquas, principes ciuitates habet. Strabo lib. 4, A' Massilia itaq; initio, capto, & ducto per medium agrũ inter Alpes & Rhodanũ, cursu usq; ad Diuentiam amnem, per stadia quingenta Salyes incolunt.

Samacia] σαμάκια, Ornamenta quædam muliebria, ex Polluce lib. 5. cap. 16.

Samæna] Est nauigium dicrotum, hoc est bireme, rotundũ, concauum, ac in uentris similitudinem formatum, ut mare percurrere, & celeriter conuerti posſit. Alij Samænam minimã intelligunt. Cælius lib. 7. cap. 31.

Samanei] sunt Gymnosophistæ apud Indos, quos Porphyrio solis pomis, oryzis, aut farina uiuere (adeò continentes sunt) asserit. Eos rex ueneratur ut deos, quòd illorũ precibus omnia à Deo impetrare se credat. Vitam hanc sustinent: itaq; emori studeni, beatos tum demum se futuros opinati. Cælius Rhodig. lib. 13. cap. 25.

Samara] Promontorium in Oceano orientali, ubi deficit Taprobana. Est & Samara, semen ulmi. Vide Samera.

Samarabriæ] Gentes circa Indum, authore Plinio libro 6. cap. 20.

Samaria] σαμαρία, Iudææ Palæstinæ regio est, ut scribit Plinius lib. 5. cap. 13. Est autem ciuitas regalis in Israel, à qua tota regio decem Tribuum est Samaria. Postea Sebaste dicta, ab Augusti nomine. Dicitur quoq; Sichar, & Sichem, & Sichima: ea est Palæstinæ inter Iudæam & Galilæam sita. Hinc Samaritani & Samaritæ, penult. prod. dicti sunt, qui Samariam habitant.

Samarobrini] pen. prod. (σαμαροβρῖναι) Fuerunt populi in Gallia inter Belgas, ubi Cæsar Galborum concilium induxit. Hunc Cameracensem esse urbem nonnulli autumant, quam Scaldis fluuius interfluit. Constantior tamen opinio urbem esse putat Nouioduno uicinam, quam ultrò Sancti Quintini dicunt: hanc enim præterfluit Samara fluuius. Horum ciuitas dicitur Samarobrina Cæsari & Ptolemæo lib. 2. cap. 9.

Samarum] ri, ro, & plurali numero Samara, rorum: est ulmi semen. Plin. lib. 16. cap. 17, Armiæ non ferunt Samara: ita uocatur ulmi semen.

Sambicus] Sambici (σαμβικῶν) famosi sacrilegi nomẽ: q cũ Dianæ Ephesiæ, famũ aliquoties expulsset, tãdẽ deprehensus annũ perpetuum in quæstione tormentisq; habitus, miserrimo mortis genere excarnificatus, sacrilegij pœnas luit.

Hinc

Hinc factus est locus prouerbio, ut Sambico grauiora pati dicamus, quem significare uolumus exquisitissimo tormenti genere excruciari. Vide Cælium lib. 18. cap. 3.

Sambracatæ] Insulæ & oppidi nomen in Chaldæorum Arabia: apud Plin. commemoratur lib. 6. cap. 28.

Sambruceni] Populi sunt circa Indum, teste Plin. libro 6. cap. 20.

Sambuca] Sambucæ, pen. prod. (σαμβύνη) authore Festo, ὄργανι & instrumenti musici genus. Sambuca, inquit Porphyrius in Ptolemæi armonica, triangulum instrumentum est, quod ex inæqualibus longitudine, sicut & crassitudine, neruis efficitur.

Sambucam citius caloni aptaueris alto. Pers. Satyr. 5. 10.

Sambuca, eodem Festo authore, machina qua urbs expugnatur, similiter uocatur. nam ut in organo chordæ, sic in machina intenduntur funes.

¶ Sambucina, sambucinæ, pen. corr. (σαμβυνίστριαι) Quæ sambuca canit. Plaut. Sticho, 6. 57,

—fidicinas, tibicinas,
Sambucinas aduexit secum forma eximia. Quædã exemplaria, sambucas legunt.

¶ Sambucistria, sambucistriæ (σαμβυνίστριαι) apud Festum, Idem quod Sambucina. Liuius 9. bel. Maced. 23, Tunc psaltriæ, sambucistriæq;, & conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis.

Sambucus] sambuci, pen. prod. fœ. gen. (ἀκτὴ) Arbor. Vide Plinium lib. 24. cap. 8. 7.

¶ Sambuceus, Adiectiuum (ἀκτινὸς) Quod ex sambuco est. Plinius de Viris illust. 10, tumentibus regijs Delphos euntibus, ridiculi gratia comes adscitus, baculo sambuceo aurum infusum deo donum tulit.

Sambucea arbor. Plin. lib. 29. cap. 4. 1.

Sambulos] Mons in Persida, Herculi sacer. Alexander Aledrinus lib. Genialium dierum, cap. 14.

Sambyce] Est musicum instrumentum, quo primò usam Sibyllam produnt aliqui: à Sambyce quodam inuẽta, unde & nomen. est uerò organum id, oxypththongon, quo tetrachordo Parthi sint usi, ac Troglodytæ. Cælius lib. 9. cap. 4.

Same] σάμη, insula non longè ab Ithaca. Ouid. Item oppidũ eiusdem insulæ, à Romanis diruptum. Plin. lib. 4. cap. 12.

Samera] sameræ, pen. corr. (πτελέας, ἀσφαίρας) Colum. lib. 5. cap. 6. 1, Atineam ulmum Tremellius Scrofa non ferre sameram (quod est semen eius arboris) falsò est opinatus. Plinius lib. 16. cap. 17, Atineæ, inquit, non ferunt samaram: ita uocatur ulmi semen: omnesq; radicum plantis prouenium: reliquæ semine.

Samicum] littus, ubi sacellum est Neptuni, maxima uenerationecultum, in Asia situm est. Strabo lib. 8.

Samio, Samius] Vide Samos.

Sammonium] Promontoriũ est in littore Peloponnesiaco, apud Plin. lib. 4. cap. 12.

Samnites] penult. prod. (σαμνῖται) Populi in Samnio, quod nunc Apruciũ uocamus, regio Italiæ inter Picenum, Campaniam, & Apuliã. Vrbes in ea sunt Adria, Aquila, Amiternũ, Sulmo, Ortona, Arpinum, Arquinium, Athina, Beneuentũ, Corfinium. uel Samnites dicti sunt à Samnio colle, in quo è Sabinis uenientes consederunt, & eiusdem nominis oppidũ ædificauerunt. Quidam etiam Samnites per duplex n scribunt. Hi quondam apud Caudinas furculas Romanum exercitum profligauerũt, quos postea L. Papyrius sub iugum misit. De Samnitibus multa Strabo, lib. 5.

¶ Samnites (inquit Festus) ab hastis appellati sunt, quas Græci σαυνία appellant: has enim ferre ussueti erant. siue à colle Samnio: aliàs Samo, ubi ex Sabinis aduentantes consederant.

Curio ad focum sedenti magnum auri pondus Samnites quum attulissent, repudiati sunt. Cic. de Senect. 51.

¶ Samnites, Gladiatorum genus quoddam fuit. Ductum autem est nomen à Samnitibus illis, qui diu ancipiti Marte cum Romanis bella gesserunt: ut testatur Liuius sub finẽ lib. 9. Et Romani quidem ad honorẽ Deum insignibus armis hostium usi sunt: Campani ab superbia, & odio Samnitium, gladiatores, quod spectaculum inter epulas erat, eo ornatu armarunt, Samnitiumq; nomine appellarunt.

Samon] Insula in Ionico, apud Plin. lib. 5. cap. 31.

Samonium] Cretæ insulæ promontorium Rhodo auersum, sicut contrario littore Cyrenas uersus, περὶ μέτωπον promi net. Pomponius Mela lib. 2.

Samornion] Vrbs Ephesi, apud Plin. lib. 5. cap. 29.

Samos] σάμος, est nomen duarum insularum: quarum altera est in mari Icario, modica; & Iunoni dicatissima, quòd in ea nata fuerit & educata, & Ioui nupta. Vnde Virgil. 1. Aeneid. 4,

Posthabita coluisse Samo. Scribit Varro, Samon prius Partheniam nominatam, ubi antiquissimum fuit templum, & simulacrum in habitu nubentis figuratum: & sacra eius anniuersaria nuptiarum ritu celebrabantur. A qua & Iuno Samia dicta est. In ea Pythagoras quoq; philosophus ortum habuit, nec non & una ex Sibyllis, quæ exinde Samia dicta est quam ferunt de Christo prædixisse. Fiebant etiam in ea uasa fictilia egregiè ex creta fabricata, quæ Samia uocabantur. Ferunt hanc insulam Thraciæ adiacere, quæ postea cõmistis Thraciæ populis Samothracia appellabatur. Virg. 7. Aeneid. 42,

Threiciamq; Samum quæ nunc Samothracia fertur. Altera uerò est Samos insula, à Plinio collocata prope Ithacam, apud Dulichium: de qua uidetur Suetonius intelligere, quum non multum distet ab Epiro, ubi de Augusto ait cap. 17, Ab Actio quum Samum insulam in hyberna se recepisset. Same uerò (ut ait Seruius) ciuitas Thraciæ est in Cephalea. Apud Strabonem tamẽ legimus Samum & Samen: Samum urbem esse, Samen uerò insulam. Sunt qui scribant Samothraciam insulam esse, quæ prius Dardania uocabatur, à Dardano, qui Palladium Mineruæ secum ferens, eò cõfugisse traditur. Pòst Samijs insula bello eiectis, quum eò se in Thraciam ex Asia recuperent, inditum nomen, ut pro Dardania, Samothracia uocaretur.

Iuno Sami colebatur. Cic. 6. Verr. 63.

Concinna Samos. Horat. 1. epist. 11. 1.

¶ Samius, Adiectiuum, (σάμιος) Quod è Samo insula est: ut,

Testæ Samiæ. Tibull. lib. 2. eleg. 3. 11.

Vasa Samia. Plaut. Capt. 6. 41. Cic. pro Muræna, 69.

¶ Samium, σάμιον, Testa, inquit Nonius. Lucilius Satyr. libro 14,

Et nõ pauper uti Samio, certoq; catino. Cic. 6. de Repub. 1, Oratio extat Lælij, quam omnes habemus in manibus, quàm sympina Pontificum diis immortalibus grata sint samiæq; (ut is scribit) capedines. Author ad Heren. lib. 4. 23, Nos Samijs delectabimur.

¶ Samium, Acutũ, teste Nonio. unde & Samiare, dicimus acuere: quò in Samo hoc genus artis polleat. Lucil. Satyr. lib. 8,

Hanc ubi uult malè habere, ulcisci pro scelere eius,
Testam sumit homo Samiam, sibiq; illicò telo
Præcidit caulem, testesq; unà amputat ambo.

¶ Samiolus, pen. corr. Adiect. diminutiuum (σαμιόλιον) Plaut. Sticho, 14. 12, —batiocis
Bibunt nos nostro samiolo poterio, tamen uiuimus.

¶ Samio, samiare, Veteres pro Acuere ponebant, & quasi samiæ testæ acumen inducere: author Nonio. Vide paulo

paulo antè, Samnium Acutum, &c.

¶ Samiatus, samiata, samiatum. Vopiscus, Ferramenta samiata. Nonius acuta & mucronata explicat: & rectè. quod ex eo credo, quia Samia creta polita & nitida acuerentur. Vim enim in ea detergendi esse nouerunt omnes: igitur & detergendo ferramẽta acuit. unde ducta Nonij interpretatio, quæ mihi ualde probatur. Nam & samiator in uetere lexico ἀκονητὴς exponitur, & in antiqua inscriptione, Samiarijs doryphorion legitur. Ex Turnebo.

Samosata] σαμόσατα, urbs Asiæ ad Euphraten, authore Strabone lib. 14, Samosata Luciano alumno nobilis.

Samothracia] Gemma nigri coloris, ab insula Samothraciæ nomen sortita, quia in illa inuenitur. Plin. lib. 37. cap. 10, Samothracia insula, eiusdem nominis gemmam dat nigram, ac sine pondere, similem ligno.

¶ Samothracia, siue Samothracæ (σαμοθράκη) Stephano σαμοθράκη, insula est maris Aegei, Thraciæ adiacens ea in parte, qua Hebrus in mare influit. Olim Dardania dicta, à Dardano quodam Troiano, qui Palladium secum ferens eò Traditur confugisse. Gentilia sunt, Samothra, & Samothracius. Virgil. 3. Aeneidos,

Threiciamq; Samum, quæ nunc Samothracia fertur, &c.

Sampsiceramus] Basti Cæcilij filius fuit, qui iuxta Apamiã & Arethusam regnauit: Phylarchæ quoq; genti Emisinæ præfuit. Strab. lib. 16.

Sampsiceramus, id est, Pompeius, à regulo quodã in Syria Sampsiceramo deuicto: ut est apud Strabonem.

Sampsuchum] sampsuchi, pen. prod. siue sampsychus (σάμψυχον) Herba quæ & amacarus dicitur. Plin. lib. 21, cap. 22. 1, Sampsuchum siue amaracum in Cypro laudatissimum & odoratissimũ. Scribitur & sansucus. Vide Amaracus. Colum. lib. 10,

Natáq; iam ueniant hilari sampsucha Canopo.

¶ Sampsuchinus, pen. corr. Adiectiuum (σαμψυχινὸς) ut, Sampsuchinum oleum. Plin. lib. 21. cap. 22.

Samsa] samsæ, siue sampsa, siue sansa, dicitur oliuæ osiculum. Colum. lib. 12. cap. 49. 1, Et quum est in samsam redacta, tunc sal coctus, tritusq; manu permiscetur cum cæteris aridis condimentis. Idem lib. 12. cap. 50. 9, Et aut regulis, si consuetudo erit regionis, aut certè nouis fiscinis sampsæ exprimi.

Samula] ob diuturnam uitam (uixit enim centum decem annis) ab Ascanio Pediano primùm, deinde à Plinio libro 7. cap. 48, nobilitata mulier.

Sanabilis, Sanatio] Vide Sano.

Sanates] pen. prod. dicti sunt qui supra, infraq; Romam habitauerunt: quod nomen ijs fuit, qui quum defeciissent à Romanis, breui pòst redière in amicitiã, quasi pòst sanata mente. Itaq; x II. cautum est, ut idem iuris esset Sanatibus quod fortibus, id est bonis, & qui nunquam defecerant à populo Romano. Festus.

Sanaus] Phrygiæ oppidum, Apoloniæ metropolis: teste Strabone lib. 12. Ptolemæus Vanida appellat.

Sanazarius] Libertus Accij Synceri, apud Alexandrũ Alexandrinum in lib. Genialium dierum, 2. cap. 1.

Sanchuniathon] Berytius, uir inter antiquissimos numeratus: quem uel ante tempora Troiana floruisse, prodiderũt Porphyrius Tyrius philosophus, in quarto eorũ quos aduersus Christianos, libros euomuit: & Eusebius Pamphil. lib. 1. præpar. Euang. Eam theologiam Philon Byblius, non ille Hebræus, in Græcam linguam transtulit. Lilius Syntag. 1. Historia deorum.

Sancio] sancis, sanciui, sanctum, pen. prod. uel sanxi, sanctũ (πυρόω, πυρόω, πυρόω) sancire. Cic. de Amicitia, 38. Hæc igitur prima lex in amicitia sanciatur, ut neq; rogemus res turpes, nec faciamus rogati. Virg. 12. Aeneid. 40,

—qui fœdera fulmine sancit. Vbi Seruius, Sancit, confirmat, sancta esse facit: quia quũ fiunt fœdera, si coruscatio fuerit, confirmantur. Vel certè quia apud maiores aræ non incendebantur, sed ignem diuinum precibus eliciebant. Sancire aũt proprièest sanctum aliquid, id est, consecratum facere, fuso sanguine hostiæ & dictum sanctum, quasi sanguine consecratum. Hactenus Seruius. Cic. 1. de Leg. 28, Populariter interdum loqui necesse erit & eam legẽ, quæ scripto sanciat quod uult aut iubendo, aut uetando, ut uulgus appellare.

Cauere & sancire. Cic. 2. de Finib. 161, Sanxerunt ne quis emeret mancipium, nisi in demortui locum. Id est, Vetuerunt & interdixerunt. Cic. 6. Verr. 8.

Sancire de. Cic. 4. Verr. 85, In quib. multa sanxit de ætate homi (num.

De Iouis sententia sanciãt leges. Cic. 2. Tusc. 59.

Sancire aliquem Augurem. Cic. 13. Philipp. 351.

Cæremonias sancire. Cic. 1. Tusc. 44.

Cæsar digna scelere hominum perditorum sancit. Cic. 4. in Catilinam, 80.

Carmina sancire alicui. Stat. 3. Sylu. 3. 43.

Dictis connubia sancire. Claud. in Epithal. 26.

Dolore suo sancire militaris imperij disciplinam. Cicero 1. de Finib. 55.

Sancire dubia. Cic. 3. de lege Agrar. 9. Id est, possessiones dubij uris confirmare legis authoritate.

Edicto sancire ne. Cic. pro Flacco. 52, Quod Athenis execrationibus publicis sanctũ est. Cic. 3. Offic. 71. Id est, De quo lege cautum est si quid admitteretur huiusmodi, &c. Budæus.

Exilium sancire. Tacit. lib. 1.

Fidem sancire. Stat. 6. Thebaid. 31.

Fidem dextra sancire. Liu. 8. bell. Pun. 183.

Fide sancire. Liu. 5. bell. Punic. 40, Congressi cum Annibale, rursus fide sanxerunt, liberos Tarentinos, leges, suaq; omnia habituros.

Fœdera sancire fulmine. Virg. 12. Aeneid. 40. de Ioue.

Fœdus capite uel sanguine alterius cum aliquo sancire. Liu. 5. bel. Pun. 89. Ibidem, lib. 3. 34.

Iusiurandum & iureiurando sancire. Liu. 1. ab Vrbe, 99, Pater patratus ad iusiurandum patrandum, id est sanciendum, fit. Idem 9. bel. Maced. 166, Nec Achæos religione obstringerent, irrita ea quæ iureiurando sanxissent, faciendi.

Leges sancire. Cic. 2. Tusc. 59, Cretum quidem leges, quas siue Iupiter, siue Minos sanxit de Iouis quidem sententia, ut portæ ferunt.

Leges de ambitu sancire. Cic. pro Plancio, 35.

Legem sancire in aliquem. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 14.

Orbem purgatũ sanxerat Hercules. Propert. lib. 4. eleg. 10. 15.

Pacem uictoria sancit mundo. Claud. de bel. Getico, 115.

Pœnas sancire malorum. Stat. 3. Theb. aid. 49.

Pœnas sancire aliquid. Cic. pro Plancio, 35. Et ad Atticum, lib. 10. 192. 3, Ego uerò Solonis popularis tui, ut puto, etiam mei, legem negligam, qui capite sanxit, si quis in seditione nõ alterius partis fuisset. Id est, multauit, uindicauit, puniuit.

Præcepta sancire. Quintil. lib. 2. cap. 13. 4.

Regnum ab Antonio Herodi datum uictor Augustus sanxit. Tacit. lib. 21.

Societatem sancire. Senec. de Benefic. lib. 1. cap. 4.

Sancitum est lege. Cic. 2. de Leg. 96. Id quoq; ne fieret, lege sancitum est.

Erranti uiam non monstrare, quod Athenis execrationibus publicis sancitum est. Cic. 3. Offic. 71.

Commune iure Gentium sancitum. Cic. de Aruisp. resp. 28.

¶ Sanctus (πυρωθεὶς) Participium usurpat Liu. lib. 10. ab Vrbe,

De pro-

De prouocatione legem diligentius sanctam.

¶ Sanctus, (ἅγιος, ὅσιος) Adiectiuum, Decretum, & inuiolabile significat. Martianus de diuisione rerum, ait sanctum propriè dici, quod ab iniuria hominum defensum atq; munitum est. Tractũ à sagminibus herbis, quas legati Pop. Rom. ferre solebant, ne quis eos uiolaret. Iuuen. Satyr. 14.7,

—& sanctam filius omni
Aspiciat sine labe domum, uitioq; carentem. Vlpianus de uerb. significat. scribit sanctum esse, quod nec sacrum, nec prophanum est, sed sanctione aliqua firmatum: ut sanctæ leges, hoc est sanctione quadam subnixæ. Alij dicunt sanctum esse religiosum, sacrum, & incorruptũ. Virg. 12. Aeneid. 39,

Sancta ad uos anima, atq; istius inscia culpæ
Descendam. Id est, incorrupta. Idem lib. 11. 32.

—tuq; ô sanctissima coniunx
Fœlix morte tua. Id est, castissima. Vnde sanctus uir, dicitur integer moribus.

Sanctus & innocens. Liu. 2. bel. Maced. 117.

Nihil iam sanctum atq; syncerũ in ciuitate. Cic. pro Quintio, 3.

Aetate grandis natu, natura sanctus & religiosus homo. Cicero pro Roscio Comœdo, 26.

Sanctum, augustum, & religiosum. Cic. de Aruspi. resp. 10.

Aerarium sanctius. Cic. 6. Verr. 123. Vide Aes, æris.

Amicitiæ sanctum nomẽ & uenerabile. Ouid. 1. Trist. eleg. 7. 3.

Amor sanctus. Cic. 3. de Finib. 104.

Animal sanctius. Ouid. 1. Metam. 16.

Aula sanctior. Martialis lib. 5. 6. Vide Aula.

Consilium sanctissimum grauissimumq;. Cic. in Catil. 6.

Concilium sanctum patrum. Horat. 4. Carm. ode 5. 1.

Di sancti. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 9.

Fides inducias sancta. Liu. 8. ab Vrbe, 187.

Fidem sanctam uiolare. Catul. de Lesbia, 71. 1.

Flumen sanctum. Virg. 8. Aeneid. 15.

Fons sanctus. Cic. 5. Tusc. 52, Ex hoc igitur Platonis quasi quodam sancto, augustoq; fonte nostra omnis manabit oratio.

Ius sanctum atq; integrum. Cic. pro Rosc. Amerino, 64.

Leges sanctæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 17.

Memoria sancta. Tacit. lib. 10.

Numina sancta Palladis. Virg. 3. Aeneid. 109.

Officium sanctum & solenne. Cic. pro Quintio, 13.

Ornatus sanctus. Quintil. lib. 8. cap. 3, Hic ornatus uirilis, fortis & sanctus sit: nec effœminatam lenitatem, nec foco eminentem colorem amet.

Præmia uirtutis sancta & casta esse oportet. Cic. 2. de Leg. 207.

Pietas sancta. Senec. Octauia, 4. 13.

Sententia sancta. Lucret. lib. 3. 75.

Firmissima & sanctissima testimonia. Cicero pro Rosc. Comœdo, 26.

Vates sanctissima. Virg. 6. Aeneid. 13.

Vir sanctissimus. Plancus ad Cic. lib. 10. 21. 6. Plin. epist. 9. lib. 2, Nam pater eius Erucius clarus uir, sanctus, antiquus, diserus. Ad mores perfectissimos, uitæq; integritatem refertur hîc Sanctus.

Sanctum: id est, silendum. Liu. lib. 3. bell. Pun. Et siquid unquã arcani sanctiue in curia fuerit.

¶ Sanctè, Aduerbiũ (ὁσίως) Augustè. Cic. pro Fonteio, 18, Cum his uos testibus uestram religionẽ coniungetis? ab his quicquam sanctè aut moderatè dictum putabitis?

Piè sanctèq; deum colere. Cic. 1. de Nat. deor. 77.

Augustè sanctèq; consecrare aliquem. Cic. 2. de Nat. deor. 89.

Sanctè, Firmiter. Terent. Hecyra, 2. 2. 26, Sanctè adiurat.

Non posse apud uos Pamphilo se absente perdurare. Cic. ad Licinium, lib. 5. 8. 13, Meq; ea quæ tibi promitto ac recipio, sanctissimè esse obseruaturum, diligentissimeq; esse facturum.

Idem ad Sulpitium, lib. 13. 20. 1, Quam ego necessitudinem sanctè colendam puto.

Id mihi est sanctius & antiquius. Cic. Attico, lib. 12. 24. 1. 18.

¶ Sanctor, Verbale (κυρωτὴς) Qui aliquid sancit. Tacitus lib. 3, Sed præcipuus Seruius Tullius sanctor legum fuit.

¶ Sanctio, sanctionis (κύρωσις) Lex cũ terrore pœnæ. Cic. pro Cornelio Balbo, 15, Primùm enim sacrosanctum nihil esse potest, nisi quod populus, plebsue sanxisset. Deinde sanctiones sacrandæ sunt, aut genere ipso, aut obtestatione & consecratione legis aut pœnæ, quum caput eius qui contrà fecit, consecratur. Idem 6. Verr. 131, nisi uehementius hominem inimatus essem, nisi legum sanctionem, pœnamq; recitassem, tabularũ mihi potestas facta non esset.

Fœderis sanctio. Cic. pro Corn. Balbo, 29.

¶ Sanctitas, pen. corr. sanctitatis (ὁσίωσις, ἁγιότης, ὁσιότης) Est (ut ait Cic. 1. de Nat. deor. 160) scientia colendorum deorum. Idem Post reditum in Senatu, 31, Mecum libertas, mecum etiam frugum hubertas, mecum deorum & hominũ sanctitates omnes & religiones affuerũt. Sic pro Cælio, Si matrem familiâs, secus quàm matronarum sanctitas postulat, nominamus. Item 3. Philipp. 134, Quod in iuuentute habemus illustrius exemplum ueteris sanctitatis?

Constituere sanctitatem in aliquo. Vide Constituo.

¶ Sanctimonia, sanctimoniæ (ἁγισμὸς) Idem. Cic. pro Rabirio perduel. reo, 22, Quæ mihi uidentur ex hominum uita ad deorum religionem & sanctimoniam demigrasse. Idem pro Quintio, 32, Quid mihi inquit, cum ista summa sanctimonia ac diligentia.

Habere domum clausam pudori & sanctimoniæ. Cicero pro Quintio, 63.

Nuptiarum sanctimonia. Author ad Herennium, lib. 4. 199.

¶ Sanctimoniades appellant Imperatores uirgines Deo denotas, dicatas & consecratas. rubr. de rapt. uirg. & Iunic. ad finem. lib. 9. C. tit. 13. Vt hæc tantummodò lex (inquit Princeps) in hoc capite pro omnibus sufficiat, quam de sanctimonialibus & uirginibus & uiduis locum habere sancimus.

¶ Sanctitudo, pen. prod. (ἁγιωσύνη) Idem, sed antiquius. Accius Tereo, Alia hic sanctitudo est, aliud & nomen & numen Iouis. Idem Phœnissis, Delubra cæli tu maris sanctitudines. Cic. lib. 4. de Rep. 18, Eosdem terminos hominum curæ, atq; uitæ, sic pontificio iure sanctitudo sepulturæ. Nonius.

¶ Sanctuarium, sanctuarij (ἁγιαστήριον) Sacer locus, templum, sacrarium.

Sanctuariũ, siue sanctuaria Mithridatis appellauit Plinius quæ alio loco arcana, lib. 23. cap. 8. 7, In sanctuarijs Mithridatis maximi regis deuicti, Cn. Pompeius inuenit in peculiari cõmentario ipsius manu compositionem antidoti.

Sanctuarium non solùm locum sacrum, aut sacrosanctum significat: sed etiam tabulas aut librum in quo sancta referuntur, rescribuntur, subnotantur. Hinc Sanctuarium principis dixit Siculus Flaccus, pro libris atq; commentarijs, in quos agrorum formæ referebantur: aut, quod magis est, locum ipsum & tabularium in quo huiusmodi libri repositi adseruabantur, significare notauimus. Sic Flac. in libro de Conditionibus agrorum. Quod si quis contradicat, Sanctuarium Cæsaris respici solet. Omnium enim agrorum & diuisorum, & adsignatorum formas, sed & diuisionem commentarius & principatus in sanctuario habet. Qualescunq; enim formæ fuerint, si ambigatur de eorum fide, ad sanctuarium principis reuertendum erit.

Sancus] unus ex ijs Dijs, quos in 16. cælorum ordinibus Martianus his uerbis enumerat: Ex duodecima (inquit) Sancus tantummodò aduocatur. Refert Syntagmate 1. lib. Histor. deor. Lilius Geraldus.

Sandalés

Sandalides] penult. cor. (σανδαλίδες) Palmæ genus, à similitudine sandalij dictum. Plinius libro 13. cap. 4. de palmit. Quarta, inquit, authoritas, sandalidum, à similitudine appellatarum.

Sandalion] Insula in mari Ionico, authore Plinio, lib. 5. capite 31.

Sandaliotis] σανδαλιῶτις, Sardinia insula denominata est ab effigie sandalij, hoc est, soleæ, quam nonnulli ichnusiã uocant, à similitudine uestigij, quod Græcè ἴχνος dicitur.

Sandalium] sandalij (σανδάλιον, βλαῦτα) Calceamenti genus. Græci σανδάλιον, calceum uocant. Terentius Eunuch. 5. 8. 4,

Vtinam tibi commitigari uideam sandalio caput.

Sandalium, Farris Gallici genus. Plin lib. 18. cap. 7. 13, Galliæ quoq; suum genus farris dedere: quod illi Brance uocant, apud nos sandalium nitidissimi grani.

¶ Sandaligerulus, pen. corr. Adiectiuũ (σανδαλιφόρος) Qui sandalio utitur. Plautus Trinum. 5. 22.

¶ Sandalarius, σανδαλάριος, Apollo dictus est à uico, cuius meminit Gellius libro 17, in sandalario fortè apud librarios fuimus.

Sandanus] Vir fuit quidam Lydo, qui frustra Crœso suadere conatus est, ne bellum Persis inferret. Herodotus lib. 1, & 2. Sardanis à quibusdam appellatur.

Sandapila] sandapilæ. pen. corr. (φορεῖα νόσων) genus feretri unde Sandepilarij. Mart. lib. 2. 80. Idem lib. 8. 75,

Permutatur onus, stipataq; tollitur altè
Grandis in angusta sarcina sandapila.

Fabri sandapilarum. Iuuenalis Satyr. 8. 18.

¶ Sandapilarij erant uespillones, aut ex eorũ grege, quos uulturios seu codonophoros, id est tintinabula gestates, siue antambulones, ferales præcones, appellarũt. Budæus in notis ad Pandect.

Sandaracha] Herbæ nomen apibus gratissimã, quam alio nomine Cerinthum appellant. Plin. lib. 11. cap. 7.

Sandaracha] sandarachæ (σανδαράχη) Festus, Sandaraca scribit & Sandaracinus. Plinius libro 34. cap. 18. 11, Sandarachæ quoq; propemodum dicta natura est. Inuenitur autem & in aurarijs, & in argẽtarijs metallis, melior quo magis rufa, quoq; magis uirus redolens, ac pura, friabilisq;. Valet purgare, sistere, excalefacere, perfodere. Idem lib. 35. cap. 6, Color esse debet flammeus. Vitruuius architecturæ lib. 7, Cerussa uerò quum in fornace coquitur, mutato colore ad ignem incendij sandaracha fit. Id autem incendio facto ex casu didicerũt homines: & ea meliorem usum præstat, quàm quæ de metallis per se nata foditur. Hinc conijcere licet duplicem esse sandaracham, metallicã & fictitiã:

¶ Sandarachinus, Adiectiuũ (σανδαραχινὸς) Color sandarachinus. Næuius, Merula sandarachino ore. Festus.

¶ Sandarachatus, pen. prod. Aliud adiectiuum (σανδαραχωτὸς) Cui sandaracha admista est. Plinius libro 35. capite 15. 4, Item lendes tollit in palpebris æris, aceto sandarato admisto.

Sandaracurgium] mons est concauus in Ponto, de quo sic scribit Strabo lib. 12, Sandaracurgium mons est concauus, propter metallorum effossionem: hunc operatores maximis cuniculis subeunt. Solebant olim publicè operari, & fossorib. utebantur serui, et aliquo maleficio redẽptis: Nam præter operandi laborem, qui maximus est, dicũt aerem ex metallis lethiferum esse atq; intolerabilem, propter odoris grauitatem è glebis prodeũtem. Vnde corpora citò ibi mori, sæpe metallorũ effossionẽ deficere, propter operariorum incommoditatẽ, qui cum plures sint quàm ducenti, continuè & morbis & labe absumuntur. Hæc ille.

Sandastros] σανδάστρος, Gemma quæ & sandaser & sandaserion falsò nominatur, de qua Plin. lib. 37. cap. 7. 9.

Sandix] sandicis, pen. prod. masc. gen. (σάνδυξ) Herba est delicatæ olfacturæ, breui caule, & in alijs fœniculo similis. Virg. 4. eclog. 10,

Sponte sua sandix pascentes uestiet agnos. Quem locum tamẽ quidam interpretantur pro colore, inter quos est Virgilius Marcellus.

Sandix, Genus coloris, authore Plinio, libro 35. cap. 6, Sandaracha (inquit) si torreatur, æqua parte rubrica admista, sandicem facit.

Amictus sandicis. Propert. lib. 2. eleg. 26. 9.

Sandobanes] fluuius est Albaniæ, qui in Caspium mare erumpit. Strabo lib. 11.

Sandracora] locus Cappadociæ. Strabo lib. 14.

Sanè] τῷ ὄντι, Aduerbium, quandoq; (inquit Valla) affirmatiuè ponitur, pro Certè: ut, Ita sanè. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 23, Sanè molestè Pompeium id ferre constabat.

Sanè, pro quidem. Cic. in Verrem, sanè homini præter opinionem improuiso incidi.

Herennius tribulis tuus sanè homo nequam. Cicero Attico, libro 1. 14. 7.

Sanè, Permissiua particula, quando aliquid aduersario tribuimus: ut, Sit, sanè, ut uis. Cicero, Quid enim habet commodi, quid nõ potius laboris? sed habeat sanè. Quintilianus, Tulerit sanè filius noster meritò pœnas, dederit spiritũ supplicio. Hoc est, Esto tulerit, fac tulerit.

Sanè, pro Valde aliquando ponitur: quando qui sani sunt, ijdem & ualidi, ut ait Donatus. Cic. de Senect. 4, Rem haud sanè Scipio & Læli, difficilem. Liuius.

Non sanè, pro Non admodum. Cic. 3. Tusc. 38, Mediocritat em uel perturbationum uel morborum mihi nõ sanè probant. Id est, Non ualde eos probo. Idem 2. de Finib. 72, Post enim Chrysippum non sanè est disputatum. Budæus.

Sanè bene, pro Bene quidem. Cic pro Quintio, 7, Erat ei pecuaria res ampla, & rustica, sanè bene culta & fructuosa.

Sanè autem uellem obsequi uoluntati tuæ. Cicero Appio, libro 3. 5. 13.

Et sanè, Affirmatiuum est. Quintil. lib. 1. cap. 2, Et sanè concipias quis uel declamantis habitum, uel orantis uocem, incessum, pronunciatione, illum denique animi & corporis motum, nonne, &c.

Sanè quàm. Brutus ad Ciceronem, libro 11. 13. 8, Sanè quàm sum gauisus.

Nam quod de Pomponio Caninius, sanè quàm refrixit. Cicero Q. fratri, lib. 2. 10. 6.

Sanè quidem, Permittentis. Terent. And. 1. 2. 24,

Nempe ergo apertè uis, quæ restant, me loquis? D. sanè quidem. Cic. 2. de Legib. 14. Sanè quidem hercle, & est ista rectè dicendi uia.

Sanè quòd tibi nunc uir uideatur esse, hic nebulo magnus est, Ne metuas. Terent. Eunuch. 4. 7. 15.

Ne sit sanè. Cic. 4. Academ. 148.

Non sanè Cicero in Partit. 9, Semperne igitur ordinem colloca ndi, quem uolumus, tenere possimus? C. P. Non sanè.

Sanè si placet. Cic. in Partit. 2, Si ego te uicissim eisdem de rebus Latinè interrogem? C. P. Sanè si placet.

Sanè tamen, In principio sententiæ. Quintil. in Mathematico, Sanè tamen claritas patriæ priuatos uicerit metus.

P. H. Sanè quia uerò hæc mihi patent semper fores. Ironicon est.

Sanè quia uerò. Terent. Eunuch. 1. 2. 9,

—Quid taces?

Sanè, in principio sententiæ. Cic. 2. de Nat. deor. 64, Sanè re-

stat,ut qualis eorum natura sit,consideremus.Budæus. Vetus exemplar non habet.sanè.
Sanè,pro Satis.Cic.Sopater, cum hoc illi improuisum accidisset,commotus est sanè.Sic apud eundem sæpe.Budæus.
Sanè,Multum.Terent. Andr.1.4.2.
Sanè pol.ista temulēta est mulier et temeraria.Donatus.
Non ita sanè uetus.Cic.de clar.Orat.20.
Rectè sanè.Terent.Adelph.4.2.48,
Vbi petetis uos.D.rectè sanè. Vbi Donatus,Rectè,sanè, hîc ironia est,non approbatio.
Sanesco]Vide Sanus.
Sanga]σάγγα. Plinio lib.4. cap. 20. fluuius Cantabrorum in Hispania citeriori. Est etiam seruii nomen. Terent. in Eunucho.
Sangaris]pen.corr.(σαγγάρι&)fluuius Gallogræciæ, qui per Phrygiā defluens,tandem in Propontidē influit,ut scribit Seruius.Alio nomine dicitur Coralius:uulgò Zagari.
¶ Sangarius,puer,Ganymedes.Stat.3.Sylu.4.9.
Sangarium]Fluuius est Lycaoniæ, apud Plinium lib. 5. cap. ultimo.Oritur in Phrygia.Idem author lib.6.cap.1.
Sangarius]Amnis Phrygiæ,secus quam erāt antiqua Phrygum domicilia,ut Midæ,& prius Gordij.Strabo lib.12.
Sangenon]Gemma ex Opalorum genere.Plin.lib. 37.cap. 6,Sunt & qui priuatum genus eius faciunt, Sangenonq; ab indis uocari dicunt. Traduntur uerò nasci & in Aegypto & in Arabia,& utilissimi in Ponto. Itē in Gallatia ac Thaso & Cypro.
Sanguis]Masc.ge.(αἷμα) quod & sanguen,neut.gen.dixerunt ueteres:unde sanguinis facit in genitiuo,pen.corr. Humor est in uenis contentus.Cic.3.de Oratore,121,
Quæ nemo est tam firmo ingenio,& tanta confidentia, Quin refugiat timido sanguine, atq; exalbescat metu.
Ex poeta.Lucret.lib.1.171, —atq; minutus
Visceribus uiseus gigni,sanguenq; creari.
Amor sanguinis asper.Silius lib.1.30.
Dulcedine sanguinis asper lupus.Ouid.11.Metam.81.
Detractio sanguinis, & Sanguinis missio, Celso lib. 2. cap.8. Quintil.lib.2.cap.10.4.
Sanguis ærarij,per translationem:pro Substantia quæ in ærario continetur.Cic.5.Verr.70, Quæ quum de pop. Romuicto,de uectigalium neruis,de sanguine detraxisset ærarij, Tertiæ mimæ condonauit.
Plenus sanguinis homo,Sanguinis effusionē appetens, sanguine coinquinatus.Plaut.Bacchid.2.45.
Ater sanguis.Vide Ater adiectiuum.
Captiuus sanguis.Vide Captiuus,in Capio.
Conglobatus sanguis.Vide Conglobo.
Crassius sanguis.Vide Crassus.
Corruptus sanguis.Claud.2.in Eutropium,4.
Fluens sanguis per nares.Plin.lib.26.cap.13.4.
Generosus sanguis.Ouid.13.Metam.92.
Iuuenilis sanguis.Ouid.7.Metam.67.
Integer sanguis.Vide Integer.
Largus sanguis.Claudianus 8.Paneg.61.
Niger sanguis.Ouid.12.Metam.66.
Rapidus sanguis.Claud.6.Paneg.20.
Rutilus sanguis.Lucan.lib.1.122.
Tetri sanguinis profluuium.Lucret.lib.6.243.
Venalis sanguis.Valer.6.Argon.112.
Vitiosus sanguis,& Verus, opponuntur. Cicero de claris Orator.155.
Vitiosus sanguis.Cels.lib.2.cap.10, Nam si is crassus & niger est,uitiosus est (sub.sanguis) ideoq; utiliter effunditur.
Rigens sanguis astringit sicca uulnera.Lucan.lib.4.60.

Claudere sanguinem.Vide Claudo.
Pingui sanguine concreti crines.Valer.3.Argon.58.
Concutitur sanguis.Lucret.lib.3.51.
Detractus sanguis uenis.Lucret.lib.3.90.
Sanguis per uenas in omne corpus diffunditur.Cic.2.de Natura deorum,208.
Pœnas dare sanguine.Virg.2.Aeneid.74.
Dandus inuidiæ est sanguis, nihil ne ego quidem moror quominus Decemuiratu abeam.Liuius.
Alternum dare sanguinem,dicuntur qui se inuicem uulnerant. Senec.Thyeste,4.1,
Quis uos exagitat furor,
Alternum dare sanguinem,
Et sceptrum scelere aggredi?
Duratur sanguis:hoc est,Concrescit.Quintil.Declamat.2.
Egestus sanguis per immensos fletus.Ouid.10.Metam.28.
Emicat sanguis.Lucret.lib.4.212.
Corruptus sanguis expletis naribus ibat.Lucret.lib.6.242.
Ne iudicio iniquo exorbeatur sanguis tuus.Cic.1.de Ora.114.
Flumen sanguinis expirans de pectore.Lucret.lib.2.72.
Fuso per uenas sanguine extinguitur. Tacit. lib. 20. De cæde Calphurnij Galeriani.
Facere sanguinem.Liu.2.ab Vrbe,130.
Feruescit sanguis.Persius Satyr.3.12.
Fundere sanguinem de rege:hoc est,Ob regē.Curtius lib.10.
Gelidus sanguis hebet tardante senecta.Virg.5.Aeneid.80.
Inficere æquor sanguine.Horat.3,Carm.ode 6.7.
Inficere riuos rubro sanguine.Horat.3.Carm.ode 13.2.
Luere quippiam sanguine.Vide Luo.
Madens uestis sanguine.Vide Madeo.
Multo sanguine manat cicatrix.Senec.Troade,3.11.
Lethifero sanguine miscetur orbis.Ouid. 1.Fast.25.
Mittere sanguinem.Vide Mitto.
Missus sanguis è corpore.Lucret.lib.2.239.
Mittere sanguinem dicuntur oratores,quum aduersariorū argumenta ita soluunt, ut causa ipsa stare non possit. Vnde Quintil.lib.8.cap.6,Illa agendis causis iam detrita,Pedem conferre,& iugulum petere, & Sanguinem mittere, inde sunt:nec tamen offendunt.
Mittere sanguinem in brachijs.Cels lib.2.cap.10.
Ex brachio sanguinem mittere.Cels.lib.2.cap.10. id est, Venā secare in brachio.
Frigidus obstiterit circū præcordia sanguis.Virg.2.Geor.97.
Perfusus sanguine.Quintil.lib.6.cap.1.24.
Calido sanguine persolues pœnas mihi.Virg.9.Aeneid.85.
Pœnas cum sanguine poscere.Virg.2.Aeneid.15.
Redditus sanguis per os.Plin.lib.26.cap.13.3.
Occupare & cohibere sanguinem.Cels.lib.8.cap.4.
Sanguis reliquit corpus.Ouid.3.Metam.8.
Saliens uena sanguine.Virg.3.Georg.92.
Ferrum satiare sanguine.Ouid.5.Fast.115.
Sitire sanguinem.Seneca Troade,10.20.
Spumans sanguine Tybris.Virg.6.Aeneid.18.
Scelerato ex sanguine sumit pœnam.Virg.12.Aeneid.199.
In corpus uocatus sanguis.Ouid.2.Metam.47.
Globos sanguinis uomens.Ouid.12.Metam.48.
Riuos sanguinis uomens.Virg.11.Aeneid.134.
Sanguis,pro Vigore & ui.Cic.ad Atticum,lib.4. 85.13,Amisimus,mi Pomponi,omnem succum & sanguinem, sed etiā colorem & speciem priscam ciuitatis:nulla est Resp.quæ delectet,in qua acquiescam.
Sanguis,Progenies.Virg.1.Aeneid.5,
—Troiano à sanguine duci Audierat.
Autor sanguinis.Virg.7.Aeneid.10.

Degener sanguinis.Stat.9.Tebaid.124.
Claro sanguine genitus.Senec.Octauia,4.6.
Obscuri sanguinis deformes ortus.Stat.5.Sylu.3.24.
Alto à sanguine genus.Virg.4.Aeneid.46.
Hortemur fari quo sanguine cretus.Virg.2.Aeneid.15.
Sanguis regius.Horat.3.Carm.ode 27.13.
Aureus sanguis,Proles aurea sub Saturno.Stat.3.Theb.112.
Paternus & maternus sanguis.Cic.pro Rosc.Amerino,40.
Cognatio sanguinis Transalpini.Cic.Post red.in Senatu,13.
Chari sanguinis uincula, Consanguinitas.Propertius libro 1. elegia 14.4.
Gradu sanguinis propior.Ouid.epist.3.6.
Nomina sanguinis,Nomina affinitatis uel consanguinitatis:ut pater,frater,soror, &c. Ouidius 9.Metam.94.de Byblide quæ fratrem amabat,
Iam dominum appellat,iam nomina sanguinis odit,
Byblida iam mauult,quàm se uocet ille sororem.
Cognatus sanguis.Virg.12.Aeneid.6.
Consors sanguis.Ouid.8.Metam.80,
—calidumq; prioris
Cæde recalfecit consorti sanguine telum. id est, Occidit etiam fratrem eius.
Attingere aliquem sanguine.Vide Attingo.
Cohærere sanguinē alicui:pro,Affinē esse.Quint.lib.8.cap.3.
Coniungi sanguine alicui,Idem.Cic.2.de Inuent.170.
¶ Sanguineus, Adiectiuum, (αἱματώδης) Ad corpus aliquando refertur,& Plenum sanguine significat. Aliquando ad animū,pro crudeli, cruentoq;.Apuleius,Inmani ab sanguinea nec uoce perterrit.
Oculorum acies sanguinea.Vide Acies.
Bellum sanguineum.Stat.5.Thebaid.1.
Cædes sanguinea.Ouid.13.Metam.17.
Caput sanguineum.Ouid.3.Trist.eleg.9.6.
Color sanguineus.Plin.lib.14.cap.3.2.
Guttæ sanguineæ.Ouid.2.Metam.72.
Imber sanguineus.Cic.2.de Diuinatione,89.
Mora sanguinea.Virg.6.eclog.5.
Pulmo sanguineus.Plin.lib.11.cap.37.75.
Rixæ sanguineæ.Horat.1.Carm.ode 27.1.
Virga sanguinea,cuius cortex ad sanguinis similitudinem ruber.Plin.lib.24.cap.10.1.
¶ Sanguiculus, sanguiculi,pen.corr. (αἱματῖτον) Sanguis hæc dissue suis,in cibum formatus.Plin.lib.28.c.p.14.7,Vtuntur ad utrunq; uitium & coagulo hœdi in uino myrtite, magnitudine fabæ poto:& sanguine eiusdem in cibum formato,quem sanguiculum uocant.
¶ Sanguinolentus, Adiectiuum (αἱματώδης) Plenus sanguinis,& sanguine cōsperfus. Varro de uita pop.Rom. Magistratus grauatim seditionibus sanguinolēcis urbē perturbauêre.Author ad Heren.lib.4.21,Sanguinolenta palma.
Color sanguinolentus.Ouid.1.Amor.eleg.12.3.
Litera sanguinolenta.Quæ exitio sit alicui.Ouid.in Ibin,1.
Pectora sanguinolenta.Ouid.epist.3.10.
¶ Sanguilentus,aliud Adiectiuū,à genitiuo sanguis,Idem. Scribon. Largus, Etiamsi sanguilentam urinam faciant. Idem, Oculi sanguilenti conspiciuntur. Sempérque ita usurpat hic author.
¶ Sanguinarius, Aliud adiectiuum (φιλαίματος) Sæuus,crudelis.Cic. Itaq; grauē illam ac sanguinariā uocem audiuimus. Sic sanguinarius homo, Qui gaudet humano sanguine.
Iuuentus sanguinaria.Cic.Attico,lib.2.22.4.
Nuncius sæuus,sanguinarius.Plin.lib.19.cap.4.1.
Sententia sanguinaria Plin.epist 87.b,De huius nequitia,sanguinarijsq; sententijs in commune omnes super cœnam lo-

quebantur.id est,ijs quos morti adiudicauerat.
Herba sanguinaria dicta est,cuius succus infusus naribus, supprimit sanguinem.Colum.lib.7.7.cap.5.15, Est etiam grauis pernicies herbæ sanguinariæ,quam si pasta est ouis, toto uentre distenditur,contrahiturq;,& spumam quandam teneuem tetri odoris expuit.
¶ Sanguinalis,& hoc sanguinale, pen.prod.(αἱμοῤῥόον) ut, sanguinalis herba, eadem quæ Sanguinaria. Colum. lib.6. capite 12.
¶ Sanguino,sanguinas,pen.corr. (αἱμορῥέω) sanguinare,Sanguine manare. Quintil. in Declamat. 10, Tum repetitis sanguinauêre planctibus iam conualescentes lacerti. Ibidem,non procul à fine,Quando non liuidum pectus & sanguinantes uidit lacertos?
Eloquentia lucrosa & sanguinans.Tacit.in Dialogo de Oratoribus.Plin.lib.30.cap.9.3,Si pedes sanguinent.
¶ Sanguisuga,sanguisugæ, pen. prod. (βδέλλα) Vermis in aqua degens,& hirudo dicitur. Plin. lib.32. cap.7.9, Idem præstare sanguisugarū cinis ex aceto illitus putatur. Idem libro 8.cap.10.3.
Sangus]Deus Sabinorum:ex quo & Sangi dicti sunt. Sangi sacellum urbis regione septima statuit. P.Vict.Cælius lib. 2.capite 3.
Sanicula]Herba,quam nos ozeille ou aigrette appellamus, à Matthiolo describitur in Dioscoridis lib.4.cap.9.
Sanies]saniei, fœm.gen.(βρόσος, ἰχώρ) Celsus libro 5,Sanguis omnibus notus est. Sanies est tenuior hoc,uariè crassa, & glutinosa, & colorata. Pus crassissimum albissimumq;, glutinosius et sanguine et sanie. Exit autem sanguis ex uulnere recenti,aut iam saniescente: sanies est inter utrunque tempus.Pus ex ulcere iam ad sanitatem spectante.Virgilius 8. Aeneid. 96,
—& sanie,taboq; fluctes. Cic.in Pisonem, 34, Saxa spargens tabo,sanie,sanguine atro.
Putris sanies.Stat.12.Thebaid.114.
Sanguis eiectat saniem per ora.Lucan lib.3.131.
Emittere saniem coniecto ferro.Ouid.7.Metam.68.
Eructare saniem.Virg.3. Aeneid.27.
Tabificam expirant saniem.Silius lib.6.56.
Serpentium sanies.Senec.Medea,9.13.
Vomunt saniem serpentes.Ouid.4.Metam.99.
Sanies pro infectura.Plin.lib.9.cap. 38.2,Rursusq; mergitur carminata,donec omnem ebibat sanie.
Oleæ sanies amara,pro Fæce.Plin.lib.15.cap.3.1.
¶ Sanioſus,pen. prod. Adiectiuum (ἰχωρώδης) Sanie & impuro sanguine conspersus.Plin.lib.7.cap.15.4,Ergo quum grauidis fluxit,inualidi,aut non uitales partus eduntur;aut sanioſi,ut author est Nigidius.
Sanitas,sanitatis]Vide Sanus.
Sanna]sannæ (χλεύη,χλευασία) Solutus derisus dicitur, à narium sonitu.Iuuen.Satyr.6.31,
Inunc,& dubita qua sorbeat aera sanna Tullia.
Postica sannæ.Persius Satyr.1.7.
¶ Sannas,apud Cratinum, Fatuum indicat:unde et Sanna uerbum, Latinè frequens.defluxit,etiamsi à narium sonitu Grammatici opinentur ductum.Cæl.Rhodig.
Sannali]Puli sunt immani auricularū patularū prolixitate totum corpus tegentes: de quibus,ut suspicor, prodigiosa illa fabula ficta est,quia toto corpore pelliti & bracchati erant,ut cum hinc inde penderēt pelliū prægrades aures,aures uiderētur.Pomponius Mela,Et Samalos,quib. magnæ aures,& ad ambiendum corpus omne patulæ,nudis alioquin pro uestis sunt.Vulgò Satmalos legitur: sed ex ueteri libro sic Turnebus restituit.

Sannaus] *Lacus, de quo Plin. lib. 2. cap. 103, Lacus Sannaus in Asia circumnascente absynthio inficitur.*

Sannio] *sannionis (χλευαστὴς) Qui soluto risu, & contortis corporis totius partibus immoderatam quandam alios deridendi formam effingit, & aliorum mores inepto quodam gestu per contemptū exprimit, ut fluitus propemodū uideatur, ac ridiculus. Cic. lib. 2. de Orat. 139, Quid enim potest esse tam ridiculum, quàm sannio est? sed ore, multu, imitandis moribus, uoce denique corpore ridetur ipso. Idem ad Papyrium, lib. 9. 16. 26, Salis enim satis est, sannionum parum.*

¶ *Sanniones, dicuntur à sannijs, qui sunt in dicteis fatui, & in moribus, et in scenis, quos μωρους uocāt Græci, inquit Nonius.*

Sannyrion] *cognomine Canabus, poeta quidam fuit, quem cōmemorat Cæl. Rhodig. lib. 8. Lect. antiq. cap. ultimo.*

Sano, *sanas*] Vide Sanus.

Sanqualis] *huius sanqualis, pen. corr. f. g. Plin. lib. 10. cap. 7, Sanqualem auem atq; immussulum, augures Romani in magna quæstione habent: Immussulū aliqui uulturis pullū arbitrantur esse, & sanqualem ossifragæ. Massurius sanqualem ossifragam dicit esse: immussulum autem pullum aquilæ prius quàm albicet cauda.*

Sansucus] *sansuci, pen. prod. fœ. gen. (σαμψυχον) Herba, Amaracus aliàs dicitur, & sampsucus, & samsucus. Plin. lib. 13. cap. 1. 8, Optimum hoc in Cypro & Mitylenis, ubi plurima sansucus.* Vide Sampsucus.

¶ *Sansucinus, siue Sampsucinus, pen. corr. Adiectiuum (σαμψυχινος) Quod factum est ex sansuco: ut, Sansucinum oleum. Plin. lib. 13. cap. 1.*

Santalum] *pen. corr. (σανταλον) quod uulgus nostrū santalum uocat: Græcis recentioribus, inquit Ruellius, lignum est quod India mittit. Huius tria genera apud pharmacopolas, candidum, rubrū, luteum: quibus simul cōmistis, fit compositio uulgaris, quæ triasandalu appellatur, uel triumsandalorum, ad roborandum uentriculum, & cardiacos affectus. Quinetiam nullæ non ferè medicorum potiones hodie his santalis imbuuntur, ut gratiam à fumentibus ineant, & aliquid iucundi saporis habeant. Ex Ruellij commentarijs.*

Santerna] *santernæ (χρυσοκολλαι) Plinius lib. 33. cap. 5. 6, Chrysocollam & aurifices sibi uendicanti agglutinando auro, & inde omnes appellatā similiter utentes dicunt. Temperatur autem ea Cypria ærugine, & pueri impubis urina, addito nitro. Teritur Cyprio ære in Cyprijs mortarijs: santernam uocant nostri. Idem lib. 34. cap. 12. 1.*

Santones] *& Santoni, siue Xantones, pen. corr. & Xantonici (σαντωνες) populi Galliæ, non longè à Tolosatium finibus: quæ ciuitas est in prouincia, ut Cæsar comment. lib. 1. 36. scribit. Lucan. lib. 1. 85,*

—gaudetq; amoto Santonus hoste. Iuuen. Satyr. 8. 16,
Tempora Santonico uelas: adoperta cucullo. Martial. lib. 14. 133. Vulgò Xaintonge. Alijs Santonges: & oppidū ipsum Saintes.

Oceani littora Santonici. Tibull. lib. 1. eleg. 7. 2.

¶ *Santonica, herba (σαντωνικὴ) quam absynthium Santonicum uocat Plin. lib. 27. cap. 7. 2. à Galliæ ciuitate nomen accepit, estq; absynthij genus illud quod nobis in uulgari usu est. Colum. lib. 6. cap. 25, Potest etiam cum arida fico et eruo conteri herba santonica, & formata in offam, sicui saluiatum demitti.*

¶ *Santonum portus (σαντωνων λιμὴν) Ptolemæo lib. 2. cap. 7. Galliæ urbs.* Vulgò La Rochelle,

Santonum promontorium in Gallia, Ptolemæo lib. 2. cap. 7. Vulgò Balaye, *σαντώνων ἄκρον.*

Sanus] Adiect. (ὑγιὴς, ὑγιεινὸς, σῶφρων, ὑγιηρὸς) Integer *& incorruptus, bene habēs. Cic. pro Sestio, 119, Non ea est medicina, quum sanæ parti corporis sepulturam adhibetur, Idem pro Sestio, 84, Qui integri sunt, & sani.*

Medicamento sanum fieri. Cic. 3. Offic. 124.

Sanum facere aliquem. Cic. 2. Philipp. 101.

Fieri sanum ex morbo. Cato cap. 157. 8.

Nec quisquā ex illo uulnere sanus abit. Proper. lib. 2. eleg. 13. 3.

Sanus, *ad animum translatum. Terent. Eunuch. 3. 5. 8,*
Quid mihi quæram: sanus sim, an' ne insaniam? Idem Heaut. 4. 3. 29,
Satin' sanus es, aut sobrius? Sic Cicero 2. de Diuin. 141,
Sanus homo.

Pro sano aliquid facere. Cæsar 5. bel. Gall. 29.

Homo sanus, *cui opponitur Furiosus. Cic. 4. Acad. 154.*

Malè sanus: *id est, Insaniens. Cic. Attic. lib. 9. 188. 7.*

Mentis sanus. Plaut. Trinum. 8. 43.

Mens bene sana. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 9.

Homo sanæ mentis. Cic. 2. de Nat. deor. 63.

Mentis sanæ uix compos. Ouid. 8. Metam. 8.

Mente sana scribere. Cic. Attic. lib. 9. 175. 4.

Sana ac salua Respub. Cic. Cornificio, lib. 12. 23. 6.

Sanior. Horat. Serm. Satyr. 3. 49,
— qui sanior, ac si
Illud idem in rapidum flumen, iaceretue cloacam.

Saniores oratores. Cic. de claris Orat. 25.

¶ *Sanè, Aduerbium (ὑγιεῖως.)*

¶ *Sanius, Aduerbium comparandi. Horat. 2. Carm. ode 7.*

¶ *Saniter, Aduerbium priscum, authore Nonio. Afran. Megalensibus,*
Adesto, assentio, te non amare me, at adorare saniter.

Sanitas] *dea, cuius tessara seu symbolum ab Alexandro illo magno tribunis datum legitur, ut eorum uestibus insueretur. Lilius Syntag. 1. Historiæ Deorum.*

Sanitas] *pen. corr. sanitatis (ὑγιεία, ἀφωνησία, ῥῶσις, ῥώμη) Quintilianus lib. 5. cap. 10, Si robur corporibus bonum est minus sanitas.*

Petere sanitatem ægri. Quintil. lib. 2. cap. 17. 15.

Sanitas, *pro Bono statu mentis, & animo quieto ac tranquillo. Cic. ad Cassium, lib. 12. 10. 2, Quibus tamen ad sanitatem redeunti ante cal. Septemb. potestas facta est.*

Animi sanitas. Cic. 3. Tusc. 16, Ita fit ut sapientia, sanitas sit animi: insipientia autem, quasi insanitas quædam, quæ est insania eademq; dementia.

Insulsitatem & insolentiam tanquam insaniam quandam orationis odit, sanitatem autem et integritatem quasi religionē & uerecundiam oratoris probat. Cic. de clar. Orat. 15. 6.

Eloquentia omnem illam salubritatem Atticæ dictionis quasi sanitatem perdidit. Cic. de clar. Orat. 25.

Qui incorrupta sanitate sunt. Cic. de Opt. gen. Orat. 145.

Suum quenq; scelus de sanitate ac mente deturbat. Cicero in Pison. 136.

Reddere sanitatem ueram. Celsus lib. 8. cap. 2.

Reddita sanitas. Celsus lib. 5. cap. 20.

Alienus à sanitate. Cic. pro Sylla, 62.

¶ Sano, *sanas* (ὑγιόω, ἰάομαι, ἀλαόω) *sanare, Sanum facere. Cic. 4. Tusc. 132, Citiusq; repentinus oculorum tumor sanatur, quàm diuturna lippitudo depellitur.*

Corpora uix ferro quædam sanantur. Ouid. 2. de Remed. 27.

Medicina sanat dolores. Propert. lib. 2. eleg. 1. 12.

Carmine & herbis sanare. Ouid. 10. Metam. 80.

Vulnera sanare. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 5.

Sanare uulnera Reipub. per trāslationē. Cic. 4. de Fin. b. 108.

Quos quidem ego, si ullo modo fieri posset, nō tam ulciscī iubeo, quàm sanare, & ipsos placare Reip. Cic. 2. in Catil. 37.

Sanare

Sanare animos & mentes consolatione. Cæsar 8. bell. Gall. 133.
Idem 1. bel. Ciuil 139.

Curas sanare. Tibull. lib. 2. eleg. 3. 3.

Eleuare dolorem, *minus quàm sanare. Cic. Titio, lib. 5. 16. 3,*
Quæ leuare dolorem tuum posset, si minus sanare potuisset.

Vina sanabunt malum. Propert. lib. 3. eleg. 17. 2.

Natiuum malum sanare. Cic. pro Domo sua, 9.

Aegram & labentem Rempub. sanare & confirmare. Cicero pro Milone.

Remedijs sanare. Cic. 7. Ver. 94, Auaritiæ uulnera crudelitatis remedijs posse sanare.

¶ Sanatio, Verbale (ἴασις) Cic. 3. Tusc. 9. Idem 4. 53, Eorum igitur malorum in una uirtute posita sanatio est. Ibid. 96, Hæc est propria & certa sanatio, si doceas, &c.

¶ Sanabilis, & hoc sanabile, pen. cor. (ἰάσιμος) Quod facilè sanatur. Cic. 4. Tusc. 131, Qui aūt natura dicitur iracūdi, aut misericordes, aut inuidi, aut tale quid, ij sunt eiusmodi constituti, quasi mala ualetudine animi, sanabiles tamen.

Genus uulneris sanabile. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 12.

Vulnus sanabile. Ouid. 1. de Remed. amor. 21.

¶ Sanesco, sanescis (ὑγιάζω) sanescere, Sanum fieri. Colum. lib. 8. cap. 7. 4, Sed uulnera facta igne, dum sanescunt, deficcare bubuli urina conuenit. Plin. lib. 17. cap. 23 16, Dies enim dolent talis quoq; ulcera, & difficilè sanescunt.

Saocōdarius] Castor, qui regiam habuit ad amnem Sangarium Phrygiæ: uti author est Strabo lib. 12.

Saos] Mons Abderitarum, apud Plinium lib. 4. cap. 12, Attollitur mōte Saoce decem M. pass. portuosissima omnium.

Sapa] *sapæ (ἕψημα, σέψεμον) à Sapiditate dicitur, & est unum coctum ad tertias. De quo Plin. lib. 23. cap. 2. 3, Vino Cognata res sapa est, musto decocto, donec tertia pars superst. Ex albo hoc melius. Idem lib. 9. cap. 56. 1, de cochleis, Quin & sapam earum commentatus est Sapa & farre, aliisq; generibus. Var. 3. de Re rust. cap. 14. 4.*

Purpurea sapa. Ouid. 4. 4. Fast. 157.

Sapæi] Populi sunt in Thracia. Plin. lib. 4. cap. 11, Inter Electos, Diobesos, Carbylesos, inde Brysas, Saparos.

Saperda] *saperdæ (ὀψάριον) Quasi sapiens & elegans. Varro Modio, Omnes uidemur nobis esse belli, saperdæ, festiui, quam simus cauopi. Nonius.*

Saperda, *Genus conchæ mulli saporis, & nonnunquā pro sterquilinio ponitur. Persius Satyr. 5. 14,*
Et quid agam rogitas? an saperdam aduecho Ponto.

Sarpedion] *altera Phryne. Cælius Rhodiginus lib. 14. cap. 15. Scribit Apollodorus Phrynes fuisse duas: quarum alteram Clausigelota cognominarunt, Sarpedion alteram.*

Saphar] *Vrbs regia Arabum, apud Plinium libro 6. capite 23.*

Sapidus, Sapiens, Sapientia] Vide Sapio.

Sapinus] *Gemma ex genere Iaspidum. Plin. lib. 37. cap. 9, Dilutior ex eodem sapinos uocatur.*

Sapinus] *sapini, pen. prod. f. g. (πλάτη) Plin. lib. 16. cap. 39. 8, Abietis quæ pars à terra fuit, enodis est: hæc qua diximus ratione fluuiata decorticatur, atque ita sapinus uocatur: superior pars nodosa duriorq;, susterna. Et in ipsis autem arboribus robustiores Aquiloniæ partes. Et in totum deteriores ex humidis opacisq;: spissores ex apricis, & diuturnæ. Ideo Romæ infernas abies supernati præfertur.*

¶ Sapineus, Adiect. (πλάτινος) Colum. lib. 12. cap. 5. 2, Alij nucibus sapineis ardentibus idem efficiunt.

Sapio] *sapis, sapiui, uel sapij, sapitum, pen. prod. uel sapui, sapitum, pen. cor. (χραίσμω) sapere, Proprie pertinet ad sensum gustus: dicituṙq; res ipsa sapere, quæ aliquem habet saporem. Iuuen. Satyr. 11. 9,*

Qui meminit calidæ sapiat quid uulua popinæ.
Iucundissimè sapit. Colum. lib. 7. cap. 8. 2.
Mare sapit. Plin. lib. 14. cap. 7. 1.
Palatus sapit. Ci. 2. de Fin. 42. hoc est, de saporib. rectè iudicat.

Sapere (φρονεῖν, σώφρων εἶναι) *ad animum transfertur: pro Sapiētem esse, seu rectam sententiam uel opinionem habere. Terent. Adelph. 3. 3. 32,*
Istuc est sapere, non quod ante pedes modò est
Videre, sed etiam illa quæ futura sunt
Prospicere. Ibidem, 5. 3. 41,
—uideo eos sapere, intelligere, in loco
Vereri, inter se amare. Cic. ad Terēt. lib. 14. 1. 3, Nā quid ego de Ciccrone dicam? qui quum primùm sapere cœpit, acerbissimos dolores miseriasq; percepit. Martial. lib. 9. 6.

Sapit pectus illi. Plaut. Trucul. 1. 5. 14.

Rem suam sapit. Plaut. Pseud. 7. 81,
Desiste, rectè ego meam rem sapio. hoc est, Scio quid mihi agendum sit.

Sapere sibi semitam. Cic. 1. de Diuin. 216. Ex poeta.

Sapiunt malè miseri. Plaut. Merc. 18. 8.

Sapere pleno pectore. Plaut. Epid. 5. 98.

Sapitis plus, uel satis. Plaut. Epid. 5. 7. 8. Idem Trinum. 10. 10.

Sapere rectè. Cic. ad Attic. 14. 303. 2.

Sapere ad. Plaut. Persa, 4. 27,
Sapis multum ad genium, hoc est, Nosti probè curare cuticulam, & indulgere genio.

Sapere in. Plaut. Truc. 18. 1,
Blittea et lutea est meretrix, nisi quæ sapit in uino ad rem
Intelligere & sapere. Cic. 2. Offic. 69. (suam.

Aliquid sapere. Cic. Curio, lib. 7. 29. 3.

Nihil sapere. Cic. 2. de Diuin. 122. Idem in Verrem, Hic planè nihil sapit.

Per se sapere Horat. in Arte, 74.

¶ Sapiēs, sapientis (σοφὸς, ἔννους, ἀκέραιος, ἀκέραιον, νήφοινος, κράτιστος) Qui sapit. Cicero 1. Offic. 26, Vt enim quisque maximè perspicit quid in quaq; uerissimum sit, quicq; & acutissimè, & celerrimè potest uidere & explicare rationem, is prudentissimus & sapientissimus rité haberi solet. Idem pro Cluentio, 68, Sapientissimū esse dicunt eum, cui quod opus sit, ipsi ueniat in mentem: proximè accedere illum, qui alterius bene inuentis obtemperet.

Misera mors sapienti non potest accidere. Cicero 4. in Catilinam, 75.

Sapiens ad. Cic. 10. Philip. 281, Quis aut sapientior ad coniecturam rerum futurarum?

Ad normam alicuius sapiens. Vide Norma.

Operis sapiens. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 27.

Facere sapientem. Quint. lib. 1. cap. 10. 4.

Formare sapientem. Quint. lib. 1. cap. 10. 3.

Iudicatus sapiens. Vide Iudico.

Actas sera & sapientior. Ouid. 1. de Arte, 13.

Consilium sapiens. Ouid 13. Metam. 87.

Excusatio sapiens. Cic. Att. lib. 6. 160. 2.

Mores sapientes. Plaut. Rud. 27. 25.

Nutrices sapientes. Quint. lib. 1. cap. 1. 3.

Populus sapiens. Horat. 2. epist. 1. 4.

Puella sapiens. Ouid. 10. Metam. 124.

Vir bonus & sapiens. Horat. 1. epist. 7. 5.

Sapientior, & hoc sapientius. Tacit. lib. 3, Cæteri ad sapientiora conuertere.

¶ Sapientia, sapiētiæ (σοφία) Est (ut ait Cic. 4. Tuscul. 90) rerum diuinarum & humanarum scientia, cognitióque, quæ cuiusq; rei causa sit. Idem 2. Offic. 6.

Ita fit mater omnium bonarum rerum sapiētia: à quouis amo-

re, Græco uerbo Philosophia nomen inuenit. Cicero 1. de Legib. 87.
Sapientia, hominis custos & procuratrix. Cic. 4. de Fin. 27.
Sapientia, moderatrix omnium rerum. Cic. 1. de Inuent. 8.
Princepsq; omnium uirtutum est illa sapientia, quam σοφίαν Græci uocant. Cic. 1. Offic. 214.
Doctores sapientiæ, pro Philosophis. Tacit. lib. 14.
Præcepta sapientiæ. Quint. lib. 1. cap. 4. 4.
Professores sapientiæ. Quintilianus in Procem. libro 1. 12. de Philosophis.
Sapientia custodiendæ ciuitatis. Cic. 2. de Orat. 84.
Studia sapientiæ. Tacit. lib. 14.
Cœlestis sapientia. Horat. 1. epist. 3. 6.
Compositissima sapientia. Vide Compono.
Consummata sapientia. Vide Consummo.
Erudita sapientia. Cic. 13. Philip. 346.
Fracta sapientia cadet. Ouid. 5. Trist. eleg. 13. 3.
Inops dicendi sapientia. Vide Inops.
Insaniens sapientia Epicureorum. Horat. 1. Carm. ode 34. 1.
Par sapientia. Vide Par.
Peruersa sapientia Tuberonis. Cic. pro Muræna, 69.
Compilare sapientiam alicuius. Vide Compilo.
Perdere sapientiam. Vide Perdo.
¶ Sapientipotens, pen. corr. (σοφοπότνια) Cic. 2. de Diuin. 874. Postremò quanquam semper fuit, ut apud Ennium est, stoliduæ genus Aeacidarum, bellipotentes sunt magis quàm sapienti potentes: tamen hanc amphiboliam uersus inielligere potuisset.
¶ Sapienter, Aduerb. (σοφῶς) Plaut. Men. 2. 2. 2.
Vitam sapienter instituere. Terent. Andr. 1. 1. 40.
Callidè, & Sapienter, contrarià. Cic. pro Domo sua, 61, Quia ius à maioribus nostris, qui non fictè & callidè populares, sed uerè & sapienter fuerunt, ita comparatum est, &c.
Agendum sapienter. Ouid. 13. Metam. 76.
Amare sapienter. Ouid. epist. 20. 12.
Facere sapienter. Cic. pro Rosc. Amer. 42. Et 7. Verr. 128.
Sapienter & fortiter aliquid facere. Cic. Lent. lib. 1. 7. 16.
Monere sapienter. Cic. 3. de Fin. 114.
Vti ratione sapienter. Quintil. lib. 2. cap. 5. 10.
Sapientius, Comparatiuum. Cic. Curioni, lib. 2. 6. 2, Nemo est qui tibi suadere sapientius possit teipso.
¶ Sapor, saporis, à Sapio (χυλὸς, χυμὸς) Qualitas illa quæ lingua sine gustatu deprehenditur. Interdum etiam ipse sensus quo aliquid sapimus, & gustu quale sit dignoscimus. Plin. lib. 15. cap. 27. 1, Interim quæ sunt communia & pomis omnibusq; succis saporum genera, XIII. reperiuntur: dulcis, suauis, pinguis, amarus, austerus, acer, acutus, acerbus, acidus, salsus, &c. Cic. 3. de Fin. 53, Vt enim mel, etsi dulcissimum est, sito tamè proprio genere saporis, non comparatione cum alijs dulce esse sentitur.
Acumen saporis. Vide Acumen, in Acuo.
Asper in ore sapor. Virg. 4. Georg. 56.
Sapor oris. Plin. lib. 30. cap. 4. 1.
Acidulo sapore iucunda pira. Plin. lib. 15. cap. 15. 2. & lib. 2. cap. 100, Sapor maris asper.
Asperrimus sapor. Vide Asper.
Calidus ac uinosus sapor. Vide Calidus, in Calor.
Cerealis sapor. Vide Cerealis, in Ceres.
Cibarius sapor. Vide Cibus.
Dulcis sapor. Horat. 3. Carm. ode 1. 4.
Durus sapor. Virg. 4. Georg. 21.
Ferruginei saporis aqua. Plin. lib. 31. cap. 2. 10. Vide Ferrum.
Horridus sapor, Plin. lib. 3. cap. 13. 1.

Fœdus sapor. Lucret. lib. 2. 81.
Ingrati saporis caseus. Vide Ingratus.
Infirmi saporis uinum. Vide Infirmus.
Inimitabilis sapor. Quint. lib. 1. cap. 10. 8.
Iucundus sapor. Vide Iucundus.
Medicatus sapor. Vide Medico.
Mulseus sapor. Vide Mulsum.
Salsi saporis humor. Lucret. lib. 6. 186.
Tardus sapor. Virg. 2. Georg. 26.
Tristis sapor. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 10.
Adiudicare saporem. Vide Adiudico.
Capi aliquo sapore. Cic. pro Cælio, 32.
Tetro sapore conspurcare omnia. Lucret. lib. 6. 5.
Domare saporem durum. Virg. 4. Georg. 21.
Imbuere sapore. Quint. lib. 1. cap. 1. 4.
Infuscare saporem. Vide Infusco.
Nosse saporem. Vide Nosco.
Perficere saporem. Quint. lib. 1. cap. 10. 8.
Redolere saporem. Quint. lib. 6. cap. 3. 75.
Sapor, per translationem, pro iucunditate sermonis. Cicero de claris Orat. 89, Granius obruebat nescio quo sapore uernaculo. Budæus.
¶ Sapidus, penult. corr. adiectiuum (σύχνος) Quod gratiã habet saporem.
Sapires] penult. prod. (σάπφειρος) Stephano populi in Ponti mediterraneis, qui & Sabires, σάβειρες dicuntur. Orpheus in Argonauticis. Sapiri à quibusdam appellantur.
Sapis] Fluuij Italiæ in Flaminia prope Cesenam urbem. Plin. lib. 3. cap. 15. Est & Sapis Galliæ Cisalpinæ fluuius, Senogalliam urbem subterlabens, iuxta quã & Isaurus fluit. Lucanus lib. 2.
Sapium] Pisces genus. Plin. lib. 16. cap. 12, Inter hæc genera proprium quidam fecêre sapium, quoniam ex cognatione earum feritur, qualis dicta est in nucleis.
Sapo] saponis, m. g. (σάβων, σάβωμα) Plin. lib. 28. cap. 12, 7, Prodest & sapo: Gallorum hoc inuentum rutilandis capillis, ex seuo & cinere. Optimus fagino & carpino duobus modis, spissus ac liquidus: uterq; apud Germanos maiore in usu uiris quàm fœminis.
Sapor] Vide Sapio.
Sapphirus] sapphiri, pen. prod. f. g. (σάπφειρος) Lapis pretiosus. Plin. lib. 37. cap. 2. 3, Inest aliquando & aureus puluis, nõ qualis in sapphirinis. Sapphirus enim & aureis punctis collucet. Cæruleæ & sapphiri, raroq; cum purpura. Optimæ apud Medos, nusquam tamen perlucidæ. Præterea inutiles scalpturæ interuenientibus crystallinis centris.
¶ Sapphirinus, pen. corr. Adiect. (σαπφειρινὸς) ut, Lapis sapphirinus. Plin. lib. 37. cap. 2. 3.
¶ Sapphiratus, ta, tum (σαπφειρωδὲς) Sapphiris intertextis uariegatus. Sidonius: Ac si sub uersicoloribus figuris uernans herbida crusta sapphiratos.
Sappho] per pante ph. (σαπφὼ) nomẽ mulieris uatis. Vnde Sapphici uersus appellati. Ferunt autem nonnulli fuisse duas hoc nomine, quarũ una Eresia, quæ & antiquior Lyrica: qua tẽpestate Alceus claruit, Terpsicorus, & Pittacus, tempore Tarquinij Prisci. Ea plectrum prima inuenit. Scripsit Lyricos modulos, Epigrammata, Elegidia, Iambos, & Monades. Altera Mithylenæa, longè iunior, cuius pulcherrimum opus ad amicum Phaonẽ extat. Scripsit & alia multa apud Græcos, ut meritò nona inter Lyricos poetas annumeretur. Antipater autem Sidonius sic de ea scribit, Mnemosinen matrẽ Musarum cepit stupor, quando audiuit dulcisonam uocem Sapphus, Nunquid decimã Musam habent mortales? Et Horat. 2. Carm. ode 13. 5.

Masculà

Masculà Sappho. Horat. 1. epist. 20. 6.
Lesbia Sappho. Ouid. 2. Trist. 73.
¶ Sapphicus, penult. corr. Adiect. (σαπφικὸς) ut, Carmen Sapphicum,
Musa Sapphica. Catull. ad libellum, 33. 4.
Saprum] sapri, Genus potionis. Plin. lib. 28. cap. 9. 9, Sapron uocant, qui cum sale & sorbis siccis è uino tritus potuq; medetur cœliacis.
¶ Saprophagus, saprophagi, pen. corr. (σαπροφάγος) Qui saprum deuorat. Martialis lib. 3. 35,
Nescio quod stomachi uitium secretius esse
Suspicer: ut quid enim Bætice saprophagis?
Sapsa] à ueteribus dictum est pro ipsa, uel seipsa, Ennius.
Quæ res sapsum loco sese ostendat.
Saraballum] Vestis erat Parthorum fluxior. Hieronymus in Danielem.
Sarabara] Vestis erat medica fluxa alij interpretantur crurum operimenta & indumenta. Eius mentio apud Sestimiũ Florentem: Monuit Turnebus.
Saraca] Ptolemæo lib. 6. cap. 2. oppidum in mediterraneis Mediæ. Est & eidem libro 5. cap. 10. Sarace ciuitas in Colchide.
Sarangæ] Populi sunt Caucasi iuga incolentes, apud Plin. lib. 6. cap. 16.
Sarapani] Populi sunt Colchidis, de quibus sic scribit Strabo: Nauigatur autem usq; ad Sarapanos, quæ munitio urbis habitatores recipere posset. Strabo lib. 10.
Saraparæ] Populi sunt circa Caucasum, non procul ab Hyrcano. Plin. lib. 6. cap. 16.
Sarapoda] homo latos pedes habens, qualem Alcæus Pittacum fuisse refert: à Naturæ quippe deformitate multi cognomina sua traxerunt. Alexander Alexandrinus lib. Genialium dier. 2. cap. 11.
Sarasa] Vrbs insignis Parthorum, quos antiqui Carduchos appellabant. Strabo lib. 16.
Sarastes] Vide Sarrastes.
Sarbonis] dis: Lacus in Aegypto extrema, apud Strabonem lib. 1.
Sarcarius] Fluuius est Phrygiæ, authore Hesiodo in Theogonia.
Sarcasmos] σαρκασμὸς, Latinè dicitur iocus cum amaritudine: ut apud Virg. 2. Aeneid. 110,
—referes ergo hæc, & nuncius ibis
Pelidæ genitori: illi mea tristia facta,
Degeneremq; Neoptolemum narrare memento.
Sarcina] sarcinæ. Vide Sarcio.
Sarcio] sarcis, sarsi, sartum (ἐπισκευάζω, κατατάω, ἐπιλοπάω) sarcire, Integrum facere, inquit Festus. Propriè est uestes consuere. Transfertur tamen etiam ad alia. Plin. lib. 11. cap. 10. 4, Apes ruentes ceras fulciunt, pilarum, intergerinis à solo fornicatis, ne desit aditus ad sarciendum. Cato, Vimina matura: salices per tempus legantur, uti sit unde corbulæ fiant, & uetteres sarciantur.
Deinde impudentia prosequor, sed idem sarciam. Cicero Silio, lib. 16. 62. 2.
Damna sarcire, Reparare. Col. lib. 9. cap. 15.
Detrimentum sarcire, Restaurare. Cæsar 1. bell. Ciuil. 174.
Infamiam sarcire. Cæsar 3. bel. Ciuil. 262.
Ruinas sarcire generis lapsi. Virg. 4. Georg. 50.
Vsuram longi temporis, magnitudine officiorũ sarcire. Cic. ad Appium Pulchrum, lib. 3. 1. 4.
¶ Sartus, Participium (ἐπισκευασθεὶς) ut,
Malè sarta gratia nequicquam coit. Horat. 1. epist. 3. 7.
¶ Sartor, sartoris, m. g. (ἐπάστης) Qui uestes facit, uel reparcit. Vide Sartor, in Sartio.
¶ Sartè, Aduerb. (ὁλοκλήρως) Integrè: authore Festo.
¶ Sartura, sarturæ, penult. prod. Refectio, instauratio. Columella lib. 4. cap. 26, Iugo si non erit opus noua sartura, recentia uincula inserantur. Dicitur et sartura, pro sarritura. Vide in Sartio.
¶ Sartatecta, ἐπισκευὴ, κατασκευὴ, uocabantur, authore Festo, opera publica quæ locabantur ut integra præstarentur. Sartatecta exigendi cura ad Censores spectabat, interdum etiam ad Aediles, rarò ad Prætores, nec nisi quum Senatus decreuerat. Cic. 3. Verr. 93, Quum L. Octauius, Cæsar Aurelius Consules, ædes sacras locauissent, neq; potuissent omnia sartatecta exigere, neq; ipsi, neq; ij Prætores quib. erat negocium datum, C. Sacerdos & M. Cæsius: factum est Senatusconsultum, quibus de sartis tectis cognitum & iudicatum non esset, uti C. Verres, P. Cælius Prætores cognoscerent, & iudicarent. Idem paulo pòst, Quæsiuit quis ædem Castoris sartam tectã deberet tradere. Et rursus, Monumentum illa amplitudine, illo opere quamuis sartum tectum, integrumq; esset: tamen aliquid inuenturũ in quo moliri prædariq; posset, arbitrabatur. Ex cuius orationis lectione, facilè intelligimus quomodo sartatecta locari solerent, exigiq;. Hæc Budæus. Liu. 5. Decade, lib. 2. 10, Censorem moribus regendis creatum, cui sartatecta exigere sacris publicis & loca tuenda more maiorum traditum esset.
Dicitur interdum cum coniunctione, sarta tecta q;, & sartum & tectum, quum plena est locutio, ut inquit Asconius: quomodo Cicero sæpe usus est. Budæus.
Sartum tectum habere aliquid, Est integrum & corruptũ seruare. Budæus.
Vtuntur & hac locutione antiqui metaphoricõs. Cicero Ante quàm iret in exilium, 8, Si igitur aliquo tempore his hominibus consuluistis, quorum animus est religionis pietate defunctus, debetis mihi quoque prospicere, qui numini deorum consecratum sartum tectum ab omni periculo conseruaui, & uos ut tutam tranquillamq; fortunam traberetis, mea perfeci uigilantia. Quo tamen in loco non periculo, ut in omnibus exemplaribus legitur, sed piaculo lego: hoc sensu, ut Cicero significet, se animum suum integrum intactumq; ab omni piaculo conseruasse id est, indigno scelere & graui aliqua pœna expiando, ac nihil in sese scelestum admisisse. Idem ad Aristum, lib. 13. 51. 4, Hoc mihi da atq; largire, ut M. Curium sartum & tectum, ut aiunt, ab omni incommodo, detrimẽto, molestia syncerum integrumq; conserues. Plautus Trinum. 6. 36, ioculari metaphora usus est,

Sarta tecta tua præcepta pater usq; habui mea modestia.

hoc est, Omnibus numeris obedientiæ tibi parui: unguem latum aut digitum transuersum à tuis præceptis non discessi. Budæus.
¶ Sarcina, sarcinæ, pen. corr. (ἀπεσκευή, σκευοφόρον, φάκελλος) à Sarcio derivatur, ut ait Sipontinus: & propriè uten silium est, & eorum quæ ad cultum, ad ornatum, & ad reliquum usum pertinent, ueluti fasces, quem quis in itinere faciendo comportare possit. Plaut. Mostel. 6. 82,

Vnde aduenienti sarcinam imponam seni. Cæsar 2. bel. Gall. 292.

Fida sarcina. Propert. lib. 4. eleg. 3. 10.
Magna sarcina. Ouid. epist. 3. 14.
Colligere sarcinas dicuntur milites, quũ castra mouere uolunt & qui in aliã domũ immigrãt, sarcinas suas cõponere solẽt.
Constringere sarcinam. Vide Constringo.
Sarcinas etiam uocamus res nostras domi cistis capsisq; compositas. Quint. Iacent relictæ sine hærede sarcinæ. Hæc ex Valla lib. 4. cap. 49.

Sarcinas, sarcinatis, neutro genere dixit Plaut. Mostel. 9.74,
Quid sarcinatis ecqua est, si umbram non habes?

¶ Sarcinula, pen. corr. Diminutiuum (ἀπουσιαστέον) Iuuenal. Satyr. 3.17.

Aptæ sarcinulæ, & expeditæ. Catul. ad Veranium, 25.1.

Colligere sarcinulas. Iuuen. Satyr. 6.15.

¶ Sarcinatus, penult. prod. Aliud adiectiuum (σπυροφορῶν) Sarcinis onustus. Plaut. Pœnulo, 16.19,
Vidén' homines sarcinatos consequi?

¶ Sarcinarius, Aliud adiect. (σπυροφορικὸς) Quod ad sarcinas pertinet. Cæsar 1. bel. Ciuil. 310, Illi & inopia pabuli adducti, & quo essent ad id expeditiores, omnia sarcinaria iumenta interfici iubent.

¶ Sarcinator, pen. prod. sarcinatoris, m. g. (σπυροστὴρ) Sartor, qui resarcit ac reparat. Lucilius,
Sarcinatorem esse summum, fuere centonem optimè. Paulus de furtis, in l. fullo, Fullo uel sarcinator qui polienda & sarcienda uestimenta accepit, ex contrectatione eorum furtum facit.

¶ Sarcinatrix, pen. prod. sarcinatricis (σπυροστρία) Quæ uestes suit & reficit. Caius in l. & ancillarum. de peculio, Et ancillarum nomine, & filiarum familiâs in peculio actio datur: maximè si qua sarcinatrix, aut textrix erit, aut aliquod artificium uulgare exerceat.

¶ Sarcimen, sarciminis, Sutura (ῥαφὴ) Apuleius, Tunc tenui sarcimine summas oras eius adæquauimus, & iuncturæ rimam setæ densitate sepsimus.

Sarcito] in duodecim, Seruius Sulpitius ait significare, damnum soluito, præstato. Festus.

Sarcion] σαρκίον, Est ueluti carnosa quædam gemmarum uena, nitiumq; Carchedonijs, Smaragdis admodum peculiare. Plin. lib. ult. cap. 5.

Sarcites] Gemma, quæ bubulas carnes repræsentat. Plin. lib. 37. cap. 10.

Sarcocolla] σαρκοκόλλα, Lachryma arboris in Perside nascētis, inquit Dioscorides. dicta ab effectu, quē præstat, & ui potestāteq; sua: nempe à uulneribus glutinandis, hoc est, carnibus quas Græci σαρκας uocant. κόλλαν enim illi glutinā uocant. Plin. lib. 24. cap. 14. 6, Sunt qui & sarcocollam spinæ lachrymā putent, pollini thuris similem, cum quadā acrimonia dulcē. Idem lib. 13. cap. 11. 1, Fit & ex sarcocolla (ita uocatur arbor) gummi utilissimū pictoribus ac medicis, simile pollini thuris. Vides quemadmodum Plinius & arborem ipsam & gummi, eodem nomine appellet.

Sarcophagus] sacrophagi, pen. corr. m. g. (σαρκόφαγος) Sepulchrum: authore Nonio.

Sarcophagus, Lapis. Plinius lib. 2. cap. 96. 1, At circa Asson Troadis lapis nascitur, quo consumuntur omnia corpora sarcophagus uocatur.

Contentus sarcophago. Iuuen. Satyr. 10. 18.

Sarculum] sarculi, pen. corr. n. g. & interdum sarculus, m. g. (σκαλὶς) à Sarriendo dicitur, instrumentum est rusticum, quo segetes purgantur. Cato de re Rust. cap. 10, Sarcula octo, palas quatuor. Plaut. Trucul. 6. 21. Cic. 2. de Finib. 40, Cui nihil dum sit, ius & sarculos abstulerit.

Cessant sarcula. Ouid. 1. Fast. 140.

Dispersa per agros sarcula. Ouid. 11. Metam. 8.

Arare sarculis. Plin. lib. 18. cap. 19. 5.

Agros findere sarculo patrio. Hor. 1. Carm. ode 1. 3.

¶ Sarculo, sarculas, pen. corr. (σκάλλω, σκαλλίζω) sarculare, Sarculo abscindere. Colum. lib. 5, Primò plantæ sarculari debent, ita ut simplex stylus altitudinem maximè scrobis excedit.

¶ Sarculatio, Verbale (σκάλωσις) Idem quod Sarritio. Plin. lib. 18. cap. 21. 1, Sarculatio induratam hyberno rigore soli tristitiam laxat temporibus uernis. Videtur legendum temporibus.

Sarda] sardæ (σαρδὼν) Genus gemmæ. Plin. lib. 37. cap. 7. 12, Omnia autem hæc genera, scalpturæ contumaciter resiliunt, partemq; ceræ in signo tenent. Ediuersò ad hæc sardæ utilissimæ, quæ nomen cum sardonyche communicauit. Ipsa gemma uulgaris, & primùm Sardibus reperta.

¶ Sarda, Piscis ex genere pelamidum. Plin. lib. 32. cap. ult.

Sardabala] Fluuius Tingitaniæ prouinciæ. Plinius libro 5. capite 2.

Sardachates] Gemma Achates, à Sardinia nomine accepto, quòd ibi inueniatur à cæteris degenerans. Plin. lib. 37. capite 10.

Sardanapalus] pen. prod. (σαρδαναπαλὸς) Vltimus Assyriorum rex: de quo tuslimus lib. 1, Fuit hic omnis generis luxuriæ deditus: nec erubuit inter scortorum greges nere, & muliebri habitu fœminas omnes lasciuia anteire. Quāobrem indignati Assyrij tali fœminæ parére, duce Arbace defciscentes, bellum Sardanapalō intulerūt. Qui uictus, in regiā se recepit, & extructā pyrā se atq; diuitias in incendium misit. Hic fuit à Nino trigesimus rex, ut ait Diodorus lib. 3. Biblioth. Et moriens condidit hoc epitaphium,
Ede, bibe, lude, post mortem nulla uoluptas. Cic. 5. Tusc. 143. Iuuen. Satyr. 3. 37,
— & potiores
Herculis ærumnas credat, sæuosq; labores,
Et uenere, & cœnis, & plumis Sardanapali.

Sardemisos] Tauri montis promontorium est, quod inter Lyciam & Pamphyliam in nostrum mare immunet. Plinius lib. 5. cap. 27.

Sardessus] Vrbs Lyciæ, quæ à Lyrnesso non multum distabat. Ab ea urbe dictus est Sardesius Iupiter, quòd in ea urbe sanctissimè coleretur σαρδήσιος Ζεύς. Author Stephanus.

Sardi] σαρδῖοι, σαρδιανοὶ ἔθνιοι, Indigenæ, qui in Sardinia nati sunt.

Sardi uenales. In eo libello cui titulus est De uiris illustribus, quem alij Plinio, nonnulli Suetonio tribuunt, utriusq; vecla mante stylo huiusmodi quoddam adagium refertur, Sardi uenales: de negocio infinitæ prolixitatis, atq; inexplicabili. Idq; hinc esse ortum tradunt, quòd Tiberius Sempronius Gracchus, quum altero Consulatu Sardiniā domuisset, tantum ex ea captiuorum adduxit, ut longa uenditione res in prouerbium abierit. Plutarchus in problematis Romanorum, aliam affert causam, nimirum olim inoleuisse morem apud Romanos solennem, ut qui ludos ederēt in Capitolio, Sardos uenales pronunciarent, prodiretq; puer quispiam, per ludibrium monili cinctus, quam bullam uocāt. Eum morem hinc ortum putat, quòd Veientes Hetruscorum populi multum temporis cum Romulo bellum gessissent, quòd horam urbem postremam Romulus expugnasset. Vsus est hoc adagio Tullius ad Gallum, lib. 7. 125. 5, Habes, inquit, Sardos uenales, alium alio nequiorem. Sentit Cicero de cōtemptis & improbis, & ni fallor, patria quoq; Sardis. Nam ita scribit paulo ante hunc locum, Id ego in lucris pono, non ferre hominem pestilentiorem patria sua. Erasmus.

Sardia] σαρδία, inter ornamenta muliebria recensentur à Pollione lib. 7. cap. 22. ad finem.

Sardiei] Populi inferioris Germaniæ, ad Pannonias gentes. Strabo libro 17, Sunt & Sardiei (inquit) ad meridiem procedenti, quorum ab initio Adriæ sinu regio montana ad Rhizonium sinum progrediens, agrumq; Sardiorum inter mare gentesq; Pānonias cadit. Sardieos propria prouincia inter Illyricanos statuunt.

Sardi-

Sardicensis] & Sardicense: attributum à Sardica. Sardicensis synodus (inquit Spiegl.) non à Sardibus, sed Sardica Illyrij ciuitate dicta: de qua post Epiphanium lib. 2. tomo 2. uide & Vadianum, Illyria, Histor. tripart. lib. 4. cap. 21. Theodor. lib. 2. cap. 4.

Sardinia] σαρδὼ, Insula maris Mediterranei. Sallustius, Sardinia, in Afro mari facie humani uestigij in Occidentem quàm in Orientem latior prominet. A Sardo Herculis filio dicta, ut lib. 12. Silius, & Solinus scribunt. De ea Plin. lib. 3. cap. 7. Eadem & Ichnusa & Sandaliotis, à forma humani uestigij dicta. Claud. de bello Gildonico, 102. Multa in ea insignia sunt, at nihil magis quàm quæ adagio locum præbuit herba Sardoa: cuius ex uaria opinione scriptorum meminit Erasmus Roterodamus in Prouerbijs. Sardiniā Ptolemæus multo longiorem facit, quàm sit lata. nam Eoum latus CLXXVIII. mil. pas. longitudinis habet, maxima latitudine CXXII. mil. pas. existente. Eadem propè & Pomponij Melæ sententia est. Nā angustius spectare eam in Ortū, quàm Occasum ait, litoribus uidelicet medio contractis: in uniuersum autem ubiq; spaciosiorem esse, quàm Corsica sit, etiam tractu quo latissima est. De Sardinia Pausanias & Cælius Rhodiginus lib. 12. cap. 16.

Opima Sardiniæ. Horat. 1. Carm. ode 31. 1.

A Sardinia, Sardus, Sardous, pen. prod. & Sardiniensis, adiectiua sunt.

Regna Sardoa. Ouid. 4. Fast. 58.

Sardinienses qui Sardiniam incolunt, ut ibi negocientur.

Sardinia, Piscis genus ad condimenta & salituras utilis, apud Italos plurimus. Colum. lib. 8. cap. 17, Tabētes, haleculas, & salibus exesam chalcidem, putremq; sardiniam.

Sardis] σάρδεις, tantùm pluraliter, urbs Lydiæ magna, ad latus Tmoli montis maximè celebris, ut testis est Herodotus lib. 1. & Plin. lib. 5. Eadem fuit olim regia Crœsi Lydorum regis, ut latè ostendit Herodotus, & Horat. 1. epist. 11. 1,
Quid cōcinna Samos, quid Crœsi regia Sardis? Terminat autem nominatiuum & accusatiuum in is producta, quomodo Tralis, & Syrtis.

Magnæ Sardes. Ouid. 11. Metam. 28,
Vade, ait, ad magnis uicinum Sardibus amnem. Intelligit Pactolum.

¶ Sardianus, a, um, Adiectiuum. Sardiani balani à Græcis dictæ sunt castaneæ, quòd circa Sardis primùm fuerint inuentæ. Plin. lib. 15. cap. 23.

Sardo] as, are, antiquum uerbum, quo Næuius usus est. Paulus: Sardare, intelligere. Næuius,
Quod bruti nec satis sardare queunt.

Sardoa] lex est, Senescentes iam parentes fustibus lethaliter à filijs cædi, ac mox contumulari. Cæl. Rhodig. lib. 19. lect. Antiq. cap. 26.

¶ Sardoa, sardoæ, pen. prod. Herba, selino similis, id est, apio: eam Pausanias nasci in ambitu fontium ait, ac eam mortem cum risus specie afferre. Inde Homerum ac posteros, Sardoniū risum nuncupasse. Vide Sardonius risus. Dioscorides Sardoniam uocat.

Sardonici] σαρδόνυξ ὄφ, mōtes Liburniæ, Ptolemæo lib. 2. cap. 17. Vulgo Maranai.

Sardonius risus (σαρδόνιος γέλως) Prouerbium de risu ficto aut amarulento, aut insano demq. Sensus & origo prouerbij uariè traditur authoribus. Zenodotus in collectaneis suis Aeschylū citat, qui huiusmodi fermè tradiderit in opere de parœmijs: Gentem esse quandam Carthaginiensiū coloniam, quæ Sardonem regionem inhabitet: ei morē esse, senes septuagesimum prætergressos annum Saturno sacrificare, ridentes interim, ac mutuò sese complexantes. Nam turpe ducebant, in funere aut ēiulatum edere, aut lachrymas profundere. Hinc adsimulatum risum, Sardiniū uocari cœptum. Timæus apud eundem Zenodotum ait, Sardonijs consuetudinem fuisse, ut filij parentes iam grandiores iuxta fossam aut præcipitiū, in quo sepeliendi forent, collocarent: atq; inde fustibus cædentes, in eam darent præcipites. At illi interim pereuntes uidebant, existimātes eam mortem fœlicem atq; egregiam, quòd liberorum impietate interirent. Sunt qui dicunt in Sardorum insula herbam nasci quandam, cui sardoæ cognomen sit, apiastro similem: eam sapore quidem esse dulcem, uerūm gustatam, ora hominum in rictus dolore contrahere, ut ueluti ridentes emoriantur. Hoc sensisse uidetur Solinus, cūq; hoc Seruius grāmaticus, enarrans hunc ex Virgiliana Thyrside locum, eclog. 7. 9,
Imò ego Sardois uidear tibi amaror herbis. M. Tullius lib. 7. 26. 2, ad Fabium Gallum, Videris, inquit, mihi uereri, ne si istum habuerimus, rideamus γέλωτα σαρδόνιον. Significans futurum, ut si Cæsar rerum potiretur, multis ad ridere atq; applaudere cogerentur, quæ magnopere displicerent. Plura de origine prouerbij apud Erasmū in Chiliadibus, unde hæc desumpta sunt.

Sinus Sardonij. Claud. de bell. Getico, 94.

Sardonyx] pen. corr. sardonychis, pen. corr. tā masc. quàm fœm. gen. (σαρδόνυξ) Lapis pretiosus. Componitur ex Sarda, quæ lapis fuit in Sardinia primùm compertus, coloris rubei: & Onyx gemma, cui est candor subcandidus, unguis humani similitudine, quasi utriusq; colorem obtineat. Iuuenal. Satyr. 6. 38.
In manibus densi radiant testudine tota
Sardoniches. Persius Satyr. 1. 2,
Et natalitia tandem cum sardoniche albus. Plinius 37. cap. 7. 11, Ediuersò ad hæc sarda utilissima, quæ nomen cū Sardoniche communicauit.

¶ Sardonychus, sardonychi, pen. corr. Idem (σαρδόνυχος) Iuuenal. Satyr. 13. 14,
Arguit ipsorum quos litera gemmaq; princeps
Sardonychus, loculis quæ custoditur eburnis.

¶ Sardonychatus. pen. prod. (σαρδονυχωτὸς) Sardonyche ornatus. Martial. lib. 2. 29,
Cuius & hinc lucet sardonychata manus.

Sardous] pen. prod. (σαρδῶος) Adiect. à Sardinia. Ouid. 4. Fast. 58,
—Sardoaq; regna sinistris
Respicit remis. Vide Sardinia.

Sardus] σαρδὼς, Herculis filius, qui adhuc puer ab Iolao eorum furori subtractus, quos Hercules uiuens lacessierat, cum fratribus aliquot in Sardiniam insulam peruenit, rēq; quæ antea Sandaliotis, seu Ichnusa uocabatur, à nomine suo Sardiniam creditur appellasse.

Sarepta] σαρέπτα, Vrbs Sidoniorum, ubi diuinus uates Elias esurientem uiduam miraculo pauisse scribitur in Sacris literis. Hinc,

¶ Sareptanus, Possessiuum (σαρεπτηνὸς) Sidonius,
Vina mihi non sunt Gazetica, Chia, Falerna,
Quæq; Sareptano palmite missa bibas.

Sargacæ] penult. correp. Populi iuxta Næotidem, quorum oppida Murmetion, Panticapæum, Theodosia, Hermissium. Pomponius eos Sararchas appellat, cap. 1. lib. 2, de Scythia Europea. de quibus suo loco.

Sarpagises] Tomyris filius, à Cyro Persarum rege captus, dum in unicas, & brachiorum uincula eximi sibi impetrasset, seipsum interfecit. Herodotus.

Sargauasanæ] Regio Cappadociæ apud Plinium libro 6. capite 3.

[Sargus]

Sargus] *sargi*, m. g. (σαργος) Piscis genus (inquit Festus) qui in Aegyptio mari ferè nascitur. Lucilius in Satyr.

Quem præclarus elops, quem Aegypto sargus mouebit.

Plin. lib. 9. cap. 51. 4. Ibidem, cap. 17. 5. Lutarium semper comitatur sargus nomine alius piscis: & cœnum fodiente eo, excitatum deuorat pabulum.

Sari] σαρι, neutrius generis: genus fruticis, prouenies in aqua, radice dura intoriaq; ferrarijs officinis utile: de quo Plinius lib. 13. cap. 23, Fruticosi est generis & Sari, circa Nilum nascens duorum cubitorum altitudine, policari crassitudine, coma papyri, similiq; manditur modo, radice ferrarijs officinis, præcipua, carbonis usu propter duritiam.

Sarissa] sarissæ (σαρισσα) Hastæ Macedonicæ genus, authore Festo. Liu. 9. ab Vrbe, 102, Arma, clypeus, sarissæq; illis: Romano scutum maius corpori tegumentum. Idem 7. bell. Maced. 173, ibi simul perturbati ordines, & impeditus intercursu suorum usus prælongarum hastarum (sarissas Macedones uocant) intulêre signa Romanæ legiones.

Macedonia sarissa. Ouid. 12. Metam. 94. Lucan. lib. 8. 58,

Primi Pelleæi arcu fregêre sarissas. Idem lib. 10. 10.

¶ Sarissophorus, Alexander lib. 6. Genial. dierum, cap. 13, Sequutis inde tempestatibus, Græcorum dures diuersas turmas legionesq; descripsere: inter quas Macedonum robur sarissophorus magni æstimatur, quo uelut firmissimo munimento in posterum usi sunt.

Sarmantus] Romanus eques, scurrilitate notissimus sub Augusto Cæsare: alio nomine Sarmentus. de quo suo ordine.

Sarmatæ] pen. corr. (σαρμαται) populi Scythiæ sunt, qui à Græcis Sauromatæ dicuntur, ab oculis lacertarum. σαυρος enim, lacerta est: ὄμμα, oculus. Regio, Sarmatia dicitur. Sũt autem duæ Sarmatiæ, secundum Ptolemæũ, quarum una est in Europa, quæ (ut libro tertio scribit) à Septentrione Oceano terminatur, ab Occasu parte Germaniæ, à Meridie Lazigibus Metanastis. In ea est Olbia, quam nunc Russiam & Tartariam esse crediderunt. Altera Sarmatia est in Asia, ut idem lib. 5. refert, quæ à Septentrione terra incognita terminatur, ab Occasu Sarmatia Europæ, & Tanai fluuio. In ea sunt Caucasij montes. Nomina diuersa habent Sarmatæ: habitant montes & saltus, utuntur plaustris pro domibus, pascunturq; lacte equino: unde quidã eos uocant ἱπποπολγους, hoc est, equarum mulsores: alij γαλακτοφαγους, hoc est, lacte uescentes. Sunt etiam quidam interius habitantes, qui sanguinem equinum lacte mistum potant, quos uocant Gelonos. Virg. 3. Georg. 93. Item, Sarmatæ alij sunt, qui crudã farinã equino sanguine mistã, è cruris uenis aluntur. Alij etiam qui pro uictimis homines immolant. Alij bellorum & cædis amatores, quibus bellantibus mos est cruorem eius quem primùm interemerint, ex ipsius uulneribus bibere: & ut quisq; plures interemerit, ita apud eos eximius habetur. Sunt etiam in Scythiæ extremis Sarmatæ, qui carne equina uescũtur: alij, qui humanæ carnis alimento uitã ducũt: propter quod uocãtur Antropophagi, ἀπὸ τῦ φαγεῖν τὰς ἀνθρώπους, hoc est, ab hominibus edendis. Iidẽ ab usu plaustrorum Hamaxobitæ Pomponio, Hamaxobij Ptolemæo uocantur. Hi, ut author est Mela lib. 2. auri & argenti maximarũ pestium ignari, uice rerum cõmercia exercent: atq; ob fœud hyemis admodum assiduè demersis in humum sedibus, species aut fussosa habitãt, totum braccati corpus, & nisi quà uident etiam ora uestiti. Horum meminerunt Plin. lib. 4. cap. 12. & Strab. lib. 11. Sarmatæ nunc Poloni uocãtur Oliuarius in Melam.

Discors Sarmata. Claud. 7. Paneg. 97.

Frigidus Sarmata. Senec. Herc. Oetæo, 2. 11.

Intonsi Sarmatæ. Senec. Herc. furen. 7. 4.

Refugi Sarmatæ. Stat. 4. Sylu. 7. 11.

Vagus Sarmata. Seneca Hippol. 1. 12.

¶ Sarmaticus, pen. corr. Adiect. (σαρματικὸς) ut,

Iuga Sarmatica. Ouid. 1. Trist. eleg. 7. 8.

Belli Sarmatici ieiunia. Lucan. lib. 3. 57.

Braccæ Sarmaticæ. Valerius 5. Argon. 85.

Hyemes Sarmaticæ. Statius 5. Sylu. 1. 26.

¶ Sarmaticè, pen. corr. Aduerb. (σαρματικῶς) Ouid. 5. Trist. eleg. 13. 13,

Iam didici Græcè, Sarmaticèq; loqui.

¶ Sarmatis, pen. corr. huius Sarmatidis (σαρματις) Patronymicum fœm. pro adiectiuo. Ouidius,

Terreat haud manes Sarmatis umbra meos.

Tellus Sarmatis. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 17.

Sarmentum] *sarmẽti* (φρύγανον, φρυγανισμος, ιληματις) Sarmenta, Virgulæ uitium superuacuæ abscissæ. Varro de re Rust. lib. 1. cap. 31. 2, Iuncidum enim sarmentum propter infirmitatem sterile, neq; ex se potest eijcere uitem, quam minorem uocant flagellum, maiorem etiam, unde uuæ nascuntur, palmam.

Deuecta sarmenta cremare. Virg. 2. Georg. 82.

Ligna & sarmenta circundare, ignem subijcere cœperunt. Cic. 3. Verr. 48.

Sarmentum pro Palmite. Colum. lib. 3. cap. 16, Nec tamen eam uitem feracem dixerim, cuius singulæ uuæ in singulis sarmentis conspiciuntur: sed si per unumquenq; pampinum maior uuarum numerus dependet. Idem lib. 3. cap. 10. Et libro 4. cap. 6.

Amputatio sarmentorum, & immissio, contraria. Cicero de Senectute, 49.

In utibus noua sarmenta cultura excitantur. Cicero 2. de Oratorib. 49.

Sylueścere sarmentis dicitur uitis. Cic. de Senect. 48.

Sarmenta, Lignosi illi ramusculi, quibus stipatim affiguntur uuarum acini. Plin. lib. 23. cap. 1. 3, Sarmenta earum in quib. acini fuêre, astringendi uim habent, efficaciora ex ollis.

¶ Sarmentitius, Adiect. (φρυγανώδης) Quod est ex materia sarmentorum. Colum. lib. 6. cap. 26. 3, Verùm uulnera eius sarmentitio cinere cum argenti spuma linienda sunt.

¶ Sarmentosus, pen. prod. Aliud adiect. (φρυγανώδης) Quod plurimum habet sarmenti. Plin. lib. 25. cap. 11. 6, Psyllion alij cynoides, alij crystallion, alij sicelion, alij cynomyian appellant, radice tenui, superuacua, sarmentosum.

Sarmentus] σαρμωντος, Nomen uiri proprium, qui scurrilitate claruit: cuius meminit Hor. 1. Serm. Satyr. 5. 11,

—nunc mihi paucis
Sarmenti scurræ pugnam, Messiq; Cicerri,
Musa uelim memores.

Sarnus] σαρνος, Campaniæ fluuius, ex Sarno eiusdem nominis monte ortum ducens, iuxta oppidum in Sarni radicibus situm: primoq; magno cum murmure defluit, mox in paludes amplas desinit, quæ graues incolis nebulas toto anno emittunt: deinde coactus rupibus Veseium montem radit, & inde paruo contentus cursu, in Tyrrhenum mare influit. Lucan. lib. 2. 85.

Mitis Sarni opes. Sil. lib. 8. 107.

Pompeianus Sarnus. Stat. 1. Syl. 53.

Saron] Deus marinus, qui arti nauticæ præesse existimabatur, à quo datum est mari nomen. Lilius Syntag. 5. Histor. deorum.

Saronicus] pen. correp. (σαρωνικὸς) Portus in Achaia, ad Isthmum Corinthiacũ. Ptolemæus sinum facit Saronicum. Plinius quoq; lib. 4. cap. 5, Situs (inquit) Saronicus olim querno nemore redimitus, unde nomen, ita Græcia antiqua appellante quercum. Multi à Sarone deo marino. Nam Saronem fuisse regem, qui illic Atlepiæ marinæ regioni imperârit, in Corinthiacis scribit Pausanias.

Sarophages] Gentes Indiæ sunt, accolæ Indi fluminis: authore Plin. lib. 6. cap. 20.

Sárpta] ἄμπελος τμηθεῖσα, Vinea putata, id est, pura facta. Festus. Vnde & uirgulæ abscissæ, sarmenta dicuntur.

¶ Sarpo, sarpis, sarpere, Idem quod putare, apud Priscianum: unde uineta sarpta. Hinc nos hodie falcem uinitoriam, sarpam uocamus. Sed fortasse tamen uerius sit, sarpant abbarpe deduci, & sibilum (ut plerunque) in densum spiritum exasperari: atq; adeò falcem lignatoriam sic uocamus, propterea quòd cedit & putat arbusculas. Turnebus.

Sarpedon] pen. prod. (σαρπηδὼν) teste Homero lib. Iliad. 16, Iouis filius ex Laodamia Bellerophontis filia. Herodotus uerò in Polyhymnia scribit eum fuisse Iouis filium ex Europa, ac Minois fratrem. Hic quum aliquando rex esset Lyciæ, & in armis strenuus, Troianis contra Græcos fauit: & multa bellando strenuitatis documenta demonstrans, à Patroclo tandem interfectus est: ut idem Homerus scribit.

Sarpedon Iouis progenies. Virg. 10. Aeneid. 95.

Ingens Sarpedon. Virg. 1. Aeneid. 21.

Lycius Sarpedon. Ouid. 13. Metam. 51.

Est & Sarpedon, Ciliciæ promontorium finis aliquando regni Sarpedonis, & quod Ciliciam à Pamphilia distinguit. Pomponius Mela lib. 1. in descriptione Ciliciæ.

Sarra] σάρρα Nomen ciuitatis, quasi postea Tyrus dicta est, teste Gellio lib. 14. cap. 6. à qua Sarranum Ostrum est nominatum. Sed id quoq; à pisce quodam accepit, qui illic abundat, & Sarilla lingua uocatur, ex cuius sanguine fericum in purpuram tingebatur.

¶ **Sarranus**, pen. prod. Adiect. (σαρρῖνὸς) Quod ex Sarra est. Vnde Sarranæ uestes. Tyriæ dictæ sunt, quæ & ostrinæ & purpureæ. Virg. 2. Georg. 102,

—Sarrano dormiat ostro. Iuuen. Sarrana aulæa. Colum. lib. 9. cap. 4. 4, Sarrana uiola.

Numina Sarrana. Sil. lib. 8. 10.

Gens Sarrana. Sil. lib. 1. 15.

Sarraca] σαρρᾶκαι, duarum urbium nomen: quarum una est in Media, altera in felici Arabia. Ptolem. lib. 6. cap. 2. & 8.

Sarraceni] pen prod. (σαρρᾶκηνοὶ) Populi post Nabathæos Arabiæ populos: ut author est Stephanus.

Sarracum] *sarraci*, pen. prod. Quo ligna & lapides uehi consueuerunt. Iuuen. Satyr. 2. 25,

—longa corusca,
Sarraco ueniente, abies. Idem Satyr. 5. 3.

Frigida circumagunt pigri sarraca Bootæ. Quintil. lib. 8. cap. 3. An quum dicit in Pisonem Cicero, Quum tibi tota cognatio in sarraco aduehatur: incidisse uidetur in sordidum nomen?

Sarrastes] σαραστιοι, Populi Campaniæ, Sarno amni uicini, à quo & nomen accepisse putantur. Virg. 7. Aeneidos.

Sarrio] *sarris, sarrîui, sarritum* (σκάλλω, σκαλίζω, σκαλεύω) *sarrire*, pen. prod. Sarculis fodere, purgare: quod fit quum segetes leuiter scalpendo, & rastris à noxijs herbis purgamus. Plaut. Capt. 12. 5,

Nam semper occant prius quàm sarriunt rustici. Varr. 1. de Re rust. cap. 29. 1, Prata purgari, salicta seri, segetes sarriri.

Sarrire sarmenta. Cato cap. 37. 3.

Sarrire saxum. Martialis lib. 3. 91.

¶ **Sartor**, *sartoris* (σκαλευτὴς) ut ait Nonius, non solùm à sarciendo, sed etiam à sarriendo deducitur: & tã cum qui sarcit, quàm eum qui sarrit, significat: hoc est, sarritorẽ. Plaut. Capt. 12. 3,

Sator, satorq; scelerum, & messor maximè? Et paulo pòst,

Nam occatorem prius debebas dicere.

¶ **Sartura**, *sarturæ*, pen. prod. (σκαλισμὸς) Idem quod Sarritura. Plin. lib. 18. cap. 27. 4, Ab Aequinoctio sartura nocere & uineæ & segeti existimatur. Colum. libro 4. capite 26.

¶ **Sarritor**, pen. prod. *sarritoris*, m. g. (σκαλιστὴς) Qui sarrit. Colum. lib. 2. cap. 13. 1, Tritici modij quatuor uel quinq; bus bulcorum operas occupant quatuor, occatoris unã, *sarritoris* duas primùm, & unam quum iterum sarriuntur.

¶ **Sarritura**, *sarrituræ*, pen. prod. (σκάλισις) Colum. lib. 11. cap. 2. 20, Sarritura quoq; frumentorum iteratur egregiè, modios tres una opera rectè sarrit.

¶ **Sarritio**, *sarritionis*, Verbale, Idem (σκάλευσις) Varro de Re rust. lib. 2. cap. 12, Peracta sementi, sequens cura est sarritionis. Colum. lib. 2. cap. 9. 16, Frequentem tamen exigunt sarritionem.

Sarsenna] pater & filius, nobilissimi scriptores, quos Plinius commemorat damnasse arbustorum rationem ad uites subleuandas, lib. 17. cap. 23.

Sarsina] pen. corr. (σάρσινα) Plinio lib. 3. cap. 14, oppidũ in Vmbria, ex qua Plaut. poeta comicus ortus est. Sil. li. 8. 92,

—his Sarsina dines Lactis, &c.

Sarsura] à Sarciendo dicitur, ut usura pro usu. cursura apud Plautum pro cursu, curatura apud Terentium pro curatione. Varro ubi de Gallinis, Axius, ego quæ requiro sarsuræ assuræ membra de palumbis, de gallinis, dic sodes Merula. Quorum uerborum sensum uide in dictione Assura in uerbo Asso.

Sartatecta] Vide Sarcio.

Sartago] pen. prod. *sartaginis*, f. g. (τήγανον) Patella in qua caro frigitur. A' σάρξ, quæ caro est, nomen assumpsit. Plin. libro 16. cap. 11. 4, Item terebinthinam in sartagine referuenti.

Sartago loquendi. Persius Satyr. 1. 8.

Sartor] Vide Sartio & Sarrio.

Sarus] Fluuius Cappadociæ. apud Plin. lib. 6. cap. 3.

Sas] σάος, Verrius putat significare Eas, teste Ennio, qui dicat libro primo,

Virgines nam sibi quisq; domi Romanus habet sas: quiẽ Suas magis uidetur significare. Sicuti eiusdem libro quarto fatendum est Eam significari, quum ait, Nec quisquã philosophiam, quam doctrinam Latina lingua non habet, sapientiaq; perhibetur, in somnis uidit, prius quàm suam dicere cœpit. Festus.

Sason] σάσων, Insula est inter Epirum & Brundusium, ut author est Strabo lib. 6. Sil. lib. 7. 97,

Adriaci fugite infaustas Sasonis arenas.

Sassumini] Populi sunt in Aquitanica Gallia, apud Plinium lib. 4. cap. 19.

Sasuri] Gentes sunt in India, authore Plin. lib. 6. cap. 19.

Sat] ἄλις, Aduerb. à Satis, significat abundè. Virgilius 10. Eclog. 10,

Hæc sat erit Diræ nostrum cecinisse poetam.

Sat bonum te facit. Cic. pro Roscio Amer. 54.

Sat commodè. Terent. And. 3. 1. 17.

Sat diu uixit. Plaut. Capt. 13. 23. Cic. ad Attic. lib. 15. 323. 4,

Modò & libenter fuerit, & sat diu.

Sat est. Terent. Andr. 1. 1. 143,

—sat est, Curabo. Cic. de Senect. 4. 4. Quantum sat est.

Sat est osculi. Plaut. Sticho, 3. 34. Sat littium, apud eundẽ legitur

tur in Rudente,14.25.Cic.2.de Fin.108,Testium sat est.
Sat fecit officium.Terent.4.5.12.
Sat habere.Terent.And.4.2.22,
Sat habeo. Idem Eunuch.3.2.32,
Vbi tempus tibi erit,sat habet,si tum recipitur.
Sat scio.Terent Adelph.3.3.6,
Persuasit ille impurus,sat scio. Ibidem,4.1.10.
Satagitæ] Populi in Asia Scythica, apud Herodotum libro 4.
Satago]satagis, pen.cor.sategi,pen.prod. (περιεργάζομαι, πολυπραγμονέω, διακονδυλω) satagere, Anxium esse, anxiè distorqueri difficultate alicuius rei conficiendæ.Terent. Heauton.2.1.13,
Nam hic Clinia,etsi is suarum rerum satagit.
Satagere,Diligentem esse,seu festinare.Plaut.Asin.9.34,
Nunc satagit,adducit domũ etiam ultrò,& scribit nũmos.
Satagere de.Gell.lib.9.cap.11, Consulibus de ui ac multitudine hostium satagentibus.hoc est,solicitis.
Agere & satagere.Quint.lib.6.cap.4,Aser uenuste Manlium Suram multum in agendo discursantem, salientem, manus iactantem,togam deijcientem & imponentem,non agere dixit,sed satagere.
Satanas] σατανᾶς, Hebraicum uerbum à שטן, quod aduersari, hostemq; esse significat. Quo nomine appellatus est diabolus,quòd bonorum aduersarius sit:nam διαβολὸς calumniantem,impostoremq; significat. Quicquid enim animæ ad Deum tendenti resistit & aduersatur,& quicquid paci est contrarium, hoc uerbo Satanas rectè exprimitur: sicut legitur in Regum libris, Quia suscitauit Deus Salomoni Satanam,aduersus eum qui erat pacificus. Et,Filij Saruiæ cur efficimini mihi hodie Satanæ? Ex Iobi historia appareret,malum genium eo uerbo,uelut propria notatione designari.Item in Euangelio Matthæi,Ductus est Iesus Christus Dei spiritu in desertum, ut ibidem à Satana tentaretur.Sed cum idem Christus Iesus D.Petrum fatalia impedire uolentem,redarguendo Satanam appellauit,figuratè locutus est. Dæmones enim scelerati,quosq; ad bonos exercendos Deus plerunq; commouet atq; excitat,propriè pessimi sunt,mortales eorum ductu.
Satanas præter notam calumniantis significationem, terræ malleũ apud Hieremiã cap.50.denotat.Cælius lib.2.cap.9.
Satarchæ] σατάρχαι,Populi sunt Septentrionales ad paludem Mæotim uergentes, ut scribit Pomponius Mela libro 2. Hi bellicosissimi sunt. De quibus Valerius Flaccus lib.6. Argonaut.29,
Iaxmathæ,Toriniq;,& flaui crine Satarchæ.
Satarnei] Gentes sunt circa Mæotim.Plin.lib.6.cap.7.
Sataros] Notiore nomine Patara,urbs in Lycia, apud Plinium lib.5.cap.27.
Sataspes] Vir Achæmenius fuit, Theaspis filius, qui cum Zopyri filiam uiolasset,& ob eam rem à Xerxe cruci destinatus esset,intercessione matris, quæ Darij erat soror, impetrauit ut in exilium ageretur, donec Africam uniuersam lustrasset. Cumque iam aliquot menses aliqua in peregrinatione consumpsisset, nauigationis tædio adductus, ad Persidem redijt, regiq; retulit, sese reliquum itineris conficere nõ potuisse,quòd naues à Magnetibus reformidarentur:quod Xerxi fabulosum uideretur,hominem,ut antea destinarat,cruci affixit.Herodot.lib.4.
Satelles]Stellitis,pen.cor.m.g. (λογχοφόρος, λογχότης, σωματοφύλαξ) Miles mercede conductus, ut ab imperatoris latere non discedat. Plin. lib.12.cap.14.12, Sed præter hos & custodes satellitesq;,et ostiarij,& ministri populantur. Liu.2.ab Vrbe,54,Comprehensum regij satellites retraxisse,ad tribunal regis.Ouid.5.Fast.108,
Ille deæ custos,ille satelles erat.
Administri & satellites alicuius.Cic.pro Quintio,54.
Vides tamẽ tyranni satellites in imperijs. Cic.Att.lib.14.303.2.
Per medios ire satellites.Horat.3.Carm.ode 16.2.
Rigidus satelles.Horat.1.epist.14.
C.Mãlius audaciæ satelles atq; administer tuæ.Cic.1.in Cat.4.
Satelles Iouis, Aquila. Cicero 2.Tusc.ul.42. Ex poeta.Sic 1.de Diuin.171.
Ministri ac satellites cupiditatum alicuius.Cic.5.Verr.16.
Satellites uoluptatum,uirtutes.Cic.2.de Fin.63.
¶ Satellitium,ij(δορυφόρημα, τὸ δορυφορικὸν)Luciano Collectiuum nomen est,ipsos significans satellites,tuendi corporis causa adhibitos: quemadmodum Seruitũ accipitur pro ipsis seruis,Sodalitium pro ipsis sodalibus.
Satellius] Quadratus (uti ait Seneca) fuit quidam stultorũ diuitum arrosor,& quod sequitur arrisor, et quod duobus his annexum est,derisor.
Satin'] Vide Satis.
Satio] satias, satiaui, satiatum(ποτέννυμι,ποτέω,μεθύω, χορτόω)satiare,à Sat deduci uidetur,significatq; Saturare, seu explere,& habere quod satis sit. Pertinet ad omnes sensus,& frequenter ad animum.
Ad corpus.Colum.lib.8.cap.9, Satiatq; semodius cibi in decibus singulis uicenos & centenos futuros.
Ad animũ.Cic.de Senect.48, Satiari delectatione nõ possum, ut meæ senectutis requietem,oblectamentumq; noscatis.
Legendo non posse satiari.Cic.3.de Fin.11.
Nunquam expletur nec satiatur cupiditatis sitis. Cicero in Parad.7.
Fretum non satiatur aquis.Ouid.8.Metam.169.
Numerus satiat.Cic.in Orat.24.
Animum non posse satiare in lacerando alicuius corpore. Cic. 2.Philipp.294.
Cor satiare.Ouid.9.Metam 36.
Cupiditatem satiare.Plin.lib.34.cap.8.31.
Desideria naturæ satiare.Cic.2.de Fin.44.
Iram satiare Ouid.3.Trist.eleg.8:4.
Lumina satiauit longo usu.Stat.Sylua.4.6.7.
Oculos satiemus amore.Propert.lib.2.eleg 16.5.
Explere cupiditates,satiare odium.Cic.in Partit.52.
Pectora sua satiare luctu alterius.Ouid.6.Metam.57.
Satiare uidetur à Plinio positum,pro Abundare, lib. 5.cap.9. Propterea obseruatum est,prout in Mauritania niues imbresue satiauerint,ita Nilum increscere.
¶ Satiatus,pen.prod.Participp.(μεθυσθεὶς,διακορὴς,ἀπλησθεὶς)siue Nomen ex participio:ut, Aeui & decoris satiatus.Sil.lib 16.121.
Longo ludo satiatus.Horat.1.Carm.ode 2.8.
Somno satiatus.Liu.2.ab Vrbe,273.
Supplicijs satiatus.Liu.8.ab Vrbe,103.
Ira nondum satiata fœdibus.Lucan.lib.7.163.
Libido mentis satiata.Catul.Argon.59.30.
Senecta uita longa satiata.Senec.Here.fur.10.5.
¶ Satiabilis,& satiabile,qui facilè satiari potest (κορεστὸς)cuius contrarium est insatiabilis,ἀκόρεστος.Sallustius, Auaritia insatiabilis est,neque copia neque inopia minuitur.
¶ Satietas,pen.cor.satietatis (κόρος, πλησμονὴ) Odium, fastidium.Cic.7.Verr.79,Posteaquam è portu piratæ non metu aliquo affecti,sed satietate exierant.
Cibi satietas & fastidiũ,aut subamara aliqua re releuantur, aut dulci mitigatur.Cic.1.de Inuent.37.
Omnibus in rebus similitudo est satietatis mater.Cicero 1.de Inuent.89.

Satietas

Satietas uitæ.Plin.lib.4.cap.12.47.
Satietas hominum.Terent.Eunuch.3.1.14.
Satietas nostri & Desiderium, contraria. Cicero Attico, libro 2.20.1.
Satietas & Aviditas,contraria.Plin.lib.12.cap.17.7.
Citra satietatem. Vide Citra præpositionem.
Hæc res multum afferri hominibus satietatis ac fastidij. Cic.pro Murænã,18.
Abire in satietatem.Plin.lib.8.cap.16.6.
Capere satietatem.Vide Capio.
Satietas uoluptatibus non deest.Plin.lib.5.cap.1.6.
Naturam explere satietate uiuendi.Cic.pro Marcello,16.
Omnium rerum satietas, uitæ facit satietatem: Cicero de Senectute,68.
Ferre satietatem ex copia.Quint.lib.5.cap.14.24, Et odium ex quadam seruitute,& ex copia satietatem,& ex amplitudine fastidium tulerit.
Tenet me alicuius rei satietas. Salust.in Iugurtha.
Ad satietatem trucidare.Liu.4.bel.Pun.174.
¶ Saties,satiei,f.g.Idem (πλήσμιον) Nec finis satieiue. Silius libro 4.22.
Satie necari.Plin.lib.8.cap.51.5.
¶ Satias,satiatis,pen.prod.f.g.(πλησμονὴ) pro Satietas, aliquando ponitur. Terent.Eunuch.5.6.3,
Vbi satias cœpit fieri, commuto locum. Idem Hecyra,4.2.18,
— Satias me iam tenet
Studiorum istorum.Lucret.lib.5.8,
Nil,ut opinor,id ad satiatem.
Fessus satiate uidendi.Lucret.lib.2.207.
Facta satias. Salustius, Frumentiq; ex inopia graui satias facta.
Satias eum cepit amoris in uxore.Liu.10.bel.Pun.11.
Cibi satias.Lucret.lib.5.279.
Satio] sationis.Vide Sero,seris.
Satis] Aduerb.(ἄλις, ἱκανῶς, ἀδδὲν, ἀγαπητῶς, ἀπροσδεῶς) & per apocopen Sat:significat Abundè, quantum opus est.Plaut.Menaech.20.49,
Accersè homines qui illum ad me deferant. S. quot sunt satis?
Satis ad.Cic.5.Verr.148,Sed ab ijs quos repudias, exigis tantum pecuniæ,quantum ad eum numerum frumenti satis sit, quem ciuitati imperas.
Mihi autem ad uincendum satis est, fuisse procuratorem qui cum experiri posset quales is, &c. Cicero pro Quintio, 46.
Satis audacter.Plaut.Amphit.8.207.
Satis bene.Plaut.Pœnulo,4.63.
Satis certè,uel certò scio.Terentius Adelph.2.3.3.Idem Heauton.1.1.19,
Hæc non uoluptati esse,satis certò scio.
Satis credo.Terent.Eunuch.5.9.21,
Gaudeo. C.Satis credo,nihil est Thaide tua dignius.
Satis cum periculo.Terent.Andr.1.1.104.
Satis iam delusum censeo:nunc rem,ut est,eloquamur. Plautus Asin.12.141.
Satis diu hoc iam saxum uoluo.Terent.Eunuch.5.9.55.
Satis est Hor.1.epist.2.10,
Quod satis est cui contingit,nihil amplius optet.Terent. Eunuch.4.7.40,
— hic furti se alligat.
CH.Satis hoc tibi est. Cic.de Amic. 81, Satis erat respondere magnas,ingentes inquit.
Quod satis est sapio mihi.Persius Satyr.3.8.

Responsa non dabantur fida satis.Virg.2.Aen.76.
Satis fortis homo,& satis planè frugi.Cic.5.Verr.55.
Satis habeo.Plaut.Capt.7.86.Terent.Adelph.3.2.15,
Satis mihi id habeam supplicij, dum illos ulciscar modò.
Salust.in Iugurtha,Satis habeatis animam retinere.
Imbrem satis largum cælo demittere.Virg.1.Georg.5.
Satis magna pecunia.Cic.1.Offic.37.
Satis mirari.Terent.Eunuch.3.4.9,
Quid illud mali est?nequeo satis mirari.
Satis multa.Brut.ad Cic.lib.11.10.4, Satis me multa scripsisse, quæ literis commendari posśint,arbitror. Idem 4. Academic.263.
Nec satis, extremas Coriti penetrauit ad urbes. Virgilius 9. Aeneid.2.
Non est satis,nisi præsens confirmassem,ne id quidem satis est. Cic.5.Verr.107.
Non satis.Cic.1.de Nat.deor.98, Sed quum agellus eum non satis aleret, ut opinor,ludi magister fuit.
Non satis id cur alia percipi posse dicas, alia non posse.Cicero 4.Acad.184.
Non est satis æstimare parens melior homini, an tristior nouerca fuerit.Plinius libro 7.in Præfat.2.hoc est, Non satis æstimari possit.
Non enim satis intelligebam:per parenthesin positum. Cic.4. Academ.114.Me quoq; iocósne,an ita sentiens(non enim satis intelligebam)cœpit hortari,ut sententia desisterem.
Et ne satis habeas semel circuire.Cato cap.1.1.
Satis pernosti qualis sim.Terent.Adelph.3.2.23.
Satis prospicere oculis,Satis cernere,satis uidere.Plaut.Amph. 17.7.Terent.Adelph.3.3.85,
— estne hic Hegio
Tribulis noster?si satis cerno,is hercle est.
Plus quàm satis opus est,dolco.Cic.7.Verr.95.
Satis præceptum.Plaut.Pœn.8.17.
Satis rectè monestis.Plaut.Persa,16.53.
Satis sæpe iam & uirtutem militum & fortunam tentatam.Sallust.in Iugurth.
Satis sanus.Curtius lib.4.
Satis,satis.Terent.Heauton.3.3.30,
Non possum,satis iam,satis pater durus fui.
Satis scire.Liu.1.ab Vrbe,89.
Satis tempore. Cicero 4. Verr.89, Satis putabat se ad comitia tempore uenturum, si pridie uenisset. hoc est, Satis tempestiuè.
Quum hominem nomino,satis mihi uideor dicere.Cicero pro Quintio,22.
Quare de hoc satis.Cic.Attic.lib.6.120.2.
Satis,cum genitiuo: Satis causæ.Terent.Andr.1.1.111,
Nec satis ad obiurgandum causæ.Plaut.Bacch.2.50,
Satis historiarum est?Idem Truculen.6.4,
Satis est mihi tuæ salutis,nihil moror.Terent.Phorm.
Satis iam uerborum est.
Orationis satis est.Vide Oratio, in Oro.
Satis temporis ad dicendum.Cic.4.Verr.1.
Satis superq; (ὑπερῤύντως, κεφτε) Virg.2.Aen.129,
— satis una superq;
Vidimus excidia. Cic.2.de Natur.deor.3, Nam contra Epicurum satis superq; dictum est.Hor.Epod.1.7,
Satis superq; me benignitas tua Ditauit.
Satin',pro Satis ne.Terent.Eunuch.5.2.12,
— satin' id tibi placet? C. Non. Idem Andr.4.5.10.
Satin' sanus es,qui me id rogites?
Satin' saluæ Modus loquẽdi apud ueteres,quũ ubi quid turbati erat,interrogabant an satis saluæ res essent.Terent. Eunuc.

Hem quid stas? quid trepidas: satin' saluæ? Liuius ab Vrbe cond. 25.6.e

¶ Satisaccipio, satisaccipis, pen. corr. satisaccepi, satisaccepitũ (ἐκχωῶς λαμβάνω, συγχαρρικὰ, κατεγνυμένω) satisaccipere. Dictum est eodem modo, quo satisfacere. Nam quia id quo quis contentus erat, ei præstabat, satisfieri dictũ est: ita quia tales quibus cõtentus quis futurus esset, sic dabantur, ut uerbis obligarentur, satisaccipi dictum est. Hæc Sipontinus. Plaut. Sticho, 9.4. Cic. pro Rosc. Comœdo, 23, Quæ de causa Flauius, quum de tota lite faceret pactionem, neq; satisaciperet à Roscio, neq; iudicio absolueretur à Fannio. Idem pro Quintio, 24, Si ueretur ut res iudicio facto parata sit, iudicatũ solui satisaccipiat. Vetus codex legit separatim, Satis accipio. Cato capite 2.4, Quæ satisaccipienda sient, satisaccipiantur.

Satisaccipere, contrarium habet Satisdare.

¶ Satisacceptio, satisacceptionis, Verbale (ἐκχωρολογία) Satisacceptionem, appellat Pomponius de uerbor. obligat. stipulationem, quæ ita obligat promissorem, ut expromissõres quoq; ab eo accipiantur. id est, qui idem promittunt.

¶ Satisdo, satisdas, satisdedi, satisdatum (ἐκχωῶς διδόω) satisdare, pen. corr. Significat fideiubere, promittere per uadẽ, siue fidem suam pignari dare, & reipsa certum facere. Sipontinus, Vt satisfacere dicimur ei cuius desiderium implemus: ita satisdare aduersario nostro, cum pro eo quod à nobis petit, ita cauemus, ut eum hoc nomine securum faciamus, datis fideiussoribus. Cicer. pro Quint. 15, Iste postulat ut procurator iudicatũ solui satisdaret: negat Alphenus æquum esse procuratorem satisdare, quòd reus satisdare nõ deberet, si ipse adesset. Sic ad Attic um, lib. 1.5.1, Satisdari amplius à se non peti. Cato cap. 146. 2, Rectè hæc dari, fieriq;, satisq; dari domino, aut cui iusserit, promittito, satisq; dato arbitratu domini.

Iudicatum solui satisdare. Cic. 4. Verr. 42, Amici, si quis quid peteret iudicio, secum agi passuros, iudicatum solui satisdaturos esse dicebant.

Satisd. re genitiuo iunctum. Cic. 3. Verr. 104, Qui redemerit, satisdet damni infecti. Scilicet, nomine.

¶ Satisdatio, satisdationis, Verbale (ἐκχωροδοσία) Cic. libro 5. 88. 1, De satisdando uerò te rogo, quoad eris Romæ tu, ut satisdes: & sunt aliquot satisdationes secundum mancipium in his & Memmianorum prædiorum uel Atilianorum. Plinius lib. 34. cap. 7. 6.

¶ Satisdatum, satisdati, pen. corr. (ἐκχωροδοτέω) Cic. Att. lib. 16. 339. 3, Sed & illi turpe arbitror, eo nomine, quod satisdato debeat, procuratores eius non dissoluere. Eidem ibidem, 333. 22. Pomponius in l. & magis. ff. de solut. Potius enim eo nomine exoluisse uideor, quod satisdato, quam quod sine satisdatione debeo.

¶ Satisfacio, satisfacis, pen. corr satisfeci, pen. prod. (πληροφορέω, ἐκχωῶς ποιέω) satisfactiũ, satisfacere, Tantum facere quantum satis sit irato ad uindictam, inquit Asconius. Datiuo iungitur. Plaut. Amph. 10.8,

—— quin ego illum aut deseram,
Aut satisfaciat mihi. Cic. ad Att. lib. 7. 141. 4, Cui nos ualde satisfacere multi ad me scripserunt.

Satisfacere quibus debemus. Cic. ad Att. lib. 11. 224. 6.

Satisfacere suis: pro, Dissoluere æs alienum. Cæsar 3. bel. Ciuil. 223.

Satisfacere de uisceribus suis: pro, Suis uisceribus æs alienum dissoluere. hoc est, Sua ipsius pecunia. Cic. ad Qu. fratr. lib. 1. 3. 11, Sentio quid sceleris admiserim, quum de uisceribus tuis & filij tui: satisfacturus sis quibus debes, ego acceptam ex ærario pecuniam tuo nomine frustra dissipârim.

Satisfacere alicui in pecunia. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 12. 6

De re aliqua plenè & statim satisfacere. Quintilianus lib. 4. cap. 5. 14.

Satisfacere, pro Purgare. Cic. 2. Philip. 64, Acceperam enim iam antè Cæsaris literas, ut mihi satisfieri paterer à te. id est, Vt acciperem tuam excusationem & purgationem. Inde Satisfactio, pro purgatione & excusatione.

Satisfacere cumulatè alicui. Cicero ad Qu. frat. lib. 2. 8. 2. Idem in Topicis, 53.

Satisfacere alicui de re aliqua. Cæsar 5. bel. Gall. 5, Sese q; paratos esse demonstrant, omnibus rationibus de iniurijs satisfacere.

Amicitiæ satisfacere. Cic. Planco, lib. 10. 1. 7.

Causæ & officio suis satisfacere. Cic. 1. Verr. 25.

Deo piè & castè satisfacere. Cic. ad Terent. lib. 14. 7. 2.

Disputationi alicui satisfacere. Cic. 1. de Legib. 53.

Existimationi hominum satisfacere. Cic. 5. Verr. 114.

Immortalitati laudum alicuius satisfacere. Cic. ad Cæsarem, lib. 13. 17. 8. id est, Laudes reddere immortales.

Mandatis alicuius satisfacere. Cic. ad Att. lib. 6. III. 6. Vetustũ exemplar hic habet, Vt mandatis faceremus.

Naturæ & legibus satisfacere. Cic. pro Cluent. 21. id est, Mori.

Officio erga aliquẽ in re aliqua satisfacere: p. o. Fungi officio. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 6. 4, In ea re nos & officio erga Lentulum mirificè, & uoluntati Pompeij præclarè satisfecimus.

Vt omnium opinioni satisfiat. Cic. pro Rabir. Posth. 28.

Satisfactum est promisso nostro ac recepto. Cic. 7. Verr. 108.

Publicè satisfacere: hoc est, Publico nomine. Cic. 3. Verr. 55.

Suspicioni alicuius satisfacere. Cic. pro Rab. Posth. 28.

Vitæ satisfacere. Cic. Planco, lib. 10. 1. 3.

Voluntati uoluntate satisfacere. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 35.

Histriones in dissimillimis personis satisfaciunt. Cicero in Orator. 59.

¶ Satisfieri, pen. correp. (πληροφορέω&αι) Ouid. 2. de Remed. amor. 61.

Quanquam à te quidem cumulatè satisfit & mihi, & omnib. Cic. Acilio, lib. 13. 33. 2.

Vide quomodo satisfiat ei, cui scis me satisfieri uelle. Cicer. Terent. lib. 14. 8. 1.

¶ Satisfactio, Verbale (πληροφορία, πλήρωμα) Purgatio, excusatio. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 15. 3, Hæc tu me etiã insimulas, nec satisfactionem meam accipis. Idem ad Attic. lib. 4. 75. 5.

¶ Satispræsto, satispræstas (ἐκχωῶς παρέχω) satispræstare, Idem quod satisfacere.

Satior] & hoc Satius, huius satioris, pen. prod. Melior. Plin. lib. 17. cap. 5, Erit igitur hæc optima & operi satior. De terra tenera.

¶ Satius (πρόσθεν) Comparatiuum aduerbium à Satis, & significat Melius, quasi ultra id quod opus est. Terentius Heauton. 3. 1. 66,

—— & tibi perdere
Talentum hoc pacto satius est, quàm illo minam. Virgil. eclog. 2. 3,
Nónne fuit satius tristes Amaryllidis iras,
Atq; superba pati fastidia? Cic. ad Att. lib. 7. 121. 6, Video cum altero uinci satius esse, quàm cum altero uincere.

Non igitur satius esset, dicet aliquis, ab initio, præsertim quum scribas, ad optimum & electissimum uerbum deuenire? Est quum non est satius, si, &c. Author ad Heren. lib. 4. 187.

Multo satius est. Lucret. lib. 5. 227.

Nimio satius. Vide Nimis.

Sator, Satiuus] Vide Sero, seris.

Satræ] Populi Græcorũ in litorib. Thraciæ. Herodot. lib. 7.

Satra-

Satrapes] uel Satrapa, satrapæ, pen. corr. m. g. (σατράπης) Dictio Persica, quæ apud nos præfectum significat. Terent. Heaut. 3. 1. 43,

—— satrapes si siet
Amator, nunquam sufferre eius sumptus queat.

¶ Satrapia, satrapiæ, pen. prod. (σατραπεία) Regio, & præfectura. Plin. lib. 6. cap. 20. 9, Etenim plerique ab occidente non Indo amne determinant, sed adiiciunt quatuor satrapias, Gedrosos, Arachotas, Arios, Paropamissadas. Dicitur & Satrapea, pen. prod. Curtius lib. 5, Mazeum transfugam satrapea Babyloniæ donat. Idem lib. 6.

Satricum] clara Latij ciuitas, apud Plin. lib. 3. cap. 5.

Satullo] Satullas, & Satullus. Vide Satur.

Satum] Sati, Genus mensuræ Palæstinæ, quæ capit se sq uimodium, siue, ut nos lingua nostra dicimus sesquibœotium.

Satur] Satura, saturũ, pen. corr. Adiect. (κορεσθείς, ἱκανὸς) Quod est cibo plenum. Terent. Hecyr. 5. 2. 3,

Sed quum tu satura atq; ebria eris, puer ut satur sit fácilè. Cic. 1. de Diuin. 131, Præclara uerò auspicia, si esurientibus pullis res geri poterit, saturis nihil geritur.

Alitilium satur. Hor. 1. epist. 7. 7. hoc est, saturatus altilibus.

Satur omnium rerum. Terent. Adelph. 5. 1. 3.

Fricando satur. Plaut. Pœn. 4. 16.

Capellæ saturæ. Virg. eclog. 10. 16.

Comina satur. Hor. 1. Serm. Satyr. 1. 24.

Cor saturum. Catullus ad Iuuentium, 45. 1.

Satur, Fœcundus & abundans. Perstius Satyr. 1. 8,

—— nec rus saturum laudare. Virg. 2. Georg. 40,
Saltus, & saturi petito longinqua Tarenti. Vbi Seruius, Saturi, aut fœcũdi: aut quod iuxta oppidum Saturum. Tarentum enim & Saturũ uicinæ sunt Calabriæ ciuitates.

Præsepia satura. Virg. 3. Georg. 43.

Coloni saturi. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 5.

Satur color, Plenus, uehemens, & quem uulgus nostrum onératum uocat. Plin lib. 37. cap. 10. 30, Ion apud Indos uiolacea est, sed rarò saturo colore lucet.

Vellera fucata saturo colore. Virg. 4. Georg. 67.

Saturior lactis agnus. Colum. lib. 7. cap. 4. 3.

¶ Saturo, saturionis, m. g. (ὁλκαπορὶς) Idem quod Satur. Plautus Persa, 4. 23,

Nam esurio uenio, non aduenio saturio.

¶ Saturias, penultima correpta, saturitatis, f. g. (πλησμονὴ) Plaut. 13. 96,

Proin tu deum hunc saturitate tranquillum facias tibi.

Plin. lib. 9. cap. 39, Sic gignitur laudatus ille pallor saturitate fraudata.

Saturitas, pro Fœcunditate. Cic. de Senect. 52, Neq; solùm officio, quod hominum generi uniuerso cultura agrorum est salutaris, sed etiam delectatione quam dixi, & saturitate copiáq; rerum omnium, quæ ad uictum hominum & cultum tum etiam deorum pertinent.

Saturitas, pro Excrementis uentris. Plin. lib. 10. cap. 33. 2, Notabili munditia egerũt excrementa pullorum, adultioresq; circumagi docent, & fortè saturitatem emittere.

¶ Saturo, saturas, pen. corr. (ἐλαύνω, κορέω, χορτάζω) saturare, Explere. Ad omnes sensus pertinet, propriè tamen ad gustum. Cic. 2. Philip. 72, Versatus in bello est, saturauit se sanguine dissimillimorum sui ciuium. Nonius, Expleri & saturari hanc habent differentiam: Expleri, est tantummodo plenum esse: Saturari, supra modum. Cic. lib. 6. de Repub. 8, Quæ quia expleri, nec saturari ullo modo possunt. Virg. 10. eclog. 6,

Nec cythiso saturantur apes, nec fronde capellæ.

Nuper nati mammas appetunt, earumq; ubertate saturantur. Cic. 2. de Nat. deor. 193.

Famem epulis saturare. Claud. de Phœnice, 3. 3.

Placare & saturare. Cic. pro Domo sua, 35, Expleui animos inuidorum, placaui odia improborum, saturaui etiam perfidiam, scelus proditorum.

Odium saturare. Cic. pro Flacco, 74.

Saturnus appellatus quòd se saturat annis. Cicero 2. de Natura deorum, 92.

Stercore saturare terram. Colum. lib. 2. cap. 9. 14.

¶ Saturatus, pen. prod. (πλήρωμα, χορτασθείς) Partic. ut, Iuno saturata. Virg. 5. Aen. 122,

Multa mouens, necdum antiquum saturata dolorem.

Synecdoche.

Expletus & saturatus. Cic. 5. Verr. 83.

Cæde armenti saturati leones. Ouid. 10, Metamorph. 108.

Homines saturati honoribus. Cic. pro Plancio, 16.

Mens saturata bonarum cogitationum epulis. Cicero 1. de Diuinatione, 108.

Lumina saturata cara figura. Catul. Argon. 59. 44.

Saturatæ uestes murice: id est, tinctæ. Mart. lib. 8. 42.

Saturatior, Comparatiuum: ut, Saturatior color. Plinius libro 21. capite 8. 2.

¶ Satullo, Satullas (χορτάζω) satullare, Idem quod saturare. Varro, Neq; in pulucre mythico coquam carnes, quibus satullem corpora, & famem uentris. Nonius.

¶ Satullus, Adiectiuum, idem quod Satur. Varro libro 2. de re Rustica, cap. 2, Vt agni satulli fiant lacte. Sed fortè diminutiuum est Satur.

Satureia] satureiæ (θύμβρα) Herba fragrantis odoris, quæ & cunila dicitur, & origanum heracleoticum: à Saturo dicta, quòd nullum ferè condimentum sine ea fiebat, propter quod saturitatem inducere uidebatur. Colum. lib. 10, Ita satureia thymi referens symbraq; saporem. Plin. li. 19. cap. 8. 33, Thymbram uerò quæ sit cunila. Hæc apud nos habet uocabulum & aliud, satureia dicta in condimentario genere. Scribitur mense Februario, origano æmula.

Saturæ] Palus, quæ & Pontina, iuxta Circeios fuit uigintiurium olim urbium locus: ut est Mutiani sententia apud Plinium, libro 3. capite 5. Hæc ad uiam usq; Appiam pertinebat, ubi & nauibus trajiciebatur inter Appij forum & Anxurem. Virg. lib. 7. Aeneid.

—— queis Iuppiter Anxurus aruis
Præsidet, & uiridi gaudens Feronia luco, Quã Saturæ facit alta palus, gelidusq; per imas Quærit iter ualles, atq; in mare conditur Vfens.

Saturchei] Populi sunt circa Mæotim, apud Plinium lib. 6. capite 7.

Saturio] σατυρίων, Decurio cubiculariorum Domitiani. A' quo,

Saturij modi. Mart. lib. 4. 34. in Asium,
Saturiosq; modos, Partheniosq; sonas.

Saturniana] colonia (σατορνικὴ πολώνια) Tuscorum urbs, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Plodie Saturnia.

Saturnia] σατόρνια, Nomen regionis, & nomen oppidi. Virg. 8. Aen. 70,

Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

Aeditiora etiam loca (ut Diodorus scribit) Saturnia dici consueuerunt.

¶ Saturnia, Italiæ & mons, qui nunc est Capitolinus, Saturnius appellabatur, quòd in tutela Saturni esse existimatur. Saturnij quoq; dicebantur, qui castrum in imo cluuo capitolino incolebant, ubi ara dicata ei deo ante bellum Troianum

uidetur, quia apud eam supplicant apertis capitibus. Nam Italici authore Aenea uelant capita, quòd is cum rem diuinam faceret in litore Laurentis agri Veneri matri, ne ab Vlysse cognitus interrumperit sacrificium, caput adoperuit, atq; ita conspectum hostis euitauit. Saturno, dies festus celebratur mense Decembri, quòd eo ædis est dedicata, & is culturæ agrorum præsidere uidetur, quo etiam falx est ei insigne. Versus quoq; antiquissimi, quibus Faustus fata cecinisse hominibus uidetur, Saturnij appellantur, quibus & à Næuio bellum Punicum scriptum est, & multis alijs plura composita sunt. Qui Deus in Saliaribus Saturnus nominatur, uidelicet à Sationibus. Festus.

Saturninus] Volusius urbis præfectus, à Plin. lib. 11. capite 38, commemoratur quotannis sanguinem per os mississe, tametsi nonagesimum excesserit annum.

¶ Saturninus tribum plebis fuit seditiosus, qui cùm pernicios legibus rempublicam perturbaret, sumptis ex Senatusconsulto armis in Capitolio occisus est à Sceua quodam, Qu. Crotonis seruo, cui idcirco libertas præmij loco data est. Fuerunt multis pòst annis, qui à Caio Rabirio occisum dicerent, quo nomine ille à T. Labieno in iudicium uocatus, & perduellionis reus factus, à Cicerone defensus est pulcherrima illa oratione, quæ pro Caio Rabirio Posthumo perduellionis reo, inscribitur.

¶ Saturniani, hæretici fuerunt à Saturnino quodam nominati, qui mundum solos angelos septem inscio Deo fecisse dicebant. Irenæus lib. 1. cap. 23.

Saturnus] κρόνος, Cæli filius, authore Cicerone libro 2. de Natur. deor. Vetus (inquit) hæc opinio Græcium opplenti, scilicet exectum Cælum à filio Saturno, uinctum autem Saturnũ ipsum à filio Ioue. Physica ratio nõ inelegãs inclusa est in impias fabulas. Cælestem enim altissimam æthereamq; naturã, id est, ignem, quæ per sese omnia gigneret, uocare uoluerunt ea parte corporis, quæ coniunctione alterius egeret ad procreandum. Saturnum autẽ eum esse uoluerũt, qui cursum & conuersionem spaciorum, ac temporum cõtineret, qui deus Græcè id ipsum nomẽ habet. κρόνος enim dicitur, qui est idem χρόνος, id est, spacium temporis. Saturnus aũt est appellatus, quòd saturetur annis. Ex se enim natos comẽsse fingitur solitus: quia consumit ætas temporum spacia, annisq; præteritis insaturabiliter expletur. Vinctus aũt à Ioue, ne immoderatos cursus haberet, atq; ut eum siderum uinclis alligaret. Hactenus Cicero. Vide & Macrobium Saturnaliorum li. 1. cap. 40. 41. 42. Alij philosophi interpretãtur Saturnũ Cronon, ueluti à satietate intellectus, eo quòd Græcè satietas κόρος intellectus uerò siue mens, νῦς dicitur: ut sit nomen cõpositum Saturnus, ex prima parte Latina, & posteriore Græca, ipsa satietas mentis. Sunt qui Saturnum à satu deducant, quoniam peritiam ruris, & satorum omnium primus edocuisse fertur. Quidã à uerbo quod Græci dicunt σάθλειν, quo uirilia significantur, quòd patris pudenda abscidisse, atq; in mare proiecisse dicitur: unde Venerem procreatam fuerunt, quæ à spuma, unde coaluit, Aphrodites nomen accepit.

Dens curuus Saturni id est, falx. Virg. 2. Georg. 82. Seruius.

Saturnus regnis à Ioue pulsus erat. Ouid. 3. Fast. 160.

Aureus Saturnus. Virg. 2. Georg. 108. Quia sub Saturno fuit ætas aurea.

Grauis Saturnus. Persius Satyr. 5. 5.

Impius Saturnus. Hor. 2. Carm. ode 17. 5.

Senex Saturnus. Virg. 7. Aen. 36.

Saturni stella, Phænon Græcè, xxx ferè annis cursum suum conficit. Cic. 2. de Nat. deor. 75.

Stella Saturni frigida. Virg. 1. Georg. 68.

Sydus graue Saturni. Propert. lib. 4. eleg. 1. 17.

Stella quæ Saturnia nominatur. Cic. de Som. Scip. 15.

¶ Saturnius, Adiect. (σατόρνιος, κρόνιος) ut,

Arma Saturnia. Virg. 1. Aen. 115.

Coniux Saturnia. Sil. lib. 10. 68.

Iuno Saturnia. Virg. 3. Aen. 76.

Regna Saturnia. Virg. 4. eclog. 2.

Tellus Saturnia frugum parens. Virg. 2. Georg. 35.

Versus quoq; quos olim Fauni uatesq; canebãt, Saturnios antiqui nominabant, ut ait Varro.

¶ Saturnalia, Saturnaliorũ (κρόνια) Festa septem seu quinq; dierũ, mense Decembri, Saturno dicata: erantq; dies illi pleni lætitiæ, in quibus Romani syntheſin ueſtem sumebant. Dies quoq; quibus munera ultrò citrò; mitti remittiq; solebant, Saturnalitia dicebãtur. Sueton. in Augusto, cap. 75, Saturnalibus, & si quando aliàs libuisset, modò munera dividebat, ueſtem & aurum et argentum: modò numos omnis notæ. Cic. ad Att. lib. 5. 108. 1, Saturnalibus mane, &c. Hor. 2. Serm. Satyr. 3. 1.

Hilara Saturnalia. Cic. Att. lib. 5. 108. 7.

¶ Saturnalitius, Adiectiuum (κρόνιος) Quod ad Saturnalia pertinet. Mart. lib. 5. 20,

Saturnalitiæ ligulam misisse felibræ. Ibidem, 31,

—potiusq; uidetur Saturnalitias perdere Varro nuces.

Saturo] saturæ. Vide Satur.

Saturum] σάτυρον, Vrbs Calabriæ fuit, non longè à Tarento. Vnde,

¶ Saturcianus, Possessiuum (σατυρειανὸς) Horatius 1. Sermon. Satyr. 6. 12,

Me Satureiano uectari rure caballo. Quidam etiam Satyrum scribunt. Vnde & nonnulli agrum in quo Tarentum conditum est, Satyram uocari affirmant.

Satus] Vide Sero.

Satyra] satyræ, pen. corr. (σατύρα) Quasi satura dici uidetur, ob carminis uarietatem, seu propter copiam rerum, quæ ibi tractantur. Est enim satyra, carmen maledicum, & ad carpenda hominum uitia compositum: quale scripserũt Lucilius, Horatius, Iuuenalis, Persius. Accepit et id carminis hunc titulum, quòd personis, factisq; satiatum abundare uideatur. Quidam à satyra lance, quæ referta multis uarijsq; primitijs, in sacrificijs dijs offerebatur. Alij à lege Satyra dictam existimant, quæ uno rogatu multa simul comprobat. De qua lege Sallust. in Iugurth. Varro à quodam farcimini genere, quo multis rebus referciebatur, dictam satyrã esse scribit. Vnde in 2. lib. Plautinarũ quæstionum habetur, Satyra est uua passa et polẽta, & nuclei pinei ex musto conspersi. Donatus in Terentium, Deinde aliud genus fabulæ, id est, satyra, sumpsit exordium, quæ à Satyris, quos illotos semper ac petulantes esse legimus, uocitata est. Potest etiam dici, satyram ideo uocatam, quòd in antiqua satyra introducebantur Satyrorum personæ, aut si quæ erant ridiculæ similes Satyris. Duo quippe satyrarum genera fuisse constat. Alterum antiquius, quod sola carminum uarietate constabat: alterum recentius, apertam hominum reprehensionem continens, & acrem uitiorum obiurgationẽ.

Liuens satyra. Stat. 1. Sylu. 3. 21.

¶ Satyrus, pen. correp. Adiect. (σάτυρος) Quod ad satyram pertinet: uel Satyrus, Qui satyram scribit.

¶ Satyricus, pen. corr. (σατυρικὸς) Aliud adiect. Idem.

¶ Satyricè, Aduerb. (σατυρικῶς) Acriter, cum conuicio.

Satyri] σάτυροι, Animalia sunt in ultimis Libyæ gentibus, quæ nihil hominis præter effigiem habeãt. Satyri autem dicti esse creduntur Grammaticis, quòd in libidinem semper sint proni, à uirili mẽbro, quod Græci σάθλον dicũt. Veteres huiusmodi monstra pro semiũeis, siue pro syluestribus dijs coluerunt, quemadmodum Faunos, Syluanosq; : Faunos ac Satyros, nemorum deos esse dicentes, Panas agrorum, Syluanos syluarum: confunduntur tamen hæc omnia à poetis. Ouid. 1. Metam. 39,

Sunt mihi semidei, sunt rustica numina Fauni, &c. Vide Melam lib. 3. in descriptione Aethiopiæ. Cic. 6. Verr. 118, Satyrus qui apud Tarentinos in æde Vestæ est.

Iuuenus Satyrorum in uenerem prona. Ouid. 1. Fast. 80.

Scriptor Satyrorum. Hor. in Arte, 48.

Agrestes Satyri. Hor. in Arte, 45.

Capripedes Satyri. Hor. 2. Carm. ode 19. 1.

Lasciuus Satyrus. Silius lib. 3. 21.

Leues Satyri. Ouid. 1. de Arte, 109.

Proterui Satyri. Hor. in Arte, 48.

Saltantes Satyros imitari. Virg. 5. eclog. 15.

Satyrorum insulæ, Ptolemæo lib. 7. cap. 2. tres sunt adiacentes Indiæ. Qui has inhabitant, caudas habere dicuntur, quales Satyrorum pingunt.

¶ Satyrides, insulæ, in quibus inhabitãt Satyri. Lubet ad hunc locum ea adscribere, quæ Pausanias in Atticis narrat, se à quodam Euphemo Care de Satyris accepisse. Dicebat igitur Euphemus (inquit Pausanias) cùm in Italiam nauigaret se ui uentorum & tempestate abreptum, à recto cursu longè admodum aberrasse, atq; in mare peregrinum, & inauditum, in quo denig; nauigari non solet, delatum esse. In eo mari insulas esse multas desertas atq; incultas, in quibus habitarent tamen homines feri & agreſtes, & rufli: quibus caudæ non multo caudis equinis minores, ad coxas usque propẽderent: insulas autem illas appellari Satyridas. Hæc Pausanias.

Satyrismus] apud Hippocratem est tuberculum prælongum, cuius usuntur modi sub ipsas Satyrorum aures. Cæl. Rhod. lib. 14. cap. 8.

¶ Satyriasis, uel Satyrismus (σατυρίασις, σατυρισμὸς) pulsus testium, & uelut singultus quidam inguinis, sequens inflammatam quandam passionem seminalis receptaculi, cum intentione, & tentigine. Quòd si non cessauerit pulsus ille, solent seminaria uasa intendi, uel spasmus nasci. Satyrismus (inquit Galen. lib. 2. Methodi) est uirilis membri præter naturam arrectio. σατυριᾶν, enim Græcis arrigere est: & rei Venereæ pruritu extimulari. Idem & priapismus dicitur, ab obsceno hortorum custode, ducto nomine, qui ueretro prægrandi sculpi solet, & erecto.

Satyria] satyriæ (νάρθηκες) Alijs, aliàs coruus. Florus, Quum singulari certamine Manlius aureum torquem barbaro inter spolia detraxit. Inde Torquati. Verum Pontino agro quum in simili pugna L. Valerius insidente galeæ satyria delite aditus, retulit spolia.

Satyria apud Latinos cibarium confusaneum dicitur, ueluti cibus ex uarijs rebus compositus.

Satyrion] f. g. (σατύριον) Herba. Plin. lib. 26. cap. 10. 2, Concitatricẽ uim habet satyrion. Duo eius genera: una longiorib. foliis quàm oleæ, caule quatuor digitorũ, flore purpureo, radice gemina, ad formam hominis testium, alternis annis intumescente ac residente. Altera satyrion, orchis cognominatur, & fœmina esse creditur: distinguitur internodijs, & ramosiore frutice, radice fascinis utili. Nascitur ferè iuxta mare. Rura, inquit Ruellius lib. 3. cap. 65. uocant testiculum sacerdotis.

Satyrus] insignis quidam architectus, quem commemorat. Plinius lib. 36. cap. 9. A Satyro (inquit) architecto aliqui deuectum tradunt rate.

Saucio] saucias (τραυματίζω, κατατραυματίζω) saueiare,

Vulnerare. Plaut. Bacchid. 1. 30,

Animum fodicant, bona dissimulant facta, & famam sauciant. Idem Rud. 18. 51,

Quid causæ est quin uirgis te usq; ad saturitatem saucie? Cic. 3. Verr. 47, Serui nonnulli uulnerantur, ipse Rubrius in turba sauciantur. Idem de Fato, 55.

Per latus alicuius sauciari. Cic. in Vatinium, 10, Omniaq; mea tela sic in te conijcientur, ut nemo per tuum latus (quod soles dicere) saucietur.

Ferro sauciare. Colum. lib. 4. cap. 24. 15, Si neq; is reperiatur, saucianda ferro est, atq; exulceranda uitis in ea parte qua pampinum studemus elicere.

Vites sauciare. Colum. lib. 4. cap. 4. 2. Vide Orbis.

Genas sauciat ungue. Ouid. 3. de Arte, 141.

¶ Sauciatus, pen. prod. Partic. (τραυματίας) Colum. lib. 11. capite 1. 16, Sine quis (quod plerunq; accidit) sauciatus in opere noxam ceperit, adhibeat fomenta.

¶ Sauciatio, Verbale (τραῦσις) Cic. pro Cecin. 32, Et sauciatio quæretur, quum fugam esse constabit?

¶ Saucius (τραυσθείς, τραυματισθεὶς) Adiect. quod nascitur à participio Sauciatus: quo modo lassus à lassatus, & lacerus uel lacer, à laceratus. Saucius, Vulneratus. Sipontinus dicit à secando deriuari, quasi secus. Vnde & Saucio, saucias. Virgil. 2. Aen. 45,

Quales mugitus, fugit quum saucius aras Taurus. Cic. pro Cecin. 30, Nemo, inquit, occisus est, neq; saucius.

Leuiter saucius. Vide Leuis.

Vulnera graui saucius. Virg. 12. Aen. 1.

Pectus saucia Bellona. Tibul. lib. 1. eleg. 6. 10.

Saucius sæuo amore. Cic. pro Cælio, 13.

Saucius, de labore etiam dicitur. Apuleius lib. 2. de Asino, cum genitiuo iunxit, Mihi uerò fatigationis hesternæ etiam nunc saucio da ueniam.

Animus saucius. Cic. ad Att. lib. 1. 12. 2.

Brachia direpta saucia fecit acu. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 4.

Gladiator confectus & saucius. Cic. 2. in Catil. 43.

Mens saucia amore. Lucret. lib. 4. 211.

Saucia diuiduis clarescunt nubila fulcis. Claud. 5. Paneg. 21.

Terra saucia uomeribus. Ouid. 1. Metam. 21.

Trabs securi saucia. Ouid. 10. Metam. 75.

Saucra] Vicus est Licaoniæ, qui postea in urbem magnam euadens, metropolim regionis obtinuit. Strab. lib. 12.

Saufeius] prænomine Apius, Romanus quidam: qui cùm à balineo reuersus mulsum bibisset, omnemq; sorberet, morte repentina abreptus, à Plin. lib. 7. cap. 53. commemoratur.

Sauillum] apud Catonem de re Rustica, genus placentæ quoddam est, à suauitate nomẽ habens. Nostrum enim suauium, appellare solemus nostras delicias. Sauij uerò diminutiuum est sauillum, ut & sauidum. Hæc Turnebus.

Sauior, Sauium] Vide Suauium.

Sauo] sauonis, fluuius est in finibus Campaniæ. Plinius libro 3. capite 5.

Sauona] pen. prod. Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Sabbatium Plinio: Sabbatia Pomponio, urbs Liguriæ notissima: hodie Genuensium ditionis. Vulgò Sauone.

Saura] σαῦρα, Lacerta, quæ in macerijs & in sepibus delitescat. Est & piscis nomen, quem & Latini Lacertam nominant.

Saurites] sauritæ (σαυρίτης) gemmæ species, quæ in uentre uiridis lacertæ traditur inueniri. Plin. lib. 37. cap. 10.

Sauroctonon] Signum quod Praxiteles mira arte fabricasse dicitur: Plinius libro 34. capite 8. Pecit & puberem subrepenti lacertæ cominus sagitta insidiantem, quem Sauroctonon uocant.

Sauromatæ] pen.corr. (σαυρομάται) tidem dicuntur qui & Sarmatæ. Vide Sarmatæ. Ouid.3.Trist.eleg.3.1.
Truces Sauromatæ.Iuuen.Satyr.15.13.
Auidi Sauromatæ.Stat.3.Thebaid.71.

Saurus] Nobilis statuarius,cuius opera commemorat Plin. lib.36.cap.5.

Saus] σαῦς:Ptolemæo fluuius est apud Carnos ortum habēs, & circa Liburniæ montes, non procul à Paurono oppido: hodie Albam Græcam uocant,in Danubium prolabens.

¶ Saus fluuius,qui ex Alpibus defluit in Germaniam,mox Illyricum:labitur per mediam Segestem,Pannoniam,& Tauriscos. Strabo lib.4.

Saxoforetum] teste Volaterrano, oppidum in Piceni agro Vmbriæ finibus situm:alio nomine Sentinum dictum.

Saxones] pen.corr.(σάξονες) Ptolemæo lib.3.cap.11. Germaniæ populi,non longè à Cimbris, in Oceani Septentrionalis litoribus & paludibus inuijs.

Domitus Saxo.Claud.1.in Eutrop.79.

Saxum] saxi (πέτρα,πέτρος,λίθος) Maius, asperius, durius q; quàm lapis.Cic.de Fato,9, Quid mirū igitur,ex specula cum saxum in crura eius incidisse?
Saxum, aliquando pro Lapide accipitur.
Saxum flex. Liu.1.ab Vrbe,100.
Robur saxi.Lucret.lib.1.180.
Radices udlidæ saxi.Lucret.lib.2.21.
Adamantina saxa.Vide Adamas.
Antiqua saxa,Ingentia.Virg 12.Aen.180.
Arentia.Ouid.13.Metam.150.
Auulsa saxis.Virg.2.Aen.122.
Cruda.Val'er.2.Argon.108.
Circunlita musco saxa.Hor.1.epist.10,2.
Dura.Virg.3.Georg.46.
Frigida Stat.10.Thebaid.11.
Graue.Ouid,13.Metam.6.
Ingens.Virg.6.Aen.124.
Intemerata gradu,Inaccessa.Sil.lib.3.101.
Liquefacta saxa.Virg.3.Aeneid.116.
Liquefacta saxa uoluit Aetna.Virg.1.Geor.95.
Lucida saxa.Stat.3,Sylu.3.40.
Missilia saxa.Vide Missile,in Mitto.
Obliqua saxa.Ouid.8.Metam.111.
Obluctantia saxa.Stat.3,Sylu.1.5.
Tot congesta manu præruptis oppida saxis. Virgilius 2.Georgicorum,32.
Putria saxa.Claud.1.in Eutropium,56.
Rigidum saxum.Ouid.4.Metam.104.
Rubrum saxum quadratum. Vitruu.libro 2.capite 8. Vide Orthostatæ.
Scruposa saxa.Lucan.lib.5.135.
Surda saxa.Ouid.3.Amor.eleg.6.12.
Tumuli saxum uenerabile.Lucan.lib.168.
Viuum saxum.Virg.1.Aen.35.
Asperari saxo,& mucronem ardescere iussit.Tacit.lib.15.
Dura tamen molli saxa cauantur aqua. Ouid.1.de Arte, 96.
Orbes saxorum circundant uallo.Lucan.lib.2.91.
Grandia saxa conijcere.Virg.4.Georg.6.
Defendere saxis.Virg.10.Aen.26.
Quiq; facis docta mollia saxa manu.Ouid.3.Fast.167.
Corpora ad saxum frangere.Virg.3.Aen.125.
Ingerere saxa.Vide Ingero.
Intorquere saxum.Sil.lib.7.125.
Perrumpere saxa.Hor.3.Carm.ode 16.2.
Guttæ pertundunt saxa.Lucret.lib.4.259.

Pēti saxis.Ouid.de Nuce,1.
Reuulsum saxum è monte.Ouid.12.Metam.69.
Auulsa saxa mœnibus rotare.Stat.10.Thebaid.110.
Signare carmine saxum, Insculpere epitaphium. Ouidius 2. Metamorphos.66.
Templa Dei saxo uenerabar structa uetusto. Virgilius 3. Aeneidos, 17.
Subigere saxum,Rotare.Sil.lib.13.123.
Iamq; faces & saxa uolant.Virg.1.Aen.31.
Infesto pondere saxa Voluere.Virg.9.Aen.103.
Saxum uoluere. Terent.Eunuch.5.9.55,
Satis diu iam hoc saxum uoluo. Donatus admonet prouerbium fuisse,dictum in eos qui inexterminabili sudore affligerentur: tractumq; putat à notissima Sisyphi fabula,saxū apud inferos sursum ac deorsum uoluentis. Vnde Virgil.6. Aeneid.26,
Saxum ingens uoluunt alij.
Saxum,pro Scopulo.Virg.1.Aeneid.
Tres Notus abreptas in saxa latentia torquet.Ibidem,
Perq; undas superante salo,perq; inuia saxa Dispulit.
Ardua saxis insula.Virg.3.Aen.55.
Acuta saxa.Hor.3.Carm.ode 27.13.
Asperum saxum.Cic.in Pisonem,34.
Aspera saxa Ouid,6.Metam,16.
Cæca saxa.Virg.5.Aen 33.
Anxur impositum saxis latè candentibus.Horatius 1. Sermon. Satyr.5.6.
Cana saxa.Virg.3.Aen.114.
Dolosa saxa,Sub undis latentia,Seneca Troade,9.9.
Fera.Valer.4.Argon.115.
Gelida.Lucret.lib.3.183.
Immania.Vide Immanis.
Inuia.Virg.1.Aen.109.
Latebrosa saxa.Ouid.epist.4.21.
Læuia saxa.Virg.1.Georg.22.
Naufraga saxa.Stat.5.Theb.83.
Peresa.Lucret.lib.1.67.
Præcipitia.Ouid.in Ibin,99.
Rauca.Virg.4.Aen.17.
Resonantia.Virg.3,Aen.87.
Rigentia saxa.Seneca Herc.Oetæo,2.7.
Undisonum saxum.Valer.4.Argon.9.
Infœlix saxis in procurrentibus hæsit.Virg.5.Aen.42.
Illidere saxis. Vide Illido.
Saxum,pro Monte.Virg.2.Aen.
—— stupet inscius alto
Accipiens sonitum saxi de uertice pastor. Seruius.
Mitis in apricis coquitur uindemia saxis. Virgilius 2. Georgicorum,105.
Concaua saxa.Virg.5.Aen.136.
Hirta dumis saxa.Stat.3.Sylu.1.3.
Immobilis saxum Capitolij.Virg.9.Aen.90.
Nubilosa saxa.Lucan.lib.6.18.
Ducere saxa ac syluas.Quint.lib.1.cap.10.8.

¶ Saxulum,saxuli,pen.corr.Diminutiuum (πετρίδιον) Cic.1.de Orat.96,Vt Ithacam illam in asperrimis saxulis, tanquam nidulum affixam,&c.

¶ Saxetum,saxeti,penultima producta (πετρώδη) Locus saxosus & petricosus.Cic. pro lege Agrar. 69, Quod solum tam exile & macrum est, quod aratro perstringi non possit:aut quod tam asperum saxetum,in quo agricolarum cultus non elaboret?

¶ Saxeus,Adiect.(πετρώδης) Quod est è saxo.Plin.lib.12 cap. 1.6,Saxea intus crepidinis corona muscosos complexa.
Dissepta saxea domorum.Lucret.lib.6.191.
Effigies saxea.Catul. Argon.59.12.
Imber saxeus ingruit.Sil.lib.13.37.
Moles saxea.Ouid.12.Metam.57.
Pons saxeus.Lucan.lib.4.3.
Strata saxea detrita uulgi pedibus.Lucret.lib.1.65.
Tecta saxea.Ouid.epist.10.26.
Umbra saxea.Virg.3.Georg.29.

¶ Saxosus,pen.product.Adiect.(πετρώεις,πετρήδης) Quod abundat saxis. Plin.libro 5.cap.24.2, Mox ubi perfregit Euphratem,ultra quoq; saxosum & uiolentum. Columb.lib.5.cap.10.6,Loca aprica,calculosa,glareosa, interdum & saxosa amat.
Flumina saxosa.Virg.5.eclog.17.
Frutex saxosus,In saxis crescens, uel saxosis locis. Plinius libro 15.cap.7.1.
Incendia saxosa.Sil.lib.13.114.
Montes saxosi.Virg.2.Georg.23.
Viam saxosam terreve.Propert.lib.4.eleg.5.4.
Hypanis sonans saxosum.Virg.4.Georg 74.

¶ Saxetanus,pen.prod.(πετρικὸς) Aliud adiect. Quod inter saxa habitat.Martial.lib.7.77,
Quum saxetani ponatur cauda lacerti.

¶ Saxatilis,& hoc saxatile,pen.corr. (πετρώδης) Quod saxa incolitat,Pisces saxatiles.Col lib.8.cap.16.7,Rursus optimè saxosum mare nominis sui pisces nutrit,qui scilicet quòd in petris fabulētur,saxatiles dicti sunt,ut merulæ, turdiq;, nec minus melanuri.Sic Plin.lib.9.cap.15.8.
Saxatiles aues,Quæ saxa incolunt.Varro 3.de re Rust.cap.7.1,Vnum agreste,ut alij dicunt saxatile,quod habetur in turribus ac columinibus illæ,à quo appellatæ columbæ.
Saxatilis piscatus,Qui inter saxa fit.Plaut.Rud.8.10.

¶ Saxificus,pen.corrept. Adiect. (πετροποιὸς)ut, Os saxificum id est,Vultus tenerè aspicientes in saxa uertens. Senec. Here.furen.11.2.
Vultus saxificus.Ouid.5.Metam.44.

Saxifragum] & Saxifragi,pen.cor.uel Saxifragia, herba, cuius permulti uariam sententiam habent:alij enim eam esse putant bipinnellæ similem,sōlo tantùm minore ac magis serrato & minimè piloso,quam uulgus paruam acum pastoris uocat.Græci empetron,alij genus alterum aduanti esse putant:de quo Plin.lib.2.cap.21.13,Calculos è corpore mirè pellit,frangitq;,uticq; nigrum. Qua de causa potius quàm quòd in saxis nasceretur,& à nostris saxifragum appellatum crediderim.
Saxifragæ undæ.Cic.3 de Orat.91.

S C

Scabalis] alio nomine præsidium Iulium: municipium ciuium Romanorum,& Colonia in Oceano Lusitaniæ: à qua Scalabitanus conuentus legitur apud Plinium libro 4. capite 22.

Scabellum] Vide Scamnum.

Scaber] τραχὺς,τραχώδης,Adiectiuum:à Scabie deducitur, & asperum significat:quòd scabies asperitatem inducat ipsi cuti.Virg.1.Georg.99,
Exesa inuenies scabra rubigine pila.Hinc ungues & dentes dicuntur scabri,qui sordidi sunt,etiam si non sint aspericutis:ut ait Valla in Raudensem.Celsus lib.6.cap.ultimo,ad finem,At ubi scabri ungues sunt, circumaperiri debent qua corpus coninguntur.
Intonsus & scaber.Horat.1.epist.7.18.
Scabro aspectu res,pro Re quæ aspectu scabra apparet. Plin. lib.12.cap.25.3.

Scabrum corticem myrrhæ quidam dixēre. Plinius libro 12. capite 15.2.
Dentes scabri rubigine.Ouid.8.Metam.162.
Et scabros nigræ morsu rubiginis enses.Lucan.lib.1.50.
Molæ scabræ.Ouid.6.Fast.63.
Pectus scabrum.Cic.3.Tuscul.46.
Pecus scabrum,pro Scabioso. Cato cap. 96,Si hæc sic feceris, non scabræ fient,& lanæ plus,& meliorem habebunt. Colum.lib.7.cap.4.ad finem.
Rubigo scabra.Virg.1.Georg.99.
Digiti pingues,& scaber unguis.Ouid.3.de Arte,56.

¶ Scabrè,Aduerbium (τραχέως) Asperè. Varro Manio,Dereliquetur,ac periret,squalè,scabreq; illuuie & uastitudine.

¶ Scabratus,pen.prod.Adiectiuum (τετραχυσμένος) Columel. lib.4.cap.24.20,Quo plerunq; fit,ut quod præcidi debeat,perfringatur,& sic tusis laniata scabrataq; putrescat humoribus,nec plagæ consanentur.

¶ Scabritia,Scabritiæ (τραχύτης) Asperitas.Vnde Plinius unguium scabritiam dixit.Idem lib.20.cap.7.3,Communia autem sponte nascentibus,candor,caulis interdum cubitalis longitudine,& ipso & foliis scabritia.
Scabritia generum.Plin.lib.23.in Procem.8.
Scabritias cutis in facie emendat oleum raphaninum. Plinius libro 23.cap.4.16.
Vnguium scabritias expolit.Plin.lib.14.cap.4.4.
Arteria scabritias sanat ex passo.Plin.lib.17.cap.12.23.
Oculorum scabritias ac prurigines emendare.Plinius libro 28. capite 7.1.
Faucium scabritie.Plin.lib.29.cap.3.4.

¶ Scabritias, scabritiei, Idem (τραχύτης)Colum.lib.7.cap.5, 7,Potest etiam scabritiem tollere succus uiridis cicutæ.Plinius lib.31.cap.9.4.

¶ Scabredo,inis,idem quod Scabrities:hoc est,asperitas & inæqualitas, τραχύτης,quo uerbo Hieronymus est usus in Diui Hilarionis uita.

¶ Scabrum,Substantiuum,neut.gen.Idem (τὸ τραχὺ) Plin. lib. 37.cap.2.14,Infestantur plurimis uitijs,scabro, ferrugine, maculosa nube,&c.De crystallis.

¶ Scabrosus,pen.prod. Adiectiuum (τραχώδης) Idem quod Scaber.Plin.lib.20.cap.21.10,Hippolapathi radices priuatim ungues scabrosos detrahunt.

Scabies] scabrei,fœm.gen.(ψώρα,ψωρίασις) à Scabo, uel à corporis asperitate dicta est:quæ,ut Celsus scribit lib.5.cap. 28.est durior cutis rubicunda, ex qua pustulæ oriuntur, quædam humidiores,quædam ficciores.Exit ex quibusdam sanies,tiq; ex his contumata exulceratio pruriens. Plin. libro 20.cap.17.3.
Vetusta scabie leuis canis.Iuuen.Satyr.8.4.
Totus grex unus porci scabie cadit.Iuuen.Satyr.2,8.
Ferre scabiem.Virg 3.Georg.60.
Turpes oues tentu scabies.Virg.3.Georg.89.
Mala scabies urget illum.Horat de Arte,92.
Dulcedo & scabies uoluptatis.Cic.1.de Legib.70.

¶ Scabiosus,penult.prod.Adiectiuum (ψωρώδης)Qui scabie laborat.Plinius libro 29.capite 27,Vtile tale existimantes erosis,& duris genis,angulis scabiosis & lacrymantibus. Persius Satyr.2.2,
—— namq; est scabiosius,& acri
Bile tumet.

¶ Scabo,scabis,scabi(κνάω,κνήθω)scabere,Scalpere,quasi unguibus fodere.Plin.lib.8.cap.27.3,Si uerò squamæ obtorpuere,finis iam peri se scabit.Ibidem,cap.25.3, Mox dentes,& intus fames quoq; ad hanc scabendi dulcedinē quàm maximè inhiantes.

Caput scabere. Horat. 1. Serm. Satyr. 10, 15.

Scabile] Vide Scamnum.

Scabinus] & Scabini, norum: Consules ciuitatum, seu rectores: Gallicè Echeuins appellamus. Insulanus, Nihil uetat (inquit) omnino, quin iudices uulgò Scabinos, aut eiusmodi homines uocemus iuratos: quo nomine etiam scimus in plerisq; orbis terrarum partibus à plebe recenseri. Profert exemplum à Ciceronis lib. de Inuentione primo, Religiosum est, quod iurati legibus adiudicauerunt. Extat quoq; uerbum hoc in Pontificio iure, cap. 1. §. 1. de immunitate Ecclesiæ. libro 6. Decretal. & capite 2. de alienat. iudic. mutan. caus. fact.

Scadira] Vna ex Sporadibus insulis in sinu Pegasico. Plin. lib. 4. cap. 12, Sed Cycladim & Sporadum extimam, Geronthiam, Scadiram, &c.

Scæa] σκαιὰ, Porta Troiana, in qua sepulchrum fuit Laomedontis, ut Homer. lib. 3. Iliados scribit. Virg. 2. Aeneid. 123,

—hîc luno Scæas sæuissima portas
Prima tenet. Silius lib. 13. 15.

Scæniculæ] Meretriculæ quædam: sic dictæ, teste Varrone ab scæno nugario unguento. Vide lib. 6. de Ling. Latin.

Scæua] scæuæ (σκαιαὶ) Latinè dicitur Sinistræ.

Scæuæ, Qui sinistra manu pro dextera utuntur: quos Vlpianus l. qui clauum. de Aedilitio edicto, ait non esse morbosos aut uitiosos, præterquam si imbecillitate dexteræ ualidius sinistra utuntur: sed hos non scæuas, sed mancos dici.

¶ Scæuus, Adiectiuum (σκαιὸς) Festus, Scæua res dicitur mala, quasi sinistra. σκαιὸν enim Græcè, sinistrum dicitur: uulgus scæuam & malam rem uocat. Varro de Lingua Latina, lib. 3. Dicta ab Scæua, id est, sinistra: quòd quæ sinistra sunt, bona auspicia existimãtur. Gellius lib. 12. cap. 14, Scæuus profectò & cæcus animi forem.

Scæuola] penult. corr. (σκαιόλαι) Dictus est Mutius nobilis uir Romanus, qui debilitata dextra, sinistra usus est. Liu. 2. ab Vrbe, 57. Vide Mutius.

Scæus] a, um, Thrax, aut Troianus: Strabo lib. 13. Multa enim apud Troes & Thraces eisdem nominibus appellantur: ut Schæi Thraces quidam, & Scæus amnis, & Scæus murus, & Scææ Troianæ portæ.

Scala] scalæ: uel Scalæ, scalarum (κλῖμαξ, πρόσοχα, ἀναγωγεῖα, κανονίδες) à Scandendo, quòd ijs altiora scandamus. nam proprie scalæ sunt, quæ ex pluribus gradibus constant. Plautus Rud. 15. 10,

Rogare scalas ut darem utendas sibi.

Lapsu scalarum exanimatus. Vide Labor, luberis.

Applicare scalas. Vide Applico.

Ascendere scalis muros. Virg. 9. Aeneid. 102.

Conijcere se sub scalas tabernæ librariæ. Cic. 2. Philipp. 44.

Hærent parietibus scalæ. Virg. 2. Aeneid. 89.

Induere scalas. Ouid. 13. Metamorph. 130. Qui scalas ferunt, uidentur eas induere, quum collo per interstitia scalæ transmisso, ferunt.

Scalam, à scalis distinguunt quidam, hoc pacto, ut scala sit quæ ex teretibus lignis, aut sunibus, aliaũe materia simili huc atq; illuc transferri posset. Caius iureconsl. in l. si pignori. ff. de furt. Vel scalam sciens accommodauerit ad ascendendum. Scalæ uerò, latiores habent gradus, & immobiles permanent. Plin. lib. 14. cap. 1. 1, Etiam nunc scalis tectum Ephesiæ Dianæ scanditur. Confunditur tamen sæpe hæc differentia. Salust. in Iugurtha, Deinde ubi unæ atq; alteræ scalæ comminutæ sunt: qui superfuerant, afflicti sunt: Cæsar 7. bell. Gall. 328. Cicer. pro Milone, 31, Quum se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset. Sic Colum. lib. 12. cap. 50. 7.

Scalabiscus] σκαλαβίσκος, Ptolemæo lib. 2. cap. 5. Lusitaniæ ciuitas, antea Iulium præsidium, siue Turris Iulia: hodie Trosilum, uulgò Trugillo.

Scalde] σκάλδις, fluuius Galliæ Belgicæ, ex Cæsaris commentarijs notissimus. Plin. lib. 4. cap. 17, Scalde ad Sequanam Belgica. Ab eo ad Garumnam Celtica, eademq; Lugdunensis. Inde ad Pyrenæi montis excursum Aquitania, Aremorica antè dicta. Hactenus Plin. Alijs uocatur Scaldis. Tornacũ & Cameracum urbes alluit. In Mosam influit.

Scali] sunt pisces plani, qui supinè uescuntur. Plinius libro 9. capite 24.

Scalmus] scalmi (σκαλμὸς) Lignum teres, cui nautæ remos loro quodam alligant, ad nauigandum, ut firmius nauigent: siue, ut alij uolunt, lignum crenatum ac fenestratum, in ipsi dem capiens remum, ut facilius ac solidius impellatur. Cicer. 3. Offic. 78, Venit ipse maturè: scalmum nullum uidet. Idem de claris Orat. 102, At uerò ut contrà Crassius ab adolescente delicato, qui in litore ambulans, scalmum reperisset, ob eamq; rem ædificare nauem concupiuisset, exorsus est: similiter Scæuolam ex uno scalmo captionis centumuirale iudicium hæreditatis effecisse.

Nauicula duorum scalmorum. Cic. 1. de Orat. 85.

Scalpo] scalpis, scalpsi, scalptum (ξέω, κνήθω, ἀποξέω, ἀποξύω, ὑπιξέω, ὑπιξύω) scalpere, Fodere, & unguibus pruritum auferre: scalpunt enim homines unguibus, & gallinæ pedibus. Plin. lib. 9, Attritúq; petræ scalpentes pisces, pruritum uuadit. Horat. 3. Carm. ode 11. 10,

—i secundo
Omine, & nostri memorem sepulchro
Scalpe querelam.

Caput scalpere uno digito. Iuuenal. Satyr. 9. 14.

Terram scalpere unguibus. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 6.

Scalpere morsu. Colum. lib. 7. cap. 5. 5.

Scalpere gemmam (γλύφω) aut aliquid aliud dicimus, ἄυθορε Diomede: non sculpere. Cicero 2. de Natur. deor. 224, Itaque ad pingendum, fingendum, ad scalpendum, ad neruorum eliciendos sonos ac tibiarum apta manus est admotione digitorum.

Scalptus è saxo. Cic. 4. Acad. 180, Nõ enim est è saxo scalptus, aut è robore dolatus: habet corpus, habet animum, mouetur mente. Vetus codex legit, sculptus.

Insabrè scalptum, aut fusum durius. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 5.

¶ Scalptor, scalptoris, m. g. (γλυφεύς) Qui scalpit. Plin. lib. 37. cap. 4. 6, Expetuntur à scalptoribus, ferroq; includuntur, nullam non duritiem ex facili cauantes. Plin. iunior epist. 10. lib. 3, Sed tamen ut scalptorem, ut pictorem, qui filij uestri imaginem faceret, admoneretis, &c.

¶ Scalptura, scalpturæ, pen. prod. (γλυφή) Plin. lib. 37. cap. 7. 12, Omnia autem hæc genera, scalpturæ contumaciter resistunt, partemq; ceræ in signo tenent.

¶ Scalpturo, scalpturas, penul. prod. (γλυφόω) scalpturare. Plin. lib. 36. cap. 25. 2. Pauimenta credo primùm facta, quæ nunc reuocamus barbarica, &c. Romæ scalpturarum in Iouis Capitolini æde primum factum est post tertium Punicum bellum initum. hoc est (ut ego quidem interpretor) uarijs scalpturis elegantius factum.

¶ Scalpurio, scalpuris, penult. corrept. scalpuriui, scalpuritum, scalpurire, Idem quod Scalpere: quod propriè est galli gallinacei quum terram frequentibus ictibus percutit. Plautus Aulul. 14. 8,

Vbi erat hæc defossa, occœpit ibi scalpurire ungulis
Circumcirca.

¶ Scalper, scalpri (ξυστὴρ) Quo quid exciditur. Celsius libro 8. cap. 3, Tunc excisorius scalper ab altero foramine ad alterum malleolo adactus, id quod inter utrunq; medium est, excidit. Ibidem, cap. 4, Ab eoq; scalper duabus lineis ad rimam agendus. Vnde apud eundem scalpellus pro ferramento uenisecæ identidem accipitur: lib. 2. cap. 9.

¶ Scalprum, scalpri (σκαλὶς) Ferrum quo præparatur corium, & quo raditur.

Scalpro utuntur diuersi artifices. Cato de re Rust. Ficos & oleas altero modo. Quod genus aut sicum, aut oleam esse uoles, inde librum scalpro eximito. Columel. lib. 4. cap. 25. 1, Quæ pars uinitoriæ falcis à flexu procurrit, scalprum: quæ deinde adunca est, rostrum appellatur.

Scalprum librarium. Sueton. in Vitellio, cap. 2, Scalpro librario uenas sibi incidit.

Scalprum sutorium. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 22.

Scalprum fabrile uocat Liuius, quo magistri elephantos interimebant, lib. 7. bel. Pun. 258.

Scalprum inter instrumenta chirurgica numerat Cornelius Celsus, inquiens lib. 8, Tum demum ad manum scalprum q; ueniendum est. Scalper ab eodem dicitur. Vide paulò antè.

¶ Scalpurigo, pen. prod. scalpuriginis, fœm. gen. Solinus cap. 45, Os belluæ huiusce palatum scalpit, & sensim scalpurigine blandiente aditum sibi in usq; fauces facit.

¶ Scalpratus, pen. prod. Adiect. (σκαλπροειδὴς) Ferramentum scalpratum dixit Colum. libro 9. capite 15. 7. ad similitudinem scalpri formatum, quo ait opus esse ad castrandos apum alueos.

¶ Scalpellus, scalpelli, m. g. uel Scalpellum, scalpelli, Diminutiuum (σκαλὶς, φλεβότομον) Cic. pro Pub. Sestio, 119, Non ea est medicina, quam sanæ parti corporis scalpellum adhibetur, atq; integræ. Celsus lib. 7. cap. 7, Non nimium adducto ungue, scalpellus adhibendus est. Ibidem, cap. 19, Sed primò rectus scalpellus quàm lenissima manu teneri debet, donec scrotum ipsum diduxerit. Colum. lib. 5. cap. 11, Medium truncũ acuto scalpello permodicè findito.

Resecare linguam scalpello. Cic. 2. de Diuinat. 144.

Scalpellus, Ferramentum quo chirurgi uenas incidunt. Celsius lib. 2. cap. 10, At si timidè scalpellus demittitur, summam cutem lacerat: neq; uenam incidit.

Scamander] σκάμανδρος, Fluuius Troiæ ex Ida monte descendens, quem Hesiodus θεῶν σκάμανδρον, id est, diuinum Scamandrum appellauit.

Parui Scamandri frigida flumina. Horat. Epod. 133.

Scamandria] σκαμανδρία, urbs parua, à portu Ilienſi parum remota. Plin. lib. 4. cap. 30.

Scamandrus] σκαμάνδριος, Hectoris & Andromaches filius, quod nomen ei pater Hector imposuerat, teste Homer. lib. 5. Iliados: sed cæteri Astyanacta uocare maluerunt, quòd solus illius pater urbem tutaretur.

Scambus] scambi (σκάμβος) Qui crura deprauata habet, curuáq; Sueton. in Othone, Fuisse, inquit, traditur & modicæ staturæ, & malè pedatus scambusq;. In editis, caluus legitur. sed cùm caluitium nec ad corporis habitum pertineat, nec officiat in rebus gerendis: quis meritò hunc locum ambiguæ fidei esse non credat? Turnebus in manuscriptis modò campus, modò cambus, reperisse se quodam loco scribit: quo fit, ut legendum censeat scambus, sicut reposuimus. Nec mirum esse debet, hanc uocem usurpasse Suetonium: cùm & tanta scribendi libertate usus sit, & hanc appareat uocẽ Latinis usitatam fuisse. Sic enim apud Nonium legitur, Strabones sunt, quos Scambos nunc dicimus: uidelicet à deprauata oculorum acie.

Scammonia] scammoniæ: uel Scammonea: uel Scammonium, scammonij (σκαμμώνιον) Herba in transmarinis regionibus, præsertimq; Asia & Colophonio agro crescens, cuius succus ualet ad medicinas: quanquam quidam scammoniam, fœmin. gener. pro herba: scammonium autem neutro, pro succo radicis ponunt. Plinius libro 24. capite 15. 9, Sed Græci clematidas & alias habent, unam quam alij quidam echitem uocant, alij lagineam, nonnulli tenuem scammoniam: & pedales, folioſos, non dissimiles scammoniæ ramos habet, nisi quòd nigriora, mimoráq; sunt folia. Cicero 1. de Diuinat. 27, Quid scammoneæ radix ad purgandum, quid aristolochia ad morsus serpentum possit. Sic libro 2. 68.

Scamnum] scamni (ἀσπαθίτης, βάθρον) Quod lecto ueluti gradus apponitur, ut per id in lectum facilius ascendatur. Varro scribit scamnum esse, quo duplici gradu in lectum altiorem conscendebant: scabellum, quo simplici scansione in lectum non altum scandebant. Ouid. 1. de Arte, 33,

Et caua sub tenerum scamna dedisse pedem.

Scamnum dliter. Plinius libro 18. capite 19. 5, Scamna inter duos sulcos cruda ne relinquantur, glebæ ne exultent. Columell. libro 2. capite 2. 21, Sed ita necubi crudum solum & immotum relinquat, quod agricolæ scamnum uocant. Idem lib. 4. cap. 13. 1.

Scamnum, pro Subsellis sæpe ponitur, quoniam in his sedere consueuimus. Ouid. lib. 6. Fast. 61,

Ante focos olim scamnis considere longis Mos erat.

Scamna etiam in arboribus dicuntur rami, & brachia per quæ uites ascendunt. Plin. lib. 12. cap. 1. 7, Aliud exemplum Caij principis in Veliterno rure mirati platani unius tabulata, laxisq; ramorum trabibus scamna patula.

Scamnum regni. Cic. 1. de Diuin. 178, Auspicio regni stabilita scamna, solumq;.

¶ Scamillum, Diminutiuum, Parum scamnum. Vt enim à manu, manilla diminuitur sic à scamnum, scamillum, authore Prisciano: qui & illud affert, Verùm infirma scamillorum obice fultæ fores. Alij, scabillorum, legere malunt. Vsus est hac uoce & Vitruuius, cùm scribit, Adiectionem per scamillos impares: id est, per paruula scamna. Hæc Turnebus.

¶ Scabellum, huius scabelli, Diminutiuum (σκίμπους, σφέλας, ὑπόβαθρον, ὑποπόδιον) Cicer. pro Cælio, 51, Mimi ergo est etiam exitus, non fabulæ: in quo quum clausula non inuenitur, fugit aliquis è manibus, deinde scabella concrepant, aulæum tollitur.

¶ Scabile, scabilis, penult. product. neut. gener. Idem. Cato capite 10. 4, Scamnum in cubiculo unum, scabilia tria, sellas quatuor.

Scamos] Oppidum in Arabia. Plin. lib. 6. cap. 29.

Scandalium] Nomen (opinor) insulæ apud Strabonem, quam Pomponius Mela lib. 2. cap. 7. Scandille nominat. Sita est in mari mediterraneo, apud quam est Con ciuitas Conum. Vide Strabonem lib. 14.

Scandalum] li, lo (σκάνδαλον, πρόσκομμα) Græca uox est, quam nos offendiculum, uel ruinam, uel impactionem possimus dicere. Verbum adeò frequens apud sacrarum literarum scriptores, ut in nostrum quoque idioma transitum fecerit. Offensam enim Scandalo, offensorem Scandalizeur, actionem. Scandalizer, dicamus. Eius duo sunt genera: Scandalum datum, Scandalum acceptum. Datum, est cùm antea inculpatæ uitæ homo, in scelera prolabitur, eo utique iudicio, ut probus nihilominus uideri uelit: cùm tamen sit nequissimus facto, siue oratione. Acceptum dicitur, cùm uiri boni, nihil contra uirtutem aut dicentes, aut fa-

aut facientes, uitæ suæ integritate offensioni sunt nefarijs, aut aliàs imperitis, hypocritis'ue: quæ res nihil bonos uiros mouere debet, uti sæpe Iesus Christus edocuit.

¶ Scandalizo, scandalizas (σκανδαλιζω) scandalizare, Offendere: actiuum.

Scandia] *est insula Hybernicæ Britanniæ, apud Plinium libro 4. cap. 16. Pomponio Melæ libro 3. cap. 6. Codanonia: Vulgò Selandia: alijs Zelandia.*

¶ Scandianus, Adiectiuum: *ut Scandiana mala. Columel. libro 5. cap. 10, Præterea malorum genera exquirenda, maximè Scandiana, matiana, orbiculata.*

Scandinauia] *Insula maris Pontici, Incompertæ (inquit Plinius libro 4. capit. 13.) magnitudinis: eam ille Codano Cimbrorum sumi assignat.*

Scandix] *scandicis, penul. prod. f. g. (σκανδιξ) Herba quæ inter olera syluestria à Græcis ponitur. Plin. lib. 21. cap. 15. 4. & lib. 22. cap. 22. 24.*

Scando] *scandis, scandi, scansum (βαίνω, ἀναβαίνω) Scandere, In altum ingredi. Cic. de Senect. 16, Vt si qui gubernatorem in nauigando nihil agere dicant, quum alij malos scandant, alij per fòros currant.*

In aduersum scandere. Vide Aduerto.

In subrectum scandere, felium modo. Plin. lib. 10. cap. 18. 1.

In aggerem scandere. Liu. 3. ab Vrbe, 286.

In arces Tarpeias scandere. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1. 12.

Scandenda est torui publica cymba Canis. Propert. libro 3. eleg. 18. 5.

Equum scandere. Virg. 2. Aeneid. 81.

Montem scandere. Catul. epigr. 100. 1.

Muros scandere. Virg. 2. Aeneid. 48.

Gradus ætatis paulatim scandere. Lucret. lib. 2. 224.

Super titulos maiorum suorum scandere. Ouid. ad Pisonem, 7.

¶ Scandor, scanderis, pen. corr. scandi, Passiuum. Plin. lib. 14. capit. 1. 1; *Etiam nunc scalis tectum Ephesiæ Dianæ scanditur uite una Cypria. Sic, lib. 2. cap. 16. 7, Quæ quũ ita sint, manifestum erit ab exortu matutino latitudines scandi.*

¶ Scansilis, & hoc scansile, penul. corr. (σκαλαβαντὸς) Per quod facilè ascenditur. Plinius lib. 17. cap. 11. 9, Vicumq; sic etiam scansilem fieri.

Scansilis annorum lex, Per quam ad ætatem uelut quibusdam annorum gradibus ascendimus. Plin. lib. 7. cap. 49. 2.

Scandula] *scandulæ, penul. corr. (σχίδαξ) Scandulæ, paruæ tabellæ, hoc est in paruas laminas scissæ, quibus tecta teguntur. Plinius libro 16. capit. 10, Scandulæ è robore aptissimæ mox è glandiferis alijs, fagoq; facillimæ ex omnibus quæ resinam ferunt: sed minimè durant, præter quàm è pinu. Scandula contectam fuisse Romam usque ad bellum Pyrrhi, annis quadringentis LXX. Cornelius Nepos author est. Columel. libro 8. capite 3. 5, Ab coborte forinsecus prædictis fenestellis scandulæ similiter imiungantur, quibus irrepant aues ad requiem nocturnam. De gallinarijs. Cæsar 8. bel. Gall. 147.*

Scandularius, Faber est lignarius, *qui scandulas tegendis domibus aptas fabricat. Scandularios iure immunitatis gaudere, testatur Aurelius Arcadius libro singulari de muneribus ciuilibus. Quibusdam (inquit) aliquam uacationem munerum grauior conditio tribuit, ut sunt mensores, carpentarij, scandularij, gladiatores, aquilices, &c. Vltimo responso, de iure immunitatis. libro 50. P. tit. sexto, Quod ideo receptum fuisse putem, quia, ut Cornelius Nepos author est, scandulis Roma contecta fuit, usque ad bellum Pyrrhi, annis uidelicet CCCCLXX.*

Scandulaca] *scandulacæ: à Scandendo: Genus herbæ frugibus inimicum, quòd eas uelut hedera implicando necat, ait Festus. Nòs conuoluulum appellamus.*

Scantare] *Scantaris: oppidum Zamarenorum apud Nabatæos Plin. lib. 6. cap. 28.*

Scantiæ] *aquæ, apud Plin. lib. 2. cap. 107. ignem euomunt.*

¶ Scantiana poma, *à Scantio inuentore dicta, quæ Cato tradit in dolijs optimè condi, referente Plinio lib. 15. cap. 14.*

¶ Scantiana uua *à Varrone dicta est, quæ alio nomine Ammínea maior appellatur: ut refert idem Plin. lib. 14. cap. 4.*

Scapane] *Ligonem indicat, quem & Scaphium uocant: communius etiam ἰζαpon, inquit Theocriti interpres. Cælius lib. 9. cap. 22.*

Scapha] *scaphæ (σκάφη) Nauicula ex ligno cauata: à σκάπτω, fodio, cauo. Vnde & σκάφη, à multis fissura, aluus, linter traducitur, quæ nauim maiorem sequitur. Et paruæ ad piscandum naues, scaphæ dicuntur. Liu. 5. bel. Pun. 14, Quæ mersissent eas in alto, exceptis in præparatas scaphas nautis, multiplices fuisse merces ementicbantur. Cicer. 2. de Inuent. 233, In scapham confugeret.*

Biremis scapha. Horat. 3. Carm. ode 29. 13.

Conscendere in scapham. Author ad Herenn. lib. 1. 20.

¶ Scaphitæ, *sunt qui scaphis nauigant. Cælius libro 8. capit. 3, Sic & Scapharij dicuntur.*

Scaphalos] *dicitur (καὐτηλατὸς) id est, Haustor. Cælius libro 8. cap. 3.*

Scaphia] *inquit Martianus, uasa sunt ex ære rotunda, quæ horarum ductus styli, seu gnomonis proceritate discriminant. Cælius lib. Lect. antiq. 8. cap. 3.*

Scaphides] *Vasa sunt in quibus melicerides, id est, fiui collocantur. Cælius lib. 8. cap. 3.*

Scaphisterium] *Colamellæ purgandis seminibus aptum instrumentum. Cælius lib. 8. cap. 3.*

Scaphium] *scaphij (σκάφιον) Vas, quod sordium & uentris purgandi causa fit. Vlpianus in l. Qu. Mutius. D. de aur. arg. & c. Scaphia habita uentris causa, non puto argento legato contineri. Apud Iulium Pollucem, matula est in quam meiunt fœminæ.*

Scaphium, *Vas potorium. Plaut. Sticho, 14. 11,*

—quibus diuitiæ domi sunt, scaphio, cantaris, batiocis Bibunt. *Idem Persa, 4. 43. Cicer. 6. Verr. 33, A pupillo Heio, cui Marcellus tutor est, à quo pecuniam grandem eripuerat, scaphia cum emblematis Libyci utrum empta esse dicis, an confiteris erepta? Sic Martialis lib. 11. 12.*

Scaphium (σκαφεῖον) *instrumentum rusticum, ἀπὸ τῆ σκάπτω, hoc est fodio. Iuuen. Satyr. 6. 27,*

Et ride scaphium positis quum sumitur armis. *Bayfius. Ligonem intelligit Erasmus.*

Scaphus] *est aurium meatus tortuosus. Cælius Rhodiginus lib. 3. cap. 29, Quærat hìc fortè quispiam, cur meatus ille aurium (Scaphum uocant) anfractum sit tortuoso.*

Scapos] *Insula est maris mediterranei nostri, non procul à Cherroneso. Plin. lib. 4. cap. 12.*

Scaptensula] *scaptensulæ, pen. corr. Locus est in quo metallum effoditur. Et dictionem hanc quidem è Græca & Latina compositã esse reor, à σκάπτω nimirum, quod est fodio, & insula: quo nomine apud Latinos non tàtùm in mari sitæ regiones appellantur, uerumetiam quæcunq; loca sola, & ab alijs seiuncta. Lucret. lib. 6. 163. Festus locum esse dicit in Macedonia: à σκάπτω, fodio. Alij Scapte sula scribũt: & uolunt dici quasi σκαπτὴ ὕλη, id est, fossilis materia: mutatamq; aspirationis notam in s, scapte hula, scapte sula: ut in ὗς, ὑὸς g, super, &c.*

Scaptia] *σκαπτία, Plinius libro 3. cap. 5. Oppidum in Latio, à quo Scaptia tribus nocitata est. Vide* Tribus.

Pubes Scaptia. Silius lib. 8. 79.

Scapula]

Scapula] *scapulæ, pen. corr. (ὦμος, ὠμοπλάτη) Humerus. à Scãdendo, ut quidam uolunt: quia mobilis ueluti mollibus iugulis à ceruice demittitur. Plaut. Trin. 14. 2,*

Ne subitò metus exoriatur scapulis, stultitiam abde. *Varro 2. de re Rust. cap. 7. 4, Lumbis deorsum uersum pressis, scapulis latis, spina maximè duplici.*

Tutari scapulas. Claud. 1. in Eutropium, 16.

Radiantibus scapulis gestati enses. Claud. 2. Paneg. 20.

¶ Scapularis, *& hoc scapulare, pen. prod. (ὠμαῖος.)*

Scapulares, Serui dicti sunt, quia scapulis cæduntur. Scapularis uestis, Quæ tantùm scapulas tegit.

¶ Scapilium (σκαπήριον) *Veteres pro tergo usurparunt, & aliquando pro ipsa scapula. Vnde & spacium quod inter scapulas quasi uallicula, inter scapilium dicitur.*

Scapus] *scapi, masc. gen. (στύλος) Columnæ stylus, & uelut uirga. Columnæ partes, inquit Budæus, sunt, scapus quasi columnæ corpus: supra scapum, capitulum: infrà scapum, spira, quæ basis sæpe appellari solet: infràq; spiram, stylobates. Hactenus ille ex Vitruuio. Vitruu. libro 3. capite 3, In summis columnarum scapis. Ibidem, Imus scapus. Sic alibi frequenter.*

Scapus (σκαπὸς) Ruellius lib. 1. cap. 2, Radix, est id quo alimentum allicitur, & terræ cohæret. Caulis uerò, in quod idem defertur nutrimentum, simplexq; supra terram assurgit. Is si in styli modum sursum prorepat, aut in altum feratur, scapus Latinis nominari consueuit, ducta à columnaribus scapis similitudine. Varro de re Rust. libro 1. capite 31, Quibus quum sursum serpit, ad scapum lupini. Plinius libro 18. capite 10. 5, Inuentus est iam & scapus unus centum fabis onustus. Iis cõstat classicis authoribus, scapum pro caule frequenter usurpatum. Idem quoq; quòd in uirgulæ modum, uel teli rectitudinem consurgat, thyrsi nomen sibi uendicauit. Hactenus Ruellius.

Scapus asphodeli. Colum. lib. 9. cap. 4. 3.

Scapus loti. Plin. lib. 13. cap. 18. 1.

Scapus ferulæ. Plin. lib. 22. 4.

Scapus albuci. Plin. lib. 21. cap. 17. 7.

Scapi candelabrorum. Plin. lib. 34. cap. 3. 1.

Scapos quidam interpretantur siliquas leguminum: citantes Plinianum illud lib. 18. cap. 10. 5, Inuentus est iam & scapus unus centum fabis onustus. Sed hi uehementer falluntur. Nõ enim dicit Plinius, inuentam siliquam quæ centum fabas contineret, sed scapum seu caulem fabaceum, in quo tam multæ erant siliquæ, & in ijs siliquis tam multæ fabæ, ut centenarium explerent numerum.

Scapus cardinalis. Rectum illud & paulo crassius lignum in ualuis, quo fores ipsæ sustinentur & reguntur præcipuè, & cuius capitibus seu ambabus extremitatibus in superiori & inferiori cardine insertis, ualuæ ipsæ uoluuntur aut aperiendæ aut claudendæ. Vitruuius lib. 4. cap. 6, Fores ita compingantur, uti scapi cardinales sint ex altitudine luminis totius duodecima parte. Inter duos scapos tympani ex duodecim partibus, &c.

Scapus, in chartarum ratione, pro Plagularum congerie. Plin. lib. 13. cap. 12. 3, Premitur deinde prelis, & siccantur sole plagulæ, atq; inter se iunguntur, proximarum semper bonitatis diminutione ad deterrimas. Nunquã plures scapo quàm uicenæ. Id putatur esse quod uulgò manum papyri uocamus, aut ramam potius.

Scapus trutinæ. Vide Agina.

Scapus, Instrumentum textorium, cuius pulsu tela coarctatur & condensatur. Lucret. lib. 5. 272,

Nec ratione alia possunt tam læuia gigni
Insubula, ac fusi, radijq; scapiq; sonantes. *Ex Lambino.*

in Lucretium.

Scapus, ut aliqui putant, Dicitur in quo semina quarundã herbarum dependent, ut in papauere. In papauere enim & similibus, scapus: in ariundinibus, in glandulis, in uuellanis, panicula appellatur. Vide Cælium lib. 12. cap 14.

Scapi, In quibus uuarum grana sunt. Varro de re Rust. libro 1. cap. 54, Quæ calcatæ uuæ erunt, earum scapi cum folliculis subijciendi sub prelum, ut si quid reliqui habeant musti, exprimatur in eundem lacum. Vetus exemplar habet, scopi. Meminit Cælius lib. 12. cap. 14. Vide Scopus. *(cap. 24.*

Scarabantia] *Iulia, oppidum Bolorum in Norico. Plin. lib. 3.*

Scarabeus] *scarabei, m. g. (κάνθαρος) Animal paruum uolatile. Plin. lib. 11. cap. 28. 1, Quibusdam pennarum uelut crusta superuenit, ut scarabeis: quorum tenuior fragiliorq; penna, his negatus aculeus. Sed in quodam genere eorum grandi cornua prælonga, bifulcis dentata forcipibus, in eacumine quum libuit ad nocendum coeuntibus, infantum remedijs etiam ex ceruice suspenduntur. Lucanos uocat hos Nigidius. Aliud rursus eorum genus, qui è fimo ingentes pilas auersis pedibus uolutant: paruosq; in ijs contra rigorem hyemis uermiculos fœtus sui nidulantur. Volitant alij magno cum murmure ac mugitu. Alij focos & prata crebris foraminibus excauant, nocturno stridore uocales. Lucent ignium modo noctu, laterum & clunium colore lampyrides, nunc pennarum hiatu refulgentes, nunc uerò compressi obumbratæ, non antè matura pabula, aut post defecta conspicuæ.*

Scardona] *σκαρδόνα, Ptolemæo lib. 2. cap. 17. Liburniæ urbs: hodie Scardo.*

Scardona] *Amnis Liburniam à Dalmatia segregans. Plin. lib. 3. cap. 22. Ab ea sit attributum Scardonitanus, scardonitana, scardonitanum, quo utitur Plin. eo lib. cap. 21, Conuentum Scardonitanum petunt lapides, inquit ille.*

Scarifico] *scarificas, pen. corr. (σκαρίφω, γαμφάρω, ἀπογλύφω) scarificare, Scalpello aperire, quo aliquid fallius exeat: ut ait Sipontinus. Plin. lib. 22. cap. 23. 5, Pedum clauos circùm scarificatos ferro missum ceræ extrahit. Legitur & circumscarificatos, unica dictione. Idem l. b. 32. cap. 7. 12, Dentium dolores sedantur ossibus draconis marini, scarificatis gingiuis. Idem, Viri interempti dente gingiuas in dolore scarificari Apollonius efficacissimum scripsit. Cato cap. 52, Quem radicem capere uoles scarificato, transitoq;*

Scarificare etiam dolorem aliquando dicimus, hoc est, Scarificando dolorem expellere, ut ait Sipont. Plin. li. 28. ca. 11. 18.

¶ Scarificatio, Verbale, apertio facta tenui uulnere, *ut sanguis facillus exeat. Colum. Post scarificationem ferro factam. Idem lib. 6. cap. 12. 1.*

¶ Scarifio, scarifis, scarifieri. Scribonius Largus 262, Malagma *ad liuorum dolorem, qui antè leniter scarifiant.*

Scariola] Herba est Seridi similis: *de qua apud Dioscoridem Matthiolus lib. 2. cap. 125. ex Serapionis sententia.*

Scariphismos] *Oratio philosophorum, tanquam umbra et ænigma: author Aristophan. Cælius Rhodig. lib. 11. cap. 6.*

Scarites] *scaritæ (σκαρίτης) gemma est, quæ Scari piscis colorem refert: ut ait Plin. lib. 37. cap. 11.*

Scarphea] *siue Scarphia, pen. prod. (σκάρφεια) insula Heladi adiacès in mari Aegeo, non procul ab Attica: de qua Plin. lib. 4. cap. 12. Est & Scarphia, urbs Locrorum Epicnimidiorum, decem stadijs distans à mari. Strabo lib. 9. à Stephano Phocidi falsò adsignata.*

Scarphia] *ciuitas in Græcia, quam Demetrius Calatianus terræmotu euersam fuisse prodidit, ab imis q; fundamentis hausit esse deiectam, septingentis ac mille non minus corporibus oppressis. Strabo lib. 1.*

Scharton]

Scarthon] Fluuius Asiæ, ex Pholoe in Helien sem agrum uiginti locis fertur. Strabo lib. 13.

Scarus] σκάρος, Piscis. Plin. lib. 32. cap. 2. 1, Mihi uidentur mira & quæ Ouidius prodidit piscium ingenia, in eo uoluimine quod Halieuticon inscribitur. Scarum incluſum naßis nõ fronte erumpere, nec inſciis uimmibus caput inferre: ſed aduerſum caudæ ictibus crebris laxare fores, atq; ita retrorſum erumpere. Quem luctatum eius ſi forte alius ſcarus extrinſecus uideat, apprehenſa mordicus cauda adiuuare nixus erumpentis, Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 5.

— pinguem uitijs, albumq; nec oſtrea,
Nec ſcarus, aut poterit peregrina iuuare lagois. Idem Epod. 2. 10. De ſcaro uide Athenæum lib. 7. & 8. & Opplan. lib. 1. ἁλιευτ.

Schasteria] ſchaſteriæ (χαστηίαι) Pars quædam nauis, ubi interquieſcente remigatione reponebantur remi. Plautus,

Quin pol ſi, repoſiti remum ſola ego in ſchaſteria. Sic reſtituit Turnebus ex Heſychio: quum ante caſteria, quod Latinum non eſt, legeretur. Machinarum etiam authores & automatum, ſchaſterias uocant, quæ tenſa laxant, & remittunt ſui laxatione, principiumq; motus afferunt.

Scatebra] Fluuius in Caſſinate, frigidus, abundantior æſtate. In eo, ut in Arcadiæ ſtymphali enaſcuntur aquatiles muſculi. Plin. lib. 2. cap. 103.

Scateo] ſcates, ſcatu (σκέω, βράσσω, ἀπολλύω) ſcatere, Ebullire, & ita plenum eſſe ut exiliat quod continetur. Ablatiuo iungitur. Cic. 1. Tuſc. 108,

Fontes ſcatere, herbis prata conueſtirier. Ex poeta. Colum. libro 6. capite 16. 2, Solent etiam neglecta ulcera ſcatere uermibus.

Pontus ſcatens belluis. Horat. 3. Carm. ode 27. 6. hoc eſt, Repletus, pullulans, fremens, ebullien s. Acron.

Scatet amore tuus animus. Plaut. Perſa, 5. 9. Plin. lib. 7. cap. 2. 11, Miraculis ſcatet.

Scatet urtica plurimis remedijs. Plin. lib. 22. cap. 13. 1.

Scateo, cum genitiuo. Gellius lib. 1. cap. 17. Iracundiarum & moleſtiarum multibrium per diem, perq; noctem ſcatebat.

Terra ſcatet ferarum. Lucret. lib. 5. 8.

¶ Scato, ſcatis, ſcatere, per tertiam, penult. corr. Idem quod Scatio. Lucretius lib. 5,

— ita ad ſatiatem terra ferarum
Nunc etiam ſcatit, & trepido terrore repleta eſt. Et paulo poſt,
Largiſluum fontem ſcatere, atq; erumpere
Flumen, &c.

¶ Scatebra, ſcatebræ, pen. corr. (βρασμὸς) Ebullitio aquæ ſurgentis. Virg. 1. Georg. 22,

— ſcatebriſq; arentia temperat arua. Vbi Seruius, Scatebris, Ebullitionibus, quæ fiunt quum aqua in aliquas rimas defluxerit.

Fontium ſcatebræ. Plin. lib. 5. cap. 1. 5.

¶ Scaturigo, pen. prod. ſcaturiginis, fœm. gen. Idem Colum. lib. 3. cap. 13. 7, Nam præſtat non conſerere, quàm in ſumma terra ſuſpendere: niſi tamen ſi ſcaturigo paluſtris obuia (ſicut in agro Rauennate) pluſquam ſeſquipedem prohibeat infodere. Plin. lib. 31. cap. 3. 16, In nigra ſcaturigines non ferè ſunt perennes.

¶ Scaturiginoſus, pen. prod. Adiectiuum. Colum. lib. 6. cap. 8. 4, Creta ex toto repudianda eſt, magis etiam ſcaturiginoſa, & in qua ſemper uligo conſiſtit.

¶ Scaturex. Varr. Eſt modus matulæ, &c. Ismenias hic Thebogenes fluit ſcaturex. Ex Nonio.

Scaturio] ſcaturis, pen. prod. ſcaturiui (βλύω, βλύζω, φλύζω, ἀναπηδάω) ſcaturire, idem quod Scatere: quod eſt non ſolùm aquarum, ſed herbarum, & cæterorum ſua ſponte uberim nascentium. Colum. lib. 3. cap. 1. 7, Hoc ſic tamen roſcidum ſolum, quod ſonitibus non in ſummo, non in profundo terra ſcaturiat, ſed ut uicinum radicibus humorem ſubminiſtret.

¶ Scaturire aliquid. Cælius ad Ciceronem lib. 8. Famil. epiſt. 4. de Curione, Totus, ut nunc eſt, hoc ſcaturit: id eſt, Vndique bonum uirum olet, & Cæſaris aduerſarium ſapit: alij hygiũ, hoc ſtatu critalij, hic ſcaturit.

Scatinia] lex, qua præpoſteræ Veneris uſus coercebatur: ita à Scatinio latore dicta. Iuuenal. Satyra 2,

Quòd ſi uexantur leges ac iura citati,
Ante omnes debet Scatinia.

Scaurus] ſcauri, (σκαῦρος) Qui talos pedum tumentes ac porrectos habet. Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 3. 10,

— hunc uarum diſtortis cruribus illum
Balbutit ſcaurum prauis fultum male talis. Acron, Stauri ſunt qui extantes talos habent. Alij dicunt ſcauros eſſe, qui habent talos inuerſos. Plin. lib. 11. cap. 45. 6, Vola homini tantum, exceptis quibuſdam. Nanq; & hinc cognomina inuenta Planci, Plauti, Scauri, Panſæ.

Scaurus] σκαῦρος, cuius pater quamuis Patritius carbonariam ob paupertatem exercuit: idem primò dubitauit, honores peteret, an argentariam faceret. Sed eloquentiæ ſtudioſus, ex ea gloriam peperit. Conſul Ligures & Gantiſcos domuit, atq; triumphauit. Cenſor uiam Aemyliam ſtrauit, pontem Aemylium fecit: utriq; nomine ab ſe compoſito. Aemylius enim Scaurus uocabatur. Plinius in naturali hiſtoria dicit eũ principem fuiſſe ciuitatis, & Marianarum rapinarum ſocium. Frontinus uerò in 4. ſcribit, Scaurus ſitum ſuum quod in ſaltu Tridentino hoſti loco ceſſerat, in conſpectum ſuum uenire uetuit: adoleſcens uerecundiæ ignominia preſſus, mortem ſibi conſciuit. Saluſt. in bello Iugurthino, Scaurus homo nobilis, impiger, factioſus, audax, ſed uitia ſua callidè occultans. Scaurus alter, ſuperioris filius, de cuius Aedilitate lege Plinium lib. 34. cap. 7, Scaurus Aurelius, legatus, à Cimbris fuſo exercitu captus eſt: & quum ad conſilium abbis euocatus eos deterreret, ne Alpes tranſirent Italiam petituri eo quòd diceret, Romanos uinci minimè poſſe, à Bolo, rege, feroci iuuene occiſus eſt. Liu. lib. LXVII. Vide Epitomen Liuij.

Scazon] ſcazonis, maſculini generis (σκάζων) Quoddam genus Iambici uerſus delumbe & claudum, quod & choliambum appellant. habet enim in fine pro Iambo ſpondeũ. Differt autem à perfecto ſenario Iambico, quòd hic in ſexta ſede ſpondeus eſſe debet, tum in quinta ſemper Iambus: nam quum ſcandantur iugati bi pedes in choliambo, tertius pes iugatus, ſemper eſſe debet epitritus primus, id eſt, prima breuis antè tres longas. Cauendum igitur ne in quinta ſede ponatur ſpondeus, aut alij, quos integer ſenarius Iambicus in ea ſuſcipit. Hanc legem accuratè ſeruauit Perſius his uerſibus claudis, in Præfat. 1,

Nec fonte labra prolui Caballino,
Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo, &c. Ecce in quinta ſede ſemper eſt Iambus, & in ſexta ſpondeus, uel pro ſpondeo trochæus. Dicitur autem ſcazon à Græcis, quia claudicat. nam ſextus pes in hoc metro maior eſt, quàm ſextus qui in ſenario perfecto. σκάζω enim, eſt claudico: unde σκάζων, σκάζοντος, participium, id eſt, claudicans. Eâdem ratione χωλίαμβον dicunt. χωλὸς enim Græcè, Latinè claudus: unde choliambus componitur, quaſi claudiambus. Huius carminis inuentor fuiſſe dicitur Hipponax.

Sceaceriges] Fluuius Cercetarum in Colcide, ex Caucaſi iugis defluens. Plin. lib. 6. cap. 5. (lib. 5. cap. 1.

Scelatiti] Populi ſunt in Aphricæ regione Mauritania. Plin.

¶ Sceleæ,

¶ Sceleæ, σκιλεαὶ, Inter genera calceamentorũ poſitæ à Polluce lib. 7. cap. 22. ubi ſcribit nonnullos exiſtimare, eaſdem eſſe cum autopodijs, de quibus ſuprà. Has autem Gualtherus uertit ocreas.

Scelithria] Sunt parui tripodes. Cælius Rhodiginus lib. 8. Lect. antiq. cap. 15.

Scelotyrbe] ſcelotyrbes (σκελοτύρβη) Morbi genus, quo cõpages in genibus reſoluuntur. Plinius lib. 25. cap. 3, In Germania trans Rhenum caſtris à Germanico Cæſare promotis maritimo tractu, fons erat aquæ dulcis, qua potà intra biennium dentes decíderent, compagesq; in genibus ſolueretur: Stomachacen medici uocant, & Scelotyrben. Hoc mali genere Aelij Galli exercitum laborãſſe ex Arabicorũ fructuum eſu, author eſt Strabo lib. 15. Fit etiam mali huius mentio in medicis definitionibus, Galeno attributis.

Scelus] ſceleris, penul. corr. n. g. (μῖσος, μύσος, ἀδίκημα, ἀδίκημα, πανοῦργημα) Flagitium, facinus. Plautus Stich. 3. 2. 4.

Aduorſari ſine dedecore & ſcelere ſummo haud poſſumus. Virg. 9. eclog. 2,

Heu cadit in quenquam tantum ſcelus?

Pygmaliõ ſcelere ante alios immanior oẽs. Virg. 1. Aeneid. 71.

Miniſtri ſceleribus. Tacit. lib. 5.

Artifex ſcelerum. Senec. Troade, 8. 3.

Conatus ſcelerum. Stat. 5. Sylu. 2. 18.

Ferox ſcelerum. Tacit. lib. 4.

Hortator ſcelerum. Virg. 6. Aeneid. 106.

Imago ſceleris. Quintil. lib. 6. cap. 1. 25.

Inſtinctor ſceleris. Tacit lib. 17.

Ara Iouis hoſpitis lugubris ſceleris. Ouid. 10. Metam. 45.

Molimen ſceleris. Ouid. 6. Metam. 95.

Socij ſcelerum atq; miniſtri. Lucret. lib. 3. 13.

Clandeſtinum ſcelus. Vide Clandeſtinus in Clàm.

Crudele ſcelus. Virg. 2. Aeneid. 25.

Deteſtabile ſcelus. Cic. de Amicitia, 27.

Exitiale ſcelus Lacenæ. Virg. 6. Aeneid. 103.

Grauiſſimum ſcelus. Quintil. lib. 4. cap. 3. 5.

Importunum ſcelus. Vide Importunus.

Impunita ſcelera. Vide Impunitus.

Infandum ſcelus. Senec. Agamemn. 13. 7.

Inſeſtum ſcelus & immane. Cic. pro Cluentio, 149.

Ingens ſcelus. Senec. Octauia, 3. 7.

Inuiſum ſcelus. Senec. Herc. furen. 1. 20.

Nefandum ſcelus. Lucan. lib. 4. 47.

Nefarium ſcelus. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 3.

Sæuum ſcelus. Lucan. lib. 7. 159.

Abeſſe ab aliquo ſcelere. Vide Abſum. Ouid. 3. Faſt. 62.

Abuti ſcelere. Vide Abutor.

Abuti ſcelere & perfidia ad alicuius exitium. Vide Abutor.

Sceleris precium maius accepi ſcelus. Senec. Thebaid. 1. 54.

Addere ſcelus in ſcelus. Vide Addo.

Admittere ſcelus. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 43.

Aggredi ſcelus. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 13.

Anhelare ſcelus. Vide Anhelo.

Aperire ſcelus. Vide Aperio.

Arcere ſcelus. Seneca Thyeſte, 1. 19.

Aſtringi ſcelere. Cic. pro Seſtio, 94. Vide Aſtringo.

Coarguere ſceleris. Vide Coarguo.

Committere ſcelus. Quintil. lib. 3. cap. 6. 65.

Concipere ſcelus. Vide Concipio.

Conari ſcelus. Quintil. lib. 5. cap. 3. 24.

Conuictus ſcelere. Senec. Oedipo, 12. 1.

Coopertus ſceleribus. Vide Cooperio.

Cruentari ſcelere. Vide Cruentus.

Cumulare ſcelus ſcelere. Vide Cumulo.

Damnare aliquem ſceleris. Ouid. 1. de Remedio amor. 1.

Defungi ſcelere aliquo. Senec. Thebaid. 2. 4.

Edere ſcelus in aliquem. Cic. pro Seſtio, 49.

Parati ſceleris ſupplicium exercent curæ. Stat. 3. Thebaid. 1.

Expendere ſcelus. Virg. 2. Aeneid. 46.

Facere ſcelus. Cicero pro Roſc. Amer. 15, Intelligitur Iudices id quod tam antè dixi, imprudente L. Sylla ſcelera hæc & flagitia fieri.

Facere palàm aliquod ſcelus. Quintil. lib. 5. cap. 10. 14.

Inflammari ſcelere & furore. Vide Inflammo.

Loquuntur mera ſcelera. Vide Merus.

Obligare aliquem ſcelere. Vide Obligo.

Péndere eos pœnas immani pro ſcelere oẽs. Lucret. lib. 5. 24.

Perficere ſcelus. Cic. pro Cluentio, 153.

Amne iubet mergi geminos, ſcelus unda refugit. Ouidius 3. Faſtorum, 11.

Monimenta ſcelerum relinquere. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 7.

Pœnas ſceleribus pares rependere. Senec. Oedipo, 14. 7.

Reſiſtere ſceleri. Ouid. 10. Metam. 65.

Soluere breues pœnas magnis ſceleribus. Senec. Oedipo, 12. 5.

Suſcipere ſcelus aliquod. Cic. 11. Philipp. 190.

Suſpectare ſcelus alicuius. Tacit. lib. 1.

Tegendis ſceleribus obſcurum. Tacit. lib. 5.

Scelere uelandum ſcelus. Senec. Hippol. 5. 27.

Vlciſci ſcelera. Senec. Thyeſte, 3. 5.

Scelus, pro Scelerato aliquando ponitur. Terent. Andr. 5. 2. 3,

— ſcelus
Quem hic laudat? Vbi Donatus, Non eſt hîc ſolœciſmus: ad ſenſum enim, non ad uerba reſpexit.

Sceleſtus] Adiectiuũ (κακόσιος, ἀθέμιστος, ἀθέμιτος, ἀλιτήριος, ἰμπονος) Qui ſcelus committit. Plaut. Moſtell. 8. 1,

Sceleſtiorem ego annum locando fœnori,
Nunquam ullum uidi, quàm hic mihi annus obtigit. Idem Mil. 10. 138.

Et minus audacter ſceleſta facerent facta. Et paulo antè, 136,

At qui improbi & ſceleſti, iis adimerent animam citò.

Quò quò ſceleſti ruitis? Horat. Epod. 7. 1.

Ciuis ſceleſtus. Cic. in Saluſtium, 4.

Cœna ſceleſta. Plaut Rud. 13. 24.

Facinus ſceleſtum ac nefarium. Cic. pro Roſc. Amerino, 21.

Manus ſceleſtas euitare. Senec. Agamem. 11. 1.

Pectus ſceleſtum. Senec. Oedipo, 12. 3.

Plebs ſceleſta. Horat. 2. Carm. ode 4. 4.

Res ſceleſta, atrox, nefaria. Cic. pro Roſc. Amerino, 38.

Seruitus ſceleſta. Plaut. Curcul. 2. 40.

Sceleſtè] Aduerbium (κακόσιως) Cicero ad Atticum, libro 6. 111. 18, Illud de geſtu hiſtrionis tu ſceleſtè ſuſpicaris, ego ἀφιλῶς ſcripſi.

Sceleſtè atque impiè. Liu. 4. bel. Pun. 113.

¶ Scleroſus, pen. prod. Adiect. (κατακέρατος) Propriè dicitur, ut ait Donatus, author ſceleris. Terent. Eunuch. 4. 3. 1,

Vbi ego illum ſceleroſum miſera atq; impium inueniam?

Facta ſceleroſa atq; impia. Lucret. lib. 1. 17.

Scelero] ſceleras, pen. corr. (μιαίνω) ſcelerare, Polluere, Virg. 3. Aeneid. 9,

Parce piàs ſcelerare manus. Seruius.

Dextram ſanguine ſcelerare. Stat. 9. Thebaid. 134.

Sanguine uiuo fauces ſcelerare. Stat. 8. Thebaid. 149.

Animum ſcelerare. Silius lib. 16. 122.

¶ Sceleratus, pen. prod. (ὀδαγὸς, ἀκάθαρτος, ἀσυμπαθὴς, μιαρὸς, μιάστωρ) Adiectiuum, dicitur, author Donato, in quo ſcelus ſit conſtitutum, ſed commiſſum. Significat etiam ſce-

leſtum & neſarium. Cicero ad Atticum, lib. 9. 18. 8, Ego autem illum malè ſanum ſemper putaui, nunc etiam impurum & ſceleratum puto.

Facto pius & ſceleratus eodem. Ouid. 3. Metamor. 1.

Sceleratus, ad inanimata etiam transfertur. Virgilius 2. Georg. 52.

—at ſceleratum exquirere frigus,
Difficile eſt, hoc eſt, Nocens, omnia exurens. Seruius.

Plaut. Pſeud. 13. 28.

Teritur ſinapis ſcelerata cum illis.

Amor habendi ſceleratus. Ouid. 1. Metam. 27.

Arma ſcelerata deuouere. Ouid. 5. Metam. 21.

Audacia ſcelerata. Plin. lib. 7. cap. 44. 5.

Campus ſceleratus, Romæ appellatus eſt, proximè portã Collinam, in quem uirgines Veſtales, quæ inceſtum fecerant, defodiebantur. Et Sceleratus uicus Romæ, in quo quũ Tarquinius Superbus interficiendum curaſſet Seruium regem ſocerũ ſuum, corpus eius iacens filia carpento ſuperuecta eſt, properans in poſſeſſionem domus paternæ. Hæc omnia ſcelerata dicta ſunt, hoc eſt polluta.

Gens ſceleratа. Virg. 9. Aeneid. 28.

Haſta ſceleratа. Cic. 2. Offic. 40.

Ignes ſceleratі. Ouid. 6. Faſt. 88.

Mens ſtulta, non ſcelerata nobis fuit. Ouid. 1. Triſt. eleg. 2, 20.

Miles ſceleratus. Lucan. lib. 3. 26.

Prælia ſcelerata. Lucan. lib. 2. 51.

Puellæ ſceleratæ facta. Ouid. 1. de Remed. amor. 60.

Sanguis ſceleratus. Ouid. 5. Faſt. 115.

Terra ſcelerata. Virg. 3. Aeneid. 12.

Victus ſceleratus. Vide paulo antè, Campus ſceleratus.

Vox inhumana & ſcelerata. Cic. 3. de Finib. 99.

Alio ſceleratior. Ouid. 11. Metam. 157.

¶ *Sceleratè, pen. prod. Aduerbium (κακῶς) Cic. pro Seſtio, 119, Omnes eſt inſidias ſceleratiſſimè machinatus. Et Q. fratri. lib. 1. 3. 3, Quare peccaui, ſceleratéq; feci.*

In aliquos loqui ſceleratè. Cic. Anteq. iret in exilium, 9.

Bellum ſceleratè ſuſceptum. Cic. 1. in Catil. 19.

cena] *ſiue ſicena, dolabra eſt pontificalis. Liuius in Lydio, corruit quaſi ictus ſcena, haud multo ſecus.*

Scena] *ſcenæ (σκηνὴ, δημέλιον) Inumbratio, ἀπὸ τῆς σκιᾶς. Apud antiquos enim theatralis ſcena parietem non habuit, ſed de frondibus umbracula quærebant, ut docet Seruius. Inumbrationis igitur cauſa comperta fuit ſcena, ubi prius carmina incondita decantabantur. Quare & à nõnullis tabernaculum ac papilio traductum fuit. Poſtea tabulata cœperunt cõponere in modum parietis. Vnde hodie cõſuetudo permãſit, ut componãtur pegmata à ludorum theatralium editoribus. Sed quum in urbem deducta fuit ſcena, redactũ eſt nomen ad eam partem theatri, quæ ab uno eius cornu ad aliud ducebatur. Conſtat autem ſcenam theatri frontem, binis pluribuſue contignationibus conſtructam, in quibus hiſtriones recitabant, mimiq;, mirmilones, & cæteri ludij, uarios ludos ac geſticulationes edebant. In ſcena autem quum hemycicli formã haberet, gradus ſedilia q; fuêre: de quibus primarij magiſtratus, honoratiores q; ſpectarent: eorumq; ſedilia pars intima orcheſtra eſt dicta. Placidus grammaticus ſcribit eſſe camerã hinc inde compoſitã, quæ in umbræ locum in theatro erat, in quo ludi actitabãtur. Item ſceuã dici arborum in ſe cubãtium, quaſi concameratã denſationẽ, ut ſubter poſitos tegere poſſit. Vtẽ ſcenã uocari cõpoſitionẽ alicuius carminis, quæ digna ſit agi in theatro, exclamationibus tragicis. Scena ſic definitur à Labeone, de his qui notantur infamia. l. quod ait, Quæ ſit ludorum faciendorum cauſa quolibet loco ubi quis conſiſtat, moueaturq;, ſpectaculum ſui præbiturus, poſita in publico, priuatoue, uel in uico: quo tamen loco paſſim homines ſpectaculi cauſa admittat. Hactenus Labeo. Hæc autem uerſatilis erat, aut ductilis. Verſatilis, quæ ſubitò tota quibuſdã machinis uertebatur, & aliã picturæ faciem oſtendebat. Ductilis, quæ tractis tabulis hac atq; illac, interiorem picturæ ſpeciem denudabat. Virgil. 3. Georg. 5,*

Vel ſcena ut uerſis diſcedat frontibus.

Idem 1. Aeneid. 87,

—immanesq; columnas,
Rupibus excidunt ſcenis decora alta futuris.

Scenæ ſpectacula amantur. Ouid. 3. de Arte, 71.

Scena ſine arte. Ouid. 1. de Arte, 22.

Sceleribus ſcena refert. Cic. 3. de Nat. deor. 95.

Struere ſcenam. Tacit. lib. 14.

Idq; tum in uita, tum in ſcena intelligi poteſt ex ijs fratribus qui in Adelphis ſunt. Cic. de Senect. 60.

Oreſtes agitatus ſcenis. Virg. 4. Aeneid. 94.

Agere geſtum in ſcena. Cic. 2. de Orat. 129.

Stare in ſcena. Horat. 2. epiſt. 1. 42.

In ſcenam producere, & Reducere in ſcenam. Plinius lib. 7. cap. 48. 6.

Dignus qui ſpectetur in ſcena. Cic. pro Quintio, 52.

Scena totius rei hæc eſt: pro eo quod eſt, Hæc eſt totius rei actio: metaphora è fabularum actione. Cælius ad Ciceronẽ, lib. 8. 11. 10.

In ſcena, in concione, in qua rebus fictis et adumbratis loci plurimum eſt. Cic. de Amicitia, 79.

Diſcutiendæ tamen oratione huiuſmodi ſcenæ. Quintil. lib. 6. cap. 1. 36.

Seruire ſcenæ, M. Tullius dixit: pro eo quod eſt, Seruire tempori, & rebus præſentibus ſeſe accommodare. Translata ab hiſtrionibus fabularum metaphora, qui non ſuopte ingenio agunt, ſed hoc unum ſpectãt, ut quouis modo populi oculis placeant, alioqui explodendi exibilandiq;. Sic enim ſcribit ad Brutum, 9. 2, Tibi nunc populo & ſcenæ, ut dicitur, ſeruiendum eſt. Eraſmus.

Scena minore, pro Minore apparatu & oſtentatione, uſus eſt Suetonius, teſte Budæo.

Scena, Inumbratio montis, ſyluæ aut alicuius rei ſimilis. Virg. 1. Aeneid. 34,

—tum ſyluis ſcena coruſcis
Deſuper, horrentiq; atrum nemus imminet umbra.

¶ *Scenalis, pen. prod. Adiectiuum (σκηνάλιος) ut, Species ſcenalis patrum. Lucret. lib. 4. 16.*

¶ *Scenicus, pen. corr. Aliud adiect. (σκηνικὸς) Quod ad ſcenam pertinet, uel in ſcena agit. Cic. pro Plancio, 25, Quod dicitur Alimæ factum à iuuene, uetere, quodam in ſcenicos iure, maximéq; oppidano. Idem 1. Offic. 159.*

Actores ſcenici. Quintil. lib. 6. cap. 1. 21.

Adulteria ſcenica. Ouid. 2. Triſt. 103.

Artifices ſcenici. Cic. pro Archia poeta, 7.

Decor ſcenicus. Quintil. lib. 2. cap. 10. 9.

Dicacitas ſcenica. Quintil. lib. 6. cap. 3. 20.

Oſtentatio ſcenica. Quintil. lib. 2. cap. 10. 5.

Plebs ſcenica. Stat. 1. Syl. 6. 15.

Venuſtas ſcenica. Cic. 3. de Orat. 17. Quis unquam res præter hunc tragicas penè comicè, triſtes remiſsè, ſeueras hilarè, ſõrenſes ſcenica propè uenuſtate tractauit?

¶ *Scenicè, pen. corr. Aduerbium (σκηνικῶς) ut, Facere aliquid ſcenicè. Quintil. lib. 6. cap. 1. 29.*

¶ *Scenofactorius, Adiect. (σκηνοποιητικὸς) Ars ſcenofactoria, Quæ fiunt umbracula & tabernacula, quaecũq; re fiant, ut aulæis uel pellibus.*

¶ *Scenopegia, Scenopegiorum, n. g. pluralis numeri (σκηνοπήγια) Feſta tabernaculorum, in quibus Iudæi faciebant tabernacula ad ſimilitudinem tabernaculorum, in quibus habitauerant quum ex Aegypto peregrinarentur in eremo. Ab σκηνὴ, & πήγνυμι.*

Sceneos] *Indeclinatum nomen loci cuiuſdam in Aſiæ limitibus, non procul ab inſula Sadano, quæ eſt maris Troglodytici, apud Plinium lib. 6. cap. 29.*

Scenitæ] *pen. prod. Populi ſunt Arabiæ Fœlicis, authore Plinio lib. 6. cap. 28. uagi, et à tabernaculis cognominati, quæ ciliciis metantur ubi libuit. De his & Solinus his uerbis, Scenitæ carnibus ſuillis abſtinent. Sanè hoc animalis genus, ſi inuectum illò fuerit, moritur ilicò. Sunt item populi in Arabia deſerta. Plin. lib. 5. cap. 11.*

Scenographia] *dicitur quaſi ſcenæ imaginaria excitatio: quod ex præfatione libri ſeptimi Vitruuij intelligi poteſt. Budæus in notis ad Pandectas.*

Scenoma] *ſcenomatis (σκήνωμα) Tabernaculum, tentorium, ſiue habitaculum: à uerbo σκηνόω, quod eſt caſtrametari, ſiue tabernacula figere.*

Scepſis] *σκῆψις, Plinio lib. 5. cap. 30, Vrbs Aeolidis. Ex hac fuit Metrodorus, quem Scepſium cognominamus.*

Sceptica] *ſcepticæ, pen. corr. (σκεπτικὴ) Philoſophorum quorundam ſecta: ſic dicta, quòd ſemper quærat, & nunquam inueniat. Hæc Diogenes Laertius in Pyrrhonis uita. Idem paulo pòſt, Scepticiſecturum omnium dogmata euertere præſtabant, nihil ipſi dogmatis afferentes, cæterorum tantùm enunciandã dogmata atq; enarranda proponentes, nihil definiẽdo. Gellius lib. 11. cap. 5, Quos Pyrrhonios philoſophos uocamus, ij Græco cognomento σκεπτικοὶ appellantur. Id fermè ſignificat, quaſi quæſitores et conſideratores. Vide ibidem multo plura.*

Sceptrũ] *ſceptri (σκῆπτρον, σκηπτάνιον) Virga eſt qua reges maieſtatis gratia utuntur. Propriè autem ſceptrum Ioüis erat, ab eo ad reges & principes et magiſtratus trãslatum. Hinc ad fœdera faciendi ſemper adhiberi ſceptrũ conſueuit, quando ueteres in hoc Ioüis ſimulachrũ adhibere ſolebant cum ſceptro. Quod quũ difficile eſſet aliquãdo, præſertim quando fœdera cum remotiſſimis fiebant, inuentũ eſt ut ſceptrum quaſi imaginem Ioüis tenentes fœdus percuterent. Cic. pro Seſtio, 48, Sedens cum purpura & ſceptro & inſignibus illis regijs. De rege Ptolomæo.*

Grauitas ſceptri. Ouid. 3. Metam. 179.

Exitiale ſceptrum tyrannis. Stat. 1. Thebaid. 7.

Gemmantia ſceptra. Ouid. 3. Metam. 53.

Regale ſceptrum. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 3.

Sublime ſceptrum Ioüis. Claud. 3. Paneg. 42.

Superba ſceptra. Lucret. lib. 5. 229.

Accipere ſceptra alicunde. Virg. 7. Aeneid. 35.

Sceptra loci, rerũmque capit moderamen. Ouidius 6. Metam. 136.

Eburno ſceptro innixus. Ouid. 1. Metam. 36.

Potiri ſceptris. Virg. 9. Aeneid. 54.

Perenni ſceptro potiri, & regem eſſe. Ouidius 15. Metamor. 117.

Reponere aliquem in ſceptra, Regno reſtituere. Virgilius 1. Aeneid. 53.

Tenere ſceptra. Virgil. 1. Aeneid. 13.

Transferre ſceptrum aliò. Stat. 11. Thebaid. 130.

¶ *Sceptrifer, pen. corr. Adiectiuum (σκηπτροφόρος) ut, Manus ſceptriferæ. Ouid. 6. Faſt. 96.*

¶ *Sceptuchus (σκηπτοῦχος) Latinè ſceptrũ tenens. Tacit. libro 5, Contrà Pharaſmanes adiungere Albanos, accipere Sarmatas, quorum ſceptuchi utrinque dõnis acceptis more gentico diuerſa induere.*

Sceptratus] *Philippeus, genus numiſmatis auræi apud Gallos à Cælio commemoratur lib. 10. cap. 2.*

Sceria] *Inſula eſt ex aduerſo Theſprotiæ, quæ aliis nominibus Pheacia, & Corcyra dicitur, Alcinoi hortis celeberrima. olim etiam Drepane appellata. Plinius libro 4. capite 12.*

Scheda] *ſchedæ (σχέδη, σπέδη) Tabella ſiue pagella philyracea, hoc eſt tiliacea: qua pro chartis priſcos uti ſolitos, Euſtathius & Aelianus aſſeuerant. Hodieque Græcorum uulgus ſchedas uocat tabulas eas, quibus ſupputatores numeris ſcribendis utuntur, ut mox litu ſpongiæ leuiter abraſi poſſint.*

Scheda. Folium chartæ, ſiue papyri nondum compactæ & ligatæ, quod & philyram Græco uocabolo nuncupamus. Plinius libro 13. cap. 12 5, Sed ratio deprehendit utilium, uniuſ ſchedæ reuulſione. Cic. Attico, lib. 1. 15. 9, Nunc, ſi amas me, ſi te à me amari ſcis, enitere per amicos, clientes, hoſpites, liberos denique ac ſeruos tuos, ut ſcheda ne qua depereat nam & Græcis his libris quos ſuſpicor, & Latinis quos ſcio illum reliquiſſe, mihi uehementer opus eſt. Vetus codex legit ſchida.

Schedæ, pro Libris monumentiſq; literarum. Mart. lib. 4. 46, Nec ſumma potes in ſcheda teneri.

Excutere omnes ſchedas. Quint. lib. 1. cap. 8. 13.

¶ *Schedula, ſchedulæ, pen. corr. Diminutiuum (σχεδάριον) Cicero ad Caſſium, lib. 15. 16. 1, Hæc te tertia iam epiſtola antè oppreſit, quàm tu ſchedulam aut literam. Vetuſtum exemplar legit ſchidam.*

Schedia] *ſchediæ (σχεδίαι) Ratis eſt Latinè, id eſt, nauigium temerè factum, & inconditum, ut trabes connexæ, et ſine fabrica compactæ, quæ nauigij uicè præbent ad uectum Feſto.*

Schedia, ponitur aliquando pro Ponte, ſeu loco fluminis quoquo modo iuncto, authore Suida. Herodotus certè pontẽ quo Darius Boſphorum iunxit, ſchediam uocat. Pons tumultuarius.

¶ *Schedicus, ca, cum (σχέδιος) extemporarius, ſubitarius, tumultuarius, inelaboratus. qua uoce uſus eſt Apuleius in opuſculo de Dæmonio Socratis, In ipſo (inquit) Schedico & incondito experimini, an idem ſim repentinus, qui præparatus. Græci in eadem ſignificatione dicunt σχέδιον, cum repentinum quiddam ac ſubitarium ſignificare uolunt, neque magna cura elaboratum. unde σχεδιάζειν dicunt, pro eo quod eſt celeriter, & extempore aliquid conficere: & σχεδίαν, pro ſubitario maris genere, quam ratem Latini appellant: ſiue etiam pro ponte tumultuario, quales aut ex fiſnibus, aut trabibus diſſolutis, aut connexis nauiculis extempore ſolent confici.*

¶ *Schedion, dicitur à Græcis extemporaneum, id eſt, quicquid inelaboratum, quicquid temerè factum eſt, nec ſatis conſectum. Budæus.*

¶ *Schedia, ſchediorum (σχεδιάσματα) Inconditа & extemporanea carmina dicuntur, quæ noſtri ſyluis appellãt. Et Græci σχεδιάζειν uſurpant, pro eo quod eſt Ex tempore dicere.*

Schedius] *Phocenſium princeps fuit, cui & honorificũ ſepulchrum ædificarũt in Daphno antiqua ſua urbe, ac dirута Huic ſepulchro nomen eſt Schedicum. Strabo lib. 9.*

Schema] *ſchematis, pen. corr. n. g. (σχῆμα) Forma Latinè dicitur, figura, ſiue cultus, ornatuue.*

Schema, inquit Quint. lib. 9. cap. 1, propriè dicitur, quod eſt à ſimplici ac in promptu poſito dicẽdi modo. poeticè uel oratoriè mutatũ. Cic. de claris Orat. 150, Erant olim et uerborũ et ſententiarũ illa lumina quæ uocant Græci σχήματα, quibus tanquã inſignibus in ornatu diſtinguebatur omnis oratio.

Ornamenta uerborum, sententiarumq́, quæ appellantur σχήματα. Cic. in Topic. 17.

Non iniucunda schemata. Quintil. lib. 4. cap. 5. 4.

¶ Schema, schemæ, pro Ornatu & habitu. Plautus Amphit. 3.117.

Nunc ne hunc ornatum uos meum admiremini,
Quòd ego huc processi sic cum seruili schema.

In antiquiorib. codicibus, scena absq; aspiratiõe scriptum uisitur.

¶ Schema, schemæ, Forma quædam cõcubitus & complexus. Sueton. in Tiberio, Exemplar impetratæ schemæ, &c. Quibus uerbis significatur forma ea concubitus & complexus, quam à portentosis illis & extremæ libidinis hominibus impetrârat imperator, qui hiantibus & auidissimis oculis talem impuritatem spectabat. Ex Turnebo.

Schenitæ] Populi sunt, qui Parthiæ montana incolunt. Strabo lib. 11.

Scheria] Homero, alijs Corcyra insula est, ex aduerso Thesprotiæ, à Buthroto duodecim pass. M. distans author Plin. lib. 4. cap. 12.

Schesis] σχέσις uox Græca est, habitudinem significans, uel affectionem. Accipitur autem pro figura non absimili anthypophoræ, quæ aduersariorum affectū quemlibet fingimus, cui mox respõdeamus. Exemplū uide apud Rufinianū.

Schetlius] dicitur is, qui petitionibus adiuuat quidem, uerùm mox, præstet nihil: sed eo item nomine intelliguntur natura infestiuiores frigidioresq́, & qui dicuntur κοίδιάνες. Verùm & qui multa perpessus est, dici Schetlios uelet: quíq́ nimio plus fatagit, nec inhiberi potest, uidetur ὑρμηνίαν, id est, concitatus & præseruidus, extrà quàm oporteat. Cælius Rhod. lib. 11. cap. 7.

Schidia] σχίδιαι, sunt fragmenta quæ fabri materiarij ex ligno deijciunt. Ex Cæl. lib. 14. cap. 13. Vitru. lib. 2. cap. 1, Interuallaq́ quæ relinquuntur propter crassitudinem materiæ, schidijs & luto obstruunt.

Schinalus] Piscis, notiore nomine Spondylus. Cælius Rhodig. lib. 4. cap. 2.

Schinis] σχῖνος. Pausanias in Corinthiacis, In Isthmi initio locus est, ubi Schinis latro apprehensas piceas in terrâ flectebat, & quos pugna uicisset, hos alligatos sinebat in aerè efferri: quocirca quum utraq; arbor alligatum ad se traheret, uinculiq́ nodus in neutrâ laxaretur partem, sed utrinq; pariter conueller et, eueniebat ut qui alligatus esset, laceraretur. Eodem pacto ipsum quoq; Schinim Theseus dilaniauit, uiamq́, quæ ex Trœzene Athenas ducit, latronibus infestam, tutam reddidit.

Schinos] σχῖνος, Arbor est eadem cum lentisco masticè exulans, ex cuius ligno cuspides fiunt, purgandis dentibus accommodæ. Vnde σχινοτρώγες à Græcis dicti sunt homines delicatiores, qui ut dentibus candorem concilient, perpetuò lentiscum arrodunt.

Schinussa] Insula est Asiatici maris, authore Plinio libro 4. cap. 12.

Schisma] σχίσμα, Latinè scissura, à Græco σχίζω, quod est scindo: hinc diuisionem in Religione Schisma dicimus, cùm uarij uaria de eius partibus sentiunt, integris manentibus principijs. Hinc Schismatici dicti, qui in Ecclesia diuersum à uulgo & sentiunt & statuunt.

Schistum] schisti (σχιστὸν) Genus lactis. Plin. lib. 28. cap. 9. 3. Medici speciem unã addidêre lactis generibus, quod schiston appellauêre.

Schista ou a. Plin. lib. 29. cap. 3. 7. Fiunt & tota lutea, quæ uocant schista, quum triduo incubata tolluntur.

Schistus] sine schistos (σχιστὸς) Lapis est crocei coloris, in tenuissimas bracteas fissilis: unde & nomen habet, ἀπὸ τῆς σχίσεως: Multi enim præterea sunt lapides fissiles, quos hoc nomine non dignamur. Effoditur in quibusdã Hispaniæ locis circa Iberũ fluuium, morsus omnino expers: unde & ophthalmicis medicamentis inprimis idoneus est. Hodie Seplasiarij eius loco utuntur creta alba.

Schœneus] χοινεύς, qui & Iasius, rex Arcadiæ fuit, filius Abantis & Atalantæ pater. Hinc,

¶ Schœneius, Adiectiuum (χοινηῖος) ut, Virgo Schœneia, Atalanta. Ouid. 2. Trist. 80.

¶ Schœneis, Patronymicum fœ. (χοινηὶς) Ouid. epist. 15. 53. Vt tulit Hippomenes Schœneida, præmia cursus.

Schœnicolæ] Varroni in illo uersu Actij,

Diobolares, schœnicolæ, miraculæ: Meretrices dicũtur, quæ schœno unguentario (sic enim in Varrone legendum existimo) nonnullam odoris gratiam accerserent, quæ & schœno delibutas ipsemet Plautus dixit. Turnebus.

Schœnos] siue Schœnum (σχοῖνος) Latinè dicitur Funis & iuncus. Plaut. Rud. 8. 5,

Hi schœni enim atq; hæ arundines sunt nobis quæstu & cultu. Cato cap. 105, Schœnum & calamum in pila contundito, quod siet sextarium unum. Columel. lib. 12. cap. 20. 2.

Schœnismos] χοινισμὸς, Mensura quædam terræ est, & tortucæ genus, quod fit per funes.

Schœnoplocos] χοινοπλόκος, Qui funes torquet, quem Latini Restionem appellant.

¶ Schœnus Mensura est Aegyptiaca, sexaginta stadia capiẽs, authore Herodoto: licet Plin. lib. 5. & 12. quadraginta stadia dicat, id est, quinq; millia: nisi sit error notarũ. Budæus.

¶ Schœnobates, pen. corr. (χοινοβάτης) Qui per funes ludendo graditur: ὁ χοῖνος funis, & βαίνω ascendo, quasi funambulus. Iuuenal. Satyr. 3. 8.

Augur, schœnobates, medicus, magus omnia nouit.

¶ Schœnobaticus, penul. corr. Adiectiuum (σχοινοβατικὸς) Quod ad schœnobatem pertinet. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 1. 11, Ego, qui scirem Q. Pompeium Baulis schœnobaticã facere, & usq; eò, ut ego misererer eius esuriei. Vbi interpres, Schœnobaticã facere artẽ, id est, qui scirẽ eũ propter paupertatem factum schœnobatem, id est, funambulum. Vetus autem codex habet, embæneticam. Vide suo loco.

Schœnos] Vrbs Asiæ infra Thebas. Plin. lib. 4. cap. 7.

Shœnus] Portus in Græcia, in ora Megarensium. Plin. lib. 4. cap. 7, Schœnus sinus maris Indici. Plin. lib. 5. cap. 28.

Schœnus] schœni, schœno (σχοῖνος) Fluuius est Bœotiæ, per eiusdem nominis oppidum Labenum quinquaginta stadijs à Thebis. Strabo lib. 9. Puto eundem esse, cum eo quem Schœnuntem Plin. lib. 4. cap. 7. appellat.

Schœnus] Schœnuntis (σχοινοῦς) Flumen Athenis proximum (ut ait Strabo) à iuncis dictum: proindeq; uuncarios in Hispania campos Schœnuntios uocat. Sed & in Arcadia Schœnuntis fit mentio, ab amne quem Schœnicam appellant.

Schœnus. Plinius lib. 4. cap. 7. Portus est & oppidum Atticæ regionis.

Schola] scholæ, (σχολὴ) Literarum ludũ significat: à uerbo Græco σχολάζω, quod est uaco: quia cæteris rebus omissis, uacare liberalibus studijs pueri debent. Plin. epist. 144, C. Lætor etiã, quòd domus aliquãdo C. Cassij huius, qui Cassiæ scholæ princeps et parẽs fuit, seruiet domino nõ minori. Cic. in Orat. 51, E' philosophorũ scholis tales ferè cuadũt.

Cœtus scholarum. Quintil. lib. 2. cap. 9. 2.

Consuetudo scholarum. Quintil. lib. 4. cap. 2. 21.

Exercitationes scholarum. Quintil. lib. 1. cap. 8. 92.

Frequentia scholarum. Quintil. lib. 1. cap. 2. 1.

Philosophorum scholæ. Quintil. in Proœm. lib. 1. 13.

Magnæ scholæ. Quintil. lib. 1. cap. 2. 13.

Audire hominem de schola. Cic. 2. de Orat. 16.

Definire in schola. Cic. 5. Tuscul. 153.

Eligere scholas. Quintil. lib. 1. cap. 2. 13.

Explicare scholam, Præcepta doctrinæ exponere. Cic. 2. de Fi
Fugere scholas. Quintil. lib. 1. cap. 2. 13. (nibus, 101.

Institutæ seuerè scholæ. Quintil. lib. 2. cap. 2. 6.

Homo politus è schola. Cic. in Pisonem, 47.

Vitare scholas. Quintil. lib. 1. cap. 2. 13.

Erat & in balneis schola, apud Vitruuium, pars labri siue alueoli, à præstolando, ut quidam arbitrantur, dicta: ut occupato ab his qui priores uenissent, labro, in schola cæteri circunspectantes rectè stare possent. Erat & in porticibus, authore Plinio, Alexandrũ (inquit) et Philippũ cũ Minerua qui sunt in schola, in Octauiæ porticib. et Philippi. Alijs magis placet, scholam apud Vitruuiũ esse porticũ in circuitu labri, siue solij aut aluei, id est, fossæ lapideæ balneorũ.

Scholæ, pro Disputationibus & controuersijs quæ in scholis inter doctorem & discipulos ociosè agitari solẽt, accipitur apud Ciceronem libro 1. Tuscul. 13, Ponere iubebam de quo quis audire uellet, & id aut sedens, aut ambulans disputabam. Itaq; dierum quinq; scholas (ut Græci appellant) in totidem libros contuli. Ibidem, libro 3. 137, Separatim autem certæ scholæ sunt, de exilio, de interitu patriæ, &c.

Epicuri schola. Cic. 2. de Finib. 108.

Regestæ scholæ in commentarios. Quintil. lib. 3. cap. 6. 43, Sunt enim uelut regestæ in hos commentarios, quas adolescens deduxerat, schol. e. De Ciceronis rhetoricis. Alij sic legunt, Sunt enim uelut res regestæ in hos cõmentarios, quas adolescens deduxerat schola.

Vertere se ad alteram scholam. Cic. in Pisonem, 47.

Pomeridianis scholis Aristoteles præcipere artem oratoriam cœpit. Quintil. lib. 3. cap. 1. 10.

¶ Schola, non solùm est eorum collegium, qui bonarum literarum studia persequuntur: sed, ut diximus, militum. Scholas porrò militum, undecim fuisse, Iustinianus in l. ult. C. de loc. & conduct. significat. In qua lege non, opinionibus, uti hactenus lectum est: sed, optionibus, est legendum. Et in l. 7. C. de aquæductib. ubi, calculis, scriptum est: quum esse debeat, scholis. Scholæ illæ tametsi ex Vegetio colligi possunt, nonnullas tamen earum formas referre lubet. Est igitur

Schola Equitum, Peditum, Scutariorũ, Clibanariorũ, Agentium in rebus, Domesticorũ, Silentiariorum, Palatinorum, Societatis sacrarum largitionũ, Schola gentilium. Vide Brissonium in eo libro, quem de uerborum quæ ad ius pertinent significatione edidit, lib. 17.

¶ Scholaris, nouatũ à nouitijs iurisperitis uerbum, eum significat qui scholas cuiuscunq; ordinis assiduè frequẽtat. Vtitur Fridericus Imperator in sua l. habita. quæ subijcitur tit. Ne Filius pro patre. lib. 4. C. tit. 13. Omnib. (inquit) qui causa studiorum peregrinantur scholaribus, & maximè diutarnis atq; sacrarum legum professoribus, &c.

¶ Scholares, militantes sunt in sacro palatio. Nam et scholæ militum sunt, Vegetio, Seuero, Sulpitio, in uita Martini. Alcidius in tit. de priuilegijs scholar. lib. 12. C.

¶ Scholaster, uel Scholiarchus, rectè dicitur, qui in collegijs sacerdotum, Scholasticus barbarè uocatur. Erasm. in opuscolo de Pronunciatione. Spieg.

¶ Scholicus, penult. corr. Adiectiuum. Gel. lib. 4. cap. 1, Ostentabat quispiam Grammaticæ rei doctior, scholica quædam nugalia, de generibus & casibus uocabulorũ differens. Nisi malis, scholica, substantiuum esse.

¶ Scholasticus, pen. cor. (σχολαστικὸς, σχολάσαι) Adiectiuũ, Quod ad scholã pertinet. Vnde Scholastica disciplina, &

Scholastici discipuli, qui discendi causa scholas frequentãt. Plin. epist. ultima libri 1, Scholasticis porrò dominis, ut hic est, sufficit abundè tantum soli. Quintil. lib. 7. cap. 2, Quædam in scholasticis ponũtur ad cõiungendã modo rei seriẽ.

Controuersiæ scholasticæ. Quint. lib. 4. cap. 2. 66 & 69.

Scholasticus pro Declamatore, solùm in fictis causis et ociosis uersato, non in ueris litib. Plinius epist. 3. lib. 2, Scholasticus tantùm est, quo genere hominũ nihil aut simplicius, aut sincerius, aut meliùs. non enim qui in foro uerisq́ litibus teritur multum malitiæ, quamuis nolentes, addiscimus. Schola & auditorium & ficta causa, rei inermis, innoxia est, nec minus fœlix, scribus præfertim.

Scholium] scholij (σχόλιον) Interpretatio breuior, breue scriptum. Cic. Attico, lib. 16. 333. 4, Velim σχόλιον aliquod elimes ad me, oportuisse te istuc facere. Itáne mi Attice defensione eget meum factum, præsertim apud te, quid mirabiliter approbasti? ego uero istum ἀπολογισμὸν συντάξαμεν, sed ad eorũ diquè, quibus inuitis et dissuadentib. profectus sum. Et si quid iam opus est σχολίου, si perseuerassem, opus fuisset. Eidem, lib. 13. 290. 5, Hic autem iam languescit, & ait tibi illum iure iratum: sed utar tuo consilio. σχόλια enim tibi uideo placere.

Schiatus] Insulæ nomẽ in sinu Pegasico. Plin. lib. 4. cap. 12.

Schiagraphia] σκιαγραφία, prima illa & rudis picturæ delineatio, quæ & Ichnographia dicitur: quum scilicet futuri operis lineamenta carbone, creta cum rubrica ducuntur.

Schiamachia] σκιαμαχία, est Vmbratilis pugna: ut Gellius transtulit. ad quam Iuuenalis alludens dixit,

Ad pugnam qui rhetorica descendit ab umbra. Satyr. 7. 18.

Vmbratilis autem pugna propterea dicebatur, quia huiusmodi pugnæ simulachra sub tecto fieri solita erant: non ut uera pugna, in sole et puluere. Ea est umbratilis armorũ meditatio seu exercitatio, quæ uulgò scrimia uocatur.

Sciapodes] siue sciopodes (σκιάποδες, ὠκυπόδες) Populi sunt Trogloditis finitimi, ut ex Ctesiæ sententia tradit Plin. lib. 7. cap. 2. Qui & Monosceli à singulis cruribus sunt appellati, miræ pernicitatis ad saltum. Sciapodes inde dicti, quòd in maiore æstu humi iacentes resupini, umbra pedum se protegant. Augustinus in lib. de Ciuitate Dei.

Sciatheras] æ, siue Sciotheron (σκιαθήρας ἢ σκιόθηρον) Instrumentum gnomonicum, quo umbras indagamus. Hoc Architecti in metandis urbibus utebantur, octoq; cæli regiones exactè colligentes, uentorum uim molestam urbibus oppositi platearum angiportumq́ angulis frangebant, aut amoliebantur: auraq́ corporibus salubres platearum directionibus admittebant. Vitruuius libro 1. cap. 6. A' Græcis autẽ σκιάθηρας uocatur: quòd θήρα imaginẽ significet.

Sciatericon] σκιατηρικὸν, horologium apud Plinium dicitur lib. 2. cap. 76. id est, umbræ indagatorium. Est autem solarium, quo hodie utimur ad horas æquales æquinoctiales sciq; colligendas: antiqui autem ad inæquales et tẽporales. Alij, sciotericon, legunt apud Plinium.

Sciathos] pen. corr. (σκιάθος) Insula est ad Artemisium, teste Herodoto in Polymnia. Valerius 2. Argon. 2,

Iam scidthoi subsedit aquis.

Scibões] Telorũ genus antiquit, ut refert Gel. lib. 10. ca. 25.

Sciena] æ, Pisces ex illorũ genere, qui lapidẽ in capite habere perhibentur. Plin. lib. 9. cap. 16.

Sciens, Scienter, Scientia] Vide Scio.

Scilicet] pen. cor. (ἐπιφόρημα, ἀνυπακτόν) Confirmandi adueybiũ, Idem quod Scire licet, uel certè: sed per amaritudinẽ quandam cũ derisu permistã, ut ait Valla lib. 2. Virg. 4. Aen. 76,

Scilicet is superis labor est. Terent. Andr. 1. 2. 14,

Meũ gnatũ rumor est amare. D. id populus curat scilicet.

hoc est, ueluti per sensum cõtrariũ, nimirum, Id populus nõ magnopere curat. Ita existimatio, populo non maximè esse curæ. filius tuus amet, nécne. Cic. pro Milone, 36, Scilicet ǫ; latronẽ ac sicariũ abiecti homines & perditi describebãt. Et 4. Academ. 171, Quid enim faceret huic cõclusioni, Si lucet, lucet: lucet aut, lucet igitur? credere scilicet. Ouid. 2. Metã. 95, Scilicet hoc etiam restabat adultera, dixit,

Vt fœcunda fores, &c.

Id populus curat scilicet. Cic. Attico, lib. 13. 288. 5.

Scilicet, interrogatiuum. Cic. pro Rabirio perduel. reo, 9, Scilicet tibi grauiorem dolorem patrui tui mors attulit, quàm C. Graccho fratris?

Quis? tu ipse scilicet laudator & factorũ & scriptorum meorum. Cic. Attico, lib. 7. 121. 8.

Quid ad hæc Næuius? ridet scilicet nostram amentiam. Cicero pro Quintio, 32.

Scilicet, nonnunquam sine amaritudine dicitur, & irrisione: & aduerbium affirmandi est, pro Certè. Terent. Andr. 5. 4. 48. Idem Eunucho, 5. 9. 10,

—fratris igitur Thais tota est? c. scilicet. Cic. Attico, lib. 4. 75. 2, Si tacco oppressus & captus, quo dolore esse debeo? quo sum scilicet. Terent. Heaut. 4. 5. 44,

—neq; tu scilicet
Eò nunc confugies, Quid mea?

De Lentulo scilicet sic fero ut debeo. Cic. Attico, lib. 4. 75. 1.

Peto igitur à te, tanto scilicet studio, quãto intelligis debere me petere pro homine tam mihi necessario & tam familiari. Cic. Sulpitio, lib. 13. 27. 3.

Suspenso animo expecto primùm te scilicet, deinde Marionem. Cic. Tironi, lib. 16. 3. 2.

Scilicet id agitur, utrũ hac petitione, an proxima Prætor fias. Cic. ad C. Furnium. lib. 10. 26. 6.

Scilicet si ista Iupiter significaret, tam multa frustra fulmina emitteret. Cic. 2. de Diuinat. 65.

Scilicet (ἀφαν) pro Id est, uel nempe, siue nimirum, ponitur. Terent. Heaut. 5. 1. 19,

—nam ubi desponsam nunciasti filio,
Continuò iniecisse uerba tibi Dromonem, scilicet,
Sponsæ uestẽ, aurum, ancillas, opus esse argẽtũ ut dares.

Cic. 2. in Catil. 39, Quibus hoc præcipiendum uidetur, uniũ scilicet & idem quod cæteris omnibus, ut desperent se id quod conãtur consequi posse. Idẽ ad Q. fratrẽ, lib. 2. 15. 6. Quid tu in eo potes? nihil scilicet. Cic. Attic. lib. 11. 215. 4.

Pro Scilicet, aliquando Nimirum posuit Cicero: ut pro Rosc. Amerino, Opinor enim esse in lege, quam ad diem proscriptiones, uenditionesq; fiant: nimirum ad calend. Iunias. Aliquando, Videlicet: ut pro Cluen. 118, Qui eorum, quorum? uidelicet qui suprà scripti sunt. Nõnunquam eleganter ipse Cicero subticet ipsum Scilicet: ut pro Marœna, 60, Quum non pœnitebat facere idem quod tu, habere eruditissimum hominem, cuius oratione asperior nõ est factus. hoc est, Habere scilicet hominem.

Et scilicet. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 2. 18, Et Flauij causa, &. scilicet Pompeij omnia facies.

Scilla] σκίλλα, siue, ut Varro appellat, Squilla, Hippocrates uerò etiam scella, & terra & mari crescẽs herba. Radix tamen sit, an bulbus, an cyma, siue fructus, à Theophrasto dubitatur. Plin. lib. 21. cap. 17. 4, Notabilis & scillæ crocíq; natura, quòd quum omnes herbæ folium primum emittant, mox q; in caulem rotundentur, in ijs caulis prior intelligitur, quàm folium. Et in croco flos quidẽ impellitur caule, in scilla uerò caulis exit, deinde flos ex eo emergit. Idem lib. 19. cap. 5. 25, Nobilissima est scilla, quanquam medicamini nata, aceto q; exacuẽdo. Nec illi amplitudo maior, sicut nec uis asperior. Duo genera medica: Masculus albis foliis, fœmina nigris: & tertium genus est cibis gratiũ: epimenidium uocatur, angustius folio, ac minus aspero. Semimis plurimũ omnibus. Colum. lib. 5. cap. 10. 11, Assiam arborem satam habueris, scillam secundum radicem arboris serito.

¶ Scillinus, pen. corr. Adiectiuum (σκιλλίτης) Quod ex scilla factum est. Plin. lib. 23. cap. 2. 1, Acetum scillinum inueteratum magis probatur: prodest super ea quæ diximus acescentibus cibis: gustatum enim discutit pœnam eam, &c.

¶ Scilliticus, pen. corr. Aliud adiect. Idem (σκιλλιτικὸς) Acetum scilliticum. Colum. lib. 12. cap. 34.

¶ Scillites, scillitæ, pen. prod. masc. gen. (σκιλλίτης) figuratè neutro iungitur: & est uinum factitium ex scilla, uel etiam oleum. Colum. lib. 12. cap. 33. 1, Vinum scilliten ad coquendum, & ad corpus reficiendum: itemq; ad ueterem tussim, & ad stomachum hoc modo condire oportet.

Acetum scillites, hoc est, in quo scillarum bulbi ad medicamentum infusi sunt. Plin. lib. 32. cap. 10. 21, Vrtica marina trita ex aceto scillite, &c.

Scillis] quidã Sicyonius proditur apud Græcos omnium ea tempestate maximùs urinator, qui ex Apheiis Artemisium usq; octoginta ferè stadia natatu breui spacio peregit. Alexand. Alexandr. lib. 2. cap. 21.

Scincos] us: aut Scincus, scinci, per secundam: Animal Nilicum. Plin. lib. 8. cap. 25, similis Crocodilo, sed minor etiam Ichneumone, est in Nilo Scincos natus contra uenena præcipuus antidotis: item ad inflammandam uirorum Venerẽ.

Scindo] scindis, scidi, scissum (σχίζω, διαχίζω, τμήδω, κόπτω, διατμήδω, περαίνω, ἐρείπω) Notæ significationis. Cic. ad Rufum, lib. 5. 20. 30, Hanc epistolam cur non scindi uelim, causa nulla est.

Cuneis robur fissile scinditur. Virg. 6. Aeneid. 37.

Nec poterit rigidas scindere remus aquas. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 10.

Capillos scindere. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 11.

Comam scindere. Cic. 2. Tusc. 105.

Verbera scindentia corpus lacerum. Silius lib. 1. 135.

Crines scindere. Virg. 12. Aeneid. 174.

Dolorem suum scindere, Aperire, & commemorando patefacere. Cic. ad Atticum, lib. 2. 55. 2.

Fluuios scindere natatu. Claud. 7. Paneg. 70.

Fretum scindens Glaucus. Ouid. 13. Metam. 191.

Humum scindere uomere. Ouid. epist. 12. 19.

Latus scindere flagello. Ouid. in Ibin, 37.

Mare scindere nauigijs. Ouid. 2. de Arte, 137.

Nebulas scindere, ire per nebulas. Ouid. 2. Metam. 32.

Necessitudines scindere. Plin. in Paneg. 60.

Penulam scindere. Hodie uulgò trilissimum est, pro eo quod est, Impẽsius retinere hospitẽ, atq; inuitare prolixius: quod qui faciunt, manu in penulam immissa, quasi ui conantur remorari. Id adagium ex antiquitate fluxit, ut alia complura. Cic. ad Atticum, lib. 13. 288. 2, de Varrone loquens, Venit enim ad me, & quidem id temporis, ut retinendus esset: sed ego ità egi, ut non scinderem penulam. Memini enim tuum, & multi erant, nosq; imparati. Quid refert? Paulò pòst C. Capito cum T. Carrinate. Horum ego uix attigi penulam, tamen remanserunt.

Sententiam scindere. Cic. ad Atticum, lib. 13. 277. 3.

Sententia discors scinditur uario motu. Stat. 12. Thebaid. 34.

Solum scindere. Virg. 2. Georg. 80.

Scidit deinde se studium. Quintil. in Proœm. lib. 1. 10.

Mare tellurem scindit. Lucan. lib. 3. 22.

Terram scindere uomere. Ouid. 2. de Arte, 135.

Verba fletu scinduntur. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 31.

Viam scindere. Virg. 10. Aeneid. 153.

Vnda

Vnda scindit se in sinus redactos. Virg. 4. Georg. 84.

Scinditur incertum studia in cõtraria uulgus: id est, diuiditur, & in diuersas sententias ueluti partes quasdam it. Virgilius 2. Aeneid. 8.

Scindidi, Præteritum antiquum apud Plautum Pseud. 13. 42,

Nam ego cicilendrum quando in patina scindidi.

¶ Scissus, Participium (χωδείς) Liu. 3. ab Vrbe, 248, Testis productus qui septies & uicies enumeratis stipendijs, octies extra ordinem donatus, donáq; ea gerens in conspectu populi, scissa uestis, tergum laceratum uirgis ostendit.

Scissus comam, per Synecdochen. Virg. 9. Aeneid. 96.

Alumen scissum. Colum. lib. 6. cap. 13. 1.

Capilli scissi. Tibul. lib. 1. eleg. 10. 11.

Tunica scissa. Ouid. epist. 11. 12.

Vestis scissa. Virg. 12. Aeneid. 112.

Viscera scissa. Ouid. in Ibin, 57.

¶ Scissus, huius scissus (χισμὸς) pro ipsa scissura. Varro, Scissu materiæ fatigatus, quiescebat lectulo.

¶ Scissilis, & hoc scissile, pen. corr (χισὸς) Quod scindi potest, uel quod scissum est: ut, Scissile alumẽ, apud Celsum lib. 9. cap. 11. Vbi quinquies hac dictione usus est.

¶ Scissura, scissuræ, pen. prod. (χισμὴ) Plin. lib. 11. cap. 28. 4. Pennæ insectis omnibus sine scissura.

Scissura Nili. Plin. lib. 5. cap. 9. 6.

Scingomagus] Vicus est trans nostros Alpes, à quo Italia incipit. Strabo lib. 4.

Scintilla] scintillæ (σπινθῆρ) propriè est quæ è silice, quum is cæditur, exilire solet. Ouid. lib. 4. Fast. 160,

Pars quoq; quum saxis pastores saxa feribant,
Scintillam subitò prosiluisse ferunt. Cic. Antè quàm iret in exilium, 9, Et quoniam animaduertistis illam conspirationem constatam ita esse restinctam, ut nulla scintilla compareat incendij, uos quoq; Tribunitiam sedate temeritatẽ. Cic. 4. Academ. 112.

Scintillis plurimis carbo. Plin. lib. 16. cap. 66.

Agere scintillas. Lucret. lib. 2. 135.

Excudere silicis scintillam. Virgil. 1. Aeneid. 36.

Prosiluit Scintilla. Ouid. 4. Fast. 160.

Scintilla belli, pro Reliquijs. Cic. ad Plancum, lib. 10. 14. 3.

¶ Scintillula, pen. corr. Diminutiuum (σπινθήριον) Cic. 5. de Finib. 78, Non sine causa eas quas dixi in pueris uirtutum quasi scintillulas uidemus, è quibus accendi philosophi ratio debet.

¶ Scintillo, scintillas (σπινθηρίζω) scintillare, Splendere, micare, & ueluti scintillas quasdam emittere. Plaut. Menæch. 17. 69,

Vt oculi scintillãt uide. Plin. lib. 20. cap. 1. 3, Hoc enim uere experimentum est, si admotum priùs quàm extinguat, scintillare sursum ac deorsum cogat.

Cristæ scintillant. Silius lib. 7. 120.

Oleum scintillat cum ardente testa. Virg. 1. Georg. 79.

¶ Scintillatio, Verbale (σπινθηρισμὸς) Plinius lib. 20. cap. 9. 2, Prodesse tradit capitis doloribus, oculorum caligini, scintillationibusq;, uel stomacho, præcordijs crudam ex aceto, &c.

Scio] scis, sciui, scitum, scire (ἐπίσταμαι, ἀκούω, οἶδα, ἐπίσταμαι, ἱστορέω, ἐπίσταμαι) Notæ significationis. Terẽt. Andr. 1. 1. 68,

Scias posse habere iam ipsum suæ uitæ modum. Ibidem 3. 2. 25,

Non sciunt ipsi uiam, domum qua redeant?

Scire de argento ut factum sit: pro, Quid factum sit de argẽto. Plaut. Asin. 12. 154.

Scire de aliquo: pro, Referre ab aliquo. Cic. pro Syll. 1, 9, De quo aliquid scire ipse atq; existimare potuisset. Ibidem, 29.

Scio ex. Plaut. Curcul. 6. 7,

Nam quod scio, omne ex hoc scio. Terẽt. Heaut. 3. 1. 2.

Scire utrum. Cassius Ciceroni, lib. 15. 19. 8, Velim scire utrum ista soliciludo animo, an soluto legas.

Ordine rem scire. Vide Ordo.

Scire certũ de cognitione uirginis. Terent. Eunuch. 5. 3. 12. Cic. 1. de Orat. 113, Nihil certum sciri, nihil planè cognosci & percipi posse.

Scire pro certo. Liu. 5. bel. Pun. 49.

Certè & certò scire. Vide Certus.

Incertò scio. Vide Incertus.

Nihil scio. Vide Nihil.

Haud scio. Cic. 2. de Orator. 40, Magnum est quoddam opus, atq; haud sciam an de humanis operibus longè maximum. Vide Haud.

Quod sciam. Cic. ad Atticum, lib. 16. 331. 5, Sed non uenerat, quod sciam. Vide Quod.

Volo te scire illud, &c. Cic. ad Atticum, lib. 2. 38. 1.

Tenere & scire. Cic. pro Murœna, 19.

Scit oẽs linguas: hoc est, Nouit, siue callet. Plaut. Pœn. 2. 112.

Scire fidibus, Vetusta eclipsis, inquit Donatus. Terentius Eunuch. 1. 2. 53.

Scire Latinè uel Græcè. Cic. de claris Orat. 72. Idem 2. de Finib. 24, Quùm Græcè ut uideor, luculenter sciam.

Scito, scitote, pen. prod. Cic. 6. Verr. 68, Apud Segestanos reperiri posse iudices si itote nemine nos liberum, neq; seruum, neq; ciuem, neq; peregrinum, qui illud signum auderet attingere.

Sciri, Passiuum. Cic. 2. de Orat. 17, Ars enim earum rerum est quæ sciuntur: oratoris autem omnis actio opinionibus, non scientia continetur.

Sciri potest de aliquo. Cic. Attico, lib. 12. 242. 7.

Scibo, in futuro facit, & sciam. Terent. Heaut. 5. 2. 43,

—aut Scibis cuius sis. Idem Phorm. 5. 1. 38,
Nemo ex me scibit. Idem Eunucho, 4. 4. 59.

Magis scibo. Vide Magis.

Scibitur, pen. corr. Impersonaliter. Plaut. Capt. 13. 16,

—quod quum scibitur,
Per urbem irridebor.

Sciebatur inter eum. Quintil. lib. 6. cap. 2.

Scin', pro Scis ne. Terent. Eunuch. 4. 7. 30,

Scin' tu ut tibi res sese habeat?

¶ Scieris, scientis (ἐπιστάμων, γνωμονικὸς) Participium, siue Nomen ex participio: cui contrarium est Nescius. Terentius Andr. 3. 2. 28,

Id ego iam nunc tibi renuncio here futurum, ut sis sciẽs. Idem Adelph. 4. 5. 78,

Ne fórtè imprudens faciam quod nolit, sciens cauebo.

Vbi Donatus, Sciens per alios. Sic Thorm. 2. 1. 7,

Verùm scientem, tacitum, causam tradere aduersarijs, eiámne id lex coegit? Item, Heaut. 4. 8 33,

Nam te sciente faciam quicquid egero. Ibidem, 5. 5. 6,

Sciens non faciam. hoc est, Data opera, de industria, si resciuero. Cic. 7. Verr. 20, Certè nihil sciens prætermisi. idẽ 4. Acad. 262, Deinde ita teneri, si scienti falleret, quòd inscientia multa uersaretur in uita.

Nullum à me sciente facinus occultatur. Cic. pro Sylla, 65.

Prudentem & scientem se demittere. Cælius Cic. lib. 8. 16. 10.

Sciens iudicari & calumniari. Cic. pro Rosc. Amerino, 33.

Contra fœdera scientem & inscientem facere. Cic. pro Corn. Balbo, 9.

Scientibus omnibus. Cic. 6. Verr. 32.

Sciens, cum genitiuo. Varro 3. de Rust. cap. 3. 1. Primùm inquit dominum scientem esse oportet eorum animalium, quæ in uilla, circumire eam ali possint. Sic Gellius lib. 18. cap. 5,

Sciens Latinæ linguæ. Et apud Quintilianum lib.9.cap.3.
Sciens citharæ. Horat.3.Carm.ode 9.2.
Fieri scientem consilij alicuius. Senec. Thyeste,3.30.
Sciens pugnæ. Horat.1.Carm.ode 15.5.
¶ Scientior (νεωτερικώτερος) & scientissimus. Cic. pro lege Manil.19, Quis igitur hoc homine scientior unquã aut fuit, aut esse debuit? Idem 1.de Orat.108, Regendæ Reip. scientissimus. Colum.lib.11.cap.3, Sit oportet idem scientissimus, robustissimusq;.
Venefica scientior. Hor.Epod.5.16.
¶ Scientia, scientiæ (ἐπιστήμη, ἐμπειρία, ἀκριβεία, ἐπιστημοσύνη, γνῶσις). Qua aliquid scitur. ut,
Coniurationis scientia. Tacit.lib.16.
Futurorum malorum ignoratio utilior est quàm scientia. Cic.1. de Diuin.35.
Scientia, Alicuius rei cognitio. Cicer.1. de Nat.deor.160, Sanctitas autem est scientia colendorum deorum. Idem 1.Offic. 214, Prudentia est rerum expetendarum, fugiendarumq; scientia. Idem 1.Academ.53, Et si ita erat comprehensum, ut conuelli ratione non posset, scientiam: sin aliter, inscientiam nominabat.
Citra scientiam. Vide Citra præpositionem.
Hominibus nihil est iucundius suauitate scientiæ. Cicero 3.de Orator.32.
Cognitio & scientia. Cic.1.Offic.28. Idem 5.de Finibus,87, Tantus est innatus in nobis cognitionis amor & scientiæ, ut nemo dubitare possit, &c.
Disciplina & scientia. Cic.1.de Diuin.150.
Iuris Ciuilis scientia: cui opponitur, Ignoratio iuris. Cicer.1.de Legibus,26.
Machinalis scientia. Vide Machina.
Rei militaris scientia. Cic.pro lege Manilia,19.
Officiorum ciuilium scientia. Quint.lib.2.cap.15.24.
Bene dicendi scientia. Quint.lib.2.cap.15.24.
Rectè loquendi scientia. Quint.lib.1.cap.4.1.
Scientia de, Cic.pro Sylla,29, Cuius scientiam de omnibus constat fuisse, eius ignoratio de aliquo, purgatio debet uideri.
Efficax scientia. Horat.Epod 17.1.
Muta scientia. Quint.lib. 5.cap.10.85.
Triuialis scientia. Quint.lib.1.cap.4.20.
Afferre scientiam. Vide Affero.
Comprehendere aliquid scientia. Cic. Domitio, lib.6.12.6.
Consequi omnium magnarum rerum atq; artium scientiam. Cicero 1.de Orat.11.
Dare scientiam artium. Cic.2.de Diuin.184.
Effecit scientiam ut. Cic.1.de Diuin.4, Chaldæi diuturna obseruatione siderum scientiam putantur effecisse, ut prædici posse quid cuiq; euenturum, & quo quisq; fato natus esset.
Exercere scientiam. Quint.lib.1.cap.4.8, Sed exercere altissimam quoq; eruditionem ac scientiam posit.
Habere scientiam magnarum artium. Cic. Mario, lib.7.3.13. Et de Diuin.196, Si dij ea nobis obsciunt, quorum neq; scientiam, neq; explanationem habemus.
Habere scitum in re aliqua. Ci.2.Philip.35, Quo me teste cognitum esse an chirographo, in quo habes scientiam quæstuosam?
Profiteri scientiam. Cic.2.de Orat.20.
Reseruare sibi scientiam. Cic.in Orat.91.
Certam sumere scientiam rei. Author ad Heren.lib.4.215.
Tenere medicinæ scientiam. Seruius Ciceroni, lib.4.5.17.
Augurátus tentare scientiam. Cic.1.de Diuin.60.
¶ Scienter (νοημόνως) scientius, scientissimè, Aduerbium, Cum scientia doctrina. Plin.in Paneg.109, Explanauit quæ uerba, quibus caput suum, domum suam, si scienter fefellisset, deorum iræ consecrarent.

Cum aliquibus moderatè & scienter uti. Cic.2.Offic.25.
Scienter, Scitè, disertè, peritè. Cic.de claris Orator. Vi enim ex neruorum sono in fidibus quàm scienter ij pulsi sunt, intelligi solet. Suet.in Tito, cap.3, Sed ne musicæ quidem rudis, ut qui cantaret & psalleret iucundè scienterq;.
Peritè & scienter. Cic.de claris Orat.101, Quæ quidem omnia cùm peritè & scienter, tum ita breuiter & præsè & satis ornatè & pereleganter diceret.
Animaduertere & interpretari aliquid scienter. Cicero 1.de Diuinat.151.
¶ Scientius, scientissimè. Cic.in Orat.101, Nam neminem in eo genere scientius uersatum Socrate confitendum est, Cic.1. de Diuinat.151, Hetruria autem cælo tacta scientissimè animaduertit. Idem 4. de Fimb.36, Perge porrò: sequentur enim quæ tu scientissimè complexus es.
¶ Scitus, Adiectiuum (σοφὸς, σύφυτος) Sciens & argutum. Terent.Eunuch.1.2.23,
Scitum hercle hominem, hic homines prorsùs ex fullis insanos facit.
Interrogationes scitæ. Quint.lib.5.cap.7.20.
Vadorum scitus. Ouid.9.Metam.22. Hoc est, peritus.
Scitum est, Argutum, elegans, & prudenter factum. Terentius Heaut.1.2.36, —hoc
Scitum est, periculum ex alijs facere tibi quod ex usu sit. Idem Phorm.5.4.2,
Quàm scitum est, eiusmodi parare animo cupiditates,
Quas, quum res aduersæ sient, paulo mederi possis: Plautus Trinum.11.25,
Scitum, ut ego opinor, consilium inueni. Cic.3.de Oratore, 126, Scitum est enim causam conferre in tempus, eum, &c. Idem in Oratore, Scitum est enim quod Carneades noster dicere solebat. Idem 2.de Diuin.72, Vetus autem illud Catonis admodum scitum est. Idem pro Plancio,29, Ego aũt si quid est quod mihi scitum esse uideatur, & homine ingenuo dignum atq; docto, non aspernor.
Scitus, placens, elegans. Plaut.Merc.16.15,
Satis scitum filium mulieris. Terent.Andr.3.2.6,
Perecastor scitus puer natus est Pamphilo.
Scitum, sciti, Substantiuum, pro Iussu. Vide post Scisco, quod sequitur.
¶ Scitè, Aduerbium (σοφῶς) Doctè, artificiosè, uenustè. Terentius Heaut.4.5.16,
At si scias quàm scitè in mentem uenerit. Cic.ad Brut.libro 11.16.3, Satis scitè & commodè tempus ad te cœpit adeundi. Idem 4. Verr.60, Capella quædam, ea quidem mirè, ut etiam nos qui rudes harum rerum sumus, intelligere possimus, scitè facta & uenustè.
Scitè scitus. Plaut.Casina,12.8,
Eho nimirùm scitè scitus es.
Scitè & literatè perscriptæ literæ. Cic.in Pisonem,48.
¶ Sciulus, penultima correpta. Adiectiuum diminutiuum Plaut.Rud.14.7,
Quæ sunt facie? s. scitula. Ibidem,21.3,
Atq; ambas forma scitula atq; ætatula.
¶ Sciturus, pen.prod. (εἰδήσων) Particip. Lucan.lib.6.34,
—sequuntur Sciturí iuuenes.
¶ Scisco, scisci, scitum (ἔδαω) Sciscere, Idem significat quod Scire, uel rescire. Plaut.Amphit.17.17,
Accurrò ut scisca quod uelit.
Scisc ere (νυρῶ, νομοθετῶ) Sancire, edicere. Plautus Curcul.10.24,
Rogationes plurimas propter uos populus sciuit. Cic. pro Flac.12, Quæ scisceret plebs, aut quæ populus iuberet summota concione, distributis partibus, &c. Idem de proui[n]cijs

cijs Consul.29, Simul ostendit etiam se sciscere legẽ, quã esse legem neget. Idem 2. de Legib.21, Quid quòd multa perniciosè, multa pestiferè sciscuntur in populis, quæ non magis legis nomen attingunt, quàm si latores aliquas concessu suo sanxerunt? Sic pro Plancio, 29, Plancus primus legem sciuit de publicanis. Silius lib.7.110,
—nunc munera Martis
Aequent imperio, & solem concedere nocti Sciscant.
¶ Scitor scitaris (ψηφίομαι) scitari, Interrogare, seu inuestigare, quæ occulta magis ac secretiora sunt. Virg.2. Aen.23,
Suspensi, Eurypilum scitatum oracula Phœbi
Mittimus. Ouid.10.Metam.71,
— citatur ab ipsa
Nominibus dictis, cuius uelit esse mariti.
Scitari libet ex ipso quodcunq; refers. Horat.1.epist.7.12.
Scitari causam iræ. Ouid.2.Metam.103.
Nomen scitari. Ouid.2.Metam.149.
¶ Scisciter, pen.corr. scisciteris (ψηφίομαι, περιεργάζομαι) scisciteri, deponens, Idem quod Scitari. Cic. in Orator.29, Quod quidem ego Brute ex tuis literis sentiebam, non te id sciscitari, qualem ego in inueniendo & in collocando summum esse oratorem uellem: sed id mihi quærere uidebare, quod genus ipsius orationis optimum iudicarem. Terentius Eunucho,3.4.10,
Nisi quicquid est, procul hinc libet prius quid sit sciscitari. Cic.1.de Nat.deor.26, Epicuri ex Velleio sciscitabar sententiam.
Sciscitari aliquem. Sueton.in Domitiano,cap.15.
¶ Scisciro, scisciui, scitum (ἔδαω) sciscitare, Actiuũ protulit Plaut.in Merc.7.46,
Imò mane paucula etiam sciscitare prius uolo.
¶ Scitamentum, scitamenti (νοσμιότης) Gellius lib.18.cap.8, Cæteraq; huiusmodi scitamenta. id est, Scitè & argutulè, ut ipsis uidentur, excogitata orationis ornamenta.
¶ Scitum, sciti (δόγμα, ψήφισμα) Iussum, decretum, sanctiũ. Liu.10.ab Vrbe,106, Et L. Volumnio ex Senatusconsulto & scito plebis prorogatum in annum imperium est. Cicero pro Cornelio Balbo,8, Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, &c. si tum fit fundus, quum scita ac iussa nostra sua sententia comprobat, quàm quum hospitium fecit? Senec.epist.90, Præterea nulla ars contemplatiua sine decretis suis est, quæ Græci uocant dogmata: nobis uel decreta licet appellare, uel scita, uel placita.
Scitum facere. Cic.de Opt.gen.Orat.151.
¶ Scius, scia, scium. Macrob.lib.6.cap.ult. Lucilius uir apprimè linguæ Latinæ scius. Apud Gellium tamen lib. 18. cap. 5. legitur, Linguæ Latinæ sciens.
¶ Scius & Conscius hoc differunt, quòd Scius, secum: Cõscius, cum alio scius est: licet conscium indifferenter positum legerimus. Nonius.
¶ Sciolus, penult. corr. id est, Semidoctus, literis leuiter tinctus, qui quum in musarum ædem uix à limine insperit, nihil tamen non audet, falsáq; eruditionis opinione intumescit.
¶ Sciomantia (σκιομαντεία) Diuinatio, quæ fit per umbram.
Scione] Plin.lib. 4. cap.19. Oppidum Macedoniæ in sinu Thermaico.
Sciopodes] Vide Sciapodes.
Sciotericon] horologium. Vide Sciatheras.
Scipio Cornelius] σκηπίων παρὰ τὸ, à quo Scipiorum gẽs patricia initium habuit, teste Macrobio, patrem luminibus carentem pro baculo regebat, quem scipionem grammatici appellant. Hinc illi nomen Scipionis inditum. P. Corn. Scipio, cum quo primium imperatore Annibal signa in Italia contulit. Is quum multas esset in Hispania victorias consecutus, resq; gessisset memoratu dignas, demum in quodam prælio aduersus hostes inito, dum se offert ubi plurimum periculi erat, subitò occiditur. Liuius.
Scipio Africanus, huius filius, cuius uitam ac res gestas C. Oppius & L. Reginius literis mandauêre. Is puer certis diei horis secretum templi petere solebat, putabaturq; apud uulgus cum Ioue loquitur: annum agens decimumseptimum, à patre in castra ductus est principio bel. Punic. 2. Constatq; iã tunc in cõgressu Annibalis primò circunuentum ab hostibus, ac sauciatum patrẽ liberasse: ut sunt authores Liuius & Plutarchus.
Scipio Aemylianus, qui & Africanus minor, ab Africani maioris filio adoptatus (filius erat enim Pauli Aemylij) Numantiam euertit, in qua expeditione militem corruptum in disciplinam pristinam eiectis scortis restituit. Factus etiam Consul ante ætatem, ac Carthaginem missus, eam penitus sustulit: idq; de sententia Catonis in Senatu, qui præmaturas ac recentes ostentans sicus, ait, Eæ Patres Conscripti Carthagine nuper allatæ sunt, tam prope domum hostem habemus.
Truculentus Scipio. Silius lib.17.98.
Scipio Nasica, Scipionis, qui unà cum fratre in Hispania cecidit, filius, à Senatu uir optimus iudicatus, Matrem deum tunc primùm aduectam, apudq; uirum optimum ex oraculo diuertendam hospitio excepit. Quum aduersus auspicia Consulem se à Graccho nominatum comperisset, magistratu se abdicauit. Censor statuas, quas sibi Consul quisque in foro per ambitionem habebat, sustulit. Consul Delminium, Dalmatiæ urbem superauit. Imperatoris nomen à militibus, & à Senatu oblatum triumphum recusauit. Eloquentia primus, iurisconsultissimus, ingenio sapientissimus fuit: unde uulgò Corculum dictus. Ex Cæcilio. Liuius uerò alia plura. Scipio item, qui Serapio cognominabatur, propter similitudinem suarij cuiusdam negociatoris. Ob id erat in Tribunatu plebeis admodum gratus, dignusq; Africanorum familia. Nec erat in bonis funeris impensa. Asses ergo contulit populus, ac funus elocauit: quáq; præferebatur, flores è prospectu omni sparsit. Hactenus Plinius lib. 21. cap. 3. Scipio Africani filius, ponitur inter eos apud Valerium qui à parentibus claris degenerauerunt: inter eruditos tamen à Cicerone in Bruto describitur. Plutarchus in Africano, nihil sanè de eo se compertum habere dicit, nisi eum Præturam gessisse: & in ea consequenda, à Circeio patris scriba adiutum fuisse. Scipio, Pompeij Magni socer, post bellum Pharsalicum inter Pompeianos belli refouentes in Africam se recepit cum exercitu & Catone, tuba etiam rege adscito. Qui primò fœliciter aduersus Cæsarianos pugnans, uictus tandem cum exercitu occubuit. Scipionẽ cognomento Salutionem, è Corneliorũ familia, alioquin uirum despectissimum, inter præliandum in Africa, perinde ac exercitus ducem Cæsar præposuit: quòd cognosceret aduersarios uetusto quodam confidere uaticinio, ut semper in Africa, uincere fatale Scipionum generi fòret. Plutarchus in Cæsare.
¶ Scipiadæ, pen.corr. (σκιπιάδαι) Patronymicum, pro Scipionibus. Virgil.2. Georg.34,
Scipiadas duros bello.
Fortis Scipiadæ. Horat.2. Serm. Satyr.1.4.
Gentis Scipiadæ fulmina. Silius lib.7.22.
Scipio] Scipionis, masc.g. (σκίπων) Baculus dicebatur antiquis: unde Scipionum familia appellata. Liuius 5.ab Vrbe, 187, M. Papyrius unus ex his dicitur Gallo barbam suam (ut tũ omnibus promissa erat) permulcenti, scipione eburneo in caput incusso, iram mouisse. Idem 10. bel. Pun. 70.

ibi

ibi Masinissam primum regem appellatum, eximijsq; ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, sella eburnea, & scipione eburneo, toga picta, & palmata tunica donat.

Scipio, in uineis, quo ipsa uitis ueluti baculo sustinetur: scapum Varro, nostri caudam appellant, alij pedem uuæ. Columella lib. 12. cap. 43, Tum uinaceorum pes bene prælo expressis prorumpitur, & modicè separatis scipionibus, resolutáq; intrita folliculorum, in dolio substernitur. Idem de Arboribus, cap. 8, Quum scipionis amplitudinem acini habuerint, radice tenus uitem præcidito.

Scira] σκίρα, celebritas fuit peculio Athenienſium, in qua umbracula & ſcenæ fiebant, quæ eo nomine dicerentur, ferè ut ſimilis eſſet Scenopegiæ Hebræorum. Lilius Syntag. 17. Hiſtor. Deorum.

Scira & Sciraphorion] Vide Sciras.

Sciras] Aegina quondam dicta eſt, unde & Minerua Sciras appellatur: & locus alter Atticæ Scira, & menſis Sciraphorion. Strabo lib. 9.

Scirella] Mons in Achaia notiſſimus: de quo Plinius libro 4. capite 5.

Sciroma] pen. prod. ſciromatis, pen. corr. neu. gen. Duritia. Eſt & affectio hepatis, curari neſciens. Plin. lib. 25. cap. 8. 3, Hæc cum cera ſciromata diſcutit.

Sciron] hitius Scironis, penult. producta (σκίρων) latro fuit, cuius oſſa quum in mare cecidiſſent, in ſcopulos conuerſa feruntur, quæ adhuc Scironia ſaxa uocantur. Ouidius 7. Metamorphoſ. 89,

Tutus ad Alcathoen Lelegeia mœnia limes
Compoſito Scirone patet, &c. Filius fuit Canethi & Henioches. Pythei locum in Megara habitauit, quem dixerunt Petras Scironides uiatores ſpoliatos præcipites agebat. Alij tradunt, hoſpitibus ieiunare coactis, panem pedibus offerre conſueuiſſe: & apprehendentes, calcibus in mare de præcipitio deturbare. Megarenſes ſcribunt uirum bonum fuiſſe: & eius filiam Endeidem Aeaco Iouis filio nupſiſſe: & ex his natos eſſe Peleum & Telamonem: ut Plutarchus author eſt. Scironem Theſeus interemit. Huius meminit Ouidius 4. epiſtol. 14, Quum fuerit lectus Sciron, torquiſq; Procuſtes.

Prop. lib. 3. eleg. 16. 3,
Nec tamen eſt quiſquam ſacros qui lædat amantes,
Scironis mrata ſit licet ille uia.

¶ Scironia ſaxa (σκειρωνίδες πέτραι) ſcopuli ſunt non longè ab Athenis, de quibus Strabo lib 9, Poſt Crommyonam igitur Scironides Atticis finibus imminent petræ, iuxta mare tranſitum non relinquentes. Super eas autem uia eſt in Atticam atq; Megara ab iſthmo ducens. Adeò autem magis ac magis uia petris propinquat, ut in multis eius partibus præcipitium uiatori mineatur: tam excelſus & tranſitu periculoſus mons incumbit. Hoc in loco Scironis res in monte geſtæ, latronumq;, & flectentes ad terram arbores pinus, fabulis memorantur, quas Theſeus obtruncauit. Ab hiſce locis extremis flantem, procellaſq; cientem ſæuum Caurum produnt, Athenienſes Scironem appellant. Hic paulo ab Argeſte deflexus eſſe dicitur, qui & Olympius uocatur, & à nonnullis Helleſpontius. Claud. de bel. Get. 38,

—nullata maris Scironia ripis.

Scirpus] ſcirpi, maſcul. gen. (σκίρπος) eſt, ut ait Donatus, ſine nodo, & læuis tunci ſpecies, paluſtris res. Feſtus, Scirpum eſt id quod in paluſtribus locis naſcitur, læue & procerum, unde tegetes fiunt. Hic neutro genere decimat Feſtus. Scribitur nonnullis abſq; c poſt ſ primam literam. Eraſm. in Prouerb. Vide Nodus.

Nodum in ſcirpo quærere.

Scirpi (γίγροι) apud Gellium, dicuntur captiunculæ, argutiæq;, uel ænigmata. Sic enim ait lib. 12. cap. 6, Quæ dicūt ænigmata, hoc genus quidam ex noſtris ueteribus ſcirpos appellarunt. Petrus tamen Crinitus & Cælius legunt ſcrupos. Qui ſcirpos legunt apud Gellium, ſuam ſententiam ſic tuentur, Scirpis uſos fuiſſe antiquos in uineis ligandis author eſt Varro lib. 1. de lingua Latina. Vnde Scirpare, pro Ligare uſurparunt. Quæ autem ligantur, ea nodo non careat. Nodum autē pro difficultate, ſententiæq; obſcuritate capi, nemo dubitat. Vnde eſt illud Horatij in Arte,

Nec deus interſit, niſi dignus uindice nodus
Inciderit. Qui uerò ſcrupos legendum putant, hac nititur ratione. Scrupus propriè lapillus eſt breuis, qui preſſius ſolicitudinem creat. unde Scrupus, pro moleſtia & animi angore uſurpatur. Porrò ænigmatum interpretatio mentē uiri ſtudioſi nihilo reddit minus moleſtam, quàm ſcrupulus in calceo, aut uia ſcrupoloſa poſita offendit. Moſellanus putat ſcirpos dici ænigmata, per antiphraſim. Aliàs enim propriè ſcirpus herbam quandam iunceam omninò eandem ſignificat. unde prouerbium extulit Terentius, Nodū in ſcirpo quæris: id eſt, Scrupulos in re manifeſta inueſtigas. Apud Gellium uerò ſermones maximè nodoſi & inuoluti, ſcirpi uocantur. Hæc ille. Scyrpus à nonnullis pery pſilon ſcribitur.

¶ Scirpeus, Adiect. (σκιρπινὸς) Ex ſcirpo factū. Plaut. Auluł. 21. 9, Quaſi pueri qui nare diſcunt, ſcirpea inducitur ratis.

Scirpea dolia id eſt, Caſſa.

Imago ſcirpea. Ouid. 5. Faſt. 132.

Scirpea dicitur, quæ uirgis ſcirpatur, hoc eſt, colligādo implicatur, in qua ſtercus, aliúdue ſimile uehitur iumentis. Ouid. 6. Faſt. 163,

—in plauſtro ſcirpea lata fuit. Cato cap. 10. 2. Crates ſcirpea, ſarcinis uimine contextas appellat ſcirpeas. Et cap. 11. 4.

¶ Scirpicula, ſcirpiculæ, pen. cor. (σκιρπιδεύς) Falx, qua inſcirpandis, hoc eſt, ligandis uineis utuntur, ut amputandus ſuperflua ligamentorum. Varro 1. de re Ruſt. cap. 22. 3, Falces dicuntur uineaticæ opus eſſe ſex, ſcirpiculæ quinq;. Cato cap. 11. 3.

¶ Scirpiculum, ſcirpiculi (σκιρπινὸν σκεύδριον) Caniſtrum quod ſcirpis aut uimimibus confectum eſt: à ſcirpando dicitur. Apud Colum. lib. 10. 29,

—cano iam uimine textum
Scirpiculum ferrumineis cumulate hyacinthis. Alij ſcribunt, ſyrpiculum.

¶ Scirpiculus, pen. corr. parus ſcirpus. Varro 2. de re Ruſt. cap. 2. 8, Cum inter hæc bina loca, ut iugum cōtinet ſcirpiculos, ſic colles publicè diſtantes paſtiones, &c.

Scirrhus] σκίῤῥος, Tumor induratus cum nullo aut modico dolore, originem trahens ab atra bile, aut à pituita. Galenus lib. 14. Method. Vide Plinium lib. 7. cap. 15.

Scirtari] Populi Liburniæ, apud Plin. lib. 3. cap. 22.

Sciſcitor, Sciſco, Scitor, Scitum] Vide Scio.

Sciſsile] Vide Scindo.

Sciurus] pen. prod. m. g. (σκίουρος) Animal paruum: ſic dictū ἀπὸ τῆς σκιᾶς, παρὰ τὴν οὐρᾶν, id eſt, ab umbra caudæ. Nā quoties ſub dio, atq; non ſub tecto eſt, cauda illi pro tecto eſt atq; umbra. Plin. lib. 8. cap. 38. 2, Præuident tempeſtatē & ſciuri: obturatiſq; qua ſpiraturus eſt uentus cauernis, ex alia parte aperiunt fores: de cætero ipſis illoſtior cauda pro tegmento eſt. Martial lib. 5. 38, Inamabilis ſciurus.

Sclopus] ſclopi, m. g. (ψόφος) Sonus qui ex inflatione buccarum erumpit. Perſius Satyr. 5,

Nec ſclopo tumidas intendis rumpere buccas. Alijs ſtlopus dicitur, per t.

Scnipes] qui & ipſe (σκνίπες ἰχθῦς) Vermiculi ſunt culicib. ſimiles: ultium oculos erodentes. quos ruſtici ampelitide terra enecabant. Galenus lib. 9. Simplicium.

Scobs] ſcobis, f. g. ſecundum Priſcianum: uel hic ſcobis, ſecundum Phocam (πρίσμα, ῥίνημα) Eſt id quod ab aliqua materia minutiſſimum decidit, dum uel ſerra ſerratur, uel terebra perforatur: nec nō ex attritione laterum ſcobs habetur, qua frequenter ad metalla & pauimēt. i tergenda ſeduli miniſtri utuntur. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 16,

Vilibus in ſcopis, in mappis, in ſcobe quantus
Conſiſtit ſumptus? &c. Plin. lib. 34. cap. 18. 5, Alij elimatam ſcobem in fictili crudo coquunt in caminis, donec percoquatur figlinum. Colum. lib. 7. cap. 10, Nauſeantibus quoq; ſalutaris habetur eburnea ſcobis ſale fricto, &c. Sic lib. 12. cap. 43, Abiegna ſcobe.

Centroſa ſcobs. Vide Centrum.

Semodium ſcobis. Iuuen. Satyr. 14. 7.

Scobem facit terebra. Col. lib. 4. cap. 29. 11.

¶ Scobina, ſcobinæ, pen. prod. (ῥίνη) A' ſcobs, inquit Varro, lima dicitur. Plin. lib. 11. cap. 37. 51, Poſtea arteria & ſtomachus denticulatus callo, in modum rubi ad conficiendos cibos, decreſcentibus crenis quicquid appropinquat uentri. Nouiſſima aſperitas, ut ſcobina fabri.

Scodra] σκόδρα, Ptolemæo lib. 2. cap. 17. urbs Liburniæ: hodie Scutari uocant. ſub Venetorum dominio.

Scolecæ] arum. Cælius lib. 19. cap. 1, Scolecas autem uermes interpretamur, quorum ſpecies aliquot ſunt. nā qui ſunt in uirentibus lignis, ac humectis, uocantur ἀσπάκες: qui in aridis, Tripes: uitium, dicuntur Ipes: leguminum, Troges: ueſtium, σῆτες: ſicuti chartis qui adnaſcuntur, appellantur Tilphæ.

Scolecia] ſcoleciæ (σκωλακία) Plin. lib. 34. cap. 12. 1, Eſt & alterum genus æruginis, quam uocant ſcoleciam, in Cypro ære: hoc trito, alumine & ſale, aut nitro pari pondere cum aceto albo quàm acerrimo, &c. Teritur autem donec uiride fiat, contrahatq; ſe in uermiculorum ſpeciem: unde & nomen. Hactenus Plinius. σκώληξ Græcè, uermis Latinè dicitur.

Scolecium] ſcolecij (σκωλήκιον) Plin. lib. 24. cap. 4. 1, Coccum autem Ilicis, uulneribus ex aceto recentibus imponitur. Epiphoris ex aqua & oculis ſuffuſis ſanguine inſtillatur. Eſt autem genus ex eo in Attica ferè, & Aſia naſcens, celerrimè in uermiculum ſe mutans: quod ideo ſcolecion uocant, improbantēq;.

Scolium] uel Scolius, mons in Pylo Arcadiæ, uel Theſſaliæ. diſputant enim de finibus Strabo & Sceptius. Strabo libro 8.

Scolopax] σκολόπαξ, alijs roſtro oblongo, in parietibus noſtris frequens: Beccatiam appellamus. Noctu capitur retibus, dum roſtro exugit terram. Quidam Gallinaginem appellant.

Scolopendra] ſcolopendræ (σκωλόπενδρα) Piſcis. Plin. lib. 9. cap. 43, Scolopendræ terreſtribus ſimiles, quas centipedes uocāt, hamo deuorato omnia interanea euomūt, donec hamum egerant, deinde reſorbent.

Scolopendrion] σκολόπενδρον, eſt herba, quam totius officinarum chorus, herbariorumq;, Ceteracum uocant, uel ceterac, ſine caule, ſine flore, ſine ſemine, pediculo nigro, &c. Ruellius lib. 3. cap. 67.

Scolopomachærion] eſt cultellus pali imagine, inter chirurgica organa à Galeno numeratus. Cælius Rhodig. lib. 19. Lection. antiq. cap. 1.

Scolos] Vrbs in Aſia eſt, iuxta Thebas. notat Plinius libro 4. cap. 7.

Scolum] Boeotiæ ciuitas: apud quam præſtantes fieri partes conſuetos ſcribit Cælius lib. 9. cap. 16.

Scolus] σκῶλος, Straboni lib. 9. pagus eſt in ora Aſopia ſub Cytharone, ſedes iniucunda atq; aſperā. Indeq; natum eſt prouerbium, Ad Scolon nec; ipſe uades, nec; alteri comes ibis. Ex eo quoq; loco deductum Pentheum diſceptium fuiſſe, memoriæ proditur.

Scolymos] pen. corr. (σκόλυμος) Herba quæ & ſtrobylus, quòd echinum habeat nuci pineæ ſimilem: & cinara, quòd cineribus gaudet, appellatur. Theodorus cardauum uertit. Eſt enim reuera carduus ſatiuus, quem uulgus articocallum uocat. Plinius libro 22. cap. 22. 18, Scolymon quoq; in cibos recipit Oriens, & alio nomine limanion appellat. Frutex eſt nunquam cubitali altior, criſtisq; foliorum ac radice nigra, ſed dulci. Vide Cinara. Nec me fugit (inquit Ruellius libro 3. cap. 14.) Aeginetam Paulum Actiumq; ſcolimon à cinara diremiſſe: hanc officere ſtomacho, illum prodeſſe monſtrantes. Nec inuenio Græcis aliud haberi diſcriminis, quàm quòd ſcolymos ferus eſt & ſylueſter, cinara uerò domita cultu ruditate mitior & altilis.

Scombroaria] Herculis inſula eſt, ad Carthaginem ſpectans: quam à Scombrorum multitudine, qui ibi capiuntur, eo nomine appellatam, Strabo lib. 3. notat.

Scombrus] ſcombri, m. g. uel ſcomber (σκόμβρος) Genus piſcis marini. Plin. libro 9. cap. 15. 5, Cum thinnis hæc & pelamides in Pontum ad dulciora pabula intrant gregatim cum ſuis quæq; ducibus, & primi omnium ſcombri, quibus eſt in aquis ſulphureus color, extrà qui cæteris. Plaut. Capt. 13. 82. Plin. lib. 32. cap. 11. 9, Laudatiſſimi, ſcomber, ſalpa, ſparus, &c. Sic Martial. lib. 13. 40.

Scomma] ſcommatis, penult. corrept. n. g. (σκῶμμα) Latinè dicitur cauillum. Eſt (ut ait Macrobius lib. 7. Saturnal. cap. 3.) morſus figuratus, quia ſæpe fraude uel urbanitate tegitur, ut aliud ſonet, aliud intelligas. nec tamen ſemper ad amaritudinem pergit: ſed nonnunquam in quos iacitur, & dulce eſt τὸ σκῶμμα.

Scopæ] ſcopārum, f. g. (σάρωθρον, κάρμα, πορνιβὸν) plur. Talis numeri, Inſtrumenta quibus pauimenta uerruntur. Plautus Sticho, 6. 23,

Munditias uolo fieri hîc: ferte huc ſcopas, ſimulq; harundinem, Vt operam omnem aranearum perdam. Scopæ, quaſi ſcobæ dicuntur, quòd his purgamenta ueluti ſcobem educimus.

Viles ſcopæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 16.

Scopas diſſolutas, homines nihili nullíusq; prorſum conſilij Cicero uocat, ad Atticum, lib. 7. 132. 7, L. Cæſarem uidi Maturnis ad VIII. calend. Febr. manè, cum abſurdiſſimis mandatis, non hominem, ſed ſcopas ſolutas, ut id ipſum mihi ille uideatur irridendi cauſa feciſſe. Idem in Oratore, 139, agens contra eos qui numeros orationis contemnunt, Scopas diſſoluere dixit: pro eo quod eſt, Rem prorſus inutilem efficere. Nam ſcopæ colligatæ, & ſpeciem uidentur habere qualemcunq;, & ad uerrendum pauimentum ſunt accommodatæ: porrò ſi diſſolueris, nihil inutilius, nihil inelegantius.

Scopa regia, Herba. Plin. lib. 25. cap. 5. 7, De Achilleo herba, quæ & millefolia appellatur, etiamnū aliam ſimilem huic, ſed candidioribus foliis & pinguioribus, tenuioribus cauliculis, in uineis naſcentem. Aliam uerò binūm cubitorum, ramulis exilibus, triangulis, folio filicis, pediculo longo, bacis ſemine, omnes uulneribus præcipuas. Noſtri eam quæ eſt lætiſſimo folio, ſcopas regias uocant. Ruellius dicit eā eſſe quā uulgus herbam carpentariorum appellat, quòd materiarij fabri ſæpiculè hac utantur ad glutinanda uaſcula.

Scopæ, dicuntur uirgæ & putamina, quaſi à frondamēta uirgultorum

gultiorum uel herbarum & fruticũ: ut Scopa manuales cha mæmeli, quas medici uulgò manipulos uocant. Plinius libro 24. capite 15. 2. Cato de re Rust. capite 152, Facito scopas uirgeas ulmeas aridas, in asserculo alligato, duabus latera dolijs intrinsecus usq; bene perfricato, ne fæx in lateribus adhæreſcat.

¶ Scopula, scopulæ, penult. corrept. Diminutiuum (σκωρτρια ον) Colum. l. libro 12. cap. 18. 4. Deinde penículo detergitur, & feruentißima pice infusa, nouo alio rutabulo & scopula picatur. Idem libro 12. cap. 38, Scopulis aridæ myrti seria suffriatur.

¶ Scopariius, scoparij (σκωπαρίης) Minister, cuius ministerium est ut deuerrat pauimenta sordentia. Vlpian. tit. de fundo instructo, Si uilla cultior sit, accedunt instrumento fundi atrienses & scoparij.

Scopas] σκώπας, statuarius eminentißimus, qui Mausoleum cælauit. Plin. lib. 35. cap. 5. Horat. 4. Carm. ode 8. 2,

Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas,
Hic saxo, liquidis ille coloribus.

¶ Scopo, as, are: Scopare, inquit Cælius Rhodig. lib. 10. cap. 5, in fustium uirgarumq; per tintinnaculos admonitione usurpat simplex uulgus: quo tamen scientißimus ac eloquentißimus utitur Hieronymus, quũ in Esaiæ tralatione ita scribit: Scopabo Babylonem in scopa terens, dicit Dominus exercituum. Dignum uerò scitu est: scopam, seu uerius scopas, uti Fabio placet, dici à Græcis πόρημα, ἀπὸ τῦ πορέω, quod scopare, ornareq; nobis indicat. Vnde illud apud Aristophanem elegantißimum, μὴ πόρα τὴν ἑλλάδα. Ne scopes Græciam. id est, Ne in desolationem redigas.

Scopelos] Insulæ nomen, quæ est ante Troadã Æscaniæ, apud Plin. lib. 5. cap. 31.

Scopes] σκώπες, Aues sunt nocturnæ, ex genere noctuarum, eædem cum his, quos bubones Latini appellant. Dictæ scopes, quasi σκαλερὰ ὄντα εἴχοντες: sunt enim raucæ, & minimè canoræ. Vide Plin. lib. 10. cap. 49.

Scopius] Mons in Macedonia, apud Plin. lib. 4. cap. 10.

Scoptula operta] ὠμοπλάται, quæ medicis dicantur, docet Celsius his uerbis, lib. 8. cap. 1, A ceruice duo lata ossa utrinq; ad scapulas tendunt: nostri scoptula operta, ὠμοπλάτας Græci nominant. Ea in summis uerticibus sinuata, ab his tri angula, paulatimq; latescentia ad spinam tendunt: & quo latiora quaq; parte sunt, hoc hebetiora. Hactenus Celsius. Latos humeros quidam uocant, alij ossa humeraria.

Scopus] scopi, m. g. (σκοπὸς) Locus in quem emittendo tela dirigimus: à Græco σκοπέω, quod est considero, cõtemplor, speculor. Suetonius de Domitiano, cap. 19, Nonnunquam in pueri procul stantis, præbentisq; pro scopulo dispensam dextræ manus palmam, sagittas tanta arte direxit, ut omnes per interualla digitorum innocuè inuaderent. Vegetius libro 2. refert, quòd sagittarij, funditoresue ponere solebant pro scopo, hoc est signo, scopas, id est fruticum, uel straminum fasces. Macrobius propositum uocat, quod Græci σκοπὸν nominant.

Scopus, metaphoricè pro eo, quò mens & propositum nostrũ dirigitur. Cicero ad Atticum, libro 8. 155. 4. Eidem, libro 15. 330. 7, σκοπὸς hic est enim huic nostro, nihil præbere. Idem 12. Philipp. 324, quid sit scopus, declarat his uerbis, Quum omnes actiones horum mensium, omnes sententiæ meæ peruenerint ad eum exitum qui mihi fuit propositus.

Scopus uuæ. Ruell. lib. 1. cap. 2, Vua, scopo & frequentibus acinis compacta. Scopus, ramosum id quo dependent acini. Quibusdam etiam propriè racemus existimatur, etsi plerunq; cum uua confundatur. Varro 1. de re Rust. cap. 54, Quæ calcatæ uuæ erunt, earum scopi cum folliculis subijcien

di sub prælum: ut siquid reliqui habeant musti, exprimatur in eundem lacum. Acini constant folliculo, uinaceis, musto. Memimit & Cælius lib. 12. cap. 14.

¶ Scopulus, penult. corr. Diminutiuum (σκόπελος, σκοπιὰ) Saxum est eminens, ut ait Seruius: à speculando ita uocatus, σκοπέω, enim speculari est. Plin. lib. 12. cap. 14. 1, Saba regio à dextra maris, scopulis inaccessa. Cæsar 3. bell. Gall. 402, Et eadem de causa minus commodè scopulis continebantur. Virg. 1. Aeneid. 10,

—scopulóq; infixit acuto.

Vertex scopulorum. Catull. Argonaut. 59. 49.
Altus. Virg. 5. Aeneid. 44.
Exesi. Senec. Herc. furen. 2. 6.
Frequentes. Iuuenal. Satyr. 13. 26.
Immanis. Ouid. 14. Metam. 37.
Piscosi. Virg. 4. Aeneid. 51.
Sæuus. Virg. 5. Aeneid. 54.
Sonantes. Virg. 1. Aeneid. 41.
Turriti. Virg. 3. Aeneid. 108.
Vomentes æquor scopuli. Lucan. lib. 6. 5.
Accedere ad scopulos. Vide Accedo.
Appellere ad scopulos. Vide Appello.
Conscendere scopulum. Virg. 1. Aeneid. 37.
Ter scopuli clamorem inter caua saxa dedêre. Virgilius 3. Aeneidos, 114.
Ad scopulum ire, pro Perire, & in nihilum redigi: metaphora est à nauibus sumpta, quæ quum ad scopulos impingũt, dissolui solent, atq; summergi. Lucret. lib. 2. 234.
Præcipitem excutere aliquem scopulo. Virg. 12. Aeneid. 107.
Immanes scopulos extruere. Claud. 7. Paneg. 21.
Gemini scopuli mimantur in cælum. Virg. 1. Aeneid. 34. id est; eminent. Seruius.
Mimaci scopulo pendere. Virg. 8. Aeneid. 134.
Scopulus, pro scopo. Vide exemplum Suetonij in Scopus.
Scopulus, per translationem. Cic. pro Rosc. Amer. 48, Restare tibi uidebatur seruorum nomen, quò quasi in portum reiectus à cæteris suspicionibus confugere posses: ubi scopulum offendis eiusmodi, ut non modò ab hoc crimen refilire uideas, uerùm omnem suspicionem in uosmetipsos reciudere intelligas.
Ad eosdem scopulos naucm appellere. Cic. pro Rabirio perduell. reo, 19, Nec tuas unquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sexti Titij afflictam nauem, & in quibus C. Deciani naufragium fortunarum uideres.
Gestare scopulos in corde, dicitur is qui nulla mouetur miseria cordia. Ouid. 7. Metam. 7.
¶ Scopulosus, penult. prod. Adiectiuum (σκοπελώδης) Scopulis plenum. Plin. lib. 6. cap. 18. 1, Deiectumq; per scopulosa & abrupta, ubi primùm mollis planities cõtingat, in quodam lacu hospitari.
Colles scopulosi. Silius lib. 7. 55.
Limes scopulosus. Stat. 1. Thebaid. 67.
Rupes scopulosa. Lucan. lib. 2. 124.
Scopulosus locus & difficilis. Cic. 1. Ver. 20. Idem 3. de Orat. 40, Oratores autem in inferum hoc Tuscum & Barbarum, scopulosum, atq; infestum laberentur, in quo etiam ipse Vlysses erraſſet.
¶ Scopelismus, scopelismi (σκοπελισμὸς) Vlpianus in l. saccularij. ff. de extraordinar. crimin. Sunt quædam, quæ more prouinciarum coercitionem solent admittere: uta puta in prouincia Arabia σκοπελισμὸν crimen appellant, cuius rei admissum tale est. Plerique inimicorum solẽt in prædium inimici σκοπελίζειν, id est lapides ponere, indicio futuros, quòd si quis eũ agrũ coluisset, malo letho perituris esset insidijs

insidijs eorum qui σκοπέλους posuissent: quæ res tantum terrorem habet, ut nemo ad eum agrum accedere audeat, crudelitatem timens eorum qui σκοπελισμὸν fecerũt. Hanc rem præsides exequi solent grauiter, usq; ad pœnam capitis: quia & ipsa res mortem comminatur.

Scopelon] Græci nominant locũ eminentẽ, hoc est speculam.

Scordalus] scordali, uelut scorodalus: id est, homo alliatus, fœdus, impurus, & sordidus illuuie squaloreq;. Seneca in epistolis, Tullius, in Gt, Cimber & minius erat in uino, & scordalus. Hoc uerbum etiam extat in Petronio, Ego autem, inquit, nactus occasionem uindictæ, Eumolpum excludo, reddi taq; scordalo uice, sine æmulo scilicet & cella utor, & nocte. Vt tamen uerũ fateár, scardalus in Petronio scribitur, ut existimo, perperam. Est & hodie Græcis scordalus morbus in oculis equorũ, in angulo crescente caruncula. Ex Turnebo.

Scordiscus] Ephippiũ. Hinc Scordiscarius, apud Hieronymũ, qui talia strata uel coactilia facit, & tegumẽta. Turneb.

Scordisci] Populi Pannoniam incolentes, in montis Claudij fronte, quo monte diuiduntur à Tauristis, σκορδίσκοι. Plin. lib. 4. cap. 25.

Scordium] dij (σκόρδιον) herba est apud Dioscoridem, tam in montosis, quàm in palustribus locis nascens, foliis Trissaginis, maioribus tamen, & in ambitu non usqueadeò diuisis, caule quadrangulo, flore subrubro. Dictum scordion, ἀπὸ τῦ σκόρδου, hoc est, ab allio, cuius odorem refert, & acrimo niam. Galen. lib. 8. Simplic. facultat.

Scordona] Insula Dalmatiæ adiacens, authore Ptolemæo lib. 2. cap. 17. Vulgò Malconseglio.

Scordotis] Herba magnitudine cubitali, caule quadrangulo, ramosa, quernæ similitudine foliis lanuginosis, amari gustus: reperitur in campis pinguibus. Ea à quibusdam appellatur Scordion. Vide Plin. lib. 25. cap. 6.

Scoria] scoriæ (σκωρίαι) Metallorum purgatio, quasi fæx, sicut spuma, quæ ex feruescente materia tollitur. Plin. lib. 33. cap. 4. 4, Quæ è catino iactatur spurcitia, in omni metallo uocatur scoria.

Scoria æris. Plin. lib. 34. cap. 11.
Scoria argenti. Plin. lib. 33. cap. 6.
Scoria plumbi. Plin. lib. 34. cap. 18.

Scorodon] σκόροδον, herba notißima, Allium Latini appellant. Est & Syluestris allij genus, quod Græca appellatione, ὀρεοσκόροδον, quasi allium anguinum uocitatur.

Scorodoprasum] σκοροδόπρασον, magnitudine porrũ æquãs herba. Participat sapore allij & porri: unde sibi uires promiscuas ex utroq; uendicauit, effectus allij & porri præbens: inefficacius tamẽ. Coctũ, porri modo dulcescit, & in olerũ uicem transit. Discord. lib. 2. cap. 147. apud Matthiolũ.

Scorpæna] Genus piscis apud Plin. lib. 32. cap. ult. Meminit eius & Ambrosius: Scorpæna (inquiens) quoq; castitatẽ immaculati connubij generi suo seruat, non percutit, sed reficit.

Scorpio] scorpionis, m. g. (σκορπίος) Animal uenenosum, cauda feriens. Plin. lib. 11. cap. 25. 1, Semper cauda in ictu est, nullo q; momento meditari cessat, nequando desit occasioni. Vide plura in eodem capite. Scorpius dicitur, sicut & scorpio. Vide etiam Cels. lib. 5. cap. 27.

Metuendus acumine caudæ Scorpius. Ouid. 4. Fast. 33.

¶ Scorpius, siue Scorpio, Signũ cæleste. Colum. Sol ingreditur Scorpium XIIII. calend. Nouemb. Plin. lib. 17. cap. 24. 1, Quum sit Luna in Leone, Scorpione, Sagittario.

Ardens Scorpius. Virg. 1. Georg. 8.
Curuans brachia Scorpius. Ouid. 2. Metam. 17.
Formidolosus Scorpius. Horat. 2. Carm. ode 17. 4.

Scorpio, Militare instrumentum, quòd paruis ac subtilibus spiculis inferat mortem: siue quòd scorpionis similitũdinem ha

bẽat, quum arcus hinc atq; hinc chelarum similitudine præ se ferant spiculum caudæ. Sunt qui arcubalistam appellant. Quidam etiam accipiunt scorpium pro genere instrumenti torquendi, ut sunt rubi aculeati, uel flagellum uirgarum, ut scutica habens in summitate glandes plumbeas. Plin. lib. 7. cap. 56. 11, Et in tormentis scorpionem Cretas inuenisse dicunt. Cæsar 7. bel. Gall. 106, Scorpione ab latere dextro traiectus concidit. Sic Liu. 6. bel. Pun. 29.

Scorpio, Piscis Plinio lib. 32. cap. 11. 9.

Scorpius (σκορπιοείδὲς) Herbá est, semẽ habens ad similitudinẽ caudæ scorpionis, quæ ualet aduersus animal sui nominis. Plin. lib. 22. cap. 15.

¶ Scorpionius, Adiect. lib. 20. cap. 1. 5, Aliqui etiam ab eo scorpionũ cucumim uocãt, efficacißimũ contra scorpionũ ictus.

Scorpites] σκορπίτης, gemma est scorpionis colore. Plin. lib. 37. cap. 11.

Scorpiuron] pen. prod. (σκορπίουρον) Herba eadem quæ & scorpius suprà descripta. Plin. lib. 22. cap. 21. 9.

Scortum] scorti (σώρτη, σώρτον, ἑταιρὶς, καπνοπώλιον) Proprie corium est animalium; præsertim eorum quæ crassiorẽ pellem habent, ac duriorem.

Scortum (inquit Festus) pellis testium arietinorum.

Scortum, dicitur etiam meretrix. Plaut. Asin. 16. 17,

Is apud scortum corruptelæ & liberis Lustris studet.

Cic. 2. in Catil. 32, Quod si in uino & aleæ comessationes solum & scorta quærerent, essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi. Festus. Scorta appellantur meretrices, quia ut pelliculæ subigantur.

Deuium scortum. Horat. 2. Carm. ode 11. 5.
Pressum quasillo scortum. Tibull. lib. 4. eleg. 10. 1.
Honestum officium scorto postponere. Horat. 1. epist. 19. 7.

¶ Scortillũ, Dimin. (ἑταιρίδιον) Catull. de Varro & sua amica, 10. 1 Scortillum mihi quum repente uisum est

Non sanè illepidum, nec inuenustum.

¶ Scorteus (σκύτινος) Adiect. dicitur omne id quod ex pellibus factum est, ut ait Festus. Martial. lib. 14. 135,

Ingrediare uiam cælo licet usq; sereno,
Ad subita nusquam scortea desit aquas. Sub. penula. Ouidius 1. Fast. 126.

¶ Scortor, scortaris (ἑταιρέω, πορνεύω, πωλλακεύομαι) scortari, Meretricari. Terent. Heaut. 1. 2. 32,

Scortari crebrò nolunt, nolunt crebrò conuiuarier. Idẽ Adelph. 1. 2. 21,

Non est flagitiũ (mihi crede) adulescentulum Scortari.

¶ Scortator, pen. prod. Verbale (πορνευτὴς) Meretricum sectator. Cic. 2. in Catil. 43, O bellũ magnopere pertimescendum, quum hanc sit habiturus Catilina scortatorum cohortem Prætoriam. Horat. Serm. Satyr. 5. 16.

Scoti] σκόποι, ἀκλιώνιοι, Britanniæ populi, quondã Anthropophagi. Hieronymus contra Iouinianum, lib. 2, Quid loquar de cæteris nationibus, quum ipse adulescentulus in Gallia uiderim Scotos gentem Britannicam, humanis uesci carnibus: & quum per syluas, porcorũ greges & armentorum, pecudumq; reperiant, pastorum nates, & fœminarum papillas solere abscindere, & has solas ciborum delicias arbitrari? Hæc ille. Cui diuus Chrysostomus in sermone Pentecostes, studio pietatis sucribit, Ante hoc (inquit) quoties in Britannia humanis uescebantur carnibus? Nunc ieiunijs reficiũt animam. Linguã omnibus sibilã. Ideo Strabo lib. 4. Britannos balbutientes uocãt, quos ipse Romæ uiderit.

Scotia] Scotiæ (σκοτία) Verbum est Græcum, architecturæ propriũ, quod Hesychius triglyphum dicit significare. Vsus est Vitruuius, cùm scribit Scotiam à Græcis trochilon appellari. Vide Turnebum.

Scotina] σκότινα, Locus est apud Lacedæmonios, densis quercubus umbrosus, in quo Iupiter colebatur, cognomento Scotinas: ut est author Pausanias lib. 10.

Scotinus] Heraclius Ephesius, uir nobilis & memoratu dignus: de quo uide Strabonem lib. 14.

Scotoma] pen. prod. scotomatis, n.g. (σκότωμα) Hermolaus, Scotomata siue scotodiniæ ex frigidis & lentis humoribus in cerebrum deuocatis oriuntur: ita ut sic affecti occasione parua succidant. Vertigines eas appellant nostri, quoniam ob oculos eorũ uorticosa quædam & rotilia circumagruideantur.

¶ Scotomaticus, pen. corr. Scribonius Largus, Item sanat, quibus subitis tenebris obscurantur oculi cum uertigine: scotomaticos hos Græci uocant.

Scotussa] σκότουσσα, oppidum est in confinio Macedoniæ, ad Nessum annem locum habens, quē κυνὸς κέφαλαν, hoc est, Canis capita appellant: in quo Romani & Aetoli T. Quintio duce, Philippum Demetrij filium, Macedoniæ regem ingenti prælio superarunt. Author Strabo lib. 9.

¶ Scotussæi, Populi liberi in Macedonia, apud Plinium lib. 4. cap. 10.

Scracia] scraciæ, æquè despicienda ac contemnenda ut screa putaq; : sic uocata, quasi screatia. Versus Actij extat apud Varronem,

Scratiæ, scrupedæ, strictabillæ, tantulæ. Videtur Varro scraciam explicare siccam. Nam in eo uidetur legendũ, scracia siccam significat, uel exiccani significat. Nam cum siccæ sunt & arentes fauces, magno & difficili strepitu & roncho uelut troclea screatum trahimus. Turnebus.

Scraptæ] dicebantur nugatoriæ, ac despiciendæ mulieres, ut ait Verrius, ab ijs quæ screa idem appellabãt, id est, quæ quis excreare solet, quatenus id faciendo se purgaret. Titinius in Prilla: Rectius mecastor piculetæ, Posthume lectum hodie stratum uidi scraptiæ mulieris. Festus.

Screo] screas (γρέμπτομαι) screare, Cum conatu quodam de pectore sputum eijcere. Plaut. Curcul. 3. 20,

Vini pollens lepidus Liber, qui screanti tibi
Siccæ, semisomnæ potionem affert, atq; it
Sedatum te. Plin. lib. 23. cap 1. 16, Eadem in iumento, hominemq; phlegma aut sanguinẽ qui screatur, talos circumligata sanet. De radice asparagi. Vetus exemplar scriptum legit, qui se ad talos deiecerit.

¶ Screatus, huius screatus, pen. prod. m. g. (γρέμψις) Terentius Heaut. 2. 3. 132,

Gemitus, screatus, tussis, &c.

¶ Screator, pen. prod. screatoris (γρεμπτὴρ) Qui screat. Plaut. Milit. 10. 52,

Screator sum itidem minimè succidus.

¶ Screabilis, & hoc screabile, pen. corr. (γρεμπτὸς) Quod screari potest. Vnde compositũ Execrabilis. Vide Excreo.

Scriba] Vide Scribo.

Scribligo] scribliginis, f. g. (σκοπικισμὸς) A uetustioribus Latinis dicebatur solœcismus, à tortuosæ orationis prauitate ac uersura. Scribendum potius, Stribligo. Vide suo loco, ex Gellio, lib. 5. cap. 20.

Scriblita] scriblitæ, pen. prod. Genus cibi appellatũ est, quòd in circuitu ad rectis modum torqueretur. Hoc solum differens à placenta, quòd sine melle coquebatur, & feruentissima edi solebat. Cato cap. 78. Martial. lib. 3. 17,

Circunlata diu mensis scriblita secundis
Vrebat nimio sæua calore manus. Plaut. Pœn. 2. 43.

Scribo] scribis, scripsi, scriptum (γράφω) scribere, Notæ significationis. Plaut. Asin. 13. 19,

Adde, ut scribas uide plane & probè. Idem Pseud. 7. 132.

Quasi in libro quum scribuntur literæ calamo.

Corticibus scribere. Propert. lib. 1. eleg. 17. 5.

Scribere sua manu, non autem Propria manu: nusquam enim apud bonos authores reperitur. Cic. Attico, lib. 5. 10. 16. 16. Antequã aliquo loco consedero, neq; longas à me, neq; semper mea manu literas expectabis. Ibidem, lib. 7. 12. 2. 3, Accepi aliam alia iucundiorem, quæ quidem erat tua manu. Idem 3. in Catil. 5 5, Legimus, erat scriptum ipsius manu. Liu. de bel. Pun. Fœdera Amilcaris scripta manu. Idem de bel. Maced. Polisenidas sua manu scripsit.

Ad aliquẽ scribere, quemadmodum. Cic. ad Terent. lib. 14. 2. 4.

Ad aliquem scribere de rebus, &c. Cic. 4. Acad. 184.

Ad aliquem de re aliqua in aliam sententiam scribere. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17. 28.

Literas ex sermone alterius scribere. Plancus ad Ciceronem, libro 10. 4. 1.

Pluribus scribere. Sub. uerbis. Cic. ad Cælium, lib. 212. 6.

Notis scribere, Est celeriter excipere. Quintil. lib. 11. cap. 2. de memoria. Vide Nota.

Bene ac uelociter scribere. Quint. lib. 1. cap. 2. 21.

Commodè scribere. Vide Commodus.

Ab singulari amore scribere. Vide A uel Ab præpositiones.

Officiosè scribere. Vide Officiosus, in Officium.

Alicui salutem scribere. Plaut. Bacchid. 15. 81.

Scribere seruo libertatem, est ei libertatem, testamento relinquere. Vlpian. l. si seruum. ff. de acquir. uel omittenda hered.

Scribere, proprie est eorum qui aliquid condunt, uel aliquod opus facunt: quod & Conscribere dicitur. Terent. in Prol. Eunuch. 36. Qui magis licet currentes seruos scribere, &c. Cic. Cornificio, lib. 12. 7. 3. Sed proximè scripsit de optimo genere dicendi. Idem Lent. lib. 1. 9. 97, Scripsi etiam uersibus treis libros de temporibus meis.

Concinnè scribere. Vide Concinnus.

Accuratè scribere, & cogitatè. Vide Cogito.

Licenter scribere. Horat. de Arte, 54.

Luculentè scribere. Vide Luculentus.

Mendosè scribere. Vide Menda.

Separatim de re aliqua scribere. Quint. in Procem. lib. 4. 6.

De integro scribere, Quint. 2. cap. 4. 10, Expertus sum prodesse, quoties eãdem materiam rursus à me retractatam scribere de integro iuberem.

De Græcis Latinè scribere. Cic. 1. de Fin. 13.

De hac re in utranq; partẽ dicta sunt, & scripta multa. Cic. 4. Acad. 193.

Aliquem ad historiæ fidem scribere. Cicero ad Quint. fratrem, libro 1. 1. 33.

Carmina secessum scribẽtis, & ocia quærũt. Ouid. 1. Trist. eleg. (1. 8.

Libellum scribere. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 13. 4.

Orationes scribere. Cic. de claris Orat. 23.

Poemata scribere. Horat. 2. epist. 2. 14.

Versus scribere. Cic. 5. Verr. 65.

Amor scribendi te rapit. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 2.

Laborem scribendi ferrei. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 3.

Nulla uoluptas scribendi est mihi. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 6.

Leges scribere, quod & Condere, & dicere & Facere dicitur. Cic. pro Rosc. Amer. 42, Eius porrò ciuitatis sapientissimi Solonem dicunt fuisse eum qui leges, quibus hodie quoq; utuntur, scripserit.

Legem de supris scribere, &c. Cic. 2. de Legib. 17.

Aliquem hæredem scribere, Statuere, facere. Martial. lib. 10. 96. Quintilianus lib. 3. cap. 6. 69, Hæredi scripto opponitur lex abdicatus. Idem declamat. 1, Neq; grauissimum patrem suprema sua iuueni iactasse crediderim, ut hæredem filiam scriberet.

Aliquem

Aliquem testamento scribere. Hirtius lib. 4. bel. Alexan. 136.

Dicam alicui scribere. Vide Dica. Cic. 4. Verr. 25.

Nummos alicui scribere, Per mensæ scripturam dare: ut ait Budæus. Plaut. Asina. 9. 30.

Supplementum scribere legionibus. Cic. ad Appium, lib. 3. 3. 2.

In animo scribere. Terent. Andr. 1. 5. 48.

In aqua scribere. Catull. de muliere sua, 65.

Scriptum est. Cic. 1. de Diuin. 199.

Scribere, Pingere. Plinius de Nicomacho pictore, lib. 35. cap. 10. 41, Scripsit & Apollinem & Dianam, deumq; Martem in leone sedentem. Vnde & Picturam legere dicimus. Virg. 6. Aeneid.

— quin protinus omnia
Perlegerẽt oculis. Vetus exemplar Plinij habet, pinxit.

Scriptum reliquit. Cic. 1. de Diuinat. 66.

Scriptum uideo. Cic. 4. Acad. 233, Cuius, ut scriptum uideo, princeps Xenophanes.

Diligentissimè scripta. Quint. in Procem. lib. 1. 2.

¶ Scriptus, Particip. (γεγραμμένος) ut, Notæ scriptæ. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 18.

Absumere igne scriptos libellos. Ouid. 5. Trist. eleg. 13. 13.

Diem scriptum proferre, Diem prædefinitum. Seneca Hercul. furent. 3. 6.

¶ Scriptum, scripti, (γεγραμμένον, σύγγραμμα) dicitur id quod de re aliqua scribitur.

Veterum scriptorum Musæ. Catull. ad Mallium, 63. 2.

Copia magna scriptorum. Catull. ad Mallium, 63. 7.

Antiquissima scripta. Horat. 2. epist. 1. 6.

Electissima scripta poetæ pessimi. Catul. in annales Volusij, 34.

Nefaria scripta. Catull. ad Fundum, 41. 4.

Optima scripta Græcorum. Horat. 2. epist. 1. 6.

Regale scriptum Tragicis cothurnis. Ouid. 2. Trist. 111.

Scripto sese abdicare. Piso apud Gellium.

Si non accipiet scriptũ, illectumq; remittet. Ouid. 1. de Arte, 94.

Adire aliquem scripto. Tacit. lib. 5.

Damnare scriptis. Quint. lib. 3. cap. 6. 47.

Debueram scripto certior esse tuo. Ouid. epist. 6. 1.

Dicere de scripto. Vide D E præpositionem.

Ab quoties dubijs scriptis exarsit amator. Ouid. 3. de Arte, 96.

Scriptum facere: pro, Scribendo uictum lucrari: apud Gellium lib. 6. cap. 9.

Mandare scriptis. Vide Mando.

Peccare scripto. Quint. lib. 3. cap. 5. 5.

Recitare scripta. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 15.

Scriptum aliquid relinquere. Quint. lib. 6. cap. 1. 5.

Sequi scripta oculis. Quint. lib. 2. cap. 5. 3.

Tradere aliquid scripto. Quint. lib. 1. cap. 5. 12.

¶ Scriptus, huius scriptus (γραφὴ) Idem. Gellius libro. 6. capite 9, de Cn. Flauio, Dicitur tabulas posuisse, scriptu sese abdicasse.

¶ Scriptito, scriptitas, pen. corr. (συχνογραφέω) scriptitare, Frequentatiuum à Scripto, scriptas frequentatiuo, quod in usu non est. Cicero ad Atticum, lib. 7. 13. 6, Et hæc, & si quid aliud, ad me scribas, uel potius scriptites. Idem de Oratore, 73, Neq; ea quisquam, nisi diu multumq; scriptitârit, etiamsi uehementissimè se in his subitis dictionibus exercuerit, consequetur.

¶ Scriptio, Verbale (συγγραφὴ, συμπόωσις) Varro, Auarus fœnerator spe lucri rem scriptione duplicârat. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 12. 2, Orationculam pro Deiotaro, quam requirebas, habebam mecum, quod non putâram: itaq; etiam tibi misi. quam uelim sic legas, ut rem tenuem & inopem, nec scriptione magnopere dignam.

Scriptio, Epigramma, siue id quod scribitur, ut sit memorabile. Cic. pro Archia poeta, Quam multas nobis imagines, uerum etiam ad imitandum fortissimorum uirorum expressas scriptiones & Græci & Latini reliquerunt.

¶ Scriba, scribæ, m. g. (γραμματεύς) Qui literas uel gesta, uel tabellas, & alia quæcunq; scribit nomine regis uel alterius. Festus, Scribas proprio nomine antiqui & liberarios & poetas uocabant. At nunc dicuntur scribæ quidẽ librarij, qui rationes publicas scribunt in tabulis. Itaq; quum Liuius Andronicus bello Punico secundo scripsisset carmẽ, quod à uirginibus est cantatũ, quia prosperius res pop. Rom. gerì cœpta est, publicè attributa est, & in Auentino ædes Mineruæ, in quà liceret scribis histrionibusq; cõsistere, ac dona ponere in honorẽ Liuij, quia ijs ellà & scribebat fabulas, & agebat. Hactenus Festus. Liu. lib. 1. ab Vrbe, de Cn. Mutio loquens, ibi quum militibus stipendia sorte darentur, & scriba cũ rege sedens pari fere ornatu multa ageret. Et paulo post, Scribã pro rege obtruncat. Cic. Russo, lib. 6. 20. 2, Ad ea quæ scripsisti, cõmodius equidem possem de singulis ad te rebus scribere, si M. Tullius scriba meus adesset. Idem 5. Verr. 157.

Scriba, Qui libros à nobis editos scribit.

Insanus scriba. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 7.

Recoctus scriba. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 12.

Scriba ærarius. Vide Aes, æris.

¶ Scribatus, pen. prod. Scribæ munus & officiũ. Imp. Philipp. in l. 5 ad scribatum. C. de appellationibus.

¶ Scriptor, scriptoris (συγγραφεὺς) Qui scribit, siue texit epistolam, orationẽ, librum, opusue aliquod. Liu. lib. 1. ab Vrbe, in Procem. 2, Etsi in tanta scriptorũ turba, mea fama in obscuro sit. Donatus in Prologo Terentij, indifferenter, inquit, omnis qui aliquid scripsisset, scriptor à ueteribus dicebatur. Martial. lib. 3. 20,

An quæ Neroni falsus astruit scriptor? Cicero ad Atticũ, lib. 7. 135. 5, Qui quum scriptor luculentus esset, tantas res, atq; eas quæ in omnium manus uenturæ essent, Sesto nostro scribendas dederit. Idem 1. de Oratore, 76, Omnium bonarum artium scriptores ac doctores & legendi & peruolutandi. Et in Oratore, 15, Vetustissimus ille scriptor & politissimus Lysias. Idem de claris Orator. 17, Scriptor subtilis atq; elegans.

Carminum scriptores. Quintil. lib. 1. cap. 5. 8.

Belli Troiani scriptor, Homerus. Horat. 1. epist. 2. 1.

Artium scriptores. Quint. lib. 2. cap. 13. 1.

Scriptor assiduus. Vide Assiduus.

Delirus inersq; scriptor. Horat. 2. epist. 2. 26.

Nobilium scriptorum auditor. Horat. 1. epist. 20, 8.

Scriptor, A manu seruus. Cic. 1. de Oratore, 67, Neq; precibus unquam, nec insidiando, nec speculando assequi potui, &c. ex eius scriptore & lectore Diphilo sustpicari liceret.

Scriptor legum, pro Legumlatore. Cic. ad Brutum, 15. 4.

¶ Scriptorius, Adiect. (γραφικὸς) Quod aptum est ut eo scribatur: sed quod ad scriptorem pertinet. ut, Attramentum scriptorium. Celsus lib. 6. cap. 4.

Calamus scriptorius. Celsus lib. 5. de fistulis.

¶ Scriptura, scripturæ, pen. prod. (γραφὴ) Id quod scribimus.

Scriptura, compositio libri. Author ad Herenn. lib. 3, Non sum nescius quantũ susceperim negocij, qui motus corporis exprimere uerbis, & imitari scriptura conatus sum uoces. Scriptura, id est, scribendo. Idem lib. 4, Reliquum scripturæ consumetur in exemplis. id est, eius quod scribendum est. Terent. in Prologo Adelph. 1,

Postquam poeta sensit scripturam suam
Ab iniquis obseruari, &c.

Continens scriptura. Vide Contineo.

Diuturna actorum scriptura. Tacit. lib. 3.

Persequi scriptura. Vide Persequor.

Scriptura, Stylus quo quis utitur in scribendo. Cic. ad Trebonium, libro 15.21.8, Quum uerò ea quæ scriptura persecutus es, sine summo amore cogitare non potueris. Cecinna ad Ciceronem, libro 6.7.5, Genus autem hoc scripturæ non modò liberum, sed incitatum atq; latum esse debere quis ignorat?

Leuis scriptura. Vide Leuis.

Scriptura, pro Vectigali quod percipitur è pascuis: uel ipsa ratio eorum, qui præsunt huiusmodi uectigalib. Et tam ij, quàm qui portus aut portoria curabant, uectigalia describentes, aut colligentes: magistri scripturæ & portus dicebantur. Plaut. Trucul. 4.40,

Nam aduersum legem à me ob meam scripturam pecudem accipi,

Fieriq; A. idem quod tu facis, faciunt rem malè gerentes: ubi non

Est scriptura, unde dent, incusant publicanos. Cic. ad Att. lib. 11.218.1, Publius Terentius meus necessarius operas in portu, & scriptura Asiæ pro magistro dedit. Idē 4. Verr. 123, In scriptura Siciliæ pro magistro est quidam L. Carpinatius. Ibidem, Portum autem, & scripturas eadem societas habebat. Asconius, Mancipes sunt publicanorum principes Romani homines, qui quæstus sui causa, decumas redimunt, qui portoria aut pascua publica: quorum ratio scriptura dicitur. Ex Budæo.

Magister scripturæ, qui uectigalia scribebat. Cic. Att. Magister scripturæ & portus quidam Lucius Carpinatius. Idem 5. Verr. 142. Vide Magister.

¶ Scripturarius, scripturarij, Idem quod magister scripturæ. Scripturarij dicebantur à Nonio & Festo, ij qui mancipum rationes faciebāt: quales hodie sunt quos clericos & cōmissarios uocant octouanorum & uicesimanorum. Ex Budæo.

Scripturarius ager dicitur, in quo ut pecora pascantur certum æs est, quòd publicanus scribendo conficit rationem cum pastore. Festus.

Scribonius] σκριβώνιος, Aphrodiseus, Orbilij seruus atq; discipulus, mox à Scribonia Libonis filia, quæ prius Augusti uxor fuerat, redemptus & manumissus. Huius meminit Tranquillus.

Scrinium] scrinij (σκριννίον, πιβώτιον) à Secernendo, Dicitur locus in quo seruantur preciosa ac secreta. Plin. maior lib. 7. cap. 25.3, Captis apud Pharsaliam Pompeij Magni scrinijs epistolarum. Ibidem, cap. 29.1, Inter spolia Darij Persarum regis unguentorum scrinio capto, quod erat auro, gemmisq; ac margaritis preciosum. Horat. 2. epist. 1.23,

—& prius orto

Sole, uigil calamum, & chartas, & scrinia posco.

Librariorum scrinia. Catull. ad Caluum, 14.4.

Clausa scrinia. Proper. lib. 3. eleg. 6.3.

Compilare scrinia alicuius. Horat. 1. Serm. Satyr. 1.24.

Retegere scrinia. Iuuen. Satyr. 6.28.

Scriptito, Scriptura] Vide Scribo.

Scriptulum, Scriptum, Scripulum] Vide Scrupus.

Scripula] Vitis genus. Plinius lib. 14. cap. 3, Item scripula passo acino.

Scrobs] scrobis, generis tam masculini quàm fœminini, secundum Priscianum: Seruio tamen masculini potius (ὄρυγμα) Sunt autem scrobes, fossiones, ut putei uel foueæ intra terrā manufactæ ad uineas uel arbores conserendas, uel ad metalla, & quæcunq; alia fodienda. Colum. lib. 4. cap. 1, Nimium me profundos censuisse fieri scrobes. Ibidem, Contenti bipedanea scrobe. Ibidem, Melius consurgunt altioribus demissa scrobibus: nam bipedanei etiam prouincialibus agricolis uix approbari possunt. Idem lib. 4. cap. 15, Ex alto scrobe submersa perducitur ad uacantem palum. Plin. lib. 9, cap. 51.8, Mus marinus in terra scrobe effossa, parit oua, & rursus obruit terra.

Repletæ scrobes. Virg. 2. Georg. 47.

Subactæ scrobes. Virg. 2. Georg. 10.

Inuertere scrobes oleis. Vide Inuerto.

Scrobis etiam in nominatiuo dicitur. Colum. libro 5. cap. 6, Sed arboris maritandæ causa scrobis uiuiradici fieri debet latus pedum duorum. Ibidem, cap. 10, Sed scrobis clibano similis fiat.

¶ Scrobiculus, scrobiculi, pen. cor. m. g. Diminut. (ὀρυγμάτιον) Plin. lib. 21. cap. 5.5, Atq; ita in scrobiculis seruntur, heminis fæcis circunfusis. Colum. lib. 4. cap. 15.2, Et id quod à matre abscissum recens erit, confestim altè circunfoditur, & scrobiculo facto ad imum solum præciditur.

Scrofa] scrofæ (χοῖραι) Quæ multos peperit porcos: tamen etiam pro porca ipsa peculiariter sumitur. Varro 2. de Re rust. cap. 4, Scrofa in sua quæq; hara, suos alat oportet porcos. Plaut. Capt. 13.40,

Eorum si cuiusquā scrofam in publico conspexero, &c.

Colum. lib. 7. cap. 9.2, Scrofæ probantur longissimi status, & ut sint reliquis membris similes descriptis uerribus.

Candida scrofa. Iuuen. Satyr. 12.8.

¶ Scrofipascus, scrofipasci, m. g. (χοιροβοσκὸς) Qui pascit scrofas. Plaut. Capt. 13.38,

Tum pistores scrofipasci qui alunt furfure sues.

Scrofa] σκρόφαι, Tremellius ponitur in lib. 2. cap. Varronis de Re rust. ubi de auo suo, Auus, inquit, meus primùm appellatus est Scrofa: qui Quæstor quum esset Licinio Neruæ Prætori, in Macedonia prouincia relictus, qui præesset exercitui, dum Prætor rediret: hostes arbitrati occasionem se habere uictoriæ, impressionem facere cœperunt in castra. Auus quum hortaretur milites ut caperent arma, atq; exirent contrà: dixit celeriter se illos, ut scrofa porcos, discerpturum. id quod fecit. Nam eo prælio hostes ita fudit atq; fugauit, ut eō Nerua Prætor, imperator sit appellatus: & duus cognomen inuenerit, ut diceretur Scrofa. Itaq; prosunt, & superiores de Tremellijs, nemo appellatus Scrofa. Nec minus septimus sum deinceps Prætorius in gente nostra. Hactenus Varro.

Scrofula] scrofulæ, pen. corr. (χαγγάλη) Quid morbi sit: Vide Struma.

Scrofulas dici à scrofa sue, palàm est: quoniā eas Græci ab eiusmodi bruto χοιράδας appellarunt. Solenne est Francorum regibus, eas sola manuum attrectatione fideliter curare.

Scrotum] scroti (ὄσχεον) Pellis quæ testiculos continet. Vide Celsum lib. 7. cap. 19. & cap. 20. ubi frequenter hanc uocem usurpat. Bursam testicularem nommant.

Scrupeda] scrupedæ, à scauro pede, quasi scauripedes: scaurus autem exponitur σκολιόπους & σκαμβὸς πέλας, à ueteres Critico. Horatius quoq;,

Balbutit scaurum prauis fultum malè talis. Actius apud Varronem,

Scratiæ scrupedæ, strictabilæ, tantulæ. Turnebus.

Scrupus] scrupi, m. g. (λίθαξ, λιθάριον) Lapillus breuis, qui pressius solicitudinem creat. Festus, Scrupi dicuntur asperæ saxa, & difficilia attrectatu.

Scruporum lusus, apud Quintilianum lib. 11. cap. 2. Cic. 1. de Orat. 109, Pila bene, & duodecim scrupis ludere. Huius lusi meminit Ouid. 3. de Arte, 73. ubi inquit,

Est genus in totidem, &c.

Scrupus (ἄινιγμα) Aenigma significat apud Gell. lib. 12. cap. 6. Vide Scirpi apud Gellium, in dictione. Scirpus.

¶ Scruposus,

¶ Scruposus, pen. prod. (λιθακώδης) Plenum scrupis. Lucan. lib. 5.135,

Scruposiq; angusta uacant ubi littora saxis

Imposuit terræ.

Ratio scruposa. Lucret. lib. 4.107.

¶ Scrupeus, Adiect. (λιθακώδης) Lapillosus. Virg. 6. Aen. 48,

Spelunca altâ fuit, uastoq; immanis hiatu

Scrupea tuta lacu nigro.

¶ Scrupulus, scrupuli, pen. corr. m. g. Diminut. (ψηφίς, λίθος) Proprie lapillus breuis & asper, qui in calceo latens, pleruncq; nos lædit: nam pressius pede, solicitudinem creat.

Scrupulus (ὀλιγόβραχμα) pro Solicitudine, dubitatione et difficultate aliquando ponitur. Vide inijcere scrupulum, & Eximere scrupulo aliquem dicimus. Terent. Phor. 5.9.30,

Ea mortē obijt, è medio abijt: qui fit in re hac scrupulus?

Sine scrupulo. Colum. lib. 5. cap. 11.

Odiosus scrupulus. Vide Odiosus, in Odium.

Aculei & scrupuli. Cic. ad Att. lib. 1.13.3.

Euellere & eximere scrupulum. Cic. pro Rosc. Amer. 4. Idem Attico, lib. 5.100.4, Exime quæso quoad potes, de illo domestico, scrupulum, quem non ignoras.

Inijcere scrupulum. Terent. Phorm. 5.8.61. Idem Adelph. 2.2.26,

—timet,

Inijcci scrupulum homini.

Inijcere scrupulum & dubitationem. Cic. pro Cluent. 60.

Scrupulus unus restat. Terent. Andr. 5.4.38.

Scrupulus, siue Scrupulum, scrupuli, Nomen ponderis, Latinè obolus dicitur, & sex siciliquis conficiebatur, & ex tribus scrupulis drachma. Denarium nostrum ualet. Valer. Max. libro 4. De paupertate, Eadem gens nullum antè scrupulum auri habuit. Cic. ad Att. lib. 4.86.4, Etiam illud iam cognitum est, neq; argenti scrupulum esse ullum in illa insula, neq; ullam spem prædæ, nisi ex mancipijs. Ex Budæo. Martialis libro 4.44,

Ego nec argenti sex scrupula Sextiliane, &c.

Scrupulus etiam scribitur à nonnullis. Ouidius de Medicamine faciei, 18.

Scrupulus, etiam mensura est in metiendis terris. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 10.2, Ab hoc principio mensores nonnunquam dicunt in subcisiuum esse unciam agri aut sextantem, aut quid aliud, quum ad iugerum peruenerunt, id habet scrupula ducenta octoginta octo. Colum. lib. 5. cap. 1.8, Igitur, ut diximus, iugerum habet quadratorū pedum uiginti octo millia, & octingentos, qui pedes efficiunt scrupula ducenta octoginta octo. Vt autem à minima parte, id est ab dimidio scrupulo incipiam, pars quingentesima septuagesimasexta pedes efficit quinquaginta, id est iugeri dimidium scrupulum: pars ducentesima octogesimaoctaua, pedes centum hoc est scrupulum: pars centesima quadragesimaquarta, pedes CCIX. hoc est scrupula duo.

¶ Scrupulosus, pen. prod. Adiect. (λιθακιώδης) Plenum scrupulis. Plaut. Capt. 4.82,

Nam meus scrupulosam uictus commeatuam. Sic Scrupulosæ cotes apud Ciceronem, 4. Tusc. 50. Et apud Plin. lib. 16. cap. 23. 3, Cæteræ suum pabulo gignuntur, scrupulosæ corticis. De castaneis.

Scrupulosus, Solicitus et anxius. Plin. epist. 49. b, Miraris quòd tot uolumina, multaq; in his tam scrupulosa homo occupatus absoluerit. De Plinio duumuiro.

Scrupulosissima saltatio. Colum. in Præfat. lib. 1.4. id est, Quæ anxiè & cum cura & studio exercetur.

Scrupulosa disputatio. Quint. lib. 9. cap. 1.

Ventorum paulo scrupulosior obseruatio. Plinius libro 18. cap. 33.1.

¶ Scrupulosè, pen. prod. Aduerb. (ὑπερακριβῶς) Colum. lib. 9. cap. 8.3, At quæ dono uel aucupio contingant, minus scrupulosè probantur. id est, Minus anxiè. Plin. lib. 8. cap. 14.2.

Minutius & scrupulosius scrutantur omnia. Quintilianus lib. 5. cap. 14.22.

¶ Scrupulositas, pen. corr. scrupulositatis (ὑπερακριβεία) Anxietas, difficultas. Col. lib. 11. cap. 1.28, In hac autem ruris disciplina non desideratur eiusmodi scrupulositas.

¶ Scrupularis, & hoc scrupulare, pen. prod. Quod ad scrupulum nummum pertinet. Plin. lib. 33. cap. 8.4, His coticulis periti, quum è uena ut lima rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti uel æris, scrupulari differentia.

¶ Scrupulatim, pen. prod. Aduerbium, per scrupula. Plin. lib. 22. cap. 24.11, Scrupulatim quidem colligere ac miscere uires non coniecturæ humanæ opus, sed impudentiæ est.

Scruta] scrutorū, plur. num. (σκαλεύματα) Attritæ usu uestes, dimidiatæ strigiles, & iumentorum soleæ, refixi claui, idq; genus alia, quæ utilissimi proxenetæ uenalia habent: quos antiqui scrutarios appellabant. Celius libro antiquitatum 10. cap. 56, Verbo Scruta, ueteramenta omnisaria significari puto: quæ cum usu iam detrita sint, precio item deminuta censentur. Horat. 1. epist. 7.13,

Villa uendentem tunicato scruta popello. Ex qua origine factum, ut scrutaria dicantur utilissima quæq;. Lucilius apud Gellium, Noctium Atticarum lib. 3.

Quidnis & scruta quidem ut uendat, scrutarius laudat

Præfractam strigilem, soleam improbus dimidiatā. Sidonius item Apollinaris uocabulum in Centurias allegisse uidetur, Nunc, inquit, friuola quædam, nunc ludo apta uirgineo scruta donabat. Quo in loco sunt qui imagunculas pueriles operis dulciarij scruta posse accipi, augurentur. Ad hæc quæ de scrutorū significantia pronuntiauimus, planè alluxit Apuleius fabulæ Græcanicæ libro 4, Enimuerò uos bonæ frugi latrones inter furta paruæ atq; seruilia timidiculæ per balneas & aniles cellulas reptantes, scrutariam facitis. Hæc Cælius. Quidam scribūt scutra per t ante postremā uocalem.

Scruto] scrutas: uel Scrutor, scutaris (ὀρύσσω, ὀρύσσομαι, ὀρυκτέω, μεταλλάω) scrutari, inquirere. Plaut. Aulul. 2.4.23. Idem Amphit. 1.4.30,

Scrutabor: eho dic mihi, quis uideor?

Ignem gladio scrutari. Horat. 2. Serm. Satyr. 3.55.

Scrutari uestigia domini sui dicitur canis. Plin. lib. 8. cap. 40.6.

Orbem scrutari. Plin. lib. 5. cap. 1.8.

Fretum scrutari. Lucan. lib. 3.134.

Ferro scrutantes abdita terræ. Lucret. lib. 6.163.

Scrutari tabellarios. Pollio ad Ciceronem, lib. 10.31.2.

Excutere & scrutari. Cic. pro Rosc. Amerin. 59, Non excutio te, siquid fortè ferri habuisti: non scrutor, nihil ad me arbitror pertinere. Idem ad Qu. fr. lib. 1.1.16.

Arcanum alicuius scrutari. Horat. 1. epist. 19.8.

Mentes deūm scrutantur in extis. Ouid. 15. Metam. 28.

¶ Scrutatio, Verbale. Seneca de Vita beata, Ita dico si tutò & securus scrutationem populo præbuerit. id est, Permiserit sua scrutanda.

¶ Scrutator, pen. prod. Verbale (ὀρυκτὴρ) ut, Pallidus scrutator auri. Lucan. lib. 4.61.

Profundi scrutatores. Stat. 3. Sylu. 1.17,

Quodq; legit mersus pelagi scrutator Eoi. id est, Vrinator scrutans uniones in mari Indico.

¶ Scrutinium, scrutinij (ὄρυκτις, ὄρυσσις) Inuestigatio, Apuleius lib. 9, Postremum magistratibus placuit, obstinatè denegantem scrutinio detegere.

Sculna] Antiquum uerbum, dictum quasi sequilna: quem

qui elegantius loquuntur, Sequestrem appellant. Vtrunq; uocabulum à sequendo factum est: quod eius, qui electus sit, utraq; pars fidem sequatur. Hæc Gellius: apud quem uide plura lib. 20. cap. 10.

Sculpo] sculpis, sculpsi, sculptum, (γλύφω, γλάπτω) sculpere, Cædendo imaginem aliquem effingere. Plinius libro 36. capite 4. 1, Marmore sculpendo primi omnium inclaruerunt Dipœnus & Scyllis, geniti in Creta insula. Alij legunt, scalpendo.

Ebur sculpsit mira arte. Ouid. 10. Metam. 50.

Scalpo, non Sculpo dici debere, author est Diomedes. Vide in dictione Scalpo.

¶ Sculptus, Participium (γεγλυμμένος) ut, Animalia sculpta. Lucan. lib. 3. 345.

¶ Sculptor, sculptoris, m. g. (γλυφεύς) Qui sculpit. Plin. lib. 36. cap. 5. 1, Iam fuerãt in Chio insula Malas sculptor, dein filius eius Micciades, &c. Idem lib. 20. cap. 13. 9, Sculptores & pictores utuntur. Alij legunt, scalptores.

¶ Sculptura, sculpturæ (γλυφή) Est quæ auro, argento, ære, ferro, ligno, ebore, marmore, uitro, gẽmis opera nostra efficit. Plin. lib. 16. cap. 40. 9, Habent in sculpturis facilitatem. Sic lib. 35. cap. 12. 6.

¶ Sculptilis, & hoc sculptile, pen. corr. Adiect. (γλυπτὸς) ut, Opus sculptile. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 6.

Sculponea] sculponeæ, Calceus ex lana confectus. Plautus Casina, 11. 59, —qui quæso potius quàm sculponeas,
Quibus batuatur tibi os?
Næuius, Sculponeis batuenda sunt latera. Cato capite 59. scribit sculponeas bonas alternis annis dari oportere familiæ rusticanæ. Nomen Turnebo habere uidentur à sculpo, uel scolpo. Nihil enim differt: cùm u & o propter soni uicinitatem sæpe alternis commutentur. Scolpus autẽ fictitio uerbo sonum significat, qualem ipsum nomen repræsentat. Fulgentius tamen sculponeas explicat cestos esse plumbo ligatos.

¶ Sculponeatus, pen. prod. Adiect. Sculponeis indutus. Varro, Aspicio sculponeatam, bigas sequi cornutas.

Scurgum] σκῦργον, Germaniæ urbs, Ptolemæo authore lib. 2. cap. 11. Vulgò Schmeben.

Scurra] scurræ, m. gen. (βωμολόχος) Qui risum ab audientibus captat, non habita uerecundiæ ratione aut dignitatis. Plaut. Trinum. 4. 122. Cic. ad Papyrium Pœtum, lib. 9. 20. 1, Me autem à te, ut scurram uelitem, malis oratum esse, non molestè tuli. Idem pro Quintio, 32, Memini, uetus est, de scurra multo facilius diuitem, quàm patremfamiliâs fieri posse. Item, Quoniam frequentissimè usus est iocis, & nocentissimos sæpe hoc dicendi genere tutatus est, scurra ab inimicis suis est dictus. Et 5. Verr. 124, Albam habebo iudicem, eum hominem, qui se ipse scurram improbissimum existimari uult, qui à scurris potius semper gladiator, quàm scurra appellatus sit.

Fugitiuus scurra. Iuuen. Satyr. 13. 12.

Non parum facetus scurra. Vide Non, aduerbium.

Infidus scurra. Horat. 1. epist. 19. 1.

Vagus scurra. Horat. 1. epist. 16. 1.

Scurra dictus est, ut quidam uolunt, à sequendo, quòd id genus hominum, sequi soleat opulentiores, aliquid promerendi causa.

¶ Scurrilitas, pen. corr. scurrilitatis (βωμολοχία) Vitium urbanitati oppositum, Turpis & procax dicacitas.

¶ Scurrilis, & hoc scurrile, pen. prod. (βωμολοχικὸς) Ridiculũ cum turpitudine. Cic. 2. de Oratore, 132, Ne aut scurrilis iocus sit, aut mimicus.

Dicacitas scurrilis & scenica. Quint. lib. 6. cap. 3. 20.

Scurrilis strepitus. Author Philomelæ, 7.

Scurriles lusus, pro Leuibus & nugatorijs, sine turpitudine, posuit Valerius lib. 8. cap. 8.

¶ Scurriliter, penult. corr. Aduerb. (βωμολοχικῶς) Procaciter. Plin. epist. 90, Quid hunc putamus domi facere, qui in tanta re, tam serio tempore, tam scurriliter ludat?

¶ Scurror, scurraris (βωμολοχεύομαι) scurrari, Scurram agere. Horat. 1. epist. 18. 4,
Scurror ego ipse mihi populo tu.

¶ Scurrans, scurrantis (βωμολοχῶν) Scurriliter agens. Horat. 1. epist. 19. 1,
Scurrantis speciem præbere professus amicum. hoc est, Turpiter adulantis. Porphyrio.

Sutale] Vide Scutum.

Scutella] Vide Scutum.

Scutica] scuticæ, penul. corr. (σκυτάλη) Flagellum ex pelle. Martial. lib. 10. 62,
Scuticáq; loris horridis Scythæ pellis,
Qua uapulauit Marsyas Celenæus.

Habenis scuticæ tremefactus. Ouid. epist. 9. 17.

Rubere scutica. Iuuenalis Satyr. 6. 48.

Dignus scutica. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 24.

Scutilum] tenue, & macrum, & in quo tantùm exilis pellicula cernitur. Paulus apud Festum.

Scutra] scutræ, Vasis genus. Plaut. in Persa, Act. 1. Scen. 3,
Commisce mulsum, Struthea, colutheaq; appara,
Bene & in scutris concaleat, & calamum injice. In quẽ locum tradit Camerarius, à scutris dici forma diminutiua scutulas ut à culcitra dicitur culcitula, Certè à mitra sic sit mitella à capra capella.

Scutriscum] scutrisci (ἀγγεῖόν τι) Vasis genus apud Catonem, cap. 11. 2. à scrutra uerbo Græco deriuatum.

Scutum] scuti (ἀσπὶς, σάκος, ῥῶθος, θυρεὸς, ὅπλον, βοῦς) Clypeus. Dictum ἀπὸ τοῦ σύρω, id est à pelle: quòd non sine pellibus fiat, inquit Festus. Plin. lib. 35. cap. 3. 2, Scutis enim qualibus apud Troiam pugnatum est, continebantur imagines. Cæsar 5. bel. Gal. 165, Quo percusso & examinato, hunc scutis protegunt hostes, & in illum uniuersi tela conijciunt. Cic. 2. Tusc. 93, Ignauus miles ac timidus simulac uiderit hostem, abiecto scuto fugiat quantum possit.

Scutum quid à Clypeo differat: Vide in Clypeus.

¶ Scutus, Masculino genere dixit Turpil. Demiurgo, Quia nõ minus res hominem, quàm scutus tegit. Ex Nonio.

Scutorum impulsus. Vide Impello.

Fulgentia scuta. Virg. 8. Aen. 133.

Longa scuta. Virg. 8. Aen 133

Scuta auro cælare. Vide Cælo.

Incumbere in scuta, Vide Incumbo.

Reclinare scuta. Virg. 12. Aen. 26.

Reijcere scutum: id est, post tergum. Cic. 2. de Orat.

Scuto uitare periculum. Cæsar 2. bel. Ciuil. 152.

¶ Scutale, n. g. Corium, cuius loris consutis habena facta erat: sic appellatum, quòd ex eo genere corij scuta conficerentur. Nam, ut apud Polybium est, exterior scuti facies corio uitulino obducta erat. Liuius, Sed triplex scutale crebris suturis duratum. Ex Turnebo.

¶ Scutarius, scutarij (ἀσπιδοποιὸς) Qui scutorum curam habet, uel qui scuta facit. Plaut. Epid. 2. 35,
Id modò uidendum, ut materies suppetat scutarijs.

¶ Scutarius, Adiect. (ἀσπιδικός) Quod ad scuta pertinet. Vegetius lib. 2, In Romana militia habebant fabricas scutarias & locarias, quibus armorum genera formabantur.

¶ Scutatus, pen. prod. (ἀσπιδιώτης) Aliud adiectiuum, Scuto tectus & munitus. Cicero 2. Philipp. 105, Agmine quadrato cũ gladijs sequuntur scutati milites, siccas portari uidemus,

demus. Liu. 8. bell. Pun. 6. Virg. 9. Aen. 27.

¶ Scutiger, Scutigerulus: Scutum gestans. Scutigerulum Plautus pro armigero usurpat, nempe pro eo seruo, qui scutum domini gerit.

¶ Scutulum, scutuli, pen. corr. Diminut. (ἀσπίδιον) Cic. 1. de Natur. deor. 111, Cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis.

Scutulis uestes diuidere, Gallia instituit. Plin. lib. 8. cap. 48. 6.

¶ Scutula, scutulæ, pen. cor. (ἀγγεῖόν τι ὁλκάδος) Vasis genus concauum. Mart. lib. 8. 65,
Bessalem ad scutulam sexto peruenimus anno. Idem libro 11. 32,
Sic implet gabatas, paropsidasq;,
Et leues scutulas, cauasq; lances.

¶ Scutula, Forma rotunda, quales aranea contexit. Sipontinus.

¶ Scutula, in pauimentis uocantur frusta marmoris rotunda: à scuti uidelicet forma. Vide Vitruuium lib. 7. cap. 1. & Palladium lib. 1. cap. 9.

¶ Scutula, Serpentis genus in Africa, Sipontinus.

¶ Scutula, Particula quædã ballistæ apud Vitruuium. sic enim scribit, Describatur, inquit, Scutula, quæ Græcè παρέτονος appellatur. Hæc scutula, authore Turnebo, est in summo & imo capitulo, dextra & sinistra: atq; inde nomen habet Græcum, quòd multis locis pertusa & perterebrata est. Itaq; & perinfirma est, sed laminis ferreis, & regulis & clauis confixa continetur, firmaturq;. In ea est foramen quo tenduntur toni, id est, nerui, qui brachia ballistarum continent. Insunt & foramina, quibus induntur cardines. Hæc Turnebus.

Scutula in arboribus empastratis. Plin. lib. 17. cap. 16. 1, Ergo amputatis omnibus ramis, ne succum auocent, nitidissima in parte, quaq; præcipua cernatur hilaritas, excepta scutula (ita ne descendat ultro ferrum) cortici, imprimitur ex alia cortex par cum sui germinis mamma.

Scutula, Hasta teres, qua lina tunduntur. Quaproter & exigua hastula in qua Lacedæmonij membranam inuoluentes, literas scribebant, scutula uocabatur. Sipontinus. Rectius tamẽ dicitur, Scytala.

¶ Scutella, scutellæ, Diminut. (παροψίδιον) Genus uasis concaui, rotundi, quo minutal ex carne uel oleribus in mensam exhibebatur. Cic. 3. Tusc. 79, Eripiamus huic ægritudinem. Quomodo? collocemus in culcitra plumea, psaltriam adducamus, hedychrum incendamus, demus scutellam dulciculæ potionis, aliquid prouideamus & cibi. Vide Scutra.

¶ Scutulatus, penult. prod. Adiectiuum (παροψιδιωτὸς) Forma rotunda factum, quale aranea texit. Plinius libro 11. cap. 24. 3, Quanta arte cælat pedicas scutulato rete grassantes, &c.

Scutulata uestis, à scutula quando uasis genus est, quæ habet quosdam orbes uel circulos, quasi scutulis distincta. Nam sicut diuersos colores picturæ Babylonij, plurimis uerò licijs Alexandrini texere, quæ polymita appellant: ita Galli scutulis uestes diuidere, quæ scutula dixerunt, instituêre. Plin. lib. 8. cap. 48. 1, Istriæ, Liburniæq; pilo propior quàm lanæ pexis aliena uestibus, & quam sola ars scutulato textu cõmendat in Lusitania. Iuuen. Satyr. 2. 10,
Cærulea indutus scutulata, aut galbana rasa.

Scutulatus color, apud Palladium in mense Martio, cap. 13, Colores (inquit) hi præcipui, Albineus, russeus, murteus, cerinus, galbus, scutulatus, albus, guttatus, candidissimus, niger, pressus. De coloribus equorum loquitur. Est autẽ scutulatus equus, qui nunc uulgò pomulatus dicitur.

Scyathos] Insula est cũ oppido in Aegæo mari, prope Thraciam: ut scribit Pomponius Mela lib. 2. uulgò Scyatho, alijs Serro.

Scybalon] scybali, pen. corr. Quisquiliæ, rudus. Vindicianus ad Valentianum Imperatorem, Progressum à balneo potaui, ne quid causationis in corpusculo eius maneret, quo uesica scybalis uel lapidib. per uicina loca meãtib. premeretur.

Scidissa] Mons asperrimus, & Moschicis montibus coniunctus, qui ultra Colchidem sunt, cuius summa ab Heptacomatis obtinentur & Paryadra, qui usq; in Armeniam protenditur, à locis Sidenæ Themiscyræ proximis, & orientale ponti efficit. Strabo lib. 12.

Scydra] Oppidum, Macedoniæ in ora Heraclea. Plin. libro 4. cap. 10.

Scylacæum] Vide Scyletium.

Scylacium] σκυλάκιον, Brutiorum ciuitas, authore Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Scyletium hodie. Vulgò Schilaxo.

Scylax] σκύλαξ, Catulus Latinè dicitur. Est præterea Scylax apud Suidam, nomen insignis mathematici, qui ad Polybij historiam scribit antigraphen.

Scyletium] σκυλλήτιον, Straboni lib. 6. Atheniensium colonia, eorum qui Mnestri comites fuêre, hoc tempore Scylatiũ uocatur: Virgilio uerò 3. Aeneid. 111. Scylacæum,
Caulonisq; arces, & naufragum Scylacæum. Valerius Argon. 8, Spumosumq; legunt fracta Scylacæũ ab unda.

Scylla] σκύλλα, Herba. Vide Scilla.

Scylla, Auis. Plin. lib. 37. cap. 10. 17.

Scylla, Piscis. Plin. lib. 32. cap. 11. 9.

Scylla] σκύλλα Saxũ in mari, periculosum mare faciẽs nautis.

Scyllæ duæ fuerunt. Vna, Nisi Megarensium regis filia fuit: contra quos dum deuictis iam Atheniensibus pugnaret Minos, propter filij Androgei interitum, quem Athenienses & Megarenses dolo necauerant, amatus est à Scylla Nisi filia, quæ ut hosti posset placere, comã purpuream parenti abscissam ei obtulit: quam Nisus ita habuerat consecratam, ut tandiu regno potiretur, quandiu illam habuisset intactam. Postea & Scylla à Minoe contempta, dolore in auem civin, quæ & alauda dicitur, conuersa est: & Nisus extinctus, deorum cõmiseratione in haliæti auis mutatus est formam. Virgilius 1. Georg. 81,
Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo. Vide fabulam apud Ouidiũ 8. Metam. Altera fuit Scylla Phorci filia, quæ uersa fertur in saxum, cui nomen est Scylla, in mari periculosum. Vide Ouidium 14. Metam.

Euitata Charybdi incidere in Scyllam: hoc est, Vitato grauiori malo, in alterum diuersum incidere. Seruius indicat. Scyllam Phorci & Chreteidos Nymphæ filiam. Hanc quum amaret Glaucus, Circe quæ illius amore tenebatur, quòd eum in Scillam propensiorem esse uideret, fontem in quo Nympha lauare consueuerat, magicis uenenis infecit. In quem quum illa descendisset, pubetenus in uarias mutata est formas. Horrens itaq; suam deformitatem, sese in mare præcipitem dedit, ac fabulæ præbuit argumentum. Hanc postea Glaucus deam marinam fecit: quæ classem Vlyßis & socios euertisse narratur. Virg. 6. eclog. 15,
Quid loquar? aut Scyllam Nisi, &c.

De rei ueritate diuersa est scriptorum opinio. Saluſtius putat esse saxũ in mari prominens, quod procul nisentibus mulieb rem formã imitetur, in quod illisi fluctus, quoniam & lu porum ciulatum, & canum latratũ uidentur imitari, finxerunt illam à pube huiusmodi feris succinctam esse. De Charybde uerò narrant poetarum fabulæ, hanc fœminam fuisse uoracissimam, quæ quòd Herculis boues rapuisset, à Ioue fulmine icta, in mare præcipitata est, & in huiusmodi uersa est monstrum, quod adhuc pristinam seruat naturam. Absorbet enim uniuersa quæq; absorbuerit, ea circa Tauromenitanum egerit litus, ut Saluſtius est author. Vnde tanquam

prouerbio scortum uorax, & auiditatis nunquam satiatæ, Charybdim appellat Horat.1.Carm.ode 27.4.

—ah miser,
Quanta laboras in Charybdi,
Digne puer meliore flamma. Seruius ait, Scyllam in Italia esse, Charybdim in Sicilia. Virg.lib.3.Aen.84, transitum hunc inter duo pericula angustum eleganter describit,
Hæc loca ui quondam uasta conuulsa ruina, &c.
Plura in Erasmi Chiliad. Cic.7.Verr.114, Non enim Charybdim tam infestam, neq; Scyllam nautis, quàm istiu in eodem freto fuisse arbitror.

Cærulea Scylla. Virg.5.Aeneid.25.
Informis Scylla. Virg.3.Aen.87.
Rapax Scylla. Ouid.7.Metam.13.
Vorax Scylla. Catull.Argon.59.31.
Propertius ex ambabus unam fecit. lib.4.eleg.4.8, quum ait,
Quid mirum in patrios Scyllam sæuisse capillos,
Candidaq; in sæuos inguina uersa canes? Lucret. lib.5.179, Aut rapidis canibus succinctas semimarinis
Corporibus Scyllas.
Biformes Scyllæ. Virg.6.Aeneid.57.

¶ Scyllæus, Adiect. (σκυλλαῖος) ut, Monstra Scyllea. Statius 5.Sylu.3.57.

Rabies Scyllæa. Virg.1.Aen.41.
Littora Scyllæa. Ouid.15.Metam.141.
Vndis Scyllæis clauditur Italia. Lucan.lib.2.87.

Scyllæum] σκύλλαιον, Promontorium in Peloponneso, ut Plinius, Strabo; lib.6.testatur, sed sinu Argolico iuxta Hermionem, quò Scylla Nisi filia fluctibus iecta creditur. Est et oppidum Brutiorum in Italia, ut est author Pomponius Mela, libro 2.

Scyllias] σκυλλίας, Herodoto libro 8. uir quidem Scionæus, omnium ea tempestate hominum optimus urinator, qui etiã in naufragio ad Pelium facto, multam pecuniam Persis seruauit, multa & sibi lucratus est: hunc Pausanias Scyllin uocat. de quo inquit, Scyllas Scyoneus homo cum Cyane filia classis Persicæ, qua Xerxes Græciæ bellum intulerat, ancoras natando urinandoq; præcidit ad Pelium montem & Sepiada Magnesiæ: idq; signum in Apollinis templo positum ab Amphyctionibus, quod erat commune Græciæ cõcilium, à Nerone principe Romam translatum.

Scyllis] Plinius lib.35.cap.11. Androbius pinxit, Scyllin ancoras Persicæ classis præcidentem. Et lib.36.cap.4. Marmore scalpendo primi omnium inclaruerunt Dipœnus & Scyllis geniti in Creta insula.

Scyllus] Scylluntis (σκύλλις) oppidum Achaiæ, ut Strabo scribit, quo Xenophon à Lacedæmonijs donatus est.

Scylurus] pen.prod. (σκύλαξ) nomen uiri proprij, qui, ut Plutarchus author est, quum relictis maribus filijs octoginta, diem esset obiturus, hastilium fascem cuiq; obtendens, ut illum cõfringerent, iubebat. Id autem singulis se posse negantibus, ipse sigillatim educta hastilia omnia facilè confregit. Ita docens illos, ubi unà esse perseuerarent, firmos ac potentes fore: imbecillos autem, si separarentur ac dißiderent.

Scylurus] Cherronesi rex, à quo multa castella condita fuisse commemorantur à Strabone lib.7.

Scymnus] inter eos qui cælare argentum egregiè nouerant, commemoratur à Plinio lib.34.cap.8.

Scymnus] scymni (σκύμνος) significat leonis catulum, ut aliarum ferarum scylacia, Iulio Polluce authore. Lucret.lib.5.208, At catuli pantherarum, scymniq; leonum.

Scyphius] equus Neptuni. Lilius Historiæ Deorum Syntag.5.ex Probo. Campi sunt in Thessalia Petræi, in quibus locus Petra nomine percussus tridente, Neptuni equum, qui Scyphius uocatus est, edidit.

Scyphus] scyphi, m.g. (σκύφος) Vasis potorij genus, quo ueteres usi sunt in conuiuijs. Cic.6.Verr.20, Hinc illa Verrea nata sunt, hinc in cõuiuium Sextum Cominium protracti iußit, in quem scyphum de manu iacere conatus est. Plinius lib.33.cap.11.8, L. uerò Crassus orator duos scyphos Mentoris artificis manu cælatos sestertijs centum habuit. Bassius; Scyphum quem sciphum nonnulli scribunt, Græci σκύφον dicunt, & σκύφον, ut docet Athenæus in undecimo, Vasculum est potorium. Plutarchus tamen in Antonio, statim in ipso principio, scyphum posuisse uidetur pro eo uase, quod uulgò basin dicimus. Martialis quoq; scyphos auorum uocat uasa potoria, quæ & Archetypa dicuntur ab eodem. Hæc ille.

Cælatus scyphus. Vide Cælo.
Capaciores adfer huc puer scyphos. Horat.Epod.9.7.
Fagineus scyphus. Tibul.lib.1.eleg.10.2.
Nati in usum lætitiæ scyphi. Horat.1.Carm.ode 27.1.
Sacer scyphus. Valer.2.Argon.55. Virg.8.Aen.56.

Scyreticum] metallum. Plin.lib.31.cap.2, In Scyretico metallo arbores quæcunque flumine alluuntur, saxa fiunt cum ramis.

Scyri] Populi sunt in Arabia, Indorum lingua loquẽtes, apud Plinium lib.6.cap.23.

Scyritæ] σκυρῖται, gentes sunt inter Nomadas Indos, quæ natium loco habent foramina tantùm. Plin.lib.7.cap.2.

Scyron] pro gypso positum inueniri notat Cælius Rhodig. lib.14.Lect.antiq.cap.13, unde & Scyra terra, pro alba dicitur quandoque. Est & Scyro insulæ nomen. Idem Cælius lib.17.cap.9.

Scyros] priore prod. (σκῦρος) Insula est contra Magnesiã, in mari Aegæo, una ex Cycladibus, Lycomedis regis patria: in qua est urbs eiusdem nominis. Patet hæc insula, Plinio teste, longitudine XXV.M. passuum, ex qua lapidem integrum fluctuare tradunt, eundem comminutum mergi. Dicta est autem Scyros: quia σκύρος dicatur salebra & asperitas, ut ait Eustathius.

Scopulosa Scyros. Stat.2.Achill.4.

In hac Achilles sub puellari habitu adoleuit: atq; eius regis filiam Deidamiam uitiauit, quæ ab insula & ipsa Scyrias est appellata. Ouid.1.de Arte.

¶ Scyriades (σκυριάδες) mulieres ex Scyro insula. Stat.2.Achill.30,
Nec minus egressæ thalamis & Scyriades ibant
Ostentare choros.

¶ Scyrius, Possessiuum (σκύριος) Ouid.epist.8.23,
Ignara tetigi Scyria membra manu. Propert.lib.2.eleg.10.4, Scyria nec uiduo Deidamia uiro.

Pubes Scyria, A Scyro insula. Virg.2.Aen.96.

¶ Scyricus (σκύριος) Aliud possessiuum. Vnde Scyricum, genus coloris cærulei. Plin.lib.33.cap.7.8.

Scyrpus] σκίρπος, Vide Scirpus. Colum.lib.7.cap.9.6, Nanq; & id fecisse maximè per ætatem profuit, & dulces eruisse radiculas aquatilis syluæ tanquam scyrpi, nuciq;, & degeneris harundinis.

Scytala] scytalæ: uel Scytale, scytales, penult.corr.fœm.gen. (σκυτάλη) Mus araneus Latinè dicitur. Plinius lib.32.cap.5.10, Eadem uis contra uenenatorum omnium morsus, priuatim scytalem & angues.

Scytale, Genus serpentis, Solinus cap.40, Scytale tanta præfulget tergi uarietate, ut notarum gratia uidentes retardet: & quoniam reptando pigrior est, quos assequi nequit miraculo sui capiat stupentes. In hoc tamen squamarum nitore hyemales exuuias prima ponit. Lucan.lib.9.144.

Scytalé

Scytale Laconica (σκυτάλη λακωνικὴ) Genus erat furtiuarum literarum, quibus utebantur Lacones. Rationem & modum pulchrè describit Gell.lib.17.cap.9. Cur autem Scytala dicta sit, uide Scutula.

Scytalides] sunt articuli, qui subsunt digitis pedis. Cælius Rhodiginus lib.4.Lect.antiq.cap.3.

Scythas] æ (σκύθης) nomen filij Herculis, à quo & Scythæ dicti sunt: licet nõnulli dictos putent ἀπὸ τῆς σκύθρας, quod irasci significat: sunt enim Scythæ iracundiores. Notat Cælius Rhodiginus lib.18.Lect.antiq.cap.24.

Scythes] σκύθης, Plinius lib.7.cap.56. Iouis fuit filius, qui primus arcus sagittarumq; usum reperisse dicitur.

Scythia] σκυθία, Regio Septentrionalis, à Scytha Herculis filio, ut ait Herodotus, ita dicta. Hæc diuiditur à Tanai fluuio: & pars una remanet in Europa, altera in Asiam protenditur. Scythia Europæ terminatur ad Thraciam: in ea fotum est aurum producens (ut Pomponius refert) inhabitabile tamen propter gryphos aurum custodientes. In ea regione sunt Arimaspi homines, quibus singuli oculi esse dicuntur. ibi Borysthenes, qui gentem sui nominis alluit inter Scythiæ amnes amœnissimus. Scythia uerò Asiæ ita à Iustino li.2. describitur, Scythia in Orientem porrecta, includitur ab uno latere Ponto, & ab altero montibus Riphæis, à tergo Asia & Tanai flumine. Multum in longitudinem & latitudinem patet. Hominibus inter se fines nulli: neq; enim agrum exercent, nec domus illis ulla, aut tectum, aut sedes est, armẽta & pecora semper pascentibus, & per incultas solitudines errare solitis. Vxores liberosq; secũ in palustris uehunt, quibus, corijs, imbrium hyemisq; causa tectis, pro domibus utuntur. Iustitia gentis ingenijs culta, nõ legibus. Nullum scelus apud eos furto grauius: quippe sine tecto & munimẽto pecora & armenta habentibus, quid saluum esset, si furari liceret? Aurum & argentum perinde aspernantur, ac reliqui mortales appetunt. Lacte & melle uescuntur. Lanæ ijs usus ac uestium ignotus. Et quanquam continuis frigoribus urantur, pellibus tamen ferinis aut murinis uestiuntur. Scythæ ab alieno imperio aut intacti, aut inuicti manserunt. Darium regẽ Persarum turpi à Scythia submouêre fuga. Cyrum cum omni exercitu trucidarũt. Alexandri Magni ducem Zopyrona cum copijs uniuersis deleuerunt. Romanorum audiuêre, non sensêre arma. Gens & laboribus & bellis aspera. Vires corporum immensæ. Hi hodie Tartari appellantur.

Paludes Scythiæ. Ouid.3.Trist.eleg.4.11.
Niuosa Scythia. Ouid.epist.12.6.

¶ Scythæ (σκύθαι) populi Scythiam incolentes: qui bipartiti sunt. Alteri Europei Asiatici.

Superbi Scythæ. Horatius in Carm.seculari, 11.
Campestres Scythæ. Horat.3.Carm.ode 24.2.
Vagi Scythæ. Seneca Troade, 1.3.

¶ Scythicus, pen.corr. Possessiuum (σκυθικὸς) Apuleius, Plerique eorum Scythicis moribus uiuebant. Et apud Ciceronem 5.Tusc.130, Scythicum tegmen.

Aura Scythica. Ouid.5.Trist.eleg.7.4.
Montes Scythici. Ouid.15.Metam.57.
Orbis Scythicus. Ouid.3.Trist.eleg.12.11.
Pontus Scythicus. Ouid.3.Trist.eleg.4.10.

¶ Scythes, Scythæ (σκύθης) Qui ex Scythia est. ut Anacharsis Scythes, apud Ciceronem, 5.Tusc.129.

Gelidus Scythes. Horat.4.Carm.ode 5.5.
Profugus. Horat.4.Carm.ode 14.9. id est, Aut sub Aquilone interius cõstitutus, qui nunquã in eodẽ loco maneat. Acron.

¶ Scythis, Patronymicum f. (σκυθὶς) Ouid.15.Metam.73, Exercere artes Scythides memorantur easdem.

¶ Scythissare apud Scythas, prouerbij figura, erat intemperãtius bibere. Alexand.Alexand.Genial.dier.lib.5.cap.22.

Scythicæ] σκυθικαί, Calceamẽti genus apud Alcæum & Stephanum: authore Cælio Rhodigino lib.18.cap.24.

Scythice] es: herba, quæ cum ex Scytharum solertia cognita sit, ab illis proprium nomen accepit. Plin.lib.25.cap.8, Scythia primùm eam, quæ Scythice uocatur, circa Bœotiam nascens, prædulcis. Idem lib.26.cap.5, Pencedani succus pectoris doloribus, & acorũ subuenit, & ideo antidotis miscetur, tußi dulcem: itẽ Scythica herba. Vide cap.1.lib.27.eiusdẽ.

Scython] onis (σκύθων) Nomen proprium uiri, nescio cuius, quem poetæ fabulantur pro suo arbitrio modò in fœminam sese cõnutasse, modò rursus in uirilem formam redijsse. Ouid.lib.4.Metam.

Quid loquar, ut quondam naturæ iure nouato
Ambiguus fuerit modò uir, modò fœmina Scython?

Scythopolis] Vrbs est in Decapolitana Syriæ regione, nomen habens à Scythis in eam deductis: quum antea à Liberi patris nutrice ibi sepulta, Nysa diceretur. Plin.lib.5.cap.18. σκυθόπολις: Scytopolis, non aspiratũ uerbũ, Libyæ oppidũ est, ut ex Polybij storis sentẽtia tradit Stephanus: σκυτόπολις.

Scythotauri] σκυθόταυροι, Populi Scythiæ Tauricæ regionis iuga incolentes, qui ut Solinus refert, pro hostijs aduenas cædere cõsueuerunt. Meminit horũ et Plinius lib.4.cap.12.

Scyrinum] uinum, cuius (cum ex herba fieret) obliterata ratio est. Plinius lib.14.cap.16.

S E

Se] è, Pronomen accusatiui casus, à sui. Vide Sui.

Se, Præpositio, semper composita inuenitur: fit, ut quibusdam placet, à semis, quòd separationem facit: sue à secus. Modò uim separatiuam habet, ut Separo, seduco: modò abnegatiuam, ut Securus.

Se, particula, interdum ualet dimidium: ut in Selibra, Semodio, Semuncia.

Sebaste] σεβαστὸ, Vrbs Iudææ, antè Samaria dicta, quam Herodes in honorem Augusti, Sebastum appellauit. Author Strab.lib.16. Meminit huius Plin.lib.5.cap.13.

¶ Sebasteni, Sebastenorum: sunt Samaritani, à Sebasta, id est, Augusta ciuitate Iudææ extremæ. Eorum Meminit Iurisconsultus Scæuola in tit. de annuis legatis, in P.

Sebastia] σεβαστία, oppidum in Colopena Cappadotiæ regione: de qua Plinius lib.6.cap.3.

Sebastopolis] pen.corr. (σεβαστόπολις) Ponti Cappadocij urbs, Ptolemæo lib.5.cap.6. Vulgò S.Gregorius.

Sebennitus] σεβέννυτος, Stephano urbs in Aegypto, ubi et palus & amnis sunt cognomines. Vnde præfectura quoq; Sebennytica σεβεννυτικὸς νόμος, & Sebennyticũ Nili ostium, σεβεννυτικὸν στόμα, uocari cõstat: quod in duo alia diuiditur, scilicet in Saiticum & Mandesium. Herodotus lib.2.

Sebethos] pen.prod. (σέβηθος) Fons apud Neapolim, cuius aqua uicatim decurrens, omnes ferè usus Neapolitanis præstat. Stat.1.Syl.2.53,

—& pulchra tumeat Sebethos alumna. Huius & Virgilius & Columella meminerunt: quod quidem nomen sine r litera proculdubio scribendum est (etsi sciam esse qui Seabethrus per r legant) testis est, ut alia omittam, tabella marmorea uetustissima Neapoli in murorũ fundamẽtis reperta, quæ habet, P. Mevius Eutychus Aediculã Restituit Sebetho.

¶ Sebethis, pen.prod. Sebethidis, pen.cor.f.g. (σεβηθὶς) Virg.7.Aeneid.147,

Nec tu carminibus nostris indictus abibis
Oebale, quẽ generasse Telon Sebethide Nympha Fertur.

Sebinus] pen.prod. (σέβινος) Lacus quẽ facit fluuius Lollius apud Sarnicum, uallis Calepinæ oppidũ. Hodie uulgus, ipsum lacum, Isei appellat. Plin.lib.3.cap.19.

Sebritæ]

Sebritæ] *arum* (σεβρίται) *populi Aegypti, Nili insulam incolentes, non procul à Meroe. Sebritæ dicti, quasi aduenæ: eo quòd Psammethicum regem fugientes, in Aethiopiam cõmigrârint. Strabo lib.17.*

Sebum] *sebi* (στέαρ) *Vide* **Seuum.** *Vnde sebo, sebas, sebare. Colum.lib.2.cap.22.2, Verijs autem ritus maiorum etiam il la permittit, fàr pinsere, fàces incidere, candelas sebare. Vbi legitur & seuare.*

Secale] *pen.prod.neut.gen. Frugis genus, quod, inquit Ruellius, Galli detrita una litera seclam uocant. Plin.lib.18.cap. 16.1, Id autem quod secale atq; farrago appellatur, occari tantùm desiderat: Secale Taurini sub Alpibus Asiam uocant, deterrimum, & tantùm ad arcendum famem utile: fœcunda, sed gracili stipula, nigritia triste, sed pondere præcipuum. Admiscetur huic fàr, ut mitiget amaritudinem eius: & tamen sic quoque ingratissimum uentri est. Nascitur qualicunque solo, cum centesimo grano, ipsumq; pro lætamine est.*

Secamentum, Secarius] *Vide* **Seco**, *secas.*

Secedo] *secedis, pen.prod. secessi, secessum* (ἀναχωρέω, ἀποχωρέω, παραχωρέω, ἀφίσταμαι) *secedere, Seorsum ire, uel Seorsum uenire, Retrocedere.*

Trabes ponderè commoto secessere. Stat.12.Thebaid.88.

A' lusu secedere. Propert.lib.1.eleg.10.2.

A' corpore sensus secedent. Catull. Argon. 59.38.

Secedere de uia. Plaut. Curcul.7.2.

Secede huc. Plaut. Capt. 6.25.

Secedere, & secernere se à bonis. Cic.1.in Catil.23.

Secedere in. Liu.7.belli Pun.99, Relicto Asdrubale, secedenti in imminentcis castris eius tumulos, &c.

In hortos uacuos secedere. Ouid.4.Trist.eleg.7.6.

Ad stylum secedere. Quintil.lib.1.cap.12.9.

Secedere, uerbum iudiciale aut senatorium. Senec. epist.116, Antequam incipio secedere, & in aliam partem considere. Translatũ à discessionibus, quæ fiebant in Senatusconsultis.

¶ *Secessio, Verbale* (παραχώρησις, μετοχώρησις) *Cic. pro Muræna, 46, Etenim te inquirere uidebant tristem ipsum: mœstos amicos, oberuersationes, testificationes, seductiones testiũ, secessionem subscriptorum animaduertebant. Budæus Secessionem uerbum crimiosum esse dicit. Id enim est in bello secessio, quod defectionem uocamus. Cicero pro Ligario, Secessionem tu illam existimauisti Cæsar initiò, non bellum. Tacit.lib.16, Secessionem iam id, & partes, etsi idem multi audeant, bellum esse dictabat. Liu. 4.bel.Pun.*

¶ *Secessus, huius secessus* (ἀναχώρησις, ἀφιδρυσις) *Significat modò discessum, modò sinum secretiorum. Virg.2.Aen.33, Est in secessu longo locus.*

Secessus auium. Plin.lib.10.cap.29.1.

Secessus, Locus à turba & tumultu separatus. Plin.epist.13.lib. 2, Ille meus in urbe, ille in secessu contubernalis. id est, In uilla. Et epist.15.lib.3, Petis ut libellos tuos in secessu legam.

Secerno] *secernis, secreui, secretũ, pen.prod.* (κρίνω, διακρίνω) *secernere, Diuidere, separare. Cic.de Amic.78, Secerni autem blandus amicus à uero, & internosci tam potest adhibita diligentia, quàm omnia fucata insimulata à sinceris atq; ueris. Sic, 4.de Finib.116, Itaq; illa nõ dico me expetere, sed legere: nec optare, sed sumere: contraria autem non fugere, sed quasi secernere. Varro 2. de Re rust.cap. 2.10, Arietes quibus sis usurus ad fœturam, bimestri tempore antè secernendum, & largius pabulo explendum.*

Populo secernere aliquem. Horat.1.Carm.ode 1.7.

E' grege secernere. Liu.5.bell.Maced.53.

Dicendi facultatem à maiore, ac magis expetenda uitæ laude secernunt. Quint.lib.2.cap.15.2.

Iniquum secernere iusto. Horat.1.Serm.Satyr.3.23.

Nucleos secernere. Cato cap.10.4, Pilum seminarium unũ, qui nucleos secernat. hoc est, Quo nucleos à putaminibus separet. de fabis enim loquitur.

Publica priuatis secernere. Horat. de Arte, 80.

Res apertas à dubijs secernere. Lucret.lib.4.95.

Voluptatem à bono secernere. Cic.2.de Finib.44.

Est ratio secernundi, seorsumq; uiuendi. Lucret.lib.2.96.

Secernere, pro Seligere. Horat. Epid.16.13,

Iuppiter illa piæ secreuit littora genti.

¶ *Secretus, pen.prod.* (ἐπιλεκτός, κριτός) *Particip. siue Nomen ex participio, Separatus. Cic.2.de Natur. deor.79, Habent igitur suam sphæram stellæ inerrantes ab ætherea coniunctione secretam & liberam.*

Secretus à uoluptate. Cic.2.de Finib.175.

Seiunctum & secretum ab inani. Lucret.lib.1.88.

Secretum, & extra uulgarẽ usum positũ. Quintil.lib.9.cap.3.

Nec singulatim possint secreta uidere. Lucret.lib.4.18.

Consultani secretæ. Id est, Seorsum. Plaut. Bacchid.23.32.

Domi secretus animum aduersus suprema firmabat. Tacitus.

Stridere secreta diuisos aure susurros. Horat.2. Serm.Satyr.8.

Colloquium secretum. Plin. de Viris illust.28. (16.

Cubilia secreta. Ouid.1.Fast.86.

Domus secreta. Virg.2.Aeneid.66.

Iter secretum. Horat.1.epist.22.

Locus secretus & Celebris, contrarij. Cic.2.de Legibus, Loco publico priuatóne, celebri an secreto, aliena ciuitate an tua, in castris an fòro dicas, interest plurimum.

Loca secreta petere. Horat. de Arte, 60.

Secretissimæ pabulationes, lõgissimè remotæ. Colum.lib.9.cap.

Studia secreta. Quint.lib.2.cap.18.3. (4.1

Quæstus secreti. Tacit.lib.3.

Secretum, pen.prod. pro Secessu. Plin.epist.1.lib.3, Quàm pulchrum illud, quàm dulce secretum, quantum ibi antiquitatis.

Venire in secreta. Ouid.13.Metam.113.

Facere secretum. Quint.lib.10.cap.3.

Stylus secreto gaudet. Quint.lib.10.cap.7.

Secretum (ἀπόῤῥητον) *pro Re secreta, & separata, quam nulli cõmunicauimus, eamq; apud nos tacitâ seruamus. Quintil.lib.11.cap.1, Profert enim mores plerunq; oratio, & animi secreta detegit. Ouid.2.Metam.112,*

Et legem dederat sua ne secreta uiderent.

Mentis secreta ore confuso exerit. Senec. Herc. Oetæo, 4.5.

Est mihi libertas tecum secreta loquendi. Ouid.9.Metam.113.

Occũlere secretum. Senec. Hippol.7.6.

¶ *Secretio, Verbale* (ἀπόκρισις) *Cic.1.Tusc.112, Est enim interitus quasi discessus & secretio, ac diremptus earum partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur.*

¶ *Secretò, penult. prod.* (ἰδίᾳ, κατ' ἰδίαν) *Aduerb. Sine arbitris. Cic. Attic. lib.7.128. 3. Vnà Formias uenimus, & ab hora octaua ad Vesperum secretò collocuti sumus. Idẽ Gallo, lib. 7.26.3, Secretò hoc audi, tecum habeto, ne Apellæ quidem liberto tuo dixeris. Item 6. Verr.89, Ex his quæritur secretò in curia quid esset actum.*

Loqui cum aliquo secretò. Horat.1. Serm. Satyr.9.14.

Secretò narrare. Cælius ad Ciceronem, lib.8.1.10, Inter paucos quos tu nosti, palàm secretò narrantur.

Secretò rogare. Plin.epist.1.lib.3.

Secretò occidere filium. Quint.lib.9.cap.2.

Secretò ab alijs coquere consilia. Liu.3.ab Vrbe, 147.

¶ *Secretius, Separatius* (ἰδιαίτερον) *Colum.lib.11.cap.2.19, His diebus commodè instruuntur horti, de quibus suo loco dicam secretius.*

¶ *Secretarium, rij, rio, Aula in qua iudices conueniunt, & ius redditur, ſerè eo sensu quo auditorium, id est, audiendarum litium locus, in l.lecta. si certum petat. in P.lib.12.tit.1. Secretarij sæpe habetur mentio in C. Theod. Hinc deduci putem uerbum Secretarius, quo in summis confessibus pro Scriba in Gallijs, non illepidè abutimur: quia in Secretario decreta excipiat, uulgò non communicanda.*

Secessita] *secessitæ, pen.corr. Culter ferreus oblongus, manubrio eburneo, rotundo, solido, iuncto ad capulum argẽto auroq; fixo clauis æneis, ære Cyprio, quo Flamines & Flamminicæ uirgines Pontificesq; ad Sacrificia utebantur: à secando dicta. Sueton. in Tib. Nam & inter Pontifices sacri ficanti simul pro secessita plumbeum cultrum subijciendum curauit. Festus. Secessitã alij securim, alij dolabram æneam, alij cultellum putant.*

Secessio, Secessus] *Vide* **Secedo.**

Secium] *Libum est, quod secessita secabatur. Festus.*

Secius] *Aduerb.* (ἧττον) *Perottus putat è Secus comparatiũ esse, & aliquãdo pro secus, id est, Propè poni. Festus à Serò.*

Nihilo secius. Vide **Nihilum.**

Secius, Minus. Apuleius, Nec eo secius approbabitur tibi nunc etiam firmitas animi mei. Virg.2.Georg.56.

Interea toto non secius aere ningit. Virg.3.Georg.74.

Secius, Tardius. Accius, Si fortè paulo, quàm uentum secius. Festus citans ista Accij uerba, à Serò dicit derivari, indicans simul geminam esse lectionem hoc loco, Seruius.

Secludo] *secludis, secludi, seclusum, pen.prod.* (κλείω) *secludere, Seorsum claudere. Cic.1.Tusc.114, Num qui se humanis uitijs cõtaminassent, & se totos libidinibus dedissent, &c. id est, clausum. Propert. lib.1.eleg.19.6,*

Ille sub extrema pendens secluditur ala.

Aliquam inter similes puellas secludere. Stat 1. Achil.72.

Nemus secludsum in ualle reducta. Virg.6.Aen.141.

A' communi luce secludsum. Cic.6.Verr.19.

Secludere, Excludere. Virg.1.Aen.114,

Soluite corde metum Teucri, secludite curas.

Vitam corpore secludere. Plaut.

Quid magis in rem est meam, quàm corpore uitam seclusam? id est, Quàm ut me occidam?

¶ *Seclusus, a, um, Secluſa sacra à priscis dicebantur, quæ Græci μυστήρια appellant, ab eo quòd separata ac rursum clausa à nobis propter sanctitatem aliquam esse debeant. Id genus sacra Plinius appellat opertanea, quod in aperto occulta sint, ne oculis profanorum obuia polluantur.*

¶ *Seclusorium, seclusorij* (κλειστήριον) *In quo aliquid seclu ditur. Varro 3.de Re rust. cap.5.4, Quum opus sunt ex hoc auiario ut sumãtur idoneæ, excludũtur in minusculum auiarium, quod est coniunctum cum maiore ostio & lumine illis striore, quod seclusorium appellant.*

Seco] *secas, secui, sectum* (τέμνω, τάμω, πρίσω, διακόπτω, διαπρίσω) *secare, Excidere. Colum.lib.2. Quum seueris autẽ herbam medicam, sæpius eam rigato. Cicero, Id totum secuit in duas partes.*

In frusta secare. Virg.1.Aen.43.

Infinitè secare. Virg.1.Aen.43.

Infinitè secare atq; diuidere. Vide **Infinitus.**

Capillos secare. Martial.lib.5.49. Cic. 2. Tusc.61, Secare uarices alicui.

Dispositam congeriem Deus secuit. Ouid.1.Metam.7.

Hirsuti uepres secant corpora. Virg.3.Georg.99.

Crinem secare. Virg.4.Aen.141.

Culta pinguia secare. Virg.8.Aen.13.

Herbas secare. Virg.3.Georg.26.

Marmora secanda. Horat.2.Carm.ode 19.4.

Membra alicuius secare, Execrare aliquem. Ouid. in Ibin, 55.

Pabulum secare. Cæsar 7.bell.Gall.49.

Glacies secat teneras plantas. Virg.10.eclog.10.

Terga secare uerbere intorto. Tibul.lib.1.eleg.9.5.

Viam secare. Virg.6. Aeneid.180, Illo uiam secat ad naues. id est, tenet, ut ait Seruius.

Aequora ultima secare fuga. Virg.5.Aen.44.

Aethera pennis secare. Virg.1.Georg.82.

Campos salis ære secare, Secare mare nauibus æratis. Virg.10. Aeneid.43.

Ventos secare. Virg.4.Aeneid 52.

Spem secare. Virg.10.Aeneid.22,

Quæcunq; est fortuna hodie, quam quisque secat spem.

Vbi Seruius, Secat, sequitur, tenet, habet: ut, Ille uiam secat ad naues. Vnde & Sectas dicimus, habitus animorum, & instituta philosophica circa disciplinam.

Magnæ lites secantur bono uiro iudice. Horat.1.epist.17.9.

Exors secandi cos. Horat. de Arte, 62.

¶ *Sectus, Particip.* (πεπρισμένος) *Cicer.2. Tusc.91, At uerò C. Marius rusticanus uir, sed planè uir, quum secaretur, ut sæpè dixi, principiò uetuit se alligari, nec quisquam ante Marium solutus dicitur esse sectus.*

Annus sectus. Stat.8.Thebaid.13.

Capilli secti. Ouid.3.Amor.eleg.1.4.

Compita secta, in multas uias. Ouid.3.Amor.eleg.1.4.

Corpus sectum. Horat.4.Carmode 5.13.

Scrupulosè in partes secta diuisio. Quint.lib.4.cap.5.5.

Herbæ sectæ. Horat.2. Serm. Satyr.4.14.

Arboribus positis sẽto uia limite quadret. Virg.2.Georg.56.

Pellis secta. Ouid.2.Fast.7.

Vnguis sectus. Horat.1.epist.1.21.

¶ *Secaturus, pen.prod.* (τμήσων) *pro Secturus. Colum.lib.5. cap.9, Supra quam ramum secaturus es.*

¶ *Secamentum, secamenti* (τμήματα) *Quod secando diuiditur. Plin.lib.16.cap.10.5, Piceæ ad fissiles scandulis cupasq;, & pauca alia secamenta.*

¶ *Secarius, Adiect.* (τμησματικὸς) *In quo secamenta uel segmenta ponuntur. Cato cap.11.3, Villicum habere oportet, sportas secarias tres, molas asinarias tres, trusatiles unas. Vetus exemplar habet, fœcarias.*

¶ *Sectio, sectionis* (τόμος, τομή) *Verbale, Concisio dicitur. Plinius libro 25. capite 7, Bibitur & contra serpentes, & ante sectiones, punctionesq;, ne sentiantur.*

In infinitum sectio. Quint.lib.1.cap.10.36.

Sectio, Media uel altqua pars bonorum, siue omnia quibus quis multatur. Cic.2.Philip.75, Expectãtibus omnibus quisnam esset tam impius, tam demens, tam dijs hominibusq; hostis, qui ad illud scelus sectionis auderet accedere, inuentus est nemo præter Antonium, præsertim quum tot essent circa hastam illam qui alia omnia auderent. Cic.1.de Inuent.95, Hoc commodè reprehenditur, si dici possit ex hostibus equus esse captus, cuius præde sectione uenierit.

Sectio, bona ipsa confiscata quæ uocant. Tacitus, Reliquias sectionum. Neronianarum nondum in fiscum conuersas reuocatis ab exilio concessit. Cæsar 2. bell. Gall. 348, Postridie eius diei refractis portis quum iam defenderet nemo, atq; intromissis militibus nostris, sectionem eius oppidi uniuersam Cæsar uendidit. id est, Bona oppidi uendidit sub hasta.

¶ *Sector, sectoris, m.gen.* (τομεύς, πρίστης) *Asconius, Sectores dicti sunt, qui spem lucri sui secuti bona condemnatorum semel auctionabantur, proq; his pecunias pensitabant singulis, ac in posterum pro compendio suo singula quæque pecunia populo uẽdituri. Vnde à Cicerone 2. Philipp. 75, Antonius sector Pompeij appellatur, quoniam in subhastatione bona Cn. Pompeij redemerat. Idem pro Rosc. Amer. 49,*

Nescimus

Nescimus per ista tempora eosdem ferè sectores fuisse collorum & bonorum? Valla lib.1.cap.2. Sector significat eum accusatorem qui ex damnatione accusati dimidium bonorum expectat illius, aut certè aliquam partem. Plautus Trinum.13.18. —mira sunt,
Ni illic homo est, aut dormitator, aut sector zonatus. Budæus dicit propriè eos appellari posse sectores, qui delationibus faciendis confiscationes à principibus impetrant, ut homines interdum insontes fortunis omnibus euertant. Cic. pro Rosc. Amer. 49, Nónne cogitas te à sectoribus huc adductum esse? Et 2. Philipp. 58, Et cuius uiri nomine me insectari audies, cuius me amicum, te sectorem esse fateare? Sic 3. Verr. 41.

Populis sui fautoris sector. Lucan. lib.1.36.

¶Sectrix, Verbale. Plin. lib.36.cap.15.16, Vnde enim illi uitricus Sylla, & Metella mater, proscriptionum sectrix?

¶Sectura, secturæ, penult. prod. (τμῆσις) Plinius libro 17. cap. 17.3, Vt sectura inferior ponatur semper. Idem libro 37.capite 8.5.

Secturæ ærariæ. Cæsar 3.bell. Gall. illi aliàs eruptione tentatâ, aliàs cuniculis ad aggerem uineasq; actis, cuius rei longè peritissimi sunt Aquitani, propterea quòd multis locis apud eos æreriæ secturæ sunt. Videtur pro fodinis accipere.

¶Sectilis, & hoc sectile, pen. corr. (τμητὸς) Quod sectum est, aut excidi potest: uel potius quod in nostros usus secari solet: ut Sectile porrum, id est, sectum, & sua sponte concisum, ut ait Valla lib. 1. Iuuen. Satyr. 3.29. Plinius libro 16. cap. 39.7, Medulla sectilis.

Ebur sectile. Ouid. de medicamine faciei, 2.

Sectiles lamiнæ, Sectæ. Plin. lib.16.cap.43.1. Suet. in Cæsare, Sectilia uocat pauimenta, quæ modicis sectionum interuallis distincta sunt.

Sectilis, pro Sectibilis, quod facilè secari potest. Plin. libro 16. cap. 43. 2, Durabilia ac sectilia, quæ modicè humida. Ibid. 5, Dat & alnus tuber sectile, sicut cedrus aceráq;.

¶Sectiuus, pen. prod. Adiect. Idem: ut, Sectiuum porrum, quòd folia eius sæpius secantur, ut profundius crescat. Colum. lib. 12.cap.3.2.4. Apud Martialem titulus est porri sectiui, libro 13.18. Plin. lib.19.cap.10, Sectiui duo genera.

¶Semen, seminis, pen. corr. n.g. à secando, quasi secamen dictu, Cing mutato. Plin. lib.13.cap.12.3, Seminibus utrinq; amputatis. Gell. lib. 16.cap. 15, Vnguium Dialis & capilli segmina subter arborem felicem terra operiuntur.

¶Segmentum, segmenti, Idem (τμῆσις, ἀποτομή) Plin. lib.36. cap.6.9, Crassior arena laxioribus segmentis terit, & plus erodit marmoris.

Segmẽta, etiã incisuræ & uirgulæ sectæ ex gẽmis & unionibus.

Segmenta (κλάσματα) dicuntur partes, & ut ita dicam, membra mundi, in quæ uniuersa terra digeritur. Plin. lib. 6.cap. 33.7, Plura sunt autem hæc segmenta mundi, quæ nostri circulos appellauêre, Græci parallelos. Idem, Quod superest terrarum, tribus assignatur segmentis.

Segmẽtum, Ornamentum colli, quod monile uocatur: sic dictũ, quòd ex segmentis fieri consueuit, id est, ex bracteolis argenteis, aureis ue. Valer. Max. lib. 5.ca.2, In Curiolani mẽtione, Senatus matronarum ordinem benignissimis decretis adornauit. Sanxit nanq;, &c. Permisit quoq; his purpurea uestes, & aureis uti segmentis. Iuuen. Satyr. 2.13,
Segmenta & longos habitus, et flammea sumit. Sunt tamẽ quæ ibi segmenta interpretentur fasciolas, quæ in ordine uestis extrema parte assutæ, iunctæq; ornamento sint indumentis muliebribus, uel quibus noua nupta amicitur, ut ait Probus. Alij accipiunt pro margaritis & murenulis, hoc est torquibus. Ouid. 3. de Arte, 34. Quid de ueste loquar? non iam segmenta requiro.

¶Segmentatus, pen. prod. Adiect. Segmentatæ uestes, dicuntur purpureæ, bracteolis argenteis, aureisq; depictæ. Plautus,
Quam pulchrè segmentatam uestem. Mart. lib. 6.74.

Segmentatum, Quicquid ex tenuissimis segmentis uermiculatim compositum est, etiam si segmenta lignea sint. Iuuen. Satyr. 6.9, Et segmentatis dormisset paruula cunis, id est, uermiculato emblemate pictis, uel præseminibus, id est tenuissimis ligneis ramentis, ac uersicoloribus depictis.

Secors] secordis. Vide Socors.

¶Secordia, secordiæ (ἀνοησία) Componitur ex Si, quod est sine, & Corde, ut ait Festus. Secordiam (inquit diem) quidam pro ignaula posuerunt. Cato pro stultitia posuit. Plaut. Pœn. 4.95, Nimia nos Secordia hodie tenuit. Vide Socordia, in Socors.

Cæca ac sopita secordia. Quint. lib.1.cap.2.5.

Secretarium, Secreto, Secretus] Vide Secerno.

Sectarius, Secta, Sectator] Vide Sequor.

Sectilis] Vide Seco, secas.

Sectio, Sector, Sectoris, Sectus] Vide Secò, secas.

Sector, sectaris] Vide Sequor.

Secubo] secubas, pen. cor. secubui, secubitũ, pen. corr. (ἀπαλοιτῶ) seculare, Separatim siue seorsum cubare. Propert. lib. 2.eleg. 26.1, Miles depositis annosus secubat armis. Liu. 9.bell. Maced. 35, Per iocum adolescens uetat eam mirari, si per aliquot noctes secubuisset. Suet. in Tib. Cæsare, cap. 7, Cum Iulia primò concorditer & amore mutuo uixit: mox dissedit, & aliquanto grauius, ut etiam perpetuò secubaret.

In uacuo toro secubare. Ouid. 3. Amor. eleg. 8.7.

A papillis alicuius secubare. Catul. in Epith. Iuliæ, 21.

¶Secubitus, huius secubitus, pen. corr. (ἀπολοιτησις) ut, Puellæ secubitus. Catul. Argon. 59.76.

Tristes secubitus ferre. Ouid. 3. Amor. eleg. 9.9.

Secula] seculæ, pen. corr. (ἀφτάριον) Falx à Secando dicta, ut ait Varro de Lingua Latina, lib. 4. Hac utitur quisq; pratis herbas secant.

Seculum] seculi, pen. corr. siue Seclum (αἰὼν) Spaciũ centum annorum, inquit Festus. Vnde Carmen seculare Horatij, in quo scribuntur sacrificia, quæ centesimo quoq; anno fiebant. Liu. lib. 1. ab Vrbe condita, scribit Pompilium ante Pythagorã ducentis fermè annis fuisse. Vnde Cic. 2. de Orat. 84, Ex quo etiam quidam Numã Pompilium regem nostrũ fuisse Pythagoreũ ferũt, qui annis permultis antè fuit quàm ipse Pythagoras: quo etiam maior uir habendus est, quam illam sapientiam constituendæ ciuitatis, duobus propè seculis antè cognouit, quàm eam Græci natam esse senserunt.

Seculum. Spacium XXX. annorum nonnulli dici putant. Seruius in illud Virgilij 8. Aeneid.
Sed mihi sera gelu, sedisq; effecta senectus.

Seculum, à Sequẽdo: eo quòd sequatur se, atq; in se reuoluatur. Varro à sene deriuat, quòd longissimum spacium senescendorum hominum, id putauerunt.

Seculum, mille annos habere putant alij. Plaut. Milite, 14.86, Quin mille annorum perpetuò uiuunt ab seculo ad seculum.

Tot annis & seculis. Cic. 5. Verr. 16, Verres tot annis atq; adeò seculis inuentus est, qui hæc non commutârit, sed euerterit.

Tot seculis, uel secula. Cic. 6. Verr. 109. Idem 4. Acad. 30.

Multis seclis, siue seculis. Cic. de claris Orat. 37.

In multa secula: id est, diu & in multos annos. Cicero Bruto, libro 11.14.5.

Seculis multis antè gymnasia inuenta sunt, quàm in his philosophi garrire cœperunt. Cic. 2. de Orat. 12.

Aliquos secula, uel seculis. Cic. 6. Verr. 64. Idem de Vniuers. 2, Quum aliquot secula in Italia uiguisset.

Magnus ab integro seclorum nascitur ordo. Virg. 4. eclog. 2.

Postera secla. Lucret. lib. 3.197.

Priora secla scriptorum. Lucret. lib. 3.126.

Serere arbores quæ alteri seculo prosint. Cic. de Senect. 22.

Sempiternis seculorum ætatibus non immutari. Cic. 2. de Natura deorum, 75.

Vitæ uestræ tot secula aguntur. Ouid. 3. Metam. 44.

Proinde licet quotuis uiuẽdo condere secla. Lucret. lib. 3.221.

Senectus effœta seclis. Virg. 8. Aeneid. 102.

Animantum secla breui spacio mutantur. Lucret. lib. 2.16.

Propagare multa secla Reip. Cic. 2. in Catil. 32.

Secla, & posteri. Martial lib. 10.19.

Seculum, pro Tempore sæpe usurpatur: ut seculum sterile effœtum. Plin. epist. 112. b. Cic. in Parad. 64, Etiam ipse fortasse in huius seculi errore uersor. Idem 9. Philip. 265, Huius seculi insolentia.

Aereum seculum. Vide Æs æris.

Aspera tum positis mitescent secula bellis. Virg. 1. Aeneid. 590

Aurea secula. Vide Aurum.

Fœcunda culpæ secula. Horat. 2. Carm. ode. 6.4.

Impia secula. Virg. 1. Georg. 94.

Rude seculum. Quintil. lib. 2. cap. 5.15.

Seculum, siue potius seclum, sæpius Lucret. usurpat pro genere, ut, Serpentia secla, lib. 6.154.

Bucera secla. Lucret. lib. 5. 173. Vide Bucerus, in dictione Bos.

Desperẽt homines, saperent fera secla ferarũ. Lucret. li. 3.151.

Insipiens seclum & infacetum. Catul. in amicam. Form. 40.2.

Et muliebre oritur patrio de semine seclũ. Lucret. li. 4.1247.

Et genus humanũ parit omnia secla ferarũ. Lucret. lib. 2.198.

Vt propagando possit procudere secla. Lucret. lib. 5.170.

Efficis ut cupidè generatim secla propagent. Lucret. lib. 1.5.

Multaq; uiuendo uitalia uincere secla. Lucret. lib. 1.41.

¶Secularis & hoc seculare, penult. prod. Quod centesimo quoq; anno instauratur: ut, Ludi seculares apud Romanos. Plin. lib. 7. cap. 48.7.

Secum] μεθ' ἑαυτοῦ, Dictio composita ex ablatiuo Se, pronominis Sui: & præpositione Cum. quasi dicas, Cum se. Cic. Attic. lib. 8.166.5.

Carinis aliquid secum aduehere. Virg. 2. Aeneid. 36.

Habeat secum. Virg. 4. Aeneid. 6.

Secundus] Adiect. (δεύτερος, δεύτατος) Quod sequitur primum: & tam numerum, quàm ordinem denotat. Plaut. Pœnul. 4.108, —primùm salua sis
Prima, & secunda in secundo.

Secundus de tribus. Cic. in Orat. 28.

Secundus alicui re quapiam. Virg. 11. Aeneid.

Nulli uirtute secundus. Silius lib. 7.11.

Forma nulli secunda. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.5.

Secundus à rege. Hirtius 4. bell. Alexand. 274.

Secundus ad. Cic. 3. de Finib. 80, Nemo dicit in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem, sed eos qui in aliquo honore sunt: quorum ordo proximè accedit, ut secundus sit ad regium principatum.

Secundus, pro Pari. Horat. 1. Carm. ode. 12.4,
Vnde nil maius generatur ipso,
Nec uiget quicquam simile, aut secundum.
Proximos illi tamen occupauit
Pallas honores.

Secundis admurmurationibus Senatus illum accusaui. id est, Senatu submissis uerbis assentiente. Cic. Quint. fratri, libro 2.5.5.

Actiones secundæ. Quintil. lib. 4. cap. 1.3.

Amni secundo pars cætera defluit. Virg. 8. Aeneid. 110.

Amni secundo missus defluit aries. Virg. 3. Georg. 90. Defluit, cum aqua scilicet. Seruius.

Amor summè secundus. Lucret. lib. 4.230.

Secundis auibus, Bona fortuna & fœlicitate. Liuius 6. ab Vrbe, 56.

Secunda aura, Grata, aspirans, prospera. Plin. lib. 8. cap. 32.

Secundis auribus aliquid accipere, Beneuolis, clementibus. Liu. Omninne semper quæ magistratus ille dicet, secundis auribus: quæ ad nostrum aliquo dicentur, aduersis accipietis?

Auspicia secunda. Horat. 4. Carm. ode 14.4.

Secundæ autoritatis homo. Plin. lib. 35. cap. 6.4.

Clamor secundus. Virg. 5. Aeneid. 99.

Flectit equos, curruq; uolans dat lora secundo. Virgil. 1. Aen. 33. id est, inquit Seruius, Obsequenti Troianis. Et tractus est sermo à sequentibus seruis, id est, pedisequis secundis. Vnde & secundã fortunam dicimus: quod secundum nos est, id est, prope nos.

Cursus secundos dare. Virg. 3. Aeneid. 92.

Di faciles, & in amore secundi. Ouid. epist. 17.1.

Existimatio secunda, hoc est, fama prospera. Sueton. in Claudio Cæsare, cap. 7.

Exitus secundi. Horat. 4. Carm. ode 14.4.

Fama secunda, Fœlix, prospera. Liu. 7. bel. Pun. 59.

Flumen secundum. Tacit. lib. 21.

Flumine secundo remis augetur cursus euntis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15.6.

Fortuna secunda. Cic. 3. Verr. 26, Si nullam religionem sors habebit, nullam societatem coniunctio secundæ dubiæq; fortunæ nullam autoritatem mores atq; institutâ maiorum.

Aduersa fortuna, & Secunda, contraria. Virgil. 9. Aeneid. 57.

Hæres secundus. Vide Hæres.

Laboribus secundis creuit Romana pubes. Horatius 4. Carm. ode 4. 9.

Loco secundo. Cic. pro Cecin. 17, Maximè fuit optandum Cecinnæ recuperatores, ut controuersiæ nihil haberet: secundo loco, ut ne cũ tam improbo homine: tertio, ut cum tam stulto haberet.

Secundus in dicendo locus. Cic. Attico, lib. 2.8.4.

Mare secundum. Tacit. lib. 20.

Mensa secunda. Vide Mensa. Cic. Attic. lib. 14. 304. 3, Hæc ad te scripsi, apposita secunda mensa. Idem Tironi, lib. 16. 21.16. Virg. 2. Georg. 21.
Non ego te dijs, & mensis accepta secundis
Transferim Rhodia.

Notæ secundæ uites, hoc est, Bonitatis præstantiæ. Columel. lib. 3. cap. 2.11.

Numinibus secundis euenire. Tacit. lib. 15, Vt ipse prouidum potius, & secundis numinibus euenire.

Omine secundo ire. Horat. 3. Carm. ode 11.10.

Oratio secunda, Grata, plausibilis. Sallust. in Iugurth.

Panis secundus, Idem quod Secundarius. Horat. 2. epist. 1.25,
—uiuit siliquis, & pane secundo.

Partes tractare secundas, Tragœdiæ scilicet. Horat. 1. epist. 19.3.

Partium esse secundarum. Cic. 1. Verr. 26. Vide Pars.

Plausuq; uolat, fremituq; secundo. Virg. 5. Aeneid. 68.

Populo secundo aliquid facere, Fauente, non repugnante. Cic. 2. Tuscul. 6.

Prælium secundum. Tacit. lib. 20, Secundum prælium fecit.

Res secundæ, Prosperæ, ex animo succedentes. Dictæ (ut ait Festus) non à numero, sed quia ut uelimus sequantur. Cicero de Amicitia, 22, Nam & secundas res splendidiores facit amicitia, & aduersas partiens, communicansq; le-

 niores,

uiores. Terent. Andr. 5.6.11,
Age, me in tuis secundis rebus respice.
Horat. 1. epist. 10.6,
Quem res plus nimio delectauêre secundæ.
Secundæ res de. Terent. Heaut. 2.2.1,
Si mihi seciidæ res de amore meo essent, iamdudũ scio Venissent.
Rumor secundus. Horat. 1. epist. 10.2.
Secundas agere, pro Assentiri alicui. Senec. de Ira, 3, Optimum iudicauit quicquid dixisset sequi, & secundas agere.
Ergo iter incœptum celerant rumore secundo. Virgil. 8. Aeneid. 18.
Tempestas secunda. Tacit. in uita Agricolæ.
Tempora secunda. Horat. 4. Carm. ode 9. 8.
Ventus secundus, Prosper, gratus. Plaut. Merc. 2. 2. 34,
Hic uentus nunc secundus est, cape modò uorsoriam.
Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 13, Quid si etiam Cæsarem, cuius nunc uenti ualde sunt secundi, reddo meliorem? Hic per translationem. Idem 3. de Natur. deor. 119, Isq; quum secundissimo uento cursum teneret, ridens, Videtis' ne, inquit, amici quàm bona à dijs immortalibus nauigatio sacrilegis detur?
Vela intendere uentis secundis. Virg. 3. Aeneid. 137.
Secunda iræ uerba, pro Apta & congruentia. Liuius ab Vrbe, lib. 2. 158.
Secunda uoluntate hominum, &c. Dicitur & Secunda in aliquem uoluntas. Cæsar 2. bell. Ciuil. Tanta ac tam secunda in Cæsarem uoluntas prouinciæ reperiebatur.
Vires secundæ. Virg. 2. Aeneid. 124.
Voluntate secunda hominum. Cassius ad Ciceronem, libro 15. 19. 2.
Secundior, Comparat. Suet. in Iulio, cap. 2, Reliqua militia secundiore fama fuit. id est, fœliciore, & magis prospera seu meliore.
¶ *Secundum (ἐγγὺς, μετὰ, ἀγχοῦ)* Præpositio accusatiuo casui seruiens, pro uxta siue prope. *nam quod secundo loco positum est, prope est. Seruius Sulpitius ad Ciceronem, lib. 4. 12. 5, Duo uulnera accepisse, unũ in stomacho, alterum in capite secundum aurem. Plaut. Rud. 4. 61,*
—quid illuc est Scepario
Hominum secundum litius?
Cic. ad Atticum, lib. 8. 16. 2. Et si secundum mare ad me ire cœpisset, confestim in Samnium ad me uenturum.
Secundum, Post. Plaut. Capt. 5. 4. 5,
Nam secundum patrem tu es pater proximus.
Cic. 2. Offic. 15, Proximè autem & secundum deos, homines hominibus maximè utiles esse possunt. Liu. 8. bell. Pun. 47. Cic. 3. Verr. 73. Appellat hæredem L. Annium, qui erat institutus secundum filiam.
Secundum hunc diem, Cras. Cic. 1. de Orat. 138, Hoc facilius nobis expones ea, quæ abs te de officijs, præceptisq; oratoris quæsita sunt: sed opinor secundum hunc diem: Satis enim multa à nobis hodie dicta sunt.
Secundum fratrem illis plurimum tribuebat. Cic. 4. Acad. 25.
Secundum ea quæro, seruaris' ne in eo fidem, id est, Posteà, uel præter hæc. Cic. in Vatinium, 11.
Secundum & Ante, contraria. Cic. 2. Verr. 21, Tua ratio est, ut secundum bimos ludos mihi respondere incipias: mea, ut ante primos ludos comperendinem.
Secundum te nihil est mihi amicius solitudine. Cicero Attico, libro 2. 24. 1.
Secundum, Pro. ut. Secundum te litem do. id est, Pro te. Secundum me iudica: Pro me. Sueton. in Claud. Cæsare, cap. 15, Absentibus secundum præsentes dabat. Cic. 4. Verr.
28, Vtatur instituto suo, ne cogat ante horam decimam de absente secundum præsentem iudicare. Vlpianus, Et post edictũ secundũ præsentem iudicabitur ac si præsens esset.
Secundum causam multa disputare. Cic. Attic. lib. 4. 7. 1. 5.
Secundum se decreuit. Cic. Attic. lib. 4. 7. 1. 4.
Secundum Buthrotios iudicauit. Cic. Attic. lib. 12. 34. 3. 3.
Secundum, In. Cic. 1. de Diuin. 87, Quumq; solidam inuenisset, statuisseq; tollere: ei secundum quietem uisam esse unonem: prædicere ne id faceret.
Secundum quod posibile est. Paulus in l. 1. ff. de fundo dotal,
Secundum, alio modo. Terent. Eunuch. 5. 9 60,
—postquam eis mores ostendi tuos,
& collaudaui secundum facta & uirtutes tuas,
Impetraui.
Liu. 10. bell. Pun. 14. 7, Dij testis sunt: qui & illius belli exitum secundum ius fasq; dederunt.
Secundum arbitrium tuum: pro, Ad arbitrium tuum. Cic. 7. Verr. 129.
Iudicare secundum aliquem. Cic. pro Roscio Comœdo, 2.
Secundum, Super. Sallustius in Iugurth. Secundum ea uti deliberetis.
Secundum Platonem: id est, Iuxta Platonis sententiam.
¶ *Secundò, Aduerbium (δεύτερον)* Secundò Consul. &, Secundò cum nouercam: id est, bis. Cicero, Semel hominem allocutus fueram: an secundò mihi redeundum esset, ignorabam.
¶ *Secundæ, secundarũ, tantùm pluraliter (ὑστέρα)* Membrana illa qua partus obuolutus utero prodit, quæ & secundina uocatur. Dictæ secundæ, quòd nascentem infantem sequantur. Plin. lib. 20. cap. 9. 10, Brassicæ succus contrà ardorem febrium & stomachi uitia, utilissimè imponitur, & ad secundas. Idem lib. 20. cap. 13. 12, Fœminarum etiam purgationes, secundasq;, etiam emortuos partus, ut Hippocrati uidetur, ex uino dulci nigro pota.
¶ *Secundarius, Adiectiuum (δευτέριος)* Quasi secundi ordinis. ut, Panis secundarius. Suet. in Augusto, cap. 76. Plin. libro 18. cap. 9. 1, Præterea floris semodium, & cibarij, quod secundarium uocãt. sextarios quatuor, sursuris sextarios quatuor. Sic Secundarium minium, apud eundem lib. 33. cap. 7. 8.
Secundarius, Secundæ classis. Cic. de claris Orat. 131, Quod idem faciebat Q. Arrius, qui fuit M. Crassi quasi secundarius. id est, secũdæ, & à Crassio proximæ classis. Budæus.
Secundarium, pro Proximum, uel Secundum. Cic. 2. de inuent. 137, In hoc autem loco, caput illud erit accusatori, si demonstrare poterit, alij nemini causam fuisse faciendi secundarium, si tantam, aut tam idoneam nemini.
¶ *Secundarius (δευτεραγωνίστης)* Actor secundarum partium. Cicero metaphoricè usus est in Bruto, Quod idem faciebat, inquit Q. Arrius, qui fuit M. Crassi quasi secundarius. Alij interpretantur, secundæ classis. Sunt qui legant, secundarum: subaudiuntq;, partiũ. Alij, secundanus: nec desunt qui secundator legendum putent.
¶ *Secundanus, penult. prod. Adiect. (δευτεραῖος)* Plin. lib. 3. cap. 4. 5, In mediterraneo colonia Arelate sextanorum, Bliteræ septimanorum, Arausio secundanorum. hoc est, secundæ legionis uel cohortis militum. Liuius 4. bell. Maced. 176, Dum repetunt enixè signum, priores secundani se porta eiecere.
Secundani milites. Liu. 4. bell. Maced. 63.
¶ *Secundo, secundas (ὑπερτίθημι)* secundare, pen. prod. Prosperum reddere. Propert. lib. 3. eleg. 21. 3,
Iam liquidum nautis aura secundat iter.
Virg. 7. Aeneid. 52, —di nostra incœpta secundent.

Aura blanda secundat aquas. Ouid. epist. 13. 28.
Visus secundare, & omen leuare. Virg. 3. Aeneid. 8.
Deus secundet uotum nostrum. Senec. Here. fur. 9. 6.
Secundare, in melius conuertere, uel obsequi, ut ait Donatus.
Terent. Adelph. 5. 9. 37,
Hæc reprehendere & corrigere me, & secundare in loco.
Quædam exemplaria hoc loco legunt, Obsecundare.
¶ *Secundans, Participium (εὐπαρασχών)* ut, Vento secundante. *Tacit. lib. 2. Ex Philostrato.*
Secundus] *Philosophus fuit Athenien sis, quem aliqui Epithyrum uocant, quòd Architecti filius fuerit, multæ quidem doctrinæ, mediocris eloquentiæ, æqualis æmulusq; Herodis Attici: qui illud Hesiodi eleganti mutatione in eum cauillatus est,*
Figulus æqualem exagitat, tu Rhetora tecton.
Nihilominus tamen senem postea mortuum & epicedio & lachrymis honorãrit. Ex Philostrato. ¶ *Secundus alter Tridentinus, uir sanctus, Agiulphi regis Longobardorum tempore, scripsit breuiter Longobardorum historiam. Author Paulus Foroiulien sis.* ¶ *Fuit etiam hoc illustris Veronensis familiæ cognomen, ex qua fuit Plinius Secundus, Naturalis historiæ scriptor.*
Securidaca] *Herba est ciceris silijs pusilla, foliculos habens corniculorum modo aduncos, & in his semen rusum, securiculæ ancipitis figura: à quo argumento & nomen inuenit, πελέκινος. Nascitur in hordeo & tritico, quæ & amplexu suo nos raro enecat. Alio nomine hedysarum dicitur. Apud Gallos uaria fortitur nomina: alijs fabam lupinam, alijs erbum, alijs granum appellantibus.*
¶ *Securidaca, Nomen est in Latinis scriptoribus non rarum. Turnebus tamen istam nominis formam nõ agnoscit, cùm præsertim Græcè πελεκῖνος à securi uocetur, & à securitate nomen oriri non possit. Ex eo fit, ut contra fidem omnium librorum securiclatam scribi debere contendat, id est, securiculatam, à securicula. Hæc ille.*
Securis] *huius. Securis, pen. prod. fœm. gen. (πέλεκυς, πέλεκυν, πελέκεως)* Instrumentum ad secanda ligna, quasi semiquiris, ut ait Seruius. *Sabini enim quirim hastam appellabant. Virg. 11. Aeneid. 132,*
—eratam quatiens Tarpeia securim.
Cic. 3. Verr. 4, Agunt cum præcipitem pœnæ ciuium Romanorum, quos partim securi percussit, partim in uincula necauit.
Acies securium. Vide Acies.
Anceps securis. Ouid. 8. Metam. 80.
Curuæ secures. Virg. 7. Aeneid. 37.
Ex adamante ficta securis. Ouid. 3. Fast. 161.
Hebetes secures. Iuuen. Satyr. 8. 14.
Impacta securis cædit rotas bigarum. Iuuen. Satyr. 10 6.
Laurigeræ secures. Claud. 7. Paneg. 3.
Pacificæ secures. Lucan. lib. 7. 13.
Sæuæ secures. Virg. 6. Aeneid. 164.
Validæ securis. Virg. 11 Aeneid. 140.
Cedere securi Virg 3. Georg. 73.
Rara securis cò fertur. id est, Eò rarò uenitur cædendorum lignorum gratia. Horat. 1. Serm. Satyr. 7. 6.
Securi cernices subijcere. Cic. in Pisonem, 66.
Infligere securim, uel injcere, dicuntur qui uehementer lædunt, ac uulnerant. Cic. pro Murœna, 4. 6, Sed tamen Serui, quam te securim putas iniecisse petitioni tuæ, quum tu populum Rom. in eum metum adduxisti ut pertimesceret, &c. Atq; mihi paulò superius, quod hi securim dixit, uelut exponens appellat plagam: Atq; ex omnibus illa plaga est iniecta petitioni tuæ, non tacente me maxima. Item pro Plancio, 37, Grauiorem potuerunt Reip. infligere securim. Idem ad Q. fratrem, lib. 2. 13. 1, Tenediorum igitur libertas, securi Tenedia præcisa est. Et Demosthenes Phocionem appellare solet suorum argumentorum securim. Omnia tela in patriam intenta, dixit Cic. de Prouincijs Consul. 18. Erasmus.
¶ *Securicula. securiculæ, pen. corr. (πελέκιον)* Diminutiuũ. *Plin. lib. 18. cap. 19. 3, Securiculam instituam pendere, qua intercidantur radices.*
¶ *Securicla, securiclæ, ligneum retinaculum; quod etiam fiscus, subscusq; dicitur, quo duo ligna tenacissimè inter se uinciuntur. Vnde securiclati cardines, apud Vitruuium lib. 10. Nostri, (ut arbitror) hirundinum caudas appellant. Budæus.*
¶ *Securicula (πελεκῖνος)* in fabrica ballistæ apud Vitruuium. *ea est, quæ inclusa & insita, operitur thelonij puluino. Turnebus.*
¶ *Securifer, penult. corr. Adiect. (πελεκυφόρος)* Qui fert securum: ut, Pyragmon securifer. *Ouid. 12. Metam. 92.*
¶ *Securiger, pen. corr. (πελεκυφόρος)* Aliud adiectiuũ. Idem.
Caternæ securigeræ. Valer. 5. Argon. 28.
Dextra securigera. Silius lib. 16. 10.
Puellæ securigeræ. Ouid. epist. 4. 24.
Securus] *pen. prod. Adiect. (ἀσφαλὴς, ἀδεὴς, ἀκίνδυνος, ἀκέραιος, ἔγκυκλος, ἄφροντις)* Qui sine cura est, quasi seorsum à cura. *Plin. epist. 14. libro 3, Vides quot periculis, quot contumelijs, quot ludibrijs simus obnoxij: nec est quod quisquã possit esse securus, quia sit remissus ac mitis.*
Securus à metu somnus. Plin. lib. 28. cap. 9. 25.
Securus ab afflatu. Plin. lib. 12. cap. 1. 7. id est, Nullum afflatum timens sibi.
Securus de bello. Liu. 6. bell. Maced. 156.
Reddere securum. Plancus Ciceroni, lib. 10. 24. 18.
Aether terris securior. Ouid. 1. Metam. 31.
Aeuum securum agere. Lucret. lib. 5. 17.
Animi securi homo. Cic. Attico, lib. 12. 26. 6.
Damnum securum. Mart. lib. 1 78.
Puellæ non sinit tibi ire securos dies. Tibullus lib. 1. eleg. 4. 5.
Domus securæ ac patentes. Plin. in Paneg. 106.
Mollia securæ peragebant otia gentes. Ouid. 1. Metam. 21.
Otia secura agere. Virg. 3. Georg. 76.
Somnos securos rumpere. Lucan. lib. 3. 5.
Testamentum securum, Firmum, & de quo nihil est dubitandum. Plin. in Paneg. 68.
Virtus secura. Lucan. lib. 2. 58.
Securus, Dissolutus, sine ulla cura: quem supinum Iurisconsulti uocare solent, id est, socordem, & desidem. Genitiuo iungitur. Quintil. de Tautologia loquens, lib. 8, Hæc enim quanquam non magnopere summis autoribus uitata, interim uitium uideri potest, in quod sæpe etiam incidit Cicero, securus tam paruæ obseruationis. id est, negligens & contemptor. Lucanus lib. 1. 43, de leone loquens,
Per ferrum tanti securus uulneris exit.
Amorum securus. Virg. 10. Aeneid. 65.
Loca casuum secura. Tacit. lib. 17, Non modò iocentia, & plana urbis loca, sed secura huiusmodi casuum impleuit.
Coniugij secura. Valer. 8. Argon. 42.
Decoris securus. Tacit. lib. 19.
Famæ securus. Ouid. 1 Trist. eleg 1. 10.
Virtus secura fortunæ. Claud. 8. Paneg. 1.
Futuri secura. Ouid. 6. Metam. 28.
Odij securus. Tacit. in uita Agricolæ.
Pœnæ securus. Horat. 2. epist. 2. 4.

Potentiæ *securus*. Tacit. lib. 3.
Sui *securus*. Lucan. lib. 2. 49.
Veniæ *securus*. Lucan. lib. 8. 154.
¶ *Securitás*, pen. corr. *securitatis*, fœ. gen. (ἀταραξία, ἄλυπια, ἀμεριμνία, εὐθυμία, ἀφροντιστία) Curæ & anxietati oppositur: estq; animi recta placidaq; constitutio, malorum impendentium cura uacans. Plin. lib. 9. cap. 47. Certissima est securitas, uidisse planos pisces: quia nunquam sunt, ubi maleficæ bestiæ. Cic. lib. 5. de Finib. 35, Democriti autem securitas, quæ est animi tanquam tranquillitas, quã appellant εὐθυμίαν. Idem lib. 5. Tuscul. 59, Quì autem illam maximè optatam & expeditam securitatem (securitatem autem nunc appello uacuitatem ægritudinis, in qua uita beata posita est) habere quisquam potest, cui aut adsit, aut adesse posit multitudo malorum?
Infelix *securitas*. Quintil. in Procem. lib. 6. 14.
Inhumana *securitas*. Tacit. lib. 19.
Compositus in *securitatem*. Tacit. lib. 3.
Parére *securitatem*. Quintil. lib. 2. cap. 2. 4.
Præstare *securitatem*. Cato ad Cic. lib. 15. 5. 6, Vale, & nos dilige: & instituto itinere securitatem, diligentiamq; socij & Reipub. præsta.
Vt tranquillitas animi adsit, & *securitas*. Cic. 1. Offic. 99.
Secus] neutri generis nomen (inquit Ela. Sospiter libro 1. Institutionum) unde & Sallustius uirile secus dixit, hoc est, uirilis sexus, quod per omnes casus integra forma declinatur. Fit secus & aduerbium, quod significat aliter: ut mox declarabitur.
¶ *Secus*, ἐγγὺς, Præpositio, accusatiuo iungitur. significat Propè. ut, Secus decursus aquarum seruntur salices.
¶ *Secus*, ἄλλως, Aduerbium, significat Aliter: præsertim quando Non, uel Haud, comites habet. Plaut. Epid. 5. 91,
Vbi erit empta, ut aliquò ex urbe amoueas: nisi quid tua secus
Sententia est.
Cic. in Pison. 54, Rectè an secus, nihil ad nos. Idem de clar. Orat. 162, Nemo dicet secus.
Secus quàm. Plaut. Casin. 2. 4. 5. Et Aulul. 16. 21,
Quid dixamus tibi secus quàm uelles?
Cic. Attic. lib. 6. 113. 3, Mihi autem erit maximè curæ, nequid fiat secus quàm uolumus, quamq; oportet.
Secus ac. Cic. pro Muræna, 9, Non secus ac si meus frater esses. Et 2. de Orat. 14, Non dixi secus ac sentiebã. Virg. 3. Aeneid. 48, Haud secus ac iussi faciunt.
Secus atq;. Cic. 3. de Orat. 65, Sed paulò secus à me atq; ab illo partita ac distributa. Idem 2. de Nat. deor. 33.
Longè *secus*. Vide Longus.
Multò *secus*. Vide Multus.
Non *secus* ac. Vide Non.
Vndiq; secus. Solinus cap. 64, Arcent sanè afflatum noxium colles, quæ salubri apricitate undiq; secus obiecti, prohibent auras pestilentes.
Secusses] Populi sunt in Alpibus, ut notat Plinius libro 3. capite 20.
Sed] Particula, d, determinanda litera est sedum enim antiqui pro Sed ponebant: demptaq; nouissima parte, alteram tamen immutare non uoluerunt. Charisius lib. 1.
¶ Sed (ἀλλὰ, ἀτὰρ, αὐτὰρ) Coniunctio, aliquando transitum significat ad mentionem alterius rei, inquit Donatus. Terent. Phorm. 1. 4. 39,
Sed quis hic est senex, quem uideo in ultima platea?
Sed contrariæ sententiæ significationem habens. Terent. Andr. 3. 1. 4,
Fidelem haud fermè mulieri inuenias uirum.
Et paulo pòst,
Sed hic Pamphilus, S. quid dicit? M. fi mauit fidem.
Ibidem, 3. 2. 45,
—haud scio an quæ dixit, sint uera omnia,
Sed parùm pendo. Donatus. Virg. eclog. 9. 7.
Sed, incœptium, pro Atq;. Terent. Andr. 2. 1. 12,
Tu si hic sis, aliter sentias. B. age age, ut lubet. C. sed Pamphilum
Video. Donatus.
Sed mane, Quasi incipientis, demonstrantisq; aliquid noui se inuenisse. Terent. Andr. 4. 1. 59.
—at iam hoc opus est.
D. Hem. sed mane: concrepuit à Glycerio ostium. Donatus.
Sed quid hoc? Non interrogantis, sed mirantis, & non intelligentis est, inquit Donatus. Terent. Andr. 4. 4. 2,
Sed uidcon' ego Philotion? Sic solet (inquit Donatus) dubitari aduenientibus ipsis, quos post multum temporis interuallum uident. Terent. Hecyr. 1. 2. 6.
Sed autem, quid si hanc hinc absfulerit quispiam
Sacram urnam Veneris? Plaut. Rud. 12. 14.
Sed contrà. Cic. 1. Acad. 51, Zeno igitur nullo modo is erat, qui ut Theophrastus, neruos uirtutis inciderit, sed contrà qui, &c.
Sed de perceptione hactenus. Cic. 4. Acad. 70.
Sed dissoluerit sanè. Cic. 4. Acad. 134, Idem mihi quidem non uidetur: sed dissoluerit sanè, certè tam multa non collegisset, quæ nos fallerent probabilitate magna. Idem pro Ligario, 22, Sed ierit ad bellum, dissenserit non à te solum, uerùm etiam à fratribus.
Sed enim, pro Certè. Plaut. Curcul. 4. 20,
Sed enim nequeo durare quin herum accusem meum.
Cicero ad Atticum, libro 6. 111. 20, Sed enim οἰκονομία est perturbatior est, tibi assignatò. Gell. lib. 1. cap. 11. Cic. pro Cœliò, 48.
Sed & nostrorum gloriam percenseamus. Plin. lib. 7. cap. 30. 4. Videtur ibi significare Quinetiam.
Sed in confirmatione superiorum positum. Cic. 5. Verr. 55, Sunt homines Siculi non contemnendi, si per nostros magistratus liceat, sed homines & satis fortes, & satis planè frugi ac sobrij.
Non, sed. Cic. Attic. lib. 1. 13. 5, Non odio adductus alicuius, sed animo corrigendæ & sanandæ ciuitatis.
Sed non, sed. Cic. 4. Acad. 120, Sed non de me, ut dixi, sed de sapiente quæritur. Idem 2. de Orat. 165.
Sed uellem non solùm, &c. sed etiam, &c. Cic. Lentulo, lib. 9. 52. Vide Non.
Non modò, sed ne. Cic. pro Rabirio perduel. reo, 8, Non modò huius libertatis, mansuetudinisq; non sunt, sed ne Romuli quidè, aut Numæ Pŏpilij, sed Tarquinij. Vide Non.
Sed siue est ars, siue artis quædam similitudo, non est quidem ea negligenda, uerùm intelligendum, &c. Cic. 1. de Oratore, 54.
Sed uerò. Cic. 7. Verr. 11, O præclarum imperatorem, nec iam cum M. Aquilio fortissimo uiro, sed uerò cum Paulis, Scipionibus, Marijs conferendum.
Sed enimuerò quum detestabilis altera res & proxima parricidio sit, quid ad deliberationem dubij superesse. Liu. Decad. 5. lib. 5. 75.
Sed nunc uerò. Curtius lib. 3, Rex, inquit, semper quidem spiritus meus ex te pependit: sed nunc uerò arbitror sacro & uenerabili ore trahitur. Verba sunt Philippi medici ad Alexandrum.
Sed, pro Verumetiam. Cic. 1. de Natu. deor. 137, Tuus autem deus non digito uno redundat, sed capite, collo, ceruicibus, poplitibus, manibus.
Sed, in obiectione ponitur, & in antipophora. Cic. 12. Philip. 337, sed effugi insidias, perrupi Apennimum: nempe in Antonij congressum, colloquiumq; ueniendum est: id est, Verùm esto ut effugerim, uel effugiam, &c. Budæus.
Sed, pro Sed etiam. Cic. pro Milone, 46, Obliti estis iudices recenti illo nuncio necis Clodianæ, non modò inimicorum Milonis sermones & opiniones, sed nonnullorum imperitorum. Idem in Pisonem, 51. Et sic ferè ubiq;. Budæus.
Sed is. Cic. 3. Verr. 169, In quo etiam erat aliquis quæstus, sed is honestus atq; concessus.
Sedatè, Sedatio, Sedatus] Vide Sedo, sedas.
Sedeo] sedes, sedi, sessum (ἧμαι, καθῆμαι, ἕζομαι, καθίζομαι, καθίζω, ἑδράω, ἑδράσομαι, θωκέω, ἐνθωκεύω, ἐφεδρεύω, ἱζάνω, ἐφιζάνω) sedere: componitur ex Se, & Eo, quasi seorsum eo. nam seorsum ire uidemur, & quasi à cæteris separari, dum sedemus. Quidam à Do fieri existimant: quòd qui sedet, seorsum dare se uidetur. Plautus,
Si non, ubi sedeas, locus est: at est ubi ambules.
Virg. 10. eclog. 16,
Dum sedet, & gracili fiscellam texit hibisco.
Sedere ad. Liu. 2. bell. Pun. Id horreum fuit præsidium Pœnis sedentibus ad Trebiam.
Ad aliquem sedere. Ouid. 1. de Arte, 28.
Ad latus alicuius sedere. Cic. 7. Verr. 84.
Ad gubernacula Reip. sedere. Cic. pro Rosc. Ameri. 30.
Sedere apud. Plaut. Amph. 7. 41,
Ordine omne ut quicquid actum est, dum apud hostes sedimus,
Edissertauit.
Iudicem in aliquem sedere. Cic. pro Rabirio Posthumo, 7.
In subsellijs, sella, rheda sedere. Plaut. Pœnulo, 2. 5. Cic. ad Attic. lib. 4. 79. 4. Idem pro Milone, 40.
In proximo Senatui sedere. Plin. lib. 16. cap. 4. 6.
In equò sedere, pro Equitare. Cic. 7. Verr. 22.
In ouis sedere, pro Incubare. Plin. lib. 9. cap. 51. 6.
Equo, uel carpento sedere. Martia. lib. 5. 39,
Vnò credis equo posse sedere duos?
Liu. 1. ab Vrbe, 154, Ibi ei carpento sedenti cum uxore, aquila suspensis demissa leniter alis pileum aufert. Subaudiatur præpositio, in.
Pòst aliquem sedere, A tergo alicuius sedere. Horat. 3. Carm. ode 1. 8.
Sedere super. Quintil. lib. 2. cap. 4. 14. Plin. lib. 35. cap. 4. 9; Nemeam sedentem supra leonem, palmigeram ipsam, &c.
Altis sedibus sedere. Ouid. 6. Metam. 15.
Gremio tuo sedi. Ouid. epist. 8. 19.
Humo sedere. Ouid. 4. Metam. 53.
Sella curuli sedere. Liu. 9. bell. Pun. 185.
Vestibulo sedet custodia. Virg. 6. Aeneid. 115.
Sedens auribus uox. Quintil. lib. 11. cap. 3, Vox clara, pura, secans aera, auribus sedens, Ouid. epist. 24. 5,
Nondum Tyndaridis nomen mihi sederat aure.
id est, Nondum audieram.
Nomen in ore sedet. Stat. 12. Thebaid. 23.
Animo sedet fixum, immotumq;, Sic statui. Virg. 4. Aeneid. 3.
In ingenio alicuius sedere, Hærere in memoria alicui. Ouidius epist. 2. 16.
Sedere in iudicium dicitur, pro Constare, uel firmum esse. Senec. epist. 4. 6.
Sedent niues. Plin. lib. 17. cap. 2. 4.
Flumina sederunt uiso Iouis nutu. Stat. 9. Thebaid. 105.
Sedet morbus. Martial. lib. 1. 85,
Adeóne penitùs sedit hic tibi morbus,
Vt sæpe in aurem Cinna Cæsarem laudes.
Sedere uehiculo uel equo. Cels. lib. 4. cap. 19.
Vestis sedere dicitur, quæ apta est. Quintil. lib. 11. ca. ult. Nam & ita sedet melius toga, & continetur.
Sedet imperium. Plin. in Paneg. Quum abundè expertus esset quàm bene humeris tuis sederet imperium.
Sedere, de auibus dicitur, in loco altiore esse: ut, Passer sedet in tecto. Virg. 2. Aeneid. 173,
Nocte sedens, serum canit importuna per umbras.
Sedere, aliquando ignauiam cessationemq; denotat. Virg. 12. Aeneid. 3, —sedeant, spectentq; Latini.
Terent. Adelph. 4. 5. 38. Cic. ad Tiron. lib. 16. 2. 2, His uentis istinc nauigatur, qui si esset, nos Corcyræ nõ sederemus.
Totos dies sedere in uilla. Cic. ad Attic. lib. 12. 257. 4.
Continenter sedere. Catul. ad Contubernales, 35. 2.
Sedere, pro Placere, datiuo construitur. Virg. 5. Aeneid. 84,
Idq; pio sedet Aeneæ, probat autor Acestes.
Idem 2. Aeneid. 132, Et sedet hoc animo.
Plin. lib. 2. cap. 7. 9, Sedere cœpit sententia hæc, pariterq; & eruditum uulgus, & rude in eam cursu uadit.
Sedere, Considerare. Virg. 1. Aeneid. 12,
—celsa sedet Aeolus arce.
id est, curat: Seruius. Idem 9. Aeneid. 1,
—Turnus sacrata ualle sedebat.
Vbi Seruius, Sedebat, ut Asper dicit, erat. quæ clausula antiqua est, & de usu remota. Secundum Plautum, Sedere, est Consilium capere, qui inducit seruum dicentem,
Sine iuxta aram sedeam, & dabo meliora consilia.
Sed secundum augures, est augurium captare: nam post designatas cæli partes, à sedentibus captantur auguria: quod & suprà ipse ostendit latenter: inducens Picum solum sedentem, ut, —paruáq; sedebat Succinctus trabea.
Aut erat, aut consilia capiebat, aut augurabatur.
Ars sedendi, Cunctatio. Silius lib. 8. 3, De Fabio qui cunctando dicitur rem restituisse.
Partes quaslibet flectimus sedendo. Ouid. 2. Metam. 165.
Sessum deducere in. Asinius Pollio ad Cic. libro 10. 32. 4, Herennium Gallum histrionem summo ludorum die annulo aureo donatum in quatuordecim sessum deduxit.
¶ Sedeor, sederis, pen. prod. Passiuum. Vide Equarius, Substantiuum, in Equus.
¶ Sedens; Participium. Apud Martial. lib. 10. 48, Sedens lectuca legitur, quæ & sessilis etiam dicitur. Cic. de Amic. 2.
Prope limina tecti sedens ianitor. Ouid. 1. Fasto, 28.
Aduersus sedens. Catul. ad Lesbiam, 48. 1.
¶ Sessurus, pen. prod. Participium (ἑδησόμενος) Horat. de Arte, 32.
Si plausoris eges aulæa manentis, & usq;
Sessuri donec cantor, Vos plaudite, dicat.
¶ Sedes, sedis, fœmin. gene. In qua sedemus (ἕδρα, καθέδρα, ἑδρασμὰ, θρόνος, θρᾶνος, θῶκος, καταγωγὴ) Plin. in Paneg. 85, Horum unum si præstitisset alius, illi iamdudum radiatum caput et media inter deos sedes auro staret, aut ebore.
Solidæ sedes. Ouid. 2. Metam. 30.
Patria sede sedens. Virg. 7. Aeneid. 39.
Latêre in secreta sede. Virg. 2. Aeneid. 114.
Exiguam sedem parituræ terra negauit. Ouid. 6. Metam. 38.
Locare in sede sacra. Virg. 2. Aeneid. 105.
Sedes, Habitaculum ac domicilium. Cæsar, Crescente enim populi multitudine, mutare sedes statuerunt. Cic. 1. Tuscul. 30,
Alij in cerebro dixerunt animi esse sedem & locum.
Aetheræ sedes. Ouid. 15. Metam. 90.
Augusta sedes. Vide Augustus.

Beatæ sedes. Virg. 6. Aeneid. 128.
Celsa sedes. Persius Saty. 1. 2.
Dulcis sedes. Stat. 1. Sylu. 1. 8.
Horrida sedes. Horat. 1. Carm. ode 34. 3.
Imæ sedes Erebi. Virg. 4. Georg. 95.
Infausta sedes. Senec. Thyeste, 1. 1.
Inferna sedes. Ouid. 3. Metam. 101.
Infida instabilisq; sedes. Vide Infidus.
Lætæ sedes. Horat. 1. Carm. ode 11. 4.
Maligna sedes. Stat. 4. Sylu. 3. 9.
Moribunda sedes Pisauri. Catull. ad Iuuentium, 76. 1.
Nemoralis sedes. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 12.
Optatæ sedes. Virg. 6. Aeneid. 41.
Patria sedes. Virg. 2. Aeneid. 127.
Peregrina ac sordida sedes. Lucan. lib. 5. 2.
Sedes procidua. Plin. lib. 21. cap. 20.
Quietæ sedes. Virg. 1. Aeneid. 42.
Sanctæ sedes deum. Lucret. lib. 5. 30.
Sedes stabilis & domicilium certum. Cic. pro Marcello, 17.
Superæ sedes, Cælum. Ouid. 3. Fast. 65.
Syderea sedes. Virg. 10. Aeneid. 1.
Tenebrosa sedes. Ouid. 5. Metam. 72.
Verendæ sedes. Lucan. lib. 5. 25.
Capere sedem. Vide Capio.
Commouere sedibus. Vide Commoued.
Considere in sedibus. Cic. 1. de Orat. 15.
Conuellere ex suis sedibus. Vide Conuello.
Deserere sedem. Virg. 3. Aeneid. 38.
Destituere sedem. Claud. de bell. Getico, 102.
Figere sedem alicubi. Iuuenal. Saty. 3. 1.
Exuere aliquem sedibus. Tacit. lib. 13.
Incolere sedem aliquam. Cic. Antequam iret in exilium, 15.
Lucidas inire sedes. Horat. 3. Carm. ode 3. 7.
Labefactare animam sedibus. Lucret. lib. 5. 160.
Mutare sedem. Vide Muto, mutas.
Ponere sedes. Virg. 3. Aeneid. 18.
Præbere sedem & domicilium. Cic. de Prouinc. Consul. 25.
Reponere in sedem suam ossa. Cels. lib. 8. cap. 10.
Reuisere suas sedes. Virg. 1. Aeneid. 84.
Succedere sedibus alicuius. Virg. 4. Aeneid. 2.
Tenere sedem Iouis Optimi Max. pro Vincere, siue captam obtinere. Tacit. lib. 19.
Transferet regnum à sede Lauini. Virg. 1. Aeneid. 55.
Sedes, per translationem, pro Statu. Cic. 2 de Lege Agrar. 94; Coloni Capuæ in domicilio superbiæ atq; in sedibus luxuriæ collocati. Idem pro Archia, 6, At domicilium Romæ non habuit is, qui tot annis ante ciuitatem datam, sedem omnium rerum & fortunarum suarum Romæ collocauit.
Celsissima sedes honoris. Vide Celsus.
Habere sedem. Quintil. lib. 6. cap. 1. 38.
Sedes, Sepulchrum. Virg. 6. Aeneid. 75,
Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.
Sedes, aliquando pro natibus, & tota ea parte corporis accipitur, super qua sedentes innitimur. Plin. lib. 24. cap. 7. 6, Lacryma sedis utilis prodest, nequid siccari, excalfieriue opus sit.
¶ Sedecula, sedeculæ, pen. corr. Diminutiuum (ἑδράνιον) Parua sedes. Cic. ad Attic. lib. 4. 78. 4, Sic literis sustentor & recreor, maloq; in illa tua sedecula, quam habes sub imagine Aristotelis, sedere, quàm in istorum sella curuli, Valla mauult. sedicula, per tertiam uocalem.
¶ Sediculum, Sedile. Paulus.
¶ Sedile, sedilis, penultima producta, neut. gene. (ἕδραγον) Super quod sedemus. Plin. epist. 101, 1. libro 5, Sunt lo-

cis pluribus disposita sedilia è marmore.
Sedile auium. Varro 3. de Re rust. cap. 5. 12.
Sedilia uiuo saxo. Virg. 1. Aeneid. 35.
De uiuo saxo facta sedilia. Ouid. 5. Metam. 64.
Spissa sedilia. Horat. de Arte, 42.
Vitrea sedilia. Virg. 4. Georg. 70.
Fust per dura sedilia nautæ. Virg. 5. Aeneid. 168.
Membra sedili releuare. Ouid. 8. Metam. 129.
Complere sedilia. Claud. 1. in Eutropium, 94.
¶ Sedularium, Lectica, seu sella: inquit cum Spiegelio Nebrissensis. At rectius Antonius Augustinus, ut homo est prudentissimi acutissimiq; ingenij: Sunt autem (inquit ille libro 2. Emendat. capite 4.) Sedularia, quæ in rhedâ sedenti subijciebantur. Paulus in l. rhedæ. de supellectile legata. libro 33. P. titul. 10, Rhedæ, & Sedularia, supellectili adnumerari solent. Malè reposuerant Sellularia, & seliquastra.
¶ Sedularia, Sedilia uidentur esse, cæq; multa, ut & cathedraria, cathedræ: sicut rosaria, rosæ, cibaria, cibi: suntq; sedularia, tanquam sedillaria. Turnebus.
¶ Sedum, ab sedendo, inquit Varro lib. 4. de Ling. Lat. Idem quod sedes.
¶ Sedentarius, Adiectiuum (ἑδρεῖος) Quod sedendo fit. unde Sedentarium laborẽ dicimus, qui sedendo peragitur. Apuleius, Vt etiam fatigationem sedentariam incessus uegetatione discuterem. Plin. in Paneg. 127, Cæteri quidem defixi & attoniti ipsam illam mutam ac sedentariam assentiendi necessitatem, quo cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore perpetiebantur?
Sedentaria opera, Quæ sedendo fit. Columella libro 12. capite 13. 6.
¶ Sedentarij, (ἑδρεῖοι) Qui sedendo opus faciunt. Plaut. Aulul. 15. 41,
—calceolarij, Sedentarij, sutores.
¶ Sessio, sessionis, Verbale (ἕδρωσις) Cic. 2. de Orat. 12, Num tandem aut locus hic non idoneus uidetur, in quo porticus hæc ipsa ubi inambulamus, & palæstra, & tot locis sessiones, gymnasiorum & Græcarum disputationum memoriam quod. mmodo commouent? Idem 1. de Nat. deor. 131, Accubatio, inclinatio, sessio. Sic 1. Offic. 170, Status, incessus, sessio, accubatio.
¶ Sessor, Aliud uerbale (ἑδρευτὴς) Horat. 2. epist. 2. 26,
In uacuo lætus sessor, plausorq; theatro.
¶ Sessito, sessitas, pen. corr. (λαοδιξόμαι) sessitare, Frequentatiuum. Cic. de claris Orat. 29, Eius autem Cethegum medullam fuisse ult, ut quam deam in Periclis labris scripsit Eupolis sessitauisse, huius hic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit. id est, Sæpius sedisse.
¶ Sessibulum, sessibuli, pen. corr. (ἑδραστήριον) Super quod sedemus & quiescimus. Plaut. Pœnulo, 4. 46,
Qui tibi olcant stabulũ, statum, sellã & sessibulũ meriũ.
¶ Sessilis, & hoc sessile, penul. corr. (ἑδρεῶδες) Quod sedet, uel sedere uidetur. Plin. libro 15. cap. 3, de pyris, incerta nominum causa est barbaricis uenereisq;, quæ colorata dicunt; regijsq;, quæ nimirum pediculo sessilia: patritijs, uoconijs, uiridibus, oblongisq;.
Tergum sessile, in quo quis possit sedere. Ouid. 12. Metam. 81, De Cyllaro Centauro dixit. Passiuè accipitur.
Sessilis lactuca, quæ & sedens dicitur: hoc est, Quæ ita humi proiecta est, ut sedere uideatur, neq; sursum erecta esse, aut in sublime ascendere. Martial. lib. 5. 104.
Sedigitus] pen. corr. (σεδίγιτος) Dictus est Volcatius illustris poeta, à sex digitis. Plin. libro 11. cap. 43. 1, Digiti quibusdam in manibus, seni: C. Horatij ex patritia gente filius duas

duas ob id Sedigitus appellatus accepi: Volcatiũ, Sedigitũ illustrem in poetica.
Sedimentum] Vide Sido.
Seditio] seditionis (στάσις, διάστασις, ἀναστάσιολε) Tumultus, dissensio, à Se, id est, seorsum, & tio, itionis, quod ab Eo, is, deriuatum est. Cic. lib. 6. de Rep. 7, declarat seditionis proprietatem à dissensione ciuium dictã esse, quòd seorsum eunt alij in aliũ. Est enim propriè, quũ populo discordante itur ad manus: qualẽ describit Virg. 1. Aeneid. 31,
Ac ueluti magno in populo quum sepe coorta est
Seditio, sæuitq; animis ignobile uulgus:
Iamq; faces & saxa uolant, furor arma ministrat.
Seditione facit lien, dixit Plaut. Mere. 4. 14. Dicitur autẽ seditio in exercitu, in classe, in campo, & ubicunq; est multitudo hominum.
Incursio seditionis. Vide Incurro.
Adulta seditio. Vide Adoleo.
Clamosa. Claud. de bel. Getico, 94.
Recens. Ouid. 12. Metam. 12.
Turbida seditio. Ouid. 9. Metam. 88.
Abstinere seditionibus. Vide Abstineo.
Afferre seditiones. Vide Affero.
Agitare seditiones. Vide Agito, in Ago.
Colere seditiones. Vide Colo.
Commota seditio. Cic. Attico, lib. 2, 16, 15.
Comprimere seditionem. Tacit. lib. 1.
Concire seditionem. Vide Concieo.
Concitare seditionem & discordiam. Cic. pro Murena, 75.
Conferre seditionem. Vide Confero.
Conflare seditionem. Vide Conflo.
Deflagrante paulatim seditione. Tacit. lib. 18.
Facere seditionem. Pollio Ciceronii, lib. 10. 32. 11. Idem ad Brutum, 2. 3.
Incedere seditio dicitur, pro Subire. Tacit. libro 1, Quum Pannonicas legiones seditio incessit. Sed fortè ab incesso uenit, non ab incedo.
Inducere seditionem in ciuitatem. Vide Induco.
Induere seditionem. Tacit. lib. 2.
Oritur seditio. Cæsar 7. bell. Gall. 117.
Redintegratur seditio. Tacit. lib. 1.
Seditio militum sedata ab Appio. Cic. Attico, lib. 5. 101. 1.
Prope seditionem uentum. Tacit. lib. 19.
Iuxta seditionem uentum. Tacit. lib. 3.
Maris seditio. Stat. 9, Thebaid. 18.
¶ Seditiosus, pen. prod. (στασιώδης, στασιαστὴς) Qui seditionem amat. Cic. 3, Verr. 26, Malus ciuis, improbus Consul, seditiosus homo Cn. Carbo fuit. Idem 3. de Legib. 63, Initis seditiosis Tribunis plebis.
Seditiosa uita, & tumultuosa. Cic. 1. de Inuent. 6.
¶ Seditiosè, pen. prod. Aduerbium (στασιωδῶς) Contentiosè. Cic. pro Cluentio, 1, Altera autem quæ procul à iudicio remota est, quæ concionibus seditiosè concitatis accommodatior est, quàm trãquillis, moderatisq; iudicijs. Idem ad Atticum, lib. 2. 16. 7, Multa quum seditiosissimè diceret, uocem exprimere non potuit.
Sedo] sedas (παύω, ἀκταπαύω, καταγέλλω, καταβεννύω, κοιμίζω, ἡρεμίνω, ἡσυχάζω) sedare, pen. prod. Mitigare, placare, lenire, extinguere. Variis nominibus iungitur.
Animum sedare. Sallustius. Namq; animus impurus, dijs hominibusq; infestus, neq; uigilijs, neq; quietibus sedari potuit: ita conscientia mentem excitatam uexabat.
Arrogantiam. Cic. pro Flacco, 42, Remittant spiritus, comprimant animos suos, sedent arrogantiam.
Bellum. Cic. 2. in Catil. 46.
Controuersiam. Cic. 1. de Legib. 81.
Discordias. Cic. 1. Philipp. 1.
Flãma per incẽsas citius sedetur aristas. Proper. li. 3. eleg. 19. 1.
Fletus. Propert. lib. 2. eleg. 17. 7.
Iciunia carne. Ouid. 15. Metam. 17.
Incendia. Ouid. 1. de Remed. amor. 24.
Infamiam. Cic. 2. Verr. 1.
Iram. Plaut. Merc. 24. 1.
Lassitudinem. Plaut. Bacch. 1. 75.
Lites. Cic. 5. Verr. 113.
Mentes commotas. Plin. lib. 20. cap. 13. 3.
Metum sedat dies. Senec. Thyeste, 8. 11.
Miserias. Plaut. Pœnulo, 18. 92.
Motus animi. Cic. 3. Tuscul. 30.
Pauorem, Liu. 1. ab. Vrbe, 65.
Quæstus. Senec. Herc. Octæo, 14. 16.
Sitim. Lucret. lib. 4. 171.
Tempestatem. Cic. 3. Verr. 32.
Tumultum. Cæsar 3. bell. Ciuil. 70.
Vulnera, Cohibere dolorem. Stat. 2. Sylu. 1. 42.
Incendere & Sedare, Contraria. Cic. 3. de Legib. 34.
¶ Sedatus, pen. prod. (ἡρέμιος, πεπαυμένος) Participium, siue Nomen ex participio.
Amnes sedati. Virg. 9. Aeneid. 6.
Animo sedatiore scribere. Cic. Attico, lib. 8. 14. 7. 14.
Corde sedato respondere. Virg. 12. Aeneid. 4.
Curæ sedatæ. Stat. 12. Thebaid. 103.
Homo sedatus, Minimè præceps, bene moderatus. Horatius 1. epist. 19. 19.
Oderunt hilarem tristes, tristemq; iocosi,
Sedatum celeres. id est, Præcipites oderunt sedatum.
Orator sedatus in numeris. Cic. in Oratore, 101, Est enim ut in transferendis, faciendisq; uerbis tranquillior, sic in ipsis numeris sedatior.
Pectus sedatum. Silius lib. 11. 52.
Tempore sedatiore. Cic. pro Cluentio, 83.
Venti sedati. Ouid. 15. Metam. 70.
¶ Sedate, pen. prod. (ἡρεμαίως) Aduerbium, Constanter. Cic. 2 Tuscul. 80, Non constanter & sedatè ferens? Sic in Oratore, 50, Cuius oratio cum sedatè placidèq; loquitur.
¶ Sedatio, Verbale (ἡρέμησις) Cic. 1. de Finib. 99, Sic è physicis fortitudo sumitur contra mortis timorem, & constantia contra metum religionis, & sedatio animi omnium rerum occultarum ignoratione sublata.
Afferre sedationem. Cic. 3. Tuscul. 116.
Perturbationum sedatio. Cic. 1. Offic. 132.
Seduco] seducis, pen. prod. seduxi, seductum (ἀποάγω, ἐξάγω, παραστύρω, παραπούω, πλανάω) seducere, Propriè seorsum seducere ab alijs, quasi de rebus aliquib; loquuturus. Terent. Heaut. 1. 2. 69, Post Pamphilus me solũ seduxit foras. Ibidem, 4. 1. 7, Vxor ubi me ad filiam ire sensit, seduxit foras. Cic. Attico, lib. 5. 110. 14, Quum hæc disseruissem, seducit me Scaptius.
Manu blanda seduxit eum. Ouid. 2. Metam. 139.
Castris seducere. Ouid. 13. Metam. 124.
Quippe ubi non liceat uacuos seducere ocellos. Propert. lib. 1. eleg. 9. 6.
Mors seducit artus anima. Virg. 4. Aeneid. 77.
Seducere, ad animũ transtulit. Cic. 1. Tuscul. 117, Quum à negocio omni seuocamus animum, quid, inquam, tũ agimus, nisi animum ad scipsum aduocamus, secum esse cogimus, maximeq; corpore seducimus? Legitur alibi, abducimus.
Seducere, in malam partem, per translationẽ significat Decipere, Cic. ad Atticum, lib. 10. 206, 5, Me uerò adiuuarent

ijs in angustijs seductum. In nonnullis codicibus abest, seductum. Terent. Andr. 4.1.20,

—etiam nunc me seducere istis dictis postulas.

¶ Seductus, Participium (ἀπαχθεὶς) Seorsum ductus. Liu. 10. bell. Pun. 19, Singulos deinde separatim, Lælium ac Mastinissam, seductos obtestatur, ut quantum nox prouidentiæ adimat, tantũ diligenti expleant cura. Sic Sueton. in Claudio Cæsare, cap. 37.

Recessus seducti. Ouid. 13. Metam. 191.

Terræ seductæ ex æthere. Ouid. 4. Metam. 125.

Seductus, pro distincto seu discreto. Senec. epist. 118, Si proprium habent quiddam & à corporibus seductum.

¶ Seductio, Verbale (ἀπαγωγή) Cic. pro Mureena, 4.6, Mœstos amicos, obseruationes, testificationes, seductiones testium, successionem subscriptorum animaduertebant.

¶ Seductus, huius seductus, Verbale, pro Secessu. Senec. de Tranquil. uitæ, Sic hominum, quorum maximæ in seductu actiones sunt, &c.

Seduculum] li, quasi sudaculum: Genus est flagelli, quòd uapulantes sudare faciat, dictum. Festus.

Sedularium] Vide Sedeo.

Sedulus] pen. corr. Adiect. (ἀληγειώδης, ἐπιμελὴς, σπουδαῖος) Donato & Nonio testibus, dicitur qui ex animo et sine dolo, instanterq; intẽtus est alicui rei, ut sit quasi assiduus: quia negligentes dolosi dicuntur. Cic. de clar. Orat. 91. Eloquentes enim uidebare, non sedulos uelle conquirere.

Anus sedula. Tibul. lib. 1. eleg. 3. 17.

Turba sedula. Ouid. 1. de Remed. Amor. 37.

¶ Sedulitas, pen. corr. sedulitatis (σπουδὴ, περιεργία) Instans & fidele officium, & diligentia, assiduitas, Cic. pro Cecinna, 10, Quis igitur ille quem suprà deformaui, uolũtarius amicus mulieris, non necessitudine aliqua, sed ficto officio, simulatáq; sedulitate coniunctus, magis opportuna opera nonnunquam, quàm aliquando fideli. Idem ad Atticũ, lib. 11. 21. 1, Quæ si non essent sedulitate effectæ, & beneuolentia tua, liceret mihi abire in solitudines aliquas.

Multæ sedulitatis anus. Ouid. 3. Fast. 134.

Apta sedulitas. Ouid. 10. Metam. 82.

Blanda sedulitas. Ouid. 2. de Arte, 69.

Officiosa sedulitas. Horat. 2. epist. 7. 2.

Senilis sedulitas. Silius lib. 7. 38.

Placere sedulitate. Ouid. 1. de Arte, 77.

¶ Sedulò, pen. corr. (ἀπεχνῶς) Aduerbium, Ex animo & sine dolo, instanter, inquit Donatus. Plaut. Aulul. 5. 35.

Nam nunc, quum celo sedulò, omnes ne sciant,
Omnes uidentur scire. Terent. Phorm. 2. 4. 13.
Ego sedulò hunc dixisse credo. id est, Simpliciter, inquit Donatus. Idem Hecyr. 4. 2. 2,
Etsi ea dissimulas sedulò. Idem Eunuch. 2. 3. 70,
Obsecro hercle Parmeno fac ut potiar.
P. faciam sedulò, ac Dabo operam, adiuuabo.

Plaut. Menæh. 21. 12,

Propterea heri imperium exequor, bene & sedulò seruio. Cic. 3. de Finib. 24. Sedulò inquã faciam, sed fortuna fortis.

Sedum] sedi (ἀΐσιμον) Herba quæ & semperuiuũ dicitur, à semper sedendo. Plin. lib. 18. cap. 17. 9, Democritus succo herbæ quæ appellatur aizoon, in tegulis nascẽs, tabulisúe, Latinè uero sedum aut digitellum, medicata seri iubet omnia semina. Colum. lib. 2. cap. 9. 8, Id ne fiat, remedio est mistus succus herbæ, quam rustici sedum appellant.

Seduni] Populi in Alpibus, quos commemorat Plinius libro 3. cap. 20.

Seges] segetis, pen. corr. fœ. gen. (λήϊον) Propriè fruges earum seminum ex quibus conficitur panis, nondũ demessa, ut ait Valla lib. 4. Plin. lib. 18. cap. 17. 9, Si in articulum seges ire cœperit, ruricare remedium est, ne herbæ uincant. Et paulò post, Luxuria segetum castigatur dente pecoris, in herbã duntaxat.

Luxuries segetum. Virg. 1. Georg. 23.

Rapinæ præmaturæ segetum. Lucan. lib. 7. 20.

Aegra seges negabat uictum. Virg. 3. Aeneid. 29.

Altæ segetes. Virg. 3. Georg. 40.

Arida seges. Ouid. 2. Metam. 43.

Cana seges. Ouid. 10. Metam. 130.

Dura seges. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 13.

Immatura seges. Silius lib. 15. 105.

Feraces segetes. Horat. 1. Carm. ode 31. 1.

Grauida seges. Virg. 1. Georg. 64.

Fertilior seges est alienis semper in agris. Ouid. 1. de Arte, 76.

Intacta seges. Virg. 7. Aeneid. 162.

Lætæ segetes. Vide Lætus.

Opportuna pecori seges. Virg. 4. Georg. 26.

Picturata seges. Claud. de Histrice, 37. 3.

Teneræ segetes. Ouid. 4. Fast. 186.

Cingenda est altis sepibus ista seges. Ouid. 3. de Arte, 112.

Lætas facere segetes. Virg. 1. Georg. 1.

Validas segetes mora facit. Ouid. 1. de Remed. amor. 17.

Ne feret segetes, iste ferendus ager. Ouid. 2. de Arte, 134.

Adulta leni fluctuat Zephyro seges. Senec. Herc. fur. 9, 17.

Indui segetibus dicitur terra. Vide Induo.

Interuent segetes. Virg. 1. Georg. 31.

Metere segetem. Silius lib. 16. 123.

Herbæ obducunt segetem. Virg. 2. Georg. 83.

Occare segetes. Horat. 2. epist. 2. 33.

Pectinare segetem. Vide Pectino, in Pecten.

Prætendere sepem segeti. Virg. 1. Georg. 54.

Proculcare crescentes segetes. Ouid. 8. Metam. 58.

Resecanda falce seges. Ouid. epist. 1. 11.

Senescit seges nimio imbre. Stat. 5. Sylu. 1. 30.

Sternuntur segetes. Ouid. 1. Metam. 55.

Matura seges surgit. Senec. Thyeste, 5. 16.

Hic segetes ueniunt, illic fœlicius uuæ. Virg. 2. Georg. 11.

Vrit campum seges limi. Virg. 1. Georg. 16.

Seges, De leguminibus. Colum. lib. 2. cap. 14, Quod prædictorum leguminum segetibus satisfit.

Seges (ἄρωτος, ἠργασμένη) accipitur nonnunquam pro ipsa humo, ad accipienda semina subacta. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 29. 1, Seges dicitur, quod aratũ, satum est: Aruũ, quod aratum, nec satum est. Festus, Seges dicitur ea pars agri, quæ arata & consita est. Virg. 1. Georg. 10,

Illa seges demum uotis respondet auari
Agricolæ, bis quæ solem, bis frigora sensit.

Plin. lib. 18. Segetes quæ interquiescẽre, fundunt rosam odoratiorem satiua: adeò terra non cessat parere.

Seges stimulorum, apud Plaut. in Aulul. 4. 6.

Ferrea seges telorum. Virg. 3. Aeneid. 10.

Ferrea seges strictis horret mucronibus. Virg. 12. Aeneid. 133.

Virûm seges. Virg. 2. Georg. 29.

Seminibus iactis segetes adolesse uirorum. Ouid. epist. 6. 3.

Clypeata seges uirorum. Ouid. 2. Metam. 22.

Seges ac materia gloriæ. Cic. pro Milone, 27.

Segesta] σεγέστα, Deæ nomen. Plin. lib. 18. cap. 2. 3, Seiam à serendo, Segestam à segetibus appellabant: quarum simulacra in Circo uidemus. Macrobius 1. Saturn. cap. 16 Segetiam

etiam uocat. D. August. Ciuit. diuin. lib. 4, Sata, inquit, frumenta quãdiu sub terra essent, præpositã uoluerũt habere deam Seiã: quũ uerò iam essent super terrã, & segetẽ facerent, deam Segetiã. Frumentis uerò collectis atq; conditis, ut tutò seruaretur, deam Tutilinam præposuerunt.

Segesta] Segestæ (σέγεσται) Est oppidum peruetus (inquit Cic. 6. Verr. 63.) in Sicilia, quod ab Aenea fugiẽte à Troia atq; Italiam ueniente, conditum est.

¶ Segestanus, pen. prod. Adiectiuum (σεγεσταῖος) Qui Segestam incolit. Cic. 6. Verr. 63, Segestani non solùm perpetua societate, &c.

¶ Segestensis, Aliud adiect. Cic. Verr. 5, Multo etiam impudẽtius in decumis Segestensium uersatus est.

Segestre] segestris, neu. gen. Quo aliquid inuoluitur. Varr. de Ling. Lat. lib. 4, Quo lecticam inuoluebant, quòd ferè Aramenta erant è segete, segestria appellabant, ut etiã nũc in castris. Festus Pompeius lib. 4. ἀέρεις Græci appellant pelles nauticas, quas nos uocamus segestria. Nonius Marcellus, Lecticã quo inuoluebant, segestria appellabãt. Plin. lib. 13. cap. 12. De chartarũ generib. Nam emporetica inutilis scribenda, inuolucris chartarum segestriumq; usum præbet, & ideo à mercatoribus cognominata.

Segetia] Vide Segesta dea.

Segmen, Segmentarius, Segmentatus, Segmentum] Vide Seco.

Segnis] & hoc segne (ἀργὸς, νωθὴς, ῥᾴθυμος, ἥσυχος) Quasi seorsum à recto nitens, G interposita, causa euphoniæ. Cõponitur enim à Se, & Nitor, niteris. Vel dicitur segnis, quasi sine igne. Vnde segnis dicitur tardus & ignauus: cuius contrarium Ardens, qui festinans, & acuto ingenio est. Virg. lib. 3. Aeneid. 103.

Haud segnis strato surgit Palinurus, & omnes
Explorat uentos. Cic. ad Attic. lib. 8. 15. 4, Ego sicut adhuc uideor segnior fuisse, dum ne tibi uidear, nõ laboro.

Ad credendum segnis. Liu. 4. bell. Pun. 59.

Ad imperandum segnior. Cic. pro Fonteio, 6. id est, tardior.

Segnis & iacens. Quintil. lib. 1. cap. 3. 2.

Acta segnia. Ouid. 12. Metam. 100.

Animus segnis. Plin. lib. 11. cap. 52. 3.

Anni segnes. Ouid. ad Liuiam, 90.

Campus segnis situ durescit. Virg. 1. Georg. 5.

Segnior est cultus terræ. Cic. 2. de Legib. 73.

Dextra non segnis dare uulnera: hoc est, ad uulnera inferẽda. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. 4.

Discordia non segnior. Liu. 2. ab Vrbe, 183.

Epistola non segnis. Stat. 4. Sylu. 4. 1.

Exitus segnis. Stat. 5. Sylu. 3. 52.

Indoles segnis. Tacit. lib. 12.

Iter lucis non segne. Valer. 1. Argon. 158.

Mens segnis ad lætitiam. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 10.

Mora segnis. Liu. 5. bel. Pun. 42.

Moras segnes rumpere. Virg. 3. Georg. 9.

Mors segnis. Liu. 10. bell. Maced. 14.

Ocium segne. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 9.

Pes segnis. Horat. 3. Carm. ode 12. 2.

Pugna segnior. Liu. 3. ab Vrbe, 266.

Sopor segnis. Lucan. lib. 5. 138.

Segnis. cum genitiuo. Tacit. lib. 16, Inquietus animo, & occasionum haud segnis.

Segnis, Infœcundus & inutilis. Virg. 1. Georg. 31,

—segnisq; horret in aruis Carduus. Seruius.

¶ Segnities, segnitiesue! Segnitia, segnitiæ (νωθρεία, νωθρότης, ῥᾳθυμία) Tarditas ac negligentia ad agendum, inquit Donatus: quòd, ut ait Festus, sit sine nitendo quid utile & honestum. Plaut. Trinum. 11. 48,

In huiusmodi negocio diẽ sermone terere, segnities mera est. Terent. Andr. 1. 3. 15, Enimuerò Daue nihil loci est segnitiæ, neq; socordiæ. Cicer. 1. de Finib. 8,

Rudem enim esse omnino in nostris poetis, aut inertissimæ segnitiæ est, aut fastidij delicatissimi.

Segnities & inertia. Cic. 1. de Orat. 91.

Sera segnities. Virg. 2. Aeneid. 75.

Immunda segnities. Vide Immundus.

Segnities, Infœcunditas. Plin. Hinc negligentia cultorum, hinc agrorum segnities. id est, sterilitas. Sipontinus.

¶ Segnipes, pen. corr. segnipedis, pen. corr. (νωθρόπους) Qui tardè incedit. Iuuen. Satyr. 8. 7.

—Tritoq; trahunt epirhedia collo
Segnipedes. De equis hic loquitur.

¶ Segniter, pen. corr. Aduerbium (νωθρῶς) Liu. 2. ab Vrbe, 253, Segniter, ociosè, negligẽter, cõtumaciter omnia agere, nec pudor, nec metus coercebat. Plin. lib. 14. cap. 22, 11, Nec segniter uita in eo elaborauit. Virg. 9. Aeneid. 89.

Posti artus segniter. Stat. 1. Sylu. 4. 22.

Ire non segnius sagitta Scythica. Ouid. 10. Metam. 117.

Nihilo segnius. Vide Nihilum.

Segobrida] σεγόβριγα, Oppidum Hispaniæ citerioris, Celtiberiæ totius caput: circa quod Sertorius et Metellus prælium commisẽre. Strabo lib. 3.

Segor] σογώρ, Fuit quinta ciuitas post Sodomam & Sobolim, quæ (ut Sacræ testantur literæ) ad preces Loth seruata est: Moses in Genesi.

Segoregij] Populi, de quibus sic Alexander Alexandrinus lib. 1. cap. 24, Segoregiorum uetus erat mos, ut paratis in structilisq; mensis, inter epulas uirgo introducatur: & cui ex conuiuis aquam dederat, eum sibi uirum delegisse uidebatur.

Segrego] segregã, penult. corr. (ἀφορίζω, ἐλαύνω) Segregare, Ab aliorum numero, uel societate & grege separare, quasi seorsum à grege ponere. Plaut. Milite, 18. 17. Terent. Andr. 1. 5. 56.

Te obtestor, ne abs te hanc segreges, neu deseras.

Segregare è senatu aliquem. Plaut. Mostel. 15. 9.

Ab agmine semet segregare. Stat. 12. Thebaid. 37.

Seiungi & segregari. Lucret lib. 1. 92.

Segregare ab se culpam uel suspiciones. Plaut. Trin. 4. 33.

A numero ciuium segregare. Cic. pro Archia, 2, Quod si mihi à uobis tribui, concediq; sentiam, perficiam profectò, ut hunc A. Licinium non modò non segregandum, quum sit ciuis, à numero ciuium, uerùm etiam, si nõ esset, putetis adsciscendum fuisse.

Virtutem segregare à summo bono. Cic. 3. de Finib. 47.

Pugnam segregare. Liu. 1. ab Vrbe, 104.

Sermonem segregare. Plaut. Milite, 10. 60. Idem Pœnulo, 4. 127, Segrega sermonem, tædet. hoc est, Tace.

Secũ gregari, pro Segregariq;, apud Lucret. lib. 1. 92,

Diuidioq; potis est seiungi, secq; gregari.

¶ Segrex, segregis, pen. corr. om. gene. ut, Segrex uita: id est, Solitaria. Seneca de Benefic. lib. 4.

Segullum] seguli. Plin. lib. 33. cap. 4. 1, Aurum qui quærunt, ante omnia segullum tollunt, ita uocatur indicium, ad ueus ubi, id est, arenæq; lauantur, atq; ex eo quod resedit coniectura capitur: ut mueniatur aliquando in summa tellure protinus rara fœlicitate.

Segusium] σεγούσιον, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Segusianorum urbs in Græcis Alpibus. Vulgò Sion.

Seia] dea (σεία θεὸς) Vide Segesta dea.

Seianus] pen. prod. (σειανὸς) Nomen uiri proprium, de quo multa

multa. Sueto. in Tiberio, cap. 48. 61. 62. Iuuen. Sat. 10. 73.
—Seianus ducitur unco Spectandus.

Seir] σηίρ, Mõs in terra Edom, in quo habitauit Esau, in regione Gabalena: quæ ex eo, quod Esau pilosus esset, & hispidus, Seir, id est, pilosi nomen accepit.

Seiugi] siue seiuges, pen. corr. (ἑξάππους) dicuntur equi seni ad unum currum iuncti. Apuleius in Floridis, Vni cui omnes prouinciæ quadrijuges & seiuges currus ubi gentium ponere gratulantur. Plin. lib. 34. cap. 5. 2, Serum hoc, & in his non nisi à diuo Augusto seiuges, sicut & elephanti. Liu. 8. bel. Maced. 143.

Seiugo] seiugas, pen. cor. seiugare (διαζεύγνυμι) Idē quod Seiungere. Cic. 1. de Diuin. 122, Humani autē animi eam partem, quæ sensum, quæ motū, quæ appetitū habeat, non esse ab actione corporis seiugatam.

Seiungo] seiungis, seiunxi, seiunctū (διαχωρίζω) seiungere Seorsum iungere, siue seorsum ponere & separare. Cicer. Lentu. lib. 1. 9. 3, Tibi autem multo notior atq; illustrior meus in te animus esset, si hoc tēpore omni quo seiuncti fuimus, & unà, & Romæ fuissemus.

Diſsidio perniciali seiungi. Lucret. lib. 1. 92.

Seiungendus ab Antonio. Cic. Attico, lib. 15, 326. 10.

Ab honestate seiungi. Cic. 1. Acad. 10.

A'ſpe pariendarum uoluptatum seiungi non potest. Cicer. 1. de Finib. 101.

¶ Seiunctus Participium (διεζευγμένος) Propert. lib. 2. eleg. 17. 5.

Dolor seiunctus corpore. Lucret. lib. 2. 4.

Seiunctum & secretum à corpore. Lucret. lib. 1. 88.

Semota, & seiuncta à rebus nostris. Lucret. lib. 2. 130.

¶ Seiunctio, Verbale (διάζευξις) Cic. 3. de Orat. 112, Propositoq; quid sis dicturus, & ab eo quod est dictum seiunctio, & reditus ad propositum, & iteratio, & rationis apta conclusio.

Seius] σέϊος. Viri nomen: à quo Seianus equus. Gell. lib. 3. cap. 9. Caius Bassus in commentarijs suis, item Iulius Modestus in x 1. Quæstionum confusarum, historiā de equo Seiano tradunt, dignam memoria atq; admiratione. Cn. Seiū quempiam scribūt fuisse, cumq; habuisse equum natū Argis, in terra Græcia: de quo fama constans esset, tanquā de genere equorum progenitus foret, qui Diomedis Thracis fuissent, quos Hercules Diomede occiso è Thracia Argos perduxisset. Eum equum fuisse dicūt magnitudine insignita, cerulēæ ardua, colore phœnicco, flaua, & comāti iuba, omnibusq; aliis equorū laudib. quoq; lōgè præstitisse: sed eundem equū tali fuisse fato, siue fortuna ferūt, ut quisquis haberet eū, possideretq;, is cum omni domo, familia, fortunisq; omnibus suis ad internecionē deperiret. Itaq; primū illū Cn. Seiū dominū eius à M. Antonio, qui postea Triūuir Reip. cōstituendæ fuit, capitis dānatum miserādo supplicio affectū esse. Eodem tēpore Corn. Dolabellā Cos. in Syriā proficiscētem, fama istius equi adductū, Argos diuertisse, cupidineq; habendi eius exarsisse, emisseq; eū H—S. centū millib. Sed ipsum quoq; Dolabellā in Syria bello ciuili obsessum, atq; interfectum esse. Mox eundē equum qui Dolabellæ fuerat, C. Cassiū qui Dolabellā obsederat, abduxisse. Quem Cassium postea fatis notum est, uictus partib. fusoq; exercitu suo, miserā mortē oppetisse. Deinde Antonium post interitum. Cassij parta uictoria, equū illum nobilem Cassij reliquisse: & quum eo potitus esset, ipsum quoq; postea uictum atq; desertum detestabili exitio interisse. Hinc prouerbium de hominibus calamitosis ortum, dicíq; solitum, Ille homo habet equum Scianum.

Selache] appellantur apud Græcos, omnes pisces plani: quod nomen eis Aristoteles imposuit.

Selago] pen. prod. selaginis. Herba Plinio lib. 24. cā. 11. 15.

Selecti dij] apud Romanos uocabantur præcipui & summates: qui habebant ampliorē potestatem, quíq; celebriores, et in maiori haberētur cultu ac ueneratione. A'D. Augustino ex Varrone uiginti numerātur, duodecim uidelicet mares: Ianus, Iupiter, Saturnus, Genius, Mercurius, Apollo, Mars, Vulcanus, Neptunus, Sol, Ortus, Liber pater: fœminæ octo, Tellus, Ceres, Iuno, Luna, Diana, Minerua, Venus, Vesta. Certe Selecti alij erant à Consentib. August. lib. 4. de Ciuit. Dei. Lilius Geraldus Syntag. 1. lib. Historiæ deorum.

Selectio, Selectus] Vide Seligo.

Selenites] σελενίτης, Gemma in Arabia nascens, ex candido translucens melleo fulgore, imaginem Lunæ continēs, reddensq; in dies singulos, crescentis minuentisq; numero. Plin. lib. 37. cap. 10.

Selenitium] Hederæ genus, cuius est minor acinus, spartior racemus, Plin. lib 16. cap. 34.

Selenuntiæ] Aquæ in Aetna salsæ ad Himeram, Aegestanæ potabiles. Strabo lib. 16.

Seleucia] pen. prod. (σελεύκεια) Prima Syriæ ciuitas, ut ait Strabo lib. 11. & 14. & 15. iuxta quam Orontes affluit amnis. Hanc alij à Nicanore, alij à Nicatore conditā scrūt. Strabo, Seleuciā (inquit) ad Tigrim amnem, iuxta Babylonem, tercentis fere stadijs, Seleucus Nicator exædificauit, Ptolemæus tres Seleucias fecit, Pieriam, ad Euphraten, ad Belum. Scribit Plin. lib. 11. Seleuciam plerunq; Mesopotamiam dictam fuisse.

¶ Seleucianus, pen. prod. Adiect. Cic. Attic. lib. 4. epist. ult. Perspice æquitatem animi mei, & ludum, & contemptionem Seleucianæ prouinciæ. hoc est, nobilis prouinciæ Ciliciæ, quam Seleucus urbibus auxit. Vide, inquit, me nihil laborare, ut Proconsul in Ciliciam mittar.

Seleucides] Aues uocātur, quarū aduentum ab Ioue precibus impetrant, Cassij montis incolæ, fruges eorum locustis uastantibus. Nec unde ueniant, quóue abeant, compertum, nunquam conspectis, nisi cum præsidio earum indigetur. Plin. lib. 10. cap. 27.

Seleucides] Calceamentum muliebre, apud Pollucem lib. 7. cap. 22.

Seleucus] σέλευκος, unus fuit ex principibus Alexandri, qui post Alexandri mortem primus in Syria regnauit. De quo Appianus, clarissimus historicus Græcus, in Syrico.

Selibra] selibræ, pen. prod. (ἡμιλίτρου) Dimidia libra. Plin. lib. 14. ca. 16. 7, Malobathri selibris in musti congios duos additis. Liu. lib. 5. ab Vrbe, 210, Selibra farris. Gell. lib. 7. cap. 18, Darent argenti pondo libram scilicet & selibram. Fit autē selibra, à Semi Libra, per syncopen. Mart. li. 1. 52.
Et thuris, piperisq; tres selibræ.

Selicastra] Sedilia antiqui generis appellantur, d litera in l conuersa: ut etiam in sella factum est, & subsellio, & solio, quæ non minus à sedendo dicta sunt. Festus. Paulus in l. 4. D. de supellect. legata, Instrumenti significatione rhedæ & selicastra in supellectili adnumerari solent. Ita legit Hoander. Antonius uerò Augustinus sedularia, id est, quæ in rheda sedenti subijciuntur.

Seligo] seligis. pen. corr. selegi. pen prod. selectum (ἀπολογεῖν) seligere. Seorsum colligere, secernere. Cic. in Orat. 55. Quæ exempla selegisse, nisi uel nota esse arbitrarer, uel posse eligere, qui quærerēt. Idem in Orat. 27, Nec uerò utetur imprudenter hac copia, sed omnia expendet & seliget. Et 3 de Finib. 36, Sed hoc quasi ultimum, quale nos summum in uita bonum dicimus: illud autem ut feriat, quasi seligēdum, dum, non expetendum. Ouid. 3. Amor. eleg. 10. 10.

¶ Selectus, Participium: ut, Selectæ, breuesq; sententiæ. Cic. 1. de Nat. deor. 116.

Corpora selecta. Ouid. 5. Fast. 15.

Selecti iudices, Equites dicti sunt. Cic. pro Cluent. 96, Deinde Prætores tantum urbani, qui iurati debent optimū quēq; in selectos iudices referre. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 25.
Vnum ex iudicibus selectis obijcibat. id est, ex Equestri ordine. Cic. 4. Verr. 22. Cæterarum rerum selecti iudices ex ciuium Romanorū conuentu proponi solent. id est, Equitibus qui illuc conueniunt. Ibidē, 5. 117. Hic tu Medicum & Aruspicē & Præconem tuū recuperatores dabis? aut etiā illum ipsum quē tu in cohorte tua Cassianū iudicē habebas, si qua res maior esset, Papyrium Potamonē, hominem seuerū ex ueteri illa Equestri disciplina? Quæ uerba per ironiā dicta sunt. Selecti iudices, sunt præcipui. Vnde dij selecti & præcipui, de quibus suprà, apud August. lib. 4. de Ciuit. Dei, cap. 1. 2. 3. & 4. Hæc Budæus. Plin. lib. 33. cap. 2. 1, Decuriæ quoq; ipsæ pluribus discretæ nominibus fuēre, Tribunorū æris, & Selectorū, & Iudicū: præter hos etiamnū Nongenti uocabātur ex omnibus selecti, ad custodiendas ciſtas suffragiorū in comitijs. Et diuisus hic quoq; ordo erat, superba usurpatione nominū, quū alius se Nongentum, alius Selectum, alius Tribunum appellaret.

¶ Selectio, Verbale, (ἀπόκρισις) Cic. 2. de Finib. 71, Dum enim in una uirtute sic omnia esse uoluerunt, ut eam rerum selectione expoliarent: nec ei quicquam aut unde oriretur, daret, aut ubi niteretur. Idem 3. de Legibus 33, Selectio uitiorum.

Selinas] uel Selinois: braſsicæ genus Crispum. Plin. lib. 20. cap. 9, In tres species diuisere eam (de Braſsica loquitur) Græci antiquissimi. Crispā, quā Selinada uocauerunt, à similitudine apij foliorū, stomacho utilem, aluū modicè mollientem. Vide cap. 157. de Re rustica.

Selinis] pen. prod. (σελίνις) ut inquit Seruius, ciuitas iuxta Lilybæum, abundans palmis, quibus uescuntur, & apio. Virg. 3. Aeneid. 142,
Teq; datis limquo uentis palmosa Selinis,
Et uada dura lego saxis Lilybeia cæcis.

Selinon] σέλινον, à Græcis appellatur herba notissima, quam Latini Apium nominant. Inde fiunt compositæ, Petroselinon, Hipposelinon, & Elioselinon. Vide Dioscoridem Matthioli.

Selinus] pen. prod. (σελινοῦς) Duorum fluuiorum nomē in Asia, qui in mare influētes Dianæ Ephesiæ templū utrinq; complectuntur. Plin. lib. 5 cap. 29. Est & Selinus alius in Ægeorū agro, qui est in Achaia propriè dictā. Itē alius in Elide. Rursus alius in Sicilia, iuxta Megara & Hyblā montem: quorum omnium meminit Strabo lib. 8.

Selinus] selinuntis, Oppidum est Siciliæ, palmis abundans (σελινοῦς) Hinc Selinusius, selinusia, selinusiū, σελινούσιος, attributū: ut, Terra Selinusia, quæ à Galeno lib. 9. simplicium Medic. inter medicamenta ophthalmica ponitur.

Selinusius] Est lacus post Caystri ostia ex pelago refusus. Strabo lib. 14.

Sella] sellæ (ἕδρος, ἕδρα, θρόνιον) Quasi sedā à Sedendo. Plaut. Cure. 7. 32, Vide ut expalluit, dum istī sellā ubi assidat citō? Cic. 1. de Diuin. 160, Vt in eius sella requieſceret. Cato ca. 10. 4, Scabilia tria, sellas quatuor, solia duo, &c.
Erat apud Romanos magistratuū Aedilis & Prætoris sedes, qua per urbem ius dicentes comportabantur. Græci autē θρόνον dicunt sellam. Cic. 3. Verr. 84, Quod uos oblitos esse non arbitror, quæ multitudo, qui ordo ad Pisonis sellam isto Prætore solitus sit cōuenire. In eundē, 5. 111. Iam antea in sella sedens Prætor, quum prouinciam Siciliā obtineret. Aurea sella. Propert. lib. 4. eleg. 11. 6.

Curulis sella. Quintil. lib. 6. cap. 3. 17.

Gestatoria sella. Vide Gestatorius, in Gero.

¶ Sellaria, Substantiuum, Sellariæ (ἑδρεῶνες) loca in quibus sedes disponi solebāt. Plin. lib. 34. ca. 8. 34, Violentia Neronis in urbem cōuecta, & in sellarijs domus aureæ disposita. Sueton. in Tiberio, cap. 43, Secessu uerò Capreñ etiā sellariam excogitauit, sedem arcanarum libidinum.

¶ Sellariolus, pen. corr. (ἑδρεῖτης) Adiectiuum diminutiuū. Martial. lib. 5. 122, In sellariolis uagus popinis.

Selicastrum] selicastri. Vide Selicastra, suo loco.

Sellisternium] sellisternij. Vide Sola, inquit Festus, in Solum, soli.

¶ Sellularius, Adiectiuum (ἑδρεῶτος) sellularij opifices, qui sedendo opus faciunt, quos Liu. lib. 8. ab Vrbe, 100, scribit militiæ minimè aptos.

Sellæ] Oppidum est Epiri, cuius incolæ Sellani dicūtur. Lucanus lib. 3.

Selleen] Regio est proxima Pylo, in finibus Arcadiæ. Strabo lib. 8.

Selymbria] σελυμβρία, Ciuitas est Thraciæ ad Propontidem, propinqua Bizantio. Herodot. lib. 6.

Semasius] a, um, Semasij Christiani. Vide in dictione Sanmentitius: & Celium Rhod. lib. 10. Lection. antiq. ca. 9.

Sembella] sembellæ (ἡμιλίτρου) Quod sit libellæ dimidium, inquit Varro de Ling. Lat. lib. 4. Idem quod semis assis.

Semel] Aduerbium (ἅπαξ, ἅπαξ) Quasi unà, nō diuisim, uel uno (ut ita dicam) tempore, nam quod semel fit, nulla recipit diuisionem. Plaut. Capt. 12. 99,
Satis sum semel deceptus. Terent. Heauth. 1. 2. 34,
—ubi animus semel se cupiditate deuinxit mala,
Necesse est Clitipho consilia consequi consimilia.
Cic. 7. Verr. 63, Verū hoc erat, si ille semel uerus archipirata securi percussus esset, pecuniam illam non haberes.

Semel anno. Plin. li. 12. ca. 14. 6, Thus meti semel anno solebat.

Semel atq; iterum. Cic. pro Cluentio, 37.

Semel iterum. Liu. 1. ab Vrbe, 78, Semel T. Manilio Consule, post Punicum primum perfectum bellum: iterum, quod nostræ ætati dij dederunt ut uideremus.

Semel ac uicies. Plin. lib. 7. cap. 48. 5, Idem sella curuli semel ac uicies sedit, quoties nemo alius.

Semel unquam. Plin. lib. 2. cap. 35, Deinquum in cœlum se reciperet, lampadem factā, semel unquā proditur, Cn. Octauio, C. Scribonio Coss.

Semel, inquit Asconius, uicinum est ad Penè nunquam. Cic. 2. Verr. 4, Semel ait se in uita pertimuisse, tum quū primùm à me reus factus sit. Quasi dicat, ferè nunquam. Simile est, quòd semel in uita risisse Crassum scribit Lucilius.

Semel, Omnino & prorsus. ita ut iterum obtineri non necesse sit. Cic. pro Deiotaro 15, Cùm facilè exorari Cæsar, tum semel exorari soles. Budæus.

Semel, irreuocabiliter. Quintil. lib. 1. cap. 3, Nec semel de hoc decretū erat: tricesimus dies reddebat uicto certaminis potestatem. Ouid. de Virginitate loquens, epist. 5. 11,
—deperit illa semel. Budæus.

Semel à condito æuo. Plin. lib. 7. ca. 34. Ibidem, cap. 35. Pudicissima fœmina semel matronarū sententia iudicata est, Sulpitia Paterculi filia. Hic particula Semel, affirmātis uenustatem habet: ut quod uerissimū esse asseuerare uolumus, id semel tantùm dixisse sufficiat.

Semel, Ad summā, uel in summa. Valla de Ad summā loquēs. Quintilianus in sensu priore solet uti tali genere dicendi, pro ad-

per aduerbium semel,lib.9.cap.ultimo. Deniq; ut semel finiam, sic ferè componendum, quomodo pronunciandum erit. Et alibi lib.11.cap.1. Et ut semel omnia complectar, id est, ut in summa dicam. Cuius rei causa est ipsum illud Semel, quod significat Vna uice pro omnibus, ita ut posteà non oporteat quid addi. Quod enim semel tantum fit, id non habet regressum, ut iterum fiat. Virg.11. Aeneid.84,

—qui nequid tale uideret,
Procubuit moriens, & humum semel ore momordit.

Ouid.epist.5.11, —nulla reparabilis arte
Læsa pudicitia est, deperit illa semel. Lucan.li.9.116,
—dixitq; semel nascentibus autor
Quicquid scire licet. Semel,inquit, ut nullum posteà uerbum addat. Hactenus Valla lib.6.

Semele]pen.corr.(σεμέλη) filia Cadmi regis Thebarum, ex qua Iupiter Bacchum genuit:teste Horatio 1.Carm.ode 19.1.Thebana Semele.

Proles Semeles Bacchus. Tibul.lib.3.eleg.4.9.

¶Semeleius, Adiectiuum (σεμελήϊος) ut, Thyoneus Semeleius. Horat.1.Carm.ode 17.5.

Proles Semeleia. Ouid.5.Metam.66.hoc est,Bacchus.

Semen]seminis,pen.corr.n.g. (σπέρμα,γόνος,γονὸ,θορὸς,) à Sero,seris,Notæ significationis. Colum.lib.11.cap.7.5. Et cætera pecora malè pascunt,nec industriæ terram uertūt, longeq; plus imputant seminis iacti,quàm quod seuerint.

Perceptum semen. Ouid.11.Metam.29.

Pinguia semina. Horat.Epod.16.12.

Vitiata semina. Ouid.5.Metam.96.

Abire in semen,Plin.lib.21.cap.11.5.

Exire in semen,Plin.19.cap.6.14.

Committere semina sulcis. Virg.1.Georg.45.

Permisto semine constant omnia. Lucret.lib.2.118.

Differere semina in areas. Colum.lib.11.cap.2.

Data semina rudi humo. Ouid.6.Metam.130.

Eruere rostro semina. Ouid.15.Metam.23.

Iactare semen. Vide Iacio.

Ingerere semen solo. Vide Ingero.

Mandare semina terræ. Vide Mando,mandas.

Mittere rude semen in ignotam humū. Ouid.3.Trist.eleg.8.1.

Reddere semen. Plin.lib.cap.26.2. Vide Reddo.

Semina mollit humus ualido prætincta ueneno.

Ouid.7.Metam.25. De dentib. serpentis,quos Cadmus seminauerat.

Obrue uersata Cerealia terra. Ouid.1. de Remed.35.

Spargere semina per arua. Ouid.epist.12.9.

Frustra spargere semina. Quintil.lib.2.cap.9.2.

Prima Ceres docuit turgescere semen in agris. Ouid.3. Amor. eleg.9.3.

Semina,dicitur etiã de uirgultis & surculis. Virg.2.Geor.71,

Seminibus positis superest deducere terram
Sæpius. Ibidem 2.3,
Pars autem posito surgunt de semine:ut altæ
Castaneæ. Colum.lib.3.de Arboribus,cap.2. Si compluribus uimdemijs eundem tenorem seruauerint,ex eiusmodi uiribus lecta semina, multum bonumq; præbebunt. Ibidem. cap. 1. 3, Semina appellat surculos depactos, qui quum radices egerunt,in uineam transferuntur. Idem libro 5. cap.10,Arbores & semina cum radicibus Autumno serito.

Oleagineum semen. Vide Oleagineus,in Olea.

Ordinaria semina. Vide Ordinarius,in Ordo.

Deponere semina. Colum. Quum semina depones, dextra sinistraq; usq; in imum scrobem sarmẽtorum brachij crassitudinis demittito.

Flammæ abstrusa semina in uenis silicis. Virg.6.Aeneid.2.

Semina limus habet uirides generantia ranas. Ouid.15.Metamorphos.74.

Semen,per translationem, significat autorem alicuius rei, & eum à quo quid ortum est. Cic.2. Philpp.69,Vt igitur in seminibus causa est arborum & stirpium,sic huius luctuosissimi belli semen tu fuisti.

Semen urbanitatis. Cic.ad Attic.lib.7.32.4. Idem 5.de Finibus 30,Quorum similia sunt prima in animis, quasi uirtutum igniculi & semina.

Nequitiæ semina languidiora. Ouid.1.Amor.eleg.4.2.

Probationum semina spargere. Quintil.4.cap.2.39.

Semẽ alicuius,pro genere. Sueton.in Caligula,ca.25, Nec ullo firmiorẽ indicio sui seminis esse credebat,quàm feritatis.

Conceptus semine. Ouid.10.Metam.66.

Ætherium semen. Virg.7.Aeneid.57.

Cœlesti semine omnes sumus oriundi. Lucret.lib.2.198.

Dissona partu semina. Claud.2.in Eutropium,9.

Diuinum semen. Ouid.1.Metam.16.

Generoso semine implere uterum. Ouid.9.Metam.57.

Impia semina ferre utero. Ouid.10.Metam.93.

Inclyta semina. Silius lib.13.7.

Mortale semen. Ouid.3.Metam.21.

Virile semen. Lucret.lib.4.243.

Veterino semine partum genus. Lucret.lib.5.173.

Semen etiam apud Latinos est genus quoddam frumẽti, quod à Græcis ζειὰ dicitur. Plin.

¶ **Seminium**,seminij (σπέρος) Idem quod Semen. Columell. lib. 2. Nonnunquam superfusa aqua latentibus seminijs Varro 2.de Re rust.cap.6.1,Ego,inquit, de asinis potissimum dicam,quòd sum Reatinus,ubi optimi & maximi sunt:è quo seminio ego hìc procreaui pullos. Plaut. Amphit.1.5.15,

—sanguineo
Repentè hostes peperit seminio.

Triste seminium. Lucret.lib.3.149.

Seminium,Seminis lucrum. Plaut.Rud. Vænundantur merces non hoc suo seminio. Idem Milite,14.67.

¶ **Seminarium**, seminarij (φυτευτήριον) Locus subactus,in quo semina aut uitium,aut arborum panguntur:ut quũ ad certam quantitatem excreuerint, in uinetum uèl arbustũ, uel pomarium transferantur. Columell.lib. de Arboribus, cap.1.3. Qui uineam uel arbustum constituere uolet,seminaria prius facere debebit: sic enim sciet cuius generis uitem posturus sit. Idem lib.5. cap.6.1, Operam dabit, ne emortuis arboribus rarescat, ac primam quanq; senio aut tempestate afflictam summoueat, & inuicem nouellam sobolem substituat. Id autem facilè consequi poterit,si ulmorum seminarium paratum habuerit. Varro 3. de Re rust. cap.16.11, Quidam thymum contundunt in pila, & diluunt in aqua tepida: ea conspergunt omnia seminaria consita apium causa. Idem lib.1.cap.29.1. In primo interuallo inter Fauonium & Acquinoctium uernum hæc fieri oportet, Seminaria omne genus ut serantur, putari in primis, circum uites ablaqueari, &c. Cato cap. 46, Seminarium ad hunc modum facito: Locum quàm optimum & opertissimum, & stercorosissimum poteris, & quàm simillimũ genus terræ cæ, ubi semina posturus eris, & uti ne nimis longè semina ex seminario serantur, cum locum bipalio uortito, delapidato, circumq; sepito bene, & in ordine serito, in sesquipedẽ quoquo uersum talcã demittito, op primitoq; pede: si parũ deprimere poteris, malleo aut mateola adigito: digitũ supra terrã facito semina eminecãt: fimoq; bubulo summã talcã oblinito, signumq; apud talcã apponito,

apponito, crebroq; sarrito. Si uoles citò semina crescant, ad eundem modum alia semina serito.

Seminarium,per translationem,in malum,pro Origine, & eo à quo omne malum depẽdet,ueluti à quodam malè consito seminario pessimi fructus. Cic. 2. in Catilin. 42. Qui nisi exeunt,nisi pereunt,etiamsi Catilina perierit,scitote hoc in Rep.seminarium Catilinarium futurum.

Fons & seminariũ triumphorũ,In bonũ. Cic. in Pisonem, 77.

Principium & seminarium Reipub. Cic.1.Offic.80.

¶Seminarius, Adiectiuum. Florus lib.2.cap.6. Bellatricem illam uiris armisq; nobilem Hispaniam,illam seminariam hostilis exercitus,illam Hannibalis eruditricem.

¶Sementis,huius sementis,fœ.ge.(σπορά,) Ipsa satio,seu seminatio,sed præcipuè frugum & leguminum. Plin.lib.18.capite 14. 9, Sunt qui properent,atque ità pronuncient,festinatam sementem sæpe decipere serotinam semper. Colu. lib.13,Quibus magna sementis præparatur. Cæs.1.bel.Gal. 11,Sementes quàm maximas facere,ut in itinere copia frumenti suppeteret.

Vos date perpetuos teneris semẽtib. auctus. Ouid.1. Fast.136.

Proscriptionis facere sementem. Cic.ad Attic.lib.9.176.1.

Sementis,Seminandi tempus. Columel.lib.2.cap. 9. 2, Prima sementis rarius serere permittit: nouissima spissius postulat. id est,Primum tempus sationis.

Sementis,pro segete. Gell.lib.2.cap.29, In sementes fortè consederat ac tempestiuiores.

Sementis,Semen ipsum iam terræ mandatum. Colum.lib.2.ca. 8.4,Nam quod sicco loco ingestum, & inoccatum est,perinde ac si repositum in horreo non corrumpitur:at ubi uenit imber,multorum dierum sementis uno die surgit.

Sementim,in accusatiuo apud antiquos. Colum.lib.2. cap.10. 12.Cato sæpe 27,sementim facito ita.

Malorum facere sementim. Cic.3.de Nat.deor.107.

Sementi,in ablatiuo. Col.lib.2.cap.9.12.Media fermè sementi,&c. Cic. ibidem,cap.10.11.Et cap.12,Peracta sementi.

¶Sementalis,et hoc seminale,pen.prod.(σπερματικὸς)Quod ad sementem faciendam pertinet. Colum.lib.11.cap. 2, Vicia pabularis modios septem uel octo,uicia seminalis modios quinque uel sex.

¶Sementinus,pen.prod.(σπειρητὸς,καλλιέργητος) Adiect.ut, Sementina pyra,uel seminũ multitudine,uel quod usque ad sementis tempus durent. dicta. Cato cap.7.2.

Dies sementina: Festum fuit antiquis celebratum,postquàm terre mãdassent semina agricolæ. Ouid.1. Fast.132.

Sementinæ feriæ,fuerant institutæ,quasi ex ijs fruges grãdescere posſint. Festus.

¶Sementicus,pen.cor.adiect. (καθάρσιος) Quod seminari potest. Plin.lib.18.cap.7.3, Sementica autem triticum, hordeum,fabam,napum,rapam appellant.

¶Sementiuus,sementiua,sementiuum: Quod seminatur,ut sementiua frumenta,sementiuum triticum,hordeum,fabe napus,rapa. Plin.lib.18.cap.7.

¶Sementiuæ feriæ. Varro de Re rust.lib.1.ca.2, in ipso statim initio, Sementiuis ferijs in ædem telluris uenerã. Paulò pòst, Num feriæ sementiuæ ociosos uos huc adduxerũt? Sic enim habent plerique codices: non sementinæ,nec sementinis.

¶Semento, sementas (σπερματίζω) Sementare,Semẽ producere. Plin.lib.18.cap.28.2,Est enim in primis inutile nasci herbas sementaturas.

¶Sementesco,sementescis,sementescere,semen producere. Venit à graine,Grainer. Vtitur semel & iterum Ruellius li.2. cap. 82.

¶Semino, seminas,pen.cor. (σπείρω, φυτεύω) Seminare. Semen in terram proijcere. Colum.lib.2.cap.9.12, Seminari debet hordeũ post Aequinoctiũ. Seminatur aũt hordeum, et seminatur ager,sicut aspergitur humor,& aspergitur humore uestis. Idem lib.2.cap.4, Neq; in lira, sed sub sulco talis ager seminandus est. Et lib.2.cap.8, Ne seminarentur agri. Virg.6.Aeneid.42, quod non sua seminat arbos.

Seminare marẽ,quod generare dicimus. Colum.lib.6.cap.24.

Seminatus puer. Plaut.Amphit.5.20. (3,de tauris.

¶Seminatio (σπορὰ) Verbale. Varro 2.de Re rust. cap.6.2, Ad seminationem onagrus idoneus,quòd è ferо fit mansuetus facilè,& è mansueto ferus nunquam.

¶Seminator,pen.prod. Aliud uerbale (σπορεὺς) Cic. 2.de Natu.deor.122,Omnium aũt rerum quæ natura administratur,seminator & sator,& parens,ut ità dicam,atq; educator & altor est mundus,omniq; sicut membra & partes suas nutricatur & continet.

Seminator omnium malorum: apud Cic.li.3.de Nat.deor.90.

¶Seminosus,pen.prod. Adiectiuum. ut,Cucurbitæ seminosæ, seminibus abundantes. Author eius Iambici,cuius inter Priap.initium est Quid hoc negotij est.

Nec seminosas ad cucurbitas quenquam,
Ad ociũmue cucumeres ue humi fusos
Venire credo, sesilesue lactucas.

Semestris]& hoc semestre (ἑξάμηνος,ἑξαμηνιαῖος) Quod est ex sex mensium:ut,Semestris Cõsulatus. Plin.epist.69. Plin.maior.lib.10.cap.25.1, Temporum magna differentia auribus:perennes,ut columbæ:semestres,ut hirundines: trimestres,ut turdi & turtures:& quæ quum fœtum eduxêre,abeunt,ut galguli, upupæ.

Semestrem uitam excedere. Plin.lib.8.cap.39.2.

Semestris Dictatura. Liu.4.ab Vrbe, 176.

Semestris Censura. Liu.4.ab Vrbe, 102.

Semestre regnum. Cicero ad Attic.lib.10.197.10,

Semesus]pen.prod. Adiectiuum (ἡμίβρωτος) Semicomestũ. Eadem enim forma dicitur, quæ ambesum & comesum Sueton.in Tiberio,cap.34, Solennibus ipse cœnis pridiana sæpe ac semesa obsonia apposuit. Virg.8.Aeneid.60.

Ossa super recubans antro semesa cruento.

Frustra lardi semesa. Horat.2, serm.Sat. 6, 17.

Membra semesa. Silius lib. 6.48.

Præda semesa. Virg.3.Aeneid.49.

Pisces semesi. Horat.1.Serm.Saty.3.26.

Semet]ἐαυτὸν,pronomẽ accusatiui,uel ablatiui casus,à suimet genitiuo. Suet.de clar. Grãmat. Ab semet nominatus. Plin.de Vir.illust.70. Max à Sylla Bergami oppressus,corrupto exercitu desertus,semet occidit. Liu.2.ab Vrbe. 53.

Semhammemphoras] apud Rhabbenum, id est, nomen expositũ,de Dei optimi maximiq; nomine. Moses Aegyptius in libro More: Omnia(inquit) nomina creatoris & opificis,in libris omnibus inuenta,ab effectibus deriuata sunt, præter unum illud Iehoua, seu Iehuhe, quod est nomen peculiare Creatori altissimo: & propterea uocatur Semhãmemphoras,id est,nomen expositum.

Semianimis]ἡμίθνατος, & cætera à semis,siue semi composita, Vide Semis.

Semigro] semigras,pen.corr.(ἀποδημῶ) semigrare, Idem quod Migro:ut,Semigrare ab aliquo. Cic.pro Cælio,12,Reprehendistis,à patre quod semigrârit:quod quidem iam in hac ætate minimè reprehendendum est:qui quũ ex Reipub. causa iam esset mihi quidem molestũ,sibi tamen gloriosam uictoriã consecutus,et per ætatẽ magistratus petere posset: nõ modò permittẽte patre,sed etiã suadente ab eo semigra

Seminariũ,Seminiũ,Semino] Vide Semẽ. (uit.

Semiramis]penul.corr.huius Semiramis & Semiramidis (σεμίραμις)unde accusatiuũ Semiramin uel Semiramidem

facit. Fuit nomen Assyriorũ regimæ, Niniregis uxoris, quæ mortuo uiro res præclaras gessit. De hac prudentissima, & uiri nomine digna fœmina, lib. 3. Diodorus, Iustinus, Orosius, Eusebius, Augustinus, Iosephus, Philostratus, scripserunt & alij. Ea mulierum omnium, quarum ex historia ad nos perlata notitia est, lõgè celeberrima: quãq; cùm Syro præcipuè Alexãder admiratus feriur, quòd in illa & magnitudo quædã animi, & rerum claritas plurima emicuisset: quũ sibi iam magno natu monumẽtum, in quo perfuncta humanis recõderetur, struxerat, inscriptionem eiusmodi exculpendam curasse dicitur: quicunq; ex regibus pecuniæ inopiam senserit, conditorio recluso sumat inde quicquid uisum fuerit. Id quum legisset Darius, ut quũ auri foret auidior, sepulchrum inijsit recludi: sed in eo pecuniam quidem inuenit nullam, in eas aũt incidit literas: Ni malus uir fores, & pecunia prorsum inexplebilis, non utiq; mortuorum loculos moueres: exprobratione lepida in sacrũ auri famem, ut eminentissimi autores tradidẽre. Hæc Cælius Rhodig. lib. 23. cap. 5. ex Plutarchi Apophthegmatis. Verum eadem impudica & mollis fuisse traditur, utpote quæ filij concubitum experierit, & equũ usq; ad coitũ adamasse dicatur. Semiramis, lingua Syriaca, auem significat. Nanq; ab auibus adhuc infans nutrita dicitur. Vide Decreto. Scribit Valer. Maximus lib. 9. cap. 3. dum die quodã circa cultũ corporis occupata esset, & nuntiaretur ei Babylonẽ defecisse, soluta ãdhuc altera parte crinium, protinus ad eam expugnandã cucurrit: nec prius decorem capillorum in ordinẽ, quàm tantam urbem in suam potestatem redegit. Iuuenal. Satyr. 2. 11,

Quod nec in Assyrio pharetrata Semyramis orbe,
Propert. lib. 3. eclog. 11. 5.

¶ Semiramius, Adiect. (σεμιραμίος) Claud. 5. Paneg. 33,

Nostra Semiramiæ timeant insignia turres.

Sanguine Semiramio cretus. Ouid. 5. Metam. 17.

Semis] uel potius Semi, indeclinabile (ἥμισυ) Dimidium significat, & melius desinit in semi, quo extra compositionẽ rarò utuntur: Semiunus à Græco deducitur ἅμι, & ſ habet pro aspiratione Græca. Festus.

¶ Semianimis, & hoc semianime, penult. corr. & interdũ Semianimus, semianima, semianimum, (ἡμίθνηκος, ἡμιθανὴς) Quasi exanimatus. Plin. de Viris illust. 39. Ipse cum trecentis pugnans cecidit, & postea ab Attilio semianimis inuentus & sanatus, magno postea terrori hostibus fuit. Liu. ab Vrbe, lib. 1. Vbi tollentes corpus semianime uirginis. Sic 8. bel. Pun. Quum turbam fœminarum, puerorumq; imbellẽ, inermem ciues sui cæderẽt, & in succensum rogum semianima pleraq; iniicerent corpora, &c.

Media procubuit dõmo semianimis. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 19.
Artus semianimes. Ouid. 14. Metam. 42.
Clamor semianimis. Stat. 8. Thebaid. 120.
Equi semianimes uoluuntur. Virgil. 11. Aeneid. 127.
Attollere terra semianimem heram. Lucan. lib. 8. 14.
Semianimus, antiquè. Cic. 1. de Diuinat. 172,

—unguibus anguem
Semianimum, & uaria grauiter ceruice micantem,
Ex Ennio. De aquila.

Corpore semianimo languida membra. Lucret. lib. 6. 255.

¶ Semiapertus, Adiect. (ἡμιανοίκτος) Liu. 6. bel. Pun. 202,

Paucos ex multis trepida fuga incendentes, semiapertis portarum foribus in urbem compulit.

¶ Semiassis, adiectiuum (ἡμίασσος) Cic. 1. Tuscul. 170, (Ut Heu reliquias semiasi regis denudatis ossibus. Ex poe

¶ Semibos, pen. corr. semibouis (ἡμίβους) Ouid. 4. Trist. eleg. 6. 4.

Centimanumq; Gygen, semibouemq; uirum.

¶ Semicaper, pen. corr. semicapri Ouid. 5. Fast. 21,

Semicaper coloris succinctis Faune Lupercis.

Deus semicaper. Ouid. 4. Fast. 152.
Pan semicaper. Ouid. 14. Metam. 103.

¶ Semicinctium, semicinctij (ἡμιζώνιον) Succinctorium, quòd medium hominem cingat, id est, uestiat: est enim genus uestis breuissimæ, uentrem tantùm contegens. Martial. li. 14. 158. de semicinctio est epigramma.

¶ Semicirculus. pen. corr. (ἡμίκυκλος) Medius circulus. Colum. lib. 5. cap. 2, 1. Cic. de Finibus 100, Quumq; non haberent ex doctrina oblectationes, circulos aliquos, & semicirculos consectari.

¶ Semicircularis, pen. prod. Adiect. (ἡμικύκλιος) Quod habet mediam circuli formam. Colum. libro 5. cap. 2. 11, Semicircularis agri forma.

¶ Semicoctus, Adiectiuum (ἡμίεφθος) Plin. lib. 18. cap. 11, 13, Ex tritico candidissima atq; grandissima eligunt grana, & semicocta in ollis. Colum. lib. 8. cap. 5. 1, Semicoctum ordinem. Et apud Plin. lib. 22. cap. 25. 24, Semicocta aqua.

¶ Semicorporalis, & hoc semicorporale, pen. prod. Firmic. li. 2. cap. 12. Semicorporeus, semicorporea, semicorporeum, Firmicus lib. 2. cap. 12, Cancer signum est in cœlo fœminum, mobile, semicorporeũ, irrationale. Rursus ibid. Libra signum est in cœlo masculinum, semicorporeũ, rationale.

¶ Semicremus, pen. cor. Adiect. Ouid. 2. Metam. 58,

Semicremõq; nouat repetitum stipite uulnus. id est, quod dimidia ex parte excrematum erat.

¶ Semicrematus, pen. prod. Adiect. (ἡμίφλεκτος) ut, Membra semicremata. Ouid. in Ibin, 127. Et Martial. lib. 11. 55.

Thuraq; de medio semicremata rogo.

¶ Semicrudus, pen. prod. Adiect. (ἡμίωμος) Colum. lib. 6. cap. 26, Si iam tali uitio laborant, lupini semicrudi conterũtur, & offæ saluiati more faucibus ingeruntur. Statius 5. Sylu. 9. 9.

¶ Semicubitalis, & hoc semicubitale. penult. prod. Liu. lib. 2. Decad. 5, ut palmæ spiculum hastili semicubitali infixum.

¶ Simideus, adiectiuum (ἡμίθεος) ut, Canes semidei. Lucan. lib. 8. 164.

Nos in templa tuam Romana accepimus Isin,
Semideosq; canes.

Annubim intelligit. Genus semideũ. Ouid. in Ibin, 17. Deos Indigetes significare putatur poeta.

Reges semidei. Stat. 2. Achil. 73.

¶ Semidoctus, Adiectiuum (ἡμιμαθὴς) Cic. 2. de Orat. 95, Hæc ut & properans, & apud doctos, & semidoctos ipse percurro, ut aliquando ad illa maiora ueniamus. Plautus Asinaria, 5. 74.

¶ Semiermis, hoc semierme (ἡμίοπλος) Partim tãtùm armatus. Liu. 5. bel. Pun. 109, Haud dubia res est, quippe inter Annibalem ducem & centurionẽ, exercituq;, alterum uincendo ueteranũ, alterum nouum totum & magna ex parte etiam tumultuarium & semiermem. Ibid. lib. 2. 207, Binis in castris quum multitudo semiermis sine ducib, esset, &c. Dicitur & semermis ut Decad. 3. lib. 10, ex agrestiũ semermi turba. (Tacit. lib. 15.

¶ Semifactus, Adiectiuum (ἡμιπρακτος) ut, Opera semifacta.

¶ Semifer, pen. corr. Adiectiuum (ἡμίθηρος) Ouid. 2. Metam. 129, Semifer interea diuinæ stirpis alumno
Lætus erat. De Chirone Cẽtauro. Plin. lib. 8. ca. 57. 3, Semiferũ & ipsum animal, cui uiuaria in dolijs idẽ qui apris inst

Caput semiferum panis. Lucret. lib. 4. 119. (stituit.
Corpus semiferum. Valer. 6. Argon. 11. Cic. 2. de Nat. deor
Fremitus uirorum semiferi. Valer. 6. Argon. 47.
Lupi semiferi. Valer. 1. Argon. 93.
Pectus semiferum. Virg. 10. Aeneid. 43.

Species

Species hominum semiferæ. Lucret. lib. 2. 141.

¶ Semiformis, & hoc semiforme (ἡμίμορφος) Colum lib. 4. cap. 25. 2, Cui superpositæ semiformis lunæ species, securis. Idem lib. 8. cap. 5. 10, Pullicq; semiformes interimuntur, antè quàm totis partibus suis consumentur.

¶ Semifultus, Adiect. (ἡμιστήριγτος) Mart. lib. 5. 14,

Subsellioq; semifultus extremo, &c.

¶ Semigermanus, pen. prod. Adiect. (ἡμιαδέλφιδους) Liu. 1. bel. Pun. 140, Vtiq; quum quæ ad Appennium ferãt obsepta gentibus semigermanis fuissent.

¶ Semigræcus, Adiect. (ἡμιέλλην) Varro 2. de Re rust. cap. 1. 2, Vt semigræcis pastoribus dicam Græcè.

¶ Semigrauis, pen. corr. Adiect. (ἡμιβαρὺς) Liu. 5. bel. Pun. 129, Quia magna pars in turribus epulati, aut sopiti uino erant, aut semigraues potabant.

¶ Semihomo, pen. cor. semihominis (ἡμίανθρωπος) Colum lib. 10. 2.

Quamuis semihominis uesano gramine fœta
Mandragoræ pariat flores, mœstamq; cicutam.

Semihomo Cacus. Virg. 8. Aeneid. 36.
Nasamones semihomines. Sil. lib. 11. 36.

¶ Semihora, semihoræ, pen. prod. (ἡμιώριον) Cic. pro Rabirio perduellionis reo, 3, Nunc quoniam Tite Labiene diligentiæ meæ, temporis angustijs obstitisti, meq; ex comparato & constituto spacio defensionis, in semihoræ curriculum coëgisti, parebitur, & quod iniquissimũ est accusatoris conditioni, & quod miserrimum inimici potestati.

¶ Semijugerum, semijugeri, pen. corr. (ἡμιπλέθρου) Colum. lib. 5. cap. 1. 6, At Galli candetum appellant in areis urbanis, spacium cẽtum pedum, in agrestibus autem pedum CL. quod aratores cadetum nominãt: semijugerum quoq; arepennẽ uocant. Idem lib. 4. ca. 18. 1, Vel in semijugera omnibus modis dirimatur.

¶ Semilacer, pen. cor. Adiect. (ἡμιλακὴς) Ouid. 7. Metam. 69, Semilacerq; toro tentat consurgere.

¶ Semiliber, penult. prod. (ἡμιελεύθερος) Cicer. ad Attic. libro 13. 286. 2, Obsecro abijciamus istũ, & semiliberi saltem simus.

¶ Semilixa, semilixæ, m. g. (ἡμισπανοφόρος) Liu. 8. bel. Pun. 148. Sed illi primùm non Annium Vmbrum semilixam, nominis etiam abominãdi ducem, sed Decium Iubellium. Tribunum militum secuti sunt.

¶ Semimadidus, pen. cor. Adiect. (ἡμίβροχος) Colum. lib. 2. cap. 4. 4. Ne lutosus ager tractetur, nèue exiguis nimbis semimadidus.

¶ Seminarinus, pen. prod. Adiect. (ἡμιάλιος) Lucre. lib. 5. 179. Aut rapidis canibus succinctas semina ẽnis

Corporibus Scyllas. Tanquam canes, Scyllam circumlatrantes: sint partim pisces, partim terrena animalia.

¶ Seminas, pen. cor. seminaris, pen. cor. m. g. (ἡμιάρδαλις) Catstratus, euiratus. Varro 3. de Re rust. cap. 9. 2, Capi semina res, quòd sunt castrati. Liu. 1. bel. Maced. 47, Ante omnia abominati semimares, iussiq; in mare extemplò deportari. Ouis seminas. Ouid. 1. Fast. 118.

Semimares, dicuntur etiam androgyni. Ouid. 7. Metam. 77. de Hermaphrodito.

¶ Semimithra, semimithræ, quæ uox reperitur apud Iurisconsultum, tanquam dimidium mithræ est.

Est enim minor quædam mithra, ut senicinctium, antè explicauimus. Quæ enim similis & geminæ formæ sunt, ex proportione parem explicationem desiderant, Turnebus.

¶ Seminortuus, Adiect. (ἡμιανὴρ) ut, Membra seminortua. Catul. ad Licinium, 47. 3.

¶ Seminanis, & hoc seminane, pen. prod. pro Semintianis. Plinius libro 2. cap. 18. 3, itaq; in quadrato solis diuidua est,

Thesauri pars 3.

in triquetro seminani ambitur orbe, impletur autem in aduerso. De luna.

¶ Seminecis, semineci, seminecem, seminece, pen. cor. (ἡμιθνὴς) Semimortui, parum adhuc uiuentis post acceptũ uulnus. Liu. bel. Pun. 15, Tandem postquam ij qui circa regem seminecem restantem, deinde pilo terræ affixum pugnabant, obruti telis occubuerunt. ibid. lib. 3. 66.

Artus semineces. Ouid. 1. Metam. 46.
Oculi semineces. Ouid. ad Liuiam, 79.

¶ Seminudus, pen. prod. Adiect. (ἡμίγυμνος) Liu. 9. ab Vrbe, 26, Primi Consules propè seminudi sub iugum missi, tum ut quisque gradu proximus erat, ita ignominiæ obiectus. Idem 1. bell. Maced. 139.

¶ Semipaganus. pen. prod. Adiect. (ἡμιπαγανὸς) Persius in Prolog. 2. —ipse semipaganus.

Ad sacra uatum carmen affero nostrum.

Vide Paganus in Pagus.

¶ Semipater, pen. cor. semipatris. pen. cor. (ἡμιπάτωρ) Ouid. 6. Fast. 43,

Quærebam nonas Sancto Fidióne referrem,
An tibi semipater, tunc mihi sanctus ait, &c.

¶ Semipes, pen. cor. semipedis, pen. cor. m. g. (ἡμίπους) Colum. lib. 3. cap. 19, Paulò minor dodrante, longior utiq; semipede. Plinius libro 12. cap. 19. 9, Varro 3. de re Rust. cap. 8. 1, Infimum ordinem oportet abesse à terra non minus tres pedes, inter reliquos dodrantes, à summo ad camaram ad semipedem.

¶ Semipedalis, & hoc semipedale, pen. prod. (ἡμιποδιαῖος) Quod medij pedis longitudinem habet. Plin. libro 13. cap. 4. 9. Semipedales ramorum relinquentes truncos. Idem libro 36. cap. 25. 5.

¶ Semiplacentinus, pen. prod. Adiect. (ἡμιπλακουντῖνος) Cicero in Pisonem, 9, Quum esses interrogatus quid sentires de Consulatu meo, grauis author, Calatinus credo aliquis, aut Africanus, aut Maximus, & non Censorinus semiplacentinus Calutius, respondes, altero ad frontem, &c.

¶ Semiplenus, pen, prod. Adiect. (ἡμίπλεως) Liu. 5. bel. Pun. 172, Qui improuiso adorti semiplenas stationes, & adapertas fores portæ. Cic. 7. Verr. 11, Semiplenæ naues. Et apud Colum. lib. 5. cap. 5. 4, Semiplenæ scrobes.

¶ Semiputatus, pen. prod. Adiect. (ἡμικαθάρτος) ut, Vitis semiputata. Virg. 2. eclog. 14.

¶ Semiquinarius, Adiect. (πονθημιμερὴς) Semiquinaria diuisio est, quũ in scandendo quinq; pedes per dimidium diuiduntur, ita ut post duos pedes, ultima dictionis supersit, ut Armaui, rúmqueca, no, Semiseptenaria autem diuisio, quum post tres primos pedes syllaba similiter relinquitur dictionem terminans: ut Armaui, rúmqueca, no Tro, iæ.

¶ Semiraſus, pen. prod. Adiect. (ἡμιξυρὸς) ut Vstor semiraſus. Catul. de Rufa & Rufulo, 55. 1.

¶ Semireductus, Adiect. (ἡμιανακεκλασμένος) Ouid. 2. de Arte, 123. Protegitur læua semireducta manu. id est, Semicõtracta.

¶ Semirefectus, Adiect. (ἡμιανακαινούμενος) ut, Classis semirefecta. Ouid. epist. 7. 35.

¶ Semirutus, pen: cor. Adiect. (ἡμιβαλὴς) Quasi semidirutus. Liuius. 2. bell. Maced. 66, Purgato loco qui strage semiruti muri cumulatus erat. Et libro 8. bel. Pun. 244, Semiruta castella.

Semiruta ac spoliata patria, Ferè delata. Liu. 6. bell. Pun. 165.
Tecta semiruta. Lucan. lib. 1. 5.
Vultus semiruti. Stat. 1. Syl. 3. 21.

¶ Semisenex, pen. cor. uel semisenecus, antiquè (ἡμιγέρων) Plaut. Milit. 10. 54,

O lepidum semisenẽ næ si quas memorat, uirtutes habet.

Kk 2 Quædam

Quædam exemplaria, semisenem, legunt.

¶ Semisepultus, Adiectiuum (ἡμιθαφὴς) ut, Ossa semisepulta. Ouid. epist. 1. 11.

¶ Semisonus, Adiect. Ferè adhuc dormiens, neq; uixdum expergefactus satis. Plaut. Curcul. 3. 21.

Vini pollens lepidus Liber: qui screanti tibi
Siccæ, semisomnæ potionem affert. Cic. ad Marium, lib. 7. 14, Quum ille interea qui te istic reliquerunt, spectarent communes inimos semisomni. Liu. 10. bell. Maced. 66, E conuiuio & comessatione propè semisomnus raptus sum ad causam parricidij dicendã. Tacit. lib. 1. Sine ullo nere milites, qui semisomnos, inermes, aut palantes cæciderant.

¶ Semisomnis, & hoc semisomne, Idem. Cic. 7. Verr. 75, Confirmant ipsi se, quum is etiam tum semisomnis stupueret, arma capiunt. Liu. 7. bel. Maced. 8. 5, Sparsos per negligentiam & semisomnes propè adorti sunt.

¶ Semisonarius, Qui crotalia sonitat, quæ ueluti medij timtinnabuli formam gerit. Plaut. Aulul. 15. 44,

—Sarcinatores petunt,
Scropharij astant, semisonarij. Sunt qui legunt, semizonarij.

¶ Semisopitus, pen. prod. Adiect. (ἡμιυπνωτος) Liu. 5. bell. Pun. 218, Pars semisopitos hostes cædunt. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 4. Purpureo iacuit semisopita toro.

¶ Semispathium, semispathij (ἡμιεπάδιον) Breuior ensis, quasi dimidiata spata.

¶ Semisupinus, pen. prod. Adiectiuum (ἡμιύπτιος) Martialis libro 6. 35,

Ampullis potas semisupinus aquam. Ouid. ius 3. de Arte, 157. Quum iacet in dextrum semisupina latus.

¶ Semitritus, pen. prod. Adiect. (ἡμιτρὶς & βεὶς) Colum l b. 1. cap. 6. 16, Hic autem nubilarium applicari debet, maximeq; in Italia propter inconstantiam cœli, quò collocata semitrita frumenta protegantur, si subitaneus imber incesserit.

¶ Semiuetus, pen. prod. Adiect. Mollis, ferè consumptus. Colum. lib. 12. cap. 16. 3. Alij fólijs uitigeneis, nonnulli platanonis semiuietas uuas cõtegunt, & ita in amphoras recõdunt.

¶ Semiuir pen. cor. semiuiri, pen. cor. (ἡμιάνωρ) Ouid. epist. 9. 29, Semiuir occubuit ui, Lerniferoq; ueneno Nessus.

Semiuir, pro effœminato. Liu. 3. bel. Macced. 43, Errare ut ait homines, qui tam atrocem cædem pertinere ad illos semiuiros crederent. Virgil. 4. Aen. 43,

Et nunc ille Paris cum semiuiro comitatu. Ouid. 4. Metam. 78, Quisquis in hos fontes uir uenerit, exeat inde Semiuir, & tactis subitò mollescat in undis.

Chorus semiuir. Sil. lib. 17. De sacerdotibus Cybelles.

¶ Semiuiuus pen. prod. Adiect. (ἡμίζωος) Cic. in Pisonẽ, 24. Qui non admurmuratione, sed uoce & clamore abiecti hominis & semiuiui, &c. Idem 3. Verr. 30.

Semiuiua uox. Cic. pro Sestio, 109.

¶ Semuncia, semunciæ (ἡμιουγία) pro Semiuncia. Persius Satyra 5. 13,

—Sed nullo thure litabis,
Hereat in fultis breuis ut semuncia recti. Cic. pro Cecinna 12, Facit hæredẽ ex deunce & semũcia Cecinnam. Colum. lib. 5. cap. 10, Pars uicesimaquarta, pedes mille ducentos, hoc est semuncia, in qua sunt scrupula duodecim,

¶ Semuncialis, & hoc semunciale, pen. prod. (ἡμιουγιαῖος) Quod ad semunciam pertinet. Plin. lib. 33. cap. 3. 7. Mox lege Papyriana semunciales asses facti.

¶ Semunciarius, Adiect. Idem (ἡμιουγιαῖος) Liu. 7. ab Vrbe, 122, Semunciarium tantùm ex unciario fœnus factum.

¶ Semiustus, Adiectiuum. Liuius Decad. 3, lib. 2, Se populare incendium priore Cõsulatu semiustum effugisse.

¶ Semiustulãdus, Adiect. (ἡμιαπτύστος) Suet. in Tyberio Cæsare cap. 75, Corpus ut moueri à Miseno cœpit, conclamantibus plerisq; Atellam potius deferendum, & amphitheatro semiustulandum, Romam per milites deportatum est, crematum, publico funere.

¶ Semiustulatus, pen. prod. Adiect. (ἡμίοπτος) Idem quod Semiustus. Cic. pro Milone, 25, Tu. p. Clodij cruentum cadauer iecisti domo, tu in publicum iecisti, tu spoliatum imaginibus, exequijs, põpa, laudatione, infelicissimis lignis semiustulatum, nocturnis canibus diuiandum reliquisti.

¶ Semustus, Adiect. (ἡμίκαυστος) pro Semiustus: ut,

Pax semusta. Ouid. 4. Fast. 33.
Corpus semustum fulmine. Virg. 5. Aen. 116.
Membra semusta Lucan. lib. 9. 1.
Robora semusta. Lucan. lib. 8. 146.

Semilsis] huius semĩsis, m. g. (ἥμισυ) Idem quod Semis. Cic. Att. lib. 15. 330. 5, Sed si cubi inciderit, de Tulliano semisse Maxianam adhibebis, ut scribis.

Semissis, Monetæ pars. Lampridius de Alexãdro principe Romano loquens. Vectigalia (inquit) publica in id contraxit, ut qui decem aureos sub Heliogabalo præstiterant, tertiam partem aurei præstarent, hoc est, tricesimã partem. Tunc q; primùm semisses aureorum formati sunt: tunc etiam quum ad tertiã partem aurei uectigal decidisset, tremisses: dicente Alexandro, etiã quartarios futuros, quòd minus nõ posset, quos quidẽ iam formatos in moneta detinuit, expectans ut si uectigal contrahere potuisset, & eos edceret. Sed quũ non potuisset, per publicas necessitates, conflare eos iussit, & tremisses tãtùm, solidosq; formari. Formas binarias, ternarias, quaternarias, & denarias etiam, atq; amplius, usq; ad quinquagenarias quoq; & centenarias, quas Heliogabalus immerat, resolui præcepit, neq; in usu cuiusquam uersari. atq; ex eo ijs materiæ nomen inditum est, quum diceret plus largiendi hãc esse imperatori causam, si quum multos solidos mimodres dare posset, dans decem uel amplius, una formatrigintа & quinquaginta, & centum dare cogeretur. Ex his uerbis Lampridij, quæ uulgò corruptissimè leguntur, facilè intelligimus, solidos primùm dictos esse aureos nũmos, certi cuiusdam, suiq; ponderis quasi integros. Erant dimidiati aurei, & tertiarij, à tertia parte dicti, qui semisses tremissesq; dicebantur, quemadmodum binarij, ternarij, quaternarijq; & deinceps sic dicti sunt, qui binos aureos & ternos, & quaternos, denosq; penderent. Sic intelligendi tremisses, in L. iubemus de erogatione milit. an non lib. xii. C. Trientales autem Latinè dici possent. Hæc Budæus. Cic. pro P. Sest. 46, Sed ab uno gladiatore innumerabilia alia noua conscriberẽtur: ut remissis semissibus & triẽtibus, quinta prope pars uectigalium tolleretur.

¶ Semissis, Adiectiuum: ut, Homo semissis, dicitur homo utilis, & quasi semihomo: sicut semissem, semiassem dicimus. Vatinius Ciceroni lib. 5. 10. 4, Simius, non semissis homo, cõtra arma non tulit, & eum bello cepi.

Vsura dicitur semissis, quoties de centum nummis senus nummus usuræ nomine percipitur. Capitolinus in Alexandro, Trientarium fœnus ait eum ut æquissimum & leuissimum exercuisse ad usum Reip. Hæc Budæus Plin. lib. 14. cap. 4. 11, Ex his tamen usura multiplicata semissibus.

¶ Semissalis, & hoc semissale, Adiectiuum, pen. prod. Modestinus in l. Septitia. D. de polliciat Septitia certamẽ patriæ suæ pollicendo, sub hac conditione pollicita esse, uti sors apud eam remaneret, & ipsa usuræ semissales ad præmia certantium exolueret.

¶ Semissarius, a, um, Semissarius cohæres, apud Florentinum in l. Legatum 116. de legat lib. 1. Pandect. lib. 30. A cohærede uerò semissario (inquit Florentinus) duobus extraneis concurrentibus non amplius tertia parte

¶ Semitogium, gij, Breuis & quasi dimidia toga: à quo semitogatus, ἡμιτήβεννος.

¶ Semiuocalis, quòd proximè ad uocalem literam sono accedat. Earum semiuocalium meminit Plutarch. in Symposiacis, quarum numero sex sunt: ut ex Grãmaticorum regulis, cognitum est.

¶ Semizonarius, qui semizonia, siue semicinctia cõficit. Plaut. Aulul.

Strophiarij astant, semizonarij, &c.

Semita] semitæ, pen. cor. (τρίβος, ἄτραπος) Quasi semijter arcta uia, siue dimidia uia. Plaut. Casina, 3. 31,

Post id locorum, quando ad uillam ueneris,
Dabitur tibi amphora una, & una semita.

Fons unus. Cæsar. 7. bell. Gall. 27.
Ferri semitis. Quint. lib. 5. cap. 14. 24.
Velox semita Lunæ. Claud. 2. Paneg. 88.
Semita pro Via. Cic. in Verr. act. 4. 40, Attendite, iam intelligetis, hanc pecuniam qua uia modò usa est exire ab isto, eãdem semita reuertisse.
Rara per occultos ducebat semita calles. Virg. 9. Aen. 77.
Spumea subsequitur fugientis semita claui. Valer. 2. Argo. 86.
Viæ fallentis semita. Horat. 1. epist. 19. 21.
In semitam rectam deorũ reuerti, metaphoricè dicitur à Platone, Casin. 10. 33.

Nunc pol ego deorum in rectam redij semitam.

Semitæ sunt in urbe, qui limites etiam dicuntur. Inde,

¶ Semitalis, & hoc semitale, pen. prod. ut, Semitales dij, semitarum præsides. Author eius Iambici quod est inter obscœna carmina cuius titulus est. De Sabino,

Neque ulla tota semitalibus Deis
Sibi esse facta.

¶ Semitarius, dictus, Qui semitas percurrit. Catull. ad Contubernales, 35. 4,

Omnes pusilli & semitarij mœchi.

Semitarios mœchos uocat, qui uulgaria scorta & in semitis prostituta sectantur.

¶ Semitatim, Aduerbium, Per semitas. Titinnius. Ita semitatim effugi, & effugi patrem.

¶ Semito, semitas, pen. cor. Semitare, Eo modo dictũ quo Limitare. Plin. lib. 17. cap. 22. 2, Vineas limitari decumano xviii. pedum latitudinis ad contrarios uehiculorũ transitus, alijsq; transuersis limitibus denum pedum distingui per media iugera. Aut si maior modus sit, totidem pedum cardine quot decumano limitari. Semper uerò quintanis semitari, hoc est, ut quinto quoq; palo singulæ iugo, paginæ includantur.

Semiuiuus, Semiuiuus] & cætera à Semis composita: Vide in Semis.

Semneserteus] Rex fuit Aegypti, quo regnante Pythagoras nauigauit in Aegyptum: Vide Plinium lib. 36. cap. 9. qui de eo in hunc modum adnotat. Is autẽ obeliscus, quem Diuus Augustus in circo magno statuit, excisus est à rege Semneserteo: quo regnante Pythagoras in Aegypto fuit, centum uigintiquinque pedum & dodrantis, præter basim eiusdem lapidis. Is uerò qui est in campo Martio, nouem pedibus minor, à Sesostride. Inscripti ambo rerum naturæ interpretationem Aegyptiorum opera Philosophiæ continent.

Semnion] Herba à maiestate sic dicta, Pauonis picturis similis odore eximio. Hanc à Persarum regibus comedi, aut bibi contra omnia corporum incommoda, instabilitatemq;

mentis commemorant. Theombrotium à Plin. lib. 24. cap. 17. appellatur.

Semodius] semodij (ἡμιμόδιος) Quasi semimodius. Iuuẽ. Satyr. 14. 7, —& tamen uno
Semodio scobis hæc emundat ferculus unus.
Colum. lib. 2. cap. 11. 10. Martialis libro 7. 52,
Semodiusq; fabæ cum uimine picenarum.
Plin. lib. 18. cap. 9. 1, Præterea floris semodium,

Semones] inquit Fulgentius, dici uoluerunt deos, quos nec cœli dignos adscriberẽt ob meriti paupertatem, sicut sunt Priapus, Hippona, Vertumnus, nec terrenos eos deputare uellent pro gratiæ remuneratione, sicut Varro in Mystagog. ait,

Sermonemq; inferius derelicto
Deum pennato attollam orationis eloquio. Hæc ille.

Semoueo] semoues, pen. corr. sempui, semotum, pen. prod. (ἀποπνέω) Semouere, Seorsum mouere. Plaut. Asin. 5. 74.

Culpa tua isthæc, quæ discipulum semidoctum abs te semoues. Terent. in Andr. 1. 5. 50.

Semouere & segregare. Cic. de Arusp. resp. 23.
A contemplatu malis semouto me. Ouid. 3. Trist. eleg. 8. 14.
Semouere à disciplina. Cic. 1. Acad. 47.
Semouenda est igitur uoluptas, non solum ut recta sequamini, sed etiam ut loqui deceat frugaliter. Cic. 2. de Fin. 45.

¶ Semotus, pen. prod. Partic. (ἀποπνυθεὶς) ut,

A curis semotus. Lucret. lib. 1. 9.

Semper] Aduerb. temporis (ἀεὶ, αἰεὶ, σύναιεί, ἀπαντικρὺς) Terent. Andr. 4. 5. 27,

Rectè ego semper fugi has nuptias. Cic. 1. Tuscul. 62, Quod semper mouetur, id æternum est. Idem 1. Offic. 45.

¶ Semperflorens, Adiectiuum: ut, Semperflorens Homerus. Lucret. lib. 1.

Vnde sibi exortum semperflorentis Homeri
Commemorat speciem.

¶ Semperlenitas, unica dictio, authore Donato. Terentius Andr. 1. 2. 4,

Mirabar hoc si sic abiret: & heri semperlenitas
Verebar quorsum eueniret.

¶ Sempiternus (ἀΐδιος) Adiect. quasi perpetuus, & quod sempẽ durat. Plaut. Merc. 7. 2,

Homo me miserior nullus est æquè opinor, neq; aduersa cui
Plura sint sempiterna. Terent Andr. 5. 5. 3. Cic. 2. Acad. 42. Ratio perfecta & sempiterna. Sic. ibid. 4. 211.

Gloriæ sempiternæ per aliquem commendari. Cicero Luc. lib. 5. 12 22.
Potentia sempiterna. Tacit. lib. 3.

¶ Sempiternè, Aduerbium antiquum, pro semper.

Pacuuius Medo.

populoq; ut Medum sempiternè sospitent.

¶ Sempiternò, Aduerb. Solinus capite 53, At iuxta Ilium Memnonis stat sepulchrũ, ad quod sempiternò ex Aethiopia caterua tim aues aduolant, quas Ilienses Memnonias uocant. Idem cap. 48, Tenacibus fólijs sempiternò inumbrantur.

Semperuiuum] semperuiui. pen. prod. (ἀείζωον) Herba. Plin. lib. 25. cap. 13. 16. Aizoi duo genera: Maius in fictilibus uasculis seritur. Et paulò pòst, Alterum minusculum quod erithales uocant, alij tritales, quia ter floreat, alij chrysothales. aliqui Isoetes: sed aizoum utrunq;, quoniam uiret at semper, aliqui semperuiuum. Maius cubiti altitudinem excedit, crassitudine plus quàm pollicari. Vulgus nostrum Iouis barbam uocat.

Sempronius] σεμπρώνιος, Senator Romanus: de quo Pom

ponius de origine iuris.l.necessarium, sic ait, Sempronius quem Pop. Rom. σόφον appellauit:nec quisquam ante eum hoc nomine cognominatus est.Fuerunt autem plures Sempronij:de quibus multa apud Liuium.

Sempronij præclara gesserunt: quorum seriẽ legito apud Volaterranum, lib.19.

¶ Sempronia horrea, qui locus dicitur, in eo fuerũt lege Gracchi, ad custodiam frumenti Publici Festus.

Semurium] Campus erat Romæ propinquus, in quo, ut reor, templum erat Apollinis.Cic.in Antonium, Quis est iste ordo?nulli fuerunt multis in legionibus per tot annos: bis quoq; diuisit semuriũ. Macrobius de Acca Laurentia, Post excessum suum pop.Romano agros Thuracẽ, Samuriũ, Licerium, & Solnoicum reliquisse scribit.Hint,

¶ Semurinus, a diectiuum : ut, Semurini campi. Martial.

Campis diues Apollo semurinis. Sipontinus & Domitius aliter legunt,ut uidere est,sed perperam, ut doctissimè Turnebus adnotauit.

Sena] Herba,dissoluendo aluo utilissima : quam egregiè depictam uiribusq; illustratam tradit Matthiolus in Dioscoridis lib.3.cap.70.Is uidendus : ne prolixiores,& pro Grãmaticis medici uideri esse uelimus.

Sena] Britannici maris insula, Osismicis aduersa littoribus, Gallici numinis insigne oraculum capiens, cuius antistites perpetua nobiles uirginitate. Gallicenas ædidère nomen, ingenij potestate,ac magici carminis uim mari procellas dicitur mirè cõcitare,sed et in quæ collibuerit animalia identidem sese afformare:quin & medicam prorsus manum respuentia,diuinitus persanare:futurorum item sibi uẽdicare sententiam,ac destinato ad eas profectis stupenda subinde præcinere, Cælius Rhodig.lib.Lect.antiq.12.cap.33. Quæ ille suppresso nomine, ex Pomp. Mela De situ orbis lib.3. cap.6.de uerbo ad uerbũ expressa extulit. Præceptor uerò meus Adrianus Turnebus,in notis ad Plutarchum De oraculorũ defectu,nõ Gallicenas,aut,ut apud Pomponiũ Gallicenas,legi debere statuit: sed, Galli Senas aut Zenas, distinctis uerbis.

Sena] σεῆνα:urbs Hetruriæ,octingentis stadijs à Roma distans.Profertur etiam numero multitudinis Senæ, Senariũ, de qua Plin.lib.3.cap.5.Est & insula in mari Britannico, Pomponio Melæ.

Senaculũ] huius senaculi,pen.cor.(βουλευτήριον) Vbi Senatores consultãdi gratia consistebant.Valerius lib.2.cap. 1. de mira cõstantia legatorum Romanorum, scribit Senatũ apud Senaculũ habitare cõsueuisse,ut quũ à curia uocarentur,præstò adesset.Festus,Senaculum,locus Senatorum.

Senarius] Vide Sex.

Senator] pen prod.huius senatoris.m.g.(βουλευτὴς,συνεδρεύων) Vlpian.de senatoribus l. nuptæ. dici senatores dicit, qui à Patricijs & Consularibus usq; ad omnes illustres uiros descendunt:quia hi soli in senatu dicere sententiam possunt.Apellatiq; sunt ab ætate productа,quòd tales in principio in senatũ electi fuère.Festus,Senatores à senectute dici satis constat,quos initio Romulus elegit centum:quorum consilio Reip.administraret. Itaq; etiam Patres appellati sunt,& nunc quum senatores adesse iubentur, quibusq; in senatu sententiam dicere licet:quia hi post lustrum conditũ ex iunioribus magistratum cœpére.& in senatu sententiã dicunt,& non uocantur senatores antequam in senioribus sunt censi. Cic.3.de Legibus, 58, Senatori tria iussa sunt, Vt adsit. nam grauitatem res habet,quum frequẽs ordo est. Vt loco dicat:id est,rogatus. Vt modo: ne sit infinitus.

Pascebatq; suas ipse senator oues.Ouid.1.Fast.41.

¶ Senatorius, adiect possessiuũ (βουλευτικὸς) Cic.3. Verr.3, Socios,leges,Remp.senatorio consilio maximè posse desendi. Vetus exemplar legit,senatoris consilio.

Aetas senatoria.Tacit.lib.5.

Literæ senatoriæ.Cic.2.Offic.5.

Munera senatoria.Cic.1.Tusc.1.

Ordo senatorius.Cic.pro Cluentio,83.

Potentia senatoria.Cic.ad Attic.lib.2.24.3.

¶ Senatus,huius senatus,& senati,pen.prod.(σύγκλητος,βουλή,γερουσία,βουλευτήριον) tam locum in quẽ senatores conueniũt, quàm ipsos senatores significat.Cic.de Arusp.resp. 54,Senatus princeps salutis,mentisq; publicæ.Idem Sulpitio,lib.4.1.4, Atq; ipse ad te antea scripsisse, te frustra in senatum,siue potius in conuentum senatorum esse ueneturũ. Et 3.de Legib.41,Nã ita se res habet,senatus dominus publici consilij,&c.Item 1. in Catil.1, Hic tamen uinit:uinit? imò in senatum uenit publici consilij particeps.

Senatus frequens diutinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda.Cic.Quint.frat.lib.2.9.2.

Sanctus senatus.Virg.1.Aen.86.

Floreat,& claro cingatur Roma senatu,Claud.5.Paneg.4.

Cogere senatum Consules & senatores in consilium conuocare.Cic.Metello lib.5.2.10.Et 3. de Fin. 11, Quippe qui ne reprehensionem quidem ullam reformidans, in ipsa curia soleret legere, dum senatus cogeretur. De Catone.

Conuocare,uel uocare senatum,Idem.Cic.Plancio,lib. 10. 12. 7.Idem Trebonio,lib 10.28.3.

Cooptare senatum:pro,Senatum constituere.Cic. 4. Ver.84.

Discedit senatus,quum senatores à Prætore missi facti, domũ abeunt.Cic.Tum in ipsum discessum senatus incidisse credo meas literas.

Dare senatum alicui,Senatum cogere,super deliberatione rei ad aliquem spectantis.Cic.ad Qu. frat.lib.2.15.2.

Frequentem senatum efficere,pro cogere.Cælius ad Ciceronẽ, libro 8.5.7.

Expulsus senatus.Lucan.lib.5.54.

Extinguere senatum, Senatus authoritatẽ & dignitatem deprimere, uel Senatus authoritatem tollere. Cicero 3. Offic. 3.

Haberi senatum, pro Senatũ cogi.Cic.Lentulo,lib.1.4.3, Senatus haberi ante cælend.Feb.per legem Puppiam,id quod scis,non potest.Idem ad Quint.frat.lib.2.6.4.

Legere senatum.Vide Lego, legis.

Lectus senatus.Ouid.1. de Arte, 93.

In senatum legere,pro Senatorem facere. Cic. Valerio lib.13. 54,Hoc autem tempore eum Cæsar in senatum legit:quem ordinem ille ista possessione amissa tueri uix potest.

Mitti uel dimitti senatus dicitur,quando datur facultas senatoribus abeundi domum: quod à prætore apud Romanos fiebat his uerbis:Nihil uos moramur Patres conscripti. ad Quint. frat.lib.2. 5. 1, Sed fecit humaniter Licinius, quòd ad me,missio senatu,uesperi uenit.Idem de Amicit.11, Quũ senatu dimisso domum reductus ad uesperam est à Patribus Conscriptis.

Mouere senatu,& ex senatu reijcere.Plin.de Viris illust,L.Flaminium Consularem senatu mouit.Cic. pro Domo sua,94. Vide Moueo.

Omni Senatu.Omni Senatorum coitione.Quoties congregantur Senatores. Plin.lib.15. cap.18.6.

Regere consilijs senatum Quint.lib.2. cap. 16. 11.

Reuocare ad uirtutem pristinam senatum iam languentem & defessum.Cic.Trebonio,lib.10.28.4.

Esse senatum,pro Conuocari.Cic. ad Lentulum,lib.1.2.10,Eo die senatus erat futurus.Idem Cornificio. lib. 12.25.1.

In senatum uenire,pro Senatorem fieri.Cic.pro L. Flacco, 33, Senatum

Senatum consilij in cor conuocare. Plaut. Amphit. 8. 176. Idem Epid.3.56,

Iam senatum conuocabo in corde consiliarium. hoc est,Consulam apud me quid agendum sit.

Senatusconsultum] senatusconsulti (λόγμα, διάταγμα τῆς συγκλήτου) id est,Senatus sententia:quod fiebat aut per rogationem,quum rogabatur unusquisq; sententiam quam uerbis efferebat.Aut per discessionem, quando plerique idem sentientes,in unam partẽ pedibus ibant : sicut testatur Gell. lib.3.cap.18.& lib.14 ca. 7. Flauius Vopiscus de Aureliano,Deinde alijs manum porrigentibus,alijs pedibus in sententiam euntibus,plerisq; uerbo consentientibus, conditum est senatusconsultum.Cic.1.de Diuin.106, Vt audiuisses in monumento Marij de tuo reditu magnificentissimum illud senatusconsultum esse factum. Cæsar.1.bell.Gallic.184.

Senatusconsultum fuit uetus,ne liceret Africanas in Italia aduehere.Plin.lib.8 cap. 17.5.

Magnificentissimum senatusconsultum. Vide Magnus.

Senatusconsultum facere cõtra aliquem.Cic.de Arusp. resp.7.

Senatusconsultum facere de.Cic.3.Philip.140, Effugere festinans,senatusconsultum de supplicatione per discessionem fecit,quum id factum esset antea nunquam.

¶ Senatus decretum à consulto Aelius Gallus sic distinguit, ut id dicat particulam quandam esse senatusconsulti:ut cum prouincia alicui decernitur,quod tamen ipsum senatusconsulti est.Festus

¶ Senatus, mulierum senatus, apud Cælium Rhodig.lib.13. cap.33.dicitur.

Senecæ] σενίκας,duo fuerunt : M. Anneus Seneca,Senecæ philosophi pater,patria Cordubensis & equestris ordinis, ac eruditissimus fuit,ut cui declamationes quæ filij dicuntur esse,nonnulli tribuant M. Annæus Seneca ex Elbia Albina tres liberos suscepit:L Anneum Senecam philosophum:Iunium Anneum Gallionẽ:& L. Anneum Melam Lucani patrem.Duo in primis memorantur Senecæ,Philosophus,& Poeta tragicus:quod Sidonius testatur.Senecã putat Cassiodorus inde dici, quoniam cui primo cognomentũ id impositum fuit,canus sit natus:sicuti de Numa Pompilio legitur.

Et docti Senecæ ter numeranda domus. Martialis lib.1.148.

Facundi Senecæ potens amicus.Martial.lib.7.44.

Duosq; Senecas unicumq; Lucanum
Facunda loquitur Corduba. Mart.lib.1.57.

Senecio] senecionis(ὑπερώρω) Plin.lib.25.cap.13 21,Erigeron nostris uocatur senecio Et paulò pòst,Herba est triaginis specie & mollitia,cauliculis subrubicũdis,nascitur & in tegulis & in muris. Nomẽ hoc Græci dederunt, quia Vere canescit Caput eius numerosa diuiditur lanugine(qualis est spinæ) inter diuisuras exeunte.

Senecio] Vir in Betica natus,& ibi quæstor:cuius meminit Tacitus & Plinius epist 5.

Senecta,Senectus,Senesco] Vide Senex.

Senex] senis c.g. (γέρων,γεραιὸς,πρέσβυς,πρεσβύτης)secundum Priscianum. Varro de Lingua Latina,Et tua amica senex.Cicero pro Cælio,29,Huic tristi ac decrepito seni respondere Cælius. Et pro Sestio, Imbecillus senex. Idem de Senect 29,Nec enim unquam fum assensus illi ueteri, laudatoq; prouerbio, quod monet maturè fieri senẽ,si diu uelis esse senex.

Genitiuus est senis, uel senicis, antiquè. Plaut. Cistel. 10, 12, Negocios si senicis soletis esse.

Senex ingenio.Plaut.Milite,10.37.

Senex memoria, Antiqua.Cic.pro P.Sestio, 16, Et quia ualet apud nos clarorum hominũ senex de Reip. meritorũ memoria,etiam mortuorum.Correctiora exemplaria non legunt dictionem,Senex:sed eius loco habent, Bæn.

Anheli.Virg.2.Georg. 27.

Annosus.Ouid.1.de Arte, 3.

Asperi.Quint lib.3.cap.8.35.

Delirus.Horat.2.Serm.Sat.5.15.

Grandæuus.Lucan.lib.3.104.

Inualidus.Virg.12.Aen.26.

Iustus.Ouid.1.epist 6.

Longæuus.Virg.5.Aen.143.

Maturus.Horat.in Arte,24.

Miserabilis.Quint lib.4.cap.1.29.

Odiosus.Ouid.2.de Remed.15.

Parcus.Horat.2.Carm.ode 8.5.

Priscus.Ouid.10.Metam.128.

Sanctus.Claud.21.Paneg.16.

Siccus.Horat.2.Serm.Satyr.3.57.

Verendus.Claud.2.Paneg. 87.

Vetus.Tibull. lib.3. eleg.3.10.

Ceruus senex.Lucret. lib.3.123.

Dies senex.Plaut.Sticho,11. 6.

Turpe senex miles,turpe senilis amor.Ouid.1.Amor.eleg.9.2.

¶ Senior,comparatiuũ,Valde senem significat.Ouid.12.Metam. 37,

Tum senior,quamuis obstet mihi longa uetustas.

Quintil.lib.3. cap.1.de Isocrate.

Anni seniores.Ouid. 15.Metam.94.

In senioribus est. Vide In.

Senior,m.g.tametsi in obliquis commune trium generum uidetur:ut,Senioris ætatis,Senioris æui.

Seniores,pro Senatu:quoniam ex prouectioris ætatis hominibus fieret.Liu.4.bell.Maced.224,Scriptum erat:Aristonem priuatim ad neminem, publicè ad Seniores (ita Senatum uocabant)mandata habuisse.

¶ Senecta, senectæ (γεροντικὴ,ἥλικία) Tempus Senectutis, Senilis ætas.Virg.lib.6. Aen.23,

—uires ultra sortẽq; senectæ. Plin. lib. 16.cap.27. 3, Est etiamnũ ætatis differentia. Amygdala enim & pyrus in senecta fertilissimæ, ut glandiferæ, & quoddam genus ficorum.

Pondera amara senectæ.Ouid.9.Metam. 48.

Annosa senecta. Ouid.7. Metam. 88.

Curua. Ouid.2.de Arte,134.

Extrema.Catull.Argon.59.44.

Frigens.Sil.lib.5 114.

Infirma.Tibull.lib.1.eleg.4.7.

Longæ Senectæ extrema tempora. Ouid. 6. Metam.135.

Nestorea senecta.Stat.1. Sylu. 3.22.

Occiduæ senectæ declue iter.Ouid..15.Metam.46.

Orba senecta luminibus.Plin. lib. 9. cap. 22. Vide Orbus.

Rugosa senecta.Tibull. lib .3.eleg.5.5.

Sacra senecta.Iuuen.Satyr.13.6.

Tarda senecta Ouidius 3. Triſt eleg.7.5. Senec. Herc. furens 9.4.

Tardante senecta gelidus sanguis. Virg. 5.Aen. 79.

Senior,& melior sis accedente senecta.Horat.2.epist. 2.43.

Longa senecta confectus.Ouid.6.Metam.8.

Finire senectam morbis.Lucan lib.5. 57.

Inopem senectam trahere.Ouid. 7. Metam.1.

Discite uenturam iam nunc sentire senectam. Propert. lib. 4. elegia 12.19.

Venturæ memores iam nũc estote senectæ.Ouid.3.de Arte,12.

Grauis senecta. Ouid.7.Metam.60.

In senecta. Vide In præpositionem.

Senecta,ablatiuus,pro In senecta,Plin.lib. 17.cap.18,Natiua

fecisse consuetudinem, & senecta caruisse potu.
Senecta dies, Vide Dies.
Senecta, Sexta hominum ætas. Aetas enim prima quibusdã incipit ab infantia usq; ad septimum annum, quæ quidem ætas nomẽ accepit à nõ fando, quia homo in eo nõ fatur: uel si fatur, imperfectus est eius sermo. Secũda, pueritia cuius pars est pubertas, ut ad . xiiii . annum . Tertia, adolescentia, Quarta, iuuenta Quinta, uirilis ætas. Sexta, senectus cuius pars est ætas decrepita.
Senecta, Serpentiũ uernatio, siue corium illud quod uerno tempore exuunt. Plin lib. 20. cap. 23. 2. Fœniculum nobilitauere serpentes, gustatu, ut diximus senectam exuendo, oculorumq; aciem succo eius reficiendo. Idem lib. 2. 8. cap. 11. 11. Alij cum senecta serpentium & aceto includunt lanas, antè aqua calida colutas.
¶ Senectus, senectutis, pen. prod. f. g. (γήρας, ἐγγηράμα) Idem Teren. Phorm. 4. 1. 6. Senectus ipsa est morbus. Cic. in Topicis, 16. Senectus est occasus uitæ.
Balba senectus. Horat. 1. epist. 21. 4.
Cana. Ouid. epist 14. 22.
Cariosa. Quid. 1. Amor. eleg. 12. 6.
Crũda ac uiridis. Tacit in uita Agricolæ.
Decrepita Senecta. Herc. fur 13. 23.
Effœta seclis. Virg. 8. Aen. 102.
Exanguis Lucan. lib. 1. 70.
Exhausta. Stat. Syl. 3. 32.
Infesta. Vide Infestus.
Longa. Horat. 2. Carm. ode 16. 6.
Longa & ceruina. Iuuen. Satyr. 14. 25.
Loquax. Vide Loquor.
Placida. Horat. in Carm. sec. 9.
Prouecta. Tacit. lib. 1.
Queribunda. Sil. lib. 13. 118.
Sera. Senec. Herc. fur. en. 11. 7.
Tarda. Horat. 2. Serm Satyr. 2. 18.
Tranquilla. Horat. 2. Serm. Satyr. 12.
Tristis. Virg. 3. Georg. 14.
Turpis. Virg. 3. Georg. 20.
Viuax. Senec. Herc. fur. 11. 27.
Vrgens & aduentans senectus. Cic de Senect. 2.
Adipisci senectutem. Cic. de Senect. 4. Quo in genere in primis est senectus, quamuis adipiscantur, omnis optant, eandem accusant adepti.
Uiers senectus adiuuat baculo gradum. Senec. Herc. fur. 9. 16.
Homo confectus senectute, Cic. 5. de Fin. 55.
Turpem senectutem degere Horat. 1. Carm. ode 31. 4.
Desipere senectute. Cic. Lent. lib. 1. 9. 65.
Vetus senectus rugis frontem exarat. Horat, Epod. 8. 1.
Senectus habet authoritatem. Cic. in Orat. 96.
Obrepit hõ intellecta senectus. Iuuen, Satyr. 9. 13.
Aegra senectus tremulo uenit gradu. Ouid. 14. Metam. 29.
Ad summam senectutem uiuere. Cicero de claris Orator. 93. Et 8. Philipp. 254. Quum esset summa senectute & perdita ualetudine,
Senectus orationis, Maturitas, grauitas. Cic, de claris Orat. 4. Quumq; oratio iam nostra canescere, haberetq; suam quandam maturitatem, & quasi senectutem.
Plena literatæ senectutis oratio. Cic. de claris Orat. 114.
Senectus, Pellis quam uerno tempore serpentes exuũt, quæ & uernatio dicitur. Vnde Senectutẽ exuere dicuntur. Plin lib. 8. cap. 30. Idem lib, 29. cap. 5. 5, Membrana siue senectus anguium, uernatione exuta, cum cancro masculo trita.
Senectus, Adiect. Lucret. lib. 3. 155, (ctus.
Quidue foras sibi ault mẽbris exire senectis? Alij legunt, senecta

Senecta ætas. Plaut. Aulul. 7. 75. Idem Trinum. 4. 4,
Hic ille est, senecta ætate, qui factus est puer. Lucret. lib. 5. 7, Post ubi equum ualidæ uires ætate senecta,
Membraq; deficiunt, &c.
Senectum corpus. Salust. lib. 4. Histo.
¶ Senium, senij. Idem (πρόβασις) Dicimus enim Hominem confectum senio, pro sene.
Deforme senium. Senect. Hippolyto, 7. 18.
Mens senio fluxa. Tacit. lib. 5.
Senium, dicitur Tædium, & odium, ut ait Nonius: dictũ à senecute, quòd senes omnibus odio sint, & tædio. Turpilius,
Quia odio ac senio mihi nuptiæ sunt. Næuius senium sonticum appellat, quasi nocens: quia senectus, naturalis morbus est, ut inquit Aristoteles.
Torpescere senio rerum. Sil. lib. 16. 3.
Componere senium patria terra. Stat. 3. Sylu. 5. 3.
Senium ad conuitium retulit. Terent. in Eunuch. 2. 3. 10. pro improbo & moroso sene,
Vt illum dij, deæq; senium perdant, qui me hodie remoratus est. Lucilius.
At quidem te senium, atq; insulse sophista.
Senium, pro Tristitia & squalore. Cic. pro Milone, 15, Luget Senatus, mœret Equester ordo, tota ciuitas cõfecta senio est, squalent municipia, afflictantur coloniæ.
Senium lunæ, pro decursu. Plin. lib. 7. cap. 48. 3.
¶ Senica, significat senex, teste Nonio Pompon. Præcon. poster. Sed me exercet senica nequam, neq; illo quid faciam scio: Obsoletum.
¶ Seneo, senes, senui (γηράω) senere, Senem fieri. Catull. de Phaselo, 4. 6. Quiete recondita senet.
¶ Senesco, senescis (γηράσκω, παλαιγηράσκω, παραβύω, παραμάω) senescere, Senem fieri. Plin. lib. 7. cap. 42, Fœminas gigni celerius, quàm mares, sicut celerius senescere.
Tẽpora labuntur, tacitisq; senescimus annis. Ouid. 6. Fast. 155.
Aeuo & macie senescere. Lucret. lib. 1. 66.
Fama senescere dicitur quis, quãdo declinat ab existimatione & authoritate. Liu. 7. bell. Pun. 121. Idem 9 bel. Pun. 21, Annibalem ipsum iam & fama senescere, & uiribus.
Amor senescet. Quid. 3. de Arte, 118.
Senescens in salem caseus. Plin. lib. 11. cap. 42. 3.
Ciuitas otio senescit, Torpescit otio. Liu. 1. ab Vrbe, 88.
Consilia senescũt, quũ nimia diuturnitate & mora uana fiunt. Liu. 5. bel. Maced. 40, Ne cunctando senescerent consilia.
Equus senescens. Horat. 1. epist. 1. 2.
Fama senescens. Tacit. lib. 18.
Forma, nisi admittas, nullo exercente senescit. Ouid. 1. Amorum, eleg. 8. 11.
Humus lassa senescit. Ouid. 1, de Ponto, eleg. 5. 3.
Hyems senescit, Declinat. Cic. 2. de Nat, deor. 72.
Laus senescit, Deprimitur. Cic. 2. de Orat. 5.
Literæ senescunt. Plin. epist. 165. 1.
Luna senescens, cui Crescens opponitur. Varro 1. de Rerũ capite 37. 1.
Crescere sentimus, pariterq; senescere mentẽ. Lucret. lib. 3. 91.
Morbus senescit, Remittitur, relaxatur. Cic. ad Gallũ, li. 7. cap. 7. 4, Sed uisa est mihi uel loci mutatio, uel animi etiã relaxatio, uel ipsa fortasse iam senescentis morbi remissio profuisse.
Pugna senescit. Liu. 5. ab Vrbe, 100.
Rumores senescere. Tacit. lib. 2.
Seges alta imbre nimio senescit. Stat. 5. Syl. 1. 130.
Virtus paulatim euicta senescit. Sil. 3. 117.
Vitia senescunt, maturescunt uirtutes. Liu. 3. ab. Vrbe, 54.
¶ Senilis, & hoc senile, pen. prod. (γεροντικὸς, γεράσιος, πρεσβυτικὸς.) Quod ad senem pertinet: ut, Senilis statua. Cicero 4. Verr. 50.

Animus

Animus senilis. Claud. 5. Paneg. 3. 31.
Annis senilibus fessus. Ouid. 7. Metam 33.
Corpus senile. Plin. lib. 34. cap. 18. 9.
Declamatio senilis. Cic. 1. Tusc. 12.
Genæ seniles. Ouid. 8. Metam. 42.
Guttur senile. Horat. Epod. 3. 1.
Hyems senilis tremulo uenit horrida passu. Ouid. 15. metaph.
Iudicio senili adolescens. Cic. pro Sestio, 97. (43
Prudentia senilis. Cic. 3. de Diuin. 75.
Ruga senilis, Ouid. 3. Trist. eleg. 7. 8.
¶ Seniliter, pen cor. Aduerb. (γεροντικῶς) ut, Tremere senili tor. Quintil. lib. 1. cap. 11. 1.
Seni, senæ, sena] Vide Sex.
Senia] oppidum est Illyrici apud Plin. lib. 3. cap. 21
Senio] senionis, m. g. In talis sex puncta continet. Nam à senario numero dici uidetur. Vnde & eius iactus perutilis erat. Interdum etiam damnosus, sicut & canis. nam qui iecerat canẽ, aut senionem, ille denarios singulos conferebat in medium, ut est apud Suetonium in Augusto, cap. 71.
Martialis libro 13. 1,
Non mea magnanimo depugnat tessera talo,
Senio nec nostrum cum cane quassat ebur. Persius Satyr. 3. 5, Iure etenim id summũ, quid dexter senio ferret,
Scire erat in uoto. Vide Canis.
Senium] Vide Senex.
Sennaar] Campus Babylonis, in quo turris extructa est. Inde egressus Assur ædificauit Niniuen.
Senogallia] σενογαλλία, Italiæ urbs, quam Plinius & Ptolemæus infra Aconam Ariminum uersus statuunt. Pomponius Mela lib. 2, Senogallia maritima ad Aterni fluminis ostia. Senogallia autẽ est dicta à Senonibus Gallis, qui eam condiderunt. De hac Sil. lib. 8. 8. 9,
Senones] pen. cor. (σένονες) Populi Galliæ Lugdunẽsis, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 18, finitimi Belgis, qui olim urbem Romam incenderunt, & Capitolium obsederunt. Hos Furius Camillus agressus adeò cecidit, ut incendiorum uestigia Gallici sanguinis inundatione deleret. Scribit Verrius ideo Senones appellatos, quia noui uenerunt ex Transalpina Gallia, quasi cænonas, litera immutata. αἰ γὰρ enim Græcè, Latinè nouus dicitur. Sil. lib. 4. 32,
—sociata examina densant
In sandi Senones.
Motus Senonum. Lucan. lib. 1. 51.
Et Senonũ furias Latiæ sensêre cohortes. Stat. 5. Sylu. 3. 4.
Sensibile, Sensim, Sensus] Vide Sentio.
Senta] Fauna, (σαύτα, φαύνα) filia fuit Pici regis, & coniunx Fauni fratris sui, teste Lactantio. Hanc Varro scripsit tantæ pudicitiæ fuisse, ut nemo illam diem uixit præter suũ uirum mas uiderit, nec nomẽ eius audierit. Propter quod in operto mulieres illi sacrificabant, & Bonã deã nominabãt.
Sententia, Sententiosus] Vide Sentio.
Sentica] σεντικὰ, Hispaniæ urbs Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Vugò Simancas.
Sentina] sentinæ, pen prod. (ἀῶτλον, ὠτλὰς) Pars nauis inferior: in quam quicquid instillat aquarum defluit, corruptéq; malè olẽt. A sentio, sentis, quòd eius fœtor sentiatur: nam odorem fœdum emittit. Iuuen. Satyr. 6. 10,
Si iubeat coniunx, durum est conscendere nauim:
Tunc sentina grauis, tunc summus uertitur aer.
Conflictari sentinæ uitijs. Cæsar 3. bel. Ciuil. 111.
Sentina, per translationem, Receptaculum sceleratorum hominum, uel ipsi scelerati homines. Cic. 2. in Catilinam. 29, O fortunam Rempub. si quidem hanc sentinam huius urbis eiecerit, uno me hercle Catilina exhausto, releuata mihi &

recreata Resp. uidetur. Idem pro lege Agr. 72, Hoc enim uerbo est usus, quasi de aliqua sentina, ac non de optimorũ ciuium genere loqueretur.
Sentina, pro, Loco infimo in Repub. Cic. ad Papiriũ Pætum, lib. 9. 15. 19, Sedebamus enim in puppi, & clauum tenebamus: nunc autem uix est in sentina locus.
¶ Sentino, sentinas, sentinare, Satagere: dictũ à sentina nauis, quã quis ut aqua liberet, euacuare contendit. Cælius in Acthrione, Cum Mercurio capit consilium postquam sentinat satis. Est itaq; sentinare, periculum subtilitate euitare. Festus.
Sentinum] Pen prod. (σεντῖνον) Italiæ oppidum in finibus Vmbriæ & Piceni, à quo Sẽtinates. pen prod. Populi dicti, quorũ meminit Plin lib. 3. cap. 14.
Sentinus] Deus apud D. Augustinũ lib. 7. de Ciuitate Dei, à neterib. cultus, quòd sensus à Puerperio largiri crederetur. Videndus Lilius Syntagm. ite Histor. Deorum.
Sentio] sentis, sensi, sensum (αἰσθάνομαι) sentire. Sẽsu percipere, ad corpus pertinet. Plaut. Cur. 3. 74, Sentio sonitum. Lucret. li. 1. 60,
Quin porrò uarios rerũ sentimus odores:
Nec tamen ad nares uenientes cernimus unquam.
Famem sentire. Liu. lib. 5. bell. Pun. 66, Sic, Sentire situm aut ullum, pro Contrahere. Budæus.
Labor non sentitur sedulitate. Ouid. 4. Fast. 87.
Medicinam sentire, pro Melius habere post medicinam: apud Celsum. Sic Plin. lib. 29. cap. 5. 3, Vermiculo qui lytta uocatur, exempto infantibus catulis, nec rabidi fiunt, nec fastidiũ sentiunt. Budæus.
Ianua sensit clauem. Tibul lib. 2. eleg. 4. 7.
Fluuij sensere alnos cauatas. Virg. 1. Georg. 28.
Lætitiam toto pectore sentire. Ouid. 10. Metam. 88.
Sentit eã riem ea res. Plin. lib. 12. cap. 7. 2. Hoc. est, efficitur ea riosã. Idem lib. 11. cap. 42. 3, Vt uetustatem non sentiret. Id est, non senescaret.
Teredinẽ sentire dicitur herbã, caro, aut res alia. Vide Teredo.
Sentire, intelligere. Terent, And. 1. 2. 25, (do
Si sensero hodie quicquam in his te nuptijs
Fallacijs eludi. Idem Adelph. 3. 3. 8,
—si me senserit
Eũ quæritare nũquã dicet carnufex. Cic. ad Lent. lib. 5. 2, Te uidere & sentire eandẽ fidẽ esse hominũ in tua dignitate, quã ego in mea salute sum expertus, ex tuis literis intellexi. Ouid, 4. Metam. 109,
Sensit adulterium Phœbeius, utq; latentem, &c.
Villicus sentit tedominum. Horat. 2. epist. 2. 33.
Sentire, Iudicare, opinari. Cic. de Amic. 16, Sed hoc primũ sentio, nisi in bonis, amicitiam esse non posse.
Rectè sentire. Quint lib. 2. cap. 15. 25.
Sentire de. Cic. de Amic. 24, Hactenus mihi uideor de amicitia quod sentirem, potuisse dicere. Idem 1. Offic. 207.
Omnes ad unum sentiunt de. Cic. de Amicitia, 72, De amicitia omnes ad unum idem sentiunt. Hoc est, idem omnes sentiunt & iudicant.
Ab aliquo sentire. Plaut. Rud.
Omnia ego facilè patior, dum hic hinc à me sentiat.
Sentio pro te. Gell. lib. 5. cap. 10.
Cum aliquo sentire. Terent. And. 2. 1. 26,
Sponsam hic tuam amat. p. me iste haud mecum sentit.
Cic. 1. de Inuent. 9, Nam neq; eũ ijs sentimus, qui ciuilẽ scientiam eloquentia non putant indigere.
Sentire grauiter de aliquo, Est ei malè cupere & optare. Cæsar, Quid enim irati grauius de nobis sentire possent, quàm ut eos prodatis, qui se nobis omnia debere iudicant: & in

eorum

eorum potestatem ueniatis, qui se per uos perisse putant? Sic dicitur ut, Grauiter de aliquo iudicare & statuere, quo ipse utitur Budæus.
Malè sentire de aliquo. Quint. lib. 2. cap. 2. 8.
Sentire, Scire. Plaut. Trinum. 10. 14
—scio ego &
Sentio ipse quid agam, neq; à me officium migrat.
Ibid. 9. 14. Terent. Eunu. 1. 1. 21, — sine modo
Mori me malim: sentiet qui uir siem.
Maturè sentire. Vide Maturus.
Animo sentire. Cicero. 1. de Finib. 84, Nam corpore nihil nisi præsens, & quod adest sentire possumus: animo autem & præterita & futura.
¶ Sensurus, pen. prod. Partic. (αἰσθησόμενος) Ouid. 13. Metā. 58, Est animus certè uestros sensurus honores.
¶ Sentisco, sentiscis (αἰσθάνομαι) sentiscere, Meditatiuum. Lucret. lib. 3. 80, (4. 119,
Quā primordia sentiscant cōcussa animai. Idem lib.
Et genus agricolūm latè sentiscere, quum Pan
Vnco sæpe labro calamos percurrit hiantes.
¶ Sensus, huius sensus, m. g. (αἴσθησις, αἴσθημα) Quo sentimus. Vnde dicimus quinq; esse sensus, tactum, gustū, uisum, odoratū, auditū. Plin. lib. 10. cap. 69, Ex sensibus ante Cetera homini tactus, deinde gustus: reliquis superatur à multis. Aquilæ clarius cernūt, ultures sagacius odorantur, liquidius audiunt talpæ obrutæ terra, tam denso atq; surdo naturæ elemento. Cic. 2. de Nat deor. 218, Gustatus præclarè sepius est: ore enim continetur, ad usum aptè, & ad incolumitatis custodiam: omnisq; sensus hominum multò antecellit sensibus bestiarum.
Cassa sensu simulachra. Lucret. lib. 4. 26.
Manus ministra sensus. Ouid. epist. 17. 5.
Sensus humanitatis. Cic. 3. Verr. 31, Non dubito quin, tametsi nullus in te sensus humanitatis, nulla ratio unquā fuit religionis, nunc tamen in metu periculoq; tuo, tuorum tibi sceleru ueniat in mentem.
Accensi sensus, Incitati. Lucret. lib. 2. 189.
Acerrimus sensus, Vide Acer adiect.
Communis sensus. Lucret. lib. 186.
Integer sensus. Vide integer.
Nitidi sensus. Claud. 8. Paneg. 39.
Timor abstulit mihi omnem sensum. Ouid. 14. Metam. 36.
Accendere sensus. Vide Accendo.
Accipere sensum. Quint. lib. 6. cap. 1. 20, Non enim audire iudex uidetur aliena mala deflentes, sed sensum ac uocem auribus accipere miserorum.
Affici sensu doloris. Cic. 7. Verr. 95.
Corpus affluit sensu. Lucret. lib. 3. 140.
Amittere sensum humanitatis, Vide Amitto.
Auertere sensus insanos non sani pectoris. Seneca. Hercul. furente, 11. 16.
Auertere sanos sensus alicuius magicis. Virg. 8. eclog. 14. Seruius, Auertere, à sanitate mutare. Aut auertere ait, pro conuertere, ut sit mutata præpositio.
Capere sensus, imbui sensu. Lucret. lib. 2. 201.
Pectore cesserunt sensus. Lucan. lib. 5. 152.
Deducere sensum membris. Lucret. lib. 3 108.
Deperdere uitalem sensum membrasim. Lucret. lib. 3. 107.
Iucundo sensu fruatur mens. Lucret. lib. 2. 4.
Sensus & consilio fugiunt cū re. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 12, 10.
Haurire sensibus. Claud. 8. Paneg. 39.
Sensus inest formicis. Plin. lib. 7. cap. 15. 3.
Intendere sensus ad res percipiendas, Vide Intendo.
Labefactantur sensus. Lucret. lib. 4. 89.
Lædere sensus. Lucret. lib. 2. 95.
Obstruere sensus. Vide Obstruo.
Orbare sensibus. Cic. 4. Acad. 132. Vide Orbo.
Pellere sensum, Mouere. Lucret. lib. 4. 107.
Præbere sensum & materiā malis. Ouid. 4. de Pont. eleg. 16. 10.
Reconflatur sensus. Lucret. lib. 4. 188.
Reducere sensum, Redire ad se. Claud. 8. in Eutrop. 104.
Vitalem reddere sensum. Lucret. lib. 2. 178.
Titillare sensus. Lucret. lib. 2. 178.
Vti sensibus. Lucret. lib. 3. 155.
Sensus, Mentis conceptus, quod sensu comprehēditur. Cic. lib. 1. Acad. 53, Quod aūt est at sensu comprehensum, id ipsum sensum appellabat, Quint. lib. 8. cap. 5. 3, Sententiā ueteres quod animo sensissent uocauerūt. Id quū est apud oratores frequentissimū, tum etiam in usu quotidiano quasdam reliquias habet. Nam & iuraturi ex animi nostri sententia, & gratulantes ex sententia dicimus, Non rarò tamen & sicloquuti sunt, ut sensa sua dicerent: nam sensus corporis uidebantur. Sed cōsuetudo iam tenuit, ut mente concepta, sensu uocaremus: lumina aūt, præcipueq; in clausulis posita, sententias. Plin. Nihil enim tam ridiculū, quàm uerborū sonitus inanis sine sensu ac scientia. Ter. Adel. 4. 1. 17,
Quin tu otiosus es: ego illius sensum pulchrè calleo,
id est, Quid ille sentiat.
Arcanus sensus. Vide Arcanus.
Sensus cōmunis. Quint. lib. 1. cap. 1, Sensum ipsum qui communis dicitur, ubi discet, quum se à congressu, qui non hominibus solùm, sed multis quoq; animalibus naturalis est, segregarit? Vbi interpres, Communis sensus accipitur pro rerum peritia ex multorum hominum congressu comparata, non pro sensu communi, qui in interiore cerebri uentriculo à physicis collocatur.
Carere communi sensu. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 14,
Permodestus sensus. Tacitus libro 1.
Vnus sensus bonorum omnium. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 41,
Vulgatissimi sensus. Quint. lib. 2. cap. 4. 22.
Ad meum sensum. Vide Ad præpositionem.
Abstrahere à sensu mentis. Vide Abstraho.
Sensum oculis & animo accipere. Cic. 5. Ver. 37.
Conuertere se ad sensum alterius. Vide Conuerto.
Varios sensus expromit animus. Lucret. lib. 2. 1. 78,
Fateri alicui suos sensus. Ouid. epist. 20. 41.
Gerere sensus abditos. Vide Abditus, in Abdo.
Iudico de meo sensu. Vide Iudico.
A' saltò sensu orta oratio. Lucret. lib. 2. 99.
Ostendere sensum suum. Plaut. Mostel. 15. 22.
Remota à sensibus nostris natura deūm. Lucret. lib. 5. 30,
Suffugere sensum res dicitur, quam sensu percipere non possumus. Lucret. lib. 4. 72.
¶ Sensum, sensi (νόημα) Cic. 1. de Orator. 17, Hoc enim uno præstamus uel maximè ferè, quod colloquimur inter nos, & quòd exprimere dicēdo sensa possumus. Ibidem. lib. 3. 31, Sensa mentis & consilia sic uerbis explicat. Vide paulò antè, Sensus, Mentis conceptus, ex Quint. lib. 8. cap. 5. 1,
¶ Sensiculus, sensiculi, pen. cor. (νοημάτιον) Diminut. à Sensus. Quint. lib. 8. cap. 5, Inde minuti, corruptiq; sensiculi, & extra rem petiti.
¶ Sensim, Aduerbium (ἡρέμα) Paulatim, Quia ea maximè sensum faciunt, quæ morantur, quasi cum meditatione & sensu. Plin. in Paneg. 36. Gratius tamen quod sensim & placidè, & quantum respectantium turba pateretur, iudiceres.
Sensim & Repentè, contraria. Cic. 1. Offic. 179.
Sensim postulare, & Passim, ueluti contraria: Liu. 2. ab Vrbe, 197.

Sensim

Sensim & moderatè arrepere. Cic. 5. Verr. 135.
Sensim & modicè crescere. Plin lib. 5. cap. 9. 13.
Sensim ad montes succedit. Liu. 1. ab Vrbe, 117.
Sensim progredi. Cic. 5. de Finib. 42.
¶ Sensatus, pen prod. adiectiuum. Firmicus lib. 3. cap. 10.
Sensatos quidem & intelligentem & quorum dicta & rationes ab omnibus comprobātur. Idem lib. 5. cap. 12 Mars homines faciet sensatos, callidos, astutos.
¶ Sensibilis, & hoc sensibile, pen corr. (αἰσθητὸς) dicitur tam quod sentit, quàm quod sentitur. Vnde insensibilis, apud Gel. lib. 17. cap. 10.
¶ Sensilis, & hoc sensile. pen. cor. (αἰσθητὸς) Idem quod Sensibile, quod sensui subiectum est. Lucret. lib. 2. 178,
Ex insensibilibus ne credas sensile gigni.
¶ Sensificus, pen. cor. Adiect. (αἰσθηματοποιὸς) Quod sensus causam præstat. Macrobius, Spiramentū sensificum ad sua quæq; loca naturali lege ducentes.
¶ Sensifer, pen cor. (αἰσθηματοφόρος) Aliud adiectiuum. Lucret. lib. 3. 115.
—ideo concussa mouebunt
Sensiferos motus. Ibidem, 189,
Longè ab sensiferis primordia motibus errant.
¶ Sententia, sententiæ (γνώμη, διάνοια, δόγμα, ἀπόφασις, βούλημα) Id est, quod animus sentit, quod & credulitas & opinio uocari solet. Dicitur etiam sententia, ipsum iudicium. Hæc mea sententia. Plaut. Pseud. 5. 144, Hæc mea sententia est, ut hinc porrò quid agas, consulis. Cic. 3. Offic. 159. Cū his uelis equisq; (ut dicitur) si honestatem tueri ac retinere sententia est, decertandum est.
Mea sententia, Opinio, iudicium. Vide Meus. Terent. Phorm. 2. 2. 21,
Alere nolunt hominem edacem, & sapiunt, mea quidem sententia.
Cic. pro Rosc. Amer. 53. postremò iudices, id quod ad rē mea sententia maximè pertinet, utrū inimicus potius, an filius?
Sententia mea de. Terent. Adel. 3. 5. 5,
—sin aliter de, hac re est eius sententia. Idem Andr. 1. 3.
Testis mearum centimanus Gyges Sententiarum. Horatius 3 Carm. ode 4. 14.
Discors sententia. Stat. 12. Thebaid. 35.
Diuina futuri sententia. Horat. in Arte, 45.
Dubia est sententia nobis. Ouid. 3. de Ponto eleg. 4. 18.
Exquisita sententia. Tacit. lib. 12.
Hominum sententia fallax Ouid. 5. Fast. 39,
—non hæc sententia tantum
Fida, sed & fœlix quum sit, facit esse fidelem.
Ouid. 13. Meta. 64.
Leui sententia puer. Vide Leuis.
Libera sententia Quint. lib. 2. cap. 8. 4.
At Capys, & quorum melior sententia menti. Virg. 2. Aen. 7.
Molles sententiæ. Vide Mollis.
Muliebris sententia. Vide Mulier.
Nulla sit hac potior sententia. Horat. Epod. 16. 4.
Populares sententiæ. Quint. lib. 5. cap. 13. 34.
Precipites uel obscuræ sententiæ. Quint. lib. 5. cap. 2. 31.
Sancta sententia. Lucret. lib. 3. 75.
Velox sententia. Ouid. ad Pisonem, 20.
Nec mea iam mutata loco sententia cedit. Virg. 9. Aen. 45.
Animo sententia constat. Virg. 5. Aen. 150.
Decedere sententia. Tacit. lib. 14.
Ex sententia alicuius dicere. Cic. 3. de Legib. 61.
Dissidet & uariat sententia. Ouid. 5. Metam. 130.
Illigari sententiam uerbis. Vide Illigo.
Inclinat sententia. Vide Inclino.
Post etiam inclusa est uoti sententia compos. Horat. in Arte, 15.
Insticere sententiam alicuius. Plaut Mil. 4. 50.
Intelligere sententiam alicuius. Vide Intelligo.
Loqui in eandem sententiam. Vide Loquor.
Manere in sententia. Vide Maneo.
Manent in sententia philosophorum. Vide Maneo.
Mouere aliquem sententia. Vide Moueo.
Mutare sententiam. Vide Muto, mutas.
Nata est sententia. Vide Nascor.
Ostendere sententiam suam. Vide Ostendo.
Ostendere sententiam suam per alium. Terent. Heaut. 2. 1. 7.
Pensata sententia, Examinata. Sil. lib. 1. 45.
Peragere sententiam suam alicui. Vide Perago.
Perseuerare in sententia. Vide Perseuero.
Perstare in sententia. Vide Persto.
Ponere suam sententiam. Quint. lib. 3. cap. 1. 16, Non tamen post tot ac tantos scriptores pigebit meam quibusdam locis posuisse sententiam.
Positus in sententijs, De quo uariæ sunt hominum sententiæ. Plaut. Epid. 10, 81.
Rogatus sententiam. Salust. At M. Porcius Cato rogatus sententiam, ciusmodi orationem habuit.
Rogantur sententiæ de re aliqua. Quint. lib. 3. cap. 8. 13.
Scire sententiam alicuius. Plaut. Cistel. 5. 32. Teren. Phorm. 5. 9. 54. Imò ut iam sciās meam sententiam.
Sic stat sententia. Ouid. 1. Metam. 49.
In ea sum sententia, pro Ita sentio. Cic. 3. de Leg. 49, Nam ego in ista sum sententia, qua te fuisse semper scio. Idem 2. de Fin. 4.
Esse in eadem sententia. Vide In præpositionem.
Sententiæ alicuius esse. Liu. 1. ab Vrbe, 174.
Sic sententia est, Plaut. Trin 10. 89. Id est, Ita statui in animo.
Hæc sententia est mihi cordi. Sil. lib. 16, 130.
Nate dea, quæ nunc animo sententia sirgit? Virg. 1. Aen. 118.
Vertite sententia. Virg. 1. Aen. 49.
Cælicolæ magni, quia nam sententia uobis Versa retro? Virg. 10. Aeneid. 12.
Variant sententiæ. Vide Varius.
Ex sententia nauigare. Cic. 4. Acad. 179.
Sententia aliquando dicitur Iudicatum, hoc est, quum ex lege, ex æquo & bono sententia dicitur: ut, Iudex in causa meæ sententiam dixit. id est, sanciuit quod ius uellet. Vnde dicere sententiam (inquit Paulus, ff. de arbitris) æstimatur is qui ea mēte id pronuntiat, ut secundū hoc discedere eos, qui litigant, à tota controuersia uelit. Quint. lib. 5 cap. 13. Apud iudices quidem secundùm leges dicturos sententiam, de consessis præcipere ridiculum est.
Candida sententia. Ouid. 15. Metam. 10.
Contrariam sententiam accipere, Causam iudicij perdere. Papinian. in l. iudicat. ff. de except. rei iud.
Dicere sententiā. Quint. lib. 1. cap. 10. 2.
Ferre sententiam de re aliqua. Quint. lib. 3. cap. 66.
Tristis sententia lata est. Ouid. 15. Metam. 9.
Inclinabant eò sententiæ. Vide Inclino.
Perrogare sententias. Tacit. lib. 20.
Omnibus sententijs pro Omni consensu, omnibus sentientibus & deliberantibus. Cic. ad Cæsium, libro. 12. 10. 1. Idem ad Qu. frat. lib. 2. 8. 1, Omnibus sententijs absolutus est.
Ornare aliquem sententijs. Vide Orno.
Ornatissima sententia. Vide Ornatus, in Orno.
Seruare sententiam suam dicitur iudex, quum id agit ut insolidum, non partim ea obseruetur. Papin. in l. iudicat. in prin. ff. de excep. rei iud. Nec in seruitute uidetur peti posse rem pro libertate iudicatam, nondum ex causa fidei cōmissa

manu

manumiſſus: ſed prætoris oportet in ea re ſententiam ſeruari, quam pro parte uicti præſtare non poteſt.
Verborum ſententia. Lucret. lib. 4. 114.
Currit ſententia. Horat. 1. Serm. Satyr. 10. 2.
Sententia, Lumen orationis dicitur, quod in clauſulis breuiter collectum eſt, ut,
Obſequium amicos, ueritas odium parit.
Vide paulo antè, Senſus, Mentis conceptus. Author ad Herennium, lib. 4. 169, Sententia eſt oratio ſumpta de uita, quæ aut quid ſit, aut quid eſſe oporteat in uita, breuiter oſtẽdit, hoc modo: Difficile eſt primũ uirtutẽ reuereri, qui ſemper ſecũda fortuna ſit uſus. Inde dictæ ſunt ſentẽtiæ, quòd ſimiles ſunt conſiliis & decretis. Quint. lib. 8. cap. 5.
Grandes ſententiæ. Quint. lib. 2. cap. 11. 3.
Otioſæ ſententiæ, Vide Otioſus, in Otium.
Dictare ſententiam, Quint. lib. 2. cap. 15. 5.
Ducere ſententias ex quæſtionibus. Quint. lib. 4. cap. 1. 17.
Petere ſententias. Quint. lib. 2. cap. 12. 5.
Reficere ſententia ſtomachum fatigatum. Quintilianus lib. 4. cap. 3. 85.
¶ Sententiola, ſententiolæ, pen. cor. Diminut. (γνωμίδιον) Cic. 3. Philip. 138, At in rebus triſtiſſimis quantos excitat riſus ſententiolas: edicti cuiuſdam memoriæ mandaui, quas uidetur ille peracutas putare. Quint. lib. 5. cap. 13. 30.
¶ Sententioſus, pen. prod. Adiect. (γνωμολογικὸς, ἀποφθεγματικὸς) Quod ſententijs abundat, & dictis quibuſdam breuiter collectis. Cic. de claris Orat. 181, Genera aũt Aſiaticæ dictionis duo ſunt. Vnum ſententioſum & argutũ, ſententijs nõ tam grauib. & ſeueris, quã cõcinnis & uenuſtis.
¶ Sententioſè, pen. prod. Aduerb. (γνωμολογικῶς) Cic. 2. de Orat. 158, Sæpe etiam ſententioſè ridicula dicuntur. Idem in Orat. 139. Res aũt ſe ſic habet (ut breuiſſimè dicã quod ſentio) compoſitè & aptè, ſine ſententijs dicere, inſania eſt: ſententioſè aũt ſine uerborũ & ordine & modo, inſantia.
Sentis] huius ſentis, maſculini generis (ἄκανθα) teſte Phoca, Spina, quòd à tangentibus quamprimũ ſentiatur. Plaut. Caſina, 17. 1,
Vide ſur, ut ſentis ſub ſignum ducas. c. qui uerò ſentes? o. Quia quod tetigere, illico rapiũt: ſi eas ereptum, illico ſcindunt. Idem Capt. 4. 95.
Aſper meus uictus ſanè eſt. E. ſentéſne eſitas?
Aſpræ ſentes. Virg. 2. Aeneid. 76.
Hamati ſentes. Ouid. 2. Metam. 160.
Inculciſq; rubens pendebit ſentibus uua. Virg. 4. eclog. 6.
Sentes notant crura. Ouid. 1. Metam. 103.
Sentis maſculino genere legitur apud Col. lib. 6. cap. 3. Liberãtur aruа ſentibus, qui æſtiuo tempore per Caniculæ ortum reciſi plerunq; intereunt radicitus.
Sentis canis, Maior ille rubus in agris creſcens, & numeroſa atque craſſiora mora ferens. Col. lib. 11. cap. 3. 3. Modum altitudinis & latitudinis eorum abundè eſt eſſe bipedaneum, ſed eos uacuos perhyemare patiemur, præparatis ſeminib. quibus obſerantur: ea ſunt uaſtiſſimarum ſpinarum, maximéq; rubi, & paliuri, & eius quam Græci uocant κυνόσβατον, nos ſentem canis appellamus.
¶ Senticoſus, pen. prod. Adiect. (ἀκανθώδης) Sentibus plenum, Spinoſum & aſperum. Lucilius,
Quàm, ſenticoſa uerba pertorquet.
¶ Senticetum, ſenticeti, pen. prod. (ἀκανθὼν) Locus in quo ſentes ſunt. Plautus Capt. 13. 91,
Non enim es in ſenticeto, eo non ſentis.
¶ Sentus, Adiect. (φρικώδης) Horridus, inquit Donatus: quaſi ſpinoſus. Terent. Eunuch. 2. 2. 5,
Video ſentũ, ſqualidũ, ægrũ, parnis, annisq; obſitum.

Loca ſenta ſitu, Virg. 6. Aen. 93.
Seorſum] Aduerb. (ἄθρα, κἀνσυθὲ, ἀπάνσυθε, ἀμφὶς, χωρὶς) Separatim. Plaut. Epod. 9. 22, in ædiculam ſeorſum iſtæc eat iube. Liu. 2. bel. pun. 216. In caſtra hoſtes acceperunt: traditiq; in cuſtodiã omnes ſunt, ſed ſeorſum ciues, ſociiſq;. Seorſum, ab altero aliquid parare. Cælius ad Cic. lib. 8. 9. 7.
¶ Seorſum, nominatim. Terent. Adel. 5. 9. 14, Omnibus gratiã habeo, & ſeorſum tibi præterea Demeã.
¶ Seorſum, à te ſentio. Diuerſum habeo à te opinionẽ. Plautus Capt. 12. 52.
¶ Seorſus, (κατακόρυ) Idem quod Seorſum, antiquè Plautus Rud. 30. 27, Præterea centum mnæ philippicæ in paceolo ſeorſus.
Separ] huius ſeparis. pen. cor. Adiect. Diſpar, diuerſus. Solinus cap. 12, Varro opinatur duo in Bœotia eſſe flumina, natura licet ſeparari, miraculo tamen non diſcrepante.
Separo] ſeparas, pen. cor. (χωρίζω, διαχωρίζω, ἀποχωρίζω) ſeparare, Diuidere, Diſtrahere, A' Se & Paro compoſitũ. Plin. li. 13. ca. 17. 4. Mox ſeparãt laudãdo, & ſiccata traduũt. A' domina ſeparari. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 12.
Separare uera à falſis. Cic. 4. Acad. 255.
Separatum quiddam eſt extra aſſumptionem approbatio. Cic. 1. de Inuent. 79.
¶ Separatus, pẽ. prod. Particip. (χωριστὸς) Cic. 4. Tuſc. 51, Virtus ipſa per ſe ſua ſponte ſeparata etiam utilitate laudabilis. Idem ad Att. lib. 14. 314. 8, Iſta uerò tu quæ contexuis, aliud quoddam ſeparatum uolumen expectant.
Iuga ſeparata. Horat. 2. Carmin. ode. 19. 4.
¶ Separatio, Verbale (χωρισμὸς) Ipſe ſeparandi actus.
¶ Separabilis, & hoc ſeparabile, pen. cor. (χωριστὸς) Quod ſeparari poteſt. Cic. 1. Tuſc. 35, Nec ſeparabilem à corpore eſſe De anima.
¶ Separatè, (κεχωρισμένως) ſeparatius & ſeparatiſſimè, ad. uerbũ. Cic. 2. de Inuen. 234, Quædã ſeparatius ad finem, quò referri omnem orationem oportet, adiungentur.
¶ Separatim, pen. prod. Aduerb. (χωρὶς.) Idem Cæſar 7. bel. Gall. 145, At Vercingetorix, caſtris pro oppido in monte poſitis, mediocribus circum ſe interuallis ſeparatim ſingulorum ciuitatum copias collocauerat.
Coniunctim & Separatim, contraria. Cic. 3. de Fin. 68. Legitur & coniunctim.
Separatim de probitate alicuius dicere, pro Peculiariter: cùm opponitur Cõmuniter. Cic. ad Brutum, li. 13. 11. 7. Ibidem, epiſt. 12. 1, Alia epiſtola communiter tibi commendaui legatos Arpinatium, ut potui diligentiſſimè, ac ſeparatim Q. Fufidium, quo cum mihi omnes neceſſitudines ſunt, dilgentius commendo.
Separatim à. Cic. ad Cælium, lib. 2. 15. 14, Nihil accidet ei ſeparatim à reliquis ciuibus.
Sepelio] ſepelis, pen. cor. ſepeliui, ſepultum (θάπτω, σόρα πίθω, σόρα φιάλην, ταχύω, τυμβόω) ſepelire, Humo iniecta cõtegere, in ſepulchrum inferre, tumulo mandare mortuũ. Cic. 2. de Legib. 90. Hominẽ mortuum inquit lex in XII. Tab. in urbe ne ſepelito. néue urito. Et paulò pòſt, Non quiuratur ſepeliri, ſed qui humetur. Plinius libro 7. cap. 54. Sepultus intelligitur quoquo modo conditus: humatus uerò, humo tectus.
Sepelire dolorem, per translationem, pro Deponere, tegere. Cic. 2 Tuſcul. 56.
Illic ſi qua meũ ſepeliſſent fata dolorẽ. Propert. li. 1. ele. 16. 4.
Cuncta tuus ſepeliuit amor. Propert. lib. 3. eleg. 15. 2.
Sepelire ſomnum. Plaut. Moſtel. 161.
Sepelire ſe uino & epulis. Seneca. epiſt. 12.
¶ Sepultus, Particip. (τεθαμμένος) Cic. in Piſonẽ, 7, Hæc ſunt ô carnifex, in gremio ſepulta Conſulatus tui.

Templis & auro ſepultus. Lucan. lib. 8. 169.
Cuſtos ſepultus. Virg. 6. Aeneid. 85.
Somno ſepultus, Sopitus, dormiens. Lucret. lib. 1. 27.
Inuadunt urbem ſomno, uinoq; ſepultam. Virgilius 2. Aeneid. 53, & 3. 126.
Et ſtupeant multo corda ſepulta mero. Ouidius 2. de Remed. amorum, 82.
Aſſiduo uero lingua ſepulta. Propert. lib. 3. eleg. 11. 12.
Sepultus ſum, pro Perij. Terent. Phorm. 5. 8. 50,
Lemni habuit aliam. c. nullus ſum. p. ex qua filiam
Suſcepit, & eam clàm educat. c. ſepultus ſum. Vbi Donatus, αὔξυσις, plus eſt enim quàm nullus ſum.
Sepultum, ac ſublatum bellum. Cic. pro lege Manil. 21, Quod bellum expectatione Pompeij attenuatum atq; imminutum eſt, aduentu ſublatum ac ſepultum.
Tecum unà tota eſt noſtra ſepulta domus. Catul. ad Ortalum, 63. 5.
Fama ſepulta. Ouid. epiſt. 7. 18.
Inertia ſepulta. Horat. 4. Carm. ode 9. 6.
Vrbs ſepulta. Tacit. lib. 19. Exciſa.
¶ Sepultura, ſepulturæ, pen. prod. (ταφὴ, σόρος, σόρα φιάλη, σόρα φιάλης) Aliquandò ſepulchrum ſignificat. Sulpitius ad Ciceronem, lib. 4. 12. 9, Ab Athenienſibus locum ſepulturæ intra urbem ut darent, impetrare non potui.
Inſepulta ſepultura. Vide Inſepultus.
Sepultura, Sepeliendi actus. Cic. 1. Tuſc. 164, Cuius hoc dictò admoneor, ut aliquid etiam de humatione & ſepultura dicendum exiſtimem.
Mos ſepulturæ. Lucret. lib. 6. 257.
Afficere ſepultura. Vide Afficio.
Fata ſepulturæ. Propert. lib. 2. eleg. 29. 6.
¶ Sepulchrum, ſepulchri (τάφος, τύμβος, σῆμα, ἠρίον, ὄβριμον) Locus in quo corpus, oſſáq; demortuorum corporum reconduntur. Dictum eſt quaſi ſeorſum à pulchro, ut ait Seruius, propter recordationem doloris. Vel dicitur à Semis: quia pulchrum ſuperficie, intus oſſibus plenum eſt. Vel, ut ait Donatus, quòd ſine re pulchra ſit. Aut quòd ibi ſine pulſu ſint, id eſt mortui. Aut à ſeparando, quòd illic animæ à uiuis ſeparentur. Rectius tamen uidebitur ſi Sepulchrum dicatur à ſepeliendo, ut ſimulachrum & lauacrum à ſimulando & lauando.
Clauſum ſepulchrum. Ouid. 15. Metam. 78.
Commune ſepulchrum rerum Terra. Lucret. lib. 5. 52.
Inane ſepulchrum. Ouid. 6. Metam. 114.
Aſſerni ſepulchro. Vide Aſſerno.
Condere corpus ſepulchro. Ouid. 8. Metam. 47.
Animam ſepulchro condere. Virg. 3. Aeneid. 14.
Donare cinerem ſepulchro. Stat. 3. Sylu. 3. 43.
Grandiaq; effoſſis mirabitur oſſa ſepulchris. Virgilius 1. Georg. 100.
Excire animas ſepulchris. Vide Excio.
Latere poſt magna ſepulchra. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 8.
Reddere corpus ſepulchro. Virg. 2. Aeneid. 109.
Néue merere, meo ſubſcribi cauſſa ſepulchro. Ouidius 9. Metamorph. 113.
Sepulchri appellatione, omnis ſepulturæ locus continetur, ut ait Vlpianus De ſepulchro uiolato, l. prætor ait. Idem de religioſis & ſumpt. fun. l. locum, Sepulchrum eſt ubi corpus oſſáue hominis condita ſunt. Cicer. 9. Philipp. 68, Vtiq; locum ſepulchro in campo Eſquilino C. Panſa Conſul, ſeu quo alio in loco uidetur, pedes triginta quaq; uerſus deſignet, quò Seruius Sulpitius inferatur. Quod ſepulchrum ipſius, liberorum, poſterorumq; eius ſit, uti quod optimo iure ſe-

pulchrum publicè datum eſt. Idem de Senect. 19, Nec ſepulchra legens uereor (quod aiunt) ne perdam memoriam.
Hoc miſeræ plebi ſtabat commune ſepulchrum. Horatius 1. Serm. Satyr. 8. 2.
¶ Sepulchralis, & hoc ſepulchrale, penult. prod. (σοφὸς) Quod ad ſepulchrum pertinet: ut, Ceremoniæ ſepulchrales quæ pertinent ad impenſam, ſtructuramq; ſepulchrorum.
Aræ ſepulchrales. Ouid. 8. Metam. 97.
Fax ſepulchralis. Ouid. epiſt. 12. 24.
¶ Sepulchretum, pen. prod. Catull. de Ruſa & Rufulo, 55. 2,
Vxor Meneni, ſæpe quam in ſepulchretis
Vidiſtis ipſo carpere è rogo cœnam.
¶ Sepelibilis, & hoc ſepelibile, pen. corr. (σοφιαστὸς) Quod ſepeliri debet, aut eſt ſepultum. Plaut. Ciſtel. 2. 52,
—facito ut facias ſtultitiam ſepelibilem.
Sepes] ſepis, priore longa: uel Seps, ſepis, ſ. g. (φραγτὸς, φραγμὸς, φράφραγτος) Quæ obiecta inter agrorum diuiſiones uel ipſis hortis introitum prohibet. Cic. 1. de Nat. deor. 163, Prætereo Samothraciam eáq; quæ Lemni nocturno aditu occulta coluntur ſylueſtribus ſepibus denſa. Columel. libro 10. 3.
Talis humus uel parietibus uel ſepibus hirtis
Claudatur, neu ſit pecori, neu peruia fiori. Vir. 8. eclog. 6.
Opaca ſepes. Vide Opacus.
Siniſtræ ſepes. Ouid. 2. Faſt. 101.
Texendæ ſepes. Virg. 2. Georg. 75.
Prætendere ſepem ſegeti. Virg. 1. Georg. 54.
¶ Sepio, ſepis, ſepiui, ſepitum, pen. prod. uel ſepſi, ſeptum (φράττω, φραγνύω, περιοικοδομέω) ſepire dictũ à ſepibus, quæ obiectæ iter cludunt, inquit Nonius. Cic. 2. de Natura deorum, 213, Quæ primùm oculos membranis tenuiſſimis ueſtiuit & ſepſit.
Circundare & ſepire. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4. 28, Vallo & foſſa circundedi: ſex caſtellis, caſtriſq; maximis ſepſi.
Acribus nanque cuſtodijs domum & uitas ſepſerat Liuia. Tacitus libro 1.
Abitus ſepire. Vide Abitus, in Abeo.
At Venus obſcuro gradientes aere ſepſit. Virg. 1. Aeneid. 83.
Intelligit Aeneam & Achaten.
Sepire ſe difficultate abrogationis dicitur lex. Cic. ad Atticum, libro 3. 65. 4.
¶ Septus, Particip. (περιφραγμὸς) Stat. 1. Sylu. 1. 7.
A' gentibus belligeris ſeptus. Ouid. 3. Triſt. eleg. 11. 3.
Septa ab armatis pubes. Liu. 1. ab Vrbe, 124.
Aggere ſeptus. Silius lib. 16. 1.
Armis ſeptus. Virg. 1. Aeneid. 102.
Charitate ſeptus. Plin. in Paneg. 79.
Comitatu ſeptus. Cicero in Parad. 18, Non deniq; animus ipſe, qui tot uirtutum præſidio, tantoq; comitatu uirtutis ſeptus. In quibuſdam exemplaribus deſiderantur hæc uerba, Virtutis ſeptus.
Fraude locorum ſepti. Silius lib. 7. 56.
Nebula ſeptus. Virg. 1. Aeneid. 89.
Opibus ſeptus & munitus contra conſcientiam. Cicero 1. de Finibus, 79.
Præſidijs philoſophiæ ſeptus. Cic. ad Tironem, lib. 10. 23. 3.
Loca ſepta. Lucret. lib. 6. 18.
¶ Septum, ſepti, Subſtant. (φράγμα) Septa autem generali uocabulo dicuntur omnia loca munita, & quodam ſepimento uallata. Inde ſtabula, ouilia, bubilia, caprilia, & id genus reliqua, ſepta nuncupantur. Vnde & ſepta aliquando pro ouilibus ponuntur. Virg. 1. eclog. 73,
Quàm uis multa meis exiret uictima ſeptis.
Domorum ſepta. Lucret. lib. 1. 102.

In Martio campo loca inclusa tabulatis, in quibus ſkins Popul. Rom. ſuffragia ferre conſueuerat, ſepta dici meruerũt ad ſimilitudinem ouilium: de quibus Mart. lib. 9. 60,

In ſeptis Mamurra diu, multumq; uagatus,
Hîc ubi Romæ ſuas aurea uexat opes.

clu dere populum ſeptis. Ouid. 1. Faſt. 11.

Varro de re Ruſtica uocat ſepta omnia quæ habent incluſa animalia quæ paſcuntur. 1. de re Ruſt. cap. 11, Intra ſepta uillæ habeat aquam. Apud eundem inſcriptio eſt De fundo & ſeptis, lib. 1. de re Ruſt. cap. 14.

Septum, Sepes, & Sepimentum, idem ſignificare declarat his uerbis Varro lib. 1. de re Ruſt. cap. 14. 1, Nunc de ſeptis, quæ tutandi cauſa fiũdi, aut partis fiant, uideamus. Earum tutelarum genera IIII. unum naturale, alterum agreſte, tertium militare, quartum fabrile. Horum unumquodq; ſpecies habet plures. Primum naturale ſepimentum, quod obſeri ſolet uirgultis, &c. Secunda ſæpes eſt ex agreſti ligno, &c.

Septa, pro Obicibus & clauſtris quibus utimur ad impetus fluuiorum coercendos, accipiunt turiſconſulti. Vlpianus de riuis l. prima, Septa ſunt quæ ad incile opponuntur, aquæ deriuandæ compellẽdæue ex flumine cauſa, ſiue ea lignea ſint, ſiue lapidea, ſiue ex alia qualibet materia ad continendam, tranſmittendamq; aquam excogitata.

¶ Sepimentum, ſeptimenti (ἔφραγμα, ἐφράγμος) Id dicitur, quo aliquid ſepitur. Varro 1. de re Ruſt. cap. 14. 1, Primum naturale ſepimentum quod obſeri ſolet uirgultis, aut ſpinis, quod habet radices uiuæ ſepis. Cic. 1. de Leg. 92, Atq; hæc omnia quaſi ſepimento aliquo uallabit, differendi ratione ueri & falſi, iudicandi ſcientia.

¶ Septuosè, aduerbium à Sepio, id eſt obſcurè (ἀφανῶς) Liuius Antiopa, Ita ſeptuosè dicto abs te datur, quod conſequutam ſapiens ægrè contulit.

Sepia] ſapiæ (σηπία) Genus piſcis atrum cruorem per aquam ſpargens, dum ſe perſecutum uidet, atq; ita piſcatoribus uer uelut i ſepit & occlu ſit. Perſius Satyr. 3. 2,

Nigra quòd infuſa uaneſcat ſepia lympha. Plin. lib. 9. cap. 29. 1, Sepiarum genera mares uarij & nigriores, conſtant iacq; maiores. Perculſæ tridente fœminæ auxiliantur: at fœmina iſto mare fugit. Ambo autem ubi ſenſere ſe apprehendi, effuſo atramento, quod pro ſanguine his eſt, infuſcata aqua abſcondunt. Cic. 2 de Nat. deor. 190.

¶ Sepiola, ſepiolæ, penult. corr. Diminutiuum (σηπίδιον) Plautus Caſina, 11. 57,

Emitto ſepiolas lepidas, lolliguncul as Ordeias.

Sepiacus] a, um: Ripa Sepiaca: Strabo extremo lib. 9, Tamẽ ipſam ripã Sepiacã tragœdiarũ ſcriptores uulgarũt, poſteaq; collaudarunt, cùm ibi Perſarum claſsis interierit, & in nihilum omnino redacta fuerit. Ripa quidem ſaxoſa eſt: inter illam uerò uicumq; Caſtaneum, ſub Pelio locatam litus iacet, in quo claſsis ipſa Xerxis, cum ſtaret in anchoris, ingenti flãte Euro, periit.

Sepias] adis (σηπίας) Magneſiæ promontorium eſt, Herodot. lib. 6. & Plin. lib. 4. cap. 9.

Sepinates] uel potius Sæpinates (σαιπινάτται) populi ſunt inter Samnites, in quarta regione Italiæ à Plinio collocati. Horum oppidum Sæpinũ cõtemoratur à Ptolem. lib. 3. cap. 1.

Sepio] Vide Sepes.

Seplaſia] σηπλασία, Fuit forum Capuæ, in quo unguentarij negotiabantur, cuius delicijs fractam fuiſſe Punicam ferociã teſtatur Valerius Max. lib. 9 Cic. 2. de lege Agr. 92. Iam uerò qui metus erat tunicatorũ illorũ & in Albana, & Seplaſia, &c. Hinc Seplaſiarius, pro unguẽtario & effœminato. Lampridius in Heliogab. 10, Finxit ſe ut cupedinarij, ut ſeplaſiarium, ut popinarij. Plin. lib. 34. cap. 11. 3, Nũc quoties

incidêre in libellos, componere ex his uolentes aliqua, hoc eſt impendio miſerorum experiri commentaria, credunt Seplaſiæ, ea omnibus quidem fraudibus corrumpenti, factáq; iampridem emplaſtra & collyria mercantur, tabesq; merciũm. Idem lib. 16. cap. 10. 4, Et inde fraus Seplaſiæ.

¶ Seplaſium, neut. gen. Varr.

Doti dato inſulam Chium, agrum Cæcubum,
Seplaſia Capuæ, macellum Romuli. Nonius.

Sepono] ſeponis, pen. prod. ſeposui, ſepoſitum, pen. cor. (ἀποτίθημι) ſeponere, Seorſum ponere.

Seponere & occultare. Cic. ad Att. lib. 11. 230. 3.

Seponere à. Cic. 2. de Orat. 12, Græci ſepoſuerunt à cæteris dictionibus eam partem dicendi, quæ, &c.

Seponere ad. Cicer. ad Attic. lib 15. 328. 7, Quodq; ex iſtis fructuoſis rebus receptum eſt, id ego ad illud ſanum ſepoſitum putabam.

Seponere extra. Liu. 6. ab Vrbe, 151, Seponendum extra certamen alterum Conſulatum ad quem plebi ſit aditus.

Seponere pecuniam in ædificationem. Liu. 1. ab Vrbe, 230.

Diuitiæ ſepoſitæ. Stat. 2. Sylu. 2. 31.

Seponere ſibi tempus ad rem aliquam. Cic. in Orat. 79.

Onus tutum coniugij ſeponere. Lucan. lib. 5. 145.

Scimus imurbanum lepido ſeponere dicto. Lucan. lib. 5. 145.

Sepoſitum ac reconditum. Cic. 6. Verr. 19. Idem 2. de Diuinat. 167, Quamobrem Sibyllam quidem ſepoſitam & conditam habeamus.

Fontis ſepoſiti aquam quærere. Propert. lib. 1. eleg. 19. 5.

¶ Sepoſitus, pro Remoto, Qui in longinquis habitat finibus. Martial. lib. 2. 3,

Quæ tam ſepoſita eſt, quæ gens tam barbara, Cæſar,
Ex qua ſpectator non ſit in urbe tua?

Seps] ſepis. f. g Vide Sepes.

Seps] m. g. (σήψ) Paruus ſerpens, ex cuius ictu membra percuſſa putreſcunt: ab σήπω putrefacio. nam quicquid momordêrit, reſoluitur in putredinem. Lucan. lib. 9. 145,

Oſſáq; diſſoluens cum corpore tabificus ſeps.

Septa] ſeptorum. Vide Sepio, in Seps.

Septem] Numerale nomen, indeclinabile. Græci ἑπτὰ dicũt, Latini ſpiritu aſpero in ſ, mutato, & uocali ultima in em, ſeptem dicunt.

Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina uocum. Virgilius 6. Aeneidos, 130, Septem aquæ, Locus.

¶ Septangulus dicitur quod ſeptem angulos habet. ἑπτάγωνος.

¶ September, Septembris, m. g. (μὴν μακεπτηριών) Menſis dictus eſt, quòd ſit ſeptimus in ordine. Aliquando ſumitur adiectiuè: ut,

Horæ Septembres. Hor. 1. epiſt. 17. 4.

Septemfluus, Adiect. (ἑπτάῤῥοος) ut,

Flumina ſeptemflua Nili. Ouid. 15. Metam. 151.

¶ Septemgeminus, pen. corr. (ἑπτάπαπλος) Aliud adiect. ut,

Nilus ſeptemgeminus. Catul. ad Furium, 11. 2. Virgilius 6. Aeneidos, 160.

¶ Septempedalis, & hoc ſeptempedale, pen. prod. (ἑπτάπους διαῖος) Quod eſt longum ſeptem pedes. Plaut. Curc. 8. 70,

—ibi nunc ſtatuam uult dare auream
Solidam ſuciundam ex auro Philippeo, quæ ſiet
Septempedalis.

¶ Septemplex, ſeptemplicis, pen. corr. adiect. (ἑπτάπλοος) ut,

Clypeus ſeptemplex. Virg. 12. Aen. 185.

Iſter ſeptemplex. Ouid. 2. Triſt. 38.

Nilus ſeptemplex. Ouid. 15. Metam. 38.

¶ Septemſtadiũ, ſeceſſus eſt in Alexandria, auth Strab. lib. 17.

¶ Septemuir (ἑπτὰ τῶν ἀνδρῶν) ea forma dictum qua Triumuir.

Nomen magiſtratus apud Romanos. Cic. ad Attic. lib. 15. 329. 10, Catus Antonius noluitne fieri ſeptemuir? Idem 5. Philipp. 178, Iudicandumq; nullos Septemuiros fuiſſe.

¶ Septemuiralis, & hoc ſeptemuirale, pen. prod. (τῶν ἑπτὰ) Quod ad Septemuiros pertinet. Liuius 4. bel. Pun. 203, Vt proditio pro ſeptemuirali iudicio eſſet, ſemperq; aliud ſentiret, infidus ſocius, uanus hoſtis, &c.

¶ Septemuiratus, huius Septemuiratus, pen. prod. maſcul. gen. (ἑπταρχία) Ipſa Septemuirorũ dignitas. Cic. 2. Philip. 98, Eundem in Septemuiratu nõnne deſtituiſtis? interuent enim. Plinius epiſtol. 230.

¶ Septenarius, Adiect. (ἑπτάδινος) Idem quod Septimus: ut, Septenarius numerus.

Septenarius uerſus, Qui conſtat ſeptem pedibus. Cicero 1. Tuſculan. 171.

Septenaria ſynthеſis. Martial. lib. 1. 152, Septenaria ſynthеſis uaſorum dicitur, quæ ſepties mutari poterant pro uario menſæ ornatu.

¶ Septendecim, pen. cor. (ἑπταπαίδεκα) Hoc eſt, decem & ſeptem, indeclinabile. Cic. 7. Verr. 96. Idem 2. pro lege Agrar. 31, Per tribus ſeptendecim.

¶ Septennis, & hoc ſeptennе uel Septuennis, & hoc ſeptuennе (ἑπταετὴς) Quod eſt ſeptem annorum. Plaut. Bacch. 8. 36, At nunc prius quàm eſt ſeptuennis, Idem Menæh. 2. 22, Poſtquam iam pueri ſeptuennes ſunt, &c.

¶ Septentrio, ſeptentrionis (ἑπτάστρων) Septentriones ſunt ſeptẽ ſtellæ, ex quibus quaſi iunctis triones figurantur. Scribit Varro, triones ruſticorum uocabulo boues uocari, quaſi terriones, hoc eſt arandæ terræ ac colendæ idonei. Vel ideò magis hæ ſeptem ſtellæ triones appellatæ ſunt, quoniã ita ſitæ ſunt, ut ternæ quæq; ſtellæ proximæ inter ſe trigona, id eſt triquetram figuram conſtituant, quam recentiores uocant triangulum. Ex ſeptem ſiquidem ſtellis duæ pariles uno in loco uidentur, quæ pro bobus accipiuntur: reliquæ figuræ plauſtri figuram deſignant. Itaq; & proximum huius ſidus, bubulcus, id eſt bootes appellatur, qui more bubulci currum ſequitur. Hoc ſydus à figura, quia ſimile plauſtro uidetur, antiqui Græcorum ἅμαξαν, id eſt plauſtrum dixerunt: noſtri à bobus iunctis, Septentriones appellarunt. Ab his etiam uentus ſpirat, qui Auſtro obiectus eſt, & Latinè Septentrio, & Septentrionalis uentus, & Septentrionarius: Græcè uerò, quòd ab Arcto flat, Aparctias appellatur. Plautus Amph. 4. 119,

Nam neq; ſe Septentriones quoquam in cælo commouẽt.

Cæſ. 7. bel. Gall. 335, Erat à Septentrionibus collis. Cic. 2. de Nat. deor. 71, Inflectens autem Sol curſum tum ad Septentriones, tum ad Meridiem, æſtates & hyemes efficit.

Talis Hyperboreo Septem ſubiecta trioni Tenaſmos. Virgil. 3. Georg. 77.

Septentrio, Polus Septentrionalis. Plin. lib. 6. cap. 22. 3, Syderũ in nauigando nulla obſeruatio. Septentrio non cernitur.

Septentriones uenti (ἀπηγητίαι) Cic. ad Attic. lib. 9. 173. 9.

¶ Septentrionalis, pen. prod. Adiect. (ἀρκτικὸς) ut, Septentrionalis uentus, à Septentrione flans. Plin. lib. 9. cap. 17. 5.

¶ Septentrionarius, uentus qui à Septentrione flat, Latinis dicitur, quem Græci (ἀπηγητίαν) uocant. De hoc Gellius libro 2. cap. 22.

¶ Septenus, pen. prod. (ἑπτὰς) Aliud adiectiuum, Idem quod Septem. Cic. in Somnio Scipionis, 7, Quum ætas tua ſeptenos octies Solis anfractus reditusq; conuerterit. Idem 4. Verr. 85. Sic Plin. lib. 7. cap. 25. 1. epiſtolæ ſeptenæ.

Fiſtula diſpar cannis ſeptenis. Ouid. 2. Metam. 137.

Corpora ſeptena. Virg. 6. Aeneid. 5.

Noctes ſeptenæ. Propert. lib. 2. eleg. 17. 5.

Portæ ſeptenæ. Stat. 3. Thebaid. 9.

Anguis traxit ſeptena uolumina. Virg. 5. Aeneid. 17.

¶ Septies, Aduerb. (ἑπτάκις) Plin. lib. 16. cap. 40. 12, Septies reſtituto templo. Cic. 2. Philip. 94, Vbi eſt ſepties millies ſeſtertium, quod in tabulis quæ ſunt ad Opis, patebat.

¶ Septifariam, Aliud aduerb. ut, Multifariam. Satra de Verborum antiquitate, In quod uolumen unum nos lectitauimus, & poſtea inuenimus ſeptifariam diuiſum. Nonius.

¶ Septimus, pen. cor. Adiect. (ἕβδομος) Plin. lib. 7. cap. 52. 3, Vt tamen in ſeptimum & quinquageſimum atq; centeſimũ uitæ duraret annum. Plaut. Pſeud. 9. 3.

—ædes eſſe ſeptimas A^l porta.

¶ Septimius, Aduerb. (ἑβδόμου) Cic. 3, de Natur. deorum, 116, Cur enim Marius tam fœliciter ſeptimium Conſul domi ſuæ ſenex eſt mortuus?

¶ Septingenarius, Adiect. (ἑπτακοσιαπλάσιος) ut, Septingenarius grex, Varro de re Ruſt. cap. 10. 9. In quibus ſeptingentæ ſunt oues.

¶ Septingenti, ſeptingentæ, ſeptingenta (ἑπτακόσιαι) Pluraliter tantùm. Plin. lib. 35. cap. 2. 7, Et M. Varro benigniſſimo inuento inſertis uoluminum ſuorum fœcundati, nominibus tãtùm ſeptingentorum illuſtrium. Liu. 3. bell. Pun. 93.

¶ Septingenteſimus, pen. cor. Adiect. (ἑπτακοσιοστὸς) Liu. 1. ab Vrbe, in Proœmio, 3, Res eſt præterea & immenſi operis, ut quæ ſupra ſeptingenteſimum annum repetatur.

¶ Septuaginta (ἑβδομήκοντα) Cic. 5. Verr. 101, Vnus ager Agyrinenſis centum ſeptuaginta aratoribus manior quam ſit, uos coniecturam totius prouinciæ non facietis?

¶ Septuagenus, pen. prod. Adiect. (ἑβδομηκοντούτης) Plin. lib. 26. cap. 10. 6, Septuageno coitu durare libidinem contractu herbæ cuiuſdam, &c. Hoc eſt, ſeptuageſimo. Col. lib. 5. cap. 2. 10, Hoc in ſe multiplicato, ſeptuagies ſeptuageni fiunt quatuor millia & nongenti.

¶ Septuagẽs, Aduerb. (ἑβδομηκοντάκις) Vide proximũ præcedens exemplum.

Septiana] malè: aut uerius Sextiana, à quodam Sextio libertino, eorum primo inſitore, inſigni rotunditate prædita. Columella lib. 5. cap. 10.

Septicollis] ἑπτάκολλος, urbs Roma, quòd ſeptem colles habeat, Palatinum, Quirinalem, Auentinum, Cælium, Viminalem, Exquilium, & Ianiculatem.

Septicus] pen. corr. (σηπτικὸς) Adiect. à uerbo Græco σήπω, putrefacio. Vnde σήπτικα, medicamenta quæ uim habent erodendi, putrefaciendi. Plin. lib. 28. cap. 9. 12, Quin & ſanguis equorum ſepticam uim habet. Idem lib. 34. cap. 18. 11, Summa eius dos ſeptica.

Septimiana] porta, nouitia denominatione in urbe dicta fuiſſe, prohibetur. Alexand. Alexandrinus lib. Genial. dierum, 4. capite 1.

Septunx] ſeptuncis, m. g. (ἑπτύγκιον) Nomen dictum à ſeptẽ & uncia: eſtq; pondus ſeptem unciarum. Interdum etiam menſura iugeri, hoc eſt partis mediæ & unius duodecimæ ipſius iugeri. Col. lib. 5. cap. 1. 11, Pars dimidia & una duodecima, pedes ſexdecim millia & octingentos, hoc eſt ſeptũx, in quo ſunt ſcrupula CLXVIII. Liu. 5. ab Vrbe, 110, Triumuiriq; ad id creati terna iugera & ſeptunces uiritim diuiſerant. Liu. 3. bel. Pun. 92.

¶ Septunx, pro Septem uini cyathis. Solebant enim ueteres quando ſe paulò liberaliùs inuitabant, tot uini cyathos ebibere, quot erant literæ in ſuorum amicorum amicarúmue nominibus, ſingulosq; cyathos appellabant uncias. Martial. lib. 8. 51,

Det numerum cyathis Inſtantis littera Ruſi,
Author enim tanti numeris ille mihi.

Si Thelefusa uenit, promissaq; gaudia portat:
Seruabor domino Ruffe triente tuo.
Si dubia est: septunce trahar, si fallit amantem,
Vt iugulem curas, nomen utrunq; bibam.

¶ Septuncialis, pen. prod. Adiect. (ἑπτουγκιαῖος) ut, Septuncialis satio, quando media & ultima pars sementis seritur. Col. lib. 2. cap. 10. Media sementi pars seri, & pars ultima debet, quæ septuncialis satio dicitur.

Septimius] σεπτίμιος, uir Romanus, cuius amores describit Catullus. A' quo

¶ Septimillus, Diminutiuum. Catull. de Acme, 43. 3.
Sic, inquit, mea uita Septimille,
Huic uni domino usq; seruiamus.

Septimontium] Septimontij Varro lib. 5. de Ling. Latin. Dies, inquit, Septimontium nominatus ab his septem montibus, in queis sita urbs est: feriæ non populi, sed montanorum. Hoc etiam testatur Festus lib. 17. authorem citans Antistium Labeonem. Septimontium, ait Lilius in Historia deorum, inueni nũcupatum, quum septimus collis esset urbi additus: in cuius celebritate in locis septem sacrum factum fuisse, testis est Varro, Palatio, Suburra, Velia, Fagurali, Cælio, Oppio, & Cespio. quo die per urbem uehiculis uehi criminosum habitum fuit. Plutarchus in Problemate Roman. Quid est quod Septimontio uehiculis iunctis uti cauebant, & nunc etiam, etiam qui uetera non contemnunt, cauent? Septimontium uerò diem festum agunt Romani, quòd quum septimus collis urbi attributus est, septicollis Roma facta est. An, ut quidam Latini accipiunt, quòd urbs nondum suis partibus penitus coniuncta erat? An, hoc quidem ad Dionysium non est? Magna uerò re effecta, constituta ciuitate, quòd urbem iam augeri, & quasi ulterius progredi desiisse existimarem, cùm septos, tum uerò iumenta quibus fuerant usti, quiete affecerunt, & communis festi otio frui uoluerũt? An, quòd cùm omnes dies festos ciuium præsentia ornari, ac celebrari semper uoluerunt, tum illum præcipuè, qui propter ciuitatis habitationem ageretur? Quapropter ne urbem, cuius dies festus ageretur, relinquerent, eo die uehiculis uti permissum non est.

¶ Septimontialis, & hoc Septimontiale, pen. prod. Adiectiuũ. Columel. lib. 2. cap. 10. de fabis loquens, Media sementi seri, & pars ultima debet, quæ septimontialis satio dicitur. Suetonius in Domitiano, cap. 4, Septimontiali sacrorum quidem die, senatui, equitiq; panarijs, plebeis sportellis cum obsonio distributis. Initium uescendi primus fecit: &c. Hoc est, Domitianus die urbis festo, qui Septimontialis uocatur, epulum Largissimum inter spectacula dedit: in quo ordini senatorio, & equestri panaria distributa sunt cum obsonio, sicut plebeijs sportellæ. In eo autem epulo ipse princeps primus fecit initium uescendi.

Septimuleius] C. Gracchi interfector, tametsi antea familiaris. Is auro repensum caput Gracchi ad Opimium tulit, plũboq; in os addito parricidio Rempublicam etiam circumscripsit. Plin. lib. 33. cap. 3.

Septuosè] Vide Sepes.

Sepulchrum, Sepultura] Vide Sepelio.

Sepum] sepi (σέβας) quod & seuum dicitur. Fit ex adipe ruminantium, authore Nonio. Vide Seuum.

¶ Sepatius, Adiect. (σιαπινὸς) Quod ex sepo est: ut, Candelæ sepatiæ. Aulul. Gell. Tota domus completur tedis, lucernis, cereis sepatijs, & cæteris nocturni luminis instrumẽtis. Quidam legunt Sebum, & Sebo, sebas.

Sequana] pen. corr. (σηκκάνα) Fluuius Belgarum in Gallia: iuxta quem habitantes, Sequanici dicti sunt: & Sequani, hodie Burgundiæ ducatum incolentes, Heluetijs, Heduis, ac Lingonibus finitimi. Lucan. lib. 1. 85,
Optima gens flexis in gyrum Sequana fræ nis. Martialis,
Hanc tibi Sequanicæ, pinguem textricis alumnam.

De Sequanis Cæsar in Commentarijs, & Plin. lib. 4. cap. 17.

¶ Sequanicus, Sequanica, Sequanicum. Martial.
Hanc tibi Sequanicæ, pinguem textricis alumnam.

¶ Sequanus, pen. corr. Adiectiuum. Plinius libro 14. capite 1, sub finem, Aruerno, Sequanoq; & Heluico generibus non pridem illustrata.

Sequax, Sequela] Vide Sequor.

Sequester] hæc sequestris, & hoc sequestre: uel, hic & hæc Sequestris, & hoc sequestre: & Sequester, sequestra, sequestrum (μισέγγυος, προσαγωγεύς) Dicitur (ut quit Modestinus de Verb. significat.) apud quem plures eãdem rem, de qua controuersia est, deposuerunt. Dictus à sequendo, ut docet Gellius lib. 20. cap. 10. quòd eius qui electus sit, utraq; pars fidem sequatur. Plaut. Rud. 23. 64, Tu istunc hodie non feres, nisi das sequestrum aut arbitrum, cuius hæc res arbitratu fiat. Idem Merc. 15. 36,
Imò sic sequestro nihi data est.

Pace sequestra, dixit Virgilius lib. 11. Aeneid. 27. inducias intelligens, quòd sit media inter bellum præteritum & futurum. Seruius.

Pacis sequester. Silius lib. 6. 70.

Sequestrem uocat Asconius, apud quem pecunia deponitur: Budæus corrumpendarum tribuum conductorem. Cic. 4. Verr. 75, Qui tabulas tenet? qui scribit? qui monet? qui proximus est? is est Caius Clodius, qui in Sicilia sequester istius, interpres, confector negotiorum, propè Collega Timarchidi, numerabatur. Idem pro M. Cælio, 11, Quod haud scio an de ambitu, & de criminibus istis sodalium ac sequestrium, quoniam huc incidi, similiter respondendum putem. Idem pro Cluentio, 28, Quo sequestre in illo indice corrumpendo dicebatur esse usus. Et 2. Verr. 23.

Rem perficiendam suscipere, & inde lucrum facere, ut redemptores solent: hoc genus Cicero sequestres (teste Budæo) appellare solet, ut in prima in Verrem actione.

Sequester, apud Quintilianum, pro eo qui à litigatore doctus, docet patronum, lib. 12. cap. 8, Quo modo autem sequester ille & media litium manus, & quidam interpres impendit æquo animo laborem in alienas actiones, quum dicturus ipse non sit?

¶ Sequestrarius, Adiectiuum: ut, Actio sequestraria, Pomponius in l. si in Asia. §. cum sequestro. ff. depositi. uel contrà.

¶ Sequestratio, est rei de qua agitur controuersia, uel separatio, uel compositio, uel possessionis interdictio. Est autem duplex. Quædam est uoluntaria, quando partium consensu deponitur res litigiosa. Et hæc semper potest fieri ante iudicium, uel pendente iudicio. l. 1. in principio. ff. depositi. l. si soluturus. ff. de solutionibus. Quædam uerò est contentiosa, seu ut nonnulli uocant, necessaria sequestratio, quæ per iudicem decernitur causa cognita, etiam inuitis utrisque litigatoribus, & altero eorum patente. Vide tit. C. de prohibit. sequestrat.

¶ Sequestrum, sequestri, sequestro, Substantiuum, neut. gener. Plautus libro 3. ad Edictum, propriè (inquit) in sequestro est depositum, quod à pluribus insolidum certa conditione cuiusdiendum reddendumq; traditur l. 6. depos. uel contrà. lib. 16. P. tit. 3.

¶ Sequestrò, Aduerbium (ἐπὶ μεσεγγύῳ) Cato, Per deum immortalem nolite uos sequestrò ponere. Nonius.

Sequior] & hoc Sequius. Vlpian. in l. cum hi. §. sed & personarum. ff. de transact. Sed & personarum contemplatio habenda est, hoc est, cuius uitæ sint hi quibus alimenta relicta sunt: utrum frugi uitæ, & qui aliàs sufficere sibi possint: an sequioris, qui de alimentis pendeant.

¶ Sequius, pro deterius. Tranquillus, Multorum Claudiorum egregia merita, multa etiam sequius admissa in Rempublicam extant. Excussi secus habent, sed hac uoce Varro etiam apud Nonium utitur, Non modò absens quicquam sequius de te cogitat, sed etiam ruminabitur humanitatem. Nam sequitur pro deterior dici, non est perinde infrequens, quòd à sequendo reor deduci: deteriora enim sequi, meliora præcedere solent. Sed & nihilo deterius quod insolentius uideri polerat, pro nihilo secius apud Ascanium legi petebat, inquit, nihilo deterius consulatum, Turnebus.

¶ Sequius (ἄλλως) pro Secius aduerbio. Liu. 2. ab Vrbe, 157, Inuitus, inquit, quod sequius sit, de meis ciuibus loquor: non tamen admissum quicquam ab ijs criminatum uenio, sed cautum ne admittant.

Sequor] sequeris, sequutus sum (ἕπομαι, ἀκολουθέω, ὁπηδέω, ὁμαρτέω, εἶμι, στόμαι, κατέομαι, ἐπίταμαι) sequi. A', Seco, secas, derituar, ut uult Sipontius. Terentius Andr. 1. 1. 101,
— funus interim
Procedit, sequimur, ad sepulchrum uenimus. Varro 1. de re Rust. cap. 47, Nam aridæ factæ rixantur, ac celerius rumpuntur, quàm sequuntur.

Sequi & assequi. Cic. 1. Offic. 155, Neq; enim attinet repugnare naturæ, nec quicquam sequi quod assequi non queas.

A' tergo sequi. Virg. 1. Aeneid. 38.

Amicitiam alicuius sequi. Cic. 7. Verr. 96.

Amicum sequi, Facere quod amico placet, obtẽperare illi. Cic. de Amicitia, 40. Plaut. Merc. 18. 5.
Quicquid complacitum, id sequuntur.

Authoritatem alicuius sequi. Cicero 2. de Finibus, 65. Vide Authoritas.

Cibum sequitur somnus. Lucret. lib. 4. 193.

Compendia temporis sequi. Colum. lib. 9. cap. 4. 5.

Cogitationes lætus euentus sequitur. Plin. epist. 23. 1.

Consuetudinem sequi, Facere secundum consuetudinem. Plin. epistol. 30. 4.

Disciplinam philosophorum sequi. Cic. 4. Acad. 174.

Discordia nadit, hanc Bellona sequitur. Virg. 8. Aeneid. 141.

Ex fuga aliquem sequi. Cæsar 3. bell. Ciuil. 404, Quicunque ex fuga Pompeium sequerentur, atq; in insulam uenissent, oppido ac portu recepti erant. Id est, Quicunq; fugerent, & sequerentur Pompeium.

Famam sequi. Horat. in Arte, 25.

Fames sequuta est. Plin. lib. 7. cap. 3. 1.

Feras sequi. Ouid. 2. Metam. 100.

Fidem alicuius sequi. Cæsar 5. bel. Gall. 74, Ex qua Mandubratius adolescens Cæsaris fidem sequutus, ad eum in continentem Galliam uenerat.

Fidem populi Romani sequi, Populo Romano fidem seruare, non discedere à fide: Cæsar 4. bell. Gall. 541. Cicero 2. de Diuinatione, 118.

Fortunam suam sequi. Liu. 2. bel. Pun. 119.

Gratiam Cæsaris, Cæsar 1. belli Ciuil. 2.

Interuallo magno sequi aliquem. Cæsar 1. bell. Gall. 90.

Iudicium alterius sequi. Cic. ad Brutũ, 8. 1, Optimus enim quisq; uir, & ciuis maximè sequitur tuum iudicium, tibiq; omnes fortes uiri nauare operam & studium uolunt.

Sequi librum lapsum. Plin. epist. 25. b.

Sequi lites. Terent. Adelph. 2. 2. 40.

Magistrum sequi. Plin. epist. 110. b.

Matrimonium diuitis sequi. Plin. epist. 171. c.

Cedamus Phœbo, & moniti meliora sequamur. Virgilius 3. Aeneid. 38.

Militiam sequi. Cic. pro Muræna, 16, Seruius hic nobiscum hãc urbanam militiam respondendi, scribendi, cauendi, plenam solicitudinis ac stomachi sequutus est.

Naturam ducem sequi, Facere quemadmodum natura aliquem inclinat. Cic. 1. Offic. 34. Idẽ 1. de Legib. 85, Sed certè ita res se habent, ut ex natura uiuere, summum bonum sit: id est, uita modica & apta uirtute perfrui, aut naturam sequi, aut eius quasi lege uiuere. Id est, nihil quantum in ipso est prætermittere, quo minus ea quæ natura postulet, consequatur.

Sequitur necessitas militandi. Liu. 3. ab Vrbe, 290.

Officium sequi. Cic. 2. de Finib. 95.

Opportunitatem sequi. Cic. 1. Offic. 53.

Ordinem uitæ sequi. Plin. lib. 12. in Procemio, 3.

Otiosè sequi. Vide Otiosus, in Otium.

Pedibus aliquid sequi. Liu. 4. bel. Macẽd. 35.

Sequitur pœna damnatum. Cæsar 1. bel. Gall. 16.

Ponè sequi. Claud. 2. Paneg. 91.

Promissa sequi. Liu. 4. bel. Pun. 91.

Quæstum & sumptum sequi. Cic. pro Quintio, 63.

Rationẽ sequi uoluptatem. Cic. 1. de Finib. 50.

Sectam alicuius sequi. Liu. 9. bel. Pun. 135.

Sententiam alicuius sequi. Cæsar 1. bel. Ciuil. 7, Inuiti & coacti Scipionis sententiam sequuntur. Cic. 2. de Finib. 90.

Sponte sequi. Quintil. lib. 5. cap. 10. 88.

Studia sequi disparia. Cic. de Amic. 64.

Vtilitates sequi. Cic. de Amicitia, 83.

Verbum aliquod sequi. Cic. pro Cecinna, 36, Nónne, si uerbum sequi nolumus, hoc intelligamus necesse est, eum detrudi cui manus afferantur?

Vestigijs sequi aliquem. Liu. 9. ab Vrbe, 245.

Voce aliquem sequi. Virg. 9. Aeneid. 4.

Sequitur, absolutè, pro Hinc est. Cicer. 4. Academ. 139, Illud certe opinatione & perceptione sublata sequitur, omnium assensionum retentio.

Sequitur ut. Cic. 2. de Finib. 42, Nec enim sequitur, ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. Idem de Fato, 14. Ibidem, Nec si omne enuntiatum uerum aut falsum est, sequitur ilicò esse causas immutabiles & æternas.

¶ Sequutus, pen. prod. Participium. Plin. lib. 13. cap. 22. ad finem, Nero Cæsar claritatem ei dedit initio imperij, noctur nis grassationibus conuerberatam faciam illimens sibi cum thure ceraq;, & sequuto die contra famam cutem sinceram circunferens.

¶ Sequutor, pen. prod. Verbale (ὀπηδὸς) Iuuen. Satyr. 8. 21,
Ergo ignominiam grauiorem pertulit omni
Vulnere cum Graccho iussus pugnare sequutor.

¶ Sector, sectaris (αἱρετίζω, αἱρετίσω) sectari, Frequentatiuum, Sectari dicitur, qui aliquem sequitur frequẽter, ut eum possit uel uidere uel alloqui. Cic. 6. Verr. 130, Qui illic eiusmodi est, ut eum pueri sectẽtur, ut omnes, quum loqui cœperit, irrideant. Idem in eundem, 4. 122, Is Prætorem circum omnia fora sectaretur. Et pro Muræna, 64. Sectari aliquem totos dies.

Aliquẽm pennis sectari. Ouid. 2. de Arte, 12.

Fœcundi leporis sapiens sectabitur armos. Horatius 2. Serm. Satyr. 4. 9.

Læuia sectantem nerui deficiunt. Horat. in Arte, 6.

Aratrum sectari.Tibull.lib.2.eleg.3.2,
Sectari belluas,apros,ceruos,Venando consectari & persequi, inuestigare,perquirere,sequi.Plaut.Milite,
Respondit se sectari simiam.Terent.in Prologo Phor.6,
— adolescentulum
Ceruam uidere fugere,& sectari canes.Virg.3.eclog.15,
Si,dum tu sectaris apros,ego retia seruo.
Sectari leporem.Horat.2.Serm.Satyr.2.2.
Sectari aliquem,contenter sequi,ut fit quum quempiam in sermonibus,in sententijs,in disciplinis & cæteris factis sedulò,perpetuoq; sequimur ac imitamur. Terentius Eunucho,2.2.31.
¶Sectator,pen.prod.sectatoris,Verbale (ἀκόλουθος, ὀπαδὸς, ἑταῖρος)Qui ut aliquid condiscat,frequenter aliquem consequitur.Cic.pro Muræna,64,Quid opus est,inquit, sectatoribus?Plin.lib.18.cap.28.14,Hoc postea Sestius è Romanis sapientiæ sectatoribus Athenis fecit eadem ratione. Gellius lib.2.cap.2.
¶Secta, sectæ (αἵρεσις)à Sector,sectaris:uel à Sectus. Græcè hæresis dicitur,unde Sectæ Philosophorum,familiæ & disciplinæ,apud Ciceronem 1.de Oratore,21,Est autem secta, disciplina,certa quædam disciplinæ formula factio, studiũ, ratio uitæ.
Secta & lex in proscindendis agris.Colum.lib.6.
Secta & ratio uitæ.Cic.pro Cælio,31.
Asperrima secta.Quintil.lib.1.cap.10.14.
Immota Catonis secta.Lucan.lib.2.77.
Seuerissima secta.Quintil.lib.1.cap.10.14.
Exequi sectam alicuius.Catull.de Berecynthia,58.3.
Viam & sectam quandam sequi.Cic.2.de Nat.deor.82.
Secta & instituta aliquorum persequi.Cic.7.Verr.142.
Sequi sectam aliquorum.Cic.de claris Orat.62.
¶Sectarius,Adiect.ut,Verue x sectarius,qui gregem agnorum præcedens ducit.Plaut.Capt.13.51,
Qui Petroni nomen indunt uerucci sectario. Cato cap.150,Menses decem ab coactore reteget porcos sectarios.
¶Sectacula,sectaculæ,pen.corr.(αἱρεσιδίον) Diminutiuum à Secta,Quasi sequela quædam & propagatio.Apuleius,Occipiunt scisciscitari qualis ei maritus.& unde natalium sectacula proueniret.Fortasse scribendum sectatula.
¶Sequela,sequelæ,penultima producta(ἀκολουθία)Ipse sequendi actus.
¶Sequax,sequacis,pen.prod.om.gen.(ἀκολουθητικὸς) Quod aliquid sequitur.Plin.in Panegyr.73, Flexibiles quancunq; in partem ducimur à principe,atq; ut ita dicam,sequaces sumus.Plin.maior lib.11.cap.37.6.
Capreæ sequaces.Virg.2.Georg.75.
Curæ sequaces.Lucret.lib.2.10.
Mores sequaces.Lucret.lib.3.64.
Oculi sequaces.Stat.3.Thebaid.100.
Telum sequax.Silius lib.15.142.
Sequax,Quod se spargendo dilatat.Persius in Prologo,2,
— quorum imagines lambunt
Hederæ sequaces.Virg.8.Aeneid.87,
——sonitumq; metumq;
Miscebant operi,flammisq; sequacibus iras.Hoc est,persequutricibus.Seruius.
Sequax bitumen,Lentum,& quod attactum digitos sequitur, picis uel uisci more.Plin.lib.7.cap.15.2.
Sequaces lanæ.Martial.lib.13.57.
Sequax materia,pro Inhærente.Plin.lib.11.cap.2.1.
Vndæ sequaces.Virg.5.Aeneid.39.
¶Sequacior comparatiuum.Plin.lib.36.cap.26,Nec est alia nunc materia sequacior.

¶Sequaciter,pen.corr.Aduerb.Arnob.lib.2.aduersus gentes, concludere acutissimè,Syllogismos,ordinare sequaciter inductiones suas.Rursus lib.eodem,Non enim si negemus musca,scarabeos,& cimices omnipotentis esse opus regia: sequaciter postulandum à nobis est, ut quis ea fecerit,dicamus.
Ser(σής) uermiculus apud Seres,qui Sericũ procreat.Bapt.de re uestiar.cap.5.
Sera]Seræ(ναυβλὸς)Instrumentum quo clauduntur ostia. Iuuenalis,Pone seram,cohibe,sed quis custodiet ipsos A' seram re,id est,aperire deriuatur,authore Varrone lib.3.de Lingua Latina.Festus,Asserere manum,est admouere, quòd ea quoque quæ in terram dimittuntur seri dicuntur: unde etiã seræ appellantur,quia foribus admotæ opponuntur, defixæ postibus,quemadmodum ea quæ terræ inseruntur.
Dura sera.Tibull.lib.1.eleg.2.2.
Rigidæ seræ.Ouid.1.Fast.25.
Excutere seram poste.Ouid.1.Amor.eleg.6.5.
Seranus]penult.product.(σηρανὸς)Romani uiri cognomen: dictus Quint. Atilius cincinnatus Seranus:cui quum suum agrum & araret & sereret,Dictatura ei à Populo Romano delata est.Vnde à serendo Seranus appellatus est. Vide Serranus.
Seraphim]uox est Hebraica,pluralis numeri,idem significans quòd igniti,candentes,à uerbo שרף saraph, succendo,uro,exuro,comburo.Numeri 21,Misit Dominus in populum bananeasim,baseraphim,id est ignitos serpentes. Significat & certum ordinem angelorum cælestis hierarchiæ: estq; generis tam masculini quàm neutri.Isaiæ,6, Seraphim stabant subter illud.Ibidem,Et uolauit ad me unus de Seraphim. Diuus Hieronymus ad Furiam:Hæc sunt duo Seraphim ter glorificantia trinitatem.
Serapias]ὄφρυς, σεραπίας, Herba quæ & orchis dicitur, quòd(inquit Dioscorides)eius radix inter pauca sit utilis. Actius & Paulus Aegineta triorchin appellant,à tribus testiculis in radice dependentibus.Plin.lib.26.cap.10.2.
Serapinum] Vide Sagapenum.
Serapion]σεραπίων, Aelianus dictus,orator Alexandrinus, scripsit ad Adrianum principem panegyricum:orationes in genere deliberatiuo,apud Alexandrinos:item utrum Plato iure remouerit Homerum à sua Republica:præterea artem rhetoricam.Author Suidas. Serapion epicter cognominatus Rhyparographus,author Plinius libro 35.capite 10.Serapion,Præsul Antiochenus sub Commodo principe: cuius meminit Hieronymus. Serapion alter,Chrisilianus, qui ob elegantiam ingenij Scholasticus meruit cognominari, chorus Antonio monacho:scripsit contra Manichæos egregium uolumen,& quædam alia:lau...atus etiam ob fidei constantiam sub Constantino principe, ut idem Hieronymus author est.
Serapis]uel Seraphis,penult.prod.(σεραπις)Serpens, deus apud Aegyptios,qui apud Græcos Pluto, quem colunt qui Nilum inhabitant.Martial.lib.9.30,
Heu quæ lingua fileti non illam mille catastæ
Vincebant,nec quæ turba Serapin amat. Mart.Capella usus est corripere penult.lib.2,
Te Serapim Nilus,Memphis ueneratur Osirim.Plin.lib. 37.cap.5.13,Apion cognominatus Plistonices, paulò antè scriptum reliquit,esse etiam nũc in Labyrintho Aegypti colosseum Serapin è smaragdo nouem cubitorum.Vide Osiris.Huius meminit Cic.lib.3.de Natur.deor.& multis Cæl. Rhodigin.lib.2.cap.13.Antiquarum lectionum.
Serbonis]σεβωνὶς,Palus est,iuxta quam est mons Casius, teste Herodoto lib.2.

Seren]

Seren] Ciuitas Arabum,non procul à Troglodytis.Plin.lib. 6.cap.29.
Serena] pen.prod.(σερήνη) ex Hispania oriunda,uxor fuit Stilicanis,socrus Honorij Imperatoris, qui Mariam filiam ipsius,uxorem duxit. Huius Serenæ laudes eleganti carmine celebrauit Claudianus.
Docta Serena.Claud.de concha,19.
Sydera serena.Claud.de nuptijs Honorij,51.
Serenus] pen.prod.(σῦδιος, αἴθριος) Adiectiuum, significat Tranquillum,sine nubibus,sine imbre,quòd id maximè tempus sationi aptum sit.Plaut.Merc.22.35,
Hîc Fauonius serenus est,hîc Auster imbricus.Hûc siccum significare potest, quòd sereno cælo, sicca sit maximè tempestas.
Aestas serena.Virg.6.Aeneid.142.
Cælum serenum.Mart.lib.1.170.
Color serenus,Lucidus.Plin.lib.9.cap.35.4.
Hyemes serenæ.Virg.1.Georg.20.
Lumen serenum.Lucret.lib.2.30.
Lux serena.Virg.5.Aeneid.21.
Lux serena & tranquilla ex turbido die.Liu.1.ab Vrbe,65.
Nubes serenæ,Siccæ.Virg.1.Georg.93.Nonius.
Sydera serena.Lucret.lib.4.43.
Tempestas serena.Tranquillus in Tito Vespasiano,cap.10.
Venti sereni.Ouid.1.Fast.136.
Ver serenum.Virg.1.Georg.68.
Animus serenus.Ouid.1.Trist.eleg.1.8.
Doctrina serena.Lucret.lib.2.2.
Frons tranquilla & serena,pro Læta. Cicero 3.Tusculan.56.
Martial.lib.7.11.
Vultus plenus grauitate serena.Ouid.ad Pisonem,20.
Ore sereno annuere.Mart.lib.2.24.
Pectora facta serena.Ouid.1.Trist.eleg.8.8.
Vultu sereno fortis.Horat.1.Carm.ode 37.6.
¶Serenissimus,a,um: plenissimus,ut ita dicam,tranquillitate: non credulus,affabilis,laetus.Serenissimo principi supplicare dixit Iustinianus in l.Imperialis beneuolentiæ. §.similis uero,de nuptijs lib.5.C.
¶Serenum,Substantiuum (σῦδιον) Virg.1.Georg.79,
Nec minus ex imbri soles,& aperta serena
Prospicere.Vide Aperio.
Sereno,ablatiuus,pro Sereno tempore,cui Nubilo opponitur. Plin.lib.11.cap.24.6,Aranei sereno non texunt,nubilo texunt.Liu.1.bel.Maced.46.
¶Sereno,serenas,pen.prod.(αἰθριόω) serenare,Serenum reddere,& clarum.Virg.1.Aeneid.53,
Olli subridens hominum sator,atq; deorum,
Vultu quo cælum,tempestates q; serenat Plin.lib.2.ca.6. 2.de Sole,Atq; etiam nubila humani animi serenat.
Domum serenare largo igne.Stat.1.Achil.25.
Afflatibus uiuis ora serenat.Stat.2.Thebaid.12.
Spem serenare fronte.Virg.4.Aeneid.96,
Consilium uultu tegit,ac spem fronte serenat.
Tristia fronte serenare.Silius lib.11.11.
Vitam serenare.Lucret.lib.2.218.
¶Serenatus (αἰθριωθὲν) Phœbus.Silius lib.5.36.
¶Serenitas,pen.correp. serenitatis (αἰθρία, σῦδία, διαύγεια) Tranquillitas,claritas.Plinius libro 10.capite 67,Salamandra serenitate deficiens.
Serenitas,& Perturbatio cæli,contraria. Cic.2.de Diuinatione,141.
Serenitas & tranquillitas.Liu.6.bel Pun.52.
Seres] σῆρες, Scythiæ Asiaticæ populi, à quibus nobilis illa lana ex arboribus,ex qua fit sericum,aduehi dicitur. Hi ex

Virgilio,Plinio,Strabone,Solino notissimi sunt. De quibus Marcellinus libro suæ historiæ,23,Agunt (inquit) ipsi quietus Seres,ornorum semper & præiorum experientia tique hominibus sedatis & placidis est otium uoluptabile: nulli finitimorum molesti, cæli apud eos iucunda salubritas temperies:aeris facies munda,leuium q; uentorum commodissimus flatus,& abundè silua jublucidæ, à quibus arborum fœtus aquarum aspergimibus crebris uelut quædam uellera mollientes,ex lanugine & liquore nitidam subtilitatem texunt nerrimam pectunt:nentesq; substegmina,conficiunt sericum ad usus ante hac nobilium, nunc etiam infimorum fere nulla discretione proficiens:ipsi præter alios frugalissimi, pacatioris uitæ cultores, uitant reliquorum mortalium contactus quumq; ad coemenda fila,uel quædam alia, transeunt flumen aduenæ,nulla sermonum uice,propositarum rerũ pretia solis oculis æstimantur:& (ita sunt abstinentes) apud se tradentes genita,nihil ipsi comparant aduentitium. Hæc Ammianus Marcellinus. Cæterum ut plurali numero Seres dicitur,ita singulari Ser,huius Seris,Virg.2.Georg.25.Lucanus lib.1.4,
Sub iuga iam Seres,iam Barbarus isset Araxes.Sidonius Apollinaris,
Assyrus gemmas,Ser uellera,thura Sabæus. Ex Herodoto.
Ad Seras aliquid petere.Vide Ad.
Colorati Seres.Ouid.1.Amor.eleg.14.8.
Nobiles uellere Seres.Senec.Thyeste.49.
¶Sericus, pen. corr. (σηρικὸς) Adiectiuum ab eo quòd Seres uocantur.Serica enim est gens Parthis ultima confinitate famosa,à quo & Sericum uocatur,ut ait Acron.Horat.1. Carm.ode 29 9,
Doctus sagittas tendere Sericas Arcu paterno. Hoc est Parthicas.Porphyrio.
Hostis Sericus Propert.lib.4.eleg.3.2.
Carpenta Serica.Propert.lib.4.eleg.8.5.
Seresco)seresco (ὀρθόομαι)fieri,fieri quòd serenitas sicca sit.Lucretius lib.1.61,
Deniq; fluctifragos suspensæ in littore uestes
Vuescunt,eædem cadenti sole fieri sescunt. Nonius.
Seresc ere,in serum abire.Plin.lib.11.cap.41.3, Omne lac igne spissatur,frigore seresc it.
Sergestus] Aeneæ nauta apud Virgilium 4.Aeneidos,58. Et lib.5.25,
Sergestusq; domus tenet à quo Sergia nomen.
Sergia] Romana tribus legitur apud Alexand. lib.1.Genial. dierum cap.17.
Seria] σηρία, Hispaniæ urbs apud Ptolemæum lib. 2.cap.4. Plinio Fama Iulia dicta.
Seria] seriæ (ὑπόχυμαι) Vas uinarium oblongum. Liu.lib. 4.bel.Pun.46.Terent.Heaut.3.1.51,
——sedes uide
Relicui dolia omnia,omnes seriæ. Persius Satyr. 2.1. Colum.lib.12.cap.18.3,Dolia quoq; & seriæ, cæteraq; uasa ante quadragesimum uindemiæ diem picanda sunt.
Seriæ oleariæ.Varro 3.de re Rust.cap.2.7.
¶ Seriola,seriolæ,pen.corr.Diminut.(ὑπόχυμάτιον) Persius Satyr.4.3, Seriolæ ueteris metuens deradere limum.
Sericum] pen.corr.(σηρικὸν) Id dici potest quod à Seribus fiebat,& depectebatur ex arboribus ad uestimentorum nobilitatem,ut refert Plin.lib.6.cap.17.Vnde Virg.2.Georg. 25,Velleraq; ut foliis depectant tenuia Seres.Vulgus autem nostrum Sericum accipit pro eo texturæ opere, quod ex bombycum lanificio depecti solet.

Serica uarijs textilibus. Propert. lib. 1. eleg. 13. 5.

¶ Sericus, Adiectiuum (σηρικὸς) Quod confectum est ex serico: ut, Vestis serica. Plin. lib. 21. cap. 3. 6.

Pallia serica. Stat. 3. Sylu. 4. 18.

Puluilli serici. Horat. Epod. 8. 3.

¶ Sericatus, pen. prod. Aliud adiectiuum, Serica ueste indutus. Sueton. de Caligula, cap. 52, Armillatus in publicum proceßit, aliquando sericatus & cycladatus.

¶ Sericarius, sericarij, Textor sericorum. Iulius Firmicus libro 8. Matheseos, refert sericarium textorem nasci, qui habuerit horoscopum in 28. parte Arietis.

¶ Sericobaptæ, Id est, serici tincti. βάπτω enim significat tingo. Inde Vaptæ apud Iuuenalem dicti quod facie fuco illinerẽt, μεταφ. Græcis, nobis sericum dicitur: cuius tinctores Baphij, παρὰ βάπτειν, quod est tingere. Hinc Baptosericum pallium. Alciatus. in l. Baluca. de metal. lib. 11. Cod.

Series] penultima correpta, seriei, penultima producta, f. g. (εἰρμὸς) Ordo & quasi quædam rerum continuata progreßio: à serendo, id est, ordinando dicta. Quint. Quod non nisi in contextu orationis, seriéq; contingit. Valerius Max. Quis compos mentis domesticæ peregrinæq; historiæ seriem fœlici superiorum stylo conditam, uel attentiore cura, uel præstantiore facundia traditurum se sperauerit? Plinius lib. 7. cap. 16. 4.

Ordo & series causarum. Cicer. 1. de Diuinat. 204. Idem 1. de Nat. deor. 15, Est enim admirabilis quædam continuatio seriesq; rerum, ut alia ex alia annexa, & omnes inter se aptæ, colligatæq; uideantur.

Series & connexio. Cic. in Partit. 76.

Series nectens. Cic. 4. Academ. 43, Cætera series, deinde sequitur maiora nectẽs, ut hæc quæ quasi expletam rerum comprehensionem amplectuntur, Si homo est, animal est, mortale rationis particeps. Idem 1. de Legib. 77.

Atra series tuæ uitæ. Ouid. in Ibin, 13.

Immensa series laborum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 4.

Inexplicabilis series. Quint. lib. 5. cap. 14. 25.

Innumerabilis annorum series. Horat. 3. Carm. ode 30. 1.

Longißima series rerum. Virg. 130.

Longè porrecta uiarum series. Stat. 3. Sylu. 3. 21.

Euoluere seriem fati. Ouid. 15. Metam. 31,
Vidi quam seriem morantis æui
Pronectant tibi candidæ sorores. Stat. 4. Sylu. 3. 29.

Serilla] ἐφεμὰ πλοῖα (inquit Festus) Verrius appellari putat nauigia Istrica, ac Liburnica, quæ lino ac sparto conden santur à conserendo & contexendo dicta: quia dicat Pacuuius in Nuptijs,
Nec ulla subsuis cohibet compagem aluei,
Sed suta lino & sparteis serillibus. Quum παρὰφραστικῶς & ficto uocabulo usus sit, pro funiculis, qui sparto conseruntur.

Serio] Aduerbium. Vide Serius adiectiuum.

Seriphos] pen. prod. (σέριφος) Insula una ex Sporadibus, in Aegæo mari: quam notiorem fecerunt ranæ, cognomento Seriphiæ, quæ illic non coaxant, orto inde adagio, Rana Seriphia, in mutos aut taciturnos. Plura Erasmus in Chiliadibus. Plin. lib. 8. cap. 58, Mutæ, inquit, etiam num sunt ranæ in Seripho insula.

Humilis Seriphos. Stat. 1. Achil. 41.

Parua Seriphos. Iuuenal. Satyr. 6. 557.

Plana Seriphos. Ouid. 7. Metam. 93.

¶ Seriphius, Adiectiuum (σεριφίος) ut in illo Themistoclis, Neq; enim uel tu, si Atheniensis esses, clarus extitisses: aut ego, si Seriphius essem, ignobilis.

Seriphum] seriphi, pen. prod. (σέριφος) Genus absynthij,

quod & Seriphium, & marinum dicitur. Plinius libro 27. cap. 7. 10.

Seris] huius seris, f. g. (σέρις) Genus cichorij. Vocant autem Latini intybum, siue intybum. Vulgus nostrum endiuiam. Varro 3. de re Rust. cap. 10. 4, Anseres pascunt in humidis locis, ubi pabulum serunt quod aliquem fructum ferat: seruntq; his herbam quæ uocatur seris, quòd ea aqua tacta etiam quum est arida, fit uiridis.

Serius] ὄρειος, Fluuius Cisalpinæ Galliæ, per Bergomatem agrum in Aduam fluens, à quo Vallis Seriana in eodẽ agro populosa artificiosaq; nominata est.

Serius] Adiectiuum (σπουδαῖος) Quod cum assertione, & nõ per iocum dicitur. Accius, Vos nugas asseritis, nos seria loquimur. Noniꝰ, Serium, triste, & quasi sine risu, uel sine ridiculo. Plaut. Pœnulo, 6. 50. Terent. Eunuch. 3. 3. 7, Aliter diuinam feciße, & rem seriam uelle agere mecum. Plin. in Paneg. 136, Simul cogito, quũ sint ista ludus, & auocamentum huius: illæ seriæ, & intentæ, & à quibus se in tale otiũ recipit, uoluptates.

¶ Seria, Substantiuè (σπουδαῖα) Ouidius 5. Fast. 69. Hoat. 1. Serm. Satyr. 1. 6,
—sed amoto quæramus seria ludo.

Verba seria. Tibul. lib. 3. eleg. 7. 4.

Serium & Iocosum, contraria. Cic. 1. Offic. 145, Quum graubus seriisq; rebus satisfecerimus. Ibidem, 187, Ac uideat in primis quibus de rebus loquatur: si seriis, seueritatem adhibeat: si iocosis leporem. Quint. lib. 6. cap. 4, Dictorum urbanorum alia seria, alia iocosa, alia media.

Ioca, seriaq;, Quoties omnia nostra cum aliquo communicamus, cum eo ioca seriaq; conferre dicimur. Cic. 2. de Finib. 135, At quicũ ioca & seria, ut dicitur, quicum arcana, quicũ occulta omnia? Tecum optime, deinde etiam cum mediocri amico. Erasmus.

Dicta seria. Horat. de Arte, 22.

Laxare seria. Persius Satyr. 5. 5.

Posthabui tamen illorum mea seria ludo. Virg. 7. eclog. 4.

Vertere seria ludo. Horat. de Arte, 46.

¶ Seriò, Aduerbium (σπουδαίως) Sine ioco. Plautus Amphit. 11. 9, An id ioco dixiſtiꝰ equidem seriò ac uerò ratus. Terent. Eunuch. 3. 3. 22, Miſit porrò orare ut uenirent seriò. Cic. ad Atticum, libro 5. 103. 3, Inde ad Taurum cogitabam, ut cum Mophragine signis collatis, si possem, seriò decernerem. Vetus exemplar sic habet, Si possem, de seruo tuo decidere. Plin. lib. 9. cap. 35. 13.

Seriò rem agere. Liu. 4. ab Vrbe, 109.

Sermo] sermonis, masc. gen. (λόγος, λαγὶς) Loquela, à compositis & contextis uerbis. Seruius, Sermo est consertio orationis, & confabulatio duorum uel plurium, Cic. de Senect. 25, Sed tamen decorus est sermo senis, quietus, & remissus. Plaut. Milit. 10. 105.

Tractare aliquid Græco sermone uel Attico. Cic. 1. de Finib. 1.

Sermo & colloquutio. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 13.

Sermo de. Cic. de Aruſp. respon. 30, De Alexandrinis uideo esse sermonem, quem ego non refuto. Idem in Somnio Scip.

Sermonem cum. Cic. in Vatinium, 1, Cum Albinouano sermonem non modò de Sestio accusando, sed nulla unquam de re fuiſſe, paulò antè imprudens indicasti.

Sermo mihi cum literis. Cic. ad Att. lib. 12. 24. 1. 5.

In sermone. Trebonius Ciceroni, lib. 12. 16. 5, Quum mihi in sermone iniecisset, se uelle Asiam uisere. Vide Inijcio.

Eccum tibi lupum in sermone: hoc est, de quo loquebamur, adest. Plaut. Sticho, 9. 71.

In sermonibus. Plaut. Trinum. 4. 47. Cic. Attico, lib. 1. 11. 20, Vsq; eo ut nostri isti comessatores coniurationis barbatuli iuue-

nes illum in sermonibus Cn. Ciceronem appellent.

Hac nice sermonum roseis Aurora quadrigis, &c. Virgilius 6. Aeneid. 107.

Sermonis caput & pes, pro Principio & fine. Plautus Asin. 12. 129.

Doctus sermonis utriusq; linguæ. Hor. 3. Carm. ode 8. 1.

Homines sermonis. Horat. de Arte, 14.

Insolentia sermonis. Vide Insolens.

Littera sermonis fida ministra mei. Ouid. 3. Triſt. eleg. 7. 1.

Accuratus sermo. Vide Accuratus, in Accuro.

Amari sermonis homo. Horat. 1. Satyr. 7. 2.

Auersus sermo. Quintil. lib. 4. cap. 1. 44, Sermonem à persona iudicis auersum, qui ἀποστροφὴ dicitur, quidam in totum à proœmio submouent.

Breuis sermo. Vide Breuis.

Comis sermo. Tacit. lib. 15.

Communis sermo. Quint. lib. 2. cap. 10. 9.

Compositi sermones ad coarguendos qui contrà disputant, à Græcis ἐλεγκτικοὶ uocantur. Quint. lib. 2. cap. 15. 18.

Ad præcipiendum compositi sermones, qui δογματικοὶ appellantur. Quint. lib. 2. cap. 15. 18.

Concinnus sermo utraq; lingua. Hor. 1. Serm. Satyr. 10. 5.

Credibilis sermo. Ouid. 1. de Arte, 94.

Curatus sermo. Vide Curo.

Doctißimus sermo. Quint. lib. 1. cap. 1. 5.

Expreßior sermo. Quint. lib. 1. cap. 1. 27.

Fideles sermones, Quibus fides haberi debet. Catull. Argon. 59. 29.

Fortuiti sermones. Tacit. lib. 4.

Græcus sermo. Quint. lib. 1. cap. 1. 9.

Incœptus sermo. Virg. 6. Aeneid. 94.

Iniqui sermones. Vide Iniquus.

Intentior sermo. Vide Intentus, in Intendo.

Intimus sermo. Vide Intimus, in Intra.

Iocosus sermo. Horat. 1. Serm. Satyr. 10. 3.

Latialis sermo. Vide Latialis, in Latium.

Latinus sermo. Quint. lib. 1. cap. 1. 9.

Latus ornatiusq; sermo. Quint. lib. 5. cap. 14. 26, Argumenta sermone puro, & dilucido, & distincto, cæterum minimè lato, ornatoq; putant esse dicenda.

Longinquus sermo. Vide Longinquus, in Longus.

Longus sermo. Vide Longus.

Medius ambiguusq; sermo. Vide Medius.

Obscœni sermones. Hor. 2. epist. 1. 26.

Otiosi sermones. Quint. lib. 1. cap. 12. 13.

Patrius sermo. Lucret. lib. 3. 53.

Pedestris sermo, Humilis, non magniloquus. Horatius de Arte, 20.

Perpetuus sermo. Lucret. lib. 4. 110.

Politi sermonis mella. Claud. 8. Paneg. 50.

Promptus sermo. Iuuenal. Satyr. 3. 8.

Purus, dilucidus, & distinctus sermo. Quintilianus libro 5. capite 14. 26.

Purus & nihil se supra modum extollens sermo. Quintil. lib. 1. cap. 9. 2.

Quotidianus & in quẽcunq; etiam indoctorum cadens sermo. Quint. lib. 4. cap. 2. 28.

Rectus & secundum naturam enunciatus sermo. Quint. lib. 2 cap. 5. 7.

Romanus sermo. Quint. lib. 2. cap. 14. 1.

Triſtis sermo. Hor. 1. Serm. Satyr. 10. 3.

Truncus sermo. Stat. 12. Thebaid. 96.

Vetus sermo. Quint. lib. 1. cap. 6. 28.

Vitiosus sermo. Quint. lib. 1. cap. 1. 3.

Vulgati sermones. Quint. lib. 3. cap. 6. 49.

Abrumpere sermonem. Virg. 4. Aen. 78. Vide Abrumpo.

Abstimere sermonem de re aliqua. Vide Abstineo.

Abuti aliquo sermone pro mandatis. Vide Abutor.

Accipere sermonem ab ipsa rerum natura. Quintilianus lib. 3. cap. 2. 1.

Dignum sermone aliquid agere. Hor. 2. Serm. Satyr. 3. 1.

Arripere sermonem. Vide Arripio.

Auertere se à sermone. Vide Auerto.

Blaterare sermone. Vide Blatero.

Captare sermonem. Ouidius 3. Metamorphoſ. 56. Vide Capto, in Capio.

Cohæret sermo. Vide Cohæreo.

Commeant sermones. Tacit. lib. 2.

Conferre sermonem cum aliquo. Cicero 1. Officiorum, 189. Vide Confero.

Conficere sermonem. Vide Conficio.

Confundere sermones in unum. Vide Confundo.

Copulare sermonem cum aliquo. Vide Copulo.

Crebrescit sermo. Virg. 12. Aeneid. 45.

Sed neque declament medio sermone diserti. Ouidius 2. de Arte, 102.

Dies deficiens sermoni. Ouid. 5. Triſt. eleg. 14. 6.

Delabi in aliquem sermonem. Cic. 1. de Orat. 48.

Detinuit sermone diem. Ouid. 1. Metam. 137.

Differre sermonibus, Dißipare, inuulgare. Liuius 4. bell. Macedon. 4.

Dißersus sine ullo certo authore sermo. Quintilianus, libro 5. capite 1.

Dißipatus sermo. Cic. pro Placco, 10.

Diuulgare sermonibus rem aliquam. Vide Diuulgo.

Sermo datus per ciuitatem, Diffusus, dißeminatus. Liuius 2. ab Vrbe, 2.

Dare sermonem alicui, pro Dare causam obloquendi. Cic. ad Varronem, lib. 9. 3. 2, Dabimus sermonem ijs, qui nescíunt, nobis quocunq; in loco simus, eundem cultum, eundem uictum esse. Budæus.

Dare aliquem testem sermoni. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 5.

Excitare sermonem. Cælius Ciceroni, lib. 8. 10. 4.

Facere sermonem. Vide Facio.

Ferre sermonibus. Liu. lib. 4. ab Vrbe, 25.

Varro superi sermone fremebant. Ouid. 9. Metam. 84.

Habere sermonem. Cic. de Senectute, 27, Cyrus quidem apud Xenophontem eo sermone quem habuit moriens. Idem de Amicit. 3.

Primus annus habuit de hac reprehensione plurimum sermonis. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 1. 60.

Habere sermonem per biduum. Quint. in Procem. lib. 1. 7.

Habere multum sermonem de aliquo. Vide Multus.

Iacere sermones. Tacitus, libro 4, Patiaris iacere fortuitos primum sermones.

Iactis sermonibus iræ intumuere. Stat. 1. Thebaid. 83.

Imbuere aures alicuius honestis sermonibus. Tacit. lib. 20.

Imitatus sermones hominis turdus. Vide Imitor.

Incidêre nobis uarij sermones. Catul. de Varro, 10. 2.

Incidit sermo, &c. Vide Incido, pen. corr.

Incidere in sermonem aliquem fortuitò. Cicero 1. de Oratoribus, 55.

Incidere sermonem. Vide Incido, pen. prod.

Increbuit sermo. Vide Increbresco.

Inferre sermonem delicatum in, &c. Vide Infero.

Inferre sermonem de re aliqua. Vide Infero.

Insinuare se familiariter in sermonẽ aliquem. Vide Insinuo.

Instigari sermonibus alicuius. Vide Instigo.

Instituere sermonem cum aliquo. Cic. 2. de Orat. 163.
Intercipere medium sermonem. Vide Intercipio.
Labare sermone. Vide Labo, labas.
Lacessere sermones. Vide Lacesso.
Legere sermonem alterius. Vide Lego, legis.
Mittere aliquem in fabulas & sermones. Quint. Declam. 15.
Moritur sermo. Vide Morior.
Moueri sermonibus alicuius. Vide Moueo.
Sermo ab ijs oritur. Vide Orior.
Oritur sermo de re aliqua. Hor. 2. Serm. Satyr. 6. 15.
Percrebuit omnium sermone. Vide Percrebresco.
Perferre sermonem alicuius ad aliquem. Cic. Lent. lib. 1. 9. 80.
Perferuntur sermones. Vide Perfero.
Perhibet se uel nobis nolentibus Latinus sermo. Quintil. lib. 1. cap. 1. 9.
Peruagatus sermo. Cic. pro Milone, 24.
Largo sermone aliquid probare. Lucret. lib. 5. 32.
Medio uiri sermone prosari. Silius lib. 6. 59.
Referre sermones aliquorum. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 29.
Relinquere uerba imperfecta sermonis. Ouidius 1. Trist. eleg. 3. 14.
Hæc tum multiplici populos sermone replebat. Virgilius 4. Aeneid. 38.
Amissos longo socios sermone requirunt. Virg. 1. Aeneid. 45.
Rumpere sermone silentia. Ouid. 2. Metam. 42.
Scribere contra aliquem scito sermone & Attico. Cicero 1. de Natur. deor. 128.
Serere sermones. Vide Sero, seris.
Multa inter sese uario sermone serebant. Virg. 6. Aen. 32.
In sermone omnium esse. Cic. 10. Philip. 179, Erat enim in desiderio ciuitatis, in ore, atq; in sermone omnium.
Sermo est omnibus. Plaut. Pseud. 7. 4.
Sermo est mihi apud deos. Cic. 2. de Legib. 67.
Plurimus ei de honesto ac bono sermo sit. Quintilianus libro 2. cap. 2. 3.
Multi sermonis sunt ista. Cic. ad Att. lib. 7. 12 4, 16.
Sermo est eum reginam amare, &c. Plin. lib. 35. cap. 11. 19.
Multus est sermo me iudicium iam de causa publica fecisse. Cic. ad Attic. lib. 7. 14 1. 3.
Suscipere sermonem. Quint. lib. 2. cap. 15. 19.
Benigno sermone extendere noctem. Hor. 1. epist. 5. 3.
Vario sermone noctem trahere. Virg. 1. Aeneid. 151.
Venire in sermonem hominum. Cic. 6. Verr. 11.
Verberatæ aures sermonibus. Tacit. in uita Agricolæ.
Versari in peruagato sermone ciuitatis. Cic. pro Milone, 24.
An uerò iudices, uos soli ignoratis? uos hospites in hac urbe uersamini, uestræ peregrinantur aures, neq; in hoc peruagato ciuitatis sermone uersantur?
Vtendumq; planè sermone, ut numo, cui publica forma est. Quint. lib. 1. cap. 6. 2.
¶ Sermunculus, sermunculi, penultim. corrept. Diminutiuum (νοήσιμον) Plin. epist. 103. b, Vt sermunculis etiam, fabellisq; ducantur. Cic. pro Deiot. 23, Nónne intelligis Cæsar, ex urbanis maleuolorum sermunculis, hæc ab istis esse collecta? Idem ad Atticum, lib. 13. 26 8. 2, Sermunculum enim omnẽ aut restrinxerit, aut sedarit.
¶ Sermonor, sermonaris. Gellius libro 17. capite 2, Sermonari rusticus uidetur, sed rectius: sermocinari crebrius est, sed corruptius. Hæc ille.
¶ Sermocinor, pen. corr. sermocinaris (παθημιλέω) sermocinari, Loqui, Colloqui. Plin. lib. 10. cap. 42. 1, Super omnia humanas uoces reddunt, psittaci quidem etiam sermocinantes. Cic. 2. de Inuent. 160, Et quibus in rebus homines in cõsuetudine scribendi aut sermocinandi eo uerbo uti solent, considerabitur. Idem 3. Verr. 97, Respondit illa, ut meretrix, non inhumanè: libenter ait se esse facturam, & se cum isto diligenter sermocinaturam: reuerti iubet.
¶ Sermocinatio, onis, uerbale. Quint. lib. 9. cap. 2, Sermones hominum assimulatos dicere διαλόγους malunt, quàm quod Latinorum quidam dixerunt sermocinationem.
¶ Sermocinatrix, pen. prod. sermocinatricis, fœm. gen. Verbale (παθημιλητὶς) Quintil. lib. 3. cap. 4, Quam sanè permittamus dicere sermocinatricem.

Sernyla] Ciuitas in Sithonia Macedoniæ. Herodot. lib. 7.

Sero] seris, seui, satum (σπείρω, φυτεύω) serere, Seminare & plantare significat. Plinius libro 12. capite 3. 2, Qualter omnia transitura longius, seri arctißimè, transferriq; meminisse conuenit. Cic. 1. Tusc. 49, Serit arbores quæ alteri seculo prosint.
Et dubitant homines serere, atque impendere curam. Virgil. 2. Georg. 87.
Densa serere. Virg. 2. Georg. 55.
Fruges serere. Tacit. lib. 14.
Campis ordea serere. Virg. 1. Georg. 42.
Serere manu. Cæsar 3. bel. Ciuil. 175.
Vitem serere. Colum. lib. 3. cap. 20.
Pisces serere. Plin. lib. 9. cap. 17. 5.
Serere, per translationem. Liuius 1. bell. Macedon. 20, Incusauerat bella ex bellis seri, ne pace unquam frui plebs posset.
Bella sermonibus serere. Liu. 4. ab Vrbe, 25, Si hæc impediet aliquis, serite sermonibus, & multiplicate fama bella. Alia exemplaria habent, Ferte.
Certamina serere. Liu. 7. bel. Pun. 69, Annibal turmatim per equites, peditumq; iaculatores leuia certamina serens, casum uniuersæ pugnæ non necessarium ducebat.
Certamina serere cum aliquibus, Mouere lites & dissensiones. Liu. 2. ab Vrbe, 3.
Colloquia cum aliquo serere, Colloqui. Liuius, Quæ licentia Cretensium esset rogitantes serendi colloquia cum hoste. id est, uerba faciendi. Sic 4. bel. Maced. 222.
Crimina serere in Senatum. Liu. 4. bel. Pun. 108.
Erycina serens in pectore curas. Catul. Argon. 59. 15.
Discordias serere. Liu. 3. ab Vrbe, 168.
Fabulam serere. Liu. 7. ab Vrbe, 7.
Lites serere. Plaut. Pœn. 8. 10.
Mentionem alicuius rei serere ad uulgus. Liu. 3. ab Vrbe, 178.
Negocium serere. Plaut. Mostel. 15. 50.
Prælium serere. Tacit. lib. 21.
Rumores uarios serere. Virg. 12. Aen. 46.
Sermones serere, Colloqui. Plaut. Curcul. 4. 38, Quod quidem mihi pollutus uirgis seruos sermonem serat? Hoc est, quid dicet? Plin. epist. 187.
Serere occultis sermonibus aliquid. Liu. 7. ab Vrbe, 189.
Vulnera serere. Lucret. lib. 5. 259.
¶ Seritur, pen. corr. Impersonale. Plaut. Epid. 5. 81,
Mihi istic nec seritur, nec metitur: nisi ea quæ uis, nolo, Vide Meto, metis.
¶ Serendus, Participium (φυτευτέος) ut, Arua serenda. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 2.
¶ Satus, Aliud participium (πεφυτευμένος) Plin. lib. 12. cap. 1. 8, Satæ platani regenerauere uitium.
Frumenta sata. Virg. 3. Georg. 36.
Messes satæ. Virg. 8. eclog. 20.
Satus, Genitus. Virg. 2. Aen. 108,
At non ille, satum quo te mentiris Achillen. Liu. 8. bel. Maced. 255.
Satus Anchisa. Virg. 7. Aen. 49.

Genitore

Genitore Lucifero satus. Ouid. 11. Metam. 55.
Satus & creatus. Cic. 1. Tusc. 193.
Animi sati & quasi sparsi. Cic. de Vniuers. 61.
Aetas aurea sata est prima. Ouid. 1. Metam. 19.
Sata, Substantiuum, pro Segetibus. Quintilianus, libro 8. in Procemio,
Et uelut læto gramine, sata strangulant. Virgilius 1. Georgicorum, 2,
Quiq; satis largum cælo demittitis imbrem.
Dare stragem satis, & ruinas arboribus. Virg. 12. Aen. 91.
Læta sata torrens sternit. Virg. 2. Aen. 62.
Vrere sata. Virg. 4. Georg. 66.
Animos tollent sata. Virg. 2. Georg. 70.
¶ Satus, huius satus, masc. gen. (σπορά) Plin. lib. 17. cap. 17. 3, Quapropter de talearum satu nunc dicendum est. Id est, plantatione. Cic. de Senect. 47, Quid ego uitium ortus, satus, incrementa commemorem?
Conceptus, & satus pecudum. Cic. 1. de Diuin. 153.
Genitalis satus. Lucret. lib. 4. 248.
Celi satus, & terræ conceptus. Cic. de Vniuersit. 56.
Humanus satus. Cic. 2. de Diuin. 103.
Hercules Iouis satu editus. Cic. 1. Offic. 165.
A primo satu. Cic. 5. de Finib. 116.
Satus accipere. Cic. 2. Tusc. 20.
Vitalis satus. Plin. lib. 13. cap. 4. 8.
Primus satus. Cic. 5. de Finib. 116.
¶ Satio, Verbale (σπορά) Idem quod Satus. Cic. de Vniuersit. 52, Post autem eam sationem, dijs, ut ita dicam, iunioribus permisit, ut corpora mortalia effingerent. Cic. 5. Verr. 36, Ne si tempus sationis præteriisset, granum in prouincia Sicilia nullum haberemus.
Specimen sationis. Lucret. lib. 5. 273.
Optima uinetis satio est quum, &c. Virg. 2. Georg. 64.
Perpetua atq; æquabilis satio. Vide Perpetuus.
Iugera sationum suarum profiteri. Cic. 5. Verr. 30.
¶ Sator, satoris (σπορεύς) Qui serit, aut plantat. Varro 1. de re Rust. cap. 45. 2, Idq; id esse docent syluestria, ad quæ sator non accessit. Columel. lib. 3. cap. 15. 3, Satoris officium est primum, &c.
Sator cælestium, Creator, genitor. Cic. 2. Tusc. 36.
Sator mundi, Ianus. Martial. lib. 10. 28.
Omnium rerum sator & seminator mundus. Cicero 2. de Natura deorum, 122.
Hominum sator atq; deorum. Virg. 1. Aeneid. 53.
Diuûm sator, Iuppiter. Propert. lib. 4. eleg. 2. 11.
Sator litis, per translationem, Qui litem disseminat & creat, uel litis causa est. Liu. 1. bel. Pun. 22.
¶ Satorius, Adiectiuum (σπορευτικὸς) Quod ad satorem pertinet: ut, Trimodiæ satoriæ. Vide Trimodia.
¶ Satiuus, penultima producta (ἡμερος) Aliud adiectiuum. Quod seritur, siue plantatur & excolitur: cui contrarium est Agrestis. Plinius libro 15. cap. 7. 4, Eadem ratio & in satiua myrto.
Satiuum tempus, Sationi aptum. Plin. lib. 19. cap. 8. 8.

Sero] seris, serui, diuisis syllabis, sertũ (πλέκω) serere, Admouere. Vnde Asserere manum, ueteres dicebant comprehendere, quum eam reprehendebant in libertatem.

Serere, Texere, ordinare: quoniam ea quæ ordinantur, annectuntur inuicem atq; cohærent.
¶ Sertus, Participium (πλεκτὸς) ut, Serti flores, Sertæ coronæ. Lucan. lib. 10. 33.
¶ Sertum, serti (στέφανος) Serta dicuntur coronæ: à Sertis, id est, digestis inuicem floribus frondibusq;, ex quibus ab initio fieri coronæ solebant. Plaut. Asin. 13. 58,
Tum sic coronas, serta, unguenta iusserit
Ancillam ferre Veneri. Virg. eclog. 6. 4,
Serta procul tantum capiti delapsa iacebant. Cic. 3. Tusc. 73, Incendes odores, & sertis redimiri iubebis, & rosa. Martial. lib. 6. 80,
Textilibus sertis omne rubebat iter.
Flauentia serta. Claud. 3. de raptu Proserp. 26.
Florida. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 3.
Genialia. Ouid. 13. Metam. 197.
Recentia. Virg. 1. Aen. 85.
Spicea. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 8.
Stellantia serta. Claudian. de nupt. Honorij & Mariæ, 55.
Variis sertis florentia limina. Virg. 4. Aen. 41.
Myrtea gerit serta. Tibul. lib. 1. eleg. 3. 14.
Odoratis sertis innectunt tempora. Ouid. 5. Trist. eleg. 4. 1.
Intendere locum sertis. Vide Intendo.
Legere serta. Virg. 10. eclog. 9.
Laurea serta ponere in coma. Ouid. 2. Trist. 35.
Texere serta. Seneca Medea, 10. 7.
Adfuit & sertis tempora uinctus Hymen. Ouid. epist. 6. 9.

Serò] Aduerbium, Serotinus. Vide Serus.

Seropta] σοβόπτα, Ciuitas Phœniciæ, apud quã nascebatur uinũ laudatissimũ. Vnde Seroptanũ uinum. Sidonius,
Quæq; Seroptano pudmite missa bibas.

Serpens] serpentis. Vide Serpo.

Serperastrum] neut. gen. Instrumentũ quod geniculis puerorum ambulare discentium alligabatur, ne uari fierent, aut compernes. Varr. lib. 8. de Ling. Lat. Non sequitur ut stultè faciãt, qui pueris in geniculis alligent serperastra, ut eorum depravata corrigent crura, &c.
Serperastri. Cic. Attic. lib. 7. epist. 3, De serperastris cohortis meæ nihil est quod doleas. Serperastros interpretatur Turneb. homines auaritiosos & sordidissimos, quales erant prætorum, & proconsulum comites, uelut omnia radentes, assimiles rastris per humum serpentibus & radentibus. Inconseq; sic appellauit, ad illa interim illudens serperastra, quæ geniculis infantium adminicula iuuandi gressus causa alligata adhibebantur, ne compernes fierent. Paulus Manutius explicat, homines qui nihil sublime cogitent, sed humi serpãt, pecuniæ, qua nihil sordidius, addicti. Suspicatur tamen legi posse Cerberastris, quasi cerberi imitatoribus, fumelicis uidelicet et hominibus, & ad pecuniam, tanquam Cerberus ad offam latrantibus.

Serpo] serpis, serpsi, serptum (ἕρπω, ἑρπύζω) serpere, Repere, paulatim decurrere & progredi. Plin. lib. 9. cap. 13. 2, Piscis quibus in mari utuntur, humi quoq; uice pedum seruant. Cic. 5. de Fin. 75, Serpere anguiculos.
Vipera serpit humo. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 21. (153.
Serpit draco subter superasq; reuoluĕs sese. Cic. 2. de Nat. deor.
Serpere per humum dicitur herba. Plin. lib. 21. cap. 16. 6.
Ad humum serpere. Ouid. 15. Metam. 138.
Ad alios etiam hæc res serpit: id est, spectat. Vlp. in l. si quis pecuniam. §. quanquam ff. si quis omissa causa.
Serpere homo etiam dicitur, per translationem, quando paulatim prouehitur siue procedit in re aliqua. Cic. 2. de Amicitia, 39, Serpit enim deinde res, quæ procliuius ad pernicie, quum semel cœpit, labitur.
Hedera serpit. Virg. 8. eclog. 3.
Humi serpere. Hor. de Arte, 6.
Serpere in immensum. Cic. 3. de Nat. deor. 71.
Serpit enim nescio quo modo per omnium uitam amicitia. Cic. de Amicit. 72.
Ardor. Cic. 2. Tusc. 37.
Argumentum. Cic. 1. de Nat. deor. 135, Etenim si semel Vellei

suscipi-

ſuſcipimus genus hoc argumenti, attende quo ſerpat.
Conſuetudo. Cicer. 1. Verr. 37, *Putant fore, uti ſi paulatim hæc conſuetudo ſerpere ac prodire cœperit, &c.*
Dira per incautum ſerpant contagia uulgus. Virgilius 3. Georgicorum, 94.
Cura altius ſerpit. Plin. lib. 14. cap. 11. *Id eſt, augetur.*
Flamma. Liu. 10. bel. Pun. 23, *Ignibuſq; in proxima tecta coniectis, effuſa flamma primò ueluti ſparſa pluribus locis reluxit: deinde per continua ſerpens, uno repentè omnia incendio hauſit.*
Flammæ tacitæ ſerpunt in uiſcera. Ouid. 1. de Remed. amor. 21.
Iniuria. Cic. 4. Verr. 37.
Lacrymæ ſerpunt per uulnera. Stat. 11. Thebaid. 122.
Lues. Martial. lib. 1. 74,
Indignas premeret peſtis quum tabida fauces,
Inq; ipſos uultus ſerperet atra lues.
Malum. Cic. 5. Verr. 153. Idem 4. in Catil. 78, *Latius opinione diſſeminatum eſt hoc malum: manauit non ſolùm per Italiã, uerumetiam tranſcendit Alpes, & obſcurè ſerpens multas iam prouincias occupauit.*
Murmur ſerpit per agmina. Virg. 12. Aen. 48.
Rumor. Cic. pro Murena, 42.
Simulatio. Cicero ad Atticum, libro 14. 313. 2, *Suſtuliſſe mihi uidetur ſimulationem deſiderij, adhuc quæ ſerpebat in dies, & inueterata, uerebar ne periculoſa noſtris tyrannoctonis eſſet.*
Vlcera ſerpentia, Græci herpetes uocant. Plinius libro 34. capite 15. 5.
Vlcus ſerpit aliè atq; latè. Celſ. lib. 6. cap. 18.
Serpere latius, uel longius. Liu. 8. bel. Pun. 83. Cic. ad Atticum, lib. 1. 8. 5.
¶ *Serpens, ſerpentis, Participium* (ἕρπω) *Quod longius ac latius ſerpit & diuagatur.* Cic. de Senectute, 48, *Quam ſerpentem multiplici lapſu & erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum, nec ſylueſcat ſarmentis.* De uite.
Secla ſerpentia ferarum. Lucret. lib. 6. 154.
¶ *Serpens, ſerpentis* (ὄφις) Nomen tam maſcul. quàm fœm. Generale nomen eſt ad omnia quæ ſerpunt citra uſum pedum. Plinius lib. 8. cap. 14. 1, *Nota eſt in Punicis bellis ad ſlumen Bagradum à regulo imperatore, baliſtis tormentis, ut oppidum aliquod expugnata ſerpens cxx. pedum longitudinis.* Idem lib. 8. cap. 23. 2, *Nec pedibus pauendas tantum ſerpentes, ſed & miſſili uolare tormento.*
Lapſus ſerpentum. Vide Labor, *laberis.*
Ignei ſerpentium oculi. Seneca Hercle furente, 4. 3.
Pares ſerpentum ſpiræ. Virg. 12. Aen. 170.
Immani corpore ſerpens. Lucret. lib. 5. 7.
Ille malum uirus ſerpentibus addidit atris. Virgilius 1. Georgicorum, 26.
Attollens minas ſerpens. Vide Attollo.
Cæruleus ſerpens. Ouid. 3. Metam. 8.
Dira. Ouid. 2. Metam. 131.
Lubrica. Lucret. lib. 4. 12.
Minax uibrante lingua. Lucret. lib. 3. 234.
Pigra. Ouid. 2. Amor. eleg. 13. 3.
Tumens. Claud. 6. Paneg. 28.
¶ *Serpentiger, pen. corr. Adiectiuum* (ὀφιόχ&) Ouidius 4. Triſt. eleg. 6. 43,
Sphyngáq;, & Harpyias ſerpentigerosq; Gigantes.
¶ *Serpentigenæ, penul. corr.* (ὀφιογενὴς) Ex ſerpentibus nati. Ouid. 7. Metam. 43,
Vos ſerpentigenis in ſe ſera bella dediſtis.
Serpula] *à uerbo ſerpo, ſerpens à Feſto dicitur. Meſſala, Serpula ſerpſerit, & ſerpens inrepſerit. Paulus.*

Serpyllus] *ſerpylli, maſc. gener. uel Serpyllum, ſerpylli* (ἕρπυλλον) *Herba paruorum foliorum.* Plin. lib. 20. cap. 22. 9, *Serpyllum à ſerpendo putant dictum. Quod in ſyluestri euenit, in petris maximè. Satiuum non ſerpit, ſed ad palmi altitudinem increſcit. Pinguius uoluntarium, & candidioribus foliis, & ramis aduerſus ſerpentes efficax, maximè cenchrin.* Varro 1. de re Ruſt. cap. 3. 5, *A Fauonio uſq; ad Arcturum exortum rectè ſerpyllum.* Virg. 2. eclog. 3,
Allia, ſerpyllumq; herbas contundit olentes.
Olentia ſerpylla. Virgil. 4. Georg. 6, *Quidam per i Latinum ſcribi malunt.*
Serra] *ſerræ* (πρίων) Inſtrumentum *dentatum, quod ligna & lapides ſecantur. Colum. lib. 5, Vno ictu arborem præcidiſti minus, ſerra deſecari. Martialis,*
Et pingues tunicas ſerra ſecare poteſt. Colum. de Arboribus, cap. 9. 2, *Vitem ſerra præcidito, & plagam leuato. Taleas recidito.*
Vſum ſerræ repperit Talus. Ouid. 8. Metam. 50.
Serra, Inſtrumentum *ligneum, quo trahentibus bobus homines torquebantur.*
Serra, Genus piſcis marini, apud Plinium lib. 32. cap. 11. 3.
Serra, Tyberini fluuij cognomen. Seruius in illud 8. Aeneidos, 13,
——ego ſum pleno quem flumine cernis
Stringentem ripas, & pinguia culta ſecantem.
Cæruleus Tybris, cælo gratiſſimus amnis. Stringentem (inquit) radentem, inminuentem. Nam hoc eſt, Tyberini fluminis proprium, adeò ut ab antiquis Rumon dictus ſit, quaſi ripas ruminans & exedens. In Sacris etiam Serra dicebatur. Vnde ait nunc,
—— & pinguia culta ſecantem. *In aliqua etiam urbis parte Terentum dicitur, eo quòd ripas terat.* Hactenus *Seruius.*
¶ *Serrula, ſerrulæ, penult. corr. Diminutiuum* (πριόνιον) Columel. de Arboribus, cap. 6. 3, *Et ſi fieri poteſt, iuxta aliquã nodum ſerrula deſecato.* Cicero pro Cluentio, 143, *Quidam ex amicis Saßiæ recordatus eſt, ſe nuper in auctione quadã uidiſſe in rebus minutis aduncam ex omni parte dentium, & tortuoſam uenire ſerrulam, qua illud potuiſſe ita circũſecari uideretur.*
¶ *Serro, ſerras* (πρίω) *ſerrare, Per medium ſecare.* Silius libro 6. 37,
Auro ferrauit ramos Iunonius anguis.
¶ *Serratus, penult. prod. Participium* (πεπρισμένος) *Quod ſerra ſectum eſt.*
¶ *Serratus* (πριονώδης) *Ad modum ſerræ factus.* Plin. lib. 11. capite 37. 33, *Dentium tria genera, Serrati, aut continui, aut exerti. Serrati pectinatim coeuntes, ne contrario occurſu atterantur, ut ſerpentibus, piſcibus, canibus: cõtinui, ut homini, equo: Exerti, ut apro, hippotamo, elephanti.*
Serrati numi, ab impreſſa ſerræ nota appellati. Tacit. de Moribus Germanorum, *Pecuniam probant ueterem, & diu notam, ſerratos, bigatosq;. Quę ſanè locum Rhenatus in caſtigationibus in Tacitum ex Plinij lib. 33. cap. 3. hunc in modum explicat, Nota argenti, inquit, fuere bigæ atq; quadrigæ, & deinde bigati, quadrigatiq; dicti. Porrò argenti bigati ex Gallis Boijs, item ex Liguribus Romam allati ſæpe ſit mentio Liuio. Nec aliter apparet ſerratos ab impreſſa ſerra nota appellatos.*
Serranus] *penultima prod. Qui Attilius Seranus fuit.* Virgil. 6. Aen. 69,
—— paruoq; potentem
Fabritium, uel te ſulco Serrane ſerentem? Sub. tacitum relinquat? Vide Seranus, *poſt* Sero, *ſeris.*

Serrata]

Serrata] *ſerratæ, pen. prod.* (χαμαίδρυς) *Herba à ſerrata foliorum textura ſic dicta.* Plinius lib. 24. cap. 15. 1, *Chamedrys herba eſt quæ Latinè triſſago dicitur.*
Serratula] *ſerratulæ, pen. corr.* (πέτρου) *Herba.* Plin. libro 25. cap. 8. 5, *Vetones in Hiſpania eam quæ betonica dicitur in Gallia, in Italia autem ſerratula, à Græcis ceſtron, aut pſychotrophon, ante cunctas laudatiſſima.*
Serrheum] *Serrhium. pen. prod.* (σέρρειον) *mons Thraciæ, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 11. Meminit & Stephanus.*
Serrhi] σέρροι, *populi ſunt Colchidi uicini inter Cercetas & Cephalotomos ſiti, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 5.*
Sertórius] σερτώριος, *è Nurſia oriundus, partium Marianarum fuit unà cũ Cinna, moderatius tamen ſe geßit quàm alij. Sylla redeunte è bello Mithridático, urbeq; potito, ipſe quoq; in Hiſpaniam auſugit: ubi breui tempore ob uirtutem, ſibi gratiam earum gentium conciliauit: traditurq; per eum Hiſpanos diſciplinam rei militaris Romanam didiciſſe, ac fortiores deinde fuiſſe. Dux Luſitanorum delectus, paruis copijs multas urbes ſubegit. Sed & quatuor Romanorum duces contra ſe miſſos uarijs cladibus afflixit. Primum Cottam nauali prælio ſuperauit. Phidiam Hiſpaniæ Prætorem cum duobus millibus ciuium Romanorum interfecit. Domitium Proconſulem contriuit. Poſtremò Toranium à Metello miſſum cum toto exercitu deleuit. Denig; à Perperno ſocio ſuo belli & eiuſdem factionis per proditionem in cœna interfectus eſt.* Ex Plutarcho. Lucan. lib. 2. 102,
Quiq; feros mouit Sertorius exul Iberos.
Sertula] *Campana* (μελίλωτον) *Herba quæ melliloton aliàs dicitur. Plin. lib. 21. cap. 9. 3.*
Sertum] *ſerti. Vide* Sero, *ſerui, triſyllabum.*
Seruia] *ſeruiæ* (τέφανος) *Sertum quod ex floribus fiebat. Plin. lib. 21. ca. 2. 2, Tenuioribus utebãtur antiqui ſtrophia appellantes, unde nata ſtrophiola. Quin & uocabulum ipſum tardè communicatum eſt, inter ſacra tantum & bellicos honores coronis ſuum nomen uindicantibus. Quum uerò è floribus fierent ſerta, à ſerendo ſeruiæ appellabãtur: quod apud Græcos quoque non adeò antiquitus placuit.*
Seruiliorum] *gens notiſſima ex Volaterrano lib. 19.*
Seruilis, Seruiliter, Seruo, Seruitium, Seruitudo, Seruitus] *Vide Seruus, in* Seruo, *ſeruas.*
Seruius] σέρβιος, *Cognomen apud Romanos fuit.*
Seruius Tullius præcipuus ſanctor legum fuit. Tacit. lib. 3.
Seruilius] *Lacus appellatur ab eo qui eum faciendum curauerat in principio lugari uici continens Baſilicæ Iuliæ, in quo loco fuit effigies Hydræ poſita à M. Agrippa.* Feſtus.
Seruiana, æ, um: à nomine Seruius, ut pleraq; alia à ſuis deriuatur Seruiana actio. §. item Seruiana. de actionibus lib. 4. Inſtitutionum ciuilium. l. ult. de Saluiano interd. in P.
Serum] *ſeri. Vide* Serus *adiectiuum.*
Seruo] *ſeruas* (σώζω, τηρέω, φυλάττω, τυρεύω) *ſeruare, Liberare.* Plaut. Epid. 8. 43,
Me quidem certò ſeruauit conſiliis ſuis. Cic. ad Atticum, lib. 1. 7. 8, *P. Clodium Appij filium credo te audiſſe cum ueſte muliebri deprehenſum domi C. Cæſaris, quum pro populo fieret, eumq; per manus ſeruulæ ſeruatim & eductũ.*
Ope noſtra ſeruare aliquem. Ouid. 7. Metam. 8.
Inuitum qui ſeruat: idem facit occidenti. Horat. in Arte, 94.
Hœdos paſcentes ſeruare. Virg. eclog. 3. 5.
Seruare, Diligenter ac ſuperſtitioſè obſeruare. Terent. Heaut.
Dic me hic oppido eſſe inuitam, atq; ſeruari. Virgil. 1. Georg. 67,
Hoc metuens, & cæli menſes & ſydera ſerua. Idem 6. Aeneid. 68,
Qui Libyco nuper curſu dum ſydera ſeruat,
Excíderat puppi.
Seruare, cuſtodire, tueri. Terent. Eunuch. 5. 9. 19,
Serua obſecro hæc nobis bona.
Amicitiam ſeruare, apud Ciceronem de Amicitia, 25. Plautus. Rud. 10. 51, *——etiam qui it lauatum*
In balneas, ibi quum ſedulò ſua ut ueſtimenta ſeruet,
Tamen ſurripiuntur. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 2. 5.
Hei mihi, quòd dominam, nec uir, nec fœmina ſeruas. Ouid. 2. Amorum, elegia 3. 1.
Ad reditũ, uel ad alia tempora ſeruare. Cic. Attico, lib. 8. 14. 6. 4. Idem 2. Offic. 111.
Retinere & ſeruare amicos. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 18.
Amorem nati ſeruare. Virg. 2. Aeneid. 158.
Animi rectum ſeruare. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 4.
Concentum ſeruare. Cic. 4. de Finib. 121.
Hectoris Andromache Pyrrhi' connubia ſeruas? Virgilius 3. Aeneid. 64.
Conſuetudinem. Colum. lib. 11. cap. 3. 51, *Seruantq; adhuc antiquorum conſuetudinem religioſiores agricolæ.*
Conſuetudinem re aliqua facienda. Vatinius ad Ciceronem, libro 5. 9. 1.
Qui conſulta patrum, qui leges, iuraq; ſeruat. Horatius 1. epiſt. 17. 9.
Curſum eundem conſtantiſſimè ſeruare. Cic. 1. Tuſc. 106.
Seruare de cælo, Eſt nunciare aut pluiſſe aut innotuiſſe: ideo diremptum eſſe auſpicium, & contra auſpicia eſſe factum. Cic. pro Domo ſua, 31. Et ad Atticum, lib. 2. 31. 4, *Bibulus de cælo tum ſeruaſſet, nec ne, ſibi quærendum non fuiſſe.* Eidem, lib. 4. 72. 7. Ex Budæo.
Sed tum ſeruare illud poetas quod deceat dicimus, quũ id quod quaq; perſona dignũ eſt, & fit & dicitur. Cic. 1. Offic. 136.
Eò me ſeruaui. Cic. ad Attic. lib. 5. 10. 1, *Paucis diebus habebam certos homines quibus darẽ literas: itaq; eò me ſeruaui.*
Fidem ſeruare, Præſtare promiſſum. Plaut. Moſtel. 14. 29. Terent. And. 1. 5. 45,
——neq; amor, neque pudor
Commoueat neq; commoneat, ut ſeruem fidem?
Fidem ſeruare, & manere promiſſis. Virg. 2. Aeneid. 32.
Fidem ſeruare in eo quod dixeris. Terent. Hecyra, 3. 3. 42. Cicero in Vatinium, 11.
Fidem ſeruare de re aliqua. Cæſar 6. bel. Gall. 132.
Fidem ueritatis ſeruare. Quintil. lib. 3. cap. 8. 35.
Fœdera ſeruare. Ouid. 2. Faſt. 33.
Gloriam. Plaut. Rud. 13. 40,
Qui ſemper ſeruas gloriam aritudinis.
Inſtitutum ſeruare. Cæſ. 3. bel. Ciuil. 349. Cic. 4. Acad. 6, *In eodem tanta prudentia fuit in conſtituendis temperandiſq; ciuitatibus, tanta æquitas, ut hodie ſtet Aſia Luculli inſtitutis ſeruandis, & quaſi ueſtigijs perſequendis.*
Omnia integra principi ſeruare. Plin. epiſt. 126. c.
Intus ſerua. Vide Intus.
Iura induciarum ſeruare. Cæſar 1. bel. Ciuil. 324.
Limen ſeruare. Virg. 6. Aeneid. 81.
Modum: hoc eſt, menſuram tenere & obſeruare. Columel. libro 8. cap. 5. 5.
Traditũ ab antiquis morẽ ſeruare. Horat. 1. Serm. Saty. 4. 24.
Muros tuto ægre ſeruare. Virg. 9. Aeneid. 9.
Quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem
Teſta diu. Horat. 1. epiſt. 2. 14.
Officium aduerſus inimicum. Cic. 1. Offic. 51.
Ordinem. Liu. 6. bell. Pun. 261.
Intrepido iultu otia ſeruare. Silius lib. 11. 46. De Decio loquitur, qui quum Annibalem intra mœnia ſuſcipi audiret, non ſolùm non fugiebat, ſed otioſè in foro ambulabat.

Pecudes seruare uallibus. Ouid. 1. de Arte, 6.
Promissum. Plaut. Amph. 19. 1. Cic. 1. Offic. 47.
Pudicitiam. Virg. 2. Georg. 105.
Si dum tu sectaris apros, ego retia seruo? Virg. eclog. 3. 15.
Temperamentum. Plin. lib. 15. cap. 3. 3, Qui medium temperamentum in hoc seruant, perticis decutiunt.
Descriptas uices seruare, & operũ labores. Horat. in Arte, 18.
In uetustatem seruare uinum. Cato cap. 114. Colum. libro 12. cap. 28. 3.
Vulnus æternum seruare sub pectore. Virg. 1. Aeneid. 8.
Seruare suum, pro Recuperare. Iulianus, Si mandato meo x. Titio credideris: si cũ Titio egeris, ego nõ liberabor. Sed in id duntaxat tibi obligatus ero, quòd à Titio seruare non potueris. Modest. Si fideiussores in id accepti sunt, quòd à tutore seruari non posset, & post impletam legitimam ætatem tam ab ipso quàm ab hæredibus eius solidum seruari potuerit. Cicero ad Rufum, lib. 5. 20. 15, Sed ego putaui esse uiri boni, quum populus suum seruaret, consulere fortunis tot uel amicorum uel ciuium. Idem ad Qu. fratrem, libro 3. 17. 6, Caluus aiebat aqua dempta, & eius aquæ iure constituto, & seruitute, illi fundo imposita, tamen nos precium seruare posse, si uendere uellemus Budæus.
Seruaueris, pro Vide ne feceris. Plaut. Amphit. 4. 159,
Quid, si ego illũ tractim tangã, ut dormiat? s. seruaueris.
Seruare, Inhabitare, possidere. Virg. 4. Georg. 77,
Centũ quæ syluas, centum quæ flumina seruãt. Nonius.
Seruare, Tenere. Virg. 7. Aeneid. 36,
—curuam seruans sub imagine falcem.
Cura seruandi dominam penes Bagoum. Ouidius 2. Amorum, eleg. 2. 1.
Dare seruandam aliquam alicui. Ouid. 1. Metam. 126.
¶ Seruans (τηρῶν) Participium: siue Nomen ex participio, ut, Lumina longè seruantia. Stat. 3. Sylu. 2. 16.
Aequi seruantissimus. Virg. 2. Aeneid. 86.
¶ Seruatus, pen. prod. (σωωσμένος) Aliud participium: ut, Centum clauibus seruatus. Horat. 2. Carm. ode 14. 5.
Seruatos ciues indicat huius ope. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 10.
Seruatusq; tuos iuuenis, seruauerat annos. Ouid. 8. Metamor. 92, De ramo qui quandiu duraturus erat, tandiu etiam uiuturus Meleager.
Amores ad finem seruati. Ouid. 11. Metam. 151.
Odium seruatum perenni studio. Silius lib. 1. 4.
Vitam seruatam dote aliqua rependere. Ouid. 5. Metam. 3.
¶ Seruator, penult. prod. seruatoris (σωτὴρ) Qui seruat & liberat. Liu. 4. bel. Maced. 188, Quorum agmen imperator secutus, persequentibus cunctis, seruatorem, liberatoremq; acclamantibus, salutatis dimissisq; eis, eadem qua uenerat uia, Elatiã redijt. Senec. Nec seruatoris illium loco numerabo, sed fœneratoris, cui sciam reddendum quod accepi.
Palutis alicuius seruator. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15. 9.
¶ Seruatrix, pen. prod. seruatricis, fœm. gen. Verbale (σώτειρα) Terent. Hecyra, 5. 4. 15.
O Bacchis, ô mea Bacchis, seruatrix mea. Cic. 5. de Finib. 45.
¶ Seruabilis, pen. corr. Adiectiuum (σώσιμος) Res quæ potest seruari. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 5,
Et tutare caput nulli seruabile. Plin. lib. 14. cap. 3. 4, Duracina sine ullis uasis in uite seruabilis.
¶ Seruus, serui (δοῦλος, δοριάκτητος, λάτρις, οἰκότης, οἰκέτης) Notæ significationis. Plaut. Pseud. 9. 25. Cic. 5. Verr. 77, Quum uerò hoc nemini persuadere possis, te tam amentem fuisse, ut Apronium & Turpionem seruos homines, tuo liberorumq; tuorum periculo diuites fieri uelles.
Seruum, à Seruo, seruas dictum, dicit Perottus: quia in bello seruabantur, ut non necabantur, sed uiui seruabantur. Est autem seruus, qui dominio alieno contra naturam, iuris constitutione subijcitur.
Ad limina seruus. Vide Limen.
Fallax seruus. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 4.
Infidus seruus. Vide Infidus.
Lautiores serui. Vide Lautus.
Mali serui lingua pars pessima. Iuuen. Satyr. 9. 12.
Seruus uicarius, Qui subest ordinario.
Seruus mediastinus, qui medius est inter ordinarium & uicarium.
Ordinarius seruus. Vide Ordinarius, in Ordo.
Seruus ordinarius, Qui præest alijs. Iustin. lib. 2. tit. de legatis. §. qui ancillas.
Peculiaris seruus. Vide Peculiaris, in Peculium.
Pecuniosus seruus. Vide Pecuniosus, in Peculium.
Perfidi serui. Horat. Epod. 9. 2.
Manumittere seruum, Vide Manumitto, in Manus.
Mercari seruum. Horat. 1. epist. 6. 10.
Seruus libidinum. Plin. epist. 175.
¶ Serua, seruæ, fœm. Ancilla. Vlpian. in l. doli. §. 1. ff. de seruo corr. Si seruus seruaue fecisse dicetur, &c.
¶ Seruus, Adiectiuum (δουλεύων) ut, Serua prædia, quæ alicui obstricta sunt. Cic. 3. pro lege Agraria, 106. Optimo enim iure ea sunt proficto prædia, quæ optima conditione sunt: libera meliore iure sunt quàm serua. Hùc liberum seruo opposuit. Lucan. lib. 6. 31,
O' famuli turpes, seruum pecus.
Aqua serua. Ouid. 1. Amorum, eleg. 6. 6.
Manus serua. Ouid. 6. Fastorum, 112.
Pecus seruum uitijs. Ouid. 1. de Remedio amoris, 11.
¶ Seruulus, seruuli, pen. corr. Diminutiuum (δουλάριον) Terent. And. 1. 1. 56,
—obseruabam mane illorum seruulos
Venientes aut abeuntes. Cic. 3. Offic. 119, Quærit, si in mari iactura facienda sit, equine precioso potius iacturam faciat, an seruuli uilis. Idem 4. de Finibus, 123.
Infœlix seruulus. Iuuen. Satyr. 3. 2. 5.
¶ Seruula, seruulæ, pen. corr. Diminut. fœm. (θεραπαινίδιον) Cic. ad Atticum, lib. 1. 7. 8, Eumq; per manus seruulæ seruatum & eductum.
¶ Seruilis, & hoc seruile, pen. prod. (δοῦλος, δουλικὸν, εὐθηνοπώλης, ὑπηρετικὸς) Quod ad seruum pertinet. Cic. 2. de Legib. 95, Quæ seruilis iactura tollitur, omnisq; circumpotatio. Horat. 2. Carm. ode 7. 23.
Animi seruiles altè tumescunt. Claud. 1. in Eutropium, 36.
Bellum seruile. Cic. pro lege Manilia, 20.
Capita seruilia. Liu. 7. bel. Pun. 94.
Color seruilis. Cic. in Pisonem, 1.
Horror seruilis præcordia cõcutit. Claud. de bello Getico, 75.
Indoles seruilis. Liu. 1. ab Vrbe, 20.
Iugum seruile. Cic. 1. Philipp. 4.
Officia seruilia facere. Propert. lib. 4 eleg 10. 10.
Supplicio seruili animaduertere. Liu. 4. bel. Pun. 62.
Vernilitas seruilis. Quintil. lib. 1. cap. 11. 1.
¶ Seruiliter, pen. corr. Aduerbium (δουλικῶς) Seruorum more. Cic. 2. Tuscul. 94, Sed hoc quidem in dolore maximè est prouidendum, ne quid abiectè, ne quid timidè, ne quid ingnauè, ne quid seruiliter muliebriterue faciamus.
¶ Seruitus, pen. cor. seruitutis, pen. prod. (δουλεία, ἀβέλεια, λατρεία) Ipsa seruiendi uel seruorum conditio. Cic. 2. Philipp. 109, Pax est tranquilla libertas: seruitus postremum malorum omnium, non modò bello, sed morte etiam repellendum. Idem 10. Philipp. 283, Omnis est misera seruitus.

Vinculum

Vinculum seruitutis. Tacit. lib. 13.
Clemens. Vide Clemens.
Iusta. Vide Iustus.
Intolerantior. Tacit. lib. 3.
Muliebris. Liu. 4. bel. Maced. 4.
Persica seruitus. Senec. de Benefic. lib. 2. cap. 2.
Abducere in seruitutem. Vide Abduco.
Abstrahere in seruitutem. Vide Abstraho.
Addicere in seruitutem. Vide Addico.
Adducere ad uel in seruitutem. Vide Adduco.
Asserere in seruitutem urbes. Vide Assero.
Astringere se ad seruitutem iuris. Quintil. lib. 2. cap. 16. 6.
Colere seruitutem. Vide Colo.
Noua seruitus crescit tibi. Horat. 2. Carm. ode 8. 4.
Exuere seruitutem. Liu. 4. bel. Maced. 4.
Habere in seruitute. Vide In præpositionem.
Imponere seruitutem. Vide Impono.
Iniungere seruitutem. Vide Iniungo.
Mittere urbes in seruitutem. Vide Mitto.
Pati seruitutem. Tacit. lib. 27.
Reddere leuem seruitutem. Vide Leuis.
Seruire seruitutẽ. Quint. li. 7. ca. 4. 19. Vide infrà in Seruio.
¶ Seruitium, seruitij (δουλεία) Tam multitudinẽ significat seruorũ, quàm actionem aut rem ipsam. Terent. And. 4. 1. 51,
Ego Pamphile, hoc tibi pro seruitio debeo.
Acre seruitium. Persius Satyr. 5. 13.
Crudum. Tacit. lib. 1.
Durius seruitium. Tacit. lib. 11.
Graue seruitium. Seneca Octauia, 6. 5.
Nobile seruitium. Stat. 2. Sylu. 2. 22.
Superbum seruitium: id est, seruitiũ sub domino superbo. Propert. lib. 3. eleg. 17. 9.
Triste seruitium dditur. Tibull. lib. 2. eleg. 4. 1.
Exire seruitio. Virg. eclog. 1. 8.
Ferre seruitium. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 4.
Genitus in seruitio. Plinius libro 7. cap. 39. 1. Id est, in seruili conditione.
Esse in seruitio. Vlpian. in l. ædiles. §. 2. ff. de ædil. edict.
Iugum seruitij ferre. Stat. 3. Sylu. 4. 7.
Leuare aliquem longo seruitio. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 20.
Premere seruitio. Virg. 1. Aeneid. 58.
Esse è seruitio alicuius. Tacit. lib. 1.
Seruitium, & frequentius Seruitia, in plurali, dicuntur serui ipsi. Cic. 4. in Catil. 86, Hic ad euertenda fundamẽta Reip. Gallos accersiuit, seruitia concitauit, Catilinam euocauit. Idem 7. Verr. 7, Et tamẽ cœptum esse in Sicilia moueri alio quot locis seruitium suspicor. Et 4. in Catilin. 76.
Molle seruitium. Tacit. lib. 20.
Infida seruitia. Vide Infidus.
Ampliare seruitia. Tacit. lib. 18.
¶ Seruitudo, penul. prod. seruitudinis, Idem (ἔιρεσι) Liuius 4. bel. Pun. 98, Seruitudinis indignitatisq; homines expertos aduersus notum malum irritatos esse.
¶ Seruio, seruis, seruiui, seruitum, penul. prod. (δουλόω, ὑπηρετέω, ὑπουργέω, ὑπηρετίω) seruire, Propriè seruorum est; dum heri præceptis obsequuntur. Plaut. Menæch. 21, 12,
Propterea heri imperiũ exequor bene, & sedulò seruio.
Idem Trucul. 4. 24,
Tibi seruio, atque audiens sum imperij.
Aeternum seruire. Horat. 1. epist. 10. 9.
Benignè seruire alicui. Catull. ad Ianuam, 62. 1.
Fideliter seruire. Propert. lib. 3. eleg. 24. 5.
Fidelius alicui seruire. Ouid. 7. Metam. 115.

Ingratè seruire. Ouid. 2. de Arte, 87.
Seruire liberaliter. Vide Liberalis, in Liber adiectiuo.
Vtiliter seruire. Horat. 1. epist. 17. 14.
Puellæ seruire. Ouid. 2. Amor, eleg. 17. 1.
Vni domino seruire. Catullus de Septimio, 5. 3.
Mens mea tibi dedita seruit. Tibul. lib. 1. eleg. 3. 20.
Seruio apud te. Plaut. Aulul. 4. 12.
Seruire alicui rei, pro Illi, siue ad illam, & in illam incumbere. Cæs. 7. bel. Gall. 137.
Aetati alicuius seruire: id est, ætatis gratia, & ætatis habita ratione, alicui morem gerere, uel obsequi. Cic. 1. de Finib. 46.
Amori alterius seruire. Cic. 2. in Catil. 30.
Auribus alicuius seruire, Blandiri. Cæsar 2. bel. Ciuil. 106.
Cõmodis alterius seruire, Dare operã utilitatibus alterius. Terent. in Prologo Heaut. 50. Cic. 1. Verr. 35, Etenim si probabilius est eorum causa qui iniurias suas persequi uolunt, qua in re dolori suo, non Reipub. commodis seruiunt.
Culturæ seruire, pro Dare operam culturæ. Columel. libro 3. cap. 4.
Cupiditatibus seruire. Cic. de Amicitia, 69.
Defensioni patriæ seruire. Plin. epist. 29. 4.
Existimationi suæ aut alterius seruire. Cic. ad Att. lib. 5. 98. 4.
Existimationi populi seruire. Cic. 2. Verr. 18.
Famæ seruire. Cic. ad Atticum, lib. 5. 97. 2.
Gloriæ seruire, Dare operam. Cic. 5. Tusc. 14.
Laudi atq; existimationi alicuius seruire. Cic. 3. Verr. 3.
Matrimonio puellæ seruire, pro Consulere & prouidere. Cic. ad Terentiam, lib. 1. 14. 4. 8.
Necessitatibus seruire. Cic. 1. de Diuin. 180.
Petitioni seruire. Cic. 2. Verr. 15.
Posteritati seruire. Cic. 1. Tuscul. 55.
Quæstui ac reditibus seruire. Colum. lib. 9. cap. 1. 1.
Rei familiari seruire. Cic. pro Rosc. Amerino, 25. Vide Res.
Rei seruire. Terent. Hecyr. 2. 1. 27,
Rus habitatum abij, concedens uobis, & rei seruiens.
Rumori seruire. Plaut. Trinum. 10. 15.
Scenæ seruire. Prouerbialis locutio: pro, Obsequi & inseruire tempori. Cic. ad Brutum, 9. 2. Vide Scena.
Seruis seruire. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 16.
Seruitutem seruire. Plaut. Aulul. 21. 6,
Nam qui amanti hero seruitutẽ seruit. Gell. lib. 1. cap. 1. 12, Item cuius parentes alter amboue seruitutem seruierunt. Liu. 10. bell. Maced. 79.
Tempori seruire. Cic. 3. Tuscul. 112. Vide Tempus. Idem ad Atticum, lib. 8. 1. 47. 10, Et quum sit necesse seruire tẽpori, & non amittere tempus, quum sit durum.
Valetudini seruire. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 68.
Ire seruitum Graijs matribus. Virg. 2. Aeneid. 158.
¶ Seruitur, pen. prod. Impersonale. Cic. 1. Offic. 46, Primùm ut ne cui noceatur, deinde ut communi utilitati seruiatur. Martial. lib. 2. 32,
Non bene (crede mihi) seruo seruitur amico.
¶ Seruibò & seruiam, in futuro facit. Plaut. Menæch. 24. 43,
Tanquam si emeris me argento, liber seruibo tibi. Terent. Hecyra, 3. 5. 43,
Matris seruibo commodis.
¶ Seruior, seruiris, seruiri, pen. prod. passiuè. Senec. de Tranquillitate uitæ, Assuescamus cœnare posse sine populo, & paucioribus seruis seruiri.
¶ Seruiturus, pen. prod. Participium (δουλεύσων) ut, Capitolia seruitura fuo Canopo. Ouid. 15. Metam. 166.
Serus] Adiectiuum (ὄψιος, ὀψιτέλιστος) Tardum significat. Plautus, Quid tam sera aduenis? Cic. Curioni, lib. 2. 6. 1, Sera gratulatio reprehendi non solet, præsertim si

nulla negligentia prætermissa est. Martial. lib. 1. 100,
Sera nimis vita est crastina, vive hodie.
Anni seri. Ouid. 6. Metam. 6.
Conuiua Tonantis serus, Qui serò moritur. Mart. lib. 8. 36.
Crepuscula sera. Ouid. 1. Metam. 45.
Frondes seræ, Serò cadentes. Virg. 2. Georg. 81. Seruius.
Lumen serum, Nocti uicinum. Virg. 1. Georg. 51. Seruius.
Nepotes seri. Virg. 2. Georg 12,
Tarda uenit, seris factura nepotibus umbram. De arbore.
Nox sera. Virg. eclog. 8. 18.
Et serosq; pedes, seraſq; assumere pœnas. Ouid. 15. Metam. 77.
Posteritas sera. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 5.
Segnities sera, Quæ seros, id est, tardos facit. Virg. 2. Aeneid. 75. Seruius.
Spectator serus. Mart. lib. 1. 24.
Vesper serus. Virg. 1. Georg. 93.
Vires seræ ad aliquid agendum. Virg. 8. Aeneid. 102.
Vlmus sera. Virg. 4. Georg. 29. id est, Maior. Seruius.
Serum est. Martial. lib. 1. 146,
Nil facis, & serum est alium mihi quærere regem.
Serum, Graue, triste. Virg. 5. Aeneid.
Seraq; terrifici cecinerunt omnia uates. Idem lib. 12. de Noctua,
—serum canit importuna per umbras. Saluſt. Serum bellum in angustijs futurum. Seruius.
¶ Serior, & serissimus, Comparatiuum et superlatiuũ. Colum. lib. 2. cap. 10. 11, de lente, Sationes eius duas seruamus: alteram maturam, per mediam sementim: seriorem alterã, mense Februario. Plin. lib. 15. cap. 15. 2, Patriæ nomina habent serissima omnium amerina.
Aetas serior. Tibul. lib. 1. eleg 4. 7.
Hora serior. Ouid. epiſt. 11. 5.
¶ Serò. Aduerbium (ὀψὲ) Tardè. Plaut. Trinum. 8. 11,
Serò atq; stultè. Cic. Curioni, lib. 2. 6. 1, Longè enim abſum, audio sero. Idem ad Qu. fratrem, lib. 3. 17. 18, Reddita etiam mihi est peruetus epistola, sed serò allata.
Serò est. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 2. 14.
Serò, aliquando tamen. Cic. pro Quintio, 53, De rationibus & controuersijs societatis uult iudicari: serò, uerùm aliquando tamen concedamus.
Serò, post tempus: quæ significatio eadem fere cum præcedenti, ut ait Valla lib. 4. Cicero, quum accusator Milonis identidem interrogatus perstaret, quo tempore Clodius esset occisus, urbanè respondit, Serò. Non tam horam intelligens, quàm tardius occisum, & post tempus quo debuisset occidi. Ex Quintiliano lib. 6. cap. 4. Cæsar 5. bel. Gall. 110, Contra ea Titurius serò facturos clamitabat.
Nimis serò. Vide Nimis.
Medicina serò paratur. Ouid. 1. de Remedio amoris, 19.
Serò post tempus, apud Plautum in Captiuis legitur.
Serò, Vespere, quod est post occasum: atq; hæc uera est eius significatio, teste Valla lib. 4. Cic. ad Atticum, lib. 7. 139. 1, Eo die uenit serò alter Consul.
¶ Serà, Aduerb. (ὀψὲ) Idem quod Seyò. Virg. 4. Georg. 25,
—nec serà comantem,
Narcissum, aut flexi tacuissem uimen acanthi. Serà comantem: hoc est, Serò flores habentem. Seruius.
¶ Serius (ὀψαίτερον) Comparatiuum aduerbium. Accius,
Ne si fortè paulo quàm tu uenià serius. P. in. lib. 16. cap. 26. 1, Idem 3. de Orat. 43, Ad mysteria biduo serius uenerã.
Egredi serius. Ouid. 4. Metam. 21.
¶ Serissimè, pen. cor. (ὀψαίτατα) Tardissimè. Plin. lib. 17. ca. 2, Tarentina serissimè legi.
¶ Serotinus, Adiect. (ὀψινὸς, ὀψίτερος) à Sero pro Vespere:

ut, Serotina hora, Tempus serotinum.
Serotinus à Sero, pro Tardè: ut, Poma serotina, quæ post legitimum tempus, consuetumq; cæteris pomis, uel tardè maturescunt: ut ait Valla lib. 4. Colum. lib. de Arboribus, ca. 21. Idem lib. 8. cap. 5. 19, Item serotini pulli, qui ab Solstitio nati capere iustum incrementum non potuerunt.
¶ Serum, seri, Substantiuum (ὀψία, ὀψίη, ὀψίαν) Extrema pars diei. Sueton. in Augusto, cap. 16, In serum dimicatione protracta, ut in naui uictor pernoctauerit. id est, In horam uespertinam. Liu. 7. ab Vrbe, 32, Castrorum oppugnatione quia serum erat diei, abstinuêre. Ibidem, lib. 10. 135.
In serum. Vide In.
Rem in serum trahere. Liu. 2. bel. Maced.
¶ Serum (ὄρρος) Aqua lactis. Plin. lib. 11. cap. 41. 3, Mirum, Barbaras gentes quæ lacte uiuant, ignorare aut spernere casei tot seculis dotem, densantes id alio quin in acorem iucundum, & pingue butyrum: spuma, id est lactis, concretiusq; quàm quod serum uocatur. Idem lib. 28. cap. 9. 3, Quidam & ipsum serum iam multo potentissimum decoquunt ad tertias partes, & sub dio refrigerant. Virg 3. Georg. 82,
—acremq; molossum
Pasce sero pingui.
Liquidum serum. Ouid. 4. Fast. 155.
¶ Seresco, seresci. Vide ordine alphabetico.
Seruus] Vide Seruo.
Sesama] sesamæ, pen. corr. (σήσαμον) Genus frumenti Indici. Plin. lib. 18. cap. 10, Aestiua frumenta diximus, sesamam, milium, panicum. Sesama ab Indis uenit, & ex ea oleum conficiũt. Color eius candidus. Huic simile est in Asia, Græciaq; erysimum: idemq; erat, nisi pinguius esset, quod apud nos uocãt trionem, medicaminibus adnumerandũ potius quàm frugibus. Plaut. in Pœnulo, 4. 104,
—nihil nisi laterculos,
Sesamum, papaueremq;, triticum & fictas nuces.
Sesamum genere neutro, & Sesama in plurali, sæpius apud Columellam legitur: ut lib. 11. cap. 2. 57, Sesami sextarius.
Sesama à Columella lib. 2. cap. 7. inter legumina recensentur. Idem lib. 2. cap. 10. 14.
¶ Sesamus, penul. corr. Adiectiuum (σησάμινον) ut, Sesamum oleum. Plin. lib. 23. cap. 4. 16. Idem lib. 28. cap. 11. 6.
Sesamoides] penult prod. (σησαμοειδὴς) Herbã similitudine nomen accepit, grano amaro, fõlio minore. Nascitur in glareosis. Detrahit bilem in aqua potum. Semen illinitur igni sacro, discutit panos. Est etiamnum, aliud Sesamoides Anticyræ nascens, quod ideo aliqui anticyrion uocãt: cetera simile erigeronti herbæ. Hæc Plin. lib. 22. cap. 25. 12.
Sasamum] mi, mo (σήσαμον) Steph. urbs Paphlagoniæ, postea Amastris appellata. Plin. lib. 6. cap. 2. Sesamus, Mela lib. 1. in descriptione Paphlagoniæ.
Sesanum] Oppidum Cataduporũ in Arabia regione. Plin. lib. 6. cap 29.
Sesaraſi] Populi sunt in Phrygia. Strabo lib. 7, Propè uerò adsunt argentifodinæ in Damastio, ubi potentatum constituêre Petysadies, quos Enchelios & Sesuraſios nominant.
Sesaretus] pen. prod. (σισάρηθος) oppidum est Taulatiorum, qui sunt in ea parte Macedoniæ, quæ Adriatico mari incumbit. Steph. ex Hecateo.
Sescunx] sescuncis, masc. gen. & Sescuncia, sescunciæ, fœm. gen. (τρημμόριον) Vnciam significat, & unciæ dimidium, ut ait Budæus. Columel. lib. 12. cap. 57. 3, Laseris radicis, quod ὀλυρὸν Græci uocant, sescuncem. Idem lib. 5. cap. 2. 15, Quæ summa efficit iugeri sescunciam, &c.
¶ Sescuncialis, & hoc sescuneiale, pen. prod. (τρημμυγγιαῖος) Quod ad sescunciam pertinet. Plinius libro 13. cap. 15. 3, Totã

Tota craſsitudine sescunciali.
¶ Sescuplum, sescupli, pen. corr. per s scriptum, quod & sesquiplum dicitur (ἡμιόλιον) numerũ hemiolium significat, qui Latinè etiam sesqualter dicitur: ut quum dicimus senarium sesquiplum esse quaternarij: continet enim eum totũ, & insuper dimidiam eius partem. Budæus.
Sese] ἑαυτὸν, Accusatiuus à Sui pronomine. Gell. lib. 5. cap. 10, Is in disciplinam Protagoræ sese dedit.
Seselis] huius seselis, penul. corr. fœm. gen. (σέσελι) Herba. Cic. 2. de Natura deorum, 190, Ceruéq; paulò ante partum perpurgant se quadam herbula, quæ seselis dicitur. Hoc idẽ Aristoteles confirmat, in libris de Natura animalium. Vide Plin. lib. 8. cap. 32. 2. Seseli neutro genere uocat Dioscorides, esúq; multorum generum.
Sesitachus] Agimeri filius: Cheruscorũ ductor is fuit. Strabo lib. 7.
Sesostris] σέσωστρις, Rex Aegypti, qui conatus est nauigabilem alueum ex Rubro mari in Nilum producere, ut scribit Herodotus lib. 2. Valerius 5. Argonaut. 84.
Sesqui] τρίμοι, Vocabulum in appositione inuentum, pro hemiolio accipiendum est: quod perindè est ac si dicas, tantundem & semis. Cic. de Oratore, 109, Pes enim qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, ut necesse sit partem pedis, aut æqualẽ esse alteri parti, aut altero tanto, aut sesqui esse maiorem: ita fit æqualis dactylus, duplus iambus, sesqui pæon. Sesqui appellauit pæona: quia pes omnis pæon longa una syllaba & breuibus tribus constat: at longa syllaba in temporũ metricorum ratione duas breues æquare dicitur. Ità fit, ut tres breues longam unam dimidio superent. nam ternarius ad binariũ relatus, sesquialteram proportionem habet. Quomodo igitur dactylus æqualibus partibus constat, quia prima lõga, duabus breuibus æqualis est: sic pæon alteram partem dimidio maiorem habet. Iambus etiam altero tanto maiorem, hoc est duplam: breuis enim syllaba longa est dimidiata. Fortasse autem illa uerba Ciceronis sic legẽtur rectius, Aut altero tanto maiorem, aut sesqui: hoc sensu, ut pes altero tanto maior, in secunda sui partè sit duplus: qui autem non altero tanto, sed dimidio maior est, sit sesqui, ad priorem partem posteriore parte relata: non autem sesqui maior: quia sesquiplum minus est duplo. Sesquipedalia ligna apud Cæsarem, hoc est, pedis unius & dimidiati: quod ad craſsitudinem referendum est. Hoc aũt sesqui significat, siue cum uocabulo componatur mensuram aut numeri aut temporis aut modi significante: siue etiam cum alio quocunq; uocabulo. ut sesquiplaga, apud Tacitum lib. 15. & Sesculysses in Præfatione Plinij: quo uerbo, si rectè emendatum est, ego hominem summè astutum & ueteratorem planè expolitum intelligo. Fit eius mentio apud Nonium in dictione Alumnus. Plaut. Capt. 12. 67,
Id quum alij octonos lapides effodiunt,
Nisi quotidianum sesquiopus conficeris,
Sexcentoplago nomen indetur tibi. hoc est, Nisi tu duodenos effoderis. Budæus.
¶ Sesquialtera (ἡμιόλιον) Id est, Pars altera dimidio maior quàm prior. dicitur enim ternarij ad binariũ relati sesquialtera proportio. Cic. de Vniuers. 29, Vnam principio partem detraxit ex toto: secundam autem primæ partis duplam: deinde tertiam quæ esset secundæ sesquialtera, primæ tripla.
¶ Sesquiculeare doliũ (τριμμολλάριον οἰνῶδες) Colum. lib. 12. cap. 18. 5, Sunt autem satis sesquiculearibus dolijs picis duræ pondo uicenaquina.
¶ Sesquicyathus, pen. corr. Cels. lib. 6. cap. 7, De aurium morbis & curationibus, mellis sesquicyathus.

¶ Sesquihora, pen. prod. (τρημιώριον) Plin. epiſt. 74. c, Egeram horis tribus & dimidiam: supererat sesquihora.
¶ Sesquijugerum, pen. corr. (τρημιπλέθρον) Plin. lib. 18. cap. 19. 4, Iterari sesquijugerum.
¶ Sesquilibra, pen. prod. (τρημιλίτρον) Col. b. 12. cap. 36, Sat erit autem rorismarini sesquilibram in duas urnas musti adijcere. Plin. lib. 14. cap. 20. 7, Pulegij uel salis sesquilibra.
¶ Sesquimensis (τρημισελήνου) Varro 1. de Re ruſt. cap. 27. 1, Eius cursus annalis primùm fere circiter ternis mensibus ad fructus est diuisus in quatuor partes, & idem subtilius sesquimensibus in octo. Idem lib. 3. cap. 10. 6, Ad saginandum eligunt pullos circiter sesquimense qui sunt natu.
¶ Sesquimodius (τρημεδύμνου) Varr. 1. de Re ruſt. cap. 42. 1, Scribunt opus esse medicæ sesquimodium. Cicero 5. Verr. 185, Nunquã tam grati hi sesquimodij Q. Hortensi fuissent.
¶ Sesquiobulus, penul. corr. (τρημιώβολον) Plin. lib. 26. cap. 8. 27, Deiectoq; quod supernatat, reliquus succus purgat, utráque parte sesquioboli in aqua mulsa.
¶ Sesquioctauus, pen. prod. (ἐπογδοηκοστὸς) Cic. de Vniuerſit. 31, Sesquialteris autem interuallis, & sesquitertijs, & sesquioctauis, sumptis ex his colligationibus, in primis interuallis sesquioctaui interuallo sesquitertia omnia explebat.
¶ Sesquiopera, pen. corr. (τρημισφύριον) Col. lib. 2. cap. 13. 2, Occantur sesquiopera: farriuntur sesquiopera, iterum sarriuntur una opera, & tertiò una, metuntur una: summa fit operarum, octo uel septem.
¶ Sesquipes, pen. cor. huius sesquipedis, penul. corr. masc. gen. (τρημιποδιαῖος) Varro 1. de Re ruſt. cap. 43, Cytisum seritur in terra bene subacta, tanquam semen brassicæ: inde differtur, & in sesquipedem ponitur. Mart. lib. 8. 54.
¶ Sesquipedalis & hoc sesquipedale, penul. prod. (τρημιποδιαῖος) ut, Sesquipedalis craſsitudo. Plinius lib. 16. cap. 40. 2. Et apud Catonem, cap. 10, Sesquipedalis paries.
Dentes sesquipedales. Catul. de Aemylio, 92. 1.
Verba sesquipedalia. Horat. de Arte, 20.
¶ Sesquipedaneus, Adiect. Longus pedem & semis. Plin. lib. 9. cap. 27, Attollit è mari sesquipedanea fere cornua.
¶ Sesquiplex, pen. corr. (ἡμιόλιος) Idem quod Sesqualter, uel dimidio tantùm maior. Cic. in Orat. 109, Ita fit æqualis dactylus, duplex iambus, sesquiplex pæon. Quo in loco sesqui tantùm legitur. Vide paulo antè Sesqui.
¶ Sesquisenex, pro plus quàm ausus. Senex enim de muliere etiam dicitur: ut, Tua amica senex. Hæc nox extat apud Varronem: quo tamen loco, esqui senex, mendosè legitur, authore Turnebo.
¶ Sesquitertius (ἐπίτριτος) Vide Sesquioctauus.
Sesquiuls̃em, pro astutissimo & callidissimo, in cuiusdam Satyræ titulo Varro posuerat. Turnebus.
Sessilis, Sessio] Vide Sedeo.
Sesimonium] sesimonij, n. gen. Est templum & sedes. deducituróq; à sessu, uel sede, sesimonium: ut à merce, mercimonium. Vitruuius lib. 7, Suspectus habent in deorum sesimonio: id est, in deorum ædificandis tẽplis, & sedibus statuendis: ac sesimonium dici uidetur, ut ἕδος Græcè. Turnebus.
Sestans] sestantis, quod quibusdam per x scribitur sextans, m. g. (ἑκτημόριον) Nummulus erat quadrante minor, duas uncias ualens. Plin. lib. 33. cap. 10, ad finem, Nam quòd Agrippæ Menenio sextantes aris in sinus contulit, honoris id, necessitatisq; propter paupertatem Agrippæ, non largitionis esse dixerim. Liu. 2. ab Vrbe, 144, Extulit eum plebs sextantibus collocatis in capita.
Sestans, Genius ponderis. Plin. lib. 26. cap. 11. 16, Prodest et uino myrteo fouere: mente sextans, uiui sulphuris uncia.
Sestans agri, Pars sexta iugeri. Varro 1. de Re ruſt. cap. 10. 2.

Col.lib.5.cap.1.10, Pars ſexta, pedes quatuor millia & octingentos, hoc eſt ſextans, in quo ſunt ſcrupula XLVIII.

¶ Seſtantarius, Adiect. (ἑξαμοιρικός) Quod ſeſtantis habet pondus. Plinius libro 33.cap.3.6, Libræ autem pondus æris imminutum bello Punico primo, quum impenſis Reſpub. non ſufficeret, conſtitutumq; ut aſſes ſextantario pondere ferirentur.

Seſtertius] ſeſtertij (τέτταρα ἡμίσεα χαλκοῦ) Idem quod Nummus, apud Romanos.

Seſtertius ex eo dictus eſt, quòd duos aſſes & ſemiſſem ualeret. Qua ratione quaterni ſeſtertij denarium Romanum ualebant. Et ſeſtertius dictus, quia tertius ſemis eſt, duo ſunt ſolidi aſſes, & ſemis. Hic etiam nummus dicebatur, & argenteus erat.

Libra Romana, quæ & mina & pondo dicitur, centenos, ſeu (quod idem eſt) centenas drachmas habebat. Quum igitur denarius quaternos ſeſtertios æquaret pondere & æſtimatione, liquet in libra Romana quadringentos fuiſſe ſeſtertios, & in duabus libris & ſelibra mille ſeſtertios. Qua ratione fit, ut ſeſtertia ſingula numero plurali millenos ſeſtertios ualeant, hoc eſt, duas libras & ſemiſſem. Vt enim ſeſtertius nummus dicitur ex eo, quòd duos aſſes & ſemiſſem ualebat, hoc eſt, duas libras æris grauis, & ſelibram: ita ſeſtertia numero plurali & genere neutro ideo dicuntur, quòd ſingula, duas libras & ſelibram argenti ualerent, hoc eſt, ducentos & quinquaginta denarios ſiue mille ſeſtertios, quod idem eſt. Sic fit, ut decem ſeſtertia, & decem millia ſeſtertium nummorum, pro eodem ab antiquis dicerentur. Horat.2.epiſt.2.7,

Accipit & bis dena ſuper ſeſtertia nummûm.

Intercepta decem quereris ſeſtertia fraude. Iuuen.Satyr. 13.8.

Mercari ſeſtertijs ſexcentis. Vide Mercor.

Mille ſeſtertij æſtimatione noſtra uigintiquinq; coronatorum ualent. Dicitur autem Mille ſeſtertij, & mille nummi: uel mille ſeſtertiûm, & Mille nummûm: uel copulatè, Mille ſeſtertiûm nummûm. Quum autem mille ſeſtertij, id eſt, ducenti quinquaginta denarij duas libras argenti ſemiſſem ualerent, ſequitur ut libra Romana, quæ & mina dicitur & pondo, decem aureos coronatos uaduerit. Coronatos autem ita intelligi uolo, ut ſinguli triginta quinq; ſolidos ualeant: quod eſt legitimum precium. Igitur decem millia nummûm, uel decem millia ſeſtertiûm, quod idem eſt, ducentos & quinquaginta aureos coronatos ualebant. Hæc etiã decem ſeſtertia dicunt, quum ſingula ſeſtertia, ſingula millia ſignificant.

Decies ſeſtertiûm, Idem eſt quod Decies centena millia ſeſtertiûm quæ ſumma centies maior eſt decem ſeſtertijs. Idem, eſt enim decies ſeſtertiûm, quod mille ſeſtertia. Quum enim ſingula ſeſtertia millenos nummos ſeſtertios ualeant, ſi mille ſeſtertia millies multiplices, fient decies cẽtena millia, quem lingua uernacula millionem uocant.

Decies igitur ſeſtertiûm, centies ducentos & quinquaginta aureos ualet: hoc eſt, uiginti quinq; millia. Sic fiet, ut millio Romanus uigintiquinq; millia coronatorum ualeat.

Hoc igitur tenere oportet, quòd quemadmodum, quum à nũmis ſeſtertijs ad ſeſtertia genere neutro ſit tranſitus, numerus millies multiplicatur: ita quum ad eam locutionem uentum eſt, quæ per aduerbia numeralia enunciatur, ſeſtertia ſingula conduplicata creſcunt. ut, uerbi gratia, Si centum ſeſtertia dicam, centum millia ſeſtertiûm intelligere debeas. Quòd ſi centies ſeſtertiûm dicam, non iam centum ſeſtertia, ſed centies centena ſeſtertia, ſeu centies millia ſeſtertiûm intelligendum ſit. Hæc omnia ex Budæi Aſſe.

Seſtertiûm, in huiuſmodi locutionibus, Duo millia ſeſtertiûm, genitiui caſus eſt pluralis numeri, pro ſeſtertiorum: ideo more ueterum, circumflexum adſcripſimus.

Seſtertius, dicitur quaſi ſemis tertius, eo quòd contineat in ſe aſſes duos & dimidiatum tertium. Et per geminum II. & S, à quo incipit ſemis, notatur hoc modo II-S. Veteris conſuetudinis fuit, ut ſemis anteponerent, ut ſemiſquartus, ſemiſquintus, ſemiſtertius, à quo ſeſtertius: & eſt compoſitio Attico more facta. Illi enim ἑπτὰ ἥμισυ τάλαντα, hoc eſt, ſeptem ſemi talenta dixerunt: ſeruantes illud, ut expreſſius numerus pro dimidio caperetur.

Seſtertium, Genus ueli triplici licio texti, ut tertiũ filum duobus impar ſit. Sueton.in Auguſto, cap. 83, Ita ut in extremis ſpacijs ſubſulti decurreret, ſeſtertio uel lodicula imoluto.

Seſtertiolum, ſeſtertioli, pen.corr. Diminut. Martial.lib.1.54,

Sed ſeſtertiolum donauit mentula Phœbo
Bis decies, hoc da tu mihi, pluris emam.

Seſtius] prænomine Publius, ciuis Romanus, fuit magni animi, qui Ciceroni aduerſus Clodium contractis armatis auxilio fuit. quo nomine in iudicium uocatus, à Cicerone defenſus eſt elegantiſſima illa oratione, quæ pro P. Seſtio inſcribitur. Fuit & alter Seſtius, Aquarum Seſtiarum in agro Salyum conditor. Aquas Seſtias Aix en prouence, nunc dicunt. Strabo lib.4.

Seſtiæ aquæ (σέξτια ὕδατα) in Narbonenſi prouincia. Plin. lib.31.cap.2.1.

Seſtiana mala (σεξτιανὰ μῆλα) à Seſtio cognominata, apud Colum.lib.12.cap.45.4, Ita poſſunt alia genera malorum, ſicuti orbiculata, ſeſtiana, melimela, mariana hoc liquore cuſtodiri.

Seſtos] σηστός, urbs ad Helleſpontum ſita, in Thracia, Abydo obiacens, Leandri & Herus amoribus pernobilis, ut ſcribit Pomponius Mela lib.2. & Strabo lib.13.

Xerxes pontibus admouit Seſton Abydo. Lucan.lib.2.133.

Seta] ſetæ (χαῖται) Pilus craſſior, rigidiorq;, atq; erectus, qualem habent ſues. Cic.5.Tuſc.87, In hoc medio apparatu ſil gentem gladium è lacunari ſeta equina aptum demitti iuſſit, ut impenderet illius beati ceruicibus.

Hirtæ ſetæ. Ouid.13.Metam.181.

Terga horrenda rigidis ſetis. Ouid.8.Metam.86.

Setæ leonis. Cic.3.de Orat.122.

Setis os hirtum muſculis marinis Plin.lib.11.cap.37.38.

Vellẽs hirſuta ſetis. Ouid.2.Faſt.68.

Io obſita ſetis. Virg.7.Aeneid.158.

¶ Setiger, pen.cor. ſetigera, ſetigerum, pen.cor. (χαιτοφόρος) Quod ſetas gerit. Martial.lib.13.93. Ouid.8.Metam.76,

Vulnera feciſſent, niſi ſetiger inter opacas
Nec iaculis iſſet, nec equo loca peruia ſyluas. Aprum intelligit.

Pecus ſetigerum. Ouid.14.Metam.58.

Sus ſetigera. Virg.12.Aeneid.34.

Frons ſetigera. Stat.8.Thebaid.107.

¶ Setoſus, penult. prod. Adiect. (χαιτήεις, χαιτώδης) Quod ſetis abundat. Plin.lib.8.cap.45.5, Tauris in aſpectu generoſitas, torua fronte, auribus ſetoſis. Celſus lib.2, Corpus tenue, maximeq; lati pectoris, & ſetoſi.

Aper ſetoſus. Virg.7.eclog.6.

Verbera ſetoſa. Propert.lib.4.eleg.1.5.

Setabis] pen.corr. (σαιτώβις) Fluuius eſt Hiſpaniæ, ſecundum Strabonem, Plinium, Ptolemæum, & Pomponiũ Melam. Silius lib.3.76. pro oppido poſuit, quod inſigne fuiſſe indicat arte texendi. Hinc,

Sudaria Setaba, apud Catullum in Aſinium, 12.3.

Sethois] Præfect. Thebaidis eſt, apud Plin.lib.5.cap.9.

Setia] σετία, Vrbs Campaniæ, ex cuius agro Setinum uinum commendatur. Plin.lib.3.Natur.hiſtor.cap.5.24. Martial. lib.Xeniorum, 113,

Pendula pampineos quæ ſpectat Setia campos,
Exigua uetulos miſit ab urbe cados.

Setoſus] Vide Seta.

Setubia] σετούβιξ, Ptolemæo lib.2.cap.6. urbs Hiſpaniæ, alio nomine Sepulueda.

Seu] ἤτοι, Diſiunctiua particula, qua iungimus ea, quorum alterum, non utrunque affirmamus. Plaut.Trin.407, Cic. pro Quintio, 16, Quemadmodum ſolent homines nobiles ſeu rectè, ſeu perperam facere cœperunt, ita in utroq; excellunt, ut nemo noſtro loco natus aſſequi poſſet. Quintil.in Proœm.lib.8, Figuras ſeu translationes mutuamur.

Seuectus] ſeuecta, ſeuectum. Propert.lib.3.eleg.3,

Cur tua præſcripto ſeuecta eſt pagina gyro? Seuecta dicitur egreſſa, & ſeorſum uecta, quàm ire debebat. Cur auſa eſt tua pagina elegiaca egredi ſpacium ſibi præſcriptum, tentando materiam ſtylumq; grandiorem.

Seuerus] pen.prod. (σεμνός, αὐθάδης & c.) Adiect. Quaſi Secus, id eſt, iuxta uerũ, Grauis et cẽſorius, Plaut.Pœn.17.50,

Opinor hercle hodie quod ego dixi per iocum,
Id euenturum eſſe, & ſeuerum & ſerium. Terent. Heaut.5.3.20,

Sed ipſe egreditur, quàm ſeuerus: rem quũ uideas cẽſeas.

Virgilius 8.Aencid.128,

Romulidis, Tatioq; ſeni, Curibuſq; ſeueris.

Magis ſeuerus. Vide Magis.

Seuerus ad iudicandum. Cic.2.Verr.19.

Seuerus, Aſper. Virg.7. Aeneid.143,

Qui Tetricæ horrenteis rupes, montemq; ſeuerum.

Seruius putat eſſe nomen proprium.

Acerbè ſeuerus in filium. Cic.3.Offic.145, Magnus uir in primis, & qui perindulgens in patrem, idem acerbè ſeuerus in filium.

Seuerus, Triſtis, uitabilis. Virg.3.Georg.8,

Inuidia infœlix furias, amnemq; ſeuerũ Cocyti metuet.

Agricolæ ſeuèri Lucret.lib.5.273.

Seuerißimus author. Plin.lib.11.cap.52.3.

Canities ſeuera. Claud. 1.de raptu Proſerp.10.

Comas ſeueras ligare fronde. Stat.1. Achill.58.

Conſilium ſeuerißimum. Cic. Q. fratri, lib.3.17.25.

Cuſtos legis ſeuerus, Grauis & accuratus. Cic.1.Verr.10.

Equus ſeuerus. Ouid.3.Amor.eleg.7.12.

Falernum ſeuerum. Horat.1.Carm.ode 27.2.

Fidibus uoces creuère ſeueris. Horat.de Arte, 44.

Homo ſeuerus. Cic.2.de Finib.39.

Iudex ſeuerus. Cic.5.Verr.101.

Lex ſeuera. Ouid.3. de Ponto, eleg.3.12.

Non ſinit Endymion te pectoris eſſe ſeueri. Ouid. epiſt.17.13.

Senes ſeueriores. Catull. ad Lesbiam, 51.

Supercilium ſeuerum. Ouid.2.Triſt.62.

Vita ſeuera. Ouid.2.Amor.eleg.10.4.

Vultus ſeuero: aduertere. Stat.1.Thebaid.18.

Exuere uultus ſeueros. Ouid.3.Amor.eleg.4.9.

¶ Seueritas, pen.cor. ſeueritatis (σεμνότης, ἀποτομία) Ipſa ſeuerorum grauitas. Cic.7.Verr.140, Quum iſte ueſtra ſeueritate permotus, multa ſigna dederat quamobrem is reſponſurus non uidetur, & c.

Aculeus ſeueritatis. Vide Aculeus.

Adhibere ſeueritatem. Cic.1.Offic.125.

Seueritas animaduerſionis. Cic.ad Dolobellam, lib.9.14.15.

Commodare ſeueritatem magnis peccatis. Tacit. in uita Agric.

Nimia emendationis ſeueritas. Quint.lib.2.cap.4.8.

Diſciplinæ ſeueritas. Quint.lib. 2.cap.2.3.

Imperij ſeueritas. Cic.7.Verr.15.

Diſputandi ſeueritas. Cic.3.de Finib.2.

Vitij unguentorum ſeueritas, Aſperitas. Plin.lib.13.cap.3.2.

¶ Seueritudo, pen.prod. ſeueritudinis, fœm.g. (σεμνότης, σεμνὸν εἶδος) Idem. Plautus Epid.13.3,

Quid illuc eſt, quòd illi caperat frons ſeueritudine?

¶ Seuerè, pen.prod. (σεμνῶς) Aduerb. Grauiter, Aſperè, Grauiter & ſeuerè. Cic.2.de Fin.44.

Seuerè dicere. Cic.3.Tuſcul.80.

Agere ſeuerè. Cic.3.de Legib.49.

Seuerißimè acta ætas. Cic.pro Roſc.Comœdo, 26.

¶ Seueriter, pen.corr. (ἀποτόμως) Aliud aduerb. Idem Titinnius, Seueriter hodie ſermonem amica mecum contulit.

Seuerus] pen.prod. (σέβηρος) propriũ multorum uirorum nomen, ut Seueri Cæſaris, Seueri Attilij, ad quem Lactãtius ſcripſit duo epiſtolarum uolumina: cuius meminit Hieronymus. Eſt & Seuerus, proprium montis in Italia, authore Seruio: cuius meminit Virg.7.Aeneid.143,

Qui Tetricæ horrenteis rupes montemq; Seuerum.

Seueriani] Hæretici quidam fuerunt, à Tatiano primùm propagati, deinde & à Seuero aucti, qui matrimonio penitus abſtinendum prædicabant. Meminerunt horum Hieronymus & Sophronius.

Seuiri] ſeuiri. Sex erant Romanorum equitum decuriæ, Rhamnenſes, Tatienſes, Luceres primi ſecundiq;: erant enim primi Luceres & ſecundi, ac ſic quoque Tatienſes & Rhamnenſes geminati, erant. His qui præerant, Seuiri uocabantur: ac in inſcriptionibus antiquis, Seuirum equitum Romanorum reperimus: ut in hac Trib. mil. 7. gem. felic. 6. uiro. equit. Romano. & in illa, 10. uiro à litib. iudic. 6. uiro. equit. Roman. turm. Turnebus.

Seuium] à ueteribus dicebatur libum, quod in ſacrificio Seceſpita ſecabatur. Feſtus. Secium in Auguſtin. Feſto legitur. de quo ſuo ordine.

Seumara] Armeniæ ciuitas eſt. Strabo lib.11, Ex Armenia uerò anguſtiæ, quæ ſecus Cyrum ſunt atque Aragum, qui prius quàm inuicem concurrant, urbes natura munitas haberet, quæ ſaxis impoſitæ, XVI inter ſe ſtadijs abſunt, prope Cyrum Armozyacã, prope Aragum Seumara: quibus ingreſſibus prior Pompeius uſus eſt, ex Armenia mouens, poſtea uerò Canidius.

Seuoco] ſeuocas, pen.cor. (ἀποκαλέω) ſeuocare, Seorſum, in alteram partem uocare. Plaut.Aulul.16.13,

Quid iute ſolus è Senatu ſeuocas? Ouid.2.Metam. 168,

Seuocat hunc genitor, nec cauſam fiſſus amoris.

Seuocare in montem. Cic.pro Muræna, 13.

Cura me ſeuocat à uirginibus. Catull. ad Ortalum, 60.1.

Seuocare ſe ab aliquo. Plaut.Merc.7.39.

Seuocare animum ab omni negocio. Cic.1.Tuſc.117.

Seuocare ſe à corporibus. Cic.1.Tuſc.114.

Seuocare ad ſe in priuatam domum de communi. Cic. pro Quintil.7.

Seuocari à ſocietate. Cic.1. de Diuin.111.

Seuum] ſeui, quod & ſebum, uel ſepum dicitur (στέαρ) Pinguedo ex animalium omentis detracta, & elota ac curata, ut in uſum noſtrum conuertatur: unde nos hodie ſeuo candelas concinnamus & componimus. Plin. Seuum ex omento pecudis. Idem libro 28.cap.9.19, Quæ ratio adipis, eadem in his quæ ruminant, ſeui eſt, aliis modis non minoris potentiæ.

¶ Seuoſus, pen.prod. Adiect. (στεατώδης) Quod inſtar ſeui ungit. Plin.lib.11.cap.37.80, Seuoſa corrigeris medulla.

¶ Seuo, ſeuas (στατίζω) ſeuare, Seuum imponere, ſeu candelas ex ſeuo facere. Colum. libro 2.cap.22.3, Ferijs autem ritus

maiorum etiam illa permittit, fàr pinsere, faces incidere, candelas seuare. Legitur & Sebare.

Sex] ἕξ, Nomen indeclinabile, numerale, à Græcis deducitur, ἑξ, aspiratione in ſ conuersa.

¶ Sexagenus, penult. prod. Adiectiuum (ἑξήκοντα) Idem quod Sexagenta. Plin. lib. 8. cap. 40. 10, Gerunt utero sexagenis diebus. Liuius 8. ab Vrbe, 37, Ordo sexagenos milites, duo centuriones, uexillarium unum habebat.

Sexagena millia modiorum. Cic. 7. Verr. 43.

¶ Sexagies, Aduerbium (ἑξηκοντάκις) Cic. 4. Philip. 62, Orabat ut te contra suum patrem, si sestertium sexagies peteret, defenderem.

¶ Sexagenta, indeclinabile (ἑξήκοντα) Cic. 3. Ver. 87, Possum sexagenta decreta proferre, in quibus ut ego pecuniam non dicam interceßisse, ipsa decretorum nouitas, iniquitasq; declarat.

¶ Sexangulus, penul. corr. Adiectiuum (ἑξαγώνιος) Quod habet sex angulos. Plin. lib. 11. cap. 11. 3, Apum sexangulæ omnes cellæ. Ouid. 15. Metam. 77.

¶ Sexangulatus, pen. prod. Solinus cap. 46, Inuenit & iridem in mari Rubro, sicut crystallum sexangulatam, quæ radijs icta solis, &c.

¶ Sexatrus, sextus dies est ferijs, ut triatrus, tertius. Festus. Vide Quinquatrus in Quinquatria.

¶ Sexcenus, penult. prod. Adiectiuum (ἑξακόσιος) pro Sexcentenus. Cic. 7. Verr. 50, Ciuitatibus pro numero militum pecuniarum summas describere, certo precio sexcenos nummos nautarum mißione constituere. Colum. libro 3. cap. 3. 2.

¶ Sexcentenus, pen. prod. (ἑξακοσιοστὸς) Aliud adiect. Colum. lib. 3. cap. 5. 3, Qui ducentos quadragenos pedes obtinent, sexcenti malleoli pangendi sunt. id est, sexcenti unicuique.

¶ Sexcenti, sexcentæ, sexcenta (ἑξακόσιοι) Plurale tantùm. Cic. 2. de Diuin. 50, Sexcenta licet eiusmodi proferre. Terent. Phorm. 4. 3. 63,

Sexcentas perinde potius scribito dicas. Vbi Donatus, Apud nos sexcenta dicere pro infinito numero, ferè usitatum est. Cic. pro Rosc. Amer. 54, Sexcenti sunt qui inter sicarios & de ueneficijs accusabant.

¶ Sexcentoplagus, pen. prod. (ἑξακοσιοπλήγης) Fictũ à Plauto nomen, in Capt. 12. 68,

Sexcentoplago nomen indetur tibi. hoc est, Sexcentas plagas accipies.

¶ Sexcentesimus, pen. corr. adiect. (ἑξακοσιοστὸς) Plin. lib. 8. cap. 7. 2, Anno urbis sexcentesimo quinquagesimo quinto. Sic lib. 14. cap. 12. 1.

¶ Sexcenties, Aduerb. (ἑξακοσιάκις) Cic. Attic. lib. 4. 8 6. 5, Vt forum laxaremus, & usque ad atrium Libertatis explicaremus, contemptimus sexcenties H-S.

¶ Sexdecies (ἑκκαιδεκάκις) Aliud aduerbium. Plin. libro 6. cap. 29. 21, Sebosus ab Aegypti extremis sexdecies centena LXXV.M. passuum.

¶ Sexennis, & hoc sexenne (ἑξαετὴς) Quod est sex annorum. Plaut. Pœn. 14. 81,

Inde surreptus ferè sexennis. Plin. lib. 8. cap. 32. 6.

¶ Sexennium, sexennij (ἑξαετία) Tempus sex annorum. Cic. 1. de Diuin. 163, Quod quidem sexennio post Veios captos factum esse uidimus. Idem Attic. lib. 6. III. 11.

¶ Sexies, Aduerbium (ἑξάκις) Sex uicibus. Liuius 4. ab Vrbe, 138, Vrentem hostem sexies uictum pertimescant. Colum. lib. 5. cap. 2. 15.

¶ Sextans, Vide Sestans.

¶ Sextantarius, ria, rium: Sextantarij asses (inquit Festus Pompeius) in usu esse cœperunt ex eo tempore, quo propter bellum Punicum secundum, quod cum Annibale gestum est, decreuerunt patres, ut ex aßibus, qui tum erant librarij, fierent sextantarij: per quos cum solui cœptum esset, populus ære alieno liberaretur, & priuati, quibus debitum publicè solui oportebat, non magno detrimento adficerentur. Septiennio quoque (anno) usus est, ut priore numero: sed id non permansit in usu, nec amplius processit in morem: Vide Anthonij Augustt. notas ad Festum.

¶ Sextarius, sextarij, masc. gen. (ἕκτης) Dicitur quòd sit iuxta pars congij: quæ mensura apud antiquos tam liquidis quàm aridis seruiebat. Capit autem sextarius cotulas binas, quæ Latinè Heminæ dicuntur.

Ad sextarios decoquere. Vide Ad.

Sextarius aquæ. Cic. 2. Offic. 82.

Sextarius olearius. Cato cap. 13. 2.

Sextarius uini. Liuius 7. ab Vrbe, 177.

Ducere sextarium, Ebibere. Iuuen. Satyr. 6. 43.

¶ Sextilis, huius Sextilis, pen. prod. Dicebatur qui nunc Augustus mensis: quòd sextus esset in ordine mensium. Horat. 1. epist. 7. 1,

Quinq; dies tibi pollicitus me rure futurum,
Sextilem totum mendax desideror.

Mensis sextilis. Horat. 1. epist. 11. 4.

¶ Sextula, sextulæ, pen. corr. Aeris minima pars: dicta quòd sit sexta pars unciæ. Cic. pro Cecinna, 13, Facit heredem ex deunce & semuncia Cecinnam, ex duabus sextulis M. Fulcinium libertum superioris uiri, Ebutio sextulam aspergit. Hæreditatem, id est assem, his uerbis Cicero in deuncem, semunciam, & tres sextulas diuisit. Ex quo liquet, sextulam tertiam esse partem semunciæ, & unciæ sextam. Duas sextulas dixit pro tertia parte unciæ: quum tamen aliud uocabulum Latinũ haberet, duellam scilicet. Nam duæ sextulæ duellam faciunt, quæ tertia pars est unciæ.

Sextula, Mensura agri. Colum. lib. 5. cap. 1. 9, Pars septuagesima secunda, pedes CCCC. hoc est sextula, in qua sunt scrupula quatuor.

¶ Sextus, Adiect. (ἕκτος) ut, Sexta ætas.

¶ Sextius, Consul (ἑξάκις ὕπατος) ut, Tertium Consul. Cic. in Pisonem, 15, Qui C. illi Mario fortißimo uiro & Consuli, & sextum Consuli, & eius inuictis legionibus, ne armis cõgeret, cedendum esse duxit.

Ad sextam decoquere. Vide Ad.

¶ Seni, senæ, sena (ἕξ) à sex deriuatur. Cic. 4. Verr. 85, Ab isto, & præco qui uoluit, istum ordinem precio mercatus est, & pueri annorum senũm septenumq; denũm, Senatorium nomen nundinati sunt.

Anni decies seni, Sexaginta. Ouid. 5. Fast. 125.

¶ Senarius, Adiect. (ἑξάς, ἑξάδος) Quod constat sex rebus: ut, Senarius numerus. Hinc,

Senarij uersus, qui & Senarioli dicti sunt à sex pedibus. Cicero 5. Tuscul. 91.

¶ Senariolus, senarioli, pen. corr. Dimin. Vide Senarius.

Sextius] Caballus (οὐρητὴς λάβραξ) Scurra maximus, qui à calcitratu, Caballi nomen adeptus est. Martial. in Cæcilium, lib. 1. 126.

Sextus] πόρτης, philosophus Cheronensis, Plutarchi nepos, qui doctor fuit Marci Antonini imperatoris: de quo Iulius Capitolinus, Audiuit & Sextum philosophum Cheronensem. Fuerunt & alij Sexti multi.

Sexus] huius sexus, mascul. gen. (διαφορὰ τοῦ ἄρρενος καὶ τοῦ θήλεος) & hoc Sexus, sexi, secundum Priscianum. Plaut. Rud.

Virile sexus nunquam habui ullum. Varro libro 1. de Annalibus, Sexus utrunq;, uirile, an muliebre, an neutrum sit, dici potest. Salust. libro 2. Histor. Colum. lib. 6. cap. 24, Certis signis comprehendere licet, quem sexũ generauerit.

Mentiri sexum. Vide Mentior in Mens.

Sexus à Græco dicitur ἕξις, quod est habitus: significatq; naturam & habitum, authore Festo. Vnde masculinum & fœminum sexum dicimus. Plin. de Viris illust. 2. a, Ad quos quũ utriusq; sexus multitudo conuenisset, dato suis signo uirgines raptæ sunt.

Seya] Fortuna Romæ templum habuit, à Seruio Tullio constructum: quòd serua (Seya) natus, ad regni fastigia conscendisset. Alexan. Alexandrinus lib. 1. cap. 13.

S I

Si] εἰ, αὖ, ἐὰν, ἤν, ἄν, κἄν, Coniunctio, Quando res facta significatur, finitiuis iungitur, authore Diomede. Cic. 1. in Catil. 4, Si illustrantur, si erumpunt omnia. Nec enim dubitat an illustrantur: sed quia illustrantur, suadet ut mutet Catilina mentem. Virg. 6. Aeneid. 24,

Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus. Affirmat enim potuisse.

Si, cum futuro indicatiui. Cic. Curioni, lib. 2. 6. 2, Nunquam labere, si te audies. Idem ad Thermum, lib. 2. 17. 7.

Subiunctiuis iungitur, quoties cõditionalis & incertus est sermo. ueluti, Si facias, Si faceres. Qui enim sic loquitur, nõ factum interim declarat. Hæc Diomedes. Cicero pro Cluentio, Tum ei quadraginta millia, si esset absolutus Oppianico, pollicetur.

Finitiuis, Græcè τοῖς ὁριστικοῖς, id est, Indicatiuis etiam iungitur quum conditionem significat. Terentius And. 1. 3. 5,

Si illũ relinquo, eius uitæ timeo: sin opitulor, huius minas.

Ibidem, 2. 1. 24,

——Pamphile
Si id facis, hodie postremũ me uides. Idem Eunuh. 1. 1. 6,
Si incipies, neq; perficies nauiter. Virg. 1. Georg. 44,
At si triticeam in messem, robustaq; farra
Exercebis humum. Vbi Seruius dicit, Exercebis, pro Exercueris, positum.

Si, in principio orationis. Cic. pro Cælio, 1, Siquis Iudices fortè nunc adsit, &c.

Si nihil aliud: saltem, &c. Cic. 3. Verr. 107. Compendiaria locutio, sumpta à Græcis, teste Budæo.

Si minus, Si non. Cic. pro Cluentio, 10. Non timuisse, si minus deorum, hominumq; famã: at illam ipsam noctem, faces, illas nuptiales? Et ad Curionem, lib. 2. 5. 10.

Si modò. Cic. Attico, lib. 13. 27. 6. 6, Quæ diligenter à me expressa acumen habent Antiochi, nitorem orationis nostrũ, si modò is est aliquis in nobis.

Si non, pro Sin minus. Plin. epist. 6. lib. 3, Si adsint amici, honestißimi sermones explicantur: si non, liber legitur.

Si non faciat, &c. Cæsar 1. bel. Ciuil. 7, Vti ante certã diem Cæsar exercitum dimittat: si non faciat, eum aduersus Remp. facturum uideri.

Si non, at, uel, Si nequaquã, at. Cic. in Orat. 55, Nulla est enim ullo in genere laus oratoris, cuius in nostris orationibus nõ sit aliqua, si non perfectio, at conatus tamen. Idem de Oratore, Alicui si nequaquam parem illius ingenio, at pro nostro tamen studio meritam gratiam debitamq; referamus.

Si non maximus. Cic. in Orat. 52, Hoc uno perfecto magnus orator est, si non maximus.

Si paréret, Verba sunt formulæ iudicij recuperatorij. Cicero 1. Verr. 30, Iudicium dat statim, si paréret eam se & sua Veneris esse dixisse: iudicant Recuperatores id, quod necesse erat. Sic legendum est ex Festo, in dictione Paret, per r liquidam: non, patéret.

Si tamen, pro Si modò. Plin. epist. 1. lib. 3, Liber legitur, interdum etiam præsentibus amicis, si tamen illa non grauantur.

Si ego hos bene noui. Cic. pro Rosc. Amer. 34.

Si quum fungi munere debemus. Cic. 4. Acad. 12.

Si id est defendere. Cic. pro Quintio, 4, Qui communi studio, summis opibus Sext. Næuium defendunt: si id est defendere, cupiditati alterius obtemperare, quo is facilius, quem uelit, iniquo iudicio opprimere possit.

Si me amas. Cicero Vatinio, lib. 5. 11. 5, De Dionysio, si me amas, confice. Quasi dicat, Rogo te per amorem. Et est modus adiurandi.

Si maximè. Cic. 4. Verr. 119, Neq; enim si maximè statuæ deiectæ essent, eas ego uobis possem iacentes ostendere.

Si per commodum Reip. posset. Liu. 1. bel. Maced. 38.

Si uidetur, per parenthesim positum. Cic. 1. Acad. 50. Idem Sulpitio, lib. 4. 2. 9, Tu (si uidebitur) ita censeo facias.

Si ulli rei sapiens assentietur unquam, aliquando etiam opinabitur. Cic. 4. Acad. 121.

Si potes. Cic. 2. de Orat. 156, Vide, inquit, Scaure, mortuus raperis, si potest esse possessor.

Si fortè. Cic. Qu. frat. lib. 1. 2. 11, Intelliges esse nihil à me, nisi orationis acerbitatem & iracundiam, & si fortè raro literarum missarum in diligentiam reprehensam.

Si, pro Quamuis, subiunctiuo iungitur. Terent. And. 4. 2. 12,

Non, si capitũdos mihi sciã esse inimicos omnes homines.

Si, cum Quis, indicatiuo frè iungitur. Ouid. 1. de Arte, 1,

Si quis in hoc artem populo non nouit amandi. Cic. 1. Offic. 33, Eo si quis sibi plus æquo appetet, uiolauit ius humanæ societatis.

Si, pro Etsi. Terent. Eunuch. 5. 2. 26,

——nam si ego digna hac contumelia
Sum maximè, at tu indignus qui faceres tamen. Vbi Donatus, Deest ut, ut sit, etsi.

Si, Etiam si. Plaut. Mercat. 14. 4, (nauit.

Decem uocasset si ad cœnam summos uiros, nimiũ obsonauit.

Si, pro An: uel, Vt sciam si. Virg. 1. Aenid. 61,

——equidem per littora certos
Dimittam, & Libyæ lustrare extrema iubebo:
Si quibus eiectos syluis, aut montibus errat. Cic. Attic. libro 11. 21. 3, Delatus est ad me fascisculus: solui, siquid ad me literarum: nihil erat.

Alias pro An, Sic ponitur. Terent. Heaut. 1. 1. 118,

Visam si domi est. Columella lib. 8. cap. 5.

Si, pro Vtinam, aliquando ponitur. Virg. 6. Aeneid. 38,

Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus
Ostendat nemore in tanto. Vbi Seruius, Si Aduerbium rogantis & optantis est per se plenum.

Si dijs placet, Proprium est exclamantis propter indignitatem alicuius rei, siue temeritatem, & indignantis, inquit Donatus. Terent. Eunuch. 5. 3. 10,

Vide ut ociosus sit, si dis placet. Cic. in Orat. Etiam Latini, si dijs placet, hoc biennio magistri dicendi extiterunt. Idem 5. Tuscul. 46.

Si est ut. Terent. Hecyra,

Si est ut uelit reducere uxorem, licet. id est, Si uelit. Idem Phorm. 2. 1. 40,

Si est patrue culpam ut Antipho in se admiserit, &c. pro, Si admisit, ut Donatus interpretatur. Rursum Hecyra, 4. 1. 44,

Si te

Si te germani fratris dilexi loco. Sic dicimus, inquit Donatus, quando præstitimus aliquid, & tamen nolumus exprobrare. Terent. Andr. 1.5.57,

—nè abs te hanc segreges, neu deseras:
Si te in germani fratris dilexi loco:
Siue hæc te solum semper fecit maxumi. Virg. 9. Aen. 82,
Si qua tuis, &c. Idem 4. Aeneid. 64,
Si bene quid de te merui.

Si, pro Siquidem. Virgil. 1. Georg. 2,
Liber & alma Ceres, nostro si munere tellus
Chaoniam pingui glandè mutauit aristá. Vbi Seruius, Si, Siquidem: nam si confirmantis est. Idem 5. Aeneidos,
Si concessa peto, si dant ea mœnia Parcæ.

Si sapis, pro Si sapias, ait Donatus. Terent. Eunuch. 1.1.31.
Si redierit, pro Si redijt. Terent. Adelph. 4.2.11. Donatus.
Dicis, si facies modò. Plaut. Trinum. 17.61.
Si, per aposiopesim siue reticentiã dictũ. Terent. And. 4.5.51,
Ne me attingas scelestè: si pol Glycerio non omnia hæc.
Si sis homò. Terent. Adelph. 5.8.11,
—si tu sis homo,
Hic faciat. Vbi Donatus, Si sis: pro, Si esse uolueris, & si credi homo uolueris. Rursum idem, Si tu sis, non si tu es, dixit: quasi in eo se hominem sit Aeschines probaturus.
Si, aliquando subaudiendum. Horat. 1. Serm. Satyr. 3.3,
—decies centena dedisses
Huic parco paucis contento, quinq; diebus
Nil erat in loculis. Budæus.

¶ Sialochi (σιαλόχοι) dicuntur, qui inter loquendum unà cum uerbis saliuam expuunt. σίαλος enim Græcis dicitur spuma, uel saliua ore emissa.

Siambis] σιάμβις, Insula est in Oceano Britannico. Plinius lib. 4. cap. 16.

Sibaræ] Indiæ sunt populi, iuxta Plin. lib. 6. cap. 20.

Sibaris] Vide Sybaris.

Sibde]es (σίβδη) Cariæ oppidũ, Halicarnasso ab Alexandro Magno attributum. Plin. lib. 5. cap. 29.

Sibi] σφῶν, Datiuus à Sui pronomine. Vide suo loco.

Sibi habeat suam fortunam. Cic. Att. lib. 7.130.2.

¶ Sibimetipsis conscisse mortem. Liu. 4. ab Vrbe. 222.

Sibilus] sibili, penult. corr. (συριγμὸς, ῥοῖσμα) In singulari masculi generis est: in plurali masc. & neutri. Est autem sonus oris, qui compressis dentibus, & parum diductis labris fieri solet. Colum. lib. 2. cap. 3, Sibilos; allectari, quo libentius bibant.

Pastoria sibila. Ouid. Metam. 169.

Conscindere sibilis. Vide Conscindo.

Sibilo signum dare. Liu. 5. bel. Pun. 42.

Edere sibilum. Catull. de Phaselo, 4.3.

Mittere horrenda sibila. Ouid. 3. Metam. 8.

Trepidantia sibila torsit draco. Valer. lib. 7. Argon. 106.

Vibrata sibila sæuis linguis. Silius lib. 3.38.

Plausus & Sibilus, contraria. Cic. pro Sestio, 100.

Sibilo consectari aliquem. Cic. Att. lib. 2. 23. 2. Fusium clamoribus, & conuicijs, & sibilis consectantur.

E' scena explodi sibilo et conuicio. Cic. pro Rosc. Comœdo, 18.

Intactus à sibilo. Vide Intactus.

Sibilus poeticè, pro Venti flatu. Virg. 5. eclog. 17,
Nam neq; me tantum uenientis sibilus Austri, &c.

¶ Sibilus, pen. cor. Adiect. ut, Ora sibila, pro Sibilantia, inquit Seruius. Virg. 2. Aeneid. 43.

Colla sibila. Virg. 3. Georg. 85.

¶ Sibilo, sibilas, pen. corr. (συρίττω, ἐκσπίνω, κσπίζω) sibilare, Sibilum emittere. Cic. Att. lib. 2. 24, Populares isti iam etiam modestos homines sibilare docuerunt.

Populus me sibilat. Horat. 1. Serm. Satyr. 1.14.

Ore sibilat draco. Virgil. 11. Aeneid. 151.

Sibini] sunt populi contermini Sueuis, Mugilonibus & Butonibus. Strabo lib. 7.

Sibus] sibi, sibo, an attributiuè per omne genus? Sibus (inquit Festus) significat callidum, uel acutum: σοφὸς, σοφή.

Siby] Oppidum Elamitarum, apud Plin. lib. 6. cap. 28.

Sibylla] sibyllæ (σίβυλλαι) Puella cuius pectus non decipit, & quæ uaticinatur, inquit Varro. Et à consilijs deorũ nuncupandis ueteres hoc nomen imposuerunt. Aeoles enim σίβας, deos dicunt: ἀιολὸ, sententia seu consilium dicitur. Sibyllæ igitur, quasi sibullas dixerunt, quæ Dei sententias enunciarent. Cic. 2. de Diuinat. 165, Sibyllæ uersus obseruabamus, quos illa furens fudisse dicitur: quorum interpres nuper falsa quædam hominum fama dicturus in Senatu putabatur, eum quem reuera regem habebamus, appellandum quoq; esse regem, si salui esse uellemus.

Sibyllã Apollo pio amore dilexit: & ei obtulit poscendi quod uellet, arbitrium. Illa hausit arenã manibus: & tam longam uitam popposcit. Cui Apollo respondit, id posse fieri, si Erythræam in qua habitabat insulam relinqueret, & eã nunquam uideret. Profecta igitur Cumas tenuit: & illic defecta corporis uiribus, uitam in sola uoce retinuit. Quod quum ciues eius cognouissent: siue inuidia, siue miseratione cõmoti, ei epistolam miserũt cretã antiquo more signatam. Quã uisa, quia erat de eius insula, in mortẽ soluta est. Vnde nonnulli hanc esse dicunt, quæ Romana fata conscripsit: quòd incenso Apollinis templo inde Romã allati sunt libri, unde hæc fuerat. Hæc Seruius, in illud 6. Aeneid. 65,
Olli sic breuiter fata est longæua sacerdos. Ouidius tamen. 14. Metam. fabulam recitat paulo aliter.

Sibyllæ, ut author est Varro in libris rerum diuinarum, decem fuerunt. Prima, de Persis: cuius mentionẽ fecit Nicanor, qui res gestas Alexandri Macedonis scripsit. Secunda, Libyca: cuius meminit Euripides. Tertia, Delphica: de qua locutus est Chrysippus de Diuinatione. Quarta, Cumæa: quã Næuius in libro belli Punici, Piso in Annalib. nominauit. Quinta, Erythræa: quam Apollodorus Erythræus suam ciuem esse affirmauit: Græcisq; illium petentibus uaticinatã, & peritura esse Troiam, & Homerum mendacia esse scripturum. Sexta, Samia: de qua scripsit Eratosthenes, in antiquis annalibus Samiorum reperisse se scriptũ. Septima, Cumana, nomine Amalthæa, quæ ab alijs Demophile uel Herophile nominatur. Hanc fuisse affirmant, quæ dicitur nomen libros ad regem Tarquinium Prisci attulisse, ac pro eis trecentos philippeos postulasse. Vide Gellium lib. 1. cap. 19. Octaua, Hellespontica, in agro Troiano nata, uico Marinesso, circa oppidum Gergythiũ: quam scribit Heraclydes Ponticus, Solonis & Cyri fuisse tẽporibus. Nona, Phrygia: quæ uaticinata est Ancyræ. Decima, quæ Tyburs siue Tyburtina dicta est, nomine Albunea: quæ Tyburi ut dea colitur, iuxta ripam Anienis: cuius in gurgite simulachrũ eius inuentum fuisse dicitur, tenens in manu librum: cuius sacra Senatus in Capitolium transtulerit. Harũ omnium Sibyllarum carmina & feruntur & habentur, præter quam Cumææ: cuius libri à Romanis oculiuntur, nec eos ab ullo nisi à Quindecimuiris inspici fas est. Et sunt singularum singuli libri: qui, quia Sibyllæ nomine inscribũtur, unius esse creduntur: suntq; confusi, nec discerni, ac suus cuiq; assignari potest, præter quàm Erythrææ, quæ et nomen suum carmini uerum inseruit, & Erythræam se nominatam iri prælocuta est, quum esset orta Babyloniæ. Omnes igitur hæ Sibyllæ unum Deum prædicant, maximè tamen Erythræa, quæ celebrior inter cæteras ac nobilior habetur.

Horrendæ

Horrendæ secreta Sibyllæ. Virg. 6. Aeneid. 2.
Casta Sibylla. Virg. 5. Aeneid. 147.
Cumæa Sibylla. Virg. 6. Aeneid. 20.
Viuax Sibylla. Ouid. 4. Fast. 276.

¶ Sibyllinus, pen. prod. Adiect. (σιβυλλινὸς) Quod est Sibyllæ, uel quod à Sibylla fit. ut, Sibyllini libri. Plin. de Viris illust. 46. Cic. de Arusp. resp. 24, Ne hoc quidem tibi in mentem ueniebat Sibyllino sacerdoti, hæc sacra maiores nostros ex uestris libris expetisse? Sibyllinum sacerdotem uocat, cui ius erat Sibyllinos libros aperire & proferre, si quando uaticinium aliquod petendum erat.

Versus Sibyllini. Horatius in Carm. secul. 1.

Sibyna] Genus erat hastæ Græcis. Eo uerbo usus est Ennius,
Illyrij restant ficcis sibynisq; fodentes. Reperias apud Gellium scibones, pro Sibynæ, mendosè. Turnebus.

Sibyrtus] σίβυρτος, Oppidum Cretæ, ut ex Polybij sententia traditur Stephanus. Hinc Sibyrtus, gentile nomen, σιβύρτιος.

Sic] Aduerb. Affirmãtis (ὡς, ὅτω, ὅτως, ὅτωσι, ὁτωσίπως, τεόν τω, ὧδε, ὡδὲ πως) Terent. Phorm. 2.2.2,
Itáne patris ais conspectum ueritum hinc abijsse? G. Ad modum.
P. Phanium relictã solam? G. sic. Plaut. Amphit. 10.10,
Eia autem inimicos? A. sic est, uera prædico. Terent. And. 2.1.2.

Sic est factum, Sic est res, Sic res habet. Terent. Andr. 3.4.9,
Simulaui, uos ut pertentarem. D. quid ais? S. sic est res. Cic. pro Rosc. Amer. 40.

Sic, ita, aut Quemadmodum. Virg. 2. Aeneid. 110,
Non sic aggeribus ruptis quum spumeus amnis
Exit. Terent. Eunucho, 3.5.16,
Nostin' hanc quam amat frater? A. noui: nempe opinor Thaidem.
C. Istam ipsam. A. sic commemineram. Plaut. Sticho, 3.27. Cic. pro Quintio, 51, Sic cogitabam, &c.

Sic satis. Terent. Heaut. 3.2.12,
Et quidem hercle forma luculenta. C. sic satis.

Sic, Optandi. Virg. 10. Aeneid. ad finem,
Sic pater ille deũm faciat, sic magnus Apollo.

Sic, Demonstrat. Terent. Eunuch. 3.5.54,
Ego limis aspecto sic per flabellum clanculum, & simul alia circunspecto. Idem Phorm. 1.2.95,
Quid ille pædagogus, qui citharistriam?
Quid rei gerit? G. sic tenuiter. D. non multum habet
Quod det fortasse. Ibidem, 1.2.90,
—ad precatorem abeam credo, qui mihi sic oret:
Nunc omitte quæso hunc, &c. Sic Andr. 1.1.83,
Sic cogitabam, Hic paruæ consuetudinis
Causa, mortem huius tam fert familiariter, &c.

Sic est, Sic fiet, Sic uita erat: pro, Hæc ingenio, His moribus. Terentius Phorm. 1.2.20,
Cui tanta erat res, & supererat? G. desinas:
Sic est ingenium. Idem Andr. 1.1.35,
Sic uita erat, facilè omnes perferre, ac pati. Idem Phormion. 3.2.42,
Itáne tandem facere oportet? D. sic fiet: si placeo, utere. Cicero pro Rosc. Comœdo, 17, Sic est uulgus, ex ueritate pauca, ex opinione multa æstimat. Idem pro Rosc. Amerino, 51, Sic uita hominum est, ut, &c.

Sic ago, sic me decet. Plaut. Pœn. 5.13.

Sic, Leuiter, & negligenter. Terent. Andr. 1.2.4,
Mirabar hoc si sic abiret.

Sic agam. Terent. Adelph. 5.2.11.

Sic, tam. Plaut. Trinum. 10, 42,
Nihil sic celere est, nec uolat. De amore.

Sic, Coniunctio illatiua. Cic. Sic tot simul uirtutes continentiæ, grauitatis, iustitiæ fidei defecerunt, id est, igitur.

Sic, pro Valde. Apuleius, Nec ego rebar sic multorum id opus dierum esse.

Sic, Vt. Cic. Trebatio, lib. 7.17.6, Sic ei te commendaui, & tradidi, ut grauissimè diligentissimeq; potui.

Sic ut quimus. Terent. Andr. 4.6.9.

Sic tamen, ut Vlpian. in l. siquis pecuniam. ff. si quis omissa caus. Et maximè si ob euertendã iudicia id fecit, aduersus possessorem competere actionem: sic tamen, ut ubi quidem pecunia accepta repudiauit, &c.

Sic: sic. Virg. 4. Aeneid. 132,
Sed moriatur, ait. sic? sic iuuat ire sub umbras. Vbi Seruius, Quasi interrogatio & responsio. Et placet sic multam perire? Placet.

Sic & Quasi. Plaut. Amphit. 8.49,
Sic salutas atq; appellas, quasi dudum non uideris.

Sic & Quomodo. Cælius ad Ciceronem, lib. 8.4.14, Ego tamen sic nihil expecto, quomodo Paulum Consulem designatum primum sententiam dicentem.

Sic demum, pro Ad postremum. Virg. 6. Aeneid. 31,
Sic demum lucos Stygios, regna inuia uiuis
Aspicies.

¶ Siccine, pen. corr. (μῶν, ἆρα) Aduerb. interrogantis: pro, An sic? uel Sicne? Terent. Eunuch. 4.7.34,
—ain' uerò caniss?
Siccine agis? Ibid. 1.2.19. Cic. 1. de Fin. 53.

Siccine lentè iaces? Propert. lib. 2. eleg. 16.2.

Sica] sicæ (παρὰ τὸ σίφω) Genus gladij breuioris, quasi seca. Cic. 3. in Catil. 53, E' quibus ille maximum sicarum numerum & gladiatorum extulit. Ibid. 2. 15, Non enim iam inter latera nostra sica illa uersabitur. Et 3. de Nat. deor. 106, Tum hæc quotidiana, sicæ uenena, peculatus, &c.

¶ Sicula, siculæ, pen. cor. Dim (ξιφίδιον) Plaut. Rud. 24.125,
Pòst est sicula argenteola, & duæ connexæ maniculæ.

¶ Sicarius, sicarij (ξιφόρος) Qui sicã gerit maleficij alicuius gratia, et pro interfectore accipitur. Cic. pro Rosc. Amer. 5, Ab his hoc postulare homines siccarios atq; gladiatores, non modò ut supplicia uetent; &c. Idem pro eodem, 22, Vetus uidelicet siccarius, homo audax, & sæpe in cæde uersatus. Horat. 1. Serm. Satyr. 4.1.

Immittere in forum sicarios. Vide Immitto.

Sicambri] σίκαμβροι, Populi Germaniæ, Menapijs finitimi, ad utrãq; Rheni ripam habitantes. Hi crines natura flauos habent, quos crescere sinũt, & artificio quodã intorquent. Martial. lib. 1. Quidam cum γ Græco scribunt. Hodie Geldrenses uel Cliuanos uolunt esse. Meminit horum Strabo libro 14.

Cæde gaudentes Sicambri. Horat. 4. Carm. ode 14.11.

Indomiti Sicambri. Ouid. ad Liuiam, 4.

Sicani] σικανοὶ, Populi Hispani, à fluuio Sicore dicti. Hi duce Siculo, exclusis Aborigimibꝰ, Italiã tenuerũt: ipsíq; postea ab ipsis pulsi quos antè pepulerãt, insulam uicinã Italiæ occuparunt, & eam Sicaniam à suo nomine nuncupauerunt.

Sicania] σικανία, dicta est insulæ Siciliæ quædam pars, in finibus Agrigentinis. Et amnis in ea Sicanis olim fuit. Sed & insula quandoq; tota, Sicania dicta est, à Briarei Cyclopis filio Sicano: uel à Sicanis populis, qui primi eam insulam inuoluisse feruntur: qui tamen non sunt indigenæ, sed Hispani. Sicilia uerò à ducis nomine: quanquã Thucydides dicat de Sicilia Italum regem uenisse, & ab eo esse Italiam appellatam. Hæc Seruius, illud Virgilij enarrans 8. Aeneid. 66,
Tunc manus Ausoniæ, & gentes uenêre Sicanæ. De hac, uide Sicilia.

¶ Sicanus,

¶ Sicanus, penul. in diff. Adiect. ut,
Aetna Sicana. Horat. Epod. 17. 7.
Fluctus Sicani. Virg. 10. eclog. 1.
Portus Sicani. Virg. 5. Aeneid. 5.
Saxo Sicano patientior. Propert. lib. 1. eleg. 15. 6.
Sicanius, Aliud adiect. (σικανὸς) ut,
Arenæ Sicaniæ. Ouid. 15. Metam. 56.
Populi Sicanij. Lucan. lib. 3. 36.
Sinus Sicanius. Virg. 3. Aen. 139.
Vrbes Sicaniæ. Lucan. lib. 3. 12.

Sicaris] Fluuius Hiſpaniæ Tarraconenſis, non procul Ilerda fluens, iuxta quem Cæſar Aphranij & Petreij exercitum ſiti ad deditionem compulit. Lucan. lib. 4.,
Heſperios inter Sicaris non ultimus amnes. Alij tamen hunc fluuium Sicorim malùt appellare, per quartam uocalem in media ſyllaba.

Sicarius] Vide Sica.

Sicca] Vrbs Numidiæ, Romanorum colonia, apud Plinium lib. 5. cap. 3.

Siccaneus, Siccatio, Siccesco] Vide Siccus.

Siccine] Vide Sic.

Siccus] Adiectiuũ (ξηρὸς, αὖος, ἀνύδρος, ἄφορος, καρφαλέος, ἄβροχος) Aridũ & ſine humore, inquit Nonius. Virgilius 5. Aeneid. 36.
Summa petit ſcopuli, ſiccaq; in rupe reſedit. Plaut. Curcul. 3. 24.,
Egón' ſalua ſim ſicca ſum ſiti?
Agri ſicci. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 3.
Arena ſicca. Virg. 1. Georg. 78.
Fauces ſiccæ fluminum. Virg. 4. Georg. 86.
Fœnores ſicci. Ouid. 1. Metam. 15.
Siccißima herba. Plin. lib. 16. cap. 40. 4.
Hyems ſicca. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 21.
Littus ſiccum. Virg. 3. Aeneid. 27.
Occelli ſicci. Propert. lib. 1. eleg. 16. 3.
Pedibus ſiccis currit ſuper æquora. Ouid. 14. Metam. 10.
Pocula ſicca. Tibull. lib. 3. eleg. 6. 4.
Puluis ſiccus. Ouid. 1. Triſt. eleg. 4. 10.
Senex ſiccus. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 56.
Sitis ſicca. Ouid. 4. Triſt. eleg. 7. 6.
Tempora ſicca æſtiui Canis. Tibull. lib. 1. eleg. 4. 2.
In ſicco: id eſt, extra aquam. Plin. libro 9. cap. 8. 8. Virg. 1. Georg. 73.

Siccus, Exercitus multo labore, uel ſobrius. Plaut. Aſin. 16. 7,
Præter alios meum uirum fui rati
Siccum, frugi, continentem, amantem uxoris maximè.
Cic. lib. 2. Acad. quæſt. Alius adultis, alius ſenibus, alius ægris, alius ſiccis, alius uinolentis. Ibid. lib. 4. 154, Dormientium & uinolentorum & furioſorum uiſa imbecilliora eſſe dicebas, quàm uigilantium, ſiccorum, ſanorum.

¶ Siccè. Aduerb. (ξυρῶς) Colum. lib. 6. cap. 12. 2, Maximèq; datur opera ne in aquam pedem mittat, & ut ſiccè ſtabuletur. Declarat ſeipſum Columella.

Siccè dicere, per translationem, quemadmodum & leiunè. Cic. in Orat. 147, Id uerò deſinant dicere, qui ſubtiliter dicunt, eos ſolos Atticè dicere, id eſt, quaſi ſiccè & integrè: & amplè, & ornatè & copioſè, cũ eadẽ integritate Atticorũ eſt.

¶ Siccitas, pen. cor. huius ſiccitatis, fœ. gen. (αὐαυσις, ξηρότης, ἀβροχία, αὐχμὸς, αὐχμὸς) Humoris uacuitas. Varro Cato, uel de Liberis educandis, Perſæ propter exercitationes puerile modicas eam ſunt conſecuti corpore ſiccitatem, ut neque ſpuerentur, neq; emungerentur, ſuffocatoq; corpore eſſent. Cicero ad Quint. fratrem, lib. 3. 17. 1, Aquamq; quam ij ducebant non longè à uilla bellè ſanè fluentem uidi, præſertim maxima ſiccitate, uberioremq; aliquanto ſeſe collecturos eſſe dicebant.

Siccitas, Firmitas, interprete Nonio. Cic. de Senec. 30, Nullo imbre, nullo frigore adduci ut capite operto ſit: ſummã eſſe in eo corporis ſiccitatem.

Siccitas orationis. Cic. 2. de Natur. deor. 2.

¶ Sicco, ſiccas (ἀζω, αὐαίνω, ξυραίνω, ξηραίνω) ſiccare, Sine humore efficere. Colum. lib. 2. cap. 2, Si humidus erit, abundantia uliginis antè ſiccetur ſoßis.

Calices ſiccare. Horat. 2. Serm. 6. 14.
Capillos rorantes ſiccabat. Ouid. 4. Faſt. 28.
Cruores ſiccabat ueſte. Virg. 4. Aeneid. 138.
Lachrymas ſiccauerat ardor. Ouid. 8. Metam. 94.
Lumina humida ſiccabat impreſſa lana. Propert. lib. 3. ele. 6. 4
Capreoli ſiccant uberа ouis. Virg. 2. eclog. 9.
Vulnera ſiccabat lymphis. Virg. 10. Aeneid. 167.
Siccari, infinitiuus pro nomine. Plin. lib. 13. cap. 7. 2, Cæſa ſtatim ſtagnis mergitur: hoc eſt, eius ſiccari.

¶ Siccatus, pen. prod. Particip. (ξηρανθεὶς) ut,
Fontes ſiccati. Ouid. 13. Metam. 150.

Siccatio, onis, ſ. g. Verbalè. Plin. lib. 34. cap. 13, Additur & in emplaſtra, quibus lenis quæritur refrigeratio & ſiccatio.

¶ Siccesco, ſicceſcis (αὐαίνομαι) ſicceſcere, à Sicceo, ſicces. Colum. lib. 12. cap. 28. 1, Fœnum Græcum uetere uino macerato: deinde in ſole exponito, aut in furno ut ſicceſcat.

¶ Siccoculus, Adiectiuum (ξηροφθαλμὸς) Plaut. Pſeud. 3. 75,
Genus noſtrum ſemper ſiccoculum fuit. Nomen uidetur à Plauto fictum, pro eo quod eſt, Siccis oculis: id eſt, nec lippis, nec lacrymoſis.

¶ Siccaneus, Aliud adiectiuum (ἐξημαιμαγὴς) Cui contrarium eſt irriguum & humidum, Quod eſt naturaliter ſiccum, uel quod nullo humore irriguum uel aſperſum eſt. Colum. lib. 2. cap. 17. 2, Eius prati animaduertimus duo genera: quorum alterum eſt ſiccaneum, alterum riguum. Ibidem, cap. 2. 3.

¶ Siccanus, pen. prod. Adiectiuum. Plin. lib. 16. cap. 17, de ulmorum generibus, Italia attineas uocat excelſißimas, & ex ijs ſiccanas præfert, quæ non ſint riguæ. Rem ipſam exponit Plinius.

¶ Siccificus, pen. corr. Adiect. Macrob. li. 7. Saturn. ad finem, Ineſt æri uis quædam remedialis & ſiccifica: id eſt, uloquuntur, deſiccatiua.

Sicelis] Vide Sicilia.

Sicendus] Lacus eſt Theſſaliæ, mutas habens ranas, quæ tamen aliò translatæ coaxant, uocalesq; fiunt. Plinius libro 8. cap. 58.

Sicenus] Inſula eſt, non procul ab Io, ſed ex Io ad occaſum nauiganti ea occurrit. Strab. lib. 10.

Sicera] ſiceræ, pen. corr. (σικέρα) Nuncupatur omnis potio apud Hebræos, quæ inebriare poteſt.

Sichæus] σιχαῖος, Didonis maritus, qui & Sicharbas dictus eſt, teſte Seruio apud Virgilium 1. Aeneid. 70.
Huic coniunx Sichæus erat ditißimus agri
Phœnicum, &c.

¶ Sichæus, Adiectiuum. Virg. 4. Aeneidos,
Non ſeruata fides cineri promiſſa Sichæus,

Sichem] σιχέμ, Filius Chanaam, qui ciuitatem ſui nominis ædificauit in Phœnice, quæ Sidon à Græcis appellata eſt.

Sicila] Sicilæ, in antiquo lexico exponitur σμίλαι, ἀρβύλαι, σμίλαι χαρτοτόμοι Sicilum, ξυλὸν πυκτικόν. Annotauit Turnebus.

Sicileo] ſiciles, pen. corr. ſiciliui: uel Sicilio, ſicilis, ſiciliui, ſicilitum (σκαλινομέω) ſicilire, Quæ malè ſecta ſunt ſecare: ut ſit, quum quid ſœniſeces prætereunt in pratis. Plin. lib. 18.

lib. 18. cap. 28. 2, Prata quoties ſecta ſint, ſicilire oportet: hoc eſt, quæ ſœniſeces prætereunt, ſecare. Varro 1. de Re ruſt. cap. 49. 2, Quo facto ſicilienda prata, id eſt, falcibus conſectanda quæ ſœniſeces prætermiſerunt, ac quaſi barba tuberoſum reliquerunt campum. A qua ſectione arbitror dictum, Sicilire pratum.

¶ Sicilimentum, ſicilimenti, Quod ſicilitum eſt. Cato cap. 5. 5, Item fœnum cordum, ſicilimenta de prato demito, eaq; arida condito.

Sicilia] σικελία, quod Ouid. 15. Metam. & Claudianus de raptu Proſerpinæ, lib. 1. confirmat,
——Trinacria quondam Italiæ pars una fuit.

Sicilia, à Siculo Neptuni filio dicta. Vel quaſi ſicilita, hoc eſt, execta. Nam olim agro Brutio, annexa, mox interfuſo mari Siculo auulſa. Ob hoc Græci Rhegio nomen dedere, quaſi auulſo. Virg. 3. Aeneid. 83. Plin. lib. 3. cap. 8, Sicilia quondã agro Brutio cohærens, mox interfuſo mari auulſa eſt. Nam Siciliam Italiæ, Cyprũ Syriæ, Eubœam Bœotiæ, Eubœæ Atalantẽ & Macrim, &c. creditum eſt: ut idem Plin. lib. 2. cap. 88. annotauit. Sicaniã etiam dictã eſt hæc inſulã, à Sicano rege, qui, ut Solinus & Capella ſcribunt, cum Iberica manu in eandem terram ante bella Troiana peruenit: deinde Siculus, Neptuni filius, à quo nomen commutatum: nam Trinacria dicta, quòd tribus promontorijs triangula eſt. Ouid. 4. Faſt. 84. Vel Triquetra, quòd trianguli figurani habeat huiuſmodi Δ. Quorum unus angulus, qui in Meridiem uergit, Pachynus dicitur: alter Pelorus, qui ad Septentrionem ſpectat, & ab Italia mille quingentis paſſibus diſtat: tertius Lilybæus, qui Carthaginem maximè ſpectare uidetur, & ab Africæ litoribus CXX. milibus paſſuum diſtare dicitur. Silius lib. 3,
Hinc Aetnæa cohors Triquetris quam miſerat oris
Rex Arethuſa tuis. Hæc ab Oriente & Occidente, Septentrioneq; Tyrrheno mari, à Meridie Africo alluitur. Patet: in longitudine à Peloro uſq; ad Pachynum, millia paſſuũ centum octogintà ſeptem: in latitudine centum octogintano uem. Hæc à principio, ut Iuſtinus ſcribit, Cyclopum patriã fuit: quibus extinctus, Aeolus regnum inſulæ occupauit. Virgilius 3. Aeneid. 114. Elegantißima eſt huius inſulæ deſcriptio apud Claudianum libro de raptu Proſerpinæ primo. Meminit & Lucret. lib. 1. Silius Italicus lib. 14. Polybius lib. belli Punici, 1. Diodorus lib. 6. & 16.

Sicilia optima inſularum omnium, antiquitate rerum cæteras antecellit. In ea ſunt Panormus, Cathana, Syracuſæ, undecima Olympiade condita. Præterea Meſſana, Eryx, & Leontium, Gorgiæ rhetoris patria. Ibi Arethuſa fons: Eryx & Aetna montes. In ea comœdia primùm inuenta. Hinc Archimedes natus, qui ſyderum diſciplinam machinatus eſt. In ea ſpecus Leſtrigonum, ubi habitabant, & Achates lapis inuenitur. Locorum uerò Siciliæ frequens eſt apud Ciceronem in Verrinis, Thucydidemq; lib. 6. mentio. Aliàs ex profeſſo Dionyſius, Strabo lib. 6. Plin. lib. 3. cap. 8. & multa ad eius imitationem Iulius Solinus.

¶ Sicelis, penul. corr. ſicelidis (σικελὶς) forma Græca à Sicilia fit. Virg. 4. eclog. 1,
Sicelides muſæ, paulo maiora canamus.

¶ Sicilienſis, poſſeßiuum, Qui in Sicilia uerſatur.

Sicilienſis annus (σικελιώτης) Cic. de claris Orat. 176, Intérim me Quæſtorem Sicilienſis excepit annus.

¶ Siciliſſo, ſiciliſſas (σικελίζω) ſiciliſſare, Sicula lingua loqui. Plaut. Menech. 2. 2,
Non Atticiſſat, ſed Siciliſſat.

¶ Siculus, penul. cor. (σικελιώτης) Qui è Sicilia eſt, uel incola uel indigena.

Laſciui & dicaces Siculi. Quintil. lib. 6. cap. 3. 29.

Siculus, Adiectiuum (σικελὸς) ut poeta Empedocles: Nam fuit Agrigentinus. Horat. in Arte, 94.
——Siculiq; poetæ Narrabo interitum.

Dapes Siculæ. Horat. 3. Carm. ode 1.
Montes Siculi. Virg. eclog. 2. 5.
Regiones Siculæ. Virg. 1. Aeneid. 8. & III.
Tyranni Siculi. Horat. 1. epiſt. 2. 12.
Per undas Siculas equitare. Horat. 3. Carm. ode 4. 9.

Siculum mare, Bocatio iambit Siciliam, à qua ita denominatur. Ab Occaſu Sardum habet, ab Aquilone Tuſcum, ab Oriente Ionium, à Meridie Africum. Hoc mare, teſte Strabone lib. 1. eadem cum Oceani æſtudrijs pati dicitur. Quolibet enim die ac nocte bis fluxũ alternat, ſicuti & Oceanus bis inundat, totiesq; recidit.

Mare Siculum purpureum Pœno ſanguine. Horat. 2. Carm. ode 12. 1.

Siculices] apud Gellium haſtæ ſunt, habentes ſpicula lata. Feſtus hunc Ennij uerſum affert,
Incedit miles uulgò ſiculibus latis.

¶ Sicilicum, ſicilici, penul. corr. (σικελικὸν) Duæ drachmæ. Plinius libro 13. cap. 15. 3, Tribus ſicilicis infrà quatuor pedes.

Sicimina] inquit Hyeronimus quidam interpretantur genus arborum, quæ Paleſtinæ in campeſtribus naſcuntur, quæ ſi non uellicentur, amatißimas cariculas faciunt, & à culicibus corrumpuntur. Nobis autem, inquit, quia ſolitudo in qua morabatur Amos, nullam huiuſmodi gignit arborem, magis uidetur rubos dicere, qui ferunt mora, & paſtorum famem ac penuriam conſolantur.

Sicinnius] dentatus (σικιννιὸς δέντατος) ſtrenuus bellator, qui ob ingentem fortitudinem Achilles Romanus appellatus eſt. Is pugnaſſe dicitur centum & uiginti prælijs. Cicatricem auerſam nullam, aduerſas quadraginta quinq; tuliſſe fertur. Coronis aureis octo donatus eſt. Triumphauit cum imperatoribus ſuis triumphos nouem. Vide Plinium libro 7. cap. 38. Item lib. 22. cap. 5.

Sicinnis] σίκιννις, ſaltationis Satyricæ genus, teſte Athenæo, à Sicinno inuentore, ſiue is barbarus fuit, ſiue Cretenſis, ita dictum: à quo & Satyri ipſi, Sicinniſtæ appellantur.

¶ Sicinniſtæ, genus quoddam tubicinum fuit, à Sicinnio ſic dictum, quod ſpecies ueteris ſaltationis fuit. Saltabundi autem canebant, quæ nunc ſtantes canunt. Poſuit hoc uerbum L. Accius in Pragmaticis, ut refert Gell. lib. 20. cap. 2.

Siclus] ſicli, maſc. gen. (τετράδραχμον) Hebræorũ numiſma, quatuor drachmas Atticas ualens, ut ait Ioſephus.

Sicoris] penul. corr. (σίκορις) Plinio lib. 3. cap. 3. Fluuius Hiſpaniæ, iuxta Ilerdenſes Surdaonum gentis. Lucanus libro 4. 3. & 67,
Heſperios inter Sicoris non ultimus amnes.

Sicrica] ritu, Romane ritu fœminæ facientes ſacrificium, ea capitа uelabant: ut tradit Varr. libro 4. de Ling. Latin. quanquam multo ueriſimilius eſt, Varronẽ ibi de rica loqui: locumq; librariorum incuria corruptum eſſe, qui duas dictiones, ſic rica, in unam contraxerint.

Sicubi] penul. corr. (ὅπου, εἴ ποθι) id eſt, Si alicubi. Terent. Eunuch. 3. 1. 13, ——tum ſicubi eum ſatietas
Hominum, aut negoci ſiquando odium ceperat,
Requieſcere ubi uolebat, quaſi, &c. Virg. 3. Georg. 67,
Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos.

Siculus] Vide Sicilia.

Sicunde] Aduerbium (ὅποθεν) Si alicunde. Liuius 6. belli Punic. 190, Nec Conſul Romanus tentandis urbibus, ſicunde ſpes

de spes aliqua se ostendisset, decrat. Cic. Attico, lib. 13. 285. 2, Sicunde potes eruere qui, &c.

Sicut] Sicuti, penul. cor. (ὡς, ὥσπερ, καθὰ, καθότι) Aduerbia similitudinis. Plaut. Rud. 22. 19,

Sic faciam sicut consilium est, ad herum ut ueniam. Ibidem, 24. 67,

Quibuscum paruа periit Athenis, sicut dixi. Idem Bac. 15. 69.

Sicuti, sic. Cicero 2. de Orat. 170, Reliquæ duæ sicuti sanguis in corporib. sic illæ in perpetuis orationibus fusæ esse debebūt.

Sicut & sicuti, interdum non res similes, sed diuersas & planè contrarias denotant: & ita in secundo membro ponitur. Quint. libro 10. cap. 1. 1, Sed hæc eloquendi præcepta, sicuti cognitioni sunt necessaria, ita non satis ad uim decendiuæ leant, nisi illis firma quædam facilitas, quæ apud Græcos ἕξις nominatur, accesserit. Idem lib. 1. cap. 3. 20, Sed sicut firmiores in literis profectus alit æmulatio, ita incipientibus atq; adhuc teneris iucundior eo ipso, &c.

Sicut, pro Vt. Cic. pro lege Manil. 17, Sinite hoc loco Quirites, sicut poetæ solent qui res Romanas scribunt, præterire me nostram calamitatem. Idem 1. Acad. 50.

Sicut, Tanquam. Cic. pro Rosc. Comœd. 18, Qui postea quàm è scena non modò sibilis, sed etiam conuicio explodebatur, sicut in aram confugit in huius domum, disciplinam, patrocinium, nomen. Quintil. lib. 10. cap. 1, Ennium sicut sacros uetustate lucos adoremus.

Sicut, habet nonnunquam uenustatem magnam atq; utilitatem in disponendo, quoties antecedentem annectit cum sequente sententiam. Quintil. in Procem. lib. 1, Sed nonnunquam ita desunt, ut bona etiam ingenij studiiq; corrumpant, sicut & hæc ipsa sine doctore perito, studio pertinaci, legendi, scribendi, dicendi multa & continua exercitatione per se nihil prosunt. Plin. lib. 7. cap. 19, Ferunt Crassum auū Crassi in Parthis interempti nunquam risisse, ob id ἀγέλαστον uocatum, sicut nec flesse multos.

Sicya] σικύα, Græca uox est, Medicis cucurbitam seu cucurbitulam significās, quæ materia exinaniendæ in corporibus humanis aptissima est. Vsus est Horatius ex Lambini sententia quæ & mihi fit uerisimilior, libro 2. epist ad Iulium Florum hoc carmine.

Quæ poterunt unquam satis expurgare sicyæ. Sensus est, Quibus cucurbitis satis expurgari potero: quæ cucurbitæ sanguinem uitiosum ex uniuerso meo corpore exhaurire poterunt, nisi melius esse putem dormire, quam uersus scribere. Est autem tralatio perpetua à corpore non sano, & corrupto, ad animi, ut ita dicam, insanitatem: qua significat, se parum sanæ mentis meritò uisum iri, si nunc uersus scribat potius quàm dormiat. Hactenus lectum est, cituræ mendosè prorsus.

Sicynus] σίκυος, Insula est non procul à Creta, una Sporadum, anteà Oenoe dicta, teste Plinio libro 4. capit. 12. A Strabone tamen & Stephano Sicenus appellatur, de quo antea scripsimus.

Sicyon] σικύων, Vrbs uetus Achaiæ, à qua Sicyonij: quorum uetustissimus rex Aegialeus terram illic latè tenuit, ut Pausanias in Corinthiacis refert. In Sicyone spectatissima quondam Occasionis imago extitit, authoris Lysippi, cuius erudita est apud Politianum in Miscellaneis explicatio. Regiuncula & ipsa Sicyonia dicta. E Sicyone Aratus ille fuit, cuius meminit in Catalogo præstantium uirorum Plutarchus. Iuxta Sicyonē Asopus fluit, olea lauroq; uirens. Vnde Virg. 2. Georg. 104,

Venit hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis.

¶ Sicyonem, fuisse officinarum omnium metallorum patriam, Plin. lib. 36. cap. 1. scribit, In ea etiam, Cicerone teste, molles & muliebres calcei confici solebant. Vnde Sicyonia calcamenta dicta sunt. Lucil. in Satyr.

Et pedibus læua Sicyonia demit honesta. Cic. 1. de Orat. 128, Sed, inquit, ut si mihi calceos Sicyonios attulisses, nō uterer, quanuis essent habiles & apti ad pedem, quia non essent uiriles: sic illam orationem disertam sibi & oratoriam uideri, fortem & uirilem non uideri.

Oliuifera Sicyon. Ouid. in Ibin, 64.

Pulchra Sicyonia. Lucret. lib. 4. 227.

¶ Sicyonia, Calcei Sicyonij. Lucret. lib. 4.

Sida] æ: siue Side, es (σίδη) Pamphiliæ urbs, teste Plinio libro 5. cap. 27. & Pomponio Mela, libro 1. in descriptione Pamphiliæ.

Sidenum] Flumen, quo alluitur oppidum Polemonium in Themiscyrena regione, ab Amiso CXX. M. pass. distans. Inde,

Sideni, Populi. Author Plin. lib. 6. cap. 4.

Siderari, Sideratio, Sideratus, Sidereus] Vide Syderari, Syderatio, Syderatus, Sydereus.

Siderites] sideritis, penul. prod. m. g. (σιδηρίτης) Adamantis genus. Plin. lib. 37. cap. 4. 4, Post hunc est siderites ferrei splendoris, pondere ante cæteros, sed natura dißimilis. Nam & ictibus frangitur, & alio adamante perforari potest: quod & Cyprio euenit: breuiterq; ut degeneres, nomnis tantùm authoritatem habent. Vide Dioscoridem libro 4. cap. 27.

Siderites, Herba, siue Sideritis, penul. prod. de qua Plin. lib. 25. cap. 17. 12. Vide Helxine.

Siderites, Gemma ferro similis: litigio illata discordias facit, ut ait Plin. lib. 37. cap. 10. 39.

Sideron] heracleon (σιδήριον, ἡρακλεῶν) Herba est ab Hercule inuenta, caule tenui, digitorum quatuor altitudine, flore puniceo, foliis coriandri, iuxta amnes & lacus nascens, & omnia uulnera ferro illata sanans. Plin. lib. 25. cap. 4.

Sideropoecilos] quæ Siderites, ferro similis gemma, litigio illata discordias facit: quæq; nascitur in Aethiopia, Sideropoecilos ex ea fit uariantibus guttis. Plin. lib. 37. cap. 10.

Sidetani] Populi sunt Africæ, qui oras Carthaginensium occupant. Strabo lib. 3.

Sidicinum] σιδικινών, Appullorum Dauniorum ciuitas mediterranea, quod & Teanum dicitur, teste Plinio libro 3. cap. 5. De Teano uide Ptolemæum lib. 3. cap. 1.

¶ Sidicinus, penul. prod. Adiectiuum (σιδικινὸς) ut, Sidicina bella, apud Silium lib. 11. 35.

Sido] sidis, priore producta, sedi, sessum (ἱζάνω, καταφέρομαι, ὑφίσταμαι) sidere, mutuatur præteritum à Sedeo, Deor sum tendere significat. Oua plena sidunt in aquis. Aues sidunt, quum ad quiescendum in arbore, deuolant. Virg. 6. Aeneid. 41,

Sedibus optatis, gemina super arbore sidunt. Plin. lib. 6. cap. 22. 2.

Sidere ad ima uasis. Plin. lib. 12. cap. 25. 8.

Sido habet proprium præteritum, nempe Sidi, apud Columel. lib. 12. cap. 24. 1, Deinde patiemur picem considere, & quiescere, aquam eliquabimus.

¶ Sidens, Participium ut, Sidens fundamentum imperij: id est, debiscens, metaphoricōs dicitur à Plinio lib. 15. cap. 18.

¶ Sedimentum, sedimenti (ὑπόστασις) Subsessio, cum moles subsidunt. Plinius lib. 36. cap. 10. 2, Siue urbis tremoribus ibi tantùm gnomone intorto, siue inundationibus Tyberis sedimento molis facto. Budæus.

Sidon] σιδών, Vrbs Phœnicis insignis Chananæorum ad Aquilonem respiciens, & postea regionis Iudæ. Hanc Phœnices, ut

nices, ut quidam aiunt, condidêre: qui terræmotu, relicto patrio solo, Assyrium stagnum primò, mox mari proximū litus incoluêre, condita ibi urbe, quam à piscium ubertate Sidona uocauêre, eo quòd tali nomine pisces uocent. Sed deiñ de post multos annos expugnati ciues sunt, qui nauibus appulsi, Tyron urbem anno Troianæ cladis condiderunt. Hinc Eustathius à Sida Beli filia dictam putat. Iosephus à Sichem, filio Chanaan, quæ apud Hebræos etiam Sichem uocatur. Hinc,

¶ Sidonius, Possessiuum (σιδώνιος) ut, Vestis Sidonia, id est purpurea. Et licet do syllabam correptam habeat, ut apud Virgil. 4. Aeneid. 15,

Sidoniasq; ostentat opes. inuenitur tamen quandoque producta, ut apud eundem 1. Aeneid. 124,

Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido. Sicut in primitiuo, i Aeneid. 125,

—Teucrum memini Sidonia uenire.

Chlamys Sidonia. Virg. 4. Aeneid. 27.

Equus Sidonius. Virg. 5. Aeneid. 115.

Mœnia Sidonia. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 16.

Ostro Sidonio fūget. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 6.

Vrbs Sidonia. Virgil. 1. Aeneid. 137.

¶ Sidonis, Patronymicum f. g. pro gentili (σιδωνὶς) Ouid. 5. Fast. 122,

Sidoni sic fueras aspicienda Iouī.

¶ Sidonij (σιδόνιοι) populi Sidonis urbis. De Sidonijs & Tyrijs scribit Iustinus lib. 18.

Sidrona] σιδρῶνα, Ptolemæo libro 2. capit. 17, Dalmatiæ urbs, alijs Stridon. a, uulgo Sdrigna: S. Hieronymi patria.

Sidus] sideris. Vide Syduś.

Sidus] siduntis (σιδὼς) Oppidulum est in agro Megarēsium, Plinius libro 4. cap. 7. Hinc deducitur gentile Siduntius, σιδύντιος, Stephano.

Sifilare] inquit Nonius, quod nos uilitatem uerbi uitantes, Sibilare dicimus: Et est maledica uocis significatio, uel contumeliosa populariū, cum sifilationibus quis explodituř. A Græco ducere originem inuenimus. Huius rei author est Homerus Iliad. 14, Αλλ' ὁ μὲν ὥς ἀπὸ λωτοῦ θόρε δὲ ἑ σιφλώσειε. Hæc Nonius.

¶ Sifilator, oris: sifilatores olim dicebantur sibilatores: & sifilare, quod nos sibilare dicimus, σιφλώσειν. Nonius. Nos Græcismo retento Gallicè Sifler dicimus.

Siga] σίγα, Ciuitas, colonia Mauritaniæ Cæsariensis: authore Ptolemæo lib. 4. cap. 2.

Sigæum] σίγειον, Troiæ promontorium. Seruius, Duo sunt, inquit, Troi e promontoria, Rhœteum & Sigæum: quod dictum est propter Herculis taciturnitatem, qui prohibitus hospitio simulauit absessum, & inde contra Troiam per silentium uenit, quod dicitur σιγῇ. Hactenus Seruius, enarrans illud Virgilianum 2. Aeneid. 63;

—Sigæa igni freta lata relucent. Suidas dicit Sigæum esse urbem Troadis: à qua Sigæus & Sigæum promontorium.

¶ Sigæus, Adiectiuum (σίγαιος) ut, Littora Sigæa. Ouidius 4. Fast. 56.

¶ Sigeius, Aliud adiectiuum quadrisyllabum (σιγάϊος) ut, Telus Sigeia. Ouid epist. 1. 7.

Sigillum] Sigillare. Vide post Signum.

Sigillatim] Vide Singulus, Adiectiuum.

Sigius] Mons Galliæ Narbonensis, à quo sinus Gallicus incipit. Strabo lib. 4. Vernaculo idiomate dicitur, Puech, ou Puide Sete.

Siglum] sigli: uel sigla, æ: & in plurali sigla, uel siglæ, Notæ sunt, quibus uti librarij in scribendo solebant. Vtitur Iustinian. in Const. P. priore, Bud. authore, §. ne autē, Nec etenim (inquit) per specialia sigla numerorum manifestari, sed per literarum consequentiam explanari concedimus. Et in Constit. omnem. §. illud autem, Nemo (inquit) audeat eorum qui libros conscribunt, sigla in his ponere, & per compendium ipsi legum interpretationi uel compositioni maximum adferre discrimen. Idem in Const. tanta. §. hoc autem. uersic. eandem, Eandem autem (inquit) pœna falsitatis constituimus & aduersus eos, qui in posterum leges nostras per siglorum obscuritates ausi fuerunt conscribere, omnia enim, id est & nomina prudentium, & titulos, & librorum numeros, per consequentiam literarum uolumus, non per sigla manifestari, ita ut qui, &c.

Sigma] sigmatis, penul. corr. neu. gen. (σίγμα) Mensa exculta, quæ sex caperet conuiuas, in similitudinem elementi Græcanici facta, spirisq; inuoluta. Lampridius de Heliogabalo, Primus inuenit sigma in terras sternere. Idem, Vt de croco sigma strauerit, quum summos uiros uocaret ad prandium.

Signia] σήνια, Plinio libro 5. cap. 29. mons est, in cuius radicibus sita est Apania.

Signini] pen. prod. (σιγνῖνοι) Populi Italiæ, de quibus Plin. lib. 3. 5. 28. Vnde,

¶ Signinus, penul. prod. Adiectiuum (σιγνῖνος) ut, Signinum opus, quod confractis testis addita calce conficiebatur. Columel. libro 1. cap. 6. 7, Cuius solum terrenum prius quàm consternatur perfossum, & amurca recenti non falsa madefactum, uelut Signinum opus, pauciculis condensatur. Idem lib. 8. cap. 17.

Signinum uinum. Celsus lib. 4. capit. 5, Potui quidem aptissimū est uinum frigidum, uel certè bene calidum meracum, potissimum Rheticum uel Allobrogicum, aliudue quod & austerum, & resina conditum est: si id non est quàm asperrimū maximeq; Signinum. Eadem quoq; ratione Signina pyra decebantur. Iuuen. Satyr. 11. Plin. libro 15. cap. 15. 3, Patriæ nomina habent ferißima omnium amerina, &c. & in ijs Tarentina, Signina, quæ alij colore testacea appellant.

Signum] signi (σημεῖον, ἀδίαμα, ἴνσιγμα, σῆμα, σημεῖα, σύσσημος, σύμβολον, τέγμωσις, χαρακτήρ) Est parua quædam significatio, indicans totius rei qualitatem, inquit Donatus. Terent Andr. 5. 3. 7,

Vide num eius color pudoris signum usquàm indicat?

Signa ad salutem, Salutis prognostica. Terent. Andr. 3. 2. 2.

Morborum causæ & signa. Virg. 3. Georg. 88.

Mortis signa, Prognostica mortis. Lucret. lib. 6. 238.

Clarum signum. Vide Clarus.

Dubia signa. Virg. 4. Georg. 51.

Immutabilia signa. Quintil. lib. 5. cap. 10. 54.

Insolubile signum. Quintil. lib. 5, cap. 9. 3.

Magnum signum, Argumentum. Vide Magnus.

Pastorale signum. Vide Pastor.

Colligere aliquid signis. Quintil. lib. 3. cap. 6. 22.

Comprehendere signis. Vide Comprehendo.

Conuenerat id signum. Vide Conuenio.

Signa tibi dicam, tu condita mente teneto. Virg. 3. Aeneid. 78.

Dicere aliquid signo. Ouid. 15. Metam. 120.

Manifesta signa dare. Ouid. 5. Metam. 94.

Dare signa quamobrē. Cic. 7. Verr. 140. Ouid. 2. Metam. 90,

Sed silet, & læsi dat signa rubore pudoris.

Dare signum militibus. Terent. Eunuch. 4. 7. 11.

Tacitum dat tessera signum. Silius lib. 15. 94.

Intenti signum expectant. Virg. 5. Aenei. 37. Intelligit signum, quod certaturis solet dari.

Coniecturam facere ex signis. Terent. Adelph. 5. 3. 36.

Loqui nutu & signis. Ouid. 4. Metam. 13.

Ponere signa nouis præceptis. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 1.
Solem certissima signa sequentur. Virg. 1. Georg. 88.
Signi id erit, me, & c. Cic. pro Rosc. Amer. 51.
Signum, Quo quid consignamus uel obsignamus & notamus, quod & Sigillum dicitur. Cicero pro Quintio, 13, Tabulæ maximæ signis hominum nobilium consignantur.
Adulterina signa. Vide Adulter.
Signis impressis pacta conuenta q; custodire. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 15.
Imprimere signum pecori. Virg. 1. Georg. 53.
Signum, Quod ad tabernas solet suspendi. Quintil. lib. 6. cap. 4, Tabernæ autem erant circa forum, ac scutum illud signi gratia positum.
Signa, dicuntur sculptilia, siue fusilia, ad effigiem animaliũ, uel aliarum rerum fabricata. Plaut. Rud. 14. 2,
Hîc in fano Veneris signum flentes amplexæ tenent. Cic. de signa Cupidinis loquens, in Verrem, act. 6, In auctione signum æneum non magnum H-S. CXX millibus uenire non uidimus? ibidem, 3. 31, Delum uenit: ibi ex fano Apollinis religiosissimo noctu clàm sustulit signa pulcherrima atque e antiquissima, caq; in onerariam suam nauem cocijciendа curauit. Liuius 2. ab Vrbe, 178, Signum inde sactum esse, & inscriptum, Ex Cassia familia datum.
Signis aspera pocula, quæ & Sigillata dicebantur, hoc est, signis decorata & ornata: qui antiquorum mos fuit. Virgil. 9. Aeneid. 53.
Cymbia argento perfecta, atq; aspera signis. Virg. 3. Aene. 54.
Aenea signa. Horat. 2. epist. 1. 50.
Dædala signa. Lucret. lib. 5. 281.
Nobile signum. Ouid. 3. de Arte 45.
Stabunt & Parij lapides, spirantia signa. Virg. 3. Georg. 8.
Exculpere signum. Quintil. lib. 2. cap. 19. 3.
Factum de marmore signum. Ouid. 14. Metam. 63.
E marmore Pario formatum signum. Ouid. 3. Metam. 84,
Sic ubi tolluntur festis aulæa theatris,
Surgere signa solent, primumq; ostendere uultus. Ouid. 8. Metam. 23.
Signum, Vexillum: ab effigie animalium quæ in uexillis fieri consueuerunt. Lucan. lib. 1. 2,
——infestisq; obuia signis.
Signa: pares aquilas, ac pila minantia pilis. Cicero pro M. Fonteio, 28, Ac infestis propè signis inferuntur Galli in Fonteium, & instant atq; urgent summo cum studio. Horat. 1. epist. 19. 11,
——Cantabrica bella: tulisti
Subduce, qui templis Parthorum signa refixit.
Militaria signa. Horat. Epod. 9. 3.
Minantia pugnam signa. Lucan. lib. 6. 2.
Abesse à signis. Vide Absum.
Attollere signa. Vide Attollo.
Canere signa. Vide Cano.
Conferre signa. Vide Confero.
Conuertere signa. Vide Conuerto.
Infælicia signa defigunt uallo. Silius lib. 7. 124,
Efferre belli signum. Virg. 8. Aeneid. 1.
Aspice Torquatum, & referentem signa Camillum. Virgil. 6. Aeneid. 165.
Reuellere signa. Lucan. lib. 7. 16.
Castris signa uellere. Virgil. 4. Georg. 22.
Signum, pro Ostento & augurio. Cic. 1. de Diuin. Equus eius repentè cóciditi: nec eam rem habuit religioni, obiecto signo ut peritis uidebatur, ne committeret prælium. Budæus.
Prospera signa. Ouid. epist. 18. 31.
Signum, pro Sydere, Ouid. 13. Metam. 125,

——quum sol duodena peregit Signa.
Orientia signa noctis. Virg. 7. Aeneid. 28.
Rabiosi tempora signi, Dies caniculares, Horatius 1. Serm. Satyr. 5. 26.
Splendida signa, Astra. Lucret. lib. 4. 91.
Vaga signa. Ouid. 1. Fast. 62.
Nox cælo diffundere signa parat. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 2.
Obitus signorum speculari. Virg. 1. Georg. 52.
Ortus signorum suspicere. Virg. eclog. 9. 9.
¶ Sigillum, Diminutiuum (σφραγίδιον, σήμαντρον) Paruum signum. Cicero 6. Verr. 43, Appositi patellam, in qua sigilla erant egregia. Apud Martialem libro 14. 187, titulus est, Sigillum Giberi fictile.
Perparuula sigilla. Vide Perparuulus.
Imprimere sigilla annulo. Vide Imprimo.
Grata sigilla pudico. Horat. 1. epist. 21. 1,
Odisti claues & grata sigilla pudico. Horatius dicit librum suum non optare ut includatur, & non amare esse sub sigillo, quod uerecundi solent.
¶ Sigilliola, diminutiuum à sigillis. Est autem sigilliolum, si quid Arnobio lib. 6. disputationum Christianarum aduersus gentes, credimus, paruum signũ, aut simulachrum effigies, idolum. Ait Arnobius, Abstinetis à risu, cùm pro dijs immortalibus sigilliolis hominum formis supplicatis humanis. Quinimò Deos esse sigillaria ipsa creditis.
¶ Sigillo, sigillas (σφραγίζω, χαπισφραγίζω) Sigillare, Sigillum alicui rei apponere. Vnde Scyphi sigillati dicuntur, emblematis & incrustamentis ornati. Cicero 6. Verr. 27, Accurrit Veneriis: iubet me scyphos sigillatos ad Prætorem statim afferre. id est, in quibus erant sigilla. ut ibidem, Patellæ grandes cum sigillis ac simulachris deorum.
Sigillare, Claudere. Varro, Coutrà, lex minus impia est, ne filij parentibus luce sigillent oculos.
¶ Sigillatus, penul. prod. Participium (ισφραγισμένος) Cic. ad Atticum, lib. 1. 6, 5, Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli posim in cludere, & putealia sigillata duo. Alij legunt, sigilla.
¶ Sigillaris, & hoc sigillare, pen. prod. Quod ad sigillum pertinet. Vnde Sigillaria opera dicuntur paruæ imagines fictilibus descriptæ: dicta à sigillis, id est paruis signis.
¶ Sigillaria, plurali numero (σιγιλλάρια) Viculi erant Romæ, ubi sigilla uendebantur. Gel. lib. 5. cap. 4. Apud sigillaria fortè in libraria, ego & Iulius Paulus poeta, uir memoria nostra doctissimus, consederamus. Idem libro 2. capit. 3, Ostendisse mihi librum Aenеidos secundum mirandæ uetustatis, emptum in Sigillaris XX. aureis.
¶ Sigillaria (σιγιλλάρια) Dies festi Saturnalibus additi, ut testatur Macrobius libro 1. Saturn. cap. 10. ad finem. In his sigilla, id est parua signa mittebãt amici, ut in Saturnalibus cereos. Originem eorum describit Macrobius 1. Saturnal. cap. 11. & 7. multis uerbis explicat Suetonius in Claudio, cap. 5, Tiberius patruus petenti honores, Consularia ornamenta detulit. Sed instantius legitimos flagitanti, id solum codicillis rescripsit, quadraginta aureos in Saturnalia, & Sigillaria mississe ei.
¶ Signifer, penult. corr. (φορός) Qui fert signa, quasi uexillifer. Cic. 4. Tuscul. 88, Et quidem ipsam illam iram Centurio habeat aut signifer, uel cæteri, de quibus dici non necesse est, ne rhetorum aperiamus mysteria. Idem 1. de Diuin. 131. Ouid. 2. Amor. eleg. 12. 3,
Ipse eques, ipse pedes, signifer ipse sui.
Sæuus signifer. Stat. 10. Thebaid. 110.
Puppis signifera. Lucan. lib. 3. 111.
Polus signifer. Lucan. lib. 3. 5.

Crater si-

Crater signifer, Ornatus signis. Valer. 1. Argon. 69.
Signifer dicitur circulus, in quo XII. signa sunt, qui Græcè Zodiacus appellatur, ab effigie animalium quæ in eo sunt. Plinius lib. 2. cap. 4. Cic. 2. de Nat. deor. 77, Infra autem hanc stella Mercurij est, quæ anno ferè uertente, signiferum lustrat orbem. Idem 2. de Diuin. 133, Vim quandam esse aiunt signifero in orbe, qui Græcè ζωδιακὸς dicitur.
¶ Signo, signas (σήμω, σημαίνω, τυπόω, χαράσσω) signare, Signum imprimere. Virgil. 3. Georg. 35,
——& summo uestigia puluere signent.
Area signabitur nostro curru. Ouid. 1. de Arte, 8.
Cera signatur figuris. Ouid. 13. Metam. 34.
Humum signare limite. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 9.
Mœnia aratro signat Romulus. Ouid. 4. Fast. 165.
Nomina signata saxo. Ouid. 8. Metam. 108.
Carmine saxum signare. Ouid. 2. Metam. 66.
Signare argentum, Signo alicuius principis honestum reddere & approbare. Cic. ad Plancum, lib. 13. 36. 3.
Imago signatur titulo. Ouid. epist. 2. 15.
Signare ex auro denarium. Plin. lib. 33, cap. 3. 4.
Signare in animis. Cic. 4. Acad. 128.
Signare, ostendere, signo indicare. Plaut. Cistel. 10, 29,
Eccam locum signat, ubi ea excidit. Idem,
Hic meretricem deperit, signat tamen se eam non amare.
Oculis signari. Virgil. 12. Aeneid. 1.
Diem signare honore celebri. Ouid. 5. Fast. 95.
Signare numeris, Versibus declarare, & exprimere. Colum. lib. 1. cap. 3. 8.
Carmine rem signare. Virg. 3. Aencid. 58.
Verba signare. Quint. lib. 2. cap. 14. 2.
Signare appellatione aliquid. Quintil lib. 4. cap. 1. Idem libro 6. cap. 3, Et ut proximè utriusq; differentiam signem, illud comœdiæ, hoc tragœdiæ simile.
¶ Signandus, Participium (σημειτέος) ut, Iura signãda. Propert. lib. 3. eleg. 20. 3.
¶ Signatus, pen. prod. (σφραγισθείς) Participium. Vlpian. De rebus eorum qui sub tutela uel cura sunt, l. ad testium, Signatas tabulas accipi oportet, etsi linteo quo tabulæ inuolutæ sunt, signa impressa fuerint. Iuuen. Satyr. 14. 14.
Pectus signatum sanguine. Ouid. 2. de Arte, 77.
Tubellis signatis mandare aliquid. Tibull. lib. 4. eleg. 7. 2.
Cicatrix signata in stirpe. Virg. 2. Georg. 77.
¶ Signatus (σεσημασμένος) pro Insigni aliquando captum à ueteribus legitur: unde Signatam uirginem dicebant, quasi insignem uirginitate, & integram, ut ait Nonius. Plautus,
Negat se puellam signatam donum reuersuram. Lucil. lib. 29,
Primam Chrysicum negat signatum reddere.
¶ Signatè, pen. prod. Aduerbium. Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 7. Qui propriè & signatè locuti sunt. Eadem omnino uerba sunt apud Gellium lib. 2. cap. 6.
¶ Signatio, Verbale. Tacitus de Oratore, Sed primum hoc rogabo, quos uocetis antiquos, quam oratorum ætatem signatione ista determinetis.
¶ Signator, penul. prod. Verbale (σημαντωρ, σφραγιστὴς) Qui testamentis signandis adhibetur. Sallust. in Catil. Ex illis testes, signatoresq; falsos commodare. Suet. in Tyber. cap. 23, Illatum deinde Augusti testamentum, non admissis signatoribus nisi Senatorij ordinis.
¶ Signatorius, Adiectiuum (σφραγιστικὸς) Quod signat, seu quo ad signandum utimur. Paulus iureconsultus, Annulus signatorius ornamenti appellatione non continetur.
¶ Signatura, signaturæ, pen. prod. Sueton. in Nerone, cap. 17. Cautum, ut in testamẽtis primæ duæ ceræ testatorum modo nomine inscripto, uacuæ signaturis ostenderentur.
¶ Significare, pro Significare. Metianus l. 65. §. 3. D. ad S. C. Trebel. Nam si auditus capaces sunt, uel interrogati nutu possint significare, uelle se periculo suo hæreditatem adire.
¶ Significo, Significas, penul. corr. (σημαίνω, μηνύω, ἐνσημαίνομαι, ἐπιστέλλω, καταστέλλω) significare, Signum facere, sine per signa notũ facere, demõstrare. Plaut. Trucul. 17. 12,
Etenim sic istuc uolo: ne inter uos significetis, ego ero paries.
Significare & annuere. Cic. 5. Verr. 183.
Res significanda per gestum. Ouid. 5. Trist. eleg. 11. 8.
Significare, Ostendere. Cic. pro Roscio Amer. 59, Quid hæc tanta cita celeritas festinatioq; significat?
Significare & apertè ostendere. Cic. 4. Verr. 105.
Significare clarè. Cæsar 7. bel. Gal. 9.
Significare aliquem in appellando. Cic. pro Fonteio, 24.
Significare per literas. Cic. ad Attic. lib. 1. 7. 3.
Significare si. Cic. pro Rosc. Amer. 33.
¶ Significor, patiendi uerbum pro actiuo Significo posuisse ueteres, testis est Gellius lib. 18. cap. 12.
¶ Significans, penul. corr. (σημαίνων) Nomen ex participio. Quintil. lib. 8. cap. 1, Quo nihil inueniri potest significantius. Idem lib. 4. cap. 2, Verbis proprijs & significantibus. Et lib. 9. cap. 2, Dilucidæ & significans descriptio.
¶ Significanter, Aduerbium (σημαντικῶς) Quod uulgus intelligibiliter dicit, uel notabiliter. Quintil. lib. 6. cap. 3, Non parum significanter etiam illa in scholis ἕῶν dixerimus.
Dicere significanter atq; ornatè. Quintil. lib. 1 cap. 7. 16.
Disponere significantius. Quintil. lib. 3. cap. 6. 48.
¶ Significantio, Significationis (σημασία, ἔμφασις) Verbale, Indicatio, indicium. Author ad Herenn. lib. 4. 166, Exclamatio est, quæ conficit significationem doloris.
Inueterauit aliena uerbi significatio. Vide Inuetero.
Significatio uirtutis uel probitatis. Cic. de Amic. 45.
Significatio aduentus, Declaratio. Cæsar 6. bel. Gal. 104.
Iacere significationes. Vide Iacio.
Significatio (μήνυσις) Nuncium. Cæsar 1. bel. Ciuil. 331, Id uerò militibus fuit pergratum & iucundum, ut ex ipsa significatione potuit cognosci.
Vno nuncio, atq; una literarum significatione, ciues Romanos necandos, trucidandosq; denotauit. Cic. pro lege Manil. 4.
Significatio magna fit, non adesse constantiam. Cic. Offic. 183.
¶ Significatiuus, pẽ. prod. Adiect. Vlp. in l. ubi autem in princ. D. de uerb. obligat. Quo fit, ut boni appellatio non sit certæ rei significatiua. Paulò pòst, Quæ res efficit, ut ea appellatio certi significatiua sit.
¶ Significatus, huius significatus, pen. prod. (σημείωσις) Idem quod significatio. Plin. lib. 18. cap. 25. 13, Ipsi dies rarò non aliquos tempestatum significatus habent. Idem libro 2. cap. 25. 1, Acontiæ iaculi modo uibrantur ocyssimo significatu. Et lib. 18. cap. 31. 2, Vehementissimo significatu.
Sigouesus] Vide Ambigatus.
Sigrium] Promontorium est, Lesbiæ regionis initium. Strabo lib. 13.
Sil] Silis, neut. gener. Genus pigmenti, luteum colorem, quemadmodum ochra reddens. Plin. lib. 33. cap. 22. 7, In argenti & auri metallis nascuntur etiamnum pigmenta, sil, & cæruleum. Sil propriè limus est. Optimum ex eo quod Atticum uocatur. Ibidem, cap. 13. 1, Sile pingere primi instituêre Polygnotus & Mycon, Attico duntaxat.
¶ Silaceus color, apud Plinium libro 35. cap. 6. 2. hoc est, sile compositus & luteus.
Sila] Mons est syluæ Lucaniæ. Virg.
Ac ueluti ingenti Sila summõue Taburno. Sallust. de

fugitiuis, In sylua Sila fuerunt. Hinc quod apud Cicero. in Bruto scribitur, Nam cum in sylua sua ita facta cædes esset, &c. procul dubio inquinatum est, & fortassè ex supradictis, cum in sylua Sila facta cædes esset, scribendum est. Non me latet, alios emendare, cum in sylua Scantia, &c. Ex Turnebo.

Silacení] qui sint, uide Strabonem libro 16. & in dictione Sagapeni.

Silanion] statuarius, cælator. Plin. lib. 34. cap. 8.

Silanius] σιλάνιος, Mons Hyberniæ insulæ altissimus, à Silanio rege in uertice eius sepulto dictus.

Silanus] Tubus & fistula dicitur, è quibus erumpit aquæ. Lucret lib. 6, proq; uoluta.

Corpora silanos ad aquarum strata iacebant.

Silarus] σίλαρος, uel Silaris, penul. cor. Lucaniæ amnis: cuius hæc natura est, ut in eum non nisi gulta modò immersa, uerùm & folia lapidescunt: aliàs salubris potus eius aquæ. Plin. lib. 2. cap. 103. Silius item Italicus lib. 8. 116, Hoc amne Lucanus ager terminatur. Virg. 3. Georg. 30,

Est luco Silari circa, ilicibusq; uirentem,
Plurimus Alburnum uolitans, &c.

Silatum] Antiqui (inquit Festus) dicebant, quod nunc ientaculum dicimus, eo quòd tum ieiuni uinum Sili herba condîtum absorbebant ante meridiem.

Silaus] ut nonnulli apud Plinium legunt libro 26. capit 8. Herba est in perennibus & glarcosis riuis nascens, apij similitudine. Hermolaus tamen in castigationibus Plinianis, exemplaris corrupta asserit: contendit q; lauer esse legendum: sumitq; lauer pro ea herba, quam uulgus creßionem uocat. officinæ Betulam: Sium appellat Dioscorides, lib. 2. cap. 119.

Silę] silis, Herba, quam alio nomine Sesolim σέσελι, uocant: cuius uel radice uel semine uinum condiebant, quod ante meridiem sumere mos erat: propterea Silatum antiqui dixêre, quod nunc ientaculum dicimus. Festus. Dioscorides libro 3. capit. 5, Seseli Massiliense folia fœniculi habet, crassiora: caulem uegetiorem: umbellam anethi, in qua semen oblongum, anguloſum: degustanti statim acre. radix longa est, iucundi odoris, &c. Et paulo post: Semen cum uino potum. concoquit, & tormina discutit.

Sileni] Populi sunt Indiæ accolentes, authore Plin. li. 6. ca. 20.

Silenus] penul. prod. (σίλανος) Bacchi nutritius, uel pædagogus. De quo Virgilius ecloga 6. 3.

Famulusq; dei Silenus alumni. Horat. de Arte, 49.

Nysigeni Sileni. Catul. Argon. 59. 51.

Pater Silenus. Propert. lib. 3. eleg. 3. 6.

Sileo] siles, silui (σιωπάω, σιγάω) silere, dicitur qui nondum cœpit loqui. Frequenter præpositioni De adiungitur. Cicero 6. Verr. 72, Me non solum silere de uestris monumentis oportebit, sed etiam lætari, &c. Plinius lib. 16. cap. 21. 2, Idq; mirum est, Græcis authoribus proditum, apud nos posteà sileri.

Muta silet uirgo. Ouid. 10. Metam. 78.

Facili culpam silere. Ouid. 2. Trist. 42.

Causa mala silenda est. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 29.

Ille nefastus erit per quem tria uerba silentur. Ouid. 1. Fast. 10. Vide Verbum.

Et nunc omne stratum silet æquor. Virg eclog. 9. 12.

Silent inter arma leges. Cic. pro Milone, 7.

Iura silent. Ouid. ad Liuiam, 38.

Leges bello siluêre coactæ. Lucan. lib. 1. 57.

Loca latè silent. Virg. 9. Aeneid. 39.

Silent Musæ Varronis. Cicero 1. Acad. 4. hoc est, Nihil sc. ibit, nihil edit, Varro.

Sileo uerbũ facere. Hirtius de bello Hispan. Vnus ex nostris respondit, ut sileat uerbũ facere pro, Ne uerbũ faciat. Rarum.

¶ Siletur, penul. prod. impersonale. Terentius Phorm. 5. 2. 13, De iurgio siletur. Cic. ad Brutum lib. 11. 6. 4, Nefas esse duxi, aut ita haberi Senatum, ut de tuis diuinis in Remp. meritis sileretur, aut, &c.

Sileatur ille, apud Plinium epist. 175, Quisquis ille, qualiscunque, sileatur: quem insignire, exempli nihil: non insignire, humanitatis plurimũ refert. Plin. maior, lib. 12. in Procem. 1, Nullum sileatur rerum naturæ opus.

¶ Silens, silentis (σιγῶν) Participium, siue Nomen ex participio:

Mox etiam lemures animas dixêre silentum. hoc est, Mortuorum. Ouid. 5. Fast. 97.

Anni silentes. Vide Annus.

Cœtus silentium. Ouid. 15. Metam. 14.

Concilium silentum. Virgil. 6. Aeneid. 87.

Sedes silentum. Ouid. 15. Metam. 155.

Vulgus silentum. Seneca Medea, 10. 1.

Cælum silens, pro Tempore sereno. Plinius lib. 18. cap. 28, 18.

Dies silens à uentis. Colum. lib. 4. cap. 29.

Flos silens, qui non amplius crescit, & quodammodo declinat. Columel. libro 12. cap. 7. 1, Item ferulæ cum coliculo silentes quamtenerrimum florem pastinacæ agrestis, uel sativæ cum coliculis, silentem florem uitis albæ, & asparagi, &c. Ego tamen florem silentem dici putauerim, qui nondum se explicat & aperit. Tunc enim silet, nec se promit.

Luna silens, deficiens, & declinans: quando non amplius apparet super terram, utpote in interlunio, nobis non lucens. Plinius lib. 16. cap. 39. 3, Inter omnes uerò conuenit utilissimè in coitu eius sterni, quem diem alij interlunium, alij silentis lunæ appellant.

Luci silentes. Silius lib. 17. 5.

Nox silens. Virg. 4. Aeneid. 106.

Spiritus silentis dies. Colum. lib. 3. cap. 19. 2, Veruntamen præstat eligere sationi silentis uel certè placidi spiritus diem.

Sarculi silentes, Nondum germinantes. Columella libro undecimo, cap. 2. 19.

Venti silentes. Colum. lib. 12. cap. 25. 3.

Vineæ silentes. Columel. lib. 4. cap. 27. id est, Nondum gemmantes.

Vmbræ silentes. Virgil. 6. Aeneid. 53.

Vnda silens. Valer. 5. Argon. 105.

¶ Silentium, silentij (σιγὴ, σιωπὴ) Plinius lib. 10. cap. 69. 2, Silentium in mari piscantibus.

Somni silentia. Ouid. 4. Fast. 110.

Silentium noctis, pro Intempesta nocte: quam alij concubium, alij conticinium uocant. Liu. 5. ab Vrbe, 148, Eodem anno M. Caditius ex plebe enunciauit Tribunis, se in Noua uia, ubi nunc sacellum est, supra ædem Vestæ uocem noctis silentio audisse clariorem humanâ.

Acre silentium, & intentum, & cupidum ulteriora audiendi. Plin. epist. 10. lib. 2. Vide Acer adiectiuum.

Alta silentia. Ouid. 1. Metam. 71. Virg. 10. Aeneid. 13.

Alti & egregij silentij homo. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 12.

Amica silentia tacitæ Lunæ. Virg. 2. Aeneid. 51.

Cæca silentia. Silius lib. 7. 71.

Fidele silentium. Horat. 3. Carm. ode 2. 5.

Muta silentia noctis. Ouid. 7. Metam. 37.

Rabiosa silentia. Pers. Satyr. 3. 9.

Sacrum silentium. Horat. 2. Carm. ode 13. 6.

Seuera silentia noctis. Lucret. lib. 4. 94.

Suspicax silentium. Tacit. lib. 3.

Taciturna silentia. Ouid. 2. de Arte, 101.

Tranquilla silentia noctis. Stat. 1. Thebaid. 88.

Adesse

Adesse cum silentio. Vide Silentium.

Agere silentium de aliquo. Quint. lib. 10. cap. 1.

Agere alta silentia. Ouid. 1. Metam. 71.

Animaduertere cum silentio. Vide Cum præpositionem.

Audire silentia. Vide Audio.

Confiteri silentio. Quintil. lib. 4. cap. 2. 48.

Continere suos silentio. Vide Contineo.

Descendere in silentium. Quintil. lib. 10. cap. 3.

Dissimulare aliquid silentio. Quint. lib. 5. cap. 13.

Facere silentium. Quint. lib. 2. cap. 5. 4.

Tecta facta silentia. Virgil. 2. Aeneid. 147.

Longa silentia facere. Ouid. 1. Fast. 37.

Facere silentia maiestate manus. Pers. Saty. 4. 1.

Silentio aliquid ferre. Cic. 2. Tusc. 80.

Inbere silentia. Lucan. lib. 1. 60.

Eximia est uirtus præstare silentia rebus. Ouid. 2. de Arte, 122.

Rumpere silentia sermone. Ouid. 1. Metam. 42.

Rumpere alta silentia. Virg. 10. Aeneid. 13.

Rumpere taciturna silentia. Lucret. lib. 4. 118.

Suadere silentia digito. Ouid. 9. Metam. 139.

Silentium esse à. Vide A præpositionem.

Silentium est causarum & iuris. Cic. 7. Verr. 26.

Est silentium de. Cic. ad Attic. lib 5. 104. 4, De Partho silentium est, sed tamen concisos equites nostros à barbaris nunciabant ij qui ueniebant.

Tenêre silentia cuncti. Ouid. 1. Metam. 42.

Furibunda silentia torquent illam. Stat. 10. Thebaid. 178.

Transmittere aliquem silentio. Tacit. lib. 1.

Transire quidpiam silentio. Quintil. lib. 2. cap. 3. 1.

Silentium, pro Quiete. Liuius lib. 7. bel. Maced. Silentium deinde biduum fuit, neutris transgredientibus amnem. Intelligit non fuisse ad certamen congressos.

Silentium dicimus in auspicijs, quod omni uitio caret. Cicer. 2. de Diuinat. 109.

Silentio, uice aduerbij. Liu. 9. ab Vrbe, 203, Nocte deinde, silentio, ut mos est, L. Papirium Dictatorem dixit.

¶ Silentiarius, minister erat Imperatoris in palatio, de quo Iustinianus, C. de silentiarijs & Procopius belli Persici lib. 2. Romani, inquit, ad ea quæ quietis sunt in palatio ministrij, Silentiarium uocant: sicuti Domesticum, arcanorum principis conscium, ut in eodem opere legitur. Alciatus.

¶ Silescо, silescis (σιωπάω) silescere, Tacitum fieri, silere. Terent. Adelph. 5. 2. 10,

Nisi dũ hæ silescũt turbæ. id est, Sedabitur hic tumultus.

Deûm domus Ioue dicente silescit. Virg. 10. Aeneid. 21.

Furor cœli silescit. Catull. ad seipsum, 43. 1.

Siler] sileris, pen. cor. n. g. Frutex nonnunquam arboreſcens, ut baculos rustici ex eo faciant: aquosis locis crescit quasi pumila salix, cuius etiam generibus annumerari creditur, inquit Ruellius: contenditq; non esse id quod Sefeli Massiliense officinæ, & siler montanum appellant. Virgil. libro 2. Georg. 3,

—ut molle siler, lentæq; genistæ,

Plin. lib. 24. cap. 10. 1, Sileris folia illita fronti, capitis dolores sedant.

Silex] silicis, penul. corr. masc. gen. (πυρίτης) Lapis durus, ex quo ignis excuti solet. Dictus, quòd de eo ignis saliat: uel quòd lentum intra se ignem habeat, qui attritu, aut percussu excitetur. Ouid. lib. 7. Metamorph. 22,

Aut ubi terrena silices fornace soluti.

Plin. lib. 7. cap. 59. 9, E silice ignem Pyrodes inuenit.

Silex, fœminino genere protulit Virg. lib. 8. Aeneid. 47,

Stabat acuta silex præcisis undiq; saxis.

Venæ silicis. Virg. 2. Aeneid. 2.

Acutus silex. Catul. de Berecynth. 58.

Atra silex. Virg. 6. Aeneid. 120.

Durus silex. Ouid. 2. Metam. 142.

Impenetrabilis silex ferro. Vide Impenetrabilis.

Nuda silex. Virg. eclog. 1. 3.

Numidicus silex. Vide Numidia.

Ordinarius silex. Vide Ordinarius in Ordo.

Rigidi silices. Ouid. 9. Metam. 46.

Validi silices. Lucret. lib. 2. 91.

Scintillam silicis excudere. Virgil. 1. Aeneid. 36.

Et silicis uenis abstrusum excuderet ignem. Virg. 1. Georg. 18.

Ab usu silices tenuantur. Ouid. 3. de Arte, 19.

Stat tibi silex in corde. Tibull. lib. 1. eleg. 1. 13.

¶ Silíceus, Adiectiuum (πυρίτινος) Quod est ex silice. Cato cap. 18. 3.

¶ Silicatus, Aliud Adiectiuum, Quod est ex Silice factum. Vnde Stratæ uiæ dicuntur silicatæ.

Silĭa] σιλία, fluuius est: de quo Strabo libro 15, In regione Montana, Siliam flumen esse, in quo nihil innatet: quanquã id Democritus non credat, qui multam Asiæ partem peragrauit: sed nec id Aristoteles concedit, etsi aeres quidam sint adeò tenues, ut nulla in eis uolatilia inueniantur.

Silicernium] silicernii (νηφαλίων συμπόσιον) scribit Nonius esse funebre conuiuium, quod fenibus exhibetur. Festus docet esse farciminis genus, quo familia in luctu à fletu purgatur: quia cuius nomine instituebatur cæres, is iam silentium cerneret. Cæcilius, Credidi me silicernium eius esse sepurum. Donatus inquit esse cœnam quæ infertur dijs Manibus: uel quòd eam silentes cernant umbræ, id est umbræ possideant: uel quòd qui hæc inferant, cernant, neque degustent. nam de his quæ libantur inferis, quisquis ederit uel biberit, funestatur. Hinc Terentius in Adelphis, 4. 2. 49, appellat senem silicernium, qui iamiam silentibus cernendus sit. Alij silicernium nomen fictum à Terentio existimarunt, pro senge, quòd incuruitate silices spectet. Qui rectè sentiunt, affirmant silicernium, funebre conuiuium esse, quod apud ueteres senibus exhiberi solebat: dictum, quòd cum silentio cedentes cernerentur: uel quòd cogitarent se mox illum secuturos. Quapropter abeuntes à conuiuio, ueluti se amplius non uisuri, mutuò se salutabant. Varro, Funus executi, laudatè ad sepulchrum antiquo more silicernium confecimus. id est, Conuiuium, in quo pransi discedentes dicimus alijs alij, Vale. Silicernium ergo Terentius senem uocat, atq; decrepitum: id est, dignum uel cui silicernium fiat, uel qui ad silicernium uocatur.

¶ Silicernios, dici uoluerunt senes incuruos, quasi iam sepulchrorum suorum silices aspicientes. Vnde Cincius Alimentus Hist. de Georg. Leont. scribit, dicens, Qui dum iam silicernius sui finem temporis expectaret, etsi morti non potuit, tamẽ infirmitatibus insultauit. Hæc Fulgentius.

Silices] Populi sunt montana Armeniæ ad Tigridis ostia incolentes. Plin. lib. 6. cap. 6.

Silicia] silĭciæ, Herba de qua sic Plinius libro 24. capit. 19, Nec fœnographo minor authoritas, quod telin uocant, alij carphos, alij buccetas, alij ægocetas, quoniam corniculis semen est simulenos siliciam.

Silicius] silicij m. g. Plin. lib. 16. cap. 16. 1, Si magnitudinem mensurum caperet, haud dubiè præferretur cedro. Nunc intra pugillares lectorumq; silicios aut laminas raro usu spectatur. Quo in loco legendum est, Sicilicos, à uerbo Sicilio, sicilis: quod à uerbo Seco, secat, derivatur. Sicilicos autem interpretor segmenta & tessellas.

Siligo] penul. prod filiginis, fœm. gen. (σιλίγνις) Fumenti genus, ex quo panis optimus fiebat. Iuuen. Satyr. 6. 40.

Exceptitia siligo. Plin. lib. 18. cap. 10. Vide Oriza.

¶ Siliginarius, siliginarij, Siliginis uenditor, uel distributor. Vlpian. in l. siquis uxori. §. apud. ff. de furtis, Siliginario quis dixerit, &c.

¶ Siligineus, Adiect. (σιλιγνεύτης) Ex siligine factum. Plinius lib. 18. cap. 9. 2, Siligineæ farinæ modius Gallicæ XXII. libras panis reddit.

¶ Siligineum panem pro Delicato sumit Seneca: unde Plebeio opponit, epist. 120. Item epist. 124, Malum panē dicis: exspecta, bonus fiet, etiā tenerū tibi & siligineum fames reddet

Siliqua] Sil. liquæ, pen. corr. (περάτιον) Folliculum seu integumentum, ubi grana leguminum includuntur, & siquid leguminib. simile. Virg. 1. Georg. 39,

Grandior ut fœtus siliquis fallacibus esset. Plin. lib. 18. cap. 12. 4, de fabis, Nam siliquæ, caulesq; gratissimi sunt pabulo pecori. Horat. 2. epist. 1. 25,

—uiuit siliquis, & pane secundo. Pers. Satyr. 3. 6.

Quassans legumen siliqua. Virg. 1. Georg. 15.

Siliqua, Fœnum græcū aliàs dicitur. Colū. lib. 2. ca. 11, Fœnum græcū, quod siliquam uocant rustici, duo tempora sationum habet: quorū alterum est Septembris mēsis, quū pabuli causa seritur, iisdem dieb. quibus uitia circa Aequinoctiū. Alterum aūt mensis Ianuarij ultimo, uel primo Februarij, quum in messem seminatur. Idem lib. 2. cap. 2, 3, Siliquæ modij sex uel septem totidem operis obruuntur, metuntur una.

Siliqua, arbor. Galen. lib. 7. Simplicium. Latinis etiam siliqua Græca, quòd fructum ferat siliquæ obtectum, fabæ cuiusdam more. Colum. lib. 5. capit. 10, Siliquam Græcam, quam quidam ceration uocant, & persicum, ante brumā per Autumnum serito.

Siliqua, Fructus prædictæ arboris, lignosus, falcatus, digitali longitudine, latitudine pollicari: quatuor intus grana continens, quæ ceratia à cornu similitudine appellantur. Plinius Dulces siliquas uocat, quòd dum eduntur, prædulces sentiantur, & succum cassiæ referant: lib. 15. cap. 24.

Siliqua, alia arbor quam Ione ceraniam appellant, omnino diuersa à siliqua Græca. De hac. Plin. lib. 13. cap. 8.

¶ Siliquor, penul. corr. siliquaris (περάτια ποιῶ) siliquari, Siliquas facere, hoc est integi siliquis: quod de leguminibus siliquis tectis dicitur. Plin. lib. 17. cap. 9. 6, Inter omnes autem constat nihil esse utilius lupini fegete prius quàm siliquetur, aratro uel bidentibus uersa. Idem lib. 8 cap. 7. 7. 10.

Siliquastrum] siliquastri (λεπτεία) Herba quæ & piperitis dicitur, à piperis sapore: uulgus nostrum costum appellat. Plin. lib. 19. cap. 12. 4, Panax piperis saporem reddit, magis etiam siliquastrum, ob id piperitidis nomine acceptо. Idem lib. 20. cap. 17. 1.

Silis] σίλις, Plinius lib. 3. cap. 18. fluuius est Venetiæ, ex montibus Taurisanis fluens: Silys uerò cum y Græco in ultima, nomen est, quo, ut idem testatur lib. 6. cap. 7. & 16, Scythæ Tanaim fluuium appellant.

Silla, ut uult Diodorus. Vide Silia.

Sillanius] Appollodorus, Plinius libro 34. cap. 8, Sillanion Appollodorum fecit, fictorē & ipsum, sed inter cunctos diligentißimum artis, & inimicum sui iudicem, crebrò perfecta signa frangentem, dum satiare cupiditatem nequit artis, & ideo insanum cognominatum.

Silli] σίλλοι, Dicacitates & sales. Vnde Gellius lib. 3. cap. 17. refert Timonem quendam scripsisse librum maledicentißimum, qui Sillos inscribitur.

Silli] Aethiopum gens, quam cum Struthophagis bellum gerere continuò, annotat Strabo lib. 16.

¶ Sillographus (σιλλογράφος) Sillorum, id est salium atq; dicacitatum scriptor: qualis fuit Timon ille Phliasius, qui libros quendam conuiciorum & missionis plenum in Philosophos edidit, Sillos inscripsit: quo nomine Græci maledicta & irrisiones intelligunt.

Sillura] σιλλύρα, Insula in Oceano Britannico, ut Solinus inquit: cuius incolæ, pecuniæ ignari, permutationibus commercia exercent.

Silo] Silonis, Qui prominentia habet supercilia: à Sileno, quē hirsutis supercilijs fuisse traduntur: ut author est Festus. Plaut. Rud. 9. 12,

—eccum Recaluum, ac silonem senem statutum. Silonem quidam naso repando hominem dicunt: quod Plinius sensisse uidetur lib. 11. cap. 37. Vide Simus.

Silon] Insulam Indiæ docet esse Augustinus in libro de Ciuitate Dei, sectione 21. quæ ex eo ceteris terris præfertur, quòd omnis arbor, quæ in ea gignitur, nunquam foliis nuda

Silosон] Vide Sylosон. (datur.

Silphium] Silphij (σίλφιον) Idem quod Laserpitium. Vide Laser. Plin. lib. 19. cap. 3. 8. & lib. 22. cap. 23. 5.

Silphium] Silphij, Regio Libyæ, ab insula Plateæ usque ad os Syrtium protensa: teste Herodoto lib. 4.

Siluani] tres fuerunt. Vnus dicebatur domesticus, possessioni consecratus: alter agrestis, pastoribus: tertius orientalis, cui est in confinio lacus positus, à quo inter duo pluresue fines oriuntur. Ideoq; inter duo pluresue est & luecus. Omnis autem possessio quare Siluanum colite quia primus in terram lapidem finalem posuit. Ex libello Variorum authorum de Limitibus.

Siluius] à Silua. Festus Pompeius: Siluij sunt appellati Albani reges, à Lauiniæ filio, quem post excessum Aeneæ grauida relicta timens periculum, & suo uitæ, & eius quem utero gerebat, in syluis latens enixa est. Qui restitutus in regnum, est post mortem Ascanij, prælatus Iulo fratris filio, cum inter eos de regno ambigeretur.

Siluurus] siluri, penult. prod. (σίλουρος) uulgò in Germania boldh. in Vngaria Accia. Peculiaris Nili piscis traditur: quā quam & in Danubio reperiatur: quem non absimilem ei putant quidam doctißimi, quem sturionem appellamus. Plin. lib. 9. cap. 15. 1. Iuuenal. Satyr. 4. 4.

Vendere municipes fracta de merce siluros.

Silus] σιλλότης, Nasus sursum uersum aduncus. Vnde galeæ quoq; à similitudine, silæ appellatæ sunt. Hæc Festus. Cicero 1. de Nat. deor. 109, Ecquos silos, flaccos, frontones, capitones, quæ sunt in nobis?

Silybon] Lata spina est, folia ferens chamæleontis albi. Hæc recens cum sale oleoq; cocta estur. Dioscorides lib. 4. capit. 153. apud Matthiolum.

Silys] Fluuius ab Asia discriminans, quem notiore nomine Tanaim appellamus. Plinius libro 6. cap. 7. Tanaim Scythæ Sylin uocant.

Simbella] æ, quasi Semilibella, hoc est dimidia libella. Est præterea Simbella, instrumētum paruum, quo singuli numi ponderantur Sipontinus.

Simbruina] Stagna, Tacitus lib. 14, Nam quia discumbentis Neronis Simbruina stagna, cui Sublaqueum nomen est, ictæ dapes mensaq; disiecta erat.

Simenia] nuncupatur à Græcis (κυνόλοφα) id est Canina pro mimentia. Cælius lib. 3. cap. 17.

Simenus] Cælator argenti apud Plinium lib. 34. cap. 8.

Simethis] ίμαθλο, Nympha. Ouid. 13. Metam. 162,

Acis erat Fauno Nymphaq; Simethide cretus.

¶ Simethius, Adiectiuum (σιμύθιος) Ouid. 13. Metam. 86,

Terga fugæ dederat conuersa Simethius heros. hoc est, Acis filius Nymphæ Simethidis.

Simia] simiæ: & Simius, simij (πίθηκος) Hominum figuris proxima animalia quæ cauda carent, & in Lybia nascuntur. Dictæ, quòd simæ sint, id est naribus depressis: uel quasi imæ, id est imitatrices. Martialis lib. 14. 207,

Callidus emissas eludere simius hastas. Vide Plin. lib. 8. cap. 54. 1. Cicero 1. de Diuinat. 129, Simia quam rex Mossorum in delicijs habebat, & sortes ipsas, & cætera quæ erant ad sortem parata disturbauit, & aliud alio dißipauit.

Similator humani oris simius. Claud. 1. in Eutrop. 61.

Simia, Per translationem, qui alium imitatur. Plin. epist. 5. 4, In quo Rusticum insectatur, atq; etiam Stoicorum simiam appellat. Horat. 1. Serm. Satyr. 10. 4.

¶ Simiolus, penul. corr. Diminutiuum (πιθήκιον) Qui utcunq; alterum imitatur. Cic. ad Mari um. lib. 7. 2. 6, Hic simiolus animi causa, me, ih quem inuecheretur, delegerat.

Simias] Grammaticus, à Strabone nobilitatus, lib. 14.

Simichidas] σιμιχίδας, Nomē pastoris apud Theocritū in Idyll. quē ipsius enarratores patrē Theocriti fuisse existimāt

Simila] similæ, pen. corr. uel Similago, penul. prod. similaginis, fœm. gen. (σεμιδαλὶς) Farina alba & flos, seu deliciæ farinæ triticeæ. Mart. lib. 13. 10,

Nec poteris simile dotes numerare, nec usus.

¶ Similagineus, Adiectiuum: ut, Panis similagineus, apud Senecam, epist. 119.

¶ Similago. Vide Simila.

Similax] Vide Silax.

Similis] & hoc simile, pen. cor. (ὅμοιος, ἀμφοτερόδεξος, παραπλήσιος, ἴσιος, ἰσοπαὴς, προσεοικώς, προσεικώς, προσφερὴς) Quasi simulis. Terent. in Prologo Phorm. 32,

Ne simili utamur fortuna, atque usi sumus. Plaut. Mostel. 3. 15,

Sibi quisq; simile sumit.

Similis atq; eadem. Vide Idem.

Magis similis. Vide Magis.

Similis, genitiuo iunctum, ad morum, uel doctrinæ, uel huiusmodi imitationem refertur. Terent. Eunuch. 3. 2. 43,

Domini similis es. Ibidem, 4. 130, Deos esse similes tui putas? Cic. ad Cornificiū, lib. 12. 22. 3, Spes tamē una est, aliquando populum Romanum maiorum similem fore.

Similis, datiuo iunctum, de forma, uel ætate, uel fortunis, aut aliis huiusmodi rebus. Virg. 1. Aeneid. 119,

Os humerosq; deo similis Plinius, Effigie ac lineamentis corporis patri similis. Hæc differentia Diomedis, dicentis, Sum similis tui, moribus: similis tibi, figura: non semper uera est: quia utrunque indifferenter reperitur. Cicero 1. de Leg. 4 3, Nihil est enim unum uni, tam simile, tam par, quàm omnes inter nosmetipsos fuimus. Idem lib. 5. de Fin. 22, Sed non uideo cur non potuerit patri similis esse filius. De figura in genitiuo. Plaut. Menæh. 2. 4. 31,

Nec aqua aquæ, nec lacte lacti (crede mihi) usquā similius,

Quàm hic tui est, tuq; huius. Cic. 1. Tusc. 227, Quærerem ex eo cuius suorum similis fuisset Africani fratris nepos, facie patris: uita, iste omnium perditorum ita similis, ut esset facilè teterrimus.

Anhelanti similis. Virg. 5. Aeneid. 51.

Himnuleo similis. Horat. 1. Carm. ode 23. 1.

Nimbo similes. Virg. 5. Aeneid. 64.

Primus ad extremum similis sibi. Horat. in Arte, 52.

Sæpius tamen per genitiuum mores significamus. Terentius Adelph. 3. 3. 57,

Saluus sit filius: spero est similis maiorum suūm.

Similes eorum, uel illorum. Cicero 4. Acad. 26. Idem 4. de Finibus, 71.

Similis mœrenti. Plin. lib. 9. cap. 8. 6, Tristis, & mœrenti similis, ipse quoq; (quod nemo dubitaret) desiderio expiranit.

Simile ueri & uero. Cic. 4. Acad. 178. Quint. lib. 6. cap. 3, Vero similis dolor. Idem lib. 3. cap. 10, Quod est uero similius.

Similis ac. Cic. 4. de Fin. 51, Nec si ille sapiens ad tortoris eculeum à tyranno ire cogatur, similem habeat uultum, & si ampullam perdidisset. Liu. ab Vrbe, Similem pauorem inde fugamq; fore, ac bello Gallico fuerat.

Similis atq;. Cic. pro Rabirio perduel. reo, 9, Et similis uirtutis uleiscēris patrui mortem, atq; ille persequeretur fratris sui, si ista ratione agere uoluisset? Idem 5. de Fin. 72.

Similes inter se. Cic. 4. Acad. 211. Idem pro Cluentio, 34, Homines inter se cum forma, tum moribus similes, municipum autem suorum dißimillimi.

Similis in re dißimili. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. 5.

Similes sunt, ut si qui gubernatorē in nauigando agere nihil dicant, quum alij malos scandāt, alij per foros cursent, alij sentinam exhauriant: ille autem clauum tenens sedeat in puppi quietus, &c. Cic. de Senect. 16.

Similior & Simillimus, Comparatiuum & superlatiuum. Cic. pro M. Marcello, 5, Hæc qui faciat, non ego cum cum summis uiris comparo, sed simillimum deo iudico. Plin. lib. 12. capit. 17. 1, Mastice tertia in Ponto in bituminis simillior. Quint. lib. 10. cap. 5.

Furtis & fraude simillimi illi. Ouid. 13. Metam. 7.

Anni puro simillimus. Horat. 2. epist. 2. 24.

Buxo simillimus. Ouid. 11. Metam. 84.

Flos uiolæ simillimus. Ouid. 4. Metam. 54.

Pallor simillimus buxo. Ouid. 11. Metam. 84.

Quies simillima morti placidæ. Virg. 6. Aeneid. 106.

¶ Similè (παραπλησίως) aduerbialiter positum. Cicero 1. Acad. 28, Similè uos quum perturbare, ut illi Remp. sic nos philosophiam bene iam constitutam uelitis, Empedoclem, Anaxagoram, Democritum, &c. profertis.

¶ Simillimè, pen. cor. Superlatiuum. Cic. 2. Tusc. 94, Simillimē animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum, remißione autem sic urgetur, ut se nequeat extollere.

Simillimè atq;. Cic. pro lege Agrar. 7, Hic tamen excipit Pompeium: simillimè ut mihi uidetur, atq; in illa lege, qua peregrini Roma eiiciuntur, Glaucippus excipitur.

¶ Similo, similas, penul. corr. (ὁμοιόω) Similare, construitur cū accusatiuo, Similem esse. Martial. lib. 2. 35, ad Phœbum,

Quum sint crura tibi, similent quæ cornua Lunæ, &c.

Alij legunt, simulent, per ultimam uocalem: Simulare. n. dicimus, & Aßimulare, non autem Similare: aut quidam indocti precipiunt. Hæc Raphael Regius, in illud 5. Metam.

Aßimulare freto poßis,

¶ Similitudo, penul. prod. similitudinis (ὁμοιότης, ὁμοίωμα, ἀμφοτερία, ἀπείκασμα, εἰκών) Ipsa rei similis forma. Cic. lib. 1. Off. Nihil autem amabilis, nec copulatius, quàm morum similitudo bonorum.

Ad similitudinem. Vide Ad præpositionem.

Similitudo periculi. Cic. 7. Verr. 74.

Similitudo ueri. Plin. lib. 34. cap. 7. 6.

Abripere à parentis similitudine. Vide Abripio.

Accedere ad similitudinem alicuius rei. Vide Accedo.

Arripere alicuius similitudinem. Vide Arripio.

Similitudine ueri capi. Liu. 5. bel. Pun. 92.

Eludere similitudines. Quint. lib. 5. cap. 13. 18.

Similitudo cum. Cic. 2. Tusc. 84, Sunt enim quædam animi similitudines cum corpore.

¶ Similitas, penul. corr. similitatis, fœm. gen. (ὁμοίωσις) antiquum, pro Similitudine, Cæcilius, Vide quid ferat morum similitas. Nonius.

¶ Similiter, penul. corr. Aduerbium (ὁμοίως, παραπλησίως, ἀπομιμῶς)

μιὰς) Pariter, eodem modo. Cicero pro Rosc. Amer. 2, Ego etiam si omnia quæ dicenda sunt, liberè dixero, nequaquam tamen similiter oratio mea exire, atq; in uulgus emanare poterit.

Similiter ac. Cic. 3. de Nat. deor. 11, Tu autẽ quid quæris? similiter facis ac si me roges, cur te duobus contueor oculis.

Similiter atq;. Cic. 1. Philip. 63, Neq; uerò illam similiter atque ipse eram, commotum esse uidi.

Similiter, ut. Cic. de Off. Similiter facere eos, qui inter se contenderent, uter Remp. potius administraret, ut si nautæ inter se certarent, quis eorum potißimum gubernaret.

Similiter, cum datiuo. Plinius lib. 11. cap. 25. 1, Similiter his & scorpiones terrestres, uermiculos ouorum specie pariunt.

Simitu] ἅμα, pro Simul, posuêre ueteres. Plaut. Stich. 4. 94,

Vt me cum simitu ires ad sese nunc domum. Sic Amphit. 7. 73,

Non enim ego cum uino simitu ebibi imperium tuum.

Símiolus, Símius] Vide Simia.

Símmias] σιμμίας, Philosophus Thebanus, Socratis auditor, cuius scripta eumerantur à Suida. Vide Diogenem Laertium lib. 2, Simmias Thebanus.

Simo] simonis, Simones, simonum, simonibus (σίμωνες) Idem qui & Simi: id est, qui nares habent pressas, quos insolenti uocabulo Camusos appellamus.

¶ Simo, simas, simare, Deprimere, Antiquum. Poeta apud Nonium,

Simauit taxim ad nares Delphinus ut olim. Sic emendat Turnebus: cum in Nonio legatur, simat. Moueri se dicit & sententia, & quòd Delphini simi sint. unde & Simonis nomine eos gaudere, Plinius refert. Hæc ille.

Simois] penul. cor. huius Simoentis (σιμόεις) fluuius, qui ex Ida monte Troiano defluens, iuxta Troiam labitur: & mari appropinquans, commiscetur Xantho, ac in paludem cogitur. deinde exit in mare iuxta Sigæum promontorium. Lubricus Simois. Horat. Epod. 13. 3.

Phrygius Simois. Virg. 1. Aeneid. 125.

¶ Simoesius, a, um: attributum. Campus Simoesius, hoc est, Troadis campus, Simoente irrigatus. Simoesius nomen adolescentis cuiusdam Troiani, sic nominati, quòd apud Simoentem fluuium esset natus. Homerus lib. 4. Iliad.

Simones] σίμωνες, plures. Hoc nomen post Philippum Græcis, Latinis, Hebræisq; pariter commune. Ex his antiquißimum sanè legimus Athenienſem ac philosophũ Socratis discipulum fuisse, qui scripsit dialogos XXIIII. Simon Magnesius, musicus egregius, qui & ipse superiorum musicorum more corrupto, Simodiam introduxit, quemadmodum etiam & Lysis Lysiodiam. Strabo lib. 14. Simon Constantinopolitanus, ludi magister, annos abhinc circiter ducentos composuit Græcè Metaphrastas, id est sanctorum uitas, quæ habentur in bibliotheca Vaticana. Ex Hebræis uerò Simonem Magum legimus, caput & authorem totius Hæreseos. De quo Eusebius lib. 2. latißimè: & Iustinus in apologia ad Antonium principem: & Irenæus in primo aduersus hæreses libro. Simõ item ille qui à Petro Spiritus sancti gratiam mercari uolebat. Præter hos, Simon Tridẽtinus puer. Hic sedente Sixto quarto Pontifice, die Veneris sancti à Iudæis clàm comprehensus, ac omnibus cruciatibus prius affectus, demum cruci affixus est. Ex quo templum ei uelut martyri dicatum. Volaterranus.

Eunuchus Simon. Horat. in Arte, 44.

Simonia] ut putatur, à Simone mago dicta, uox est non Latina, qua soli theologi utuntur. Dicitur autem, quando quis uult dare aut accipere dona Dei, data aut accepta pecunia.

Simonides] penul. corr. (σιμωνίδης) Cæus poeta Melicus. Cicero in Orat. Simonides Cæus primus artem memorandi inuenisse fertur. Vide ibidem plura. Plinius octauã chordam in lyra inuenisse scribit: Eustachius uerò tres duplices literas, ξ, ψ, θ. Simonides, Iambicus poeta. De quo Quintil. lib. 10. capit. 1. Iambicum poetam Strabo fuisse dicit: Suidas uerò Carystium siue Erythræum, qui scripsit Græcorum apud Aulidem conuentum, trimetrorum libros duos, & alia. Præter hos alios duos ponit: unum filium sororis Simonidis Cæi, cognominatum Melicertam, qui ante bellum Peloponnesiacum fuit, scripsitq; genealogiam libris tribus. Alterum Simonidem Magnetem, poetam Antiochi magni tempore, cuius res gestas scripsit, ac bellum aduersus Gallatas. Suidas.

Somnium de Simonide. Cic. 1. de Diuinat. 100.

Simplex] simplicis, penult. corr. om. gen. (ἁπλόος, ἁπλῆς, ἁπλοῦς, ἀφελής, λιτὸς, μονοφυὴς) Nomen numerale. Terentius in Prologo Heaut. 6,

Duplex quæ ex argumento facta est simplici.

Crinis simplex collectus in unum nodum. Ouidius 8. Metam. 64.

Simplex, Verum & sincerum: cui Falsum opponitur. Mattius Ciceroni, libro 11. 28. 20, Trebatio nostro magnas ago gratias, quòd tuum erga me animum simplicem atque amicum aperuit. Idem 2. de Finib. 77, His initijs inducti omnia uera diligimus, id est fidelia, simplicia, constantia: tum uana, falsa, fallentia odimus, ut fraudem, periurium, malitiam, iniuriam. Hîc simplici oppositum falsum.

In docendo simplicem esse. Quint. lib. 2. cap. 2. 4.

Munditijs simplex. Horat. 1. Car. ode 5. 1. id est, inquit Acron, Animo factiosa. Meretricis enim astutias insectatur, quæ simplici munditia insidias mentiretur.

Aetas simplex. Stat. 9. Theb. 176.

Anni simplices, Primi, & qui simplici numero efferuntur, nempe usq; ad decimũ: uel in quibus simplex toga & pura, quæ prætexta dicebatur, sumi solebat. Mart. lib. 10. 20,

Tu mihi simplicibus Mani dilectus ab annis,
Et prætextata cultus amicitia.

Verum & simplex bonum. Cic. 1. Acad. 10.

Cibus simplex, Purus, non affectatus, aut alio condimento corruptus uel compositus. Martial. libro 1. 137. Plin. lib. 11. cap. 53. 5, Homini cibus utilißimus simplex.

Condimentum orationis simplex. Quintil. lib. 6. cap. 3. 12, Salsum igitur erit, quod non erit insulsum, uelut quoddam simplex orationis condimentum.

Domus simplex & insicia fraudum. Stat. 3. Sylu. 1. 7.

Homo simplex. Purus, apertus, nihil tectum, nihil simulatum habens. Cic. 4. Acad. 200.

Iter simplex & directum. Cic. 2. de Nat. deor. 215.

Natura uocis simplex. Quint. lib. 1. cap. 11. 4.

Rura simplicia. Plin. lib. 12. cap. 1. 1.

Via mortis simplex. Virg. 3. Georg. 97.

Vtilitas simplex. Quint. lib. 2. cap. 4. 15.

Simplicior siquis, qualem me sæpe libenter
Obtulerim tibi Mecœnas. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 13.

¶ Simplicitas, penul. cor. simplicitatis, f. g. (ἁπλότης, λιτότης, ἀφέλεια, ἀφελότης, ἀπλοῦς τρόπος) Martial. lib. 10. 47,

Prudens simplicitas, pares amici.

Fabularum conuiualium simplicitas. Tacit. lib. 5.

Nuda simplicitas. Ouid. 1. Amor. eleg. 3. 3.

Rudis simplicitas. Ouid. 3. de Arte, 23.

Gloriari simplicitate. Quint. lib. 5. cap. 7. 16.

¶ Simpliciter, penul. corr. (ἁπλῶς, ἁπλοικῶς, ἰσοπαχῶς, ἁπλῆ) Purè, apertè. Plin. epist. 94. 4, Amicè & simpliciter reprehenderunt. Idem epist. 97. lib. 5. Cic. in Topic. 45, Quum autem

autem quæritur quale id sit, aut simpliciter quæritur, aut dicere simpliciter. Mart. lib. 14. 221. (comparatè.

Oberrare simpliciter. Plin. lib. 8. cap. 4. 1, Elephas homine obuio fortè in solitudine, & simpliciter oberrante clemens placidusq; etiam demonstrare uiam traditur.

Viuere simpliciter. Cic. 1. Off. 131, Hæc præscripta seruantem: licet grauiter, magnificè, animosèq; uiuere, atq; etiam simpliciter, fideliter, & uitæ hominum amicè.

Sequi docentes simpliciùs. Quint. lib. 2. cap. 12. 9.

¶ Simplicitus, (ἁπλῶς) antiquum, pro Simpliciter. Plautus Merc. 3. 14,

Vt simplicitus dicam. Fortè legendum, simplicius: ut sit comparatiuum à simpliciter.

Simplus] Adiectiuum (ἁπλοῦς) Vnicus, uel semel tantùm. Plaut. Mostel. 7. 72,

Scelestæ hæ sunt ædes, simpla est habitatio. Varro 2. de Re rust. cap. 10. 4, Aut si mãcipio non datur, dupla promittit: aut si ita pacti, simpla.

¶ Simplarius, Aliud adiect. Simplariæ uenditiones sunt, pro quibus necesse uenditor non habet de dupla emptori repromittere: quarum meminit Vlpianus in l. emptori de euictionibus. Ita enim simplariæ uenditiones à Pomponio dicuntur, ut simplariæ actiones, & duplariæ, & quadruplariæ dicebantur, quæ in simplum, duplum, quadruplum dabantur. Eadem ratione Asmaturæ simplares, duplaresq; à Vegetio dicuntur, lib. 2. de Re militari: quas qui gestabant, singulas & duplas consequebantur annonas. Et à Modesto De uocabulis rei militaris, Torquarij simplares, duplaresq; Budæus.

Simplones] fortè à Simpulo Simpulones, rectius: Dicuntur conuiuæ. nã & amicus sponsi, qui cum eo per conuiuia ambulat, Simplator dicitur. Sutrius Piscatoria,

Summates uiri simplones facti sunt ganei. Est autem ganeum, taberna. Nonius.

Simpulum] simpuli: siue Simpuuium, simpuuij, à Sumendo, quòd eo uinum prolibaretur minutatim. Baysius alit legẽdum putat Simpullum, ea forma qua ampullam dicimus.

In simpulo aliquid facere, prouerbialis locutio. Cic. 3. de Leg. 53, Et auus quidem noster, inquit singulari uirtute in hoc municipio quoad uixit, restitit M. Gratidio, cuius in matrimonio sororem auiam nostram habebat, ferenti legem Tabellariã. Excitabat enim fluctus in simpulo, ut dicitur, Gratidius, quos pòst filius eius Marius in Aegæo excitauit mari. Quantũ igitur coniectura consequi licet, in simpulo fieri docebant, quod uel clanculum, uel in re minuta atq; humili fieret. Est enim simpulum, authore Festo, uas paruum, non dissimilè cyathounde mulieres diuinis rebus deditæ, simpulatrices uocentur. M. Varro scribit uas esse minutim fundens, in cuius locum successerit epichysis: unde ueteres, res minutas, nullius q; precij, simpularias appellabant. Plinius lib. 35. cap. 12. 9, In sacris quidem etiam inter has opes non murrhinis, crystallinisue, sed fictilibus prolibatur simpulis innocentius. & M. Varro apud Nonium Marcellum ait, deos ipsos uili simpulo inuitari. Sunt qui pro simpulo legunt sympuuium: cuius meminit Iuuenalis Satyr. 6. 35,

Sympuuium ridere Numæ, nigrumq; catinum. Proinde non absurdum mihi uidetur, siquis existimet sumptum allegoriam à puerorum lusu, quo solent per fistulam angustam in simpulum instantes, quasi fluctus quosdam & aquæ strepitum excitare. Hæc Erasmus.

¶ Simplariæ res, priscis minutæ, nullius ferè precij. Notat Erasmus in paroemia, In simplo. Sed uereor ne non legendũ sit, Simplariæ res, & in Simplo: ut errasse Spiegelum, facilè percipi possit.

Simplũdiarea] funera sunt quibus adhibentur D. T. ludi corbitoresq;. Quidã ea dixerũt esse, quibus neutrũ genus interesset ludorum. nã indictiua sunt, quibus adhibẽtur nõ ludi modò, sed etiã defultores: quæ sunt amplißima Festus.

Simpuuium] Est uas ligneum. Varr. Est mod. Mat. περὶ μέθης, Non uides ipsos deos, si quando uolunt gustare uinum, deripere ad hominum fana: & tamẽ tum ipsi illi libero Simpuuio uinitari? Ex Nonio,

Simul] ὁμοῦ, ὅμως, ὅμα, ὁμόσε, Aduerbium congregandi. Terent. Eunuch. 2. 2. 10,

Simul consilium cum re amisi. Plinius epist. 136, Simul militauimus. Virg. 9. eclog. 4,

——heu tua nobis
Penè simul tectum solatia capta Menalcæ

Simul tecum. Plaut. Amph. 8. 121. Cic. pro Fonteio, 19, Nisi aliquoties ex ipsis accusatoribus uobiscũ simul iudices audissem. Idem pro Domo sua, 62, sed etiam optimi ciues fruuntur uobiscum simul hac ciuitate.

Simul cum. Cic. de Amicit. 11. Idem 3. Tusc. 69, Quòd sicui, ut ait idem, simul animus cum re concidit, &c.

Simul, cum datiuo constructum, more Græco. Tacit. lib. 4, Verùm Hypæpeni, Trallianiq; Laodicenijs ac Magnetibus simul tramisi. Idem libro 5, Accruatim ex eo Annius Pollio, Appius Sillanus, Scauro Mamerco simul, ac Sabino Caluisio, maiestatis postulantur. Nam sic suum ἅμα, Græci cum datiuo copulare solent: ut, ἅμα δὲ κτῆνε ἐκδυσομένω ἐπιδύετο, καὶ τῷ, ἀλλὰ ἴσυνεύ.

Simul, Deinde etiam, uel præterea. Vatinius ad Ciceronem, libro 5. 10. 4, Ciues Romanos occidit, abripuit, dispersit, dissipauit, regiones uastauit. simul uerò semissis homo contra me arma tulit. Vetus exemplar legit, Semius: non, semissis homo. Sallustius, His amicis, sociisq; consisus Catilina, simul quòd æs alienum per omnes terras ingens erat. id est, Etiam. Terent. Andr. 1. 1. 132.

Simul, cum particula Que iunctum: & cum Ac uel Et. Quint. lib. 10. cap. 1, Qualis ferri fulgor quo mens simul uisusq; perstringatur. Plin. lib. 9. cap. 35. 16, Superbo simul ac procaci fastu, ut regina meretrix. Plin. iunior epist. 7. lib. 2, Sordidum simul & sumptuosum.

Simul, pro Eadem opera. Plaut. Merc.

Duas res simul nunc agere decretum est mihi.

Simul, quandoq; geminata legitur, & habet eandem penè uim quam Cum & Tum, siue Partim. Quint. in Præf. libro 1, Simul ut pleniore obsequio demererer amantißimos mei: simul ne uulgarem uiam ingressus, alienis demum uestigijs insisterem. Liu. 1. ab Vrbe, 39, Nusquam benignè legatio audita est, adeò omnes simul spernebant, simul tantam in medio crescentem molem sibi ac posteris suis metuebãt. Idẽ 7. bel. Pun. 11, Milites ædificijs emotos, simul ut cum agro tecta urbis fruenda locarentur: simul metuens ne suum quoque exercitum, sicut Annibalis, &c.

Simul ac, significat Quamprimùm, uel statim quum, siue postquam. Cicero 3. Verr. 18, Verres simul ac tetigit prouinciã, statim Messanam literas dedit. Idem ad Leptam, lib. 6. 18. 1, Simul ac accepi à Seleuco tuo literas, statim quæstui è Balbo per codicillos, quid esset in lege. Virg. 4. Aeneid. 18,

Quam simul ac tali persensit peste teneri.

Simul ac primùm. Cic. 3, Verr. 97, Simul ac potestas primùm data est, adeunt hi quos dixi. Idem 2. de Nat. deor. 184.

Simul atq;, Idem. Cic. 1. de Finib. 45, Omne animal simul atque natum sit, uoluptatem appetere, eaq; gaudere ut summo bono. Idem 5. Verr. 106.

Simul &, pro Atq; etiam, uel præterea. Cic. 3. Verr. 74, Quæ admodum sine periculo suo dare possent, non uidebant, sti-

mul &

mul & iſtum fore tam improbum non arbitrabantur.
Simul primùm. Liu. 6. ab Vrbe, 3, Quum ciuitas in opere ac labore feriendæ urbis teneretur: interim Qũ. Fabio ſimul primùm magiſtratũ abijtiab C. Martio Tribuno pleb. dicta dies eſt,
Simul ut. Cicero 2. de Finib. 57, Omne autem animal ſimul ut ortum eſt, & ſeipſum, & omnes partes ſuas diligit. Idem 4. Acad. 95.
Simul, ſine particulis Ac, uel Atq; Liuius 6. bel. Pun. 226, Qui ſimul in poteſtate neſtra erunt, extemplò omnia quæ nunc ſub Carthaginienſibus ſint, in ditionem tradunt. Cicero 4. Acad. 151.
Simulachrũ] ſimulachri, penul. prod. (ἐἰδωλον, ἀδέιπλον; ἐνδιαγμα, σέβασμα) à Simulo, ſimulas, Propriè dicitur alicuius rei ficta imago: ſimulachra enim principio ex deſiderio mortuorum orta ſunt, ut qui iam defecerant, uiuere uiderentur. Cic. pro Domo ſua, 85, Mulieris ſimulachrumq; è marmore. Ibidem, 85, Libertatis ſimulachrum in ea domo collocabat.
Effigies, ſimulachrumq; Mithridatis. Cic. 4. Verr. 114.
Diuũm ſimulachra. Virg. 2. Aeneid. 104.
Non ita antiqua ſimulachra. Vide Non.
Auguſta ſimulachra. Vide Auguſtus.
Aurea ſimulachra. Lucret. lib. 2. 5.
Inania ſimulachra. Ouid. 3. Metam. 134.
Lignea ſimulachra deorum. Ouid. 3 Metam. 138.
Nitentia ſimulachra fragili cera. Iuuenalis Satyr. 12. 9.
Vaſta ferũ ſimulachra. Ouid. 2. Metam. 39.
Imbecilla ac mortalia cultus ſimulachra. Tacitus in uita Agricolæ.
Simulachrum ciuitatis, metaphoricõs pro ſigno & nota. Cic. ad Plancum, libro 10. 1. 4, In qua nec Senatus, nec populus uim habet ullam: nec leges ullæ ſunt, nec iudicia, nec omnino ſimulachrum aliquod ac veſtigium ciuitatis.
Ciuilitatis particulæ ſimulachrum. Quint. lib. 2. cap. 15. 17.
Simulachra animorum. Cic. pro Archia, 22.
Simulachra uirtutum. Cic. 2. de Finib. 176.
Belli ſimulachra cientes. Lucret. lib. 2. 9. & 65.
Pugnæ ſimulachra. Quint. lib. 2. cap. 10. 6.
Multa modis ſimulachra uidet uolitantia miris. Virgilius 7. Aeneid. 18.
Simulo] ſimulas, penul. cor. (σκιάζομαι, ὑποκρίνω, προσποιέομαι) ſimulare, imitari & referre. A' Similis deriuatur: uel, ut quidam uolunt, à Simul. nihil enim aliud eſt ſimulare, quàm ea quæ abſunt, ſimul eſſe oſtendere. Horat. 2. epiſt. 1,
—duceret ærа
Fortis Alexandri uultum ſimulantia.
Simulare anum. Ouid. 3. Metam. 27.
Lumine tecto ſomnus ſimulatur. Ouid. epiſt. 20. 40.
Simulare, Fingere, ac pro uero falſum tradere, ut ait Donatus. Terent. Heaut. 4. 1. 23,
Non ſimulare mortem uerbis re ipſa ſpem uitæ dare.
Cic. de Amicit. 82, Et litigare ſe ſimulans, blandiatur. Idem 3. Verr. 13. Sic apud Cæſarem, 1. bel. Gal. 194, Simulare amicitiam. Et Cic. 2. Verr. 10. Simulat his ſe rebus confidere: ſed uideo quid agat.
Gaudia uultu ſimulare. Ouid. 1. de Arte, 136.
Vultu ſpem ſimulat. Virg. 1. Aeneid. 43.
Simulo non ſentire, pro Diſſimulo. Plin. epiſt. 14. lib. 3.
Non eſt quod ſimules, inquit Horatius 2. Serm. Satyr. 7. 12.
Simulat quaſi. Plaut. Amph. 4. 46,
Verùm quaſi affuerim, tamen ſimulabo, atq; audita eloquãr. Idem Curcul. 8. 21.
Inter Simulare & Diſſimulare differentia. Simulare, eſt fingere ſcire quæ neſcias: Diſſimulare, fingere neſcire quæ ſcias. Salluſt. in Catil. Cuius rei libet ſimulator ac diſſimulator. Ex Nonio.
¶ Simulans, penul. corr. (ὑποκρινων) Nomen ex Participio. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 5,
Non fuit in terris uocum ſimulantior ales.
¶ Simulatius; penul. prod. (ὑποκρίνομαι, προσποιητὸς) Aliud nomen ex participio: ut, Dolor ſimulatus. Lucã. lib. 9. 214.
Amorem ſimulatum fingere. Propert. lib. 2. eleg. 25, 10.
Conſcientia ſimulata. Tacit. lib. 2.
Verba ſimulata. Virg. 1. Aeneid. 143.
¶ Simulatè, penul. prod. (σκηπτομένως) Aduerbium, cui opponitur Ex animo. Cic. 2. de Nat. deor. 249, Mala enim & impia conſuetudo eſt, contra deos diſputandi: ſiue ex animo id fit, ſiue ſimulatè.
¶ Simulatio, ſimulationis, fœm. gen. (ὑπόκρισις, σκῆψις, προσποίησις) Fictio, ſimulata & ficta alicuius rei internæ per ſultum repræſentatio: unde pro deceptione & circumuentione ponitur, quòd animo uel ultu, aut uoluntate ſimulata fiat. Cicero ad Lentulum, libro 1. 9. 62, A' quibus tuendus fuerat, derelictus: idq; non ſolùm fronte atque ultu, quibus ſimulatio facillimè ſuſtinetur. Terent. Heaut. 4. 5. 34.
—non mea eſt ſimulatio.
Simulatione belli, &c. Cæſar 1. bel. Ciuil. 39. Cicer. 3. Verr. 27,
Nullæ ſunt occultiores inſidiæ quàm hæ, quæ latent in ſimulatione officij, aut in aliquo neceſſitudinis nomine.
Fallax imitatio, ſimulatioq; uirtutis. Cic. 4. Acad. 253.
Induere ſimulationem alicuius rei. Vide Induo.
Simulatio, pro Similitudine. Plin. lib. 11. cap. 44. 1, Simiarum genera perfectam hominis ſimulationem continent, facie, naribus, auribus, palpebris, &c.
¶ Simulator, penul. prod. Verbale (ὑποκριτὴς) Cicero 1. Offic. 151, De Græcis autem dulcem & facetum, feſtiuiq; ſermonis, atq; in omni ratione ſimulatorem, quem εἴρωνα Græci nominauerunt, Socratem accepimus. Idem ad Qũ. fratrem, lib. 1. 3. 13, Meſſalam tui ſtudioſum eſſe arbitror, Pompeium etiam ſimulatorem puto.
Tantum ne pateãs uerbis ſimulator in illis. Ouid. 2. de Arte, 63,
Artifex & ſimulator figuræ Morpheus. Ouidius 11. Metam. 127.
Simulatrix] ſimulatricis. Simulatrices, ſcribit Feſtus, eſſe mulieres ſaltas & expiatrices, uel ſacerdotes quæ expiare ſunt ſolitæ. quod uerbum putem ex eo natum, quòd in ſacris multa ſimularentur, & ſimulata pro ueris haberentur: ut apud Virgil.
Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni. Alioqui mulieres rebus diuinis deditæ, ſimulatrices dicebantur, ſed & ſimpulatrices. Turnebus.
¶ Simulamen, penul. prod. ſimulaminis (προσποίημα) Simulachrum. Ouidius de Adonide interempto ab apro, libro 10. Metamorph. 145,
Annua plangoris peraget ſimulamina noſtri. Singulis annis Adonia, id eſt ſacra in Adonis honorẽ celebrabantur: in quib. Adonis plangebatur, ac luctus Veneris referebatur.
¶ Simultè, pro Similiter. Plaut. Pſeud. Exoſſabo ego illum ſimultè itidem, ut murænam coquus. Obſoletum. ex Nonio.
Simultas] ſimultatis, fœm. gen. (ἔχθρα) Latens odium, inquit Valla in Raudenſem: ea ſimultas plerunq; inteliigi contẽta eſt, quũ inimicitiæ opere ſe oſtendat. Plaut. Pſeud. 5. 51,
Nam hic id metuit, ne illam ucndàs ob ſimultatem ſuam.
Cic. pro lege Manil. 50, Vt multas etiam ſimultates, partim obſcuras, partim apertas intelligam mihi non neceſſarias, uobis non inutiles accepiſſe. Idem ad Qũ. frat. lib. 1. 1. 28.
Simultas (inquit Feſtus) eſt odium: dicta ex contrario, quia minimè ſint odientes ſe ſimul. Poteſt & à ſimulatione dicta exiſtimari, quia ſimulata loquuntur adinuicem.
Vetus atq; antiqua ſimultas inter finitimos. Iuuen. Satyr. 15. 4.
Gerere ſimultates cum aliquo. Quint. lib. 4. cap. 1. 13.
Huic ſimultas cum Curione intercedebat. Vide Intercedo.
Simus] Pictor. Plin lib. 35. cap. 11. Simus pinxit iuuenem requieſcentem in officina fullonis, Quinquadrus celebrantem. Eſt item herba: de qua Plin. lib. 22. cap. 22.
Simus] Adiectiuum (σιμὸς) Quod eſt preſſum. Plinius lib. 11. cap. 37. 32, Et altior homini tantùm, quem noui mores ſubdolæ irriſioni dicauêre, naſus. Non alij animalium nares eminent. Anibus, ſerpentibus, piſcibus foramina tantùm olfactus, ſine naribus. Et hinc cognomina, ſimorum, ſilonum. Virg. 10. eclog. 2,
Dum tenera tondent ſimæ uirgulta capellæ.
Mart. lib. 6. 39. Atq; ille ſima nare, turgidis labris.
¶ Simulus, Diminutiuum. Mart. lib. 6.
Simulus iſte quis eſt, uxori ſemper adhæret
Quit; Meniedore, tuæ.
Sin] ἐὰν, ἀὰν, εἰ: ex Si & Ne componitur, abiecta e, ſignificatq; ſi uerò quod nunquam in prima parte collocatur, & niſi præceſſerit ſi: ſed in ſecunda, ubi ferè duorum eſt oppoſitio. Terent. Heaut. 4. 4. 15,
Egò Panphile eſſe inter nos, ſi fieri poteſt,
Affinitatem hanc ſanè perpetuam uolo:
Sin eſt ut aliter tua ſtet ſententia,
Accipias puerum. Ibidem, 4. 1. 45. Cic. ad Attic. lib. 9. 188. 1, Si mihi ueniam quam peto, dederit, utar illius conditione: ſin minus, inſpectabo aliquid à meipſo.
Sin, poſitum non præcedente Si. Cic. 3. de Orat. 74, Nunc contrà, pleriquè ad honores adipiſcendos, & ad Rempublicam gerendam nudi ueniunt atque inermes, nulla cognitione rerum, nullâ ſcientia ornati. Sin aliquis excellit unus è multis, effert ſe, &c. id eſt, Quòd ſi aliquis, &c. Salluſt. in Iugurtha.
Sin aliter. Cic. ad Brutum, lib. 11. 14. 6, Si ita eſt, omnia facilioraſin aliter, magnum negocium.
Sin autem. Cic. ad Atticum, lib. 10. 16 5, Si uir eſſe uolet, ſynodia: ſin autem crimus nos qui ſolemus.
Primùm, ſin. Terent. Adelph. 3. 4. 46,
Hæc primùm ut fiant, deos quæſo, ut nobis decet:
Sin aliter animus ueſter eſt, &c. Cic. de Amic. 67.
Sina] Vrbs Meſopotamiæ: quo nomine etiam dictus eſt mõs Petræ Arabiæ. Quidam montem Sinai uocant. Iuſtinus lib. 36. appellat Sinæum. Nomen habet à uepribus & dumetis, quibus ſeptus eſt. Eſt enim Hebræis Senah, arbor ſpinoſa.
Sinada] pen. corr. (σύναδα) ciuitas Aſiatica ad Cariæ fines. De hac Strabo lib. 2.
Sinæ] σῖναι, Populi ſunt in India ad Septentrionem Scribus, ad Occaſum Indis extra Gangem finitimi, terras incognitas deſertasq; ad Ortum & Meridiem habentes. Horum caput eſt Thina. Ptolemæus lib. 7. cap. 3. Stephanus urbem quoq; ipſam Sinas appellat.
Sinapi] indeclinabile, neu. gen. & Sinape, media producta, (σίναπι) herba quam Græci etiam napi, quaſi naphy uocant, ut Athenæus interpretatur: quoniam acri, & proinde incommoda natura eſſe uidetur. Sinapi uerò dici putat, quia olfactum luminibus officiat. Plin. lib. 20. cap. 22. 1; Sinapi, cuius in ſatiuis tria genera diximus, Pythagoras principatum habere ex his, quorum ſublime uis feratur, iudicauit: quoniam non aliud magis in nares & cerebrum penetret.
Sinapis] pen. prod. etiam fœminino genere legitur (σίναπι

ναις) Plaut. Pſeud. 13. 28,
Teritur ſinapis ſcelerata cum illis. Plin. lib. 19. ca. 8. 7.
Sinape] ſinapis, n. g. (σίναπι) Colum. lib. 11. cap. 3. 23, Sinape atq; coriandrum, nec minus erucam & ozimum, ita uti ſata ſunt, ſua ſede immota permanẽt. Varro 1. de Re ruſt. cap. 59. 3, Seruare rapa cõiecta in ſinape, nuces iuglandes in arena. Vetus exemplar habet, conſecta. Proinde ſinape accuſatiuus non eſt, ſed ablatiuus, à nominatiuo ſinapis.
¶ Sinapiſmus, Compoſitio medica ex ficubus & ſinapi, efficaciſſima ad morbos permultos.
Sinariſtufæ] Menandri: apud Plinium lib. 23. cap. 9. Sunt qui ſcribunt Synariſtuſæ.
Sinceraſtum] Vide Sinceraſtum.
Sinciput] Vide Synciput.
Sincerus] Vide Syncerus.
Sincinia] æ, Sicinia (inquit Feſtus) eſt cantio ſolitaria.
Sinda] æ (σίνδα) Oppidum Licaoniæ, in confinio Galatiæ atque Cappadociæ, teſte Plinio, libro 5. cap. 27. Stephanus Sindam aliam in India collocat ad ſinum magnum à Sindis populis habitatam.
Sindi] ſunt populi Meotidis. Strabo lib. 11.
Sindon] ſindonis, pen. corr. m. g. Velum ſubtiliſſimum, linteum. Martial. lib. 4. 19,
Nec ſic in Tyria ſindone tutus eris.
Sine] σὺν, χωρὶς Præpoſitio ſemper ſeparatiua, ſignificat Abſq; Terent. Heaut. 2. 3. 47, Sine auro tum ornatam.
Sine cortice nare. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 25,
—ſimul ac duraueris ætas
Membra, animumq; tuum, nabis ſine cortice. id eſt, Citra cuſtodem ac pædagogum ipſe te reges ac moderabere. Acron prouerbij admonet: putat metaphoram mutuò ſumptam à iuuenibus, qui quũ primitùs nare diſcunt, corticibus aut ſuberibus uentri ſubligatis natant: deinde exercitationes citra huiuſmodi adminicula natare incipiunt.
Sine delectu. Vlpian. in l. 1. §. 1. ff. de poſtulando.
Sine fine. Ouid. 2. Metam. 101.
Imperium ſine fine. Virg. 1. Aeneid. 57.
Singa] Palladis nomen apud Phœnices, cuius nominis ſimulachrum Thebis Cadmus conſtituit: docet Pauſanias.
Singæ] Indici populi, apud Plin. lib. 6. cap. 20.
Singara] æ, (σίγγαρα) Arabiæ urbs, Rhetanorũ caput. Plinius lib. 5. cap. 24.
Singultus] huius ſingultus, maſ. g. (λυγξ, λυγμὸς) Dicitur quoties ſpiritus uacans ab humore, in loco ſpiritui deputato retinetur: hic enim dum cruittitur, nec poteſt erumpere, & diſtentionem inducit, quæ appellatur ſingultus. Colum. lib. 4. cap. 11, Reducuntur ad uillam, perſequentes, ut dixi, nutricis ſingultus. Cicero pro Plancio, 62, Non modò lachrymulam, ſed multas lachrymas, & fletum cum ſingultu uidere potuiſti.
Cicer ſingultus. Catull. Aygon. 59. 26,
Frigidulos udo ſingultus ore cientem.
Coarctans membra ſingultus. Lucret. lib. 6. 2. 33.
Concutiente ſingultu ſonant ora. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 3.
Frequens ſingultus corripit neruos. Lucret. lib. 6. 233.
Singultu medios impedicnte ſonos. Ouid. 1. Triſt. eleg. 3. 9.
Crebris ſingultibus. Plin. epiſt. 95. b. lib. 4.
Longis ſingultibus ilia pulſat. Virg. 9. Aeneid. 84.
Ruptaq; ſingultu uerba loquẽtis erant. Ouid. 2. de Remed. 41.
Ilia tendere ſingultu. Virg. 3. Georg. 102.
Singultus, de gallinis. Colum. lib. 8. cap. 5. 3.
¶ Singultio, ſingultis, ſingultiui, ſingultitũ (λύζω, ἀποβλύζω) ſingultire, Singultum emittere. Plin. lib. 23. cap. 1. 35, Nec ſingultientibus, nec ſi cum febrẽ diſpnœa ſit, &c.

¶ *Singultiens, gallina. Colum. lib. 8. cap. 11.*

¶ *Singultans* (λύζων) *Qui frequentes singultus emittit, ut ferè nunquam solus singultus auditur: apud Quintilianũ lib. 10. cap. 7. Virgil. 9. Aeneid. 67,*

Tunc caput ipsi aufert domino, truncumq; relinquit
Sanguine singultantem. id est, Cum singultũ animam efflantem, ut ait Seruius.

Singultãs anima. Ouid. 5. Metam. & c. id est, Animam cum singultu exhalans.

¶ *Singultatus, pen. prod. Adiect. Ouid. lib. 3. Trist. eleg. 5,*

Brachiaq; excepi presso pendentia collo. Et singultatis oscula mista sonis. hoc est, Cum frequenti singultũ exhalans.

¶ *Singultim, Aduerbium* (μετὰ λυγμοῦ) Horat. 1. Sermon. Satyra 6. 12,

Vt ueni coràm, singultim pauca loquutus. id est, Verbis interruptis. Budæus.

Singulus] *pen. corr. Adiectiuum* (εἷς μόνος, ἕναγος μόνος οἱ ἰδιαίτερος, τὰ κατὰ μέρος) *Quasi sine angulo: quòd ea quæ unica sunt, nequeant cõstituere angulum. Dicitur autem singulum, unumquodq; per se, hoc est, separatum ab alijs. Plaut. Cistell. 10. 35, At at singulum uideo uestigium. hoc est, Vnum tantum, uel unius tantùm hominis. Cic. 3. de Orat. 117, Refert etiam qui audiant, Senatus, an populus, an iudices: frequentes, an pauci, an singuli. Idem in Orat. 131, Sæpe singulis utendum est, plerunq; binis: & utrisque addi pedis pars potest, non ferè ternis amplius.*

Lustrare singula. Virg. 1. Aeneid. 92.

Pandere singula ordine. Virg. 6. Aenеid. 145.

In singulis annis. Cic. 2. de Nat. deor. 147, Sol binas in singulis annis reuersiones ab extremo contrarias facit.

Singulis diebus. Cicero 2. de Natura deorum, 126, Quod efficitur in cœlo singulis diebus & noctibus. Idem pro Murena, 22.

In singulos dies. Cicero ad Atticum, lib. 5. 94. 1, Quotidie uel potius in dies singulos, breuiores literas ad te mitto. Idem 4. Verr. 87, Lex est de religione, quæ in annos singulos 10 uis sacerdotem sortito capi iubeat. Et 1. in Catil. 3, Crescit in dies singulos hostium numerus. Item ad Attic. lib. 6. 114. 7, Sceptius centesimis renouato in singulos annos fœnore contentus non fuit.

Verba inter singula fudit lachrymas. Virg. 3. Aeneid. 70.

¶ *Singularis, & hoc singulare, pen. prod.* (ἑνικὸς) Quod est unicum. *Plin. lib. 28. cap. 10. 2, Democritus etiamnum effectus auget eius qui singularis natus sit.*

Verbis singularibus gratias agere: hoc est, Quæ unum tãtùm, non etiam plures complecterentur. Cic. 4. in Catil. 77.

Rate singulari fluctum secans. Senec. Troade, 11. 4.

Singularis (διαφορὸς) *accipitur aliquando pro excellenti: & tam in malum, quàm in bonũ sumitur. Cic. pro Sylla, 6, Me singulari immanitate & crudelitate præditum. Idem 4. Verr. 12, Quo facilius de singulari eius impudentia existimare possitis. Sic pro Cluentio, 9, Singulare scelus. Et 5. de Finib. 100, Singulari nequitia præditi.*

Singularia in te quædam. Cicero 5. Verr. 177, *Sunt quædam omnino in te singularia, quæ in nullum alium hominem neq; dici, neq; conuenire possint: quædam tibi cum multis communia.*

Singularis in Cic. 4. Acad. 239, *Omitto per ipsum Aristotelẽ, meo iudicio in philosophia propè singularem.*

¶ *Singulares, milites uocat Cæsar 4. bel. Gall. qui ab alijs separati sunt.*

Singulares, pro singulis. Cic in Acad. Quintum genus esse dicunt, è quo astra fiant mentesq; singulares: id est, singulis, uel singulorum. Nizolius.

¶ *Singulariè, pro singulariter, quasi unice, teste Charis. lib. 2.*

¶ *Singularitas, pen. cor. singularitatis, f. g. Vide* Pluralitas, *in* Multus.

¶ *Singularius* (ἐνεόφοις μόνοις) *Adiectiuum antiquum. Plautus Capt. 4. 3, His indito catenas singularias. hoc est, singulis catenam unam.*

¶ *Singulariter, pen. corr. Aduerbiũ* (ἑνικῶς) *Magnopere, mire, mirum in modum. Plin. epist. 49. 4, De uita Pomponij Secundi duo: à quo singulariter amatus, hoc memoriæ amici, quasi debitum munus expleuit. Cic. 4. Verr. 81, Quem ego in Prætura mea singulariter dilexissem.*

¶ *Singulatim, pen. prod. Aduerb.* (καθ' ἕνα, κατὰ μόνας) *Vnumquodq; per se. Cæcilius, Primùm malo publico singulatim gratias agere. hoc est, Vnicuiq; separatim. Cic. 1. Ver. 40, Vt ea quæ singulatim ac diu collecta sunt, uno tempore uniuersa perdamus.*

Singulatim unicuiq; respondere. Cic. 1. Verr. 27.

Singulatim de unoquoq; genere in secundo libro dicemus. Cicero 1. de Inuent. 65.

¶ *Singillatim, siue sigillatim, pen. prod.* (ἰδιαζόντως, κατὰ μόνας) *Aliud aduerbium, Idem. Cicero 5. Tuscul. 134, Hæc uoluptates singillatim extenuantur. Idem Verr. 7. 80, Quærit ex his sigillatim, quot quisq; nautas habuerit. Et 6. 67, Sigillatim unicuiq; calamitati fore denũciabat, uniuersam se funditùs cuersurum esse ciuitatem minabatur. Terent. Phorm. 5. 9. 43,*

—quid ego nunc commemorem Demipho.
Singillatim qualis in istum fuerim?

Sigillatim, Generatim. Siue uniuersè, cõtrariè. Cic. 7. Verr. 111, Nam quid ego de ceteris ciuium Rom. supplicijs sigillatim potiùs, quàm generatim atq; uniuersè loquar?

Sinistra] *sinistræ* (ἀριστερᾶ) *Manus læua dicitur: à Sino, sinis, quòd gerere nos dextrà manu, quæ aptior est. sinat.*

Infirma sinistra. Ouid. 3. Fast. 174.

Sinistra, pro ea parte, quæ uersus mànum sinistram est. Cic. 1. de Diuinat. 143, Cur à dextra coruus, à sinistra cornix faciat ratum. idem 16. Philip. 212, Aspicite à sinistra.

Ad sinistram. Vide Ad.

¶ *Sinistra, Aduerbium* (ἐπ' ἀριστερᾶ) *pro, A parte sinistra. Cic. 4. Acad. 225, Et quum in uno mundo ornatus hic tam sit mirabilis, innumerabilis, suprà infrà, dextrà sinistrà, antè post, & c.*

¶ *Sinister. sinistra sinistrum* (ἀριστερὸς, σκαιὸς, εὐώνυμος, λαιὸς) Quod ad sinistram est: *ut, Sinistrum cornu. Liuius 3. ab Vrbe, 264.*

Cubitus sinister. Ouid. 9. Metam. 104.

Lateri sinistro affixus. Virg. 10. Aeneid. 33.

Pars sinistra murorum. Virg. 9. Aeneid. 94.

Sinistrum soli. Colum. lib. 1. cap. 5, Ferè pestilens habetur quod est remotum ac sinistrum soli, & apricis flatibus.

Sinisterior, & hoc sinisterius. Varr. 2. de Re rust. cap. 5. 11, Si quidem si mas est, in dexteriorem partem abit: si fœmina, in sinisteriorem. Cic. in quadã epist. Cornu sinisterius quod erat infirmius.

Rota sinisterior. Ouid. 2. Metam. 28.

Sinistrum, quantum ad augurium pertinet, significat Prosperum. Plaut. Pseud. 11. 72.

Aui sinistra auspicio liquido, atq; ex sententia. Cic. 3. de Legibus, 15 aue sinistra dictus populi magister est. Idem 2. de Diuin. 124, Quanquã haud ignoro quæ bona sint, sinistra nos dicere, etiamsi dextra sint: sed certè nostri sinistrum nominauerunt, externi dextrum.

Sinistra, meliora quare sint auspicia, quàm quæ dextra, declarat Varro lib. 5. Epistolicarum quæstionum, his uerbis, Adeorum sede quum in meridiem spectes, ad sinistram sunt partem mundi Exorientes, ad dexterã Occidentes, factũ arbitror ut sinistra meliora auspicia, quàm dextera esse existimẽtur. Idẽ ferè sentiũt Sisinius Capito et Cincius. Festus.

Tonitrus sinistri. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 10.

¶ *Sinistrum, Aduersum, noxium: quòd quæ sinistra manu fiunt, minus rectè fieri uidemus. Virg. lib. 1. Georg.*

Arboribusq; satisq;, Notus, pecoriq; sinister. Plin. epist. 148. Igitur ad dilos hanc sinistram diligentiam conferant. idem epist. 9. b, Nemo me apud quenquam sinistrè sermonibus carpit. Virg. 9. eclog. 2,

Antè sinistra cauã monuisset abilice cornix.

Alles sinistræ. Ouid. epist. 2. 23.

Fama sinistra. Tacit. lib. 5.

Et fuit ad cœptas hora sinistra uias. Ouid. epist. 20. 14.

Liberalitas sinistra. Catul. in Iulium Cæsarem, 27. 4.

Omen sinistrum. Ouid. 13. epist. 10.

¶ *Sinisteritas, pen. corr. sinisteritatis, fœm. gen.* (σκαιότης) *Plin. epist. 182, Plerisq; autem dum uerentur ne gratiæ potentium nimium impartire uidentur, sinisteritatis atq; etiam malignitatis famam consequuntur. id est, asperitatis: quia nimium seuerè in potentes prouinciales se gerunt.*

¶ *Sinistrè, Aduerbium* (σκαιῶς) *ut, Accipere cædem sinistrè. Tacit. lib. 17.*

Exceptus sinistrè. Horat. in Arte, 41.

¶ *Sinistrorsum, Aliud aduerbium* (ἐπ' ἀριστερά) *Versus sinistram. Apud Festum sinistrorsus etiam legitur. Cæsar 6. bello Gall. 91, Hinc se flectit sinistrorsus, diuersis à flumine regionibus.*

Sinistrorsum, cui opponitur Dextrorsum. *Horatius 2. Serm. Satyra 3. 10,*

Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit.

¶ *Sinistimum, ueteres dixerunt pro sinistro* (σφωνυμότατος) *Festus.*

Sinnaca] *Mesopotamiæ ciuitas est, in qua Sirena Parthorum imperator Crassum dolo captum interemit. Strabo libro 16.*

Sino] *sinis, siui, situm* (τάω) *sinere, Permittere. Terentius Andr. 1. 1. 126,*

Sine nunc meo me uiuere interea modo. Ibidem, 5. 3. 30, Sine te hoc exorem S. sino.

Sine ut ueniat. Terent. Andr. 3. 5. 16,

Sed paululũ sine ad me ut redeam. Idem. Eunu. 4. 6. 1.

¶ *Situs, Participium* (τεθεὶς) *Permissus. Cic. pro P. Sestio, 83, Accusare eum moderatè, à quo ipse nefariè accusatur, per Senatus authoritatem non est situs.*

¶ *Siturus, pen. prod. Aliud participium. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 10. 6, Cato concionatus est, comitia haberi nõ siturũ.*

Sinodontes] *Pisces quidam, è quorũ cerebro gemma eiusdem ferè nominis eruitur: nam & ea Sinodontites appellantur. Plin. lib. 37. cap. 10, Sinodontites è cerebro piscis est, qui Sinodontes uocantur.*

Sinon] σίνομαι, *insignis proditor apud Virgilium. De quo Seruius, Autolycus quidam fur fuit, qui se uarias formabat in species. Hic habuit liberos, Sisyphum, unde natus est Sinon: & Autollam, unde Vlysses. Consobrini ergo sunt: nec immeritò Virgilius Sinoni dat & fallaciam, & proditionis officium, ne multum discedat à fabula: quia secundum Euphorionem Vlysses hoc fecit. Hæc Seruius, enarrans hunc locum Virgilij, 2. Aeneid. 16,*

—nec si miserum fortuna Sinonem
Finxit, uanum etiam, mendacemq; improba finget.

Periurus Sinon. Virg. 2. Aeneid. 39.

Sinonia] *æ. Insula Corsicæ ultra Tyberina ostia, in Antiano. Plin. lib. 3. cap. 6.*

Sinope] *penult. prod. uel, ut scribunt alij, Synope* (σινώπη) *urbs Põti, Cynici Diogenis patria: Gymnasio olim clarissima fuit, & rubrica Sinopica cognominata celebris. Cicero in oratione pro Pompeio, haud obscurè indicat in Sinope et Amiso, Mithridatis olim domicilia fuisse, omnifariis rebus ornatissima refertissimáque. De Sinope item Strabo lib. 12.*

Magna Sinope. Valer. 5. Argon. 22.

Opima Sinope. Valer. 5. Argon. 22.

¶ *Sinopeus, trisyllabum* (σινωπεύς) *Qui est ex Sinope. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 14,*

Non doluit patriæ Cynicus procal esse Sinopeus.

De Diogene.

Sinopis] *pen. prod. sinopidis, fœ. gen.* (σινωπὶς) *Color quidã natiuus seu rubrica. Plin. lib. 35. cap. 6. 1, Nascuntur sinopis, rubrica, pretonium, melinum, eretria, auripigmẽtũ. Sinopis inuenta est primùm in Ponto, inde nomen à Sinope urbe. Nascitur et in Aegypto, Balearibus, Africæ: sed optima in Lemno & in Cappodicia. Effossa et in spelucis. Quæ saxis adhæsit, excellit. Glebis suus colos, extrà maculosius. Hacq; usti sunt ueteres ad splẽdorem. Species sinopidis tres, rubrã, & minùs rubens, & inter has media. Preciũ optimæ in libras XIII. denarij. Vsus ad penicillum, aut si lignum colorare libeat.*

¶ *Sinopicus, pen. corr. Adiect.* (σινωπικὸς) *Sinopicam rubricam uocat Vitruuius lib. 7. de qua Strabo lib. 12. sic scribit. In Cappadocia nascitur ea quæ sinopica rubrica dicitur, omnium optima quæ cum Iberia decertat. Idcirco sinopica appellatur, quòd eam mercatores cò deferebãt prius, quàm Ephesiorum emporium tam celebre esset.*

Sinotium] *Vrbs Dalmatiæ. Vide in* Salo.

Sinti] *Populi Thracum, qui Samum insulã habitarunt: quos & Saios nominarunt. Strabo lib. 10. & in dict. Saij.*

Sinuessa] σινόεσσα, *teste Plinio lib. 3. cap. 5. ciuitas mediterranea Campaniæ, uino satis abundans, quod Sinuessanum dicitur. Liu. 10. ab Vrbe, 110, In saltu Vestino Falernũ contingente agrum, Sinope dicitur Græca urbs fuisse, Sinuessa deinde à Romanis colonis appellata. Strabo lib. 5, Sinuessa in Sentino sita est sinu, à quo nomen uendicat. Ei proximæ calidæ sunt balneæ ad ægritudines quasdam accommodatissimæ. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 8.*

Tepens Sinuessa. Silius lib. 8. 105.

¶ *Sinuessanus, pen. prod. Adiectiuum* (σινουεσσεύς) Horat. 1. epist. 5. 1, Inter Minturnas, Sinuessanumq; Petrinum. *Vide* Petrinus.

Sinuo, Sinuosus] *Vide* Sinus.

Sinus] *huius sinus, masc. gen.* (κόλπος, κόλπωμα) *Dicitur illa pars quæ est intra pectoris brachiorumq; complexũ, inqt Valla: & tunc Si corripitur, teste Seruio. Terent. Adelph. 4. 5. 76,*

Hic non amandus? hiccine non gestandus in sinu est?

Tepidus sinus. Ouid. epist. 3. 23.

Abstrahere sinu uel gremio. Vide Abstraho.

Complecti sinu. Vide Complector.

Blando sinu fouens nepotem: Senec. Troade, 12. 4.

Fouere dextram sinu. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 1.

Inq; mei cupido rapta ferèbat sinu. Ouid. epist. 19. 10.

Hinc sinus uestiũ appellati sunt, quas plicaturas uulgus dicit, quales erant tunicæ Romanorum, & laxitas illa supra cinctura. Virg. 1. Aeneid. 65,

—nodoq; sinus collecta fluentes.

Dissutus sinus. Ouid. 1. Fast. 82.

Enormes sinus. Stat. 2. Sylu. 27.
Lacera sinus. Ouid. epist. 21. 25.
Vt fieret torto nexilis orbe sinus. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 5.
Purpurei sinus. Ouid. epist. 14. 11.
Ferre nuces sinu laxo. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 35.
Onerato sinu portare aliquid. Senec. Hippol. 10. 6.
Rumpere sinum. Ouid. 10. Metam. 144.
Soluere sinus. Catull. in Epithal. Iuliæ, 56. 11.
Substringere sinus ueste remissa. Senec. Troade, 2. 5.
Ex toga facere sinum. Liu. 1. bell. Pun. 66, Quum sinu effusa bellum se dare dixisset. hoc est, Excusa toga quam in sinu collegerat. Budæus.
Subducere sinum bonis. Senec. Thyeste, 5. 6.
Sinu, pro ipsius præcordijs. Ouid. epist. 5. 8,
Attoniti micuêre sinus: gelidusq; cucurrit,
Vt mihi narrasti, dura per ossa timor.
E sinu illius aut illius esse dicimus, quos ex intima familiaritate uolumus intelligi. Cicero 3. Verr. 18, Calumniatores ex sinu suo apposuit, qui illam hæreditatem Veneri Ericinæ commissam esse diceret. Ibidem 4. 116, Qui è Chelidonis sinu in prouinciam profectus esset. Idem 2. in Catil. 4. 2. De eius delectu, imò uerò de complexu eius ac sinu. Erasmus.
In sinu suo habere. Caius iureconsl. Titio centum do, lego, quæ mihi pertulit: quæ ideò ei non caui, quòd omnem fortunam & substantiam, siquam à matre susceperat, in sinu meo habui, siue ulla cautione. In sinu meo, dixit: pro, in occulto, & penitùs apud me & in potestate mea. Cicero ad Q. fratrem, lib. 2. 15. 1, Mihi crede in sinu est, neq; ego discingor. Ac si diceret, In potestate habeo: neque periculum est, ut imprudenti mihi uel immemori excidat. Vel in sinu, hoc est, in occulto: neque periculum est ut indicio meo excidat: Budæus.
In tuum ipsius sinum insue: dicimus aliquem, tâquam admonentes ut domesticorũ malorũ recordatione, desinat arrogãtius insectari uitam alienam. Idem antiquis fieri solere, colligi utcunq; potest ex uerbis Plinianis, qui lib. 38. c. 43. scribit hunc in modum, Veniam quoq; à deis spei alicuius audacioris petimus, in sinum spuendo. Idem in eodẽ capite scribit ex authoritate Salpæ, torporem sedari quocunq; membro instupente, si quis in sinum exspuat. Quorum utrunq; nõ prorsus abhorret à nostro uulgato prouerbio. Siquidẽ qui carpit aliena, spe quadã improba peccat, quasi speret sibi nihil simile à quoquã opprobrari posse, quũ nemo sit qui non aliquo uitio teneatur. Erasmus.
In sinu gaudere, Est tacitam apud se uoluptatem sentire. Vide Gaudeo.
Soluto sinu. Budæus, Sinus pro copia ponitur. Seneca, Non recipit fordidum uirtus amatorem: soluto ad eam sinu ueniẽdum est. id est, Plena liberalitate & copia effusa.
Sinus, pro securitate & præsidio. Plin. in Paneg. Gestus Consulatus non in hoc urbis ocio & intimo sinu pacis. Alibi, Confugit in sinum tuum concussa Resp. id est, in præsidiũ.
Sinus urbis. Sallust. in Catil. Alij intra mœnia, atque in sinu urbis sunt hostes.
Sinus, Per translationem uocantur litora quæ curua sunt, ad similitudinem sinus, & quasi brachijs mare amplectentia. Plin. lib. 12. cap. 10. 1, Tylos insula in eodem sinu est. Virg. 11. Aencid. 126,
—extremamq; sinu perfudit arenam. Seruius, curuatione & flexu undarum.
Orbis extremi sinus. Virg. 2. Georg. 25.
Angustus sinus. Virg. 2. Georg. 16.
Ater sinus Adriæ. Horat. 3. Carm. ode 27. 4.
Curui sinus. Stat. 6. Theb. 44.
Falcatus sinus. Ouid. epist. 2. 27.
Gelidi sinus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10. 11.
Persicus sinus. Vide Persicus, in Persia.
Profundus sinus. Senec. Troad. 6. 13.
Vadosi sinus. Senec. Troad. 10. 15.
Vastus sinus. Virg. 4. Georg. 73.
Monstriferos agit unda sinus. Lucan. lib. 5. 124.
Strymonis abscisso fertur aperta sinu. Proper. li. 4. eleg. 4. 15.
Immenso sinu labitur amnis. Senec. Herc. fur. 9. 13.
Scindit se unda in sinus redactos. Virg. 1. Aencid. 33.
Laxant arua sinus. Virg. 2. Georg. 67.
¶ Sinus magnus (κόλπος μέγας) Ptolemæo, in India is est, quem mare de Sur hodie uocant, ad quem Hispani uersus Occidentem nauigando peruenerunt, terrestri itinere duorum dierum interiecto.
Sinus ulceris. Cels. lib. 5. cap. 28, Sequitur enim sub medicamentis erodientibus crusta, undiq; à uiua carne diducta, quæ trahit secum quicquid corruptum erat, purusq; iam sinus curari potest implentibus.
Sinus, Concauitas oculorum, scilicet palpebræ, ubi lachrymarum conceptacula sunt, propter quandam similitudinem. Virg. lib. 4. Aeneid. 6,
Sic effata, sinum lachrymis impleuit obortis.
Ex Seruio.
Sinus, Retia. Virg. Impleuitq; sinus. Mart. lib. 13. 101.
Sinus, Velum quod uentis flantibus curuatur, & sinum facit. Iuuenal. Satyr. 1. 26, Totos pande sinus.
Plenaq; curuata pandere uela sinu. Ouid. 3. de Arte, 99.
Crepantes sinus carbasei. Virgil. 11. Aeneid. 155.
Obliquat sinus in uentum. Virg. 5. Aeneid. 4.
¶ Sinus, huius sinus: uel sinum, sini (κόλπος) Genus uasis, galeolæ cuiusdam formam habens, uentris tumidioris, & rotundioris formæ. tunc autem si producitur, teste Seruio. Plaut. Curcul. Hic cum uino sinus fertur. Idem Rud. 3. 32. Varro, Vbi erat uinum positum in mensa, aut galeola, aut sinu. Virg. 7. eclog. 7,
Sinum lactis, & hæc te liba, Priape quotannis
Expectare sat est. A' Græco κόλπος defluxisse, autor est Turnebus.
¶ Sinuosus, pen. prod. (πολυκόλπους) Quod habet multos sinus: ut, Mare sinuosum, Vela sinuosa, quæ sinus, id est, curuationes faciunt. Claud. lib. 1. de raptu Proserp. 37,
—sinuosa draconum
Membra tegens. id est, nodosa. Plin. lib. 11. cap. 37. 52, Cor prima domicilia intra se animo & sanguini præbet, sinuoso specu, & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino.
Aequora sinuosa. Valer. 3. Argon. 56.
Arcus sinuosus. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 6.
Terga sinuosa draconis. Stat. 3. Theb. 105.
Vela sinuosa. Propert. lib. 4. eleg. 1. 3.
Vestis sinuosa. Ouid. 5. Metam. 14.
Volumina sinuosa serpentis. Virg. 11. Aencid. 151.
Vorago sinuosa. Stat. 9. Theb. 101.
Narratio sinuosa. Quint. lib. 2. cap. 4. 3.
¶ Sinuo, sinuas (κάμπτω) sinuare, Curuare, in sinus flectere. Virg. lib. 2. Aencid. 42,
—sinuatq; immensa uolumine terga. Ouidius lib. 2, Metamorph. 176.
—tremulæ sinuantur flamine uestes. id est, formantur, rugãtur, uel in sinus colligũtur. Claud. 1. de raptu Proserp. 54, Oceanũ sinuare uadis. Plin. lib. 9. ca. 33. 2, Densata, porrecta, sinuata breui nodo ligatis, toto latere connexis. Celsus lib. 7. cap. 2, Nequis humor intus subsidat, qui pro-

qui proxima & adhuc sana rodendo sinuet.
In orbem luna sinuata. Plin. lib. 2. cap. 9. 1.
Serpens sinuatur in arcus saltu immenso. Ouid. 3. Metam. 9.
Arcus sinuare. Ouid. 8. Metam. 6.
¶ Sinuatus, pen. prod. Participium (κάμπτεις) ut,
Gurges sinuatus in curuos arcus. Ouid. 14. Metam. 11.
Chlamydem sinuatam implere re aliqua. Stat. 10. Theb. 27.
Sion] huius ſij, n. g. (σῖον) uulgò gorgolestro, Herbæ nomẽ. Plin. lib. 22. cap. 22. 17, His adnumerant Sion, latius apio, in aqua nascens, pinguius, nigriusq;, copiosum semine, sapore nasturtij. Prodest urinis, renibus, lienibus, mulierumq; mensibus, &c. Ruellius lib. 2. cap. 59, docet Sion siue lauer, herbã eam esse quam officinæ betulam uocant, expunctis à lauere duabus literis prioribus: Laberlam Gallicum uulgus, uel berlã adhuc appellat. In quo nomine ueteris uocabuli relucent uestigia: ut quod antiquitas lauer dixerit, sequuta ætas diminutione gaudẽs, lauerulum pronunciârit: & tandem, ut in pleriſq; moris est, extritis prioribus clemẽtis, in uerulum & berulum appellationem deflexit. Paulò pòst, Non sunt audiendi qui herbam uulgò cressionem dictã, Sion seu lauer esse contendant. Idem Ruellius lib. 1. cap. 20, Sion sibi nomen asciuit à concussu, quod Græci σείειν dicunt. nam excutiendi uim nactum est, utpote quòd renibus calculos emoliatur, urinam & menses exigat. Lauer, ut mea fert opinio nomen à lauatu contraxit, quòd personantibus aquis enatum semper elui gaudeat.
Siparium] sīparij (παραπέτασμα) Velum inimicum, quod Apuleius appellat scenicum. Eo utebantur mimi, scenicíq; ad scenam uelandam. Et hæc sīparia pro aulæis postea ætas usurpauit. Cicero de Prouinc. Consul. 12. Itaq; ille alter, aut ipse est homo doctus, & à suis Græcis subtilius eruditus, quibuscum iam in orchestra bellatur, antea post sīparium solebat. Quint. lib. 6. cap. 4. Scribitur & sipparium duplici pp. Iuuenal. Satyr. 8. 19,
Consumptis opibus uocem Damasippe locasti
Sippario, clamosum ageres ut phasma Catulli.
Siphnos] σίφνος, Insula est maris Aegæi, non procul à Scyro. XXVIII. M. pass. ambitu: antè Meropia & Acis appellata, ut tradit Plinius lib. 4. cap. 12. Hæc insula locupletissima erat: teste Herodoto lib. 3. ut in qua auraria & argentaria metalla essent: unde tantum pecuniæ fiebat, ut ex decima eius parte reponeretur apud Delphos thesaurus locupletissimo cuiq; aut par, aut superior, Siphnijs pecuniam quæ quotannis conficiebatur, distribuentibus. Gentile est Siphnius, σίφνιος, Stephano. Siphnus à quibusdam.
Sipho] sīphonis (σίφων) Instrumẽtum aduersus incendium comparatum, quod altissimè in ipsa usq; ædium fastigia aquam exprimebat & eiiculabatur. Subscribit huic sententiæ Hesichius, his uerbis, σίφων ὀχετόν τι ἐν πέρασιν οἰκιῶν ἢ πύργων ἐν τοῖς ἐμπρησμοῖς. Plin. in epist. Et alio qui nullus usquam in publico sipho, nulla hama, &c. Turnebus.
Siphon] sīphonis, masc. gen. (σίφων) Canalis fistula, uel tibia, per quam urgente spiritu, aqua uel alius liquor emittitur. A' sono uocis dictus σίφων. Iuuenal. Satyr. 6. 31,
Effigiemq; deæ longis sīphonibus implent. Plin. lib. 2. cap. 65. 8, de aqua in summis iugis erumpente, Quò spiritu acta, & terræ pondere expressa, sīphonum modo emicat. Colum. lib. 3. cap. 10, Naturali enim spiritu me alimentum uirentis quasi quædam anima per medullam trunci ueluti per sīphonem, quem diabeten uocant mechanici, trahitur in summum. Idem lib. 9 cap. 14.
¶ Sīphunculus, sīphuncoli, pen. corr. masc. gen. Diminutiuum (σιφώνιον) Plinius ad Apollinarem, In hoc fonte crater circà sīphunculi plures miscent iucundissimũ murmur.

¶ Sipho, uel sīpo, as, are: Obsoletum uerbum, relictis compositis Dissīpo, Insīpo, & Obsīpo: Spargere, in partes diuellere, σπαράσσειν, διασπᾶν.
Sipontum] σίπους, Vrbs Apuliæ iuxta Garganum montem à Diomede ædificata, quæ & Sipyus, & à Græcis (ob multitudinem sepiarum quæ ibi capiuntur) Sepius, Sepiuntis, dicitur. Hinc Sipontinus, à Siponto: & Sepiuntinus, à Sepiunte: uulgò Siponto. Vide Pomponium libro 3. cap. 1.
Sipya] est apud Aristophanem arca panaria. Cælius libro 9. cap. 16.
Sipylus] Vrbs fuit in Epheso, cui Archæpolis substituta est. Plin. lib. 5. cap. 29.
Sipylus] pen. corr. (σίπυλος) urbs est, & mons Phrygiæ. Strabo lib. 1, Dicta quoq; ad hæc ab Democlе memoria repetit, qui ingentes quosdam olim circa Lydiam & Ioniam usq; Troadem factos terræmotus scribit. A' quibus & uici sunt absorpti, & Sipylus submersa regnante Tantalo. Idẽ lib. 12. Ouid. 6. Metam. 30.
Flebile saxum Sipyli Senec. Herc. Oet. 3. 3.
Phrygius Sipylus. Senec. Herc. fur. 6. 11.
¶ Sipyleius, Adiectiuum (σιπυλαῖος) ut, Genitrix Sipyleia, Niobe. Stat. 5. Sylu. 1. 7.
Siqua] pro Siquo modo. si aliquo modo. Virg. lib. 1. Æncid.
Siqua fata sinebant.
Siquando] Aduerbium temporis (ἔστοτε) Id est, Si aliquãdo, uel aliquo tempore: primâ productam & acutam habet. Terent. Eunuch. 3. 1. 14,
—tum sicubi eum satietas
Hominum, aut negoci siquando odium ceperat. Cic. de Amicit. 4. 8, Non ergo erunt homines diuitijs diffluẽtes audiendi, siquando de amicitia, quam nec usu, nec ratione habent cognitam, disputabunt. Et 3. de Finib. 24, Et tamen puto concedi nobis oportere ut Græco uerbo utamur, siquando minus occurret Latinum. item 6. Verr. 125.
Siquidem] ἔγε, Coniunctio, accentum habet in prima syllaba. Significat enim Certè, nam, quoniam. Terent. Heaut. 2. 3 90. Quid aliud tibi uis fieri? si quidem hoc sit. si siquidem experiundo scies. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 12 1, Gratulor Baijs nostris, siquidem ut scribis, salubres repẽtè facti sint. Idem 1. Tusc. 5, Antiquissimum è doctis genus sit poetarum: siquidẽ Homerus fuit & Hesiodus ante Romam conditam.
Si quidem, Interdum duæ dictiones sunt, pro Si certè. Plautus Curc. 4. 56,
Si quidem hercle mihi regnum detur, nunquam id potius persequar. Terent. Eunuch. 1. 2. 102,
—biduum
Saltem ut concedas sibi. PH. si quidem biduum.
Siquis] siqua, siquod uel siquid. Pronomen (ἄττις) Si aliquis Plin. epist. 6. lib. 3, Nec uitia, siqua sunt, celant.
Siquis alius, Elocutio ornata: ut quum dicimus, Varro doctus est, si quis alius. hoc est, Siquis alius doctus est, uel reperiri potest. Suetonius in Claudio, Siquem alium, & se liberum esse, &c.
Siquid tale acciderit. Cic. ad Atticum, lib. 16. 333. 6.
Siquid cum periculo experiri uelis, in Caria id potissimùm esse faciendum. Cic. pro Flacco, 51.
Siquo pacto. Cic. ad Atticum, lib. 1. 7. 7, Et nebulonem illum, si quo pacto potes, ex istis locis amoue.
Siquo usui. Liuius 10. bell. Maced. Imperatum, ut classem primo quòq; tempore duceret in Ligurum oram, siquo usui esse L. Aemylio, atq; eius exercitui posset. Fortè accipitur, siquo, pro siquo pacto.

Siraci] σιρακοὶ, Populi sunt Scythici, Caucasi radicibus ad Septentrionem proximi: quorum meminit Strabo lib. 11.

Sirbis] Xanthus fluuius, quem in Lycia cognitum esse constat. Strabo lib. 14.

Sirbon] Sirbonis siue Sirbonis, dis (σίρβων καὶ σιρβωνὶς) Stephano Palæstinæ lacus, non procul à Casio monte olim, CL. M. pass. circuitu: Plinij uerò ætate in exiguæ paludis angustiam contractus. Herodotus Serbonitidem uocat. Plin. lib. 5. cap. 13. Strabo lib. 16.

Siremps] dicitur quasi similis res ipsa habetur. Hoc in libris Catonis. Flam. Sosipater lib. 2. Institutionum: tradit Siremps nominatiuo tantùm casu dici, & ablatiuo ab hac Sirempse: significare autem, similiter lex esto. Vide notas Antonij Augustini ad Festum, in dictione Siremps.

Siren] Sirenis, uel Sirena, Sirenæ, penult. prod. fœm. gen. (σειρὴν) Monstrum maris, ab ἕρμα, quod connectere uel retinere significat. Vel ab ἀειρὰ catena, eo quòd libidinis uinculum Sirenes fuerint. Quidam hoc nomen à σίρω, traho deducunt, & per y scribunt.

Sirenes secundùm fabulam partim uirgines fuerunt, partim uolucres, Acheloi fluminis & Calliopes Musæ filiæ. Harum una uoce, altera tibijs, alia lyra canebat: & primò iuxta Pelorum, post in Caphereis insulis habitauerunt, quæ illectos suo cantu in naufragia deducebant. Secundùm ueritatem meretrices fuerunt, quæ transeuntes, quoniã quos ducebãt ad egestatem, his fictæ sunt inferre naufragia: has Vlysses contemnendo deduxit ad mortem. Hæc Seruius, apud Virgilium in fine lib. 5. Aeneid. 173.

Iamq; adeò scopulos Sirenum aduecta subibat, &c.

Voces Sirenum. Horat. 1. epist. 2. 5.

Acheloidum Sirenum scopuli. Ouid. 14. Metam. 18.

Volucres Sirenes. Claud. 3. de raptu Proserp. 88.

¶ Sirenes, Aues in India. Vide Plinium lib. 10. cap. 49. 2.

Sirenusiæ] σειρηνοῦσαι, Insulæ tres sunt, Lucaniæ adiacentes, ex aduerso eius promontorij, à quo sinus Pæstanus initium sumit.

Sires] σίρες, Thraciæ populi supra Bizantios, author Stephanus.

Siriasis] huius siriasis, pen. corr. fœmin. gen. (σειρίασις) Plinius dicitur, libro 30. cap. 15. 2, Osibus in canino fimo inuentis, adustio infantium quæ uocatur siriasis, adalligatis emendatur. Idem lib. 22. cap. 21. 8, Folia infantium distillationibus, quod siriasim uocant, illita medentur. Vide Solstitialis morbus, in Sol.

Siris] νῆλος, ab Aethiopibus dicitur Nilus, antequam totus confluat. Nam (ut inquit Plinius) nec antè Nilus dicitur, quàm se totum aquis concordibus iunxit. Rufus ex Dionysio,

Hic qua secretis incidit flexibus agros, &c.

Dictum Sirim autumat Stephanus & Eustathius, à Sirio, quoniam sub ortum Canis per introitum Solis in Leonem augeatur, ut Hermolaus scribit.

Siris] à qua Siritæ, fuit ciuitas in Metaponto. Siritarum fœlicitatem ampliter admiratur Archilochus. Cælius Rhodigin. lib. 7. lect. antiq. cap. 10.

¶ Siritæ, penult. prod. (σειρῖται) magnæ Græciæ populi, Siridis urbis incolæ, ne ipsis quidem Sybaritis luxu cedentes. Cælius Rhodig. lib. 7. cap. 10.

Sirites] σειρίτης, Nomadis cuiusdam nomen fuit in Libya, primus auleticæ inuentor: qui & Matroa, hoc est, magnæ matris sacra primus fertur tibia cecinisse. Cælius libro 9. cap. 7.

Sirius] Sirij, mascul. gen. (σείριος) Stella in ore Canis perniciosa. Continet enim Canis, XVIII. stellas. Stat. libro 1. Sylu. 3. 1,

—nec calido latrauit Sirius astro.

Ductum nomen ἀπὸ τῦ σείρειν, hoc: quod per æstum præcipuè canes faciunt, quo tempore plerunq; in rabiem conuertuntur. Vel ἀπὸ τῦ σειρώω, quod est areficio: quia tunc maxima siccitas est, amnibus ac fontibus deficientibus. Vel dicitur Sirius, à longo tractu: quoniam magnitudine sua trium signorum spacium occupare uidetur. Hæc annis omnibus, ut ait Seruius, oritur circa VIII. Calend. Iulij. Ea quantum in ipsa est, pestifera est: sed pro qualitate adiacentium aut uincitur, aut maioribus utitur uiribus. Hinc est, quòd quum tempore certo oriatur, non semper est noxia. Seruius, enarrans illud Virgilij lib. Aeneid. 10,

Non secus ac liquida siquando nocte cometæ
Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor.

Rapidus Sirius. Virg. 4. Georg. 85.

¶ Sirius, interdum solem significat, ut tradunt grammatici Græci: ac quos accendit canicula morbos, soli acceptos ferre debemus: & siriasis morbus est nõ tãtùm infantiũ, sed etiam uirorum. Turnebus.

Sirmion] σίρμιον, Vrbs est Pannoniæ inferioris, longiusculè à Danubio flumine dissita. Ptolemæus libro 2. cap. 16. Vulgò Simach.

Sirnides] σιρνίδες, Insulæ aliquot ante Sammonium Cretæ promontorium iacentes. Plinius lib. 4. cap. 12.

Sirpices] Regula cum pluribus dentibus, quam ut plaustrũ boues trahunt, ut eruant quæ in terra sunt. Vide Varr. 4. de Ling. Lat.

¶ Sirpiculæ, uocatæ à sirpando, id est, ab alligando. Sic sirpata dolia quassa cum alligata dicta. Author Varro libro 4. de Ling. Lat.

Sirpus] Vide Scirpus.

Sirrha] σίρρα, Thraciæ oppidum est apud Theopompũ, referente Stephano: à quo gentile Sirrheus.

Sirrhus] σίρρος, Suidæ: Cuniculus siue fossa subterranea, in qua frumentum quamdiutissimè incorruptum asseruatur. Vide in dictone Sirus.

Sirulugus] Plin. lib. 31. cap. 15, iidem authores nominauêre Sirulugum, quod nec quale esset animal, nec ubi nasceretur, tradiderunt.

Sirus] σίρρος, siue σίρος, Sirrhus Suidæ, Spelunca est subterranea, condendo asseruandoq; frumento accommodata. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 57, Item huius generis granaria alij quidem habent sub terra, uti speluncas, quas uocant Siros, ut in Cappadocia, ac Thracia: alij, ut in Hispania citeriore, puteos, ut in agro Carthaginiensi & Ossensi. Horum solum paleis substernunt, & curant ne humor, aut aer tangere possit, nisi cum promitur ad usum.

Sirus] Vide Syrus.

Sirpus] Vide Scirpus.

Sisachthia] Lex apud Lacedæmonios, qua fœnoribus obrutis succursum est. Alex. Alexandrin. lib. 1. Genialium dierum, cap. 7. Ferunt Aegyptios & Athenienses cũ hæc contagio mali latius serperet, pluribus decretis cauisse, ne ob fœnus corpora adiudicari, uel addici possent, néue super corporibus fœnerari fas foret, nec citra debitoris facultatẽ fœnire: quę lex Sisachthia & Greocopia dicta est: adeò, ut Lycurgus è tota Sparta fœnus & usuras exterminasse dicatur. Adde cap. 10. lib. 6.

Sis] εἰ βλαι, pro Si uis, dixêre ueteres. Ad uerba enim imperatiua, quia uidebãtur cõtumeliosa, addebãt sis, pro si uis: ut Fac sis, Vide sis. Plaut. Amph. 4. 132, Modò sis ueni huc, inuenies infortunium. Cic. pro Sexto Rosc. 27, Age nunc, refer animum sis ad ueritatem.

Sisama] sisamæ, fœm. gene. (σήσαμος) Genus leguminis. Vide Sesama.

Sisamus] aut uerius Sesamum, urbs est Paphlagoniæ: de qua suo ordine. Vide Homer. lib. 2. Iliad.

Sisapo] pen. corr. (σισάπων) teste Plin. lib. 3. cap. 1. oppidum est Hispaniæ: unde & Sisaponensis regio in Bætica, ubi optimum minium nascebatur: eodem Plinio authore libro 33. cap. 7.

Sisara] sisaræ, pen. corr. (ἐρείνη) Frutex est, quem & ericam siue ericen uocant. Plin. lib. 11. cap. 16. 2.

Sisaron] siue sisarum, sisari, pen. corr. (σίσαρον) appellant Græci, quod Latini siser: inter ea olera annumeratur à Dioscoride, quorum radix tantùm in usu est: duorum generum est, satiuum & erraticum.

Siser] siseris, pen. corr. neut. gene. (σίσαρον) Idem quod sisarum. Plin. lib. 20. cap. 5. 4, Siser erraticum satiuo simile est & effectu: stomachum excitat, fastidium abstergit.

Siscia] σισκία, Pannoniæ superioris urbs, Ptolem. lib. 2. cap. 15. hodie Lablatum, Lublana.

Sisigambis] σισιγάμβις, uxor fuit Darij, quæ nulli suæ ætatis fœminæ pulchritudine cessit, teste Curtio: quam tamen uicto Dario Alexander non solùm non uiolauit, sed & summam adhibuit curam, nequis captiuo corpori illuderet.

Sison] σίσων, Semen est exiguum, in Syria nascens, Apio simile, nigrum, feruens & oblongum. Dioscorides libro 3. capite 53.

Sispitem] Iunonem, quam uulgò sospitem appellant, antiqui usurpabant: cùm ea nox ex Græco uideatur sumpta, quod est σώσειρ. Festus.

Sissara] sissaræ, pen. corr (σισσαρα) Nuncupatur apud Hebræos omnis potio, quæ inebriare potest.

Sisto] sistis, stiti, statum, (ἵστημι, παρίστημι, ἐφίστημι, προϊστημι, ἀνίστημι, καθίστανω) sistere, Facere ut aliquid constet, seu retinere. Plin. libro 26. cap. 12. 8, Sanguinis profluuium sistit herbæ Paeoniæ semen rubrum. Virgil. 6. Aeneid. 93,

Siste gradum, teq; aspectu ne subtrahe nostro.

Tramite facili uos sistam. Virg. 6. Aeneid. 136.

Aciem sistere. Vide Acies.

Alsum sistere, Reprimere. Plin. lib. 20. cap. 6. 5.

Amnes sistere. Virg. 1. Georg. 96.

Aquam sistere fluuijs. Virg. 4. Aeneid. 98.

Pace sistitur bellum. Ouid. 14. Metam. 161.

Fletus sistere. Ouid. 14. Metam. 167.

Fugam. Liu. 10. bell. Pun. 48.

Labores immensos. Ouid. 5. Metam. 98.

Lachrymas. Ouid. 6. Fast. 31.

Legiones ferociter instantes. Liu. 1. ab Vrbe, 167.

Metum. Ouid. epist. 19. 35.

Minas. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 12.

Modum. Ouid. 15. Metam. 99.

Opus. Ouid. 3. Metam. 31.

Pedem. Ouid. 1. de Remed. 16.

Querelas. Ouid. 7. Metam. 145.

Profluuium genitale. Plinius libro 7. capite 14. 1. Sic libro 20. cap. 7. 2, Sanguinem sistit. Apud eundem lib. 20. cap. 4. 6, Sistere ulcera. Et apud Martial. lib. 13. 116, Sistere uentrem.

Templum ijsdem uestigijs sisteretur. Tacit. hoc est, cõderetur.

Sistere, Præsentare, & quasi præsentiam corporis exhibere. Cic. Attic. libro 3. 67. 2, Des operam, id quod mihi affirmasti, ut te ante calend. Ianuarias, ubicunque erimus, sistas. Idem 3. Offic. 39, Vas factus est alter sistendi ejus: ut si ille non reuertisset, moriendum esset ipsi. Vlpianus in l. si seruum. ff. si ex noxali causa agatur, Si seruum in eadem causa sistere quis promiserit, & liber factus sistatur, &c. Plautus Curcul. 4. 6,

Vbi tu es qui me libello Venerio citasti? ecce me sisto, ades contrà: Sisto ego tibi me, & mihi contrà itidem ut sistas suadeo. Idem Trinum. 10. 93,

—non sisti potest, uideo caculam militarem
Me futurum. Cic. ad Attic. lib. 10. 207. 6.

Sistere aliquem iudicio. Vlpian. in l. 1. §. 1. ff. de eo per quem, &c. Verùm qui alios quoq; rogauerit, ut eum detinerent, uel abducerent ne in iudicio sisteret. Et paulò antè, Qui impedit aliquem iudicio sisti.

Sistere, pro Consistere & stare. Cic. 5. Verr. 192. Qui Rempublicam sistere negat posse, ni ad Equestrem ordinem iudicia referantur?

Sistebas capite cadum. Plaut. Milit. 11. 33.

Sistet capite quicunq; offendero. Plautus Curcul. 7. 8. Idem Capt. 13. 22,

Nam qui obstiterit, ore sistet. id est, Oreterram calcabit, quemadmodum pedibus cæteri sistere solent.

Sistere, Confirmare, corroborare. Plin. in Paneg. 82, Magnũ hoc tuum non erga homines modò, sed erga tecta ipsa meritum sistere ruinas, solitudinem pellere, ingentia opera eodem quo extructa sint animo, ab interitu uendicare. Virgil. 6. Aeneid. 172,

Hic rem Romanam magno turbante tumultu
Sistet eques.

Stiti, Præteritum, Vlpian. in l. 1. ff. de eo per quem factum erit, &c. §. 2. Si reus dolo actoris non stiterit.

¶ Statum (ἑστακὼς) Supinum. Vlpianus, si quis in ius uocatus, l. 3. Quum quis iudicio sisti promiserit, neq; adiecerit pœnam, si statum non esset. Idem, si ex noxali causa, l. 1, Non uideri in eadem causa statum.

¶ Status, Participium passiuum, à Sistor, sisteris. Vlpianus in l. si seruus. D. si quis cautionibus, Si plurium seruorum nomine, iudicio sistendi causa, una stipulatione promittatur: pœnam quidem integram committi, licet unus status non sit, Labeo ait: quia uerum sit, omnes statos non esse. Neratius in l. si procurator. D. eod. tit. Si procurator ita stipulatus, ut sistat duntaxat eum quem stipularetur: non etiam pœnam, si status non esset, stipularetur: propemodum nullius momenti est ea stipulatio. Paulò pòst, Vt quantum dòmini litis interfuit sisti, tantum ex ea stipulatione, non stato reo, procuratori debeatur. Vlpian. in l. 1. D. si ex noxali causa agatur.

¶ Stator, statoris, masculini generis, (κλητὴρ) Qui apud magistratum assiduè est: quales sunt nuncij, uel tabellarij, uel apparitores, qui reos in ius uel in carcerem ducunt. Cicero Caninio, libro 2. 16. 1, Literas à te mihi stator tuus reddidit Tharsi. Tullius M. F. Cælio, libro secundo, 18. 5, Vt ad te statores meos & lictores cum literis mitterem.

Stator Iupiter dictus est quia stitit, id est, stare fecit Romanos, in fugam à Samnitibus uersos. Cic. 2. in Catil. 34. Senatum in ædem Iouis statoris uocaui. Idem, Antè quàm iret in exilium, 15, Iupiter stator, quem uere huius imperij statorem maiores nostri nominauerunt. Sic 3. de Finib. 101, Iouem quum optimum & maximum dicimus, quumq; eundem salutarem, hospitalem, statorem dicimus, hoc intelligi uolumus, salutem hominum in eius esse tutela. Ouid. 6. Fast. 159.

Sistrum] sistri (σείστρον) Musicum instrumentum, hoc est, cornu recuruum, peculiare Aegyptiorum, quo utuntur,

in Isidis sacris, argutum & sonorum, dum percuteretur: qui ob id sistrati dicuntur. Ouid. 2. Amor. eleg. 13. 2.

Per tua sistra precor, per Anubis ora canendi.

Apul. Æreis, & argenteis, & aureis sistris argutum timnitum constrepentes. Mart. lib. 14. 54.

Hæc quatiat tenera garrula sistra manu. *Siponti-nus, sistrum, æneum crepitaculum, cuius per angustam laminam in modum baltei recuruatam, traiectæ mediæ paucæ ungulæ crispante brachio trigeminos ictus reddunt argutum sonum.*

Sistrum, apud Aegyptios uicem tubæ exhibebat. Virgilius 8. Aeneid. 137,

—*patrio uocat agmina sistro.* Inde à Martiale dicitur *Sistrata turba, lib. 12. 25.*

Aegyptia sistra. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 7.

Multisonum sistrum. Stat. 3. Sylu. 2. 21.

Ouanti sistro personat Io. Valer. 4. Argon. 84.

Sonabile sistrum crepuit. Ouid. 9. Metam. 156.

Tumula sistra. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1. 8.

¶ *Sistratus, ta, tum: id est, Sistrũ pulsans, quod est proprium epitheton sacerdotum Isidis.* Martial. lib. 12,

Linigeri fugiunt calui sistratáq; turba.

Sisymbrion] *inter ornamenta muliebria ponitur, Polluci lib. 5. cap. 16. Verùm apud Aristophanem sisymbria uocantur folia & flores, quibus sponsi coronãtur: ut etiam inter cæteros annotauit Cælius lib. 28. cap. 24.*

Sysimbrium] *sisymbrij (σισύμβριον)* Herbæ genus, quod prouenit, ut Dioscoridi placet, *in incultis, hortensi mentæ proximum, latioribus tantùm foliis, & odoratioribus. Hoc nunc nostrates officinæ, balsamitam & mentam Romanam uocant, quòd quandam mentæ speciem exprimat, & riguos tractus plerunq; sequatur.* Ouid. 4. Fast. 175.

Cumq; sua dominæ data grata sisymbria myrto.

Sisyphus] *penult. corr. (σίσυφος)* fuit Aeoli filius, qui ob latrocinia à Theseo fertur occisus, & hac pœna apud inferos affici, *ut grande saxum supra montem portare coactus, quum ad apicem deduxerit, continuò ad ima relaxetur.* Ouid. lib. 13. Metam.

Aeolides Sisyphus. Horat. 2. Carm. ode 14. 4.

¶ *Sisyphus alius Corinthiorum rex, qui Meropem Atlantis filiam uxorem duxerat.* Ouid. 4. Fast.

Septima mortali Merope tibi Sisyphe nupsit.

¶ *Sisypheus, pen. prod. (σισύφειος)* Adiectiuum. Senec. Hercul. furent. 918.

¶ *Sisyphius, a, um:* Saxum Sisyphium, *quod apud inferos ob latrocinia uoluere Sisyphum poetæ fabulantur. Sanguis Sisyphius.* Ouid. lib. 13. Metam.

—*quid sanguine cretus*
Sisyphio furtisq; & fraude simillimus illi
Inseris Æcidis alienæ nomina gentis. Et paulò antè,
Æacus huic pater est, qui iura silentibus illic
Reddit, ubi Æolidem saxum graue Sisyphon urget.

Sisyphium] *Locus in Asia, de quo sic scribit Strabo lib. 8. Sub ipsum inde Pyrenen Sisyphium iacet, siue facellum quoddam, siue regale domicilium, niueo constructum lapide, in quo non modica seruantur adhuc rudera. Et summo autem cacumine, in Aquilone Parnasus aspicitur, & Helicon, montes excelsi atq; niuales.*

Sisyrinchium] *σισυρίγχιον, Bulbi genus, cuius imæ radices hyeme crescunt, uerno autem tempore cùm apparuerit uiola, minuuntur ac contrahuntur, bulbo interim pinguescente.* Plin. lib. 19. cap. 6.

Sita] *σῖτα, aut potius, ut notauit Dioscor. lib. 2. cap. 77, Sitanion: aut σῖτα, pro σιτία, Cibus, cibi. A) quo, Sitagogus; Nauis frumentaria. Sunt etenim Sitia frumenta omnis generis, apta cibis. Hinc Sitarchia, Præfectura annonæ: annona militaris, militare stipendium, annona ciuilis.* Budæus.

Sitanion] *nij, (σιτάνιον)* Frumenti genus: *quod quoniam tertio à flatu metitur, à Græcis τρίμηνον, à Latinis etiam trimestre dicitur, toti Alpino tractui, atq; adeò omnibus regionibus notissimum, certissimunq; agricolis fumis leuamen, quoties aut niues altiores, aut aquæ affluentiores, maturam tempestiuamq; sationem prohibuerunt. Hinc Sitanius panis.* Vide Dioscor. lib. 2. cap. 77.

¶ Sitanius, Adiectiuum *(σιτάνιος)* Sitanius panis dicitur. *ex nouo frumento intra trimestre à tempore messis factus. Græci enim σῖτον frumentum dicunt: νέον, nouum. Hinc σιτάνεος, quasi σῖτος νέος.* Plin. libro 22. cap. 25. 18. Sitanius, *hoc est trimestris, incussa in facie, aut disquamata cũmelle aptissimè curat.*

Sitarchia] *Est in frumentum & alia cibaria præpositura. Situs enim, σῖτος, Cereris ara fuit. σιτὼ enim uocabant, à cibarijs uidelicet. Est enim σῖτος, frumentum.* Lilius Syntag. 14. hist. deor.

¶ Sitarchus, *(σιτάρχος)* Annonæ, uel commeatus præfectus: à Græco σῖτος, siue σῖτος: quorum illud cibum, hoc frumentum significat: & ἄρχω, quod præfectum denotat.

Sitella] Vide Situla.

Sithonia] *siue Sythonia (σιθονία)* Regio litoralis Macedoniæ, *uersus Thermopontum: teste Herodot. lib. 7. in qua mons est Sithon niuosus.* Virg. 10. eclog. 14,

Sithoniáq; niues hyemis subeamus aquosæ. Hoc etiam nomine dicta fuit Thracia, *ut inquit Gell. lib. 10. Vnde spirat Aquilo, quoniam ad septentrionem exposita.*

¶ Sithonis, pen. corr. huius Sithonidis *(σιθωνίς)* Patronymicum, fœm. gen. pro possessiuo,

Nec uehit Actæas Sithonis unda rates. Ouid. epist. 2. 2.

¶ Sithonius, Adiectiuum *(σιθώνιος)* ut,

Matres Sithoniæ. Senec. Herc. Oetheo, 15. 7.

Agri Sithonij. Ouid. 13. Metam. 116.

Aquilon Sithonius. Ouid. epist. 11. 3.

Nurus Sithoniæ. Ouid. 6. Metam. 118.

Sitia] *σιτία, Hispaniæ Bæticæ oppidum, in conuentu Tarraconensi.* Plin. lib. 3. cap. 1.

Siticines] *penul. corr.* Nonius, Vt liticines à lituo, *ut tubicines à tuba: ita siticines qui apud funeratos, uel ita functos & sepultos, hoc est iam sitos, canere soliti erant, honoris causa, cantus lamentabiles. Hoc in libris collectaneis Attei Capitonis inuenitur, & Catò id uocabulum indubitanter apposuit.* Vide Gell. lib. 20. cap. 2.

Sitiogagus] *Flumen est, quo Passargadas septimo die nauigatur. Oritur atque fluit per Carmaniam.* Plin. libro 6. capite 23.

Sitis] *huius sitis, fœm. gen. (δίψα, δίψος)* Bibendi appetitus. Plin. lib. 11. cap. 34, Aeque est mira sanguinis & hirundinum generi in palustri aqua sitis.

Deserta siti regio. Virg. 4. Aeneid. 9.

Anhela sitis. Lucret. lib. 4. 176.

Auida. Vide Auidus.

Insedabilis. Vide Insedatus.

Importuna. Horat. 1. epist. 19. 5.

Rhabida. Senec. Herc. Oetheo, 8. 10.

Abluitur sitis de corpore. Lucret. 4. 176.

Accendere sitim. Vide Accendo.

Adduxêre sitim tempora. Horat. 4. Carm. ode 12. 3.

Ardere siti. Claud. 1. in Ruff. 21.

Auertere sitim fluuio. Silius lib. 8. 114.

Colligere sitim. Vide Colligo.

Compescere sitim multa unda. Ouid. 4. Metam. 20.

Concipere sitim labore. Ouid. 5. Metam. 90.

Consumi siti. Vide Consumo.

Defendere sitim fonte. Silius lib. 7. 43.

Depellere sitim potione. Cic. 1. de Fin. 58.

Deponere sitim in unda. Ouid. 4. Metam. 20.

Enectus siti Tantalus. Cic. 1. Tusc. 16.

Excessit sitim potio. Celsus libro 1. cap. 2. hoc est, Maior largiorq; quàm pro siti fuit.

Excutere sitim undis. Senec. Herc. Oetheo, 8. 10.

Explere sitim. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 12. Cic. de Senect. 24, *Græcas literas senex didici: quas quidem sic auidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens.*

Extincta est sitis bibendo. Ouid. 7. Metam. 116.

Exurit miseros sitis. Lucret. lib. 3. 188.

Arua siti findit Canis æstifer. Virg. 2. Georg. 72.

Vinit sitim copia lymphæ. Horat. 2. epist. 2. 30.

Incensum siti flagrat cor. Senec. Thyeste, 1. 20.

Leuare sitim de fonte. Ouid. 15. Metam. 65.

Pellere sitim. Horat. 2. Carm. ode 2. 3.

Pulsa sitis fluuio. Stat. 5. Theb. 1.

Quærere sitim. Cic. 5. Philip. 177.

Recludere sitim. Ouid. 6. Metam. 71.

Restinguere sitim riuo. Virg. 5. eclog. 10.

Sedare sitim flumine. Lucret. lib. 2. 133.

Dumq; sitim sedare cupit, sitis altera creuit. Ouidius 3. Metamorph. 38.

Sistere & Alere sitim, contraria. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 4.

Nec tibi sunt fontes, laticis nisi pene marini:
Qui potus dubium est sistat, alat ne sitim.

Silis sorbet ora. Stat. 3. Theb. 66.

Torret miseros sitis arida. Lucret. lib. 3. 188.

Arenti siti torret arua Canis. Tibul. lib. 1. eleg. 4. 19.

Vincere sitim. Senec. Herc. Oetheo, 5. 8.

Arida sitis urit guttur. Ouid. 11. Metam. 26.

Vsserat herbas sitis. Ouid. 4. Fast. 60.

Sitis, Nimia auiditas cuiuscunque rei dicitur, *per translationem.* Plautus,

Cupio te amplecti, neq; aliter sitim iandiu conceptam sedare possum. Cic. in Parad. 7, Neq; enim unquam expletur, nec satiatur cupiditatis sitis.

Argenti sitis. Horat. 1. epist. 19. 5.

Famæ sitis. Iuuenal. Saty. 10. 14.

Scelerata sitis prædæ. Claud. 1. in Ruff. 43.

Facere alicui sitim audiendi. Quint. lib. 6. cap. 3. 13.

¶ *Sitio, sitis, sitiui, sitire.* Cic. in Pisonem, 4. 8, Ipse cum hominibus quindecim malè uestitis ad portam Cœlimontanam sitiens peruenerim.

Ipsi fontes iam sitiunt. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17. 17.

Gemmant uites, sitiunt agri. Cic. in Orat. 45. & Sitire segetes. Quint. lib. 6. cap. 6.

Herba sitit. Virg. 7. eclog. 12.

Aret ager: uitio moriens sitit aeris herba. Idem 4. Georg. 81.

Tellus tosta sitit. Ouid. 4. Fast. 189.

Sitiri, Passiuum. Plin. lib. 17. cap. 2. 5, Sed quomodo sitiuntur distillans.

Aquæ sitiuntur. Ouid. 1. Fast. 44.

Sitire, per translationem, pro Vehementer cupere. Cic ad Qu. frat. libro 3. 21. 4, Nec sitio honores, nec desidero gloriam. Idem 5. Philip. 178, Qui sanguinem nostrum sitiebat.

¶ *Sitiens, Participium, siue* Nomen ex participio.

Sitiens uoluptates. Cic. 5. Tusc. 25, Quoq; affluentius uoluptates undiq; hauriat, eò grauius ardentiusq; sitientem, nonne rectè miserrimum dixeris?

Sitiens annus. Plin. lib. 13. cap. 4. 2.

Sitientes loci. Plin. lib. 12. cap. 28. 2.

Hortus sitiens. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 12.

Sitientes aures. Cic. ad Attic. lib. 2. 29. 1.

Famæ sitiens. Silius lib. 3. 117.

Sermonis sitiens. Claud. 8. Paneg. 50.

Sitiens uirtutis. Cic. pro Plancio, 10.

¶ *Sitienter. Aduerbium (δυψαλέως)* Ardenter. Cic. 4. Tuscul. 56, Nec sitienter quid expetens.

¶ *Sitibundus*, Adiectiuum *(δυψαλέος)* Vehementer sitiens.

¶ *Siticulosus*, pen. prod. *(δυψαλέος)* Aliud Adiectiuum, idem significans. Plin. lib. 23. cap. 6. 4, Melimela & reliqua dulcia stomachum & uentrem soluunt, siticulosa, æstiosa, sed neruos non ledunt.

¶ *Siticulosa, loca aspera & arida.* Columel. de Arborib. cap. 16. 1, Sed si aspera & siticulosa loca arboribus obserenda erunt. Idem libro 3. cap. 11. 8. Id autem solum uel uliginosum est, uel salsum, uel amarum, & uel siticulosum, & peraridum.

Apulia siticulosa. Horat. Epod. 3 3.

¶ *Sitientia, orum, Sine admisto.* Plin. lib. 25. cap. 11. 5, Nascitur in sitientibus.

Sitientia Africæ. Plin. lib. 10. cap. 73. 3. hoc est, Loca siticulosa.

Sitlæ] *σίτλαι*, Aurium muliebrium ornamentum apud Dores: teste Pollucc lib. 5. cap. 16.

Sitocomia] *σιτοκομία*, Nomen est magistratus, qui frumenta & annonam curabat. Arcadius iureconsultus in l. munerum, de mune. & hono. Personale, inquit, munus est cura emendi frumenti & olei. nam harum specierum curatores, quos σιτοκομοὺς Græci uocant, creari moris est. Vlpianus quoq; de uacatione mune. l. 2. Sextumdecimum, inquit, annum agentem ad munus sitocomiæ uocari non oportet. Nomen ipsum deducitur ἀπὸ τῆς σίτου, id est, à frumento: ἀπὸ τοῦ κομίζω, quod est curare. Nec te moueat, quòd Arcadius eo nomine appellari tradat eos, qui etiam oleum emi curant. Nam ea quibus uescimur, omnia possunt σῖτα, hoc est cibaria dici: *ut uidere est non infrequenter apud Homerum. Alciatus.

Sitona] æ, ab Vlpiano Res frumentaria, *in l. Sextumdecimum ætatis. de uacatione & excusat. muner. lib. 50. P. tit. 5. meo iudicio, appellatur: Sextumdecimum (inquit) ætatis annum agentem ad munus Sitoniæ uocari non oportet.* Idem Vlpia. *in l. 2. de administrat. rer. ad ciuit. pert. lib. 50. P. tit. 8. de huiusmodi munere copiosè disserit: cum, si placet, legito.* Antonianus.

Sitostatus] *dicitur in Codice Iustiniani, qui uendendo frumento præest, certamq; stationem seu locum ad illud officium exercendum tenet. Honorius Imp. In æstimatione frumenti, quod ad ciuitatem Alexandrinam cõuehitur, quicquid decreto elogij in Sitostasij munere, eminentia tua disposuit, imperiali authoritate roboramus: Ex l. 1. de frumento Alexandrino lib. 11. Cod. tit. 27. Quo in loco studiosè se torquet Alciatus cum Pyrrho.*

Sittacene] *σιττακηνή*, Regio Asiæ, Medis ad meridiem proxima: alio nomine Arbelitis dicta. *Sittacene autem appellata à Sittare urbe, regionis totius capite.* Plin. libro 6. cap. 26. & 27.

Sittybus] Vide Pingere, *per translationem, &c. in* Pingo.

Situla] *situlæ, pen. corr. (γαυλὸς)* Cista, *qua populi suffragia in creandis magistratibus legibusq; ferendis colligebantur.* Plautus Casin.

Sortiar illa in situla.

Situla etiam uas ad hauriendam aquam accommodum, quòd

aquam sitiat. Plaut. Amphit. 8.37. Idem Casina, 7.17.
Et situlam hac tecum afferto cum aqua, & sortes.
¶ Situlus aquarius. Cat. cap. 10. & 11.
¶ Sitella, sitellæ, Diminut. (γαυλίδιον) Plaut. Casina, 8.34,
Conijciam sortes in sitellam, & sortiar
Tibi & Chalino. Cic. pro Corn. Balbo, Neq; maius est legere codicem quũ intercedatur, quàm sitellam ipsam cum ipso intercessore deferre. Liu. 5. bell. Pun. 16.
Situatus] penult. prod. à Situo; situãs, situare. Florus lib. 2. cap. 18, Numantia edito in tumulo apud flumen Durium situata.
Situs] Sitã, situm (κείμενος) Positus. Plaut. Capt. 11. 4,
Res omnis in incerto sita est. Terent Phorm. 1. 2. 47,
Ea sita erat ex aduerso.
Situm in. Liu. 10. bell. Pun. 108, Ea sinum ab alto claudit, in quo sita Carthago est. In te spes omnis Hegio nobis sita est. Terent. Adelph. 3. 4. 5.
Situm est in te. Cic. 1. de Fin. 86, Est autem situm in nobis, ut & aduersa quasi perpetua obliuione obruamus, & secunda iucundè ac suauiter meminerimus. Terent. Andr. 1. 5. 41.
Situm in potestate. Cic. 4. Acad. 72.
Sita potestas in te. Cic. pro Muræna, 75.
Situs, pro Conditus Tacit. libro 3, Vrbemq; Philippopolim à Macedone Philippo situm. Idem lib. 19, iisdem rursus uestigijs situm est.
Ara sita Drusi: pro Posita, siue constituta Druso. Tacit. lib. 2.
Siti (inquit. Cic. libro 2. de Legib. 87.) dicuntur ij qui conditi sunt, nec tamen eorum ante sepulchrum est, quàm facta iusta, & corpus incensum est. Liu. 6. bell. Pun. 132, Hic siti sunt Acarnanes, qui aduersus uim atq; iniuriã Ætolorum pro patria pugnantes, mortem occubuerunt.
Situs] huius situs, masc. gene. (θέσις) Positus, siue positio, & qualitas loci. Virg. lib. 1. Georg. 15,
Et segnem patière situ durescere campum. id est, sicut stat. Cæsar. 5. bell. Gall. 25, Situm castrorum cognoscere. Ibidem, lib. 3. 394, Erant ciuitati fere situs oppidorum. Cic. 6. Verr. 3, Nam ipsa Messana, quæ situ, mœnibus, portuq; ornata sit, ab his rebus quibus iste delectatur, sanè uacua atq; nuda est.
Situs membrorum. Cic. 1. Tusc. 65.
Terrarum situs dicere. Horat. 2. epist. 1. 51.
Regalis situs pyramidum. Horat. 3. Carm. ode 30. 1.
Aquilonius situs: Vide Aquilo.
Situs (ἀχλύς) Est etiam, ut ait Seruius, lanugo ex humore creata, quæ fit in locis sole carentibus. Donatus, Situs est corruptio ex humore & diuturnitate contracta, quã deteriores fluunt species unò loco & prolixo tempore constitutæ. Valla lib. 6. Situs sordes illa & illuuies, qualis nascitur inter opaca domus, quæ diu non repurgatur. Plin. lib. 21. capite 6. 6. Peßimum crocum, quod situm redolet. Plin. in Paneg. 81, Datur intueri pulcherrimas ædes deterso situ adductas, ac uigentes.
Situs (αἶχμός) est etiam in ultu, capite, toto q; corpore, & habitu, præsertim inopum: qualem Lucanus describit libro 6. 104,
Fœda situ macies. Virg. 7. Aeneid. 88,
Sed te uicta situ, uerũq; effœta senectus. id est, Senio & nihil agendo corrupta. Ex Valla lib. 6.
Situs in uetustate sentit celerrimè malobathrum. Plinius libro 12. cap. 26. 2.
Situs, in ædibus. Columel. libro 4. cap. 24. 6, Iam uerò mus, qui more compedis crura ultium deuincta comprimit, stuq; & ueterno macerat, ferro distringendus & eradendus est.

Loca senta situ. Virg. 6. Aeneid. 93.
Araneosus situs. Catul. ad Thalum, 22. 1.
Immundus situs. Ouid. 1. Amor. eleg. 12. 6.
Iners situs. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 3.
Informis situs & deserta uetustas. Horat. 2. epist. 2. 24.
Turpi situ canescunt tecta. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 11.
Corrumpi situ. Vide Corrumpo.
Depellere situm curis. Stat. 5. Sylu. 3. 7.
Detergere situm ferro. Silius lib. 7. 108.
Ducere situm. Quintil. lib. 1. cap. 2. 14, Excitanda mens & attollenda semper est, quæ in huiusmodi secretis aut languescit, & quendam uelut in opaco situm ducit, aut contra tumescit inani persuasione.
Exesi situ ligones. Claud. 2. Paneg. 39.
Horrent situ campi. Claud. 3. de raptu Pros. 8.
Cano situ obductus color. Vide Obduco.
Obrutum situ uetustatis. Vide Obruo.
Pati situm indignum. Stat. 3. Theb. 10.
Pigro situ perit forma. Ouid. 2. Amor. eleg. 3. 3.
Rigido situ relicta cessat terra. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 1.
Fœdo situ squalent sceptra. Claud. 1. de raptu Proserp. 17.
Siue] ὔε, εἴτε, ἤτοι, Coniunctio, quum ex Si & Ve composita sit, duorum generum uim simul obtinere uidetur. Itaque quum orationem inchoat, minimè mirum est, si præter morem aliarum coniunctionum tres minimùm sensus postulat: quum & Si continuatiua suam apodosin, & Ve alteram disiunctiuam exigat: ut, Siue me amas, siue odisti, non magni æstimo. Aliquando quatuor. Ouid. 1. epist. 3,
Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore uictum,
Antilochus nostri cãsa timoris erat:
Siue Menœtiaden falsis cecidisse sub armis:
Flebam successu posse carere dolos. In qua figura notandum est, solere eleganter cum protasibus apodoses misceri. Ex Linacro.
Siue, semel positum. Terent. Andr. 1. 2. 19,
Dehinc postulo, siue æquum est, te oro Daue, ut redeat iam in uiam.
Siue disiunctiua coniunctio. Terent. Andr. 1. 3. 11,
Siue ista uxor, siue amica est, grauidã è Pamphilo est. Cic. 4. Acad. 65.
Siue, cũ subiunctiuo. Plin. epist. 41. lib. 2. l, Quæ præstant multarum urbium faciem, siue ipso mari, siue litore utare.
Siue, Aliquando explanãdi uim habet, siue declarandi. Quintil. lib. 1. cap. 6, Vt Aristarchus & ætate nostra Palæmon, qui uocabulum siue appellationem nomini subiecerunt.
Siue dolo: subaudi, id fecerit: sequente Seu, Virg. 2. Aeneid. 7,
Siue dolo, seu iam Troiæ sic fata ferebant.
Siue etiam, pro Vel etiam. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1. 6, Contrà; erigas ac resistãs, siue etiam ultrò occurras negocijs.
Siue, quinquies repetitum. Quintil. lib. 11. cap. 3, Manus sinistra nunquam sola rectè gestum facit, dextræ se frequenter accommodat; siue in digitos argumenta digerimus, siue auersis in sinistrum palmis abominamur; siue obijcimus aduersas, siue in latus utrunq; distendimus, siue satisfacientes, aut supplicantes.

S M

Smaragdus] smaragdi, masc. gene. (σμάραγδος) Gemma, qua oculorum acies recreatur: eáq; nihil uiridius. Plin. lib. 37. cap. 5. 1, Smaragdos uerò tanto libentius, quoniam nihil omnino uiridius comparatum illis uiret. Præterea soli gemmarum contuitu oculos implent, nec fatiant, &c. Martial. lib. 5. 11,
Sardonichas, smaragdos, adamantas, iaspidas, uno
Portat in articulo.

Claris smaragdis lucens solium. Ouid. 2. Metam. 5.
Grandes uiridi cum luce smaragdi. Lucret. lib. 4. 227.
Graues smaragdi. Claud. de Nupt. Honorij, 18.
Virides smaragdi. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 5.
¶ Smaragdinus, pen. cor. Adiectiuum (σμαραγδινος) Quod factum est ex smaragdo.
Smaris] smaridis (σμαρὶς) Piscis exigui genus, mari peculiare, quod Theodorus ex Aristotele Cerrum uertit. Plin. lib. 22. cap. 2, Mulieribus copiam facit Glauciscus è iure sumptus, & Smarides cum ptisana sumptæ, uel cum fœniculo decoctæ.
Smegma] smegmatis, pen. corr. neut. gen. (σμῆγμα) Dicitur omne illud quod purgat: à σμήχω, purgo, abstergo: Plin. lib. 22. cap. 25. 35, Si uerò cæleste aqua discoquantur, succus ille smegma fit: quo fouere gangrænas, utilißimum.
Smegma, Detersorium medicamentum. Plin. lib. 24. cap. 7. 17, item mastiche lentisci replicandis palpebris, & ad extendendam cutem in facie, & smegmata adhibetur.
¶ Smegmaticus, pen. corr. Adiectiuum (σμηγματικὸς) Plin. libro 31. cap. 7. 17, Sudorem ciet, aluum soluit in uino & aqua, acopicis & smegmaticis utilis. hoc est, Medicamentis quæ lassitudinem tollunt, & detersoris.
¶ Smecticum (σμηκτικὸν) Dicitur quod habet uim abstergendi & purgandi. Vnde Smectica uis, quæ & smegmatica. Plin. libro 30. cap. 4. 3, Omnium quidem cochlearum cinis ßißat, calefacit smectica ui.
Smerdis] Cambysæ Persarum regis frater: quem cùm Cambyses per somnium uidißet regio throno insidentem, meuens ne regnum occuparet, occidi iußit. Fuit & alter Smerdis Magus, qui post Cambysæ mortem, fratrem se illius esse adsimularit: coq; astu in regni successionem irrepßit: regnauitq; aliquot menses, donec fraude per Phædimam Otanis filiam detecta, conspiratione septem optimatium est interfectus. Herodot. lib. 2.
Smilax] smilacis, pen. corr. fœm. gen. (σμίλαξ) Arbor. Plin. libro 16 cap. 10. 11, Similis etiamnum his aspectu est taxus, minus uirens, gracilisq; & tristis ac dura, nullo succo, ex omnibus sola baccifera. Et paulò pòst, Hanc Sestius similacem à Græcis uocari dixit, &c. Vetus codex habet, milacem. Dioscor. lib. 4. cap. 83, Smilax à Græcis, taxus à Latinis appellatur, &c.
Smilax (μίλαξ, σμίλαξ) Genus herbæ densis geniculatæ caulibus, spinosæ, fruticosæ ramis, folio hederaceo, flore candido, olente lilium, infaustæ omnibus sacris atque coronis. Plin. lib. 24. cap. 10. 9, Smilax quoq; qui & nicophoros cognominatur, similitudinem hederæ habet, tenuioribus fõlijs. Coronam ex eo factam impari foliorum numero, aiunt capitis doloribus mederi. Quidam duo genera smilacis dixêre. Alterum, &c. Hactenus Plinius. Smilacum autem multa genera. Est enim hortensis, quæ nostris phaseolis rubentibus à Ruellio comparatur: & smilax, quæ Græcis λεπὰ, Latinis læuis: & alia, quæ smilax aspera dicitur, de qua Plin. loco superiori.
¶ Smilax (σμίλαξ) puella, quæ amore Croci iuuenis tabescẽs; mutata fertur in herbam sui nominis, quæ similis est hederæ, Ouid. 4. Metam. 57,
Et Crocon in paruos uersum cum smilace flores.
Smilion] Smilij: unde Smilion collyrium apud Celsum, libro 6. cap. 6. ubi eius docet compositionem. Et paulò post, At si crassæ cicatrices sunt, extenuat uel smilion, uel cantpide collyrium. Smilij meminit & Galen. lib. 3. cap. 2, De compositione Pharmacorum secundum locos: Videtur autem sic appellatum, quòd tollat scalpelli seu aciculæ abscessum rumpat. Sic enim ibi ait Galenus: Aut sanè per arte Pharmacum abscessum rumpere, quale est Smilium appellatum: σμίλιον, cælum uel scalprum.
Smintheus] σμινθεύς, Nomen est, quo Apollo uocitatus est: cuius duplicem originem refert Homeri interpres. Primum hanc fuisse, in Chryse oppido Mysiæ, Crinim sacerdotem Apollinis: cui deus iratus, immisit in agros illius mures, qui fructus illius nastabant. A quo exoratus deus, quiẽ rursum placatus pestem hanc tollere uellet, ad Ordem pastorem illius uenit: à quo hospitio acceptus, pollicitusq; mali remedium, mures sagittis omnes interfecit: coq; facto iußit pastorem Crinidi indicare, ipsum Apollinem humana specie apud se diuertisse, & ab eo mures occisos: quod audiens Crinis, templum deo construxit; uocauitq; Apollinis Sminthei, quòd eius linguæ dialecto mures, σμίνθοι uocantur. Altera talis est. Quum Cretenses aliquando coloniam deducturi essent, ab Apolline responsum acceperunt, ut ibi urbem conderent, ubi eis terra geniti obsistißent. Venientibus igitur ad Hellespontum, noctu mures clypeorum lora arroserunt: itaq; mane quum id factum uiderent, memores oraculi, urbem posuerunt, camq; Sminthia appell. uerunt.
Intonsus Sminthee. Ouid. 12. Metam. 117.
Sminthium] sive Sminthium, Apollinis delubrum (σμινθεῖον) Idem circa Chrysam urbem, quæ fuit in confinio Troadis & Æolidis, erat. Strab. lib. 13.
Smurna] ut in Pandectis Pisanis legitur, alioqui Smyrna: ea est, quam uulgus Myrrham appellat. Martianus libro singulari de Delatoribus, relatum in l. interdum, nec uidendus est. §. Species. de Publicanis & uectigal. libro 38. P. tit. 4.
Smyrna] Poëma Cinnæ uatis inscriptum fuit, nouem perpetuis elaboratum annis. De Cinnæ poëmate Catullus scribit,
Smyrna mei uatis nonam post denique messem
Quam cœpta, nonamq; edita post hyemem.
Videtur tamen poëma obscurum fuisse. unde Martialis scribit,
Indice te melior Cinna Marone fuit. Ego crediderim, argumentum eius fuisse de nefandis & incestis amoribus Myrrhæ, quæ deperijt patrem suum Cinyram. Eam ego coniecturam facio ex uersu uno poëmatis illius, quem profert Priscianus,
At scelus incesto Cinyræ crescebat in aluo. Nam quæ Myrrha, eadem Smirna dicitur. Hæc Turnebus.
Smyrna] σμύρνα, urbs Ioniæ in Asia, de qua Strabo lib. 14. Quum Lydi Smyrnam euertissent, circiter annos quadringentos in uici modum mansit habitata: postmodum Antigonus eam suscitauit, deinde Lysimachus, et nunc omnium pulcherrima est. Eius pars in monte sita est, pars maxima in campo, præter portum, & gymnasium, & matronarum locum. Viæ sunt in rectum pro uiribus distinctæ, & lapidibus stratæ, porticus magnæ, quadratæ, plenæ & altæ. Habet etiam bibliothecam, & Homereum, & porticum quadratam cum Homeri templo & statua. Nam & hi maximè hunc poëtam sibi uendicant: unde & nummus quidem æneus apud eos, Homerus uocatur. Vrbis mœnia Melas amnis præterfluit: ad cæteram structuram etiam portum clausum habet. Hactenus Strabo. Smyrna etiam à Græcis myrrha dicitur. Inde Smyrnium, herba quæ & olusatrum. Theophrastus libro 9. cap. 3. Dioscorides lib. 1. cap. 77.
Smyrnæus] Adiectiuum (σμυρναῖος) Plectra Smyrnæa, Homerica. Silius lib. 8. 119.
Smyrnion] σμύρνιον, Herba est ex dauci generibus, myrrhæ

myrrhæ odorem referens: unde & nomen accepit. Vulgus Leuisticum appellat. Plin. lib. 12, cap. 15. Theophrast. lib. 6. cap. 3. Dioscor. lib. 3. cap. 63. Smyrnion, quod in Silicia Petroselinum uocant, plurimum in Amano monte gignitur. Caulem habet Apij, & stolones multos, folia latiora, subpinguia, ad terram infracta, robusta, &c.

Smyrrha] *quam alij Myrrham uocant, similima est cicutæ, caule foliisq; & flore minor tantùm & exilior, cibo non insuauis. Plin. lib. 24. cap. 16.*

Smyrus] *Piscis, quem Plinius commemorat libro 32. cap. 11. Vide Rondeletium.*

S O

Soana] *σόανα, apud Ptolomæum lib. 11. dicta sunt ostia fluuij cuiusdam in Taprobane insula.*

Soandus] *Locus est in Cappadocia. Strab. lib. 14.*

Soanes] *Scythiæ populi sunt. Strab. lib. 11. Soanes ueneno ad sp̃icula mirificè utuntur, quod eos etiam, qui non uenenatis sagittis saucij sunt, odore offendit.*

Sobolatæ] *est Sabæorum ciuitas ad mare rubrum, includẽs suis muris templa sexaginta. Plin. lib. 6. cap. 28.*

Soboles] *soboles, pen. corr. fœm. gen. (ἀνάφυσις) Successio, aut rectiùs propago dicitur: ab olescendo, id est, crescendo, ut quidam putant, dicta. Plin. lib. 10. cap. 34. 2. Amor utriq; sobolis æqualis.*

Propagatio & soboles. Cic. 1. Offic. 80.

Noua soboles. Stat. 3. Sylu. 136.

Chara deûm soboles. Virg. eclog. 4. 10.

Suscepta soboles. Virg. 4. Aeneid. 66.

Denstor soboles. Virg. 3. Georg. 62.

Robur & soboles militum interijt. Pollio Cic. lib. 10. 33. 3.

Soboles, in plurali. Cic. 3. de Legib. 9, Censores, populi æuitates, soboles, familias, pecunias q; censento. Colum. lib. 9. cap. 14, de apibus, Ne nouæ soboles diffugiant. Gell. lib. 19. cap. 12, Soboles uitium è radicibus caudicum super terram fusas reuellentem.

¶ *Sobolesco, sobolescis (ὑποφύομαι) sobolescere. Liu. 9. bell. Pun. 20, Illis Romanam plebem, illis Latium iuuentutem præbuisse maiorem semper, frequentioremq; pro tot cæsis exercitibus sobolescentem.*

Sobrinus] *sobrina, pen. prod. (ἀνεψιὸς) Sobrini, duorum pluriumue sororum filij, quasi sororini dicũtur. Iustinian. lib. 3. Instit. de grad. cognat. Item sobrini, sobrinæ, id est, qui quæue ex fratribus uel sororibus, patruelibus uel consobrinis, uel amitinis progenerantur. Plaut. Pœnul. 16. 105,*

Nam mihi sobrina Ampsigura tua mater fuit.

Terent. Andr. 4. 6. 6,

Quem uideo: est ne hic Crito sobrinus Chrysidis?

Vbi Donatus, Sobrini, sunt consobrinorum filij: nam sic dicit Menander. Verùm, ut alij putant, de sororibus nati: ut sint sobrini, quasi sororini. Cic. 1. Offic. 80, Sequuntur fratrum coniunctiones, post consobrinorum sobrinorumq;.

Sobrinus, *pro quocunq; cognato. Terent. Phorm. 2. 3. 37,*

Ehò tu, sobrinum tuum non noras? Hunc superius paulò, cognatum uocauerat.

Sobrius] *Vicus Romæ. Paulus ex Festo: Sobrium uicum Romæ dictum putant, uel quòd in eo taberna nulla fuerit, uel quòd in eo Mercurio, lacte, non uino supplicabatur.*

Sobrius] *Adiectiuum (νηφάλεος, νηφάλιος) qui in cibo ac potu temperans est, quasi sine ebrietate: item qui non est actu ebrius. Cic. 4. Academ. 96, Ne uimolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt qua sobrij. Hic sobrium uimolento opposuit. Idem in Oratore, 54, Furere apud sanos, & quasi inter sobrios bacchari uimolentus uidetur.*

Sobrius, Sanæ mentis. Terent. Andr. 4. 5. 39,

Tu pol homo non es sobrius.

Cor sobrium. Plaut. Trucul. 18. 2.

Mens sobria. Claud. 1 in Eutrop. 46.

Nox sobria. Propert. lib. 3. eleg. 17. 3.

Opera sobria. Plaut. Persa, 17. 2,

Aedepol dedisti uirgo operam laudabilem,
Probam, & sapientem, & sobriam.

Paupertas sobria. Claud. 7. Paneg. 83.

Pocula sobria. Tibul. lib. 1. eleg. 8. 6.

Rura sobria, In quibus uinum non nascitur. Stat. 4. Sylu. 2. 8.

Terræ sobriæ, Steriles. Stat. Sylu. 3. 3.

¶ *Sobriè, Aduerbium, Temperanter. Cic. 1. Offic. 149, Intelligemus quàm sit turpè diffluere luxuria, & delicatè ac molliter uiuere: quamq; honestum, parcè, continenter, seuerè, sobriè.*

Sobriè, Prudenter. Plaut, Pseud. 14. 33. Idem Milit. 10. 216,

Hæc præcepta sobriè ut cures face.

Sobriè & frugaliter accurare rem aliquam. Plaut. Persa, 3. 1.

Soccus] *socci (ἔμβατον) Genus calceamenti, à sacco deductum, ad cuius similitudinem erat factum, ita quòd ligatum supra pedem, plicas multas per totum effundebat.*

Soccis utebantur uiri, quemadmodum etiam mulieres. Plautus Bacchid. 5. 97,

Sed diues ne est illic Theotimus? O, etiam rogas,
Qui soccis habeat auro suppactum solum?

Idem Cistell. 10. 38,

Sed is hàc, aut hàc: socci uideo uestigium
In puluere. Terent. Heaut. 1 1. 72,

Aßidò: accurrunt serui, soccos detrahunt. Cic. pro Rab. Posthumo, 17, Consularis homo soccos habuit & pallium. Idem 3. de Orat. 70, Sed annulum quem haberet, pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset, se suâ manu confecisse.

Lutheus soccus. Senec. Hippol. 3. 10.

Muliebris. Sueton. de Calig. cap. 52.

Adimere soccos. Vide Adimo.

Calceare soccos. Vide Calceo.

Soccis utebantur & Comœdi. Horatius,

Hunc socci cepêre pedem. Plin. lib. 7. cap. 30. 2. Magum & Menandro in comico soccò testimonium regum Aegypti, & Macedoniæ contigit. Quintil. libro 10. cap. 2. Horat. de Arte, 19,

Indignatur item priuatis, ac propè socco
Dignis carminibus narrari cœna Thyestæ.

Idem 2. epist. 1. 35,

Quàm non adstricto percurrat pulpita socco.

Risus socci, & *Luctus cothurni, contraria. Claud. in Eutrop. 60.*

¶ **Soccul**us, *socculi, penult. corr. Diminutiuum (ἐμβάτιον) Sueton. in Vitellio, cap. 2, Pro maximo munere à Messalina petijt, ut sibi pedes præberet excalceandos: detractumq; socculum dextrum, inter togam tunicasq; gestauit assidue. Plin. lib. 9. cap. 35. 10.*

¶ *Soccatus, pen. prod. Adiect. Seneca lib. 2. de Benef. Parum fidè furiosiq; superbus fuerat, qui de capite uiri Consularis soccatus audiebat.*

Socer] *soceri, pen. corr. m. g. (πενθερὸς, ἑκυρὸς, ἑλυτὴς) Vxoris meæ pater. Cic. 1. Offic. 180, Nostro quidem more cum parentibus puberes filij, cum soceris generi non lauantur. Sic 2. Tusc. 44.*

Gener & socer. Ouid. 1. Metam. 30,

—non hospes ab hospite tutus
Nec socer à genero.

Magnus

Magnus socer. Vide Magnus.

¶ *Socerus, soceri (ἑλυτὴς) Idem. Plaut. Menæch. 20. 54, Abijt socerus, abijt medicus, nunc solus sum.*

Sochis] *σόχις, Aegypti rex, qui numini solis apud Heliopolin obeliscos quatuor, quadraginta octo cubitorum longitudine dedicauit. Plin. lib. 36. cap. 8.*

Socialis, Societas, Socio] *Vide* Socius.

Socion] *σοσίων, Philosophus Peripateticus, genere Hispanus, scripsit πέρας ἀμαλθείας, id est Cornu copiæ, librum multæ uariæq; doctrinæ. Author Gellius.*

Socius] *socij (ἑταῖρος, ἑταῖρος, μέτοχος, ἐπιτήδειος, κοινωνὸς, παραβάτης, σύζυγος, συμμεράκιος.) Socij dicũtur, qui pari consilio & authoritate rem aliquam simul aggrediũtur: uel etiam qui in re seria & laboriosa, aliquorum partes sunt. Vnde socij Pop. Roman. dicebantur, ita cum his fœdere coniuncti, ut pacis ac belli participes essent. Plinius in Panegyr. 101, Bellorum istud socijs, olim periculorum consortibus, parcè tamen tribuebatur. Cicero 5. Verrin. 40, Nam socij putandi sunt, quos inter res communicata est.*

Nauales socij. Vide Nauis.

Iugales socij. Silius lib. 16. cap. 81. De equis dixit.

Conditione socij. Cic. 3. Verr. 59.

Ad malam rem socius, & salutem. Plaut. Asin. 7. 22. Idem Cistella. 10. 88.

—sociam te mihi opto
Ad meam salutem. hoc est, Volo ut me adiuues.

In negocio aliquo socius. Terent. Heaut. 3. 1. 9,

—atq; æquali suo
Video inseruire, & socium esse in negocijs.

Consiliorum socius & particeps consiliarius. Plautus Milite, 14. 22. Cicero Attico, lib. 11. 224. 3, Et eò minus, quod huius consilij iam ne socium quidem habeo quenquam.

Culpæ socius. Cic. Attico, lib. 11. 222. 2.

Doloris & periculorum socius. Plinius libro 35. cap. 11. 17. Cicero ad Seruilium, libro 13. 72. 2, T. Augustus & comes meus fuit illo miserrimo tempore, & omnium itinerum, nauigationum, laborum, periculorum meorum socius.

Flagitiorum & rapinarum socius. Cic. 4. Verr. 79.

Hereditatis socius, apud Plinium iuniorem in Panegyr. 61.

Operum socij. Horat. 2 epist. 1. 29.

Regni socij. Lucan. lib. 1. 19.

Nostri socius sanguinis. Cic. 2. Tusc. 46.

Addere se socium alicui. Virg. 2. Aeneid. 69.

Adhibere aliquem socium sibi. Virg. 8. Aen. 14.

Adiungere sibi socium. Vide Adiungo.

Pars amissa sociorum, Ouid. 14. Metam. 49.

Asciscere sibi socios. Vide Asciſco.

Capere aliquem socium consilijs. Virg. 5. Aeneid. 143.

Inferre se socium. Virg. 4. Aeneid. 29.

Recusare socium. Senec. Agamem. 7. 15.

¶ *Socia, sociæ. f. g. (ἑταίρη) Ouid. 10. Metam. 54,*

Appellatq; tori sociam.

Thalami socia. Senec. Hippol. 8. 1.

Assumere socium, Plaut. Sticho, 3. 44.

¶ *Socius, Adiect. (σύμμαχος, λοιπωνὸς) ut, Acies sociæ. Vide* Acies.

Agmina socia. Virg. 2. Aeneid. 75.

Arma socia ferebat auxilio. Silius, lib. 7. 128.

Classis socia, Ouid. 13. Metamorph. 71.

Honor socius. Ouid. 13. Metamorph. 201.

Linguæ sociæ commercia, Ouid. 5. Trist. eleg. 11. 7.

Nox socia, Quæ alicuius facinoris perpetrationẽ iuuat. Cic. 2. Philipp. 62, Quum tamen tu nocte socia, hortante libidine, cogente mercede, per tegulas demittêre. Aliter usus est Statius 3. Sylu. 5. 1,

Quid mihi mœsta die, socijs quid noctibus uxor
Anxia, &c. id est, Quas simul transigimus.

Sanguis socius. Ouid. 2. Amor. eleg. 14. 7.

Sermo socius. Ouid. 1. de Arte, 29.

Sorores sociæ. Ouid. 4. Metam. 1.

¶ *Socialis, & hoc sociale, pen. prod. (συμμαχικὸς) Quod est sociorum: ut, sociale bellum, Quod cum socijs gestum est. Cicero pro Fonteio, 26.*

Amor socialis. Ouid. 7. Metam. 163.

Anni sociales. Ouid. 2. Trist. 32.

Carmina socialia, Nuptialia carmina. Ouid. Epist. 12. 28.

Cœtus socialis. Liu. 7. ab Vrbe, 111.

Equitatus socialis. Liu. 6. bel. Pun. 24.

Exercitus socialis. Liu. 3. ab Vrbe 16.

Fœdus sociale. Liu. 4. bell. Macẽd. 269.

Iudicium sociale. Cic. 4. Verr. 19, Primùm si ita esset, tamen uos in quæstione de pecunijs repetundis, quæ sociorum causa constituta est, lege iudicioq; sociali, sociorum querimonias audire oporteret.

Iura socialia lecti. Ouid. 3. Amor. eleg. 10. 9.

Sacra socialia. Ouid epist. 20. 31.

Thorus socialis. Ouid. 2. Fast. 146.

Sociale, Quod ad seruandam societatem aptum est. Seneca de Benef. 5, Beneficium dare, socialis res est: sibi benefacere, socialis res non est.

¶ *Socialitas, penult. corr. socialitatis (τὸ συμμαχικὸν) Plin. iunior in Paneg. 79, Non remissionibus tuis eadem frequentia, eademq; illa socialitas interesset?*

¶ *Socialiter, pen. corr. Aduerb. (συμμαχικῶς) Hordt. de Arte, 53,*

—non ut de sede secunda
Cederet, aut quarta socialiter.

¶ *Societas, pen. corr. societatis (ἑταιρεία, λοιπωνία, σύμμαχία, κοινώνημα) Quasi participatio, quæ fit dum socij ad aliquod negocium gerendum nobis adiungimus. Cic. pro Rosc. Comœdo, 31, Quũ præsertim ex tua oratione, quodcunq; tibi peteres, huic peteres: quodcunq; tibi exigeres, id in societatem recideret. Idem 5. Verr. 141, Primùm eum, quum posita esset apud eas societates unde erat attributa, binis centesimis fœneratus est.*

Societas rei alicuius cum altero. Cic. 1. Verr. 17.

Captiosa societas. Vide Captio, in Capio.

Interior & propior societas. Vide Intra.

Infida regni societas. Vide Infidus.

Abire in societatem. Vide Abeo.

Accedere societatem alicuius. Vide Accedo.

Accipere societatem. Vide Accipio.

Adiungere aliquem in societatem. Vide Adiungo.

Assumere in societatem. Vide Assumo.

Auctus societate. Tacit. lib. 20.

Coire societatem. Vide Coeo.

Coire societatem salutis & periculi cum aliquo. Sic. pro Rabirio perduel. reo, 16.

Cum eo uoluntariam societatem coibãs, qui te in hæreditaria societate fraudârat. Cic. pro Quintio, 51.

Coitur societas. Cic. pro Rosc. Amer. 12.

Colere societatem fide. Cic. pro Quintio, 13, Etenim si ueritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas colitur, &c.

Componere societatem. Vide Compono.

Conferre se in societatem. Vide Confero.

Conflare societatem. Vide Conflo.

Coniunctus societate. Cic. 1. Academ. 32, Hominem esse censẽ-

bant quasi partem quandã ciuitatis et uniuersi generis humani, eumq; esse coniunctum hominibus humana quadam societate.
Conuocare ad uitam societatem. Vide Conuoco.
Copulare societatem cum Deo. Vide Copulo.
Deuincire societatem. Cicero 1. Offic. 34, Tum artibus, tum operа, tum facultatibus deuincire hominum inter homines societatem.
Dirimere societatem. Cic. pro Domo sua, ad Pontif. 13. Hanc nostram coniunctionem, hanc conspirationem in Repub. bene gerenda, hanc iucundissimam uitæ atq; officiorum omnium societatem, certi homines fictis sermonibus & falsis criminibus diremerunt.
Facere societatẽ cum aliquo. Cic. pro Quintio, 6, Qui societatem cum Sex. Næuio fecerit.
Gerere societatem magna fide. Cic. pro Quintio, 7.
Implicare se societate omnium. Vide Implico.
Ingenerauit natura societatem utrisq;. Vide Ingenero.
Inire societatem cum aliquo. Cic. 13. Philip. 374.
Iungere societatem alicui. Vide Iungo.
Iungi societate alicui regi. Vide Iungo.
Manet societas. Vide Manco.
Pangere societatem. Vide Pango.
Perstare in societate. Vide Persto.
Renunciare societatẽ alicui: pro, Diremptam significare. Liu. lib. 8. bell. Maced.
Societas est. Cic. pro Quint. 7, Quũ annos iam plures societas esset, & quum sæpe suspectus Quintio Næuius esset, &c.
¶ Socienus, socieni (συμμαχάτωρ) Idem quod socius, antiquè. Plaut. Aulul. 24. 31,
Ibo intrò, atque illic tuo socieno iam interstringam gulam.
¶ Socio, sociás (συμμίγνυμι, συναγελάζω) sociare. Quasi socium socio apponere, adiungere, coniungere. Columel. lib. 3. cap. 3. 6, At siqui cum scientia sociauerit diligentiam. Liuius 9. bell. Maced. 48, Eos esse qui coniurare, aut sociari facinoribus, aut stuprum pati noluerint. Cic. pro Flacco, 16, Quid si testium studium cum accusatore sociatum est? Silius lib. 1. 16,
Et se participem casus sociarat in omnes.
Vrbe & domo sociare aliquem. Virg. 1. Aeneid. 121.
Cubilia sociare cum aliquo. Ouid. 10. Metam. 126.
Curas sociare. Valer. lib. 5. Argon. 56,
At Iuno, & summi uirgo Iouis intima secum
Consilia, & uarias sociabant pectora curas.
Dextras sociare, & fœdere iungi. Silius lib. 11. 30.
Iuuencos sociare impositio aratro, Stat. 1. Thebaid. 27.
Gaudia sociare cum aliquo. Tibul. lib. 3. eleg. 3. 2.
Vires sociarunt: iuncto aggere. Silius li. 17. 22.
¶ Socians, Participium (συναγελάζων) ut,
Carmina socians neruis. Ouid. 1. Metam. 1.
¶ Sociandus, Aliud participium (συναγελαστέος) ut, Verba sociãda chordis. Horat. 4. Carm. ode 9. 1.
¶ Sociatus, pen. prod. similiter participiũ (συμμιχθείς) ut, Fœdere lecti sociata mihi. Ouid in Ibim, 3.
Corpus sociatum. Ouid. 2. Amor. eleg. 8. 1.
Labor sociatus. Ouid. 8. Metam. 110.
Vitis sociata palmite. Stat. 5. Sylu. 1. 10.
¶ Sociatrix, pen. pro. Verbale fœm. gen. (συμμίπτειρα) Valer. 5. Argon. 100,
Sed me nudã fides, sanctiq; potentia iusti
Huc tulit, ac medij sociatrix gratia Phryxi.
¶ Sociabilis, & hoc sociabile, pen. cor. (συναγελαστὸς) Quod facilè coniungitur alteri, Plin. lib. 16, cap. 42. 3, Eadem & curribus, maximè sociabilis glutino, in tantum ut findatur antè quàm solida est. De abiete.
Sociabilis consortio, pro Socialí. Liu. 10. bell. Maced. 30. Meliora quoq; exempla parte altera posui, sociabilem consortionem inter binos Lacedæmoniorum reges salutarem per multa secula ipsis patriæq;.
Socors] socordis, qui & secors dicitur (ῥᾴθυμος, ἀσύνετος) Qui nihil se ad probitatem exercet, & qui tardus uel negligens est in consulendo, meditando, prospiciendoue quid opus sit facto: Quasi sine corde, & ignauus. Terent. Adelph. 4. 5. 6. 1,
Nolim cæterarum rerum te socordem eodem modo.
Cicero 1. de natura deorum, 8, Vt excitaret homines non socordes ad ueri inuestigandi cupiditatem. Idem de Claris Orat. 129, Nam eius æqualem M. Glabrionem bene institutum aui Scæuolæ diligentia, socors ipsius natura, negligensq; tardauerat. Colum. lib. 1. cap. 1. 14, Itaq; istam uitam socordem persequitur ualetudo.
Futuri socors. Tacit. lib. 19.
¶ Socordia, Socordiæ: siue secordia (ῥᾳθυμία, ἀσυνεσία) Ignauia. Terent. Andr. 1. 3. 1,
Enimuerò Daue nihil loci est segnitiæ neq; socordiæ.
Liu. 2. bel. Pun. 62, Sed Pœnus aduena, ab extremis orbis terrarum terminis nostra cunctatione & secordia iam huc progressus.
Industria socordiæ opponitur. Tacit. lib. 2.
Socordia cæca ac sopita. Quintil. lib. 1. cap. 2. 5.
Per socordiam. Liu. 7. ab Vrbe, 167, Cum hoste res est, qui hesterno die delendi omnis exercitus fortuna per socordiã usus non sit.
Abijcere socordiam. Vide Abijcio.
Accedere ad maiorem socordiam. Vide Accedo.
Compellere socordiam. Vide Compello
Intendere socordiam. Tacit. lib. 2, Lãguescet alioqui industria, intendetur socordia. hoc est, augebitur.
¶ Socorditer, pen. cor. socordius, socordissimè (ῥᾳθύμως) Liius 1. ab Vrbe, 88, Ab Albanis socordius res acta.
Socrates] pen. corr. (σωφρότης) Philosophus Atheniensis, unus omniũ sapientissimus iudicatus. Pater Socratis fuit Sophroniscus lapidarius, mater Phanarista obstetrix. Qui in paupertate beatissimus, amicis olim audiẽtibus, Emissem, inquit, pallium si numos haberẽ. Neminem popposcit, omnes admonuit, à quo acciperet ambiguus fuit. Hic auditor fuit Anaxagoræ & Damonis, postea ad Archelaũ Physicum se contulit. Qui animaduertens, naturalis speculationis fructũ nullum esse, inuenit primus ethicen, id est, moralẽ philosophiam: ad quã trãsiens, fertur dixisse, Quæ supra nos nihil ad nos. Author est Xenophon, Socratem nunquam de natura rerum, neq; de sublimioribus rebus disputasse, quum ea sint supra captum hominum. Quòd ipse præter cæteros suo tempore mortales, & uita castissimus, & moribus patientissimus fuerit, exempla utriusque rei constant. Vide Gellium. Castitatis illud ab Aeliano memoratur, quod Zopyrus Physiognomus dixisse fertur, Socratẽ ex Physiognomia omnium libidinosissimum esse: ciuibus autem tanquam falsa locutum eum ridentibus, Socrates minimè mentitũ dixit, sed naturæ uim se animi utrtute attulisse, Cic. tamen de Fato non lasciuum, sed bardum, ac mente stupidum & obtusum dicit. Nihil unquam scripsisse constat, sed eius disertationes à Platone commemorantur. Dæmonem se habere fatebatur, qui ei futura præderet. Accusatus postremò ab Athenien sibus, quod de dijs malè sentiret, ac in carcere cantare iussus, neglexit, & Lysiæ orationem elegantissimam restituit scribit Cic. lib. 1. de Oratore, qui pluribus persequi

persequitur historiam de morte Socratis, eodem lib. 1. de Orat. Hic æquabilitatem in omni uita seruauit, ut idem semper uultus, eademq; frons, siue prosperis; siue aduersis rebus extiterit, usque ad extremum. Vide Plin. lib. 7. cap. 19. 1. Ex Socratis uarijs in omnem partem diffusis disputationibus, plures fluxêre discipuli. Et quum aliæ aliud apprehẽderet, proseminatæ sunt quasi familiæ dissentientes inter se: quum tamen omnes se philosophos, Socraticos & dici uellent, & esse arbitrarentur. Primum ab ipso Socrate Plato, à Platone Aristoteles & Xenocrates. Deinde ad Antisthene, qui patientiam & duritiam in Socratico sermone maximè adamarat, Cynica: quum ab Aristippo quem maximè uoluptariæ disputationes delectarunt, Cyrenaica philosophia manauerunt. Quintil. lib. 1. cap. 10. 13, Quid de philosophis loquor, quorum fons ipse Socrates iam senex institui lyrã non erubescat?
Clarus scientia Socrates. Vide Clarus.
De Græcis dulcis & facetus Socrates. Cic. 1. Offic. 151.
¶ Socraticus, pen. cor. Adiectiuum (σωφρατικὸς) ut,
Chartæ Socraticæ. Horat. in Arte, 63.
Domus Socratica. Horat. 1. Carm. ode 29. 3.
Opus Socraticum. Ouid. in Ibin, 100.
Sermones Socratici. Horat. 3. Carm. ode 21. 2.
Socrates alter pictor, inter cuius opera, piger qui appellatur ὀνος, spartum torquens, quod asellus arrodit. Author Plinius libro 35. cap. 11. Pausanias autem dicit hunc à Polygnoto pictum. Ad hãc tabellam alludens ait Propertius lib. 4. eleg. 3. 5.
Dignior obliquo funem qui torqueat ocno,
Aeternusq; tuam pascat asella famem.
Alius Socrates Constantinopolitanus, qui historiam ecclesiasticam, à tempore Apostolorum usq; ad Chrysostomum scripsit: quo tempore fuisse par est, unus ex his qui in Tripartita connectitur historia.
Socrus] huius socrus (πενθερὰ, ἑκυρὰ) Vxoris mater, aut mariti. Nam & ad generum, & ad nurum refertur, Cicero pro Cluentio, 10, Nubit genero socrus, nullis auspicibus, nullis authoribus, funestis omnibus omnium.
Arida socrus. Claud. 1. in Eutropium, 54.
Magna socrus. Vide Magnus.
Socus] Vir Troianus, Hippasi filius, generosus animo & corporis dignitate. Hic, teste Homero, magno animo Vlyssem uulnerauit: sed ab eo deinde ipse interfectus est.
Sodalis] huius sodalis, pen. prod. (ἑταῖρος, ἑθελοντὴς, ὁμοτράπεζος, ὁμόσπονδος) dicitur in rebus leuioribus: & ferè in cõuiuijs dicuntur sodales: quasi simul edales: uel, ut quibusdã placet, quia unà sedeant, & sint simul in mensa. Quintilianus in Gladiatore, Et tempestiua conuiuia & peruigiles iocos, aduocata sodalium turba solutus atq; affluens agerem. Plaut. Merc. 22. 4.
—sex sodales repperi,
Vitam, amicitiam, ciuitatem, lætitiam, ludum, iocum.
Cic. 4. Acad. 210, At hoc Anaximandro populari & sodali suo non persuasit.
Chari sodales. Horat. 1. Carm. ode 36. 1.
Dilecti sodales. Ouid. 4. Trist. eleg. 51.
Fidus sodalis. Ouid. 1. de Arte, 151.
Ingrati sodales. Iuuen. Saty. 11. 19.
Iucundus sodalis. Ouid. 1. de Ponte, eleg. 9. 5.
Primus meorum sodalium. Horat. 2. Carm. ode 7. 1.
Se aliqui sodalem facere. Martial. lib. 12. 30.
Nulli te facias nimis sodalem.
Sodales sunt (inquit Caius iureconsul. in l. ult. D. de colleg. & corporibus) qui sunt eiusdem collegij. Tacit. lib. 1. Idem annus nouas ceremonias accepit, addito sodalium Augustalium sacerdotio, ut quondam T. Tacius retinendis Sabinorũ sacris sodales Tatios instituerat.
In sodalibus illis es. Vide In.
In morbo sodalis. Cic. 3. Verr. 64. Nam ille quoq; sodalis iste, erat in hoc morbo & cupiditate, id est, eodem animi uitio tenebatur.
Turba sodalis. Ouid. 2. de Remed. amor. 38.
¶ Sodalitas, pen. cor. sodalitatis, s. g. (συνουσία, ἑταιρεία) Collegium multorum, seu conuiuium. Cic. de Senect. 41, Sodalitates autem me Quæstore constitutæ sunt. Idem pro Plancio, 30. Cuiuscunq; tribus largitor esset, & per consensionẽ magistratuum quæ honestè sodalitas nominaretur.
Pastoritia sodalitas. Vide Pastor.
Sodalitium, sodalitij (συνουσιαστὴρ) Idem Author ad Herennium, lib. 4. 232, Venit in ædes quasdam, in quibus sodalitiũ erat eodem die futurum. Idem pro Plancio, 29, Lex Licinia de sodalitijs.
Dulce sodalitium. Catul. de Cælio & Quintio, 95. 1.
Fraternum sodalitium. Idem, ibidem.
Sodalitium sacrilegij. Cic. in Sallustium, 9.
Sodes] λέοιμι, Blandientis uel exhortantis aduerbium, seu mauis interiectio: quasi tu dicas, Quæso, rogo, obsecro. Priscianus putat esse uerbum: ait enim quædam uerba esse, quæ in usu deficiunt personis, ut cedo, sodes, salue, aue.
Sodes, dictum quasi Si audes: ut Sis, pro Si uis. Terent. Heaut. 4. 4. 16,
At scin' quid sodes? Cic. in Oratore, 68, Libenter etiam copulãdo uerba iungebant, ut sodes, pro si audes: sis, pro si uis. Idem Attico, lib. 7. 123. 16, Tarteſium istum tuum mihi exeunti iube sodes nummos curare. Horatius de Arte, 89.
Sodyi] Populi sunt in Iberia: authore Plinio libro sexto capite 10.
Sodinus] Fluuius Capissenæ est apud Plinium libro sexto, cap. 23.
Sodoma] & Sodomum, penult. corr. & Sodoma. Sodomorum, pluraliter tantum. (Σόδομα) Oppidum fuit Iudææ, de quo in Genesi Solimus de situ Iudææ, ibi duo oppida, unum Sodomum, alterum Gomorrum. Hinc Sodomitæ, penultima producta, dicti sunt Sodomorum incolæ.
Sogdiana] σογδιανοὶ, Prouincia Asiæ, quæ, ut scribit Ptolemæus libro sexto, capite 12, à Septentrione parte Scythiæ terminatur, ab Oriẽte Sacis, à Meridie & Occasu Bactriana. In ea sunt urbes, Oxiana, Maruca, Alexandria: quam ut Solinus ait, Alexander tertiam condidit, ad contestandos itineris sui terminos.
Sogdonacus] Pasinis regis Arabum pater fuit, qui Caracẽ urbem Persici sinus intimam, à fluminibus infestatã restauravit. Plin. lib. 6. cap. 27.
Sogioncij] Populi in Alpibus: author Plin. lib. 3. cap. 20.
Sol] solis, m. g. (ἥλιος, ἠέλιος, μίτρης, ἠλέκτωρ) Plaut. Stich. 3. 53, Meliorem neq; tu reperies, neq; sol uidet.
Sol, à solus fit, quod solus ex omnibus syderibus sit tantus: uel quod solus quum est exortus, obscuratis omnibus alijs appareat. Ita Cicero libro 2. de Natura deorum 99. Græcè ἥλιος dicitur.
A primo sole: hoc est, Post solis ortũ. Iuuen. Satyr. 2. 14. Liu. 7. bel. Pun. 9, Postero die Romani ab sole orto in multum diem stetère in acie.
Primo cum lumine solis. Virg. 7, Aeneid. 26.
Accessus solis. Vide Accedo.
Defectus solis uarij. Virg. 2. Georg. 96.
Fulgura solis. Lucret. lib. 2. 33.

Imago solis nitidißima. Ouid. 14. Metam. 154.
Incursus solis. Vide Iucurro.
Labores solis. Quint. lib. 1. cap. 19. 11.
Lumina solis radiantia. Ouid. 2. Trist. 65.
Meatus solis Lunæq; Lucret. lib. 1, 26.
Occasus solis. Virg. 1. Georg. 81.
Ortus solis. Vide Ortus in Orior.
Iniqui solis plaga, Plaga seu Zona torrida. Virg. 7. Aen. 46.
Acer sol. Vide Acer adiectiuum.
Acutus. Horatius 1. epist. 10. 4.
Aestiuus. Virg. 4. Georg. 6.
Aetherij solis orientia lumina. Virg. 8. Aeneid. 14.
Almus. Horatius in Carm. seculari, 2.
Ardens. Virg. 2. eclog. 3.
Assus. Vide Assus.
Aureus. Virg. 1. Georg. 47.
Auriconus. Valer. 4. Argon. 19.
Cadens. Virg. 3. Georg. 80.
Candidus. Ouid. 15. Metam. 6.
Clarißimus. Quintil. lib. 5. cap. 12. 7.
Exoriens. Virg. 1, Georg. 88.
Flammeus. Stat. 4. Sylu. 3. 32.
Flammiger. Valer. 5. Argon. 117.
Grauis. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 5.
Igneus. Claud. 2. Paneg. 13.
Incertus. Ouid. 2, Metam. 162.
Infusus. Virg. 9. Aen. 93.
Luridus. Vide Luridus.
Medius operum sol. Stat. 5. Thebaid. 17.
Nitidus. Vide Nitidus, in Niteo.
Potens. Virg. 2. Georg. 75.
Pulcher. Horat. 4. Carm. ode. 2. 10,
Purus. Horat. 3. Carm. ode 29. 9.
Præclarus. Lucret. lib. 5. 25.
Rapidus pro Veloci. Virg. 1. Georg. 19. Seruius.
Roseus. Claud. 6. Paneg. 27.
Supremo soleid est, sub occasum. Horat. 1. epist. 5. 1.
Surgens. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 6.
Tepidus. Virg. 1. Georg. 80.
Vernus. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 6.
Veniens, Oriens. Virgil. 7. Aeneid. 44.
Abijt sol. Vide Abeo.
Accendit sol medios æstus. Virg. 4. Georg. 81.
Admittere solem. Vide Admitto.
Calor solis adurit. Vide Aduro.
Arcere solem. Vide Arceo.
Caligare in sole. Vide Caligo, caligas in Caligo caliginis.
Carens sole domus. Ouid. 12. Metam. 153.
Circumuoluitur sol magnum annum. Virg. 3. Aeneid. 57.
Collucet sol. Vide Colluceo.
Colorat sol. Quint. lib. 5. cap. 10. 58.
Condit se sol in undas. Virg. 1. Georg. 88,
Coqui sole. Vide Coquo.
Discutit umbras sol. Virg. 3. Georg. 72.
Dißipat ardorem sol. Lucret. lib. 2. 143.
Decedens sol crescentes duplicat umbras. Virg. eclog. 2. 14.
Exuri in sole. Cels. li. 1. ca. 3, Si quis uerò exustus in sole est, etc.
Altißimus sol exiguas fecerat umbras. Ouid. 3. Metam. 10.
Acri sole feruescunt terræ. Lucret. lib. 6. 171.
Frangunt solem frigora. Stat. 1. Sylu. 3. 2.
Igneus sol medium hauserat orbem. Virg. 4. Georg. 86.
Radijs solis inardescit nubes. Virg. 8, Aeneid, 125.
Inclinat se sol. Vide Inclino.
Incoqui sole. Vide Incoquo.

Laxauit pruinas ole Ortus. Stat. 3. Thebaid. 94.
Lustrans omnia sol. Lucret. lib. 6. 148.
Proferre in solem. Vide In præpositionem.
Repercussum sole lumen. Virgil. 8. Aeneid. 5.
Ruit sol. Virgil. 3. Aeneid. 102.
Occiduo sole tepescunt littora. Ouid. 1. Metam. 13.
Soles, in plurali numero, pro diebus legimus. Virg. 3 Aen. 41.
Tres adeò incertos cæca caligine soles
Erramus pelago. Martial. lib. 10. 6,
Fœlices, quibus urna dedit spectare coruscum
Solibus Arctois, sideribusq; ducem.
Arcti soles. Dies breues. Stat. 1. Sylu. 3. 18.
Assiduo curata cuticula sole. Pers. Satyr. 4. 2.
Blandi soles. Ouid. 1. Fast. 32.
Candidi soles fulsere mihi: id est, Fortunatus fui. Catullus ad seipsum, 8. 2.
Dulces soles mihi surgunt. Valer. 4. Argon. 126.
Hyberni soles properat se tingere Oceano. Virg. 2. Geor. 97.
Longi soles. Virg. 9. eclog. 10,
——sæpe ego longos
Cantando puerum memini me condere soles.
id est, Aestiuos dies finire, inquit Seruius.
Occidunt soles & redeunt. Catul. ad Lesbiam, 5. 1.
Consumere longos soles cum aliquo. Pers. Satyr. 5. 5.
Niger sol, Infaustus. Horat. 1, Serm. Saty. 9. 15.
Sole nouo. Virg. 1. Georg. 58, id est, Oriente die, sole adhuc recenti, nec dum feruenti. Seruius.
Sol nouus propriè est octauo Calend. Ian. Virg. 7. Aen. 144.
Vel quum sole nouo densæ torrentur aristæ
id est, Prima ætatis parte. Seruius.
Soles, Solis splendores uel radij dicuntur. Martial. lib. 8. 15.
Hybernis obiecta Notis specularia puros
Admittunt soles, & sine fece diem.
Aetherei soles. Ouid. 1. Metam 88.
Incerti cæca caligine soles. Virg. 3. Aeneid. 40.
Maturi soles. Virg. 1. Georg. 14.
Rapidi soles. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 21.
Longis solibus tepuerunt sidera. Stat. 5. Thebaid. 92.
Soles, Aestus, uel ardores solis. Horat. 1. epist. 21. 5.
Corporis exigui, præcanum, solibus aptum.
Aestas euocat soles. Senec. Herc. Oetæo, 5. 3.
Altis solibus obruta hyems. Stat. 4. Sylu. 5. 2.
Assiduis solibus perusta pars terræ. Lucret. lib. 5, 51.
Assiduis solibus usta arista. Ouid. epist. 5. 23.
Perusta solibus uxor. Horat. Epod. 2. 9.
Solibus coctus. Plin. lib. 12. cap. 5. ad finem.
Solibus expositus locus. Plin. lib. 15. cap. 5. ad finem.
Solibus ostentus locus. Idem lib. 14. cap. 42.
¶ Solifer. penult. cor. Adiectiuum (ἡλιοφόρος) Seneca Hercul. Oetæo, 2. 22,
Aut qui soliferæ suppositus plagæ
Vicino Nabathæ ulnera dirigit.
¶ Soligena, pen. cor. Adiect (ἡλιογενὴς) Valer. 5. Argon. 64,
——nec fama fefellit
Soligenam Aeten media regnare sub Arcto.
¶ Solaris, & hoc solare, pen, prod. (ἡλιακὸς) Quod est solis ut, Radij solares. Annus solaris, quum sol expleto per omnia signa circuitu, ad id unde digressus fuerat, redijt: quod fit ferè CCCLXV diebus.
Lumen solare. Ouid. 5. Trist. eleg. 10. 8.
Solaris herba, Cornelio Celso, ea est, quæ Græcè heliotropium dicitur, quod se cum sole circumagat, etiam nubilo die: tantus est eius sideris amor.
¶ Solanus, pen. prod. Adiectiuũ (ἡλιώτης) Idem quod Solaris. Vnde Subsolanus uentus, qui sub sole oriente nasci uidetur.

¶ Solarium, solarij, (ἡλιακὸν, ἡλιότροπον) locus in quo horæ ad Solem cõspiciuntur, ueruto umbram faciente, uel pinnula. Varr. de Ling. Lat. lib. 5. Solarium id, in quo horæ in sole inspiciebantur. Cic. pro Quintio, Non ad solarium, non in campo, non in conuiuijs uersatus est, id est, In foro Romano, ubi erat solarium.
Ad solarium uersari. Vide Ad præpositionem.
Solarium, Locus in domo superior stratus. Plaut. Milit. 7. 25,
Nam certò neq; solarium apud nos est, neq; ortus ullus, neq; Fenestra nisi clatrata.
Solarium, pro uectigali. Vide Solum, soli.
¶ Solatus, pen. prod. adiect. (ἡλιώδης) Sole correptus, quẽ admodum Syderatus, qui sydere. Plin. lib. 29. cap. 6. 12. Sic & solatis prosunt.
¶ Solstitium, solstitij (τροπὴ, θεσις ἡλίου, θέρος) Solis statio, quum sol ultrà non progreditur, sed retrocedere incipit. Singulis quippe annis duo sunt solstitia, unum æstiuum, alterum hyemale: sunt enim duo tropici, hybernus et æstiuus. Hybernus enim est, per quem sol trãsmittens octauã Capricorni partem, solstitiũ hybernum facit VIII. cal. Ianuarias. quo tempore sol altiores incipit circulos petere. Aestiuus uerò, per quem sol octauam partem Cancri transmittens, solstitium æstiuum facit VIII. calend. Iulij: quo tempore remeare sol ad inferiores incipit circulos.
Solstitium ueteres ferè uocant æstiuum, licet nihil adijciatur. Virg. 1. Georg. 20,
Humida solstitia, atq; hyemes optate serenas
Agricolæ. Cic. 2. de Nat. deor 29, Poßcine uno tempore florere, deinde uicißim horrere terra, aut tot rebus ipsis se immutantibus, solis accessus, discessusq; solstitijs brumisq; cognosci.
Solstitium bruntale. Columel. lib. 9. cap. 16.
¶ Solstitialis, & hoc solstitiale, pen. prod. (θερινὸς) Quod ad solem pertinet, uel solstitium: ut, Solstitialis circulus. Plin. lib. 2. cap. 11. 2, Et solstitialis dies. Cic. 1. Tusc. 151, Et Solstitialis orbis Idem 3. de Natura deor. 48.
Tempus solstitiale. Ouid. 6. Fast. 158.
Solstitialis herba. Plin lib. 26. cap. 5, Condurdon herba solstitialis, flore rubeo, suspensa in collo, cõprimere dicitur strumas. Plaut pseud. 3 36.
Solstitialis morbus. Plaut. Trinum. 8. 109.
¶ Solis fons. Vide in dictione Fons Solis.
¶ Solis gemma, quæ ad instar solis fulgentes in orbẽ radios habet (ἡλίου λίθος) Plinius lib. 37. cap. 10.
¶ Solis insula (ἡλίου νῆσος) est in mari Indico semper rubẽs, & (ut Solin. refert) omni animantiũ generi inaccessa: quoniã eo ingressos, uis circunfusi aeris confestim exanimat. Plin. lib. 36. cap. 32, Insula, quæ Solis appellatur, & eadem cubile Nympharum rubens, in qua nullum animal non absumitur.
Solis mensa (ἡλίου τράπεζα) Aethiopiæ locus, apparatis epulis semper refertus: & quia ut libet, inquit Põponius, uesci uolentibus licet, (ἡλίου τράπεζαν) id est, Solis mensam appellãt: & quæ paßim appositæ sunt, affirmãt nasci subinde diuinitùs. Ad quem locum Seuerus imperator, quũ Alexandriã uenisset, rei fama permotus profectus est. Autor Spartianus. Cælius lib. Antiquarum lectionum 29. cap. 4. scribit: Solis mensam, adagio dici diuitum opulentorumq; hominum domos, omni rerum copia ubertim affluentes expostasq; inopum necessitatibus & alimentis.
¶ Solis ostia, Loca sunt ob æstum intolerabilem & aquarum lõgo tractu penuriam ste dicta, apud Indos extremos: quibus in locis periclitatum Alexandri exercitum, Diodorus li

bro 17. scribit Pomponius in descriptione Indiæ.
Solamen] solaminis. Vide Solor.
Solanidæ] Insula est maris Arabici, apud Plinium libro 6. cap. 28.
Solanum] pen. prod. (στρυχνὸς) Herba quam Græci strychnon uocant, ut tradidit Cornelius Celsus, huic uis reprimendi, refrigerandiq; Plin. lib. 27. cap. 13. 1, Sunt autẽ multæ solani species: est enim hortensis: est & quæ uesicaria dicitur. Item solanum somniferum, Solatro maggiore, herba bella donna uulgò dicitur: & solanum quod manicum dicẽtur. de quibus uideto quid Ruellius doceat.
Solaris, Solarium] Vide Sol, & Solum, soli.
Solarium] solatij. Vide Solor.
Solatum] Genus morbi, maximè à rusticantibus dicitur, cuius meminit etiam Africanus. Festus.
Soldum] στρεῶς, pro Solidum. Martial. lib. 1. 143,
Ex insulis, fundisq; tricies soldum.
Ex pecore redeunt ter ducenta Parmensi.
Solduri] apud Gallos, qui Latinè dicuntur deuoti. Cæsar bell. Gal. lib. 3, Adcantuanus, qui summam imperij tenebat cum sexcentis deuotis, quos illi soldurios appellant: quorũ hæc est conditio, ut omnibus in uita commodis unà cum his fruantur, quorũ se amicitiæ dediderint: Siquid ijs per uim accidit, aut eundem casum unà ferant, aut sibi mortem consciscant. Neque adhuc hominum memoria repertus est quisquã, qui eo interfecto cuius se amicitiæ deuouisset, mori recusaret.
Solea] ὑπόδημα, πέδιλον, Id genus calceorũ est, quo plantæ tantùm obteguntur, cæteris propè relictis nudis pedis partibus, supernè pedem uincientes ansis, quas ligulas uocant. alio nomine subere dicũtur, & à Græcis crepidæ: licet hæc differre putent aliqui. Dictæ soleæ, quòd solo pedis subijciantur. ut ait Festus. Plaut. Casin. 16. 64, ——si
Effexis hoc, ego soleas tibi dabo, & annulum
In digito aureum. Cic. de Aruſp. resp. 40, P. Clodius à crocotta, à mitra, à muliebribus soleis, purpureisq; fasciolis, à strophio. Propert. lib. 2. eleg. 30. 8,
Prosilit in laxa nixa pedem solea. Horat. 1, Serm. Satyr. 3. 26.
Nec soleas fecit, sartor tamen est bonus. Catul. ad mallium, 63. 15,
——arguta constitit in solea.
Rubra solea. Pers. Satyr. 5. 17.
Soleæ ferreæ equis & mulis applicantur. Catull. ad Coloniam, 17. 6,
Et supinam animam graui derelinquere cœno,
Ferream ut soleam tenaci in uoragine mula. Sueton. in Nerone cap. 30, Nunquam carrucis minus mille fecisse iter traditur, soleis mularũ argenteis, canusinatis mulionib.
Soleæ ligneæ. Cic. 2. de Inuent. 232.
Induere soleas iumentis. Vide Induo. Plin. lib. 33. cap. 11. 2.
Solearum lanatarum epigramma est Martialis, lib. 14. 65.
Solea instrumentum oleo conficiendo aptum. Columel. lib. 12. cap. 50. 5, Oleo autẽ conficiendo molæ utiliores sunt, quàm trapetum: trapetum quàm canales & soleæ.
Solea, Genus piscis plani, à similitudine soleæ. Plin. lib. 9. cap. 29. 1, Marinorum alij sunt plani, ut rhombi, soleæ, passeres. Plin. iunior epist. 41.
Solea, Materia roborea, super quam paries cratitius extruitur. Festus.
¶ Solearius, solearij, masc. gen. (ὑποδηματοποιὸς) Solearum sitor. Plaut. Aulul. 15. 42, Solearij astant.
¶ Soleatus, pen prod. Adiect. (ὑποδηματοποιὸς) Qui soleis indutus est. Gellius lib. 13. cap. 20, Cur soleatos dixisset, qui gallicas

gallicas,non soleas haberent? Cic.7.Verr.69,Stetit soleatus Prætor.pop.Rom.cum pallio purpureo,tunicaq; talari muliercula nixus, in litore,

Soleatæ] Populi sunt Indum fluuium accolentes apud Plinium.lib.6.cap.20.

Solenes] σωλῆνες, genus concharum, quod & Onychas, & Digitos uocamus, itemq; Donacas & Aulos. Solenes dicti à canaliculata longitudine, σωλῆνας enim Græci canales appellant.

Solennis] & hoc solenne (ἑξέδιος, ἐτήσιος) Quod omnibus annis præstari debet. Compositum nomen ex Solo & Anno. Valer. Max. Maiores statas solennesq; cæremonias Pontificum scientia, bene gerendarum rerum authoritate, &c.

Plin.in Panegyr. 109, Peracta erant solennia comitiorum, si principem cogitares.

Aræ solennes. Virgil. 2. Aeneid. 40.

Auspicia solennia. Claud. 2. Paneg. 73.

Cursus solennis. Claud. 2. in Ruffinum, 10.

Dapes solennes. Virg. 3. Aeneid. 61.

Solennis dies. Suet. de Oct. Augusto, cap. 53, Officia cum multis mutuo exercuit: nec prius dies cuiusq; solennis frequentare desijt, quàm grandior iam natu, & in turba quondam sponsaliorum die uexatus.

Dies solennis mihi. Horat. 4. Carm. ode 11. 4.

Epulæ solennes. Liu. 10. bell. Maced.

Festum solenne. Ouid. 4. Fast. 50.

Habeo solenne. Plin. lib. 28. cap. 9. 12, Certè nouæ nuptæ intrantes, etiamnum solenne habent postes eo attingere. Subaudi, adipe suillo.

Habitus solennis. Liu. lib. 7. bell. Maced.

Ignis solennis. Ouid. 3. Trist. eleg. 13. 4.

Imperium solenne. Virgil. 12. Aeneid. 39.

Iter solenne. Cic. pro Milone, 20, Interim quum sciret Clodius (neq; enim erit difficilè scire) iter solenne legitimũ, necessarium, ante diem x 111. calend. Februarij Miloni esse Lanuuium ad Flaminem prodendum, quòd erat Dictator Lanuuij Milo, &c.

Ludi solennes. Ouid. 5. Fast. 119.

Lustrale solenne exercitus. Tacit. lib. 10.

Mos solennis sacrorum. Lucret. lib. 1. 20.

Opus solenne. Horat. 1. epist. 19. 10.

Pompas solennes ducere. Virg. 3. Georg. 5.

Preces solennes mouere. Ouid. 6. Fast. 125.

Sacramentum solenne. Tacit. lib. 17.

Sacrum solenne. Senec. Troade, 8. 9.

Sacra solennia, inquit Festus, dicuntur quæ certis temporibus anni fieri consueuerunt. Sallust. in Catil. Sicuti in solennibus sacris fieri consuevit.

Verba solennia. Liu. 8. bell. Maced. 214. Ouid. 10. Metam. 1.

Vota solennia reddere. Virg. 7. eclog. 5. 15.

Solenne, pro Solitum (σύνηθες) Suet. de Augusto, cap. 44, Fœminis ne gladiatores quidem, quos promiscuè spectari solenne olim erat, nisi ex superiore loco spectare concessit. Cicero ad Atticum, libro 7, 126. 1, Tantum igitur nostrum illud solenne seruemus, ut ne quem istuc euntem sine literis dimittamus.

Solenne & statutum sacrificium. Cic. 1. Tusc. 183.

¶ Solenne, substantiuum, neut. gen. (ἑτήσιον) Tacit. lib. 12, Et funeris solenne perinde ac diuo Augusto celebratur.

Instituere solenne. Liu. 1. ab Vrbe, 18. Ibidem, 86, Et soli Fidei solenne instituit, ad id sacrarium Flamines bigis curru arcuato uehi iussit.

¶ Solennia, solenniorum (ἑτήσια) Festa quæ singulis annis certo tempore fiunt.

Magna solennia. Iuuen. Satyr. 10. 26.

Tumulo referre solennia. Virg. 5. Aeneid. 121.

Mittere solennia tumulo. Virg. 6. Aeneid. 76.

Funerum solennia. Tacit. lib. 3.

Nuptiarum solennia. Tacit. lib. 11.

Pietatis solennia. Tacit. in uita Agricolæ.

Regni solennia. Tacit. lib. 5.

¶ Solennitas. penul. corr. solennitatis (ἑορτή) Quæ quotannis celebratur. Gellius libro 2. cap. 24, Per dierum uarias solennitates.

¶ Solenniter. pen. cor. Aduerbium (ἐξέδιος) Liuius 5. ab Vrbe, 203, Ibiq; omnibus solenniter peractis, eadem reuertens. similiter consistenti uultu graduq; satis propitios esse deos sperans.

¶ Solennitùs, Aduerbium, pro solenniter. Lucius Aegysthus, Solennitusq;, Adeò ditem laudet lubens. Nonius.

¶ Solenistæ (σωληνιστὰι) dicuntur qui id genus concharum pi scantur: quo cognomine Philoxenum quendam dictum legimus, quod primus σαλινοθήρας fuisset: deinde Demagogus, & postremò tyrannus effectus. Cælius libro 13. capite 5.

Soleo] soles, solitus sum (ἔιθαι, φιλέω, ἀγαπάω) solere. Sapõtinus, Soleo, quod significat consueui, quasi solus, hoc est, totus eo. Terent. Andr. 34. 4,

Quod uulgus seruorum solet, dolis ut me deluderes.

Solui præterito usus est Sallustius lib. 2, Histor. Neq; subsidijs uti soluerat compositis.

Solitus, pen. cor. Virg. 2. Aeneid. 93,

—unde omnis Troia uideri.
Et Danaũm solitæ naues, & Achaica castra. Cic. de Orat. 197. Idem de Amicit. 3, Si prius quod maximè reprehendere solitus sit, edixero.

Solere, Consuetudinem habere, Plaut. Cistel. 2. 28,

—frigidam Subdolè suffundunt: uiris cum fuis non solere prædicant.

Solet, impersonale: Vt solet, pro, ut ferè fit. Cicero pro Cluentio, 130, Quum quædam in collibus, ut solet, controuersia pastorum esset orta. Idem 1. de Orat. 50, Vt in conditionib. scribi solet. Ibidem 2. 31, Quod optimo cuiq; Athenis accidere solitum est.

¶ Solens, Participium (σύνηθης) Plautus Amphit. 4. 44,

Si dixero mendacium, solens meo more fecero.
Et Casina 22. 11,
Lubens fecero, & solens, ut soleo.

¶ Solitus, pen. cor. (συνήθης) nomẽ ex participio: ut. Mos solitus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 33.

Labori solito finem imposuêre. Ouid. 6. Metam. 48.

¶ Solito, solitas, penult. imacorrepta, solitare, Frequentatiuũ Gellius libro 7. cap. 1. Scipionem hunc Africanum solitauisse noctis extremo, prius quàm dilucularet, in Capitolium uentitare.

¶ Solito (τῷ συνήθει) ablatiuus à Solitus participio uerbi Soleo, qui nisi aduerbijs aut nominibus comparatiuis non iungitur. Liuius libro 5. belli Punici 36, Reate saxum ingens uisum uolitare: sol rubere solito magis, sanguineoq; Blandior solito. Ouid. 2. de Arte, 83. (similis.

Tardior solito orta est dies. Ouid. 1. Amor. eleg. 13. 10.

Velocius solito currere. Ouid. 14. Metam. 78.

Solers] solertis, om. gen. (εὐχίνους, ἐυχαρδινὸς) Contrarium est inerti. In omni re prudens, quasi totus ars: Ingeniosus, perspicax, sagax. Cicero de Senect. 50, Nec consitiones modo delectant, sed etiam insitiones: quibus nihil inuenit agricultura solertius. Terent. Eunuch. 2. 2. 25,

—fac periculum in literis.

Fac in

Fac in palæstra, in musicis: quæ liberum
Scire æquum est adolescentem, solertem dabo.

Solers & ingeniosus. Cic. pro Rosc. Comœdo, 18.

Solers & subtilis. Cicero 2. de Natura deorum, 180, Solers, subtilisq; descriptio partium, quamq; admirabilis fabrica membrorum.

Ambagibus solers. Plin. lib. 28. cap. 8. 7.

Cunctandi solers Fabius. Silius lib. 7. 26.

Ancilla solers. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 18.

Animo solerti rem nouam excogitare. Liu. 7. ab Vrbe, 61.

Solerti auditu animal. Plin. lib. 8. cap. 28. 2.

Cor solers. Catul. Argon. 59. 59.

Custodia solers. Colum. lib. 8. cap. 13. 1.

Dimicatio solers. Plin. lib. 10. cap. 17.

Genus uirile solertius est multo. Lucret. lib. 5. 272.

Ingenium solers. Ouid. 3. Fast. 168.

Manu solerti facere aliquid. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 6.

Natura hominum solers. Ouid. 3. Amor eleg. 7. 9.

Prouida solersq; natura. Cic. 2. de Nat. deor. 93.

Stultitia solers. Plin. lib. 8. cap. 36. 5.

Vir solers. Ouid. in Ibin, 56.

¶ Solerter, Aduerbium (ἀγχινοήτως) Ingeniosè, perspicaciter, subtiliter. Cic. 1. de Legib. 38, Res ad uitam necessarias solerter consequuta est. Idem 2. de Nat. deor. 127, Præsertim cum multis partibus sint illa perfecta, quàm hæc simulata solertius. Idem 6. Verr. 88, Tu illius æris temperationem, tu operum liniamenta solertissimè perspicis?

¶ Solertia, solertiæ (ἀγχίνοια, ἐυπίνοια) In omni re prudentia & industria, perspicacitas & ingeniorum acumen. In bonam & in malam partem accipitur.

In bonam. Cic. de Senect. 55. Tum eum dixisse, mirari se non modò diligentiam, sed etiam solertiam eius à quo essent illa dimensa & descripta. Idem 4. Acad. 216.

In malam partem. Cic. lib. 1. Offic. 50, Decipere hoc quidem est, non iudicare. Quo circa in omni re fugienda est talis solertia. Plin. lib. 14. cap. 22. 11. Heu mira uitiorum solertia. Claud. lib. 3. de rapt. Proserp. 6, —rerumq; remotas
Ingenioſa uias paulatim explorat egestas,
Vtq; artes pariat solertia, nutriat usus.

Adhibere solertiam. Vide Adhibeo. (cap. 40. 6.

Sed in uenatu solertia & sagacitas præcipua est. Plin. libro 8.

Machinatio & solertia. Cic. 2. de Nat. deor. 183.

Belli solertia. Silius lib. 6. 62.

Solertia agendi & cogitandi. Cic. 1. Offic. 219.

Mentis agitatio atq; solertia. Quintil. lib. 1. cap. 1. 2,

Soliar] Quo solium tegebatur, ut toral, quo torum. Varro Phrygio qui puluinar poterat pingere, soliar defingebat. Nonius.

Solicitudo] pen. prod. solicitudinis (μέριμνα, ἀγωνία, φροντὶς) Cura & inquietudo quæ mentibus inhæret. In uersu, duplici ll scribitur, ut producatur prima syllaba. Cic. 4. Tusc. 29. Solicitudo est ægritudo cum cogitatione. Ibidem, 92, Nulla reliqua cura, nullæ solicitudo futura. Idem 3. Offic. 112, Angores, solicitudines, diurni & nocturni metus. Et 2. de Diuin. 222, Perfugium uidetur omnium laborum & solicitudinum esse somnus.

Aculei solicitudinum. Vide Aculeus.

Altior solicitudo. Quintil. in Proœ. lib. 4. 1.

Mordaces solicitudines. Horat. 1. Carm. ode 18. 1.

Abducere animum à solicitudine. Vide Abduco.

Abstrahere se à solicitudine. Vide Abstraho.

Adducere in solicitudinem. Vide Adduco.

Adire solicitudinem pro aliquo. Plin. epist. 9. lib. 2.

Afferre solicitudinem. Vide Affero.

Afficit me solicitudo duplex. Cic. de clar. Orat. 186.

Alleuare solicitudines. Vide Alleuo.

Conficere alicui solicitudines. Vide Conficio.

Demere solicitudinem. Tacit. lib. 18.

Exedi solicitudine. Cic. 1. de Finib. 79.

Habere solicitudinem. Cic. pro Cluentio, 135.

Importare solicitudines. Vide Importo.

Diris solicitudinibus leuare pectora. Horat. Epod. 132.

Omittere solicitudinem. Vide Omitto.

Pati solicitudinem. Vide Patior.

Struere solicitudinem. Cic. ad Att. lib. 5. 109. 4.

Esse solicitudini alicui. Plaut. Mil. it. 10. 76.

Esse solicitudini dicitur res aliqua. Terent. Phorm. 4. 1. 22,

Scio ita esse, & istæc mihi res solicitudini est.

Esse magna solicitudine Cic. Non minore nunc sunt solicitudine quàm tum erant studio.

Districtum solicitudine torqueri. Horatr. 2. Serm. Saty. 8. 14.

Vrgeri solicitudine. Cic. ad Att. lib. 6. 116. 4.

¶ Solicitus, penul. correp. Adiectiuum (μεριμνῶν) Inquietus, & curis affectus. In carmine, gemino ll scribitur, ut prima producatur Plautus Merca. 7. 24.

Sollicitus mihi nescio quare uidetur.

Sollicitus esse & angi. Cic. ad Att. lib. 9. 17. 3. 10.

Suspensus & solicitus. Cic pro Domo sua, 7. 3.

Suspecta atque solicita semper omnia in uita tyrannorum. Cicero de Amicitia.

Solicitus de. Cic. ad Tironẽ, lib. 16. 2. 1, Qui aũt pater & filius Butroti soliciti eramus de tua ualetudine mirũ in modum.

Solicitus es ea re. Terent. Andr. 1. 5. 33.

Solicitus in. Quintil. lib. 8. cap. 3, Nec sum in hoc solicitus, cũ res ipsa uolentibus discere appareat.

Solicitus pro anima. Gel. lib. 19. cap. 1.

Solicitus quid. Cicero ad Cælium, lib. 10. 1, Mirificè sum solicitus, quidnam de prouincijs decernatur. Idem ad Atticum, lib. 8. 150. 2.

Solicitus suspicione. Cic. 1. de Lege Agraria, 14, Solicitam mihi ciuitatem, suspicione, suspensam metu, perturbatam uestris legibus & concionibus, & seditionibus tradidistis.

Solicitus uicem. Liu. 8. bel. Pun. 231. Ibidem libro 8. 104.

Quum clamor undique ab solicitis uicem imperatoris militibus sublatus.

Agere solicitum. Quintil. lib. 4. cap. 1. 22.

Solicitum habere. Cic. Mario, libro 7. 3. 2. Idem de Senect. 61.

Quarta restat causa, quæ maximè angere, atque solicitam habere nostram ætatem uidetur.

Tenere aliquem solicitũ. Liu. 2. ab Vrbe, 272, Solicitumq; hastem ad lucem tenere.

Actiones accuratæ & solicitæ. Quintil. lib. 4. cap. 1. 40.

Amores solliciti. Virg. 10, eclog. 2.

Amor sollicitus atq; anxius. Cic. ad Attic. lib. 2. 39. 1.

Animi solliciti. Horat. 1. epist, 54.

Anxio & solicito animo esse. Cic. 2, de Finib. 90.

Armis sollicitis quæritur uictoria. Ouid. 14. Metam. 91.

Aures sollicitæ. Lucret lib. 6, 239.

Carcer sollicitus. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 13.

Curæ solicitæ. Stat. 9. Thebaid. 12.

Rei custodia solicita, & Libera: contraria. Cic. 2. Offic. 116.

Diligentia solicita. Quintil. in Proœm. lib. 6. 2.

Dolor sollicitus. Ouid. 3. de Arte, 75.

Manus sollicitæ, Dubiæ, & quæ aliquid frangere metuunt. Martialis libro 14. 16,

Frangere dum metuis, frangis cristallina, peccant
Securæ nimium, sollicitæq; manus.

Mare sollicitum stridet refluentibus undis. Virg. 4. Georg. 53.

Mentes sollicitæ pauent. Ouidius. 3. Fast. 73.
Metus sollicitus. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 2.
Opes sollicitæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 16.
Pectore sollicito repetens suspiria. Ouid. 2. Metam. 25.
Pecus sollicitum. Mart. lib. 5. 32.
Res sollicita, Plena sollicitudinis. Cic. de Amic. 48, Omnia semper suspecta atq; solicita sunt nullus locus est amicitiæ.
Status ciuitatis solicitus. Quintil. lib. 6. cap. 1. 1. 3.
Timor sollicitus. Ouid. epist. 1. 3.
Vita sollicita Propert. lib. 3. eleg. 7. 1.
Voce sollicita inuocare aliquem. Ouid. 10. Metam. 127.
Solicitior, comparatiuum. Plancus Ciceroni, libro. 10. 18. 9.
Quintil lib. 7. cap. 2. 30, Quibus nos circa lites raras soliciciores ridiculi uidemur.
Solicitior locus. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 13.
¶ Solicitè, pen. corr. Aduerbium (ἐπαγόντως) Quintil. lib. 2. 15. 13. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 9,
Qui mala sollicitè nostra leuatis.
¶ Solicito, solicitas (κινέω, ἐλαύνω) solicitare. Inquirere, & curam inijcere, seu cõtristare, ut ait Valla. lib. 5. Terent. Andr. 5. 3. 16,
Cur meam senectutem huius solicito ametiâ? Idem Eunuch. 1. 2. 82,
Egóne id timeo? PH. quid te ergo aliud solicitat?
Idem Hecyra, 4. 4. 54,
Aut quid sit id quod solicitêre ad hunc modum? Id est, Perturberis, commoueare, inquit Donatus.
Arcu sollicitare feras. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 3.
Stamina sollicitat docto pollice. Ouid. 11. Metam. 35.
Excruciare, & solicitare. Cic. 1. de Finib. 77.
Solicitare & angere. Cic. 1. de Finib. 65.
Sollicitant hæc toreumata furem. Mart. lib. 12. 71.
Cura quietos sollicitat. Virg. 4. Aeneid. 76
Metus sollicitans. Ouid. 4. Trist eleg. 7. 2.
Bello solicitare aliquem. Ouid. 5. Fast. 8.
Solicitare (ἐπείγεσθαι, πιέζω) Instare, & uelut allicere, uel spem ostendendo, uel metum, ut ait Valla lib. 5. Curtius lib. 3, Verum enimuerò quum modò milites meos literis ad proditionem, modò amicos ad perniciem pecunia solicitet. Terent. Andr. 5. 4. 9,
—Túne hic homines adulescentulos,
Imperitos rerum, eductos liberè, in fraudem illicis? Solicitando, & pollicitando eorum animos lactas?
Plaut. Casin. 6. 12.
Solicitarè ad se aues. Plin lib. 8. cap. 23 1.
Solicitare precio animos egentium. Cic. 4. in Catil. 89.
Iudicium alicuius sollicitare donis. Ouid. epist. 15. 16.
Precibus sollicitare aliquem. Ouid. 9. Metam. 137.
Votis sollicitare numina. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 11.
Solicitare ad. Cic. pro Cluentio, 35, Cuius seruum Diogenem Fabritius ad uenenum Habito dandum spe & precio solicitare cœpit. Liu. 1. ab Vrbe, 132.
Ad laborem solicitare. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 11.
Solicitare pacem, instare ut fiat pax. Liuius quarto bell. Maced. 67.
Thoros legitimos sollicitare. Ouidius 3. de Ponto, eleg. 3. 10.
Voluptas sollicitat concubitus. Virg. 3. Georg. 26.
Solicitare, Propriè terram uertere est. Tibul. lib. 1. eleg. 7,
Et teneram ferro sollicitauit humum.
Tellus solicitanda. Virg. 2. Georg. 84.
Solicitare, pro Nauigare aliquando, ponitur. quòd solũ de mari etiam dicatur. Claud in Præfatione lib. 1. de raptu.
Et rudibus remis solicitauit aquas. hoc est, Mouit, & agitauit.

Solicitare, Est solo citare. Id est ex suo solo mouere. Solum autem quin significet locum, quis dubitat? quum exules quoq; dicantur solo patriæ suæ pulsi? Festus.
Forem sollicitare, Mouere aut aperire ianuam. Ouidius 3. Amorum, eleg. 1. 16.
¶ Solicitatio, solicitationis, Verbale, dicitur quæ ab alio fit, ut ait Donatus. Terent. Andr. 1 5. 26,
Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuersè trahunt,
Amor, misericordia huius, nuptiarum solicitatio,
Cic. pro Cluentio, 41, Et de solicitatione Diogenis recentire secum Cleophantum locutum esse dicebat.
¶ Solicitator, pen. prod. Verbale masc. (παρασκευάστης) Paulus de extra ord. crimin. Solicitatores alienarum nuptiarũ, itemq; matrimoniorum interpellatores.
Solidago] Herba, Consolida à quibusdam appellata, describitur à Matthiolo post Dioscoridem lib. 4. cap. 9.
Solidus] pen. corr. Adiectiuum (στερεὸς, στερρὸς, πάχυος) Plenum, integrum, nihil concaui aut uacui habens. Vnde solidum corpus dicimus quod constat longitudine, latitudine, & altitudine. Virgilius.
—Solidoq; adamante columnæ. Idem 3. Georg.
In foribus pugnam ex auro, solidoq; elephanto
Gangaridum faciam. id est, ex ebore integro, non fectili, ut ait Seruius. Plaut. Curc. 8. 69.
Solidum, iuge ac continuum significat. Plaut.
Decem annos solidos errauit puer. Terent. Eunuch. 5. 2. 32, Vt solidum párerem hoc mihi beneficium.
Fragile, & Solidum, contraria. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 16.
Agger solidus. Stat. 4. Sylu. 4. 1.
Annus solidus, integer. Liu. 1. ab Vrbe, 80.
Argentum solidum. Virg. 9. Aeneid. 72.
Aurum solidum. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 11.
Cautes solida. Ouid. 12. Metam. 25.
Ceruos solidos haurire. Plin. lib. 8. cap. 14. 1.
Columna solida. Cic. 1. de Diuin. 87, Quum columnam auream quæ esset in fano Iunonis Laciniæ auferre uellet, dubitaretque utrum ea solida esset, an extrinsecus inaurata.
Cornu solido graniter sonat ungula. Virg. 3. Georg. 18.
Corpus solidum. Terent. Eunuc. 2, 3, 26,
Color uerus, corpus solidum: & succi plenum. Vbi Donatus, Solidum corpus, quia non uitiatum. Lucret. libro 1. 193.
Solidam & expressam uirtutis effigiem tenere. Cicero tertio Offic. 91.
Ferrum solidum, Ouid. 15. Metam. 162.
Fœlicitas solida, Integra Plin. lib. 7 cap. 40. 2.
Gaudium solidum. Terent. Andr. 4. 1. 23, Donatus, Plenum, idoneum, Integrum.
Glacies solida. Virg. 3. Georg 73.
Gratia solida. Ouid. 12. Metam. 116. Plaut. Curcul. 8. 34.
Inibis à me solidam & grandem gratiam.
Humus solida. Ouid. epist. 12. 19.
Infortunium solidum. Plaut. Merc. 3. 21.
Mare solidum. Iuuen. Satyr. 10. 18.
Marmor solidum. Virg. 6. Aeneid. 14.
Mens solida. Horat. 3. Carm. ode 3. 1.
Montes solidi. Ouid. 4. Metam. 130.
Nomen solidum. Cic. 1. de Finib. 92, illi enim negant bonũ quicquam esse, nisi nescio quam illam umbrã quod appellãt honestum, non tam solido quàm splendido nomine.
Pax solida. Senec. Troade, 6. 4.
Robur solidum. Virg. 2. Georg. 13.
Spiritus solidus. Ouid. ad Pisonem, 15.

Summa

Summa solida. Vide Summa excurrit, in Excurro.
Tellus solidissima. Ouid. 15. Metam. 51.
Vires solidæ suo stant robore. Virg. 2. Aeneid. 128.
Vtilitas solida. Cic. 1. de Finib. 108.
Petere solidum. Quintil. lib. 5. cap. 10. 73, Argentarius ab argentario solidum petit.
Solidum suum cuiq; soluere. Cic. pro Rabirio Posthum. 28.
id est, Integrum.
Crepare solidum. Persius Satyra 5. 3.
¶ Solidus, solidi, pen corr. (ὁλόπλεθρος) Substantiuum. Gernus nummi, quod pro aureo accipitur. Solidi ideo dicũtur, quia iusto & integro pondere erant percussi, non dimidiati, aut trientales. Lampridius in Alexãdro, Vectigalia publica in id contraxit, ut qui decem aureos sub Heliogabalo præsiterant, tertiam partem aurei præstarent: tuncq; primùm semisses aureorum formati sunt: tum etiam quum ad tertiam partem aurei uectigal decidisset, tremisses, dicente Alexandro, etiam quartarios futuros: sed quum non potuisset per publicas necessitates, conflari eos iussit, & tremisses tantùm, solidosq; formari. Ex his uerbis Lampridij facilè intelligimus, solidos primùm dictos esse aureos nummos certi cuiusdam, suiq; ponderis, quasi integros. Budæus.
¶ Solidè. pen. cor. Aduerb. (ὁλοπλέθρως) Integrè, Plautus Trinum. 13. 7,
Neq; noui, neq; natus, nécne is fuerit, id solidè scio.
Ibidem, 44,
—Hic homo
Solidè sycophanta est. Terent. Andr. 5. 5. 8,
Nam hunc scio meâ solidè solum gaudia.
¶ Soliditas, pen. cor. soliditatis, f. g. (στερεότης, παχύτης) Cic. 1. de Finib. 26, Ille atomos quas appellat, id est, corpora individua, propter soliditatem censet in infinito inani. Idem de Vniuers. 19, Sed quum soliditas mundo quæreretur.
¶ Solidipes. pen. cor. solidipedis, pen. cor. om. g. (στερεόπους) Quod solidos habet pedes, non bifurcatos. Plin lib. 10. cap 65. 1. Contra naturam solipeditum, aut bisulcorum.
¶ Solidamentum, Lactant. de Oppific. Dei, cap. 7, Deus igitur solidamenta corporis, quæ ossa dicuntur, nodata, & adiuncta inuicem neruis alligauit atq; constrinxit.
¶ Solido, solidas, pen. cor. (στερεόω) solidare, Roborare, firmare. Virgil. 1. Georg. 36.
Area tum primùm ingenti est æquanda cylindro,
Et uertenda manu, & creta solidanda tenaci.
Apud Plinium, epist. 173. b, Solidantur fracta.
Facies solidata ueneno. Lucan. lib. 8. 135. hoc est, medicamento firmata contra putrefactionem.
¶ Solidesco, solidescis (στερεῦμαι) solidescere, Solidum fieri. Plin. lib. 11. cap. 37. 76, Vesica membrana constat, uulnerata cicatrice non solidescit.
Soliferreum] soliferrei (ὁλοσιδήρεος) Genus teli, appellatum quasi totum ferreum. Liuius. 4. belli Maced. 60, Vt emissis soliferreis falaricisq; gladios strinxerunt, tum uelut redintegrata est pugna.
Solifuga] solifugæ, pen. corr. (μισόβλητος) Genus formicæ uenenatæ, à fugiendo sole dicta. Plin. lib. 22. cap. 25. 41, Et leguminibus innascuntur bestiolæ uenenatæ, quæ manus pungunt, & periculum uitæ afferunt, solifugarum generis.
Solimnia] Insula est, in Pegasico sinu. author Plinius libro 4. cap. 12.
Solino] as, are: Messala idem esse ait, quod Consulere.
Solinus] Historiographus, Plinij summè æmulus, scripsit de Geographia libros nobilissimos, quibus, De situ orbis, inscriptionem dedit, præter opus præcipuum, narrat præclara multa, multa incredibilia.
Solipugna] Vide Solpuga.
Solistimum] pen. cor. (inquit Festus) Appius Pulcher disciplinalis disciplinæ libro primo, ait esse tripudium, quod excidit ex eo, quòd illa ferit saxum solidum, aut arbos uiuira dix ruit, quæ nec ui humana cædantur, iaciantúrue, pellanturúe. Cicero 1. de Diuinat. 53, Quod autem scriptum habetis, aut tripudium fieri si ex ea quid in solum ceciderit, hoc quoq; quod dixi coactum tripudium, solistimum dicitis. Liuius 10. ab Vrbe, 199, Tripudium solistimum Consuli nunciauit.
Solitanus] pen. prod. Adiectiuum (σολιτανὸς) ut, Cochleæ solitanæ, quæ in Africa reperiuntur. Plin. lib. 30. cap. 6. 3, Laudatissimæ autẽ sunt cochleæ Africanæ, ex his solitanæ. Varro 3. de Rerust. cap. 14. 4, Nam & ualde amplæ sunt quædam ex Africa, quæ uocãtur solitanæ, ita ut earum calices quadrantes octoginta capere possint.
Solitarius] Vide Solus.
Solitaurilia] solitauriliorum, n. g. plu. n. Festa erant, siue solennia sacrificia Romanorum, in quibus trium diuersi generis bestiarum immolatio fiebat, tauri, arietis, & uerris: quia omnes solidi, integriq; corporis sint. Hoc sacrificium Censores, ut scribit Asconius, Vrbem completo quinquennio lustrantes, de sue, oue, tauro faciebant. Liu. 8. ab Vrbe, 54, Telo super quod stans Consul precatus est, hostem potiri fas non est: si potiatur, Marti solitaurilibus piaculum fieri. Vetus codex habet, Suouetaurilibus.
Solito, solitas, & Solito ablatiuus] Vide Soleo.
Solitudo] Vide Solus.
Soliuagus] Vide Solus.
Solium] solij (θρόνος) Armarium ex uno ligno factum, in quo reges ob corporis sui tutelã sedebant. Dictum quasi solidum, quoniam ex prædura materiæ roboris fiebat. Vel dicitur quasi solum: quòd in his soli sederent. Vel, secundũ Asperum, per antistichon, quasi sedium, à sedendo: nam & sella, quasi seda dicta est. Ex Seruio.
Eburno solio fultus. Claud. 3. Paneg. 40.
Rudi solio fultus. Claud. 1. de raptu Proserp. 16.
Solium, abusiuè quandoq; ponitur pro sella regali. Virgil. 8. Aeneid. 109, Præfatus diuos solio rex infit ab alto. Liuius 1. ab Vrbe, 205,
Aureum solium. Virg. 10. Aeneid. 24.
Regale solium. Ouid. 6. Fast. 71.
Sublime solium. Ouid. 14. Metam. 53.
Surgere solio. Virgil. 10. Aeneid. 24.
Tollere se à solio. Virgil. 8. Aeneid. 109.
Solium, pro Vase saligno, uel abiegno ponitur: eo etiam utimur ad uinũ, plurimosq; liquores transferendos: & ad pannos limeos cum lixiuio calido & cinere emaculandos. Est & solium, uas quo in balneis mulieres utebantur, & in quo sedentes lauabantur. Vnde nobiles Romanas ait Plinius lib. 33. cap. 12. 2, Solijs argenteis ad delicias usas. Celsius, Interpositis duabus horis, in solium in aquæ calidæ resupinus dimittendus est, sic ut à genubus ad umbilicum aqua tangat. Suet. de Augusto, cap. 82, At quoties neruorum causa, marinis, Albulisq; calidis utendum esset, contentus hoc erat, ut insidens ligneo solio, quod Hispanice scrbo duretam uocabat, manus ac pedes alternis iactaret. Cato cap. 10. 3.
Descendere in solium. Celsius lib. 1. cap. 3.
Desidere in solio. Celsius lib. 2. cap. 17.
Solium, Loculamentum sepulchrale, in quo conduntur defuncti. Plin. lib. 35. cap. 12. 10, Quin & defunctos sese multi fictilibus solijs cõdi maluêre. Vetus exemplar habet, dolijs.

Curtius

Curtius lib.10 ad finem,Septimus dies erat,ex quo corpus regis iacebat in solio:Paulò post,Purgaûere corpus,repletumq; est doloribus aureum solium.De corpore Alexãdri.

Solla] *Solia, uel Sola,appellantur sedilia,in quibus non plures singulis possint sedere: ideoq; solla sternere dicuntur, qui sellisternium habent,& solaria uocantur Babylonica, quibus eadem sternuntur: quæ, ut ait Verrius, omnia ducta sunt à solo. Aluei quoque laudi gratia instituti, quo singuli descendunt,solla dicuntur: quæ à sedendo potius dicta uidentur,quàm à Solo. Festus.*

Sollicuria] *In omni re curiosa: nam sollo Oscis, dicitur id quod nos totum uocamus. Liuius: Sollicuria,in omni re curiosa. Festus.*

Solliferrea] *inquit Festus Pompeius,uocantur tota ferrea, & homo bonarum artium solers: & quæ nulla parte laxata,cauaq; sunt,solida nominantur:unde solium solidum. Sollum enim (notat Paulus) lingua Oscorum significat totum,& solidum.*

Solo *solas*] *Vide* Solus.

Solocę] *Magnæ ciuitas, quæ notiore nomine Seleucia dicitur:de qua suo loco. Vide Strab.lib.16.*

Solœ] *numero plurali,more Græcorum (σόλοι) sicut Dioscuræ pro Dioscuri,ut placet Hermolao: Ciuitas est Ciliciæ. Ab hac Solenses,ut Solensis Aratus, Chrysippus Stoicus,& Philemon,poeta comicus. Strabo lib.14.Plinius ex Polycleti tradit autoritate,iuxta Solos fontem fuisse,cuius aquæ olei uicem præstiterint utentibus.Curtius Heliopolim ceu Solis ciuitatem nominat.Vide Solinum.Eustathius Dionisij interpres, hoc oppidum ab exulante Solone colonis Atticis ornatum fuisse scribit.Quum uerò barbari linguâ Atticam paulatim coinquinassent,Solœcissare dicti sunt,et inde Solœcismi.Lege in Solonis uita Laertium & Strabonem,lib.4.*

Solœcismus] *solœcismi (σολοικισμὸς) impar & inconueniens compositura partium orationis. A' nostris imparilitas,à uetustioribus Latinis stribiligo dicebatur: nempe inuersura & prauitas quædam tortuosa orationis.tanquam strebligo. Siquidem στρέβλα,torqueo & deprauo significat. Vide Gell.lib.5.cap. 20.Quint.lib.1.cap.5.33,Quædã tamen & facie solœcismi habent,& dici uitiosa non possunt.*

Fœditas *solœcismi. Quintil.lib.1.cap.5. 3,Prima barbarismi ac solœcismi fœditas absit.*

Solœcismus,*per translationem sumitur aliquando à poetis. Iuuenal.Satyr.6.46,*

—*solœcismũ liceat feciſſe marito.* *Martial.li.5.ca.39,*
Vnus quum stitis,duo Calliodore sedetis;
Surge, solœcismum Calliodore facis.

¶ *Solœcon etiam dicitur, sicut & barbaron. Solœci autem nomẽ à Solone deductum,Laertius testatur. Vide Gellium, lib.5.cap.20.Vide etiam paulò antè Solœ.*

Solœcophanes,] *pen,cor. (σολοικοφανὴς) Quæ,& allœosis,figura est ut,Præneste sub ipsa:quũ Præneste sit neutri generis,sed retulit ad ciuitatẽ.& Terentius in prologo Eunuch.32,* *In Eunuchum suam: referens ad comœdiam cogitatum.*

Solon] *σόλων, Salaminius genere, unus è septem sapientibus,Athenienſibus leges dedit: ac eas quas Draco tulit,præterquam quæ de cæde erant,omnes abrogandas curauit,ob magnitudinem pœnarum.Nam una omnibus pœna constituta fuerat,ut etiam qui ocij damnati essent, aut qui olera furripuissent,capite plecterentur,& c.Florebat tunc in Reb pub.Pisistratus,æmulus Solonis, cui et genere propinquus erat.Illius igitur eloquẽtia plus potuit apud populũ,quàm huius sapientia.Cessit sponte Solon,tyrannum fugiens,primùm in Aegyptum, deinde in Cyprum, postremò ad Crœsum regem:inde in Ciliciam profectus, ciuitatem à suo nomine Solos dixit,in qua Athenienſes colonos statuit.Decessit in Cypro annorum LXXX. mandauit ossa Salaminem transferri,ibiq; per regionem proiici ac disipari, ne Athenas inferrentur:quoniam discedens iureiurando ciues adegit,non antiquaturos leges suas, donec rediret. Reliquit etiam conciones & epistolas quasdam. Epigramma sepulchro inscriptum commemorat Cic.lib. 1.Tuscul.192,*

Mors mea ne careat lachrymis, linquamus amicis
Mœrorem,ut celebrent funera cum gemitu.

Ex Plutarcho & Diogene Laertio. Vbi plura.

Aerumnosi Solones.Persius Satyra 3. 8. Per Solones intelligit aut philosophos,aut quoscunq; uiros bonos.

Iustus Solon.Iuuenal.Satyra 10.28,

Solophytus] *Iudenis fuit regius, qui cũ Ilio regio similiter per optimatum factionem domo regia pulsus, ingentem iuuentutem secũ contraxit,& in Cappadocię ora consedit.*

Solor] *solaris (παραμυθέομαι) παρηγορέω) solari,Quasi solidum redintegrare.Plautus Asinar.10.37,*

Aliquam habet peculiarem, qui spem soletur suam.

Virgilius primo Georg. 59.

Interea longum cantu solata laborem,
Arguto coniunx percurrit pectine telas.

Allocutione solari aliquem.Catull.ad Cornificium.36.1.
Dictis amicis solari aliquem.Virgil. 5.Aeneid.154.
Verbis amicis solari aliquem.Ouid.5.Fast.48.
Amorem solatur musa, Virgil.10.Aeneid.39.
Famem solari.Virgil.1.Georg.33.
Lachrymas alicuius solari. Ouid.2.Fast.164.
Metum alicuius solari.Virgil.12.Aeneid.22.
Lenire dolentem solando.Virgil. 4.Aeneid.79.

¶ *Solandus,* Particip. (παρηγορητέος,) *Ouid. 5. Trist.eleg.*

—*Quid consolatus amicum* (5.9,
Sis opc,solandus quum similis ipse fores.

¶ *Solator,* pen. prod. *Verbale (παρηγόρος) ut,Solator lugentum.Stat.5.Syl.3.8.*

¶ *Solatium.solatij (παραμύθιον) Oblectamentum: quod & Solamen dicitur Quintil.in Pariete palmato,Cæcitatis miseræ solatium est,habere rem uidentium.Cic.Mario,lib.7. 3.13,Vacare culpa,magnum est solatium.Virgil.9.ecl.6.*

—*Heu tua nobis*
Penè simul tecum solatia rapta Manalcæ!

Oblectamentum & solatium seruitutis.Cic.6.Verr.118.
Solatium & fomentum dolorum.Cic.2.Tusc,101.
Dulcia solatia.Lucret.lib.5.5.
Exigua solatia ingentis luctus. Virgil.11.Aeneid.13.
Frigida solatia.Ouid. 4.de Ponto,eleg.2.9.
Mœsta solatia.Stat.2.Achilleid.56.
Vnicum aduersorum solatiũ literæ. Quint.in Procem.lib.6.12
Adhibere solatia, Vide Adhibeo.
Admittere solatia, Vide Admitto.
Afferre solatium.Vide Affero.
Afficere solatio.Tacit.lib.3.
Consolari se solatio.Cic.de Amicitia,9.Idem ad Att.lib.4.75. 1,Nosq; malo solatio, sed non multo tamen consolamur, quòd ipsius uicem minimè dolemus.
Dare solatia.Cic.de claris Orat.6, Vos uerò,inquam, Attice, præsentem me cura leuatis,& absenti magna solatia dedistis.Et ad Att.lib.4. 85. 14,Multa mihi dant solatia.
Habet hæc res aliquid solatij.Cic.ad Att.lib.3. 49.3.
Luctum alicuius nullo solatio leuare posse.Cic.9.Philip.265.
Præbere solatium.Cic. pro Archia, 12, Hæc studia adolescentiam alunt,senectutem oblectant,secundas res ornant, aduersis perfugium ac solatium præbent.
Præponere sibi aliquid solatij.Cæsar.7.bell.Gall. 54.
Recolere aliquem in solatium.Tacit. lib.17.
Reportare solatium ex aliqua re.Cic.7.Verr.100.
In solatio esse.Plaut.Amphit. 8.12.
Solatio esse.Cæsar.1.bel.Ciuil.87,Quod de sua salute impetrauerit,fore etiam reliquis ad suam spem solatio.
Vti solatio.Brutus Cic.lib.1.26.1.

¶ *Solatiolum,*pen. cor.*Dimin. (παραμυθίδιον) Catul. ad passerem Lesbiæ.2. 2,* *Vt solatiolum sui doloris.*

¶ *Solamen,* pen prod. *solaminis. (παραμυθία) Idem. Hoc tamen poetæ frequentius utuntur.Cic de Amic.86, Etsi illis planè orbatus essem,magnum tamen afferret mihi ætas ipsa solamen.Vetus exemplar legit solatium.*

Mali solamen.Virg.3.Aeneid.133.
Breue solamen malorum.Seneca,Octau.3.3.
Petere solamen.Senec.Medea,7. 22.

Solos] *Vrbs in Lycia.Strabo lib.14.*

Solox] *solocis,m.g Lana crassa, quasi solida:item Pecus lana tectum.Titinnius in Parathro,Lana soloci ad purpurã data Lucillus,* *Montano hirco,atq; soloce.* *Festus.*

Solpuga] *solpugæ,penult.product.Genus formicarum uenenatum,quod à fugiendo solem, solifuga etiam nominatur:concitatur enim acrius feruore solis: ideoq; eum fugit quantum potest.Non nouit eas Italia Bætica. Lucanus lib. 9.168,* *Quis calcare tuas metuat solpuga latebras?*
Vbi quidam corruptè legunt, salpinga. Plin. libro 8.capite 29,Latè deserta regio est,à scorpionibus & solpugis gente sublata. Fortasse f.in p, uersum est. Solifuga alias dicitur,ut diximus.& solipunga à Festo: nisi codex mendosus est.

Solstitium] *Vide* Sol.

Soluense] *Oppidum in Norico Germaniæ. Plinius libro 3.capite 24.*

Solum] *soli, priore correpta (ἔδαφος,πεδίον, πέδον, πυθμὴν) Dicitur omne quod sustinet, & unicuique rei subiacet.*

Solum aquæ superficies dicitur,quæ nauium fundamẽtum est. Virg.5.Aeneid.40, *Subtrahiturq; solum.*
Solum fossæ.Cæsar 7.bell.Gall.285.
Solum stellarum,cælum est.Ouid.1. Metam.15,
Astra tenent cæleste solum.
Viridi sedere solo.Virg.6.Aeneid.39.
Tellus tremefacta solo.Virg.10.Aeneid.21.
Terræ solum.Lucret.lib.1.43.
Solum.Terra:quia hominum & animalium fundamentum est. Colum.lib. 2. cap. 8. 4,Nam quod sicco solo ingestum,& inoccatum est.Ouid.2. Metam.84,
—*Inq; solo quod texerat herba iacebat.*
Solum,proprie terra dicitur,inquit Festus.Nœuius lib.1, Tarquinio dedit imperium simul & sola regni & alibi,Sed sola terrarum postquam permensa parumper.
Bonitas soli.Quintil.lib.2.cap.19.3.
Accliue solum.Vide Accliuis.
Crudum solum. Vide Crudus.
Culti soli magna iugera.Tibul.lib.1.eleg.1.1.
Exiguum solum.Tibul.lib.1. eleg.1.5.
Ferax & fœcundum solum.Ouid.7.Metam.84.
Fœcundum.Quintil.lib.1.cap. 19.3.
Macrum,Vide Macer.
Lætum.Vide Lætus.
Marmoreum.Tibul.lib.3.eleg. 3.4.
Mite. Horat.1.Carm.ode.18.1.
Natale solum,Patria:hoc est,terra in qua nati sumus.Ouid.1. de Ponto,eleg.47.
Nudum. Claud. 2.in Eutrop.60.
Præpingue.Virgil.3.Aeneid.140.
Pingue.Virg.1. Georg.13.
Putre.Virg.1.Georg.41.
Puluereum.Ouid.7. Metam.23.
Siccum,& sine humore ullo,Quintil.lib.2.cap. 4.7.
Summum.Quintil.lib.1.cap. 3.3, Vt quæ summo solo sparsa sunt semina,celerius se effundunt,& c.
Triste.Ouid.8.Metam. 140.
Vile.Ouid.epist.21.30.
Viuax.Ouid.1.Metam.85.
Aequare solo magistr: tũ,Deprimere,euertere,Liu. 6. ab Vr
Appellare solum.Vide Appello. *(be.*
Solum in terra id etiam dicitur, quod turisconsulti fundum uocant.Cæsar lib.1,Demonstrant præter agri solum sibi nihil esse reliqui.
Compingere solum axibus.Vide Compingo.
Concedere solum.Vide Concedo.
Dissilit omne solum.Ouid.2.Metam. 52.
Exercere solum presso sub uomere.Virg.2.Georg.72.
Findere solum.Tibul.lib.1.eleg.2.10.
Hæret solo immobilis.Virg.7. Aeneid.50.
Ingredi solo.Virg.4.Aeneid.36.
Insultare solo.Virg.3.Geor.24.
Pingue solum fortes inuertant tauri.Virg. 1. Georg.13.
Mutare solum. Vide Muto.
Recubans solo.Virgil.3.Aeneid.79.
Reptans solo.Stat. 5.Sylu. 5.17.
Vertere solum.Cic.pro Cecinna, 72. interpretatur his uerbis, Nam qui uolunt pœnam aliquam subterfugere,aut calamitatem, eò solum uertunt, hoc est sedem ac locum mutant. Idem pro Corn. Balbo,Hanc antè amittere non potuissent, quàm huius solum ciuitatis mutatione uertissent.
Arida sola.Virg.1. Georg.16.
Saturare sola fimo pingui.Virgil.1.Georg.16.
Sola dura,in plurali dixit Catullus de Berecynthia,58.8.
Solum,Mensam appellauit.Virg.7.Aeneid.23,
Et cereale solum pomis agrestibus augent,
Solum,Inferior pars pedis,quam uulgus soleam uocat,quæ calcea fit,& dura etiam discalceatis. Cic. 5. Tusc. 130, Mihi amictui est Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum,cubile terra.
Solum,pro Solea calceamenti,& corio.Martial.lib.9.75, Imo sutorem. *Et mordere luto putre uetusq; solum.*

¶ *Solarium, solarij.Quid sit,declarat Vlpianus, ff. nequid in loco uel itinere publico fiat.l.1.§. si quis nemine prohibente,Si tamen obstet ædificium id publico usui:utiq; is, qui operibus publicis procurat: debebit id deponere, aut si non obstet,solarium ei imponere. Sic enim uectigal hoc appellatur,ex eo quòd pro solo pendatur.*

Soluo] *soluis,solui,solutum,penul.prod.(λύω, λύω, τελέω, καταβάλλω,ἀναπεβάλλω,καταγέω) soluere, Quod ligatum erat,non ligatum facere.Virg.7.Aeneid.81,*

Soluite crinales uittas,capite Orgia mecum. *Terent. Andr.5.4.53,* *Iube solui obsecro.*

Aluum soluere,Laxare & liberã facere.Plin.lib.14.ca.18.2.
Amores alicuius soluere.Propert.lib.1.eleg.4.3.
Ab amplexu alicuius solui.Ouid.epist.13.3.
Animum arctum soluere.Horat.2. Serm.Satyr.6.17.
Cæde soluere aliquẽ:id est, purgare à crimine cædis. Ouid.2. Fast.8.
Capillos soluere.Ouid.3.Amor.eleg.8.1.
Corpora soluere in Venerem.Virg.4.Georg.40,

Crimine ſoluere aliquem. Stat. 11. Thebaid. 76.
Crinem ſoluere. Ouid. 3. de Arte, 156.
Somnus ſoluerat curas. Ouid. 10. Metam. 74.
Dementia ſoluere aliquem. Horat. Epod. 17. 9.
Ebrietatem ſoluere, pro Diſcutere. Celſus. lib. 2. cap. 6.
Fidem ſoluere, Rũpere, & non ſeruare. Terent. Andr. 4. 1. 19.
Fœdera ſoluere. Virg. 10. Aeneid. 19.
Soluent formidine terras. Virg. eclog. 4. 3.
Ieiunia ſoluere. Ouid. 5. Metam. 107.
Iras ſoluere. Ouid. 9. Metam. 55.
Arator ſoluit inga tauris. Virg. eclog. 4. 9.
Lachrymas ſoluere. Flere. Stat. 2. Achil. 52.
Legibus ſoluere, Liu. 1. bel. Maced, 202. Vide Lex.
Soluere linguam ad iurgia. Ouid. 3. Metam. 54.
Luctu ſoluere ſe. Virg. 2. Aeneid. 6.
Lumina alicuius ſoluere in lachrymas. Lucan. lib. 8. 22.
Maieſtatem ſoluere. Vide Maieſtas.
Membra ſoluere formidine. Virg. 12. Aeneid. 174.
Membra ſoluuntur frigore. Virg. 12. Aeneid. 191.
Mentes ſoluere, Liberare curis. Virg. 4. Aeneid. 98.
Metum ſoluere corde. Virg. 1. Aeneid. 114.
Metu & curis ſoluere animum, uel aliquem: hoc eſt, liberare metu & curis. Virg. 1. Aeneid. 114.
Soluite corda metu Teucri, ſecludite curas.
Terent. Hecyr. 2 1. 33.
Morem ſoluere, Antiquare. Liu. 1. bel. Maced. 221.
Nodum ſoluere. Horat. 3. Carm. ode 21. 5.
Obſidionem ſoluere, pro Recedere ab obſidione. Liuius. 4. bel. Pun. 190.
Obſidione ſoluere. Plin. de Viris illuſtr. 74.
Obſidium ſoluere. Tacit. lib. 4.
Pudorem ſoluere. Virg. 4. Aeneid. 11.
Quies ſoluerat homines. Ouid. 7. Metam. 37.
Texta ſoluere. Propert. lib. 2. eleg. 10. 2.
Ventrem ſoluere, & uentris onus. Colum. lib. 9. cap. 13. 2. Martial. lib. 13. 29.
Vincla ſoluere alicui. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 2.
Vitam ſoluere alicui. Propert. lib. 2. eleg. 10. 8.
Vita ſoluere aliquem. Occidere. Plaut. Menæch. 20. 5.
Soluere dicuntur, qui naui reſiſtuntur, quum ſoluto funi quo nauis retinetur, recedunt. Dicimus autem Soluere, ſimpliciter, nullo adiecto & ſoluere nauem. Cic. ad Tyronem lib. 16. 9 3, Nos eo die cœnati ſoluimus, Plaut. Milit. 16 50,
Niſi eat te ſoluturum eſſe nauim, uentum operam dare.
Soluere Alexandria. Cic. 3. Offic. 66.
Soluere è portu. Cic. pro Muræna. 3,
Puppis ſoluit iter de littore. Stat. 5. Sylu. 1. 49.
Soluere naues è portu. Cæſar 4. bel. Gal. 568. Plau. Amphi. 4. 258,
Nam hac noctu ſoluta eſt nauis noſtra è portu Perſico.
Vela ſoluere, Virg. 4. Aeneid. 115.
Soluere, Aperire. Colum. lib. 6. ca. 14, Ea porrò uena, quæ in aure uidetur eſſe ampliſſima, ſarmẽto prius uerberatur: deinde quum ad ictum intumuit, cultello ſoluitur. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 5, Reuertor nunc ad Antonium, &c. ergaſtula ſoluendo. Vide Ordinatim in Ordo.
Argumentum ſoluere. Quintil. lib. 2. cap. 17. 22.
Contradictiones ſoluere Quintil. 7. cap. 2. 27.
Soluere, Mollem facere. Hora. 1. Carm. ode 4. 1,
Soluitur acris hyems, grata uice Veris. Plin. lib. 2. cap. 39. 2, Soluti humores. Ouid. 2. Metam. 171,
Niues ſoluuntur. Ouid. ad Liuiam, 21.
Aeſtu ſolui. Ouid. 2. de Arte, 64.
Anima ſoluitur in aera. Ouid. 15. Metam. 169.

Cœlum ſoluere in Tartara. Virg. 12. Aeneid. 41.
Soluere, Debitas pecunias creditori numerare. Cic. 5. Ver. 145, Pro frumento nihil ſolui omnino. Terent. Adelp. 4. 4. 19, Egomet rapui, ipſe egomet ſolui argentum. Plaut. Curc. 8. 9,
Pugnis rem ſoluant, ſi quis poſcat durius. Cicero ad Atticum, lib. 1. 1. 13, Miſimus qui pro uectura ſolueret. Cæſar 1. bel. Ciuil. 334.
Ad denarium ſoluere. Cic. pro Quintio, 9, Decidis, ſtatuisq; tu propter neceſſitudinem, quæ tibi cum Scapulis eſt quid ijs ad denarium ſolueretur. Quem locũ ſic interpretantur uiri docti. Romani non uno genere cõficiebant ſuas rationes, alij ad denarium: alij ad ſeſtertium: fortaſſe etiam ad quinarium, ac victoriatum. Igitur ut facilius explicaretur ſolutio pecuniæ quæ Scapulis debebatur, ea denarijs æſtimata eſt. Proinde intelligunt uniuerſum debitum ad eam monetæ ſpeciem redactum: ut conſtaret, quòd in ſumma denarij Scapulis eſſent perſoluendi.
Rem ſolui ab trapezita meo. Vide A' uel Ab.
Se à me ſoluere. Vide A' uel Ab præpoſitiones.
Soluere uerbis. Terent. Adelph. 2. 1. 10,
Neq; tu uerbis unquã ſolues, quod mihi re malefecerit,
Vbi Donatus, Solues, lues, perſolues. Id eſt ſatisfacies & te purgabis.
Fidem ſoluere uoti. Ouid. 1. Faſt. 128.
Inferias ſoluere alicui. Seneca Hippol. 12. 9.
Iuſta ſoluere alicui. Seneca Hipp. 12. 18.
Soluere iuſta funeri: pro Roſc. Amer. 13.
Munera ſoluere. Ouid 11. Metam. 21.
Suprema alicui ſoluere, pro Parentare. Tacit lib 1.
Soluere uotum, pro Adimplere. Mart. lib. 12. 87,
Ne uotũ ſoluat nunc Maro uota facit. Liu. 1. bel. Maced. 34, Quod niſi factũ eſſet: uotũ ritè ſolui non poſſe. Cic. ad Atticum, lib. 15. 326. 6, Etenim erat abſurdum, quæ ſi ſtetiſſet Reſp. bonis nõ ſoluere, ac euerſa illa uota diſſoluere. Correctius exemplar ſic legit, Vouiſſem, ea me euerſa illa uota diſſoluere. Virg. 1. Georg. 88.
Soluendo eſſe, id eſt, ſatisfacere pro eo quo obligatus ſum, ſiue pecunia, ſiue remuneratione. Cic. 2. Offic. 116. Idem ad Atticum, lib. 13. 26. 8. 4, Quinquam nihil habeo quod dubitem, niſi ipſi Magio quæ fuerit cauſa amentiæ, Pro quo quidem etiam ſponſor factus & nimirum id fuit: ſoluendo enim non erat.
Soluendo æri alieno eſſe. Liu. 1. bel. Maced. 50.
Tempus ſoluendi. Lucret. lib. 5. 246. (5. 4.
Soluiſſe, quatuor ſyllabarũ, per diæreſin. Tibul. libro 4. eleg.
Sed potius ualida teneamur utercq; catena,
Nulla queat poſthac quam ſoluiſſe dies.
¶ Solutus, pen. prod. (λελυμένος) Participium, ſiue Nomen ex participio. Cic. ad Atticum, lib. 1. 8. 1, Tertiam quam (ut ſcribis) anchoris ſolutis de phaſelo dediſti.
Expeditus, ſolutus, & liber. Cic. 4. Acad. 188, Sic igitur iudicia & cõſtituta probabilia, & eo quidem expedito, ſoluto, libero, nulla re implicato. Idem 4. Acad. 16, Hoc autem liberiores & ſolutiores ſumus, quòd integra nobis eſt iudicandi poteſtas.
Culpa liberatus, & crimine nefario ſolutus. Cicero pro Roſcio Amer. 85
Solutus à cupiditatibus, liber à delictis. Cicero pro lege Agrar. 17.
Belli cura ſolutus. Plin. lib. 22. cap. 4. 1.
Iureiurando ſolutus. Cic. 1. Offic. 63.
Languore molli ſolutus. Ouid. 11. Metam. 31.
Legibus ſolutus, pro Abſolutus. Cic. pro lege Manil. 43. ad Atticum

Atticum, lib. 1. 11. 21, Turco autem Trib. plebis, qui magiſtratum ſimul cum lege Aelia iniit, ſolutus eſt & Aelia & Fiſia, ut legem de ambitu ferret. Horat. 2. Serm. Sat. 6. 14.
Luxu ſolutus. Quint. lib. 3. cap. 8. 19.
Morbo ſolutus, Mortuus. Plin. de Viris illuſt. 3.
Morte ſolutus. Ouid in Ibin, 30.
Famuli ſoluti operum. Horat. 3. Carm. ode 17. 4. Hoc eſt, uacantes, & ab opere feriati. Acron.
Somno ſolutus. Cic. 1. de Diuinat. 210. Liu. 5. ab Vrbe, 199.
Nuda corpora & ſoluta ſomno trucidantur.
Vino ſolutus. Virg. 9. Aeneid. 38.
Animo ſoluto ac libero. Cic. 7. Verr. 65.
Soluto ac uacuo animo cogitare. Cic. 2. Verr. 16.
Soluto ac quieto animo eſſe. Cic. pro Roſcio Comœd. 25.
Cœtu ſoluto diſcedunt. Ouid, 1. 3. Metam. 190.
Culpa ſoluta mea eſt. Ouid. 4. Triſt. eleg. 4. 2.
Solutior cura. Liu. 3. ab Vrbe, 34.
Gradu ſoluto labitur moriens. Senec. Hipp. 4. 2.
Libido ſolutior. Liu. 2. ab Vrbe, 12.
Merces ſoluta. Ouid. 2. Amor. eleg. 10. 9.
Nix ſoluta uerno ſole. Oid. 3. Triſt. eleg. 12. 6.
Optio ſoluta eligendi, Libera. Cic. 1. de Leg. 51.
Oratio ſoluta, Quæ metrica lege non tenetur, & pedibus non obuincitur. Plin. epiſt. 16. 6, Plautum uel Terentium metro ſolutũ legi credidi. Varro 1. de Re ruſt. cap. 1, 8, Ii, quos dixi, omnes ſoluta oratione ſcripſerunt, Quint. lib. 9. cap. 4, Oratio alia iuncta atque contexta, alia ſoluta, qualis in ſermone, & epiſtolis.
Ratio ſoluta. Cic. ad Appium, lib. 3. 5. 5, Quo mea ratio facilior & ſolutior eſſe poſſet.
Riſus ſolutus, Magnus et à curis liber. Virg. 2. Georg. 78, Veſtibus incomptis ludunt riſuq; ſoluto. Hoc eſt cachinno, inquit Seruius.
Sopor ſolutus clamore. Ouid. 3. Metam. 126.
Terra ſoluta, Rara, contraria ſpiſſæ. Plinius lib. 18. cap. 6. 13. & Colum. lib. 1, Soli pinguis uel macri, ſoluti uel ſpiſſi, humidi uel ſicci.
Zonæ ſolutæ. Horat. 1. Carm. ode 30. 1.
Solutiſſimus. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 87, Si eſſent omnia mihi ſolutiſſima, tamen in Rep. non alius eſſem atq; nunc ſum. Id eſt, etiam ſi liberrimum eſſet mihi.
¶ Solutè, pen. prod. Aduerbium (λελυμένως) Cic. 2. de Diuinat. 150, Si aut furore diuino incitatus animus, aut ſomno relaxatus ſolutè moueatur ac liberè.
¶ Solutio, (λύσις, μεταβολὴ, ἀδυσπόφορα) Verbale: ut, Solutio ſtomachi, quod & diſſolutio dicitur, nempe quum uires uentriculi infirmæ diſſoluuntur. Plin. lib. 20. cap. 22. 13.
Solutio, ad omnem liberationem quoquomodo factam transfertur, magisq; ad ſubiectum obligationis, quàm ad nummorum ſolutionẽ. Vlpianus de uerb. ſignific. Solutionis uerbo ſatisfactionem quoq; omnẽ accipiendam placet. Soluere dicimus eum qui facit id quod facere promiſit. Cic. 2. Offic. 124, Nec enim ulla res uehementius Rempub. continet, quàm fides: quæ eſſe nulla poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum.
¶ Solutilis, & hoc ſolutile, pen. corr. (λυτὸς) Quaſi ſolubilis. Quod facilè ſolui poteſt, uel quod ſolutum & non fideliter conſutum eſt: ut nauis qua Nero matri Agrippinæ fecit naufragium. Suetonius in Nerone, capite 34, Solutilem nauem, cuius uel naufragio uel cameræ ruina periret, commentus eſt.
Solus] priore producta (μόνος, οἶος, μονόρυτ) Adiectiuum à Solon dicitur, quod Oſcorum lingua Totum ſignificat. Cicero 3. Off. 154, Cui quum uiſum eſſet utilius ſolũ ſe quàm

cum altero regnare, fratrem interemit.
Solus, more ſuperlatiuorum, genitiuum aliquando regit: ut, Solus omnium acipenſer ſquamis ad os uerſis, contra aquas natando meat. Apud Plinium, lib. 9. cap. 17, Vnus omnium, legitur. Ibidem, cap. 51, Ita fit ut ſola piſcium & animal & ouà concipiant.
Solus ex omnibus, uel inter omnes, etiam dicimus. Cic. de Prouinc. Conſul. 15. Tib. Gracchus, &c. ſolus ex toto illo collegio, &c. Idem 3. de Orat. 37, Stoicos autem, &c. ſoli ex omnibus eloquentiam uirtutem ac ſapientiam eſſe dixerunt.
Solæ, in plurali dicimus, quum in ſingulari pluralitatem ſignificet. Terent. Adelph. 3. 1. 4, Solæ ſumus.
Solus, Deſertus. Virg. 3. Georg. 50,
Heu malè tum Libyæ ſolis erratur in agris.
Locus ſolus, id eſt ſolitudo. Cic. 1. de Diuin. 105. Quum in locis ſolis mœſtus errares. Terent. Andr. 2. 4. 3, Venit medẽtatus aliunde ex ſolo loco. Id eſt, deſerto, ut ait Donatus.
Sola ſub rupe iacentem. Virg. eclog. 10. 3.
Terræ ſolæ oræq; ultimæ. Idem Plaut. Moſtel. 14. 3. Terentius Phorm. 5. 8. 86, Nónne hoc publicitus ſcelus hinc deportarier in ſolas terras?
Solis tribus ictibus. Plaut. Bacchid. 20. 50, Terentius Phorm. 3. 3. 24, Solæ triginta minæ. Cic. ad Atticum, lib. 5. 105. 4, Quod Scæuolæ cõtigit, qui ſolos nouem menſes Aſiæ præfuit. Idem 3. Verr. 110, Is mihi etiamque eritur quòd à nobis nouem ſolis diebus prima actio ſui iudicij tranſacta ſit.
Solius in genitiuo facit, & ſoli, ſolæ, ſoli. Terent. Eunuch. 3. 7. 8, Mihi ſolæ ridiculo fuit.
¶ Solùm (μόνωσ, μάνῳ) Aduerbium à Solus, id eſt Tantùm. Cic. in Philipp. Nos nunciationem ſolùm habemus, Conſules et reliqui magiſtratus etiam inſpectionẽ. Idem 2. de Legib. De re una ſolùm diſſidẽt, de cæteris mirificè cõgruũt.
Non ſolùm, ſed multò etiam magis ui & dolore. Cicero 2. Orat. Et pro Corn. Balbo, Neq; etiam dicatione, &c. ſed etiã poſtliminio poteſt ciuitatis fieri mutatio.
Quaſi ſolùm, ac non, uel non etiam. Cicero 3. Tuſcul. Quaſi uerò atra bili ſolùm mens, ac non ſæpe uel iracundia grauiore, uel timore, uel dolore moueatur. Idem 2. de Finibus, Quaſi uerò inquit, perpetua oratio rhetorum ſolùm, non etiam philoſophorum ſit.
¶ Solitarius, Adiectiuum (μονώτης, ἐρημότος, μονότροπος, μοναύχενος) Qui ſolus eſt. Cic. de Amic. 74, Sic natura ſolitariũ nihil amat, ſemperq́ue ad aliquid, tanquam adminiculum, annititur. Ibidem, 70, Vt quoniam ſolitaria nõ poteſt uirtus ad ea quæ ſumma ſunt, peruenire, cõiuncta, et ſociata cum altera peruenire. Sic 2. Off. 55, Solitario homini, atq; in agro uitam agenti.
Solitarium & rarum. Cic. 1. de Inuent. 96.
¶ Solitus, (μονωθεὶς) Aliud adiectiuum, à ſolus. Plaut. Amph. Qui ſoliti inuiti cubant.
¶ Solitudo, pen. prod. ſolitudinis (ἔρημος, μοναστήριον) fœm. gen. Vbi unus uel nullus habitat, receſſus, inhabitata plaga. Cæſar 6. bel. Gal. 82, Ciuitatibus maxima laus eſt, quàm latiſſimis circum ſe uaſtatis finibus ſolitudines habere.
Solitudo hominis dicitur, quando neminem habet qui eum defendat. Terent. Adelph. 3. 2. 5,
Tot res repentè circumuallant, unde emergi non poteſt:
Vis, egeſtas, iniuſtitia, ſolitudo, infamia.
Solitudo Puerorum. Cic. 3. Verr. 108, Habemus enim liberos paruos: incertum eſt quàm longa noſtrum cuiuſq; uita futura ſit: conſulere uiui ac proſpicere debemus, ut illorum ſolitudo & pueritia quàm firmiſſimo præſidio munita ſit.
Solitudo ab oratoribus. cic. de claris Orat. 120.
Solitudo ante oſtium. Terent. And. 2. 2. 25. Id eſt, neminem an-

te ostium stare uidi. Cicero 5. de Finibus, 2, Solitudo erat ea quam uolueramus.
Insuetus solitudo. Vide Insuetus.
Captare solitudines. Vide Capto, in Capio.
Collocare in solitudinem. Vide Colloco.
Confidere in solitudines. Vide Confideo.
Fugæ, solitudinis; mandare uitam. Vide Mando, mandat.
Obturbare alicuius solitudinem. Vide Obturbo.
¶ Solitas, pro solitudo. Accius Eurysace,
Tuam solitatem memoras, formidas tibi. Nonius.
¶ Soliuagus, pen. corr. Adiectiuum (οἰοπόλος) Qui solus uagatur: cui opponitur Congregatus. Plin. lib. 8. cap. 7. 6, Nec nisi lacessiti noceant, ideoq; gregatim semper ambulent, minimè ex omnibus soliuagi. Cic. 5. Tusc. 54, Alias uolucres cælo, frui libero, serpentis quasdam, quasdã esse gradientis: earum ipsarum partim soliuagas, partim congregatas.
Soliuagum cælum. Cic. de Vniuers. 26, Deinde quum circũdedit corpore, & uestiuit extrinsecus, cælo; q; soliuago & uolubili, & in orbem incitato complexus est.
Soliuaga cognitio, & ieiuna. Cic. 1. Off. 220.
¶ Solo, solas (ἰρημόω) solare, Solum & desertum facere locũ aliquem. Stat. 5. Theb. 30,
—furor omnibus idem,
Idem animus solare domos, &c.
Solus] Soluntis (σολῆς) Stephano Cypri insulæ oppidum, à Phalerio & Acamante Athenien sibus conditũ, portũ habens è quo est, Solus. Strabo lib. 14. Est & Solus, Siciliæ oppidũ, nõ procul à Libyæo promontorio. Plin. lib. 3. cap. 8.
Solymi] pen. corr. (σόλυμοι) Strabonis lib. 1, Populi iuxta Lyciã, quos Homerus pugnacissimos fuisse scribit, & à Bellerophõte deuictos. Corn. Tacitus de Iudæorũ origine. Alij clara Iudæorũ militia Solymos carminibus celebratam Homeri gentem, conditam urbem Hierosolymam nomine fuo fecisse: unde Iuuen. Satyr. 6. 55, Interpres legum Solymarũ. De Solymis ita Strabo lib. 14, Poeta Solymos diuersos facit à Lycijs, nã Bellerophontes à rege Lyciorũ missus, Hic Solymis iterum præstantibus intulit arma. Quod uerò Lycios prius Solymos uocatos dicunt, postea Termilas, qui ab ijs, qui cum Sarpedone ex Creta uenerunt, & postea Lycios à Lyco Pandionis filio, qui quum à propria terra exisset, in regni partem à Sarpedone acceptus est; cũ Homero nõ conuenit. At qui dicunt eos à poeta Solymos dici, qui nunc Milyes appellantur, melius sentiunt. Valer. 1. Argonaut. 3, Nanq; potens Solymo nigrantem puluere fratrem.
Declinatur urbs, Solymæ, Solymarum: & Hierosolymæ, Hierosolymarum: Hierosolyma, Hierosolymæ. Vnde Hierosolyma, mons in Coryco litore. Strab. lib. 14. (lymitanus.
¶ Solymus, ma, mum, attributũ, ex Solymis populis Iehudæorum. Iuuen. Satyr. 6,
Interpres legum Solymarum.
Somathophylax] cis: Somatophylaces (σωματοφύλακες) custodes corporis, quos Latini prisco uocabulo Latrones diuerunt, quasi laterones, quòd Principum latera cingerẽt, aduersus uim insidientium.
Somatopœia] σωματοποιία, figura affinis prosopopœiæ, qua rei corporis experti, corpus, uocemue, tribuimus.
Sommurnæ] prisci seculi uiris erant, quæ in somnis uidebantur. Varr. Prometh. lib. 1,
Læuis mens cum sommurnas imagines
Affatur, non umbrantur somno pupulæ. Nonius.
Somnus] somni, masc. gen. (ὕπνος, μοῖτος, ὄνειρος) Dicitur quum dormimus, Nempe ipse dormiendi actus. Terentius Heaut. 3. 1. 82,

Somnum hercle ego hac nocte oculis non uidi meis.
Somnus, Nox. Terent. And. 2. 1. 18,
—quo æquior sum Pamphilo,
Si se illã in somnis, quàm illũ amplecti maluit. Donatus,
In somnis, per noctem. Virg. 1. Georg. 42,
Libra die, somniq; pares ubi fecerit horas. Cic. 1. de Diuinat. 76,
Quia mater grauida parere se ardentem facem
Visa est in somnis Hecuba.
In somnis. Vide In.
Somnus Græcè dicitur ὕπνος. Apud antiquissimos autem primum dicebatur sypnus: postea sopnus, mutata aspiratione in s, & u in o, sicut fit in herpyllon, serpyllon. Frequentius nunc somnus, quàm sopnus dicimus.
Perfugium omnium laborum & solicitudinum est somnus. Cicero 2. de Diuinat. 222.
Mortis imago & simulachrum est somnus. Cic. 1. Tusc. 147.
Nihil morti est tam simile, quàm somnus. Cic. de Senect. 73.
Languidus somno. Quintil. lib. 4. cap. 2. 76, Somnone te languidum, an graui lethargo putem pressum?
Lumina expertia somno. Lucret. lib. 6. 238.
Grauis somno. Ouid. 3. Metam. 122.
Marcidus somno. Vide Marceo.
Vacuus somno. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 1,
Benignus somni, Qui bene dormit. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 1.
Inertia somni. Ouid. epist. 14. 15.
Domitor curarum somnus. Senec. Agamem. 2. 4.
Domitor malorum somnus. Senec. Herc. fur. 2. 3.
Breuis somnus. Vide Breuis.
Celer somnus. Senec. Hippol. 4. 33.
Deterior somnus. Stat. 1. Theb. 87.
Dulces somni. Virg. 1. Georg. 69.
Facilis somnus. Horat. 2. Carm. ode 11. 2.
Fallax somnus. Catul. Argon. 59. 11.
Ferreus somnus. Virg. 10. Aeneid. 149,
Olli dura quies óculos, & ferreus urget
Somnus: in æternã claudũtur lumina nocte. Epitheto est Homericum κέλαι & ὕπνῳ, ut admonuit Seruius quoq;.
Frigidus somnus, Mors. Valer. 36.
Furentes somni. Lucan. lib. 7. 155.
Ignauus somnus. Ouid. 11. Metam. 119.
Immodici somni. Ouid. 1. de Arte, 29.
Incestus somnus. Claud. de bel. Gildon. 90.
Lenis somnus. Horat. 3. Carm. ode 1. 5. Ouid. 8. Metam. 166.
Leuis somnus. Silius lib. 7. 61.
Liquidus somnus. Valer. 4. Argon. 4.
Longus somnus. Horat. 3. Carm. ode 11. 8.
Medicatus somnus. Ouid. epist. 12. 23.
Molles somni. Virg. 2. Georg. 94. Ouid. 1. Metam. 130.
Parcus & breuis somnus. Vide Parcus.
Placidus somnus. Ouid. 6. Metam. 98.
Primo somno prodita tentoria. Virg. 1. Aeneid. 95.
Quieti somni. Seneca Herc. fur. en. 3.
Salubres somni. Virg. 3. Georg. 106.
Soporifer. Lucan. lib. 3. 2.
Tacitus somnus. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 18.
Tener somnus. Ouid. 2. de Arte, 110.
Volucer somnus. Virg. 6. Aeneid. 141.
Abducere somnum. Vide Abduco.
Abrumpere somnum. Vide Abrumpo.
Matutinos abrumpere murmure somnos. Stat. 2 Sylu. 1. 14.
Abrumpit somnos cura. Virg. 3. Georg. 106.
Accedit somnus. Vide Accedo.
Dulces accessere somnos. Stat. 5. Sylu. 5. 18.

Accersitus

Accersitus somno. Vide Accerso.
Otia somni accipere, Dormire. Stat. 3. Theb. 1.
Adimere somnum. Vide Adimo.
Adoperta somno lumina. Ouid. 1. Metam. 144.
Afferre somnum. Vide Affero.
Allicere somnum. Vide Allicio.
Amouere somnum. Vide Amoueo.
Auertere somnum alicui. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 3.
Auferre somnos pauore. Horat. Epod. 5. 21.
Capere somnum. Cic. ad Atticum, lib. 8. 145. 6.
Nimio è labore somnum capiunt sine Cerere. Catullus de Berec. 58. 8.
Captare somnos. Vide Capto, in Capio.
Carpere somnos. Vide Carpo.
Circundatus somnis fluuis alis. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 18.
Complectitur nos somnus arctior. Cic. in Somn. Scip. 4.
Conciliare somnum. Vide Concilio.
Concitare somnum. Vide Concito.
Condit lumina natantia somnus. Virg. 4. Georg. 100.
Conterere partem æui somno. Lucret. lib. 3. 213.
Corripere corpus è somno. Virg. 4. Aeneid. 115.
Defendit somnos excubitor. Seneca Thyeste, 5. 11.
Leuis somnus delapsus ab astris ætherijs. Virg. 5. Aeneid. 168.
Depellere somnos. Seneca Troade, 6. 9.
Deuincti somno. Lucret. lib. 4. 207.
Dulci deuictus lumina somno. Catul. Argon. 59. 25.
Cura diuellit somnos. Horat. 1. epist. 10. 4.
Dare corpora somno. Ouid. 6. Metam. 98.
Dare se somno. Cic. 2. Tusc. 184.
Ducere somnos. Virg. 4. Aeneid. 112,
—potes hoc sub casu ducere somnos?
Ducere somnos & arcere. Ouid. 2. Metam. 148. De caduceo Mercurij loquitur, quo dat somnos, adimitq;, & lumina morte resignat, ut cadit Virg. 4. Aeneid. 49.
Eripitur somnus. Celsus lib. 2. cap. 7.
Euincere somnos. Ouid. 1. Metam. 130.
Excitare ex somno. Cic. in Som. Scip. 8. Et 4. Tusc. 67, E somno suscitari.
Excitus somno. Silius lib. 17. 21.
Excutior somno. Virg. 2. Aeneid. 61.
Expellere somnos. Ouid. epist. 14. 15.
Facere somnum. Celsus lib. 3. cap. 39.
Fusa corpora uino somnoq;. Virg. 9. Aeneid. 64.
Grauatus somno. Virg. 6. Aeneid. 104.
Habet somnus animalia: id est dormiunt animalia. Virg. 3. Aeneid. 30.
Iacens somno. Virg. eclog. 6. 3.
Nigros imitantia murmura somnos. Stat. 1. Syl. 3. 9.
Indulgere somno. Claud. de Theodoro & Adriano, 44.
Inire somnum. Vide Ineo, inis.
Interrumpere somnos. Vide Interrumpo.
Inuitat somnos riuus. Ouid. 11. Metam. 121.
Labitur somnus in artus. Ouid. 11. Metam. 127.
Moliri corpora ex somno. Vide Molior.
Mulcens pectora somnus. Ouid. epist. 17. 6.
Breuis somnus fessis obrepsit genis. Seneca Troad. 6. 7.
Obrepens somnus mouet caput. Ouid. epist. 18. 10.
Obruta somno legio. Stat. 10. Theb. 38.
Oppressit somnus uirginem. Vide Opprimo.
Parere somnum alicui mero. Tibul. lib. 1. eleg. 6. 6.
Pellere inertes somnos. Vide Pello.
Perfundere securos iuuenum somnos sanguine. Stat. 5. Theb. 24. Id est, occidere dormientes iuuenes. Satis licenter.
Lethæo somno perfusa papauera. Virg. 1. Georg. 16.

Thesauri pars 3.

Petere somnum. Quintil. lib. 9. cap. 4. Virg. 7. Aeneid. 18,
—sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis, somnoq; petiuit.
Porrectus somno sub frondibus. Stat. 2 Achill. 15.
Silentia præbent somnum. Ouid. 5. Fast. 86.
Priuare somno, Cic. ad Atticum, lib. 9. 18. 1.
Proflare somnum pectore. Virg. 9. Aeneid. 66.
Imbelli somno recubant littora. Stat. 3. Theb. 51.
Reducere somnum alicui. Horat. 3. Carm. ode 1. 5.
Reliquit me somnus. Virg. 8. Aeneid. 14.
Repetere somnum. Cic. 13. ad Atticum, lib. 13. 290. 1.
Sepulti somno, dicuntur qui profundo maximè somno tenentur. Lucret. lib. 1. 27. Idem lib. 5. 195.
Sepulta urbs somno uinoq;. Virg. 2. Aeneid. 53.
Fugam somni lux alma secuta est. Ouid. 15. Metam. 133.
Solutus uino somnoq;. Virg. 9. Aeneid. 38.
Sopitus somno. Virg. 1. Aeneid. 137.
Sternere se somno. Virg. 4. Georg. 87.
Tegit ocellos somnus quiete. Catul. ad Licinium, 47. 2.
Pigro torpebant æquora somno. Stat. 3. Sylu. 2. 15.
Trahere somnum per suspiria. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 11.
Irriguo somno turgescere. Pers. Satyr. 5. 6.
¶ Somnũ, somnij (ὄνειρον, ὕπνιον, ὀνειρωγμὸν, ὀνείρωξις) Illusio quam patimur quum dormimus. Cic. 1. de lege Agr. 1, Hæc per deos immortales utrũ esse uobis consilia ficcorum, an uinolentorum somnia: & utrum cogitata sapientum, an optata furioforũ uidentur? Idem 4. Acad. 192, Vera esse aruspicum auspicia, oracula, somnia, uaticinationes.
Aegri somnia. Horat. de Arte, 2.
Vigilantiũ uelut quædam somnia. Quintil. lib. 6. cap. 2. 24.
Per somnium. Cic. 2. de Diuinat. 40, Illud autem naturale aut concitatione mentis edi, & quasi fundi uidebatur, aut animo per somnium sensibus & curis uacuo prouideri.
Admonitio in somnijs. Cic. 1. de Diuinat. 98.
Colores somniorũ & superstitionũ. Quint. lib. 4. cap. 2. 67.
Concursatio somniorum. Vide Concursatio, in Concurro.
Coniector somniorum. Cic. 2. de Diuinat. 184.
Somniorum interpres uaferrimus Chrysippus. Cicero 1. de Natura deorum, 56.
Ratio somniorum. Cic. 4. Acad. 94.
Dira somnia. Valer. 3. Argon. 12.
Lymphatica somnia. Vide Lympha.
Nigra somnia. Tibul. lib. 3. eleg. 1. 18.
Nocturna somnia. Horat. 4. Carm. ode 1. 8.
Sæua somnia. Seneca Herc. fur. 12. 6.
Sollicitum somnium. Seneca Troade, 5. 8.
Tristia somnia. Virg. 5. Aeneid. 168.
Tumultuosi somni per somnia. Celsus lib. 8. cap. 4.
Tumultuosa somnia facit semen nymphæ. Plin lib. 26. cap. 8. 14. Celsus lib. 2. cap. 2.
Vaga somnia. Statius 10. Theb. 22.
Vera somnia. Horat. 1. Serm. Satyr. 10. 7.
Cernere somnia. Lucret. lib. 3. 213.
Alicui enarrare somnium. Cic. 1. de Diuinat. 98.
Explicare interpretatione somnia. Cic. 1. de Diuinat. 71.
Fingere somnia. Lucret. lib. 1. 21. Virgil. eclog. 8. 22.
Interpretari somnium. Vide Interpretor.
Pertinet somnium ad hoc. Vide Pertineo.
Odor somnum gignit. Plin. lib. 21. cap. 19. 9.
Ire in somnum. Plin. lib. 26. cap. 8. 27.
Serpit somnus. Plin. lib. 7. cap. 24. ad finem.
Timere ex somno. Celsus lib. 2. cap. 4.
Terrent me in somnia. Virg. 4. Aeneid. 2.
Videre somnia. Ouid. 9. Metam. 96.

Vti somnijs iucundissimis. Cic. 5. de Fin. 100.
Somnium, Ironicè dictum, quemadmodũ nugæ, & similia. Terent. Phorm. 5.6.34.
Quid ais? G. Cum eius consueuit matre olim in Lemno clanculum. P. Somnium: utine hæc ignoraret suum patrem? Quasi dicat, non est uerum. Idem Adeph. 2.1.50,
Vbi me dixero dare tanti, testes faciet ilico
Vendidisse me. de argento somnium, mox cras redi. Id est nulla mentio, negligitur, non curatur.
¶ Somnio, somnias (ὀνειρώττω, ὀνυπνιάζω) somniare, Per quietem aliquid, quasi si quis uigilaret, uidere. Terent. And. 5.6.7,
——num ille somniat
Ea, quæ uigilans uoluit? Plaut. Curcul.
Quos tu mihi luscos libertos, quos sumanos somnias? Id est, somniando loqueris.
Si ita natura paratum esset, ut ea dormientes agerent quæ somniarent, alligandi omnes essent qui cubitum irent. Cic. 2. de Diu. 182.
Mortuum esse somniare. Cic. 4. Acad 95.
Somniare aliquem. Terent. Eun. 1.2.114,
Dies noctesq; me ames: me desyderes,
Me somnies, me expectes, de me cogites, &c.
Cic. Attic. lib. 9. 185.7.
Somniare ineptias. Colum. lib. 1. cap. 8. 1. Cic. Attic. lib. 7. 132, Sine Senatu, sine magistratu, ne somniare quidem poterit quicquam πολιτικὸν. Vetus codex habet, Simularet.
Somniari, Impersonale. Plin. lib. 28. cap. 4. 29, Aristoteles & Fabianus plurimũ somniari circa Veruam & Autumnum tradunt.
¶ Somnians, Participium (ὀνειρώττων) Cic. 1. de Diuinat. 188, Hæc somniantis est diuinatio.
Miracula non differentium philosophorum, sed somniantium. Cic. 1. de Nat. deor. 28.
¶ Somniosus, pen. prod. Adiectiuum (ὀνειρώδης) Qui crebris somnijs uexatur. Plin. lib. 28. cap. 19. 14, Somniosos fieri lepore sumpto in cibis, Cato arbitratur.
¶ Somnifer, pen. corr. Aliud adiectiuum (ὑπνοφόρος) Quod affert somnum, & Soporiferum etiam dicitur. Plin. lib. 18. cap. 25. 19, Vnde; somnifera etiam satiuo papaueri.
Venena somnifera. Ouid. 9. Metam. 139.
¶ Somnificus, pen. corr. (ὑπνοποιὸς) Item adiectiuum. Plinius lib. 37. cap. 10. 17, Et uiso dracone spargere somnifica medicamenta. Idem lib. 29. cap. 4. 6, Quoniam uincatur aspidum somnificis uis.
¶ Somniculosus, pen. prod. (ὑπνοτικὸς, ὑπνηλὸς, φίλυπνος) Similiter adiectiuum, Somno plenum et ignauia. Cic. de Senect. 32, Quæ uitia sunt non senectutis, sed inertis, ignauæ, somniculosæ senectutis. Colum. lib. 3. cap. 8. 1, Socors & somniculosum genus id mancipiorum, otijs, campo, circo, aleæ, popinæ, lupanaribus consuetum, nunquam non eadẽ ineptias somniat.
Somniculosus interdum dicitur non qui somno indulget, sed qui somnum inducit, habetq; uim somnificam: unde Sisenna assidem uocat somniculosam, non quòd ipsa dormiat, sed quòd ui somnifica homines percussos enecet.
¶ Somniculosè, pen. prod. Aduerbium (ὑπνοτικῶς) Negligenter. Plaut. Capt. 5.35.
Haud somniculosè hoc agendum est.
¶ Somnolentus, ὑπνώδης, Somno plenus. Huius nullum exemplum repperi.
¶ Somnorimus, ὑπνωματτικὸς, Adiectiuum apud antiquos dicebatur id quod in somnis uidebatur. Varro Prometheo, lib. 1, Hic somnorimas imagines affatur. Nonius.

SON

Somphos] σόμφος, Cucurbitæ syluestris genus, agitati crassitudine, non nisi in locis Saxosis nascens, intus inane, unde & nomen inuenit: nam Græci σόμφον, uocant inane. Quidam Cucurbitam marinam appellant. Plin. lib. 20. cap. 3.
Sonabilis] Vide Sonus.
Sonchos] σόγχος, Herba, quam Latini, atq; adeò Colum. cicerbitam uocant, imtybi siue ambubaiæ, & lactucæ quædam species: nam & lacte abundat, quæ antiquis esui erat, & in hortis serebatur: nunc autem nobis neglecta, & tantum cuniculorum cibis commendata. Plinius lib. 22. cap. 22. 20, Estur & sonchos, ut quem. Theseo apud Callimachum apponat Hecate, uterq; albus & niger, lactucæ similes ambo, nisi spinosi essent, caule cubitali anguloso, intus cauo, sed qui fractus copioso lacte manat. Vulgus nostrum uocat Crespino.
Sondræ] gentes sunt in India, apud Plinĩ lib. 6. cap. 20.
Sonipes, Sonitus, & Sono] Vide Sonus.
Sons] sontis, om. gen. (θῶος, ἐπαίτιος, ὑπαίτιος, ὑποδύτης) Propriè dicitur cuius culpa iam sonat: hoc est, qui erroris conuictus est. Festus, Sons, nocens: Insons, innocens. Cic. 3. de Legib. 9, Vincula sontium seruanto, capitalia uim dicanto. Et 1. Off. 115, Punire sontes.
Animam sontem dare. Virg. 10. Aeneid. 171.
Protegere sontes. Ouid. 2. Trist. 55.
Furijs sontibus impulsus. Valer. 5. Argon. 9.
Sanguine sonti fœdatus. Ouid. 13. Metam. 114.
Thalami sontes: Stat. 4. Theb. 27.
Turbæ sonti decreta plaga. Seneca. Herc. fur. 13. 17.
¶ Sonticus, pen. corr. Adiectiuum, Quod nocet. unde Sonticus morbus, qui perpetuò nocet, & totum inuadit corpus. Plin. lib. 36. cap. 19. 5.
Causa sontica. Tibul. lib. 1. eleg. 8. 11.
Sonticus, pro Iusto aliquando accipitur. Næuius, Sonticam esse oportet causam, quamobrem perdas mulierem. Ex Festo.
Sonus] soni (ἦχος, κτύπος, πάταγος) Omnis uox, & quicquid auribus percipi potest. Cic. 1. de Diuinat. 185, Qui somno quodam uocum & Phrygijs cantibus incitantur.
Sonus pronuntiandi. Cic. 1. de Orat. 92.
Acuti sonitu, Quintil. lib. 2. cap. 8. 10. Vide Acuo.
Cæcus sonus. Seneca Troade, 3. 2.
Creber sonus. Vide Creber adiectiuum.
Dulcis sonus. Cic. in Somnio Scip. 17.
Grauis. Quintil. lib. 2. cap. 8. 10.
Imus. Vide Imus.
Inanis uocis. Cic. 5. Tusc. 167.
Legitimus. Horat. de Arte, 56.
Lenis sonus. Vide Lenis.
Magici soni. Ouid. 2. de Arte, 21.
Medicus. Quintil. lib. 2. cap. 8. 10.
Miserabilis. Vide Miser.
Peregrinus sonus. Quintil. lib. 1. cap. 1. 10.
Pinguis sonus. Quintil. lib. 1. cap. 7. 14.
Repens sonus. Senec. Medea, 12. 19. id est, repentinus.
Resultans sonus. Vide Resultans, in Resilio.
Sonus summus, medius, imus. Vide Medius.
Vastus sonus. Senec. Herc. furen. 9. 34.
Addere sonum uocis historiæ. Vide Addo. Cicero 2. de Orator. 29.
Blandis sonis adire aliquem. Ouid. epist. 15. 52.
Admouere sonum uocis. Vide Admouco.
Grauior sonus auditur. Virgil. 4. Georg. 52.
Longè remotos sonos audire. Senec. Thyeste, 1. 23.
Concipere sonos aure. Senec. Theb. 1. 45.
Lætum sonum crepuit populus. Horat. 2. Carm. ode 17. 6.

Concordi

Concordi sono dicere aliquid. Ouid. 5. Metam. 133.
Dare sonum. Virg. 3. Georg. 17.
Efficere sonũ. Cic. de Nat. deor. 223, In ore sita lingua est finita dentib. & e. quæ sonos uocis distinctos et pressos efficit, etc.
Elicere sonum neruorum. Cic. 2. de Nat. deor. 224.
Immanis sonus ferri. Stat. 4. Sylu. 3. 1.
Fundere sonum. Cic. 4. Acad. 131. Idem 5. Tuscul. 104, Dicatq; nos in uocibus occupatos, inanes sonos fundere.
Inflare ui sonum. Vide Inflo.
Infuscare sonum. Vide Infusco.
Multiplicare sonos. Stat. 6. Theb. 6.
Peragere sonos. Ouid. 3. Fast. 6.
Reddit sonum chorda. Horat. de Arte, 70.
Blæso sono reddere uerba. Ouid. 2. Amor. eleg. 65.
Summisere sonum fremitus uirorum. Stat. 10. Theb. 29.
¶ Sonor, sonoris, pen. prod. masc. gen. (ἦχος) Vehementior sonus. Virg. 7. Aeneid. 93,
——magno ueluti quum flamma sonore, &c.
Idem 9. Aeneid. 130,
Et crines albo, & sæuo sonoribus arma.
Clarus sonor. Lucret. lib. 4. 116.
Sentire sonorem. Lucret. lib. 4. 47.
Plenæ sonoribus aures. Lucret. lib. 6. 239.
¶ Sonorus, pen. prod. Adiectiuum (ἠχώδης, εὐφώνος) Graue sonans. Virg. 1. Aeneid, 12.
Cithara sonora. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 14.
Flumina sonora. Virg. 12. Aeneid. 28.
Tempestates sonoræ. Virg. 1. Aeneid. 12.
Tonitru sonoro cuncta concutiens. Claud. 2. Paneg. 6.
¶ Sono, sonas, sonui, sonitum, pen. corr. & raro sonaui, sonatum (ἠχέω, πατταλέω, ἀμπτέω, βρέμω, ἐπιλαπέω, ῥοιζέω, διακαρφορυγέω) sonare, Sonum facere. Plaut. Curcul. 3. 17. Ambabo cuia uox durib. sonat procul? Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 9, Magna sonaturum, des nominis huius honorem.
Grauiter sonare. Virg. 3. Georg. 18.
Acutè sonare. Vide Acutus, in Acuo.
Dulce sonant tenui gutture carmẽ aues. Tibul. lib. 1. eleg. 3. 12.
Leuiter sonant cachinni. Catul. Argon. 59. 55.
Plenius sonans aureo plectro. Horat. 2. Carm. ode 13. 6.
Plangore sonat mœsta domus. Ouid. ad Liuiam, 36.
Tinnitibus acutis sonuit ensis. Ouid. 5. Metam. 41.
Nimbi sonuerunt toto æthere. Virg. 2. Aeneid. 23.
Plausu ingenti sonuerunt omnia. Virg. 5. Aeneid. 102.
Sonat pharetra, sonant tela. Virg. 4. Aeneid. 30.
Ripæ sonant balatu pecorum. Virg. 3. Georg. 111.
Rupes sonant carmina. Virg. eclog. 5. 13.
Diuersa sonare. Ouid. 10. Metam. 30.
Vox hominem sonat. Virg. 1. Aeneid. 67.
Idem sonant hæc uerba, pro Significant. Cic. 3. Offic. 112, Honestate igitur dirigendæ utilitas est, & quidem sic, ut hæc duo uerba inter se discrepare, re unum sonare uideantur. Idem 2. de Fin. 9, Non intelligere interdum quid sonet hæc uox uoluptatis: id est quæ uis huic uoci subijciatur. Hìc Cicero quid sonare significet, declarat.
Acerba sonans. Virg. 3. Georg. 30.
Grande sonare. Stat. 3. Sylu. 1. 10.
Lene sonans aqua. Ouid. 2. Fast. 141.
Mortale sonans. Virg. 6. Aeneid. 10.
Pingue et peregrinũ sonare dicuntur rudes poetæ. Cicero pro Raucum quiddam sonare. Ouid. 3. de Arte, 58. (Arch. 19.
Rauca sonans amnis. Virg. 9. Aeneid. 26.
Saxosum sonans Hypanis. Virg. 4. Georg. 74.
¶ Sonans, (ἠχῶν) Nomen ex participio: ut, Aes sonans. Ouid. 12. Metam. 10.

Auræ sonantes. Virg. 11. Aeneid. 173.
Fila sonantia. Ouid. 10. Metam. 18.
Ora sonantia centum linguis. Ouid. 8. Metam. 107.
Scopuli sonantes. Virg. 1. Aeneid. 41.
Turba sonans. Virg. 3. Aeneid. 47.
¶ Sonandus, Participium (ἠχητέος) Ouid. 5. Fast. 9,
——signi causa sonanda mihi est.
Ore magno sonandus. Ouid. 1. de Arte, 41.
¶ Sonabilis, & hoc sonabile, pen. corr. (ἠχητὸς) Adiectiuum, ut, Sistrum sonabile. Ouid. 9. Metam. 157.
¶ Sono, sonis (ἐξηχέω) sonere, Tertia coniugandi forma dixerunt ueteres. Lucret. lib. 3. 32,
Caligare oculos, sonere aures, succidere artus.
Sincerum sonere. Lucret. lib. 3. 179.
¶ Sonitus, huius sonitus, pen. corr. masc. gen. (ἦχος, ἀδπος, βρόμος, φλοίσβος) Idem quod Sonor. Virg. 6. Aeneid. 118,
Dum flammas Iouis & sonitus imitatus Olympi. Plaut. Trinum. 17. 51, ——quis homo
Tam tumultuoso sonitu me excuiit subitò foras?
Sterilia sonitu corpora. Lucret. lib. 2. 169.
Innumeri sonitus æris. Stat. 1. Sylu. 1. 14.
Aquæ sonitus. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 16.
Armorum sonitus. Virg. 1. Georg. 95.
Plangoris sonitus. Ouid. 3. Metam. 100.
Fracti sonitus tubarum. Virg. 4. Georg. 15.
Perterricrepus sonitus. Lucret. lib. 6. 26.
Quadrupedans sonitus. Virg. 8. Aeneid. 120.
Sonans sonitus. Lucret. lib. 1. 169.
Terribilis sonitus. Virg. 9. Aeneid. 101.
Vagus sonitus Aſopi fluentis. Propert. lib. 3. eleg. 15. 6.
Creber sonitus adest ad aures. Virg. 2. Aeneid. 147.
Agnoscere sonitum. Vide Agnosco.
Capere sonitum. Vide Capio.
Captare sonitum. Vide Capto, in Capio.
Clarescunt sonitus. Virg. 2. Aeneid. 61.
Acrem sonitum dare. Virg. 4. Georg. 82.
Ingentem sonitum dedit ignis. Virg. 2. Georg. 62.
Vastos sonitus dare. Virg. 5. Aeneid. 87.
Excitur sonitus pedibus. Lucret. lib. 2. 66.
Faciunt sonitus uenti. Lucret. lib. 6. 27.
Venti ferunt sonitum ad littora. Virg. 12. Aeneid. 91.
Increpuit sonitum tuba. Virg. 9. Aeneid. 101.
Quatit sonitu campum ungula. Virg. 8. Aeneid. 120.
Terrere aues sonitu. Virg. 1. Georg. 32.
¶ Sonipes, pen. corr. sonipedis, pen corr. masc. gen. (παραχάττων) significat Celerem equum, à sonitu pedis, quòd pedibus sonet. Cicero 3. de Orat. 101, Aut à brenibus deinceps tribus extrema producta atq; longa: sicut illa sunt, domuerant, sonipedes.
Acrior sonipes. Stat. 5. Theb. 1.
Insignis ostrò & auro stat sonipes. Virg. 4. Aeneid. 27.
Martius sonipes. Silius lib. 1. 45.
Nobilis sonipes. Claud. de nup. Honorij & Mariæ, 58.
Vegeti sonipedes. Catul. de Berecynth. 58. 9.
Celsos sonipedes ocyus subigit iugo. Senec. Hipp. 10. 3.
¶ Soniuius, Adiectiuum. Festus, Soniuio sonanti. Cicero ad Cincinnam, libro 6. 6. 16, Non igitur ex alitis inuolatu, nec è cantu sinistro oscinis, ut in nostra disciplina est: nec ex tripudijs solistimis, aut soniuijs tibi auguror: sed habeo alia signa quæ obseruem.
Sophenæ] pen. prod. (σοφηνὴ) Armenij populi: quos Plin. lib. 6. cap. 9. 4, uocat Sophenos: eorumq; regionem Sophenem, lib. 5. cap. 12. 1. & lib. 6. cap. 13, 9.
Molles Sophenæ. Lucan. lib. 2. 118.

Sophia]*sophiæ, pen. corr.* (σοφίαι) *Latinè Sapientia dicitur. Martial. lib. 1. 8. à fine,* Quum tibi sit sophiæ par fama, & *curæ deorum. Cic. 1. Off. 214. Princepsq; omnium uirtutum est illa sapientia, quam* σοφίαν *Græci uocant.*

¶ Sophus, *sophi, masc. gen.* (σοφὸς) Sapiens. *Virgilius,*

Hinc omnis certa dialectica turba sophorum. Cic. 5. Tusc. 10, Itaq; & illos septem, qui à Græcis σοφοὶ, *sapientes à nostris, & habebantur & nominabantur. Martial. lib. 7. 31,*

Te pia Cecropiæ comitatur turba Mineruæ:
Te secreta quies, te sophos omnis amat.

Grande sophos. Mart. lib. 1. 32. Sipontinus, Mos est Græcorũ, dum scripta alicuius uel legerint uel audierint, assentando dicere, σοφὸν, *hoc est sapiens, doctus. Neutro autem genere dixit poeta, Grande sophos, id est, grandein illam & adulatorium uocem tot hominum clamantium Sophos. Sic alibi,*

Quòd tam grande sophos clamet tibi turba togata, &c.

Idem lib. 1. 46.

Mercetur alius grande & insanum sophos,
Miserere tu fœlicium.

¶ Sophistes, *sophistæ, uel sophista* (σοφιστὴς) Orator, præceptor, *sapiens. Olim autem sophistæ dicebantur philosophi & sapientiæ professores: deinde uerò rhetores: postremò abijt nomen in inuidiam, ut sophistæ dicerentur, qui fictam quandam sapientiæ speciem iactitarent. Cic. 1. de Nat. deor. 86, Abderites quidē Protagoras, cuius à te modò mentio facta est, sophistes temporibus illis uel maximus. Idē 4. Acad. 129, At quis est nunc hic sophistes? Sic enim appellantur hi qui ostentationis aut quæstus causa philosophantur.*

¶ Sophistica (σοφιστικὴ) *pars dialecticæ plus uerborũ quàm ueritatis, plusq; ostentatiõis, quàm utilitatis habens, qua docemur fallacibus conclusiunculis aduersarium irretire, atq; argumenta ita antè inuenire, ut quæ falsissima sunt atq; fallacissima, uerissima esse uideantur. Sophistã declamandi magistrum dixerunt olim. Cælius Rhod.*

¶ Sophisma, *sophismatis, pen. corr. neut. gen.* (σόφισμα) *quid significet, declarat Cic. 4. Acad. 134. his uerbis, Atqui habebam molestos uobis, sed minutos Stilbonem, Diodorum, Alexinum, quorum sunt contorta & aculeata quædam sophismata. Sic enim appellantur fallaces conclusiunculæ.*

Sophilus]σώφιλος, *Sicyonius, uel Thebanus Comicus, Mediæ Comœdiæ scriptor, cuius fabulæ nonnullæ commemorantur à Suida.*

Sophocles]*pen. corr.* (σοφοκλῆς) *Athenienſis, poeta Tragicus, æqualis Periclis, eiusq; Collega quandoq; in prætura: docuit fabulas* CXXIII. *uictorias retulit* XXIII. *authore Suida. Decessit post Euripidem annos* VI. *cui styli magnitudine præfertur, licet eius sententijs inferior. Filios habuit Leophontem, Leosthenem, Austonem, Stephanum, Menecliden. Hæc ex Suida. De quo Cic. de Senec. 20, Sophocles ex insperato gaudio ob uictoriam ex tragœdia quadam, repentino obijsse, Valerius author est. Hunc Cicero diuinum poetam lib. 1. de Diuinat, uocauit.*

Sophocles non ignobilis Tragicus. Quintil. lib. 1. cap. 12. 12. Horat. 2. epist. 1. 33.

¶ Sophocleus, *pen. prod. Possessiuum* (σοφόκλειος) *Vnde. Carmina Sophoclea. Cicero ad Tyronem, lib. 16, 18. 5, Antigonis aliquid Sophocleum? Martial. lib. 3. 20. Virgil. 8. eclog. 2,*

Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

Sophocles superioris nepos, poeta item Tragicus, qui docuit tragœdias XL. *uicit* VIII. *commemoratur à Suida.*

Sophocles etiam grammaticus, minor appellatus, enarrauit Lycophronem, Appollonium, aliosq; poetas, cuius opera habemus.

Sophocles *alius, dux Athenienſium Sostratidæ filius, apud Thucydidem.*

Sophron]*sophronis, pen. corr. masc. gen.* (σόφρων) & Sophrosyne, *sophrosynes, fœm. gen. Cic. 3. Tusc. 28, Verissimile etiam illud est, qui sit temperans, quem Græci* σόφρονα *appellant: eamq; uirtutem* σωφροσύνην *uocant, quam soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modestiam.*

Sophron]σόφρων, *Comicus, cuius meminit Athenæus. Imo plicitum hunc uocat Statius lib. 5. Sylu. 3. 32.*

Sophronistæ]σωφρονισταὶ, *magistratus quidam erant apud Athenienſes non dissimiles ijs quos Romani Censores uocabant, licet longè plures essent, & potestate aliquanto inferiores: legebantur enim ex singulis tribubus decem, qui iuuenum mores censerent.*

Sophronisteres] σωφρονιστῆρες, *dentes duo, qui omnium extremi nascuntur, circa annum ætatis uigesimum, hoc est, circa id tempus, quo iam sapere incipimus.*

Sophronium] σωφρόνιον, *meretriculæ nomen apud Plautum, amatoria quodam adulatione per diminutionem prolatum* (ἀπὸ τῆς σωφροσύνης) *quod temperantiam, modestiam siue castitatem significat.*

Sopio]*Vide* Sopor.

Sopis] *Sopithis, Rex fuit Indicæ regionis eius, quàm Sopithem appellari diximus. Strabo. lib. 15. In eadem terra esse canes optimos narrant, atq; Alexandrum centum, & quinquaginta canes à Sopithe accepisse, atq; ut periculum faceret, duos Leoni immisisse: quibus illũ tenentibus, alios duos soluisse, qui cùm iam in certamine consisterent, Sopithes iussit, ut unus ex canibus crure apprehensus abstraheretur à morsu, & nisi obtemperaret, crus amputaretur, quod Alexander primò non concesserit, cani uidelicet parcens. Sed cùm Sopithes diceret se quatuor pro uno daturum, concessit. Canis uerò prius sibi crus incidi profundo uulnere passus est, quàm morsum dimitteret.*

Sopis] *Sopithis: Indica regio de qua sic Strabo, lib. 15, Dicit in terra, Sopithis, in monte quodam sales effodi, qui toti Indiæ sufficiant. Item auri & argenti metalla, non longè in ad lijs montibus dicuntur, ut Gorgus tradidit.*

Sopor]*soporis, masc. gen.* (ὕπνος, ὁ ὕπνος) *Idem quod Somnus. Cic. in Salustium, 9, Noli nobis languorem ac soporem nimium exprobrare.*

Sopor interdũ differt à somno. Plin. lib. 21. cap. 18. 8, Huius semine somnum allici: sed modum seruandum, ne sopor fiat.

Consanguineus lethi sopor. Virg. 6. Aeneid. 56.

Altus sopor. Vide Altus.

Dolosus sopor. Stat. 1. Sylu. 2. 49.

Dulci sopore languidus. Horat. Epod. 5. 13.

Fœlix sopor. Stat. 5. Theb. 91.

Grauissimus sopor. Lucret. lib. 4. 193.

Impauidus sopor. Silius lib. 13. 52.

Piger sopor. Catul. de Berecynthia, 58. 8.

Semisomnus sopor. Quintil. lib. 4. cap. 2. 88.

Tumultuosus sopor. Quintil. lib. 4. cap. 2. 87.

Trepidus sopor. Stat. 1. Achil. 26.

Collocare aliquem in sopore. Vide Colloco.

Complectitur artus sopor. Virg. 2. Aeneid. 51.

Firmare soporem dicui. Ouid. 1. Metam. 144.

Suaui sopore deuinxit membra somnus. Lucret. lib. 4. 93.

Altus sopor habet animalia. Virg. 8. Aeneid. 6.

Irrigat artus sopor. Virg. 3. Aeneid. 103.

Languens sopore. Lucret. lib. 4. 8.

Securo sopore mulcens membra. Silius lib. 3. 35.

Occupat artus sopor. Virgil. 4. Georg. 38.

Pati

Pati soporem. Ouid. 15. Metam. 65.

Grauitate soporis pressus. Ouid. 15. Metam. 5.

Profligatus temulento sopore. Quint. lib. 4. cap. 2. 87.

Receptus sopor parte oculorũ. Ouid. 1. Metam. 138.

Remouet soporem cura. Ouid. 6. Metam. 99.

Segnis sopor tenuit corpora nostra. Lucan. lib. 5. 138.

Vincere caput sopore. Propert. lib. 3. eleg. 17. 9.

Victa sopore corpora. Ouid. 1. Fast. 85.

Perpetuus sopor urget illũ, Mortuus est. Hor. 1. Car. ode 24. 1.

¶ Soporifer, *penult. corr. Adiectiuum* (ὑπνοποιὸς, ὑπνοτικὸς)

Quod soporem inducit. Plin. lib. 9. cap. 13. 2, Prætereà dextræ pinnæ uim soporiferã inesse, somnosq; allicere subditã capiti tradũt. Idē lib. 19. cap. 8. 3, A' copia lactis soporiferi.

Aula soporifera Somni. Ouid. 11. Metam. 118.

Flos soporifer. Stat. 10. Theb. 21.

Lethe soporifera. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 10.

Noctis soporiferæ dona. Silius lib. 7. 58.

Papauer soporiferum. Virg. 4. Aeneid. 97.

¶ Soporo, *soporas, pen. prod.* (κατακοιμίζω) *soporare, soporem inducere. Plin. lib. 28. cap. 8. 29, Cauda, flumina & aquarũ impetus fisti, serpentes soporari. Stat. 11. Theb. 19,*

—& insuetos angues nimia astra soporant.

¶ Soporatus, *pen. prod. Particip.* (κατακοιμισθεὶς) *Plin. lib. 10. cap. 75. 1, Aquatilia ipsa quiete cernũtur placida ceu soporatus premit quies. Valer. 5. Argon. 67.* (*rata.*

Dolor soporatus. Curtius lib. 7. Hoc est, sopitus, & qui interpositi soporata melle. Virg. 6. Aeneid. 84. (*quieuerat.*

Ramus soporatus ui Stygia. Virg. 5. Aeneid. 170.

¶ Soporus, *pen. prod. Adiectiuum* (ὑπνοτικὸς) *ut,*

Nox sopora. Lucan. lib. 2. 48. Stat. 1. Theb. 81.

¶ Sopio, *sopis, sopiui, sopitum* (κατακοιμίζω, κοιμάω, εὐνάζω) *sopire, pen. prod. Soporem inducere. Liu. 4. bel. Pun. 210, Lentior deniq; æqualiorq; accidens auribus, magnam partem hominum sopiuit.*

Somno sopire aliquem. Ouid. 7. Metam. 43.

Deum me sopierat. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 4.

¶ Sopitus, *pen. prod. Participium* (κατακοιμισθεὶς) *Liuius 5. bel. Pun. 47, Nico ex improuiso ad portas sopitos uigiles in cubilibus suis obtruncat, portamq; aperit. Idem 7. ab Vrbe, 168.*

Lecto sopitus, In lecto dormiens. Lucret. lib. 3. 185.

Somno sopitus. Virg. 1. Aentid. 137.

Quiete sopitus. Lucret. lib. 3. 211.

Sopitus uino & epulis. Liuius 8. ab Vrbe, 83.

Sopitus anguis cantibus magicis. Colum. lib. 10. 35.

Aras sopitas excitat ignibus. Virg. 8. Aeneid. 109.

Brachia sopita. Ouid. epist. 14. 14.

Ignis sopitus, Non apparens, occultus. Virg. 8. Aeneid. 82,

Impositũ cinerẽ, & sopitos suscitat ignes. Idē 5. Aen. 149.

Manus sopitæ. Ouid. 3. Fast. 62.

Quies sopita. Liu. lib. 9. 9.

Sopitus, Qui sensus amisit. Liu. lib. 1, Iubet bono animo esse: sopitum fuisse regem subito ictu, ferrum haud altè in corpus descendisse.

Sora]σῶρα, *oppidum Volscorum in Campanis, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Liu. 10. ab Vrbe, 1, Meminit etiam Iuuenalis, quum ait Satyr. 3. 22,*

—optima Soræ
Aut Phabrateriæ domus. Silius lib. 8. 79.

Soracte] σώρακτος ὄρος, *Mons in Phalisci, Apollini sacer, quo spelunca cooperta, latebram sibi elegit diuus Syluester. Et est generis neutri. Quod & hæc Sorax, & Soractes Soractis dicitur. Silius lib. 8. 98.*

—& sacrum Phœbo Soracte frequentant. Virgilius 11. Aeneid. 157,

Summe deũm sancti custos Soractis Apollo. Plin. lib. 7. cap. 2. 10, Sacrificio annuo quod fit ad montem Soractem Apollini. Horat. 1. Carm. ode 9. 1,

Vides ut alta stet niue candidum Soracte?

Phœbeum Soracte. Silius lib. 7. 33.

Item dicitur Soractis, huius Soractis: quemadmodum Prænestæ, & Prænestis.

Soracum]*est, quo ornamenta portantur scenicorum: Paulus ex Festo. Notat Antonius Aug. Refertur, ut opinor, à Festo uersus Plauti in Persa,*

Librorum enim ecce illum plenum saracum habeo.

Sed uerbum, Enim, non agnoscit Festus, & pro ecce illic, siue eccillum icillum scripsit librarius, quod in margine notatum esse uideo litera, r. Variè hoc nomen scriptum reperi: nam Quintilianus lib. 3. cap. 3. refert Ciceronem in Pisonem scripsisse: Cùm tibi tota regio in Serraco adueheretur, & Vitruuius lib. 10. cap. 1, Portationes eorum non essent, nisi plaustrorum, aut sarracorum per terram, nauicularum per aquam inuentæ essent machinationes. Iuuenalis Satyr. 3,

Longa coruscat sarraco ueniente abies, atq;
Altera pinum plaustra uehunt. Et Satyr. 5,
Frigida circumagunt pigri sarraca Bootæ.

Vlpianus sub tit. ad legem Aquiliam, cap. 29, Quia paruũ refert (inquit) nauem immittendo, aut sarraculum ad nauem ducendo, an tua manu damnum dederis. Quem locum non intelligentes pro serraculo, seruaculum, uel serriculli, uel gubernaculum, uel seraculum ediderunt.

Soræ]*gentes in Campania sunt, authore Plin. lib. 6. cap. 23.*

Soranus]*Pluto est cognominatus. Item Hirpini Sorani dicti sunt, ueluti Ditis patris lupi: tum quia is deus inibi coleretur: tum quòd rapto uiuerent ex responso. Cælius Rhodig. lib. Lection. antiquar. 10. cap. 18. Lupi autem Sabinariẽ lingua Hirpi uocantur. Vide* Seruium.

Soranus]*Ephesius medicus Alexandriæ uixit: deinde Romam uenit, ubi artem exercuit Traiani & Hadriani temporibus. Suidas.*

Sorani]*Vide* Soranus.

Sorbeo]*sorbes, sorbui, sorbitum, pen. corr. uel sorpsi, sorptum* (ῥοφάω, ῥοφέω, ῥοφσέω) *sorbere, Deglutire quicquã molle. Factitium uerbum à sono uocis quem faciunt qui sorbent. Plaut. Mil. 11. 6,*

—sorbet dormiens.

Ꝑ A. Quid sorbet? L. V. illud, sirrit uolui dicere.

Sed quia consimile est, quod sirtas quasi sorbeas.

Sorbere ouum. Plin. lib. 7. cap. 53. 5.

Terra arida sorbet cælestes aquas. Ouid. 2. de Arte, 71.

Charybdis sorbet fluctus in abruptum. Virg. 3. Aeneid. 84.

Flumina sorbentur à terra. Ouid. 1. Metam. 8.

Charybdis sorbet fretum. Ouid. 7. Metam. 13.

Cruor uestigia sorbet. Silius lib. 4. 33.

Puppis sorbet mare uasto hiatu. Valer. 1. Argon. 128.

Medullas sorbere. Lucan. lib. 7. 171.

Sitis sorbet ora. Stat. 3. Theb. 66.

Sanguis sorbetur ab hubere. Lucan. lib. 4. 64.

Sorbere odia alicuius, per translationem pro Perferre. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 2 4. 12, Vt eius ista odia non sorbeam solum, sed etiam concoquam.

Sorbere animo. Cic. 11. Philip. 296, Quem gurgitem, quam uoraginem, quid eum non sorbere animo, quid non haurire cogitatione, cuius sanguinem non bibere censeatis?

Sorbui, Præteritum. Plin. lib. 22. cap. 23. 10, His qui coagulum lactis sorbuerint.

¶ Sorbitio, sorbitionis (ῥόφημα) Ipse sorbendi actus: & interdum id quòd sorbetur. Persius Satyr. 4. 1,

—— sorbitio tollit quem dira cicutæ. De Socrate.

Sorbitio, Iusculum ad sorbendum præparatum. Colum. lib. 6. cap. 10. 1, Sextarij duo, fractæ sorbitio per cornu infunditur. Celsus lib. 4. cap. 7, Ergo primis diebus danda est sorbitio ptisanæ, uel alicæ, uel orizæ.

¶ Sorbitiuncula, pen. corr. Diminut. (ῥοφημάτιον)

¶ Sorbillo, sorbillas (ἀποῤῥοφέω) Sorbillare, Diminutiuum à Sorbeo: propriè est Parum, & frequenter sorbere. Terent. Adelph. 4. 2. 53,

—— quod quidem bellißimum
Carpam: & cyathos sorbillans, paulatim hunc producam diem.

¶ Sorbillum, sorbilli (ἀποῤῥόφημα) Potio sorbitioni apta. Plautus Pœn. 4. 173. Hem, mihi iam uideo propter te uictitandum sorbillo.

¶ Sorbilis, & hoc sorbile, pen. prod. (ῥοφητός) Quod facilè sorbetur. Colum. lib. 8. cap. 17. 12, Et nuces digitis infractæ sunt dandæ, nec minus elixum molle sorbum, quíq; sunt cibi sorbilibus proximi, ut mulctra, recens caseus.

Ouà sorbilia crassiorem faciunt pituitam. Celsus lib. 2. cap. 23.

Ouum durum ualentißimæ materiæ est: molle uel sorbile imbecillißimæ. Celsus lib. 2. cap. 18.

Sorbus] sorbi, fœm. gen. (ὄη) Arbor est procera, quam Græci œn & œien, Fructúq; eius oa & ua uocant, cuius longiorem descriptionem uidebis apud Theophrastum, lib. 3. cap. 21. Colum. lib. 5. cap. 10, Sorbi quoq; & Armeniaci, & Persici, non minima est gratia.

¶ Sorbum, sorbi (δόυ) Prædictæ arboris fructus, quod malum sorbum etiam Columella appellat, libro 5. capite 10. Martialis lib. 13. 26,

Sorba fumus, molles nimium durantia uentres:
Aptius hæc puero, quàm tibi, poma dabis. Plin. lib. 15. cap. 21, Sorbis quadruplex differentia. Aliis enim eorum rounditas mali, alijs turbinatio piri, alijs ouata species, ceu malorum aliquibus. Hæc obnoxia acori. Odore & suauitate rotunda præcellunt. Cæteris uimi sopor. Generosißima, quibus circa pediculos tenera folia. Quartum genus torminale appellant, remedio tantum probabile, assiduum prouentu, minimumq; pomo, arbore dißimili, foliis penè platani. Non ferunt ante trimatum ex ullo genere. Cato cap. 7, Sorba in sapa quum uis condire uel siccare, uiridia facias.

Acia sorba. Virg. 3. Georg. 76.

Sordes] sordis, fœm. gen. (ῥύπος, αἰκία, αἰσχύνη, λύμα, ἄσυμφορία, ψίθος, γνοιός) Immunditia. Plaut. Pœn. 4. 92,

Viden tu pleni oculi sordium qui erant, iam splendet. mihi? N. Imò etiam in medio oculo pārum sordis est. Cic. 2. de Nat. deor. 216, Sordes aurium.

Collecta sorde dolentes auriculæ. Horat. 1. epist. 2. 11.

Sordes, pro Reorum squalore. Quint. lib. 6. cap. 2. 1, At sordes, & squalores, & propinquorum quoq; similem habitum scio profuisse, & magnum ad salutem momentum preces attulisse. Idem Declamat. 17, Non exuo, non depono sordes: & mihi quoque senex tanquam accusaturus occurrit.

Lugubres sordes. Vide Lugeo.

Iacere in sordibus. Vide Iaceo.

Sordes hominis. Cic. ad Marium, lib. 7. 23.

Accipere sordes. Vide Accipio.

Sordem urbis, Homines nequam, uel potius plebem uocat Cic. Att. scribēs, lib. 11. 1. 18, Apud bonos ijdē fumus quos reliquisti: apud sordē urbis & fœcē, multò melius nūc quàm reliqsti.

Sordes, pro Auaritia. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 1. 1. 16, Neq; enim mihi sanè placet, præsertim quum ijs mores tātum iam ad nimiam lenitatem & ambitionem incubuerint, ferutare omnes sordes, excutere unumquēq; eorum. Plin. epist. 12. lib. 2. b, Damnatumq; sordium uel damnare alios, uel absoluere. Quint. lib. 6. cap. 4, Incusans eius sordes, calceos eum ueteres dicebat uendere solere. Idem lib. 4. cap. 1. 6, Sed ut præcipua in hoc dicentis authoritas, si omnis in subeundo negotio suspicio sordium, aut odiorum, aut ambitionis abfuerit: & ita, &c. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 21,

—— sepulchrum
Commissum arbitrio sine sordibus extrue.

Luxuriæ sordes quis feret. Iuuenal. Satyr. 1. 15. Id est, summam prodigalitatem cum insigni auaritia coniunctam. loquitur enim de illis qui quum uectibus suis indulgerent omnia, in aliorum egestate subluuanda parcißimi essent. gaudet autem Iuuenalis antitheta hoc pacto coniungere, ut alibi, Socraticos Cynædos, tristia obscœna, lacernatam amicam. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 14,

Si neq; auaritiam, neq; sordes, ac mala lustra
Obijciet uerè quisquam mihi.

¶ Sorditudo, pen. prod. sorditudinis (ῥύπασμα) Idē quod Sordes. Plaut. Pœn. 16. 9,

Vt mihi absterserunt omnem sorditudinem.

Sordidus, pen. corr. Adiectiuum (ῥυπαρός, πινακώδης, ῥυπόεις, ῥυπώδης) Sordibus plenum. Cic. 3. Tusc. 94.

Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia. Ex Cæciliano.

Amictus sordidus. Virg. 6. Aeneid. 61.

Caput sordidum tabo. Senec. Herc. furen. 9. 34.

Case sordidæ. Senec. Herc. Oetæo, 2. 5.

Cera sordida. Propert. lib. 3. eleg. 23. 2.

Color sordidus. Colum. lib. 8. cap. 8. 9.

Fumus sordidus. Horat. 4. Carm. ode 11. 3.

Lana sordida. Ouid. 3. de Arte, 45.

Mappa sordida. Horat. 1. epist. 5. 5.

Puluis sordidus. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 9.

Rura sordida. Virg. eclog. 2. 6.

Sanguis sordidus. Lucan. lib. 4. 64.

Sordidus homo, Egens uel uilis, & nullius reputationis, aut tenax, auarus. Cic. 3. de Finib. 59, Quis non odit sordidos, uarios, leues, futiles? idem 3. de Legib. 30, Quos & quantos uiros homo omniū infimus & sordidißimus Trib. pleb. P. Curiatius in uincula coniecit. Sic 1. Off. 209, Sordidi etiam putantur, qui mercantur à mercatoribus quod statim uendant.

Sordido loco natus, Ignobili. Liu. 2. bell. Pun. 116, Loco non humili solùm, sed etiam sordido ortus.

Sordidum ad famam. Cic. 2. Off. 71, Id quum periculosum ipsi est, tum etiam sordidum ad famam, committere ut accusator nominere.

Cupido sordidus. Horat. 2. Carm. ode 16. 4.

Illiberalis & sordidus quæstus. Cic. 1. Off. 208.

Lingua sordida, Impura, mendax. Tibul. lib. 3. eleg. 7. 3.

Gaudia sordida. Stat. 3. Sylu. 5. 4.

Sordidū cōsiliū, pro Corrupto. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 20. 1. Bud.

Sordida oratio, cui opponitur Nitida. Qu. lib. 8. cap. 3, Quædā hebes, sordida, ieiuna, tristis, ingrata, utilis oratio est. Quæ uitia facillimè fiūt manifesta contrarijs uirtutibus. Nam primū acuto, secundum nitido, tertium copioso, deinceps hilari, iucundo, accurato diuersum est.

Nubes sordidior. Senec. Hippol. 6. 11.

¶ Sorditās, pen. corr. Aduerbium (ῥυπαρῶς) Aliter. Plin. epist. 9. lib. 3, Proconsulatum sed sordidè gesserat.

Sordidè

Sordidè concionari: id est, auarè. Cic. ad Atticum, lib. 15. 322. 2. Idē 2. de Orat. 184. Si asperè, si arroganter, si turpiter, si sordidè, si quoquo animi uitio dictum esse aliquid uideatur.

¶ Sordidulus, pen. corr. Adiectiuum diminutiuum. Plautus Pœnul. 4. 47, Seruulorum sordidulorum scorta diobolaria?

Toga sordidula. Iuuen. Satyr. 3. 15.

¶ Sordeo, sordes, sordui, sordere (ῥυπάω, ῥυπέω, ῥυπόω) Sordidum esse. Martial. lib. 1. 115,

Dum nulla teneri sordet lanugine uultus.

Uer sordet. Stat. 3. Sylu. 1. 20.

Sordere alicuius res aliquas dicitur: Id est, contemni, & uilis æstimari. Plin. lib. 35. Cic. ad Octauium, 6, Cui sordebat Macedonia prouincia, quam uictor sibi sumpserat Cæsar.

Voluptas sordet oculis. Stat. 1. Sylu. 1. 3. 20.

Sordere suis, & contemni ab eis. Liu. 4. ab Vrbe, 107.

¶ Sordesco, sordescis (αὐχμόομαι) sordescere, Idem. Plinius lib. 11. cap. 12. 2, Nunc uerò è tanta cadens altitudine, multumq; dum uenit sordescēs. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 14. 11, Nam sordescit uerè uultu & uenas sibi omnes, & uiscera aperit. Vetus codex legit, Nam sordes eluere uult. Horat. 1. epist. 20. 3,

Contractus ubi manibus sordescere uulgi
Cœperis. Alloquitur librum suum.

¶ Sordido, sordidas, pen. corr. (ῥυπαίνω, αὐχλόω) sordidare, Sordidum facere, fœdare. Plaut. Asin. 9. 90,

—— quanquam ego sum sordidatus,
Frugi tamen sum, nec potest peculium enumerari. Id est, sordidè indutus. Cic. 2. Philip. 8, Argentea uasa collisa, sordidata mancipia. Id est, ob inopiam uel auaritiam obsoleta uestē, uel detrita induta. Terent. Heaut. 2. 3. 56,

Scin' hanc quam dicit sordidatam & sordidam?

¶ Sordidatus, pen. prod. Qui reus delatus est. Cic. post Reditum in Senatu, 9, Quum innumerabilis multitudo bonorū de Capitolio supplex ad eum sordidata uenisset. Idem 4. Verr. 43, Sordidati, maxima barba & capillo, Romæ biennium propè fuerunt. Ibidem, 6. 36, Diodorus Romæ sordidatus circum patronos atq; hospites cursare, rem omnibus narrare. Idem in Pisonem, 80, Nec minus lætabor, quum te semper sordidum, quàm si paulisper sordidatum uiderem. Sordidum dixit uilem & abiectum, ac sine ullo uitæ nitore ac lautitia uitam agentem. Sordidatum autem, accusatum et reum. Budæus.

Sorex] soricis, pen. corr. masc. gen. (μῦς ἀγρεύς) Animal paruum, à sono uocis, quem uocando facit. Quidam dicunt esse murem syluestrem. Colum. lib. 12. cap. 31, Si serpens, aut mus, sorexq; in mustum ceciderit. Idem lib. de Arboribus, cap. 15. 1, Vites quæ secundum ædificia sunt, à soricibus aut muribus infectantur. Terent. Eunuch. 5. 7. 23,

Egomet meo iudicio miser, quasi sorex, hodie perij.

Desiccat sorex. Author Philomelæ, 13.

¶ Soricinus, pen. prod. (μυϊνός) Aliud adiectiuum. Vnde Soricinos dentes dixit Plautus.

¶ Soriculatus, penult. prod. Similiter adiectiuum. Soriculata uestis. Quæ uarijs conserta coloribus erat. Plinius lib. 8. cap. 48. 4.

Sorgæ] populi sunt in India, apud Plin. lib. 6. cap. 20.

Sorībla] nauigia Istrica uocantur, quòd lino & sparta conserantur & condensentur.

Soritæ] pen. prod. Populi sunt ichthiophagi, quos Arabis fluuius ab Indis disterminat, nullum alium cibū nosc̄es quàm piscium, quos unguibus dissectos torrent sole, panemq; ex eis conficiunt. Plin. lib. 7. cap. 2. 22, Oritas uocat.

Soritas] pen. prod. (σωρίτης) Græci uocant captiosum & multiplex argumentandi genus, in quo ex uno concesso, ad multas conclusiones connexas assurgunt. A' σωρὸς quod significat cumulum & aggerem: quia semper ascendunt in cumulum hæc argumenta. Vulgò uocant De primo ad ultimum. Cic. 4. Acad. 90, Soritas hos uocant, qui aceruum efficiunt uno addito grano. Vide Acerualis, in Aceruus.

Soroadios] Dæmonis nomen apud Indos pro deo habiti, quod in linguam Græcam translatum uerbum ὀινοποιὸν, id est, uini factorem significat. Cælius lib. 2. cap. 7.

Sorodæmō] sorodæmonis: Sorodæmones sunt sepulchrales lꝛuæ. Cælius Rhodig. lib. Lect. antiq. 7.

Soror] sororis, fœm. gen. (ἀδελφὴ, κασιγνήτη) Dicta est, quòd quasi seorsum à sua stirpe nascitur, separatúrq; ab eā domo in qua oritur, & in aliam similiam transgreditur. Vel soror, quasi diuersa sorte orta.

Soror germana. Cic pro Milone, 54.

Sororis filius. Cic. 6. Verr. 19.

Nymphæ sorores. Virg. 2. Georg. 99.

Doctæ sorores. Ouid. 5. Metam. 51. Sic uocat Musas.

Lanificæ sorores, Parcæ. Vide Lanificus, in Lana.

Piæ sorores. Ouid. 8. Metam. 105.

Pulchræ sorores. Stat. 1. Achil. 60.

Viperææ sorores. Ouid. 6. Metam. 133. Furias sic appellat.

Maxima sororum. Ouid. 2. Metam. 70.

Dicere Mineruam sororem suam. Cic. pro Domo sua, 71.

Sorores arbores. Plin. lib. 13. cap. 4. 15, Minus speciosæ, sed sāpore caryotarum sorores, ob hoc Adelphides dictæ.

¶ Sororius, sororij. Cui soror mea nupsit. Sororius similiter dicitur sororis filius.

¶ Sororius, Adiectiuum, Sororia cœna. Plaut. Curcul. 14. 59.

Stuprum sororium. Cic. pro Sestio, 12, Qui enim in eiusmodi uita nerui esse potuerunt, hominis fraternis flagitijs, sororis stupris omni inaudita libidine infamis.

Sororium tigillum, appellabatur locus sacer in honorē Iunonis, quem Horatius quidē statuerat causa sororis à se interfectæ ob suam expiationem. Hæc Festus.

¶ Sororicida, sororicidæ, pen. prod. Qui sororem occidit. Cicer. pro Domo sua, 21, Quid de me quod tulisse te dicis, patricida, fratricida, sororicida, nónne extra ordinem tulisti?

¶ Sororior, aris: Sororiari puellarum mammæ dicuntur, cùm iam intumescunt: quòd non singulæ, sed ueluti geminæ sorores simul nascuntur: sicut fraterculare puerorum. Plautus in Fribolaria.

¶ Sororiens, huius sororientis, Adiectiuum. Plin. lib. 31. cap. 6. 10, Mammas sororientes, præcordia, masciemq; corporis piscinæ magis corrigunt.

¶ Sororiculatæ uestes apud Plin. sunt, quæ perpetuis quibusdā suris & latioribus uirgis regulatæ erant, & eo toto texendi genere confectæ: ut sint tanquam surorigulatæ, à suro, cuius diminutiuo est surculus: nisi si quis à sura deducere malit. Quod si à regula deriuari non placet, certè à rica & riculæ deducatur. Turnebus.

Sors] sortis, fœm. gē. (πλῆθος, λάχος, λάχος, πῆξις, πάλος, πλανάω, συγγένεια) A' serie secundum Varronem dicitur, fortuito alicuius rei euentu. Cic. lib. 2. de Diuinat. 127, Diendum igitur putas de sortibus? Quid enim sors est? Idem propemodū quod micare, quòd talos iacere, quod tesseras: quibus in rebus temeritas & casus, non ratio, nec consilium ualet. Cic. 1. Verr. 36. Accusaui eum quicum Quæstor fueram, quicum me sors, consuetudoq; maiorum, quicum mē deorum, hominum iudicium coniunxerat. Virgil. 5. Aenei-dos, 98,

—— delectamq; ærea sortem Accepit galea.

Cæca sors. Lucan. lib. 5. 41.

Deterior sors. Senec. Thyeb. 2. 13.

Improuisæ

Improuisa sors. Claud. de bel. Getico, 75.
Inaudita Græcis sors ista. Vide Inaudio.
Iniqua sors. Virg. 6. Aeneid. 67.
Mala sors prædæ. Ouid. 13. Metam. 98.
Noua pugnæ sors. Virg. 12. Aeneid 11.
Salutifera sors. Ouid. 15. Metam. 127.
Arripere id quod sors offert. Cic. 6. Verr. 85.
Tueri sortem quam tribuit fortuna. Ouid. epist. 16. 23.
Audacem iuuant sorsq; Venusq;. Ouid. 1. de Arte, 122.
Sors omnia uersat. Virg. eclog. 9. 1.
Sors, pro Vice & munere. Liu. Si id facere grauaretur, quòd non suæ sortis id negotium esset, se quidem id facturũ, quodcunq; Senatus censuisset. Budæus.
Aequalis sors. Hor. 3. Carm. ode 24. 4.
Gratam sortem habemus. Ouid. 5. Metam. 55.
Humana sors. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 14.
Intentata sors. Virg. 10. Aen. 8. Id est, regnum, inquit Seruius.
Irrequieta sors. Ouid. 2. Metam. 78.
Miserandæ sortis ysellus. Ouid. 2. Amor. eleg. 7. 3.
Mortalis sors. Ouid. 2. Metam. 12.
Onerosa sors. Ouid. 9. Metam. 136.
Ratio dedit mihi sortem. Hor. 1. Serm. Satyr. 1. 1.
Tori sorte gaudens. Ouid. 3. Fast. 93.
Sors obiecit mihi sortem. Hor. 1. Serm. Satyr. 1. 1.
Sors, pro Progenie. Ouid. 6. Fast. 6,
Si genus aspicitur, Saturnum prima parentem
Feci, Saturni sors ego prima fui. Verba sunt Iunonis.
Sors, Fatalis necessitas. Virg. 2. Aeneid. 111,
——hic exitus illum Sorte tulit. Seruius.
Acerba sors. Senec. Herc. Oetæo, 7. 20.
Aspera sors. Stat. 1. Theb. 39.
Crudelis sors. Senec. Octau. 3. 2.
Diuina sors. Cic. 3. Philipp. 142.
Durissima sors. Claud. 1. in Eutrop. 15.
Durissima sors fati. Lucan. lib. 9. 211.
Ferrea difficilisq; sors uitæ me premit. Ouid. 5. Trist. eleg. 4. 6.
Funesta sors. Stat. 11. Theb. 63.
Pessima sors rerum. Ouid. 14. Metam. 98.
Suprema sors. Virg. 6. Aen. 38.
Toleranda nulli sors. Stat. Theb. 39.
Vltima sors rerum. Lucan. lib. 5. 139.
Sors (κλῆρος) Summa est, siue caput, & prima pecunia, quæ confertur in societatem, ut inde lucrum fiat. Plautus Mostel. 8. 133,
Quatuor quadraginta illi debentur minæ,
Et sors, & fœnus, tantum est. Ibidem, 66.
Sortem accipe. D. imò fœnus. id primum uolo. Terent. Adelph. 2. 2. 35,
Hei mihi, etiam de sorte nunc uenio in dubium. Hoc est, de pretio quo empta erat fidicina. Ex Donato.
Sors, Iudicium. Virg. 6. Aen. 97,
Nec uerò hæc sine sorte datæ, sine iudice sedes. Tractum ex Romano more. Non enim audiebantur causæ, nisi per sortem ordinatæ: nam quo tempore causæ agebantur, conueniebant omnes: & ex sorte, dierum ordinem accipiebãt, quo post tricesimum diem causas suas exequerentur. Ex Seruio. Virg. 1. Aen. 29,
Non illi imperium pelagi, sæuumq; tridentem,
Sed mihi sorte datum.
Assignare aliquid alicui æqualiter, aut sorte. Brutus Ciceroni, libro 11. 20. 8.
Tristi damnatur sorte catenæ. Sil. lib. 6. 69.
Conijcere aliquem in sortem. Cælius Cic. lib. 8. 8. 27.
Sorte sumus lecti. Ouid. 14. Metam. 51.

Loca sorte legunt. Virg. 5. Aen. 17.
Nanciſci ſortem. Vide Nanciſcor.
Quum ſuffragijs tres ex tribus generibus creati ſunt, res reuocatur ad ſortem. Cic. 4. Verr. 88.
Sortiri & renuntiari extra ſortem. Cic. 4. Verr. 88.
Simia urnam euertit, ſortem diſſipauit. Cic. 2. de Diuin. 104.
Ducere ſortem prædæ. Virg. 9. Aeneid. 54. Claud. 2. de rapt. Proſerp. 87,
Vrna nec incertas uerſat Mimoia ſortes.
Conijcere ſortes in hydriam. Vide Conijcio.
Sortes, Oracula ſeu reſponſa, ſiue ſyngrapha, in quibus reſponſa inſcripta continebantur. Valerius lib. 1, Cuius rei explorandæ gratia, legati ad Delphicum oraculum miſi, retulerunt præcipi ſortibus, ut aquam eius lacus emiſſam per agros diffunderent.
Duræ ſortes. Ouid. 13. Metam. 37.
Faticinæ ſortes. Ouid. 15. Metam. 88.
Malignæ ſortes tacita ambage. Claud. de bel. Get. 110.
Obſcuræ ſortis ambages. Ouid. 5. Faſt. 53.
Sacræ ſortes. Ouid. 1. Metam. 75.
Fatigare ſortes. Lucret. lib. 4. 249.
Sortem trahere, pro Educere, ut ait Seruius. Sueton. in Tib. Cæſare, cap. 14. Aeneid. 103,
——operumq; laborem
Partibus æquabat iuſtis, & ſorte trahebant.
¶ Sorticula, ſorticulæ, pen. corr. Diminut. (κληδίδιον) Suetonius in Nerone Claudio, cap. 21, Ac ſine mora nomen ſuum in albo profitentium citharœdorum iuſſit aſcribi, ſorticulaq; in urnam cum cæteris demiſſa, intrauit ordine ſuo.
Sortio, ſortis, ſortire, Actiuum pro ſortiri. Antiquum. Varr. Rer. human. lib. 20, Cum uenerint cenſores, inter ſe ſortiant. Ex Nonio.
¶ Sortior, ſortiris (κληρόω, λαγχάνω, μείρομαι, διαλαγχάνω) ſortiri, pen. prod. Sortes facere. Plaut. Caſin. 7. 19,
Nam ſi ſic nihil impetrare potero, ſaltem ſortiar.
Sortiri aliquibus. Plaut. Caſina. 8. 34.
Ad pœnam ſortiri. Cic. pro Cluentio, 102.
Sortiri quid loquare. Cic. 1. de Nat. deor. 137. Hoc eſt, non conſiderare, ſed quaſi ſortiri quid loquare.
Sortiri uter. Liu. 2. ab Vrbe, 36.
Sortitum in ſingulos, Sorte datum. Cicero ad Atticum, libro 4. 85. 8.
Sortiri dicas. Vide Dica. Cic. 4. Ver. 25, Interea dies aduenit, quo die ſeſe ex inſtituto ac lege Rupilia dicas ſortiturum Syracuſis iſte edixerat.
Domos ſortiri. Virg. 5. Aeneid. 152.
Sortiri remos. Virg. 3. Aeneid. 102,
Sternimur optatæ gremio telluris ad undam
Sortiti remos. Vbi Seruius, Sortiti remos, per ſortem diuiſi ad officia remigandi, quis eſſet proreta, quis pedem teneret. Idem 8. Aeneid. 90,
Ocyus incubuere omnes, pariterq; laborem
Sortiti. Et lib. 9. 17,
Omnis per muros legio ſortita periclum
Excubat, exercetq; uices quod cuiq; tuendum eſt. Id eſt, ſorte diuiſa ad defenſionem periculi.
Vices ſortiti. Virg. 3. Aeneid. 127.
Sortiri iudices, Per ſortem eligere. Cicero ad Quint. fratrem, libro 2. 5. 4.
Sortiri Magiſtratum uel prouincias, Per ſortẽ, ſine ſorte obtinere. Cicero 6. Philipp. 227. Idem ad Lentulum, libro 1. 9. 104, Si licitum eſſet legem Curiatam ferre, ſortitũrum eſſe cum Collega prouinciam. Liuius 7. ab Vrbe, 86. Horatius 2. Serm. Satyr. 6. 19,
——ſeri

——terreſtri quando
Mortales animas uiuunt ſortita.
Amicum ſortiri. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 12.
Breuis uitæ ſpatium ſortiri. Ouid. 3. Metam. 24.
Tempora nouiſſima ſortitus. Ouid. 11. Metam. 152.
Fortunam oculis ſortitus. Virg. 12. Aeneid. 184.
Sortiri, Diſponere. Virg. 3. Aeneid. 76,
——ſic fata deũm rex
Sortitur, uoluitq; uices, is uertitur ordo. Horat. 3. Carm. ode 1. 3.
Sortiri aliter. Virg. 3. Georg. 15,
Semper enim refice: ac ne poſt amiſſa requiras,
Ante ueni, & ſobolem armento ſortire quotannis. Vbi Seruius, Sortire, ſubſtitue, ſubminiſtra. Et eſt uerbum iudiciorum. Nam ſub ſortiri dicuntur iudices, qui occupatorum ſunguntur officio.
Sortiri ſecula. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 28.
¶ Sortitio, Verbale, fœm. gen. (κλήρωμα) Cic. pro Cluentio, 60, Ecce tibi eiuſmodi ſortitio, ut in primis Bulbo & Staleno, & Guttæ eſſet iudicandum. Ibidem, 101, Statuerunt enim ita maiores noſtri, ut ſi à multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum, ſortitione in quoſdã animaduerteretur: ut metus uidelicet ad omnes, pœna ad paucos perueniret. Quibus uerbis Cicero morem antiquum ſignificat, quo, ut ait Liuius, in decimum quenq; militem ſortitò animaduertebatur capitaliter. Vnde & legimus decimatas legiones.
Sortitio prouinciarum. Cic. 3. Philip. 141.
Sortitio iudicum. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 5. 4.
Prerogatiuæ ſortitio. Cic. 2. Philip. 87.
Religioſa ſortitio. Cic. 3. Philip. 141.
Iudicare ſortitionem. Cic. 3. Philip. 141.
¶ Sortitus, huius ſortitus, penult. prod. maſc. gen. (κλήρωσις) pro Sortitione. Cicero pro Domo ſua, 40, Quid ſi etiam pluribus de rebus uno ſortitu retuliſti? Virgilius 3. Aeneid. 65,
——quæ ſortitus non pertulit ullos.
¶ Sortitus, ſortitus, Idem quod ſors. Virg. lib. 4. Aeneid.
——quæ ſortitibus non pertulit ullos. Nonius.
¶ Sortitor, pen. prod. Verbale (κληρωτὴς) Senec. Troad. 10,
——& iniquæ ſerus Sortitor urnæ.
¶ Sortilegus, pen. corr. (χρησμῳδὸς) Qui per ſortes futura prænunciat, uel per ſortem aliquid eligit. Cic. 1. de Diuinat. 214, Nunc illa teſtabor nõ me ſortilegos, nec eos qui quæſtus cauſa ariolentur, nec pſychomantia quidem, quibus Appius amicus tuus uti ſolebat, agnoſcere. Horatius de Arte, 45.
——& diuina futuri
Sortilegis non diſcrepuit ſententia Delphis.
¶ Sorti, aduerbium (κλήρῳ) Virg. 4. Georg.
Sunt quibus ad portas cecidit cuſtodia ſorti. Vbi Seruius, Sorti, ex ſorte. nam aduerbium eſt, quod traxit à militia.
¶ Sortitò, pen. prod. (κατὰ κλῆρον) Aliud aduerbium, Ex ſorte, uel per ſortem. Plaut. Merc. 4. 25, At ibi ſortitò id obtigit. Idem Caſin. 9. 37, Mihi ſortitò ut eueniat. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 8. 25, Cum imperio in prouincias pro Prætore mitti oporteret, eos ſortitò in prouincias mitti placere. Cic. pro Seſtio, 117.
Sortitò dicere. Cic. 6. Verr. 125.
Sortitò ſacerdotem capere. Cic. 4. Verr. 87.
Sortitò obtingere. Horat. Epod. 4. 1.
Sortacus] Vide Soracum.
Sortutillus] aliàs Scrutillus, aut Sartutillus, Venter ſuillus condito farre expletus. Paulus.

Soty] σῶυ, corpus metallicum ſimillimum niclam terræ, niſi quòd hæc denſior eſt & ſolidior, illud rarius, & fiſtuloſius. facultates habet eaſdem cum Chalciti & Miſy, aſtrictoriam uidelicet & cauſticani, craſſioris tamen eſſentiæ: unde & in metallis infimo loco naſcitur, ſua Chalciti nimirum quãdmodum chalcitis ſub Miſy. Eſt autem Sory tantùm foſſile, quod & temporis progreſſu in Chalatim commutatur, quemadmodum chalcitis in Miſy. Vulgus hodie, ut cætera ferè omnia eius generis, Vitriolum appellat.
Sos] pro Eos antiqui dixerunt. Feſtus. Ennius lib. 1, Conſtitit inde loci propter ſos dea dearum. Item, Circum ſoſq; ſuos magnæ gentes opulentæ. Et, Sis, pro Suis. Ennius, Sis oculis.
Soſandra] σωσανδρα, inſula Cretæ adiacens, ita dicta, quòd incolas ſuos à ui Lyctiorum ſeruarit incolumes. Stephanus.
Soſianus] Apollinis cognomen, cuius Romæ erat ſtatua è Cedro ex Seleucia aduecta, teſte Plinio lib. 13. cap. 5.
Soſias] ſiue Soſia (σωσίας) Philoſophus quidam impius, qui ſublata penitus prouidentia, omnia temerè ferri aſſerebat: quo in errore & Euhemerum, Diagoram, Hipponem & Epicurum uerſatos accepimus. Eſt item hoc perſonæ protaualæ nomen in Terentiana Andria.
Soſibius] σωσίβιος, grãmaticus Lacedæmonius, cuius meminit Suidas. Fuit & alter Soſibius, homo aſtutus, qui ſub tutoris nomine aſſumpto Ptolemæi regnũ inuaſit, & Lyſimacho Arſinoes filio machinatus eſt necem.
Soſicles] σωσικλῆς, patria Syracuſius, poeta tragicus circa nouiſſima Philippi Amyntæ filij tempora, unus ex ijs, quos à ſyderis nomine, quòd ſeptem numero eſſent, Pleiadem appellarunt. Docuit fabulas ſeptuaginta tres, uictorias retulit ſeptem. Suidas.
Soſigenes] σωσιγένης, Aſtrologus inſignis fuit, cuius opera uſus eſt Cæſar, cum annum ad Solis rationem rediget. Plinius lib. 18. cap. 25.
Soſij] σόσιοι, Bibliopolæ olim erant celeberrimi, quorum meminit Horat. de Arte, 70, Hic meret æra liber Soſijs. Idem 1. epiſt. 21. 1. Alloquitur librum ſuum.
Soſimenes] author nobilis, de herbarum uiribus ſcripſit. Citatur à Plinio lib. 20. cap. 17.
Soſipater] pronomine Flauius, nobilis Grammatici nomen, è Chariſto Eubœæ oppido, cuius meminit Suidas. Huius libri quatuor Inſtitutionum Grammaticarum ad nos, ſed mutilè peruenerũt: quos Frobenius Baſilienſis, Fabricij ſtudio nuper in lucem emiſit. Antonianus.
Soſipatra] pen. corr. (σωσιπάτρα) Fœmina ac uates doctiſſima è Libya, uxor Aedeſij ſophiſtæ, educata dicitur à quibuſdam numinibus. Author Eunapius.
Soſipolis] σωσίπολις, Dæmon, ſeu genius cultus fuit ab Eleis, quòd urbem, Arcadibus ſeruarit: unde illi nomen. Pauſanias in Eliacis alteris: Nam cùm bellum eſſet inter Eleos & Arcadas, & Eleos Arcadas urgerent, fortè accidit, imminentibus Arcadibus, mulier cum infante ſe Eleis obtulit, ſeq; monitam ait, ut eis cum infante, quem ſinu gerebat, opem ferret: eiúſq; puerulum exhibuit, quem illi prima parte campi depoſuere: irruentibus uerò Arcadibus, eis uiſus is non puerulus, ſed ſerpens: qui territi retrocedere cœperunt. Inſequentes uerò Elei Arcadas fuderunt, & uictoria potiti ſunt. Hinc ab Eleis templum excitatum eſt, ubi ſeſe ſerpens uiſus etiam recipere: & Deus ab euentu liberatæ urbi Soſipolis Deus uocatus eſt. Sed & ibidem Illibyæ ara erecta eſt, ſeu ab ipſa Soſipolis eſſet producta, quem puerili ſpecie effingebant, Chlamyde ſtellata indutum, & manu

& manu altera continens Cornucopiæ, quale scilicet Fortuna gestare solet. Sospoli rem diuinam eius templi antistes faciebat, caput et faciem albo obtecta uelamine, si quæ ipso templi aditum ingrediebatur. Hinc deniq; deo maxima; omnia sua deferebantur negotia, maximumq; eis iusiurandum erat. De Ioue Sospoli nuncupato, Strabo lib. 14. scribit, & Lilius in Ioue. Item Syntag. 1. Histor. deorum.

Sositheus] σοσίθεος, poeta tragicus, patria Syracusanus, aut ut alij uolunt, Athenienſis: quanquam non desunt, qui ex Alexandria Troadis ortum malunt: unus ex ijs, quos Pleiadas appellarunt, quòd ad instar Pleiadum septem numero essent: Homeri tragici æmulus. Suidas.

Solpes] sospitis, pen. corr. com. gen. (σάος, σῶς) quanuis sospita fœminino habeat, Non solùm significat eum qui seruatur, id est saluus est: sed etiam eum qui seruat. Vnde Ennius sospitem pro seruatore posuit. Plaut. Asin. 3. 2.

Superesse uitæ sospitem & superstitem, &c. Idem capite 13. 104.

Modò in portu Philopolemum uiuum, saluum & sospitem Vidi. Liu. 1. ab Vrbe, lib. 2. 60, Sospites q; omnes Romã ad propinquos restituit.

Natus sospes. Virg. 11. Aeneid. 12.

Cursu sospite mutare lares. Horat. in Carm. seculari, 8.

Domus sospes ab incursu. Ouid. 10. Metam. 81.

Nauis sospes ab ignibus. Horat. 1. Carm. ode 37. 3.

Iuuenes sospites. Horat. 3. Carm. ode 14. 2.

¶ Sospita, sospitæ, pen. corr. fœm. gen. Cicer. pro Murœna, 81, Nolite à sacris patrijs Iunonis sospitæ, cui omnes Consules facere necesse est. Idem 1. de Nat. deor. 111.

¶ Sospitalis, & hoc sospitale, pen. prod. (σωτηριώδης) Qui sospitem facit. Plaut. Pseud. 5. 19,

—quis est qui moram occupato moleſtam obtulit. P. qui tibi Sospitalis fuit.

¶ Sospito, sospitas, pen. corr. (σάω) sospitare, incolumem seruare. Plaut. Merc. 19. 28,

Peristrata di tibi unicum gnatum sospitent. Idem Asin. 12. 93,

Quæso hercle Litane, scis herum tuis factis sospitari. Liuius 1. ab Vrbe, 66, Pacem precibus exposcunt, uti uolens propitius suam semper sospitet progeniem.

Sostratus] Gnidius, Is est qui Pharum in Pharo, saluti nauigantium consulens posuit. Strabo lib. 17, Ipsumq; insulæ promontorium est petra quædam, mari circumluta, quæ turrim habet, multis tabulatis excelsam, & albo lapide mirificè structam, eodem nomine quo insula. Eam Sostratus Gnidius regum amicus posuit ob nauigantium salutem, ut epigramma declarat,

Sostratus Gnidius Dexiphanis filius.
Dijs seruatoribus pro nauigantibus.

Sostratus, sculptor, qui ex ære signa faciebat. Plinius libro 36. capite 12.

Sostratus, etiam uates quidam fuit, qui per furorẽ Græcis multa prædixit. Nam Bacchis Nausius & Sostratus, Atheniensibus Xerxis aduentum prædixerunt, ut est author Herodotus. Sostratus item Sicyonius, cognomento Acrocherſites; ut scribit Suidas.

Sosus] Strator pauimentorum industrius apud Plinium libro 36. cap. 25.

Sotades] σωτάδης, Maronites Poeta fuit turpißimi carminis author, in quo omnes nefandarum libidinum refert species. Hoc carminis genus, sumpto nomine ex argumento, Cinædos inscripsit. Suidas.

Sotadeum] σωτάδειον, carmen constat è quinque pedibus, primis duobus Ionicis à maiore, & tribus reliquis trochæis. Et quia Ionicus à maiore constat è duabus primis longis, & reliquis duabus breuibus, primus pes interdum soluta prima Ionici in duas breues, fit mesomacros, constans è media longa, & duabus utrinq; breuibus: soluta secunda, fit paropæon, constans è prima longa & quatuor breuibus. De hoc sic est Attilij Fortunatiani fragmentum: Primus spondeus, secundus pariambus, tertius spondeus, quartus pariambus, quintus tribrachys, sextus item tribrachys, ultimus spondeus. Et quo magis mirum uideri potest, totus sotadeus numerus è trochæis potest constare pedibus, & duo habet Ithyphallica metra, & unum trochæum pedem, &c. Vide Aldum in suis grammaticis.

Soter] soteris, penult. product. mascul. gener. (σωτὴρ) Cicero 4. Verrin. 109. Itaque eum non solùm patronum istius insulæ, sed etiam sotera inscriptum uidi Syracusis. Hoc quantum est? tanta magnũ, ut Latino uno uerbo exprimi nõ possit: is est nimirũ soter, qui salutẽ dedit. Vetus codex scribit per aspirationem, Sother.

Soter Bacchus. Cælius lib. 7. cap. 13, Bacchum legimus σωτῆρα nuncupatum Græcis, quòd eos in Mysia Telepho grassante, seruarit, obiecta fortè illi uite, quæ res ab dolo ut genus dicta Sphaltes est.

¶ Soteria, soteriæ (σωτηρία) Salus.

¶ Soteria, soteriorum (σωτήρια) Munera quæ conualescentibus ab amicis mittebantur. Mart. ad Sosibianum,

Aegrotas quoties, soteria poscis amicos, &c.

Sotericus] σωτήριος, uerſificator fuit ex Asso Troadis, qui Diocletiani encomium scripsit, Dionysiacorum libros duos, & alia nonnulla, quæ commemorantur à Suida.

Soteridas] Epidaurius, grammaticus, Pamphilæ doctißimæ mulieris pater, σωτηρίδας. Huius facit mentionem Suidas.

Sothericus] Artifex quidam fuit construendorum lectorum rudis & inelegans, à cuius nomine lecti Sotherici dicti sunt impoliti, à Seneca. meminit Turnebus.

Sotira] σώτειρα, urbs Arienorum ab Antiocho Seleuci filio condita. Stephanus.

Sotira obstetrix commemoratur à Plinio lib. 28. cap. 7. Tertianis quartanisq; febribus plantis ægri menstruo mulieris sanguine illitis, mederi solitam: maximè uerò, si æger subterlinatur ab ipsa muliere, & ignoranti efficaciorem quippe ea ratione medelam fieri.

Sozusa] σώζουσα, trium oppidorum nomen, quorum unum in Phœnice collocatur à Stephano, secundum in Pisidia, tertium in Aethiopia.

S P

Spaco] σπακώ, uxor fuit Mithridatis bubulci Astiagis Medorum regis, & nutrix Cyri: quæ uox, quoniam Medorum lingua canem significat, factum est, ut Cyrus sit creditus à cane nutritus. Herodotus lib. 1.

Spadix] spadicis, pen. prod. m. g. (σπάδιξ) quid sit declarat Gell. lib. 2. cap. 26. his uerbis, Et rutilus & spadix, phœnicei synonyma: qui factus Græcè noster est, exuberantiam, splendoremq; significat ruboris: quales sunt fructus palmæ arboris non admodum sole incocti: unde spadici & phœnicei nomen est. Spadica enim Dorici uocant auulsum è palma termitem cum fructu. Virg. 3. Georg. 17,

Spadices glauciq;, color deterrimus albis, &c.

¶ Spadisseus, a, um. Idẽ quod puniceus, siue baius, quod coloris genus in equis potißimùm cõmendatur (φοινίκεος) significantia quædam ruboris, splendorisq;, qualis cernitur in teremitibus palmarum, quæ spadices appellantur. Thiesius, in libello De coloribus.

¶ Spadicarius. Iulius Firmicus lib. 3. cap. 7, Faciet autem Saturnus, si sic positam Venerem forti radiatione respexerit, aut Spadicarios: aut textores, uel pigmentorum inuentores. hoc est spadicei coloris infectores, qui carus erat.

Spadix, Instrumentum musicum, Iulius Pollux author lib. 4. Meminit & Cælius lib. 9. cap. 4. Quintil. lib. 1. cap. 17. de Musica: sed qua laudes fortium canebantur, quaq; & ipsi fortes canebant (nam psalteria & spadices etiam uirginibus probis recusanda) sed &c.

Spado] spadonis, masculin. gener. (σπάω) dictio Græca, idem quod Eunuchus significans, nempe cui cremasteres sunt euulsi, id est, nerui quibus colei suspensi sunt. A σπάω, quod est euello, quòd ab eo pars maxima uirilitatis auferatur. Plin. lib. 21. cap. 37. 9, Defluuium capillorum in spadonibus non uisum.

Rugosis spadonibus seruire. Horat. Epod. 9. 3.

Spadonum genera sunt uaria: Castrati, qui penitus non arriguit, siue qui naturaliter sine testibus progeniti sunt, siue qui ante pubertatem omnino excisi. Thlasiæ, quibus testes fracti sunt. θλάω enim frango significat. Hi & θλαδίαι dicuntur. Thlibiæ, qui attritos eos habent. ἀπὸ τῆ θλίβειν. Eunuchi, qui τὴν σύνοψιν, id est, lectum uirginũ custodiunt. Dicti quòd bonæ sint mentis, ab οὖ & νόος, & à uenereis semotæ. His non solùm testes, sed & totus coles ipse amputari solebat. Sunt & quibus quum uterq; adesset, altero tamen exerti sunt. Castrari quoq; mulieres in Lydia repertum est. Hæ omnes species sub Spadonis appellatione comprehenduntur. Vide Alciatum de uerb. sig. in l. spadonum. & Iureconſ. l. si seruo. §. 2. de iure dotium.

Spadones, Surculi qui nihil adferunt. Colum. lib. 3. cap. 10. 12, Eiusmodi surculos, qui nihil attulerint, spadones appellant: quod non faccrent, nisi eos suspicarentur inhabiles frugibus: quæ & ipsa appellatio rationem mihi subiecit non eligendi malleolos, quamuis probabili parte uitis enatos, si fructum non tulissent, quanquam & hos sciam non in totum sterilitate affectos.

Spadonia laurus. Plin. lib. 15. cap. ult.

Spagas] Picæ genus. Plin. lib. 14. cap. 20, In Asia, quæ fit è Picea, admodum candida, Spagas uocatur.

Spalatra] σπαλάτρα, Magneſiæ oppidum apud Plin. libro 9. cap. 9.

Spalei] sunt populi circa Mæotim, authore Plinio libro 6. capite 7.

Spara] Vide Sparus.

Spargauium] herba est, folia habens gladioli instar, sed arctiora, & in terram magis procumbentia: in summo caule ueluti pilulæ prominent, in quibus semen. Ab alijs Sparganiam, aliquibus Xiphidion dicitur. Dioscorides lib. 4. cap. 21. apud Matthiolum.

Spargapises] σπαργαπίσης, fuit filius Tomyridis Massagetarum regine, qui captus à Cyro Persarum rege seipsum interfecit. Herodot. lib. 1.

Spargo] spargis, sparsi, sparsum (πάσσω, μεταπάσσω, συσσπάω, διασπορπίζω) spargere, Passim aliquid iactare, quasi per spacium aliquid agere. Plaut. Trucul. 8. 11,

—sparsisti Aquam: iam redijt animus. Virgil. 9. Aeneidos, 125,

Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.

Spargere se in aristas, dicitur herba, quando succrescit. Plinius lib. 12. cap. 12. 2, Cacumina in aristas se spargunt. Idem lib. 3. cap. 9. 2, Differt, quòd in brachia ramorum spargitur. Id, est expanditur.

Spargit se in amnem Mosam Rhenus. Plin. lib. 4. cap. 15.

Sparserant se toto passim campo. Liu. 7. bel. Maced. 82.

In fluctus spargere aliquẽ, Proijcere in fluctus. Virg. 3. Aen. 121.

Spargere per. Virg. 3. Aeneid. 26,

—niueamq; Paron, sparsaq; per æquor Cycladas.

Sparsi per agros & per uias. Liuius 9. bel. Pun. 16. Et libro 9. ab Vrbe, 118.

Comæ canæ sparguntur per caput omne. Ouid. 2. de Arte, 16.

Arenam spargere pedibus. Virg. 3. eclog. 18.

Auxilium toto spargit in orbe suum. Ouid. de Nuce, 30.

Bellum spargere per æquora. Lucan. lib. 2. 135.

Solis equi sparsere diem. Silius lib. 5. 11.

Fama spargitur in turmas. Stat. 9. Theb. 7.

Flammas per nubila spargit Iuppiter. Ouid. 3. Fast. 57.

Flores spargere. Virg. 6. Aeneid. 177.

Spargere humum folijs. Virg. 5. eclog. 8,

Spargite humum folijs, inducte fontibus umbras. Id est, implete. Seruius.

Eurus spargens naufragium. Sil. lib. 10. 65.

Nebulam spargere stellis candidis. Hor. 3. Carm. ode 15. 1.

Fama sparserat nomen per urbes. Ouid. 8. Metam. 54.

Semen spargere. Cic. pro Rosc. Amer. 29. Id est, seminare.

Humo spargere semina. Ouid. 5. Metam. 130.

Suspiciones quàm maximè uariè spargere. Quintilian. lib. 7. cap. 3. 10.

Terram spargere imbribus. Seneca de Benef.

Voces ambiguas spargere in uulgus. Virg. 2. Aen. 20.

Vulcanum spargere totis tectis. Virg. 7. Aen. 16.

Spargere, Guttatim infundere, & miscere. Virg. 12. Aen. 68,

—spargit rapida ungula rores
Sanguineos. Idem lib. 4. 97,
Spargens humida mella, soporiferumq; papauer. Ex Seruio.

Spargere, Madefacere. Lucil. lib. 19,

Latere pendens, fuxa spargens tabo, Sanie, & sanguine atro. Sic Cic. 1. Tusc. 172, Vnde aspergere dicimus. Solebant enim ueteres aqua corpus purgationis causa madefacere, dijs inferis sacrificaturi.

Spargere corpus aqua. Virg. 6. Aen. 127,

Occupat Aeneas aditum, corpusq; recenti
Spargit aqua: ramumq; aduerso in limine figit.

Ora spargunt lachrymis. Lucret. lib. 2. 195.

Spargere uenena. Cic. 2. Catil. 42, Sed etiam ſicas uibrare, & spargere uenena didicerunt.

Spargere, Diuidere: ut, Genus in multas species se spargens. Hoc est, diuisum. Plin. lib. 21. cap. 8. 1.

Spargere, Complere. Virg. 9. Aen. 92,

Et iam prima nouo spargebat lumine terras. Idem 4. Aeneidos, 117.

¶ Spargendus, Participium (σπαρτέος) ut,

Ignis spargendus. Senec. Herc. Oet. 1015. 11.

Membra spargenda procellis dare. Lucan. lib. 5. 137.

¶ Sparsus (πεπασμένος) Aliud participium. Terentius Heauton. 5. 5. 18,

Rufam ne illam uirginem cæſiam, sparso ore, adunco naso?

Sparsus albo. Virg. 2. eclog. 9,

Præterea duo, nec tuta mihi ualle reperti
Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo, Vbi Seruius, Sparsis pellibus albo, Qui habent adhuc maculas à prima ætate uenientes. Accessu enim temporis mutant colorem: & eorum maculæ esse gratiæ minoris incipiunt.

Tempora sparsus raris canis. Ouid. 8. Metam. 114.

¶ Sparsus, nomen (πεπάσσος, ανωγές) Plin. lib. 26. cap. 34. 3, Item selenitium, cuius est minor acinus, sparsior racemus.

Arena sparsa. Virg. 3. Georg. 47.

Capilli sparsi. Propert. lib. 2, eleg. 1. 2.

Corpus ſparſum Senatus. Lucan. lib. 7. 559.
Humerus ſparſus capillis. Hor. 3. Carm. ode 20. 3.
Humus ſparſa cæleſti rore. Ouid. 1. Faſt. 63.
Manus ſparſæ cruore. Virg. 4. Aeneid. 133.
Sparſæ manus. Plin. lib. 7. cap. 17. 1. *Veius exemplar habet, Paßis manibus.*
Sparſæ humanitatis ſale literæ. Cic. ad Attic. lib. 1. 8. 1.
Veſtigia ſparſa ſunt laceri currus. Ouid. 2. Metam. 64.
¶ *Sparſio, ſparſionis*, Verbale, *Actus ſpargendi, de qua ſic Statius,*

Hunc rorem ueniens profundit Eurus
Quicquid nobile Ponticis nucetis
Fœcundis cadit aut iugis Idumes:
Quod ramis pia germinat Damaſcus. Subijcitq́;,
Non tantis Hyas inſerena nymbis
Terras obruit, aut ſ. luta Pleias. Iterum,
Dines ſparſio quos agit tumultus? Turnebus.

¶ *Sparſim*, Aduerb. (σποράδην) *Huc atq; illuc.* Plin. lib. 36. cap. 7. 2, *Auguſtum undatim criſpum in uertices, Tiberium ſparſim conuoluta canitie.* Gell. lib. 11. cap. 2, *Præterea ex eodem libro Catonis hæc etiam ſparſim & interciſe commeminimus.*
Spari] *Teli genus apud antiquos, ut uult* Gel. li. 10. cap. 25.
Sparta] Spartæ (σπάρτη) & Spartæ, Spartes, *Eadem eſt quæ &* Lacedæmon, *urbs Laconiæ in Peloponneſo, à Sparto Phoronei filio, qui eam condidit, appellata Sparta. Fuit autem ciuitas Græciæ inſignis, quæ diu cum Athenienſibus grauia bella geßit, quæ Lycurgi legibus optimè inſtituta fuit.* Virg. 3. Georg. 81.

Veloces Spartæ catulos, acremq́; moloſſum
Paſce ſero pingui.

Animoſa Sparte. Stat. 5. Sylu. 3. 22.
Immunita Sparte. Ouid 10. Metam. 34.
Nobilis Sparte. Senec. Theb. 26.
Potens Sparta. Stat. 1. Achil. 81.
Ab ea dicti ſunt Spartiatæ, Spartæ, & Spartani. Spartiatas legimus in libris Machabæorũ Romanis fuiſſe confœderatos.
Gens Spartana. Ouid. 3. Metam. 42.
Virgo Spartana. Virg. 1. Aen. 64.
Spartacus] pen. corr. (σπαρτός & ἄγω) *Famoſus gladiator fuit, ut ſcribit Appianus lib. 1. ex Thracia oriundus, robore animi & corporis præſtans, qui unà cum Chyſo & Oenomao, effracto Lentuli ludo gladiatorio, cum ſeptuaginta gladiatoribus erupit Capua, manuq́; ſeruorum congregata, quaſi iuſto exercitu comparato, bellũ ingens excitauit: ſed victus à Craſſo fuit, de quo* Lucan. lib. 2. 110,

Vt ſimili cauſa caderes, qua Spartacus hoſtis. Vide *Appianum.* Cic. 4. Philip. 162, *Eſt igitur Quirites, Populo Rom. victori omnium gentium, omne certamen excurſore, cum latrone, cum Spartaco.*
Acer Spartacus. Horat. Epod. 16. 1.
Vagans Spartacus. Hor. 3. Carm. ode 14. 4.
Spartio] σπάρτιον, *Promontorium eſt Sithoniæ in Thracia, nobile Orphei natis origine, quod multi Sperchium eſſe uolunt.* Stat. 1. Sylu. 6. 14,

Iam noctis propioribus ſub umbris
Dites Spartio, quos agit tumultus?

Spartopolios] σπαρτοπόλιος, *ſignificat caniciem. Sed in Tragœdia, uirili ſpecie, nigra ac ſubpallida: in Comœdia uerò muliebri erat habitu perſona. Nam inter perſonas tragicas & comicas (ut ait Iulius Pollux) numerantur Polia & Spartopolios. Polia (inquit) erat anus, ætate dignitateq́; cæteris anteſtans.*
Spartum] *ſparti, ſiue Spartium* (σπάρτιον) Dioſcoridi *lib. 4, Id eſt, quod noſtri geniſtam appellant, fortaſſis quis genus modo flexilis ad nexus ſit, uel quia genibus medeatur dolentibus. Eſt & aliud ſparti genus, quod in Hiſpania naſcitur, de quo* Plin. lib. 19. cap. 2. 1. Idem lib. 24. cap. 9. 8, *Geniſta quoq; uinculi uſum præſtat. Flores apibus gratiſſimi. Dubito an hæc ſit, quam Græci authores ſparton appellauere, quum ex ea lina piſcatoria apud eos fáctitari docuerim: & unquid banc deſignauerit Homerus, quum dixit,* Nauium ſparta diſſoluta. *Nondum enim fuiſſe Africanum uel Hiſpanum ſpartum in uſu, certum eſt. Et quum ſutiles fierent naues lino, tamen, non ſparto unquã ſutas. Semen eius quod Græci eodem nomine appellant, in ſiliculis phaſeolorum modo naſcens, purgat ellebori uice, drachma & dimidia pota in aquæ mulſæ cyathis quatuor ieiunis.*
Sparto fiebant funes nautici. Liu. 2. bel. Pun. 89.
¶ *Spartarium, ſpartarij* (σπαρτίον) *Locus in quo ſpartorum frequentia eſt, uel ſpartis conſitus.* Plin. lib. 11. cap. 8. 1, *Falsò excipitur ſpartum, quippe cùm in Hiſpania multa in ſpartarijs mella herbam eam ſapiant.*
¶ *Spartetus*, Adiectiuum (σπαρτινός) *Sparto compactum & compoſitum.* Colum. lib 6. cap. 12. 1, *At ſi iam in ungulis eſt, inter duos ungues cultello leuiter aperies. Poſtea lunamenta ſale atq; aceto imbuta applicantur, ac ſolea ſpartea pes induitur. Id eſt, iuncea, uel ex ſparto facta.*
Spartei funes. Cato cap. 3. 3.
Spartea ſporta. Colum. lib. 12. cap. 6. 1.
Spartee urnæ, & ſpartee amphoræ. Cato cap. 11. 2.
Sparus] *ſpari, maſc. gen. uel Sparum, neut. gen. Telum ruſticum in modum pedis recuruum, ut ait Seruius. Eſt & militare quoq;, ut in ſequentibus exemplis patet.* Virgil. 11. Aeneidos. 137,

Agreſtiq́; manu amat ſparus. Saluſtius, Sed ex omni copia circiter quarta pars, militaribus armis inſtructa, cæteri utut quoſque caſus armauerat, ſparis aut lanceis, alij peracutis ſudes portabant. Feſtus, Sparus minimi generis ſunt iacula, à ſpargendo dicta, quòd paſſim pugnando ſpargerentur. Lucilius,

Tum ſpara, tum muricis portantes, tragula porrò.

Spaſmus] *ſpaſmi: ſiue Spaſma, ſpaſmatis, neut. gen.* (σπασμός) *Contractio neruorum, rigor, ſiue diſtenſio, conuulſio.* Plin. lib. 22. cap. 8. 2, *Item ex muſa auxiliatur renibus, ſtrãguriæ, opiſthotonicis, ſpaſmis, lumbis. Idem lib. 20. cap. 22. 7, Ruptis, conuulſis, ſpaſmatum neruis ſalutare. Quo loco Hermolaus admonet ex ueteri lectione legendum, Ruptis, conuulſis, ſpaſticis neruis.*
¶ *Spaſticus, pen. corr. Adiectiuum* (σπαστικός) *Dicitur cui aliquid intus conuulſum eſt.* Plin. lib. 21. cap. 19. 10, *Radicem decoctam bibere ſpaſticis, cuerſis, conuulſis, ſuſpirioſis ſalutare eſt. Sic lib. 23. cap. 1. 36.*
Spatha] *ſpathæ* (σπάθη) *Longior enſis, ac latior à quibuſdam eſſe dicitur: à* σπάω, *ſcindo, uel dilacero: uel à* σπάω, *quod euello ſiue euagino ſignificat.* Apuleius, *Et militaris ſacramenti genium ob amiſſam ſpatham uerebatur. Vegetius gladios maiores, ſpathas uocari docet: minores uerò, ſemiſpathas.*
Spatha etiam dicitur qua cocturæ in uaſis permiſcentur & agitantur. Plin. lib. 23. cap. 7. 23, *Permiſcentes ſpatha coquebant. Sic in uetuſto codice, & in omnibus. Apud Celſum ſpatha ſæpe legitur. Hæc* Budæus. Colum. lib. 12. cap. 22. 1, *Deinde permiſceto ſpatha lignea.*
¶ *Spathula, ſpathulæ. pen. corr. Diminutiuum* (σπάθιον) Celſus lib. 8, *At ſi uaſtius corpus, neruiue robuſtiores ſunt, neceſſaria eſt ſpathula lignea, & quæ craſſitudinem duorum digitorum habeat. Quidam Rudiculam uocant.*

Spathe]

Spathe] *ſpathes* (σπάθη) Genus *arboris*, Plinius *libro* 12. *capite* 28. 2.
Spathe, Ramus palmæ Theophraſtus *corticem palmæ uocat.* Plin. lib. 16. cap. 26, *Palma ſola (ut dictum eſt) in ſpathis habet fructum, racemis propendentem. Idem lib.* 23. *cap.* 5. 1, *Palma, ſiue elate, ſiue ſpathe, medicinæ conſert germina, folia, corticem.*
¶ *Spathalium* (σπαθάριον) Diminut. *Palmæ ramulus cum dactylis dependentibus: de quo eſt Martialis epigramma, lib.* 13. 27.
Spathalium, Ornamentum muliebre inter delicias mulierũ annumeratum. A' uerbo Græco σπαθάω, *ſiue* σπαθαλάω, *quod ſignificat delicias ago & laſciuio.* Plin. lib. 13. cap. 25. 6, *Iuba tradit circa Troglodytarum inſulas fruticem in alto uocari iſidos plocamon, corallio ſimilem ſine foliis, præciſum mutato colore in nigrum diuerſcere. Quum cadat, frangi. Item alium qui uocetur charitoblepharon, efficacem in amatorijs. Spathalia eo facere & monilia fœminas.*
Spatium] *ſpatij* (διάστημα, διωρία, ἐπάστημα; χώρους) *non ſolùm de loco dicitur, ſed etiam de tempore.*
De loco. Cic. 2. de Nat. deor. 70, *Sydus ſpatijs immutabilibus ab Ortu ad occaſum commeans. Et* 1. de Orat. 15, *In ambulationem uentum eſſe dicebat, tum Scæuolam duobus ſpatijs tribusq́; factis dixiſſe, &c.*
Diſcrimina ſpatij. Ouid. 8. Metam. 116.
Interius ſpatium, pulcherq́; receſſus. Ouidius 7. Metamorphoſ. 176.
Aduerſa ſpatia. Virg. 5. Aeneid. 117.
Defertum ſpatium. Lucret. lib. 1. 219.
Diſtans ſpatium. Quint lib. 2. cap. 20. 3.
Extremum ſpatium. Virg. 5. Aen. 66.
Immenſum & enorme ſpatium. Tacit. in uita Agricolæ.
Maxima campi ſpatia. Virg. 3. Georg. 41.
Multiplex loci ſpatium. Lucret. lib. 2. 33.
Mediocre ſpatium. Vide *Mediocris in*, Medius.
Remotum ſpatium. Ouid. 2. de Arte, 98.
Sylueſtria ſpatia. Cic. 1. de Legib. 22.
Tritum ſpatium. Ouid. 2. Metam. 34.
Abeſſe ſpatio, tranſitu, paſsibus, &c. Vide Abſum.
Addere ſe in ſpatia. Virg. 1. Georg. 103.
Complere ſpatium. Lucan. lib. 5. 13.
Conficere uiam ſpatijs. Virg. 2. Georg. 109.
Corripere ſpatium. Vide Corripio.
Iniquis ſpatijs diſcluſus. Virg. 4. Georg. 30.
Aequali ſpatio diſtare. Ouid. 8. Metam. 50.
Pari ſpatio diſtare utrinq́;. Ouid. 10. Metam. 35.
Emetiri ſpatium oculis. Virg. 10. Aen. 155.
Eluadere ſpatium. Virg. 12. Aen. 182.
Facere ſpatium. Quint. lib. 1. cap. 10. 32.
Patenti ſpatio inſurgere. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 16.
Interſtincta ſpatia columnis. Stat. 3. Sylu. 5. 18.
Ampla ſpatia uacuis laxantur locis. Senec. Here. fur. 9. 12.
Nobilitata ſpatia Academiæ. Vide Nobilis.
Notata inſcriptis lapidibus ſpatia. Quintilianus *libro* 4. *capite* 6. 16.
Porrigere membra in ſpatium. Ouid. 2. Metam. 40.
Planis ſpatijs porrectus locus. Hor. 1. epiſt. 7. 9.
Relicto ſpatio ſequi aliquem: id eſt, poſt interuallum ſpatij. Virgil. 5. Aen. 65.
Tenere ſpatij aliquid. Ouid. 1. Metam. 89.
Viæ ſpatium terret. Ouid. 8. Metam. 161.
Tranſcurrere ſpatium. Lucret lib. 2. 33.
Infinitum uacat ſpatium. Idem lib. 2. 210.
Spatium unum baſilicæ. pro Vno uerſu ambulationis. Cic. *pro Murænd, 94. de ſectatoribus loquens, A' quibus ſi domus noſtra celebratur, ſi interdum ad forum deducimur, ſi uno baſilicæ ſpatio honeſtamur, diligenter obſeruari uidemur, & coli.* Budæus.
De tempore, ut Spatium cogitandi. Terent. Phorm. 4. 4. 20,

Spatium quidem tandem apparandis nuptijs,
Vocandi, ſacrificandi dabitur paululum.

Idem And. 1. 2. 11. Cic. 1. Offic. 166, *Spatium etiam deliberandi habuerunt, quem, &c.*
Spatium, & tempus dare. Cic. pro Quintio, 2.
Spatium ad. Cic. 4. de Finib. 1, *Aut ſpatium ſumamus ad cogitandum.* Plaut. ad Ciceronem, lib. 20. 23. 8.
Ad diſturbandas nuptias cogitandi ſpatium. Vide Ad præpoſitionem.
Spatium, pro Curriculo. Lucret. lib. 4. 241,

— *ſolicitat ſpatium decurrere amoris.*

Spatium & curriculum. Cic. de Amicit. 38, *Deflexit enim iam aliquantulum de ſpatio curriculoq́; conſuetudo maiorum. Idem in Orat. 6, Fateor me oratorem ſi modò ſim, aut etiam quicunq; ſim, non ex rhetorum officinis, ſed ex academiæ ſpatijs exitiſſe: illa enim eſſe curricula multiplicium, uariorumq́; ſermonum. Idem pro Rabir. Perduel. reo, 3. Meq́; ex comparato & ſpatio defenſionis, in ſemihoræ curriculum coegiſti.*
Spatium uitæ. Cic. pro Archia, 21, *Si quibus regionibus uitæ ſpatium circunſcriptum eſt, &c.*
Spatium temporis præteriti reſpicere. Cic. pro Archia.
Trium dierum ſpatium ante Calend. Cic. 4. Verr. 67.
Biennij ſpatio. Cicero ad Quint fratrem, *libro* 1. 1. 20, *Qui tibi biennij ſpatio nunquam in ſuſpicionem auaritiæ uenerit.* Liuius 1. ab Vrbe, 71, *Quinque dierum ſpatio finierunt imperium.*
Spatium & longinquitas uitæ. Plin. lib. 7. cap. 48. 1.
Sine fine ſpatium. Lucret. lib. 2. 191.
In medio ſpatio. Cic. 3. de Orat. 4.
Spatium annuum. Plin. lib. 9. cap. 10. 3.
Breue ſpatium. Lucret. lib. 2. 16.
In tam breui ſpatio. Vide In præpoſitionem.
Diurnum & nocturnum ſpatium. Cic. 1. de Inuent. 55.
Longo ſpatio. Cic. 2. Offic. 119.
Longius ſpatium anno. Ouid. epiſt. 17. 5.
Medium noctis ſpatium. Ouid. 9. Metam. 138.
Paruum ſpatium. Propert. lib. 2. eleg 2. 59.
Velocis ſpatij meta nouiſſima. Senec. Troad. 5. 6.
Arcto ſpatio coercere aliquem. Ouid. 2. Triſt. 106.
Hoc interim ſpatio conclaue illud concidit. Cicero 2. de Orator. 192.
Dare ſpatium. Cic. 1. de Orat. 131.
Euaneſcit dolor ſpatio. Ouidius in Ibin, 9, *Spatio ſcilicet temporis.*
Habere ſpatium ad dicendum. Cicero 2. Verr. 34, *Etiam ſi ſpatium ad dicendum noſtro commodo, uacuoſq́; dies habuiſſemus.*
Intercedit ſpatium dum. Vide Intercedo.
Interiecto ſpatio. Vide Interiicio.
Interponere ſpatium. Vide Interpono.
Interpoſitum ſpatium longius æquo. Lucret. lib. 4. 114.
Occidit ſpatium. Vide Occido, pen. corr.
Breuis uitæ ſpatium ſortitus. Ouid. 3. Metam. 25.
Quum erit ſpatium, utrunq́; dabo. Cic. ad Atticum. Et Varroni lib. 9. 5. 4.
Sumere ſpatium ad aliquid faciendum. Vide Sumo.
Surripere aliquid ſpatij. Cic. Att. lib. 5. 10 4. 1.
Vitæ ſpatium tranſcribere alicui. Ouid. 7. Metam. 35.

Spatium hominum à uestigio ad uerticem, Mensura, dimensio altitudinis. Plin. lib. 7. cap. 17. 1.

Spatium, pro Mensura & temporib. pedum in carmine. Cic. in Orat. Trochæum autem qui est eodem spatio quo choræus, cordacem appellat. Quint. lib. 9. cap. 4. Poema nemo dubitauit perito quodam initio fusum, & auriũ mensura, & similiter decurrentiũ spatiorum obseruatione esse generatũ.

Spatium, pro Dilatione. Liu. lib. 8, Orabant ut rem in posterum diem differret: & iræ suæ spatium, & consilio tempus daretur. Budæus.

¶ Spatior, spatiaris (σπαταρτω, περιοτέω) spatiari, Deambulare. Virg. 4. Aen. 13,

Aut antè deùm pingues spatiatur ad aras. Cic. de Opt. gen. Orat. 145, Sed ita ut palæstricè spatiari in xysto liceat. Plin. lib. 5. cap. 9. 11, Per totam spatiatus Aegyptum. Ouid. 5. Metam. 115.

In umbra spatiari. Propert. lib. 4. eleg. 9. 10.

Palæstricè spatiari. Vide Palęstra.

Passibus coniunctis spatiantur ambo. Ouid. 11. Metam. 13.

Spatiari, metaphoricè, pro Latius uagari. Seneca de Ira, 3, Proderit morbum suum nosse, & uires eius antequam spatientur opprimere.

¶ Spatians, spatiantis, Partic. (περιπατῶν) Plin. lib. 57. cap. 8. 1, Petitur ex alto in centenos pedes actis plerunq; puteis ore angustatis, intus, ut in metallis, spartiante uena.

Flumine lato spatiantem Gangẽ bibit. Ouid. 5. Trist. eleg. 4. 5.

Brachia spatiantia compescere. Ouid. 14. Metam. 126. Brachia intelligit arborum aut uitium.

¶ Spatiatus, pen. prod. (περιπατητὸς) Participium: ut,

Littore curuo spatiata coniunx. Ouid. 3. Fast. 94.

¶ Spatiatorem (περιπατητὴν) pro Erratore posuit Cato, authore Festo.

¶ Spatiosus, pen. prod. Adiectiuum (εὐρύχωρος, εὐήλατος) amplum significat. Colum. lib. 6. cap. 2. 1. Idem lib. 5. capite 5. 3, Laxiora interordinia relinquenda: siue bidentibus angustiora: sed neq; spatiosiora quàm decem pedum, neq; contractiora quàm quatuor.

Aeuum spatiosum. Ouid. 8. Metam. 107.

Bellum spatiosum, Quod diu durat. Ouid. 13. Metam. 42.

Corpus spatiosum. Ouid. 3. Metam. 12.

Nox spatiosa. Ouid. epist. 1. 2.

Senectus spatiosa. Ouid. 12. Metam. 38.

Tempus spatiosum. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 17.

Theses ad exercitationem dicẽdi spatiosæ, atq; huberes. Quintil. lib. 2. cap. 4. 18.

Vetustas spatiosa. Ouid. 15. Metam. 125.

Aequo spatiosior. Ouid. 2. de Arte, 129.

¶ Spatiosè (εὐρυχώρως) spatiosius, spatiosissimè, Huberius, copiosius, diffusius. Spatiosius & huberius amplecti. Plinius epist. 62. ad Plin. maior lib. 25. cap. 8. 12, Et in Creta autem non spatiosè nascitur. Idem lib. 13. cap. 5. 24, Quoniam spatiosè fruticat. Propert. lib. 3. eleg. 20. 3.

Species] speciei, f. g. (εἰδέα, εἶδος, παλλωνὴ, σχῆμα, πρόσωπα) Effigies, facies, imago. Plaut. Bacch. 18. 40,

Bellan' uidetur specie mulier? Idem Mostel. 4. 23, Aim' alios meam speciem irridere? Idem Milite, 18. 20.

Accipere speciem. Vide Accipio.

Species & figura humana. Cic. pro Rosc. Amer. 38.

Species oris. Liu. 1. ab Vrbe, 96.

Specie ouorum. Plin. lib. 11. cap. 25. 1, Similiter his & scorpiones terrestres, uermiculos ouorum specie pariunt.

Species soli, Forma, & qualitas. Colum. lib. 2. cap. 2. 16.

Magnificæ species, cultusq; locorum. Stat. 3. Sylu. 5. 18.

Species urbis, pro Forma & situ. Plaut. Persa, 16, 84.

Animorum species uertuntur. Virg. 1. Georg. 84.

Decolor æris species. Vide Decolor.

Decore species. Vide Decorus.

Eximia pulchritudinis species. Cic. in Orat. 5.

Fœda specie teter. Lucret. lib. 2. 85.

Formosa & illustris species. Cic. 3. de Orat. 31.

Globosa species. Plin. lib. 37. cap. 10. 35.

Liberalis species. Cic. 1. Offic. 136.

Miranda species. Lucret. lib. 2. 207.

Misera & flebilis species. Cic. 11. Philip. 293.

Multiformes species. Vide post Multus.

Ouata species. Vide Ouatus in Ouum.

Sacra species. Seneca Octauia, 8. 11.

Semiferæ hominum species. Lucret. lib. 2. 141.

Serena species mundi. Lucret. lib. 4. 28.

Forma, notio & species uiri boni. Cic. 1. Offic. 107.

Præter speciem stultus es. Plaut. Mostel. 3. 2. 6. Hoc est, stultior quàm uel ex uultu appareat.

Speciem boni uiri præ se ferre. Cic. 2. Offic. 55.

Confingere quandam formam & speciem deorum. Cic. 1. de Natura deorum, 55.

Aetatis specie uti. Ouid. 5. Fast. 71.

Insidebat in eius mente species eloquentiæ. Cic. in Orat. 9.

Probabilis, idonea species honestatis. Cic. 3. Offic. 54.

Habere humanitatis speciem. Cic. 4. Tusc. 49.

Commouere animos aliquorum natura & specie. Cicero 2. Officior. 45.

Scurrantis speciem præbere. Horat. 1. epist. 19. 1.

Dissimuli specie uiuere. Lucret. lib. 2. 133.

Vera comitia adumbrata ad speciem & uetustatis usurpationem. Cic. 2. de lege Agraria, 42.

Intueri huius uitæ speciem. Cic. Lent. lib. 1. 9. 60.

Præsentare speciem alicuius rei, Referre, repræsentare. Plinius lib. 20. cap. 19. 3.

Sustinere alicuius dignitatem, non solùm consilio, sed ipsa specie. Cic. pro Domo sua, 2.

Speciem prisci iurisconsulti appellant, quod recentiores legis casum. Vlpianus in tract. donat. inter uirum & uxorem, s. sed interim. Quando itaq; non retro agitur, emergunt uitia, ut Marcellus animaduertit in specie huiusmodi. Paulus in tractatu 2. de legatis, c. largus. Proximè ex facto incidit species talis. Ibidem tamen, In hunc casum, inquit ille, ancillas substitutas uideri, in quem casum fideicom. mernerunt, ita quem contingit Fideicommiss. merer. Quintilianus thema uocat quasi facti positionem uel euentus. In hac igitur specie, signific at Quum ita contingit.

Species definitur à Dialecticis, ut sit quod dicitur de pluribus differentibus numero: ut, Homo est species sub qua comprehenduntur Socrates, Plato, &c. Cicero in Topic. 14, In diuisione formæ sunt, quas Græci εἰδέας uocant: nostri ipsi qui hæc fortè tractant, species appellant: non pessimè id quidem, sed inutiliter ad mutandos casus in dicendo. Nolim enim, ne si Latinè quidem dici possit, specierum & speciebus dicere: & sæpe his casibus utendum est: aut formis & formarum uelim, &c. Forma est notio, cuius differentia ad caput generis & quasi fontem referri potest. Idem 1. Academ. 45, Mentem uolebant rerum esse iudicem, solam censebant idoneam cui crederetur, quia sola cerneret id quod semper esset simplex, & unius modi, & tale quale esset. Hanc illi εἰδέαν appellabant, iam à Platone ita appellatam: nos rectè speciem possumus dicere.

Partes generis communione quadam similes, specie autem differentes. Cic. 1. de Orat. 93.

Obijci formæ, & offerre speciem. Cic. 1. de Diuin. 138.

Optima

Optima species, & figura dicendi. Cic. in Orat. 2.

Summæ species duæ, sicca & liquida. Plin. lib. 2. capite 7. 10. De resina.

Species, Demonstratio, simulatio, prætextus, & quasi uelamẽtum: cui res ipsa opponitur: Cic. de Amicitia, 43. Quæ est enim ista fecuritas? specie quidem blanda, sed re ipsa multis locis repudianda est.

Veri species. Horat. Serm. Satyr. 3. 41.

Species adulationis. Plinius epistol. 98. b. Tacit. libro 1, Sed Pompeium imagine pacis, & Lepidum specie amicitiæ deceptos.

Species rixæ. Liu. 1. ab Vrbe, 178.

Pietas inesse non potest in fictæ simulationis specie. Cicero primo de Nat. deor. 6.

In speciem, Aliter: hoc est, ipsa specie, ipso externo conspectu. Cicero 7. Verr. 69, Præclara classis in speciem, sed inops & infirma propter dimissionem propugnatorum atq; remigum.

In speciem preces iactantur, Simulatè. Liu. 4. ab Vrbe.

Per speciẽ legationis in Asiam ablegatus est, ut inuidiæ subtrahi retur. Plin. de Viris illustrib. 64. Liu. 9. ab Vrbe, Celata morte Tarquinij, per speciem alienæ fungendæ uicis, suas opes firmauit.

Accommodatus ad speciem. Vide Accommodo.

Adornari ad speciem. Vide Ad.

Excellentis eloquentiæ adumbrare speciem. Cic. in Orat. 25.

Deuincire aliquos specie clementiæ. Cic. 2. Philip. 121.

Speciem hosti abeuntis exercitus dedit. Quintilianus libro 2. cap. 17. 12.

Duci utilitatis specie. Quint. lib. 3. cap. 8. 3.

Speciem exercitus efficere. Cassius ad Cic. lib. 12. 13. 11.

Speciem habere gloriæ. Cicero ad Plancum, libro 10. 12. 13, Eidem, libro 13. 30. 1, Non dubito quin scias, in his necessarijs, qui tibi à patre relicti sint, me tibi esse coniunctissimum, non his modò causis, quæ speciem habent magnæ coniunctionis, sed ijs etiam quæ familiaritate & consuetudine tenentur.

Voluptas utilitatis speciem habere dicitur. Cic. 3. Offic. 165.

Habet interim aliquam speciem probationis. Quintilianus libro 3. cap. 7. 4.

Induere speciem latronis. Vide Induo.

Præbere speciem atq; opinionem pugnantium. Cæsar libro 4. Comment.

In speciem esse: id est, in decorum. Plaut. Mostel. 3. 2. 9,

—parant sedulò infirmitatem: & ut In usum boni, & in speciem populo sint, sibiq; & materiem Reparant.

Species, Aspectus, res uisa. Virg. 2. Aen. 82,

Non tulit hanc speciem furiata mente Chorœbus.

Flebilis species tacitæ aulæ. Claud. 3. de raptu Proserp. 30.

Species cœlestium. Liu. 1. ab Vrbe, 137.

Variæ illudunt species. Virg. 4. Georg. 82.

Eadem est in somnijs species eorum quæ uigilantes uidemus. Cic. 4. Acad. 95.

Vanæ finguntur species. Horat. de Arte, 2.

Mouerì falsa uisione & specie doloris. Cic. 2. Tusc. 73.

Species, in plurali, pro Aromatibus aliquãdo sumitur, sed obsoletum. Macrobius lib. ultimo Saturn. Species & acres & calidæ super faciem quam apponuntur, exulcerant. Martianus Cureonsul. Species pertinentes ad uectigal, cinnamomum, piper longum, piper album.

Resistentes species. Vide in dictione Adsero.

Species, pro Visionibus nocturnis. Liu. lib. 6. bel Pun. Pleraq; apud multitudinem, aut per nocturnas uisa species, aut diuinitus mente monita agebat.

¶ Specialis, & hoc speciale, pen. prod. (εἰδικὸς, ἰδικῶς) non tam particulare quàm proprium, & ueluti peculiare significat. Iulius Capitolinus, Macrianorum familiam id speciale semper habuisse, ut Alexandrum Magnum in auro atq; argento exculptum semper haberent.

¶ Speciatim, pen. prod. Aduerbium (κατ' εἶδος) Contrarium habet generatim. Cic. Post reditum in Senatu, 19, Multa de me C. Mesßinius & amicitiæ & Reipub. causa dixit, legem speciatim initio de salute mea promulgauit. Vetus exemplar legit, separatim.

¶ Specialiter, penultima corrept. Aduerbium, Idem (εἰδικῶς) Colum. lib. 3. cap. 9, Atq; de cura eligendi malleoli generatim præcepimus: nunc illud propriè specialiter. Quintilian. lib. 16. cap. 11. 1.

¶ Speciosus, pen. producta. Adiectiuum (εἰδεάμων, ὡραῖος, εὐειδὴς) Pulcher specie & forma. Plin. lib. 13. cap. 4. 15, Minus speciosæ, sed saporè caryotarum sorores. Idem libro 19. cap. 30. 2, Triticum quo celerius, eo speciosius & robustius. Celsus lib. 2. cap. 2, Si plenior aliquis, & speciosior, & coloratior factus est. Horat. 1. epist. 19. 11,

—— adde, uirilia quòd speciosius arma

Non est qui tractet.

Honore tituli speciosius. Ouid. ad Liuiam, 54.

Speciosa dictu. Liu. 1. ab Vrbe, 94, Sed si uera potius quàm dictu speciosa dicenda sunt.

Minus speciosa crimination. Quòd parum coloris & prætexti habet. Liu. 1. ab Vrbe. Budæus.

Habere iustas, magnas & speciosas causas. Cic. Att. lib. 334 8.

Eloquentia locuples & speciosa. Quintilianus libro 5. capite 14. 23.

Fabula speciosa iocis. Horat. de Arte, 65.

Frons speciosa altis cornibus. Ouid. 3. Metam. 4.

Iuuentus speciosa. Valer. 7. Argon. 112.

Mulier speciosa. Ouid. 3. de Arte, 85.

Miracula speciosa. Horat. de Arte, 30.

Nomina speciosa imponere culpæ. Ouid. 7. Metam. 14.

Speciosas personas accipere debemus clarissimas personas utriusq; sexus: item, eorum qui ornamentis Senatorijs utuntur. Hæc Iurisconsi.

Vlmus speciosa nitentibus uuis. Ouid. 14. Metam. 133.

Vocabula speciosa. Horat. epist. 2. 24.

¶ Speciosissimus, pen. corr. (ὡραιότατος) Senec. de Benef. lib. 3. ca. 7, Hoc enim speciosissimũ est in illo, quòd dedimus uel perditurì, quòd totum permisimus accipientium arbitrio.

¶ Speciosè (ὡραιῶς) Speciosius, speciosissimè, Aduerbium, Ornatè. Liu. 4. Maced. 34, Et equus tuus speciosius instratus erit, quàm uxor uestita.

Speciosè ingredi, Cum ornatu. Colum. lib. 2. cap. 2. 18.

¶ Specimen, pen. corr. Speciminis (τεκμήριον) Argumentum quoddam, & probatio, siue exemplar rei alicuius occultæ: quale est quod in mercibus emptori solet ostendi, ut in pannis uel degustatio in esculentis. Plaut. Mostel. 3. 3. 5,

Igitur tum specimen cernitur quò eueniat ædificatio.

Egregium specimen. Seneca Thebaid. 1. 16.

Specimen: id est, indicium. Cic. in Pisonem, 75, Damnatio ista quæ in te flagitatur, obstitit P. Rutilio, quod specimen habuit hæc ciuitas innocentiæ. Id est, exempli, ut dit Budæus. Idem 3. de Nat. deorum, 116, Cur temperantiæ, prudẽtiæq; specimen, ante simulachrum Vestæ Pontifex Maximus est Q. Scæuola trucidatus?

Populi artis iudicij specimen. Cic. de clar. Orat. 98.

Adhibere specimen. Vide Adhibeo.

Capere specimen. Cic. 1. Tusc. 50, Quid illud? nũ dubitas quin specimen naturæ capi deceat ex optima quaq; natura?

Capere specimen omnis affectus. Seneca Medea, 6.2.
Dare specimen. Virg. 2. Georg. 49,
Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara,
Tale dabit specimen, &c.
Dare aliquod specimen aliquibus. Cic. 1. Verr. 15.
Dare specimen, & sui periculũ facere. Idem, ibid. Vide Do.
Specimen in dolis dare. Vide Indoles.
Habeo hoc specimen probitatis illius. Plinius in Panegyr. 103. Vide specimen innocentiæ.
Esse aliquibus specimen. Cic. 3. de Leg. 14. & 42.
Sumere specimen. Plin. lib. 7. cap. 55. 4.
Specillum] Vide Speculum.
Specto] specis, spexi, spectum (σκέπτω) specire, apud antiquos in usu fuit, Quod Videre significat. Vnde augures specire, hoc est, inspicere aues dicebantur. Ennius,
Vos epulo postquam spexit. Plaut. Casin. 11. 2,
— nunc specimen specitur, nunc certamen cernitur.
¶ Spectio, spectionis, à specio uerbo antiquo. Varr. lib. 5. de ling. Latin. Et quod in auspicijs distributum est: qui habeãt spectionem, qui non habeant, &c.
Spectio, in auguribus ponitur pro aspectione & nunciato, quia omne ius sacrorum habent, auguribus spectio dunta xat, quorum consilio rem gererent magistratus, non ut possent impedire nunciando, quæ cum audissent satis spectio sine nunciatione data est. ut ipsi auspicio rem gererent, nõ ut alios impedirent nunciando Festus.
¶ Specito, specitas (σκοπέω) specitare, Frequentatiuum antiquum à Specio. Plaut. Cistel. 2. 81, — per Dionysia
Mater pompam me specitatum duxit.
¶ Specto, spectas (θεάομαι, ἐποπτέυω, ἐπισκοπέομαι) spectare, Aliud frequentatiuum, sæpe, seu fixè intueri. Plautus Amphit. 8. 118, — age, me huc aspice.
5. Specto. Apud eundem in Casina, 2. 6, Spectare fabulas. Cic. 3. Ver. 36, Spectantib. omnib. Terẽt. Eun, 5. 6. 18, Here ne me spectes: me impulsore hæc non facit.
Visere & spectare aliquid. Cic. 1. Tusc. 70.
Non semper dicere, sed spectare debemus Cic. Lent. lib. 1. 9. 87.
Oculis proteruis spectare aliquem. Ouid. epist. 16. 16.
Oculo in retorto spectare aliquid. Horat. 2. Carm. ode 2. 5.
Spectare ad aliquem. Ouid. 1. Metam. 126.
Intrò spectare. Vide Intrò Aduerbium.
Tergo spectari. Ouid. 3. de Arte, 154.
In omnem partem spectare. Quint. lib. 1. cap. 12. 2.
Spectat Græciã, pro Tendit in Græciã. Cic. ad Att. lib. 9. 188. 2.
Spectat orientem, & similia: pro Regione est, & uergit. Plin. lib. 6. cap. 17. 5.
Spectat ad: hoc est, uersus. Cic. 7. Verr. 133, Te iubere in ea parte figere quæ ad fretum spectaret. Cæsar 5. bel. Gal. 51.
Spectare in Meridiem, in uentum Fauonium. Cato cap. 1. 1. Varro 1. de re Rust. cap. 24. 1.
Spectare deorsum. Colum. lib. 12. cap. 16. 4.
Spectare & æstimare aliquem. Cic. pro Rosc. Comœd. 16.
Spectare aliquem ex bona uita, ex censu, &c. pro Considerare aliquem. Cic. pro Roscio Comœd. 20, Quem si tu ex censu spectas, eques Rom. est: si ex uita, homo clarissimus est: si ex te, iudicem sumpsisti: si ex ueritate, id quod scire potuit, & debuit, dixit.
Aliquem ex uocibus spectare. Cic. 5. Tusc. 46.
Spectare animum alterius ex suo. Terent. And. 4. 1. 22.
Vitam alicuius non ex oratione, sed ex moribus spectare debemus. Cic. in Sallustium, 2.
Aurum spectatur in ignibus, Probatur. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 5.
Spectare aliquem, Rationem habere alicuius. Cic. 2. Offic. 102, At uerò ille tenuis, quum quicquid factum sit, sese spectatũ, non fortunam, putat. Id est, Non ob gratiæ relationem expectatum beneficium sibi collatum arbitratur, quum diues aliter opinetur & potens. Budæus.
Si ad uitulam spectes, nihil est quod pocula laudes. De duobus poculis loquitur Damon, quæ fecerat illi Alcimedon. Virg. eclog. 3. 10.
Spectare à deteriore parte. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 28.
Ad suam gloriam magis, quàm ad cuiuspiam salutem spectare, Cic. pro Sestio, 29.
Non tam fastidiosè in nobis, quàm in histrionibus spectari puto. Cic. 1. de Orat. 135.
Rem, non hominẽ spectari oportet. Author ad Heren. lib. 1. 9.
Trademus quæ nos sequi in dicendo, quæq; maximè spectare solemus. Cic. 2. de Orat. 113.
Quid in iudicando spectare oportet. Cic. pro Milone, 11.
Spectare semper ut. Cic. Licinio lib. 5. 8. 8.
Virtus uetat, dum præstatur fides, fortunam spectare. Cic. 2. de Diuin. 118.
In iudice debet & fortuna et dignitas spectari. Cic. 1. Philip. 15.
In pactionibus faciendis legẽ spectare. Cic. Q. frat. lib. 1. 1. 52.
Iuuenes magna spectare, & ad ea rectis studijs contendere debent. Cic. 2. Offic. 63.
Nihil nisi sempiternũ spectare. Cic pro Rab. per. Iuel. reo, 22.
Spectare retro. Celsus lib. 7. c. p. 29.
Victoriam spectare. Quint. lib. 5. cap. 12. 17.
Acquiescere, intueri, & spectare. Cic. pro Deiot. 3.
Spectare uoluntatem alicuius, Diligenter considerare. Cicero 4. Verr. 23.
Propius spectare aliquid. Hor. 1. epist. 1. 14.
¶ Spectat (σκοπὸς ἐστι) Tendit, pertinet, aspirat: ut, Quò, uel quorsum spectat illud? Cic. 1. Tusc. 93, Quorsum igitur hæc spectat oratio? Idem 4. Acad. 258, Quò enim spectat illud, quum artificia tolli quereris à nobis, nisi ut opifices concitentur? Idem 3. de Finib. 5, Sed eorum definitiones paulum oppidò inter se differunt, sed tamen eodem spectant.
Quæ scripta sunt, eò spectant, ut te horter & suadeam. Cicero Valerio, 13. 4. 7.
Quid ista edicta ualeant, aut quò spectent, planè non uideo. Cicero Attico, 16. 334. 9.
Ad aliquid spectare. Quintil. lib. 2. cap. 4. 25.
Consilium eius ad bellum spectat. Cic. Attic. lib. 15. 323. 5.
Spectat ad concordiam. Cic. ad Sulpit. lib. 4. 2. 5. Et ad Terent. lib. 14. 5. 4, Ad arma rem spectare.
Sermo tuus ad perorandum spectare uidetur. Cicer. de claris Orator. 161.
Spectat res ad interregnum. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 18. 5.
Spectat ad rebellionem res. Liu. 4. bel. Maced. 204.
Spectat ad seditionem. Liu. 5. bel. Pun. 17.
Beneficia quæ ad singulos spectant, & ad uniuersos pertinent. Cic. 2. Offic. 106.
Spectat res ad uim. Liu. 1. ab Vrbe, 36.
Aliquid inquirere quod ad bene beateq; uiuendum ualeat & spectet. Cic. 2. Offic. 7.
Prima & media uerba ad ultimum spectare debent. Cicero in Orat. 116.
Spectat in unum exitum. Cic. 1. de Orat. 45.
¶ Spectari, Passiuum. Plaut. Sticho, 3. 59,
Vt facillimè spectatur mulier quæ ingenio est bono.
Spectare ne, pro Cauere. Plaut. Asin. 13. 33,
Spectandum ne cuiquam annulum det, neq; roget.
¶ Spectatur, impersonale. Plin. lib. 10. cap. 70. 1, Plausu cõgregari feros ad cibum, consuetudine spectatur. De piscibus.
¶ Spectando, Gerund. (ἐφ' ὁρᾶσθαι) Propert. lib. 3. eleg. 21. 1,
Crescit enim assiduè spectando cura puellæ.

¶ Spectatum, pen. prod. Supinum (παρὰ τὸ θεάσθαι) Horatius de Arte, 1,
Spectatum admissi risum teneatis amici?
¶ Spectatu, Supinum (ἐφορᾶσθαι) Cicer. 2. Offic. 54, Maximèq; admirantur eum qui pecunia non mouetur, quod in quo uiro perspectum sit, hunc dignum spectatu arbitrantur.
¶ Spectans, Participium (ὁρῶν πρόσωπον) ut,
Inuicem spectans ambos. Ouid. 6. Metam. 125.
¶ Spectandus, Participium (θεατέον) ut,
Oculis nigris spectandus. Horat. de Arte, 8. Plin. lib. 1. cap. 42, 3, Nec uulgaris pulchritudinis forma, quamuis non spectanda.
¶ Spectatus, pen. prod. (δοκιμασθεὶς, σύμβολον ἔχων) Particip. siue nomen ex Participio, Probatus, Cuius scilicet plurimum confiderata ac probata spectata iam uirtus est. Virgilius 8. Aeneidos, 31,
— sunt nobis fortia bello
Pectora: sunt animi, & rebus spectata iuuentus. Terent. Adelph. 5. 6. 5,
Nam is mihi est profectò seruus spectatus satis. Idem Andr. 5. 111,
Satis iam satis simo spectata erga te amicitia est mea.
Spectatus & cognitus in rebus iudicandis. Cic. 2. Verr. 18.
Spectatus in literis. Gellius lib. 13. cap. 20, Summa uir authoritate grauitateq;, & à diuo Hadriano in mores atq; literas spectatus.
Adolescentia spectata. Cic. post Red. in Senatu, 33.
Fabula spectata. Horat. de Arte, 39.
Fides nostra spectata est per mala. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 17.
Confugere ad fidem cognitam & spectatam. Cic. 1. Ver. 7.
Forma spectata. Ouid. 14. Metam. 131.
Omnium artiũ homo probatus & spectatus. Cic. 1. de Orat. 61.
In malis & magnis rebus singularis integritas spectata. Cic. 3. Philipp. 142.
Spectatæ integritatis uir. Liu. 6. bel. Pun. 254.
Medicus ignobilis, sed spectatus. Cic. pro Cluent. 35.
Pietas spectata. Ouid. 4. Fast. 8.
Virtus spectata belli domiq;. Horat. 2. epist. 1. 47.
Virtus nobilitata & spectata. Cic. pro Flacco, 49.
Vir maximus & spectatus. Cic. de Amic. 8.
Fortes & spectati uiri. Cic. 1. Verr. 13.
Spectatus & honestus uir. Cic. 5. Verr. 49.
Spectatissimus sui ordinis Potitius. Cic. 3. Verr. 96.
Fœmina spectatissima. Cic. pro Rosc. Amerino, 87.
¶ Spectatè, Aduerb. (σὺν δοκιμασίᾳ) Fœliciter, egregiè. Plin. lib. 21. cap. 1. 2, Flores uerò, odoresq; in diem gignit: magna, ut palàm est, admonitione hominum, quæ spectatissimè floreant, celerrimè marcescere.
¶ Spectatio, Verbale fœmin. (δοκιμασία) Cicero 5. Verr. 155, Ex omni pecunia quam aratoribus soluere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant. Primum pro spectatione & collybo: deinde pro nescio quo cerario. Hic probationem significat.
¶ Spectator, penult. product. spectatoris, masc. gen. (θεατὴς, θεάμων, κατόπτης, σκοπὸς, ἐφορατὴς) Qui ludos, aut aliud quidpiam, animi causa spectat. Plaut. Amphit. 19. 3, Nunc spectatores, Iouis summi causa clarè plaudite. Cic. 2. Offic. 36, Spectatores q; se otiosos præbuerunt Lenctricæ calamitatis?
Homo rerum superarum atq; cælestium spectator. Cicer. 2. de Natura deor. 210.
Ineptiarum alicuius constituere testem & spectatorem. Cicer. 1. de Orat. 56.
Superbi spectatoris fastidia. Horat. 2. epist. 1. 44.
Spectator, Probator. Terent. Eunucho, 3. 5. 18,
Quum ipsum me noris quàm elegans formarum spectator sim. Vbi Donatus, Spectator elegans est, qui sit cunctatis & fastidiosi iudicij: cui non quid placet facile. Spectator, probator, ut spectatores pecuniæ dicuntur.
Equorum spectator. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 1.
Auditor gloriæ, & spectator laudis. Cic. pro Domo sua, 51.
Laudum alicuius spectator. Cic. Curioni, lib. 2. 6. 6.
Officiorum cuiuspiam diligens spectator. Cic. de Petit. Cõs. 16.
Operum multorum spectator. Ouid. 12. Metam. 38.
¶ Spectatrix, pen. prod. spectatricis, Verbale fœm. (θεατρὶς) Plaut. Merc. 12. 12,
Diuûm atq; hominum quæ spectatrix atq; hera eadem es hominibus.
Scelerum spectatrix turba. Lucan. lib. 3. 26.
¶ Spectatiuus, pen. prod. Adiect. (θεωρητικὸς) Quint. lib. 3. cap. 5, Vt illa sit spectatiuæ partis, hæc actiuæ.
¶ Spectabilis, & hoc spectabile, pen. cor. (θεατὸς, ἀξιοθέατος) Spectatione dignum & admiratione uel etiam magni nominis. Apul. Iubet construi pulchrum & spectabilem currum. Plinius lib. 11. cap. 14. 1, Alibi enim sui cetera spectabiles gignuntur.
Ore placido spectabilis. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 16.
Campus spectabilis undiq;. Ouid. 3. Metam. 142.
Corpus spectabile, Quod uideri potest. Ouid. 3. Trist. eleg. 8. 7.
Facie spectabilis puer. Ouid. 4. Fast. 45.
Heros spectabilis. Ouid. 7. Metam. 101.
Opus spectabile. Valer. 1. Argon. 87.
Signum spectabile. Iuuen. Satyr. 8. 11.
Victoria pulchra & spectabilis. Tacit. in uita Agricolæ.
¶ Spectaculum, spectaculi, pen. corr. (θέαμα, θέατρον) Dicitur id quod spectatur, ut ludi, & alia id genus. Virg.
Nocte pluit tota, redeunt spectacula manè. Plin. in Panegyr. 74, Obtinuit aliquis ut spectaculum pantomimorum Pop. Romano tolli pateretur, Cic. 5. de Fin. 87, Vt pompa, ludis, atq; eiusmodi spectaculis teneatur, &c. Idem 3. Verr. 53, Constituitur in foro Laodiceæ spectaculum acerbum, & miserum, & graue toti Asiæ prouinciæ. Vide Miser. Liu. 1. ab Vrbe, 102, Itaq; ergo erecti, suspensiq; in minimè gratum spectaculum animo intenduntur.
Populi sensus maximè theatro & spectaculis perspectus est. Cic. Attico, lib. 2. 34. 4.
Acerbum spectaculum. Vide Acerbus.
Admiranda spectacula leuium rerum. Virg. 4. Georg. 1.
Annua spectacula. Ouid. 5. Fast. 59.
Apparatissimum spectaculum. Cic. 1. Philipp. 27.
Magnum spectaculum. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 4.
Scenæ spectacula amantur. Ouid. 3. de Arte, 71.
Concelebrare spectaculum. Vide Concelebro.
Excitatus est plausus ex omnib. spectaculis. Cic. pro Sest. 108.
Indicere spectacula. Vide Indico, pen. prod.
Circuitus Solis & Lunæ præbent hominibus spectaculum. Cicero 2. de Natura deorum, 233.
Rerum cælestium spectaculum ad hominem solum pertinet. Cicero 2. de Natur. deor. 210.
Spectaculũ, locus unde spectatur. Suet. De spectaculo excitatus descendit. Liu. Decad. 1. lib. 1. 160, Loca diuisa patrib. equitibusq;, ubi spectacula sibi quisq; faceret. fori dicti.
Resonant spectacula plausu. Ouid. 10. Metam. 233.
¶ Spectamen, penult. prod. spectaminis, Idem quod Specimen. Plaut. Menæch. 2. 1. 1, Spectamen bono seruo id est, qui rem herilem procurat, uidet, collocat.
¶ Specium, specij (σκῦλον) Instrumentum teres & parum, quo medici ad tentandum uulnerum ac fistularum uiam & profunditatem utuntur. Pacuuius, Vt medici faciunt, qui petius specio uulnus tentant.

Spectabilis, Spectaculum, Spectator, Spectatus, Specto] Vide Specio.

Spectrum] spectri (φάσμα, εἴδωλον) Spectra sunt quæ Græcè idola dicuntur: hoc est simulachra & imagines rerum intellectui occurrentium. Cic. ad Cassium, lib. 15. 16. 2, Fit enim nescio quid, ut quasi coram adesse uideare, quum scribo aliquid ad te, neque id κατ' εἴδωλων φαντασίαν, ut dicūt tui amici noui, qui putant etiam διανοητικὴν φαντασίαν spectris Catianis excitari. Nam ne te fugiat, Catius insuper Epicureius qui nuper est mortuus, quæ ille Gargettius, etiam ante Democritus εἴδωλα, hic spectra nominat. His autem spectris etiam si oculi possent feriri, quòd uel ijs ipsa occurrunt: animus qui posit, ego non uideo. Dòceas tu me oportebit, quum salua ueneris, in meane potestate ut sit spectrum tuum, ut simulac mihi collibitum sit de te cogitare, illud occurrat, neq; solùm de te qui mihi hæres in medullis, sed si insulam Britanniam cœpero cogitare, eius εἴδωλον mihi aduolabit ad pectus. Ex his imaginibus fiunt uisa id est phantasiæ: quorum in Academicis longa est disputatio apud eundem.

Specula] speculæ, penult. corrept. (σκοπὴ, σκοπιὰ, ἀσκοπὴ, παρασκοπὴ) accipitur pro loco edito & eminenti, unde aliquid longè uideri & speculari potest, siue sit mons, siue turris, siue lapis, siue arbor, siue quid aliud eminens. Valla in Raudensem, Specula, locus unde fiunt excubiæ an hostes ueniant, transeantúe, an maneant, quod sint, & quæ sint id genus. Virgil. 8. eclog. 10,

Præceps aerij specula de montis in undas
Deferar. Ouid. epist. 17. 3,

—— in speculis omnis Abidos erat. Liuius 8. bell. Pun. 25. Cic. 7. Verr. 73, Non enim sicut antea consuetudo erat, prædonum aduentum significabat ignis è specula sublatus, aut tumulo.

Alta specula. Virg. 3. Aeneid. 48.

In speculis esse. Cic. ad Attic. lib. 9, 181. 11.

Ex specula prospectare tempestatem futuram. Cicer. ad Sulp. libro 4. 3. 3.

Speculæ aliter. Virg. 4. Aeneid.

Regina è speculis ut primùm albescere lucē
Vidit, &c.

¶ Specula, speculæ, Diminutiuum à spes. Vide Spes.

Speculor] penult. corr. specularis (θεωρέω, διασκοπέω, ἐπισκοπέω, διοπτεύω, κατασκοπέω, ἀποκαραδοκέω) speculari, A specula fit, quasi è specula prospectare, uel ut aliquis uideat, intendere. Plaut. Most. 6. 81,

Concedam à foribus huc: hinc speculabor procul
Vnde aduenienti farcinam imponam seni. Cic. in Catil. 4, Multo te etiam oculi & aures nos sentientem, sicut adhuc secerunt, speculabuntur atq; custodient. Idem 7. Verr. 126, Tum ipse se comperisse ait, eum speculandi causa in Siciliam ab ducibus fugitiuorum esse missum.

Obitus & ortus signorum speculamur. Virg. 1. Georg. 52.

Acriter speculari offensas principum. Tacit. lib. 19.

Insidiari & speculari. Cic. 1. de Orat. 67.

Obsidere & speculari. Cic. pro Flacco, 45.

Perscrutari & speculari. Cic. 5. Tusc. 83.

¶ Speculatus, Participium.

¶ Speculatus, huius speculatus, penult. product. (θεώρησις) Plinius lib. 10. cap. 73. 4, Feles quàm occulto speculatu in musculos exiliunt.

¶ Speculator, penult. prod. Verbale (σκοπὸς, διοπτὴς, σκοπὸς, κατάσκοπος, κατάσκοπος) Qui tacitè, & à longè speculatur & rimatur. Cæs. 2. bel. Gall. 271, Hac re Cæsar statim per speculatores cognita, insidias ueritus, &c. Cic. 7. Verr. 128, Gauium istum, quem repentinum speculatorem fuisse dicis, ostendam in lautumias Syracusis à te esse coniectum. Ouid. 3. Trist. eleg. 9. 3,

Quem procul ut uidit tumulo speculator ab alto
Matutinus speculator amicæ. Propert. lib. 2. eleg. 30. 7.

Communium miseriarum speculator. Cic. pro Domo sua, 15.

Reformidare speculatorem. Cic. 1. Verr. 28.

Speculator naturæ. Cic. 1. de Nat. deor. 112, Non pudet igitur physicum, id est speculatorem, uenatoremq; naturæ, ab animis consuetudine imbutis petere testimonium ueritatis.

Speculatores oculi. Cic. 2. de Nat. deor. 211.

¶ Speculatrix, pen. prod. speculatricis (σκοπεύω) Verbale fœm. Cic. de Nat. deor. 62, Furiæ deæ sunt, speculatrices, credo, & uindices, & facinorum & sceleris. Stat. 2. Sylu. 2. 1,

Celsa Dicæarchei speculatrix uilla profundi.

¶ Speculatorius, Adiect. (διασκοπικὸς) Quod ad speculatorem pertinet: ut, Speculatoria nauigia, quibus in mari speculamur quid fiat. Cæsar 4. bel. Gall. 562. Liu. 2. bell. Punic. 83, Inde duæ Massilienses speculatoriæ præmissæ retulerunt, &c.

¶ Speculabundus. Tacit. lib. 20, Festus Adrumeto ubi speculabundus substiterat, ad legionem tendit.

Speculabundus ex altissima rupe identidem. Suetonius in Tiberio, cap. 65.

¶ Speculum, speculi, pen. corr. (κάτοπτρον, ὑάσπιον) In quod inspicimus, ac speciem id est imaginem nostram contemplamur. Plaut. Mostel. 4. 92,

Mulier quæ se, suamq; ætatem spernit, speculo elusa est.
Quid opus speculo tibi, quæ tute speculo speculum es maximum. Terent. Adelph. 3. 3. 61,

Inspicere tanquam in speculum uitas omnium iubeo. Cic. de Vniuers. 32, Id fit quum speculorum læuitas hinc illinc q; altitudinem assumpsit, & ita dextra detrusit in læuam partem oculorum, lænaq; in dextram.

Imago speculi. Lucret. lib. 4. 57.

Nobile speculum gemmato auro. Stat. 3. Sylu. 4. 10.

Consulere speculum. Ouid. 3. de Arte, 28.

Intueri uitam in speculo. Cic. in Pisonem, 56.

Naturæ speculum. Cic. 2. de Fmib. 55.

¶ Specillum, specilli Diminutiuum (μυλωτὶς, μύλη) Cornelius Celsus lib. 5. de fistulis & eárum curationibus, Ante omnia autem specillum dimitti in fistulam conuenit, ut quò tendat, & quàm altè perueniat, scire possimus. Idem lib. 7. cap. 7, Igitur aduersum specillum inserendum, diducendaq; eò palpebræ sunt.

Asperato specillo eradunt palpebras. Cels. lib. 6. cap. 6.

Specillum Luna inuolutum. Celsus lib. 6. cap. 8.

Specillum oricularium. Idem lib. 7. cap. 30.

Specillum dicimus instrumentum, quod curandis auribus adhibetur. Celsus lib. 5. & lib. 6. cap. 7. de ijs quæ in aures incidunt, extrahendis.

Specillum instrumentum quo oculos inungimus. Plin. lib. 7. cap. 53. 4, Per oculum specillum trahens, expirauit. Celsus lib. 6, Specillo super oculum inducatur.

Specillum, Instrumentum uitreum quod oculis admouemus, quo facilius spectemus aliquid. Varro de Ling. Latin. lib. 5, Hinc quo oculos inungimus, quibus specimus, specillum.

¶ Speculare, specularis, penult. product. neutri gener. (ἔσοπτρον) Et per apocopen Specular: & Specularium: Idem quod Speculum.

Speculare, interdum pro uitreata siue pro ocularijs, utpote olim facta è speculari lapide translucido, nunc autem è uitreis orbibus uel tessellis plumbo iunctis. Vlpianus, Specularia & uela quæ frigoris causa uel imbrium in domo sunt, instrumento, domus non contineri Cassius existimauit. Budæus, A speculari lapide speculania dicebantur integumenta, quib. ambulatiões in hortis tectæ erãt. Iuuen. Satyr. 4. 3,

Quæ uehitur clauso latis specularibus antro. Plin. epist. 41. 6, Egregium hæc aduersum tempestates receptaculum: nam specularibus, ac multo magis inmanentibus tectis muniuntur. Hic autem Vlpianus de ijs specularibus intelligi uoluit, quibus fenestrarum hiatus obstruebantur ad transmittendam lucem: quæ tamen exemptilia erant, ut quum liberet, auferrentur. Nunc uitro utimur. Possumus & de specularibus intelligere quibus pars quædam domus ad uoluptatem operiebatur: uarium enim usum specularia præstabant. Martial. lib. 8. 15,

Hybernis obiecta Notis specularia puros
Admittunt soles, & sine fæce diem.

Senecæ de Prouid. Quem specularia semper à flatu uindicarunt, hunc leuis aura non sine periculo stringit.

Specularia accipit Seneca epist. 87. pro fenestris uitreatis, Quantæ rusticitatis damnant nunc aliqui Scipionē, quòd non in suum Caldarium latis specularibus diem admiserit.

¶ Specularis, & hoc speculare, pen. prod. Adiectiuum, (πτερυγιακὸς) ut,

¶ Specularis significatio. Plin. lib. 7. cap. 56. 12. Hoc est, quæ fit è specula.

Specularis lapis, Quo olim specularia fiebant. Plinius lib. 39. cap. 22. 3. Idem lib. 3. cap. 3. 15, Metallis, plumbi, ferri, æris, argenti, auri, tota fermè Hispania scatet: Citerior & specularibus lapidibus: Bætica & minio.

¶ Specularius, specularij, m. g. (κατοπτροποιὸς) Qui specula facit, & qui uitrea specilla. Possunt & specularij dici, qui fenestris specularia ad arcendum hyeme frigus, componūt: quorum meminit Vlp. in l. quæsitum. §. si domus. De fundo instructo. Meminit & Iustinian. lib. x. Codicis. Alciatus.

Specus] id est spelunca (σπέος, σπήλαιον) Secūdæ uel quartæ declinationis, tam masculini quàm fœminini generis: tertiæ uerò, solùm neutri generis. Vlpian. De riuis, Specus autem locus est ex quo despicitur. Inde spectacula sunt dicta. Plin. lib. 8. cap. 36. 2, Specus si non habuere, ramorum fruticumq; congerie ædificant, impenetrabiles imbribus, mollíq; fronde constratos.

Ingens specus in latere exesi montis. Virg. 4. Georg. 84. Ouid. lib. 3. Metam.

Est specus in medio syluis & uimine densus. Liui. 1. ab Vrbe, 248, Ex imsimo specu. Ibidem, 86, Ex opaco specu.

Aonij specus. Catul. in Epithal. Iuliæ, 56. 6.

Fœminini. Silius lib. 6,

Tabificam expirat saniem specus ultima. Gellius lib. 5. cap. 14, Specum quandam nactus remotam latebrosamq;, &c. Pacuuius, Adsenio in scrupulosam specum. Cato, Specus opposita, quò aqua de uia abiret.

Defossæ specus. Virg. 3. Georg. 76.

Neutri. Virg. lib. 7. Aeneid.

Hic specus horrendum, &c. Ita legendum esse docet Seruius. Silius lib. 13,

Inuisum cælo specus.

Lectum est hæc speca, specæ: hoc Specum, speci: & hoc Specu indeclinabile.

¶ Specis, pro specubus, Antiquum. Acc. Alcmæne,

Quod dij interdum inferam penitus interpressum altis
clausere specis? Ex Nonio.

Spelæum] σπήλυγξ, idem quod spelunca. Virgilius eclog. 10. 11,

Certum est in syluis inter spelæa ferarum
Malle pati.

Metuenda ferarum spelæa. Claud. de bello Getico, 71.

Spelunca] speluncæ (σπήλαιον, ἄντρον) Rupes excauata. Vir. 6. Aeneid. 48,

Spelunca alta fuit, uastoq; immanis hiatu,
Scrupea, tutalacu nigro, nemorumq; tenebris. Cic. 1. Tusc. 57,

Per speluncas saxis structas asperis. Ex poeta. Idem 6. Ver. 95, Etenim propter est spelunca quædam, conuersa ad Aquilonem, infinita altitudine, qua Ditem patrē ferunt repentè cum curru exitisse.

Atræ speluncæ. Virg. 1. Aeneid. 13.

Viridis spelunca. Propert. lib. 3. eleg. 3. 3.

Iacere in spelunca. Cic. 2. de Fmib. 152.

Perdere aliquid ad speluncas. Cic. pro Flacco, 30.

Sperchius] pen. prod. (σπερχειὸς) Thessaliæ fluuius, ortus in iugis Pelij montis, & uelocissimo cursu in Maliacum sinum defluens. Author Strabo libro 8. de quo etiam Virgilius Georg. 2.

Mimax Sperchius. Stat. 4. Thebaid. 168.

Populifer Sperchius. Ouid. 1. Metam. 117.

¶ Sperchionides, pen. corr. (σπερχειονίδης) Patronymicum masc. Ouid. 5. Metam. 18,

Caucaseumq; Aberim, Spernichionidemq; Lycetum.

¶ Sperchias, pen. prod. huius Sperchiadis, pen. corr. (σπερχειὰς) Patronymicum fœm. Ouid. 2. Metam. 50,

Aestuat Alphæus, ripæ Sperchiades ardent.

Vndæ Sperchiades. Ouid. 7. Metam. 46.

Spermo] filius fuit Apollinis ex uxore Dorpe. Cælius Rhodig. lib. 7. cap. 15.

Spermologos] σπερμολόγος, Auiculæ nomen apud Aristotelem, quam frugilegam Gaza interpretatur, utroque nomine à semine legendo originē sumente. Aliaqui σπερμολόγον appellant Græci, quem nos Locutuleium dicimus, hoc est, hominem magnum uerborum uim inaniter profundentem.

Spermophagi] populi in extrema Aegypto post Meroen. Strabo lib. 16, sunt etiam spermophagi non procul, qui deficientibus seminibus, pomis nutriuntur, ea cõficientes, quæ admodùm Rhizophagi radices.

Sperno] spernis, spreui, spretũ (ἀπέω, ἀθετέω, ἐξουδενόω, ἐξουθενέω) Spernere, Fastidire, despicere. Terent. Eunucho, 1. 2. 91, Ob hæc fácta abs te spernor. Cic. 1. de Fin. 7. Qui Enni Medeam aut Antiopam Pacuuij spernat, aut reijciat?

Modicè spernere. Vide Modus.

Animo spernere aliquem. Virg. eclog. 3. 15.

Repudiare & aspernere aliquem. Cic. in Orat. 7.

Repelli & sperni à quibusdam. Cic. in Orat. 52.

Retinere & spernere, opposita. Cic. 2. de Nat. deor. 13.

Spernere & parui putare. Catul. ad Furium, 20. 5.

A quibusdam sperni, & pro nihilo putari. Cic. 13. Philip. 359.

Cibum uilem spernere. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 3.

Consilium alicuius spernere. Ouid. 6. Metam. 6.

Diues uicinia spernebat inopes generos. Idem 3. Fast. 38.

Monentem nemo spernere. Idem 13. Metam. 167.

Numina, diuina spernere. Idem 8. Metam. 150.

Voluptates spernere. Horat. 1. epist. 2. 11.

Vulgus spernere. Horat. 2. Carm. ode 16. 8.

Spernere, pro Separare posuerunt ueteres. Ennius, Ius atq; æquum se à malis spernit procul. Nonius.

¶ Spretus (ἀπισθεὶς) Participium, siue Nomen ex participio, ut Preces spretæ. Ouid. 1. Metam. 141.

Fides spreta. Senec. Octau. 6. 16.

Forma spreta. Virgil. 1. Aeneid. 7.

Legum spretarum reus. Ouid. 15. Metam. 8.

¶ Spernendus (ἀπιστέος) Item nomen ex participio: ut,

Morum ſpernendus. Tacit. lib. 14, Marcellus Aſinio Pollione proauo clarus, neq; morum ſpernendus habebatur.

¶Spernax, ſpernacis, pen. prod. Verb. (ἀπτὸς) Silius libro 8. 92, Ductor Piſo uiros ſpernaces mortis agebat.

¶Spretor, Verb. (ἐξοδυνητὸς) ut, Deorum ſpretor. Ouidius 8. Metamorph. 124,

—utq; deorum
Spretor erat, mentiſq; ferox Ixione natus.

Spero] ſperas, ſperare. Vide Spes.

Spes] ſpei. f. g. (ἐλπὶς, ἐλπωρὴ) Opinio futurorum, Referturq; tam ad bona, quàm ad mala. Terent. Adelph. 2. 2. 11,

Spem pretio non emo. Cicero 4. Tuſcul. 130, Spes eſt expectatio boni.

Plenus ſpei bonæ atq; animi. Cæſar belli Ciuil. lib. 2. Curtius lib. 3, Non ſecurum modò hæc uox, ſed etiam lætum regem ac plenum bonæ ſpei fecit.

Spes] Dea apud Romanos, cuius ædes in foro Olitorio fuit. Liuius lib. 1. 3. Decad. Aedem Spei (inquit) quæ in foro olitorio fuit, fulmine ictam fuiſſe. M. Cicero ait ſpem fuiſſe à Collatino conſecratam. Videndus Lilius Geraldus Syntag. 1. Hiſtor. deorum.

Spes & metus diuinationem & auguria repererunt. Vide Amantes ſibi ſomnia fingunt. in Amo.

Nihil ſpei. Cic. ad Attic. lib. 3. 65. 9.

Malorum ſpes. Cic. Att. lib. 1. 15. 4.

Anni ſpes. Ouid. 15. Metam. 23.

Gemelli ſpes gregis. Virgil. eclog. 1. 3.

Auaræ ſpes. Horat. 4. Carm. ode 11. 6.

Adoleſcentes cum bona ſpe. Vide Cum præpoſitionem.

Caduca ſpes. Ouid. epiſt. 15. 35.

Credula ſpes. Horat. 4. Carm. ode 1. 6.

Deſperatiſſima ſpes. Balbus Cicero in epiſtol. ad Attic. libro 9. 178. 3.

Dines ſpes. Horat. 1. epiſt. 15. 5.

Non dubia ſpes. Vide Non.

Spes in anguſto. Celſius lib. 5. cap. 27.

Exigua ſpes. Cic. ad Attic. lib. 3. 66.

Eximia ſpe adoleſcens. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 36, Lentulum eximi, ſpe, ſummæ uirtutis adoleſcentem, cum cæteris artibus, quibus ſtuduiſti ſemper ipſe, tum in primis imitatione tui hac eruditas.

Fallax ſpes. Cic. pro Milone, 72, O frustra, inquit, ſuſcepit mei labores, ô ſpes fallaces, ô cogitationes inanes meæ.

Fidiſſima ſpes Teucrûm Hector. Virgil. 2. Aeneid. 57.

Firmior ſpes. Cic. ad Att. lib. 8. 157. 2.

Immodicæ ſpes. Stat. 6. Thebaid. 239.

Inanes ſpes. Quint. lib. 6. cap. 2. 24.

Incerta ſpes futuri. Virgil. 8. Aeneid. 116.

Inconceſſa ſpes. Ouid. 9. Metam. 128.

Indubitata ſpes. Vide Indubito.

Inuidioſa ſpes. Ouid. 4. Metam. 159.

Læta ſpes. Virgil. 5. Aeneid. 37.

Lenta ſpes. Ouid. epiſt. 2. 2.

Leues ſpes. Horat. 1. epiſt. 5. 2,

Mitte leues ſpes, & certamina diuitiarum.

Longa ſpes. Horat. 1. Carm. ode 4. 3.

Longinqua ſpes. Stat. 2. Sylu. 1. 11.

O ubi uenturæ ſpes non longinqua iuuentæ. Idem 12. Theb. 68.

Mera ſpes. Vide Merus.

Minuta hoſtium ſpes. Tacit. in uita Agricolæ.

Miſella ſpes. Lucret. lib. 4. 201.

Mitior ſpes. Tacit. lib. 15.

Obſcœnæ ſpes. Ouid. 9. Metam. 95.

Obſcura ſpes. Vide Obſcurus.

Obſcura & cæca ſpes. Cic. 2. de lege Agrar. 86.

Pertenuis ſpes oſtenditur. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 3. 4.

Publica ſpes. Ouid. ad Liuiam, 73.

Stultâ ſpes. Ouid. 3. Faſt. 138.

Summa ſpe & animi & ingenij præditus adoleſcens. Cicero 2. Philipp. 62.

Tenuis ſpes. Cic. ad Attic. lib. 3. 60. 2.

Timida ſpes. Ouid. epiſt. 15. 76.

Vana ſpes. Quint. lib. 6. cap. 4. 13.

Spe hac. Terent. Adelph. 2. 2. 19.

Contra ſpem. Vide Contra.

Citius ſpe. Ouid. 4. Faſt. 122.

In ſpem. Vide In.

Inter ſpem metumq; Vide Inter.

Dubij inter ſpem & metum. Virg. 1. Aen. 45.

Salutis ſpes abijt. Ouid. 7. Metam. 115.

Abijcere ſpem de aliquo. Brutus Ciceroni, lib. 11. 11. 1. Idem 3. Verr. 39, Socij uerò nationesq; exteræ, ſpem omnium tum primum abiecere rerum. Hoc eſt, deſperare cœperunt de ſuis rebus omnibus.

Abijcere ſpem faciendi aliquid. Cic. 2. de Orat. 77.

Abrumpere ſpem & metum. Vide Abrumpo.

Abrupta ſpes è medio. Silius lib. 8. 11.

Abſciſſa ſpes. Liu. bel. Maced. lib. 4.

Abeſſe longè à ſpe Conſulatus. Vide Abſum.

Accendere ſpem. Vide Accendo.

Accingere ad ſpem maiorem. Vide Accingo.

Addita ſpes tacitis uotis. Stat. 2. Achil. 29.

Adducere nos in ſpem dicuntur literæ, quum faciunt ut ſperemus. Cic. ad Att. lib. 3. 60. 2, Me tuæ literæ nunquam in tantam ſpem adduxerunt, quantam aliorum: attamen mea ſpes etiam tenuior ſemper fuit, quàm aliorum.

Adduci in ſpem. Cicer. pro Milone, 58, In ſpem maximam, & (quemadmodum confido) ueriſſimam adducti ſumus, hunc ipſum annum, &c.

Adduci in ſpem ut. Cic. ad Attic. lib. 2. 37. 4.

Adduci ſpe mercedis. Vide Adduco.

Adimere ſpem. Cic. pro lege Manilia, 25.

Admota ſpes. Vide Admouco.

Affecta ſpes. Valer. 4. Argon. 60.

Affectare ſpem aliquam. Ouid. 5. Metam. 76.

Afferre ſpem. Cic. Appio, lib. 3. 5. 20, Mihi non dubiam ſpem mei conueniendi afferebas. Idem Furfano, lib. 6. 9. 2.

Affirmare ſpem. Vide Affirmo.

Affulget ſpes, Liuius Decad. 5. lib. 2, Quum ex inſperato obſtinatis mori ſpes affulſit.

Agitare animum alicuius ſpe, metu, admonitionibus, &c. Quintil. lib. 4. cap. 1. 23.

Inanes ſpes agitare. Ouid. 7. Metam. 68.

Alere ſpem. Cic. 1. in Catilinam, 21, Qui ſpem Catilinæ mollibus ſententijs aluerunt, coniurationemq; naſcentem non credendo corroborauerunt.

Alternant ſpesq; timorq; fidem. Ouid. epiſt. 6. 8.

Arrectæ ſpes iuuenum. Virg. 3. Georg. 21.

Aſſumere ſpem. Tacitus in uita Agricolæ, nec ſpem modò ac uotum ſecuritas publica, ſed ipſius uoti fiduciam ac robur aſſumpſerit.

Auertere à ſpe. Cic. pro Muræna, 41.

Auferre ſpem. Cic. 3. Offic. Vide Aufero.

Augere ſpem. Cic. 12. Philipp. 320.

Ad irritum ſpes cadit. Vide Ad.

Calere ſpe. Curtius lib. 4.

Capere ſpem de aliquo. Quint. lib. 1. cap. 1. 1. Vide Capio.

Inani ſpe captus. Virgil. 11. Aeneid. 10.

Carere

Carere ſpe. Cic. Torquato, lib. 6. 1. 12.

Collocare ſpem in aliquo. Cic. 1. de Orat. 14. Vide Colloco.

Complere aliquem bona ſpe. Cæſar bel. Ciuil. lib. 2.

Fauere ſpei. Plin. lib. 17. cap. 14. 7.

Omnes ſpes atq; opes conciderunt, hoc eſt perierunt, perditæ ſunt atq; amiſſæ. Cic. 3. in Catil. 60.

Concipere ſpem. Vide Concipio.

Confirmare ſpem. Cic. Planco, lib. 13. 30. 18. Idem Terentiæ, lib. 14. 4. 6, Si eſt ſpes noſtri reditus, eam confirmes, & rem adiuues.

Omnium rerum deſperatione confligit bona ſpes. Cicero 2. in Catil. 44.

Conſolatur aliquem ſpes. Cicero Luceio, lib. 5. 13. 9, Te enim ſpes conſolatur.

Conſolari aliquem ſpe. Vide Conſolor.

Conſolari ſpe inani & tenui. Vide Inanis.

Conſtituere ſpem in aliquo. Vide Conſtituo.

Conuertere in fidem ſpem alicuius. Vide Conuerto.

Anni ſpem credere terræ. Virgil. 1. Georg. 45.

Debilitare ſpem. Cicer. 7. Philipp. 220, Faueas tu hoſti literas ad te ille mittat de ſua ſpe rerum ſecundarum ſuarumq; eas tu letus proferas? recites? deſcribendas etiam des improbis ciuibus? eorum augeas animos? bonorum ſpem uirtutemq; debilites?

Decerpere ſpes. Quint. in Proœm. lib. 6. 9.

Decidere à uel de ſpe. Vide Decido, pen. cor.

Deficit ſpes. Cic. ad Attic. lib. 7. 139. 2.

Depelli ſpe. Liu. 1. bel. Maced.

Depelli de ſpe & conatu. Cic. 2. in Catil. 35. Vide Depello.

Deponere ſpem. Horat. 2. Serm. Satyr 5. 6.

Deponere ſpem in re aliqua. Curtius lib. 10.

Deſerit ſpes. Cic. de Inuent.

Deturbare ſpe, uel ex ſpe. Cic. Cornificio, lib. 12. 25. 5, Neque ſolùm ſpe, ſed certa re iam, & poſſeſſione deturbatus eſt. Idem Pompeio, lib. 5. 7. 2, Sed hoc ſcito, tuos ueteres hoſtes nouos amicos, uehementer literis perculſos, atq; ex magna ſpe deturbatos iacere.

Deuolui ad ſpem inanem. Cic. 7. Phil. 225. Vide Deuoluo.

Deuorare ſpe hæreditatem, hoc eſt, ſperare, futurum ut aſſequamur & deuoremus. Cic. ad Att. lib. 1. 11. 18, Idem pro Flacco, 44, Amiſſam eſt enim præter ſpem, quòd erat ipſe deuoratum lucrum. Idem 3. Verr. 95, Iſte qui iam ſpe & opinione prædam illam deuoraſſet. Vide Deuoro.

Denouere ſpem. Ouid. epiſt. 3. 19.

Dimittere ſpes animo Ouid. 9. Metam. 95.

Diſcedit ſpes. Cæſar belli Gall. lib. 2.

Dare ſpem alicui. Cic. Metello, lib. 5. 4. 1.

Bona ſpes dat uires. Ouid. epiſt. 11. 13.

Dare ſpem bonæ indolis. Quintil. lib. 1. cap. 3. 2.

Dare ſpem dubiæ menti. Virgil 4. Aeneid. 11.

Datur ſpes opis. Virgil. 2. Aeneid. 161.

Domare ſpem. Stat. 2. Sylu. 2. 25, —qui pectore magno
Spemq;, metumq; domas.

Duce ſpe. Cic. 1. de lege Agraria, 17.

Elucet ſpes plurimorum in pueris. Quint. lib. 1. cap. 1. 3.

Abijcere metum, & erigere ſpem. Cic. pro Domo ſua, 20.

Erigere ad ſpem. Vide Erigo.

Erectus in ſpem. Tacit. lib. 17.

Eripere ſpem. Cic. 4. in Catil. 80.

Euaneſcit ſpes. Vide paulò pòſt Extenuare ſpem.

Euerſa ſpes cum mœnibus. Ouid. 13. Metam. 126.

Exardere ad ſpem libertatis: id eſt, incitatum eſſe. Cicero 4. Philipp. 163.

Excitare ad ſpem. Cic. pro Plancio, 45.

Excluſa ſpes. Cic. in Bruto, 184.

Expectare ſpem. Cic. ad Att. lib. 3. 64, Ego iam aut rem, aut ne ſpem quidem expecto.

Explorata ſpes. Cic. Philipp. 10, Magna nos quidè ſpe & propè explorata libertatis cauſam ſuſcepimus.

Extenuare ſpem. Cic. ad Att. lib. 3. 53. 1.

Facere ſpem. Cic. ad Atticum lib. 2, Tuæ literæ quo ſæpius à me leguntur, hoc ſpem faciunt mihi mimorem, quàm quum læta ſunt: itum id quod attulerunt ad ſpem, infirmant. Ouidius epiſt. 15. 3.

Fallere ſpem alicuius. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 54.

Fallit eum ſpes. Cic. 1. Verr. 3.

Firmare aliquem ad ſpem. Tacit. lib. 14.

Fluitare ſpe dubiæ horæ. Horat. 1. epiſt. 19. 23.

Fluit ſpes, Dubia eſt. Virgil. 2. Aeneid. 34. Vide Fluo.

Spes eum fruſtratur. Lentulus Cic. lib. 12. 14. 3.

Habere ſpem, Sperare. Cic. Curioni, lib. 2. 4. 4, Siue habes aliquam ſpem de Republica, ſiue deſperas. Idem Appio, lib. 3. 10. 2. Vide Habeo.

Habere ſpem in fide alicuius. Cic. 1. de Inuent. 86.

Miſerum eſt non habere ne ſpei quidem extremum, & commune ſolatium. Cic. 3. de Nat. deor. 18.

Habere ſpem, pro Spem oſtendere. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 2. 16. 13.

Habere aliquid in ſpe, Sperare. Cic. ad Att. lib. 11. 22. 2.

Habere ſpem in manibus. Cic. 2. Verr. 10, Quam ſpem nunc habeat in manibus, & quid moliatur, breuiter iam iudices exponam. Plancus Senatui, lib. 10. 8. 4.

Hæret ſpes in aliquo. Cur. li. 9, In Ariſtono ſpes ultima hæret.

Impellere in ſpem certiſſimam Conſulatus. Cicero ad Brutum, libro 10. 4.

Implere ſpem quam quis de nobis concepit. Vide Impleo.

Inchoare ſpem. Horat. 1. Carm. ode 4. 3.

Inciſa ſpes. Vide Incido, pen. prod.

Incitant me ſpe non dubia. Vide Incito.

Incubare ſpe alicui pecuniæ. Cic. pro Cluet. 57. Vide Incubo.

Incumbit illi ſpes. Vide Incumbo.

Inducere in ſpem. Vide Induco.

Induci in ſpem. Cic. pro Plancio, 84.

Inducta ſpes rapinæ. Ouid. de Nuce, 8.

Inductus falſa ſpe pollicebar. Vide Induco.

Inferre ſpem. Vide Infero.

Inflammari ſpe potiendi. Vide Inflammo.

Inflare ſpem alicuius. Vide Inflo.

Inflari ſpe. Cic. in Pisonem, 71. Idem pro Muræna, 31, Spe atq; animis inflata peteret.

Infringi ſpes dicitur. Cic. in Orat. 4, Spes infringatur, aut langueſcat induſtria.

Infringere ſpes immodicas. Stat. 6. Thebaid. 139.

Ingredi in ſpem. Cicero Cornificio, lib. 12. 25. 3. Vide Ingredior.

Inhibere ſpem alicuius. Curtius lib. 9.

Inijcere ſpem. Cic. ad Att. lib. 3. 63. 1, Spes homini eſt iniecta nõ eadem, quæ mihi, poſſe nos una decedere.

Implere ſpem. Vide Impleo.

Intercipere ſpem. Ouid. 15. Metam. 23.

Intercludere ſpem commeatus. Vide Intercludo.

Interdictæ ſpes, Quæ ſperare non licet, nec æquum eſt. Ouid. 10. Metamorph. 67.

Inueteraſcat ſpes. Cic. Terentiæ, lib. 14. 3. 7.

Inuitat ſpes. Vide Inuito.

Irritus ſpei. Curtius lib. 4, Illa cauſata ſine ceſſu de regnum reliquiſſe, petere perſeuerabat, ne ſe irritam ſpei patereatur abire. hoc eſt, Sua ſpe fruſtratam.

Labi ſpe.

Labi ſpe. Cæſar bell. Gall. lib. 5.
Laborare in ſpem. Ouid. 15. Metam. 74.
Laudari ſpe & expectatione. Cic. in Orat. 57.
Vana ſpe ludere aliquem. Virg. 1. Aeneid. 72.
Spem mentita ſeges. Horat. 1. epiſt. 7. 18.
Minuere ſpem. Vide Minuo.
Nanciſci ſpem. Cic. Cluuio, lib. 13. 8. 8.
Nati in ſpem bonorum. Vide Naſcor.
Niti ſpe. Cic. ad Att. lib. 3. 49. 4, Nunc ſi ita ſunt quæ ſperas, ſuſtinebimus nos, & ſpe qua iubes nitemur. Vide Nitor.
Nunciare ſpem. Cicero, Summam ſpem nunciabant, fore ut Antonius cederet.
Obiecta ſpes. Liu. lib. 4. bel. Maced.
Obtentat me ſpes. Cic. Att. lib. 9. 181. 6.
Occidit ſpes noſtra. Vide Occido, pen. corr.
Offerre ſpem. Vide Offero.
Omittere ſpem. Curtius lib. 3.
Orbari ſpe. Cic. Cecinnæ, lib. 6. 6. 4.
Oſtendere ſpem alicuius rei. Cic. Filius Cn. Pompeio, lib. 5. 7. 1, Tantam enim ſpem ocij oſtendiſti, quantam ego ſemper omnibus te uno fretus pollicebar. Vide Oſtendo.
Ne ſpes quidem ulla oſtendatur fore melius. Cicero Attico, libro 11. 219. 1.
Oſtendere improbis ſpem, & inijcere bonis timorem. Cic. 1. de lege Agraria, 14.
Oſtentare ſpem. Cic. pro Cluentio, 15.
Pendet ſalus ſpe exigua & extrema. Cic. pro Flacco. 3.
Pendere ſpe extrema. Vide Pendeo.
Laudis magna ſpes percuſſit meum cor. Lucret. lib. 1. 189.
Perdere ſpem. Cic. pro Murena, 25.
Falſam ſpem ponere: hoc eſt, deponere. Ouid. ad Liuiam, 8.
Ponere ſpem in aliquo, uel in re aliqua. Cic. Furnio, lib. 10. 26. 1, Quod de Planci & Bruti concordia ſcribis, in eo uel maximam ſpem ocij ponere non miror. Idem de Somnio, 27, Nec in præmijs humanis ſpem poſueris rerum tuarum.
In arcto ſpem ponere. Ouid. 9. Metam. 137.
Ponere ſpem in armis. Virg. 2. Aeneid. 136.
Ponere maiorem ſpem ſuæ emptionis in alicuius exitio. Cicero pro Roſc. Amer. 86.
Ponere delectationis ſpem in cuiuſpiam humanitate. Cicero Attico, 1. 4. 3.
Ponere & defigere ſpem in cuiuſpiam poteſtate. Cicero pro Flacco, 2.
Ponere in ſpe. Cic. ad Att. lib. 13. 280. 4, Alteris iam literis nihil ad me de Attica: ſed id quidem in optima ſpe pono. Idem ad Quint. fratrem, lib. 3. 2. 4. 2, Plura ponuntur in ſpe, quàm in pecunijs, reliqua ad iacturam ſtruuntur.
Præbere ſpem alicuius rei. Caſſius ad Cic. lib. 12. 13. 9.
Præcidere uel incidere ſpem alicui. Cic. 3. Verr. 13. Liuius 3. ab Vrbe, 248.
Præditus ſpe. Cic. 2. Verr.
Præſumere aliquid ſpe. Virg. 11. Aeneid. 4.
Producere ſpem uitæ. Tacit. lib. 12.
Proponere ſpem. Cic. pro Rabirio perduel. reo, 10.
Rapi ad ſpem immortalitatis. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 4.
Redintegrare ſpem. Cæſ. lib. 7. bell. Gall.
Reducere ſpem anxijs mentibus. Horat. 3. Carm. ode 21. 4.
Referre domum ſpem falſam. Cic. pro Roſ. Amer. 65.
Remorari ſpem. Cic. Attic. lib. 3. 54. 1.
Repelli à ſpe. Cæſar bell. Gall. lib. 5.
Reponere ſpem in aliquo. Cic. 5. Tuſc. 52.
Reponere ſpem unicam ſenectutis in aliquo. Quintilianus in Proœmio, 6. 3.
Reſidet ſpes in. Cic. Antè quàm iret in exilium, 5, Quomodo

ſpes ſalutis reliquis reſidebit? Idem Caſſio, lib. 12. 3. 4, Etiam nunc reſidet ſpes in uirtute tua.
Secare ſpem, Sequi ſpem. Virg. 10. Aeneid. 22,
Quæ cuiq; eſt fortuna hodie, quam quiſq; ſecat ſpem.
Sequi ſpem. Cic. Varroni, lib. 9. 6. 2, Sequuti enim ſumus non ſpem, ſed officium: reliquimus autem non officium, ſed deſperationem. Ouid. epiſt. 16. 28.
Serenare ſpem uultuid eſt, Sereno uultu ſpem bonam præ ſe ferre. Virg. 4. Aeneid. 96.
Subeſt ſpes. Curtius lib. 4.
Subminiſtrare ſpem alicuius ſceleris. Saluſtius, Nunc uidendum eſt, ſpem atrociſſimi ſceleris unde illi ſubminiſtratam fuiſſe iudicemus.
Eſſe ſpe bona, pro Bene ſperare. Cicero Cornificio, libro 12. 27. 4.
In ſpe eſſe, pro Sperare. Cic. Seruio, lib. 13. 20. 3, Et ſi eramus in magna ſpe, te meis literis, commendationeq; diligentiſſimè facturum id quod feciſti.
Eſſe in ſpe firmiore. Cic. Attic. lib. 8. 157. 2.
In ſpe eſſe dicitur aliquis, pro Sperari. Cic. Terentiæ, lib. 14. 3, 5, Sed tamen quando uos eritis in ſpe, non deficiam, ne omnia mea culpa cecidiſſe uideantur. id eſt, Dum & de uobis, & de ſtatu ueſtro ſpes aliqua erit. Idem ad Attic. libro 2. An eſt aliquid in ſpe? Eidem, libro 8. 149. 11, Dum in ſpe pax fuit.
Spes eſt. Cic. pro Quintio, 63, Spes eſt & hunc miſerum atque infœlicem aliquando tandem poſſe conſiſtere.
Spes eſt de argento. Plaut. Moſtel. 8. 42.
Nulla eſt ſpes iuuentutis, ſeſe omnes amant. Plaut. Capt. 4. 19. Cic. pro Milone, 33, Quis ignorat maximam illecebram eſſe peccandi impunitatis ſpem? Idem Attico, lib. 2. 21. 4, Vide quid narrent, & quæ ſpes ſit denarij.
Spes erat incurſu. Ouid. 6. Faſt. 73.
Spes eſt in eo. Cicero Planco, lib. 10. 22. 1. Idem ad Brutum, 10, 7, Spes omnis eſt in te. Sic 1. Verr. 26, Spes tuæ in hoc omnes ſunt.
Superare ſpem. Cic. de Amicitia, 10.
Fallere & ſuperare ſpem alicuius. Cic. 4. in Catil. 95.
Teneri ſpe. Cicero pro Cluentio, 4, Quamobrem magna me ſpes tenet, ſi ea quæ ſunt in cauſa, explicare, atque omnia dicendo conſequi potuero, &c. Idem, Quò confugiem ſocijſ quem implorabunt? Qua ſpe deniq;, ut uiuere uelint, tenebuntur?
Tollere ſpem. Cic. ad Atticum, lib. 3. 66. 1.
Trahere ſpem mora. Ouid. 3. Faſt. 138.
Trahi ſpe. Ouid. 3. Triſt. eleg. 5. 5.
Venire in ſpem. Cic. Varroni, lib. 9. 1. 1, In ſpem tamen uenio ab propinquare tuum aduentum. Cæſar 1. bel. Gall.
Lubrica ſpes me uerſat. Stat. 1. Achil. 111.
Videre ſpem. Cic. ad Attic. lib. 3. 50. 1.
Vincere ſpem. Cic. Terent. lib. 14. 4. 13, Saluſtius officio uincet omnes ſpes. Vetus exemplar non habet, ſpes.
Vna ſpes, quemadmodum Vna ſalus: pro Sola. Cic. Cornificio, lib. 12. 22. 3, Spes tamen eſt una, aliquando populum Rom. maiorum ſimilem fore.
Vocare in ſpem. Cic. Att. lib. 11.
Spes. Virgil. 1. Aeneid. 43,
Spem uultu ſimulat, premit altum corde dolorem. Vbi Seruius, Spem, lætitiam. Eſt & crebra apud Virgilium figura, quæ ſit quoties ſignificatur ab eo quod præcedit, id quod ſequitur. Nam ſpem lætitia ſequitur: ſpes uerò in uultu non uidetur, ſed lætitia.
Spes, in plurali. Plaut. Curcul. 7. 28,
Spes meæ ubi ſunt? Liu. 1. ab Vrbe, 155, Has ſpes, cogitationeſq; ſecum portantes, urbem ingreſſi ſunt. Cic. 3. in Catil. 60, Exiſtimare debetis omnes Catilinæ copias, omnes ſpes atq; opes, his depulſis urbis periculis concidiſſe. Horat. 1. epiſt. 5. 4,
Spes iubet eſſe ratas, ad prælia trudit inermem.

¶ Speres, ſperis (ἐλπὶς) pro Spes, ſpei, antiqui dixerunt, author Feſto. Varro, Quibus ſuam delectet ipſe amicam, & eſſe ſperibus iactet ſuis. Vnde Aſperè, quaſi ſine ſpere: & Proſperè, pro Spere.
Specula, ſpeculæ, pen. corr. Diminutiuum (ἀπὸ τοῦ σκοπεῖν) Plaut. Moſtel. 8. 123,
Nam quid ita ſpecula clamas clamorẽ merum? Idẽ Perſa, 9. 9, Ecquid quod mandaui tibi, eſt mihi in te ſpeculæ? Cic. ad Cælium, lib. 2. 15. 16, Et eo magis quòd in communibus miſerijs hac tamen oblectabar ſpecula.
Deguſtare aliquid ex ſermonẽ ſpeculæ. Cic. pro Cluent. 56.
¶ Spero, ſperas (ἐλπίζω, ἐλπομαι, προσδοκάω) ſperare, Ad dolorem & ad uoluptatem refertur. Speramus ad diem, & læta, inquit Donatus. Virg. 4. Aeneid. 84,
Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem,
Et perferre ſoror potero. Sperare, inquit Seruius, id eſt, futurum opinari, ſiue timere. Ibidem, 59,
—& tàtos rùpi non ſperet amores. Horat. 1. epiſt. 4. 2, Grata ſuperueniet, quæ non ſperabitur hora.
Cic. Attic. lib. 1. 8. 4, A quo nihil ſperes boni Reip. quia, &c.
Spero confore. Terent. And. 1. 1. 140. Cic. 1. Tuſc. 128, Spero fore ut contingat id nobis.
Iubeo te bene ſperare, & bono animo eſſe. Cic. pro Deiot. 27.
Sperare de re aliqua. Cic. Attic. lib. 9. 175. 2.
Deſperare, & Sperare, contraria. Cic. in Piſonem, 8.
Expectare & ſperare. Cic. ad Octauium, 6.
Auxilium ſperare. Catul. Argon. 59. 36.
Precium ſperare. Ouid. 6. Metam. 17.
Salutem ſperare. Virg. 1. Aeneid. 91.
Spero, pro Confido, uel Credo, tam de præſenti, quàm de præterito dicitur. Terent. Eunucho, 1. 2. 123,
—nam me eius ſpero fratrem propemodum
Iam reperiſſe, adoleſcentẽ adeò nobilem. Idẽ Eunuch. 5. 3. 11,
Spero me habere, qui hunc meo excrucĩ modo. Quintil. in Gladiatorẽ, Facilis (ut animaduertere uos ſpero) defenſionis meæ curſus eſt. Hîc de præterito. Et Cic. Spero iam probatam eſſe amicitiam noſtram. Idem Attic. libro 1. 1. 10, Spero tibi me cauſam probaſſe, cupio quidem certè.
Confidere & ſperare. Cic. Cornificio, lib. 12. 18. 3, Ego & ſperãram prudentiã tua fretus: & ut confiderem, fecerunt tuæ gratiſſimæ mihi literæ.
Bene de aliquo ſperare. Cic. Attic. lib. 9. 175. 7.
Melius ſperare aliquid de ſe. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 7. 7.
Melius ſperaui. Ouid. epiſt. 2. 13.
Vt ſpero, propediem te uidebo. Cic. Attic. lib. 6. 114. 10.
Sperare. Virgil. 1. Aeneid. 110,
At ſperate deos memores fandi atq; nefandi.
Vbi Seruius, Sperate, abuſiuè, pro Timete. Vt lib. 4. 84,
Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem?
Quum ſperemus bona, timeamus ddiuerſa. Item, lib. 11. 15.
Hæc adeò ex illo mihi iam ſperanda fuerunt, &c.
Sperare, Donato. Terent. Adelph. 1. 2. 73,
Sperabam iam deſeruiſſe adoleſcentiam. Vbi Donatus, Rectè Sperabam, pro Gaudebam. Sic enim dicimus, quum erraſſe nos cernimus.
Spero non ueniet uſus. Terent. Heaut. 3. 2. 42,
Non uſus ueniet ſpero.
Deos ſperauimus. Plaut. Caſin. 7. 39,
Dijs ſum fretus, deos ſperauimus.

¶ Sperans, Particip. (ἐλπίζων) Virg. 6. Aeneid. 106.
¶ Speratus, pen. prod. Aliud participium (ἐλπισθεὶς) Plaut. Merc. 22. 2.
Aura ſperata deſerit ratem. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 12. 9.
Laborare de reliqua & ſperata gloria. Cic. Q. fratr. lib. 1. 1. 63.
Honos ſperatus fugit. Stat. 5. Sylu. 3. 47.
Voluptas ſperata. Quid. 2. Metam. 173.
Speratum uetères dicebant eum, qui uxorem petit: & ſperatã uirginem, quæ petitur. Afranius,
Curre, & nuncia uenire, & mecum ſperatam adducere,
ut uideat puellam. Speratam ſuam uocat uxorem Plautus in Amphit. 8. 42,
Amphitruo uxorẽ ſalutat lætus ſperatam ſuã. Ex Nonio.
¶ Sperabilis, & hoc ſperabile, pen. corr. (ἐλπιστὸς) Quod ſperari poteſt. Plaut. Capt. 10. 3,
Hic ille eſt dies, quum nulla uitæ ſalus ſperabilis eſt mecũ.
Spetile] uocatur infra umbilicum ſuis, quod eſt carnis proprij cuiuſdam habitus exps, qua etiam antiqui per ſe utebantur. Plautus, enumerandis uilibus obſonijs in Carbonaria ſic meminit.
Ego pernam ſumen, ſueres, ſpetile, callum, glandia. Feſtus.
Speuſticus] pen. corr. Adiect. (σπευστικὸς) Dicitur panis qui celerrimè fit & coquitur: à uerbo σπεύδω, quod eſt feſtino. Plin. lib. 18. cap. 11. 3, Panis ipſius uaria genera, aliàs ab obſonijs appellati, ut oſtrearij: aliàs à delicijs, ut artolagani: aliàs à feſtinatione, ut ſpeuſtici.
Speuſippus] Σπεύσιππος, Philoſophus Athenienſis, Platonis ex ſorore nepos, qui octo annos Platonicæ ſcholæ præfuit. Ferunt hunc ſenio confectum, ſibi mortem conſciuiſſe mœrore impulſum. Plutarchus uerò ſcribit, illum pediculis efferueſcentibus interijſſe. Primus inuenit, quo pacto ex gracilioribus lignis fierent uaſa capatia.
Sphaceliſmus] σφακελισμὸς, Morbi genus, ipſis etiã plantis cum animalibus commune: de quo abundè multa ſuprà diximus in uocibus Aſtroboliſmus & Sideratio.
Sphacelus] Herba ſaluiæ ſimilis. Theophraſtus lib. 6. ca. 2. De plantarum hiſtorijs, Sphacelus (inquit) & Saluia inter ſeſe diſtant, quaſi alterum urbanum, alterum genus ſyluestre dixeris. Sphacelo Folium leuius, contractius, minuſq; ſqualens: Saluiæ ſcabrius. Hæc ille.
Sphacelus] pen. corr. (σφάκελος) proprie oſſium eſt affectus, teſte Galeno, cùm tota illorum ſubſtantia corrumpitur. Latini oſſium cariem appellant.
Sphacos] Vide Sphagnos.
Sphacteria] quæ & Sphagia (σφακτηρία) Inſula eſt Meſſeniæ adiacens, eregione Pyli: cuius meminit Strabo lib. 8.
Sphæra] Sphera (σφαῖρα) Latinè dicitur globus, nempe qui ex omni parte exteriore rotundus apparet. Cic. 2. de Natur. deor. 68, Quumq; duæ formæ præſtantes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim ſphæram interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis, qui κύκλος Græcè dicitur: his duabus formis contingit ſolis, ut omnes earum partes ſint inter ſe ſimillimæ, à medioq; tantum abſit extremum, quantum idem à ſummo: quo nihil fieri poteſt aptius. Idem 2. de Nat. deor. 174, Habere ſecretam & liberam ſphærã. Idem 3. de Orat. 88, Quamuis ſphæram in ſcenam (ut dicitur) attulerit Ennius, tamen in ſphæra fornicis ſimilitudo non poteſt ineſſe.
¶ Sphærica, ſphæricæ, pen. corr. (σφαιρικὴ) Placentæ genus, quæ ex multis globulis in ſphæram & rotundam formam coactis, ac deinde ſimul copactis fiebat. Cato cap. 82, Sphæricam ſic facito, ita uti ſpirã: niſi ſic fingito, detractis caſeo, melle ſphæras pugnum altas facito, eas in ſolo componito, denſas eodem modo componito, atque ſpiram, itemq; coquito. Vetus exemplar habet, Spæritam.

¶Sphæriſterium, ſphæriſterij (σφαιριστήριον) Locus balinei, in quo uetteres frictiones ſuas & uaria exercitationum genera facere ſolebãt. Suet. in Veſpaſiano, cap. 20, Valetudine proſperrima uſus eſt, quamuis ad tuendam eam nihil amplius quàm fauces, cæteraq; membra ſibimet ad numerum in ſphæriſterio defricaret. Plin. in epiſt. Apodyterio ſuppoſitum eſt ſphæriſterium, quod plura genera exercitationis, pluresq; circulos capit. Sed in primis ad exercitium pilæ deputatus eſt, quam Græci σφαῖραν appellant: à quo Sphæriſtæ, eius ludi ſtudioſi: & Sphæriſtici, eius ludi periti dicebantur, inquit Budæus. Lampridius in Alexandro, Poſt lectionem operam palæſtræ, aut ſphæriſterio, aut curſui, aut luctaminibus mollioribus dabat.

¶Sphæralis, & hoc Sphærale, pen. prod. Macrobius 7. Saturnalium, cap. 9, Ex his ſeptem motibus, unus tantùm in diuinis corporibus inuenitur: ſphæralem dico, quo mouetur cælum, quo ſidera.

Sphæralis cõnexitas. Macrob. lib. 1. cap. 16. in Somn. Scipionis.

Sphæralis forma. Macrob. 7. Saturnal. cap. 16.

Sphæralis natura. Macrob. 7. Saturn. cap. 9.

¶Sphæromachia, ſphæromachiæ, Certatio quæ fit pila uel globo. Seneca epiſt. 81, Hodierno die non tantum meo beneficio mihi uaco: ſed ſpectaculi, quod omnes moleſtos ad ſphæromachiam auocauit. (lib. 8.

Sphagia] Inſula eregionè Pyli, Meſſeniæ, & Lepræi. Strab.

Sphagitides] σφαγῖτιδες, Venæ duæ inſignes, utrinq; ad iugulum apparentes, omnes tum colli, tum capitis partes nutrientes. Latini iugulares uenas interpretãtur. σφαγὴν enim illi iugulum appellant. Galenus lib. 6. De uſu partium.

Sphagnos] ſiue Bryon, ſiue Sphacos, ſunt cani arborũ nilli, quales in quercu maximè uidemus, ſed odore præſtantes. Plinius libro 12. cap. 23.

Sphenida] Pilæ genus, maius paganica, & tenuius quàm follis, ex panno ferè conſtans, nonnunquam etiam ex pelle. Alio nomine dicitur Herſpaſtum. Hoc Sipontinus. Sed Cælius lib. 20. cap. 14, non Sphenida, ſed Sphennida ſcribendũ eſſe, σφεννίδα, affirmat.

Sphigmos] σφιγμὸς, Eſt motus arteriæ, celerius tardiuſue ſalientis, pro ratione dilatationis & cõtractionis ipſius cordis: dictus Sperigmos, ἀπὸ τῦ σφίγειν, quod ſalire, reſultare, pultare ſignificat.

Sphinx] ſphingis, uel ſphingos, fœm. gen. (σφίγξ) Aethiopicum animal eſt, è ſimiarum genere, fuſco pilo, mammis in pectore geminis, ad hominis ſpeciem accedens, ſolo pilo & ſolitudine feram aſſimulans. Poetæ id monſtrum faciem habere uirginis fingunt, pennas auium, pedes leonis. Plin. lib. 8. cap. 21. 1. & lib. 37. cap. 1. 6.

Sphinx, ab effectu nomen ſortita: quòd homines ſuis quæſtionibus ita ſtringeret, ut ſe expedire non poſſent. Nam Græcè σφίγγειν, conſtringere, uel uincire dicitur: uel quaſi omnium mentes ſuis propoſitionibus ligare. Lactantius in primum Thebaid. ſcribit, Sphinga monſtrum fuiſſe, alas & ungues habens in ſimilitudinem Harpyiarum: quod inſidens ſcopulo uiæ imminenti, inſolubilia ænigmata tranſeuntibus proponebat: quæ quum ſoluere non poſſent, ex improuiſo ueniens, alis & unguibus ad ſe in rupem trahebat. Hoc autem ænigma proponebat: Quod animal bipes, idemq; tripes, ac quadrupes eſſet. Cuius locutionis ambages tandem calliditate ſua ita Oedipus diſſoluit, ut hominem eſſe diceret, qui in infantia manibus & pedibus nitens, quadrupes eſt. Factus uir, ut qui nullo alio quàm pedum auxilio gradiatur, bipes. At in ſenectute, uiribus deficientibus, baculo utens, tripes. Inde origo huius adagij apud Terentium, Dauus ſum, non Oedipus. id eſt, Seruili officio, non quæſtionibus ſoluendis aptus. De ſphingibus Diodorus Siculus lib. 4. & Plin. lib. 8. cap. 21. 1. Auſonius in Gripho Ternarij,

Terruit Aoniam uolucris, leo, uirgo, triformis
Sphinx, uolucris pennis, pedibus fera, fronte puella.

Iniqua ſphinx. Stat. 1. Thebaid. 13.

Victa cadit ſphinx. Stat. 11. Thebaid. 98.

Aenea ſphinx. Quintil. lib. 6. cap. 3. 68.

Sphragis] σφραγὶς, Species eſt optimæ rubricæ, apud Plin. lib. 36. cap. 6, quæ in Lemno inſula effodiebatur: ita dicta, quòd ſignatæ uenderetur, ſicut apud nos ſapo. σφραγίζειν enim Græci dicunt, quod nos ſignare. Quo autem in loco, quibuſq; ceremoniis hæc terra colligatur, diximus in dictione LEMNOS. Eſt autem Sphragis, gemma uirilis, ſed non translucida: ita dicta, quod ea optimè ſignemus. Plin. libro ultimo, cap. 8.

Sphyræna] σφύραινα, Græcis animal marinum, quod Latinis ſudis dicitur, ut ait Plinius libro 32. cap. 11. 11. Sunt præterea à nullo authore nominati, ſudis Latinè appellata: à Græcis ſphyræna, roſtro ſimilis nomine, magnitudine inter ampliſſimos rarus, ſed tamen non degenere: & pernæ concharum generis, circa Pontias inſulas frequentiſſimæ. Stat. Velut ſullo orure longo in arena defixæ, bianteſq; quà limpitudo eſt, pedali non minus ſpacio cibũ uenantur, Dentes in circuitu marginum habent pectinatim ſpiſſatos. Unus pro ſpondylo grandis caro eſt.

Spica] ſpicæ: & ſpicus, ſpici (στάχυς, ἄσταχυς) antiquè, authore Feſto: & ſpicum, ſpici, dicitur quum per culmi folliculum, id eſt, extremum tumorem, ariſtæ adhuc tenues in modum ſpiculi eminent, ut ait Seruius. Cic. 5. de Finibus, 156, Neſeges quidem igitur ſpicis uberibus & crebris, ſi amœnam uſpiam uideris.

Spica, dicta eſt à ſpe, ut ait Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 48. Nã quum fruges in ſpicam exit, ſpem præbet hominibus.

Spica in hordeo & tritico tria habet continentia, granum, glumam, ariſtam: & etiam primitus ſpica quum oritur, uaginã. Varro 1. de Re ruſt. cap. 48. 1.

Flauentes ſpicæ. Ouid. 9. Metam. 138.

Fruges ſpicæ ordine ſtructæ. Cic. de Senect. 47.

Cererẽ in ſpicis intercipere. Ouid. 8. Metam. 59. de apro Calydonio,

Is modò creſcentes ſegetes proculcat in herba:
Nunc matura metit fleturi uota coloni,
Et Cererem in ſpicis intercipit.

Quid ſit, Cererem in ſpicis intercipit, id expoſuit ipſe qui inquit, Matura uota coloni. Primò enim herbeſcit ſeges: unde illud eſt, Segetes procreat in herba. Deinde uerò ubi maturuit, in ſpica eſſe dicitur.

Spicus in maſculino genere, in utroq; numero legitur: Spicum uerò tantum in ſingulari. Cic. 2. de Nat. deor. 159,

Spicũ illuſtre tenens ſplendenti corpore uirgo. Ex poeta.

Spica, ſignum in cælo oriens, in Virginis parte decima. Firmianus, Quicunq; in ortu Spicæ natus fuerit, erit ruralibus officiis ſemper applicatus, & multas fruges horreis condet. Colum. lib. 11. cap. 2. 42, Decimoquarto calend. Octob. Spica Virginis exoritur.

Spica mutica, Quæ non habet ariſtam. Ariſtæ enim ſunt quaſi cornua ſpicarum. Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 48. Vide Mutícus, in Mutus.

Spica, Nucleus quo numeroſo caput alij compactũ eſt. Colum. lib. 11. cap. 3. 114, de ulpico. Habet enim uelut allium plures cohærentes ſpicas, inter palmaria ſpacia ſpicæ ulpici. Ruellius lib. 1. cap. 2, Cohærentes bulbi, in quos alij caput extenuit, qui ſeorſum conſiti nouam creant ſobolem, & nucleũ & ſpicæ Latinis authoribus appellantur.

¶Spiceus, Adiectiuum (στάχυϊκὸς) Quod ex ſpicis eſt: ut, Corona ſpicea. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 3.

Meſſis

Meſſis ſpicea. Virg. 1. Georg. 63.

Serta ſpicea. Ouid. 2. Metam. 6.

¶Spicilegiũ, ſpicilegij (σταχυολογία) Collectio ſpicarũ. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 53, Meſſe facta, ſpicilegium uenire oportet, aut domi legere ſtipulam.

¶Spico, ſpicas (στάχυόω μαι) ſpicare, à quo paſſiuũ Spicor, ſpicaris: id eſt, Spicas emittere: legitur apud Plinium, lib. 18. cap. 7. 11, Grana in ſtipula crinito textu ſpicantur.

¶Spicatus, pen. prod. Adiect. (στάχυωτὸς) Quod habet ſpicas. Plin. lib. 21. cap. 17. 1, Aliud rurſus ſpicatarum genus herbarum. Idem lib. 24. cap. 15. 5.

Spicatum unguentũ Romæ dici ſolitũ Galenus prodidit, & fœminis præſertim diuitibus familiare. Idem & nardinũ dictũ, ut refert Hermolaus in Corollario. Dictum ſpicatũ, quòd ex ſpica nardi cõficiatur: ut docet Marcel. interpres Dioſcor.

Spicatum pauimentum. Plin. lib. 36. cap. 25. 4.

¶Spicifer, penult. corr. ſpiciferum, pen. corr. (στάχυοφόρος) Quod fert ſpicas: ut ſpicifera Ceres à poetis dicitur. Mart. lib. 10. 74, Spicifer Nilus.

Dea ſpicifera. Ceres. Senec. Herc. Oetæo, 5. 4.

Ora ſpicifera. Silius lib. 3. 82.

Spicio] ſpicis, ſpexi, ſpectum (βλέπω) ſpicere, Aſpicere, intueri, Antiquum. Plaut. Milit. 10. 99,

Flagitium eſt, ſi nil mittetur, quo ſupercilio ſpicit.

Verbum obſoletum, ex quo in uſu eſt Specto ſpectas: & cõpoſita notiſſima, ut Aſpicio, deſpicio, &c.

Spico] ſpicas, ſpicare, Spiculo & ferro aſperare. Gratius,

Quid Macedũm immenſes libeat ſi dicere contos,
Quàm longa exigui ſpicant haſtilia dentes.

Longas & ſuperuacuas Macedonum lariſſas, exiguo præfixas eſſe ferro dicit. Inde putauerim apud nos haſtam Macedonicam picam, quaſi ſpicam uocari, quòd ferro ſpicata ſit exiguo. Inde picare, tanquam ſpicare dicimus. Turnebus.

Spiculum] ſpiculi, pen. corr. (ξυστὸς ὀξυβελὴς) Lancea breuis: ſeu, ut Vegetius ait, telum miſſile, cuius ferrum eſt triangulum unciarum nouem, haſtile pedũ quinq; & ſemis. Plautus Caſin. 6. 27,

Si non impetrauit, ſpicula etiam inſortita ſunt mihi.

Cicero in Piſonem, 49, L. Craſſus homo ſapientiſſimus noſtræ ciuitatis, ſpiculi propè ſcrutatus eſt Alpes, ut ubi hoſtis non erat, ibi triumphi cauſam aliquam quæreret.

Lucida ſpicula læuato ferro. Virg. 5. Aeneid. 62.

Epaminundas ſibi auelli iubet ſpiculum. Cic. Lucel. lib. 5. 12. 17.

Lenta ſpicula contorquent lacertis. Virg. 7. Aeneid. 33.

Contorſit manu emiſſa ſpicula. Virg. 11. Aeneid. 136.

Fundere ſpicula. Silius lib. 17. 27.

Quatere ſpicula. Ouid. 8. Metam. 76.

Vellere ſpicula. Virg. 10. Aeneid. 178.

Vibrare ſpicula. Virg. 11. Aeneid. 122.

Spiculum accipitur pro Sagitta. Virg. 11. Aeneid. 131,

Spicula conuerſo fugientia dirigit arcu.

Scelerata ſuccis ſpicula. Silius lib. 3. 55. hoc eſt, uenenatã.

Dirigere certa ſpicula. Ouid. 12. Metam. 122.

Exercere ſpicula debita fatis Troianis. Ouid. 13. Metam. 11.

Promere ſpicula de pharetra. Ouid. 3. de Arte, 102.

Tincta uenenis ſpicula. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 7.

Spiculum, Sagittæ ferrum, ſeu cuſpis ipſa, & aculeus: ut ſunt ſpicula ſagittarum, & aculei apum. Virg. 4. Georg. 48,

— & ſpicula cæca relinquunt
Adfixæ uenis. De Apibus.

Calami ſpicula Gnoſij. Horat. 1. Carm. ode 15. 4.

Haſtarum ſpicula. Ouid. 8. Metam. 76.

Acuta ſpicula. Ouid. 3. de Arte, 102.

Noxia ſpicula. Ouid. in Ibin, 109.

Defigunt ſpicula crabrones nudo uertice. Ouid. 3. Faſt. 561.

Exaciunt ſpicula roſtris. Virg. 4. Georg. 15.

Spiculum dictum à ſpicarum acie.

¶Spiculo, ſpiculas, pen. corr. (ἀκοντέω) ſpiculare, Cuſpidem acuere. Plin. lib. 11. cap. 2. 2, Telum uerò profõ diendo tergori, quo ſpiculauit ingenio?

¶Spiculator, pen. prod. ſpiculatoris, m. g. (ξυστοφόρος) Spiculatores dicti ſunt ſatellites principum, à ſpiculis quæ geſtãt. Corn. Tacitus, Dilapſis ſpiculatoribus, cætera cohors non aſpernata concionantem.

Spina] ſpinæ (ἄκανθα, σκόλοψ) Id in ſentibus & rubis aut alijs fructibus uel herbis, quod dũ tãgitur, aculeatũ ſentitur, & pungit. Plin. lib. 10. cap. 32. 3, Putant ex ſpinis aculeatis.

Conſertum tegmen ſpinis. Virgil. 3. Aeneid. 119.

Spinam facere dicitur aſparagus quum percreuit, & ſpinoſus fit. Colum. lib. 11. cap. 3. 37.

Acutis ſpinis ſurgit paliurus. Virg. 5. eclog. 8.

Spina, pro Aculeo, qualis ſerpẽtibus & hyſtricibus, & pleriſq; piſcibus ineſt. Plin. lib. 8. cap. 35, Hiſtrices generat India & Africa, ſpina contectas. Idem lib. 9. cap. 59. 4, Iidem anthiæ quum unum hamo teneri uiderint, ſpinis quæ in dorſo ſeratas habent, lineam ſecare traduntur.

Animantes aliæ nillis noſtitæ, aliæ ſpinis hirſutæ. Cicero 2. de Natur. deor. 180.

Spina etiamnum appellatur uertebrarum in quocunq; animali contextus inter ſe: qui eſt à collo ad extremum uſq; os, quod ſacrum dicitur: ſic autem appellata eſt, quòd ipſæ uertebræ in ſuo contextu proceſſus utrinq; oſtendant ſpinis haud abſimiles. Plin. lib. 11. cap. 37. 49, Spina lumbis oſſea, ſed tereti ſtructura per media foramina, à cerebro medulla deſcendente. Eãdem eſſe eiinaturam quam cerebro colligunt, quoniam prætenui eius membrana modò inciſa ſtatim expiretur. In ſpinæ igitur parte ſuperiore ſcapulæ, à lateribus dorſa: quæ omnia dicuntur terga. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 7. 4, Scapulis latis, ſpina maximè duplici.

Crates ſpinæ. Ouid. 8. Metam. 163, de Fame dea.

Lentæ ſpinæ curuamen. Ouid. 3. Metam. 14.

Putrefacta ſpina. Ouid. 15. Metam. 78.

Spinæ, per translationem, pro Difficultatem. Cic. 4. de Finib. 127, Quam illorum triſtitiam atq; aſperitatem fugiens Panætius, nec acerbitatem ſententiarũ, nec diſſerendi ſpinas prorſus: fuitq; in altero genere mitior, in altero illuſtrior. Idem 4. Tuſc. 15, Spinas partiendi & definiendi prætermittunt.

Vellere ſpinas. Cic. 4. de Finib. 9.

¶Spinifer, pen. corr. Adiect. (ἀκανθοφόρος) Cic. in Arato, 21, Quod ſupereſt gelido delapſum flumine fontis
Spiniferum ſubter caudam piſtricis adhæſit.

¶Spineus, Aliud adiectiuum (ἀκανθώδης) ut, Spinea corona, Quæ è ſpinis facta eſt.

Teda ſpinea. Catul. in Epithal. Iuliæ, 56. 3.

Vincula ſpinea. Ouid. 2. Metam. 158,

— baculumq; capit, quem ſpina tortũ Vincula cingebant.

Spinenſis] Deus, apud Auguſtinum in lib. Ciuitat. Dei, quòd ſpinas ex agris eradicari putaretur, à Romanis cultus eſt. Videndus Lilius Syntag. 1. Hiſtor. Deorum.

¶Spinalis, & hoc Spinale, pen. prod. Ad ſpinam pertinens. Macrob. lib. 7. Saturnal. cap. 9, Animæ per ſpinalem medullam præbetur effectus.

¶Spinoſus, pen. prod. (ἀκανθώδης) Item Adiect. ſpinis abundans. Varro 2. de Re ruſt. cap. 3. 7, In ſpinoſis locis paſcuntur. Plin. lib. 12. cap. 15. 2, Corticẽ læuem myrrhæ, ſimilemq; unedoni, ſcabrum alij, ſpinoſumq; dixêre.

Herbæ ſpinoſæ. Ouid. 2. Metam. 163.

Iugum ſpinoſum. Propert. lib. 4. eleg. 4. 10.

Spinosa oratio, per translationem, hoc est, dura & aspera. Cic. 1. de Orat. 41, Sed hæc erat spinosa quædã & exilis oratio, longeq; à nostris sensibus abhorrebat. Idem in Orat. 62.

Spinosum disserendi genus. Catul. Argon. 59. 15.

Hæc enim spinosiora prius ut confitear me cogunt, quàm ut assentiar. Cic 1. Tusc. 27.

¶ Spinetum, spineti, pen. prod. (ἀκανθών) Locus spinis consitus. Plin. lib. 10. cap. 74. 2, Asinus spinetis se scabendi causa atterens, nidos ægithi dissipat. Virg. 2. eclog. 2.

Spina] nũc uiculus in finib. Græciæ, olim maxima ciuitas Græca: à qua Spinesiũ Delphis thesaurus est dictus. Strab. lib. 5.

Spineticum] unum ex Padi ostijs, quo Claudius Cæsar è Britannia triumphans prægrandi illa domo uerius, quàm naui intrauit Adriam: à Spina urbe nomen habet, quam à Diome conditam esse uolunt. Plin. lib. 3. cap. 16.

Spinter] spinteris, n. g. (ἐρμαχιονιστὴρ) Significat aut fibulam in humeris, aut armillam, ut ait Priscianus lib. 5. Festus, Spinter armillæ genus, quo mulieres utebãtur brachio summo siniſtro. Plaut. Menæh. 12. 4,

Iubeasq; spinter nouum reconcinnarier.

Spintharus] σπίνθαρος, nobilis architectus Corinthius, qui Delphicum templum ædificauit. Pausanias.

Spintria] spintriæ, Qui muliebria patitur, seq; alijs abutendum præbet. Suet. in Vitellio, Et ipse perpetuo spintriæ cognomine notatus. Certè pro spintria, Dionis compediũ πορνοβοσκὸς dicit: id est, prostitutum, et stuprum passum. Sed & spintrias à patientia nominatos, Tacitus ostendit his uerbis, Tunc; primum ignota antè uocabula reperta sunt sellaliorum & spintriarum, ex fœditate loci & multiplici patientia. Turnebus.

¶ Spintriæ, dicti sunt à Tiberio Cæsare, Monstrosæ libidinis repertores, nouiq; cõcubitus. Suetonius in Tiberio ca. 43, Mõstrosiq; concubitus repertores, quos Spintrias appellabat.

Spinturnix] spinturnicis, s. g. Auis inauspicata, quæ & incendiaria dicitur. Plin. lib. 10. cap. 13.

Spinturnix] inquit Festus, est auis genus turpis figuræ, occursatrix artificum perdita spinturnix. ea Græcè dicitur, ut ait Santra, σπινθὰρ αἰγὶς.

Spinus] spini, f. g. (πρόμνον) Agrestis siue syluestris genus: pruni enim syluestres genera spinarum sunt, inquit Columella. Vnde Virg. 4. Georg. 29,

Eduramq; pyrum, & spino, iam pruna ferentes.

¶ Spineolus, Spineoli, pen. cor. m. g. (πρόμνιον) Fructus spini.

Spio] σπειὼ, Nympha marina, Nerei et Doridis filia: sic à specluncis maris appellata, in quibus Nymphæ marinæ habitare dicuntur. σπεῖον enim spelunca est. Virgil. lib. 4. Aneid.

Nisæq; Spioq; Thaliaq; Cymodoceq;, &c.

Spionia] Vitis, quæ & spinea quibusdã dicitur. Colum. lib. 3. cap. 2. 16, At spionia dapsilis musto & amplitudine magis uuarum quàm numero fertilis. Plin. lib. 14. cap. 2. 12, Aestiuã fert spionia, quam quidam spineam uocant. Autumnisq; & imbribus pinguescit, quinimò nebulis unà aliisq; ob id Rauennati agro peculiaris.

¶ Spionicus, pen. corr. Adiectiuum. Colum. lib. 3. cap. 21. 9, Iã & illud magnæ dotis est, posse gustum cuiusq; generis non mistum, sed uerè merum condere, ac separatim reponere, siue est ille bituricus, seu basilicus, seu spionicus.

Spira] spiræ (σπεῖρα) Spiræ sunt reuolutiones siue circuli, qui in seipsos non recurrunt: quales sunt funium nauticorũ, & rudentum conuolutorum, & serpentium. Plin. lib. 37. cap. 10. 12, Capnites plurimis spiris fumida.

Anguis se colligit in spirã. Virg. 2. Georg. 31. id est, in circulum. Idem 2. Aeneid. 44,

—spiriq; ligant ingentibus, & iam
Bis mediũ amplexi.

Seruius, Spiris, nodis.

Ligare aliquem spiris. Virg. 2. Aeneid. 44.

Spira, Proprie (ut ait Seruius) est uolubilitas funium: siue (ut ualt Festus) funis nauticus in orbem conuolutus.

Spira, Subligaculum, siue ligula quæ à pileo ad fauces distenditur, & sub mento alligatur. Iuuen. Satyr. 8. 21,

—de faucibus aured quum se
Porrigat, & longo iactetur spira galero.

Spira, Ornamentum muliebre. Plin. lib. 19. cap. 35. 13, Lolliam Paulinam quæ fuit Caij principis matrona, ne ferio quidem aut solenni Ceremoniarum aliquo apparatu, sed mediocriũ etiam sponsalium cœna, uidi smaragdis margaritisq; operatam, alterno textu fulgentibus, toto capite, crinibus, spiris, auribus, collo, manibus, digitisq;, quæ summa quadringenties H—S colligebat.

Spira, Basis columnæ uitius tori, aut duorum, ut ait Festus. Plinius lib. 36. cap. 23. 6, In Ephesiæ Dianæ æde primum columnis spiræ subditæ, & capitella addita.

Spira, Genus operis pistorij, ut ait Festus. Cato cap. 77, Spiram sic facito, &c.

Spiram, hominum multitudinem uocauit Ennius, quum ait, Spiras legionibus nex. Festus.

Spirula] spirulæ, pen. cor. (σπείριον) Basis columnarũ. Seru.

Spirarchus] σπείραρχος, quasi Primipilaris, aut Cohortis præfectus: nam σπεῖρα inter cætera cohortem significat.

Spireon] Herba, quæ foliis tenus uenit in coronamenta. Plin. lib. 27. cap. 9.

Spirillum] Antiqui dicebant barbã capræ. Festus ex sententia Opilij Aurelij.

Spiro] spiras (εἴλω, ἕλμι, πνέω, πνεῖω, πνοάω, καρέω, φυσάω) spirare, Exhalare. Plinius, Hæc duo genera fistulis spirant quæ ad pulmonem pertinent. Idem lib. 9. cap. 7. 1.

Sine cura quiescere, & sine metu spirare. Cicero pro Sex. Roscio Amer. 40.

Valentius spirat Eurus: hoc est, flat. Ouid. 11. Metam. 97.

Aequatæ spirant auræ. Virg. 5. Aeneid. 6.

Clementius spirant Austri. Stat. 2. Syl. 2. 6.

Flamina spirant. Ouid. 4. Fast. 4.

Fons spirat dulcis aquai. Lucret. lib. 6. 179.

Aræ spirant odoratis floribus. Stat. 3. Syl. 3. 43.

Spirare, Accusatiuo iunctum, significat Emittere, Virg. 1. Aen. 82, Ambrosiæq; comæ diuinum uertice odorem
Spirauêre. Colum. lib. 1.

Spirare ad aliquid, pro Adspirare. Liu. lib. 3.

Amore spirare. Horat. 4. Carm. ode 13. 4.

Ira spirat sanguinem. Seneca Thyeste, 6. 3.

Spirare anima sua. Cic. Post reditum ad Quirites, 19, Non solùm dum anima spirabo mea, sed etiam, &c. Vetus exemplar legit, anima superero mea.

Quæ deseri à me dum quidem spirare potero, nefas iudico. Cicero 3. de Natur. deor. 137.

¶ Spirans, Participium (πνέων, ωντος) ut, Altum spirans. Statius 5. Sylu. 3.

Spirans, Quod spirat, & aliquando quod redolet. Virgil. 3. Georg. 7, Stabunt & Parij lapides spirantia signa. hoc est, Tam artificiosè facta, ut spirare & uiuere uideantur.

Aera spirantia. Virg. 6. Aeneid. 170.

Fretis spirantibus ſeruet æquor. Virg. 1. Aeneid. 66.

Grauiter spirantis copia thymbræ. Virg. 4. Georg. 7.

Spirans, pro Viuente. Cic. pro Milone, 69, Sunt qui de ula Appia querantur, taceant de Curia, ecquando ab eo spirãte forum potuisset defendi, cuius non restiterit cadaueri Curia?

Imponere bustum in caput uiui & iam spirantis. Cicero pro Domo sua, 103.

Quædam

Quædam effigies spirantes mortui. Cic. Quint. frat. lib. 1. 3. 3.

Artus spirantes. Lucan. lib. 3. 146.

Spirantia consulet exta, Palpitantia, quasi adhuc uiua. Virg. 4. Aeneid. 13.

Aura spirans, Vitalis, qua spiramus & uiuimus. Virg. 8. Aen.

Corpora spirantia. Lucan. lib. 1. 74. (129.

¶ Spiritus, huius spiritus pen. corr. masc. gen. (πνεῦμα, πνεύματος, πνοὴ, πνεύσεως, πάρ&) Halitus, id quod spiramus, & quo uiuimus. Plautus Milite, 3. 17,

Cuius tu legiones difflauisti spiritu, quasi uentus foliã. Virg. 3. Georg. —atq; attractus ab alto Spiritus. Cic. 2. de Nat. deor. 201, Tribus rebus animantium uita tenetur, cibo, potione, spiritu. Ibidem, 175, Vitalem & salutarem spiritum præbet animantibus. Ibidem, 208, Sanguis per uenas in omne corpus diffunditur, & spiritus per arterias.

Cæli spiritus. Cic. 1. in Catil. 10. Potestne huius uitæ hæc lux Catilinæ, aut huius cæli spiritus esse iucundus?

Angustus spiritus, Breuis anhelitus. Cic. 1. de Orat. 136. Idem 3. de Orat. 100, Animæ interclusio, & angustiæ spiritus.

Anhelans spiritus. Author ad Heren. lib. 4. 200.

Animalis spiritus. Vide Animal.

Continuus spiritus siue inflexus. Vide Contineo.

Creber spiritus, haud ingens, raroq; coortus. Lucret. li. 6. 239.

Dirus spiritus. Senec. Octau. 5. 3.

Extremus spiritus. Cic. de Senect. 25.

Liber spiritus. ut, Supplicium à libero spiritu & communi luce seclusum. id est, in carcere. Cic. 7. Verr. 19.

Mortiferum spiritum exhalare. Plin. lib. 2. cap. 93. 3.

Teter spiritus. Horat. 3. Carm. ode 11. 4.

Vno spiritu. Cic. 1. de Orat. 137, Demosthenes summa uoce uersus multos uno spiritu pronunciare consuescebat. Idem 2. de Natur. deor. 36, Hæc ita fieri omnibus inter se conuenientibus mundi partibus profectò non possent, nisi ea uno diuino ac continuato spiritu continerentur.

Spiritus cum sono. Celsus lib. 5. cap. 26.

Attractus ab alto spiritus. Virg. 3. Georg. 101.

Auferre spiritum sine sensu doloris. Cic. 7. Verr. 92.

Auferre spiritum alicui, Occidere aliquem. Senec. Octau. 5. 5.

Flammata facies spiritum ex alto citat. Senec. Medea, 6. 2.

Vita continetur corpore & spiritu. Cic. pro Marcello, 16.

Ducere spiritũ, Spirare. Cic. 2. de Diuinat. 148, In puero referre ex qua affectione cæli primũ spiritũ duxerit. Liu. bel. Maced. 2, Perire nanq; semel ipsis satius esse, quàm sub acerbissimi carnificis arbitrio spiritũ ducere. hoc est, Vitã extẽdere.

Vitam & spiritum ducere. Cic. pro lege Manil. 23.

Ducere ad tempus spiritum. Cic. Planco, lib. 10. 1. 3.

Aer spiritu ductus alit animantes. Cic. 2. de Natur. deor. 146.

Tranquillum & ociosum spiritum ducere. Cic. pro Archia, 22.

Elidere spiritum. Celsus lib. 4. cap. 14.

Infœlix spiritus in auras ibit. Ouid. epist. 10. 25.

Euadit spiritus per angustias. Celsus lib. 4. cap. 4.

Excipere extremum spiritum alicuius. Cic. 7. Verr. 92.

Nefastum spiritum ferro exige. Senec. Oedipo, 14. 7.

Extenuandus spiritus in auras. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 3.

Cadentem spiritum firmare. Senec. Trod. 10. 19.

Communi spiritu frui. Cic. 4. in Catil. 79, Functo temporis fruitur & hoc cõmuni spiritu nõ putat oportere. id est, Viuere.

Rudes spiritus hausi. Senec. Oedipo, 10. 7.

In pulmonibus inest raritas ad hauriendum spiritum aptissima. Cic. 2. de Natur. deor. 205.

Ludere extremo spiritu. Cic. 1. Tusc. 154.

Oris spiritus reluctanti obstruitur. Virg. 4. Georg. 60,

Inde Nepæ cernes propter fulgentis acumen
Aram quã flatu permulcet spiritus Austri. Cic. in Arato, 21.

Petitus spiritus imo latere. Horat. Epod. 11. 2.

Graui spiritu pressæ antennæ. Senec. Oedip. 11. 1.

Reddere spiritum patriæ. Cic. 11. Philip. 284.

Reddere spiritum. Celsus lib. 8. cap. 1; Aliaq; ex his ad fauces peruia spiritum & reddunt & accipiunt.

Grautorem spiritum reddit tibia. Quint. lib. 1. cap. 11. 5.

Regit artus spiritus. Virg. 4. Aeneid. 67.

Retinere spiritum. Celsus lib. 7. cap. 14.

Suspẽdere spiritum in lectione. Quint. lib. 1. cap. 8. 1.

Trahere spiritum. Celsus lib. 3. cap. 27.

Vanescit spiritus in auras. Ouid. epist. 12. 17.

Spiritus aliquandò pro animi elatione accipitur, quod Græcè φρόνημα dicitur. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 2. 9, Quid L. Cæcilio, nõne omni ratione placaui? quem hominem? qua ira? quo spiritu? Idem pro Syl. 20, Res enim gestæ credo meæ, me nimis extulerunt: ac mihi nescio quos spiritus attulerunt?

Fiducia ac spiritus. Cæsar 3. bel. Ciuil. 252.

Auidus spiritus. Horat. 2. Carm. ode 2. 2.

Contaminatus spiritus. Cic. in Pisonem, 15.

Hostiles spiritus. Tacit. lib. 20.

Ingentis spiritus uir. Vide Ingens.

Minax spiritus. Ouid. ad Liuiam, 56.

Regius spiritus. Cic. 2. de lege Agrar. 91.

Solidus spiritus. Ouid. ad Pisonem, 15.

Superbus spiritus. Ouid. ad Liuiam, 56.

Tumidus spiritus. Seneca Agamemn. 4. 5.

Spiritus, Odor. Virg. 5. Aeneid.

Ardentesq; notate oculos, quis spiritus illi,
Qui uultus, uocisue sonus, uel gressus euntis. Seruius.

Vngueuti spiritus. Lucret. lib. 3. 45.

Operis spiritus atq; animus. Quint. lib. 6. cap. 2. 7.

Acer spiritus. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 10.

Tenuis spiritus. Horat. 2. Carm. ode 16. 8.

Spiritus, pro Vento. Colum. lib. 3. cap. 19. 2, Veruntamen præstat eligere sationi, silentis, uel certè placidi spiritus diem.

Spiritus fœdi odoris. Celsus lib. 5. cap. 26.

Spiritus, pro Aere. Plin. li. 2. ca. 5. 1, Proximũ spiritus, quẽ Græci, nostriq;, eodem uocabulo ærã appellant. Ibidem, lib. 6.

Suscipi in lucem, & augeri cælesti spiritu. Cic. de Aruſp. resp. 53.

Afflari spiritu diuino. Vide Afflo.

¶ Spiritualis, & hoc spirituale, & per syncopen, Spiritalis & hoc spiritale, pen. prod. (πνευματικὸς) Quod halitũ emittit. Vnde Spiritales auras dicimus, id est uitales.

Spirabilis, et hoc spirabile, pen. corr. (πνευτὸς) Vitale, quo spiramus, inquit Seruius. Virg. 3. Aen. 120, —per sydera testor.
Per superos, atq; hoc cæli spirabile lumẽ. Cic. 1. Tusc. 66.
Illam uerò funditus eijciamus indiuiduorum corporum læuium & rotundorum concursionem fortuitam, quam tamẽ Democritus concalefactam & spirabilem, id est, animalem esse uoluit. Et paulo antè, 64, Animales, id est, spirabiles: Sic, 2. de Nat. deor. 132, Spirabilis natura.

Igneus & spirabilis. Cic. 1. Tusc. 111.

Sumere animũ spirabilem, à pluribus. Cic. 2. de Nat. deor. 27.

¶ Spiramen, pen. prod. spiraminis (φυσητὴρ) Per quod exit spiritus: ut, Naris spiramina. Lucan. lib. 2. 37.

Reficit spiramina fessi Ignis. Stat. 12. Theb. 54.

¶ Spiramentum, spiramenti, idem (φυσητήριον) Virgil. 4. Georg. 8, —neq; illæ
Nequicquam in tectis certatim tenuia cera
Spiramenta linunt. Idem 9. Aeneid. 116. Plin. lib. 34. cap. 17. 5, Hoc uidetur facere relaxatis spiramentis ad satietatẽ infusus aer. Colum. lib. 9. cap. 11. 1, Et posito cibo dum consuescunt, exiguis spiramentis relictis, triduo ferè clausas habere.

Cæca ſpiramenta. Virg. 1. Georg. 18.
Spiramentum, Emiſſarium fumi. Plin. lib. 34. cap. 10. 5, Circunlito ſpiramento in caminis. Vbi, in ſpiramento camini, legendum uidetur. Budæus.
Exhalantia flammam ſpiramenta. Ouid. 15. Metam. 69.
Spiramentum cauernæ. Iuſtinus, Vbi acrior per ſpiramenta cauernarum uentus incubuit.
Spiramẽta temporum. Tacit. in uita Agricolæ, Quo Domitianus, non iam per interualla ac ſpiramenta temporũ, ſed continuo, & uelut uno ictu Remp. exhauſit.
¶ Spiraculum, ſpiraculi, Idem (φύσημα) Virg. 7. Aeneid. 114, Hic ſpecus horrendum, & ſæui ſpiracula Ditis
Mõſtrãtur. id eſt, Aditus, inquit Seruius. Plin. lib. 2. ca. 93. 2.
Spiſſus] ſpiſſa, ſpiſſum (πυκνὸς, κατάπυκνος) Propriè denſum ſignificat. A' ſepium denſitate. Virg. 2. Georg. 40,
— & ſcrobibus ſuperabit terra repletis Spiſſus ager.
Aether ſpiſſus. Ouid. 1. Metam. 5.
Amoma ſpiſſa tergit de comis. Ouid. epiſt. 20. 34.
Arena ſpiſſa. Virg. 5. Aeneid. 68.
Caligo ſpiſſa. Ouid. 7. Metam. 107.
Coma ſpiſſa. Horat. 3. Carm. ode 19. 5.
Corona ſpiſſa uiris. Virg. 9. Aeneid. 102.
Corpus ſpiſſum. Lucret. lib. 6. 26.
Flatu ſpiſſo implere ſedilia. Horat. de Arte, 42.
Grandine ſpiſſa glomeratur corpus. Ouid. 9. Metam. 45.
Igne ſpiſſo coit Pleiadum chorus. Propert. lib. 3. eleg. 5. 8.
Laurea ſpiſſa ramis. Horat. 2. Carm. ode 15. 2.
Littus ſpiſſum, Arenoſum. Ouid. 15. Metam. 144.
Nubes ſpiſſa. Ouid. 1. Amor. eleg. 13. 6.
Spiſſa, & Solutioris humi regio, opponũtur. Colum. lib. 2. cap. 2. 7, Foſſarum duo genera cognouimus: cæcarum, & patentium. ſpiſſis atq; cretoſis regionibus apertæ relinquuntur: at ubi ſolutior humus eſt, aliquæ fiunt patentes, &c.
Theatra ſpiſſa, Repleta ſpectatoribus. Horat. 1. epiſt. 20. 9.
Viuinæ ſpiſſo quali. Virg. 2. Georg. 49.
Vmbræ ſpiſſæ noctis. Virg. 2. Aeneid. 125.
Spiſſus tactus, Qui rem aliquam ſpiſſam eſſe deprehendit. Plin. lib. 12. cap. 24. 2.
Spiſſum, Tardum. Plaut. Pœn. 11. 47,
Qui ſi quid boni promittunt, pro ſpiſſo euenit. Idem Ciſtel. 2. 66,
Spiſſum iſtud amanti eſt uerbum, Veniet niſi uenit.
Tardum & ſpiſſum. Cicer. ad Atticum, lib. 10. 208. 5, Sed hoc quoq; timidè ſcribo, ita omnia adhuc tarda & ſpiſſa. Idem 3. de Orat. 81, Sed etiam ſi eſt aliquanto ſpiſſius, aut ſi ego ſum tardior, profectò nunquam conquieſcam.
Spiſſus & productus exitus. Cic. 2. de Orat. 118.
Spiſſum opus, & operoſum. Cic. Qu. frat. lib. 2. 15. 5.
¶ Spiſſior & ſpiſſiſſimus. Plin. lib. 12. cap. 21. 3, Ediuersò Arabica glans uiridis ac tenuior: & quoniam montoſa ſit, ſpiſſior. Idem lib. 16. cap. 40. 4, Spiſſiſſima ex omni materie, ideo & grauiſſima iudicatur ebenus.
¶ Spiſſè, Aduerb. (πυκνῶς) Plin. lib. 36. ca. 25. 4, Deinde ſpiſſè calcatis carbonibus inducitur ſabulo calce ac fauilla miſtis.
Spiſſius uirere. Plin. lib. 37. cap. 8. 7.
Spiſſè arare. Colum. lib. 2. cap. 11. 8.
Spiſſè atq; uix. Cic. de claris Orat. 71, Quandiu in eorum enumeratione uerſamur? quum tamen ſpiſſè atq; uix, ut dudum ad Demoſthenem & Hyperidem ſic nunc ad Antoniũ Craſſumq; peruenimus.
¶ Spiſſo, ſpiſſas (πυκνόω, σύφω) ſpiſſare, ſpiſſum facere. Plinius lib. 11. cap. 41. 3, Omne lac igne ſpiſſatur.
Spiſſari in panem farinæ modo. Plin. lib. 13. cap. 4. 17.
Spiſſare pectinatim. Vide Pectino, in Pecten.

Spiſſatus] pen. prod. Participium (πυκνωθεὶς) ut, Nubes ſpiſſatæ. Lucan. lib. 4. 16.
Igni ſpiſſatus. Ouid. 15. Metam. 51.
Humor ſpiſſatus. Plin. lib. 2. cap. 49.
¶ Spiſſeſco, ſpiſſeſcis (πυκνόομαι) ſpiſſeſcere, Spiſſum fieri. Celſus lib. 5, de curatione aduerſus ictum aſpidis, Eádem ergo ui uerisimile eſt ſpiſſeſcentem quoq; intus humorem hominis ab eo diſcuti, & ſic dari ſanitatem. Lucret. lib. 6. 36,
Fecit ut ante cauam docui ſpiſſeſcere nubem.
¶ Spiſſamentum, ſpiſſamenti (τύμμα) ſpiſſamenta uocantur, quæ Græcis τύμματα dicuntur, quæ ad unguentorum confectiones extrema ſuperponuntur, ne fluitet quod conditum fuerit. Colum. lib. 12. cap. 46. 2, de cõditura imulæ, Poſthæc in umbra triduo ſiccẽtur, & ita in fideliã picatam recondantur, adiecto paſſo uel defruto quod ſupernatet, ſpiſſamẽtoq; cunilæ impoſito cõtectũ uas polliculetur. Senec. epiſt. 31, Firmiori ſpiſſamento opus eſt quàm uſum in ſocijs Vlyßẽ ferũt.
¶ Spißigradus, ſpißigradi, pen. corr. m. g. (βραδύποδος) A' quo ſpißigradior, ſpißigradißimus. Plaut. Pœn. 7. 3,
— homines ſpißigradißimos,
Tardiores multo, quàm corbitæ ſunt in tranquillo mari.
¶ Spißitas, pen. corr. ſpißitatis, ſ. g. (πύκνωσις) Plin. lib. 18. cap. 30. 7, Quoniam ſpißitate ſua concalefcit.
Spißitudo, pen. prod. ſpißitudinis, ſ. g. f (πυκνότης) Idem.
Spithama] nuncupatur menſura ab magno digito ad minimum. Cælius Rhodigin. lib. 4. cap. 3.
¶ Spithamæi, Pygmæorum gens, de qua ſic ſcribit Plin. lib. 7. cap. 2, Supra hos extrema in parte montiũ Spithamæi Pygmæi narrãtur, ternas ſpithamas longitudine, hoc eſt, ternos dodrantes non excedere, ſalubri cælos ſemperq; uernante, montibus ab Aquilone oppoſitis, quos à Gruibus infeſtari Homerus quoq; prodidit. Fama eſt inſidentes arietũ caprarumq; dorſis, armatos ſagittis, ueris tempore uniuerſo agmine ad mare deſcendere, & oua pullosq; earum alitum conſumere: ternis eam expeditionem menſibus confici, aliter futuris gregibus non reſiſti. Caſas eorum luto penniſq;, & ouorum putaminibus conſtrui.
Splanchnoptes] Pericles ſeruus fuit, cui mortuo æream ſtatuã dominus poſuit. Plin. lib. 22. cap. 17. & lib. 34. cap. 8. Vide in Stypax.
Splen] ſplenis, maſc. gen. (σπλὴν) Latinè dicitur lien. Plin. lib. 8. cap. 23. 3, Sanguis in corde & circa oculos tantùm: uiſcera ſine ſplene.
Petulanti ſplene cachinno. Perſius Satyr. 1. 2.
¶ Spleneticus, pen. corr. Adiectiuum. (σπληνικὸς) Qui ex ſplene laborat. Plinius lib. 20. cap. 9. 8, Item ſpleneticis in uino albo per dies quadraginta.
¶ Splenicus, pen. corr. Idem quod Spleneticus. Firmicus lib. 5. cap. 16, Luna alios tußicos, alios ſplenicos efficiet.
¶ Splenium, ſpleni (σπλήνιον) ut Iulius Pollux inquit, eſt caput ſplenis pinguis. Hinc ſplenia uelut per ſimilitudinem dicuntur facta ex panno laneo uel lineo, quæ ad curam corporis ſuperimponi ſolent. Plin. lib. 29. cap. 6. 19, de oculis cruore ſuffuſis loquens, Superimponi oportet ſplenium è melle decoctum, lauamq; ſuccidã ex oleo & uino. Plinius epiſt. 88. 4. lib. 6, Quòd cãdidum ſplenium in hoc aut illud ſupercilium transferebat. Quidam frontem liniebant unguento uel ceruſa: deinde panniculum ſiue faſciam ponebant, quod ſplenium dicebatur: à quibuſdam exiſtimatum oculorum operimentũ, ad arcendam nimiam lucem. Mart. lib. 2. 29,
Et numeroſa limunt ſtellantem ſplenia frontem:
Ignoras quid ſit ſplenia tolle, leges.
¶ Spleniatus, pen. prod. Adiectiuum (σπληνιάδης) Splenio obuolutus. Mart. lib. 10. 22,

Cur

Cur ſpleniato ſæpe prodeam mento, &c.
Splendeo] ſplendes, ſplendui, (λάμπω, σίλβω, φαείνω, μαρμάιρω, γαυάω, ἀγλαίζομαι) ſplendere, Lucere. Plaut. Pœn. 4. 91. Mart. lib. 4. 34,
Et facies multo ſplendeat alba pilo.
Latè ſplendere. Horat. de Arte, 3.
Colore claro ſplendere. Lucret. lib. 5. 253.
Ponus ſplendet tremulo ſub lumine. Virg. 7. Aeneid. 2.
Lucere & ſplendere dicitur uirtus. Cic. pro Seſtio, 51, Quid deniq; uirtus ualeret, quæ in tempeſtate ſæua quieta eſt, & lucet in tenebris, & pulſa loco manet tamen, atq; hæret in patria, ſplendetq; per ſe ſemper, neq; alienis unquam ſordibus obſolefcit.
¶ Splendens, Participium (μαρμαίρω) ut, Purius marmore ſplendens. Horat. 1. Carm. ode 19. 1.
Ferro ſplendenti lancea. Ouid. 3. Metam. 11.
Fuco ſplendente comas ornare. Tibul. lib. 1. eleg. 8. 3.
Splendẽtes habeo authores in equeſtri ordine. Plin. lib. 9. c. 5. 2.
Splendentior, Comparatiuum. Claud. de Gigantomach. 16,
— clypeus ſplendentior igni.
¶ Splendeſco, ſplendeſcis (ἀγλαΐζομαι) ſplendeſcere, Splendidum fieri. Apuleius, Quum iam aurora ſplendeſceret. Cicero in Parad. 3, Nihil tam horridum, tam inculcum, quod non ſplendeſcat oratione, & tanquam excolatur. Hic per translationem. Plin. lib. 13. cap. 15. 7, Nutriuntur optimè, ſplendeſcuntq;.
Corpora ſplendeſcunt ſucco oliuæ. Ouid. 10. Metam. 36.
Vomer attritus ſulco ſplendeſcit. Virg. 1. Georg. 10.
¶ Splendor, ſplendoris (αὐγὴ, ἀγλαΐα, ἀγλαΐσμα, ἄγλη, μαρμαρυγὴ, ἀμαύρυμα, σέλας, σιλέαι, λαμπρότης, σιλπνότης) Lux dicitur. Plaut. Merc. 2. 2. 39,
Cælum ut ſplendore eſt plenum nónne ex aduerſo uides?
Aquæ ſplendor. Lucret. lib. 4. 43.
Argenti ſplendor. Horat. 1. Serm Satyr. 4. 6.
Clarus ſplendor ueſtis purpureæ. Lucret. lib. 2. 11.
Niger ſplendor. Vide Niger.
Tremuli ſplendores. Claud. Paneg. 25.
Splendor, per translationem ponitur pro decore, dignitate, gloria. Vnde Splendor nominis, ſplendor familiæ, ſplendor uirtutum. id eſt, claritas. Cic. pro lege Manil. 28, Nunc imperij noſtri ſplendor illis gentibus lucet. Idem Flac. 21, In imperio, atq; in publica dignitate omnia ad gloriam, ſplendoremq; reuocarent. Et pro Cluent. 156, Honeſti homines, & ſummo ſplendore præditi. Sic, 1. Offic. 95, Harum rerum duarum ſplendor omnis & amplitudo, addo etiam utilitatem in poſteriore. Item, pro Cælio, 61, Siquidem etiam minimorum horum aliquid offendit, ſi purpuræ genus, ſi amicorum cateruæ, ſi ſplendor, ſi nitor, &c.
Splendor & dignitas. Cic. 2. Verr. 30.
Equeſtris ſplendor. Cic. pro Roſc. Amer. 83.
Homo eo ſplendore, ea uirtute qua omnes exiſtimatis, &c. Cic. 5. Verr. 78.
Splendor nominis. Cic. 1. de Fin. ib. 66.
Splendor ordinis. Cic. pro Cecinna, 20.
Splendor uocis. Plin lib. 20. Cap. 6. 3.
Accerſere ſplendorem. Vide Accerſo.
Afferre ſplendorem. Vide Affero.
Obſcurare & inquinare ſplendorem. Vide Inquino.
Obſoleuit ſplendor. Vide Obſoleo.
Obtinere ſuæ dignitatis ſplendorem. Cic. pro Sylla, 1.
Parum ſplendoris habere. Horat. 2. epiſt. 2. 23.
Habere magnum ſplendorem in uoce. Cic. de claris Orat. 129.
Trahere ſplendorem. Plin. lib. 20. cap. 19. 3.
Verborum ſplendor. Cic. in Orat. 93.

¶ Splendidus, pen. corr. Adiect. (φαεινὸς, ἀγαυὸς, ἀγλαὸς, φαέθων, σιγαλόεις, σιλπνὸς) Clarus, fulgens. Dicitur etiam qui operas ſuas ad liberalitatem conuertit. Cic. in Parad. 48, Reuitiſcat M. Curius, aut eorum aliquis, quorum in uilla ac domo nihil ſplendidum, nihil ornatum fuit præter ipſos.
¶ Splendidiſſimum uideri, quod animo magno, elatoq; factum ſit. Cic. 1. Offic. 88.
Splendidus propter uirtutem. Cic. 6. Verr. 33, Homo & domi nobilis, & apud eos, quò ſe contulit, propter uirtutem ſplendidus & gratioſus.
Splendidus domi, gratioſus extra domum. Cicero Quint. fratri, lib. 2. 15. 8.
Solidum & ſplendidum nomen, Cic. 2. de Fin, 93.
Bilis ſplendida. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 29.
Candor ſplendidiſſimus. Cic. in Somnio Scip. 12.
Cera ſplendida. Ouid. 1. Amor. eleg. 11. 4.
Crinis ſplendidus oſtro. Ouid. 8. Metam. 2.
Et certamẽ honeſtũ, & diſputatio ſplendida. Cic. 2. de Fin. 109.
Domus ſplendida luxu regali. Virg. 1. Aeneid. 129.
Eques ſplendidus. Cic. 2. de Finib. 94.
Facta ſplendida. Horat. 2. epiſt. 1. 48.
Fama ſplendida. Propert. lib. 3. eleg. 20. 2.
Fons ſplendidior uitro. Horat. 3. Carm. ode 13. 1.
Humor ſplendidus ſudoris. Lucret. lib. 6. 239.
Ingenium ſplendidum & magnus animus. Cic. 1. Offic. 39.
Lucifer ſplendidior quàm cætera ſidera. Ouid. 2. Metam. 145.
Lumina ſplendida ſolis. Lucret. lib. 2. 22.
Nomen ſplendidum. Cic. 1. de Fin. 92, Quod appellant honeſtũ, non tam ſolido quàm ſplendido nomine.
Illuminari nominibus ſplendidis. Cic. in Orat. 93.
Magnificentius & ſplendidius oratorũ genus, Cicero de claris Orat. 105.
Orbis ſplendidus, Oculi. Lucret. lib. 3. 84.
Palla ſplendida multo croco. Ouid. epiſt. 10. 33.
Tenere rationem ſplendidam. Cic. de claris Orat. 142.
Signa ſplendida. Lucret. lib. 4. 91. Intelligit aſtra.
Sol ſplendidior. Tibul. lib. 4. ad Meſſalam, 1. 25.
Verba ſplendida. Ouid. 1. de Remed. amor. 48.
Ornatiſſimus & ſplendidiſſimus uir. Cic. pro Flacco, 38.
¶ Splendidè, pen. cor. Aduerbium (ἀγαυῶς, ἀγλαῶς, φαεσφόρως) ut, Splendidè dicta. Cic. 1. de Fin. 9.
Splendidè & honeſtè acta ætas. Cic. 3. Tuſc. 103.
Dicere ornatè & ſplendidè. Cic. 1. Offic. 6.
Splendidè mendax. Horat. 3. Carm. ode 11. 7.
Magnificè & ſplendidè ornare conuiuium. Cic. pro Quint. 63.
Recipere aliquem ſplendidè. Author ad Heren. lib. 4. 231.
Splendidè uti authoritatis præmijs erga omnes. Cic. de Sen. 59.
Multo ſplendidius. Horat. 1. epiſt. 18. 4,
— rectius hoc, &
Splendidius multo eſt, equus ut me portet, alat rex.
Splendo] nis, uel Aſplendo: ciuitas fuit in agro Phocenſium, ab Orchomenijs olim culta. Strab. lib. 9.
Spleneticus, Splenium] Vide Splen.
Splenion] alio nomine Teucrion: herba eſt, iuncos tenues ſpargens, foliis paruis, aſperis locis naſcens, auſtero ſapore, nunquam aut florens, aut ſemen gignens. Plinius libro 25. cap. 5.
Spodium] ſpodij: ſiue Spodos Græcis (σποδίον) Latini cinerulam uertunt: id eſt repurgamentũ, quod ex fornacum partibus euertitur, in quibus æs Cyprum aut plumbum decoquitur. Quinetiam extinctorũ carbonum reliquiæ, & craſſius illud excrementum, quod quidam ſcoriam appellant, comprehendit. Videto Plinium libro. 34. cap. 18. Vide & Pompholix.

Spoletium]cum i ante um,(σωλήνιον) ciuitas in Vmbria. Liu.lib.5.Decad.5.Rex Gentius cum liberis,& coniuge,& fratre, Spoletium in custodiam ex Senatusconsulto ductus. Hæc nunc ducatus Spoletinus dicitur,non Spoletanus: sicut ab Aretio,Aretinus.Mart.lib.13.126.

De Spoletinis quæ sunt cariosa lagenis
Malueris,quàm si uina Falerna bibas. Sic Cic.de claris Oratoribus.P.Cominium Spoletinum dixit.Liuius lib.3. Decad.5,Catullius Spoletinus,& C.Afranius à præsidio Romano missi.Ex quo facilè intelligi potest, in manuscripto Taciti codice legi Spoletinus, pro quo Spoletanus quispiam uulgatis æditionibus supposuit,ut ait Rhenanus.

Spolium]spolij(σπύδιον,λάφυρον,ἀφαίρεμα)Quodcunq; hostibus detrahitur, ut ait Seruius.Plin.libro 7.cap.26.1, Magniq; nomine spolio inde capto eques Rom. (id quod antea nemo)curru triumphali reuectus est.Virg.10.Aen.173,

Vicimus,aut hodie uictor spolia illa cruenta,
Et caput Aeneæ referes,&c.

Ferarum spolia.Lucret.lib.5.191.
Leonis spolium.Ouid.3.Metam.17.
Serpentum spolia,Leberides.Lucret.lib.4.12.
Memorabile spolium monstri uiperei.Ouid.4.Metam.123.
Opimis spolijs insignis Metellus.Virg.6.Aeneid.171.
Onustus spolijs Orientis.Virg.1.Aeneid.59.
Superbus spolio.Ouid.7.Metam.31.
Nobile spolium.Silius lib.5.28.
Opima spolia. Liuius 4. ab Vrbe, Spolia in æde Iouis Feretrij prope Romuli spolia, quæ prima opima appellata sola ea tempestate erant,cum solenni dedicatione dono fixit.
Salmacida spolia sine sudore & sanguine.Cic.1.Offic.88.
Adimere spolia.Vide Adimo.
Aduolare ad alicuius spolia detrahenda aliquo sperante. Cic. pro Sestio,45.
Capere spolia.Vide Capio.
Detrahere cuipiam cruenta spolia.Cic.pro Rosc.Amer.87.
Indutus spolijs.Virg.10.Aeneid.155.
Nitens spolijs.Seneca Octau.4.6.
Occidere hominem causa spoliorum.Cic.pro Rosc.Amer.86.
Ornatus locus eximijs nauticis & classium spolijs. Cic. pro lege Manilia,38.
Victores præda spolijsq; potiti.Virg.9.Aeneid.90.
Ampla spolia referre. Virg.4.Aeneid.19.
¶ Spolio, spolias, (σπυλεύω,ἀποσυλέω,ἁπαμπίσκω,ἁπαμφιεύνυμι,ἀποδύομαι) spoliare,Priuare.Teren.Hecy.1.1.8,

Quin spolies,mutiles,laceres.

Fanum spoliare.Cic.3.Verr.35.
Templa spoliantur tristi rapina.Lucan.lib.3.34.
Aras spoliare.Virg.5.Aeneid.133.
Orbatum & spoliatum forum uoce alicuius erudita. Cic.de claris Oratoribus,4.
Omni argento aliquem depeculari & spoliare. Cic.6.Ver.32.
Spoliare opibus.Cic.Attico,lib.2.24.3.
Spoliare uestitu.Cic.3.Offic.36.
Spoliare,ad omnia alia transferturiut, Spoliare auxilijs. Cic.3. Verr.54, Nesciebas ab eo Cn. Carbonem Consulem, cuius reuera Quæstor fuit,nõ modò relictum,sed etiam spoliatum auxilijs,pecunia,nefariè oppugnatum,& proditum?
Animum sanitate spoliare.Cic.4.Tusc.34.
Deos spoliare,Simulachra deorum.Lucan.lib.1.77.
Detrahere & spoliare dignitatẽ. Cic. pro Cælio,2. Ibidem,33, Pareat iuuentus pudicitiæ suæ,ne spoliet alienam.
Omni dignitate spoliari.Cic.pro Muræna,80.
Spoliare fama.Cic.3.Offic.101.
Facta sociorum spoliare.Cic.pro Sylla,53.

Augeri dignitate,& spoliari fortunis.Cic.pro Plancio,18.
Spoliare iudicio. Cic.4.Acad.111, Eam Philosophiam sequere, quæ confundit uera cum falsis,spoliat nos iudicio,priuat approbatione,omnibus orbat sensibus.
Laudibus spoliari.Cic.2.Tusc.39.
Ornatu alieno aliquam artem denudare atq; spoliare.Cicero 1. de Orat.121.
Prouincia spoliare.Cic.Attico,lib.10.195.3.
Syluæ spoliantur robore.Lucan.lib.3.79.
Socijs spoliare aliquem.Ouid.14.Metam.15.
Terra spoliatur lumine.Lucret.lib.4.76.
Spoliare uirtutẽ suo decore, imbecillamq; reddere. Cic.1.Acad.
Spoliare uita, Occidere.Virg.6.Aeneid.34. (48.
Spoliare uitem pampinis.Colum.lib.11.cap.2.46.
Vrbes spoliauerat populis.Stat.4.Theb.8.
¶Spolior,spoliaris (σπυλεύω) Deponens fuit apud antiquos, authore Nonio.Afranius,

Quos impunè depopulatur & dispoliatur dedecus.

¶Spoliandus, Participium (σπυλευτέος) ut, Templa spolianda.Lucan.lib.5.61.
¶Spoliatus, pen.prod.Aliud participium,siue Nomen ex participio (σπυλευθείς) Cic.Att.lib. 6.111.9, Et mehercule ego ita iudico, nihil illo regno spoliatius,nihil rege egentius.
Putare se spoliatum ornamento.Cic.2.de Orat.78.
Corpus spoliatum lumine.Virg.12.Aeneid.187.
Conferre spoliatã fortunã cũ fortuna alicuius.Cic.in Pisonẽ,29.
Armis spoliata nauis.Virg.6.Aeneid.71.
Magistro spoliata nauis.Virg.5.Aeneid.45.
¶Spoliatio(σπύλευμα)Verbale.Cic.4.Verr.12,Quum in legatione, oppidorum,fanorumq; spoliationis cogitaret. Ibidem,6.117.
Omnium rerum spoliatio.Cic.pro Sestio,38.
Nobilissimi atq; antiquissimi templi spoliatio.Cic.6.Verr.91.
Dignitatis spoliatio.Cic.2.Philip.48.
Misericordiam spoliatio Cõsulatus magnam habere debet. Cic. pro Muræna,79.
¶Spoliator,pen.prod.Aliud uerbale,m.g.(σπυλευτήρ)Cic.6. Verr.71, Neq; solùm spoliata illa patiere, sed etiam eorum spoliatorem,uexatoremq; defendes.
Pupilli prostantis spoliator.Iuuen.Satyr.1.5.
¶Spoliatrix,pen.prod.Verbale fœm.(σπυλεύτρια) Mart.libro 1.136,

Sic spoliatricem commendat Fausti amicam. Cic.pro Cælio. 40, Tũne aurum ex armario tuo promere ausa es? tũne Venerem illam tuam spoliatricẽ spoliare ornamentis?

¶Spoliarium,spoliarij(ἀποδυτήριον)ubi homines spoliantur. Plin.in Paneg.37, Nunc templum illud, nunc uerè deus non spoliarium ciuium, cruentarumq; prædarum sæuum receptaculum. Seneca,lib.8.Controuers.Volo nosse illud infamium spoliarium. Significat speluncam,in qua solent latrones spoliare prætereuntes.

Sponda]spondæ(πλινθίον)Latus lecti.Spondæ sunt tabulæ, quæ utrinq; latus lecti sustinent.Virg.1.Aeneid.14,

Quum uenit,aulæis iam se regina superbis
Aurea composuit sponda, mediamq; locauit. Mart.lib. 10.5,Orciniana sponda.

Extrema & in sponda cubet.Horat.Epod.3.5.

Spondalia,uel rectius Spondialia] Vide Spondeus.

Spondaicus]Vide Spondeus.

Spondeo]spondes, spopondi, sponsum (αἰκάλέχομαι,ὁμόλογέω, ἐγγυάω,μνηστεύομαι)spondere, à sponte fit, quod ueteres pro dico usurpabant: quia qui spondet, sponte, id est, uoluntariè dicit. Postea spondere acceptum est, pro sponte promittere. Cic. ad Atticum, lib.16.331.5, Egit autem pater &

ter & filius ut tibi sponderem. Idem Philip.14. 401, Pansa aut morte,aut uictoria se satisfacturum Reip. spopondit.
Promittere & spondere.Cic. pro Muræna,82.
Officium spondere alicui.Ouid.10.Metam.84.
Spondere pro aliquo. Cicero ad Atticum, lib. 12. 141.1. Idem Lentulo, lib.1.9.25, Dependendum tibi est quod mihi pro illo spopondisti.
Spondeo de. Cic. ad Trebonium, lib. 15. 21. 3, Quod ego non modò de me tibi spondere possim, sed de te etiam mihi.
Fortuna spondet salutem. Virg.12. Aeneid.128.
Sidera nihil placidum spondentia. Ouid.in Ibin,44.
Spondere puellam dicitur pater alicui, quum pollicetur futurũ esse ut eam in uxorem ducat.Plaut.Curc.14.73,

Spondésne milites mihi hanc uxorem? M. spondeo.Idem Trinum.17.33.

¶Sponsus,Participium(μεμνηστευμένος)Promissus.Terentius Phorm.4.3.51,

—etiam nunc,si uult Demipho
Dare,quantum ab hac accipio,quæ sponsa est mihi, &c. Idem Eun.5.9. Cic. ad Atticum ,lib. 14. 318.4, Suam cuiq; sponsam,mihi meam:suum cuiq; amorem,mihi meum.

¶Sponso,sponsas (μνηστεύω,νυμφεύω) sponsare, Promittere: ut, Sponsare filiam. Paulus de ritu nuptiarum, Siquis officium in aliqua prouincia administrat, inde oriundam, uel ibi domicilium habentem uxorem ducere non potest, quamuis sponsare non prohibeatur: ita scilicet,ut si post officium depositum noluerit mulier nuptias contrahere, liceat ei hoc facere,arris tantummodo redditis quas acceperit.Budæus.
¶Sponsus,huius sponsus(ὡμολόγησις)Sponsio.Seruius Sulpitius apud Gellium, lib. 4. cap. 4, Si post eas stipulationes uxor non dabatur, qui stipulabatur, ex sponsu agebat, iudices cognoscebant.
¶Sponsus,sponsi, masc.gen. (νυμφίος) Cui spondetur puella, siue qui spopondit eam se ducturum.
¶Sponsa,sponsæ (νύμφη,μνηστή) Puella quæ spondetur.Plautus Casina,

Huc uenisti sponsam præreptum meam.

Deducere sponsam marito.Vide Deduco.
Turpes sponsæ.Iuuen.Satyr.1.8.
¶Sponsor,sponsoris,masc.gen. (ἐγγυητής, ἐγγυητήρ) Qui puellam spondet.
Coniugij sponsor & obses.Ouid.epist.2.7.
Sponsor, Qui alicui promittit. Cic.Leptæ, lib. 6.19.5, De tuo negocio quòd sponsor es pro Pompeio,si Galba consponsor tuus redierit. Idem pro Quintio, 49, Cur cæteri sponsores & creditores non conuenerint?
Sponsor,in fœminino genere.Ouid.epist.15.23,

—comitata Cupidine paruo
Sponsor coniugij stat dea picta sui.

¶Sponsio,sponsionis,Verbale(ἐγγύησις,ἐγγυή) Promissio.Paulus de uerb. signif. Sponsio appellatur non solùm quæ per sponsi interrogationem fit,sed omnis stipulatio,promissioq;.
Audax sponsio.Iuuen.Satyr.11.20.
Sponsio, Genus erat actionis apud antiquos: quæ fiebat interposita stipulatione certæ pecuniæ,quam perderet is qui sponsione uinceretur: & coram Recuperatoribus, aut alio iudice disceptabatur. Erat autem decima pars rei controuersæ,in causis priuatis: in publicis autẽ quinta apud Græcos, authore Polluce & alijs scribentibus, τὸ ἐπὶ Μιλτιάδου τὸ τιμώμενον ἡ λίνος, pœna scilicet temerè litigantium. Cicero 5. Verr.113, Quid, quum palàm Syracusis te audiente maximo conuentu P. Rubrius Q.u. Apronium sponsione lacessiuit, ni Apronius dicitaret te sibi in decumis esse socium? Hæc te nox non perculit? non perturbauit? non ut capiti &

fortunis tuis prospiceres, excitauit? tacuisti, sedasti etiam lites illorum,& sponsio illa ne fieret laborasti. Et paulo pòst, 115, Sponsio est, ni te Apronius in decumis socium esse dicat,prouincia tua est: ades,abs te iudicium postulatur.Valerius lib.2, Pertinacius progressa contentione,Valerius sponsione Luctatium prouocauit, non se petiturum triumphum, ni suo ductu Punica classis esset oppressa.nec dubitauit restipulari Luctatius. Itaq; iudex conuenit inter eos Attilius Calatinus. Hactenus Valerius. Prouocans igitur sponsione, ita dicebat,Spondeo me tantam pecuniam daturum,ni,& reliqua. Prouocatus autem contrà restipulabatur. Cic.5. Verr. 115, Cum eodem Apronio posita Scandalius eques Romanus quem uos omnes nostis,eandem sponsionem de societate fecit quam Rubrius facere uoluerat: instituit, oppressit, non remisit:facta est sponsio H-S.quinq; milibus.Cepit P.Scandilius Recuperatores aut iudicem postulare. Fiebat sponsio plerunq; in interdictis: id quod ostendit Quintilianus in septimo.Exemplum sponsionis est apud Ciceronem in oratione pro Cecinna.Erat enim Cecinna de fundo ui armata deiectus: propterea Prætor interdixerat De ui,id est interdicto. Vnde ui concesso iusserat Ebutium,qui uim fecerat, restituere Cecinnam in possessionem. Quum autem Ebutius Prætoris se edicto satisfecisse diceret: Cecinna autem se planè restitutum esse negaret: facta est sponsio,ni Cecinna restitutus ex edicto Prætoris esset.Quum igitur Cicero uim illatam Cecinnæ iudicibus sponsionis exposuisset, ita demum subdidit,His rebus ita gestis,P.Dolabella Prætor interdixit,ut est consuetudo De ui hominibus armatis sine ulla exceptione: tantum ut unde deiecisset, restitueret. Restituere se dicit. Sponsione uobis iudicandum.Budæus.

Sponsiones facere.Plin.lib.9,cap.32.16.
Sponsionẽ facere cum aliquo.Plin.lib.7.cap.37.3,Sed maximè sponsione facta cum Fortuna,ne medicus crederetur,&c.
Sponsio quæ in uerba facta est? Si ex edicto Præt.bona P.Quintij concessa non sunt.Cic.pro Quintio,56.
Sponsio uoti. Cic.2, de Legib. 66, Diligentia uotorum satis in lege dicta est,ac uoti sponsio, qua obligantur deo: pœna uerò uiolatæ religionis iustam recusationem non habet.
¶Sponsalia, sponsaliorũ,neut.gen.plurali numero (ἐγγυή,γάμια)Seruius Sulpitius in libro quem scripsit de dotibus, apud Gellium lib.4.cap.4,Qui uxorem ducturus erat,ab eo unde ducenda erat, stipulabatur eam in matrimonium ductum iri:qui daturus erat,itidem spondebat. Is contractus stipulationum,sponsionumq;,dicebatur sponsalia,&c. Vlpianus de sponsalibus,l.2.Sponsalia dicta sunt à spondendo.Nam moris fuit ueteribus, stipulari & spondere sibi futuras uxores. Ibidẽ, Florentinus l.1. Sponsalia sunt mentio & repromissio futurarum nuptiarum.Iuuen.Satyr.6.3,

Conuentum tamen & pactum,& sponsalia nostra
Tempestate parat.

Sponsaliorum dies.Suet.in Augusto,cap.53.
Mediotria sponsalia.Vide Mediocris.
Præbere alicui sponsalia.Cic.Q.u.fratri,lib.2.8.4.
¶Sponsalitius,a,um, Quod ad sponsos aut pertinet, aut refertur:ut,Sponsalitia largitas,id est donatio,quæ à sponso sponsáue fit: apud Iustinianum Nouella 119. & sæpe in libro 5.Codic.
Spondeus]spondei,pen.prod.(σπονδεῖος) Pes duabus syllabis longis constans. Legitimus quidem hic, qui in Heroico uersu omnem sibi uendicat locum,licet rarò quinto loco reperiatur. Dictus, quòd in sacrificijs & libamentis eo maximè uterentur. Nam σπονδὴ libamentum, fœdusq;,ac sponsionem significat.
Spondialia] Carmina trochaica, sacris adhiberi solita Latinis dice-

timis dicebantur, quibus etiã tibicines cùm modos faciebant, plerunq; uti solebant. Cic. 2. de Orat. Tamen in hoc genere sæpe ipse uidi, cum ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis uiderentur, spondialia illa dicentis, Segregare abs te ausus, aut sine illo Salaminem ingredi? Editi libri habent, spondaia, sed mendosè: ut Turnebo quidem uidetur.

¶ Spondialis, Tibicen dicebatur qui in sacris canebat: quod nomen à spondeo profectum initio est, cuius carmine Græci in libamentis deorum & sacrificijs uti soliti erant. Isidorus, Vnde & ij qui tibijs canebant in sacris gentilium, spondiales nominabantur. Marius Victorius, Spondeus è duabus longis, ut reges, temporum quatuor, dictus à tractu cantus eius, qui per longas tibias in templis supplicantibus editur: unde & spondiales appellantur, qui huiusmodi tibias insidere assueuerunt. Ex Turnebo.

Spondolici] populi Mæotidis, apud Plin. lib. 6. cap. 7.

Spondylis] huius spondylis, pen. cor. fœm. gen. (σπονδύλη) Plin. lib. 27. cap. 13. 11, Et animalium quidem cæterorum nullum aliud radices à nobis dictus attingit, excepta spondyli, quæ omnes persequitur. Genus id serpentis est. Verticellam Gaza uertit in Aristotelem.

Spondyliũ] spondylij, siue Spõdylion Dioscoridi (σφονδύλιον) Plin. lib. 12. cap. 26. 2, Ab hac panace, ferula differt, quæ uocatur spondylion, foliis tantùm, quia sunt minora, & platani diuisura, nõ nisi in opacis gignitur. semen eodem nomine filis speciem habet, medicinæ tantùm utile.

Spondylus] spondyli, pen. corr. m. g. (σπόνδυλος, σπονδύλου) Nodus seu uertebra spinæ dicitur. Sunt autem in ipsa spinâ spondyli quatuor & uiginti: quorum septem collum constituunt, duodecim thoracem, quinq; alij lumbos.

Spondylus in mari animal, apud Plinium lib. 32. cap. 11. 9.

Spondylus. Calculus æneus, quo suffragia sua iudices Athenis dabant, ut est apud Iulium Pollucem.

Spondylus, Verticulum, quod apponitur fusis, ut nendo melius uertantur.

Spondylus, Callus siue caro interior ostreorũ. Plin. lib. 32. cap. 6. 3, Neq; in luto capta, neq; arenosis, sed solido uado, spondylo breui atq; non carnoso, nec fibris laciniosо, ac tota in aluo. Colum. lib. 8. cap. 16. 6.

Spondylo utitur Martialis pro animalium ossiculis, lib. 7. 19,

Rosos tepenti spondylos sinu condit.

Spongia] spongiæ, Græcis spongos (σπόγγος) Quiddam est in natura tertium ordinem habens, ut neq; animal, neq; frutex, sed tertium quiddam ac medium inter utrunq; genus dici possit, quod Græci zoophyton appellant. Pluribus locis in saxis marinis nascuntur spongiæ, diuersisq; nominibus ab antiquis distinctæ, quoniam non una sit earum forma bonitas & usus. Spongias antiqui in delicijs habuerunt, strigilum uice linteorumq; illis utentes, ad distringenda & mundanda corpora. Quapropter purpura tingebant eas, alias cura candidas faciebant, tinctas, per æstatem salis spuma ad lunam & pruinas sternentes inuersas, ut candorem biberent. Mensas etiam his tergere mos erat. Martialis libro 14. 149,

Hæc tibi sorte datur tergendis spongia mensis
Vtilis, expresso quum leuis imbre tumet. Nascitur in petris, alitur cõchis & pisce, & limo, Intellectum ineſſe ijs apparet, quia ubi auulsorem sensêre, contractæ multo difficilius abstrahuntur. Auulsæ relinquunt in petris ueluti cruoris uestigium, atq; ex his quasi molliores penicilli recrescunt. Quidam spongias ita distinguunt. Alius ex his mares existimauêre, tenui fistula, spissiores, persorbentes: & tinguntur in delicijs aliquando purpura. Alias fœminas, maioribus fistulis, ac perpetuis. Hæc Sipontinus ex Plinio libro 9. cap. 45. 1. & lib. 31. cap. 11. 1.

Plenâ spongiâ aquæ manu premere et siccare. Lucr. lib. 4. 124.

Spongias, Olitores antiqui appellabant radiculas asparagorum inter se implicatas. Colum. lib. 11. cap. 3. 35.

Spongiarum oculi. Colum. lib. 11. cap. 3. 32, Stirpes præfractæ angunt oculos spongiarum, & quasi excæcant, nec patiuntur asparagum emittere.

¶ Spongiola, spongiolæ, pen. corr. (σπογγιόλιον) Diminut.

Spongiola, Quæ alijs armentum, alijs cachrys dicitur, officinis bedegar, id est, quod præter naturam in quibusdam fruticibus ut cynorhodo nascitur, & squammatim compactũ spongiolæ cuiusdam modo propendet è ramis. Plin. lib. 25. cap. 2. 15, Alias apud authores cynorhodi una medicina erat, spongiolæ quæ in medijs spinis eius nascitur, cinere cũ melle alopecias capitis expleri.

Spongiolæ, Radiculæ asparagorum inter se implicitæ. Colum. libro 11. cap. 3. 35, Sulci autem inter se pedali mensura distantes fiunt nõ amplius dodrantalis altitudinis, in quã ita spongiolæ deprimũtur, ut facilè superposita terra germinẽt.

¶ Spongiosus, pen. prod. Adiectiuum (σπογγιώδης) Quod simile tudinem spongiæ habet. Plin. lib. 11. cap. 37. 58, Idcirco palmo spongiosius.

Spongites] Gemma, quæ spongiæ (à qua & nomen habet) speciem repræsentat.

Sponsa, Sponsalis, Sponsio, Sponsor, Sponsus] Vide Spondeo.

Sponte] αὐτομάτως, ἑκουσίως, προθύμως, Ablatiuus, cuius genitiuus est in rariore usu: significat uoluntate propria, & sua sponte natura, sine hominis labore. Plaut. Trucul. 10. 47,

Neq; iam queo pedibus mea sponte ambulare. Terent. Andr. 1. 2, 4. 2. 9,

Age, sic hic non insanit satis sua sponte, instiga. Cicero 65. de Senect. Senes autem, sicut sua sponte, nulla adhibita consumptus ignis extinguitur. Idem ad Lentulum, lib. 1. 7. 3.

Ostia patuêre sua sponte. Virg. 6. Aeneid. 17.

Sequi sponte. Quint. lib. 5. cap. 10. 88, Et ut literæ, syllabæq; scribentium cogitationem non exigunt, sic rationes sponte quadam sequantur.

Italiam non sponte sequor. Virg. 4. Aeneid. 72.

Sponte, Arbitrio. Tacit. lib. 19, Nec sponte Antonij properatũ. Lucan. lib. 1. 20,

Paxq; fuit non sponte ducum.

Sponte naturæ: hoc est, A` natura, & per naturam. Plin. lib. 11. cap. 49. 3, Testis homini tantùm iniuria, aut sponte naturæ franguntur. Idem lib. 9. cap. 51. 2.

Viuere sua sponte, Sine aliorum ope sustentare uitam suam. Lucret. lib. 5. 174.

Spontis, genitiuus. Varro libro 2, Spontis suæ statuerat finem. Gellius libro 13, Spontis suæ mortem manet. Colum. lib. 9. cap. 4. 2, Est enim satiua & altera suæ spontis, itemq; semper uirens pinus & minor ilex.

Sponte, cum genitiuo. Hæc enim alienatio non sponte tutorum fit. Vlp. in l. sed si pec. §. 2. ff. de reb. eor. qui sub tut. &c.

Homo suæ spontis. Celsus lib. 1. cap. 1, Sanus homo qui & bene ualet, & suæ spontis est, nullis obligare se legibus debet.

¶ Spontè, Aduerbialiter positum (ἑκουσίως) Plin. epist. 89. libro 4, Hic sponte beatissimo ocio fruitur, alius exercitum regit. Idem epist. 139. a.

¶ Spontaneus, Adiectiuum (αὐτόματος, ἀβίαστος) Voluntarium & naturale.

¶ Spontalis, & hoc spontale, pen. prod. (ἑκούσιος) Idem quod spontaneum & ultroneum. Apuleius lib. 4, Quumq; nulli nostrûm spontale parricidium suadens, persuadere posset, gladium per medium pectus ictu fortissimo transadigit.

Sporades] pen. corr. (σποράδες) Insulæ quædam circa Cretam in mari Carpathio, sicut Strabo lib. 10. scribit. Dictæ, quòd in mari sparsæ sint. Sunt autem harum nomina, Helene, Phocusa, Hecaria, Schimusa, Polegrados, Thera, Anaphe, Astypalia, Lagusa, Ion, ubi sepultus fertur Homerus.

Sporta] sportæ (σαργάνη, φορμός, σπυρίς) Vasis genus, quasi fiscella: à Sparto herba, quæ frequens apud Hispanos nascitur: aut ab asportando, ut ait Nonius. Sallust. lib. 2. histor. E' muris canes sportis demittebant. Sueton. de claris Rhet. i. e. Diu expectauerunt dum retia extraherentur, aliquando extractis piscis nullus insuit, sed sporta auri obsuta. Varro de uita pop. Rom. lib. 1, Neq; enim obsonium in tota cœna cœptum ex uarijs rebus coniectum in unam sportam perspicitur. Colum. lib. 8. cap. 7. 1, Locus ad hanc rem desideratur calidus maximè, & minimi luminis, in quo singulæ cauleis includantur angustioribus, uel sportis inclusæ pendeant aues.

¶ Sportæ, sportulæ, sportellæ, numûm sunt receptacula. Budæus in notis ad Pandect. & Asconius Pedianus.

¶ Sporta iuncea, uel spartea. Colum. lib. 12. cap. 6.

¶ Sportæ fœcariæ sunt, quibus inclusa fœx prælo supponitur, ut uinum fœcatum exprimatur. Id capite 133. Catonis declaratur. Monuit Turnebus.

¶ Sportula, sportulæ, pen. corr. diminutiuum (σπυρίδιον) Plautus Curcul. 7. 10,

Qui incedunt suffarcinati, cum libris, cum sportulis. Idẽ Menæch. 6. 1,

Sportulam cape, atq; argentum. eccos tres nummos habes? C. Habeo. E. abi, atq; obsonium affer.

Sportula aliquando pro distributione quæ ad populum fiebat, aliquando pro ipsis cibis accipitur: quòd in sportis pecunia, quandoq; etiam cibus in quotidianum usum deferri solebat. Martial. lib. 8. 44,

Promissa est nobis sportula, recta data est. id est, Cœna. Sueton. in Claudio Cæs. cap. 21, Gladiatoria munera pluriformia ac multiplicia exhibuit. Anniuersarij in castris Prætorianis: sine uenatione, apparatuq; iustum, atq; legitimum in septis: ibidem extraordinarium, & breue, dierumq; paucorum, quodq; appellare cœpit sportulã, quia primùm datum se dixerat, uelut ad subitam condictamq; cœnulam inuitare se populum. Idem in Nerone, cap. 16, dicit Neronem cœnas ad sportulas reuocasse: id est, ad parua conuiuia. Iuuen. Satyr. 3. 24,

Nónne uides quanto celebretur sportula fumo? Suet. in Domitiano, cap. 7, Sportulas publicas sustulit, reuocata cœnarum rectarum consuetudine. Sportula, inquit Budæus, dicta est obsonij, quod diuites Romani salutatoribus dabant, secretò ipsi cœnantes. In limine autem domus sportulæ constituebantur. Iuuen. Satyr. 1. 10,

—nunc sportula primo
Limine parua sedet turbæ rapienda togatæ. Idem Satyr. 10. 5,

Defessa in loculis quos sportula fecit amicos.

Sportula, Locus in atrio domus, in quo proponebantur quæ quolibet die dono danda erant.

¶ Sportella, sportellæ (σπυρίδιον) Aliud dimin. Genus quoddam bellariorum significans. Cic. ad Papyrium Pætum, lib. 9. 20. 5, Dedisce ndæ tibi sunt sportellæ & artolagani tui.

Sporus] Spado fuit, à Nerone in delicijs uenereis habitus: quem in fœminam idem ipse hominis monstrum transfigurare annisus est, eundemq; dote inter auspices consignata, palàm uxorem duxit. Post Neronis uerò necem iussus à Vitellio, ut in habitu constupratæ puellæ, se in theatro sisteret, non ferens tantam ignominiam, manus sibi intulit. Vide Sue-

ton. & Dionem, in Nerone.

Spudarcha] æ, Anxiè dignitates aspectans, & imperia. Xenophon in Symposio. Cælius lib. 3. cap. 5.

Spudastes] æ, (σπουδαστὴς) Fautor, studiosus. Hieronym. in lib. De scriptor. Ecclesiastic. ubi de diuo Luca agit, Sed & Tertullianus, uicinus eorum temporum, refert presbyterum quendam in Asia σπουδαστὴν, id est, amatorem Pauli conuictum apud Ioannem, quòd author esset libri, & confessum se hoc Pauli amore fecisse, loco excidisse.

Spuma] spumæ (ἀφρός, πτύσμα, φυσίγγιον) Sordes earum rerum à quibus eijcitur, nempe quum per ebullitionem uel maximam agitationẽ fœx quædam supernatat, ut mero, æri, sali, &c. Virg. 1. Aeneid. 8,

—& spumas salis ære ruebant. Mart. lib. 14. 63,
Spuma uocor nitri, dicor & aphronitrum.

Albentes spumæ. Ouid. 7. Metam. 83.

Albida spuma. Ouid. 3. Metam. 15.

Cana spuma. Senec. Hippol. 10. 5.

Feruida spuma. Ouid. 8. Metam. 58.

Virides spumæ serpentum. Claud. de bel. Gild. 35.

Agere spumas. Vide Ago. Lucret. lib. 3. 99.

Sonantibus spumis albet mare. Ouid. 11. Metam. 101.

Elisa spuma. Virg. 3. Aeneid. 114,

Ter scopuli clamorem inter caua saxa dedêre,
Ter spumam elisam, & rorantia uidimus astra.

Stridentem spumam fudit cum sanguine. Ouid. 8. Metam. 84.

Incalescens spuma. Vide Incalesco.

Incanuit unda spumis. Catul. Argon. 59. 3.

Oblitus & spumis, & crasso sanguine rictus. Ouidius 11. Metamorph. 74.

Salis spumas ære ruebant. Virg. 1. Aeneid. 8.

Nautæ adnixi torquent spumas. Virg. 3. Aeneid. 42.

¶ Spumeus, Adiectiuũ (φυσώδης) Quod spumam facit. Plinius lib. 12. cap. 7. 6, Lycaon aptissimum medicinæ, quod est spumosum.

Aequor spumosum. Lucan. lib. 2. 124.

Littora spumosa. Catul. Argon. 59. 24.

Vnda spumosa. Virg. 6. Aeneid. 35.

Spumosior, Comparatiuum. Claud. 4. Paneg. 92.

¶ Spumifer, pen. corr. Adiectiuum (φυσιοφόρος) ut, Fluctus spumiferi, apud Statium, lib. 1. Achil. 12.

¶ Spumiger, pen. corr. Aliud adiectiuum (ἀφροφόρος) ut, Fons spumiger, apud Ouid. lib. 11. Metam. 29.

Sus spumiger. Lucret. lib. 5. 197.

¶ Spumo, spumas (ἀφρίζω) Spumare, Spumas emittere. Plinius lib. 32. cap. 7. 11, Subinde spuma pennis detersa, & postquam desierit spumare, tepidum infundere. Virgilius 8. Aeneid. 135,

—sed fluctu spumabant cærula cano.

Aspergine falsa spumant cautes. Virg. 3. Aeneid. 107.

Freta spumant uersa lacertis. Virg. 5. Aeneid. 29.

Vindemia spumet plenis labris. Virg. 2. Georg. 2.

¶ Spumans, Participium (ἀφρίζων) ut, Aper spumans. Virgil. 1. Aeneid. 66.

Ensis spumans cruore. Virg. 4. Aeneid. 133.

Cymbia spumantia lacte. Virg. 3. Aeneid. 14.

Equus ſpumans. Virg. 6. Aeneid. 177.
Fræna ſpumantia mandit ferox ſonipes. Virg. 4. Aeneid. 27.
Pateram ſpumantem hauſit. Virg. 1. Aeneid. 149.
Pocula ſpumantia lacte. Virg. eclog. 5. 14.
Sanguis ſpumans. Virg. 9. Aeneid. 92. Celſus lib. 5. cap. 26.
Vuæ ſpumantes. Colum. lib. 10. 5.

¶ Spumatus, pen. prod. Adiec. (ἀφρισμένος) Cic. 1. de Diuin. 12,
Saxáq; cana ſalis niueo ſpumata liquore
Triſtificas certant Neptuno reddere uoces. Ex poeta.

¶ Spumatus, huius ſpumatus, Subſtantiuum (ἀφρισμὸς) Stat. 1. Syl. 4. 24,
Dictami florentis opem, quoq; anguis abundat ſpumatu.

¶ Spumeſco, ſpumeſcis (ἀφρῶμαι) ſpumeſcere, Inchoatiuum ut Aequora ſpumeſcunt remo. Ouid. epiſt. 2. 18.

Spuo] ſpuis, ſpui, ſputum, (πτύω) ſpuere, Saliuam emittere. Virg. lib. 4. Georg. 20,
—terram ſicco ſpuit ore uiator.
Aridus. Plin. lib. 28. cap. 4. 3, Veniam quoq; à deis ſpei alicuius audacioris petimus, in ſinum ſpuendo. Vide Sinus.

¶ Sputo, ſputas (ἐκπτύω) ſputare, Frequentatiuum. Plautus,
Nam illic iſtic quæ ſputatur interdum morbus uenit. Idē Merc. 4. 27,
Tua cauſa rupi ramices, iamdudum ſputo ſanguinem.

¶ Sputator, pen. prod. ſputatoris, maſc. gen. Verbale (πτύστης) Plaut. Mil. 10. 52,
Minimè ſputator, ſcreator ſum.

¶ Sputum, ſputi (πτύελον, πτῦσμα, πτύτυσμα) Saliua. à Pure deſcendit. Dicitur & ſputus, ſputi, maſc. gen. Mart. lib. 2. 26,
Inq; ſuos mittit ſputa ſubinde ſinus.
Minuta ſputa. Lucret. lib. 6. 239.
Salſa ſputa. Lucret. lib. 6. 239.
Tenuia ſputa. Lucret. lib. 6. 239.
Edere ſputum ſincerum. Celſ. lib. 2. cap. 9.

¶ Sputatilicus, pen. corr. Adiect. (πτυσμαλίτικος) Lenis. Cic. de claris Orat. 141, Et ille fuit accuſator, inquit, uetus, quo accuſante Chritilium, Siſenna defendens dixit quædam eius ſputatilica eſſe crimina. Tum C. Ruſcius, Circumueniór, inquit, Iudices, niſi ſubuenitis. Siſenna, quid dicas, neſcio: metuo inſidias. Sputatilica quid eſt hoc ſputa quid ſit, ſcio: tilica, neſcio. Maximi riſus: ſed ille tamen familiaris meus rectè loqui putabat eſſe, imuſitatè loqui Sputatilica, id eſt, Leuia.

Spurcus] Adiect. (πτισσὸς, πτύσεις, ῥυπαρὸς, ἀκάθαρτος) Quod eſt impurum, obſcœnum, lutulentū, inquit Nonius. à Spuēdo dictū, quòd tale ſit ut de eo ſpuatur. Cic. 2. Tuſc. 71,
Sannis ſpurcus homo, uita illa dignus loco q; Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 4,
Vis' ne tegam ſpurco Damæ latus?
Saliua ſpurca. Catull. ad Iuuent. 94. 2.
Spurcus, Fœtidus. Apuleius, Tam multæ res ſpurcæ & graues, nares inſiſtant.
Spurca tempeſtas. Cic. Iactati tempeſtate ſpurciſſima. id eſt, Vehementi. Colum. in Præf. lib. 1. 21, Spurcus ager.
Spurcus gladiator & carnifex, Sænus, ſanguinarius. Varro.
Spurcæ lupæ. Mart. lib. 1. 118.
Spurciſſimus helluo, præguſtator libidinum. Cicero pro Domo ſua, 26.
Spurcum uinū dicebant antiqui, cum aqua miſtum, tanquā non amplius purum foret, aut igne calefactum, aut miſtum antè quàm deferueſcat: quod ſacris adhiberi non licet. Ex Feſto.

Spurcè] ſpurcius, ſpurciſſimè, Aduerbium (ῥυπαρῶς) Cicero 1. de Inuent. 32, In odium ducentur, ſiquid eorum ſpurcè, ſuperbè, crudeliter, malitioſè factum profretur. Idem Attico, libro 11. 221. 3, Deinde perſcribit ſpurciſſimè quas ob cauſas fecerit.

Dicere in aliquem ſpurcè. Cic. 2. Philipp. 99, An crudelior qu in illam miſeram tam ſpurcè, tam impiè dixeris.

¶ Spurcitia, ſpurcitiæ (ῥυπαρία, ἀκαθαρσία) uel Spurcities, ſpurcitiei, fœm. gen. Immunditia. Lucret. lib. 6. 196,
At contrà nobis cœni teterrima cum ſit
Spurcities, eadem ſuibus hæc munda uidetur. Plinius lib. 33. cap. 4. 4, Quæ è catino iactatur ſpurcitia, in omni metallo ſcoria uocatur. Idem lib. 17. cap. 9. 14, Proximè ſpurcitias ſuum laudant.

¶ Spurco, ſpurcas (ῥυπαίνω, ἀκαθαίρω) ſpurcare: uel Spurcor ſpurcaris, Deponens, Fœdare, uitiare. Celſus iuriſconſ. ait apud Vlpianum in l. ſi ſeruus. D. ad l. Aquil. Cum eo agi poſſe Aquilia, qui uinum ſpurcauit, uel effudit, uel acetum fecit, uel alio modo uitiauit. Plaut. Mæneh. 4. 55,
Ne ex iſto loco ſpurcatur naſum odore illutibili.

Senectus ſpurcata impuris moribus. Catull. in Siconium, 103. 1.

¶ Spurcificus, pen. corr. Adiectiuum (ῥυπαρουργὸς) Qui ſpurca & fœda facit. Plaut. Trinum. 12. 7,
Spurcificum, immanem, intolerandum, ueſanum.

¶ Spurcidicus, pen. cor. Aliud adiectiuum (ῥυπαρολόγος) Qui ſpurca & obſcœna dicit. Plaut. Capt. 2. 36,
Neq; ſpurcidici inſunt uerſus;

Spurina] pen. prod. (σπυρίνας) Dux regis Parthorum, qui Craſſum interemit. Item Mathematicus ac uates, qui Cæſari prædixit, ut Martias caueret idus: cuius Tranquillus in Cæſare, cap. 81, & Valerius meminêre. Tertius huius nominis adoleſcens egregia forma, qui quum fœminas uirosq; adhibidem aſpectu decoro inuitaret, oris pulchritudinē uulneribus ſponte deboneſtauit. Author Valerius de Verecundia.

Spurius] Adiect. (νόθος) Qui ex muliere nō nota ortus eſt, uel incerto patre: ab σπείρειν, ſeminare: quia nihil habet à patre niſi ſemen. Vnde ſpurios uerſus dicimus, incerti authoris. Spurium Modeſtinus. D. de ſta. hom. in. l. uulgò conceptī, Vulgò conceptum appellari ſcribit, & eum eſſe qui incerto patre natus ſit, ſiue illum qui eum patrem habet quē habere non licet. Budæus. Plutarchus in Probl. de hoc uerbo loquens, ita inquit: Spurius primum nomen eſt apud Romanos, ut Sextus, & Decimus, & Caius. Prima autem nomina non tota ſcribunt: ſed aut una litera, ut T. Titum, aut duabus, ut Cn. Cneum: aut tribus, ut Sex. Sextum, & Ser. Seruū. Sic Spurius, Sp. ſcribebatur. Eos autem qui ſine patre erāt, qui ἀπάτορες Græcè dicuntur ſ & p deſignabant, quaſi ſine patre. Hoc errore factum, ut ſpurij ſine patre dicerentur. Hæc ille. Cæterum quos uulgò baſtardos uocamus, interdum ſpurij dici poſſunt, interdum non poſſunt: ut hi quos principes agnoſcere ſolenniter ſolent, quosq; adoptare.

Sputalicus] Vide Spuma.

Spyntuna] Vrbs Arabiæ, uerſus Meroen ſcribit Plinius lib. 6. cap. 29.

S Q

Squaleo] ſquales, ſqualui (αὐχμέω, ῥυπάω) ſqualere, Quicquid nimis inculcatum, obſitumq; aliqua re erit, ita ut incommodet uiſentibus horrorem, à crebritate atq; aſperitate ſquamarum, ſqualere ueteres dicebant. Hinc poſtea tractum, ut corpora inculta & ueluti ſquamoſa, alta congerie ſordium, ſqualere dicantur. Virg. 2. Aeneid. 56,
Squallentem barbam, & concretos ſanguine crines. Hæc Sipontinus. Cic. pro Seſtio, 25, Erat igitur in luctu Senatus, ſqualebat ciuitas, publico conſilio ueſte mutata. Quint. libro 10. cap. 1, Neq; ergo arma ſqualere ſitu ac rubiginе uelim. Cic. pro Mil. 15, Tota ciuitas confecta ſenio eſt, ſqualent municipia, afflictantur coloniæ. Virg. 2. Georg. 70,
—aut ſqualentes infode conchas.
Arua ſqualent abductis colonis. Virg. 1. Georg. 202.

Corpora

Corpora ſqualebant exangui morbo. Ouid. 15. Metam. 126.
Crines ſqualent à puluere effuſo. Silius lib. 4. 51.
Serpentibus atris ſqualet humus. Ouid. 14. Metam. 82.

¶ Squalens, Participium (αὐχμῶν) ut,
Squalens auro, Fulgens. Virg. 2. Georg. Sic Seruius. Sipontinus autem plenum interpretatur.
Arua ſqualentia. Lucan. lib. 1. 41.
Barba ſqualens. Virg. 2. Aeneid. 56.
Campi ſqualentes. Silius lib. 3. 133.
Coma ſqualens. Ouid. 3. Faſt. 128.
Lorica ſqualens auro albo q; orichalco. Virg. 3. Aeneid. 18.
Maculæ ſqualentes auro. Virg. 4. Georg. 19.
Ora ſqualentia. Ouid. 4. Metam. 132.
Tela ſqualentia uenenis. Ouid. 5. Faſt. 80.
Veſtes ſqualentes atro puluere. Lucan. lib. 8. 12.

¶ Squalidus, pen. corr. Adiectiuum (αὐχμηρὸς) Incultum & ſordidum: quòd proximè ſimilitudinem haberet ſquamæ piſcium, ſic appellatum, inquit Feſtus. Plaut. Trucul. 19. 39,
Hunccine hominem te amplexarier tam horridum, atq; ſqualidum? Terent. Eunuch. 2. 2. 53,
Video ſentum, ſqualidum, ægrum, pannis, anniſq; obſitum. Liu. 1. bel. Pun. 141, Otium etenim ex labore, copia ex inopia, cultus ex illuuie, tabeq; ſqualida & propè efferatā corpora uariè mouebant.

Squalidi atq; deformes. Quint. lib. 6. cap. 1. 23.
Humus ſqualida humanis albet oſſibus. Ouid. 1. Faſt. 112.
Membra ſqualida. Lucret. lib. 5. 191.
Mors ſqualida. Senec. Medea, 10. 1.
Rubigo ſqualida. Catul. Argon. 59. 9.
Sudor ſqualidus. Stat. 3. Theb. 66.
Squalē ueſtem, pro Squalida ueteres dixēre. Ennius Telamone,
Strata terra lauere lachrymis ueſtem ſqualam & ſordidam. Ex Nonio.
Squalidæ materiæ. Cicero in Orat. 62, Sed quia ſua ſponte ſqualidiora ſunt, adhibendus erit in his explicandis quidam orationis nitor.

¶ Squalidè, pen. corr. Aduerbium (αὐχμηρῶς) Cic. 4. de Finib. 9, Primū enim ipſa illa quæ ſubtiliter aſſerenda erant, politè, apteq; dixerunt, quum definientes, tum partientes, ut ueſtri etiam, ſed uos ſqualidius: illorū uides quàm niteat oratio.

¶ Squalor, ſqualoris, maſc. gen. (αὐχμὸς) Inquinatio, ſordes. Gell. lib. 2. cap. 6, In corporibus inculiis, ſquamoſiſq; alta congerie ſordium, ſqualor appellatur. Liu. 2. ab Vrbe, 95, Obſita erat ſqualore ueſtis, foedior corporis habitus pallore & macie perempti. Cic. 5. Ver. 25, Surrexiſſet Apronius, non ita dignitas publicani, non ut Decumanus ſqualoris plenus de puluerīs, ſed unguentis oblitus, uino, uigiliſq; languidus.
Incultus ſqualor. Senec. Hippol. 6. 20.
Terribilis ſqualor. Virg. 6. Aeneid. 60.
Squalor & lachrymæ Siciliæ. Cic. 5. Verr. 61.
Squalor, ſordeſq; ſociorum. Cic. 7. Verr. 100.
Detergere ſqualorem rudis ſeculi. Quint. lib. 2. cap. 5. 15.
Squalor & mœror. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 3. 4.
In ſqualore & luctu eſſe. Metellus ad Ciceronem, lib. 5. 1. 3.

¶ Squalitudo, Idem quod ſqualor antiquis, Acc. Euryſac.
Pro dij immortales ſpeciem humanā, inuſitatā, egregiā, Indignam clade & ſqualitudine. Nonius.

¶ Squalitas, ſqualor, obſoletum. Acc. Telepho,
Nam eiſi operta ſqualitate eſt, luctuq; horrificali. Lucilius,
Squalitate ſumma, ſcabie ſumma, in re ſumma obrutam. Nonius.

Squalus] ſquali, genus piſcis qui parit circa æquinoctium. Plin. lib. 9. cap. 51. 5. Varro de Reruſt. cap. 3. 6, Et in ea duri

taxat ſqualos dē mugiles piſces.

Squāma] ſquamæ (λεπὶς, φολὶς) Quæ corpus piſcis aut ſerpentis tegitur. Plin. lib. 9. cap. 12, Aquatilium tegumenta plura ſunt: alia corio & pilis teguntur, ut urituli, &c, ſquamis, ut piſces.
Aſtantes ſquamæ, Erectæ. Virg. 3. Georg. 109.
Crepitans ſquama. Ouid. 15. Metam. 145.
Arrectis ſquamis horret ſerpens. Virg. 11. Aeneid. 151.
Recenti ſquama nitet ſerpens. Ouid. 9. Metam. 54.
Fulgor incendebat ſquamam. Virg. 5. Aeneid. 18.
Ruilis ſquamis clari. Virg. 4. Georg. 19. De regibus apum.
Squamæ, Loricarum catenulæ etiam dicuntur, in modum ſquamarum compoſitæ. Virg. 11. Aeneid. 154,
Spumantemq; agitabat equum quem pellis ahenis
In plumā ſquamis auro conſerta tegebat. Idē 9. Aen. 141,
Nec duplici ſquama lorica, &c.
Nexilis ſquama. Silius lib. 5. 28.
Eſt & ſquama æris. Plin. lib. 34. cap. 11. 1, Et ſcoria æris ſimili modo lauatur, minori effectu quàm æs ipſum. Sed & æris flos medicinæ utilis eſt. Fit ære fuſo, & in alias fornaces trāſlato: ibi flatu crebriore excutiuntur uelut milij ſquamæ, quas uocant florem. Cadunt autem, quum panes æris aqua refrigerantur, rubentq;. Similiter ex eis fit, quam uocant lepidā, & ſic adulteratur flos, ut ſquama uenīat pro eo. Eſt autem ſquama hæc decuſſa ut clauis, per quos panes æri ferrumināntur. In Cyprijs maximè officinis omnia. Differentia hæc eſt, quòd ſquama excutitur ictibus iiſdem panibus, flos cadit ſponte. Squamæ eſt alterum genus ſubtilius, ex ſumma ſcilicet lanugine decuſſum, quod uocant Stomoma.

¶ Squamula, ſquamulæ, pen. corr. Diminut. Celſus lib. 7. cap. 26, In ſe attrahens quaſdam quaſi ſquamulas.

¶ Squameus, Adiectiuum (λεπιδώδης) Plenum ſquamis. Virg. 2. Georg. 31,
—Squameus anguis. Idem 2. Aen. 44,
—bis collo ſquamea circum
Terga dati ſuperant capite & ceruicibus altis. Sic 3. Georg. 86.
Membrana ſquamea. Ouid. 7. Metam. 55.

¶ Squamiger, pen. cor. ſquamigera, ſquamigerum, penult. corr. (λεπιδοφόρος) Quod habet ſquamas. Lucret. lib. 1. 33,
Squamigerum genus, id eſt, piſces. Plin. lib. 11. cap. 37. 15, Simili modo ſquamigeris atq; ſerpentibus.
Pecudes natantes ſquamigerūm. Lucret. lib. 2. 69.
Nitentes ſquamigeri. Lucret. lib. 1. 76.

¶ Squamoſus, pen. prod. Adiectiuum (λεπιδωτὸς) Squamis plenum. Plin. lib. 9. cap. 16. 2, Vagantur gregatim ferè cuiuſq; generis ſquamoſi. Cic. 2. de Nat. deor. 168,
Hanc Aries tegit, & ſquamoſo corpore Piſces.
Orbes ſquamoſos uolubilibus nexibus torquet. Ouidius 3. Metamorph. 9.
Draco ſquamoſus. Virg. 4. Georg. 82.
Squamoſum pecus, pro Piſcibus. Plaut. Rud. 2. 5. 5. Colum. libro 8. cap. 17. 2, Eorumq; alios ſimplices & rectos, quòd ſecedant ſquamoſi greges. De piſcinis.

¶ Squamatim, pen. prod. Aduerbiū (λεπιδόθεν γίνων) Plin. lib. 16. cap. 10. 10, Nucamenta ſquammatim compacta dependent. id eſt, uelut ſquamæ compactæ & colligatæ.

Squaroſus] pen. prod. Adiectiuū (λεπιδώδης) à Squamarū ſimilitudine dicti ſquaroſi, quorum cutis exturget ob aſſiduam illuuiem. Lucilius, Varonum ac rupictum ſquaroſa incondita roſtra. Feſtus.

Squatina] ſquatinæ (ῥίνη) Ex planorum piſciū genere. Plin. lib. 9. cap. 51. 5, Ex planis ſquatina ſola bis, Autumno & Vergiliarum occaſu parit. Ibidem, cap. 12, Aſpera cute ut

squalina, qua lignum & ebora poliuntur.

Squilla] *squillæ*, Varroni: *siue Scilla Plinio, & Scella Hippocrati* (σκίλλαι) *vulgò Suilla, radix sit, bulbus, an cyma, siue fructus, à Theophrasto dubitatur.* Varro lib. 1. de Re rust. *Alia in mari, ut palinas & squillas.* Videto Plinium lib. 19. cap. 5. 25. & lib. 20. cap. 9. 16. & Theophrastum libro 7. cap. 11.

Squilla *Genus piscis, quod societatem init cum pinna, & in ipsa pinnæ concha inuenitur inclusum.* Plin. lib. 9. cap. 51. 1, *Reliqua mollium tergis coeunt, ut canes. Item locustæ, & squillæ, cancri ore.* Plin. epist. 41. l, *Mare non sanè preciosis piscibus abundat, soleas tamen & squillas optimas gerit. Rursus* Plinius *maior lib. 9. cap. 42, Nascitur in limosis subrepta semper, nec unquam sine comite, quem pinnoterem uocant, alij pinnophylacem, is est squilla parua. De pinna.* Cicero 2. de Nat. deor. 183, *Pinna uerò (sic enim Græcè dicitur) duabus grandibus patula conchis, cum parua squilla quasi societatem coit comparandi cibi.* Horatius 2. Serm. Satyr. 4. 12,

Tostis marcentem squillis recreabis. Idem Satyr. 8. 9,

Asdertur squillas inter murænas natantes. Iuuenal. Satyr. 5. 9.

S T

St] *ν, Vox est silentium indicentis.* Terent. Phor. 5. 1. 16,

—*quidnos is obsecro es,*
Quem semper te esse dictitastis?
c. St. s. quid has metuistis fores? &c.

Stabiæ] *arum, Campaniæ oppidum, bello sociali à Stilla deletum, Cn. Pompeio & L. Carbone. Coss.* Plinius lib. 3. cap. 7.

¶ **Stabianus** *ager.* Plin. lib. 32. cap. 1, *In Stabiano Campaniæ ad promontorium Herculis Melanuri in mari panem abiectum rapiunt, ijdemq; ad nullum cibum in quo hamus sit, accedunt.*

Stabilimen, Stabilio, Stabilis, Stabilitas] *Vide* Sto.

Stabilinus] Deaster *quidam, de quod Alexand. Alexandrinus libro ult. Geni. lium dierum, capite ultimo.*

Stabulum] *stabuli, pen. corr.* (ἵσταμαι, σταῦλον, σταύλια, σταθμὸς, σταυλοχεῖον) *à Stando dicitur: Locus in quem qui longo itinere fessi sunt, secedere solent: quod & diuersorium & hospitium dicitur, & meritorium, quia illic meretrices esse solent. Vlpianus in l. lex Cornelia. §. tantum igitur. ff. de iniur. & famosis libel. Vnde prostibulæ meretrices dictæ, quòd quæstus copiosioris gratia concurrentibus illuc aduenis mansiones ante stabula habuêre.* Plautus Aulul. 7. 56,

Neutrobi habeam stabile stabulum.

Stabulũ confidentiæ. Plaut. Most. 6. 3. Idem Truc. 11. 30,

—*stabulum flagitijs?* Idem Casin. 4. 12,

Stabulum nequitiæ. Cic. 2. Phil. 78, *Huius in sedibus pro cubiculis stabula, pro triclinijs popinæ sunt.*

Stabula, generaliter dicuntur loca in quibus armenta, gregesq; consistunt, in agris & sub dio: ut sint ueluti quædam animalium stationes. Virg. 8. Aeneid. 42,

Quatuor à stabulis præstanti corpore tauros
Auertit.

Alta ferarum stabula. Virg. 6. Aeneid. 36.
Auia stabula. Ouid. 6. Metam. 119.
Gelida ferarum stabula. Catul. de Berecinth. 58. 11.
Mollia stabula. Virg. 3. Georg. 59.
Munita stabula, Silius lib. 7. 26.
Pinguia stabula. Virg. 4. Grorg 3.
Clausa tenent stabulis armenta. Virg. 3. Georg. 71.
Recluſis stabulis armenta rapere. Ouid. epist. 8. 4.
Tenere armenta propius stabulis. Virg. 1. Georg. 71.

Habitare in stabulis. Ouid. 3. Fast. 39.
Stabulum pauonum. Colum. lib. 8. cap. 11.

Stabulum, Præsepe in hospitijs. Apuleius, *Durissimo casui nec seruiens, ad equum illum uectorem meum probissimum in stabulum concedo: ubi alium etiam Milonis quondam hospitis mei asinum stabulentem inueni.*

Stabulum etiam sumitur pro quacunq; statione, seu habitatione & loco ubi quis stare consueuit. Virg. 7. Aeneid. 103,

Ardua tecta petit stabili & de culmine summo
Pastorale canit signum.

¶ **Stabulo, stabulas, pen. cor.** (σταλίζομαι, σταλέω, ἐπαυλίζομαι) *stabulare: & frequentius Stabulor, stabularis, stabulari, deponens, Stare, diuertere, & quasi stationem habere.* Virg. 6. Aeneid. 58,

Centauri in foribus stabulant. Seruius, Stabulant, habitant. Et usurpatiuè dixit, ut populat, luctat: nam stabulor dicimus. Idem 3. Georg. 46,

Nec mos bellantes unà stabulare. Stat. 3. Sylu. 2. 21,

Isi Phoroneis quondam stabulata sub antris, &c. Gell. lib. 6. cap. 3, *Vnum serpentẽ in illis locis stabulantẽ, insuetæ immanitatis.* Varro 2. de Re rust. cap. 3. 4, *Stabulatur pecus melius ad hybernos exortus si spectat, quod est alsiosum.*

Pecudes stabulantur in antris. Ouid. 13. Metam. 176.

Turdi & pauones stabulantur. Varro 3. de Re rust. cap. 3. 5. *Vide* Ornithon.

Stabulare pecus. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 21, *Si prata sunt in fundo, neq; pecus dominus habet, danda opera ut pabulo uendito, alienum pecus in suo fundo pascat, & stabulet.*

¶ **Stabulatio, Verbale, Mansio in stabulo.** Colum. lib. 6. cap. 3. 1, *Itaq; hybernæ stabulationi eorum præparanda sunt stramenta. id est, Quando tempore hyberno stabulabuntur boues.*

¶ **Stabularius, stabularij** (ταβλάριος, σταυλοχεύς) Hospes, *uiatores precio recipiens.* Apuleius, *Sumo farciculam, & precio mansionis stabulario persoluto, capessimus uiam.* Vlpianus, l. j. D. nautæ, caupones, etc. *Caupones & stabularios eos æquè accipiemus, qui cauponam & stabulum exercent.*

Stabularius, Qui stabuli, hoc est loci ubi animalia stant, curam gerit. Colum. lib. 6, *Hic enim recognosci grex poterit, numerusq; constare, si uelut ex militari disciplina intra stabularij castra manserint.* Varro 2. & de Re rust. cap. 10. 9, *In quibus stabularij solent equas abigere.*

Stachys] *huius stachys, Frutex est, marrubio similis, sed longior, folia ferent numerosa, hirsuta, &c. inquit* Dioscorides. *Dicta autem quasi spicata, ob caulem quem ex se mittit, floribus & semine spicatum.* Plin. lib. 24. cap. 15. 7, *Ea quoq; quæ stachys uocatur, porri similitudinẽ habet, longioribus foliis, pluribusq;, & odoris iucundi, coloris q; in luteum inclinati. Pellit menstrua.*

Stacte] *stactes, fœm gen.* (σταχτὴ) *uulgo Storace liquida uocatur, inquit Dioscorides, pinguitudo recentis myrrhæ cum exigua aqua tusæ, & organo expressæ: à distillando dicta, quod Græci στάζειν dicunt, quia è stillatitia duntaxat myrrha fiat.* Lucret. lib. 2. 171,

Sicut amaracini blandum stactẽq; liquorem. Pro unguento & odoramento sumpsit. Colum. lib. 10,

Et melior stacte ponatur Achaica myrrha. Plinius libro 12. cap. 15. 3, *Inciduntur bis & ipsæ, iisdemq; temporibus, sed à radice usq; ad ramos qui ualent. Sudant autem sponte priusquam incidantur, stacten dictam, cui nulla præfertur.* Plaut. Curcul. 3. 6,

Tu stacte, tu cinnamum, tu rosa, tu crocum & casia es.

¶ **Stacteus, Adiectiuum** (στακτὸς) *Myrrha stactea, quæ stacten producit, & distillat unguentum, quasi stillatitia: quam plasten, hoc est fictitiam Theophrastus uocat.* Plin. lib. 12. cap. 16.

cap. 16. 1. Vetus exemplar non habet, stactea.

Stacula] *Vitis genus, quam Campani Sirculam, alij Veniculam appellant. inter optimè deflorescentes* Plinius libro 14. cap. 2. *reponit.*

Stadium] *stadij* (στάδιον, στάδιος) *Latinè curriculum dicitur, siue locus in quo equi hominesue currunt, & certant athletæ. Nam & Domitianus inter cætera stadium extruxit. Dictum stadium ἀπὸ τοῦ στάσεως, hoc est à statione, quòd Hercules eo spacio uno spiritu confecto, constitisset. Institutum quippe ab Hercule stadium tradũt, eumq; pedibus suis metatum esse id stadium quod est Pisis apud Iouem Olympicum, feciſseq; id longum pedes sexcentos. Inde posita cætera stadia terris Græciæ ab alijs instituta pedum quidem simili modo sexcentorum, ueruntamen aliquantulum breuiora.* Ex Gell. lib. 1. cap. 1. Cic. 2. Tusc. 95, *Vt in stadio cursores exclamant quammaximè possint.*

Olympicum stadium. Senec. Thyeste, 2. 2.
Celebrata stadia. Senec. Thyeste, 5. 2.
Currere stadium. Vide Curro.
Conficere stadia. Vide Conficio.

Stadium, inquit Plin. lib. 2. cap. 23. 1, *Centum uigintiquinq; nostros efficit passus, hoc est, pedes sexcentos uigintiquinq;.* Idem lib. 10. cap. 33. 3, *Stadij ferè unius spacio.* Cic. ad Atticum, lib. 16. 334. 1, *Quum à Leucopetra profictus (inde enim transmittebam) stadia circiter trecenta processissem, reiectus sum Austro uehementi ad eandem Leucopetram.*

¶ **Stadius, stadij, m. g.** Idem quod Stadium, Macrob. in somn. Scip. lib. 1. cap. 15, *Hic horizon, quem sibi uniuscuiusq; circumscribit aspectus, ultra trecentos & sexaginta stadios longitudinem intra se continere non poterit. Centum enim & octoginta stadios non excedit acies contrà uidentis.*

¶ **Stadiodromus, stadiodromi, penult. corrept.** (σταδιόδρομος) *Qui in stadio cursu certat, & stadium percurrit.* Firmicus, *Si Mars respexerit leporem cælestem in horoscopo, faciet stadiodromos.*

Stadiodromus etiam locus in quo ludi & cursus exercentur. Plin. lib. 34. cap. 8. 11, *Eundem uicit & Leontius, qui fecit stadiodromon Asclylon, qui Olympiæ ostenditur.*

¶ **Stadialis** *ager habebat passus* CXXV. *id est, passus* DCXXV. *cuius mensura octies comparata, milliarium facit, qui constat quinq; millibus pedum.* Ex libello uariorum auctorum De limitibus.

Stagira] *æ* (στάγειρα) Oppidum *in Finibus Macedoniæ, ad finum Strymonicum, Aristotelis peripatetici patria: qui inde Stagirites, σταγειρίτης cognominatur.*

Stagnum] *stagni* (στάγνη, στάμνα) *à Stando dicitur, aqua stans, ut ait Seruius.* Cic. 1. de Diuinat. 25, *Absurdoq; sono fontes & stagna cietis.*

Ripa stagni. Ouid. 6. Metam. 75.
Fontis stagna. Virg. 7. Aeneid. 30.
Alta stagna. Virg. 3. Georg. 66.
Dulcia stagna. Virg. 1. Georg. 77.
Extenta latius stagna. Horat. 2. Carm. ode 15. 1.
Humida stagna. Virg. 12. Aeneid. 96.
Immensa stagna. Ouid. 1. Metam. 8.
Inferna stagna. Vide Infernus.
Liquentia stagna. Catull. ad Sirmionem, 29. 1.
Mite stagnum. Virg. 8. Aeneid. 18.
Modesta iacent nullo tumultu stagna. Stat. 2. Sylu. 2. 6.
Nauale stagnum. Stat. 4. Sylu. 4. 2.
Operta carinis stagna. Stat. 1. Achil. 89.
Profunda stagna. Ouid. ad Liuium, 48.
Virentia musco stagna. Virg. 4. Georg. 4.
Consuescunt aues stagno. Vide Consuesco.

Stagnum pro parte maris profundissima posuit. Virgil. 1. Aen. 16, *quòd ea minimè moueatur, semperq; stet, id est, quiescat:*

Emissamq; (inquit) hyemem sensit Neptunus, & imis
Stagna refusa undis. Ex Seruio.

¶ **Stagno, stagnas** (λιμνάζω, ἐπιπλύζω) *stagnare de aqua dicitur quæ non effluit, nec forbetur.* Virg. lib. 4. Georg. 58, *Nilus stagnans.* Plinius, *Vbi marini fluctus effusi stagnare solent.* Tacit. lib. 1, *Auctus Tyberis plana urbis stagnauerat, hoc est, in planis, siue per plana.*

Orbis stagnat paludibus. Ouid. 1. Metam. 66.
Ripæ stagnantes. Silius lib. 10. 18.
Undæ stagnantes. Silius lib. 5. 19.

Stagnare terram dicimus, quæ non absorbet, sed continet aquã. Plinius, *Agris humidis atq; stagnantibus.*

Campi stagnantes infuso æquore. Silius lib. 3. 10.

¶ **Stagnantior, Comparatiuus** (στασιμωτέρος) Claudian. de Nilo, 6. 8,

Effluit Aegeo stagnantior.

¶ **Stagnatus, pen. prod. Adiect.** (λελιμνασθείς) Colum. lib. 10. 2,

Nam neq; sicca placet, nec quæ stagnata palude
Perpetitur querulæ semper conuicia ranæ.

Stalagma] *stalagmatis, pen. corr. neut. gen.* (στάλαγμα) *Vnguentum quod succo constat, quasi distillatio: quippe στάλασσω, stillo significat. Hinc stalagmia, id est stiria.* Plin. lib. 34. cap. 12. 9, *Fit & pluribus modis, genere eo in scrobes cauato, quarum è lateribus distillantes hyberno gelu stirias, stalagmias uocant: neq; est purius aliud.*

Stamen] *staminis, pen. corr. neut. gen.* (στήμων) *à Stando, dicitur quicquid in colo ad nendũ ponitur.* Plaut. Mil. 10. 34,

Tam capilari stamine tibi diu uideor uiuere? Alludit ad Parcam, quæ, dum morimur, rescindere nostrum stamen dicitur. Plinius lib. 8. cap. 48. 4, *Inde factum, ut nubentes uirgines comit. aretur colus compta, & fusus cum stamine.* Martialis lib. 6. 58,

Si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores
Stamina, nec surdos uox habet ista deos.

Albi staminis lanificæ. Iuuen. Satyr. 12. 7.
Aurea stamina. Stat. 11. Theb. 80,

—*& pollice docto*
Stamina purpureæ sociauerat aurea linguæ.

Candida stamina. Ouid. 6. Metam. 115.
Tenuissima stamina. Ouid. 4. Metam. 36.
Operosum stamen. Ouid. 1. de Arte, 140.
Leuia stamina ducere uersato fuso. Ouid. 4. Metam. 45.
Gracili stamine intendere telas. Ouid. 6. Metam. 11.
Minuunt colos stamina. Ouid. epist. 3. 16.
Nectere stamina. Senec. Herc. Oetæo, 8. 14.
Nere stamina. Ouid. 2. Fast. 154.
Fatalia stamina nentes Parcæ. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 1.
Sollicita stamina docto pollice. Ouid. 11. Metam. 35.
Torquere stamina digitis. Ouid. epist. 9. 16.
Precioso stamine uel ire aliquem. Claud. 1. in Eutrop. 61.
Stamina in ligno, uel herbis, sunt ueluti filamenta. Plin. lib. 16. cap. 38. 5, *Pulpa mero stamine & tenui constat.* Idem lib. 21. cap. 52, *Ita odor colorq; duplex, alius calycis, alius staminis, differentia angusta.*

¶ **Stamineus, Adiect.** Plin. lib. 16. cap. 43. 1, *Magna autem & glutini ratio, propter ea quæ sectilibus laminis, ac in alio genere operiuntur. Staminiã hoc usu probant uenã, & uocãt fyrilẽ argumento similitudinis, quoniã lachrymosè crispa.*

Rota staminea. Propert. lib. 3. eleg. 6. 6.

Stamnius] *Iupiter* (σταμνίος) *Videtur appellari Aristophane, ut à P. Fauorino notatur, cum inquit,* σταμνία ἰῷς, *id est, Stamnij filius, Iouis scilicet. Sub his enim uerbis intelligi-*

uus unũ in naſe. Dionyſius enim Iouis filius. Stannos quippe eſt, hoc eſt ὑσρὸς ἀπὸ τῆς πάλαι. Quinetiam Stannia uaſa ſunt uinaria. Lilius Syntag. 2. Hiſtor. Deorum.

Stannum] *ſtanni (σταννόν.)* Plin. lib. 34. cap. 16. 3, *Plumbi nigri origo duplex eſt. Aut enim ſua prouenit uena, nec quicquam aliud ex ſe parit: aut cum argento naſcitur, miſtiſq; uenis conflatur. Eius qui primus fluit in fornacibus liquor, ſtannum appellatur: qui ſecundus, argentum: quod remanſit in fornacibus, galena, quæ portio eſt tertia addita uenæ. Hæc rurſus cõflata, dat nigrum plumbum, deductis partibus duabus. Ibidem, cap. 17. 1, Stannum illitum æneis uaſi, ſaporem gratiorem facit, & compeſcit eruginis uirus: mirumq;, pondus non auget.*

¶ Stanneus, Adiect. *(σταννόδης)* Quod ex ſtanno factũ eſt. Colum. lib. 12. cap. 41. 2. *In cacabo figuli nouo, uel in ſtanneo coquitur muſti arbuſtiui animæi urna.* Plin. lib. 29. cap. 7, *Tum in ſtannea pyxide conditur.*

Staphis] *huius ſtaphidis, pen. corr. f. g. (σταφὶς, ἀγρία)* Vulgò Staſiſari. Quæ etiam ſtaphis agria, & Latinis pituitaria & pedicularis dicitur. Plin. lib. 23. cap. 1. 7, Aſtaphiſagria, ſiue ſtaphis, quã uiſam taminiam aliqui uocant falſò (ſuum enim genus habet) caulis nigris rectis, ſolijs labruſcæ: fert folliculos uerius quàm acinos, uirides, ſimiles ciceri: in his nucleum triangulum. Maturescit cum uindemia, nigreſcitq;, quum taminiæ rubentes norimus acinos: ſciamusq; illam in apricis naſci, hanc non niſi in opacis.

Staphylinus] *ſtaphylini, pen. prod. maſc. gen. (σταφυλῖνος ἀγρίος)* Colum. lib. 9. cap. 4. 5, *Tum agreſtis paſtinaca, & eiuſdem nominis edomita, quam Græci σταφυλῖνον uocant.* Plin. lib. 20. cap. 5. 1, *Alterum genus eſt ſtaphylinos, quod paſtinacam erraticã uocant. Idem lib. 25. cap. 9. 9, Si tam maximè tertium genus facere libeat, eſt ſimile ſtaphylino, quod paſtinacam erraticam appellant.*

Staphylodẽdros] *σταφυλοδένδρος, Arbor, quæ in Alpũ iugis excreſcit, aceri ſimillima, alb. a materia, ſiliquas ferens, & in eis nucleos nucis auellanæ. Quidam eandem exiſtimant cum Theophraſti colicea.* Plin. lib. 16. cap. 16.

Staphylus] *Anij pater, Theſei filius fuit ex Ariadna: ut in Theſeo ſcribit Plutarchus: uel, ut aliis placet, Bacchi ex Erigone Icarii filia, quæ ab hoc deo in uuæ ſpeciem mutato, compreſſa legitur apud Ouid. lib. 6. Metamorphoſeos,*

Liber ut Erigonen falſa deceperit uua. Vnde eorum filio nomen impoſitum Staphylus: quia σταφυλὴ uuam ſignificat. Ariſtophanis tamen in Plutum commentarius, hunc non Bacchi filium, ſed amicum appellat. Probus enarrator Virgilij, non Staphylum à ſtaphyle, ſed ſtaphylen, Staphylo dictam exiſtimat. Sic enim in illum lib. 2. Georgicorum uerſum,

Poculáq; inuentis Acheloia miſcuit uuis, ſcriptum reliquit. Actolus paſtor Staphylus quum Oenei capellas in pabulum duceret, notauit unam præcipuè ſecedentem à grege, lætiorem cæteris, recipientem ſe ſerius in præſepia. Cuius rei ut cauſam cognoſceret, ſecutus eſt eam clàm. Et in remota ſtirpe animaduertit Vuam edentem pomum ſibi incognitum: & ſuſtulit, regíq; pertulit Oeneo. Qui expreſſo humore delectatus, quum eum uetuſtate cognoſceret miteſceret, Libero patri appoſuit, accepto à ſe hoſpitio. Cuius rei cultum quum demonſtraret. Liber, ut perpetua inuentorum eſſet gloria, conſtituit ab Oeneo, Oenon appellaretur uinum: à Staphylo, uua ſtaphyle. Hæc Probus.

Staphylus] *pen. corr. (σταφυλὸς)* Sithreni filius, teſte Plinio lib. 7. cap. 56. *primus uinum aqua miſceri docuit.*

Stargaterus] *Danorum rex, qui cum Lenum quendam per neſas occidiſſet, pœnitentia ductus, eius filio Hatero ſe præbuit occidendum.* Saxo lib. 8. *Starcaterus à quibuſdam.*

Stasanor] *Alexandri ſodalis, uir Solius, & qui principatum meruit.* Strabo lib. 14. *in fine.*

Staſeas] *σταϲέας*, Neapolitanus Platonicus philoſophus, ut ſcribit M. Cicero *in libris De finibus bonorum & malorum.*

Staſis] *στάσις* Vrbs eſt Perſidis, *edita in petra ſita, quam tenuit Antiochus Seleuci filius. Gentile Staſites, στασίτης* Stephano.

Statanus] *a, um: Statana uina.* Plin. lib. 14. cap. 6, *Nam Falerno contermina Statana, ad principatus uenêre nõ dubiè: palámq; fecêre ſua quibuſq; terris tempora eſſe, ſicut rerum prouentus occaſionesq;.*

Statanus] *σταταν&ω;*, Deus puerilitatis præſes credebatur antiquis, teſte Varrone de liberis educandis. Nonius. Vide Lilium Syntag. 1. Hiſtor. Deorum.

Statarius] Vide Sto.

Stater] *ſtateris, pen. prod. maſc. gen. (στατὴρ)* Genus nummi, quatuor drachmas habens: nalentes quatuordecim ſolidos noſtros, ut author eſt Budæus.

Statera] *ſtateræ, pen. prod. (στατμὸς, ζυγὸς)* à Stando dicta eſt. Inſtrumentũ quo res ponderantur. Cic. 2. de Orat. 87, *quæ non aurificis ſtatera, ſed quadam populari trutina examinantur.* Stat. 4. Syl. 3. 7,

Dum pondus nimium querens ſub alta
Repit languida quadrupes ſtatera.

Statera pro Tympano, & quas Græci magidas uocabant. Plin. lib. 33. cap. 11. 8, *Tympana uerò ſe iuuenæ appellata ſtateræ, & lances, quas antiqui magidas appellauerant.*

Stathmus] *ſtathmi (στάθμὸς)* Græca uox pro Latina uſurpata, ſignificat uerò ſtabulum, diuerſorium, uel ſtationem. Item menſuræ Geometricæ genus apud Perſas maximè uſitatum: quorum regnum uniuerſum in ſtathmos regios diuiſum erat, diſpoſitis certo interuallo diuerſorijs, quò, uel quæ in extremis regni angulis gerentur, celerius ad regem poſſent perferri. Stathmorum menſura uaria, uarijs in locis fuit: ferè autem ſeſquiſtadium ſupra centena uicena continebat. de quo uide Herodotum lib. 5.

Statice] *ſtatices, pen. corr. fœm gen. (στατικὴ)* Genus herbæ. Plin. lib. 26. cap. 8. 9, *Eoſdem effectus præſtat & ſtatice ſeptem caulibus, ueluti roſæ capita ſuſtinens.*

Staticulum] *ſtaticuli, pen. corr. (σταϑμὸς & κοῖτος)* Genus geſtatorij, ſiue uehiculi, ut eſſedum, & petorritum. Plin. lib. 34. cap. 17. 3, *Similiq; modo ad aurea quoq; & argentea ſtaticula inanis luxuria peruenit, quæq; in ſcyphis cerni prodigium erat: hæc in uehiculis atteri. cultus uocatur.* Idem lib. 37. cap. 10. 2, *Reddunt enim ſpecies fluminum nemorum & iumentorum etiam eſſeda & ſtaticula, & equorum ornamenta.* Plaut. Stich. 17. 4,

Nunc pariter omnes uoco cynædos, contrà ſtaticulis ſtare
Non magis potis eſt, quàm fungus imbri.

¶ Staticulus, uel Staticulum, Saltationis genus, *in quo nunc ſubitò quaſi ſtandum, nunc proſiliendum. Cato apud Macrobium lib. Saturn. Præterea cantat ubi collibuit: interdum Græcos uerſus agit, iocos dicit, uoces demutat, ſtaticulos dat.* Plaut. Perſa, 2. 3. 44,

Nequeo leno quin tibi ſaltem ſtaticulum dem, quẽ Heges
Faciebat.

Statilinum] *& Statanum, & Fabulinum, Præſides deos Varro Cato, uel de liberis educandis pueritiæ ætatis, affirmat. Ali Statano & Statilino, quorum nomina habent ſcripta pontifices. Sic cùm primò fari incipiebant, ſacrificabãt diuo Fabulino. Refert Nonius.*

Statim] *σὺθὺς, εὐθύ*, Aduerbiũ, priore producta, à ſtando, Conſtanter, perſeueranter, continuè: quaſi inſiſtendo, & uno

ſtatu. Plaut. Amph. 4. 85,

Nec recedit loco quin ſtatim rem gerat. Ibidem, 4. 122,
Nec iugula, nec Veſperugo, neq; Vergiliæ occidunt,
Ita ſtatim ſtant ſigna. Ex Nonio.

Statim, priore correpta, Mox, ilico: quòd ea quæ mox fiunt, continenter fieri uideantur. Cicero in Verrem, Statim ad Meſſanam literas dedit, id eſt, Sine mora, ſine intermiſſione temporis.

Confeſtim & ſtatim. Cic. in Orat. 116, *Antè enim circunſcribitur mente ſententia, confeſtimq; uerba concurrũt, quæ mens eadem, quæ nihil celerius, ſtatim dimittit, ut, &c.*

Statim à. Plin. lib. 27. cap. 93. *Semipedalibus ramulis quinis, ſenisue, à radice ſtatim ſoliosis.*

Statim atq;. Vlpianus ad legem Iuliam, l. *Si maritus, Et primùm Pomponius putat, admitti ad accuſationem extraneum poſſe ſtatim atq; negauerit: cui aſſentiendum puto. Idem de ædilitio edicto, l. ædiles.*

Statim in. Cic. de Aruſp. reſpon. 1, *Haud poteſt grauioribus à me uerbis uulnerari, quàm eſt ſtatim in facto ipſo à grauiſſimo uiro P. Seruilio confectus ac trucidatus.*

Statim quàm. Martianus de officio Proconſulis. l. *omnes Proconſules ſtatim quàm urbem egreſſi fuerint, habent iuriſdictionem.*

Statim quàm. Vlpianus in l. 1. §. habet. ff. *uſufructuarius quemadmodum caueat, Quarum prior ſtatim committitur quàm aliter fuerit uſus.*

Statim ut. Cic. ad Atticum, lib. 2. 27. 4, *Literas ſcripſi H. X. Cerialibus ſtatim ut tuas legeram.*

Vt, ſtatim. Cic. Attico, lib. 12. 24. 11, *Nam ut heri me ſalutauit, ſtatim Romam profectus eſt.*

Statim, ſequente ablatiuo. Cicero in Oratore, *Itaq; hoc ſum aggreſſus ſtatim Catone abſoluto.*

Statio, Statiua] Vide Sto.

Statiuæ] *arum, ſecunda ſyllaba correpta:* inſulæ ſunt in ſinu Campano, *terræmotu enatæ.* Plinius lib. 2, cap. 88. Papinianus in Syluis,

Aenariæq; lacus medicos Statinasq; renatas.

Statius] *Seruile olim nomen fuit.* Plerique enim apud ueteres *Serui eo nomine fuerunt. Cæcilius quoq; ille comœdiarum poeta inclytus, ſeruus fuit, & propterea nomen habuit Statius. Sed poſtea uerſum eſt quaſi in cognomentum, appellatusq; eſt Cæcilius Statius.* Vide Gell. lib. 4. cap. ult.

Statius] *στάτιος, Cæcilius poeta comicus fuit, cui Volcatius Sedigitus primas in comœdia partes tribuit, quanquam à Cicerone nonnunquam, malus linguæ Latinæ author, nonnunquam etiam ferreus ſcriptor appelletur. Statius alius cognomento Papinius, illuſtris poeta fuit Neapolitanus, Domitiani temporibus, Iuuenalis & Martialis æqualis, cuius multa extant poemata: Syluarum libri quatuor: Thebaidos libri duodecim: præterea Achilleidos opus inchoatum, quod, morte præuentus, abſoluere non potuit. Scripſit & Agauen tragœdiam, quam inopia coactus Paridi hiſtrioni uendidit.* Iuuenal. Satyra 7,

Curritur ad uocem iucundam & carmen amicæ
Thebaidos, lætam fecit cùm Statius urbem,
Promiſitq; diem: tanta dulcedine captos
Afficit ille animos, tantáq; libidine uulgi
Alluditur: ſed cùm fregit ſubſellia uerſu
Eſurit, intacta Paridi niſi uendat Agauen. *Fuiſſe autem utrunq; horum ſeruilis conditionis, Statij nomen ſeruile ſatis manifeſtum facit.*

Statius] *Seboſius, author celebris, quem Plinius allegat ex libro de natura piſcium.* Plin. lib. 9. cap. 16.

¶ Statius, à ſtabilitate prænomen cepit. Author Probus *in Epitome.*

Statones] *Hetruriæ populi apud Plinium libro 3. cap. 5. quorum oppidum Statonia commemoratur à Strabone libro 5. In horum agro uinum ſatis generoſum naſcebatur, quod Stationenſe uinum appellabant: cuius meminit Plinius lib. 14. cap. 6.*

¶ *Statonienſia uina, in infero mari Italico ſeu Latienſi naſcuntur.* Plin. lib. 4. cap. 6.

Stator] *ſtatoris, Seruus olim dicebatur, aut libertus, qui prope herum aut patronum ſtabat, & ei præſtò erat, & ſi quem quærebat, arceſſebat ſiſtebatq;.* Petronius Arbiter, *Quædam enim fœminæ ſordibus calent, nec libidinẽ concitant, niſi aut ſeruos uiderint, aut ſtatores diutius cinctos. Diſcinctos, legendum putat Turnebus: idq; optimè, meo quidem iudicio.*

Stator, *ſtatoris*] Vide Siſto.

Statua, & Statuarius] Vide Statuo.

Statuliber] Vide Status *in* Sto.

Statumen, Statumino] Vide Statuo.

Statuo] *ſtatuis, ſtatui, ſtatutum, pen. prod. (τίθημι, τιθέμενος, ὑφίσημι, ἀνατίθημι, βεβούλομαι)* ſtatuere, Decernere. Plautus Amph. 15. 18,

De ſummo ſummus Iuppiter ſic ſtatuit, ſic fatum habet.

Liuius 1. ab Vrbe, 177, *Ferro igitur eam arcere contumeliam ſtatuunt.*

Velle mori ſtatuit. Ouid. 10. Metam. 27.

Deliberare & ſtatuere. Cic. 3. Verr. 1.

Statuere & perſeuerare in eo. Cic. de Prouinc. Conſul. 8, *Statuit ab initio, & in eo perſeuerauit.*

Ex alicuius ſermone ſtatuere. Cic. Attico, lib. 9. 19. 2.

Statuere & decernere. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1. 28.

Senatus ſtatuit. Cic. 5. Verr. 69.

Statuere, Prouidere: uel exiſtimare, expectare: uel prorſus ita opinari. Cic. 7. Verr. 62, *Præſertim quum ſtatuiſſes, ut aës, cauſam tibi eſſe dicendam.* Ibidem, 80, *Cauſam ſibi dicendã eſſe ſtatuerat, iam antè quàm hoc uſu uenerit.* Budæus.

Non poſſum ſtatuere utrum, &c. Cic. 3. de Orat. 47.

Statuere & iudicare. Cic. 2. de Orat. 67.

Statuere ſummum bonum, non dolere. Cicero 2. de Finib. 33. Idem 1. Offic. 9, *Fortis uerò, dolorem ſummum malum iudicans: aut temperans, uoluntatem ſummum bonum ſtatuens, eſſe certè nullo modo poteſt.* Idem Acad. 4. 241, *Præcide, inquit, ſtatue aliquando quid libet. quid? quæ dicuntur quidem.*

Sic ſtatuunt. Cic. 4. Acad. 173, *Quum Dialectici ſic ſtatuant, omne quod ita diſiunctum ſit, quaſi aut etiam, aut non, non modò uerum eſſe, ſed etiam neceſſarium.*

Apud animos uel animum ſtatuere. Liu. 6. ab Vrbe, 165.

Cum animo ſtatutum ac deliberatum habere. Cic. 5. Verr. 79.

De re aliqua ſtatuere. Plin. epiſt. 98. c.

Statuere de ſe, Eſt ſibiipſi mortem afferre, non expectata principis damnatione. Tacit. lib. 5, *Eorum, qui de ſe ſtatuebant, humabantur corpora, manebant teſtamenta, precium feſtinandi.* Idem lib. 12, *Ius ſtatuendi etiã de procuratoribus dederat: id eſt, damnandi.*

Documentum ſtatuere nè. Cicero ad Brutum, 15. 16, *Dixi igitur ſententias in Antonium, dixit in Lepidum ſeueras: neq; tam ulciſcendi cauſa, quàm ut & in præſens ſceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterrerem, & in poſterum documentum ſtatuerem, nequis talem amentiam uellet imitari.*

Ex dignitate ſtatuere. Cic. ad Licinium, lib. 5. 8. 11, *Quamobrem tu quantum tuo iudicio tribuendum eſſe nobis putes, ſtatues ipſe, & ut ſpero, ſtatues ex noſtra dignitate.*

Exemplū ſtatuere in homine, Idem quod Edere exemplum, Vide Exemplum. Cic. 4. Verr. 77. Terent. in Prol. Heaut. 51,

Exemplum ſtatuite in me, ut adoleſcentuli, &c.

Exemplum in aliquem ſtatuere. Cic. 5. Verr. 181, In quos aliquid exempli pop. Rom. ſtatui putat oportere, ab iis tu defenſionis exempla quæris?

Statuite exemplum impudenti, date pudori præmium. Plautus Rud. 16. 6.

Exilium in aliquem ſtatuere. Tacit. lib. 5.

Finem aliquem ſtatuere. Cicero ad Domitium. libro 6. 22. 4, Sed quum conſilij tui bene fortiter q; ſuſcepti, eum tibi finem ſtatueris.

Finem ſtatuit cupidinis atq; timoris. Lucret. lib. 6. 6.

In aliquem ſtatuere. Cæſar belli Gall. lib. 1, Diuitiacus Cæſarem complecti, multis cum lachrymis obſecrare, nequid grauius in fratrem ſtatueret.

Aequabile ius in omnibus ſtatuere. Author ad Heren. lib. 3. 95.

Ius actioni ſtatuere. Cic. ad Trebat. lib. 7. 12. 3.

Legem ſibi ſtatuere. Cic. 5. Verr. 4.

Locum colloquio ſtatuere. Liu. 8. bel. Pun. 184.

Mercedem ſtatuere. Brutus. Cic. in epiſt. ad eundem, 16. 13.

Modum ſtatuere alienæ induſtriæ. Cic. 1. de Fin. 6.

Modum ſtatuit natura cupidinibus. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 23.

Statuere ne. 2. Philipp. 97, Statuiturq; ne poſt M. Brutum Proconſulem ſit Creta prouincia.

Precium ſtatuere. Liu. 2. bel. Maced. 63. Terentius in Prologo Heaut. 48,

Nunquam auarè precium ſtatui arti meæ.

Statuere quanti. Cic. 7. Verr. 19, Primùm inſimulatio eſt repentina, capitalis atq; inuidioſi criminis: ſtatuite quanti hoc putetis, & quàm multo redemiſſe.

Statuere enim quid ſit ſapiens, uel maximè uidetur eſſe ſapientis. Cic. 4. Acad. 17.

Statuere ſtatum alicui. Plin. lib. 18. cap. 3. 7.

Stipendium alicui ſtatuere de publico. Liu. 1. ab Vrbe, 82.

Triſte aliquid ſtatuere. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 24.

Ante oculos ſtatuere. Cic. 1. de Orat. 127.

Statuere, Firmare, ponere. Plaut. Pſeud. 7. 138,

At nunc diſturba quas ſtatuiſti machinas. Liu. 9. bel. Maced. 189, Tabernacula ſtatuere in foro. Cic. 3. in. Catil. 65, Eo ipſo tempore ſignum ſtatueretur, quo collocato atq; &c.

Aras binas ſtatuit è cæſpite, Brexit. Ouid. 7. Metam. 48.

Craterας magnos ſtatuunt. Virg. 1. Aeneid. 146.

Templa ſtatuere. Propert. lib. 2. eleg. 7. 5.

Terminos ſtatuere. Liu. 1. bel. Pun. 164.

Tumulum ſtatuere. Virg. 6. Aeneid. 76.

Vrbem præclaram ſtatui. Virg. 4. Aeneid. 131.

Statuere, Dedicare. Virg. 5. eclog. 14,

Craterασq; duos ſtatuã tibi pinguis oliui. id eſt, Dedicabo.

Statuere ſtatuam alicui. Cic. pro Seſtio, 71.

Statuo, Do eſſe: quod & Conſtituere dicitur. Cicero 1. de Finibus, 64. Statue contrà, aliquem confectum tantis animi corporisq; doloribus, &c. Suprà autem dixerat, Conſtituamus aliquem. Budæus.

Statuere, Concutere. Terent. Adelph. 3. 2. 18,

Sublimen medium arriperem, & capite primùm in terram ſtatuerem, Vt cerebro diſpergat uiam.

Statutum eſt. Cic. Attic. lib. 12. 241. 9, Equidem neq; de genere dubito, placet enim mihi Cluatij: neq; de re, ſtatuũ eſt enim: de loco nonnunquam.

Iam habeo ſtatuũ quid mihi agendũ ſit. Cic. Sulpit. lib. 4. 2. 9.

¶ Statutus, pen. prod. Participium (τακτὸς) ut, Statuta die: hoc eſt, conſtituta, & data ac decreta ex conuentione. Liu. 1. bel. Maced. 108.

Qui ſacrificia gentilitia illo ipſo in ſacello ſtatuto loco annuerſaria facitarint. Cic. de Aruſp. reſp. 29.

Solenne ſacrificium & ſtatutum. Cic. 2. Tuſc. 183.

Statuti pali, quaſi ſtantes defixi: id eſt, ita collocati in terram, ut ſtantes, non tranſuerſi aut obliqui appareant. Varro 1. de Re ruſt. cap. 14. 1.

¶ Statutum, ſtatuti, pen. prod. neut. gen. (τεταγμένον) Decretũ. Cic. Cornificio, lib. 12. 25. 11, Neq; enim ſtatuti quid in tanta perturbatione habere potuiſti.

¶ Statua, ſtatuæ (ἀνδριὰς, ἄγαλμα, ἵδρυμα, ξόανον, ἀφίδρυμα) à Statuo, deduci uidetur: & eſt imago, quæ alicui uel mortuo uel etiam uiuenti antiquitùs decernebatur, & in foro aut aliquo loco conſpicuo collocabatur, ad alicuius rei bene geſtæ memoriam. quam quã nonnulli hoc inter ſe differre putent imagines & ſtatuas: quòd ſtatuæ ſint æneæ, eboreæ, lapideæ: imagines, cereæ, & pictæ. Sueton. in Tiberio, cap. 26, Etiam ſtatuas atq; imagines, niſi permittente ſe, poni prohibuit. Cic. 9. Philipp. 266, Maiores quidem noſtri ſtatuas multis decreuerunt, ſepulchra paucis. Idem 5. Philip. 154, Eiq; ſtatuam equeſtrem inauratam in roſtris, aut in quo alio loco in foro uellet, ex huius ordinis ſententia ſtatui placere.

Inaurata ſtatua pallidior. Catul. ad Iuuentium, 76. 1.

Infantes ſtatuas findit Canicula. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 9. hoc eſt, Mutas. Acron.

Lorica ſtatua. Vide Lorica.

Mediocris ſtatua. Vide Mediocris.

Conſecrare alicui ſtatuam. Vide Conſecro.

Decernere ſtatuam. Vide Decerno.

Omnibus uicis ſtatuæ factæ ſunt, ad eas thus & cerei. Cicero 3. Offic. 106.

Tempeſtate, ui, & uetuſtate interęũt ſtatuæ. Cic. 9. Philip. 266.

Simulachrum, imago & ſtatua. Cic. pro Archia, 22, An quum ſtatuas & imagines non animorum ſimulachra, ſed corporum, ſtudioſe multi ſummi reliquerunt, &c.

¶ Statuaria, ſtatuariæ, Subſtantiuum, Ars faciendi ſtatuas. Plin. lib. 35. cap. 12. 6, Laudat & Praſitelem, qui plaſticem matrẽ ſtatuariæ ſcalpturæq; & cælaturæ eſſe dixit. Idem lib. 36. cap. 5. 4, Non omittendum, hanc artem uetuſtiorem fuiſſe, quàm picturam, aut ſtatuariam.

¶ Statuarius, ſtatuarij (ανδριαντοποιὸς) pro ſtatuarum artifice & ſculptore ponitur à Quint. lib. 5. cap. 12. Et apud Plin. lib. 34. cap. 7, Caput eſt de antiquis ſtatuarijs.

¶ Statuarius, Adiectiuum (ανδριαντοποιητικὸς) Plin. lib. 34. cap. 7. 1, Fuiſſe autem ſtatuariam artem familiarem Italiæ quoq; & uetuſtam, indicat Hercules ab Euandro ſacratus.

¶ Statura, ſtaturæ, pen. prod. (σύστασις) Propriè ipſa corporis qualitas & eminentia aut breuitas. Cic. 5. de Finib. 61, Corporis igitur noſtri partes, totúmq; figura & forma & ſtatura quàm apta ad naturam ſit, apparet.

Velim mihi dicas, niſi moleſtum eſt, L. Turſectius qua facie fuerit, qua ſtatura. Cic. 2. Philipp. 59.

Apponere formam, ſpeciem, & ſtaturam ad dignitatem. Author ad Herennium, lib. 4. 226.

Commoda ſtatura. Vide Commodus.

Noſcere figuram & ſtaturam. Cic. 1. Tuſc. 82.

Statura arboris. Colum. lib. 5. cap. 5, Producat in tantam ſtaturam quantam permittit agricola. hoc eſt, Craßitudinem ad altitudinem. Idem lib. 12. cap. 28. 4, Maturam oliuam in ſtatura factam colymbadem, de muria tollito.

¶ Statumen, pen. prod. ſtaturninis, neut. gen. (κρόκη) Id quo fulcitur uitis, ut pali & pedamenta, & quicquid pro munimẽto accedit. Colum. lib. 4. cap. 16. 2, Quum menſem trigeſimum exceſſerit poſita uinea, id eſt tertio autumno, uehementioribus ſtatuminibus ſtatim impedanda eſt. Corruptè paſſim legitur, impedienda. Ibidem, cap. 2. 1, Duo uduantur ſtaminа. Idem lib. 5. cap. 4.

Statumẽ, apud Virruuiũ dicitur quicquid pro ſtrato adijcitur.

Statumina, pro Fixis ſtipitibus cuiuſdam machinæ, qua iumenta cluſa curantur. Columel. lib. 6. cap. 19, Primis autẽ duobus ſtatuminibus imponitur firmum iugum, ad quod iumenta capiſtrantur.

¶ Statumino, ſtaturninas, pen. corr. (χαρακίζω) ſtatuminare, Statuminibus firmare. Plin. lib. 17. cap. 22. 28, Eodem modo uineam ſtatuminato.

Statuminare lapidibus. Plin. lib. 18. cap. 6. 14.

¶ Statumin.atio, Verbale. Verbis autem Budæi libet explicare ſtatuminationem & ruderationem Vitruuij in pauimentis. ſic igitur ſcripſit Budæus Statuminatio, ut hic apparet (libruм Vitruuij intelligit) fit lapidibus & cementis libralibus & manualibus ſiue calce & arena, aut rudere nouo aut rediuiuo, id eſt, ex uetere ædificio ſumpto, non nuper effoſſo, quod conſtat è cemento, ut hic apparet, ad differentiam nucleі, qui è teſta contuſa conſtat, & tertio loco inducitur. Hæc doctiſſimi hominis oratio, non tam docet ut intelligamus, quàm manu propè ducit, ut quid iſta ſint apud Vitruuium, penè palpemus. Sic autem Vitruuius ait lib. 7, Tunc inſuper ſtatuminetur, non minore ſaxo, quàm quod poſſit manuum implere: ſtatuminibus inductis ruderetur. Et mox, inſuper ex teſta nucleus inducatur, &c.

Status, ſtata, ſtatum: & Status, huius ſtatus] Vide Sto.

Statyelli] orum, Populi Lygurиæ, teſte Plin. lib. 3. cap. 5. quorum oppidum Aquæ Statyellæ collocatur à Strabone ea in uia, quæ à Genua Placentiam ducit.

Sauri] Gentes ſunt circa Hircanum mare, apud Plin. libro 6. cap. 16.

Steatites] σταῖτης, Gemma eſt ſeui oſtentans, quod Græci σέαρ uocant. Plin. lib. ult. cap. 11.

Steatoma] pen. prod. ſteatomatis, pen. corr. neut. gen. Adipis effuſio ſub cute. Plin. lib. 26. cap. 14. 5, Eadem & contra ſteatomata efficax.

Stega] ſtegæ (στέγη) Tugurium eſt, locus item in naui contectus. A στεγάζω, tego. Plaut. Bacchid. 5. 44.

Forte ut adſedi in ſtega. Hinc Triſtega, τριστέγιον, dicitur pro triplici tabulato. Idem Sticho, 7. 12,

Siue aduocatis, ibidem in cercuro, in ſtega,
In amicitiam, atq; in gratiam conuortimus.

Stegnatia] Ciuitas in Adriatico litore. Strabo lib. 6, E' Brundiſio uerò litus Adriaticum præternauiganti Stegnatia occurrit ciuitas, commune & nauigantibus, & terreſtre iter facientibus ad Barium diuerſorium

Stegnus] ſtegna, ſtegnum, Strictus. Inde Febres ſtegnæ, quæ & conſtrictæ uocantur. Plin. lib. 23. cap. 7. 6.

Stela] ſtelæ, Græcis στῆλαι, dicitur columna: ſtructura conſtat aut lapidea, aut cæmentitia, aut lateritia. Plin. lib. 6. cap. 29. 11, In altera ſtelæ literis incognitis. Stelæ autem propriè lapideæ pilæ ſurrectæ, in quibus fœdera inſcribi ſolebant, ut omnibus innotaſcerent, & in quibus etiam homines proſcribi ſolebant. Iſocrates in Paneg. circa finẽ utitur, & Demoſthenes identidem. Hodie ſtelæ propriè uocari poſſunt lapideæ cruces, uel huiuſmodi monumenta, quæ in militaribus uijs extructa uidemus, literis interdum inſculptis, ad memoriam alicuius rei prodendam. Latinè cippi dicuntur, quales ſuper ſepulchra extruuntur.

Stelephuros] Oriyg. 1, Plantago: herba foliis perpetuò uiuentibus, ex ſpicatarum genere. Plinius lib. 21. cap. 17.

Stelis] Larix arbor, ex qua uiſcus naſcitur. Plin. Libro. 16. cap. ultimo.

Stella] Aruncius, poeta Patauinus lepidiſſimus, familia conſulari ortus Violentillam amauit puellam Neapolitanam, quã tandem uxorẽ duxit. Hæc in delicijs habuit columbam, auem dicatam Veneri, quam Stella fleuit deſunctam pulcherrimo carmine, opuſq; ipſum Columbã inſcripſit. Martial. lib. 12.

Stella] ſtellæ (ἀστὴρ) à ſtando dicitur, quòd ſtellæ in cælo ſtare uideantur. cuius innumera exempla apud authores.

Sunt autem ſtellæ natura flammeæ. Cic. 2. de Natur. deor. 176.

Heraclides errantibus ſtellis diuinitatem tribuit. Cicer. 1. de Natura deorum, 50.

Facilè uincunt magnitudinem terræ ſtellarum globi. Cicero in Somn. Scip. 13.

Traiectio ſtellæ. Cic. 2. de Diuinat. 89, Ita te nec terræ fremitus, nec cæli diſceſſus, nec lapideus aut ſanguineus imber, nec trabs iecticia ſtellæ, nec faces uiſæ terrebunt.

Acceſſus ſtellarum. Vide Accedo.

Alba ſtella. Horat. 1. Carm. ode 12. 6.

Ardentes ſtellæ. Virg. 4. Aeneid. 97.

Aureæ ſtellæ. Senec. Herc. furen. 1. 3.

Caliginoſa ſtella. Vide Caligo.

Candidæ ſtellæ. Horat. 3. Carm. ode 15. 1.

Comans ſtella. Ouid. 15. Metam. 150.

Crinita ſtella. Vide Crinis.

Gelidæ ſtellæ. Lucret. lib. 6. 145,

— quæ gelidis à ſtellis axis aguntur. Gelidis dixit, non propter ſtellas, ſed propter axem Septentrionalem ſcilicet.

Micantes ſtellæ. Ouid. 7. Metam. 20.

Proterua ſtella canis Icarij. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 1.

Salubres ſtellæ. Horat. 1. Serm. Satyr. 7. 5.

Vagæ ſtellæ. Lucan lib. 9. 3.

Agmina ſtellarum cogit Lucifer. Ouid. 2. Metam. 23.

Depulit ſtellas aurora. Ouid. 7. Metam. 20.

Diffugiunt ſtellæ. Ouid. 2. Metam. 23.

Dinumerare ſtellas. Cic. 1. Offic. 216, Etiam ſi dinumerare ſe ſtellas, aut metiri mundi magnitudinem poſſe arbitretur?

Fixæ ſtellæ. Ouid. 2. Metam. 40.

Dies clara fugârat ſtellas. Virg. 5. Aeneid. 9.

Sparſa micant ſtellarum lumina cælo. Silius lib. 15. 134.

Acies obtuſa ſtellis. Virg. 1. Georg. 79.

Palantes polo ſtellæ. Virg. 9. Aeneid. 5.

Reſtrinxit ſtellas exortus ſol. Lucret. lib. 3. 212.

Cælum uoluit ſtellas rapida uertigine. Silius lib. 8. 34.

Stella, pro Sidere ex multis ſtellis compacto. Ouid. lib. 3. Faſtorum.

Stella, Piſcis. Plin. lib. 9. cap. 60, Præter hæc claros ſapientia authores uideo mirari ſtellam in mari. Ea figura eſt, parua admodum caro intus, extrà duriore callo. Huic tam igneum feruorem eſſe tradunt, ut omnia in mari contacta adurat, omnem cibum ſtatim peragat.

Stello, ſtellas (σλάβω, ἀστηρίζω) ſtellare, Propriè ſtellarum eſt, quum ſplendorem ſuum emittunt. Eſt & ſtellare, lucere ſtellarum in morem. Martial. lib. 2. 29,

Et numeroſa limant ſtellantem ſplenia frontem. Plin. lib. 37, Quoniam ſtellarum hyadum & numero & diſpoſitione ſtellantur.

Stellare, Inuidere: à ſtellione animali, cuius natura eſt inuida. Vide Stellio.

¶ Stellans, Particip. (ἀστηρίζων) Claud. lib. 2. de rap. Proſ. 73,

Ducitur in thalamum virgo, ſtat pronuba iuxtà
Stellantes nox picta ſinus: id eſt, Stellarum ſplendore conſpicuos.

Cæli ſtellantis regia. Virg. 7. Aeneid. 42.

Fons ſtellans bullis. Plin. lib. 31. cap. 2. 10.

Gemmæ ſtellantes. Ouid. 1. Metam. 146.

Nox ſtellans. Cic. 1. de Diuinat. 33.
Olympus ſtellans. Cic. 1. de Diuinat. 37.
Ora ſtellantia Tauri. Ouid. 5. Faſt. 121.
Stellans uolatus: hoc eſt, Qui à ſtella fit, uel qui ita in cælo conſpicitur, præſertim æſtate ſuper noctem, quaſi à ſtella aliqua uolante fiat. Plin. lib. 18. cap. 26. 18, Ita appellant ruſtici ſtellantes uolatus, Græci uerò lampyridas.

¶ Stellatus, pen. prod. Adiectiuum (ἀστρόεις, κατάστερος) Stellis plenum: proprium cæli epitheton, quum eſt clarum & ſerenum: quanquam ad alia etiam transfertur. Plin. lib. 10. cap. 67, Salamandra animal lacerti figura ſtellatum. Cic. 5. Tuſcul. 11. Nec uerò Atlas ſuſtinere cælum, nec Prometheus affixus Caucaſo, nec ſtellatus Cepheus cũ uxore, &c. Claud. lib. 3. de Raptu, 3,

Vt patuit ſtellata domus, conſidere iußit.
Ouid. 1. Metam. 134, Stellatus Argus.

Enſis ſtellatus fulua iaſpide. Virg. 4. Aeneid. 52.

¶ Stelliſer, pen. corr. Adiect. (ἀστροφόρος) Quod fert ſtellas: proprium cæli epitheton. Cic. in Somnio Scip. 17, Quam ob cauſam ſummus ille cæli ſtelliferi curſus.
Olympus ſtelliſer. Senec. Herc. Oetæo, 15. 9.

¶ Stelliger, pen. corr. Aliud adiect. (ἀστροφόρος) ut, Polus ſtelliger. Stat. 12. Thebaid. 113.
Axis ſtelliger. Stat. 3. Sylu. 3. 16.

Stellatina *tribus*] Vide Tribus.

Stellatura] ſtellaturæ, pen. prod. Nomen erat annonæ militaris. Lampridius in Alexandro, Annonas militum diligenter inſpexit. Tribunos qui per ſtellaturas militibus aliquid abſtuliſſent, capitali pœna affecit. Spartianus in Peſceñino, Nam & Imperator Tribunos duos, quos conſtitit ſtellaturas accepiſſe, lapidibus obrui ab auxiliaribus iußit. Budæus.

Stellio] ſtellionis, maſc. gen. (ἀσπάλαβος, ἀσπαλαβώτης) Animal lacertæ ſimile, tergo circulis quibuſdam depictum, lucentibus guttis, ad modum ſtellarum à Græcis dicitur aſcalabotes: quòd apud eos ἄσπαλαξ circulus eſt. Stelliones, inquit Marcellinus, in nouis domibus cernuntur, ſtertè ij quos Romanum uulgus tarentulas uocat, albas, innocuas, & puſillis lacertis ſimiles. Stelliones, inquit Barbarus, fraudulentiſſima ſunt animalia, phalangiorum ſortiſſe generis. Plin. lib. 30. cap. 10. 6, Tunicula ſtellionis, quã eodẽ modo ut anguis exuit, pota, &c. Operæpretiũ eſt ſcire quomodo præripiatur, quum exuitur membrana hyberna, aliàs deuoranti eam: quoniam nullum animal fraudulentius inuidere homini tradunt. Inde ſtellionum nomen aiunt in maledicum translatum. Sed eo derelicto non poteſt remeare. Nihil ei remedio in comitialibus morbis præfertur. Virgilius 4. Georg. 49,

—nam ſæpe ſauos ignotus adedit Stellio.

¶ Stellionatus, huius ſtellionatus, pen. prod. m. g. Crimen apud Iuriſconſ. à ſtellione nomen ſumpſit: quod fit, quum aliquid dolo factum eſt: ut ſiquis rem alij obligatam, diſſimulata obligatione, per calliditatem alij diſtraxerit, uel permutauerit, uel in ſolutum dederit: aut ſiquis merces ſuppoſuerit, uel obligatas auerterit, uel corruperit, aut impoſturã fecerit: cuius nulla pœna ordinaria eſt, ſed extraordinariè plectitur, & ad præſidem ſpectat. Hæc ex Vlpiano, De crimine ſtellionatus, l. ſtellionatus.

Stemma] ſtemmatis, neut. gen. (στέμμα) Coronamentum quod ex multis floribus compoſitum eſt. Dictum à Græco, quaſi στεφάνωμα. στέφω enim corono: & στέφανος, corona. Firmicus lib. 4, Magnos uiros faciet Mercurius, qui ſacris & religioſis ſtemmatibus coronentur.
Stemmata, Imagines maiorum, quæ poni ſolebant in atrijs. Martialis,

Atria Piſonum ſtabant; cũ ſtemmate toto. Iuuen. Satyr. 8. 1. Sueton. in Nerone, cap. 73, Quod in uetere gentilium ſtemmate C. Caßij percuſſoris Cæſaris imagines retinuiſſet. Plin. lib. 35. cap. 2. 3.
A' proauis demiſſum ſtemma. Stat. 3. Sylu. 3. 9.
Stemma pro facinore nonnunquam accipitur: quoniam mos erat apud antiquos, ut qui quicquam bene geſſerant, coronis donarentur, & eædem ſtatuarum capitibus imponerentur. Martial lib. 1. 16,

Cæſaris atq; Iouis conſer nunc ſtemma iuuentus
Par onus ut tulerint, altius iſte tulit.

Stemmata, Inſcriptiones ſaxorum. Martialis,

Triſtia ſaxorum ſtemmata delet herus.

Stenielarus] Ciuitas regia Meſſeniorum, in qua regnauit Creſphon. Strab. lib. 8.
Stennyo] στεννύω, Bocatio libro 10. capite 10. filia Phorci, ex monſtro marino ſuſcepta: quæ debilitas interpretatur: id eſt, timoris initium, quod tantum mentem debilitat. Sthenio rectius ſcribitur. Fuit ſoror Meduſæ.
Stentor] huius Stentoris, pen. corr. (στέντωρ) unus fuit è ducibus Græcorum, qui ad Troiam profecti ſunt: cuius tantus erat uocis ſonitus, quantus aliorum quinquaginta, ut ſcribit Homerus lib. 5. Iliad. Iuuenal. Satyr. 13. 12,

Tu miſer exclamas, ut Stentora uincere poſſis.

Stephanio] Is qui primus togatus ſaltare inſtituit, ultæ diuturnioris fuiſſe commemoratur à Plinio, lib. 7 cap. 48.
Stephanitæ uites (στεφανῖται ἄμπελοι) hoc eſt, coronariæ, nempe quæ per ſtatumina calamorum materijs ligatis in orbiculos, gyroſq; flectuntur, & materijs ſummiſſis, earundem ſtatuminibus per orbem, & in coronam connectuntur. Colum. lib. 3. cap. 2. 1, Nec ſolum quæ iucunditate ſaporis, uerumetiam quæ ſpecie commendari poſſint, cenſeri debent: ut ſtephanitæ, ut tripedaneæ.
Stephanoma] στεφάνωμα, idem quod Coronamentum hoc eſt, materia coronarum, id eſt, flores frondeſue, quæ odoris coloriſue gratia coronis ſolent intexi.
Stephanopolis] pen. prod. & Stephanoplocos, pen. corr. (στεφανοπλὶς) Plin. lib. 35. cap. 11. 4, Armauit in inuenta Glyceram municipem ſuam, inuentricem coronarum: cetandoq; imitatione eius, ad numeroſiſſimam florum uarietatem perduxit artem illam: poſtremò pinxit illam ſedentem cum corona: quæ è nobiliſſimis eius tabula appellata eſt Stephanoplocos, ab alijs Stephranopolis, quoniam Glycera coronas uenditando ſuſtentauerat paupertatem.
Stephanus] στέφανος, Nomen proprium. Latinè uerti poteſt Corona: à quo Stephanium & Stephaniſcus, diminutiua: à quorum poſteriore fit rurſus aliud diminutiuum, Stephanicidium. Stephanus diaconus protomartyr. Lucas in Act. Stephanus, qui de urbibus ſcripſit.
Sterculius] Vide pòſt Stercus.
Stercus] ſtercoris, pen. corr. neut. gen. (κόπρος, κοπρία, κόπρισμα, ἀφόδευμα, ἀφοδεύσιμα) Plin. lib. 17. cap. 9. 6, Cato, ſtercus unde fiat, ſtramenta, lupinum, paleas, fabalia, ac frondes ilignas, querneaſq;. Plaut. Aſin. 9. 18,

Iußin' ſceleſte ab ianua hoc ſtercus hinc auferri? Colum. lib. 2. cap. 6, Vineis emaciatis & aruis optimum ſtercus lupinum præbet. Ibidem, cap. 15. 7, De generibus ſtercoris.

Canino ſtercore fœda atria. Iuuenal. Satyr. 14. 7.
Tetrum ſtercus. Lucret. 2. 175.
Color fucatus ſtercore crocodili. Horat. Epod. 12. 3.
Auferre ſtercus ab ianua. Vide Aufero.
Iectum ſtercus. Cic. 1. de Diuinat. 102, Se interficturum in plauſtrum à caupone eſſe conieciũm, et ſupra ſtercus iectũ, etc.
Stercore ſaturare agrum. Colum. lib. 2. cap. 9. 13.

Stercore

Stercore ſatiatum ſolum. Colum. lib. 2. cap. 10.
Ingerere ſtercus uitibus. Colum. lib. 2. cap. 16. 3.
Nolo ſtercus curiæ dici Glauciam. Cic. 3. de Orat. 89.
¶ Stercoreus, Adiect. (κοπρώδης) Plaut. Milit. 4. 12,

—miles meus eſt herus,
Qui hinc ad ſorum abiit, glorioſus, impudens,
Stercoreus, plenus periurij, atq; adulterij.

¶ Stercoro, ſtercoras, pen. corr. (μυδόω, κοπρίζω) ſtercorare, Finium agris fœcunditatis gratia inſpergere. Plin. lib. 18. cap. 23. 4, Ager, ſi non ſtercoratur, alget: ſi nimium ſtercoratus eſt, aduritur. Colum. lib. 2. cap. 16. 2.
Colere & ſtercorare agrum. Cic. de Senect. 50.
Spißus, uel rarius ſtercorare. Colum. lib. 2. cap. 5.
Stercorare, Pinguefacere. Colym. lib. 12, Vitia & faba ſtercorare agrum dicuntur. Idem lib. 17. cap. 9. 7, Segetem ſtercorant fruges, lupinum, faba, uitia.

¶ Stercoratus, pen. prod. (κοπρωθείς) Participium, ſiue Nomen ex participio, Stercore infectum. Colum. lib. 1. cap. 6. 17, Pomaria quoq; & hortos oportet ſepto circundari, & eſſe in propinquo, atq; in ea parte quo poſit omnis ſtercorata colluuies cortis, balneorumq;, & oleis expreſſa amurcæ ſanies influere. Idem lib. 2. cap. 11. 6, Stercoratiſſimus locus. Sic apud Catonem, 4. 6.
Ager ſtercoratus. Iabolenus in l. cũ uſumfructum. §. ult. ff. quibus modis uſusfruct.

¶ Stercoratio, Verb. de (κόπρισις) Colum. lib. 2. cap. 16. 1, Si tamen aliqua cauſa tempeſtiuam ſtercorationem facere prohibuerit, ſecunda ratio eſt, antè quàm ſarrias, more ſeminantis, ex autarijs puluerem ſtercoris per ſegetem ſpargere. Sic Plin. lib. 18. cap. 23. 2.
Modica ſtercoratione terra refoueatur. Columel. libro 2. cap. 1. ad finem.

¶ Stercorarius, Adiect. (κοπρικὸς) Quod ad ſtercora pertinet: ut, Crates ſtercorariæ. Varro lib. 1. de Re ruſtica.

¶ Stercoroſus, pen. prod. Adiect. (κοπρώδης) Plenum ſtercore. Colum. lib. 8. cap. 3. 7, Nam Plurimum refert, aquam non eſſe in ea niſi uno loco, quam bibant, eamq; mundiſſimam: nam ſtercoroſa pituitam concitat. Idem lib. 11. cap. 3. 34, Ea quum pingui & ſtercoroſo ſolo poſt idus Februarias ſic obruueris. Cat. de Re ruſt. 52, Locus ſtercoroſiſſimus.

¶ Sterquilinium, ſterquilinij (κοπρών, κοπρία) Locus ſtercoribus plenus, ſeu ſtercoris receptaculum. Colum. lib. 1. cap. 6. 14, Sterquilinia duo ſint: unum, quod noua purgamenta recipiat, & in annum conſeruet: alterum, ex quo uetera uehantur: ſed utrunq; more piſcinarum deuexum leniciuo, & extructum, pauitumq; ſolum habeat, ne humorem tranſmittat.
Sterquilinium lenonem uocat Plaut. in Perſa, 12. 3,

—eho lutum lenonium
Commiſſum, eho tu ſterquilinium publicum. Terent. Phorm. 3. 2. 41.

Sterculius] Deus apud Macrobium, id eſt Saturnus, quòd ſtercorandorum agrorum rationem induxerit & docuerit. Plinius Stercutium uocat: Stercutius (inquit) Fauni filius, Italiæ rex ſtercorationis agrorum in Italia inuentor, ob id donatus immortalitate. Videndus Lilius Syntag. 1. Hiſtor. deorum.
Sterea] Vrbs Græciæ ad Potamum fluuium. Strabo lib. 9.
Stereobara] Stereobatæ, pen. corr. m. g. Vide Scylobata.
Stereontium] στερεώτιον, Ptolemæo lib. 2. cap. 11. Germaniæ urbs: hodie Caßtlium, uulgò Caſſel.
Sterilis] & hoc ſterile, pen. corr. (ἄγονος, ἄφορος, ἄτεκνος, στεῖρος, στέφος) Infœcundus, & fructum non ferens, ſine prole. στέφω enim Græcis priuo, ſeu careo. Et στειρικὸς, ſterilis. Plin. lib. 10. cap. 60. 2, Sunt autem ſterilia, & minora, ac minus iucundi ſaporis oua.
Sterilis in gignendo. Plin. lib. 11. cap. 39. 4.
Veri ſterilis, Qui uerum neſcit. Perſ. Satyr. 5. 8.
Agros ſteriles exurit Sirius. Virg. 3. Aeneid. 29.
Amator ſterilis, qui non habet quod det amicæ. Plaut. Truc. 5. (29.
Amor ſterilis. Stat. 3. Sylu. 4 9.
Arena ſterilis. Virg. 1. Georg. 14.
Auenæ ſteriles. Virg. 5. eclog. 8.
Corpora ſterilia ſonitu. Lucret. lib. 2. 169.
Domus ſterilis. Propert. lib. 4. eleg. 12. 13.
Februarius ſterilis. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 2. 14. 2.
Herba ſterilis. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 7.
Humo ſterili ponere ſemina. Propert. lib. 2. eleg. 12. 1.
Iuuenca ſterilis. Ouid. 5. Faſt. 51.
Manus ſteriles, quæ nihil afferunt. Plaut. in Trucul. 4. 3.
Palus ſterilis. Horat. de Arte, 13.
Pax ſterilis. Tacit. lib. 1.
Proſpectus ſterilis. Plaut. Mil. 10. 15,

Sterilis hic proſpectus uſq; ad ultimam plateam probè eſt.

Nullum temporis punctũ ſterile beneficio. Plin. in Paneg. 94,

Quod momentum, quod imò temporis punctum aut beneficio ſterile, aut uacuum laude?

Rubigo ſterilis. Horat. 3. Carm. ode 23. 2.
Seculum uirtutum ſterile. Tacit. lib. 17.
Syluæ ſteriles. Virg. 2. Georg. 88.
Vacca ſterilis. Virg. 6. Aeneid. 51.
Venus ſterilis. Lucret. lib. 4. 2. 49,

—pater à gnatis ne dulcibus unquam
Appelletur: & ut ſterili uenere exigat ænum.

Vir ſterilis. Catul. de Berecynth. 58. 14.
¶ Sterilis, Adiectiuum, pro ſterilis. Lucret. lib. 2, Et ſonitu ſterila, & ſucco ieiuna feruntur.
¶ Sterileſco, Sterileſcis (στειρόω) ſterileſcere, Sterilem fieri. Plin. lib. 8. cap. 50. 1, Capræ pinguedine ſterileſcunt. Ibidem, cap. 16. 4, Is ergo tradit leœnam primo fœtu párere quàm q; catulos, ac per annos ſingulos, uno minus, ab uno ſterileſcere. Idem lib. 7. cap. 15. 2, Sterileſcunt tactæ fruges.
Sterilitas, pen. corr ſterilitatis (ἀγονία, ἀτεκνία, στέρωσις) infertilitas, infœcunditas. Cic. 1. de Diuinat. 212, Quorum ex habitu atq; ex colore eiim ſalubritatis, tum peſtilentiæ ſigna percipi, nonnunquam etiam quæ ſit uel ſterilitas agrorum, uel fertilitas futura.
Abolere ſterilitatem fœminarum. Vide Aboleo.
Antoniæ ſterilitas inceßit hominibus. Vide Inceſſo.
Natali & ingenita ſterilitate laborantes. Vide Ingigno, & Naſcor.
Sterno] ſternis, ſtraui, ſtratum (στορέω στόρνυμι, στορνύω, στορέννυμι, στρωννύω, στρώννυμι, κατασπορέω, ἀπαμαλδύω) ſternere. Extendere. Valla, Sternimus quidem ueſtes humi, ramos arborum, flores, & multa eiuſmodi: tamen frequentius dicimus Sterno humum floribus, ramis, ueſtibus. Hinc eſt quare dicimus, toros, lectoſq; ſternere, & equum ſternere: non quia ſint diuerſi ſenſus, ſed quia reſoluuntur: ut ſit ſternere, uerbi gratia, lectos & equos tapetis, idem quod ſternere, tapeta lectis & equis.
Sternere equos, Stratis adornare. Liu. 8. bel. Pun. 73.
Sternere lectos, Adornare, inſtruere, apparare. Terent. Heaut. 1. 1. 73. Plaut. Pſeud. 4. 30,

—ſtrata, lautaq;, coctaq; omnia uti ſint: nam mihi
Hodie natalis dies eſt. Cic. pro Cluent. 10, Lectum illum gentalem, quem biennio antè filiæ ſuæ nubenti ſtrauerat, in eadem domo ſibi ornari et ſterni expulſa, atq; exturbata ſua (lia iubet.
Torus ſternitur. Ouid. ad Liuiam, 64.
Triclinia ſternere. Cic. 2. Verr. 53, Publicè ſibi conuiuia p. ri, ſterni

ri, ſterni triclinia etiam in foro iubebat. Idem pro Muræna, 68, Strauit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos, & expoſuit uaſa Samia.

Iuuenci cæſi ſtrauêre terram. hoc eſt, Operuerunt. Virgilius 8. Aeneid. 144.

Venti placidi ſtrauerunt æquora. hoc eſt, Plana fecerunt, quæ prius intumuerant. Virg. 5. Aeneid. 153.

Fama tibi ſtrauit benignum iter. Stat. 12. Thebaid. 163.

Iter argento ſternunt. Lucret. lib. 2. 127.

Viam ſtrauit per mare. Lucret. lib. 3. 209.

Sternere, Deijcere, & quaſi in terram extendere: unde etiam pro occidere ſumitur. Liuius 7. ab Vrbe, 117, Hunc imitare miles, aiebat, & circa iacentem ducem ſterne Gallorum cateruas. Idem 7. bel. Pun. 252, Feßíq; aliquot ſomno ac uigilijs ſternunt corpora paßim. Idem 1. ab Vrbe, 127, Stratis ariete muris.

Corpore toto ſternitur in ultus. Stat. 12. Thebaid. 64.

Humi ſternere aliquem. Horat. 4. Carm. ode 14. 7.

Pronum humi ſternere. Ouid. 2. Metam. 96.

Terræ ſternitur toto proiectus corpore. Virg. 11. Aeneid. 18.

Aciem ſternere. Vide Acies.

Viros ſternere cæde. Virg. 10. Aeneid. 24.

Cæde ingenti ſternere. Liu. 1. bel. Maced. 79.

Torrens rapidus ſternit agros. Virgil. 2. Aeneid. 62.

Pauor humilis ſtrauit corda. Virg. 1. Georg. 67.

Exitio graui ſternere aliquem. Horat. 1. Carm. ode 16. 4.

Sternere omnia ferro. Liu. 4. bel. Pun. 173.

Hoſtiliter ſternit omnes. Ouid. 11. Metam. 75.

Ictu ſternere aliquem. Seneca Medea, 8. 14.

Sternere locum ſaxis. Liu. 9. ab Vrbe, 183.

Morti ſternere aliquem. Virg. 12. Aeneid. 93.

Pecus ferro ſtrauit Aiax. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 41.

Segetes ſternuntur. Ouid. 1. Metam. 55.

Sternitur omne ſolum iaculis. Virg. 9. Aeneid. 133.

Telo præcipitem ſternere. Silius lib. 4. 37.

Vulnere ſterni. Virg. 10. Aeneid. 157.

Sternere ſe ſomno: pro, Ad iacendum ſe collocare, ut quieſcamus. Virg. 4. Georg. 87. Liu. bell. Maced. 82, Pars in iuuenes luſus, laſciuiamq; uerſi, pars neſcientes ſub umbra, quidã ſomnò etiam ſtrati.

¶ *Stratus*, Particip. (στρωτὸς, ἐστρωμένος) *Virg. 1. Aeneid. 141,*
——ſtratoq; ſuper diſcumbitur oſtro.

Stratus ad pedes alicuius. Cic. ad Attic. lib. 10. 195. 3.

Aequor ſtratum ſilet. Virg. 9. eclog. 12.

Iter militari labore ſtratum. Quintil. lib. 13. 11.

Lectus lepidè ſtratus. Vide Lectus.

Poma paßim ſtrata iacent. Virg. 7. eclog. 11.

Via ſtrata. Liu. 8. ab Vrbe, 80, Facto iudicio uiua ſub terram ad portam Collinã dextra uia ſtrata deſoſſa Scelerato campo.

Vites ſtratæ, quæ & conſtratæ. Colum. lib. 5. cap. 4. 1, Vltima eſt conditio ſtratarum uitium, quæ ab enata ſtirpe confeſtim uelut proiectæ per humum porriguntur.

Vnda ſtrata æqualiter. Ouid. epiſt. 7. 10.

¶ *Stratum, ſtrati* (στρῶμα, στρωμνὴ) *Subſtantiuum, Id quod ſtratum eſt, ſuper quod quieſcendum ſit: ut culmi equis ſuper quibus dormiant, ſtrata dicuntur: lectus item homini paratus, ſtratum dici poteſt. Plin. lib. 10. cap. 59. 1, Oua pauonis niſi molli ſtrato excepta, franguntur. Colum. lib. 11. cap. 2, Nec cubiculis modò, aut exedris, ſed ſtratis etiam, ſimilibuſq; per ordinem committunt. Plin. lib. 7. cap. 56. 11, Frænos & ſtrata equorum, Pelethronium inueniſſe dicunt. Hîc pro ornamentis equorum accipi uidetur. Seneca epiſt. 81, Equũ emturus ſolui iubet ſtratũ, &c. id eſt, operimentũ.*

Dura ſtrata. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 1.

Mollia ſtrata lecti. Lucret. lib. 4. 171.

Picta ſtrata. Ouid. 8. Metam. 7.

Corpus corripere è ſtratis. Virg. 3. Aeneid. 36.

Excita ſtratis iuuentus. Lucan. lib. 1. 48.

Exilire ſtratis. Ouid. 5. Metam. 7.

Incubare ſtratis. Virg. 4. Aeneid. 17.

Alto ſtrato recondidit caput. Ouid. 11. Metam. 130.

Reponere membra ſtratis. Virg. 4. Aeneid. 79.

Surgere ſtrato. Virg. 3. Aeneid. 103.

Viarum ſtrata. Virg. 1. Aeneid. 86. uiæ ſtratæ.

¶ *Stratura, ſtraturæ*, pen. prod. *Sueton. in Claudio, cap. 24, Quæſtorum collegio pro ſtratura uiarum gladiatorum munus iniunxit. id eſt, Pro cura ſternendarum uiarum.*

¶ *Sternax, huius ſternacis*, pen. prod. (ὑπτιοκάκτικὸς) *Adiectiuum. Equus ſternax, qui facilè ſternit ſedentem. Virgil. 12. Aeneid. 73. Seruius.*

Sternuo] *ſternuis, ſternui, ſternutum*, pen. prod. (πτάρω, πταίρω, πταρνυμι) *ſternuere, Flatum è pectore exurgentem cum capitis concuſſione emittere. Plin. lib. 7. cap. 6. 2, Oſcitatio quidè in enixu lethalis eſt: ſicut ſternuiſſe à coitu, abortiuum. Idem lib. 28. cap. 6. 1, Theophraſtus ſenes laboriоſius ſternuere dicit. Propert. lib. 2. eleg. 3. 5,*

Num tibi naſcenti, primis mea uita diebus
Aridus argutum ſternuit omen Amor?

¶ *Sternuto, ſternutas*, pen. prod. (πταίρνυμι) *ſternutare, frequẽtatiuum. Plin. lib. 19. cap. 3. 3, Capra ſternutante. Idem libro 28. cap. 8. 2, Proboſcidis tactu capitis dolor leuatur, efficacius ſi & ſternutet.*

¶ *Sternutatio, Verbale* (πταρμὸς,)

¶ *Sternutamentum, ſternutamenti, idem* (πτάρμὸς) *Plin. libro 28. cap. 2. 14, Cur ſternutamentis ſalutamur? Idem libro 20. cap. 12. 5, Semen tritum & hauſtum naribus ſternutamẽta mouet. Cic. 2. de Diuinat. 126, Quæ ſi ſuſcipiamus, pedis offenſio nobis & abruptio corrigiæ, & ſternutamenta erunt obſeruanda. Gell. lib. 12. cap. 5, Quum ſternutamentis*

Euocare *ſternutamenta. Celſ. lib. 3. cap. 20.* (quatiatur.

Salutare ſternutamentum. Celſus lib. 2. cap. 8.

Sternutamentum, Medicamentum ſternutationẽ euocans. Plin. lib. 25. cap. ult. 27, Radix in dolore commanducata diutius, rumpit dentes, Eadem ſicca conciſa, ſternutamentum eſt.

Sterquilinium] Vide Stercus.

Steropes] *ſteropis*, pen. corr. (στερόπη) *Vnus ex Vulcani malleatoribus. miniſtris, à fulgore nomẽ habens. Virg. 8. Aen. Brontesq; ſteropesq;, & nudus membra Pyracmon.*

Sterope] *es*, pen. corr. (στερόπη) *Suidæ, Atlantis filia, una Pleiadum, quam nonnulli Aſteropen uocant. Vide in diſtionibus* Cyclops & Pleiades.

Sterotã] *Dorylai regis Cretenſium fuit. Strab. lib. 10.*

Sterrhogonia] στερῥογόονία, *Genus thuris, quod Lalibii maſculum dicunt, à ſoliditate: σμῦρον enim Græci ſolidũ dicũt.*

Sterto] *ſtertis, ſtertui & (ῥέγχω) ſtertere, Dormire, ſiue dormiendo rhonchos emittere: in malum ferè ſemper ſumitur. Terent. Eunuch. 5. 9. 49,*

Fatuus eſt, inſulſus, tardus, ſtertit noctesq; & dies. Perſius Satyr. 3. 1,

Stertimus indomitum quod deſpumare falernum
Sufficiat, quinta dum linea tangitur umbra. Cic. 2. de Diuinat. 193, Et quum ſtertentem aliquem uiderint. Idem 4. Academ. 165, Per me uel ſtertas licet, inquit Carneades, non modò quieſcas. Iuuenal. Satyr. 1. 6,

Doctus & ad calicem uigilanti ſtertere naſo.

Supinus ſtertit. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 4.

Vigilans ſtertis. Lucret. lib. 3. 213.

Diem totum ſtertere. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 4.

Steſibrotus]

Steſibrotus] *pen. cor.* (στεσίβροτος) Vide Steſimbrotus.

Steſichorus] *pen. corr.* (στεσίχορος) *nomen poetæ ex Himera Siciliæ urbe, ex qua Himereus eſt dictus. Alij ex Methaumaria urbe natum dicũt. Alij ex Palantio Arcadiæ oppido. Floruit trigeſimaſeptima Olympiade, ſextaq; & quinquageſima obijt. Fertur luſciniam aliquando in ore Steſichori infantis cecinijſſe, mirabili auſpicio, ſummum eum poetam futurũ: & cantus ſuauitate omnes qui ante eum fuerunt, ſuperaturum. Horat. 4. Carm. ode 9. 2,*

Steſichoriq; graues Camœnæ. Fuit enim excellentißimus lyricus: à quo Steſichorium carmen dictum. Ideo autem dictus eſt Steſichorus, quòd primus ſaltare ad citharam inſtituit, hoc eſt, choream ducere. Antè Tiſias uocabatur. Fratrẽ habuit Mamertinum, optimũ Geometram. Dicitur & Scripſiſſe Helenæ uituperationem: ex quo exoculatum fuiſſe, rurſuſq; ob palinodiam uiſum recuperaſſe. Vide Quintil. libro 10. cap. 1.

Steſichorites] στησιχόριτης, *in talis numerus eſt octonarius: ita dictus, teſte Polluce, à Steſichori poetæ ſepulchro, quod omnibus ſuis partibus octonis conſtaret angulis, uidelicet columnis & gradibus.*

¶ *Steſichorius. Alex. Alexand. lib. 3. cap. 21, Taxillorum ludus ex octo punctis, uel figuris conſtabat, inter quos unus Steſichorus nomine, hoc eſt, octonarius, præcipuus erat.*

Steſiclea] *Mulier fuit inſigni forma miraq; uenuſtate prædita: quæ quum à Themiſtocle & Ariſtide adamaretur, cauſa fuit diſſidij inter duos præſtantißimos duces. Plutarchus in Themiſtocle.*

Steſimbrotus] *pen. corr.* (στεσίμβροτος) *uel, ut alij uolũt, Steſibrotus* (στεσίβροτος) *hiſtoricus fuit Tharſenſis, qui Simonis Athenienſium ducis res geſtas ſcripſit, teſte Plutarcho in uita Cimonis. Steſimbrotus alius fuit Epaminondæ filius à ſuo patre interfectus, quòd cum Lacedæmonijs ipſo incõſulto manum conſeruiſſet, etiamſi ſpecioſiſſimam ex eo prælio victoriam reportaſſet. Plutarchus in Parallelis.*

Sthenelus] *pen. cor.* (σθενέλος) *Capanei & Euadnes filius in bello Troiano: cuius meminit Homerus, & Virg. Aeneid. 8. 53, Theslandrus, Sthenelusq; duces, et dirus Vlyſſes, Fuit & alter eiuſdem nominis, quem in concione Agamemnonis refert Homerus Perſei filium fuiſſe ex Andromeda coniuge.*

Sciens pugnæ Sthenelus. Horat. 1. Carm. ode 15. 5. Idẽ 4. Carm. ode 9. 4, ——non pugnauit ingens
Idomeneus Sthenelusue ſolus Dicenda Muſis prælia.

¶ *Stheneleius, Adiect.* (σθενελήϊος) *Ouid. epiſt. 9. 5,*
Quem non mille feræ, quem non Stheneleius hoſtis,
Non potuit tuno uincere, uicit Amor.

Proles Stheneleia Cycnus. Ouid. 2. Metam. 74.

Sthenio] σθενώ, *fuit una ex filiabus Phorci, & belluæ marinæ, Meduſæ ſoror. Vide in dictione* Gorgones.

Sthenobœa] σθενόβοια, *Vxor Proeti regis Argiuorum. De qua in dictione* Bellerophontes.

Stibadium] *ſtibadij* (στιβάδιον) *accipitur pro ſella & abaco, quo ſulti diſcumbunt conuiuæ: quod primò herbidum fuit, poſtea uerò imualeſcente luxuria, marmoreum. Hic torus rectius appellabatur, quando à tortis herbis inflectatur. nam apud Græcos ſtibades, herbæ ſunt aptæ ad diſcumbendum. Hinc ſtibadion, cubile ex ſtibade herba conſtructum. Plin. lib. 5. epiſt. 101. l, In capite ſtibadium candido marmore uitæ protegitur.*

¶ *Stibadia, ut alij uolunt, paruæ cœnationes erãt, in quibus ſcriptum eſſe ſolebat quot conuiuas cœnatio caperet. De quo titulus eſt apud Martialem lib. 14. 92,*

Accipe lunata ſcriptum teſtudine ſignum,
Octo capit: uenlat quiſquis, amicus erit.

Fiebant etiam ſtibadia in tabulis quæ ebore atq; auro ornabantur, transferebanturq; de loco ad locum, prout libido animi ferebat. De hoc Martialis, lib. 9. 60,

Et teſtudineum menſus quater hexaclinon, &c.
Hexaclinon uocat ſtibadium, ſex capiens conuiuas.
Ex Sipontino.

Stibium] *ſtibijs ſiue ſtibi abſolutè* (στίμμι) *Spumoſus lapis, candicans & nitens: qui in argenti metallis inuenitur, & apud antiquos ad medicinæ uſum plurimum ualuit: nunc autem corruptis moribus, paulatim ad formæ mulierum lenocinium conceßit: unde γυναικεῖον, id eſt, muliebre ornamentum dici cœptum eſt. Plin. lib. 33. cap. 6. 6, In iiſdem argenti metallis inuenitur ut propriè dicamus, ſpumæ lapis cãdidæ, nitentiſq;, non tamen translucentis: ſtimmi appellant: alij ſtibium, alij alabaſtrum, alij larbaſum: uulgò Antimonio.*

Stica] *uina dulcia facit. Et uua, quam nos Apianam appellamus. Plin. lib. 14. cap. 9.*

Stigma] *Stigmatis*, pen. corr. *n. g.* (στίγμα) *Nota ſiue ſignũ quod inuritur: ab στίζω, pungo. Martial. lib. 6. 64,*

Stigmata nec uafra delebit Cinnamus arte. Plin. ſcribit ſtigmata deleri columbino fimo. Martial. lib. 12. 58,
Frons hæc ſtigmate non meo notanda eſt.

Dignus ſtigmate. Iuuen. Satyr. 10. 19.

Stigma, per translationem pro ſugillatione & infamia. Sueton. in Iulio, cap. 73, Valerium Catullum, à quo ſibi uerſiculis de Mamurrã perpetua ſtigmata impoſita non diſſimulauerat, ſatisfacientem, eadem die adhibuit cœnæ: hoſpitioq; patris eius, ſicut conſueuerat, uti perſeuerauerit.

¶ *Stigmatias, ſtigmatiæ* (στιγματίας) *ſeruus compunctus notis Threcijs. Cic. de Offic. Barbarus ſtigmatias.*

¶ *Stigmaticus*, pen. corr. (στιγματικὸς) *Adiectiuum, Famoſus & nocens, qui nota aliqua aduſtus eſt, ut ſemper appareat. Cic. ſcribit Alexandrum Pheræum, quum ad uxorem in cubiculum ueniret, ſolitum præmittere ſtigmaticum ſeruum, cõpunctum notis Thracijs, diſtricto gladio ob metum, Eius uerba ſunt hæc, lib. 2. Offic. 35, O' miſerum qui fideliorem & barbarum & ſtigmaticum putaret, quàm coniugem. Exemplar uetus legit, ſticmatiam.*

¶ *Stigmoſus*, pen. prod. *Aliud Adiect.* (στιγματώδης) *Idem. Plin. iunior lib. 1. epiſt. 5. a, In quo Ruſticum inſectatur, atq; etiam Stoicorum ſimium appellat, adijcit Vitelliana cicatrice Stigmoſum.*

Stigo] *ſtigas, ſtigare, Stimulare, irritare: à quo Inſtigo, Caſtigo, Fuſtigo.*

Stilbo] *Stilbonis, Philoſophus, qui capta patria, amißis liberis & uxore, quum ex incendio ſolus, & tamen beatus exiret, interroganti Demetrio (cui cognomen ab exitio urbiũ Poliorcetes fuit) nunquid perdidiſſet, Omnia, inquit, mea bona meum ſunt. Quo dicto dubitare Demetrium coegit, an uiciſſet, Nihil, inquit, perdidi, Omnia enim mea mecum ſunt: uidelicet uirtutes, quas nulla uis hoſtilis eripere quiuit, quibus ſapiens ſeptus, nullum poteſt ſubire diſpendium.*

Stilbo] *Is qui Diodorum dialecticum pudore mori coegit, dum ei luſorias quæſtiones obijceret. Plin. lib. 7. cap. 53.*

Stilbon] *Stilbonis* (στίλβων) *Mercurij ſtella dicitur: id eſt, radians. Fit à uerbo Græco στίλβω, reſplendeo, quòd eius orbis ſplendeat. Cic. 2. de Natur. deor. 76, Infrà autẽ hanc ſtellã Mercurij eſt, ea στίλβων appellatur à Græcis, quæ anno ferè uertente, ſigniferum luſtrat orbem: neque à ſolo longius unquam unius ſigni interuallo diſcedit, tum antecedens, tum ſubſequens.*

Stilico] *penult. corr.* (στιλίκων) *Honorij imperatoris ſocer, & Occidentis adminiſtrator, multis laudibus à Claudiano poeta celebratus.*

Bellipotens

Bellipotens Stilico. Claud. 6. Paneg. 29.
Magnanimi uirtus Stiliconis. Claud. 1. in Ruffinum, 52.
Pulcher Stilico. Claud. 4. Paneg. 91.

¶ Stiliconius, Adiect. (στιλιώνιος) Claud. de nupt. Honorij, 36, Agnoſcat famulum uirgo Stiliconia Pontum.

Stilla] ſtillæ (στάγών, σταλαγμός, ῥανίς, ψεκάς) Diminutiuum à ſtiria, ut ait Feſtus: accipitur pro gutta: ut, ſtilla olei ſtillæ aquæ. Apuleius, Et ſanguinis eruptionem utriculo admoto, excipit diligenter, ut nulla ſtilla compareat uſquam. Vitruuius lib. 2, Faſtigia facientes, luto inducto proclinatis tectis ſtillicidia deducebant, per id ſtillæ decidunt in impluuium. Plin. lib. 29. cap. 4. 13, Ex eo quum opus ſit ternis ſtillis additis in oleum.

¶ Stillicidium, ſtillicidij (στάγών) Quaſi ſtillarum caduū, quòd guttatim cadat, ubi è tectis guttæ fluunt. Cic. 1. de Legib. 21, Quamobrem quò me uocas: aut quid hortaris ut libellos cõficiam de ſtillicidiorũ, ac de parietum iure? Plin. lib. 17. cap. 12. 4, Stillicidij breuis definitio eſt. Omnium quæ proiectu frondis ita diffunduntur, ut per ipſas non deſtuant imbres, ſtilla ſæua eſt. ibidem, 2, Stillicidia pinus, quercus, ilicis pondoroſiſſimæ.

¶ Stillo, ſtillas (στάζω, ψεκάζω, σταλάσσω, ἐβρέμω, λείβω, συλλείβω, ἀμέλγω) ſtillare, Guttatim fluere. Mart. lib. 1. 7,
Viuebant laceri membris ſtillantibus artus. Plin. lib. 28. cap. 7. 4, Et contra morſum eiuſdem bibitur, ſtillaturus.

Stillare lachrymam, & lachryma, in ablatiuo. Plin. lib. 12. cap. 23. 1, Africa Ammoniaci lachrymam ſtillat in arenis ſuis. Idem, Frutex eſt reſina ſtillans.
Rorem ſtillare ex oculis. Horat. de Arte, 87.
Arbor ſtillauit ſanguineis roribus. Lucan. lib. 7. 170.
Coma ſtillabat Tyrio rore. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 6.
Dies ſtillat plumis. Stat. 3. Thebaid. 108,
Cernis inexperto rorantes ſanguine uentos,
Et plumis ſtillare diem? De cycnis loquitur, qui in aere ab aquilis diſcerpebantur, quorumq; plumæ & ſanguis in terras deſluebant.
In aurem ſtillare. Iuuen. Satyr. 3. 13, id eſt, alicui alium clanculum noxijs mendacijs traducere.

¶ Stillans, Participium (σταλάσσων) ut, Culter ſtillans ſanguine. Ouid. 2. Faſt. 168.
Fugio ſtillans. Cic. 2. Philipp. 50.
Sidera ſtillantia ſanguine. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 3.

¶ Stillatus, pen. prod. Aliud participiũ (σταλαχθείς) Ouid. 2. Metam. 73,
Inde fluunt lachrymæ, ſtyllatáq; ſole rigeſcunt.
De ramis electra nouis.

¶ Stillatio, Verbale (στάλαξις) Ipſe ſtillandi actus.
Stillatitius, Adiect. (σταλακτικός) ut, Reſina ſtillatitia. Plin. lib. 16. cap. 11. 2, Eadem reſina ſi cum aqua leuius decoquatur coleturq;, ruffo colore lenteſcit, ac ſtillatitia uocatur.

Stilobatæ] Vide Stylobatæ.

Stilpo] στίλπων, Megarenſis philoſophus, tempore primi Ptolemæi diſcipulus Paſiclis Thebani, præfuit ſcholæ Megarenſi, ſcripſit dialogos non minus XX. Author Suidas. De hoc Cic. in lib. de Fato, 15.

Stimmi] Indeclinabile nomen, Idem quod ſtibium. Vide Stibium.

Stimulus] ſtimuli, pen. corr. maſc. g. (κέντρον, βούκεντρον) Propriè dicitur fuſtis acutæ cuſpidis, quo ruſtici boues ſupungunt. Plaut. Truc. 16. 53,
—ſi ſtimulos pugnis
Cædis, manibus plus dolet. Idem Aulul. 4. 9,
Si hodie hercle fuſtẽ ceperis, aut ſtimulum in manũ, &c.
Stimulus, per translationem, quæcquid nos pungit, & à quo uexamur. Plaut. Truc. 17. 75,
—næ iſta ſtimulum longè habet, quæ uſq; illinc.
Cor pungit meum. Cic. 2. Tuſc. 111, Nam ſi omnia fugiendæ turpitudinis, adipiſcendæq; honeſtatis cauſa faciamus, nõ modò ſtimulos doloris, ſed etiam fulmina fortunæ contemnamus libebit.
Veneris ſtimuli. Lucret. lib. 4. 245.
Acres ſtimuli. Vide Acer, Adiectiuum.
Acriores ſtimuli. Tacit. lib. 17.
Accenſæ ſtimulis maioribus iræ. Stat. 11. Thebaid. 100.
Addere ſtimulos. Vide Addo.
Adhibere ſtimulos. Vide Adhibeo.
Adijcere ſtimulos. Vide Adijcio.
Admouere alicui ſtimulos. Cic. pro Seſtio, 9, Hic ego quid prædicem, quibus his rebus Conſulem ad rem gerendam excitarit, quos ſtimulos admouerit hominis?
Agitatus ſtimulis amoris. Ouid. 2. Faſt. 156.
Auertere ſtimulos cæci amoris. Virg. 3. Georg. 42.
Cæcos ſtimulos condidit in pectore. Ouid. 1. Metam. 146.
Dare ſtimulos laudum, Exhortari ad laudes. Stat. 1. Achil. 41.
Inuidiæ ſtimulo mentes ſodit Saturnia. Silius lib. 7. 103.
Frangere ſtimulos nequitiæ. Propert. lib. 3. eleg. 19. 2.
Haud mollibus ſtimulis incitat iras. Virgil. 11. Aeneid. 146.
Mouere acres ſtimulos irarum. Lucan. lib. 2. 65.
Parce puer ſtimulis, & fortius utere loris. Ouid. 2. Metam. 28.
Subiectare ſtimulos laſſo. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 19.
Cæcus aliquis ſtimulus ſubeſt cordi. Lucret. lib. 3. 179.
Suffigere nouos ſtimulos dolori. Senec. Thebaid. 1. 42.
Vertere ſtimulos ſub pectore alicui. Virg. 6. Aeneid. 20.

¶ Stimulo, ſtimulas, pen. corr. (κεντέω, νεντίζω, ποσφαίω, παροξύνω) ſtimulare, Pungere, agere, commouere, incitare.
Plaut. Ciſtel. 5. 4,
Iactor, crucior, agitor, ſtimulor, uerſor in amoris rota.
Terent. Heaut. 2. 1. 11,
Magis me nunc amicæ dicta ſtimulant,
Da mihi, atq; affer mihi.
Currum ſtimulare. Silius lib. 16. 74. Currum pro equis dixit.
Verbere caudæ ſtimulauit ſe leo. Lucan. lib. 1. 42.
Stimulare ad arma. Liu. 1. ab Vrbe, 95.
Accendere & ſtimulare. Liu. 5. bel. Pun. 69.
Stimulare & incitare. Liu. 3. ab Vrbe, 242.
Stimulare ac pungere. Cic. pro Roſcio Amer. 4.
Iras functas ſtimulauimus: id eſt, Compoſitam lites, & ſoſpitẽ iracundiam iterum concitauimus. Stat. 12. Thebaid. 88.
Stimulat me ſolitudo. Cic. ad Attic. lib. 12. 240. 1.

¶ Stimulatus, pen. prod. Participium (κεντηθείς) ut,
Rabie furenti ſtimulatus animus. Catul. de Berecynth. 58. 1.
Iurgia ſtimulata uino. Ouid. 1. de Arte, 119.

¶ Stimulatio, Verbale (κέντησις) Plin. lib. 35. cap. 2. 4, Et erat hæc ſtimulatio ſumma, & ingens, exprobrãtibus tectis, quotidie imbellem dominũ intrare in alienum triumphum. Vetus codex legit, Et erat hæc ſtimulatio ingens, exprobrantibus, &c.

¶ Stimulator, pen. prod. (κεντωρ, κεντρότυπος) Aliud uerbale, m. g. Cic. pro Domo ſua, 9, Si in cauſa fuit annona, ſeditionis quidem ſtimulator & concitator tu fuiſti.

¶ Stimulatrix, pen. prod. ſtimulationis, Verbale. fœm. g. (κέντρα) Plaut. Moſtel. 4. 62, —ut ueneficæ illi
Fauces prehendam, atq; enicem ſceleſtam ſtimulatricem.

¶ Stimuleus, Adiectiuum (κέντριν&) ut, Supplicium ſtimuleum. Plaut. Milit. 9. 31.

Stingo] ſtingis: uel Stinguo, ſtinguis, ſtinxi, ſtinctum (σβέννύω) ſtinguere, Idem quod extinguere. Cic. in Prognoſt.
Vt quum Luna means Hyperionis officit orbi,
Stinguntur
Stinguntur radij cæca caligine tecti. Lucret. li. 2. 116.
—ut cernere poſſis
Euaneſcere paulatim, ſtinguiq; colorem.
Idem libro 4. 221,
Vt bibere in ſomnis ſitiens quum quærit, & humor
Non datur, ardorem qui membris ſtinguere poſſit.

Stipa] Vide Stupa.
Stipator] Vide Stipo.

Stipendium] ſtipendij (μισθοφορά, μισθοφορία, ὀψώνιον, στρατήσιον) Æs militare, ſeu præmium quod militibus datur. Varro de uita pop. Rom. Stipendium appellabatur æs quod militi ſemeſtre aut annuum dabatur: cui datum non ſit propter ignominiam, ære diruitur eſſet. Compoſitum nomen ex Stipe, & Pendo, quaſi ſtips ponderata ſit. Vlpianus de uerborum ſignific. l. ager: Stipendium, à ſtipe appellatum eſt, quòd per ſtipes, id eſt, modicâ æra colligatur. Plaut. Epid. 2. 36,
In ſingulis ſtipendijs ad hoſtes exuuias dabit.
Plin. lib. 33. cap. 3. 5, Quin & militum ſtipendiorum, hoc eſt ſtipis ponderandæ penſatores, libripendes dicuntur. Horat. Epod. 17. 8,
Quæ finis, aut quod me manet ſtipendium?
Stipendijs duobus. Plin. lib. 7. cap. 28. 4.
Caſtrenſia ſtipendia. Vide Caſtrum.
Accipere ſtipendium. Vide Accipio.
Afficere ſtipendio. Cic. pro Corn. Balbo, 49. Vide Afficio.
Capere ſtipendium. Vide Capio.
Cogere ſtipendium. Vide Cogo.
Conferre ſtipendium. Vide Confero.
Confecti ſtipendijs. Cic. pro Lege Manilia, 17.
Conſtituere ſtipendium militi. Quint. lib. 3. cap. 8. 13.
Decernere triumphum alicui, ac ſtipendium, & eum decretis omnibus ornare. Brutus ad Attic. in Epiſt. ad Brutum, 17. 4. Et Lent. lib. 1. 7. 34, Stipendium Cæſari decretum eſt.
Emerita ſtipendia ambitionis. Cic. de Senect. 45.
Explere ſtipendia. Tacit. lib. 3.
Facere ſtipendia pedibus. Liu. lib. 3. ab Vrbe, Vide Facio.
Imbui ſtipendijs caſtrenſibus. Vide Imbuo.
Imponere ſtipendium. Vide Impono.
Mereri ſtipendia. Cic pro Cælio, 7. Et pro Muræn. 10, Mereri ſtipendia in bello. Vide Mereo.
Metiri ſtipendium. Vide Metior.
Numerare ſtipendium. Cic. in Piſonem, 69.
Perſoluere ſtipendium. Vide Perſoluo.

¶ Stipendialis, & hoc ſtipendiale, pen. prod. (μισθοφορικός) Quod pertinet ad ſtipendium. Sidonius, Poſſit fœdere ſub ſtipendiali.

¶ Stipendiarius, Adiect. (μισθοφόρος, ὑπάελος) Tributarius, qui ſoluendo ſtipendio obnoxius eſt: qui alio nomine nectigalis dicitur. Vnde multi populi ſtipendiarij Reipub. Romanæ dicebantur: hoc eſt, ſoluebant ſtipendium. Cæſar in Comment. libro 1. Reliquaſq; ciuitates ſtipendiarias haberent, Sic libro 7. bell. Gall. 53, Ne ſtipendiarijs Heduorum expugnatis, cuncta Gallia deficeret. Plin. libro 3. cap. 3. 2. Cicero 1. Verr. 5, Socij, ſtipendiarijq; pop. Rom. afflicti, miſeri. Sic pro Corn. Balbo, 17, Quæ pateant ſtipendiarijs, pateant hoſtibus. Plin. lib. 5. cap. 4. 8, Stipendiarium oppidum.
Stipendiarium nectigal: id eſt, certum. Cic. 5. Verr. 10.

¶ Stipendioſus, pen. prod. Adiect. (μισθοφορώδης) Stipendioſos Vegetius uocat ærarios milites, ſiue mercenarios, qui ſtipendia faciunt: quamuis & ſtipendioſi dicantur, ſtipendijs pleni: hoc eſt, qui ſtipendia plurima fecerunt.

¶ Stipendior, ſtipendiaris (μισθοφορέω) ſtipendiari, Stipendium recipere. Plin. lib. 6. cap. 19. 4, Regi eorum peditum ſexcenta milia, equitum triginta milia, elephantorum nouem milia, per omnes dies ſtipendiantur. id eſt, ſtipendia faciunt & merent.

Stipes] ſtipitis, penult. corr. maſc. gen. (κορμός, τύπος, τέλεχος) Fuſtis terræ defixus, ut ait Feſtus. Cæſar 1. bel. Ciuil. 109, Foſſas tranſuerſas uijs perduxit, atque ibi ſudes, ſtipitesq; præacutos defigit.
Grauis ſtipes. Senec. Herc. fur. 13. 20.
Inanis ſtipes. Ouid. de Nuce, 7.
Quernus ſtipes. Ouid. 4. Faſt. 67.
Vaſtus ſtipes. Senec. Herc. fur. 13. 19.
Viridis ſtipes. Ouid. in Ibin, 48.
Defoſſus in agro ſtipes. Ouid. 2. Faſt. 129.
Ramoſo ſtipite nixus. Ouid. 3. Faſt. 151.
Nodoſo ſtipite mactare aliquem. Ouid. epiſt. 10. 23.
Stipes, per translationem accipitur pro Stulto, inſulſo, & fatuo. Terent. Heaut. 5. 1. 4,
—in me quiduis harum conuenit, rerum,
Quæ ſunt dicta in ſtultũ. Caudex, ſtipes, aſinus plumbeus. Cic. in Piſonem, 14, Sed qui tanquam truncus atq; ſtipes, ſi ſtetiſſet modò, poſſet ſuſtinere tamen titulum Conſulatus.

Stiphana] Lacus in Amaſtenſium agro, piſcoſus, & uarijs paſcuis abundans. Strabo lib. 12.

Stiphelus] Vnus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius, à Cæneo interfectus in ea pugna, quæ in Pirithoi nuptijs commiſſa eſt inter Lapithas & Centauros. Ouid. li. 12. Metam.

Stipo] ſtipas (στέβω, πιεζίζω, πυκνόω) ſtipare, Claudendo coarctare, denſare q;, & quaſi ſtipa ſiue ſtupa obturare: quod in nauibus fieri uidemus. Virg. 3. Aeneid. 93,
—ſtipatq; carinis
Ingens argentum, Dodonæosq; lebetas. Colum. lib. 9. cap. 13. 11, Quoniam ſi non ſperant ceras omnes liquoribus ſtipare, factibus expleant. Virg. 1. Aeneid. 88. de apibus,
—aut quum liquentia mella
Stipant, & dulci diſtendunt nectare cellas.
Turba ſtipat fora. Ouid. ad Piſonem, 8.

Stipare (ἀθροιφορέω) Circundare aliquem, defendendi illius cauſa. Cic. pro Muræna, 46, Catilinam interea alacrem, atq; lætum, ſtipatum choro iuuentutis, ad latum indicibus atq; ſicarijs. Idem pro Milone, 1, Non enim corona cõſeſſus noſter cinctus eſt, ut ſolebat: non uſitata frequentia ſtipati ſumus. Idem 3. Philip. 14. 5, Senatum ſtipauerit armatis. Virgil. 4. Georg. 44,
Ille operum cuſtos: illum admirantur, & omnes
Circumſtant fremitu denſo, ſtipantq; frequentes.
Cœtus miniſtrũm huc ſtipantur. Stat. 3. Sylu. 1. 18.
Caterua magna ſtipante inceſſit. Virg. 1. Aeneid. 100.

¶ Stipatus, pen. prod. Participium (πεπυκνωμένος) ut, Curia ſtipata uerendis patribus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 28.
Comitum turba ſtipata eſt dea. Ouid. 3. Metam. 38.
Turba ſtipata tegebat eam. Virg. 11. Aeneid.

¶ Stipatio, Verbale (ἀθροιφορία) Cic. pro Sylla, 49. Eius aſpectus, concurſatio, ſtipatio, greges hominum perditorum, metum nobis ſeditionesq; afferebant. Plin. lib. 10. cap. 22. 3, Feſti proferuntur ad primos, ita cæteri ſtipatione naturali propellunt eos.
Aggreſſionum & enthymematum ſtipatio. Quintilianus lib. 8. cap. 14. 22.

¶ Stipator, pen. prod. ſtipatoris, m. g. (σύπλους) Qui in nauibus ſtipam, ſiue ſtupam componit, inquit Seruius.
Stipatores (ἀθροφόροι, παῖδες) Qui regum uel aliorum corpora cuſtodiunt. A ſtipe quam accipiebant: uel quòd reges

reges stipent, & undiq; circundent. Cic. libro 2. Offic. 34. Præmittebatq; de stipatoribus suis, &c. Idem 5. Verr. 53, Apronius stipatores Venerios secum habebat, ducebat eos circum ciuitates. Idem pro Lege agrar. 43, Ianitores ex equestri loco ducentos in annos singulos, stipatores corporis constituit, eosdem ministros & satellites potestatis. Festus, Stipatores Acteius Capito ait dictos à stipe, quam mercedis nomine accipiant custodes cuiusq; corporis: unde stipam, in quam amphoræ, quum extruiuntur, formari solent. Idem alio loco, Stipatores, corporis custodes, quos antiqui latrones uocabant. Stipati enim ferro circundant corpora regum. Horat. 1. Serm. Satyr. 3.28.

¶ Stipticus, penult. corr. Adiectiuum (στυπτικὸς) Quod stipat: hoc est, obstruit. Plin. lib. 21. cap. 23. 3, Quæ ex his phœnicium colorem habet, radice contrita cuicunq; animalium imposita, ulcerum facit stipticam uim. Scribitur & per ypsilon, à Græco στύφω. Vide Stypticus.

Stips] stipis: uel Stipis, huius stipis. f. g. (στίμμα) dicitur pecunia, quam antiqui uel in ærarium reponebant, uel dijs offerebant, uel mendicis porrigebant ad sustentationem uitæ. Plin. epist. 16. 1. 3, Eluctatusq; facit gurgitem, qui lato gremio patescit purus & uitreus, ut numerare iactas stipes & relucentes calculos possis.

Mercenariæ stipis ancilla, pro Scorto. Plinius libro 10. capite 63. 1.

Cogere stipem. Cic. 2. de Leg. 36.

Colligere stipem. Vide Colligo.

Stipem conferre. Vlpian. de colleg. illic. Sed tenuioribus permittitur stipem menstruam conferre, dum tamen semel in mense cocant. Liu. 5. ab Vrbe, 114.

Stipem non minimam confert hæc res: id est, fructum. Colum. lib. 8. cap. 1.

Largifica stipe ditantes omnia. Lucret. lib. 2. 127.

Vocillare miserum parua stipe. Ouid. ad Pisonem, 26.

Parua stipe opes quærere. Ouid. 4. Fast. 70.

Stipem sparsere. Plin. lib. 33. cap. 10. 5.

Stipula] stipulæ, pen. corr. (ἀκαλέφη) à Stipa, siue Stupa deducitur: siue quòd stupæ instar uratur, siue quòd ea quoq; stipari tectorum rimæ consueuerunt. Calamus est frumenti, puta tritici, hordei, & similium, quod scilicet continet spicam. Plin. lib. 14. cap. 16. 3, Proximum fit è milij semine maturo cum ipsa stipula. Virg. 3. eclog. 6,

Strident miserum stipula disperdere carmen.

Crepitans stipula. Ouid. 4. Fast. 158.

Fabalis stipula. Ouid. 4. Fast. 140.

Leuis stipula. Virg. 1. Georg. 17.

Viridis stipula. Virg. 1. Georg. 63.

Volantes stipulæ. Virg. 1. Georg. 65.

Stipula, Quæ remanet in campo, demesso frumento. Terent. Adelph. 5. 3. 62,

—præter hæc
Meridie ipso faciam ut stipulam colligat.

Stipulor] penul. corr. stipularis (ἐπερωτάω, ἀπομολογοῦμαι) stipulari, Verbum iuris est, Postulare sibi promitti aliquid solennibus uerbis. Cic. 2. de Legib. 84. Si is cui legatum est, stipulatus est idipsum quod legatum est, ut ea pecunia ex stipulatione debeatur. Idem pro Rosc. Comœ. 7, Stipulatus es ubi? quo die? quo tempore? quo præsente? quis spopondisse me dicit? nemo. Iurisconsul. Stita à te stipulatus fuero, Quanto minus à Titio consecutus fuero, tantum dare spondes? non solet dubitari, quin si nihil à Titio fuero consecutus, totum debeas quod Titius debuerit. Colum. in Præfat. lib. 10, Fœnoris tui Syluine, quod stipulanti spoponderam tibi, reliquam pensiunculam percipe.

Stipulor, Verbum commune est secundum Priscianum lib. 8. quod tam in actiua, quàm in passiua significatione ablatiuo iungitur. Plin. epist. 35. 1, Nam & rationibus Martiani, & sermone quem ille habuerat in ordine Lepitanorum, operam suam Prisco ad turpissimum ministerium commodasse, stipulatusq; de Martiano quinquaginta millia denariorum probabatur. Plaut. Curcul. 9. 13,

Ibidem erunt scorta exoleta, quiq; stipulari solent.

Suetonius, Prætorum lectoria (alij legunt, Lætoria: alij, Lex prætoria) quæ uetat minorem annis uigintiquinque stipulari. id est, Interrogari. Citat & alia Priscianus exempla.

Stipulor, uerbum est antiquum, quod firmum significabat. hinc Stipulatio dicta, quòd promissio stipulando facta, firma esse debeat, authore Paulo lib. Sententiarum 5. titulo 8. Vel dicitur Stipulatio à stipe, id est, pecunia, authore Varr. lib. 2. de Ling. Lat. nam propriè de pecunia dicitur, licet ad alias quoq; res referatur.

¶ Stipulator, pen. prod. stipulatoris, Verbale masc. (ἐπερωτητὴς) Qui per interrogationem obligat promissorem. Cic. pro Quintio. 40, Literæ P. Quintij, testes tot, quibus omnibus causa iustissima est cur scire potuerint: nulla commentiantur, quum à stipulatore tuo comparabuntur.

¶ Stipulatio, Verbale (ἐπερώτησις, συνγραφὴ) Pomponius in l. stipulationum aliæ. D. de uerb. oblig. Stipulatio est uerborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum, factumue se quod interrogatus est, respondet. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 85, Vtinam nulla stipulatio emptorem uenditori obligaret: nec pacta conuentaq; impressis signis custodirentur, fides potius illa seruaret, & æquum colens animus. Cic. ad Attic. lib. 16. 336. 9, Etsi nondum stipulationes legeram. Idem 1. de Legib. 21. Stipulationum & iudiciorum formulas componam.

Acceptam ferre stipulationem, est eum qui per stipulationem promisit, obligatione liberare. Vlpian. in l. Iulianus. ff. de dol. mal. & met. except.

¶ Stipatiuncula, pen. corr. Dimmut. (ἐπερωτημάτιον) Cic. 1. de Orat. 85, Tu mihi, quam in circulo decipiare aduersarij stipulatiuncula, &c.

¶ Stipulatus, huius stipulatus, penult. prod. m. g. (ἐπερώτημα) Idem quod Stipulatio. Plinius, Iouis deorum summi stipulatu.

¶ Stipulatus, huius stipulatus. Quint. Declamat. 12, Stipulatu legati nostri perimus.

Stiria] stiriæ, propriè est Aqua frigore concreta pendens, guttatimq; stillans. Martial. lib. 7. 36,

Turpis ab inuiso pendebat stiria naso.

Virgil. libro 3. Georg. 74,

Striataq; impexis induruit horrida barbis. Plin. lib. 34. cap. 12. 9, Fit & pluribus modis, genere eo in scrobe cauato: quarum è lateribus destillantes hyberno gelu stirias, stalagmias uocant, neq; est purius aliud, &c.

¶ Stiricidium, stiricidij, quasi stillicidium, quum stillæ concretæ frigore cadunt. Stiria enim principale est, stilla deminutum.

Stirps] stirpis (γέννα, ῥίζοφυτον) Stirpes sunt ferulæ, seu uirgulta, quæ de radicibus nascuntur: ea & germina dicuntur. hinc & germinalis arbor. Accursius, quæ stirpes sunt, pedamenta esse arbitratur, contra Varronis & Columellæ, cæterorumq; antiquorum authoritatem. Hæc Alciatus in l. sylua. ff. de uerb. signific. Stirps quum de, &c. Quum de homine dicitur, fœm. gene. est. Dicitur & stirpis, teste Seruio. Virg. 7. Aeneid. 59,

Heu stirpem inuisam. Idem 3. Aeneid. 19,

—quæ

—quæ uos à stirpe parentum
Prima tulit tellus.

Stirpes sceleratorum hominum. Cæsar 6. bel. Gall. 122.

A stirpe. Vide A uel Ab.

Author stirpis. Senec. Agamem. 4. 14.

Egens stirpis. Stat. 1. Syl. 2. 35.

Altæ stirpes stultitiæ. Cic. 3. Tusc. 22.

Antiqua à stirpe ortus. Virg. 1. Aeneid. 13.

Diuinæ stirpis alumnus. Ouid. 2. Metam. 127.

Egregia stirps. Virg. 5. Aeneid. 60.

Fœminea stirps. Ouid. 13. Metam. 142.

Humili de stirpe creatus. Ouid. 14. Metam. 140.

Lemniaca stirps. Vide Lemnos.

Nefanda stirps. Senec. Agamem. 4. 1. 4.

Præclara stirps. Virg. 4. Georg. 64.

Virilis stirps. Ouid. 13. Metam. 107.

Vltima stirps. Senec. Herc. fur. 4. 11.

Stirps, quum de arboribus dicitur, masc. gene. est. Virgil. 12. Aeneid. 4. 2,

Quum semel in syluis imo de stirpe recisum. Cic. 7. Verr. 107, Ego naues inanes fuisse dico, remiges, nautasq; dimissos: reliquos stirpibus uixisse palmarum.

Committere stirpes ramis. Lucret. lib. 5. 274.

Cum imis stirpibus euellere aliquid. Virg. 2. Georg. 42.

Obruere stirpes aruo. Virg. 2. Georg. 5.

Inuenitur etiam fœminimum. Horat.

Stirpes q; rapias, & pecus, & domos. Columel. lib. 2. cap. 2, Præfractas stirpes.

Octogenæ stirpes. Vide Octogenus, in Octo.

Validæ stirpes. Virg. 2. Georg. 74.

Stirps quæstionis, Origo, fundamentum: per translationem. Cic. 4. de Finib. 7.

¶ Stirpesco, stirpescis (ῥιζοφυτεύομαι) stirpescere, in stirpẽ conuerti. Plin. libro 19. cap. 8. 21, Sarriri iubet idem non antè quàm asparagus natus fuerit, ne in sarriendo radices uexentur: ex eo uelli asparagum ab radice. Nam si desringatur, stirpescere & intermori.

¶ Stirpitus, pen. corr. Aduerb. (ῥιζόθεν) id est, Radicitus. Cic. lib. 4. Tusc. 135, Hunc errorem, quasi radicem omnium malorum, stirpitus Philosophia se exacturam pollicetur.

Stiua] stiuæ (ἐχέτλη) Aratri manica, nempe quæ tenetur manibus quum aratur. Virg. 1. Georg. 35;

Stiuaq; quæ currus à tergo torqueat imos,

Dicta stiua à stando, quia super eam regula stat, & est quasi temo inter boues. Columel. libro 1. cap. 9. 2, Quod in re rustica nullo minus opere fatigatur prolixior, quia in arando stiuæ pene rectus innititur.

Innixus stiuæ arator. Ouid. 8. Metam. 44.

Premere stiuam. Ouid. 4. Fast. 166.

Stlata] stlatæ (πλοῖον γένος) Genus nauigij (inquit Festus) latum magis quàm altum: à latitudine sic appellatum: sed ea consuetudine qua stlotum, pro lotum: stlitem, pro litem dicebant antiqui: qui dictionibus ab l incipientibus, s & t literas præponere solebant. (pharius.

¶ Stlatarius, stlatarij; Qui stlata uehit: sicut à scapha, scatarius, adiectiuum, Quod mari portatum est, quasi stlatâ aduectum. Iuuen. Satyr. 7. 14,

Spondet enim Tyrio stlataria purpura filo.

Stlembus] stlembi, m. g. Grauis & tardus. Lucilius,

Atq; equum pedibus stlembum.

Stlopus] stlopi, m. g. Sonus qui ex inflatione buccarũ erumpit. Persius Satyr. 5. 2,

Nec stlopo tumidas intendis rumpere bucas.

Alij scribunt, sclopo.

Sto] stas, steti, statum (ἵστημι, ἵσταμαι, ἑστήκω, ἐφίσταμαι, ὑφίσταμαι) stare, in se, & sua mole consistere: cui opponitur Sedere. Plaut: Capt. 2. 2,

Hos quos uidetis stare hic captiuos duos
illi qui stant, bi stant, hic ambo non sedent.

Terent. Phorm. 2. 4. 18,

—sta illò. 6. hem.

Stant aduersis uestigijs contra nostra uestigia Antipodes. Cic. 4. Acad. 220.

Stare, de inanimatis etiam dicitur, ut nauis, flumen, currus: sol quoq; & luna stare dicuntur. Plaut. Amphit. 4. 120,

Neq; se luna quoquam mouet, stat; uti exorta est semel.

Virgil. 8. Aeneid. 74,

Stabat acuta silex. Stat. 12. Thebaid. 83,

—flentes stabant ad flumina syluæ.

Stare & Fugere, contraria. Cic. 2. Tusc. 93, Abiecto scuto fugiat quantum possit; ob eamq; causam pereat nonnunquam, etiam integro corpore: quum ei qui steterit, nihil tale euenerit.

Stare, in sententia manere. Cic. ad Brutum, 10. 7, Qui si steterit idem, mihiq; parueris, &c.

Stare, cum aduerbio per locum significante, ut hac, illac, quà, &c. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1. 3,

Quà steterant artes, pars uacat illa tibi.

Stat à me. Vide in A præpositione, A me stat.

Stat à causa bonorum. Cic. de clar. Orat. 148.

Stare ab aduersarijs. Cic. 1. de Inuent. 94.

Acies stat. Quint. lib. 6. cap. 4. 13.

In acie stare. Plancus ad Cic. lib. 10. 23. 13.

Ad undam stare. Virg. 4. Georg. 71.

Stetit ad eam diem ciuitas illa Lycurgi legibus. Liu. 9. bel. Macedon. 136.

Stare ad curiam. Cic. 2. in Catil. 28.

Stare ad cyathum. Vide Cyathus.

Stare ad Senatum in Capitolio. Cic. 4. Acad. 248.

Ad uerbera stare. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 4.

In æquo alicui stare, Aequalem esse. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 29, Quòd infra deos sumus, quòd non in æquo illis sumus, quòd non in æquo illis stetimus.

Stet ager fertilibus, apud Cæcilium: pro, Horreat,

Animis stare, Animum non abijcere. Cic. Attic. lib. 5. 106. 3.

Animo stare, & Desperare, contraria. Horat. 2. Sermon. Satyr. 3. 43.

Ante pedes alicuius stare, Coram aliquo. Virg. 9. Aeneid. 76.

Ante oculos nostros stetit. Ouid. 1. Amor. eleg. 5. 4.

Authore certo stare, Liu. 8. ab Vrbe, 206, Nec quisquã æqualis temporibus illis scriptor extat, quo satis certo authore stetur. Huius formæ est illud Quintil. lib. 7. cap. ult. Verbis ne legis standum sit, an uoluntate.

Stare circum, pro Circunstare. Virg. 10. eclog. 4.

Conditionibus & Conuentis stare. Cic. ad Attic. lib. 7. 134. 2.

Consilio alicuius stare. Liu. 7. ab Vrbe, 166.

In conspectu stare. Liu. 7. bel. Pun. 206.

Contra aliquem stare. Virg. 5. Aeneid. 83,

Hic magnum Alcidem contra stetit. Idem 5. Aen. 96.
Dixit, & aduersi contra stetit ora iuuenci. Cic. de clar. Orat. 66, Quum is contra populi studium stetisset.

Stare à mendacio contra uerum. Cic. 1. de Inuent. 6.

Conuentis stare. Cicero 3. Offic. 129, Facere promissa, stare conuentis, reddere deposita: commutata utilitate fiunt inhonesta.

Cum aliquo stare: pro, Partes eius sequi, & ei fauere. Terent. Phorm. 1. 2. 39. in eius parte stamus, pro quo facimus, inquit Donatus. Liu. 6. bell. Pun. 216, Quid igitur minus

conueniat milites, quàm quum aliæ super alias clades cumularentur, ac dij propè ipsi cum Annibale starent, &c. Cic.4.de Finib.74. Idem 2.de Inuent.227. Quemadmodum ei dicebamus, qui à scripto diceret, hoc fore utilissimum, si quid de æquitate ea, quæ cum aduersario staret, derogasset: sic huic, &c.

Decreto Senatus stare: pro Obedire, & non prouocare. Cæsar 6.bell.Gall.52.

Fabula dicitur stare. Terent.in prolog.Hecyræ,15,

Partim sum earum exactus, partim uix steti. Vbi Donatus, Agitur fabula, quum recitatur: stat, quum placet.

Fide stare. Liu.3.bell.Pun.223.

Stat parum fides apud eum. Plaut.Pseud.7.62.

In fide stare. Cic.pro Rabirio perduel.reo,21.

Fiducia belli stetit auxilijs Palladis. Virg.2.Aen.33.

Ad finem stare, Durare usq; ad extremum. Ouidius 2. Amor. eleg.6.3.

Firmum stare, Non moueri, constantem esse. Liuius, Restitis autem aduersis famam, rumoresq; hominum, si satis firmus steteris.

Et bene apud memores ueteris stat gratia facti. Virgilius 4. Aeneid.108.

Imperium puero stetit. Liu.ab Vrbe,10.

In eo quod indicatum est stare. Cic. 2. de Finib.72. id est, Obtemperare, assentiri, fidem habere, hærere, uel persistere.

In eo quod ostenderis, stes. Cic.ad Attic.lib.2.19.1.

Stare memoria eos dicit Seneca, qui nihil habent præter memoriam: epist.33, Viro captare stoſculos turpe est, & fulcire sc notißimis & pauciſſimis uocibus, & memoria stare.

Spes & uictoria stabat in ducibus. Silius lib.17.81.

Institutis alicuius seruandis stare dicitur urbs. Cic. 4. Acad.6.

Iudicio alicuius stare: pro, Eius iudicio adhærere, obtemperare, assentiri. Cic. ad Attic lib. 8.14.8.1. Idem 2.Tuscul.107, Stare iudicio multitudinis.

Iudicata re stare. Cic.pro Flacco,59, Re iudicata stari ostendit placere.

Iureiurando alicuius stare. Quintil.lib.5.cap.6.

Ius exemplis stat. Liu.7.bell.Pun.444.

Iuxta aliquem stare. Stat.11.Thebaid.124.

Loco stare. Cæsar 6.bel.Gal.161. Tertiæ cohortis Centuriones ex eo quo stabant loco recesserunt. Virg.3.Georg.17,

——tum si qua sonum procul arma dedêre,
Stare loco nescit. Lucan.lib.1.29,
——sed nescia uirtus Stare loco.

Stare meliore loco, per translationem. Cic.in Sallust.4.

Mare placidum stat uentis. Virg.2.eclog.6.

Mens stetit in dubio. Lucan.lib.7.50.

Nox stetit ante oculos meos. Ouid.in fragmento,10.

Opinione alicuius stare. Cic.pro Cluentio,105.

Ordine stare. Quintil.lib.7.cap.1, Nec mihi uidentur errare, qui ipsam rerum naturam stare ordine putauerunt.

Ordine certo stetit acies. Lucan.lib.7.444.

Pacto stare. Liu. 9. ab Vrbe, 53, Quum tu Spuri Posthumi, si deos esse censes, aut omnia irrita facis, aut pacto stas?

Pariter stare. Ouid.4.de Ponto, eleg.9.22.

Pede in uno stans. Horat.1.Serm.Satyr.4.2.

Per aliquem stare: pro, Manere in statu. Cicero ad Plancum, lib.13.30.16.

Stat per me, per te, per illum quo minus id fiat: quum ego, aut tu, aut ille, causa sumus ne quid fiat. Plin.libro 18.cap.28.9, Non stat per me quo minus cælum intelligas, & cælestia scias. Quintil.lib.3.cap.8. Non per me stetit, sed per illa. Terent. Andr.4.2.16,

Si poterit fieri ut ne pater per me stetisse credat,
Quo minus hæ fierent nuptiæ, uolo.

Prælia stant mihi cum domina mea. Propert.lib.3. eleg.5.1. id est, Non exercemus prælia.

Precium stat merci. Plaut.Milite,10.132.

Pro aliquo stare. Quint.lib.5.cap.11, Pro Iuba atq; Afris inimicißimis populi Romani stetisse. Liuius 8. belli Macedon.110.

Procul stare. Tibul.lib.1.eleg.6.9.

Promißis stare. Cic.1.Offic.48.

Propius stare. Horat.de Arte,73.

Ratio & fortuna cum aliquo stat, quum quid iure facit, & fortuna arridente. Liu.5.ab Vrbe,171.

Sanguis stetit. Plin.epist.154.

Stat sententia: pro, Immobile & fixum est. Terentius Eunuch.2.1.18,

Vide quid agas. P H. stat sententia.

Plautus Curcul.5.35,

Quod eis respondi, ea omnes stant sententia. Liuius 4.bell.Maced.51.

In eadem sententia stare. Liu.4.ab Vrbe,190.

Stare eodem statu. Cic. 2. Offic. 4, Atq; utinam Resp. steti ſſet quo cœperat statu. Liu.1.bel.Pun.248.

Suppliciter stabat. Horat.1.Serm.Satyr.8.7.

Talo recto stare. id est, Non curare utrum placeat fabula, an displiceat. Horat.2.epist.1.36.

Verbis stare. Quint.lib.7.cap.2.35.

Vi stare, Ouid.6.Fast.60,

Stat ui terra sua, ui stando Vesta uocatur.

Voluntate stare. Quint.lib.7.cap.2.35.

Stat, Constat, & in precio est. Liu. 3. bel. Pun.137, Multorumq; sanguine ac uulneribus ea Pœnis uictoria stetit. Gellius, Magno ei stet ea nocte absentem fuisse. Quint. Declamat.13.1, Quanti steterit mihi quòd semel imperata non feci. Plin.epist.155.b,

Precio magno stare, Constare magno precio. Horat.1.Serm. Satyr.2.25.

Stat illi res centum talentis. Liu.4.bel.Maced.187.

Stare, Positum esse: & cum in construitur. Virg.1.Aen.131,

Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.

Aliquando sine præpositione in. Plaut.Capt. 12. 82,

Periculum uitæ meæ tuo stat periculo post mortem.

Stare, Manere, & ad multum tempus durare. Cicero 1.de Legib. 3, Multaq; alia multis locis diutius commemoratione manent, quàm natura stare potuerunt. Virgilius 2.Aeneidos,11,

Troiaq; nunc stares, Priamiq; arx alta maneres.

Stare, pro Dignitatem & authoritatem suam retinere. Cic.ad Lentulum,lib.1,Ad XV I. Februarias, quum in Senatu pulcherrimè staremus, quòd iam illam sententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus, &c. Idem Cecinnæ,libro 6. 6. 4, Quum me ex Republica expulissent ij, qui illam cadere posse stante me non putauerunt, memini me, &c.

Stat, Certum est, decretum est, in animo fixum est. Virgilius 2.Aeneid,150,

Stat casus renouare omnes, omnemq; reuerti
Per Troiam. Idem.12.Aen.136,
Stat conferre manum Aeneæ.

Non adhuc stat: pro, Non constat, certum, uel deliberatum est. Cic.ad Attic.lib.3 54.3.

Stet illud nobis: pro, Certum & deliberatum sit. Cic. Varroni, lib.9.2.12.

Statur, impersonale. Plaut.Pseud.7.42,

Quid agitur? P. statur hic ad hunc modum.

Terent.

Terent.Eun.2.2.40, Pro quid agis? sto, inquit Donatus.

¶ Standi, (τὸ στάναι) stando, standum, Gerundium. Virgil.5. Aeneid.77,

Quæ finis standi?

Standum est epistolis Domitiani. Plin.in epist.

¶ Stans, & Staturus, pen.prod. (ἱστὰς, καὶ στήσων) Participia. Cic.in Catil.26, Quòd incolumes ciues, quòd stantem urbem reliquit, quanto tandem illum mœrore afflictum esse & prostigatum putatis? Plin. lib.25 cap.13.10, Anaxilaus author est, mammas à uirginitate illitas, semper staturas.

Anni stantes in limine uitæ. Stat.2.Sylu.1.8.

Freta stantia, Quieta. Ouid.7.Metam.41.

Oculi stantes. Ouid.6.Fast.273,

Grande caput, stantes oculi, rostra apta rapinæ.

Describit Strigem.

Paludes stantes. Horat.3.Carm.ode 27.2.

Vina stantia gelu. Ouid.4. de Ponto, eleg.7.2.

¶ Statasso, Cic. de Legib. Statassandi cognomina statoris & inuicti Iouis.

¶ Status, Adiect. (ἀπὸ τοῦ στατὸς, ἡ, ὸν) Firmus. Plin.lib.18, Iam primum hanc miuriam omnibus annis accidere non posse propter statos siderum cursus. Idem lib.2.cap.13.1.

Stati dies, dicuntur qui iudicij causa cum peregrino instituuntur, ut ait Festus. Plaut.Curc.2.3,

Status conditus cum hoste intercedit dies.

Status dies. Plin.epist.216.lib.9.ad Mustium, Aedes uetus sine, & angusta, quum sit alioqui stato die frequentißima. id est, die Festo. Plin.maior lib.10.29.10.

Status dies cum hoste. Cic.1.Offic.57.

Stati reditus. Plinius. Idem Statum reditum uocat lib.3. epist. 3, à fine, ad Caluisium, Constant campis, uincis, syluis, quæ materiam, & ex ea reditum, sicut modicum, ita statum præstant. Idem epist.109.lib.5, ad Valerianum, Et gloriæ loco poni ex stipendijs ciuium magnos & statos reditus.

Stata forma. Vide Forma.

Stata] mater. Festus, Statæ matris simulacrum, in foro colebatur, postquam id collustrauit, ne lapides igne corrumperentur, qui plurimus ibi fiebat nocturno tempore, magna pars populi in suos quisque uicos retulerunt eius deæ cultum.

Sacra stata. Ouid.1.Fast.132.

Solenne & statum sacrificium. Cic.1.Tusc.183.

Statum tempus. Plin.lib.9.cap.23.1.

¶ Status, huius status, in gen. (κατάστασις) Conditio, habitus. Plaut.Amphit.4.112. Terent.Eun.3.5.50,

Tum equidem istuc os tuum impudens uidere nimium uellem. Quis esset status, flabellum tenere te asinum tantum. Cic.3. de Fin. 85, Per se ut quidam habitus oris & uultus, ut status & motus, in quibus sunt præponenda quædam et reijcienda. Idem in Bruto, Motu sic utetur, ut nihil supersit in gestu. Status erectus, & celsus, rarus incessus, nec ita longus.

Status statuæ. Cic.ad Attic.libro 6. 111.30, Quam statuam esse eiusdem status, amictus, annulus, imago ipsa declarat.

Status bruti animalis. Colum.lib.7.cap.9.

Mediocris status sermonis. Vide Mediocris.

Statum animi pellere ictu. Vide Ico, icis.

Indecorus status. Quint.lib.1.cap.11.9.

Nimax status, Habitus aut gestus nimax. Horat. 3. Carmin. ode 4.11.

Status (στάσις) apud Rhetores dicitur, in quo causa maximè uertitur. Quint.lib.3.cap.6, Status est, quod ex prima conflictione nascitur, Exempli causa, Intentio est, Feci si homicidium. Depulso est, Non feci. Quæstio, An fecerit. Hinc constitutio coniecturalis, quæ & status dicitur. Cic. in Topic.50, Refutatio accusationis, in qua est depulsio criminis, Græcè στάσις dicitur, Latinè status appelletur: in quo primo insistit quasi ad repugnandum congressa defensio.

Coniecturalis status. Vide Coniectura.

Legalis status. Quint.lib.6.48.

Ratiocinatiuus status: id est, Syllogismus. Quintil. libro 3, cap.6.32.

Constituere statum. Vide Constituo.

Facere statum. Quintil.lib.3.cap.6.10.

Status, pro Fortunæ conditione, ordine, loco, casuq;: nariis uerbis iungitur.

Rerum mearum status. Ouid.7.Metam.103.

Amplus status. Vide Amplus.

Basilicus status. Vide Basilicus, in Basilica.

Incolumis status. Vide Incolumis.

Amittere statum uitæ. Cic. Attic.lib.10.195.2.

Collocare aliquem Reip. statum. Cic.ad Brutum,15.18.

Collocare in statu amplißimo. Author ad Heren.lib.4.169.

Concidere ex amplo statu. Cic. Attic.lib.3.50.2.

Consistere in aliquo statu. Cic. Quòd si (ut spero) uictis hostibus nostris ueneritis, authoritate uestra Repub. exurget, & in aliquo statu consistet.

Conuellere de statu. Cic. ad Attic.lib.8.1167.2, Quæ me conuellerunt de pristino statu, tam tamen, ut antè te scripsi, labantem.

Conuellere Reip. statum. Cic.in Pison.2.

Decliuare de statu suo. Cic.de Prouinc. Consul.34, Quamuis excipere fortunam, subire uim atq; iniuriam malui, quàm aut à uestris sanctißimis mentibus dißidere, aut de meo statu declinare.

Deducere aliquem de statu uitæ suæ. Cic.4.Verr.7.

Deijcere aduersarium de statu. Cic.in Orat.71.

Deterrere aliquem de statu suo. Brutus ad Cic.lib.11.11.4.

Dimouere de, uel ex statu. Cic.pro Cecinna,31, Non ea sola uis est, quæ ad corpus nostrum, uitamq; peruenit: sed etiam multò maior ea quæ periculo mortis iniecto, formidine animi perterritam loco sæpe, & certo de statu dimouet. Idem in Parad.17, Meritem ex sua sede & statu dimouet.

Figere & fundare statum Reip. Cic. Attic.lib.1.11.11.

Manere suo statu. Vide Maneo.

Obtinere statum. Cic.pro Corn.Balbo,13.

Ordinare statum Reip. Vide Ordino.

Peruenit in hunc statum Respub. Cic.ad Attic.lib.9.177.3.

Redire in antiquum statum. Cels.lib.6.cap.6.

Reuerti in antiquum statum. Cels.lib.8.cap.10.

Retinere statum. Cic.de Aruſp.resp.56.

Restituere prouinciam in antiquum statum. Cic.2.Verr.8.

Tenere statum suum: Cic. Marcello, lib.4.9.12, Quòd honesto otio teneris & statum, & famam dignitatis tuæ.

Tueri statum suum. Cic. Pæto, lib.9.16.18.

Statis, pro ordine. Senec.de Benefic.7, Quicquid maximè necessarium erat, in primum statim conieci: nunc quicquid effugit, recolligo.

¶ Statuliber est, qui testamentò certa conditione proposita, iubetur esse liber. Etsi per hæredem est, quo minus statuliber præstare possit, quod præstare debet, nihilominus liber esse uidetur. Festus. Vlpian.tit.2.eius libri, qui est inscriptus, Tituli ex corpore Vlpiani, Qui sub conditione testamento liber esse iussus est, statuliber appellatur: Statuliber quandiu pendet conditio, seruus hæredis est.

¶ Statio, Verbale (στάσις, σταθμὸς, ἐφεδρεία, φυλακτήριον) Locus in quo naues aut milites tutò ad tempus stant: uel in quo frequenter consistitur. Plaut. Milit.21.12.

Nanq; *in statione stat senex.* Curtius, *Cognitum id per exploratores, qui stationes hostium fuerant ingressi.* Lentulus *Consulibus, lib.12,15.7, Tantum enim abfuit ut il lorum præsidio nostram firmaremus classem, ut etiam à Rhodijs, urbe, portu, statione, quæ extra urbem est, commeatu, aqua deniq; prohiberentur nostri milites.* Virg. 9. Aeneid. 45,

—*illi Succedunt, seruantq; uices: statione relicta*
Ipse comes Niso graditur.

Comitiaria statio. Vide Comitia.

Malè *fida carinis statio.* Virg. 2. Aen. 5.

Gratissima statio mergis, Virg. 5 Aen. 26.

Tutissima statio nautis. Virg. 4. Georg. 85.

Agere stationem. Tacit. lib. 17.

Publica statio mihi clausa est. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 16.

Manere in statione. Lucret. lib. 4. 78.

Tuta statione recepi ecclum fluctibus, Ouid. epist. 7. 18.

Portæ statione relicta. Stat. 11. Thebaid. 48.

Vigili muros statione tueri. Claud. 2. in Rufinum, 12.

Statio, Officina in quam multi conueniunt, ut de aliqua re decernatur, & ius dicatur. Gel. lib. 13. cap. 13, Quæstum esse memini, in plerisq; Romæ stationibus ius publicè docentium, &c. Iuuen. Satyr. 11, 1,

—*stationes, omne theatrum.* Sipontinus.

Peracta statio. Lucan. lib. 1. 9.

¶ Statiuncula] statiunculæ, penult. cor. Diminut. (σταϊδιον) Parua statio.

¶ Stationarius, stationarij (φύλαξ) Stationarij milites dicuntur, quibus custodiæ, aut præsidij gratia statio assignata est: item qui in urbibus aut prouincijs tenentur ad populorum quietem tuendam. Sipontinus. Vlpianus in l. 1. §. hoc autem. ff. de fugitiuis, Qua declaratur & præsides, & magistratus, & milites stationarios dominum adiuuare debere in inquirendis fugitiuis. Paul. in l. 4. eodem titulo, Limenarchæ & stationarij fugitiuos deprehensos in custodiam retinent.

¶ Stationalis, & hoc stationale, penult. prod. (σταθμαῖος) Firmiter stans. Plin. de Sideribus, lib. 2. cap. 15. 3, Eadem stationalis senis mensibus commoratur in signis, alioqui bimestris: quum cæteræ utrâq; statione quaternos menses non implcant.

¶ Statiua, penult. prod. *Statiuorum: uel* Statiuæ, *statiuarum* (στάθμιον) Stationes dicuntur, *siue munitiones, in quibus ut propius pugnent, milites considunt.* Liu. libro 1. 24. 9, *In ijs statiuis (ut fit) longo magis, quàm acri bello satis liberi commeatus erant.* Idem lib. 9, Statiua *nostra munimento satis tuta sunt.* Idem 3. ab Vrbe, 4, *In Latino agro statiua habuit.* Cic. pro Lege agrar. 49, Nunquid *causæ est quin omnes agros, urbes, statiua, portus, totam denique Bithyniam Dcecmuiri uenditi sint?*

¶ Statiuus, penul. prod. Adiect. (σταθμικὸς) ut, Statiua castra. Cic. 7. Verr. 24. Idem 12 Philip 335, Hæc uigilia, hæc custodia, hoc præsidium statiuum.

¶ Statarius, Adiectiuum (στάσιμος) A participio Status, *quasi stabilis siue idoneus ad standum.* Terentius in Prolog. Heaut. 36,

Adeste æquo animo, date mihi potestatem,
Statariam agere ut mihi liceat per silentium. Liu. 9. ab Vrbe, 103, Statarius uterq; miles ordines seruans.

Stator] statoris, Iupiter stator *& statilio apud Romanos dicebatur, secundùm historicos, quia post susceptum uotum aciem Romanam stitisset. Seneca autem aliam rationem assignat, quia eius beneficio stant omnia: de Benefic. libro 4. cap. 7.*

¶ Stabilis, & hoc stabile, pen. corr. (μόνιμος, στάσιμος, στάθμιος, βέβαιος, ἔμμονος, ἐυστάθης, ἀδιαφθόρος) Firmum & fixum. Terent. Adelph. 1. 1. 41,

—*errat longè, mea quidem sententia,*
Qui imperium credat grauius esse aut stabilius
Vi quod sit, quàm illud quod amicitia adiungitur.

Stabile est: hoc est, Certum & statutum. Plaut. Bacch. 9. 25.

Incertum & Stabile, contraria. Cic. in Topic. 36.

Nihil est enim tam insigne, nec tam ad diuturnitatem memoriæ stabile, quàm id in quo aliquid offenderis. Cicero 1. de Orat. 64.

Stabile & immutabile. Cic. 4. Acad. 47.

Stabilis & firmus animus. Cic. de Fin. 4. 4.

Bonum permanens fixum & stabile. Cic. 5. Tusc. 37.

Connubium stabile. Virg. 1. Aen. 16.

Habere domicilium certum & stabile. Cic. pro Marcello, 17.

Fauor nunquam stabilis. Senec. Thyest. 4. 4.

Fortitudo robusta & stabilis Cic. 4. Tusc. 78.

Fundamento stabili manet fortuna. Lucret. lib. 5. 226.

Mala stabilia, Non decidua poma, & quæ diutius in arbore stant, uel diu maturitatem retinent, neq; citò corrumpuntur. Cato cap. 7. 2, Eo lotium suillum aut stercus ad radicem eorum addere oportet, ut stabilia mala fiant.

Matrimonium stabile & certum. Cic. 2. Philip. 61.

Patria stabilis, In qua quis perpetuò habitat, nec huc atq; illuc discurrit. Plaut. Merc. 12. 68.

Pede stabili manere, Ouid. 3. Trist. eleg. 15. 6.

Quæstus stabilis. Cato in præf. Maximéq; pius quæstus, stabilissimusq; consequitur, minimeq; inuidiosus.

Stabili firmaq; ratione contemnere. Cic. 1. Offic. 96.

Regnum haud stabile. Senec. Herc. fur. 62.

Stabilis & certa sententia. Cic. 2. de Nat. deor. 3.

Terminus stabilis rerum. Horat. in Carm. secul. 6.

Via præceps & lubrica, plana & stabilis. Cic. pro Flacco, 18.

Vita stabilis, Fœlix, & non uarijs casibus subiecta. Lucret. libro 3. 14.

¶ Stabilitas, penult. corr. Stabilitatis (ἐυστάθεια) Firmitas. Cæsar 4. bell. Gall. 584, Ita nobilitatem equitum, stabilitatem peditum in prælijs præstant. Plin. libro 23. cap. 35, Gingiuis & oris ulceribus, dentium stabilitati efficacissimè subuenit.

Motus, & Stabilitas, contraria. Cic. 2. de Fin. 26.

Qui enim poterit aut corporis firmitate, aut fortunæ stabilitate confidere? Cic. 5. Tusc. 57.

Stabilitas & firmitas. Cic. 3. de Fin. 77.

Stabilitas amicitiæ uacillat. Cic. 1. de Fin. 101.

Dare aliquibus stabilitatem. Cic. 2. de Nat. deor. 179.

¶ Stabilio, stabilis, pen. cor. Stabiliui, stabilitum, penult. prod. (βεβαιόω, λαξίσταμαι, ἀσφαλίζω) Stabilire, Stabile facere, firmare. Plaut. Amphit. 4. 40,

Regiq; Thebano Creonti regnum stabiliuit suum.

Plin. lib. 9. cap. 28, Ex his longissimi & asperi quibus ad ora admouent cibos, & in fluctibus se uelut anchoris stabiliunt, cæteri cirri quibus uenantur.

Turres quassas stabilire. Senec. Thyeste, 7. 5.

Stabilire & figere. Cic. 1. Tusc. 139.

Magis stabilita. Lucret. lib. 3. 41.

Stabilire Remp. cui opponitur Euertere. Cic. 4. de Finib. 107.

¶ Stabilimen, pen. prod. & Stabilimentum, stabilimenti, (βεβαίωσις) Quod aliquid firmiter retinet. Plaut. Curc. 7. 78,

Hæc sunt ueniri stabilimenta, panis, et assa bubula, &c.

Cic. 4. de Nat. deor. 95,

Addo (inquit) huc quod mihi portento cælestium pater
Prodigium misit, regni stabilimen mei.

Stœbe]

Stœbe] stœbes, f. g. (στοιβὴ) Frutex aculeatus cùm caule, tum folio, semine molli, rubido, radice pecoris pabulo gratissima, non alibi quàm in aquaticis nascens. Plinius libro 21. cap. 15. 7, Quædam spinam habent in folio, & in caule, ut pheos, quod aliqui stœben appellauêre. Idem lib. 22. cap. 11, Stœbe, quam aliqui pheon uocant, decocta in uino, præcipuè auribus purulentis medetur: item oculis ictu cruentatis, hæmorrhagiæ quoq; & dysenteriæ infusa. Hæc herba non est Scabiosa, ut quidam putant: nec ab ullo hodie est cognita.

Stœchades] pen. corr. (στοιχάδες) Insulæ tres Massilienſium litori uicinæ, singulis nominibus, Prote, Mese, Hypes: hoc est, prima, media, & infima. Stœchades ob ordinem quo sitæ sunt, dictæ. Author Plinius libro 3. cap. 5. Græci enim στοῖχον dicunt ordinem & uersum. Lucan. lib. 3. 104, singulariter protulit,

Venerat in fluctus Rhodani cum gurgite classis,
Stœchados arua tenent.

Stœchas] stœchadis, pen. corr. (στοιχὰς) tenues habet circulos, comam hyssopi, amaram gustu. Hanc hodie uocant imperiti sticados citrium. nanq; frutex ostenditur furculosus, odoratus, capitibus luteolis, ex concoloribus flosculis compactis: unde citrinum uocatur. Plinius lib. 27. cap. 12. 24, Stœchas in insulis tantùm eiusdem nominis gignitur, odorata herba, coma hyssopi, amara gustu. Menses cient potu, pectoris dolores leuat. Antidotis quoq; miscetur. Idem lib. 26, cap. 7. 10, Ischiadicos dolores & sphinæ leuat agaricum potum, ut in tussi. item stœchadis aut betonicæ farina ex aqua mulsa. Obseruauerunt (inquit Ruellius) Arabæ factionis authores alterum stœchados genus, caule sesquipedali, pallido, coma tenui, oblonga, spica sterili, quod suo gentili cognomento Arabicum uocauerant, eiusdem cuius & Gallicum effectus. Suspicatur præterea idem author, Arabicam ferè stœchadem inter origani genera comprehendi sub omitide.

Stoici] penult. corrept. (στωϊκοὶ) Philosophi, appellati sunt ab στοᾶ, quod significat porticum, quo conuenire ac disserere solebant. Erat enim porticus Athenis dicta Pœcile, ex uarietate picturæ. Græci enim ποικίλον uarium dicunt. In hac porticu Zenon philosophus discipulos docebat. Vnde & secta Stoica, & philosophi Stoici nuncupati sunt: qui antea Zenonij dicebantur, à Zenone doctore. Hæc est illa porticus Stoicorum memoratissima, quam Chrysippus dictus est fulcire, quã pinxit Polygnotus gratuitò. Cicer. pro Mureen. 56, Fuit enim quidam summo ingenio uir Zeno, cuius inuentorum æmuli Stoici nominantur.

Ad Stoicos se inclinare. Cic. de Fin. 15.

¶ Stoicus, pen. corr. Adiect. (στωϊκὸς) ut, Libelli Stoici. Horatius Epod. 8. 3.

¶ Stoicè, Aduerb. (στωϊκῶς) Cic. in Parad. 4, De dijs immortalibus, de charitate patriæ, Stoicè solet, nullis oratorijs ornamentis adhibitis, dicere. De Catone. Idem pro Mureen. 67, At enim agit mecum austerè, & Stoicè Cato.

¶ Stoicida, stoicidæ, pen. corr. (στωϊκίδης) Patronymicum masc. Iuuen. Satyr. 2. 7,

Fugerunt trepidi uera ac manifesta canentem
Stoicidæ.

Stoidis] insula iuxta Cassandrum, apud Plin. lib. 6. cap. 25. Ea insula quæstuosa est margaritis.

Stola] stolæ (στολὴ, στολίς) Apud ueteres dicebatur quicquid tegebat. nam & apud Græcos στολὴ indumentũ significat. unde stola deducitur. Ennius Telepho, Cedo & calceo cum uestitus squalida septus stola. Idem in eadem, Regnum reliqui septus medici stola. Ex Nonio.

Velatus stola. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 15.

Stola, Honestæ mulieris uestis, usque ad imos pedes demissa. Tibullus,

Impediat crines, nec stolà longa pedes.

Cicer. 2. Philip. 61, Quam statim muliebrem stolam reddidisti. Iocus est in Antonium, qui se Curioni prostituerat. Horatius 1. Serm. Satyr. 2,

Ad talos stola demissa, & circundata palla.

Stola, pro Honesta muliere. Stat. 1. Syl. 2. 47,

Hinc eques, hinc iuuenum cœtu stola mista laborat.

Martialis libro 105,

Quisquis stolæue, purpuræue contemptor, &c.

¶ Stolatus, pen. prod. Adiect. (στολωτὸς) Matronale, atq; honestum dicimus. Mart. lib. 1. 119,

Quis floralia uestit, & stolatum,
Permittit meretricibus pudorem?

Stolata mulier, pro Locupletes et primariæ cõlitæ Togata, pro plebeia, & secũdæ classis. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. Budæus.

Stolidus] pen. cor. Adiectiuũ (ἀβέλτερος, ἀλίθιος, ἀνόητος, ἀνοήμων, ἀπαίδευτος) Exeors, teter, molestus, atq; illepidus. Terent Heauton. 3. 2. 34,

Nõne ad senem aliquã fabricã fingite? s. stolidus est.

Idem Andr. 3. 1. 12, —*ib*

Vix tandem sensi stolidus.

Aures stolidæ. Ouid. 11. Metam. 36.

Fiducia stolida. Liu. 4. bell. Maced. 175.

Linguæ stolidæ conuicia fundere. Ouid. 13. Metam. 62.

Mens stolida. Ouid. 11. Metam. 30.

Pectus stolidum. Propert. lib. 2. eleg. 17. 2.

Saxum stolidum. Plaut. Milit. 14. 33.

Vatum stolidissimus. Ouid. 13. Metam. 166.

¶ Stolidè, pen. corr. Aduerbium (ἀβελτερίᾳ, ἀλιθιότητι, ἀπαιδευσίᾳ, ἀφροσύνῃ) Liu. 5. bel. Pun. 108, Id non promissum magis stolidè, quàm stolidè creditum. Plin. lib. 15. cap. 14. 5,

Stolidè tument pulmonea.

Ferox stolidè. Tacit. lib. 1.

Stolo] Stolonis, Ciuis Romanus.

Stolo] stolonis, m. g. (κάλος, κλῶψ, κλοπεύς) quid sit, declarat his uerbis Varro lib. 1. de Re rust. cap. 2. 8, Nam Stolonis lex illa, quæ uetat plus quingenta iugera habere ciuẽ Romanum, & qui propter diligentiam culturæ Stolonum confirmauit cognomen, quòd nullus in eius fundo reperiri poterat stolo, quòd effodiebat circum arbores è radicibus, quæ nascerentur è solo, quos stolones appellabãt. Plinius lib. 17. cap. 1. 7.

¶ Stolo, stolonis, Stolidus: & reclè à Stolone stolidi nomen ortum esse uidetur, utroque originem profitetur suam. Ausonius in quadam epist.

Sed iam non potes ô stolo doceri.
Nisi siquis pro ueteri, & antiquo, & sene positum putet, adiuncta tamen etiam significatione stoliditatis & stultitiæ. Turnebus.

Stomacace] στομακάκη. Plin. lib. 25. cap. 3. 1, In Germania trans Rhenũ castris à Germanico Cæs. permotis, maritimo tractu sons erat aquæ dulcis solus: qua potu intra biennii dẽtes dolderent, cõpagesq; in genibus soluerentur. Stomacacen medici uocabant, & sceleteyrben. ea mala.

Stomachus] stomachi, pen. corr. masc. gen. (στόμαχος) Fistula per quam cibus descendit, gula siue guttur. Plin. lib. 11. cap. 37. 50, Summum gulæ fauces uocantur: extremum, stomachus. Hoc nomine est sub arteria carnosa manitas, adnexa spinæ, ad latitudinem ac longitudinem lagenæ modo fusa. Cicero 2. de Nat. deor. 22, Linguam autem ad radices eius hærès stomachus excipit quo primùm

illabuntur ea quæ accepta sunt. Celsus lib. 4. cap. 1, Deinde duo itinera incipiunt: alterum asperam arteriam nominant: alterum stomachum. Arteria exterior ad pulmonem, stomachus interior ad uentriculum fertur. Illa spiritum, hic cibum recipit.

Stomachus ponitur etiam pro uentriculo, id est, receptaculo ciborum. Ab στόμα, τὸ στόματος ore, & ἔχω ἢ σχέω, habeo: quia os sic habet, ut effundat alio. Iuuen. Satyr. 5.5,

Si stomachus domini feruet uinóq; ciboq;.

Plin. lib. 19. cap. 5. 2, Viuunt hausti in stomacho in posterũ diem, nec perfici queunt in cibis. De peponibus,

Stomachi dissolutio, Vomitus. Plin. lib. 9. cap. 48.

Acrimoniam stomachi, rosiones q; sedant nuclei nucis pineæ. Plin. lib. 23. cap. 8. 1.

Fluctationes stomachi sistit beta. Plin. lib. 20. cap. 8. 3.

Fluxiones stomachi sistunt castaneæ. Plin. lib. 23. cap. 8. 9.

Malacia stomachi. Plin. lib. 18. cap. 7. 2.

Redundatio stomachi. Vide Redundatio, in Redundo.

Rosiones stomachi. Plin. lib. 20. cap. 14. 8.

Tempestiuitates stomachi. Plin. lib. 29. cap. 13.

Torsiones stomachi. Plin. lib. 20. cap. 17. 1. & lib. 28. cap. 7. 2.

Resolutio stomachi. Celsus lib. 4. ca. 5, Vulgatissimũ uerò pessimumq; stomachi uitiũ est resolutio: id est, quũ cibi non tenax est, soletq; desinere ali corpus, ac sic tabe consumi.

Accipere uulnus in stomacho. Seruius Ciceroni, lib. 4. 12. 4.

Corroborare stomachum. Vide Corroboro.

Ieiunus stomachus raro uulgaria temnit. Hor. 2. Serm. Sat. 2. 8.

Imbecillus stomacho. Celsus lib. 1. cap. 2.

Imbecillus stomachus. Celsus lib. 1. cap. 2.

Infirmus stomachus. Celsus lib. 1. cap. 8.

Laborare stomacho. Celsus lib. 1. cap. 8.

Tumultum stomacho fert pituita. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 16.

Latrantem stomachum bene lenit cum sale panis. Horatius 2. Serm. Satyr. 2. 4.

Marcescens stomachus pridiani cibi onere. Vide Marceo.

Lassum stomachum peruellere. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 2.

Reficitur stomachus diuersitate ciborũ. Quint. lib. 2. ca. 11. 4.

Ruens stomachus. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 31.

Aegrũ stomachũ sollicitat mala copia. Hor. 2. Serm. Saty. 2. 9.

Esse languenti stomacho. Cælius Ciceroni, lib. 8. 13. 4.

Ius enim dandum non fuit, quum ναυσόμαχος esses. Cicero Tiro. 16. 6. 3.

Stomachus, pro Animo: quia quemadmodũ stomachus facilè eo cibo mouetur, à quo natura abhorret: sic animus eas res maximè auersatur & abhorret, quas suæ naturæ contrarias esse sentit. Cic. ad Cæliũ, lib. 2. 15. 3, Nosti enim nõ modò stomachi mei, cuius tu similem quondã habebas, sed etiã oculorum in hominum insolentiũ in dignitate fastidiũ. Plin. in epist. Mei certè stomachi hæc natura est, ut nihil nisi totum & merum uelit. id est, Animi mei.

Narrare stomachum. Vide Narro.

Stomachus, pro Re quæ oblectat. Cic. ad Marium, lib. 7. 1. 3, Omninò, si quæris, ludi apparatissimi, sed non tui stomachi: coniecturam enim facio de meo. id est, Qui tibi minimè placuissent. Budæus.

Stomacho suo uiuere. Plin. in epist. id est, Pro sententia animi. Budæus.

Stomachus, Aequitas animi. Plin. in Præfat. 8, Argumentũ huius stomachi mei habebis, quòd in his uoluminibus autorũ nomina prætexui. id est, Aequitatis meæ, & candoris animi, quòd scilicet nihil malignitati dederim. Budæus.

Nec tã animum me, quàm stomachũ non habere arbitrantur. Cic. Dolabellæ, in epistolis ad Atticum, lib. 15. 328. 6.

Bonum stomachũ Martialis pro æquitate animi posuit. Quin til. lib. 2. cap. 3, Error tamen in re duplex: unus, quòd interim sufficere illis minores præceptores existimant, & bono sanè stomacho contenti sunt. id est, Contenti sunt stomacho præceptorum, qui hæc elementa disciplinæ docere nõ dedignantur, nec fastidiunt. Budæus.

Stomachus, pro affectu animi. Q. Cic. lib. 6, Hæc aut Catonis animo, aut Ciceronis stomacho ferenda sunt. Budæus.

Stomachus aliquando pro ira, odio, & fastidio. Cic. 4. Tusc. 81, Tracta definitionem fortitudinis, intelliges eam stomacho nõ egere. Idem ad Cælium, lib. 2. 15. 19, Hoc aspersi, ut scires me tamen in stomacho solere ridere. id est, Etiam in indignatione.

Epistola plena stomachi & querelarũ, Cic. Q. fratr. li. 3. 24. 1.

Grauis stomachus Pelidæ. Horat. 1. Carm. ode 6. 2.

Exardere iracundia & stomacho. Cic. 4. Verr. 33.

Excitare stomachum. Plin. lib. 20. cap. 5. 4.

Recreatur stomachus uino. Plin. lib. 23. cap. 1. 24.

Restituere stomachum. Cels. lib. 3. cap. 11.

Retineri à stomacho. Cels. lib. 3. cap. 21.

Solicitudo ac stomachus. Cic. ad Brutum, 13. 3, Scribere multa ad te neq; possũ præ solicitudine ac stomacho, neq; debeo. Idem pro Muræna, 16.

Stomachum facere: pro, Dolore afficere ac cõmouere. Cic. ad Lentulum, lib. 1. epist. 9. 30, Non illi quidem ut mihi stomachum facerent, quem ego fumitis perdidi: sed certè ut facere se arbitrarentur.

Stomachum mouere, idem. Cic. pro Murena, 25. Idem ad Att. lib. 6. 1. 4. 12, In quo tamen ille mihi risum magis, quàm stomachum mouere solet. Vide Moueo.

Stomacho esse dicitur res aliqua. Cicero Attico libro 5, Et multa prætereo, quæ tum mihi maiori stomacho fuerunt quàm ipsi Quinto.

Stomachum erumpere in aliquem. Cicero ad Atticum, libro 16. 333. 2.

Non sine stomacho. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 21. 4.

¶ Stomachor, pen. corr. stomacharis (ἀγανακτέω, πικραίνομαι, ἀθυμῶ, διαῤῥήγνυμαι, ἀνιῶ, ὀλολύζω, ἀνιῶμαι) stomachari, indignari ac turbari. Quãdoq; accusatiuo iungitur, quandoq; absolutè, quandoq; cum præpositione ponitur. Terent. Eunuch. 2. 3. 31,

—id quidem aduenienti mecum stomachabar modò.

Cic. ad Cassiũ, lib. 15. 16. 5, Si enim stomachabere & molestè feres, plura dicemus. Idem 4. Academic. 23, Et homo natura lenissimus (nihil enim poterat fieri illo mitius) stomachari tamẽ cœpit. Idem ad Atticum, lib. 14. 3. 19. 3, Amariorem enim me senectus facit, stomachor omnia, sed mihi quidem, &c. Horat. 1. epist. 1. 21,

—& prauè sectum stomacheris ob unguem.

Non dubito quin irrepere, atq; etiam stomachere, quòd tecum de eadem re agam sæpius. Cicero Capitoni, in Epist. ad Atticum, lib. 16. 3. 4. 6. 1.

Iucundissimis tuis literis stomachatus sum in extremo. Cicero Furnio, lib. 10. 2. 6. 3.

Stomachabatur senex siquid asperiùs dixeram. Cicero 1. de Natura deor. 128.

¶ Stomachans, pen. corr. Participium (ἀγανακτῶν) Cicer. ad Atticum, lib. 4. 8. 5. 16, Quid aliud noui? & tamen absoluto Gabinio stomachantes alij iudices.

Videre quempiam irascentem & stomachantem. Cicero de clar. Orat. 183.

¶ Stomachicus, pen. corr. Adiectiuum (στομαχικὸς) Qui è stomacho laborat. Plin. lib. 23. cap. 5. 22, scribit helleborũ mederi stomachicis. Idem lib. 20. cap. 9. 18, Item ad splenecticos & stomachicos, &c.

¶ Stomachosus, pen. prod. (ἀγανακτητικὸς) stomachosior, stomachosissimus, Qui facilè indignatur, ac cuncta fastidit.

Eques stomachosus. Horat. 1. epist. 15. 3.

Stomachosa res. Cicer. 2. de Oratore, 154, Me quidem hercle ualde illa mouẽt stomachosa, et quasi submorosa ridicula, non quum à moroso dicuntur: tum enim non sal, sed natura ridetur. Idem de claris Oratorib. 127, Quod erat in reprehendendis uerbis uersutum & solers, sed sæpe stomachosum, nonnunquam frigidum.

Cicero Appio Pulchro, lib. 3. 11. 15, accipit pro eo qui iniuriã contumeliamq; facit, Stomachosiores, inquit, meas literas quas dicas esse non intelligo.

Stomaticus] pen. corr. (στοματικὸς) Adiectiuum, à στόμα, στόματος, quod os siue buccã Latinè significat: dicitur qui ulcus aliquod in ore habet. Plin. lib. 24. cap. 14. 3, Huius flos cum melle epiphoris illinitur, & ignibus sacris, stomaticisq; ex aqua bibendus datur. hoc est, iis qui oris ulceribus laborant, uel cũ ijs medicamentis quæ stomatica dicũtur. Ob eandem rationem Stomatice est, hoc est, ori confert, & oris affectus sanat. Plin. lib. 22. cap. 9. 3, de glycyrrhiza, Ideo & cõmanducata, stomatice est, ulceribus oris inspersa sæpe, & pterygijs.

Stomia] στόμια, à Polluce posita inter ornamenta colli, lib. 5. cap. 16, ubi Gualtherus uertit Oreas.

Stomoma] pen. prod. stomomatis, n. g. (στόμωμα) Plin. libro 34. cap. 1. 2, de squama æris, Squamæ est alterum genus subtilius, ex summa scilicet lanugine decussum, quod uocant stomoma.

Stomoma] Ferrum est in usum aliquem formatum: hoc est, in instrumenti alicuius formam redactum, ac chalybe roboratum: à uerbo στομόω, quod roboro, ac quasi os & aciem firmo significat, uerbali forma deducta appellatione. Est etiam chalybs ipse. Id quod facilè colligitur ex Aetio, & alijs. Hinc apud Dioscoridem libro 5. & alios medicos squama stomomatis, est squama chalybis, uel instrumenti alicuius ferrei chalybe roborati, quæ tundendo decutitur. Quod parum intellexisse uidetur Plinius, stomoma putãs esse æris squamam. Matthiolus in Dioscoridem hac de re fusissimè disserit.

Stoni] Populi sunt, imas Alpium radices ex Italiæ parte habitantes: prodit Strabo lib. 4.

Storea] storeæ (φορυτὸς, φορμὸς) quam extendimus super terram. Plin. lib. 15. cap. 19, Colligi mala post æquinoctiũ autumnale, neq; ante sextamdecimam lunam, neq; ante primam horam. Cadiua separari, stramentis, storeis, paleisue substerni. Dicta storea, ἀπὸ τῦ στορέννυμι, quod significat sternere. Liu. 10. bell. Pun. 13, Numidæ præcipuè arundine texta storeaq;. Cæsar 2 bel. Ciuil. 35, Vbi quantum storiarũ demissio quatiebatur, tantum eleuabant. Quidam storiam, per tertiam uocalem ante a, scribunt.

Strabo] strabonis, masc. gen. (στραβὸς, παραβλωψ) Qui oculos habet distortos. Cicero 1. de Nat. deor. 108, Redeo ad deos, cœquos si non tam strabones, at petulos esse arbitramur? Plin. lib. 11. cap. 37. 26, Vni animalium homini oculi deprauantur: unde cognomina Strabonum & Petorum. Varro Flexabulis, Multi enim qui limina intrarũt integris oculis, strabones sunt facti.

Strabo] στράβων, eruditione Græcus, professione geographus et philosophus Stoicus, ortus ex Amasia ciuitate Põtica: id quod ipse de se testatur, & Stephanus prodidit: matre fuit è Gnoso Cretensi urbe orta. Amicitia usus est Aelij Galli, cum quo Nilum nauigauit, et totam fere Aegyptum lustrauit, ac bonam etiam Africæ partẽ. Claruit Romæ, tẽporibus Augusti & Tiberij.

Strages] stragis. f. g. (ὄλεθρος, φθορὰ) Est, inquit Valla, multitudo cadauerum interfectorum. Liu. lib. 8, Per arma, per uicos latè stragem dedere. Cic. ad Attic. lib. 2. 11. 2, Quas ego pugnas & quantas strages edidi. Idem 1. de Diuin. 40, Stragem horribilem, cædemq; uereri.

Confusæ stragis aceruus. Virg. 6. Aeneid. 101.

Cruenta strages. Lucan. lib. 2. 43.

Lacera strages. Stat. 12. Thebaid. 144.

Sanguinea strages. Stat. 2. Thebaid. 141.

Cicre stragem. Virg. 6. Aeneid. 166.

Cumulata urbs strage uirorum. Silius lib. 15. 80.

Magnam latè dat stragem. Lucan. lib. 1. 32.

Nimbus dat stragem satis. Virg. 12. Aeneid. 91.

Dare stragem caeruatim. Virg. 3. Georg. 112.

Hiatu immani stragem meditatur tigris. Silius lib. 4. 68.

Propagare stragem. Lucret. lib. 1. 56.

Vndans amnis strage uirũm. Silius lib. 17. 122.

Nemorum strages. Silius lib. 3. 42.

Stragula] stragulæ, penul. corr. (στρῶμα, στρωματοδεσμὸς) Genus uestis, siue quicquid insternitur uel lecto, uel equo, uel alij rei: quod in festis ante altare sternunt in pauimẽto, stragulum ritè uocabimus. Hæc ex Valla, libro 6. cap. 4. 6. Cic. 4. Verr. 127, Dico te maximum pondus auri & argenti, eboris, purpuræ, plurimam uestem Melitensem, plurimam stragulam, multam Deliacam supellectilem, plurima uasa Corinthia, magnum numerũ frumenti, uim mellis maximam Syracusis exportasse.

Picta stragula. Tibull. lib. 1. eleg. 2. 16.

Stragula uestis, Idem. Cic. 4. Verr. 33, Dicebant scyphorũ paria compluria, hydrias argẽteas, pretiosam uestem stragulam, multa mancipia pretiosa Verri data esse. Et Liu. 4. bell. Maced. 34, Et quum tibi uiro liceat purpura in uestem stragula uti: matremfamiliãs tuam purpureum amiculum habere non fines? Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 24.

¶ Stragulum, stragula. pen. corr (ῥῆγος, φορμὸς, πυκὰς) pro eodem accipitur, nempe pro lectorum opertorio, ubi & dormiebant antiqui, & discumbebant, uario deliniamẽto figuratum, & acu picto. Varro de Lingua Latina, Quicquid insternebant, à sternendo stragulum appellabant. Tibull. lib. 1. eleg. 2. 16,

Nam neq; tunc plumæ, nec stragula picta soporem.

Martial. lib. 14. 91. Sic Plin. lib. 13. cap. 11. 6, Et è libro uela, tegetesq;, nec non & uestem atq; stragula.

Textile stragulum. Cic. 5. Tusc. 86.

Stragona] στραγόνα, Ptolemæo libro 2. cap. 11. Germaniæ urbs. Vulgò Possenau.

Stramen] straminis, penul. corrept. neutri generis (πάρφη, πάρφις) Stipula, uel quiduis aliud stramineum, quòd solo quiescendi gratia sternitur: nempe id propriè in triticeis culmis quod terræ hæret, & postea subsecatur: quod alij à stando dictum putant, alij à stratu, quòd id substernatur pecori.

Contecta stramine casa. Ouid. 5. Metam. 80.

Agreste stramen. Virg 11. Aeneid. 14.

¶ Stramentum, stramenti (πανσάσιον, πάρφος) Idem. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 50, Tertio modo metitur, ut stramentum medium subsecent, quod manu sinistra summum prehendunt: à quo medio messem dictã puto. Infra manũ stramentum quod terræ hæret, postea subsecatur. Liu. 5. bell. Pan. 218, Pars ignis escas stramento arido tectis injiciunt, pars portas occupant. Plaut. Truc. 6. 23,

—noctem in stramentis pernoctare perpetem.

Plin. lib. 18. cap. 3. 5, Quoties, somnusq; in stramentis erat. Cæsar 8. bell. Gall. 60, Fasces ubi confederant per manus stramento-

stramentorum ac uirgultorum, quorum summa erat in castris copia, inter se traditos, ante aciem collocauerunt. Ibidem, lib. 6. 157, Et feruefacta iacula in casas, quæ more Gallico stramentis erant tectæ, iacere cœperunt.

Incubare stramentis. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 24.

¶ **Stramineus**, Adiectiuum (καφρινὸς) Quod est ex stramine. Propert. lib. 2. eleg. 17. 4,

Stramineæ posset dux habitare casæ.

Casæ stramineæ. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 4.

¶ **Stramentitius**, Aliud Adiectiuũ, Quod ex stramẽto fit: ut, **Tectum stramentitium, tegetes stramentitiæ.**

Strangulo] *strangulas, pen. corr.* (ἄγχω, ἀπάγχω, στραγγαλάω, ἀνίγω, ἀποπνίγω) Strangulare, Stringendo gulam necare. Colum. lib. 3. cap. 12. 3, Eademq; uelut conclusa & coarctata semina comprimere atq; strangulare. Cic. ad Pætum, lib. 9. 22. 12, Nos autem ridiculè si dicimus, ille patrem strangulauit: honorem non præfamur. Iuuen. Satyr. 10. 2,

Sed plures nimia congesta pecunia cura Strangulat.

Liquor strangulat ora. Ouid. in Ibin, 119.

Arca strangulat diuitias. Stat. 2. Syl. 2. 30.

Strangulat segetes nimia terræ lætitia. Quint. li. 8. in Procœm.

Natura strangulante sonitum. Plin. lib. 2. cap. 43. 2.

¶ **Strangulatus**, pen. prod. Participium (ἀνιγμὸς) Plinius lib. 7. cap. 7. 2.

¶ **Strangulatio** pen. prod. (ἀνιγμὸς) Verbale, Ipsa strangulatio: ut, **Strangulatus uuluæ, quæ & strangulatio dicitur, pro compressione, & angustia uteri.** Plin. lib. 20. cap. 18. 2, Datur & olfactandum ex aceto in strangulatu uuluæ. Idem lib. 21. cap. 20. 2.

¶ **Strangulatio** (ἀνίγ|ις) ut,

Strangulatio uuluæ. Plin. lib. 20. cap. 15. 2.

Stranguria] *strãguriæ* (στραγγωρία) Difficultas urinæ, quæ ex meatus constrictione accidit: unde fit: ut stillatim urina emittatur. Vnde etiam urinæ stillicidiũ Latinis dicitur. Ab στραγγαλάω cõstringo, & τὸ οὖρον. Vel ab στάζω στραγγόνος, quod apud nos guttam significat: ὀρέω, meio. Latinè sub stillium dicitur. Plin. lib. 20. cap. 5. 2, Philistion in lacte coquit, & ad stranguriam dat radicis uncias quatuor. Cic. 2. Tusc. 79, Quamuis idem torticulum se in torminibus & in stranguria sua præbeat.

Strata] *quam fœminino genere uocant Itali: strata pluraliter dixit Lucretius, qui ei nomini fœminino occasionem dedit se propè uidetur:* stratáq;, inquit,

iam pedibus populi detrita uiarum
Saxea conspicimus Turnebus.

¶ **Strata, stratæ: Via, quæ cuiuis sternitur: id est, publica uia.** Honorius & Theodos. PP. l. 4. de priuilegijs domus Aug. lib. 11. C. tit. 74, Absit ut nos institutiones uiæ publicæ, & pontium, stratarumq; opera, titulis maiorum Principum dedicata, inter sordida munera numeremus. Idem l. 6. de itinere muniendo. in C. Theod. & apud Isidorum lib. 15. Etymol. cap. ult. Procopius lib. 2. de bello Persico, uiam à Latinis, stratam etiam dici tradit.

Stratagema] *siue strategema, pen. prod. stratagematis. n. g.* (στρατήγημα) Stratagemata, actutiæ rei militaris, gesta militaria, exempla siue cõsilia militaria, quibus posteri ad similia facienda dicũtur στρατὸς enim, exercitus: ἄγω duco: Stratia, militia, exercitus. Cic. 3. de Nat. deor. 20, Cõsilium illud imperatorium fuit, quod Græci στρατήγημα appellant: sed eorum imperatorum qui patriæ consulerent, uitæ non parcerent. Idem ad Atticum, lib. 5. 89. 2, Quum interim Rusto noster quòd se à Vestorio obseruari uidebat, stratagemate hominem percussit.

Strategus] *strategi, pen. prod. m. g.* (στρατηγὸς) Dux exercitus. Plaut. Curc. 7. 6, Ne strategus, nec tyrannus quisquã.

Strategum te facio huic cõiuio, dixit Plaut. in Sticho, 14. 19.

¶ **Strategia** *strategiæ, pen. prod.* (στρατηγία) Militatio, prætura, imperium rei militaris, & gubernatio. Plin. lib. 6. ca. 9, A Tigranocerta ad Iberiam. Diuiditur (quod certũ est) in præfecturas, quas ij strategias uocant. Idem lib. 4. ca. 11.

¶ **Stratiotes, stratiotis, pen. prod. m. g.** (στρατιώτης) Miles.

¶ **Stratioticus, penult. corr. Adiectiuum** (στρατιωτικὸς) Militaris. Plautus Pseud. 9,

Stratioticum nuncium aduenientem percutiã probè.

Stratarchas] Dorylai filius, rex fuit Cretensium, quem Strabo se uidisse asserit, lib. 10.

Stratiotes] uel Stratiotis (στρατιώτης, χιλιόφυλλος) Herba quæ Latinè militaris dici potest, quoniam omnia fere uulnera ferro facta intra dies quinq; sanat ex oleo imposita. Plin. lib. 24. cap. 18. 2, Celebratur autem à Græcis stratiotis: sed ea in Ægypto tãtum, & inundatione Nili nascitur, aizoo similis, ni maiora haberet folia. Refrigerat mirè, & uulnera sanat ex aceto illita, &c. Vulgò Mille folium.

Stratius] (στράτιος, Iouis cognomen, qui apud Caras colebatur, quod bellicosum interpretari possumus. Herodot. lib. 5. Item unus ex filijs Nestoris.

Stratones] octo fuerunt. Primus Socratis auditor. Secundus Lampsacenus, Theophrasti discipulus, qui uocatus est Physicus, propter speculationem physicæ. Præceptor fuit Ptolemæi Philadelphi: scripsit multos libros. Tertius medicus, qui Erasistratum audiuit. Quartus historicus. Quintus poeta Epigrãmatum. Sextus antiquus medicus, ut ait Aristoteles. Septimus Peripateticus, qui uixit Alexãdriæ. Hæc Diogenes Laertius. Octauum Plutarchus Stratonem ponit Rhetorices præceptorem, ac Bruti familiarem, qui una cum eo in bello Philippensi fuit: foluq; adhibitus, dum ille sibi mortem conscisceret. Cõciliatus postea Augusto per M. Messalam, qui comes ad bellum Actiacum fuit. Vide Actianum. Hic (ut Hieronymus scribit) manu propria se uolens cõsodere, ne imminẽtibus Persis ludibrio foret: quorum fœdus Aegyptij regis societate neglexerat, retrahebatur formidine: & gladium quem arripuerat, circunspectans, hostium pauidus expectabat aduentum. Quem iam iamq; capiendum uxor intelligens, extorsit acinacem de manu, & latus eius transuerberauit. Cõpositoq; ex more cadauere, se moriens superiecit, ne post uirginalia fœdera alteriùs coitum sustineret.

Stratonice] es (στρατόνικη) Ariarathis Cappadocum regis filia, uxor Eumenis Pergami regis, cui Attalũ peperit, qui illi in regnum successit. Strabo lib. 13.

Stratonicea] Vrbs est Mesopotamiæ ad Babylonem. auctore Plinio lib. 6. cap. 26. (Strab. lib. 14.

Stratonicia] Ciuitas est nobilissima in mediterraneo Asiæ.

Strator, Stratum] Vide Sterno.

¶ **Stratorius, a, um: idem quod Stragulus, a, um: Stratoria stramenta, Stratoria uestis.** Vide in dictione Stramentum.

Stratura] æ (sic enim apud Iauolenium lib. 2. ex posterioribus Labeonis, non structura legendum esse, docent antiquiores codices) est locus alicuius ex tabulis factus, qui æstate tollatur, & hyeme ponatur. Iureconsultus in l. quos nos. §. ultimo. de uerb. signific. in P.

Stratus] Acarnaniæ ciuitas, ad fluuium Acheloum. Strabo libro 10.

Strebula] Pompeius ait. significat Vmbrorũ lingua, partes exta uiũ sacrificatarũ. Varro, De strebula ut delibos cœna bis Cherea strebula, ut Opilius scribit, circũ coxẽdices fũt nobis. Arnobius lib. 7. ferè ut Varro interpretatur, sic scribens. Non enim placet carnem strebulam nominare, quæ taurorum è coxendicibus demitur. Etymologiam ei Græcam reddit Varro à uerbo στρέφω, quod est Vertere.

Strena] *strenæ* (ξένιον) Munus quod datur die festo, ominis boni gratia: à Numero, quo significatur alterũ, tertiumq; uenturum similis commodi: uelut tertrena, quæ præpositus litera, strenua: ut in loco & situ solebant antiqui, dicentes locum & stlitem. Hæc ex Festo. Quidam à strenuitate strenam dici putant, teste Nonio. Pomponius, Aßide, sequa uentura est strena strenæ. Suet. in Caligula, cap. 42, Edixit & strenas incunte anno se recepturum, stetitq; in uestibulo ædium Calendis Ianuarijs ad captandas stipes, quas plenis ante eum manibus ac sinu omnis turba ferebat. Plaut. Stich. 12. 18,

Bona cœna, strenaq; obolet.

Strenarum origo, qua fœlicem ominamur annum ipsius auspicio & initio, à Tatio rege Manasse dicitur, qui primum Romuli hostis, deinde collega in regno Romano fuit. Symmachus in quadam epistola. Ex Turnebo.

Strenarum commorcium, Vicissitudo dandi accipiendi strenas. Sueton. in Tiberio, cap. 34. Strenæ meminit idem Sueton. in Augusto, cap. 57.

Strenua] Dea, quæ & Strenia dici uidetur. Varro de Lingua Latina, Hinc oritur caput sacræ uiæ, ab streniæ sacello. Dium Augustinus à strenuè faciẽdo denominatã ait. Livius Syntag. 1. libri Histor. Deorum.

Strenuus] Adiectiuum (ἀραφήκτος, ἐνεργὸς, ἀγέρωχος, εὐῆνωρ, γοργυπὸς) Fortis, celer, uigilans, & ad res gerendas promptus. Terent. Phorm. 3. 1. 12,

Tum Phormio itidem hac re (ut in alijs) strenuum hominem præbuit. Colum. lib. 7, Magister pecoris acer, durus, strenuus, laboris patientissimus, alacer, atq; audax esse debet.

Vt cognosceret te, si minus fortem, attamen strenuum. Cicero 2. Philipp. 85.

Putare aliquem strenuum. Hirtius Ciceroni, epist. ad Attic. libro 15. 325. 1.

Dextra strenua. Ouid. de Medicamine faciei, 33.

Facies strenua. Plaut. Rud. 9. 9.

Inertia strenua. Horat. 1. epist. 11. 6.

Ministra strenua faciendis iußis. Ouid. 9. Metam. 62.

Strenua mors, pro Cita & celeri. Curtius lib. 9.

Membra strenua. Ouid. 4. Fast. 158.

Strenuior, pro Magis strenuus: et superlatiuũ Strenuissimus, Plaut. Epid. 10. 10,

Nam strenuiori deterior si prædicet suas pugnas, de illius ore fiunt fordidæ. Cato in Præfat. At ex agricolis & uiri fortissimi, & milites strenuissimi gignuntur. Plin. lib. 18. ca. 5. 1, Fortissimi uiri, & milites strenuissimi.

¶ **Strenuè, Aduerbium** (ἀραφηφίως) Fortiter, diligenter. Cic. ad Atticum, lib. 16. 333. 18, Magis commodè quàm strenuè nauigaui. Idem ad Quin. fratrem, lib. 2. 8. 3, Domus utriusque nostrũm ædificatur strenuè. (el. 1co. 22.

Capere arma pro aliquibus strenuè. Cicero pro Rab. Perduellione.

Comparare aliquid strenuè. Autor ad Heren. lib. 4. 2. 33.

Sanè strenuè accepi tuas literas. Cic. Terentiæ, lib. 14. 5. 2.

¶ **Strenuitas, penult. corr. strenuitatis** (τὸ ἀραφήφιον) Fortitudo, celeritas, agilitas. Ouid. 9. Metam. 65,

Strenuitas antiqua manet.

Strepo] *strepis. strepui. strepitũ, pen. corr.* (αὐαίω, ψοφέω, κτυπέω, ἰωυχλέω, ἀφοτακλίζω, στατταγέω) Strepere, Pedib. aut aliquo quocunq; alio modo strepitum facere. Plinius lib. 11. cap. 10. 5, Quum adsperserit, in aluco strepunt.

Murmure strepit omnis campus. Virg. 6. Aeneid. 142.

Cornua strepuerunt rauco cantu. Virg. 8. Aeneid. 1.

Mauors strepit per omnem Ausoniam. Silius lib. 4. 3.

Strepere aliquid, pro Submurmurare. Liu. 2. ab Vrbe, 194.

Strepere inter se. Cic. 1. de Diuin. 55.

Strepunt aures clamoribus plorantium. Liu. 2. bell. Pun. 63.

¶ **Strepitus, huius strepitus, pen. corr.** (κατάταγος, ἀφαλὸς, πάταγος, ἰάλαδος) Proprie pedum ambulantium, manuũq; aliquid pertractantium sonus est. Cic. 2. Verr. 28, Tum uerò non strepitu, sed maximo clamore suã populus Rom. significauit uoluntatem. Idem ad Atticum, lib. 13 295 4, Heri nescio quid in strepitu uideor exaudisse, quum diceres te in Tusculanum uenturum. Cæsar. 4. bell. Gall, 583, Atq; ipso terrore equorum, & strepitu rotarum ordines plerunq; perturbant.

Strepitus arboris. Plin. lib. 16. cap. 4. 2. 2.

Concursus hominum fori q; strepitus. Cic. de claris Orat. 176.

Fluminum strepitu. Cic. 1. de Leg. 31.

Pedum crepitus, & strepitus hominum. Cic. in Topicis, 25.

Strepitus, fremitus, clamor, tonitruũ. Cælius Cicer. lib. 8. 2. 4.

Acerbus plagarum strepitus. Iuuenal. Satyr. 14. 2.

Demens strepitus. Horat. 3. Carm. ode 19. 5.

Dulcis strepitus aurcæ testudinis. Horat. 4. Carm. ode 3. 4.

Ingens ualuarum strepitus. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 23.

Nocturni atq; diurni strepitus. Horat. 2. Serm. 16.

Popularis strepitus. Horat. de Arte, 17.

Audire strepitum cum fremitu in aliquo loco. Cicer. de Arusp. resp. 18.

Fit strepitus tectis. Virg. 1. Aencid. 14. 6.

Haurire strepitum, Audire strepitum. Virg. 6. Aencid. 132.

Remugit strepitu Ianua. Horat. 3. Carm. ode 10. 1.

Pedum strepitu terrere aliquem. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 8.

Strepitus, Pompa diutiorum, à comitantium strepitu dicta. Quintil. Declamat. 13, Hic quum me euo casset subitò trepidum, totoq; fortunæ strepitu circunstetisset.

¶ **Strepitus, per secundam declinatum antiquis, authore Nonio. Ennius Hectoris Lytris, Quid in castris strepiti est?**

¶ **Strepito, strepitas, pen. corr.** (παταγίζω) Strepitare, Sæpe strepitum facere. Virg. lib. 1. Georg. 83,

inter se sõlijs strepitant.

Arma strepitantia. Tibul. lib. 2. eleg. 6. 7.

Strepsicerotes] Transmarinum animal semiferum. Plin. lib. 8. cap 53.

Streptes] Vua, quæ cum Sole circumagitur ubique. Plinius lib. 14. cap. 3.

¶ **Streptos, στρεπτὸς, Torquis apud Persas, à στρέπτω, torqueo. Vnde apud Herodotum στρεπτοφόροι, id est, torquati, siue torquem ferentes. Polluci autem lib. 5. cap. 16, στρεπτοὶ ponuntur inter ornamenta muliebria.**

Stria] *striæ, Canaliculus & sulcus quidam, in eo columnarũ genere quod striatum dicitur. Vitru. lib. 3. cap. ultimo, Columnarum striges faciendæ sunt XXIIII. ita excauatæ, ut norma in cauo strigis quũ fuerit conjecta, circumacta, ita anconibus striarũ dextra ac sinistra angulos tãgat, ut acumen normæ circunrotundatione tangendo peruagari possit. Plin. lib. 22. ca. 22. 25, Quorundã ex his facilè noscuntur uenena, diluto rubo, rancido aspectu, liuido intus colore, rimosa stria, pallido per ambitum labro.*

¶ **Stria & Strix, hoc differunt, ex Vitruuij descriptione: In columna striata, pars eminula dicitur stria: pars cauа, strix. Vitru. lib. 10. cap. 15, Canaliculi, qui Græcè στρίγες dicitur, longitudo, &c. Idem lib. 4. cap. 4, Circa strigium caua, & angulos striarum. Vide in Strigilis. Budæus Strigiles.**

Striæ etiã in herbis (inquit Ruellius) **sunt partes quædã, et, ut ita dicã, femora quæ protuberãt: ἔξοχαὶ Græci uocãt: sicut ea ita canaliculigs, strigiles, si Vitruuio credimus, appellãtur.**

¶ Strio

¶ Strio, striás, striare, Strias facere, Vitruuius lib. 4. cap. 3. Columnas autem striari uiginti strijs oportet.

Striare etiam uidentur boues, quum peracto aut non peracto priore uersu, alius super aliũ innititur. Hoc aũt fieri, dum boues adhuc in priore uersu anhelant, non conuenit. Plin. lib. 18. cap. 19. 4, In arando uersum peragi, nec striare in actu sæpius.

¶ Striatus, pen. prod. Participium, Strijs distinctum: unde & folia striata, & columnæ striatæ, & conchæ striatæ dicuntur. Plinius lib. 21. cap. 5. 1, Candor eius eximius, foliis foris striatis, & ab angustijs in latitudinem paulatim sese laxantibus, effigie calathi. Idem lib 37. cap. 10. 21. Idem lib. 9. ca. 33. 1.

Striatus scapus. Plin. lib. 26. cap. 7. 2.

Striatam frontem uocat Apuleius contractam, caperatamq; , & quasi sulcos facientem præ tristitia.

¶ Striatura, striaturæ, pen. prod. Vitruuius lib. 4. ca. 3. Striaturæ partib. lateribus. Paulò pòst, ita Dorica columna sui generis striaturæ habebit perfectionem.

Stribiligo] pen. prod. stribiligimis, f. g. (σολομῶμος) A uetustioribus Latinis dicebatur, quæ nunc imparilitas & solœcismus appellatur: qui ab Asinio Capitone definitur impar & inconueniens compositura partium orationis. Vide Gellium lib. 5. cap. 20.

Strictabillæ] dicuntur non tam ambulantes, quàm summo pede uel talo terram stringentes: quod usuuenit ijs, quibus pedes læsi sunt, uel crura. Non enim planum ponunt uestigium pedis, sed eius extremo tantùm radunt solum: qui ijdem pedibus suis ægrè stant & insistunt. A stringendo, deducitur strictare: à strictando, strictillare per diminutionem: & per eandem iteratam, strictibillare, ut à conscribere, conscribillare: unde strictabillæ sunt appellatæ, ut Var. ait. Actius apud Varr.

Straciæ, scrupedæ, strictabillæ, tantulæ. Ex Turnebo.

Strictè, Strictim, Strictura, Strictius.] Vide Stringo.

Strideo] stridis, stridui, stridere, penult. prod. (σίζω, τρύζω, βρύκω, λίγω) Dicuntur propriè funes quum sonũ faciũt. Transfertur etiam ad alia.

Cardo foribus stridebat ahenis. Virg. 1. Aeneid. 91.

Ignes strident. Lucan. lib. 6 36.

Mare sollicitum stridet. Virg. 4. Georg. 53.

Metum fusum in igne stridet. Ouid. 5. Trist. eleg. 6. 3.

Syræ stridunt. Virg. 2. Aeneid. 84.

Tibia stridebat cantu. Tibull. Argon. 59. 53.

Vulnus infixum stridet sub pectore. Virg. 4. Aeneid. 138.

Strido] stridis, stridi (λιγυαλῶ) stridere, penult. corr. Idem. Plin. epist. 203. b, At quum stridũt funes, curuatur arbor, gubernacula gemũt. Virg. 8. Aeneid. 85. Idẽ 4. Georg. 112,

—liquefacta boum per uiscera toto
Stridere apes utero, & ruptis efferuere costis.

Stridere ad alia transfertur. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 16,

Stridere secreta diuersos aure susurros.

¶ Stridens, Participium (τρύζω) ut, Horrendum stridens bellua. Virg. 6 Aeneid. 58.

Alis stridentibus ludunt cygni. Virg. 1. Aeneid. 81.

Hasta stridens. Virg. 9. Aeneid. 84.

Plaustra stridentia. Virg. 3. Georg. 108.

Procella stridens. Virg. 1. Aeneid. 22.

Serræ stridentis horror. Lucret. lib. 2. 83.

¶ Stridor, stridoris, pen. prod. in g. (ῥοῖζος, ἐρυγμὸς, ἰσχυσμὸς, τριγμὸς) Virg. 1. Aeneid. 19,

Stridorq; rudentum. Plin. lib. 8. cap. 9. Stridor suis. Et lib. 17. cap. 24. 6, Somnumq; edunt paruuli stridoris.

Acutus stridor. Vide Acutus, in Acuo.

Densus stridor. Cic. 1. de Diuin. 21.

Ferus stridor, Sibilus serpentis. Ouid. 9. Metam. 13.

Horrifer Aquilonis stridor. Cic. 1. Tuscul. 107.

Ingens stridor. Virg. 7. Aeneid 13.

Raucus stridor. Ouid. 8. Metam. 58.

Terrifici stridores. Silius lib. 5. 38.

Terrisonus stridor. Claud. 1. Panegyr. 22.

Audire stridorem ferræ. Cic. 5. Tuscul. 163.

Acri stridore impulit ualidas fores. Valer. 2. Argon. 55.

Magnis stridoribus indignatum æquor. Virg. 2. Georg. 33.

Reddit stridorem ianua uerso cardine. Ouid. 11. Metam. 122.

¶ Stridulus, pen. corr. (λιγὺς, λιγυρὸς, λιγύφθογγος, λιγύφωνος) Adiect. ut, Plaustra stridula. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 6,

Fax stridula lacrymoso fumo. Ouid. 10. Metam. 2.

Conuicia stridula. Ouid. ad Pisonem, 16.

Stridon] Vulgò Sdrigua. Oppidum in agro Iustinopolitano fuit, in Dalmatiæ & Pannoniæ confinio, D. Hieronymi patria, à Gothis euersum.

Striga] strigæ (χορτολόγημα) Strigæ, Ordo rerum inter se continuatè collocatarum, ut ait Festus: quòd unà sint constrictæ. Columel. lib. 2. cap. 19. 2, Vtrunq; siccatum coarctabimus in strigam, atq; ita in manipulos uincemus. Alitra lectio habet, striam. Sed fortè legendum est, struem. Paulò enim pòst uocat metas.

Striga, Longitudo maior latitudine. A quo strigatus ager uocatur, qui per strigas crescit à Septentrione in Meridiem.

¶ Strigo, strigas, strigare. In strigam equos uel mulos iunctos agere, & rectà dirigere, ne diuersi abeant, hi in hanc, illi in illam partem. Eo uerbo usus est, qui parodiam uenustissimam epigrammatis Catulliani lusit in Ventidiũ mulionẽ.

Et inde tot per orbitosa millia
Iugum tulisse, læua siue dextra
Strigare mulas, siue utrumq; cæperat.

Strigilis] huius strigilis, pen. corr fœm. gen. (γλεγγὶς, ἰδος, ἡ) In ablatiuo strigili. instrumentum ferreum, dentatum. à Stringendo, id est, radendo, quo equos & id genus iumenta expolire solent equisones, è corpore sordes abradendo.

Strigili utebantur ueteres in balneis, ad radendas corporis sordes, sudoremq; detergendum, præcipuè in strictionib. antè quàm comederent. fiebat autem hæc ex auro, argento, ferro: interdum etiam lapidibus quibusdam: nunc linteis utuntur. Persius Satyr. 5. 13,

I puer, & strigiles Crispini ad balnea defer.

Plautus Sticho, 4. 77,

Rubiginosam strigilem ampullamq; rubidam.

De strigili apud Martialem, lib. 14. 51,

Pergamus has misit curuo distringere ferro.

Iuuenalis Satyra, 3. 26,

—sonat unctis
Strigilibus. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 22,
—an hìc peccat, sub noctem qui puer unam
Furtiua mutat strigili?

Strigiles quidã accipiunt pro pectinibus fricatorijs. Legimus apud Strabonem lib. 15. de moribus Indorum, illos exercitium, præcipuè frictionem probare, & maximè strigilibus bebeni leuibus corpora expolire. Plin. de spongijs loquẽs, lib. 31. cap. 11. 8, Præstant & strigiliũ uiccm, linteolorumq; affectis corporibus.

Strigilem aliqui accipiunt pro quodam uasis genere. Strabo, Inde strigilum & ampullarum artifices maturè euaserũt. Plaut. Persa, 4. 4. 3. Cic. lib. 4. de Fin. lib. 50, Si ad illam uitã quæ cum uirtute degatur, ampulla aut strigilis accedat. Quanquam tamẽ etiam his locis pro strigili balneatoris sumi

sumi posit, quæ cum ampulla ungüentaria ferebatur, ut post frictionem & sudoris absterſionem, quæ strigili fiebat, ungerentur.

¶ Strigil, Aluminis genus pumicosum & foraminosum, fistulis spongiæ simile, rotundumq; natura.

Strigiles (inquit Plin. lib. 33. cap. 3. 21) Hispania uocat auri paruulas massas, quod super omnia solum in massa aut ramento capitur, quum cætera in metallis reperta, igni perficiãtur. Hoc statim aurum est, consummatamq; materiam protinus habet, quum ita inuenitur.

Budæus, Strigiles in antiquis libris Vitruuij impressis bene legebatur, ubi nunc striges legitur, & strigium: lib. 4. ca. 4. 1. Et lib. 5. ca. 7. Nam id uerbum apud Celsum legitur lib. 6. cap. 7, licet in impressis strigem, pro strigilem, legatur. Iucundus Veronensis ita immutauit, qui strigem affirmat in antiquis legi. Græcum est uerbum, ut Vitruuius ait, lib. 10. cap. 15, Sic enim appellat partem catapultæ, qui canaliculus ab eo dicitur. Vide in Stria, Stria & Strix hoc differunt.

Strigilis, inquit Nonius, certum est esse fœminin. generis: antiqui & neutro genere protulerunt. Strigiltum erat nominatiuus generis neutri,

¶ Strigilecula, pen. cor. (γλεγγίδιον) Diminutiuum à strigilis, pro Vase. ut uult Calepinus. Apuleius, Qui magno incæptu prædicauit, fabricatum semet sibi ampullam quoq; olearium, quam gestabat lenticulari forma, tereti ambitu, pressula rotũditate; iuxtaq; honestam strigileculam, rectà fastigatione clausulæ flexa tribulo ligulæ, ut & ipsa in manu capula moraretur, et sudor ex ea riuulo laberetur. Certè hic locus apertissimè, uas non esse strigilem, notat, sed instrumentum quod cum ampulla in balneis seruiebat, post frictionem & sudorem.

¶ Strigmentum, strigmenti (γλοιώδες) Sordes quæ ex corporibus raduntur. Celsus libro 2 cap. 6, Aluus quoque uaria pestifera est, quæ strigmentum, si sanguinem, bilem uidem, aliquid modò diuersis temporibus, modò simul & in mistura quadam, discreta tamen repræsentat. Plinius lib. 9. cap. 51. 3, Anguillæ atterunt se scopulis, ea strigmenta uiuiscunt.

Strigmenta olei dicimus cæromata, id est, sordes olei, quæ ex unctorum athletarum corporibus raduntur. Plin. lib. 15. ca. 4. 1, Notum est, magistratus honoris eius œtogenis festertijs strigmenta olei uendidisse. Strigmẽta, Ramenta. Plinius lib. 20. cap. 3. 4, de cucurbita syluestri, Succus ex strigmentis illitus cum rosaceo & aceto, febriũ ardores refrigerat. Ibidem & rumenta, & strigmenta uocat.

Strigis] is, fœm. gen. Auis quam lac habere nonnulli tradiderunt Plin. lib. 11. cap. 35.

Strigium] Vestis Hispanica. Plautus,

Nudus est iurat se strigium oppignerasse.

Hispanos enim initio certum est strigio, id est, sordido palliolo usos, quibus suas carnes obtegerent: nũc pannosi quidem sunt, sed lautiores.

Strigones] inquit Festus, densarum uirium homines. Strigore, in editis legitur mendosè, ut Turnebus putat.

Strigosus] penult. prod. Adiect. (σφηκώδης, λεπτόλεως) Quod est exhaustum & macilentũ, quasi stringosum. Vnde iumenta strigosa dicta sunt, quòd corpora eorũ restricta sint fame, aut alia uitij causa. Col. lib. 6. cap. 37. 3, Strigosum patris præferret habitũ. Idem lib. 7. cap. 8. 8, Placidè ac lentè pabuletur, ut & largi sit uberis, & non strigosissimi corporis. De capris. Gell. lib. 4. cap. 20, Equum nimis strigosum & malè habitũ, sed equitem eius uberrimum & habitissimum uiderunt. Liu. 7. bell. Pun. 248, Et

strigosos stores equos.

Strigosus orator, per translationem, Ieiunus, ineptus. Cic. de claris Oratoribus, 32.

Strimon] Vide Strymon.

Stringo] stringis, strinxi, strictum (σφίγγω, τρύφω, πιλέω, σφυρόω) stringere, Arctare. Plinius, Apprehensamq; manu strinxit.

Metis pressis stringere aliquid. Breuiter enarrare. Silius libro 8. 10.

Nullum uinculum ad stringendam fidem iureiurando maiores arctius esse uoluerunt. Cic. 3. Offic. 151.

Vultus stringere. Stat. 1. Sylu. 2. 49.

Stringere, per translationem, pro Percutere ponitur. Virgil. 9. Aeneid. 59,

Atq; animum patriæ strinxit pietatis imago.

Pectora tua stringũtur nostro delicto. Ouid. 5. Trist. eleg. 7. 5.

Stringere, Rarefacere, excidere. Virg. 9. eclog. 5,

—hìc ubi densas
Agricolæ stringunt frondes. id est, amputant, decutiunt, ut ait Seruius. Idem 1. Georg.
Et fragili iam stringeret hordea culmo.

Columell. lib. 6. cap. 3. 6, Aut stringere arbores expediat.

Stringere quernas glandes, Decerpere, colligere. Virgilius 1. Georg. 61.

Stringere ripas fluminis, Radere. Virg. 8. Aeneid. 13. Idem 5. Aeneid. 33,

Littus ama, & laudis stringat sine palmula cautes.

Metas stringere rota. Ouid 3. Amor. eleg. 2. 3.

Aequor stringitur aura. Ouid. 4. Metam. 28.

Vnda stringitur Noto. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 12.

Stringere ensem, Educere gladium. Virg. 10. Aeneid. 116. Liuius 7. ab Vrbe, 18, Procul inde omnibus abire iussis, cultrum stringit.

Gladios stringunt manibus. Virg. 12. Aeneid. 56.

Stringere, Vulnerare. Virg. 9. Aeneid. 116,

—hunc primum leuis hasta Themillæ Strinxerat.

¶ Strictus, Participium (ἐσφιγμένος) ut, Strictus gladius, cuagin atus. Cic. 2. Philipp. 44.

Acies ferri stricta mucrone coruscó. Virg. 2. Aeneid. 67.

Epistola stricta ac libera, pro Vehementi & seuera. Senec. de Benefic. 4.

Ferro stricto serit retinacula. Virg. 4. Aeneid. 116.

Stricta ex arboribus folia. Cæsar 3. bell. Ciuil. 223.

Insequi aliquem gladio stricto. Cic. 2. Philipp. 44.

Lex stricta. Stat. 3. Sylu. 5. 18.

Manus strictæ in mea fata. Ouid. 1. Amor. eleg. 6.

Mucronibus strictis obsedère fores. Virg. 2. Aeneid. 90.

¶ Strictè, Aduerbium (ἐσφιγμένως) à quo Strictius & Strictissimè.

Obseruare strictè ne plus reddat, quàm acceperit. Cic. de Amicitia, 52, Vetus exemplar legit, restrictè.

¶ Strictim, Aliud aduerbiũ (λιγέως, ἐπιψαύοντως) Cõpressim & breuiter. Cic. ad Att. lib. 2. 16. 3, Quæ tu Corcyræ, ut mihi alijs literis significás, strictim attigisti. Idem pro Cælio, 10, Posuistis enim, atq; id tamen titubãter & strictim, &c. Breuiter & strictim. Cic. pro Cluẽtio, 21, Audistis quũ ea quæ copiosissimè dici possunt, breuiter à me, strictimq; dicũtur.

Strictim, & Multa dicere, contraria. Cic. 3. de Nat. deor. 25.

Subiungere strictim. Quintil. lib. 1. cap. 10. 1.

Strictim attondere. Plaut. Capt. 6. 18.

¶ Strictor, strictoris. Qui digitabulis, & manu oleam decerpit ex arbore: Legulus contrà, qui manu legit caducam & uerberando decussam. Cato de Re rust. Legulos quot opus erunt præbeto, & strictores, Turnebus.

¶ Structura, structuræ, pen. prod. (κατὰ συνθ.) Nonius, Structuræ dicuntur propriè scintillæ, quæ de ferro feruenti exeunt: quòd aut strictæ emittantur, id est, celeriter: aut oculos sui fulgore perstringant. Virg. 8. Aeneid. 85,

Structuræ chalybum & fornacibus ignis anhelat.

Lucilius Satyr. lib. 3.

Structuræ, pro Massis terræ, ex qua ferrum fit. Plin. lib. 34. cap. 14. 6, Aliud rubiginem celerius sentit: structuræq; uocantur eæ omnes, quod non in alijs metallis: à stringendo acie uocabulo impositio. Budæus.

¶ Strictiuus, pen. prod. Adiectiuum (ἀρεσκικὸν) ut, Strictiuæ oleæ, quæ manu colliguntur, ad differentiam caducarum. Cato cap. 146.

¶ Striculus, Striculi: Striculi grandiusculi pueri uocabantur, à stricta quadam corporis soliditate & duritie. Arnobius, Facit sumere habitum puriorem, & in speciem lenigari nõ dum duri atq; striculi pustionis.

Stringor] stringoris (κλόγμα) Lucret. lib. 3. 141,

Morbus ut indicat & gelidai stringor aquai. hoc est, Leuicula percussio aquæ frigidæ.

¶ Stringor, stringeris, stringi, Densari, constringi. Lucr. li. 7,

Ingens in cœtus stringi, massariq; corpus.

¶ Strigillo, as, are: uerbum est à Stringendo deductum, eiusdem cum illo significationis: à quo fit compositum Obstrigillo, quod est Obsto, impedio. Varro. Quid Curio cum id fecisset, dicebat amicis, ut illi nunciaretur, se obstrigillaturum, ne aut triumphus decerneretur, aut iterum Consul fieret.

Strio] Vide Stria.

Strix] strigis, fœ. gen. Auis quædam nocturna & importuna, à Stridendo dicta. Lucan. lib. 6. 138,

Quod trepidus bubo, quod strix nocturna quæritur.

Plin. lib. 11. cap. 39. 7, Fabulosum enim arbitror de strigibus, ubera eas infantium labris immmulgere. Esse in maledictis iam antiquis strigem conuenit: sed quæ sit auiũ, constare non arbitror. Stat. 3. Thebaid. 102.

Infaustæ strigis omen triste. Sec. Herc. fur. 9. 15.

Violenta strix. Tibull. lib. 1. eleg. 5. 11.

De strigibus ita habet. Ouid. 6. Fast. 27,

Sunt auidæ uolucres, non quæ Phineia mensis
Guttura fraudabant, sed genus inde trahunt, &c.
Est illis strigibus nomen: sed nominis huius
Causa, quòd horrenda stridere nocte solent.

Strix (στρίξ) idem quod canaliculus. Vide, Stria & Strix hoc differunt, in Stria.

Striges] strigis, Frumenti genus apud Hippocratem, quod tritico leuius est: & uentrem magis soluit: nescio an pro tragio accipiendum.

Striges, Sunt olera uilia. Plaut. Pseud. 3. 3. 13,

Ei homines cœnas sibi coquunt: quum condiunt,
Non condimentis condiunt, sed strigibus.

Stritare] ab eo qui sistit ægrè, Varroni lib. 6. de Lingua Latina Antiquum.

Stritarus] ut Stlocus, Stlis, pro tritauo, loco, lite, antiqui dicebant. Festus.

Strobilia] στροβιλία, Posita inter ornamenta muliebria à Polluce lib. 5. cap. 16.

Strobilus] strobili, penul. corr. (στρόβιλος) Nux pinea, siue nucis pinæ nucleus, qui etiam Græcis conus & cocalus appellantur.

Strobilus, Arbor ex pinastrorum genere, è natalium cognitione sic dicta. Plin. lib. 16. cap. 10. 4, de pinastro, Eadem arbores alio nomine esse per oram Italiæ, quas strobilos uocant, plerique arbitrantur, sed graciles, succinctioresq; & crodes, liburnicarum ad usus, penè sine resina. Veteres codex legit, quos tibalos.

Strobilum à Romanis carduum satiuũ appellari Dioscorides ait, Græca quidem uoce, sed tunc fortè quotidiana, et in usu populi: quæ à pineæ nucis figura, cui simile in summo carduus capitulũ habet, facta est. Græci enim στρόβιλον, arborem pinum, & nucem eius pariter uocant. Quæ quoniam coni figura in pinastris & oblonga est (quam formã cardui capitulum habet) communicata appellatione strobilos carduus hic à Romanis dici potuit. Hæc Marcellus in Dioscoridem.

Strobus] strobi, f. g. (στρόβος) Arbor oderifera. Plin. lib. 12. cap. 17. 8, Petunt & in Carmanos arborem strobum ad suffitus, perfusam uino palmeo accedentes. Huius odor redit à cameris ad solum iucundus, sed aggrauans capitas citra dolorem tamen.

Stroma] στρῶμα, uox Græca est, qua illi quoduis stragulum genus significãt. Vnde & pro aulæis accipitur, quæ & peristromata dicũtur, multa colorum uarietate picturati. Clemens Alexandrinus libros quosdam miscellaneos, uario ornamento constantes, Stromata inscripsit.

Strombites] pen. prod. (στρομβίτης) Lapis est, Strombi marini figuram omni ex parte referens.

Strombus] strombi, masc. gen. (στρόμβος) Animal in mari, seu concha tortilis, nomen habens à figura intorta. Plinius lib. 32. cap. 11. 9. (Plin. lib. 34. cap. 8.

Strongilion] Amazonẽ fecit ex ære Sillanion statuarius.

Strongylopro sopa] dicuntur, quibus rotunda est facies. Cælius Rhodig. lib. 4. Lect. antiq. cap. 2.

Strongylos] & Strongyle, Strongyles, pen. corr. (στρογγύλη) Insula in mari Ægæo, una ex Aeolijs: sic dicta, quia sit rotũda & glob osa, quod στρόγγυλον Græcè designat. Hæc (ut Plin. lib. 4. cap. 12. 18, scribit) uinearum fertilis est, cuius ambitus patet LXXV. milibus passuum. Ad hãc Naxos, sed antea Dia uocata. Silius lib. 14. 53,

Mille Agathyrna dedit, perflatag; Strongylos Austris.

Stropha] strophæ (στροφὴ) Acumen, subtilitas, cunctatio subdola, aut tergiuersatio fraudulenta, & ludificatrix fallacia. Plin. epist. 18. b, Quod dubites ne feceris, id ipsum rescribe: ego aliquam stropham inueniam, agamq; causam tuam. Mart. lib. 3. 7, Nihil stropharum est, iam salariũ dandum est. Idem lib. 11. 8.

Strophades] pennl. corr. (στροφάδες) Insulæ duæ in Ionio mari, supra Zacynthum in meridiem sitæ, ab alijs Plotæ dictæ: quibus Seruius à conuersione Harpyiarum ex Arcadia uocantium nomen datum uoluit. Virgil. 3. Aeneid. 42. Vide Seruium.

Strophium] strophij (στρόφιον) Fascia pectoralis, quæ uirginalem tumorem papillarum cohibet. Turpil.

Me miseram, quòd inter uias epistola excidit mihi,
Infœlix inter tuniculam ac strophium collocãram.

Catull. Argon. 59. 13,

Non tereti strophio lactes uincta papillas.

Strophia etiã coronæ dicebãtur, ab insigni quod imponebãtur capitibus sacerdotũ. Quod fit ἀπὸ τῆ στροφέν, hoc est, à uertendo. Plin. lib. 21. cap. 2. 1, Tenuiorib. utebantur antiqui, strophia appellantes: unde nata strophiola. Quin & uocabulũ ipsum tardè inde cõmunicatum est, inter sacra tantum & bellicos honores coronis suũ nomen uindicantibus. Cic. de Arusp. resp. 40, P. Clodium à mitra, à muliebribus soleis, purpureisq; fasciolis, à strophio, à psaltrio, à flagitio, à stupro, est factus repente popularis.

¶ Strophiolũ, strophioli, pen. corr. Diminutiuũ (στροφίδιον) Vide in Strophium.

¶ Strophia-

¶ Strophiarius, strophiarij, (στροφιοποιὸς) Qui strophia facit. Plaut. Aulul. 1. 9. 44.

Strophiarij astant, semisonarij.

Strophius] στρόφιος, Rex Phocidis, pater Pyladis. Vide Pyliade.

Strophos] στρόφος, Dolor intestinorum, quod tormen Latini uocant. Celsus lib. 6. cap. 2, Eiusdem morbi nota est, cũ circa umbilicum intestina torquentur, στρόφον Græci nominant, coxæq; dolores manent. Significat & funiculũ pueræ, apud Græcos, & cincinnos contortos, aliaq; nõnulla, quæ significationes, quoniam Latinis usitatæ non sunt, ex Græcorum monumentis eas petendas relinquimus.

¶ Struppus est, ut Ateius Philologus existimat, quod Græcè στρόφιον uocatur, & quod sacerdotes pro insigni habent in capite. Quidam coronam esse dicunt, aut quod pro corona insigne in caput imponatur, quale sit strophium. Itaque apud Falisios die festum esse, qui uocatur Struppearia, quia coronati ambulent: & à Tusculanis, quod in pulmonari imponatur Castoris, Struppum uocari. Festus.

Structilis, Structor, Structura, Strues] Vide Struo.

Strufertarij] à ferto sacrificij genere dicti sunt. Paulus apud Festum, Strufertarios dicebant, qui quædam sacrificia ad arbores fulguritas faciebant, à ferto scilicet quodam sacrificij genere. Strufertaria sacra sic faciebant. Cato in libro de Re rustica ita scribit: Priusquam messim facias, porcam præcidaneam hoc modo fieri oportet. Et postea: Priusquã porcum fœminam immolabis, Ianoq; bifronti cõmouento sic: Iane pater te hac strue commouenda bonas preces precor, &c. Fercłum Ioui mouento, & mactato sic: Iupiter te hoc fercto obmouendo bonas preces precor, uti sies uolens propitius mihi, liberisq; meis, domo familiæq; meæ, mactus hoc fercto, &c.

Struices] σωροὶ, in quit Festus, antiqui dicebant omnium rerum extructiones. Plaut. Menæch. 3. 2. 6,

Cereales cœnas dat, ita mensas extruit,
Tantas struices conciuinat patinarias.

Struma] strumæ (χοιράς) Tumor uel morb. qui à scrophis, quæ id morbi patiuntur, scrophula dicitur: in quo subtus concreta quædam ex pure & sanguine, quasi glandulæ oriuntur. Hæc ex Celso, lib. 5. cap. 28, Nascuntur maximè, ut idem testatur, in ceruice: sed etiam in alis, & inguinibus, & lateribus. Plin. lib. 11. cap. 37. 53, Gutur homini tantum & suibus intumescit, aquarum quæ potantur pleruhq; uitio. Idem multis locis meminit strumarum morbi.

Propter quod quædam tubera spongiosa per corpus aliquãdo inspersa, scrophulæ dicuntur: quæ etiã sub strumæ appellatione continentur, ut rectius strumulæ, quasi paruæ strumæ, quàm scrophulæ nominentur.

Malè eum habet struma. Celsus lib. 5. cap. 28.

Frigidâ aqua strumas excitat. Cels. lib. 1. cap. 9.

Struma (inquit Celsus) extantia quædam in tergo. Cic. ad Attic. lib. 2. 24. 4, Proinde isti licet faciant quos uolent Cõsules. Trib. plebis denique etiam Vatinij strumam sacerdotij ἀβάφου uestiãt. Videbis, &c. hoc est, Vatinij scelera & turpitudinem occultent, honestentq; honorũ fastigio. Est autem Dibaphum, purpura tincta.

Struma ciuitatis. Cic. pro Sestio, 119, si medentur Reipub. qui execant pestem aliquam tanquam strumam ciuitatis.

¶ Strumosus, pen. prod. Adiect. (χοιρώδης) Qui id uitium patitur. Iuuenalis Satyr. 10. 31,

Nec prætextatum rapuit Nero loripedem, nec
Strumosum, atq; utero pariter, gibboq; tumentem.

Columell. libro 7. cap. 10. 2.

¶ Strumaticus, pen. corr. Adiect. idem. Iulius Firmicus lib. 8. cap. 19, Vicesimatertia pars arietis si in horoscopo fuerit inuẽta, strumaticum faciet, exulceratæ maculaq; labe possessum, uel certè elephanthiaca contagione maculatum.

Struma] στρώμα, Nomen uiri apud Catullum, 49. 1,

Sella in curuli Struma Nonius sedet.

Strumea] herba. Plin. lib. 25. ca. 13. 27, de quarta ranunculi specie, Nostri, inqt, herbarij strumeã uocãt, quoniã medetur strumis, et panis parte in fumo suspẽsa: uel (addit Ruellius) quòd strumosa radicẽ habeat. Hæc herba est, quã nudi mendicãtes sibi crura et lacertos dilaniãt, quo possint impudẽtius stipẽ extorquere, uel hac impostura pecuniolam aucupari. hinc nonnullis herbarijs ulcearia uulgò dicitur: alijs, scelerata.

Struo] struis, struxi, structũ (συντίθημι, κατασκευάζω, μηχανάομαι) Struere, Ordinare, & in ordinẽ redigere. Cic. 1. Tusc. 57, Per speluncas saxis structas asperis. Ouid. 1. Metam. 31, Altaq; congestos struxisse ad sidera montes.

Durè struere. Quint. lib. 1 cap. 5. 42, Cæterùm etiam ex præpositione & duobus uocabulis durè uidetur struxisse Pacuuius. Nerei repandi rostrũ, incurui ceruicum pecus.

Struere aliquid, Machinari, moliri. Terent. Heaut. 3. 2. 3,

Num me fefellit hoscе id struere? Tacit. lib. 1.

Struere, pro Instruere. Tacit. lib. 4, Struebantur, qui monerẽt perfugere, &c. hoc est, Instruebantur.

Aciem struere. Cic. ad Octauium, 9. Virg. 9. Aeneid. 9.

Aggeres struere. Cæsar 8. bell. Gall. 14. 3.

Arcus struere. Tacit. lib. 2, Structi & arcus.

Bellum struere. Cic. ad Attic. lib. 9. 18. 10.

Calamitatẽ alicui struere & moliri. Cic. pro Cluentio, 14.

Causas struere. Tacit. lib. 2.

Cõsilia struere. Liu. 2. ab Vrbe 14, Legati cũ alijs alia moliri, apertè bona repetẽtes, clã recuperãdi regni cõsilia struere.

De nomine et uocabulo cõtrouersiã struere. Ad Herẽ. li. 2. 28.

Conuiuia struere. Tacit. lib. 15.

Copias struere. Cæsar. 3. bell. Ciuil. 144.

Crimen alicui struere. Tacit. lib. 17.

Frondes congestæ struxêre cubilia. Lucan. lib. 9. 169.

Dolos struere. Senec. Herc. Oet. 11. 10.

Domos struere. Horat. 2. Carm. ode 18. 4.

Epulas struere. Tacit. 15.

Fercula luxuriosè struere. Colum. in Præfat. 5.

Insidias alicui struere. Liu. 3. bel. Pun. 79. Ouid. 1. Metam. 40.

Medicina struitur dolori. Stat. 5. Sylu. 1. 4.

Mendacium struere. Liu. 3. bell. Pun. 161.

Moles struere. Tacit. lib. 2.

Odium struere in aliquem. Cic. 2. de Orat. 114.

Opes struere. Liu. 2. ab Vrbe, 174.

Orationem solutam struere. Gell. lib. 1. cap. 19.

Ordine, non aceruatim struere. Vitruuius libro 2. cap. 8. Vide Orthostata.

Penum struere. Virg. 1, Aeneid. 14. 2.

Periculũ ruinæ struere. Cecinna ad Ciceronem, lib. 6. 7. 8.

Pyram ingentem struxêre. Virg. 6. Aeneid. 43.

Reliqua ad iacturam struuntur. Cic. ad Q. fratrẽ. lib. 3. 24. 2.

Solicitudinem sibi struere. Cic. ad Atticum, lib. 5. 10. 4.

Struere sycophantias. Plaut. Asina. 3. 57.

Verba componere, struere. Cic. 3. de Orat. 94.

¶ Structus, Participium (κατασκευασθὲις) Cic. de Senectute, 47, Fundit frugem spicæ ordine structam.

Acies structa. Vide Acies.

Atria structa leuibus tophis. Ouid. 8. Metam. 113.

Compositi oratoris bene structã collocationẽ dissoluere permutatione uerborum. Cic. in Orat. 136. (Orat. 77.

Eloquẽtia, collocata & quasi structa & nexa uerbis. Cicer. in

Mœnia structa meis manibus. Virg. 5. Aeneid. 163.
Scena in tempus structa. Tacit. lib. 14.
Templa structa uetusto saxo. Virg. 3. Aeneid. 17.
Via structa labore Herculeo. Propert. lib. 3. eleg. 18. 1.
¶ *Structum, structi, substantiuũ. ut, Structa saxorũ: id est, Saxa quæ structa sunt: simili dicendi forma, qua septa domorum, strata uiarum, & cætera id genus.* Lucret. lib. 4.
Fit, quasi coruata ut saxorum structa tuantur.
¶ *Structio, structionis, Verbale:* Firmicus lib. 8. cap. 9. *Arma uenatoribus aut facient, aut parabunt, aut retia, uenabula, sagittas, & quicquid ad structionem eius studij pertinet.*
¶ *Structor, structoris, m. g. (τέκτων) Qui aliquid struit.* Cic. ad Qu. fratr. lib. 2. 8. 5. *A puero ut discesti, in areamtuam uenire res agebatur multis structoribus.*
Structor, pro Cellario ponitur, qui instrũctæ mensæ & cibarũ curã habet. *à Struĕdo, id est, ordinãdo & componĕdo.* Mart. lib. 10. 48. Et quæ nõ egeãt ferro structoris ofellæ.
Structores annonæ. Cic. Attico, lib. 1. 4. 301. 1.
¶ *Structura, structuræ, pen. prod. (οἰκοδόμημα, οἰκοδομία, κατασκευή) Aedificium, siue compositio & inordinatio lapidum in ædificijs.* Colum. lib. 1. *Igitur ad structurã quũ primùm fundamenta iaciuntur, enitendum est.* Liu. 1. bell. Pun. 43. *Structura antiqua.*
Surgens operum structura. Lucan. lib. 6. 13.
Verborum structura quædam. Cic. de Opt. gen. Orat. 143.
Carminis structura mirifica. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 13. 1.
¶ *Structilis, & hoc structile, pen. corrept. (κατασκευαστὸν) Quod constructum est multis materijs: ut, Columnæ structiles, quæ non sunt ex uno lapide, sed ex multis.* Colum. lib 11. cap. 3. 2. *Vetustißimi autores uiuam sepem structili prætulerunt.* Martial. lib. 9. 79.
Non silice duro, structiliue cæmento.
¶ *Strues, struis, fœ. ge. (σωρὸς) Propriè lignorum congeries est.* Liu. 1. bel. Pun. 136. *Struem ingentem lignorum faciũt.* Cic. ad Atticum, lib. 5. 99. 3. *Strues salinarum.*
Strues uuarum. Plin. lib. 14. cap. 4. 6.
Strues, Genus libi quod in sacris antiqui prolibabãt. Ouid. 1. Fast. 55, Hæc adolet flammis cum strue farra suis.
Struppearia] *Festa quædam apud Falisscos. Vide in dict.* Stroppus.
Struppi] *φάλλοι, inquit Festus, uocabantur in puluinaribus fasciculi de uerbenis facti, qui pro deorum capitibus imponebantur.*
Strutheum] *In mimis præcipuè uocant obscœnam partem uirilem, à salacitate uidelicet passeris, qui Græcè στρουθὸς dicitur.* Festus.
Struthia mala] *quæ & Struthiomela, pen. prod. uno uocabulo proferuntur (στρουθομηλαι)* Cato cap. 7. 2. *Mala struthia, cotonea scantiana.* Collũ. lib. 5. 54. 10. 13. *Cydonia, quorũ genera tria sunt: struthia, chrysomeliana, mustea.* Plin. lib. 21. cap. 20. 6. *Dolori capitis cũ cotoneis malis aut strutheis illinitur. Legitur & struthijs.* Vide Cotoneum.
Struthium] *struthij (στρούθιον)* Latinè Passerculus dicitur.
Struthium. Plin. lib. 19. cap. 3. 10. *At quæ uocatur radicula, laudandis demum lanis succum habet: mirum quantum consĕrens cãdori mollitiæq;. Et paulò pòst. Struthion Græci uocant, floret æstate, &c.*
¶ *Struthiocamelus: struthiocameli, pen. prod. m. g. (στρουθιοκάμηλος) Maxima auiũ est, si tamẽ auis est dicenda.* Plin. lib. 10. cap. 1. 1. *Sequitur natura auium: quarum grandißimi & pene bestiarum generis, struthiocameli Africi uel Aethiopici, altitudinem equitis insidentis equo excedunt, celeritate uincunt: ad hoc demum datis pennis, ut currentem adiuuent: cæterò sunt uolucres, nec à terra tollũtur. Vngulæ ijs*

ceruinis similes, quib. dimicãt, bisulcæ, cõprehendẽdis lapidib. utiles, quos in fuga cõtra sequẽtes ingerũt pedib. Concoquẽdi sine delectu deuorata mira natura: sed non minus stoliditas, in tanta reliqui corporis altitudine, quum colla frutice occultauerint, latére sese existimantium. Præmia exijs quæ, propter amplitudinem pro quibusdam habita uasis: canosq; bellicos & galeas adornantes pennæ.
Struthophaci] *Gens Aethiopica. Vide in dictione* Silli.
Struthopodes] *Plinio uocantur fœminæ, quæ paruas pedum plantas habent, uelut passerini pedis, sic Themistius.*
Struthocephalos, *minimi & passerini capitis, in Paraphrasi Physicorum uocat: ut annotauit Turnebus.*
Struthos] *στρουθὸς, à Græcis dicitur, quem nos passerem uocamus. Ab antiquis etiam mimorum scriptoribus Struthos usurpabatur, pro uirili membro, à passeris salacitate sumpta nominis ratione.*
Strygnus] *στρυγνὸς, Herba est, quam Latini Solanum, uulgò Solathrum uocant, multas sub se continens species: quas uide suprà in dictione* Solanum.
Strymon] *huius Strymonis, pen. corr. (στρυμὼν* Fluuius *Thraciæ: de quo.* Virg. 4. Georg. 102.
Rupe sub aduersa deserti ad Strymonis undam.
Nitosus Strymõ. Ouid. 5. Trist. eleg. 4. 5. (Virg. 1. Geor. 24.
¶ *Strymonius, Possessium (στρυμόνιος) ut, Grues Strymoniæ.*
Aquilo Strymonius. Seneca Agamem. 6. 18.
Martes Strymoniæ, Mulieres Thraciæ. Ouid. in Ibin, 21.
Studium] *studij (σπουδὴ, ἐπιτήδευμα)* Donatus, *Studiũ est dedita opera uoluntatis hominis attentior atq; impẽstor.* Cic. 1. de Inuent: 53. *Studium autem est animi assidua & uehemens ad aliquam rem applicata, magna cum uoluptate occupatio, ut philosophiæ, poetriæ, geometriæ, literarum.* Plaut. Asin. 5. 58. Terent. Hecyra, 2. 1. 5.
Viris esse aduersas, æquè studium est, similis pertinacia est. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 3.
Molliter austerum studio fallante laborem.
Alacritas ac studium. Cæsar 4. bell. Gall. 555.
Pondere studiorum fissus. Ouid. ad Pisonem, 38.
Formæ studium. Tibul. lib. 1. eleg. 8. 9.
Belli studijs asperrima urbs. Virg. 1. Aeneid. 4.
Lassus studio uenandi. Ouid. 3. Metam. 83.
Acre studium. Vide Acer *adiectiuum.*
Agile studium. Stat. 6. Thebaid, 111.
Fortia studia. Quintil. lib. 6. cap. 1. 16.
Inane studium. Vide Inanis.
Pertinax studium. Quintil. in Procem. lib. 1. 20.
Væcordiæ plena studia. Tacit. lib, 3.
Puellare studium. Ouid. 5. Metam. 79.
Virilia studia. Ouid. 12. Metam. 42.
Adhibere studium. Vide Adhibeo.
Ardeo studio historiæ. Cic. Attico, lib, 16. 337. 4.
Ardere studio belli. Vide Ardeo.
Eundi studio incautus cecidit. Ouid. 8. Metam. 76.
Anili studio celerare gradum. Virg. 4. Aeneid. 129.
Consurgunt studijs Teucri. Virg. 5. Aeneid. 90.
Contendere omni studio. Vide Contendo.
Contendere ad magna rectis studijs. Vide Contendo.
Fideli studio disposita dona. Lucret. lib. 1. 10.
Dare studium alicui rei. Quintil. lib. 3. cap. 2. 1.
Duris studijs exercere aliquem. Claud. 7. Paneg. 64.
Inani studio iactare aliquid. Virg. eclog. 2. 1.
Incensus studio discendi. Cic. 2. de Orat. 1.
Incẽsi studio, quod ad agrũ colẽdũ pertinet. Vide Incendo.
Quorum studio legendi, meum scribendi studiũ uehementius in dies incitatur. Cic. 2. de Diuinat. 8.

Inflam-

Inflammatum studium. Vide Inflammo.
Inhærere studio alicui. Ouid. 8. Metam. 175.
Injicere studium alicui. Vide Injicio.
Instigare aliquem studijs. Virg. 5. Aeneid. 46.
Interponere studium, operam. Vide Interpono.
Ponere studium lucri. Horat. 4. Carm. ode 12. 6. Vide Pono.
Perenni studio seruatum odium. Silius lib. 1. 4.
Studium in aliquo esse. Cæsar 1. Bell. Ciuil. 240.
In studio est mihi labor, militia, palæstra, &c. Cic. 2. Tusc. 62.
Studium in aliquo est hoc est, Studiorum & literarum amor, & scientia ac doctrina. Cic. 1. Acad. 12.
Tenere studio aliquo. Horat. 1. epist. 1. 17.
Seueris studijs stigilare. Propert. lib. 2. eleg. 3. 2.
Studium alicuius in salutem alterius. Cicero ad Qu. fratrem, libro 3. 1. 4. *Quòd literis tuis studium illius in salutem nostram facilè perspexi.*
Insigne studium alicuius erga alterum. Vide Insignis.
Studium tuum erga me. Cic. ad Appium, lib. 3. 10, 16.
Studiũ meũ dignitatis tuæ tuendæ, Labor & diligẽtia mea in conseruatione tuæ dignitatis. Cic. ad Licinium, lib. 5. 8. 1.
Cupiditas & studium defendendæ nobilitatis. Cic. 3. Verr. 24.
Conferre sua studia in aliquem. Vide Confero.
Studio alicuius aliquid habere: hoc est, Diligentia & labore. Cic. ad Curionem, lib. 2. 5. 16.
Incensus est studio utriusq; uestrũm. Vide Incendo.
Tibi omnes nauare operam & studiũ uolunt. Cicero ad Brutum, 8. 1.
Polliceri alicui suum eximium & singulare studium. Cicero Licinio, lib. 5. 8. 11.
Studium, Exercitatio: ut quũ dicimus, studia literarũ. Colum. in Præfat. libri 1, Et ne singula persequar: ei studio, quod quisq; agere uelit, consultißimum rectorẽ adhibeat. id est, Exercitio, uel operi, uel arti. Terent. Andr. 1. 1. 29,
Vt animum ad aliquod studium adiungant, aut equos Alere, &c. Idem Heaut. 2. 3. 39,
Quo studio uitam suam te absente exegerit. Cic. de Senect. 4. 6, Atq; hæc quidem studia sunt doctrinæ. Idem 1. de Inuent. 7, Mihi uidentur cuncta studia recta atq; honesta per ociũ concelebrata ab optimis enituisse. Sic 1. Tusc. 2, Studio sapientiæ, quæ philosophia dicitur.
Claritudo studiorum. Tacit. lib. 12.
Historiale studium. Tacit. lib. 1.
Musicum studium. Vide Musicus, *in* Musa.
Consortes studij. Ouid. 5. Trist. eleg. 4. 10.
Cupidus studiorum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 7.
Sacri studij cõmunia fœdera. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 13. 9.
Participẽ studijs habere aliquem. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. 9.
Lenius studium. Ouid. 1. de Remed. Amor. 4. 2.
Adhærere studio alicui. Lucret. lib. 4. 195.
Adhibere multum studij ad dicendum, & ad omnes bonarum rerum disciplinas. Cic. de claris Oratorib. 77.
Mollibus studijs assuetus. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 15.
Celebrare studium agriculturæ. Vide Celebro.
Collocare studium. Vide Colloco.
Concitari cohortatione alicuius ad studium cognoscẽdæ uirtutis. Cic. de Orat. 182.
Conuertere studium ad operam scribendi. Vide Conuerto.
Deditus studio citharæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 21.
Ocij studijs florens. Virg. 4. Georg. 113.
Formare boues ad studiũ atq; usum agrestẽ. Virg. 3. Georg. 33.
Asperioribus studijs formãd. mẽtes. Horat. 3 Car. ode 24. 11.
Impertire studium philosophiæ. Vide Impertio.
Ingredi disciplinarum studia. Quintil. lib. 1. cap. 10. 2.
Versari in studio literarum. Vide Litera.

Studia, pro Literarum studijs. Quint. lib. 11. cap. 3, *Lectionis opus est, qua nihil est studijs minus laboriosum.*
Secreta studia, Quintil. lib. 2. cap. 18. 5.
Abhorrere studio. Vide Abhorreo.
Abruptum studium. Vide Abruptus.
Accersita studia. Vide Accerso.
Asserere se studijs. Vide Assero.
Attingere leuiter studia. Vide Attingo.
Auferre studium alicui. Catul. ad Mallium, 63. 4.
Colere studia. Vide Colo.
Concelebrare studia. Vide Concelebro.
Conferre se ad studia. Vide Confero.
Confluere ad studia. Vide Confluo.
Conquiescere in studijs. Vide Conquiesco.
Detinere animum studijs. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. 8.
Flagrans studium. Cic. 3. de Orato. 127.
Formare studia alicuius ab infantia. Quint. *in* Procem. li. 1. 5.
Iacent studia. Vide Iaceo.
Impedita studia. Vide Impeditus, *in* Impedio.
Incitari in studia. Vide Incito.
Incumbere ad uel in studia. Vide Incumbo.
Ingredi studia. Vide Ingredior.
Mori in studio. Vide Morior.
Renocare intermissa studia. Vide Intermitto.
Inutile studium tentare. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 5.
Studium, pro desyderio. Cic. de Senect. 75, Equidẽ efferor studio patres uestros (quos colui, dilexi) uidendi. Idẽ. 1. Acad. 63, Archesilas sibi omne certamen instituit, non pertinacia aut studio uincendi. Idem pro Roscio Amerino, 55, Vt omnes intelligãt, me nõ studio accusare, sed officio defendere. Sic 2. Verr. 27, Tanto studio requisiuit.
Alicuius studio et cupiditati morẽ gerere. Cic. pro Quintio, 5.
Immane studium loquendi. Ouid. 5. Metam. 136.
Adduci certandi studio. Vide Adduco.
Famæ studium crescit honore. Ouid. 1. de Remed. Amor. 79.
Ardentibus studijs deposcunt. Ouid. 1. Metam. 41.
Fallens laborem studium. Ouid. 6. Metam. 12. *Studium, id est, uincendi cupiditas.*
Minuens labores studium Ouid. 4. Metam. 59.
Rapi ad aliquem locum studio inflammato. Cic. pro Lege Ma
Petere ardentiore studio. Vide Ardeo. (nil. 13.
Studium, Fauor, amor. Sallust. D. Syllanum certè scio quæ dixerit studio Reipub. dixisse. Cic. pro Flancio, 8, Illud debes putare, comitijs, præsertim Aedilitijs, studium esse populi, non iudicium; eblandita illa, non enucleata esse suffragia.
Accendere studium. Vide Accendo.
Accinctus studio popularium. Vide Accingo.
Acquirere studia uulgi. Vide Acquiro.
Hæc amicorum studia debilitant. Cic. pro Murænd, 41.
Mouere studia hominum. Vide Moueo.
Studium, Voluntas, sententia. Virg. 2. Aeneid. 8,
Scinditur incertum studia in contraria uulgus.
Terent. Adelph. 1. 1. 16, ——is adeò
Dissimili studio est iam inde ab adolescentia.
Voluntas & studium. Cic. de Amicit. 14, *Voluntatum, studiorum, sententiarum summa consensio.*
Studio habere aliquid. Terent. Adelph. 3. 3. 28.
Indulgere aliquid studio suo. Vide Indulgeo.
¶ *Studiosus, pen. prod. Adiectiuum (σπουδαῖος, περισχὸς) Assiduus & perseuerans in re aliqua.* Author ad Herennium, Ideoq; bonis uiris & studiosis amicus erat. Cicer. 4. Academ. 176, Homo & acutus ut Pœnus, & ualde studiosus ac diligens.
Cohors studiosa. Horat. 1. epist. 3. 2.

Pectora studiosa. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 19.
Studiosa placendi, Cupida. Ouid. 3. de Arte, 85.
Studiosissimi defensores, diligentissimi. Cic. 4. Verr. 8.
Studiosus (φιλομαθὴς) pro Literarũ cupido. Plin. epist. 5. lib. 3, Itaq; solco videre, quum me quidam studiosum uocant.
Suscepi laborem utilem studiosis. Cic. de Opt. gen. Orat. 14. 8.
Instruere studiosos scientiam alicuius rei. Vide Instruo.
Studiosa quæstio uel disputatio, Literata & docta. Quintil. lib. 11. cap. 1.
Studiosus, pro Cupido, addicto siue dedito alicui rei, Genitiuo iũgitur, rarissimè datiuo: ut, Studiosus laudis, id est, cupidus: & Studiosus Cæsaris, id est, amator uel beneuolus.
Genitiuo. Cic. Cecinnæ, Viri sunt optimi, et tui similiũ studiosi, & mei necessarij. Idē de Amicit. 63, Nec si qui incũte ætate uenandi aut pilæ studiosi fuerint. Ouid. 14. Metam. 125,
Nec fuit arborei studiosior altera fœtus.
Habet enim certos sui studiosos, qui, &c. Cic. de claris Orat.
Doctrinarum studiosus. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3. 12. (32.
Studiosi & amantes doloris. Cic. 2. Tusc. 60, Itaq; industrios homines illi studiosos, uel potius amãtes doloris appellãt, nos commodius laboriosos.
Eloquentiæ studiosi. Quint. lib. 5. cap. 10. 85.
Equorum studiosus. Ouid. 14. Metam. 64.
Quem in prouincia existimationis meæ studiosissimum, cupidissimumq; cognoui. Cic. 4. Verr. 81.
Nemorum studiosus. Ouid. 7. Metam. 137.
Nobilitatis studiosus. Cic. 4. Acad. 224. Idem de Finib. 99, Studiosissimus philosophiæ.
Ille restituendi mei quàm retinendi studiosior. Cicero Attico, lib. 8. 14. 7. 4.
Datiuo. Plautus Milite, 10, 206, Qui nisi adulterio studiosus, nulli aliæ rei est improbus.
¶ *Studiosè*, pen. prod. Aduerbium, Diligẽter. Terent. Heaut. 2. 3. 44. Texentem telam studiosè ipsam offendimus.
Audire studiosè. Cic. 4. Acad. 24.
Colere studiosè prædia. Cic. pro Roscio Amerino, 29.
Conquirere studiosè omnia, Cic. 4. Acad. 133.
Studiosè diligenterq; curare aliquid. Cic. Planco, in epist. ad Atticum, lib. 16, 341. 7.
Defendere studiosè sententiam alicuius. Cic. 4. Acad. 252.
Legere aliquid studiosius. Quintil. lib. 3. cap. 6. 45.
Ludere studiosè pila, Cic. 2. de Oratore, 140.
Polliceri studiosè. Cic. 4. Verr. 124.
Requirere aliquid studiosè. Ouid. 1. de Arte, 29.
¶ *Studeo*, 3. *studes, studui* (σπουδάζω, ἐπιτηδεύω, ἐγκονέω, σπεύδω) *studere*, Operam dare alicui rei. Plaut. Pseud. 7. 108,
Studeo hercle audire: nam auscultabo lubens. Terent. Eunuch. 5. 5. 8, Dum studes dare uerba nobis. Ibidem, 2. 3. 21, —quas matres student Demissis humeris esse. Cicer. in Partit. 1, Studeo mi pater, Latinè ex te audire ea quæ mihi tu de ratione dicendi Græcè tradidisti.
Stude uerum inuenire. Author ad Herennium lib. 4. 194.
Studet rem ad arma deduci. Cæsar 1. bell. Ciuil. 16.
Iungitur hoc uerbũ datiuo aliquando, aliquando accusatiuo.
Datiuo. Cæsar in Comment. Cupiditate regni adductus, nouis rebus studebat. Plaut. Stich. 13. 4,
Festinamus omnes, lectis sternendis studuimus, mundi tijsq; apparandis.
Cui rei, cui gloriæ, cui uirtuti studes? Cic. 2. de Orat. 124.
Studere optimis disciplinis & artibus. Cic. 1. Verr. 21.
Artibus & literis studere. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. 37. Idem ad Torquatum, lib. 6 4. 12.
Studere literis, quibus fons eloquentiæ continetur, Cic. de claris Orator. 179.

Laudi & dignitati studere. Cic. 4. de Finib. 107.
Student magis mellificijs, quàm fœtibus apes. Columell. libro 9. cap. 13, 10.
Ego semper ocio studui. Cic. 8. Philipp. 241.
Studere pecuniæ, imperijs, gloriæ. Cic. 1. de Finib. 91.
Rebus nouis studere. Cic. 1. in Catil. 2.
Studere, Fauere. Ouid. Cui studeat Deus omnis habet.
Cicero pro Cælio, 8, Studuit Catilinæ, quum iam aliquot annos esset in foro Cælius. Id est, fauit, coluit, & studio eius tenebatur.
Accusatiuo iũctum, significat Cupere, uelle. Plaut. Truc. 7. 11,
Credo militem illum studeat iam quasi uolturij.
Cic. Post reditum in Senatu, 12, Quum uerò literas studere incipit, & helluo immanis cum Græculis philosophari, iũ est Epicureus. Idem lib. 5. epist. Qui si nihil aliud studeat, nisi id quod agit. Terent. Hecyra, 2. 1. 2,
Vt omnes mulieres æquè studeant, nolintq; omnia.
Cic. 6. Philipp. 216, Vnum sentitis omnes, unum studetis.
Accusatiuo, cum præpositione In. Quintilian. lib. 10, cap. 2, Poetæ & pictores in id solum student, ut describere tabulas mensuris ac lineis sciant. (debat.
Ablatiuo, cum præpositione In. Gellius, Si quis in ea re studebat.
Absolutè, Amare, siue fauere. Salust. in Catilin. in oratione Cæsaris, Neq; studere, neq; odisse, sed minimè irasci decet.
Studere, pro Literis operam dare. Quintil. libro 12. cap. ultimo, Nunc computamus annos, non quibus studuimus, sed quibus uiximus.
Studere, cum Genitiuo. Cicero 3. de Natur. deor. 102,
Parentem habere auarum, illepidum in liberos,
Difficilem, qui te nec amet, nec studeat tui. Ex antiquo Poeta.
¶ *Studens*, Participium (σπουδάζων) Cic. pro Plancio, 71, Hisce ego auxilijs studentibus atq; incitatis uti me Laterensis potuisse confiteor.
Stulpini] *populi sunt in Illyrico, apud Plin. lib. 3. cap. 21.*
Stultus] Adiectiuum (ἀνόητος, μωρὸς, ἄφρων, ἀσύνετος, ἀσύμφρων, ἀκοῦφος, βραδύπους) imprudens, improuidus. Nam & multi non insipientes aliquando stultè aliquid uel agunt, uel loquuntur. Afranius, Ego stultum me existimo, fatuum esse non opinor. Terent. Eunucho, 2. 2. 23,
Ex stultis insanos facis. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 17.
Hìc ego mendacem stultissimus usq; puellam
Ad mediam noctem expecto.
Stultorum plena sunt omnia. Cic. Pæto, lib. 9. 22. 14.
Vt hominem stultum magis etiam infatuet mercede publica. Cic. 3. Philipp. 139.
Amor stultus & improbus. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 5.
Ars stulta. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 15.
Stultus auditor & credulus. Cic. pro Fonteio, 11.
Consilium stultum capere. Cic. 7. Verr. 80.
Credulitas stulta. Ouid. 3. Amor. eleg. 3. 5.
Dies stulti prætereũt: id est, in stultitia peracti. Tibull. libro 1.
Iuuenta stulta. Tibull. lib. 3. eleg. 7. 7. (eleg. 4. 7.
Senex stultus, credulus, obliuiosus, dissolutus. Cic. de Senec. 32.
¶ *Stultè*, Aduerbium (ἀφρόνως, ἀνοήτως) imprudenter. Terent. Heaut. 2. 3. 8, Factum à nobis stultè est.
Agere omnia stultè & incautè. Cic. Attico, lib. 7. 129. 2.
Arrogans stultè. Cic. 2. de Legibus, 26.
Credere stultè. Cic. 2. de Natur. deor, 102.
Dicere stultè. Cic. 4. de Finib. 34.
Quasi stultè aliquid cum sale dicere. Cic. 2. de Orat. 152.
Mirari stultè aliquid. Horat. de Arte, 55.
¶ *Stultitia, stultitiæ* (ἀφροσύνη, ἀσυνεσία, ἀσοφία, ἀσυμφορία) Imprudentia. Plinius libro 11, cap. 52. 4, Auricularum

larum magnitudo loquacitatis & stultitiæ nota est. Terent. Heaut. 4. 1. 33, Vt meæ stultitiæ iustitia tua sit aliquid præsidi.
Ita sunt altæ stirpes stultitiæ. Cic. 3. Tusc. 22.
Est enim proprium stultitiæ, aliorum uitia cernere, obliuisci suorum. Cic. 3. Tusc. 135.
Miserius stultitia nihil dici potest. Cic. 1, de Nat. deor. 34.
De deliratione incredibilem: non enim omnis error stultitia dicenda est. Cic. 2, de Diuinat. 135.
Sed huius istius facti stultitiam maior iam superior stultitia defendit. Cic. pro Rab. Posthum. 15.
Loquax stultitia. Cic. 3. de Orat. 79, Malo *indisertam prudentiam, quàm stultitiam loquacem.*
Mala. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 9.
Ibidem, Praua. 4. 44.
Abdere stultitiam. Vide Abdo.
Damnare se stultitiæ. Lucret. lib. 4. 238.
Errare stultitia. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 4. 2.
Stultitia est à quibus bona precamur, ab ijs porrigentibus & dantibus nolle sumere. Cic. 3. de Nat. deor. 122.
¶ *Stultiloquium, stultiloqui* (ματρολογία) *Imprudens sermo.* Plaut. Milite, 6. 25,
—Paratum est dupliciter, ni reprimas tuum Stultiloquium.
¶ *Stultiloquentia, stultiloquentiæ*, Idem (ματρολογίαι) ut, Occlusior stultiloquentia. Vide Occlusius in Occludo.
Stupa] stupæ, uel Stypa, ut quibusdam placet (στυππεῖον) Linum ille, quod limi cortici proximum est, ut ait Plinius, à Græco στυππεῖον, quod stupam significat: uel à stipando, quòd ea stipetur nauis. Liu. 1. bell. Pun. 31, Id sicut in pilo, quadratum stupa circunligabant, linebantq; pice. Lucret. lib. 6. 177,
Frigidus est etiam fons, supra quem sita sæpe
Stupa iacit flammas concepto protinus igni.
Virg. 5. Aeneid. 137,
Stupa uomens tardum fumum, &c.
¶ *Stuparius*, Adiectiuum, Quod ad stupam pertinet: ut stuparius malleus, quo lina tunduntur. Plinius libro 19. capite 1. 10.
¶ *Stupeus*, Aliud adiectiuum. Virg. 8. Aen. 139,
Stupea flamma manu, telisq; uolatile ferrum
Spargitur: arua nouæ Neptunia cæde rubescunt.
Idem 2. Aeneid. 48,
Subijciunt lapsus, & stupea uincula collo
Intendunt.
Retinacula stupea puppis. Ouid. 14. Metam. 109.
Stupeo] stupes, stupui (θαμβέω, ἐκπλήσσομαι, ἐξίσταμαι) stupere, Est ita timere, ut quodammodo sensum rerum non habeamus. Persius Satyr. 3. 4, Sed stupet hic uitio: id est, insanus factus est uitijs. Terent. Andr. 2. 1. 5,
ita postquam adempta spes est, lassus, cura confectus stupet. Cicero 7. Verrin. 75, Confirmant ipsi se, quum is etiam tum somnis stupueret. Ouid. 5. Metam. 102,
Mater ad audita stupuit, ceu saxea, uoces.
Occursu stupuere ducis. Lucan. lib. 8. 4.
Acies oculorum stupet. Vide Acies.
Ars stupet ambiguis malis. Ouid. 1. Trist. eleg. 2 7.
Corda stupent sepulta mero. Ouidius 2. de Remed. amoris, 82.
Verba stupuerunt ignauo palato. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 10.
Re aliqua stupere: id est, propter rem aliquam obstupescere. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 6.
Stupere in aliquo: Id est, aspectu alicuius stupere. Valer. 1. Argonaut. 54.

Stupere aliquem. Cic. 2. de Finib. 122.
¶ *Stupens, Participium* (θαμβῶν) ut, Carminibus stupens bellua. Horat. 2. Carm. ode 13. 7.
Stupens ad frigus natura uini. Plin. lib. 14. cap. 21. 1.
¶ *Stupefacio, stupefacis*, pen. corr. *stupefeci*, pen. prod. *stupefactum* (τάφω) *stupefacere. Liu. 5. ab Vrbe, 175.* Priuatos deinde luctus stupefecit publicus pauor, postquam hostes adesse nuntiatum est.
Fratris aspectu stupefactus hæsit. Seneca Thyeste, 7. 1.
Corda stupefacta. Virg. 5. Aen. 129.
¶ *Stupesco, stupescis* (πλήσσομαι) *stupescere, Stupidum fieri.* Cicero 3. de Oratore, 57, Incidat, aspiciat, admiretur, stupescat.
¶ *Stupefio, penult. prod. stupefis, pen. indifferente, stupefieri,* (τύφομαι) Cic. 3. de Orat. 30, In quo igitur homines exhorrescunt? quem stupefacti dicentem intuentur?
¶ *Stupidus*, pen. corr. Adiect. (ἄβλαξ, νωχρώδης, ἐυρώεις, ἐνηνεὼς) Stupefactus. Aliquando dicitur Stultus. Plaut. Epid. 12. 13, Quid stas stupida? quid taces? Terent. in Prologo Hecyræ, 4, Ita populus studio stupidus, in funambulo animum occuparat.
Stupidus & bardus. Cic. de Fato, 16.
Detinere aliquem stupidum. Cic. in Parad. 43.
Omnes stupidi timore obmutuerunt. Author ad Herennium, libro 4. 234.
Stupida membra, Quæ nihil sentiunt.
¶ *Stupiditas, pen. corr. stupiditatis* (ἀπαλοφρεῖς) Idem quod Stupor. Cic. 2. Philip. 86, In quo primùm incredibilem stupiditatem hominis cognoscite.
¶ *Stupor, stuporis*, masc. gen. (θάμβος, ἄγνωμα, τάφος, ἔκστασις, τάρβος, πλῆξις, ἀνοησία) Alienatio quædam sensuum, quòd scilicet sensus constipentur, Cicero in Pisonem, 1, Pauci ista tua lutulenta uitia noueramus, pauci tarditatem ingenij, stuporem, debilitatemq; linguæ. Idem Philip. 3. 135, Qui propter hæsitantiam linguæ, stuporemq; cordis, cognomen ex contumelia traxerit. De Bambalione. Idem 3. Tusculan. 21, Imminanitas in animo, stupor in corpore.
Stupor & Virtus, contraria. Cic. pro Domo sua, 75.
Sin autem id non uidet, periculum est, ne sit stuporis excusatione defendat. Cic. de Arusp. respon. 4.
Qui morbo aliquo & sensus stupore, suauitatem cibi non sentiunt. Cic. 2. Philip. 120.
Oculos stupor urget inertes. Virg. 3. Georg. 105.
In uerbis eius est stupor. Cic. 2. Philip. 51.
Sed stuporem hominis, uel dicam pecudis, attendite. Cicero 2. Philip. 50.
Stuprum] stupri (ἀκαθαρσία, μοιχεία) Coitus lege uetitus. Cic. ad Octauium, 16, Audiet Brutus eum populum, &c. pro turpi stupro datus in seruitutem. Idem 4. Tusc. 122, Stupra dico, & corruptelas, & adulteria, incesta denique. Idem, Post reditum in Senatu, 11, Vini, somni, stupri plenus.
Author stupri. Ouid. 1. de Arte, 142.
Nefandi stupri raptor. Senec. Hippol. 5. 28.
Fœda stupra. Claud. de bello Get. 17.
Appellare aliquem de stupro. Vide Appello.
Compertus in stupro. Vide Comperio.
Furtiuo stupro conceptus. Senec. Troade, 4. 29.
Debilitatus stupris. Vide Debilito.
Facere stuprum nefarium. Cic. pro Milone, 54.
Inferre stuprum uirgini. Cic. 3. Offic. 49. Idem in Pisonem, 76, Cum stuprum Bonæ deæ puluinaribus intulisset.
In aliquam domum stuprum inferre. Cic. in Parad. 28.
Illicere in stuprum, Cic. 3. de Nat. deor. 93.

Obsidere stuprum. Vide Obsideo.
Offerre stuprum. Vide Offero.
Passa stuprum sæui tyranni Lucretia. Senec. Octau. 6.7.
Polluere stupro cæremonias. Cic. pro Domo sua, 81, Qui non solum aspectu, sed etiam incesto flagitio & stupro polluit cæremonias.
Repetere luxuries ac stupra alicuius ab aliquo, Cic. Antequam iret in exilium, 12.
Solutus morbis stupriscq. Claud. de bello Gildon. 90.
Stuprum pro Turpitudine. Nævius,
Sesecq; ij perire malè uolunt ibidem, quàm cum stupro redire ad suos populares. Item,
Sin illos deserant fortissimos uiros, magnum stuprum populo fieri pergetis. Festus.
Intercutia stupra. Vide Intercus.
¶ Stuprè, Aduerbium, pro Turpiter dixisse antiquos, author est Festus. Neleus fœdè stupreq; castigor: αἰσχρῶς.
¶ Stupro, stupras (διαπορεύω, μοιχεύω) stuprare, Stuprum inferre, uel committere. Plaut. Trucul. 17.44,
—loquere filiam meam
Quis integram stuprauerit. Vatinius ad Cic. lib. 5. 10.3, Hominum unum omnium crudelissimum, qui tot ingenuas matresfamiliàs stuprauit. Cic. 5. de Finib. 114, Qui interficeret filiam ne stupraretur.
Stuprare per uim. Cic. 2. de Finib. 106.
Polluere religiones ementiendo aut stuprando. Cicero pro Domo sua, 96.
Puluinar quod stupratum. Cic. de Aruſp. respon. 29.
¶ Stuprator, pen. prod. Verbale masc. (διαπορευτὴς) Quintil. libro 7. cap. 5. ad finem, Stuprator an decem milia dare debeat, quæ pœna huic crimini constituta est. Senec. Hippol 8.7,
Hic dicet ensis, quem tumultu territus
Liquit stuprator.
¶ Stuprosus, penult. prod. Adiectiuum Valer. libro 6. cap. de pudicitia, Metellus quoq; celer stuprosæ mentis acer punitor extitit.
Stura] æ: Fluuius ex Alpibus in Adriaticum prolabens: unus ex triginta qui Padum in Adriam conuoluunt. Plin. libro 3. cap. 16, Festus stura flumen in agro Laurenti est, quod quidem Asturam uocant.
Sturij] populi ad Oceanum Gallicum Rheni quasdam insulas incolentes. Plinius libro 4. capite 15, Frisiorum partem occupant.
Sturium] ij: insula est Galliæ Narbonensi adiacens, non procul à Stœchadibus. Plin. lib. 4. cap. 5. Sturæ. Plin. libro 4. cap. 15.
Sturnus] sturni, Auis gregatim uolans. Plin. lib. 28. cap. 8. 22, Adulterant amylo aut cimolia, sed maximè sturni, quos captos oryza tantum pascunt. Ex uetusto exemplari legendum, Sed maximè qui captos. Martial. lib. 9. 57,
Nunc sturnos inopes, &c.
Stygius] Vide Styx.
Stylobata] stylobatæ, penult. corr. (στυλοβάτης) Palus, lignum, trabs per quam potest decurrere aqua, quasi canale, & instrumentum ligneum quo aqua traiicitur, ut sub tegulis fieri solet. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 13. 3, Chortes in fundo magno duæ aptiores: una, ut interitus compluuium habeat lacum; ubi aqua saliat, qui intra stylobatas quum uenit, sit semipiscina. Boues enim ex aruo æstate reducti, hic bibunt, hic perfunduntur. Idem lib. 3. cap. 5. 12, Subter columnarum stylobaten. Budæus, Stylobates apud Varronem idem significat quod stereobates: uel est quod patinum uocant.

Stylus] styli, masc. gen. uel Stylum, styli (στύλος) Dici potest columna.
Stylus, instrumentum æneum, quo in albo, id est, in ceratis tabellis antiquitas scribebatur, ut nunc in libellis ligneis uel codicillis mercatores scribunt. Plaut. Bacchid. 5. 66,
—effer citò.
P. Quid? C. stylum, ceram, tabellas, & linum.
Plin. lib. 34. cap. 14, Et stylo scribere, instituta est, ut uetustissimi authores prodiderunt: Cicero 4. Verr. 70, Vertit stylum in tabulis suis, quo facto causam omnem euertit suam.
Stylus significat etiam quicquid uel ligneum, uel ferreum, aut alterius materiæ acuminatum est ad columnæ similitudinem. Columel. lib. 11. cap. ult. 38, Deinde eas confecto æquinoctio paululum infra terram secare, & ligneo stylo laxatis, uel rubi, uel ferulæ medullis, stercus immittere, atq; ita semina cucumeris inserere.
Stylus (φράσις) Structura ipsa orationis. Terent. in Prologo Andr. 52, Dissimili oratione sunt factæ ac stylo. Vbi Donatus, Oratio, in sensu: stylus in uerbis. Oratio, ad res: stylus, ad uerbum. Plin. epist. 8. b, Onerabit hoc modestiam nostram etiam si stylus ipse fuerit pressius, demissusq. Cic. 1. de Orator. 72, Stylus optimus et præstantissimus dicendi effector ac magister.
Acumen styli. Vide Acumen in Acuo.
Stylus dicendi opifex. Cic. Gallo, lib. 7. 26. 4.
Vnus enim sonus est totius orationis, & idem stylus. Cic. de clar. Orator. 51.
Exercitatio & stylus. Cic. de Orat. Hanc ad legem cum exercitatione, cum stylo, qui & alia & hoc maximè ornat & limat, formanda nobis oratio est.
Orationes Attico stylo scriptæ. Cic. de clar. Orat. 86.
Confusus stylus. Quintil. lib. 1. cap. 1. 21, Tardior stylus cogitationem moratur, rudis & confusus intellectu caret.
Exercitatus stylus. Cic. in Orat. 83.
Negligens stylus. Quintil. lib. 2. cap. 4. 9.
Rudis stylus. Quintil. lib. 1. cap. 1. 21.
Tardior stylus. Quintil. lib. 1. cap. 1. 21.
Assequi stylo. Plin. epist. 3. libro 2, Syllogismi circumscripti & effecti, quod stylo quoq; assequi magnum est. Id est, meditatione, tempore, scriptione, cura, diligentia.
Conscribere scelera stylo impuro. Cic. de Aruſp. respon. 9.
Stylo depascere hubertatem orationis. Cic. 2. de Orat. 54.
Requiescit stylus lectione. Quintil. lib. 1. cap. 12. 4.
Vertere stylum, Horat. 1. Serm. Satyr. 10. 15.
Stylus, pro Punctione ac reprehensione aliquando accipitur, quæ scriptis & inuectiuis libellis fieri solet. Plin in Præfat. Quòd si hoc Lucilius, qui primus condidit styli nasum, dicendum sibi putauit, &c. Cic. pro Aulo Cluent. 97, Sidideo quia sub scripserint: uidete quid agatis, &c. Censorium stylum, cuius mucronem multis remedijs maiores nostri reuerunt, æquè posthac, atque illum Dictatorium gladium pertimescamus.
Dare pœnas styli. Cecinna Cic. lib. 6. 7. 2.
Stylus, pro Stolone. Columel. lib. 5. cap. 10. de nuce arbore, Omnis autem nux unam radicem mittit, & simplici stylo prorepit. Legitur & Stolone.
Stymbara] ciuitas quondam Græciæ, non procul à Tripoli, in terra Ionica. Strab. lib. 7.
Stymma] stymmatis, pen. corr. n. g. (στύμμα) Est, ut ait Hermolaus, spissamentum, & domitura unguenti, authore Dioscoride. Columella spissamentum nominat id crassamentum exactum quod post expressionem remanet, quasi uinacea ex uua. στύφω enim astringo & exprimo significat. Vulgò marcum uocant. Plin. libro 13. cap. 1, Narcissum quoq; ex flore narcissi desiit componi. Ratio faciendi duplex, succus & corpus. Ille olei generibus fere consuetis, hoc odorum. Hæc stymmata uocant, illa hedysmata.
Stymphalus] Vrbis & montis nomen in Arcadia, & Stymphalis palus: unde Stymphales aues, quæ magnitudine gruibus pares erant (ut tradit Pausan. Arcad.) Figura ibi bus similes, rostra habebant ita solida & dura, ut arma penetrarent: suberi autem soli cedebant. Stymphalia monstra appellat Catullus Carm. ad Nantium. Eas aues sagittis suis confixit Hercules, ut declarant uersus Catulli, & tradit Pausanias Arcad. Sed Diodorus Siculus scribit libro quarto, cum constructo æneo crepitaculo, & ingenti per id sonitu excitato illas abegisse. De his Lucret. lib. 5,
—uncisq; timendæ
Vnguibus Arcadiæ uolucres Stymphala colentes?
Stymphalus] pen. prod. (στύμφαλος) Arcadiæ lacus est, ex quo Erasinus fluuius erumpit in Argiuam terram.
Acrisonus Stymphalus. Stat. 4. Thebaid. 60.
Niualis Stymphalus. Stat. 4. Syl. 6. 21.
¶ Stymphalides, (στυμφαλίδες) aues appellatæ, tantæ magnitudinis, ut solis radios obumbrare dicerentur, omnem Arcadiam deuastantes.
¶ Stymphalius, Adiect. (στυμφάλιος) ut, Monstra Stymphalia. Catul. ad Malium, 63. 23.
¶ Stymphalum, pen. prod. (στύμφαλον) Oppidum situm ad lacum, ut scribit Plinius libro 4. cap. 6. Hinc Stymphalis, Stymphalidis, Patronymicum. Hieron. contra Iouin. Aristocles Orchomeni tyrannus adamauit uirginem Stymphalidem.
Vndæ Stymphalides. Ouid. 2. Fast. 55.
Stypax] Cyprius celator statuarius. Plin. lib. 34. cap. 8, Stypax Cyprius uno celebratur signo, Splanchnopte. Periclis Olympij uernula hic fuit, extra torrens, ignem oris pleni spiritu accendens.
Stypo] Ἴστυπας. Vide Stipo.
Stypterium] rij, rio: & Stypteria, stypteriorum (στυπτηρία) Alumen. Vlpianus in l. 3. §. ultimo. ff. de reb. eorum qui sub tut. Si (inquit) lapidicinas, uel quæ alia metalla pupillus habuit Stypteriæ, uel cuius alterius materiæ, &c. lib. 27. P. tit. 8.
Strypticus] penult. corr. Adiectiuum (στυπτικὸς) Strictiuus uel obstructorius Latinè dicitur: à στύφω. Plinius libro 24. capite 13. 8, Inter medicamenta quæ stiptica uocant, nihil efficacius rubi mora ferentis, radice decocta in uino ad tertias partes. Idem libro 32. cap. 9. 16, Natura est ei stiptica.
Styra] στύρα, Euboeæ insulæ oppidum fuit, non procul à Carysto: à Phædro Atheniensium duce bello Malliaco euersum. Strab. lib. 10.
Styrax] styracis, penult. correp. masc. gene. (στύραξ) Arbor est cotoneæ malo similis, fructu maiore quam auellana, specie candidi pruni. Manat & ex ea liquor eiusdem nominis, coloris flaui, sordidi, resinosi, albicantibus fragmentis, odoris perseuerantis: hodie officinæ storacem appellant. Plinius libro 12. cap. 17. 9, Ex Syria reuehunt styracem, acri odore eius in fœcis abigentes suorum fastidium. Cæterò, non alia ligni genera sunt in usu quàm Idæus styrax. Virg. in Cyri. (odorata.
Styx] στύξ, (inquit Seruius) palus quædam apud inferos dicitur: de qua legimus 6. Aeneid. 65,
—Stygiamq; paludem,
Dij cuius iurare timent & fallere numen. Quod secundum fabulas ideo est, quia dicitur Victoria Stygis filia bello Gigantum Ioui fuisse: pro cuius remuneratione Iupiter tribuit, ut iurantes dij per eius matrem non audeant fallere. Ratio autem hæc est, Styx mœrorem significat: unde ἀπὸ τοῦ στυγεροῦ, id est, à tristitiæ, Styx dicta est. Dij autem læti sunt semper, unde & immortales. Ergò quia mœrorem non sentiunt, iurant per rem sibi naturæ contrariam, id est, tristitiam, quæ est æternitati contraria. Ideo iusiurandum per execrationem habent. Hactenus Seruius, enarrans hunc locum Virgilij 6. Aeneid. 27,
Bis Stygios innare lacus, &c.
Hæc de Styge circo ficta sunt, quia Styx, fons est ad Nonacrim Arcadiæ è saxis profluens, exitiosus animalibus. Eius aqua uenenum est præsentissimum, epota illico necat. Esse pisces in ea paruos tradit Theophrastus, lethales & ipsos. Noxiam putant esse nimio frigore, utpote quum profluens ipsa statim lapidescat: tradúntque etiam æs ac ferrum ea rodi, & sola mulæ ungula contineri. Cætera uasa nullo modo eam uim ferre posse, sed statim frigoris magnitudine disrumpi. Vide Plinium libro 30. cap. 16. 3, Antipatrum hoc uenenum consilio, ut quidam putant, Aristotelis, Alexandro regi tradunt dedisse. Est & alia palus in Aegypto iuxta Memphim, quam ueteres Styga uocauere.
Atra Styx. Virg. 1. Georg. 49.
Violenta Styx. Ouid 3. Fast. 161.
¶ Stygius, Possessiuum (στύγιος) Columel. lib. 10.
Tumq; simul Stygium regem uidere trementem
Tartara.
Amnes Stygij. Ouid. 14. Metam. 118.
Aqua Stygia. Tibul. lib. 1. eleg. 10. 8.
Canis Stygius, Cerberus. Seneca Hercule furente, 9. 34.
Ianitor Stygius, Cerberus. Silius lib. 3. 8.
Iuppiter Stygius, Pluto. Virg. 4. Aen. 128.
Mors Stygia. Ouid. 3. Metam. 139.
Os Stygium, Venenatum. Ouid. 3. Metam 15.
Palus Stygia. Virg. 6. Aen. 74.
Regnum Stygium. Lucan. lib. 7. 34.
Rex Stygius, Pluto. Virg. 4. Aen. 51.
Tenebræ Stygiæ. Virg. 3. Georg. 111.
Vallis Stygia. Ouid. 6. Metam. 133.
Vmbræ Stygiæ. Ouid. 1. Metam. 29.
Vndæ Stygiæ. Virg. 3. Aencid. 43.

S V

Suadeo] suades, suasi, suasum, (προβιβάζω) suadere, Accommodatis & suauibus uerbis conari aliquem in opinionem nostram inducere: hoc est, hortari aliquem ad id quod intendimus. Terent. Andr. 4. 1. 38,
Suadere, orare, usq; adeò donec perpulit.
Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 12,
Nox & amor, uinumq; nihil moderabile suadent.
Hortari & suadere. Cic. Valer. lib. 13. 4. 7.
Suadere & rogare. Cicero de Prouinc. Consul. 34, Nam postea me, ut sibi essem legatus, non solùm suasit, uerùm etiam rogauit.
Suadere & persuadere. Cic. ad Attic. lib. 13. 290. 4, Tu autem quod ipse tibi suaseris, idem mihi persuasum putato. Idem 2. Phil. 48, An. C. Trebonio persuasi, cui ne suadere quidem ausus essem?
Suadere alicui contra alterum. Cic. 2. Philip. 46.
Suadere alicui aliquid per alterum. Cicero ad Atticum libro 8. 160. 5.
Amor suasit facinus. Ouid 8. Metam. 18.
Fugam suadere. Stat. 11. Thebaid. 11.

Legem

Legem ſuadere. Cic. de Senec. 14.
Luxum ſuaſcere rapinæ. Lucan. lib. 1. 33.
Paupertas multa ſuaſit. Lucret. lib. 6. 256.
Egeſtas ſuaſit nefas. Lucan. lib. 1. 35.
Pacem ſuadere, & de pace. Cic. Mario, lib. 7. 3. 6. Quintil. lib. 3. cap. 10.
Digito ſuadere ſilentia. Ouid. 9. Metam. 139.
Nox humida ſomnos ſuadet. Ouid. 2. Faſt. 127.
Sydera cadentia ſuadent ſomnos. Virg. 2. Aen. 2.

¶ Suadetur, pen. prod. Paſſiuum. Plaut. Trinum. 10. 4. 4.
Minus placet magis quod ſuadetur: quod diſſuadetur placet.

¶ Suadens, Partic. ut, Verba ſuadentia. Stat. 11. Thebaid. 87.

¶ Suadela, ſuadelæ, pen. prod. (πειθὼ) Suaſio dicitur. Plaut. Ciſtel. 7. 25,
Iam perducebam illam ad me, ſuadela mea.

Suadela] dea fuit apud Romanos, quæ nuptijs unà cum Venere præerat, quod ex Plutarcho colligere eſt, cùm ſcribit, ὅτι πάντα δεῖται θεῶν τὸν γαμοῦντα ὅσοντα, λόγε τελείε, καὶ ἄρας τελείας, καὶ ἀφροδίτης, καὶ πειθοῦς, ἐπὶ πᾶσι δὲ ἁρπάμιδος. Phurnutus etiam ſcribit, aßidere Veneri Gratias, Suadelam, Mercurium, quòd Suadela oratione & gratia amatores pelliciat. Horat.
Scilicet uxorem cum dote, fidemq́; & amicos,
Et genus & formam regina pecunia donat:
Et bene nummatum decorat Suadela Venusq́;.
Hoc eſt, qui nummatus eſt, eum decorat Suadela & Venus, easq́; propitias habet & faciles, ut uxorem cum grandi dote facilè inueniat, cùm omnibus placeat gratusq́; ſit. Ex Turneb.

¶ Suada, ſuadæ, Pitho, ſuaſionis dea dicta eſt. Cic. de claris Orat. 29, πειθὼ quam Græci uocant, cuius effector eſt Orator, hanc Suadam appellauit Ennius: eius autem Cethegum medullam fuiſſe uult, ut quam deam in Periclis labris ſcripſit Eupolis ſeßitauiſſe, huius hic medullam noſtrum Oratorem fuiſſe dixerit.

¶ Suaſor, ſuaſoris, Verbale, Qui ſuadet. Cicero 3. Offic. 14. 8, Poſthumius ſuaſor & author fuit. Idem ad Attic. lib. 16. 334. 3, Etſi quamuis non fueris ſuaſor & impulſor profectionis meæ, approbator certè fuiſti. Eidem, lib. 16. 342. 3, Quanquam hæc epiſtola non ſuaſoris eſt, ſed rogatoris. Idem 2. Philip. 50, Quid enim intereſt inter ſuaſorem facti & probatorem?

¶ Suaſorius, Adiect. Quod pertinet ad ſuadendum: ut, Suaſorium munus: id eſt, officium ſuadendi. Et pars deliberatiua, à Rhetoricis ſuaſoria dicitur, ut apud Quintilianum lib. 3. cap. 8.
Suaſoriæ ſunt apud Rhetorem materiæ inter rudimenta dicendi. Quintil. lib. 2. cap. 1. 6.
Declamare ſuaſorias. Quintil. lib. 3. cap. 8. 42.

¶ Suaſio, Verbale, ſ. Cic. in Orat. 20. Sed quoniam plura ſunt orationum genera, eaq́; diuerſa, neq; in unam formam cadunt omnia, laudationum, ſcriptionum, & hiſtoriarum, & talium ſuaſionum, qualem Iſocratis fecit panegyricum. Et 2. de Orat. 181, Præcepta quæ de ſuaſionibus tradenda ſunt. Sic de claris Orat. 164, Suaſio legis Scuriliæ.

¶ Suaſus, huius ſuaſus. Vlp. in l. item ſi obſtetrix. ſ. 1. ff. ad legem Aquil. Si quis per uim uel per ſuaſum medicamentum alicui infudit, uel ore, uel clyſtere, &c.

Sualternicum] penult. cor. (σωλτέρνιον) Genus electri. Plin. lib. 37. cap. 2. 20.

Suamet] pen. prod. (ἑαυτῆς) Ablatiuus à Suus, cum ſyllabica adiectione met. Plin. lib. 10. cap. 59. 3, Anſeres ſuamet ui colla ſua abrumpunt.

Suanetes] populi in Alpibus, author Plin. lib. 3. cap. 20.

Suapte] ἑαυτῆ, Sua ipſius natura: & Suopte, ablatiui, à Suus, cum ſyllabica adiectione pte: ut, Suopte nutu, pro Suo ipſius: ſicut Meopte, meo ipſius. Cic. 4. Tuſc. Terrena & humida ſuopte nutu & ſuo pondere ad pares angulos in terram & in mare feruntur.

Suapte, Sine adiecto. Cicero ad Atticum, libro 6, Quintius filius ſuapte, piè ſanè, me quidem certè multum hortante, ſed currentem, animum patris ſui ſorori tuæ reconciliauit. Vetus autem codex non habet, Suapte. Lucret. libro 6. 152,
Sed natura loci hoc opus efficit ipſa ſuapte.

Suarius] Vide Sus.

Suarni] Indomitæ gentes, quæ auri tantum metalla in Caucaſiæ portis fodiunt. Plin. lib. 6. cap. 51.

Suaſio, Suaſor] Vide Suadeo.

Suaſum] ſuaſi, Color appellatur (inquit Feſtus) qui fit ex ſtillicidio fumoſo in ueſtimento albo. Plaut. Truc. 6. 16,
Quia tibi ſuaſo infeciſti propudioſa pallulam.
Quidam legunt, in ſuaſo. Nec deſunt qui dicant omnem colorem qui fiat inficiendo, ſuaſum uocari, quòd quaſi perſuadetur in alium ex albo tranſire. Hæc Feſtus.

Suatim] penult. prod. (ὑπὸδ) ad ſimilitudinem ſuis, inquit Nonius. Nigidius Commento grammatico, Sunt etiam adſimilanter dicta hæc, canatim, ſuatim, bouatim, quæ ab animalibus ſumuntur.

Suauis] & hoc ſuaue (ἡδὺς, ἥνεις, ἡδέως, μείλιχος, μαλακτικὸς) Dulcis. Plaut. Ciſtell. 2. 13,
Ventũ gaudeo ad te ecaſtor: ita hodie hîc acceptæ ſumus Suauibus modis. Cic. pro Corn. Balbo, 29, Comes, benigni, faciles, ſuaues homines eſſe dicuntur.
Amicitia ſuauis. Lucret. lib. 1. 29.
Amicus ſuauis. Cic. ad Cælium, lib. 2. 12. 3, Nam & honorificus in me Conſul fuit, & ſuauis amicus.
Amor ſuauis. Lucret. lib. 1. 189.
Auræ ſuaues. Lucret. lib. 3. 45.
Conſuetudo ſuauis, uel coniunctio. Cicero ad Sulpitium, libro 13. 27. 3.
Flores ſuaues. Lucret. lib. 1. 2.
Herbæ ſuaues. Virg. eclog. 2. 12.
Homo ſuauis, per ironiam. Terent. Phorm. 2. 3. 64.
Lingua ſuauis. Lucret. lib. 1. 84.
Loquelæ ſuaues. Lucret. lib. 1. 8.
Sermo ſuauior. Horat. 1. Serm. Satyr. 10. 5.
Sopore ſuaui deuinxit membra. Lucret. lib. 4. 93.

¶ Suauitas, penult. corr. ſuauitatis, ſ. gen. (ἡδὸς) Dulcedo. Cicero ad Attic. lib. 6. 114. 13, Miram in eo pietatem, ſuauitatem, humanitatẽq; perſpexi. Idem ad Appium Pulchrum, lib. 3. 1. 3, Sic enim tibi perſuade, chariſſimum te mihi eſſe, quum propter multas ſuauitates ingenij, officij, humanitatis tuæ.
Odoris ſuauitas. Plin. lib. 12. cap. 12. 2.
Oris ſuauitas. Quint. in Proœm. lib. 6. 10.

¶ Suauitudo, pen. prod. ſuauitudinis, ſ. g. (ἡδυπάθεια) Idem Plaut. Stich. 15. 14, Age mulſa mea, ſuauitudo ſalta. Author ad Heren. lib. 3. 115, Quoniam igitur res eædem uocis firmitudini, & pronunciationis ſuauitudini proſunt. Aliqui legunt ſuauitati.

¶ Suauiter, penult. corr. Aduerbium (ἡδέως) Cicero 4. Academ. 251, Veruntamen uideo quàm ſuauiter uoluptas ſenſibus noſtris blanditur. Idem Trebonio, libro 15. 21. 10. Idẽm 1. de Finibus, 87, Et ſecunda iucundè ac ſuauiter meminerimus.
Multò ſuauius. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 18.

¶ Suauè,

¶ Suauè, Aduerbium (μειλίχως) Idem quod Suauiter. Virgil. eclog. 3. 13,
—& ſuauè rubens hyacinthus. Idem eclog. 4. 9.

¶ Suauidicus, pen. cor. Adiect. (ἡδυεπὴς) Qui ſuauiter dicit: ut, Verſus ſuauidici. Lucret. lib. 4. 37.

¶ Suauiloquus, penult. corr. (ἡδυλόγος) aliud Adiect. Idem: ut, uerſus ſuauiloqui. Lucret. lib. 2. 107.

¶ Suauiloquens, omnis gen. Idem (ἡδυεπὴς) Cicero de clar. Orat. 28,
Additur Orator Cornelius ſuauiloquenti
Ore Cethegus.
Carmen ſuauiloquens. Lucret. lib. 1. 193.

¶ Suauiloquentia, ſuauiloquentiæ (ἡδυεπία) Cic. de clar. Orat. 29, Et oratorem appellat, & ſuauiloquentiam tribuit.

¶ Suauium, ſuauij (φίλημα) uel Sauium, ſauij, per detractionem literæ u. Voluptas dicitur. Terent. Eunuch. 3. 2. 3,
ô Thais mea,
Meum ſuauium, quid agitur?

Suauium, Baſium laſciuum. Horat. Epod. 3. 41
Manum puella ſuauio opponat tuo.

Suauium dare. Cic. ad Attic. libro 16. 336. 10, Atticæ, quoniam (quod optimum in pueris eſt) hilarula eſt, meis uerbis ſuauium des.
Suauium facere, Idem. Plaut. Aſin. 13, 53.
Sumere ſuauium. Plaut. Aſin. 5. 72.

¶ Suauiolum, ſuauioli, penult. corr. Diminut. (φιλημάτιον) Catullus ad Iuuentium, 94. 1, Suauiolum dulci dulcius ambroſia.

¶ Suauio, ſuauios, Pompon. Munda,
Ego illã non amplectar, non ſuauiem? Nonius quæſt. Mammas teneas, pedes extollas, ſuauies cùm gemit. Nonius.

¶ Suauior, ſuauiaris (φιλέω) ſuauiari, Suauium dare. Gell. libro 3. cap. 15, Quum ibi eum tres adoleſcentes amplexi, coronis ſuis in caput patris poſtis ſuauiarentur. Cic. ad Attic. lib. 16. 333. 7, Atticam noſtram cupio ſuauiari: ita mi dulcis ſalus uiſa eſt per te miſſa ab illa. Catullus de Acme & Septimio, 42. 3,
Et dulcis pueri ebrios ocellos
Illo purpureo ore ſuauiata.

¶ Suauiatio, Verbale (φίλησις) Gell. lib. 18. cap. 2, Suauiationes puerorum & puellarum.

Sub] ὑπὸ, Præpoſitio, utrique caſui ſeruit, & accuſatiuo & ablatiuo: utriuſque ſignificat, ut ſequentibus exemplis docetur.
Sub poſteaquam literas communes cum Oppio ad te dedi. Cic. ad Attic. lib. 9. 17. 8. 1. id eſt, ſtatim ut dedi.
Sub, Ablatiuo iunctum. Plaut. Epid. 5. 33,
Pleræq; h æ ſub ueſtimentis ſecum habebant retia.
Virgil. 8. Aeneid. 124,
Arma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu.
Sub Alexandro: id eſt, tempore Alexandri. Quint. lib. 5. cap. 10, Nunc, olim, tunc, ſub Alexandro.
Sub aduentum, pro In aduentu. Liu. 3. bel. Pun. 63, Sub aduentum Prætoris Romani Pœnus agro Nolano exceſſit. Ibidem, lib. 9. 52.
Sub conditione, Ea lege, hoc pacto. Cic. pro Archia, 19, Statim ex his rebus quas tunc uendebat, iubere ei præmium tribui ſub ea conditione, ne quid poſtea ſcriberet.
Sub corona lege belli uænire. Liu. 8. ab Vrbe, 191. Sic, Sub haſta uænire, Liu. 3, bel. Pun. 176.
Sub dio, ſiue diuo. Varro 3. de Re ruſt. capite 14. 1, Nam & idoneus ſub dio ſumendus eſt locus coclearijs, quem totum circùm aqua claudas. Sic apud Columel. libro 1. cap. 8. 6,

Nullus dies tam intolerabilis eſt, quo non ſub diuo moliri aliquid poßit.
Sub diuo carpere ſomnos. Virg. 3. Georg. 87.
Sub domina meretrice: Id eſt, ſub imperio & in poteſtate meretricis. Harat. 1. epiſt. 2. 5.
Sub exemplo. Plin. epiſt. 62. lib. 3. ad Curium Seuerum, Deinde ut futuri principes, non quaſi à magiſtro, ſed tamen ſub exemplo præmonebitur, qua potiſſimum uia poſſent ad eandem gloriam niti.
Sub exitu uitæ, pro Sub exitum: hoc eſt, circa exitum. Sueton. in Claud. Cæſare, cap. 43.
Sub his nihil proficitur. Celſ. lib. 5. cap. 28.
Sub ictu rem habere dicitur, qui ita propinquus eſt, ut attingere queat. Senec. epiſt. 73, Quam quidem nondum attigerunt: in conſpectu tamen, & ut ita dicam, ſub ictu habent.
Sub manu, id eſt, faciliter, &c. Sub manum, quoq; dixit Sueto nius in Auguſto.
Sub ſacramento militare. Liu. lib. 5. bel. Maced.
Saneſcere ſub ſomno. Celſ. lib. 3. cap. 18.
Sub frigido ſudore moriuntur. Celſ. lib. 5. cap. 26.
Sub imperio alicuius eſſe. Terent. Heaut. 2. 2. 4.
Sub ipſa die. Plin lib. 8. cap. 32.
Sub manu tabellarios habere, id eſt, in promptu & ad manum, quod dicitur. Plancus Cic. lib. 10. 23. 5. Seneca, Sub manu naſcitur conſilium.
Sub manus: hoc eſt Faciliter, non ægrè, appositè. Plaut. Mèlite, 11. 58,
Lepidè hoc ſuccedit ſub manus negotium. Ibid. 16. 7.
Sub oculos adactum pilum in uitalia capitis uenerat. Plinius lib 8. cap. 7. 3.
Sub oculis accipere detrimentum, pro Ante oculos, Cæſar bel. Ciuil. 26. 1.
Sub pœna mortis uel capitis denunciare. Suet. in Calig. cap. 48. Idem in Tiberio Cæſ. cap. 36.
Sub ſpecie pacis, pro Prætextu pacis. Liuius 6. bell. Macedon. 29.
Sub umbra foederis. Liu. 8. ab Vrbe, 14.
Sub urbe eſt agelli paululum: id eſt, iuxta. Terent. Adel. 5. 8. 37. Sic Varro 1. de Re ruſt. cap. 50. 2, Tertio modo metitur, ut ſub Vrbe Roma, & locis pleriſq;. Virg. 3. Aen. 1,
—claſſemq; ſub ipſa
Antandro, &c.
Sub, Accuſatiuo ferè iungitur quum tempus ſignificatur ut ab Seruius: ut, Sub tempus, & ſub idem tempus: hoc eſt, circa. Suet. in Tib. Cæſ. cap. 58, Sub idem tempus cõſulente Prætore. Liu. 1. ab Vrb. 157, Quibus indictis ſub tempus pueros uenatum ablegauit. Sic 6. bel. Pun. 196.
Sub finem. Liu. 2. bel. Pun. 195, Sub equeſtris finem certaminis coorta eſt peditum pugna.
Sub ipſum finem. Virg. 5. Aen. 86,
Sub prima frigora Autumni. Virg. 2. Georg. 65.
Sub horã pugnæ tam arcto repentè ſomno deuictus, ut ad dandum ſignũ ab amicis excitaretur. Suet. de Auguſto, cap. 16.
Sub lucem, Surgente ſole. Virg. 3. Georg. 81.
Sub lucis ortum. Liu. 7. bel. Pun. 91.
Primi ſub lumina ſolis & ortus. Virg. 6. Aen. 51.
Sub noctem, incipiente nocte. Horat. 1. Carm. ode 9. 4.
Sub noctem, Noctu. Cæſar 1. bel. Ciuil. 113, Pompeius ſub noctem naues ſoluit.
Sub hoc tempus. Horat. 2. epiſt. 2. 7.
Sub iudicij tempus. Liu. 4. ab Vrbe, 109.
Sub ueſperum. Cæſar 2. bell. Gall. 34. 5, Sub ueſperum Cæſar portas claudi, militesq; ex oppido exire iuſſit. Cicero ad

ro ad Quintum fratrem, libro 2.5.1, Mense Decembri sub dies festos.

Sub & Statim. Cicero Planco, libro 10. 16. 2, Sub eas literas statim recitatæ sunt tuæ, non sine magnis quidem clamoribus.

Statim sub. Cælius ad Cic. lib. 8. 4. 11, Pompeius se legionem adducturum, sed non statim sub mentionem, & conuitium obtrectatorum.

Sub ipsos postes, pro Ante. Virg. 2. Aen. 89.

Sub, Post. Virg. 5. Aen. 65,

—quo deinde sub ipso
Ecce uolat, calcemq; terit iam calce Diores. Seruius.

Sub templo ingenti, pro in. Virg. 1. Aen. 92. Idem 1. Aen. 87,

Exercet sub sole labor.

Sub nocte, id est, Per. Virgilius 7. Aeneidos, 18. Idem 4. Aeneidos, 106.

Sub leges pacis tradere se. Virg. 4. Aen. 124.

Sub amplexus alicuius ire. Ouid. epist. 16. 19.

¶ *Subab surdus,* Adiect. (ὑπάτονος) Parum, siue utcunq; absurdum significat. Cic. 2. de Orat. 152, Sunt etiam illa subabsurda, sed eo ipso nomine sæpe ridicula, non solùm mimis perapposita, sed etiam quodammodo nobis.

¶ *Subabsurdè,* Aduerb. (ὑπαπόπαν) Cic. 2. de Orat. 132, Valdè hæc ridentur, & hercule omnia, quæ à prudentibus, quasi per dissimulationem non intelligendi, subabsurdè falsèq; dicuntur.

Subacidus] *pen. corr.* Adiectiuum (ὑπεξόξινος) Aliquantulum acidum significat. Plin. lib. 12. cap. 25. 7, Esse enim debet lenis, non subacidus. Cato cap. 108, Si subacidum erit, non durabit.

¶ *Subacidulus, pen. corr.* Adiectiuum diminutiuum. Cato de Re rust. Vinum ponito sub dio, postridie manè gustato: si id sapiet, quod in dolio est, scito id duraturum: subaciduluum non durabit.

Subaccuso] *subaccusas, pen. prod.* (ὑποκατηγορέω) *Subaccusare,* pro Nonnihil accusare, & leuiter. Cic. pro Plancio, 69, Sed sunt hæc leuiora, illa uerò grauiora atq; magna, quòd meum discessum, quem sæpe desideras, nunc quasi reprehendere & subaccusare uoluisti. Idem ad Attic. lib. 13. 294. 3, Subaccuso quæso Vestorium. Idem lib. 16. 334. 2, Addebant etiam me desyderari, subaccusari.

Subactus] *subacta, subactum.* Vide Subigo.

Subadiuuo] *subadiuuas* (à quo uerbo deduxit Zeno Imperator *substantiuum* nomẽ Subadiuuus, *subadiuui, subadiuuo:* & plur. numero *subadiui, subadiuuorum*) non legi apud probatum, licet ex Græco Suida, Sinesio, & Notitia Romani imperij colligi possit: Sed & eius fœminiñ subadiuua. æ: nisi attributiuè id nomen legendum putes. Ait Zeno l. ultim. §. huius autem. de agentibus in rebus. lib. 12. C. Huius autem benefici prærogatiuam subadiuuis etiam, qui pro singulis inueniuntur temporibus deferri iubemus. Est autem subadiuuus adiutoris adiutor.

¶ *Subadiuuus, a, um:* adiutoris adiutor. Vide Subadiuuo.

Subadmoueo] *subadmoues, pen. corr. subadmóui, subadmótum, subadmouêre.* Aliquantum admouere. Colum. lib. 6. cap. 36, Huiusce modi mari sensim magistri subadmouere debent generis eiusdem fœminam.

Subæratus] *pen. prod.* Adiect. (ὑπόχαλκος) Quod habet æs subter. Persius Satyr. 5. 11,

Ne qua subærato mendosum tinniat auro.

Subagito] *subagitas, pen. corr.* (ὑποκινέω) *subagitare, Subtus* fodiendo arare. Vndè per translationem Subagitare dicis aliquem: hoc est, multis uerborum lenocinijs allectare & commouere. Plaut. Cistel. 7. 14,

Subagito blandis & benedicis
Dictis. Frequentatiuum à Subigo.

Subagrestis] & hoc *subagreste* (ὑπαγρέως) Aliquantum agrestis. Cic. de claris Orat. 140, Coita, quia se ualde dilatandis literis à similitudine Græcæ locutionis abstraxerat, sonabatq; contrarium Catulo, *subagreste* quiddam, planeq; subrusticum, alia quidem quasi inculta & syluestri ula ad eandem laudem peruenerat.

Subalaris] & hoc *subalare, pen. prod.* (ὑπομάχαλος) Quod sub alis est. Vnde scribit Lampridius, Heliogabalum solitum fuisse in accubitis habere plumas subalares, & *subalares* culcitras.

Subalbico] *subalbicas, pen. corr.* (ὑπολευκαίνομαι) *subalbicare,* Aliquantum album fieri. Varro 3. de Re rust. cap. 9. 3, Rostrò breui, acuto, oculis rauis aut nigris, palea rubra subalbicanti.

¶ *Subalbidus, pen. corr.* Adiect. (ὑπόλευκος) Quod aliquantum albidum est. Plin. libro 21. cap. 25. 1, Ramulos habet candidos, folia subalbida, abrotono similia. Cels. lib. 5. de pustularum generibus, Phyzacion autem paulò durior pustula est, subalbida, acuta, ex qua ipsa quod exprimitur humidum est.

Subalpinus] *pen. prod.* Adiect. (ὑπάλπιος) Quod sub Alpibus montibus est. Plin. lib. 25. cap. 7. 2, Radice lenta, subnigra, sine odore, aquosa, montibus subalpinis plurima. Idem libro 16. cap. 11. 3, Nec nisi in paucis locis subalpinæ Italiæ.

Subamarus] *pen. prod.* Adiect. (ὑπόπικρος) Aliquantulum amarum significat. Cic. de Fato, 13, At enim quoniam in naturis hominum dissimilitudines sunt, ut alios dulcia, alios subamara delectent. Idem 1. de Inuent. 37.

Subaqueus] Adiect. (ὑφυδρος) Quod sub aqua manet: ut, Scopulus subaqueus. Sipontinus.

Subaquilus] *pen. cor.* Adiect. (ὑποφαιὸς) *Subfuscum.* Plaut. Rudente, 11. 9,

—eia corpus cuiusmodi
Subuoltur ium? illud quidem subaquilum uolui dicere.

Subare] *ut* Equire. Vide Subo, *subas.*

Subargutus] *pen. prod.* Aliquantulum argutus. A quo diminut. *Subargutulus* apud Gell. lib. 15. cap. 30.

Subaro] *subaras,* penultima corr. (ὑπαροτριάω) *subarare, Subtus arando* terram mouere. Plinius libro 16. capite 27. 3, Item quæ subarantur, aut quæ ublaqueantur, celeriora neglectis. Ibidem capite 28, Et subarata ocyus senescunt.

¶ *Subaratio,* (ὑπαροτρίασις) & *Subarator,* Verbalia. Plin. libro 17. cap. 24. 11, Vel etiam subarator imprudens luxuuit radices.

Subarrogans] *penul. corr. om. gen.* (ὑπαλαζών) Aliquantum arrogans.

¶ *Subarroganter* Aduerbium (ὑπαλαζόνως) Cicero 4. Academ. 204, Vereor ne subarroganter faciam, si dixeris tuam.

Subatij] *sunt populi inferioris Germaniæ, quos Drusus Germanicus in triumphum traxit Sugambris bello uictis.* Strabo lib. 7.

Subauscultro] *subauscultas* (ὑπωτακουστέω) *subauscultare,* Leuiter, & quasi prætereundo auscultare. Plaut. Milit. 14. 3,

Tace, subauscultemus, ecqua de me fiat mentio.

Cic. 2. de Orat. 84, *Subauscultando tamen excipere uoces eorum, & procul quid narrarent attendere.* Idem in Topicis, 40, Qui ea locutus est bonis uiris subauscultantibus pariete interposito.

Subbasi-

Subbasilicanus] *pen. prod.* Adiect. (ὑποβασιλικανὸς) Qui libenter ac frequenter sub basilica spaciatur. ita Priscianus appellari docet. In basilica nanq; negotiationes & publicæ cõciliationes tractabantur, & iudicia quoq; in basilicis fiebant. Plaut. Capt. 13. 46,

Quorum ego os *subbasilicanos* omnes abigit in forum.

Subbibo] *subbibis, pen. corr. subbibi, subbibitum, pen. corr.* (ὑποπίνω) *subbibere,* aliquantulum bibere. Plautus Truculent. 17. 55,

Qui improbus est, siue subbibit, siue adeò caret temeto,
Tamen ab ingenio est improbus. Sueton. in Nerone, cap. 20, Si paulùm subbibisset.

Subblandior] *subblandiris,* penult. prod. (ὑπαφεσυρόμαι) *subblandiri,* Paululum, uel leuiter blandiri. Plautus Casin. 1. 13. 23,

Non matronarum est officiũ, sed meretricum, uiris alienis, Mi uir, subblandirier.

Subcærulus] penult. corr. Adiectiuum (ὑποκυάνεος) Aliquantulum cærulum. Celsus lib. 6. cap. 5, In ea pares portiones sunt myrobalani, magnatis, cretæ, cimoliæ, *subcæruleæ,* nucum amararum, &c.

Subcandidus] *pen. cor.* Adiect. (ὑπόλευκος) Aliquantulũ candidum significat. Plin. lib. 27. cap. 8. 6, Folia bouis linguæ similia, minora subcandida.

Subcauus] *pen. cor.* Adiect. *Subter cauus:* ut, *Subcaua montis natura.* Lucret. lib. 6,

—Primùm totius subcaua montis. Est natura, &c.

Subcenturio] *subcenturionis,* masc. gen. (ὑπεκατόνταρχος) Qui centurioni subducitur. Liuius 8. ab Vrbe, 43, Vt *subcenturionem* sibi quem uellet legeret, qui tutaretur eum ab uno destinato hoste.

Subcerniculum] *subcerniculi, pen. corr.* (ὑποσιτιον) Farinarium cribrum, quod fit è setis equorum, quemadmodum excussorium & polinarium fit è lino.

Subcineritius] Adiectiuum (ὑπένσφρος) Quod sub cineribus coquitur & assatur. Vnde *subcineritiũ* panem legimus in sacris litteris.

Subcingulum] *subcinguli, pen. cor.* (ζωστὴρ) Idem quod balteus. Plaut. Menech. 5. 18,

—ab Hippolyta *subcingulum*
Haud Hercules æquè magno unquã abstulit periculo.

Subciſiunni] Vide Succido, *pen. prod.*

Subcoacta] Cæsar. lib. 3. bell. Ciuil. Magnus incesserat metus sagittarum, atq; omnes ferè milites, aut ex *subcoactis,* aut ex centonibus, aut ex corijs tunicas, aut tegmenta fecerãt, quibus tela uitarent.

Subcoboneum] *positum pro succuba.* Titinnius testis est in Psaltria, cõtemplari ancillas, quam arbitrer illarum *subcoboneum* esse. Hæc Nonius.

Subcœno] *subcœnas* (ὑπαριστάνω) *subcœnare,* apud Quintilianũ libro sexto, cap. 3. 62, Et Galba de piscibus, qui quum pridie ex parte adesi, & uersati postero die appositi essent, festinemus, alij *subcœnant,* inquit. *Subdus cœnare,* apud, &c.

Subcontumelioſus] *pen. prod.* (ὑφυβριστὴς) Adiect. aliquantulum contumelioſus. A quo

Subcontumelioſè] Aduerb. (ὑφυβριστικῶς) Cic. ad Att. lib. 2. 22. 3, Hercule, uerum ut loquamur, *subcontumelioſè* tractatur noster Publius.

Subcreſco] ὑπαυξάνω, Vide Succreſco.

Proles *subcreſcat* tibi. Tibull. lib. 1. eleg. 5. 12.

Subcriſpus] adiect. Qui crines habet aliquantulum crispos. Cic. 4. Verr. 74, Videtis illam *subcriſpo* capillo, nigrum, qui eo multu nos intuetur. Varro de Re rust. cap. 5. 7, Coda

profusa usq; ad calces, ut habeat inferiorẽ partem frequentibus pilis *subcriſpam.*

Subcrudus] penultima producta, Adiect. (ὕπαυλος) Quod non omninò coctum est. Cato. cap. 156. 5, Sumito brassicam, conijcito in aquam feruentem, coquito paulisper, uti *subcrudus* fiet.

Subcrudum tuberculum. Cels. lib. 6. cap. 13.

Subcruentus] Adiect. (ὑφαιμος) Aliquãtulum cruentum. Cels. lib. 4. cap. 18, Descendunt autem pituitæ, nucisq; similia, interdum etiam leuiter *subcruenta.* Id est, cruentum aliquid admistum habentia.

Subcurator] *pen. prod. subcuratoris* (ὑπεπιμελητὴς) Qui curatoris locum tenet. Iulianus in l. ex facto, de negot. gestis, Quendam ad siliginem emendum decreto ordinis constitutum, eidemq; alium *subcuratorem* constitutum.

Subcuſtos] *subcuſtodis. pen. prod* m. g. (ὑποτριφύλαξ) Qui pro alio custode *subſtitutus* est. Plaut. Mil. 11. 53,

Quia Sceledrus dormit, hunc *subcuſtodem* suum
Foris ableganit, dum ea ipse transire hùc placet.

Subcutaneus] *a, um:* siue *subtercutaneus* (ὑποδερματικὸς) morbus qui intra cutem, siue sub cute est, siue *subter cutem.* Verbum à Calepino, an ab auctoribus Calepini siue *authore subnotatum.*

Subdebilitatus] *pen. prod.* Adiect. (ὑπευσθενουμένος) Aliquantulũ *debilitatus.* Cic. Att. lib. 11. 213. 2, Quod etiam mea sponte uidebam, te *subdebilitatum,* nouas rationes tuendi mei quærere. Vetus codex sic legit, te subdita re quasi debilitatum, nouas, &c.

Subdialis] & hoc *subdiale,* penultima producta (ὑπαίθριος) Quod sub dio est. Plinius lib. 34. cap. 12. 2, Disputat à Cadmia, quod illa *super* terram ex *subdialibus* petris cæditur, hæc ex obrutis.

Subdiales inambulationes. Plin. libro 14. cap 1. 3.

Subdialia pauimenta, apud Plin lib. 36. cap. 25. 3. quas terratias uocamus.

Subdifficilis] & hoc *subdifficile. pen. cor.* (ὑποχαλεπὸς) Aliquantum difficile. Cic. de Amic. 59, Exiſtit autem hoc loco quæstio quædam *subdifficilis.*

Subdiffido] *subdiſſidis, subdiffidere.* Aliquantulum diffidere, Cicero Attic. libro 15. 329, Quo die audiui illum tyrannum in concione clariſſimum uirum appellari *subdiffidere* cœpi.

Subdiſiunctiuus] penultima producta, Adiectiuum. Proculus in l. hæc uerb. ff. de uerbor. significa. Hæc uerba ille, aut ille, non solum diſiunctiua, sed etiam *subdiſiũctiua* orationis sunt. Diſiunctiuum est, ueluti quum dicimus, Aut dies, aut nox est: quorum posito altero, necesse est tolli alterum: item sublato altero poni alterum. Ita simili figuratione uerbum. Aut, potest esse *subdiſiunctiuum.* Subdiſiunctiui autem genera sunt duo, &c.

Subdito] *subditas, subditare, subter admouere.* Lucr. lib. 6.

Subditat hunc stimulum quadam de parte timoris.

Subdiu] πάνημέρον, Idem significat quod Die. Plaut. Mostell. 6. 69, Nam *subdiu* sol agit hic perpetuum diem.

Subdo] *subdis, subdidi, subditũ,* penultima correpta (ὑποτάττω, ὑποβάλλω) *subdere,* Supponere, *subijcere.* Cato de Re rustica, Ignem *subdito:* ubi bullabit uinum, ignem *subducito.* Plinius libro 14. cap. 12. 11, Furcas *subdere* his necessarium.

Subdere sub solum, in terram conijcere. Plaut. Curcul. 7. 18. Oculorum uisio *subdere* aliquid. Lucret. lib. 5. 21.

Subdere in locũ alterius. Plin. in Paneg. 40. Cic. pro domo sua, 66, Quis in meum locũ iudicẽ *subdidit.* Quint. lib. 3. cap. 6. 140, Sed in horum trium locum *subditæ* quatuor legales.

Subdere boues iugo. Plin lib. 8. cap. 16. 13.
Calcar subdere equo. Ouid. 2. de Arte, 147.
Maiestatis crimina subdebantur. Tacit. lib. 3.
Flamma subdita medullis. Virg. 3 Georg. 55.
Ignem ac materiam seditioni subdere, per translationem, pro Augere & opem ferre. Liu. 8. ab Vrbe, 163.
Puerum subdere. Plaut. Merc. 2. 9,
Hic filium subdiderat uicini, pater uicinum.
Terentius. Heaut. 5. 3. 11,
Subditum se suspicatur. C. subditum, ain' tu?
Pullum subdere. Vide subijcere pullos, in Subijcio.
Reum subdere. Tacit. lib. 1.
Rumorem subdere. Tacit. lib. 5.
Spiritus subdere. Liuius 7. ab Vrbe, 197, Ac si cui genus, si cui sua uirtus, si cui etiam maiestas, si cui honores subdere spiritus potuerunt: ijs eramus natus. Id est, animos siue stimulos.
Stimulos subdere muliebri animo. Liu. 6. ab Vrbe, 137.
Fama subdit stimulos ingenij. Ouid. 5. Trist. eleg. 1. 16.
Subdere, Quasi periculo committere. Plin. epist. 65. 4, Contrà uereor ne sit cautum rem tam magnam ijsdem tempestatib. subdere. Plaut. Epid. 3. 37,
Vt meum tergum stultitiæ tuæ subdas succidaneum?
¶ *Subditus.* pen. cor. partic. (ὑποκείμενος, ὑποβεβλημένος, ἀρχόμενος, ὑποφύτιος) Subtus immissus. Cic. 2. de Nat. deor 40, Quæ efferuescunt subditis ignibus.
Subditus, partus, Suppositus, hoc est, sublatus ab eo muliere quæ peperit, & alteri suppositus.
Subditum testamentum apud Iurisconsultos dicitur, quum uero testamento occultato, aliud clam fuit appositum.
¶ *Subditiuus.* pen. prod. Adiect. (ὑπόπαλος) Qui et subditus est, in alterius locum positus. Plaut. in Amph. 8. 197,
Nang; de illo subditiuo Sosia mirum nimis est.
¶ *Subdititicius,* Aliud. Adiect. (ὑποβολιμαῖος) Idem Plaut. Amphit. 5. 35. Cic. 7. Verr. 55, Quòd eodẽ cæteros piratas contrudi imperarat, intellexit, si hunc subdititicium archypiratam in eandem custodiam dedisset, fore, &c.
Libri subditicij, Quint. lib. 1. cap. 4. 2.
Subdoceo] *subdoces,* pen. cor. *subdocui, subdoctum* (ὑποδιδάσκω) *subdocere,* Vtcũq;, uel aliquantum docere. Cic. Att. lib. 8. 148. 2, Ciceronesq;, nostros meo potius labore *subdoceri,* quàm me alium magistrum quærere.
Subdolus] penultima correpta, Adiect. (ὕπουλος) Occultè decipiens. Plaut. Aulul. 10. 8, Et Capt. 10. 5,
Nec mendacijs subdolis mihi usquam mantellũ est meis.
Sic Mil. 12. 68,
Haud uereor ne nos subdola perfidia peruincamur.
Martial. lib. 5. 114,
Sèd tendit auidis rete subdolum turdis.
Lingua subdola. Ouid. 1. de Arte, 120.
Pellicia subdola. Lucret. lib. 5. 201.
¶ *Subdolè.* pen. corr. Aduerb. (ὑπούλως) Cautè & fraudulenter. Plaut. Trinum. 5. 12,
—eos consectatur, subdolè blanditur, ab re Cõsulit.
Cicero de claris Orat. 17, Nihil acutè inueniri potuit in eis causis, quas scripsit, nihil (ut ita dicam) subdolè, nihil uersutè, quod ille uiderit.
Subdubito] *subdubitas,* pen. cor. (ὑποδιαπέρω) *subdubitare.* Parum dubitare. Cicero Cælio lib. 2. 12. 5, Hæc ego pluribus scripsi, quod nõnihil significabãt tuæ literæ, subdubitare qua essem erga illum uoluntate. Idem Attic. lib. 14. 313. 1, iam enim dico meum, antea, (crede mihi) subdubitabam.
Subduco] *subducis,* pen. prod. *subduxi, subductum* (ὑπεξάγω, ὑπεξαιρέομαι, ὑπάγω, ὑφαιρέω, ὑποφέρω) *subducere, Subterducere.* Iuuenalis Satyra 1. 3,

Et nos ergo manum ferulæ subduximus?
Subducere, Subtrahere: cui opponitur Subdere. Cato de Re rust. Ignem subdito: ubi bullabit uinum, ignem subducito. Plaut. Asin. 16. 62, Tempus est subducere hinc me.
Aurum subducitur terræ. Ouid. 3. de Arte, 25.
Subducere cibum athletæ. Cic. 2. Tusc. 69. Ouid. 2. Metã. 133,
Iam mihi subduci facies humana uidetur.
Colla subducere oneri. Ouid. 1. de Ponto. eleg. 6. 5.
Subducere lac agnis. Virg. eclog 3. 2.
Memoriam subducere. Seneca de Benef. lib. 3. cap. 1.
Vires subducere alicui. Ouid. 13. Metamorph. 13.
Producere & Subducere, contraria. Cic. pro Domo sua, 17.
Morti subducere aliquem. Claud. 3. Paneg. 15.
Naribus subducere. Plinius libro 21. cap. 29. 2, Naribus subductum caput purgat. Ibidem, cap. 20. 5.
Pugnæ subducere aliquem. Virg. 10. Aen. 10
Nimbo se subducere. Ouid. Trist. eleg. 15. 6.
Subducere se custodiæ. Seneca epist. 66.
Subducere se de uel ex aliqua societate; uel loco, Est sensim & clanculũ discedere; ita ut nullus uideat. Ter. Eun. 4. 1. 14,
Vbi primum poterit, se illinc subducet scio.
Ibidem, 4. 7. 25,
Et cum eo clàm subduxti te mihi?
Cic. ad Q. Frat. lib. 3. 22, De circulo se subduxit.
Animam subducere morti, Eripere & conseruare à periculo mortis. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 26.
Subducta ex prælio dia. Liu. 5. bel. Maced. 15.
Succũ subducere spiritu, Sursum trahere. Plin. li. 20. ca. 14. 5,
Subducere, Furtim subtrahere Plaut. Curcul. 7. 81,
Quum dormiscit, ei subduco annulũ. Mart. lib. 12. 25.
Subduxit mappas quatuor Hermogenes. Sic lib. 8. 53,
Subducere pallia.
Subducere furto aliquid. Liu. 9. ab Vrbe, 255.
Subducere, Sursum ducere, leuare, extollere. Plin. de Viris illust. 4. b, Ipse à Tullo in auxilium acersitus aciem in collẽ *subduxit.* Tacit. liu. 2, Iamq; sero diei subduxit ex acie legionem faciendis castris.
Subducere copias in collem satis arduum. Liu. 3. bel. Pun. 122.
Colles subducunt se. Virg. 9. eclog. 2.
Terra se pedibus raptim subducit. Lucret. lib. 1. 218.
Hinc subducere naues dicimus, In terram trahere: quod terra mari altior sit. Virg. 1. Aen. 112,
Quassatam uentis liceat subducere classem,
Et fluuiis aptare trabes. Plaut. Bacchid. 5. 70,
Quum extemplò à portu abire nos cum auro uident.
Subducunt lembum. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 93, Naues reliquas, si uellet, subduci & refici iuberet.
Puppes subductæ sicco littore. Virg. 3. Aeneid. 27.
Subducere sursum è puteo. Plaut. Aulul 12. 4.
Subducere supercilia. Seneca de Benef. lib. 1. cap. 1.
Vultu subducto procedere. Propert. lib. 2. eleg. 11. 2.
Subducere animam, Spiritum & anhelitum sursùm attrahere. Cato cap. 157. 12.
Subducere aliquem, Decipere. Plaut. Menæch. 2. 63.
Subducere aliquẽ dictis, Circumuenire. Terent. And. 4. 1 20.
Subducere cũ hoc nomine Ratio, Significat cõputare, quod & inire & habere, & facere rationẽ dicimus. Plaut. Capt. 4. 89,
Ibo intrò, atq; intus subducam ratiunculam,
Quantillum argenti mihi apud trapezitam siet.
Subducta ratione esse ad uitam. Terent. Adel. 5. 4. 1, Donatus, Ducere, est digitis computare, sed ducere est apud alium & palàm: Subducere, apud seipsum & secretò, quò magis in uerbo isto maioris attentionis & diligẽtiæ signum est. Cic. Lentulo,

Lentulo, lib. 1. 9. 32. Rationibusq; subductis summam feci cogitationum mearum.
Inita & subducta ratione scelera meditari. Cic. 3. de Nat. deor 101, Subducunt calculos uoluptatũ. Cic. 2. de Finib. 97. id est, Computant quantum uoluptatis percepturi sint. Bud.
Numerum subducere rei alicuius, Numerare rem aliquam. Catull. in Epithal. Iuliæ, 56. 42.
Subducere summam. Cic. ad Att. lib. 5. 110. 12, Collaudaui homines, Recte inquit, Scaptius, sed subducamus summã. Colum. lib. 5. cap. 2. 10.
Subducere, non adiecto nomine Ratio Cicero Attico, libro 5. 110. 15, Quid uos, quantum inquam debetis: Respondet, CVI. Refero ad Scaptium: homo clamare. Quid opus est, inquam? rationes conferatis. Adsidunt: subducũt: ad numum conuenit.
Subducere fundamenta alicuius rei. Cic. 4. de Finib. 69. Id est, eximere, ut ait Budæus.
Subductum omnibus uentis ædificium. Plin. epist. 41. libro 2. ad Gallum.
¶ *Subductio.* uerbale (ὑπαγωγὴ, ὑπεξαγωγὴ, ὑφαίρεσις) Ratio, & quod uulgus computũ uocat. Cic. 2. de Orat. 72. Quo perfecto, statim occurrit naturali quadã prudentia, non his subductionibus, quas isti docẽt, quid faciat causam.
Subductio, Ipse extollendi siue leuandi actus. Cæs. 5. bel. Gal. 1, ad celeritatem onerandi, subductionesq; paulò facit humiliores, quàm quibus in nostro mari uti consueuimus.
¶ *Subductarius,* Adiect. (ὑπαγωγικὸς) ut, Funis subductarius, quo quid lenatur. Cato cap. 12, Funes loreos quinq;, subductarios quinq;, medipontos quinq. Idem cap. 68.
Subdulcis] & hoc *subdulce* (ὑπογλυκὺς) Parum dulce. Plin. lib. 26. cap. 8. 15, Radix subdulcis in petris nascens, aut sub arboribus uetustis.
Subedo] *subedis,* pen. cor. *subedi,* pen. prod. *subesum, subedere.* Ouid. 11. Metamorph. 157,
Dixit, & è scopulo, quem rauca subderat unda
Decidit in pontum.
Subeo] *subis, subiui, uel subij, subitum,* pen. cor. (ὑποδύομαι, ὑποδύνω, ὕπειμι, ὑπέρχομαι) *subire,* Ascendere. Accusat. fugitur. Cæs. lib. 1. bell. Gal. 147, Qui intra annos quatuordecim tectum non subijssent. Plin epist. 203. b, Inglorius fubit portum. Plin lib. 31. cap. 3. 1, Sed hi ratione adferunt, quoniam leuissima sit imbrium aqua, ut quæ subire potuerit ac pendere in aere. Lucan. lib. 8. 24, Nulla tibi subeunda magis sunt mœnia uictor.
Tecta subire. Virg. 3. Aen. 17.
Vrbem subire. Lucan. lib. 3. 20.
Nemus subire. Ouid. 2. de Arte, 84.
Pabulum protulit. Iuuen. Satyr. 16. 1.
Subire ad hostes. Liu. 2. ab Vrbe, 131. Idem 6. bell. Pun. 224, Vt subeundi, sæpe ad Mœnia urbis recursus pateret. Sic 4. bel. Maced. 64, *Subire* ad portam. Et 1. ab Vrbe, 122, *Subire* ad Montes.
Subire in. Plin. lib. 9. cap. 27, Subit in summa maria, piscis ex argumento appellatus lucerna, &c.
Subire ultum alicuius, In eius conspectum uenire. Cicero pro Quintio 64.
Subire muro in datiuo Virg. 9. Aeneid. 47,
Iamq; propinquabant castris, muroq; subibant.
Idem 6. Aen. 45.
—pars ingenti subiêre pheretro.
Leones subiêre currum. Virg. 3. Aen. 23.
Onus subire dorso. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 5.
Subire aliquid, pro suscipere defendendum, onus accipere. Plinius epistola 196. 4, Cuius nunc mihi subeunda defensio

est. Idem in Panegyr. 70, Quis enim curæ tuæ molem sp̃ te subeat.
Pectus subit amores. Ouid. 4. epist. 5.
Subire conditionem pacis. Cæsar. 7. bell. Gall. 318.
Subire deditionem. Cæsar 1. bel. Ciuil. 309.
Hæreditatem subire, pro quo usitatius dicimus Adire hæreditatem. Iurisc. de uerb.
Iussa subire. Claud. 7. Paneg. 60.
Labores subire. Cic. ad Att. lib. 3. 55. 14.
Labores duros subire. Tibul. lib. 1. eleg. 4. 10.
Nauigationem subire. Cæsar 4. bell. Gal. 592.
Partes subire. Quint. lib. 6. cap. 1. 18, Et ipse patronus has partes subit.
Vicem eandem subire. Vlp. in l. minor. ff. de procuratoribus.
Subire, Succedere. Liuius 7. bell. Pun. 8, primæ legioni tertia, dextræ alæ sinistra subijt: & apud hostes integri à fessis pugnam accepere.
Subire per uices. Plin. lib. 8. cap. 7. 6, Equitatu circumuenti, infirmos, aut fessos uulneratosue in medium agmen recipiũt: ac uelut imperio ac ratione per uices subeũt. De elephãtis.
Subire in locum alicuius. Ouid. 1. Metam. 17,
—fugere pudor, uerumq; fidesq;:
In quorum subiere locum, fraudesq;, doliq;, &c.
In partes alicuius subire. Ouid. 4. de Ponto, eleg 9. 2.
Subire, Pati. Cic. 3. Offic. 143, Qui retinendi officij causa crudelitatem subierit uoluntariam? Cælius Ciceroni, lib. 8. 11. 9, Curio omnia potius subire constituit, quàm id pati.
Aleam subire, Fortunam, ac sortem experiri alicuius rei. Col. lib. 3. cap. 21. 5.
Calamitatem subire. Cic. Bruto. 12. 4.
Casum subire. Cic. Attico, lib. 8. 145. 4. Idem ad Terent. libro 5. 4. Quando subeunda fortuna est.
Crimen subire, Liu. 2. ab Vrbe, 33.
Dolorem subire. Cic. 2. Tusc. 21 Quæ ut effugias, quis est non modò non recusandus, sed ultrò appetendus, subeundus, excipiendus dolor?
Famam crudelitatis subire. Cic. in Catil. 85. Brutus ad Attic. in epist. ad Brutum. 1. 8. 5, Ne famam subeam temeritatis. Id est, ne dicar temerarius.
Incommoda subire. Cic. 3. Offic. 35.
Infamiam sempiternam subire. Cic. Q. frat. lib. 3. 20. 5.
Inuidiam orationis subire. Cic. 1. Verr. 25.
Iudicium imperitæ multitudinis subire. Cic. pro Flacco, 1.
Pagina subitura iudicium docti principis. Ouid. 1. Fast. 4.
Leges subire. Stat. 1. Syl. 2. 6,
—subijt leges, & frænamomordit.
Ille solutus amor.
Nomen exulis subire. Cic. pro Corn. Balbo, 41.
Nomina uitiorum subire. Cic. 3. Offic 74.
Notam turpitudinis subire. Cic. in Pisonem, 32.
Odium alicuius subire. Cic. Attico lib. 11. 225. 4.
Periculum omne subire. Horat. Epod. 1. 1.
Periculum subire. Cic. 3. Ver. 103.
Pœnam subire. Cic. 3. Offic. 84.
Pœnas meritas subire. Ouid. epist. 12. 24.
Pœnas subire ex merito. Ouid. 5. Metam. 40.
Sermonem subire. Cicero Attico, libro 11. 214. 3, Minus sermonis subijssem, minus accepissem doloris, ipsum hoc me, non angeret. Id est, Non tantus de me sermo sinister esset. Non ita mihi obloquerentur homines.
Supplicia subire. Cic. Bruto, 12 3.
Tela subire. Cic. pro Corn. Balbo, 41.
Tempestatem inuidiæ subire. Cic. 2. in Catil. 36.
Tempestates subire. Cæsar. 8. bel. Gal. 15.

Tristitiam subire, Cicero Attico, libro 8.160.5.
Turpitudinē subire, siue turpitudines. Cic.3.Verr. 97. Sic14. Philip. 390.
Verbera subire. Plin.lib.20.cap. 13. 1. Horatius 1. Serm. Satyr.3.34.
Vim subire, atq; iniuriam alui, quàm aut à uestris sanctissimis mentibus dissidere, aut de meo statu declinare. Cicero de Prouinc. Consul. 34.
Vim legis subire. Cic. pro Cecinna, 72.
Vituperationem subire. Cic. ad Attico lib.14.317.3.
Subire, Succrescere. Virg 1.Georg.36,
Neu subeant herbæ, neu puluere uicta fatiscat.
Subeunt morbi, Virg.3. Georg. 14, Id est, aduenium, inquit Seruius.
Curæ subeunt. Ouid. 4. Trist. eleg.3.5.
Senecta subiens. Silius lib.7.20.
Sopor subit fessa lumina Ouid.epist.18.12.
Tædia subeunt animo. Ouid. 4. de Ponte, eleg.15.6.
Subit religio animos Plinius libro 5.cap.1.6.
Timor subit animum. Liu.lib.9, bell. Macedon. 61.
Spes subit animum. Liu.10.bel.Maced,29.
Subire, in memoriam uenire. Plin.lib.7.cap.46.1, Subeunt in hac reputatione Delphica oracula.
Datiuo. Curtius, Cogitationi nostræ nunquam subijt. Quintil. Declamat. 6.
Fastidia subeunt mihi. Ouid, epist.15.20.
Accusatiuo. Plinius epistol. 51.c, Quod me recordantem, fragilitatis humanæ miseratio subit. Curtius lib. 5, Subijt regem uerecundia.
Imago me subit. Ouid, 2. Fast.151.
Infinitiuo. Plin.lib.35, Subit antiquitatem mirari.
Subit recordatio. Plin.epist.9.4, Tunc enim subit recordatio quot dies quàm frigidis rebus absumpsit.
Subit cogitatio. Liu. 5.bel, Pun. 142, Ea quum uniuersa occurrerent animo, subiretq; cogitatio, iam illa momẽto horæ aruspicum omnia, & ad cineres reditura.
Subijt cogitatio animum. Curtius lib.6, Horum cogitatio subibat animum.
Subit cogitatio animum, quomodo. Liu.10.ab Vrbe, 222.
Subit animum Liuius 6.bell.Pun. Idem 2.ab Vrbe, 179, Dulcedo agrariæ legis ipsa per se dempto authore subibat animos.
Subit animos memoria maleficiorum. Liu.7.bel.Maced. 199. Curtius libro 5, Subit ipsa per se, dempto authore subibat animos.
Subit memoria. Liu.10.bel.Maced.29, Subiturã uobis aliquãdo germanitatis memoriam, puerilis quondã simplicitatis cõsuetudinisq; inter uos, meorũ deniq; præceptorum, &c.
Subit mentem. Plin. lib.14.cap.11, Verum inter hæc subit mentem, quum sint genera nobilia, &c. Virg.10. Aen.165.
Affectu subire. Ouid.3.Trist. eleg.3.3.
Subire, subdere, supponere. Virg.10. Aen.160,
Aeneas subijt mucronem, ipsumq; morando sustinuit.
Humeris subire aliquem, Ferre aliquem humeris. Virgil. 4. Aeneid. 120.
Subiri, Passiuum. Cic. 7. Verr.142, Inimicitiæ sunt subeãtur, labores suscipiãtur. Plin.lib.4, Hæmi excelsitas, vi. m. pass subitur.
Subire, Obsequiosè colere, alicui se uenditare, & eum obseruare. Quint.lib.4.cap.5, Fallendus est iudex, et uarijs artib. subeũdus, ut aliud agi, quàm quod nos petimus, putet. Bud.
Auxilio subire alicui. Virg.2. Aen.44.
Subire, Respondere, seu resistere. Cic. de Diuinat. Poterisne orationem eius subire? Idem pro Rosc. Amer. 18, Quoniã quidem semel suscepi, licet hercules undiq; omnes errores, minæ, periculaq; impendeant omnia, succurram atque subibo. Loquentem subire, Respondere loquenti Claud. 8. Paneg 36.

¶ *Subitus*: pen. corr. Adiectiuum (ἀφνίδιος) Idem quod Repentinus. Terentius Phorm. 14.24,
Nam quod ego huic nunc subito exitio remedium inueniam miser? Idem Adelph, 5.9.28,
Quod proluuium? quæ ista hæc subita est largitas?
Cic. planco lib. 10,16.4, Neue in rebus tam subitis, tamq; angustis, à Senatu consilium petendum putes. Idem 2. Verr. 14, subita letitia.
Subiti nihil est. Plaut, Persa, 16.36.
Subitum est nimis. Plaut. Aulul. 8.5. Cicero Memmio, libro 13. 2.2, Nam propter opera instituta multa multorum, subitum est ei remigrare.
Aspectu subito territus hæsit. Virg.11. Aen.140.
Concursus subiti. Ouid.14. Metamorph, 109,
Dolores subiti. Ouid.epist.11.10.
Flammas subitas extinguere. Ouid.in Ibin,4.
Formidine subita trepidus. Virg.6.Aeneid.58.
Fragore subito intonuit, Virg.2.Aen.139.
Imber subitus. Ouid.4. Fast.77.
Morte subita sternere aliquem. Virg.11. Aen.160.
Robor subitus notauit ora. Ouid.6.Metam.10.
Timore subito intremuere genua. Ouid.2.Metam.36.
Vim subitam tolerare. Lucret.lib.1.57.

¶ *Subitò*, pen. cor. Aduerbium (παραχρῆμα, ἐξαίφνης) Repentè, confestim. Cic. Terentiæ lib.14.8.1, Nam mihi & scriptum & nuntiatum est, te in febrim subitò incidisse.
Mutata semina subitò, Virg.2.Georg.54.
Subitò & improuisò. Cic. pro Fonteio,27.
Subitò quum mihi dixisset Cæcilius Quæstor puerum se Romã mittere, hæc scripsi raptim. Cic. ad Attic. lib.2.24.1.
Subitò, Propere. Plaut. Amphit.17.10,
Vt subitò erat properè ut tonuit ualidè Idem Trinum 17.50, —ita
Subitò est properè quod eum conuentum uolo. Idem Curc.7.4.
Ita nunc subitò, properè, & celere obiectum est mihi De subito. Vide De. (negotium.

¶ *Subitaneus*, Adiect. (ἐξαίφνιδιος) Idem quod subitus. Col. lib.1. cap.6. 16, Si subitaneus imber incesserit.

¶ *Subitarius*, aliud adiectiuum (ἐξαπινάιος) Idem. Plautus Milit. 5.70,
Hanc age rem, res subitaria est.
Subitarijs militibus, pro repentino auxilio. Liu. 3.ab Vrbe, 16. Idem 1.bel Maced, 8, Duabus legionibus subitarijs tumultus eius causa scriptis.

Suber] *suberis*. pen. cor. masculini uel fœminini generis est, sæpius neutri (φελλός) Plin. lib. 16. cap 25. 5, Tardissimo germine suber. Ibidem, cap.8. 4, Suberi minima arbor, glans pessima, rara, cortex tantum in fructu præcrassus ac renascens, atq; etiam in denos pedes undiq; explanatus. Vsus eius anchoralibus, maximè nauium, piscantiumq; tragulis, & cadorum obturamentis: præterea in hyberno fœminarum calceatu. Quamobrem non infacetè Græci corticis arborem appellant. Sunt qui fœminam ilicem uocent, atq; ubi non nascitur ilex pro ea subere utuntur, in carpentarijs præcipuè fabricis, ut circa Elin & Lacedæmonem. Nec in Italia tota nascitur. aut in Gallia omnino, Colum.lib.4. cap.26.41, Nam est præcipua cuneis fissa olea, quercus et suber, & si qua sunt similia. Persius Satyr.1.10,
Vt ramale uetus degrandi subere coctum.

Subereus

¶ *Subereus*, (φελλινός) Adiect. apud Colum.
Suberigo] *suberigis*, pen. corr. *suberigere*. Erigere, uel aliquantum erigere. Silius lib. 15,
Vt quum sæua freti s immisit prælia Corus,
Isthmon curuata sublime suberigit undã.
Suberro] *suberras* (ὑποπλανᾶσαι) *suberrare*. Claud. 5. Panegyr. 50.
Indigenas fluuiõs, Italis quicunq; suberrant
Montibus, alpinaq; bibunt de more pruinas.
Subex] Vide Subijces, in Subijcio.
Subexhibeo] *subexhibes*, pen. cor. *subexhibẽre*, Arnobius lib.6 Aduersus gentes, deorum impugnans simulachra; Non dicitis præsentiam uobis quandam his numinum subexhiberi simulachris.
Subferefio] pē. prod. *subferueuis, subferuefieri*, Plin. lib. 27.cap.9.5, Affirmãt lapillos qui subferuefiãt unà rumpi.
Subferuefactus, (ὑπόζεστος) Participium à Subferuefacio, Paulum feruefactum significat. Plin.lib.28. cap.9.15, Contra scabiem uerò quiuis admisto iumentorum seuo, pro parte tertia & pice, pariterq; subferuefactis. Idem lib.24.cap.7.3, Ad mulierum mammas brutia ex uino subferuefacta cũ polline Parraceo.
Subfrigidus] pen. cor. Adiect. (ὑπόψυχος) Aliquantũ frigidum significat. A quo.
¶ *Subfrigidè*, aduerb. (ὑποψυχρῶς) Gel. lib. 2. cap. 9, Nimis minutè, ac propè etiam subfrigidè.
Subgrandis] Adiect. (ὑπομέγας) utcunq; grande, uel aliquantulum. Cic. Q. fratri, lib. 3. 17. 4, Subgrande cubiculum autem, & hybernũ altum ualde probaui, quod & ampla erant, & loco posita ambulationis uno latere, eo quod est proximum balneatijs.
Subgrauis] & *subgraue*, pen. cor. (ὑποβαρὺς) Aliquantulum graue. Plin. lib.27. cap.9.5, Radicẽ tenui, nigra, subgraui odore.
Subgrunda] *subgrundæ*, siue *suggrunda* (γεῖσα, γεῖσοι) pars tecti prominens, qua stiricidia à parietibus arcentur (inquit Budæus) qualia ferè sunt Lugdunensia tecta, quæ à Græcis γεῖσοι & γεῖσα dicuntur. Varro 3. de Re rustic. capite 3. 4, Apes enim subter subgrundas ab initio uillatici coũse tecto.
¶ *Subgrundatio*, Verbale, (γεισοποιΐα,) Huiusmodi pro mentium partium coństructio. Vitruuius lib.4.cap. 2. Sub tectis (inquit) si maiora spatia sunt, columen in summo fastigio culminis, unde & columnæ dicuntur, & transtra & capreoli: Si cominoda, columen & canterij, prominens ad extremam subgrundationem.
¶ *Subgrundia*, subgrundiorum: plur. num. gen. neut. (γεῖσα) Idem quod subgrundæ, uel suggrundæ. Plin. lib. 25. cap. 13. 15, Alij stergetron uocant, quod amatorijs conueniat: alij hypogeson, quoniam in subgrundijs ferè nascitur.
Subhæreo] *subhæres, subhæsi, subhærere*. Celsus lib.5.cap. 28. de Fistulis & earum curationibus, At cartilago ubi subhæsit, ipsa sedes docet.
Subhasto] *as, are*: est sub hastam mittere, hoc est, per actionẽ uendere. Solebat quippe hasta figi in publicis actionibus, in quibus aliquid belli iure uendebatur. Forense uerbum et usu frequens.
Subhorridus] penultima corr. Adiectiuum, (ὑποφρικώδης) Aliquantum horridus. Sic. pro Sest 16. Quia tristem semper, quia taciturnum, quia subhorridum atq; incultum uidebant.
Subiaceo] *subiaces*, pen. cor. *subiacui* (ὑπόκειμαι) *subiacere, Subtus iacere*. Plin. epist.101.4, libro 5, Sed hi procul à mari recesserunt: quin etiam Apennino, saluberrimo mon-

tium subiacent. Colum.lib.10.20,
Et mater facili mollissima subiacet aruo.
Ad aliquid subiacere. Quint.lib.3.cap. 6.65.
Subiacto] *subiactas* (ὑποῤῥαπτεω) subiactare. Sæpe in altum iactare, quod fit quum in areis frumenta à paleis secernuntur. Var. 1. de re Rust. cap. 52.2, His tritis, oportet à terra subiactare uallis aut uentilabris, quum uentus spirat lenis. Dicitur & Subiecto. Vide Subijcio.
Subiecto] *subiectas*, Sursum iacto. Lucret. lib. 6, Saxaq; subiectare, & arenæ tollere nimbos.
Subigo] *subigis*, pen. cor *subegi*. pen. prod. *subactũ* (ἀναγκάζω, βιάζομαι) *subigere*, Ex Sub & Ago, agis cõpositum, significat cogere. Plaut. Most. 11.14,
Qui subegi, fœnore argumentũ ab danista ut sumeret.
Idem Cistel. 2.92, Nam eum pater eius subegit.
Tacit. lib. 14, Notos quoq; equites Romanos operas arenæ promittere subegit.
Subigit fateri. Virg. 6. Aeneid. 113.
Ad deditionem subigere. Liu. 6. ab Vrbe, 11.
Subigere (χειρόω) *Subijcere, domare*. Salustius, Postea uerò quàm in Asia Cyrus, in Græcia Lacedæmonia & Athenienses cœpere urbes atque nationes subigere. Plautus
Arma inimica subegi metu Lucan. lib. 5.133. (Curcul.
Subigere armis, & in ditionem redigere. Cicero pro Cornelio Balbo, 18.
Subigi imperio. Liu. 1. ab Vrbe, 90.
Subigere (κατεργάζομαι) *glebas, siue terrã*. Colere, arare Cic. pro lege Agrar. 83, Atq; illi miseri nati in illis agris & educati, glebis subigendis exercitati. Cic. 2. de Natur deor. 237, Quibus quum terræ subigerentur fissioni glebarum ab illo aureo genere, ut poetæ loquuntur, uis nulla unquã afferebatur. Virg. 1. Georg. 25,
Ante Iouem nulli subigebant arua coloni. Cic. de Senec. 47, Quæ quum gremio mollito ac subacto sparsum semen excepit.
Boues presso subigebant uomere terram. Ouid. 10. Metam. 7.
Subigere in cote secures, Acuere. Virg. 7. Aen. 126.
Subigere terga equi, pro Defricare. Col. lib. 6. cap. 30.
Farinam subigere. Cato cap. 74.
Opus subigere digitis. Ouid. 6. Metam. 4.
Scrobem subigere, Fodere. Virg. 2. Georg. 10.
Subigere, Sursum agere, cõpositum à Sursid est, sursum. Virg. 1. Georg. 41.
Non aliter quàm qui aduersо uix flumine lembum
Remigijs subigit.
Ratem conto subigere. Virg. 6. Aeneid. 61.
Emplastrum subactum ex aceto Cels. lib. 6. cap. 3.

¶ *Subactus*] Particip. (κεραύνιος) ut, Subactus ab imperatoribus, & domitus. Cic. pro Fonteio, 2.
Insidijs subactus. Virg. 12. Aen. 99.
Gentes subactæ. Lucan lib. 59.
Mundus subactus. Lucan. lib. 1. 32.
Subactus multitudine periclitãtium, pro Coactus. Tacit. lib. 5. Idem lib. 13, Donec ui amoris subactus.
Subactus, Aliquando idẽ est quod usu crebro exercitatus. Liu. lib. 2. Decad. 5. Ipsi à pueris eruditi artibus militiæ, tot subacti atq; durati bellis. Sumpta metaphora à luto, quod subigitur, si uti uelis debeat, aut farina:
Subactum ingenium, pro Exercitato, per translationem posuit. Cic. lib. 2. de Orat. 71.

¶ *Subactus*, huius subactus, masc. gen. (κατεργασία) Idem quod Subactio. Plinius lib. 18: cap: 7.17, Quod in subactu congium aquæ capiat.

¶ *Subactio*, Verbale (κατεργασία) Vide subactu ingenium.

¶ *Subigatrix*, pen. prod. *subigatricis*, f. g. (χειρωτὶς) Plautus *Perſa*, 6, 46. Ne me attrecta ſubigatrix.

Subijcio] *ſubijcis*, pen. corr. *ſubieci*, pen. prod. *ſubiectum*, (ὑπαγω, ὑπεισω, ὑποτασσω) *ſubijcere*. Supponere. Virg. 4. Georg. 61, —& ramea coſtis
Subijciunt fragmenta. Plaut. Moſtel. 12. 9.

Subijcere ſub alterum regem. Varro 3. de Re ruſt. cap. 16. 27. Cic. 5. Tuſc. 3.

Subijcere ſub oculos. Quint. lib. 8. cap. ultimo, *Nam translatio permouendis animis plerunq; & ſignandis rebus ac ſub oculis ſubijciendis reperta eſt.*

Subijcere ſecuri ceruices. Liu. 3. ab Vrbe, 153, *Et iam ne tergo quidē abſtinebatur: uirgis cædi alij, alij ſecuri ſubijci. id eſt, occidi.* Cic. 2. Philip. 66.

Prælo ſubijcere. Col. lib. 12, cap. 39. 2, *Tum permiſcere, et ſubactam briſam prælo ſubijcere*, &c. Plin. lib. 15. cap. 6. 3.

Ignem ſubijcere. Cic. 3. Ver. 48, *Omnes ad eam domū in qua iſte diuerſabatur, prouecti ſunt, cædere ianuā ſuxis, inſtare ferro, ligna et ſarmēta circundare, ignē ſubijcere cœperūt.*

Subijcere ignem fornaci. Vlpian. in l. *ſi ſeruus. §. ſiquis in ſulā. ff. ad legem Aquiliam.*

Oua ſubijcere gallinis. Plin. lib. 10. cap. 53. 4.

Succulum puluino ſubijcere. Senec. de Benef. lib 2. cap. 10.

Subijcere ſcientiam. Cel. in præfat. lib. 1.

Subijcere ſe periculo. Vlpianus in l. 1. §. 1. ff. de pericul. & com. rei uend.

Brachia ſubijcere pallæ, Accipere pallam in ulnas. Ouidius 3. Metamorph. 34.

Pedibus ſubijcere. Contēnere, nihili facere. Virg. 3. Georg. 98.

Subijcere, Subiugare. Plin. in Paneg. 110, *In noſtris quoque ſimili religione, ipſe te legibus ſubieciſti.* Cic. *Tot ſibi populis repente ſubiectis.*

Subijci prælijs. Cic. Attic lib. 8. 159. 11.

Subijcere ſacra publica & priuata ſcitis Pontificis. Liuius 1. ab Vrbe. 84.

Subijci tutelæ alicuius. Cic. 4. de Finib 64.

Omnia ſubiecta eſſe libidini alicuius. Cic. pro domo ſua, 82.

Subijcere ſe imperio. Cic. 2. Offic. 30.

Subijcere, pro *Submittere* uel *ſubornare.* Quint. lib 5. cap. 7. *de teſtibus, In ijs quoq; qui conſtiterint ſibi uitādæ inſidiæ. Nam frequēter ab aduerſario ſubijci ſolent: & omnia pro futura polliciti, diuerſa reſpōdent.* Suet. in Nerone, cap. 35.

Subijcere pullos, ſupponere, Alienos ſiue adulterinos pro ueris ponere, quod Subdere dicitur. Plin. lib. 10. cap. 9. 2. de coccyce.

Subijcere nomen alterius. Vlpian. in l. *quamuis anteceſſ. 1. ff. de rebus eor. qui ſub. &c.*

Subijcere (παρεγγράφειν) ferro terrā, pro Colere. Cic. 2 de Leg. 73, *Terræ cultū ſegniorē ſuſpicor fore. ſi ad eam tuendam ferroq; ſubijciendam, ſuperſtitionis aliquid acceſſerit.*

Subijcere, Suggerere, ſubmouere, In memoriam redigere. Terent. Phorm. 2. 3. 40,
Si meminiſti quod olim dictum eſt, ſubijce.
Liu. 6. bell. Pun. 217, *Quod mens ſua ſponte diuinat, idem ſubijcit ratio haud fallax.*

Subijcere cogitationi ſuæ. Cic pro Cluentio, 3, *Ne ipſi quæ contraria ſunt, taciti cogitationi neſtræ ſubijciatis, ſed ad extremū ex pectoribus, & me meū dicēdi ordinē ſeruare patiamini.*

Has mihi ſpes ſubijcit fortuna populi Romani. Cicero 8. Philipp. 243.

Subijcere carmina alicui. Propert. lib. 1. eleg. 7. 4.

Subijcere (ὑποβάλλειν) *aliquid oculis, ita aliquid narrare alicui, ut tanquam oculis ſubiectum & oblatum conſpicere uideatur.* Plin. epiſt. 101. p. *Similiter nos, ut parua magnis,*

quum totā uillam oculis tuis ſubijcere cōamur, ſi nihil inductum, & quaſi deuium loquimur.

Subijcere oculis, Aliter. Liu. 3. ab Vrbe, 294, *Et agreſtiū fuga, ſpoliatiq; in agris, & uulnerati, fœdiora his quæ ſubijciebantur oculis, nuntiantes, totam urbem ira impleuere. Id eſt, conſpiciebantur. Idem 7. bell. Pun. 148, Subiecta res oculis certius dabit cōſilium. Id eſt, Quum rem ipſam intuebimur.* Horat. de Arte, 37.

Subijcere ſenſibus. Cic. 1. Acad. 45.

Subijcere calumniæ, per translationē. Liu. 8 bel. Maced. 214.

Subijcere crimini. Liu. 6. ab Vrbe. 79.

Fortunas innocentiū ficto ſermoni ſubijcere. Cic. p Planc. 46.

Subijcere faces inuidiæ alterius. Cic. pro Milone, 74.

Subijcere odio ciuium aliquid. Cic 1. de Orat. 101.

Subijcere, pro Loco alterius ponere. Liu. 9. bell. Pun. 126, *Reiectiſq; quos non idoneos credebat, in locum eorū ſubiecit quos ſecū ex Italia adduxerat: ſuppleuitq; ita legiones eas.*

Subijcere teſtamenta: hoc eſt pro ueris falſa ſupponere. Cic. 14. Philip. 389, *Internecti nota teſtamenta credo ſubijcūt, aut eijciunt uicinos, aut adoleſcentulos circunſcribunt.* Idem in Parad. 59.

Subijcere. Addere. Varro 1. de Re ruſt. cap. 7. 1, *Subijcit Scropha, De formæ cultura hoc dico*, &c. Cic. 7. Verr. 114. *et quæ cauſa tum ſubijciebatur ab ipſo, iudices, huius tam nefariæ crudelitatis?*

Subijcere exemplum. Col. lib. 5. cap. 11. 10.

Subijcere rationem. Cic. 2. de Diuinat. 156.

Materiamq; ei res omnes de quibus dicere oporteret, ſubiecimus. Quint. lib. 3 cap. 1. 1. De Rhetorice. Silius lib. 1. 23,
His acuit ſtimulis, ſubijcitq; haud mollia dictu.

Subijcere, Reſpondere. Virg. 3. Aen. 63,
Subijcio, & raris turbatis uocibus hiſco.

Subijcere aliquid præconi. Cic. Attico lib. 12. 25. 3 Idem 2. Offic. 122, *haſtam in foro ponere, & bona ciuiū uoci ſubijcere præconis.*

Subijcere uim uoci alicui, pro ſignificationem dictionis exprimere. Cic. 2. de Finib. 9, *Eumq; qui crebrò dicat, diligenter oportere exprimi quæ uis ſubiecta ſit uocibus: non intelligere interdum quid ſonet hæc uox uoluptatis: id eſt, quæ uis huic uoci ſubijciatur.* Ibidem, 20, *Huic uerbo, omnes qui ubiq; ſunt, qui Latinè ſciunt, duas res ſubijciunt, lætitiā in animo, commotionem ſuauem iucunditatis in corpore. De uoluptate.*

Subijcere, Sursum iacere. Virg. 12. Aen. 58,
—*aut corpora ſaltu*
Subijciunt in equos. Liu. 1. bell. Maced. 147.

Brachia ſubiecit collo. Ouid. 3 Amor. eleg 62.

¶ *Subiectus, Participium* (ὑποταχθεὶς) *ut, ſubiectus ignis.* Cicero in Catil. 49.

Subiecti oculis imperatoris. Liu. 8. ab Vrbe, 161.

Subiecta oculis urbs Liu. 5. bell. Pun. 141.

Subiectus alicui. Cic. 1. Acad. 43, *Omniumq; rerum quæ ſunt ei ſubiectæ.*

Nulli naturæ eſt obediens aut ſubiectus Deus. Cic. 2. de Natura deorum, 111.

Subiectus, & in ſua poteſtate: contraria. Autor ad Heren. lib.

Parcere ſubiectis. Virg. 6. Aen. 171. (4 170.

Omnes res ſubiectæ ſunt naturæ ſentienti. Cicero 2. de Natura deorum, 108.

Subiectus miſerijs. Cic. 3 Tuſc. 115.

Amori ſubiectus. Propert. lib. 1 eleg. 10. 6.

Subiectus animus Plin. in Paneg. 16.

Subiectæ triſti ſeruitio gentes. Liu. 6. bell. Pun. 252.

Subiecta inuidiæ lex. Liu. 4. ab. Vrbe, 254.

Mare

Mare eſt uenijs ſubiectum. Cic. 4. Tuſc. 91. (18.

Sed inuidioſum nomē eſt, et infamiæ ſubiectū, Cic. 2. de Fin.

Pedibus ſubiecta religio. Lucret. lib. 1. 16.

Verborū ſonitus inanis, nulla ſubiecta ſententia. Cic. 1. de Orat.

Subiecta ſub uarios caſus uirtus. Cic. 5. Tuſc. 3. (27.

Sub metum ſubiecta ſunt pigritia, pudor, terror, timor; &c. Cic. 4 Tuſc. 26.

¶ *Subiectior*, Cōparat. (εὐχερέστερος) Horat. 2. Ser. Sat. 6. 10,
Per totū hoc tēpus ſubiectior in diē, & horā Inuidiæ.

¶ *Subiectio*, Verbale (ὑποστροφὴ) Cic. 3. de Orat 112, *Rerumq; quaſi gerantur, ſub aſpectum pene ſubiectio, quæ & in exponēda re plurimum ualet, & ad illuſtrandum id quod exponitur.*

Rationis ſubiectio. Author ad Herennium lib. 4. 170.

Subiectio teſtamentorū. Liu. 9. bel. Maced. 68, *Qui falſis teſtimonijs, ſignis adulterinis, ſubiectione teſtamentorum, fraudibus alijs contaminati eos capitali pœna afficiebant.*

¶ *Subiectus*, huius *ſubiectus*, m. g. Verbale. Plin. lib. 26. cap. 15. 4, *Vuluas quoq; procidentes inhibet fotu, uel ſuffitu, uel ſubiectu.*

¶ *Subiector, ſubiectoris*, Verbale, (ὑποβολεὺς) Cic. 2. in Catil. 39, *Quis tota Italia ueneficus, quis gladiator? quis latro? quis ſicarius? quis parricida? quis teſtamentorum ſubiector? quis circunſcriptor?* &c.

Subijces, Ennius Achille, *pro ſubiectis poſuit, quum dixit,*
Ergo deum ſublimes ſubijces, humidus
Vnde oritur imber ſoniu ſæuo & ſtrepitu. Hæc Feſtus Gel. lib. 5. cap 17, *Congruens igitur eſt, ut ſubijces etiam, quod perinde ut obijces cōpoſitū eſt, u litera breui dici oporteat. Ennius in tragœdia quæ Achilles inſcribitur, ſubijces pro aere alto ponit, qui cælo ſubiectus eſt. Pleroſq; omnes tamen legere audias u litera producta.*

¶ *Subiecto, ſubiectas* (ὑποφρυπτάζω) *ſubiectare, ſæpe ſubijcere.* Virg. 3. Georg. 49,
Nigrāq; alte ſubiectat arenam. Dicitur & ſubiacto. Ouid. 4. Metam. 72,

Subiectaq; manus, inuitaq; pectora tangit. (Satyr. 7. 19.

Subiectare ſtimulos laſſo, pro *Stimulis urgere.* Horat. 2. Serm.

¶ *Subicito, ſubicitas*, pen. corr. (ὑποῤῥιπτάζω) *ſubicitare*, Aliud frequentatiuum. Plaut. Caſin. 2. 6. 2,
Nunc ſi tu uenis ſubicitare me, &c.

¶ *Subiculum, ſubiculi*, pen corr. (μαστιγίας) *Qui ſemper flagris ſubijcitur.* Plaut. Perſa, 12. 13,
Vir ſumme populi ſtabulum ſeruitritium,
Scortorum liberator, ſubiculum flagri,
Compedum contritor piſtrinorum ciuium.

Subitus] à *ſue deduci uidetur, ſignificatq; turpē et ſui ſimilem, & ineptum. Verſus eſt antiqui poetæ apud Gell um, Tacitus ſubidus, duplo ideò pereo.* Hoc eſt, *Ego tacitus, inquit. & mutus, & ſus ad ſto, neq; explico quid me urat, quidue à te poſcā: ita duplo pereo.* In eadē notione & *inſubidus uſurpatur apud eundē, pauciſſimis non inficiante, ſed potius augēte. Locū aūt eò libentius adſcribā, quòd eo uocabulo uelut moleſto offenſi emendatores ſubſtituere uicariam operā inſipidius. Verte enim, inquit. & muta, ut urbes dicas, inſubidius neſcio quid facies. Iterum, Hæc tamē inepti & inſubidi hominis ioca non præteribo. Turnebus.*

Subimpetrandus] *Particip à uerbo Subimpetro. Tacit. libro 4. Nam priores duces ſubimpetrando triumphalium inſigni, ſufficere res ſuas crediderant.*

Subimpūdens] pen. cor. Adiect. (ὑπαναίσχυντος) *Aliquantulum impudens. Cic. Trebatio, lib. 7. 17. 2, Interdum timidus in labore militari, ſæpe autem etiam (quod à te alienſſimum eſt) ſubimpudens uidebare.*

Subinanis] & *hoc ſubinane*, pen. prod. (ὑπόκενος) *Aliquātulum inane. Cic. Att. lib. 2. 32. 2, Quinetiā, quod eſt ſubinane in nobis, & non* ἀφιλόδοξον (*bellū eſt enim ſua uitia noſſe*) *afficitur quadam delectatione.*

Subinde] ἐξῆς, ἐφεξῆς, *ſignificat Deinde, uel Statim, poſt. Horat. 1. epiſt. 8. 3,*
Si dicet rectē: primum gaudere ſubinde,
Præceptum auriculis hoc inſtillare memento.
Liu. Decad. 1. lib. 7. 20, Vno alteroq; ſubinde ictu uentrem atq; inguina hauſit. Idem lib. 8, Subinde acceptus à populo. Suet. in Galba, cap. 1.

Subinde (συχνῶς) *Frequenter, ſiue identidē: hoc eſt crebro, ſed tamen cū quodā interuallo. Suet. in Tiber. cap. 57, Sæua natura ne in puero quidē latuit: quā Theodorus Gadareus & proſpexiſſe primus ſagaciter, & adſimilaſſe aptiſſimè uiſus eſt, ſubinde in obiurgādo appellās eū, lutū à ſanguine macratū. Plin. epiſt. 7. lib. 2, Erit ergo pergratū mihi, hāc effigiē eius ſubinde intueri, ſubinde reſpicere, ſub hac conſiſtere.*

Subinfluo] *ſubinfluis, ſubinfluxi, ſubinfluere. Senec. 3, Nat. quæſt. Quū aliæ aquæ ſubinfluunt terras, aliæ circūfluunt.*

Subinſultus] Adiect. (ὑπεράλλομαι) *Aliquātulū inſultum. Cic. de Opt. gen. Orat. 144, Eſt enim uitioſū in ſententia, ſi quid abſurdū, aut non alienum, aut non acutū, aut inſultum eſt.*

Subiuentio] à quo uerbum *Subiuentitum* eductū, inq; ciuile ius adductum *Friderichis temporibus quibus militibus beneficia diſtribui occeperunt, pulſis ſua ſede hoſtibus, dici cœpit à cliente, quem illi Vaſallū nominant, ſubſtitutus. Huiuſmodi & alia barbara uerba, quæ tamen ſcire eſt neceſſum ab eo qui iura ſitit, reperiantur in feudis. Notat Oldendorpius. in actionum claſſibus.*

Subinuideo] *ſubinuides*, pen. cor. *ſubinuidi, ſubinuiſum*, pen. prod. (ὑποφθονέω) *ſubinuidere, Aliquātulum inuidere. Cic. Trebatio, lib. 7. epiſt 10. 2, Subinuideo tibi ultro te etiam accerſitum ab eo*, &c.

¶ *Subinuiſus, adiect.* (ὑπομισόθηρος) *Aliquantum inuiſus. Cic. pro Rabir. Poſthumo, 24, Ille Puteolanus ſermo illius tēporis, uectorum curſus atq; oſtentatio, tum ſubinuiſum apud maleuolos Poſthumi nomen propter opinionem pecuniæ neſcio quam, eſtatem unam complures aures referſit iſtis ſermonibus.*

Subinuito] *ſubinuitas*, penul. prod (ὑποκαλέω) *ſubinuitare, Aliquantum inuitare, & pronocare. Cic. ad Mariū lib. 7. 1 19, Hæc ad te pluribus uerbis ſcripſi quàm ſoleo, non otij abundantia, ſed amoris erga te, quòd me quadam epiſtola ſubinuitaras.*

Subiraſcor] *ſubiraſceris, ſubiratus ſum* (ὑποργίζομαι) *ſubiraſci, Nōnihil iraſci. Cic. ad Att. lib. 9. 175. 9, in Epeirū quòd me non inuitas comitē, non moleſtū: ſubiraſcor ſed uale. Idem 1. de Orat. 126, Sed ut ſolebat Cic Lucilius ſæpe dicere, homo tibi ſubiratus, mihi propter eam ipſam cauſam, minus quàm uolebat, familiaris. Idē 2. de Finib. 18, Et ſi ſatis clemens ſum in diſputādo, tamen interdum ſoleo ſubiraſci.*

Subis] *auis quæ aquilarum oua frangit. Plin. lib. 10. cap. 14.*

Subitaneus, Subitarius, Subitò, Subitus] Vide Subeo.

Subiugis] & *hoc ſubiuge*, pen. cor. (ὑπεζυγώθης) *Idem quod ſubiugalis & quod ſub iugo eſt: ut, Equa ſubiugis, quæ iugo aſſueuit. Plinius libro 11. cap. 49 3.*

Subiuga, Lora quibus iugum collis boum uel equorum aptabatur. Cato cap. 63, Subiugia in Ploſtrum p. XIV. funiculum p. XV in aratrum ſubiugia lorum p. XVI. funiculum p. VIII. Idē cap. 135. 3, Subiugia in luſtrū lora ped. XIX.

Subiugo] *ſubiugas*, pen. cor. (παταστρέφομαι) *ſubiugare, Debellare, & imperio ſuo ſubijcere. Claud. 4. Paneg. 103*

—nulla est uictoria maior.

Quàm quæ confessos animo quoq; subiugat hostes.

Subiungo] *subiungis, subiunxi, subiunctum* (ὑποτάσσω) *subiungere, addere. Plin. epist. 153.b, Venimus ad Consules, dicit Seuerio quæ rēs ferebat: aliquà subiungo. Cicero de Aruſp. reſp. 32, Videò in Aruſp. cum reſponſis hæc eſſe ſubiuncta.*

Oratori omnes artes ſubiungere. Cic. 1. de Orat. 110.

Opportunè alicui rei quidpiā ſubiūgere. Quint. lib. 4. ca. 3. 3.

Tigres ſubiungere Curru. Virg. 5. eclog. 6.

Brachia ſubiuncta ſunt lacertis. Ouid 14. Metam. 61.

Subiungere urbem ſub imperium Romanum. Cic. 3. Verr. 17.

Idem 2. de leg. Agrar. 95, Vt ſub ueſtrum ius iuriſditionē, poteſtatem, &c. terrarum deniq; orbem ſubiungeretis.

Subiunctiuus modus dicitur (ὑποτακτικὸς) *quia ſubiūgitur alteri uerbo: nam eget aliqua re ut impleat ſententiam: ut ſi dico, Quum clamem, quare me tacere dicis?*

Sublabor] *pen. prod. ſublaberis, ſublapſus ſim* (ὑπολισθάνω) *ſublabi, Latenter, ac ferè labi, ſiue etiam ſubtus labi ac decidere. Virg. 1. Georg. 34. —Sic omnia fatis.*

In peius ruere, ac retro ſublapſa referri. Spes Danaūm.

Sublabro] *ſublabras, pen. cor.* (ὑποχαλίζω) *ſublabrare, Cibum intra labra mittere, inquit Nonius, Næuius Decuma, Iam ego illis ſubiens ſublabrabo eſui illud ſynciput.*

Sublatè] *pē prod.* (ὑπερμέτρως) *Aduerbium à Sublatus participio uerbi Suſtollo. Vide ſuo loco.*

Sublateo] *ſublates, pen. cor.* (ὑπολανθάνω) *ſublatere. Varro 1. de Re ruſt. cap. 48. 3, Ariſtæ enim quaſi cornu ſunt ſpicarum: quæ primitus quum oriuntur, neq; planè apparent, in quibus ſublatent herbæ, ea uocatur uagina, uti qua latet condidus gladius.*

Sublatio] *ὑπαιρεσις, & Sublatus. Vide* Subſtollo. *Quint. lib. 7. cap. 2. An reſtitutio pro ſublatione iudicij ſit.*

Sublego] *ſublegis, pen. cor. ſublegi, pē. prod. ſublectum* (ὑπαναγινώσκω) *ſublegere, Idem quod curſim, & primis tantum oculis legere, ac in tranſcurſu. Gell. lib. 3. cap. 12, Quum hoc in ea Capitonis epiſtola ſublegiſſemus.*

Sublegere (ὑποσκάζω) *Furto aliquid ſurripere. Virg. 9. eclog. 4, Vel quæ ſublegi tacitus tibi carmina nuper.*

Sublrgere. Colligere, Col. lib. 12. cap. 50. 1, Niſi bacha tempeſtatibus in terrā decidit, & neceſſe eſt eā ſublegere, ne à domeſticis pecudibus ferisue conſumatur. Ibid. cap. 17. 1. de ficu quæ quū ſublecta eſt, &c. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 3,

—puer altè cinctus acernam.

Gauſape purpureo mensam pertersit, & alter.

Sublegit quodcunq; iacēret inutile

Sublegere in locum demortui, Legendo ſubſtituere. Liuius 3. bel. pun. 106.

Sublegere ſermonem alicuius. Plautus Mil. 14 97.

Clàm noſtrum hunc illi ſublegerunt ſermonem. *id eſt, Exceperunt quod diximus.*

¶ *Sublectus, in locum alicuius lectus. Varr. lib. 5. de ling. Lat. Hinc legitimus & collega, qui unà lecti: & qui in eorum locum ſuppoſiti, ſublecti, additi, adlecti, &c.*

Subleſtus) ὑπόκωφος, *Adiectiuum antiquum. Infirmum, leue, friuolum debile, Plaut. Mil. 14. 73,*

Quid ergo tu ſubleſtus. Idem Perſa, 10. 20,

Nam ubi ad paupertatem acceſſit infamia,

Grauior paupertas ſit, fides ſubleſtior. Et Bacchid. 11. 13,

Lingua factioſi, inertes opera, ſubleſta, fide. Ex Feſto.

Subleuo] *ſubleuas. pen. cor.* (ἀνωφελῶ, μετεωρίζω) *ſubleuare, Surſum leuare, erigere. Cicero Att. lib. 10. 195. 3, Alteris qui nos ſibi quondā ad pedes ſtratos ne ſubleuat quidem*

Sinistra mentum ſubleuare. Author ad Heren. lib. 4. 230.

Subleuare (ὑπανίστημι, ὑπαναφέρω) *Auxilio, deſtionem præſtare, ut ait Valla lib. 5. Cic. 4. Tuſc. 131, Quum multa in conuentu uitia collegiſſet in eum Zopyrus, qui ſe naturā cuiuſq; ex forma perſpicere profitebatur deriſus eſt à cæteris, qui illa in Socrate uitia non agnoſcerent. Ab ipſo autem Socrate ſubleuatus eſt, quum illa ſibi ſigna, ſed ratione à ſe deiecta diceret. Idem pro Domo ſua, 443 Quid? cum Gabinio Syria dabatur, Macedonia Piſoni, &c. ut tibi omnia permitterēt, te adiuuarent, tibi marium, copias, tibi ſuos paratos centuriones, tibi pecunias, tibi familias compararent: te ſuis ſceleratis concionibus ſubleuarent.*

Euertere & Subleuare, contraria. Cic. 5. Verr. 185.

Subleuare & Lædere, contraria. Cic pro Cæcinna, 17.

Stratum atq; abiectū ſubleuare. Cic. Anteq. iret in exilium, 16.

Erigere & ſubleuare ſe. Cæſar. 6. bel. Gal. 95.

Subleuari adiumento & ſolatio aliquo. Cic. pro Quintio, 28.

Auxilio ſuo ſubleuare aliquem. Ouid. 1. Triſt. eleg. 3. 21.

Cauſam inimici ſui ſubleuare. Cic. 5. Ver. 7.

Defendere & ſubleuare homines. Cic. 1. Verr. 4.

Subleuare inopiam. Cæſar. 3. bel Ciuil. 338.

Subleuare laborem militum. Cæſar. 5. bel. Gal. 115.

Impartire ſuum laborem hominum Periculis ſubleuandis. Cic. pro Muræna, 7.

Res aduerſas alicuius ſubleuare. Cic. pro Sylla, 56.

Vicinos ſuos facultatibus ſuis ſubleuare. Cic. 7. Philip. 232.

Subleuare teſtimonio aliquem, dici debet quod exonerare uulgo dicimus, inquit Budæus. Cic. pro Cluentio, 134, Pater inquam illius adoleſcentis, quem propter animi dolorem pertenuis ſuſpicio potuiſſet illo loco teſtem in Aulū Cluentium conſtituere, is hunc ſuo teſtimonio ſubleuat.

Sublica] *ſublicæ, pen. cor. quæ & ſublicium dicebatur* (ἀκὼν) *Pertica & Palus ligneus, qui rectus in aquam defigebatur ad pontis alicuius conſtructionem. Cæſar. 4. bel. Gal. 523. in deſcriptione Rhenani pontis, inquit, Non ſublicæ modò directæ ad perpendiculū, ſed pronæ ac ſaſtigiatæ, ut ſecundum naturam fluminis procumberent.*

¶ *Sublicium, ſublicij* (πλοῦς) *Idem quod ſublica. Liu. 3. bel. Puu. 173, Quia muro ſatis per ſe alto ſubiectis ualidis ſublicijs pro ſolo uſus erat.*

¶ *Sublicius, Adiect. Pons ſublicius Romæ dictus eſt, quia ex ſublicis ita extructus erat, ut trabes ſine fulturis eximerentur. Liu. 1. ab Vrbe, 149. Id non muro ſolùm, ſed etiam ob commoditatem itineris, ponte ſublicio, tum primum in Tyberi facto, coniungi urbi placuit.*

Subligo] *ſubligas. pen. cor.* (ὑποδέω) *ſubligare, Idem quod ſubtus ligare. Plin. lib. 17. cap. 22. 28, Vbi uua uaria fieri cœperit, uites ſubligato.*

Subligare enſem alicui. Virg. 8. Aeneid. Idem. 11. Aeneid. 2.

¶ *Subligar, pen. cor. ſubligaris, pē. prod. neut. gen.* (ἀναξυρὶς περισκελὴς) *Quo pudendæ partes obteguntur. Martialis in Dionem, lib. 3. 4,*

Tecta tamen non hac qua debes parte lauaris:

Si pudor eſt, transfer ſubligar in faciē. *Plin. lib. 12. cap. 14. 7.*

Subligaria ſignantur opifici. Iuuen. Satyr. 6. 7.

¶ *Subligaculum, ſubligaculi, pen. corr. Idem* (περίζωμα) *Cic. 1. Off. 180, Vt in ſcenā ſine ſubligaculo prodeat nemo.*

Sublimis] *& hoc ſublime, pen. prod.* (μετάωρος) *In altum eleuatus. Plaut. Men. eb. 22. 3. Illic homo iam in medicinas ablatus ſublimis fiet. Terentius And. 5. 2. 20,*

Sublimē hūc intrò rape, quantū potes. *Id eſt, in ſublimo, per altū, inquit Donatus. Idē Adelph. 3. 2. 18, Columella libro 2, quo ſpecioſius ingrediantur ſublimes, & elatis ca-*

pitibus. Cicero. 2. Tuſculan. 29, Ex ſublimi uertice ſaxi. Ex poeta.

Anhelitu ſublimi fugere. Horat. 1. Carm. ode. 19. 7.

Atrium ſublime. Horat. 3. Carm. ode. 1. 10.

Carmina ſublimia. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 8.

Nomen ſublime. Ouid. 4. Triſt. eleg. 9. 2. 5.

Pectora ſublimia Ouid. 1 Faſt. 61.

Sceptrum ſublime Iouis. Claud. 3. Paneg. 42.

Solio ſublimi ſedet. Ouid. 14. Metam. 53.

Tectum ſublime centum columnis. Virg. 7. Aen. 34.

Verſus ſublimes ructatur. Horat. de Arte, 92.

Sublimem abire, pro in cælum abire. Liu. 1. ab Vrbe. 68, Hæc (inquit) locutus, ſublimis abijt. Virg. 1. Aen. 84.

Rapere ſublimem, Virg. 5. Aen. 51.

In ſublime, In altum. Plin. libro 2. cap. 5. 2, Leuibus in ſublime tendentibus

Iacere in ſublime. Vide Iaceo. *Plin. lib. 8. cap. 7. 4.*

¶ *Sublimus, Adiectiuum. Lucret. lib. 1.*

At nunc per maria, ac terras, ſublimaq; cæli, &c. Nonius. Subllimā, inquit, pro Sublimis. Accius Phoeniſſ.

Aut ſæpe ex humili ſede ſublima euolat. Vide apud eundem plura.

¶ *Sublimitas, penul. cor, ſublimitatis* (μετεωρισμὸς) *Exaltatio. Plin. lib. 19. cap. 5. 6, Natura ſublimitatis auida. Idem lib. 7. cap. 25. 1, Nec uirtutem conſtantiamq; nunc commemoro, nec ſublimitatem omnium capacem, quæ cælo contineretur. Col. lib. 8. cap. 3. 2, Eaq; longitudinis & altitudinis duodenos pedes habeant, nec plus latitudinis, quàm media ſublimitas.*

¶ *Sublimiter, pen. cor.* (μετεώρως) *Aduerb. Alitè. Cato cap. 70, Hæc omnia ſublimiter legi, teri, dariq; oportet. Colum. lib. 8. cap. 11. 1, Quoniā nec ſublimiter poteſt, nec per longa ſpatia uolitare. De pauone.*

¶ *Sublimè, pen. prod.* (ὑψοῦ) *pro Sublimiter: cui opponitur, Humi. Cic 2. de Diuin. 102. Eaq; ſcuta quæ fuerant ſublimæ fixa, ſunt humi inuenta.*

Nihil mea intereſt humine, an ſublime putreſcam. Cicero 1. Tuſculan. 164.

Ferri ſublime animos. Cic. 1. Tuſc. 64.

Ferre ſublime ad ſydera. Virgil. 9. eclog. 3,

Cantantes ſublime ferent ad ſydera cygno.

Extenuatus aer ſublime fertur. Cic. 2. de Nat. deor. 145.

¶ *Sublimo, ſublimas, pen. prod.* (μετεωρίζω) *ſublimare, Exaltare, in altum mittere, iacere. Ennius.*

Si qui candentem in cœlo ſublimat facem. Nonius.

¶ *Sublimauit, dixit Cato, id eſt, in altum extulit, Originum lib. 2. In maximum decus, atq; in excelſiſimam claritudinē ſublimauit. Id autem dicitur à limine ſuperiore, quia ſupra nos eſt. Feſtus.*

Sublingio] *ſublingionis, à ſublingendo, Qui auide lingit. Plautus Pſeudolo,*

Iam hic quoq; ſcelеſtus eſt coqui ſublingio. *In editis uerſus hic mirum in modum eſt depranatus. Pro ſublingio enim ſubijciunt, Coquit ſub limeo, inepta & ſtolida ſententia.*

Sublino] *ſublinis, pen. cor. ſubleui, ſublini, ſubliui, pen. prod. ſublitum, pen corr* (ὑποχρίω) *ſublinere, Aliquantulū tingere, uel notare, & ceu quodam modo illinere. Corn. Celſus, Idem quoq; umbilico ſublitum facit. Plin. lib. 35. cap. 6. 4, Hac minium ſublimunt, adulterantq;.*

Os ſublimere alicui, pro eo quod eſt Dare uerba, & arte quadam illudere, reperitur aliquoties apud authores. Nonius. Marcellus tractum putat à ridiculo quodam luſus genere, quo dormientibus ora pinguntur, & ut Budæus legit, ſuligine inficiuntur. Plaut. Aulul. 222.

Fidei cenſebam maximā multò fidem eſſe, ea ſubleuit os os mihi peniſſimè. Idē cap. 11. 124. Et Epid. 9. 45.

Ego ſi allegaſſem aliquam ad hoc negotium

Minus hominē quàm do ſtū, minusq; ad rē hāc callidū, Os ſublitum eſſet. Ex Eraſmo.

¶ *Sublitio, ſublitionis, uerbale* (ὑπάλειμμα) *Eſt quaſi primum tectorium & fundamentum coloris eius quem reddi uolumus inductione manus ultimæ.*

Subluiidus] *pen. cor,* (ὑποπέλιος) *Aliquantulum liuidus. Celſ. lib. 5. cap. 28. 1, Puſtulæ eminent ſubliuidæ, aut pallidæ.*

Sublucanus] *penul. prod Adiect.* (ὑπόλιπος) *ut Antelucanus. Plin. lib. 11. cap. 12. 1, Venit mel ex aere, nec omnino prius Vergiliarum exortu, ſublucanus temporibus.*

Subluceo] *ſubluces, pen. prod ſubluxi* (ὑποπυλαγέω) *ſublucere, Aliquantulum lucere. Ouid. 1. Amor. eleg. 5. 1,*

Qualia ſublucent fugiente crepuſcula Phœbo: *&c.*

Plin lib. 9. cap. 36. 1, Nigricantis roſæ colore ſublucens.

Hunc retinens aries ſublucet corpore totus. Cic. in Arato, 334.

Candida nec miſto ſublucent ora rubore. Ouid. epiſt. 20. 44.

Violæ ſublucet purpura nigræ. Virg. 4. Georg. 55.

Subluco] *ſublucas, pen. prod.* (ὑπολαμπάω,) *ſublucare. Feſtus, Sublucare arbores, eſt ramos earum ſupputare, & uti luti ſubtus lucem mittere.*

Subluo] *ſubluis, ſublui, ſublutum pen. prod.* (ὑπολούω) *ſubluere, Subtus lauare. Col. lib. 6. cap. 32, Intertrigo bis in die ſubluitur aqua calida: mox decocto ac trito ſale cum adipe defricatur, dum ſaniei uis emanat. Martial. lib. 6. 81,*

iratus tanquam populo Charideme lauaris

Inguina ſic toto ſubluis in ſolia.

¶ *Sublutus, pen prod. Participium. Martial. lib. 2. epigr. 42.*

Zoile, quid ſolium ſubluto podice perdis.

Subluridus] *pen. corr. Adiect.* (ὑποπέλιος) *Aliquantum luridum ſignificat, Plaut. Amphit. 16. 64.*

—eodem in loco,

Signo eodem apparet probè, ut primū coiuit cicatrix rufula, Subluridā.

Subluſtris] *& hoc ſubluſtre* (ὑπόλαμπρος) *Subluſtria uerba dicuntur non ex toto corpore luminoſa, ſed aliquid luminis habentia. Gellius libro 13. de Catonis oratione, Quæ quoniam ſunt eloquentiæ Latinæ tunc primùm exorientis lumina, uerba quædam ſubluſtria libitum eſt mihi ἀνομάσαι.*

Nox ſubluſtris. Horat. 3. Carm. ode 27. 7. (μεσονύκτιον.)

Vmbra ſubluſtris. Virg. 9. Aen. 76.

Subluuies] *ſubluuiei* (ἀλυσία) *Quemadmodum illuuies, & Proluuies, pro ſordibus & immunditijs accipitur.*

Subluuies, Genus morbi in diſcrimine unguiæ omnium naſcentis. Col. lib. 7. cap. 5, Claui quoq; dupliciter infeſtant ouem: ſi ne quum ſubluuies atq; intertrigo in ipſo diſcrimine unguiæ naſcitur: ſeu quum idem locus tuberculum habet, cuius media ferè parte canino ſimilis extat pilus, etiſ ſubeſt uera miculus. Subluuies & intertrigo pice per ſe liquida, uel alumine & ſulphure atq; aceto miſtis ritè eruentur.

Submergo] *ſubmergis, ſubmerſi, ſubmerſum,* (ὑποβυθίζω) *ſubmergere, Sub aquas mergere. Cic. 1. de Nat. deor. 170,*

Propter quas Centaurus.

Cedit Equi patris properans ſubmergere Chelis.

Ibid. 135, Quot genera, quamq; diſparia partim ſubmerſarum, partim fluitantium, & innantium belluarum, partim ad ſaxa natiuis teſtis inhærentium?

Medio in fluctu ſubmerſus. Virg. 1. Aen. 18.

Submerſus uoraginibus. Cic. 1 de Diuin. 126.

Puppes ſubmerſas obruere. Virg. 1. Aen. 15.

Innatare & Submerſum eſſe, contraria. Col. lib. 12. cap. 4. 4.

Virtus ſubmerſa tenebris. Claud. 7. Paneg. 45.

Submerum] *submeri*, pen. cor. (ὑπάκμαστον) Id est, ferè *merum. Plaut. Stich. 4. 116,*

Næ iste ædepol uinum poculo pauxillulo
Sæpe exantlauit *submerum* scitissumè. Quædam exemplaria legunt, *Submetrum.*

Subminia] *subminiæ*, Vestis genus apud *Plaut. in Epid. 5. 49,* — crocotulam,
Supparum, aut *subminiã*, ricum, basilicũ, aut exoticũ.

Subministro] *subministras* (ὑποχαρηγέω) *subministrare, Subseruire, supporrigere. Cæsar 1. bell. Gal. 168*, Hæc sibi esse curæ, frumentum Sequanos, Leucos, Lingones *subministrare*: iamq; esse in agris frumẽta matura. Cic. pro Cælio, 15, Palàm in eum tela iaciuntur, clàm *subministrantur.*
Idem pro Deiotaro, 16, Pecuniam *subministrare* alicui.
Ad manum tela *subministrare. Quint. lib. 5. cap. 7. 6.*
Subministrare auxilia & adiumenta. *Cæsar 4. bell. Gall. 535.*
Cic. 1. de Inuent. 11.
Subministrare tabellarios. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 15. 5.
Subministrare aquam radicibus. Col. lib. 5. cap. 10. 5.
Subministrare uires. Col. lib. 4. cap. 24. 9.

¶ *Subministrator*] *subministratoris*, Senec. epist. 115, Lætus pro suis uoluptatib. habet alienarũ spectaculũ *subministrator* testisq; libidinum, quarum sibi usum cupiendo abstulit.

¶ *Subministratus*, huius *subministratus*, pen. prod. Verbale. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 12, Cibus exiguo *subministratus* paulatim penuriam consolatur. (tus.

Submiſceo] *submiſces, submiſcui, submiſcere*: unde *submiſtus. Tibull. lib. 3. eleg. 4,*

Scyllaq; uirgineam canibus *submiſta* figuram.

Sunt qui legant, *Subnixa.*

Submitto] *submittis, submiſi*, pen. prod. *summiſſum* (χαλάω, ὑποχαλάω, ὑφίημι, ὑπανίημαι, καθίνω) *submittere*, Notæ significationis. Plin. lib. 7. cap. 30. 3, Fasces lictorios ianuæ *submiſit* is, cui se oriens, Occidensq; *submiſerat.*
Submittere uitulos habendo pecori, Admiſſarios facere. Seruius, Virg. 3 Georg. 32.
Latus *submiſit* in herbas. Ouid. 3. Metam. 5.
Submittere progeniem uel Pampinum uitis: id est, in terrã demittere, ut deinde subcrescat. Col. lib. 3. cap. 61. Idem libro 4. cap. 6.
Submittere farmentum in materiam. Columella libro 4. cap. 6. Idem libro 3. cap. 10, Ideo in resecem *submitti*, ut progenerare possit.
Submittere prata in fœnum. Col. lib. 11. cap. 2. Cato cap. 8, Pratum si irriguum habebis fœnũ non deficiet: si non erit ficcum ne fœnum desiet. *Submittito.*
Submittere fœtum matribus, Supponere, siue alendum præbere. Col. lib. 3. cap. 10. Idem lib. 7. cap. 4, Singuli agni binis matribus *submittendi.*
Tauros *submittere.* Virg. eclog. 1. 9,

Pascite, ut antè, boues pueri, *submittite* tauros.

Submittere genua, pro Flectere & incuruare. Plin. lib. 8. cap. 1. 3. Nã quod ad docilitatẽ attinet, regẽ adorant, genua *submittũt*, coronas porrigũt. De elephãtis. Idẽ lib. 11. ca. 48. 3.
Somnus lassos *submiſit* ocellos. Ouid. in fragmento, 1.
Submittere fidem tormentis, apud Senecam, pro Tormentis cogi ad fatendum aliquid contra fidem. Epist. 36.
Submittere, per translationem: ut, *Submittere* animos. Liu. 3. bel. Punic. 114. Idem 6. ab Vrbe, 135, Adeò ergo obnoxios *submiſerant* animos, non infimi solum, sed principes etiam plebis, ut, &c.
Animos *submittere* amori. Virg. 4. Aen. 83.
Submittere animam alicui periculo. Brutus ad Antonium, libro 11. 3. 5.

Fasces populo *submittere.* Quint. lib. 3. cap. 7. 15.
Cedere alicui, & fasces *submittere.* Cic. de claris Orat. 11.
Submittere aliquid in oratione: cui contrarium est augere. Cic. 3. de Orat. 57, Neq; id actores prius uiderunt, quàm ipsi poetæ, quàm denique illi etiam qui ferunt modos, à quibus utrisq; *submittitur* aliquid, deinde augetur, extenuatur, inflatur, uariatur, distinguitur. Idem 1. Verr. 26.
Submittere pretia, Minuere. Plin. lib. 29. cap. 1. 21.
Submittere se, cui Extollere se, opponitur. Cic. de Amic. 63, Quamobrem ut ij, qui superiores sunt, *submittere* se debent in amicitia, sic quodam modo inferiores extollere. Idẽ pro Plancio, 19, Appellaui populum, tribubus *submiſi* me, & supplicaui. Horat. 1. epistol. 1. 4, Et mihi res, non me rebus *submittere* conor.
Submittere alicui Id est subrogare uel successorem mittere alicui. Cicer. de Prouinc. Consul. 7, Huic uos non *submittetis*? Hunc diutius manere patiemini? Id est, an non uultis uos ô iudices alium huic subrogare?
Submittere se in humilitatem. Liu. 8. bel. Maced. 229.
Submittere se in fastigium priuatum. Liu. 7. bel. Pun. 174.
Ad mensuram discentis se *submittere.* Quint. lib. 2. cap. 3. 6. De officijs præceptoris.
Submittere capillum, pro Demittere. Plin. epist. 147. f.
Submittere, pro Subornare. Senec. libro 2. de Tranquil. uitæ. *Submiſsus* accusator, & falsa actusatio. Suetonius in Nerone, cap. 28, *Submiſsis* Consularibus uiris, qui regio genere ortam peierarent.
Submittere alicui delatores. Martianus in l. diuus. ff. de iure patronatus.
Submittere, Clanculum & furtim mittere. Sueton. in Cæsare *Submiſsis* nonnunquã lictoribus atq; militibus. Cic. in Verrem, Iste tametsi singulari est audacia, tamen ad pupillum matrem *submittebat.* Cæsar. 4. bel. Gal. 562, Et quos laborantes conspexerat, eis *subsidia submittebat.* Cic. 5. Ver. 57.

¶ *Submiſſus*, (κεχαλασμένος) Participium, siue nomen ex participio. Liu. 1. ab. Vrbe, 16, Lupam sitientem ex montibus qui circa sunt, ad puerilem uagitũ cursum flexisse: eam *submiſſas* infantibus adeò mitem præbuisse mammas.

Submiſſa fastigio planities. Liu. 7. bel. Pun. 106.
Submiſſa prata. Varro. 1. de Re rust. cap. 49.
Submiſſus & abiectus: cui contrarium Efferens se. Cicero 1. Offic. 174.
Submiſſum & populare. Cic. ad Att. lib. 1. 15. 3, Et is de quo scribis, nihil habet amplum, nihil excelsum, nihil nõ *submiſsum* atq; populare.
Submiſſum & molle aliquid facere. Cic. 4. Tuscul. 104, Nam uidendum est in utrisq; ne quid humile, *submiſsum*, molle, effœminatum, fractum, abiectumq; faciamus.
Submiſsa oratione loqui de pace, Cæsar. 3. bel. Ciuil. 77. Cic. pro Planco, 52, *Submiſsa* uoce agam, tantum ut Iudices audiant. Martial. lib. 8. 69,

Hos comes inualidus *submiſsa* uoce precatur, &c.

Sono *submiſso* dicere aliquid. Tibull. lib. 3. eleg. 1. 3.
Submiſsum dicendi genus concitato opponitur. Quintilianus lib. 11. cap. 1.
Submiſsa oratio & leuis. Quint. lib. 11. cap. 1.

¶ *Submiſsio*, Verbale. f. g. (χάλασμα) Ipse *submittẽdi* actus. Contentio & *submiſsio* uocis, contraria, Cic. 1. Offic. 203.
Elatio & *submiſsio*, contraria. Cic. in Topicis, 37.
Submiſsio orationis. Cic. in Orat. 46.

¶ *Submiſsè*, Aduerb. (ὑφειμένως, ἀταπεινῶς) Cic. pro Plãcio, 9, Meum beneficium potius ad eum detuli, qui à me cõtenderat, quàm ad eũ, qui mihi nõ nimis *submiſsè* supplicarat.
Submiſsè dicere. Cic. 2. de Orat. 118.

Loqui

Loqui *submiſsè*. Quint. lib. 6. cap. 5. 5.
Submiſsè se gerere. Cic. 1. Offic. 128.
Quidam scribunt *submiſsè*, conuerso b in m: *quod* & in aliis dictionibus compositis à Sub ferè fit, quæ ab m incipiunt.

¶ *Submiſsim*, Aduerb. (ὕποχα) Idem quod *submiſsè*. Sueton. in Augusto, cap. 74, Nam & ad communionem sermonis iacentes, etiam *submiſsim* fabulantes prouocabat.

Submolestus] Adiect. (ὑποδύσφορος) Parũ molestus. Cic. ad Att. lib. 16. 333. 11, Illud est mihi *submolestum*, quòd parum Brutus properare uidetur.

¶ *Submolestè*, Aduerb. (ὑποδυσφόρως) Cic. ad Att. lib. 5. 109. 1, Te in Epiro saluum uenisse, & ut scribis, ex sententia nauigasse, uehementer gaudeo: non esse Romæ meo tempore perneccessario, *submolestè* fero.

Submoneo] *submones*, pen. corr. *submonui, submonitum.* pen. cor. (ὑπαναμιμνήσκω) *submonere*, Latenter, siue ut ait Donatus, leuiter monere. Terent. Eunuch. 3. 5. 22,

— *Submonuit* me Parmeno,
Ibi seruus, quod ego arripui. Scribitur & Summoneo. Plin. epist. 2. lib. 1, Quoties paulùm itinere decedere uou intempestiuis amœnitatibus *submonebamur.*

Submorosus] penult. prod. Adiectiuum (ὑποδύσκολος) utcunq; morosum significat. Cic. 2. de Orat. Me quidem hercule ualde illa mouent stomachosa, & quasi *submorosa* ridicula: non quum à morosò dicuntur: tunc enim non sat, sed natura ridetur.

Submoueo] *submoues*, pen. cor. *submoui, submotum*, pen. prod. (ἀποκινέω) *submouere*, Clàm siue subtus, uel à longè mouere. Liuius 3. ab Vrbe, 198, I, inquit, lictor *submoue* turbam, & da uiam domino ad prehendendum manicipiũ. Cic. pro Flacco, 12, Quæ scisceret plebs, aut quæ populus iuberet *submota* concione, distributis partibus, &c.
Populum *submouere* opposita fera, Arcere. Ouid. 3. Amor. eleg. 13. 2.

Submoueri, Impersonali. Seneca de Prouident. Quid ergo? fœlix Lucius Sylla quòd ei descendenti in forum gladio *submouetur*. Id est, quòd gladio dispellitur turba, ne uiam eius impediat. Ita & *submouere*, sine adiecto, subauditur turbam. Liuius 8. bell. Punic. Lictor apparuit: *submouente* eo, incesserunt?
Insidias *submouere*. Propert. lib. 1. eleg. 19. 6.
Tabes *submota* est capiti. Lucan. lib. 8. 135.
Submoueri maleficio magnitudine pœnæ. Cicero pro Roscio Amer. 42.
Submouere, Separare. Plinius lib. 3. cap. 19. 5, Germaniam ab Italia *submouent.*
Submouere aliquos in extremam aciem. Vide Acies.
Arcere & *submouere*. Plin. in Paneg. 92.
Submouere aliquem à negotiatione. Colum. lib. 1. A Proconsulatu, Plin. epist. 36. b. Ab hasta, Liuius 9. bell. Maced. 184.
Scribitur & Summouco, ut dictum est de Submitto.

¶ *Submotor*, pen. prod. Verbale. Liu. 5. Decad. lib. 5. *Submotor* aditus, præco accensus, insueta omnia oculis auribusq;.

Submuto] *submutas*, penult. producta, *submutare*. Vide Summuto, *summutas.*

Subnascor] *subnasceris*, *subnatus* sum (ὑποφύομαι) *subnasci*. Vltra & post iam nata nasci, succrescere. Plin. lib. 11. cap. 23. 2, Atq; ita *subnasci* sui generis plumas. Idem lib. 5. cap. 1. 5, Fructibus omnium generum sponte ita *subnascentibus*, ut nunquam satietas uoluptatibus desit. Idem lib. 12. cap. 3. 2, Malus Assyria omnibus horis pomifera est, aliis cadentibus, aliis matures centibus, aliis uerò *subnascentibus.*

Subnato] *subnatas*. pen. corr. *subnatare*, Silius lib. 14.

Transitur ualida medius, dum se alleuat alui
Cuspide Marmarides Styron: pars *subnatat* unda
Membrorum, pars extat aquis.

Subnecto] *subnectis*, *subnexui*, *subnexum* (ὑποδέω) *subnectere*, Nectere sub re aliqua. Virg. 1. Aeneid. 100,

Aurea *subnectens* exeriæ cingula mammæ. Idem 10. Aeneid. 27, — Fusos ceruix cui lactea crines
Accipit, & molli *subnectit* circulus auro. Et 5. Aeneid. 63. Plinius lib. 28. cap. 2. 19, Duabus literis Græcis ν & α chartam inscriptam, circunligatam lino, *subnectebat* collo.

Subnectere (ὑποτάσσειν) Subiungere. Plin. lib. 24. cap. 14. 8, His *subnectemus* ea, quæ Græci communicatione nominũ in ambiguo fecêre, *anne* arborum essent. Aliud exemplar habet, *subtexemus*, Quintilianus libro 3. cap. 3. 3, His adiecerunt quidam sextam partem, ita ut inuentioni iudicium *subnecterent.*

¶ *Subnexus*, Participium: ut, Comam *subnexus*, Stat. quinto, Sylu. 3. 23.

Subnego] *subnegas*, penultima correpta (ὑπαρνέομαι) *subnegare*, Aliquantulum negare. Cicer. Trebatio, libro 7. epist. 20. 1, Veruntamen quod præsenti tibi propè *subnegarem.*

Subniger] *subnigra*, *subnigrum*, penul. corr. (ὑπομέλας) Aliquantulum nigrum. Plaut. Merc. 12. 55,

— Bucculentum, *breuiculum.*

, *Subnigris* oculis, oblongis malis. Varro 2. de Re rust. ca. 5. 6, *Subnigris* labris pecudes. Vide Subliuidus.

Subnitor] pen. prod. *subniteris*, *subnixus sum* (ὑπερέρομαι) *subniti*, Idem quod niti, nihil enim uidetur minuere compositio. Plaut. Persa. 9. 6,

Subnixis alis me inferam, atq; amicibor gloriosè.

Sic Cicerò in Somnio, 21, Et quibus duos maximè inter se diuersos, & cæli uerticibus ipsis ex utraq; parte *subnixos*, obriguisse pruinà uides. Idem 1. de Orat. 134.

Solio *subnixa* resedit. Virg. 1. Aeneid. 102
Subnixus & fidens innocentiæ animus. Liu 4. ab Vrbe, 179.
Subnixus uictoria. Liu. 5. bel. Pun. 230.
Barba *subnixa* rutilis capillis. Ouid. 6. Metam. 143.

Subnoto] *subnotas*. penul. corr. (ὑποσημειόω) *subnotare*, *Subscribere*. Martial. lib. 1. 111,

Et non *subnota* uerba *subnotasti*. Idem lib. 6. 82,
Quidam me modò Ruffe diligenter
Inspectum, uelut emptor aut lanista
Quum uultu, digitoq; *subnotasset*,
Tunc es, tunc ait, ille Martialis?

Subnubilus] pen. corr. Adiectiuum (ὑπονέφελος) Parum nubilum. Cæsar 3. bel. Ciuil. 212, Et quinq; intermissis diebus, alteram noctem *subnubilam* nactus, extructis omnibus castrorum portis, & ad impediendum obiectis, tertia inita uigilia, silentio exercitum educit.
Limes *subnubilus* longa umbra. Ouid. 2. de Remed. 41.

Subo] *subas* (καπρίζω) *subare* dicuntur *sues*, quum libidine pruriunt, ut equæ, equire. Plin. lib. 10. cap. 62. 11, Verres *subantis* audita uoce, nisi admittatur, cibum non capit. Horat. Epod. 12. 3. de homine dixit,

—iamque *subando*.
Tecta, cubilia, tentaq; rumpit.

¶ *Subatio*, Verbale (κάπρισμός) Plin. lib. 8. cap. 51, Implentur uno coitu, qui & geminatur propter facilitatem abortiendi. Remedium, ne prima *subatione*, neq; ante flaccidas aures coitus fiat. De *suibus.*

Subobscœnus] Adiectiuum (ὑπαισχρός) Cic. in Oratore. 48, Illud admonemus tamen, ridiculo sic usurum oratorem, ut neq; nimis frequenti, ne scurrile sit: nec *subobscœno*, ne inimicum.

Subobscurus

Subobſcurus] pen.prod.Adiectiuum (ὑποσκοτινὸς) Aliquantum obſcurus.Cic.de claris Orat.14, Grandes erant uerbis crebri ſententijs,compreſſione rerum breues, & ob eam ipſam cauſam interdum ſubobſcuri.

Subodioſus]pen.prod. Adiectiuum(ὑπομίσητος)Aliquantum odioſum.Cic.ad Atticum lib.1.3. 4, Non mihi graue duxi ſcribere ad te de illius quærimoniis, quum eas audire (quod erat ſubodioſum)leue putaſſem.

Suboffendo] ſuboffendis, ſuboffendi,ſuboffenſum (ὑποβλάπτω)ſuboffendere, Aliquantum offendere.Cic.ad Q. fratrem,lib.2.10.6, Nam apud perditiſſimam illam infimam facem populi,propter Milonem ſuboffendit, & boni multa ab eo deſiderant,multa reprehendunt.

Suboleo] ſuboles,penul.corr.ſubolui,ſubolitum,pen.corr. (ὑπνεύω)ſubolere,Quaſi olere,& odorem ſentire,Plautus Pſeud.13.103,

Corrumpitur iã cœnachem ſubolet:ſis uide.

Subolere,per translationem,Præſentiſcere,ſubdubitare,Plautus Caſina,6.50,

Tu ecaſtor tibi homo malã rem quæris, ſubolet ſentio.
Terent.Phor.3.1.10, Nunquid patri ſobolet?

¶ Suboles,ab oleſcendo,id eſt creſcendo,ut adoleſcentes quoque & adultæ,& indoles dicitur.Lucretius lib.5,

Siue uirum ſuboles,ſiue eſt muliebris origo. Virgil.
Chara Deum ſuboles,magnũ Iouis incrementũ. Feſtus.

Suborior] ſuboriris,penul.prod.uel ſuboreris, penul.cor. ſubortus ſum (ὑποφύομαι)ſuboriri,Idem quod Oriri.Plin. lib.2.cap.93.1, Metallorum opulenti tam uaria,tam diues, tam fœcunda,toti ſeculis ſuboriens.Lucret.lib.1.210,

Ex infinito ſuboriri copia poſſet.

¶ Subortus,ſuborsus, à uerbo ſuborior, quod eſt in alterius locum orior.Lucret lib.5, — Stellaſq; putandum.

Ex alio,atque alio lucem iactare ſubortu

Suborno] ſubornas (ὑποκοσμέω)ſubornare, Aliquantulum ornare, hoc eſt honorare,ſiue laudare.Plãcus ad Ciceronẽ,lib.10.23.13,Tu Cicero, quod adhuc feciſti,idẽ præſtat, ut uigilãter,neruoſeq; nos qui ſtamus in acie ſubornes.

Subornare aliquẽ (κατασκευάζω) Latenter ſeducere.Plautus Milite,2.14, — Mox ei dominus ædium

Suam clientem ſolicit.andum ad militem

Subornat.Gellius,In caput meũ ſubornauit.Cic. pro Deiotaro,11, Hac ſuſpicione ſum perculſus: medicum iudicem ſubornabit,finget uidelicet aliquod crimen ueneni.Idẽ pro Roſc.Comœdo,29,Falſum ſubornauit teſtem Roſcius Cluuium, cur tam ſero? Idem pro Cecinna,52,Et fictus teſtis ſubornari ſolet, & imponi falſæ tabulæ.

Aliqui pecunia aliquem ſubornare.Cic.13.Philip.370.

Confeſſus es à te accuſatores eſſe inſtructos,& ſubornatos.Cicero in Vatinium,2.

Subornare,pro In ſpeciem aliquam ueſtire.Senec.lib.3. de Benef.Quò te penulati iſti militum,non uulgarem quidem inſultum ſubornati,quò te,inquam,iſti efferunt?

Subornatus criminibus:id eſt,clàm inſtructus criminandi materia.Liu.9 bel. Maced. Itaq; ad inuidiam ei faciendam legatos Ambraciacenſes ſubornatos criminibus in Senatum introduxit.

Subpallidus] pen.corr.Adiect. (ὑποχλωρος) Aliquantulum pallidus Cel.lib.3,de meliceris,Alterũ eſt minus ſuper corpus eminens,durum, latum, ſubuiride,ſubpallidum,magis exulceratum.

Subpinguis] & hoc ſubpingue (ὑποπαχὺς) Aliquantum pingue.Celſus lib.10.cap 4,Peius eſt quod denſam cutem & ſubpinguem,& ex toto glabram fecit.

Subpudet] Vide Suppudet.

Subrancidus] pen.corr.Adiectiuum (ὑπόβρεχος) Quod aliquantum rancidum eſt, Cicer.in Piſonem,53, Extructa menſa non conchylijs aut piſcibus,ſed multa carne ſubrancida.

Subraucus] Adiectiuum (ὑποβραχχώδης) Vtcunq; raucum.Cic.de claris Orat.73,Omniſq; motus cum uerbis ſententijſq; cõſentiens,uox permanens,uerũ ſubrauca natura.

Subrectus] Vide Subrigo.

Subrefectus] Adiectiuum. Aliquãtulum refectus.Paterculus lib.2,Subrefectus primo conſpectu alloquioq; charißimi ſiue ſpiritus.De Cæſare Auguſto moribundo loquitur.

Subremigo] ſubremigas,pen.cor. (ὑπερέσσω) ſubremigare,ſubtus remigare.Plin.lib.9.cap.29.5,Cæteris ſubremigans brachijs,media cauda ut gubernaculo ſe regit.Virgil. 10.Aeneid.46. — Dextra puppim tenet, ipſáq; dorſo
Eminet,ac læua tacitis ſubremigat undis, id eſt,ſubnatat,ut ait Seruius.

Subrepo] ſubrepis,pen. prod.ſubrepſi, ſubreptum (ὑφέρπω, ὑφερβύζω) ſubrepere, Latenter repere. Plin. lib. 34. cap.8.21,Fecit & puberem Apollinem ſubrepenti lacerta cominus ſagitta inſidiantem.

Subrepunt clariſ animalia.Colum.lib.9.cap.1.9.

Ætas imers ſubrepit.Tibul.lib.1. eleg. 115.

Peſtis ſubrepens in imos artus. Catul.de Lesbia.71.5.

Horror tacitus ſubrepſit fratribus.Stat.1.Thebaid.95.

Subrepere ſe alicui. Furtim ſiue clàm recedere. Plautus Mil. 6.62.

Subrepere ſub tabulas.Cicero pro Seſtio, 109, Is quum quotidie gladiatores ſpectaret,nunquam eſt conſpectus: quum ueniret,immergebat ſubitò,quum ſub tabulas ſubrepſerat.

Subrepſit hæc appellatio paulatim.Plinius libro 21. cap 2.3.

Subrepit animo iudicis inſinuatio: id eſt,in animum demittitur.Quintil. libro 4. capite 1.30, Idem ita ſubrepitur animo iudicis.

Subrepſit illi oblinio.Plinius libro 8.capite 22.5.Scribitur & Surrepo.

Subreptitius] Vide Surrepo.

Subrideo] ſubrides,pen. prod. ſubriſi, ſubriſum (ὑπομειδιάω) ſubridere, Latenter uel aliquantum ridere, uel riſus ſigna oſtendere.Virg.1.Aeneid.52,

Olli ſubridens hominum ſator atq; deorum. Cic.pro Roſcio Comœdo,13,Quã de cauſa ſubridet Saturius uelerator,ut ſibi uidetur.

Subriſi modicè leniq; nutu.Martial.lib.6.82.

Lũmis ſubriſit ocellis.Ouid.3.Amor.eleg.1.7.

Subriſit crudele pater.Claud.2.in Eutrop.22.

Ira miſta ſubridens.Virg.10.Aeneid.148.

¶ Subridiculè,penul.corr. Aduerbium (ὑπογελοίως (Cic.2 de Orator.138,Quid hoc Næuio ignauius? ſeuerè Scipio. At in malè olentem,Video me à te circũuenire.Subridiculè Philippus.

Subrigo] ſubrigis,pen.corr.ſubrexi, ſubrectũ (ὑπαίρω), ſubrigere,Idem quod paulatim arrigere,& in altum leuare.Plin.lib.9.cap.29.4,Supinus in ſumma æquorũ peruenit ita ſe paulatim ſubrigens,ut emiſſa omni per fiſtulam aqua,uelut exoneratus ſentina,facilè natiget.Idem lib.36. cap.9.1,Opus id feciſſe dicuntur XX.M.hominũ. Ipſe rex quum ſubrecturus eſſet, uereturq; ne machinæ ponderi non ſufficerent,&c.Virg.4.Aeneid.37,

Tot linguæ,totidẽ ora ſonant,tot ſubrigit aures.

Scribitur & Surrigo.Columel.lib.7.cap 3.3.

Caput ſubrigens.Senec.Herc.furent.6.12.

¶ Subrectus, Participium (ὑπαρθεὶς) ut, Cuſpis ſubrecta, Silius lib.10, 51.

Subriguus] Adiectiuum(ὑπόβρεχος) Idem quod Irriguus. Plin.lib.17.cap.18.4,In craſſo,aut humido,aut ſubriguo à meſſe ad brumam.

Subripio]ſubripis,penultima corrept. ſubripui,ſubreptum (ὑφαρπάζω) ſubripere, Clàm auferre,ſuffurari. Plautus Menæh.4.13,

Hanc modo uxori intus pallam ſubripui. Martialis, libro 12.25,

Prætori mappam ſubripit Hermogenes.

Eripere & ſubripere.Cic.in Parad.65, Quanti eſt æſtimanda uirtus,quæ nec eripi nec ſurripi poteſt:neq; naufragio, neq; incendio amittitur:nec tempeſtatum,nec temporum permutatione mutatur?

Subripere per fraudem.Cic.pro lege Agraria,53.

Subreptum Senatuſconſultum.Cic.ad Attic.lib.10.19.5.13.

Subripere ſpatium.Cic.ad Atticum,lib.5.10.4.1. Scribitur & Surripio.

Subripere aliquando uſurpatur pro eo quod eſt Per mendacem narrationem aliquid extorquere & quaſi furari.

¶ Subreptio,ſubreptionis(ὑφαρπαγὴ) Verbale,Ipſe ſubripiendi actus.

Subreptio,Impetratio quæ ſit à principe,ſiue magiſtratu, per falſam rei narrationem.

¶ Subreptitius, Adiectiuum(ὑφαρπαστικὸς)ut, Subreptitia poſtulatio,ſubreptitiæ literæ,quæ ad falſam alicuius ſuggeſtionem conceſſæ ſunt.

Subreptitius puer,Furtim ſublatus.Plaut.Menæh.66.

Subrocrini]Populi in Alpibus,author Plin.lib.3.cap.20.

Subrogo]ſubrogas,pen.correp.(ἀντιπαβίημι)ſubrogare, Subſtituere.Plin.de Viris illuſt.15,Quia in locum Tricipitini collegæ Conſulem ſubrogauerat.Cic.ad Att.lib. 4.74. 3,Vberiores,ſi & ille libenter accipiet,& hi ſubrogentur, qui illam me moleſtè ferunt habere.Vbi uetus codex legit, ſubringentur.Vide Surrogo.

Subrogare collegam Conſul dicebatur,qui alterum in demortui Conſulis locum ſufficiebat.Cic.ad Brutum, 5. 5. Liu. 9. ab Vrbe,108,M.Cornelium Malugimenſem collegam ſubrogauit.Ibidem,lib.2.31,Quia nec collegam ſubrogauerat in locum Bruti.

Subroſtrarius]Adiect.(ὑπεμβόλειος) Cælius ad Cic.lib.8. 1.11,Te ad IX.Cal.Iun.ſubroſtrarij(quod illorum capiti ſit) diſſiparant periiſſe.Vbi interpres,ſubroſtrarij,qui erãt infra Senatores,hoc eſt qui ſub roſtris ſedebant.Vetus tamen exemplar habet,ſubroſtrani.

¶ Subroſtrarij,id eſt,qui ſub roſtris ſedent nouarum rerum cõptatores.Nam à Roſtris omnia Romæ edicebantur. Subroſtrarios ea forma dici arbitruntur,quaſi ſubbaſilicanos, circumforaneos:non ex dignatis gradu,ut uoluit interpres.

Subrubeo]ſubrubes,pen.cor.ſubrubui (ὑπερυθραίνομαι) ſubrubere,Aliquantum rubere.Ouid.2.de Arte,64,

Plenáq; purpureo ſubrubet uua mero.

Cælum ſubrubet.Ouid.2.Amor.eleg.5.8.

¶ Subrubicundus, Adiectiuum(ὑπερυθρίαις)Aliquantulum rubicundus.Plin lib.25.cap.13.22,Herba eſt trixaginis ſpecie & mollitia,cauliculis ſubrubicundis. Sic apud Celſum lib.8.cap.12.

Subrufus]pen.prod.Adiect.(ὑπόπυρρος) Aliquantum rufus. Plin. lib. 37.cap.10.30,Indica gentium ſuarum habet nomen,ſubrufo colore,in attritu ſudorem purpureum emanat.Idem lib.21.cap.7.6,Rhizotomos ſubrufa.

Subrufus aliquantum, criſpus, cincinnatus. Plautus Captiu. II.II6.

Subrumus]ſubrumi,penult.corrept.maſculin.genèr.(ὑπομαστὸς) Agnus qui adhuc ſub mamma eſt. Varro 2. de re Ruſtic.cap.1.20,Etſi parum habet lactis mater ut ſubijciat ſub alterius mammam,quia appellantur ſubrumi, id eſt ſub mammas:antiquo enim uocabulo mamma rumis,ut opinor, dicebatur.Ibidem,cap.11.4,Mammæ enim rumis, ſiue rumæ,ut antè dicebant,à rumi:& inde dicuntur ſubrumi agni:lactentes,à lacte.

¶ Subrumor,ſubrumaris(ὑπομαστεύω)ſubrumari, dicuntur hœdi quum ad mammam admouentur,inquit Feſtus. Columell.lib.7.cap.43,Diligenti cura ſeruandum eſt, ut & ſuis quotidie matribus & alienis non amantibus agni ſubrumentur.Idem lib.12.cap.3.7,Nèc minus intereſſe paſtoribus fructum cogentibus,aut fœtus ouium aliarumue pecudum ſubrumantibus.

Subrunciui]limites ita nominantur ab Hygeno. Limites linearij menſuræ tantùm diſterminandæ cauſa ſunt conſtituti: & ſi finitimi interueniunt,latitudinem ſecundum legem Mamiliam accipiunt.In Italia itineri publico ſeruiunt ſub appellatione ſubrunciuorum. habent latitudinem pedum octonũm.hos conditores coloniarum fructus aſportandi cauſa publicauerunt.

Subruo]ſubruis,pen.corr.ſubrui,ſubrutum,pen.corr. (καταστρώννυμι)ſubruere,Deſtruere.Cæſ.2.bel.Gall. 255, Murusq; deſenſoribus nudatus eſt,teſtudine facta portis ſuccedunt,murumq; ſubruunt.

Mœnibus ſubruat reges.Horat.3.Carm.ode 16.3.

Natura omnis ſubruitur.Lucret.lib.4.174.

Dies uenturæ ſubruet arces mundi.Propert.lib.3.eleg.5.7.

¶ Subrutus,pen.corr.(κατασκαφὴς) Particip.ut, Caſtra ſubruta ferro.Propert.lib.3.eleg.9.11.Liu.5.ab Vrbe,97,Subruta cuniculo mœnia.

Veſtigia ſubruta limo.Stat.9.Thebaid.96.

Subruſticus]pen.corr.Adiectiuũ. (ὑπαγρέως) Aliquantum ruſticus.Cicero de claris Orator. 70, Tum etiam ipſo ſono quaſi ſubruſtico proſequebatur atque imitabatur antiquitatem.Ibidem,140,Cotta quia ſe ualde dilatandis literis à ſimilitudine Græcæ locutionis abſtraxerat,ſonabatq; contrarium Catulo,ſubagreſte quiddam, planeq; ſubruſticum. Quod tam ſubruſticum uidetur,olim autem politius. Cicero in Orator.91.

Subrutilus]pen.corr. Adiect. (ὑποπυρράκης) Parum rutilus.Plin.lib.10.cap.33.7,Merops pallido intus colore pennarum,ſupernè cyaneo,priori ſubrutilo. Idem lib.12.cap. 14.4, Alij lentiſco ſimilem ſubrutilo folio arborem thuris prodidere.Idem lib.10.cap.3.3,Media magnitudine, colore ſubrutilo,rarum conſpectu.

Subſalſus]Adiect (ὑφαλμὸς) Aliquantum ſalſum ſignificat.Plin.lib.12.cap.29.1,Subſalſa guſtanti herba.

Subſanno]as,are,uerbum actiuæ ſignificationis, idem ſignificans quod irridere(χλευάζω)Nam ſanna,ut ſuo loco apparet, irriſionem ſignificat, quæ & ſubſannatio dicitur. χλευασμὸς uerbum frequens apud ſacrarum literarum interpretem.

Subſcribo]ſubſcribis,pen.prod.ſubſcripſi,ſubſcriptum (ὑπογράφω)ſubſcribere,Subnotare,ſubſignare.Sueton.in Auguſto,cap.27,Pinarium equitem Romanum quum concionante ſe,admiſſa turba paganorum,apud milites ſubſcribere quædam animaduertiſſet,curioſum & ſpeculatorem ratus,coràm confodi imperauit.

Numerus aratorum quotannis apud magiſtratus ſubſcribitur. Cic.5.Verr.100.

Subſcribere audita.Quintil.lib.12.cap.8,Nec tanta ſit actura memoriæ fiducia,ut ſubſcribere audita pigeat.

Exemplum literarum alicuius ſubſcribere.Balbus Cic. in epiſt. ad Attic.lib.9.186.1.Cic.eidem,lib.8.159.3.

Subscribere, Verbum est iudicijs & foro accommodatum, & significat iudicium dictare, quasiq; dicam scribere. Plin. lib. 5. epist. Post hoc Curianus à matre exhæredatus, cum cæteris cohæredibus, subscripsit centumuirale iudicium: mecum non subscripsit. Id est, controuersiam mouit hæreditatis, testamentum scilicet impugnare ut inofficiosum uolens. Idem, Scis te non subscripsisse mecum, & iam biennium transisse, omniaq; me usu cepisse. Id est, mecum querelam non esse expertum. Budæus.

Subscribere, dicebant ueteres Iurisconsulti, quod nunc adiungere se dicunt. Subscribendi igitur facta potestas dicendum, quod nunc dicunt, Dictum est quod adiungere se poterit. Cicer. 3. Verr. 10. Ei qui ipsius Quæstor fuisset, & ab isto læsus inimicitias iustas persequeretur, nõ modò deferendi nominis sed ne subscribendi quidem, cum id postularet, facerent potestatem. Hoc etiam à Cicerone dicitur, Accedere ad causam, & Descendere in causam, & Incumbere in eandem causam, & Dimittere se in causam. Budæus.

Subscribere significat aliquando fauere, astipulari, & assentiri. Marcellus in l. non aliter, de adopt. Non aliter enim uoluntati eius, qui arrogare pupillum uolet, etiam si causam eius ob alia probauerit, subscribendum erit. Colum. lib. 1. cap. 2. 2, Quod si uoto fortuna subscripserit, agrum habebimus salubri cælo, uberi gleba.

Iræ alicuius subscribere. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 1.

Subscribere odijs alicuius. Liu. 3. bel. Maced. 110.

Votis alicuius subscribere. Ouid. ad Pisonem, 53.

Subscribere luxuriæ cubantis. Cels. lib. 3. cap. 4, His enim ulterioribus cubantis etiam luxuriæ subscripsit, primis uerò cortoris uicem exhibuit.

Subscribere, cũ accusatiuo, est causam sententiæ testari, & addere. Cic. pro Cluentio, 94, Video igitur, Iudices, animaduertisse Censores in iudices quosdam illius consilij tunam, quæ istam ipsam causam subscriberent. Ibidem, 100, Nam hæc quidem, quæ de iudicio corrupto subscripserint, quis est qui ab illis satis cognita, & diligenter iudicata arbitretur? In M. Aquilium & T. Guttam uideo esse subscriptum.

Causam parricidij subscribere. Cic. 2. de Inuent. 163.

Subscriptæ rationes. Vide Expungo.

¶ Subscriptio, subscriptionis, Verbale (ὑπογραφὴ, ὑποσημείωσις) Cic. 1. Verr. 17, Quartum quem sit habiturus, non uideo: nisi quem fortè ex illo grege oratorum qui subscriptionem sibi postularunt, cuicunq; uos delationem dedisseris. Id est, qui postulauerunt à uobis, ut ad quemcunq; Verris accusatio esset delata sibi liceret accusationi subscribere. Hæc Budæus. Cic. pro Cluentio, 93.

Subscriptio ac professio agri. Cic. 5. Verr. 93. (Verr. 93.

Iugerum subscriptio ac professio non est plus xxx. Cicero 5.

Subscriptio censoria. Cic. pro Cluentio, 97, Ne subscriptio censoria non minus calamitatis ciuibus, quàm proscriptio acerbissima posset afferre. Budæus censuram interpretatur. Vide Quintil. lib. 5. cap. 13 27.

¶ Subscriptor, subscriptoris. Subscriptores Pædianus eos ait esse appellatos causidicos, qui adiuuare accusatorem poterant: quos oportebat summissius agere, quàm eũ quem sequebantur. Cic. 1. Verr. 26, Veruntamen L. Apuleium esse uideo proximum subscriptorem, hominem non ætate, sed usu forensi, atq; exercitatione tyronem. Budæus. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 20. 1, Omnino nihil accusatore Lentulo subscriptoribusq; eius infantius. Cælius ad Cic. lib. 8. 8. 3, Itaq; sine ullo subscriptore descendit.

Exercitatus & disertus subscriptor. Cic. 1. Verr. 25. (39.

Vændalis ascriptor & subscriptor alicuius. Cic. pro Domo sua.

Subscriptor & approbator. Gellius lib. 5. cap. 21.

Subscus] subscudis, pen. prod. f. gen. Subscudes tabellæ (inquit Festus) appellantur quibus tabulæ inter se configuntur: sic dictæ, quia quà immittuntur, succiditur. Pacuuius, Nec ulla subscus cohibet compagem. Cato cap. 18. 6, Orbem olearium latum pedibus quatuor punicarnis coagmentis facito crassum digitis sex, subscudes iligneas addito. Eas ubi confixeris, clauis corneis occludito. Vitruuius lib. 4. cap. 7, Et ita sint cõpactæ subscudibus & securiculis, ut compactura duorum digitorum habeat laxationem.

Subscudes, quæ & Subcudes, & Suscudes dicuntur, sunt ligneæ retinacula, quæ etiam securiculæ à forma uocantur, quasi securiculæ: quibus duo tigna tenacissimè inter se uinciuntur: unde securiclati cardines apud Vitruuium lib. 10 dicet undegò securidati legitur. Galli Hirundinum caudas appellant. Apud Augustinum lib. 15. de Ciuitate, suscudines legitur. Vitruuius lib. 10. cap. 10. de tympano ad molendam farinam loquens, Secundum id tympanum, maius item dentatum planum est collocatum: quo continetur axis habens in capite summo suscudem ferream, qua mola continetur. Quod Vitruuius subscudem hîc appellat: nostri ferrum molendini uocant, ex quo forma subscudis intelligi potest. Budæus.

Subseco] subsecas, pen. corr. subsecui, subsectum (ὑποτέμνω) subsecare, Subtus uel paulatim secare. Colum. lib. 2, Quædã etiam subterraneæ pestes, adultas segetes, radicibus subsectis enecant. Varro 1. de re Rust. cap. 50. 1, Vbi falce secundum terram succidunt stramentum: & manipulum, ut quemque subsecuerint, ponunt in terra. Plin. lib. 18. cap. 17. 14, Quæ uellunturè terra, non subsecantur. Ouid. 4. Fast. 88,

Illa papauereas subsecat ungue manus.

Vngues ferro subsecare. Ouid. 6. Fast. 49.

¶ Subsciuus, a, um, Isidor. lib. 5. Ethymol. 13. scribit subsciuus propriè esse, quæ sutor de materia præcidens, quasi superua cuas abijcit. Indeq; subsciuos agros dictos, quos in pertica diuisos recusant quasi steriles, uel palustres. Itemq; subsciua, quæ in diuisione agri non efficiunt Centuriam, id est integra ducenta, quæ à subsecante linea ita appellata esse Frontinus in libro de agrorum qualitate scribit. A' quo, & eius interprete Aggeno Vribico subsciuorum duo esse genera dicit: Vnum quod in extremis assignatorum finium centuriæ expleri non potuit. Aliud, quod in medijs Assignationibus ex integris centurijs interuenit. quicquid enim inter quatuor limites minus, quàm intercluſum fuerit adsignatũ, in hac remanet appellatione: ideo quod is modus, qui assignatui superest, linea elidatur & subsecetur. Et generaliter subsciuũ appellatum, quod inter mensuralem lineam & Centuriæ extremitatem, minus, quàm ut centuriã expleret, supererat. Tertul. lib. 1. aduersus Marcionem: Et uidendum, ne quà adhuc illi uaccent subsciua, in quibus & tertius aliquis stipare se Deus possit. Apuleius lib. 8, Ac me reliquum solum & subsciuum cum fastidio plerique præteribant. Sueton. in Domitiano cap. 9, Subsciua quæ diuisis per ueteranos agris carptim superfuerant, ueteribus possessoribus ut usucapta concessit.

Ager subsciuus is est Boethio libro 2. Geometriæ, qui secundum suas determinationes adscriptus in finibus suis tabulario Cæsaris infertur, & qui beneficio concessus, aut assignatus Coloniæ fuerit: siue is proximus, siue longius positus: quem Colonia in tabulario Cæsaris manu subscriptum habere debet. Item, ager similis subsciuius est, qui non assignatus Reipublicæ populoq;, aut Colonæ cuius fine circundatur, remanet in eius potestate qui assignare potuerit, hoc est principis.

Opera

Operæ subsciuæ. Sunt autem operæ subsciuæ, non principales (ut ita dicam) sed proximæ quas ludis, & ferijs, scilicet quas à functione muneris in Rempublicam, forum, amicos, studijs, ac musis damus. Dictæ subsciuæ, ab ijs quæ agrorũ assignationibus Subsciua nominantur: de quibus Frontinus, & nos paulò antè ex eodem. Ab hac similitudine operæ, horæ, tempora, quæ amicorum, fori, reipublicæ superfunt atq; ex ijs eripiuntur, & quasi subsecantur: quæ nobis reseruamus, nec perire finimus, sed in legendo, commentando, scribendo consumimus, subsciua nuncupantur. Quare apud Varronem lib. 1. de re Rust. In subcesiuũ, non subciuium, apud M. Tullium multis in locis, apud cæteros scriptores, eodem modo scribendum esse contendunt etiam docti. Vide Succiuus, in Succîdo.

Subsecimus] Vide Succiuus, in Succîdo.

Subsecundarius] Adiect. (ὑποδευτεραῖος) Idem quod succiuus, & quod quasi secundo tempore aduenit. Gell. lib. 20. cap. ultimo, Quantum autem uitæ deinceps mihi deũm uoluntate erit, quantumq; à cura publica, & à re familiari, procurandoq; cultu liberorum meorum dabitur otium, ea omnia subciuia & subsecundaria tempora ad colligenda huiusmodi memoriarum delectatiunculas conferam.

Subsellium] Vide Subsîdeo.

Subsentio] subsentis, subsensi, subsensum (ὑπαισθάνομαι) subsentire. Aliquantulum sentire, aduertere. Terentius Heaut. 3. 1. 62,

Etsi subsensi id quoq;,
Illos ibi esse, & id agere inter se clanculum.

Subsequor] pen. corr. subsequeris, subsequutus sum (ὑπακολουθέω) subsequi, Statim sequi. Plaut. Merc. 2. 2. 31,

Si quidem mecum fabulari uis, subsequere. Cæsar 8. bell. Gall. 136, C. Calenum legatum cum legationibus duabus reliquit, qui iustis itineribus se subsequerentur.

Ipse cum legionibus subsequor. Plancus Cicer. lib. 10. 15. 8.

Partim subsequi aliquem. Ouid. epist. 19. 27.

Omnes hos motus subsequi debet gestus. Cic. 3. de Orat. 122.

Subsequi aliquem, & imitari. Plin. in Panegyr. 139.

Iudicium alicuius subsequi. Ouid. epist. 4. 9.

Aliud illico subsequatur aut atomos ullas, è quibus quicquid efficiatur, illarum sit dissimillimum. Cic. 4. Acad. 224.

Subsequi sermone. Cic. ad Appium, lib. 3. 1. 6, Mirificè ipso suo sermone subsequutus est humanitatem tuarum literarum.

Subsequenti anno exitu ueris emittunt paruas locustas. Plinius lib. 12, cap. 29. 1.

¶ Subsequenter, Aduerbium. Messala Coruinus ad Cæsarem Augustum, Nunc ad reges Romanos, consules, dictatores, tribunos militares ac plebeios subsequenter calamum deducam. Paulò pòst, Hinc aduersus Crustuminos subsequenter tumultuantes, in armis Romulus profectus, &c.

Subsericum] est, cuius substamen ex serico est. Bayf. lib. de re Vestiaria, cap. 5.

Subsero] subseris, pen. corr. subseui, pen. prod. subsitum, penult. corr. (ὑποφυτεύω) subserere, sub re aliqua uel iuxta rẽ aliquam serere. Colum. lib. 4. cap. 15. 1, Plurimum interest, adhuc noua consitione pedamen omne uestiri: nec mox uineam tum subseri, quum fructus capiendus est.

Subseruio] subseruis, subseruiui, subseruitum, pen. prod. (ὑπηρετέω) subseruire, Seruiendo obtemperare. Plautus Menæch. 17. 12,

——ita istæc solent, quæ uiros
Subseruire sibi postulant, fretæ dote feroces.

Subseruire alicui. Plaut. Amphit. 2. 4. Terent. Andr. 4. 4. 14,

Tu ut subseruias
Orationi, utcunq; opus sit uerbis, uide.

Thesauri pars 3.

Subsessa, Subsessor] Vide Subsîdeo.

Subsîdeo] subsîdes, pen. corr. subsedi, pen. prod. subsessum (ὑπίσταμαι, ὑφίζανω) subsîdere, Subtus sedere, & sine motu esse. Columella, Villica debet curam adhibere, ut si quæ fæces aut amurcæ in fundis uasorum subsederint, semel statim emundentur. Idem lib. 12. cap. 19. 4.

Subsîdet pecunia apud eum. Plin. epist. 77. Id est, remanet.

Subsîdere in castris. Cæsar 6. bell. Gall. 135. Cic. in Salustiũ, 11, Quicquid impudicorum cylonum parricidarum, sacrilegorum, debitorum fuit in orbe, municipijs, colonijs, Italia tota, sicut in fretis subsederant. Virg. 5. Aeneid. 100,

Extremus, galeaq; ima subsedit Aceſtes. Vbi Seruius, Subsedit, remansit, nec enim proserebatur sors quæ remanserat sola: aut certè delituit. Idem 11. Aencid. 54,

——deuicta Asia subsedit adulter.

Subsîdere in uia. Cic. ad Attic. lib. 5. 10. 1.

Subsîdere, pro Insidiari. Cic. pro Milone, 38, Cur neq; antè occurrit, ne in uilla resideret? nec eo in loco subsedit, quo nocturnus ueniturus esset? Budæus.

¶ Subsellium, subselli (ἕδρα) Subsellia antiquis dictæ sunt sedes & pulpita, uel, ut ita dicam, scamna in quibus qui poetas recitantes audiebant, sedere, consueuerant: uel in quibus ab eo quibus spectabantur ludi. A' subsedendo dicta, quasi subsedia, permutatione d in l: aut sella pro seda. nam Senatores in sellis altioribus consedebant. Persius Satyr. 1. 9,

Trossulus exultat tibi per subsellia læuis. Plautus Sticho, 8. 33,

Scis tu me dudum esse imi subselli uirum. Id est, qui soleam sedere in infimo loco. Scribit Asconius in Diuinationem Ciceronis, subsellia esse Tribunorum, Triumuirorum, Quæstorum & huiusmodi minora iudicia exercentium, qui non in sellis Curulibus, nec Tribunalibus, sed in subsellijs cõsidebant. Vnde à Varrone subsellium dictum est quòd non sit planè sella.

Destituere subsellia. Quintil. lib. 6. cap. 4. 5.

Subsellia item erant in Curia, ubi Senatores sedebant, ut ostendit Cic. 1. in Catil. 12.

Subsellia etiam erant iudicum, id est, eorum qui publicis iudicijs disceptandis operam dabant, authore Asconio in quarta in Verrem actione. Cic. pro Cluentio, 74, Accusabat Tribunus plebis, idem in conciombus, idem ad subsellia. Idem in Vatinium, 26, Quæro ex te, &c. num quis reus post urbem conditam in Tribunal sui quæstoris ascenderit, cumq; ui deturbarit, subsellia dissiparit, urnas deleuerit, easq; denicq; omnes res in iudicio disturbando commiserit, quarum rerũ causa iudicia sunt constituta. Hoc in loco Tribunal Cicero Prætori assignauit, qui iudicijs publicis præerat, & quæsitor uocabatur: subsellia uerò iudicibus, qui reos sententijs suis tabellarijs iudicabant. Hæc Budæus.

Occupare locum in subsellijs Cic. de clar. Orat. 160.

Subsellia, iudicia publica dicebantur, quæ in foro Romano exercebantur sub diuo. Quint. lib. 12. cap. 8, Nonnunquam etiam inter ipsa subsellia didicisse se gloriantur. Idem lib. 10. cap. 5, Quod accidisse Portio Latroni traditur, ut quum ei summam in scholis opinionem obtinenti causa in foro esset oranda, impensè petuerit, uti subsellia in Basilicam transferrentur: ita illi cælum nouum fuit, ut omnis eius eloquentia cõtineri tecto ac parietibus uideretur. Ex Budæo.

Optima fide & fama uersari in subsellijs. Cicero Bruto, libro 13. 11. 9.

Grandiorem & pleniorem uocem desideraut subsellia. Cicero de claris Orat. 160.

A' subsellijs in rostra rem deferre. Id est, à foro in rostra. Cicero pro Cluentio, 89.

Subſellia, Sedes in theatro. Suet. in Auguſto, capite 44, Pacto igitur decreto Patrũ, ut quoties quid ſpectandi uſquam publicè ederetur, primus ſubſelliorum ordo uocaret Senatoribus.

Subſellia, Vbi ſedebant rei, & accuſatores, & teſtes. Cicero pro Roſcio Amerino, 10, Erant ei ueteres inimicitiæ cum duobus Roſcijs Amerinis, quorum alterum ſedere in accuſatorum ſubſellijs uideo, alterum tria huiuſce prædia poſſidere audio.

Subſellia, pro ipſis iudicibus aliquando accipitur. Martialis, libro 1,

Sextiliane bibis quantum ſubſellia quinq; Budæus.

¶ Subſeſſor, ſubſeſſoris (ἐπίβουλος) Qui delitescens inſidiatur, & inſidijs circumuentum interimit. Subſeſſores uocantur qui occiſuri aliquem delitescunt. Seruius in illud 5. Aeneidos, 100,

——ſubſedit Aceſtes. Valerius lib. 2. cap. 1, Nulli enim tunc ſubſeſſores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur.

¶ Subſiſſi, ſubſeſſe (σύνδρα) Subſeſſe à Vegetio dicuntur inſidiæ, quib. in itinere exercitus imparatus, ac nihil tale ſuſpicans, opprimi ſolet. Subſcribit Seruius in illud 11. Aen. 54,

——deuicta Aſia ſubſedit adulter.

¶ Subſidium, ſubſidij (ἐπιβοήθεια, ἀλκὴ, αὐτίλημψις) dicitur id (inquit Feſtus) quod poſtpoſitum eſt ad ſubueniendum laborantibus. Erant autem triarij milites, nempe qui tertio ordine in acie conſtituerentur. Hi enim poſt omnes acies cum ſcutis, galeis, ocreis, gladijs, plumbatis locabantur: ut ſi fortè prima acies uinceretur, ab ijs, ueluti deintegrò reparato certamine, uictoria ſperaretur. Subſidebant itaq; nixi genibus, à quo ſubſidium dictum. Plaut.

Agite nunc, ſubſidite, quaſi ſolent triarij. Cæſar de geſtis in Italia, Ad eum mittit, niſi ſubſidium ſibi ſubmittatur, ſeſe diutius ſuſtinere non poſſe. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4. 44, His ego ſubſidijs ea ſum conſecutus, quæ nullis legionibus conſequi potuiſſem.

Subſidia belli. Cic. pro lege Manil. 3.

Belliſſimum ſubſidium. Vide Bellus.

Fidiſſimum ſubſidium. Tacit. lib. 5.

Subſidium inutile belli. Stat. 6. Thebaid. III.

Miſerum & innocens ſubſidium. Cic. pro Fonteio, 29.

Comparare ſubſidium. Vide Comparo.

Conſtabilitæ ſubſidijs legiones. Lucret. lib. 2. 9.

Currere alicui ſubſidio. Vide Curro.

Inuocare ſubſidium. Vide Inuoco.

Mittere jubſidium. Vide Mitto.

Miſſus ſubſidio globus. Stat. 3. Thebaid. 2.

Parare ſubſidium. Vide Paro.

Seruare quempiam ſubſidio beſtiæ. Cic. Q. fratri, lib. 2. 7. 10.

Venire ſubſidio. Cic. pro Fonteio, 29.

Subſidium, pro Adminiculo & auxilio. Cic. 2. in Cat. 31, Quum induſtriæ ſubſidia atq; inſtrumenta uirtutis in libidine, audaciaq; conſumerentur.

Subſidium ſenectutis. Cic. Attic. lib. 15. 327. 4.

¶ Subſidior, ſubſidiaris, ſubſidiatus ſum, ſubſidiari, Hircius lib. 8. bell. Gall. Perterriti non ſolùm ij qui comminus opprimebantur, aut eminus uulnerabantur, ſed etiam qui lõgius ſubſidiari conſueuerant.

¶ Subſidiarius, Adiectiuum (ἐπιβοηθικὸς) Quod in ſubſidium datur aut uenit. Liu. 5. ab Vrbe, 170, Paulum erat ab dextera editi loci, quem ſubſidiarijs repleri placuit. Sub. militibus. Ibidem, lib. 9. 144, Qui ſubſidiarias cohortes, quæ integræ ad longioris pugnæ caſus reſeruabantur, in primam aciem extemplò emiſit.

Acies ſubſidiaria. Vide Acies.

Subſidiarius palmes, qui & præſidiarius, & reſex à Columella: à Catone cuſtos, & uinarius appellatur palmes. Colum. lib. 4. cap. 24. 12, Subſidiarius, idemq; cuſtos in pollicem reſecari non debet, quum palmæ, ex quibus proximi fructus ſperantur, idoneo loco ſitæ ſunt.

Subſido] ſubſidis. penult. product. præteritum & ſupinum mutuatur à ſedeo, ſubſedi, ſubſeſſum (ὑφίσταμαι) ſubſidere, penult. corrept. Subtus cadere, deſcendere: ſit enim cum motu. Virgilius,

Subſedit dubius. Idem lib. 5. 165,

Subſidunt undæ, tumidumq; ſub axe tonanti
Sternitur æquor aquis. Ouid. 1. Metam. 70,

Iuſſit & extendi campos, ſubſidere ualles. id eſt, Depreſſas eſſe. Colum. lib. 6 cap. 1. 3, Lateribus porrectis, lumbis lætis, dorſo recto, planoq; uel etiam ſubſidente, &c. Plin. l b. 22. cap. 8. 2, Comitialibus, mulierum menſibus, ſiue ſubſidant, ſiue abundent, &c. Varro 3. de re Ruſt. cap. 16. 28, Si ex aluo minus frequentes euadunt, ac ſubſidit aliquâ pars, ſuffumigandum.

Poplite ſubſidens. Virg. 12. Aeneid. 99.

Mare ſubſidit. Ouid. 1. Triſt. eleg. 2. 15.

Venti ſubſidunt. Propert. lib. 1. eleg. 8. 3.

Vrbes ſubſidunt, terræq; dehiſcent. Lucan. lib. 1. 128.

Subſidere & Conſurgere, contraria. Liu. 8. bel. Pun. 6.

Subſidere, Inuadere aliquando ſignificat. Lucan. lib. 5. 46,

Iure ſed incerto mundi ſubſidere regnum.

Subſidere in loco aliquo, pro Commorari: cui opponitur Proficiſci Cic. ad Cecinnam, lib. 6. 8. 4.

Impetus dicendi ſubſidit. Quint. lib. 3. cap. 8. 41.

Subſidere dicitur fœmina in coitu. Horat. Epod. 16,

Iuuet ut tygres ſubſidere coruis.

Subſignani] Milites olim dicebantur, qui ſub ſignis habebãtur: & à legionarijs differebant, quia ſub aquila non erant. Tacit. lib. 17, Penino itinere ſubſignanum militem, & graue legionum agmen hybernis adhuc niuibus traduxit.

Subſigno] ſubſignas (ὑποσημειόω) ſubſignare. Feſtus, Subſignare, pro ſubſcribere utimur. Plin. epiſt. 1. lib. 3, Eundem mihi curſum, eundem terminum ſtatuo, idq; iam nunc apud te ſubſigno, ut ſi me longius euehi uideris, in ius uoces ad hãc epiſtolam. id eſt, Subſcribo, ſigillo, obligo, affirmo. Calliſtratus de iure immunitatis, Sed ne extenuentur facultates eorum, quæ ſubſignatæ ſint fiſco. Paulus iureconſ. ff. de uerb. ſignific. l. 39, Subſignatum dicitur quod ab aliquo ſubſcriptũ eſt: nam ueteres ſubſignationis uerbo pro aſcriptione utiſo lebant. Cic. pro Flacco, 62, Illud quæro, ſuntne iſta prædia cenſui cenſendo, habeant ius ciuile: ſubſignari apud ærarium, apud Cenſorem poſſint?

Subſilio] ſubſilis, penult corrept. ſubſilui, & ſubſiliui, ſubſultum (ὑπαναπηδάω) ſubſilire, Paulum ſaltare. Plaut. Curcul. 3. 59,

Peſſuli, &c. Subſilite obſecro, & mittite iſtanc foras.

Ignes ſubſiliunt ad tecta domorum. Lucret. lib. 2. 39.

¶ Subſulto, ſubſultas (ὑφάλλομαι) ſubſultare, Frequentatiuum, Idem. Plaut.

Tu ſubſultas, ego miſer uix oſtio præ formidine. Idem Caſin. 10. 9, Vt ſubſultabat, poſtquam uicit illicus?

¶ Subſultim, Aduerbium (ὑφαλλομένως) Subſultando. Suet. in Auguſto, cap. 83, Mox nihil aliud quàm uectabatur & deambulabat: ita ut in extremis ſpacijs ſubſultim decurreret.

Subſilles] Dicebantur quæda lamellæ, ſacrificijs neceſſariæ. Paulus ex Feſti ſententia.

Subſimilis] pen. corr. Adiect. Celſ. lib. 5. cap. 26, de ſanguine, ſanie, & pure, Μελαγχολίας craſſior, & glutinoſior, ſubalbida, melliq; albo ſubſimilis fertur.

Subſimus] ſubſima, ſubſimum, pen. prod. (ὑφόσιμος) Parũ ſimus. Varro lib. 2. de re Ruſt. cap. 5. 6, Vt ſint bene compoſitæ, ut integris membris, & c. paloſis auribus, compreſſis malis, ſubſimisue, gibberibus demiſſis, &c.

Subſipio] ſubſipis, ſubſipere, Quod non planè ſapit: ut uult Varro lib. 4. de Ling. Latin.

Subſiſto] ſubſiſtis, ſubſtiti, ſubſtitum, pen. corr. (συνίσταμαι, ὑφίσταμαι) ſubſiſtere, Contrà ſiſtere. Cæſ. 1. bel. Gal. 59, Quo prælio ſublati Heluetij, quòd quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius ſubſiſtere: nonnunquam ex nouiſſimo agmine, prælio noſtros laceſſere cœperunt.

Clypeo & dextra ſubſiſtere. Virg. 9. Aeneid. 161,

Ergo nec clypeo iuuenis ſubſiſtere tantum,
Nec dextra ualet.

Vires infirmæ ſubſiſtere ualent. Tibul. lib. 4. ad Meſſalam, 1. 1.

Subſiſtere feras, Excipere, non cedere irruentibus, ut ait Budæus. Liuius 1. ab Vrbe, 17, Hinc robore corporibus, animisq; ſumpto, iam non feras tantùm ſubſiſtere, ſed in latrones præda onuſtos impetum facere, paſtoribus rapta diuidere.

Subſiſtere in aliquo loco (διατρίβειν) Commorari aliquandiu. Virg. 2. Aeneid.

——quater ipſo in limine portæ
Subſtitit, atq; utero ſonitum quater arma dedêre. Liu. 4. ab Vrbe, 230, Conſules an ambo profecti ſint ad arcem Caruentanam, an alter ad comitia habenda ſubſtiterit, incertum diuerſi authores faciunt.

Subſiſtere & expectare. Cic. pro Milone, 37.

Circa ima ſubſiſtere. Quint. in Proœm. lib. 1. 16.

Lingua ſubſtitit in medio ſono. Ouid. 1. Faſt. 108.

Lingua ſubſtitit timore. Ouid. epiſt. 23. 18.

Ingeniumq; meis ſubſtitit omne malis. Ouid. epiſt. 11. 40.

Subſiſtit unda, Stat, conſiſtit. Virg. 8. Aeneid. 18.

Subſiſtere ſumptui. Brutus Cic. lib. 11. 10. 10, Non ſi Varronis theſauros haberem, ſubſiſtere ſumptibus poſſem.

Subſiſtunt opes Romanorum apud eas gentes. Plinius libro 6. cap. 28. 20.

Subſiſtit proceritas balſami intra bina cubita. hoc eſt, Procera eſt balſamus duos cubitos, nec amplius. Plinius libro 12. capite 25. 3.

Subſiſtere, pro Dubitare. Vlpian. in l. ſeruum. §. 1. ff. de procur. Et quantum ad filium familiâs, uerum eſt: in ſeruo uerò ſubſiſtimus.

Subſolanus] ſubſolani, pen. prod. (ἀπηλιώτης) Ventus Fauonio contrarius, ut ait Plin. lib. 2. cap. 46. Hic ſole oriente ſubnaſci uidetur.

Subſortior] ſubſortiris, ſubſortitus ſum (ὑπολαμβάνω, ἀντιπαθίστημι, ἐπιλαγχάνω) ſubſortiri, Sorte in iudicum reiectorum locum ſubſtituere. Vnde ſubſortitos iudices dicimus, qui etiam ſubſtituti dicuntur. Cic. 3. Verr. 34, Cur ea quandiu alium Prætorem, cum ijs iudicibus, quos in horum locũ ſubſortitus es, de te in conſilium iturum putaſti, tamdiu domi ſtuerunt? Idem pro Cluentio, 73, Si ex lege ſubſortitus non erat Iunius, aut ſi in legem aliquando non iuraſſet, idcirco illius damnatione aliquid de Cluentio iudicabatur? Ibidem, 78, Ab illo enim ſiue quòd in legem non iuraſſet, ſiue quòd ex lege ſubſortitus iudicem non eſſet, multa petita eſſe dicitur.

¶ Subſortitio, ſubſortitionis (κατάστασις) Verbale, Suffectio. Suet. in Iulio Cæſare, cap. 41, Ac ne qui noui cœtus recenſionis cauſa mouerí quandoq; poſſent, inſtituit, quotannis in demortuorum locum, ex his qui recenſiti non eſſent, ſubſortitio à Prætore fieret. Aſconius actione 2. in Verrem, moris fuiſſe ſcribit, celebrata iudicum reiectione haberi in officio Prætoris, & in arca reponi nomina iudicum ſelectorum: reiectionemq; ideo dictam, quia quum multi iudices à Prætore ſuo ad conſilium aduocandi eſſent, qui quæſitor fuiſſet in publica aliqua cauſa, ut ambitus, ut repetundarum, maieſtatis: neceſſe erat primùm de Curia conſcribi Senatoria, eo ſcilicet tempore quum Senatus iudicaret. Deinde in urnam ſortito mitti, ut de pluribus neceſſarius numerus conficí poſſet. Tertiò permitti accuſatori ac reo, ut ex illo numero reijcerent quos putarent ſibi inimicos, aut aliqua ratione incommodos fore. Solebat autem ex moribus, ac fama iudicum, ex illorum quos aut reijciebant, aut retinebant iudicibus, uoluntate, coniecturam facere Prætor, qui cauſæ ſuæ confidere, qui corrumpere iudices uellet. Reiectione autem celebrata, in eorum locum qui reiecti fuerant, Prætor alios ſubſortiebatur, quoad numerus legitimus impleretur: quæ ſubſortitio dicebatur. nam prima delectio, ſortitio erat: hæc autem, ſubſortitio. His peractis iudices in leges iurabant, ut obſtricti religione iudicarent: quum iuraſſent omnes præter Prætorem, nomina eorum libellis continebantur, & ubiq; habebantur, ne pro ſelectis iudicibus (ut fit in multitudine) aliqui ſuppoſiti, corruptiq; indicarent. Hactenus ex Aſconio. Cic. 3. Verr. III, Nam de ſubſortitione illa Iuniana iudicum nihil dico. Idem pro Cluentio, 73.

Subſtame] Vide Subtegmen.

Subſtantia] Vide Subſto.

Subſterno] ſubſternis, ſubſtraui, ſubſtratum, penult. prod. (ὑποστρώννυμι, ὑποστόρνυμι) ſubſternere, Sternere ſub re aliqua. Terent. Andr. 4. 4. 6,

——ex ara hinc ſume uerbenas tibi,
Atq; eas ſubſterne. Plin. lib. 15. cap. 16. 1, Cadiua ſeparari, ſtramentis, ſtoreis, paleisue ſubſterni. Varro 2. de re Ruſt. cap. 9. 10, Subſternitur eis acus, aut quid aliud, quo molliore cubili facilius educantur.

Subſternere nidos molliſſimè. Cic. 2. de Nat. deor. 194.

Subſternere ſemina ordei. Colum. lib. 5. cap. 9. 8.

Subſternere herbam ouibus. Cato cap. 37. 1, Stipulas, ebulum, & cicutam, & circum ſata herbam altam ſiccide, & eam ſubſternito ouibus, bubuſq;

Brachia ſubſternens collo. Catull. Argon. 59. 87,

Languidulosq; paret tecum coniugere ſomnos,
Læuia ſubſternens robuſto brachia collo.

Subſternere alicui pudicitiam ſuam. Sueton. de Auguſt. cap. 68.

Subſternere animo omnia, Subijcere, ſupponere. Cicer. de Vniuerſ. 34, Omne quod erat concretum atq; corporeum, ſubſternebat animo, interiusq; faciebat.

Delitias multas ſubſternere. Lucret. lib. 2. 5.

¶ Subſtratus, huius ſubſtratus, pen. prod. maſc. gen. (ὑπόστρωσις) Ipſe ſubſternendi actus: & aliquando id quod ſubſternitur. Plin. lib. 18. cap. 30. 4, Culmum ſaxoſis locis quum inaruit, baculo frangunt ſubſtratu animalium. Idem lib. 24. cap. 9. 6, Suffitu quoq; aut ſubſtratu ſugant uenenata.

¶ Subſtramen, pen. prod. ſubſtraminis, neut. gen. (ὑπόστρωμα) Quod animalibus ſubſternitur. Varr. 3. de re Ruſt. cap. 10. 4, Easq; cellas prouident, ne habeant in ſolo humorem, ſed habeant molle ſubſtramen è palea, aliaue qua re. Ibidem, cap. 6. 4.

Subſtillum] ſubſtilli, Tempus dicitur quod ante pluuiam uel poſt pluuiam eſt, non ſiccum, ſed humidum, quòd aut iam ſtillet, aut nondum ſtillare deſiſtat. Feſtus.

Subſtillum apud Catonem lib. de re Ruſt. cap. 156. 5. ponitur pro ægritudine, quando ſtillatim urina emittitur: Nunc de ijs (inquit) quibus ægrè lotium it, quibuſq; ſubſtillum eſt.

Quo in loco uidetur adiectiuè sumi.

Substituo] *substituis, substitui, substitutum, pen. prod.* (αὐτὶ τιθημι) *substituere, Subordinare. Plin. lib. 10. cap. 54. 1, Proq; eis alia substituenda.*

Substituere & supponere. Cic. 7. Verr. 57, Tum iste homo nefarius in eorum locum, quos domum suam de piratis abduxerat, substituere & supponere cœpit ciues Romanos, quos in carcerem antea coniecerat.

Permutare & substituere. Plin. lib. 5. cap. 9. 5.

Substituere in locum & in uicem alterius, quod & sufficere dicimus. Colum. lib. 11. cap. 1, 5, Etenim qui me absente in meũ locum substituitur, & uicarius meæ diligentiæ succedit, is ea quæ egi scire debet. Idem lib. 5. cap. 6. 1, Primam quanq; senio aut tempestate afflictam summoueat, & in uicem nouellam sobolem substituat. Cic. 6. Verr. 80.

Substituere aliquem pro altero. Cic. 2. de Diuinat. 10.

Substituere animo speciem quandam. Liu. 8. bel. Pun. 185.

¶ *Substitutio, Verbale* (αὐτιτιθημι) *Paulus iureconsul. In uulgari substitutione, qua ei qui supremus moritur, hæres substituitur, rectè hæres substitutus etiam unico intelligitur. Vide Substituere hæredem, in* Hæres.

Substo] *substas, substiti, substitum, pen. corr.* (ὑφίστημι) *substare, Constantem esse. Terent. Andr. 5. 4. 11,*

Perij, metuo ut substet hospes.

¶ *Substantia, substantiæ* (ὐσία, ὑπάρξις, ὑπόστασις) *Est quæ per se substat, & fundamentum est rei alicuius.*

Substantia, Materia, & quasi essentia & soliditas, ac nerui cuiusq; rei. Plin. Substantia omnis orationis fuit cohortatio eius ad pacem. Quint. in Procœmio, lib. 1.

Substãtia, Facultates. Quint. Vt plus substãtiæ filio relinquerẽ.

¶ *Substantiuum* (ὑπαρξιτικὸν) *nomen apud Grammaticos dicitur, Quod per se stare potest. Vide Priscianum.*

¶ *Substantiuari, substantiuum fieri. Valla lib. 3. cap. 4, Mille hominum licet dicere, quia mille substantiuatur.*

Substrahere] *Vide* Subtraho.

Substramen] *Vide* Substerno.

Substringo] *substringis, substrinxi, substrictum* (ὑποσφίγγω) *substringere, Subtus constringere. Quint. lib. 10. cap. 5, Omissa supplere, & effusa substringere carbasa nauis. Iuuen. Satyr. 6. 44,*

Nauseat, atq; oculis bilem substringit opertis.

Comas substringens ligatas auro. Lucan. lib. 3. 57.

Aurem substringere loquaci. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 20.

¶ *Substrictus* (ὑπόσφιγκτος) *Participium, siue Nomen ex participio: cui contrarium est Promittens & effusus. Colum. lib. 6. cap. 20, Vt sit magna portio corporis, uentre paulo substrictiore, qui magis rectus, & ad ineundas fœminas habilis sit. De tauri forma.*

Crura substricta. Ouid. 11. Metam. 151.

Frænis substrictis ora domita ligat. Senec. Hippol. 10. 3.

Ilia substricta. Ouid. 3. Metam. 44.

Substricti testes. Plin. lib. 32. capit. 3. 1, Quinimò paruos esse substrictosq; & adhærentes spinæ, nec adimi sine uita animalis posse.

¶ *Substruo, substruis, substruxi, substructum* (ὑποδομέω) *substruere, Subtus struere, Subædificare. Plaut. Mostell. 3. 18,*

— & fundamentum Liberorum substruunt. Liu. 6. ab Vrbe, 21, Capitolium quoq; saxo quadrato substructũ est, opus uel in hac magnificentia urbis conspiciendum.

¶ *Substructio, Verbale* (ὑποδόμησις) *Cic. pro Mil. 39, Ante fundum Clodij, quo in fundo propter insanas illas substructiones facilè hominum mille uersabatur ualentium aduersari. Ibidem, 65, Substructionum insanis molibus oppresserat. Cæsar 2. bell. Ciuil. 104. Colum. lib. 1. cap. 5. 8, Sed & pro*

fultura & substructione fungentur aduersus ea, &c.

Subsulto, *subsultas*] *Vide* Subsilio.

Subsulum] *Est oculi uibrata subsultatio, quam Barbari Oculum illiade uocitant. Cælius lib. 7. cap. 29.*

Subsum] *subes, subfui* (ὑπάρχω) *subesse, Infrà esse. Plin. Suberant tecto abiegnæ trabes.*

Subesse, Latenter inesse. Virg. 2. Georg. 10.

Quippe solo natura subest. Quis naturaliter rerum omnium mater est terra: & uniuersa in se continet semina, licet non appareant.

Causa subest. Ouid. 4. Fast. 74.

Subest intra cutem uulnus. Plancus ad Cicer. lib. 10. 18. 8.

Subest causa. Cic. 5. de Finib. 51, Intelligatur aliquam subesse eiusmodi causam. Idem 1. Offic. 58.

Subest cura tacita. Liu. 4. bel. Maced. 135.

Subest simultas. Cicero pro Cælio, 48, Sin autem iam subest simultas, extincta erat consuetudo, dissidium exiterat, hinc, &c.

Subest spes. Cic. ad Atticum, lib. 3. 67. 1.

Subest suspicio. Cic. 9. Philipp. 259, At ea fuit legatio Octauij, in qua periculi suspicio non subesset.

Subesse, Adiuuare. Plaut. Trinum. 15. 16,

— quod ago Assequitur, subest, subsequitur, leta gaudijs gaudium suppetat.

¶ *Subsuo, subsuis, penult. corr. subsui, subsutum, penult. prod.* (ὑποῤῥάπτω) *subsuere, Subtus suere. Horatius 1. Sermon. Satyr. 2. 6,*

— sunt qui nolint tetigisse nisi illas
Quarum subsuta talos tegat instita ueste. Subsutam uestem, prætextam intelligit, quæ fimbriæ instituram subsuebatur.

¶ *Subsurdus, Adiectiuũ. Aliquantum surdus: ut, Vox subsurda, apud Quint. lib. 11. cap. 3, Deinde uox non subsurda, rudis, immanis, &c.*

Subtal] *subtalis, n. g. ex Sub & Talus cõponitur, significatq; caulum pedis: quanuis & pro ocrea ponatur. Sipont.*

Subtegmen] *subtegminis, pen. corr. n. g.* (μίτος) *Dicitur filum quod sub stamine texitur. Terent. Heaut. 2. 3. 52,*

— anus Subtegmen nebat: præterea una ancilla erat. Ouid. 6. Metam. 12,

Inseritur medium radijs subtegmen acutis. Catullus Argonaut. 59. 66,

Currite ducentes subtegmina, currite fusi.

Vestes picturatæ auri subtegmine. Virg. 3. Aeneid. 97.

Subtegulanea] ὑπόστεγα, *Loca sub tegulis: distinguuntur q; à subdialibus, quæ Græci uocant ὑπαίθρια, sicut priora illa ὑπόστεγα, & κατάστεγα siue στεγαστά. Plin. lib. 36. cap. 25. 2, Pauimenta credo primùm facta, quæ nunc reuocamus barbarica atq; subtegulanea.*

Subtemen] *subteminis, Filum quod stamini subtexitur: uel, ut Varro, quod subit stamini. Ex quo loco quidam dicendũ putant substamen. Terent. Heaut.*

Anus subtemen nebat, ubi uulgò loquitur subtegmen. Horat. Epod. od. 13,

Vnde tibi reditum certo subtegmine Parcæ
Rupêre, etc. Sic enim legendũ, non subtegmine. Labinus.

Subtendo] *subtendis, subtendi, subtentum, & subtensum* (ὑποτείνω) *subtendere, Subtus extendere. Cato cap. 10. 4, Lectum in cubiculo unum, lectos loris subtentos quatuor, & lectos communes tres. Lectos loris subtentos appellat, de solario loris propendentes, qui mos antiquorum erat.*

Subtento] *subtentas* (ὑποπιεζόμαι) *subtentare, Idem quod tentare. Plaut. Truc. 6. 15,*

Aduenisti huc subtentatum exornatis ossibus.

Subtenuis]

Subtenuis] *& hoc subtenue* (ὑπόλεπτος) *Aliquantum tenue. Varro 2. de re Rustic. cap. 74, Non angusta iuba, crebra, fusca, subcrispa, subtenuibus setis implicata in dexterioremque partem cerui cis.*

Subter] *Præpositio* (ὑπό, ὑποκάτω) *utrique casui seruiens, accusatiuo & ablatiuo. Relatiuum habet Super. Ferè autem semper accusatiuum habet, siue quies fuerit, siue motus. Statius,*

Desilit in campos qui subter mœnia nudos
Asseruat manes. Poeticè ablatiuum habet. Virgilius 9. Aeneid. 103, — quum tamen omnes
Ferre libet subter densa testudine casus. Cic. in Som. 15, Deinde subter mediam ferè regionẽ sol obtinet dux & princeps & moderator luminũ reliquorũ. Plin. lib. 3. cap. 19. 5, Subter radices earum. Virg. 3. Aen. 140.

Subter, cum ablatiuo. Catull. ad Ortalum, 60. 2,
Troia Rhœteo quem subter littore tellus
Ereptum nostris obterit ex oculis.

Subter, sine casu. Cic. 3. de Orat. 12, Qui omnia hæc quæ suprà & subter, uuum esse & una ui, atq; una consensione naturæ constricta esse dixerunt.

Subterduco] *subterducis, pen. prod. subterduxi, subterductum* (ὑποφυγω) *subterducere, Verbum Plautinum, pro Subterfugere, & clàm sese proripere ex aliqua societate uel loco. Datiuo iungitur. Plaut. Milit. 6. 69,*

— serua istas fores,
Ne tibi clàm se subterducat istinc. id est, Ne hinc abeat, te insci o.

Subterduxit se tempus huic occasioni. Plaut. Asin. 7. 13.

Subterfluo] *subterfluis, subterfluxi, subterfluxum* (ὑποῤῥέω) *subterfluere. Plin. lib. 8. cap. 50. 2, Torrente rapido minaciter subterfluente.*

Subterfugio] *subterfugis, pen. corr. subterfugi, pen. prod. subterfugitum, pen. corr.* (ὑποφεύγω) *subterfugere, Clàm aufugere. Datiuo iungitur. Plaut. Bacchid. 17. 2,*

Nimio illæc res est magnæ diuidiæ mihi,
Subterfugisse sic mihi hodie Chrysalum.

Accusatiuo iunctum, Vitare significat. Plaut. Merc. 4. 81,

Necquicquam ego mare subterfugi sæuis tempestatibus. Cic. de Amic. 24.

Subterfugere, & deuitare. Cicero 2. Verr. 5, Vt quoniam criminum nim subterfugere nullo modo poterat, procellam temporis deuitaret.

Subterfugere crimen. Cic. 3. Verr. 71.

Subterfugere imprudentiam alterius. Cic. 2. Verr. 8.

Subterfugere militiam simulatione insaniæ. Cicero 3. Officiorum, 131.

Subterfugere pœnam & calamitatem. Cic. pro Cecinna, 72.

Subterfugere periculum. Cic. ad Senatum, lib. 15. 1. 12.

Subterlabor] *pen. prod. subterlaberis, subterlapsum* (ὑποπλοδέω) *subterlabi, Clàm elabi & effugere. Liuius 10. belli Pun. 112, Sed neque rostro ferire celeritate subterlabentem poterant, neq; transilire armati ex humilioribus in altiorẽ nauem. Virg. 10. eclog. 1,*

Sic tibi quum fluctus subterlabère Sicanos, &c.

Subterlino] *subterlinis, pen. corr. subterlini, subterliui, & subterleui, pen. prod. subterlitum, pen. corr.* (ὑποχρίω) *subterlinere, Subtus linere. Plin. lib. 28. cap. 7. 18, Sotira obstetrix, tertianis, quartanisq; efficacissimum dixit plantas ægri subterlini.*

Subtermeo] *subtermeas* (ὑποπορεύομαι) *subtermeare. Claud. de Aponi balneis, 5. 13,*

Et iunctos rapido pontes subtermeat æstu.

Subtero] *subteris, pen. corr. subtritui, subtritum, pen. prod.* (συντρίβω) *subterere, Comminuere. Colum. li. 12. cap. 5. 1, Salis sextarium subterito, & subtrita cum quarto mellis ad ceto diluito. Ibidem, cap. 56. 2.*

Boues subterunt pedes, Continuo attritu ungulas subtus consumunt. Cato cap. 72. Sic apud Senecam epist. 52, In molli palustriq; pascuo iumenta saginata citò subteruntur.

¶ *Subtritus, penultima producta, Adiectiuum* (ὑποτετριμμένος) *ut, Subtritæ ungulæ: hoc est, Attritu nimio corrosæ. Plaut. Asin. 7. 74.*

Subterraneus] *Adiect.* (ὑπόγειος) *Quod est sub terra. Colum. lib. 1. cap. 6. 2, Vinctis qui saluberrimum subterraneum ergastulum plurimis, sitq; id angustiis illustratum senestris. Plin. lib. 9. cap. 57. 4, Quicquid est, hoc certè minus admirabile talparum facit uita subterranei animalis. Idem lib. 36. cap. 13. 5, Subterraneæ domus.*

Regna subterranea. Iuuen. Satyr. 2. 15.

Subterraneæ uenæ. Plin. lib. 9. cap. 15. 9.

Subtertenuo] *subtertenuas* (ὑπολεπτύνω) *subtertenuare, Conterere. Lucret. lib. 1. 63,*

Annulus in digito subtertenuatur habendo. hoc est, In subteriore parte quæ proxima est digito, minuitur & atteritur, dum habetur in usu frequenti.

Subtexo] *subtexis, subtexui, subtextum* (ὑποσύγνυμι) *subtexere, Subiungere. Translatione sumpta à textoribus, qui dum subtus texunt opus, claudunt & absoluunt. Plin. libro 25. cap. 11. 1, Verùm & generatim, membratimq; singulis corporum morbis remedia subtexemus. Liu. 7. bel. Maced. 198, Subtexit deinde fabulæ huic, Legatos Aetolos in Senatu inter cætera hoc quoq; interrogatos esse.*

Cælum subtexere fumo. Virg. 3. Aen. 117.

Cælum subtexitur umbra. Stat. 3. Sylu. 1. 26.

Subtilis] *& hoc subtile, pen. prod.* (λεπτός, ναυδε, εἰανδε) *Notæ significationis.*

Subtilis argumentatio. Plinius lib. 2. cap. 108. 9. Quintil. lib. 2. capite 5. 6.

Conclusio subtilis, & ad morem dialecticorum formata. Quintil. lib. 7. cap. 4. 10.

Corpora subtilia. Lucret. lib. 3. 4.

Definitio subtilis. Cic. 1. de Orat. 54.

Filum subtile. Lucret. lib. 4. 18.

Genus subtile uel spinosum potius differendi. Cic. 3. de Fin. 4.

Gula subtilior. Colum. lib. 8. cap. 16. 3, Hoc igitur peruiorium multorum subtiliorem fecit gulam, doctaq; & erudita palata fistidire docuit fluuialem lupum.

C. Serenus subtilissimus homo: fuit enim & animi satis magni, & consilij. Cic. pro Plancio, 10.

Ignis subtilis fulmini. Lucret. lib. 2. 78.

Iudicium subtile. Cicer. ad Catonem, lib. 15. 6. 4, Nam ad meum sensum, & ad illud sincerum ac subtile iudicium nihil potest esse laudabilius, quàm est tua oratio. Hor. 2. epist. 1. 49.

Palatum subtile. Hor. 2. Serm. Satyr. 8. 8.

Succus subtilissimus. Plin. lib. 11. cap. 5. 1.

¶ *Subtilitas, pen. corr. subtilitatis* (λεπτότης) *Plin. lib. 10. cap. 75. 4, Hæc nanq; restant immensæ subtilitatis animalia. Cicero 1. Academ. 10, Apud nostros enim non ignoras quæ sit & quanta subtilitas.*

Alia est illa, quam ueritas ipsa limatur in disputatione, subtilitas. Cic. 2. Offic. 49.

Subtilitas & elegantia scriptorum. Cic. ad Sulp. lib. 4. 4. 3.

Subtilitas iudiciorum. Martial. lib. 12. 1.

Intima quæstionum naturalium subtilitas. Quint. lib. 1. cap. 4. 4.

Angusta subtilitas. Vide Angustus.

Inenarrabilis subtilitas. Vide Inenarrabilis.

Ludicra subtilitas. Vide Ludus.

Habere subtilitatem in dubijs. Quint. lib. 1. cap. 7. 2.

¶ Subtiliter, pen. corr. Aduerb. (λεπτῶς) Cicer. 1. Academ. 50, Sed Zeno quum Archesilam anteiret ætate ualdeq; subtiliter dissereret, & peracutè moueretur, corrigere conatus est disciplinam.

Subtiliter connexæ res. Lucret. lib. 3. 148.

Subtiliter & dilucidè. Cic. 1. Tusc. 64.

Versutè & subtiliter dicere. Cic. in Orat. 12.

Disserere de aliqua re subtiliter & copiosè. Cicero pro Flacco, 33.

Subtiliter iudicare. Cic. 6. Verr. 113.

Subtilissimè perpolitum. Cic. pro Corn. Balbo, 40.

Subtiliter & Magnificè opponit inter se Quintilianus libro 8. capite 3.

Subtiliter numerum exequi, pro Minutatim. Liu. lib. 3.

Subtimeo] subtimes, pen. correp. subtimui (ὑποφοβοῦμαι) subtimere, Aliquantulum timere, subuereri, subformidare. Cic. 2. Philipp. 55, Nunquid subtimes, ne ad te hoc crimen pertinere uideatur?

Subtraho] subtrahis, subtraxi, subtractum (ὑφαιρέω, ὑφέλκω) subtrahere, De medio auferre. Plinius libro 31. capite 18. 5. Subtrahitur itaque deducta multitudine. Ouidius in Ibin, 85,

Subtrahitur presso mollis arena pede.

Solum subtrahitur. Virg. 5. Aen. 40.

Subtrahere fuga. Cæsar 8. bel. Gal. 118, Quæ si clandestina fuga subtrahere conarentur, effugere, &c.

Subtrahere è pondere. Plin. lib. 33. cap. 9. 4.

Subtrahere aliquid alicui. Plaut. Casina, 4. 22.

Subtrahere aliquem bello dicitur morbus. Liu. Decad. 1. lib. 8, Furium graui morbo implicitum fortuna bello subtraxit.

Subtrahere se: id est, Ocium amare, & dignitates refugere. Plin. in Paneg. 141, O rem memoriæ, literisq; mandãdam præfectum Prætorij, non ex ingerentibus, sed ex subtrahẽtibus legere: eundemq; ocio, quem pertinaciter amet, reddere.

Subtrahere se à curia. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 10. 7.

Amplexu alicuius subtrahere se. Virg. 6. Aen. 140.

Aspectu alicuius subtrahere se. Virg. 6. Aen. 93.

Colla iugo subtrahere. Ouid. 5. Trist. eleg. 2. 8.

Subtrahere famæ. Plin. epist. 145.

Subtrahere aliquem inuidiæ. Plin. de Viris illust. 64.

Subtrahere iudicio. Liuius 6. ab Vrbe, 3, Cui iudicio eum mors adeò opportuna, ut uoluntariam magna pars crederet, subtraxit.

Subtrahere se labori. Colum. lib. 1. cap. 9. 5.

Materiam furori alicuius subtrahere. Cic. pro Domo sua, 9.

Neque uerba sedem habere possunt, si rem subtraxeris. Cic. 3. de Orat. 12.

Timor ipse subtrahit uires. Ouid. epist. 14. 27.

Subtrahere & adimere uicarium suæ diligentiæ. Cicero pro Muræn. 37.

Subtrahere aluum. Celsus lib. 3. cap. 4.

¶ Subtractus, Participium. Vlpian. in l. sed si mors. ff. de dona. Vt nunc plenissimam habeat infirmitatem, quando ab hac luce fuerit subtractus.

Subtristis] & hoc subtriste (ὑποπλήσιος) Aliquantulum tristis. Terent. Andr. 2. 6. 16,

Subtristis uisus est esse aliquantulum mihi.

Subtundo] subtundis, subtudi, penultim. correp. subtusum, pen. prod. (ὑποκόπτω) subtundere, Idem quod simplex, uel aliquantum tundere. Tibul. lib. 1. eleg. 10. 11,

Flet teneras subtusa genas, sed uictor & ipse
Flet sibi dementes tam ualuisse manus.

Subturpis] & hoc subturpe. Adiectiuum (ὑπαισχρὸς) Parum turpe. Cic. 2. de Orat. 147, Exprimenda enim sunt, & ponẽda ante oculos ea, quæ uideantur & uerisimilia, quod est proprium narrationis: & quæ sint, quod ridiculi proprium est, subturpia.

¶ Subturpiculus, penultima correpta, Diminutiuum. Cicero ad Atticum, lib. 4. 74. 1, Quid? etiam (dudum enim circumrodo quod deuorandum est) subturpicula mihi uidebatur esse παλινῳδία.

Subtus] Aduerbium (ὑποκάτω) Idem quod Sub. Varro 1. de re Rust. cap. 9. 3, Labris subnigris aut rubicundis, neque resimis superioribus, neq; pendulis subtus, mento suppresso. Lucret. lib. 6. 174,

Extemplò subtus frigescit terra, coitq;.

Subtusus] pen. prod. Vide Subtundo.

Subucula] subuculæ, pen. corr. (ὑποχιτὼν) Genus uestis, quæ ferè ex lino fit. Dicta, quòd ea subter induamur. Varro de uita pop. Roman. lib. 1, Postquam binas tunicas habere cœperunt, instituerunt uocare subuculam, & indusium. Horat. 1. epist. 1. 26,

—— si fortè subucula pexæ Tria subest tunicæ.

Subucula, Libum quod dijs dabatur ex alica, oleo, & melle cõpositum. Festus.

¶ Subuculatus, penult. prod. Adiect. (ὑποχιτωνωτὸς) Subuculatus indutus. Quintil. lib. 8. cap. 3, Nec à uerbis modò, sed à nominibus quoq; derivata sunt quædam, ut à Cicerone subuculatum, & ab Asinio fimbriatum & figulatum. Alij legunt, Sullaturit.

Subuectio, Subuecto, Subuectus] Vide Subucho.

Subucho] subuehis, subuexi, subuectum (ἀνάγω, ἀφιππόω) subuehere, Extollere, siue portare. Plin. lib. 34. cap. 1. 2, Sæpe etiam lapides subuehunt portantes aliena põdera. Liuius 9. ab Vrbe, 74, Nam inseßis omnibus uijs per quas commeatus ex Samnio subuehebatur, fame domini Samnites qui Luceriæ in præsidio erant, legatos misere ad Consulem Romanum. Stat. 3. Syl. 2. 18.

Subuehi flumine auerso. Liu. 4. bel. Pun. 208.

Subuehere naues amne contrario. Plin. lib. 21. cap. 12. 3.

Subuehi ad arcem. Virg. 11. Aen. 31.

Subuehere in altitudinem. Plin. lib. 36. cap. 12. 6.

¶ Subuecto, subuectas, subuectare, frequentatiuum. Plautus Asin. 7. 74, Ipsos qui tibi subuectabant rure huc uirgas uliginosas. Virg. 6. Aen. 62,

Et ferruginea subuectat corpora cymba.

¶ Subuectio, subuectionis (ἀνάγωγὴ) Verbale. Cæsar 7. bell. Gal. 34, Sin maturius ex hybernis educeret, ne ab re frumentaria duris subuectionibus laboraret.

¶ Subuectus, subuectus, subuectui (ἀνάγωγὸ) Tacit. libro 15, Et prouisi antè commeatus, quorum subuectu, &c.

Subuenio] subuenis, pen. corr. subueni, pen. prod. subuentũ (ἐπικουρέω) subuenire, Interuenire. De hoc significatu nullum exemplum reperi.

Subuenire, Adiuuare, propitium esse. Plaut. Aulul. 13. 24, Apollo quæso subueni mihi, atq; adiuua.

Subuenire inopi. Cic. ad Catonem, libro 15. 4. 22, Cumq; eo animo uenissem, ut utriq; prouinciæ, si ita tempus ferret, subuenirem.

Succurrere & subuenire. Cæsar 5. bel. Gal. 166.

Homini iam perdito, & collum in laqueum inferenti subuenire. Cic. 6. Verr. 32.

Curis subuenit sententia. Stat. 1. Thebaid. 54.

Dolori subuenire. Plin. lib. 26. cap. 5.

Sanguinem expuentibus subuenit agaricum. Plinius libro 26. capite 7. 3.

Subuenire festinanter. Celsus lib. 3. cap. 18.

Erroribus subuenire. Cic. 4. Acad. 84.

Grauedini quæso omni ratione subueni. Cicero Attico, libro 16. 334. 4.

Actoribus salutis suæ remedijs subueniendum putauit. Cicero pro Cluent. 52,

Solicitudini alicuius subuenire, Opem ferre, adesse. Cic. ad Currionem, lib. 2. 5. 12.

Subuenitur, pen. prod. impersonale. Cic. de Aruspic. respon. 54, Idemq; earum templum inflammauit dearum, quarum ope etiam alijs incendijs subuenitur.

Huic rei subuentum est. Cic. ad Atticum, lib. 1. 12. 13.

¶ Subuenturus, pen. prod. (ὑποπουρήσων) Participium. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 6,

Quòd si Neptuni uentura potentia uincat,
Et subuenturos auferat unda deos.

¶ Subuento, subuentas, subuentare, Frequentatiuum. Plautus Rud. 6. 11,

Spes bona obsecro subuento mihi.

Subuentanea] oua, quæ & Zephyria, & irrita, & hypenemia uocantur. Vide Erasmum in Adagio, Subuentanea parit. Et Aristot. de Histor. animalium.

Subuerbusta] subuerbusiæ, Verubus usta dicitur, inquit, Festus. Plaut.

Viscerosam, compeditam, subuerbustam, sordidam.

Subuereor] subuereris, penul. prod. subueritus sum (ὑποπτεύω) subuereri, Aliquantum uereri. Cic. ad Marcellũ, lib. 4. 10. 2, Venit enim mihi in mentem subuereri interdũ, ne te delectet tarda decessio.

Subuerto] subuertis, subuerti, subuersum (κατασφέρω) subuertere, Verbum rusticum: id significans, quod fit dũ terra uel aratro, uel alio quouis instrumẽto super semina conijcitur, & ita undecunq; uertitur, ut ipsum semen operiatur. Colum. lib. 11. cap. 2. 34, Item qui lupinum stercorandi agri causa serit, nunc demum aratro subuertit.

Subuertere, Demoliri, destruere. Salust. in Iugurt. Probari ente ne tantum flagitium, an decretum Consulis subuerterent, parum constabat.

Operum subuertere moles. Ouid. 6. Fast. 129.

Subuertere, pro Perdere calumnijs. Tacit. lib. 3, Quum omnis domus delatorum interpretationibus subuerteretur.

¶ Subuersus, Participium (κατεσταμμένος) ut, Maiestas soliorum subuersa iacet. Lucret. lib. 5. 229.

¶ Subuerso, subuersas, subuersare, Frequentatiuum. Plautus Curcul. 9. 23,

Vel qui ipsi uortant, uel qui alij subuersandos præbeant.

Subuexus] Adiectiuum (ἀνωφόρος) ut conuexus dicitur, ct deuexus. Liu. 5. bel. Pun. 196, Omnia fastigio leni subuexa.

Subuiridis] & hoc subuiride, penult. correp. (ὑπόχλωρος) Aliquantum uiride. Plin. lib. 47. cap. 10. 10, Balanitæ genera duo habent, subuiride, & Corinthij æris similitudine. Idem lib. 25. cap. 9. 10, Therionaca fruticosa, foliis subuiridibus, flore roseo.

Subula] subulæ, pen. corr. (ὀπήτιον) Instrumentum cerdonum, quo ad perforandos calceos ac suendos utuntur. Martial. lib. 1. 16,

Quodq; tibi tribuit subula, sica rapit. Columel. lib. 6. capite 5. 4, Aenea subula pars auriculæ latissima circumscribitur, ita, &c.

Subulo] pen. corr. subulonis, m. gen. (σαλωσλὸς) Lingua Hetrusca dicitur tibicen. Ennius,

Subulo quondam uicinas propter astabat aquas. Festus.

Subulones dicuntur cerui, quibus sunt cornua simplicia, mimicq; ramosa, ad subularum similitudinem. Plin. lib. 11. cap. 37. 3, Alijs simplicia tribuit, ut in eodem genere subulonibus ex argumento dictis. Idem, lib. 28. cap. 17. 3.

Subulcus] subulci, m. gen. (συβώτης, συφορβὸς, ὑοβότης, ὑοβοσκὸς) Qui suum dux est, cuiq; porcorum nutriendorum cura commissa est. Varr. de re Rust. lib. 2. cap. 4. 12, Altitudinis haræ modus sit, ut subulcus facilè circunspicere possit, nequis porcellus à matre opprimatur. Columel. in Præfat. lib. 1. 22, Porculatoris uerò & subulci diuersa professio, diuersæ passiones.

¶ Hircosus, subulcus: id est, Malè olens Martialis lib. 10. ad Publium, epigram 5. à fine, Hircosi mihi filios subulci.

Tardus. Virg. eclog. 10,

Venit & upilio, tardi uenêre subulci.

Subuolo] subuolas, pen. corr. ὑποπέτομαι) subuolare, Paululum uolare, uel Sursum uolare. Colum. lib. 8. cap. 8. 10, Palli uerò facilius sub matribus pinguescunt, si iam firmis priùs quàm subuolent, paucas subtrahas pinnas, & obteras crura, ut uno loco quiescant. Ouid. 14. Metam. 101.

In cælestem locum subuolare. Cic. 1. Tusc. 63.

Subuolturius] Vide Subuulturius.

Subuoluo] subuoluis (ὑποκυλίνδω) subuoluere. Virgil. 1. Aeneid. 86,

Instant ardentes Tyrij, pars ducere muros,
Molirique arcem, & manibus subuoluere saxa.

Subur] σύβαρ, est Hispaniæ oppidum ad flumen Rubricatũ, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 3. uulgò Cubelles.

Suburbia] suburbiorum. n. g. plu. n. (περάστεια) Quasi uilla sub urbe, hoc est, urbi contiguæ: sunt frequentes extra urbẽ domus, instar uici urbani ædificatæ. Cic. 12. Philip. 335, Hisce ego me uijs communitam, qui Terminalibus nuper in suburbium, ut eodem die reuerterer, ire non ausus sim? Idem ad Quint. fratrem, lib. 3. 17. 28, In eius sermone ego utrunq; soleo admirari, & te de suburbano emendo, quum ad illum scribas, non modò ad me non scribere, sed etiam aliam in sententiam de suburbio scribere. Vetus exemplar, de suburbano, legit.

¶ Suburbanum, suburbani, & pluraliter suburbana, penult. prod. (περάστειον) Significat prædium extra urbem. Suburbana in plurali tantùm, significat frequentias domorum extra urbem, quæ tamen sub urbe sint. Plin. epist. 11. libro 3, Fui apud illum in suburbano. Suetonius de Augusto, cap. 6, Nutrimentorum eius ostenditur adhuc locus in agro suburbano iuxta Velitras permodicus.

Deportare aliquid in suburbana amicorum. Cic. 3. Verr. 37.

¶ Suburbanus, pen. prod. Adiectiuum (περαστεῖος) ut, Suburbanus ager, qui urbi uicinus & proximus est, Cic. 2. de Diuin. 105.

Fundus suburbanus. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17. 13.

Gymnasium suburbanum. Cic. 1. de Orat. 49.

Hortus suburbanus. Cic. pro Rabir. Posth. 16.

Hortulus suburbanus. Plin. lib. 35. cap. 10. 38.

Littora suburbana. Plin. lib. 9. cap. 18.

Regio suburbana Italiæ. Colum. lib. 11. cap. 2.

Rura suburbana. Hor. 1. epist. 9. 15.

Rus amœnum & suburbanum. Cic. pro Rosc. Amer. 79.

Villa suburbana. Catul. ad Fundum, 41. 2.

¶ Suburbanitas, pen. cor. suburbanitatis (τὸ περαστεῖον) Cicer. 4. Verr. 5, Sic populi Rom. iucunda suburbanitas est huiusce prouinciæ.

¶ Suburbicarius, a, um: Suburbicariæ regiones, & suburbicariæ partes, in l. 9. de annonis & tribut. in C. Theod. l. 12. de extraordinar. numer. eod. C. & l. 12. de indulgen. debitor. et in Notitia Imperij Romani, ubi de comite rerũ priuatarum per Occidentem tractatur.

Suburgeo] suburges, suburgere, pen. prod. Virg. lib. 5. Aen.

Suburo] *suburis,pen.prod.subuſti, ſubuſtum, ſuburere,pro* Leuiter urere.Sueton.in Auguſto,cap.68,Solitusq; ſit crura ſuburere nuce ardenti, quo mollior pilus ſurgeret.

Suburra] *Suburræ* (σοββερα) Vicus Romæ: *à quo regio Suburrana dicta eſt,ut ſcribit Iunius:ab eo quòd fuerit ſub urbe antiqua.Varro uerò à pago Succuſano, putat dictam Suecuſam:inde mutatis literis Suburram. Cuius rei indicium eſt,quòd antiquitùs per c literam, non per b ſcribebatur. Hinc Suburranus,pen.prod.Adiectiuum: ut,Regio Suburrana, in qua meretricum diuerſoria erant:quæ ob id Suburranæ dicuntur à poetis.Hæc Sipontinus ex Feſto. Martial.libro 6.65,*

Famæ non nimium bonæ puellam,
Quales in media ſedent Suburra, &c. *Liu.3.ab Vrbe, 56,Sed haud multo poſt quàm peſtilētia in urbe fuerat, in iuuentutem graſſantem in Suburra incidiſſe.Plin.lib.18.capite 3.5,Itaq; quatuor ſolæ erant à partibus urbis, in quæ is habitabant,Suburrana,Palatina, Collina,Exquilina.Horatius Epod.5.13,*

Latrent Suburranæ canes.

Subuulturius] *Adiectiuum* (ὑπογύπιος) Corpus ſubuulturium *Plauto dictum rapiens ad ſe homines, quemadmodum ſolent vultures,Rudente,11.9,*

—eia corpus eiuſmodi
Subuulturium?

Succalles] Aquitaniæ populi, *apud Plinium lib.4. cap.19:*

Succedo] *ſuccedis,pen.prod.ſucceſſi,ſucceſſum* (ἐπιγίνομαι, διαδέχομαι, ὑπαναβίσκομαι) ſuccedere,Subire. Datiuo iungitur.Virg.3.Georg.84,

Aut tecto aſſuetus coliber ſuccedere,& umbræ, &c.

Succedere,Ingredi.Virg.8.Aen.25,

—et noſtris ſuccede penatibus hoſpes. *Idem 4.Aen.2.*

Rex ingreſſæ ſuccedit aquæ.Ouid.11.Metam.29.

Antro ſucceſſimus.Virg.5.eclog.4.

Succedere muris,portis,&c. *Liu.3.bell.Pun. 204.Cæſar 2. bell.Gall.255.*

Tectis ſuccedere,Domum ingredi.Ouid.2.Metam.154.

Terris alicuius ſuccedere.Virg.7.Aen.43.

Imo ſucceſſit tumulo.Virg.5.Aen.19.

Acies Romana ſucceſſit ualla.Vide Acies.

Paruæ ſuccedimus urbi.Virg.3.Aen.55.

Ad muros ſuccedere.Liu.8.ab Vrbe,82.*Ibidem,lib.1. 117,* Albano non plus animi erat, quàm fidei: nec manere ergo,ne tranſire aperte auſus,ſenſim ad montes ſuccedit.

Aliquò ſuccedere.Cic.pro Domo ſua,89,Tectum quo imbris uitandi cauſa ſuccederet,nullum haberet.

Murum ſuccedere.Tacit.lib.2.

Minutatim ſuccedere.Lucret.lib.6.240.

Subire & ſuccedere ſub acumen ſtyli.Cic.1.de Oat.73.

Succedere,In alterius locum uenire. Cicero *in Piſonem,70,* Quum tu non ſolùm quòd tibi ſuccederetur,ſed quòd Sabinio non ſuccederetur,exanguis & mortuus concidiſti. *Idem ad Caſſium,lib.12.4.5.*

Succedere in locum alterius.Cic.ad Brutum,13.1,Sororis meæ liberos obliuiſcaris eſſe Lepidi filios,meq; his in patris locum ſucceſſiſſe exiſtimes.Idem 3.Offic.100.

In uicem alterius ſuccedere.Plin.lib.11.cap.37.10.

Succedere in orbem prælio.Liu.6.ab Vrbe,20.

Succedere in pugnam.Liu.9.ab Vrbe,144.

Succedere in paternas opes.Liu.1.bel.Pun.8.

Succedere ſub primam aciem.Cæſar 1.bell.Gal.95.

Succeſſit uicarius muneri alterius. Cicero 6.Verr.73, Succedam ego uicarius tuo muneri, ſuſcipiam partes quas alienas eſſe arbitrabar.

Ad ſummum ſuccedere honorem.Lucret.lib.5.226.

Alicui ſuccedere.Cic.de clar.Orat.43.

Proximè alicui ſuccedere.Quint.lib.1.cap.9.2.

Si proinde,ut ipſe mereor,mihi ſucceſſerit. Plancus Ciceroni, *libro 10.4.9.*

Nihil ſemper floret,ætas ſuccedit ætati.Cic.11.Philipp.318.

Honori alicuius ſuccedere.Ouid,2.Metam.119.

Orationi ſuccedere.Cic.pro Corn.Balbo,2.

Magnis ſuccedere,& æquales habere.Cic.in Orat.56.

Succedere (προχωρέω) Proſperè cedere,& euenire.Terentius Andr.4.1.46,

Hæc non ſucceſſit, alia aggrediemur uia. *Liuius 8.ab Vrbe,130.*

Si quando minus ſuccedet,magnum tamen periculum non adibit.Cic.in Orat.53.

Succedit ex ſententia.Cic.ad Brutum,9.4.

Si ex ſententia ſucceſſerit,bene erit opera poſita. Cicero Qu. frat.lib.2.15.6.

Melius ſuccedit tempus.Cæſar 3.bel.Ciuil.198.

Succedere,Proſperè cedere,&c.Cum datiuo. Liu.lib.1.belli Pun. Non ita proſperè ubi ad effectum operis uentum eſt, cœptis ſuccedebat.

Succeſſit,pro Accidit.Plin.lib.28.cap.8.6,Quòd ſi ſucceſſerit alienari mente,ac uel ex equo hominem decidere.

Succeſſum eſt,Impersonaliter. Cicero ad Plancum, libro 13. 30.6,Qui cum foriè Quæſtor Macedoniam obtineret, neque ei ſucceſſum eſſet, Pompeius in eam prouinciam cum exercitu uenit.

¶ Succeſſus, Adiectiuum, paſſiuum (προοχωρηθέν) Quod proſperè ceſſit.Cic.ad Tironem,lib.16.21.6,Nam quum omnia mea cauſa uelles mihi ſucceſſa,tum etiam tua.

¶ Succeſſus,huius ſucceſſus,maſc.gener.(σύντυχημα) Euentus tam bonus quàm malus:ſæpius tamen bonus. Virgilius 2, Aeneid.78,

Atq; hìc ſucceſſu exultans animisq; Chorœbus. *Liuius 2. ab Vrbe,119,* Inde conſilium ex re natum,inſidijs ferocem hoſtem captandi, gaudere etiam multo ſucceſſu Fabijs audaciam creſcere.

Succeſſus & euentus.Plin.lib.28.cap.8.18.

Acrior ipſo ſucceſſu.Virg.5.Aen.42.

Lætior ſucceſſu.Ouid.8.Metam.77.

Succeſſus proſperi.Liu.1.ab Vrbe,in præfat.8.

Augere ſucceſſus nouis ſucceſſibus.Claud.1.Paneg.1.

Carere ſucceſſu.Ouid.epiſt.1.4.

Vrgere ſucceſſus ſuos.Lucan.lib.1.30.

¶ Succeſſa,ſucceſſorum,plur.nū.(σύντυχήματα) Ouid.2.Metamorphoſ.158,

Murmura parua dedit,ſucceſſorumq; Mineruæ Indoluit.

¶ Succeſſor,Succeſſoris (διάδοχος) Qui ſuccedit.Martialis libro 9.50,

Sic quaſi Pythagoræ loqueris ſucceſſor & hæres. Cicerò ad Quint.fratrem, libro 1.2.13,Succeſſorem habes perblandum.

Succeſſorem mittere uel dare alicui,eſt quod nunc Officium referre uulgò dicimus.Lampridius de Alexandro,Si unquàm alicui præſentium ſucceſſorem dedit, ſemper illud addidit, Gratias tibi agit Reſtitutus.Capitolinus in Antonium,Succeſſorem uiuenti iudici nulli dedit, niſi Orphito præfecto urbis.Budæus. Ouid.4.Triſt.eleg.9.11.Idem 4.de Ponto,eleg.9.12,

Succeſſor tanti frater honoris erit.

Quum ſucceſſor aliquid immutat de inſtitutis priorum.Cicero pro Flacco,26.

Præfinit enim ſucceſſori diem.Cic.de Prouinc.Conſul.30.

¶ Succeſſio,ſucceſſionis,Verbale (διαδοχή) Plinius libro 12. cap. 14.3, Feruntq; MMM non amplius eſſe familiarum, quæ ius per ſucceſſiones id ſibi uindicent.

Succeſſio in locum.Brutus ad Atticum,in epiſtol.ad Brutum, 17. 3, Quid hoc mihi prodeſt,ſi merces Antonij oppreſſi poſcitur,in Antonij locum ſucceſſio?

Succeſſio uoluptatis.Cic.1.de Finib.58.

Succeſſio prouinciarum.Cælius ad Ciceronem,lib.8.1.7.

¶ Succida,ſucceſſio neceſſaria,ut mult Nonius. Cic. de Senect. tam hortum ipſi agricolæ,ſuccidiam alteram uocant. Dicitur & ſuccidia,quod eſt Paridum.Hæc ille.

¶ Succedaneus,a,um,Adiectiuum (διαδεκτικὸς) Suppoſitus uicarius.Plaut.Epidic.3.37,

Vt meum tergum ſtultitiæ tuæ ſubdas ſuccedaneum? Legitur & ſuccidaneum,pro eodem.

Succedaneus alieni periculi.Vlpian.de adminiſtratione tutorum.l.ſi plures.

¶ Succeſſiuus,pen.prod.Adiect. Lactantius De opificio Dei, cap.12.Mirabile inſtitutum Dei eſt, quod ad conſeruationem generum ſingulorum,duos ſexus maris ac fœminæ inchinatus eſt:quibus inter ſe per uoluptatis illecebras copulatis,ſucceſſiua ſoboles pareretur, ne omne genus uitio contitio mortalitatis extingueret.

¶ Succeſſorius,Adiectiuum.Paul.in l.1.ff.de iur.& fact.ignor. Ignoret autem ſibi ex ſucceſſorio capite bonorum poſſeſſionem competere.

Succendo] *ſuccendis,ſuccendi, ſuccenſum* (ὑποπυρόω) ſuccendere,Incendere. Liuius 8.bell.Pun.120,Quum turbam fœminarum puerorumq; inbellem,inermemq; ciues ſui caderent,& in ſuccenſum rogum ſemianima pleraq; miſcerent corpora,&c.

Crines ſuccendit flamma.Lucan.lib.6.36.

Claſſica ſuccendere cantu.Lucan.lib.6.34.

¶ Succenſus,Participium (ὑποπυρωθείς,ὑπάπυρος) ut,Ignibus ſuccenſis torreri.Cic.in Piſonem,33.

Amore alicuius ſuccenſus.Ouid.epiſt.21.34.

Ira ſuccenſus.Silius lib.1.34.

Mero multo ad bella ſuccenſi Lapithæ.Senec.Herc.fur.9.33.

Ira ſuccenſus rabie.Claud.7.Paneg.49.

Mentes ſuccenſas agit libido.Senec.Hippol.4.37.

Succenſeo] *ſuccenſes,ſuccenſui* (κατηφέω) ſuccenſere,In re graui,& iuſta iraſci,ut ait Donatus.Idem alio loco,Succenſere,inquit,is dicitur,qui quum amare debeat, læſus iraſcitur.Plaut.Aſin.3.36,

—aut cur poſtremò filio ſuccenſeam,
Patres ut faciunt cæteri? *Idem Capt.12.22,*
An obſecro hercle te,id nunc ſuccenſes mihi? id eſt, An propter id:ut interpretatur Donatus. Terent. Andr.2.3.2,
Si id ſuccenſeat nunc.Ibidem,4.1.30.Cic.ad Atticum,libro 2.16.16,Mihi quòd defendiſſem,leuiter ſuccenſuit. Ouidius epiſt.16.7,
Nec tamen iraſcor:quis enim ſuccenſet amanti?

Non enim iam metuo ne tu illi ſuccenſeas: illud uereor,ne tibi illum ſuccenſere aliquid ſuſpicere.Cic.pro Deiot.25.

Dij hominibus iraſci & ſuccenſere conſuêrunt.Cic.pro Roſc. Comœd,27.

Succentiuus] Vide Succino.

Succenturio] *ſuccenturias* (ὑποπατταλεύω) ſuccenturiare,Propriè ſignificat explendæ centuriæ gratia numerum ſupplere,*authore* Feſto.A re militari translatio facta,*ut ait* Donatus.

¶ Succenturiatus,penult.product.Adiect. (ὑποπαταλεύπτος) unde Succenturiati milites dicuntur non primæ, ſed ſecundæ centuriæ,ubi ad inſidiandum maximè collocabantur: ex quo in ſuccenturijs,quaſi in inſidijs,quempiam poſitum appellamus.Terent.Phorm.1.4.54,

Nunc prior adito tu:ego in inſidijs hìc ero
Succenturiatus.

Succerda] *ſuccerdæ* (ὕπροδον) Stercus ſuillum. Titinnius

Quid habes, niſi unam aream ſine claue, tò condis lucerdas? Feſtus. Fortaſſe ſcribendum, Suſcerda, *ut* Muſcerda.

Succerno] *ſuccernis,ſuccreui,ſuccretum,pen. prod.* (ὑποκρινω, ὑποκρίνω, ἀποκρινω) ſuccernere, Separare,ſecernere.Plinius libro 18.cap.11.12,Farinario cribro ſuccernunt.Plautus Pſeud.7.10,

Nam iſte quidem gradus ſuccretus eſt cribro pollinario.

Succernere de.Cato cap.37.2,Partem de nucleis ſuccernito, & in lacum conijcito.

Succeſſor,Succeſſio] Vide Succedo.

Succido] *ſuccidis,ſuccidi,ſucciſum, pen. prod.* (ὑποτέμνω, ὑποκόπτω) ſuccidere:ex Sub & Cædo. Plin. lib.16.cap.12. 2,Poſtea tota arbor ſuccidituꝛ,& medulla eius uritur.Ouidius 4.Faſt.47,

Naiada uulneribus ſuccidit in arbore factis.

Trunco ſucciſa ſagua. Senec.Herc.Oetæo,13.3.

Nemus ſucciſum.Lucan.lib.4.28.

Segetes ſuccidere.Virg.1.Georg.60. Cæſar 4.bel.Gall.598, Omnibus eorum agris uaſtatis,frumentiſq; ſucciſis,&c.

Seges ſuccidituꝛ enſe.Sil.lib.15.105.

¶ Succidaneus, Adiect. (ἀντεξόρυμαι) unde Succidaneæ hoſtiæ dicebantur, quæ ſecundo loco cædebantur.Apud ueteres enim,ſi primis hoſtijs litatū non fuerat,aliæ poſt cæſæ ductæ, hoſtiæ cædebantur duæ, quæ prioribus iam cæſis,luendi placuli gratia ſubdebantur.

Succidaneus, p Vicario. Vide Succidaneus,in Succedo.

¶ Succidia,ſuccidiæ (τεφίκια) Tergum, ſiue maſſa carnis porcinæ ſalita,& in neceſſarium uſum ſeruata:quæ quoties opus eſt,ſuccidituꝛ.Nonius ſuccidiam pro lardo exponit. Succidia autem continet pernam,petaſonem,& lurdū. Varro lib. 4. de ling. Latin.Non à ſuccidendo,ſed à ſuibus cædendis,ſiue edendis:nam id pecus primum occidere cœperunt domini,& ut id ſeruarent,ſalire. Idem de re Ruſt. lib. 2.cap.4.3, Ignauum & ſumptuoſum eſſe,qui ſuccidiam in carnario ſuſpēderit potius ab laniario, quàm ex domeſtico fundo?Ibidem,10,E' queis ſuccidias Galli optimas & maximas facere conſueuerunt. Rectius itaque ſuccidam à ſucco dici putaueris,Proinde penultimam habet correptam, quæ in Succido producitur.

Succidia,per translationem.Cic.de Senect. 52,Iam ortum ipſi agricolæ ſuccidiam alteram appellant. id eſt, ut ait Nonius, Succeſſionem neceſſariam.

¶ Succida,ſuccidæ,penult.corr. (σλεύνη) Lana,à ſuccidendo: quòd talis ſit,qualis ſucciſa eſt:hoc eſt,plena ſordibus.Var. de re Ruſt.lib.2.cap.11.5,à ſudore deriuat:dicit enim,Tonſuræ tempus inter æquinoctium uernum & ſolſtitium, quū ſudare incœperunt oues:à quo ſudore,recēs lana tonſa,ſuccida eſt appellata.Plin.lib.28.cap.19.1, Mulierum purgationes adiuuat ſel tauri unum,lana ſuccida appoſitum. Martial.lib.11.28,

Aut quum perfricuit frontem, poſuitq; pudorem,
Succida pulliolo uellera quinq; petit.

¶ Succiſiuus,pen.prod.(περίοδος) Adiectiuum: unde Succiſiuum tempus, dicitur quod ſubtrahitur & ſuccidituꝛ à rebus neceſſariis & urgentibus,ut ad aliquem uſum accommodemus. Gel.lib.20.cap.11,Quantum autem uitæ mihi deinceps deūm uoluntate erit,quantumq; à cura publica,& à re familiari,procurādoq; cultu liberorum meorum dabitur

tur ocium, ea omnia succisiua & subsecundaria tempora ad colligendas huiusce modi memoriarum delectatiunculas cõferam. Cicer. 1. de Legibus, 13, Succisiua quædam tempora incurrunt, quæ ego perire non patior: ut si qui dies ad rusticandum dati sint, ad eorum numerum accommodentur quæ scribimus. Alij scribunt, Subcisiuus: alij, Subsecius. Vide Subseco.

Succisiuæ operæ; quæ post necessariæ fiunt, & quasi intermissariæ. Cicero 2. Philipp. 44. Idem 2. de Orator. 198, An se nescire, quæ ego sero, quæ cursim arripui, quæ succisiuis operis, ut aiunt: iste à puero summo studio, summis doctoribus?

Temporum succisiua, Substantiuè. Quintilianus libro 1, capite 12. 10, Quibus potius studijs hæc temporum uelut succisiua donabimus?

In succisiuum esse, Mensorum agrorum apud antiquos locutio, aliquid præter id quod demetiendum erat, superesse uidebatur. Varr. 1. de re Rust. cap. 10. 2, Ad hoc principio mensores nonnunquam dicunt in succisiuum esse unciam agri, aut sextantem, aut quid aliud, quum ad iugerum peruenerint. Scribitur & subcisiuus, integra præpositione. Sic apud Suetonium in Domitiano, cap. 9, Succisiua quæ diuisis per ueteranos agris carptim superfuerunt, ueteribus, possessoribus ut usucapta concesit.

Succido] succidis, succidi, penultima correpta, succasum (ὑποκόπτω) succidere. Quasi subtus cadere. Gellius, Iam continuo labore grauia genua succiderant. Plautus Curcul. 7, 30,

Tenebræ oboriuntur, genua media succidunt.

Artus succidunt. Lucret. lib. 3. 32.

Succidere etiam dicuntur, qui cadunt in genua. Senec. de Prouiden. Etiam si succiderit, de genu pugnat.

¶ Succiduus, Adiectiuum (ὑποπτώσσω) Quod est pronum ad casum, siue fermè cadens. Ouid. epist. 16. 5,

Succiduo dicor procubuisse genu.

Gressus succidui titubant. Claud. 3. de raptu Proserp. 31.

Poplite succiduo genua intremuêre. Ouidius 10. Metamorphos. 91.

Succidus] Vide Succus.

Succingo] succingis, succinxi, succinctum (ὑποζώννυω) succingere, Subtus cingere, ut solemus, quo expeditiores simus ad aliquod opus faciendum. Horatius 2. Sermon. Satyra 6. 22,

—— uelúti succinctus cursitat hospes. Ouidius 13. Metamorphos. 158,

Illa feris atram canibus succingitur aluum,
Virginis ora gerens. De Scylla.

Vestem uiu succincta Dianæ. Ouidius 10. Metam. 106.

Ministri succincti. Ouid. 4. Fast. 83.

Succingere se canibus, armis, &c. pro Circundare & sepire copijs & potentia, ut ait Budæus. Cic. 7. Verr. 114, Hoc etiam iste infestior, quòd multo se pluribus & maioribus canibus succinxerat. Liu. 1. bel. Pun. 35, Si ex bellis bella serendo succinctus armis legionibusq; uiuat.

Succinctus cultro, Qui cultrum succinctum habet. Liuius 7, ab Vrbe, 17.

Ferro. Liu. 10. bel. Maced. 37.

Pugione. Cic. 13. Philip. 37. 1.

Gladio succinctus. Author ad Heren. lib. 4. 234.

Pinus succincta comas. Ouid. 10. Metam. 21.

Vrbs succincta portubus, Circunsepta, ac munita. Cicero de lege Agrar. 85, Deleta Carthago est, quòd cùm hominum copijs, tum ipsa natura ac loco succincta portubus, armata muris, &c.

Neruis corpus succinctum. Plin. lib. 20. cap. 17. 13.

Terrore se succingere. Plin. in Panegyr. 79, Frustra se terrore succinxerit, qui septus charitate non fuerit: armis enim arma irritantur.

Pectora succincta curis. Stat. 4. Sylu. 1. 16.

¶ Succinctus (ὑποζώσσω) Nomen ex participio. Plinius libro 16. capite 10. 3, Easdẽ arbores alio nomine esse per oram Italiæ, quos tribulos uocant, plerique arbitrantur, sed graciles, succinctiores q; & enodes. hoc est, Compactiores & densiores.

Succinctus, Agilis & paratus. Quintil. lib. 2. cap. 2, At nunc proni atq; succincti ad omnem clausulam non exurgunt modò, sed etiam excurrunt.

¶ Succingulum, succinguli, penult. corr. (ὑποζωστὴρ) Balteum, inquit Festus.

Succino] succinis, penultima correpta (ὑποκωκύω) succinere, ex Sub & Cano compositum, Quasi canendo subsequi, & inuicem respondere: ut solent mendici. Horatius 1. epist. 18. 10,

—— clamat, Victum date, succinit alter,
Et mihi diuiduo findetur munere quadra.

¶ Succentiuus, penultima producta. Adiectiuum: unde Tibia succentiua apud Varronem de re Rust. lib. 1. cap. 2. Vide Incentiuus, in Incino.

Succinum] succini, pen. corr. (ἤλεκτρον) Græcis electrũ, Germani gentilitio nomine gleſſum appellant. Autumno quibusdam pinei generis arboribus exudatur, & ut gummi ex cerasis, copia humoris erumpit, & rigore aut tepore autumnali densatur. Intumescente æstu raptum ex insulis Septentrionalis Oceani expuitur in litus, ibiq; uadis inter cetera maris eructamenta rude colligitur. Ex Plin. lib. 37. cap. 3. 1, Succinum nostræ officinæ (inquit Ruellius) ruraq;, & uulgus medicorum ambram uocant citrinam: Mauritani harabe. Gestant nostræ mulieres decoris causa: quædam monilium uice: aliæ in orbiculis, quibus suas preces numerant. Plin. lib. 37. cap. 4. 2, Arboribus succum esse prisci nostri credidêre, ob id succinum appellantes.

Pinguia succina. Iuuenal. Satyr. 6. 58.

¶ Succinus, penult. corr. Adiectiuum (ὑλεκτρικὸς) ut, Succina gutta. Martial. lib. 6. cap. 15,

Dum Phaetontea formica uagatur in umbra,
Implicuit tenuem succina gutta feram. pro Succineã.

¶ Succineus, Aliud adiectiuum. Plin. lib. 22. cap. 23. 4, Succineis nouaculis, aut argenteo apparatu comitante.

Succisiuum] tempus. Vide Succido, succidis, penultima producta.

Succlamo] succlamas, pen. prod. (ὑπιφωνέω) succlamare, Idem quod Acclamare. Liu. 1. ab Vrbe, lib. 3. 208, Hæc Virginio uociferanti succlamabat multitudo, nec illius dolori, nec suæ libertati fore futuros.

Succlamare ad. Liuius 10. ab Vrbe, 119, Aiũ tandem, inquit, num castra uallata non habetis? ad hoc quum succlamatum esset: duplici quidem uallo, & fossa, & tamen in ingenti metu esse.

Succlamatum est & frequenter à militibus. Brutus Ciceroni, 11. 13. 6.

Succlamari dicitur aliquis, de quo sermones palàm ac publicè habentur. Quintilian. Declamat. 18, In illa uirgine publica succlamat inuidia. Item, Declamat. 19, Omnium maledictis succlamatus, omnium denotatione damnatus est.

¶ Succlamatio, Verbale (ὑπιφώνημα) Liu. 10. bel. Macedon. 146, Si ex eo quod aut inter se loquantur, aut succlamationibus apud concionantem imperatorem significent, quid sentiant, &c. Idem 8. bel. Pun. 138.

Succollo]

Succollo] succollas (ὑπαντιβάλλω) succollare, Collum supponere, sustollare, subleuare ceruicib. subiectis: quod propriè est eorum, qui aliquem in lectica gestant. Suetõ. de Nerone, Matris sæpe lectica per publicum simul uectus est: ei succollabant bini duodenique serui, quibus longo in itinere uicarium in laborem alij succolabant. Idem in Othone, cap. 6. Succollatus, & à præsente comitatu imperator consalutatus, &c. Plin. lib. 35. cap. 10. 49, Sunt in eius exemplaribus nobiles palustri accessu uillæ, succolantium specie mulieres labentes, trepidæq; feruntur.

Succonditor] succonditoris, succonditores in factionibus circi, ludisq; circẽsibus illi erant, teste Turnebo, qui sub curum & iugum sese condebant, si fortè malè iuncti essent equi, aut loris se impedirent. Horum mentio est in epigramate isto ueteteri: M. Vispanio fulloni tinctori. M. Vispanio Mignioni uiatori. M. Vispanio Quartino succonditori. M. Vispanio Eroti aurigatori, &c. Hæc ex priscis titulis eruit Turnebus.

Succosus] Vide Succus.

Succotrilla] Verbum antiquum, Vox tenuis & alta, auctore Festo. Titinnius, Fœmina fabula succotrilla uocula.

Succrescõ] succrescis, succreui, succretum, pen. prod. (ὑποφύομαι) succrescere, Inferius uel paulatim crescere. Plautus Trinum. 3. 7,

—— interim more mali quasi herba irrigua
Succreuerunt uberrimè. Colum. 4. cap. 14. 2. 2, Præquenter solum exercendum est, dum id incremento suo uites inumbrent, nec patiantur herbam succrescere. Ouid. 9. Metam. 71.

Succrescere ætati alicuius. Cic. 3. de Orator. 127.

Succrescere gloriæ seniorum. Liu. 10. ab Vrbe, 55.

Succubar] Colonia Tungitaniæ apud Mauros. Plinius lib. 5. cap. 2.

Succubi] ἐφιάλτεις, dæmones dicuntur, qui sub humana specie corporibus assumptis, se uiris subijciũt: sicut incubi, qui mulieres ineunt.

Succuba] pen. cor. (παλλακὶς) dicitur, quæ se alieno marito subijcit, & alienum thalamum uiolat. Ouid. epist. 6. 31,

—— lecti quoq; succubæ nostri
Mœreat, & leges sentiat ipsa suas.

Succula] Machimà est in torculari, à scrophæ similitudine sic uocata. Vt enim scropha uel succula porculos habet, ut comicus Plautus scribit;

Idierecta cum succula & cum porculis: eodem etiam modo suum hæc machina porculum habebat. Nam in media circiter succula batillus aut uncus, qui figebatur ut teneret funem, qui dum uersabatur succula, circumplicabatur, porculus uocatur. Cato de Re rust. Porculum in media succula facito. Turnebus.

Succumbo] succumbis, succubui, succubitum, pen. corr. (ὑποπίπτω, ὑποκυπτω, ὑποκατακλίνω, ὑποδύομαι) succumbere, Subijci, subtus cadere. ut, Succũbere oneri. Liu. 6. ab Vrbe, 125, Cui succumberẽ oneri coacta plebes.

Genu flexo succumbere. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 1.

Succumbere ad animum relatum, pro frangi, & ità debili animo esse, ut ferre audacter quidpiã nequeamus. Cic. 2. de Fin. 153, Turpe esse uiro debilitari, dolere, frangi, succumbere.

Succubuissem enim potius ipse. Cic. pro Domo sua, 13.

Succumbentibus succumbere. Brutus Ciceroni, in epistolis ad Brutum, 16. 16.

Subuenire succumbenti, oppresso oneribus alicuius. Cic. 2. de Animo succumbere. Cic. 2. Tusc. 96. (leg. Agrar. 71.

Culpæ succumbere. Virg. 4. Aeneid. 4.

Labori succumbere. Cæsar. 7. bell. Gall. 345.

Doloribus succumbere. Cic. 1. de Fin. 75, Vt enim mortis metũ omnis quietæ uitæ status perturbat: et ut succũbere doloribus, eosq; humili animo imbecilloq; ferre miserũ est, &c.

Fatis succumbere. Lucan. lib. 8. 14.

Fortunæ succumbere. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 11. 3.

Fortunæ cedere, & succumbere. Cic. 3. Tusc. 63.

Precibus alicuius succumbere. Ouid. epist. 3. 19.

Senectuti succumbere. Cic. de Senect. 33.

Virtutem turbæ succumbere uidit. Ouid. 5. Metam. 36.

Oculi succumbunt. Ouid. 1. Metam. 144.

Lumina nescia succumbere somno. Ouid. epist. 12. 10.

Succumbere uiro mulier dicitur. Varro 2. de Re rust. cap. 10. 8, Necnon etiam hoc quas uirgines ibi appellant, nonnunquam annorum uiginti: quibus mos eorum non denegauit ante nuptias ut succumberent quibus uellent, & incomitatis ut uagari liceret, & filios habere.

Succurro] succurris, succurri, succursum (ὑποπαρέρχομαι, ὑπερβοηθέω) succurrere, Auxilium præstare. Virg. 1. Aeneid. 127,

Non ignara mali, miseris succurrere disco. Terent. Adelph. 5. 3. 6.

Succurrere laborantib. Cæs. 2. bell. Ciuil. 21. Cic. 1. de Orat. 82.

Succurrere atq; subire. Cic. pro Rosc. Amer. 18, Quoniã quidem semel suscepi, licet hercules undiq; omnes terrores, minæ, periculaq; impendeant omnia, succurram atq; subibo.

Succurrunt fusidia hæc tantis malis. Cæsar 3. bel. Ciuil. 293.

Dolori nostro succurrere. Propert. lib. 2. eleg. 17. 3.

Expectationi aliquorum quàm celerrimè succurrere. Cic. 2. de Infamiæ cõmuni succurrere. Cic. 2. Verr. 2. (Orat. 172.

Labori alicuius succurrere. Virg. 9. Aeneid. 81.

Lapsis succurrere. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 3.

Miseris succurrere. Virg. 1. Aeneid. 127.

Pudicitiæ & uitæ mulieris succurrere. Cic. 3. Verr. 46.

Rebus succurrite læsis. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 7.

Ferre opem patriæ, succurrere saluti, fortunisq; communibus. Cic. pro Rabirio perduel. reo, 2.

Vrbi incensæ succurritis. Virg. 2. Aeneid. 71.

Succurrere celeriore uia. Cels. lib. 3. cap. 21.

Succurrere, In mentem uenire. Cic. Neq; enim mihi succurrebant uerba, quæ ante discessum à Dolabella audieramus. Cic. filius ad Tyronem, lib. 16. 21. 13, Deinde illud etiam mihi succurrebat, graue esse me de iudicio patris iudicare. Virgil. 2. Aeneid. 63,

—— pulchrumq; mori succurrit in armis.

Vt quidq; succurrit, libet scribere. Cic. Att. lib. 14. 299. 3.

Mirari succurrit. Plin. lib. 17. cap. 1. 1.

Succursum, impersonale. Plin. lib. 23. cap. 1. 43, Intellectum ibi remedium est, potuq; succursum. Liu. 3. ab Vrbe, 247, Cuius aduersæ fortunæ uelit succursum.

Succus] succi, m. g. (ὀχὸς, χυλὸς) à Sugo, quasi sugus: est humor quem ex alimentis membra sugunt ut se repleant. Plautus Asin. 5. 2. 7,

Is habet succum, is suauitatem: cum quouis pacto cõdias, &c. Terent. Eunuch. 2. 3. 26,

Color uerus, corpus solidum, & succi plenum. Cic. 2. de Natura deor. 179, Ex terra succum trahunt, quæ alantur ea quæ radicibus continentur.

Herbæ succus. Ouid. 13. Metam. 209.

Succus lactis. Plin. lib. 8. cap. 14. 2.

Succo hordei elephantos mitificari tradit Plin. lib. 8. cap. 7.

Succus ini purpuris. Plin. lib. 9. cap. 36. 1, Vuas capere continent, quia cum uita sua succum eum euomunt.

Succus arboris. Plin. lib. 14. cap. 20. 1.

Etsi enim non plurimi sanguinis est, habeat tamen succum aliquem oportet. Cic. in Orat. 42.

Acer *succus.* Vide Acer.
Acerbi succi. Ouid. de Medicamine faciei, 1.
Albicans succus. Plin. lib. 12. cap. 16. 2.
Amarus succus. Ouid. epist. 9. 36.
Atri succi. Ouid. 7. Metam. 53.
Barbarus succus. Vide Barbarus.
Blandior succus. Vide Blandus.
Commodatus stomacho succus. Vide Commodo.
Crudus succus. Iuuen. Satyr. 11. 8.
Dulces succi. Ouid. 3. Fast. 147.
Dulcis mellitusq; succus. Vide Mel.
Expressus nuci succus. Plin. lib. 12. cap. 28. ad finem.
Fuscus succus. Ouid. de Nuce, 31.
Horrendis infamia pabula succis. Ouid. 14. Metam. 9.
Humiger succus. Cic. 1. de Diuin. 26.
Ignauus succus. Vide Ignauus.
Infectus succus. Vide Inficio.
Languidus succus & euanidus. Vide Languor.
Mites succi. Ouid. 24. Metam. 138.
Tabescens succus. Plin. lib. 12. cap. 16. 2.
Excipitur succus inciso caule meßibus. Plin. lib. 12. cap. 26. 1.
Tristes succi. Virgil. 2. Georg. 26.
Corporis succus abit in aera. Ouid. 3. Metam. 80.
Adempti succi. Vide Adimo.
Vua & succo terræ, et calore solis augescit. Cic. de Senect. 49.
Veneri succos spargit. Ouid. 14. Metam. 81.
Nocituro succo tumescit herba. Senec. Herc. fur. 11. 9.
Succos ciuitatis, Per translationem. Cicero ad Atticum, libro 4. 85. 13. *Amisimus, mi Pomponi, non omnem modò succum ac sanguinem, sed etiam colorem & speciem pristinam ciuitatis.*
Suc cus ille & sanguis incorruptus. Cic. de claris Orat. 18.
Ingenij succus. Quintil. in Proœm. lib. 1. 18. *Nam plerunq; nudæ illæ artes nimiæ subtilitatis affectatione frangunt atque concidunt quicquid est in oratione generositas, & omnem succum ingenij bibunt.*
Ornatur oratio genere primùm, & quasi colore quodam, & succo suo. Cic. 3. de Orat. 53.
¶ *Succosus, pen. prod.* Adiect. (ὁποώδης) Plenum succo. Colu. lib. 2. cap. 17. 2. *Meliusq; habetur fœnũ quod natura succoso gignitur cælo, quàm quod irrigatum aquis elicitur.* Plinius lib. 12. cap. 25. 11.
Succosior & firmior liber arboris. Col. lib. 4. cap. 29. 1.
¶ *Succidus, pen. corr.* Adiectiuum (ὠλοὐχνιος) Idem. Plaut. *Milit.* 10. 52.
Minimè sputator, screator sum itidem minimè succidus. Ibidem, 191.
Succida lana. Vide Succido, pen. prod.
¶ *Succutio, succutis, pen. corr. succussi, succussum* (ὑποσείω) *succutere, Subtus quatere.*
Currus altè succutitur. Ouid. 2. Metam. 34.
¶ *Succusso, succussas* (ὑποτινάσσω) *succussare, Frequenter excutere.* Quod propriè de equo dicitur, qui gradario contrarius est, hoc est, concutiendo sessorem graditur. Acrius,
Agite, ac uulnus ne succussæ gressus cautè ingredimini.
¶ *Succussus, huius succussus* (ὑποτίνασσος) Cic. 2. Tusc. 85.
Pedetentim, inquit, ite, & sedato nisi, ne succussu arripiat maior dolor.
¶ *Succussor, succussoris, m. g.* (ὑποσείστης) Equus qui sessorem frequenter excutit.
¶ *Succussarius, succussarij, m. g.* Idem (ὑποσφιγκὸς)
¶ *Succussator, pen. prod, succussatoris, m. g.* (ὑποτινακτὴς) Idem. Lucilius,
Succussatoris tardi, rariq; caballi.

¶ *Succussatura, succussaturæ, pen. prod.* (ὑποτινάγμὸς) Talis gressus.
Suchus] *Crocodilus est manſuefactus, de quo sic, Strabo lib. 17. In Arcinoe præfectura, mirum in modum colitur Crocodilus, & est sacer apud eos in lacu quodam eorsum nutritus, & sacerdotibus manſuetus, & Suchus uocatur.*
Sugcro] *Hiſpaniæ fluuius dicitur apud Melam lib. 2. cap. 6. Nunc uulgò Xuchar uocatur, teſte Oliuario in Melam.*
Sucrotilla] *inquit Feſtus, uox tenuis & alta. Deducitur à crotalo, aut uoce Græca κρότος, cum diminutionis formatione: uel certè ut Græca uox est fictitia, sic de sono Latina fuerit efficta.* Turnebus.
Suctus] Vide Sugo.
Sucula] *ſuculæ, pen. corr.* (ὕλωνη) Dimin. *à sue.* Plaut. *in Rud. 24. 126,*
Quin tui directa cum sucula, & porculis.
Suculæ (ὑάδες) *dictæ sunt ſtellæ, quæ alio nomine uocantur hyades, à pluuia. Nam & orientes & occidentes, tempeſtates & pluuias cient. Exoriuntur* XII. *calen. Iulij.* Cic. 2. de Natur. deor. 101, de Tauro signo cæleſti, *Eius caput ſtellis conſpersum est frequentibus. Has Græci ſtellas hyadas uocitare ferunt, à pluendo,* ὕειν *enim est pluere: noſtri imperitè Suculas, quaſi à ſuibus essent, non ab imbribus nominatas.* Plin. lib. 18. cap. 6. 14, *Aegypto Suculæ occidunt uespere. Sydus uehemens, &c.*
Sucula. Cato cap. 18. 1, Stipites craſſi pedes duos, alti cum cardinibus pedes decem: ſucula præter cardines pedes nouem. Idem cap. 12, Præla tẽperata quinq; ſuperuacanea tria, ſucula quinq;, ſupernacaneam unam. Sucula (inquit Budæus) machina est tractatorij generis. Conſtat autem tereti ligno, duobus aut pluribus uectibus traiecto, utrinq; æqua extantibus longitudine, hæc dum uerſatur, funis, qui ductarius dicitur, circa eam obuoluitur. Budæus. Ab his uectibus uectiarij, dicti sunt homines, qui uectes uerſanda ſucula manu ducunt. Hæc autem machina trium generum est. Vnum genus porrecta ſucula & incens, duobus tignis incumbens ad parietem admotis: qualis uiſitur, quum uina aut doliaria aut aculearia ex hypogeis educũtur. Alterũ genus est erectum, ſuis fulcimentis & ſua ueluti baſi nixum: quod non ductu brachiorũ, ut illud primũ, uerſatur: ſed ambientibus machinam uectiarijs, ac brachijs & pectore conuenientibus. Simia à fabris appellatur à Vitruuio etiam ergata dicta. Tertium genus etiam erectũ, quaternis tignis fibulatis conſtans. Quod genus uiſitur, quũ in ponte ſublicio fabri ſublicas in aquam magna ui adigũt. Hac enim machina ad tollendam fiſtucam utuntur: quæ fiſtuca identidem ſublata demiſſaq; ſublicas in alueum defigit. Vitruuius lib. 10, cap. 2, de tractorijs machinationibus, Quũ aũt ſunis habet caput ad ſuculam religatũ, & uectes ducentes eam uerſant, funis ſe in uoluendo circũ ſuculam extenditur: & ita ſubleuant onerá ad altitudinem & operum collocationes.
Sucula. Genus intimæ ueſtis. Plaut. Ruden. 24. 126.
Pòst est ſicula argenteola, & duæ connexæ manicula,
Et ſucula. 0. quin tui directa cum ſucula & porculis.
Sudes] *ſudis, fœm. gen.* (σφῖνδυξ) Pertica seu genus teli militaris: hoc est, paxillus igni torridus. Virg. 7. Aen. 105.
—ſudibuſue præuſtis. Idem 2. Georg. 5,
Quadrifidaſue ſudes, & acuto robore uallos. Vbi Seruius, Vallus & ſudes, idem est. Cæſ. 5. bel. Gal. 69, Eiuſdẽq; generis ſub aqua defixæ ſudes flumine tegebãtur. Idẽ 1. bel. Ciuil. 109, Foſſas tranſuerſas uiis perducit, atq; ibi ſudes, ſtipitesq; præacutos defigit.
Denſæ ſudes. Claud. de bello Getico, 44.
Ferratæ ſudes. Virg. 5. Aeneid. 42.

Fraxineæ

Fraxineæ ſudes. Virg. 2. Georg. 72.
Vaſtæ ſudes. Stat. 5. Thebaid. 78.
Sudibus inter ſe concurrere. Lib. 6. bel. Pun. 260.
Obuſta ſude figere aliquem. Ouid. 11. Metam. 60.
Crebris ſudibus percuſſæ crates. Lucan. lib. 3. 99.
Torrere ſudes. Stat. 1. Achill. 88.
Vibrare ſudem. Sil. lib. 8. 110.
Sudiculum] *aut Seduculum, genus flagelli: dictum quòd iuuenes ſudantes ſudantes facit. Paulus apud Feſtum.*
Sudificus] Vide Sudum.
Sudis] *huius ſudis, fœm. gen.* (σφύραινα) Piſcis. Plin. lib. 32. cap. 11, *Sunt præterea à nullo authore nominati, ſudis Latinè appellata, à Græcis ſphyræna noſtro ſimilis nomine, magnitudine inter ampliſſimos, rarus, ſed tamẽ nõ degener.*
Sudo] *ſudas* (ἱδρόω, ἰδίω) *ſudare,* ἀπὸ τοῦ ὕδατος, *quod aquã undamq; ſignificat, deriuatum existimant quidam.*
Abſolutè aliquando ponitur. Horatius de Arte, 84,
—ſudauit & alſit. Idem 2. Serm. Satyr. 2. 5,
—tu pulmentaria quære Sudando
In armis ſudauit puer. Stat. 3. Sylu. 2. 25.
Nunciatum est alicui, deorum ſudaſſe ſimulachra. Cicero 2. de Diuinat. 85.
Vulturq; in marmore ſudat Eliſæ. Sil. lib. 1. 20.
Sine cauſa ſudare. Cic. 2. de Orat. 123.
Cum ablatiuo. Liu. 7. bel. Punic. 19, Quatuor ſigna ſanguine multo diem ac noctem ſudaſſe.
Humore ſudant ſaxa. Lucret. lib. 6. 189.
Lacunæ ſudant tepido humore. Virg. 1. Georg. 24.
Cum accuſatiuo. Virg. eclog. 4. 7,
Et duræ quercus ſudabũt roſcida mella. Idem eclog. 8. 11.
Prælia ſudare. Claud. de nupt. Honorij, 23,
Sudare ad. Virg. 3. Georg. 41. de equis,
Hic uel ad Elei metas, & maxima campi
Sudabit ſpacia, & ſpumas aget ore cruentas.
Sudare, per translationem dixit Terentius: pro, Vehementer laborare: quòd qui uehementer laborant, frequenter ſudant. in Phorm. 4. 3. 23,
—eia ſudabis ſatis,
Si cum illo incœptas homine: ea eloquentia est.
pro communibus commodis ſudare. Cic. pro Seſtio, 121.
¶ *Sudatus, pen. prod. Participium* (ἱδρώσας) *ut,*
—Labor gelido ſudatus in Aemo. Stat. 5. Thebaid. 38.
Ouidius 10. Metam. 62,
—ſudataq; ligno Thura. id est, Sudore ſtentia. Alia uerò ſignificatione apud Quint. lib. 11. cap. 3, quum ait, Et uigilandæ noctes, & ſuligo lucubrationum bibenda, & in ſudata ueſte durandum. id est, Sudore madefacta.
Fibula ſudata marito. Claud. 2. de raptu Proſerp. 4.
¶ *Sudator, pen. prod. ſudatoris* (ἱδρωτὴς) Verbale. Plin. lib. 23. cap. 1. 30, *Dyſentericis, ſudatoribus, in longa tuſsi, in empiphoris, meracum.*
¶ *Sudatio, Verbale. Seneca epiſt. 87, Niſi Thaſius lapis, quondam rarum ſpectaculum in aliquo templo, piſcinæ noſtras circundederit, in quas corpora multa ſudatione eximanita demittamus.*
¶ *Sudatrix, penult. prod. Verbale, f. g.* (ἱδρώτειρα) Mart. libro 12. 19,
Dum per limina te potentiorum,
Sudatrix toga uentilat, &c.
¶ *Sudatorius, Adiect.* (ἱδρωτικὸς) Plaut. Stich. 4. 73,
Vel unctiones Græcas, ſudatorias uel alias malas.
¶ *Sudatorium, ſudatorij. Seneca de Vita beata, Circa balnea & ſudatoria, ac locã ædilem metuentia, &c. Item epiſt. 52, Quid mihi cum ſudatorijs, in quæ ſiccus uapor corporum*

exhauſturus includitur?
Sudabundus] Adiect. (ἱδρώων) Ouid. ad Piſonem, 38,
—totaq; ludos
Turba repentè ſuos iam ſudabunda reliquit.
Sudor] *ſudoris, pen. prod.* (ἱδρὼς) Plin. lib. 10. cap. 72. 2, *Serpentes neque caloris, neque ſanguinis, neq; ſudoris uim habent, quæ auiditatem naturalem ſale augent.* Virgilius 9. Aeneid. 92,
—et multo phaleras ſudore receptas.
Nec enim ſanguis, nec ſudor niſi è corpore fluit. Cicero 2. de Diuinat. 85.
Immundus ſudor. Virg. 3. Georg. 113,
Ardentes papulæ, atq; immundus olentis ſudor
Membra ſequebatur. Seruius interpretatur morbum pedicularem, id est, φθειρίασιν.
Crudis ujrũm ſudoribus ardet puluis. Stat. 1. Thebaid. 85.
Tepidi ſudoribus effœti artus. Stat. 6. Thebaid. 94.
Calens ſudore belli. Stat. 8. Thebaid. 2.
Conſequi multum ſudorem. Cic. 3. de Orat. 4.
Elicere ſudorem. Celſ. lib. 2. cap. 17.
Emittere ſudorem. Plin. lib. 6. cap. 18. 1.
Salſus ſudor ijt per artus. Virg. 2. Aeneid. 35.
Sudor fluit undiq; riuis. Virg. 5. Aeneid. 40.
Fumantes ſudore equi. Virg. 12. Aeneid. 68.
Paruo ſudore madentes uultus. Sil. lib. 12. 129.
Manat ſudor è toto corpore. Lucret. lib. 6. 189.
Gelidus toto manabat corpore ſudor. Virg. 3. Aeneid. 35.
Herculis ſimulachrum multo ſudore manauit. Cicero 1. de Diuinat. 127.
Frigidus ſudor obſeſſos occupat artus. Ouid. 5. Metam. 127.
Sudor peſtiferus. Celſus lib. 2. cap. 8.
Sudor remittit ſe. Celſus lib. 2. cap. 3.
Sudor pro Labore. Cic. pro Fonteio, 2, *Qui cũ ipſo M. Fõteio ferrũ ac manus contulerunt: multoq; eius ſudore ac labore ſub pop. Rom. imperium ditionemq; ceciderunt.* De Gallis.
Stylus ille tuus, multi ſudoris est. Cic. 1. de Orat. 135.
¶ *Sudarium, ſudarij, Linteum quo ſudor faciei detergitur, & nares purgantur.* Sueton. de Nerone, cap. 48, *Adoperta capite, & alte faciem obtenſo ſudario, equũ aſcendit quatuor ſolis comitantibus. Ibidem, cap. 25, Parcèret arterijs, ac ſudarium ad os applicaret.* Catul. in Aſinium, 12. 3,
Sudaria Setaba. Quintilianus lib. 5. cap. 3. 41, Quum reus agente in eum Caluo candido frontem ſudario detergeret, &c.
¶ *Sudariolum, Dimintutiuum, Idem. Vſus est D. Hieronymus ad Nepotianum, De uita clericorum.*
Sudum] *ſudi* (αὐθμον) *Siccum, quaſi ſeudum, id est, ſine udo. Paulus apud Feſtum. Proprie pars ſerena dicitur quæ est inter nubes.* Virg. 8. Aeneid. 106,
Arma inter nubem, cæli regione ſerena
Per ſudum rutilare uident.
Sudum, Serenum tempus post pluuiam. Plaut. Milit. 3. 2. Idem Rud. 4. 35,
Qui pertegamus uillam dum ſudum est. Cicero ad Tironem, libro 16. 18. 5, Horologium mittam & libros, ſi erit ſudum.
Ver ſudum. Virg. 4. Georg. 16.
Sudificus, ſudifica, ſudificum, penult. corr. Sudum faciens. Gellius lib. 2. cap. 22,
Sudificusq; ſimul Boreas mala plurima uoluens. Rurſus cap. 33,
Sudificusq; altos Aquilo rotat impete fluctus.
Suel] *Vrbs Hiſpaniæ, apud Melam lib. 2. nunc Chipiona dicitur, teſte Oliuario.*

Sueo] *sues, sueui, suetum* (φιλέω) *suere Antiquum verbum unde Suesco, suescis. Lucret. 1. 11,*

—*& semina rerum*
Appellare suemus. id est, Solemus. Idem lib. 6. 159,
Concideren t ut pronos qui morbus mittere sueuit.

Has Græci stellas Hyadas uocitare suerunt. Cic. 2. de Nat. deor. 161. Lucret. lib. 4. 67,

Quinq; eiam sexue ut fieri simulacra suerint. Idem libro 5. 182,
—*& gemmis florere arbusta sueſſe.*

¶ *Suesco, suescis, sueui, suetum* (ἐθίζομαι) *suescere, Consuetudinem capere. Cicero Marcello, lib. 15. 9. 3, A' teid quod suesti peto in maiorem modum, ut me absentem diligas atq; defendas. Claud. lib. 3. de Raptu, 35.*

—*hæc post cunabula dulci*
Ferre sinu, summoq; Ioui deducere paruam
Sueuerat, & genibus ludentem aptare paternis.

¶ *Suetus, Participium* (ἰθισθὸς) *Virg. 5. Aeneid. 81,*

—*geminos immani pondere cæſtus*
Proiecit: quibus acer Eryx in prælia suetus
Ferre manum.

Suetus legibus. Cic. ad Attic. lib. 6. 113. 7, Ita multæ ciuitates omni ære alieno liberatæ, multæ adle leuatæ sunt omnes suis legibus & iudicijs suetæ κοσμεισθαι adepiæ reuixerũt. Lucan. lib. 1. 66,
Bella nefanda parat suetus ciuilibus armis.

Adulatio suetá. Tacit. lib. 13.

Requies suetæ. Tacit. lib. 3.

Sucra] *Suilla caro antiquis. Varro, Offula, ab offa mimimæ fueræ. Sueris item pro suis dicebatur. Idẽ Varro, Parua, à pede: sueris, à nomine eius. Annotauit Turnebus.*

Suessa] σύοσσα, *Campaniæ oppidum, ut author est Plinius lib. 3. cap. 5. quod Tarquinius Superbus expugnauit. Silius lib. 8. 79,*

—*attritáq; bellis* *Sueſſa.*

Suesio] *à quo Sueſiones, incolæ Galliæ Belgicæ, oppidũ no bilissimũ: et in eo populi: Soyſſons: Gallicè appellamus. Plin. lib. 4. cap. 17, In prouincia Remensi Sueſio.*

Sueui] *pen. prod.* (σύηβοι) *Germaniæ populi, Bauaris finitimi, gens ualida, & bellicosissima. De qua Lucan. lib. 2. 11,*

Fundat ab extremo flauos Aquilone Sueuos, &c. Seneca Medea, 9. 9,
Aut quos sub axe frigido succos legunt
Lucis Sueui nobiles Hercinijs.

Crinis Sueuus, pro Crine flauo, dixit Silius lib. 25. 5. 27,

Cassis erat munita uiro, cui uertice surgens
Triplex crista, iubas effundit crine Sueuo. Potest tamen & propriè intelligi: quoniam Flaminius, de quo hic loquitur, Ligures, Boios, & Sueuos uicerat.

Suffarcino] *suffarcinas, suffarcinare, Instipare, inculcare, degrauare, onerare. Plaut. Curcul. 7. 10,*

Qui indũt suffarcinati cũ labris. Terent. Andr. 4. 5. 31,
—*uerùm uidit Canibaram*
Suffarcinatam. Vbi Donatus, Proprium est animbus, suffarcinatas esse.

Suffarraneus] *Adiect. à farre, quemadmodum confarratio deduci uidetur: & significat eum qui far in castra conuehit, sed modicum, alienumue: non iusto commeatu aliquo, sed crebris, & ultibus insitorum uecturis. Plin. lib. 7. cap. 43. 1, Cicero mulionem castrensem suffarraneum fuisse, &c.*

Suffero] *pen. corr. suffers, sustuli, pen. corr. sublatum; pen. prod.* (ὑποφέρω, ὑπομένω, τλάω, τετλάω) *sufferre, Sustinere. Virgil. 2. Aeneid. 97,*

—*nec claustra, nec ipsi*
Custodes sufferre ualent. Terent. Heaut. 3. 1. 44,
—*Satrapes si siet*
Amator, nunquam sufferre eius sumptum queat.

Laborem sufferre. Plaut. Merc. 22. 29.

Laborem durum sufferre. Lucret. lib. 3. 203.

Plus oneris sustuli, quàm ferre possim. Cic. pro Rosc. Amer. 6.

Sufferre, Pati. Plaut. Curc. 8. 6. Terent. Andr. 5. 3. 17, —*an*
Vt pro huius peccatis ego supplicium sufferam.

Malum: nisi hoc peius sit, hæc sufferre & perpeti. Seruius Ciceroni, lib. 45. 10.

Mulctam sufferre. Cic. pro Cecinna, 71.

Pœnam sufferre. Cic. 2. in Catil. 47.

Suffertus] *ta; tum* (ὑπανυτὸς) *Seneca naturalium quæstionũ lib. 1, Præterea quùm dicitur tibi, nubem sole esse suffertam: non dicitur, colorem illum immistum esse uelut duro corpori ac stabili & manenti, sed ut fluido & uago. Cælius libro 9. cap. 10, suffertam nubem intelligit, intersusam, aut illustratam. Sueton. in Nerone, cap. 20, Mediaq; in orchestra frequenter populo epulatus, si paulum subbibisset, aliquid se sufferti timinturũ Græco sermone promisit. hoc est, Cantaturum se clarius aliquid, aut quod Græci dicunt ὑπανυτὸν, id est, densum quidppiam ac succi plenum. Nam & differtũ pro pleno legimus. Quæ uox duci uidetur à suffercio, ut Refertus à refercio. Farcio enim mutat a, in e, in compositis.*

Sufferueo] *Sufferbis, sufferbui* (ὑπαρῶ) *sufferuere, Aliquantum feruere. Plin. lib. 18. cap. 11. 3, Vulgò uerò nec sufferuere faciunt. Vetus codex legit, sufferuefaciunt.*

¶ *Sufferuefacio, sufferuefacis, pen. corr. sufferuefeci, pen. prod. sufferuefactum* (ὑπαθυποιῶ) *sufferuefacere. Plin. lib. 12. cap. 26. 3, Odor uerò in uino sufferuefacti antecedit alios. Idem lib. 22. cap. 25. 17, In uesicæ uerò dolore, semuncia amyli cum ouo & passi tribus ouis suffi ruefacta à balneo.*

¶ *Sufferuefio, pen. prod. sufferuefis, pen. indiff. sufferuefieri, pen. corr.* (ὑποθυποιέομαι) *Aliquantum feruens fieri. Plin. lib. 27. cap. 9. 5, Qui fidem promisso huic quærunt, affirmant lapillos qui sufferuefiant, una rumpi.*

Suffes] *suffetis, pen. corr. m. g. Lingua Punica Consul dicitur. Liuius 10. bel. Pun. Senatum itaq; Suffetes, quod uelut Consulare imperium apud Carthaginenses erat, uocauerunt. Idem 8. bell. Punic. 193, Infestæ ob directa quædam ab conscendentibus naues militibus, ad colloquium suffetes eorum, qui summus Pœnis est magistratus; cum Quæstore elicuit.*

Suffibulum] *suffibuli, pen. corr.* (ὑποπόρφυρον) *Est, ut ait Festus, uestimentum album, prætextũ, quadrangulum, oblongum, quod in capite Vestiles uirgines sacrificantes habebant: idq; fibula comprehendebatur.*

Sufficio] *sufficis, pen. corr. suffeci, pen. prod. suffectum* (ἀρκέω, διαρκέω, βοηθέω, ὑπαρκέω) *sufficere, Satis esse. Construiturq; cum dativo. Plin. epist. 226, Mihi autem uel sola uoluntas tua suffeciſſet. Stat. lib. 5. Sylu. 2. 35,*

Vade puer, tantusq; enixus suffice donis. *Plin. in Paneg. 130, Quis nostrùm idem curæ, idem sudoris sumit? quis ad deò expetitis honoribus aut deseruit, aut sufficit? Suetonius de claris Grãmat. 23, Luxuriæ ita indulsit, ut sæpius in die lauaretur, nec sufficeret.*

Posteaquam immẽsæ gulæ impudicissimi corporis quæstus sufficere non potuit. Cic. in Sallust. 8.

Nec sufficit umbo ictibus. id est, Non potest ferre ictus. Virgilius libro 11.

Animus sufficit malis. Ouid. 3. Trist. eleg. 2. 3.

Sufficit animus animo. Senec. de Ben. lib. 2. cap. 31.

Sufficere paucorum cupiditati Cic. 7. Verr. 99.

Suffecit hic mons alimentis hominum. Liu. 9. bel. Pun. 156.

Lrgè

Largè sufficiès prædium annuis uictibus. Plin. lib. 7. cap. 46.

Sufficere, sine dativo. Virg. lib. 5. Aeneid. 5,

Nec nos obniti contrà, nec tendere tantùm Sufficimus.

Quanquam nec scribæ sufficere, nec tabulæ nomina illorum capere potuerunt. Cic. 2. Philip. 41.

Non sufficiẽtibus iam uiribus homo. hoc est, Imbecillis. Liuius 2. ab Vrbe, 35.

Sufficere ad. Quintil. lib. 1, Ad quas nec mens, nec corpus, nec dies ipsa sufficiat.

Sufficere, cũ accusatiuo, Subministrare. Virg. lib. 2. Georg. 85,

Ipse satis tellus quum dente recluditur unco,
Sufficit humorem. Ibidem, 88,
Aut illi pecori frondem, aut pastoribus umbram
Sufficiit, sepemq; satis, & pabula melli. Et 3. Georg. 60.

Sufficere, Substituere. Virg. lib. 2. Georg.

Atq; aliam ex alia generando suffice prolem. Cicero pro L. Muræna, 74, Nam ne sufficiatur Consul, non timent. Ibidem, 77.

Sufficere in locum (ἀντιπαρατάσσω) *Liu. 5. ab Vrbe, 144. Idẽ 2. bell. Pun. 113, Nec tamen ne ita quidem prius dimittendum ad exercitum Q. Fabium, quàm Cos. in locum C. Flaminij suffeciſſet. Vatinius Ciceroni, libro 5. 10. 5, Si mehercules Appij os haberem, in cuius locum suffectus sum.*

Sufficere, Maculare. Cic. in Hortensio, Vt ij qui conuiuij puerpuram suo sufficiunt, prius sanè me medicamentis quibusdam. Ex Nonio. Virg. 2. Aeneid. 42,

Ardentesq; oculos suffecti sanguine & igni.

Maculis suffecta genas. Valer. 2. Argon. 21.

Lumina suffecta lethò. Valer. 1. Argon. 165.

¶ *Sufficiens, Particip. siue nomen ex participio. Paulus in l. conficiuntur. ff. de iure codicill. Quid enim si sufficientium testium facultatem non habuit?*

¶ *Suffecturus, pen cor. Particip.* (ἀπαρκήσω) *Ilia suffectura calcaribus. Stat. 1. Sylu. 1. 10.*

¶ *Sufficienter, aduerbium. Vlpianus in l. sed & si quid. §. 1. ff. de usufruct. & quemadmodum. Sufficienter autem alere, & uestire debet, secundũ ordinẽ & dignitatẽ mancipiorũ.*

Suffigo] *suffigis, pen. prod. suffixi, suffixum* (ὑφηλόω) *suffigere, Affigere. Plin. lib. 33. cap. 3. 11, Agonẽ Teium Alexandri Magni præfectum aureis clauis suffigere crepidas.*

¶ *Suffigere cruci, & in cruce. Cicero in Pisonem, 32, An ego, Site & Gabinium cruci suffixos uiderem? Hirtius de bello Africano, libro 5. 260, In cruce omnes suffixit. Horatius 1. Serm. Satyr. 3. 17.*

Stimulos nouos suffixit dolori. Senec. Thebaid. 1. 41.

¶ *Suffixus, Participiũ* (ὑφηλωμένος) *ut, Robore erecto suffixus. Silius lib. 1. 31.*

Caput suffixum ueruto. Lucan. lib. 8. 133.

Suffio] *pen. corr. suffis, suffiui, suffitum, penult. prod.* (ὑποθυμιάζω, θυμιάω) *suffire, suffumigare. Plinius, Hippocrates ruta uulnerum caussa naturam suffire iubet. Virgil. 4. Georg. 49. Colum. lib. 12. cap. 18. 2, Cella quoq; uinaria omni florcore liberanda, & bonis odoribus suffienda. Propert. lib. 4. eleg. 9. 12,*

Dein quæcunq; locum externæ tetigêre puellæ
Suffijt, & pura limina tergit aqua.

Ignibus ætherijs terras suffire feraces. Lucret. lib. 2. 219.

¶ *Suffitus, pen. prod.* (ὑποθυμιαθεὶς) *Participium. Plin. lib. 20. cap. 17. 11, Anisum dolores capitis leuat suffitum naribus. Colum. lib. 9. cap. 14. 6, Suffitus deinde & astiuantes apes refrigerare oportet.*

¶ *Suffitus, huius suffitus, pen. prod.* (ὑποθυμίασις) *Suffumigatio. Plinius, Et uulnerum conuersionem suffitu excitant. Idem lib, 24. cap. 11. 14.*

¶ *Suffitio, suffitionis* (ὑποθυμίασις) *Verbale. Idem, lib. 1. cap. 6. 13, Ne rursus nimia suffitione medicata sint. Idem lib. 12. cap. 50. 15.*

¶ *Suffimen, pen. prod. suffiminis* (ὑποθυμίαν) *Idem. Ouidius Fast. 4. 148,*

I, *pete uirgineã populus, suffimen ab ara.*

¶ *Suffimentum, suffimenti* (θυμίαμα) *Idem. Plin. Quod & suffimentis quibusdam facere consueuerunt.*

Suffimenta à ueteribus dicta sunt, quæ fieri solebant ex fabâ, milioq; molito, malso sparso, ut ait Festus. Ea dijs eo tempore dabantur, quo uuæ calcatæ prelo premebantur. Cicero 1. de Legibus, 57, Nam et in ijs sine illius suffimentis expiati sumus.

¶ *Suffitor, pen. prod. suffitoris* (ὑποθυμιατὴς) *Plin. lib. 34. cap. 8. 30, Lycus & ipse puerum suffitorem.*

Sufflamen, Sufflamino] *Vide Suffio.*

Sufflauus] *pen. prod. Adiect. Aliquantulum flauus, nõ plane flauus. Sueton. in Nerone, cap. 51, Statura fuit penè iusta, corpore maculoso & fœdo. Suffl. uo capillo.*

Suffio] *sufflas* (φυσάω, ὑποφυσάω) *sufflare, Id dicitur quod fieri solet quum ignem accendere uolumus. Plin. lib. 34. cap. 8. 29, Buthyreus Lycius Myronis discipulus fuit, qui fecit dignum præceptore puerum, sufflantem languidos ignes.*

Sufflare buccas. Plaut. Sticho, 1. 4. 41.

Sufflare buccis. Martial. lib. 3. 17.

Sufflauit nescio quid uxori. hoc est, Insufflauit, in aurem dixit. Plautus Casina, 1. 4. 19.

¶ *Sufflatum, dicitur propriè tumidum & rectũ, & quasi uentosum quodam clarius factum. Varr. Agath. Neq; auro, aut genere, aut multiplici scientia sufflatus quærit Socratis uestigia. Nonius.*

¶ *Sufflatio, Verbale* (ὑποφυσίωσις) *Plin. lib. 9. cap. 7. 3, Præterea bullantium aquarum sufflatio, lunæq; effectu concharum quoq; corpora augescentia.*

Sufflata cutis, inflata. Plin lib. 8. cap. 38. 2.

¶ *Sufflamen, pen. prod. sufflaminis, n. g. Retinaculum rotæ decurrentis, ne uelocius decurrat, ut ait Budæus. Ist enim machinæ genus, quo in descensu uel procursu nimio, rota solet retineri. Iuuen. Satyr. 16. 5,*

Quod placitum est illis præstatur tempus agendi:
Nec res atteritur longo sufflamine litis. *Idẽ Satyr. 8. 15,*
Ipse rotam stringit multo sufflamine Consul.

¶ *Sufflamino, sufflaminas, pen. cor. sufflaminare, Sufflamine comprimere & retinere, Seneca 4. Declamat. Tanta illi erat uelocitas orationis, ut uitium fieret. Itaq; diuus Augustus optimè dixit, Aterius noster sufflaminandus est. Vbi alijs legitur, sufflamandus: aliàs, suffibulandus. Meminit Cælius lib. 9. cap. 10. Senec. de morte Claudij, Aliquando Ixionis miseri rotam sufflaminantem.*

Suffoco] *suffocas, penul. prod.* (ἄγχω, πνίγω) *suffocare: ex Sub & Faux compositũ, au in o producta conuersa, significat Spiritũ præcludere, ueluti obstrictis faucib. Ouidius,*

Suffocent animam dira uenena tuam. Lucret. lib. 3. 183,
Aut in melle situm suffocari, atq; rigere Frigore.

Gallum Gallinaceum suffocare. Cic. pro Muræna, 57.

Suffocare fame urbem, pro opprimere & extinguere. Cicero ad Atticum, lib. 9. 17. 5.

¶ *Suffocatio. Verbale* (πνιξ, ἀγχόνη) *Plinius lib. 20. cap. 5. 1, Eius semen contritum, et in uino potum, tumentem aluum, & suffocationes mulierum, doloresq; lenit.*

Suffodio] *suffodis, pen. cor. suffodi, suffossum* (ὑποῤῥύσσω) *suffodere, Subtus excauare. Colum. libro 2. cap. 18. 1, Neque suem uelimus impasci, quoniam rostro suffodiat, & cæspites excitet.*

Suffodere equos, Confodere, enecare. Cæsar 4. bel. Gall. 499.
Suffodere montem. Plin. lib. 36. cap. 15. 6.
¶ Suffossus, Partic. (ὑπωρυγμένος) ut, Suffossa sacella, destructa. Cic. de Arusp. resp. 29, A' Sex. Sarrano sanctissima sacella suffossa, incensa, ædificata, oppressa.
Equus suffossus. Virg. 11. Aeneid. 134.
—quorum alter habenas
Suffosso reuolutus equo, dum colligit, &c. Suffosso, id est, caduro. nam suffossi equi dicuntur, quos uulgò incæspitatores uocant. Alij, suffuso, leguntue id est, præcipiti, & iam cadenti, Seruius.
¶ Suffossio, Verbale. Seneca epist. 50. Quum hostilia in partes tela uibrarent, & ipsum solum suffossionibus tremeret & cuniculis.
Suffrago] pen. prod. suffraginis, f. g. (κνημὴ) Dicitur in posterioribus pedibus animalium, quod in prioribus genua. Vel est nodus sub crure, quo pedis uersura constant, tibiæq; ita annectitur pes, ut uerti possit: id quod spectamus in bobus, equis, & cæteris armētis. Dictæ suffragines, quòd suffringantur, hoc est, in altum frangantur. Constat sanè genua animalium, quæ animal generant, ante se flecti suffragium uerò artus in aduersum. Quæ admodū igitur poplites dicti sunt, quòd pòst plicentur: ita suffragines, quòd subter frangantur. Plin. lib. 8. cap. 45. 7. Victimarum probatio in uitulo, ut cauda articulum suffraginis contingat. Idem, Aues & quadrupedes alàs in priora curuant, suffragines in posteriora. Plin. lib. 8. cap. 15. 2. Nullo suffraginum flexu. Idem libro 30. capite 6. 10, Aquilæ pedes euellunt in aduersum à suffragine, &c.
Suffragines dicūtur etiam uitis soboles. Colum. lib. 4. cap. 24. 3, Et si soboles, quam rustici suffraginem uocant, radicibus adhæres, diligenter explantanda, ferroq; allæuanda est, ut hybernas aquas respuat.
¶ Suffraginosus, pen. prod. Adiect. Equus suffraginosus, cuius suffragines morbo uitiatæ sunt. Colum. lib. 6. cap. 38. 1. de mala, Suffraginosæ hordeacea farina imponitur.
Suffragor] pen. prod. suffragaris (ὑφοφορέω) suffragari à Suffragine, ut ait Sipontinus: significat Adiuuare, fauorem ferre. Virgilius.
Copia me perdit, tu suffragare rogatus. Cic. 1. De legib. 2, Mihi enim uideris fratrem laudando suffragari tibi.
Si nihil erit præter ipsorum suffragium, tenue est: si ut suffragantur, nihil ualent gratia. Cic. pro Muræna, 65.
Nemo ab ignotis hominibus nullis suffragantibus meritis honore afficitur. Cic. de Petit. Consul. 19.
Vide ne hæc ipsa quæ desiderabis, huic suffragata sint. Cicero pro Plancio, 14.
Suffragari & Aduersari, contraria. Cic. 7. Verr. 140.
Laudibus cuiuspiam suffragari. Lent. Ciceroni, lib. 12. 14. 10.
Suffragari alicui ad Consulatum. Cic. 1. Off. cap. 193.
Suffragante natura uidēris res maximas consequutus. Cic. ad Plancum, lib. 10. 5. 6.
Suffragando. Liu. 8. bel. Pun. Conuenerant undiq; non suffragandi modò, sed etiam spectandi causa P. Scipionis.
Suffragatio, Verbale (ὑφοφορία) Cicero pro Muræna, 38, Tum uerò in Consule declarando multum etiam apud uniuersum populū Romanum authoritatis habet suffragatio militaris.
Vrbana suffragatio. Cic. pro Muræna, 37.
Facilis suffragatio pro salute. Cic. pro Domo sua, 36.
Accedere ad dignitatem alterius suffragatione sua. Plancus Ciceroni, lib. 10. 9. 4,
Perdere alicuius officij suffragationem. Cic. pro Milone, 26.
¶ Suffragator, pen. prod. suffragatoris (ὑφοψήφος, ὑφοφόρος)

Qui suffragatur. Plaut. Casin. 6. 20,
Ibi ego te, & suffragatores ulciscar tuos. Plin. epist. 64. b. Cic. pro Muræna, 13, Tua uerò nobilitas Serui Sulpitii tametsi summa est, tamen hominibus literatis & historicis est notior, populo uerò & suffragatoribus obscurior.
¶ Suffragatrix, pen. prod. suffragatricis, pen. prod. fœm. gen. Augustinus de Ciuitate Dei lib. 18. cap. 10.
¶ Suffragatorius, Adiectiuum (ὑφοψηφικὸς) Cic. de Petit. Consul. 18, Modò intelligat te magni æstimare, ex animo agere, bene se ponere, fore ex eo non breuem & suffragatoriam,
¶ Suffragia (ψῆφοι) Voces illæ dicebantur, quæ dabantur in comitijs, & in tabellis describebantur, quibus unusquisque suam declarabat uoluntatem de aliquo in Magistratum eligendo. Fuit olim (inquit Budæus) modus geminus ferendi suffragij in concilij, & sententiæ dicendi in iudicijs. Interdum enim uoce, interdum tabella eo munere fungebantur. Cic. lib. 3. de Leg. 48. Idem 2. de leg. Agr. 20, inquit, Sed tamen magnificentius atq; ornatius esse illo nihil potest, quòd meis comitijs non tabellam indicem tacitæ libertatis, sed uocem uiuam præ uobis, indicem uestrarum erga me uoluntatum ac studiorum tulistis: itaq; me non extrema tribus suffragiorum, sed primi illi uestri consensus, &c. Et pro Plancio, 12, Etenim si populo grata est tabella quæ frontes aperit hominum, mentes tegit, datáq; eam libertatem, ut quod uelint, faciant, promittant autem quod rogentur: cur tu in iudicio eximis, quod non fit in campo? Hactenus Budæus. Cic. 1. de Legib. 64, Si hæc suffragijs, aut scitis multitudinis probarentur. Stat. 2. Syl. 2. 27,
Tempus erat quūm te geminæ suffragia terræ Diriperēt.
Nihil est in suffragijs uoce melius. Cic. 3. de Legib. 49.
Cæca suffragia. Sil. lib. 8. 51.
Corruptum suffragium. Cic. 3. de Legib. 57.
Occulta de honore suffragia. Cic. 2. Offic. 33.
Tristia suffragia. Sil. lib. 15. 145.
Vitiosum suffragium. Cic. 3. de Leg. 50.
Captare suffragia populi. Horat. 2. Epist. 2. 21.
Libera dantur populo suffragia. Iuuen. Satyr. 8. 21.
Ferre suffragium de capite alicuius. Cic. pro Domo sua, 37.
Fieri Consulem cunctis suffragijs. Cic. Paulo, lib. 15. 12. 1.
Flagitare confusionem suffragiorum. Cic. pro Muræna, 45.
Indulgere suffragio alicuius. Vide Indulgeo.
Inire suffragia. Vide Ineo.
Mittere in suffragium. Vide Mitto.
Vnusquisq; studio & suffragio suo uiam sibi ad beneficium impetrandum munire possit. Cic. 2. de leg. Agr. 31.
Ornare suffragio. Vide Orno.
Priuare populum suffragijs. Cic. 2. de lege Agr. 31.
Tegere suffragium. Cic. 3. de Legib. 55.
Ciſtæ suffragiorum. Plin. lib. 33. cap. 2. 1.
Suffragium, à Frango, frangis, fra syllaba correpta, inuenitur. Ouid. de Nuce, 24,
Quid nisi suffragium nimbis ruit antibus esse?
Legitur & suffragium nimbos uitantibus.
Suffrenatio] suffrenationis, Colligatio & arcta structura, quæ lapidem uelati fræno retineat. Plin. lib. 36. cap. 22. 12. Globosus, cōtra inturias fortis, sed ad structurā infidelis, ni si multa suffrenatione deuinctus. De quodā lapidis genere.
Suffrico] suffricas, pen. corr. suffricui, suffrictum: & suffricaui, suffricatū (ὑποτρίβω) Suffricare. Colū. lib. 12. cap. 23. 2, Nam oportebit post hunc numerum dierum confestim uini emundare, & si quid fœcis aut labris uasorum, aut lateribus inhæsit, eradi, ac suffricari, & proximis operculis impositis oblini.
Suffricare palpebras medicamento. Celsus lib. 6. cap. 6.

Suffringo]

Suffringo] suffringis, suffregi, pen. prod. suffractum (ὑπάγνυμι) Suffringere, Aliquantulum, siue per medium frangere. Plaut. Rud. 24. 15,
Homini isti talos suffringi uolo. Idem Truc. 12. 6,
—ut ego hisce Suffringam talos. Cic. pro Rosc. Amer. 34, Quòd si luce quoq; canes latrent, quùm deos salutatum aliqui uenerint, opinor ijs crura suffringantur, quòd aeres sint etiam, tum quum suspicio nulla sit.
Suffrio] suffrias, pen. corr. (ὑποτρίβω) Suffriare, Idem quod friare, siue minutim admodum friare. Colū. lib. 12. cap. 38. 3, Scopulis aridæ myrti seria suffriatur, operculumq; superimponitur, nequid eò decidat. Quædam exemplaria hic legunt, suffricatur: & fortasse rectius.
uffuerat] Sub eodem tecto fuerat. Festus.
Suffugio] suffugis, pen. corr. suffugi, pen. prod. suffugitum, pen. corr. (ὑποφεύγω) Suffugere, Clàm aufugere. Liu. 4. bel. Pun. 209, Imber à nocte media coortus, custodes, uigilesq; dilapsos è stationibus suffugere in tecta coegit.
Natura deūm suffugit tactum manuum. Lucret. lib. 5. 30.
Sensum suffugere. Lucret. lib. 4. 72.
¶ Suffugium, suffugij (ὑποφυγὴ) Quò quis aufugit auxilij gratia. Quint. lib. 9, Hæc diuerticula & anfractus suffugia sunt infirmitati. Ouid. de Nuce, 24.
Suffulcio] suffulcis, suffulciui, suffulcitum, pen. prod. uel suffulsi, suffultum (ὑπερείδω) Suffulcire, Subtus fulciendo sustinere. Plaut. Milit. 5. 54.
Ecce autem ædificat, columniam mento fulcit suo.
Cibus suffulcit artus. Lucret. lib. 4. 175.
¶ Suffultus, Particip. (ὑπερηδεὶς) Author ad Heren. lib. 4. 156, Nam grauis figura, quæ laudanda est, propinqua est, ea quæ fugienda est: quæ rectè uidetur appellari, si suffulta nominabitur.
Porticus suffulta paribus columnis. Lucret. lib. 4. 66.
Suffumigo] suffumigas, pen. corr. (ὑποκαπνίζω) Suffumigare, Idem quod simplex Fumigo, uel subtus fumus excito. Varro 3. de Re rust. cap. 16. 28, Si ex aluo minus frequentes euadunt, ac subsidit aliqua pars, suffumigandum, & propè fumus apponendus hene olentium herbarum, maximè apiastri, Celsus lib. 6. capite 6, Suffumigare oculos acribus medicamentis.
Suffumigare uulnus. Celsus lib. 5. cap. 27.
Suffumigare sulphure. Celsus lib. 4. cap. 20.
Suffundo] suffundis, suffudi, suffusum, penult. prod. (ὑποχέω) Suffundere, Superfundere, aut deorsum inijcere. Plaut. Curcul. 4. 3,
Mane, suffundam aquulā. Idem Cistel. 2. 27. Colum. lib. 6, Lassæ & æstuanti mulæ ad os in fauces dimittitur, utrunque in os suffunditur.
Suffundere uires cibo. Varro 2. de Re rust. cap. 8. 3.
Suffundit se sinus. Celsus lib. 7. cap. 2, Nā ubi post longos morbos totus corporis habitus uitiatus est, lateq; se sinus suffundit, & in eo pars cutis pallet: scire licet eam iam emortuam esse, & inutilem futuram.
Suffundere aciem oculorum, pro Turbare. Seneca de Ira, 2.
Suffunditur oculi. Sen. 2. de Clem. Imbecilles oculos esse scias, qui ad alienam lippitudinem suffunduntur.
Suffundere, Forinsecus spargere. Virg. lib. 1. Georg. 86,
At si uirgineum suffuderit ore ruborem,
Ventus erit. Seruius, Suffuderit, Forinsecus habuerit. Lucret. lib. 3. 8, Omnia suffundens mortis nigrore.
Maculis suffundi. Stat. 11. Thebaid. 25.
¶ Suffusus, pen. prod. Partic. (ὑποχυθεὶς, ὑποκεχυμένος) ut, Genæ suffusæ igne. Senec. Herc. Oct. 10. 24.
Candor suffusus purpureo sanguine. Stat. 2. Syl. 1. 9.
Lachrymis oculos suffusa. Virg. 1. Aeneid. 47.
Impudentia in ore multo rubore suffusa. hoc est, Præ impudentia rubicundam & robore conspersam faciem habens. Plin. in Paneg. 78.
Suffusus rubor alicui dicitur, genis aspersus, quod pudoris indicium est. Liu. 10. bel. Pun. 673, Masanissæ, hæc audienti non rubor solùm suffusus, sed lacrymæ etiam ortæ.
Suffusus æther calore. Cic. 2. de Nat. deor. 79, Nam tenuis ac perlucens & æquali calor suffusus æther, non satis aptus ad stellas continendas uidetur.
Suffusus cordi sanguis. Cic. 1. Tusc. 30.
Suffusus sanguis oculis, & suffusi cruore oculi. Plin. libro 20. cap. 13. Idem lib. 31. cap. 9. 3.
Lingua est suffusa ueneno. Ouid. 2. Metam. 156.
Suffusus maleuolentia animus in cæteros, id est, Plenus iræ & maleuolentiæ. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 61.
Sales suffusi felle. Ouid. 2, Trist. 113.
¶ Suffusio, Verbale (ὑπόχυσις) Plin. lib. 22. cap. 23. 9, In tussi uua, fellis ueteri suffusione.
Suffusio, Morbus oculorum, quem uulgò cataractam uocant. hæc aūt paracentesi curatur. Est autem paracentesis, quæ manu fit à chirurgis, dum curari aliter morbi non possunt. Inungitur prius locus, deinde uel acus uel hamulus infigitur: idq; paracentesis dicitur. Hæc Sipontinus. Plin. lib. 21. cap. 20. 4, Habet suas utilitates contra suffusiones oculorū. Cels. lib. 6. cap. 6, Suffusio quoq;, quā Græci ὑπόχυσιν nominant, interdū oculi potentiæ, qua cernit, se opponit. Quod si inueterauerit, manu curandum est. Inter initia nonnunquam etiam certis obseruationibus discutitur.
Suffundatus] pen. prod. Adiect. (ὑποθεμελιωθεὶς) Dicti à fundamentis, ut ait Nonius. Varro, Antiqui nostri domibus lateritijs paululum modò lapidibus suffundatis, ut humorem effugerent, habitabant.
Suffuror] pen. prod. suffuraris (ὑποκλέπτω) Suffurari, Clàm furari. Plaut. Trucul. 11. 13,
Hæc cū uideo fieri, suffuror, sustollo, de præda prædam
Suffusio, Suffusus] Vide Suffundo. (capio.
Sugamber] à quo Sugambri dicti sunt, pater Melonis fuit. is in triumphum tractus est à Germanico. Strabo lib. 7.
Sugambri] Vicini Rheni amnis accolæ, belli exordia sæpiùs tarunt aduersus Romanos, cùm eos antea Drusus Romano subiugasset imperio. Strabo lib. 7.
Suggero] suggeris, pen. corr. suggessi, suggestū (ὑποβάλλω, ἀνάμειξω) Suggerere, Subministrare. Plaut. Mencch. 5. 30,
Madida quæ mihi apposita mensam miluinam suggerāt.
Cibos suggerere alicui. Stat. 9. Thebaid. 149.
Tellus suggerit alimenta. Ouid. 15. Metam. 17.
Syluæ feras suggerunt. Plin. epist. 32.
Sumptus alicui rei suggerere. Terent. Adel. 1. 1. 37.
Copiam argumentorum suggerere. Cic. 2. de Orat. 64.
Materiam crimínibus suis suggerere. Liu. 3. ab Vrbe, 51.
Suggerebantur etiam sæpe damna alcatoria. Cicero 2. Philip. 77.
Ludum alicui suggerere. Cic. ad Attic. lib. 12. 257. 4.
Rationes alicui sententiæ suggerere. Cic. 3. de Nat. deor. 102.
Ambiguum explicatur, quum ea uerba quæ desunt, suggesta sunt. Cic. 2. de Orat. 61.
Suggerit res, Exigit, & postulat. Vlpian. in l. ex facto circa finem. ff. de hæred. instit. Quæ res in proposito quoq; suggerit, ut Italicarum rerum esse credantur eæ res, quas in Italia testator esse uoluit.
Bruto statim Horatium suggerunt. Liu. 2, Vrbe, 36. id est, In locum sufficiunt.
Suggero, pro Refero. Iustinianus lib. 2. tit. de fideicommiss.

hæred.§.sed quia stip. Idro omnibus nobis suggestis tam si-militudinibus, quàm differentijs utriusq; Senatusconsulti, placuit, &c.

Suggerere, pro Subijcere in memoriam. Cic. 2. de Fin. 74, Vbi sī memoria fortè defecerit, tuum est ut suggeras.

¶ Suggestus, huius suggestus, m. g uel Suggestum, suggesti (ξύμα) à Suggero, quòd ibi ligna suggerantur, in quibus stari possit. Significat etiam locum editiorem. Varro lib. 3. de re Rust. cap. 5. 13. Ex suggestu faleris, ubi solent esse peripetasmata, prodeunt anates in stagnum, & nant.

Suggestus comæ, Globus capillorum. Stat. 1. Sylu. 2. 23.

Suggestus (ἀνάβασις ὀχθου) Pulpitum: hoc est, locus excelsior, unde oratio haberi ad populum solet. Liu. 8. ab Vrbe, 77, Naues Antiatium partim in naualia Romæ subductæ, partim incensæ rostrisq; earum suggestum in foro extructum adornari placuit. Cic. 5. Tusc. 84, Idemq; quam in communibus gestis consistere non auderet, concionari ex turri alta solebat.

Suggestus, huius suggestus, ipse suggerendi actus. Vlpian. in l. 1. §. ff. de magist. conuen. Si curatores fuerunt minus idonei dati, dicendum est, teneri magistratus oportere, si ex suggestu eorum, uel nominibus ab eis acceptis præses dederit.

Neq; illuã in suggestum in quo causam dixerat ascendenti signum, sibi ullum quod consuesset à deo, quasi mali alicuius impendentis datum. Cic. 1. de Diuin. 202.

Suggredior] suggrederis, suggressus sum, suggredi, penult. corr. (ὑποβαίνω) Verbum deponens, pro Latenter gradi. Tacit. lib. 2, Suggressiq; propius speculatores. Idem lib. 4. cum accusatiuo, Quos dux Romanus acie suggressus, &c.

Suggrunda] suggrundæ uel Sugrundia, suggrundiorum (ὑπορροαὶ) Partes tecti prominentes, quibus stillicidia à parietibus arcentur. Varro lib. 3. de re Rust. Aues subtus suggrundas, ab initio uillatico usæ tecto. Budæus.

¶ Suggrundatio, suggrundationis, Verbale. Vitruuius lib. 4. cap. 2, Sub tectis si maiora spacia sunt, columen in summo fastigio culminis, unde & columnæ dicuntur, & transtra, et capreoli. Si commoda, columen, & canterij prominentes ad extremam suggrundationem.

¶ Suggrundari, antiqui dicebant sepulchra infantium, qui necdum 40. dies implessent, quæ nec iam busta dici poterant, quia ossa quæ comburentur, non erant, nec tanta cadauerris immanitas, qua locus tumesceret. Vnde Ruuil. Gemin. Asseyadit, Melius suggrundarium quæreres, quàm sepulchrum. Hæc Fulgentius de prisco sermone.

Sugillo] sugillas (ὑποπελίζω) sugillare: uel, ut quibusdam placet, Suggillo, duplici g. Ex percussu carnem maculare. A Sugendo dictum, quòd succus, hoc est liuor deducatur.

Sugillare propriè de facie dicitur, quum contusa facies liuidis maculis dehonestata apparet: sic enim sugillata in facie dicuntur, ut ubices in corpore. Plin. lib. 31. cap. 9. 3, de sale loquens, Ex ictu suffusis cruore oculis, sugillatisq; cum myrrhæ pari pondere. Idem lib. 27, Caseus recens cum melle sugillata emendat. Budæus.

¶ Sugillatum dicitur ex Græco, quòd ea pars quæ est sub collo, ποίλον ab eis dicitur. Festus.

Sugillare (αἰσχροποιεῖν) pro Pudorem & existimationẽ lædere, & quasi bonam famam exugere. Vlpianus l. sed si hac lege. D. de in ius uoc. Si famosa actio non sit, uel pudorem non sugillet. Liu. 4. ab Vrbe, 155, Petisse uiros domi militiæq; spectatos: primis annis sugillatos, repulsos, risui patribus fuisse: desisse postremò prebere ad contumeliam os.

¶ Sugillatio, Verbale (ὑποπελισμὸς) Plin. lib. 7. cap. 45. 4, Iuxta hæc Variand clades, & maiestatis eius fœda sugillatio, hoc est, iusta infamiæ nota.

Sugillatio, Liuor ex ictu. Plin. lib. 32. cap. 7. 7. Reliquæ carnes impositæ sugillationem rapiunt.

Sugo] sugis, suxi, suctum (μύζω, μυσσω, ἀμύσω) sugere, Succũ labris extrahere. Cic. 2. de Nat. deor. 182. Alia sugunt, alia carpunt, alia uorant, alia mandunt. Idem 3. Tusc. 4, Vt penè cum lacte nutricis errorem suxisse uideamur.

Vbera sugere. Ouid. 2. Fast. 84.

¶ Suctus, huius Suctus (μύδημα) Plin. lib. 28. cap. 3. 1, Quorundam hominum tota corpora prosunt, ut ex his familijs quæ sunt terrori serpentibus, tactu ipso leuant percussos, suctue modico. Idem lib. 8. cap. 36. 2.

Sui] sibi (ἑ, ἑό, ἑός) Pronomen reciprocum. Duo sunt pronomina reciproca: alterum primitiuum, quod uocant Sui, sibi, se, à se, generis omnis, & utriusq; numeri: alterum possessiuum, Suus, sua, suum. Reciproco pronomine nunquam Latinè utimur, nisi aliquod præcesserit nomen in eadem oratione, aut altera unita per copulam, ad quod refratur. nam, Vis patrem suum, Pone ad pedes suos, Dedit sibi, &c. pro illius, eius, & ei, barbarè dicuntur. Dixi, Aut altera unita per copulam. nam, Obsecrauit me ut se adiuuarem, Petijt me ut suo filio opitularer: Latinè dicitur. Sed si tollas copulam, barbarismus erit. ut, Petrum semper amaui, filio suo non tam bene cupio: non Latinè dicitur. Brutus ad Cic. lib. 11. 9. 3. Bellum nobis redintegrare possit Antonio sibi cõiuncto. Cic. ad Sulpitium, lib. 13. 21. 2, Meamq; commendationem usui magno sibi fuisse.

Offensio aduersarij, commendatio sui. Cic. in Orat. 68.

Dissimile sui. Ouid. 11. Metam. 55.

Vt & sui & Metrodori memoria colatur. Cicero 2. de Finibus, 161.

Natura est lena sui. Cic. 1. de Nat. deor. 104.

Oblitus sui. Virg. 3. Aeneid. 126.

Imitantes genitorem & effectorem sui. Cic. de Vniuers. 54.

Hosne uiros tam cupidos sui perire uoluit? Cic. pro Sylla, 56.

Nihil malo, quàm & me mei similem esse, & illos sui. Cic. Att. libro 9. 189. 2.

Error uulgi utentis, uel potius abutentis Sui, pro Eius & Illius, partim inde profectus est, quòd nonnulli authores his abusi uideantur: partim quòd ita obscurè usi sint, ut minus periti nequeant perspicere, ad quod fiat reciprocatio. Interdum tamen Latinè pro Sui & Suus, licet uti Ipsius, Eius, uel Illius, & maximè amphibologiæ uitandæ causa: nonnunquam ustietatis aut ornatus gratia. Omnes optant quod sibi utile est tibi, ipsi: ille repetit quod suum siue ipsius est. Hæc indifferentia sæpe sit interuentu præpositionis: sed crebrius per Ipse, quàm Is. Quintilianus, Quanquam aliqui reperiuntur, qui ne id quidem quod in ipsos recidere possit, euitent.

Hæc autem præpositio Inter, id habet peculiare, ut si antecesserit genitiuus, datiuus, aut ablatiuus, semper liceat uti Ipse & Sui. Si præcesserit accusatiuus aut nominatiuus, reciprocum postulat. Cic. de clar. Orat. 42, Nec mihi cæterorum iudicio uidetur solum, sed etiam ipsorum inter ipsos concessu ita tributum fuisse. Id de genitiuo exemplum est. Nunc de datiuo. Quint. lib. 8. cap. 6, Circa quem inexplicabilis & grammaticis inter ipsos, & philosophis pugna est. De ablatiuo. Idem lib. 10. cap. 2, Nam in magnis quoq; authoribus incidunt uitiosa aliqua, & à doctis inter ipsos etiam mutuò reprehẽsa. Exempla de nominatiuo & accusatiuo. Cic. 3. Offic. 139, Quòd inter se omnes partes quodam lepore consentiũt. nõ, inter ipsas. Idem 3. Offic. 58, Damonem & Pythiam Pythagoræus ferunt hoc animo inter se fuisse. non, inter ipsos. Id quod dictum est de primitiuo, itidem fit in possessiuo Suus. Tamen hic nonnulla differentia est, eam uide.

Si substantiuum reciproci Suus, respicit ad suppositum uerbi, id est, nominatiuum qui præcedit uerbum, tum elegantius utimur Suus, quàm Ipse, aut Eius: ut, Miseretur nostri Deus propter suam clementiam. Inclamat me ante domum suam? potius, quàm eius. Si substantiuum respicit ad oppositũ uerbi, id est, obliquũ qui sequitur uerbum: tum præstat uti Ipse, aut is, quàm Suus: ut, Eicci columbã è nido ipsius. Allo quanti sum Petrum ante domum eius: potius, quàm suam. Tamen nec ratio, nec authoritas uetat contrarium fieri. Si tamen appositio adiungatur adiectiuum aut uerbum, ad quod fiat reciprocatio: Suus utendũ est, non ipsius. Video columbam tristem in periculo pullorum suorum.

Suus, possessiuum non semper reciprocè accipitur, sed interdũ pro proprius: ut, Suus cui mos est, Sua cuiq; scientia. Virgilius eclog. 2. 13,

Trahii sua quenq; uoluptas. Idem eclog. 3. 13.

Viuit cum suis. Iucundus est inter suos, &c. Hæc Erasmus, ex Vallæ opusculo de reciprocis.

Imperiosus sibi. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 17.

Cum sibi negocium daret Antonius. Cicero Attic. libro 15. 329. 15.

Sibi aliquando iungitur Suo, nulla necessitate, sed tantùm cuiusdam festiuitatis gratia. Cicero, Suo sibi uictitant succo. Colum. lib. 12. cap. 54. 2, Singula suo sibi iure abluito, Terent. Adelph. 5. 8. 36,

——suo sibi hunc

Gladio iugulo. Gellius lib. 5. cap. 10, Suo sibi argumento confutatus est.

Se, aliquando similiter positum reperitur. Plaut. Casin. 14. 19,

Nescio quid se fusflauit uxori suæ.

Negauit posse, quando arcesso, mittere.

Abijcere se. Vide Abijcio.

Abripere se ab aliquo. Vide Abripio.

Auertit se ex oculis. Virg. 4. Aeneid. 78.

Colligere se. Vide Colligo.

Ad seuersum. Vide Ad præpositionem.

Sese. Virg. 3. eclog. 14,

At mihi sese offert ultrò meus ignis Amyntas. Vide Suus, suo ordine.

Suitas] suitatis: receptum posterioribus seculis uerbum, ingiurisprudentiam inuectum est. Est uero suitas (uti definiuit Alciatus) hæredum qualitas, qui primum in potestate paterna locum obtinent, continuationem dominij necessitatéq; successionis inducens. §. sui autem. Instit. de hæred. qualit. & different.

Suidas] Grauis author Græcus, quem tanten in Geographia sua Strabo extremo lib. 7. fabulosum authorem appellat: Suidas (inquit Strabo) in rebus Thessalicis fabulosa multa tradit, ad gratiam locutus.

Suille, & Suillus] Adeict. Vide Sus.

Sulcus] sulci, m. g. (αὖλαξ, ἀμάρα, ῥαιστὴ) Proscissio terræ in longum producta, in quo à scrobe differt. Vnde tertio, quarto, quinto sulco fenere dicimus: id est, ter, quater, quinquies arãdo. Plin. lib. 18. cap. 21, Quarto seri sulco Virgilius existimatur noluisse, quam dixit,

Illa seges demum uotis respondet auari

Agricolæ, bis quæ solem, bis frigora sensit. Hoc est, Quæ bis per æstatem, bis per hyemem aratur. Ibidem, Spissius sulcum, sicut plerunq; in tenui, quinto sulco seri melius est. Cic. 2. de Diuin. 74, Quũ terra araretur, & sulcus altius esset impressus. Varro 1. de Re rust. cap. 29. 2, Quũ aratrum uomere lacunam striam facit, sulcus uocatur.

Sulcus, Aratio. Virg. 1. Georg. 14,

At si non fuerit tellus fœcunda, sub ipsum

Arcturum tenui sat erit suspendere sulco. Ibid. 43,

Vere fabis satio: tunc te quoq; medica putres

Accipiunt sulci. Seruius.

Sulcus, pro Fossa ponitur in longum proscissa, ad uineaꝝ uel arborũ surculos in seminario deponendos, quando & ipsa quædam terræ proscisio est. Virg. 2. Georg. 58,

Aut sim uel tenui uitẽ committere sulco. Ibid. 5. Seruius.

Sulci, inquit Festus, appellantur qua aratrũ ducitur, uel sationis faciendæ causa, uel urbis condendæ: uel fossura rectis lateribus, ubi arbores serantur. Virg. 1. Aeneid. 86,

Pars optare locum tecto, & cõcludere sulco. id est, fossa, ut ait Seruius. Claud. 2. de raptu Proserp. 86,

——& ora satiscunt

Vulneribus, grandesq; rubent in pectore sulci.

Sulcus, inquit Nonius, omne quicquid in longitudine deductum est, dici potest, ueterum authoritate doctorum. Virgilius 3. Georg. 88,

——& linguis micat ore trisulcis.

Leni canebant æquora sulco. Valer. 3. Argon. 7.

Alius per gramina sulcus. Stat. 6. Thebaid. 63.

Aquarius sulcus. Vide Aqua.

Vasti sulci in puluere. Stat. 12. Thebaid. 55.

Sata æquant sulcos. Virg. 1. Georg. 23.

Arent sulci. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 6.

Delet sulcos iterata priores orbita. Stat. 6. Thebaid. 83.

Instituere sulcos telluri. Virg. eclog. 4. 7.

Infundunt pariter sulcos. Virg. 5. Aeneid. 29.

Infodere sulcum. Vide Infodio.

Oblimare sulcos inertes. Virg. 3. Georg. 28.

Longis sulcis obruta semina. Ouid. 1. Metã. 25.

Cerealibus sulcis obruta herba. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 3.

Patefacere sulcum impresso aratro. Ouid. 3. Metam. 21.

Subigere arua sulcis. Plin. lib. 18. cap. 19. 4, Omne aruum rectis sulcis, nõx & obliquis subigi debet.

¶ Sulculus, pen. corr. Diminutiuum (αὐλάκιον) Colum. libro de Arboribus, cap. 30, Surculis disponi per sulculos pedales conuenit.

¶ Sulco, sulcas (αὐλακίζω) sulcare, Sulcos facere, terrã in sulcos proscindere. Colum. lib. 11. cap. 2. 35, In subacta iam terra latiores porcæ sulcantur. Idem lib. 2. cap. 2. 21, Bubul cum autem per proscissum ingredi oportet, alternisq; uersibus obliquum tenere aratrum, & alterius recto, plenoq; sulcare.

Agros sulcare. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 17.

Aequor sulcare. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 7.

Sulcare cutem rugis. Ouid. 3. Metam. 56.

Fluctus sulcare remige. Claud. 4. Paneg. 76.

Humum sulcare uomere. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 14.

Longa sulcat maria alta carina. Virgil. 5. Aeneid. 40.

Sulcare maria arbore. Vide Mare.

Pedibus sulcare pruinas. Propert. lib. 1. eleg. 8. 2.

Longæ sulcant uada salsa carinæ. Virg. 5. Aeneid. 32.

¶ Sulcatus, pen. prod. Particip. (αὐλακισμένος) ut,

Humus sulcata. Claud. 1. de raptu Proserp. 38.

Aequora sulcata. Senec. Agamemn. 6. 10.

Rura sulcata colono. Claud. 7. Paneg. 84.

Rura sulcata uomere. Lucan. lib. 1. 34.

¶ Sulcator, pen. prod. Verbale (αὐλακιστὴς) ut, Sulcator nauita Ponti Sil. lib. 7. 73.

Vndæ umbriferæ sulcator, Charon. Stat. 8. Thebaid. 4. Idem lib. 11. Thebaid. 118,

——nigri sulcator Auerni.

¶ Sulca-

¶Sulcatim,pen.prod. Aduerbium,Per ſulcos.Pomponius,Gerens præterea ſulcatim conciſam faciem.

Sulfur] Vide Sulphur.

Sulgas]Fluuius eſt ex Alpibus in Rhodanum defluens ad urbem.Strabo lib.4.

Sullanus]συλλανὸν,pro Syllanus,à Sylla:de quo ſuo loco.Cicero ad Atticum,libro 10.197.11, Non fuiſſet & illa nox tam acerba Africano ſapientiſſimo uiro, non tam dirus ille dies Sullanus callidiſſimo uiro C.Mario,ſi nihil utrunq; eorum feſelliſſet.

Sullaturire]Vide Proſcripturire,in Proſcribo.

Sulmo]σολμῶν,Oppidum in Brutijs,Peligne regionis,Ouidij patria.Vnde ipſe ait, 4.Triſt.eleg.9.1,

Sulmo mihi patria eſt gelidis uberrimus undis,
Millia qui nouies diſtat ab Vrbe decem.Dictus Sulmo, à Solemo Aeneæ comite,cõditore eius urbis.Idem 4.Faſt.16. Meminit huius Plin.lib.3.cap.5.Cn.Magnus Lentulo,in epiſtolis ad Att.lib.8.161.2,Nam partim Albæ,partim Sulmone collocauit,neq; ſi uellet,expedire poſſet.

Aquoſi Sulmonis hoſpes.Ouid.3.Amor.eleg.14.3.

Sulphur]ſulphuris,pen.corr.n.g.(θεῖον,θείου)Scribi poteſt & ſulphur,Græcis thion dicitur.In uenis terræ ceu decoctus quidam ardor eſt,tam ualida & firma partium confuſione, ut oleum eius arte nulla ſeparari poſit in rebus cæteris.Plin.lib.35.cap.15.5,de ſulphure,Naſcitur in inſulis Aeolis inter Siciliam & Italiam,quas ardere diximus. Sed nobiliſſimum in Melo inſula. In Italia quoq; inuenitur in Neapolitano, Campanoq; collibus,qui uocantur Leucogæi:quod eſt cuniculis effoſſum,perficitur igni.Genera quatuor,&c. Lege totum caput.

Cæruleum ſulphur.Claud.4.Paneg.65.

Calido de ſulfure fumat aqua.Ouid.1.de Arte,52.

Lurida ſulphura.Ouid.14.Metam.159.

Lutea ſulphura.Ouid.14.Metam.71.

Odorum ſulfur.Claud.5.Paneg.51.

Puro de ſulfure fumi cærulei.Ouid.4.Faſt.149.

Sacrum ſulfur.Perſ.Satyr.2.3.

Viuum ſulfur.Ouid.1.de Remedio amor.52.

¶Sulphuratus,pen.prod.Adiect.(θειωτὸς)Quod ſulphur habet.Plin.lib.31.cap.3.18,Depreſſis puteis ſulphurata uel luminoſa occurrentia putearios necant.

¶Sulphuratio,Verbale.Senec.lib.3.Natural.quæſtionum,Aut æſtus corrupêre naturã,aut ſulphuratio contraxit humorẽ.

¶Sulphurata, pen. prod. (τὰ θειωθέντα) Ligna dicuntur exilia, ſulphure ab utraq; parte intincta,ad accendendas lucernas. Martial.lib.1.125,

Qui pallentia ſulphurata fractis
Permutat uitreis.

Sulphurata lana,apud Celſum,lib.4.cap.5.

Sulphurata merx.Mart.lib.12.53.

Sulphuratum ramentum.Mart.lib.10.3.

¶Sulphureus,Adiect.(θειώδης) Quod ſulphuris odorem,uel colorem reddit.Plin.lib.36.cap.19.4.Quum uritur, odorem ſulphureum reddit.

Antra ſulphurea.Stat.1.Sylu.2.53.

Color ſulphureus.Plin.lib.35.cap.6.11.

Fornacibus ſulphureis ardet Aetna.Ouid.15.Metam.68.

Lux ſulphurea.Plin.lib.35.cap.15.5.

Vndæ ſulphureæ.Stat.1.Thebaid.18. (quitur.

¶Sulphuraria,ſulphurariæ(θειαργεῖον)Locus ubi ſulphur co-

Sulpitius]Galba,Romanus quidam,à quo horrea Sulpitia dicta leguntur apud Horat.4.Carm.ode 12,

Nardi paruus onix eliciet cadum,
Qui nunc Sulpitijs accubat horreis.

Sultis] εἰβόλιτε, ueteres dixerunt pro Si uultis Plaut. Capt.7.96,

Seruate iſtum ſultis,intus ſerui,ne quoquam pedem
Efferat ſine cuſtode.Idem Aſin.1.1,
Hoc agite ſultis,ſpectatores,nunc iam. Feſtus.

Sum]es,eſt (εἰμί,ὑπάρχω,γίνομαι,γίγνομαι,πέλω,πέλεμαι,πυρέω,τελέω) Verbum ſubſtantiuum,dictum quòd per ſe ſubſtet,nec indigeat alio, ſed in ipſum cætera uerba reſoluantur.ut,Ego lego:id eſt,Ego ſum qui lego. Tu legis: tu es qui legis.

Omne quod eloquimur,ſic ut id aut eſſo dicamus,aut non eſſe. Cic.2.de Orat.86.

Sum, ſæpenumerò præpoſitis pronomimibus demonſtratiuis, non poſitum,intelligitur.Virg.1.Aeneid.125,

Tũne ille Aeneas, quem Dardanio Anchiſæ. Idem 3. Aeneidos,9,
Nam Polydorus ego.

Sæpe etiam demonſtratiuis aduerbijs poſitis,non eſt neceſſe huiſmodi uerbum ponere.Virg.3.Aeneid.96,

Ecce tibi Auſoniæ tellus.

Item, nomine ſubſtantiæ poſito idem uerbum frequentiſſimè deficit,Lucan.lib.1.2,

Quis furor,ô ciues?quæ tanta licentia ferri? Virgilius 4.Aeneid.82.

Qualis quoq; & Quantus,ſi addantur in oratione,deſunt aliquando uerba ſubſtantiua.Iuuen.Satyr.10.16,

O qualis facies,& quali digna tabella.

Sum,copulat aliquando ſimiles caſus.Virg.1.Aeneid.110,

Rex erat Aeneas nobis.

Sum, Genitiuo iungitur quinq; modis.Primo, quando ſignificat poſſeſſionem.Virg.eclog.3.1,

— cuium pecus?an Meliboei? Terent.Heaut.5.2.32,
Non eſſe horum te arbitror.

Iam me Pompeij totum eſſe ſcis.Cic.Cælio,lib.2.12.4.

Secundo,quando notat laudem uel uituperationem: ut, Hoc pecus eſt magnæ utilitatis,uel magni detrimenti.Cuius loco aliquando ponitur ablatiuus:ut,Catilina fuit magna ui corporis & animi.Plaut.Menæb.3.24,

Ita eſt adoleſcens ipſius eſcæ maxumæ.Idem Moſtel.9.86,
Magni ſunt oneris:quicquid imponas,uehunt.

Tertio,quando nullum habet nominatiuum,ſed gentiuum cum infinitiuo:& ſignificat intereſt:ut, Diſcipuli eſt honorare magiſtrum. Cicero pro lege Manil.11, Erit igitur humanitatis noſtræ,magnum eorum ciuium numerum calamitate prohibere.

Hæc non erant eius,qui,&c.Cic.2.de Finib.163.

Boni iudicis eſt,facere coniecturam.Cic.6.Verr.29.

Hominis ingenui eſt,bene uelle,&c.Cic.3.de Fin.87.

Eſt miſerorum,ut maleuolentes ſint,atq; inuideant bonis.Plautus Capt.11.52.

Non eſt noſtrum onus:id eſt.Non pertinet ad onus nobis impoſitum.Cic.Att.lib.103.3.

Nihil æquè diſſoluendæ religionis eſſe,quàm,&c.Liu. Iudicabunt enim prudentiſſimi uiri, nihil æquè diſſoluendæ religionis eſſe,quàm ubi non patrio,ſed externo ritu ſacrificaretur.Idem,Nihil tam æquandæ libertatis eſſe,quàm potentiſſimum quenq; cauſam poſſe dicere.Vbi(cauſam) accuſatiuum ſubintelligendum puto.Budæus.

Tota facultas eius rei tua eſt.Cic.Plancio,in epiſt.ad Atticum,libro 16.245.2.

Non eſt noſtri ingenij,ueſtri auxilij eſt iudices, huic ſubuenire. Cic.pro Cluentio,2.

Quarto,quando ſumitur pro Valet,& ad precium tendit: ut, Quanti eſt ſumito:pro, Quantum ualet.In qua ſignificatione iungitur

ne iungitur etiam ablatiuo,ut,Eſt tribus ſeſtertijs modius:ut in ſubſequentibus apparet.Terent.Adelph.5.9.20,

Argentũ quãti ſumito.id eſt,Quanto precio uolet, ait Donatus.Cic.lib.2.Offic.121,Vt commodius putarẽt numerari ſibi quod tanti eſſet, quàm ſuum recuperare. Idem ad Brutum,12.2.

Magni apud aliquem eſſe.Cic.Seruilio,lib.13.73.4.

Minus penſi eſſe. Liu.lib.4.Decad.4, Si tales effetis, quales eſſe Carthaginenſes fama eſt, apud quos nihil ſocietatis fides ſancti haberet,in me quoq; uobis quid faceretis, nimis penſi eſſe,non mirarer.Vide Penſum,in Pendo.

Plurimi eſſe.Cic.in Parad.62.

Emere denario,quod ſit mille denariũ.Cic.3.Offic.123.

Eſt tribus ſeſtertijs modius. Cicero in Verrem, Veriẽ inuero quã eſſet ſeſt.binis, aut etiam triniis, quibuſuis in locis prouinciæ.De medimno loquitur.Idem pro Roſc.Amer.3, Bona patris huiuſce Sex. Roſcij quæ ſunt ſexagies, quæ duobus millibus nummũm ſeſe dicit emiſſe.

Quinto,quando manſionem ſignificat:ut, Ego ſum domi meæ, tu es domi tuæ.Item, Domi ueſtræ, domi noſtræ, domi alienæ.Vbi notandum eſt,quòd cum alijs genitiuis non iungere tur:neq; enim diceremus,Ego ſum domi honeſtæ, & domi pulchræ:ſed,In domo honeſta,& in domo pulchra. Et licet dicere,Sum domi,& ſum in domo:ſicut, Egredior domo,et egredior è domo.

Nonne mauis ſine periculo tuæ domi eſſe, quàm cum periculo alienæ?Cic.Marcello,lib.4.7.12.

Non licet mihi eſſe Romæ.Cic.4.Verr.70.

Sum,Datiuo etiã iũgitur,& ſignificat Habeo. Virg.1.Aen.15,

Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore Nymphæ.

Eſt illis ars inter ſe blandiri.Plin.lib.10.cap.37.2.

Eras mihi mortuus:pro,Videbaris mihi mortuus. Plaut.Perſa, 2.2.1.

Duobus datiuis,pro Dat uel afficit.Plaut.Aſin.11.24.Cic.Curioni,lib.2.6.1,Sed tibi & gratulor,& ut ſempiternæ laudi tibi ſit iſte Tribunatus exopto.

Hæ pecuniæ tibi fraudi & damnationi eſſe debent. Cicero 5. Verr.77.

Poſtrema tua pagina mihi magnæ moleſtiæ fuit.Cicero Attico, lib.6.113.1.

Datiuo & ablatiuo.Plaut.Milite,10.144,

Nihil me pœnitet iam quanto ſumptu fuerim tibi. Idem Bacchid.23.61.

Datiuo & infinitiuo,ſine nominatiuo:ut, Nõ eſt cupiã fallere.

Eſt mihi minus cum illo.id eſt,Minus ſum ei familiaris. Cicero Marcello,lib.15.10.3.

Eſt mihi melius:pro,Melius habeo.Cic.Tironi,lib.16.22.1.Vide Melius,in Bonus.

Bene & malè eſt mihi.Terent.Adel.1.1.9.

Malè eſſe animo,Vide Malus.

Amori eſſe,uel odio dicitur res aliqua, Amari,uel odio haberi. Caſſius ad Ciceronem,lib.15.19.3,Spero enim homines intelecturos quanto ſit omnibus odio crudelitas,& quanto amori probitas & clementia.

Bono eſſe,id eſt,Vtile,compendioſum,& commodum.Cic.pro Roſcio Amerino,8, Accuſant ij quibus occidi patrem Sext. Roſcij bono fuit.

Crimini eſſe.Cic.pro Roſc.Amer.44, Et illam ſi:ariorũ multitudinem,in qua ipſi duces ac principes erant, huic crimini putabunt fore.hoc eſt,Huic in crimen uerti.Budæus.

Gloriæ eſſe.Cic.2.Philip.29.

Inuidiæ eſſe.Liu.4.ab Vrbe,228.

Miraculo eſſe.Plin.lib.11.cap.31.1.

Odio eſſe.Cæſar 8.bel.Gal.26.

Melli eſſe:pro,Eſſe iucundum.Horat.2.Serm.Satyr.6.7,

Hoc iuuat,& melli eſt,non mentiar.

Ornamento eſſe alicui & præſidio. Vide Ornamentum, in Orno.

Patriæ prodendæ ac diſſoluendæ Reip.eſſe: pro, Pertinere ad patriam prodendam.Liu.lib.5, Eodem ſignificatu cum genitiuo. Idem lib.7.bel.Pun. Ea conſilia prodendi imperij, deferendæq; Italiæ eſſe.

Periculo alicuius eſſe. Florentinus in Lopus. ff. locati & conducti.

Pignori eſſe.Neratius in l.eo iure.ff.ex quib.cauſ.pign.

Precio eſſe.Plin.lib.12.cap.12.1.

Offenſioni eſſe.Vide Offendo.

Oneri ferẽdo eſſe.Liu.2.ab Vrbe,41.hoc eſt,Onus ferre poſſe.

Prædæ eſſe.Quint.in Procem.lib.1.11.

Præſidio eſſe.Cæſar 1.bel.Gal.99. Cic.ad Senatum,lib.15.2.8.

Signo eſſe,ut Eſſe indicio.Cic.1.de Inuent.75.

Teſtimonio alicui eſſe.Plancus ad Ciceronem,lib.10.17.7.

Vitio eſſe.Ouid.de Nuce,5.

Vſui eſſe.Cæſar 1.bel.Gall.151.

Plus unus facerit Cato,quàm omnes leges.Cicer. Qu.frat.lib.2. 16.10.

Sum,uarijs præpoſitionibus iungitur:nunc cum Ad,uel Apud, accuſatiuis:nunc cum Ab,In,& alijs ablatiuis.

Ab aliquo eſſe. Cicero 1.de Orat. 29, Sed uide ne hoc Scæuola totum ſit à me.hoc eſt, Pro me faciat, meamq; tueatur ſententiam.

Eſt ad eam rem:pro,Vtili rei medetur,& prodeſt. Cato cap.12. 5,Id eſt,ad aluum crudam,& ad lateris dolorem,& ad cæliacum,& ſi aluus non conſiſtet.

Ad urbem eſſe:pro,In urbe.Cic.ad Attic.lib.7.135.6.

Eſt ad:pro,Expoſitum eſt & uergit. Cæſar belli Gall.lib.1.6, Aquitania à Garumna flumine ad Pyrenæos montes,& ad eam partem quæ eſt ad Heſperiam. Alia exemplaria habẽt, & eam partem Oceani,quæ ad Hiſpaniam pertinet.

Apud aliquem eſſe.Terent.Heaut.1.1,110.

Apud ſe eſſe.Terent.Andr.2.4.5,

Proin tu facere,apud te ut ſies.

Apud herum rectè erat.hoc eſt, Bene ſe habebat herus, & ualebat rectè.Cic.ad Qu.frat.lib.3.epiſt.17.2.

Apud matrem rectè eſt.id eſt,Bene habet mater.Cic.ad Attic. lib.1.4.3.Ibid.5.1,Apud te eſt ut uolumus.

Eſſe cum imperio.Cic.ad Lentulum,lib.1.1.8.Vide Imperiũ, in Impero.

In amore atq; deliciis alicui eſſe.Cic.6.Verr.2.

In animo eſt,Decreui,propoſui,ſtatui. Cicero ad Atticum, libro 3.62.1.

In armis eſſe.Cæſar 6.bel.Gal.6.Cic. ad Senatum, lib.15.1.9, Vt opprimerentur ij qui ex Citicum gente in armis eſſent.

In bonis eſt:pro,In poſſeſſione bonorum,bona poſſidet.Cicer. Acilio,lib.13.31.2.

Eſt in commemoratione omnibus omnium flagitiorum. Cic.3. Verr.71.

In deliciis eſſe alicui.Senec.de Beneficlib.2.cap.29.

Diutius in hoc deſiderio eſſe non poſſum.Cic.de Amic.86.

In ditione eſſe.Cic.pro Quintio,4.

Exitio eſſe.Valer.lib.7.cap.2.De Socrate.

Eſui potuiq; eſſe. Vlpian. in l. qui penum legat. §.1. ff. de penu.leg. Sed Ariſto notat,etiam quæ uſui potuiq; non ſunt, contineri legato.

Eſſe deſiderio, pro Deſiderari. Seneca de Conſol. ad Polybiũ.

In exemplis eſt.Plin.lib.11.cap.18.2.

In expectando ſum:pro,Expecto.Gel.lib.3.cap.7.

In gratia eſſe cum aliquo.Cic.ad Attic.lib.2.24.2.

In incerto esse. Tacit. lib. 19.
In infamia esse. Terent. Heauton. 2.3.18,
Propter quam in summa infamia sum, & meo patri minus obsequens.
In integro esse. Tacit. lib. 19, Vos, quibus fortuna in integro est, legiones continere. Idem lib. 3.
In meis intimis est, Est in meis familiarißimis, sæpe apud Ciceronem: ut, ad Acilium, libro 13. 31. 4, Peto igitur abs te, ut eum siue aderit, siue non uenerit in Sicilium, in meis intimis maximeq; necessarijs scias esse.
In inuidia est: id est, Si inuidetur. Cic. ad Attic. lib. 2. 24. 3, Alia exemplaria non habent præpositionem In.
In legationibus esse. Liu. 5. Decad. lib. 5. 134.
In longum esse. Tacit. lib. 11.
In melius esse. Tacit. lib. 12, Vt aditus, abscessus, cuncta nobis importuna, & suis in melius essent.
In mentem fuit mihi. Plaut. Amph. 4. 2. 6.
In metu esse, Terent. Andr. 2. 2. 2.
In mora alicui esse. Terent. Andr. 2. 5. 13.
Innoxia esse. Terent. Phorm. 2. 1. 36.
In aliquo numero atq; honore esse. Cæsar 6. bell. Gall. 49. Subauditur aliquando præpositio: ut, Cicero ad Valerium, libro 1. 10. 2.
In oculis hominibus esse. Cic. ad Att. lib. 6, 113. 8.
Esse in officio. Vide Officium.
In opere esse. Cæsar 7. bell. Gall. 103.
Sum in opinione: id est, Habeo opinionem. Quint. lib. 3. cap. 8.
Sunt in illa priora sententia. Quint. lib. 3. cap. 10.
In pabulo esse, dicitur res aliqua, quæ ad pabulum utilis est. Plinius lib. 11. cap. 53. 2, Quin & suibus serpentes in pabulo sunt, & alijs uenenum est.
Esse in perdito: pro, Esse inter perdita. Senec. de Benef. 7.
In rebus humanis esse, Viuere. Paulus in l. si seruū. §. 2. ff. de uer bor. obligationibus.
Esse in sermonibus: pro, Fama prædicari. Senec. epist. 123.
In procuratione regni esse. Cæsar 3. bel. Ciuil. 410.
In publico esse non audet. Cic. 7. Verr. 73.
In quæstione esse. Plin. lib. 11. cap. 17. 5.
In quæstu lingua est. Quint. in Procem. lib. 1. 10.
In re præsenti fui. Plaut. Amph. 4. 95.
In rem communem est. Plaut. Amph. 3. 10.
In ridiculo esse. Plaut. Casin. 23. 3.
In ea est sententia. Quint. lib. 1. cap. 1, 11.
In spe esse, Sperari. Cæsar 2. bel. Ciuil. 67, Magna auxilia conuenisse, magna esse in spe atq; expectatione.
In spe esse, Sperare. Cicer. ad Terentium, lib. 14. 3. 5, Sed tamen quandiu uos eritis in spe, non deficiam.
In tuto esse. Quint. lib. 1. cap. 8. 5.
In uenationibus esse multum, Multam uenationibus operam dare. Cæsar 4. bel. Gal. 466.
In uita esse, pro Viuere. Cic. de Senect. 13.
In usu esse. Plin. lib. 12. cap. 17. 9, Cæterò non alia ligni genera sunt in usu quam odorata. Quint. lib. 1. cap. 1. 9.
Pro aliquo esse. Cic. pro Cluentio, 71, Iudicia partim nihil contra Habitum ualent, partim etiam pro eo sunt.
Pro meliore fuit. Tacit. lib. 12, Deinde nobis pro meliore fuit, effugere hostes tenui damno.
Sine eo esse non possum. Cic. 5. Verr. 18.
Esse sub ut, Omnes sub cælo sumus, Esse sub imperio. Cæsar 1. bel. Gal. 112, Neq; recusaturos, quominus perpetuò sub illorum ditione atq; imperio essent.
Cum ablatiuo, sine præpositione: ut, Hæc est præstanti corpore. Plaut. Baccid. 2. 14,
Scio: fui ego illa ætate, & feci illa omnia. Idem Aul. 19. 10,

Et nos minore sumptu simus, quàm sumus.
Maledicto & probro esse. Senect. epist. 116.
Mira sum alacritate ad litigandum. Cic. Att. lib. 2. 22. 2.
Esse aliqua conditione. Cic. 3. de Leg. 60, Est Senatori necessarium nosse Rempublic. &c. quos socios Respub. habeat, quos amicos, quos stipendiarios, qua quisque sit lege, conditione, fœdere.
Esse summo honore. Cic. 4. Verr. 60.
Esse solicitudine incredibili. Cic. ad Tironem, lib. 16. 12. 2.
Mirifico esse studio, & officio in aliquem. Cicero Terentiæ, libro 14. 3. 6.
Magno esse, pro Constare. Seneca de Benef. 7.
Sum, sæpe aduerbijs iungitur. Terent. Hecyra, 1. 2. 110,
Vbi illic dies est complures, accersi iubet. Virg. 1. Aen. 5,
—— hìc illius arma,
Hìc currus fuit.
Ego uos oro, ut hic sitis hodie. Cic. 2. de Orat. 16.
Intus esse. Vide Intus.
Longè esse. Vide Longus.
Malè sit, Imprecantis. Vide Malus.
Nimium est. Vide Nimis.
Nunc est. Vide Nunc.
Obuiam esse. Vide Obuiam.
Cum infinitiuo. Terent. Heaut. 3. 3. 17, Sed nostrum est, intelligere utcunq;, atq; ubicunq; opus sit obsequi.
Non enim est meum, contra ius alicuius dicere. Cic. pro Cornel. Balbo, 16,
Sum uariè utimur, in uarijs locutionibus.
Sit uestra benignitas ad audiendum. Plaut. Mil. 4. 2.
Sunt semper bibentes in œnopolio. Plaut. Curc. 7. 13.
Es, pro Sis. ut, Bono animo es. Plaut. Amph. 8. 37. Et apud Terentium Heaut. 4. 6. 18.
Est illi consuetudo. Plin. epist. 237. Et apud Plaut. Curc. 2. 34, Si argentum est, emas.
Moris est plerisq;. Quint. lib. 1. cap. 1, 10.
Fui daturus. Terent. Heaut. 4. 6. 13.
Opinor esse Hercules, tu autem Linus. Plaut. Bacch. 2. 47.
Sunt minus quindecim dies, quòd. Plaut. Trin. 8. 1.
Decem dies sunt ante ludos uotiuos, quos Cn. Pompeius fecturus est. Cic. 2. Verr. 19.
Est hic tertius annus à. Cic. de Amicit. Cuius à morte hic tertius & tricesimus est annus.
Sunt octo anni quum. Cic. pro Cluent. 66, Anni sunt octo quū ista causa in ista meditatione uersatur.
Est annus ut repulsam tulit. Cic. 8. Philip. 252.
Fuerunt duæ horæ. Cic. pro Quintio, 30, Horæ duæ fuerunt, Quintius ad uadimonium non uenit: quid agos?
Sunt duo menses iam, dices. Cic. pro Rosc. Comœdo, 4.
Quum annos iam complures societas esset. Cic. pro Quint. 7.
Est ne, an non? Plaut. Trinum. 14. 63,
—— est ne ipsus, an non est? is est,
Certè is est, is profectò, ô mi here.
Est mihi nomen Hecyræ. Terent. in prologo Hecyræ, 1,
Hecyra est huic nomen fabulæ. Plaut. Menæh. 24. 9,
Mihi est Menæhmus nomen.
In genitiuo. Plaut. Amph. 3. 19,
Nomen Mercurij est mihi.
Datiuo. Plaut. Cistel. 4. 6,
Nam nomen est mihi Auxilio.
Sum totus uester. Cic. Marcello, lib. 15. 8. 2.
Sit, nec sit spes, in te uno est. Plaut. Milit. 14. 59.
Est, respondiuum. Terent. Andr. 4. 5. 50,
Sed est Simo intus? D. est.
Est ita ut dicis. Cic. 3. de Finib. 30, Est ut dicis, inquam.

Non est huic rei locus. Paulus in l. si tamen. ff. de senatusconsulto Maced. Sed & si iusserit pater filio credi, deinde ignorante creditor mutauerit uoluntatem, locus Senatusconsulto non erit.
Subiicitur interdum datiuus: ut, Est tecum actio. ubi subintelligitur, Mihi, datiuus. Paulus in l. qui iniuriæ. §. 2. ff. de furtis.
Est mihi iter in Lemnum. Terent. Phorm. 1. 2. 16.
Est, in tertia tantùm persona: pro Conuenit, uel Licet. Valerius Maximus lib. 1, Non est inter partem & filium, ullius rei comparationem fieri, præsertim diuinitatis fastigio iunctos.
Est cernere, deprecari, inuenire. Virg. 6. Aen. 120,
Necnon & Tityon terræ omniparentis alumnum
Cernere erat. id est, Licebat. Cic. pro P. Sestio, 21, Quem enim deprecari esset, quum omnes essent sordidati? Vetus exemplar habet, deprecarētur. Gel. lib. 12, Est tamen inuenire non nusquam ita scripsisse quosdam non ignobiles.
Est petitum. Plaut. Aulul. 7. 69,
Nam si opulento sit petitum pauperioris gratiam. Videtur hoc loco legendum, si opulentos it: pro, si opulentus it petitum, &c.
Non hercle is sum qui sum, ni hanc iniuriam ultus fuero. Plautus Menæh. 11. 7.
Nullus sum. Vide Nullus.
Fuit, quum aliquid olim factum narraturi sumus, præponere consueuimus. Terent. Heaut. 3. 3. 30,
—— fuit quædam anus Corinthia
Hìc, huic drachmarū hæc argenti mille dederat mutuū.
Est, similiter à naturis aliquid usurpatur. Terentius Eunucho, 2. 2. 17,
Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum uolunt, &c.
Fuit quoddam tempus, quum in agris homines passim bestiarū more uagabantur. Cic. 1. de Inuent. 3.
Fuère qui. Plin. lib. 12. cap. 15. 2, Necnon fuère qui thuris arbore utrunq; nasci mentirentur.
Cn. Pompeius, uir omnium qui sunt, fuerunt, erunt, uirtute, sapientia, gloria princeps. Cicero Post reditum ad Quirites, 13.
Sunt qui uolunt te conuentam. Plaut. Cistel. 10. 59.
Est quod: id est, Est aliquid quod. Plaut. Pseud. 4. 37,
Etiam est quod domi dicere penè oblitus fui. Cic. Trebat. lib. 7, 10. 1, Est quod gaudeas, te in ista loca uenisse, ubi aliquid sapere uidere.
Nihil est. Vide Nihil.
Non est quod. Vide Non.
Hoc quod res est. Plaut. Menæh. 24. 11,
Quid ego ex te audio? MEN. hoc quod res est.
Erit ubi te ulciscar, si uiuo. Plaut. Pseud. 23. 15.
Est etiam ubi profectò damnum præstat facere quàm lucrum. Plaut. Capt. 6. 67.
Est uerò huic credendum Chremæ. Ironicè dictum. Terentius Andr. 5. 4. 14.
Est ut. Terent. Phorm. 5. 8. 32,
—— sin est ut uelis
Manere illam apud te, dos hìc maneat Demiphonì.
Ero ut me uoles. Plaut. Capt. 5. 35.
Esse, Conuenire, & congruū esse. Cic. ad Atticum, Signa quàm commodissimè poteris uelim imponas, & si quod præterea ὄνειρον reperies, & maximè quæ tibi palæstræ & gymnasij uidebuntur esse. Budæus.
Esse, Manere, & conuocari. Cic. 2. de Orat. 16, Nisi prius à uobis impetrabo. Quid nam, inquit Catulus? Vt hìc sitis hodie. Et paulo pòst, Neq; domi imperārā: & hic, apud quem

eram futurus, sine meâ sententia tam facilè promisit. Bud.
Si essetis, uersarem iniquè nobiscum. Cic. de Arusp. resp. 22.
Est, pro Possibile est. Celsus libro 5. cap. 27, De remedijs generalibus aduersus omnia uenena, Non tam facilè ijs opitulari est, qui in cibo uenenum, uel in potione sumpserunt. Budæus.
Est, pro Licet. Liu. lib. 2. Decad. 5, Eorum quæ obiecta sunt mihi partim ea sunt quibus nescio an gloriari debeam, partim quæ fateri non erubescam, partim quæ uerbo obiecta, uerbo negare sit. Huc pertinent, Est cernere, deprecari, inuenire.
Esto, Concedentis. Terent. Heaut. 3. 3. 11,
At mihi fides apud hunc est, nihil me istius facturū pater.
C. Esto: at cercè cōcedas aliquò ab eorū ore aliquā sper. Cic. 5. Verr. 112, Esto, cætera negare non potes.
Esto, pro Sit. Plaut. Asin. 13. 56,
—— hæc mulcta ei esto, uino uiginti dies
Vt careat.
Verùm esto. Cic. 4. Verr. 106, Verùm esto, alio loco de aratorū animo iniurijs uidero.
Sit sanè ita: quanquam à Polemonis, & Peripateticorum, & Antiochi finibus non facilè diuellor, &c. Cicero 4. Academic. 251.
Esse, pro Viuere. Cic. Attic. lib. 12. 14. 1. 10, Longumq; illud tēpus quum non ero, magis me mouet, quàm hoc exiguum, quod mihi tamen nimium longum uidetur.
Es, pro Soles. Cicero Cornificio, libro 12. 20. 2, Quòd si, ut es, cessabis, lacessam.
Siem, pro Sim. Terent. Phorm. 5. 4. 6,
Sin patefit, in probro siem. Cic. in Orat. 88, Siet, plenum est: sit imminutum.
Est, pro Euenit. Terent. Hecyra, 3. 1. 28,
—— nam sæpe est, quibus in rebus alius ne iratus quidem est, Quum de eadem causa est iracundus factus inimicissimus.
¶ Ens, τὸ ὄν, Participium præsentis temporis non est in usu, authore Prisciano. Quintilianus libro 8. capite 3, Multa ex Græco formata noua, ac plurima à Sergio Flauio, quorum dura quædam admodum uidentur, ut Ens & Essentia: quæ cur tantopere aspernemur, nihil uideo: nisi quòd iniqui iudices aduersus nos sumus, ideoq; paupertate sermonis laboramus.
¶ Futurus, futura, futurum, penultima producta (παρὰ τὸ, φύω, φύσω) Participium, idem quod Erit, significans. Plautus Mostel. 4. 7 4,
—— quid illis
Futurum est cæteris qui te amant? Cicero de Senectute, 62, Aut etiam optanda si aliquò eum deducit, ubi futurus sit æternus.
Præsidio sperant esse futurum. Cic. 7. Verr. 131.
Copulare futura cum præsentibus. Vide Copulo.
Augurari futura animi. Vide Auguror.
Scire futura. Ouid 1. Amor. eleg. 11. 4.
Mihi cum illa posthac nihil futurum. Cic. 2. Philip. 84.
Genus omne futurum, Posteri. Virg. 4. Aen. 125.
In futurum. Vide In præpositionem.
Haud ignara futuri. Virg. 4. Aen. 102.
Sumen] summis, pen. corr. neut. gen. (οὐθαρ, ἄτρου) Fit ex papillis fluillis, uno die post partum fœtus ac salitis: Martialis lib. 13. 44,
Esse putes nondum sumen, sic ubere largo
Effluit, & uiuo lacte papilla tumet. Plin. lib. 8. cap. 51. 5.
Hinc Censorinarum legum pœnæ, interdictaq; cœnis: bdomina, gladia, testiculi, uuluæ, sinciputia, uerrina, ut tā Publij mimorum poetæ cœna, postquam seruitutem exuerat, nul-

la memoretur sine abdomine, etiã uocabulo fuminis ab eo impositio. Hìc Plinius uult fumẽ & abdomen idem esse. Plautus Capt. 14.4,

Quanta labes larido, quanta fumini absumedo?

Sumen alij putant esse lac suis extractum, ac denſatum siue occisa. Vel quasi rumen, id est, mammam: nomen à sugendo deductum. Vide Abdomen.

Sumen operis, Per translationem. Varro de re Rustic. libro 1. capite 7, ad finem, Cæsar Vopiscus ædilitius, causam quum ageret apud Censores, campos Roscæ Italiæ dixit esse sumen, in quo relicta pertica postridie non appareret propter herbam.

Sumenalia] Vide Summanalia.

Summa] *summæ (ὑπερβάλλων) Est sententiæ aliculus, aut rerũ, de quibus uerba fiunt, aut quæ etiam numerantur, collectio. Virg. lib. 4. Aeneid. 48,*

Nauiget, hæc summa est. Plaut. Pseud. 5.139,

Sicut hæc est præstituta summæ argentariæ dies. Plin. epiſt. 155. 4, Summæ amplißimæ. Cic. de Legibus, Leges autẽ à me edentur nõ perfectæ (nam hoc esset infinitum) sed ipsæ summæ rerum ac sententiæ.

Explicare summam auaritiæ. Cic. in Pisonem, 68.

Belli summam credere puero. Virg. 10. Aen. 14.

In hoc summa iudicij causáq; tota consistit. Cicero pro Quintio, 17.

Summa militiæ. Tacit. lib. 18.

Numorum summa. Hor. de Arte, 78.

Operis summa. Horat. de Arte, 7.

Patrimonij summa. Hor. 2. Serm. Satyr. 3.18.

Summam promißi sui complere, Promissum omnino absolure. Cic. 5. Verr. 96.

Summa rerum. Terent. Phorm. 2.2.3,

Ad te summa solum Phormio rerum redit.

Summæ rei periculum facere. Tacit. lib. 20. Idem lib. 21, Ad maturandum summæ rei discrimen.

Communes rerum & generum summæ. Cic. 2. de Orat. 74.

Salutis summa. Lucret. lib. 2.173.

Victoriæ summa in eo constat. Cæsar 7. bel. Gal. 82.

Summa quadrans. Vide Quadro.

Breuis summa. Vide Breuis.

Dicere summam alicuius rei. Cic. 1. de Inuent. 41.

Ad summam pertinet. Quintil. lib. 1, An Philippus Macedonũ rex Alexandro filio suo prima literarum elementa tradi ab Aristotele summo eius ætatis philosopho uoluisset, ac ille ſuscepisset hoc officiũ, si non studiorum initia à perfectißimo quóq; optimè tractari, et pertinere ad summam credidisset? Ad summam doctrinæ & eruditionis intelligo, quam filio destinauerat esse quærendam literarum studio. Budæus.

In summam. Tacit. lib. 13, Nihil in summam pacis profitebatur. Liu. lib. 1. Decad. 4.

In summam proficere. Quintilianus libro 1, Maiora tamen aliqua discet puer eo ipso anno quo minora didicisset. Hoc per singulos annos prorogatum, in summam proficit. id est, Eam discendi facultatem quam adolescenti aut iuueni comparare uolumus, & ad eum finem quem animo destinauimus. Budæus.

Summa illa sit. Quicquid officij, beneficij, honoris in Genucium contuleris, id te existimabo in meipsum atq; in rem meam contulisse. Cic. ad Therm. lib. 13. 54. 4.

Summa fuit, ut ille quasi exitum quærens ut deliberarem, non fuit negandum: ita discessimus. Cicero ad Attico, libro 9. 190. 4.

Summa illuc pertinet, ut, &c. Cic. 7. Verr. 20.

Summa est in testibus. Cic. pro Flacco, 18.

Summa consistit in eo. Cic. 4. Acad. 56.

Summa dicebatur quæstio antiquis, quod nunc principale punctum dicimus. Quintilianus libro 3, Quæstio latius intelligitur omnis, de qua in utrãq; partem, uel in plures dici credibiliter potest. In iudiciali autem materia dupliciter accipienda est: altero modo, quo dicimus multas quæstiones habere controuersiam, quo etiam minores omnes complectimur: altero, quo significamus summam illam in qua causa uertitur.

Summam cogitationum facere. Cic. Lent. lib. 1. 9. 31.

Hæc est summa. Plaut. Persa, 2.34,

Sed hoc me unũ excruciat. s. quidnam id est? hæc summa est, hodie mea, &c. Cicero ad Titium, libro 13. 76. 4, Summa est in quo mihi gratißimum facere possis, Si curaris ut Auianus, &c.

Summa pecuniæ. Cic. ad Fabium, lib. 7. 24. 9, Scilicet ista quidem summa: næ ego multo libentius emerim diuersorium. Idem pro Q. Roscio, 2, Non refert parua nomina in codicẽs ne ne omnes summas.

Veránè summa sit uniuscuiusq; rationis. Cic. 2. de Orat. 86.

Addendo, deducendóq; uidere quæ reliqui summa fiat. Cicero 1. Offic. 86.

Creditor totius summæ. Quintil. lib. 5. cap. 10. 82.

Quum ipsa pecunia, quæ Staleno data est, numero de summa sua, non modò quanta fuerit, sed etiam ad quam rem data fuerit, ostendat. Cic. pro Cluent. 70.

Colligit summa. Plin. lib. 9. cap. 35. 14, Quæ summa quadringenties sestertiũ colligebat.

Concipere summam. Vide Concipio.

Conficere summam. Cicero de lege Agraria 67, Alij legunt, fecisset.

Congruunt cum summa. Cic. ad Attic. lib. 7. 132. 7.

Decedet nihil de summa. Vide Decedo.

Detrahere de summa. Cic. ad Attic. lib. 10. 195. 19.

Decessionem de summa facere. Cicero pro Rabirio Postumo, 19.

Facere summam. Cic. 4. Verr. 91, In censu habendo potestas omnis æstimationis habendæ, summæq; faciundæ censoribus mittitur. Idem 5. Verr. 193.

Imminuere summam. Vide Imminuo.

Remittere alicui de summa, uel de capite. Cic. 5. Verr. 69.

Subducamus summam. Cic. ad Attic. lib. 5. 110. 12.

Summa, pro complemento. Quintil. lib. 3. cap. 2, Huic studium & incrementum dederit utilitas, summam ratio & exercitatio? Confectionem quoq; significat apud eundem, lib. 5. cap. 10, Habet omnia initium, incrementum, summam. Idem, Ex mitijs summa colligitur: quum dicit, Non possum togam prætextam sperare, quum exordium pullum uideo. Et alibi, An ad initium summa referenda, Nempe an ei cædes imputanda sit, à quo iurgium cœpit.

Summa summarum, hæc erit, tardilo quum te esse iubeo. Senec. epiſt. 40.

Habere summam orationis. Cic. Attico, libro 2. 16. 13, At ille perpauca locutus, hanc summam habuit orationis, ut sibi ignoscerem.

Sed tamen hæc est summa conclusionis meæ. Cic. 2. Philip. 52.

Quicquid dixi, ad unam summam referri uolo, uel humanitatis, uel clementiæ, uel misericordiæ tuæ. Cicero pro Ligario, 18.

Efficere longam summam. Quint. lib. 4. cap. 2. 30.

Tendere ad summam. Quint. in Proœm. lib. 1. 15.

Ad summam non possunt istæc sic abire. Cicero Attico, libro 14. 209. 2.

In omni summa, me ad otiũ cõuerto. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 21. 8.

In summa. Cicer. ad Qu. frat. lib. 2. 16. 13, Quo die hæc scripsi, Drusius erat de prætextatione Trib. erarij absolutus, in summa quatuor sententijs cum Senatores & equites damnassent, &c.

Ad summum. Vide Ad præpositionem.

Ad summam dic M. Tullij, &c. Cic. ad Attic. lib. 7. 127. Idem de Offic. lib. 1. 107, Ad summam, ne agam de singulis.

¶ *Summatim, pen. product. Aduerb. (κεφαλαιωδῶς, ὁμαδὸν) Per singulas summas, uel In summa, & breuiter. Varro in Præfatione libri 2. de re Rust. 6, Quæ de re pecuaria breuiter ac summatim percurram. Cic. ad Attic. lib. 5. 104. 1, Itaq; subsedi in ipsa uia, dum hæc quæ longiorem desiderant oration em, summatim tibi perscriberem.*

A me pauca cognosces, & summatim. Cicero Trebonio, libro 10. 28. 6.

Attingere aliquid summatim. Lucret. lib. 3. 53.

Breuiter & summatim describere. Cic. in Orat. 28.

Nunc exponamus genera ipsa summatim. Cicero 2. de Orator. 137.

Narrare summatim & particulatim. Author ad Herennium libro 1. 14.

¶ *Summarium, Epitome, seu breuiarium. Senec. epiſt. 39, Vide ne plus profectura sit ordinaria oratio, quàm quæ nunc uulgò breuiarium dicitur. Olim quum Latinè loqueremur, summarium uocabatur.*

Summanus] *pen. prod. (σεμμανὸς) Deus antiquis creditus, cui nocturna tribuebant. Plin. lib. 2. cap. 52, Diuturna attribuentes Ioui, nocturna Summano. De fulminibus. Cic. 1. de Diuinat. 29, Quid Summanus in fastigio Iouis optimi maximi, qui tum erat fictilis, è cælo ictus esset, &c. Summani nomine intelligendus est Pluto, ut testatur Capella de nuptijs Philologiæ lib. 2, quem ita nuncupant, quasi summum deorum Manium. Qui deus tamen sit Summanus, addubitasse uidetur Ouid. quum 6. Fastorum, 147. scribit* XIII. *calendas Iulias templum illi fuisse sacratum.*

Summarius, Summates, Summatus] Vide Sũmus.

Summenium] *Romanum prostibulum fuit. Notat Alexander Alexandrinus lib. 4. Genialium dier. cap. 18.*

Summergo] *summergis (ὑποδυόω, ὑποβαπτίζω) summergere. Ouid. 6. Metam. 75,*

Et modò tota cana summergere membra palude. Scribitur &, Submergo. Vide *suo loco.*

Summitto] *summittis (ὑφίημι, ὑπακούω) summittere, Notæ significationis. Virg. 3. Georg. 15,*

Necnon & pecori est idem delectus equino.
Tu modò, quos in spem statuis summittere gentis,
Præcipuum iam inde à teneris impende laborem.

Genu flexum summisit. Ouid. 4. Metam. 68.

Oculos summittere. Ouid. 3. Fast. 75.

Poples summissus in terra. Ouid. 7. Metam. 39.

Animos summittere. Stat. 3. Thebaid. 108.

Voce summissa rogare opem. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 9.

Summittere, pro Celeriter, uel clàm mittere. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 21. 12, Omniáq; ut integra seruem, dabo operam, quoad exercitus huc summittatis, pariq; fœlicitate Rempub. hìc uindicetis.

¶ *Scribunt alij, Submittere.* Vide *suo loco.*

¶ *Summißior, comparatiuè. Festus, Summißiorem alijs ædem Honoris & Virtutis C. Marius fecit: ne si fortè officeret auspicijs publicis, augures eam demoliri cogerent.*

Summœnium] *Dicebatur locus lupanaris, quòd ferè submœnibus esset: quasi submœnium. Inde Summœnianæ meretrices dicuntur. Martial. lib. 3. 40,*

Summœnianas cœnet inter uxores.

Summoneo] Vide Submoneo.

Summoueo] *Summoues, pen. corr. (ἀποσυλέω) summouere, Amouere, arcere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 5,*

Portáq; uix firma summouet arma fera.

Instantes summouere. Ouid. 12. Metam. 47.

Longè summotos arcet arena. Virg. 6. Aen. 64.

Patria summotus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 10.

Pudor summotus. Horat. Epod. 11. 4.

¶ *Summosses, pro Summouisses, per syncopen. Horatius 1. Sermon. Satyr. 9. 10,*

—— dispereamne
Summosses omnes. Alij scribũt, Submoueo. Vide *suo loco.*

Summus] *Adiectiuum (ἄκρος, ὕψιστος) Quod est omnium altißimum. Virg. 4. Aeneid. 34,*

—— summoq; ululârunt uertice nymphæ. Cic. 2. Tuscul. 77, Summum, quo nihil sit superius.

Summum, & Profundum, contraria. Cic. 3. de Finib. 74.

Summa nauium tabulis augent. Tacit. lib. 19.

Euadere in summum. Vide In præpositionem.

Imis permiscere summa. Lucan. lib. 3. 28.

Facere paria omnia infima summis. Cic. 3. de Legib. 29.

Ab imo euertere summa. Lucret. lib. 5. 33.

Summus, Extremus. Cic. in Hortensio, Vixit ad summam senectutem ualetudine optima. Virg. 2. Aen. 65,

Venit summa dies, & ineluctabile tempus Dardaniæ.

A summo. Vide A præpositionem.

Summus, Maximus, quod nihil sit maius. Terent. Phorm. 1. 1. 1,

Amicus summus meus, & popularis Geta.

Seueritatis, & munificentiæ summus. Tacit. lib. 1.

Summus, aliquando solùm ponitur, & intelligitur Amicus. Terent. Eunuch. 2. 2. 40,

—— plurima salute Parmenonem
Summum suum impertit Gnato.

Concipere summa de aliquo. Quint. in Proœm. lib. 6. 3.

Ad summum. Vide Ad præpositionem.

Biduo, ad summum triduo. Cic. pro Quint. 52.

Summus, medius, infimus. Cic. 1. Philip. 27.

Summa aqua. Cic. 1. Tuscul. 16.

Aestas summa, pro Vltima. Cic. 7. Verr. 24.

Amentia summa. Cic. 2. de Inuent. 140.

Artificium summum. Cic. 6. Verr. 34.

Beneficium summum. Terent. Phorm. 2. 2. 22.

In summo beneficio. Vide In præpositionem.

Summum illud bonum in animone sit, an in corpore, uirtute an uoluptate definiatur. Cic. 1. de Orat. 113.

Quod honestum sit, id esse aut solum, aut summum bonum. Cicero 3. Offic. 45.

Herillus in cognitione & scientia summum bonum ponit. Cic. 4. Academ. 233.

Epicurus ponit summum bonum in uoluptate. Cic. 1. Offic. 161.

Cacumina summa. Virg. 6. Aen. 136.

Summus cibus. Vide Cibus.

Clamore summo. Plaut. Merc. 3. 49.

Contumelia summa. Cic. 5. Verr. 84.

Culmina summa uillarum. Virg. eclog. 1. 17.

Desperatio summa. Plin. lib. 23. cap. 1. 37.

Dolor summus. Plin. lib. 11. cap. 37. 83.

Fastigia summa rerum. Virg. 1. Aen. 70.

Fide summa. Liu. 4. ab Vrbe, 261.

In summo fluctu pendent. Virg. 1. Aen. 22.

Forma summa. Terent. Eunuch. 2. 3. 74.

In honore summo uigere. Lucret. lib. 4. 233.

Hyeme summa nauigare. Cic. ad Munatium, lib. 13. 61. 3.

Summus atq; perfectus imperator. Cic. pro lege Manilia, 25.

Ingenia summa. Cicer. 4. Acad. 36, Nihilne tot seculis, summis ingeniis, maximis studijs explicatum putamus?
Insciliæ summæ mihi uidetur. Cic. 2. de Finib, 58.
Iure summo agere cum aliquo. Cic. 7. Verr. 3. Vide Ius.
Summum ius, summa iniuria. Cic. 1. Offic. 49.
Laboris summi dolor. Cic. 5. Verr. 84.
De summo loco, summoq; genere captus. Plaut. Capt. 2. 30.
Summo loco natus. Cic. ad Thermum, lib. 2. 17. 4.
Dicere dolorem summum malum. Cic. 3. Offic. 100.
Materia summi mali aurum. Hor. 3. Carm. ode 24. 10.
Ad summam magnitudinem peruenire putantur decem annis delphini. Plin. lib. 9. cap. 8. 2.
Mœror summus. Cic. pro Quintio, 8.
Omnia summa in eo sunt. hoc est, Vindecunq; maximus & excellens. Cic. pro lege Manil. 9.
Opes summæ. Lucret. lib. 2. 3.
Otium summum. Cic. 3. Verr. 42.
Pax summa. Lucret. lib. 1. 124.
Si homines non eruditi summam essent prudentiam atq; incredibilem eloquentiam consecuti, inanis omnis noster esset labor. Cic. 2. de Orat. 1.
Nihil nisi summa ratione facere. Cic. Cn. Magno, in epist. ad Attic. lib. 8. 159. 8.
Rector summus deûm. Ouid. 13. Metam. 131.
Resp. summa. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 25, 10.
Quid mihi cum ista summa sanctimonia? Cicero pro Quintio, 32.
Homo senectute summa. Cic. 8. Philip. 254.
Studium summum literarum erat in utroq;. Cic. 1. de Finib. 22.
Stultitiæ summæ est. Cælius Ciceroni, in epistol. ad Attic. libro 10. 201. 4.
Summa summarum in illo gloria fuit, Asiam ultimam prouinciarum accepisse, eandemq; mediam patriæ reddidisse. Plin. lib. 7. cap. 26, 5.
Vi summa hortari. Liu. 3. bel. Pun. 207.
Vir summus. Plaut. Capt. 6. 29.
Voce summa resonans. Hor. 1. Serm. Satyr. 3. 2.
Voce summa pronunciare uersus. Cic. 1. de Orat. 137.
Voluptas summa. Hor. 2. Serm. Satyr. 2. 14.
Summa res, pro Summa rei, & pro tota Rep. Cic. 2. Philipp. 57. Quod quidem erat magnum, de summa re dissentientes, in eadem consuetudine amicitiæ permanere.
Summum, Valde prædicandum. Plaut. Milit. 16. 16,
Nunc hæc res apud summum puteum geritur. Ibid. 9. 70.
Summus, Laudabilis, gloriosus. Virg. 9. Aen. 40,
Mene igitur socium summis adiungere rebus
Nisi fugis?
Summum, & Ad Summum (τὸ ὁύμπαν) pro eodem. Cicer. 5. Verr. 174, Duo millia nummûm, aut summum tria dedisset. Idem ad Atticum, libro 13. 278. 1, Expectabam hodie, aut summum cras ab eo tabellarios. Vide Ad summum, in Ad.
Scies igitur fortasse cras, summum perendie. Cicero Attic. libro 12. 257. 5.
Ad summum, pro Optimè. Cic. ad Tironem, lib. 16. 12. 4, Fac planè ut ualeas, nos ad summũ Scilicet, ualemus. Vetus exemplar legit, ad sumus.
Summo, hoc est, fine. Quintil. 7. cap. 2. 7. & 8, Quia & initio mouendus sit iudex, & summo impellendus.
¶ Summè, Aduerbium (ἐπρωτ) Maximè, excellenter. Plautus Pœnulo, 12. 2,
Est ne hic seruus meus? c. summè hercle uerò Agorastocles. Plin. epist. 243, Habui enim illum Quæstorem in Consulatu, mei summè obseruantissimum.

Ab aliquo petere & summè contendere. Cicero pro Quintio, 51.
Hoc me solicitare summè solet. Cic. 1. de Orat. 162.
Summè miser, Admodum. Cic. 4. de Finib. 36.
Summè officiosus in aliquem. Cic. 3. Verr. 42.
Summè iucundum. Cic. ad Sulpitium, lib. 13. 19. 4.
¶ Summoperè, Aduerbium (μάλιστα) Cic. 1. de Inuention. 37, Vitia uerò hæc sunt certissima exordiorum, quæ summoperè uitare oportebit.
¶ Summarius, Summarij. Cicero ad Attic. lib. 10. 192. 5, Nisi fortè iste Summarius ei potest persuadere, ut dum Oratores eant & redeant, quiescat. Vbi interpres Beroaldus legit, Senatus, quem per fas & nefas collegit Cæsar, reliquias reliquiarum. Alij Summarium Cæsarem interpretantur, qui prior esse uolebat, malebat esse primus, ac reliquis præeminere.
¶ Summitas, penult. corrept. Summitatis (ἐπιπολὴ, ὑπερβολὴ) Altitudo.
¶ Summates, Summatum, penultima producta, plural. numer. (ἄριστοι) Qui & optimates & Primates appellantur. Plaut. Cistel. 2. 20,
——ubi istas uideas summo genere natas
Summates matronas. Idem Pseud. 4. 90,
Nunc tibi hæc ego loquor, deliciæ summatum utrûm.
¶ Summatus, huius Summatus, pen. prod. (πρωτεῖον) Imperiũ & rerum summa. Lucret. lib. 5. 230,
Imperium sibi cum, ac summatum quisq; petebat.
¶ Summatim, pen. prod. Aduerbium (ὑπεπολὴς) Per summum, uel à summa extremitate. Colum. lib. de Arborib. cap. 6. 2, Sin autem eousq; exaruit (scilicet uineæ truncus) ut curuari non posit, primo anno summatim, ita ne radices eruas, aut lædas, ablaqueato.
Summussi] alias, ut Paulus notat, Summisi, murmuratores. Næuius, Odi (inquit) summissos: proinde apertè dice, quid sit. Terentius Mussare, pro Tacere posuit, cum ait,
Sile, cela, occulta, tege, tace, mussa. Item in Adelphis,
Mussitanda iniuria adolescentium est. Festus, qui in priore exemplo alium à Terentio allegasse, mihi uisus est, quicquid annotârit Paulus.
Summuto] Summutas, penultima producta (ὑπαλλάττω) Summutare, Aliud pro alio mutare. Cicero in Oratore, 50, Hanc hypallagem rhetores, quia quasi summutantur uerba pro uerbis metonymiam Grammatici uocant, quòd nomina transferuntur.
Sumo] Sumis, Sumpsi, Sumptum (αἱρέω, λαμβάνω) Sumere, Accipere, tollere. Salustius in bello Iugurthino, Epistolam super caput temerè positam sumit. Terentius Andelph. 5. 9. 20,
Postremò à me argentum, quanti est, sumito. Idem Heaut. 3. 1. 56,
Sumat, consumat, perdat, decretum est pati.
In manum, uel manu sumere. Cic. 2. de lege Agraria, 29, Itaque hoc animo legem sumpsi in manus, ut eam cuperem esse aptam uestris commodis. Idem 2. Tusculan. 11, Epicurum autem & Metrodorum non ferè præter suos quisquam in manu sumit.
Sumere de. Colum. lib. 12. cap. 24. 1, Aqua marina quàm longissimè à littore de pelago sumenda est. Cic. 4. Acad. 176, Hæc autem quæ iam dicam, sunt sumpta de primo.
Sumpta est eò nauis. Cic. 3. Officior. 120, Quoad enim peruentum sit eò quò sumpta nauis est, non domini est nauis, sed nauigantium.
Sumere sibi aliquid, Multũ & penè nimium sibi tribuere. Cic. pro Plancio, 1, Quanquam mihi non sumo tantum iudices.

Sumero

Sumere sibi ut. Cic. ad Attic. libro 8. 159. 9, Mihi non sumo ut meum consilium ualere debuerit. id est, Non arrogo, non tanti me facio.
Sibi sumere, Aliter. Cic. ad Attic. lib. 16. 341. 5, Tamen hoc pro coniunctione & beneuolentia nostra mihi sumpsi, ut id à te peterem.
Vide quid mihi sumpserim. Cic. Cæsari, lib. 7. 5. 3.
Sumo mihi pro meo iure. Cic. 2. de Orat. 162.
Sibi pro alio sumere. Cic. ad Plancum, lib. 13. 30. 15, Tantum tibi sumito, pro Capitone apud Cæsarem, quantum ipsum memimisse senties.
E medio sumere, Auferre. Scæuola in l. uxori ita. ff. de dote relegata, Vxor mea quicquid ei comparaui, & quod mihi dedit, è medio sumat.
Sumere alicunde. Terent. Phorm. 2. 1. 69,
Non ratio, uerùm argẽtum decerat, D. sumeret Alicunde.
Sumere in re aliqua, Impendere. Plaut. Milit. 10. 78.
Sumere, Prouinciam recipere. Cic. 4. Verr. 129, Quod quum ita sit, nihil fingam tamen: meminero me non sumpsisse quẽ accusarem, sed recepisse quos defenderem.
Sumere, Eligere. Salust. in Iugurtha, Sumat aliquem ex populo monitorem officij sui.
Aliquem iudicem sumere. Brutus Ciceroni, 6. 4.
Animum sumere. Ouid. 1. Fast. 30.
Aquam sumere è fluuio. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 7.
Sumere aquam è puteo. Plaut. Milit. 9. 71.
Arbitrum sumere. Cic. pro Roscio Comœdo, 7.
Argumenta sumere. Cic. 4. de Finib. 21, Quæ ex omni copia, plurima & certissima argumenta sumuntur ad cuiusq; rei naturam explicandam.
Arma sumere. Cic. 1. Tusc. ul. 136.
Authoritatem sibi sumere. Cæsar 2. bel. Gal. 243.
Bellum sumere. Plin. lib. 15. cap. 18. 7.
Bellum sponte sumebant. Tacitus lib. 19.
Bellum sumere pro aliquo. Ouid. epist. 15. 75.
Beneficium sumere. Plaut. Perſa, 22. 13.
Cibum sumere. Plin. lib. 21. cap. 3. 7.
Ora sumebant cibos minimos. Ouid. epist. 21. 6.
Colorem sumit, & capit faciem. Ouid. 13. Metam. 133.
Confidentium sumere. Plaut. Capt. 13. 36.
Consilia sumere in aliquam rem. Plin. epist. 214.
Consilia noua sumere. Horat. 1. epist. 19. 7.
Curam sumere. Plin. in Paneg. 130.
Diem sumere. Cic. pro Cecinna, 14, Colloquuntur: dies ex utriusq; commodo sumitur.
Diem hilarem sumere. Terent. Adel. 2. 4. 23,
Ita quæso, quando hoc bene succesit, hilarem hunc sumamus diem. Vbi Donatus, Sumamus, non accipiamus, sed impendamus cõsumamus. Idem Phorm. 5. 5. 4.
Exempla ab aliquo sumere. Cicer. pro lege Manil. 31. Terent. Adelph. 3. 3. 62, Iubeo atq; ex alijs sumere exemplum sibi.
Exordia sumere. Virg. 4. Georg. 57.
Fastus sumuntur ab imagine speculi. Ouid. 2. Amor. eleg. 17. 2.
Hostes sumere. Ouid. epist. 12. 4.
Tentaculum sumere. Martial. lib. 13. 31.
Imaginem alicuius sumere. Plaut. Amphit. 4. 124.
Ex argumentum aliquid sumere. Quintil. lib. 7. cap. 3. 29.
Sumitur in conscientiam Eudemus amicus ac medicus Liuiæ. Tacitus lib. 4.
In optionem sumere. Plaut. Asina. 3. 89.
Inimicitias sumere. Cic. in Vatinium, 21.
Initium sumere. Cic. in Saluſtium, 1, Quò me uertam P. C? Vndè initium sumam?

Iras nouas sumpsit. Ouid. 2. Metam. 35.
Iudicem sumere de controuersia. Brutus ad Ciceronem, 6. 4.
Iudicium sibi sumere. Cæsar 3. bel. Ciuil. 47.
Laborem sumere. Cæsar 3. bel. Gal. 403.
Laudem sumere à crimine. Ouid. 6. Metam. 95.
Literas commendatitias ad aliquem sumere ab altero. Cic. ad Sulpitium, lib. 13. 27. 7.
Mutuum sumere, pro Mutuo accipere. Plaut. Amph. 8. 185.
Mutuas pecunias sumere. Cic. 3. Verr. 19, Quum per eos ipsos dies, per quos causam Dio diceret, reperiretur pecunias sumptas esse mutuas, nomina sua exegisse, prædia uendidisse.
Nomen aliud sumere. Ouid. 6. Fast. 109.
Obsequium animo sumere, Animo obsequi. Plautus Bacchid. 21. 8.
Operam sumere ad rem aliquam. Plaut. Mercat. 22. 94.
Operam in re aliqua sumere. Terent. in Prolog. Hecyr. 25.
Operam sumere, Frustra laborare. Plaut. Mostel. 8. 56,
Quid ego huc recursem? aut operam sumam, aut conteram?
Operam frustra sumere, Idem. Terent. Heaut. 4. 3. 15.
Otium sibi sumere. Cic. 3. Offic. 3.
Partes alicuius sumere. Cæsar 3. bel. Ciuil. 203. Cicero 10. Philipp. 269, Quas enim partes ipse sumpseram, eas præoccupauit oratio tua.
Periculum pauci sumpsere. Tacit. lib. 19.
Personam magistri sumere. Plin. epist. 160. Cic. pro Plancio, 81, Abiecta Quæstoria persona, comitisq; sumpta.
Pœnas sumere. Virg. 2. Aeneid. 21.
Principium sumere à re aliqua. Plin. lib. 18. cap. 4. 1.
Pro certo sumere. Cicero 2. de Diuinat. 156, Tantum sat est intelligi id sumere istos pro certo, quod dubium controuersumq; sit.
Res non concessas sumere, & ex illis efficere quod uelis. Cicero 4. de Finibus, 81.
Simile sibi sumere. Plaut. Mostel. 3. 15.
Socerum sumere. Ouid. 2. Metam. 104.
Spacium ad cogitandum sumere. Cic. 4. de Finib. 1.
Speciem hominis sumit infans in aluo. Ouid. 7. Metamorphos. 25.
Spiritus sibi sumere, & arrogantiam. Cæsar 1. belli Gallici, 137.
Superbiam sumere. Horat. 3. Carm. ode 30. 3.
Sumere supplicium, Punire. Plaut. Merc. 24. 31,
Supplicij sumat quid uolt ipse ob hanc iniuriam.
Supplicium de aliquo sumere. Terent. And. 3. 5. 17,
Cur non habeo spacium, ut de te sumã supplicũ ut uolos
Cicero pro Roscio Amerino, 40.
Tempus sumere ad rem aliquam. Cicero 1. de Legibus, 8. Idem ad Quintum fratrem, libro 2. 12. 5, De interpellatione tantum sumam à uobis temporibus ad scribendum, quantum dabitis.
Testimonium sumere in res aliquas. Cic. pro Cecinna, 17.
Togam uirilem sumere. Liu. 6. bel. Pun. 99.
Vestis mihi sumitur. Ouid. 5. Trist. eleg. 6. 2.
Vires sumunt incendia. Horat. 1. Epist. 19. 18.
Vitam sumere. Horat. 3. Carm. ode 5. 8.
Quomodo autem sumis, ut siquid cui simile esse possit, sequatur, ut etiam difficulter internosci possit? Cicero 4. Academ. 92.
Sed quum bis sumpsit quod uoluit, id tamen quod assumit, concedi nullo modo potest. Cic. 2. de Diuinat. 161.
¶ Sumptus, Participium (πεφθεὶς) Cicero de Amicitia, 1, Sumpta uirili toga. Vide hos quasi sumptos dies ad labefactandum illius dignitatem. Cicero pro Rabirio Postumo, 27.

Quereld altè ſumpta. Lucret. lib. 4. 238.

¶ Sumpturus, pen. prod. (λαμβάνω &) Aliud participium: ut, Oſcula ſumpturus. Ouid. 5. Faſt. 130.

¶ Sumptus, huius ſumptus (λῆμμα, ἀφέλημα, κερμάτιον) Dicitur quod quis impendit, ſiue impenſa. Terentius Phormion. 4. 3. 61,

Opus eſt ſumptu ad nuptias.

Annuus ſumptus. Vide Annuus, in Annus.

Exiguus ſumptus. Cic. in Parad. 63.

Liberales ſumptus. Vide Liberalis, in Liber adiectiuo.

Legitimus & infinitus ſumptus. Cic. Appio, lib. 3. 8. 10.

Sumptus ubique Ciceroni pro Luxurie accipitur: unde ſumptuoſus: ut pro Cælio, 35, Nulla luxuries reperietur, nulli ſumptus, nullum æs alienum. Ibidem, 54, Vigeant apud Mulierem uenuſtate, dominentur ſumptibus. Budæus.

Egentiſſimarum ciuitatum ſumptus. Cic. Appio, lib. 3. 8. 5.

Magnificentia & ſumptus epularum. Cic. 5. Tuſc. 137.

Dapſilis ſumptus. Vide Dapſilis, in Daps.

Infinitus ſumptus. Cic. 2. Offic. 82.

Abire in ſumptus. Vide Abeo.

Accommodare ſumptus. Vide Accommodo.

Admittere ſumptum. Vide Admitto.

Afferre ſumptum. Vide Affero.

Publico ſumptu decorare oppida. Horatius 2. Carminib. Ode 15. 4.

Dare ſumptum. Cic. 2. de Inuent. 186.

Effuſus ſumptus. Cic. pro Roſc. Amerin. 41.

Prouinciam ſumptu exhauriri. Cic. Qui frat. lib. 1. 1. 13.

Facere ſumptum. Terent. Adelph. 5. 4. 11,

Sibi uixit, ſibi ſumptum fecit.

Nullus teruntius factus eſt. Cic. ad Attic. lib. 5. 110. 3.

Facere ampliter ſumptum. Vide Amplus.

Facere ſumptū in rem militarem. Cic. Cornificio, lib. 12. 29. 8.

Facere ſumptum pro quæſtu. Hor. 1. Serm. Satyr. 2. 4.

Fit ſumptus in Quæſtorem, &c. Cicero ad Atticum, libro 5. 10. 4. 2.

Impendere laborem & ſumptum ad incertum caſum. Cicero 5. Verr. 195.

Impendent infiniti ſumptus in hos exercitus quibus nunc defendimur. Cic. Bruto, 18. 6.

Inferre ſumptum ciuibus. Vide Infero.

Inſumere ſumptum magnum, aut laborem in aliquam rē. Cic. 2. de Inuent. 205.

Leuare ſumptum. Vide Leuo, in Leuis.

Minuere ſumptum in aliquem. Cic. 2. de Legib. 37.

Minuere ſumptū, aut remittere. Cic. ad Appium, lib. 3. 8. 18.

Mutuari in ſumptum. Vide Mutuor, in Mutuum.

Parcere ſumptui. Vide Parco.

Ponere ſumptum. Cic. Qu. frat. lib. 3. 17. 7.

Prodire ſumptu extra modum. Cic. 1. Offic. 195.

Eſſe ſumptui. Cic. Attico, lib. 5. 101. 2, Aduentus noſter minimi, nec minimo quidem fuit ſumptui.

Suppeditare ſumptus. Cic. 2. de Offic. 60, Pecuniæ non quæren dæ ſolùm ratio eſt, ſed etiam collocandæ, quæ perpetuos ſumptus ſuppeditet: nec ſolùm neceſſarios, ſed etiā liberales.

Temperare ſumptus. Ouid. 1. Amor. eleg. 3. 2.

Sumptus, in genitiuo ſumpti, antiquè. Cato cap. 22. 3, Eo ſumpti opus eſt.

¶ Sumptuarius, Adiect. (δαπανηματικὸς) Quod ad ſumptum pertinet. Cic. ad Attic. lib. 13. 295. 1, Tu enim è Pollice cognoſcas rationes noſtras ſumptuarias.

Sumptuaria lex, Quæ de moderandis ſumptibus lata eſt, quam Cato cibariam appellat. Cicer. ad Gallum, lib. 7. 27. 4, Lex ſumptuaria, quæ uidetur ἀνάπαυτα attuliſſe, ea mihi fraudi fuit. Sic ad Atticum, lib. 13. 265. 1.

¶ Sumptuoſus, pen. prod. Aliud adiectiuum (πολυτελὴς, ἢ λαυκαλοντὸς) Qui magnos ſumptus facit. Cic. pro Cluentio, 55, Quum eſſet egens, ſumptuoſus, audax, callidus, perfidioſus, Sic 2. de Orat. 74, Quòd ſumptuoſus, de luxuria: quòd alieni appetens, de auaritia.

Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquiſitum, ne magnopere quidem quicquam præter libidines ſumptuoſum. Cic. in Piſonem, 53.

Adoleſcētiæ ſūptuoſæ homo. Vide Adoleſcētia, in Adoleo.

Cœnæ ſumptuoſæ. Catullus ad ſundum, 41. 2. Cicero Peto, libro 9. 23. 3.

Conuiuia ſumptuoſiora. Martial. lib. 1. 94.

Domus ſumptuoſa, Sumptuoſa familia. Terent. Adel. 4. 7. 42.

Magnifica & ſumptuoſa funera. Cæſar. 6. bell. Gall. 73.

Magnificus & ſumptuoſus homo. Terent. Heaut. 2. 1. 15.

Hoſtia ſumptuoſa. Horat. 3. Carm. ode 23. 4.

Ludi ſumptuoſiores. Cic. Quinto fratri, lib. 3. 2. 4. 7.

Reſperſio ſumptuoſa. Cic. 2. de Leg. 95.

¶ Sumptuosè, pen. prod. (πολυτελῶς) Cum magno ſumptu. Plin. epiſt. 189, Caſtigabat equidem filium ſuum, quòd paullo ſumptuoſius equos & canes emeret. Catull. ad Portiū & Socrationem, 44. 1,

Vos conuiuia lauta ſumptuosè De die facitis.

Iactare ſe ſumptuoſius & inſolentius. Cic. 2. in Catil. 40.

¶ Sumptito, ſumptitas, pen. corr. ſumptitare, Frequentatiuum. Plin. libro 25. cap. 5. 13, Vt plerique ſtudiorum gratia ad prouidenda acrius quæ commentabantur, ſæpius ſumptitauerint.

¶ Sumptio, Verbale (λῆμμα) Cic. 2. de Diuinat. 62, Sed denuo tibi iſtas duas ſumptiones, ea quæ λήμματα appellant dialectici: ſed nos Latinè loqui malumus. Cato de Re ruſt. cap. 152, de lege oleæ faciūdæ, Si ſumpſerit, in ſingulas ſumptiones, &c.

Sunium] σούνιον, Vicus & promontorium Atticæ regionis, quod in extima acie Helladis eſt, ſupra Athenas & Marathonem. Vide tabulam decimam Europæ apud Ptolemæum.

Suo] ſuis, ſui, ſutum (ῥάπτω) ſuere, Partes duas panni, aut alterius rei inuicem coniungere & colligare. A Sue quidam hoc uerbum deducunt: quia huius animalis pilis in ſuendo ſutores uterentur. Cic. 2. de Natura deorum, 225, Cultus dico agrorum, extructionesq; tectorum, tegumenta corporum uel texta, uel ſuta, omnemq; fabricam æris & ferri. Gellius, Sed hi pleriſq; naues loris ſuebant.

Alueoria ſuta lentis corticibus. Virg. 4. Georg. 7.

Pilea ſuta de lacernis cæſis. Stat. 4. Sylu. 9. 5.

Suere aliquid capiti ſuo, Appingere & affigere. Terentius Phorm. 3. 2. 6.

¶ Sutor, ſutoris, maſc. gen. (ῥάπτης) Qui ſuit: potiſſimùm autem pro calceario ſumitur. Plautus Aulul. 4. 34, Quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies. Cic. pro L. Flacco, 13, Se uelle, dixit, id ſutores & zonarij conclamarunt.

Bonus ſutor. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 25.

¶ Sutorius, Adiectiuum (ῥαπτικὸς) Quod ad ſutorem pertinet. Cic. ad Atticum, lib. 6. 111. 27, Noſtri enim credo græcis habent Turpionem ſutorium, & Vectium mancipem. Plin. lib. 20. cap. 12. 5, Verrucas miſto atramento ſutorio tollit. Vide Atramentum.

¶ Sutura, ſuturæ pen. prod. (ῥαφὴ ῥαφίς) Liu. 8. bell. Maced. 125, Sed triplex ſcutale crebris ſuturis duratum, ne fluxa habena uolutetur in tactu glans.

Sutura, de alijs etiam rebus per ſimilitudinem dicitur. Corn. Celſus lib. 7, Retrò caluaria ſolida ſine ſuturis eſt, & id caput firmiſſimum, atq; à dolore tutiſſimum eſt: ex cæteris in quo ſuturæ pauciores ſunt, eo capitis ualetudo commodior eſt. Idem lib. 5, de glutinatione uulnerum, Sutura oras iungit, quæ ne ipſæ quidem inter ſe contingere ex toto debent.

¶ Sutilis, & hoc ſutile, pen. cor. (ῥαπτὸς) Quod ſutum eſt. ut, Nauis ſutilis. Plin. lib. 24. 9. 8.

Sutilis roſa. Martial. lib. 9. 68,

Sutilis aptetur decies roſa crinibus: ut ſit,
Qui poſuit ſacræ nobile gentis opus. Idem lib. 5. 65,
Pinguefcat nimio madidus mihi crinis amomo,
Laſſenturq; roſis tempora ſubtilibus.

Coronæ ſutiles. Plinius libro 21. capite 3. 5, Summaq; authoritas pactili coronæ. Sutiles Saliorum ſacris inuenimus & ſolennes cœnis.

Cymba ſutilis. Virg. 6. Aeneid. 83.

¶ Sutrina, ſutrinæ, pen. prod. (σκυτεῖον) Officina ſutoris, in qua calcei fiunt. Liu. 3. bel. Pun. 137. Plinius lib. 35. cap. 10. 45, Tonſtrinas, ſutrinasq; pinxit, & aſellos, & obſonia, ac ſimilia.

¶ Sutrinus, pen. prod. Adiect. Tacit. lib. 15, Sutrinæ tabernæ.

¶ Sutrinum, neutro genere, pro arte ſutrina. Senec. epiſt. 91, Non multum abſuit quin ſutrinum quoq; inuentum à ſapientibus diceret.

Suopte] Suo ipſius: ut meopte, meo ipſius: tuopte, tuo ipſius. Feſtus.

Suouetaurilia] Vide Solitaurilia.

Supparus] Veſtimentū puellarum lineum, quod & ſubucula, id eſt camiſia, dicitur. Afranius: Puella non ſum, ſupparo ſi induta ſum.

Supat] Iacit: unde Diſſipat, diſijcit: & Obſipat, obijcit: & Inſipat, hoc eſt iniſcit. Paulus ex Feſto. Vide Inſipare.

Supellex] ſupellectilis, pen. corr. f. g. uel hic & hæc ſupellectilis & hoc ſuppellectile, in pluralī ſuppellectilia: in ablatiuo ſingulari, ſupellectile uel ſupellectili (σκεῦος, λαγανοπώλιον, πυξιδίον, ἐπιπλοῦν) Domeſticum patriſimilis inſtrumentum, quod neq; argento, auroue factō, uel ueſte adnumeretur: id eſt, res mobiles, ut uocāt iuriſconſulti, apud quos titulus eſt, De ſupellectile legata. Cuius nomine (ut inquit Paulus) continentur menſæ, trapezophora, delphicæ, ſubſellia, ſcamna, lecti inargentati, culcitræ, toralia, mappæ uilloſæ, uaſa aquaria, pelues, aquimanaria, candelabra, lucernæ, trullæ, uaſa ænea: uulgaria, id eſt, quæ non proprio ſunt loco attributa: præterea capſæ, armaria, uitrea, eſcaria, & potoria. Hæc Sipontinus ex XXXIII. Digeſt. De ſupellectile leg. l. 1. & l. ſupellectile. Plin. lib. 15. cap. 8. 2, Totam ſupellectilem ligneam. Cic. 4. Verr. 58, Supellex ex ære elegantior, & Deliaca & Corinthia. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 24,

Vilis cum patera guttus, Campana ſupellex.

Supellectilis nomenclatura unde ducta ſit, his uerbis palim facit Vlpianus, De ſupellectili legata: Labeo ait origine ſuiſſe ſupellectilis, quòd olim his qui in legationem proficiscerentur, locari ſolebant quæ ſub pellibus uſui forent.

Inſtrumentum & ſupellex. Cic. 6. Verr. 87.

Cogitatio ſupellectilis ad delicias. Cic. in Parad. 11.

Supellex uitæ. Cic. de Amicit. 50, Amicos non parare optimam & pulcherrimam uitæ, ut ita dicam, ſupellectilem.

Barbarica ſupellex. Vide Barbarus.

Curta ſupellex. Vide Curtus.

Infœlix ſupellex. Quintil. lib. 2. cap. 4. 22.

Multa & lauta & magnifica ſupellex. Cic. 2. Philipp. 76.

Munda ſupellex. Horat. 1. epiſt. 5. 2.

Vilis ſupellex. Virg. 1. Georg. 34.

Supellex Oratorum. Cic. 1. de Orat. 80, In Oratoris uerò inſtrumento tam lautam ſupellectilem nunquam uideram. Idem in Orator. 44.

¶ Supellecticarius, a, um, à ſupellectile deductum attributum, id ſignificat, quod ad ſupellectilem attinet: ut ſuppellecticarius ſeruus. Celſus lib. 18. Digeſt. ait, ſundo inſtructo legato etiam ſupellecticarios, & cæteros hoc genus ſeruos legato contineri. l. quæſitum. §. Celſus quoq;. de inſtructo uel inſtrumento legato. lib. 33. P. tit. 7.

Super] ὑπὲρ, ὑπεράνω, Præpoſitio, utriq; caſui ſeruiens, accuſatiuo & ablatiuo. Accuſatiuo, uarijs modis. Primò, quando aduerſatur præpoſitioni Subter. ut, Fama ſuper æthera notus. Virg. 1. Aeneid. 77. Cic. de Legib. 104, Demetrius ſuper terræ tumulum noluit quid ſtatui, niſi columellam.

Secundò, pro Vltra. Virg. 6. Aeneid. 159,

—ſuper & Garamantas & Indos
Proferet imperium. Apuleius, Iam enim ſuper oppidum profectus, nos citra reliquerat. Studui ſuper mediam noctē, bona locutio eſt, teſte Seruio. Virg. 9. Aeneid. 13. hoc etiam per ablatiuum dixit, Nocte ſuper media.

Super, pro Pluſquam. Suet. in Auguſto, cap. 35, Erant enim ſuper mille, & quidam indigniſſimi, &c.

Super octingentos annos. Tacitus libro 13, Quæ ſuper octingentos & quadraginta annos Remi Romuliq; inſtitutam texerat.

Super omnem taxationem. Plin. lib. 7. cap. 12. 7.

Super omnia. Virg. 8. Aeneid. 61.

Super, pro Præter. Sueton. in Vitellio, cap. 13, Famoſiſſima ſuper cæteras fuit cœna ei data aduentitia à fratre. Sic in Tiberio, cap. 55, Super ueteres amicos ac familiares, uiginti ſibi è numero principum ciuitatis depoposcerat, uelut conſiliarios in negocijs publicis.

Super bellum. Liu. 2. ab Vrbe, 223, Obſeſſáq; urbs foret, ſuper bellum annona premente, ni Horatius Conſul ex Volſcis eſſet reuocatus.

Super a ſuper ſaua dare. Plaut. Pſeud. 1. 4. 43. Plin. epiſt. 128, Gratias alijs ſuper alias epiſtolis agit.

Super Euclionis filiam. Plaut. Aulul. 2. 2. id eſt, De.

Super cœnam loqui, Tempore cœnæ. Plin. epiſt. 87, b.

Super menſam. Curtius lib. 7, Debellaturus ſuper menſam Alexandrum.

Super uinum & epulas. Curtius lib. 8. hoc eſt, Inter epulas, inter conuiuandum.

Super ſe collocare aliquem, in loco ſuperiore & honoratiore. Suet. in Auguſto, cap. 43, Superq; ſe ſubſellio ſecundo collocauit. Curtius lib. 8, Polypercon, qui cubabat ſuper regem. & c. hoc eſt, in conuiuio diſcumbebat ſuper Alexandrum.

Ablatiuo, pro De, ubi de re reliqua mentionem facimus. Virgilius 1. Aeneid. 151,

Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa. Cicero ad Atticum, lib. 16. 333. 20, Hæc ſuper reſcribam ad te Rhegio.

Paterfamiliās uti ſuper familia, pecuniaue ſua legauerit, ita ius eſto. Author ad Herenn. lib. 1. 23.

Super, pro Pluſquam, cum ablatiuo. Suetonius in Auguſto, capite 38, Super triginta ducibus iuſtos triumphos, & aliquanto pluribus triumphalia ornamenta decernenda curauit.

Super, pro Vltra. Virg. 9. Aeneid. 13, Nocte ſuper media. Diximus &, Super mediam noctem, teſte Seruio. id eſt, Maiore eius parte tranſacta.

Super, pro In. Virg. eclog. 1. 16,

Hic tamen hac mecum poteris requieſcere nocte,
Fronde ſuper uiridi. Idem 6. Aeneid. 41,

—gemina ſuper arbore ſidunt.

Super. Virg. 4. Aeneid. 47,

Nec super ipse sua molitur laude laborẽ. Vbi Seru. Super laude sua: id est, Pro sua laude: & Græcum est schema. Sic enim Demosthenes, ὑπὲρ τῦ στεφάνου: id est, pro Corona: ὑπὲρ ἐκείνου, pro illo.

Super gratiam esse, Magis esse, uincere, superare. Salust. in Iugurtha, At Iugurtha manifestus tanti sceleris, nõ prius omisit contra uerum niti, quàm animaduertit super gratiã atq; pecuniam suam, inuidiam facti esse.

Super efficitur aduerbium, ubi casum desijt habere. Plaut.

Hinc atq; super, subterq; premor angustijs. Cic. pro Qu. Rosc. 6, Satis superq; habere dicit. Virgil. 4. Aeneid. 100,

—— lectumq; iugalem
Quo perij, super imponas.

Super, pro Desuper. Virg. 9. Aeneid. 34.

Et super è uallo prospectant Troes. Idem 10. Aeneid. 77.

Super quàm quòd. Liu. 7. bel. Pun. 121, Marcellus etiam aduerso rumore esse, super quàm quòd primò malè pugnauerat. id est, Præter quàm quòd.

Super somnum seruus: id est, Seruus à cubili. Curtius, Sed per dispositos quos super somnum habebat, omnes procul relegatos, ne frenitu murmurantium inter se excitaretur. Bud.

Super. Virg. 2. Aeneid. 7,

His accensa super. Idem 3. Aeneid. 98,

O mihi sola mei super Astianactis imago. id est, Valde, uehementer, expressè: hoc est, Valde mihi es imago Astianactis, inquit Seruius.

Pro Superest. Virg. 4. Aeneid.

Nec fuga iam super. Sub. est.

Pro Insuper & amplius. Virg. 2. Aeneid. 15,

Cui neq; apud Danaos usquam locus, & super ipsi
Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscunt. Nonnulli legunt, insuper. Idem 11. Aeneid. 46.

Desuper. Vide De præpositionem.

Super, compositionem ingreditur: ut, Supersedem, &c.

Supera, pro Suprà] Vide Supra.

Supera, superorum] Vide Superus.

Superabilis] Vide Supero.

Superabundo] superabundas, superabundare, Redundare. Vlpian. in l. non solent. ff. de diuersis reg. iur. anti. Non solẽt, quæ superabundant, uitiare scripturas.

Superaddo] superaddis, superaddidi, superadditum, penult. corrept. (ἐπιπροστίθημι) superaddere, Vltrà addere. Virgilius eclog. 3. 8,

Lentæ quibus torno facili superaddita uitis. Propert. lib. 2. eleg. 14. 7,

Et sit in exiguo laurus superaddita busto.

Carmen superaddere tumulo. Virg. eclog. 5. 9.

Superæquani] Populi in quarta regione Italiæ, quos Salmonenſibus uicinos esse. Plin. commemorat, lib. 3. cap. 12.

Superaggero] superaggeras, pen. corr. superaggerare. Colum. lib. 12. cap. 44, Factæ scrobi operculum imponitur, & paleato luto circumlinitur, eáq; humus quæ fuerat egesta, superaggeratur.

Superaguata] Tunica omnium oculis tunicarum extima, cornea, extrinsecus adhærens, unde & nomen accepit ὑπεραφὸς χιτών.

Superalligare] ὑπαλλάττω. Plin. lib. 30. cap. 6. 8, Caninus si uiuenti eximatur, & in cibo sumatur, liberat eo uitio. Quidam recentem superalligant.

Superamenta] Vide Supero, in sequentibus.

Superbibo] superbibis, superbibi, pen. corr. superbibitum, pen. corr. (ὑπαφίνω) superbibere, Postea bibere. Plin. lib. 23. cap. 1. 28, Itemq; ingi superbibere ebrietati, quam quidem frigidæ potus extemplò discutit.

Superbio] superbis, superbiui, superbitum (ὑπερηφανεύομαι, ἀλαζονεύομαι, γαυριάω, γαυρόομαι, μεγαλοφρονέω, τυφόομαι) superbire: compositum ex Super & Eo, is: ir melioris soni gratia, interposita: & e in i mutata. Est autem superbire, uel ipso incessu, uel fastu quodã sese extollere. Plin. lib. 10. cap. 63. 9, Equæ comantes gloria superbiunt.

Superbire, ad inanimata translatum. Plin. Hinc geminæ cerè apud Menandrum & Philomenem fabulæ superbiunt. hoc est, Aliàs antecellunt, & præ alijs iocosæ. Claud. lib. 3. de raptu Proserpinæ, 69,

—— Phlegræis sylua superbit
Exuuijs, totumq; nemus uictoria uestit. hoc est, Nobilitatur, celebratur, illustratur.

Patrijs actis superbire. Ouid. epist. 8. 9.

Forma superbire. Ouid. de Medicamine faciei, 7.

Nomine aui superbit ille. Ouid. 11. Metam. 44.

¶ Superbia, superbiæ (ὑπερηφανία, ἀλαζονία, ἀγυνωσία, ἀγωχία, γαῦρίαμα, τύφος) Est supergredientis elatio mentis. Cic. in Partit. 43, Magnitudinem animi superbia imitatur, in animis extollendis. Idem 6: Verr. 80, Illa tua singularis significatur insolentia, superbia, contumacia.

Domicilium superbiæ, & sedes luxuriæ. Cicero 2. de lege Agrar. 94.

Damnosa superbia in uultu. Ouid. 3. de Arte, 101.

Abijcere superbiam. Plaut. Mercat. 2. 2. 10.

Accipere aliquid in superbiam. Tacit. lib. 5.

Facere aliquid in superbia & in humanitate. Cic. 1. de Orat. 50.

Superbiam, fastidiam, arrogantiamq; magnopere fugiamus. Cicero 1. Offic. 127.

Párere superbiam. Quint. lib. 3. cap. 6. 42.

Ponere superbiam. Horat. 3. Carm. ode 10. 2.

¶ Superbus, Adiect. (ὑπερήφανος, ἀγέρωχος, ὑπέροπτος, ἀλαζών, γαῦρος, ὑπέρφρων, ὑπερφρονῶν) Arrogans & fastuosus. Virg. 3. Aeneid. 66,

Stirpis Achilleæ fastus, iuuenemq; superbum. Idem 10. Aeneid. 103. Catullus in Iulium Cæsarem, 27. 2,

Et ille nunc superbus, & superfluens.

Superbus cæde ferarum. Ouid. 2. Metam. 88.

Pecunia superbus. Horat. Epod. 4. 1.

Superbus, Nobilis, magnificus, excellens. Virg. 1. Aeneid. 5,

Hinc populum late regem, belloq; superbum.

Superbus uiribus. Plaut. Amph. 4. 59,

Magnanimi uiri, freti uiriute, & uiribus superbi.

¶ Superbus, Altus, elatus. Virg. 7. Aeneid. 126,

—— Atina potens, Tyburq; superbum. hoc est, Altè exædificatum, uel etiam magnificum.

Superbus ornatus. Virg. 2. Aeneid. 191,

Barbarico postes auro, spolijsq; superbi Procubuêre.

Opibus superbi omnes. Virg. 5. Aeneid. 54.

Superbus, Opulentus. Virg. 9. Aeneid. 65,

—— simul ense superbum
Rhœmetem aggreditur.

Superbus, Iniquus. Virg. 8. Aeneid. 24,

Quos illi bello profugos egêre superbo.

Superbos antiqui propter pompam funeris, mortuos dixêre. Plaut. Amphit. 4. 203,

Faciam ego hodie te superbum, nisi hinc abis. id est, Occidam. Nonius.

Achilles superbus. Vide Achilles.

Ager superbus. Mart. lib. 12.

Aures habere superbas. Liu. 4. bel. Maced. 26.

Coniugium superbum. Virg. 3. Aeneid. 95.

Corpus superbum. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 22.

Curru superbo uictor fertur. Senec. Troade, 2. 6.

Dominis

Dominis parére superbis. Virg. 12. Aeneid. 48.

Fastidia superba. Virg. eclog. 2. 3.

Forma superba. Ouid. epist. 20. 7.

Fortuna superba. Horat. 1. epistol. 1. 14.

Gentes frenare superbas. Virg. 1. Aeneid. 106.

Gressus glomerare superbos. Virg. 3. Georg. 24.

Honor superbus. Stat. 1. Achilleid. 56.

Insigne superbum belli. Virg. 8. Aeneid. 137.

Iudicium superbissimum. Cic. in Orat. 84.

Ius superbum. Cic. 3. de Legibus, 25.

Iuuenis superbus. Virg. 3. Aeneid. 66.

Merum superbum, Vinum pretiosum. Horatius 2. Carmin. ode 14. 6.

Oculi superbi. Ouid. 6. Metam. 34.

Palla superba. Ouid. 3. Amor. eleg. 12. 6.

Pyra superba. Columell. lib. 5. cap. 10. 12.

Regna superba. Tibull. lib. 1. eleg. 9. 16.

Reges superbi. Lucret. lib. 2. 246. Cic. Attic. lib. 6. 114. 12.

Sceptra superba. Lucret. lib. 5. 229.

Sedes superbæ. Virg. 2. Aeneid. 157.

Tecta superba. Virg. 7. Aeneid. 3.

Triumphus superbus. Horat. 1. Carm. ode 37. 7.

Verba superba. Ouid. 5. Trist. eleg. 9. 2.

Victor superbus. Virg. 3 Georg. 46.

Præbere se superbum in fortuna. Cic. Attic. lib. 8. 148. 1.

Laudato pauone superbior. Ouid. 13. Metam. 172.

Virum superbiorem te pecunia facit, an quòd te imperator cõsulit? Cic. Trebatio, lib. 7. 13. 3.

Superbum est enim ludices, & non ferendum, dicere Prætorem in prouincia homini honesto, locupleti, splendido, Vende mihi uasa cælata. Cic. 6. Verr. 39.

¶ Superbè, Aduerbium (ὑπερηφάνως, ἀγερώχως) Elatè, fastuosè. Terent. Phormio. 5. 8. 22,

Satin' superbè illuditis me?

Dictum superbè. Lucret. lib. 5. 46.

Superbè respõnsum reddere. Liu. 1. ab Vrbe, 140.

Superbius aliquem appellare. Cic. pro lege Manil. 6.

Accipere preces alicuius superbius. Tacit. lib. 2.

¶ Superbiter scripsit Nœuius bell. Punic. lib. 6. pro Superbè (γαυριῶν) teste Nonio.

¶ Superbiloquentia, superbiloquentiæ (γαυρολογία) Elatus atq; arrogans sermo. Cic. 4. Tuscul. 54, Ob scelera, animiq; impotentiam & superbiloquentiam.

¶ Superbificus, pen. corr. Adiectiuum (γαυριποιὸς) Seneca, Herc. fiiren. 1. 12,

—— & superbifica manu
Atrum per urbes ducit Argolicas canem.

Supercalco] supercalcas (ὑπατρίβω) supercalcare. Columel. lib. 12. cap. 39. 3, Vbi unum tabulatum feceris, uinum uetus conspergito, posteà alterum supercalcato, & item uinum conspergito.

Supercerno] supercernis, supercreui, supercretum, penult. prod. (ὑπεκκρίνω) supercernere. Plin. lib. 17. cap. 10. 13, Terráq; cribris supercernitur pollicis crassitudine.

Supercido] supercidis, pen. corr. supercidi, pen. corr. supercasum, pen. prod. (ὑπατίλλω) supercidere: ex Super & Cadere. Colum. lib. 4. cap. 9, Ne si transuersa fuerit cicatrix, cælestem supercidentem aquam contineat. Alia exemplaria habent, superincidentem.

Supercilium] supercilij (ὀφρὺς) ex Super & Cilium, Vltima pars frontis, pilis uestita, quæ cilijs prominet. Plin. lib. 11. ca. 37. 16, Supercilia homini, & pariter & alternè mobilia, & in ijs pars animi. Negamus, annuimus. Hæc maximè indicãt fastus, Superbia aliubi conceptaculum, sed hìc sedem habet.

In corde nascitur, huc subit, hìc pendet. Nihil altius simul abruptuq; inuenit in corpore, ubi solitaria esset. Subiacent oculi, pars corporis pretiosissima, & qui lucis usu uitam distinguant à morte.

Superciliorum remissio aut contractio, mœstitia, &c. Cicero 1. Offic. 203.

Abrasa supercilia. Cic. pro Rosc. Comœd. 11.

Constricta supercilia. Quintil. lib. 1. cap. 11. 6.

Depressum & sublatum supercilium. Cic. in Pisonem, 9.

Dissidentia supercilia. Quintil. lib. 1. cap. 11. 6.

Duris supercilijs torua. Ouid. epist. 16. 4.

Hirsutum supercilium. Virg. 8. eclog. 7.

Inflexa iuxta tempora supercilia. Vide Inflecto.

Seueri supercilij matrona. Ouid. 2. Trist. 62.

Triste supercilium. Lucret. lib. 6. 236. (11. 6.

Alleuare supercilia ad singulos uocis conatus. Quint. lib. 1. cap.

Libidines quas fronte & supercilio contegit. Cic. de Prouinc. Consul. 7.

Decipere aliquem rugis & supercilio. Cic. Post. red. in Sen. 14.

Vibrante supercilio loqui. Ouid. 2. Amor. eleg. 5. 3.

Nitii supercilio. Cic. pro Sestio, Tanta erat grauitas in oculo, tanta frontis contractio, ut illo supercilio Respub. tanquam Atlante cælum niti uideretur.

Supercilium, pro Nutu. Horat. 3. Carm. ode 1. 2,

Reges in ipsos imperium est Iouis
Clari Giganteo triumpho,
Cuncta supercilio mouentis.

Supercilium, pro Superbia aliquando ponitur. Iuuenalis, Satyr. 6. 17.

Grande supercilium. Cic. pro lege Agrar. 91, Hunc Capuæ Campano supercilio, ac regio strepitu quum uideremus. Martialis, lib. 1. 34,

Terrarum dominum pone supercilium.

Supercilium salit. Quoties bona quædam spes titillat animum nostrum, dicere licebit nobis salire supercilium. Ita Pseudolus apud Plautum. Sumptum à uulgi superstitione, qui futurorum auguria captat ex corporis affectibus: ut siquod mẽbrum pruriat præter euidentem causam, si dexter oculus saliat, si auris dextra tinniat. Nec me fallit aliter legi apud Plautum: uerùm & ipsa sententia, & metri ratio docet esse legendum, ut à me positum est. Sic enim legendi sunt senarij Iambici, 3. 105,

Spero alicunde hodie me bona opera, aut hac mea
Tibi inuenturum esse auxilium argentarium.
C. At id futurum unde? P. unde dicam, nescio,
Nisi quia futurum est, ita supercilium salit. Eras. in Chil.

Supercilium montis, pro Summitate, per translationem. Liu. 7. bel. Punic. 108, Ipse expeditos, qui pridie stationes hostium pepulerant, ad leuem armaturam infimo stantem supercilio ducit. Plin. lib. 6. cap. 5. 3, Inde promontorium Cronea, quo supercilium arduum tenent Toretæ. Virgil. 1. Georg. 22. Stat. 6. Thebaid. 13, Molle supercilium. De pyra erecta in sinere pueri.

Supercontego] Cels. lib. 4. cap. 1, Renes uerò diuersi, qui lumbis summis coxis inhærent, parte earum resimi, ab altera rotundi, qui & uenosi sunt, & uentriculos habent, & tunicis superconteguntur: ac uiscerum quidem hæ sedes sunt.

Supercorruo] supercorruis, supercorruere. Valer. lib. 5. capite 6, Factáq; ingenti strage telis obrutus supercorruit.

Supercresco] supercrescis (ὑπαυξάνομαι) supercrescere. Celsus lib. 6. cap. 6, De oculorum ulceribus supercrescentibus. Idem lib. 5. cap. 28. de carcinomate, Si id nimium supercreuit, tentanda squama æris est. Quint. Declam. 5.

Supercu-

Supercubo] *supercubas, pen. corr.* (ὑπερκυμαω) *supercubare, Superiacere, superdormire. Colum. lib. 7. cap. 4.5, Perforatis tabulis, quibus ouilia consternuntur, ut grex supercubet.*

Supercurro] *supercurris, supercurrere. Supercurrere ager dicitur uectigali, quum habet ampliorem prouentum. Plin. epist. 138, Etager ipse propter hoc quòd uectigali longè supercurrit, semper dominum à quo exerceatur, inueniet.*

Superdico] *superdicis, pen. prod. superdixi, superdictum,* (ὑπερλέγω) *superdicere, Dictis addere, dicere præter id quod dictum est, subiungere dictis. Cicero 2. de Legibus, 84, Admonet Iurisconsultus hic quidem ipse Mutius Ponti fex, idem ut minus capiat, quàm omnibus hæredibus relinquatur: superdicebant quicquid cœpisset astringi, rursus sacris liberantur.*

Superdo] *superdas, superdedi, superdatum, superdare, pen. corr.* (ἐπιτίθημι) *Cels. lib. 7. cap. 2, Purgationis causa paulum mellis imponendum, deinde glutinantia superdanda. Ibidem, cap. 7.*

Superduco] *superducis, pen. prod. superduxi, superductũ* (ὑπαφάγω) *superducere, Præter iam adducta, alia adducere. Plaut. Trucul. 10.53,*

Iam quin etiam superducas, quæ mihi comedant cibum.

Superedo] *superedis, pen. corr. superedi, pen. prod. superesum* (ἐπεδίω) *superedere. Postea edere. Plinius libro 19. capite 6.14, Menander, è Græcis author est, allium edentibus, si radicem betæ in pruna tostum superederint, odorem extingui.*

Supereminео] *superemines, pen. cor. supereminui* (ὑπερέχω) *supereminere, Amplius eminere. Colum. lib. 12. cap. 47.1, Vt oliuæ premantur, & ius supereminеat. Virgil. 6. Aeneid. 172,*

—uictorq; uiros supereminet omnes.

Supereminet extra aquam. Plin. lib. 26. cap. 8. 9.

Superenato] *superenatas, pen. corr. superenatare. Lucanus libro 41,*

Primùm cana salix madefacto uimine paruam
Texitur in puppim: cæsoq; induta iuuenco,
Vectoris patiens, tumidum superenatat amnem. Alij legunt, superemicat. cæso iuuenco: id est, corio bubulo.

Supereo] *superis, superire, Ire super. Lucret. lib. 3,*

Ac pedibus falsas docuit superire lacunas.

Supereuolo] *superеuolas, pen. corr. superеuolare. Lucan. libro 3,*

Agmine nubiferam rapto supereuolat alpem. hoc est, Celeriter ac raptim transcendit.

Superit] *significat supererit. Ennius,*

Dum quidem unus homo Romæ toga superesset. & Attius in Chrysippo,

Quin hinc superesset, Spartam atq; Amyclas trado.

Superexcurro] *superexcurris, Effluo. De rebus inanimatis plerunq; dici solet. Vlpianus in l. 1. §. si arbor. de arboribus cædendis. lib. 43. tit. 27, Si arbor (inquit) ædibus alienis impendeat, utrum totam arborẽ iubeat Prætor adimi, an uerò id solum quod superexcurrit, quæritur.*

Superexigo] *Suprà quàm oportuit exigo, aut iteratò exigo unde & Superexactores in iure Ciuili dicti sunt, & Superexactio. Arcadius, Si quis exactorum superexactionis crimine fuerit confutatus. & Rubrica de Superexactoribus, lib. 10. C. tit. 21. Nisi ibidem legendum putes, de superexactionibus.*

Superfero] *pen. corr. superfers, supertuli, pen. corr. superlatum. pen. prod.* (ὑπιφέρω, ὑπιγτίθημι) *superferre. Plinius lib. 32. cap. 10, 18, Sed si castoreum, fibrúmue supergredia-*

tur grauida, abortum facere dicitur, & periclitari partus si superferatur. Idem lib. 28. cap. 8. 15.

¶ Superlatus, pen. prod. Particip. (ὑπιρθίτος) *ut, Superlata nomina, superlata uerba, quæ augendi causa in oratione proferebantur. Cic. in Partit. 12, Illustris autem oratio est, si & uerba grauitate delecta ponũtur, ac translata & superlata, & ad nomen adiuncta, & duplicata.*

¶ Superlatio, Verbale (ὑπιρθισις) *Ipse superferendi actus.*

Superlatio, apud Oratores. *Cic. 3. de Orat. 113, Tum augendi minuendiue causa ueritatis superlatio atq; traiectio & rogatio, atq; huic finitima quasi percontatio, expositioq; sententiæ suæ. Quintil. lib. 1. cap. 10, Licet per comparationes & superlationes.*

Superlatio, est oratio superans ueritatem, alicuius augendi minuendiue causa. *Author ad Herennium, lib. 4. 199, Superlatio, pro insigni cognomine à re aliqua sumpto: ut quum alicui sapiens, per excellentiam uocatur. Valer. lib. 6. cap. 10, Quid? Crasso nónne pecuniæ magnitudo locupletis nomen dedit? Sed eidem postea inopia turpem decoctoris superlationem iniunxit.*

¶ Superlatiuus, pen. prod. Adiectiuum (ὑπιρθιτικὸς) *ut, Superlatiuus gradus: de quo abundè apud Grammaticos.*

Superlatiuum, *cum quàm. Liu. 4. bell. Maced. Cum tyranno instituere amicitiam, & eo tyranno, quàm qui unquam fuit sæuissimo & violentissimo in suos.*

Superlatiuum à Comparatiuo interdum superatur. *Liu. 3, ab Vrbe, Orare, ne pessimum facimus peiore exemplo admitterent iudices.*

Superficies] *superficiei, f. g.* (ἐπιπολὴ, ἐπιφάνεια) *ex Super & Facie, quasi superfacies, Superior pars cuiuscunque rei, & facies quæ exterior ab oculis cernitur. Plin. lib. 11. cap. 48. 2, Quia longitudo superficiem corporum solam amplitat. Cic. ad Attic. lib. 4. 70. 10, Qui si sustulerint religionem, aream præclaram habemus, superficiem Consules ex Senatusconsulto æstimabunt.*

Aedium superficies. *Cic. Attic. lib. 4. 7. 18.*

¶ Superficium, neut. gener. apud Pomponium legitur in hunc modum: *si ex lapidicinis dotalis fundi, lapidem, uel arbores, quæ fructus non essent, siue superficium ædificij dotalis, uoluntate mulieris uendiderit, numi ex ea uenditione sunt dotis. Sic in l. 1. ff. de superficiebus. Caius lib. 2. Instit. tit. 1.*

¶ Superficiarius, Adiect. (ἐπιπολαῖος) *ut, Superficiariæ ædes, quæ in conducto solo positæ sunt: quarum proprietas & ciuili & naturali iure, eius est, cuius est solum. Hactenus Caius de superficiebus. l. superficiarias.*

Superficiarius, *Qui in alieno solo superficiem habet, ita ut certam pensionem præstet. Author est Vlpian. Senec. epist. 89, Mathematica, ut ita dicam, superficiaria est, in alieno ædificat.*

Superficio] *superficis, superficere: non uerò imperſonaliter, uti quidam opinati sunt: est superesse, restare, redundare, superfluere. Hinc superfieri, & superficiens. Columella libro 12. cap. 1, Tum separare quæ consumenda sunt, & quæ superfieri possunt custodire, ne sumptus annuus, menstruus fiat. Vlpianus: Idem aiunt, aquam pluuiam in suo retinere, uel superficientem, ex uicini in suum deriuare. tit. de aqua & aquæ pluu. arcend. lib. 39. P. Sunt qui apud Vlpian. Superfluentem, sed contra ueritatem antiquorum codicum, legant. Quæ enim aqua superfluit, non deriuatur: sed ipsa impetu suo spargitur. Quæ superficit, id est, superest uicino, rectè deriuari potest. Quod enim tibi non nocet, & uerò mihi prodest: Naturæ communitate, mihi deberi iustum est.*

Superfit] *pro Superest* (ὑπάρχει) *Columel. lib. 12. cap. 1, 5, Tum se parare quæ consumenda sunt: & quæ superfieri possunt,*

possunt, custodire, ne sumptus annuus menstruus fiat.

Superfloresco] *superfloresco, superflorui* (ὑπανθέω) *superfloreſcere. Plin. lib. 19. cap. 5. 7, Particulatim cucumis floret, sibi ipse superflorescens.*

Superfluo] *superfluis, superfluxi, superfluxum* (ὑπερισσεύω, πλεονάζω, ὑπερπερισσεύω) *superfluere, Abundare, redundare. Cic. de claris Orator. 175, Is dedit operam, si modò id consequi potuit, ut nimis redundantes nos, & superfluentes iuuenili quadam dicendi impunitate & licentia reprimeret, & quasi extra ripas diffluentes coerceret. Plin. lib. 31. cap. 4. 1, Apolloniæ in Ponto fons iuxta mare, æstate tantùm superfluit, & maximè Canis ortu, parcius si frigidior sit æstas.*

Superfluens pecunia. *Senec. de Benefic. lib. 1. cap. 11.*

¶ Superfluitas, pen. corr. *superfluitatis* (ὑπερισσεία, ὑπερισσυμία) *Plin. lib. 14. cap. 1. 4, Aliæ improbo raptatu, pampinorumq; superfluitate, atria media complentes.*

¶ Superfluus, Adiectiuum: ut, *Fructus superflui. Pap. in l. dedu ta. §. ult. ff. ad S. C. Trebell.*

Superfluum bonorum, *Ibidem.*

Superfluus, *cum datiuo. Plin. in Paneg. 135. Quibus moris est eadem illa nũc rigentia gelu flumina, aut campis superflua, nunc liquidâ ac deferentia lustrare nauigijs.*

Superfœto] *superfœtas* (ὑπανύω, ὑπανίσκω) *superfœtare, Dicuntur quædam animalia, dum post unum fœtum editũ, rursum alium edunt uno aut altero die, aut paulo pluribus. Plinius libro 10. capite 63. 8, Dasypodes superfœtant sicut lepores. Idem lib. 7. cap. 11. 1, Præter mulierẽ, pauca animalia coitum nouêre grauida. Vnum quidem omnino, aut alterum superfœtat.*

¶ Superfœtatio, Secundarius conceptus prægnantis, quam Superimprægnationem uulgò appellat. Budæus in Not. ad Pand. lect. l. antiqui uerò. D. si pars hæredit. petat.

Superfulgeo] *superfulges* (ὑπερυπολαμπάνω) *superfulgere. Stat. 1. Sylu. 1. 7,*

Ipse autem puro celsum caput aere septus
Templa superfulges, & prospectare uideris.

Superfundo] *superfundis, superfudi, superfusum, pen. product.* (ὑπιρχέω) *superfundere, De liquoribus dicitur, quum alicui rei superiicitur. Colum. lib. 12. cap. 57. 1, Hanc mistu ram, quum in catillo composueris, oleum superfundito.*

Superfundens se lætitiæ, *per translationem: pro, Vbertim sese ostendens. Liu. 5. ab Vrbe, 33.*

Superfusus Tyberis, *Inundans. Liu. 7. ab Vrbe, 10.*

Superfusa gens montibus Caucasiis, *Conspersim fusa. Plinius lib. 6. cap. 13. 7.*

Superfusi hostes. *Liu. 9. bel. Maced. 199.*

Corpora dicuntur superfundi, à *Seneca, de Tranquil. uitæ, quæ sunt nimiæ uastitatis.*

Supergero] *supergeris, pen. corr. supergesi, supergestum* (ὑπιχωννύω) *supergerere, Superiacere, & quasi aggeratim superimponere: nam proprie de terra dicitur. Colum. lib. 11. cap. 3. 5, Prædicti deinde sunos de tabulato prompti explicantur, & in longitudinem per utrunq; sulcum porrecti obruuntur: sed ita, ut non nimium supergesta terra femina spinarum quæ inhærent toris funiculorum enasci possint.*

Supergradior] *siue Supergredior, supergrederis, supergressus sum* (ὑπερβαδίζω, ὑπερεπέρχω) *supergredi, pen. corr. Super aliquid gressum facere. Plin. lib. 28. cap. 7. 11, Abortum facit illitus, aut si omnino prægnans supergrediatur. Stat. 5. Sylu. 3. 23,*

Ora supergressus Pylij senis.

Supergredi omnem laudem, *Excellere. Quintilianus libro 6. in Procem.*

Superiacio] *superiacis, pen. corr. superieci, pen. prod. superiactum, superiacere: & Superijcio, superijcis, superijcere, pro eodem* (ὑπιρρίπτω) *Colum. lib. 2. cap. 16, Quæq; temporibus Autumni frutetis & arboribus delapsa folia superiaciebantur, mox conuersa uomeribus, &c.*

Superijcere, *Addere. Liu. 10. ab Vrbe, 149, Magna eius dies quo in Sentinati agro bellatum, fama est, etiam uerò stanti. Sed superiecêre quidam augendo fidem, qui in hostium exercitu, peditum quadringenta millia CCCXXX. equitum sex & XL. millia, mille carpentorum scripsere fuisse.*

¶ Superiactio, *superiactas* (ὑπερπηδάω, ὑπερφάλλομαι) *superiactare, Frequentatiuum. Plin. lib. 9. cap. 15. 10, Quod & aliàs faciunt, aliorum uim timentes, mugiles maximè, tam præcipuæ uelocitatis, ut transuersa nauigia interim superiactent id est, Transcendant.*

¶ Superiectus, huius superiectus, *masculi. gen.* (ὑπερφάλμα) *Colum. lib. 6. cap. 36. 3, Ita enim efficitur, ut eius obiectu, quum mas etiam superiectu eblanditus est, uelut incensus & obcæcatus cupidine, subiecta quam petierat, fastidiat & imponatur equæ.*

¶ Superiectio, *superiectionis, fœm. gen. Quint. lib. 8. cap. ult. de hyperbole, Est hæc ementiens superiectio.*

Superilligo] *superilligas, pen. corr.* (ὑπερπιδέω) *superilligare. Plin. lib. 29. cap. 3. 2, Eadem cum oleo trita ignes sacros leniunt, betæ fõliis superilligatis.*

Superillino] *superillinis, pen. corr. superillini, superilliui, et superilleui, pen. prod. superillitum, pen. corr.* (ὑπαλείφω) *superillinere. Plin. lib. 30. cap. 12. 6, Reduuias, & quæ in digitis nascuntur pterygia, tollunt canini capitis cinis, aut ulua decocta in oleo, superillito butyro ouillo cum melle.*

Superimpendens] *Participium* (ὑπαναλίσκω) *Catullus Argonaut. 59. 57.*

Confestim Peneo adit uiridantia Tempe,
Tempe quæ syluæ cingunt superimpendentes.

Superimpono] *superimponis, pen. prod. superimposui, superimpositum, pen. corr.* (ἐπιτίθημι) *superimponere. Plin. lib. 31. cap. 9. 6, Phagedænis ulcerum, tritus cum farina hordei, superimposito linteolo madente uino. Liu. 1. bel. Pun. 4, Et Sardiniam inter motum Africæ fraude Romanorum, stipendio etiam superimposito, interceptam.*

Superincido] *superincidis, superincidi, pen. corr. superincasum* (ὑπερπαλάω) *superincidere: ex Super & Cado compositum. Liu. 3. bel. Pun. 68, Vtiq; Cannensi pugna non prius prælio abstiterit, quàm propè exanguis ruina superincidentium uirorum, equorum, armorumq; sit oppressus. Columel. lib. 4. cap. 9, Nec fi transuersa fuerit cicatrix, cæleſtem superincidentem aquam contineat. Liu. 2. ab Vrbe, 46.*

Superindico] *superindicis, superindicere. Vlpiã. in l. si duo, §. ult. ff. de iureiurando, Imperator noſter cum patre rescripſit, fustibus eum castigatum dimitti, & ita ei super indicti* τοῦτο ἕνεκα μὴ ὀμνύειν *id est, Petulanter ne iurato.*

¶ Superindictum, *extraordinarium munus ultra solitam & canonicam collationem indictum significat. l. 1. c. de indictionibus lib. 10. l. 1. C. de superindict. l. 3. C. de excusat. muner. l. 3. C. de silentiar. lib. 12.*

¶ Superindictio, *idem quod Superindictũ. l. 1. de priuileg. domus Aug. lib. 11. unde superindicti tituli, in l. ult. cod. tit.*

Superinduco] *superinduxi, pen. prod. superinduxi, superinductum* (ὑπαγάγω) *superinducere. Plinius libro 15. cap. 17. 2, Duũm pedum terra superinducta. Quintil. lib. 5. cap. 8, Neruis illis quibus causa continetur, adijciunt superinducti corporis speciem.*

¶ Superinductio, *Verbale. Vlpian. in l. 1. §. 1. ff. de ijs quæ in testamento delentur. Lituras, inductiones, superinductiones, ipse feci.*

ipſe feci. Sic habent Pandectæ Florentinæ, quanuis Haloandaer legat, ſuperductiones.

Superinduo] ſuperinduis, ſuperindui, ſuperindutum, pen. prod. (ὑποδύω) ſuperinduere. Sueton. in Nero. cap. 48, Vt erat nudo pede, atque tunicatus, penulam obſoleti coloris ſuperinduit.

Superingero] ſuperingeris, pen. corr. (ἐπεισφέρω) ſuperingeſti, ſuperingeſtum, ſuperingerere, Aggeratim, uel aceruatim ſuperimponere. Plin. lib. 18, cap. 30. 10, Sunt qui legumi-num aceruos ſuperingerant.

Superinijcio] ſuperinijcis, pen. corr. ſuperinieci, pen. prod. ſuperinjectum (ὑπεμβάλλω) ſuperinijcere: ex duabus præpoſitionibus, Super & In, & uerbo Iacio compoſitum. Celſ. lib. 5. de curatione eryſipelatum, Aut ſi durior locus eſt, ſolani folia contrita ſuillæ adipi miſcenda ſunt, & illita linteolo ſuperinijcienda. Plin. lib. 17. cap. 9. 5, Farinæ uice cribris ſuperinijci. Ouid. 5. 107,

Tum ſuperinjecta texêre madentia terra.

Superintego] ſuperintegis, pen. corr. ſuperintexi, ſuperintectum (ἐπεγκαλύπτω) ſuperintegere. Plin. lib. 18. cap. 6. 14, Ora utrinq; lapidibus ſtatu minari, & alio ſuperintegi.

Superintono] ſuperintonas, pen. corr. (ὑπερβροντάω) ſuperintonare, De ſuper tonare. Virg. 9. Aeneid. 142,

Dat tellus gemitum, & clypeum ſuperintonat ingens.

Superinungo] ſuperinungis, ſuperinunxi, ſuperinunctum (ἐπαλείφω) ſuperinungere. Celſus lib. 7. cap. 7, de oculorũ uitijs, Dein ſuperinungi collirio debet ex his aliquo, quo lippientes oculi ſuperinunguntur.

Superior, Superius] Vide Supra.

Superiumentarius] ſuperiumentarij. Sueton. in Claudio, cap. 2, Quem barbarum, & olim ſuperiumentarium ex induſtria ſibi appoſitum, ut ſe quibuſcunq; de cauſis quam ſæuiſſimè coerceret, ipſe quodam libello conqueritur.

Superlachrymo] ſuperlachrymas, pen. cor. (ἐπιδακρύω) ſuperlachrymare, de palmitibus uitis dicitur, quum poſt reſectionem humorem quendam, ueluti lachrymam emittunt. Colum. lib. 4. cap. 24. 14, Optimum eſt igitur medio ferè internodio ſubſidiarium tondere palmitem, deuexamq; reſectionem facere poſt gemmam, ne ut iam antè diximus, ſuperlachrymet, & gemmantem cæcet oculum.

Superlatio, Superlatiuus, Superlatum] Vide Superfero.

Superliminare] ſuperliminaris, pen. prod. neut. gen. (ὑπέρθυρον) Ea pars oſtij ſuperior, quæ ſuper limẽ eſt. Plin. lib. 29. cap. 4. 24, Cuius generis propè uideri poſſint quæ tradunt & de ueſpertilione, ſi ter circunlatus domi uiuus, per feneſtram inuerſo capite infigatur, amuletum eſſe: priuatimq; ouilibus circunlatum toties, & pedibus ſuſpenſum ſurſum in ſuperliminari.

Superlino] à quo participium Superlitus, pen. cor. Plin. lib. 22. cap. 23. 8, Vel per ſe uiſco ſuperlitum ut hæreat.

Supermando] ſupermandis, ſupermandi, ſupermanſum (ἐπιμασάομαι) ſupermandere, Poſt manſum aliquid, aliud rurſus mandere. Plin. lib. 31. cap. 6. 8, Qui puram dedêre, raphanos ſupermandi ex mulſo aceto iubent, ut ad uomitiones reuocent.

Supermeo] ſupermeas (ὑπερῤῥέω) ſupermeare, Superfluere, uel ſuperlabi. Plin. lib. 2. cap. 103. 1, de miraculis aquarum, Quædam uerò & dulces inter ſe ſupermeant alias. Vt in Eucimo lacu inuectus amnis, in Lario Addua, &c.

Supermico] ſupermicas, pen. corr. ſupermicare, id eſt, Antecellere. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 31, Si quæ reddunt filij parentibus beneficia, eorum non ſupermicant. Paulò poſt dicit, Exuperare.

Supernas] Vide Supernus.

Supernato] ſupernaãs, pen. corr. (ἐπινοτάζω) ſupernatare. Colum. lib. 12. cap. 9. 2, Deinde arido ſpiſſamento fœniculi ſic comprimi, ut ius ſupernatet. Plin. lib. 26, Poſtea ſupernatans aqua, tollitur ſpongijs.

Supernatus] pen. prod. Adiectiuum (ὑπερφὺς) Quod præter alia natum eſt. Plin. lib. 19. cap. 3. 7, Supernato caule quem magydarim uocarunt.

Supernus] Adiectiuum (ὁ ἀνωέπιπολαῖος) Quod eſt ſuprà nos, Superna regio. Plin. lib. 11. cap. 37. 36, Dentes ſimiles aſpidi & ſerpentibus: ſed duo in ſuperna parte dextralia quàm longiſſimi.

Crines à fronte ſuperni. Stat. 8. Thebaid. 128.

Numen ſupernum. Ouid. 15. Metam. 26.

¶ Supernas, ſupernatis, pen. prod. om. gen. Idẽ. Plin. lib. 16. cap. 39. 8, Ideo Romæ infernas abies ſupernati præfertur. Idem lib. 15. cap. 12, Supernaria Perſica è Sabinis ueniunt.

¶ Supernè, Aduerbium (ἄνωθεν) pro Super uel de ſuper. Plin. lib. 7. cap. 16. 4, Quibus in dextra parte gemini ſupernè, à cambus cognominati, fortunæ blandimenta pollicentur. Virgil. 6. Aeneid. 132,

— unde ſupernè

Plurimus Eridani per ſyluam uoluitur amnis.

Supernè, alio ſignificatu quàm ſuprà poſitum eſt. Senec. de Benefic. 6, Quomodo ſiquis ſcriptis noſtris alios ſupernè imprimat uerſus, priores literas non tollit, ſed abſcondit.

Supero] ſuperas, pen. cor. (ὑπερβάλλω, ἐπικρατέω, προέχω, ὑπεραίρω, ὑπεράγω, καίνυμαι, παπαινέω, παρέρχομαι, περιγίνομαι) ſuperare, Supergredi propriè ſignificat, & quaſi ſuperaſcendere & excedere. Virg. 3. Georg. 54,

— ſuperant montes, & flumina tranant. Virg. 9. Aen. 63. Liu. bel. Maced. lib. 4. 99, Et Parthenio monte ſuperato, præter Tegram tertio die ad Caryas poſuit caſtra.

Aſcenſu ſupero faſtigia tecti. Virg. 2. Aeneid. 61.

Viam ſuperare ſalti. Virg. 3. Georg. 29.

Superans genua aqua. Liu. 6. bel. Pun. 235.

Superat ſumptus, Excedit. Plaut. Perſa, 4. 64. Varro 1. de re Ruſt. cap. 53, Summa enim ſpectanda, ne in ea re ſumptus fructum ſuperet.

Superare, Vincere, per translationem. Virg. 5. eclog. 2,

Quid ſi idem certet Phœbum ſuperare canendo? Terent. Eunuch. 2. 1. 25,

— hæc ſuperat ipſam Thaidem.

Si cum aliorum improbitate certet, longè omnes, multumq; ſuperabit. Cic. 7. Verr. 90.

Contendere & ſuperare. Cic. Licinio, lib. 5. 8. 12.

Fallere & ſuperare ſpem alicuius. Cic. 4. in Catil. 95.

Vincere & ſuperare. Cic. 1. de Orat. 73.

Adamanta ſuperare duritia. Vide Adamas.

Conſtantia & grauitate quempiam ſuperare. Cicero Lentulo, libro 1. 9. 56.

Curſu ſuperare canem, uel uiribus aprum. Horatius 1. epiſtol. 19. 11.

Doctrina aliquem ſuperare. Cic. 1. Tuſc. 4.

Dolores ſuperat uirtute. Ouid. 8. Metam. 104.

Dolis ſuperare aliquem. Plautus Pœnulo, 16. 146. & in Caſina, 22. 2.

Ferrum ſuperare duritia. Ouid. epiſt. 2. 28.

Genus humanum ingenio ſuperauit Epicurus. Lucretius libro 3. 212.

Iniurias fortunæ ſuperare. Cic. 4. de Finib. 29.

Labores ſuperare. Virg. 3. Aeneid. 74.

Nobilitate ſuperare aliquem. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 12.

Opinionem omnium ſuperare. Cic. ad Attic. lib. 5. 104. 3.

Pugnando

pugnando ſuperare. Ouid. 9. Metam. 6.

Votis ſuperare aliquem. Virg. 3. Aeneid. 88.

Superare, Superabundare, ſupereſſe. Virg. 1. Georg. 38,

Si ſuperant fœtus, pariter frumenta ſequentur. Cic. 5. de Finib. 76, Fabellarumq; auditione ducuntur, deq; eo quod ipſis ſuperat, alijs gratificari uolunt. Idem ad Atticum, libro 13. 29. 3.

Multa die ſuperante acceſſit. Liu. 9. bel. Pun. 38.

Superare, Superuiuere, & quaſi ſuperſtitem eſſe. Virgil. 3. Aeneid. 68,

Quid puer Aſcanius? ſuperátne, & ueſcitur aura?

Aliquem ferro ſuperare, Occidere. Virg. 1. Aeneid. 71.

¶ Superans, pen. corr. Participium (περέχω) ut,

Animis ſuperans. Virg. 5. Aeneid. 95,

Hic victor ſuperans animis, tauroq; ſuperbus.

¶ Superatus, pen. prod. Aliud partic. (ἐπικρατηκυῖα) ut,

Bello ſuperatus Amyntor. Ouid. 12. Metam. 73.

Iuſſa ſuperata. Ouid. Metam. 3. de Hercule.

¶ Superabilis, & hoc ſuperabile, pen. corr. (ἐπικρατὲς) Quod facilè ſuperari poteſt. Liu. 5. bel. Pun. 127, Mediocribus ſcalis ſuperabilem, ad Marcellum rem defert.

Per uim nulli ſuperabilis. Ouid. 5. Triſt. eleg. 9. 6,

Scilicet ut per uim non eſt ſuperabilis ulli,

Molle cor ad timidas ſic habet ille preces.

¶ Superamentum, ſuperamẽti, Quod ſuperat, & ſuperfluum eſt. Vlpian. in l. ligni. §. Oſilius. ff. de legat. & fideicom. 3. Sed ſi uoluntas non refragatur, etiam uirgulæ, & cremia, et ſarmenta, & ſuperamenta materiarum, & uitium ſtirpes atq; radices comtinebuntur.

Superobruo] ſuperobruis (ὑποβρυχιόω) ſuperobruere. Propert. lib. 4. eleg. 4. 19,

Dixit, & in geſtis comitum ſuperobruit armis. Subanadi, uirginem Tarpeiam, de qua illic loquitur.

Superpendeo] ſuperpendes, ſuperpendi, ſuperpenſum (ὑποβρεμάομαι) ſuperpendere. Liu. 7. bel. Maced. 114, Ita ut quibuſdam locis ſuperpendentia ſaxa plus in altum, quàm quæ in ſtatione ſunt naues, promineant.

Superpono] ſuperponis, pen. prod. ſuperpoſui, ſuperpoſitum, pen. corr. (ὑποτίθημι) ſuperponere. Col. lib. 1. cap. 5. 3, Sin ſummotus longius à collibus erit amnis, & loci ſalubritas, editioráq; ſitus ripæ permittit ſuperponere uillã profluenti. Plin. lib. 29. cap. 2. 8, Tantumq; pollent ut medicamentis quoq; ſuperponantur. Ouid. epiſt. 20. 38,

Aegra ſuperpoſita membra fouere manu.

Superrado] ſuperradis, pen. prod. ſuperraſi, ſuperraſum, pen. prod. (ὑποξέω) ſuperradere. Plin. lib. 22. cap. 23. 9, Perniones ex uino fouet, & ex oleo coctum imponit: ſic & callo. Clauis pedum ſuperraſis præcipuæ utilitatis.

Superſcando] ſuperſcandis, ſuperſcandi, ſuperſcanſum (ὑπαναβαίνω) ſuperſcandere, Super aſcendere. Liu. 7. ab Vrbe, 170, Iam euaſerant media caſtra, quum ſuperſcandens uigilũ ſtrata ſomno corpora miles offenſo ſcuto præbuit ſonitum. Colum. lib. 11. cap. 3. 5, Oportebit autem uirgeam ſepem interponere, quam ſuperſcandãt ſentes utriuſque ſulci.

Superſcribo] ſuperſcribis, pen. prod. ſuperſcribere, Suprà ſcribere. Modeſtinus in l. 4. ff. de operibus publicis, Nec præſidis quidem nomen licebit ſuperſcribere.

Superſedeo] ſuperſedes, pen. corr. ſuperſedi, pen. prod. ſuperſeſſum (ὑπερκάθημαι, ὑπέχω, παύομαι) ſuperſedere, Omittere, ceſſare. Plaut. Epid. 2. 37,

Superſede iſtis rebus iam. Idem Pœn. 5. 5,

Superſede iſtis uerbis. Cic. ad Seruium Sulpitium, lib. 4. 2. 9, Superſedeas hoc labore itineris.

Cõmodè poſſumus principio ſuperſedere. Ad Heren. li. 3. 160.

Verborũ multitudine ſuperſedendũ eſt. Cic. 1. de Inuent. 42.

Sunt autem qui putant nonnũquam poſſe complexione ſuperſederi. Cic. 1. de Inuent. 86.

Quum acciderit, omnino narratione ſuperſedendum eſt. Cic. 1. de Inuent. 44.

Accuſatiuo iunxiſſe uidetur Gell. lib. 2. cap. 29, Cognati & affines operam quam dare rogati ſunt, ſuperſedent.

Nõ ſunt uiſa aliqua ſuperſedenda. Author ad Heren. lib. 2. 59.

Superſedere, cum datiuo conſtructum apud Hirtium de bell. Aphric. Poſtquam ſatis diuq; aduerſatus, à ſe ad dimicandũ inuitatos ſuperſedere pugnæ animaduertit, reducit copias.

Superſedi ſcribere. Plin. epiſt. 102. b. libro 5. Liu. 4. ab Vrbe, 35, Fruſtra certare ſuperſedit. Idem 1. bel. Pun. 144, Superſediſſem loqui apud uos. Idem 4. bel. Maced. 214, Aut ſuperſedere de amicitia agere. Sueton. in Augusto, cap. 93, In peragranda Aegypto, paulo defeciſſe ad uiſendum Apin ſuperſedit.

Superſilio] ſuperſilis, pen. corr. ſuperſilui, & ſuperſiliui, ſuperſultum (ὑποπηδάω) ſuperſilire: ex Super & Salio cõpoſitum. Colum. lib. 8. cap. 3. 6, Ea pernicies ut euitetur, perticæ dolantur in quadrum, ne teres læuitas earum ſuperſilientem uolucrem non recipiat.

Superſpargo] uel Superſpergo, ſuperſpergis, ſuperſparſi, ſuperſparſum (ὑποπάσσω) ſuperſpargere. Cato cap. 54. 2, Quum ſtramenta condes, quæ herboſiſſima erunt, in tecto condito, & ſale ſuperſpergito.

Superſtagno] ſuperſtagnas (ὑποπλημυράω) ſuperſtagnare, Idem quod Reſtagnare & redundare. Tacit. lib. 1. Si amnis Nar in riuos diductus ſuperſtagnauiſſet.

Superſterno] ſuperſternis, ſuperſtraui, ſuperſtratum, pen. prod. (ὑποβροάω) ſuperſternere. Col. lib. 1. cap. 6. 8, Tum deinde quũ exaruit, ſimili modo pauimenta teſtacea, quæ pro aqua receperint amurcam miſtam calci & arenæ ſuperſternuntur, & magna ui pauiculis inculcantur atq; expoliuntur. Liu. 10. ab Vrbe, 147, Conſulis corpus eo die, quia obrutum ſuperſtratis Gallorũ cumulis, inueniri non potuit. Quædam exemplaria diſiunctim legunt.

Superſto] ſuperſtas (ἐφίστημι) ſuperſtare, Supra aliquid ſtare. Gellius, Quum ſedenti aquila ſuperſtaret. Liu. 10. ab Vrbe, 137, Eſſedis, carriſq; ſuperſtans hoſtis armatus, ingenti ſoniu equorum, rotarumq; aduenit. Idem 10. bel. Maced. 5.

¶ Superſtito, ſuperſtitas, pen. corr. (σώζω) ſuperſtitare, Frequentatiuum, quo ueteres uſi ſunt, Saluum & incolumem reddere. Ennius Menalippo, Regnumq; neſtrum ut ſoſpitẽt ſuperſtitentq;. Nonius.

Superſtitare, Idem quod ſupereſſe. Plaut. Perſa, 10. 3,

Vt mihi ſuperſit, ſuppetat, ſuperſtitet.

¶ Superſtes, ſuperſtitis, pen. corr. om. gen. (περιγινόμενος) Qui ex mortuis quaſi ſolus uiuus ſuperſtat. Quintil. Defuncta uxore, liberis tamen ſuperſtitibus. Ouid. 3. Metam. 26.

Superſtitem alicui eſſe. Terent. Heaut. 5. 4. 7,

Ita mihi, atq; huic ſis ſuperſtes, ut ex me, atque hoc natus es. Cic. ad Quintum fratrem, lib. 1. 3. 3, Vtinam te non ſolùm uitæ, ſed etiam dignitatis meæ ſuperſtitem reliquiſſem.

Tiberio ſuperſtes fuit. Tacit. lib. 5.

Bellorum ſuperſtes. Tacit. lib. de German.

Superſtes gloriæ ſuæ. Liu. 2. ab Vrbe, 32.

Superſtes Reipub. Cic. ad Pætum, lib. 9. 17. 3.

Quum ſuperſtitem te eſſe Reipub. ne ſi liceat quidem, uelis. Cic. Torquato, lib. 6. 2. 7.

Fama ſuperſtes. Ouid. 3. Triſt. eleg. 7. 11.

Opus ſuperſtes manſurum. Ouid. 3. Amor. eleg. 14. 4.

Superstes toli conuiuio, qui ultimus à mensa surgit. Senec. epist. 94.

Superstes, Qui saluus est. Terent. Andr. 3. 2. 7,
Deos quæso ut sit superstes.

Parte dimidia superstes. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 9.

Superstes, pro Præsenti sumitur. Plautus,
Superstitem utrunq; monui ne inlusi abeant.

Vtriusque superstitibus præsentibus, istam uiam, dico, inite uiam. Cic. pro Muræna, 23.

¶ Superstitio, superstitiõis (δεισιδαιμονία, ἐθνολοβιωσία) Falsus Dei cultus, error insanus. Seruius, A superstite superstitio dicta, quæ anicularum propria est, quæ multis per ætatem superstites sunt, & quæ rebus inanibus addictæ, dum uolunt uideri nimis religiosæ, superstitiosæ fiunt, & ita delirant. Cic. 1. de Natur. deor. 161, Horum enim sententiæ omnium non modò superstitionem tollunt, in qua inest timor inanis deorum, sed etiam religionem, quæ deorum cultu pio continetur. Idem 3. Tuscul. 122, Accedit superstitio muliebris quædam. Vide Religio.

Superstitio quæ religioni propinqua est. Cicero 2. de Inuent. 244.

Imbecilli animi atq; anilis est superstitio. Cic. 2. de Diuin. 187.

Contaminata superstitio. Cic. pro Cluentio, 153.

Iudaica superstitio. Quintil. lib. 3. cap. 7. 15.

Magna superstitio. Ouid. 1. de Arte, 84.

Tristis superstitio. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 18.

Vana superstitio. Silius lib. 5. 25.

Captus superstitione. Vide Capio.

Imbutus superstitione. Quintil. lib. 3. cap. 1. 16.

Inducere nouas superstitiones. Quintil. lib. 4. cap. 4. 5.

Infestare rudes animos superstitione. Vide Infestus.

Leuare superstitione. Vide Leuis.

Obligari superstitione. Vide Obligo.

Superstitio fusa per gentes, oppressit omnium ferè animos, atque hominũ imbecillitatẽ occupauit. Cic. 2. de Diuin. 219.

Nõ tollitur religio superstitione tollẽda. Cic. 2. de Diuin. 220.

¶ Superstitiosus, pen. prod. Adiectiuum (δεισιδαίμων) Superstitiosi proprietatem habet, ut Cic. libro 2. 104. de Natur. deor. tradit: ex hoc quòd præ cultura deorum supersedeãt, qui sine causa timidi sunt, qui deum timent in rebus etiam non timendis. Non enim philosophi solum, uerumetiam maiores nostri superstitionẽ à religione separauerũt. Nam qui totos dies precabantur, & immolabant, ut sibi sui liberi superstites essent, superstitiosi sunt appellati. Omnis tamẽ importuna, ineptaq; religio, secundum Gellium superstitio dici potest. Plaut. Amphit. 4. 169,
Illic homo superstitiosus est.

Ariolationes superstitiosæ. Cic. 1. de Diuinat. 116.

Deterret aliquem sacerdotis superstitiosa dedicatio. Cic. pro Domo sua, 80.

Aliqui omnia cum superstitiosa solicitudine & miseria credũt. Cic. 2. de Diuinat. 130.

Imbecilli animi facilè superstitiosa ista concipiunt. Cicero 2. de Diuinat. 123.

Superstitiosus Diuinator. Plaut. Curc. 8. 27,
Superstitiosus hic quidem est, uera prædicat.

¶ Superstitiosè, pen. prod. Aduerbium (δεισιδαιμόνως) Vanè & aniliter. Cic. 4. de Nat. deor. 133, Neq; id dicitis superstitiosè, atq; aniliter, sed physicè, constantiq; ratione.

Facere aliquid superstitiosè. Quint. lib. 1. cap. 1. 10.

Fatum dicitur non id quod superstitiosè, sed quod physicè. Cic. 1. de Diuinat. 204.

Superſum] superes, superfui (ὑπάρχω, περιγίνομαι) superesse. Affluere, abundare. Terent. Phorm. 1. 3. 10,
Alijs quia defit quod amant, ægrè est: tibi quia supersit, dolet. Ibidem, 1. 2. 19,
Cui tanta erat res, & supererat? Virg. 11. Aeneid. 85,
Auxilioq; urbes Italæ, populiq; supersunt. id est, Superabundant, adsunt ultrà quàm bella depoſcũt, inquit Seruius.

Spacia plura supersunt. Virg. 5. Aeneid 65.

Duæ partes mihi supersint illustrandæ orationis. Cicero 3. de Oratore, 51.

Quod supereſt, absoluta locutio, inquit Seruius: id est, De reliquo. Virg. 11. Aeneid. 3.

Quod supereſt, scribe quæso quàm accuratissimè. Cic. Attico, lib. 9. 191. 6.

Victor supereſt, ut tueri se possit. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Superesse, Superstitem esse. Plaut. Milite, 7. 3,
—ne doceto malas ut sint malæ,
Mihi sola ego supersum. Idem Asin. 3. 2.

De exercitu alicuius superesse. Pollio Ciceroni, lib. 11. 33. 15.

Superesse, Vincere, superiorem esse. Virgil. 3 Georg. 26,
Farraq;, ne blando nequeant superesse labori. id est, Vincere laborem.

Superesse alicui, Superfluum esse, & nihil prodesse. Gellius libro 1. cap. 22, Memini ego Prætoris docti hominis Tribunali me fortè astitere, atq; ibi aduocatum non incelebrem sic postulare, ut quã diceret causam, remq; quæ agebatur, non attingeret. Tunc Prætorem ei, cuia res erat, dixisse aduocatum eum non habere. Et quum is qui uerba faciebat, reclamasset, Ego illi supersum: respõdisse Prætorem festiuiter, Tu planè superes, non ades.

Superesse & Deesse, contraria. Cicero ad Silium, lib. 23. 64. 3,
Sed uereor ne iam supereſse mihi uerba putes, quæ dixeram defutura.

Superesse negocijs suis. Vlpian. in l. & qui. ff. de postulando.

Rebus suis supereſſe. Vlpian. in l. 1. §. ult. ff. de procuratoribus,
Vsus autem procuratoris perquàm necessarius est: ut qui rebus suis ipsi supereſſe uel nolunt, uel non possunt, saltem per alios posſint uel agere uel conueniri.

Superesse, Adesse, patrocinari. Suet. in Augusto, cap. 56, Quũ Asprenas Nonius arctius ei iunctus, causam ueneficij accusante Cassio Seuero diceret, consuluit Senatum quid officij sui putaret. Cunctari enim se, ne si supereſſet, eriperet legibus reum: sin deeſſet, destituere ac prædamnare amicum existimaretur.

Superesse, Durare. Virg. 3. Georgic. 2,
Primus ego in patriam meum (modò uita supersit) &c.
Plaut. Perſa, 10. 3,
Perennitatisq; adeò huic perpetuo cibo
Vt mihi supersit, suppetat, superstitet.

Supersum, aliquando diducitur, interpoſita aliqua dictione, et aliquando pluribus. Plaut. Curcul. 2. 85,
Siquid super illi fuerit, id nobis satis est. Salustius in Iugurtha, At Iugurtha manifestus tanti sceleris, non prius omisit contra uerum niti, quàm animaduertit super gratiam & pecuniam suam inuidiam facti esse.

¶ Superfore, penul. corrept. Scæuola in l. creditor. §. si interff. mandati uel contrà, Nullam actionem superfore ad recipiendum.

¶ Superfuturus, pen. prod. Participium. Plin. lib. 11. cap. 53. 1.
Sola ex omnibus superfutura.

Superuacuus] Adiectiuum (ἀλλοκότος, περιττὸς) Quod nõ est necessarium, sed præter rem & superfluum. Plin. in Paneg. 82, Qui tam multa concupiscebat, quum haberet superuacua tam multa. Columel. lib. 5. cap. 4. 2, Quo tamen ipsa paſtinatio penè superuacua est ijs locis, quibus & per se resolutum est.

Metus

Metus habere superuacuos. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 2.

Habere superuacuũ dicere. Quintil. lib. 7. cap. 3. 17. Plin. lib. 27. cap. 12. 19, Phyreuma qualis sit describere superuacuũ habeo, quum sit usus eius tantùm ad amatoria.

Superuacaneus] Adiectiuũ (περίοσος, περίεργος) Idem.
Sueton. de claris Rhet. i. d., Quædam etiam ad usum communis uitæ instituta, dum utilia & necessaria, dũ perniciosa & superuacanea ostendere, &c. Cic. 1. de Natur. deorum, 126, Quid de reliqua descriptione omnium corporis partium, in qua nihil inane, nihil sine causa, nihil superuacaneum est?

Tum conditioria facit hæc superuacanei operis aucupium atque uenatio. Cic. de Senect. 53.

Pro superuacaneo ac inutili haberi. Liuius 10. ab Vrbe, 114.

Quicquid usum non habet, superuacaneum est. Cic. 1. de Natura deorum, 137.

Superuacaneum est illis pugnare pro, &c. Saluſt. in oratione Catilinæ ad milites.

¶ Superuacuò, Aduerbium. Vlpian. in l. at si quis. §. plerique. ff. de relig. & sumpt. fun. Quod si superuacuò fuerit factum, &c.

Superuado] superuadis, pen. prod. (ὑπερβαίνω) superuadere, Superscandere, superare, supergredi. Liu. 1. bel. Maced. 149, Quum omnes uicti, metuq; perculsi ex prælio intra uallum protinus inde superuadentem munimenta uictorem hostem fugerent.

Superuadere (ὑπερβάλλω) Omnes asperitates, superare, uincere. Saluſtius in Iugurtha, Quæ postquã Metello comperta sunt: quanquam inter Thalam flumenq; proximũ in spacio millium quinquaginta, loca arida atq; aspera esse cognouerat, tamen spe patrandi belli si eius oppidi potitus foret, omnes asperitates superuadere, ac naturam loci etiam uincere aggrediꝰ.

Superuagor] pen. cor. superuagaris (ὑπερπερισσεύω) Superuagari, Præter iustum & æquum uagari, superfluere, uel superfluos ramos habere. Col. lib. 4. cap. 33. 1, Quinquennis uineæ nõ alia est putatio, quàm ut figuretur, quemadmodum suprà instituimus, neue superuagetur.

¶ Superuaganea dicebatur ab Augurijs auis, quæ ex summo cacumine uocem emiſiſſet. dicta ita, quia super omnia uagatur, aut canit. Paulus ex Festo.

Superuehor] superuehis, superuexi, superuectum (ὑποφέρω) superuehere. ut,
Montem superuehi. Catull. de coma Berenices, 61. 9.

Superuenio] superuenis, pen. cor. superueni, pen. prod. superuentum (ὑπεξέρχομαι, ὑποδέχομαι, ὑπαπαμβάνω) superuenire, Ex inopinato uenire. Horat. 1. epiſt. 4. 3,
Grata superueniet quæ non sperabitur hora. Liu. 4. bel. Pun. 161, Munientibus superuenit Marcellus. Virgil. 6. eclog. 4,
Addit se sociam, timidis superuenit Aegle.

Superuenire letitiæ alicuius. Liu. 4. bel. Maced. 157.

Vulnus superuenit ulceri. Celſ. lib. 5. cap. 28.

Superuenire, cum accusatiuo, Succedere, ascendere. Columella libro 2. cap. 17, Aut ſiquis eam superuenit humor, lentè prorepit. Idem libro 6. cap. 24, Taurus ubi iuuencum ſuperuenit. Idem libro 7. cap. 6, Matrem ſtupro ſuperuenit. Ouid. 10. Metam. 97.

Superuenire, Inscendere, superscandere coitus causa. Plinius libro 9. cap. 51. 1, Plani piſcium quibus cauda non est, aculeatiq; ut teſtudines, in coitu ſuperueniunt. Ibidem 2, Ranæ ſuperueniunt, &c.

¶ Superueniens, Participium. ut, Hæreditas ſuperueniens. Vlpian. in l. uel hæreditas. ff. de procuratoribus.

¶ Superuentus, huius ſuperuẽtũs (ἐπέλευσις) Plin. lib. 25. cap. 2. 13, Obſeruatum certè eſt, inflammari uulnera ac morbos ſuperuentu eorum, qui pedibus iter confecerint. Idem libro 7. cap. 15. 1, Acescunt ſuperuentũ muſta, ſterilescunt tactæ fruges, &c.

Superuectio] superuectis, superuectiui, superuectitum, pen. prod. superuectire. Plin lib. 16. cap. 33. 2, Venatus classicæ & imagines rerum tenui folio, breuiq; & uirente superuectiens.

Superungo] superungis, superunxi, superunctum (ὑπαλείφω) superungere. Celſ. lib. 7. cap. 7, de oculorum uitijs, Deinde ſuperungi collyrio debet ex his aliquo, quo lippientes oculi ſuperunguntur.

¶ Superunctus, Participium. Scribonius Largus 29, Hoc etiã ſuperunctum ad puerorum epiphoras facit.

Superuolo] superuolas. pen. corr. (ὑπαπτάω) superuolare. Plin. lib. 10. cap. 33. 9, Perdices concipiunt ſuperuolantium afflatu, ſæpe uoce tãtũ audita maſculi. Ouid. 4. Metam. 125,
Deſpectat terras totumq; ſuperuolat orbem.

¶ Superuolito, superuolitas, pen. corr. (ὑπαπτάμαι) superuolitare, Frequentatiuum. Virg. 6. eclog. 17,
—& quibus antè
Infœlix ſua tecta ſuperuolitauerit ales.

Superuoluo] superuoluis, superuolui, superuolutum, pen. prod. (ὑπομολύνω) superuoluere. Colum. lib. 11. ca. 3. 27, Poteſt etiam citra hanc operam fieri criſpum qualitercunq; ſatum, ſi quum eſt natum, incrementum eius superuoluto cylindro coerceat.

Superus] pen. corr. Adiect. à Super. unde Superum mare, Adriaticum nominatur, collatione facta ad Tyrrhenũ, quod Græci inferum uocauêre. Plaut. Merc. 21. 1,
Limen ſuperum, inferumq; ſalue, ſimul autem uale.

Ad auras superas euadere. Virg. 6. Aeneid. 24.

Conuexa ſuperã. Virg. 6. Aeneid. 49.

In domos superas scandere. Ouid. 1. Faſt. 60.

Regnis ſuperis detrudere Iouem. Virg. 6. Aeneid. 117.

Homo ſpectator ſuperarum rerum atq; cælestium. Cicero 2. de Natur. deorum, 210.

Nicetas cælum, ſolem, lunam, ſtellas, ſupera deniq; omnia ſtare cenſet. Cic. 4. Acad. 221.

Cogitare ſupera atq; cælestia. Cic. 4. Acad. 229.

Videre ſupera, infera, prima, ultima, media. Cic. 1. Tuſc. 10.

Ex ſupero, Supernè. Lucret. lib. 2. 50.

Supera, plurali numero, pro Cælo ſubſtantiuè accipitur. Virg. 6. Aeneid. 158,
Omnes cælicolas omnes ſupera alta tenentes. Cic. 1. Tuſcul. 67, Nihil enim habent hæc duo genera prom, & supera ſemper petunt.

Arduã supera. Virg. 7. Aeneid. 113.

¶ Superi, pen. corr. ſuperorum (ὑρανίωνες) Cælestes: ſiue uiui, & qui alijs ſuperiores ſunt, qui inferi dicuntur. Plaut. Atlid. 12. 6,
Si autem deorſum comedent, ſiquid coxerint,
Superi incœnati ſint, et cœnati inferi. Plin. lib. 12. ca. 18. 1.

Pars ſuperis. Horat. 1. Carm. ode 6. 4.

Numina ſuperorum. Ouid. 1. de Ponto, in Ibin, 17.

Rex ſuperũm. Ouid. 1. Metam. 51.

Precari ſuperos. Virg. 5. Aeneid. 106.

Supinus] pen. prod. Adiect. (ὕπτιος, νώμβαχος) Qui iacet uentre cælum uerſus. Iuuenal. Satyr. 3. 27,
—cubat in faciẽ, mox deinde ſupinus. Plaut. Ciſtel. 7. 79,
Quid nunc ſupina ſurſum in cælum conſpicis?

Curſus ſupinus: id eſt, Qui retrò fit. Ouid. 4. de Põto eleg. 5. 9

Digiti ſupini. Catul. Argon. 59. 63.

Manus supinas ad cælum tendere. Liu. 6. bel. Pun. 44.
Manibus supinis orare. Virg. 4. Aeneid. 41.
Supinis manibus excipere aliquem: quod aliàs dicitur, Obuijs manibus. Tranquil. in Vitel. cap. 7.
Motus corporis pronus, obliquus, supinus. Cicero 1. de Diuinat. 196.
Supina etiam horæ cernuntur depulsione luminum. Cicero de Vniuers. 62.
Palmes supinus. Martialis lib. 12. 28.
Vultus supinus: Quint. lib. 1. cap. 11. 7.
Venter supinus. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 17.
Supinus, pro Ocioso nonnũquam ponitur, *molli, negligentiq;. Iuuen. Satyr. 1. 7,*
Et multum referens de Mecœnate supino.
Animus supinus, ingers. Catul. ad Coloniam, 17. 5.
Supina aure audire, Negligenter. Martial. lib. 6. 42.
Supinus iactus: pro, In altũ. *Liu. 10. bel. Pun.* Ex rostratis, *Pœni uanæ pleraq; (utpote supino iactu) tela in locũ superiorẽ mittebant. Supinantur enim qui sursum uersus iaculantur.*
Supiniores deliciæ, Minus delicatæ. Mart. lib. 2. 6.
Supinus, Montosus. Horat. lib. 3. Carm. ode 4. 5,
—seu mihi frigidum
Præneste, seu Tybur supinum. Vbi Acron, Supinum, Montosum: ut, Collesq; supinos. Situm autem ciuitatis describit, quia in ascensu montis est constituta.
¶ *Supinè, Aduerbium*, pro Negligenter. *Senec. lib. 2. de Benef. Alij beneficia supinè accipiunt.*
Supinare, pro Erigere *in arrogantiam. Solent enim arrogantes incedere supini. Senec. lib. 1. de Benef. Libet interrogare quid tantopere te supinet, quid uultũ habitumq; oris peruertat, ut malis habere personam quàm faciem.*
¶ *Supinum, supini*, A' *quibusdam dicitur uerbũ participiale: cuiusmodi sunt gerũdia, quæ nomina participialia dicũtur. habet aũt supinũ duas terminationes, um et u: ut, lectũ lectu.*
Quod in um finitur, habet significationem actiuam. Salustius, Legatos *ad Iugurtham de iniurijs questũ misit. id est, Qui quererentur. Terent. Andr. 3. 2. 35,*
—— missa est ancilla illicò
Obstetricem accersitum ad eam.
In u uerò supinum, significationis passiuæ est: iungiturq; nominibus adiectiuis. Virgil. 3. Aeneid. 125,
Nec uisu facilis, nec dictu effabilis ulli. hoc est, Quod nec uideri, nec dici facilè possit.
¶ *Supino, supinas*, penult. prod. (ὑπτιάζω) *supinare. Stat. 6. Thebaid. 158,*
Præcipitatq; retrò iuuenem, atq; in terga supinat.
¶ *Supinor, supinaris* (ὑπτιάζομαι) *supinari, Passiuum. Horat. 2. Serm. Satyr. 78.*
– nasum nidore supinor. Vbi Acron interpres, Nasum, inquit, nidore supinatur, qui nimium delectatur, & inclinatur, odoribus pulmentariorum. Accusatiuum addidit uerbo passiuo, quemadmodum Virg. 7. Aeneid. 128,
Loricam induitur, fidoq; accingitur ense. Statius. 12. Thebaid. 49.
Supinor, in passiuo genere apud Quintilianum quoque legitur, lib. 11. cap. ult. Interim uncis etiam digitis aut à capite deijciatur, aut eadem manus supinata in superiora iacietur.
¶ *Supinatus*, pen prod. (ὑπτιασμός) Particip. ut,
Cornu supinatum, Arcus intensus. Stat. 9. 174.
Glebas supinatas Aquiloni ostendere. Virg 2. Georg. 53.
Os supinatum. Stat. 5. Thebaid. 105.
Suppar] *supparis*, pen. corr. m. g. (πάρεισος) Ferè parem *significat. Cic. de claris Orat. 14, Huic ætati suppares Alcibiades, Critias, Theramenes, id est, Propè pares, æquales.*

Supparasitor] pen. prod. *supparasitaris* (ὑποπαρασιτεύω) *supparasitari, Subseruire, obsequi, tanquam parasitum. Plaut. Amphit. 6. 17,*
Accedam, atq; hanc appellabo: & supparasitabor patri. Idem Milite. 6. 74.
Supparus] *m. g. uel Supparum, suppari*, pen. corr. (πάρυμον) *Genus leuis atq; angustæ togæ, quòd eo superinduimur. Festus, Supparum, uestimentum puellare, lineũ, quod etiam subucula, id est, camisia dicitur. Afranius,* Puella non *sum, supparo si induta sum. Plaut. Rud. 4. 91,*
Si tu de illarum cœnaturus supparis. Lucret. lib. 3. 73,
—humerisq; hærentia primis
Suppara nudatos cingunt angusta lacertos.
¶ *Supparum, est Limeum femorale, usque ad talos pendens: dictum, quòd subtus appareat. Plaut. Epid.*
Supparum aut submimium est, Basilicũ aut exoticum. Vide plura apud Nonium.
¶ *Supparũ, n. g. Suppara non tam uela fuisse uidentur, quàm uelorum quædam supplementa, & summæ partes, quæ supra ipsa uela & antennam expandebantur: quod, ut opinor, sursum parauerentur. Lucanus lib. 5. 86,*
—summaq; pandens
Suppara uelorum perituras colligit auras. Supparũ, nauium Alexandrinarum insigne indicium est. Turnebus.
Suppedito] *suppeditas*, pen. corr. (χορηγέω, ἐπιτοφίζω, ὑποπαρέω) *suppeditare, Subministrare, suggerere A' Sub, & Pes pedis. Terent. Eunuch. 5. 9. 46,*
—& necesse est multum accipere Thaidem,
Vt tuo amori suppeditare possit, sine sumptu tuo. Idem Heauton. 5. 1. 57,
Nam si illi pergam suppeditare sumptibus
Menedeme, mihi illæc uerè ad rastros res redit. Cic. 5. Verr. 147, Peculiarem habes aliquam Siciliam, quæ tibi ex alio genere frumentum suppeditare possit?
Ab aliquo suppeditare. Vide A' uel Ab.
Omnium rerum in contrarias partes facultatem ex ijsdem suppeditari locis. Cic. 2. de Orat. 119.
Omnium rerum quas natura desiderat, abundantiam & copiam alicui suppeditare. Cic. de Amic. 73.
Frumentum & merces suppeditare. Cic. 4. Verr. 4.
Vix satis ocium studio suppeditare possumus. Cic. ad Herenn. libro 1. 1.
Tela suppeditare alicui. Sil. lib. 10. 28.
Multam etiam casus nostri uarietatem tibi in scribendo suppeditabunt. Cic Lucceio, lib. 5. 12. 15.
Suppeditare testes. Cic. 2. de Fin. 108.
Suppeditare, neutrum absolutum: id est, Sufficere, satis esse. Plautus Asina. 9. 17,
Clamore ac stomacho non queo labori suppeditare.
Hoc modo naturæ suppeditabit ut doctrina. Ad Her. lib. 3. 129.
Suppeditant hæc ad uictum. Cic. 1. Offic.
Suppeditare in. Liu. 1. ab Vrbe, 242, Itaq; Pomptinæ manubiæ quæ perducendo ad culmen operi destinatæ erant, uix in fundamenta suppeditauêre.
Suppeditare, pro Suppetere. *Liu. 8. bel. Pun. Apud uos quemadmodum loquar, nec consilium, nec oratio suppeditat.*
Non suppeditant mihi chartæ: pro, Desunt. Cic. ad Trebatium, libro 7. 18. 6.
Si uita suppeditasset. Cic. 3. Philip. 134.
¶ *Suppeditor*, pen. corr. *Passiuum. Cic. 2. in Cat. 43, Sed si omissis his rebus omnibus, quibus nos suppeditamur, &c.*
¶ *Suppeditor, suppeditaris* (χορηγέομαι) Deponẽs. *Cic. Attic. lib. 14. 316. 3, De Patuliano nomine quod mihi suppeditatus es, gratissimum est, & simile tuorum omnium.*

¶ Suppe-

¶ *Suppeditatio, Verbale* (χορηγία) *Cic. 1. de Natur. deor. 152, Quæ ergo uita? Suppeditatio, inquis, bonorum, nullo malorum interuentu.*
Suppedo] *Vide* Suppello.
¶ *Suppello, suppellis, suppuli*, pen. corr. *suppulsum, suppellere, Verbum modò honestum, modò turpe. Cic. ad Pætum, lib. 9. 22. 14, Quid ipsa res modò honesta, modò turpis? suppellere, flagitium est? iam erit nudus in balneo, non reprehendes. Vetus scriptum exemplar legit, suppedit.*
Suppendeo] *suppendes. Vide* Suspendeo, *sustendes.*
Suppeto] *suppetis*, pen. cor. *suppetiui, suppetitũ*, pen. prod. (ὑπαρτάω) *suppetere, Latenter seu per fraudẽ petere. Vlpianus, de furtis, l. si quis uxori apud Labeonem relatũ est, si siliginario quis dixerit, ut siquis nomen eius siliginem petisset, ei daret: & quidam ex transeuntibus, quum audisset, petijt eius nomine, & accepit: furti actionem aduersus eum, qui suppetijt siliginario competere, nõ mihi. Non enim mihi negocium, sed sibi siliginario gessit.*
Suppetit (πάρεστιν) *in tertia persona, & suppetunt, significat In promptu est, uel succurrit, sufficit & abundat. Plin. iunior, Cui abundẽ suppetunt facultates. Plaut. Mil. 5. 50,*
Ita uehementer quod facto opus est, ægrè suppetit. hoc est, Vix succurrit, & meminit. Horat. 1. epist. 12. 1,
Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus,
Sed tamen sicut hæc suppetant, adiuuant aliquantum ad cætera. Cic. 2. Offic. 43.
Vt ambitioni & quotidianis sumptibus copiæ suppetant. Cic. 5. Tusc. 129.
Suppetere & Deesse, contraria. Cic. 3. Verr. 21.
Suppetunt in hanc rem fœliciter cætera. Col. lib. 9. cap. 1. 4.
Suppetit copia argumentorum. Cic. in Top. 33.
Dum uires suppetent. Cæsar 7. bell. Gall. 307.
Si uita suppetet, Si uixero. Cic. 1. de Fin. 18.
Non suppetit consilium. Liu. 4. ab Vrbe, 209.
Suppetit mihi perpetuus cibus. Plaut. Persa, 10. 3.
Suppetunt dictis data. Plaut. Asin. 3. 42. Idem Pseud. 3. 106,
Vtinam quæ dicis, dictis facta suppetant. hoc est, Vtinã quod dicis, sic se haberet, uel faceres quod promittis.
Suppetere dolori. Horat. Epod. 17. 14.
Non suppetit lingua libertati, Liberè loqui non potest, & pro animi sententia. Liu. 2. ab Vrbe, 246.
Suppetit mihi lucrum. Plaut. Amph. 3. 14.
Suppetat superstes uitæ tuæ. Plautus Trinum. 4. 15. hoc est, Post te uiuat.
Res ita suppetit. Plaut. Rud. 11. 34.
Suppetit huic satis ad. Cic. in Partit. 30, Ex quibus similibusq;, si attendas, ad augendum permulta suppetunt. Idem 1. Offic. 68, Illis ad largiendum suppetant copiæ.
Mihi ad remunerandum nihil suppetat, præter uoluntatem. Cic. Paulo, lib. 15. 13. 4.
¶ *Suppetiæ, & suppetias, tantùm habemus, à Suppeto* (ὑπαρτία) *Auxilium, subsidium, præsidium. Plaut. Epid. 14. 12,*
Quicquid ego malè feci, auxilia mihi & suppetiæ sunt domi. Idem Amphit. 16. 24,
Blepharo suppetias mihi. Subaudi, feras.
Aduenire suppetias. Plaut. Menæh. 22. 30,
Aedepol here nẽ tibi suppetias tempore aduenio modò.
Afferre suppetias. Vide Affero.
Ferre suppetias, iuuare, auxilio esse. Plaut. Epid. 13. 52. Idem Amphit. 17. 54,
Non metuo quin meæ uxori latæ suppetiæ sient.
Occurrere suppetias. Vide Occurro.
Venire suppetias. Cæsar lib. 12. Comment. Et nunciabantur auxilia magna equitatus oppidanis suppetias uenire.

¶ *Suppetior, suppetiaris* (ὑπαρτάω) *suppetiari, Auxiliari, succurrere. Apuleius lib. 8, At uobis facilè est suppetiari miseri mo seni.*
Suppilo] *suppilas*, pen. prod. (ὑπεξαίρομαι) *suppilare, Rapere, inuolare cum fraude: à pilorum raptu, ait Non. Plautus Trucul. 11. 14,*
—hæc quum uideo fieri suffuror.
Suppilo, & de præda prædam capio. Idem Asin. 16. 38,
Ille ecastor suppilabat me.
Suppingo] *suppingis, suppegi*, pen. prod. *suppactum, suppingere, à præpositione Sub, & uerbo Pango. Idem quod & Supponere, uel suffigere, siue subaffigere, quomodo calceis suppingitur eorum. Plaut. in Bacchid. Act. 2. scen. ult.*
N I. *Sed diues ne est isthic Theotimus? C H. etiam rogas?*
Qui soccis habeat auro suppactum solum. hoc est, Cui tanta suppetit auri uis, ut pedibus calcet. Solum enim, pro infima crepidarum parte posuit. Apud Plutarchum in Alexandri uita, Agnon quidem Teius suffixas clauis argenteis crepidas ferebat. Hìc fingi potest uerbale Suppactor.
Suppinguis] *& hoc Suppingue. Vide* Subpinguis.
Supplanto] *supplantas* (ὑποσκελίζω, σφαλίζω) *supplantare: à Planta pedis fit: & significat, supposito pede aliquem in terram deijcere. Cic. 3. Offic. 55, Qui stadiũ, inquit, curavit, eniti & contendere debet quammaximè possit, ut uincat: supplantare eum quicũ certet, aut manu depellere, nullo modo debet.*
Supplantare uerba, per translationẽ: pro, Supprimere, & uelut strangulata uoce efferre, quo suauiora uideantur. Pers. Satyr. 1. 4.
Supplantare, aliquando significat decipere.
Supplantare uuas. Plin. lib. 27. cap. 22. 24, In pampinatione non hos detrahere pampinos, qui cum uua sunt. Id enim uuas supplantat, præterquam in nouella uinea.
Supplantare, à Planto plantas, Subtus plantare. Colum. lib. de Arboribus, cap. 7. 3, Sin autem ipsam uitem sternere uoles, iuxta radicem ita, ne ipsam lædas, curiosè fodito, & uitem ita supplantato, ne radicem abrumpas. Plin. lib. 17. cap. 23. 13, Vnum etiamnum genus est medium, inter hoc & propagimem totas supplantandi in terram uites.
Supplaudo] *supplaudis, supplausi, supplausum* (ὑποκρότω) *supplaudere, Significat latenter plaudere.*
Suppleo] *supples, suppleui, suppletum*, pen. prod. (πληρόω, ὑποπλήθω) *supplere, In deficientis locũ aliud ponere. Virg. 3. Aen. 95,*
Remigium supplet, socios simul instruit armis. Suetonius de claris Grãmat. 12, Librum autẽ quem Sylla nouissimum de rebus suis imperfectum reliquerat, ipse suppleuit.
Ponite ante oculos M. Antonium Consularem: sperantẽ Consulatũ Lucium adiungite, supplete cæteros, &c. Cicero 12. Philip. 328.
Supplere, Aequare. *Virg. 7. eclog. 10,*
Si fœtura gregem suppleuerit, aureus esto. Vbi Seruius, Si tot agnos habuero, quot oues: hoc enim est gregem per fœturam suppleri.
Legiones, uel exercitum supplere. Liu. 1. bel. Pun. lib. 9. 126, In locum eorum subiecit, quos secum ex Italia adduxerat: suppleuitq; ita eas legiones, ut singulæ senæ millia & decenos pedites, trecenos haberent equites. Hìc declarat Liuius, quid Supplere significet. Cic. 8. Philip. 252, Cum sex legionibus, inquit, hisq; suppletis ex D. Bruti exercitu, non modò ex delectu suo.
Remigio naues supplere. Liu. 6. bel. 196.
Remis Zephyros supplere: id est, Remigio adiuuare uentos in promouenda naue. Stat. 2. Achill. 4.

Bibliothecam supplere. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 20. 6.
Vsum prouinciæ supplere. Cic. 6. Verr. 8.
Supplere, Subiungere, addere. Cic. pro Flacco, 31, Quiescant igitur, & me hoc in lucro ponere, atq; aliud agere patiantur. Non sinunt: supplet enim ille nescio quis, & priuatim dicit se dedisse.
Vt referendis præteritis uerbis id scriptum, quando cunq; defendimus, suppleatur. Cic. 2. de Orat. 61.
Supplere, implere. Cato cap. 88, Ibi fiscellam cum sale populari suspendito & quassato, suppletoq; identidem. Idem cap. 69, Facito ut amurcam quotidie suppleas.
Vulnera suppleuit lachrymis. Ouid. 4. Metam. 28.
¶ Supplementum, supplementi (πλήρωμα) Quod suppletur. Cicero Appio Pulchro, lib 3. 3. 2, Censebant enim omnes ferè, ut in Italia supplementum meis & Bibuli legionibus scriberetur. Cæsar 7. bell. Gall. 29.
Supplex] Vide Supplico.
Supplico] supplicas, penul. corr. supplicaui, supplicaum (ἱκετεύω, αἰτιβολέω, λιταύομαι, λιτάομαι, γουνάομαι, πρεσβεύω) supplicare, Humiliter, & cum reuerentia precari. Plautus Curcul. 10. 41,
Volo hic in phano supplicare. Cic. in Parad. 50, Noctu uenire domum ad eum, precari, deniq; supplicare.
Implorare & supplicare. Cic. 1. de Orat. 118.
Supplicare alicui. Plin. de Viris illustr. 49. Terêt. And. 2. 1. 14,
Ipsum hunc orabo, hunc supplicabo.
Quum amici ac propinqui supplicent uobis, dubitabitis, &c. Cic. pro Fonteio, 21.
Prosternere se, & fracto animo supplicare alicui. Cicero pro Plancio, 40.
Supplicare alicui pro. Cic. pro Fonteio, 25, Præsertim quum tot res sint, quæ uestris animis pro huius innocentis salute supplicent, &c.
Libentißimè pro aliquo supplicare. Cic. Ligario, lib. 6. 14. 7.
Supplicare deo thure & uino. Pl. ut. Aulul. 3. 2. 4.
Supplicare sine adiecto, pro Adorare, Sueton. in Augusto, cap. 93, Caium nepotem, quòd Iudæam præteruehens, apud Hierosolymam non supplicasset, collaudauit.
Supplicari, impersonale: pro, Supplicationes fieri & litare. Plinius lib. 13. cap. 1. 1, Iliacis temporibus non supplicabatur thure. Cic. 2. pro lege Agrar. 32.
Supplicaßis, pro Supplicaueris, legitur apud Plaut. in Asin. 9. 62, Hercle istum di omnes perdùt, uerbo caue supplicaßis.
¶ Supplicans, pen. corr. supplicantis, Partic. (ἱκετεύων) Terentius Eunuch. 4. 7. 41,
—iam hæc tibi aderit supplicans Vltrò.
¶ Supplicatio, Verbale (ἱκεσία, ἱκετεία, αἰτιβολή, αἰτιβόλημα, λιτή, λιτανία, ἱκετηρία) Cic. in Catil. 59, Atque etiam supplicatio dijs immortalibus prò singulari eorum merito meo nomine decreta est Quirites.
Perlæta supplicatio. Vide Perlętus.
Prærogatiua supplicatio. Cato Ciceroni, lib. 15. 5. 4.
Abijcere supplicationem. Vide Abijcio.
Decernere supplicationem. Vide Decerno.
Ad omnia puluinaria supplicatio decreta est. Cic. 3. in Catil. 67
Indicere supplicationem. Vide Indico.
Merere supplicationes. Quintil. lib. 2. cap. 16. 5.
¶ Supplicamentum, supplicamenti, n. gen. Apuleius libro 11, Quātoq; sumptu deberē procurare supplicamētis, ipsumq; mitbram illum suum sacerdotem decernit. Nomine supplicamentorum, inquit Beroaldus, non tam supplicationes & ceremonias intelligere uidetur, quàm apparatum necessarium ad ceremonias, & religionem auspicandi. m.
¶ Supplex, supplicis, penult. corr. om. gen. (ἱκέσιος, ἱκέτης, ἱκετήριος, λιτανευτής) Qui flexis genibus orat. Plautus Bacchid. 20. 109.
Vt qui deliquit, supplex est ultrò omnibus. Idem Cistel. 2. 2. 5.
Suiq; omnium rerum nos indigere, ut sibi simus supplices. Cic. 3. Tuscul. 133. Liu. ab Vrbe, 195, Veniāq; supplex poposci.
Abijcere se supplicem. Vide Abijcio.
Nunquam putaui fore ut supplex ad te uenirem. Cic. Capitoni, in epist. ad Attic. lib. 16. 343. 1.
Oro atq; obsecro uos, quibus sigillatim sæpe supplex ad pedes iacui. Cic. Antequam iret in exilium, 16.
Rogabo supplex. Stat. 1. Achil. 10.
Vobis supplex manus tendit patria communis. Cicero 4. in Catil 90.
Profiteri se pro aliquo supplicem. Cic. in Pisonem, 64.
Captare misericordiam & abijcere supplicem. Cicero 2. Philip. 90.
Absterrere & excludere aliquem supplicem. Cic. Antequam iret in exilium, 16.
Lachrymæ supplices. Propert. lib. 1. eleg. 15. 1.
Libelli supplices, quos uulgus Requestas uocat. Mart. lib. 8. 32,
Sed iam supplicibus dominùm lassare libellis
Desine, & in patriam ferus ab Vrbe redi.
Manu supplice prætendens uelamenta. Ouid. 11. Metam. 56.
Querelæ supplices. Tibull. lib. 1. eleg. 4. 15.
Turba supplex. Ouid. 1. Metam. 19.
Verbis supplicibus orare. hoc est, Humilibus. Cicero Attico, libro 12. 249. 1.
Verbis supplicibus placare aliquem. Ouid. 4. Fast. 31.
Vota supplicia. Virg. 8. Aeneid. 13.
Vox supplex. Liu. lib. 10. Decad. 3.
Voce supplice rogare. Ouid. 2. Metam. 80.
Nos iacentes ad pedes supplicum, uoce prohibebis? Cicero pro Ligario, 8.
¶ Suppliciter, pen. corr. Aduerb. (ἱκετικῶς) Humiliter. Supplicem enim esse, & genibus flexis orare, magnum humilitatis signum est. Cæs. 1. bel. Gal. 105, Qui quum eum in itinere conuenissent, seq; ad pedes protecissent, suppliciterq; locuti, flentes pacem petissent, &c. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11. 9,
Suppliciter uestros quisq; rogate deos.
Homo ita natus, ut blādiri suppliciter posit. Cic. 1. de Orat. 45.
Suppliciter ac demißè agere gratias. Brutus ad Ciceronem, in epist. ad Brutum, 16. 2.
Suppliciter loqui. Cæsar 3. bel. Ciuil. 75.
Suppliciter mittere literas. Cic. 5. Ver. 37.
Suppliciter orare. Liu. 4. bel. Maced. 155. Et 3. ab Vrbe, 142,
Suppliciter petere.
Suppliciter & demißè respondere. Cic. pro Flacco, 16.
Suppliciter postulare. Liu. 2. ab Vrbe, 99.
Venerans aram supplicitèr. Virg. 12. Aeneid. 44.
¶ Supplicium, supplicij (ἱερὸν) Festus, Supplicia ueteres quædam sacrificia à supplicando uocabant.
Supplicium (ἱκεσία) Supplicatio. Salustius in Catil. Non uatis, neq; supplicijs muliebribus deorum auxilia parantur: sed uigilando, agendo, bene consulendo prospera omnia cedūt. Idem in Iugurtha, Itaque Senatus ob ea fœliciter acta, Dijs immortalibus supplicia decernere, &c. Tacit. lib. 3, Sed tum supplicia dijs, ludiq; magni ab Senatu decernuntur.
Supplicium (δόλασις, ἀκισμὸς) Pœna, quæ pro delicto commisso sumitur. Cicero in Pisonem, 33, Supplicium autem est pœna peccati.
Dira supplicia. Virg. 6. Aenid. 100.
Miserabile uitæ supplicium. Stat. 1. Thebaid. 11.
Sæua supplicia. Stat. 12. Thebaid. 92.

Adhibere

Adhibere supplicium. Vide Adhibeo.
Afficere supplicio. Cic. in Pisonem, 32.
Affigi supplicio. Vide Affigo.
Coercere aliquem supplicijs. Vide Coerceo.
Coercere delicta supplicijs. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 16.
Constituere supplicium alicui maleficio. Cicero pro Roscio Amerino, 43.
Constituere supplicium in aliquem. Cic. 7. Verr. 91.
Scelus ac fraudem nocentis supplicio constringere. Cicero 1. de Orat. 101.
Constringi supplicio. Vide Constringo.
Continere se à supplicio. Vide Contineo.
Dedere aliquem ad supplicium. Vide Dedo.
Deposcere supplicia. Stat. 12. Thebaid. 92.
Dare supplicium. Catull. ad Gellium, 111. 2.
Alicui dare supplicium. Terent. Eunuch. 1. 1. 24,
Et te ultrò accusabis: & ei dabis
Vltrò supplicium.
Sæua supplicia domant impios. Senec. Herc. fur. 9. 27.
Exequi supplicia. Senec. Thebaid. 1. 8.
Exercere supplicium. Stat. 3. Thebaid. 1.
Expendere supplicia ueterum malorum. Virg. 6. Aeneid. 148.
Exposcere supplicium. Catull. Argon. 59. 41.
Haurire supplicia, Soluere pœnas. Virg. 4. Aeneid. 77.
Inferre supplicia urbibus hostium. Vide Infero.
Inhibere supplicia alicui. Vide Inhibeo.
Interfectus omni supplicio. Vide Interficio.
Luere supplicia. Vide Luo.
Mactare summo supplicio. Vide Macto.
Merere supplicium. Ouid. 5. Metam. 134.
Mergere ultimis supplicijs. Vide Mergo.
Aliquem uinculis & uerberibus atq; omni supplicio excruciatum necare. Cic. pro lege Manilia, 6.
Pati supplicium. Vide Patior.
Pendere supplicia. Vide Pendo.
Perferre supplicia. Vide Perfero.
Perire supplicio. Cic. 3. de Natur. deor. 117.
Rapi ad supplicium ob facinus. Cic. 2. de Orat. 232.
Recidit ut culpa supplicio. Horat. 2. Carm. ode 24. 7.
Soluere supplicium alicui. Cic. 13. Philip. 360.
Sumere supplicium. Plaut. Merc. 2. 4. 31.
Trahi ad supplicium. Cic. Antequam iret in exilium, 11.
Vti supplicio in aliquē. Vatinius Ciceroni, lib. 5. 10. 4, Meam animaduersionem, & supplicium, quo usurus eram in eum quem cepissem, remitto tibi & condono.
Supplodo] supplodis, pen prod. supplosi, supplosum. pen. prod. (ὑποκροτέω) supplodere, Terram subtus percutere: quod pedibus plerunq; fieri solebat in contemptu. Cic. 1. de Orat. 118, Pedem nemo in illo iudicio supplosit, credo ne Stoicis renunciaretur.
¶ Supplosio (ὑποκρότημα) Verbale. Cicero 3. de Orator. 122, Supplosio pedis in contentionibus aut incipiendis aut finiendis.
Rara supplosio. Author ad Heren. lib. 3. 120.
Suppœnitet] pen. corr. suppœnituit (ὑπομεταμέλω) Supœnitere, Aliquantum pœnitere. Cic. ad Attic. lib. 7. 133. 2, Spero etiam in præsentia pacem nos habere: nam & illum furoris, & hunc nostrum copiarum suppœnitet.
Suppono] supponis, penult. prod. supposui, suppositum, penul. corr. (ὑποτίθημι, ὑποβάλλω, ὑφίημι) Supponere, Ndtæ significationis. Colum. libro 12. cap. 47. 8, Postero die cribratur, & nouo fisco incluso prelo supponitur, uehementerq; premitur, ut exudet, quantulumcunque habet amurcæ. Plautus Trucul. 9. 9,
— alienos dolores Mihi supposui.
Supponere sub. Plautus Pœnul. 16. 62,
Sub cratim ut iubeas sese supponi.
Oua supponere gallinis. Cic. 2. de Natur. deor. 185.
Tauri supponunt colla iugis. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 3.
Colla supponere oneri. Ouid. 1. de Remed. 35.
Falcem supponere aristis. Virg. 1. Georg. 70. id est, Demetere segetem, &c.
Tumulo supponere aliquem, Sepelire. Ouidius 3. Tristium, eleg. 3. 14.
Humo supponere aliquem, Sepelire. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 10.
Pectora supponere fluminibus. Ouid. 13. Metam. 102.
Supponere, Subijcere. Cic. 1. de Inuent. 12, Nam ei tres partes, quas antè diximus, supponemus, iudicialem, deliberatiuam, demonstratiuam.
Exemplum supponere epistolæ. Cic. 2. de Inuen. 23.
Supponere manum lucro. Senec. Natur. quæstion. 4.
Subijcere & supponere rationem. Cic. 2. de Inuent. 174.
Iudicio alicuius supponere aliquid. Ouid. epist. 15. 34.
Substituere & supponere aliquem. Cic. 7. Verr. 57.
Supponere se reum criminibus pro aliquo. Cicero pro Deiotaro, 29.
Vicarium supponere. Cic. pro Rosc. Amerino, 65.
Alium in suppositi locum supponere. Cic. 7. Verr. 63.
Supponere, Adulterum loco ueri subijcere. Terent. Eunuch. 5. 3. 3,
— qui referam illi sacrilego gratiam,
Qui hunc suppósuit nobis? Quod & subijcere dicitur, & subdere.
Testamentum supponere, Falsum testamentum suppositæ personæ obsignare: authore Cicerone, pro Cluentio, 98, Qui suppositæ personæ falsum testamentum obsignare curārit. Idem in Parad. 55, Si socios spolias, ærarium expilas, si testamenta amicorum expectas, aut ne expectas quidem, at ipse supponis.
Falsum testamentum supponere. Cic. 1. de Legib. 64.
¶ Suppositius, pen. corr. & Supposta, Partic. (ὑποβλήμενος) Pro alio fraudulenter positus. Cic. 7. Verr. 56, Et ut quiuis facilè perspicere id ab isto actum esse, ut ille suppositus facilè & libenter se illum qui non erat, esse simularet.
Suppositus in eius locum. Cic. 7. Verr. 63.
Supposita furto Pasiphae. Virg. 6. Aen. 5.
Saxa supposta cælo: id est, Tantæ altitudinis, ut supposita cælo, cælumq; sustentare uideantur. Sil. libro 3. 19. Intelligit Alpes.
¶ Suppositurus, penult. prod. Partic. (ὑποβαλλόμενος) Ouidius 5. Fast. 36,
Ceruicemq; polo suppositurus Atlas.
¶ Suppositio, Verbale (ὑποβίβημι, ὑποβολή) Colum. lib. 8. cap. 5. 7, Semper autem quum supponuntur oua, consīderari debet ut luna crescente à decima usque ad quintamdecimam id fiat: nam & ipsa suppositio per hos fere commodissima. Plaut. Capt. 20. 3,
Nec pueri suppositio, nec argenti circunductio.
¶ Suppostor, & Suppostrix, Verbalia (ὑποβολεύς) Qui uel quæ alienum puerum supponit, & alienos pueros alijs tanquam suos nutriendos clàm præbet. Plaut. Truc. 16. 49,
— uenefica Suppostrix puerum.
¶ Supposititius, adiect. (ὑποβολιμαῖος) Quod suppositum est, & alterius loco uel pro uero & natiuo positum. Varro 2. de Re rust. cap. 8. 2, Matri suppositiæ quoq; inseruiunt, quo equa ad ministerium lactis cibum pullo præbere possit. Mart. lib. 5. 25,
Hermes suppositiius sibijpsi.

Supporto] *supportas* (ὑπάγω) *supportare: ex Sub & Porto compositum. Cæs. 1. bel. Gal. 160, Autrem frumentariã, ut satis cõmodè supportari posset, timere dicebant. Cassius ad Cic. lib. 12. 13. 14, Nisi quid nauibus Laodicenorum supportârit, citò fame pereat necesse est.*

Suppositio, Suppositus, Suppostor] *Vide* Suppono.

Supprimo] *supprimis, penult. corr. suppreßi, suppressum* (ὑποπρύπτω, ἀποπρύπτω) *supprimere, Occulere, abscõdere. Abscondere atq; supprimere. Plin. lib. 25. cap. 1. 1.*

Aegritudinem supprimere. Cic. 3. Tusc. 128, Hæc igitur officia sunt consulentium, tollere ægritudinem funditus, aut sedare, aut detrahere quamplurimùm, aut supprimere, nec pati manare longius, aut ad aliam traducere.

Animus supprimitur cibis: pro, Opprimitur. Plinius libro 11. cap. 37. 66.

Famam rei supprimere. Liu. 5. ab Vrbe, 3.

Fletum supprimere. Propert. lib. 6. eleg. 1. 23.

Fræna supprimere uindictæ. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8. 5.

Habenas supprimere cursus, Sistere cursum. Ouidius 6. Metamorph. 142.

Impetũ supprimere, Idẽ quod Reprimere. Liu. 7. ab Vrbe, 105

Iram supprimere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 14.

Iter supprimere, Retrahere se ab itinere. Cæs. 1. bel. Ciuil. 145.

Lachrymas supprimere. Ouid. ad Liu. 86. Proper. lib. ele. 10. 2.

Nummos, uel pecuniam supprimere, Celare, occultare, dißimulare se habere, uel dolo malo retinere. Cic. pro Cluentio, 53, Sexcentis millibus nummùm se iudicium corrupturum esse dixerat: quæ quum accepisset à pupillo, suppreßit, iudicioq; facto, &c. Sic paulo pòst, 56, Capit hoc consilium, ut pecuniam quibusdam iudicibus leuißimis polliceatur, deinde eam postea supprimat.

Querelas supprimere. Ouid. 4. Fast. 17.

Senatusconsulta supprimere. Liu. 3. ab Vrbe, 233.

Vocem supprimere. Ouid. 1. Metam. 144.

¶ *Suppressus* (πεπιεσμένος, ἀποκεκρυμμένος) *Participium, siue Nomen ex Participio: ut, Suppressa nauis, consossa & submersa. Iustinus, Victi Persæ in naues confugerunt, ex quibus multæ suppressæ, multæ captæ.*

Dolor suppressus alta mente. Lucan. lib. 6. 45.

Fontibus suppreßis aret amnis. Ouid. 16. Metam. 56.

Fuga suppressa, Retenta. Ouid. 11. Metam. 156.

Lingua suppressa palato. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 5.

Mentum suppressum, Contractum, nec oblongũ, sed breue potius. Varro 2. de Rerust. cap. 9. 3.

Pars uocis suppressa in medio sono. Ouid. 5. Metam. 39.

Pectora suppressa uitijs. Ouid. 1. de Remed. 15.

Voce suppressa dicere: Idem quod submissa. Cic. pro Sylla, 22.

Suppreßior oratione. Cic. in Orat. 47.

¶ *Suppreßio, Verbale* (ἀνάπνευσις) Cic. pro Cluent. 53, *Statuit ad easdem sibi prædas ac suppreßiones iudiciales reuertendum.* Vide Iudico.

Suppreßiones nocturnæ, dicuntur quoties per somnum spiritus supprimitur, aut etiam ipsa uox, ut incerta indiscretaq; edatur: quemadmodum in eo morbi genere accidere solet, qui Latinis Incubus, Græcis Ephialtes dicitur. Plin. lib. 27. cap. 10. 4, Grana nigra auxiliantur & suppreßionibus nocturnis, in uino pota, quo dictum est numero.

Suppromo] *suppromis, pen. prod. suppromsi, suppromptum, suppromere, Subtus extrahere: & propriè de uino dicitur. Plautus Milite, II. 12,*

Eho tu scelßte, qui illi suppromis, eho tu.

¶ *Suppromus, suppromi, pen. prod. Plaut. Milite, II. 23,*

Bono cella suppromo credita.

Suppudet] *pen. corr. suppuduit* (ὑπαισθάνομαι) *suppudere, Aliquantulum pudere. Cic. ad Cassium, lib. 15. 16. 1, Puto te iam suppudere, quum hæc tertia iam epistola antè te oppreßit, quàm tu schedam, aut literam: sed non urgeo.*

Suppudet me illius rei. Cic. Varroni, lib. 9. 1. 3.

Suppuro] *suppuras, pen. prod.* (ὑπανύομαι, ἀφίσταμαι) *suppurare, Est apostema fieri: nempe dum subtus pus includitur, uel quum sanies in pus conuertitur, & apostemata per corpus gignit. Colum. lib. 6. cap. 12. 2, Hic idem sanguis, nisi emissus fuerit, saniẽ creabit: qui si suppurauerit, tardè procurabitur. Plin. lib. 25. cap. 11. 5, Ossa fracta è capite extrahit, aut si quid in corpore suppurat, uel si calcata sunt ossa,*

¶ *Suppuratus, pen. prod. Participium: ut, Suppurata tristitia. Senec. epist. 81, Horum qui fœlices uocantur, aut ficta hilaritas est, aut grauis & suppurata tristitia.*

¶ *Suppuratum, suppurati, pen. prod.* (ἐμπύημα) *Apostema. Plin. lib. 20. cap. 4, 8, Strumisq; uel suppuratis alligat.*

¶ *Suppuratio, Verbale* (ἐμπύημα) *Apostema, Col. lib. 6. cap. 11. Plin. lib. 20. cap: 3. 3, Caro eius interior sine semine, cladis pedũ et suppurationibus, quæ Græci uocãt apostemata.*

¶ *Suppuratorius, adiect.* (πυοποιὸς) *Plin. lib. 28. cap. 4. 17, Efficaciora ad eadẽ strigmenta à balimeis, & ideo miscentur suppuratorijs medicamẽtis. id est, Quæ suppurare faciunt.*

Supputo] *supputas, pen. corr.* (ὑποπαλεύω) *supputare, Subtus putare, uel leuiter & aliquantulum putare: hoc est, resecare. Plin. lib. 27. cap. 10. 11, Præterea semina ipsa fruticantia supputare, ac falcem pari consuescere.*

Supputare (λογίζεσθαι) *pro Computare, & numeros facere: ut, Supputare rationem, apud Plautum in Aulul.*

Supputator, pen. prod. supputatoris, Verbale. Firmicus lib. 5. cap. 8, Boni erunt supputatores, arithmetici, geometræ. Paulò pòst, Sortilegi, magici, supputatores. Rursus cap. 11, Diuites quoq; ac locupletes, supputatores, arithmeticos. Item lib. 6. cap. 26, Reddunt etiam acutißimos supputatores, & hæc potißimùm ex causa, regum ac principum scribæ. Et cap. 28, Hos enim sapientes scribas, supputatores, ac principum faciunt negocia pertractantes.

Supra] *Præpositio* (ὑπέρ, ἄνω, ἔξωχα, ἄνωθεν) *Accusatiuo casui seruit. Virg. 3. Aeneid. 39,*

Tum mihi cæruleus supra caput astitit imber.

Supra Lunam sunt omnia æterna. Cic. in Somnio Scip. 16.

Supra uolat ardea nubem. Virg. 1. Georg. 73.

Iniicere quempiam supra stercus. Cic. 1. de Diuinat. 102.

Mare quod supra terram est. de Natur. deor. 174.

Supra caput, Modus est loquẽdi, rem quæ ualde urgeat, et immineat, significans. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 2. 9, Ecce supra caput homo leuis ac sordidus, sed tamẽ equestri cẽsu Catienus.

Supra quinquagies. Cels. lib. 4. ca. 2, Caput atq; os supra quinquagies perfricandum.

Supra tres. Cels. lib. 7. cap. 7, Vbi secta est, aliæ futuræ adijciendæ, quæ supra tres esse non debent.

Supra tres cyathos, Plus q̃ tres cyathos. Horat. 3. Car. ode 13. 3.

Supra ætatem, supra consuetudinem, supra etiã mortalitatem. Cic. ad Octauium, 8.

Supra fidem. Quint. lib. 2. cap. 10, 4, Nunquam hæc supra fidem poetica (ut uerè dixerim) themata iuuenibus pertractare putemus.

Ratio, quæ supra hominem putanda est, deoq; tribuenda. Cic. 2. de Natur. deor. 49.

Potẽtia, quæ supra leges esse uelit. Brut. Attico, in epist. ad Brutum, 17. 9.

Supra modum. Colum. lib. 4. 27. 3, Si supra modum se numerus eorum profuderit. Sic Liu. 1. bel. Pun. 26.

Ira supra modum est illis. Virg. 4. Georg. 48.

Supra

Supra morem rarum. Virg. 2. Georg. 46. id est, Abundanter; plus æquo. Seruius.

Supra numerum: id est, Præter. Plin. epist. 238.

Attollere aliquid supra quotidianum sermonem. Quintilianus libro 2. cap. 4. 7.

Supra spem humanam. Apud Liuium de bell. Maced.

Supra uires. Horatius 1. epist. 19. 5,

Gloria quem supra uires & uestit, & ungit.

Supra milibus nummorum emptus ager. Horat. 2. epist. 2. 33.

Suprà, sine casu aliquando ponitur, & est aduerbium. Cic. 4. Acad. 225, Et quum in uno mundo ornatus tam sit mirabilis, innumerabilis, suprà infrà, dextrà sinistrà, antè pòst.

Omnia hæc quæ suprà et subter sunt, unũ esse. Cic. 3. de Orat. 12

Draco subter, suprà q; reuoluẽs sese. Cic. 2. de Natur. deor. 153.

Hoc est suprà quàm illud. Cic. in Top. 20.

Suprà, pro Ante, uel antea aut superius: hoc est, uerbis superioribus. Cic. pro Cecinna, 10, Ille quem suprà deformaui. Cæsar 5. bell. Gall. 80, Suprà demonstrauimus.

Illa polliceor, quæ suprà scripsi. Cic. Trebatio, lib. 6. 10. 5.

Nihil suprà, elegans locutio, quum quid efferre uolumus, ut nihil eo magis elegãs aut ornatum inueniri posse dicamus. Terent. Eunuch. 3 1. 37,

Facetè, lepidè, lautè, nihil suprà. Cic. ad Att. lib. 13. 27 6. 2, Eos confeci & absolui, nescio quàm benè, sed ita accuratè, ut nihil posset suprà. Vide Nihil.

¶ *Supera, pro Supra, dixit Cic. in Arato, 35,*

Sed tamen supera terras semper tenet ille.

¶ *Supradictus, Adiect.* (προειρημένος) *Compositum à Supra. Plinius lib. 10. cap. 63, 3, Supradictorum pleriſq; fœminæ priores superueniunt. Quidam scribunt separatim. Horatius 2. Serm. Satyr. 7. 16,*

Adde supradictis quod non leuius ualeat.

¶ *Supraposítus, pen. cor.* (προτεθειμένος) *Aliud adiect. Cic. in Topic. 35, Reliquus est comparationis locus, cuius genus & exemplum supraposítum est. Legitur & disiunctim.*

¶ *Suprascriptus* (προγεγραμμένος) *Aliud adiect. Cic. pro Cluent. 118, Qui eorum? quorum? uidelicet qui suprascripti sunt. Sic Cato cap. 112. 2, Quidam malunt sciunctim legere.*

¶ *Superior* (ἀνώτερος, ὑπέρτερος) *Comparatiuus à Supra, uel à Superus adiectiuo. Cic. 4. Acad. 144, Itaq; quæ cõtra sensus, cõtraq; perspicuitatem dicantur, ea perimere ad superiorẽ diuisionẽ, cõtraq; posteriorem nihil dici oportere.*

Accumbit superior. Vide Accumbo.

Domus superior, Editior. Cic. ad Attic. lib. 12. 238. 1.

Dicere aliquid de loco superiore. Cic. 4. Verr. 70.

Superioribus temporibus nullas de te literas miſi. Cic. Sestio, libro 5. 17. 1.

Superior ætas, Quæ præcesſit. Cic. de Senect. 58.

Senes semper agunt aliquid, tale scilicet, quale cuiusq; studium in superiore uita fuit. Cic. de Senect. 23.

Superiorem & inferiorẽ dicimus ferè, quando de malis loquimur: ut, Dionysius superior, & Dionysius inferior. Quum aũt de bonis sermo est, si quidẽ tẽpus denotamus, Superior et posterior dicimus: ut, Cyrus superior, et Cyrus posterior. Si uerò dignitatẽ, Maior & minor: ut, Maior an minor Scipio, de duobus: de pluribus autem, Maximus Alexander.

Superior interdum habet uim positiui, quum intelliguntur ij qui suprà gradum quartũ cognationis, uel affinitatis: sicut inferiores, qui sunt infra ipsum gradum. Varro lib. 2. de Rerust. cap. 4. 3, Itaq; proauus ac superiores, de Tremellijs nemo appellatus Scrofa.

Superiores, pro iis qui ante nos uixerunt, siue antiquis. Cic. 4. Acad. 3, Non modò opinionẽ uicit omnium, quæ de uirtute eius erat, sed etiam gloriam superiorum. Idem 4. Verr. 26.

Superiores, Qui alios uincunt. Cæsar 5. bell. Gall. 58, Ita tamẽ ut nostri omnibus partibus superiores fuerint, atq; eos in fyluas, colles q; compulerint. Sic libro 8. 72, Hoc ipso superiores, quòd, &c.

Superior & Inferior, contraria. Cic. 1. Verr. 33.

Inuident homines maximè paribus, aut inferioribus, aut superioribus. Cic. 2. de Orat. 115.

Quanto superiores sumus, tanto nos geramus summißius. Cic. 1. Offic. 128.

Habes neminẽ honoris gradu superiorẽ. Cic. Ther. lib. 2. 17. 3.

Loco, fortuna, fama, superior. Cic. de Amic. 78.

Superiorem esse largitione: id est, Præcellere & præstare. Cic. ad Attic. lib. 9. 180. 6.

Superior ordine, inferior fortuna. Cic. Valerio lib. 13. 5. 5.

Superior ui. Cic. 1. Offic. 93, Et sint potius ui superiores, quàm iustitia pares.

Superior in. Cicero pro Cecinna, 1, Nisi fortè hoc rationis habuit, quoniã si facta uis non esset moribus, superior in possessione retinenda non fuisset. Idem 3. de Fin. 8.

Superius: cui contrariũ, Inferius. Cic. 7. Verr. 90, Id agit ut semper superius suum facinus nemo scelere uincat. Plin. lib. 13. cap. 25. 1, Superius genus in uadis haud procul littore.

¶ *Supremus, pen. prod.* (ὑπερτατος, ἀνώτατος) *Superlatiuũ à Superior, ultimus, aut post quem nemo sit. l. 34. ff. de uulg. & pupill. l. 92. ff. de uerb. signific.*

¶ *Supremus, Supremum (inquit Festus) modò significat summum, modò extremum, modò maximum. Paulus ex Festo.*

Supremis suis annis, Plin. lib. 23. cap. 1. 44.

Suprema desperatio. Plin lib. 22. cap. 4. 1.

Dies suprema. Ouid. 2. Fast. 171.

—— dies regnis illa suprema fuit.

Supremus uitæ dies. Cic. 1. Tuscul. 112.

Differre de aliqua re supremo uitæ die. Cic. de Senec. 71.

Laudare aliquem cum supremo die. Cic. pro Muræna, 69.

Digressu mœsta supremo. Virg. 3. Aeneid. 97.

Ferrum supremum stringere. Curtius. lib. 8.

Finis supremus, Mors. Horat. 2. epist. 1. 3.

Funera suprema. Ouid. 3. Metam. 28.

Honores supremi, Funeralia. Ouid. ad Liuiam, 49.

Hora suprema. Tibull. lib. 1. eleg. 1. 12.

Ignis supremus, Rogus. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 9.

Iter supremum carpere, Ex uita emigrare. Horatius 2. Carm. ode 17. 3.

Manum supremam imponere bellis. Ouid. 1. de Remed. 23.

Officia suprema, Quæ morièti exhibentur. Tacit. lib. 5, Quod supremis in matrem officijs defuisset.

Salus suprema. Virg. 12. Aeneid. 131.

Sole supremo: id est, Sole occidente. Horat. 1. epist. 5. 1.

Sors suprema. Vide Sors.

Tempus supremũ, Tempus mortis. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 20.

Supremus, Summus, altus, maximus. Suetonius, Verùm supremum cælum intuentem stupidum cubuisse. Terent. And. 2. 1. 4. 2,

Pro supreme Iuppiter.

Montes supremi, Summi, altißimi. Virg. 4. Georg. 93.

Macies suprema. Virg 3. Aeneid. 119.

Supremum supplicium. Cic. 2. de Leg. 37. id est, Maximum.

Ordinãre suprema sua, Condere testamentum. Modestinus in l. Caius Seius. ff. de pignor. actione.

Suprema alicuius, Sub. facta: hoc est, supremum uitæ tempus. Plin. lib. 16. cap. 44. 3, Circa suprema Neronis principis.

Suprema, pro Morte. Tacit. lib. 3, Post celebre carmẽ, quo Germanici suprema defleuerat.

Soluere alicui suprema, pro Parentare. Tacit. lib. 1.

¶ Supre-

¶ Supremò, Aduerb. (ὑπέρτατα) Plin. lib. 11. cap. 53. 1, Eadem commeabat ab eo recens assiduè, exitura supremò.

Supum] antiqui dicebant, quem nunc Supinum dicimus: ex Græco uidelicet, pro aspiratione, ſ ponentes literam. ut quum ijdem ὕλας dicunt, & nos syluas: item ἕξ sex, ἑπτὰ septem. Huius uocabuli meminit & Lucilius,

Si uerò das quod rogas, & si suggerit supus. Festus.

Sura] suræ (γαστροκνημίαι) Posterior pars cruris, uel tibiæ carnosa, quæ tantùm homini inesse dicitur: reliqua enim omnia animalia habent crura sine suris. Plaut. Pseud. 20. 71,

—suram ubi
Aspicias, scias eum posse gerere crassas compedes. Cicero 4. Tuscul. 74,
—sura ac pulmonibus sisto. Ex Lucilio.

Tumentes suræ. Horat. Epod. 8. 2.

Teretes suræ. Horat. 2. Carm. ode 4. 5.

Sura, pro toto crure aliquando accipitur. Virg. 1. Aeneid. 68,

Purpureoq; altè suras uincire cothurno.

Euincta suras cothurno. Virg. eclog. 7. 7,

Decoratam lumine suram
Erigit. Cic. in Arato, 43.

Suræ, pro ocreis quibus induuntur suræ. Iuuen. Satyr. 15. 2,

Calceus, & grandes magna ad subsellia suræ.

Suræ] Populi sunt in India, quos commemorat Plinius libro 6. cap. 20.

Surculus, Surculaceus] Vide Surus.

Surdaones] sunt populi in Hispania. Plin. lib. 3. cap. 3. Ilerdenses Surdaonum gentis, iuxta quos Sicoris.

Surdus] Adiectiuum (κωφὸς) Qui habet aurium meatus obtusos: ab aurium sordibus, quæ in duritiem uersæ, marmora aurium dicuntur, nec sinunt audire. Et tam passiuè quàm actiuè dicitur. Nam surdus & qui non audit, & qui non auditur, dici potest. Terent. Andr. 3. 1. 5,

Vtinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit.

Vocum uarietates aut modos noscere non potest surdus. Cic. 2. de Diuin. 13.

Aequoribus surdior. Ouid. 13. Metam. 172.

Freto surdior. Ouid. epist. 8. 2.

In re aliqua esse surdum. Cicero 5. Tuscul. 163, In illis linguis quas non intelligimus, quæ sunt innumerabiles, surdi profectò sumus.

Ad munera surdus, Qui nõ mouetur munerib. Ouid. epist. 7. 5.

Aures surdæ. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 12.

Buccina surda, Quæ non auditur. Iuuen. Satyr. 7. 8.

Surdum discrimen figurarum. Plin. lib. 35. cap. 2. 1, Aerei ponuntur clypei, argenteæ facies surdo figurarum discrimine, statuarum capita permutantur, uulgatis iampridem fabulis etiam carminum: adeò materias malunt conspici omnes, quàm se nosci.

Fluctus surdi. Ouid. epist. 17. 43.

Fores surdas tundere. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 110.

Gratia surda officij. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 6. 7,

Non erit officij gratia surda tui. id est, Non tacebitur à me gratia officij tui.

Herbæ surdæ à Plinio dicuntur ignobiles, & quarum nomina sæpe non audiuntur: lib. 22. cap. 2. 2.

Surda fit oranti tua ianua, laxa ferèti. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 17.

Ictus surdi. Plin. lib. 19. cap. 1. 12.

Iudex surdus. Cic. pro Fonteio, 13.

Littora surda. Propertius lib. 4. eleg. 12. 2.

Locus surdus, In quo uox facilè & clarè non uagatur. Vitruuius libro 5.

Mens surda. Ouid. 9. Metam. 31.

Nomen surdum, Ignobile, non clarum. Sil. lib. 8. 49.

Posteritas surdâ. Curtius lib. 5, Nulla erit tam surda posteritas, nulla tam ingrata fama, quæ non in cælum uos debitis laudibus ferat.

Res surdæ. Plin. lib. 20. in Procemio, 1.

Saxa surda mouere blanditijs. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 12.

Vota surda. Persius Satyrâ 6. 4.

Surdum, Cuius odor non sentitur. Pers. Satyr. 6. 4,

Ossa inodora dabit, seu spirent cinnama surdum.

Surdus, ad usum etiam refertur. Plin. lib. 37. cap. 5. 6. Ad hoc quibusdam intercurrit umbra, surdusq; fit colos, qui improbatur etiam dilutior.

Surdus, cum genitiuo. Colum. lib. 3. cap. 10. 15, Idq; nobis poëta uelut surdis ueritatis, indulget dicendo. id est, Qui ueritatem non statim admittimus.

Surdis etiam rerum sua cuiq; sunt uenena, ac minimis quoque. Plin. lib. 24. cap 1. 3. hoc est, Inter res etiam surdis, &c.

¶ **Surdaster, surdastra, surdastrum** (ὑποκωφ&) Significat diminutionem surditatis: non enim est planè surdus is qui surdaster dicitur, sed est, ut ita dicam, surdulus. Cic. 5. Tuscul. 162, In surditate uerò quid nam est malè? Erat surdaster M. Crassus. Sed aliud molestius, quòd malè audiebat, etiamsi, ut mihi uidebatur, iniuriâ.

¶ **Surditas**, pen. prod. surditatis, f. g. (κώφωσις) Cic. in Superiori exemplo.

Surena] Parthorum imperator. Vide in dictione Sinnaca.

Surena] Varroni nomen est conchilij. Vernacula, inquit, ad similitudinem, ut Surenæ, pectunculi, ungues. Plura de hoc nomine uide apud Turnebum.

Surgo] surgis, surrexi, surrectum (ἀνίστημι, ἐγείρομαι, ἀνάστασιν) surgere, neutrum uerbum, à Sursum & Rego: proprièque significat erigi. Plaut. Asin. 16. 71,

Surge amator. Terent. Eunuch. 4. 5. 3,
Postquã surrexi, neq; pes, neq; mens satis suũ officium facit.

Ille multo ante lucem surrexit. Cic. 2. de Inuent. 132.

Ego potissimùm surrexi, qui non sum cum ijs qui sedeant comparandus. Cic. pro Rosc. Amerin. 1.

Surgere è lecto, surgere à mensa, aut ab alio loco. Terentius Adelph. 4. 1. 4. Plaut. Pseu. 5. 63. Cic. 3. Ver. 73, Qui auspicatò à Chelidone surrexisset.

Surgere de cathedra. Martial. lib. 11. 93.

De cœna surgere. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 16.

Surgit humo pigrè. Ouid. 2. Metam. 152.

Surgere sella. Salust. lib. 5. hist.

Surgere de sella. Cic. 6. Verr. 129.

Solio aureo surgit Iuppiter. Virg. 10. Aen. 24.

Stratõ surgere. Virg. 3. Aenid. 103.

Surgere ex accusatorum subsellijs. Cic. pro Flacco, 16.

E' thalamo surgere. Propert. lib. 2. eleg. 16. 3.

Toro surgere. Ouid. 9. Metam. 141.

De toro surgere. Propert. lib. 2. eleg. 27. 5.

Surgere maturè. Cic. 4. Verr. 28.

Properanter surgere. Silius lib. 7. 150.

Surgere cubitu. Cato cap. 5. 3.

De nocte surgere. Horat. 1. epist. 2. 7.

Ad aliquem surgere. Ouid. 13. Metam. 1.

Ad dicendum surgere. Cic. 2. de Orat. 173.

Surgere ad respondendum. Cic. pro Cluentio, 39.

Ex humili surgere. Propert. lib. 2. eleg. 11. 3.

In arma surgere. Sil. lib. 7. 119.

In hastam surgere. Stat. 1. Achil. 97.

In somnos surgere. Valer. 5. Argon. 139,

Surgitur in somnos, seq; ad sua limina flectunt. Id est, Surgunt ut abeant ad dormiendum.

Semel

Semel cecidi sciens, ut honestissimè surgere possem. Cicero 12. Philipp. 339.

Aedificia surgere dicuntur, quum sensim eminent, & in altum attolluntur. Plin. epist. 266, Multo depressior est ædes eo opere quo cum maximè surgit. Virg. 1. Aen. 74,

—surgentemq; nouæ Carthaginis arcem.

Aequora surgunt. Virgil. 3. Aen 40.

Aqua surgit in modum tumuli. Ouid. 1. Trist. eleg. 10. 4.

Aræ surgunt de cæspite. Sil. lib. 7. 150.

Astra ignea surgunt. Virg. 4. Aeneid. 71.

Surgentibus astris, Superueniente nocte. Virgilius 1. Georgic. 88. Seruius.

Aurora surgit. Virg. 1. Georg. 90.

Cernus surgens in cornua. Virg 10. Aeneid. 145. id est, Crescens, cornibus eminens. Seruius.

Culmi surgentes in segetem. Lucan. lib. 6. 22.

Dies surgens in medium. Lucan. lib. 4 31.

Fruges nitidæ surgunt. Lucret. lib. 1. 51.

Frutex surgit in altitudinem. Colum. lib. 6. cap. 23. 2.

Herbæ surgunt, dum crescunt. Colum. lib. 9. cap. 4. 2. ex Virgilio, 4. Georg. 3,

—surgentes atterat herbas.

Homo surgere dicitur, quando crescit. Virg. lib. 4. Aeneid. 55,

Ascanium surgentem, & spes hæredis Iuli
Respicit. Ibidem, 6. 73.

Ignis surgit. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 11.

Ire altius surgunt. Virg. 10. Aeneid. 163.

Limina surgunt gradibus. Virg. 1. Aenid. 91.

Luna surgens. Tacit. lib. 19.

Mare surgit. Ouid. 15. Metam. 102.

Messis surgit. Virg. 1. Georg. 33.

Mœnia surgunt. Virg. 1. Aeneid. 89.

Opus surgit. Proper. lib. 4. eleg. 1. 14,

Roma siue, tibi surgit opus.

Pagina surrexit primo uersu. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 5.

Parces surgentes. Tacit. lib. 19.

Prælia surgunt acerrima. Ouid. ad Pisonem, 42.

Pugna aspera surgit. Virgil. 11. Aeneid. 127.

Regna surgunt. Virg. 4. Aeneid. 10.

Rumor surgit. Tacit. lib. 18.

Sententia surgit animo, Oritur. Virg 1. Aeneid. 118. Translatio est corporis ad animum. Seruius.

Sol surgens. Virg. 12. Aeneid. 35.

Telluris in altum surgentis tumulus. Lucan. lib. 3. 75.

Venti surgere dicuntur, quum flare incipiunt. Virgil. libro 3. Aeneid. 96,

—& fando surgentes demoror Austros? Idem 3. Aeneid. 26,

Prosequitur surgens à puppi uentus euntes. Sicut econtrario, quando flare desinunt, Ponere ac residere dicuntur.

Vesper surgens. Horat. 2. Carm. ode 9. 2.

Sensim surrexit uirga per glebas. Ouid. 4. Metam. 15.

¶ **Surgitur**, pen. cor. Impersonale. Iuuen. Satyr. 4. 51,

Surgitur & misso proceres exire iubentur Concilio.

¶ **Surrexe**, pro Surrexisse. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 15,

—hunccine solem Tam nigrum surrexe mihi.

Mane surgendum cras. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 24.

Surpiculus] surpiculi. pen. corr. m. g. (σαρτίον) Vimen, canistrum, cistellula quæ è scirpis fieri solet. Propert. libro 4. eleg. 2. 8,

Surpiculis medio puluere ferre rosam. Colum. lib. 10. 29,
—cano iam uimine textum
Surpiculum ferrugineis cumulate hyacinthis. Plautus Capt. 13. 47,

Eis ora ego uerberabo surpiculis piscarijs. Opinor ubique scribendum, scirpiculus, per ſc. Vide Scirpus.

¶ **Surregit, & Sortus**, pro Surrexit, & quaſi poſit fieri surrectus, frequenter posuit Liuius. Paulus ex Festo.

¶ **Surremit, Sumpsit**: Inq; manu surremit hastam. Paulus ex Festo.

Surrentum] σόρρωτον, Campaniæ oppidum, quod alio nomine dicitur Petræ Sirenum. Plin. lib. 3. cap. 5, Surrentum cum promontorio Mineruæ Sirenum quondam sede. De eo & Virg. 5. Aeneid. 163. De hoc & reliquis Campaniæ locis, Plin. lib. 3. cap. 5. & Strabo lib. 5.

Amœnum Surrentum. Horat. 1. epist. 18. 11.

¶ **Surrentinus**, pen. prod. Adiect. (σορρωτῖν&) ut, Colles Surrentini. Colum. lib. 3. cap. 2. 6.

Palmite Surrentino generosi colles. Ouid. 15. Metam. 142.

Prætoria Surrentina. Stat. 2. Sylu. 2. 17.

Vina Surrẽtina. Plin. lib. 23. ca. 1. 22. Horat. 2. Serm. Sat. 4. 11.

Surrepo] Vide Subrepo.

Quies surrepsit ocellis. Ouid. 3 Fast. 4.

Surrigo] surrigis, pen. corr. surrexi, surrectum (ἐξανίστημι) surrigere, Susum uel sursum erigere, quo uerbo utuntur rustici, quum tritæ fruges ad uentilandum in areis erigentur. Virg. 4. Aeneid. 83,

Tot linguæ, totidem ora sonant, tot surrigit aures. Liu. 7. ab Vrbe, 40, Romanus mucrone surrecto, quum scuto scutum irum perculisset, &c. Vide Subrigo.

Surripio] surripis, pen. corr. surripui, surreptum (ὑφαρπάζω, ἐπιχέρλω, ὑφαιρέω) surripere, Latenter rapere, seu suffurari. Plaut. Asin. 16. 35,

Surripiã in deliciis pallam quã habet. Idẽ Pœn. 16. 137.
—qui filias dicas tuas,
Surreptasq; esse paruulas Carthagine. Idẽ Menæh. 5. 17,
—nimio ego hanc periculo
Surripui bodie meo animo, ab Hippolyta subcingulum.

Vide Surripio.

In uita sibi quenq; petere quod pertineat ad usum, non iniquũ est: alteri surripere, ius non est. Cic. 3. Offic. 56.

Aliquid ex priuato surripere. Cic. 2. de Inuent. 160.

Surripere alicui operam. Plaut. Amph. 6. 25,

Clanculum abij à legione: operam hãc surripui tibi. hoc est, Clàm aufugi, ut tibi hanc operam traderem. Idem Casina, 22. 13,
Cupio illam operam seni surripere. id est, Præuenire eum in hac re.

Basia surripere. Catull. ad Iuuentium, 9 4. 4.

Diem surripere. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 8.

Crimina sunt oculis surripienda patris. Ouid. epist. 11. 14. id est, Cauendum est ne pater hæc reſciſcat.

Aliquem captiuum ex alicuius custodia surripere. Cic. pro Domo sua, 52.

Surripere se alicui, Distrahere se ab alicuius conspectu. Plaut. Menæh. 11. 26.

Surpite, pro surripite. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 57,

—unum me surpite morti.

Surpuerat, pro surripuerat. Horat. 4. Carm. ode 13. 4,

—quæ spirabat amores, Quæ me surpuerat mihi.

¶ **Surreptus** (ὑφαρπαδείς) Partic. ut, Parma surrepta. Cic. 14. Philipp. 391.

¶ **Surreptitius** (ὑφαρπαστὸς) Adiect. Quod clàm fit, siue factum est & surreptum. Plaut. Casina, 4. 50,

Inter nos amore utimur semper surreptitio.

Surrogo] surrogas, pen. corr. (ἀντικαθίστημι) Surrogare, Sufficere, substituere. Quintilianus, Quũ defuncto patruo in eius locum surrogatus fuisset. Vide Subrogo.

¶ Surro-

¶ Surrogatio, surrogationis (ἀντιπατάσασις) Verbale, Substitutio.

Sursum] Aduerbium (ἄνω) Notæ significationis: superiorem enim partem uel locum aut regionem denotat. Terent. Adelph. 4.2.36,

Præterito hac recta platea sursum. Plaut. Milit. 16.14,

Non tu scis, quum álto ex puteo sursum ad summum descenderis, &c.

Sursum ferri. Lucret. lib. 2.30.

Nares, et quòd omnis odor ad supera fertur, rectè sursum sunt. Cic. 2. de Natur. deor. 211.

Sursum deorsum cursitare. Terent. Eun. 2.2.47. Cicero 2. de Natur. deor. 120.

Sursum uersum aut uersus: id est, Versus superiorem locum, aut partem aeris uel loci. Cic. in Partitionibus Orat. 14, Et idem quasi sursum uersus retroq; dicatur. Cato de Re rust. cap. 32, Vites propages in sulcos sursum uorsum, quoad eius facere poteris, facito uti ducas.

Surus] ῥοῦγαν Θ, Antiquis palus dicebatur. Festus, Surum dicebant, quo per diminutionem fit surculus. Ennius,

Vnus surus surum ferret, tamen defendere possent. Nonnulli scribunt duplici rr, furrum fortasse scribendum, furcus.

Surculus] surculi, pen. cor. m. g. (ῥευγανίσν Θ, ὀρόδαμν Θ) est in ramis quod simplex oritur, & frondes gerit, quale est præcipuè germen annotinum: Græcis autem κλάδ Θ dicitur: detrahiturq; interdum & resecatur ab arbore, ad alias rursus producendas. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 40, Est altera species ex arbore in arborem inserendi, nuper animaduersa in arboribus propinquis. Ex arbore enim, è qua quis uult habere surculum, in eam quam inserere uult, ramulum traducit, & in eius ramo præciso, ac diffisso implicat, &c. Plin. lib. 10. cap. 2. 2, Senescentem casia thuriq; furculis construere nidum. Virg. 2. Georg. 18.

Inserere uel serere surculum. Quint. lib. 6. cap. 3. 61. Cic. 2. de Oratore, 154.

Vsurpare possessionem amissam surculo defringendo. Cicero 3. de Orat. 61.

¶ Surculo, surculare, pen. cor. (ῥευγανίζω) surculare, Surculos ramis uel caudicibus adimere, ut altius crescant, & uberius à terra nutrimentum accipiant. Colum. lib. 5. cap. 9. 9, Atq; etiam rigandæ sunt plantæ quum siccitates incesserunt, nec nisi post biennium ferro tangendæ: ac primò surculari debent, ita ut simplex stylus altitudinem maximi scrobis excedat. Legitur & sarculari.

¶ Surcularius, Adiect. (ῥευγανιστὴς) Plin. lib. 11. cap. 2. 6. 2, de cicadis, Quidam duo alia genera faciunt earum: surcularium, quæ sit grandior: frumentarium, quam alij auenariam uocant. Apparet enim simul cum frumentis arescentibus. id est, Quæ in surculis uiuit: siue quæ eo tempore apparet, quũ arbores surculos suos emittunt uel trudunt.

Surcularius ager. Varro 1. de Re rust. cap. 2. 15.

¶ Surculosus, pen. prod. Adiect. (ῥευγανώδης) Quod surculis abundat. Plinius, Ramis hyssopi surculosam.

¶ Surculosè, pen. prod. Aduerbiũ (ῥευγανωδῶς) Per singulos surculos, sensim uel paulatim. Plin. lib. 18. cap. 16. 7, Arescit surculosè.

¶ Surcularis, & hoc surculare, pen. prod. (ῥευγανωτὸς) Colum. lib. 3. cap. 11. 4, Considerandum est, antequam pastinemus, surcularis necne sit terra: idq; facillimè exploratur per stirpes, quæ sua sponte proueniunt.

¶ Surculaceus, Adiect. (ῥευγανώδης) Quiddam est surculi simile, quod tamen surculus appellari iure posit. Plinius libro 19. cap. 7. 3, Surculacea in folliculo sunt raphano, sinapi, rapo. Sub. semina.

Sus] ἄν, pro Sursum accipitur in compositione, ut in Suspicio.

Sus] suis (σὺς, ὑὸς, χοῖς Θ) gen. communis secundum Priscianum, Porcum & porcam significat. Plin. lib. 8. cap. 5. 1. 2, Sues ferè semel anno gignũt. Cic. 5. de Fin. 68, In quibus non corporum solùm, ut in suibus, sed etiam animorum.

Amica luto sus. Horat. 1. epist. 2. 6.

Fulmineus sus. Stat. 2. Achil. 82.

Horrens. Lucret. lib. 5. 5.

Horridus. Virg. 4. Georg. 82.

Inualida. Vide Inualidus.

Ingens. Virg. 3. Aeneid. 78.

Lætus glande. Virg. 3. Georg. 104.

Lutulenta. Horat. 2. epist. 2. 16.

Immundi sues. Virg. 1. Aeneid. 80.

Magnorum suum horrentia terga. Virg. 1. Aeneid. 128.

Sicci terga suis rara pendentia crate. Iuuen. Satyr. 11. 9.

Vulnificus sus. Ouid. 8. Metam. 72.

Anima pro sale data est sui. Cic. 2. de Natur. deor. 238.

Docebo sus (ut aiunt) oratorem illum. Cic. 2. de Orat. 129. Vide Chiliadas Erasmi, Sus Mineruam.

¶ Suarius. Adiectiuum: ut, Suarius negociator. Plinius libro 7. cap. 12.

¶ Suarius, Substãtiuum, Custos suum. Plin. lib. 8. cap. 51, Compertum agnitam uocem suarij furto abactis, mersoq; nauigio inclinatione lateris unius remeasse.

¶ Suinus, suina, suinum, pen. prod. (σύινος) Quod est suis. Varro lib. 2. cap. 4. 7, Hic enim conciliator suinæ carnis datur populo. Vetus exemplar habet, suillæ.

¶ Suillus, Adiect. (σύινος) Diminut. à Suinus. Plin. lib. 8. cap. 52, At in Arabia suillum genus nõ uiuit in ullo genere. Liu. 2. bell. Pun. 44, Ex suillo, ouillo, caprino grege, &c.

¶ Suile, pen. prod. n. gen. (συοσκεῖα) Stabulum suum. Colum. lib. 7. cap. 9, ad finem, Diligens autem porcilator frequenter suile conuerrat, & sæpius haras. Vide Hara.

Susa] Susæ, & Susa, Susorum (σῦσα) Oppidum & metropolis Persidis, in Susia quæ Persiæ est pars: à Suso fluuio sic uocata. Propertius lib. 2. eleg. 14. 1,

Non tot Achæmenijs armantur Susa sagittis,
Spicula quot nostro pectore fixit amor. Hæc urbs (ut scribit Plin. lib. 6. cap. 27. 7.) à Dario Hystaspis filio condita fuit. Ibi fuit regia Cyri, lapide candido & uario, columnis aureis & lacunaribus, gemmisq; distincta, cæli contimens simulachrum, stellis micantibus insignitum, & incredibilia multa. Ibi Asuerus conuiuium maximis diuitijs & delicijs copiosum celebrauit.

Pharetrata Susa. Claud. de bello Gildon. 7.

Susiana] Susianæ uel Susiane, Susianes, penult. prod. (σουσιανὴ) Regio in Persida. Plin. lib. 6. cap. 27. 9, Susianen ab Elymaide distermimat amnis Eulæus, ortus in Medis: mediocq; spacio cuniculo conditus, ac rursus exortus per Mesobatenen lapsus, circuit arcem Susorum, ac Dianæ templũ, augustissimum illis gentibus.

¶ Susiani, penul. prod. (σύσιοι) Qui Susianen incolunt. Plinius libro 6. cap. 27. 8, Susianis Orientem uersus iungũtur Cossæi latrones.

Susinus] pen. corr. Adiectiuum (σεσινὸς) Quod ex susis siue lilijs factum est. unde & urbem Persidis à lilijs, quorum ibi magna est copia, nomen habere scribit Stephanus. Susa enim Persæ uocant lilia. Hinc oleum susinum. Plin. lib. 13. cap. 1. 9, Susinum tenuissimum omnium est. Constat ex lilijs, balano, calamo, &c.

Suscio] suscis, suscini, suscitum (ἐγείρω) suscire, Idem quod scire.

Scire. Plaut. Menæch. 9. 72,

Eho Messenio accede huc. MES. quid negocij est suscire?

Suscipio] suscipis, pen. corr. suscepi, penult. prod. susceptum (λέχομαι, ἀναλέχομαι, ὑπολέχομαι, παραλέχομαι, ἐπαγγέλλω, ἀντιπαραβάλλω) suscipere: à Susum, uel Sursum, Quasi sursum capere.

Suscipere, tam ad animum, quàm ad corpus refertur. ut, Suscepi onus, suscepi uoluptatem, suscepi curam. Varijsq; nominibus iungitur: & significat capere.

Actiones periculosas suscipere. Cic. 1. Offic. 117.

Æs alienum amicorum suscipere. Cic. 2. Offic. 80, Qui suis facultatibus, aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienum susciptunt amicorum.

Aliquem suscipere & tueri: hoc est, Amplecti & defendere. Cic. ad Tironem, lib. 16. 11. 13.

Authoritatem. Cic. pro Cælio, 28, Redeo nunc ad te Cæli uicissim: ac mihi authoritatem, patriam, seyeritatemq; suscipio.

Authoritatem in Rempub. Cic. 7. Verr. 118.

In amicitiam suscipere. Liu. 7. ab Vrbe, 134.

Bellum. Cicero 2. de Legib. 56, Sequitur enim de iure belli, in quo & suscipiendo, & gerendo, & deponendo, ius ut plurimum ualet. Idem 2. de Diuin. 35, Non suscepisset bellum ciuile Cæsar.

Bellum suscipitur cum gente feroci. Ouid. 24. Metam. 90.

Casum suscipere. Cic. 2. de Fin. 105.

Causam alicuius. Cic. 2. Verr. 30, Suscipe causam iudiciorum: suscipe causam seueritatis, integritatis, fidei, religionis: suscipe causam Senatus, ut is hoc iudicio probatus, cum pop. Rom. & in laude, & in gratia esse possit.

Causam contra aliquem suscipere. Quint. lib. 6. cap. 1. 9.

Causam suscipere mandati. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 9.

Cicatrices pectore aduerso suscipere. Quint. lib. 2. cap. 15. 5.

In ciuitatem suscipi, Ciuem fieri, & inter ciues numerari, aut ciuitate donari. Cic. 2. de Legib. 8.

Cogitationem de re aliqua: id est, Cogitare. Cic. ad Attic. lib. 9. 177. 2. Idem 2. Philip. 31, Attende enim paulisper, & cogitationem sobrij ad punctum temporis suscipe.

Cogitationem, quid nam sit agendum. Cicero ad Atticum, libro 14. 318. 6.

Consilium. Plin. epist. 22. d.

Consuetudo suscipit. Cic. 2. de Nat. deor. 88, Suscepit autem uita hominum, consuetudoq; communis, ut beneficijs excellentes uiros in cælum fama ac uoluntate tollerent.

Consulatum. Plin. in Paneg. 130.

Constantiam. Cic. ad Attic. lib. 3. 66. 4.

Crimen aliquod suscipere, Agnoscere, confiteri. Cic. pro Rabirio Perduel. reo, 12.

Crimen suscipere, uel suscipere crimen defensione. Plin. epist. 190. e, Crimenq; quasi in medio relictum, defensione suscipiunt. Cicero pro Sylla, 35, Neq; enim istorum facinorum tantorum, tam atrocium crimen iudices 1. Syllæ personã suscipit.

Crimen culpæ suscipere. Cic. 7. Verr. 82.

Culpam. Cic. pro Cluentio, 123.

Curam. Colum. lib. 2. in Præf. 7, Vt ne lanificij quidem curam suscipere dignentur, &c.

Curam & cogitationem alicuius rei suscipere. Balbus Cic. in epist. ad Attic. lib. 8. 168. 1.

Curationem & quasi dispensationẽ regiam suscepisset. Quintil. lib. 4. cap. 2. 13.

Tenere cursum, quem à primâ ætate susceperis. Cicero pro Planc. 42.

Defensionem. Cic. ad Lucinium, lib. 5 8. 14.

Errorem & superstitionem suscipere Cic. 2. de Diuin. 124.

Executionem eius negocij libens suscepit. Tacit. lib. 3.

Exercitationem. Cic. 1. de Fin. 50.

Exilium, Pati. Cic. Antè quàm iret in exilium, 14.

Facinus in se. Cic. pro Cluent. 135. id est, Admittere.

Fidem. Plin. epist. 220, Quæ partes impleturum te secundum susceptam fidem confido. id est, Secundum quod promisisti.

Fraudem suscipere. Cic. in Pison, 33.

Imperium suscipere. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 12.

Inimicitias suscipere. Cic. 1. Offic. 41, Nam aut inimicitias, aut laborem, aut sumptus suscipere nolunt. Terentius Hecyra, 21. 34,

Cum puella anum suscepisse inimicitias non pudet?

Inimicitias propter alicuius salutem suscipere. Cic. de Aruspic. respon. 5.

Inimicum aliquem suscipere. Brutus Attic. 17. 2.

Iniquitatem. Cic. in Parad. 49.

Inuidiam & odium. Cic. 1. de inuent. 6.

Iter. Cic. ad Attic. libro 4. 84. 1, Iter Asiaticum puto tibi suscipiendum fuisse.

Laborem aliquem. Lucret. lib. 3. 74.

Labores & dolorem pro patria. Cic. 1. de Fin. 36.

Laborem & periculum pro salute alicuius suscipere. Cic. pro Murænâ, 70.

Legationem. Cic. 12. Philip. 322.

Liberos suscipere, Procreare. Cic. 5. Verr. 127. Idem 7. Verr. 96, Qui à parentibus spe nostri imperij, nostræq; æquitatis suscepti, educatiq; sunt.

Liberos ex uiuisiam filia suscipere. Cic. 3. Philip. 135.

Maculam suscipere, Concipere. Cicero pro Leg. Manil. 4, Delenda est nobis illa macula, Mithridatico bello superiore suscepta.

Maculam imperio. Cic. pro Fonteio, 21.

Mandatum suscipere. Caius in l. siquis alicui. §. qui suscepit. ff. mandati uel contrà.

Famulæ suscipiunt collapsa membra. Virg. 4. Aen. 78.

Miseriam uoluntariam. Cic. 3. Tusc. 58.

Munera suscipere sanguinei Martis. Ouid. 2. de Remed. 31.

Negocium sine morâ suscipere. Cic. 3, in Catil. 51.

Multum negocij. Cic. 5. Verr. 1.

Negocia atq; controuersias alicuius. Cic. pro Cecinna, 11. Et ad Attic. lib. 12. 24. 2. 18, Quod ad Tironem de Terentia scribis, obsecrò te mi Attice, suscipe totum negocium.

Obiurgationem. Cic. Attic. lib. 4. 86. 7.

Odium alicuius. Cic. ad Attic. lib. 6. 112. 4.

Offensas in eligendo aliquo. Plin. epist. 42. b.

Officia & partes pro aliquo. Cic. Appio, lib. 3. 10. 5.

Onus. Cic. 3. Offic. 8, Suscepisti onus præterea graue, & Atheniensium, & Cratippi.

Onus atq; munus suscipere & profiteri. Cic. 1. de Orat. 57.

Suscipis onus officij, quod te putas sustinere posse: quod minimè uidetur graue ijs, qui minimè ipsi leues sunt. Cic. pro Rosc. Amer. 66.

Onus urbis susceperat una domus. Ouid. 2. Fast. 40.

Opus censorium obiurgandis moribus. Columel. libro 12. in Procem. 9.

Parricidium. Cic. pro Cluent. 24, Cæteri non uidentur in singulis hominibus multa parricidia suscipere posse: Oppianicus inuentus est, qui in uno corpore plures necaret.

Partes. Cic. Attic. lib. 3. 61. 4, Intelligo multas partes meæ salutis & suscipere, & posse sustinere, neq; ut ita facias rogandum esse.

Patrocinium rei alicuius: hoc est, Eam defendendam. Cic. 3. de Oratore, 36.
Periculum pro salute alicuius. Cic. pro Muræn. 70.
Personam uiri boni, Simulare. Cic. pro Cluent. 81.
Pœnam dignam scelere. Cic. pro Lege Manil. 4.
Profectionem. Cic. ad Quirites post reditum, 1.
Res aliquas sibi gloriæ causa suscipere. Cic. pro Flac. 10.
Reipub. suscipi. Cic. ad Brutum, 14. 3, Quod ipsum, si Rempub. cui susceptus es, respicis, tibi iam iamq; faciendum est.
Sceleris aliquid suscipere. Catull. in Gellium, 83. 1.
Scelus in se suscipere, Idem significat quod Admittere in se fuimus. Cic. 11. Philip. 295.
Sermones suscipere. Quintil. lib. 2. cap. 15. 19.
Simultates. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1. 28.
Turpitudinem suscipere. Cic. 3. Philip. 384.
Vigilias discendi causa. Cic. 5. de Fin. 98.
Voluntatem erga aliquem. Cic. 2. de Fin. 154.
Dijs immortalibus ducibus, hanc uoluntatem suscepi. Cic. 3. in Catil. 66.
Vota publica suscipere pro aliquo. Ouid. 7. Metam. 90.
Suscipere deo uota pro re aliqua, uel pro aliquo. Plin. in epist. 252, Solennia uota pro incolumitate tua, quæ publica salus continetur, & suscepimus domine pariter, & soluimus, precati deos. Liu. 7. bell. Pun. 242, Deos deasq; precabantur ut illis faustum iter, felixq; pugna, matura ex hostibus uictoria esset, & damnarentur ipsi uotorum quæ pro ijs suscepissent.
Suscipere, pro Excipere, & in uicem respondendi succedere. Virg. 6. Aen. 145,
Dicam equidem, nec te suspensum nate tenebo,
Suscipit Anchises: atq; ordine singula pandit.
Suscipi in lucem, pro Nasci. Cic. de Aruisp. resp. 53.
¶ Suscipiendus, Partic. (ἀναιρετέος) ut, Sacra solennia suscipienda. Lucret. lib. 5. 234.
¶ Susceptus (ἀναιρεθείς) Aliud partic. ut, Fames urbi suscepta. Claudian. 1. in Eutrop. 81.
Transigere susceptum negocium. Cic. pro Quintio, 50.
Vindicta legis suscepta est tibi. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 7.
Sempiternam pœnam sustinerem mea uoluntate susceptam. Cic. Post reditum ad Quirites, 1.
Soboles suscepta mihi de te. Virg. 4. Aen. 66.
Filius patri de nouerca susceptus est. Cic. 3. Offic. 127.
¶ Susceptum, suscepti, n. gene. (ἀναιρεθείς) Ouid. 11. Metamorph. 41,
——suscepta magna labore
Crescere difficili. hoc est, Incepta grandia.
¶ Susceptio, susceptionis, Verbale (ὑποδοχή, ὑποδεξία, ἀνάληψις) Cicero 3. de Finib. 51, Sic ea quæ proficiscuntur à uirtute, susceptione prima, non perfectione recta sunt iudicanda.
Susceptio causæ. Cic. pro Muræna, 1.
¶ Susceptor, oris, est qui lusoribus domi suæ ludendi dat locum: qui suscepit. Vlpian. in l. 1. de aleatoribus. Item notandum, quòd Prætor susceptorem uerberatum quidem, & damnum passum, ubicunq; & quandocunq; non uindicat.
Suscito] suscitas, pen. corr. (ἐγείρω, ἀνακινέω, ζωγέω, ἀναζωπυρέω) Suscitare. Plaut. Mostell. 6. 25,
Quis istic dormit? PH. Callidates. T. Suscita istum, Delphium.
Suscitare somno, è somno. Cicero 4. Tusculan. 67. Plautus Milit. 10. 95.
E' quiete suscitare aliquem. Catull. ad Gellium, 75. 1.
Ignes extinctos suscitare. Ouid. 3. de Arte, 119.
Ignes sopitos suscitare. Virg. 5. Aen. 149.

Suscitare, Impellere, incitare. Virg. 12. Aen. 22,
Aeneas acuit Martem, & se suscitat ira. Idem 91,
Acrior ad pugnam redit, & uim suscitat ira.
Suscitare aliquem ad suum officium, Adhortari. Plautus Rud. 22. 13.
In prælia suscitare aliquem. Virg. 11. Aen. 146.
Bellum ciuile suscitare. Brutus Antonio, lib. 11. 3. 6.
Crepitum suscitare pede. Propert. lib. 2. eleg. 4. 1.
Pœnas suscitare alicui. Virg. 4. Georg. 92.
Qui nouam rationem suscitant, ueteres maiorum obtrectant laudes. Cic. Antequam iret in exilium, 9.
Suscitare fictas sententias. Commouere. Cic. 1. de Diuinat. 146.
Testem contra aliquem suscitare. Cic. pro Rosc. Comœd. 21.
Vrbes attonitas suscitat. Valer. 3. Argonaut. 4. 2.
¶ Suscitabulum, suscitabuli, penult. corr. (ὀρμητήριον) Incitamentum. Varro,
Phonicis adsum uocis suscitabulum,
Cantantiumq; gallus gallinaceus. Nonius.
Susia] Regio in Perside. Vide Susa.
Susiana] σουσιανή, Prouincia Asiæ (ut lib. 6. cap. 3. refert Ptolemæus) quæ à Septentrione terminatur Assyria, ab Occasu Babyloniæ adiacet, ab Oriente habet Persidem, à Meridie partem Persici sinus. Cuius ciuitates insignes Traiana & Susa. Vide Susa.
Susinus.] Vide Susa.
Suspecto] suspectas, suspectare. Vide Suspicio.
Suspendeo] suspendes, suspendi, suspensum (ἀπαιρέμαμαι) suspendere, pen. prod. Suprà pendere. Columel. lib. 4. cap. 26, Sæpe enim uotani per imprudentiam rusticos subijcere iugo palmam, & ita colligare, ut solo uinime suspendeat. Legitur & suppendeat.
Suspendo] suspendis, suspendi, suspensum (ἀναιρέμαμαι, ἀείρω, αἰωρέω, αἰωρίζω, ἀνάπτω, ἀπαιωρέω, ἐξάπτω, διαράω, προσαράω, ὑρεμίω, ὑπαραιρεμάω) Suspendere, pen. corr. Aliquid sursum ligare, & uincire ut pendeat. Colum. lib. 7. cap. 10. 3, Deinde scissas taleas ferularum lineo funiculo religant, & ita collo suspendunt, ut strumæ ferulis contingantur.
Suspendere ex ceruice. Plin. lib. 11. cap. 28. 2.
Vestimenta suspendere. Horat. 2. Carm. ode 5. 4.
Aedificium suspendere. Cic. in Topic. 10.
Castra suspendunt saxis. Sil. lib. 3. 112.
Tignis nidum suspendit hirundo. Virg. 4. Georg. 62.
Littora suspēdere uomere, Arare littora. Stat. 4. Thebaid. 24.
Tellurem suspendere tenui sulco. Virg. 1. Aen. 14.
Suspendere, aliquando est suspendendo strangulare. Cic. ad Attic. lib. 13. 290. 6, Ita nunciat Brutus illum ad bonos uiros ἐυαγγέλια. sed ubi eos cenisti fortè se suspendit.
Suspendere se è fico. Quintil. lib. 6. cap. 3. 61.
Suspendere de arbore. Cic. 1. de Orat. 134.
Suspendere in arbore. Cic. 5. Verr. 47.
Caput obnubito, urbori infœlici suspendito. Cicero pro Rab. Perduel. reo, 8.
Piscem hamo suspendere. Ouid. 15. Metam. 21.
Suspendere in furcas. Vlpian. in l. sacrilegij. §. 1. ff. ad legem Iul. peculatus, Et scio multos etiam ad bestias damnasse sacrilegos, nonnullos & uiuos exusisse, alios uerò in furcas suspendisse.
Suspendere rem aliquam, Differre, prorogare. Liu. 9. bel. Maced. 114, Mouit aliquantum oratio regis legatos, itaq; medio responso rem suspenderunt.
Fletum suspendere. Ouid. 4. Fast. 171.
Suspendere, Cohibere, sistere. Plinius libro 28. cap. 7. 4, Misto præterea uorum candido liquore, madidaq; lana frontibus

tibus impositum fluxiones oculorum suspendit.
Suspendere aliquem, pro Incertum reddere. Plin. epist. ult. lib. 12, Diu miseram expectatione suspendit.
Suspendere, Ducere, suspensum habere. Sueton. in Tiberio, capite 24, Nunc precantem Senatum, & procumbentem sibi ad genua, ambiguis responsis & callida cunctatione suspendens.
Suspendere animos expectatione. Curtius lib. 9.
Naso adunco suspendere aliquem. Vide Aduncus.
Suspendere spiritum, pro Mediocriter uel paululum quiescere inter legendum, subsistere. Quintil. de lectione loquens, scias puer ubi suspendere spiritum debeat, quo loco uersum distinguere, ubi claudatur sensus, ubi incipiat.
¶ Suspensus, (ἀπαιρεμενοδείς, μετέωρος) Particip. siue Nomen ex partic. Cic. 2. Tusc. 112, Vel equi Pelopis illi, Neptuni, qui per undas currus suspensos rapuisse dicuntur, excipient te.
Suspensus veste, manibus se demisit. Liu. 8. ab Vrbe. 85.
Populus suspensus. Senec. Troade, 12. 6.
Suspensis leniter alis. Vide Lenis.
Aulea suspensa. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 11.
Volatus suspensus. Stat. 3. Thebaid. 93.
Lachrymæ suspensæ oculis. Ouid. ad Liuiam, 23.
Lachrymæ diu suspensæ per ora fluxêre. Ouidius 1. Amor. eleg. 7. 12.
Suspensus (αἰωρούμενος) Incertus, dubius. Virg. 6. Aen. 145,
Dicam equidem, nec te suspensum nate tenebo. Idem 2. Aenecidos, 23.
Suspensus expectatione nouarum rerum. Cicero ad Consules, libro 15. 1. 7.
Suspensus explicatione, Propter explicationem siue solutionem nodi Gordiani. Curtius lib. 3.
Detinere aliquem suspensum. Cic. Attic. lib. 10. 192. 3.
Suspensus animus, Solicitus. Cic. Attic. lib. 2. 33. 1, Accepi aliquot epistolas tuas, ex quibus intellexi quam suspenso animo & solicito scire aueres quid esset noui.
Animus occupatus & suspensus. Cic. 1. de Orat. 123.
Suspensus animi. Liu. lib. 8, Inter spem metumq; suspensos animi habetis.
Solicitam mihi ciuitatem suspicione, suspensam metu, &c. Cic. 1. de Lege agr. r. 14.
Ne diutius oratione mea suspensa expectatio uestra teneatur. Cic. pro Cluentio, 5.
Gaudia suspensa. Claud. 5. Paneg. 46.
Suspensa manu scribere: pro, Dubitanter. Plin. epist. 98.
Mente suspensam pertentat uicissim gaudia. Virg. 5. Aen. 166.
Habere rationes suspensas. Cic. Luceio, lib. 5. 13. 3.
Sors suspensa dubio metu. Stat. 1. Thebaid. 39.
Verba suspensa & obscura. Tacit. lib. 1.
Vultus incertus & suspensus. Cic. pro Cluent. 42.
In suspenso relinquere. Vide In præpositionem.
Suspensus somnus, Leuis, inquietus, intranquillus, in quo mens est semper dubia, & curis fatigata: cui contrarium est Profundus. Cic. 1. Tusc. 169,
Mater te appello, tu quæ curam somno suspenso leuas.
Ex poeta.
Auribus suspensis bibere, Diligenter audire. Propert. libro 3. eleg. 6. 2.
Suspensa terra, Non conculcata, leuiter tantùm mota. Colum. lib. 11. cap. 3. 27.
Suspensissimum pastinatum, In quo humus non pauicula aut cylindro, sed ne etiam pedum uestigijs conculcata apparet, ut radicibus seminum molliter cedere possit. Columel. lib. 3. cap. 13. 6.

Suspenso gradu ire, Placido & silenti. Terent. Phorm. 5. 6. 27.
Gradus suspensus digitis. Ouid. 1. Fast. 85.
Suspenso poplite leuiter transire. Stat. 5. Sylu. 4. 4.
¶ Suspensura, pen. prod. Verbale. Senec. epist. 91, Vt suspensuras balnearum, & impressos parietibus tubos, per quos circunfunderetur calor.
¶ Suspensio, Verbale (αἰώρησις) Incertitudo. Hirtius 5. bell. Africani, 187, Exercitus eius magis suspensione animi ante aduentum tubæ commouebatur.
¶ Suspendium, suspendij, Suspensio. Gellius, Suspendio uitam finiuit. Plaut. Aulul. 4. 11,
Vtinam me diui adąsint ad suspendium,
Potius quidem, quàm hoc pacto apud te seruiam.
Cic. 5. Verr. 120, Non inquam perpeterere, ut homines iniuriæ tuæ remedium morte ac suspendio quærerent, nisi &c. Mart. lib. 1. 186,
Iam suspendia sæua cogitabas.
¶ Suspendiosus, penult. prod. Adiect. Qui suspensus est. Plin. lib. 28. cap. 4. 16, Cardinibus ostiorum aceto affusis, lutum fronti illitum, capitis dolorem sedare: item laqueum suspendiosi circundatum temporibus.
Suspicio] suspicis, pen. corr. suspexi, suspectum (ἀναβλέπω) suspicere, Sursum aspicere. Virg. 1. Aen. 89,
——Aeneas ait, & fastigia suspicit urbis. Cic. 1. Tusc. 97, Et astra suspeximus, tum ea quæ sunt infixa certis locis, tum illa non re, sed uocabulo errantia.
Suspicere in cælum. Cic. in Somnio, 2.
Bucula suspiciens cælum. Virg. 1. Georg. 76.
Suspicere & circunspicere. Cic. 2. de Diuinat. 109.
Suspicere aliquem, Admirari & uenerari, quasi supra nos aspiciamus illum esse collocatum quem admiramur. Cic. 2. Offic. 28, Si cuius uirtutem suspiciunt, quemq; dignum fortuna quàm amplissima putant.
Eloquentia, quam suspicerent omnes, quam admirarentur, quam se assequi posse diffiderent. Cic. in Orat. 52.
Honores & præmia suspicere. Plancus Cic. lib. 10. 9. 3.
Suspicere, Suspectum habere. Sallust. in Iugurtha, Per idem tempus Bomilcar, cuius impulsu Iugurtha deditionē quam metu deserui, inceperat, suspectus regi, & ipse eum suspiciens, nouas res cupere, ad perniciem eius dolum quærere. Nonius.
¶ Suspectus, huius suspectus, m. gen. (ἀναβλεψις) Plin. lib. 37. cap. 9. 6, Hoc & minimè probatur, quando præcellens debet esse in suspectu, uelut ex carbunculo refulgens quidam in purpura leuiter roseus nitor.
Honorum suspectus. Ouid. 5. Fast. 7.
Aspectu & suspectu refulgens. Plin. lib. 9. cap. 38. 3, Hoc est, si sursum consiciatur, & in aerem quod dicitur.
Suspectu uasto turris. Virg. 9. Aen. 107.
Suspectus, altitudo. Virg. 6. Aen. 116,
Quantus ad ætherium cæli suspectus Olympum.
Suspectus, pro admiratione. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 25, Videndum est quid maximè faciat ingratos: aut nimius sui suspectus, & imstitum mortalitati uitium se suaq; miranti, aut auiditas, aut inuidia.
¶ Suspecto, suspectas (ὑποβλέπω) Suspectare. Frequenter sursum aspicere. Martialis,
Oculisq; suspectans sydera. Plin. lib. 8. cap. 16. 17.
Suspectare (ὑφορῶμαι) pro, Suspectum habere. Tacit. libro 1, Et quidam seclus uxoris suspectabant. Idem lib. 4, Ne pellici suspectaretur.
¶ Suspicor, pen. cor. suspicaris (ὑποπτεύω, ὑποπλέω, ὑποτοπέω, ὑπολαμβάνω, ὑφορῶμαι) Suspicari, Notæ significationis. Dictum, quòd cum timore quodam ea uidemur aspicere,

cere, de quibus dubitamus. Terent. Heaut. 2.3.27, Falso suspicarier. Cic. 3. Verr. 44, Hospes ianitor qui nihil suspicaretur, ueritus nequid in ipso se offenderit, hominẽ summa ui retinere cœpit. Terent. Heaut. 4.1.49,

Quid nunc suspicare, aut inuenis de illa?

Scribe non modò siquid stes, aut audieris, sed etiam siquid suspicabere. Cic. Attic. lib. 7.131.1.

Suspicor fore. Cic. ad Lent. lib. 1. 6.1, Quòd ualde suspicor fore ut infringatur hominum improbitas.

Suspicari aliquid mali. Cic. pro Cluent. 19.

Res nefarias suspicari. Cic. pro Milone, 47.

Aliquem abs se abalienatum suspicari. Cicero Lentulo, libro 1.7.10.

De ingenio alicuius suspicari. Cic. de claris Orat. 27.

Duci ad suspicandum. Cic. de claris Orat. 28.

¶ Suspicans, pen. cor. suspicantis, Particip. (ὑποπτεύων) Terent. Andr. 1.1.89,

Nihil suspicandum etiam mali.

¶ Suspicio, suspicionis, Verbale (ὑποψία, ὑπόνοια, ὑπόληψις, ὄόησις) Cic. 1. de Fin. 79, Plerunq; improborum facta primò suspicio insequitur, deinde sermo, atq; fama.

Suspicio in Fabium. Plin. lib. 7. cap. 45. 4.

Suspicio hominum. Cic. ad Lent. lib. 1. 1. 12.

Abscondita suspicio. Cic. 2. de Orat. 154.

Cæca suspicio. Vide Cæcus.

Repentina suspicio. Cic. pro Cluent. 85.

Suspicio belli subita. Cic. 7. Verr. 12.

Tenuissima suspicio. Cic. 2. de Lege agrar. 80.

Ciuitas solicita suspicione. Cic. 1. de Lege agrar. 14.

Absoluere suspicione. Vide Absoluo.

Abesse à suspicione. Cic. 4. Verr. 42. Vide Absum.

Abesse à conscientiæ suspicione. Cic. pro Cælio, 17.

Adduci in suspicionem. Vide Adduco.

Afferre suspicionem. Vide Affero.

Amouere suspicionem. Vide Amoueo.

Aspergere suspicione. Vide Aspergo.

Assequi suspicione. Vide Assequor.

Attingere rem aliquam suspicione. Vide Attingo.

Auertere rem à suspicione. Vide Auerto.

Augere suspicionem. Terent. Eunuch. 3.1.46. Vide Augeo.

Cadere in suspicionem. Vide Cado.

Coargui ab aliquo suspicionibus & coniectura. Cic. 1. de Lege agrar. 10.

Conferre suspicionem in aliquem. Vide Confero.

Consistit in aliquo suspicio. Vide Consisto.

Conuenit in eum hæc suspicio. Vide Conuenio.

Dare locum suspicioni. Cic. pro Cælio, 6.

Dare suspicionem fictè reconciliatæ gratiæ. Cicero Appio, lib. 3. 12. 12.

Suspicio est. Plaut. Epid. 10. 53,

Sic suspicio est. hoc est, ita omnes suspicantur. Terent. Eunuch. 3. 3. 8,

—iam tum erat suspicio,
Dolo malo hæc fieri omnia.

Effugienda ergo in hac præcipuè parte omnis calliditatis suspicio. Quintil. lib. 4 cap. 2. 89.

Expurgare suspicionem, Dimouere. Cicero Antè quàm iret in exilium, 13.

Fugere perfidiæ suspicionem. Cic. Attic. lib. 8. 160. 2.

Habere alicuius rei suspicionem. Cic. pro Planc. 43.

Habere quasdam suspiciones periculi. Cic. Attic. lib. 16. 333. 10.

Iacere suspicionem. Vide Iacio.

Importat suspicionem hæc res, Cicero filius ad Tironem, libro 16. 21. 13.

Incensi suspicione, rem in medium uocare cœperunt. Cicero pro Cluent. 61.

Incidere in suspicionem regni appetendi. Vide Incido, penultim. correpta.

Suspicio incidit de me. Terent. Adelph. 4. 4. 6.

Increpuit suspicio. Vide Increpo.

Inferre suspicionem. Vide Infero.

Injicere suspicionem alicuius rei. Vide Injicio.

Iniecta suspicio rei atrocis. Cic. pro Cluent. 85.

Insequitur quippiam suspicio. Vide Insequor.

Insidet alicui suspicio. Vide Insideo.

Interposita suspicio belli. Vide Interpono.

Leuare suspicionem. Quintil. lib. 4. cap. 2. 58.

Leuare suspicionem, atq; ab se remouere. Vide Leuis.

Manet suspicio. Vide Maneo.

Minuere suspicionem. Vide Minuo.

Mouere suspicionem. Vide Moueo.

Iudex esse bonus nemo potest, qui suspicione certa non mouetur. Cic. 7. Verr. 52.

Necare aliquem propter alicuius rei suspicionem. Cicero 2. Philip. 109.

Peragrare omnes latebras suspicionum. Cic. pro Cælio, 41.

Perstringere suspicione. Vide Perstringo.

Præbuit plerisq; suspicionem conscientiæ. Tacit. lib. 17.

Relinquitur suspicio. Cic. 1. Tusc. 139.

Suspicionem segregare ab se. Plaut. Asin. 13. 29.

Spargere uarias suspiciones. Quintil. lib. 7. cap. 3. 10.

Suspicio amoris translata in eum. Terent. Heaut. 4. 5. 52. hoc est, Suspicantur homines eum amare.

¶ Suspectio, suspectionis, Verbale (ὄόησις) Idem quod Suspicio. Terent. Andr. 3. 2. 21,

Nam quî istæc tibi incidit suspectio?

¶ Suspiciosus, pen. prod. Adiect. (ὑφορώμενος) Qui suspicionem habet. Terent. Adelph. 4. 3. 15, (modo

Omnes quibus res minus secundæ, magis sunt nescio quo
Suspiciosi, ad contumeliam omnia accipiunt magis
Propter suam impotentiam, sc semper credũt negligi.

Suspiciosum aliquid facere perspicuum. Cicero pro Rosc. Amer. 11.

Ciuitas maledica & suspiciosa. Cic. pro Flacco, 53.

Crimen suspiciosum. Cic. in Partit. 63.

Res perspicua & suspiciosa. Author ad Heren. lib. 2. 42.

Suspiciosissimum negocium, & Suspiciosissimum tempus. Cic. pro Flacco, 5. Idem ad Lentulum, lib. 1. 7. 10.

Suspiciosa mula, Quæ nescio quid semper suspicatur, & timet. Colum. lib. 6. cap. 38. 1, Suspiciosæ mulæ sanguis detrahitur. Alij legunt, suspiriosæ.

¶ Suspiciosè, penult. prod. Aduerbium (ὑφορωμένως) Cic. pro Deiotaro, 10, Id uos & à uiro optimo, & ab homine minimè stulto cogitatum esse confingitis: at quàm non modò credibiliter, sed ne suspiciosè quidem, id est, Prorsus absurdè & calumniosè. Budæus.

Suspiciosè ac criminosè dicere aliquid, Cic. pro Ros. Amer. 33.

Narrare aliquid suspiciosè. Quintil. lib. 4. cap. 2. 58.

¶ Suspicax, pen. corr. suspicacis, pen. prod. Adiectiuum: ut, Animus suspicax. Tacit. lib. 1.

Silentium suspicax. Tacit. lib. 3.

¶ Suspectus, Adiect. (ὕποπτος, ὑπόπτως) De quo est suspicio. Terent. Hecyra. 3. 3. 38,

—scio nemini aliter suspectum fore. Cic. ad Seruium Sulpitium, lib. 13. 25. 2, Posteaquam ex literis illius cognoui, tibi eum falsò suspectum fuisse, &c.

Criminum capitalium suspectus. Tacit. lib. 3.

Spei suspectus. Tacit. lib. 3.

Facultates

Facultates alicuius habere suspectas. Paulus in l. quidem. ff. ad S.C. Velleia.

Habere suspectum aliquid. Virg. 4. Aeneid. 20.

Videre se aliquibus suspectum. Cic. 1. in Catil. 12.

Suspectus super aliquo scelere. Sallust. in Iugurtha.

Suspectus in aliqua uirgine. Sueton. de claris Grammat. 15.

Suspectus, cum ablatiuo ut, Suspecta incestu. Plin. de Viris illust. 4. 6. Curtius lib. 8, In Calisthenem olim contumacia suspectum peruicacioris iræ fuit.

Suspectum est hoc mihi. Martial. lib. 2. 12. Cic. ad Atticum, libro 4. 8. 2.

Arma suspecta linquimus. Virg. 3. Aen. 110.

Dona suspecta. Virg. 2. Aen. 8.

Fides suspecta. Stat. 5. Sylu. 2. 8.

Locus suspectus, pro Alto & cliuoso. Plin. epist. 311, Est tamen statim à capite paulò amplius mille passibus, locus suspectus & mollis.

Medicina animi suspecta atq; inuisa pluribus. Cic. 3. Tusc. 1.

Pax suspecta. Silius lib. 7. 54.

Tumores suspectos sanat. Plin. lib. 20. cap. 6. 10.

Vita aliquorum suspecta. Cic. de Amicit. 48, Hæc est enim Tyrannorum uita: nimirum in qua nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis benecuolentiæ potest esse fiducia, omnia semper suspecta atq; solicita sunt.

Suspectior, Comparatiuus. Cic. 2. Offic. 48, Quo enim quis uersutior et callidior est, hoc inuisior & suspectior, detracta opinione probitatis.

Hoste suspectior. Claud. 4. Paneg. 62.

Suspiro] suspiras, pen. prod. (γέμω, γεμέω, λαπαγένω, μεπαγένω, γογγύζω, γογγύζομαι) Suspirare, Spiritum ab imo pectore trahere, quod solicitudinis aut doloris argumentum est. Plautus Menæch. 19. 8,

Quin suspirabo plus sexcentum dies.

Amore ficto suspirat mulier. Lucret. lib. 4. 240.

Reperire ex magna turba neminem possumus, qui cum aut iocari liberè, aut suspirare familiariter possimus. Cic. Attic. lib. 1. 13. 3.

Ingemit & tacito suspirat pectore. Ouid. epist. 20. 41.

Ab imo suspirare. Ouid. 3. de Arte, 134. Sub audi, pectore.

Flebil: suspirare. Claud. 1. in Eutrop. 54.

Calorem suspirare. Claud. 1. Paneg. 12.

Suspirare, Desyderare. Iuuen. Satyr. 11. 16,

Suspirat longè non uisam tempore matrem.

Amores suspirare. Tibul. lib. 4. eleg. 5. 3.

In aliquam suspirare. Ouid. 1. Fast. 84.

Ad honores suspirare. Valer. 4. Argonaut. 106.

¶ Suspirans, pen. prod. Particip. (γενέζων) ut, Curæ suspirantes. Cic. 1. de Diuinat. 76.

¶ Suspirandus, Aliud Particip. (γενακτέος) ut, Domus suspiranda. Stat. 4. Thebaid. 4.

¶ Suspiratus, huius suspiratus, penult. prod. m. g. (γεναγμὸς) Ouid. 14. Metam. 26,

Respicit hunc uates, & suspiratibus haustis,
Nec dea sum dixit, &c. De Sibylla.

¶ Suspiratio, Verbale. Senec. libro de ira, Sentiet itaq; suspirationes quasdam & umbras affectuum, ipsis autem carebit. Plin. in Præfatione, Inde illa nobilis Marci Ciceronis suspiratio.

¶ Suspirium, suspirij (γένεγμα, γογγυζή) Idem. Plautus Cistell. 2. 46,

—hoc sis uide ut suspirium
Petiuit altè, & pallida es?

Sine cura sine suspirio. Cic. 4 Tusc. 118.

Aegra suspiria. Stat. 6. Thebaid. 159.

Muta suspiria. Stat. 11. Thebaid. 121.

Præsaga luctus suspiria. Ouid. 2. Metam. 25.

Ducere suspiria ab imo pectore. Ouid. 10. Metam. 81.

Laxare suspiria. Claud. 4. de raptu Proserp. 36.

Mulcere suspiria alicuius. Claud 3. Paneg. 43.

Repetere, suspiria tota nocte. Tibull. lib. 3 eleg. 7. 6.

Rumpere suspiria in uoces. Claud. de bello Gildon. 47.

Trahere suspiria magno motu. Quid. 2. Metam. 151.

¶ Suspirium, (ἔδμα) Ipsa suspirãdi difficultas: est enim morbus, qui ex pulmonis uitio, aut imbecillitate fit. Plin. lib. 20. cap. 9. 19, Ad tormina, regios morbos, tussim ueterem cum suspirio. Columel. lib. 6. cap. 14. 1, Interdum tumore palati cibos respuit, crebrum suspirium facit.

¶ Suspiriosus, suspiriosa, suspiriosum, pen. prod. (ἀδματενὸς) Qui spirandi difficultatem patitur, uel cui uitiosa est respiratio. Plin. lib. 20. cap. 2. 1, Suspiriosis prodest.

Sus q; deq;] à Διαφορῶ, id est, Plus, minusue, inquit Festus. Sus q; deq; habere, significat æquo animo esse, & quod accidit, non magni facere, & interdum negligere, atque contemnere: hoc est, sursum deorsum feratur res, paruifacere. Plaut. Amphit. 10. 5,

Atq; id me sus q; deq; esse habituram putat?

Vide Gell. lib. 16. cap. 9. Cic. Attic. lib. 14. 304. 1, Nam de Octauio sus q; deq; expecto quid de Mario.

Sus q; deq; habeo. Vide Habeo.

Susilio] susilis. Vide Subsilio.

Sustendo] sustendis, sustendi, sustensum (ὑποτάνω) sustendere, Decipiendi gratia subdere aliquid aut machinari. Sallust. Dum sustendit insidias militi.

Sustento] sustentas. Vide Sustineo.

Susterna pars] Vide Sapinus.

Sustineo] sustines, penul. corr. sustinui, sustentum (ὑφίστημι, ὑποτάω, ὑπέχω, ὑπομένω, βαστάζω, γεγάρω, ἀνέχομαι) sustinere. Sui sum tenere. Cic. 2. de Nat. deor. 41, Ex quo concluditur, quum omnes mundi partes sustineantur calore, inde unum etiam, &c. Plin. lib. 12. cap. 25. 2, Vineæ sine adminiculis se ipsæ sustinent.

Sustinere, Pati, ferre. Terent. Phorm. 2. 2. 33,

—prima coitio est acerrima;
Si eam sust nueris, post illa iam, ut lubet, ludas licet.

Plin. epist 12. 6, Et cur (inquit) me putas hos tantos dolores tamdiu sustinere? Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 9.

Sustinere se, pro Reprimere & retinere. Cic. ad Varr. lib. 9. 8. 3, Expectabam omnino iamdiu, meq; sustinebam, ne ad te prius ipse quid scriberem, quàm aliquid accepissem. Cic. 4. Acad. 123, Sustinenda est potius omnis assensio ne præcipitet, si temerè processerit.

Ab omni assensu se sustinere. Cic. 4. Acad. 89.

Sustinere se ad respondendo. Cic. 4. Acad. 186.

Sustinere se à lapsu: pro, Cauere lapsum. Liu. lib. 1. bell. Pun.

Non sustineo: pro, Nequeo, non possum, non audeo, nolo. Quintil. lib. 2. cap. 4: Nec enim huius reiudicium differre sustineo. Ouid. 4. Fast. 141,

—nec iam suspendere fletum
Sustinet.

Sine negatione. Curtius libro 6, Sustinuit scribere mihi. Suetonius in Caligula, cap. 30, Hanc ut crudelissimam cædem & dest uit edicto: & eos qui spectare sustinuissent, execratus est.

Sustinere, pro Defendere & tueri. Cic. 4. Acad. 37, Philo autem dum noua quædam commouet, quòd ea sustinere uix poterat, quæ contra Academicorum pertinaciam dicebantur, & apertè mentitur.

Sustinere, Differre. Liu. 5. ab Vrbe, 201, Compressiq; à Centurione

turione quem sibimetipsi præfecerant, rem in noctem sustinere.
Sustinere cognitionem. Callistratus in l. interdum. ff. de iudicijs. Interdum ex iustis causis & ex certis personis sustinendæ sunt cognitiones. id est, Differendæ & suspendendæ.
Aliquẽ sua authoritate sustinere, Fauere alicui, & illum tueri. Brutus ad Cic. in epist. ad eundem, 7.2.
Sustinere aliquem: pro, Eius preces differre. Ouid. 5. Fast. 16.
Aciem sustinere. Vide Acies.
Aestus sustinere. Ouid. 2. Metam. 4.6.
Artus infirmos baculo sustinere. Ouid. 6. Metam. 6.
Artus titubantes sustinere ferula. Ouid. 4. Metam. 6.
Casus fortuitos magno animo sustinere. Colum. lib. 1.
Causam alicuius rei sustinere. Cicero 5. Verr. 52. Idem Attico, libro 13. 268. 4, Nónne furor eius omnem causam sustinet? id est, Nónne in eum ut furiosum omne crimen uerti debet? Budæus.
Causam publicam. Cic. 1. Verr. 15. Ibidem, 21, Tamen esset magnum, tantam causam, tam expectatam, & diligentia consequi, & memoria complecti, & oratione exponere, & nocte & uiribus sustinere. hoc est, Defendere.
Ceruicibus suis sustinere Remp. Cic. pro Domo sua, 110.
Cibo aliquo sustineri. Colum. lib. 8. cap. 4.2.
Concursum omnium philosophorum. Cic. 4. Acad. 126.
Conuicium quotidianum. Cic. pro Quintio, 42.
Crimen sustinere, Defendere, excusare. Cic. 7. Verr. 80.
Culpam alicuius rei. Cic. Attic. lib. 7. 123. 2.
Curam belli. Cic. Attic. lib. 6. 116. 4.
Curam sustinere, Anxium esse. Plancus Cic. lib. 10. 4. 8.
Currum sustinere. hoc est, Retinere, & cohibere. Cic. Attic. libro 13. 278. 3.
Cursum & impetum beneuolentiæ sustinere. hoc est, Reprimere. Cic. de Amicit. 56.
Diem extremum fati sustinet. Ouid. epist. 1. 23.
Dignitatem & decus ciuitatis sustinere, Tueri. Cicero 1. Offic. 174.
Equos inc ta'os sustinere, Retinere. Cæsar 4. bell. Gall. 585, Ac tantum usu quotidiano & exercitatione efficiunt, ut in decliui ac præcipiti loco incitatos equos sustinere, & breui moderari ac flectere didicerint. Cic. 4. Acad. 166.
Expectationem. Cic. 3. Offic. 8, Sustines enim non paruam expectationem imitandæ industriæ nostræ, magnam bonorum, nonnullam fortasse nominis. hoc est, Maxima est de te hominum expectatio, te imitaturum, &c.
Sustinere ac tueri expectationem sui. Cic. Curioni, lib. 2. 1. 7.
Fama tua & officium non sustinet, ut, &c. Balbus Ciceroni, in epist. ad Attic. lib. 9. 178. 2.
Gradum sustinere, Reprimere. Ouid. 6. Fast. 80.
Grauitatem alicuius sustinere, Ferre, pati. Cicero Attico, libro 11. 228. 3.
Humeris sustinere Remp. Cic. pro Flacco, 72.
Imperia alicuius. Cæsar 1. bell. Gall. 127, Hominem esse barbarum, iracundum, temerarium, non posse eius imperia diutius sustineri.
Impetum hostium. Cæsar 1. bell. Gall. 93. Cicero 3. Offic. 62, Athenienses quum Persarum impetum nullo modo possent sustinere.
Incursum alicuius. Ouid. 3. Metam. 17.
Iniuriam sustinere dicitur sementis: cui Perire opponitur. Columel. lib. 2. cap. 9. 3.
Labentem excepit, corruere non sinit, fulsit & sustinuit, re, fortuna, fide, hodieq; sustinet. Cic. pro Rab. Posthum. 27.
Labores. Ouid. 8. Metam. 101.
Laborem propter ambitionem. Cic. Attic. lib. 1. 12. 9.
Nihil est mali quod non & sustineam & expectem. Cic. Attic. lib. 11. 219. 3.
Magnitudinem imperij. Cic. Post reditum in Senatu, 8, Magnitudinem tanti imperij nec intueri, nec sustinere, nec capere potuerunt.
Manum suam sustinere dicitur Deus, quando retrahit. Ouid. 5. Fast. 61.
Vix molem huius inuidiæ sustinebo. Cic. 1. in Catil. 17.
Ille enim furoris multum sustinuerat, hic erroris. Cicero pro Deiotaro, 25.
Solus cum ista copia, tantam multitudinem sustinere non possum. Cn. Magnus Domitio, in epist. ad Attic. lib. 8. 163. 3.
Munera. Cic. de Senect. 31.
Magnum munus de aliqua re sustinere. Cic. de claris Orat. 58.
Munus consulare. Cic. ad Planc. lib. 10. 12. 7.
Aliquid muneris in Remp. fungi ac sustinere. Cic. 5. Verr. 173.
Negocia. Horat. 2. epist. 1. 1.
Totum negocium gubernare, & suis humeris sustinere. Cicero pro Milone, 18.
Ciuitatis nomen sua authoritate sustinere. Cic. pro Flac. 26.
Nomen publicani. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1. 52.
Officium. Cic. Curioni, lib. 2. 5. 13.
Onus magnum. Cic. Cælio, lib. 2. 10. 3. Vatinius ad Cic. lib. 5. 9. 3, Hoc quicquid est oneris ac muneris, pro mea dignitate tibi tuendum ac sustinendum puta.
Suscipere aliquod onus quod sustinere non possis. Cic. pro Roscio Amer. 66.
Partes salutis alicuius. Cicero ad Atticum; lib. 3. 61. 4. Tacit. libro 3, Quia non Aedilis, aut Prætoris, aut Consulis partes sustineo.
Personam aliquam. Cic. 2. de Orat. 57, Tres personas unus solus sustineo summa animi æquitate, meã, aduersarij, iudicis.
Personam magistri. Sueton. de claris Grammat. 24.
Pœnam subire ac sustinere. Cic. pro Domo sua, 78.
Sempiternam pœnã sustinere. Cic. Post reditum ad Quirites, 1.
Prælia. Cic. ad Dolabell. lib. 9. 11. 4.
Pugnam. Liu. 3. ab Vrbe, 121.
Sermones hominum sustinere: pro, Resistere obloctionibus hominum. Cic. ad Cassium, lib. 15. 14. 10.
Seruitutem ferre & sustinere. Cic. 5. Tusc. 24.
Simulatio fronte & cultu sustinetur. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 62.
Sumptum sustinere. Brutus Cic. lib. 11. 10. 11, Non si Varronis thesauros haberem, sustinere sumptum possem. Vetus exemplar habet, sumptui.
Suspicionem. Plaut. Bacchid. 8. 32,
Ille innocens suspicionem hanc sustinet causa mea.
Idem Milite, 7. 35.
Vultum alicuius sustinere. Liu. 3. bell. Pun. 36.
Sustinere, Alere, reficere. Liu. Milites fluuiatili pisce & herbis sustinebantur. id est, Cibabantur. Virg. 2. Georg.
— hinc patriam, paruosq; nepotes
Sustinet.
¶ Sustento, sustentas (ἀνέχω, βαστάζω) sustentare, Frequentatiuum. Plaut. Capt. 16. 3,
— quumq; ex miserijs plurimis
Me exemerunt, quæ adhuc te carens, dum hic fui, sustentabam.
Moles sustentata per multos annos. Lucret. lib. 5. 20.
Acim sustentare. Vide Acies.
Sustentare, Alere, reficere. Plaut. Stich. 10. 8,
Valuisti n' bene ẽ p. sustentaui sedulò. hoc est, Dedi operam ut uiuerem, & corpus sustentarem. Terent. Adelph. 3. 4. 136,
— non malus,
Neq; iners, alit illas: solus omnem familiam
Sustentat. Sueton. de claris Grammat. 15, Defuncto eo, filijsq; eius schola se sustentauit.
Alere & sustentare. Cic. 1. Tuscul. 70.
Casus suos alienis opibus sustentare. Cicero ad Figulum, libro 4. 13. 3.
Domum & pacem sustentauit. Tacitus lib. 1.
Egestatem & luxuriam domestico latrocinio sustentare. Cic. Post red. in Senatu, 9.
Famem sustentare. Cæsar 7. bell. Gall. 61.
Sustentat spes inopiam. Cæsar 3. bell. Ciuil. 194.
Laborem spe otij sustentare. Sallustius ad Cæsarem, de Rep. ordinanda.
Hominũ mẽtes cogitationesq; spes sustentat. Cic. pro Flac. 2.
Sustentare aliquem suis officijs. Cic. Attico, lib. 3. 65. 9.
Parsimoniã alicuius suis sumptib. sustentare. Cic. pro Cæl. 30.
Non iuris scientia, sed eloquẽtia sustẽtari. Cic. 1. de Orat. 123.
Subsidijs & liberalitate aliquorum sustentari. Cicero de Prouinc. Consul. 9.
Sustentare tenuitatem alicuius. Cic. Tironi, lib. 16. 21. 10.
Sustentare ac tueri ualetudinẽ suam. Cic. Mario, lib. 7. 1. 19.
Valetudo sui corporis notitia & obseruatione sustentatur. Cicero 2. Offic. 127.
Vitia alicuius sustentare. Sallust. in Catilinam.
Sustentare se. Cic. Terentiæ, lib. 14. 4. 12, Quod reliquum est, sustenta te mea Terentia ut potes.
Me uix miserẽq; sustento. Cic. Attico, lib. 3. 4. 6. 1.
Sustentare se in furore aliquo. Cic. 4. Acad. 97.
Sustentare se sua uirtute. Cic. Torquato, lib. 6. 4. 18.
Sustentari literis, Sustentari præclara cõscientia & recreari. Cic. ad Atticũ, lib. 10. 195. 5. Idem ad eundem, lib. 4. 79. 4.
Consolatione sustentari. Cic. de claris Orat. 185.
Sustẽtare aliquẽ, Sustinere et fouere. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 7. 7.
Fide aliquos sustentare. Cic. pro Rab. Posth. 3.
Sustentare, pro Differre. Cic. Qu. fratr. lib. 2. 8. 7, Acdificationem Arcani ad tuum aduentum sustentari placebat.
Sustentare malum, Perferre. Liu. 2. ab Vrbe, 191.
Quum sustentare uix posses mœrorem tuum, doloremq; decostionis. Cic. in Pisonem, 70.
Sustentatum est, Impersonale. Cæsar 2. bell. Gall. 254, Id ex itinere magno impetu Belgæ oppugnare cœperũt. Aegrè eo die sustentatũ est. De Bibractę Rhemorũ oppido loquitur.
¶ Sustentatio, Verbale (ἀνοχὴ) Ipse sustendi actus.
Mora & sustentatio. Cic. 2. de inuent. 227.
Sustollo] sustollis, sustuli, pen. corr. sublatũ, pen. prod. (αἴρω τείνω, αἰωρέω, ἐπαίρω) Sustollere, Sursum leuare. Virgil. 2. Aeneid. 21, Sustulit exutas uinclis ad sydera palmas. Plaut. Cistel. 2. 106, Amicum hoc sustolle saltem.
Sustollere in equum. Cic. pro Deiotaro, 19.
Sustollere uirginem, Rapere. Plaut. Cistel. 7. 8.
¶ Sustollens, Particip. (ὠρθωτείνων) Catul. Argon. 59 42,
Dulcia nec mœsto sustollens signa parenti.
¶ Sublatus, Aliud Participium.
¶ Sublatè, Aduerb. (ἐπαιρομένως) Cicer. de claris Orat. 105, Quoniam ergo oratorũ bonorũ duo genera sunt, unũ attenuatè pressè, alterum sublatè ampleq; dicentium.
Sublatè de se dicere, Magnificè de se prædicare. Cic. p Domo sua ad Pontif. 73, Nihil enim unquam de me dixi sublatius.
Susum] & Susus (ἄνω) pro Sursum, apud antiquos. Cato. cap. 157. 12, Ita subducito susum animam quamplurimam poteris, in triduo polypus excidet.
Susurrus] susurri, masc. gẽ. (ψιθυρισμὸς, ψιθύρισμα) Paruũ & summissum murmur: propriè autem arborum & frondium dicitur. Cic. 5. Tuscul. 145, Leuiculus sanè noster Demosthenes, qui illo susurro se delectari dicebat, aquam ferentis mulierculæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 16,
— tum in lecto quoq; uideres
Stridere secreta diuisos aure susurros. Iuuẽ. Sat. 4. 11,
— tenui iugulos aperire susurro.
Blandos audire susurros. Propert. lib. 2. eleg 11. 5.
Humiles susurri, Murmura tacitè precantiũ. Persius Sat. 2. 1.
Lenes susurri: Horat. 1. Carm. ode 9. 4.
Leuis susurrus. Virg. eclog. 1. 11.
Occultus susurrus. Claud. 1. in Eutropium, 18.
¶ Susurrus, Adiect. (ψιθυρος) Ouid. 8. Metam. 168,
Procrin adit, linguaq; refert audita susurra.
¶ Susurro, susurras, susurrare: uel Susurror, susurraris (ψιθυρίζω, τονθορίζω, ὑποφονέω) susurrari, Furtim & summissa uoce loqui. Terent. Andr. 4. 5. 49,
Iam susurrari audio, ciuem Atticam esse hanc.
Martial. lib. 2. 44.
Aure susurrare, In aurem. Ouid. 3. Metam. 129.
Cum aliquo susurrare. Ouid. epist. 18. 4.
Fama susurrat. Ouid. epist. 20. 47.
¶ Susurratio, Verbale (τονθορισμὸς) Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 1. 9, Ad Cæsarem crebri & non belli de eo rumores, sed susurrationes dantur. At ueniunt. Vetus codex habet, sit surratores.
¶ Susurro, susurronis. m. g. (ψιθυριστὴς) Qui occultè maledicendo, odium in aliquem aut dissensionem molitur.
Surates] dicuntur quasi continuè suentes, uel stantes in sutrina. Plaut. Aulul. 15. 41,
Sedentarij, sutates, diabathrarij.
Sutela] sutelæ, pẽ. prod. (ἀλοδοκαπηλία) Dolosa astutia: à similitudine suentiũ dicta, authore Festo. Plaut. Capt. 12. 34,
Atq; ob sutelas tuas te morti miserò,
Vel te interijsse, uel perijsse prædicent.
Suterna] suternæ (ῥαφίαι) Satura siue opus sutorium. Varro, Quod suternas facere inscitus nihil homo agis. Alij Sutrinas legunt. Vide Nonium.
Sutilis, & Sutor] Vide Suo, suis.
Sutrium] Oppidũ uetustissimũ, XXIIII. mil. pass. ab Vrbe distans, quod adhuc suum retinet. Hinc,
¶ Sutrius, A dictũ ut, Sutria tecta. Silius lib. 8 98.
Sutur.] Vide Suo, suis.
Suus] sua. suum (ἑὸς, σφὸς) Pronomen reciprocũ. Vide Sui. Plaut. Mercat. 3. 88, —mihi
Talentum argenti ipse adnumerat sua manu.
Terent. Phorm. 2. 4. 14, Suus cuiq; mos.
Cic. ad Atticum, lib. 14. 318. 4, Suam cuiq; sponsam, mihi meam: suum cuiq; amorem, mihi meum.
Suis cum certis, proprijsq; criminibus accusabo. Cicero 2. Verr. 29.
Suo sibi telo, pro Suo telo, dixêre ueteres. Plaut Amphit. 4. 115, Atq; hunc telo suo sibi malitia à foribus pellere.
Idem Capt. 2. 46. Terent. Adelph. 5. 8. 36,
—suo sibi hunc iugulo Gladio.
Minerua patrem dicitur interemisse, uirginitatem suam uiolare conantem. Cic. 2. de Nat. deor. 81.
Suus, pro Eius. Cic. ad Atticum, lib. 3. 65. 5, Lege enim collegij sui non tenebantur. Eidem, lib. 6. 113. 11, Non desiti rogare & petere mea causa, suadere & hortari sua. Eidem, lib. 10. 293. 3, Indulsit illi quidem suus pater semper. Hæc probat Budæus, refragante Valla, & contendente ubiq; legendum, Eius.
Suus hæres, & suum seruare, id est, proprium, non solùm est peculiaris iurisconsultorum locutio, sed etiam oratorũ. Cicero pro Rosc. Amer. 40, Sua quẽque fraus, & suus terror

maximè uexat,suum quenq; scelus agitat,suæ malæ cogitationes conscientiæq; animi terrent.Idem de Aruſp. reſp.7. Sua concio riſit hominem.Et 1.Offic.159, Expẽdere oportebit quid quiſq; habeat ſui, &c. Id enim maximè decet, quod eſt cuiuſq; ſuum maximè.Hæc quum Laurentius,aut certè eorum ſimilia probet,tamen illud improbat,Suos Ciceronis filius hæres eſt patris inſtitutus:quod dici ratio uetat,ut ipſe affirmat. Quod ſi eſt uerum,Plautus in Mercatore mendoſe illam ſententiam formauit,

Iubet ſaluere ſuus uir uxorem ſuam,urbani fiunt ruſtici. Plin. Mulſo conſtant ſuæ dotes.id eſt,Peculiares. Hæc Budæus.

Eijcere è ciuitate ciues ſuos. Cic.pro Seſtio,125.

Vti populo ſanè ſuo. Cic.pro Quintio,15.

Recuperare captiuos redditis ſuis. Cic.3.de Orat.60.

Qui profitetur eſſe ſuum facere aliquid. Cic.2.de Orat.36.

De ſuo. Vide De.

Apponere de ſuo. Vide Appono.

Suus in diſputando. Cic.4.de Finib.17.id eſt,Non utitur alienis inuentis argumẽtorum.Budæus.

Sua ſponte (ἑκοντί) Cæſar 2.bell. Ciuil.81, Hoc imito conſilio denunciauiſſe Gallonio,ut ſua ſponte, dum ſine periculo liceret,excederet.

Sua unius. Liuius 2.ab Vrbe, 35, Gratæ in uulgus leges fuêre, quas quũ ſolus pertuliſſet,ut ſua unius in his gratia eſſet.

Suapte,pro Propria.Plaut.Merc.24.9,

Suapte culpa ex genere capiunt genus.

Suopte ingenio. Liu.1.ab Vrbe,101. Plin.lib.7.cap.40.1, Et ſuopte ingenio quiſq; terminet.

Suopte nutu. Cic.1.Tuſc.63,Vt terrena & humida ſuopte nutu & ſuo pondere ad pares angulos in terram & in mare ferantur.

Suuſmet. Salluſt.in Iugurth.Neceſſe eſt ſuomet ipſi more præcipites eant.Plin.lib.10.cap.59.ad finẽ, Hũc ſuamet ui.

Suſmetipſe. Plin.lib.17.cap.17.1,Corellius eques Romanus Ateſte genitus inſeruit caſtaneam ſuometipſam ſurculo in Neapolitano agro.

S Y

Syagra]græ(σύαγρα)Regio Ciliciæ prope Adum & Laerten, à ſuum uenatione (ut ex nominis compoſitione apparet)appellata.

Syagron]σύαγρον, Extremum Arabiæ fœlicis promontorium ad mare rubrum:cuius meminit Plm. lib. 6. cap.23. & 28,& Ptolemæus Tabulæ Aſiæ ſexta.

Syagros] σύαγρος, Canis nomen apud Sophoclem, à ſuum uenatione impoſitum. Græcis item Syagros, aprum,ſeu ſuem ſylueſtrem ſignificat.

Sybaris]pen.corr.(σύβαρις)fuit oppidum antiquiſſimum, XII.millibus paſſuũ ab Vrbe diſtans. Quin & aliud,teſte Herodoto lib.5. quod à Crotone non longè abeſt, & eodẽ nomine fluuius Calabriæ,à cuius potu greges amouent:nã ſi de eius aqua biberint,ſternutamentis agitantur. Author Strabo lib.6.Oppidũ ait Stephanus poſtea Thurion fuiſſe appellatum.Vnde Sybaritæ,pen.prod. dicti,gens in architectura uoluptatum operoſiſſima, Suida teſte:luxu deliciiſq; adeò notabilis, ut quicquid effœminatum quicquid molle, quicquid accurata atq; ambitioſa luxuria paratum eſſet,id uulgò Sybariticum diceretur. Vnde Ouid.in libro Triſtium ſecundo,ſcribẽs ad Auguſtum, Sybaritida uocat opus Hemitheonis cuiuſdam Cynædi Sybaritæ,de generibus uoluptatum & obſcœnarum deliciarum. Ariſtot.lib. Moralium Eudemiorũ primo, Smyndiriden quoq; Sybaritam compaṙẽ Sardanapalo inter uoluptuarios nominauit. Suidas fabulas aniles, aut parũ pudicas,Sybariticas appellatas ſcribit.Idẽ refert.Sybaritas inſtituiſſe, ut equi ad tibiæ cantũ ſaltare condiſcerent.Et luxurioſos Sybaritas appellatos:& Sybariſſare,Sybaritarum ritu delicijs indulgere,dictum.Aſtipulatur & Quintil.lib.3.cap.9.

¶ **Sybaritanus,**pen.prod. Adicẽt.(συβαρίτης)Plin.lib.8.cap. 42.4.Docilitas tanta eſt, ut uniuerſus Sybaritani exercitus equitatus, ad ſymphoniæ cantum ſaltatione quadam moueri ſolitus inueniatur.

¶ **Sybaritana** præda Varroni apud Nonium eſt lauta & elegans,quam conuenire Tarentinis dicit.

¶ **Sybarica** uocãt Græci omnia impendiy maioris. Sybaritica menſam Zenobius gliſcerã intelligit,&,ut Plautus inquit, ritu barbarico opiparã.Cæl.Rhod.lib.7.Lect.antiq.ca.9.

¶ **Sybaritis,**dis(συβαρῖτις)patronymicum fœminiñ à Sybaritis populis formatum. Ouid.de Triſt. ad Auguſtum.

Nec qui compoſuit nuper Sybaritida,fugit. Quo in loco Sybaritida uocat Ouidius,opus Hemitheonis cuiuſdã cinædi.De generibus uoluptatũ, & obſcœnarũ deliciarũ.

Sybarus]Nomen fontis in Euboia:à quo Sybaris Italus nomen accepiſſe commemoratur à Strabone lib.8.

Sybota]orum : Sunt inſulæ pereximiæ paulìſper ab continenti terra diſiunctæ,ad orientale promontorium Corcyræ Leucimmanſitæ.Strabo lib.7.

Sycaminon]συκάμινον, Oppidum fuit in ora Phœnices: cuius ſua ætate nihil præter memoriam exitiſſe,authores ſunt Plinius lib.5.cap.10. & Strabo lib.16. Sycaminon item Græci Morum appellant, arboremq; ipſam Sycamineam,συκαμινέαν.

Sycaminon]Morus Aegyptia:qua uti ſolent in aggeribus Nyli,per quos incrementa eius diſpenſantur, & coercentur. Vlpianus in tit.de extraordinar. criminib. lib. 10, Siquis (inquit) arborem Sycaminonem exciderit : nam & hæc res uindicatur extra ordinem non leui pœna, idcirco quòd hæc arbores colligunt aggeres Niloticos, per quos incrementa Nili diſpenſantur.

Syce]es(συκὴ)Inſula eſt Aſiæ adiacens,nõ procul ab Epheſo:cuius meminit Plinius lib.5.cap.31.

Sycen]Alio nomine Peplos,& Meconion aphrodes,ex una radice tenui fructificat, foliis rutæ paulò latioribus, ſemine ſub foliis rotundo,minore,quàm candidi papaueris.Plinius lib.27.cap.12.

Sychæus] Vide Sichæus.

Sycites]συκίτης, Gemma,à fici colore dicta: de qua Plin.libro 37.cap.11.Eſt item Sycites,uini factitij genus, ex fico: quod alij palmiprimum,alij Catorchiten appellant.ſingulis modijs in aquæ congijs tribus maceratis: ut docet idem Plinius lib.14.cap.16.

Sycon]n.ge.(σῦκον)Latinè ficus dicitur. Martialis libro 5. epigr.39,in Calliodorum,

Quadringenta ſecat,qui dicit σῦκα μέγιſτε.

¶ **Sycomorus,**pen.corr.fœm.gen.(συκόμορος) Arbor, à ficu & moro ſic dicta.σῦκα enim ficus:μόρον arbor eſt, quam & Latini morum appellant.De hac ſic Ruellius. Ficũ Aegyptiam Theophraſtus Aegyptiã moron, Celſius moroſycon appellat.Dioſcorides,Galenus,& Theophraſto poſteriores,indito à fico & moro nomine.Sycomorum appellarũt.Dioſcoridi arbor eſt ampliſſima,ficus ſimilitudine,largo ſucco,foliis moro quàm proximis. Fructus ex argumẽto guſtus ignaui cognomines, ternos aut quaternos anno fundit:eosq; non ramis ut ficus, ſed caudice ipſo gerit.ſimiles caprificis,dulcioresq; gloſſulis,hoc eſt,primitiuis in fico pomis.ſunt granis interioribus.Nec maturescunt aliter quàm ſcalpendo ferreis unguibus, magno prouentu eorũ in Caria & Rhodo, locisq; proxſus parũ tritici feracibus: populis

populis in annonæ caritate,penuria pro pane frumentoq; ſuisfaciunt:tam reſtibilis pomi eius ubertas & copia eſt. Pomum uentri quidem amicum, ſed minimam præbet alimoniam.Et poſt paulum, tradit Vlpianus hanc arborẽ in Niloticis aggeribus eſſe frequentem, grauiterq; in eos animaduerti,qui ſycomorum exciderunt. Potentia etiam inter morum & ficum media:quod & illi nomen apud Galenum ſycomori peperit.

¶ **Sycophanta,**ſycophantæ, m. g.(συκοφάντης) Obſeruator & delator eius qui ficos furto ſuſtuliſſet. παρὰ τὸ σῦκα φαίνειν:id eſt, Ab indicando eum qui ficos ederat.

Sycophanta.pro Mendace, cauillatore, ſiue doloſo,ponitur. Quod hinc originem habuit. Et duobus ſeruis Græci cuiuſdã uiri alter,ficus quæ domi paratæ erãt, abſumpſerat: alter,quis eas abſtuliſſet,ignorabat. Quærẽti eas domino, ſons innocẽtem accuſabat.Herus ut ueritatem exploraret, haurire utrunq; ſubtepidã aquam iuſſit, deinde cuomere. Tunc primùm ſycophantæ ortum uocabulũ:eo ita appellato,qui ficos deuorauerat, culpamq; in innocentem cauillando,ac mẽtiendo reiecerat.Feſtus, Sycophantas appellatos hac de cauſa dicit: Atticos quondã iuuenes in hortos irrumpere ſolitos, ficosq; deligere: quam ob cauſam lege conſtitutũ fuiſſe,ut quicunq; id feciſſet, capite plecteretur. Hanc igitur pœnam qui perſequerentur ob parula detrimenta, ſycophantas, hoc eſt ficorum edones eſſe appellatos.Hæc Sipontinus.Plaut.Amphit.6.8,

Nimis hic ſcitus eſt ſycophãta,qui quidã ſit meus pater.

Pergraphicus ſycophanta. Vide Pergraphicus.

¶ **Sycophantia,**ſycophãtiæ,pen.corr.(συκοφαντία) Calumnia,delatio,falſa accuſatio. Significat & Fallaciam.Plaut. Aſin.11.2.Idem Militi,

Nam ego inueni lepidè ſycophantiam.

Sycophantias ſtruere, Machinari.Plaut.Aſin.3.57.

¶ **Sycophantor,**ſycophantaris (συκοφαντέω) ſycophantari. Falsò accuſare.Plaut.Trinum.11.4.1,

Quinquam hoc me ætatis ſycophantari pudet.

Ibidem,13.113.

¶ **Sycophantiſſo,**ſycophantiſſas(συκοφαντίζω) ſycophantiſſare,Idem.

¶ **Sycoph.antioſè**(συκοφαντικῶς) Aduerbium antiquũ, pro Doloſè.Plaut.Pſeud.10.101,

Ego nec ſycophantioſè quicquam ago,nec maleficè.

Sycoris]Vide Sicoris.

Sycoſis]eſt ubi intra palpebras ſuccreſcit quippiã,carũculæ imagine,ac protuberans:cõſequitur et oculi totius diſficilior motus.Cælius Rhodig.lib.7.Lection.antiq. ca.20.

Sycuſſa] συκοῦσα, Inſula eſt in mari Aegeo,ante Epheſum. de qua Plinius lib.31.cap.5.

Syderis]σύδηρις,Fluuius eſt in finibus Caſpiorum & Hyrcanorum:à cuius oſtio Caſpium mare, nomine amiſſo Hyrcanum incipit appellari. Plin. lib.6.cap.16.

Sydima]. Vrbs in montanis Lyciorum, apud Plinium libro 5 cap. 27.

Sydus]ſyderis, penul. corr. ne. gen. (ἄστρον) Quod in aliquod ſignum,complurium ſtellarũ compoſitione fórmatũ eſt:ut Aries,Taurus,Andromeda, Perſeus, Corona,et quæ cunq; hariarum genera formarum feruntur in cælum recepta. Vide Plinium lib.2.cap.18.Virg.1.Georg.7,

An ne notum tardis ſydus te menſibus addas.

Crinis timendi ſyderis. Lucan.lib.1.105.

Regina ſyderum Luna.Horat.in Carm.ſecul.7.

Abruptum ſydus Vide Abruptus.

Amicum ſydus. Horat.Epod.10.2.

Clarum ſydus Tyndaridæ.Horat.4.Carm.ode 8.7.

Clemens ſydus. Claud.in Epithal.Palladij 46.24.

Decretorium ſydus. Vide Decretum.

Feruidum ſydus,Canicula.Horat.Epod.1.6.

Inſana ſydera Capræ.Horat.3.Carm.ode 7.2.

Lætabile ſydus. Valer.6.Argon.122.

Lugubre refulſit ſydus. Valer.8.Argon.12.

Maſculeum ſydus,Sol.Plin.lib.2.cap.100.1.

Fœmineum ac molle ſydus lunæ.Plin.lib.2.cap.101.1.

Niuoſum ſydus Pliadum.Stat.1.Sylu.3.20.

Publica ſydera. Ouid.epiſt.17.31.

Sublime ſydus Arctos.Senec.Hercf.fur.2.2.

Sydera,pro ſtellis. Cic.1. Tuſc. 306, Nocturnamq; cæli formã undiq; ſyderibus ornatam.

Meatus ſyderum. Vide Meo.

Alta ſydera. Virg.3.Aeneid.124.

Aurea ſydera. Virg.1.Aeneid.98.

Candida ſydera. Lucret.lib.5.243.

Conuexa ſydera. Vide Conucho.

Lucida ſydera. Horat.1.Carm.ode 3.1.

Micantia ſydera. Catull.in Epithal.Mallij,56.44.

Palantia ſydera. Lucret.lib.2.206.

Radiantia ſydera. Ouid.7.Metam.67.

Sparſa mundo ſydera. Senec.Hippol.9.1.

Surgentia ſydera. Virg.6.Aeneid.170.

Vaga ſydera. Senec.Octau.1.1.

Volantia ſydera. Virg.5 Aeneid.105.

Adire tũq; ad ſydera. Vide Adeo.

Crinem ducunt uolantia ſydera,Virg.5. Aeneid.105.

Clamor ferit ſydera. Virg 2 Aeneid.98.

Ferire ſydera uertice,Contingere cælũ uertice. Hor.1. Carm. ode,1.7.

Ferre ad ſydera nomen alicuius,Summis laudibus celebrare, Virg.9.eclog.6.

Pallent ſydera turbata uicino di.. Stat.12.Theb. 81.

Conuexa polus dum ſydera paſcet. Virg.1. Aeneid.123.

Cadentia ſydera ſuadent ſomnos. Virg.1, Aeneid.2.

Tangere ſydera uertice id eſt,ſoliciſſimum eſſe. Ouid.7.Metamorph.12.

Latitantia ſydera tegunt nubes. Ouid.10.Metam.90.

Voluuntur ſydera lapſu. Virg.4. Aeneid.105.

Sydus.pro Sole & Luna.Plin.lib.7.cap.60.1,Inclinato ſydere ſuprenam pronunciauit.Idem lib.8.cap.1.2, Atq; ita ſublatato ſydere in ſyluas reuerti.

Torrentia agros ſydera Horat.3.Carm.ode 1.7.

Clarior ſydere. Horat.3.Carm.ode 1.9.

Pulchrior ſydere. Horat.3.Carm. ode 9.5.

Aethereum ſydus. Ouid.1.Metam.86.

Sydera,pro planetis.Plin.lib.2.cap.6,Inter hanc terram, cælumq; eodem ſpiritu pendent certis diſcreta ſpacijs ſeptẽ ſydera:quæ ab inceſſu uocamus errantia,quum errẽt nulla minus illis.

Aemulum ſydus. Vide Aemulor.

Salubre ſydus Veneris.Lucan.lib.1.32.

Hebet ſydus Veneris.Lucan.lib.1.132.

Affixa mundo ſydera. Vide Affigo.

Afflari ſydere. Vide Afflo.

Attributa ſydera ſingulis nobis. Vide Attribuo.

Dextro ſydere editus. Stat.3.Sylu.4.13.

Percuti ſydere. Vide Percutio.

Gentis ſuæ ſydus,Decus & ornamentum. Ouidius 4.de Ponto,eleg.3.1.

Sydus,qui per i Latinum ſcribunt,à Sido,ſidis.Sidere deriuãt: quàm rectè,ipſi uiderint: nam Sidere non ſignificat ſixum manere: ut uides paulò antè in S.do.Alij malunt y Græco ſcribi:

scribi: ἀπὸ τῆς συὸ, quod est simul, & εἰδέω uidere, deriuantes, quòd plures stellæ simul conspiciantur. Alij ab συναλοάω, quod est commeo, & conuenio: ut sit plurium stellarum conuentus.

¶ Sydereus, Adiect. (ἀστρῶος) Quod ex sydere est: ut, Splendor sydereus. Virg. 10. Aeneid. 1, Sydeream in sedem, id est, in astriferum circulum.

Aestus sydereus. Ouid. 6. Metam. 69.
Arx syderea. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 5.
Canis sydereus, Canicula. Ouid. 4. Fast. 189.
Cælum sydereum. Ouid. 10. Metam. 28.
Ignes syderei. Ouid. 1. Metam. 157.
Lux sydera. Ouid. 4. Metam. 34.
Polus sydereus. Valer. 4. Argon. 128.
Vultus syderei. Stat. 5. Thebaid. 23.
Sydereus, Altus. Martialis lib. 1. 2,
Hic ubi sydereus propius uidet astra colossus.
Sydereus, Fulgens. Virg. 3. Aeneid. 118,
—nec lucidus æthra.
Syderea polus.
Artus syderei. Stat. 1. Sylu. 1. 29.
Aues sydereæ Iunonis. Claud. 2. in Eutrop. 66.

¶ Syderalis, & hoc syderale, pen. prod. (ἀστερικὸς) Quod ad sydus pertinet. Plinius 18. cap. 24. 11, Prius tamen syderalis difficultas subijcienda contemplationi est. Idem libro 7. cap. 49. 1.

¶ Sydereor, pen. corr. syderaris (ἀστροβολίομαι) Syderari, Sydere affari. Plin. lib. 9. cap. 16. 4., Fluuiatilium silurus Caniculæ exortu syderatur, et aliàs fulgure sopitur: id est, Obtorpescit.

¶ Syderatus, pen. prod. Participium (ἀστρόβλητος) Qui syderatione morbo affectus est. Plin. lib. 28. cap. 16. 8, Syderatis urina pulli asinini, nardo admisto, perunctione prodesse dicitur.

¶ Syderatio, syderationis, f. g. (ἀστροβολία, ἀστροβολισμὸς) Morbus est arborum afflatarum sydere, quocunq; modo id acciderit. Plin. lib. 17. ca. 24. 6. Syderatio tota cælo constat. Quapropter & grando in ijs causis intelligi debet, & carbunculatio, quod prumarum iniuria euenit. Hæc enim uerno tempore inuitatis & erũpere audentibus satis mollibus insidens, adurit lactescentes germinum oculos, quod in flore carbunculum uocant. Budæus.

Syderatio, Græcè dicitur astroboliſmos, quasi syderis percussio, quam ſbhacelisſmon quidã appellant, ut ait Theophrastus lib. 5. de causis: qui syderatas arbores astrobletas appellat, quasi sydere percussas. Budæus.

Syderatio, Morbi genus, partem aliquã corporis, sæpe penè totũ corpus percutientis subitò, atq; exiccantis, & plerũq; hominem enecantis: quod quum repentino quodã eueniat impetu, è cælo ui quadam syderis prouenire putatur

¶ Syderatio, Constellatio, siue syderum in genitura coaptatio, quippiam innuens euenturum. Iul. Firmic. lib. 4. cap. 13. in fine & lib. 6. cap. 5.

Syedra] æ (σύεδρα) Oppidum est Iscariæ, quæ est Asiæ regio media inter Ciliciam & Pamphiliam. Stephanus.

Syene] pen. prod. (συήνη) Vrbs in confinibus Aethiopiæ atque Aegypti, supra Alexãdriam uersus Meridiem, quinq; millibus stadiorum sub tropico Cancri directè locata. Vnde sole existente in Cancro, medio solstitij die supra uerticem ciuitatis, nullam prorsus in ea umbram iaci, ait Plinius lib. 2. cap. 73. Lucan. lib. 2. 117,
—umbras nusquam flectente Syene.
Atra Syene. Claud. de Nilo, 6. 4.
Calida Syene. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 16.
Eoa Syene. Stat. 2. Sylu. 2. 18.

Sygaros] σύγαρος, Insula est in sinu Arabico, in qua nulli sunt canes, atq; aliunde importati, circa littora errantes moriuntur. Plin. lib. 6. cap. 28.

Syla] per simplex l (σύλα) mõs Lucaniæ, & sylua in illo. Sic dicta, quasi σύρα, id est, tracta: hoc est, latronibus frequentata. Sallust. de fugitiuis, In sylua Syla fuerunt. Virgil. 12. Aeneid. 143,
Ac uelut ingenti Syla.

Sylaris] Fluuius, Picenum à Campania disterminans. Strabo lib. 5, extremos, Picentes autem usq; Sylarin peruenitt flumen, qui ab hoc agro ueterẽ separat Campaniam. Cui quidem fluuio proprium illud inesse traditur, ut in eius aquas demissa uirgulta in lapidem rigentur, forma tamen coloreq; seruato.

Sylla] σύλλας, Nobilis Romanus, teste Sallustio, qui ex antiqua Scipionum familia originem duxit: in adolescentia omnibus flagitijs inquinatam uitam egit, hoc est, usq; ad Quæsturam: quam sub Mario adeptus est, in qua uitam omnem penitus commutauit: & (ut dixit Valerius Maximus) catenas Iugurthæ manibus iniecit, &c. Fuit q; literis Græcis & Latinis bene eruditus, facundus, acer, astutus, gloriæ cupidus, sui securus, multarum rerum & pecuniæ maximæ largitor, animo grandis: ita ut dicat Sallust. dubitari potuisse, fortior an fœlicior esset. Nã fœlix eo dici uoluit, quòd inimicos Marianos fœliciter ultus est. Dictator deinde effectus, ita Rempub. oppressit, ut, teste Ciceron in Verrem, nemo illo inuito, nec bona, nec patriam, nec uitã retinere posset. Postremò Rep. constituta Dictaturã deposuit, & priuatus Puteolis dicitur morbo pediculari correptus interijsse. Vide Plutarchum.

Homo à populi causa remotissimus L. Sylla. Cicero pro Cluentio 121.
Municipijs ciuitatem ademit L. Sylla. Cic. pro Domo sua, 62.
Magister scelerum Sylla. Lucan. lib. 1. 67.
Emisti bona Sex. Alpheni, L. Sylla Dictatore uendente. Cicero pro Quintio, 51.

¶ Syllanus, pen. prod. Adiect. (συλλανὸς) Cicero 3. de Legg. 5. Qui nos Syllanos in inuidiam rapit?
Cadauera Syllana. Lucan. lib. 2 42.
Ferrum Syllanum. Lucan. lib. 1. 68.
Manes Syllani. Lucan. lib. 1. 16.

¶ Syllaturio, syllaturis, pen. corr. syllaturire, Syllam imitari. Cic. Attico, lib. 9. 18. 1. 2, Hoc turpe Cn. noster biennio antè cogitauit, ita Syllaturit animus eius, & proscripturit diu. Vide Proscribo.

Alius fuit Faustus Sylla, cuius meminit Seneca Octau. 8. 1,
Perage imperata, mitte qui Plauti mihi
Syllæq; cæsi referat abscissum caput. Verba sunt Neronis.

Syllaba] syllabæ, pen. cor. (συλλαβὴ) Comprehensio literarum, uel unius uocalis enunciatio, temporum capax. Vide Grammaticos.

Claræ syllabæ. Vide Clarus.
Cadunt uerba in syllabas. Vide Cado.
Leguleius anceps syllabarum. Cic. 1. de Orat. 121.
Coeuntes inter se syllabæ. Quintil. lib. 1. cap. 1. 27.
Peccare in syllaba. Cic. in Parad. 31.
Clausulam longa terminare syllaba. Cic. 3. de Orat. 101.

¶ Syllabatim, pen. prod. Aduerb. (κατὰ συλλαβὰς) Per singulas syllabas. Cic. Attico, lib. 13. 28. 2, Ego, ne Tironi quidẽ dictaui, qui totas στιχηρὰς persequi solet, sed Spintharo syllabatim.

Dicere syllabatim. Cic. 4. Acad. 214.

Syllepsis] huius syllepsis, f. g. (σύλληψις) Dici potest cõceptio: ab συὸ con, λῆ-ψις acceptio: quæ fit, quum pluralis dictio singulari uerbo copulatur. Virg. 1. Aeneid. 112,
—socijs & rege recepto. Aut singularis pluralis uerbo connectitur. ut Virg. eclog. 1. 27,
—sunt nobis mitia poma,
Castaneæ molles, & pressi copia lactis.
Aut quum pro multis unus ponitur. ut Virg. 2. Aeneid. 4,
—armato milite complent. Item pro uno multi. Virgil. 9. Aeneid. 106,
Vos ô Calliope precor aspirate canenti.

Syllepsis, Pars maior autores sunt. Liu. 10. bel. Pun. Magna pars saucij. Ibidem.

Syllogismus] syllogismi, masc. ge. (συλλογισμὸς) Computatio, pensatio: ab συὸ & λέγομαι, quod est computo, concludo: uel ab λογίζομαι, ratiocinor. Ratiocinatum uel collectum ucrtit Quintilianus. Idem lib. 3. cap. 7, In syllogismo tota ratiocinatio ab eo est qui intendit.

Syloson] pen. corr. (συλοσῶν) Polycratis Samiorũ tyranni frater. Is quũ Dario Hystaspis filio uestem quã ferebat, aliquando largitus esset: nam ille quum nondum rex esset, eãm magnopere concupiuerat: quum uerò regnaret, dono Sylosonti tyrannidem dedit, qui acerbè imperauit. Quare urbs hominibus uiduata est. Vnde ductum est prouerbiũ, ἐπὶ τοῦ συλοσῶντος στρυχωρία. id est, Sylosontis locus amplus est. Strabo. lib. Geographiæ 14.

Sylua] ὕλη ἀριμὸς, Generale nomen est, proprie arborum, & quæ cædua est: hoc est, quæ habetur in cum usum, ut ex ea cædatur materia. Seruius, Quã Græci ὕλην uocãt, poetæ nominant syluam: id est, elementorum congeriem, unde cuncta procreantur. Virg. 3. Aeneid. 137,
—syluæ alta Iouis, lucusue Dianæ.
Locus in media sylua maximè opacus & frigidus. Cicero 3. de Orat. 21.
Brachia syluarum, Rami. Stat. 1. Theb. 73.
Comæ syluarum, Frondes. Stat. 3. Sylu. 3. 20.
Filia syluæ pinus. Horat. 1. Carm. ode 14. 3.
Gloria syluarum pinus. Stat. 5. Sylu. 1. 31.
Agrestis. Ouid. 7. Metam. 49.
Antiqua. Virg. 6. Aeneid. 36.
Ardua. Ouid. 1. Fast. 49.
Arens. Virg. 12. Aeneid. 105.
Barbarica. Vide Barbarus.
Cædua. Vide Cædo.
Comata. Catul. de phaselo. 4. 3.
Densissima. Virg. 2. Georg. 4.
Formidulosis syluis latent feræ. Horat. Epod. 5. 11.
Frequens trabibus sylua. Ouid. 8. Metam. 66.
Frondiferæ. Lucret. lib. 1. 52.
Immensa. Virg. 6. Aeneid. 37.
Incidua sylua. Stat. 6. Thebaid. 19.
Incidua sylua per multos annos. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 1.
Ingentes syluæ. Lucret. lib. 9. 250.
Iugosæ syluæ. Ouid. epist. 4. 17.
Magna. Virg. 3. Georg. 44.
Nemorosæ. Ouid. 10. Metam. 137.
Nigræ. Horat. 1. Carm. ode 21. 2.
Opacæ. Ouid. 6. Metam. 128.
Pineæ. Virg. 9. Aeneid. 19.
Proceræ. Ouid. epist. 15. 22.
Profundæ. Lucret. lib. 5. 9.
Rudes. Claud. 3. de rap. Proserp. 74.
Rusticæ. Ouid. epist. 4. 21.
Salubres. Horat. 1. epist. 4. 1.
Secretæ. Ouid. 7. Metam. 15.
Steriles. Virg. 2. Georg. 88.
Vernantes. Senec. Herc. Oet. 4. 30.
Vetustæ. Ouid. 6. Metam. 105.
Virentes. Catul. in Car. sec. 32 2.
Viridicatæ. Cic. Qu. frat. lib. 3. 17. 6.
Virides. Ouid. 3. Metam. 64.
Vmbrosæ. Ouid. 1. Metam. 139.
Mane me in syluam abstrusi densam & asperam, non exed inde ante uesperam. Cicerò Attico, libro 12. 241. 5. Vide Abstrudo.
Ambire syluas plagis. Ouid. 2. Metam. 100.
Aucta sylua soboribus. Ouid 2. Metam. 75.
Canit sylua auibus. Lucret. lib. 1. 53. Vide Auis.
Cædere syluas. Vide Cædo.
Viridem syluam ab humo conuellere, Virg. 3. Aeneid. 5.
Ducere syluas. Quintil. lib. 1. cap. 10. 8. De Orpheo.
Honorem syluis decutere. Virg. 2. Georg. 81.
Eruere syluas. Virg. 4. Georg. 66.
Excidere syluas. Lucret. lib. 5. 255.
Ardor flammeus exederat syluas. Lucret. lib. 5. 252.
Alta sylua mittisse tedas. Virg. 2. Georg. 87.
Obscura nutat sylua. Seneca Thyeste, 8. 7.
Nudata cacumina syluæ. Ouid. 1. Metam. 70.
Inculta pacantur uomere syluæ. Horat. 1. epist. 2. 9.
Reboant syluæ. Virg. 2. Georg. 45.
Rotat syluas amnis. Stat. 4. Sylu. 3. 16.
Vetus sylua nulla securi uiolata. Ouid. 3. Metam. 6.
Sylua, de herbis aliquando dicitur. Virg. lib. 3. Georg. 773,
—subit asperа sylua,
Lappæq; tribuliq;. Seruius.
Syluæ, de uitibus. Virg. 2. Georg. 6,
Syluarumq; aliæ pressos propaginis arcus Expectant.
Horrida sylua sicce comæ. Iuuenalis, Satyr. 9. 2.
Sylua aliquando dicitur quod extemporè scribitur uelocissimè: estq; ueluti prima materia. Quintil. lib. 10. cap. 3. Cic. 3. de Orat. 58. Primùm sylua rerum ac sententiarum comparãda est, qua de parte dixit Antonius. hoc est, Maxima congeries & ubertas.

¶ Syluula: pen. corr. Diminutiuum (ὑλώδιον) Colum. lib. 8. ca. 15. 3, Sunt enim quibus cordi est uel in syluulis tamaricum, aut sirporum fruteĉtis immorari: nec ob hanc tamen causam totus locus syluulis occupetur.

¶ Syluester, hæc syluestris, & hoc syluestre: uel hic et hæc syluestris, & hoc syluestre (ἄγροφος) Quod est syluæ. Virgil. 1. eclog. 1, Syluestrem tenui musam meditaris auena. Idem 2. Georg. 75.

¶ Syluestris, Quod est in sylua. Cic. de Amicit. 66. Quum locis etiam ipsis delectemur montuosis & syluestribus. hoc est, in locis qui in montibus sunt, & syluis.

Agrum syluestrem mitigat flammis. Horat. 2. epist. 2. 38.
Antra syluestria. Ouid. 13. Metam. 10.
Arbor syluestris. Virg. 3. eclog. 14.
Coltio syluestris. Cic. pro Cælio, 30.
Dona syluestria, Catull. Argon. 59. 58.
Homines syluestres: Horat. de Arte, 79.
Materia syluestris & culta, Quæ ex sylua decerpitur. Cic. 2. de Natur. 227.
Montes uestiti atq; syluestres. Cic. 2. de Nat. deor. 198.
Numina syluestria. Ouid. 2. Fast. 56.
Saltus syluestris. Curtius lib. 4.
Loca syluestribus sepibus densa. Cic. 1. de Nat. deor. 163.
Tecta syluestria. Cic. 1. de Inuent. 4.
Tumulus syluestris. Liu. 7. bell. Pun. 147.

Via inculta & syluestris. Cic. de claris Orat. 140.
Vita syluestrium. Cic. 2. de Nat. deor. 143.
¶ Syluestrior (ἀγροφώτερος) Plin. lib. 16. cap. 27. 3, Syluestriora omnia tardiora.
¶ Syluaticus, pen. corr. Adiect. (ὑλαῖος) Quod ad syluã pertinet: ut, Syluaticus mus, apud Plinium lib. 30. cap. 9. 4. habitans in syluis.
Syluatica laurus, Crescens in syluis. Cato cap. 8.
Syluaticæ falces. Cato cap. 11. 4.
¶ Syluicola, syluicolæ, pen. corr. (ὑλαώτης) Qui syluam incolit. Propertius lib. 3. eleg. 13. 7,
His tum blanditijs furtiua per antra puellæ
Oscula syluicolis empta dedere viris.
¶ Syluicultrix, syluicultricis, pen. prod. (ὑλεώτις) Catull. de Berecynthia, 58. 15,
Vbi cerua syluicultrix, ubi aper nemoriuagus?
¶ Syluifragus, pen. corrept. Adiect. Syluas frangens: qualis est uentus, à quo arbores in syluis & frangũtur & eruuntur. Lucretius libro 1. 55,
—montesq; supremos
Syluifragis uexat flabris. De ui & impetu uentorum.
¶ Syluiger, pen. corr. syluigera, syluigerũ, pen. corr. (ὑλυφόρος) ut, Syluigeri montes. Plin. lib. 31. cap. 3. 13.
¶ Syluosus, pen. prod. Adiect. (ἀρυμώδης, ὑλήεις, ὑλώδης) Vbi multæ syluæ siue arbores sunt. Liu. 9. ab Vrbe, 7. Saltus duo alti, syluosiq; sunt, mõtibus circa se perpetuis inter se coniuncti. Plin. lib. 12. cap. 5. 2, Superiores eiusdem rami in excelsum emicant syluosa multitudine.
¶ Syluesco, syluescis (ὑλωμανέω, ὑλημανέω) Syluescere, in syluam redigi, seu syluestres, aut infructuosas arbores sarmentaue fieri. Cic. de Senect. 48, Ne syluescat sarmentis, & in omnes partes nimia fundatur. Colum. lib. 4. cap. 11. 2.
¶ Syluanus, pen. prod. (σιλβάνος) Seruius, Syluanus, deus est syluarum. Hic amauit puerum Cyparissum nomine, qui habebat mansuetissimam ceruam. Hanc quum Syluanus nescius occidisset, puer est extincti dolore; quem amator deus in cupressum arborem eius nominis uertit, quam pro solatio portare dicit. Virg. 1. Georg. 4,
Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum.
De Syluanis & Faunis, Plin. lib. 12. cap. 11.
Aruorum pecorisq; deus Syluanus. Virg. 8. Aeneid. 120.
Potentes nemorum Syluani. Lucan. lib. 3. 81.
Arbiter umbræ Syluanus. Stat. 6. Theb. 23.
Horridus Syluanus. Horat. 3. Carm. ode 29. 5.
Monticolæ Syluani. Ouid. 1. Metam. 36.
Syluia] συλία, Nomen quo Ilia Romuli mater uocata est. Virg. 7. Aeneid. 98. Ouid. 2. Fast. 77,
Syluia Vestalis cælestia semina partu
Ediderat patruo regna tenente suo.
Syluius] συλεύς, Aeneæ filius: à quo postea omnes Albani reges, Syluij dicti sunt ab huius nomine: sicut hodie Romani Imperatores Augusti uocantur. Seruius enarrans hunc locum Virgilij, 6. Aeneid. 153,
—primus ad auras
Aetherias Italo commixtus sanguine surget Syluius.
Syma] σύμα, σύμυ: nam & Symes, æ, etiam dicitur: insula est Cariæ adiacens, portum habens clausum, triremibus aptũ, & nauale nanium uiginti. Strabo lib. 14.
Symæthus] σύμαιθος, Eluuius Siciliæ, non longè ab Aetnâ: qui, ut ait Strabo lib. 6. agrum Catanicum influit.
Symæthius, a, um, Attributum. Virg. 6. Aeneid.
Eductum Martis luco Symæthia circum Flumina.
Symbari] Populi feri inter Arabiæ montes, & Nilum incolentes, Elephantumq; uenatu uictitantes. Plin. lib. 6. ca. 31.

Symbolum] Symboli, pen. corr. (σύμβολον, ἔρανος) Annulus dictus est, quum sit nota & signum. Plin. lib. 33. cap. 1. 5, Et ideo miror, Tarquinij eius statuam sine annulo esse. Quanquam & de nomine ipso ambigi uideo. Græci à digitis appellauêre: apud nos prisci ungulum uocabant, postea & Græci & nostri Symbolum.
Adulterinum symbolum. Vide Adulter.
Symbolum, pro Literis. Iustinus lib. 2, Quum colloquendi copiam non haberet, quò applicaturi erant, symbolos proponi, & saxis proscribi curat. Hæc Calepinius.
Symbolum, aliquando collatio dicitur, à συμβάλλω, confero: hoc est, quòd plures conferunt in unum, ita ut cœna illa dicatur collatio, in quam comparandam plures aliquid contulerunt. Plaut. Curc. 9. 13,
Symbolorum collatores apud forum piscarium.
Terent. Andr. 1. 1. 61, —symbolum
Dedit, cœnauit. Idem Eunuch. 3. 4. 2,
—ut de symbolis essemus.
Condicere symbolum. Vide Condico.
Symbolus, uel symbolum, indicium & signũ. Plaut. Pseud. 9. 5,
Nam istic symbolum est inter herum meum & tuum de muliere. ibidem. 3. 53,
Ea causa miles hic reliquit symbolum,
Expressam in cera ex annulo suam imaginem.
¶ Symbola, fœmin. gen. Plautus Sticho, 7. 34,
—eadem symbolam
Dabo, & iubebò ad Sangarinum cœnam coqui.
Syme] σύμη, Insula Cariæ adiacens, medio fere spacio inter Rhodum & Gnidum: ut tradit Plinius lib. 5. cap. 31. Vide in dictione Syma.
Symmachia] authore Thucydide, est cõfœderatio, ijs inita legibus, ut ijdem censeantur amici, ijdem & inimici. Cælius Rhod. lib. 11. cap. 6.
Symmachus] pen. cor. (σύμμαχος) Romanus orator missus à Senatu Cõstãtinopolim, ad Theodosij liberos, rogatũ ut Vestales à Christianis destrui minimè paterentur. Cuius rei gratia, putabãt se aduersa multa à dijs esse passos. Eius igitur orationem & Prudentius & Ambrosius, qui huius meminerunt, acerrimè confutarunt. Fuit & Symmachus, sacrorum librorum interpres; doctrinæ parum sanctæ & Christianæ: cuius meminit Eusebius.
Symmetria] Symmetriæ, pen. corr. (συμμετρίαι) Commensuratio Latinis dicitur. Plin. lib. 34. cap. 8. 11, Primus hic multiplicasse uarietatẽ uidetur, numerosior in arte quàm Polycletus, & symmetria diligẽtior. Idem, Nondum habet Latinum nomen symmetria.
Symmista] συμμύστης, Secretarius, seu secretorum cõscius. ut apud Orig. interpretem: Sicut Ioannes Symmista pronunciat, dicens: Quia si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Deum, Iesum Christum.
Symmonianum] trifolium, uel (ut Ruellio placet) Symmoniacum (ἀσφάλτιον) Herba, quam describit Columella libro 7. cap. 17. 1.
Sympathia] pen. prod. s. g. (σύμπαθεια) Latinè compassio dici potest, & consensus uel conuenientia. Cic. 2. de Natu. deor. 38, Illa uerò cohæret et permanet naturæ uiribus, nõ deorum: estq; in ea iste quasi consensus, quã σύμπαθειαν Græci uocant. Plin. lib. 18. cap. 7. 14, Suppositæ tantũ calici lacinia tali, statim metum eum discuti, uidelicet prætalente sympathia illa Græcorum, quum rabiem canum eius sanguinis gustatu incipere dixerimus. De menstruis.
Con ũatio coniunctio; naturæ, quam, ut dixi, uocant συμπάθειαν eiusmodi, ut thesaurus ex uno intelligi debeat. Cicero 2. de Diuin. 210.

Sympho-

Symphonia] pen. corr. (συμφωνία) Consonãtia, musicus concentus. Cic. pro Cælio, 27. Idem. 7. Verr. 73, Curritur ad Prætorium, quò istum è conuiuio illo præclaro reduxerant paulò antè mulieres, cum cantu atq; symphonia. Plin. lib. 10. cap. 29. 8, Visum iam sæpe iussas canere cœpisset, & cũ symphonia alternasse. Horat. de Arte, 76,
Vt gratus inter mensas symphonia discors.
Canit symphoniã. Cic. 5. Verr. 86.
Symphoniæ cantus. Cic. 7. Verr. 26, Non Iudicia fieri: lucum illum litoris percrepare totum mulierum uocibus, cantuq; symphoniæ, &c. Plin. lib. 9. cap. 8. 4. Idem lib. 8. cap. 42 4, Ad symphoniæ cantum saltatione quadam moueri.
Symphonia, pro Celebritate quadam. Cic. Tironi, lib. 16 9. 7, Symphoniam Lysonis uelim uitasses.
Symphonia herba. Plin. lib. 26. cap. 7. Symphonia, uel gumphena, alternis uiridibus roscisq; per caulẽ folijs, in posca sanguinem reijcientibus medetur.
¶ Symphoniacus, pen. corr. Adiect. (συμφωνιακὸς) Vide Symphoniaci serui. Pædianus author est cani remigibus celeuma per symphoniacos seruos solitum olim fuisse, & per assam uocem, id est, ore prolatam, & ut in Argo naui interdũ per citharã. Cic. 1. Verr. 30, Ab hac muliere Præfectus Antonij quidam symphoniacos seruos abducebat per iniuriam quibus se in classe uti uelle dicebat. Quem locum Pædianus enarrãs, Possimus, inquit, intelligere ad hoc symphoniacos seruos capi solere, ut in classe classicum pugnãtibus canant: unde ipsi tubæ classis classicum nomen est postium. Hæc Budæus. Cic. 7. Verr. 52, Symphoniacos hominesex cuidam amico suo Romam muneri misit.
Ducere pueros symphoniacos. Gic. pro Milone, 41.
¶ Symphoniaca herba, eadẽ quæ & symphonia dicitur. Pallad ius, Si cerasus æstu Caniculariũ fatigetur, herbam symphoniacam circa arboris truncum torqueri in coronam iubet. uel ex ea iuxta unum caudicem cubile fieri.
Symphreatides] συμφρεάτιδαι. Cic. lib. 2. de legibus 8, hoc est, qui eosdem puteos cõmunes habent: uel potius, symphradas: hoc est, eiusdem consilij & commercij participes. Vide Tribulis.
Symphyton] pen. cor. (σύμφυτον) cuius duæ sunt species: una Symphytum petreum uocatur, altera Symphytum maius. Symphytum, ut Strybonio placet, quidam inulam rusticam uocant, quidam alum Gallicum. Hoc Galenus symphyton magnum cognominat, nec dulce gustu, nec odoratu, ut superius. Officinæ autem symphyti retinuerunt. Herbarijs & uulgo consolida maior uocatur.
Sympinium] Vide Simpullum.
Symplegades] pen. cor. (συμπληγάδες) Insulæ duæ sunt contra Bosphorum Thracium, quæ & Cyaneæ dicuntur. Author Põponius Mela lib. 2. & Plin. lib. 4. cap. 13. Symplegades porrò dictæ sunt, quòd fabulis tradatur eas inter se aliquando concurrisse: quoniam paruo discretæ interualo: ex aduerso intrantibus geminæ cernebantur, paulumq; deflexa acie coeuntium speciem præbebant. Ouid. 15. Metam. 68. Eædem Planetæ dictæ, id est, errantes Plinio. Alibi Valerius. 4. Argon. 112,
Hinc iter ad Ponti caput: errantesq; per altum
Cyaneas, &c.
Instabiles olim Symplegades. Claud. 1. in Ruff. 35.
Superbæ Symplegades. Claud. de bello Get. 2.
Symplegas] pen. prod. symplegadis, fœ. gen. (συμπληγὰς) Complexio. Mart. lib. 11. 93,
Si constringantur gemina symplegade culi.
Symplegma] symplegmatis, n. g. (σύμπλεγμα) Idẽ quod Symplegmis. Martial. lib. 12. 39,

Quæ stent t cearit quid exoleti,
Quo Symplegmate quinq; copulentur.
Sympohium] συμπόσιον merè Græcum, ut pleraq; alia: à Latinis tamen pro suo usurpatum: significat uerò conuiuium. Cic. lib. 9. Epist. ad Pætum: Sapientius nos, quàm Græci illi Sympotia, aut synd ipna, id est, compotationes, aut cõcœnationes nos conuiuia, quia tum maximè simul uiuitur. Hinc fit attributum, Sympotiacus, a, um: ut, Sympotiaci sermones: Problemata sympotiaca: Sermones conuiuiales. De quibus apud Plutarchum lib. 3. Philosophiæ.
¶ Sympotiastes (συμποσιαστὴς) conuiuij princeps, rector, ac moderator: de quo Plutarchus lepidè in Quæstionibus cõuiualibus disseruit. Conuiuantes porrò sympotæ, συμπόται dicuntur: id est, à domino ad conuiuium acciti, & excepti. Cuius fœmininum est sympotria, συμποτρία, compotrix. Vide Plutarchi Septem sapientum cõuiuium, & Problemata sympotiaca.
Sympsalma] σύμψαλμα, Vocum in cantando copulatio: Diapsalma, disiunctio earum, ubi quædam requies dilectæ continuationis ostenditur. Psalma, quod psallitur.
Symptoma] pen. prod. huius symptomatis, n. g. Accidens. Sunt enim symptomata, accessiones, seu accessoria mala, quæ ad iustum morbum συμπίπτοντα, hoc est, accidunt.
Syn] σὺν Præpositio Græca, quæ in compositione significat Simul: quemadmodum apud nos Con.
Synæresis] pen corr. f. g. (συναίρεσις) Contractio: figura qua plura per unum cõiunguntur, ut Bigæ, pro bijugæ. Ex σὺν, & αἵρεσις, tractio.
Synagia] Militum centuria, apud Alexandrum Alexandrinum lib. 6. cap. 13.
Synagoga] συναγωγὴ, idem quod Congregatio, uel cœtus ἀπὸ τῦ συνάγειν, quod est congregare.
Synalagma] συνάλλαγμα, est cum ultra uerba contractus, aliquid utrinq; agitur: quoties scilicet ex utriusq; parte aliquid fit, quo uterq; obligatus est. ut, Do tibi Stichum, ut Pamphilũ manumittas. Alciat. super tit. de uerb. sig. in Pandect. Synalagma, commutationem non ineptè dixeris. Idem enim est συνάλλαγμα, quod causa, hoc est, ratio quædam secundum iustitiam commutatiuam efficax, ut obligationem pariat: scilicet quia ab uno ad alium transfertur aliquid l. iurisgentium. §. 1. D. de pact. Aristoteles appellat synalagmata, omnes actiones nostras, quibus inter nos ad aliquem usum necessitatemq; communicamus. Videndus Connanus lib. 6. cap. 2. Hotomanus quoq; libro singulari De uerborum, quæ ad ius pertinent, significatione, litera S.
Synalœphe] f. g. (συναλοιφὴ) dici potest compressio, cæsura. Fit enim, quũ de fine dictionis uocalis abijcitur, sequente dictione, quæ à uocali incipit: ut apud Iuuenalem, Satyra 1. 1, Semper ego auditor tantùm? Ex συὺ, quod est con: & ἅλοιφὴ, pressio.
Synanche] fœ. g. (συνάγχη) Morbus in faucibus spiritum suffocans, Latinis angina dictus. Ex σὺν, & ἄγχω, affligo, ango. Celsus lib. 4. cap. 4, Vt hoc aũt morbi genus circa totam ceruicem, sic alterum, æquè pestiferum acutumq; in faucibus esse consueuit: nostri anginam uocant: apud Græcos nomen prout species est. Interdum enim neq; rubor, neq; tumor ullus apparet, sed corpus aridum est, uix spiritus trahitur, membra soluuntur: id συνάγχην uocãt interdum, &c.
Synãthrœsmus] synathrœsmi, masc. ge. (συναθροισμὸς) figura, quæ & singulis uerbis, & plurium uerborũ coniũctione fieri potest. Singulis, hoc modo: Sed quũ ad supplicium sumẽdum se confirmaret, multa simul eum reuocãbãt, officia, consuetudo, tempus, existimatio, periculum, religio: quæ singula proprias ei cogitationes ad remorandũ subij-

ciebant. Plurium uerborum coniunctione, ſic apud Lycurgum: Nemo enim nocens ſine ſummo mœrore eſt iudices: ſed multa ſimul eũ perturbant, quod adeſt ſolicitudinis plenũ, quod futurũ eſt, formidoloſum: lex paratũ ſupplicium, oſtentans: uitia ex uitijs coacta, occaſionẽ arguẽdi maleficij captans inimicus: quæ quotidiana, uehementer eius animũ excruciant. Ex Ruellio Lupo.

Synceraſtum] ſynceraſti (συγκεφαγότον) Eſt omne edulium, antiquo uocabulo Græco. Pacuuius in Phagone. Honos ſyncerasto perit pernis gladio. Varro lib. 6. de Ling. Lat.

Syncerus] pen. prod. Adiect. (εἰλικρινὴς, παθαρὸς) Proprie quod eſt integrum ſignificat. Tractum ab eo, quòd qui diuidere fructum communẽ alicuorum cum ſocio uolunt, ſimul cũ cera mel partiuntur: quòd ſi mel tantũ ſine cera conſignent, fruſtant ſocium, nec agunt integrè. Syncerum itaque quaſi ſimul cum cera, Plaut. Rud. 18. 49.

Poſtea aſpicito meum, quando ego tuum inſpectauero,
Ni erit tam ſyncerum, ut quiuis dicat ampullarius
Optumum eſſe opere faciẽdo corium, & ſynceriſſimum.

Corpus ſyncerum, & ſine uulnere. Ouid. 12. Metam. 20.

Genæ ſynceræ. Ouid. 3. de Arte, 41.

Membra ſyncera. Lucret. lib. 3. 145.

Truncus ſyncerus. Ouid. de Nuce, 7.

Syncerus, incorruptus & immaculatus. Cic. 2. de Diuin. 177.

Quod licet exiſtimare in alijs quoq; oraculis Delphicis, aliquid non ſynceri fuiſſe. Horat. 1. epiſt. 2. 11.

Syncerũ eſt, niſi uas, quodcũq; infundis, acceſcit. Plautus Baccibid. 9. 11, Syncerà mens.

Porci ſynceri. Plaut. Menæch. 8. 16.

Simplex & ſyncerum. Cic. ad Atticum, lib. 10. 196. 2.

Nihil eſt iã ſanctũ atq; ſynceriũ in ciuitate. Cic. pro Quintio, 3.

Syncerus, uerus, ſimulatus, et fucatus, cõtraria. Ci. de. Ami. 78.

Sanum, ſiccum, ac ſyncerum. Cic. de claris Orat. 106.

Syncera fide agere. Liu. 9. bel. Pun. 24.

Fortuna ſyncera. Ouid. ad Piſonem, 51.

Iudicium ſubtile & ſyncerum. Cic. Catoni, lib. 15. 6. 4.

Prudens ſyncerumq; iudicium. Cic. in Orat. 13.

Laus ſyncera. Claud. 4. Paneg. 81.

Pronunciator ſyncerus & grandis Thucydides. Cic. de claris Oratoribus, 158.

Voluptas nulla eſt ſyncera. Ouid. 7. Metam. 91.

Conſeruare aliquem ſyncerum atq; integrum. Cic. Ariſto, lib. 13. 51. 3.

Sonere ſyncerum. Lucret. lib. 3. 179,

Scire licet non ſyncerum ſonere, atq; ſubeſſe
Cæcũ aliquem cordi ſtimulũ. id eſt, Intelligere potes, uerba illius non ex animo & uerè dici. Perſius Satyr. 5. 3, ſoliditũ Crepare dixit. Eſt à uaſis fictilibus de ſumpta locutio, quæ tinnitu cognoſcuntur. ſint ne ſolida & ſyncera, an fracta & rimoſa.

Syncerum, quidam à Carie deduci putant: quaſi ſine carie, id eſt corruptione. Donatus, Syncerus, Purus, ſine ſuco & ſimplex. ut mel ſine cera. Iuxta has duas etymologias, i Latino ſcribendum eſſet.

¶ Syncerè, pen prod. Aduerb. (εἰλικρινῶς) Purè & integrè. Cæſar. 7. bel. Gal. 77, Hæc ut intelligatis inquit, ſyncerè à me pronuntiari, audite Romanos milites.

Tẽperatè, prudẽter, et ſyncerè agere. Cic. Attico, lib. 9. 181. 16.

Loqui ſyncerè. Cic. Attico, lib. 3. 55. 4.

¶ Synceriter] pen. corr. (παθαρῶς) Aliud aduerbium. Idem quod Syncerè. Gell. lib. 13. cap. 15, Quas qui ſynceriter cupiunt.

¶ Synceritas, pen. corr. ſynceritatis, f. ge. (εἰλικρίνεια) Puritas, integritas. Plin. lib. 31. cap. 7. 15, Salinarum ſynceritas ; ſummã fecit ſuam differentiam. Colum. lib. 4. cap. 26.

Synchronos] σύγχρονος, Contemporaneus. Vnde ſcribit Hieronymus, Ozeam prophetam fuiſſe ſynchronũ Iſaiæ. Et Varro ait, nõ eſſe dubiũ, quin aliquo, tẽpore eodẽ uixerint Homerus & Heſiodus: eosq; ſynchronos fuiſſe teſtatur.

Synchyſis] pen. corr. f. g. (σύγχυσις) Confuſio. Eſt enim, ut ſcribit Donatus, hyperbaton undiq; cõfuſum: ut illud Virgilianum, 1. Aeneid. 23,

Tris Notus abreptas in ſaxa latentia torquet:
Saxa uocant Itali mediis quæ in fluctibus aras.

Eſt autem hic ordo: Tris naues abreptas Notus torquet in ſaxa, quæ ſaxa in mediis fluctibus latentia, Itali uocãt aras.

Synciput] pen. corr. ſyncipitis, penul. corr. n. g. (βρέγμα) quaſi ſemicaput, inquit Phocas grammaticus: ſignificatq; partem capitis porcini conditam. & ad edendum paratã: nam inter edulia annumeratur. Plin lib. 8. cap. 51. 5, Interdictaq; cœnis abdomina, glandia, teſticuli, uuluæ, ſyncipitia uerrina, Iuuenal. Satyr. 13. 9,

—comedam, inquit, flebile nati
Synciput elixi Pharioq; madentis aceto.

Fumoſum ſynciput. Perſ. Sat. 6, 8.

Synciput, Anterior pars capitis. Cornutus in Perſium, Synciput anterior: occipitium, dicitur poſterior pars capitis.

Syncomiſtus] paniſ, inquit ad Glauconem lib. 2, Galenus, is dicitur, qui medius inter exquiſitè purum eſt, ac furfuraceum. Cælius lib. 9. cap. 16. Lection. antiq.

Syncopa] ſyncopæ, pen. corr. (συγκοπὴ) Conciſio. Syncopa enim incidũ ſignificat. Figura eſt, quum litera uel ſyllaba è medio dictionis tollitur: ut, Compoſtus, pro compoſitus.

Syncriſis] pen. corr. (σύγκρισις) ſiue Antitheſis, comparatio rerum atq; perſonarum inter ſe contrariarum. Cic. pro Murena, 19, Vigilas tu de nocte, ut tuis conſultoribus reſpondeas: ille, ut eò quò intendit, maturè cum exercitu perueniat, &c. Item 3. Verr. 48, Iſte mulió ſceleratior & nequior quàm ille Adrianus, aliquanto etiã fœlicior fuit, &c. Iulianus Rufinianus.

Syndicus] ci, pen. corr. (σύνδικος) Patronus, qui cum alio cauſam aliquam tuendam accepit, quiue ſecundis actionibus cauſam defendit: ut in cauſa Cornelij Balbi Cicero. Syndici item ſunt ciuium aduocati, & defenſores iuris publici, quaſi in cauſam communiter incumbentes. Vnde apud Plutarchum legimus, Ariſtidem ab Athenienſibus creatum fuiſſe ſyndicum, ut communem cauſam Græcorum ciuium ſuorum defenderet. Demoſthenes quoq; παρὸ κτησίππου, refert lege ſancitum fuiſſe Athenis, ne cui iterum Syndicum fieri liceret, creariq; à populo: utq; ideo, ne συνδικία, id eſt, ſyndici munus, ob publicam utilitatem inuentum, uerteretur in quæſtum, compendiumq; priuatum. Hoc nomine uocari poſſunt, quos hodie Deputatos noſtri uocant Budæus.

Synecdoche] ſynecdoches, pen. cor. f. g. (συνεκδοχὴ) Cõceptio dicitur. Donatus, Synecdoche eſt ſignificatio pleni intellectus capax, quum plus minuùe pronunciatur. Aut enim à parte totum oſtenditur: ut Virg. 1 Aeneid. 81.

—Puppesq; tuæ, pubesq; tuorum. Aut contra pars à toto: ut idem 1. Aeneid. 24,

Ipſius antè oculos ingens à uertice pontus
In puppim ferit. Meminiſſe autem debemus, quando ſit à parte totum, faciendum eſſe ab inſigniori parte.

Synedria] ſynedriæ. Vlp. in l. 1. §. nauem. D. de exercit. Nauem accipere debemus, ſiue marinam, ſiue fluuiatilem, ſiue in aliquo ſtagno nauiget, ſiue ſynedria ſit. Vide Schedia. Alciatus lib. 1. Prætermiſſorũ, Synedriam Iudeorum interpretare ſynagogas & conciliabula. Synedrion enim id denotat. Synedrias uerò naues, apud Vlpianũ De exercitoria actione

actione, Nauiculas illas interpretabitur fortaſſe aliquis, quæ ſpaciãdi cauſa factæ ſunt, in quib. ſunt ſellæ & ſedilia: quandoquidem Suidas ſynedriam cathedram interpretetur. Hæc Alciatus.

¶ Synedros, ſynedri, pen. cor. (σύνεδρος) Latinis conſeſſor, aſſeſſor, cõſiliarius dicitur. Liu. 5. Decad lib. 5. 138. His rerum externarum cognitionibus interpoſitis, Macedonum ruſſus aduocatum conſilium, pronunciatum quod ad ſtatũ Macedoniæ pertinebat: Senatores, quos ſynedros uocãt, legendos eſſe, quorum conſilio Reſp. adminiſtraretur.

Synephebi] pen. prod. (συνέφηβοι) Dicuntur adoleſcẽtes ſimul pubeſcẽtes. Quod nomẽ indiũ eſt comœdiæ Statij Cæcilij. Cic. 1. de Fin. 7. Synephebos ego, inquit, potius Cæcilij, aut Andriam Terentij, quàm utranq; Menandri legam: Ait Statius in Synephebis. Cic. de Senect. 22.

Synephites] tis (συνεφίτης) Gẽma eſt lactei coloris, alio nomine Galactites. Plin. lib. ult. cap. 1, Galactites ex uno colore lactis eſt. eandẽ dicũt Leucogeam, & Leucographiã. Appellant & Synephiten, lactis ſucco & ſapore notabilẽ.

Syneſius] συνέσιος, è Pentapoli Africæ Philoſophus Chriſtianus, Præſul Ptolemaidis factus: ſcripſit libros in grãmatica, philoſophia, panegyricos, epiſtolas, & alia. Author Suidas.

Syngrapha] ſyngrapha: uel Syngraphus, ſyngraphi, uel Syngraphum, ſyngraphi, pen. cor. (συγγραφὴ) Scriptura, ſiue ſchedula quæ fit manu eorũ qui paciſcũtur in alicuius rei fidem. Budæus, Syngrapha eſt cautio & cõſcriptio, ob locationẽ facta: ut & cõductori merces in rato ſit, & locatori cautũ ſit à redẽptore & cõductore operis. Plaut. Aſin. 13. 1,

Agedum iſtum oſtende, quem conſcripſi ſyngraphum
Inter me & amicam & lenã: leges pellege. Cic. Treba tio. lib. 7. 17. 3, Tanquã enim ſyngrapham ad imperatorẽ, nõ epiſtolã attuliſſes: ſic pecunia ablata, domũ redire properabas. Idẽ 6. Verr. 26, Cybiram cũ inanibus ſyngraphis Agere ex ſyngrapha. Vide Ago. (uenerat:

Conſcribere ſyngraphã. Vide Conſcribo.

Credere alicui per ſyngraphã. Cic. de Aruſp. reſponſ. 26.

Facere ſyngraphas cum aliquibus. Cic. pro domo ſua, 98. Et de Aruſp. reſponſ. 30.

Centies facta ſyngrapha. Vide Centum.

Inter ſyngraphas & cætera chirographa hoc intereſt, quòd in chirographis tantùm quæ geſta ſunt, ſcribi ſolent: in ſyngraphis etiam contra fidem ueritatis pactio uenit, & non numerata quoq; pecunia, aut non integrè numerata, pro temporaria uoluntate hominum ſcribi ſolent.

Syngrapha dicta eſt ἀπὸ τῶ συγ, ſimul: καὶ γράφω, ſcribo: quod ſimul ſcriptum ſit à pluribus, uel quòd manu ipſorum qui conueniunt, ſcripta ſit.

Synnada] ſynnadæ, pen. cor. Vrbs Phrygiæ, de qua Plin. lib. 5. cap. 29, Alter conuentus à Synnada accipit nomen. In quem locũ ſic ait Hermolaus: Scribẽdũ Synnada ex Stephano, per χ quoniã prius Synnæa diceretur, à congregatis eò loci Græcis Macedonibusq;, Acamãtẽ poſt captũ Ilium ſecutis, cõditorem urbis. Hæc Barbarus. Vide Smada. Cicero uidetur Synnada, ſynnadorum, declinaſſe, numero utiq; plurali, Epiſtolarũ famil. lib. 3. epiſt. 8, Idq;, ait, me arbitror Synnadis pro tribunali multis uerbis diſputauiſſe. Ibidem Quum enim Laodiceæ, quũ Synnadis, quũ Philomeli, quum Iconij eſſem, &c. Paulò pòſt, Quòd iſſdẽ diebus meus cõuentus erat Apameæ, Synnadis, Philomeli, tuus Tarſi. Flectitur etiam genere fœminino Synnas, huius Synnados, Sidonius Apollinaris in Panegyrico Maioriani.

Vngitur hîc Synnas, Nomadũ lapis additur iſtis.

Id eſt, Marmor Synnadicũ, & Numidicũ, Statius Syluarũ lib. 1, de Balneo Etruſci,

Sola nitet flauis Nomadum deciſa metallis
Purpura, ſola cauo Phrygiæ quam Synnados antro
Ipſe cruentauit maculis lucentibus Atys. Ibidem,
Synnada diſtinctum uariat. hoc eſt, Solum marmor Porphyrites exciſum ex uenis Numidicis illic eſt. Nullum marmor illic eſt, niſi uariatũ maculis purpureis, ut Numidicũ, & Synnadicũ, quod quidẽ diſtinctũ eſt maculis purpureis: quoniã Atijs puer quum in Phrygia Cybelen fugeret, abſciſſis genitalibus lapidem hunc cruentauit, guttis manantibus. Plin. lib. 35. cap. 1. ad finem, Neronis principatu inuentum, maculas quæ pò eſſent, in cruſtis inſerendo unitatem uariare, ut ouſtus eſſet Numidicus, ut purpura diſtinguereturque Synnadicus, qualiter illos naſci optarẽt deliciæ. Statius lib. 1, Syluarũ, in epithalamio Stellæ & Violãtillæ, Lybicus ſilex dicitur marmor Numidicũ, ut Phrygius Synnaliciũ. ſic enim ait Hîc Libycus, Phrygiuſq; ſilex, hîc dura Laconũ Saxa uirent.

Synochites] Synochitis, pen. prod. f. g. (συνοχίτης) Gemma, qua in necromãtia dicunt euocatas inferorum umbras teneri. Plin. lib. 37. cap. 11. 6.

Synodia] ſynodiorum (συνῳδίαι) Concentus: ex σὺν & ᾠδὴ cantus. Cic. ad Atticum, lib. 10. 196. 4, Iniecit autem mihi ſpes quædam eſt, uelle mecum Ser. Sulpitium colloqui: ad eum miſi Philotimũ libertũ cum literis, ſi uir eſſe uolet, præclara ſynodia: ſin aũt, erimus nos qui ſolemus. Vbi interpres, Synodia, præclarum concentum & congreſſum.

Synodus] ſynodi, pen cor. & fœm. gen. (σύνοδος) Idẽ quod Cõuentus, ſiue cœtus: à σὺν, præpoſitione, & nomine ὁδὸς.

¶ Synodicus, a, um, (συνοδικὸς) Quod ad ſynodum pertinet. Hyeronymus, Ante annos plurimos, cùm iuuarẽ Damaſum Romanæ urbis epiſcopum, & Orientis atq; Occidentis cõſultationibus ſynodicis reſponderem.

¶ Synodicus, alio ſignificatu. Iulius Firmicus lib. 3. cap. 6, Si in octauo loco Sole poſito, in diametro eius luna fuerit cõſtituta, nondũ ſoluta cõiunctione, ſed plena lumine: uel ſi cùm ſynodica fuerit inuẽta, &c. Synodica uocatur luna, quũ luminis uniuerſitate priuatur, ſilereq; dicitur, uelut cum ſole commeans, ut tradit Theon. Tunc ſynodica dicitur, quũ eſt in coniunctione (ſic enim uulgò loquuntur) opponiturq; plenæ. σύνοδος enim coitum ſignificat, et comitem itineris.

¶ Synodita, æ, & plur. num. Sinoditæ, arum, ſunt cluẽtuli monachorum, ſeu comites. ὁδίτης enim uiatorẽ ſignificat. Solent aũt monachi, ex collegij ſui inferiori ordine quempiam deligere, qui eos comitetur: quos Galli Culopulſos appellamus: quòd à tergo monachorum cõcionãtium ſedẽtes, illos horæ præteritæ culi pulſione admoneant. Adnotat Hotomanus. Videnda l. 6. de epiſcopali audien. lib. 1. C. Addictos ſupplicio (inquiunt Honorius & Arcadius) & pro criminum immanitate damnatos, nulli clericorũ, uel monachorum, eorũ etiam, quos Synoditas uocãt, per ullum atq; uſurpationem uindicare liceat, ac tenere. In quibuſdam codicibus eſt lex 7.

Synodus, ſynodontis, Genus piſcis Plinio, lib. 37. cap. 10.

Synodontites, è cerebro piſcium eſt, qui ſynodontes uocãtur.

Sinœceoſis] pen. prod. (συνοικείωσις) figura, quæ docet diuerſas res coniungere, & cõmuni opinioni cum ratione aduerſari, & habet magnam uim uel ex laude uitiũ, uel ex uitio laudẽ exprimendi. Hyperidis exemplum, Nũ hominis auari atq; aſſoti, unũ atq; idem uitium eſt. Vterq; enim neſcit uti, atq; utriq; pecunia dedecori eſt: quare merito utriq; pari pœna adficiuntur, quos pariter non decet habere. Ex Rutilio Lupo.

Synonetum] Publicam cõparationem ſpecierum, quæ in

commune fiebat, Imp. appellāt, l. 1. de public. cōparat. in C. Theod. quā coemptionē appellari in l. 2. C. de frumēto urb. Const. an. & in rubric. ut nem. hic. in coemp. spec. se excusat.

Synonyma] pen. corr. synonymorum (συνώνυμα) Quæ sub diuersis uocibus idē significant: ut ensis, mucro, gladius.

Synonymia] συνωνυμία, figura quæ cōmunio nominis interpretatur. Vtimur aūt eo genere elocutionis, quoties uno uerbo non satis uidemur dignitatem, aut magnitudinem rei demonstrare. Ideoq; in eandem significationem plura conferuntur: ut si dicamus, Prostrauit, affixit, perculit.

Synope] Vide Sinope.

Synopsis, σύνοψις. Perscriptio, repertorium, seu inuentarium: deducto nomine ex eo, quòd quæ latè patebant, in unum cō tracta simul omnia conspici cerniq; possint. Vlp. in l. 5. §. 7. de reb. eo. qui tut. uel cur. sunt. Aut si nemo (inquit) inueniatur, aut suspecti sunt qui inuentūtur, iubere debet edi rationes: itemq; Synopsim bonorum pupillarium, aduocatūq; pupillo dare.

Syntagma] syntagmatis, n. g. (σύνταγμα) Ordo, exercitus in classem distributio, & ad stipēdiarijs ad bellū gerendū. Est quoq; liber & uolumen studio conscripti & elaboratū non ex tēpore & sine cura, sed quod dictionē habet compositioni congruam, & capitum diuisionem rectè atq; ordine digestam. Est nonnunquam constitutio atq; ordinatio. Testimonia citat Bud. in Comment. ling. Græcæ.

Syntaxis] huius syntaxeos, f. g. (σύνταξις) Constructio & series. τάξις enim series & ordo dicitur. Vide Grāmaticos.

Syntereſie.] pen. prod. f. g. Attentio, conseruatio, Pars animæ, quæ semper aduersatur uitijs. συντήρησις.

Syntexis] fœ. g. (σύντηξις) Latinè defectio dicitur, & animi deliquium, quæ & syncope Græcis etiam dicitur. Plin. lib. 22. cap. 25, Talis sorbitionis genere emendantur syntexes, id est, defectiones ex longis morbis sumptæ. Huius autem emendatio, propriè recreatio & restauratio dicitur.

¶ Synteticus, pen. cor. Adiect. (συντητικός) qui syntexi frequenter corripitur, & animi deliquio laborat. Plin. lib. 22. cap. 23. 10, Præcordiorum uitijs, syntecticis, comitialibus in uino, in aqua mulsa linguæ paralysi. Idē lib. 28. cap. 9. 3.

Synthema] pen. prod. synthematis, pen. cor. (σύνθημα) signum bellicū, quod datur instructæ aciei. Item tessera uigilarum, quæ erat tabella scripta à Tribuno data: item nota & tessera quædam epistolaris, commendatrix eius qui eam reddebat. In Pandectis item Græcis Synthemata uocantur diplomata, quæ his dabantur, qui cursu utebātur. Synthemata item dicuntur breues quædam & obscuræ sententiæ, & quædam quasi ænigmata, altiorem quendam & recōditū sensum occultantia: cuiusmodi sunt Pythagoræ symbola. Habet & alia significata apud Græcos, quæ quoniam ad linguæ Latinæ instructionem non pertinent, ex Græcorum Lexicis petenda relinquimus.

Synthesis] pen. corr. huius syntheseos, f. g. (σύνθεσις) Latinè compositio dicitur. Figura, quum singulare nomen multitudinem significans, uerbo pluralis numeri iungitur: ut Virg. 1. Aeneid. 44, Pars in frusta secant.

Synthesis, Vestis genus & uarius ornatus, quo ditiores ad sumptum uti solent, ut ferè quolibet die uaria uestimentorum genera assumant: quæ uarietas & cōpositio, antiquis synthesis appellata est. Martialis lib. 14. 1,

Synthesibus dū gaudet eques, dominúsq; Senatus, &c.

Et mutata tibi synthesis undecies. Sueton. in Nerone, cap. 51, Ac plerunq; synthesim indutus, ligata circū collū sudario prodierit in publicū, sine cinctu & discalceatus,

Synthesis, Congestio, aceruus. Sumitur enim pro tota uestis in uestiario compositā. Scæuola in. Titia, de auro & argento leg. Sempronie coopertoria tabiana, & tunicas tres cum palliolis quæ elegerit, dari uolo. Quæro an ex uniuersa uestē, id est, ex synthesi, tunicas singulas & palliola Sempronia eligere posīt? Respondi: si essent tunicæ singulæ cū palliolis relictæ, ex ijs duntaxat eligi posse. Quòd si non essent, hæredem uel tunicas & palliola ex synthesi prælaturum, uel ueram æstimationem earum. Sic. in l. alumne. §. Titia. De adimendis leg. Synthesim, id est, omnem possessionem prædiorum. Martial. 2. 46,

Sic micat innumeris, arcula synthesibus. Ex Budæo.

Synthesis, Vasorum compositio, qua multa eiusdem generis nasa in se inuicem includuntur. Stat. 4. Sylu. 99,

Aut unam dare synthesim, quid horres?
Alborum calicum atq; cacaborum?

Syntomia] συντομία, quam Latinè concisionem uertere possumus: figura est, qua res quantumuis magnæ, breui & cōpendioso uerborū ambitu redduntur. Quā eandem nonnulli Græcorum ἐνέργειαν appellant, à luce, quam rebus addit, nonnulli etiam ἐνάργειαν. Dicta συντομία, ἀπὸ τῦ συντέμνειν, quod est concidere, abbreuiare.

Syphax] huius Syphacis, pen. indiff. (σύφαξ) fuit Numidarum rex: Cuius Liu. sæpe meminit. Ouid. 6. Fast. 154,

Postera lux melior, uincit Masanissa Syphacem,
Et cecidit telis Hasdrubal ipse suis. Intelligit. VIII.

Dirus Syphax. Claud. de bello Gild. 19. & c. (calen. Iulij.

Victi monumenta Syphacis. Propert. lib. 3. eleg. 11. 11.

Syracusæ] pen. prod. (συράκουσαι) Ciuitas Siciliæ, sub Pachyno monte sita ubi fons Arethusa. Cic. 6. Verr. 104, scribit, Syracusas urbem esse maximam Græcorū urbium, pulcherrimamq;, quæ ex quatuor quasi urbibus maximis constare uidebatur: quarū una, Insula nominatur, altera Achradina, tertia Tyche, quarta Neapolis. Idem. 4. Verr. ubi de Marcello agit, ait urbē pulcherrimā Syracusas: quæ quum manu munitissima esset, tū loci naturā, terra ac mari claudebatur. Syracusani multos claros principes habuerunt, sed præcipuè clarissimū Dionysiū seniorē. Solinus in Polybisto re scribit, in Sicilia primum comœdiam inuentam fuisse. De Syracusis uide Diodorum lib. 16. ubi de rebus Dionis.

¶ Syracusius, uel Syracosius possessiuū (συρακούσιος) Virg. eclog. 6. 1, Prima Syracosio dignata est ludere uersu.

Sed Græcè dicitur: nā Latinè Syracusanus dicitur, teste Serio.

Poeta Syracosius. Ouid. in Ibin, 110,

Vt quæ Syracosio, præstricta fauce poetæ,
Sic animæ laqueo sit uia clausa tuæ.

Ars Syracosia. Ouid. 6. Fast. 56,

Arte Syracosia suspensus in aere clauso
Stat globus, immensi parua figura poli.

Syræum] σύραιον, inquit Paulus Aegineta, pleriq; appellauerūt decoctū ficorum, quod & defruto nomē est. Græcisq; etiam hepsema dicitur. Hippocrates scion uocat.

Syria] συρία, σύριος, Regio Asiæ, quæ ab Oriēte fluuio Euphrate, ab Occidente nostro mari & Aegypto terminatur à Septētrione habet Ciliciam, & partē Cappadociæ, à Meridie Arabiā. Cuius insignes ciuitates, ut lib. 5. refert Ptolemæus, sunt Laodicea, Hierapolis, Antiochia, Apamea, Palmira, Heliopolis, Ptolemais, Sidon, Tyrus, Beritus, Botris, Tripolis, Biblus, Seleucia, Cæsarea, & Damascus. Montes clari, Carmelus, Casius. Libanus. Fluuij, Euphrates, Crisoras, Singas. Regiones, Phœnicia, Palæstina, Iudæa, Idumæa, Comagena, & Samaria. Hæc regio in medio orbis cōstituta est: quò fit ut nec frigore nimio rigeat, nec calore torreatur. Sunt qui quadripartitam faciunt diuisionē, in Syricos, Assyricos,

Assyricos, Leucosyrios, & Cœlesyrios, Plin. lib. 5. cap. 12, Syriæ totius Assyriā partē facit. Multi cōfundunt, ut Herodotus: qui Syros à Græcis dictos, Assyrios à Barbaris dici, scribit, & illis Chaldæos adnumerat. Acron quòq; & Porphyrio, insignes grammatici, apud Horatiū, eā quæ nunc Syria dicatur, olim Assyriam dictā, addita syllaba, scribūt. Idē sentit lib. 23. Ammianus Marcellinus. Dion in Traiani uita Assyriam Barbaris dictā, S litera in T mutata, quam Assyriam nos uocemus, indicat. Scriptores in eo ferè cōueniunt omnes ut Syriæ & Assyriæ nomina confusa esse credant.

Populi Syriæ. Lucan. lib. 3. 43.

Decora Syria. Claud. 2. in Eutrop. 115.

Opima & fertilis Syria. Cic. pro Domo sua, 18.

¶ Syrus, & Syrius, (σύρος) Qui ex Syria est. Cic. 3. de Nat. deor. 51, Piscem Syrij uenerantur. Ouid. 2. Fast. 95,

Inde nefas ducunt genus hoc imponere mensis,
Ne uiolent timidi piscibus ora Syri.

Agmina Syrorum. Stat. 1. Sylu. 6. 15.

Syri uænales. Cic. 2. de Orato. 148.

Palæstinus Syrus. Tibull. lib. 1. eleg. 74.

¶ Sirius, Adiectiuum (σύριος) ut, Syria pyra. Colum. lib. 5. cap. 10. 12. Et sunt Crustumina regia, Signina, Tarentina, quæ Syria dicuntur.

Munere Syrio plenus onyx. Propert. lib. 2. eleg. 14. 6.

¶ Syrus, aliud adiect. (σύρος) Horat. 1. Carm. ode. 31. 3,

Vina Syra.

¶ Syriacus, pen. corr. Possessiuū (συριακὸς) ut, Syriaci boues. Id est, Qui sunt in Syria. Plin. lib. 8. cap. 45. 4.

Prætor Cilicensis & Syriacus. C. c. Q. fratri, lib. 1. 2. 12.

Radix Syriaca, pro silphio, & quod Latini laserpitiū uocant: quia, inquit Dioscorides, ex Siria & Media, optima hujusce modi radix adferretur. Colum. lib. 11. cap. 13. 3, Nec minus si uernum æstiuum fructum uoles habere. Syriacæ radicis & rāpæ napiq; semina obrues. Vulgus nostrum hanc herbā, ut inquit Ruellius, pariter & radicē ab autoritate & nobilitate, angelicam, & radicē sancti Spiritus, & imperatoriam, appellat.

Ros Syriacus, pro succo radicis silphij, qui Græcis opos cyrenaicos etiā dicitur: hoc est, succus Cyrenaicus: quòd in Cyrenaica prouincia, quēadmodū et in Syria, optimus nasceretur in silphio. Colum. lib. 12. cap. 41. 3, Tres heminæ roris Syriaci cōtriti super omnia adijciuntur, Latini quidam laser Syriacum appellant: uulgus nostrum beneuinum, siue ben Iudaicum: quòd, inquit Ruellius, Iudea parens eius mittat ad nos prolem suam.

¶ Syricus, pen. corr. Possess. (συρικὸς) ut Syrica mala. Colum. lib. 5. cap. 10. 13. Præterea malorum genera exquirenda, maximè, scandiana, id est, Syrica.

Syricum atramentum. Plin. lib. 35 cap. 6. 1. Idem lib. 33. cap. 7 8, Sublimi autē Syrico mimium, cōpendij ratio demonstrat. Quo loco Hermolaus, Syricū, inquit fictitius colos est, ex synopide ac sandyce mystis, quo nimium adulteratur. Vetus codex legit, scyrico.

Syriarcha] Qui Syriarchiam exercet. l. ult. de expensis ludo in C. Theod. Posteriores Patriarcham huiusmodi appellasse, author est Xiphilinus.

¶ Syriarchia, Sacerdotij genus in Syria l. 1. C. de nat. lib l. unis. C. de Offic. Com. Orient. l. 103. de decurionib. in C. Theod. Nouel. 85.

Syria] est crassius indumentum, pinguiusq; uel quod in Cappadocia; quàm Syris contribuunt, confici soleret. Cælius Rhodig. lib. 9. Lection. antiq. cap. 3.

Syrianus] συριανὸς, Alexandrinus philosophus. Platonicus: docuit Athenis, scripsitq; in totum Homerum commentarios, libros septem in Platonis Rempub. & alia. Huius discipulus & successor fuit Proclus. Suidas.

Syrictæ] συρίκται, ut ex Megasthene notat Plin. cap. 2. lib. 7. gentes sunt inter Nomadas Indos, narium loco foramina tantùm habentes, anguium modò loripedes.

Syringa] & plurali Syringæ, sunt fistulæ, generis non unius. est enim quæ dicatur monocalamos, à Mercurio inuēta: sicut à Sileno policalamos, à Marsia Ceroderos. Subdit Cælius lib. 9, Lectiō. antiq cap. 3, Scire cōuenit, Syringos notionem esse nō unam: quippe est quando appellatione ea in rotæ foramen iniecta: portio axis, intelligatur; quin & foramen ipsum σύριγγα. Oblōgior autem fossa dicitur Syrinx: sed hastæ repositorium quoque. Est & syringa cauū instrumentum, quo sensim aqua mittitur.

Syringites] συριγγίτης Gemma, quæ stipulæ internodio similis est, ac perpetua fistula cauatur Plin. lib. 37. cap. 10.

Syrinx] σύριγξ, Nympha Arcadiæ, quæ Nympharum precibus mutata est in palustres calamos, quum acrius eā in se queretur Pan rusticorum deus Martial. lib. 9. 63. Ouid. 1. Metam. 139,

Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas
Naias una fuit, Nymphæ Syringa uocabant. Vide hoc loco totam fabulam.

Syriscum] est Vas plexile, in quod conijciantur fici: sed Hyriscum pronunciant alij. Cælius lib. 9. cap. 3.

Syrissa] æ, Mulier è Syria (σύρισσα) nam quemadmodum à Libijs fit Libyssa, ita à Syrus Syrissa. Virg. in Moreto:

Copa Syrissa, caput Graia redimita Mitella.

Syrites] Lapis, qui in lupi uesica nascitur (συρίτης) Plin. lib. 11. ca. 37, In uesica lupi lapillus, qui Syrites appellatur.

Syritha] συρίθα Filia fuit Syluach, Danorum regis, tantæ pudicitiæ, ut cum ob elegantiam f. rmæ, magna procorum frequentia peteretur, spretis tamen omnibus prætulerit cælibatum. Saxo lib. 7.

Syrius,] σύριος, Stella est in ore Canis posita: quæ annis omnibus oritur circa octauam Iulij calendas: quæ orta plerunq; pestilenti im toto anno facit, plerunq; paucis diebus: interdum innoxia nascitur. Hinc est

—Et in totum reg naret Syrius annum. Item suprà,
—Et lethifer annus. Tunc autem pestilentiam creat, si in hanc rem etiam cæterorum cōsentiat. cursus astrorum. Hæc Seruius, in illud 3. Aeneid. 28,

Iura domosq; dabam, subitò quum tabita membris
Corrupto cœli tractu, miserandaq; uenit
Arboribusq; satisq; lues, & lethifer annus.
Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant
Corpora: tum steriles exurere Syrius agros:
Arebant herbæ, & uictum seges ægra negabat.

Syrma,] σύρματις, pen. corr. neut. gen (σύρμα) Genus uestis tragicorum: uel cauda siue tractus uestis fœminarum. Martialis libro 12. 91,

Aptasti longum tu quoq; syrma tibi. Idem lib. 1. 155.
Musa nec insano syrmate nostra tumet.

Syrmæi] συρμαῖα, Cibi genus, ex adipe & melle confectū, purgationibus in primis aptum. Idem certantinis genus apud Spartanos in quo uictor huiusmodi Syrmea donabatur. Item Raphani genus apud Herodotum. Cælius libro 27. cap. 3.

Syrna,] σύρνα, Oppidum in Cherroneso, Cariæ adhærenti, à Podalirio conditum, & à nomine σύρνος uxoris eius appellatum. Ferunt enim podalirium, quum in Cariam esset ejectus, à Caprario quodam fuisse seruatum, & ad Damethū regē deductū: cuius filiam de tecto delapsam, quū detracto ex utroque brachio sanguine seruasset admiratus hominis

ingenium Damæthus, filiã eius beneficio seruatã, ei uxorẽ tradidit, Cherrhoneso illi in dotem attributa. Autor Steph.

Syrophœnix] συροφοίνιξ, Qui habitat in ora maritima Syriæ, circa Euphratem, cuius pars Idomæa & Iudæa. Iuuen. Satyr. 8. 16,

O huius assiduo Syrophœnix udus amomo.

Syrpe] Pars quædam silphij. Priscianus eius mentionem facit, & comicus Plautus his uerbis.

Si sperasti tibi hoc anno multum futurum
Syrpe & Laserpitium,
Eamq; euenturam exagogam Capuam saluam & sospitem. Ea res magnæ æstimationis & precij erat. Quare dicit calumniator apud Aristoph. Non si mihi donaueris Ditẽ ipsum, et Balti silphiũ. Sed & Syrpe uidetur appellari ipsum Laserpitiũ, uoce à Græco nomine silphij degenerante. Solinus apud Cyrenẽses præterea syrpe gignitur, odoratis radicib. uirgulto herbido magis quã arbusto. Turnebus.

Syrtigabis] Darij mater, quæ audita morte Alexandri, sese perpetua nocte dedit. Author Curtius: apud quem sunt qui legant, syrsigambis.

Syrtis] huius Syrtis, uide Syrtidis, siue Syrtides, f. g. Syrtes (σύρτεις) sunt loca circa fines Aphricæ, Aegyptũ uersus periculosissima: ab σύρειν, trahere. Est enim inæqualitas maris & terræ magna, et in uno loco profundissimã, in alio uerò satis uadosa. Spirante q; uento cumulus arenæ, qui supra mare fuerat, in profundissimas refidet ualles: et qui deprimebatur, mox super aquas egeritur. Et sunt duæ, pares natura, impares magnitudine: quæ dicũtur maiores & minores, et spacio passuũ ducentorũ quinquaginta millia separantur. Minor à Carthagine trecentis millib. passuũ distat, & totidẽ ambitus. Liu. 4. bel. Maced. 226, Ora est minoris Syrtis, & agri huberis: una ciuitas eius Leptis. Maior quadringentis uigintiquinq; millib. passuũ. Plin. lib. 6. cap. 30. & lib. 7. cap. 2, Cuius sepulchrũ à parte Syrtiũ maiorũ est. Seruius uerò, ubicũq; sunt arenosa loca in mari, Syrtes asserit uocari. Hoc nomen etiã declinatur hæc Syrtis, & has Syrtis, ut ait Priscianus. Virg. lib. 10. Aen. 136,

In Syrtis in saxa uolans, &c.

Barbaræ Syrtes. Horat. 2. Carm. ode 6. 1.
Aestuosa Syrtes. Horat. 1. Carm. Ode 22. 1.
Exercitatæ Syrtes Noto. Horat. Epod. 9. 7.
Getulæ Syrtes. Virg. 5. Aen. 11,
Inhospita Syrtis. Virg. 4. Aeneid. 9.
Libycæ Syrtes. Lucan. lib. 1. 99.
Naufraga Syrtis. Silius lib. 17. 128.
Paretoniæ Syrtes. Lucan. lib. 3. 59.
Vastæ Syrtes. Virg. 1. Aeneid. 30.
Sæuas accedere Syrtes. Valer. 9. Argon. 18.
Libycas perrumpere Syrtes. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 5.
Patrimonij Syrtis, per translationem. Cic. 3. de Orat. 89, Syrtim patrimonij, scopulum libentius dixerim.

¶ Syrticus, pen. prod. Adiect. (συρτικὸς) ut, Hammon Syrticus. Lucan. lib. 10. 3.

¶ Syrtitæ, Gemmæ sunt, quæ in litore Syrtiũ inueniuntur. Syrtitæ (inquit Plin lib. 37. cap. 10,) in littore Syrtiũ, iam quidem & in Lucania inueniuntur, è melleo colore croco refulgentes: intus autem stellas continent languidas.

Syrus] Syra, Syrum, Possessium: item Syrius, Quod ex Syria est. Vnde Syri & Syrij, qui ex Syria sunt. Vide Syria.

Syrus] Σύρος, prima producta, Strabone lib. 10, insula, è qua Pherecydes Babius duxit originem. Huius mentionem fecisse uidetur Homerus, Syriam illam appellans,

Insula quæ Syria Ortygiæ, stat littore supra.

Syrus] σῦρος, Fossa ubi reconditur frumentum. Syros, inquit Curtius libro 6, uocant barbari circa caucasum: quos ita solerter abscondit, ut nisi qui defoderint, inueniri nõ possint. In ijs conditæ fruges erant. Plin. lib. 18. cap. 30, Vtilissimè tamen seruantur in scrobibus quos syros uocant, ut in Cappadocia & in Thracia, Hispania & Africa. Budæus cõtendit scribendum esse per i Latinum, quod facilè crediderim: nam Græca dictio non est.

Syscia] Castellum est penes Segesticam ea in uia quæ in Italiã ducit, ex Danubij finibus. Strabo lib. 7.

Syssitos] σύσσιτος, Latinè sodalis. Caius iurisconsul. l. ult. D. de colleg. Sodales sunt, qui eiusdem collegij sunt.

Systole] pen. cor. f. g. (συστολὴ) Correptio: figura est, quum longa syllaba cõtra eius naturam corripitur, ut apud Virg. 1. Aeneid. 16,

Connubio iungam stabili, propriamq; dicabo.

Vbi Nu breuem posuit, quæ naturaliter longa est. nam alio loco longam posuit: ut 3. Aeneid. 64,

Hectoris Andromache Pyrrhi connubia seruans.

Syzygia] συζυγία, idem quod cõiugiũ, siue cõiugatio. Galen. lib. 8. 9. & 10, De usu partiũ, Septem illas pariũ neruorũ productiones, quib. sensus à cerebro in uniuersum corpus distribuuntur, Syzygias appellat. Harũ prima est neruorũ, opticum, hoc est, uisoriorũ, qui circa medium sui coeuntes, χ Græcæ literæ imaginẽ referunt: rursus quæ separati, in oculos, recipiuntur, quib. spiritum uisorium subministrãt. Secundæ Syzygiæ nerui in oculorum musculos inserti, motum ijs suppeditant. Tertia gustus sensum in linguam relicta quaq; oris partes defert. Quarta toti palati tunicæ inseritur. Quinta ad aures fertur, ijsq; sensum auditus suppeditat. Sexta ad intestina uisceraq; omnia sensum transmittit, neurosq; recurrentes producit. Septima dat motũ linguæ, & rectis laryngis musculis. Est & alia præter has, quæ uersus nares odoratus gratia defertur: quæ idcirco non annumeratur inter neruorum syzygias, quòd extra craneũ non prodeat Galenus in lib. De dissectione neruorum, & libro 8. 9. & 10. De usu partium.

T

LITERA cõsonans, cognationem quãdã cũ D. habet, ut testatur Quintil. lib. 1. cap 4. 12. Nam ueteres alessanter, Cassantra scripserunt: nos modò Alessãder, uel Alexãder, & Cassandra. Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. Tribunis plebis intrare curiam non licebat: ante ualuas autem positis subsellijs, decreta patrum attentissima cura examinabant: ut si qua ex eis improbassent, rata esse non finerent. Itaq; ueteribus Senatusconsultis T litera subscribi solebat: eaq; nota significabatur, illa Tribunos quoq; censuisse.

Tabanus] tabani, pen. cor. mascul. gen. (οἶστρος, μύωψ) Genus uermis, à quibusdã asilus dictus. Plin. lib. 11. cap. 28, 4. Reliquorũ quibusdã aculeus in ore, ut asilo, siue tabanũ dici placet, &c. Varro 2. de Re rustica, cap. 5. 13, Itaq; quòd eas æstate tabani cõcitare solẽt, & bestiolæ quædã minutæ subcauda, &c.

Tabella, Tabellæ, & Tabellarius] Vide Tabula.

Tabeo] Tabes. Vide Tabes.

Tabereni] pen. prod. (ταβερνοὶ) Populi iuxta Chalybes, Pomponio lib. 1. quos Strabo Tabarnos nominat. Rectius Tibareni, uel Tibareni dicendi, teste Hermolao. Iustissimi sunt illi, nec prius prælio congrediuntur, quàm diem, locum

cum & horam, ex fide hosti denunciarint. Quum mulier partu liberatur, uir in lectulum tanquam pueri author decumbit, cumq; ut puerperam effœta uxor curaret: ex Nymphodoro Cælius annotauit. Valerius Flaccus lib. 5. Argon. 39. Quo de loco doctissima extat Angeli Politiani epistola ad Pomponium Lætum.

Taberna] tabernæ (οἴκημα) Dicitur quasi trabena, à trabibus, quibus superiora sunt suspensa, ut ait Donatus. Accipitur pro omni ædificio quod est utile ad habitãdum, ex eo quòd taberna tabulis claudebatur, siue coopericbatur: ut ait Vlpianus de uerbo. signif. Cic. Attico, lib. 14. 305. 4. Tabernæ mihi duæ corruerunt. Idem ad Quintum fratrem, lib. 3. 23. 1. Iuuenalis Satyr. 3. 30,

Fixa catenatæ siluit compago tabernæ.

Arcana taberna. Propert. lib. 4. eleg. 8. 4.
Diuersoria taberna. Plaut. Menæch. 5. 7. 5.
Instructa & ornata taberna. Cic. pro Cluent. 142.
Meritoria taberna. Vide Mereo.
Obscuræ tabernæ. Horat. de Arte, 47.
Sulpitia taberna. Catull. ad conturbernales, 35. 1.
Claudere tabernam. Cic. pro Domo sua, 43.
Diuertere in tabernam. Cic. 2. de Inuent. 121.
Taberna (ταβερνάριον) Vbi opera ipsa, cæteraq; merces uenditantur. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 15,

Nulla taberna meos habeat, neq; pila libellos.

Libraria taberna. Vide Liber.
Tabernarius, tabernarij, masc. gen. (κάπηλος) Qui in taberna uenditat. Cicero pro L. Flacco, 14, Opifices & tabernarios, atque illam omnem fæcem ciuitatum quid est negocij concitare?
Clodius concitator tabernariorum. Cic. pro Domo sua. 11.
Tabernarius, qui uinum uenditat: sicut aquarius, qui uendit aquam. Cælius ad Cic. lib. 8. 6. 9, Nisi ego cum tabernarijs & aquarijs pugnarem, ueternus ciuitatem occupasset.

¶ Tabernarius, Adiectiuum (καπηλικὸς) ut, Comœdiæ tabernariæ, in quibus non Magistratus, sed humiles personæ inducũtur. Dictæ quòd olim tabulis domus uulgò tegerentur.

¶ Tabernaculum, tabernaculi, pen. corr. (σκῆνος, σκήνωμα, Tectum castrense, quod ueluti taberna quædam sit. Cic. 2. Nat. deor. 16, Se quũ legeret libros, recordatũ esse uitio sibi tabernaculum captum fuisse in hortos Scipionis.
Militare tabernaculum. Cic. de clar. Orat. 18.
Collocare sibi tabernaculũ in aliquo loco. Cic. in Pisonem, 48.
Perpotare totum diem in aliquo loco posito tabernaculo. Cic. 7. Verr. 69.

Tabes] tabis, f. g. (φθίσις, φθισις, τυκεδὼν, μαρασμὸς). Morbus est, cuius tres species sunt. Vna, qua corpus non alitur, & naturaliter semper aliquibus decidentibus, nullis uerò eorum locum subeuntibus, ita summa macies oritur, & nisi occurritur, tollit. Atrophiam hanc Græci uocant. Alia est, quam appellabant cachexiam. ubi malus corporis habitus est, ideoq; omnia alimenta corrumpuntur: quod ferè fit, quum longo morbo uitiata corpora etiamsi illo uacant, refectionẽ tamen non accipiunt. Tertia est species, quam Graci phthisim nominãt, ἀπὸ τοῦ φθίνειν, quod est consumi et tabescere. Oritur ferè à capite, inde in pulmonẽ distillat: huic exulceratio accedit. Et hæc febricula leuis fit, quæ etiã quũ quieuit, & tamen repetit: frequens tussis est, pus excreatur. Hæc Sipontinus ex Celso lib. 3. cap. 22. Festus, Tabem eam quæ faceret tabescere, apud antiquos usurpatũ. Sallust. lib. 4, histor. Qui quidem mos, ut tabes in urbem coniectus. Et Cornimus pro Liburnia, Propter hanc tabem atq; pernitiẽ domus totius. Hactenus Festus. Virg. 6. Aen. 89,

Hic quos durus amor crudeli tabe peredit. Vbi Seruius, Tabe, corpore defluente paulatim.

Cæca tabe liquefactæ medullæ. Ouid. 9. Metam. 35.
Funesta tabes uenęni. Ouid. 2. Metam. 10.
Lenta tabe liquitur. Ouid. 2. Metam. 162.
Pallida tabes luci. Lucian. lib. 4. 20.

Tabes interdũ aliquid cruentũ significat, quod propriè Tabũ nominãtur: q; sanies & sanguis corruptus. Virg. 3. Aen. 6,

Et terram tabo maculant. Vbi Seruius, Tabo, corrupto sanguine. Et est nomen, casus septimi tantum, ut sponte, natu. Quod si uelis declinare, hæc tabes, huius tabis dicis. Idem 8. Aeneid. 98,

—& sanie, tabóq; fluentes Seruius, Sanies mortui est: tabo, uiuentis scilicet sanguinis. Cic. 1. Tusc. 172,

Saxa spargens tabo,
Sanie & sanguine atro. Ex poeta, Ouid. 2. Met. 153,
Protinus inuidiæ nigro squalentia tabo.
Tecta petit. Vbi interpres, Diptotum nomẽ est, duorum casuum. Nam tabi & tabo, solũm inueniuntur.

Turbi dilapsa cadauera tabo. Virg. 3. Georg. 112.
Atro tabo fluentia membra. Virg. 3. Aen. 126.
Infecit pabula tabo. Virg 3. Georg. 97.
Putri tabo liquentia cadauera. Silius lib. 13. 99.
Crasso tabo oblita cuncta rubent. Stat. 5. Thebaid. 63.
Martifera tabe tincta sagitta. Ouid. 3. de Ponto. eleg. 1. 6.
Vndantẽ tabem per auras latè torquet serpens. Sil. lib. 17. 91.

Tabes etiam dicitur uis corrumpendi putrefaciendiq;. Liu. lib. 10. bell. Maced. 15, Arca altera manis inuenta sine ullo uestigio corporis humani aut illius rei, per tabẽ tot annorum omnibus absumptis.

Arborum tabes. Plin. lib. 17. cap. 24. 15, de uitijs & morbis arborum, Quædam temporum causæ aut locorum non propriæ dicuntur morbi, quoniam protinus necantis sicut tabes cum inuaserit arborem, aut uredo uel flatus aliquius regionis proprius, &c. Quæ uerba Plinij ad uerbum ferè ex quarto Theophrasti, de plantis transcripta sunt: qui hanc tabem ἐπιπλοκὴν τῶν ὁλοσήρων uocat, quasi perculsionem aut stuporem arborum, quam stirpes arescunt tabido morbo exucti, eo modo quo homines ægri longa tabe emaciati.

Nimborum tabes. Lucret. lib. 1. 165, (ti, defectiq;
Imbribus, & tabe nimborum arbusta uacillent.

Fori tabes. Tacit. lib. 11, Et quomodo uis morborũ precia medentibus, sic fori tabes pecuniam aduocatis ferat.

¶ Tabitudo, penul. prod. tabitudinis (τῆξις) Idem quod tabes Plin. lib. 22. cap 25. 9, Peculiariter tamen longo morbo ad tabitudinem redactis subuenit. De alica.

Tubidus, pen. cor. Adiect. (τηκεδὼν, μαρασμώδης) Corruptum quod tabem patitur. Mart. lib. 1. 74,

Indignas premeret pestis quum tabida fauces.

Lues tabida. Virgil. 3. Aeneid. 28.
Mens tabida facta. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1. 14.
Vetustas tabida consumit ferrũ. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 10.
Tabida nix, quum iam consumitur, et colorem prorsus amisit, ut iam fœci simillima sit. Liu. 1. bel. Pun. 135.

¶ Tabificus, pen. cor. Adiect. (φθοροποιὸς, φθισικὸς) Quod tabem inducit. Vnde à Cicerone lib. 4. Tusc. 155, ægritudo & metus, tabificæ mentis perturbationes dicuntur, quoniã mentem lacerant, tabem, cruciatum, & afflictionem infecerunt. Plin. lib. 8. cap. 10. 2, Et terram edisse ijs tabificũ est, nisi sæpius mandant.

Aer tabificus. Lucan. lib. 5. 23.
Saniem tabificam expirat serpens. Sil. lib. 6. 56.
Vis tabifica. Plin. lib. 29. capite 4. 8, Non enim est tabifica uis: itaque occisa morsu earũ animalia cibis innoxia sunt.

¶ Tabificabilis, & hoc tabificabile, penul. corr. (μαραντὸς)

à ueteribus dicebatur. Accius, Pars neci, orbificor liberorũ letho tabificabili.

¶ Tabeo, tabes, tabere: siue,

¶ Tabesco, tabescis (τήκομαι, μαρόνομαι, ἀτροφῶ) tabescere, Interiore sensu liquescere & cõsumi. Et propriè in amore & mœrore tabescere dicimur, quamuis de alijs dici possit. Gell. lib. 7. cap. 8, Delphinus amans desyderio tabuit exanimatusq; est. Plaut. Cap. 4. 31,

Ego qui tuo mœrore materor,
Macesco, consenesco, & tabesco miser.

Artus tabentes. Virg. 1. Aeneid. 36.
Ceræ labuerant. Ouid. 8. Metam. 46.
Corpora tabent. Ouid. 7. Metam. 110.
Dies tabescit, quæ ad occasum tendit. Plaut. Sticho, 11. 6.
Galea tabescens. Claud. 4. Paneg. 69.
Humor calore tabescit. Cic. 2. de Nat. deor. 39.
Sal tabescit. Cato de Re rust. Id aliquoties in die, quotidie facito, usqueadeò donec sal desierit tabescere.
Animus tabescit assiduis curis. Ouid. 5. Trist. eleg. 1. 16.
Desyderio alicuius tabescere. Cic. in Catil. 29.
Ipsi ita acerba, ut tabescat dolore. Cic. ad Att. lib. 2. 36. 6.
Dolore ac miseria tabescere. Terent. Adelph. 4. 3. 12.
Lumina tabescunt fletu. Catull. ad Mallium, 63. 11.
Luctu æterno tabescere, Lucret. lib. 3. 187.
Molestijs & morbo tabescere. Cic. 4. Tusc. 56. Et 3. de Natura deor. 122.
Ocio tabescere. Cic. ad Att. lib. 2. 29. 2.

Tablinum] tablini, pen. prod. (ταμιεῖόν) Locus hybernæ stationis, atrio proximus, quòd ferè ex tabulis cõstaret: ubi tabulæ & instrumenta publica monumentaq; rerũ gestarum, actarumq; asseruantur: aliàs grammatophylacium dicitur. Plin. lib. 35. cap. 2. 3, Tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in Magistratu gestarum. De priuato tabulario uel tablino Plinius intellexit. Cic. 3. de Nat. deor. 105. Tabularium dixit Apul. lib. ult. Florum, Medici cum intrauerint ad ægrum, uti uisant, nemo eorum quòd perpulchra tablina in ædibus uisant, & lacunaria auro obdita. Festus, Tablinum proximè atrium locus dicitur, quòd antiqui Magistratus in suo imperio tabulas rationum ibi habebant: publicarum rationum causa factum locum. Alij dicunt tablinum, à tabulis. Hactenus Festus.

Tabo] Ablatiuus. Vide Tabes.

Tabor] ταβώρ, Mons in medio Galilææ sublimis.

Tabraca] pen. cor. (τάβρακα) Oppidum est Africæ minoris, Silius Sabatram nominat libro 3. 52,

Sabatra tum Tyrium uulgus, &c. Alijs Tabatra: quod minimè mirum est. Barbara enim uocabula inepta sunt, nec semper eodem sono utraq; lingua efferri consueuerunt, ut Hermolaus scribit, Claud. in præfat. libro 2. in Eutrop. 15.

Inclyta captiuo memoratur Tabraca Mauro.

Tabula] tabulæ, pen. corr. (σανὶς, σανίς, πίναξ, πλάτος, πλάξ, σανίς) Notæ significationis.

Imago alicuius in tabulis. Cic. 5. de Fin. 6.
Incisa tabula his literis. Vide Incido. pen. prod.
Imprimere tabulas parieti. Vide Imprimo.
Votiua tabula. Horat. 1. Carm. ode 5. 3.
Arripere tabulam de naufragio. Cic. 3. Offic. 120.
E naufragio tabula. Vide post Nauis.
Pictæ tabulæ. Horat. 1. epist. 2. 11. Cicero pro Rosc. Amer. 79, Quid præterea? cælati argenti? quid stragulæ uestis? quid pictarum tabularum? quid signorum? quid marmoris apud illum putatis esse?
Laceræ tabulæ. Ouid. 11. Metamorph. 86.

Ad tabulam decumbere. Vide Decumbo.
Tabula cerata, in qua antiqui scribebant. Plaut. Asin. 13. 19.
Tabula, Liber est quem sibi quisque nostrum priuatim facere consueuit, quasi quoddam memoriæ promptuarium eorũ quæ agimus: id est, diarii & ephemeris actionũ nostrarum. Liu. lib. 4, de censura loquens, Constitutum est eam domum unicuique nostrum deberi existimari, ubi quis sedes & tabulas haberet, suarumq; rerum constitutionem fecisset. Budæus.
Tabulæ accepti & expensi, Rationes in quas acceptæ & expensæ pecuniæ referebãtur. Cic. 31 Ver. 46. Idem pro Rosc. Comœdo, 2, Sit tabulas C. Fannius accepti & expensi proferat suas in suam rem, suo arbitratu scriptas, quo minùs secundum illum iudicetis, non recuso.
Tuis tabulis causam dicis: pro Domesticis rationib. Cic. in Vat. An tuis solis tabulis causam te dicturum existimasti? Ibid.
Tabulæ nouæ appellantur, quãdo debitores creditis pecunijs cum usuris persoluere, non coguntur ipsis creditoribus, & abolitis prioribus debitis nouæ tabulæ cõficiuntur. Cicero 2. Offic. 123, Tabulæ uerò nouæ quid habent argumenti, nisi ut emas tibi meã pecunia fundum, eum tu habeas, ego non habeam pecuniam?
Vindices enim tabularum nouarum nouam tabulam uidimus. Cic. 11. Philip. 299.
Proscribere tabulam. Cic. Qu. frat. lib. 2. 10. 6.
Tabulæ, iudicum etiam dicuntur. Asconius in diuinatione, in causis maioribus iudices uniuersi in eiusmodi tabulas similia conijciebant suas insculptas literas habentes absolutionis, siue cõdemnationis, cum de alicuius capite agebatur: N. & L. ampliationis. his enim literis significabant, non liquere. Idem Asconius alio loco, tabellas cereas intelligit, quib. sententias ferebant: erant enim sententiæ non uocales, sed tabellariæ. Cicero in Pisonem, 8, Cui primam comitijs tuis dederas tabulam prærogatiuæ, quem in senatu sententiam rogabas tertium.
Censoriæ tabulæ. Vide Censeo.
Tabula Valeria. Cic. ad Terentiam, libro. 14. 2. 5, Quemadmodum à Vesta ad tabulam Valeriam ducta esses. Idem in Vatinium, 16.
Bibliothecas omnium philosophorũ unus mihi uidetur XII. tabularum libellus, & authoritatis pondere, & utilitatis uberitate superare. Cic. 1. de Orat. 96.
Figere tabulas, & refigere. Cic. Philipp. 12, Num figentur rursus hæ tabulæ, quas uos decretis uestris refixistis?
Tabulæ, numero plurali, siue per diminutiuum tabellæ, dicebantur testamenta, siue aliæ publicæ scripturæ, cuiuscunq; materiæ essent. Quint. lib. 5. cap. 7, Testimonia dicuntur aut per tabulas, aut à præsentibus. Idem lib. 6. cap. 4, Verus habebat testamentum: & unus ex amicis recentioribus sperãs aliquid ex mutatione tabularum, falsam tabulam inuenerat, consulens eum an primipilaris ei testamento suaderet ordinare suprema iudicia. Noli, inquit, facere: offendis illum. Prima tabula testamenti sunt, in quibus hæredes primo loco instituuntur: secundæ sunt, in quibus substitutiones fiunt, si instituti hæreditatem nõ adierint. Tabulæ enim testamenti significant. Vnde bonorum possessiones secundum tabulas et contra tabulas dictæ. Tabulæ etiam dicuntur folia testamenti. Quare primæ & secundæ tabulæ intelligi possunt, prima & secunda charta testamenti, quæ etiam primæ & secundæ ceræ dicuntur. Budæus.
Accusare tabulas. Vide Accuso.
Tabulas testamenti apperire. Caius, quemadmodum test. aper. l. sed si quis. Et si fortè omnibus absentibus causa aliquis aperire tabulas urgeat, &c.

Pupillares

Pupillares tabulæ. Vlp. in l. si mater. ff. de except. rei iud.
Conficere tabulas. Vide Conficio.
Confingere tabulas. Vide Confingo.
Eximere alicuius nomen de tabulis. Cic. pro Rosc. Amer. 15.
Inferre in tabulas aliquod commodum. Cic. pro Flacco, 15.
Obsignare tabulas. Vide Obsigno.
Signatæ tabulæ. Quint. lib. 5. cap. 11. 25.
Tabulæ, Syngraphæ, & documenta literaria. Cic. 2. de Oratore, 64. Nam pro tabulis & contra tabulas, & pro testibus, & contra testes, &c. Vel separatim dicere solemus de genere uniuerso. Inde illud, Tabulis obsignatis cum aliquo agere. 5. Tusc. 48. Budæus.
Tabula pro auctione. Cic. pro Cecinna, 11, adest ad tabulam: licetur Ebutius, &c. Budæus.
Auctionariæ tabulæ. Vide Augeo.

¶ Tabella, tabellæ dimmut. (πινάκιον) Parua tabula. Plin. lib. 16. cap. 39. 1, Inuẽtum est pictorum tabellis immortale. Cic. ad Gallũ lib. 7. 24 10, Ea uolebam tabellis ornare.

Blandæ densæq; tabellæ. Iuuen. Satyr. 9. 4.
Rasis tabellis infusa cera. Ouid. 1. de Arte, 89.
Committere uerba tabellis. Ouid. 9. Metam. 118.
Tabellæ, Epistolæ dicebãtur, quod in breuibus tabulis scriberentur. Plaut. Epid. 5. 67. Idem Pseud. 3. 38,

Tace dum pellego tabellas.

Croceæ membrana tabellæ. Iuuen Satyr. 7. 3.
Lepidæ tabellæ. Vide Lepidus.
Verba dedit ferenda tabellis. Ouid. 14. Metam. 141.
Properatæ tabellæ, Celeriter scriptæ. Ouid. 9. Metam. 118.
Arcanas signare tabellas. Ouid. 2. Amor. eleg. 15. 3.
Tabellæ, in quibus iudices scribebant. Cic. 1. Verr. 13, Ceratam unicuiq; tabellam dari cera legitima, non illa infami ac nefaria. Idem 6. Verr. 93, De quo uos sententiam per tabellam feretis?
Videtis in tabella iam antè quanta facta sit labes. Cicero de Amicit. 39.
Ferre tabellam. Cic. 2. de Lege agr. 20, Quod meis comitijs non tabellam indicem tacitæ libertatis, sed uocem uiuam præ uobis indicem uestrarum erga me uoluntatũ ac studiorum tulistis.
Obsignata tabella. Cic. 5. Tusc. 48.
Grata tabella. Cic. pro Plancio, 62.
Laureatæ tabellæ. Vide Laurus.

¶ Tabellarius, tabellarij, m. g. (βιβλιοφόρος, γραμματοφόρος) Ratiocinator, supputator, phylacista, qui in tabella nomina & rationes obseruat. Sidonius ad Petreiũ. Sed & ille suscipiebat hunc granditer, habens in eo consiliariũ in iudicijs, uicarium in ecclesijs, procuratorem in negocijs, nilli cum in prædijs, tabellarium in tributis, in lectionibus comitẽ, in expositionib. interpretẽ, in itineribus cõtubernalem.

Locuples tabellarius. Vide Locuples in Locus.
Tabellarius, Qui literas profert. Cic. ad Terent. lib. 14. 22. 1. Idem ad Pætum. lib. 9. 15. 1, Duabus tuis epistolis respondebam, quãm triduo antè acceperam à Zetho alteri, quam attulerat Philerus tabellarius.
Fidelis tabellarius. Cic. Attic. lib. 1. 8. 2.

¶ Tabellarius, Adiect. (πινακιανὸς) ut, Lex tabellaria. Cic. pro Sestio, 89, Tabellaria lex ab L. Cassio ferebatur: populus libertatem agi putabat suam: dissentiebãt principes, & in salute optimatium temeritatem multitudinis & tabellæ licẽtiam pertimescebant. Asconius in 2, Verrinariũ, L. Cassius, Inde, inquit, sunt leges Cassiæ tabellariæ de suffragijs liberè ferendis, non uoce, sed tabella. Vide suffragia quo modo ferri solerent, in Suffragor.

Tabellariæ naues, quæ præmittebantur in portum, ad nunciandum aduentum proximæ classis. Senec. epist. 78.

¶ Tabellio, tabellionis. Firmic. lib. 5. cap. 2. & lib. 8. cap. 28. Idem. lib. 4. cap. 5, Tabelliones publicos facit, & qui ex literis quærant uitæ subsidia,

¶ Tabularia, Species tormenti. Seneca 3. de Ira, Torserat per omnia quæ in rerum natura tristissima sunt, fidiculis, tabularibus, equuleo, igne, uultu suo.

¶ Tabularis, & hoc tabulare, pẽ. prod. (πινακικὸς) Quod ad tabulas pertinet, & in tabularum ornatum accõmodatur. Plin. lib. 34. cap. 9. 1, Aes omne frigore magno melius fundi. Sequens temperatura statuaria est, eademq; tabularis.

¶ Tabularium, tabularij (γραμματοφυλάκιον) authore Seruio, instrumentum est in quo tabulæ, hoc est, instrumẽta & literæ, & actus publici reponuntur. Cic. pro Archia poeta, 6, Hîc tu tabulas desyderas Heraclieũ publicas, quas Italico bello incẽso tabellario interisse scimus omnes. Idem 3. de Natura deor. 195, Vt iudicetur qui tabellarium incenderit. Ouid. 15. Metamorph. 162.

¶ Tabularius, Substant. Supputator, ratiocinator. Vlp. in l. ult. D. si mensor falsum modũ dixerit. Ego & aduersus tabularij puto actiones dãdas, qui in cõputatione fefellit. Tabularij, inquit Anton. Augusti sunt, qui magistratibus, in publicis aut priuatis negocijs cautiones, acta, & rationes conscriberent. Hos seruos publicos appellatos scimus, quòd serui fuissent, antequam id fieri Arcadius uetaret constitutione 3, de tabularijs, scribis, holographis, & sensualibus: quæ in Theodosiano quoq; libro exstat. Hodie Tabelliones appellantur: sed ijs rationum tabulæ nullæ cõmittuntur, ut tabularijs. Hæc ille.

¶ Tabularij (πινακοφορεῖσθαι) Obsignatores tabellariũ, siue hæ ad testamentum, siue ad aliud pertineant. Tacit. lib. 14. igitur Fabianus tabellarijs quos memorauì, & alijs minus illustribus obsignat.

¶ Tabulinum, n. g. Mœnianum tabulis fabricatum. Varro de uit. pop. Rom. lib. 1, Ad focum hyeme ac frigoribus continebant: æstiuo tempore in propatulo: ruri in corticeum tuba, in tabulino, &c. Vide Nontium.

¶ Tabulo tabulis, pen. corr. (σανιδῶμαι) tabulare, Tabulis aliquid construere.

¶ Tabulatio, Verbale, (σανίδωσις) Ipsa tabularum constructio. Cæsar 2. bel. Ciuil. 33, Centonesq; insuper iecerunt, ne aut tela tormentis missa tabellionem perfringerẽt, aut saxa ex catapultis lateri ium excuterent.

¶ Tabulatus, pen. prod. Adiect. (σανιδωτὸς) ex tabulis factus, ut, tabulatus transitus, tabulis ubiq; interpositis confectus. Plin. epist. 17. lib. 2.

¶ Tabulatum, pen. prod. n. g. (σανιδώματα, δρύφακτος, ὑπερῷον,) Plana in ædificijs superficie, quadratis lapidibus, uel etiam tabulis constrata, & parietibus undecunq; suffulta. Cato cap. 3. 2, Si in terra, uel tabulato oleo nimiũ diu erit, putrescet, oleum fœcidũ fiet. Cæsar 6. bel. Gal. 102, In extremo ponte turrim tabulatorum quatuor constituit, præsidiumq; cohortium duodecim pontis tuendi causa ponit. Iuuen. Satyr. 10. 11,

—numerosa parabat
Excelsæ turris tabulata. Virg. 2. Aen. 93, Sũma tabulato
Destruit tabulata. Stat. 10. Thebaid. 175. (lata.

Strata solo tabulata. Stat. 1. Sylu. 5. 12.

Tabulata, in arboribus sunt rami effusiores in planta tendentes, non in altiora crescentes, inquit Seru. Plin. lib. 17. cap. 23. 3, Et ulmus detruncata à media in ramorum scamna digeritur, nulla ferè uigimi pedum altiore arbore: tabulata earum ab octauo pede altitudinis dilatãtur in collibus, sicciq; agris. Virg. 2. Georg. 73,

—summasq; sequi tabulata per ulmos. Col. lib. 5. cap. 6

Tabum,

Tabum] Vide Tabes.

Taburnus] Mons Campaniæ, oliuetis abundans. Virg. 2. Georg. 8, —iuuat ismara Baccho
Conserere, atq; olea magnum uestire Taburnum.

Tacapa] pen. cor. (τάκαπα) Ptolemæo lib. 4. cap. 3. Vrbs Syrtis paruæ: Plinio Tacape: uulgò Capis.

Taceo] taces, tacui, tacitũ, pen. cor. (σιγάω, σιωπάω, ἡσυχάζω, γλωσσοκρατέω) tacere. Notæ significationis. Terent. Eunucho, 3. 2. 23.
Nunquid habes quod cõtemnas, quid tu autem Thraso? Tacent, satis laudant.
Enũciabo apud homines familiarissimos, quod semper tacui, & tacendum putaui. Cic. 1. de Orat. 59.
Ante expectatum tacuit. Ouid. 4. Metam. 158.
Tacere aliquid, Reticere. Terent. Eun. 1. 2. 23.
Calidè quid tacere. Quint. lib. 5. cap. 13. 33.
Taceo te. Plaut Milit. 14. 99.
Vlcisci se tacendo. Ouid. 2. de Remed. 50.
Tacere de. Plin. lib. 13. cap 16. 2. De mensis tamen tacuit.
De re aliqua tacere. Quint. lib. 1. cap. 2. 10.
Nimium diu de rebus alicuius tacere. Cic. Att. lib. 1. 14. 9.
In his saltem rebus in quibus de se taceri, uelit, tacere. Cic. de Lege Agrar. 3.
An me taciturũ tantis de rebus existimauistis. Cic. 2. Verr. 17
Tacere, Securum esse: quoniã qui securi sunt nullam interrogandi causam habent. Terent. Adel. 2. 4. 16,
Tace modò, ac sequere. Ibid. 2. 2. 1,
Tace, egomet conueniam iam ipsum.
Tacere etiã dicuntur, quæ sine uoce sunt. Virg. lib. 4. Aen. 73,
—totumq; pererrat
Luminibus tacitis. Et. 4. Aen. 105.
Quũ tacet omnis ager.
Amor tacetur in medio Marte. Ouid. 2. Amor. eleg. 18. 8.
Iurgia turbida tacuerant. Ouid ad Pisonem, 38.
Oculi tacent. Ouid. 1. Amor. eleg. 54.
Plectra dolore tacent. Ouid. epist. 21. 40.
Tacitum est, impersonale. Terent. Adelph. 3. 4. 38.
Ignotum est, tacitum est, creditum est.
Taceantur. Martialis libro 1. 28,
Fucinus & pigri taceantur stagna Neronis.
¶ Tacens, tacentis (κατασιωπῶν) Partic. Plautus Rudent. 24. 72,
Quia enim neq; loquens es, neq; tacens unquã bonus.
Oratio tacens. Quint. lib. 2. cap. 28. 3.
Fluuius tacens. Senec. Herc. fur. 9. 20.
Vento tacente tumuit mare. Ouid. Medea, 10. 6.
¶ Tacendus, tacenda, tacendũ, (σιωπητέος) Martial. lib. 1. 46,
Vir Celtiberis non tacendæ gentibus, &c.
Loqui tacenda. Ouid. 2. de Arte. 121.
¶ Tacitus, tacita, tacitum, pen. cor. (ἄφωνος, ἀνέωμι, ἐχέμυθος, σίγαρος) Qui tacet: & quod secretum est; optimè nouit tenere apud se, & tacere. Plaut. Rud. 23. 87,
Tu abi tacitus tuam uiam, Terent. Eunu. 3. 5. 23,
Quid id est? c. tacitus, citius audies. Idẽ Hecyr. 4. 1. 3,
Ita corripuit derepente tacitus sese ad filiam.
Assentitur tacitus. Cic. 1. Verr. 12.
Accepit hanc plagam tacitus. Cic. 5. Verr. 114.
Arguit tacitus. Liu. 1. ab Vrbe, 67.
Dat tacitus. Cic. 2. Ver. 20, Id enim consilij mihi profectò taciti dabitis, quod egomet mihi necessario capiendũ intelligo.
Perspicere uoluntatem tacitorum. Cic. 1. in Catil. 15.
Tacitus, Passiuè aliquando accipitur. Virg. 6. Aen. 169,
Quis te magnè Cato tacitum, aut te Cosse relinquat?
Cic. ad Appiũ, lib. 3. 8. 2, Sed prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda sunt.
Vulgator taciti. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 11.
Si uoluntas tacitis uerbis intelligi posset, uerbis omnino nõ uteremur. Cicero pro Cecinna, 39.
Nihil me mutum delectat, nihil tacitum. Cic. 3. in Catil. 70.
Accessus tacitus. Vide Accedo.
Affectu tacito letari. Ouid. 7. Metam. 30,
Annis tacitis senescimus. Ouid. 6. Fast. 155.
Occulta & tacita assensio. Cic. pro Milone, 8.
Cælo tacito labentia sydera. Virg. 3. Aeneid. 104.
Cogitationes Tacitæ. Quint. lib. 6 cap. 1. 33.
Commendatio tacita. Quint. lib. 4. cap. 1. 6.
Cursus tacitus fluminis. Ouid. 14. Metam. 120.
Tacita esse poterit in id dignitas nostra? patì poterunt oculi mecum Gabinio sententiam dicere? Cic. Att. lib. 10. 197. 4.
Dolor Tacitus. Ouid. 1. Fast. 72.
Dulcedine tacita tangere pectus. Lucret. lib. 3. 184.
Reprehendit tacita existimatione. Cic. de prouinc. Consul. 33.
Vocat me aliò iamdudum tacita uestra expectatio. Cicero pro Cluentio, 49.
Tacita corporis figura. Cic. prò Rosc. Comœdo, 11.
Furtum tacitum. Ouid. 1. Fast. 110.
Incessu tacito progressus. Virg. 12. Aen. 44.
Tacitæ magis & occultæ inimicitiæ timendæ sunt, quàm indictæ & apertæ. Cic. 7. Verr. 143.
Ira tacita exæstuare. Ouid. 6. Metam. 125.
Mente tacita gerit uulnus. Ouid. 5. Metam. 86.
Mœstitia tacita. Liu. 1. ab Vrbe, 127, Sed silentium triste actæ cita mœstitia ita defixit omnium animos.
Murmure tacito uenerantur numen. Ouid. 6. Metam 41.
Nox tacita. Ouid. 9. metam. 96.
Nutus taciti. Ouid. 3. Amor. 10. 5.
Officium & studium tacitum. Cic. pro Quintio, 52.
Os tacitum præbere alicui. Cic. 5. Verr. 33.
Pallore tacito fateri animum. Ouid. 6. Fast. 4.
Passu tacito præterire. Claud. 4. Paneg. 102.
Pectus tacitum pertentant gaudia. Virg. 1. Aeneid. 102.
Pisces taciti. Ouid. 4. Metam. 10.
Timor Tacitus. Lucret. lib. 6. 237.
Vis Tacita. Quint. lib. 3. cap. 5. 7.
Voce tacita dicere aliquid, Susurrare. Ouid. 9. Metam. 61.
Vultus taciti. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 5.
Tacitũ, pro arcano quod taceri uolumus. Senec. Epist. 84, Falsum ergo est hoc quod patrocinij loco ponitur, ei qui soleat ebrius fieri, non dari tacitum.

Tacitè] Aduerb. siue tacitò, pen. cor. hoc est secretè, & submissè (σίγα, σιγῇ) Plau. Pœnulo. 2. 32,
Matronæ tacitè spectent, tacitè rideant. Idem Asin. 12. 42. Tacitè ausculemus.
Tacitè dare potestatem. Cic. pro Milone, 7.
Tacitè, obscureq; concedere. Cic. pro Quintio, 28.
Tacitè prætereuntem execrari. Liu. 2. ab Vrbe, 254.
Tacitè rogare. Cic. prò Lege Manil. 8.
Annus tacitè labens. Ouid. 1. Fast. 14.
Tacitò intelligere. Cic. 4. Verr. 130.
Haberè aliquid tacitè. Liu. lib. 2. Decad. 5, Et quanquam dissimulare, & tacitè habere id, patiq; statuerat.

¶ Taciturnus, Adiect. (σιωπηρὸς, σιγηλὸς, σιγηρὸς) Quinctura facilè tacet.
Ripa taciturna caret uentis. Horat. 3. Carm. ode 29. 5.
Silentia taciturna. Ouid. 2. de Arte, 101.
Statua taciturnius. Horat. 2. epist. 2. 17.
Taciturnissimum ostium, apud Plaut. Curc. 2. 20.

¶ Taciturnulus, pen. cor. (ὑποσιγηρὸς) Adiect. diminut. Apulcius, Apuleius, Blanda mulier, & taciturnula.

¶ Taciturnitas, pen. cor. taciturnitatis, f. g. (ἀφασία, ἀφωνία, ἐχεμυθία) Obseruantiæ genus, in silentio constitutæ. Terẽt. Andr. 1. 1. 7,
Sed his quas semper in te intellexi sitas,
Fide, & taciturnitate. Cic. ad Lent. lib. 1. 5. 13, Sed nosti hominis tarditatem & taciturnitatem.
Annua taciturnitas. Cic. in Pisonem. 24.
Inuida taciturnitas. Horat. 4. Carm. ode 8. 5.
Perpetua taciturnitas. Vide Perpetuus.
Suspicionem mihi maiorem tua taciturnitas attulerat. Cic. Attic. lib. 7. 12. 8. 1.
Experiri taciturnitatem alicuius. Cic. de Clar. Orat. 124.
Taciturnitas imitatur confessionem. Cic. 1. de Inuent. 70.

Tachas] Rex Aegyptiorum fuit, qui cùm Agesilaum Lacædemoniorum regem, breuis staturæ hominem, qui idcirco uenerat, ut cum eo belli societatem iniret, eiq; auxilium ferret, hoc intempestiuo ioco lacessisset, ὥσπερ ἵππον ἥδιον ἐφοβεῖτο· τὸ δ' ἔστιν μῦν, id est, parturiebat mons: ut Iupiter metuebat, ille autem murem peperit: regno suo est spoliatus, alienato à se Agesilao, societateq; direpta. Hæc Athenæus lib. 14.

Tacitus] Cornelius (τάκιτος πορνήλιος) sub Adriano principe orator clarissimus, æqualis ac familiaris Plinij Iunioris, Belgicæ Galliæ rationes procurauit, ad Vespasianos usque peruenit, ab ijsq; honoribus euectus, historiam principum cõscripsit, ab Augusto usq; ad Adrianum: quæ ad nos haud integra peruenit. Hãc igitur non uitas imperatorũ ausus inscribere, sed tantùm diurnales actiones, quæ mediũ inter historiã & uitas tenerent. Scripsit & de Clar. Orat. Cic. Brutum & materia & dicendi copia imitatus. Præterea uitam Agricolæ soceri sui: & de morib. ac situ Germaniæ, stylo presso & elegãti, tũ arguto & sententioso: in cætera uerò historia aliquantulũ sublimior. Scribit Flauius Vopiscus. hunc authorẽ tanquã è suis progenitoribus, Tacitum imperatorem quotannis decies describi, ne liber periret eumq; in omnibus bibliothecis apponi iussisse. Tertullianus autem noster eum mendatiorem loquentissimum appellat.

Tacola] τάκολα, Indiæ emporiũ extra Gangem, Ptolemæo lib. 7. cap. 2. Malacha nunc dicitur, miræ magnitudinis, à Portugalensibus ui capta. quod testatur epistola Emanuelis regis ad Leonem decimum.

Tactus] Vide Tango.

Tæda] tædæ. Vide Teda.

Tædet] tædebat, tæduit, & tæsum est (ἐξαπορεῖται, ἀνιᾶται) tædere, Notæ significationis. Terent. in Eunuch. 1. 1. 27,
Et tædet, & amore ardeo.
Construitur cum infinitiuo, aut accusatiuo à parte anteriori, & genitiuo à parte posteriori.
Cum infinitiuo. Terent. Phorm. 3. 2. 2,
At enim tædet iam audire eadem milies. Cum genitiuo. Plaut. Casin. 3. 53,
Abeo intrò, tædet sermonis tui. Subaudi, me,. Terent. Eunuch. 2. 3. 6,
Tædet harum quotidianarum formarum. Cicero ad Atticum libro 2. 39. 8, Prorsus uitæ tædet, ita sunt omnia omnium miseriarum plenissima.
Tædet memorum. Stat. 4. Thebaid. 53.
Quid quæris? tædet omnium nos uitæ. Cicero Attico libro 5. 10. 4. 2.

¶ Tædium, tædij (ἀηδία) Plinius lib. 19. cap. 6. 12, de allio, Tædium huic quoque halitu, ut cepis, nullum tamen coctis.
Laboris tædium. Quint. lib. 2. cap. 2. 4.

Sollicitum tædium. Horat. 1. Carm. ode 14. 4.
Adducere tædium. Vide Adduco.
Afferre tædium. Vide Affero.
Cepit tædium. Vide Capio.
Capere tædia cœpti. Ouid. 9. Metam. 124.
Dictare tædium lucis. Quint. lib. 1 cap. 3. 19.
Effugere tædium uarietate. Quint. lib. 4. cap. 2. 83, Nam debet esse quam purissimus sermo, et qui uariet ate tædium effugiat, & mutationibus animum leuet.
Leuare tædium lectionis. Quint. lib. 2, cap. 12. 4.
Ferre tædia. Iuuen. Satyr. 16. 5.
Ferenda tædia alicuius. Ouid. 14. Metamorph. 144.
Párere tædium. Quint. lib. 2. cap. 21. 4.
Subire longa tædia. Claud. 2. in Eutrop. 20.
Tædia subeunt animos. Iuuen Satyr. 7. 4.

¶ Tædulus, penultima correp. Festus. Tædulum antiqui interdum prò fastidioso, interdum quod omnibus odio esset, ponere soliti sunt.

¶ Tædiosus, penultima producta. Adiectiuum Firmicus libro 1. cap. 3, Ille inuisus longam ac tædiosam lucis sustinet sarcinam. Lucis, id est, uitæ. De sene loquitur inualido, & mori cupiente.

Tænarus] penult. cor. (τάναρος) Locus umbrosus, in radice Maleæ promontorij Laconiæ, iuxta Spartam ciuitatem. In quo quia hiatus magnus, est, & strepitus progredientiũ percipiuntur, dixerunt ueteres per hunc esse descensum ad inferos. Virg. 4. Georg. 94,
Tænarias etiam fauces alta ostia Ditis. Ibi erant λατομίαι, hoc est lapidicinæ lapidum præciosorum: qui & Laconica marmora, & Tænarei lapides uocantur. Propert. lib. 3. eleg. 23,
Quod non Tænareis domus est mihi fulta columnis.
Et in singulari gen. masc. est, in plurali neutri. Græcè τάναρος: à quo Tænarum oppidum dictum est: de quo sic Suidas, Tænarum promontorium Laconiæ, in quo fauces erãt ad inferos deducentes, ubi & Neptuni præsidis templum: illic supplicantes in sacello Neptuni Helotes nihil ueriti Lacedæmonij interfecerunt.
Inuisi Tænari horrida sedes. Horat. 1. Carm. ode 34. 21.
Operta umbris Tænarus. Lucan. lib. 9. 8.
Spartanus Tænarus. Senec. Herc. Fur. 7. 13.

¶ Tænarius, Adiect. (ταιναρίος) ut Luci Tænarij. Statius 1. Thebaid. 70.
Marita Tænaria, Helena. Ouid epist. 13. 9.
Tænarij lapidis meminit Plin. lib. 36. cap. 22. 2.

¶ Tænaris, pen. corr. Patronym. fœ. (ταινάρις) ut: Ora Tænaris. Ouid. epist. 16. 2.

Tænia] tæniæ (ταινία) Vittarum extremitas. Virg. 7. Aen. 71, —sit tortile collo
Aurum ingens coluber, fit longæ tænia uittæ.
Tænia, Tota uitta. Virg. 5. Aeneid. 54.
Puniceis ibant euincti tempora tænis.
A' tæna, non tænia. nam & tæna & tænia dicitur. Seruius.
Tænia propriè dicitur fascia, inquit Festus. Græca enim dictio est, ταινία: quã sic interpretatur Verrius, ut dicat ornamẽtum esse laneum capitis honorati, ut sit apud Cæciliũ in Androgyno, Sepulchrum plenum tæniarum, ita ut solet. Et alibi, Dum tæniam qui uulnus uinciret petit. Ennius in Alexandro, Volans de cælo cum corona & tænijs. Hactenus Festus. Plin. lib. 13. cap. 12. 6.
Tæniæ inde dicuntur lapides sub aquis candicantes in longũ porrectæ, à fasciarum similitudine. Plin lib. 3. in Præfat. 5, Nec profunda altitudo miraculum minuit: frequentes quippe tæniæ candicantis nadi carinas territant.

¶ Tæniæ

¶ Tæniæ aliter. Vide Tinea. Sũt aũt lũbrici uentris, lati quidẽ illi: sic dicti, quòd instar fasciarũ sint lati ac lõgi. Vnde proditum est à Plin. lib. 11. cap. 33, intra hominem tænias tricinũ pedum, aliquando & plurium longitudine nasci.

Tænia, Genus piscis apud Plin. lib. 32. cap. 7. 9.

¶ Tæniola, pen. cor. Diminut. (ταινιδιον) Colum. lib. 11. cap. 3, Brassica, quum sex foliorum erit, transferri debet, ita ut radix eius liquido fimo illita, et inuoluta tribus algæ tæniolis pangatur. hoc est, quasi fasciolis.

Tagasta] τάγαστα, Plin. lib. 5. cap. 4, ciuitas Africæ, à qua Tagastensis. Vnde qui Aurelij Augustini uitã scripsêre, Tagastensem eum fuisse memorant.

Tagax] tagacis. pen. prod. om. gen. Furũculus: à Tago, quod est tango. Lucilius, proscribere posse tagacem mutonis manum. Hæc Festus. Legitur & Tages.

Tages] τάγης, Aruspicinæ inuentor. Cicerone teste lib. 2. de Diuin 74.

Tago] tagis, tagi (θίγω) tagere dixêre ueteres, quod nunc tãgere dicimus. Paciuius in Teucro, Vt si quisquam me tangit, & tãgam. Idem in Hermiona, Aut non cernam nisi tagam. Festus, Sine dubio id antiqua consuetudo usurpauit. nam nunc sine præpositionibus non effertur, ut contigit, attigit: quæ secundum aliquos idem sunt quod tagit Festus.

Tagus] τάγος, Hispaniæ fluuius, in Lusitania aureis arenis celebratur. Plin. lib. 3. cap. 3.

Amnis aurifer Tagus. Catull. in Iulium Cæs. 27. 4.

Auriferi ripa beata Tagi. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 7.

Opacus Tagus. Iuuen. Satyr. 3. 6.

Taigetus] Vide Taygetus.

Talaris] Vide Talus.

Talasio] ὑμέναιος, Virginitatis deus: & apud Romanos, inquit Seruius, inuocatur. Vide Talasio.

Talea] taleæ (φυτοτμήσιον) Frustum ligni præcisum ex utraq; parte, ut in terra inseratur. Præcisis enim lignis uel pedali, uel cubitali magnitudine, nonnullæ arbores seruntur: idq; lignum præcisum Græco nomine generali ξύλον, Latinè talea dicitur: uulgò plantale. Plin. lib. 17. cap. 17. 3, Myrtus & taleis seritur: morus talea tantùm: quoniã ramo eam seri religio fulgurum prohibet. Quapropter de taleæ rum satu nunc dicẽdum est, &c. Cato de Re rust. cap. 45, Taleas soleagineas, quas in scrobe saturus eris, tripedaneas decidito.

Talea instrumentum bellicũ, ut uinea. Cæs. 7. bell. Gall. 293, Ante hæc taleæ pedem longæ ferreis hamis infixis totæ in terram defodiebantur

A' talea (ut Varro sentit) Taliari uulgò dicitur lignum, quũ scinditur & intaliari, dum præcidendo formatur. Et quum ramus ex utraq; parte æquabiliter complanatur, ut numerus aliquis in eo describatur, dicitur Talea.

¶ Taleola, taleolæ, pen. cor. diminutiuum. Columel. libro 3. cap. 17. 1, Complures taleolas terræ mandauerunt. Idem libro 12. cap. 33. 1.

Talentum] talenti (τάλαντον) Talentũ multiplex fuisse Budæus in eo opere, quod de asse conscripsit, latissimè docet. Tantùm hic dicemus talẽtum Atticum, quod plurimum celebratur ab historicis, sexaginta libras ualuisse, seu minas: hoc est, sex millia denariũm, uel drachmarum, quæ sexagies denos coronatos ualent, hoc est sexcentos. Talentũ, sexcenti aurei sunt. Decem talenta, sex millia aureorum. Quindecim talenta, nouem millia aureorum. Viginti talenta, duodecim milla. Horat. de Arte, 48,

Pythias emuncto lucrata Simone talentum.

Argenti auriq; talenta. Virg. 5. Aen. 23.

Afferre alicui talenta. Cic. 5. Tusc. 131.

Duo magna talenta auri. Virgil. 9. Aen. 53.

Talenti magni meminit. Plaut. Rud. 18. 71,

—nam promisimus
Carnufici autem talentum magnũ, aut isthũc hodie sistere.

Talga] τάλγα (inquit Pomponius libro 3.) insula in Caspio mari, sine cultu fertilis, omni fruge ac fructibus abundans: sed uicini populi, quæ gignuntur attingere nefas & pro sacrilegio habent, dijs parata existimantes, dijsq; seruanda. Hactenus Mela. Ptolemæo libro 6. capite 9, Talca dicitur. Plin. lib. 6. cap. 17, in Caspio mari uulgatam insulam Tazatam esse scribit.

Talio] talionis, f. g. (ἀμοιβή) Vindicta, hostimentũ: ut siquis manum alicui amputauerit, illi manus Romanorũ lege amputari debet. Vnde retaleare formault Gellius. Festus, Talionis mentionem fieri in XII. Tab. ait Verrius hoc modo, Si membrum rapit, uisum cum eo pacit, talio esto. Neq; id quid significet, indicat: puto quia notum est. Permittit enim lex parem uindictam. Plin. lib. 7. cap. 54, Sicut in Cornelio familia nemo ante Syllã dictatorem traditur crematus. Idq; uoluisse, ueritum talionem, eruto C. Marij cadauere.

Talis] & hoc tale (τοῖος, τοιόσδε, τοιοῦτος, τηλίκος, τηλικοῦτος) Notæ significationis. Terent. Heaut. 53. 19,

Tum præterea talem, nisi tu, nulla pareret filium.

Cic. pro Quintio, Tot talesq; uiri. Idem Catoni, libro 15. 4. 42, sed tale ac tantum. Virg. 1. Aen. 123,

—qui tanti talem genuêre parentes?

Vir tali dignitate præditus. Cic. pro Cluentio 116.

Quales sumus, tales esse uideamur. Cic. 2. Offic. 62.

Vereor ne talium personarũ minuam gloriã. Cic. 2. Acad. 10.

Aliquid tale. Cic. Att. lib. 16. 335. 4.

Talis quidam. Cic. 2. de Leg. 19, Omnem eam legem, &c. esse laudabilem talibus quibusdam argumentis docent.

Quum hæc talia sint, quo minus, quod ad me pertinebit, homines interpellent, ut suprà scripsi, non impedio. Brutus ad Ciceronem lib. 11. 10. 9.

Tale ac. Cic. in Vatinium, 7, Honos talis pop. Rom. uoluntate paucis est delatus ac mihi.

Talis ut. Cic. 1. Offic. 119, Tales enim nos tunc putamus esse, ut iure laudemur.

Talis, qualis. Cic. 1. de Orat. 43, Et ipsis apud quos ageret, talis qualem se ipse optaret, uideretur. Idem 2. de Inuen. 251.

¶ Taliter, pen. cor. Aduerb. (τοιοῦτως) Cic. ad Attic. lib. 10. 208. 31, Etenim audierã nemini taliter licere. Vetus codex legit, aliter, Mart. lib. 5. 7, ad Vulcanum,

Qualiter Assyrios renouauit incendia nidos, &c.
Taliter exuta est uetèrem noua Roma senectam, &c.

Plinius libro 35. cap. 11. 3.

Talitrum] talitri. pen. cor. n. g. Percussio, quæ unge fröti puerorum infringitur. Suet. in Tiberio Cæsare, cap. 68, Sinistra manu agiliore, ac ualidiore. Articulis tam firmis, ut recens & integrum malũ digito terebraret, caput pueri, uel etiam adolescentis talitro uulneraret.

Talpa] talpæ, g. m. & fœ. (ἀσπάλαξ) Animal notũ, quod oculis carere dicitur & uisu, muri simile. Virgil. 1. Geor. 37.

Aut oculis capti fodêre cubilia talpæ.

Vbi Seruius, Oculis capti, hoc est, oculis debiles. Quũ enim talpæ cæsi nascantur, quomodo capti oculis? illi enim capti dicuntur, qui aliquando uiderunt. Et mutauit genus. nam hæc talpa dicitur.

Desyderat lumen talpa. Cic. 4. Acad. 144.

Talthybius] ταλθύβιος, Homero Iliad. 1. præco Agamemnonis in Græcorũ exercitu, qui unà cum Eurybate ab Agamemnone missus est ad Achillis castra, ut Bryseidẽ formosissimam abduceret.

Talus] tali, m. g. (ἀστράγαλος, σφυρὸν) Pars pedis, Os est prope

propè calcaneum quod extuberat. Plin. lib. 26. cap. 11. 1, Talis uerò tumentibus, limus aquaticus, cum oleo subactus, mirè prodest. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 2,

—quum sudor ad imos Manaret talos.

Vnda contingit talos. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 2.

Purpura usque ad talos demissa. Cic. pro Cluent. 89.

Vestigia tingit in undis talo tenus. Ouid. 4. Metam. 69.

Talus, Os in articulo pedis uentre eminens, quod in bisulcis tantùm animalibus, non homine, neque cæteris animantibus inuenitur. Vnde Plin. libro 11. cap. 46, Talos asinus Indicus unus solipedum habet. nam sues ex utroq; genere existimantur, ideo fœdi earum. Hominem qui existimarunt habere, facilè conuicti. Lynx tantùm digitos habentium, simile quiddam talo habet. Leo etiamnum tortuosius. Talus autem rectus est in articulo pedis, uentre eminens, concauo in uertebra ligatus. Colum. lib. 7. capit. 5, Febricitantibus ouibus de talo uel inter duas ungulas sanguinem emitti.

Talus (πέδαι) quatuor laterum, quo luditur. Mart. li. 14. 14.

Quum steterit nullus uultu tibi talus eodem,

Munera me dices magna dedisse tibi.

Iactus talorum. Ouid. 3. de Arte, 71.

Admouere talos. Vide Admoueo.

Iacere talos. Vide Iacio.

Iactare talos. Vide Iacto, in Iacio.

Ludere talis. Cic. 3. de Orat. 50.

Mittere talos. Vide Mitto.

Ex multis lusionibus nobis talos relinquant & tesseras. Cic. de Senect. 54,

Regna sortiri talis. Horat. 1. Carm. ode 4. 4.

Recto talo stare. Horat. 2. epist. 1. 36,

Securus, cadat, an recto stet fabula talo. id est, Placeat, necne.

¶ Talaris, & hoc talare, penul. prod. (ποδήλυσις, περισκέλης) Quod ad talum pertinet: ut, Talaris tunica, quæ demissa est usq; ad talos. Cicero 7. Ver. 69, Stetit soleatus Prætor pop. Rom. cum pallio purpureo, tunicaq; talari, niuliercula nixus in litore. Ibidem, 26.

¶ Talarius, Adiectiuum (πτερωτὸς) ut, Lex talaria, aduersus eos qui talis lusitant.

Talarius ludus. Cic. 1. Offic. 210.

¶ Talaria, plur. nu. n. g. (πέδιλαι) Alata Mercurij calceamenta. Virg. lib. 4. Aeneid. 49,

—& primùm pedibus talaria nectit
Aurea, quæ sublimem alis, siue æquora supra,
Seu terram rapido pariter cum flamine portant. Cic. 3. de Nat. deor. 81, Cui pinnarum talaria affigunt. Ouidius 4. Metam. 134.

Diuersosq; pedes uinctos talaribus aptis. Cic. in Arato, 3.

Talaria induere, Prouerbialis allegoria: pro eo quod est, Fugam adornare, quæsiq; uelle quopiam auolare. Cic. Att. lib. 14. 319. 4, Nemo est istorum qui ocium non timeat: quare talaria induamus. Erasmus.

Talaria, Metaphoricè uocat Seneca tumores, quos in talis generat podagra: epist. 54, Dubio & incipiente morbo quæritur nomen: qui ut cœperit talaria intendere, & utrosque dextros pedes fecerit, necesse est fateri podagram.

¶ Talipedo, talipedis, talipedare, Pedibus uacillare laßitudine: quasi qui trahit pedes, ut talis uideatur insistere, aut identidem tollere pedes. Festus.

Tam, & Quàm] τόσον, καὶ ὅσον, Prisciani sententia, aduerbia sunt, quæ positiuo, comparatiuo, & superlatiuo adijciuntur: quum duo uel plures positiui, comparatiui, uel superlatiui diuersæ significationis positi inter se æquantur, uel ijdem geminantur, teste Seruio.

Positiuo. Plaut. Capt. 6. 60,

Tam ego fui antè liber, quàm gnatus tuus. Cic. Metello, lib. 5. 2. 14, Tam enim sum amicus Reip. quàm qui maximè. Subaudi, amicus. Idem 3. de Finib. 53, Tam ualde perhòrrescere. Virg. 1. Aeneid. 122,

quæ tè tam læta tulerunt Secula?

Comparatiuo. Cicero pro Deiotaro, 4, Istam inquam dexteram, non tam in bellis & in prælijs, quàm in promißis & fide firmiorem.

Tam, pro Tanto, comparatiuo iungitur, sed rarò. Virgil. 7. Aeneid. 158,

Tam magis illa fremens, & tristibus effera flammis,
Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugnæ.

Superlatiuo. Sallust. in Iugurtha, Quàm quisq; peßimè fecit, tam maximè tutus est. Terent. Heaut. 5. 2. 45.

—nanq; adolescens quàm minima in spe situs erit,
Tam facillimè patris pacem in leges conficiet suas.

Tam, pro Tantum, superlatiuo. ut, Hic est tam omnium optimus, quàm nobilißimus.

Tam, quàm. Senec. de benef. lib. 2. cap. 27, Ingenij fuit sterilis tam, quàm animi. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14. 9,

Tam fœlix utinam, quàm pectore candidus essem.

Tam, uerbis iunctum. Terent. Eunuch. 4. 4. 51,

Parmenonis tam scio esse hanc technam, quàm me uiuere. Cicero ad Pætum, lib. 9. 25. 7, Non mehercule tam perscribere possim, quàm mihi gratum feceris si ociosum Fabium reddideris.

Tam ego homo sum, quàm tu. Plaut. Asin. 9. 83.

Tam, aduerbij iunctum. Terent. Heaut. 1. 1. 15,

Nunquam tam mane egredior, neque tam uesperi
Domum reuertor, quin, &c. Cic. 1. Verr. 12, Ecquis unquam tam palàm de honore, tam uehementer de salute sua contendit, quàm ille atque illius amici, ut ne hæc mihi dilatio detur.

Tam consimilis est atque ego. Plaut. Amph. 4. 289.

Tam diminutiuis additum. Terent. Adelph. 2. 4. 10,

—tam ob paruulam
Rem penè ex patria, turpe dictu.

Tama] dicitur (inquit Festus) quum labore uiæ, sanguis in crura descendit, & tumorem facit. Lucilius,

Inguen ne existat, papulæ, tama ne boa noxit.

Tamaræ] ταμαρὼ, insulæ Britanniæ urbs, ut scribit Ptolemæus libro 2. cap. 3. uulgò Tanerstok.

Tamarice] tamarices, pen. prod. uel tamarix, tamaricis, fœ. gẽ. (μυρίκη) Genus fruticis. Plinius lib. 24. cap. 9. 10, Myricen, quam & tamaricen uocat Lenæus, similem scopis amerinis dicit. Et paulò post, Vulgus infœlicem arborẽ eã appellat, ut diximus, quoniam nihil ferat, nec seratur unquam. Corinthus, & quæ circà est regio, bryoniam uocat: eiusq; duo genera facit; syluestrem planè sterilem, alteram mitiorem. Hæc fert in Aegypto Syriaq; etiam abundanter lignosum fructum, maiorem galla, asperum gustu, quo medici utuntur ut ice gallæ, & in compositionibus quas antheras uocant. Et lignum autem & flos, & folia, & cortex in eosdem usus adhibentur, quanquam remißiora. Ruellius dicit tamaricen syluestrem uocari à Gallis Brieriam.

Tamarus] penul. cor. (τάμαρος) fluuius Britanniæ insulæ, authore Ptolemæo lib. 2. cap. 3 uulgò Tone.

Tamen] ὅμως, ἐμπης, μάντοι, Coniunctio, nihilominus significans. Plaut. Epid. 9. 42,

Sine tuo labore quod uelis actum est tamen. Terentius Eunuch. 1. 2. 90,

Tamen contemptus abs te, hæc habui in memoria.

Ante hanc dictionem Tamen, aliquando subintelliguntur istæ,

Licet, quamuis, quanquam, aut alia ubiusmodi. Terent. And.1.4.3,
Nec suis dignè cui committas primo partu mulierem,
Tamen eam adducam.
Sed tamen. Virg.1.eclog.4.
Tamen aliquando inceptiua est. Cicero ad Pætum, lib.9.19.1,
Tamen à malitia non discedis.
Tamen, Statim. Virg.9.eclog.12,
Hic hœdos depone, tamen ueniemus in urbem. Plaut. Rud.13.49,
Vtinam fortuna nunc ego anthracina uterer,
Vt postquam exiuissem ex aqua, arerem tamen. Ita legit Nonius, alij legunt, Fortuna anatina.
Tamen, Tandem. Plautus,
Ita faciam, ita placet: quid tum tamen? Idem Bacch.20.65. Virg.1.eclog.
Libertas quæ sera, tamen respexit inertem. Id est, sera quidem, sed tamen respexit.
Tamen duntaxat. Terent. Hecyr.3.4.33,
Quòd potero faciam, tamè ut pietatem colam. Vbi Donatus, Deest Vt: aut sit Tamen pro Duntaxat: ut sit, Ita ut pietatem colam.
Tamen ut. Plaut. Asin.12.129,
Licet laudem Fortunam, tamen ut ne Salutem culpem.
Si tamen, pro Si modo. Plin. epist.1.lib.3, Liber legitur, interdum etiam præsentibus amicis, si tamen illi non grauantur.
Tamen aliquando. Plin. libro 12.cap.21.1, Peruenit tamen aliquando Serichatum.
Tamène? Interrogatiuum, pro Vtrum propterea, uel An tamen. Cic.7.Ver.15, Quid? si ab Appollonio aliquid commissum est, quamobrem iure in eum animaduerteretur: tamène hanc rem sic agemus, ut crimini aut inuidiæ reo putemus esse oportere, si quo de homine seuerius iudicauit? Idem pro Quintio, 52.
Satis tutò tamen. Terent. Eunuch.3.5.29,
Commendat uirginem. A. cui? tibi nec? C. mihi. A. satis tutò tamen.
Tamen idem. Terent. And.3.2.40,
—tu tamen idem hàs nuptias
Perge facere ita ut facis. Vbi Donatus, Idem abundat. Tamen idem, apud ueteres integrum fuit. unde apud nos Tandem & Tamen natum est.
Tametsi] μὲν, μέν εἰ καίτοι, Coniunctiua particula, in principijs orationum posita, indicatiuo gaudet: secundo autem loco, etiam subiunctiuo. Terent. Phorm.2.3.81,
—metuit hic nos, tametsi sedulò
Dissimulat. Idem And.2.2.11,
Obtundis, tametsi intelligo. Cic. Attico, lib.1.7.2, Tametsi iactat ille quidem illud suum arbitrium. Cicer.5.Ver. 50, Non me hercule quæ loquor crederem Iudices, tametsi uulgò audirem. Terentius Eunucho, 2.1.10.
Tametsi, pro Tamen. Terent. And.5.2.23,
Ego iam te commotum reddam. D. tametsi hoc uerum est.
Tametsi cum interrogatione positum, cuiusdam suiipsius correptionis uim habens. Cic.6.Ver.16, Verum fac te impetrauisse, fac aliquid grauius in Heium statuisse Mamertinos: quantam putas authoritatem laudationis eorum futuram, si in eum quem constat uirum pro testimonio dixisse, pœnâ constituerent? tametsi quæ est ista laudatio, quum laudator interrogatus lædat necesse est?
Tametsi, tamen. Cicer. pro Quintio, 7, Verùm his de rebus non necesse habeo dicere ea quæ me P. Quintius capit commemorare: tametsi causa postulat: tamen quia postulat, non flagitat, præteribo. Idem 4.Ver.10.

Taminia] Vua syluestris generis uidetur Verrio dicta, quæ tam mira sit, quàm minium. Festus.
Tamuada] Fluuius Mauritaniæ, nunc uocatur Bediæ. rigat regionem Alarabum.
Tamus] Plantæ nomen. Columella in descriptione horti,
—iam tami sponte uirescunt. Plin.lib.21, In Italia paucißimas nouimus, fraga, ramum, ruscum. Sic lib.20, Aculi tami, cuniliæ. Hodie tamè ubiq; excuditur tani, & tanus, sed mendosè. Turnebus.
Tanager] pen.cor. (ταναγρα) fluuius Lucaniæ, qui est inter Campanium & Calabriam. De quo Virgil.3. Georg.31,
—& sicci ripa Tanagri.
¶ Tanagræus, Adiectiuum (ταναγραῖος) Stat.9.Thebaid.26,
Phoceaque tunc Cydona, Tanagræumq; Phalantum. Cicero Pro domo sua, 85, Tanagræa quædam mœretrix fuisse dicitur. eius non longè à Tanagris simulacrum è marmore in sepulchro positum fuit.
Tanagra] ταναγρα, Ptolemæo lib.3.cap.15, Bœotiæ mediterraneæ oppidum: nobile, ut author est Plinius lib.10.cap. 21, gallis gallinaceis ad bella tantum & prælia assidua quæ in eo nascuntur.
Tanais] ταναΐς, Scythiæ fluuius, qui diuidit Asiam ab Europa. Fertur itaq; Tanais (inquit Strabo lib.11.) à Septentrionis partibus Nilo contrarius, non tamen per diametrũ, ut quidam putant: sed orientalior, originem ut ille incertam habens. Simillimumq; est ex Riphæis montibus descendere, qui immanibus iugis, Arcton prospiciunt. Vide ibi reliqua. Accedit Herodotus, qui libro quarto Tanaim ex palude oriri, & in uastitatem diffundi nomine Mæotim, qua Scythas à Sarmatis discludi ait. Non diuersus à Ptolemæo, qui Basilicam, id est regiam Sarmatiam ab Europæa Tanais intermedij fontibus seiungit. Scythæ Tanaim, Silin uocant. Ostia eius duo sunt, LXX inter se stadijs distantia. Vide Ptolemæum lib.5.cap.9.
Flumen Tanais. Horat.4.Carm.ode 15.5.
Extremus Tanais. Horat.3.Carm.ode 10.1.
Niualis Tanais. Virg.4.Georg 103.
Tanaquil] penul.cor. (ταναχυλία) Tarquinij Prisci uxor. De qua Plin.lib.36. cap. ultimo, Non præteribo & unum soci exemplum, Romanis literis clarum, Tarquinio Prisco regnante tradunt repentè in foco eius comparuisse genitale è cinere masculini sexus: eamq; quæ insederat ibi, Tanaquilis reginæ ancillam Ocrisiam captiuam, consurrexisse grauidam.
Tanas] ταναὶς, oppidum non longè à Tana, & Venetis paret. Vnde & nobilißimæ pelles feruntur & mancipia, quæ à Scythis emunt, quos appellant Carcasos.
Tandem] τέως, ὑστάτιον, ὀψέποτε, Aduerbium, significat Postremum, post longam moram. Terentius Eunuch. 1.2.74,
Heu noster laudo, tandem perdoluit. Vbi Donatus, Tandem quasi qui nimis patiens fuit.
Virgil.3.Aeneid.22,
—deposita tandem formidine fatur.
Vtrum hîc tandem disceptationem & cognitionem ueritatis, an innocentiæ labem aliquam aut ruinam fore putatis? Cicero pro Flacco, 18.
Perficere, ut iam tandem aliqui fateantur. Cicero 2. de lege Agraria, 100.
Tandem pro Tamen, interprete Donato. Terẽt. Adel.4.5.51,
In qua ciuitate tandem te arbitrare uiuere?
Virginem uitiasti, quam te ius non fuerat tangere. Idem And.5.3.4,
Am' tandem, ciuis Glycerium est? P. Ita prædicant.

Tandem, Expletiua coniunctio, ut uult Priscianus & Donatus. Terent. Phorm.2.1.1,
Itáne tandem uxorem duxit Antipho iniussu meo? Cicero 1. in Catil.1, Quousq; tandem abutere Catilina patientia nostra? Terent. Heaut. 5.2.1. Valla libro 6, Dicitur in huiusmodi locutionibus Tandem habere urgens quiddam & accelerans, quasi responsum accelerent. Virgil. 1. Aeneid.75,
Sed uos qui tandem? quibus aut ueniistis ab oris?
Quod genus tandem est istud ostentationis, & gloriæ? Cicero pro Rab. Posthumo, 23.
Quanto tandem illum mœrore afflictum esse & profligatum putatis? Cic.2. in Catil.26.
Cecinna utrum noluit tandem, an non potuit accedere? Cicero pro Cecinna, 35.
Quorsum tandem, aut cur ista quæris? Cic.1.de Leg.5.
Quónam tandem modo? Cic.3.Tusc.13. Idem in Partit.7.
Hoc per ipsos deos de quibus loquimur, quale tandem est? Cic. 1.de Nat.deor.140.
Tandem aliquando. Cicero in Catil.18, Ibis tandem aliquando quò te iampridem tua ista cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat. Sic Ibidem, 14.
Aliquando tandem posse consistere. Cic. pro Quintio, 63.
Vix tandem. Terent. Phorm.2.1.4.
Tandem, Nunc saltem. Terent. Eunuch.5.9.25,
—perfice hoc Precibus, pretio, ut hæream in parte aliqua tandem apud Thaidem. Donatus.
Tandem tandem, Reticentia quædam cum abrupto sermone, nonnihil ornatus habens. Plaut. Curcul.2.7,
At tandem tandem. P H. tandem es odiosus mihi.
Tandiu] ἐπὶ τοσοῦτο, ὅσον χρόνου, Tanto tempore. Cicero 7. Ver. Nam tandiu fuit in carcere Apollonius.
Ego te abfuisse tandiu à nobis doleo. Cic. Curioni, lib.2.1.4.
Tandiu & quandiu. Cic.4.Ver.47, Ignominia autem ill' à grauis tandiu in illo homine fuit, quandiu iste in prouincia mansit. Idem 3.Verr.16.
Tandiu donec. Col.lib.12.cap.12.cap.6.5, Itaq; subinde alium salem tandiu ingeret, donec in sportum permaneat integer.
Tandiu dum. Cicero 2. Off.61, Tyberius enim Gracchus Publij filius tandiu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit.
Corpus tandiu gaudet dum sentit uoluptatem. Cic.5.Tusc.136.
Tandiu quàm. Cic. de clar. Orat.3, Vixitq; tandiu, quàm licuit bene uiuere.
Tango] tangis, tetigi, pen. cor. tactum (ἅπτω, θίγω, ἐπιθίγω, ψάω, ἅπτομαι) tangere, Notæ significationis. Luc li.1.62,
Tangere enim & tangi, nisi corpus, nulla potest res.
Tangere genu terram. Cic.2.Tusc.97.
Pedem pede tangere. Ouid.1.de Arte, 122.
Baculo tetigit iuuenem. Ouid.14.Metam.77.
Flagello tangere aliquem. Horat.3.Carm.ode 26.3.
Armis tangere. Horat.3.Carm.ode 3.11.
Sanctißimum corpus manu tangere ac uiolare. Cic. Post reditum in Senatu, 5.
Sydera tangere. Vide Sydus.
Tangere terram regionis, Appellere. Plaut. Amph.4.49. Cic. 3.Verr.18, Verres simul ac tetigit prouinciam.
Carinæ tetigere portum. Virg.1.Georg.61.
Tangit Tyberim, pro Contiguum est Tyberi. Cic. pro Roscio Amerino, 12.
Tangere aliquem, pro Ludere & fatigare, inquit Donatus. Terent. Eunuch.3.1.30,
Quo pacto Rhodium tetigerim in conuiuio,
Nunquid tibi, dixi.

Tangere ferro arborem, pro expurgare. Col.lib.5.cap.9.9.
Tangere aliquid, pro Describere, & mentionem facere. Cicero 4. Academic. 246, Sed ubi Xenocrates, ubi Aristoteles ista tetigit?
Carmina tangere. Ouid.3.Amor.eleg.11.4.
Non omnia dicere, & leuiter unumquodq; tangere. Cicero pro Rosc. Amer. 51.
Verba alicuius tangere suis uerbis. Ouid.1.Fast.37.
Aliquem ab initio tangere. Cic.2. de lege Agrar.69.
Tetigit rẽ acu, Prouerbiũ: pro Rem attigit. Plaut. Rud.30.19.
Tangere ulcus, Mouere dolorem, eiusq; rei facere mentionem quæ nos magnopere urat. Terent. Phorm.4.4.9.
Curas tangere. Virg.4.Aeneid.110.
Tetigit, Peruenit. Plaut. Bacchid.10.3,
Nam illud animus miratur meus, si à me tetigit nuntium. Quid remoratur.
Tetigit uox aures meas: id est, peruenit ad aures. Plaut. Rud.6.
Metam tangere uitæ. Ouid.1.Trist.eleg.8.1. (13.
Tangere, Mouere. Lucret.lib.1.13,
Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira.
Hæc modicè me tangunt: id est, mediocriter me commouent. Cicero ad Atticum, lib.2.3.4.2. Vide Modus.
Amore tituli tangebar. Ouid.1.Trist.eleg.1.11.
Tangit animum memoria earum rerum, Commouet, excitat. Liu.1.ab Vrbe, 20.
Contemptus uos tangit. Ouid.2.Metam.106.
Cor alicuius tangere querela. Horat. de Arte, 20.
Cura tangit me campi. Propert.lib.2.eleg.17.7,
—miseri te si qua parentis
Tangere cura potest. Virg.12.Aeneid.158.
Vestri cura nulla nos tangit. Liu.3.ab Vrbe, 71. Colum. libro 3. capit.21.9, Potes iam (si te cura pomorum tangit) ultimis ordinibus in ea uineti fine, &c.
Fata impia te tangunt. Virg.4.Aeneid.120.
Quòd si nec fratris, nec te mea gratia tangit. Ouid.2.Met.59.
Honos tangit animum. Virg.12.Aeneid.12.
Honos tangit nos. Ouid.5.Fast.60.
Inuidia alicuius tangi. Lucan.lib.9.212.
Mentem mortalia tangunt. Virg.1.Aeneid.94.
Tangi odore. Plin.lib.17.cap.24.22.
Pectus tangere dulcedine. Lucret.lib.3.184.
Vota tetigere deos. Ouid.4.Metam.33.
Tangere, Circumuenire. Plaut. Pœnul.2.101. Idem Epid. 1.4.40, Te istam ob rem tetigi triginta minis.
Pedes tangendos præbuit. Propert.lib.4.eleg.9.9.
¶ Tactus, Participium (τεθιγμένος) ut, Tactus spiritu diuino. Liu.5.ab Vrbe, 103.
Cupidine laudis tactus. Ouid.4.Trist.eleg.5.3.
Dolore tactus amissæ coniugis. Ouid.7.Metam.140.
Tactus fulmine. Plin.lib.14.cap.19.
Tactus de uel è cælo, Fulmine ex cælo delapso percussus. Cic.2. de Diuin.69, Nattæ uerò statuũ; aut æra legum de cælo tacta, quid habent obseruatum ac uetustum. Plin.lib.36, cap. 4.2, Fuere autem simulachra ea Apollinis, Dianæ, Herculis, Mineruæ, quod è cælo posita tactum est.
¶ Tacturus, penul.prod. Aliud participium (ἁψόμενος) Cic. Caninio, lib.2.16.7, De præda mea præter Quæstores urbanos, id est pop. Rom. teruntium nec attigit, nec tacturus est quisquam.
¶ Tactus, huius tactus (ἁφή, ἁπαφή, θίξις, ἐπαφή) Ipse tangendi sensus, uel actus. Plin.lib.10. capit.69.1, Ex sensibus ante cætera homini tactus. Idem libro 8.cap.55.3, Necnon & uestes leporino pilo facere, tentatum est, tactu non perinde molli ut in cute.

Aspera tactu. Lucret. lib. 6. 156.
Interior tactus. Vide Intra.
Leuis tactus. Vide Leuis.
Mollis tactus. Virg. 2. Aeneid. 137.
Mollissimus tactus corporis. Vide Mollis.
Abstinere tactu. Virg. 3. Aeneid.
Cognoscere corpora tactu. Lucret. lib. 2. 129.
Resistere ad tactum. Virg. 3. Georg. 101.
Sentire aliquid tactu. Lucret. lib. 4. 54.

¶ Tactio, tactionis, Verbale (ἅφις) Idem Plaut. Aul. 16. 9.
Sed quid tibi nos mědice homo tactio est? Cic. 4. Tusc. 31,
Et qualis est hæc aurium, tales sunt oculorum, & tactionū, & odorationum, & saporum.

¶ Tactilis, & hoc tactile, Quod tangi potest. Lucret. lib. 5,
Tactile nil nobis quod sit contingere debet.

Tanis] τάνις, ciuitas Aegypti, à qua Tanicum siue Tanitis cum Nili ostium dictum. Herodotus libro secundo ab insignibus oppidis ostijs impositā nomina scribit: ea sunt, Canopus, Bolbis, Sebennis, Pathmis, Mendes, Tanis: à qua Tanitis cum Ptolemæus & Strabo deriuant, & in emēdationibus codicibus Pomponij Tanicum, ut annotauit Vadianus. Eadem & Taphnis & Taphiū dicitur. Hìc fuit, ut annotat Villanouanus in Ptolemæum, prima Israelitarum captiuitas, à qua per mare Rubrum duce Mose, sunt erepti. Sita erat in terra Gieszen, sed nunc destructa est.

Tanquam] Similitudinis aduerbiū (ὥσ, ὥσαν, ὡσανεί, ὥστε, ἁτὰρ, οἷα, οἷαδὴ) uerbis subiunctiuis iungitur. Plin. Natur. Hist. Tanquam nesciamus hanc esse solam quæ nunquam irascatur. Id est, quasi nesciamus.
Gloria uirtutem tanquam umbra sequitur. Cic. 1. Tusc. 177.
Tanquam ad aliquem libidinis scopulum appellere. Cic. 2. de Orat. 84.
Oratorem in iudicia & conciunculas, tanquam in aliquod pistrinum detrudi & compingi uidebam. Cic. 1. de Orat. 24.
Apud eum sic fuit tanquā domi meæ. Cic. Seruilio, lib. 13. 70. 2.
Repente enim te, tanquam serpens è latibulis intulisti. Cicero in Vatinium, 2.
Tanquam si. Cic. ad Cælium lib. 2. 15. 20, De Dolabella quod scripsi, suadeo uideas, tanquam si tua res agatur.
Tanquam, pro ut uel sicut, indicatiuum postulat. Terent. Phor. 1, 2. 15,
Senis nostri Daue fratrem maiorem Chremem
Nostine? D. quidnis? G. quid eius natum Phædriam?
D. Tanquam te. Idem Eunuch. 2. 2. 32,
Tanquam philosophorum habent disciplinæ ex ipsis
Vocabula. Plin. lib. 9, Vt tanquam in uictu frugū noscitur ratio: si omnes, qui istis gaudent, præmia uitæ suæ calleant.
Video tibi etiam nouum accidisse tanquam mihi. Cicero Attic. libro 6. 111. 10.
Tanquam, cum Sic, pro Quemadmodum. Cic. ad Cassium, lib. 12. 9. 2, Tanquam enim si clausa sit Asia, sic nihil perfertur ad nos præter rumores de oppresso Dolabella. Idem ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 6.

Tantalus] ταύταλος, penul. cor. ut est author Lactantius, Iouis ex Plote nympha filius. Seruius, Tantalus Corinthiorum rex, amicus numinibus fuit: qui quum frequenter deos susciperet, & quodam tempore desuissent epulæ, filium suū Pelopem occidit, & dijs epulandum apposuit. Tunc abstinētibus cunctis Ceres humerum eius exedit. Et quum eum dij per Mercurium reuocare ad superos uellent, eburneus ei est humerus restitutus. Virg. 3. Georg. 2,
—humeroq; Pelops insignis eburno
Acer equis. Hac lege autem Tantalus apud inferos dicitur esse damnatus, ut in Eridano inferorum stans, nec undis præsentibus, nec uicinis eius pomarijs perfruatur. Per

hæc autem auaritia significatur: ut etiam Horatius 1. Serm. Satyr. 1. 15,
—quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur. Hactenus Seruius, enarrans illud Virgilij 6. Aeneid. 121. de Tantalo,
——lucent genialibus altis, &c. Eusebius ait, Tantalum Iouis ex Plote nympha filium, regem Phrygiæ cum Troe Dardaniæ rege bellum gessisse, quòd Ganymedē rapuerit, Agamemnonis & Menelai auus. Vnde & Tantalides dicti sunt. Hic ob filium interfectum detrusus ad inferos sitit torquetur & fame. Plato in Cratilo scribit, Tantalum dictum esse, quasi ταλάντατον, hoc est infœlicissimum.
Alius fuit Tantalus, Thyestæ ex Merope filius, interfectus & appositus esca patri. Horat. Epod. 17. 15,
Optat quietem Pelopis infidus pater
Egens benignæ Tantalus semper dapis.
Poetæ impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt. Cicero 4. Tusc. 54.
Mento summam aquam attingens siti enectus Tantalus. Cicero 1. Tusc. 16.
Fallax Tantalus. Stat. 1. Thebaid. 50.
Superbus Tantalus. Horat. 2. Carm. ode 18. 8.

¶ Tantaleus, penul. cor. Possessiuum (ταυτάλειος) Propert. libro 2. eleg. 1. 14,
Tantalea poterit tradere poma manu.
Mensa Tantalea. Stat. 11. Thebaid. 26.

¶ Tantalicus, pen. cor. Adiectiuum (ταυτάλικος) Claud. 2. de rapt. Pros. 68,
Non aqua Tantalicis subducitur inuida curis.

¶ Tantalis, penul. cor. Tantalidis (ταυτάλις) Patronym. fœm. dicta est Niobe Tantali filia.
Fratres Tantalidæ. Ouid. 2. Fast. 126.

Tantheurisi] ταυθέυρισοι, Quædam ornamenti genera, lapillos quosdam à se dependentes habentia: ita dicti à motu gemmarum, ut tradit Pollux lib. 5. cap. 16.

Tanti, Tantillus, Tantisper, Tantopere, Tantum, Tantundem] Vide Tantus.

Tantus] tanta, tantum (τόσος, τοσοῦτος, τηλικοῦτος) A Tam deduci uidetur, quantitatemq; significat, quasi Tam multus, uel Tam magnus. Plaut. Pœnul. 18. 103,
Quum hæc me lætitia tanta, & tantis affecistis gaudijs,
Terent. Heaut. 4. 1. 17, Tantam inesse animo inscitiam? Idē And. 5. 2. 29,
Tantum laborem capere ob talem filium?
Tantus natu, Adeò prouecta ætate. Plaut. Bacchid. 2. 15.
Sexcenta tanta: hoc est, sexcenties tantum, uel totidem. Plaut. Pseud. 9. 39,
Quasi mihi non sexcenta tanta soleant credier. Idem Trin. 8. 98,
Post id frumenti quando alibi messis maxima est,
Tribus tantis illi minus reddit, quàm obseueris.
Sol maiórne quàm terra sit, an tātus quantus uideatur? Cic. 2. de Diuinat. 15.
Tantus homo, Tam magni pretij. Terent. Eunuch. 4. 7. 32. Cic. ad Brutum, 9. 1, Est alienum tanto uiro ut es tu. Virgil. 1. Aeneid. 8,
Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Idem 3. Georg. 23,
Tantus amor laudum, tantæ est uictoria curæ.
Quæ tanta animum dementia cepit? Virg. 5. Aeneid. 93.
Tantus ergo imperator in omni genere belli fuit, prælijs, oppugnationibus, naualibus pugnis, &c. Cicero 4. Academ. 6.
In his tot & tantis malis. Cic. 5. Tusc. 43.

Tanta res. Terentius And. 1. 5. 18,
Ah tantámne rem tam negligenter agere.
Vrbs tanta atq; talis. Cic. 3. de Nat. deor. 133.

¶ Tanti & quanti (περὶ τοσοῦτο, περὶ ὅσου) genitiui, cum eorum compositis, Tantidem, quantilibet, quanticunq;, similiter totidem, pluris, minoris, iunguntur uerbis pretium significantibus, qualia sunt Emo, uendo uæneo, mercor, comparo, æstimo, constat, conduco, loco, fœneror, paciscor, pago, pepigi, cōdemno, postulo, & siqua sunt similia. Plaut. Merc. 8. 22,
Tanti quanti poscit nim' tanti emi illam? Terent. Adel. 2. 1. 49, Vbi me dixerò dare tanti, testes faciet illico. Idem Eunucho, 1. 1. 30.
Tanti me fugacem, mercenarium patronum hi æstimauerunt. Cic. in Sallustium, 6.
Non tanti est. ut, Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 14. 1, Tanti non fuit Arsacem capere, Seleuciam expugnare, ut earum rerū, quæ hic gestæ sunt, spectaculo careres.
Tanti fuit: id est, tam optabile. Cic. 6. Ver. 24, Hic tibi in mentem non uenit uobere hæc quoq; ut referret, &c. fuit tanti, mihi crede: haberes quod defenderes. Id est, omnino id faciēdum erat. Cic. 2. in Catil. 36, Est mihi tanti Quirites, huius inuidiæ falsæ atq; iniquæ tempestatem subire: dummodo à uobis huius horribilis belli periculū depellatur. Ac si dixisset, Fuit mihi tanti periculum belli à uobis depellere, ut falsam inuidiam subire non recusauerim.
Nihil tanti est: id est, nihil tam mihi optatum est. Cic. ad Attic.
Nunc nihil mihi tanti est: faciam quod uolunt.
Nihil est tanti. Brutus ad Ciceronem, 16. 8, Nihil tanti fuit, quo uenderemus fidem nostram. id est, nihil tanti æstimauimus, ut seruire uellemus. Budæus.
Putare tanti. Quintil. lib. 7. cap. 3. 33, An etiam tanti putauerit pœnam subire.

¶ Tantidem, pen. prod. Genitiuus, qui uerbis pretij solet adijci. Terent. Adelph. 2. 1. 45,
Ob malefacta hæc tantidem emptam postulat sibi tradier.
Cogere aliquos ab aliquo tantidem accipere. Cic. 5. Verr. 70.
Emere aliquid tantidem, quanti, &c. Cic. 5. Verr. 167.

¶ Tantisper, (τόφρα, ἐντόσω) Aduerbium, significat tandiu postulatq; post se Dum pro Donec, siue Quandiu, uel Quoad. Plaut. Aul. 21. 6,
Tantisper hic ego ad ianuam cōcessero. Cic. ad Atticum, lib. 12. 24. 3, Totos dies scribo: non quò proficiam quid, sed tantisper impedior. Ouid. in Ibin, 128,
Hæc tibi tantisper subito sunt missa libello,
Immemores ne nos esse querare tui.
Cogitare tantisper de aliquo reo. Cic. pro Cecinna, 21.
Tantisper dum. Terent. Adel. 1. 1. 45, Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet. Cic. ad M. Varronem. lib. 9. 2. 9, Habes rationem mei consilij: tibi igitur hoc censeo, latendum tantisper ibidem, dum efferuescit hæc gratulatio, & simul dum audiam quemadmodum negotium confectum sit.

¶ Tanto ablatiuus cum uerbo Constat, aliquando reperitur, nisi mendosus est locus. Plin. lib. 12. cap. 18. 2, Tanto nobis deliciæ & fœminæ constant.

¶ Tantò, Aduerbium (τοσόντο, τόσω) ut & quantò: ut, Tantò magis, tantò peior. Terent. And. 4. 5. 35,
Tantò hercle magis dabit. Plaut. Persa, 4. 72,
Ter tantò peior ipsa est.
Tantò impensius. Virg. 12. Aeneid. 4.
Tantò antè. Cic. 7. Verr. 71, Quòd si Cleomenes non tantò antè fugisset, aliqua tamen ad resistendum ratio fuisset.
Quinquies tātò amplius. 5. Cic. Ver. 193, Reperietis quinquies tantò iudices amplius istum, quàm quantum ei in cellam sumere licitum sit, ciuitatibus imperasse.

Vicies tantò addito aquæ. Plin. lib. 15. cap. 4. 8.
Tántone minoris decumæ uenierunt, quàm fuerunt. Cicero 5. Verr. 78.
Tantò quantò. Plin. lib. 9. cap. 38. 1, Quippe maior uis tantò, quantò recentior.
Quantò quis audacia promptus, tantò magis fidus. Tacit. lib. 1. Et lib. 5, Tantò acceptius in uulgum, quantò modicus priuatis ædificationibus.
Quantum tantò. Virg. 12. Aeneid. 4,
—quantum ipse feroci
Virtute exuperas, tantò me impensius æquum est cōsulere.

¶ Tantoperè, penul. corr. (τοσοῦτον, τηλικοῦτον) significat tantum, tam uehementer. Terent. Phorm. 5. 8. 16,
Postquam tantoperè id uos uelle, animum aduorteram.
Idem Andr. 5. 2. 27,
Ah, ne sæui tantoperè. Cic. 4. Acad. 240, Non potest igitur uterq; sapiēs esse, quoniā tātoperè dissētiūt, sed alter. Illud nescio quid, quod tantoperè didicisti. Cic. pro Mur. 20.
Tantoperè, & quantoperè. Cic. 1. de Orat. 89, Neq; enim tantoperè hanc à Crasso disputationem desiderabam, quantoperè eius in causis oratione delector.

¶ Tantùm, Aduerbium (μόνον, μόνως) significat solùm, & positiuis iungitur. Plaut. Capt. 1. 4,
Tantùm studens ut natum recuperet. Virg. 6. eclog. 4,
Serta procul tantùm capiti delapsa iacebant. Seruius,
Tantum capiti delapsa, ut ostenderet non longius prouolutam esse coronam.
Nihil dicam arrogantius, tantùm dicam. Cic. pro Murænā, 71.
Non tantùm parum commodè, sed etiam turpiter. Cicero 1. de Orat. 115.
Tantùm interest, quòd tu quum es commotus, acquiescis, assentiris, approbas, &c. Cic. 4. Acad. 255,
Tantùm non, Rei non planè peractæ aduerbium, Fermè. Suet. in Tib. Cæsare, cap. 11, Tantùm non aduersis tempestatibus Rhodum enauigauit. Liu. Decad. 4. lib. 7. 121, Vt uidit non posse æquare ordinem Romanos, & tantùm non iam circumiri à dextro cornu, concitat naues. Idem 4. ab Vrbe, 9,
Et quum hostes tantùm non accersierint.
Tantum est. Plaut. Most. 8. 133,
Quatuor quadraginta illi debentur minæ.
Et fors, & fœnus, tantum est. Terent. Eunuch. 5. 6. 26,
—nunquid est
Aliud mali, damniue quod non dixeris.
Reliquum? P. tantum est. Terent. Hecyra, 5. 3. 15,
—scio, Tantúmne est? D. tantum.
Tantum, ad numerum (τοσοῦτον, τοσονδὶ) Plaut. Bacchid. 5. 38,
—ui coactus reddidit
Ducentos & mille Philippûm. N. tantum debuit?
Tantum quàm Terent. Hecyra, 3. 4. 3.
Non hercle Parnieno uerbis dici potest
Tantum, quàm re ipsa nauigare incommodum est.
Tantum mihi confido. Plancius ad Cic. lib. 10. 18. 8. Virgil. 7. Aeneid. 33, Quò tantùm mihi dexter abis?
In tantum ut. Vide In præpositionem.
Tantum, & Plus etiam. Cic. Attic. lib. 7. 123. 11.
Tantum, quantum. Plaut. Most. 7. 93,
Tu ut occœpisti, tantum, quantum quis fuge. Virg. 4. Georg. 21,
—nec tantum dulcia, quantum
Et liquida:
Tantum quantum sat est. Cic. de Senect. 44.
Tantum sat habes? Terent. Heaut. 4. 3. 40.
Tantum abest, eandem uim in oratione habet, quam Non solū.

Huic autem interdum geminum Vt postponitur, interdum unum tantum, ut in sequentibus exemplis liquet. Cic. de Amicitia, 47, Tantumq; abest, ut amicitiæ propter indigentiam colantur, ut ij qui opibus & copijs maximè ᵹ utrute præditi (in qua plurimum est præstdij) minimè alterius indigeant. Idem de Offic. Tantum abest ab officio, ut nihil officio magis possit esse contrarium. Hoc est, non modò officium non est, uerumetiam nihil magis officio potest esse contrarium. Idem 4. Acad. 55, Tantum abesse dicebat, ut id consentaneum esset, ut maximè etiam repugnaret. Vide Absum.

Tantum ábsum, ut perturber, pro Tantum abest ut perturber. Hirtius de bello Alexand. Hoc detrimento milites nostri tantum absuerunt ut perturbarentur, ut incensi potius atque incitati, magnas accessiones fecerint in operibus hostium expugnādis. Græca hæc est phrasis, τοσοῦτον ἀποδέω τοῦ ὑποκλέπτειν.

Tantum pontis in ea re. Cic. 4. Acad. 163.

Tantum, ut. Cicero ad Marium, libro 7. 3. 15, Postea autem quàm alicuius culpa tantum ualeret unus, ut obsisti non posset, &c.

Tantum honoris. Plin. lib. 12. cap. 1. 5, Tantumq; postea honoris increuit, ut mero infuso enutriantur. Idem libro 11. cap. 53. 4, Tantum insidiarum est uitæ.

Adhibere tantum cibi & potionis. Vide Adhibeo.

¶ Tantummodo, pen. corr. (μόνον, μόνως) Aduerbium. Idem. Teren. Phorm. 1. 2. 92,

Posthac si quicquam nihil precor tantummodo non addas. Cic. ad Cælium, lib. 2. 9. 4, Velles enim, ais, tantummodo ut haberem negotij quod esset ad laureolam satis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 10,

Omnia perdidimus, tantummodo uita relicta est.

Arbores tantummodo per stirpes alantur suas. Cicero 2. de Nat. deorum, 116.

Neque eum oratorem tantummodo, sed hominem non putant. Cic. 3. de Orat. 29.

¶ Tantusdem, tantadem, tantundem. Vlpian. in l. si pro patre. ff. de in rem uerso. Si decem in rem domini uerterit, & postea tantundem summam à domino mutuatus sit, &c.

¶ Tantidem ponderis: Pomponius in l. ultima. ff. de præscrip. uerbor. Si tibi scyphos dedi ut eosdem mihi redderes: commodati actio est: si, ut pondus argenti redderes, quantum, in illis esset: tantidem ponderis petitio est per actionem præscriptis uerbis.

¶ Tantundem, Quasi tantum idem, significat æquè tantum. Terent. Phorm. 5. 6. 6,

Num tu intelligis quid hic narret? P. num tu? A. nihil P. tantundem ego. Idem Eunucho, 2. 3. 29,

Quid uirgo, cuia est? CH. nescio hercle. P. unde est? CH. tantundem. Plin. lib. 5. cap. 1. 4, Volubile oppidum tantundem à mari utroq; distans.

Sepioni tantundem solutum est. Cic. Quint. fratri, lib. 1. 3. 11.

Tantundem est quasi. Plaut. Merc. 6. 4. 4,

Nam meo quidem animo uetulus, decrepitus senex
Tantundem est, quasi sit signum pictum in pariete.

Tantundem uiæ. Cic. 1. Tusc, 167, Nihil necesse est, inquit: undiq; enim ad inferos tantundem uiæ est.

Tantundem periculum, pro Tātum periculi. Plaut. Pœn. 9. 20,

Malo benefacere tantundem est periculum,
Quantum bono malefacere. Idem Truc. 9. 7,
——tantundem dolum aggrediar.

Tantundem, quantum. Plinius epist. 167. h. Cicero 5. Ver. 175, Magistratibus tantundem detur in cellam quantum sem-

per datum est.

Quæ morte testamentóue eius tantundem capiat, quantum omnes hæredes. Cic. 2. de Legib. 78.

¶ Tantulus, penul. corr. Adiectiuum diminutiuum, pro Tam paruus. Plaut. Truc. 11. 47,

——tum tantuli doni causa, &c. Idem Pœnul. 4. 51,

En monstrum mulieris, tantula tanta uerba fundit at. Cicero pro Roscio Amer. 67, Si ex eo negotio tantulum in rem suam conuertisset, &c. Lucret. lib. 4. 182.

Statura tantula. Cæsar 2. belli Gal. 338.

Epistola tantula. Cic. ad Atticum, lib. 1. 9. 1.

Sol tantulus. Cic. 4. Acad. 222.

Causa tantula. Cic. Attico, lib. 4. 77. 5.

Malum tantulum. Cic. 2. Tusc. 111.

Tantulum moræ. Cic. 4. Ver. 65.

Tantulo uenire, Sub. pretio. Cic. pro Rosc. Amer. Deinde cui tantulo uenierint.

¶ Tantulum, penul. cor. Aduerbium, Tam parum significans. Cicero 7. Ver. 138, De omnibus nobis si quis tantulum de recta regione deflexerit. Idem 7. Verr. 142, Si tantulum oculos deiecerimus, præstò esse insidias, &c.

Is discipulus magistro tantulum de arte concedit. Cicero pro Rosc. Amer. 70.

Tantulum peccauiid est, paulum. Plaut. Casin. 20. 6.

Tantulum commotus. Cic. 4. Ver. 87.

Nec quicquam posthac non modò tantum, sed ne tantulum quidem prætermittes. Cic. Attico, lib. 15. 330. 3.

¶ Tantillus, Aliud diminutiuum à tantulus. Plautus Trinum. 4. 17,

Faxo caue tantillum dederis uerborum mihi. Terent. Adel. 4. 2. 25,

Quem ego modò puerum tantillum in manibus gestui meis. Cicero de Senec. 48, Omitto enim uim ipsam omnium quæ generantur è terra, quæ ex fici tantillo grano. Vetus exemplar legit, tantulo. Plinius libro 32. capit. 1. 1, Hæc tantilla est satis cōtra tot impetus, ut uetet ire nauigia.

¶ Tantillum, Aduerbium. Plaut. Rud. 24. 106,

Si hercle tantillū peccassis. Catul. ad Iuuentium, 94. 2,
——nec possum fletibus ullis
Tantillum uestræ demere sæuitiæ.

Tapetum] tapeti: uel hic Tapes, tapetis: uel hoc Tapete, tapetis, penul. prod. (τάπης) Tegmen ingeniosè pictum uarijs coloribus, quo equi, mensæ, seu pauimenta sternuntur. Plaut. Pseud. 4. 13,

Neque Alexandrina belluata, consutaq; tapetia. Virgil. 9. Aeneid. 72,

Armaq; craterajq; sinual, pulchrosq; tapetas. Silius libro 17. 13,

——nullo decorare tapete
Cornipedem Nomas assuetus.

Alij tapetes. Ouid. 13. Metam. 139.

Belluata tapetia. Vide Bellua.

Accipere medijs tapetibus. Vide Accipio.

Incubat tapetis. Stat. 10. Thebaid. 21.

Pictis tapetis instrati alipedes. Virg. 7. Aeneid. 56.

Taphiæ insulæ] ταφίων νῆσοι, quas prope Echinadas Strabo libro 10. ponit: quarum caput Taphus. Huiusce modi repetit originem enarrator Apolonij poetæ: Perseo ex Andromede, ut narrat Herodot. quatuor fuere filij, Alæus, Steneleus, Mestor, & Electrion, qui simul regnauerunt. Ex Hippotoe Mestoris filia, & Neptuno Pterelas genitus, ex Pterela Telebos & Taphus. à quo Taphus insula, in qua Teleboæ ac Taphij communi nomine & imperio fuere. Igitur ij Hippotoes eorum auiæ pecuniam ab Ele-

ab Electrione eorum necessario, qui pro ea spopondit, repetebant: qua negata ad arma uenere, armenta abegerunt, ipsum denique & filios sustulere. Alcmena Electrionis filia, patrem ultura, Amphitryonem Thebanum hominem potentissimum, in matrimonium accepit: atque hoc pacto, bello inter eos conflato ab eodem Amphitryone deleti sunt, eorumq; regnum Cephalo profugo Athenienſi, qui exercitui præerat donatum, quod ad Vlyssem è successione peruenit.

Taphiusa] Plin. lib. 36. cap. 21, Locus est iuxta Laucadem, in quo Taphiusius lapis nascitur.

Taphræ] τάφραι, oppidum est in Taurica Chersonneso, Tyrani principis auspicijs aliquando captum, ut author est Florus qui sub Traiano uixit.

Tapinosis] huius tapinosis, pen. prod. foe. gen. (ταπίνωσις) Latinè humiliatio dicitur. Virg. 1. Aeneid. 25,

Apparent rari nantes in gurgite uasto. Seruius, In gurgite uasto, Tapinosis est: id est, rei magnæ humilis expositio. Prudenter tamen Virgilius humilitatem sermonis epitheto subleuat ut hoc loco: uasto addidit.

Taposiris] penul. prod. (ταπόσιρις) Ciuitas in Aegypto. Stephanus ταφόσιριν appellat, quia sit sepultus in ea Osiris. Strab. duas facit Taposires: unam mari propiorem, alteram remotiorem.

Taprobane] penul. corr. (ταπροβάνη) insula in mari Indico amplissima, inter ortum occasumq; Solis, ut Solinus refert. Patet in longitudine stadiorum septem millibus, in latitudine quinque millibus. Ibi Septentriones non uidentur, ut est author Plinius libro 6. cap. 22. ubi multa de hac insula. Inter alia refert, legatos ex Taprobane, quum ad nos uenissent, miratos esse Septentriones & uergilias, uelut in nouo cælo: Lunam uerò apud ipsos non nisi ab octaua die, ad quintumdecimam supra terram aspici. Vide Pomponium Melam, libro 1. & 3. Lucet ibi Canopos sydus clarum & amplissimum. Homines corporum magnitudine alios antecellunt, cæruleis oculis, atroci uisu terrifico sono uocis. Viuunt ultra annos centum. Nascuntur in ea beryllī & hyacinthi, ut Ptolemæus libro 7. refert capit. 4. Plinius libro 6. cap. 22. scribit in ea quingenta oppida comperta fuisse. In ea (sicut Geometræ scribunt) sunt duæ æstates.

Tapsus] τάψος, insula decem stadijs à Sicilia distans uersus Syracusas. Virgilius 3. Aeneid. 138,

——uiuo præteruehor ostia saxo
Pantagiæ, Megarosq; sinus, Tapsumq; iacentem.

Tapyri] τάπυροι, populi in Parthia, ut lib. 11. refert Strabo, quibus mos est ut proprias uxores alijs uiris nuptui concedant, quum duos aut tres filios ex eis suscepserint.

Taracina] Vide Taracina.

Taraco] Vide Tarraco.

Taras] τάρας, Neptuni fuit filius, quem Tarentum ædificasse quidam existimant. Vide Tarentum.

Tarataratara] pen. cor. (ταρατάραξ) Vox tubæ ab Ennio ficta. Seruius in nonum Aeneidos, in eum uersum 101,

At tuba terribilem sonitum procul ære sonoro. Hemistichium, inquit, Enniji. nam sequentia iste mutauit: Ille enim ad exprimendum tubæ sonum ait tarátantara: & multa huiusmodi Virgilius quum asperā inuenerit, mutat.

Tarbelli] penul. prod. (τάρβελλοι) Ptoleimæo libro 2. cap. 7. Galliæ urbs: uulgò Tarbe.

Tarchetius] ταρχέτιος, Impius Albanorum rex. De quo Plutarchus in uita Romuli antiquam de ortu Romuli fabulam prolixè narrat.

Tarchon] τάρχων, Hetruscorum dux, qui ut ex Virgilio notum est, Aeneæ suppetias tulit aduersus Turnum & Rutulos. Dicitur & Tarcho abiecta n littera. Virgil. 8. Aeneid. 121,

Haud procul hinc Tarcho, & Tyrrheni tuta tenebant
Castra locis.

Superbus Tarchon. Silius lib. 8. 94.

Tardus] Adiectiuum (βραδύς, ἀργός, σχολαῖος, νωχελής, μέλιος, μελετὸς) Notæ significationis. Cicero de Senect. 19, Nisi exerceas eam, aut etiam si sis natura tardior. Plaut. Merc. 12. 10.

Velox & Tardus, contraria. Cic. 1. de Inuent. 52.

Tardus incessu filius. Plin. lib. 7. cap. 16. 9.

Aetate tardus. Ouid. 8. Metam. 138.

Tarda & languida ad pastum pecus. Cic. 2. de Fin. 66.

Tardus ad iniuriam. Cic. 1. Off. 51.

Ad referendam gratiam tardiorem esse. Cicero Antequam iret in exil. 2.

Tardus in cogitando. Cic. de clar. Orat. 113.

Agmen tardum. Virg. 9. Aeneid. 10.

Asellus tardus. Virg. 1. Georg. 55.

Corpora tarda. Virg. 6. Aeneid. 145.

Fuga tarda. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 17.

Gradibus tardis errare. Ouid. 11. Metam. 72.

Grauitas tarda. Ouid. 11. Metam. 124.

Homo tardus, Hebes, obtusi ingenij. Cic. 3 de Orat. 51.

Ingenium tardum. Cicero 3. pro lege Agraria, 4, Sed quem uestrum tam tardo ingenio fore putauit, cui post eos Consules, Scyllam dictatorem fuisse, in mentem uenire non posset?

Tardum ingenium in accipiendis quæ traduntur. Plinius libro 8. cap. 3. 1.

Ingenium eximium, & tarda mens. Cic. 5. Tusc. 96.

Tardiores modi. Cic. 1. de Orat. 132, Solet idem Roscius dicere, se quo plus sibi ætatis accederet, eo tardiores tibicinis modos, & cantus remissiores esse facturum.

Moræ tardæ. Ouid. epist. 18. 8.

Noctes tardæ, Tardè uenientes: hoc est, æstiuæ. Virg. 2. Georg. 97. Seruius.

Nox solstitialis tardior hybernā. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 4. 6.

Opem tardam admouere. Ouid. 1. de Remed. amor. 24.

Passu tardo incedere. Ouid. 10. Metam. 10.

Pede tardo cunctari. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 3.

Principia orationis tarda, & exitus tamen spissi & producti esse debent. Cic. 2. de Orat. 118.

Prouisor tardus utilium. Horat. de Arte, 34.

Res tardior spe. Liu. 4. bel. Pun. 180.

Senectus tarda Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 18.

Senectus tarda gelu. Virg. 8. Aeneid. 102.

Sensus hebetes & tardi, Hominies nihil percipientes, Cicero 1. Acad. 45.

nda tarda. Virg. 4. Georg. 96.

Tardum dictu, Difficile, Non promptum. Plinius libro 23. capit. 1. 19.

Tardus, Rudis & stupidus. Virg. 10. eclog. 4,

——tardi uenere bubulci. Terent. Eunuch. 5. 9. 49,

Fatuus est, insulsus, tardus, sertit noctes quæ & dies: Seruius.

Quidam nimis indociles tardique sunt. Cicero 1. de Nat. deor. 19.

Tardus, perseuerans & diuturnus. Virg. 2. Georg. 26,

Media fert tristis succos, tardumq; saporem
Fœlicis mali.

Ità Nonius. Seruius uerò uix intelligibilem interpretatur. Curis tardis pallescere. Propert. lib. 1. eleg. 12. 2.

Tardus fumus, Densus & crassus. Virgil. 5. Aeneid. 137. Seruius.

¶ Tardiuſculus, penul. corr. Diminut. (ὑποβραδὺς) Terent. Heaut. 3.2.4, Eſt ille Climæ ſeruus tardiuſculus. Id eſt, aliquantum tardus.

¶ Tardè (βραδέως, σχολαίως) Aduerbium, tardius, tardiſtimè. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 5. 1. Tardèq; & incommodè nauigaſſemus.

Tardè & Ocyus, contraria. Cicer. 4. Tuſc. 49. Illi in morbum & incidunt tardius, & recreantur ocyus.

Veſperi & tardè. Cic. pro Milone, 40.

Adueniens tardius hoſpes. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 19.

Tardè creſcens oliua. Virg. 2. Georg. 1.

Tardè iter facere. Cic. Attic. lib. 11. 229. 2.

Ingredi tardius. Cic. 2. Tuſc. 11. 8.

Ire tardius. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 20.

Moueri, celerius & Tardius, contraria. Cicero 2. de Nat. deor. 74.

Celeriter accipere, & tardè percipere. Cic. pro Roſc. Com. 18.

Procedunt tempora tardè. Ouid. 5. Triſt. eleg. 11. 1.

Tardiſſimè, uel Quum tardiſſimè. Plin. lib. 18. cap. 7. 7. Quatuor aut quinque tardiſſimè diebus florere incipiunt: totidemq; aut paulò pluribus deflorescunt: hordea uerò quum tardiſſimè ſeptem.

¶ Tarditas, penul cor. tarditátis (βραδυτὴς, ῥωχμία, μέλλησις) opponitur celeritati. Cic. de Vniuerſ. 40, Atq; ut eſſet menſura quædam cuidem, quæ in oclo curſibus celeritates, tarditatesq; declararet, &c.

Celeritati tarditas contraria eſt. Cic. in Topic. 23.

Curſu corrigere tarditatem. Cicero Quint fr. at. lib. 2. 16. 3. Vide Corrigo.

Tarditas pedum. Cic. pro Rabirio, perduel. reo, 14.

Tarditas & cunctatio. Cic. pro Sextio, 87.

Tarditas & procraſtinatio odioſa. Cic. 6. Philip. 209.

Afferre moram & tarditatem alicui rei. Cic. 5. Philip. 182.

Afferre tarditatem ad aliquem perſequendum. Cicero 11. Phil. 308.

Certatim poſthac, mihi crede, ad hoc opus current, nec occaſionis tarditas expectabitur. Cic. 2. Philip. 122.

Damnari natura tarditatis. Vide Damno.

Tarditas ingenij, ſtupor, debilitasq; linguæ. Cic. in Piſonem, 1. Quint. lib. 1. cap. 1. 1.

Tarditas audientium. Plin. lib. 20. cap. 8. 5.

Tarditas aut grauitas in ſenſibus. Cic. 4. Acad. 97.

Infinitam enim faciet ipſa res dicendi tarditatem. Quint. libro 5. cap. 10. 86.

Aeterna & diuturna opinio tarditatis. Cic. 1. de Orat. 62.

Tarditas & taciturnitas. Cic. Lentulo, lib. 1. 5. 13.

Tarditas & ſtultitia. Cic. 1. de Legib. 76.

¶ Tardities, tarditiei (τὸ βραδὺ) antiqui dixerunt, pro Tarditate. Accius Diomede, Multa amittuntur tarditie & ſocordia. Nonius.

¶ Tarditudo, pen. prod. tarditudinis, ſ. g. Idē. (ῥωχλία) Plaut. Pœ. 7. 29, Podragroſi eſtis, uiciſtis cochleam tarditudine,

¶ Tardigradus, penul. cor. Adiectiuum (βραδύπους) Quod tardè graditur. Cic. 2. de Diuin. 198,

Quadrupes, tardigradra, agreſtis, humilis, aſpera. Ex poeta.

¶ Tardiloquus, penul. cor. Adiectiuum. Senec. epiſt. 40,

Summa ſummarum hæc erit tardiloquum te eſſe iubeo.

¶ Tardipes, penul. cor. huius tardipedis, pen. cor. Adiectiuum, (βραδύπους) Qui tardè incedit, aut claudicans. Catul. in annales Voluſij, 34. 2,

Electiſſima peſſimi poetæ.

Scripta, tardipedi deo daturam. Id eſt Vulcano. Collū. lib. 10. circa finem.

¶ Tardor, pro Tarditas, maſculino genere dici probat Nonius ex Varrone, quem uide.

¶ Tardo, tardas (βραδύνω, χρονίζω, μέλλω, διατρίβω, πρὸς διατρίβω) tardare, Morari, Tergiuerſari. Cæſar 5. bel. Gall. 101, Sed ne omnino metum reditus ſui barbaris tolleret, atq; ut eorum auxilia tardaret, &c. Cic. ad Cæſarem, libro 7. 5. 3, Mea quædam tibi non ignota dubitatio aut impedire profectionem meam uidebatur, aut certè tardare.

Inertia tardat nos. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 5.

Impetum inimici tardare, Reprimere, remorari. Cæſar 1. bel. Ciuilis, 109.

Tardare & frænare. Cic. 5. Verr. 111.

Studia alicuius tardare, pro Morari, & frangere contentionem. Cic. in Orat. 2. Budæus.

Animos accuſatorum tardare. Cic. 4. Ver. 121.

Animo tardari. Cic. 11. Philip. 307.

Tardare & procraſtinare negotium aliquod. Cic. ad Brutum, Si ea quæ ex tempore ſuſcepta ſunt, ut agerentur, non tarda ta & procraſtinata ſint.

Tardare, cum infinitiuo. Cæſar 2. bel. Ciuil. Vt multitudine atque onere nonnulli deprimerentur, reliqui hoc timore propius adire tardarentur.

Tardare, abſolutum. Cic. ad Brutum, 18. 2, At illa retulit, quæ ſiuitq; quid nam mihi uideretur, accerſeremúsne te, atq; id conducere putaremus, an tardare & commorari te melius eſſe tibi.

¶ Tardans, Participiū (βραδύνων) ut. Senecta tardans. Virg. 5. Aeneid. 80.

¶ Tardatus, penul. prod. Participium (βραδυθείς) Virgil. 5. Aeneid. 91.

At non tardatus caſu, neq; territus heros
Acior ad pugnam redit.

Gradus tardati. Stat. 2. Thebaid. 135.

¶ Tardeſco, tardeſcis (βραδύνομαι) tardeſcere, Tardum fieri. Lucret. lib. 3. 97, Conſequitur grauitas membrorum, prépediuntur Crura uacillanti, tardeſcit lingua, madet mens.

Tarentus] & Tarentum (τάρας) nobilis urbs Calabriæ ad mare, Pyrrho Epirota in ducem contra Romanos accito clariſſima, ſita in peninſula quadam, ut indicat Ptolem. libro 3. capit. 1. & Strabo multis locis, libro 6. Virgil. 3. Aeneid. 111,

Hic ſinus Herculei, ſi uera eſt fama Tareuti.
Cernitur. Seruius, Lacones & Athenienſes diu inter ſe bella tractarunt, & quum utraq; pars affligeretur, Lacones quibus iuuentus deerat, præceperunt ut uirgines cum quibuſcunq; concumberent. Quod factum eſt. Et quum poſt ſedata bella iuuentus incertis parentibus nata erubeſceret, & patriæ & ſibi eſſet opprobrio (nam Partheniatæ dicebantur) accepto duce Phalāto octauo ab Hercule, profecti ſunt: delatiq; ad breue oppidum Calabriæ, quod Taras Neptuni filius fabricauerat, id auxerunt: & priſco nomine appellarunt Tarentum. Bene ergo nunc Herculei Tarenti, ſi uera eſt fama: quia Taras condiderat, auxurat Phalantus. Hactenus ille. Hæc à Tara Neptuni filio ædificata. Deinde à Laconibus aucta, qui duce Phalanto illuc aduentantes expulſis incolis, uti Iuſtinus lib. 3. ſcribit, tenuerunt.

Imbelle Tarentum. Horat. 1. epiſt. 7. 9.

Lacedæmonium Tarentum. Ouid. 15. Metam. 10.

Sacri Tarenti cuſtos Neptunus. Horat. 1. Carm. ode 28. 6.

Saturnum Tarentum. Virg. 2. Georg. 40.

¶ Tarentinus, pen. prod. (ταραντῖνος) Quod ex Tarento eſt, uel, in Tarentinis agris creſcit uel, Tarentina nux. Plin. lib. 15. cap. 22. 5, Et Tarentinarum duo genera fragili putamine ac duro: quæ ſunt ampliſſimæ, & minimè rotundæ. Vnde quidam Tarentum appellatum putant, quòd iuglandes nuces & pineas molles habet, ac ſimiliter oues, Tarentum uſit Sabini uocant molle. Ad quod alludens Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 7. ſcripſit,

——& molle Tarentum.

Tarentina pyra. Colum. lib. 5. cap. 10. 9.

Venenum Tarentinum. Horat. 2. epiſt. 1. 42,

Lana Tarentino uiolas imitata ueneno. Hoc eſt, purpura Tarentina.

Tariffa] Vide in dictione Bello.

Tarmes] βρῶσις, genus uermiculi carnem exedens. Feſtus.

Tarna] τάρνα, urbs fertiliſſima ponitur Homero lib. Iliad. 5. quam enarratores uocatam poſtea Sardis dixerunt.

Tarpeia] ταρπηΐα, teſte Plutarcho in uita Romuli, filia fuit Tarpei, quæ Romanam arcem in Capitolio conſtitutam, cuius pater Tarpeius cuſtos erat, Sabinis prodidit. Hinc mons Tarpeius dictus (inquit Terentius Varro) à uirgine Veſtali Tarpeia, quæ ibi à Sabinis necata armis, & ſepulta, eius nominis monumentum relictum, quod etiam nunc eius rupes, Tarpeium appellatur ſaxum. Hactenus Varro. Hinc etiam Tarpeia ſedes, apud Virg. 8. Aeneid. 70. Vide Seruium in hunc locum. De hac uide etiam Propertium lib. 4. eleg. 4. ubi ſic incipit,

Tarpeium nemus, & Tarpeiæ turpe ſepulchrum
Fabor, & antiqui limina capta Iouis.

Ars Tarpeia. Virg. 8. Aeneid. 130.

Arces Tarpeiæ. Ouid. 15. Metam. 174.

Iuppiter Tarpeius. Ouid. 6. Faſt. 7.

Lucus Tarpeius. Propert. lib. 4. eleg. 9. 1.

Pater Tarpeius, Iupiter. Propert. lib. 4. eleg. 1. 2.

Rupes Tarpeia. Lucan. lib. 1. 40.

Saxa Tarpeia. Silius lib. 1. 24.

Sedes Iouis Tarpeia. Lucan. lib. 5. 62.

Templa Tarpeia. Stat. 3. Sylu. 4. 21.

Tarquinius Priſcus] ταρκύνιος πρῖσκος, quintus Romanorum rex. Is centum additis Patrum numerum auxit, Latinos ſubegit, Circū deſignauit, qui nunc maximus dicitur, ubi ſpectacula ſibi quiſq; faceret, furcis duodenos ab humo pedes altis ſuſtentata. Ludicrum fuit: equi, pugiles q; ex Hetruria acciti. Præterea Sabinorum bello potitus, equitum centurias ampliauit. Ex lib. 1. Liuij.

Tarquinius Superbus, cognomē à moribus meruit. Occiſo Seruio Tullo regnum ſceleſtè occupauit: bello tamen ſtrenuus, Latinos Sabinosq; domuit, &c. Demum quū in Ardeæ obſidione filius eius Lucretiæ ſtuprum intuliſſet, cum eo in exilium actus, ad Porſenā Hetruriæ regem ſe cōtulit, cuius ope regnū retinere tētauit. Pulſus Cumas cōceſſit, ubi per ſumā ignominiam reliquum uitæ tempus exegit. Liu. lib. 1.

Tarquinius Collatinus, ſorore Tarquinij Superbi genitus, in contubernio iuuenum regiorū Ardeæ erat: ubi fortè quū in conuiuio coniugem ſuam unuſquiſq; laudaret: placuit experiri. Itaq; equis Romam petunt, regias nurus in cōuiuio uel luxu deprehendunt. Inde Collatiam petunt, Lucretiam inter ancillas in lanificio offendunt. Itaq; ea pudicißima iudicata. Ad quam corrumpendam Tarquinius Sextus Collatiam rediit, & iure propinquitatis in domum Collatini uenit, cubiculum Lucretiæ irrumpit, pudicitiam expugnat. Illa poſtero die aduocatis patre & coniuge è caſtris, rem expoſuit: & cultro quem ueſte texerat, ſe occidit. Illi exilio regum rem uendicauerunt. Tarquinius cum prole tota eiectus, ad Mamilium Tuſculanum generum cōfugit, Latinosq; omnes conciuitat. Contra quos Poſthumus miſſus. Ex Liuij lib. 1.

Superbiſſimus atq; crudeliſſimus Tarquinius. Cic. pro Rabir. perd. reo, 8. Ouid. 2. Faſt. 137.

Vltimus Tarquinius Romanæ gentis habebat.

Regna, uir iniuſtus, fortis ad arma tamen.

Electus Tarquinius. Virg. 8. Aeneid. 130.

Faſces ſuperbi Tarquinij. Horat. 1. Carm. ode 12. 7.

Reges Tarquinij. Virg. 6. Aenied. 164.

Superbus Tarquinius regno pulſus. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 5.

¶ Tarquinij, Tarquiniorum (ταρκυνίιοι) Vetus oppidum Campaniæ. Cic. 5. Tuſc. 145, Demarathus quidem Tarquinij regis noſtri pater, tyrannum Cypſellum quòd ferre non poterat, fugit Tarquinios Corintho, & ibi ſuas fortunas conſtituit, ac liberos procreauit.

¶ Tarquinienſe, abſolutum (ταρκυνιήσιον) pro Agro Tarquinienſi, & qui à Tarquinijs hæredibus primum nomen accepit. Plinius lib. 8. cap. 52, Qui in Tarquinienſi feras paſcere inſtituit. Idem lib. 9. cap. 56.

Tarracina] penul. prod. (ταρακίνα) oppidum Volſcorum in Campania, antè Trachuna, id eſt aſpera, à loci aſpredine, & lingua Volſcorum Anxur dicebatur prius, diuerſum fortunam à Rheginis expertā à τρασσω conturbo. Liu. 4. ab Vrbe, 255, Anxur fuit, quæ nunc Tarracinæ ſunt: urbs prona in paludes.

Tarraco] penul. cor. (ταρκών) Inſignis Hiſpaniæ ciuitas, Scipionum opus, à quo prouincia ipſa Terraconia & Tarraconenſis uocatur, quæ (ut Pomponius ſcribit lib. 2.) altero capite Gallias, altero Bæticam, Luſitaniamq; contingens, mari latera abijcit noſtro, quà Meridiem, quà Septentrionem ſpectat, Oceano. Vrbiū è mediterraneis clariſſimæ fuerunt Pallentia, & Numantia. Nunc eſt Cæſareæ Auguſti. Hinc Tarraconenſia uina, optima Mart. lib. 13. 118,

Tarraco Campano tantum ceſſura Lyæo.

Vitifera Tarraco. Silius lib. 3. 75.

Tarſus] ταρσὸς, Vrbs præclariſſima, & Ciliciæ metropolis, quam Perſeus Danaes nobiliſſima proles ædificauit. Lucan. lib. 4. 45,

Deſeritur Tauriq; nemus, Perſeaq; Tarſus. Hæc fuit Apoſtoli Pauli patria. Dicta Tarſus, ut quidam exiſtimant, à ſiccitate: uel à parte pedis quæ tarſos dicitur, ut in manu. Vel, ut Ioſephus ait lib. 1, à Tarſo nepote Iapheth. Tarſis uerò lapidis genus eſt, ut ait Hieronymus ad Marcellum. Eſt & Tarſis regio Iudææ, ad quam Ionas propheta ſe uelle ire dixit. Ipſum quoq; mare quia cæruleum ſit, & ſæpe ſolis radijs percuſſum, colorem ſupradictorum colorum trahat, à colore nomen accepit. Porrò Hebræi Tarſis mari dici generaliter autumant, ſecundum illud, In ſpiritu uiolento confringes naues tarſis, id eſt maris. Tarſenſes adeò philoſophiæ ſtudioſi fuerunt, ut Athenienſes & Alexandrinos ſuæ peparent. Ex Tarſo fuerunt Antipater, Archelaus, & Neſtor, & duo Athenodori & hi philoſophi Stoici fuere.

¶ Tarſenſis, & hoc Tarſenſe, Poſſeſſiuum (ταρσεύς) ut, Tarſenſe pelagus. Colum. lib. 8. cap. 16 8.

Tartari] penul. corr. (τάρταροι) Sarmatiæ populi, Scythicis moribus immanes, in quibus durant adhuc crudelitatis reliquiæ. Legito Vadianum apud Pomponium Melam, lib. 3.

Tartarus] τάρταρος, & in multitudinis numero, neutro genere Tartara, ἀπὸ τῦ ταράσσειν, id eſt, turbare: aut quod melius eſt, ἀπὸ τῦ ταρταρίζειν, id eſt à tremore frigoris, locus inferorum profundus, inquit Seruius. Virg. lib. 6. Aen. lib. 11, —tum Tartarus ipſe

Bis pater in præceps tantum, tendùq; ſub umbras,
Quantus ad æthereum cæli ſuſpectus Olympum. Suidas. Tartarus, inquit, denſiſsior inferni locus, & Tartarum apud nubila locus, &c.

Funeſta Tartara. Stat. 11. Thebaid. 115.

Ima Tartara. Seneca Oedipo, 10. 5. Impia. Virg. 5. Aen. 147.

Intima Lethi Tartara. Virg. 4. Georg. 97.

Nigra

Nigra Tartara. Virg. 6. Aeneid. 47.
Opaca Tartara. Ouid. 10. Metam. 5.
Profunda Tartara Senec. Hippol. 8. 18.
Triſtia Tartara. Virg. 4. Aeneid. 49.
¶ Tartareus, Poſſeſſiuum (ταρτάρι@) Virg. 7. Aeneid. 103, cornúq; recuruo Tartaream intendit uocem. Id eſt, terribilem, aut ſortem inquit Seruius. Idem 12. Aeneid. 170, Quæ & Tartaream nox intempeſta Megæram. Apud Martialem lib. 5. 35, Tartareus canis.
Acheron Tartareus. Vide Acheron.
Cuſtos Tartareus, Cerberus. Virg. 6. Aeneid. 79.
Deus Tartareus, Pluto. Ouid. 1. Triſt. eleg. 8. 7.
Domus Tartarea. Ouid. 3. Faſt. 124.
Plaga Tartarea. Cic. 2. Tuſcul. 38. Ex poeta.
Vmbræ Tartareæ. Ouid. 6. Metam. 135.
Tarteſſos] ταρτησσὸς, Hiſpaniæ ciuitas iuxta columnas Herculis, aliquando Carteia dicta, ut ſcribit Pomponius Mela lib. 2, Siliis omnino aliâ Tarteſſon à Carteia facit. lib. 3. 80,
Argantoniacos armat Carteia nepotes, &c.
Armat Tarteſſos ſtabulanti conſcia Phœbo. Silij interpres eandem eſſe falsò colligit Vadiani iudicio. At Liuius lib. 8. Decad. 3. Dum hæc, inquit, ad Bætim fluuium geruntur, Lælius interim freto in Oceanum euectus, ad Carteiam claſſe acceſſit. Vrbs ea in ora Oceani ſita eſt, ubi primùm è faucibus angustis panditur mare. Hactenus Liuius. Eandem igitur cum Tarteſſo fuiſſe credi par eſt. Nam & Strabo lib. 3, Nonnulli (inquit) Tarteſſum huius ætatis Carteiam nominant.
Tarteſſus] ταρτησσὸς, Vrbs in littore prope Gades: unde familia Columellæ emanauit, à Tartaro dicta, ut meminit Strabo, propter ſubterraneas illic cauernas. Hinc,
¶ Tarteſſiacus, pen. cor. (ταρτησσιακὸς) Poſſeſſiuum: ut, Tarteſſiaci thyrſi. Colum. lib. 10. 35. Silius lib. 16. 24,
—noctíſq; per umbram
Ad Tarteſſiacos tendit per littora portus. Idem li. 16. 120,
Ac Tarteſſiacas profugi ſparguntur in oras.
¶ Tarteſſius, Adiectiuum (ταρτησσιὸς) Ouid. 4. Metam. 83,
Preſſerat occiduus Tarteſſia littora Phœbus.
Tellus Tarteſſia. Silius lib. 16. 130.
Taruanna] ταρουάννα, Ptolemæo lib. 2. cap. 9, Galliæ urbs Morinorum: uulgò Terouenne.
Taruntius] ταρούντι@, Vir fuit tum Philoſophiæ, tum Mathematicarum imprimis ſtudioſus. Author Plutarchus in Romulo.
Taruſcum] ταρσκὸν, Ptolemæo libro 2. cap. 10, Saliorum urbs in Gallia: uulgò Taraſcon.
Tatam] τάπαπαν, pueri patrem uocant. Martial. lib. 1. 95,
Mammas atque tatas habet Afra: ſed ipſa tatarum
Dici, & mammarum maxima mamma poteſt. Vide Bua.
Tatæ, Cantio eſt ſibi inuicè reſpondentium. Plaut. Stich. 17. 3,
—ſác tu hoc modo,
At tu hoc modo. S A. babæ. S T. tatæ. S A. papæ. S T. euax. Idem Truc. 13. 14.
T. Tatius] τ. τάτι@, Sabinorum dux, qui dum diu in Romanos bellum moliretur, tandem per proditionem Tarpeiæ uirginis Capitolio primùm capto, urbem poſtea inuaſit, ac regnum Romæ quinquennio unà cum Romulo tenuit: quæ poſtremò tandem ab amicis eo: um legatorum, quos Tatiani latrones interfecerant, occiſum eſſe ait Lanuuius, & in Auentino ſepultum. De hoc uide multa apud Liuium 1. ab Vrbe, & apud Plutarchum.
Perua Tatius. Propert. lib. 4. eleg. 2. 11.
¶ Tatienſes, (ταττιήνσιος) Tertia pars populi Romani à T. Tatio dicta. Vide Luceres.
Taulantij] ταυλάντιοι, Populi ſunt Illyriæ. Euphorion Tau-

lantinos uocat, Ariſtoteles ait apud hos uinum ex melle fieri. Hæc Stephanus. Lucan. lib. 6. 4,
Quémq; uocat collem Taulantius incola petram.
Tauras] τάυρας, Vaccas ſteriles dici exiſtimant hac de cauſa, quo non magis quàm tauri pariant. Hæc Feſtus. Colum. lib. 6. cap. 22. Et utique tauræ, quæ locum occupant fœcundarum, ablegandæ. Varr. 2. de Reruſt. cap. 5. 5, Quæ ſterilis eſt uacca, taura appellatur.
Taurea] ταυρεὰς, (Iubelius Taurea dictus) memoranda uirtutis dine.
Sublimis Taurea. Silius lib. 13. 29. Liu. lib. 2. de bel. Punico.
Taurea] Vide Taurus.
Taureus] ταύρι@, Neptuni epitheton, quoniam ei tauros immolabant: uel quia ſit deus maris, quòd ſonum emittat ſimilem uoci taurinæ.
Tauri] ταῦροι, populi Tauricæ Septentrionalis regionis in Europæ incolæ. Iphigeniæ (inquit Mela lib. 2.) & Oreſtis aduentu maximè memorati, immanes ſunt moribus, immanémq; famam habent, ſolere uictimis aduenas cædere. Hactenus Pomponius. De Oreſtis in Tauricam aduentu, quædam habet Ouidius 4. Triſt. eleg. 4. 14.
Immanis autè ſacrificij huius, Thoas rex author fuit. Hinc Diana ipſa Thoantea dicta Silio, lib. 4. 156. Eius frequens mentio eſt apud Lucanum, Euſebium, Ciceronem, Solinum, Lactantium. Herodotus libro quarto, Tauros omnes nauſragos Iphigeniæ, immolare ſolere, & precibus peractis hominis caput clauâ ferire, corpus truncum è ripa deturbare, caput cruci ſuffigere. Capitis uerò bello caput amputant, referúntq; domum, & ſuffixum fuſte in tecti ſublimis ſtatuunt, plerunque autem ſupra furnarium erigunt: ideo id agentes, quòd hos totius domus cuſtodes eſſe ſibi perſuadeant. Ex Herodoto.
¶ Tauricus, pen. cor. Adiectiuum (ταυρικὸς) ut,
Terra Taurica. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 3.
Ara Taurica. Ouid. 4. Triſt. eleg. 4. 13.
¶ Tauri, numero plurali, & Taurilia (ταυρίλια) Ludi in honorem deorum inferorum facti, quos & boalia, & bupetias uocatos inuenimus. Sed propriè hi ludi ſunt boum gratia inſtituti.
Taurica Cherſonneſus] ταυρικὴ χερσόννησος, peninſula prouincia eſt Europæ, ut docet Ptolemæus lib. 3. cuius fines ſunt Iſthmus, Palus Mæotis, Propontis, & Cimmerius Boſphorus. Ibi ciuitates ſitæ ſunt Eupatoria & Theodoſia, nunc Capha. Eius ambitus LXX. millia paſſuum complectitur, et à Mæotidis populis, qui margines ipſius habitant, nomen aſſumpſit. De hac Iuuenal. Satyr. 15. 12,
—quippe illa nefandi Taurica ſacri
Inuentrix. Vide Cherſonneſus.
Taurini] pen. prod. (ταυρῖνοι) Plinio lib. 3. cap. 17, Populi ſunt Italiæ Tranſpadanæ in Alpium radicibus.
¶ Taurinus, Adiectiuum (ταυρινὸς) ut, Campi Taurini. Silius libro 3. 131.
¶ Taurinus, Adiectiuum. Vide Taurus.
Tauromíniiũ] ταυρομένιον, Siciliæ oppidũ in colle ſitũ, cui Tauri nomen fuit, ab Andromacho Timæi hiſtorici patre conditum, uiro opibus animoq; præſtante: & Tauromenium dictũ eſt, authore Diodor. lib. 16. Inde Tauromimitani dicti Ciceroni in Verrem, act. 4. Silius lib. 14. 51.
Tauromimitana cernunt à ſede Charybdin. Lucan. lib. 4. 94.
Tauromimitanæ fugiens damnoſa Charybdis. Scribit Pli. lib. 3. cap. 8. 3, hanc urbem quandoq; Naxon appellatam.
Taurubulæ] Taurubularum (ταυροβόλια) Nomen inſulæ prope Neapolim. Stat. lib. 3. Syl. 1. 26,

Ipſe ſo-

Ipſe ſolidites Capreæ, uiridesq; reſultant Taurubulæ.
Taururum] ταύρορορ, Ptolemæo libro 2. cap. 16, Tauruum Plinio lib. 3. cap. 25, Alio nomine Alba Græca, Belgradum: hodie uulgò Kriegiſchuuiſenburg, à Turca nuper expugnata, Vngariæ urbs.
Taurus] ταῦρ@, Berytius, philoſophus Platonicus ſub Antonino principe: ſcripſit de differentia ſectarum Platonis et Ariſtotelis, de corporeis & incorporeis, & alia, ut eſt author Suidas. Huius etiam ſæpe meminit Gellius, dicitq; eius ſe maximè familiarem Romæ fuiſſe.
Taurus] mons (ταῦρ@ ὄρ@) ab Eois ueniens littoribus, Cheliconio promontorio diſtermiatur. Immenſius ipſe, & innumerarum gentium arbiter: dextero latere Septentrionalis, ubi primùm ab Indico mari exurgit: læuo Meridianus, & ad Occaſum tendens, mediamq; diſtrahens Aſiã, niſi opprimenti terras occurrerent maria. Reſilit ergo ad Septentriones: flexuq; immenſum iter quærit, uelut de induſtria, rerum natura ſubinde æquora opponente: hinc Phœniciũ, hinc Ponticũ, illinc Caſpium, & Hyrcanium, contráq; Mæoticum lacum. Torquetur itaq; colliſus inter hæc clauſtra, et tamen uictor, flexuoſus euadit uſq; ad cognata Riphæorum montium iuga, numeroſis nominibus & nouis quacunq; incedit, inſignis: Imaus prima parte dictus, mox Emodus, Paropamiſſus, Circius, Chambades, Pharpharides, &c. Ex Plinio lib. 5. cap. 27. Legito Solinũ in deſcriptione Ciliciæ.
Huic mõs oppoſitus, Antitaurus dicitur. Vbi in excelſißimã conſurgit ſublimitatem, Caucaſus appellatur: quanquã ſint qui Tauriũ à Caucaſo diuidãt. Cic. pro Deiotaro, 25, Etenim ſi Antiochus magnus ille rex Aſiæ, quum poſtæquam à Scipione deiectus, Tauro tenus regnare iuſſus eſſet, &c.
Taurus] tauri, maſc. gen. (ταῦρ@) Bos ad procreandum reſeruatus. Cic. 6. Ver. 65, Ille nobilis taurus, quem Phalaris habuiſſe dicitur.
Taurus accipitur & pro quocunq; forti boue. Virg. 1. Georg. 13,
Pingue ſolum primis extemplò à menſibus anni
Fortes inuertant tauri.
Fortia taurorum corpora. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 3.
Tergora taurorum. Ouid. 13. Metam. 70.
Agreſtes tauri, Vide Agreſtis, in Ager.
Alacres tauri. Claud. 2. Paneg. 5.
Acer taurus. Silius lib. 13. 86.
Arator. Ouid. 1. Faſt. 140.
Bellator. Stat. 3. Thebaid. 66.
Corniger taurus. Vide Cornu.
Eximi præſtanti corpore tauri. Virg. 4. Georg. 108.
Iners. Stat. 9. Thebaid. 17.
Ingens. Virg. 2. Georg. 61.
Macer. Virg. 3. eclog. 20.
Nitens. Virg. 3. Aeneid. 5.
Toruus. Ouid. 8. Metam. 27.
Trux. Ouid. 9. Metam. 17.
Validus. Ouid. 7. Metam. 109.
Adiungere tauros aratro. Vide Adiungo.
Fumans ſub uomere taurus. Virg. 3. Georg. 103.
Paſti repetunt præſepia tauri. Virg. 7. eclog. 8.
Submittere tauros. Virg. 2. eclog. 9.
Taurus, Cæleſte ſignum. Plin. li. 17. cap. 24. 1, Quum ſit Luna in Leone, Scorpione, Sagittario, Tauro. Vir. 1. Georg. 44,
Candidus auratis aperit quum cornibus annum Taurus.
Taurus pro Radice arboris. Quintil. lib. 8. capit. 2, Sicut in his quæ homonyma dicuntur, ut taurus, animãlne ſit, an mons, an ſignum in cælo, an nomen hominis, an radix arboris, niſi diſtinctum non intelligitur.
¶ Taurinus, pen. prod. Adiectiuum (ταυρινὸς) Quod ex tau-

ro eſt. Plinius libro 20. cap. 13. 14, Item uitiligines, uerrucas, ſtrumas, & ſimilia cum hircino & adipe ſuille ac taurino ſeuo.
Cornua taurina. Claudian. 5. Paneg. 44.
Folles. Virg. 4. Georg. 35.
Frons. Ouid. 6. Faſt. 40.
Pulſus. Stat. 2. Thebaid. 16.
Sanguis taurinus. Catul. de coma Berenices, 61. 7.
Tergum. Virg. 1. Aeneid. 75.
Tympana. Claud. 3. Paneg. 73.
Vultus. Virg. 4. Georg. 75.
¶ Taureus (ταύρι@) Aliud adiectiuum: ut,
Tergataurea, pro tympanis dixit Ouidius lib. 4. Faſt. 69.
Taurea, Scutica ex corio bubulo facta. Iuuen. Satyr. 6. 50,
—taurea punit
Continuo flexi crimen, ſa cinuſq; capilli.
¶ Tauriferi, penul. corr. Adiectiuum (ταυροφόρ@) ut, Campi tauriferi, Paſcua. Lucan. lib. 1. 94.
¶ Tauriformis, Aliud adiectiuum (ταυροειδὴς) Formam tauri habens. Horatius 3. Carm. ode 14. 5,
Sic tauriformis uoluitur Auſidus.
¶ Taurigenus, penul. corr. Adiectiuum Actius in Minotauro apud Macrobium lib. 6. Saturn. cap. 5.
Taurigeno ſemine ortum fuiſſe, an humano.
Tautologia] tautologiæ (ταυτολογία) Latinè dici poteſt eiuſdem rei eloquium. Figura eſt apud poetas frequens, quæ res eadem multis uerbis idem ſignificãtibus explicatur. Virgil. 1. Aeneid. 101,
—ſi fata uirum ſeruant, ſi ueſcitur aura
Aetherea, neq; adhuc crudelibus occubat umbris.
Nam totum quod reperitur, unum eſt: ſed ad exprimendum conceptum crebro ſermone denuntiatur.
Tax] neut. gen. (τάξ) Percuſſio dicitur uox à ſonitu quem facit, formata. Plaut. Perſ. 7. 12,
Tax tax tergo erit meo: non curo.
Taxila] ταξίλαι, Vrbs Indiæ maxima: ut ſcribit Philoſtrat.
Taxillus] taxilli (κύβ@) Vide Talus. Cicero in Orat. 86,
Quam literam etiam è maxillis, è taxillis, & uexillis, &c.
Taxo] taxas (ψηλαφάω) taxare, Preſſius, crebriusq; quàm tangere. Varro Modio, Ne meum taxis liberum. Id eſt, tetigeris. Nonius.
Taxare (τιμᾶν) Pretio æſtimare. Plin. lib. 17. cap. 1. 7, Illos quæ frugiferas tanti taxauerant.
Taxare aliquem (κακολέγεσθαι) Maledictis tangere. Plinius libro 15. capit. 15. 1, Eadem cauſa in pyris taxatur ſuperbiæ cognomine.
¶ Taxatio, Verbale (τίμησις, σύνοψις) Ipſe taxandi actus.
Taxatio (inquit Feſtus) dicitur quæ fit certæ ſummæ. Plin. lib. 13. cap. 15. 2. Interijt nuper incendio à Cethegis deſcendens, H. S. XIIII. Permutata, latiſſundij taxatione, ſi quis prædia tanti mercari malit. De menſa citrina. Idem lib. 9. capit. 35, Prior id fecerat Romæ in unionibus magnæ taxationis. Clodius tragœdi Aeſopi filius.
¶ Taxator, penul. prod. taxatoris (τιμητιμητὴς) Taxatores (inquit Feſtus) à ſcenicis dicuntur, qui alterutrum maledictis tangunt.
¶ Taxim, ſenſim, uel occultè. Pompon. Bucc. adoptat. Clandeſtino tacitus taxim proſpectaui periculum. Ex Nonio: obſoletum.
Taxus] taxi, fœm. gen. (σμίλαξ) Arbor abieti ſimilis. Plinius lib. 16. ca. 10, Similis etiamnum his aſpectu eſt, ne quid præteratur, taxus minus uirens, graciliſq; & triſtis, ac dira, nullo ſucco, ex omnibus ſola baccifera. Mas noxio fructu. Lethale quippe baccis in Hiſpania præcipuè uenenũ ineſt.
Vaſa etiam

Vasa etiam uiatoria ex ea uinis in Gallia facta, mortifera fuisse compertum est. Hanc Sestius similacem à Græcis uocari dixit: & esse in Arcadia, tam præsentis uenenii, ut si qui dormiant sub ea, cibúmue capiant, moriantur. Sunt qui & taxiea hinc appellata dicant uenena, quæ nunc toxica dicimus, quibus sagittæ tingantur. Repertum, innoxiam fieri, si in ipsam arborem clauus æreus adigatur. Hæc Plinius Virg. 9. eclog. 6,

Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos. Cæsar 6. bel. Gal. 111, Taxo, cuius magna in Gallia, Germaniáq; copia est, se exanimauit.

Funesta taxus. Stat. 5. Sylu. 3. 2.
Metuenda succo taxus. Stat. 6. Thebaid. 21.
Nocentes taxi. Virg. 2. Georg. 52.
Pestiferæ taxi. Claud. de raptu Proserp. 3. 78.

¶ Taxeus, Adiectiuum (σμικρυνὸς) ut, Sylua taxea. Stat. 7. Sylu. 5. 6.

Taygeta] uel Taygetus, penul. cor. (ταΰγετον) mons est Laconum, Libero patri sacratus, teste Seruio apud Virgilium lib. 2. Georg. 96,

—uirginibus bacchata Lacænis
Taygeta, &c. Cic. 1. de Diuinat. 183.

Canes Taygeti. Virg. 3. Georg. 9.
Pruina Taygeti. Propert. lib. 3. eleg. 14. 3.
Ardua Taygeta. Stat. 1. Achill. 86.
Gelidi Taygeti inculta iuuentus. Lucan. lib. 5. 11.
Horrenda Taygeta. Stat. 4. Sylu. 8. 11.

Taygete] penul. corr. (ταΰγετη) una est (inquit Seruius) de Pleiadibus septem. Virg. 4. Georg. 47,

Taygete simul os terris ostendit honestum
Pleias, &c.

T E

Te] Syllabica adiectio, quæ pronominibus Tu & Te adiungitur: ut, Tute, tete.

Teanum] τέανον, Italiæ oppidum duplex est. Est enim Teanum Sidicinum in Appia uia positum: & Teanum Apulū: siue Apulorum, ut Plinius libro 3. cap. 5. & Strabo libro 5. & 6. scribunt. Cic. pro Cluentio, 19, Quum haberet ex Nonia infantem filium, alter autem eius filius Pappianatus, Teani Apuli, quod abest à Larino decem & octo millia passuū, apud matrem educaretur, &c.

Tearco] Aethiopiæ rex maximus, qui externas subegit gētes. Europæq; populus usque ad Herculis peruenientes columnas, ex Strabone lib. 5.

Tearus] τέαρος, Thraciæ fluuius, ad cuius ripas cum Darius ad Scythas proficiscens peruenisset, castra diebus tribus continuit, cuius dulcissima, & limpidissima aqua delectatus, eo in loco columnam cum inscriptione posuit. Author Herodotus lib. 4.

Teatea] τεάτεια, Marucinorum urbs in Italia, authore Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Teate hodie, uulgò Tiete.

Techna] technæ, fœm. gen. (τέχνη) Latinè ars. Aliquando significat dolum, astutiam, impostura, fraudē artificiosam, officiam. Terent. Heaut. 3. 1. 62,

Falli te sinas technis per seruulum.

¶ Technicus, penul. corr. Adiectiuum (τεχνικὸς) Artificiosus.

¶ Technophyon (τεχνόφυον) Græcè dictio, qua significatur artis productio. Suet. in Augusto, cap. 72, Erat illi locus in ędito singularis, quem Syracusas & technophyon uocabat.

Tectorium] Vide Tego.

Tectosages] penul. corr. (τεκτοσαγὲς) fortissimi aliquando Gallorum, Pyrenæis proximi & Cemmijs sunt adeò olim potentes opibus & uirium præstantia, ut per Græciam tunc uictricem gentium magna hominum manu profecti, in Asiā supra Phrygiam, Cappadociamq; sedes posuerint, incolumes ab omni finitimorum incursu. Tectosages & Tolistobogi dicti Floro, Plinioq; libro 4. cap. 31. & cæteris. Ausonius Narbonem describens in urbium catalogo uocat Teutosagos, hoc carmine,

Vsque in Teutosagos primæuo nomine Belgas. Florus lib. 2. cap. 11, Tectosagos nuncupat.

Tectum] Vide Tego.

Tecum] μετ' ἐσοῦ, Aduerbium compositum ex ablatiuo Te, & præpositione Cum. Plaut. Milit. 10. 12,

Quid nunc taces? tecum loquor. PA. imò ædepol tute tecum.

Tecum oro. Plautus Curcul. 8. 61. Hoc est, te oro.
Tecum sentio. Plaut. Pseud. 15. 3.
Tecum simul. Plaut. Amph. 8. 124, Neque uidi istam, nisi tecum simul.

Teda] tedæ (ἀπὸ δᾶδος) Proprie dicta (inquit Ruellius) à Græcis das & dadion uocatur. Sed sui generis arbor in Illyrico est. Improprie autem tedas appellamus tum piceæ sativæ partes imas, tum alia quoque ligna quæ flammā oleī uel picis illitu concepta, faculæ modo luceant. Plinius libro 16. cap. 10, Sextum genus est teda propriè dicta, abundantior succo, quàm reliqua, parcior liquidiorq; quàm picea, flammis ac lumini sacrorum ētiam grata. Hanc mares duntaxat ferunt. & eam quam Græci syrem uocant, odoris grauissimi. Cæs. libro 3. bel. Gal. 394, Magno uento & secundo completas onerarias naues teda & pice, & stupa, reliquisq; rebus quæ sunt ad incendia, in Pomponianam classem immisit. Hinc tedas uocāus faces quæ optimæ ex ea arbore fiebant.

Accensa teda. Lucret. lib. 6. 177.
Ceratæ tedæ. Ouid. epist. 7. 5.
Pinea teda. Ouid. epist. 12. 7.
Pingues tedæ. Virg. 7. eclog. 10.
Castis adolet altaria tedis. Virg. 7. Aeneid. 15.
Fumida teda piceum fert lumen. Virg. 9. Aeneid. 15.
Sylua ministrat tedas. Virg. 2. Georg. 87.

Teda pinea, pro ligno quod est in interna parte pini. Pini enim morbus est, ut teda fiat iam parte caudicis externa quàm cordeid quod abundantia succi & hubertate largā luxuriantis naturæ prouenit. Colum. lib. 5. capit. 10. 12, iuxta ipsam radicem truncum findito, & fissuram cuneo tedæ pineæ adigito.

Spinēa teda. Catul. in Epithal. Iuliæ, 56. 3.

Teda, pro Nuptijs. Mos enim antiquorum erat ut in nuptijs (inquit Varro) faces & tedæ semper præirent, quòd antea nō nisi per noctem nubentes ducebatur à sponsis. Virgil. 4. Aeneid. 4,

Si non pertæsum thalami tedáq; fuisset.

Apta tedis tempora. Ouid. 6. Fast. 45.
Ferales tedæ. Lucan. lib. 1. 23.
Fœlices tedæ. Catul. Argon. 59.
Iugalis teda apud Catonem, cap. 10. 4, Vetus exemplar legit, Telam iogalem unam. Ouid. epist. 4. 25.
Pudica teda. Ouid. epist. 6. 2.
Copulari tedis. Senec. Herc. fur. 6. 31.
Iure tedæ coire. Ouid. 4. Metam. 12.
Pacta expectant tempora tedæ. Ouid. 9. Metam. 145.
Iungere tedas. Stat. 3. Sylu. 4. 11. (19.
Optato uos iunxit lumine teda. Catul. de coma Berenicis, 61.

Teda, pro Carmine nuptiali apud Senecam in Oedipo, 5. 28,

Concinit tedas geminus Cupido.

¶ Tediféra dea (δαδιοφόρος) Ceres est dicta, cuius sacra noctu (ut in Aululatia Plauti est) fiebant, in quibus sacerdotes faces

tes faces deferebāt, Cererem imitati: quæ tum Persephonem filiam à Plutone raptam tedis incensis quærerent, Tedifera est appellata. Ouidius epist. 2. 9, Hinc sacerdotes teducos, id est, tedas ferentes appellarunt.

Tegea] pen. corr. (τέγεια) Vrbs Arcadiæ, à qua Tegeæus, siue Tegeaticus. Vnde Propert.

Fictilis & calami Pan Tegeæe tui. Virg. 8. Aeneid. 92,
Tunc lateri atq; humeris Tegeæum subligat ensem. Idem 1. Georg. 4,
Adsis ô Tegeæe fauens. Seruius, Tegeæe, pæonem tertium esse dicit.

¶ Tegeæus, uolucer, dictus est Mercurius apud Statium, 1. Sylu. 5. 1.

¶ Tegeaticus, uolucer & ales, Mercurius. Stat. 1. Sylu. 2. 4. & 5. Sylu. 1. 21, Olim Lacedæmonij bellū intulere Tegeatibus, ferentes secum compedes, tanquam essent redacturi illos in captiuitatem. Sed congressi prælio ac fugati, quicunq; uiui capti sunt, eisdem, quas ipsi attulerant, compedibus compediti, campum Tegeatem metiti sune coluerunt.

Tegea gens. pro Tegeæa gens. Virg. 5. Aeneid. 60.

Teges, Tegeticula, Tegillum, Tegmen] Vide Tego.

Tego] tegis, texi, tectum (καλύπτω, στεγάζω, ὀροφόω, στυπάζω, ἐρέφω, ἱματερέφω, σκέπτω, σκεπάζω) tegere, Operire.

Caput texit galea. Propert. lib. 4. eleg. 3. 9.
Corpus tegere uestē. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 16.
Pronde teguntur aues. Ouid. 1. de Arte, 12.
Tunica tegi. Ouid. 1. Amor. eleg. 5. 3.
Sepulchro tegi. Lucan. lib. 2. 109.
Lumina tegere somno. Virg. 4. Georg. 83.
Nox texit terras caligine. Lucret. lib. 6. 171.
Tenebris teguntur omnia. Ouid. 4. Fast. 98.

Tegere, Celare. Martialis,

Quod tegitur, maius creditur esse malum. Terentius Hecyr. 1. 2. 91,
—incommoda atq; iniurias
Viri omnes ferre, & tegere contumelias. Virg. 3. Georg.

Tegere & obtendere. Cic. Qu. frat. lib. 1. 1. 22. (91.

Tegere & uelare. Cic. in Pisonem, 44.

Id te admisisse concedis, quod ne mendacio quidem tegere possis. Cic. pro Quintio, 55.

Tegere se latibulis. Cic. pro Rabir. Posthumo, 26.
Commissa tegere. Horat. de Arte, 41.
Consilium uultu tegit. Virg. 4. Aeneid. 96.
Vultu dolorem animi tegere. Cic. 2. Verr. 14.
Facta tegenda loqui. Tibul. lib. 1. eleg. 9. 6.
Ignauiam suam tenebrarum ac parietum custodijs tegere. Cic. pro Rab. perduel. reo, 16.
Lachrymas tegere. Ouid. epist. 12. 29.
Summam prudentiam simulatione stultitiæ tegere. Cic. de claris Orat. 26.
Rem turpissimam tegere honesta præscriptione. Cæsar 3. bell. Ciuilis, 128.
Sententiam suam tegere. Cic. 5. Tusc. 17.

Tegere aliquem ac tueri, pro Patrocinari & tueri ac defendere. Cic. Seruio, lib. 13. 67. 5.

Tegere & Nocere, contraria. Cic. pro Cecinna, 45, Arma esse suis nominibus, alia ad tegendum, alia ad nocendum.

Aliquem armis suis tegere. Cic. Appio, lib. 3. 10. 36.
Armis parentes tegere. Salust. in bel. Catil.
Alicuius salutem & uitam sua beneuolentia, præsidio & custodia tegere. Cic. pro Plancio, 1.

¶ Tectus (κεκαλυμμένος, ἐλυσθείς, κατερεφὴς) Participium, siue nomen ex participio. Terent. Hecyr. 3. 3. 28,

Aduersa eius per te tecta, tacitáq; apud omnes sient.

Antrum tectum arboribus. Ouid. 12. Metam. 43.
Lanugine tectus malas. Ouid. 12. Metam. 59.
Picea caligine tectus. Ouid. 2. Metam. 47.
Innocentia tectus. Cic. pro lege Manil. 49.
Tenebris tectus. Colum. lib. 7. cap. 12. 4.
Verba tecta, Obscura. Cic. ad Pætum, lib. 9. 22. 16, Itaq; tectis uerbis ea ad te scripsi, quæ apertissimis agunt Stoici.
Amor tectus. Ouid. 1. de Arte, 145.
Sermone tecto dicere aliquid. Ouid. 1. de Arte, 115.
Tecti ad alienos. Cic. pro Rosc. Amer. 68.
Tectior cupiditas. Cic. pro Rosc. Amer. 63.
Tectissimus in dicendo. Cic. 2. de Orat. 163.

¶ Tecturus, penult. prod. Participium (κεκαλυφόμενος) Ouid. 4. Metam. 32.

¶ Tectè (κρυφίως) Aduerb. cui contrarium est Apertè. Cic. ad Attic. lib. 1. 9. 5, Hic dies me ualde Crasso adiunxit, & tamē ab illo apertè, tectè quicquid est datum, libenter accepi.

Quod tu in epistola appellas suo nomine, ille tectius penem. Cic. Pæto, lib. 9. 22. 7.

¶ Tectum, tecti (στέγος, στέγη, ὄροφος, στέγαστρον) Pars domus superior qua ipsa domus tegitur.

Domorum tecta. Virg. 12. Aeneid. 27.
Culmen tecti. Ouid. 12. Metam. 96.
Fastigia summi tecti. Virg. 2. Aeneid. 61.
Firma tecta in domicilijs habere. Cic. de claris Orat. 139.
Pectinatum tectum. Vide Pectino, in Pecten.
Nudare tecto culmen. Vide Nudus.

Tectū, pro domo frequēter poni solet. Terent. Heaut. 5. 2. 15, Victus, uestitus, quo in tectum te receptes. Liu. 1. ab Vrbe, 129, Romanus passim publica, priuatáq; omnia tecta adæquat solo.

Vrbis tecta. Ouid. 4. Metam. 18.
Absonum tectum. Vide Absonus.
Agrestia tecta. Ouid. 4. Fast. 162.
Altum tectum cæli. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 21.
Ardua tecta. Virg. 7. Aeneid. 32.
Augustum tectum. Virg. 7. Aeneid. 34.
Aurea tecta. Virg. 6. Aeneid. 3.
Bipatentia tecta. Virg. 10. Aeneid. 1.
Cæca tecta, Obscura. Ouid. 8. Metam. 32.
Cælata tecta. Vide Cælo.
Candida tecta. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 2.

Cubantia tecta, Quæ uidentur uelle subsidere, aut in alterutrū latus magis inclinant. Lucret. lib. 4. 105.

Deformia tecta nigro fumo. Ouid. 5. Fast. 101.
Densa ferarum tecta. Virg. 6. Aeneid. 2.
Fumosa tecta. Virg. 2. Georg. 49.
Hospita tecta. Valer. 2. Argon. 131.
Humile tectum. Senec. Hippol. 11. 4.
Immane tectum capax turbæ. Sen. Thyeste, 8. 5.
Ingentia tecta. Virg. 2. Aeneid. 98.
Ingens tectum. Virg. 7. Aeneid. 34.
Inhospita tecta. Vide Inhospitus.
Intecta stramento tecta. Vide Intego.
Laqueata tecta. Vide Laquear.
Marmorea tecta auro & ebore fulgentia. Cic. in Parad. 14.
Obsoleti tecti sordes. Horat. 2. Carm. ode 10. 2.
Parua tecta. Senec. Hippol. 2. 26.
Paupere sub tecto. Horat. 1. epist. 10. 7.
Pinea tecta, Naues. Ouid. 14. Metam. 106.
Placida tecta. Ouid. 1. Fast. 25.
Praua tecta. Lucret. lib. 4. 105.
Prona tecta, Quæ à fronte magis propendent. Lucretius libro 4. 10. 5.

Pulchra tecta. Horat. 3. Carm. ode 10. 2.
Recuruum tectum. Ouid. epist. 10. 15.
Regalia tecta. Ouid. 6. Metam. 123.
Regia tecta. Virg. 1. Aenid. 128.
Rustica tecta, Catul. in Carm. secul. 32. 4.
Saxea tecta. Ouid. epist. 10. 25.
Solida tecta. Ouid. 3. Metam. 140.
Squalentia tecta. Ouid. 2. Metam. 153.
Stellantia tecta summi patris. Valer. 5. Argon. 125.
Sublime tectum centum columnis. Virg. 7. Aeneid. 34.
Superba tecta. Virg. 7. Aeneid. 3.
Supina tecta, Quæ retro ueluti in tergum curuantur. Lucretius lib. 4. 105.
Tepidum tectum. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 2.
Vmbrosa tecta. Tibull. lib. 1. eleg. 4. 1.
Claudere sua tecta. Ouid. 5. Metam. 58.
Credere se tectis alicuius. Vide Credo.
Eremunt tecta ululatu fœmineo. Virg. 4. Aeneid. 134.
Incumbunt tecta centenis columnis. Vide Incumbo.
Inire tectum. Ouid. 14. Metam. 151.
Nouare tecta. Virg. 4. Aeneid. 52.
Procumbit tectum. Ouid. 4. Fast. 47.
Recipere aliquem tectis ac sedibus suis. Cicero 2. de lege Agraria, 89.
Replere tectum gemitu. Virg. 2. Aeneid. 146.
Subire tecta alicuius. Virg. 3. Aeneid. 17.
Succedere tectis alicuius. Virg. 1. Aeneid. 127.
Tectum, Genus ouium, sic dictum quòd operimentis tegeretur. Plin. lib. 8. cap. 47. 3, Ouium summa genera duo, tectum & colonicum: illud mollius, hoc in pascuo delicatius. Varro de re Rust. lib. 2. cap. 2. 13, Similiter faciendum in ouibus pelitis: quæ propter lanæ bonitatem, ut sunt Tarentinæ, & Aticæ, pellibus integuntur, ne lana inquinetur.
¶ Tectorium, tectorij (nouissimæ) Illinimentum quoddam est, à tegendo dictum, & quasi pauimentum parietis, atq; incrustatio: quod fit quum calce aut gypso ad maiorem spectantium gratiam & decorem, parietem inalbamus: quæ ideo etiam albatio appellatur, siue albarium: quanquam albarium (inquit Budæus) ex pura calce fiat, ut hodie est in usu: tectorium autem continet arenatum, hoc est, quod fit ex calce & arena: & marmoratum, quod ex calce & marmore tuso triplici uarietate comminuto, prout trium coriorum exigebat usus: continet & trullisationem quæ ex gypso, ut hodie quoq; antiquis fiebat. quod fusissimè docet Vitruuius lib. 7. de Architectura. Plin. lib. 38. cap. 23. 3, Ideoq; nulla tectoria eorum rimæ fœdauere. Tectoriumq; nisi ter arenato, & bis marmorato inductum est, non satis splendoris habet. Cic. 3. Verr. 103, Atqui in illis columnis dico esse quæ à tuo redemptore commotæ non sint: dico esse ex qua tanũ tectorium uetus deletum sit, et nouum inductũ. Iuuen. Sat. 6. 47,
Tandem aperit uultum, & tectoria prima reponit,
Incipit agnosci.
Atriolum tectorium. Cic. Attic. lib. 1. 6. 5.
Pictæ tectoria linguæ. Pers. Satyr. 5. 3.
Concinnum tectorium. Vide Concinno.
¶ Tectorius, Adiectiuum (nouissimorum) ut, Tectoria calx, qua fit tectorium. Plin. lib. 36. cap. 22. 10, Sed cura tuentur picando parietes, quoniam & tectoria calx roditur. Vetus exemplar habet, tectorij calce.
Tectorium opus ad ornamentum ædificij, id est, sub quo & marmoratum, & arenatum opus, & trullisatio intelliguntur. Varro 3. de re Rust. cap. 1. 7, Quum enim uillam haberes opere tectorio, & intestino, ac pauimentis nobilibus lithostrotis spectandam, &c. Cic. 2. de Legib. 102.

¶ Tector, tectoris (louissimus) Qui opus tectorium facit. Varro 3. de re Rust. cap. 2. 7, Non minus uilla tua erit ad angulum Velini, quam neq; pictor, neq; tector uidit unquam.
¶ Tectoriolum, tectorioli, pen. corr. Diminutiuum (nouissimum) Paruum tectorium. Cicero ad Pætum, lib. 9. 22. 11, Bella tectoriola, dic ergo etiam pauimenta ista modo: nõ poter.
¶ Tegmen, tegminis, pen. corr. n. g. (σκέπη, σκέπας, κάλυμμα, σκέπασμα) Quicquid aliquid tegit. Cic. 5. Tusc. 130, Mihi amictui est Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra.
Qui platani in ramo foliorum tegmine septos
Corripuit pullos. Cic. 2. de Diuinat. 96.
Recubans sub tegmine fagi. Virg. 1. eclog. 1.
Ingenti tegmine clepit se. Senec. Herc. fiuren. 9. 37.
Cruda tegmina boum. Stat. 6. Thebaid. 146.
Fuluum tegmen lupæ. Virg. 1. Aeneid. 56.
Capitum tegmina picto nutantia cono. Ouid. 3. Metam. 22.
Consertum tegmen spinis. Vide Consero.
Tegmen cæli. Cic. 2. de Nat. deor. 165.
Subtecta neruis tegmina. Silius lib. 4. 59.
Tegmina pedum. Colum. lib. 1. cap. 8. 13.
¶ Tegumen, teguminis, pen. corr. (σκέπας) Idem. Liu. 1. ab Vrbe, 83, Et super tunicam æneum pectori tegumen, cælestiaq; arma, quæ ancilia appellantur, ferre. Ibidem, libro 4. 166.
¶ Tegimen, pen. corr. tegiminis, Idem (σκέπασμα) Ouidius 3. Metamorph. 11,
— tegimen direpta leoni
Pellis erat. Liuius 6. bell. Maced. 127.
Remouere tegimen. Ouid. 1. Metam. 136.
¶ Tegumentum, tegumenti: uel Tegmentum, Idem (κάλυμμα) Liuius 1. ab Vrbe, 187, Tegumenta corporis.
Pennarumq; contextu corpori tegumenta faciebat. Cicero 5. de Finibus, 57.
Palpebræ sunt tegumenta oculorum. Cicero 2. de Natura deorum, 214.
Quærere flagitiorum tegumenta. Cic. pro Cælio, 37.
¶ Tegulum, teguli, penult. corr. (στέγη) pro Tegmine, uel tegula potius. Plinius lib. 16. cap. 36. 1, Tegulo enim earum domus suas Septentrionales populi operiunt. De arundinibus. Ibidem, cap. 37. 5, Scirpi fragiles palustresq; ad tegulum tegetesq;.
¶ Tegillum, tegilli, Diminutiuum (σκυτασμάτιον) Paruum tegmẽ. Varro Sesquiulysse, Ob aquam è nubibus tortam indicat fore, ut tegillum pastor sibi sumat. Plaut. Rud. 14. 18,
Tegillum ebo illud mihi unum arescit: id si uis dabo.
¶ Tegula, tegulæ, pen. corr. (κέραμος, πέγη) Dicta est quòd domos tegat. Plaut. Milit. 9. 24,
Quòd meas confregisti imbrices & tegulas. Terent. Eunuch. 3. 5. 40, Cic. ad Attic. lib. 9. 17. 5. 6, De isto licet bene speres: promitto tibi, si ualebit, tegulam illum in Italia nullam relicturum. Cato cap. 14. 3, In tectum sic numerabitur tegula integra quæ erit. Ouid. 6. Fast. 64, Strataq; erat tepido tegula quassa solo. Idem 2. Fast. 108, Tegula porrectis satis est uelata coronis.
Admitti per tegulas. Vide Admitto.
Decidere de tegulis. Vide Decido.
Aliquem demittere per tegulas. Cic. 2. Philipp. 62.
¶ Teges, tegetis, pen. cor. f. g. (στρωμὸς, στρώμη) à tegẽdo dicta. Straguli genus ex ulua, siue scirpo aut sparto, in lodicis similitudinẽ factũ, quo uiliores utuntur: hanc uulgus ualorũ stoream uocat. Varro de re Rust. Sicq; fiunt de canabi, limo, iunco, palmo, scirpo, ut funes, restes, tegetes. Iuuen. Satyr. 6. 12,
Aufa Palatino tegetẽ præferre cubili. Colum. lib. 5. cap. 3, Sub

3, Sub ortu Caniculæ palmeis tegetibus uineas adumbrabat. id est, tegminibus. Idem lib. 12. cap. 50, Cannææ tegetes quibus oliua excipitur. Huiusmodi simile quiddam apud nos, quod stramentis concinnatur, uulgus Natas uocat. Iuuenalis Satyr. 9. 14,
Quando ego figam aliquid, quo sit mihi tuta senectus
A tegete & baculo?
pars tegetis dimidio breuior. Iuuenalis Satyr. 5. 1.
Occulta teges. Iuuenal. Satyr. 9. 11.
¶ Tegeticula, tegeticulæ, pen. corr. Diminutiuum (στρωμάτιον) Parua teges. Varro 3. de re Rust. cap. 8, Sed pro columbarijs in pariete mutulos, aut palos in ordinem, supra quos tegeticulæ canabinæ sint impositæ. Colum. lib. 8. cap. 9. 2.
¶ Tegus, Varr. Tegus suis, ab eo quòd tegit, ut perna à pede, &c. Apparet deriuatione Varronis ueteres non tantùm tergus, sed etiam tegus dixisse. Certè apud Plautum in Captiuis, hic uersus trochaicus,
— tegoribus postulat.
Dij immortales, ut ego callos detruncabo tegoribus. Attamen si in Varrone tergus placet, detracta litera deductio eius fiet. Turneb.
Teium (τήϊον, Vrbs in Paphlagonia, Salustio, à qua ortus Anacreon.
¶ Teius, possessiuum trium syllabarũ (τήϊος) Ouid. 2. Trist. 73, Quid, nisi cum multo Venerem confundere uino,
Præcepit lyrici Teia Musa senis?
Anacreon Teius. Horat. Epod. 14. 1.
Fide Teia dicere aliquid: id est, Lyrica. Horatius 1. Carminum, ode 17. 4. In hac fuit templum Apollinis, unde Apollo Teius. Ex hac etiam Phileterus natus est author generis regum Attalicorum.
Tela (τεῦδος) Notæ significationis. Ouidius lib. 6. Metamorph. 26,
Vltima pars telæ tenui circundata limbo. Ouid. epist. 1. 2,
Lassaret uiduas pendula tela manus.
Domus plena telarum. Cic. 6. Verr. 52.
Discreuerat telas tenui auro. Virg. 4. Aeneid. 55.
Percurrere pectine telas. Virg. 1. Aeneid. 50.
Intertextas telas retexere. Stat. 3. Sylu. 5. 2.
Penelopes telam retexere. Vide Penelope.
Telam exordiri, prouerbialiter dictum, pro Rem aliquam incipere & aggredi. Plaut. Bacchid. 5. 115. Vide Ordior.
Telamon (τελαμὼν) fuit Aeaci filius, Pelei patris Achillis frater, & Aiacis pater. Est & Plinio lib. 3. cap. 5, Vmbriæ portus.
Creatus Telamone. Ouid. 12. Metam. 125.
¶ Telamoniades, pen. corr. Patronymicum (τελαμωνιάδης) Ouid. 13. Metam. 47. Id est, Aiax.
Telamones, inquit Vitruuius, dicuntur à statuarijs signa in muris quæ mutulos uel coronas, aut similia sustinent: quæ Græci ἀτλάντας uocant. Vide ipsum Vitruuium libro 6. cap. 9. ad finem.
Telchines] pen. prod. (τελχῖνες) Strabo lib. 10, Sunt qui memorent Telchines in Rhodo nouem fuisse Rheæ comites in Cretam: qui quoniam Iouis alendi curam gesserunt, Curetes nominati sunt. Ouid. 7. Metam. 73,
Phœbeamq; Rhodon, & Ialysios Telchinas,
Quorum oculos ipso uitiantes omnia uisu
Iuppiter exosus, fraternis subdidit undis.
Idæis Telchines in antris. Stat. 4. Sylu. 6. 10.
Telchius & Amphitus] τέλχιος καὶ ἀμφιτος, Plinio li. 6. cap. 5, Castoris ac Pollucis auriga, à quibus fera gens Heniochorum orta est. Strabo tamen circa initium undecimi Rhecam & Amphistratum nominatos dicit, ut in alterutro

mendum sit. Sed fieri potest, ut horum fratrũ plures fuerint aurigæ. Eo supradicto Strabonis loco historiam reperies.
Teleboæ] pen. corr. (τηλεβόαι) Populi, de quibus Aristoteles in Politicis, in Acarnanum polita, quandam Acarnaniæ partem Curetes habent: spectãtem uerò in occasum plagam Leleges tenent: reliquam inde Teleboæ. Virg. 7. Aeneid. 147,
Oebale, quem generasse Telon Sebethide nympha
Fertur Teleboum Capreas quum regna teneret. Seruius, Teleboæ Caprearũ sunt populi, quos Telon suo regebat imperio. Capreæ uerò sunt insula contra Neapolim sita.
Domus Teleboum. Stat. 3. Sylu. 5. 20.
Telegonus] pen. corr. (τηλέγονος) Nomen proprium uiri, quod Latinè significat nouissimo loco natum: unde pro humili & inglorio ponitur. Fuit etiam filius Vlyssis ex Circe, qui patrem interfecit nostro piscis illius qui xiphia dicitur, quod est instar laminæ magni ensis, ut scribit Oppianus de piscibus: quod genus ensis à matre accepit.
Parricida Telegonus. Horat. 3. Carm. ode 29. 2.
Telemachus] pen. corr. (τηλέμαχος) filius fuit Vlyssis ex Penelope, quem ad Troiam pergens, cum uxore paruulum reliquit. Ouid. 1. epist. 20.
Telemachus proles patientis Vlyssei. Horat. 1. epist. 7. 8.
Penelopæus Telemachus. Catul. Epithal. Iuliæ, 56. 46.
Telemus] pen. corr. (τήλεμος) teste Homero in Odyssea, & Theocrito in Bucolicis, Eurymi filius, & inter Cyclopas uates egregius, qui Polyphemo prædixit quæcunq; ab Vlysse passus est. Huius & meminit Ouid. lib. 13. Metam. 166,
Telemus Eurymides, &c.
Telephus] pen. corr. (τήλεφος) Herculis filius, ex Augæa filia Alcæi Arcadiæ regis, qui aui iussu expositus in syluis, à cerua nutritus: deinde dono datus regi Mysiæ, progq; filio educatus. Cic. pro Flac. 56, Longè omnino à Tyberi ad Caicum, quo in loco etiam Agamemnon cum exercitu errasset, nisi ducem Telephum inuenisset. Horat. Epod. 17. 2,
Mouit nepotem Telephus Nereium,
In quem superbus ordinarat agmina
Mysorum, & in quem tela acuta torserat. Claudianus, epigr. 1. 10,
Sanus Achilleis remeauit Telephus herbis. Hic posteà in Licia imperauit.
Telephus alter, Pergamensis grammaticus, scripsit ferè omnia quæ ad grammaticam pertinent. Inter cætera collationes epitheторum eidem rei congruentium, ad copiam paratam elocutionis. Suidas.
Telethusa] pen. corr. uxor Lycti, mater Iphidis puellæ, quæ in puerum mutata fuit. Ouid. 9. Metam. 137.
Telicardios] Gemma colore cordis, Persis maximè grata, quam & maculam appellant: Plin. lib. 37. cap. 10.
Telinum] τηλινον, Vnguentum quod commendatur à medicis. Plin. lib. 13. cap. 1. 10, Telinum fit ex oleo recenti, cypero, calamo, melilloto, fœno græco, melle melimo, maro, amaraco. Hoc erat celeberrimũ Menandri poetæ comici ætate.
Tellen] Tibicen, & poeta ineptissimus, cuius meminit Diarchus Messenius: ex quo prouerbium, cane Tellenis cantilenas. quod quidam dici putant de dicacibus seu mordacibus, quidam de ineptè loquacibus. Sunt enim qui tradant, hunc iocos quosdam uersibus lepidissimis scripsisse, non sine multo sale commixtum. Hæc Erasm. in Chiliadibus.
Tellias] Herodot. lib. 8, Vates fuit Helæus, qui Phocensibus cum Thessalis bellum gerentibus, rem huiusmodi eis commẽtus est: sexcentos uiros è Phocensibus præstantissimos gypso, tam ipsos quàm arma illinit, eosq; sub noctem in Thessalos dimisit, dato præcepto ut quencunq; albicantem non cernerent, eum obtruncarent. Hos primùm Thessalorum exci

bitores aliud quoddam prodigium esse arbitrari, deinde ipse exercitus adeò exhorruerunt, ut tribus millibus cæsorum atq; scutorum Phocenses potiti sint.

Tellus] τέλος, Vir Athenienſis, *qui quum pauper eſſet, eum tamen Cræſo fœliciorem Solon dicebat eſſe, erat enim uir optimus. Plutarchus, & Herodotus lib. 1.*

Tellus] *telluris, pen. prod. fœm. gen. (γῆ) Dea terræ credita eſt antiquis. Cic. 3. de Nat. deor. 70, Iam ſi eſt Ceres à gerendo, ita enim dicebat: terra ipſa dea eſt, & ita habetur: quæ eſt enim alia Tellus, niſi terra?*

Aedes Telluris. Cic. Qu. frat. lib. 3. 17. 19.

Ad Telluris quidem etiam tuam ſtatuam locaui. Cic. Qu. fratri, lib. 3 17. 19.

¶ *Tellus, etiam ipſa terra dicitur. Plin. lib. 2. cap. 5. 1, Cum quarto aquarum elemento, librari medio ſpatio tellurem. Virg. 1. Aeneid. 36,*

—ac magno telluris amore
Egreſſi, optata potiuntur Troes arena. Vbi Seruius, Tellurem pro terra poſuit, quum Tellurem deam dicamus: terram elementum.

Hiatus telluris. Ouid. epiſt. 3. 13.

Abrupta tellus. Stat. 3. Thebaid. 119.

Alma. Vide Almus.

Apta armis. Propert. 3. eleg. 22. 4.

Barbara. Ouid. 7. Metam. 11.

Dines tellus & nunquam mentita colono. Silius lib. 7. 32.

Dura. Ouid. 9. Metam. 131.

Effœta. Lucret. lib. 2. 231.

Ferax Cereris. Seneca Herc. fur. 9. 16.

Fertilis. Horat. in Carm. ſecul. 6.

Fœcunda. Virg. 1. Georg. 14.

Fœta. Stat. 1. Thebaid. 37.

Grauida. Ouid. 7. Metam. 26.

Habitabilis. Ouid. 8. Metam. 126.

Inarata. Ouid. 1. Metam. 22.

Infœlix frugibus. Virg. 2. Georg. 48.

Iuſtiſſima. Virg. 2. Georg. 92.

Læta. Senec. Octau. 7. 6.

Benigna. Vide Benignus.

Bruta. Horat. 1. Carm. ode 34. 2.

Dædala. Vide Dædalus.

Lubrica. Stat. 9. Thebaid. 40.

Lutulenta. Ouid. 1. Metam. 88.

Maiorita. Virg. 4. Georg. 92.

Parca, non admodum fœcunda. Stat. 4. Syl. 5. 3.

Pinguis. Virg. 2. Georg. 50.

Prodiga. Ouid. 15. Metam. 17.

Salſa. Virg. 2. Georg. 48.

Sicca. Virg. 1. Georg. 43.

Solidiſſima. Ouid. 15. Metam. 53.

Tenuis. Ouid. epiſt. 4. 22.

Torrida. Lucret. lib. 5. 245.

Victa. Ouid. 2. Fast. 28.

Adoperta tellus marmore. Ouid. 8. Metam. 42.

Ingens tellus aggeritur tumulo. Virg. 3. Aeneid. 23.

Aret tellus ſuccis ademptis. Ouid. 2. Metam. 43.

Canare tellurem. Virg. 3. Georg. 18.

Concuſſa tellus agmine cornipedum. Silius lib. 8. 70.

Dehiſcit tellus ima. Virg. 4. Aeneid. 5.

Excita tellus pulſu pedum. Virg. 12. Aeneid. 90.

Exercere tellurem aratro. Virg. 1. Georg. 20.

Tellus neq; mouetur & infima eſt. Cic. in Somnio Scip. 16.

Humida tellus putorem nacta eſt. Lucret. lib. 2. 175.

Perrepere tellurem genibus. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 18.

Regnata tellus ab aliquo. Ouid. epiſt. 10. 14.

Reuulſa tellure fodiens. Claud. 5. Panegyr. 16.

Rupta tellus. Ouid. 3. Fast. 26.

Sciſſa. Stat. 1. Thebaid. 14.

Sollicitanda tellus. Virg. 2. Georg. 84.

Subacta tellus, Victa. Silius lib. 7. 116.

Torpet fœda tellus. Senec. Herc. fur. en. 9. 17.

Vacillat ſub pedibus tellus. Lucret. lib. 5. 249.

Clarus tellure Phocaica Coroneus. Ouid. 2. Metam. 112.

Telmeſſus] *penult. prod. (τελμησσὸς) (inquit Cicero lib. 1. de Diuinat. 150,) in Caria eſt, qua in urbe excellit Aruſpicum diſciplina.*

Telo] *telonis, A' ruſticis dicitur inſtrumentum longum exligno quo utuntur ad aquam è puteis hauriendam. Hiſpani Ciconiam uocant, à ſimilitudine roſtri ciconiarum. Hæc Sipontinus, apud quem ſortaſſe legendum eſt Tollo.*

Telonium] *telonij (τελώνιον) Græcè, menſa publicanorum, ubi uectigal exigitur.*

¶ **Telonarius**, *telonarij, maſc. gen. (τέλων) Publicanus, & tributorum collector.*

Telos] *neut. gen. (τέλος, τέλι) Latinè finis dicitur. Cic. 3. de Fin. 40. Sentis enim credo me iandiu quod τέλος Græcum dicat, id dicere tum extremum, tum ultimum, tum ſummum: licebit etiam finem pro extremo aut ultimo dicere.*

Telos] τέλος, *Inſulæ nomen unius ex Sporadibus, in qua cõficiebatur unguentum præſtantiſſimum, quod ab ea Telinũ dicatur. Plin. lib. 4. cap. 12, Telos unguento nobilis, à Callimacho Agathuſa appellata.*

Telphuſſa] τελφουσα, *Fons, cuius aquæ frigus Tireſias uates, quum ſenex potaſſet, & ferre non potuiſſet, extinctus eſt.*

Telphuſium] *ſiue Tilphoſium (τελφόσιον) Oppidum eſt in Bœotia, ubi laudatus Bacchus eſt à Pindaro.*

Telum] *teli (βέλος, ὅπλον) Dicitur omne quod iaci poteſt; quo nomine lapis, lignum, plumbum, ferrum continetur. Dictum ab eo, quòd in longitudinem mittatur: nam apud Græcos τῆλε ſiue πηλὸ longè ſignificat. Feſtus, Tela proprie dici uidentur ea quæ miſſilia ſunt: ex Græco uidelicet translato eo nomine, quia illi πάλσεσθαι miſſa dicunt, quæ nos eminus: ſicut arma, ea quæ ab humeris dependentia retinentur manibus. Quintil. lib. 10. cap. 1, Per abuſionem ſicarios etiam omnes uocamus, qui cædem telo quocunq; commiſerint.*

Cuſtos telorum, Pharetra. Ouid. 8. Metam. 65.

Iactus teli. Tacit. lib. 13, Aſſultare ex diuerſo Tyridates, non uſque ad iactum teli.

Seges ferrea telorum. Virg. 3. Aeneid. 10.

Telum, pro Gladio poſuit. Virg. 9. Aeneid. 150,

At non hoc telum mea quod ui dextera uerſat Effugiet.

Non radij Solis, neq; lucida tela diei. Lucret. lib. 1. 30.

Linguæ tela. Vide Lingua.

Gelida tela pauoris. Lucret. lib. 3. 62.

Acerrimum telum. Cic. Trebatio, lib. 7. 16. 2.

Acutum telum. Vide Acuo.

Denſiſſima tela. Virg. 9. Aeneid. 112.

Non euitabile telum. Ouid. 6. Metam. 47.

Exitiabile telum. Ouid. 6. Metam. 52.

Fera tela Lucret. lib. 2. 10.

Fortia tela diuûm. Stat. 9. Thebaid. 151.

Hebetiora atq; leuiora tela. Cic. de Aruſp. reſpon. 1.

Iaculabile telum. Ouid. 7. Metam. 138.

Igneum telum. Senec. Oedipo, 5. 20.

Imbelle telum. Virg. 2. Aeneid. 109.

Immane telum. Stat. 9. Thebaid. 161.

Immedicabile telum. Virg. 12. Aeneid. 170.

Inhabile imperitis telum ad remittendum. Vide Inhabilis.

Indeuitatum telum. Ouid. 2. Metam. 120.

Inertia. Seneca Thyeſt. 4. 10.

Infeſta. Virg. 5. Aeneid. 116.

Inſuperabilia. Valerius 3. Argon. 3.

Inuicta. Senec. Octau. 5. 5.

Martia. Virg. 9. eclog. 3.

Mediocria. Vide Mediocris.

Niſſilia. Vide Mitto.

Moxia. Stat. 11. Thebaid. 126.

Penetrabile. Ouid. 5. Metam. 14.

Pennatum. Vide Penna.

Seua tela. Ouid. 12. Metam. 77.

Secunda tela. Ouid. 3. Metam. 62.

Syluestria tela, Quibus capiuntur feræ. Stat. 9. Thebaid. 145.

Temeraria tela. Ouid. 2. Metam. 122.

Trabale telum. Virg. 12. Aeneid. 59. Valer. 8. Argon. 61.

Triſulca tela Iouis. Ouid. 2. Amor. eleg. 5. 11.

Trunca tela. Virg. 11. Aeneid. 2.

Venenatum telum. Cic. pro Quintio, 5.

Violenta tela. Ouid. 11. Metam. 77.

Volucre telum. Valer. 2. Argon. 105.

Volatile telum. Ouid. 1. de Arte, 34.

Vulnificum telum. Ouid. 2. Metam. 101.

Accingi telis tãquam in aciem. Vide Accingo.

Vnco telo accingitur. Ouid. 4. Metamor. 134. Sic uocat harpen Perſei.

Adactis telis mori. Ouid. in Ibim, 62.

Agere telis aliquem. Virg. 4. Aeneid. 15.

Aptare tela. Statt. 11. Thebaid. 100.

Leui telo armari. Senec. Herc. Oetæo, 7. 22.

Stridorem teli audijt. Virg. 11. Aeneid. 173.

Cadere telo alicuius. Virg. 11. Aeneid. 138.

Cingi telis. Virg. 2. Aeneid. 104.

Confringere tela. Lucan. lib. 6. 32.

Congerere tela. Vide Congero.

Conijcere tela. Vide Conijcio.

Contorſit telum in hoſtes. Virg. 12. Aeneid. 53.

Tela cæca & improuida contorquere. Plin. epiſt. 87. b.

Defendere ſe telis. Virg. 2. Aeneid. 90.

Deijcere aliquid telo. Virg. 1. Georg. 67.

Depromere tela pharetris. Virg. 5. Aeneid. 100.

Eijcere tela. Celſus lib. 7. cap. 5.

Elapſus telis hoſtium. Virg. 2. Aeneid. 64.

Euellere tela membris. Lucan. lib. 6. 51.

Exaturare tela. Stat. 9. Thebaid. 3.

Telum intentum excipere. Cic. de Prouinc. Conſul. 18.

Excuſſa tela. Senec. Herc. fur. 6. 36.

Exire tela corpore, Declinare ictus telorum. Virg. 5. Aeneid.

Exercere telum. Lucret. lib. 2. 221.

Expedire tela. Liu. lib. 8. Decad. 4.

Ferire aliquem telo. Virg. 12. Aeneid. 59.

Crebra tela fundere. Virg. 11. Aeneid. 122.

Hebetata tela. Silius lib. 16. 22.

Iacere tela. Cic. pro Cælio, 15.

Illitã tela doliõ. Vide Illino.

Irrita tela iactare. Virg. 2. Aeneid. 92.

Corufca tela iaculari. Senec. Oedipo, 14. 7.

Immittere telum. Cic. pro Domo ſua, 32.

Infecta tela ſanguine. Stat. 9. Thebaid. 18.

Infigere telum pectore. Senec. Oedipo, 14. 8.

Ingerere tela. Vide Ingero.

Inhibere tela. Vide Inhibeo.

Inſtat telum. Vide Inſto.

Intendere telum in iugulum innocentis, per translationem, pro

Ad conſultationem rationes apparare. Plin. epiſt. 9. lib. 3.

Intenta iugulis tela. Vide Iugulum.

Intorquere telum in aliquem. Vide Intorqueo.

Librat telum in ictus obliquos. Ouid. 8. Metam. 153.

Librare telum ab aure. Virg. 9. Aeneid. 86.

Maclare aliquem telis. Senec. Oedipo, 10. 6.

Medicata tela ueneno. Silius lib. 7. 92.

Obrui telis. Virg. 2. Aeneid. 82.

Celeri telo proſtrauit uirum. Valer. 3. Argon. 37.

Regerere tela neruo. Seneca Hippol. 2. 22.

Retundere tela. Cic. pro Domo ſua, 50.

Reuellere de corpore telum. Cic. in Piſonem, 20.

Rotare telum. Stat. 9. Thebaid. 16.

Spargere tela. Quintil. lib. 4. cap. 5. 11.

Stringere tela. Claud. 1. de rapt. Proſerp. 20.

Subminiſtrare tela ad manum. Quintil. lib. 5. cap. 7. 6.

Succumbere telis. Ouid. epiſt. 88.

Torquere telum in aliquem. Virg. 5. Aeneid. 99.

Tranſit telum. Celſ. lib. 7. cap. 5, Sed ſi non altè telum infedit, et in ſumma carne eſt, aut certè magnas uenas, & loca neruoſa, non tranſijt, nihil melius eſt quàm quà uenit id euellere.

Tranſixus telo. Silius lib. 15. 136.

Verſari incolumem inter hoſtium tela. Cic. 1. de Orat. 100.

Vibrare telum. Lucan. lib. 4. 8.

Lucida tela uolant. Lucret. lib. 4. 170.

¶ **Telifer**, *pen. corr. Adiectiuum (βελοφόρος) ut, Puer telifer, apud Senecam, Herc. Oetæo, 4. 62.*

Temenites] *Apollo dictus fuit à loco quodam Siciliæ nomine Temenos, qui adiunctus Epipolis erat prope Syracuſas, ut ſcribit Stephanus. Sueton. in Tyberio, ſupremo natali ſuo Apollinem Temenitem, & amplitudinis & artis eximiæ, adiectum Syracuſis, ut in bibliotheca noui templi ponerẽtur, uiderat per quietem affirmantem ſibi, non poſſe ſe ab ipſo dedicari. Hinc emẽdari locus quidam Ciceronis in Verrem & poteſt & debet, apud quem pro Theſmotes Apollo, Temenites legendum. Nam de Syracuſis loquitur, quibus adiunctæ Epipolæ erant, locuſq; Temenos dictus, à quo Temenites, ut ſuprà dictum eſt. Turnebus.*

Temerarius] *Adiectiuũ (ἄβουλος, ἀπερίσκεπτος, παράβολος, ῥᾳδιούργος) dicitur non qui plus audet quàm oportet, ſed qui facilè nullo adhibito conſilio credit. Temerarius, natura: inquit Donatus. Terent. And. 1. 4. 2,*

Sanè pol temulenta eſt mulier & temeraria. Plaut. Cic. lib. 10. 21. 5. Indicabo temerarium meum conſiliũ tibi. Martial. lib. 6. 60, Abſtulerat totam temerarius inſitor urbem.

Idem lib. 6. 25, Temerarius ardor.

Haud temerarium eſt, Non ineptum. Plaut. Aſin. 6. 14.

Temerarium magis, quàm audax conſilium. Liu. 5. bel. Pun.

Omnia turbulenta & temeraria & periculoſa. Cicero pro Cecinna, 24.

Arbiter temerarius. Stat. 1. Achill. 14.

Cœpta temeraria. Silius lib. 16. 131.

Cupiditas cæca & temeraria. Cic. 1. de Inuent. 3.

Dextra temeraria. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 3.

Error temerarius. Ouid. 12. Metam. 12.

Honor temerarius. Quintil. in Procem. lib. 1. 7.

Iudex temerarius. Ouid. 7. Metam. 157.

Turba temeraria. Ouid. 10. Metam. 115.

Virtus temeraria. Ouid. 8. Metam. 82.

Vox temeraria. Ouid. 2. Metam. 10.

¶ **Temerè**, *penult. corrept. Aduerb. (εἰκῇ, ἀπερισκέπτως, ἀλογίστως, παραλόγως) Stultè, inconſultè. Terent. Phorm. 5. 1. 30,*

Di noſtram fidem, quàm ſæpe ſorte temerè

Euenium̄t,quæ non audeas optare. Virg. 9. Aeneid. 68,
—temerè inter tela iacentes.
Temerè incassum. Lucret. lib. 5. 201.
Temerè & nullo consilio administrare. Cic. 1. de Inuent. 64.
Non enim temerè nec fortuitò sati & creati sumus. Cicero 1. Tusc. 193.
Audacter hoc dico, non temerè confirmò. Cic. pro Fonteio, 1.
Inconsultè ac temerè dicere aliquid. Cicero 1. de Natura deorum, 61.
Temerè non est, pro Non abs re. Terent. Phorm. 5. 9. 9,
Non pol temerè est, quòd tu tam timens. Idem Heaut. 4. 1. 7. Idq; euenit non temerè, nec casu. Cicero 2. de Natur. dror. 8.
Temerè & imprudenter facere aliquid. Cæsar Ciceroni, in epistol. ad Attic. lib. 10. 199. 1.
Non temerè fama nasci solet. Author ad Heren. lib. 2. 43.
Temerè, Sine periculo. Plaut. Bacchid. 1. 52,
Rapidus fluuius est, non hac temerè transiri potest.
Temerè, pro Ferè ponitur. Quintilian. lib. 1. cap. 4, Illud ingeniorum uelut præcox genus, haud temerè unquam peruenit ad frugem. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1. 19, Qui hoc non in beneficij loco, sed in laboris ac muneris, non temerè nisi libertis suis deferebant.
¶ Temeriter, penult. corr. (ξεπλόγδην) Aliud aduerbium. Idē Accius Amphitryone, Hoc in re est, quòd tu tam temeriter meam beneuolentiam interisse es ratus.
¶ Temeritudo, pen. prod. (παροπέτεια) pro Temeritate, Pacuuius Duloreste, Egón' tyranni nouitemeritudinem?
¶ Temeritas, pen. corr. temeritatis (ἀβουλία, πρηπέτεια, θρασύτης, ἀλογία) cui opponitur Sapientia. Cic. pro M. Marcello, 4, Nunquam enim temeritas cum sapientia commiscetur, nec ad consilium casus admittitur. Idem 1. Acad. 65, Ab omni lapsu continere temeritatem: quæ tum esset insignis, quam aut falsa, aut incognita res approbaretur.
Omnibus in rebus temeritas in assentiendo, erroriq; turpis est. Cic. 1. de Diuinat. 13.
Temeritas, quæ à sapientia dissidet plurimum. Cic. 2. Off. 10.
Fortuna ab inconstantia & temeritate seiungi non potest. Cic. 3. de Nat. deor. 83.
Temeritate enim remota, gratissima est liberalitas. Cicero 2. Offic. 91.
Accessit meæ temeritati. Vide Accedo.
Multi enim faciunt multa, temeritate quadam sine iudicio uel modo. Cic. 1. Off. 74.
Vir plenus inconsideratissimæ ac dementissimæ temeritatis. Cicero de Arusp. respon. 51.
¶ Temero, temeras, pen. corr. (βεβηλόω) temerare, Violare sacra (inquit Festus) & contaminare: dictum uidelicet à temeritate. Liuius 6. bel. Pun. 68, Sepulchra maiorum, temerata ac uiolata.
Corpora temerare nefandis dapibus. Ouid. 15. Metam. 15.
Cubile alicuius temerare. Ouid. 15. Metam. 101.
Fluuios temerare uenenis. Ouid. 7. Metam. 109.
Lectum temerare alicuius. Ouid. 1. de Arte, 149.
Opus temerare. Tacit. lib. 20.
Temerare, pro Violare stuprareq;. Tacit. lib. 1, Eandem Iuliam in matrimonio M. Agrippæ temerauerat.
¶ Temerandus, Participium (βεβηλωτέος) Lucan. lib. 1. 30,
—& nunquam temerando parcere ferro.
¶ Temeratus, pen. prod. Aliud particip. (βεβηλωθείς) ut,
Sacra hospitij temerata. Ouid. epist. 16. 1.
Amicus temeratus. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 13.
Voluntas nostra temerata est. Ouid. 9. Metam. 126.
Castra infausta temerataq;. Tacit. lib. 1.

¶ Temerator, pen. prod. (βεβηλωτὴς) Verbale, pro Falsario. In l. siquis obrepserit. ad legem Corneliam de fals.
Temesa] pen. corr. (τέμεσα) Oppidum Brutiorum, quod Authonij condiderunt. Nostræ ætatis homines Tempsam uocitant. Est & aliud eiusdem nominis oppidum in Cypro, ubi æris odinarum locus ostenditur: uide Strabonem lib. 5, Et Erasmum in Prouerbio, Temessæus genius. Statius 1. Achill. 83, Aera domant Temesæ, &c. Quidam Temessa scribunt, gemino ſſ.
¶ Temesæus, Possessiuum (τεμεσαῖος) Ouid. 5. Fast. 88,
Rursus aquam tangit, Temesæaq; concrepat æra.
Temetum] temeti, pen. prod. n. g. (μέθυ) Pro uino accipitur. Dictum quòd tentet, hoc est labefactet mentem. Plautus Aulul. 11. 6,
Cererin' Strobile has facturi nuptias?
STR. Quîs? STA. quia temeti nihil allatum intelligo. Plinius lib. 14. cap. 13. 1, Cato ideo propinquos fœminis osculum dare iußit, ut scirent an temetum olerent. Hoc tum uino nomen erat, unde & temulentia appellata. Horatius 2. epistol. 2. 33,
Pullos, outa, cadum temeti: nempe modo isto, &c.
¶ Temulentus, Adiectiuum (μέθυσος) Vinolentus, ebriosus. Terent. Eunuch. 4. 3. 13,
Temulenta es. P. utinam sic sint qui mihi malè uolunt.
Vox temulenta. Cic. post. Redit. in Senatu, 11.
¶ Temulenter, Aduerbium (μεθυσθύρως) Colum. libro 8. capite 8. 9, Iam nunc Gangeticas & Aegyptias aues temulenter eructant.
¶ Temulentia, temulentiæ (μέθυσμα) Plin. libro 14. capite 2. 10, Siquidem temulentiam sola non facit.
Temno] temnis, tempsi, temptum (διαταφονέω) temnere, Spernere. A' τέμνω, Græco uerbo, quod incido, resecoq; significat: quoniam quæ spernimus, amputare & resecare consueimus. Cic. ad Attic. lib. 13. 27. 3, Id ago scilicet, ut iudicia uideat temnere. Vetus exemplar legit Tenere. Virgil. 1. Aeneidos, 110,
Si genus humanum, & mortalia temnitis arma. Horat. 2. Serm. Sat. 2. 8. Teiunus stomachus raro uulgaria tenit. Ouid. 3. de Arte, 60. Est & in incessu pars nō tenenda decoris.
¶ Temptor, Verbale (καταφρονητὴς) ut Deorum temptor. Seneca Agamem. 7. 4.
¶ Temnites (τεμνίτης) Gentile. Cic. pro Flacc. Heraclides ille Temnites homo ineptus & loquax.
Temnos] τέμνος, Stephano & Straboni, urbs est Aeolidis, Hermogenis rhetoris patria. Cic. pro Flac. Temni usq; ad illam ætatem in senatum uenire non potuit: & qui se artem dicendi traditurum etiam ceteris pollicebatur, ipse omnibus iudicijs turpissimis conuictus est.
Temo] temonis, pen. prod. m. g. (ἐφόλκιον, πηδάλιον, ἅμαξ, ῥυμός) Est qui continet iugum in curru uel plostro. Ouid. lib. 2. Metam. 22,
Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ
Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo. Colum. lib. 6. cap. 2. 6, Cui ramus illigatur & temonis uice trahitur, interdum & pōdus aliquod iniungitur. Cic. 2. de Nat. deor. 158, Arctophylax uulgò qui dicitur esse Bootes,
Quòd quasi temone adiunctum præ se quatit Arctum.
Ex poeta.
Aereus temo. Virg. 3. Georg. 35.
Obliquo temone plaustrum flectere, Ouid. 10. Metam. 89.
Reuulsus temone axis. Ouid. 2. Metam. 64.
Temonē pro Stipite posuit Columella, siue pro lignis transuersarijs & longurijs, lib. 6. cap. 19, Huic soli septenūm pedum stipites recti ab utroq; latere quaterni applicantur. Ii autem in ipsis

in ipsis quatuor angulis affixi sunt, omnesq; transuersis sex temonibus quasi uacerue inter se ligantur. Budæus.
Tempe] τέμπη, Neutro genere & numero plurali, propriè Thessaliæ loca quinq; milia passuum longitudine, & fermè sex latitudine, pulcherrimus ager, amœnus gramine, refertus arboribus, canorus auiū cōcentu, iugis dextra læuaq; leniter sese tollentibus, media interfecat Peneus amnis, cuius ripas arbores uestiūt. Plin. lib. 31. cap. 2. 21, Aliter circa Thessalica Tempe, quoniam uisus omnibus terrori est. Ouid. 1. Metam. 114, Sunt & Tempe in Bœotia quæ Teumessia dicuntur, à Teumesso monte Bœotiæ, & ab Ouidio Cygneia dicta. Sunt in Sicilia à nomine amnis Heloria. Abusiue quæcunq; loca amœna, nemora præsertim atq; aquas habentia,
Tempe uocamus. Virg. 2. Georg. 94,
Speluncæ, uiuiq; lacus, ac frigida Tempe.
Heliconia Tempe. Ouid. 2. Amor. eleg. 1. 4.
Opaca Tempe. Seneca Troade, 9. 1.
Peneia Tempe. Virg. 4. Georg. 65.
Tenebrosa Tempe. Stat. 10. Thebaid. 23.
Thessala Tempe. Horat. 1. Carm. ode 7. 1.
Umbrosa Tempe. Stat. 6. Thebaid. 18.
Tempero] temperas, pen. corr. (κιρνάω, καθαίνω, σκεδάω) temperare, à Tempore deductum, Habere rationem temporis, Moderari, Tēpori accōmodare, Rem suo ordine ac mensura administrare, potißimum quum accusatiuo iunctū est. Cic. 1. Tusc. 3, Rem uerò publicam nostri maiores certè melioribus temperauerunt & institutis & legibus.
Aequaliter temperare. Cic. in Somnio Scipionis, 17.
Moderatius aliquid temperare. Cic. in Orat. 102.
Aciem temperare. Vide Acies.
Aequor totum temperat Neptunus. Ouid. 12. Metam. 19.
Vesper frigidus temperat aera. Virg. 3. Georg. 68.
Aes conflare & temperare. Plin. lib. 7. cap. 56. 6.
Amara temperare risu. Horat. 1. Carm. ode 16. 6.
Aquam temperare ignibus. Horat. 3. Carm. ode 19. 2.
Vnda temperat arua arentia. Virg. 1. Georg. 22.
Ciuitates constituere & temperare, pro Regere. Cicero 4. Academ. 6.
Copiam suam cum aliquibus temperare. Cic. in Orat. 53.
Domum temperare arte. Propert. lib. 3. eleg. 5. 6.
Iras temperare. Virg. 1. Aen. 13.
Lachrymas alicuius temperare. Ouid. ad Liuiam, 2.
Ira temperat manus. Propert. lib. 3. eleg. 22. 5.
Lympha temperat merum. Tibullus lib. 3. eleg. 7. 6.
Mundum temperat uarijs horis Iuppiter. Horatius 1. Carmin. ode 12. 4.
Solis tum accessus modici, tum recessus, & frigoris & caloris modum temperant. Cic. 2. de Nat. deor. 71.
Ora temperare frænis. Hor. 1. Carm. ode 8. 2.
Ratem temperare. Ouid. 13. Metam. 74.
Sumptus temperare. Ouid. 1. Amor. eleg. 3. 2.
Thermas temperare. Martialis lib. 10. 48.
Vnguentum temperare, uulgus Pharmacopolarum dicit Dispensare. Plin. lib. 13. cap. 2. 1.
Respublicas temperare, Regere, administrare. Plinius libro 6. capite 19. 1.
Thermas temperare. Martial. lib. 10,
Temperat hic thermas, nimios prior hora uapores
Halat, &c.
Vectigalia temperare, Minuere. Plin. in Paneg.
Vires suas temperare iusticia. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 6. 9.
Temperare, datiuis iunctū, Abstinere significatui, Temperare alicui, pro Abstinere ab iniuria inferenda. Cic. 3. Verr. 11,
Te putet quisquam, quum ab Italia freto disiunctus esses, sociis temperasse, qui ædem Castoris testem furtorum tuorum esse uolueris?
Temperare alicui aliqua in re. Cic. 4. Verr. 11.
Aetati iuuenum temperare, Moderari iuuenibus. Plaut. Truc. 3. 29. Idem Mercat. 24. 21,
Temperare istac ætate istis decebat te artibus.
Animis temperare. Liuius 5. ab Vrbe, 201.
Cædibus temperare. Liu. 2. ab Vrbe, 72.
Gulæ temperare, Idem quod moderari. Plin. epist. 30. b.
Hostibus superatis temperare. Cic. 4. Verr. 3.
Temperare lætitiæ, non pro Abstinere, sed modum imponere. Liuius lib. 5.
Linguæ temperare. Plaut. Rudente, 27. 28.
Manibus temperare. Liu. 2. bel. Maced. 77.
Sibi temperare. Cicero pro Flacco, 32. Plancus ad Ciceronem, libro 10. 7. 4, Vsq; mihi temperaui, dum perducerem eò rem, ut dignum aliquid & Consulatu meo & uestra expectatione efficerem.
Nequeo mihi temperare, quo minus unum exemplum antiquitatis afferam. Plin. lib. 18. cap. 6. 9.
Vino temperare in unum diem. Liu. 10. bel. Maced. 59.
Temperare ab iniuria. Cæsar 1. bel. Gal. 28.
A' lachrymis temperare. Virg. 2. Aen. 2.
A' maleficio se temperare. Author ad Heren. lib. 2. 63.
In amore temperare. Plaut. Epid. 3. 8.
Temperare maledicere. Plaut. Pœn. 16. 73. Idem Pœn. 2. 22.
Vel dormire temperent.
Temperare urbibus oppugnandis, pro Abstinere ab obsidionibus urbium. Liu. lib. 10. ab Vrbe.
Temperatum est, impersonale, pro Abstinuerunt. Liu. 1. ab Vrbe, 129, templis tamen deūm temperatum est. Idem 2. bell. Maced. 38, Temperatum ægrè est, quin missilibus, quia diremptū medio amne fuerant, pugnam inter se consererent.
¶ Temperans, pen. corr. temperantis (σωφρονῶν) Participij, Modestus. Terent. Heaut. 3. 3. 19,
Hominis frugi & temperantis functus officium.
An temperantem cum dices qui se in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit? Cic. in Parad. 25.
Moderatus & temperans. Cic. pro Fonteio, 25, Frugi igitur hominem iudices, frugi inquam, & in omnibus uitæ partibus moderatum ac temperantem, plenum pudoris, plenum officij, plenum religionis, &c.
Quum hominem temperantem, summum medicum, tantus in prouiso morbus oppresserit. Cic. Attic. lib. 15. 321. 2.
¶ Temperans (σώφρων) nomen genitiuo iunctum. Terentius Phormiónis 2. 1. 41,
Sic est patrue, culpam ut Antipho in se admiserit,
Ex qua re minus rei foret, aut famæ tēperans, Donatus,
Rei, quia pauperem: famæ, quia ignobilem. Temperans aūt, Consulens, prouidens, moderatus.
Temperans gaudij. Plin. in Paneg. 86.
¶ Temperanter, Aduerbium (σωφρόνως) Cic. ad Atticum, libro 9. 17. 6, Nam quod ais, si hic temperantius egerit, consideratius consilium te daturum, &c.
Haberi temperanter. Tacit. lib. 4.
¶ Temperantia, temperantiæ (σωφροσύνη) Est (inquit Cicero lib. 2. de Inuent. 243) rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi firma & moderata dominatio. Idem ad Lentulum, lib. 1. 9. 91, Noui enim temperantiam & moderationem naturæ tuæ.
Temperantia est moderatrix omnium commotionum. Cic. 5. Tusc. 63.
Modestia uel temperantia, quæ moderatio est cupiditatum, rationi obediens. Cic. 2. de Fin. 96.

Temperãtia pacem animis affert, & eos quaſi concordia quadam placat ac lenit. Cic. 1. de Fin. 42.
Temperantia in prætermittendis uoluptatibus cernitur. Cic. 5. de Fin. b. 115.
Summa fuit in eius uictu temperantia. Cic. 5. Tuſc. 80.
Temperantia in cibis. Plin. lib. 28. cap. 5.
Aſtringere ad temperantiam. Vide Aſtringo.
¶ Temperatus, penultima producta, Participium, ſiue nomen ex participio. Plin. lib. 11. cap. 37. 24. Vt habili miſtura & accipiatur circumiecto candore lux, & temperato repercuſſu non obſtrepat.
Moderatione paulò minus tẽperatus. Cic. Attic. 11. 227. 3.
Eſca temperata. Cic. 1. de Diuinat. 188.
Temperatum dicendi genus & æquabile. Cic. 1. Offic. in principio. Id eſt, philoſophorum dicendi genus.
Homo ſanctiſſimus & temperantiſſimus. Cic. pro Fonteio, 23.
Hominẽ in ſumma magnitudine animi, multa humanitate temperatum perdidimus. Cic. Attic. lib. 4. 75. 1.
Mens temperata. Horat. 2. Carm. ode 3. 1.
Mores temperati & moderati. Cic. ad Cornific. lib. 12. 16. 1.
Oratio temperata. Cic. 2. de Orat. 117.
Oratio permiſta & temperata numeris. Cic. in Orat. 113.
Orator modicus & temperatus. Cic. in Orat. 53.
Præda temperata, inſtructa, & ad opus parata, cui ſuperuacanea correſpondent. Cato capite 12. In torcularium hæc opus ſunt, uaſis quinis, prælà temperata quinque, ſuperuacanea tria.
Tempus temperatum. Varro 2. de re Ruſt. cap. 5. 12.
Inuenta & temperata uarietas. Cic. 1. Tuſc. 97.
Vir iuſtus, temperatus, ſapiens. Cic. 3. de Nat. deor. 126.
Vis temperata. Horat. 3. Carm. ode 14. 14.
Vſus temperatus. Horat. 2. Carm. ode 2. 1.
¶ Temperatè, penultima, producta, Aduerbium. Cato cap. 69, Vbi temperatè tepebit, tum cuminum indito, poſtea limo. De dolio loquitur. Cic. Attic. lib. 12. 24. 9. 2. Ages, ut ſcribis, temperatè.
¶ Temperatio, Verbale. Cic. 1. Tuſcul. 35, Nec ſit quicquam, niſi corpus unum & ſimplex, ita figuratum ut temperatione naturæ uigeat & ſentiat.
Temperatio æris. Cic. 6. Verr. 87.
Cæli temperatio, fœcunditas terrarum. Cic. 2. de Nat. deor. 20.
Corporis temperatio, quum ea congruunt inter ſe è quibus conſtamus. Cic. 4. Tuſc. 46.
Sol mens mundi & temperatio. Cic. in Somnio Scipionis, 15.
Temperatio Reip. Cic. 3. de Leg. 18.
¶ Temperator, pen. prod. Verbale (κράμοτὴς) Mart. lib. 1. 161,
Quam fluctu tenui, ſed inquieto,
Armorum Salo temperator ambit.
De Bilbili inſula.
Moderator & temperator. Cic. in Orat. 38.
¶ Temperamentum, temperamenti (πρᾶσις) Temperatio, modus. Cic. 3. de Legib. 35. Inuentum eſt temperamentum quo tenuiores cum principibus æquari putarint.
Aequare temperamentum. Vide Aequo.
Adhibere temperamentum. Plinius, Tali adhibito temperamẽto, ut nec laxet nimis, nec arctum eſſe patiatur.
Artifici temperamento librare manum. Plin. lib. 12. cap. 25. 4.
Linguæ temperamentum. Liu. 8. bel. Pun. 248.
Sequi temperamentum in re aliqua. Martial. lib. 1. 29, Spectome ſequuturum in libellis meis tale temperamentum, ut de illis queri non poſſit quiſquis de ſe bene ſenſerit.
¶ Temperatura, temperaturæ, pen. prod. (πρᾶσις) ut, Temperatura ferri. Vnde Plinius lib. 34. cap. 15. 1. de temperatura ferri loquens, A' rubigine (inquit) uindicatur ceruſa & gypſo, & liquida pice. Hæc eſt temperatura, à Græcis antipathia dicta. Sic ibidem cap. 2. 7.
Temperatura cæli, idem quod Temperies. Varro, Quæro utrũ hoc adduxerit cæli temperatura, an terræ bonitas.
¶ Temperies, pen. cor. tẽperiei, pen. prod. fœ. gen. (εὐκρασία) Temperamentum. Plin. epiſt. 101. a. lib. 5, Atq; adeò, ut omnem pro me metum ponas, accipe temperiem cæli, regionis ſitum, uillæ amœnitatem. Ouid. 4. Metam. 69.
—— temperie blandarum captus aquarum.
Aequalis temperies. Vide Aequalis, in Aequo, æqu as
Docta temperies fruendi. Stat. 2. Sylu. 2. 31.
Temperies morum tranquilla. Stat. 2. Sylu. 6. 16.
Cæli temperie iuuatur corpus. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 15.
Temperies, Temporis commoditas ad aliquid agendum. Plin. lib. 17. cap. 10. 14, Differuntur poſt annum dodrantali filo cuſtodita temperie, ut utridi cælo ſerantur, ac ſine aurora.
Mitis temperies. Claud. 1. de rapt. Proſerp. 53.
¶ Temperius, id eſt, temperantius. Cicero epiſtol. Famil. lib. 9, Memini te mihi Phameæ cœnani narrare, temperius fuiſſe cæteris eodem modo.
Tempeſtas, & Tempeſtiuus] Vide Tempus.
Templum] templi (ναὸς, νεὼς, σηκὸς, αὐάκτορον, ἱερόν, ἕδος, λέων, ἱερατεῖον) Propriè locus in cælo notatus ab augure, uel in terra: à tuendo, id eſt, conſpiciendo dictum, quòd ex omni parte, uel ex quo omnis pars aſpici poſſit, ut ait Donatus.
Lucida cæli templa. Hoc eſt, regiones ſyderales. Lucretius libro 1. 206.
Templum, Cælum ipſum dictum eſt, quia ipſum primò tuemur. Ennius,
Contremuit templum magnum Iouis altitonantis. Eius quatuor partes dicuntur, ſiniſtra ab Oriente, dextra ab Occaſu, antiqua ad Meridiem, poſtica ad Septentrionẽ. Ex Varrone lib. 6. de Lingua Latina.
Templum in terris dictum eſt, quod quibuſdam uerbis concepits ab augure finiebatur, ut ait Varro lib. 6. de Ling. Latina, unde tueri quãcunq; cæli partem commodè poſſet. In hoc templo per augures cõſtituto, Senatuſconſultum fiebat: & niſi in eo fieret, non erat iuſtum.
Auguratum templum. Cic. in Vatinium, 18.
Templum, non ſolùm ædes ſacræ dicuntur, ſed etiam alia loca ſepta, & unum tantum introitum habentia. Curia Hoſtilia, templum erat, licet ſacra non eſſet.
Curia eſt ſedes ac templum publici conſilij. Cicero pro Domo ſua, 100.
Curia eſt templum ſanctitatis. Cic. pro Milone, 69.
Poſitor templorum. Ouid. 2. Faſt. 13.
Alta templa. Virg. 6. Aeneid. 9.
Annoſa templa. Senec. Herc. Oet. 2, 7. 9.
Aurata templa. Lucret. lib. 2. 6.
Aurea templa. Propert. lib. 4. eleg. 1. 1.
Celebrata templa. Quintil. lib. 1. cap. 4. 12.
Inclytum diuitijs templum. Vide Inclytus.
Ingens templum. Virg. 1. Aeneid. 90.
Lapidata templa. Vide Lapis.
Laqueatum auro templum. Vide Laquear.
Odoratum templũ. Vide Odoratus, in Odor.
Operoſa templa dei. Ouid. 15. Metam. 134.
Penetralia templa. Lucret. lib. 1. 2. 18.
Radiantia templa auro. Ouid. 3. de Arte, 90.
Sacratum templum. Virg. 2. Aeneid. 33.
Sanctum & religioſum templũ. Cic. 6. Ver. 84.
Sublimia templa. Ouid. 7. Metam. 120.
Sylueſtria templa Nympharum. Lucret. lib. 5. 190.

Vene-

Venerabile templum. Ouid. 2. de Remed. 31.
Contendere templum. Virg. 1. Aen. 90.
Exciſa templa. Stat. 5. Sylu. 3. 40.
Factum de marmore templum. Ouid. 1. de Arte, 17.
Indicere honorem templis diuũm. Virg. 1. Aen. 128.
Inſtituam templa de marmore. Virg. 6. Aeneid. 14.
Ponere templum de marmore. Virg. 3. Georg. 3.
Ponere templum alicui. Tacit. lib. 15.
Immania templa poſuit Ioui. Virg. 4. Aeneid. 40.
Reficere templa. Horat. 3. Carm. ode 6. 1.
Siſtere templum. Tacit. lib. 20. Hoc eſt, conſtituere.
Statuere templum alicui. Ouid. 14. Metam. 26.
Structa ſaxo templa. Virg. 3. Aen. 17.
Temerata templa Minervæ. Virg. 6. Aeneid. 168.
Violare templa. Senec. Troade, 6. 53.
Linguæ fudantia templa. Id eſt, partes, loca. Lucret. lib. 4. 126.
Mentis templa, Interioris animi ſecreta. Lucret. lib. 5. 12.
Templum, Tignum uocatur, quod in ſacro ædificio tranſuerſum ſupra canterios ponitur, ut ait Feſtus. Vitruuius lib. 4. cap. 2, Et canterij prominentes ad extremã ſuggrundationem. Supra canterios templa: deinde inſuper, &c.
Templum, Sepulchrum. Virg. 4. Aen. 92,
Præterea fuit in tectis de marmore templum
Coniugis antiqui. Nonius.
Temporalis] Vide Tempus.
Tempſis] τέμψις, Plinio libro 7. capite 48. cacumen Tmoli montis, in quo, ut ipſe ex Mutiano refert, CL. annis uiuunt incolæ.
Tempus] temporis, pen. corr. n. g. (χρόνος, καιρὸς) ut Varro ſcribit, Eſt mundi interuallum & motus diuiſum in partes aliquot, ab ſolis & lunæ curſu, à quorum tenore temperato tempus dictum eſt. Tria uero ſunt tempora, præſens, præteritum, & futurum. Cic. 1. de Inuent. 55, Tempus autem eſt id quo nunc utimur (nam ipſum quidem generaliter definire difficile eſt) pars quædã æternitatis, cũ alicuius annui, menſtrui, diurni, nocturniue ſpatij certa ſignificatione. In hoc et quæ præterierunt conſideramur, &c. & item quæ inſtent in præſentia, & quæ maximè fiant, & quæ conſequantur.
Syderum errores idipſum eſt quod ritè dicitur tempus. Cic. de Vniuerſitate, 42.
Tempus, quod χρόνος uocant. Quint. lib. 3. cap. 6. 19.
Tempus, pro Cõmodo temporario. Cic. pro Cluentio, 100, Et illa oratio potius temporis mei quàm iudicij & authoritatis fuit. Id eſt, ita dixi in oratione illa, quia intereat eius rei quam tum defendebam, uel hominis rei. Idem ibidem, omnes illæ orationes cauſarum & temporum ſunt, non hominum ipſorum ac patronorum. Budæus.
Tempus aptius cibo. Celſius lib. 3. cap. 5.
Tempus, pro Authoritate & potentia. Cic. de claris Orat. 131, Is omnibus exemplo debet eſſe, quantũ in hac urbe polleat multorum obedire tempori, multorumq; uel honori, uel periculo ſeruire. Idem pro Plancio, 64, Non ſolùm quid cuiq; debeam, ſed etiam quid interſit, & quid à me cuiuſq; tẽpus poſcat. Budæus.
Tempus, pro Conſtituto tempore. Terent. Andr. 4. 1. 7,
Pòſt ubi tempus promiſſa iam perfici,
Tum neceſſariò ſe aperiunt & timent.
Tempus adeundi, & abire (nã utroq; modo dictum reperitur) pro Opportunitate. Plaut. Perſa, 14. 8,
Is aderit adeundi tempus. Idem Menæch. 12. 29,
Tempus eſt abire ab his locis lenonijs.
Edendi tempus. Hor. 1. epiſt. 17. 5.
A' quo tempore. Cic. 7. Verr. 61, Vnum, alterum menſem, propè annũ deniq; domi tuæ piratæ, à quo tempore capti ſunt,

quoad per me licitum eſt, fuerunt.
Ab aliqua re tempus. Vide A uel Ab.
Ab illo tempore. Vide Ab.
Ab æterno tempore. Cic. 5. Tuſc. 100.
Ad tempus. Vide Ad.
Accommodare ſe alicui ad tempus. Cic. pro Cælio, 12.
Ad quoddam tempus. Vide Ad.
Ex eo tempore, quo primùm ex Africa nuntius uenit. Cic.
Ex quo tempore. Cic. Appio, lib. 3. 4. 4, Nam cum teipſum, ex quo tempore tu me diligere cœpiſti, quotidie pluris feci.
Ex infinito tempore. Cic. 1. de Fin. 96.
In tempus. Vide In præpoſitionem.
In omne tempus. Vide In præpoſitionem.
In præſens tempus. Horat. de Arte, 9,
Pleraq; differat, & præſens in tempus omittet.
In reliquum tempus. Vide In.
Noſtra conſilia in ſempiternum tempus ſpectare debẽt. Cic. 2. de Orat. 91.
In tempore uenire. Terent. Andr. 4. 5. 19, Donatus, Opportunè. Nos ſine præpoſitione dicimus Tempore & Tempori.
In ipſo tempore. Terent. Andr. 3. 2. 52,
Atq; adeò in ipſo tempore eccum ipſum obuiam Chremetem. Donatus, in ipſa opportunitate, in ipſo articulo.
In puncto temporis. Lucret. lib. 4. 34.
Inter omne tempus. Vide Inter præpoſitionem.
Per id, uel idem tempus. Cic. de claris Orat. 157, Duo fuerunt per idem tempus diſſimiles inter ſe. Cæſar, Per id tempus ferè Cæſaris exercitui res accidit mirabilis auditu.
Tempus ætatis. Terent. Hecyra, 4. 2. 18,
Dum ætatis tempus tulit, perfuncta ſatis ſum. Hoc loco Donatus legit, Dum ætas, tempus tulit. Cic. ad Qu. fratr. lib. 3. 6. 16, Noſtrumq; hoc tempus ætatis, quod in illa authoritate Senatoria florere debet.
Tempus anni. Pollio ad Ciceronem, lib. 10. 33. 16, Anni autem tempus libertatem maiorem mihi dat.
Tempus diei. Terent. Heaut. 1. 1. 38, Vt tempus eſt dici, unde ſis ne quò hinc abeas longius. Ibidem, 1. 1. 116.
Scholarum tempora. Quint. lib. 1. cap. 8. 9.
Temporis breuitas, uel angustiæ. Cicero 3. de Oratore, Edidi quæ potui, non ut uolui, ſed ut me temporis angustiæ coegerunt. Idem Attico, libro 1. 6. 3, Eò factum eſt, ut epiſtolæ tuæ reſcriberem aliquid, breuitate temporis tam pauca cogerer ſcribere.
Exiguum temporis. Ouid. 13. Metam. 189.
Fuga temporum. Horat. 3. Carm. ode 30. 1.
Gradus temporum. Quint. lib. 5. cap. 10. 32.
Id temporis: id eſt, per id tempus. Cic. 1. in Catilinam, 7, Quos ego iam multis, ac ſummis uiris ad me id temporis uenturos eſſe prædixeram.
Inclinationes rerum & temporum. Vide Inclino.
Incommoditas temporis. Vide Incommodus.
Iniquitas temporis. Vide Iniquus.
Interualla ac ſpiramenta temporum. Tacit. in uita Agricolæ, quo Domitianus non iam per interualla ac ſpiramenta tẽporum, ſed continuo & uelut uno Rempub. exhauſit.
Longinquitas temporis. Cicero Torquato, libro 6. 4. 12. Vide Longus.
Momentum temporis. Vide Momentum.
Pars temporis exigua. Lucret. lib. 3. 81.
Propagatio temporis miſerrimi. Cic. Luceio, lib. 5. 15. 7.
Puncto temporis. Lucretius libro 1. 219,
Temporis ut puncto nihil extet reliquiarum.
Succiſiua temporum. Quint. lib. 1. cap. 12. 10.
Accommoda fraudi tempora. Stat. 6. Theb. 123.

Actum

Actum tempus, Præteritum. Horat. de Arte, 35.

Alienum tempus, Absurdum, aduersum. Cic. Appio, lib. 3.10. 17, De *qua alienum tempus est mihi tecum expostulandi, purgandi autè mei necessarium.* Idem ad Attic. lib. 16. 333. 4, *Tempusq; discessus absurdum.* Idem 4. Verr. 66, *Hic, qui Romam uenisset, satisq; fœliciter anni iam aduerso tempore nauigasset.* Vide Alieno.

Amicum fraudibus tempus. Stat. 3. Sylu. 2.8.

Angustum tempus. Claud. 2. in Ruff. 11.

Annale tempus. Vide Annus.

Annua tempora. Ouid. 3. Amor. eleg. 9.1.

Anteactum tempus. Lucret. lib. 3.169.

Antelucanum tempus. Vide Antelucanus.

Antiqua tempora. Quint. lib. 1. cap. 10.10.

Asperum tempus. Cic. pro Corn. Balbo, 17.

Atrox. Vide Atrox.

Aureum. Horat. Epod. 16.14.

Breue. Vide Breuis.

Cæcum. Vide Cæcus.

Certum anni. Vide Certus.

Clymactericum. Vide Clymax.

Commodum uel opportunum tempus. Cic. Attico, lib. 9.172. 2, *Si commodius anni tempus esset.* Idem Cælio, lib. 2.18.5, *Quas si satis opportuno tempore accepisti.*

Congrua tempora. Calud. 1. in Ruffinum, 64.

Coniunctum tempus: id est, insequens. Quint. lib. 7. cap. 3. 36.

Dextrum tempus, Opportunum. Hor. 1. Serm. Satyr. 1.4.

Difficile tempus Reip. Cic. Plancio, lib. 10. 5. 7. *His temporibus difficillimis* Reip. *quicquid subueneris id erit totum & proprium tuum.*

Atrox & difficile tempus. Cic. 6. Verr. 97.

Dira tempora. Iuuenal. Satyra, 4.8.

Diurnum tempus. Quint. lib. 7. cap. 3.35.

Dubium tempus. Cic. pro Fonteio, 27.

Dura tempora. Hor. 2. epist. 2.10.

Durum tempus, & crudele. Cic. pro Domo sua.

Edax rerum tempus. Ouid. 15. Metam. 47.

Exiguum tempus. Ouid. 2. Amor. eleg. 2.8.

Exoptabile tempus. Silius lib. 11.78.

Extremum tempus. Cic. Plancio, lib. 10. 12.1, *Etsi Reipub. causa maximè gaudere debeo, tantum ei te præstidij, tantũ opis attulisse extremis penè temporibus.* Idem, *His temporibus miseris, & extremis.* Id est, *extrema necessitate.*

Faustum tempus. Lucret. lib. 1.162.

Festum tempus. Hor. 2. epist. 1.29.

Tempus feruens, cui opponitur Frigidum. Colf. lib. 5. cap. 26.

Formidolosum dubiumq; Reip. tempus. Cic. 7. Verr. 1.

Frigidum tempus. Seneca Thyeste, 2.2.

Generale tempus. Quintil. lib. 5. cap. 10.30.

Genitale tempus, Dies natalis. Ouid. 3. Trist. eleg. 13.4.

Genitale tempus mundi. Lucret. lib. 2.220.

Gratum tempus. Horat. 2. epist. 2.40.

Graue tempus. Hor. 3. Carm. ode 23.2.

Tempus graue ciuitatis, pro Molesta tempestate. Cicero pro Sest. 3.

Heroica tempora. Quint. lib. 1. cap. 11.9.

Hybernum tempus. Ouid. 11. Metam. 150.

Idoneum tempus. Vide Idoneus.

Temporibus illis. Cic. de Amic. 4.

Vt temporibus illis. Cic. de clar. Orat. 55, *Erat cùm litteris Latinis, tum etiam Græcis (ut temporibus illis) satis eruditus.*

Importunum tempus. Vide Importunus.

Inane tempus. Vide Inanis.

Ineluctabile tempus. Virg. 2. Aeneid. 65.

Iners tempus. Stat. 2. Thebaid. 21.

Inexcusabile tempus. Ouid. 7. Metam. 105.

Infinitum tempus. Cic. de leg. Agrar. 60, *Sequitur omnes agros extra Italiam infinito ex tempore.*

Infinitum tempus ætatis. Vide Infinitus.

Ingrata tempora. Hor. 1. epist. 1.5.

Iniquum tempus. Lucret. lib. 1.9.

Inoffensa à ualetudine tempora uitæ. Vide Inoffensus.

Iustum tempus pugnæ. Virg. 10. Aen. 3.

Læuum tempus, Importunum. Hor. 2. Serm. Satyr. 4.1.

Liberum tempus. Cicero Rufo, libro 5.20.22. Vide Liber Adiectiuum.

Longum tempus. Senec. Agam. 12.3.

Mala tempora, Bona tempora. Vide Malus.

Maturum tempus. Vide Maturus.

Maturo tempore adepta est coniugium. Catullus in Carmin. nupt. 57.12.

Matutinum tempus. Cic. Mario lib. 7. 1.3. Vide Matuta. Ouid. 13. Metam. 128.

Maximis temporibus, pro Occasionibus & necessarijs præsidijs. Cic. 3. de Legib. *Est autem boni auguris, maximis Reipub. temporibus præstò esse debere.* Budæus.

Miserum & perditum tempus. Cic. Planc. lib. 4. 14. 7. Idem Titio, lib. 5. 16. 6.

Miserum & luctuosum tempus, cui Tranquillum & optatum opponitur. Lucius Tulio M. F. lib. 5. 4. 3.

Modicum tempus. Quintil. lib. 1. cap. 2.10.

Mollissima tempora fandi. Virg. 4. Aen. 59.

Mutum à literis tempus. Vide Mutus.

Nocturnum tempus. Lucret. lib. 4. 90.

Nubila tempora. Ouid. 1. Trist. eleg. 8.2.

Opportunum tempus. Tullius Cælio, lib. 2.18.5.

Opportunum curationi tempus. Celsus lib. 5. cap. 26.

Optimum tempus. Cic. pro Cluentio, 77.

Parium tempus. Lucret. lib. 6.163.

Tempus præteritum, instans, consequens. Author ad Herrenn. libro 2.38.

Priora tempora & posteriora. Cic. Sestio, lib. 5.17.1.

Prisci temporis anni. Ouid. 1. Fast. 40.

Prosperum tempus. Tacit. lib. 12.

Quodam tempore. Ouid. 2. Metam. 111.

Sacrum tempus. Horat. in Carm. secul. 2.

Satiuum tempus. Vide Satiuum, in Sero.

Secretum tempus. Quintil. lib. 1. cap. 2.9.

Secundum tempus, id est, præsens. Quintilianus libro 7. cap. 3.36.

Secunda tempora, Fœlicia. Hor. 4. Carm. ode 9.7.

Segne tempus. Valer. 2. Argon. 76.

Solstitiale tempus. Ouid. 6. Fast. 158.

Spatiosum tempus. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.17.

Speciale tempus. Quintil. lib. 5. cap. 10.30.

Summum tempus. Cic. 5. Philip. 197.

Summo tempore Reipub. Cic. 2. Ver. 1. id est, *Summa opportunitate & necessitate.*

Suo tempore, Tempore quo promiserat, uel debito & statuto. Cic. in Verr. *Scandilius rem se totam relicturum dicit, & suo tempore esse redditurum.*

Supremo tempore adesse alicui. Catullus Argon. 59.30.

Suspiciosum tempus. Cic. Lentulo, lib. 1.7.10.

Tranquillum tempus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10.15.

Tranquillum ac pacatum tempus. Cicero pro Cluent. 75.

Triste ac luctuosum tempus, cui Secundum tempus opponitur. Cicero Figulo, libro 4. 13. 19. Idem Marcello libro 15.8.2.

Turbu-

Turbulentum tempus. Cic. Thermo, lib. 2. 17. 5, *Tempora autem Reipublicæ qualia futura sint, qui scit? mihi quidem turbulenta uidentur fore.*

Vacuum tempus. Cicero ad Qu. fratrem, *Quod mihi tempus Romæ præsertim ut iste me rogat, manenti uacuum ostenditur.*

Vacuum tempus, curaq; solutum. Lucret. lib. 2.10.

Verni temporis hora. Horat. de Arte, 61.

Vespertinum tempus. Cicero libro 2. de Natura deorum, 75.

Vno tempore, pro Eodem tempore. Cicero ad Atticum. *Multas uno tempore accepi epistolas tuas.* Idem 2. de lege Agraria, 28.

Abit tempus. Vide Abeo.

Tempus abit iners. Ouid. epist. 15.65.

Abijt illud tempus, mutata ratio est. Cic. pro Muræna, 6. id est, præteriit.

Abijt iam & transactum est tempus, quo posses uideri concepisse. Tacit. lib. 18.

Absumere tempus. Vide Absumo.

Accidit tempus. Vide Accido.

Accipere tempus iustum & debitum, dicitur actio. Vide Accipio.

Accommodare tempus. Vide Accommodo.

Accommodata tempora. Vide Accommodatus, in Accommodo.

Adduci temporibus. Vide Adduco.

Adhibere tempus. Vide Adhibeo.

Adactum tempus. Vide Adactus, in Adigo.

Adesse tempus, uel Ad tempus, uel In tempore. Vide Adsum.

Amittere tempus. Vide Amitto.

Antecapere tempus. Vide Antecapio.

Arripere tempus. Virg. 11. Aen. 91. Id est, *inuenire opportunitatem, ut ait Seruius.* Cicero Luceio libro 5.12. 8. *Ac statim causam illam totam & tempus arripere.*

Assentiri tempori, quod & Seruire tempori dicitur. Cicero ad Lent. lib. 1.9.85.

Assignatum tempus. Vide Assignatus, in Assigno.

Aucupari tempus. Vide Aucupor.

In alienissimum tempus cadat aduentus tuus. Cicero Cassio libro 15.14.9.

Capere tempus. Vide Capio.

Satis & commodè capere tempus adeundi ad aliquem. Cicero Bruto, lib. 11.16.3.

Capto tempore agere aliquid. Virg. 11. Aen. 157.

Captare tempus. Vide Capto, in Capio.

Cedere tempori. Vide Cedo.

Primum tẽpori cedere: id est, necessitati parere, semper sapientis est habitum. Cic. Marcello, lib. 4.9.5.

Debita tempora complere. Virg. 9. Aen. 22.

Maturus compleuit tempora uenter. Ouidius 11. Metamorphoseos, 63.

Puerile tempus concessit iuuentæ. Ouid. 6. Metam. 144.

Conferre tempus ad, & in rem aliquam. Vide Confero.

Consecutum tempus. Vide Consecutus, in Consequor.

Conseruare & notare tempora. Cic. in Orat. 65.

Constituere tempus. Vide Constituo.

Consulere tempori. Vide Consulo.

Consumere omne tempus in literis. Cic. Luceio, lib. 15.8.

Conterere tempus. Vide Contero.

Contrahere tempus. Vide Contraho.

Conuenit locus & tempus. Vide Conuenio.

Decedentia tempora. Horat. 1. Epist. 6.1.

Dependere tempora amori. Lucan. lib. 10.16.

Dicere tempora alicuius. Tacit. lib. 1.

Aliquid temporis causa dicere uel facere. Cic. pro Flacco, 28.

Differre tempora. Ouid. 9. Metam. 154.

Vereor ne in breue tempus dilata sit abs te pernicies. Brutus Ciceroni, 16.6.

Digerere tempora. Ouid. 1. Fast. 6.

Diuidere tempus. Quint. lib. 5. cap. 10.32.

Diuidere curarũ remissionumq; tẽpora. Tacit. in uita Agricolæ, *Iam uerò tempora curarum remissionumq; diuisa.*

Diuidere temporibus negocium aliquod. Terent. Andr. 3.1.18.

Dare tempus alicuius rei. Quint. Tryphoni, 2.

Diligentia quanta sit, nisi tempus & spacium datum sit, intelligi non potest. Cic. pro Quintio, 2.

Dare tempora studijs. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9.10.

Edere tempus. Quint. lib. 4. cap. 2.69.

Egere tempore: pro eo quod uulgus dicit, Multum habere ad faciendum. Cic. ad Quint. frat. lib. 3.21. 5, *Quòd me de uestris faciendis rogas, incredibile est mi frater quàm egeam tempore.*

Tempus est. Terent. Eunuch. 1.1.11,

Proin tu, dum est tempus, etiam atq; etiam cogita.

Tempus est facere. Plaut. Asin. 16.62.

Tempus est ut eamus ad forum: pro, Commodum est. Plautus Milit. 3.72.

Tempus est ad rem. Terent. Eun. 4.1.7.

Nunc ita tempus est mihi, ut cupiam filiam: olim nihil minus. Terent. Heaut. 4.1.59.

Tempus est: pro, Necesse est. Cic. 2. de Orat. 97, *Nam si ego omnem uim oratoris in argumentis & in re ipsa per se comprobanda posuissem, tempus esset iam de ordine argumentorum & de collocatione aliquid dicere.*

Non est tempus. Terent. Hecyra, 4.4.77,

Reduc uxorem, aut quamobrem non opus sit cedo.

PAM. *Non est nunc tempus.*

Vbi tempus tibi erit, sat habet si tum recipitur. Terentius Eunuch. 3.2.32.

Erit, uel fuit tempus. Cic. pro Milone, 52, *Erit, erit illud profectò tempus, & illucescet aliquando ille dies, quum tu, &c. hoc est, Futurum est aliquando, &c.* Idem 1. de Orat. 1, *At fuit tempus illud, quum mihi, &c.*

Euoluere tempora & fastos. Hor. 1. Serm. Satyr. 3.23.

Exigere tempus. Virg. 4. Aen. 96,

— tempus secum ipsa modumq; Exigit.

Extitit tempus. Cicero Licinio, lib. 5.8.4, *Sed extitit tempus optatum magis, quàm speratum, ut Florentissimis tuis rebus mea perspici posset & memoria nostræ uoluntatis, & amicitiæ fides.*

Tarda fluent tempora. Hor. 1. epist. 1.5.

Irreparabile tempus fugit. Virg. 3. Georg. 57.

Impendere tempus alicui. Quint. lib. 1. cap. 2,3.

Impendere tempus studijs. Vide Impendo.

Impertire tempus alicui rei. Vide Impertio.

Implere tempus. Vide Impleo.

Incidere in tempus. Cic. Curioni, lib. 2. 6. 3, *Quòd in id Reip. tempus non inciderit, sed ueneris.*

Incidunt sæpe tempora cum, &c. Vide Incido.

Difficilia factu longi temporis indigent. Cic. 1. de Inuent. 99.

Intermittere tempus. Vide Intermitto.

Labuntur tempora assiduo motu. Ouid. 15. Metam. 36.

Non largitur tempus. Vide Largior.

Legere & deligere tempora cibo. Celsus lib. 3. cap. 6.

Leniet odium tempus. Ouid. in Ibin, 9.

Obseruare tempus. Vide Obseruo.

Oblatum tempus. Lucan. lib. 7.48.

Parére tempori. Cic. Attic. lib. 7. 13. 3.

Necessa-

Necesse est enim in tanta cõcursatione perturbationũ, rerũ tẽporibus potius parére, quàm moribus. Cic. 11. Philip. 310.
Partiri tempora in plures. Quint. lib. 1. cap. 2. 3.
Peractum tempus. Ouid. 2. de Arte, 133.
Perdere tempora. Quintilianus lib. 2. cap. 1. Ouidius 11. Metamorphos. 58.
Orbis perfectus temporis. Virg. 6. Aen. 149.
Ponere tempus alicui. Virg. 1. Aen. 57.
Præsumere tempus in re aliqua. Quint. lib. 1. cap. 1. 14.
Promissum tempus. Ouid. epist. 2. 1.
Prorogare tempus. Cicero Curioni, lib. 2. 6. 9.
Necesse est seruire tempori, & non amittere tempus quum sit datum. Cic. Attic. lib. 8. 147. 10.
Suppeditabit tempus. Quintil. lib. 1. cap. 12. 10.
Tolerare patienter tempora. Quint. lib. 6. cap. 3. 77.
Traducere tempus. Cic. Sulpitio, lib. 4. 6. 13.
Transmittere tempus. Cic. pro lege Manilia, Omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putaui. id est, Omne meum tempus amicorum periculis propulsandis transmisi.
Longo post tempore uenit. Virg. eclog. 1. 6.
Tempus & occasio uenit liberè loquendi. Plautus Trinummo, 13. 155.
Vertuntur tempora annorum. Lucret. lib. 5. 289.
Tempus, Pars capitis, quæ est ad latera. Habet enim caput duo tempora: unũ à dextra, alterum à sinistra. Virg. 5. Aen. 83,
Temporibus geminis canebat sparsa senectus. Nam primò tempora canescunt, cauanturq; magna diuturnitate temporis: unde quidam tempora in capite ob id dicta putant, q; ab ijs indicia petamus senectutis. Colum. lib. 7, Decimo tamen anno tempora cauari incipiunt, supercilia nonnunquam canescere, & dentes prominere. Virg. 5. Aeneid. 171. Idem 5. Aen. 15,
Ore fauete omnes, & cingite tempora ramis. Vbi Seruius, Cingite ramis tempora. ex more Romano: nam festis ludis omnis ætas coronata spectabat.
Ardua tempora. Stat. 6. Thebaid. 184.
Cana tempora. Virg. 10. Aen. 179.
Flauentia tempora Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 7.
Trunca tempora, Quibus detracta sunt cornua. Ouidius epistol. 9. 28.
Turgentia tempora. Stat. 5. Thebaid. 54.
Aduelat tempora uiridi lauro. Virg. 5. Aen. 50.
Cinge tempora floribus. Catul. in Epithal. Iuliæ, 56. 2.
Cingere tempora myrto. Virg. 1. Georg. 6.
Euincti tempora puniceis tæniis. Virg. 5. Aen. 54.
Prædura tempora fregit nodoso robore. Ouid. 12. Metam. 70.
Percutere tempus. Author ad Heren. lib. 4. 241.
Populata tempore raptis auribus. Virg. 6. Aen. 99.
Præcingens roseo tempora uinculo. Seneca Medea, 2. 3.
Protecta tempora fuluo capillo. Ouid. 12. Metam. 55.
Redimitus tempora lauro. Virg. 3. Aen. 17.
Religata tempora fœno. Ouid. 14. Metam. 129.
Sparsus tempora canis. Ouid. 8. Metam. 114.
Tegere tempora uitta. Virg. 4. Aen. 128.
Velare tempora myrto. Virg. 5. Aen. 15.
Vincti tempora uerbena. Virg. 12. Aen. 24.
Vmbrata tempora quercu. Virg. 6. Aeneid. 155.
Tempus singulariter pro Capite. Catull. in Epithal. Iuliæ, 56. 33,
Vsq; dum tremulum mouens
Cana tempus anilitas
Omnia omnibus annuit.
¶ Tempori, Aduerbium (εὐ καιρῷ, σὺν καιρῷ, κατὰ καιρὸν)

Tempestiuè, ad tempus pro tempore. Plaut. Amph. 15. 50.
Idem Menæch. 9. 84,
Sequamur id quod imperatum est, ueniã aduersum tempori. Cato cap. 2. 1, Satis ne tempori opera sient confecta.
Tempore, pro tempori. Plaut. Asin. 12. 143,
Vt tempore, opportuneq; attulistis. Cic. 4. Ver. 89, Satis putabat se ad comitia tempore uenturum, si pridie uenisset.
Aduenire tempore, in tempore, per tempus. Vide Aduenio.
¶ Temporius (σὺν καιρότερον) Aduerbium deductum à Tempori aduerbio, quod significat celerius: quasi ante tempus. Colum. lib. 8. cap. 4. 2, Escabis diuidenda, ut mane non protinus à cubili laxius euagentur, & ante crepusculum propter cibi spem temporius ad officinam redeant.
Temporius & Serius, contraria. Colum. lib. 2. cap. 18. 2. Ouidius 4. Metam. 40.
¶ Temporarius, Adiectiuum (πρόσκαιρος) Quod non est perpetuum, sed ad tempus durans. Plin. in Panc. 148, Non ergo temporarium & subitum est, quòd uterq; collegæ Consulatu tanquam iterum suo gaudet. Plin. maior lib. 16. cap. 33. 4, Quædam temporaria uis.
Temporarium etiam dicitur, quod ad tempus pertinet.
¶ Temporalis, & hoc temporale, pen. product. (χρονικὸς) Ad tempus durans. Quintil. lib. 6. cap. 2. 9, Adijciunt quidam peritorum πάθος, temporale esse.
Temporale, Quod ad tempus sit.
Exilium temporale. Hermogenianus in l. de iniuria. ff. de iniur, & famosis libel.
Temporalis, pro Inconstanti. Curtius lib. 4, Vt sunt Græcorum temporalia ingenia. Alij legunt, temporaria.
¶ Tempestas, tempestatis (χρόνος) Tempus ipsum aliquando significat. Plaut. Mostel. 2. 17,
Cis hercle paucas tempestates Tranio
Augebis rursi numerum. Salust. in Iugurtha, Ea tẽpestate in exercitu nostro fuêre complures noui & ignobiles.
Tempestas, Tranquillum & serenum tempus. Virg. 9. Aen. 4,
—— unde hæc tam clara repentè tempestas. Cic. lib. ad Terent. 14. 4. 11, Quis ego expectassem Brundusij, si esset licitũ per nautas, qui tempestatẽ prætermittere noluerunt.
Bona tempestas. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 6. 5, Tu si ita expedit, uelim quamprimùm bona & certa tempestate conscendas, ad meq; uenias.
Egregia tempestas. Cic. Attic. lib. 9. 185. 1.
Idonea tempestas. Vide Idoneus.
Liquidissima tempestas cæli. Lucret. lib. 4. 34.
Mala tempestas. Cato de re Rust.
Marina siue terrestris tempestas. Vlpianus in l. 2. §. si non. ff. si quis cau.
Salubris tempestas. Claud. de Phœnice, 3. 20.
Secunda tempestas. Tacit. in uita Agricolæ.
Serena tempestas. Cic. 2. de Diuin. 113.
Arridet tempestas. Lucret. 2. 7.
Captare tempestates. Vide Capto, in Capio.
Ridet tempestas. Lucret. lib. 5. 280.
Tempestas (χειμὼν, ζάλη, πάταγος) Procella, nubilũ & procellosum tempus. Plaut. Most. 3. 18,
—— tempestas uenit, Consringit tegulas, imbricesq;. Plin. lib. 18. cap. 28, Ante omnia autem duo genera cælestis iniuriæ meminisse debemus: unum quod tempestates uocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteraq; similia intelligũtur: quæ quum acciderint, uis maior appellatur.
Imbres, nimbi, procellæ, turbines, reliquæq; tempestates. Cic. 3. de Nat. deor. 70.
Procella, tẽpestas, naufragiũ, ruina, incendiũ. Cic. 2. Offic. 26, Illa tempestate & tempore. Catul. Argon. 59. 15.

Rex tem-

Rex tempestatum, Aeolus. Virg. 10. Aeneid. 8.
Potentes tempestatum dij. Vir. 3. Aeneid. 106.
Aduersa tempestas. Vide Aduersus.
Atra tempestas. Virg. 2. Aeneid. 103.
Atrox tempestas. Claudianus de bello Getico. 23.
Fera tempestas. Ouid. 1. Fast. 99.
Immoderata tempestas. Vide Immoderatus.
Miseranda tempestas. Vide Miserandus in Miser.
Naufraga tempestas. Valerius 1. Argon. 118.
Notabilis tempestas. Tacit. lib. 17.
Perfrigida tempestas. Cic. 6. Ver. 77.
Poetica tempestas. Iuuenal. Satyr. 12. 3,
—omnia fiunt
Talia, tam grauiter, si quando poetica surgit
Tempestas. id est, omnia nobis ita contigerũt, quemadmodum à poetis referri solet, si quando tempestatem describunt, summaq; contentione omnia exaggerant.
Sæuæ tempestates. Tacit. in Vita Agricolæ.
Sonoræ tempestates. Virg. 1. Aeneid. 12.
Turbida tempestas. Virg. 12. Aeneid. 57.
Turbulenta tempestas. Cic. 7. Ver. 21.
Violenta tempestas. Seneca Hercule furente, 11. 8.
Pelagi tempestatibus actus. Virg. 3. Aeneid. 141.
Auertere tempestates. Plin. lib. 37. cap. 10. 4.
Tempestates sæpe certo aliquo cæli signo commouentur. Cic. pro Muræna, 35.
Tam subitò magnis tempestatibus commotus fluuius Eurotas. Cic. 2. de Inuent. 193.
Commutata tempestas. Cic. 2. de Inuent. 236.
Constata uentis tempestas. Statius 5. Thebaid. 105.
Continet me tempestas. Vide Contineo.
Horrida tempestas cælum contraxit. Horat. Epod. 13. 1.
Coorta tempestas. Vide Coortus in Coorior.
Coortæ tempestates cælo terraq;. Lucret. lib. 6. 192.
Demissa tempestas ab Euro. Horat. 3. Carm. ode 17. 2.
Sæuior it trucibus tempestas acta procellis. Silius lib. 3. 46.
Fulget tempestas tremulo impete. Lucret. lib. 6. 35.
Fœdam tempestatem glomerant nubes. Virg. 1. Georg. 65.
Horrescit nimbis turbida tempestas. Silius lib. 1. 27.
Incubuit syluis tempestas Virg. 2. Georg. 62.
Lenire tempestates. Vide Lenio in Lenis.
Resedit tempestas. Statius 9. Thebaid. 105.
Sedare tempestates. Plin. lib. 37. cap. 10. 15.
Serenare tempestates. Virg. 1. Aeneid. 52.
Repentina tempestas popularis. Cic. pro Cluentio, 123.
Procella, turbo & tempestas piscis. Cic. pro Domo sua, 105.
Seditionum ac discordiarum tempestas. Cic. pro Sestio, 37.
Cruenta tempestas. Claudianus 6. Paneg. 16.
Ferrea tempestas, Milites. Silius lib. 15. 124.
Inuidiæ tempestas. Cic. in Catul. 16.
Maximæ & turbulentissimæ molestiarum tempestates. Cicero 1. de Oratore, 2.
Huius magnitudini animi, grauitati, sapientiæ tempestas est oblata formidolosissimi temporis. Cic. 7. Philip. 221.
Tempestates alicuius subire: id est, Pericula. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4. 35.
Defendere aliquem in tempestate. Cic. pro Domo sua, 83.
¶ Tempestuosus, pen. prod. Adiectiuum (χειμωνώδης) Procellosum. Gellius, Mare læuum ac tempestuosum erat.
¶ Tempestiuus, pen. prod. Aliud adiectiuum (καίριος, ἐπικαίριος, πρόσκαιρος, σύμκαιρος) Opportunum, & quod suo tempore fit. Cic. de Senect. 42, Ego uerò propter sermonis delectationẽ tempestiuis quoq; cõuiuijs delector. Ibidem, 5. Maturitate tempestiua.

Multa mihi ipsi ad mortem tempestiua fuerunt, quæ utinam potuissem obire. Cic. 1. Tusc. 176.
Conuiuium tempestiuum. Cic. pro Archia, 9. Et 5. Ver. 50.
Capere fructus tempestiuos. Cic. 2. Off. 19.
Tempestiuus homo. Plin. lib. 7. cap. 53. 2.
Hora tempestiua narratibus. Ouid. 5. Metam. 100.
Ludum tempestiuum pueris concedere. Horat. 2. epist. 2. 29.
Mare tempestiuum ad nauigandum. Cic. pro lege Manil. 24.
Pinum tempestiuam euertere. Virg. 1. Georg. 51.
Viro tempestiua uirgo. Horat. 1. Carm. ode 23. 3.
¶ Tempestiuè, penult. prod. Aduerbium (σὺν καίρῳ) Opportunè. Plaut. True. 3. 19,
Qui nostræ ætati tempestiuè temperant. Cic. de Natura deor. 233, Tempestiuè demetere.
Sepultus tempestiuè. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 17.
¶ Tempestiuitas, pen. cor. tempestiuitatis (εὐκαιρία) Opportunitas. Plin. lib. 10. cap. 34. 2, Columbæ præparantes tempestiuitatem cibo, Cic. de Senect. 30, Sua cuiq; parti ætatis, tempestiuitas est data.
Tẽpestiuitas stomachi totiusq; corporis. Plin. lib. 29. cap. 6. 13.
¶ Tempestus, tempesta, tempestum, Antiqui dicebant Tempestiuus: unde Intempestus, pro Intempestiuus: ut, Nox intempesta, quòd minimè tempestiua sit rebus agendis. Ex Calepino.

Temulenter, Temulentia, Temulentus] Vide Temetum.

Tenasmus] tenasmi, m. g. (τεινεσμὸς) Plin. lib. 28. cap. 14. 9, Tenasmos, id est & inanis uoluntas egerendi, tollitur poto lacte asinino. Idem lib. 20. cap. 6. 9, Tenasmo in pulte medetur. De allio.

Tenax, Tenacitas] Vide Teneo.

Tendo] tendis, tetendi, tensum & tentum (τείνω, πτείνω, σὺν τείνομαι) tendere, Extendere. Virg. 3. Aeneid. 54,
Tendunt uela Noti.
Arcus tendere. Virg. 7. Aeneid. 33.
Oculos pariter, telumq; tetendit. Virg. 5. Aeneid. 102.
Grauitas tendebat uterum. Ouid. 9. Metam. 58.
Tendere per translationem Insidiari significat: quòd in hoc laqueos extendere solemus. Terent. Phorm. 2. 2. 16,
Quis non rete accipitri tenditur, nec muluo.
Casses mihi tenduntur. Tibul. lib. 1. eleg. 6. 1.
Dolos tendere alicui. Horat. Epod. 2. 7.
Insidias tendere. Sallust. in Catil. Interea Romæ multa simul moliri, Consuli insidias tendere, parare incendia, &c. Cic. 1. de Legib. 69.
Opus tendere ultra legem, Metaphoricè dixit Horatius 2. Serm. Sat. 1. 1,
Sunt quibus in satyra uidear nimis, acer & ultra
Legem tendere opus. Contrarium deinde ponit,
Sine neruis scribere.
Plagas tendere. Cic. 3. Off. 89.
Retia tendere ceruis. Ouid. 1. de Arte, 9.
Vincula tendere capto. Virg. 4. Georg. 80.
Tendere, Conari. Virg. 2. Aeneid. 44,
Ille simul manibus tendit diuellere nodos.
Tendere ad altiora, Aspirare. Liu. 4. ab Vrbe, 59.
Paulatim ad maiora tendere incipiet. Quint. lib. 2. cap. 4. 15.
Ad eloquiũ tẽdere, Studere eloquẽtiæ. Ouid. 4. Trist. ele. 9. 4.
Ad summam tendere. Quintil. in Procem. lib. 1. 15.
Tendere ad Consulatum. Liu. 2. bel Maced. 23.
Tendere aduersus. Liuius 4. bel. Maced. 135, Quum aduersus tendendo nihil moueret socios.
Tendere aduersus authoritatem Senatus, nefas est, Liuius 5. ab
Vltrà tendere. Liu. lib. 10. Decad. 4. (Vrbe, 43.

Contrà tendere. Tacit. lib. 8.
Tendunt in diuersum sententiæ. Liu. 6. bel. Maced. 42.
Tendere pertinaciter. Liuius 7. bel. Maced. 217, Quod ad me attinet, in alijs rebus cessisse intra finem inuis mei cuilibet uideri malim, quàm nimis pertinaciter in obtinendo cò tetendisse.
Vasto certamine tendunt. Virg. 12. Aeneid. 111. Dixerat præcedenti uersu,
——summa nituntur opum ui.
Odijs tendere. Virg. 12. Aeneid. 188,
Vlterius ne tende odijs.
Tendere summa ope ut: hoc est, Conari, & dare operam. Liu. 8. bel. Maced. 194.
Tendere, Pergere: inde dictũ, quòd nos ambulando iter uideamur extendere. Cic. ad Attic. lib. 16. 333. 16, Itaq; dubito an Venusiam tendam, & ibi expectem. Liu. 4. bel. Pun. 92, Salapiam tendit.
Tendere ad. Liu. 5. bel Pun. 158, Postquam tendere ad se Romanas naues uidit.
Cursu tendit ad limina. Virg. 2. Aeneid. 64.
Ad mortem tendere. Lucanus lib. 4. 55.
Tendere ad reliqua, Prosequi. Cic. 2. de Diuinat. 7.
Tendere in. Virg. 1. Aeneid. 42.
— per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium.
In campum tendit. Virg. 5. Aeneid. 58.
In uerticem tendere. Quintil. lib. 1. cap 11. 6.
Tendit ad stomachum, uel in uentrem: hoc est, Protenditur, aut uergit, siue extenditur. Plin. lib. 11. cap. 37. 48.
Animum autem ut in eius medio collocauit, ita per totum tetendit. Cic. de Vniuers. 26.
Tendere in quencunq; casum. Liu. 4. ab Vrbe, 166.
Tendit palmes sursum: hoc est, Erigitur, ascendit, spectat. Colum. lib. 5. cap. 6. 24.
Tendere cursum aliquò. Liu. 3 bel. Pun. 160.
Gressum tendit ad mœnia. Virg. 1. Aeneid. 83.
Iter tendebat ad naues, Ibat ad naues. Virg. 1. Aeneid. 133.
Tendere iter pennis. Virg. 6. Aeneid. 48.
Tendere, Offerre, quod protendendo manus fieri solet. Virgil. 2. Aeneid. 135.
— parumq; patri tendebat Iulum.
Porrigere & tendere ciuibus consilium, Cic. 1. de Orat. 91.
Brachia tendere. Ouid. epist. 4. 30.
Lumina tendens ad cælum. Virg. 2. Aeneid. 81.
Manus supplices ad cælum tendere. Sallustius. Virgilius 3. Aeneid. 36.
Palmas ad cælum tendit. Virg. 10. Aeneid. 167.
Tendere manus supplices alicui, & ad aliquem. Cic. pro Font. 31, Tendet ad uos uirgo Vestalis manus supplices easdem, quas pro uobis dijs immortalibus tendere consuenit. Idem in Catil. 90.
Tendere alicui metum aut spem. Cic. pro Fonteio, 22. Vetus exemplar legit, ostendere.
Tendit res eò: hoc est, Res cò spectat. Plaut. Pseud. 4. 81,
Tenes hæc quorsum tendant. Cic. ad Brutum, 17. 7, At qui eò tendit, id agit, ad eum exitum properat uir optimus, ut sic illi Octauius propitius.
In diuersum disciplinæ tendunt. Quintil. lib. 1. cap. 12. 1.
Tendere, Tentoria ponere, & habitare. Valer. Max. lib. 2, Nequis eorũ intra castra tenderet. Virg. 2. Aeneid. 6,
Hic Dolopum manus, hic sæuus tendebat Achilles. Liu. 7. bel. Maced. 3.
Tensus, siue Tẽtus, Particip. (τετμαώς) Hor. 2. Ser. Sat. 5. 9.
—seu pingui tentus omaso Furius, &c. id est, Distẽtus.

Arcus tensus. Stat. 3. Sylu. 1. 11.
Neruus tentus. Ouid. 6. Metam. 49.
Poplite tensio saxa tenet. Stat. 9. Thebaid. 95.
Vbera tenta, Distenta, & lacte plena. Horat. Epod. 16. 10.
¶ Tentorium (πλινσία, αὔλιον, σκῆνος) Tabernaculum militum, quod tendũt ut se defendant ab iniuria cæli. Lucã. lib. 1, 80,
Deseruêre cauo tentoria fixa Lemanno.
Candida tentoria. Ouid. 8. Metam. 9.
Ponere tentoria. Ouid. 3. Fast. 106.
¶ Tentoriolum. pen. corr. Diminut. (πλισιάδιον) Hirtius 6. bel. Afric. 183, Reliqui ex uestimentis tentoriolis factis, ex arundinibus corijs intextis permanebant.
¶ Tendicula, tendiculæ. pen. corr. (παγίδιον) Laqueus quem auibus & feris proponimus, ad eas decipiendas. Sunt etiam tendiculæ, quibus aliquid distenditur: ut apud textores panni, uel telæ. Senec. 1. Natural. quæst. Idem licebit uidere, si quando uolueris obseruare fullonem quũ os aqua impleuit, & uestimenta tendiculis diducta leuiter impluit.
Tum aucupia uerborum & literarum tendicula in inuidiam uocant. Cic. pro Cecin. 48.
¶ Tentigo, tentiginis, f. g. Membri pudendi erectio & tensio. Iuuenal. Satyra 6,
—ardens rigidæ tentigine uulluæ. De Messalina.
¶ Tendones (τένοντες) Ad recentioribus medicis appellantur quædam motus instrumenta, in capite musculorum ex neruis & ligamentis conflata, eosq; ossibus annectentia. Græcorum nonnulli, quòd ex neruis oriantur, ἀπονευρώσεις appellant. Vide Galenum in tractat. de Motibus musculorum.
Tenebræ] pen. corr. tenebrarũ, tantùm pluraliter (σκότος, σκοτία, σκότος, νυφόεις) Priuatio luminis: dictæ quòd teneant, id est, impediant oculos, & usum prohibeant. Cic. 2. de Nat. deor. 139, Nos autem tenebras cogitemus tantas, quantæ quondam Aetnæorum ignium finitimas regiones obscurauisse dicuntur.
Vis cæca tenebris. Seneca Herc. furen. 9. 11.
Cæcæ. Lucret. lib. 2. 150.
Crassæ. Vide Crassus.
Fallaces. Valer. 3. Argon. 37.
Nigrantes. Stat. 12. Thebaid. 51.
Pruinosæ tenebræ. Ouid. 5. Metam. 89.
Primis tenebris mouit: pro, Cœpta nocte. Liu. 1. bel. Maced. 4.
Turpes tenebræ. Seneca Herc. furen. 10. 7.
Nox lucem abstulit tenebris. Lucan. lib. 18. 12.
Radij solis discutiunt tenebras. Lucret. lib. 2. 12.
Fugatis tenebris dies pulcher. Horat. 4. Carm. ode 4. 8.
Incedebant tenebræ. Tacitus lib. 15.
Inducere tenebras terris. Ouid. 2. Metam. 79.
Inhorruit unda tenebris. Virg. 3. Aeneid. 39.
Insurgunt tenebræ campis. Virg. 9. Aeneid. 7.
Laxabant astra tenebras. Stat. 12. Thebaid. 51.
Natant tenebræ ante oculos. Ouid. 12. Metam. 28.
Omnia nigrescunt tenebris. Virg. 11. Aeneid. 165.
Obortæ tenebræ oculis. Ouid. 2. Metam. 37.
Remotæ tenebræ. Lucan. lib. 8. 9.
Resoluit tenebras Lucifer. Virg. 8. Aeneid. 117.
Tenebræ, per translationem, pro Cuiuscunq; rei obscuritate: ut, Cudere alicui tenebras, apud Plautum.
Offundere tenebras alicui rei. Cic. 4. Acad. 111.
Obducere tenebras. Quintil. lib. 10. cap. 1, Menand. r omnibus eiusdẽ operis authoribus abstulit nomen, & fulgore quodam suæ claritatis tenebras obduxit. Sic apud Ciceronẽ 4. Acad. 132, Obducere tenebras rebus clarissimis.
Tenebræ mihi sunt. Cic. ad Attic. lib. 7. 139. 1.

In tenebris uuere. Cic. pro Rosc. Amer. 55.
Iacere in tenebris. Cic. pro Archia, 10. Vide Iaceo.
Familiam abiectam & obscuram è tenebris in lucem uocare. Cicero pro Deiotaro, 20.
Celare se in tenebris. Virg. 9. Aeneid. 88.
Trahere uitam in tenebris. Virg. 2. Aeneid. 19.
Tenebræ Reipub. Cassius ad Ciceronem, lib. 12. 13. 3.
Tenebræ & cæcæ nubes Reipub. Cic. pro Domo sua, 19.
Caligo & tenebræ anni. Cic. post Reditum in Senatu, 4.
Tenebrosus] pen. prod. Adiectiuum (σκοτεινός, σκοτεινὸς, ἀνθρώδης) Plenum tenebris. Varro 3. de Re Rust. cap. 9. 14,
Eas includunt in locum tepidum & angustum & tenebrosum. De gallinis.
Aer tenebrosus. Virg. 5. Aeneid. 167.
Palus tenebrosa. Virg. 6. Aencid. 22.
Sedes tenebrosa. Ouid. 5. Metam. 72.
Tempus tenebrosissimum. Cic. in Vatinium, 8.
¶ Tenebricus, pen. cor. Adiectiuum (ἀνθρώδης) Offusum tenebris. Cic. 2. Tusc. 38,
Hæc à Tartarea tenebrica abstractum plaga,
Tricipitem eduxit hydra generatum canem. Ex poeta.
¶ Tenebricosus, penul. prod. Aliud adiectiuum, Ibidem (ἀσκοτώδης) Quod tenebras inducit & facit.
Obscurus & tenebricosus. Cic. 4. Acad. 131.
Iter tenebricosum. Catull. de passere Lesbiæ, 3. 3.
Tu ex tenebricosa popina Consul extractus. Cic. in Pison. 13.
Libidines tenebricosæ. Cic. de Prouinc. Consul. 7.
¶ Tenebrio, tenebrionis, m. g. (ἀσκατεύων) Tenebriones mendaces & dolosi, qui mendacijs et astutijs suis nebulã quandam & tenebras obijciunt. Alij tenebriones interpretantur lucifugos, quasi in tenebris delitescentes. Varro, Si & accusator & reus erunt tenebriones, uterque utrunque uiperato. Ex Nonio.
Tenedos] pen. cor. (τένεδος) Insula in mari Aegæo, inter Mytilenen & Hellespontum contra Troiam prope Sigæũ, ab oppidis uiginti millibus passuũ distat. Abest à Lesho c v i. millia passuũ. Hæc priùs Leucophrys appellabatur, quam alij Calydnam dixerunt. In hanc ex Troade nauigauit cum nouis colonis Tenes Cycni filius, conditaq; ex se urbe Tenedon uocauit, à qua & insula denominata est. Vide Cic. 3. Ver. 34. Idem 3. de Nat. deor. 52. Iam uerò in Græcia multos habent ex hominibus deos, Alabandum Alabandi, Tenedi Tenem, &c. Virg. 2. Aeneid. 5.
¶ Tenedius, Adiect. (τενέδιος) Cic. Qu. frat. lib. 2. 13. 1, Tenediorum igitur libertas, securi Tenedia præcisa est, &c.
Teneo] tenes, tenui, tentum (ἔχω, κρατέω, κατέχω, κάθεμαι; ὀνίσχω) tenere, Apprehẽdere, detinere. Virg. 4. Aeneid. 76,
—neq; te teneo, neq; dicta refello.
Arma tenenda digitis. Ouid. 2. Fast. 21.
Dextra tenens baculum. Ouid. 1. Fast. 20.
In manu poculum tenere. Cic. 1. Tusc. 113.
Imitione aliqua teneri. Cic. 1. Tusc. 112.
Arctius tenere aliquem. Ouid. epist. 15. 46.
In sinu tenere aliquem. Ouid. epist. 3. 23.
Tenere, Habitare, possidere. Virg. 4. Georg. 64,
—quæ gurgitis huius
Ima tenes. Plinius epist. 67. b, Tenet se trans Tyberim in hortis.
Teneri, pro Possideri. Cic. 2. Offic. 120, Propterea quòd tam longo spacio multa hæreditatibus, multa emptionib. multa dotibus tenebantur.
Tenere, pro Habere, uel retinere. Cic. Terentiæ, lib. 14. 15. 2, Tullium adhuc mecum teneo.
Tenere, Remorari. Cic. Attic. lib. 11. 252. 8, Nunc quidem nisi quid te tenuit, suspicor te esse in suburbano.
Morari & tenere. Cic. Tironi, lib. 16. 19. 2.
Ventus tenuit nos. Cic. Attic. lib. 5. 99. 1.
Aliquem tenere. Virg. 1. Aeneid. 136,
Hunc Phœnissa tenet Dido.
Ne diutius teneam: hoc est, Vt paucis absoluam. Cic. 3. Ver. 23.
Et Bruto, lib. 11. 16. 7, Non tenebo te pluribus.
Teneri nõ potui, quin tibi apertius illud idem ijs literis declararem. Cic. Dollabellæ, in epistolis ad Attic. lib. 15. 328. 2.
Vix teneor quin. Plaut. Casin. 6. 24.
Tenere hominem dicitur res aliqua, Retinere. Plinius in Panegyr. 93.
Quinetiã leuiora hæc formã principis figurandq; nõ aurũ melius uel argentũ, quàm fauor hominum exprimat, teneatq;.
Teneri & allici. Cic. de Petit. Consul. 36.
Tenere, pro Reminisci. Mart. lib. 1. 143,
Et teneo melius ista, quàm meũ nomen. Virg. 6. eclog. 9,
—numeros memini, si uerba tenerem.
Teneatur modò illud. Cic. 4. Acad. 41.
Aciem tenere. Vide Acies.
Agnatione & gente deorum, siue cognatione teneri. Cic. 1. de Legib. 35. Idem 1. de Diuin. 213.
Aliena tenere. Cic. 2. Offic. 121.
Per ambages tenere aliquem. Virg. 2. Georg. 10.
Amor tenet me. Terent. Hecyr. 3. 3. 44.
Amore alicuius magno teneri. Virg. 1. Aeneid. 136.
Angustijs teneri. Cic. 3. Tusc. 29.
Animos suspensos tenere. Liu. 5. ab Vrbe, 176.
Animos metu tenere, & acerbitate pœnarum. Liuius 4. bell. Macedon. 102.
Animos tenere dulci nouitate. Ouid. 4. Metam. 57.
Animo tenere. Cic. in Orat. 54, Redeoq; ad illam Platonis de qua dixeram, rei formam & speciem, quam etsi non cernimus, tamen animo tenere possumus.
Animo tenere comprehensa. Cic. 4. Acad. 43.
In armis tenere milites. Liu. 5. ab Vrbe, 40.
Attentos tenere, uel attentos animos. Cicero 7. Verr. 124. Sic 1. Offic. 183.
Causam tenere. Sueton. in Domitiano, cap. 9. Liu. 9. bell. Macedon. 9, Cui, ut cognosceret, statueretq;, Senatus permiserat, magno certamine cum Prætore habito, tenuerunt causam. id est, Obtinuerunt.
Causam tenere apud iudices. Cic. pro Cecin. 49.
Ciuitatem oppressam seruitute tenere. Cic. pro Domo sua, 101.
Clauum rectum tenere. Quintil. lib. 2. cap. 17. 15.
Complexu suo aliquid tenere; Amplecti. Cic. in Pisonem, 14.
Concionibus tenere populum. Cic. 1. Offic. 170.
Consensum aliquorum complecti & tenere. Plinius in Paneg. ad finem.
Consilium alicuius tenere. Plaut. Milit. 5. 102.
Consuetudinem suam tenere, Obseruare. Cic. 2. de Diuin. 223. Idem 1. Philipp. 20, Si consuetudinem meam, quam semper in Republica habui, tenuero. id est, Si liberè quæ sentiam de Repub. dixero.
Conturbatum tenuit me hæc res. Cic. ad Att. lib. 15. 325. 8.
Crimen alicuius tenere argumento aliquo. Cicero pro Cluentio, 99.
Cupiditas dimicandi tenet illum cum Annibale. Sic Cicero ad Atticum, lib. 7. 122. 7.
Cursum tenere. Cic. 3. de Natur. deor. 119, Isq; quum secundissimo uento cursum teneret ridens, Videtisne, inquit, &c. Virgilius 3. Aeneid. 138,
Ni teneant cursus. id est, Impleant. Seruius.
Cursum tenere aliquò. Virg. 4. Aeneid. 10.

Cursum alicuius tenere. Ouid. epist. 2.3.
Cursum aliquem tenere, per translationem. Cicero in Orat. 3, *Quòd si quem aut natura sua, aut illa præstantis ingenij uis fortè deficiet, aut minus instructus erit magnarum artium disciplinis, teneas tamen eum cursum quem poterit.*
Decorum tenere. Cic. 1. Offic. 179.
Decus tenere. Cic. 1. Offic. 197.
Delectum rerum tenere. Cic. 1. de Finib. 52.
Teneri magno desiderio alicuius. Plin. epist. 66. a. *hoc est, Vos maximè desiderare.* Cic. de Senect. 29.
Dignitatẽ tenere, Quod & retinere dicitur & obseruare. Cic. Marcello, lib. 4. 9. 12. Idem Cornificio, lib. 12. 25. 6.
Disciplinam tenere. Cic. 2. de Legib. 24.
Dolorem tenere. Cic. Attic. lib. 12. 25. 2. 8, *O hominem cauendum: quanquam mihi quidem, sed tenendus dolor est.*
Dominatu alterius teneri. Cic. 2. Offic. 3.
Errore aliquo teneri. Ouid. 6. Fast. 51.
Expectatio tenet me. Cic. Attic. lib. 3. 49. 5.
Expectatio suspensa tenetur. Cic. pro Cluentio, 5.
Fama tenet. Liu. 8. bel. Maced. 51, *Famaq; ita tenet: Cælenis Marsyam cum Apollinẽ tibiarum cantu certasse.*
Famam & opinionem hominum tenere. Cæsar 3. belli Ciuil. 216. *id est,* Retinere.
Famam tenere sine labe. Ouid. epist. 16. 14.
Fidem tenere. Cic. 12. Philip. 339.
Fides cum non tenet, sed merces. Liu. 10. bel. Pun. 167.
Finem aliquem tenere. Cic. 4. de Finib. 43.
Finem Britanniæ non fama, nec rumore, sed castris & armis tenemus. Tacit. in uita Agricolæ.
Aliquid firmum tenere. Cic. in Orat. 140.
Flagitijs teneri. Tacit. lib. 3.
Fletus tenere. Ouid. 3. de Arte, 87.
Fœderibus alienis teneri. Liu. 4. bel. Pun. 133.
Fugam alicuius tenere. Lucanus lib. 1. 141, *Hi ratium tenuêre fugam.*
Fugam tenere per medios hostes. Virg. 3. Aeneid. 57.
Gentes tenuit in pace fideli. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 16.
Gratiam alicuius tenere: pro, Esse in gratia. Cicero Quint. fratri, lib. 2. 168. 15.
Grauitatem tenere. Cic. Attic. lib. 8. 191. 5.
Gubernacula Reipub. tenere. Cic. 2. de Diuin. 4.
Hæreditatem tenere. Cic. 2. de Finib. 90.
Imperium in suos tenere. Cic. de Senect. 33.
Summam imperij tenere. Cæsar 2. bel. Gall. 313.
Imperio Romano teneri, Subijci. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 51.
Incendio teneri. Quintil. lib. 2. cap. 13. 11.
Insaniam tenere, Insanum esse. Plaut. Capt. 11. 89.
Institutum tenere. Cic. 4. Tusc. 12, *Sed defendat quod quisque sentit: sunt enim iudicia libera, nos institutum tenebimus.*
Institutum suum tenere in omnib. rebus. Cic. 6. Verr. 40.
Iram uel iracundiam tenere. Cic. in Parad. 41, *Refrænet primùm libidines, spernat uoluptates, iracundiam teneat, coerceat auaritiam.* Liu. 8. ab Vrbe, 21.
Neq; ira, neq; gratia teneri. Cic. 1. de Nat. deor. 65.
Irretitum tenere. Cic. 1. de Orat. 23.
Iter tenere. Virg. 9. Aeneid. 86.
Iucunditatem perpetuam uitæ tenere. Cic. 1. de Finib. 102.
Iudicia tenere. Cic. 7. Verr. 13.
Iureiurando teneri. Cic. 3. Offic. 135.
Ius tenere, dicitur qui callet leges & iura. Plaut. Amph. 3. 37.
Iusta autem ab iniustis petere, insipientia est,
Quippe illi iniqui ius ignorant, neque tenent. Idem Epid. 5. 104.
Ius suum tenere. Cic. pro Cecin. 4, 23, *Hanc puto me habere a-*

ctionem, ut per interdictũ meum ius teneam, atq; iniuriam tuam persequar.
Lachrymas tenere, Continere, cohibere. Cic. 6. Verr. 35.
Legem aliquam tenere. Legi *subijci.* Terent. Adelph. 1. 2. 6,
—neq; metuit quenquam, neq; legem putat
Tenere se ullam.
Lege aut Interdicto teneri quis dicitur, quum per legem, uel ex legis statuto obligatus & obstrictus est ad aliquid agendum. Cic. pro Cecinna, 36, *Hoc interdicto Ebutius non tenetur.* Idem ad Atticum, lib. 3. 65. 5, *Lege enim Collegij sui non tenebantur.*
Perpetuo morbo teneri. Paulus in l. neque fœmina. ff. de procuratoribus.
Teneri legibus, & solui. Cic. 11. Philipp. 297.
Teneri de ui: pro, Reum esse. Senec. de Benef. lib. 5. cap. 8.
Libertatem tenere. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 17. 21, *Nec si illam partem libertatis tenebo, proficiet.*
Linguam tenere. Ouid. 2. Trist. 89.
Locũ tenere. Cic. 4. de Fin. 61, *Quid uirtus, ut omnes fatemur, altißimum locum in homine, & maximè excellentẽ tenet.*
Locum honestum seruitutis tenere. Cic. in Parad. 46.
Locum aliquem cum aliquo tenere. Cic. de clar. Orat. 40.
Tenere locum: pro, Non moueri loco. Cic. pro Cluentio, 101, *Nam miles qui locum non tenuit, qui hostium impetũ, uimq; pertimuit, potest idem, &c.*
Tenere locum aliquem: pro, Inhabitare. Liu. 1. ab Vrbe, 18.
Teneri ludis, pompa, spectaculis. Cic. 5. de Finib. 87.
Lumina immota tenebat. Virgil. 4. Aeneid. 62.
Mandatum tenere memori mente. Lucret. lib. 2. 118.
In manibus tenere. Cic. 12. Philip. 324. Idem Attic. lib. 2. 17. 1.
Mare tenere, pro Occupare. Cic. Attico, lib. 10. 197. 5. Virgil. 5. Aeneid. 32,
Lumq; propinquabant scopulo, metamq; tenebant. Cicero Tironi, lib. 16. 2. 1, *Septimum iam diem Corcyræ tenebamur.*
Tenet me cunctatio. Liu. 5. ab Vrbe.
Mediocritatem tenere. Cic. 1. Offic. 126.
Medium tenere. Cic. 3. de Orat. 97, *Itaq; tum graues sumus, tũ subtiles, tum medium quiddam tenemus.* Vide Medius.
Memoria tenere rem aliquam, Reminisci. Cic. de Senect. 11.
Memoriam alicuius rei tenere: hoc est, Aliquam rem in memoria habere. Cic. de Senect. 72.
Tenet uos memoria mei. Cic. ad Quirites post reditum, 1.
Quæstio tenet eum, qui in ius uocatus est. Papinianus in l. iudicatæ. ff. de except. rei iudic.
Animis ac memoria tenere. Cic. pro Corn. Balbo, 12.
Metu teneri: hoc est, Præpediri. Liu. 5. bel. Pun. 80.
Modum tenere uel custodire: cui, Excedere modũ, opponitur. Plin. epist. 55. b. Idem epist. 102. b. lib. 5.
Mora nulla tenuit uocatos. Ouid. 1. Metam. 34.
Morbus tenet eum. Plaut. Menæch. 19. 3,
Num eum æternus aut aqua intercus tenet? Sallust. in Iugurtha, Fortè apud illum quem inhonesta & perniciosa libido tenet potentiæ.
Mordicus tenere. Vide Mordeo.
Morem tenere, Obseruare. Cic. 5. Tuscul. 17.
Nomen æternum tenere. Virgil. 6. Aeneid. 47.
Nomen legum tenere. Cic. 2. de Legib. 18.
Obsidione teneri. Virgil. 10. Aeneid. 21.
Obstrictum teneri fœdere. Cic. in Pisonem, 22.
Occasionem tenere. Cic. 1. de Legib. 7.
Occupatum & impeditum tenere. Cic. pro Cælio, 35.
Oculos tenebat sub astra. Virgil. 5. Aeneid. 170.
Pictura artificum oculos tenet: id est, In contemplationem sui

adducit. Plin. epist. 50. a. Cic. 4. Acad. 41.
Tenere aliquem in oculis, auribus, complexu, &c. Cicero 3. Philipp. 136.
Odium uestri ordinis tenet eos. Cic. 3. Verr. 15.
In officio tenere aliquos. Cæsar 5. bel. Gal. 202.
Omnia tenere: pro Habere in potestate. Cicero Quint. fratri, libr. 2. 11. 2.
Nihil aptius est ad opes tuendas ac tenendas, quàm diligi. Cicero 2. Offic. 30.
Oppidum tenere, Occupare. Cæsar 1. bel. Ciuil. 67.
Oppressos tenere, Detinere. Cic. Att. lib. 2. 31. 5.
Ordine rem tenere. Vide Ordo.
Ora tenere, Tacere. Cic. 1. de Diuin. 176, Ex Ennio. *Vetus codex legit, Ore timebant.* Virg. Aeneid. 1,
Conticuêre omnes, intentiq; ora tenebant. Seruius, Aut ora intuebantur, aut immobiles uultus habebant: uti,
—tenuitq; inhians tria Cerberus ora. id est, Immobilia habuit. aut, tenebant, habebant.
Obtutu defixa tenet ora. Virg. 7. Aeneid. 50.
Palmam tenere, victorum signum fuit antiquis. Plinius libro 35. cap. 10. 10.
Partem tenere in re aliqua. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 7.
Partes tenere. Cicero Attico, lib. 3. 42. 1, *Et simul intelligebã, ex eo loco si te habérem, posse me Brundisium referre, sine te autem non esse nobis illas partes tenendas propter Antonium.*
Percepta & comprehensa tenere. Cic. 4. Acad. 46.
Personam tenere, per translationem à comœdis: pro, Status alicuius esse. Cic. 3. de Orat. 30, *Neq; adhuc quam personam teneant, aut quid profiteantur, intelligere potuerunt.*
Planta tenet, pro Radicatur. Colum. lib. 5. cap. 6, *Nam si radicibus ulmi iunxeris, malè uitis comprehendet: & quum tenuerit, incremento arboris opprimetur. Hic, comprehendit & tenet, uidentur idem significare.*
Pœna aliqua teneri: pro, Obnoxium esse. Cicero ad Quint. fratrem, lib. 2. 7. 9.
Portum tenere, Appellere, uel portum occupare. Liu. 7. bell. Maced. 44, *Vento aduerso ante lucem Pygela portum tenuit.* Virg. 9. Aeneid. 20,
Imò ubi defunctæ finem portusq; tenebunt Ausonios.
In sua potestate tenere: pro, In potestate habere & moderari. Cic. ad Qu. fratrem. lib. 1. 1. 59.
Principatum tenere. Cic. 1. Tusc. 30, *Alijs pars quædam cerebri uisa est animi principatum tenere.*
Principatum sententiæ tenere. Cic. de Senect. 59.
Promissum tenere: id est, Præstare. Cic. 3. Offic. 141.
Propositum tenere: pro, Retinere. Cæsar, *Pompeius interclusus Dyrrachio, ubi propositum tenere non potuit, secundo usus consilio, &c. Propositum tenere: pro, Obtinere quod quæras.* Cæsar 1. bel. Ciuil. *Tali instructa acie, tenere propositum utercq; uidebatur. Sic lib. 3, Commutata ratione belli, quoniam propositum non tenuerat, iuxta Pompeium munire iußit. id est, Sua spe frustratus erat, &c.*
Pronunciam. Cic. 1. Offic. 55.
Rationem iuris æquabilem tenere. Cicero ad Quint. fratrem, lib. 1. 1. 48.
Rationem numerorum in oratione tenere. Cic. 3. de Orat. 112.
Regna tenere. Ouid. 5. Metam. 56.
Religione teneri, Obstringi, detineri. Cic. 6. Verr. 66.
Rem oculis, non coniectura tenere. Cic. pro Cluentio, 14.
Remp. tenere. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 31.
Rebus & studijs aliquibus teneri. Horat. 1. epist. 1. 17.
Risum tenere, Continere. Cic. in Vatinium, 15.
Rura tenere. Ouid. 3. Metam. 1.

Tenere se intra grauitatem. Plin. epist. 200.
Se intra silentium tenere. Plin. epist. 82. b.
Se in silentio tenere. Plin. epist. 126. b.
Se in æterno seruitio tenere. Liu. 4. ab Vrbe, 153.
Se in equestri ordine tenere. Plin. epist. 46. b.
Se in probis artibus tenere. Plaut. Pseud. 20. 7.
Sese castris tenere. Cæsar 3. bel. Gall. 447. Et Brutus ad Cic. lib. 11. 10. 7, *Tenere se Alpibus.*
Se domo tenere. Cic. Post reditum in Sen. 26.
Se domesticis finibus tenere. Cic. Att. lib. 7. 131. 6.
Se suis finibus tenere. Cic. 3. de Finib. 2.
Se loco tenere. Liu. 8. ab Vrbe, 148, *Magistro equitum denunciauit, ut sese loco teneret: neu absente se cum hoste manum consereret.* Sic Cæsar 3. bel. Ciuil. 429.
Se uno loco tenere. Plancus Ciceroni, lib. 10. 18. 9.
Se oppido tenere. Cic. Attic. lib. 9. 187. 1.
Tenere, pro Obtinere. Plin. epist. 91, *Scripseram tenuisse Vadimonium, ut sibi euocare testes liceret.*
Tenere se: pro, Abstinere & cauere. Plaut. Merc. 3. 52,
Omnes tenerent mutuitanti credere. Cic. pro Flacco, 8, *Tenuit se, neq; attulit in iudicium quicquam ad lædendum.* Idem 2. de Finib. 36, *Hoc loco tenere se Triarius nõ potuit, Obsecro, inquit, &c.*
Tenere me nõ possum ab, uel quin: pro, Parum abest. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 18. 4, *Ego tamẽ teneo ab accusando uix me Hercule.* Idem Attico lib. 15. 328. 2, *Teneri non potui, quin tibi apertius illud idem ijs literis declararem.*
Nec se tenuit quin. Cic. 4. Acad. 24.
Sedem Iouis optimi Max. tenere: pro, uincere, siue captã obtinere. Tacit. lib. 19.
Tenuit sententia altera: pro, Accepta est, & probata. Plin. epist. 167. 1, *Sic ex tribus sententijs duæ factæ: tenuitq; ex duabus altera, tertia expulsa.*
Sententiam aliquam tenere: pro, alicuius sententiæ & opinionis esse. Cic. 1. de Finib. 53.
Sermone suo tenere aliquem, Detinere, occupare. Cic. de claris Orator. 124.
In sermone tenere aliquem. Valer. 7. Argon. 52.
Silentium tenere. Liu. 3. ab Vrbe, 196. Ouid. 1. Metam. 42.
Sitis tenet hiantes. Lucret. lib. 3. 220.
Somnum tenere. Cic. de clar. Orat. 152.
Spem tenere, Sperare. Plaut. Merc. 12. 5.
Tenet me spes, Spero, & expectatione ducor. Cic. 1. Tusc. 155,
Magna me, inquit, spes tenet Iudices, bene mihi euenire quòd mittar ad mortem. Idem pro Cluentio, 4.
Studia agri colendi tenere. Cic. de Senect. 56.
Teneri studio alicuius rei, Delectari. Cic. 1. de Legib. 94.
Teneri ijsdem studijs. Cic. Volumnio, lib. 7. 34. 5.
Studium tenet me: hoc est, delector. Cic. ad Atticũ, lib. 1. 7. 4,
Summum me eorum studium tenet, sicut odium iam cæterarum rerum.
Summam rerum tenere. Lucret. lib. 2. 107.
Suspensum tenere aliquem. Virg. 6. Aeneid. 143.
Suum tenere. Cic. Attic. lib. 6. 111. 8.
Syluas tenere. Ouid. 1. Metam. 61.
Tela tenere contra aliquem. Virg. 8. Aeneid. 139.
Temperamentum tenere, Obseruare modum & mediocritatẽ. Plin. epist. 7. 4.
Torpor tenet membra. Liu. 9. ab Vrbe, 8.
Verecundia teneri. Liu. 4. bel. Maced. 7.
Vestigia alicuius tenere. Liu. 9. bel. Pun. 160.
Viam tenere. Cic. Att. lib. 1. 15. 5, *Illud tamen uelim existimes, me hanc uiam optimam post Catuli mortem nec præsidio ullo, nec comitatu tenere.*

Perge tenere iſtam uiam. Cic. de Petit. Conſul. 36.
Vincla tenent feſſas naues. Virgil. 1. Aeneid. 35.
Vinctum tenere aliquem. Horat. 4. Carm. ode 11. 5.
Voluptas uiuendi me tenuit. Virg. 10. Aeneid. 169.
Vocem tenere. Ouid. 4. Metam. 34.
Voce tenere ruentem. Lucan. lib. 7. 60.
Voto & promiſſo teneri: pro, Obligatum eſſe. Cic. Attico, lib. 12. 241. 10.
Vrbem aliquam tenere. Cic. ad Caſſium, lib. 12. 5. 6.
Tene tibi: pro, Serua tibi. Plaut. Trucul. 10. 55.
Tene tene. Plaut. Aulul. 16. 1,
Redi, quò fugis nunc? tene tene.
Tenere, Conſtringere. Virg. 2. Georg. 75,
Texendæ ſepes etiam & pecus omne tenendum eſt.
Armenta tenere clauſa ſtabulis. Virg. 3. Georg. 71.
Intra clauſtra tenere aliquem. Horat. 3. Carm. ode 11. 9.
Teneri manifeſtò, Obligari, ut, Siquis furetur rem ſacram de prophano, tenetúrne furti, an ſacrilegij? Plaut. Caſin. 5. 22.
Teneri manifeſtò in rebus turpibus. Cic. 3. Verr. 1.
Tenere aliquem in noxia. Plaut. Caſina, 11. 71.
Tenere aliquem manifeſtum mendacij. Plaut. Truc. 4. 30.
Tenere manifeſtò furem. Cic. 5. Verr. 116.
Tenetur manifeſtò auaritia hominis. Cic. 5. Verr. 128.
Teneri, pro Conuinci & coargui. Cic. 7. Verr. 106, Quæ ſi dices, tenebere: ſin alia dices quæ à me dicta ſunt, non refutabis. Idē 4. Acad. 174, Sireclè concluſerit, teneo: ſin uitioſè, minam Diogenes reddet.
Argumentis & teſtibus teneri. Cicero 7. Verr. 79. Idem pro Cecina, 3.
Tenere, Tegere. Virgil. 1. Georg. 24,
— & obducto latè tenet omnia limo. id eſt, Occupat & operit. Seruius.
Tenere, Defendere. Virgil. 8. Aeneid. 131,
Stabat pro templo, & Capitolia celſa tenebat.
Verbum eſt mi'itare, ut ait Seruius: ut etiam Salluſtius dicit. Vnde econtrà, Victos, loco motos dicimus. Vide Moueo.
Tenere manu res. Cic. 3. Offic. 89, Sed aliter leges, aliter philoſophi tollùt aſtutias. Leges, quatenus manu tenere poſſint: philoſophi, quatenus ratione & intelligentia.
Arctè tenere, & defendere. Cic. in Parad. 15.
Cōperire manifeſtò, & manu tenere indicia mortis, per tranſlationem: pro, Certiſſima habere. Cic. de clar. Orat. 152.
Teneri, pro Conſtare. Cicero Planco, lib. 13. 30. 2, Non his modò cauſis quæ ſpeciem habent magnæ coniunctionis, ſed ijs etiam quæ familiaritate & conſuetudine tenentur.
Tenetur uita animantium cibo. Cic. 2. de Nat. deor. 201.
Tenere, pro Durare. Liu. lib. 3. bel. Punic. 126, Imber continens per totam noctem uſq; ad horam tertiā diei inſequentis tenuit. Sic apud Quintilianum lib. 2. cap. 1. 1, Tenuit conſuetudo: id eſt, Obtinuit.
Teneri, pro Impediri. Ouid. 10. Metam. 41,
— quod quoniam fatali lege tenemur,
Semper eris mecum.
Teneri, pro Stare & inniti. Cic. Att. lib. 12. 243. 1, Occidimus, occidimus Attice, iampridē nos quidem: ſed nunc fatemur, Poſteaquam unum, quo tenebamur, amiſimus.
Tenere, Intelligere. Terent. Heaut. 4. 3. 22,
Tenes quid dicam? Idē Andr. 3. 2. 18, Teneo quid erret.
¶ Tenax, tenacis, pen. prod. om. gē. (γλοιώδης, ἰξώδης, γλίχρος, κολλώδης, κάτοχος, ἰσχυρογνώμων) Qui retinet: ut Glutinum tenax dictum eſt, quod dum attrectatur, digitos tenere uideatur. Virg. 4. Georg. 12,
Excudunt ceras, & mella tenacia figunt.
Bitumen tenax. Ouid. 9. Metam. 133.
Ceræ tenaces. Virgil. 4. Georg. 33.
Complexus tenax. Ouid. 4. Metam. 76.
Equus tenax. Liu. 9. bel. Maced. 97, Vt equum tenacem nō parentem, frænis aſperioribus caſtigandum eſſe.
Equus tenax contra ſua fræna. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 3.
Fides longa tenax. Quid. 2. Amor. eleg. 6. 3.
Ira tenax ad extremum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10. 6.
Memoria tenax, Stabilis, cōſtans, firma, quidiù optimè tenēs. Plin. epiſt. 97. lib. 6.
Morbus tenax, Difficilis, contumax, moleſtus. Sueto. in Claud. Cæſare, cap. 2.
Paſſu tenaci ſtare. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 6. 5.
Solum tenax glebis. Plin. epiſt. 101. c.
Vincla tenacia. Virg. 4. Georg. 83.
Reſtrictus & tenax. Cic. pro Plancio, 44.
Tenaciſſimus diſciplinæ. Plin. epiſt. 306.
Tenax iuris ſui dominus dicitur, qui tam arctè ius ſuum obſeruat, ut de eo demere aut auferre ſibi ab aliquo ne tantillum quidē patiatur: quod auarorum eſt dominorum proprium in ſuos colonos. Colum. lib. 1. cap. 7. 1, Sed nec dominus in unaquaq; re, cui colonum obligauerit, tenax eſſe iuris ſui debet, ſicut in diebus pecuniarum, &c.
Iuſticiæ tenax. Iuuen. Satyr. 8. 3.
Tenax praui. Virgil. 4. Aeneid. 38,
Tam ficti prauiq; tenax, quàm nuncia ueri.
id eſt, In omnibus perſeuerans. Seruius. De fama.
Tenax propoſiti, cōſtans, perſeuerās. Horat. 3. Carm. ode 3. 1.
Tenaciſſimus alicuius rei. Quintil. lib. 1. cap. 1. 4.
Memoria tenaciſſima. Quintil. lib. 1. cap. 1. 14.
Tenax, Parcus, auarus. Apuleius, Homo diues, ſed tu nimiùm tenax. Terent. Adelph. 5. 4. 12,
Ego ille agreſtis, ſæuus, triſtis, parcus, truculētus, tenax.
Pater parcus & tenax. Cic. pro Cælio, 28.
Cuſtos tenax patrimonij. Quintil. lib. 4. cap. 2. 53.
¶ Tenacia, Eſt perſeuerantia, & duritia. Ennius Hectoris lytris, Ducet quadrupedē iugo inuitū, domabit infrænū, et ūget ualidè, cuius tenacia infrænari nimis nequit. Ex Nonio.
¶ Tenacitas, pen. corr. tenacitatis, fœm. gē. uel, ut quibuſdam placet, Tenacia, tenaciæ (γλιχρότης) Retenſio, parſimonia, duritia, perſeuerantiaq;. Plin. lib. 9. cap. 29. 2, Vada nō apprehendunt: & grandibus minor tenacitas. Cic. 2. de Natur. deor. 182, Cibumq; partim oris hiatu & dentibus ipſis capeſſunt, partim unguium tenacitate arripiunt, partim anguſtitate roſtrorum.
¶ Tenaciter, pen. corr. Aduerbium (ἀπαλῶς) Ouid. epiſt. 3. 9,
An miſeros triſtis fortuna tenaciter urget?
¶ Tenor, tenoris, pen. prod. Ordo, forma, continuatio. Valer. Maximus lib. 1, Quo minus religionibus ſuus tenor, ſuaſq; obſeruatio redderetur. Plin. in Paneg. 138, Idemq; utrique propoſitum, idem tenor uitæ. id eſt, Idem uiuendi modus. Virg. 2. Georg. 68.
Incœptum tenorem peragit fortuna. Ouid. Epiſt. 21. 1.
Vno tenore. Liu. 3. bel. Pun. 225, Hi mores, eáq; caritas patriæ per omnes ordines uelut tenore uno pertinebat.
Tenore uno rem peragere. Liu. 5. ab Vrbe, 21.
Vno & perpetuo tenore iuris. Liu. 4. bel. Maced.
Vno tenore in dicendo eſſe. Eraſmus, Tenorem, rei progreſſum uocāt. Vnde, quæ ſui ſimilia, ſibiq; ueluti perpetua quædam ſuccedunt ſerie, horum eundem eſſe tenorem dicimus. Cic. in Orat. 11, Iſq; uno tenore, ut aiunt, in dicendo fluit, nihil afferens præter facilitatem & æquabilitatem. Loquitur de æqualitate dictionis, nulla uarietate reficientis auditorum aures.
Aeui tenor ſine nube. Stat. 3. Syl. 3. 30.

Pugnæ tenor. Liu. 8. ab Vrbe, 196.
Veli tenor. Lucan. lib. 5. 142.
Placidus tenor. Ouid. 3. Metam. 22.
Tenores, à Græcis τόνοι dicuntur. Quintil. lib. 1. cap. 5. 15,
Adhuc difficilior obſeruatio eſt per tenores: quos quidem ab antiquis dictos tenores cōperi, uidelicet declinato à Græcis uerbo, qui τόνους dicunt: uel accentus, quas Græci προσῳδίας uocant.
Acutus tenor. Quintil. lib. 1. cap. 5. 17.
Grauis tenor. Quintil. lib. 5. 17.
¶ Tentor, tentoris, à teneo. Hinc Tentores in factionibus circi ludisq; uocabantur, qui equos & currus tenebant, antequam uices ſortesq; eorum curſus ueniſſent. Horum mentio eſt in epigrammate iſto, quod ex priſcis titulis Turnebus eruit, M. Viſpanio Fulloni tentori. Addubitat tamen, num tinctori melius legeretur.
Tener] tenera, tenerum, pen. corr. (τέρην, ἁπαλὸς, ψαθυρὸς) Molle, tractabile. Hinc tenera ætas, puerilis. Feſtus, Tener à τέρην, conuerſis literis. Cic. 3. de Finib. 14, Tener puer.
Tener & rudis. Cic. 1. de legib. 70.
Aetas tenera. Ouid. 4. Triſt. eleg. 9. 7.
Agnus tener. Virgil. eclog. 1. 2.
Amor tener. Ouid. 2. Amor. eleg. 18. 4.
Animus tener, Flexibilis. Antonius Cicer. in epiſt. ad Atticum, lib. 14. 310. 3.
Anni teneri. Ouid. epiſt. 4. 5.
Annis teneris. Plin. in Paneg. 26.
Arbores teneræ. Virg. 10. eclog. 11.
Ariſtæ. Virgil. 7. Aeneid. 162.
Aurea. Lucret. lib. 42.
Balatus. Ouid. 7. Metam. 66.
Carmen. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 1.
Corpus. Virgil. 2. Georg. 5.
Cupreſſus. Virgil. 1. Georg. 4.
Decor. Seneca Hippol. 4. 4.
Equus tener: cui Vetulus opponitur. Cic. de Amic. 59.
Fœtus teneri, ac infirmi. Quintil. lib. 2. cap. 6. 5.
Herba tenera. Virgil. 1. Georg. 23.
Ingenia. Claud. 2. in Eutrop. 36.
Lanugo. Virgil. 2. eclog. 11.
Manus. Lucret. lib. 6. 160.
Membra. Lucret. lib. 4. 222.
Mentes. Horat. 3. Carm. ode 24. 12.
Ocelli. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 12.
Oratio mollis, tenera, & flexibilis. Cic. in Orat. 29.
Os tenerum balbumq;. Horat. 2. epiſt. 1. 26.
Procera & tenera palma. Cic. 1. de Legib. 3.
Pudor. Ouid. epiſt. 2. 29.
Riſus. Claud. 2. Paneg. 70.
Saltator. Cic. in Piſonem, 70.
Somnus. Ouid. 2. de Arte, 110.
Spado tener, apud Iuuenalem, Satyr. 1. 2. 3.
Verſus nimium teneri. Horat. de Arte, 50.
Virgines teneræ. Horat. 1. Carm. ode 21. 1.
Tenera & tractabilis uirtus: cui Dura & ferrea apponitur. Cic. de Amic. 44.
A' teneris unguiculis. Vide A' præpoſitionem.
De tenero ungi, A' primis annis. Horat. 3. Carm. ode. 6. 5.
A' tenero, & A' teneris, ſub. annis. Vide A' præpoſitionem.
In teneris conſueſcere. Virgil. 2. Georg. 55.
Tenerior & tenerrimus (ἁπαλώτερος) Plin. lib. 10. cap. 72. 1, Si tenerior eſt & catuli adhuc ætas.
Prata tenerrima. Ouid. 1. de Arte, 60.
¶ Tenellus, Adiectiuum diminut. Vnde Tenellam ætatem dicimus, puerilem. Plaut. Caſin. 3. 18,
Bellam & tenellam Caſinam. Varro 1. de Re ruſt. cap. 41. 1, Aqua recenti inſito inimica: tenellam enim citò facit putre.
Vultus tenellus. Stat. 5. Syl. 5. 18.
¶ Tenellulus, pen. corr. aliud Dimin. Catul. ad Coloniam, 17. 3,
Vt puella tenellulo delicatior hœdo.
¶ Teneritas, pen. corr. teneritatis, fœm. gener. (ἁπαλότης) Ipſa mollities. Cic. 5. de Finib. 105, In primo enim ortu ineſt teneritas & mollities quædam, ut nec res uidere optimas, nec agere poſſint. Plin. lib. 9. cap. 42. 2, Huius iecori teneritas nulla præfertur.
¶ Teneritudo, pen. prod. teneritudinis, pen. corr. fœm. gen Idē (ἁπαλότης) Varro 1. de Re ruſt. cap. 36, De ſegetibus, ſi qua eſt aqua, deduci: ſin ſiccitates ſunt, & terra teneritudinem habet, ſarrire. uineas arbuſtaq; putare.
¶ Tenerè, pen. corr. & Teneriter, pen. corr. Aduerbia (ἁπαλῶς) Plin. lib. 23. cap. 3. 4, E' radice oleæ quàm tenerrimè cortex deraſus, in melle crebro guſtatu medetur ſanguinem reijcientibus.
¶ Tenereſco, ſiue Teneraſco, teneraſcis (ἁπαλύνομαι) teneraſcere, Tenerum fieri, miteſcere. Lucret. lib. 3. 154,
Scilicet in tenero teneraſcere corpore mentem. Plin. lib. 17. cap. 22. 20.
Tenes] Tenæ (τένης) Filius fuit Cycni & Scamandrodices, Tenedi urbis conditor, ut refert Lycophronis Scholiaſtes. Cic. 3. Act. in Verrem, Tenem apud Tenedios in Sicilia putant eſſe ſanctiſſimum deum, ac eorum urbem condidiſſe. Vide Tenedos.
Tenitæ] Credebantur eſſe ſortium deæ, quòd tenendi poteſtatem haberent. Feſtus.
Tennis] ſiue Tennum (τέννος) uel, ut Strabo & Plinius, Temnos, ex Aeolicis urbibus eſt: unde Hermagoras fuit is, qui de dicendi arte conſcripſit, ut author eſt Strabo lib. 14. Meminit Cic. pro Flacco. 34.
¶ Tennites uel Temnites, pen. prod. (τενντίτης) Gentile nomē. Cic. pro Flacco, 33, Heraclides ille Temnites, homo ineptus & loquax: ſed, ut mihi uidetur, ita doctus, ut etiam magiſtrum aliorum ſe eſſe dicat: et qui ita ſit ambitioſus, ut, &c.
Tenor] Vide Teneo.
Tenos] τῆνος, Inſula cum oppida in Aegæo mari, una Cycladum, ut ſcribit Plin. lib. 4. cap. 12.
Tentigo] Vide Tendo.
Tento] tentas (πειράω, πειράομαι, πειρητίω, μετέχομαι, ἀποπειράομαι) Tentare, Attrectare. Colum. lib. 8. cap. 11. 7, Sæpiusq; digitis loca fœminarum tentanda ſunt: nam in promptu gerunt ona.
Tentare, rem non intellectam atq; incertā aggredi: hoc eſt, experiri, uel diligenter inquirere. Terent. Phorm. 4. 3. 14,
Viſum eſt mihi ut eius tentarem ſententiam. Cic. in Parad. Tentare uolui an ita dici poſſent. Ouid.
— ſed quid tentare nocebit? Cic. 3. Verr. 73, Vtrum admonitus, an tentatus.
Tentare, quid am à Tendo deducūt: quòd qui tentat, quaſi manum, aut aliam corporis partem, in id quod experiri uult & exquirere, tendat. Alij à Teneo, quòd Tentare experiri ſit, uel inquirere, & uerbo uel re quaſi manu tenere.
Experiri & tentare. Brutus ad Ciceronem, in Epiſt. ad eundem, 16. 16.
Tentaui quid in eo genere poſſem. Cic. 1. Tuſcul. 12.
Aliquem leuiter tentare quo animo ferat aliquid. Cic. 2. de lege Agraria, 30.
Homo quum ſe ipſe proſpexerit, totumq; tentârit, intelliget, &c. Cic. 2. de Legib. 88.

Aditum tentare. Vide Aditus, in Adeo.
Animos tentare literis, nuncijs, donis, &c. Cæs. 1. bell. Ciu. 154. Liu. 4. bel. Maced. 15.
Animos alicuius spe & metu tentare. Cic. pro Cluent. 140.
Animum alicuius tentare precando. Virg. 4. Aeneid. 23.
Animus rem tentare. Cic. 2. Offic. 124.
Verbo nefario aures alicuius tentare. Cic. de Aruſp. reſp. 52.
Causas latentes tentare. Virg. 3. Aeneid. 7.
Impulsas tentauit pollice chordas. Ouid. 10. Metam. 29.
Discrimen sui tentare. Claud. 7. Paneg. 87.
Excursus breues tentant. Virg. 4. Georg. 39.
Experientia tentare. Varro 1. de re Ruſt. cap. 18. 7.
Tentare fidem polliciti. Ouid. 11. Metam. 22.
Fortunam belli tentare ac periclitari. Cic. 7. Verr. 103.
Nouam fortunam tentare. Cæs. 3. bel. Ciuil. 231. id est, Periclitari, & in periculum se conijcere.
Frustra aliquid tentare. Colum. lib. 11. cap. 3. 51.
Fugam tentauit cursu equorum. Virg. 12. Aeneid. 98.
Insidias tentare. Claud. de bello Gildon. 79.
Insidijs tentare aliquem. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 25. 9.
Iter tentare uia negata. Horat. 3. Carm. ode 2. 5.
Iudicium tentare pecunia. Cic. pro Cluentio, 6. & 64.
Leniter aut minaciter tentare. Vide Lenis.
Leuiter aliquid tentare. Quint. lib. 3. cap. 4. 1.
Lacessere bello & tentare nationes aliquas. Cicero pro lege Manilia, 16.
Omnia tentare. Cic. Att. lib. 12. 24 1. 11.
Patientiam alicuius tentare. Cic. 2. de lege Agrar. 32.
Precibus tentare aliquem. Ouid. 2. Amor. eleg. 3. 4.
Prudenti in cuiuspiam tentare. Cic. 1. Tuſcul. 157.
Scientiam alicuius tentare. Cic. 1. de Diuin. 60.
Spem certaminis tentare. Liu. 2. bel. Maced. 132.
Studium inutile tentare. Ouid. 4. Triſt. eleg. 9. 5.
Vires alicuius tentare. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 10.
Via tentanda est. Virg. 3. Georg. 2.
Tentari morbo, Dolere, affligi morbo. Cic. 4. Tuſc. 48. Illud animorum, corporumq; dissimile est, quòd animi uolentes morbo tentari non possunt, corpora possunt.
Renes morbo tentantur acuto. Horat. 1. epist. 6. 6.
Dolore tentante læditur caput aut oculus. Lucret. lib. 3. 30.
Amore tentari. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 1.
Scabies tentat oues. Virg. 3. Georg. 86.
Tentare pedes dicitur uua, pro uino, quum ita ebrios bibentes reddit, ut pedibus uacillent. Virg. 2. Georg. 19,
— tenuisq; lagæos
Tentatura pedes olim, uincturaq; linguam.
Pabula tentant graues fœtus. Virg. eclog. 1. 10.
Tentare caput dicitur uinum: hoc est, Perturbare. Plin. lib. 23. cap. 1. 22.
Tentare, pro Captare. Quintil. lib. 6. cap. 4, Diuus Augustus quum ei Galli torquem aureum centum pondo dedissent, & Dolabella per iocum, tentans tamen fori sui euentum dixisset, Imperator torque me donat: Malo te, inquit, ciuica donare.
Tentare, pro inuadere, infesto animo petere & aggredi. Cicer. pro Rab. perduel. reo, 1, Idcirco in his rebus euertendis uniuus hominis senectus, infirmitas, solitudoq; tentata est.
¶ Tentatus, penult. product. Particip. (πειραθείς) Ouid. 1. de Arte, 79,
Opprime tentatam, nec nisi uictor abi.
¶ Tentatio, tentationis (πειρασμὸς) Verbale. Liu. 4. ab Vrbe, 179, Aegrè Hortensius pati, tentationem eam credens esse perseuerantiæ suæ, &c.
Tentationes morbi. Cic. Attic. lib. 10. 208. 2.

¶ Tentator, pen. prod. Verbal. (πειρατὴς) Horatius 3. Carm. ode 4. 15,
— notus & integræ
Tentator Orion Dianæ.
¶ Tentabundus, Adiectiuum (πειρατικὸς) Liu. 1. bel. Punic. 133, Ventum deinde ad multo angustiorem rupem, atq; ita, re actis saxis, ut ægrè expeditus miles tentabundus, manibusq; retinens uirgulta ac stirpes circà eminentes demittere sese posset. id est, Tentans.
¶ Tentamen, pen. prod. tentaminis, pen. corr. Ouid. lib. 3. Metamorph. in fabula Tiresiæ,
Primâ fidem, uocisq; datæ tentamina sumpsit
Cærula Lyriope. Tentamina, id est experimenta.
¶ Tentamentum, tentamenti (πειρατήριον) idem quod Tentatio. Virgil. 8. Aeneid. 29,
— nec prima per artem
Tentamenta tua pepigi. hoc est, Cum nullo antè pactus sum, ut te aut per artem aliquã, aut per legatos probarẽ: sed intrepidum me tibi commisi. Seru. Ouid. 7. Metam. 148,
— meditataq; penè reliqui
Tentamenta fide. Fide, pro fidi. Ibidem, lib. 15. 126,
Tentamenta mortalia.
Tentipellium] tentipellij, Genus calceamenti ferratum, quo pelles extenduntur, ut ex Ariorij sententia tradit Festus. Alij putant medicamentum esse, quo rugæ abiguntur, cutisq; extenditur. Titinnius apud Festum, Tentipellium inducis, rugæ in ore extenduntur. Vide plura apud Festum.
Tentorium] Vide Tendo.
Tentyra] penult. corr. Tentyrorum, plur. num. neutr. gener. (τεντυρεῖς) Ciuitas inferioris Aegypti: unde & Præfectura Tentyritica. uel, ut Plin. ait, lib. 8. cap. 2. 5, insula à Nilo circumdata, in qua habitant homines qui crocodilos non timẽt. Iuuen. Satyr. 15. 8,
Qui uicina colunt umbrosæ Tentyra palmæ.
¶ Tentyritæ, pen. prod. Populi, de quibus Plin. lib. 8. cap. 2. 5. Strabo quoq; lib. 17, Quum, inquit, crocodili Romam allati essent, ut uiderentur, Tentyritæ eos sequebantur. facta est ab illis piscina quædam, & foramen in uno laterum, ut ex aqua in apricum egredi possent. Tentyritæ aderant, qui eos interdum rete educebant ad solem, ut à spectatoribus uiderentur: interdum in aquam intrantes, rursum eos in piscinã retrahebant. Plin. lib. 28. cap. 3. 2, In insula Nili Tentyrina scentes tanto sunt crocodilis terrori, ut uocem quoq; eorum fugiant. Vbi legendũ putauerim, Tentyris: ut sit sensus, Qui nascuntur in Tentyris insula Nili, &c. hoc est, Tentyritæ tanto sunt crocodilis terrori, &c. Loquitur enim Plinius de remedijs ex homine.
Tenuis] & hoc tenue (λεπτὸς, ἁβρὸς, ἀδινὸς, ψιλὸς, ἀνιδρὸς) à Teneo fieri uidetur: quòd quæ tenuia sunt, facilè teneantur. significat autem Paruum & exiguum. Colum. lib. 2, Quo tenue linum proueniat. Plin. lib. 12. cap. 14. 6, Tenuissimus cortex. Plautus Rud. 30. 14,
Ita quanti magis extergeo, ruitilum, atq; tenuius fit. Varijs substantiuis iungitur.
Acies tenuis. Vide Acies.
Acus tenuis. Vide Acus.
Aer tenuis. Virgil. 4. Georg. 62.
Aer purus & tenuis, Crassus & concretus, contraria. Cicero 2. de Nat. deor. 60.
Aqua tenuis, Modica. Liu. 1. ab Vrbe, 16.
Argilla tenuis, Sine humore. Virgil. 2. Georg. 36.
Respondeo, mihi dicendi aut nullam artem, aut pertenuem uideri. Cic. 1. de Orat. 53.
Auræ tenues. Virg. 4. Georg. 100.

Aurum

Aurum tenue. Virgil. 4. Aeneid. 53.
Authoritas tenuis, persona lenis. Cic. 2. de lege Agraria. 52.
Cælum tenue, cui Crassum opponitur: hoc est, Aeris temperies tenuior & delicatior. Cic. de Fato, 11.
Census tenuis. Horat. 1. epist. 7. 11.
Cultu tenuissimo uiuere, Parcissimo. Cic. pro Flacco, 21.
Damnum tenue. Claud. de bel. Get. 1.
Discrimen tenue, Paruum. Plin. lib. 8. cap. 33. 2.
Distinctio tenuis & acuta. Cic. 4. Acad. 80.
Dubitatio tenuissima, Minima. Cic. 4. Verr. 13.
Fila tenuia aranei. Lucret. lib. 3. 77.
Gloria non tenuis. Virg. 4. Georg. 2.
Homo tenuis, cui Locupletes opponitur. Cic. 4. Verr. 96.
Imago tenuis. Lucret. lib. 4. 13.
Loco tenui ortus, Humili. Liu. 2. ab Vrbe, 12.
Mensa tenuis. Horat. 2. Carm. ode 16. 3.
Opes tenues. Cic. pro Quintio, 2, P. Quintius; cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ sunt.
Oppidum tenue. Cic. 4. Verr. 37.
Oratio tenuis, & scriptura leuis: Stylo parum sublimi scripta. Terent. in Prolog. Phorm. 5.
Pecunia mediocris & tenuis. Cic. in Hortensio, Eundem non modò mediocri pecunia, sed etiam tenui percipere possumus. Nonius.
Pluuia tenuis. Virg. 1. Georg. 19.
Præda tenuis. Cæsar 6. bel. Gal. 130.
Remedium tenue. Plin. lib. 2. cap. 48. 2.
Sermo tenuis. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 2.
Disputare sermone tenui & exiguo. Cic. 1. de Orat. 30.
Sonus tenuis. Ouid. 14. Metam. 86.
Spes inanis & tenuis. Cic. pro Roscio Comœdo, 25.
Suspicio tenuis. Cic. pro Cecinna, 31.
Tellus tenuis. Ouid. epist. 4. 22.
Tellis obscurus & tenuis. Cic. in Partit. 64.
Textura tenuis. Lucret. lib. 3. 43.
Tenuia uellera. Virgil. 1. Georg. 80,
Tenuia nec lanæ per cælum uellera ferri.
Ventus tenuis. Virg. 3. Aeneid. 30.
Vestes tenues. Ouid. 5. Metam. 175.
Vestigium tenue. Plin. lib. 3. cap. 4. 2, Magnæ quondam urbis tenue uestigium.
Victus tenuis: cui Copiosus opponitur. Cic. 3. Tuscul. 84. Idem 2. de Finib. 143, Negat enim tenuissimo victu, id est, contemptissimis escis & potionibus minorem uoluptatem percipi, quàm rebus exquisitissimis ad epulandum.
Vinum tenue. Ouid. 1. de Arte, 115.
Tenuis uiribus, Imbecilla. Plin. lib. 12. cap. 16. 2.
Tenuior & Tenuissimus. Cic. 3. de Legib. 35, Inuentum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari se putarint. hoc est, Pauperiores.
Tenuissima membrana. Cic. 2. de Nat. deor. 213.
In minimis tenuissimisq; rebus labi. Cic. 1. de Orat. 82.
Relinquere alicui tenuissimum patrimonium. Author ad Herennium, lib. 4. 209.
Stamina tenuissima. Ouid. 4. Metam. 36.
Toga tenuissima filo. Ouid. 3. de Arte. 88.
Tenuior: in uersu hexametro. Stat. 1. Syl. 4. 8,
Sperne coli tenuiore lyra, uaga cingitur astris, &c. Elliditur uocalis u.
Fluit tenuis. Quint. lib. 2. cap. 1. 4, Nã tenuis à fonte, assumptis poetarũ, historicorumq; uiribus pleno iam satis alueo fluit.
In tenui labor, at tenuis non gloria, si quem
Nomina læua fluunt, auditq; uocatus Apollo. Virgil. 4. Georg. 2. Comparatio est laboris, quòd magnam dat gloriam si fuerit materia ex illis ornata. Seruius.

Tenuis, pro Modico & raro. Horat. in Arte, 10,
In uerbis etiam tenuis, cautusq; seremdis.
¶ Tenuiculus, pen. corr. Adiectiuum diminutiuũ (ὑποψιλῶς) Cic. Pæto, lib. 9. 19. 1, Tenuiculo apparatu significans Balbum fuisse contentum.
¶ Tenuitas, pen. corr. tenuitatis, fœm. g. (λεπτότης) Plin. lib. 8. cap. 33. 1, Cauda prælonga in tenuitatem desinens, & implicans se uiperinis orbibus. De chamæleonte.
Tenuitas fugit aciem. Cic. 1. Tuscul. 80.
Quosdam ualetudo, modò bona sit, tenuitas ipsa delectat. Cic. de clar. Orat. 32.
Tenuitas, Paupertas. Cic. ad Tironẽ, lib. 16. 21 10, Vt possim, ex meis angustijs, illius sustento tenuitatem.
Aerarij tenuitas. Cic. 2. Offic. 109.
Vbertas & Tenuitas frugum, contraria. Cic. 2. de Diuin. 45.
Verborum tenuitas, Humilitas, simplicitas. Cic. 3. de Finib. 62, Propter limatam quandam & rerũ & uerborũ tenuitatẽ.
¶ Tenuiter, pen. corr. Aduerbium (λεπτῶς) Tenuius, tenuissimè. Cic. 4. Verr. 113, Iamdudum enim mihi nimium tenuiter Siculorũ erga te uoluntatis argumẽta colligere uideor.
Tenuiter æstimare. Cic. 6. Verr. 30.
Philosophorum mos tenuiter disserendi. Cic. in Orat. 26.
Respondere tenuiter & negatorie. Author ad Herennium, libro 4. 205.
Tenuius. Cic. 1. de Inuent. 157, Hi & cæteri omnes loci cõmunes, ex iisdem præceptis sumuntur, quibus cæteræ argumentationes: sed illæ tenuius, & acutius, & subtilius tractãtur: hi autem grauius, & ornatius, &c.
¶ Tenuo, tenuas (λεπτύνω) tenuare, Tenuem, subtilem, macrum, debilem facere, siue minuere. Virg. 3. Georg. 26,
Ipsa autem macie tenuant armenta uolentes.
Adipes tenuare. Quintil. lib. 2. cap. 10. 5.
Carmen tenuare. Propert. lib. 3. eleg. 1. 1.
Curæ tenuant corpus. Ouid. 3. Metam. 80.
Silices tenuantur ab usu. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 9.
Macie uultum tenuare. Propert. lib. 4. eleg. 3. 6.
¶ Tenuatus, pen. prod. Particip. (λεπτυνθεὶς) ut, Corpus tenuatum recreare. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 17.
Vox tenuata. Ouid. 2. Metam. 75.
Tenus] huius tenus, masc. generis (ταγὶς) Laqueus, à Tendicula, seu Tendendo dictus: authore Nonio. Plaut. Bacch. 17. 23,
Pendebit hodie pulchrè, ita intendi tenus. Seruius in sextum Virgilij, dici putat extremas partes arcus: unde tractum sit Hactenus, id est, Hucusq;, quasi usq; ad finem.
Tenus] ωὶ ἐπὶ, Præpositio, significat propinquitatem, & quod dicimus, Vsq; ad. Nam quod propinquum est, quasi tenere uidetur id cui est propinquum. Quidam à Tendendo, quòd hæc præpositio extensionem quandã significare uideatur. Ablatiuo deseruit, semperq; in singulari postponitur ablatiuo, ut Hactenus, eatenus, quatenus, uerbo tenus, ore tenus, capulo tenus. Virgil. 3. Aeneid. 86,
Prima hominis facies, & pulchro pectore, uirgo
Pube tenus. Idem 6. Aeneid. 13,
Hæc Troiana tenus fuerit fortuna secutæ.
Lateri capulo tenus abdidit ensem. Virg. 2. Aeneid. 111.
Et loca conuisit caude tenus insera pisces. Cic. in Arato, 39.
Collo tenus supereminet omnes. Ouid. 3. Met. m. 37.
Crateraq; tenus lucet mortalibus Hydra. Cic. in Arato, 42.
Credito tenus. Paulus de furtis. l. creditoris. Vt cui pignus surreptum est, non credito tenus interest, sed omnimodo in solidum furti agere potest.

Lanui

Ianua ac limine tenus domum claudit. Tacit. lib. 17.
Muro tenus omnes ferè urbes fitiuntur. Paulus in l. nam quod. §. ult. ff. de penu legata.
Ore tenus. Tacit. lib. 1. id est, Vsq; ad os.
Porta tenus. Tacit. lib. 3.
Solo tenus. Colum. libro 4. cap. 11. 2, Omnem superficiem amputabant solo tenus iuxta ipsum articulum, ut è duro pullularet.
Talo tenus uestigia tingit. Ouid. 4. Metam. 69.
Antiochus à Scipione deuictus Tauro tenus regnare iussus est. Cic. pro Deiotaro, 25.
Veteres uerbo tenus acutè illi quidem, sed non ad hunc usum, &c. Cic. 3. de Legibus, 20.
Titulo tenus. Tranquil. in Claud. cap. 25.
Verbo tenus, Vlp. in l. 1. §. 2. quod quisq; iuris, &c. Hæc autem uerba, &c. cum effectu accipimus, non uerbo tenus.
Vino tenus. Colum. lib. 4. cap. 24. 5.
Vmbilico tenus. Liu. 6. bel. Pun. 235.
Accusatiuo aliquando iungitur. Flaccus in Argon. lib. 1. 109,
Et Tanaim tenus immenso descendit ab Euro,
In plurali ponitur cum genitiuo, & etiam cum ablatiuo. Virg. 3. Georg. 11;
Et crurum tenus à mento palearia pendent.
Seruius, Tenus dicit esse aduerbium. Celsius libro 1. cap. 2, Demittere se inguinibus tenus in aquam calidam.
Laborum tenus. Lucret. lib. 1. 192.
Corporum tenus. Plin. lib. 34. cap. 8. 11.
Tenus prodire, dixit Horat. 1. epist. 1. 7,
Est quoddam prodire tenus, si non datur ultrà. id est, Aliquousq;.
Teos] τέως, Ioniæ ciuitas, Anacreontis poetæ patria: Strabonis lib. 14. Vide Teium.
Teos alia in Scythia; ad quam palus est piscibus referta: è quibus per serenum, oleum manat in summa aqua, tanta copia, ut colligi in uasa possit, usibus aptum. Stephanus.
Tepeo] tepes. Vide Tepidus.
Tephria] Genus marmoris. Interpretari potest cineritius. τέφρα enim, cinis dicitur Latinè. Plinius lib. 36. cap. 7. 3, Laudatur præcipuè ex his, quem tephriam appellant à colore cineris.
Tepidus] tepida, tepidum, pen. corr. (χλιαρὸς, χλιαρὸς) Medium inter calidum & frigidum, nempe quod frigido & calido temperatum est. Plin. lib. 12. cap. 25. 8, Præterea sinceri densantur in tepida aqua.
Tepidum lac, Statim mulctum. Virg. 3. Aeneid. 14. Seruius.
Dies tepidus. Ouid. epist. 4. 31.
Tepidior tempestas. Varr. 3. de Re rust. cap. 10. 3.
Tepidus fulgor. Plin. lib. 9. cap. 31. 1.
Tepidæ & gelidæ aquæ. Plin. lib. 31. cap. 2. 1.
Tepidus, pro Calido aliquando ponitur. Lucret.
—tepidisq; caminis. Mart. lib. 1. 126,
Circunfert tepidis cocus popinis.
Ignes tepidi. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 3.
Sol tepidus. Virg. 1. Georg. 80.
Tepidus uapor. Lucret. lib. 2. 172.
Tepidus, Frigidus: præsertim quando transfertur ad hominem. Plautus.
Hic homo factus est tepidior. id est, frigidior, segnior.
Mens tepida. Ouid. 2. de Arte, 2. 89.
Fac timeat de te, tepidamq; recalfac mentem. Idem 2. de Remed. 47.
Tepidus, Inutilis, siue nocuus. Virg. 1. Georg. 24,
Vnde caue tepido sudant humore lacunæ. Seruius.
Tepido] tepidas, pen. cor. (χλιαίνω) tepidare. Plin. lib. 17. cap. 26. 5, In eodem agro Bruma, tanto magis si niues iacent, geletiæ, ne frigus uites adurat, circumfundunt riguis, quod ibi tepidare uocant, memorabili natura in amne solo.
¶ Tepidarium, tepidarij, Idem quod Balneum. Paulus in l. fistulam. ff. de seruit. urb. præd. Sed Neratius ait: Sit talis fistula tepidarij, ut assiduum humorem habeat, & ideo noceat uicino, posse eum prohiberi.
¶ Tepeo, tepes, tepui (χλιαίνομαι) tepere. Tepidum esse. Cato de Re rust. cap. 69, Leuibus lignis facito calescat: ubi temperatè tepebit, tum cuminum indito.
Aquâ tepet. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 12.
Aura tepet. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 2.
Tepet igne maligno focus. Mart. lib. 10. 96.
¶ Tepens, Participium (χλιαινόμενος) ut, Auræ tepentes Zephyri. Virg. 2. Georg. 66.
Buxi tepentes. Mart. lib. 3. 20.
Cineres tepentes. Stat. 3. Sylu. 3. 37.
Locus tepens. Colum. lib. 1. cap. 4. 8.
Sol tepens. Ouid. 3. Fast. 48.
Ver tepens. Ouid. 3. de Arte, 37.
¶ Tepefacio, tepefacis, pen. corr. tepefeci, pen. prod. tepefactum (χλιαίνω, ἀλιαίνω) tepefacere. Cic. 2. de Natur. deor. 56. Is eius tactus est, non ut tepefaciat solum, sed etiam sæpe comburat. De sole.
Ferrum tepefecit in iugulo matris. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 28.
Frigoribus adiectis durescit humor: & idem uicissim mollitur tepefactus, & tabescit calore. Cic. 2. de Nat. deor. 39.
Terra semen tepefactum uapore & complexu suo diffundit. Cicer. de Senec. 47.
Terra tepefacta cruore. Virg. 9. Aeneid. 69.
¶ Tepesco, tepescis, tepui (χλιαίνομαι) tepescere, Tepidum fieri. Cic. 2. de Nat. deor. 39, Atq; etiam maria agitata uentis ita tepescunt, ut intelligi facilè possit, in tantis illis humoribus esse inclusum calorem. Virg. 9. Aeneid. 140.
Mentes tepescunt. Lucan. lib. 4. 58.
¶ Tepor, teporis, masc. gen. (ἀλέα, χλίανσις, χλιαρότης) Ipsa (ut ita dicam) tepiditas. Cic. 2. de Nat. deor. 39, Nec enim ille externus & aduentitius habendus est tepor, &c. Idem de Senect. 49, Vua maturata dulcescit, uestitaq; pampinis nec modico tepore caret, & ninios solis defendit ardores.
Egelidi tepores. Catul. ad seipsum, 43. 1.
Lenis tepor. Ouid. 2. Metam. 160.
Lentus tepor. Vide Lentus.
¶ Teporatus, pen. prod. Adiectiuum (χλιαυθεὶς) Tepidus factus. Plinius lib. 36. cap. 26. 9, Fragmenta teporata agglutinantur tantùm, rursus affundi non queunt, præterquàm abrupta sibimet.
Ter] Aduerbium numerale (τρὶς, καὶ τρὶς) Virgilius 2. Aeneid. 159,
Ter conatus erat collo dare brachia circum,
Ter fruſtra comprensa manus effugit imago.
Ibidem libro 6. 46.
Ter Consul. Plin. lib. 19. cap. 1. 6.
Ter amplus Geryones. Horat. 2. Carm. ode 14. 2.
Ter fœlix. Ouid. 8. Metam. 11.
Ter tanto peior ipsa est, quàm illam tu esse uis. Plautus Persa, 4. 72.
Ter quatuor. Cic. 1. de Diuinat. 177,
Cædunt de cælo ter quatuor corpora sancta. Ex poeta.
Ter & quater. Horat. 1. Carm. ode 31. 3.
Terq; quaterq; beati. Virg. 1. Aeneid. 20. Idem 4. Aeneid. 118.
Ter & uicies. Plin. lib. 7. cap. 28. 4.
Ter ternus. Varro 2. de Re rust. cap. 1. 12, Ea parte habet noue discretas ter ternas. De pecunia.

Ter

Ter in anno. Cic. pro Rosc. Amer. 79.
¶ Tercentum (τριακόσιοι) Virg. 8. Aeneid. 144,
Maxima tercentum totam delubra per urbem
Lætitia, ludisq; iuæ, plausuq; fremebant.
¶ Tercenteni, pen. prod. Plurale tantùm, Adiectiuum (τριακόσιοι) Martial. lib. 2. 2,
Tercentena quidem poteras epigrammata ferre.
¶ Terdeni, penult. prod. Plurale, Adiectiuum (τριακαιδέκατος) Virg. 8. Aeneid. 10,
Ex quo terdenis urbem redeuntibus annis, &c. Mart. lib. 8. 72,
Quid numerem currus, terdenaq; præmia palmæ.
¶ Tercenti, Treceni, & Tredeni. Vide suo loco.
¶ Tergeminus, pen. corr. Adiectiuum (τρίπλους) Liuius 6. ab Vrbe, 33, Modò tergeminæ uictoriæ triplicem triumphum ex his ipsis Volscis et Aequis, & ex Hetruria egistis. Ouid. 4. Trist. eleg. 6. 4,
Tergeminumq; uirum, tergeminumq; canem.
Iguis tergeminus Iouis, Fulmen trisulcum. Stat. 1. Sylu. 1. 16.
Proles tergemina, Tres filij. Stat. 4. Sylu. 8. 5.
Tergeminus, pro Maximo & amplissimo ut, Tergemini boni res, apud Horatium: cum populus ingentem tollit plausum, aliquem honorans. Et in hac notione sæpe hoc uerbũ à poetis trium animaduerti. Martialis,
—tergeminum mugiat ore sophos. id est, Maximâ uoce sucelamet sophos. Tibullus,
Illum tergeminæ nantem confinia mortis. id est, ingentis & multiplicis. Hinc adeò id factum est, quòd quæ tergemina sunt, eadem ampla & magna sunt. Turnebus.
Tergeminus in scelere. Cic. 11. Phil. 289, de Antonio & Dolabella, Ecce tergeminum in scelere par, inusitatum, inauditum, ferum, barbarum. id est, Trisceleratũ. Sic Budæus. Vetus exemplar legit, tibi geminum.
¶ Tergemini, pen. corr. dicuntur tres qui ex uno utero, uno die editi sunt. Plaut. Mil. 10. 122. Plin. lib. 7. cap. 3. 1, Tergeminos nasci certum est, Horatiorum Curatiorumq; exemplo. Liuius 1. ab Vrbe, 96, Tergemini fratres. Vetus codex habet, trigemini.
¶ Ternus (τρίτακτος) uel potius Terni, pluraliter, Adiect. Cic. ad Pætum, lib. 9. 22. 10, Quum loquimur terni, nihil flagitij dicimus: at quum bini, obscœnũ est. Cic. 4. Verr. 104, Hoc quoq; propter tuos ternos denarios nunc primùm postulantur. Sic 5. Verr. 163. Virg. 5. Aeneid. 24,
——terno consurgunt ordine remi. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 16,
Immane est uitium, dare millia terna macello.
Terni deni. Plin. lib. 18. cap. 26. 1.
¶ Ternarius, Adiectiuum (τριτὸς) Colum. lib. 11. cap. 2.
Ternarij scrobes] Vide Scrobs.
¶ Tertius, Adiectiuum (τρίτος) Qui post secundum est. Plinius epist. 92. a. lib. 4, Tertius dies est, quòd audiui recitantem Sentium augurinum cum summa mea uoluptate. Virg. 3. Aeneid. 24,
Tertia lux classem Cretæis sistet in oris.
Tertia quòq; die. Cic. 2. Tusc. 42. Ex poeta.
Tertio quòq; uerbo. Cic. pro Rab. Posth. 21.
Tertius in precio, uel authoritate. Vide Authoritas tributorum. Plaut. Pœn. 4. 208,
Salue in precio tertia.
Tertio loco, Tertia dignitate. Plin. lib. 12. cap. 12. 3, In nostro orbe proximè laudatur nardum Syriacum, mox Gallicum, tertio loco Creticum.
Tertium locum Mileſiæ oues obtinent. Plin. lib. 8. cap. 48.
Nihil esse tertium. Cic. Pæto, lib. 9. 22. 2.
Sed si res coget, est quiddam tertium. Cicero Lentulo, libro 1. 5. 6.
Tertiæ notæ herbæ, Tertio loco adscribendæ, uel tertiam dignitatem post alias sortitæ. caue autem putes, tertiæ facultatis. Colum. lib. 9. cap. 4. 6.
¶ Tertianus, pen. prod. Adiectiuum (τριταῖος) ut, Tertiana febris, quæ tertio quòq; die nouã accessionem facit. Cic. 3. de Nat. deor. 32, Vide quæso si omnis motus, omniq; quæ certis tẽporibus ordinẽ suum cõseruant, diuina dicimus, ne tertianas quidem febres & quartanas diuinas esse dicendum sit.
Tertiana quoq; absolutè, idem significat: quod & pluraliter etiam frequentius legitur. Plin. lib. 20. cap. 20. 6, Seminis grana tria in tertianis deuorari iubẽt, aliqui ante accessionẽ.
¶ Tertiani, tertianorum (τριταῖοι) Tacit. lib. 21, Tradidit & & Syria duo et uicesimanos, tertianosq;, hoc est, Tertiæ cohortis milites.
¶ Tertiò, Aduerbium (τριτὸν) Terent. Eun. 3. 3. 24,
Non hercle ueniam tertiò. Colum. lib. 3. cap. 13.
¶ Tertium, Aduerbium (τρίτον) ut, Tertium Consul. Liuius 3. ab Vrbe, 94.
Iterum ac tertium iacere. Cic. 2. de Diuinat. 182.
¶ Tertio, tertias (τριτόω) tertiare, Tertiò facere: ut, Terrã uel solum tertiare dicimus, quum tertiò aratur & uolitur. Colum. lib. 2. cap. 4. 7, Sed iugerum talis agri quatuor operis expeditur. nam commodè proscinditur duabus, una iteratur, tertiatur dodrante, in liram flatim redigitur quadrante operæ. Idem lib. 2. cap. 13. 7. & cap. 4, Iteratos esse oportebit, ac deinde circa Septembris calendas tertiatos.
¶ Tertiatio, Verbale (τρίτωσις) Colum. lib. 12. cap. 50. 9, Nam plurimum refert non miscere iterationem, multoq; minus tertiationem.
¶ Tertiarius, Adiectiuum (τριτημόριον) Plin. lib. 34. cap. 17. 1, Idem & tertiarium uocant, in quo duæ nigri portiones sunt, & tertia albi. De stanno.
¶ Tertiarius, Actor tertiarum. Vide Secundarius. Expressit Cicero in Diuinat. quum scribit, ut in actoribus Græcis fieri uidemus, sæpe illum qui secundarum aut tertiarum partium, cum posit aliquanto clarius dicere, quàm ipse primarum, multum summittere, ut ille princeps quàm maximè excellat. Ex Turnebo.
¶ Tertiarium (τριτημόριον) Ponderis genus satis notum, cui correspondet quartarium. Cato cap. 95, Postea sumito libuminis tertiarium, & sulfuris quartarium. hoc est, Tertiã, uel quartam partem unciæ.
Terapnæ] multitudinis numero (τεραπναι) uel Terapnæ, Terapnes, urbs Laconiæ in finibus Thebanis, Helenæ patria. Mela lib. 2.
Animosa Terapne. Silius lib. 6. 61.
Vmbrosæ Terapnæ. Stat. 4. Sylu. 8. 11.
¶ Terapnæus, Possessiuum (τερπναῖος) Ouid. epist. 15. 40,
Rure Terapnæo nata puella Phrygem. Stat. 2. Sylu. 2. 23,
Alanda Terapnæi placeant uineta Galesi.
Teratius] Vide Tarchetius.
Terebellum] terebelli. Vide Terebra.
Terebinthus] terebinthi (τερμινθος) & Terebynthus, cum ypsilo, fœ. gen. authore Marcello in Dioscoridẽ: grani uiridis arbor apud posteriores fuit, cui factum nomen ab eo eius genere, quòd fructus suos in utridi pallidos ferat: quod Theophrastus χλοιρὸν dixit, quasi herbaceum. Plin. libro 13. capite 6. 1, Syria & terebinthum habet. Ex his masculæ est sine fructu. Fœminarum duo genera. Alteri fructus rubet, lentis magnitudine: alteri pallidus. Cum uite matureſcit non grandior fabâ, odore iucundior, tactu

tactu resinosus circa Idam Troadis, &c. Virg. 10. Aen. 28, Incusum buxo aut Oricia terebintho. Ex Terebintho autem distillat terebinthina resina, omnibus notissima in quotidiano medicinæ usu.

¶ Terebinthinus, pen. corr. Adiectiuũ. ut, Therebinthina resina. Plin. lib. 23. cap. 8. 3. Colum. lib. 12. cap. 20. 3.

Terebra] terebræ, pen. corr. (τρύπανον, τέρετρον) Instrumentum quo ligna perforantur. A' Tero. Colum. lib. 4. capite 29, Nam antiqua terebra, quam solam ueteres agricolæ nouerant, scobem faciebat, perurebatq; eam partem quam perforauerat.

Terebra agere aliquid. Celsus lib. 8. cap. 3.

Terebro] terebras, pen. corr. (τρυπάω) terebrare, Terebra perforare. Virg. 2. Aeneid. 8,

Aut terebrare cauas uteri, & tentare latebras. Colum. lib. 5: cap. 9. 13, Eas terebrari Gallica terebra conuenit.

Buxum terebratum per rara foramina. Ouid. 6. Fast. 140.

Terebrare per translationẽ dixit Plaut. Bacch. 23. 79,

Hanc ueniam illis te exorem sine. N. Vt terebrat?

¶ Terebratio, terebrationis, Verbale (τρύπησις) Colum. lib. 4. cap. 29. 11, In illa autem quæ fit per terebrationem, &c.

¶ Terebratus, huius terebrati, pen. prod. Aliud uerbale. Scribonius Largus 206, De industria à medicis cum terebratu excidituꝛ, quod pædit eam os.

Teredo] pen. prod. teredinis. pen. cor. fœ. gen. (τορηδών) Vermis in ligno nascens. A' terendo dictus, uel à sono: Græcè τορηδών. Eadem & tinea dicitur. Sunt tamen qui distinguant, ut teredines dicantur in mari, hoc est, in nauibus: tineæ, terrestres sint. Plinius libro 16. cap. 42, distinctium quatuor genera. Teredines, capite ad portionem grauissimo rodunt dentibus. Hæ tantum in mari fœtiuntur: nec aliam putant teredinem propriè dici. Terrestres tineas uocant. Colum. lib. 4. cap. 24. 5, Nam & teredinem, formicamq; prohibet.

Teredo, pro uerme uestes terente, & erodente. Plin. lib. 8. cap. 48. 7, de prætextis Ser. Tullij, Mirum q; fuit nec defluxisse eas, nec teredinum iniurias sensisse annis DLX.

Terentia] τερεντία, Ciceronis uxor, ex ipsius epistolis notissima. Hæc, ut author est Plin. lib. 7. cap. 48, centum decem & septem uixit annos.

Terentius] τερέντιος, poeta Carthagine natus, libertus Romæ Terentij Lucani fuit: captum fuisse negant. Quum esset egregia indole à patrono eruditus, uenit in amicitiam nobilium, maximè Lælij & Scipionis: quorum opera adiutus in scribendo fertur, ob elegantiam sermonis: teste Cicerone Attico, libro 7. 123. 14. Cui adstipulatur etiam Varro, Non obscura fama est, inquit, adiutum Terentium in scriptis à Lælio & Scipione. Eandem ipse famam auxit: non enim nisi leuiter se tutari conatur in prologo Adelphorum.

Nam quod isti dicunt maleuoli, homines nobiles
Eum adiuuare, assidueq; unà scribere, &c. Pluribus Donatus huius uitam scripsit. Horat. 2. epist. 1. 12,

Vincere Cæcilius grauitate, Terentius arte. Terentius Scaurus, grammaticus, quem Gellius dicit floruisse Adriani temporibus, ac librum de Cæsellij Vindicis grammatici erroribus scripsisse. Terentius Culeo, Senator Romanus, captus à Carthaginensibus, redemptus ab Africano maiore, ac currum eius cum pileo capiti imposito secutus: cuius meminit Liu. lib. 10. de 2. bello Punico. Hinc natus error apud indoctos, Terentiũ comicum putantes. Terentius Varro, collega Pauli Aemilij, post cladem Cannensem cum reliquijs exercitus, Canusium se recepit. Cui Romam redeunti gratulatus est populus Romanus, quòd de Republica non desperasset.

Terentianus] pen. prod. (τερεντιανὸς) Adiectiuum à Terentio. Quintil. libro 6. cap. 3. 39, Nec minus niger, inquit, nec minus confidens, quàm ille Terentianus est Phormio.

Terentus] τέρεντος, locus in campo Martio, quòd in eo ara Ditis patris in terra occultaretur. Erat hic locus Ditis et Proserpinæ sacer, in quo omnium qui nascerentur aut morerentur, nomina scribi solebant, quoties ciuitas lustrabatur. Mart. lib. 10. 63,

Bis mea Romano spectata est uita Terento, &c.

Romuleus Terentius. Mart. lib. 4. 1.

Terentinus] pen. prod. Adiectiuum (τερεντῖνος) Vnde ludi Terẽtini, qui et Seculares uocantur, qui centesimo quoque anno tribus diebus cõtinuis tribusq; noctibus celebrabantur. Ausonius in Ternario,

Trina Terentino celebrata trinoctia ludo. Vide Politianum cap. 58. Miscellaneorum. Censorinum cap. 6. Diuum Augustinum de Ciuitate Dei lib. 3. cap. 18. Valerium Maximum lib. 2. cap. 1. de quodam Valesio.

Terentina tribus. Vide Tribus.

Teres] teretis, pen cor. om. gen. Dicitur quicquid rotundum, & oblongum, acutam extremitatem non habet. Virg. 8. ecloga 4,

Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ. Liu. 1. bel. Pun. 31, Falarica erat Saguntinis, missile telum hastili oblongo, & cætera tereti, præterquam ad extremum, unde ferrum extabat.

Aures teretes & religiosæ. Cic. in Orat. 15.

Habere aures teretes intelligensq; iudicium. Cicero de Opt. gen. Orator. 147.

Ceruix teres. Cic. 2. de Nat. deor. 154. Ex poeta.

Collum teres. Ouid. 10. Metam. 23.

Digiti teretes. Ouid. de Arte, 125.

Gemma teres. Virg. 5. Aeneid. 63.

Lapilli teretes. Ouid. 10. Metam. 52.

Malum teres. Ouid. ad Pisonem, 16.

Oratio teres. Cic. 3. de Orat. 110, Sed si habitum etiam orationis, & quasi colorem aliquem requiris, est plena quædam, & tamen teres & tenuis, & non sine neruis, ac uiribus.

Plagæ teretes, Tereti fune factæ, inquit Acron. Horatius 1. Carm. ode 1. 6.

Puer teres. Horatius Epod. 11. 6. Porphyrion interpretatur recta crura aut brachia habentem: Acron, gracilem: Badius, procerum.

Structura teres. Plin. lib. 11. cap. 37. 49.

Suræ teretes. Ouid. 11. Metam. 17.

Totus teres atque rotundus in seipso. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 18. id est, Aequalis & cõstans in se. Teretes dicuntur, qui ab alio non quærunt quid faciendum sit, sed ipsi per se inueniunt. Hæc Acron. Tale est illud Virgilij de uiro bono,

—mundi instar habens, teres atq; rotundus.

Tereus] τηρεύς, Rex Thracum fuit, qui quum Pandionis regis Athenarum filiam Prognem nomine duxisset uxorem, & post aliquantum tempus ab ea rogaretur, ut sibi Philomelam sororem uidendam accerseret: profectus Athenas dũ adducit puellam, eam uitiauit in itinere: & ei linguam ne sæuus indicaret, abscidit. Illa tamen rem in ueste suo cruore descriptam misit sorori. qua re cognita Progne, ultym filium interemit, & patri epulandum apposuit. Postea omnes in aues mutati sunt: Tereus in upupam, Uys in phasianum, Progne in hirundinem, Philomela in lusciniam. Hactenus Seruius, enarrans illud Virgil. 6. eclog. 16,

Aut ut mutatos Terei narrauerit artus? &c.

Hanc fabulam multis uersibus describit Ouidius 6. Metamorphos. 84.

Tergemi-

Tergemini] Vide Ter.

Tergestum] Istriæ colonia (τέργεστον) Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Vulgò Trieste.

Tergiuersor] Vide Tergum.

Tergo] tergis, tersi, tersum (σμήχω, ἀποσμήχω, μύττω, ἀπομάσσω, ἀποψήχω) tergere: uel Tergeo, terges, tersi, tersum, & secundum antiquos tertum: tergere, Mundare, nitidũ facere. Iuuen. Satyr. 14. 7,

—uasa aspera tergeat alter. Plautus,

Ornantur, lauantur, tergentur, polliuntur. Cic. in Paradox. 46, Vt in familia qui tractant ista, qui tergunt, qui ungunt, qui uerrunt, qui spargunt, non honestissimum locum seruitutis tenent. Ouid. 2. Metam. 148,

—ut tersis niteant talaria plantis.

Lumina tersit manu. Ouid. 13. Metam. 27.

Tergere fossas ueteres, pro Purgare. Cato cap. 2. 3, Per ferias uerò fossas ueteres tergeri, uiam publicã muniri, uepres recidi.

Tergum] tergi, Dorsum (νῶτον) Plautus Amph. 4. 292,

Sic tergum cicatricosum, nihil hoc simili est similius.

Virgil. 2. Aeneid. 12,

—iuuenem manibus post terga reuinctum. Cic. 1. de Natur. deor. 137, Tuus autem deus nõ digito uno redundat, sed capite, collo, ceruicibus, lateribus, aluo, tergo, poplitibus.

Boum terga non sunt ad onus ad accipiendum figurata. Cic. 1. de Natur. deor. 237.

Horrentia terga suum. Virg. 1. Aeneid. 126.

Immane tergum leonis. Virg. 5. Aeneid. 71.

Ingentia terga boum. Virg. 5. Aeneid. 80.

Lubrica terga. Vide Lubricus.

Ostreatum tergum. Vide Ostrea.

Recuruum tergum Delphinis. Ouid. 2. Fast. 23.

Sessile tergum. Ouid. 12. Metam. 81.

Summum tergum. Ouid. 2. Metam. 40.

Cædere terga. Catul. de Berecyn. 58. 17.

Considere tergo tauri. Ouid. 3. Metam. 174.

Terram consternere tergo, Supinum iacere in terra. Virgilius 12. Aeneid. 109.

Conuertere terga. Vide Conuerto.

Squamea terga conuoluens anguis. Virg. 3. Georg. 86.

Lubrica terga conuoluit coluber. Virg. 2. Aeneid. 95.

Victa dabat terga. Ouid. 7. Metam. 15.

Dare terga, Fugere. Quintil. lib. 2. cap. 13. 3.

Dare terga uersa fuga. Virg. 4. Georg. 17.

Dare terga fugæ. Ouid. 5. Metam. 65.

Dare terga in fugam. Ouid. ad Liuiam, 4.

Impugnare terga hostium. Vide Impugno.

Insilire tergo alicuius. Ouid. 12. Metam. 69.

Laceratum uirgis tergum. Vide Lacer.

Nudare terga fugæ. Virg. 5. Aeneid. 116.

Plecti tergo. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 21.

Præbere terga effugio. Tacit. lib. 14.

Præbere terga fugæ. Ouid. 10. Metam. 140.

Recipere ad terga. Vide Ad.

Inambulare manibus ad tergum reiectis. Asin. Cic. lib. 10. 32. 8.

Grues in tergo præuolantium colla & capita reponunt. Cic. 2. de Natur. deor. 187.

Secare terga uerbere. Tibul. lib. 1. eleg. 9. 5.

Vertere terga, Fugere. Liu. 2. ab Vrbe, 129.

Vinctus post tergum nodis aheneis. Virg. 1. Aeneid. 60.

Tergum, non tantùm animalium est, sed etiam aquarum, & aliarum rerũ. Vnde à tergo dicimus, à parte posteriore membranæ uel papyri, aut alterius cuiuscunq; rei. Iuuenalis Satyr. 1. 1, Scriptus & à tergo necdum finitus Orestes. Alij legunt, in tergo.

A' tergo sequi. Virg. 1. Aeneid. 38.

Aliquem à tergo adoriri. Cic. pro Mil. 21.

A' tergo & à fronte, pro Anteriore & posteriore parte. Vide A' uel Ab.

Teneri à tergo, à fronte, à lateribus. Cic. 3. Philip. 147.

A' tergo & à fronte uidere: pro, Diligenter. Vide A' uel Ab.

A' tergo lupi, & à fronte præcipitium, Prouerbium. Vide A' uel Ab præpositiones.

Tergum collis, pro parte posteriore. Liu. 5. bel. Pun. 83.

Glauca terga aquæ. Claud. de Aponi balneis, 5. 8.

Glacialia terga fluuiorum. Claud. de bel. Get. 68.

Aerea terga loricæ. Stat. 9. Theb. 111.

Tergum, pro tergore aliquando accipitur. Virg. 1. Aeneid. 75, Mercatiq; solum facti de nomine byrsam,

Taurino quantum possent circundare tergo.

Tergum, pro scuto: quòd scuta antiquitùs pellibus tegi solerent. Virg. 10. Aeneid. 144,

—& tergo decutit hastas.

Tergibus, Datiuus pluralis num. apud Lucretium, lib. 2. 18,

—neq; quicquam à tergibus obstet.

¶ Tergiuersor, tergiuersaris (νωτίζω, στρέφομαι, ἀναστέλλομαι) tergiuersari, Fallere, & dicta mutare, inquit Nonius. Proprie est eorum qui terga uertentes, adhuc tamen pugnant, nec sese uictos fateri uolunt: unde etiam ad alias res transfertur, ut disputationes, controuersias, & cætera huiusmodi, quæ uerborum contentionem habent. Cic. 3. Tusc. 70, Quid tergiuersamur Epicure: nec fatemur eam nos dicere uoluptatem, quam tu idem, quũ os perfricuisti, soles dicere id est, Dissimulamus & subterfuginus. Idem pro Cn. Plancio, 38, Placẽne sic agi? non possum magis pedem conferre, ut aiunt: aut propius accedere. quid taces? quid dissimulas? quid tergiuersaris? etiam atq; etiam instо, atq; urgeo, insector, posco.

Itaq; eam tergiuersari non sinent, secumq; rapient. Cicero 5. Tuscul. 117.

Tergiuersari contra aliquem. Cic. ad Atticum, lib. 7. 121. 7.

Tergiuersari in re aliqua. Cic. 3. Offic. 162.

Tergiuersari huc & illuc. Cic. pro Roscio Comœdo, 22.

Hunc æstuantem & tergiuersantẽ iudicio ille persequitur. Cic. pro Flacco, 38.

Tergiuersari, pro In uniuersum ab accusatione desistere, apud Iurisconsult. teste Martiano ad S. C. Turpillianum. l. prima.

Cunctari & tergiuersari. Cic. Attico, lib. 7 131. 4.

¶ Tergiuersatio, Verbale (στροφή, νωτισμός) Cic. pro Milone, 40, Quid ergo erat moræ & tergiuersationis? Idem ad Attic. lib. 10. 196. 2.

¶ Tergiuersator, pen. prod. tergiuersatoris, masc. gen. (νωτιστὴρ) Qui bouinator antiquitùs dicebatur.

¶ Tergiuersanter, Aduerb. Paterculus lib. 1. Tum Senatus populusq; Romanus L. Aemylium Paulum Consulem creauit, filium eius Pauli; qui ad Cannas quàm tergiuersanter pernitiosam Reipublicæ pugnam inerat, tam fortiter in ea morã obierat.

Tergus] tergoris, penult. corrept. neut. gen. (σκύτος) Corium. Plinius libro 8. cap. 10. 3, Durissimum dorso tergus, uentres molles, setarum nullum tegumentum. Virgilius 1. Aeneid. 43,

Tergora diripiunt costis, & uiscera nudant:

Impenetrabile tergus ad. Vide Impenetrale.

Squalenti tergore serpens. Silius lib. 3. 43.

¶ Tergimus, pen. prod. (σκυτικὸς) Adiectiuum possessiuum à tergus. ut, Terginum lorum: id est, scutica de tergore animalis. Plaut. Pseud. 4. 20,

¶ Tergoro, tergorãs, pen. corr. tergorare. Plin. lib. 8. cap. 52.

1. Tunc inter se dimicant, indurantes attritu arborum costas, lutoq; se tergorantes. id est, Quasi tergus nouum è luto sibi inducentes.

Termentarium] Linteum quod teritur corpore, teste Varrone lib. 4. de Lingua Latina.

Termes] termitis, pen. corr. masc. gen. Ramus ex arbore decerptus cum fructu, nec foliis repletus, nec nimis glaber, inquit Festus. Qui quoniam in diuisione agrorum, antequam metæ ponerentur, figi solebat, termino nomen dedit. Et proprie (ut ait Porphyrio) est oliuæ: sicut palmes, uitis. Horat. in Epodis, 16. 9.

Germinat & nunquam fallentis termes oliuæ. Gellius lib. 2. cap. 26. Spadica enim Dorici uocãt auulsum è palmite termitem cum fructu.

¶Termes, Vermiculi genus, carmen exedens. Festus.

Termillæ] τερμίλαι, Populi: de quibus Strabo lib. 12, Conditorem ex Mileto, quæ in Creta est, Sarpedonem accipientes, & Termillas in eam quæ nunc Lycia dicitur, habitatum deduxerunt. Hos Sarpedos Minõis Rhadamanthi frater colonos ex Creta duxit, ac Termellas nominauit, quum prius Miniæ uocarentur, ut Herodotus refert, ac prius etiam Solymi. postea Lycon Pandionis filius, eosdem à se Lycios appellauit quæ profectò ratio Lycios ac Solymos eosdem esse ostendit, quanquam poeta eos separat: nam de Bellerophonte è Lycia profecto dicitur,

Hic Solymis iterum præstantibus intulit arma.

Terminus] termini, pen. corr. (ὅρος, ὅριον, ὁροθεσία, τέρμα, τέρας, τέρμων) Signum quod agrum ab agro diuidit. A' terendo: quòd hæ partes maximè terãtur. Cicer. 4. Acad. 239, Est enim inter eos non de terminis: sed de tota possessione contentio.

Pangere terminos. Vide Pango.

Constituere sibi certos fines & terminos. Cic. pro Quintio, 19.

Nullis terminis circunscribere aut definire ius suum. Cicero 1. de Oratore, 36.

Termini, apud antiquos, adhibito sacrificio disponebantur. qua de re apud Siculum Flaccum.

Terminus apud Mathematicos est, quod uniuscuiusq; finis est. Sic Euclides 1. Elem.

Terminus, Finis. Cicero de Senec. 65, Omnium ætatum certus est terminus: senectutis autem nullus certus est terminus.

Terminus sermonis apud Plin. epist. 5. f.

Angustus æui terminus. Virg. 4. Georg. 42.

Finis & terminus contentionum. Cic. ad Domitiũ lib. 6. 22. 4.

Malorum terminus. Lucret. lib. 3. 207.

Longius quàm uitæ termini postulant, cogitare Cic. pro Rabirio perduel. reo, 21.

Terminus supremus, pro Extrema desperatione. Plinius libro 2. cap. 37. 3.

Stabilis rerum terminus. Horat. in Carm. secul. 6.

Hærens altè terminus. Lucret. lib. 1. 16. & lib. 5. 18. Virgil. 4. Aeneid. 123, Et si fata Iouis poscunt, hic terminus hæret.

Immobilis terminus. Claud. 2. in Eutro p. 59.

¶Terminus (τέρμων) Deus apud antiquos creditus, in cuius tutela fines agrorum esse existimabantur. in quo autem loco colebatur deus, ibi super eum foramẽ patebat in tecto: quòd nefas esse arbitrarentur, Terminum intra tectum consistere, ut author est Festus. Liu. 1. ab Vrbe, 241, Nam quum omnium sacellorum exauguratione admitterent aues, in Terminũ fano non addixêre, id omen augurium q; ita acceptum est, non motam Termini sedem, unumq; eum deorum non euocatum sacratis sibi finibus, firma, stabilitaq; cuncta portendere.

¶Terminalis, & hoc terminale, pen. prod. (ὅριος) Terminalis lapis dicitur terminus ipse lapideus.

Terminalia, Terminaliorum (τερμινάλια) Festa ipsius Terminũ dei. Cic. 12. Philip. 335, Huic ego me uijs committam, qui terminalibus nuper in suburbium, ut eodem die reuerterer, &c. Horat. Epod. 2. 12,

Vel agna festis cæsa Terminalibus.

¶Termino, terminas. pen. corr. (ὁρίζω, κατολίγω, περάτω) terminare, Finire. Cic. de Senec. 74. Si ijsdem finibus gloriã meam, quibus uitam, essem terminaturus.

Terminare bona uoluptate: pro Dicere bonorum finem esse uoluptatem: uel, Non reputare alia esse bona quàm uoluptates. Terminare, inquit Budæus, definire, metiri, & ut finem statuere. Cic. 3. Offic. 161. Idem 1. de Finib. 59, Omni autem prius ratione doloris putat Epicurus terminari summam uoluptatem hoc est, Epicurus putat summam esse uoluptatem priuari doloribus.

Terminare sententiam, Absoluere. Cic. ad Attic. lib. 9. 19. 4.

Vnde est orsa, in eodem terminetur oratio. Cic. pro Marc. 19.

Clausulam longa syllaba terminare. Cic. 3. de Orat. 101.

Intra aliquid terminari. Quint. lib. 4. cap. 1. 43.

Terminare, Limites constituere. Cic. 1. Offi. 50. Idem 3. in Catil. 70, Quorum alter fines uestri imperij, non terræ, sed tabernaculis terminaret.

Imperium terminare Oceano. Virgil. 1. Aeneid. 59.

Stomachus utraq; ex parte tonsillas attingens, palato extremo atq; intimo terminatur. Cic. 2. de Nat. deor. 302.

Terminare oculis, Distinguere, secernere uel discernere. Liu. 2. bel. Maced. 12.

Terminare modum alicuius artis. Cic. 1. Tusc. 8.

Rem infinitam terminare. Cic. 1. Tusc. 96.

Cogitationes suas terminare. Cic. pro Archia, 21.

Spem possessionum terminare. Cic. pro Milone, 55.

¶Terminatus, pen. prod. Participium (ὡρισμένος) ut, Terminatus ager.

Terminatæ diuitiæ. Cic. 1. de Finib. 71.

Oratio concluſa & terminata. Cic. in Orat. 11.

Negociũ terminatũ, Absolutũ. Vlp. in l. interdũ. §. 2. ff. de furtis

¶Terminatio, Verbale (κατάληξις) Finitio. Cic. 5. de Finibus, 47, Expositâ igitur, inquit, rerum expetendarum terminatione, &c.

Concludi alias alia terminatione. Cic. in Orat. 116.

Terminatio aurium, distinctio, discretio. Cic. in Orat. 103.

Ternus] Vide Ter.

Tero] teris, trui, tritum (τρίβω, κατατρίβω, δρυπλίσω, τείβω) terere, Fricare, tundere. Plaut. Asin. 3. 16, Num me illuc ducis, ubi lapis lapidem terit? Idem Pseud. 13. 28.

Barba aspera terit amplexus. Tibul. eleg. 8. 7.

Calcem calce terit. Virg. 5. Aeneid. 65.

Fræna teruntur dente equi. Ouid. 1. de Arte, 4.

Area terit fruges. Virg. 1. Georg. 60.

Inguina terere. Iuuen. Satyr. 9. 1.

Iter terere, Iter facere. Virg. 1. Georg. 60.

Iter propositum terere. Propert. lib. 2. eleg. 31. 3.

Manum terere duro labore. Virg. 4. Georg. 23.

Meta terenda rota. Ouid. 1. de Arte 8.

Mola terere. Plin. lib. 36. cap. 26. 5.

Porticum terit ambulator. Mart. lib. 2. 11.

Prata terenda rotis. Propert. lib. 3. eleg. 3. 4.

Radios triuêre rotis. Virg. 2. Georg. 89.

Vestis teritur assiduè. Lucret. lib. 4. 227.

Via cunctis terenda. Propert. lib. 3. eleg. 18. 5.

Terere tempus, Consumere. Liuius ab Vrbe, lib. 1. 117, Inde ubi satis subisse sese ratus est, erigit totã aciem, fluctuansq; animo, ut tereret tempus, ordines explicat.

Teretur interea tempus, belli apparatus refrigescent. Cicero 5. Philip. 186.

Ætatem in rebus discendis terere. Cic. 3. de Orat. 68.

Ætas teritur bellis. Horat. Epod. 16. 1.

Terere ocium. Liu. 1. ab Vrbe, 250, Regij quidem iuuenes interdum ocium conuiuijs, comessationibusq; inter se terebãt. Virg. 4. Aeneid. 54.

Pectus terere amore, Consumere. Propert. lib. 3. eleg. 20. 2.

Iam enim hoc uerbum satis hesterno sermone triuimus. Cicero 4. Acad. 38.

Rerum nomina nouarum, quæ nunc consuetudo diuturna triuit. Cicero 3. de Finib. 21.

¶Tritus, Participium (τετριμμένος, σύνηθης) Plinius libro 12. cap. 19. 7.

Area trita frugibus. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 11.

Iter tritum, Calcatum, & quod uulgus frequentatum dicit. Cicero 1. Philip. 4.

Vestis trita. Horat. 1. epist. 20. 8.

Via trita humano pede. Tibul. lib. 4. eleg. 12. 2.

Via trita laudis. Cic. de claris Orat. 154.

Lacerna trita. Mart. lib. 1. 88.

Tritum sermone prouerbium. Cic. 1. Offic. 49. id est, Celebratũ.

Tritum atq; celebratum. Cic. pro Flacco, 51.

Vsitatum & tritum uerbum. Cic. 1. Acad. 40.

¶Tritus, huius tritus, masc. gen. (τρίψις) Plin. lib. 33. cap. 4. 1, Nec ullum absolutius aurum est, cursu ipso, tritu q; perpolitum. Cic. 2. de Nat. deor. 36, Nã & lapidum conflictu atq; tritu elici ignem uidemus, & recenti fossione.

¶Tritura, trituræ, pen. prod. (ἀλοητὸς) Colum. lib. 1. cap. 6. 16, Euentilata mundiora sunt, lapillisq; carent, & glebulis, quas per triturãm ferè terrena remittit area.

¶Tritor, tritoris, pen. prod. masc. gen. Verbale (τριπτὴρ) Qui terendo aliquid macerat. Plaut. Persa, 2. 3. 20,

Quid ais tu crux, stimulorũ tritor? Plin. lib. 35. cap. 11. 22.

Terpandrus] τέρπανδρος, Arineus, siue Lesbius, poeta Lyricus, primus in lyra heptachordum & lyrici carminis canonem scripsit, quod Philemoni cuidam adscribunt. Author Suidas. Strabo autem lib. 13, Methymnæum eum facit, quod oppidum est Lesbi: dicitq; tetrachordo heptachordũ reperisse, ut eius indicant carmina, Huius famæ ac nominis maximi indicium, quòd Lacedæmonij in seditione quadam admoniti ab oraculo, Terpandrum mitterent, qui lyræ & poëseos dulcedine animos uulgi ac tumultus sedaret: ex quo postea his prouerbiũ mansit, si quando dulcem audiant musices concentum, πάντα λέσβιον ᾠδεῖν, Secundum Lesbium cantum. Ex libro prouerbiorum Græcorum.

Terpius] τέρπιος, fuit citharœdus, cuius cantu oblectatum Neronem scribit Tranquillus.

Terpsichor] pen. corr. (τερψίχορος) una ex nouem Musis: sic dicta, quòd choreis & trepudijs delectetur: uel, ut Plutarchus ait: quòd maxima uitæ pars ea delectetur & gaudeat.

Terra] terræ (γῆ, γαῖα, ἄρουρα, χθών) Elementum ipsum, omnibus notum. Cic. 2. de Nat. deor. 142, Ac principiò terra uniuersa cernatur locata in media mundi sede, solida & globosa, & undiq; in sese nutibus suis conglobata, uestita floribus, &c. Idem 4. Acad. 220, Videmus terra penitus defixa sit, & quasi radicibus suis hæreat, an media perideat. Idẽ 5. Tusc. 99, Vnde terra, & quibus librata ponderibus, quibus cauernis maria sustineat. Ouid. 12. Metam. 166,

Ardua si terræ quatiatur motibus Idæ. Lucret. lib. 5. 22.

Id enim amissisti, cui nihil in terris simile fuit. Cic. Bruto, 93.

Terra pilæ similis. Ouid. 6. Fast. 54.

Ad terram. Vide Ad præpositionem.

A' terra ad cælum percontari. Vide A' præpositionem.

Terra, Territorium aliquando significat, et prouinciam seu regionem. Cic. 1. in Catil. 14, Si emori æquo animo non potes, abire in aliquas terras, &c. Idem 1. de Inuent. 119, Hostili in terra turpiter iacuit insepultus.

Ardua terrarum, Montana loca. Virg. 5. Aeneid. 138.

Bonitas terræ. Lucret. lib. 5. 251.

Domesticus terræ. Cic. de Aruſp. resp. 17.

Fertilitas terræ. Ouid. 5. Metam. 91.

Terræ filij, olim obscuro ignotoq; genere prognati dicebantur: propterea quòd terra sit omnium cõmunis parẽs. uel quòd, iuxta quorundam etiam historias, primitus mortales è terra nascebantur. M. Tullius ad Atticum, lib. 1. 8. 8. Et huic terræ filio, nescio cui, committere epistolam tantis de rebus nõ audebam. Idem ad Trebatium, lib. 7. 9. 3, Cn. Octauius est, an Cn. Cornelius quidem tuus familiaris summo genere natus, terræ filius, &c. Persius Satyr. 6. 7,

—— præstò est mihi Manius hæres,
Progenies terræ, quære ex me quis mihi quartus
Sit pater: haud promptè dicam tamen: adde etiam unũ,
Vnum etiam, terræ est iam filius. Erasmus.

Terræ etiam filij diciuntur, quorum genus est incertum, quorũ genus aboleuit uetustas. Quint. lib. 3. cap. 9, Laudantur autem urbes similiter atq; homines. Nam pro parente est conditor: & multum authoritatis affert uetustas, ut ijs qui terra dicuntur orti. Ouid. 1. Metam. 124. de Io,

Iuppiter è terra genitam mentitur, ut author
Desinat inquiri. Vide Cælium, lib. 3. cap. 8. & lib. 20. (cap. 28.

Gremium terræ. Lucret. lib. 1. 52.

Hiatus terræ. Ouid. 3. Fast. 122.

Margo terrarum. Ouid. 1. Metam. 3.

Oræ terrarum, Regiones. Horat. 1. epist. 3. 1.

Oræ terrarum, Extremitates, littora. Lucret. lib. 2. 112.

Orbis terrarum. Virg. 1. Aeneid. 48.

Ordo terrarum. Vide Ordo.

Regnator terrarum. Stat. 4. Sylu. 2. 3.

Sator terrarum Stat. 1. Theb. 36.

Situs terrarum. Horat. 2. epist. 1. 51.

Tremor terræ. Plin. ad Cornelium Tacitum, lib. 6. epist. 20.

Viscera terræ. Ouid. 1. Metam. 28.

Altrix terra. Vide Alo alis.

Aprica terra. Vide Apricus.

Arata. Ouid. 1. Fast. 146.

Arenacea. Vide Arena.

Arenosa. Ouid. 14. Metam. 17.

Aspera aspectu. Vide Asper.

Aurifera. Silius lib. 3. 81.

Barbara. Ouid. epist. 16. 1.

Beata. Ouid. epist. 15. 58.

Bona. Vide Bonus.

Breuissima. Vide Breuis.

Cariosa. Vide Caries.

Caua Virg. 12. Aeneid. 177.

Columbina. Vide Columbus.

Crudd. Lucan. lib. 3. 78.

Crudelis. Vide Crudelis.

Deserta. Virg. 3. Aeneid. 1.

Desolata. Ouid. 1. Metam. 70.

Ditissima. Virg. 2. Georg. 28.

Ferax. Ouid. 1. Fast. 14. Lucret. lib. 2. 199.

Frugiferentes terræ. Lucret. lib. 1. 1.

Gracilis terra, Senec. Theb. 1. 23.

Graues terræ. Virg. 3. Georg. 104.

Herbosa terra. Ouid. 10. Metam. 26.

Hiantes terræ. Lucan. lib. 3. 2.

Hoſpita terra. Virg. 3. Aeneid. 106.
Hoſtilis. Lucan. lib. 2. 18.
Ieiuna. Vide Ieiunium.
Impia. Ouid. epiſt. 10. 20.
Iners. Horat. 3. Carm. ode 4. 9.
Infamis. Ouid. 13. Metam. 80.
Infeſta. Ouid. 4. Metam. 124.
Ingrata. Ouid. 5. Metam. 95.
Inops pacis. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 19.
Inuiſa. Horat. 3. Carm. ode 18. 3.
Lapidoſa. Vide Lapis.
Laſſa. Vide Laſſus.
Latæ terræ. Ouid. 3. Metam. 62.
Magna. Virg. 4. Georg. 73.
Mater. Lucret. lib. 5. 282.
Mauortia. Virg. 3. Aeneid. 3.
Metalliferæ terræ. Sylu. lib. 15. 98.
Nefaſta. Vide Nefaſtus.
Nigra. Virg. 2. Georg. 41.
Obeſa. Virg. 3. Georg. 16.
Omniparens. Vide Omniparens.
Parens. Virg. 4. Aeneid. 36.
Paterna, Patria. Ouid. epiſt. 19. 13.
Paupere terra miſſus. Virg. 6. Aeneid. 162.
Peregrina. Ouid. 3. Metam. 5.
Pingues terræ. Virg. 2. Georg. 19.
Potentes terræ. Virg. Aeneid. 106.
Solida. Ouid. 10. Metam. 36.
Sterilis. Ouid. 3. Faſt. 172.
Vaſta. Virg. 10. Aeneid. 11.
Vndoſæ terræ. Silius lib. 7. 56.
E' terra uberi naſci. Quint. lib. 2. cap. 19. 2.
Deus abſcidit terras Oceano. Horat. 2. Carm. ode 3. 5.
Abſcondere in terram. Vide Abſcondo.
Accerſere aliquem ex ultimis terris. Cic. de Aruſp. reſp. 22.
Affecta ſterilitate terra. Vide Affectus.
Attollere ſe à terra. Vide Attollo.
Calentes terræ. Horat. 2. Carm. ode 18. 4.
Certat cum terris feracißimis Aegyptus. Vide Certo.
Circunfuſa terra mari Atlantico. Vide Circunfundo.
Circunſcribere terram ſurculo. Vide Circunſcribo.
Colere terras. Virg. eclog. 3. 16.
Concidit ad terrã grauiter. Virg. 5. Aeneid. 89.
Concuſſa terra. Vide Concutio.
Contingere terram oſculo. Vide Contingo.
Conuexæ terræ in maria. Vide Conueho.
Curuare in terram. Vide Curuus.
Patria terra decedere. Virg. 6. Aeneid. 102.
Defodere aliquid in terram. Lucret. lib. 5. 275.
Dehiſcunt terræ ardore. Virg. 3. Georg. 87.
Dare ad terram. Vide Ad præpoſitionem.
Domita terra. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 10.
Effoſſa terra. Lucan. lib. 3. 70.
Excedere terras. Virg. 2. Georg. 95.
Excoquit terram ſol. Lucret. lib. 6. 193.
Ferire terram pede. Virg. 3. Georg. 99.
Frigeſcit terra. Lucret. lib. 6. 174.
Frui proſperiore terra. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 7. 6.
Habitare terras. Ouid. 1. Metam. 40.
Iacentes terræ. Ouid. 2. Metam. 36,
  Vt uerò terras deſpexit ab æthere ſummo
  Infœlix Phaethon penitus penitusq; iacentes.
Iacentes terræ ad Heſperum. Vide Iaceo.
Inſectari terram aſſiduis raſtris. Virg. 1. Georg. 31.

Inſterni terra, Sepeliri. Stat. 3. Theb. 43.
Inuertere terras uomere. Virg. 3. Georg. 105.
Inumbratur terra. Lucret. lib. 5. 58.
Nox inuoluens terram umbra. Virg. 2. Aeneid. 51.
Irrorat terras Eous nouo ſole. Virg. 1. Georg. 58.
Luſtro uagus terras. Stat. 8. Theb. 103.
Dies luſtrabat lampade terras. Virg. 7. Aeneid. 30.
Madefacere terram. Vide Madeo.
Mandare ſemina terræ. Vide Mando.
Moliri terram. Vide Molior.
Mouere omnes terras, omnia maria. Vide Moueo.
Mouet terra: pro, Mota eſt. Sueton. in Claudio Cæſare, cap. 22.
Nauigare terram. Vide Nauis.
Nititur terra ſuis ſtirpibus. Cic. 5. Tuſc. 53.
Obire terras. Vide Obeo.
Nox obruit terras roriferis umbris. Lucret. lib. 6. 174.
Obſtruere terras. Ouid. 8. Metam. 37.
Offringitur terra. Vide Offringo.
Nox operit terras. Virg. 4. Aeneid. 71.
Pauita terra & complanata. Vide Pauio.
Pellere terram pede. Lucret. lib. 5. 282.
Penetrare ſub terras. Vide Penetro.
Perambulare terras. Vide Perambulo.
Perdomare terram. Vide Perdomo.
Venti perflant terras turbine. Virg. 1. Aeneid. 18.
Perfodere terram. Vide Perfodio.
Perſtringere terram aratro. Vide Perſtringo.
Premere terras, Regere imperio terras. Lucan. lib. 10. 10.
Preſſit terram poſito genu. Ouid. 6. Metam. 70.
Procumbere terræ. Ouid. 2. Metam. 70.
Profanatæ terræ. Stat. 3. Sylu. 3. 1.
Proſcindere terram ualidis iuuencis. Virg. 2. Georg. 48.
Proſcindere terram preſſis aratris. Lucret. lib. 5. 42.
Proſcindere ferro ſolum terræ. Lucret. lib. 5. 260.
Quatere terrã alterno pede, Saltare. Horat. 1. Carm. ode 4. 2.
Radit terras Aquilo. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 5.
Relinquere dulces terras. Virg. 4. Aeneid. 57.
Rimari terram raſtris. Virg. 3. Georg. 106.
Scalpere terram unguibus. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 6.
Scindere terram aratro. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 9.
Solutæ terræ. Horat. 1. Carm. ode 4. 2. Subauditur, frigore.
Aurora ſpargit terras lumine. Lucret. lib. 2. 29.
Subigere terram uomere. Ouid. 11. Metam. 7.
Succedere terris alicuius. Virg. 7. Aeneid. 43.
Nox texit terras caligine. Lucret. lib. 6. 171.
Vere tument terræ. Virg. 2. Georg. 65.
Tundere terram pede. Horat. de Arte, 89.
Vertere terram. Virg. 1. Georg 1.
Vertere terram ferro. Virg. 1. Georg. 30.
Vda terra uiret graminе. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 10.
Terram pro terra, Prouerbialis eſt figura, in hominẽ exulem, erronem, & incertis uagantem ſedibus. M. Tullius in epiſtolis ad Atticum, libro 14, Hæc & alia ferre non poſſum: itaque γῆν πρὸ γῆς cogito. Significat, ſe de fugiendo cogitare. Eraſmus.
Terra defoſſum habes: In eum qui non impertit, neque profert ſuas dotes. Sumptum ab auaris, theſaurum humo defodientibus. Quod apud Plautum facit Euclio. Itidem Horat. Epod. 1. 7,
  —haud parauero,
  Quod aut auarus ut Chremes terra premam,
  Diſcinctus aut perdam ut nepos. Eraſmus.
Terram uideo, Qui modeſti prolixiq; laboris finem adeſſe ſignificat, dicere ſolet, γῆν ὁρῶ, id eſt, Terram uideo. Sumptum à nauigantibus. Quintus Curtius lib. 4, Haud ſecus quàm profundum æquor ingreſſi terram oculis requirunt. Plaut. in Merc. Equidẽ iam me cenſebam eſſe in terra. Cic. pro Murena, 3. Idem in Catone ſeniore, Quaſi terram uideam. ſentiens inſtare uitæ finem. Eraſmus.

Aut terra, aut mari Plautus in Pſeudolo, dixit pro quacunq; ratione. Sumptum eſt ab hiſtoricis, qui referunt res terra mariq; geſtas, et gẽtes terra mariq; expugnatas. Cic. pro Cluentio, Cuius tantæ res geſtæ terra mariq; extiterunt. Idem pro lege Manilia, 34. Quantas illæ res domi, militiæq;, terra mariq;, quantaq; fœlicitate geſſerit. Idem ad Atticum, lib. 7. 140. 2, Quã aut terra aut mari perſequar eum, qui ubi ſit neſcio? Plauti uerbu ſunt hæc,
  Ego in hoc triduo aut terra aut mari alicunde euoluam id argentum tibi. Cic. 5. de Fin. 16. addit tertium, Natura ſic ab his inueſtigata eſt, ut nulla pars cælo, mari, terra, ut poeticè loquar, prætermiſſa ſit. Addit poeticè, quòd poetæ tria tantùm elementa referant, ut Ouid. 1. Metam. 1,
  Ante mare & terras, & quod tegit omnia cælum. Terentius, O' cælum, ô terra, ô maria Neptuni. Plaut. Amph.
  Ità mihi uidentur omnia, mare, terra, cælum conſequi. Hæc Eraſmus.
Conquirere aliquem terra mariq; Vatinius Cic. lib. 5. 9. 6.
Terra ipſa dea eſt, et ita habetur: quæ eſt enim alia Tellus? Cic. 3. de Natur. deor. 70.
¶Territorium, territorij (πανάρχιον) Eſt, inquit Pomponius, de uerb. ſignif. uniuerſitas agrorum intra fines cuiuſq; ciuitatis. Dictum, quòd maximè teratur: uel quòd Magiſtratus eius loci, intra eos fines terendi, id eſt ſummouendi ius habeat. Hactenus Pomponius. Plin. lib. 29. cap. 6. 2, Extra territorium abire.
Minuere territorium. Cic. 2. Philip. 101.
¶Terreus, Adiectiuum (γυῖνος) Ex terra factum: ut, Vas terreum. Colum. lib. 1. cap. 6. 6, Horreum camera contectum: cuius ſolum terreum, priuſquam conſternatur, perfoſſum. Alia exemplaria habent, terrenum.
¶Terrenus, pen. prod. Adiectiuũ (χερσαῖος, γεωδάλης, χοϊνὸς) Quod uel in terra natum eſt, uel in terra uiuit, uel aliquid cum terra commune habet. ut, Terrenum animal. Plin. lib. 9. cap. 29. 1, Terrens maiores quàm pelagici.
Terrenum iter, Quod in terra fit. Plin. lib. 6. cap. 17. 3.
Beſtiarum autem terrenæ ſunt aliæ, partim aquatiles, aliæ, &c. Cic. 1. de Nat. deor. 143.
Contagio terrena. Cic. 2. de Nat. deor. 86.
Corpus terrenum. Lucret. lib. 2. 223.
Corpus terrenum & concretum. Cic. 1. Tuſc. 76.
Terreni colles Plinio dicuntur non lapidoſi, ſed molles & pingues: lib. 5. epiſt. 6. ad Apollinarem, Pingues terreniq; colles (neq; enim facilè uſquam ſaxum, etſi quæratur; occurrit) planißimis campis fertilitate non cedunt.
Terrenum aggerem uocat Suet. in Calig. cap. 19, terra factum.
Fœx terrena. Ouid. 1. Metam. 14.
Genus terrenum. Cic. 1. Tuſc. 68.
Hiatus terrenus. Ouid. 15. Metam. 55.
Humor marinus & terrenus longo interuallo extenuatus. Cic. 2. de Nat. deor. 61,
Soliditas terrena. Cic. 2. de Nat. deor. 27.
Immorari terrenis. Quint. lib. 2. cap. 16. 4.
Terrenus, Quod ſuper terram eſt, uel in terra fit. Colum. lib. 11. cap. 2, Per hos quoq; dies abſtinent terrenis operibus.
Terrenum, terreni, pen. prod. Subſtantiuum neu. ge. (πεδίον) Campus, ſolum. Colum. lib. 2. cap. 2. 1, Callidiſſimi ruſticarũ rerum Syluine genera terreni tria eſſe dixerunt: campeſtre, collinum, montanum. Idem lib. 3. cap. 3, Quum ſola ea res omnem impenſam terreni precio ſuo liberet.
Terreſtris, & hoc terreſtre (χερσαῖος, ἐπίγαιος, χθόνιος, ἐναιχθόνιος) Quod in terra degit: ut, Terreſtre animal. Plin. lib. 10. cap. 62. 1, Rurſus in terreſtribus ouã pariunt ſerpentes. Agmen terreſtre. Lucan. lib. 5. 145.
Archipirata terreſtris. Cic. 7. Verr. 56.
Arma terreſtria. Ouid. 14. Metam. 96.
Membra terreſtria. Lucret. lib. 2. 141.
Dij terreſtres, In terra habitantes. Liu. 1. ab Vrbe, 143.
Domicilium terreſtre. Cic. 6. Verr. 114.
Iter terreſtre, Quod in terra fit: ad differentiam eius quod fit in mari. Plin. lib. 5. cap. 6. 1.
Præſidium terreſtre, cui opponitur Maritimũ. Cic. 7. Ver. 70.
Tempeſtas terreſtris. Vide Tempeſtas in Tempus.
¶Terrigenus, Adiectiuum, uel Terrigena, terrigenæ, penult. corr. com. gen. (γηγενὴς) Quod ex terra genitum eſt. Cic. 2. de Diuinat. 197.
Genus ſylueſtre terrigenarum. Lucret. lib. 5. 283.
Gigantes terrigenæ. Lucan. lib. 3. 64.
Fratres terrigenæ. Ouid. epiſt. 12, 20.
¶Terræmotus, huius terræmotus, pen. prod. maſ. g. (σεισμὸς) Dicitur quum terrã incluſo in ſe ſpiritu alicubi contremiſcit, & moueri ſentitur magno ſæpe habitantiũ damno. Legitur & diſiunctim, interpoſitis dictionibus. Plin. lib. 2. cap. 84. 1, Fiunt cum terræmotu & inundationes maris, eodem uidelicet ſpiritu inſiſti, aut reſidentis ſinu recepti. Maximus terræ memoria mortaliũ extitit motus. Tiberij Cæſaris principatu, XII urbibus Aſiæ una nocte proſtratis.
Si tecta aut ui tempeſtatis, aut terræmotu, aut uetuſtate cecidiſſent. Cic. 2. Offic. 18.
Horribilis terræmotus. Cic. de Aruſp. reſp. 58,
Nouus terræmotus. Cic. de Aruſp. reſp. 58.
Conquaſſari maximis terræmotibus. Cic. 1. de Diuinat. 158.
¶Terraneola, terrancolæ, accẽtus in antepenultima (χερσαῖος πολυδαλὸς) Auis alaudæ ſimilis, præterquam quòd in capite apicem non habet ſicut alauda. Dict. 1, quòd non in arboribus, ſed in terra uerſetur atq; nidificet. Sipontinus.
Terracina] Vide Tarracina & Anxur.
¶Terracinenſis, Adiectiuum, Salluſt. in Catilin. Qui Ceparium Terracinenſem, &c.
Terripudium, & Terripauium] Vide Tripudium.
Terreo] terres, terrui, territum, pen. corr. (φοβέω, πτοέω, κατατρομέω, δείδιμι, δειμαίνω, μορμολύττομαι) terrere, pen. prod. Timorem alicui incutere. Virg. 1. Georg. 32,
  Et ſonitu terrebis aues.
Nec me iſta terrent, quæ mihi ad timorem proponuntur. Cicer. Cælio, lib. 2. 15. 12.
Terrere animos peſtilentia & terræmotibus. Cicero 2. de Natura deorum, 20.
Horror terret animos. Virg. 2. Aeneid. 161.
Aliquem denunciatione periculi terrere. Cic. pro Plancio, 70.
Qui omnia cæde incendijſq; terret. Cic. de Aruſp. reſp. 5.
Solliciti terrentur equi. Ouid. 6. Faſt. 149.
Hoſtes terrere formidine. Ouid. 4. Metam. 161.
Hoſte uicino terreor. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 171
Nubila terrent mentem. Ouid. 1. Metam. 72.
Minaciter terrere. Vide poſt Minæ.
Orbem terruit tonitru. Ouid. 14. Metam. 164.
Terrere uultu. Horat. 2. Serm. 7. 9. id eſt, Toruitate uultus.
¶Territus, pen. corr. (φοβηθεὶς) Participium, ſiue Nomen ex participio; ut, Territus animi, Animo conturbatus. Liu. 7. ab Vrbe, 160. Ouid. 2. Metam. 90,
  Venatrixq; metu uenantum territa fugit.
Virgo territa inopino uiſu. Ouid. 4. Metam. 47.

¶ Territo, territas, pen. cor. (Λιαθιοσομαι) territare, Frequentatiuum. Terent. Andr. 4.5.22,
— Dite eradicent, ita me miseram territas.
Territare & placare, contraria. Author ad Heren. lib. 4. 176.
Territare metu. Cæsar 5. bel. Gal. 24.
Territare minis. Liu. 8. ab Vrbe, 140.
¶ Terrefacio, terrefacis, pen. cor. (Λειματόω) terrefacere, Terrorem offerre. Vnde Perterrefacio.
¶ Terrifico, terrificas, pen. corr. (Λειμοποιέω) terrificare, Idē. Lucret. lib. 1. 27. Virg. 4. Aeneid. 42,
— cæcisq; in nubibus ignes
Terrificant animos.
¶ Terrificus, pen. corr. Adiectiuū (Λειμαποιὸς) Quod terrorem injicit. Virg. 5. Aeneid. 105,
Serraq; terrifici cecinerunt omina uates.
Fulgor terrificus. Virg. 8. Aeneid. 85.
Mugitus terrifici. Virg. 12. Aeneid. 21.
Nimbi terrifici. Ouid. ad Pisonem, 30.
Nox terrifica. Valer. 5. Argon. 80.
Stridores terrifici. Silius lib. 5. 38.
Terribilis, & hoc terribile, pen. corr. Idem (Λειματώδης, φοβερὸς, σκυθρωπὸς, ἐκπληκτικὸς) Virg. 6. Aeneid. 56,
Terribiles uisu formæ. Idem 60,
Terribilis squalore Charon.
Ira terribilis. Virg. 12. Aeneid. 188.
Affatu terribilis. Stat. 3. Sylu. 3. 15.
Aspectus terribilis. Cic. pro Sestio, 14, Alter ô dij boni quàm te ter incedebat, quàm truculentus, quàm terribilis aspectu.
Anguis terribilis. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 3.
Caligo terribilis. Lucret. lib. 6. 171.
Mors terribilis est ijs, quorum cum uita omnia extinguuntur. Cicero in Parad. 20.
Formæ terribiles uisu. Virg. 6. Aeneid. 56.
Sonitus terribilis. Virg. 9. Aeneid. 104.
Tubæ terribiles. Ouid. 15. Metam. 157.
Tremere tumultu terribili. Cic. in Orat. 50. Ex Ennio.
¶ Terriloquus, pen. corr. (Λειματολόγος) Adiectiuū poeticū, ex Terreo & Loquor compositum: quasi loquens terrētia, & terrorem offerentia. Lucret. lib. 1. 21,
Tutemet à nobis iam quouis tempore, uatum
Terriloquis uictus dictis desciscere quæres.
¶ Terrisonus, pen. cor. (Λειματοηχὴς) Aliud adiectiuū. Claud. 1. Paneg. 12,
Nec te terrisonus stridor uenientis Alani.
¶ Terriculum, terriculi, penult. corr. (μορμολύκειον) Quod injicit terrorem. Liu. 5. ab Vrbe, 44, Gauderentq; Patres sine Tribunitiæ potestatis terriculis inuētam esse aliam uim maiorem ad coercendos Magistratus. Accius, Vbi non terricula cita sunt.
¶ Terriculæ, Terricula quoq; inuenitur fœmineo genere. Senec. de Remedijs fortuitorum, Si fortuna, aut aliquis tibi palàm minetur, omnes eius terriculas delude.
¶ Terror, terroris, masc. gen. (Λεῖμα, φόβος, ἔκπληξις, φόβητρον) Timoris, & motus incussio. Cic. lib. 4. Tusc. 29. Quæ autem subiecta sunt sub metu, ea sic definiunt, Pigritiā, metum consequentis laboris, terrorem, metum concutientem. ex quo fit, ut pudorem rubor, terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus consequatur. Seruius autem terrorem & metum sic distinguit, ut terror propriè sit qui alijs infertur: inde & terribilis. Metus, quem habent timentes: unde meticulosus.
Terror, pro metu. Virg. 11. Aeneid. 72,
Quòd si tantus habet mentes & pectora terror.
Liber terrore animus. Vide Liber.

Expers terroris. Catul. Argon. 59. 68.
Amens terror. Claud. 1. in Ruff. 52.
Implacabilis terror. Vide Implacabilis.
Latior terror. Tacit. lib. 20.
Multiplex terror. Vide Multus.
Mutuus terror. Vide Mutuum.
Repens terror. Vide Repens adiectiuum.
Sæuus. Silius lib. 13. 23.
Seuerus. Claud. 5. Paneg. 19.
Vanus terror. Senec. Hippol. 1. 9.
Afferre terrorem, Recensere terrores qui ab alijs fiunt. Cic. ad Atticum, lib. 6. 119. 1, Batonius autem miros terrores ad me attulit Cæsarianos.
Augere terrorem. Vide Augeo.
Cepit regem terror. Vide Capio.
Ciere magnos terrores. Senec. Oedip. 4. 13.
Concitatus terrore & metu. Vide Concito.
Demoueri terrore, aut minis. Tacit. lib. 20.
Animi terrorem discutere. Lucret. lib. 1. 30.
Discussis terroribus redire ad se. Lucret. lib. 4. 202.
Exanimatus terrore. Quint. lib. 4. cap. 2. 87.
Facere terrorem latiorem. Tacit. lib. 20.
Iácere atq; denunciare terrores. Vide Iacio.
Impulsus stat terror animis. Senec. Herc. Oetæo, 6. 1.
Incidit terror exercitui. Vide Incido.
Incutere terronem hostibus. Vide Incutio.
Inferre terrorem. Vide Infero.
Injcere terrorem. Cic. de Fimib. 53.
Innasit terror. Vide Inuado.
Occultare causam terroris. Cic. 3. Verr. 56.
Offerre terrorem. Cæsar 1. bel. Ciuil. 282.
Pallentes terrore puellæ. Ouid. 3. de Arte, 97.
Pauentes equi terrore. Ouid. 2. Metam. 86.
Trepido terrore repleta terra. Lucret. lib. 5. 9.
Armis, uiris, terrore, periculoq; mortis repulit. Cic. pro Cecin.
Gelido terrore rigebant comæ. Ouid. 3. Metam. 20. (24.
Terrori esse, Terrere, terrorē incutere. Liu. 4. bel. Maced. 107.
Terrore coactus iurauit. Cic. 3. Offic. 153.

Tertia] Mulieris nomen. Fœminæ siquidem appellabantur familiæ nomine: sed ut internoscerentur, quum duæ erant, maior & minor uocabantur, ut apud Suetonium in Augusto, cap. 4. Octauia maior, & Octauia minor. Quum tres erāt, quæ tertia nata esset, Tertia dicebatur: quū quatuor, Quarta: quum quinq;, Quinta. unde in oratione pro M. Cælio, & de Aruspicum responsis, Quinta Claudia. Ergo Tertia, siue Tertulla per diminutionem, Bruti soror, uxor Cassij, quia post duas edita esset. hæc abortiū fecerat: quod queritur Cic. ad Attic. lib. 14. 318, Tertullæ nollem abortū, tam enim Cassij sunt iam, quàm Bruti ferendi. De hac ipsa Macrobius hæc Saturnal. lib. 2. cap. 2, Mater M. Bruti Seruilia, quum pretiosum ære paruo fundū abstulisset à Cæsare, subijciente hastæ bona ciuium, non effugit dictum tale Ciceronis: Et quidē, quo melius emptum sciatis, comparauit Seruilia hunc fundum Tertia deducta. Filia autem Seruiliæ erat Iunia Tertia, eademq; C. Cassij uxor, lasciuiente Dictatore tam in matrē, quàm in puellam. Hæc Macrobius.
Tertianus, Tertiarius, Tertio, tertias, & Tertius] Vide Tertia.
Tertulla] Vide Tertia, mulieris nomen. (de Ter.
Tertullianus] τριτυλλιανὸς, Scriptor quidam doctus, temporibus nascentis Christianorum ecclesiæ.
Tertus] Adiectiuum priscis pro tersus. Varro,
Atrei terta nitet galea. Idem, Cato, uel de liber. educ. Alij sunt circumtonsi, & terti, atq; uinctuli, ut mangonis esse uideantur serui. Ex Turnebo.

Teruncius]

Teruncius] teruncij, masc. gen. (τετρημόριον, τριώβολον) Nūmus perexiguus, à tribus uncijs dictus. Plaut. Capt. 8. 17,
Neq; ridiculos iam teruncij faciūt. Cic. Attico, lib. 5. 105. 2, Nos tamen, etsi hoc te ex alijs audire malo, sic in prouincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, ut nullus teruncius insumatur in quenquā. Teruncium, inquit Budæus, appellauit Cicero, quem Plinius quadrantem & triuncem uocat. Varro, Teruncius à tribus uncijs dictus, quòd sit libella quarta pars, quomodo & quadrās aßis. Cic. lib. 3. de Fin. 69, Interit magnitudine maris Aegæi stilla muriæ, & ut in diuitijs Crœsi teruncij accessio.
De præda mea, teruncium non attigit quisquam. Cicero Canonio, 2. 16. 7.
Fecit palàm te ex libella, me ex teruncio. Cic. Att. lib. 7. 122. 4.
Tesqua] Loca augurio designata. Cic. aspera ait esse, & difficilia. Hæc Festus. Apud Varronē lib. 6. de Ling. Lat. scribitur Tesca, & interpretatur loca quædam agrestia, quæ alicuius dei sint.
Deserta & inhospita tesqua. Horat. 1. epist. 14. 4.
Nemorosa tesqua. Lucan. lib. 6. 9.
¶ Tessara coston (τεσσαρακοστὸν) Tempus dierum quadraginta ante partum, & totidem post partum, quibus mulieres à sacris arcebantur: propterea quòd id ferè temporis tam ipsæ quàm earum fœtus plurimis infestentur incommodis. Quo dierum numero exacto festum celebrabant, quod & ipsum tessaracoston appellabant. Vide Censorinum De die natali, & Rhodiginum lib. 26. cap. 21.
Tessala] Vide Tessera.
Tessella] Vide Tessera.
Tessera] tessera, pen. corr. (κύβος) Latinè quaternio dicitur. Vnde & id dicitur, quod ex omni parte quadratum est.
Tesserę, Quibus in tabula lusoria ludituv. sunt enim quadratæ, & quibusdam punctis notatæ: quæ quum iaciuntur, in quancunq; partem incubuerint, immotam habent stabilitatem. τέσσαρα, id est quatuor. Cicero de Senect. 54, Nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant & tesseras Martial. lib. 1. 17.
Iácere talos, tesseras. Cic. 2. de Diuin. 127. Ouid. 3. de Arte, 71,
— talorum dicere iactus
Vt sciat, & uires tessera missa tuas.
Tessera] τεσσέρα, συνθήμα, Signum bellicum, quod ad pugnam exeuntibus datur, propter confusionē: aliàs symbolū dicitur. ut in bello Marij, Bardæus: in bello Syllæ, Apollo Delphicus: in Cæsaris, Venus genitrix. Virg. lib. 7. Aen. 128,
— it bello tessera signum. Hæc Seruius. Silius lib. 15. 94,
— tacitum dat tessera signum.
Tessera. Pomponius de Origine iuris l. 2. Qu. Fabius qui missus ad Carthaginenses legatus, quum essent duæ tesseræ positæ, una pacis, altera belli: arbitrio sibi dato utram uellet deferre, utranq; sustulit: & ait Carthaginenses petere debere utram mallent accipere.
Tesseræ frumentariæ. Signa erant frumentaria, quibus exhibitis, frumentum à principe dabatur pop. Rom. Ex quo factum est, ut tessera pro iure percipiendi frumenti ponatur. Suet. in Augusto, cap. 40, Ac ne plebs frumentationum causa frequentius à negocijs auocaretur, in annum quaternorū mensium tesseras dare destinauit. Iuuen. Sat. 7. 18,
Summula ne pereat qua uilis tessera uenit
Frumenti. Ex Budæo.
Tesseræ nummariæ etiam dicuntur, quibus exhibitis, summa nummūm præscripta repensari solet. Suet. in Augusto, cap. 41, Frumētum quoq; in annonæ difficultatibus sæpe leuissimo, interdum nullo precio admensus est, tesseras q; nummarias duplicauit.

Tessera, Lignum utrinq; complanatum, in quo numeri describuntur: quod & talea dicitur. Plautus,
Suam uterq; tesseram habet, ratio constat.
Tessera hospitalis. Fuit antiqui moris tesseram dari hospitibus dimidiatam: quam quicunq; attulisset ad hospitem, continuò agnosci posset, & hospitio accipi, tanquam amicus & uetus hospes. Hoc autem ius necessitudinis ad posteros transibat: propterea tesseram hospitalem diligenter obseruabant. Plautus Pœnulo, 16. 84,
Ego sum ipsus quem tu quæris. P. hem quid audio?
A. Antidamæ gnatum me esse. P. si ita est, tam tesseram
Confer si uis hospitalem: eccam attuli.
A. Agedum, huc ostende, est par probè: nam habeo domi.
Ibidem, 15. 22,
— deum hospitalem ac tesseram
Mecum fero. Budæus.
Tesseram hospitalem confregisse dicebatur, qui ius hospitij uiolabat: hoc, ut ait Erasmus, qui sibi reditum in domum aliquā præcluserat. Plaut. Cist. 5. 27,
Hìc apud nos iam Alcesimarche confregisti tesseram.
Tessera, Figura geometrica, quæ & cubus uocatur: cuius meminit Macrobius lib. 1. Somnij Scipionis.
¶ Tessella, tessellæ (ἐμβλημάτιον) Diminutiuum à tessera. Plinius lib. 37. cap. 10. 6, Andromadas argenti nitorem habet ut adamas, quadrata, & semper tessellis similis. Plin. lib. 17. cap. 16. 3.
¶ Tessellatus, pen. prod. Adiectiuum, Quod tessellis, id est, paruis quadratis lapillis intextum est: à tesseris, quarum forma quadrata est. Suetonius de Cæsare, cap. 46, Munditiarum, lautitiarumq; studiosissimum multi prodiderunt: quamuis tenuem adhuc & obæratum, in expeditionibus tessellata & sectilia pauimenta circumtuliisse. Vitruuius lib. 7. cap. 1. scribit pauimenta sectilia, & tesseris structa, omnes angulos æquales habere debere: & sectilia dicuntur, quoniam in particulas secta sunt, ut quocunq; uelis, possint circumferri.
Erant & tessellatæ quædam tunicæ, tesseris quibusdam distinctæ. unde palliorum tesseras dixit Plinius libro 35. cap. 9. 5. Hermolaus.
¶ Tessérula, tesserulæ, pen. corr. (κυβίον) Aliud diminutiuū. Varro 3. de Re rust. cap. 5. 15, Narrat ad tabulam, quum decumberet, quendam deprehensum tesserulas conijcientem in loculum, eum ad Consulem tractum à fautoribus competitorum. Pers. Satyr. 5. 8,
— scabiosum tesserula fur Possidet.
Tesserula, siue tessera, Lignum utrinq; complanatum, in quo numeri describuntur, uel incisuris notantur: quod & talea dicitur. Plinius, Frumenti rationem tesserulis ostendebat. Persius Satyr. 5. 8.
Tesserulæ, Lapilli ad conficienda, sternendaq; pauimenta compositi. Cic. 3. de Orat. 94,
Quam lepidè laxeis compostæ, ut tesserulæ omnes
Arte pauimēto atq; emblemate uermiculato. Ex Lucilio.
¶ Tesserarius. tesserarij (συνθηματοφόρος) Qui tesseram, id est præceptum ducis per contubernia militum nunciat.
Tesseradecas, penult. corr. tesseradecadis, fœm. gen. (τεσσαρακαιδεκὰς) Quater dena dicitur: à Tessara, quatuor: & deca, decem.
Testa] testæ (πόκλος, ὄστρακον, λέπυρον, κέραμιον) Vas figlinum igne decoctum, quasi tosta: quòd è molli creta fabre facta torreatur, deinde coquatur. Tibull. lib. 1. eleg. 10. 10,
Funderet ut nato testa paterna merum. Plin. lib. 26, Si & testæ tusæ tertia pars addatur, melior materia erit. Horatius 1. epist. 2. 14,
Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem

Testa diu. Iuuen. Satyr. 4.14.
—testa alta paretur, &c.
Apta mero testa. Ouid. 2. Trist. 89.
Curta testa. Ouid. 2. Fast. 129.
Lubrica testa, Glacies. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 8.
Pia testa. Horat. 3. Carm. ode 21. 1.
Samiæ testæ. Vide Samos.
Ambulare cum testa. Author ad Heren. lib. 4. 147.
Fragmentum ossis. Cels. lib. 7. cap. 12, Ergo specillo conquirenda est testa quæ recessit, & uolscella protrahenda est.
Testæ, pro Calculis, quos Græci ostracos uocant.
Testa oui uel limacis. Plaut. Pœn. 17. 49.
Natiuæ testæ. Vide Nascor.
Testæ intelliguntur omnes pisces, quò duriori cortice teguntur. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 7,
Sed non omne mare est generosæ fertile testæ.
¶ Testula, testulæ, pen. corr. Diminutiuum (ὀστράκιον) Colum. lib. 11. cap. 3. 25, Tum testulæ uel conchæ quasi sedes in singulis subiectæ feminibus adobruuntur, ut fiant capita latioris incrementi. De capitatis porris.
Testulæ in stellam coniectæ. Liu. 5. bell. Pun. 15.
¶ Testaceus, Adiectiuum (ὀστρακώδης) Quod è testa fit. ut, Testaceum operimentũ. Plin. lib. 11. cap. 37. 28. Plin. iunior epist. 254. lib. 10, ad Traianum, de aquæ ductu Nicomedensium, Aliqua pars, ut mihi uidetur, testaceo opere agenda erit.
Testacea pyra, quæ etiã signina dicebãtur. Plin. lib. 15. cap. 15. 3.
Testamentum] testamenti. Vide Testor in Testis.
Testiculus] pen. corr. (ὄρχις, ἀδάτου) à teste Diminutum, Notæ significationis: tam in homine, quàm in brutis dicitur. Author ad Herenn. lib. 3. 128, Medicus testiculos arietinos tenens. Iuuenal. Satyr. 11. 16,
Nec pugillares deferri in balnea raucus, Testiculos.
Testis] huius testis, com. gen. (μάρτυς, ἴτυρ, μάρτυς, μάρτυρος) Qui testimoniũ profert. Ab eo dictus, quòd tueatur statum causæ: uel quòd ante stet, quasi antestis, id est antestans.
Testis, à quo testiculus, masc. gen. est: sic dictus, quòd uirilitatis testis sit. Plinius lib. 12. cap. 49. 2, Testes pecori armentoq; ad crura decidut.
Testibus præsentibus aliquid facere: cui contrarium, Clàm & furtim. Plaut. Curc. 2. 31.
Teste Herodoto, Quemadmodum refert Herodotus. Plinius lib. 12. cap. 17.
Sine teste dolere. Mart. lib. 1. 17,
Non luget, quisquis laudari Gellia quærit:
Ille dolet uerè, qui sine teste dolet. Seipsum exponit Martialis, quum dicit, quisquis laudari quærit. est enim testibus hominibus dolere, uelle uideri dolere.
Testis & conscius alicuius rei. Cic. pro Fonteio, 5.
Testis officij, uel rerum gestarum. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 7. Idem Post redit. ad Quirites, 13.
De re aliqua testis. Cic. de Prouinc. Consul. 36, Cn. Pompeius idẽ mihi testis de uoluntate Cæsaris & sponsor est illi de mea.
Testis in aliquam rem. Cic. 3. Verr. 25.
Acerrimi testes. Vide Acer adiectiuum.
Cupidus testis, iratus, coniuratus, ab religione alienus, &c. Cic. pro Fonteio, 10.
Falsus testis. Iuuenal. Satyr. 14. 22. Quint. lib. 2. cap. 17. 18.
Grauis & Leuis testis, Contraria. Cic. pro Quintio, 50.
Humiles testes. Quint. lib. 5. cap. 7. 15.
Incorruptus atq; integer testis. Cic. 1. de Fin. 107.
Ingens testis factus inimici. Vide Ingens.
Locuples testis. Vide Locuples in Locus.
Locupletissimus & certissimus testis. Cic. 5. Verr. 116.
Mercenarij testes. Vide Merces.

Oculatus testis. Vide Oculus.
Testis optimus. Cic. Antonio, lib. 5. 5. 4.
Potentes testes. Quint. lib. 5. cap. 7. 15.
Religiosus testis: hoc est, Fidelis, qui nihil præter ea quæ uidit aut audiuit, refert. Cic. in Vatinium, 1.
Viuus & præsens testis. Cic. 2. de Orat. 6.
Voluntarius testis. Quint. lib. 5. cap. 7. 7.
Abducere à testibus. Vide Abduco.
Testis abest somno. Ouid. 9. Metam. 97.
Accommodare testes ad rem aliquam. Vide Accommodo.
Adhibere testes. Vide Adhibeo.
Cædere testibus. Vide Cædo.
Citare testes in rem aliquam. Cic. 4. Verr. 103.
Citerũq; Salamis clarissimæ testis uictoriæ. Cicero 1. Officiorum, 106.
Colligere testes stultitiæ suæ quamplurimos domestico præconio. Cic. 2. de Orat. 48. Vide Colligo.
Comperire testibus. Vide Comperio.
Conducti uendunt periuria testes. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 8.
Constituere testes uel testem. Vide Constituo.
Constituere aliquem testem & spectatorem aliquarum rerum. Cic. 1. de Orat. 56.
Dare testes. Cic. 6. Verr. 42. Ouid. 1. Amor. eleg. 3. 5,
Fors me sermoni testem dedit. id est, Forte fortuna interuenit illorum sermonibus, & audiui loquentes.
Excitare testes ex monumentis annalium. Cic. 2. de Fin. 107.
Planum facere testibus. Cic. pro Quintio, 59.
Habere testem. Cic. 3. Offic. 57.
Iacere testibus. Vide Iaceo.
Imponere testem. Vide Impono.
Infirmare testes. Vide Infirmus.
Producere testes. Quint. lib. 5. cap. 7. 15. Cic. 3. Verr. 8.
Recitare suum codicem loco testis. Cic. pro Rosc. Comœd. 3.
Vti testibus. Cic. 2. de Diuinat. 41.
¶ Testimoniũ, testimonij (μαρτύριον, μαρτυρία, ἐπιμαρτυρία) Notæ significationis.
Amplissimum testimonium. Vide Amplus.
Diuina testimonia. Quint. lib. 5. cap. 7. 24.
Publicum testimonium. Quint. lib. 5. cap. 3. 1.
Accipere testimonium. Vide Accipio.
Accipere publicum testimonium. Vide Accipio.
Afferre testimonium. Vide Affero.
Capere testimonium, Facere coniecturam, uel habere existimationem. Cic. Sestio, lib. 5. 12. 9.
Confirmare aliquid testimoniis. Quint. lib. 1. cap. 8. 8.
Dicere testimonium de ambitu. Cic. pro Sylla, 6.
Dicere testimonium. Cicero 4. Acad. 145, Non tu uerum testem habere, sed eum non sine causa falsum testimonium dicere ostenderis.
Dicere testimoniũ de cõiuratione. Cic. pro Syl. 32. Vide Dico.
Dicere testimonium in aliquem. Quint. lib. 7. cap. 2. 39.
Dicere testimonium in aliquem & contra aliquem. Cic. 3. Verr. 67. & 3. de Nat. deor. 119. Quint. lib. 7. cap. 2. 39.
Dicere pro testimonio. Cic. ad Atticum, lib. 1. 11. 3. Vide præpositionem Pro.
Dare testimonium, Fidem facere. Cic. pro Qu. Rosc. 9, Dabit enim nobis iam tacitè uita acta in alterutram partem firmum & graue testimonium.
Dare testimonium per tabulas. Quint. lib. 5. cap. 7. 2.
Dare testimonium iudicij: pro, Iudicium facere de altero. Cic. ad Cæsarem, lib. 13. 17. 6.
Eleuare testimonia. Quint. lib. 5. cap. 7. 4.
Esse testimonio. Cic. ad Atticum, lib. 8. 163. 2, Cui rei testimonio sunt literæ quas Bussenius ad me misit.

Habere

Habere testimonium alicuius rei. Plancus Ciceroni, lib. 19. 9. 1. Et pro Rosc. Comœd. 21, Alia certiora & clariora testimonia in causa haberem.
Perhibere testimonium alicuius rei. Colum. lib. 3. cap. 9.
Reddere testimonium: pro, Perhibere & dicere. Quintilianus lib. 11. cap. 1.
Tribuere testamentum uirtutis alicuius. Cic. 5. Philip. 201.
Nomine deorum sancta testimoniorũ fides. Cic. pro Fonteio, 17.
¶ Testor, testaris, testatus sum (μαρτυρέω, μαρτύρομαι) testari, Testificari, siue testimonium dare, fidẽ facere, manifestò ostendere. Cic. 2. de Nat. deor. 209, Vtræq; autẽ crebræ, multæq; toto corpore intextæ uim quandam incredibilem artificiosi operis diuinitq; testantur. De uenis & arterijs.
Testa est gaudia cantu. Ouid. 8. Metam. 48.
Carmina testantia mores. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10. 9.
Testari, Testem inuocare. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 3. 3, Sed testor omnes deos, me hac una uoce à morte esse reuocatũ. Teren. Hecyr. 3. 5. 26,
Neq; culpa hoc euenisse disidium me, id testor deos.
Testor deos deasq; immortales, uestrasq; maximè mentes. Cic. antequam iret in exil. 18.
Superos testatus. Ouid. 2. Metam. 60.
Sydera testor. Virg. 9. Aeneid. 88.
Testari per. Plautus, Ipsus tetè per superos omnes testatur. Virg. 3. Aeneid. 120.
Testari deum de re aliqua. Cic. pro Cluent. 153.
Testari denunciare, ac palàm dicere: & nunc absolutè, nunc cũ accusatiuo iunctum legitur. Cic. pro Murœna, 71, Ego quod facio, &c. me omnium uestrũm causa facere clamo atq; testor. Idem 7. Philip. 229, Monebo, prædicabo, denunciabo, testabor semper deos hominesq; quid sentiam.
Voluntatem suam testari, eodem refertur. Florentinus in l. diuus Traianus. ff. de militari testamento, Si ergo miles, &c. conuocatis ad hoc hominibus, ut uoluntatem suam testaretur.
Testari, Affirmare. Tranquillus, Ne Marcum quidem Antonii inhonoratum transiuit: testatus quondam per edictum, tanto impensius petere se ut natalem patris sui Drusi celebrarent, quòd idem esset & aui sui Antonij. Budæus.
Vestari, Implorantis more obtestari. Cic pro Flac. 29, Vociferarer, & quantum maximè possem, cõtenderẽ, testarer publicanos, excitarem negociatores: uestram etiam conscientiam implorarem. hoc est, Tutam rem permitterem eorum testimonio & arbitrio. Budæus.
Implorare & testari. Cic. pro Sylla, 48.
Testari, Testamentum facere. Liu. 1. ab Vrbe, 152, Qui quum ignorans nurum uentrem ferre, immemor in testando nepotis decessisset, puero post aui mortem in nullam sortem bonorum nato, ab inopia Egerio inditum nomen.
¶ Testatus, pen. prod. (μεμαρτυρημένος) Participium, fluè Nomen ex participio. Cic. 6. Verr. 25, Quod quia uidisti plures scire, cogitasti, si ei reddidisses, te minus inuidiæ habiturum: rem nihilominus testatã futurã. id est, Notam & compertã.
Clara & testata res. Cic. 4. Verr. 136.
Abijcere rem testatam. Cic. pro Murœna, 42.
Amor testatus populo. Ouid. 3. Trist. eleg. 6. 1.
Probitas testata in omne tempus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 18.
Clarum, testatum, peruulgatum. Cic. 4. Verr. 72.
Si testata dici uidebuntur. Cic. in Part. 19. id est, Testimonijs firmata. Cic. 2. Verr. 19, Postremò ego causam sic agam iudices, eiusmodi res, ita notas, ita testatas, ita magnas, ita manifestas proferam, ut nemo à uobis ut istum absoluatis, per gratiam conetur contendere.
Actis populi Rom. testatum. Plin. lib. 8. cap. 40. 4.
Relinquere apud aliquem testatum. hoc est, Rem certam facere, & testimonijs comprobare. Cic. ad Ciceronem, lib. 2. 2. 4, Nihil religione testatum, nihil ueritate fundatum, nihil dolore expressum. Cic. pro Flacco, 20.
A testatore cui opponitur, Ab intestato. Vide Intestatus.
Testator, Comparatuum, Magis certum. Cicero pro Cælio, 51, Nam necesse est fuisse non paucos, ut & comprehendi Licinius facilè posset, & res multorum oculis esset testatior.
¶ Testatio, Verbale (μαρτύρησις) Quintil. libro 5 cap. 13. 38, Siquid ab aduersario, testationibus comprehensum, &c.
Redigere in testatum, Tabulas de re aliqua conficere. Vlpianus in l. 1. §. 2. ff. usufructuarius quemadmodum, &c. Rectè autem facient & hæres & legatarius, qualis ret fit, quum frui incipit legatarius, si in testatum redegerint: ut inde possit apparere, an & quatenus rem peiorem legatarius fecerit.
¶ Testator, testatoris, pen. prod. Verbale. Vlpian. in P. cum res. in prin. D. de legat. 1. Constat, rem ibi esse præstandam, ubi relicta est: nisi alibi testator uoluerit. Nam si alibi uoluit, ibi præstanda est, ubi testator uoluit.
¶ Testatrix, penult. prod. testatricis, aliud Verbale. f. g. Paulus in l. Titia. in princ. D. de legatis secundo, Quum Seius uina testatrice tesseram frumentariam ex causa lucratiua habere cœperit ibidem, §. qui ultimus, Paulus respondit, testatricem uideri in eo fidei commisso duos gradus substitutionis fecisse. Scæuola in l. pater filium. §. quindecim. D. de legatis tertio, Quibus permiserat testatrix uenundari. Vlpian. in l. Iuniano. D. eod. tit. Si modò hoc sensit testatrix.
¶ Testatò, Aduerbium. Vlpian. in l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. mandati uel contrà, Sed & si testatò conuenerunt debitorem, ut si ipse putaret, appellaret, &c.
Denunciare alicui testatò, Expressi & apertè prædicere. Vlp. in l. 1. §. licet autem. ff. de periculo & ratio. rei uend.
Testatò & Intestatò decedere, contraria. Paulus in l. fraudem. 2. ff. de iure fisci.
¶ Testamentum, testamenti (διαθήκη) Extrema uoluntas. Dictum, quòd sit uoluntatis nostræ uelati testimoniũ. Vnde & ultima uoluntas appellatur. Vlpian. in l. 1. qui testamentum fac. pos. Testamentum est uoluntatis nostræ iusta sententia, de eo quod post mortem fieri uoluerimus.
Libertas testamentorum. Quint. lib. 3. cap. 6. 61.
Subiector testamentorum. Cic. 2. in Catil. 30.
Improbum testamentum. Vide Improbus.
Inofficiosum testamentum. Vide Inofficiosus.
Cauere testamento. Vide Cauco.
Componere testamentum, Facere, & in ordinem redigere. Cic. ad Atticum, lib. 15. 328. 4. Vetus exemplar legit, testimoniũ.
Conscribere testamentum. Cic. de Arusp. resp. 59.
Si in testamento deducta scripta non sint. Cic. 2. de Legib. 80.
Facere testamentum. Cic. 3. Verr. 78, Multi testamenta eodem modo fecerunt.
Irritum testamentum facere. Cic. 2. Philip. 106.
Habere factionem testamenti. Cic. Trebatio, lib. 7. 22. 2.
Improbare testamentum. Vide Improbus.
Testamento tutorem instituti, uel fieri, aut creari. hoc est, Extestamento, uel per testamentum. Liu. 1. ab Vrbe, 157.
Mutare testamentum. Cic. pro Cluentio, 23.
Nuncupatum testamentum. Vide Nuncupo.
Obsignare testamentum. Cic. pro Milone, 36.
Relinquere testamento. Cic. 3. Offic. 125.
Resignare testamentum. Horat. 1. epist. 7. 2.
Ruptum & Ratum testamentum, contraria. Cic. 1. de Orat. 84.
Dolabellam uideo Liuiæ testamento cum duobus coheredibus esse in triente. Cic. ad Atticum, lib. 7. 128. 3.
Supponere & subijcere testamenta. Hoc est, falsò & dolosè deferre uel proferre. Cic. in Parad. 55, Si testamenta amicorum expectas:

expectas: aut ne expectas quidem, at ipse supponis. Et 4. Philip. 389, Subijcere testamenta.

¶ Testamentarius, Adiectiuum (διαθετικὸς) Quod ad testamentum pertinet, Vnde testamentariæ tabellæ, & testamentaria lex, quæ Cornelia dicitur, quæ irrogat pœnam ei qui testamentum uel aliud instrumentum signauerit, scripserit, recitauerit. Plin. lib. 33. cap. 2. 5, Quum Scipionis Africani transisset atrium, uidisseté; adoptione testamentaria Salutionis (hoc enim ei fuerat cognomẽ) Africatorum dedecore notam irrepentem Scipionum nomini.

¶ Testamentarius, Substantiuum (ῥᾴδιόργος) Qui testamenta falsa conficit & supponit. Cic. lib. 3. Offic. 9. 5, Neq; enim de sicarijs, ueneficis, testamentarijs, furibus, peculatoribus hoc loco disserendum est. Idem pro Sestio, 31.

¶ Testamentarium (διαθηκογράφος) Notarius, confector & scriptor testamentorum. Callistratus ad legem Corneliam de falsis, l. diuus, Si quis duobus hæredibus instituti adiecerit, ut si alter hæres sine liberis decessisset, ei qui superesset, & liberos haberet, hæreditas redderetur, uel si sine liberis uterq; decessisset, ut hæreditas deinde alia manu scriptori testamenti restitueretur, placet testamentario pœnam legis Corneliæ remitti. Ibidem Paulus, l. impuberem, Si testamentarius seruo fideicommissariam libertatem dederit, uideamus ne id extra pœnam sit. Budæus.

¶ Testificor, pen. cor. testificaris (διδαμαρτυρέω) testificari, Testari, attestari, notũ facere, uel testibus firmare. Cic. 4. Tusc. 88, Nos autem, ut testificor sæpe, de sapiente quærimus.

Testificor, me à te rogatum. Cic. in Orat. 19.

Testificor me expertem belli fuisse. Cic. Attico, lib. 8. 153. 2.

Testificari sententiam suam. Cic. Attico, lib. 8. 145. 3.

Testificari aliquid cum summa hominum frequentia. Cicero 7. Verr. 14.

Testificari deum: pro, Testari, & testimonium inuocare. Cic. Attico, lib. 10. 201. 1.

¶ Testificatus, pen. prod. (μαμαρτυρημένος) Participium. Cic. ad Atticum, lib. 1. 12. 10, Illud ineſt tamen commodi, quòd & mihi & cæteris amicis tuis nota fuit, & abs te aliquando testificata tua uoluntas omittendæ prouinciæ.

Lingua testificata deam, Quæ deam iurauit. Ouid. epist. 10. 27.

Statim testificati discèderent. Cic. pro Cecinna, 33.

¶ Testificatio, Verbale (διαμαρτύρωσις) Approbatio, quæ testibus, uel multis testimonijs fieri solet. Cic. de claris Orat. 151, Quinetiam memini, quũ accusatione sua Quinto Gellio crimini dedisset, sibi eum uenenum parauisse, idq; à se esse deprehensum, soleq; chirographa, testificationes, indicia, quæstiones, manifestam rem, deferre diceret. Idem ad Lentulum, lib. 1. 15, Cum summa testificatione tuorum in se officiorum.

Testu] πλίνθων. Varro de Lingua Latina, indeclinabile pro Testa posuit.

¶ Testuacum, testuacei (πλινθευτὸς) Quod in testu calido coquebatur, ut ait idem Varro lib. 4. de Ling. Lat. condimentum ex uarijs esculentis: à testu, sub quo calido coquitur.

Testudo] pen. prod. testudinis, fœm. gen. (χελώνη) Animal tardigradum: sic dictum, ut ait Varro, quòd testa tegatur Plinius libro 9. cap. 10. 3, Dentes non sunt testudini, sed rostri margines acuti, superna parte inferiorem claudente, pyxidum modo. In mari conchylijs uiuunt, tanta oris duritia, ut lapides comminuant. In terram egressæ, in herbis pariunt ouа, autum ouis similia, ad ducenta numero. Eáq; defossa extrà aquas & cooperta terra, ac patula corpore, & complanata, incubant noctibus. educant fœtus annuo spacio. Cic. 2. de Nat. deor. 184.

Testudo, Machina bellica, erat autem materia tabulatis cõtexta, & corijs cilicinis aut centonibus, & alijs quæ difficultèr comburi possunt, contecta. Hæc intrinsecus habet trabem, quæ unco præfigebatur ferreo, & falx uocabatur, ab eo quòd incuruata esset, & de muro extraheret lapides. Retrò enim ducebatur trabs funiculis suspensa, ut reducta impetuosius feriret: ideoq; & testudo dicta, à similitudine reptilis, quòd caput nunc exerat, nunc reducat. Silius lib. 1. 73,

Tandem condensis arcẽ testudinis armis, &c.

Hoc etiam instrumentum arietem appellant, ab eo quòd aries fronte pugnat. Cæsar 5. bel. Gal. 156, Reliquisq; diebus turres ad altitudinem uallí, falces testitudinesq;, quas iisdem captiui docuerant, parare ac facere cœperunt. Virgil. 2. Aeneid. 88,

—obsessumq; acta testudine limen. Lucan. lib. 3. 95,

Vt tamen hostiles densa testudine muros
Tecta subit uirtus, &c. Stat. 10. Theb. 105,
Scrutaturq; cauas cæca testudine turres.

Testudo (ἀμφίβασις) Continuata scutorum series, curuata in formam testudinis. Liu. 10. ab Vrbe, 145, Galli testudine facta, conferti stabant. Cæsar 5. bell. Gall. 38, At milites legionis septimæ testudine facta, & aggere ad munitiones adiecto, iocum cœperũt. Liuius, Ipse scalas ferri ad muros ab omni parte muri iussit, ac testudine ad portas successit. id est, Contexnata scutorũ crate super capita. Idem 4. Maced. 152. Virg. 9. Aeneid. 105,

—quum tamen omnes
Ferre libet subter densa testudine casus.

Testudo, alia significatione apud Celsum legitur, in l. Labeo. ff. de supellectile leg. Nam fictili, aut lineæ, aut æreæ deniq; supellectili utebantur: nunc ex ebore atq; testudine & argento, iam ex auro etiam atq; gemmis supellectili utuntur.

Testudo, pars citharæ. Cic. 2. de Nat. deor. 217, Quocirca & in fidibus testudine resonantur, aut cornu: & ex tortuosis locis & inclusis soni referuntur ampliores. Testudinem organum, testudinis animalis formam habere docet Cicero de Diuinat. Budæus.

Acuta testudo. Martial. lib. 13. 86.

Blanda testudo. Claud. 8. Paneg. 50.

Callida testudo resonare septem neruis. Horat. 3. Car. ode 11. 1.

Caua testudo. Horat. Epod. 14. 2.

¶ Testudines (κλίσιαι, ὁδοί, τοῖχοι) Loca dicuntur in ædificijs camerata, ad similitudinem aquatilium testudinum, quæ duris tergoribus sunt & incuruis. Virg. 1. Aeneid. 102,

Tum fornicibus diuæ, media testudine templi:

Varro 3. de Re rust. cap. 5. 1, Igitur testudo (ut peristylum tectum tegulis, aut rete) sit magna, in qua milia aliquot turdorum ac merularum includere possint. Virg. 2. Georg. 92,

Nec uarios inhiant pulchra testudine postes.

Thalami culti testudine. Ouid. 2. Metam. 148.

¶ Testudineatus, pen. prod. Adiectiuum (ἀψιδωτὸς) Quod concauum & incuruum est, testudinis more. Colum. lib. 12. cap. 15. 2, Testudineatum tectum. Plin. lib. 33. cap. 11. 7, Sed & testudineatum in usum uenisse.

¶ Testudineus, Adiect. (καμαρωτὸς) Quod est testudinis.

Testudineum Hexaclinon, Opere testudineato factum: nam id antiquis summo in precio fuit. quod opus Carbilius Pollio primus instituit. Martial. lib. 9. 62.

Testudineus gradus: id est, Tardus. Plaut. Amphit. 15. 53.

Testus] huius testus, masc. gen. (πλίνθων) Tegmen testaceũ, sub quo placentæ & alia coquuntur. Cato, In foco calido sub testu coquitur leuiter. Idem cap. 84, Vbi bene omnia commiscueris, in catinum indito: catinum testu operito.

Testum etiam dicitur, neutro gen. Plin. lib. 32. cap. 7. 15, Sub æreo testo. Hoc Græci uocant clibanum: unde Panis testaceus apud

apud nos dicitur, quem illi clib. anitim.

Testuaceus] Adiectiuum. Vide Testu.

Tetanicus] pen. corr. Adiectiuum (τετανικὸς) Tetanicus autem dicitur, qui eo morbo laborat, qui tetanus Græcis dicitur: nempe quum musculi qui secundum spinam sunt, rigent ita, ut se inflectere non possint. Id quum anterior pars afficitur, ut si mentum pectori annectitur, emprosthotonus: quũ posterior, opisthotonus, ut si caput scapulis. quũ uerò ambæ rigent ex æquo, tetanos uocatur: ut si ceruix recta & immobilis intenditur. etiam si, ut ait Celsus lib. 4. cap. 3. quidam minus subtiliter & discretè his nominibus utuntur. Plin. lib. 23. cap. 7. 10, Datur tetanicis & spasticis. Ibidem, cap. 1. 35, Neq; in opisthotono, tetano, nec singultientibus, nec si cum febre dispnœa sit.

Tetanothra] pen. prod. dicuntur, quæ uim habent erugandi & lenigandi cutem. Plin. lib. 32. cap. 7. 7, Vtilem eam in capitis doloribus affirmant, & tetanothris.

Tetartæus] Adiect. (τεταρταῖος) Quartanus. Colum. lib. 3. cap. 20. 3, Quod deinde proximum à primo, tum quod est tertiæ notæ uel quartæ, quodq; eatenus uelut lectarũ quoddam contenti simus tetartæo. De generibus uitium.

Tetartemorion] τεταρτημόριον, Græca dictio, quadrantẽ significans: qua dictione utuntur, qui de uarietate nascendi præcepta tradunt, quòd dum annorum summa colligitur, quater extrahi & quater multiplicari debet. Plin. lib. 7. cap. 49. 1, de uarietate nascendi, Durat & ea ratio, quam Petosiris ac Necepsos tradiderunt, & tetartemorion appellant, à trium signorũ portione, qua posse in Italiæ tractu CXXVI. annos uitæ contingere apparet.

Teter] tetra, tetrum (δύσοσμος) Quod est malum, fœdum, & pollutum, crudele, & iniquum: tum ad mentem pertinẽs, tum ad cæteros sensus. ut, Bellua tetra, teterrimus hostis teterrima mens. Plaut. Mostel. 3. 139,

Nullum ædepol hodie genus est hominum tetrius.

Absynthia tetra. Vide Absynthium.

Aqua teterrima. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 2.

Tetra & immanis bellua. Cic. 4. Tuscul. 68.

Cadauera tetra. Lucret. lib. 2. 84.

Causa teterrima belli. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 22.

Colores tetri fœda specie. Lucret. lib. 2. 85.

Cruciatus teter. Cic. 2. de Finib. 151. Ex poeta.

Discordia tetra. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 12.

Facinus tetrum. Senec. Thyest. 8. 32.

Homo teter. Sulpitius ad Ciceronem, lib. 4. 12. 6, Ita uir clarissimus ab homine teterrimo acerbissima morte est affectus. Vetus codex habet, deterrimo.

Hyems teterrima. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 15. 2.

Libido tetra. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 7.

Morbus teter. Catul. de Lesbia, 71. 5.

Nox terra nimborum. Lucret. lib. 4. 35.

Odor teter. Colum. lib. 7. cap. 5. 16. Virg. 3. Aeneid, 46.

Ore tetro spirans flammas. Lucret. lib. 2. 141.

Sanguinis tetri profluuium. Lucret. lib. 6. 243.

Sapor teter. Lucret. lib. 6. 5.

Sententia tetra. Cic. ad Quint fr. at. lib. 2. 10. 7.

Spiritus teter. Horat. 3. Carm. ode 11. 4.

Tenebræ tetræ. Cic. 2. de l. Agraria, 51.

Vlcera tetra. Lucret. lib. 5. 199.

Perditorum teterrimus. Cic. 1. Tusc. 127.

Teter in aliquem. Cic. 1. Tuscul. 153.

¶ Tetrè, tetrius, teterrimè (δυσωδῶς) Aduerbium. Cic. 1. de Diuin. 108, Multaq; facere impurè ac tetrè cum temeritate & impudentia. Idem pro Domo sua, 81, Quòd seuerè de religione decerneret, impurissimè, teterrimeq; uiolasti?

¶ Tetritudo. Acc. Philoct. Quod te obsecro, ne hæc aspernabilem tetritudo mea in occulto faxit. Nonius.

¶ Tetro, tetras, tetrare, Fœdare, horridum obscurúmue facere. Pacuuius in Peribœa, Belluarum ac ferarum aduentus ne teneret loca. Nonius.

Tethys] huius Tethys & Tethyos, datiuo Tethyi (τέθυι) Cæli & Vestæ filia, coniunx Neptuni, & Nympharũ mater, ut ait Sallustius. At Ouid. lib. 5. Fast. 17, uidetur sentire illã fuisse Titani filiã, qui fuit Saturni frater, natu maior. Ait enim,

Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn. Vnde & Oceani uxorem illam fuisse constat, quæ quandoq; pro mari ponitur. Tethys autem maior filia fuit Cæli & Terræ. Catul. de coma Berenicis, 61. 14.

Aequora Tethyos. Lucan. lib. 3. 47.

Antra sonantia Tethyos. Stat. 1. Achil. 108.

Cana Tethys. Ouid. 2. Fast. 39,

—canamq; petit Saturnia Tethyn.

Grandæua Tethys. Valer. 2. Argon. 8.

Reciproca Tethys. Silius lib. 3. 12.

Vaga Tethys. Lucan. lib. 6. 14.

Tetra] à tetrata Attico, pro tessara, quod quatuor significat. nam nisi in compositis Græcis dictionibus reperitur.

¶ Tetracolum, tetracoli (τετράκωλον) Sunt antè tetracola conuersiones quatuor membris comprehensæ, ut tricolis tribus: quæ tum sunt elegantissima, cùm paria paribus relata habent. Seneca, Et illud tetracolo: seruiebat forum cubiculo, prætor meretrici, carcer conuiuio, dies nocti. Iterum, Hanc ideo sententiam retuli, quia & in tricolis, & in omnibus huius generis sententijs, curamus ut numerus constet, non curamus ut sensus. Idem Seneca alio loco, quatuor primi nominis declamatores, primum tetracolum per translationẽ uocat, ubi ait, Nulli non post primum tetracolum præferendum. Ex Turnebo.

Tetradoron] pen. prod. (τετράδωρον) Quatuor palmorum. Plinius lib. 35. cap. 14. 3. Vitruuius lib. 2, ita quod est quoquouersus quinq; palmorũ, pentadoron: quod quatuor, tetradoron dicitur.

¶ Tetradrachma, tetradrachmæ, uel tetradrachmum tetradrachmi (τετράδραγμα) Nummus quaternas ualens drachmas. Liu. 4. bell. Maced. 193, Ad hoc clypei argentei decem, signati argenti octoginta quatuor millia fuêre Atticorum: tetradrachmam uocant: trium ferè denariorum in singulis argenti est pondus. Ibidem, 7. 189, Prælata sunt in eo triumpho signa militaria ducenta triginta: & argenti infecti tria millia pondo, signati tetradrachmũm Atticũm centum tredecim millia. Cassius ad Ciceronem, 12. 13. 13, Nam iam ternis tetratrachmis triticũ apud Dolabellam est, nisi quid nauibus Laodicenorum supportârit, citò fame pereat necesse est. Famem instantem significat ex caritate frumenti, quum medimnus duodenis drachmis uæniret: id est, seni modij Romani & semisextarius noster ducato uno. Budæus.

¶ Tetragonus, pen. prod. siue tetragonum (τετράγωνος) dicitur quadrangulare, siue quadratum.

¶ Tetragrammaton, penult. corr. (τετραγράμματον) genitiuus pluralis: id est, Quatuor literarum: ut, Nomen tetragrammaton.

¶ Tetrameter, tetrametri, pen. corr. Quatuor, metra seu mensuras habens. Versus dicitur tetrameter, qui quatuor habet mensuras, hoc est, pedes octo. Vnde & Octonarius dicitur ab Latinis, & Quadratus, & longissimus.

¶ Tetrans, tetrantis, masc. gen. Quatuor partes. Vitruuius libro 10. cap. 11, In capitibus circino diuiduntur circinationes eorum tetrantibus in partes quatuor, uel octantibus in partes octo ductis lineis, &c. In tetrantes & octantes dicuntur

cuntur diuidi circinationes, siue rotundationes, quum in partes quatuor aut octo diuiduntur, ductis à centro ad circumferentiam comparibus lineis, ut æqualia relinquantur spacia. Eádem forma dicitur Tetrans, qua & Dodrans.

¶ Tetrapharmacon, pen. corr. (τετραφάρμακον) Cibi genus, quod ex quatuor preciosis obsoniis constabat, phasiano, sumine, perna, & cruſtulo.

¶ Tetrapharmacum, pen. corr. unde Tetrapharmacũ emplastrum. Celsus libro 5. cap. 19, Puri autem mouendo non aliud emplastrum melius, quàm quod expeditissimum est, tetrapharmacon à Græcis nominatur. Habet pares portiones ceræ, picis, resinæ, seui taurini: si non est, ultimi. Dicitur & Basilicum emplastrum, teste Galeno lib. 3. cap. 1. de Compositione pharmacorum secundum locos. Basilicum quidem, siue regium, quòd apud maximos & præstantissimos quosq; homines in usu esset.

¶ Tetrapolis, pen. corr. (τετράπολις) dicta est Antiochia regio cognominata, ut ait Strabo lib. 16. in qua sunt quatuor insignia oppida.

¶ Tetraptotum, pen. prod. (τετράπτωτον) Nomen dicitur quod per quatuor casus uariatur: ut spes, spei, spem, spe.

¶ Tetrarcha, tetrarchæ (τετράρχης) Qui partem regni quartam detinet. Cic. ad Atticum, lib. 2. 24. 4. Qui regna, qui prædia tetrarchis, qui immanes pecunias paucis dederunt. Lucan. lib. 7. 46,

——ficci sed plurima campi
Tetrarchæ, regesq; tenent, magnique tyranni.

¶ Tetrarchia, tetrarchiæ, (τετραρχία) Huiusmodi principatus. Cic. 1. de Diuinat. 52, Tetrarchiæ regno pecuniaq; multatus. Idem pro Deiotaro, 29, Negat unquam se à te in Deiotari tetrarchia pedem discessisse.

¶ Tetrastichon, pen. corr. (τετράστιχον) Græcis dicitur, quum tantum quatuor uersibus sententia comprehenditur: ut distichon, quum duobus. Martial. lib. 7. 84,

Quòd non insulsè scribis tetrasticha quædam, &c.

Tetri[cus] pen. corr. uel Tetrica (τέτρικος) Mons in Sabinis asper atq; arduus. Virg. 7. Aeneid. 143,

Qui Tetricæ horrentes rupes, montemq; Seuerum,
Casperiam colunt. A' quo monte,

¶ Tetrici (στυφρωποί) dicti sunt homines, tristes & seueri. Martial. lib. 6. 10,

At quàm non tetricus, quàm nulla nubilus ira,
Quàm placido nostras legerat ore preces? Colum. lib. 8. cap. 11. 1, Pauonum educatio magis urbani patrisfamiliæ, quàm tetrici rustici curam poscit.

Lustra tetrica. Stat. 9. Thebaid. 123.

Puellæ tetricæ. Ouid. 1. de Arte, 145.

¶ Tetricitas, pen. corr. tetricitatis (στυφρωπασμὸς) Ouid. ad Pisonem, 21,

Talis ineſt habitus, qualem nec dicere mœstum,
Nec fluidum, læta sed tetricitate decorum Possimus.

Tettigometra] pen. prod. (τεττιγομήτρα) Cicadarum matrix: ut Ortygometra, coturnicum.

Teuca] τεύκη, Regina Illyricorum, quæ ob castitatis meritum meruit, ut longo tempore uiris fortissimis imperaret, & Romanos sæpe frangeret. Hæc, ut author est Plin. lib. 34. cap. 6, P. Iunium, & T. Coruncanum, legatos summa Romanorum iniuria interemit.

Teucer] uel Teucrus (τεῦκρος) Scamandri Cretensis filius, in Troade unà cum Dardano genero regnauit: unde Ilienſium regum fluxit origo.

Maximus pater Teucrus. Virg. 3. Aeneid. 22. Alter fuit Telamonis filius ex Hesiona Laomedontis regis filia, & Priami sorore. Is Salamina Cypri cõdidit, ut testatur Iustinus lib. 44.

Horat. 4. Carm. ode 9. 4,

Primus ue Teucer tela Cydonio Direxit arcu.

Hic ab Homero sagittis peritissimè usus, ut inquit Acron, inducitur. Fuit & Teucer, quidam Cyzicenus, qui scripsit de terra quæ profert aurum: de Cynicenorum rebus: aliaq; complura, à Sulda commemorata.

¶ Teucer, Possessiuum (τευκρὸς) Idem quod Troianus: ut est apud Virgilium.

Campi Teucri. Stat. 1. Achil. 18.

Teucria] Teuciæ, (τευθεία) Virg. 2. Aeneid. 6,

Ergo omnis longo soluit se Teucria luctu.

Teucris] huius Teucridis, pen. cor. f. g. Teucri filia. Cic. Attic. lib. 1. epist. cuius initium, Et mea sponte: Teucris illa lentum sanè negociũ. hoc est (ænigmate enim loquitur) C. Antonius collega meus, olim cum L. Catilina ita cõiunctus, ut illi regnũ consul non aliter quàm Teucri filia Dardano cõparare posse crederetur: ita porrò libidinosus, ut Teucris potius quàm Teucer sit appellandus.

Theuchitis] τευχῖτις, unci species. Plin. lib. 21. cap. 10. 9.

Teucrion] τεύκριον, Herba. Plin. lib. 25. cap. 5. 7, Inuenit & Teucer eadẽ ætate teucrion, quã quidã hemion uocant, sparsentem uncos tenues, folia parua, asperis locis nascentẽ, austero sapore, nunquam florentem: Neq; semen gignit. Medetur lenibus. Constat; sic inuentam: Quum exta super eam proiecta essent, adhæsisse lieni, eumq; eximaisse. Ob id à quibusdam splenion uocatur. Narrant sues qui radicem eius edunt, sine splene inueniri. Idem lib. 24. cap. 15. 1, Chamædrys herba est, quæ Latinè trissago dicitur. Aliqui eam chamædropem, alij teucrion appellauêre. Folia habet magnitudine mentæ, colore & diuisura quercus.

Teuderiũ] τευδέριον, Ptolemæo lib. 2. cap. 11, urbs Germaniæ: hodie Padeburna, uulgò Badborn.

Teumesus] pen. prod. (τευμισσὸς) Mons Bœotiæ, à quo Ieo Teumesius dictus, inauditæ magnitudinis, qui omnibus terrori erat: quẽ Hercules adhuc penè puer occidit, eiq; pellem detraxit, qua postea pro pallio semper usus est. Est etiã hoc nomine fluuius, & regio, & paruulum oppidum in Thebanis finibus. Hoc, Ieo à Ioue in cælum translatus dicitur, ut gloriæ Herculis consuleret, qui eum inermis occiderat.

Amnis Teumesius. Stat. 9. Thebaid. 63.

Cornus Teumesia. Stat. 2. Thebaid. 125.

Leo Teumesius. Stat. 4. Thebaid. 18.

Teutates] pen. prod. (τευτάτης) lingua Gallica dictus est Mercurius, qui ab illis humano sanguine placabatur. Hunc Plato inuentorem fuisse Geometriæ & Astronomiæ atq; talorum scribit. Lucan. lib. 1. 88,

Et quibus immitis placatur sanguine diro
Teutates, horrensq; ferisq; altaribus Hesus.

Vide Lactantium lib. 7.

Teutha] τεύθη, Vide Teuca.

Teuthalis] pen. corr. theudalidos (τευθαλὶς) Herbã, quam alij à frequentia geniculorum polygonaton appellant, alij polygonon. Plin. lib. 27. cap. 12. Vulgus nostrum, centimodiam & sanguinariam & geniculatam appellat.

Teuthis] Quidam ex Græcorum principibus, qui ad Troiam nauigaturi in Aulide conuenerunt: qui cùm fortè ab Agamemnone dissideret, atq; ob id retrò se in patriam uellet recipere, Mineruam dissuadentem, atq; adeò remorantem hasta uulneranit.

Teuthrania] τευθρανία, Plinio lib. 5. cap. 3. Regio est supra Aeolida & partem Troadis in mediterraneo, quam Mysi antiquitùs teniuêre. Stephanus Teuthraniam à Teuthrante dictam esse censet. Hinc,

Teuthras] Teuthrantis (τεύθρας) rex Misiæ, quem Stephanus

phanus & Eustathius patrem Thespij dicunt, filium Pandionis: quorum sententiam Ouidius secutus uidetur, quum Teuthrantiam turbam Thespij quinquaginta filias ab Hercule compressas innuit, epist. 9. 11. Alij autem Teuthrantiã turbam non ab auo Teuthrante, sed à Teuthranto Atticæ oppido dictam esse uolunt: ubi admiranda pictura uisebatur, ut hæc ab Hercule gesta erant ad quam uisendam Germanicus Cæsar suo carmine descendisse se testatur.

¶ Teuthranteus, penult. prod. Adiectiuum (τευθραντεὺς) Ouid. 2. Metam. 4. 9,

Pencusq; senex, Teuthranteusq; Caycus.

Teutoni] penult. corrept. (τεύτονοι) Qui & Teutones & Teutonici dicuntur. Plinio libro 4. cap. 14. Germaniæ populi fic dicti à Teutone deo, quem terra ortum existimabant. Lucan. lib. 6. 51,

Cantaber exiguis aut longis Teutonus armis.

¶ Teutonicus, pen. corr. Adiectiuum (τευτονικὸν) ut, Teutonici capilli, quales Teutones gestare solent: hoc est, flaui. Martial. lib. 14. 26. Propert. lib. 3. eleg. 3. 9,

——& Teutonicas Roma refringat opes.

Furor Teutonicus. Lucan. lib. 1. 53.

Teutosagi] Vide Tectosages.

Texo] texis, texui uel texi, textum (ὑφαίνω, ἐργάζομαι, δομαίνω, ἐπιτίχομαι) texere, Struere, componere, concinnare, construere: quod propriè de tela dicitur. Terentius Heaut. 2. 3. 44,

Texentem telam studiosè ipsam offendimus.

Vestes texere. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 12.

Ea tela texitur, & ea uiuendi ratio incitatur in ciuitate, Prouerbialiter à Ciceronе dictũ: pro, id iam in ciuitate passim fieri conspicitur. Cic. 3. de Orat. 125.

Piscellam texit bibisco. Virg. eclog. 10. 15.

Flores texere. Ouid. 10. Metam. 25.

Basilicam texere, Construere: metaphoricè dictum. Cicero ad Atticum, lib. 4. 86.

Carina texitur suis costis. Ouid. epist. 15. 22.

Nauigium texere, Construere. Plin. lib. 13. cap. 11. 5.

Nidos texere. Quintil. lib. 2. cap. 16. 9.

Sepes texendæ. Virg. 2. Georg. 75.

Togam texere dicui, per translationem. Cicer. ad Cælium, lib. 2. 15. 19, Sed tamen togam prætextã texi Oppio. Interpres, texi ornaui interpretatur.

Causas texere lethi. Propert. lib. 3. eleg. 7. 6.

Epistolas texere, Ornare. Cic. ad Pætum, lib. 9. 21. 3.

Texere opus. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 21. 2.

Plagas texere. Cic. 4. Acad. 26. 4. Vt quum plus uno uerum esse non possit, iacere necesse sit tot, tam nobiles disciplinas, quàm de oculorum sensuumq; reliquorum mendacijs, & de sorite, aut pseudomeno, quas plagas ipsi contra se Stoici texuerunt.

¶ Textus, Participium (ὑφασμένος) Virgil. 2. Aeneid. 37.

Adamas textus. Vide Adamas.

Iter textum cæcis parietibus. Virgil. 5. Aeneid. 118.

Textus, huius textus (ὑφασμα) Plin. lib. 9. cap. 35. 13, Alterno textu fulgentibus, toto capite crinibus, &c. Idem lib. 18. cap. 7. 11, Grana in stipula crimito textu spicantur.

¶ Textum, texti (πλέγμα) Martial. lib. 5. 114,

Et dona matrum uimineo ferunt texto.

Textum orationis, pro Stylo. Quintil. lib. 9. cap. 4, Neque illud in Lysia dicendi textum tenue atq; rasum, lætiorib. numeris erat corrumpendum.

Illustre textum. Stat. 6. Thebaid. 74.

Purpura nempe mihi, preciosaq; texta dabuntur.

Ouid. epist. 16. 44.

Pinea texta carinæ. Catull. Argon. 59. 2.

Clypei non enarrabile textum. Contextura, uel scriptura. Virgil. 8. Aeneid. 124.

¶ Textilis, & hoc textile, pen. corr. (ὑφαντὸν) Quod textũ est. Cicero 5. Tusc. 86, Collocari iussit hominem in aureo lecto; strato pulcherrimo, textili stragulo, magnificis operibus picto. Virgil. 3. Aeneid. 97,

Textilibusq; onerat donis.

Textilia serta. Martial. lib. 6. 80.

Textilis uestis, ante cuius usum fuit nexilis uestitus. Lucretius lib. 5. 27,

Nexilis antè fuit uestis, quàm textile tegmen.

Auro textili fulgens monile. Senec. Medea, 7. 29.

Textilis pictura, quæ in tapetis fieri aut tela solet. Cicero 6. Verr. 2.

Textilis pestis. Cic. 2. Tusc. 32.

Textilis umbra palmitis, Quæ multis palmitibus intertextis fit. Mart. lib. 12. 27.

Textile, Substantiuum. Liu. Decad. 5. lib. 5. 14. 4, Nauigia onerata Macedonicis spoliis, non insignium tantùm armorum, sed etiam regiorum textilium. Ibidem, Tabulæ pictæ, textilia: tantum argenti, cælati tantum auri, &c.

¶ Textor, textoris, masc. gen. (ὑφαντὴς, ἐργάτης) Qui texit. Cic. pro Plancio, 51. Si pro fabro, aut pro textore emimus. Iuuenal. Satyr. 9. 3,

——pingues aliquando lacernas
Munimenta togæ, duri, crassiq; coloris,
Et malè percussas textoris pectine Galli.

¶ Textris, textricis, penult. prod. fœm. gen. (ὑφάντρια) Quæ texit. Tibull. lib. 2. eleg. 1. 13,

Atq; aliqua assiduè textrix operata Mineruam
Cantat.

¶ Textura, texturæ, pen. prod. (ἱστουργία) Opus, siue actus ipse texturis uel textricis.

Tenuis textura. Lucret. lib. 3. 43.

¶ Textrina, textrinæ, pen. prod. (ἱστουργεῖον) Locus in quo texitur. Cic. 6. Ver. 52, Nulla domus in Sicilia locuples fuit, ubi iste non textrinam instituerit.

¶ Textrina (ὑφαντικὴ) Ars seu scientia texendi. Plin. lib. 11. cap. 24. 3, Quàm non ad hoc uidetur pertinere cribratæ pexitas telæ, & quædam politura artis, ipsa per se tenax ratio textrinæ. Vetus exemplar sic habet, Et quadam polituræ arte, ipsa per se tenax ratio tramæ?

¶ Textrinum, textrini, pen. prod. (ὑφαντεῖον) Locus in quo texitur. Cic. 6. Verr. 91, Quod tamen isti textrinum per triennium ad muliebrem uestem conficiendam fuit.

Textorium, Adiectiuum. Seneca epist. 114, Textorium, inquis, me hercule totum istud est: quo quum maximè agitur, disilio risu.

Textiuilitium] Vide Titiuillitium.

T H

Thais] θαΐς, Alexandrina, nobilis meretrix fuit, quæ Atticã iuuentutem in sui amorem pellexit. Hanc suis carminibus celebrauit Menander, comicus poeta Græcus: unde & Menandrea dicta est. Propertius lib. 2. eleg. 6. 1. Dictam putant nonnulli à pauone ταὼς ὁ, καὶ ταώσος, ὁ, Pauo. Alij malunt dictam quasi Daidẽ, d uersa in th. Dais Latinè fax dicitur, à uerbo Δαΐω, accendo, uro. Ad quod uidetur alludere Parmeno Terentianus Eunuch. 1. 2,

Accede ad ignem hunc: iam calesces plus satis.
Ignem uocat Thaidem, cuius amore Phædria urebatur. Fuit & Thais altera, à diuo Paulutio admonita, quæ relicto meretricio, sancta mulier euasit. Nam ignotus ad eã ingressus, secretum petebat magis ac magis: illa uerò dicẽte,

neminem niſi Deum poſſe conſpiccre.ille ſumpta hac occaſione, ad Dei metum ac religionem, eam ſit exhortatus, qui poſſet etiam occulta conſ ic ri & plect re. Volaterranus lib.20.

Thalamæ] θαλάμαι, Vrbs Meſſeniæ, teſte Stephano, Piſtiphaes templo & oraculo nobilis: ut docet Plutarchus in Agide Hinc fit gentile Thalamata, θαλαμάτις.

Thalamegus] ſ g.pen. prod. quia Græcis per o ſcribitur: eſt nauis à Philopatore Aegyptio rege primùm fabricata, qua Nilũ & Aegypti foſſas nauigaret,eo uſu,ut intra thalamum in regia ſibi eſſe uideretur , magnitudine ſeſtadij , latitudine cubitorum triginta & amplius: nec longis nauibus,nec rotundis omnino ſimilis , prora puppiq; duplici,fundo lato planoq;. Strabonis interpres lib.7.thalamiferas naues haſce appellauit , quibus Aegyptij frequenter uterentur ſolatij cauſa, Oblectantur,inquit, mirum in modum in ſcaphis thalamiferis. ἐν σκάφεσι θαλαμηγοῖς: ſic enim habent Græca. Suetonius in Cæſare,cap.52, Dilexit maximè Cleopatram,cum qua & conuiuia in primam lucem ſæpe protraxit, & eadẽ naue Thalamẽgo penè Aethiopia tenus Aegyptum penetrauit.

Thalamus] thalami,pen.corr.maſ.gen.(θάλαμος,παγὸς) Coniugis utriuſq; cubiculum. Virg.9. Aeneid.56, Ferreiq; Eumenidum thalami. Sæpe autem apud poetas pro ipſo coniugio ſumitur.

Certamen thalami.Ouid.10.Metam.64.

Conſors thalami,Coniux,Vxor uel marītus. Ouidius 10. Metam.50.

Cultus thalamus ebore & teſtudine. Ouid.2. Metam.148.

Geniales thalami. Claud.2.in Ruffin.20.

Iugales thalami. Valer.1. Argon.46.

Marmoreus thalamus. Virg.4. Aneid.79.

Vidui thalami. Valer.2. Argon.75.

Apparare thalamos. Senec. Troad.10.8.

Expertem thalami uitam degere. Virgil.4. Aeneid.110.

Felici thalamo dotare aliquam. Senec. Troade,10.3.

Habet aliquem thalamus, Qui incumbit thalamo. Virgilius 6. Aeneid.104.

Inire thalamum. Ouid. 4. Metam.66.

Inuadere thalamum alicuius. Virg. 6. Aeneid.125.

Lædere thalamos ſtupro. Senec. Herc.fur.6.31.

Miſcere thalamos. Senec. Hippol.12.6.

Petere thalamos. Ouid. 6. Metam.140.

Tenere thalamos alicuius. Senec. Octau.6.2.

Pudicos thalamos violare. Ouid.1. Amor.eleg.8.4.

Thalamos, prò alueolis apium. Virgil.4. Georg.38,

Poſt,ubi iam thalamis ſe compoſuere,ſiletur
In noctem.

Thalaſsicus] θαλασσικὸς, Color ſimilis fluctibus marinis, Græci enim thalaſſan mare dicunt. Plaut.

Neſcio quis tecum incedit ornatu thalaſsico.

Idem Milit.16.42,

Palliolum habeas ferrugineũ: nam is color thalaſsicus.

¶ **Thalaſsinus**, pen.corr. (θαλασσινὸς) ut, Veſtis thalaſsina. Lucret.lib.224. hoc eſt, Veneti coloris & marini.

Thalaſsio] ὑμέναιος, Carmen nuptiale , ita dictum à uoce quam in nuptijs efferebant, quæ erat thalaſſus. Liu.1.ab Vrbe,38, Signoq; dato iuuentus Romana ad rapiendas uirgines diſcurrit:magna pars fortè,ut in quẽ quæq; inciderat, raptas quaſdam forma excellẽtes primoribus Patrum deſtinatas,ex plebe hominẽs,quibus datum negociũ erat,domos deferebãt. Vnam longè ante alias ſpecie ac pulchritudine inſignem à globo Thalaſsij cuiuſdam raptam ferunt: multisq; ſciſcitantibus cuinam eam ferrent, identidem,nequis uiolaret,Thalaſsio ferri clamitatum. inde nuptialem hãc uocem factam. Varro ſcribit, Thalaſsionem in nuptijs ſignum eſſe lanificij. Thalaſsionẽ enim uocabãt quaſillam uas lanificijs aptum. Plutarchus uerò hanc in nuptijs uocẽ primò habitam fuiſſe affirmat, quòd Græci θαλάσσιον lanificium uocant:ea ratione, ut pronocarentur uirgines ad opera,& potiſſimum ad lanificium: Catull. Epithal.Iuliæ, 56.27,

—ſatis diũ
Luſiſti nucibis,lubet iam ſeruire Thalaſsio.

Vide Talaſſo.

Thalaſſomeli] penult.corr. (θαλασσόμελι) Indeclinabile, Vnguentum quod fit æquis portionibus aquæ maris,mellis,imbris,fictilíq; uaſe depicato conditur. Plinius libro 31. cap.6.12.

Thales] θαλῆς, Mileſius,unus è ſeptem , primus omnium aſtrologiæ ſecreta penetrauit. De Vrſa minore diſſeruit,ut ait Callimachus:ut Eudemus,Solis eclipſim primus prædixit:ut Hippias & Ariſtoteles, inanimes etiam animas putauit,idq; ex magnete lapide deprehendiſſe. Huic tripus aurea à piſcatoribus Mileſijs reperta , dum res in lite uertetur, ex oraculo Apollinis iudicantis , eam ſapientiſſimo dari oportere , delata eſt. Deinde per manus omnibus ſapientibus tradita, ad Solonem peruenit , qui illam Delphos remiſit ad Phœbum, ut qui deũm hominumq; ſapientiſſimus eſſet. A' Thalete Ionica fluxit diſciplina, ſicut à Pythagora Italica. Exceſſit Olympiade LVIII. dum gymnicum certamen ſpectaret,æſtu ac ſiti lapſus,iam ſenex. Ex Diogene Laertio.

Thales, poeta Lyricus Cretenſis, quem è Creta Solon Spartã miſit:cuius odis ac poeſi Spartani deliniti,animorum feritatem nimiam ex Lycurgi legibus imbutam caſtigabant. Plutarchus in Solone.

Thalęſtria] θαληστρία,regina Amazonũ , quam alij Minitheam uocant.Hæc cum trecentis mulieribus occurrit.triginta quinq; dierum inter confertiſſimas gentes itinere facto, Alexandro in Hircania res gerenti , ut liberos ex rege ſuſciperet:& ut uiſa eſt uterum impleſſe,diſceſſit. Strabo lib.11.Curtius lib. 6. Thaleſtrim uocat.

Thalia] pẽ.prod. Vna eſt Gratiarũ. Græcè θάλεια, à θάλλω germino ,uel uireo: quoniam in lõgum temp⁹ poetarum laus parta uireſcat. Vide Muſæ.

Arguta Thalia. Horat.4. Carm.ode 6.5.

Laſciua Thalia. Stat.2. Sylu.1.34.

Thaliarchus] aſpiratè in Horatio prima ſyllaba ſcribi debẽt:ut nomen proprium ſit,in quo inſit ſignificatio magiſtri,& domini cõuiuij, qui & Symposiarchus uocabatur. Nam thalia conuiuiũ etiã Græcis ſignificat. Ex Turnebo.

Thaliętrum] θάλικτρον, Dioſcoridi, Herba folia coriandri habens,pinguiora paulò,caulem papaueris,Plinius libro 27.cap.13.

Thalli] θάλλοι, dicuntur in porris & cæpis & allio medij ſtipites : à uerbo Græco θάλλειν,id eſt uireſcere. Vnde & pro germine arborũ ponitur. Colũ.lib.11.ca,3.48, Thalli cæparum uentis proſternentur, totumq; ſemẽ excutietur.

Thallophori] θαλλοφόροι, dicti qui Athenis in Panathenæis oleæ ramos geſtabant. Erant ij ut plurimum ſenes. Vnde per iocum thallophori dicuntur, qui ad munera obeunda ſunt inutiles. Calepinus.

Thalyſia] θαλύσια, Feſta erant apud Athenienſes,quibus fructibus omnib.in horrea conuectis,diis primitias conſecrabant. dicta ἀπὸ τῆς θάλλειν: propterea quòd idcirco præciperentur,ut quæ ſuccoſa erant,poſſent reuireſcere. Vide Cæl.Rhodig.lib.12.cap.17.

Thamyras] penult.corr. (θαμύρας) Thrax poeta. Feruntur ipſius in theologia uerſus ad tria millia,quum pulchritudine omnes præcelleret, ab initio mares dilexit : deinde præter conſuetudinem Muſas amauit , ac cum eis de cantu certauit,hac conditione, ut victor complexio potiretur: uictus,quod eis luberet,pateretur. itaque ſuperatus,& oculis & lyra priuatus eſt : ex quo prouerbium manauit in eos qui præter ingenium proprium aliud agunt , Thamyras inſanit. Vide Eraſmum in Prouerbijs. Stat. 4. Thebaid.37.

Thanatos] θάνατος,Inſula in Oceano Gallico, Britanniæ (ut Solinus refert)proxima,frumentarijs campis in primis fœlix : uerùm alit adeò aduerſa , ut non modò ſerpentem nullum educet,uerumetiam aliunde importatum ſtatim enecet. unde & à ſerpentum morte nomen creditur accepiſſe.

Thapſacus] pen.corr. (θάψακος) Vrbs Syriæ ampliſſima, ad Euphratem fluuium: cuius meminit de Cyri expeditione lib.1. Xenophon.

Thapſus] θάψος,Inſula decem ſtadijs à Silicia diſtans, uerſus Syracuſas , plana, & quàm minimum è mari eminens, adeò ut undis merſa uideatur. Vnde & Thapſus dicta eſt, ἀπὸ τῦ θάπτεσθαι,quòd in mari quòdammodo ſepulta uideatur. Virgil.3. Aeneid.

—Thapſumq; iacentem.

Thapſia] θάψια, Frutex eſt tota ſpecies ferulæ ſimilis, graciliore tamen caule,folio fœniculo ſimili: umbellas habens in ſingulis germinibus,anetho ſimiles, & in ijs florem luteum:ſemen autem modicè latum, minus quàm ferulæ: radix eſt prægrandis, intus candida , foris nigra, craſſiore cortice ueſtita,& acris.Colligitur ex ea liquor eiuſdem nominis,effoſſa circà eam terra,uulneratoq; cortice. Dicta Thapſia,à Thapſo inſula,in qua primùm creditur inuẽta. Vide Plinium lib.13.cap.22.& Dioſcoridem lib.4.

Thaſius] θάσιος,oppidi nomen,teſte Herodoto libro 2,Quinetiam in Thaſum profectus ſum, ubi inueni templũ à Phœnicibus conditum , qui ad mueſtigandum Europam nauigantes,Thaſſum condiderunt,&c. Eſt & Thaſus,inſula in Aegæo mari prope Thraciã, uino ſuo & nuce optima, cuius Varrò meminit,celebris. Vnde Thaſiæ uites. Virgil. lib.2. Georg.19.Plin.lib.14.cap.7.2.

Nemoroſa Thaſos. Stat.5.Thebaid.27.

¶ **Thaſius**, Adiectiuum:ut, Nux Thaſia , quæ & Græca dicitur, & Amygdala. Macrob.lib.3.Saturn.cap.18.

¶ **Thaſij**, Populi in Thaſo habitantes. Fuit hæc inſula aurea uocitata,propter aurum quòd illic effodiebãtur.

Thaumacia] θαυμάκια, Magneſiæ oppidum, ita dictum à Taumaca Æacidis patre:cuius meminit Plin. lib.4.cap.9. Stephanus Thaumaciam alteram collocat ad ſinum Meleacum.

Thaumantias] Thaumantiadis, pen. corr. (θαυμαντίας) dicitur Iris,filia Thaumantis & Electræ filiæ Oceani,nuncia deorũ in rebus malis,ut Mercurius in bonis. Cæterùm & ex admiratione hoc nomen accepit,quæ admiratio de eius coloribus naſcitur. Author Seruius in illud Virgilij Aeneid.9.1,

Ad quem ſic roſeo Thaumantias ore locuta eſt.

θαῦμα enim Græcè,miraculum ſignificat.

Thaumantis] huius Thaumantidis, Idem (θαυμαντὶς)ut, Imbrifera Thaumantis. Stat.3.Sylu.3,17.

¶ **Thaumanteus**, pen.prod. Adiect. (θαυμαντεύειος) Virgo Thaumantea. Ouid.14.Metam.ad finem.

Theagenes] Tres Athenis diuerſis temporibus fuiſſe Suidas refert. Vnum, qui de Homero ſcripſit. Alium qui uictoriæ, id eſt ſumus eſt cognominatus , quòd multa promittens nihil præſtaret:pauper enim erat, ac diues uideri uolebat. Tertium,uir potens ac diues Athenis , qui libertate ac beneficentia publicè ac priuatim multa laude digna geſſit. Quarum addit Pauſanias, athletam, patria Thaſium, ex L. coronas ex certaminibus retulit.

Theamedes] θεαμήδης, Lapis , contrariam magneti habens naturam. Nam ut ille ferrum occulta quadam naturæ ui ad ſe trahit , ita Theamedes reſpuit, repellitq;. Plin. lib.36.cap.16.

Theangela] θεάγγελα, Cariæ oppidum, unum ex ijs quæ ab Alexandro magno Halicarnaſſo fuerunt attributa. Author Plin.lib.5.cap.29.

Theano] pen.prod. (θεανὼ) Meſopotamia, ſeu Creſſa genere, mulier Pythagorea,uxor Brotini Crotoniatæ. Scripſit cõmentarios in Philoſophiã,de uirtute,poemata quoque & apophthegmata Pythagorica. Author Plotinus Theano item apud Homerum memoratur.

Theanum] pen.prod.(θέανον)cognomine Sidicinũ, Apuliæ oppidum: authore Ciceronẽ in oratione pro Cluentio, & Strabone lib.6. Horat.1.epiſt.1.18.

Theatrum] theatri,pen.prod.(θέατρον, θεατρεῖον) à uerbo θεάομαι, quod uidere ſignificat. Eſt autem ædificium, in hemicycli ſpeciem factũ, ad uidenda ſpectacula idoneũ. Cicero 1.de Finibus,77, Tanquam è theatro excamus. Iuuenal.Satyr.10.15,

—ſeuus & illum
Exitus eripuit,quem mirabantur Athenæ
Torrentem,& pleni moderantem fræna theatri.

Demoſthenem ſcilicet.

Fundamenta alta theatri. Virg.1.Aeneid.87.

Cuneatum theatrum. Vide Cuneus.

Arcto theatro ſi patet Roma. Horat.2.epiſt.1.12.

Magna theatra. Lucret lib.4.15.

Marmoreum theatrum. Ouid.2. Amor.eleg.7.1.

Theatrum,pro ipſo ſpectaculo. Martial.1.21,

Quicquid in Orpheo Rhodope ſi eſſe theatro
Dicitur,exhibuit Cæſar arena tibi.

Plin.in Panegyr. 89.

Curua theatra: Ouid.1.de Arte,18.

Feſta theatra. Ouid.3. Metam.23.

In theatro ac ſpectaculis. Cic.ad Attic.lib.2.34.4.

Habere theatrum ſanè bell. Cic. Attic.lib.13.27.2.

Theatrum,pro ipſis ſpectatoribus. Quint.lib.6, Tunc eſt cõmouendum theatrum, quum uetum eſt ad ipſum illud quo ueteres tragœdiæ comœdiæq; clauduntur, Plaudite.

Spiſſa theatra. Horat.1.epiſt.20.9.

Clamoſi turba theatri. Stat.3.Sylu.5.4.

Theatra reclamant. Cic.3.de Orat.108. hoc eſt, Spectatores.

Verſari in theatro, per translationem: pro, eſſe in aliquo loco conſpicuo ante omnium oculos. Cic.7. Ver.29.

Ingenij theatrum. Cic. de claris Orat.4.

Theatrum uirtutis,conſcientia. Cic.2. Tuſcul. 108, Omnia enim benefacta in luce collocari uolunt : ſed tamen nullum theatrum uirtuti conſcientia maius eſt.

Maioribus theatris propoſitæ eius uirtutes. Cic. pro Rabirio Poſthumo.28.

Magnum theatrum habet iſta prouincia. Cic.ad Silium,libro 13.65.6, id eſt, multos ſpectatores: uel,ut alij uolunt, Magnam fortunam, qualis in theatro eſſe ſolet.

Magno theatro ſpectata familiaritas, Permultis cõperta. Cic. ad Corniſicium,lib.12,28.1.

¶ **Theatricus**, pen.corr. Adiect. (θεατρικὸς) Nomen poſſeſſium:ut, Spectacula theatrica.

¶ Theatralis, & hoc theatrale, pen. prod. (θεατρικὸς) Idem. Cic. pro Sestio, 100, Theatrales gladiatorij q; conſeſſus.
Humanitas indecora & theatralis. Quintil. lib. 2. cap. 2. 6.
Lex theatralis. Quintil. lib. 3 cap. 6. 14.
Operæ theatrales. Tacit. lib. 1.
¶ Theatridium, theatridij (θεατρίδιον) Diminut. forma Græca à theatro deductum, quaſi paruum theatrum: non enim theatrulum dicimus. Varro lib. 3. de Re ruſt. ca. 5. 10, Inter has & exteriores gradatim ſubſtructum, ut theatridium auium: mutuli crebri in omnibus columnis impoſiti, ſcdilia auium.
Thebæi] (θηβαῖοι, Populi Thebas ciuitatem Aegypti incolentes.
Thebaicæ] ſeu thebaides, dicuntur palmæ generoſiores. Plinius lib. 5. cap. 28. 6, Carne palmæ placent, cruſta thebaicæ, ſucco uuæ & caryotæ. Idem lib. 13. cap. 4. 18, Thebaidis fructus in cados condiuntur.
Thebais] pen. corr. (θηβαΐς) Aſiæ regio eſt. Plin. lib. 5. cap. 9, Summa pars Aethiopiæ contermina, Thebais uocatur. Quod nomen poteſt eſſe patronymicum à Thebe. Quo nomine etiam appellatum eſt Statij opus, in quo de Thebis tractatur.
Thebani] penult. prod. (θηβαῖοι) Qui ſunt ex Thebe ciuitate Bœotiæ.
Thebe] Thebes, & Theba Thebæ, & Thebæ Thebarum (θῆβαι) Ouid. 3. Amorum, eleg. 5. 7,
Quid referam Aſopon, quem cepit Martia Thebe?
Stat. 8. Thebaid. 59,
Viue ſuperſtes, ait, dirae q; ad mœnia Thebæ
Solus abi.
Nomina quarundã urbium, quarum una fuit in Aegypto, à Buſyride Aegypti rege condita, quæ Græcè ἡλιούπολις, id eſt Solis ciuitas: ambitu centum quadraginta ſtadiorũ, uti refert Herodotus: quam Plin. lib. 36. cap. 14. totam penſilẽ fuiſſe, ſcribit, quæ centum portas habuit, in quarum ſingulis memorantur ducẽti cuſtodes excelluiſſe equis & curribus: ſubter quam reges ſoliti erant maximos exercitus armatorũ educere, nullo ex oppidanis id ſentiente. Multa de hac Diodorus & Strabo lib. 17. à quo Dioſpolis uocatur. Demũ collapſa, ut alia ſolent uetuſtate, etiã Strabonis tẽporibus uicatim inhabitata eſt. Iuuenal. Satyr. 15. 2.
Atq; uetus Thebe centum iacet obruta portis.
Ab hac (teſte Plinio lib. 36.) regio Thebaica, Aethiopiæ cõtermina, cognominata eſt. A'qua & Thebæi cũ diphthongo, & fructus palmarum eius Thebaides & Thebaicæ dicũtur à Plinio. Alia Thebe fuit in Bœotia, à Cadmo Agenoris filio condita, quam Amphion muris ornauit, Bacchi & Herculis clariſſima patria, ab Alexandro Magno poſtea euerſa: quæ & Draconigena dicitur, quia à Cadmo cum quinque uiris ex dracone ab ipſo interfecto natis, conſtructa fuit. Varro tamen libro 3. de Re ruſt. ſcribit, hanc urbem ab Ogyge ædificatam. Ab hac Thebani dicti ſunt. Hanc Heptapylon uocat Apuleius, ab eo quòd ſeptem portas habebat, inclyta duobus ducibus, Epaminonda & Pelopida. Hæc etiam dicta fuit Dircæa, à Dirce fonte. Vnde & à Statio Dircæus ager, Thebanus uocatur. Hinc Pindarus poeta, Lyricorum princeps, habuit ortum. Bacchus in Aphrica urbem condidit Thebas. Vnde Hieronymus in Commentario Epiſtolæ ad Galatas, Prætereo Thebas Liberi, quas in Aphrica condidit, quæ ciuitas nunc Thebeſtis dicitur. Alia in Theſſalia, à qua etiam Thebani & Thebæi. Fuit & alia Thebe, Homero teſte, in Cilicia, Andromaches uxoris Hectoris patria. Vnde Ouidius 4. Triſt. eleg. 3. 6,

Nec cruciere mmus quàm quum Thebana cruentum
Hectora Theſſalico uidit ab axe trahi.

Alia fuit in Lucania, ab Aonijs colonis condita: quam interiiſſe author eſt Cato. Fuerunt & Thebæ Corſicæ.
Aoniæ Thebæ. Stat. 1. Thebaid. 45.
Cadmeæ Thebæ. Propert. lib. 1. eleg. 7. 1.
Domitæ bello Thebæ. Ouid. epiſt. 2. 15.
Duplices Thebæ. Virg. 4. Aeneid. 59.
Echioniæ Thebæ. Horat. 4. Carm. ode 4. 13.
Eetioneæ Thebæ. Ouid. 12. Metam. 22.
Herculeæ Thebæ, Senec. Herc. fur. 4. 14.
Oedipodioniæ Thebæ. Ouid. 15. Metam. 86.
Truces Thebæ. Claud. de bello Gildon. 48.
Veteres Thebæ. Propert. lib. 2. eleg. 1. 5.
¶ Thebanus, pen. prod. Adiectiuum (θηβαϊκὸς.)
Agmina Thebana. Statius 9. Thebaid. 37.
Arx Thebana. Horat. de Arte, 80.
Duces Thebani. Propert. lib. 2. eleg. 10. 16.
Sceptra Thebana. Senec. Thebaid. 1. 12.
¶ Thebais, pen. corr. Patronym. f. (θηβαΐς) Ouid. 6. Metam. 33,
—& omnes
Thebaides iuſſis ſua tempora frondibus ornant.
¶ Thebe, Nomen uirginis, è cuius gremio geminæ columbæ (ut eſt in fabulis) quum euolaſſent, altera ad Hammonis fontem tetendit, & ibidem reſponſa dedit: altera ad Syluã Dodonæam, ubi futura mortalibus præcinuit.
Theca] thecæ (θήκη, γλωσσοκομεῖον) Latinè repoſitorium, uagina, & locus dicitur in quo quid recondi ſolet. Varro 1. de Re ruſt. cap. 48. 1, Proinde ut grani theca ſit gluma, & apex ariſta.
Theca calamaria. Martial. lib. 14. 19.
Theca nummaria. Cic. ad Attic. lib. 4. 16. 2.
Thecæ uaſorum. Cic. 6. Verr. 46.
Thelbencane] pen. prod. (θελβενκάνη) Babyloniæ urbs iuxta Euphratis fluuij partem Ptolemæo lib. 5. cap. 20. hodie Maraga.
Theleſis] pen. corr. Argiua mulier, quæ Argos oppidum Græciæ, à Cleomene Spartanorũ rege obſeſſum, unà cum cæteris mulieribus, quum deeſſent uiri, tutata eſt.
Thelis] ab Ennio uocabatur, quam Græci Thetin nuncupant. Varro de Ling. Latin. Ea Thelis illi mater, &c. quòd corruptè in editis legitur. Varr. de Re ruſt. Nec continuò his quas melicas appellant falsò, quòd antiqui ut Thetin Thelin dicebant, ſic medicam melicam uocabant.
Thelygonum] θηλύγονον, Herba habens frondes frontibus oleæ ſimiles, ſed aliquantò pallidiores. Plin. lib. 27. cap. 8. Eſt & alia cratægonos, quæ thelygonos uocatur. Differentia intelligitur lenitate guſtus.
Thelyphenon] pen. corr.) θηλύφονον) Herba, ab alijs ſcorpion uocatur, propter ſimilitudinem radicis: cuius tactu moriuntur ſcorpiones. Plin. lib. 25. cap. 10.
Thelypteris] huius thelypteris, penult. corr. fœmin. gen. (θηλυπτερὶς) Alterum genus filicis, quaſi filix fœmina: nam fruticoſa eſt, & multos ex ſe ramos producens. Plinius libro 27. cap. 9. 7.
Thema] thematis, pen. corr. neut. g. (θέμα, ὑπόθεσις) Latinè Poſitum, ſiue poſitio dicitur. Eſt autem argumẽtum à præceptore propoſitum uel dictatum, quod ubi uerterunt diſcipuli, iam amplius thema non eſt dicendum.
Thema, controuerſiæ declamandæ argumentum. Quint. lib. 7. cap. 2, Nam in ſchola certa ſunt & pauca, & ante declamationem exponuntur, quæ themata Græci uocant, Cicero propoſita. Thema apud Suetonium accipitur pro horoſcopo, in Auguſto, capite 94, ad finem, Tantam mox

mox fiduciam fati habuit, ut thema ſuum uulgauerit: nonnunquam argenteum nota ſyderis Capricorni, quo natus erat, percuſſerit.
Themis] huius Themis uel Themidis, uel Themiſtis (θέμις) fuit una ex tribus ſororibus Iouis, ex qua Mineruam fuſcepit. Hæc Cæli & Terræ filia fuit, quæ Iouis nuptias fugiẽs, ab eo in Macedonia compreſſa fuit. Hãc, teſte Feſto, putabant eam eſſe, quæ hominibus præciperet id petere quod fas eſſet: eamq; id eſſe exiſtimabant quod fas eſt. Nam θέμις fas apud Græcos deſignat, habuitq; templum in Bœotia iuxta Cephiſum amnem: ad cuius oraculum acceſſit Deucalion cum Pyrrha uxore, pro conſilio recuperandi humani generis. Fuit & alia Themis, quæ alio nomine Carmentis dicta eſt. Alij Themin uel Themiſta (utroq; enim modo dicitur) ius & iuſtitiam eſſe putant: eandemq; conſiliorum oraculorumq; præſidem eſſe: propterea Homerum θεμιστόεντα, uerbum quod uaticinari & oracula dare ſignificat, pro leges ferre, & iura reddere accepiſſe Odyſſeæ decimo. Budæus.
Fatidica Themis. Ouid. 1. Metam. 65.
Longæua Themis. Claud. 1. de rap. Proſerp. 45.
Parnaſſia Themis. Ouid. 4. Metam. 129.
Themiſcyra] uel Themiſcyron, pen. cor. (θεμίσκυρα) Cappadociæ urbs eſt, ut ſcribit Plinius libro 6. cap. 3. & Mela libro 1.
Themiſon] pen. corr. (θεμίσων) Medicus apud Herodotũ: cuius meminit & Cornelius Celſus.
Themiſta] θεμίστα. Cic. in Piſonem, 50, Licèt Themiſta ſapientior, ſi os tuum ferrẽtum Senatus conuicio uerberari noluiſti. Sanè Themis accuſatiuo Themiſta, fit nominatiuus Themiſta, huius Themiſtæ. Eſt autem Themiſta eadẽ quæ & Themis, conſiliorum præſes.
Themiſtius] θεμίστιος, Philoſophus ſub Iuliano imperatore, cuius præfectus prætorij fuit Conſtantinopoli: ſcripſit paraphraſtn in Ariſtotelis Phyſicam libris VIII. in Analytica item. Præterea edidit ſua, uidelicet de intentione & inſcriptione prædicamentorum: diſputationes etiam quaſdam. Hic Valentem imperatorem quotidie ſeuientem in Orthodoxos, authoritate ſua & epiſtolis reddidit mitiorem. Suidas.
Themiſtocles] pen. corr. (θεμιστοκλῆς) Athenienſis Nicoclis filius, prodigus ac laſciuus prima iuuẽtute, poſtea dux delectus res inclytas geſſit. Piræum ædificauit. Bello marimo Perſas apud Salaminem uicit. Tandem ciuium inuidia exul, ad Artaxerxem confugit: à quo quum pugnare compelleretur inuitus aduerſus patriam, recente tauri ſanguine hauſto, ſeipſum necauit, uir alioqui præſtans. Epiſtolas reliquit plenas ac uiminis ac prudentiæ. Hæc ex Suid. t. Cicero de Finib. lib. 2. 166, Themiſtocles quidem quã ei Simonides, aut quis alius artem memoriæ polliceretur, Obliuionis, inquit, mallem: memini etiam quæ nolo, obliuiſci non poſſum quæ uolo.
Themiſtogenes] θεμιστογένης, Syracuſanus hiſtoricus, Cyri expeditionem et bella, quæ in hiſtoria Xenophontis continentur, compoſuit. Author Suidas.
Thenſa] thenſæ, Sacrum erat uehiculum, Feſto & Seruio. Aſconius, Thenſæ ſacra uehicula: Pompa ordinum & hoſtiarum, & officiorum: ſic dictæ, quòd ante eas lora tendũtur, quæ gaudent manu tenere, et tangere qui eas deducãt. Hactenus ex Aſcanio. Vel ἀπὸ τῶ θέειν, hoc eſt, à re diuina. Cic. de Aruſp. reſpõ. 19, Tu appello Lentule, cuius ſacerdotij ſunt thẽſæ, curricula, præcentio, ludi, libationes. Liu. 5. ab Vrbe, 184, Quæ auguſtiſſima uectis eſt, thenſas ducenti

tura, soliditatem accepit humor immobilem. Idem primus ferrum fundere docuit, statuamq; ferream fecit. Author Pausanias. Theodorus Gadareus, nobilis orator. Gadara autem Syriæ ciuitas est, nõ longè ab Ascalone: uerùm ipse dici maluit Rhodius, teste Strabone, cuius tẽpore fuit. Eius discipuli Theodorei sunt dicti: inter quos fuit Hermagoras, qui de arte Rhetorica scripsit. Tiberius quoq; princeps quum secessisset Rhodum, eum studiosè audiuit, ut Quintilianus lib. 4. tradit.

Theodorus, θέοδωρος: de quo Laertius.

Theodosia] θεοδοσία, Tauricæ Chersonesi urbs, Ptolemæo authore libro 5. cap. 6, hodie Capha, quæ fuit ditionis Genuensium.

Theodosius] θεοδόσιος, Strab. lib. 12, In Bithynia fuere uiri in disciplinis memorabiles, Xenocrates philosophus, et Dionysius dialecticus, & Hipparchus, & Theodosius, & filij eius mathematici.

Theodota] θεοδότη, Meretrix Elea, lepida in primis & festiua. cuius meminit Xenophon de factis & dictis Socratis: & Laertius in uita Arcesilai.

¶ Theodotion. Vitruuius libro 7. cap. 7, Creta uiridis pluribus locis nascitur, sed optima Smyrnæ. Hanc autem Græci θεοδότειον uocant, quòd Theodotus nomine fuerat, cuius in fundo id genus Cretæ primùm est inuentum.

Theodotus] θεοδοτὸς, Patria Chius, ultimi Ptolemæi in Rhetoricis præceptor fuit, qui decertantibus in concilio Aegyptiorum satrapis, an Pompeius post prælium Pharsalicum profugus, esset in Aegyptum recipiendus: pro sententia dixit recipiendum quidem esse, sed receptum occiendum: adijciens uctus illud prouerbium, Mortuos non mordere. Hunc posthæc Cæsare interfecto, Brutus in Asia reperium, & ad se adductum, interfici iussit. Vide Plutarchũ in uita Pompeij. Theodotum alium memorat Philostratus in Sophistis, qui tempore Herodis Attici præfuit Athenien sium scholæ.

Theognis] θεόγνις, Poeta Græcus. De quo Plato in libro de Legibus, O rex Latonæ & Iouis filij, nunquam tui obliuiscor exordiens, neq; finiens.

Theogonia] theogoniæ (θεογονία) Cic. 1. de Nat. deor. 53, Quum uerò Hesiodi Theogoniam, id est originem deorũ interpretatur, tollit omnino, &c.

Theologia] θεολογίαε, Latinè Ratio uel sermo de diuinitate dicitur.

¶ Theologus, theologi, pen. corr. (θεόλογος) Cic. 3. de Natur. deorum, 72, Principiò Ioues tres numerant ij qui theologi nominantur.

Soles ipsi quàmmulti à theologis proferuntur. Cic. 3. de Natura deorum, 74.

Theombrotus] pen. corr. (θεόμβροτος) Philosophus fuit, Metroclis auditor, & præceptor Demetrij Alexandrini: cuius meminit Laertius in Metrocle.

Theombrotios] θεομβρότιος; Herba magica, qua Persarũ reges aduersus omnia & animi, & corporis incommoda utebantur. Plinius lib. 24. cap. 17, Theombrotion triginta schœnis à Choaspe nasci, pauonis picturis similem, odore eximio. Hanc autem à regibus Persarum comedi aut bibi, contra omnia corporũ incommoda, instabilitatemq; mentis eandem sempiõ, à potentiæ maiestate appellari.

Theomnestus] θεόμνηστος, Cous: ut autor est Strab. lib. 14. Vir fuit clarus administratione Reipub. & Niciæ æmulus.

Theones] θέωνες, apud Suidam plures: sed notior cunctis philosophus Alexandrinus, eisdem, patria, tempore, & disciplinis, quibus Pappus, sub Theodosio seniore: scripsit de Astrologia, commentariosq; in Ptolemæum, & Astrolabium parum, & alia. Theon item Alexandrinus Stoicus, tempore superior, siquidem sub Augusto post Arriũ philosophũ emicuit: scripsit in Physicam, & in artem Rhetoricam, & alia. Alius item eius nominis Stoicus Antiochenus, cunctis antiquior, scripsit apologiã Socratis. Quartus Smyrnæus. Quintus etiam Alexandrinus, Sophista cognominatus Aelius, scripsit in arte Rhetorica. Theon Sidonius Sophista præcepit in patria, Constãtini 11. tempore. Plin. lib. 35. cap. 11. his Theonem sculptorem addit, inter quinq; qui Mausoleum cælauêre.

¶ Theoninus, pen. prod. Adiect. (θεώνειος) ut, Dente Theonino rodere. Horat. 1. epist. 19. 17, Theon, inquit Acron, dicacissimus, id est, loquacissimus fuit, & maledicus: per quem maledici & detractores intelliguntur.

Theophanes] θεοφάνης, Mitylenæus historicus, scriptor rerum Pompeij Magni: cuius meminit Cicer. in Orat. pro Archia.

Theophilus] penult. corr. (θεόφιλος) Cæsareæ Palæstinæ præsul, Seuero imperante: cuius meminit Hieronymus. Theophilus Antiochenus præsul, imperante M. Antonio librum in Marcionem edidit: tum alia quæ à Hieronymo commemorantur.

Theophorumeni] sunt homines numine afflati: sic dicti, quòd non sua sponte, sed diuino numine feruntur. Cuiusmodi Cumæa Sibylla à Virgilio describitur in sexto,

—cui talia fanti
Ante fores subitò non uultus, non color unus,
Non comptæ manere comæ: sed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument: maiorq; uideri,
Nec mortale sonans: afflata est numine quando
Iam propiore Dei.

Theophrastus] θεόφραστος, ex Eresso Lesbi ciuitate fuit, Aristotelis & discipulus & scholæ successor. Euphrastus, deinde Theophrastus uocatus, ob oris & eloquẽtiæ suauitatẽ, quũ antea Tytamus appellaretur. Habuit discipulos ad duo millia. Opera eius à Diogene cõmemorantur, inter quæ sunt libri sex epitomes in Aristotelẽ de animalib. Extant hodie tantùm de plantis, conuersi à Theodore Gaza. Excessit admodum senex. Ex Suida, Diogene, Strabone.

Theophrastus Aristotelis discipulus, de Rhetorice diligenter scripsit. Quintil. lib. 3. cap. 1. 11.

Theophrastus diuinitate loquendi nomen inuenit. Cic. in Oratore, 34.

Theophrastus in dicendo dulcis. Cic. de clar. Orat. 62.

Theophrastus alter fuit Ephesius. Aelianus de uaria historia.

Theopompus] θεόπομπος, Gnidius, & orator, & historicus post Thucydidẽ & Herodotũ: quib. ut in historia minor, ita oratori magis similis, ut qui antequã esset ad hoc opus solicitatus, diu fuerit orator. Quint. lib. 10. cap. 1.

Theopompus, rex Spartanorum, quum primus instituisset ut Ephori Lacedæmone crearẽtur, ita futuri regiæ potestati oppositi, quemadmodum Romæ Consulari imperio Trib. pleb. sunt obiecti, atq; illi uxor dixisset, id egisse illum, ut filijs minorẽ potestatem relinqueret, Relinquam, inquit, sed diuturniorem. Valerius Max. lib. 4. cap. 1. Quintilianus tamen lib. 2. cap. 13. 13, hanc modestiam parum ualuisse demonstrat, captum demum fuisse ostendens. Fuit item alius antiquæ comœdiæ poeta, ut Suidas author est. Præterea Theopompus Gnidius Cæsaris familiaris, Artemidorum habuit filium, qui apud Cæsarem ipsum plurimũ poterat: ut scribit Strabo lib. 14.

¶ Theopompeus, Adiect. Cic. in Orator. Placet omnia dici Isocrateo Theopompeoq; more.

¶ Theopompinus, Adiectiuum, penul. prod. Cic. ad Atticum, lib. 2. epist. 6, A nobis quæ tibi uni legamus, Theopompino genere, aut etiam asperiore multo pangentur. Hoc dixit, quia Theopompus, in historijs suis mores hominum asperè accusabat.

Theorema] penultima prod. theorematis, neut. gen. (θεώρημα) Latinè speculatio dicitur. Theoremata sunt speculamenta disciplinarum, & ueluti commentationes. Cic. de Fato, 17, Etenim si est diuinatio, qualibus'nam à perceptis artis proficiscitur? percepta appello, quæ dicuntur Græcè θεωρήματα.

¶ Theoritice, θεωρητικὴ, Ars uocatur, quæ nullum exigens actum, ipso rei, cuius studium habet, intellectu cõtenta est. Quintil. lib. 2. cap. 18. 1.

Theori] pen. prod. (θεῶροι) Athenis dicebantur, qui quotannis publico nomine in Delum nauigabant, Apollinii litatum: quorum etiam nauis qua uehebitur, thoris dicebatur. Author Suidas.

Theos] Deus Latinè dicitur.

Theoxena] θεόξενα, A Philippi Macedonis militib. cincta, quum eorum manus effugere nõ posset, se præcipitem dedit in mare. Vide Liu. lib. 40.

Thera] θήρα, Insula una est ex Cycladibus in Aegæo: ex qua profecti sunt Theræi, qui Cyrenem in Africa condidêre. Thera olim Callista dicebatur, ut Callimachus ait. Hæc ex Strabonis libro 17. De hac Plin. lib. 4. Protinus ab Io abest Thera uigintiquinq; millibus passuum. In ea est Eleusis ciuitas, ut lib. 3. Ptolemæus refert. Ab Herodoto Thera ponitur insula libro 4. quam Iustinus putat Therannen, alij Corsicam.

Theramenes] pen. corr. (θεραμένης) Athenienſis philosophus: de quo Cic. 1. Tusc. quæst. 152.

Theramne] Oppidum Sabiniæ, ex quo Actius Clausus, qui post Claudius dictus est, originem traxit: à quo Nero Claudius, & reliqua tota familia Claudia nomen sortita est.

¶ Therannæus, Adiect. (θεραμναῖος) Idem quod Sabinus. Silius lib. 8. 82,

Ecce inter primos Therannæo à sanguine clausi
Exultat rapidis Nero non imitabilis ausis.

Therapnæ] drum. (θέραπναι) Vicus est Laconiæ, teste Mela, in quo Leda Castorem & Pollucem, Helenam & Clytemnestram peperit. Stat. lib. 3. Thebaid.

Tænareumq; cacumen, Apollineasq; Therapnas:

Dictæ autẽ putantur Therapnæ, ἀπὸ τῆ θεραπείνης, quòd ibi Dioscuri religiosissimè colerentur.

¶ Therapnæus, Adiect. Ouid. in epist. Paridis,

Da modò te facilem, nec dedignare maritum,
Rure Therapnæo nata puella Phrygem.

Therasia] θηρασία, Insula iuxta Euboeam, authore Ptolemæo libro 3. capite 4. in qua ciuitas est hodie Sanctorinum dicta.

Theriaca] theriacæ, penult. corr. (θηριακὴ) Genus medicamenti compositi contra uenenata animalia: cuius confectionem docet Plin. lib. 20. cap. 24. Idem lib. 29. cap. 4. 12, Fiunt ex uipera pastilli, qui theriaci uocantur à Græcis, quaternis digitis utrinq; amputatis, exemptisq; interaneis, & liuore spinæ adhærente, reliquo corpore in patina ex aqua & aneto discocto, spinisq; exemptis, & addita similagine, atq; ita in umbra siccatis pastillis, quibus ad multa medicamenta utuntur.

Theriaca dicitur ἀπὸ τῶν θηρίων, hoc est, à feris siue belluis uocitata: quòd hæc compositio aduersus omnes belluas uenenatas instituta sit.

Thericles] θερικλῆς, Sculptor insignis fuit, calycibus ex terebintho tornandis nobilitatus, teste Plin. lib. 16. cap. 4. 0. Suidas præterea Thericlis figuli cuiusdam meminit, qui primus pocula è luto creditur finxisse. Vnde Thericlea, pro fictilibus quidam usurparunt.

Therioma] pen. prod. theriomatis, penultima corr. neut. gen. (θήλωμα) Vlcus est, inquit Hermolaus, uirilium: interim & sedis & partium aliarum multo ac nigro sanguine, mali odoris. Atra fit caro, & corroditur: ex quo nasci quandoque solet herpes esthiomenos. Ita uocatur ulcus, quoniam serpendo corpus, ossa usque deuorat, inæquale ac cœno simile. Vide Celsum libro 5. cap. 28. de theriomate.

Thitionarcha] θειονάρχη, Frutex est subherbaceus, rosco flore: inde nomen habens, quòd torporem afferat serpentibus, quasi θυείων νάρκην. Vide Plin. lib. 25 cap. 9.

Theriotrophium] penultima prod. (θηριοτροφεῖον) Locus ubi feræ aluntur. Varro 3. de Re rust. cap. 13. 2, Nam sylua erat, ut dicebat, supra quinquaginta iugerum macería septa: quod non leporarium, sed θηριοτροφεῖον appellabat.

Theristra] quæ & Theristria (utrunq; enim reperitur) inter ornamenta muliebria posita Esaiæ 3. cap. quo in loco D. Hieronymus dicit, ea à nobis palliola posse appellari, quibus obuoluta fuit Rebecca, & hodie quoq; Arabiæ & Mesopotamiæ mulieres operiuntur. Theristra autem & Theristria dicta sunt ab eo, quòd ἐν θέρει, hoc est, in æstate & caumate corpora protegant fœminarum. Hæc ille. Vide eundem Hieron. in libro Hebraicarum traditionum in Genesin: & Pollucem lib. 7. cap. 13.

Thermæ] Thermarum (θέρμαι) Siciliæ oppidum, authore Pomponio Mela libro 2. Inde Thermitani, Ciceroni in Verrem.

Thermæ] thermarum, plural. num. (θέρμαι) Valla, & balneas & thermas, licet alterum Latinum sit, alterum Græcum: tamen in hoc scilicet differre dicamus, quòd in thermis tantùm calefaciantur, in balneis etiam lauamur. Nam & Baijs, & in multis alijs regionibus sunt loca quædam sicta, quæ nos uehementi calore resoluunt in sudorem, quæ nequaquam balneæ dici possunt, quia non lauant, sed potius ut necesse lauari atq; ablui habeamus, efficiunt: ut thermas uocemus, quæ natura sunt calidæ: balneas uerò etiam quæ à nobis calefaciuntur igni. Hactenus Valla in Rauennensem. Martial. lib. 5. 82,

Neronianas is refrigerat thermas.

Beatæ thermæ. Vide Beatus.

¶ Thermulæ, pen. correp. thermularum, diminutiuum. Martial. lib. 2. 32,

Hetrusci nisi thermulis laueris,
Illotus morieris Oppiane.

¶ Thermefacio, thermefacis, thermefeci, thermefactum, thermefacere, Esculentis atq; poculentis ingurgitatis, atq; exhaustis in thermopolio calefacere. Plaut. Stich.

Mehercule uerò cò quantum potest iam ne exta excocta sunt, quòd thermefecerat.

Thermodoon] inquit Seruius, fluuius est Thraciæ, ad quẽ Amazones ab Tanai flumine in Asia digressæ se transtulerunt. Virg. 11 Aen. 132,

Quales Threiciæ quum flumina Thermodoontis, &c.

Alij legendum putant, Thermodontis, quadrisyllabum: ut sit uersus sponda icus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 11,

Et tu fœminæ Thermodon cognite turbæ.

Citus Thermodoon. Ouid. 2. Metam. 50.

¶ A Thermodon fiunt adiectiua, Thermodontius, Thermodonteus, & Thermodoniacus. Vnde pugnæ Amazonũ ap-

pellantur Thermodonteæ. Propert. lib. 3. eleg. 14. 3,

Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis,
Thermodonteis turba lauatur aquis.

Ouid. 9. Metamorph. 38,

Thermodontiaco cælatus baltheus auro.

Aldus legit, Thermodoontiaco. At lib. 12. 123,

Thermodontiaca malles cecidisse bipenni.

Claud. 2. de raptu Proserp. 14,

Thermodoontiaca securis.

Caterua Thermodontiaca. Senec. Oedip. 5. 16.

Thermopolium] *thermopolij, Locus in quo calida excitamenta & potoria uenduntur.* Plaut. Rud. 13. 45,

Nè thermopolium quidem ullum instructum hodie,
Ita salsam præbet potionem & frigidam.

Idem Trinum. 14. 6.

Thermopoto] *thermopotas, penult. prod. thermopotare.* Plaut. Trinum. 14. 7,

—— postquam thermopotasti gutturem, recipe te,
Et recurre pede recenti. id est, Calida potione gulam oblectasti, & guttur proluisti.

Thermopylæ] *pen. corr. Mons longissimus, qui incipiens à Leucade, in Occidentem & in Aegæum mare haud longè à Demetriade protendens, fauces habet angustissimas, iuxta quas calidæ aquæ scaturiunt. Ideo à caliditate portarum nomen inditum est. Pylas enim, portas Græci nominant: & thermon, calidum. Ibi enim sunt, ut inquit Strabo, thermæ: id est, calidæ aquæ Herculi consecratæ. Liuius scribit, iugum Thermopylarum ita mediam Græciam dirimere, ut Apennini dorso Italia diuiditur. Et quia calidæ aquæ in ipsis faucibus sunt, ideo, inquit, Thermopylæ locus appellatur, nobilis Lacedæmoniorum aduersus Persas mórte magis memorabili, quàm pugna. Hæc omnia ferè ad uerbum ex Liuio lib. 6. bell. Maced. 64. & 66. Strabo lib. 9, Thermopylæ à Cenæo absunt freto stadia septuaginta. Cicero 1. Offic. 89, Hinc Rhetorum campis de Marathone, Salamine, Platæis, Thermopylis, Leuctris.*

Octæa Thermopylæ. Catull. ad Mallium, 63. 11.

Therodamas] *siue Therodamon. pen. corr.* (*θηροδάμας*) Rex Scythiæ fuit, qui, ne per insidias occideretur, leones hominum sanguine alebat, quo magis fœuirent: ut si casus postularet, ad crudelitatem paratos haberet. Ouidius 1. de Ponto, eleg. 3. 11.

¶ Therodamanteus, penult. prod. Adiect. (*θηροδαμάντειος*) Ouid. in Ibin, 77,

Therodamanteos ut qui sensere leones.

Theromachus] (*θηρόμαχος*), Proprium nomen statuarij egregij, qui centesima septima Olympiade floruit: teste Plinio lib. 34. cap. 8.

Theron] Theronis (*θηρών*) Agrigentinorum tyrannus in Sicilia, qui & Terillum Himeræ tyrannide deiecit, & unà cum Gelone Amilcarem Pœnorum ducem prælio superauit eodem die, quo Græci ad Salaminem Persas profligarunt. Vide Herodot. lib. 7. Est item Theron Latini cuiusdam nomen, ab Aenea occisi, apud Virg. lib. 10. Aen.

Therſander] (*θέρσανδρος*, Polynicis fuit filius ex Argia, Statio teste. Qui quum robustus iuuenis euasisset, cum cæteris proceribus Græciæ ad Troianũ bellum profectus est. Virg. lib. 2. Aen. 53.

Therſilochus] (*θερσίλοχος*, Antenoris filius, in bello Troiano occisus, quem Virg. lib. 6. Aen. inter uiros fortes enumerat, qui etiam apud inferos arma tractent.

Therſites] pen. prod. (*θερσίτης*) Græcorum omnium fœdissimus fuit: quem Achilles sibi procaciter conuiciantem, pugni ictu interfecit. Huius insignis deformitas ab Homero libro 2. Iliad. graphicè expressa, effecit, ut cum hominem uehementer fœdum significare uelimus, (*θερσίτειον βλέμμα*, id est, Therſitæ faciem eum habere dicamus. Iuuenal. Satyr. 8,

Malo pater tibi sit Therſites, dummodo tu sis Aeacidæ similis. Nomen habet à (*θέρσος*, quod confidentiam propè ac temeritatem significat.

Theſaurus] *thesauri, m. g.* (*θησαυρὸς*) Est, ut inquit Paulus iurisc. de acquir. rer. dominio. l. nunquam, uetus quædam depositio pecuniæ, cuius non extat memoria, ut iam dominum non habeat. Sic enim fit eius qui inuenerit, quòd non alterius sit. Plaut. Aulul. 2. 7,

Sed mihi auos huius obsecrans, concredidit
Thesaurum auri.

Intacti thesauri Arabum. Horat. 3. Carm. ode 24. 1.

Respondit coniector thesaurum defossum esse sub lecto. Cic. 2. de Diuinat. 199.

Excudere aliquid quod lateat in thesauris. Cicero Attico, libro 15. 330. 3.

Habere thesauros alicuius. Brutus Cic. lib. 11. 10. 11.

Obruere thesaurum alicubi. Cic. de Senect. 19.

Recludere thesauros telluris. Virg. 1. Aen. 73.

Suppeditare alicui aliquid è thesauris suis. Cic. 2. de Fin. 108.

Thesaurus, Abundantia. Plaut. Asin. 12. 65, Thesaurus copiarum.

Thesaurus rerum omnium memoria. Cic. 1. de Orat. 10.

Qui illos locos tanquam thesauros aliquos argumentorum notatos habet. Cic. in Partition. Orat. 60.

Regius thesaurus. Quintil. lib. 2. cap. 7. 3.

Thesauri cauernarum. Plin. lib. 17. cap. 14. 1.

Thesaurus, in malam aliquando accipitur. Plaut. Amphit. 16. 13, Thesaurum flagri teneo.

Thesaurus malus. Plaut. Merc.

Thesauri maxillarum. Plin. lib. 10. cap. 72. 3, Condit in thesauros maxillarum cibum sphingiorum & satyrorum genus: mox inde sensis ad mandendum manibus expromit.

¶ Thesaurarius, Adiect. (*θησαυρόσυλος*) ut, Thesaurarij fures, apud Plaut. in Aulul. 13. 25.

¶ Thesaurizare (*θησαυρίζειν*) Thesaurum colligere. Quod uerbum frequenter apud Ecclesiasticos scriptores occurrit, alioqui classicis linguæ authoribus non receptum.

Theseus] *dissyllabum, huius Thesei uel Theseos, penu. corr.* (*θησεύς*) Aegei Athenarum regis filius, ex Aethra cõiuge: qui dum esset adolescens, opera Medææ nouercæ penè à patre ueneno periit. Sed post mortem patris ad regnum Athenarum electus, tot digna memoratu peregit, ut inter plures Hercules unus connumeretur. Hic posteà extoris patria factus, in insulam Syrum nauigauit, ubi periit: interemptus à Nicomede, uel, ut quidam uolunt, ex loco edito post cœnam deambulando delapsus. Primus instituit Athenis panathenæa, hoc est, communem celebritatem in honorem Mineruæ, quæ Græcè Athena nominatur. Idem in Isthmo funebres ludos instituit. Huius gesta, natales, & obuium scripsit Plutarchus. De quo scripta fabula est, nomine Theseis. Hinc illud Iuuenalis, Satyr. 1. 1.

—— rauci Theseide Codri.

Fidus Theseus. Stat. 4. Sylu. 4. 21.

Infœlix Theseus. Virg. 6. Aen. 124.

Magnanimus Theseus. Senec. Hippol. 9. 2.

Periurus Theseus. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 3.

Theseis] Theseidis (*θησηΐς*) Poema Thesei gesta cõplectens. Iuuenal, Satyr. 1,

Vexatus toties rauci Theseide Codri.

¶ Thesides.

¶ Thesides, pen. prod. Patronymicum, m. gen. (*θησεΐδης*) Hippolytus Thesei filius. Ouid. Epist. 4. 13,

Thesides, Theseusq; duas rapuêre sorores.

Virgil. 2. Georg. 77,

Præmiaq; ingentes pagos, & compita circum
Thesidæ posuêre. hoc est, Athenienses. Seruius.

¶ Theseus, pen. prod. Adiect. trium syllabarum (*θέσεος*) Propert. lib. 1. eleg. 3. 3,

—— Thesea carina.

Fides Thesea. Ouid. 1. Trist. elegia 3. 14.

Thesis] (*θέσις*, Latinè positio dicitur: Figura, quæ distinguit sensus orationis per commata, id est, sub distinctiones, quas nos hac nota signamus, uel hac - per colа, id est membra, nos duobus punctis: Per periodos, id est terminos, finita sententia puncto. Dicta positio uel positura, quia punctis positis conuenienter denotat sensuum partes: uel quia ibi uox pro interuallo dictionis deponitur.

Thesis apud oratores quid sit, declarat Cicero in Topic. 4. 2. quum ait, Quæstionum duo sunt genera: alterum infinitum, alterum definitum. Definitum est, quod ὑπόθεσιν Græci: nos causſam; Infinitum, quod θέσιν illi appellant, nos propositum possumus nominare. Causſa certis personis, locis, temporibus, actionibus, negocijs cernitur, aut in omnibus, aut in plerisq; eorum. Propositum aut in aliquo eorum, aut in pluribus, nec tamen in maximis. Itaque propositum pars causſæ est. Idem in Orat. 26, Hæc igitur quæstio à proprijs personis & temporibus, ad uniuersi generis orationem traducta, appellatur Thesis. Idem ad Attic. libro 172. 4, Sed tamen nè me totum ægritudini dedam, sumpsi mihi quasdam tanquam θέσεις, quæ & politicæ sunt, & temporum horum, ut & abducam animum ab querellis.

Spacioſæ atq; uberes ad dicendi exercitationem theſes. Quintil. lib. 2. cap. 4. 18.

Dicere theſes. Quintil. lib. 2. cap. 1. 7.

Theſmophoria] (*θεσμοφόρια*, id est Cerealia: Latinè sacra Cereris, quæ Græcè dicitur Theſmophora, quasi legifera. Prima enim Ceres leges inuenisse proditur: quid ante frumentum inuentum homines sine lege uagabantur, & ex agrorum diuisione primò nata sunt iura. Ouid. 5. Metamorph. 63,

Prima dedit leges, Cereris sunt omnia munus.

Græci (*θεσμοφόρον* legislatorem appellant & legiferum. Plin. lib. 24. cap. 9. 3, Græci lygon uocant, alij agnon: quoniam matronæ in Theſmophorijs Athenienſium castitatem custodientes, bis foliis cubitus sibi sternunt.

Theſmothetæ] (*θεσμοθέται*, Magistratus apud Athenienſes, à legumlatione ita appellati: qui ætate & usu docti, domi iura dabant; querelas accusationesq; cognoscebant, deq; controuersijs æquo examine cognoscebant, quotannis quoq; leges recognoscebant, emendabant, & ad congruentiam sensumq; consentaneum reducebant.

Theſpiæ] (*θέσπιαι*, Oppidum liberum in Bœotia, ad radicem Parnaſi, ut ait Plinius lib. 4. cap. 7. uel (ut Strabo inquit lib. 9.) Heliconi proximum. Theſpias nobilitauit Praxitelis, Cupido à Glycerio meretrice ibi conſecratus. Vide Cic. 6. Verr. 4.

¶ Theſpius, Adiectiuum (*θέσπιος*) ut, Mœnia Theſpia. Valer. 1. Argonaut. 97.

Rupes Theſpia. Catul. Epithal. Iuliæ, 56. 6.

¶ Theſpiacus, pen. corr. Aliud Adiect. (*θεσπιακὸς*) ut, Mœnia Theſpiaca. Valer. 1. Argon. 19.

¶ Theſpiades, pen. corr. (*θεσπιάδες*) ſunt Muſæ ſeu Nymphæ, Theſpias incolentes; non à Theſpia matre uel nutrice, ut quidam ineptè tradunt, id nomen habentes: ſed à Theſpia ſiue Theſpijs, urbe Bœotiæ, ubi præcipuè Muſæ colebantur. Author Stephanus.

Teſpiades deæ. Ouid. 5. Metam. 62.

Theſpis] (*θέσπις*, ex Icaria ciuitate Atticæ, primus poëta Tragicus, & qui perſonas inuenit. Inter ipſius fabulas Pentheus, & quæ commemorantur à Suida. Horatius in Arte poetica, 56. Theſpis alter Athenienſis, ſiue Theſpius Erichthei regis filius; è plurib, fœminis filijs genuit quinquaginta. Cum quibus uocatis ad epulas Hercules figillatim concubuit: ſuſcepitq; totidem liberos mares, qui Theſpiadæ dicti ſunt. Hi cum Iolao Herculis ex Iphicleo fratre nepote in Sardiniam profecti, ciuitates ibi plurimas extruxêre. Author Diodorus lib. 5.

Theſproti] penult. prod. (*θεσπρωτοί*) Populi ſunt in Epiro, proximi Chaonibus: ut author eſt Plin. in Procem. lib. 4. 2.

Regnum Theſproti. Propert. lib. 1. eleg. 11. 1.

Theſſalia] (*θετταλία*, regio Græciæ, quæ ſub Attica olim cõprehendebatur, ex una parte Bœotiam, ex altera Macedoniam habens: Prius Aemonia, ab Aemone rege, & Pelaſgis, & Conargo, atq; Hellas dicebatur: unde reges Hellenes, ut Plin. libro 4. refert, dicta Theſſalia à Theſſalo, Aemonis uel Iaſonis & Medeæ filio. Hanc Homerus Argopelaſgicon nominat. Et Strabo lib. 10. ſcribit, dictam fuiſſe priſcis ſeculis Pyrrhæam, à Pyrrha Deucalionis uxore. In hac natus eſt Græcus rex, à quo Græcia. Ibi Deucalion cũ uxore Pyrrha, quorum tempore, ut inquit Ariſtoteles, ingens imbriũ illuuies maiorem partem populorũ Theſſaliæ abſumpſit, paucis, qui ad montium culmina ſeſe receperunt, conſeruatis. Inter quos Deucalio Parnaſum petierat, ratibusq; ad ſe confugientes per ſumma Parnaſſi iuga benignè foueebat. Propter quod dictus eſt genus humanũ reparaſſe. Huius ſcilicet Theſſaliæ à mari & Thermopylis eſt litus uſq; ad Penei eruptionem, & extrema Pelij. Dicta quoq; ſunt Pharſelia, Macedonia, Emathia, & Campi Philippici. In Theſſalia ſunt montes uigintiquatuor, quorum nobiliſimi Pieria, parens domusq; Muſarum, Pelion, & Oſſa, Gigantũ bello memorati. Item Pindus, et Othrys Lapitharum ſedes: Item Olympus: Flumina in ea, ut ſcribit Herodotus, ſunt Apidanus, Enipeus, Onochonus; Pamiſus, Peneus, Phœnix.

Eximia Theſſalia. Catul. Argon. 59. 6.

¶ Theſſalus, penul. corr. Adiect. (*θετταλὸς*) ut, Ora Theſſala. Catull. Argon. 59. 56.

Portenta Theſſala. Horat. 2. epiſt. 2. 42.

Puppis Theſſala. Ouid. epiſt. 17. 32.

Terra Theſſala. Tibul. lib. 2. eleg. 4. 12.

¶ Theſſalicus, pen. corr. aliud Adiect. (*θετταλικὸς*) ut, Cladeſ Theſſalicæ. Lucan. lib. 6. 13.

Colore Theſſalico tincta purpura. Lucret. lib. 2. 101.

Niues Theſſalicæ. Stat. 1. Achil. 31.

¶ Theſſalis, pen. corr. Theſſalidis, patronymicũ fœm. (*θεσσαλὶς*) Ouid. 12. Metam. 38,

Ara Theſſalis. Ouid. epiſt. 13. 23.

Theſſalonica] pen. prod. (*θεσσαλονίκη*) Vrbs inſignis, liberæq; conditionis, Macedoniæ metropolis, patria Theodori Gazæ. Strabo lib. 7, Theſſalonica, oppidum Macedoniæ cum, quæ ſupra cæteras huius ætatis urbes eximia ciuilitate floret. Cic. Attic. lib. 3. 54. 2.

¶ Theſſalonicenſes (*θεσσαλονικεῖς*) dicti ſunt eius regionis incolæ. Cic. de Prouinc. Conſul. 3.

Theſtius] (*θέστιος*, Parthaonis filius, pater Thoxei & Plexippi: qui quum in uenationem apri Calydonij profecti eſſent, & poſt longum laborem beluam interemiſſent, præcipua uenationis præmia expectabant. Sed uenationis princeps;

princeps, seu amore Atlantes ductus, seu quia sic usus expetebat, caput & pellem apri, qui primus apud venatores habebatur honos, Atalantæ uirgini transmisit, quæ primum aprum sagitta uulnerârat. Quod ægrè ferentes Plexippus & Thoxeus, uirgini oblatũ honorem auferre conati sunt. Quare iratus Meleager irruit in eos, & occidit. Fabulam uide apud Ouid. 8. Metam. 53. Hinc Plexippum & Thoxea Thestij filios, Thestiades nominat ibidem.

¶ Thestiades, θεστιάδης, Filiæ Thestij, qui Erichthei, aut (ut alij uolunt) Theuthrantis filius fuit, numero quinquaginta, ex diuersis mulieribus natæ: ex quibus Hercules adhuc adolescens, sed iam tunc corporis robore præstans, totidem liberos masculos sustulit: qui & ipsi ab aui nomine, Thestiadæ dicti sunt. Hi post mortem patris, cum Iolao illius ex Iphicleo fratre nepote, in Sardiniam profecti, multas in ea urbes condiderunt. Author Diodorus lib. 5.

Thestorides] pen. corr. (θεστορίδης) Calchas filius Testoris. Stat. 1. Achil. 100.

Prouidus augur ueri Thestorides. Ouid. 12. Metam. 4.

Theta] θῆτα, Nomen est literæ Græcæ, quæ iudicibus Græcorum erat nota condemnationis, ut Latinis c: quòd ea sit prima dictionis θάνατος, quæ mortem significat. Vide Martial. lib. 7. 36.

Ad Castricum, uocat mortiferum theta.

Pers. Satyr. 4. 2,

Et potis es uitiò nigrum præfigere theta.

Thetis] Thetidis, penult. corr. (θέτις) Pelei Thessaliæ regis uxor, Nerei marini dei filia, & Achillis mater. De nuptijs huius Lucianus facit pulcherrimum dialogum. Accipitur nonnunquam pro mari.

Æquorea Thetis. Ouid. 11. Metam. 46.

Marina Thetis. Horat. 1. Carm. ode 8. 3.

Plana Thetis, Planum & tranquillum mare. Stat. 5. Thebaid. 42. Claud. de raptu Proserp. lib. 1. 30,

Hìc latrat Getulâ Thetis.

Tentare Thetim ratibus. Virg. eclog. 4. 7.

Theudasia] θευδασία, Emporium nobile fuit ad Bosphorum Thracium: ita dictum ab uxore Leuconis, eius regionis tyranni, qui primus hac in urbe emporium instituit, Atheniensibusq; illinc frumentum euehentibus multas immunitates concessit: ut est uidere apud Demosthenem in oratione aduersus Leptinem.

Thia] θεία, Insula est in mari Cretico, una Sporadum, non procul ab Hiera, quam sua primùm ætate emersisse, author est Plin. lib. 2. cap. 88. & lib. 4. cap. 12.

Thimbrön] θύμβρων, Lacedæmoniorum dux, qui aduersùs Persas in Asiâ missus, subitò Tiribazi aduentu est oppressus, una cum Thersandro citharœdo; cum quo cœnabat. Vide Xenophontem rer. Græc. lib. 4.

Thinissa] θῖνες, Africæ minoris, id est, Zeugitanæ prouinciæ urbs. Ptolem. lib. 4. cap. 3. hodie Tunis.

Thiodamas] pen. corr. (θιοδάμας) filius fuit Melampodis, & uates: Statio teste.

Thisbe] θίσβη, Puella fuit Babylonia. De quâ apud Ouid. lib. 4. Metam. 12.

Babylonia Thisbe. Ouid. 4. Metam. 20.

Candida Thisbe. Stat. 9. Thebaid. 154.

¶ Thisbæus, Adiect. (θισβαῖος) Ouid. 11. Metam. 63,

Quæ nunc Thisbæas agitat mutata columbas.

Thisias] θισίας, Siculus antiquissimus artiũ scriptor. Quintil. lib. 3. cap. 1. 6.

Thlaspi] θλάσπι, siue, ut alijs placet, Thlaspidion, ut Dioscorides & Plin. lib. 27. cap. 13. 6. tradunt, herbula angustis foliis, digitali longitudine, in terram uersis, subpinguibus, in cacumine diuisis, cauliculo tenui, semipedali, non sine adnascentibus ramulis, fructu per ambitum eius contento, summa sui parte parum in latitudine effuso, semine incluso nasturtij, lenticulæ effigie, nisi quod infringitur, flos albicat. Hanc esse nemo inficiabitur, quam uocant herbarij nasturtium tectorum, quòd sub inde nascatur in parietinis: alij syluestre: uulgus nostrum sinapi rusticum appellat, quoniam digitis friatum, sinapim subolet. Ruellius.

Thoas] Thoantis (θόας) Fuit rex in Taurica regione. De quo Ouid. lib. 3. de Ponto, eleg. 2. 12,

Regna Thoas habuit Mæotide clarus in ora:
Nec fuit Euxinis notior alter aquis.

Alter rex Lemni fuit, Liberi patris filius, & pater Hypsipyles. Fuerunt & alij hoc nomine.

Clari Thoantis terræ. Ouid. 13. Metam. 80.

¶ Thoanteus, pen. prod. Adiect. (θοάντειος) ut, Diana Thoantea. Valer. 8. Argon. 42. Dianam Tauricam intelligit, cui hostijs humanis sacrificabatur.

Thos] thopis (θώς) Lupi genus, cæteris procerius, crurumq; leuitate dissimile, uelox saltu, uenatu uiuens, innocuum homini, per hyemes hirtum, æstate nudum. Author Plinius lib. 8. cap. 34.

Tholos] θόλος, Græca dictio, qua significatur ueluti scutum breue, quod medio in tecto ponitur, in quo trabes coeunt, & ad quod dona suspendi consueuerunt. Virgilius 9. Aeneidos 82,

—siqua ipse meis uenatibus auxi,
Suspendisse tholo, aut sacra ad fastigia fixi.

Seruius. Martial. lib. 2. 58,

Et me Cæsareum prospicis ecce tholum.

Tholon accipiunt quidam pro testudine alicuius ædificij, siue pro domo rotunda. Ouid. 6. Fast. 60,

Mox didici curuo nulla subesse tholo.

Varro 3. de Re rust. cap. 5. 10, inter eas piscinas tantummodo accessus semita in tholum, qui est ultrà rotundus, columnatus. Stat. 1. Syl. 1,

Quod coleris maiore tholo.

Thonis] θῶνις. Strab. lib. 17. Vrbs est prope Zephyrium. Est & eidem rex, qui Menelaum & Helenam hospitio suscepit. Hinc de medicamentis Helenæ sic Homerus inquit,

Quæ Polydamna dedit, Thonis clarissima coniunx.

Thorax] θώραξ, ut scribit Strabo lib. 14. mons est iuxta urbem Magnesiam, in quo dicũt crucifixum fuisse Daphitam grammaticum, propterea quòd reges uersibus incesseret. Ex quo illud tractum est, Caue à Thorace. Hoc uelut ænigmate prouerbiali, ut uult Erasmus in Chiliad. festiuiter admonebimus, frænandam esse linguam, ne uoces petulanter emissæ, per iugulum aliquando redeant.

Thorax] thoracis, pen. prod. in gen. (θώραξ) Latinè pectus dicitur. Iulius Pollux scribit thoracem esse, quicquid anterioris duntaxat partis à collo usque in coxendicem protenditur, quem conficiunt crates costarum, qui & ὄλινθοι, hoc est, mortarium dicitur. Medici tamen in resectionibus humani corporis, thoracem accipiunt inane quiddam in pectore, extremas costarum partes utrinque contingens. Vnde legimus apud Plinium libro 20. cap. 12, 15. & libro 27. cap. 7. 6.

Thorax, Tunica quæ tantùm pectus tegit: cuiusmodi infantes gestare, moris est apud Italos. Iuuen. Satyr. 5. 15,

—uiridem thoraca iubebit
Afferri. Suetoñ. de Augusto, cap. 82, Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & subuculâ thorace laneo, & femoralibus, & tibialibus muniebatur.

Thorax, Munimentum pectoris, ex ferro, aut plumbo fabricatum. Plin. libro 7. cap. 20. 3, Nos quoq; uidimus Athanatum nomine prodigiosæ ostentationis, quingenario thorace plumbeo indutum. Virg. 1. Aen. 68,

—thoraca simul cum pectore rupit. idem 11. Aen. 98.

Nexilis thorax. Stat. 4. Thebaid. 35.

Perfossus thorax. Virg. 11. Aen. 2.

Densis thoracibus horrens stat manus. Valer. 3. Argonaut. 18.

¶ Thoracatus, penult. prod. Adiectiuum (θωρακοφόρος) Qui thorace indutus est: quod militum ornamentum erat. Plin. lib. 35. cap. 10. 5, Parrhasius pinxit Nauarchum thoracatum. Idem lib. 37. cap. 9. 2, Formatamq; inde effigiem Neronis thoracatam.

Thoxeus] θοξεύς, filius Eurythi, frater Ioles. Seneca Hercule Oetæo, 3. 9,

Nondum teneras uestite genas,
Nec dum sortis sanguine Thoxeu. Verba sunt Ioles.

¶ Thoxeus, Thestij filius, & Plexippi frater. Vide Testius.

Thrace] Thraces (θρᾷκες) & Thraca Thracæ, & Thracia, Europæ regio, inter parteis Scythiæ posita, Macedoniam sequens: quæ à Septentrione Istrum habet, ab Oriente Pontum, à Meridie Aegæum mare. Olim Scython: postea Thracia, à Thrace Martis filio, seu ab asperitate dicta: Græcè enim θρᾳχὺ asperum dicitur. Est enim regio, ut Pomponius scribit, nec solo tractabilis, & (nisi qua mari propior est) infœcunda frigidaq;. Habet feros homines aspero cultu. In ea sunt urbes celebriores Apollonia, Enos, Nicopolis, Byzantium, Perinthos, Lysimachia, Calipolis. Amnes sunt Hebrus, & Nestus. Montes, Hemus, Rhodope, & Orbelos. Descriptionem huius quære apud Plin. libro 4. cap. 11.

Armifera Thrace. Ouid. epist. 2. 17.

Candida niue Thrace. Horat. 3. Carm. ode 25. 3.

Dura Thrace. Stat. 5. Thebaid. 87.

Furiosa bello Thrace. Horat. 2. Carm. ode 16. 1.

Gelida Thrace. Ouid. 4. de Ponto, eleg 5. 1.

Horrida Thracia. Catul. de phaselo, &c. 4. 2.

Lapidosa Thrace. Senec. Troad. 9. 1.

Seua Thrace. Stat. 5. Thebaid. 17.

¶ Thrax, Thracis (θρᾷξ) Thraciæ incola. Cic. de Prouinciis Consul. 7, Rex Ariobarzanes Consulem uestrum ad cædem faciendam, tanquam aliquem Thracem conduceret? Virgil. 3. Aeneid. 3.

Tumidi Thraces. Stat. 5. Thebaid. 15.

¶ Thracius, Adiect. (θρᾴκιος) Cic. de Prouinc. Consul. 3, Castra Thracijs distincta ac notata uia.

Agri Thracij. Senec. Medea, 8. 11.

Equus Thracius. Virg 5. Aen. 113.

¶ Thressa, uel Thraissa (θρᾴσσα) diuisa diphthongo, fœ. gen.

¶ Thracius, & Thraicius, Adiectiua (θρᾴκιος, καὶ θραΐκιος.)

¶ Thressa, (θρᾴσσα) & Threissa, à Threix, quod mulierem Thracensem significat. Item Adiectiua Threicus, Threicius: de quibus habentur exempla apud poetas. Horat. 3. Carm. ode 9. 2,

Me nunc Thressa Chloe regit. Virg. 1. Aen. 64,

—uel qui Ismarios equos Threissa fatigat
Harpalice. Cic. 2. Offic. 34, Barbarum, & eum quidem, ut scriptum est, compunctum notis Threicijs; districto gladio iubebat anteire.

Aquæ Threiciæ. Ouid. epist. 13. 6.

Hyemes Threiciæ. Lucan. lib. 7. 169.

Littus Threicium. Ouid. 13. Metam. 88.

Thracias] θρᾳκίας, Dioscoridi, uel Thracius lapis. Silex est, tam admirabilis naturæ, ut aqua madefactus accendatur, oleo autem affuso restinguatur. ita dictus (ut Nicandro placet) eo quòd in Ponto Thraciæ flumine inueniatur. Vide Galenum 9. Simplic. & Dioscor. lib. 5.

Thraseas] θρασέας, Ventus, qui & Thraceas & Thracias dicitur. Aristot. Post Argesten uentum flat Thraseas: spirat inter Septentrionem & Occasum solstitialem.

Thraseas] θρασέας, Suidæ Philosophus fuit Stoicus, sub Nerone, à quo cum iussus esset mori, fletum suorum magna constantia compescuit: porrectisq; al. criter ad incisionem brachijs, humoq; sanguine aspersa, Hunc, inquit, sanguinem libemus Ioui liberatori. Reliqua uide apud Tacitum lib. 16.

Thrasius] seu Thrasillus (θρᾴσιος) uir fuit, qui quum ad exorandas à Ioue pluuias Busirin docuisset hospites immolare, omnium primus mactatus est. Ouid. in Ibin. 89,

Vt qui post longum sacri monstrator iniqui
Elicuit pluuias uictima cæsus aquas.

Idem lib. 1. de Arte amandi, 130.

Thraso] θράσων, Nomen proprium gloriosi militis apud Terentium in Eunucho, ἀπὸ τοῦ θράσους, hoc est, ab insolentia & ferocitate impositum. Fuit & nobilis statuarius eiusdem nominis: cuius meminit Plinius lib. 34. cap. 8. & Strabo lib. 14.

Thrasybulus] penul. prod. (θρασύβουλος) Atheniensis exul, comparato exercitu triginta tyrannorum dominationem Athenis sustulit, iuuante Lysandro Lacedæmoniorum duce, exulesq; reduxit. Insuper plebiscitum tulit, quod ἀμνηστίαν uocant, quo iniuriarum memoria deleretur, exulibus iureiurando adactis. Cuius Cic. in Philip. & Valer. de Modestia, mentionem fecêre.

¶ Thrasybulus, dux Milesiorum, ut portum Sicyoniorum occuparet, ex aduersa parte oppidanos tentauit. Dumq; illi detinerentur; cum insperata classe portum cepit. Frontinus libro 2.

Thrasyllus] θρασύλλος, Atheniensis fuit, rei militaris peritissimus, qui æquali cum Thrasybulo imperio classi præfectus, Myndarum Lacedæmonium, Peloponnesiorum ducem apud Sestum Hellesponti urbem nauali prælio superauit. Author Thucyd. lib. 8.

Thrasymachus] pen. corr. (θρασυμάχος) Carthaginiensis Sophista, periodon, & colon, id est, membrũ primus monstrauit, ac modum qui nunc est Rhetorices, induxit. Fuit discipulus Isocratis, ut scribit Suidas.

Thrasymenus] Vide Trasymenus.

Threcydica] Threcydicorum; Arma gladiatoria. Cicero Philippica 7, Quem gladiatorem non ita appellaui, ut etiam interdum M. Antonius gladiator appellari solet: sed ut appellant ij, qui planè & Latinè loquuntur. Myrmillo in Asia depugnauit. Quum ornasset Threcidicis comitem & familiarem suum, illum miserum fugientem iugulauit.

Threna] quæ Cyprijs dicuntur uestes floridæ ac uariegatæ, ab animalibus eiusdem nominis, uaricate distinctis ac maculosis, id est, ποικιλομελέσιν apud Thessalos: ut è recentioribus tradit Cæl. Rhodig. lib. 16. cap. 9.

Thria] Thriæ, siue Thrio, Thrius (θρίαι ἢ θρεῖαι) Stephano, Vicus est Atticæ in tribu Oeneide: à quo Thriasij populi, & campus Thriasius: cuius meminit & Plin. lib. 4. cap. 7. & multis in locis Thucydides.

Thrion] ab Atheniensibus iucundum quoddam edulium uocabatur, quod frondibus ficulnis, quæ θρῖαι Græcè uocantur, inuoluebatur. Varro, A globo farinæ dilatato, item in oleo cocti, dicti à globo globi; ut thrion & placenta. Sunt & ἴτρια Græcis lagana, si quis forte hoc loco ita legendum putet. Turnebus:

Thridacias] θριδακίας, Mandragora fœmina, à lactucarum similitudine, quas θριδακίας uocant Græci, nomine impoſito. Author Dioſcor. lib. 4. cap. 17.

Thrips] θρίψ, Teredinis genus, lignum erodens, culici non diſſimile. Author Plin. lib. 16. cap. 41. Alij Thryps ſcribũt.

Thronus] throni, m. gen. (θρόνος) Sedes uel ſolium dicitur.

Thronium] θρόνιον, Oppidũ eſt Locrorum Epicnemidiorum ad Boagrium amnem, non procul à ſinu Maliaco. Plin. lib. 4. cap. 7.

Thryallis] θρυαλλὶς, Genus herbæ, quæ aliàs Lychnitis dicitur, folia habens terna, aut cum plurima, quaterna, craſſa, pinguiàq; ad lucernarum lumina apta. Vide Plin. libro 25. cap. 10.

Thryps] thrypis, Tinea. Plin. lib. 16. cap. 42. 1. Terreſtres tineas uocant: culicibus uerò ſimiles, thrypas. De teredinibus. Vide Thrips.

Thryus] θρυὸς, Homer. Iliad. 2. fluuius Elidis, qui in Alpheũ decurrit. Ab eo & Thryoeſſa Iliad. 11. uocatur.

Thucydides] pen. cor. (θουκυδίδης) Athenienſis hiſtoricus, patre Olouo, genus à ducibus Miltiade & Cimone, qui & ipſi ab Araco Iouis filio originem habuêre, duxit: ut Didymus in hiſtoria teſtatur. Vxorem duxit è Thracia oriundam, alioqui diuitem, cuius opes aſſecutus non in uoluptates, ſed partim in ocium literarium erogauit. Nam bellum Peloponneſiacum ſcribere aggreſſus, tempore quo illud gerebatur, Athenienſibus pariter ac hoſtibus Lacedæmonijs militibus, qui bello intereſſent, mercedem præbebat, uti res quotidie ueras ei renunciarent: quas fidelius accipere ſperabãt, ſi non ſolum ab amicis, ſed etiam ab inimicis edoceretur, ne partes quiſq; ſuas falſò tueretur. Præceptores habuit in philoſophia, Anaxagoram: & in rhetorica, Antiphontem. Cuius & ipſe in 8. hiſtoriæ meminit, dicens eam cauſam fuiſſe perdendæ Reipub. ac conſtituendæ tyrannidis trecentorum. Ex Marcellino Græco ſcriptore. De hoc Quintil. lib. 10. cap. 1. Dionyſius Halicarnaſſeus ſcribit, Demoſthenem adeò Thucydidis ſtylum probaſſe, ut eius librum octies ſcripſerit, totumq; ferè edidicerit. Vide Cic. de clar. Orat. 151.

Siculus ille capitalis, creber, acutus, breuis, penè puſillus Thucydides. Cic. Q. fr. at. lib. 2. 15. 4.

Grauiter ſanè & probè, res geſtas, & bella, & prælia narrat Thucydides. Cic. in Orat. 16.

Thucydides rerum geſtarum pronunciator ſyncerus & grandis fuit. Cic. de clar. Orat. 151. Idem 2. de Orat. 30. Namq; et Herodotum illum, qui princeps genus hoc ornauit, &c. & poſt illum Thucydides omnes dicendi artificio mea ſententia facilè uicit.

Admirari eloquentiam Thucydidis. Cicero de Opt. gene. Orat. 148.

Thucydides alios idem Marcellinus ponit: unum Mileſium Athenis inter principes uiros ac duces, æmulum Periclis. Alium Pharſalicum, Memnonis filium: cuius meminit Polemon in his quæ de Acropoli ſcripſit. Quartum poetam natione Achedryſium: cuius meminit Androtion in Attide, dicens eum filium eſſe Ariſtonis, qui fuit tempore Platonis comici, & Agathonis tragici, ac Nicerati ueriſicatoris. Ex Marcellino.

¶ Thucydidius, Adiectiuum. Cic. in Orat. 16. Ecce autem aliqui ſe Thucydidios profitentur, nouum quoddam imperitorum & inauditum genus.

Thule] Thules, Thule, ſiue Thyle: Nomen duarum inſularum, quarum una eſt in Oceano inter Septentrionalem & Occidentalem plagam, ultra Britanniam, quæ ultima fuit ex cognitis à Romanis. Virg. 1. Georg. 6,

—tibi ſeruiat ultima Thulæ. In ea ſolſtitio æſtiuo nullas eſſe noctes Plinius tradit: e contrario, ut Solinus refert, brumali ſolſtitio nullus penè dies. Vltra eam pigrum & concretum mare eſſe ferunt. Hanc inſulam hodie Islandiam, id eſt, glacialem terram dicunt. Sita eſt inter Danomarchiam & Norwegiam. Hæc Andreas Althamerus in Commentarijs Germaniæ. Altera in Aphrica, contra ſinum Carthaginis.

Heſperiæ uada caligantia Thules. Stat. 3. Sylu. 5. 4.

Nigræ littora Thules. Stat. 4. Sylu. 4. 13.

Vltima Thule. Virg. 1. Georg. 6.

Thunnus] θύννος, Genus piſcis marini prægrandis, uulgò noti. Dicitur & Thynnus. Horat. 2. Serm. Satyr. 5,

Plures annabunt thunni, & cetaria crescent.

¶ Thunnum Athenæus lib. 7. ſcribit appellatum eſſe ἀπὸ τοῦ θύειν τε, καὶ ὁρμᾶν, id eſt, impetum facere & irruere. Hunc piſcem enim admodum celerem & concitatum eſſe, propterea quòd certo anni tempore ſtimulum, ſeu œſtrum habeat in capite, à quo concitetur atq; impellatur, quod item ſcribit Ariſtoteles.

Thurianus] penult. prod. Genus eſt piſcis marini, quem alij xiphiam uocant. Plin. lib. 32. cap. 11. 10.

Thurij] θούριοι, Vrbs eſt Calabriæ, quæ & Thuria & Thurion, à Thuria fonte dicta eſt. Hæc prius Sybaris, nouiſſimè Copiæ fuerunt appellatæ. Huius meminit Strabo lib. 6. Quum enim Croroniatæ, aduerſus quos bellum gerebant, urbem cepiſſent, inducto fluuio cuncta demerſerunt. Pauci ex ea clade ſuperſtites adunati cohabitabant, quos temporis interuallo Athenienſes, alijq; Græci prorſus extinxerunt. Nam in ſocietatem ciuitatis peruenientes, eos per contemptum habitos trucidarunt. Et urbem alium in locum propè tranſpoſitam ædificarunt, & eos Thurios, ducto de fonte uocabulo, nuncuparunt. Thurij quum diutius beatam duxiſſent ætatem, tandem in Lucanorum ſeruitutem tracti ſunt. Quumq; illos Tarentini deſtruerent, ad Romanorum tutelam confugerunt. Qui quidem mittentes prouinorum paucitate accolas, mutato nomine ciuitatem Copias appellauêre. Hinc,

¶ Thurinus, pen. prod. Adiectiuum. (θούριος) Ouid. 15. Metamorph. 10,

Thurinosq; ſinus, Temeſemq;, & lapygis arua.

Alij legunt, Terinosq; ſinus, &c.

Thurium] θούριον, Italiæ oppidum, ubi Herodotus uitam finiuit. ibidemq; in foro, ut quidam memorant, ſepultus eſt: teſte Thucyd. lib. 3. Strabo uerò lib. 14. ait illum ex Halicarnaſſo Cariæ regia eſſe, quem poſtea Thurium nocauerunt, eo quòd particeps fuiſſet coloniæ in Thurios miſſæ.

Thus] thuris (λίβανος, λιβανωτὸς) Incenſum quo dijs ſacrificabatur: ἀπὸ τῆ θύειν, odorem facio: uel potius θύω, ſacrifico: quòd qui ſacrificabant, thure utebantur. Plin. libro 12. cap. 14. 1. Thura præter Arabiam nullis, ac ne Arabiæ quidem uniuerſæ, &c. Plura in ipſo capite de thure leges. Tibull. lib. 1. eleg. 3. 7,

Reddereq; antiquo menſtrua thura lari.

Acerræ thuris. Ouid. 8. Metam. 53.

Eoum thus. Stat. 1. Thebaid. 53.

Flaua thura. Ouid. epiſt. 20. 19.

Incana thura glebis. Stat. 6. Thebaid. 13.

Mammoſum thus. Vide Mamma.

Maſcula thura. Virg. eclog. 8. 3.

Niliacum thus. Stat. 4. Sylu. 9. 3.

Pia thura. Iuuen. Satyr. 13. 12.

Sabæum thus. Virg. 1. Aen. 85.

Sacri thuris honore dignari aliquem. Ouid. 14. Metam. 26.

Blanda

Blanda thura dare. Tibul. lib. 3. eleg. 3. 1.

Incendere thura & odores. Cic. 6. Verr. 69.

Ingerere thura aris. Vide Ingero.

Litare thure. Perſ. Satyr. 5. 12.

Miniſtrare thura. Ouid. 2. Metam. 60.

Sabæi mittunt thura. Virg. 1. Georg. 12.

Placare deos thure. Horat. 1. Carm. ode 36. 1.

Tribuere alicui honores thuris. Ouid. 14. Metam. 26.

¶ Tus, abſq; aſpiratione nonnulli ſcribunt, inter quos Priſcianus, Varro, et Seruius: à tundendo deriuantes, quòd glebæ tunduntur, cum quibus fluens coaleſcit.

¶ Thurarius, Qui thura tractat ac uendit. Firmic. lib. 8. cap. 25, Viceſimaſeptima pars libræ ſi in horoſcopo fuerit inuenta, thurarios faciet, uel pigmentarios, ſeu pharmacopolas.

¶ Thureus, Adiect. (λιβανινὸς) Quod eſt thuris. Colum. lib. 3. capite 8. 4, Iam thuream plantam, florentesq; hortos myrrha & croco. Virg. 2. Georg. 2,

—ſolis eſt thurea uirga Sabæis.

Dona thurea. Virg. 6. Aen. 45.

Flamma thurea. Stat. Thebaid. 98.

Grana thurea. Ouid. 4. Faſt. 82.

¶ Thurifer, pen. corr. thuriferа, thuriferum, pen. corr. (λιβανοφόρος) ut, Saba thurifera, Quæ producit thus. Plin. lib. 6. cap. 23. 13, Regio thurifera. Idem lib. 12. cap. 14. 10, Vt illo modo quùm deuciſſet thuriferas gentes, ſupplicaret.

Indus thurifer. Ouid. 3. Faſt. 144.

Aræ thuriferæ. Stat. 1. Achil. 104.

¶ Thuricremus, pen. corr. Adiect. Thus cremans: ut, Aræ thuricremæ, in quibus crematur thus. Virg. 4. Aen. 91.

Foci thuricremi. Ouid. epiſt. 24.

¶ Thurilegus, pen. corr. Adiect. ut, Arabes thurilegi, Thus colligentes. Ouid. 4. Faſt. 114.

¶ Thuribulum, thuribuli, penult. corr. (θυμιατήριον) Vas in quo thus adoletur. Liu. 9. bel. Pun. 70. Cic. 6. Verr. 40, Num etiam de L. Papyrio uiro primario, locuplete, honeſtoq; equite Romano thuribulum emiſti?

¶ Thuſculum, thuſculi, pen. corr. Diminut. (λιβανωτίδιον) Plaut. Aulul. 13. 15,

Nunc thuſculum emi, & haſce coronas floreas.

Thuſcia] Italiæ regio, à Latio Tiberi, à Ligúribus Macrâ fluuio diuiſa, quæ alio nomine Hetruria dicitur. Dicta Thuſcia (ut quidam exiſtimant) ἀπὸ τῆ θύειν, quod eſt ſacrificare: propterea quòd Tyrrheni, ſemper habiti fuerint religioſi, deorumq; cultui & ſacrificijs ad ſuperſtitionem uſq; dediti.

Thya] thyæ (θύα) Arbor odorifera, quæ notiore nomine Cedrus dicitur, & ab Homero trogete: teſte Plinio libro 14. capite 16.

Thyamis] Fluuius Buchrotum coloniam alluens, & Aemathio uillæ Attici proximus. Cicero 7. ad Atticum, Q. Ciceronii obſiſti non potuit, quo minus Thyamin uideret. Hinc quod à Cicerone libro 2. de Legibus ſcribitur, Sed tamen huic amœnitati, quam ex Quinto ſæpe audio, Thebanus Epirotes ille tuus nihil opinor conceſſerit mendoſum apparet, Cùm enim uideatur de fluuio loqui, quem eum Fibrenõ comparet, nomenq; Thebani, fundi potius quàm fluminis ſit, nec illis in locis ullus fluuius Thebanus memoretur: luxatam fuiſſe ſcripturam crediderim, & in Thebanum pro Thyami degenerasſe. Legendum igitur putem Thyamis Epirates ille tuus, &c. Hæc Turnebus.

Thyas] huius Thyadis, penultimà corr. (θυὰς) Bacchi ſacrificula.

Amentes Thyadas. Stat. 12. Thebaid. 159.

Concita Thyas pulſo tympano. Horat. 3. Carm. ode 15. 2.

Euantes Thyades effuſis crinibus. Catull. Argon. 59. 78.

Excita Thyas commotis ſacris. Virg. 4. Aen. 60.

Peruicaces Thyades. Horat. 2. Carm. ode 19. 2.

Thyaſus] thyaſ. penult. corr. maſc. gen. (θίασος) Saltatio & chorea dicitur, quæ Baccho exhibebatur: à θύω, ſacrifico. Virg. 5. eclog. 6,

Inſtituit Daphnis thyaſos inducere Baccho.

Catull. de Berecynth. 58. 6, Thyaſus repente linguis trepidantibus ululat.

Thyatira] pen. prod. (θυάτειρα) Inſula eſt maris Ionij, una Echinadum, Aetoliæ adiacentium: teſte Plinio libro 4. cap. 12. Eſt item Ioniæ ciuitas in Aſia, ad Lycũ fluuium: teſte eodem Plin. lib. 5. cap. 9. Strabo lib. 13. Myſiæ attribuit: Stephanus Lydiæ.

Thyella] θύελλαι, Oenotriæ urbs, in qua pars Phocenſium conſedit: ut ex Herodoti ſententia refert Stephanus. Homerus Thyellam quarta Harpyiam uidetur appellaſſe: reſpiciens nimirum ad uocis proprietatem, quæ apud Græcos repentinam & ſonoram ſignificat procellam.

Thyeſtes] θυέστης, filius Pelopis ex Hippodamia, & Atrei frater, ac Tantali nepos. Inde,

Thyeſtius] penult. prod. Adiectiuum (θυέστειος) Ouidius 15. Metamorph. 93. Neue Thyeſteis fabula (inquit Seruius) hoc habet, Atreum & Thyeſtem germanos quum diſſenſione ſibi nocere non poſſent, in ſimulatam gratiam rediiſſe: quâ occaſione Thyeſtes cum fratris uxore concubuit. Atreus uerò ei filium epulandum appoſuit: quæ Sol abominatus, ne polluereturſe, auſugit. Sed ueritas hæc eſt: Atreum apud Mycenas primum Solis eclipſim inueniſſe: cui inuidens frater, ex urbe diſceſſit tempore quo eius probata ſunt dicta. Hactenus Seruius, enarrans illud Virgilij libro 1. Aeneid. 115,

Nec tam auerſus equos Tyria Sol iungit ab urbe.

Perſius Satyr. 5. 1,

—aut ſi quibus olla Thyeſtæ

Feruebit. Vide Aegyſthus.

¶ Thyeſteus. Cic. in Piſonem, 34, Thyeſtea iſta execratio eſt, poetæ uulgi animos, non ſapientum mouentis.

Menſa Thyeſtea. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 10.

Mycenæ Thyeſteæ. Lucan. lib. 1. 102.

Thyia] θυία, Nomen filiæ Cephiſi, quæ prima Liberi patris initiata fuit Orgijs: à qua Thyiades & Thyiæ. Herodotus lib. 7. Ab hac urbs eiuſdem nominis, in qua colitur.

Thyites] θυίτης, Genus eſt lapis durißimi, ex quo mortaria fieri conſueuerunt: unde & à Plinio lapis mortariorum uocatur, & à Græcis θυίτης, quibus θυῖνα mortarium eſt.

Thyle] Vide Thule.

Thymallus] Genus piſcis precioſi: de quo Ambroſius libro 5. Hexam. Neque te inhonoratum noſtra perſecutione Thymalle dimittam, cui à flore nomen inoleuit, ſeu Ticini unda te fluminis, ſeu amorem Atheſis umbra nutrierit, flos es. Vide reliqua.

Thymbra] θύμβρα, Herba uulgaris notitiæ. In aſperis & gracilibus naſcitur, ſimilis thymo: ſed minor atque tenerior, ferens ſpicam floris plenam, coloris herbacei. Habetur & ſatiua breuior ſylueſtri, quæ propter minorẽ acrimoniam in cibos receptá eſt: Latinis ſatureia, teſte Plin. libro 19. cap. 8. 33. dicitur. Gallis hunc ſarrieta, nunc ſatria, pedali altitudine, fruticoſa, ſurculoſis utrinque coliculis, folio hyſopi, floſculis per interualla ex purpura candicantibus, odore ſaporeq; gratiſſimo. Tymbræ tamen nõnihil à ſaturêia diſcrepare ſentit. Columel. libro 10. hoc ſcariolo,

Et satureia thymi referens, tymbræq; saporem:
Hæc Ruel. Columel. lib. 9. cap. 4. Saporis præcipui mella reddit thymus. Thymo deinde proxima thymbra, &c. Sunt qui tymbram, absq; aspiratione scribant.

Olens thymbra. Stat. 1. Sylu. 2. 5.
Gelidæ umbracula thymbræ. Stat. 1. Sylu. 2. 45.

¶ Thymbra (θύμβρα) Locus uicinus Troiæ, plenus thymbra.

Rector Thymbræ, Apollo. Stat. 4. Sylu. 7. 5.

¶ Thymbræus (θυμβραῖος) Apollo dicitur, à loco Troiæ uicino, pleno thymbra: in quo eius & nemus est, & templum, ubi à Paride Achilles occisus est. Vnde & fingitur manu Apollinis uulneratus. Ergo Thymbræus, ut Delius. Num numina à locis frequenter nomen accipiunt. Hactenus Seruius apud Virg. lib. Aen. 3. 17,

Da propriam Thymbræe domum, da mœnia fessis.

Pergama Thymbræa. Stat. 3. Sylu. 2. 20.

Thymele] pen. corr. (θυμέλη) Nomen mulieris, quæ prima saltationem in scena docuit. Græci θυμέλην scenam uocãt, hoc est, eam theatri partem, ubi gestus agunt histriones. Martial. lib. 1. 33,

Qua Thymelen spectas, deriseremq; Latinum,
Illa fronte, precor, carmina nostra legas.

Suidas scribit, fuisse aram in theatris Thymelen.

¶ Thymelici, pen. corr. (θυμελικοί) Ludij histriones. Vnde à Vitruuio dictum est, Scenici & Thymelici Græcè separatim nominantur.

Thymion] quid sit, docet Cels. lib. 5. cap. 28. At Thymion nominant ulcus, quod super corpus quasi uerrucula eminet, ad cutem tenue, supra latius, subdurumq;, & in summo peraspe rum.

Thymœtes] θυμοίτης, Priami filius fuit ex Arisbe (ut quidam uolunt) cuius uxor quum filium peperisset, eodem die quo Hecuba Paridem, asserentibus Hariolis eo die natum esse puerum, cuius causa Ilium euerteretur, iussit Priamus utrumq; interfici. Et Paris quidem matris astu clàm traditus est educandus: Thymœtis autem puer est interfectus. Cuius iniuriæ ultione in multos dies dilata Thymætes, quũ equi lignei dolum sentiret, commodum sibi uindictæ tempus oblatum ratus, primus author fuit ut in urbem reciperetur. Hæc ferè Seruius, enarrans locum illum Virgilij,

—primusq; Thymœtes
Duci intra muros hortatur, & arce locari,
Siue dolo, seu iam Troiæ sic fata ferebant.

Thymoleon] Vide Timoleon.

Thymus] m. g. uel thymum, thymi (θύμος) Herba hortensis, odorata, cuius flore summopere apes delectantur. Plin. lib. 21. cap. 10. 1, Totidem & thymi: candidum ac nigricans. Floret autem circa solstitia, quum & apes decerpunt, & augurium mellis est. Prouentum enim sperant apiarij, largè florente eo. Læditur imbribus, amittitq; florem. Semen thymi non potest deprehendi; quum origani perquàm minutum, non tamen fallat. Mart. lib. 5. 40.

Hyblæis madidas thymis placentas.

Columell. lib. 11. cap. 3. Thyminum & transmarina cunila, & serpyllum, &c.

Dulcior Thymo. Virg. eclog. 7. 8.
Cecropium thymum. Virg. 4. Georg. 54.
Apes pascuntur thymo. Virg. 5. eclog 16.
Redolentq; thymo fragrantia mella. Virg. 4. Georg. 34.
Suffire thymo. Virg. 4. Georg. 49.

¶ Thymianus, Adiectiuum, à thymo: ut, thymianæ oues. Plaut. Bacchid. Vetulæ sunt thymianæ. Thymianæ, inquit Turnebus, à thymo dici uidentur. Nam in Narbonensi Gallia Lapidei campi thymo abundabant, eoq; infinita pecudum milia conuenichant. Thymianæ tamen hic malæ erunt, credo propter longinquitatem uiæ macrescentes. Thymianæ se in ueteribus libris reperisse, scribit Ioachimus: quæ uox quid significet, consulendum Apollinis oraculum: nisi thymum amantes, explices. Ac uidi qui thymiama defenderent, ut rei diuinæ aptas, quales emebantur à parcioribus uiliores & macriores. Aliquando & minæ legendum existimaui. Sed quin thymianæ tueamur, nihil esse uidetur causæ. Hæc ad uerbum Turnebus.

¶ Thymites, penul. prod. (θυμίτης) uinum, Ex thymo confectum: ea forma dictum ut absynthites. Colum. lib. 12. ca. 35, Vinum absynthiten & hyssopiten, & abrotoniten, & thymiten, & maratriten, &c.

¶ Thyminus, penul. corr. Adiect. (θυμινὸς) Ex thymo factum. Colum. lib. 6. cap. 33, Cum melle Attico: uel si id nõ est, utiq; thymino celeriter leuatur.

¶ Thymosus, penul. prod. Adiect. (θυμώδης) Plin. lib. 11. cap. 15. 1, Thymosum mel non coit.

Thynia] θυνία, Strabo libro 12. Insula in fronte Bithyniæ: hinc,

¶ Thynus, Adiect. (θύνος) ut, Merce Thyna beatus. Horat. 3. Carm. ode 7. 1. hoc est, Bithyna. Acron.

Thynicus] Annulus ueteribus dicebatur, è mero auro confectus. Isidorus, Thynicus, inquit, purus, primùm in Bythinia fabricatus, assertq; molles Mecœnatis uersiculos de morte Horatij Flacci, ut id probet,

Lugent te mea uita, te smaragdus,
Berillus quoq; Flacce: nec nitentes,
Nunc per candida margaritas quæro,
Nec quos thynica lima perpoliuit
Annellos, nec Iaspios lapillos.

Thynnus] θύννος, Piscis miræ magnitudinis: de quo abunde Plin. lib. 9. cap. 15. 1. Vide Cordyla. Dicitur & Thunnus. Vide suo loco.

Thyon] quod apud Homerum est, citrum interpretatur Macrobius. Citrũ au: ẽ illud crediderim, cuius in Atlante monte nobiles syluæ materiam lautis mensarum orbibus suppeditauêre Romanis expetitarum delicijs. Turnebus.

¶ Thyoneus, trium syllabarum (θυωνεὺς) Bacchi epitheton, quod ἀπὸ τῆς θύρας, quod est sacrificare, deductum putant: eo quòd ei adhuc inter humanos uersanti sacrificabatur. Horat. 1. Carm. ode 17. 5,

—nec Semeleius
Cum Marte confundet Thyoneus prælia.

Indetonsus Thyoneus. Ouid. 4. Metam. 3.

¶ Thyonianus, Bacchus dictus. Catullus ad puerum, 24. 2,

Hic merus est Thyonianus. Quo uersu significat meraca Bacchi pocula, per transnominationem. Rediuiuus enim Bacchus, matrij; fulminatæ superstes, Thyonianus uocatus est: uel potius illum dilaceratum reducem sospitemq; uitæ redditum hoc nomine sacra canebant arcana. Auson. Ne in sacris & fabulis aut Thyonianum mireris, aut Virbium: illum de Dionysio, hunc de Hippolyto reformatum.

Thyre] Ciuitas Messeniorum. Sed diuus Augustus Lacedæmonijs ascripsit, quòd Messenij cum Antonio sensisse uiderentur. Stat.

Et Lacedæmonium Thyre lectura cruorem.

Hinc Thyreaticæ Spartanorum corollæ quædam appellatæ. Sciendum est, Thyre numero plurali genere neutro, per synæresin efferri (θυρέα, καὶ θυρᾶ) etiamsi numero singulari Thyrea quoque dici potest. Strabo libro 8. Thuriam appellat. Est & Thyræum, oppidum in Arcadia. Thyreæ etiam Græcè, Latinè ostia dicuntur: à quo Thyridion, ostiolum.

Thyrsus] thyrsi, masc. gen. (θύρσος) Virga & caulis cuiuslibet herbæ, præsertim lactucæ. Plin. lib. 19. cap. 8. 5, Inuentum omnes thyrsos, uel folia lactucarum prouocare urceis conditos, ac recenteis in patinis coquere.

Fragiles thyrsi. Stat. 2. Theb. 133.
Pampinei thyrsi. Claud. 7. Paneg. 121.
Teretes thyrsi. Stat. 2. Achil. 35.
Thyrsus spectabilis. Plin. lib. 21. cap. 15.
Virentes fronde thyrsi. Ouid. 11. Metam. 6.

Thyrsus] θύρσος, Hasta aculeata, hederis obtecta, quam in Orgijs Bacchicis quatiebant. Scribit Diodorus, Dionysium in exercitu habuisse mulieres thyrsis armatas. Et Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 18. dit, Liberum patrem tenere thyrsum, quod est latens telum, cuius mucro hedera labente protegitur. Vnde Thyrsigerus dictus est Bacchus. Catull. Argonaut. 59. 51. Ouid. 3. Amor. eleg. 14. 4,

Corniger increpuit thyrso grauiore Lyæus.

Senec. Herc. fur. 11. 2,

Tectam uirenti cuspidem thyrso gerens.

Graui thyrso metuendus liber. Horat. 2. Carm. ode 19. 2.
Quatere thyrsum. Senec. Herc. Oetæo, 4. 3.
Leuem thyrsum uibrare manu. Senec Oedip. 5. 8.
Thyrsus, per translationem pro stimulo & incitamento. Lucret. lib. 1. 89,

—sed acri
Percussit thyrso laudis spes magna meum cor.

¶ Thyrsigerus, pen. corr. Adiect. (θυρσοφόρος) ut India Thyrsigera. Senec. Hippol. 6. 4.

Thylanon] θύλακον, siue etiam Tisanon (nam utrunq; reperitur) quod & Syttibam uocari tradit Pollux lib. 7. cap. 17. Est autem fimbria siue ala. Huius meminit Homerus in ornamentis Iunonis, lib. 14. Iliad.

Thysbe] Vide Thisbe.

T I

Tiara] tiaræ, pen. prod. (τιάρα) Ornamentum capitis Persicarum prius mulierum: quo postea usi sunt et reges, & sacerdotes. Iuuenal. Satyr. 6. 52,

—Phrygia uestitur bucca tiara. Virg. 7. Aen. 50,
—sceptrumq; sacerq; tiaras. Hic per usurpationem dicitur. nam tiara dicimus, ait Seruius. Tiaram (inquit Donatus) dixit pileum quo Phryges utuntur, cum celebrant sacra. Inde sacrum dixit: quia quod ad sacra pertinet, sacrum est. Ouid. 11. Metam. 37,

Tempora purpureis tentat uelare tiaris.

Tibareni] pen. prod. (τιβαρηνοί) Populi Scythici: de quibus diximus in dictione Tabareni.

Tiberias] huius Tiberiadis, pen. corr. (τιβεριὰς) Vrbs Galilææ, ab Herode condita, & sic appellata in honorem Tiberij Cæsaris. Ptolemæo libro 5. capite 16. dicitur Tiberias, lacus.

Tiberis] Vide Tyberis.

Tiberius] τιβέριος, inter Cæsares notissimus. Fuit & eius nominis grammaticus, qui de Ideis orationis scripsit libros tres, aliaq; complura: ut author est Suidas. Meminit & huius Strabo lib. 7.

¶ Tiberij uocitari cœperunt, qui ad flumen Tiberim nascebantur. Probus in Epitome. Proinde multi scribunt, Tyberius.

¶ Tibereius, Adiect. (τιβερήϊος) Stat. 3. Sylu. 3. 14,

—Tibereia primùm
Aula tibi, uix dum ora noua mutante iuuenta
Panditur.

Tibi] σοί, Datiuus, à Tu pronomine. Vide suo loco.

Tibia] tibiæ (αὐλὸς, παρὰ τὸ πολλὸν) Propriè os cruris, oppositum sura. Cels. lib. 8. cap. 1, Ipsum autem crus est ex ossibus duobus, &c. Verum alterum os ab exteriore parte, &c. Alterum à priore parte positum, cui tibiæ nomen est, longius, et in superiore parte plenius, solum cum femoris inferiore capite committitur, sicut cum humero cubitus.

Tibia (αὐλὸς, σίφων) Instrumentum musicum quo tibicines canunt: sic dicta, quòd primò ex gruum tibijs facta fit, à quibus nomen habet, quum ex arundinibus facta sit. Cic. 1. Tuscul. 1, Non intelligo quid metuat, quum tam bonos septenarios fundat ad tibiam. Horat. de Arte. 42,

Tibia non ut nunc orichalco uincta, tubæq;
Æmula: sed tenuis, simplexq; foramine pauco.

Si ex oliua modulatè canentes tibiæ nascerentur, num dubitares quin inesset in oliua tibicinis quædam scientia? Cic. 2. de Nat. deor. 32.

Cantus tibiarum. Quint. lib. 1. cap. 11. 4.
Multifora buxo tibia. Senec. Agamem. 5. 8.
Cana tibia. Lucret. lib. 2. 125,
Concionatoria tibia. Vide Concionor.
Curua tibia. Virg. 11. Aen. 148.
Incentiua tibia, & succentiua. Vide Incentiuus, in Incino.
Ludicræ tibiæ. Vide Ludus.
Nuptiales tibiæ. Author ad Heren. lib. 4. 199.
Querulæ tibiæ cantus. Horat. 3. Carm. ode 7. 6.
Sacrifica dulces tibia effundat modos. Senec. Agamem. 6. 39.
Adhibere tibias epulis. Quint. lib. 1. cap. 10. 17.
Canere tibijs. Quint. lib. 1. cap. 10. 13.
Canere ad tibiam. Vide Cano.
Inflare tibijs. Cic. de claris Orat. 100.

Tibia & fistula differunt. Plin. lib. 16. cap. 36. 7, Calamus uero alius totus concauus, quem syringiam uocat, utilissimus fistulis, quoniam nihil est ei cartilaginis atq; carnis. Orchomenius est continuo foramine perulus, quem auleticon uocant. Hic tibijs utilior, sistulis ille.

¶ Tibialis, & hoc tibiale, pen. prod. (αὐλικὸς) Quod est idoneum ad tibias faciendas. Plin. lib. 16. cap. 36. 10, Tertia arundo est tibialis calami, quem auleticon dicebant.

¶ Tibiale, tibialis, pen. prod. neut. g. (περισκελὶς) Velamentum tibiarum: quinctiam arma quibus crura muniuntur, tibialia uocant. Sueton. de Augustu. cap. 82. Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & subuculæ thorace laneo, & femoralibus, & tibialibus muniebatur. Paulus iureconsul. in l. qui commeatus. ff. de re milit. Si tibiale uel humerale miles alienauit, castigari uerbetibus debet.

¶ Tibicen, pen. prod. tibicinis, pen. corr. masc. gen. (αὐλητὴς) Qui tibia canit. Cic. ad Gall. lib. 7. 27. 5, Ille autem qui sciret se nepotem bellum tibicinem habere, & sat bonum uictorem, discessit à me. Liu. 2. ab Vrbe, 272, Cornicines, tibicinesq;. Horat. de Arte, 84.

Ad cantus, ad tibicinem prosequi laudes honoratorum uirorum. Cic. de Leg. 97.

Non sunt in oratione tanquam tibicini percussionum modi, sed uniuersa comprehensio. Cic. in Orat. 116.
Tibicen sine tibijs canere non potest. Cic. 2. de Orat. 184.

Tibicines in ædificijs appellantur columellæ, quibus rustici tecta sua fulcire solent, à similitudine tibia canentium: qui ut cantantes sustinent, ità illi ædificiorum tecta. Nec in hoc significata aliud præter ablatiuum singularem legimus. Iuuenal. Satyr. 3. 20,

Nos urbem colimus tenui tibicine fultam.

Dicitur etiam quicquid in sustentaculum alterius ponitur. Ouid. lib. 4. Fast. 140,

Hæc modò uersabat stantem tibicine telam.

Alij legunt,

Hæc modò uerebat ſtantem tibicine uillam. Alij,
Hæc modò uerebat cum raro pectine pratum.

¶ Tibicina, tibicinæ, pen. corr. fœm. gen. (αὐλητρὶς) Mulier tibiâ canens. Plaut. Aulul. 9.2,

Poſtquam obſonauit herus, & conduxit coquos,
Tibicinasq; haſce, apud forum, &c. Mart. lib. 14. 64,
Ebria nos madidis rumpi tibicina buccis.

Meretrix tibicina. Horat. 1. epiſt. 14. 5.

Tibiſcus] Daciæ fluuius, cuius meminit Ptolem. lib. 3. cap. 7. à Barbaris Tiſſa appellatur.

Tibullus] τίβουλλος, Poeta, iuxta Quintiliani ſententiã cum primis elegans, & terſus, ad amores & delicias aliquanto procliuior. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 5,

Donec erunt ignes, arcuſq; Cupidinis arma,
Dicentur numeri culte Tibulle tui. Vide Albius.

Tibur] Vide Tybur.

Tiburtus] qui idem & Tiburnus dicebatur, & Tiburi pro numine colebatur: cui etiam lucus erat ibi ſacratus, ab Horatio memoratus Catilli, qui Amphiarai filius erat, fuit filius, oppidumq; Tibur condidit, ut refert Solinus, & probat Maro his uerbis,

Tum gemini fratres Tiburtia mœnia linquunt,
Fratres Tiburti dictam cognomine gentem.

Horatius uidetur exiſtimare, Tibur à Catillo conditum fuiſſe, cum Tibur mœnia Catilli uocet: & Catonis ſententia fuit eam urbem poſitam à Catillo Arcade, præfecto claſſis Euandri fuiſſe. Annotauit Turnebus.

Ticinum] pen. prod. (τίκινον) nobile Inſubrium oppidum, quod nunc Papia uulgò dicitur. Nam, ut ſcribit Ptolemæus in Geographia lib. 3. cap. 1, Inſubres habent Mediolanum, Nouariam, Comum & Ticinum. Eſt & Ticinus, fluuius oppido uicinus, ut ſcribit Plin. libro 3. cap. 16. Claud. 4. Paneg. 40. Pulcher Ticinus.

Tifernus] τίφερνος, fluuius eſt Italiæ. Et Tifernũ, oppidum quod intercidit. Inde Tiſernates, populi iuxta Theanum & Lucrinum in ſexta regione Italiæ. Author Plinius libro 3 cap. 14.

Tigellius] m. g. Tigellius Hermogenes, muſicæ artis ſcientia præditus. C. Cæſari dictatori fuit familiaris, poſtea Neronis patræ, quia dulciter cantabat, & iocabatur urbanè. Auguſto quoq; ita placuit, ut inter familiares ac domeſticos haberetur. Erat autem largitor adeò, ut omnibus muſicis & circulatoribus multa donaret: & ideo morte eius triſtes eſſe factos ait Horatius. Porrò autem cauſam inſectandi hominis non mediocris ingenij habuit. Horatius, quòd carmina parum ſcitè modulata eſſe dicebat. Hæc Porphyrio, in illud Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 2,

Ambubaiarum collegia, pharmacopolæ,
Mendici, mimi, balatrones, hoc genus omne
Mœſtum, ac ſollicitum eſt cantoris morte Tigelli:
Quippe benignus erat. Contrà his, ne prodigus eſſe
Dicatur metuens, inopi dare nolit amico.
Frigus quo diramq; famem propellere poſſit, &c.

Fuit hic Tigellius & tibicen, & cantor, Phameæ nepos, natione Sardus, Ciceroni Parum æquus. id quod indicat eius epiſtola ad Fabium Gallum lib. 7. epiſt. 25, Amoris, ait, quidem tui, quoquo me uerto, ueſtigia, uel proximè de Tigellio. Senſi enim ex literis tuis ualde te laboraſſe. Paulò poſt, At uide quid ſuccenſeat, Phameæ cauſam ſuſceperã, ipſius quidem cauſa: erat enim mihi ſanè familiaris. Is ad me uenit, dixitq; iudicem ſibi operam dare conſtituiſſe eo ipſo die, quo de P. Seſtio in conſilium iri neceſſe erat. Reſpondi, nullo modo me facere poſſe: quem uellet alium diem ſi ſumpſiſſet, me ei non defuturum. Ille autem, qui ſciret ſe nepotem bellum tibicinem habere, & ſat bonum cantorem, diſceſſit à me, ut mihi uidebatur, iratior. Habes Sardos uænales, alium alio nequiorem. Idem ad Atticum libro 13. 296, De Tigellio, ſi quid noui. qui quidem, ut mihi Gallus Fabius ſcripſit, μεμψιν ἀναφέρει, mihi quandam iniquiſſimam, me Phameæ defuiſſe, quum eius cauſam recepiſſem, quam quidem receperam contra pueros Octauios Cn. F. non libenter: ſed Phameæ cauſa uolebam: erat enim, &c. Etiam Horatius Sardum fuiſſe Tigellium, et Cæſaris amicum, his uerſibus oſtendit lib. 1. Serm. Satyr. 3,

Omnibus hoc uitium eſt cantoribus, inter amicos
Vt nunquam inducant animum cantare, rogati:
Iniuſti, nunquam deſiſtant. Sardus habebat
Ille Tigellius hoc. Cæſar, qui cogere poſſet,
Si peteret per amicitiam patris, atq; ſuam, non
Quicquam proficeret: ſi collibuiſſet, ab ouo
Vſq; ad mala citaret, Io Bacche, &c.

Tigillinus] pen. prod. (τιγιλλῖνος) Vir fuit Romanus uitæ corruptiſſimæ, qui per impudicitiam multa à Nerone conſequutus eſt, quem ad omnia corruperat. Author Cornelius Tacitus.

Tignus] tigni, maſc. gen. & Tignum, tigni (δοκὸς, δοκὸς, ἰκρίον, ἑστίον) Trabs, qua uariè diſpoſita domus extruitur: à Tegendo. Cæſar 4. bell. Gall. 523. Tigna bina ſeſquipedalia ab imo præacuta, dimenſa ad altitudinem fluminis. Propert. lib. 4. eleg. 3. 12,

Siue in fertiuo gemuit ſtans noctua tigno.

Horat. de Arte. 157,

— & mòdicis inſtrauit pulpita tignis.

Ouid. 8. Metamorph. 131,

Sordida terga ſuis nigro pendentia tigno.

Arrectaria tigna. Vitruuius libro 10. capite 17. Vide Orthoſtata.

Polire tigna. Claud. 3. Paneg. 65.

Læuia radere tigna. Lucret. lib. 5. 255.

Tigni nomine omne genus materiei, ex qua ædificia conſtant, continetur. Vlpianus de tigno iuncto. l. 1. & ad exhibendum. l. tigni. Et Caius de uerb. ſignif. l. tigni. Horat. 2. epiſt. 2. 15,

Torquet nunc lapide, nunc ingens machina tignum.

Tigni appellatione in uineis, omnia uineis neceſſaria continentur: utputa perticæ, pedamenta. Vlpianus de tigno iuncto. l. 1.

¶ Tignarius, Adiectiuum (ξυλοτοιὸς) Tignarius faber, non ſolùm is qui tigna dolat, ſed etiam qui ſolaria lignea: hoc eſt, qui trabes, cæteraq; ad tabulata domus utilia: & omnis qui ædificat, intelligitur, inquit Caius iuriſc. Cic. de claris Orat. 139, Ego me Phidiam eſſe mallem, quàm uel optimum fabrum tignarium.

¶ Tigillum, tigilli, Dimin. (ξυλίδιον) Liu. 1. ab Vrbe, 114, Is quibuſdam piacularibus ſacrificijs factis, quæ deinde genti Horatiæ tradita ſunt, tranſmiſſo per uia tigillo, capite adoperto, uelut ſub iugum miſit iuuenẽ. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 8,

Illi compoſitis primùm docuêre tigillis
Exiguam uiridi fronde operire domum.

Ianua ſuffixa tigillo. Catul. ad Ianuam, 62. 2.

Tigrana] pen. prod. (τιγράνα) Ptolem. lib 6. cap. 1, oppidum Mediæ in mediterraneis.

Tigranes] pen. prod. (τιγράνης) Rex maioris Armeniæ: cuius multam mentionem facit Cic. in Orat. pro Lege Manil. Lucan. lib. 2. 126.

¶ Tigranocerta (τιγρανόκερτα) Oppidum in montanis maioris Armeniæ, teſte Plinio lib. 6. cap. 11. à Tigrane conditum: unde & nomen accepit, quaſi Tigranis ciuitas. Nam

Nam Certa, Parthorum lingua urbem ſonat. Vide Steph.

Tigris] huius tigris uel tigridis, pen. corr. fœm. gen. (τίγρις) Animal uelociſſimum: quod à uelocitate nomẽ habet. Nam Medi tigrim ſagittam appellant, teſte Varrone. Virgil. 4. Aeneid. 74,

— Hyrcanæq; admòrunt ubera tigres. Plin. lib. 8. cap. 18. 1, Tigrin Hircani & Indi ferunt, animal uelocitatis tremendæ, & maximè cognitæ dum capitur. Totus eius fœtus, qui ſemper numeroſus eſt, ab inſidiante rapitur equo quàm maximè pernici, atq; in recentẽ ſubinde tranſfertur, &c. Plura leges toto capite.

Armeniæ tigres. Virg. 5. eclog. 6.

Aſpera tigris. Horat. 1. Carm. ode 23. 2.

Ira tigris. Virg. 4. Georg. 82.

Maculoſæ tigridis fœtus. Ouid. 11. Metam. 50.

Peſſima tigris. Virg. 3. Georg. 50.

Rabidæ tigres. Virg. 2. Georg. 31.

Scuæ tigres. Ouid. epiſt. 10. 18.

Variæ. Senec. Hippol. 1. 11.

Virgatæ. Senec. Hippol. 3. 15.

¶ Tigrides, plurali numero dixit author Philomelæ in Ouidij operibus;

Tigrides indomitæ rancant.

¶ Tigrinus, pen. prod. Adiectiuum (τιγρῖνος) Plin. libro 13. cap. 15. 3, Menſis præcipua dos in uena criſpis, uel in uertice nariis. Illud oblongo euenit diſcurſu; ideòq; tigrinæ appellantur.

Tigris] τίγρις, Flumen magnum etiam appellatur, propter uelocitatem, qui inſtar beſtiæ nimia pernicitate decurrit. Hic de Paradiſo exiens, iuxta Scripturæ fidem, pergensq; contra Aſſyrios, poſt multos circuitus (Ioſepho teſte) in Mare rubrum defluit. Solinus Tigrim fluuium in Armenia caput attollere dicit, in loco edito, ex lucido conſpicuoq; fonte: nec ab exordio ſtatim totum eſſe, ſed primò pigrè fluere, non cum ſuo nomine. At quum in fines Medorum inuectus ſit, Tigrim ſtatim uocari, Arethuſam lacum influere, graui pondera ſuſtinentem, cuius piſces nunquam ſe alueo Tigridis imm ſcoant, ſicut nec amnici ſtagnum attingant Arethuſæ. Mox Arabas præterfluens, Meſopotamiam amplectitur, & Hydaſpen accipiens Euphratemq; deferunt in ſinum Perſicum. A Tigri fluuio dicti ſunt Tranſtigritani, qui trans Tigrim habitant, ſicut Tranſpadani. Et tam pro fluuio, quàm pro animali, Tigris uel Tigridis genitiuum facit. Vide Plin. lib. 6. cap. 27. & Strab. lib. 6.

Rapidus Tigris. Lucan. lib. 3. 52. Horat. 4. Carm. ode 14. 10.

Tigullia] τιγυλλία, Ptolem. lib. 3. cap. 1. Vrbs Liguriæ, alijs dicta Segeſta: uulgò Sigeſtro, Sextri.

Tigurini] penult. prod. (τιγερῖνοι) Populi Germaniæ, qui quartam Heluetiæ partem continebant. Cæſar bell. Gall. lib. 1. 6, Is pagus appellabatur Tigurinus. Nam omnis ciuitas Heluetia in quatuor pagos diuiſa eſt. Hic pagus unus quum domo exiſſet, patrum noſtrorum memoria, L. Caſſium Conſulem interfecerat, & eius exercitum ſub iugũ miſerat.

Tilia] τιλιὰ (φίλυρα) Arbor Plin. lib. 16. cap. 4. 6. 7, Molliſſima tilia, eadem uidetur & calidiſſima: argumentum afferunt, quòd citiſſimè aſcias retundat. Colum. lib. 9. cap. 4. 3, At tiliæ ſolæ ex omnibus ſunt nocentes:

Leuis tilia. Virg. 1. Georg. 35.

Molles tiliæ. Ouid. 10. Metam. 19.

Pinguis tilia. Virg. 4. Georg. 37.

Tiliæ, de arboribus alijs etiam dicuntur. nam de interioribus corticis ulmi tunicis, è quibus uincula fiunt, dixit Plin. lib. 24. cap. 8. 5, Corticis interior tilia lepras ſedat.

¶ Tiliaceus, Adiect. (φλυρινὸς) Quod ex tilia factum eſt. Colum. libro 12. cap. 45. 4, Arculæ ſagimeæ uel etiam tiliaceæ, quales ſunt in quibus ueſtimenta forenſia conduntur, huic rei paulò ampliores præparari debent.

Tilica] τίλικα, loculáris dictio apud Cic. de clar. Orat. 141. Vide Spuratilica.

Tilium] τίλιον, Sardiniæ inſulæ urbs, Ptolemæo authore, lib. 3. cap. 3. Hodie S. Repara.

Tilos] τίλος, Inſula eſt (ut ſcribit Plin. libro 6. cap. 27.) cum oppido eiuſdem nominis in Mari rubro, celeberrima plurimùm margaritis. Ipſa refert palmas, oleas creat, uineis abundat. In ea omnis arbor nũquam ſolijs ſpoliatur. Mons Caucaſus non longè ab ea incipit, qui maximam orbis partem perpetuis iugis penetrat. Eadem inſula habet lanigeras arbores (ut ſcribit Plin. lib. 12.) quæ cotonei mali amplitudine cucurbitas ferunt, & maturitate ruptæ, oſtendũt lanuginis pilas, ex quibus ueſtes pretioſæ fiunt.

Tilphoſa] τίλφοσ, ut author eſt Pindarus, fons eſt ſub Tilphoſium montem labens, apud quem Tireſiæ uatis ſepulchrum conditum eſt. Huius enim, ut ait Ariſtophanes, aquæ frigus quum ſenex potaſſet, & ferre non potuiſſet, extinctus eſt. Eſt & ibidem, ut libro 9. teſtatur Strabo, templum Apollinis Tilphoſij.

Timæus] τίμαιος, Siculus hiſtoricus, qui res Græcas conſcripſit, etiam uſq; adeo arrogans, ait Plutarchus in Nicia, ut Thucydidem & Philiſtum in hiſtoria ſe facilè ſuperaturum iactaret. Ipſe uerò Sicula quadam pinguedine delibutus, ad ridenda quædam minimeq; ad hiſtoriæ grauitatem pertinentia digreditur. Hactenus Plutarchus. De eo & Cic. 2. de Orat. 32. & in epiſtolis illa 12. libro ad Lucceium doctiſſima. Diodorus Siculus dicit hunc nimium operæ in alijs rẽdarguendis impendiſſe, contra Ephorum præſertim: nimis res etiam minimas perſecutum: libroſq; fuiſſe penè in res ſingulas partitum. Timæus alter philoſophus, cuius nomine Plato librum inſcripſit De natura: patria fuit Locrenſis, philoſophus Pythagoreus: ſcripſit & ipſe naturæ documenta, & uitam Pythagoræ, ut ſcribit Suidas.

Timagenes] τιμαγένης, author eſt, omnium in literis ſtudiorum antiquiſſimam muſicen extitiſſe. Quintil. libro 1. cap. 10. 8.

Timagoras] penult. corr. (τιμαγόρας) Athenienſis capitali ſupplicio affectus, quòd Darium, ad quem legatus miſſus fuerat; more Perſarum adulando adorauerat. Suidas & Valerius.

Timandra] τιμάνδρα, Filia Ledæ & Tindarei, & ſoror Clytemneſtræ, quæ Echemono nupſit, ut refert Lycophronis ſcholiaſtes.

Timanthes] τιμάνθης, Pictor egregius Zeuxis tempore. Huius eſt Iphigenia oratorũ laudibus celebrata, quæ ſtante ad aram pictura, quum mœſtos pinxiſſet omnes, & triſtitiæ omnem imaginem conſumpſiſſet; patris uultum uelauit, quem dignè non poterat oſtendere. Pinxit & Cyclopem paruã in tabula, cuius magnitudinem exprimere cupiens, pinxit iuxtà Satyros thyrſo pollicem eius metientes: itaque ex omnibus eius operibus intelligitur plus quàm pingitur. Huius meminit Plin. lib. 35. cap. 9.

Timatius] penul. prod. (τίμαιος) Nomen fluminis iuxtà Aquileiam, qui è montibus delatus, decidit in profundum: deinde infrà terram abſorptus ſtadijs circiter triginta & centum, erumpit in mare. Virg. 8. eclog. 2,

Tu mihi ſeu magni ſuperas iam ſaxa Timaui.

Idem 3. Georg. 94,

— & lapidis arma Timaui. Seruius, lapidia pars eſt Venetiæ, dicta ab lapido oppido: Huius fluuius eſt Timauus.

manus. Meminit huius Plin.lib.3. cap. 18, Contra hunc, ut idem testatur libro 2.cap.103, insula parua est in mari cum fontibus calidis, qui pariter cum æstu maris crescunt minuunturq;.Virg.1.Aen.50,

Regna Liburnorum, & fontem superare Timaui.

Vide Vadianum in Melam, & Cælium lib.22.cap.8.

Timeo] times, timui (τρέω, δειλιάω, δειλεάω, δειλαίνω, τρίω, πτήσσω, πτήσσομαι, φοβέομαι, δείδιοσομαι, ὑποδείδω) timere, Notæ significationis.Terent.Andr.1.5.29,

Misera timeo, hoc incertum quorsum accidat.

Cic.ad Lentulum, lib.1.9.45, Si cui se timere simularunt.

Timeo te, Tanquam inimicum.

Timere casum.Cic.2.de Diuinat.170.Idem Lentulo, lib.1.5.4, Quanquam omnia sunt timenda, nihil magis quàm perfidiam timemus. Sic, Timere umbras. Cicero ad Atticum, libro 15.329.15.

Fraudem timere.Ouid.7.Metam.9.

Quid tuta times? Ouid.7.Metam.10.

Iram numinis timere.Ouid.6.Metam.63.

Timeo tibi, Tanquam amico, ne quid mali accidat. Terentius Heaut.3.2.20,

Syre tibi timui malè. Idem Andr.1.3.5,

Si illum relinquo, eius uitæ timeo.

Malè timere alicui.Vide Malus.

Timeo mihi abs te, Ne malum mihi inferas.Cic.pro Sylla, 44.

Quintil.libro 3.cap.10, An timendum è rege bellum.Id est, ne rex inferret bellum.

Timeo mihi abs te mortem, etiam dicimus.

Sibi timere.Virg.2.Aen.26.

Timeo furem tauro: hoc est, timeo ne fur taurum abducat & furetur. Iuuen. Satyr.6.2. Plin.libro 14.cap.16.3, Timent ægris uini noxam.

Timeo de.Ouid.lib.3.Fast.124,

Nec timui de morte tamen, metus abfuit iste.

Timere de Republica.Cic.Attic.lib.7.126.1.

De morte alicuius timere.Ouid.3.Fast.124.

Timeo ne.Terent.Andr.1.5.34, Tum autem hoc timet, ne deseras sc.

Timeo ne non impetrem.Cic.ad Attic.lib.9.173.12.

Timere pro.Gellius lib.19. cap.1, Ipsum autem pro Aristippi anima timere.

Timeo quid fiet.Plaut.Merc.3.109. Et apud Terent. Phorm. 1.3.26,

Timeo miser, quam hic mihi nunc rem nuntiet.

Timeo quid nam.Cic.1.Verr.23, Quæ quum cogito, iam nunc timeo, quid nam pro offensione hominum, qui illi inimici infensiq; sunt, & expectatione omnium & magnitudine rerum, dignum cloqui possim.

Timeo quemadmodum hæc explicari possint. Brutus Cic.libro 11.10.9.

Nunc istic quid agatur, magnopere timeo. Cicero ad Attic. lib.3.48.2.

Quid possem timebam.Cic.ad Attic.lib.12.244.2.

Timeo ut sustineas.Cic.ad Terentiam, lib.14.2.8.

Timere, cum accusatiuo & dativo. Quintil.lib.4.cap.1, Religiosus iudex libenter eum audit quem iustitiæ suæ minimè timet. Id est, ne suæ iustitiæ insidietur.

¶ Timeri, Passiuum. Mart.lib.11.19,

Fines nunc populantur, & colono
Tanquam sus Calidonius timetur.

Bello timeri.Silius lib.15.128.

Timetur argentum.Mart.lib.5.98.

¶ Timens, Participium (φοβούμενος) Ouid.14.Metam.43,

—mortemq; timens, cupidusq; moriri.

¶ Timens (ἀμφιτρόμων) Nomen ex participio: ut, Mortis timens.Lucret.lib.2.249.

¶ Timendus (δειλαγέος) Aliud participium: ut, Armis timendus.Stat.4.Syl.3.27.

Dente timendus aper.Ouid.epist.4.21.

Vox timenda.Horat.Epod.6.2.

Dentes timendi.Horat.3.Carm.ode 20.2.

¶ Timidus, pen.corr. Adiectiuum (δειλός, δειδήμων, καπνὸς, φιλαπτόης, πτώξ) Qui semper timet. Cic. 3.de Fin.53, Non refugiat timido sanguen, atq; exalbescat metu? Ex poeta. Horat.3.Carm.ode 19.1,

Codrus pro patria non timidus mori.

Timidum atq; ignauum iudicari.Cic.Bruto, lib.11.18.2.

Timidus ac tremens.Cic.in Pison.58.

Vt imbelles timidiq; uideamur.Cic.1.Offic.116.

Nimium me timidum, nullius animi, nullius consilij fuisse constet.Cic.pro Sestio,29.

Timidus ad mortem.Cic.de Fin.103.

Timidus in.Cic.1.de Lege Agr.17, Liberi à delictis, cauti in periculis, non timidi in contentionibus.

In labore militari timidus.Cic.Trebatio, lib.7.17.2.

Deorum timidus, Ouid.5.Metam.20.

¶ Timidior, comparat.Cæsar 8.bel.Gal.51, Quorum periculo sic omnes copiæ sunt perturbatæ, ut uix iudicari posset utrum secundis minimisq; rebus insolentiores, an aduersis mediocribus timidiores essent.

Timidiores paulò.Cic.1.de Fin.105.

Animus timidus. Cic.3.Offic.158, Quæ timido animo, humili demisso fractoq; fiant.

Conciones timidissimæ.Cic.Attic.lib.7.139.2.

Homo timidus atq; imperitus.Cic.pro Cecinna,13.

Ocellis timidis uestem prætendere.Ouid.3.Amor.eleg.5.16.

Passus timidi.Virg.6.Aen.53.

Pectus timidum.Ouid.11.Metam.90.

Pede timido fugere.Ouid.4.Metam.20.

Pudor timidus.Ouid.1.Amor.eleg.5.2.

Turba timidissima columbæ.Ouid.1.de Arte,24.

Timidus, cum genitiuo.Senec.de Vita beata, Abduntur in aliquas rimas timida lucis.Ouid. Deorum timidus, &c.

¶ Timidè, pen.corr.Aduerb.Verecundè, minus audacter.Cic. 5.de Fin.21, Tum ille Timidè, uel potius uerecundè, Facio, inquit, equidem.Idem 2.Tusc.94, Sed hoc quidè in dolore maximè est prouidendum, ne quid abiectè, ne quid timidè, ne quid ignauè, ne quid feruiliter muliebriterue faciamus.

Timidè & Fidenter, contraria.Cic.2.de Diuin.102.

Credens timidè.Ouid, epist.6.3.

Timidè ac pedetentim ad aliquid agendum descendere.Cicero pro Quint.29.

Timidè hoc dicam.Cic.12.Philip.336.

Dicere modicè & timidè.Cic.pro Sylla,59.

Promittere timidè.Ouid.1.de Arte.127.

Nemo minus timidus.Cic.2.Philip,336.

¶ Timiditas, pen.corr. timiditatis (δειλία, κάπνη) Cic.1.de Fin. 76, Quibus rebus intelligitur nec timiditatem ignauiamq; uituperari, nec fortitudinè patientiaq; laudari suo nomine.

Timiditas & ignauia.Cic.3.Tusc.25.

Cautio mea & timiditas in causis.Cic.2.Orat.166.

Ingenua timiditas.Cic.2.de Orat.6.

Cur ei bello propter timiditatem defuisti? Cic.2.Philip.79.

Verecundiam timiditas imitatur.Cic.in Partit.43.

¶ Timor, timoris (δέος, φόβος, δάμος, τάρβος, ὄκνος, πλὴν, ταρμοσύνη) Cic.4.Tusc.10, Timor, metus mali appropinquantis.

Loca plena timoris.Ouid.10.Metam.6.

Maximus timorum metus lethi.Lucan.lib.1.91.

Timor meus de aliquo.Brutus ad Ciceronem, 4.7, Quod ultimam inspectare posis timorem de illo meum.

Cæcus timor.Vide Cæcus.

Cassus timor.Stat.6.Thebaid.32.

Dubij timores.Stat.5.Theb.64.

Durus timor.Propert.lib.1.eleg.18.1.

Ingens timor omnibus.Stat.12.Theb.35.

Militaris timor.Vide Militaris, in Miles.

Mœstus timor.Vide Mœstus, in Mœreo.

Solliciti timoris res plena amor.Ouid.epist.1.3.

Suspensus timor, Dubius.Ouid.15.17.

Abijcere timorem.Vide Abijcio.

Afficere timore.Brutus Antonio, lib.11.2.6, Maximo timore de nobis afficiuntur amici nostri.

Cohibet timor.Cæsar 8.bell.Gall.84.

Colligere se ex timore.Vide Colligo.

Conferre timorem.Vide Confero.

Deponere timorem.Ouid.epist.17.12.

Erasus timor ex animo.Senec.Thyeste,6.6.

Facere timorem.Plancus Cic.lib.10.18.3.

Ferre timorem.Catul.Argon.59.30.

Pauido timore horruerant membra.Ouid.7.Metam.128.

Impendet belli timor.Vide Impendeo.

Incessit eos timor ne.Vide Incesso.

Induratus timor.Vide Induro.

Injicere timorem.Cic.1.de Lege Agrar.14.

Lacessit pectus meum timor.Senec.Herc.Oetæo,4.33.

Lenire timorem.Virg.1.Aeneid.91.

Mederi timori alicuius.Ouid.9.Metam.156.

Minuere timorem alicui.Vide Minuo.

Mittere timorem.Vide Mitto.

Mussabat tacito medicina timore.Lucret.lib.6.237. Id est, nõ audebant medici adhibere manus ægrotantibus, uel quia morbi causam & remedium ignorabant, uel quia timebãt contagia.

Omittere timorem.Cicero in Somnio Scipionis, 5. Ades, inquit, animo, & omitte timorem.

Pellere timores.Vide Pello.

Percussus timore.Cic.ad Brutum,3.2.

Perterritus timore.Cic.1.de Diuinat.103.

Ponere timorem.Ouid.6.Fast.31.

Timore magno esse.Cic.Attico, lib.5.10.3.

Magno timori esse populis.Lucan.lib.3.17.

Trahere timorem.Ouid.13.Metam.17.

Anxius timor urget sollicitum.Virg.9.Aeneid.18.

Achilles Phrygum timor, & Græcorũ decus.Vide Achilles.

¶ Timefacio, unde Timefactus, Perterritus.Lucret.lib.2,

His tibi tum rebus timefactæ religiones
Effugiunt animo pauidæ, &c.

Timochares] Ambratiensis quibiam regis Pyrrhi amicus fuit, qui ad C.Fabricium Consulem frœtim uenit, ac præmium petiuit: et si de præmio conueniret, promisit regem uenenis necaresidq; facilè esse factu dixit, quoniam filij suè pocula in conuiuio regi ministrarent. Eam rem Fabricius ad senatum scripsit. Senatus legatos ad regem misit, mãdauitq; ut de Timochare nihil proderẽt, sed monerẽt uti rex circumspectius ageret, atque à proximorum insidijs salutem tuaretur. Refert Gellius ex Valerij Antiatis historia, lib.3.cap.8.

Timoclia] τιμόκλεια, Mulier Thebana stuprum à quodam Barbaro Thracum principe per uim passa, iniuriam ulta est. Sabellicus in exemplis.

Timocreon] τιμοκρέων, Poeta Rhodius fuit, ueteris comœdiæ scriptor, qui graues cum Simonide Melico & Themistocle inimicitias exercuit: quos etiã contumelioso poemate est insectatus. Author Suidas.

Timolaus] τιμόλαος, Rhetor & uersificator, è Larissa Macedoniæ, discipulus Anaximenis Lampsacceni. Scripsit poema de bello Troiano, singulis Homeri uersibus, singulos addens. Author Suidas.

Timoleon] penult.corr. (τιμολέων) Corinthius dux inclytus, uiribus fortissimus, utaq; abstinẽtissimus, missus cũ triremibus ad liberandas Dionysij tyrannide Syracusas, quem Dion Syracusanus imploratio Corinthiorũ auxilio expellere conabatur, quinquagesimo postquam Syracusas appulisset die, urbe potitur, ac Dionysius clàm se atq; arcem Timoleonti ipsi dedidit, ab eoq; cum paucis in exilium Corinthum missus est. Ille uerò arcem solo æquauit. Syracusanis libertatem restituit. Deinde cõtra Leontinos pergens, eorum tyrannum in bello captum interfecit. In summa æqualis fuit Timotheo, Agesilao, Pelopidæ, Epaminondæ. Hæc ex Plutarcho, qui eum è Latinis cõparat Paulo Aemylio. Incertum est, scribendumne sit Thymoleon, quomodo ferè in Latinis & apud Suidam legitur, nempe à leonino animo & audacia: an Timoleos, quemadmodũ bona pars Græcorum uoluminum habet.

Timolus] pen.prod. Vide Tmolus.

Timomachus] τιμόμαχος, Pictor Byzantius nobilis: Cæsaris dictatoris ætate fecit Medeam & Aiacem, quos ipse Cæsar LXXX. talentis emit, in temploq; Veneris dicauit. Plin.lib.35.cap.11.

Timon] τίμων, Athenienſis, temporibus fuit Peloponnesiaci belli, ut ex Aristophanis & Platonis poematibus perspicere licet: describitur ab illis ut inhumanus, ac uitans hominum congressus, præterquam unius Alcibiadis adolescentis. Interrogatus quæ cum illo causa esset amicitiæ, Quòd sciam (inquit) illum quandoq; multorum malorum Athenienſibus causam futurum. Quum semel in Concionem ascendisset, facto silentio mirantibus omnibus inquit, Est mihi, ô uiri Athenienſes, pone domum paruus hortus, ubi ficus coaluit quædam, in qua permulti nostri ciues se suſpenderunt. In eodem nunc ego loco ædificare uolo. Quamobrem usum est mihi uos publicè admonere, si quis fortè sit qui se priùs uelit suſpendere, antequam arbor excidatur. His igitur de causis ab Athenienſibus μισάνθρωπος est appellatus, quasi genus hominum insensum habuerit. Sed & mortuo mirum contigit, ut sepulchrum eius, quod erat in littore, mare quasi perosum, exundatione ab se abstruerit, longeq; expulerit. In eius sepulchro hoc erat epitaphium, quod ipse sibi fecit,

Hic sum post uitam miseramq; inopemq; sepultus,
Nomen non quæras: dij, lector, te malè perdant.

De hoc Cicero de Amicit.73. & 4.Tusc.40.

¶ Timoneus, Adiectiuum, à Timone: ut, Timonea cœna. Seneca, Non est quòd nunc existimes me dicere Timoneas cœnas, et pauperũ cellas. Timoneas dixit à Timone, qui hic manum genus exosus erat, uitamq; quandam inhumanã et ferã sequebatur, in cibisq; non modò uulgarib. sed etiã uilissimis, & ab reliq; hominib. propè dãnatis acquiescebat. Locus hic omnino corruptus est in excusis. Turneb.

Timor] Vide Timeo.

Timotheus] penult.corrept. (τιμόθεος) Athenienſis dux potentissimus ac diues, muros Athenis ædificauit. Huius imaginem pictores assentationis gratia fecerũt. iuxtaq; Fortunam retibus ciuitates ei inclusas deferentem, illum autem ipsas expugnantem: quamobrem indignatum eum ferunt pictori fuisse, quòd fœlicitati potius eius res gestas

quàm uirtuti uiderctur adscribere. Haud multò pòst hoc factum, Fortuna quasi ægrè ferente, rebus excidit. Author Suidas. Huius ut docti hominis meminit Cicero libro 1. Officiorum, 163.

¶ Timotheus, Milesius musicus, qui decimam & undecimam chordam lyræ addidit, & antiquam musicam in molliorem modum mutauit. Emicuit tempore Philippi Macedonis, cuius filius Alexander sono excitabatur, & ad res bellicas alacrius instruebatur. Decessit anno ætatis LIII. Scripsit de musica libros XVII. Encomia, Dithyrambos. Hæc Suidas. Cic. 2. de Legib. 64. Huius meminit & Quintil. lib. 2. cap. 3. 2.

Timotheus sculptor nobilissimus: cuius in templo Apollinis Romæ multa fuerunt monumenta: unus ex his qui Mausoleum cælauere, ut scribit Plin. lib. 34. cap. 8.

¶ Timotheus, his omnibus præstantior, Pauli Apostoli epistolis, tum martyrio clarus, præsul Ephesinus, patria Lycaonius, uiduæ mulieris filius.

Tina] τίνα, apud Ptolemæũ lib. 2. cap. 3, Britanniæ fluuius: uulgò Tine.

Tinæ] Vasa erant ueteribus ad uinum, ut uidetur, reponendum. Varr. de uita pop. Rom. lib. 1. Antiquissimi in conuiuijs utres uini primò, postea tinas ponebãt. Vide Nonium.

Tinca] τίγκας, Placentinus. Quint. lib. 1. cap. 5. 8, Nam duos in uno nomine faciebat barbarismos Tinca Placentinus, si reprehendenti Hortensio credimus) precula pro per gulã dicens: & immutatione, quum c pro g uteretur: & transmutatione, quum r præponeret e antecedenti.

Tinca, Piscis fluuiatilis uulgò notus. Ausonius in Mosella,

Quis non & uirides uulgi solatia tincas
Norit? & Alburnos prædam puerilibus hamis?

Tinea] tineæ (σῆς, βρῶσις) Vermiculus est qui ex puluere ac situ, aut putredine interdum nascens, uestes aut libros abrodit. Horat. 1. Epist. 21. 3. ad librum suum,

—aut tineas pasces taciturnus inertes, &c.

Idem 2, Sermonum Satyr. 3. 24.

—cui fragula uestis,
Blattarum, ac tinearum epulæ, putrescat in arca.

Plin. lib. 11. cap. 35. 1, Idẽ pulus in lanis et uestę tineas creat, præcipuè ſi araneus unà includatur: ſcit enim, & omnem humorem absorbens, ariditatem ampliat. Hoc & in chartis nascitur. Mart. lib. 2. 46,

Non uictus mortem Neuole, sed tineas.

¶ Tineæ (ἐλμινθες) uentris animalia sunt: qui Gellio lumbrici appellantur. Plin. lib. 11. cap. 33. 1, Sicut intra hominem tineæ tricenũm pedum, aliquando & plurium longitudine. Vetus codex habet tæniæ.

Tineæ, Vermes in aluearibus, apibus noxij. Colum. lib. 9. cap. 14. 1, Prætereà ut tineæ ſi apparuerint, euertatur, papilionesq; enecentur, qui plerunq; inter aluos morantes, apib. exitio sunt. Nam & ceras erodunt, & stercore suo uermes progenerant, quos aluorum tineas appellamus.

Durum tineæ genus. Virg. 4. Georg. 50.

¶ Tineo ſus, pen. prod. Adiectiuum (τῑνώδης) Plenum tineis. Colum. lib. 9. cap. 14. 17.

Tingi] τίγγις, inquit Pomponius Mela lib. 1. & Plin. lib. 5. cap. 1. Mauritaniæ peruetus oppidũ, ab Anteo (ui ferunt) conditum: postea à Claudio Cæsare, quum coloniam faceret, appellatum traducta Iulia.

Tingo] uel tinguo, tingis, tinxi, tinctum (βάπτω, διαχρόω, γυφεύω, πάσσω, μιαίνω) tingere, Inficere, madefacere, immergere. Mart. lib. 3. 89,

Mentiris iuuenem tinctis Lentine capillis.
Hoc est, unctis & coloratis. Plin. lib. 35. cap. 6. 14, E` reliquis coloribus, quos à dominis dari diximus propter magnitudinem pretij, ante omnes est purpurissum è creta argentaria: cum purpuris pariter tinguitur.

Comæ tingendæ in amne. Propert. lib. 4. eleg. 4. 5.

Corpus tingere sparsa aquâ. Ouid. 4. Fast. 558.

Cultros tinxit sanguine. Ouid. 7. Metam. 122.

Ferrum tingere sanguine. Ouid. 2. Trist. 77.

Tingit cutem Carinus, & tamen pallet. Mart. lib. 1. 73.

Tingi nardo. Mart. lib. 2. 58.

Tingere conchylio. Cic. 6. Verr. 52.

Poculis tinguere aliquã, irrigare mero. Hor. 4. Car. ode 12. 5.

¶ Tingens, tingẽtis, Particip. (βάπτω) Plin. lib. 9. cap. 38. 1, Sed id tingẽtiũ officinæ ignorãt, quũ summa uertatur in eo.

¶ Tinctus, Aliud participium (βαφεὶς, βαπτὸς) ut, Spicula tincta uenenis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 7.

Lana tincta murice. Ouid. 1. de Arte, 50.

Pallor tinctus uiola. Horat. Carm. 3. ode 10. 3.

Tincta in aceto spongia. Cels. lib. 8. cap. 4.

Murice tincta uestis. Martial. lib. 5. 24.

Tunica sanguine tincta. Cic. 3. de Nat. deor. 98.

Sensu tincta uerba. Quint. lib. 4. cap. 2. 82.

Tincti ærugine uersus. Martial. lib. 10. 33.

Tinctus elegantia patris puer: hoc est, ornatus, imbutus. Cicero de claris Orat. 111.

¶ Tincturus, pen. prod. (βάψω) Participium: ut, Sanguine tincturum cultros. Ouid. 1. Fast. 65.

¶ Tinctus, huius tinctis (βάμμα) Idem quod tinctura. Plin. lib. 10. cap. 48. 2, Et alia eodem nomine croceo tinctu.

¶ Tinctura, tincturæ, penul. prod. (βαφὴ) Infectio. Plin. lib. 37. cap. 9. 2, Adulteratur maximè tinctura, idq; in gloria regis Aegyptij scribitur, qui primus eam tinxit. Idem lib. 31. cap. 10. 5.

¶ Tinctilis, penult. corr. Adiectiuum (βαπτὸς) Quo aliquid tingitur. Ouid. 3. Trist eleg. 10. 13,

Nam uolucri ferro tinctile uirus ineſt.

Tinia] apud antiquos uasa uinaria fuêre, ut ait Festus.

¶ Tiniaria, tiniariæ, Scrib. Larg. 83, Herbæ quam Polion uocant, nos (ut opinor) tiniariam, fasciculus.

Tinnio] tinnis, tinniui, tinnitum (κωδωνίζω) tinnire, penul. prod. Fictitium à sono uocabulum, Proprie de metallis resonantibus dicitur, quum ex eorum pulsatione sonus efficitur. Tinnit enim aurum, argentum, æs, ferrum, ſtannum, orichalcum, & huiusmodi. Varro 3. de Re ruſt. cap. 16. 6. 24. Quum à mellario id fecisse sint animaduersæ, iaciundo in eas puluerem, & circùm tinniendo ære. Tinnire quoq; dicitur auris, quum inclusi subtiles & leues uapores interdum per membranam illam quæ in auribus est, emergunt, & sonum fictitium edũt. Cic. Attico, lib. 14. 319. 5, Expecto Octauij concionem, et si quid aliud, maximè autem ecquid Dolobella tinniat.

Aures tinniunt sonitu suopte. Catul. ad Lesbiam, 48. 3.

¶ Tinniturus, pen. prod. Participium. Vide Suffertus.

¶ Tinnitus, huius tinnitus, pen. prod. (κωδωνισμὸς) Plin. lib. 11. cap. 20. 1, Apes gaudent plausu atq; tinnitu æris. Idem lib. 28. cap. 2. 13, Tinnitu aurium præsentire.

Acutus tinnitus. Vide Acutus.

Aeris tinnitibus sonat Rhodope. Ouid. 6. Metam. 118,

Arguta cauis tinnitibus æra. Silius lib. 17. 4.

Tenues tinnitus. Catul. Argon. 59 53.

Ciere tinnitus. Virg. 4. Georg. 13.

¶ Tinnimentum, tinnimenti (κωδωνισμὸς) Idem quod tinnitus. Plaut. Rud. 19. 25,

Illud quidem ædepol tinnimentum est auribus.

¶ Tinnulus, pen. corr. Adiectiuum (λιγυρὸς) Quod est acutum

tum: ut sonus tinnulus, qui redditur ex æneis uasis quum pulsantur. Ouidius,

Tinnulaq; æra sonant, & olent mirrhæq; crocíq.

Tumidus, & corruptus, & tinnulus. Quint. lib. 2. cap. 3. 7.

Chordæ tinnulæ. Seneca Troade, 9. 4.

Vox tinnula. Catul. Epital. iuliæ, 56. 3.

¶ Tintinio, tintinis, tintinire, & Tintiro, tintinas, tintinare. Afranius in Consobrinis, ianitoris impedimenta tintinire audio. Næuius, Tantum ibi molæ crepitum faciebant, tintinabant compedes. Festus.

¶ Tintino, tintinas, tintingre, pro Resonare, apud Catullum in Carmine Sapphico, ad Lesbiam, 48. 3,

—sonitu suopte
Tintinabaures. Legitur & Tinniunt.

¶ Tintinnabulum, tintinnabuli, pen. corr. (κώδων) Instrumentum æneum: quo populus lauandi hora in thermis uocari solebat. Iuuen. Satyr. 6. 43,

Tot pariter pelues, & tintinabula dicas
Pulsari: iam nemo tubas atq; æra fatiget.

Plautus Pseud. 5. 98,

Lanios inde accersam duo cum tintinnabulis.

Apud Martialem, lib. 14. 168, tintinabulum sic loquitur,

Redde pilam, sonat æs thermarum, ludere pergis?
Virgine uis solã lotus abire domum.

¶ Tintinnaculus, pen. corr. (κωδωνίζω) Qui tinnimentum facit. Plaut. Trucul. 17. 7,

—nisi ad tintinnaculos
Vultis uos educi uiros.

Id est, lorarios, qui cædendo uirgis sonum faciunt.

¶ Tintinnaculi uiri apud Plautum, sunt carnifices, qui tintinnabula habent, ad sumẽdum de aliquo supplicium. Nam qui ad supplicium ducebantur tintinnabula gerebant. Zonaras, τοὺς γὰρ ἐπί τινι ἀποτυμπανίσαι κατακεκριμένους ἔκ τινος νενόμου κωδωνοφορεῖν, ἵνα μηδεὶς βασίσειε αὐτοῖς ἐγχειρήσειεν μὴ ἀφανὲς αὐτὸ ποιήσωνται. Posset & non inepte sic eos quispiam appellatos existimare, propter crepitum plagacum sonitumq; uerberum. Ex Turnebo.

Tinunculus] pen. cor. Genus accipitris. Colum. lib. 8. cap. 8, Genus accipitris, tinunculum uocant rustici, qui fere in ædificijs nidos facit. Plin. lib. 10. cap. 37, Aucm esse dicit, columbas defendentem, & accipitres territantem occulta naturæ ui, in tantum ut uisum uocemq; eius fugiant.

Tios] Oppidum Paphlagoniæ, apud Melam, lib. 1. cap. 20. Nunc Tio uocatur, teste Oliuario in Melam.

Tipasa] τίπασα, Ptolemæo lib. 4. cap. 2. urbs Mauritaniæ Cæsariensis: hodie Tenese.

Tipherænum] τίφερνον, Ciuitas Vmbriæ, quæ nunc ciuitas Castelli dicitur, nobilis aliquo Gregorio, Græcis Latinisq; literis apprimè docto: sicuti eius opera eloquenter elucubrata manifestant.

Tiphys] τίφυς, Viri proprium in nauibus fabricandis arte singulari, & qui Argonautarum gubernator fuerit, authore Virgilio Eclog. 4. 7. Ouid. epist. 6. 10,

Quid tibi cum patris nauita Tiphy meæ

Tipula] tipulæ, pen. corr. Vermis siue araneoli species, sex pedes habens sed tantæ leuitatis, ut super aquam currens, non desidat, authore Festo. Plaut. Persa, 6. 63,

Noui, omnes sunt lenæ, leui fide: neq; leuius tipulæ
Pondus est, quàm fides lenonia.

Tiresias] τειρεσίας, Vates Thebanus, Pericto patre genitus, & mutatus quondam, ut portæ tradunt, in fœminam: & post ſeptem annos in uirilem formam rediit. Eius anima ponitur Vlyssi ueniens obuiam, multaque ei prædicens apud Homerum, lib. 11. Odysseæ. Dicit (ut Cic. 3. Tusc. meminit) cæcatus fuit ira Iunonis, cui scire futura Iupiter dedit, crimenq; leuauit honore. Vide Ouid. 3. Metam. 55. Scribit Strab. lib. 9, Tiresiæ monumentum fuisse in Tilphosio mõte Bœotiæ, iuxta fontem Tilphosam, ubi profugus die ſatũ obijt. Ibi Thebani ciues sepulto diuinos honores tribuere. Iuuenal. Satyra 13. 26,

Quum cæcum dicere uellet, dixit Tiresiam illo uersu,
Nec surdum, nec Tiresiam quenquam esse deorum.

Hic habuit filiam nomine Manto, quæ oppidum in Italia condidit, quod postea ab Oeno eius ex Tiberino Thuscorum rege filio, Mantua, à matris nomine nuncupatum est. Id tamen Græci negant.

Vates Tiresias Propert. lib. 4. eleg. 10. 12.

Tiriscum] τίρισκον, (inquit Ptolemæus lib. 3. cap. 1) quod & iam Taros dicitur, Daciæ urbs: hodie Grossechana.

Tiro] Libertus Ciceronis. Vide Tyro.

Tiryns] fœm. g. (τίρυνς) Nomen est patriæ Herculis in Peloponneso, quæ proxima Argo, à Plinio Tirynthia uocatur. Vide Tirynthia.

Tis] σύ, Genitiuus est antiquus à Tu prónomine. Plautus Milit. 14. 41,

Tis egeat, quia te careat, ob eam rem huc ad me missa est.

Tisiphone] pen. corr. (τισιφόνη) ultricem cædis significat. Est enim una ex Furijs, à cædibus plectendis dicta: τίσις ultio uel pœna: φόνος, uel φονὴ cædes, aut mors, cui curæ sit mortis ultio. Horatius 1. Serm. Satyr. 8. 7. Tibull. libro 1. eleg. 3. 14,

Tisiphoneq; impexa feros pro crinibus angues.

Crinita hydris Tisiphone. Claud. 1. de raptu Proserp. 8.

Pallida Tisiphone. Virg. 3. Georg. 111.

Sæua Tisiphone. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 7.

Vltrix Tisiphone. Virg. 6. Aeneid. 115.

Tisobis] τισόβιος, fluuius Britanniæ, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 3. ulgò Conuecy.

Tissa] τίσσα, Ptolemæo lib. 3. cap. 4. Siciliæ urbs: hodie Tisse.

Titan] uel Titanus, pen. prod. (τιτὰν) Cæli & Terræ filius.

Multitudinis etiam numero Titanes dicuntur. Virgilius 6. Aeneid. 117,

Hic genus antiquum terræ, Titania pubes,
Fulmine deiecti fundo uoluuntur in imo.

Terra (inquit Seruius) primum Titanas contra Saturnũ genuit: Gigantes postea contra Iouem. Et ferunt fabulas Titanas ab irata contra deos terra, ad eius ultionem creatos. Vndè & Titanes dicti sunt ἀπὸ τῆς τίσεως, id est, ab ultione. Hactenus Seruius.

Monstrifer Titan. Senec. Herc. Oet. 90, 917.

Impij Titanes. Horat. 3 Carm. ode 4. 9.

Validi Titanes. Ouid. 3. Fast. 160.

Dij cum Titanis, ut cum Gigantibus, bella gesserunt. Cicero 2. de Nat. deor. 102.

Plato Titanum è genere statuit eos, qui ut illi cœlestibus, sic hi aduersentur Magistratibus. Cic. 3. de Legib. 7.

Tradunt Titanas sex fratres fuisse, & quinq; sorores, à Titea matre dictos, ut author est Diodorus. Ex quibus unus fuit Iapethus pater Promethei. Hyperionq; ex Titanum numero est, qui Solis parens & astrorum fertur. Hinc Sol Titan, Luna Titanis, Diana Titania à poetis dicuntur. Cicero in Arato, 7,

Quem quum perpetuo uestiuit lumine Titan.

Ouidius 3. Metam. 35,

Dumq; ibi perluitur solita Titania lympha.

Ardens Titan laxauit feruidũ diem. Senec. Herc. Oet. 90. 6. 4.

Calidus Titan. Lucan. lib. 4. 12.

Feruidus

Feruidus Titan. Senec. Herc. fur. 12.2.
Flammiger Titan. Lucan. lib. 1.83.
Luctificus Titan. Lucan. 7.1.

¶ Titanius, Adiectiuum (τιτάνιος) ut, Astra Titania. Virg. 6. Aeneid. 145.
Bella Titania. Silius lib. 12. 145.

¶ Titaniacus, pen. corr. Aliud adiect. (τιτανιακὸς) Ouid. 7. Metam. 80. Hinc Titaniacis ablata draconibus, intrat Palladias arces.

Titaresius] τιταρήσιος, Homero lib. Iliad. 2. Fluuius è Styge ortum habens: qui in Peneum influens, illius aquis non cõfunditur, sed instar olei innatans excurrit.

Tithonus] pen. prod. (τιθωνὸς) inquit Seruius, frater Laomedontis fuit, quem præliantẽ Aurora dilexit, & rapuit: ex qua Memnonem filiũ genuit, sed tandem post longissimam optatamq; uitã, audita Memnonis filij morte, in cicadam à poetis uersus esse dicitur. Ex Seruio enarrante apud Virg. lib. 4. Aeneid. 117, hunc locum,

Tithoni croceum linquens Aurora cubile.

Est item Laomedontis filius (teste Diodoro, lib. 5.) qui in Asia Orientem uersus usq; in Aethiopiam militans dicitur genuisse ex Ida filium, nomine Memnona: qui quum Troianis opem tulisset, postea ab Achille est interfectus. Hæc Mancinel. ex Diodoro, declarans hunc locum Horatij 1. Carm. ode 28. 2,

Occidit & Pelopis genitor conuiua deorum,
Tithonusq; remotus in auras.

¶ Tithonius, Adiectiuum (τιθώνιος) ut, Coniux Tithonia, Aurora. Ouid. 3. Fast. 81,
Alma Tithonia. Valerius 1. Argon. 63.
Senectus Tithonia. Stat. 4. Sylu. 3. 31,

Tithymalus] tithymali, pen. corr. masc. gen. (τιθύμαλος) Genus fruticis, quæ à nostris lactuca marina dicitur. Columella lib. 9, Tithymalus maiorum quoq; animalium uentrẽ soluit. Idem paulò suprà, Maximusq; uel minimus annuus carũ labor est initio ueris, quo Tithymali floret frutex. Plin. libro 26. cap. 8. 18, Tithymalum nostri herbam lactariam uocant, alij lactucam caprinam: narrantq; lacte eius inscripto corpore, quum inaruerit, si cinis inspergatur, apparere literas, ita quidam adulteras alloqui maluere, quàm codicillis.

Tithymali genera septem numero refert Dioscorides, libro 4. cap. 159.

Tithymali, ut refert Dioscor. species septem sunt. Prima uocatur Characias. Secunda paralios: uulgò Herba mora. Tertia Platiphyllos: uulgò Tortumaglio. Quarta Helioscopios. Quinta Cyparissios: uulgò Esula minor. Sexta Dendroides. id est, arborea. Septima Characias fœmina.

Titia lex] Tacit. lib. 11, Consurgunt patres, legemq; Titiam flagitãt, qua cauetur antiquitùs, ne quis ob causam orãdã pecuniã, donumue accipiat. Hac lege tenebantur aduocati, qui mercenariam clientibus operam præstabant. Inuehitur Ausonius in mollitiẽ iurisconsulti, eumq; deridet, quòd legem Titiam non metueret: quòd enim indoctus erat, nihil lucrabatur. Alciatus in Annotationibus in Tacitum.

Titianus] pen. prod. (τιτιανὸς) Titiani filius, Orator Græcus, præceptor Maximini principis, scripsit libros prouinciarũ pulcherrimos: appellatur Simia sui temporis, quòd omnia propè imitaretur. Capitolinus.

Titiens] τατιήνσος, pro Titienses posuit Propert. libro 4. eleg. 1. 7,

Hinc Titiens, Rhamnesq; uiri, Luceresq; coloni:
Quatuor hinc albos Romulus egit equos.

Titij] τίτιοι, Sacerdotes Apollinis: à titijs auibus, quas in augurijs certis obseruare solebant, appellati, ut ait Varro. Hæc Sulpitius & Beroaldus in illud Lucan. lib. 1. 120,

Et doctus uolucres augur seruare siniſtras,
Septemuirq; epulis festus, Titijq; sodales,
Et salius, &c.

Titillo] titillas (γαργαλίζω) titillare. Sensus cõmouere. Verbũ translatũ à titillatu alarum, ubi dulcedo scalpendi est.

Titillare, per translationem pro Commouere, prouocare, & per blandimenta ingerere accipitur. Cic. 1. de Finibus, 61, Nam si ea sola uoluptas esset, quæ quasi titillaret sensus, ut ita dicam, & ad eos cum suauitate afflueret, &c. Sic. 3. Tuscul. 81, Titillari uoluptate.

Assentator titillans. Cic. 2. Offic. 93.

¶ Titillatus, huius titillatus, pen. prod. (γαργαλος) Plin. libro 11, In eadem præcipua hilaritatis sedes, quod titillatu maximè intelligitur alarum quas subit.

¶ Titillatio, titillationis (γαργαλισμὸς) Idem. Cic. de Senec. 43, At non est uoluptatum tanta quasi titillatio in senibus. Idem 1. de Natur. deor. 159, Voluptates quibus quasi titillatio adhibetur sensibus.

Titio] titionis, masc. gen. (δᾳλὸς) Lignum aduſtum, quod igne extrabitur. Varrò de uita pop. Rom. libro 2, Contrà à nouo marito, quuin item è foco in titionem ex fallaci arbore, & eam qualis, qua allata esset, &c. Celsus libro 3. cap. 12, Fomentisq; protinus ualidioribus totum corpus circundare conuenit, maximeq; inuolutis testis, & extinctis titionibus.

Titiuilitium] titiuilitij, nullius significationis est, ut apud Græcos baltiri & syndapseis. Plaut. Casina, 7. 40,

Non ego illud uerbum empsitem titiuilitio.

Ita Festus. Nonius uerò, Titiuilitium dici uoluerunt fila putrida, quæ è telis cadunt, ut Plautus Casin.

Non ego istud uerbum empsitem titiuilitio.

Id est, re admodum uili.

Titonus] τίτωνος, bubulcus fortitudinis monstrosæ fuit: cum Milone de robore certauit uicitq;, quum pedem tauri una manu, altera uerò alterius tauri pedem per uim conãtibus ipsis reuellere traheret. Author Aelianus.

Titubo] titubas, pen. corr. (συγκλονῶμαι, ὑποφέρομαι) titubare, dicitur qui pedib. insistere nequit, ut faciũt ebrij, aut infirmi, aut uulnerati, aut decrepiti senes, quib. infirmi pedes inconstanter uacillant. Quint. in Pastu cadauerũ, Sed iugulasti uulneratum, titubantem strauisti, fumantẽ incendisti. Hæc Valla lib. 5. Ouid. 3. Metam. 122,

Ille mero, somnoq; grauis titubare uidetur:

Erubuisse, expalluisse, titubasse. Author ad Heren. lib. 2. 39.

Titubare, ad animum transfertur, quoties ab animo uerba dissentiunt: quod inconstantiæ signum esse dicitur. Terentius Heaut. 2. 3. 120,

Verùm illa ne quid titubet.

Cic. pro Flacco, De subsellijs quæror? una ex domo prodeunt: si uerbo titubarint, quò reuertantur non habebãt. Horat. 1. epist. 13. 4,

Cauẽ ne titubes, mandatáq; frangas.

Titubatum & offensum. Cic. 1. Verr. 40.

Versus debilitatur in quacunq; sit parte titubatum. Cicero 3. de Orat. 106.

¶ Titubans, pen. corr. Participium (ὑποφερόμενος) ut, Artus titubantes sustinet ferula. Ouid. 4. Metam. 6.

Lingua titubante loqui. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 5.

Furtim mente ac lingua titubante facere aliquid. Cicero pro Domo sua, 107.

Membra titubanila ualido uino. Ouid. 6. Fast. 136.

¶ Titubatus, pen. prod. (συγκλονηθεὶς) Particip. sine uerbo, inquit

Seruius. Virg. 5. Aeneid. 67,

Hic iuuenis iam uictor ouans uestigia presso
Haud tenuit titubata solo: &c.

¶ Titubanter, Aduerbium (ἀσυμφώνως) Inconstanter. Cicero pro Cælio, 10, Posuistis enim, atq; id tamen titubanter & strictim, coniurationis hunc propter amicitiam Catilinæ participem fuisse.

Titubanter et inconstãter loqui. Author ad Heren. lib. 4. 215.

¶ Titubatio. Verbale (συγκλόνησις) Cicero 2. de Inuent. 149, Quo in genere cuentus quoq; uidendus erit, hoc est quid ex unaquaq; re soleat euenire, magnopere considerãdum est, ut metus, lætitia, titubatio.

Titubatio & offensio. Author ad Heren. lib. 2. 44.

¶ Titubantia, titubãtiæ, idem (συγκλόνησις) Suet. in Vitellio, cap. 6, Ac de hac quoq; liberos utriusq; sexus tulit, sed maxime titubantia oris propè mutum & elinguem.

Titulus] tituli, pen. corr. masc. gen. (τίτλος, ἐπιγραφὴ, διδασκαλεῖον) Quod alicui rei ut libro, operi, uel statuæ superscribitur ad eius cognitionẽ. Vnde in statuis, siue picturis titulũ dicimus literas, quæ uel artificis, uel eius cuius statua siue imago est, nomen demonstrat: uel tempus quo factũ est opus declarat. Plin. epist. 149, Maximè tamen hic me titulus admonuit, quòd essent mimica & inepta, quæ interdiũ in hoc cœnum, in has sordes abijcerentur. De monumento Pallantis loquitur. Ouid. 2. de Arte, 559,

Vtilitas tua sit, titulus donetur amicæ.

Titulus libri. Qui uel qualitatem operis, uel nomen authoris, uel numerum librorum ostendit. Mart. lib. 2. epig. ultimo,

Vnum de titulo tollere iota potes.

Ouid. 1. de Remed. Amor. 1,

Legerat huius amor titulum, nomenq; libelli.

Plinius epist. 101 lib. 5.

Adhibere titulum. Vide Adhibeo.

Decorare sepulchrum titulis. Silius lib. 15. 78.

Effœminare titulum. Claud. 1. in Eutrop. 2.

Indere titulos. Vide Indo.

Titulo signetur imago. Ouid. epist. 2. 19.

Titulus, pro Laude & dignitate aliquando accipitur. Ouid. 2. Fastor. 43,

At tua prosequimur studioso pectore Cæsar
Nomina, per titulos ingredimurq; tuos.

Liuius ab Vrbe, 151, Naualis uictoriæ uanum titulum appetiuere. Cic. in Pisonem, 14, Sustinere titulum Consulatus. Idem 5. Tuscul. 44, Iidem dicant semper beatum esse sapientem, quos si titulus hic delectat insignis & pulcher, Pythagoram, Socratem, & Platonem dignissimus inducant animum, &c.

Adulantes tituli. Claud. 2. in Eutrop. 16.

Caduci tituli. Vide Caducus.

Facilis titulus. Ouid. 10. Metam. 120.

Inanes tituli. Horat. 3. Serm. Satyr. 3. 43.

Leuis titulus, paruiq; nitoris. Claud. 2. Paneg. 59.

Modicus titulus. Vide Modicus, in Modus.

Reddere titulum meritis. Ouid. 13. Met. 75.

Insignis titulis auorum. Lucan. lib. 8. 15.

Magnificus titulis. Ouid. epist. 2. 14.

Stupere in titulis & imaginibus. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 4.

Titulus, Prætextus. Paulus in l. si quis tutor. §. quid ergo, ff. de ritu nupt. Quid ergo si quum se uellet excusare aliquo titulo, nec in promptu probationes haberet, &c.

Titulus, Monumentum. Apuleius, Auorum & proauorum titulus clarius.

Titulus à tuendo, quasi Tutulus, quòd tueatur factum authoris: & si quis alterius opus esse contendat, ueri opificis in-

dicet nomen. Vnde aliquando tituli dicti sunt milites, quasi tutuli, quòd patriam tueantur. Vnde & Titi prænomen ortum. Fest.

Titus] τίτος, Clarissimus Romanorum princeps, Vespasiani filius, & frater Domitiani. Author Tranquillus.

Titus, Prænomẽ Romanorum est, à τίω, honoro. Vel à titulo, ut uult Festus. Vide paulò antè.

Titi] τίτοι, Liuij, duo fuerunt. Alter Tragœdiarũ scriptor, qui ob ingenij meritũ, à Liuio Salinatore, cuius liberos erudiebat, libertate donatus est. Alter Patauinus: qui floruit sub Augusto: laudatur in historia, quum sit in narrando miræ iucunditatis, clarissimiq; candoris.

Tityus] τίτυος, secundum alios Terræ filius fuit: secundũ alios à Terra nutritus: unde elegit sermonẽ quo utrunq; significaret: nam alumnũ dixit. Hic amauit Latoñã, propter quod Apollinis cõfixus est sagittis: & damnatus hac lege apud inferos, ut eius iecur uultur exedat. Quanquã Homerus uicissim dicat duos uultures sibi in eius pœnã succedere. Hactenus Seruius enarrans illud Virg. 6 Aeneid. 119,

Necnon & Tityon Terræ omniparentis alumnum
Cernere erat. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 9, Huius magnitudinem corporis poetæ dixerũt fuisse nouem iugerũ. Vnde Tibullus, lib. 1. eleg. 3. 15,

Porrectusq; nouem Tityus per iugera terræ,
Assiduas atro uiscere pascit aues.

Horat. 3. Carm. ode 11. 5.

Titus item Sextus, authore Cicerone in Bruto, Oratoꝛ, homo loquax sanè et satis acutus, sed tam solutus & mollis in gestu, ut saltatio quædã nasceretur, cui saltationi Tityus nomen esset. Ita cauendum est, ne quid in agendo, dicendóue facias, cuius imitatio rideatur. Hactenus Cicero.

T Ł

Tlepolemus] pen. corr. (τληπόλεμος) Herculis filius, teste Homero lib. Iliad. 2, Hic quum Rhodiorum rex esset, occisus est à Sarpedone in bello Troiano.

T M

Tmesis] huius tmesis, f. g. (τμῆσις) Est unius uerbi cõpositi uel simplicis sectio, altera dictione, uel plurib. interiectis. ut Virg. 3. Geor. 77, Septem subiecta trioni: pro Septentrioni. Idẽ 1. Aen. 84, Et multo nebulæ circũ dea fudit amictu. Pro Circũfudit. Vbi Seru. Figura tmesis est, quæ fit quũ secto uno sermone aliquid interponimus. Sed hoc tolerabile est in sermõe cõposito: cæterũ in simplici nimis est asperũ: quod tamẽ faciebat antiquitas: ut, Saxo cere cõminuit brũ.

Tmolus] pen. prod. (τμῶλος) mons Lydiæ, ut scribit Plin. lib. 5. croco florentissimus & uitibus consitus. Seruius ferè bit eum esse Ciliciæ, in illud Virg. 1. Georg. 12,

——nonne uides croceos ut Tmolus odores,
India mittit ebur, molles sua thura Sabæi?

Ouid. 11. Metam. 31, ——riget ardus alto
Tmolus in ascensu, cliuoq; extensus utroq;,
Sardibus hinc, illinc paruis finitur Hypæpis.

Ibidem, 32, Iudice sub Tmolo certamen uenit ad impar. Est ergo iuxtà Sardis, quæ urbs ex Herodoti Plinijq; testimonio in Lydia est. A quo & nomen fluminì datum est. Plin. lib. 33. cap. 8. 2, Auri argentiq; mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant, quondam non solitus inueniri, nisi in flumine Tmolo. Apud Colum. lib. 4, Tmolus uidetur esse genus arbusculæ, cuius flores sint crocei. A poetis quandoq; i post t superaddi inuenimus: ut apud Ouid. 6. Metam. 3,

Desernere sui Nymphæ uincta Timoli.

Stephanus de Vrbibus per y scribit Tymolum, sicq; ait uocari Tmolum figura poetica.

¶ Tmolus

¶ Tmolius, Adiectiuum (τμώλιος) Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15.2,

Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos.

T O

Tobius] τόβιος, Ptolemæo libro 2. cap. 3, Britanniæ insulæ fluuius, ad cuius ostia est oppidum quod Touue uulgò dicitur.

Tocullio] tocullionis, Minutus scenerator: & est uox formata à Græco diminutiuo τονίσκιον, ut apud Plautum à σκιάφειον, sceparnio, Cic. in epist. ad Atticum, Neq; te in tocullionib. habebã. Eodem modo Latini turpionẽ dixere.

Toga] togæ (τήβεννα, τήβεννος, περιβολή) Gestamen erat proprium insigneq; Romanorum ciuium, quemadmodum pallium Græcorum. Superimponebatur autem tunicæ, uel tunicis potius. Dicta toga à tegendo, ut ait Nonius: quòd corpus tegat. Hæc laxa erat, & in sinum multis crispulis subtracta succingebatur. Tibull. lib. 1. eleg. 7. 8, Et fluit effuso cui toga laxa sinu.

Arcta toga. Horat. 1. epist. 19. 6, Arcta decet sanum comitem toga.

Exigua toga. Horat. 1. epist. 20. 3.

Niuea toga. Vide Niueus, in Nix.

Fusa toga, & Restricta, contraria. Suet. in Augusto, cap. 73.

Radiante toga decorius. Claud. 4. Paneg. 75.

Recens toga. Persius Satyr. 1. 2.

Sordidula toga & rupta. Iuuen. Satyr. 3. 15.

Tenues togæ. Horat. 1. epist. 14. 7.

Amictus toga. Cic. 2. in Catil. 42.

Defluit toga. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 7.

Deijcere & reponere togam, Quint. 6. cap. 3. 37.

Toga, pacis est insigne & ocij. Cic. in Pisonem. 58.

Toga, pro Pace aliquãdo accipitur, quoniam in pace tantum togæ usus erat: nam in bello, depositâ toga, chlamydem sumebant, aut lænam, aut sagũ. Plinius, Vt dubiũ sit, togáne, an bello præstantior fuerit. Cic. 3. de Orat. 32, Campũ pro comitijs, togam pro pace, arma ac tela pro bello.

Toga, Peculiaris habitus clientum, & salutatorum, qui togati ibant salutatum, ut sportulã consequerẽtur. Mart. ad Gallum, lib. 10. 82,

Mane uel à media nocte togatus ero.

Togarum uaria antiquis Romanis erat genera: ut, toga prætexta, toga uirilis, toga picta: toga regia, quæ erat auro & purpura intexta, qua reges utebantur, quæ à Liuio inter insignia triumphantis numeratur.

Candida toga, erat quam petitores Magistratuum induebãt: unde Candidati dicebantur. Plin. lib. 7. cap. 34, de Nasica, In toga candida bis repulsa notatus à populo. Cicero in candida orationem habuit in Catilinam & Antonium cõpetitores. Budæus.

Puram togam tyrunculi forenses assumebãt tyrocinij die. De qua Cicero ad Atticum, libro 9. epi. 1, Ego meo Ciceroni, quòniam Roma caremus, Arpini potissimùm togam purã dedi: idq; municipibus nostris fuit gratum. Eidem libro 7. 128. 3, Habebamus autem in manibus Antonij concionem habitam x. calend. Ianuar. in qua erat accusatio Pompeij usq; à toga pura. id est, ab eius tyrocinio. Dicta pura toga, quòd nullo purpuræ prætextu distincta esset. Catullus ad Mallium. Lucan. lib. 7. 4,

—pura uenerabilis æquè
Quàm currus ornante toga. id est, Nec picta, nec triumphali, nec prætexta. Budæus.

Palmata toga. Vide Palmatus, in Palma.

Perfatuæ togæ. Vide Perfatuus.

Picta toga uestis publica fuit, summiq; Magistratus. Capitolinus de Gord. Palmatam tunicam & togam pictam primus Romanorum priuatus, suam & propriam habuit: quũ antè imperatores & de Capitolio acciperent, uel de palatio. Lampridius de Alexandro, Prætextam & togam pictã nunquam nisi Consul accepit: & eam quidẽ quã de Iouis templo sumptam alij quoq; accipiebãt aut Prætores, aut Cõsules. Budæus. Iuuen. Satyr. 10. 43,

—& pictæ Sarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ.

Prætexta toga. Vide Prætexta.

Puerilis toga. Gellius lib. 18. cap. 4, Quum iam adolescentuli Romæ prætextam & puerilem togam mutassemus.

Pulla toga ab alba distinguebatur: pulla enim in funerib. utebãtur, ut nunc atra uestre utimur: alba aũt in epulo, uel publico, uel parentali: à quibus pulli atratiq; dicebantur.

In epulo cum togâ pullâ accumbere. Cic. in Vatinium, 23.

Rara toga. Martial. lib. 10. 47,

Lis nunquam, toga rara, mens quietâ.

Togam raram optat: id est, ne cogatur bene manè togatus circumuolitare limina potentiorum, salutationis defunctu-rus officio. Bayfius.

Rasa toga. Plin. lib. 8. cap. 84. 4, Togas rasas Phrygiasq;, diui Augusti nouissimis temporibus cœpisse, scribit Fenestella.

Virilis toga à puerili distincta erat, quæ prætexta appellabatur: ea decimoseptimo anno sumebatur. Cic. de Amic. 1, Ego autem à patre ita eram deductus ad Scæuolam sumpta uirili toga, ut quoad possem & liceret, à senis latere nunquam discederem.

Sumpsisti uirilem togam, quam statim muliebrem stolam red didisti. Cic. 1. Philip. 61.

Toga, pro Officio. Plinius ad Apollinarem, Altius tibi ocium & pinguius, eoq; securius: nulla necessitas togæ: nemo accersitor ex proximo. Id quod ideo inualuit, quòd ad officia præstanda togati conueniebãt: id est, ad deducendos, comitandosq; amicos honoris gratia.

¶ Togula, penul. corr. Diminutiuum (τηβέννιον) Martialis lib. 1. 133.

Ignosce, togulam Posthume pluris emo.

Cicero in Pisonem, 43.

¶ Togatus, pen. prod. Adiectiuum (τηβεννοφόρος) Qui togâ indutus est. Vnde Romani, togati dicti fuit. Quibus toga propria & communis erat: quemadmodum Græci pallia-ti dicebantur. Virg. 1. Aeneid. 58,

Romanos rerum dominos gentemq; togatam.

Martial. lib. 14. 124,

Romanos rerum dominos, gentemq; togatam
Ille facit, magnò qui dedit astra patri.

Magna caterua togatorum. Cic. pro Rosc. Amer. 79.

Græculus iudex modò palliatus, modò togatus. Cicero 5. Philipp. 173.

Togata opera à Martiale uocitatur, quum Romani togati deducerent & reducerent Magistratus, & eos qui dignitate uel ætate, uel opibus præcellerent, in domum, in forum, in templa, uel aliò:

Exigis à nobis operam sine fine togatam
Non eo, libertum sed tibi mitto meum.

Et in nono, 103. Bayfius.

Togatæ comœdiæ, Quæ scriptæ sunt secundum ritus Romanorum: ut Græcas fabulas ab illorum habitu palliatas appellamus. Nam Græci pallium supra tunicam ferebant.

Miles togatus. Claud. 7. Paneg. 2.

Militia togata. Ouid. ad Pisonem, 6.

Turba togata. Propert. lib. 4. eleg. 2. 12.

Togati creditores Græcorum. Cic. 3. Verr. 51, Erant nonnulli togati creditores Græcorum, quibus ad exigendas pecunias improbissimi cuiusq; legati plurimum prodest gratia.

Togati etiam dicebantur, qui principes ciuitatis officij gratia in forum deducebant, ac deinde domum reducebant: quoniam togis amicti erant. Iuuen. Satyr. 7. 15.

Perspicit hoc primùm qui litigat: an tibi serui
Octo; decem comites post te: an sit sella, togati
Ante pedes. Et itidem Satyr. 1. 10. Turba togata. Et apud Martial. lib. 2. 59, Grex togatus. Toga enim purpuræ seruiebat: ut apud eundem in decimo, 10,

Quid faciet pauper cui non licet esse clienti?
Dimisit nostras purpura uestra togas. Id est, Nunc non licet nobis officium uobis præstare, quum iam purpurati officijs præstandis successerint.

Decernere supplicationem uni togato. Cic. pro Sylla, 64.

Togatæ tabernariæ. Vide Taberna.

¶ Togatulus pen. corr. Diminut. ioco formatum. Martial. lib. 10. 74, —Quandiu salutator,
Ante ambulones, & togatulos inter
Centum merebor plumbeos die totos?

Tolentum] τόλεντον, Italiæ oppidum in Piceno: à quo Tolentiates, populi dicti. Plin. lib. 13. cap. 13.

Tolero] tolerâs, pen. cor. (τλάω, τλῆμι, ἀνατλάω, χέω, αἴρω, παρτερέω, αὐλέχομαι) tolerare, Significat patienter ferre, ut ait Festus: estq; uerbum mala patientis. Terentius Phorm. 3. 3. 23,

Noli metuere: unà tecum bona malaq; tolerabimus.

Idem Hecy. 3. 5. 28,

Sed quando sese indignam deputat matri meæ,
Cui concedat, cuiusq; mores toleret suæ modestiã.

Tolerare se, modicè & summa parsimonia se alere. Corn. Nepos de Pomponio Attico, Ex quibus agris pater familiãs fructus caperet, quibus se toleraret. Cæsar lib. 1. bel. Ciuil.

Alere & tolerare equitatum. Cæsar, lib. 3. bell. Ciuil.

Tolerare suã pecuniã milites. Plin. lib. 33. cap. 10. 4.

Dura tolerare. Seneca Hippol. 4. 22.

Famem tolerare. Cæs 5. bel. Gal. 109.

Fortunam tolerare, Brutus ad Ciceronem. 16. 8.

Hyemem tolerare. Cic. 2. in Catil. 43.

Impensas Plin. lib. 12. cap. 14. 11, Inde impẽsæ publicæ tolerãtur.

Inopiam obsidiumq; tolerare. Tacit. lib. 20.

Laborẽ. Plin. lib. 11. ca. 5. 1, Apes ad usus uitæ laborem tolerãt.

Laborem militarem tolerare. Cic. 2. Offic. 65.

Laborem studiorum pueri difficilius tolerant. Quintil. lib. 1. cap. 12. 6.

Mala tolerare. Seneca Hercule furen. 13. 11.

Militiam tolerare sub magistro. Virg. 8. Aen. 103.

Patienter tolerare. Quint. lib. 6. cap. 3. 78.

Pondus alicuius tolerare. Horat. 2. Carm. ode. 5. 1.

Sitim tolerare. Plin. lib. 8. ca. 18. 3, Sitim & quatriduo tolerãt.

Sitim, famemq; tolerare. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 4.

Sors toleranda nullis populis. Stat. 1. Thebaid. 39.

Sumptus tolerare. Cic ad Quint. frat. lib. 1. 1. 37.

Vitam tolerare, Viuere, nutriri. Cæsar 7. bell. 314. Qui in oppida compulsi, ac simili inopia subacti, eorum corporibus, qui ætate inutiles ad bellum uidebãtur, uitam tolerauerunt.

Tolerare uitam colo. Virg. 8. Aeneid. 82,

Cui tolerare colo uitam, tennique Minerua.

Passus CLX tolerare, sufficere cursui CLX passuum. Plinius lib. 7. cap. 20. 4.

Nobis inter nos nostra uitia toleranda. Cic. Att. lib. 1. 12. 6.

Res ad patiendum tolerandumq; difficilis. Cic. 2. Tuscul. 27.

Toleratu difficilis. Cicero 4. de Finibus 85, Dicunt illi spe-rum esse dolorem, molestum, odiosum, contra naturam, difficilem toleratu.

¶ Tolerans, pen. corr. (τλάς, παρτερικός) Participium, siue Nomen ex participio. Colum. lib. 8. cap. 16, Piscium genera dulcis unde tolerantia.

Tolerantior, & hoc Tolerantius. Vide Ignorantior, in Ignoro.

Tolerãtissimus. penuriæ patientissimus. Colum. lib. 9. cap. 1. 2.

¶ Toleranter (ἀνεκτερικῶς) tolerantius, tolerãtissimè, Aduersbium. Quint. lib. 8. cap. 6, Durè etiam iũgere uctamur, qui toleranter uidere Septentriones uidemur.

Ferre aliquid toleranter. Cic. Sulpitio, lib. 4. 6. 9.

Tolerante rdolorem pati. Cic. 2. Tusc. 74.

¶ Tolerantia, tolerantiæ (αὐθοχή, ἀνεκτερικὸν) Cic. in Parad. 33. Tolerantia rerum humanarum contemptione fortunæ.

Tolerantia tamen doloris laude sua non carebit. Quintil. lib. 2. cap. 2. 9.

¶ Toleratio] Verbale (αὐθάχεσις) Cic. 2. de Fin. 150, Quædam alia toleratio est uerior, quã uti uos non potestis, qui honestatem ipsam per se non amatis.

¶ Tolerabilis, & hoc tolerabile, pen. corr. (αὐθάχετος, τλητὸς, οἰστὸς, φορητὸς, ἀνεκτὸς, φορυτὸς) quod tolerari potest. Terent. Heaut. 1. 2. 31, —homo tolerabilis.

Apud Plinium in Paneg. Tolerabile tributũ. Et ibidem, 131, Tolerabile experimẽtum. Cic. de Senect. 7, Moderati enim & nec difficiles, nec inhumani senes, tolerabilem agunt senectutem.

In aliquibus rebus tolerabile est Cic. ad Brutum, 15. 14.

Dicere sic tolerabilius est. Cic. 1. de Orat. 110.

Conditio tolerabilis. Cic. 4. in Catil. 89.

Conditione tolerabile transigere. Cic. pro Quintio, 65.

Exemplum tolerabile. Liu. 9. Maced. 163.

Fœnus tolerabile. Cic. Att. lib. 6. 111. 28.

In tolerabilem formam redigendæ ciuitates. Liuius 4. bell. Maced. 190.

Iactura rei familiaris tolerabilis. Cic. ad Brutum, 18. 4.

Orator sanè tolerabilis. Cic. de claris Orat. 92.

Patronus tolerabilis. Cic. de clar. Orat. 67.

Philosophi tolerabiliores motus uoluit esse. Cic. de Orat. 112.

Regnum nemini tolerabile. Cic. Attic. lib. 10. 197. 4.

¶ Tolerabiliter, pen. corr. aduerbium (αὐεκτῶς) Facilè, sine discrimine. Colum. lib. 2. cap 2. 2, Quas Græci συνγίας εὐκατακρίτους, nos discordantium comparationes tolerabiliter dixerimus.

Tolerabilius pati dolores. Cic. 3. de Fin. 66.

Toles] uel, ut alij scribunt, Tolles (παρίδημα) Tumor est in faucibus, quæ per diminutionem tonsillæ dicuntur. Fest.

Toletum] pen. prod. (τόλετον) Ptolemæo lib. 2. cap. 6. alio nomine Serezola dicta, Hispaniæ urbs: uulgò Toledo.

Tollenon] pen. prod. tollenonis, Genus machinæ, ut ait Festus, quo trahitur aqua, in alteram partem prægrauante põdere: dicitur à Tollendo. Liu. 8. bell. Maced. 19, Deinde ut præter spem stare muros uiderunt: collectis rursus animis in arietes tollonibus libramenta plumbi aut saxorum, stipitesue robustos incutiebant. Plin. lib. 19. cap. 4. 11, Vel tollenonum hastu rigandos.

Tollis] tollis: scribit Isidorus tolles Gallica lingua dici, quæ uulgò per diminutionem tonsillæ dicantur, quæ in faucibus turgescere solent. Hæc uerba falsi conuincunt hanc Sereni scripturam,

Quos autem uocitant colles, attingere dextra
Debebis, qua gryllus erat pressante peremptus. Scribendum enim arbitror, Quos autem uocitant tollesue: ut hæc curatio tonsillarum fit. Turnebus.

Tollo] *tollonis, uel* Tollonus, *tolloni, penul. prod Idē quod tolleno,* Plautus Rud. 12. 23.

Heus sic tolloni gratia? cape hanc urnam tibi.

Tollo] *tollis, sustuli, pen. corr, & apud antiquos tetuli, sublatum, pen. prod.* (αἴρω, αἴρω, ἐγείρω, ὑψόω, φανηλεάω, ἐπιτεωείζω, ἀναίρω) *tollere, eleuare, sursum erigere.* Plautus.

Tolle caput. Ouid. epist. 14. 9,

— ter acutum sustulit ensem,
Ter malè sublato decidit ense manus.

Sol in currum Phaethontem filium sustulit. Cicero 3. de Nat. deor. 110.

Aliquid oneris tollere. Cic. 5. Verr. 1. *id est, suscipere.*

Tollere & extrahere. Cic. 2. de Fin 97.

Sublatum super caput. Liu. 4. bell. Maced. 152.

Sublatum ad frontem supercilium: cui depressum opponitur. Cic in Pisonem 9.

Tectum alius tollam, Domum altiorem faciam. Cic de Arusp. Resp. 30. Vlpianus, *Ius uicino non esse alius ædes tollere.* Plaut. Trinum. 10. 61, *Tollere mœnia.*

Tollere de terra lapides. Ad iacidū scilicet. Cic. pro Cic. 49.

A terra se tollere altius, pro crescere: ac de herbis & arboribus dicitur. Cic. 5. Tuscul. 53.

Animos tollere, Superbire, audaciorem esse. Sallust. in Ciceronem, 1, *Verùm, ut opinor, splendor domesticus tibi animos tollit.* Terent. Hecyr. 3. 5. 57,

Quia paululum uobis acceßit pecuniæ,
Sublati animi sunt. Propert lib. 3 eleg. 18. 4,
I nunc tolle animos, & tecum finge triumphos.

Animos dictis tollit. Virg 9. Aen. 26,

Arbos se sustulit. Virg. 2. Georg. 12,

Cachinnum, Risum augere, risu immoderato efferri. Cicero de Fato, 16.

In cælū tollere. Cic. pro Archia. 17, *In cælū huius proauus Cato tollitur, magnus honos populi Rom. rebus adiungitur.*

In cælum fama aliquem tollere, Magnopere laudare. Cic. 2. de Natura deor. 89.

In cælum laudibus tollere. Cic. ad Marcellum, lib. 15. 7. 2.

In cælum humeris. Cic. 11. Philip. 307.

Clamorem, Summopere clamare, et clamorem ac uocem extollere. Cicero 6. Verr. 84, *Clamor à sigillibus, fanisq; custodibus tollitur.*

Clamor tollitur in cælum. Virg. 11. Aeneid. 149.

Clamores horrendos ad sydera tollit. Virg. 2. Aeneid. 45.

Tollere in collum. Plaut. Bacch. 11. 42.

Cornua tollere in aliquem. Horat. Epod. 16. 3.

Corpus tollere in auras. Ouid. epist. 17. 11.

Alie tollit sua corpora uolucris. Ouid. 8. Metam. 51,

In crucem tollere. Cic. 7. Verr. 6.

In currum. Cic. 3. Offic. 126.

Frontem tollens ad cælum. Ouid. 3. Metam. 4.

Gradum tollere, Ambulare. Plautus Bacchid. 11. 6.

Hinnitum tollit equa. Horat. 2. Carm. ode 16. 7.

Tollit humo saxum. Ouid. 15. Metamorph. 23.

Humo se tollere, Erigere se. Ouid. 7. Metam. 130.

Humo se tollere, per translationē pro, Nomen aliquod & gloriam sibi comparare. Virg. 3. Georg. 2,

—tentanda uia est, qua me quoq; possim
Tollere humo, uictorq; uirūm uolitare per ora.

Laudes alicuius in astra tollere. Cic. ad Atticum lib. 2. 40. 2. Virg. 5. eclog 10,

—Daphnimq; tuum tollemus ad Astra.

Laudibus tollere. Cic. ad Atticum. lib. 4 86. 5.

Manus. Cic. ad Cæsarem, lib. 7. 5. 5, *Sustulimus manus & ego & Balbus. Lætitiæ signum est, & gratias agentis.*

Membra uix tollit de humo. Ouid. 2. Fast. 71.

Minas tollere. Virg 3. Georg. 84.

Oculos tollere. Vide Oculus.

Oculos sustulit ad proceres. Ouid. 13. Metam. 26.

Oculos tollere contra aliquem, Dissentire ab aliquo, & repugnare alicui. Lucret. lib. 1. 14.

Palmas ad sydera tollunt. Virg. 5. Aen. 52.

Querelam tollunt lugubri uoce. Lucret. lib. 4. 110.

Risum tollere. Ridere. Horat. de Arte, 77.

Solio se collit ab alto. Virg. 8. Aencid. 107.

Ad spem effingēdæ eloquēciæ se tollere. Quint. lib. 1. cap. 2. 18.

In sublime tollere. Plin. lib. 10. cap. 38. 2.

Vocem exiguam tollere. Virg. 6. Aeneid. 99.

Fluctus mulcere, & tollere uento. Virgil. 1. Aeneid. 14.

Tollere tormentum. Celsus lib. 3. cap. 21.

Vultus erectos tollere ad sydera. Ouid. 1. Metam. 18.

Aliquem tollere: pro, Assumere socium itineris. Cic. ad Quint. frat. lib. 2. 12. 2, *Mea fictū est infusa uerecundia, ut te proficiscens non tollerem.*

Tollere, Auferre. Cic. de Amicit. 43, *Solem enim de mundo tollere uidentur, qui amicitiam è uita tollunt.*

Detrahere, auferre, tollere. Cic. in Orat. 121.

Tollere, atq; irrita facere quæ quis gessit. Cic. 4. Verr. 98.

Tollere & delere. Cic. pro Quintio. 47.

Tollere & eripere. Cic. pro Rosc. Amer. 42.

Tollere, E medio auferre, uita priuare, enecare: ut in antiquo illo disticho, quod refert Tranquillus cap. 39,

Quis neget Aeneæ magna de stirpe Neronem?
Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

Duplicam significationem retinet: in priore enim pro enecauit, in posteriore proportauit, sumitur.

Tollere & interficere. Cicero pro Cluentio, 16.

Aditus templorum demolitione sublati. Cicero post Red. in Senatu, 29.

Aes Alienum, pro Dissoluere. Plin. de uiris illust. 29.

Anchoras. Cæsar 1. bel. Ciuil. 125.

Auaritiam si tollere uultis, mater eius tollenda est luxuries. Cicero 2. de Orat. 92.

Aurum. Liu. 6. bell. Pun. 259.

Calices. Mart. lib. 11. 12.

Consuetudinem. Cic. pro Rosc. Amer. 2.

Consules. Brutus ad Ciceronem, lib. 11 9.

Controuersias. Cæsar 1. bel. Ciuil. 37.

Conuiuium. Plaut. Menæh. 10. 17. Virg. 8. Aeneid. 35,

—iubet & sublata reponi Pocula.

Tollere de aliquo loco. Cic. ad Att. lib. 15. 326. 4, *Etenim Seruilia pollicebatur se curaturā, ut illa frumēti curatio de S. C.*

De fano tollere. Cic. 3. de Nat. deor. 122. (*tolleretur.*

De medio aliquem tollere, Interficere. Cic. pro Rosc. Amer. 12.

De oratione sua aliquem tollere, Non amplius nominare. Cicero ad Atticum, libro 2 cap. 39 6.

De foro aliquem clamore tollere, Clamoribus facere ut aliquis foro priuetur. Cic. pro Cluentio, 63.

Dolorem dentium. Plin lib. 20. cap 3. 2.

Dubitationem alicui. Cic. Attico, lib 32. 236. 4.

Aliquem è ciuitate. Cic. pro Domo sua, 35.

E choro philosophorum aliquem tollere. Cic 1. de Finib. 40.

E medio aliquem tollere, Idem quod tollere de medio, & occidere. Liu 4. bell. Pun. 24.

E numero. Cic. pro Flacco, 8,

Ex delubris simulacra sanctißima. Cic. 1. Verr. 2.

Ex rerum natura aliquem. Cic. pro Rosc. Amer. 42, *Nonne uidentur hunc hominem ex rerum natura sustulisse & eripuisse, cui repentè cælū, solem, aquam, terramq; ademerunt?*

Errorem

Errorem tollere, Delere, abluere. Cic. 4. Acad. 85.

Exercitum religio tollit. Cic. Lentulo, lib. 1. 1. 8.

Ferro tollere aut ueneno aliquem, pro interficere. Cic. 3. de Natura deorum 117.

Fidem de foro. Cic. 1. de Lege agrar. 14, *Timorem bonis iniecisti: fidem de foro, dignitatem de Repub. sustulistis.*

Genus orationis tollere. Cic. Appio, lib. 3. 8. 22.

Imperitorum omnem errorem tollere. Cic. 1. de Finibus 57.

Inducias tollere, Liu. 10 bel. Pun. 16.

Legem tollere, Violare, corrumpere. Cicero 2, de Leg. 51.

Libertatem. Cicero ad Lentulum, lib. 1. 8. 8.

Manu tollere. Plin. lib. 10. cap. 75. 2, *Plani autem Piscium inuadi dormiunt, ut manu sæpe tollantur.*

Manus tollere ab re aliqua. Ouid. Epist. 19. 29. (47.

Memoriā alicuius rei funditus tollere ac delere. Cic. pro Quin. Metum, *Timorem adimere.* Cic. pro Rosc. Amer. 4.

Moram tollere, Festinare. Cic. ad Attic. lib. 10. 206. 2.

Nefas. Ouid. 2. Metam. 100.

Nomē alicuius ex omnib. libris tollere. Cic. Att. lib. 13. 29, 23.

Ab Officio tollere, Priuare. Cic. pro Quintio, 7.

Querelas tolle, Noli amplius queri. Horat. 1. Epist. 12. 1.

Spem aliquid faciendi tollere, Auferre. Cæsar. 7. bell. Gall. 115.

Suspicionem. Cic. ad Atticum, lib. 10. 207. 5.

Testimonio aliquem tollere, Testimonijs ita conuincere, ut puniatur, & foro priuetur. Cic. pro Fonteio, 13.

Vrbem funditus. Cic. 2. Off. 113.

Tollere liberos pro suscipere. Plinius in Paneg. 43, *Locupletes ad tollendos liberos, ingentia præmia, & pares pœnæ cohortantur.*

Liberos in aliquā spem tollere. Liu. 5. ab Vrbe, 142, *Nec patribus familiæ tantū, sed ut omniū in domo liberorū capitum ratio haberetur: uellentq; in eam spem liberos tollere.*

Tollere, Nutrire, educare. Plaut. Truc. 8. 33,

Siquid peperissem, educarē, tollerem. Ter. And. 3. 1. 6.
Nam quod peperisset, iußit tolli. Cic. 3. Tusc. 50,
Ego quum genui, tum morituros sciui, & ei rei sustuli.

Ex poeta. Ouid. epist. 4. 25,

Non ego tollendi causa, sed ille fuit.

Furtim tollere aliquem. Virg. lib. 9. Aen. 109.

Tollere, differre. Plaut.

Omnes tollo ex hoc die in alium diem.

¶ *Sublatus,* pen prod. (ἀφῃρεῖς, μετεωριζόμενος, ἀφωρισμένος) *Participium.* Plinius lib. 11. cap. 29. 3. *Gregatim sublatæ uento in maria aut stagna decidunt.*

Clamor sublatus ad æthera. Virg. 2. Aeneid. 68.

Dolis sublatis aperire aliquid, referre sine dolo. Virg. 12. Aen.

Errore sublato agnorunt parentes, &c. Lucā. lib. 3. 121. (6.

Lex sublata. Propert. lib. 2. eleg. 7. 1.

Pauore sublato secura turba. Lucan. lib. 3. 88.

Ex oculis sublata uirtus. Horat. 3. Carm. ode 24. 7.

Sublatus, pro mortuo. Cic. 7. Verr. 111, *Sic ille affectus illinc tum pro mortuo sublatus, breui postea est mortuus.*

Sublati, Ferocientes, Superbientes Cæsar 1. bel. Gal. 59, *Quo prælio sublati Heluetij, quòd quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius subsistere.*

¶ *Sublaturus,* pen. prod. *Participium* (ἀφῶ) Cic. Att. lib. 15. 32, 68. *Eam rem Seruilia sublaturā ex S.C. se esse dicebat.*

¶ *Sublatè,* pen. prod. *Aduerbium: ut, Sublatius de se dicere.* Cicero pro Domo sua, 73.

¶ *Sublatio, uerbale* (ἄρσις, ἀφαίρεσις.)

Sublatio iudicij. Quint. lib. 7. cap. 2.

Sublatio animi, Elatio, superbia. Cic. 2. de Fin. 21.

Tolosa] *penultima prod.* (τολῶσα) *Tectosagum, Narbonensis Galliæ urbs nobilißma: à qua Tolosani, Tectosagi.* Plin.

Thesauri pars 3.

lib. 3. cap. 4. dicti. Notum est adagium, Aurum habet Tolosanum. De cuius raptu quæstionem aliquando habitam Romæ, scribit Cicero libro 3. de Natura deorum 105. *Vide Gellium libro 3. & Iustinum libro 22.*

¶ *Tolosates,* penul. prod. *Idem qui & Tolosani. Cæs. lib. 1. bel. Gal. Qui non longè à Tolosatium finibus absunt.*

Tolutarius] *uel tolutaris, & hoc Tolutare, pen. prod.* (ἀπὸ τοῦ πορεύεσθαι, εὐδρόμως) *Tolutaris equus, quasi uolutarius, à pedum uolubilitate dictus: qui alio nomine Asturco, ab Asturia Hispaniæ oppido appellatur. Hos gradarios uocamus, qui molli gradu & sine succussura gestant.* Sipontinus.

Tolutarij ab asturcōe distinguit Seneca, cuius hæc uerba sunt, epist. 88. Ità non omnibus obesis mannis, & asturconib. & tolutarijs præferres unicū illum equū à Catone desiderātum.

Tolutim] *pen. prod. Aduerbium* (εὐδρόμως) *Quasi uolutim: hoc est, uolubiliter, ait Nonius. Varro, ut equus qui ad uehendum est natus, tamen traditur magistro, ut equiso doceat tolutim incedere.* Plautus Asina, 12. 116,

Demam hercle iam de hordeo, tolutim ni badizas.

¶ *Tolutiloquentia, tolutiloquentiæ* (εὐδιαῤῥημοσύνη) *Vocabulis locutio.* Nævius, O' pestifera, trux, acerba tolutiloquentia. Nonius.

Tomaculum] *tomaculi, penultima correpta, uel Tomacelum, tomacli, per syncopen, pen. prod. Tomacula uel tomacinæ, edulia sunt, quæ ferè ex iecore porcino minutatim concisō, & iam semicocto infusis ouis crudis, & caseo optimo, & liquamine, pipere, anisō, gingibere fieri consueuerunt, teguntur̄q; omento suillo.* Plinius, *Tomacinæ appellantur, quæ tomacula lugubres Galli, nostris tēporibus tomacellas. Iuuen. Satyr. 10. 36,*

Exta, & candiduli diuina tomacula porci.

Varro de Re rust. lib. 2. cap. 4 10, Itaq; suibus animi magnam esse proinde ac salem, quæ seruaret carnem. E' quæ succidias Galli optimas, & maximas facere consuēuerunt. Optimarum signum, quod etiam nunc quotannis è Gallia apportantur Romam pernæ, tomacinæ, & taniacæ, & petasiones. Dicitur aliàs insitium. Vide Insitium. Mart. lib. 1. 125, fumantia tomacla.

Tomaculum dictum ἀπὸ τοῦ τομεῖν, *quod est concidere.*

Tomarus] *pen. corr. Mons est Aetoliæ, ut scribit Plin. lib. 4. cap 2. Idem & Timarus appellatur, nobilis circa radices centum fontibus, ut Theopompo placet.*

Tomentum] *tomenti* (γναφάλιον) *Lana brevis & concisa, quæ ex festibus à fullone poliendo detrahitur: & quicquid farciminis ex quacunque re, siue ex fœno & palea, siue ex pluma fuerit, quo culcitræ farciuntur. Varro lib. 4. de Ling. Lat. Postquam transierunt ad culcitras, quod in ea fagus aut tomentum, aliudúe quid calcabant, ab inculcando culcitra dicta.*

Tomentorum autem aliud leuconicum dicebatur, quod fiebat ex lana alba concisa: aliud circense, ex arundinibus concisis factum: idq; stramentum habebatur plebeiorum, dictum circense, quod in circo Romano sternebatur, illicq; pauperiores quiescebant. Mart. lib 14. 159,

Tomentum concisa palus circense uocatur:
Hæc pro leuconio stramina pauper emit.

Alia exemplaria habent, Lingonico.

Tomex] *tomicis, fœm. gen.* (τομικὸ) *Tomices Græco nomine appellantur ex canabi impolito & sparto leuiter intortæ restes, ex quo funes fiunt. Plin. lib. 17. cap. 10. 5, Sic et spinas sepis causa serunt, tomice moris spinarum circunlita. Colum. lib. 12. cap. 32, Deinde fasciculos tomice palmea, aut iuncea ligato. Vitru. lib. 7, docet affixeres tomice religandos. Græcis dicitur* τομικὸ, *fœm. gen.*

Tomices appellantur etiam puluilli, quos in collo habent animalia, ne reſte lædantur.

Tomos] τόμος, τόμου, τόμῳ, τομεῦς, Ponti oppidum, Naſonis exilio notum: quod ipſum à Milesijs deductum immuit ipſe Ouid. lib. 1. Triſtium, eleg. 9. 9. Cur autem Tomus dictũ ſit. Idem 3. Triſt. eleg. 9. 7.

Inde Tomos, dictus locus eſt, quia fertur in illo.
Membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui.

Nam τομὴ Græcis inciſio dicitur. Abſyrtus autem ille fuit Medeæ crudelitate fectus, ut idem Ouidius loco iam citato ſcribit.

¶ Tomitanus, pen. prod. Adiectiuum (τομίτης) ut,

Humus Tomitana. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 2.

Ager Tomitanus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 8. 1.

Tomus] tomi, maſc. gen. (τόμος) Fragmentum libri, ſectio, pars. Martial. lib. 1. 62,

Scriptura quanti conſtet, & tomus uilis.

Tomyris] pen corr. (τόμυρις) Regina nobilis Maſſagetarum in Scythia, quæ Cyrũ debellauit & interemit. De qua plenè Herodotus, et Iuſtinus lib. 1. Tibul. lib. 4. ad Meccenatem, 1. 29,

Nec quid regna uago Tomyris ſiniuit Araxe.

Tonatio] Vide Tono.

Tondeo] tondes, totondi, tonſum (τέμνω, πέπονα, τέμω) tondere, Lanam ſiue capillos, & huiuſmodi incidere.

Tondere barbam. Cicero lib. 5 Tuſcul. 82. Sueton. in Auguſto, cap. 79, In capite comendo tam incurioſus, ut raptim compluribus ſimul tõſoribus operam daret, ac modo tonderet, modò raderet barbam. hoc eſt, Modò tonderi, modò radi faceret. Mart. lib. 2. 17, de tonſore,

Non tondet inquam: quid ergo facit? radit. Virg 3. Georg. 63.

Comas tondere. Tibul. libro 3. eleg. 12.

Tondere oues, Plin. lib. 8. cap. 48. 1.

Tondere caput ad cutem. Celſus libro 6. capite 6, de pediculis palpebrarum.

Os alicuius tondere. Catul. Epith. 56. 28.

Tondere prata, Secare. Virgil. 1. Georg. 58.

Brachia arborum tondere. Virg. 2. Georg. 74.

Tondere dumeta dicuntur iuuenci: id eſt, paſcere. Virgilius libro 1. Georgicorum 3.

Tondere herbas fruticantes. Plin. lib. 12. cap. 25. 23.

Violas tondere manu. Propert. libro 3. eleg. 13 6.

Tondere aliquem auro, Auferre, & furari quicquid habet auri. Plaut. Bach 5 8.

¶ Tondens, Participium (τέμνων) ut, Equi latè tondentes campum. Virg. 3. Aeneid. 108.

Pecudes tondentes gramina ex uno campo. Lucret. lib. 2. 132.

Pecudes tondentes pabula. Lucret. lib. 2. 64.

¶ Tonſito] tonſitas, pen. cor. tonſitare, Aliud frequentatiuũ, à tonſo frequentatiuo. Plaut. Bacch. 23. 7,

Rerin' ter in anno tu has tonſitari?

¶ Tonſus, Participium (πεπαρμένος) Qui eſt coma abſciſſa: ut, Tonſus homo: cui contrarium Intonſus, capillatus. Cicero in Piſonem, 13, Cum illa ſaltatrice tonſa. Martialis libro 11. 37,

Iam mihi nigreſcunt tonſa ſudaria barba.

Tonſus, Minutus, uel compoſitus. Virg. lib. 1. Aen. 142,

—tonſiſq; ferunt mantilia uillis. Seruius.

Capillus tonſus. Ouid 8. Metam. 31.

Comæ tonſæ, Compoſitæ. Virg. 5. Aeneid. 111, Seruius.

Cutis tonſa. Horat. 1. epiſt. 19. 2.

Humum tonſum uerri raro pectine. Ouid. 1. de Remed. 39.

Lanæ tonſæ. Horat. 3. Carm. ode 15. 3.

Myrti tonſæ. Quintil. lib. 8. cap. 3.

Nouales tonſæ. Virg. 1. Georg. 15.

Oliua tonſa, quæ minutis frondibus compta eſt: quaſi à tonſore compoſita. Virg. lib. 3. Georg. 5.

Valles tonſæ, arboribus & ſyluis uiduatæ. Virgil. 4 Georg. 56. non ſyluoſæ. Seruius.

Tonſa, Tonſæ, à nonnullis dicitur ouis.

¶ Tonſæ (ἐφεστρὸς) Remi, à decutiendis fluctib. Virg. 7. Aen. 6,

—& in lento luctantur marmore tonſæ.

Seruius. Lucret. lib. 2. 112,

Antennas, proram, malos, tonſaſq; natantes.

Statius 5. Thebaid. 68.

Aſt ubi ſuſpenſis ſiluerunt æquora tonſis.

¶ Tonſor, tonſoris, pen. prod. maſc. gen. (κουρεὺς) Qui tondet. Varro 2. de Re ruſt. cap. 11. 7, Omnino tonſores in Italia primum uenìſſe ex Sicilia dicuntur, poſt Romam conditam anno tertio. Plautus Aſinar. 8. 14,

Ad tonſorem ire dixit. Horat. 1. Serm. Satyr. 7. 1,

Omnibus & lippis notum, & tonſoribus eſſe.

Dionyſius ne tonſori collum committeret, tondere filias ſuas docuit. Cic. 51. Tuſcul, 82.

Inæqualis tonſor. Horat. 1. epiſt. 1. 19.

Dare operam tonſori. Vide Opera.

¶ Tonſorius) Adiectiuum (κουρεικὸς) Quod ad tondendũ pertinet: ut, Tõſorius culter. Cic. 2. Offic. 33. Apud martialem, lib. 14. 36, titulus eſt de Tonſorijs ferramentis.

¶ Tonſura, tonſuræ, pen. prod. (κουρὰ) Tondendi opus. Colum. lib. 7. cap. 4. 7, de Ouibus, tõſuræ certum tempus anni per omnes regiones ſeruari nõ poteſt. Varro 2. de re Ruſt. cap. 11. 1, De lacte in eo & tonſura lanæ.

Tonſura, in uitibus & arboribus. Plin. lib. 17. cap. 27. 6, Vitis tantùm tonſuram annuam quærit, alternam myrtus, punicæ oleæ, quia celeriter fruticeſcunt.

¶ Tonſtrix, ſtricis, pen. prod. fœm. gen. (κουρεῦτρια) Plaut. Truculent.

Tonſtricem Syram nouiſti noſtram.

¶ Tonſtricula, tonſtriculæ, penultima correpta, Diminutiuũ, (κουρευτεῖλιον) Cicero 5. Tuſcul. 28, Ita ſordido ancillatiq; artificio regiæ uirgines ut tonſtriculæ tondebant barbam & capillum patris.

¶ Tonſilis, & hoc tonſile, pen. corr. (ναρτὸς) Quod tonſum eſt, ac in orbem & comã putatum, ut ait Valla lib. 1. Plin. lib. 12. ca. 2. 1, Primus Cn. Matius nemora tonſilia inuenit. Martial. lib. 5. 114, Tonſile buxetum.

Tonſilis facilitas. Plin. lib. 16. cap. 10. 4.

Tonſilla, tonſillæ, Palus dolatus in acumen, & cuſpide præferratus, qui nauis religandæ cauſſa in littore figitur. Actius, Tacete, & tonſillas in littore edite. Feſtus.

Tonſillæ (τυγέδια) Diminutiuum à tole tumore faucium, ut uult Feſtus. Propriè fiunt circa uuam ex utraq; parte infra fauces, uocanturq; glandulæ, ob quandam glandis ſimilitudinem. Plin. lib. 11. cap. 37. 47, Tonſillæ in homine, in ſue glandulæ. Cic. 2. de Nat. deor. 202, Linguam autem ad radices eius hærens excipit ſtomachus, quò primùm illabuntur ea quæ accepta ſunt: oris utraq; ex parte tõſillas attingens, palato ex: remo atq; intimo terminatur. Amygdalinæ à forma Galeno dicũtur, ſuntq; glandulæ in radice linguæ quæ ſaliuam conficiunt.

¶ Tonſtrina, tonſtrinæ, pen prod. (κουρεῖον) Locus in quo tonderi ſolet. Plaut. Amph. 13. 5,

In medicinis, in tonſtrinis, apud omnes ædes ſacras.

Terent. Phorm. 1. 2. 39,

—ex aduorſum ei loco
Tonſtrina erat quædam.

Tongri,

Tongri] Galliæ populi, Ptol. lib. 2. cap. 9, uulgò Brabant.

Tonitru] Vide Tono.

Tono] tonas, tonaui, tonatum, & aliquando tonui, tonitum, pen. cor. (βροντάω) tonare, Notæ ſignificationis. Varro in Eumenid. Sonitus matris deũm tonimus tibi ſemiuiri.

Si fulſerit, ſi tonuerit, ſi tactum aliquid erit de cælo. Cicero de Diuinat. 221.

Quam tonuit Ieuum bene tempeſtate Serena. Cicero ſecundo de Diuinat. 123,

Tonat Iupiter. Cic. 2. de Natura deor. 94, Hunc etiam augures noſtri quum dicunt Ioue fulgente, tonante, dicunt enim in cælo fulgente, tonante.

Tonat cælum. Plin. lib. 15 cap. 30. 8, Tiberium principem tonante cælo, ea coronari ſolitũ fuerũt cõtra fulminũ metus.

Cælum tonat omne fragore. Virg. 9. Aen. 108.

Ruinis horrificis tonat Aetna. Virg. 3. Aen. 115.

Tonuêre ferè clamoribus aſtra. Sil. lib. 16. 20.

Mare tonuit ex Alto. Senec. Hippol. 10. 4.

Tympana tenta tonant palmis. Lucret. lib. 2. 125.

Spiritus ore tonat. Propert. lib. 3. eleg. 17. 8.

Tonare murmure ac uerberibus, Reſonare. Martial. lib. 9. 72.

Ore tonare. Virg. 4. Aeneid. 102.

Verba tonare infano fòro. Propert. lib. 4. eleg. 1 27.

Tonare laudes alicuius, Magnopere efferre. Plin. in Præfa. 3.

¶ Tonans, tonantis (βροντῶν) Iupiter dicitur: ut,

Magni tecto tonantis. Ouid. 1. Metam. 35.

Germana tonantis, Iuno. Ouid. epiſt. 9. 2.

¶ Tonatio, Verbale, apud Senecã 2, Naturalium quæſtionum, Quæſtio illa, ut ita dicam, comminatio eſt, & quaſi ſine ictu tonatio.

¶ Toneſcit (βροντᾷ) pro Tonat. Varro bimargo, Tonitribus templum toneſcit. Nonius.

¶ Tonitrus, huius tonitrus, penul. corr. m. g. (βροντὴ) uel hoc Tonitru indeclinabile, in ſingulari, in plurali tonitrua. Ouid. 2. Metam. 62.

Vnde mouet tonitrus uibrataq; fulmina iactat. Iuuen. Satyr. 5. 2,

—& facient optata tonitrua cœnas. Plinius libro 8. cap. 47. 2, Tonitrus ſolitarijs ouibus abortus inferunt. Cicero 2. de Diuin. 62, Nonne perſpicuum eſt ex prima admiratione hominum, quòd tonitrua, iactuſq; fulminũ extimuiſſent, credidiſſe ea efficere rerum omnium præpotentem Iouem?

Ingens tonitru. Ouid. 3. Faſt 70.

Agere tonitrus. Stat. 1. Thebaid. 52.

Cælum ciebo tonitru, Virg. 4. Aeneid. 25. Verba Iunonis.

Sonoro tonitru cuncta concutiens. Claud. 2. Paneg. 6.

Concuſſa tonitru tremunt omnia. Lucret. lib. 6. 25.

Flamma inter nubes corruſcat, cælum tonitru contremit. Cic. 3. de Orat. 86.

Monere tonitrus. Ouid. 2. Metam. 62.

Humanas motura tonitrua mentes. Ouid. 1. Metam. 12.

Tonitru quatiuntur cærula cæli. Lucret. lib. 6. 20.

Ardua terrarum tremiſcunt tonitru. Virg. 5. Aeneid. 139.

Armorum tonitru concuſſa eſt Daunia tellus. Silius lib. 13. 2.

¶ Tonitruum, tonitrui, Idem (βροντὴ) Plin. lib. 2. cap. 43. 1, Igitur non eam inficias, poſſe in has & ignes ſupernè ſtellarum decidere, quales ſereno ſæpe cernimus: quorum ictu concuti æra uerum eſt, quando & tela uibrata ſtridunt. Quum uerò in nubem peruenerint, uaporem diſſonum gigni, ut candente ferro in aqua demerſo, & fumidum uorticem uoluit: hinc naſci procellas. Et ſi in nube luctetur flatus aut uapor, tonitrua edit: ſi erumpat ardens, fulmina: ſi lõgiore tractu nitatur, fulgetra.

Hic tibi ſtrepitus, fremitus, clamor, tonitruum. Cælius Ciceroni, 8, 2. 4.

Quæ porrò illa tonitrua quæ tempeſtas? Cic. 5. Philip. 169.

Rauca tonitrua. Claud. 8. Paneg 42.

¶ Tonitralia (βροντεῖα) Loca in quibus fit tonitru: uel in quibus habitat is qui tonat, Deus. Lucret. lib 1,

Néue ruant cœli tonitralia templa ſupernè. Ex Lambino.

Tonſilla, Tonſor, Tonſtrix, Tonſus] V de Tondeo.

Tonus] toni, m. g. (τόνος) Sonus Latinè dicitur unde accentum quod tonum nocauêre: quos ueteres noſtri imitati, tenorem, quaſi tonorem, accentum dixerunt.

Tonus, Spacium id quantũ abeſt à terra circulus cœli citimus hoc eſt lunaris, centum ſcilicet uiginti ſex millia ſtadiorum, ut inquit Martianus: quoniam ut in ſonis internallum cum legitima quantitate minimum ex duobus ſonis inter ſe diuerſis, ita in cœlo minimum à terra ſpacium ad lunam, tonum appellare placuit. Plin. lib. 35. cap. 5. 2, Deinde adtectus eſt ſplendor, alius hic quàm lunãi: quem quia inter hoc & umbram eſſet, appellauerunt tonon: commiſſeras uerò colorum & tranſitus, armogen.

Toparcha] Vide Topos.

Topazius] topazij, f. g (τοπάζιος) Gemma. Plin. lib. 37. cap. 8, Egregia etiamnum topazio gloria eſt, ſuo uiridi genere, & quũ reperta eſt, prælatæ omnibus id accidit in Arabiæ inſula, quæ Chitis uocatur, in qua Troglodytæ prædones quum diutius fame & tempeſtate preſſi herbas radicesq; effoderent, eruerunt topazion. Hæc Archelai ſententia eſt. Iuba. Topation inſulam in rubro mari à continente ſtadij ccc abeſſe tradit: nebuloſam, & ideo quæ ſæpe à nauigantibus ex ea cauſa nomen accepiſſe. Topazin enim Troglodytarum lingua ſignificationem habere quærendi.

A topazio in aurum declinat. Vide Declino.

Topazus] τόπαζος, ſiue Topazios. Plin. lib. 6. cap. 29. Inſula in mari rubro: in qua reperitur lapis topazius mirè pellucidus. Vide Topazius.

Tophus] tophi, m g. (ψῆφος) Genus lapidis aſperi, qui facilè in arenam reſoluitur. Plin. lib. 17. cap. 4. 6. Col. lib. 4. cap. 22, Arenoſus tophus, & plus iuſto leuis nos fabulo.

Antra laqueata tophis & pumice. Ouid. 2. Faſt. 63.

Leuibus tophis ſtructa atria. Ouid. 8. Metam. 113.

Lenes tophi. Ouid. 3. Metam. 32.

Scaber tophus. Virg. 2. Georg. 43.

Sordidus tophus. Stat. 4. Sylu. 3. 11.

¶ Tophinus, pen cor. Adiect. (ψαφῖνος) Quod ex topho eſt. Suet. in Claudio Cæſare, cap. 21, Circo uero maximo marmoreis carceribus, auratiſq; metis, quæ utraq; & tophina ac ligna antea fuerant, excitato, &c.

¶ Tophaceus, Adiect. Idem, (ψαφώδης) Plin. lib. 17. cap. 7. 1, Eſt enim alba, ruſa, columbina, argillacea, tophacea, arenacea. Vnde tophacea quoq; gyra, uulgus noſtrum appellat à tophis qui intus reperiuntur.

Topiarium] topiarij, Dicitur opus ex arbore, aut frutice, aut herba fictũ ad decorem, ut ſunt teſtudines cameræ, naues, auiculæ, & huiuſmodi, quæ ex buxo uel hedera, quarũ natura ſiquax eſt & flexibilis, fieri conſueuerunt. Dictum topiarium, ἀπὸ τοῦ τόπου, hoc eſt à locis, quæ in his uaria cõſtituuntur. Cic. ad Quint. frat. lib. 3. 17. 9, Topiarium laudaui, ita omnia conſeſſiunt hedera. Plin lib. 15. cap. 30. 3, Accedit in topiario opere taxus, &c.

¶ Topium, topij (τοπίον) Idem Vitru lib. 7. cap. 5, Habentem deorum ſimulacra, ſeu fabularũ diſpoſitas explicationes, nõ minus Troianas pugnas, ſeu Vlyſſis erroriones per topia, cæteraq; quæ ſunt eorum ſimilibus rationibus ab rerum natura procreata. Topia, inquit Heſychius, ſimiculi ſunt,

quibus frutices, & arbuſculæ tonſiles in animaliũ ſpecies, aut rerum hiſtorias, luculenta uarietate aſſimilatæ, religatæ multis locis hinc inde diſtinentur & torquentur, flectum turq; ad effingenda quæ luduntur rerum & animantium argumenta. Hinc topiarium opus deductũ uidetur, authore Turnebo.

¶ Topiarius, topiarij, m.g (τοπιοποιὸς) Qui topiaria facit: ſicut coronarius, qui coronas. Plin.lib.15.cap.19.5, ſatiuarum genera topiarij faciunt.

In opere topiario tonſilis. Plin.lib.16.cap.18.4.

¶ Topiaria, riæ. (τοπιοποιητική) Ars ipſa: unde Topiariã facere, pro Artem exercere operis topiarij. Cicero ad Qu. fratrem, lib.3.cap.17.9, Topiariũ laudaui, ita omnia conueſtiuit hedera qua baſim uillæ, qua intercolumnia ambulationis, ut deniq; illi palliati topiariam facere uideantur, & hederam uendere.

Toparcha] toparchæ (τοπάρχης) Qui unius loci uel regionis curam habet.

Toparchia, toparchiæ, Territorium (τοπαρχία.)

Topos] Græcè (τόπος) Latinè dicitur Locus.

¶ Topicus, pen. corr. Adiectiuum (τοπικὸς) Localis unde Ariſtoteles & Cicer. Topica, libros appellaruut, id eſt Locorum ſedes, in quibus demonſtrantur ea à quibus argumenta ſumi debent.

¶ Topice, topices, penul. correp. fœm. gen. (τοπική) Ars ipſa inueniendorum argumentorum. Cic. in Topic. 4, Inuenienti uerò artem quæ topice dicitur, quæ ad uſum potior erat, & ordine naturæ certè prior, totam reliquerunt.

¶ Topica, topicorum (τοπικά) Cic. Trebatio, lib.7.20.2, Inſtituti Topica Ariſtotelica conſcribere.

¶ Topographia, topographiæ (τοπογραφία) Locorum deſcriptio Latinè dicitur. Cic. ad Attic. lib.15.329. 2, Itaque me referunt pedes in Tuſculanum: & tamen hæc τοπογραφία ripulæ uidetur habitura celerem fatietatem. Vbi ex uetuſto ſcripto codice legitur ἐπωνυμογραφία.

Topper] ὠπτίνα, Obſoleta dictio, qua antiquiſſimi utebantur pro Celeriter, ſeu confeſtim, ſtatim. Nœuius apud Feſtũ. Capeſſe flammam Vulcani topper.

Toral] huius toralis, penultima producta, & toralium (ἐπίβλημα) Varro de uita populi Roman. lib. 1, Quod frontem lecticæ ſtruebant ex ea herba toria, torum appellatũ: hoc quod inijcitur, & nunc toral dicitur. Lecticam qui in uoluebant, ſegeſtria appellabant. Hæc Feſtus. Horat.1. epiſt.5.5,

—ne turpe toral, ne ſordida mappa.

Idem 2. Serm.Satyr.4.17,

Et Tyrias dare circum illotis toralia ueſtes.

¶ Torale, toralis (ἐπίβλημα) inquit Varro de Ling. Latin. Quod ante torum eſt.

Toranius] τωρανίος, Mango quidam: qui, ut author eſt Plin.lib.7.cap.12.6, M. Antonio iam Triumuiro, eximios forma pueros, alterum in Aſia genitum, alterum trans Alpes, ut geminos uendidit: tanta unitas erat, &c.

Torcular] pen prod. torcularis, pen. prod. neut.gen. & aliquando Torculare, torcularis (ληνὸς) Machina premendis uuis apta. Plin.lib.15.cap.1.5, An maturitas illa in torcularibus fiat, an raruis. Colum.lib.8.cap. 50.8, Tum diligenter mũdatam protinus in torcular deferri, & integram in ciſcinis nouis includi, præliſq; ſubiici, ut quantum poſſit, pauliſper exprimatur. Non deſunt qui putent Torcular habere penultimam correptam, dicentes à torculum fieri torcular, ut à ſpeculum ſpecular.

¶ Torcularia, torcularij (τοροληνίον) Idem quod torcular. Cato cap.18.1, Torcularium ſi ædificare uelis, &c.

¶ Torcularius, adiectiuum (ὑπολήνιος) Quod ad Torcularium pertinet: ut, Torcularia uaſa. Cato cap. 11, Torcularij lacus. Colum.lib.12.cap.18.2.

Torcularia cella. Colum.lib.1.cap.6.5.

¶ Torcularius, Subſtantiuum, λήνιος) Qui torculari premit uuas. Col.lib.12.cap.50.3, Quia interdum multeudo bacæ torcularium uincit laborem.

Torculum, torculi, penultima correpta (ληνὸς) Idem quod torcular. Cato capite 1. 2, Ad uillam quum uenias, uideto uaſa, torcula, & dolia, multáne ſient. Plinius libro 18. capite 31. 7.

¶ Torculus pen. cor. Adiect. (ληνὸς) Quod ad torculũ pertinet: ut, Torculus funis. Cato cap.135.2. Varro 3. de Reruſt.cap.2.7.

Tordile] tordilis, Plinio: uel Tortile, Ruellio & Tordilion, Semen ſeſellis. Plin.lib. 24.cap.19.7.

Toreuma] toreumatis, neut gen. & Toreumatum, toreumati, pen. Cor. (τόρευμα) Opus poſitum, cælatum à τορεύω ſculpo, & cælo. Toreumata dicuntur ſculpta aut cælata ex quacunq; materia, quæ in delicijs habẽtur. Cic. 4. Verr. 89, Toreumata ſanè nota ac præcioſa auferuntur. Ibidem 6.33, De hoc Verri dicitur, habere eum per bona toreumata, in his pocula duo quædam, quæ Heraclia nominãtur, Mentoris manu ſummo artificio facta. Salluſtius, Tabulas, ſigna toreumata emunt. Martial. lib.33,

Artis Phidiacæ toreuma clarum.

Ibidem lib 14.99,

—plebeia toreumata.

¶ Toreutes, toreutis, maſc.gen. (τορευτὴς) à Græcis dicitur Cælator, ſculptor.

¶ Toreutice, toreutices, pen.cor.fœm.gen. (τορευτική) Ars ipſa, quæ & anagliptice, et ſculptura ſiue cælatura dicitur. Plin.lib 38.cap.8.7, Et alterum coloſſicon nudũ, primuſq; artem toreuticen aperuiſſe atq; demonſtraſſe meritò iudicatur. De Phidia ſculptore.

Tormentum] tormenti (στρεβλὴ, βασανισμὸς) Supplicium quod datur alicui ad pernoſcendam ueritatem, uel ad cruciatum inferẽdum, ob nequitiam. A' torquendo dicitur. Cic.3. de Finibus 66, Vtq; in omnibus tormentis cõſeruetur uita beata. Idem pro Sylla, 59, Quæſtiones nobis ſeruorum ac tormenta accuſator minitatur. Horat.1. Epiſt.2.12,

Inuidia Siculi non inuenêre tyranni
Maius tormentum.

Carnificũ tormenta, morborũ cruciamenta. Cic.11. Phil. 294.

Acerrimum tormentum. Cicero pro Cluentio, 141.

Lene tormentum. Horat 3. Carm. ode 21.3.

Accipere aliquẽ necatũ in tormentis. Cic.3. de Nat. deor. 118.

Serui authoritate aduocatorum, & in tormentorum adducti in ueritate manſerunt. Cic. pro Cluentio, 140.

Aliquem cogi tormentis quippiã cõfiteri. Cic. pro Milone, 42.

Ferre tormenta. Quintil. lib.2.cap.20.8.

Iniungere ſibi tormentum. Vide Iniungo.

Perferre uim tormentorum. Cic. in Partit. 27.

Eſſe in tormentis. Vide In præpoſitionem.

Tormentum narium, Quod nares torquet & afficit. Plin.lib. 19.cap. 8.25. (Cic.lib.6.7.12.

Calumnia timoris, & cæcæ ſuſpicionis tormentum. Cecinna

Iracundiæ tormentum. Cic.11.Philip.290.

Tormentum appellat Varro meſſis trituram, quòd ibi frumentum teratur. Calepinus.

Tormẽtum generale uocabulum eſt omnium machinarum, ſaxa, tela, & id genus uaria torquentium. Cæſar 4. bel. Gall. 556, Atq; inde fundis, tormentis, ſagittis hoſtes propelli ac ſubmoueri iuſſit. Cic. ad Catonem, lib.15.4.29, Aggere, uineis, turribus oppugnaui, uſuſq; tormentis multis. Stat. 9. Thebaid. 30.

—non illum impacta mouerent Tormenta.

Portius tormento Ouid. 9. Metam. 44.

Miſſilia tormenta. Vide Mitto.

Murali tormento concita ſaxa. Virg. 12. Aeneid. 185.

Rotare tormenta. Stat. 10. Thebaid. 171.

Tormina] torminum, pen. cor. neut. gen plur. nu. (τράφοι) Genus morbi: à Torquendo, quum dolore torquentur intestina, uel propter exulceration em, quæ Græcè dyſenteria dicitur, uel etiam alia ratiõe, ut ſcribit Celſ. lib. 4. Plin. lib. 20. cap. 14, Mentaſtrum torminibus cholericis efficaciſſimum. Colum. lib. 12. cap. 7. 1, Sequitur torminum uitium, quorum ſignum eſt cruenta & mucoſa uentris proluuies.

Cholerica tormina. Vide Cholera.

Affici torminibus. Vide Afficio.

Præbere ſe forticulum in torminibus. Cic. 2. Tuſc. 79.

¶ Torminoſus, pen. prod. Adiect. (τραφώδης) Qui eum morbum patitur, quem & dyſentericum appellant Græco uocabulo. Cic. 4. Tuſcul 40, Itaq; dicimus grauedinoſos quoſdam, quoſdam torminoſos: non quia ſemper ſint, ſed quia ſæpe ſint.

Tormines maſculino genere protulit Nonius.

¶ Torminalis, & hoc torminale, pen. prod. (τραφοτικὸς) Quod tormina infert. Plin. lib. 15. cap. 21.1, Quartum genus torminale appellant. De ſorbis.

Torminalia ſorba. Celſ. libro ſecundo cap. 30, Item mel coctum pira immatura, ſorba, magisque ea quæ torminalia uocantur, &c.

Tornatilis, Torno, tornãs] Vide Tornus.

Tornus] torni, m.g. (τόρνος ἄνευ) Inſtrumentum fabrile quo ligna, ebur, & reliqua huiuſmodi tornantur & poliuntur. Plin. lib. 7. cap. 56. 8, Normam autem & libellam, & tornum, & clauem, Theodorus Samius inuenit. Idẽ lib. 16. cap. 40. 5, Calices ex terebintho ſolitus facere torno. Virg. 3. eclog. 8,

Lenta quibus torno facili ſuperaddita uitis. Ouid. ad Piſonem, 20 —Hinc exornata figuris
Aduolat, excuſſo uelox ſententia torno.

¶ Torno, tornas (τορνεύω) tornare. Torno polire, aut in aliquã formã figurare. Plin. lib. 36. cap. 22. 3, Lapis eſt qui cauatur, tornaturq; in uaſa coquendis cibis utilia. Cic. de Vniuerſ. 22, Idq; ita tornauit ut nihil effici poſſit rotundius.

Verſus malè tornati, Metaphoricõs pro Malè elaborati. Horat. de Arte, 89.

Tornare, Circumagere. Plin. lib. 36. cap. 13. 6, Quarum in officina turbidines ita librati pependerunt, ut puero circumagente tornarentur.

¶ Tornatilis, & hoc tornatile, penult. correp. (τορνευτὸς) Quod torno factum eſt

¶ Tornator, pen. prod. tornatoris, Verbale. Firmicus lib. 4. cap. 7. ad finem, Facit quoq; tornatores, aut ſimulachrorum ſculptores.

Toronæ] Plin. lib. 4. cap. 10. Macedoniæ oppidum.

Toruſus] Vide Torus.

Torpeo] torpes, torpui (παρουσία παραβλαπτόμενον) torpere, Animo & corpore ita debilitatum eſſe, ut quis lãgueat. Cic. 1. de Nat. deor. 142. Deum ſic ſeriatum uoluimus ceſſatione torpere, ut ſi ſe commouerit, uereamur ne beatus eſſe non poſſit? Virg. 3. Georg. 74,

—Conſertoq; agmine cerui
Torpent mole noua, & ſummis uix cornibus hærent.

Plautus Amphit. 4. 181.

Animoq; & corpore torpet. Horat. 1. epiſt. 6. 3.

Torpere metu, Præ timore ita obſtupefieri, ut uix loco moueri queas. Liuius 8. bel. Pun. 157.

Veterno graui torpere. Virg. 1. Geor. 25, Hoc eſt, Pigreſcere.

Acies luminum torpet. Vide Acies.

Conſilia torpent. Liu. ab Vrbe, 6.87, Erigere & torpere conſilia ſenis, ſed Camillo tum uitæ ſatis, tum gloriæ eſſe.

Genæ torpuerant dolore. Ouid. epiſt. 10. 9.

Lingua torpuerat retẽta metu. hoc eſt, Velut fixa ſubſtiterat, nec loqui poterat. Ouid. epiſt. 11. 17.

Pectora torpuerant longa mora. Ouid. 1. Triſt. eleg. 3. 2,

Vires torpent. Virg. 9. Aeneid. 100,

—Torpent infractæ ad prælia uires.

Vox & ſpiritus torpet. Liu. 1. ab Vrbe, 203.

¶ Torpens, Partic. (παρειμένος) Cic. 2. de Diuin. 97,

Quidnam torpentes ſubulo obſtupuiſtis Achiui
Ex poeta.

Ignauia torpens. Stat. 10. Thebaid. 18.

Amnis torpens. Stat. 4. Thebaid. 35.

Hyems frigore torpens. Claud. 5. Paneg. 35.

Lacus torpentes Stat. 9. Thebaid. 91.

Membra torpentia ægrè trahens. Silius lib. 4. 14.

¶ Torpeſco, torpeſcis (παραλύομαι) torpeſcere, Torpidum fieri. Salluſt. in Iugurtha, Cæterum ingenium quo neq; melius, neq; amplius in natura mortalium eſt, incultu atq; ſocordia torpeſcere ſinunt. Plin. lib. 9. cap. 25. 5, Flaueſcunt tamen & illæ ſenecta, rugisq; torpeſcunt. De margaritis.

Membra torpeſcunt gelu. Senec Medea, 12. 10.

¶ Torpor, torporis, m. ge. (παρειμένος) Animi & corporis debilitatio, pigritia, ſtupor. Cic. 1. de Natur deor 190, Aliæ ſugiſe, aliæ occultatione tutantur: atramenti effuſione ſepiæ, torpore torpedines.

Iners torpor. Stat. 5. Sylu. 3. 52.

Vehemens torpor. Celſ. lib. 2. cap. 8.

Grauitorpore deuictum premit mors. Senec. Herc. fur. 12. 5.

Membra nouum ſoluit formidine torpor. Virgilius 12. Aeneid 174.

¶ Torporo, torporas, penult. prod. (παρειόω) torporare, Torporem inducere. Turpilius Hetæra, Stupidus aſtat, ita eius aſpectus repens, cor torporauit hominis amore. id eſt, Torpefecit, Nonius.

¶ Torpidus, pen. corr. Adiect. (παρειόδης) Torpens, pigens ut, Torpidus ſomno. Liu. 5. bel Pũ. 214. Et 2. bel Punic 219, Quod malum præterquam atrox ſuper tot clades, etiam nouum, cum ſtupore ac miraculo torpidos defixiſſet, &c. hoc eſt, Stupefactos & attonitos.

¶ Torpedo, pen. prod. torpedinis, fœ. g (πάρκωνος πάρκωσις) Idem quod torpor. Salluſt. lib. 1. Hiſtor. Hæc ſi placent, ſi tanta torpedo animos obrepſit.

Torpedo, item fœm. g Genus piſcis, qui limo merſus, occultat ſe, & piſces ſuprà natantes torpentes facit: poſtquam uerò obtorpuêre, deuorat. Plin. lib. 32. cap. 1. 6, Ex eodem mari torpedo: etiam procul & è longinquo: uel ſi haſta uirgâue attingatur, quamuis præualidos lacertos torpeſcere, quamlibet ad curſum ueloces alligari pedes facere prodiitur. Idem lib. 9. cap. 42. 2, Nouit torpedo uim ſuam ipſa non torpẽs, merſúq; in limo ſe occultat. Cic. 2 de Nat deor. 190, Tuentur ſe torpore torpedines. Claud. de Torpedine, 16. 1, Mira torpedo,

Torquatus, pen prod (τορκάτος) cognomen Titi Manlij, qui ad Anienem occiſo Gallo torquem detraxit. Hic eſt ille Torquatus Manlius, cuius imperio quum filius aduerſus hoſtem, à quo prouocatus fuerat, pugnaſſet, eoq; occiſo ea quæſtore ſpolia uictor ad patrem tuliſſet, ſubinde eum quòd aduerſus edictum ſuum, & rei militaris diſciplinam feciſſet

iußit occidi. Vide Manlius. Cic. 1. de Finib. 34, *Ad maiora enim quædam nos natura genuit & conformauit, ut mihi quidem uidetur, ac fieri potest ut errem: sed ita prorsus existimo, neq; cum Torquatum qui hoc primus cognomen inuenerit, aut torquem illum hosti detraxisse, ut, &c.* Idem. 4. Tusc. 76. & 3. Offi. 154. Virg. 6. Aen. 165,

—fœuumq; fecuri
Aspice Torquatum, & referentem signa Camillum.

Truces Torquati. Claud. 1. in Eutrop. 91.

Torquatus] *pro Palumbo*, Vide Torques.

Torqueō] *torques, torsi, torsum & tortum. (στρέφω, στρέπτω, λυγίζω, στρεβλόω, πλέκω, βασανίζω) torquere, Inflectere. Plin lib 36. cap. 25, 3, Necessarium binas per diuersum cossationes substerni, capita earum præfigi clauis, ne torqueantur. Virgil lib. 2. Georg. 90,*

Cornus: & Ityreos taxi torquentur in arcus id est, torquendo inflectuntur.

Acies oculorum ardentes torquere. Vide Acies.

Aquas torsit remis. Ouid. 5. Fast. 123.

Aurem torquere ab obscœnis sermonibus. Horatius secundo epist. 1. 26.

Capillos torquere ferro, Calamistro inurere. Ouid. 1. de Arte amandi, 102.

Ceruices oculosq; pariter cum modorum flexionibus torqueāt Cic. 2. de Legib. 63.

Collum torquere. Liu. 4. ab Vrbe, 230.

Fusos torquent mulieres. Plin. lib. 28. cap. 2. 18.

Amentatas hastas torquere. Cic. 1. de Orat. 125.

Iter torquere: id est, à uia declinare. Stat. 12. Thebaid. 63.

Lumina flammantia torquens anguis. Virg. 3. Georg. 87.

Oculū torquere, ita sursum aut deorsum uersus flectere, ut altera ueluti cuiusdam lucis reuerberatio uideatur. Cicero 4. Academ. 141, Itaque Timagoras Epicureus negat sibi unquam quum oculum torsisset, duas ex lucerna flammulas esse uisas.

Oculos torquere ad rem aliquam. Virgil. 4. Aeneid. 44.

Orbes squamosos torquet uolubilibus nexibus. Ouid. 3. Metamorph. 9. de serpente Cadmi.

In orbem torquere. Cic. de Vniuers. 32.

Os torquere. Cic. 2. Offic. 162.

Proras ad littora torquent. Virg. 3. Aeneid. 107.

Nautæ adnixi torquent spumas. Virgil. 3. Aeneid. 42.

Stamina torquere pollice. Ouid. 12. Metam. 95.

Terra quum circum axem se summa celeritate conuertat & torqueat. Cic. 4. Acad. 221.

Vestigia torsit ad sonitum uocis. Virgil. 3. Aeneid. 133.

Torquere ius, per translationem: pro, Auertere, aut peruertere. Cic. pro Cecinna, 56.

Versare suam naturam, & regere ad tempus, atq; huc & illuc torquere & flectere. Cic. pro Cælio, 9.

Torquere, torquendo facere. Virg. 5. Aeneid. 100,

In medios telum torsisti primus Achiuos. Lucan.

lib. 2, 111,

—*Valet in torquendo dextera pilo.*

Fulmina torquere. Virg. 4. Aeneid. 42.

Iaculum torquere lacerto. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 12.

Tela manu torsit. Ouid. 12 Metam. 20.

Tela torquentur laceriis. Lucan. lib. 3. 113.

Torquere terras, Gubernare. Virg. 4. Aeneid. 34.

Torquere, Sustinere. Virg. 6. Aeneid. 160.

—*Vbi maximus Atlas*
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

Idem lib. 7. 134.

Ipse pedes tegmen torquens immane leonis. Seruius.

Torquere, Tormentum inferre, angere molestiam offerre. Donatus, Torquemus hominem, extorquemus ueritatem. Plin. epist. 198. Remitte aliquid adolescentiæ ipsius, remitte lachrymis, remitte indulgentiæ, ne torseris illum, ne torseris etiam te.

Qui in dolore est, torquetur. Cic. 2. de Finib. 27.

Eculeo torqueri. Cic. 3. de Finib. 66.

Torqueri dies & noctes. Cic. ad Atticum, lib. 7. 128. 13.

Amore torquere aliquem. Ouid 2. de Arte, 25.

Doloribus animi torqueri. Cic. 1. de Finib. 68.

Expectatione torqueri. Cic. ad Att. lib. 8, 166. 3.

Inuidia uel amore torqueri. Horat. 1. epist. 2. 8.

Tuæ libidines te torquent. Cic. in Parad. 21.

Memoria malorum torqueri. Cic. 1. de Finib. 8.

Mero torquere aliquem. Horat. de Arte, 88.

Metu torqueri. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 10.

Acriter nos tuæ supplicationes torserunt. Cælius Ciceroni, libro 8. 11. 1.

Timor torquet impendentis doloris. Cicero secundo, de Finib. 152.

Torquere, trahere. Virgil. 6. Aencid. 111,

—*Torquetq; sonantia saxa.* Seruius.

Torquere se in diuersas partes. Plin. lib. 11. cap. 37. 7.

Oratio ita flexibilis, ut fequatur quocunque torqueas. Cicero in Orator. 29.

¶ *Tortus, Participium (βασανισθείς, ἐστραμμένος) ut, Vino tortus. Horat. 1. epist. 19. 8.*

Verberibus tortus, Afflictus. Cic. in Topic. 39.

Expectatione tortus. Quintil. lib. 6. cap. 2. 14.

Anfractus torti. Claud. 4. Paneg. 104.

Anguis tortus. Ouid. 2. Metam. 28.

Baculus tortus. Ouid. 2. Metam. 158.

Capillus tortus. Ouid. 2. de Arte, 61.

Comæ tortæ. Martial. lib. 1. 148.

Conditiones tortæ. Plaut. Menæch. 14. 18

Corona torta. Propert. lib. 3. eleg. 20. 4.

Crines torti in nodum. Martial. lib. 1. 3.

Facies torta. Ouid. in Ibin, 76.

Funes torti. Virgil. 4. Aeneid. 115.

Linum tortum, Funis. Ouid. 3. Fast. 118.

Radix torta. Ouid. 21. Metam. 15.

Serpentes torti. Catul. Argon, 59. 52.

Stamina torta. Tibul. lib. 1. eleg. 6. 16.

Supercilia torta. Plaut. Rud. 9. 13.

Verber tortum. Vide Verber.

Vertigo torta. Propert. lib. 3. eleg. 7. 13.

¶ *Tortus, huius tortus (στρόφις)* Cic. 2. Tusc. 38,

Hæc interemit tortu multiplicabili
Draconem auriferam obtuitu asseruantem arborem.

Ex poeta. Virgil. 5. Aeneid. 56.

Ne quicquam longos fugiens dat corpore tortus.

¶ *Tortum, torti, Machina ad torquendum saxa. Pacuuius Duloreste, Nam te in tenebras sæpe lacerabo fame clausum, & fatigans artus torto distrahans.* Nonius.

¶ *Torte, Aduerbium (ἐστραμμένως)* Lucret. lib. 4. 68.

—*quamuis torte, penitusq; remota* Omnia, *&c.*

¶ *Tortuosus, pen. prod. Adiect. (στρεβλός, σκολιός, παχλιώδης, στραγγαλιώδης)* Quod est tortum, multis flexibus sinuosum. Liu. 7. bel. Pun. 252, Et per tortuosi amnis sinus flexusq;, *&c.*

Alnus multiplex & tortuosa. Cicero secundo de Natur. deor. 204.

Soni ex tortuosis locis & inclusis reseruntur ampliores. Cic. 2. de Nat. deor. 217.

Ingenium

Ingenium multiplex & tortuosum. Cic. de Amic. 58.

Serrula tortuosa. Cic. pro Cluentio, 143.

Tortuosum uisum & obscurum. Cic. 2. de Diuin. 193.

Tortuosum disputandi genus, quod & anfractuosum dicitur. Cicero 4. Acad. 175, Sed ut omnes istos aculeos & totum tortuosum genus disputandi relinquamus ostendamusque qui simus.

Tortuosa urina, Quæ tortuosè diffluit. Plinius. libro 21. capite 27. 1.

¶ *Torsio, torsionis (στρόφος)* Verbale fœminimum. Plin. lib. 20. cap. 17. 1, *Priuatim eius usus contra torsiones stomachi in tepida aqua, & cruditates.*

¶ *Tortilis, & hoc tortile, pen. corr. (στρεπτὸς)* Quod retortum & replicatum est. Plin. lib. 9. cap. 51, Polypi pariunt Vere oua tortili uibrata pampino. Ouid. epist. 15. 51, *Tortilis à digitis excidit ansa meis.*

Buccina tortilis in latum. Ouid. 1. Metam. 68.

Nerui tortiles. Lucan. lib. 6. 39

Piscis tortilis. Ouid. 13. Metam. 194.

¶ *Torto, tortas, tortare, Frequentatiuū Vehementer torquere.* Pomponius Decuma fullonis, Et *ubi insilui in cocleatum equuleum, ubi toltim tortor. id est,* Torqueor, Nonius.

¶ *Tortor, tortoris, pen. prod. masc. g. (βασανιστὴς) Qui torquet, id est, cruciat. Cic. pro Cluentio, 141, Quum iam tortor, atq; essent tormenta ipsa defessa, neq; tamen illa finè facere uellet, &c.* Horat. 3. Carm ode. 5. 10,

Atqui sciebat quæ sibi barbarus
Tortor pararet. De Regulo. Iuuen. Satyr. 15. 20.

Carnifex & tortor. Cic. 11. Philip 293.

Si sapiens ad tortoris equuleum ire cogatur. Cicero, 4. de Finib. 51.

¶ *Tortorium, In septimo ad Atticum lib testamentum Curij urbani & lepidi hominis de Tortorio esse putat Turnebus: uelut si de seruis tortis testamenti tabulas fecisset Curius, quos seruos tum hæredi, relinquerct, uel cuipiam legaret: atq; inde uenustas est & lepos quæsitus quis enim furciferum uellet sibi legari: aut testamento relinqui? Tortorium autem ea est elatum forma, qua fundi solent, ut Tusculanum, Laterium. ex eo genere seruitiorum nemo libertate donatur.*

¶ *Tortiuus, pen. prod. Adiect. ut, Vinum tortiuum, quod est nouissimè expressum. Cato cap. 23. 2. Columel. lib. 12. cap. 26.*

Torques] *& torquis (στρόφιον, στρεπτὸς) tam masc. quàm fœ. ge. secundùm Probum, significat circulum aureum, flexilem obtortum, colli ornamentum, & summi pectoris. Propert. lib. 4. eleg 11. 9,*

Torquis ab incisa decidit unca gula. Gell. lib. 9. cap. 13, *Caput Galli præcidit, torquem detraxit, eamq; sanguinolentam sibi in collum imponit. Plin. lib. 33. cap. 2, Auxiliares quippe & externos torquibus aureis donauere, at ciues non nisi argenteis. Cic. 1. de Finib. 34, Torquem illum hosti detraxisse. Quintil. lib. 6. cap. 4. Quum ei Galli torquem aureum dedissent. T. Manilius is est, qui ad Anienem, Galli, quem ab eo prouocatus occiderat, torque detracta cognomen inuenit. Cic. 3. Offic. 154.*

Qu. Rubrium excellenti uirtute, authoritate, &c. torque donasti. Cic. 5. Verr. 160.

Ademptus torquis. Vide Adimo.

Decorus torquis. Stat. 10. Thebaid. 103.

Miniatus torquis. Plin. lib. 10. cap. 42. 1.

Nexis torquib. ornatæ æreid est, Coronis. Virg. 4. Georg. 55.

¶ *Torquatus, pen. prod. Adiect. (στρεπτοφόρος)* Torque ornatus. *Torques aurei militibus ob rem strenuè gestā donari ab Imperatoribus solebant: unde torquati dicti: qui duorum generum erant, simplares, duplaresq;.* Vegetius lib. 2, *Torquati, inquit, duplares, torquati simplares erāt. quibus torquis aureus solidus uirtutis præmiū fuit, quem qui meruisset, præter laudem interdum duas consequebatur annonas, duplares duas, simplares unam: Budæus.* Ouid. epist. 2. 24, Affuit Alecto breuibus torquata colubris.

Torquatus palumbus. Martial. lib. 13. 67.

Torrens] *torrentis, m. g. (χείμαρρος, χαράδρα)* Fluuius qui nō de fonte, neq; de uiua aqua, sed à pluuijs, uel de montibus in ualles descendit, & in mare procurrit: æstate autem siccatur. aquis uerò hyemalibus inundatur & currit. Virgil. 2. Aeneid. 61,

— *Aut rapidus montano flumine torrens*
Sternit agros, sternit sata læta, boumq; labores.

Stygius torrens. Ouid. 3. Met. m. 29.

Tumidus torrens. Ouid 1. Amor. eleg. 7. 9.

Agi ritu torrentis. Idem ibidem.

Oratio uelut torrens. Cic. 2. de Finibus 5, Quum enim fertur quasi torrens oratio, quamuis multa cuiusque modi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nisquam orationem rapidam coerceas.

Torrens uerborum. Quintilianus lib. 10. cap. 7, Id potius quàm se inani uerborum torrenti dare quasi tempestatibus quò uellent auferendum.

Torrens, torrentior, torrentissimus, pro Vehementi, impetuoso, & in torrētis morē rapido. Plin. lib. 3. cap. 16. 1, de Pado flumine, Augetur ad Canis ortus liquatis nubibus. agris quàm nauigijs torrētior, nil tamen ex rapto sibi uendicans.

Campi torrentes sanguine. Stat. 1. Sylu. 2. 20.

Flumina torrentia. Virg 7. eclog, 11. id est, Quæ torrentis modo fluunt.

Flumine torrenti mersus. Ouid. in Ibin. 104.

Oratio torrens. Quintil. lib. 3. cap. 8. 41.

Sermo promptus, & usæo torrētior. Iuuen. Satyr. 3. 8. Usæus hic orator fuit, cuius mentio est apud Plin. iuniorem, lib. 2.

Vndam torrentem innatat alnus. Virg. 2. Geor. 91.

Torris] *huius torris, m. g. (λαλὸς) lignum teres quādo ardet. Ouid. 8. Metam. 103,*

Funereum torrem medios conlecit in ignes. Ambustus torris. Virg. 12. Aeneid. 60.

¶ *Torreo, torres, torui, tostum (καθεύω, ὀπτάω, φρύγω, φρύττω)* torrere. à Torre deductum, significat Siccare, atque arefacere: sed usurpatum est iam pro eo quod sit igne uere, ut ait Festus. Plinius libro 11. capite 20. 2, Sunt qui normas, si intra tectum hyeme seruentur, deinde sole uerno torreantur, ac siculneo cinere toto die foueantur, putent reuiuiscere. De apibus.

Sitis torret ora. Propert. lib. 4. eleg. 10. 5.

Artus torrentur febribus. Ouid. epist 20. 34.

Viscera torrentur cæcis ignibus. Ouidius octauo. Metamorph. 104.

Torrere, de frigore etiam dicitur. Varro, *Frigore torret.*

Torrere. Vrere. Virg. 4. Georg. 85,

Iam rapidus torrens sitientes Syrius Indos. Cicero *in Somn. 22, Medium autem illum & maximum solis ardore torreri.*

Sapientem in Phalaridis tauro inclusum succensis ignibus torreri. Cic. in Pisonem, 33.

Face mutua torrere aliquem. Horat. 3. Carm. ode 9 3.

Torrere, Assare. Plin. lib. 7. cap. 2. 22 Ii nullum aliud cibum nouere, quàm piscium, quos unguibus dissectos sole torreant. Virg. 5. Aen. 21.

Subiciunt ueribus prunas, & uiscera torrent.

Trucis

Fruges torrere igni. Virg. 1. Georg. 54.
Torrere, Vertere. Lucan. lib. 7. 103,
—ingentes fato torrente ruinas.
¶ Torresco, torrescis, (καταπλάσμα) torrescere, Inchoatiuum. Lucret. lib. 3. 182,
—Nõn inuenio qui non sit acerbum
Ignibus impositum calidis torrescere flammis.
¶ Torrens, (αἴθων) Participium, siue Nomen ex participio ut Ripæ torrentes pice atrâq; uoragine id est, ardentes. Virgilius. 9. Aeneid. 22.
Sydera torrentia agros. Horat. 3. Carm. ode 1. 7.
Axis torrentissimus. Stat. 3. Sylu. 1. 11.
¶ Tostus, Aliud Participium (φρυκτὸς) Cic. 3. Tusc. 76.
Fana flamma deflagrata, tosti alij stant parietes
Deformati, atq; abiete crispa. Ex poeta.
Cauo tosta. Ouid. 12. Metam. 31.
Crines tosti. Ouid. 2. Metam. 31.
Pruges tostæ. Virg. 1. Georg. 60.
Liba tosta. Ouid. 6. Fast. 97.
Ordeum tostum, Ad ignem ustulatum. Columel. libro duodecimo capite. 5.
Semina tosta Ouid. 2. Fast. 126.
Maturitas tosta, Quæ ex quadam uelut assatione Solis acquiritur Plin. lib. 12. cap. 7. 4.
¶ Torridus, pen. cor Adiectiuum, (κατατεταμένος) Aridus, Vnde æstas torrida dicitur. Plin. lib. 12. cap. 20. 1, Color abest ille torridus sole.
Torridus macie. Cic. pro Lege Agrar. 91.
Torrida frigore pecora. Liu. 1. bell. Pun. 118.
Torrida gelu membra, Congelata. Liu. 1. bell. Pun. 147.
Aer torridus æstuat. Propert lib. 2. eleg. 29. 1.
Aestas torrida. Virg. eclog. 7. 10.
Fontes torridi. Liu. 4. ab Vrbe, 130.
Tellus torrida. Lucret. lib. 5. 245.
¶ Torrefacio, torrefacis. pen. cor. torreseci, pen. prod. torrefactum (κατακαίω) torrefacere, Comburere, coquere, multum calefacere, siccare. Columell. libro 2. capite 21. 3, Quòd si falcibus seges cum parte culmi demessa sit protinus in aceruum, uel in nubilarium coguntur, & subinde opportunis solibus torrefacta proteritur. Idem lib. 12. cap. 15. 4, Et oblita uasa clibano uel fumo torrefaciũ, quo celerius omnis humor excoquatur.
Tortor, Tortũ, Tortuosus, Tortus] Vide Torqueo.
Toruè] Vide Torus.
Torus] tori, m. g (τυβάλ, τυβάλλιον) Lectus ab intortis herbis dictus. Plin. lib. 8. cap. 48. 3, Antiquis enim torus è stramento erat, qualiter nunc etiam in castris gausape.
Pellex tori regij. Senec. Agamemn. 13, 10.
Socia tori, Vxor aut concubina. Ouid. 10. Metam. 54.
Consors tori, Coniux. Ouid. 1. Metam. 65.
Altus torus. Virg. 2. Georg 1.
Aspertorus signis eburnis. Stat. 3. Sylu. 1. 8.
Caelebs torus. Senec. Herc. fur. 4. 9.
Pestuis torus. Stat. 1. Sylu. 2. 5. 1.
Genitales alti tori. Virg. 6. Aen. 121.
Illiciti tori. Lucan. lib. 10. 16.
Mollis torus. Ouid. 2. de Arte, 144.
Obscœnius torus, Impudicus. Ouid. 2. Trist. 67.
Plumeus torus. Ouid. 11. Metam. 123.
Pudici tori coniugis. Senec. Agamemn. 3. 1.
Purpureus torus. Ouid. epist. 5. 18.
Quietus torus. Valer. 1 Argon. 60.
Socialis torus. Ouid. 2. Fast. 146.
Tyrius torus. Catul. in Epithal. Iuliæ, 56, 35.
Viduus torus. Ouid. epist. 5. 23.
Conciliare iugales toros. Stat. 3. Sylu. 5. 14.
Conductus torus. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 9.
Viridante toro confederat herbæ. Virg. 5. Aen. 78.
Contemerare torum alicuius. Ouid. 2. Amor. eleg. 7. 4.
Pictis toris discumbere. Virg. 1. Aen. 143.
Extruere toros. Virg. 3. Aen. 45.
Legitimi tori fallere iura. Ouid. epist. 15. 58.
Fouere torum. Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 7.
Iacere in toro. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 7.
Incumbere toro. Virg. 4. Aen. 130.
Insidere toro. Ouid. epist. 19. 27.
Ponere se toro. Ouid. 11. Metam. 95.
Premere torum. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 3.
Promissus mihi torus, Ouid. epist. 64.
Illicitos toros & stupra quærere. Senec. Hippol. 2. 3.
Seruans torum casta fide. Herc. fur. 5. 1.
Sternere torum. Ouid. 6. Metam. 87.
Vestiti tori gramine. Ouid. 1. Fast. 81.
Violare torot alicuius. Senec. Octau. 4. 19.
Toros] μυῶνας, etiam appellamus pulpam carnis musculosam, in qua est robur & fortitudo: ut sunt partes membrorum Neruosæ, callosæq;, & in se propemodum collectæ Valerius Flaccus,
Protulit horrendosq; toris informibus artus.
Virg. 3 Georg. 17,
Luxuriatq; toris animosum pectus, honesti
Spadices. Cic. 2. Tusc. 37.
O' pectora, ô lacertorum tori. Ex poeta.
Arduos toros iollit taurus Senec. Hippol. 10, 11.
Comantes tori. Virg. 12. Aeneid.
De uenis quoq; dicitur, quum uaricum in morem quibusdam in locis turgescunt. Cornelius Celsus lib. 7, Ac per ipsos uenarum toros inæquale est.
De uitibus similiter. Colum. de Arbor. cap. 16. 5, Arbustiuã uitem quàm putare, tam alligare diligenter oportet. nam in ea fructus maximè uis consistit, diutiusq; perennat, quæ firmis toris & idoneis locis religata est. Itaq; omnibus annis conuenit subsequi putationem, ita ut tori renouentur, & uitis per idoneos ramos disponatur.
Riparum tori. Virg. 6. Aen. 135.
¶ Torosus, pen. prod. Adiectiuum (μυωνώδης) Qui pulpã carnis musculosam habet, in qua est robur & fortitudo. Columb. lib. 6. cap 13, scribit parandos esse boues nouellos, cernice longa, & torosa.
Ceruix torosa. Catul. de Berecynth. 58. 17.
Colla torosa boum. Ouid. 7. Metam. 86.
De herbis etiam dicitur. Plin. lib. 19. cap. 5. 23, Breuior est, Sed torosior, amariorq; inula.
¶ Torulus, penult. corr. (τυβάλλιον) Diminutiuum. Plautus Amphit. 3. 144,
Tum meo patri autem torulus inerit aureus sub petaso.
Vbi interpres, trochulus legendum esse contendit: & rectè.
Torvus] Adiectiuum (γοργωπὸς, ὑπόδρακς) Aspectu formidabilis, terribilis: à torto aspectu: quamuis alij à torulitate taurorum, qui cum quadam truculentia respectãt, deductum uelint. Seruius, à Terẽdo deducit, e in o mutata. Virg. 3. Georg. 11, —optima toruæ.
Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix.
Id est, Terribilis. idem 10. Aeneid. 36, Toruus Abas.
Toruus uisu. Stat. 2. Thebaid. 2.
Apri torui. Ouid. 2. de Arte, 38.
Toruus draco serpit subter superaq; reuoluens sese. Cic. 2. de Natur. deor, 153.

Facies

Facies torua, Ferocitatem quandam ipso aspectu præ se ferens. Colum. lib. 6. cap. 20.
Forma torua. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8. 5.
Frons torua. Virgil. 3. Aeneid. 128.
Fronte torua petulans iuuencus. Senec. Hippol. 3. 6.
Iuuenci torui. Ouid. 10. Metam. 48.
Lumen toruum. Virg. 3. Aeneid. 136.
Oculi torui. Plin. lib. 11. cap. 37. 21.
Oculis toruis tuens. Ouid. 5. Metam. 19.
Pœlia. Catul. de coma Beren. 61. 4.
Taurus. Ouid. 7. Metam. 27
Responsa. Silius lib. 24.
Vada. Senec. Thebaid. 1. 24. (23. 14.
Vina torua, Aspera, & indomita, siue immitia. Plin. lib. 17. cap.
Vultus toruus. Quintil. lib. 6. cap. 1. 33.
¶ Toruitas] pen. corr. toruitatis (ὑποθρασία) Propriè taurorũ est, quasi taurorũ acerbitas. Plin. lib. 7. cap 19. 1, Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, toruitatemq; naturæ duram & inflexibilem.
¶ Toruè, Aduerb. (ὑπόδρακ) Plautus,
Quid me toruè aspectas?
¶ Toruiter, Aduerbium. Ennius Pancratiastæ,
Quem nunc tu tam toruiter increpuisti. Nonius.
¶ Toruum, (ὑποβλεμματικῶς) Aliud aduerb. pro Toruè. Apuleius, Quum toruũ in eos intueretur. Virg. 7. Aeneid. 80, —toruumq; repentè
Clamat, Io matres audite ubi quæq; Latinæ.
¶ Torua (ὑποβλεπομένως) similiter Aduerbium, idem significans. Virg. 6. Aeneid. 94,
Talibus Aeneas ardentem, & torua tuentem
Lenibat dictis animum.
Seruius, Torua, pro toruè, id est, terribiliter.
Tot] τοσοῦτοι, nomẽ numerale indeclinabile. Cic. 2. de Orat. 76, Quot homines, tot causæ. Idẽ de Aruspi. resp. 13, De templo tot Senatus extare consulta, quot de mea domo Et 5. Tuscul. 43, In his tot & tantis, atq; etiam quæ plura possunt accidere. Virgil. 1. Aeneid. 3,
Quidue uolens regina deũm, tot uoluere casus
Insignem pietate uirum, tot adire labores Impulerit.
Tot uiri ac tales. Cic. pro Cælio, 54.
Tot & tantæ, & tam graues ciuitates. Cic. 4. Verr. 9.
Tot & tantas res, &c. quot & quantas, &c. Cicero pro Lege Manil. 24.
¶ Totidem, pen. corr. Indeclinabile (τοσοῦτοι) Par numerus. Cic. 2. de Diuin. 135, Totidem annos uixerunt. Idem ad Atticum, lib. 6. 113. 6, Istum ego locum totidem uerbis à Dicæarcho transtuli. Virg. 3. Aeneid. 41,
Tres adeò incertos cæca caligine soles
Erramus pelago, totidem sine sydere noctes.
¶ Toties, Aduerbium (τοσαυτάκις) Tot uicibus. Cic. ad Attic. lib. 7 13. 13, Interim uelim mihi ignoscas, quod ad te scribo tam multa toties. Virg. 4. Aeneid. 107,
Quos ego iam toties sum dedignata maritos.
Toties, geminatum. Cic. 4. Verr. 103, Tot Prætores in Sicilia fuerunt: toties apud maiores nostros Siculi Senatum adierunt toties hac memoria.
Toties, quoties. Cic. 1. de Orat. 131, Hoc nos si facere uelimus antè condemnentur ij, quorum causas receperimus, quàm toties, quoties perscribitur, Pæanẽ, aut Munionẽ citarimus.
Quoties, toties. Cato c. 1. 1, Quoties ibis, toties magis placebit.
Quotiescunq; dico, toties mihi uideor in iudicium uenire. Cic. pro Cluentio, 39,
Totus] tota, totum (ὅλος, ὁλοτελὴς, πᾶς) Ad quantitatem refertur.
Totum & partes. Cic. 1. Academ. 29, Corporis autem alia ponebant esse in toto, alia in partibus.
Tota & partes. Cic. in Topicis, 36.
Totum & uniuersum. Cic. 4. de Finib. 3.
Leue enim est totum hoc, risum mouere. Cic. 2. de Orat. 120.
Hoc totum quicquid est, siue artificium, siue, &c. Cicero 2. de Orat. 17.
Totus ego Plaut. Trucul. 15. 7, Totus gaudeo. Idem Aulul. 16. 20,
Qui ossa atq; pellis totus est, ita cura macet. Idem Asin. 16. 78, Totus perij. Terent. Heaut. 5. 4. 20,
Ego nunc totus displiceo mihi. Idem Eunucho, 5. 9. 10,
Fratris igitur Thais tota est? Idem Adelph. 4. 2. 51,
Ctesipho autem in amore est totus.
Antonius perspiciet totũ me futurum suum. Cic. Alt. 15. 321. 3.
Quum totum se ad inuestigationem naturæ contulisse, in ea ipsa plurimum dissentit à suis. Cicero 1. Acad. 49. hoc est, Omnino.
Totum ei me tradidi. Cic. de claris Orat. 170.
Totus est alienus à physicis. Cic. 1. de Finib. 26.
Totus est noster Plancius. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 5. 7.
Totæ ædes. Plaut. Mostel. 3. 2. 4,
Aedificantur ædes totæ denuò, Cic. 3. Verr. 46.
Clamor interea fit tota domo inter seruos.
Idem pro Fonteio, 19, Hi contrà uagantur leti atq; erecti passim toto foro.
Quo in studio hominum quoque ingeniosissimorum octosissimorumq; totas ætates uidemus esse contrarias. Cicero primo de Orat. 111.
Totus annus. Plaut. Asin. 13. 9. Terent. Eunucho, 2. 2. 46,
Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum reddam.
Cic. 4. Verr. Facile ut nobis triennij totius ueniat in mentẽ.
Toto corpore, atq; omnibus ungulis, Prouerbialis locutio, pro toto conatu. Cic. 2. Tusc. Quidẽ qui uolunt exclamare mattius, num satis habent latera, fauces, linguam intendere, è quibus elici uocem & fundi uidemus toto corpore, atq; omnibus ungulis, ut dicitur, contentioni uocis asseruiunt.
Cogitare totos dies & noctes de aliquo. Cic. pro Murena, 71.
Totus lacus. Plin. epist. 259, Terent. Eunucho, 1. 2. 14,
Tota erras uia.
Tota mente incumbere in curam aliquam. Cic. ad Att. lib. 16. 335. 7. Virg. 4. Aeneid. 20,
— Habes tota quod mente petisti.
Tota mole corporis, totoq; pondere niti. Colli. lib. 2. cap. 2, 18.
Vt unum opus totum atq; perfectũ ex omnibus totis atq; perfectis, absolueret. Cic. de Vniuers. 22.
Et penitus toto diuisos orbe Britannos. Virg. eclog. 2. 14.
Toto pectore amare, uel cogitare. Cic. 1. de Legib. 73. Idem 2. Tuscul. 99.
Omne cœlum, totamq; cum uniuerso mari terram mente complecti. Cic. 2. de Finib. 178.
Totis uiribus. Liu. 6. bell. Pun. 228, Sed quoniam uos instructos & ordinatos cognosco, ad Carthaginem nouam oppugnandam totis uiribus, & bono animo transeamus.
Toxicum] toxici, pen. cor. (τοξικὸν) unde dicatur, Plin. his uerbis ostendit lib. 16. cap. 10. 12, Simile etiamnum his aspectu est, nequid prætereatur, taxus, minus iuuens, gracilisq;, & tristis ac dira, nullo succo, ex omnibus sola baccifera. Mas noxio fructu. Lethale quippe baccis in Hispania præcipuè uenenum inest. Vasa etiam uiatoria ex ea uinis in Gallia facta, mortifera fuisse compertum est. Hanc Sextius similacẽ à Græcis uocari dixit: & esse in Arcadia tam præsentis ueneni, ut si qui dormiant sub ea, cibumue capiant, moriantur. Sunt qui & toxica hinc appellata dicant uenena, qui

na, quæ nunc toxica dicimus, quibus ſagittæ tinguantur Plaut.Merc.8.4,

Certũ eſt, ibo ad medicũ, atq; ibi me toxico morti dabo.

Horat.Epod.17.14,

Quid proderit ditaſſe Pelignas anus:
Velociuſue miſcuiſſe toxicũ. Ouid.4.de Põto,eleg.7.3.

Bibere toxica.Propert.lib.1. eleg. 5.2.
Miſcere toxica. Ouid.2.Amor.eleg.2.13.

T R

Trabalis] Vide Trabs.

Trabea] *trabeæ (τράβεα, τραβέαι)*Genus veſtis, cuius tria ſunt genera,ut Suetonius lib.de Genere veſtium inquit: Vnum quod dijs ſacratur,tãtum purpura factum. Aliud regum, quod eſt purpureum,habet tamen aliquid alibi. Tertium augurale,ex purpura & cocco miſtum.Hæc.Seruius. Erat autẽ veſtis togata purpura circũdata ſubtegmine puniceo,quam aureæ fibulæ annectebant.Virgilius de trabea regali ait,7.Aeneid.38,

Ipſe quirinali lituo, parmaq; fedebat
Succinctus trabea. Ibidẽ 38,
Ipſe Quirinali trabea Conſul, &c. Plin.lib.8.cap.48.6,Trabeis uſos accipio reges. Idem lib.9.cap. 39.

Decorus trabea Romulus: Ouid.2.Faſt.101.
Graues auro trabeæ.Claud.2.Paneg.69.
In funebri pompa utebantur & equites trabea ſi Tacito credimus: qui in tertio de funere Germanici,ſic ait,Igitur Tribunorum,centurionumq; humeris cineres portabantur,præcedebant incõpta ſigna,uerſi faſces,atq; ubi colonias tranſgrederentur,atrata plebes,trabeati equites,pro opibus loci ueſtem,odores,aliaq; funerum ſolennia cremabant.

¶ *Trabeatus*, pen.prod. Adiect. *(τραβεατὸς)* Qui trabea indutus eſt.Ouid.lib.1.Faſt.8,

Hoc igitur uidit trabeati cura Quirini, &c. Liu. 2.bel.Maced.17.

Agnina trabeata.Stat.4.Sylu.2.7.

Trabs] *trabis,uel trabes,trabis,fœ.g.(δοκὸς, δοκὸς)* Propriè,ut Feſtus ait,ſunt duo tigna ædificij gratia ſimul compacta.nam quum ſimplicia ſunt,non trabes,ſed tigna dicuntur.Cic.3.de Nat.deor.198,Abiegna trabes. Cæſar 3. bell. Gall.339,Tranſtra ex pedalibus in altitudinem trabibus, confixa clauis ferreis, digiti pollicis craſſitudine.

Sylua frequens trabibus.Ouid.8. Metam.66.
Acernis trabibus contextus equus.Virg.2 Aeneid. 23.
Aheneæ trabes.Claud.1.de raptu Proſerp.49.
Annoſæ trabes.Stat.9.Thebaid.94.
Denſis trabibus umbroſa templa.Ouid.1.Metam.73
Exciſa trabs.Virg.2.Aeneid. 97.
Fractæ trabes.Iuuen.Satyr.14.30.
Fraxineæ trabes.Virg.6.Aeneid.36.
Nexæ trabes ære.Virg.1.Aeneid.91.
Perpetua trabes. Vide Perpetuus.
Plana trabs,Trabium contextus planus.Cato cap.18.4.
Quadrifida trabs.Valer.1.Argon.133.
Saucia ſecuri trabs ingens, Maxima arbor ſecuri percuſſa. Ouid.10.Metam.75.
Solidæ trabes.Ouid. 8.Metam.111.
Sublimi à trabe pendere.Ouid.1.de Remed. amor.4.
Trabs Cypria,pro Naui.Horat.lib.1.Carm.ode. 13,

—Attalicis conditionibus
Numquam dimoueas ut trabe Cypria
Myrtoum pauidus nauta ſecet mare Ea autem de cauſa trabs Cypria accipi uidetur pro naui, quòd Cyprus omni materia ad nauium ædificationẽ ſic abundaret, ut ab ima carina ad ſummũ carchefium, ſine ſubſidijs alia-

T R A

rum regionum totam nauim abſolueret, & omnibus armamentis eam inſtrueret. Cuius rei teſtis eſt locupletiſſimus Marcellinus,quẽ uide. Annotauit Turnebus.

Natantis trabis impetus. Catul.de Phaſelo,4.1.
Turbatur mare trabibus:id eſt,Nauigijs.Virg.4.Aeneid.114.
Vaſta trabs.Perſius Satyr.5.15.
Caua trabs.Virg.3.Aeneid.39.

¶ Trabicus.pen.cor. Adiect. *(δοκινὸς)*Quod trabibus factum eſt:ut, Nauis trabica,quæ trabibus confecta eſt.Feſtus.

¶ Trabalis & hoc trabale,pẽ.prod. *(δοκώδης)* Cic.7.Verr. 43,Et ut hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clauo figeret,cum conſilio cauſam Mamertinorum cognouiſſet.Eraſmus admonet,Ciceronem uſum clauo trabali,in cõ ſimile ſenſum quo Herculeo nodo,prò uinculo arctiſſimo atq; indiſſolubili utuntur eruditi.

Claui trabales,pro Specie tormentorũ ſeu ueclibus tortorijs. Apud Horatium,lib. 1. Carm.ode 35.4,

Te ſemper anteit ſeua neceſſitas,
Clauos trabales,& cuneos manu
Geſtans ahena:nec ſeuerus
Vncus abeſt,liquidumue plumbum.

Haſta trabalis.Stat.4. Thebaid.2.
Telum trabale.Ouid.12.Metam.59.

Trachali] Appellantur muricum ac purpuræ ſuperiores partes.Vnde Arminenſes maritimi cognomen traxerunt. Feſtus.

Trachallus] *τραχαλὸς*,Orator Domitiani temporibus ſublimis & ſatis apertus fuit,& quem uelle optima crederes:auditus tamen maior.Quintil.lib.10.cap. 1.Idem libro 12.cap.5.ad finem.

Trachea] penult. prod. ſiue Trachia (*τραχεῖα*) Arteria pulmonis,quæ & ſpiritalis fiſtula dicitur. Vide Gell. libro 17. capite 11.

Trachelum] tracheli, ſiue Trachelus, pen. prod. Media pars eſt naualis ueli, cuius ſumma carcheſium nominatur. Sipontinus. Sic etiam legitur apud Macrobiũ 5. Saturn. cap.21.Sed docti legendum putant Naualis mali.

Trachina]pen.prod. *(τραχῖνα)*Oppidũ Campaniæ:quæ poſtea interpoſita a,Tarachina,uel Tarachinæ,Tarachinarij, tantum pluraliter, Anxur etiam antea dicebatur. Nunc autem Taracina uocatur:Vide ſuprà.

Trachoma]pen.prod.trachomatis, Græcè *τράχωμα*: uocatur Scabritia palpebrarũ interior: ſicut in eadẽ parte glabritas,hoc eſt defluuium pilorum madoroſis & milphoſis.

Trachonitis] pen.prod. *(τραχωνῖτις)* Regio Syriæ Palæſtinæ,ut ſcribit Plin lib.5.cap 18.quam ferunt inter mõtem Libani & lacum Tiberiadis ſitam eſſe. Cuius tetrarcha fuit Philippus, iuxta Euangelium Lucæ.Eſt &, ut Hieronymus inquit, trans Boſram Arabiæ ciuitatem in deſerto, contra Auſtralem plagã,quaſi ad Damaſcũ reſpiciens.Hanc gentẽ inſtituit Cis filius Aram, ut ſcribit Ioſephus lib.1. Antiquit.

Trachyna] *τραχεῖα*, Ciuitas Theſſaliæ,quæ Heraclea ab Hercule cognominata eſt. Hinc ab Ouid.Trachynius Cryx,cõiunx Halcyones. Græci trachyna uocant aſpera. Vnde Tarachynam, quaſi trachynam, ab aſperis dici autumat Strabo.Et ab hac Trachyna Theſſaliæ, Sophoclis tragœdia trachyna dicta eſt.Vnde Cic.lib.2. Tuſc. Quas hic uoces apud Sophoclem in Trachynis edit?

¶ Trachynus,pen.prod. (*τραχινὸς*)Adiect.ut, Saxa Trachyna.Senec.Herc Oetæo,27.

¶ Trachynius (*τραχίνιος*) Aliud Adiectiuum:ut,Miles Trachynius.Lucret.3.36.

Puppis Trachynia.Ouid.11.Metam.101.
Tellus Trachynia.Ouid.11.Metam.55.

Tracta]

Tracta] *tractorum*,Pars placentæ. In ea enim, ut apud Catonem deſcribitur,eſt ſolum,quæ pars eſt ima, & tanquam fundamentum.Sunt tracta,ea ficta farinacea, aut addita alia materia & impenſa, quæ imponuntur ſolo,quo uerbo etiam utitur Athenæus hunc in modum, *εἰς δὲ τὰ παχέα ἐμβαλόντα τράπτα μίξεις, ὥσπερ νῦν εἰς ἄρτον*. Tracta autem uocantur à trahendo & tractando. Tractam dicit fœminino genere Plinius,Decimo ad ſpeciem tractæ ſubigunt uuæ paſſæ fuſco.Ex eo placentam uulgò tartam,tractam litera,tanquam tractam appellamus. Tracta lance, etiam inuenitur.Catò de re Ruſt.Farinæ ſiligineæ l.11. Vnde ſolum facias in tracta farinæ. l. 4.Sic alibi frequenter. Author Turnebus.

Tractatus, Tractim, Tracto, *tractas*, Tractus] Vide Traho.

Trado]*tradis,tradidi,traditum*,penultima correpta(*παραδίδωμι,μεταδίδωμι*) tradere,Dare, porrigere. Plautus Merc.6.7,

Præſtò ipſi facito coràm ut tradas in manum.

Aliquem de manu in manum tradere.Cic.Cæſari,lib.7.5.10.
Tradere regionem uel urbem ad diripiendum.Cicero pro Domo ſua,48.
Ad ſupplicium tradere.Liu.9.bel.Pun.17.
Arma tradere.Cæſar 2.bel.Gal.343.
Cauſam aduerſarijs tradere.Terent.Phorm.2.1.7.
Tenere conſuetudinem ab aliquo traditam. Cicero 2.de Diuinatione, 223.
Conſuetudini Latinæ tradere. Colum. in Proœm.lib.12.5.hoc eſt,In Latinum ſermonem uertere.
In cuſtodiam tradere.Cic.ad Q.u.frat.lib.1.2.23.
Cuſtodiæ tradere.Colum.lib.8.cap.15.6.
In diſciplinam tradere.Cic.2.Philip.31.
Effectum tradere aliquid.Plaut.Curc.8.14.
Excruciandum aliquem tradere. Hirtius 4. belli Alexandrin.225.
Fama tradita res,Rumore tantùm accepta & tecta.Liu.7.bel. Pun.154.
Fama traditur.Liu.5.ab Vrbe,150,Eam gentem traditur famâ dulcedine frugum, maximeq; uini noua tum uoluptate captam,Alpes tranſiſſe.
In fidem deditionemq; ſeſeq; alicui tradere. Liuius 4.bel. Maced.141.
Furtim tradi. Tacit. libro 19, Vacuam arcem furtim tradi ſuturum.
Gaudium tradere. Liu. 6.bel.Maced.104,Ob eam ferociam maius uictoribus gaudium traditum fuit. Vetus exemplar habet,traditus.Senſus autem eſt : Democritus traditus fuit maius gaudium uictoribus ob ferociam.Liceret etiam dicere,Fuit maiori gaudio.
Inimicitias poſteris tradere.Cic.ad Atticum,lib.14.310.3. hoc eſt,Quaſi hæreditatem relinquere.Budæus.
Lampada tradere.Lucret.lib.2.16. Vide Lampas.
In manus alicuius tradere.Liu.5.ab Vrbe,124.
Morem tradere.Plin.lib.15.cap.30.10.
Morem traditum ab antiquis ſeruare. Horatius 1.Sermon.Satyr.4.25.
Mores opibus tradere.Martial.lib.11.6.
Palmam tradere alicui.Plin.lib.14.cap.4.7.
Per manus tradere.Cæſar 1.bel.Ciuil.252.
Traduntur per ſucceſſiones morbi.Plin.epiſt.12.b.
In poſteros ſermonem tradere. Quintilianus, libro 1, capite 1.5.
In poteſtatem alicuius alterum tradere.Cæſar 1.bel.Ciuil.78.
Prædia uacua alicui tradere. Cic.pro Roſc.Amer.15.

Theſauri pars 3.

Tradere aliquem in piſtrinum, Quod & Trudere dicitur. Plaut.Moſtell.2.16.
Prouinciam alicui tradere.Terent.Heaut.3.2.5.
Prouinciam per manus tradere.Cic.de Prouinc.Conſul.32.
Tradere puerum præceptori,uel magiſtro. Plin.epiſt. 47.b. Cic.3.Tuſcul.4.
Sartam tectam ædem tradere.Cic.3.Verr.93.
Tradere ſe dicitur miles,quũ dedit ſe aduerſario. Cæſar 8.bell. Gal.153,Itaq; neceſſitate coacti ſe tradiderunt.
Tradere ſe in portum.Cic.1.de Inuent.6.
Authorem inimicis alicuius ſe tradere. Cic. Poſt reditum ad Quirites,10.
Se libidinibus conſtringendos tradere.Cic.1.de Finib.72.
Se quieti tradere.Cic.1.de Diuin.108.
Se totum alicui tradere.Cic.ad Q.u.frat.lib.2.7.8.
Sub leges pacis tradere ſe.Virg.4. Aen.124.
Se totum tradere,pro Accommodare & parere. Cic. ad Tironem,lib.16.1.5.
Tradere ſe ſtudijs.Plin.epiſt.9.b.
In ſeruitutem.Cic.de Prouinc.Conſul.8.
Vltrò tradere.Horat.2.Serm.Satyr.5.18.
Traditur,uel traditum eſt:pro,Literis traditum eſt:ſine,Monimentis traditur:aut,Scriptum eſt.Liu.1.ab Vrbe,56,Id non traditur, quum haud dubiè aliquanto numerus maior hoc mulierum fuit.Cic.1. Tuſc. 9, Nam Galbam,Aphricanum, Lælium,doctos fuiſſe tradunt.Ibidem,lib.5.160, Traditum eſt etiam Homerum cæcum fuiſſe.
Tradit Cicero.Plin.lib.7.cap.21.1.
Tradit & Fabius pictor in annalibus ſuis, quum obſideretur præſidium Romanum,&c.Plin.lib.10.cap.24.2.
Ariſtides qui omnium iuſtiſſimus fuiſſe traditur. Cicero pro Seſtio,124.
Traditur antiqui fabula plena ioci.Ouid.2.Faſt.61.
Non traditur.Plin.lib.13.cap.1.1,Vnguenta quis primus inuenerit,non traditur.
Non certum traditur.Liu.2.ab Vrbe,37.
Literis tradita.Cic.7.Verr.97 , Quid uerò illa Segeſtanorum non ſolùm literis tradita,neq; cõmemorata uerbis:ſed multis officijs illorum uſurpata & comprobata cognatio?
Memoriæ traditum.Cic.ad Domitium,lib.6.22.6.
Memoriam alicuius rei poſteris tradere.Liu.8.ab Vrbe,52.
Ingenium uariosq; ſermones immortalitati ſcriptis ſuis Plato tradidit.Cic,3.de Orat.34.
Memoriæ poſteris tradere.Liu.3.ab Vrbe,282.
Memoriæ aliquid tradere Cic.in Somnio,5.
Memoriæ traditum eſt.Cic.in Parad. 27, Nam iſtum doctum & ſapientem uirum fuiſſe memoriæ traditum eſt.
Monumentis traditur.Plin.lib.7.cap.16.6.Alias,creditur.
Poſteris tradere auguratum.Cic.1.de Diuin.174.
Tradere,pro Docere.Cæſar 6.bel.Gal.60,De deorum immortalium ui ac poteſtate diſputant,& iuuentuti tradunt.
Putabam uirtutem hominibus (ſi modò tradi ratione poſſit) inſtituendo & perſuadendo, non minus & ui ac metu tradi.Cic.1.de Orat.128.
Verboſius aliquid tradere. Quint.lib.4.cap.1.29.
Quum hæc omnia audirentur ab ijs, quibus non ſcientia eſſet tradenda, ſed exigui temporis aut falſa, aut certè obſcura opinio.Cic.1.de Orat.46.
Artem dicendi & memoriæ.Cic.pro Flacco,33. Idem 4. Academic. 5.
Artificium diſputandi.Cic.4.Acad.204.
Præcepta plurima tradere.Cic.in Orat.62.
Præcepta tradit uolandi, Ouidius 8. Metamorphoſ. 42. De Dædalo.

Rationem prudentiæ. Cic. 3. de Finib. 100.
Res gestas tradere carminibus. Lucret. lib. 5. 290.
Vias optimarum artium aliquibus tradere. Cicero 2. de Diuinatione, 1.
¶ Traditus, pen. corr. (παραδιδομένος) Participium: ut, Necè traditus. Seneca Medea, 7. 9.
¶ Traditio, Verbale (παράδοσις) Cic. in Topic. 13, Alienatio, est eius rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt.
Traditio, Doctrina. Gellius libro 13. cap. 21, Per quod appareret, non esse id poeticè à Plauto dictum, sed eam quoq; traditionem fuisse, ut Nerio à quibusdam uxor esse Martis diceretur.
Ieiuna atq; arida præceptorum traditio, atque nuda. Quintil. lib. 3. cap. 1. 3.
Traduco] traducis, penultima producta, traduxi, traductum (μετάγω, διάγω, ἀναβιβάζω, διαβιβάζω, μεταφέρω, μεταγματίζω, παραδιαγματίζω) traducere: ex Trans & Duco, n & s abiectis: De loco ad locum ducere. Terentius Heauton. 4. 4. 22,
Ancillas omnes Bacchidis traduce huc ad nos propere.
Idem Adelph. 5. 7. 12,
Traduc & matrem, & familiam omnem ad nos.
Traducere copias flumen. Cæsar 1. bel. Gall. 44.
Equum traducere. Cic. pro Cluentio, 105.
Messes satas aliò traducere. Virg. eclog. 8. 20.
Abducere & traducere. Cic. 2. de Orat. 162, Abducere animos à contraria defensione, & ad nostram conor traducere.
Traducere & conuertere. Cic. 2. de Orat. 109.
Traducere ad se ualetudinem proximi membri. Cicero 3. Officior. 27.
Traducere aliquem ad se totum. Cic. 4. de Finib. 4.
Eos qui audiunt, ad magnam admirationem traducere. Cic. in Orat. 112.
Traducere ad mala consilia corruptum largitionibus animum. Cic. ad Brutum, 4. 3.
Animum à re aliqua ad aliam traducere. Cicero ad Lentulum, lib. 1. 2. 8.
Conuertere à consuetudine, & aliò traducere. Cicero 1. de Inuentione, 4.
Aliquem à seueritate ad hilaritatem traducere. Cic. de claris Orator. 179.
Aliquid ab lætitia ad metum traducere. Cicero de Aruspic. respon. 20.
Animi motus aliò traducere. Lucret. lib. 4. 216.
Traduci aliò. Cic. 1. de Legib. 14.
Traducere omnes in assensum sui consilij. Liu. 4. bel. Maced. 135. Ibidem, lib. 2. 162, In sententiam suam Quintium traduxit. Cic. pro Cluentio, 115.
Traduci ad accusandum. Cic. 1. Verr. 3.
Cogitationes ad uoluptates traducere. Cic. 3. Tusc. 66.
Inimicitias ad amicitiam traducere. Cic. de Prouin. Conf. 17.
Mentes à cogitationum intentione ad tranquillitatem traducere. Cic. 3. Tusc. 6.
Orationem ad exempla traducere. Cic. 3. Tusc. 94.
Traducere aliquod munus. Cic. ad Atticum, lib. 5. 96. 2.
Traducere, pro Traduces facere. Paulus in l. si duo. uti possidetis, Si actor uicini tui ex fundo tuo uites in suas arbores traduxit. Budæus.
Traducere tempus, Consumere, terere, præterire. Cic. Seruio Sulpitio, lib. 4. 6. 13.
Aeuum leniter traducere. Hor. 1. epist. 19. 20.
Vitam sine ullo corporis languore traducere. Plin. lib. 7. cap. 2. 21. Cic. 3. Tusc. 43.
Vitam otiosam & quietam sine ullo labore aut contentione traducere. Cic. de Senect. 74.
O adolescentiam traductam eleganter. Cic. pro Plancio, 15.
Adolescentiam ad scientiam rei militaris traducere. Cicer. pro lege Manil. 19.
Traducere, Deridere, infamia afficere, & uelut in exemplum proponere deridendum omnibus per uicos & theatra: quod catamidiare Græcè dicitur, authore Budæo. Liu. lib. 2. ab Vrbe cond. 161, de Volscis loquens, publico consilio, ac uoce præconis, à spectaculis exactis, Vos, inquit, omnibus ciuibus, peregrinis populis spectaculo abeuntes fuisse nostra coniuges, uestros liberos traductos per ora hominum? Martial. lib. 6. 76,
—multoq; magis traduceris Apher. Sueton. in Tito, cap. 8. Tibul. 1. eleg. 1. 1,
Me mea paupertas uitæ traducat inerti.
Traducere ad plebem. Cic. ad Att. lib. 1. 13. 7.
Traducere carmina manifesto furto. Martial. lib. 1. 49.
¶ Traductio, Verbale (μεταγωγή) Ipse traducendi actus: ut, Traductio temporis, pro exactione illa. Cicero 1. de Diuinatione, 206.
Traductio & immutatio in uerbo. Cic. 3. de Orat. 91.
Traductio ad plebem furibundi hominis. Cic. pro Sestio, 11.
Traductio, pro Infamia. Senec. lib. 1. de Ira, Hic damnato cum dedecore & traductione uitam exigit.
¶ Traductor, Verbale, masc. gener. (μεταγωγεύς) Cic. ad Atticum, lib. 2. 24. 2.
¶ Tradux, traducis, pen. corr. interdum m. g. interdum f. Varro 1. de re Rust. cap. 8. 4, Quartum pedamentum est natiuũ eius generis, ubi ex arboribus in arbores traductis uitibus uinea fit: quos traduces, quidam rumpos appellant. Colum. lib. 5. cap. 7. 3, Si tradux traducem non contingit, media uirga inter eas deligetur. Cic. de Senect. 48.
Tragacantha] τραγάκανθα, Frutex est, spinæ candidæ non dissimilis furculis humilibus robustis, latè se diffundentibus, inter quos frequès coma, sed breuis, cæcis spinis intercurrentib. horrida, quæ sua fronde contegantur, & candidæ, ualentesq; rigescat, radice læta, furculosa, supra terram emergente, qua discissa stillat è uulnere succus, qui coalescit in lachrymam, gentilitium nomen referentem. Optima est pellucida, læuis, sincera, gracilis, subdulcis. herbam utpote peregrinam Galliæ, & prorsus exoticam, nostrates herbarij non norunt: lachrymam tamen nullæ non cognoscunt officinæ, interpolato nomine dragagãthum gummi nunc appellantes. Ruellius.
Tragemata] penultima correpta (τραγήματα) Bellaria, secundum Macrobium lib. 2. Saturn. cap. 8. id est, omne mensæ secundæ genus.
Tragia] Plinio libro 4. capite 12, Insula una ex Sporadibus. Ex hac fuit Theogiton Peripateticus, Aristoteli familiaris.
Tragion] siue tragonis (τράγιον) Herba, nascitur in Creta tantùm insula in maritimis. Folio, ramis, & semine lentisco similis: sed minore omnium amplitudine, succum ferens qui gummi modo coeat. Plinio, iunipero similis & semine, & folio, & ramis. Est & alia herba quæ tragium dicitur, quã scorpium uocant, & Romani olim cornulacum appellarũt: foliis scolodendrij, radice tenui, candida, armoraciæ simili. Autumno folia hircinum uirus olent, indeq; appellatio: nascitur in montosis præcipitijs. Ex Ruellio.
Tragœdia] tragœdiæ (τραγῳδίαι) ἀπὸ τοῦ τράγου, καὶ τῆς ᾠδῆς: hoc est, ab hirco & cantu: quasi hirci cantus. Nã hircus dabatur in præmium tragicis authoribus, qui rustici & pastores erant. Vel ab hirco uinearum hoste, & à cantilena. Horat. de Arte, 45,

Carmine qui tragico uilem certabat ob hircum. Alij putant à fæce, quam Græcorum quidam tryga uocant, tragœdiam appellatam, quando olim nondum personis ab Aeschylo repertis, tales fabulas peruncti ora fæcibus agitabant. Horatius in Arte, 56.
Tragœdia, genus poematis grande, in quo heroes introducuntur, duces, reges: itè, Luctus, exilia, cædes. In hac tristes exitus & liberorũ, fortunarumq; priorũ in peius agnitio. Tristitia namq; tragœdiæ propriũ. Propter quod Euripides, petente Archelao rege ut de se tragœdiam scriberet, abnuit: ac præcatus est ne accideret Archelao aliquid tragœdiæ propriũ.
Seuera tragœdia. Horat. 2. Carm. 1. 2.
Violenta tragœdia. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 3.
Tragœdias agere, prouerbialis locutio. Erasmus, Tragœdias in nugis agit, qui in re leuicula tumultum mouet: & ut ait Terentius, magno conatu magnas nugas dicit. Cic. 2. de Orator. 113, Ne aut irrisione aut odio digni putemur, si aut tragœdias agamus in nugis, &c. Fabius libro 6. capite. De peroratione, Nam in paruis, inquit, litibus has tragœdias mouere, tale est quasi si personam Herculis & cothurnos aptare infantibus uelis. Quin hocipsum excitare tragœdiam, si aliò quopiam deflectatur, prouerbium respit. Vide Ago.
Efficere tragœdias Cic. 4. Tusc. 119.
Excitare tragœdias. Cic. pro Milone, 13.
Facere tragœdias. Idem de Senect. 20.
Mouere tragœdias. Quint. lib. 6. cap. 1. 28. Vide Tragœdias agere.
Perturbati tragœdijs. Cic. 1. de Orat. 110.
¶ Tragicus, pen. corr. Adiect. (τραγικός) Quod ad tragœdiã spectat: ut, Tragicus actor. Liu. 4. bel. Pun. 110.
Tragicum & diuinum. Cic. 2. de Orat. 125.
Ars tragica. Hor. 1. epist. 3. 3.
Cæstus tragicus. Ouid. ad Pisonem, 48.
Cantus tragicus. Plin. lib. 30. cap. 2. 1.
Cothurni tragici. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 13.
Grandis, & ut ita dicam, tragicus orator. Cicero de claris Orator. 106.
Poeta tragicus. Cic. 1. de Nat. deor. 74.
Scelus tragicum, Dignum tragœdia, uel quale tragœdi in suis tragœdijs decantare solent. Liu. 1. ab Vrbe, 200.
Versus tragici. Horat. de Arte, 19.
Tragicus Oreſtes, qui in Tragœdijs inducitur. Cicero in Pisonem, 36.
Spirare tragicum. Hor. 2. epist. 1. 34.
¶ Tragicè, penultima correpta, Aduerbium (τραγικῶς) Cic. de clar. Orat. 21.
¶ Tragicus, pen. corr. Substantiuum (τραγικός) Qui tragœdiæ author est, teste Valla. Hor. de Arte, 20,
Et tragicus plerunq; dolet sermone pedestri.
¶ Tragœdus, tragœdi (τραγῳδός) Actor tragœdiæ. Cic. 1. de Orator. 63.
Miros audire tragœdos. Horat. 2. epist. 2. 26.
Comœdum in tragœdijs, & tragœdũ in comœdijs admodum placere uidimus. Cic. in Orat. 59.
Tragonis] Vide Tragion.
Tragopanades] τραγοπανάδης, Aues quædam in Aethiopia, teste Pomponio lib. 3, aquilis maiores, cornua in temporibus curuata habentes, ferrugimei coloris, capite tantùm Phœniceo. Has Plinius fabulosas esse putat, quemadmodum & Gryphus. Vide ipsum lib. 19. cap. 49.
Tragopogon] pen. prod. (τραγοπώγων) Græcis, quæ Latinis hirci barbula appellatur, Herba quæ hac facie repræsentatur à Theophrasto: Radix longa, dulcis, folium croci, longius, caule paruo, super quem calyx latus & barbula, quæ summo uertice incana & prolixa funditur, unde nomẽ accepit. A plurimis nunc Romana consuetudine dicitur petræ herba, quòd asperis locis quasi è medijs saxis uideatur erumpere. A quo etiam Hetruria saxificam peculiariter appellat. Ruellius.
Tragos] τράγος, Herba quæ in maritimis maximè gignitur. Frutex pusillus in terra, oblongus, semipedalis aut altior paulo, sine foliis, ramos habens in quibus uelut racemi sunt pusilli, grano tritici, acuto capite, copiosoq;, gustu uehementer spissante. Est & alia herba tragos, apud Plinium libro 27. capite 13. 9. quam aliqui scorpium uocant. Tragon Asia fert ueprem, ut idem ait, sine foliis, racemis rubentibus, ad medicinæ duntaxat usum. Hanc in litoribus maris inueniri hodie nostri perhibent herbarij, iuncomarino similem, à quo & multi iuncum marinum appellant eam. Ruellius.
Tragula] tragulæ, pen. corr. (ἀκόντισμα) Genus teli, dictum quòd scuto infixum trahatur, inquit Festus. Salustius libro 4. histor. Auidissimis, atq; præparatis ducibus, & Metellus ictu tragulæ sauciaretur. Cæsar 5. bel. Gal. 133.
Tragula, Retis genus. Plin. lib. 16. cap. 8. 4.
Tragulam inijcere. Plaut. Epid. 14. 25,
Tragulam in te inijcere adornat, nescio quam fabricam facit. id est, Dolum aliquem in te struit. Vtraq; figura prouerbialis uidetur. Idem Casin.
Ego pol istam iam aliquorsum tragulam iniecero.
Tragum] tragi (τράγος) Plinius lib. 18. cap. 7. 25, Ptisanæ conficiendæ uulgata ratio est. Simili modo ex tritici semine tragum fit in Campania tantùm & Aegypto.
Tragurium] τραγούριον, Insula & oppidum Illyrici: uulgò Trau.
Tragus] τράγος, Genus conchæ mali saporis.
Tragus, Genus spongiæ. Plin. lib. 9. cap. 45. 2.
Traha] trahæ (ἕλκηθρον) Genus uehiculi sine rotis, quo'coloni utuntur. A trahendo dictum, ut ait Seruius. Virg. lib. 1. Georg. 33,
Tribulaq;, traheæq;, & iniquo pondere rastri. Per epentheſim dixit trahea, pro trahæ: sicut nauita, pro nauta.
Trahax] trabacis, pen. prod. om. gen. antiquũ (ἅρπαξ) Auidus, rapax, omnia ad se trahens. Plaut. Persa. 12. 6,
Procax, rapax, trahax, trecentis uersibus
Tuas impuritias loqui nemo potest.
Traho] trahis, traxi, tractum (ἕλκω, ἑλκύω, ἑλκέω, ἑλκύσω, ἕλκω, ὁρύω, σύρω, ἀπάω, γέλκω, σὺρείω, μυρίω, ὀρυπαπέω) trahere, Per uim ducere. Trahimur enim inuiti: Ducimur uolentes. Virg. 2. Aeneid. 111,
—— altaria ad ipsa trementem
Traxit. Plaut. Milite, 9. 10,
—— meáne hic in uia hospita,
Quæ heri huc Athenis cum hospite aduenit meo,
Tracta & ludificata est ingenua & liberas?
Trahere, & Sustollere amiculum, contraria. Plautus Cistel. 2. 106.
Trahere de uisceribus gladium. Martial. lib. 1. 43.
De medio aliquem trahere. Liu. 8. bel. Pun. 157.
Trahere ex. Cicer. 2. de Nat. deor. 37, Atq; etiam ex puteis iugibus, aquam calidam trahi.
Exiguo funem conamine traxit. Ouid. 4. Fast. 65.
Trahere puerum, quasi qui uix posit ambulare. Virgilius 2. Aeneidos 92,
—& duo puerum Astynacta trahebat. Ibidem, 65.
Allicere & trahere ad se. Cic. 1. de Diuin. 144.
Duci & trahi ad. Cic. 1. Offic. 28, Omnes enim trahimur & ducimur

cimur ad cognitionis & scientiæ cupiditatem.
Trahere cum aliquo, pro Morari. Plaut. Trinum. 4.123,
—atq; egomet me adeò cum illis
Vnà ibidem trabo, qui illorum uerbis falsis acceptor fui.
Trahere, Protrahere. Salustius in Iugurtha, Penuria rerum necessariarum bellum trahi non posse. Plinius epistol. 45. d, Memini hoc, longum est, tanta comitate conuiuium trahitur.
Trahere, Cum festinatione adducere. Seruius. Virgilius 2. Aeneidos 12,
Ecce, manus iuuenem interea post terga reuinctum
Pastores magno ad regem clamore trahebant
Dardanidæ.
Trahere ad se partem diei, Partem diei occupare. Plinius epistol. 213.b.
Ad defectionem trahere, Incitare, impellere, cogere. Liuius 5. bel. Pun. 89.
Ad bella trahor. Tibul. lib. 1. eleg. 10. 3.
Alimentum maternum trahit agnus. Colum. lib. 7. cap. 3. 15.
In altitudinem, pro Sursum erigere. Plin. lib. 17. cap. 11. 6.
Aluum trahere, Extendere. Virg. 4. Georg. 19.
Animam trahere, Viuere. Plin. lib. 11. cap. 3. 2.
Animam precariam trahere. Tacit. lib. 1.
Animam trahebat sub longa morte. Stat. 1. Thebaid. 10.
Animam trahere in spe. Liu. 3. ab Vrbe, 27.
Animum tempusq; trahere. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. 13.
Trahunt diuersè animum curæ. Terent. Andr. 1. 5. 25.
In arma trahere uiros. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 2.
Arte aliqua trahi. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 10.
Bellum trahere, Producere. Cic. ad Att. lib. 10. 197. 2.
In eandem calamitatem alterum trahere. Cic. pro lege Manilia, 12.
Calorem trahere. Ouid. 11. Metam. 62.
Candorem trahere. Plin. lib. 7. cap. 16. 3.
Cariem trahere, Rubiginem ducere. Plin. lib. 23. cap. 1. 26.
Caudam trahere. Vide Cauda.
Cognomen ab aliquo. Plin. lib. 13. cap. 15. 3, A' Nonio Tiberij Cæsaris liberto cognomen trahens.
Cognomen ex contumelia trahere. Cic. 3. Philip. 135.
Colorem rubicundum trahere. Colum. lib. 2. cap. 21. 2.
Colorem nigrum traxêre Aethiopes. Ouidius 2. Metamorphoseos, 48.
Ceruix comæq; trahuntur per terram. Virg. 1. Aen. 97.
Secum concionem. Liu. 3. ab Vrbe, 47.
Consilium & rationem trahere, pro Ducere & capere. Salust. Tum Marius ex copia rerum consilia trahit: atq; ut suis receptui locus esset, &c. Idem alibi, Quem ubi cunctari accepit, & dubium belli atq; pacis rationes trahere, rursus uti antea, &c Budæus.
Contagia trahere. Ouid. 5. Trist. eleg. 14. 1.
In crimen aliquem trahere. Tacit. lib. 15.
Crinibus passis trahebatur uirgo. Virg. 2. Aen. 81.
Decus alicuius rei ad aliquem trahere. Liu. 9. ab Vrbe, 149.
Dictum aliquod trahere in uoluntatem suam. Plinius de Viris illustr. 35.
Dictis alicuius trahi. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5. 6.
In disceptationem trahere aliquem. Liu. 4. ab Vrbe, 216.
In diuersum trahit me hæc res: pro, Dubium me facit. Liu. 8. bel. Macedon. 245.
In diuersum trahunt authores: pro, Diuersa sentiunt. Liuius 5. bel. Pun. 61.
Errore trahi. Ouid. 2. Metam. 15.
Quò fata trahunt retrahuntq; sequamur. Virg. 5. Aen. 142.
Figuram lapidis traxerunt ossa. Ouid. 3. Metam. 80.
Fortunam tutam trahere: pro, Fœliciter agere. Cic. Antè quàm iret in exilium, 8.
Fulgore nominis & famæ trahi. Ouid. 5. Trist. eleg. 13. 8.
Genus ægra trahens. Virg. 5. Aeneid, 94.
Gratiam rectè factorum sibi trahere. Tacit. lib. 3.
Huc & illuc trahuntur rationes in disputando. Cicero 4. Academ. 207.
Humorem trahere: pro, Allicere & attrahere. Columell. libro 12. cap. 15. 1.
Ignes trahere, Concipere ardorem. Ouidius 4. Metamorphoseos, 136.
Aliquem in inuidiam trahere. Author ad Heren. lib. 1. 8.
Labe trahi communis uitij. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3. 5.
Laborem ingratum trahere. Virg. 3. Georg. 20.
Laudem trahere ab re aliqua. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 13.
Ad lethum trahere aliquem. Virg. 5. Aen. 125.
Limitem longiorem trahere, Longius protendi. Plinius libro 2. cap. 26. 3.
In longius aliquid trahere. Quint. lib. 1. cap. 10. 35.
Fata me trahebant in pœnam. Ouid. 3. Trist. eleg. 6. 3.
Omne trahit secum Cæsaris ira malum. Ouidius 3. Trist. eleg. 11. 15.
Mentes artificio trahere. Plinius libro 26. capite 3, 2, Trahebat præterea mentes artificio mirabili, uinum promittendo ægris, &c.
Quæ mentem insania traxit? Stat. 5. Theb. 25.
In metum aliquid trahere. Tacit. lib. 21.
Molestiam trahere. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3. 2.
Trahitur è cælo natura hominis. Plin. lib. 11. cap. 53. 1.
Noctem per pocula. Martial. lib. 1. 98. Virg. 1. Aen. 151,
Necnon & uario noctem sermone trahebat
Infœlix Dido.
Nomen trahere ab aliquo. Ouid. 4. Metam. 59.
Nomen è re aliqua. Plin. lib. 15. cap. 14. 4.
Notam trahere. Ouid. 1. Fast. 119.
Vento trahitur nubes. Virg. 4. Georg. 12.
Obsidionem in aduentu principis trahere. Liu. 8. bel. Pun. 34.
Odorem trahere. Plin. lib. 14. cap. 21. 4.
Originem à rege trahere. Plin. lib. 6. cap. 28. 15.
Oscitationes longas trahere. Martialis lib. 2. 6.
Pallam trahens uertit humum. Ouid. 6. Metam. 141.
Pallorem trahere. Colum. lib. 12. cap. 41. 3.
In partes aliquem trahere. Tacit. lib. 4.
In partem aliam trahere aliquem. Plancus Cic. lib. 10. 4. 5.
Pedibus rem trahere. Vide Pes.
Plaustra trahunt per altos montes. Virg. 3. Georg. 108.
Trahere pœnam, Prolongare. Senec. 2. de Benef.
In profundum pondere trahi. Liu. 3. bel. Maced. 48.
Promissa trahunt puellas. Ouid. 1. de Arte, 127.
Omnem rationem ad dicendum trahere. Cic. in Orat. 61.
In religionem. Liu. 5. ab Vrbe, 107.
Fundius Rempublicam trahet. Tacit. lib. 3.
Rubiginem trahere. Plin. lib. 34. cap. 9. 2.
Ruborem traxerunt percussa pectora. Ouidius 3. Metamorphoseos, 97.
Ruinam trahere. Virg. 2. Aen. 93.
Ad scelitiam aliquid trahere. Tacit. lib. 3.
In suam sententiam. Liu. 5. ab Vrbe, 113.
In serum rem aliquam. Liu. 2. bel. Maced. 194.
Situm. Plin. lib. 12. cap. 13.
Somnos trahere per suspiria. Ouid. Amor. eleg. 19. 11.
Sortes. Virg. 1. Aeneid. 103,
Iura dabat, legesq; uiris, operumq; laborem
Partibus æquabat iustis, aut sorte trahebat. Vbi Seruius, Propriè

Propriè locutus est: trahuntur enim sortes, hoc est, educuntur.
Spes eò trahit. Liu. 3. bel. Pun. 197.
Spe trahor exigua. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 5.
Spem trahere. Senec. de Benef. lib. 2.
Spiritum trahere. Colum. lib. 6. cap. 9. 2.
Spolia de hostibus trahere. Cic. pro Corn. Balbo, 43.
Studio laudis trahi. Cic. pro Archia, 19.
Ad supplicium trahi. Cic. Antè quàm iret in exilium, 11.
Suspiciones ex aliqua re trahere. Cic. 2. de Inuent. 141.
Suspiria trahere. Ouid. 2. Metam. 151.
Torrens trahit syluas præcipites. Virg. 2. Aen. 61.
Tempus trahere. Virg. 6. Aen. 108.
Verba trahere. Silius lib. 8. 16.
Victoriam secum trahere. Liu. 6. ab Vrbe, 36.
In unum. Liu. 10. bel. Maced. 23, Festo die multitudo benigna et hilaritas iuuenilis utroq; in unum traxit.
Viribus trahere. Quint. lib. 5. cap. 14. 23.
Vitam in tenebris luctuq; trahebam. Virgilius 2. Aen. 19. Ibidem, lib. 3. 130,
Quum uitam in syluis, inter deserta ferarum
Lustra, domosq; traho.
Vocem trahens imo à pectore. Virg. 1. Aen. 75.
Trahit sua quemq; uoluptas. Virg. eclog. 2. 13.
Vultum trahere. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 7.
Senium trahere luctu. Claud. 3. de raptu Proserp. 52.
¶ Tractus, Particip. (ἕλκυσθείς) Cic. 2. de Nat. deor. 209, Venæ à corde tractæ & profectæ in omne corpus ducuntur.
Ab isto initio tractus est sermo. Cic. de clar. Orat. 11.
Tractam & fusam orationem opponit Cicero Contortæ & diuersi, 2. de Orat. 35.
Tracta quædam & fluens oratio. Cic. in Orat. 36.
¶ Tractus, huius tractus (ἕλκυσμὸς, ἕλκυσμα) Plin. libro 9. cap. 46. 2, Funem illi religatum ab humeris eius trahunt: hunc dimicans, ut sit periculi signum, læua quatit: dextra apprehenso stylo in pugna est: modicus alias tractus. De caniculis marinis.
Placido tractu reptauit draco. Claud. 3. Paneg. 35.
Longo tractu ferrum per aera. Ouid. 2. Metam. 64.
Flammarum tractus. Lucret. lib. 2. 42. Et hunc imitatus Virg. 1. Georg. 74,
—noctisq; per umbras
Flammarum longo à tergo albescere tractus.
Raucus tractus. Valer. 1. Argon. 123.
¶ Tractus (χώρα) Regio, plaga, inquit Seruius. Virgilius 2. Georg. 37,
Indicio est tractu surgens oleaster eodem. Cic. pro Plancio, 18, Totus ille tractus celeberrimus Venafranus, Alisanus: tota denique nostra illa aspera & montosa regio.
Immensi tractus. Lucan. lib. 2. 125.
Immensus tractus est, quo ueniunt. Vide Immensus.
Corruptus cæli tractus. Virg. 3. Aeneid. 28.
Lunæ tractus. Cic. 2. de Diuin. 145.
Alti tractus nubium. Horat. 4. Carm. ode 2. 6.
Maris tractus. Virg. eclog. 4. 11.
Bifidi tractus flummis. Claud. 1. Paneg. 40.
Tractus & declinatio dictionum, pro Dictionum productione & derivatione. Quintilianus libro 8. capite 3, In tractu & declinatione talia sunt, qualia apud Ciceronem beatitas & beatitudo.
Quanta hæsitatio tractusq; uerborum. Cic. 2. de Orat. 111.
Tractu orationis leui & æquabili perpolitum illud opus. Cic. 2. de Orat. 29.
Partes elocutionum tractus. Quint. lib. 4. cap. 2. 84.
¶ Tractus, pro Tractatu (πραγματεία) Plinius libro 11. capite 53. 4, Vt in tractu pisce uiuentium Theophrastus prodidit, boues quoque pisce uesci, sed non nisi uiuente. Quem locum rectius exposueris pro regione quasi diceret, apud Ichthiophagos.
¶ Tracto, tractas (διαπαμβάω, μεταχειρίζω, ἅπω, ὀρθοτομέω) tractare, Frequentatiuum. Accipitur autem pro Rem aliquam attingere, & contrectare. Item, pro suscipere aliquem, & pro rem aliquam administrare, & aliquando describere. Virg. 3. Georg. 101, —aret
Pellis, & ad tactum tractanti dura resistit.
Gustare, olfacere, tractare, audire. Cic. 5. Tusc. 155.
Acerbius & durius aliquem tractare. Plin. epist. 189.
Aliquem nimis asperè tractare. Cic. Qu. frat. lib. 2. 10. 7.
Manu tractare. Colum. lib. 6.
Clementer tractare. Vide Clemens.
Commodè tractare. Terent. Heaut. 1. 1. 101.
Honorificentissimè & liberalissimè tractari ab aliquo. Cic. Antonio in epistolis ad Attic. lib. 14. 311. 2.
Iniuriosè tractare. Vide Iniuria.
Liberaliter tractare aliquem. Cic. 4. Verr. 8.
Magnificè tractare aliquem. Vide in Magnus.
Mollius tractari. Hor. 2. Serm. Satyr. 2. 17.
Parum piè aliquem tractare. Cic. pro Cælio, 2.
Scelerate & infidiosè tractare. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 3. 12.
Aliquem omnibus rebus tractare. Cic. ad Lent. lib. 1. 3. 4.
Arte aliqua tractare hominem. Terent. Heaut. 2. 3. 125.
Ratione tractari. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 53. Vide Terentium, Eunuch. 1. 1. 13.
Animum alicuius tractare ut decet. Terent. Heaut. 1. 1. 49.
Arma uirilia tractare. Hor. 1. epist. 19. 12.
Artem aliquam tractare, pro Exercere. Terentius in prologo Phorm. 10.
Bellum tractare. Tacit. lib. 5.
Causam aliquam tractare. Cic. ad Appium, lib. 3. 12. 8.
Causas amicorum tractare & agere. Cic. 1. de Orat. 83.
Contentio quæ tractari sine contumelia non potest. Cic. pro Plancio, 13.
Rem suam munus cogitatè tractare. Plaut. Trinum. 6. 45.
Fabri tractant fabrilia. Hor. 2. epist. 1 24.
Pecuniam tractare, Administrare, & pecuniæ curam habere. Cic. Cannio, lib. 2. 16. 8, Omnis enim pecunia ita tractatur, ut præda à præfecto: quæ autem mihi attributa est, à Quæstore curetur. Idem Verr. 2. 18, Eras enim tu Quæstor, pecuniam publicam tu tractabas.
Tractare pecuniam & considerare, pro Attrectare, siue contrectare. Cic. 7. Verr. 30.
Prælia tractans. Silius lib. 15. 92.
In munere aliquo rectè se tractare: hoc est, se gerere. Cic. Bruto, lib. 13. 14. 2.
Vites tractare & tueri. Cic. 5. de Fin. 70.
Vulnera tractare. Cic. Attic. lib. 12. 242. 7.
Vitam tractare: id est, trahere, uiuere. Lucret lib. 5. 187.
Rem aliquam tractare, pro Describere. Cic. 1. Acad. 36.
Agitare, tractare, inquirere. Cic. pro Cluentio, 66.
Materiam tractare, aut historiam: pro Scribendo aut narrando commemorare. Plinius libro 12. capite 22. 2. Idem libro 11. cap. 37. 1.
Definitionem fortitudinis tractare. Cic. 4. Tusc. 81.
Historiam tractare. Cic. 1. de Legib. 7.
Ius Pontificum & ciuile tractare. Cic. de Senect. 34.
Res cognitione dignissimas tractare & contemplari. Cicero 1. Offic. 216.
Res tragicas comicè tractare. Cic. 3. de Orat. 17.
Hæc tractanti animo, & noctes & dies cogitanti, existit illa à

deo Delphis præcepta cognitio. Cic. 5. Tusc. 99.
Copiosissimè aliquid tractare. Quint. lib. 2. cap. 4. 19.
Egregiè aliquid tractare. Quint. lib. 6. cap. 1. 37.
Passim tractare. Quint. in proœm. lib. 1. 13.
Pleniùs aliquid tractare. Quint. lib. 2. cap. 13. 10.
Variè aliquid tractare. Quint. lib. 4. cap. 1. 9.
In transitu aliquid tractare. Quint. lib. 6. cap. 2. 2.
¶ Tractatum, tractatu, pen. prod. Supinum. Plin. lib. 17. cap. 7. 2, Verùm asperæ tractatu.
Tractare bibliothecam alterius: id est, curare, & illius curam habere. Cic. Sulpitio, lib. 13. 78. 5.
¶ Tractatus, pen. prod. Participium (διεληλυθὼς) Cicer. 2. de Legib. 15, Aliquoties iam iste locus à te tractatus est. Hoc est, enarratus.
Persona tractata. Cic. pro Archia, 2, Persona propter ocium ac studium minimè in iudicijs periculisq; tractata est.
Figura manibus tractata. Lucret. lib. 4. 47.
Tractatus liberalius, Acceptus. Cicer. pro Cluentio, 130. Vide Liber adiectiuum.
Tractatus malè. Cic. Attic. lib. 13. 28 4. 3.
¶ Tractatus, huius tractatus, pen. prod. (διάλυσις, μεταχείρισις) Ipse tractādi actus & contractatio. Plin. lib. 8. cap. 54. 2, de simijs, Tractarijq; gaudent, similes gratulationem intelligentis.
Tractatus, Descriptio. Quint. lib. 3. cap. 9, Ante hominem patria ac parentes, maioresq; erunt, quorum duplex tractatus est. Idem in proœmio lib. 8, Asperiorum tractatu rerum atteruntur ingenia.
Artium tractatus. Cic. 3. de Orat. 49.
Tractatus, Libri pars, in qua quid describitur. Plin. lib. 14. cap. 4. 1, Tractatu toto separatim sententia eius iudicanda est.
¶ Tractatio, Verbale (διάλυσις, μεταχείρισις) Cicero 2. Officiorum, 23.
Armorum tractatio. Cic. 3. de Orat. 111.
Tibiarum tractatio. Cic. 2. de Diuin. 14.
Tractatio & usus vocis in nobis est. Cic. in Orat. 32.
Philosophiæ tractatio. Cic. 4. Acad. 12.
Orator tractationem orationis sibi assumet. Cicero 2. de Orator. 29.
Ipsa mihi tractatio literarum salutaris fuit. Cicero de claris Orator. 8.
Materia & tractatio. Cic. in Orat. 117.
Tractatio uaria esse debet. Cic. 2. de Orat. 94.
Tractatio bona uel male, apud Quintilianū sæpe: ut lib. 4, Nā quid exponet quæ zelotypum malæ tractationis accusat?
¶ Tractabilis, & hoc tractabile, penult. correp. (σύμπτωσις) Quod tractari potest. Cic. de Vniuers. 16. Virgilius 4. Aeneid. 88.
Non tractabile cælū, pro Inquieto, impacato, procelloso. Virg. 4. Aen. 11. id est, asperum & intractabile, ut ait Seruius.
Homo tractabilis. Plin. epist. 94. d.
Mare nondum tractabile nanti. Ouid. epist. 18. 15.
Pelagus tractabile. Plin. lib. 10. cap. 32. 2, Siculum utiq; tractabile.
Pondus uix tractabile. Stat. 5. Sylu. 1. 17.
Virtus in amicitia tenera est atq; tractabilis. Cic. de Amic. 45.
Nihil est in eo tractabilius. Cic. Attic. lib. 10. 203. 5.
¶ Tractator, tractatoris, tractatores uidentur fuisse homines, qui manu membra tractabant, & leniter fricabant. Senec. lib. 9. epist. Quidni ego fœliciorem putem Mutium, qui sic tentauit ignem, quàm si manum illam tractatori præstitisset?
¶ Tractatrix, Idem. Martialis,
Percurrit agili corpus arte tractatrix.
¶ Tractim, Aduerbium (σπουργιτιστὶ) Trahendo in longum, sine intermissione, longo tractu, diutinè, Non interrumpendo seriem, inquit Valla libro 6. capite 5. Plaut. Amphit. 4. 159,
Quid si ego tractim tangam ut dormiat? Virgilius 4. Georg. 52,
Tum sonus auditur grauior, tractimq; susurrant. Id est, sine intermissione & iugiter. Lucret. lib. 3. 107.
¶ Tractorius, Adiect. ut, Tractoria organa apud Vitruuium, quæ sunt machinæ, quibus grauiora onera sursum trahuntur.
Traiana] pen. prod. (τραϊάνα) Picenorum urbs, authore Ptolemæo lib. 2. cap. 1. Hodie Potentia.
Traianus] penul. prod. (τραϊανὸς) inter Cæsares optimus. Fuit & Traianus Patricius, qui sub Iustiniano principe floruit. Scripsit temporum epitomen nobilem. Author Suidas. Est item Traianus, portus Tuscorum Ptolemæo, lib. 3. cap. 1. hodie Volaterranorum portus.
Traijcio] traijcis, pen. corr. traieci, pen. product. traiectum (περάω, διαβιβάζω, μετανομίζω, διακορθμεύω, διαπερόω, ὑπερβιβάζω) traijcere, ex Trans & Iacio, remotis n, & s, significat traducere, trāsportare, transfuchere: & proprium est nautarum. Valla, Traijcio exercitum, id est, trāsporto exercitum trans mare, aut trans flumen. Traijcio mare uel flumen, id est, transeo. Aliquando utrunq; conuenit: ut Liuius, Traiecit copias Iberum. Hactenus Valla li. 3.
Traijcere classe in Italiam, Proficisci, transfretare. Plinius de Viris illust. 49.
Traijcere agmen uado. Liu. 1. bel. Pun. 18.
Traijcere aliquò. Cic. ad Atticum, lib. 7. 140. 2, Et si terra quidem, qui possum? mari, quò traijciam?
Traijcere Cyprum. Plin. lib. 8. cap. 32. 4.
Traijcere exercitum Rhodanum. Planc. ad Ciceronem, libro 10. 9. 5.
Traijcere exercitum ex Italia. Brutus ad Ciceronē, lib. 11. 13. 8.
Traijcere exercitum in Siciliam. Liu. 4. ab Vrbe, 127.
Traijcere se Alpes. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 9. 5.
Traijcere de naue in nauem malos & antennas. Liuius 10. bel. Pun. 39.
Traijcere in alia uasa, pro Fundere in alia uasa. Varro 1. de re Rust. cap. 64.
Traijcere, per translationem: ut, Traijcere culpam in alterum, hoc est, traducere transferre. Cic. 1. Verr. 24.
Traijcere negociū ad nouos Magistratus. Liu. 2. ab Vrbe, 93. Ouid. 12. Metam. 126,
A' se Tantalides onus inuidiamq; remouit,
Argolicosq; duces medijs considere castris
Iussit, & arbitrium litis traiecit in omnes.
Verbum traijcere. Cic. in Orat. 136.
Oculos traijcere aliquò. Lucret. lib. 4. 86.
Tela traijcere aliò. Propert. lib. 2. eleg. 13. 4.
Traijcere (διαπείρω) Transfigere. Cæsar 5. bell. Gall. 165, Pulsio pilum in hostes mittit, atq; unum ex multitudine procurrentem traijcit. Ibidem, 133, Vtrunq; femur tragula traijcitur. Ouid. 2. Metam. 120,
Indeuitato traiecit pectora telo.
Linguam traiecit arundine. Ouid. 11. Metam. 66.
Terga traijcit sagitta. Ouid. 9. Metam. 26.
Murum iaculo traijcere. Cic. 4. de Finib. 38.
¶ Traiectus (διαπεπαρμένος) Participium: ut, Traiecta præcordia, Transfixa. Plin. lib. 11. cap. 37. 67.
Cruris traiecti unimus. Ouid. 5. Metam. 34.
Pectora traiecto ferro. Virg. 1. Aen. 72.
Cuspide traiectus serpens. Ouid. 4. Metam. 115.
Dolor lateris traiectus in cor. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 4.

Traiectus naucula in Africam: hoc est, transfretatus. Cicer. ad Quirites post reditum, 16.
¶ Traiectus, huius traiectus (πόρθμιον) Liuius 1. ab Vrbe, 12, Qui in traiectu Albulæ amnis submersus.
¶ Traiectio, Verbale (διαβίβασις, διακόρθμευσις) Cic. 1. Tusc. 16, Traiectio Acherontis. Idem Attic. lib. 8. 167. 3, Officij mei deliberatio cruciat, cruciauitq; adhuc: cautior certè est mansio: honestior existimatur traiectio.
Stellarum traiectiones & motus. Cic. 1. de Diuin. 3.
Verborum traiectio, pro Translatione. Cic. in Orat. 135, Et utitur ea traiectione uerborum, & nihilo tamen aptius explet, concludit; sententias. Quintilianus accipit pro ipso contextu, quia usq; ad clausulam transeundum est, antequam habeamus sensum integrum, lib. 8. cap. 2, Quare nec sermo tā sit longus, ut eum prosequi non possit intentio: nec traiectio netam tardus, ut in hyperbaton finis eius differatur.
Superlatio, traiectio, & rogatio. Cic. 3. de Orator. 113, Tum augendi minuendiue causa ueritatis superlatio atque traiectio & rogatio.
¶ Traiecto, traiectas, traiectare, Frequentatiuum. Celsus lib. 4. cap. 14, A' quibusdam ad imum acu traiectatur, duo lina ducente, deinde utriusque lini duobus capitibus diuersæ partes astringuntur.
Tralatio, Tralatitius, Tralatus] Vide Transfero.
Trallis] Trallium (τράλλεις) Vrbs Lydiæ, non longè à Magnesia sita in uertice quodam, qui promontorium natura munitum habet, ab Argiuis, & à Thracibus quibusdam condita. Sunt & aliæ Trallis in Phrygia, ubi sunt Cariæ fines. Hæc alijs nominibus dicta est Euantia & Seleucia, & Antiochia. Ex Trallibus fuit Menodorus uir doctus. Hoc nomen Trallis secundum Prisicianum, tantum pluraliter declinatur, & tam accusatiuum, quàm nominatiuum in is tantùm mittit, sicut Alpis, Sardis, Syrtis.
Tralli] τράβαλοι, Liu. 1. bel. Maced. 134, Rex tam celerem delectum uniuersi certaminis timens, quadringentos Trallos (Illyricorum id, sicut alio diximus loco, est genus) ad lacessendos hostium equites misit. Vetus exemplar habet, Tribalos.
¶ Trallianus, penult. prod. Adiectiuum (τραλλιανὸς) Cicer. 3. Philipp. 134, Trallianam aut Ephesinam putes dicere? Idem pro Flacco, 41.
Traluceo] traluces, penult. prod. (διαφαίνω) tralucere, pro Translucere. Lucret. lib. 4. 68,
Vsq; adeò è speculo in speculum tralucet imago.
Trama] tramæ (ἡ ἐκ τοῦ ἀράχνου) Subtegmen, & (ut ait Seruius) filum quod intra stamen currit. Persius Satyr. 6. 9,
—mihi trama figuræ
Sit reliqua: ast illi tremat omento popa uenter? Plautus Rud. 3. 0. 36, Tramas putidas.
Trama dicta, ut ait Varro, quòd frigus tranat id genus uestimenti. quo in loco puto legendum Trameat, pro Transmeat.
Trames] tramitis, pen. corr. masc. gen. (τέλμων, τρίβων, σύνοδος) Semita trāsuersa. Plin. in Paneg. 36, Oppletas undiq; uias, angustumq; tramitem relictum tibi. Cicer. 12. Philipp. 337, Num idem in Apennini tramitibus potero facere? Liuius 2. ab Vrbe, 163, Inde in Latinam uiam transuersis tramitibus transgressus. Propert. lib. 3. eleg. 16. 6,
Quà facit assiduo tramite uulgus iter.
Accliuis, arduus, obscurus trames. Ouid. 10. Metam. 11. 30.
Clinosi tramitis supercilium. Virg. 1. Georg. 22.
Decliuus. Ouid. 3. Fast. 3.
Deuius. Stat. 2. Thebaid. 10.
Obliquus. Senec. Thyest. 9. 12. Siccus. Plin. lib. 8. cap. 43. 3.
Obliquis tramitibus. Liu. lib. 5.
Sectus. Senec. Oedip. 13. 2.
Carpitur accliuis per muta silentia trames. Ouid. 10. Met. 11.
Cito tramite decurrit uirgo. Virg. 5. Aeneid. 122. de Iride.
Inopino tramite ductus. Claud. 2. in Ruff. 6.
Egressus est non uijs, sed tramitib. paludatus. Cic. 13. Phil. 358.
Facili te tramite sistam. Virg. 6. Aeneid. 136.
Tramitto] Vide Transmitto.
Trano] tranas (περάω) tranare, Ex Trans præpositione, & No, nas, Vltrà nare, quasi transnare. Cic. 2. de Nat. deor. 36, Atq; id facilius cernemus toto genere hoc igneo, quod omnia tranat, subtilius explicato. Liu. 7. bel. Pun. 252, Alter per nuda nota Metaurum flumen tranauit. Virgilius 6. Aeneidos, 135,
—illius ergo
Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes.
Tranare aquas. Quint. lib. 2. cap. 16. 8.
Tranare flumina. Virg. 3. Georg. 54.
Tranare, pro Transuolare. Virg. 4. Aeneid. 49,
Illa fretus agit uentos, & turbida tranat
Nubila. Seruius.
Simulachra auras tranantia. Lucret. lib. 4. 36.
Hastis tranauit uiri pectus. Silius lib. 13. 48.
Pericla tranare. Silius lib. 17. 74.
¶ Tranor, tranaris (περάομαι) Pasiuum.
Obsequio tranantur aquæ, nec uincere possis Flumina. Ouid. 2. de Arte, 37.
Tranquillus] Adiectiuum (γαληνὸς, ἥσυχος, ἀκύμων, σύμμετρος, μείλιχος) Quietum significat, pacatum, serenum, pacificum. Propriè de mari dicitur. Plaut. Epid. 11. 34,
Habe animum lenem, & tranquillum face. Idem Cistel. 8. 21,
Si possum tranquillum facere ex irato mihi.
Tranquillæ est: id est, serenum tempus, sine flatu uentorum. Plaut. Casin. 225.
Sine mortis meditatione tranquillo esse animo non potest. Cic. de Senect. 67.
Cætera uidentur esse tranquilla, tranquillissimus autem animus meus. Cic. Attico, lib. 7. 127. 3.
Appetitus sint tranquilli, atq; omni animi perturbatione carentes. Cic. 1. Off. 142.
Aquæ tranquillæ. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 2.
Flumine tranquillo descendit cymba. Propert. lib. 2. eleg. 4. 4.
Frons tranquilla & serena. Cic. 3. Tusc. 56.
Locus tranquillus, Vbi optimum sit quiescere. Plautus Rapid. 10. 9.
Mare tranquillum. Stat. 4. Sylu. 3. 19.
Nox tranquilla, Quieta. Plin. lib. 9. cap. 27.
Otia tranquilla agere. Lucan. lib. 2. 54.
Pax tranquilla. Lucan. lib. 1. 35.
Pectus tranquillum. Lucret. lib. 3. 59.
Quies tranquilla. Senec. Troad. 10. 27.
Res est tranquilla, Integra. Terentius Phorm. 3. 1. 15. Et Eunuch. 5. 9. 8,
Fratri gaudeo amorem esse omnem in tranquillo: una est domus, &c.
Senectus tranquilla. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 12.
Tempus tranquillum. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 15.
Via tranquilla, Non molesta itineri faciundo. Plaut. Stich. 5. 13.
Placata, tranquilla, quieta, beata uita. Cic. 1. de Fin. 108.
¶ Tranquillior, Comparatiuum. Claud. de bel. Get. 11,
Securas iam Roma leuat tranquillior arces. Lucanus libro 1. 26,
—longoq; togæ tranquillior usu
Dedidicit tam pace ducem.
In tranquillo. Vide In.

¶Tranquillè, Aduerbium (γαληνῶς) Plaut. Cistel. 2.101,
Sed tranquillè amabo, ne quid quod illi doleat dixeris.
Tranquillè & leniter. Cic. in Orat. 53, Qui enim nihil potest tranquillè, nihil leniter, nihil partitè, definitè, distinctè, facetè dicere, &c.
Tranquillè placidoq; traducere uitam. Cic. 3. Tusc. 43.
A' Parthis tranquillè. Vide A uel Ab.
¶Tranquillò, Aliud aduerbium (γαληνῶς) Plinius libro 9. capite 73, Sæpe adnotata piscium æstiuo calore quædam anhelatio, & alia tranquillò uelut oscitatio. Id est, Dum est tranquillitas.
¶Tranquillo, tranquillas (γαλεινοποιῶ) tranquillare, Quietè facere. Plaut. Capt. 4.21. Cic. 1. de Fin. 78, Sæpe alit aliquid quod tum ui sua atq; natura tranquillet animos. Et apud Plinium, lib. 2. cap. 103.12, Trãquillari oleo.
Perturbare & Tranquillare, contraria. Cic. in Topic. 53.
¶Tranquillor, tranquillaris, Passiuum: ut, Mare tranquillatur oleo. Plin. lib. 2. cap. 103.
¶Tranquillitas, pen. corr. tranquillitatis (γαλήνη, γαλινιότης, εὐδία, γαληνία) Placabilitas, serenitas. Plin. epist. 25, Annum tertium & octogesimum excessit in altissima tranquillitate, pari uenerationc.
Tranquillitas maris. Cic. 4. Acad. 179. Et Att. lib. 6. 119. 3, Nos longis nauibus tranquillitatem aucupaturi eramus.
Locus quietis & tranquillitatis plenissimus. Cic. 1. de Orat. 2.
Otium & tranquillitas uitæ. Cic. pro Muræna, 51.
Aucupari tranquillitates. Vide Aucupor.
Animi tranquillitas. Constantia, firmitudo, modestia. Cic. 4. Tusc. 17, In participe rationis ponunt tranquillitatem, id est placidam quietamq; constantiam. Idem 1. Off. 99, Vt tranquillitas animi & securitas adsit, quæ adfert cum constantiam, tum etiam dignitatem.
Tranquillitate proficisci. Cic. 4. Acad. 179.
Trans] præpositio (πέραν) Accusatiuo casui seruit, & significat Vltra, ut quum de loco ad locum, & de uno ad alterũ, & de una re ad alteram transitionem facimus. Trans mare, trans montes. Tam motus, quàm quietis uerbo datur. Horat. 1. epist. 11. 6,
Cælum, non animum mutant qui trans mare currunt.
Virg. 3. Georg. 54,
Illas ducit amor trans Gargara, transq; sonantem
Ascanium. Brutus Antonio, lib. 11. 3. 3, Nuntijs trans mare missis. Quint. lib. 4. cap. 5. Dicam hunc eo tempore, quo homo occisus est, trans mare fuisse.
Cogito interdum trans Tyberim hortos aliquos parare. Cicero Attico, lib. 12. 241. 16.
Inspicere trans ripam. Cic. pro Milone, 55.
Trans usq; Cic. pro Quintio, 7, Tollitur ab atrijs Licinijs, atq; à prædonum concessu in Galliam Næuius, & trans Alpes usq; transfertur.
Transabeo] transabis, pen. corr. (διαπερσύω) transabire, Per locum aliquem abire, Vltra ire. Stat. 6. Theb. 103,
— obliqua quantum uitare dabatur,
Transabiere fuga. Ibidem, 2. 2,
— capulo nam largius illi
Transabijt costas cognatis ictibus ensis. Ibidem, 9. 26,
Lernæam iacit ipse trabem, uolat illa sagittis
Aequa fuga, medium q; nihil cunctata Polyten
Transabit, eg; iuncti clypeum cauat improba Mopsi.
Valerius 4. Argonaut. 102,
Turbine sic rabido populos, atq; æquora longè
Transabijt.
Transactor] Vide Transigo.
Transadigo] transadigis, pen. corr. transadegi, penult. prod. transadactum (διαπερσάω) transadigere. Virgilius 12. Aeneidos, 102,
— & qua fata celerrima crudo
Transadigit costas, & crates pectoris ense. Statius, 5. Thebaid. 26,
Quatuor hos unà, decus & solatia patris
Transadigam ferro.
Iuuenem transadigit costas. Virg. 12. Aeneid. 56.
Transalpinus] pen. prod. Adiectiuum (ὑπερβάλπειος) Compositum ex Trans & Alpes, Alpium: ut, Trãsalpina Gallia, quæ trans Alpes sita est. Plinius lib. 22. cap. 2. 1. Cicero pro Murena, 80.
Bella Transalpina, Quæ in Transalpina Gallia geruntur. Cic. 2. Offic. 39.
Hospes Transalpinus, Qui est ex Transalpina Gallia. Cicero Messio Transalpina. Claud. 1. in Eutrop. 82. (4. Verr. 81.
Transalpinæ nationes. Cic. Pæto, lib. 9. 15. 5.
Cognatio materna Transalpini sanguinis. Cicero Post. redit. in Senat. 13.
¶Transalpini (ὑπερβάλπειοι) Qui trans Alpes habitant. Brutus Cic. 11. 1, Progressus sum ad Transalpinos. Vetus exemplar legit Ad Inalpinos.
Transcendo] transcendis, transcendi, transcensum (ὑπερβαίνω, περαιόω, μετεμβαίνω, μετανάτω) transcendere, Ex Trans & Scando compositum, significat transgredi. Cicer. in Somnio, 23, Ex his ipsis cultis notisq; terris, tum aut tuum, aut cuiusquam nostrum nomen uel Caucasum hunc quem cernis, transcendere potuit, uel ullum Gangem transnare? Hic per translationem positum.
Alpes transcendere. Cic. in Catil. 78.
In naues inimicorum transcendere. Cæsar 3. bel. Gal. 409.
Vallum transcendere. Lucan. lib. 4. 36.
Ab asinis ad boues trãscendere. Plaut. Aul. 7. 58. Vide Asinus.
Transcendet hæc licentia in prouincias. Tacit. lib. 17.
Transcendit ætatem primæ iuuentæ. Colum. lib. 1. cap. 8. 2.
Annos florentes transcendere. Silius lib. 1. 46.
Pylias æui transcendere metas. Stat. 5. Sylu. 3. 51.
Fines transcendere iuris. Lucret. lib. 3. 12.
Transcindo] transcindis, transcidi, pen. corr. transcissum (ὑποτραχηλίζω) transcindere, Omnino scindere. Plaut. Persa, 20. 1, Transcidi loris omnes aduenientes domi.
Transcribo] transcribis, penult. prod. transcripsi, transcriptum (ἀπογράφω, μεταγράφω) transcribere, Idem quod Exscribere. Cic. de Nat. deor. Qu. Sosius splendidus Eques Rom. ex agro Piceno, fecisse confessus est, qui transcripserit tabulas publicas.
Fabulas & orationes sua manu transcribere. Author ad Herennium, lib. 4. 143.
Transcribere aliquem authorem, pro Desumere ex eo quod ad nostrum opus facere uidetur, & scriptis eius tanquam nostris uti. Plin. lib. 14. cap. 2. 11, Græcinus, qui alioqui Cornelium Celsum transcripsit, arbitratur non naturam, &c.
Transcribere (μεταγράφειν) Tradere. Virg. 7. Aeneid. 85,
Turne tot incassum fusos patiere labores.
Et tua Dardanijs transcribi sceptra colonis? Vbi Seruius, Transcribi, tradi. Sermo autem hic tractus est de pecunia: nõ scribi, est dari. Idem 5. Aeneid. 150,
Transcribunt urbi matres. Id est, ad urbem. Vbi Seruius, Romani moris uerbum est. Transcripti enim in coloniã deducebantur. Seneca Thyeste, 1. 3, In quod malum transcribor?
Transcribere (μεταγράφειν) inquit Agretius, dicitur quum ius nostrum in alium transit. In pandectis, in l. si uir uxori. de præscriptis uerbis, Vt eos fundos, si ipse uellet, eodẽ prætio mulier

tio mulier transcriberet uiro. Id est, iure cesso traderet, ait Budæus. Ouid. 7. Metam. 35,
— ergo ego cuiquam
Posse tuæ uideor spatium transcribere uitæ? Verba sunt Medeæ respondẽtis Iasoni, qui rogauerat ut suis annis quos adhuc uicturus esset, adimeret aliquid, adderetq; illud annis patris, quo & ille longius uiueret. Claud. de bel. Gild. 33.
Transcribere in ordinem: id est ordini adscribere. Senec. in Cõsul. ad Martiam. Idem epist. 4, Quũ puerilem animum deposueris, & te in uirum philosophia transcripserit.
Trãscribere, pro Venale proscribere. Quint. Declam. 12, Quo modo satis accusabo uendentem? spiritus nostros trãscribis, salutem nostram exponis.
Transcribere in libris censualibus dici debet, quum res censualis ab uno nomine in aliud transfertur. Quomodo & in rationibus, quum id quod mihi expensum latum est, in aliud nomen transfertur, & nomẽ meum ex rationibus eximitur. Hoc modo accipitur in Lult. C. de prædijs nauicul. Hac tamẽ (inquit) pactiõe seruata, ut si ad minus idoneum fuerit trãslata possessio, etiam authores transcripti prædij teneantur obnoxij. Caius in l. aliquando. ff. ad Sen. Vellei anum, Si hæreditatem emerit, & ea alienam hæreditarium in se transcribat. Liu. 5. bel. Maced. 22, Quum multis scenebribus legibus constricta auaritia esset, nisi fraudis inita erat, ut in socios qui non tenerentur ijs legibus, nomina transcriberent. Hæc Budæus.
¶Transcriptio, Verbale, pro excusatione, seu prætextu. Quintil. Declam. 13, Iam priuati ueneni transcriptio est. Nam diues causabatur se nihil deliquisse, quia in priuato suo apes pauperis necasset.
Transcurro] transcurris, transcurri, transcursum (μετατρέχω, διατρέχω) transcurrere, Leuiter aliquò currere. Terent. Eunuch. 4. 6. 25,
Tu abi, atq; ostium obsera intus, ego dum hinc transcurro ad forum. Virg. 9. Aeneid. 23,
— & ingens
Visus ab aurora cælum transcurrere nimbus.
Cursum transcurrere. Cic. de claris Orat. 155.
Aestas transcurrit. Plin. epist. 122.
Præter oculos alicuius transcurrere: Ante oculos alicuius præterire, uel transcurrere. Ouid. 14. Metam. 72. de Circe.
Transcurrere, pro Diuagari. Plin. lib. 9. cap. 36. 4, Quòd si hactenus transcurrat expositio, fraudabam se priorum luxuria credat. Author ad Herennium, lib. 4. 201, Translationem dicunt pudentem esse oportere, ut cum ratione in consimilem rem transeat, ne sine delectu temerè & cupidè uideatur in dissimilem transcurrisse.
Trãscurrere, Perstringere, Cursim & breuiter persequi. Quintilianus, In narratione transcurram subtiles nimium diuisiones quorundam.
Transcursum est, Leuiter itum est. Liu. 5. bel. Pun. 220, Adeò raptim captis propioribus castris, in altera transcursum castra ab Romanis est.
Transcurso, ablatiuus à Transcursum participio, iunctum cum hoc nomine Opus, pro trãscurrere. Terent. Hecyr. 3. 4. 17,
In arcem transcurso opus est.
¶Transcursus, huius transcursus, masc. gen. (μεταδρομή) Vnde in transcursu aliquid factum dicimus, pro Obiter, & inter percurrendum. Plin. lib. 18. cap. 13. 1, Quanquam prius de rapis dixisse conueniat, in transcursu ea attigere nostri, paulò diligentius Græci.
Transdo] transdis, transdidi, transditum (μεταδίδωμι) trãsdere, pen. corr. ueteres dixerunt tonantius, inquit Donatus, quod nos lenius tradere nũc dicimus: ut Tralatum, nos trãslatum è contrario. Terent. in Prolog. Phorm. 2,
Retrahere à studio, & transdere hominem in otium.
Transduco] transducis, pen. prod. transduxi, transductum, (μετάγω) transducere, Idem quod Traducere. Cic. 6. Verr. 80, Quam in te tantam uirtutem esse aut dignitatem arbitratus es, ut conarere clientelam tam illustrem, tam splendidè prouincia transducere ad te, auferre à certissimis, antiquissimisq; patronis?
Transducere arbores, pro Transplantare. Col. lib. 3. cap. 9. 8.
Transduci mali in melius dicuntur, pro Conuerti. Seneca libro 2. de Ira.
Transenna] transennæ (λαγανὶς) Per quam aspectus transire potest. Sunt autem cancelli lignei, ferrei, siue uiminei, qui fenestris aut etiam mercibus opponi solent. Salust. libro 2. Hist. Apud Macrobium, lib. 3. cap. 13, Prætetea quum sedenti in transenna demissæ Victoriæ simulachrum cum machinato strepitu tonitruum, coronam ei imponebat. Siponatimus dicit Transennam esse porrectam extra domum quasi pergulam, per quam transitur superimposito tegulo. Nonius fenestram interpretatur.
Per transennam strictim aspicere. Cic. 1. de Orat. 78. Prouerbiali figura dictum est, pro eo quod est, non propius, neq; singillatim, sed procul & summatim inspicere. Translatum à negotiatioribus, qui mercibus quas contrectari nolunt, cancellos obijciunt: quidam etiam uitrum pellucidum opponũt, ut prætereuntibus procul modò contemplari liceat, nec explicant eas nisi licitatori idoneo. Erasmus.
Transenna, Decipulum, laqueus, & funiculus ad insidias cõcinnatus. Plaut. Bacch. 17, 22,
Nunc è transenna hic turdus lumbricum petit. Idem Rudent. 27. 10,
— in ætate hominum plurimæ
Fiunt transennæ, ubi decipiuntur dolis,
Atq; adepol in eas plerunq; esca imponitur,
Quam si quis auidus posea escam auariter,
Decipitur, ut transenna, sua auaritia.
Transeo] transis, transiui, pen. prod. transitum, penult. corr. (μεταβαίνω, διαβαίνω, διοδεύω, μετατίθημι, παραβαίνω, παράγω, μεταντίστασις) transire, pen. prod. Note significationis ut, Transire flumen. Cic. 3. de Finib. 113, Rectius diues quàm Crassus, qui nisi equisset, nunquam Euphratem nulla belli causa transire uoluisset.
Quum mare uastissimum hyeme transibas. Cic. in Pisonem, 45.
Campos pedibus transire. Lucret. lib. 4. 94.
Rota transijt serpentem. Virg. 5. Aeneid. 55.
Transire ad forum: hoc est, Proficisci ad forum. Terent. Phorm. 5. 8. 29. Idem Heaut. 4. 4. 17,
Transeundum est nunc tibi ad Menedemum.
Transire domum, pro Abire domum. Plaut. Milite, 14. 96.
Transeo huc ad, uel in. Plaut. Epid. 13. 51,
— ego ad uos Thesprionem iussero
Huc transire. Idem Casina, 3. 2,
Ego huc transeo in proximum ad meam uicinam.
Transire Apeninum. Brut. ad Cic. lib. 11. 10. 8.
Transire aliquem. Plaut. Sticho, 7. 33,
Iam hercle ego per ortum amicam transibo meam.
Cursu transire equum. Virg. 11. Aeneid. 144.
Transijt dies, Præterijt, elapsa est. Cicer. ad Attic. lib. 7. 127. 6,
Quid ergo exercitum retinentis, quum legis diem transierit, rationem habes? placet?
Dies mei transierunt. Seneca Thyeste, 4. 13.
Aetas citò transijt. Tibull. lib. 1. eleg. 4. 6.
Transijt mensis, pro Præterijt. Plaut. Curcul. 15. 4.
Transit gloria. Plin. lib. 13. cap. 1. 3.

Conuitium

Conuitium transit. Plin. lib. 29. cap. 1. 18.
Transire, Intactum relinquere. Senec. de Benefic. lib. 2. cap. 28, Sæpe quæ agellos peßimi cuiuſq; tranſierat, optimorum uirorum ſegetem grando percuſſit.
Transire aliquid leuiter, pro Paucis dicere & percurrere. Cic. pro Roſcio Amer. 55.
Silentio aliquid tranſire, Silere. Cic. ad Atticum, lib. 1. 34. 6.
Ad reliqua tranſire. Plin. lib. 11. cap. 54. 2.
Vt tranſeam, pro Vt taceam. Plin. lib. 2. cap. 68. 5.
Tranſire quædam in legendo, Præterire, omittere. Plinius epiſtol. 174. b.
Tranſeo Neronem: id eſt, Sileo de Nerone, nihil dico. Plinius epiſtol. 98. b.
Tranſire ad partitionem, De partitione dicere. Cicero 1. de Inuent. 45.
Ad aduerſarios tranſire. Cic. 3. Verr. 28.
In ſententiam alterius tranſire. Liu. 4. bel. Maced. 135.
Tranſiere in partes. Tacit. lib. 13.
In formam crediti tranſire. Senec. de Benef. lib. 1. cap. 2.
Ad hæredem tranſire. Plin. lib. 13. cap. 3. 1.
Ad opus aliud tranſire. Ouid. 6. Metam. 49.
Tranſit in ueſtes odor. Plin. lib. 12. cap. 3. 1.
In uicem tranſire. Plin. lib. 19. cap. 5. 18.
In colores uarios tranſire. Plin. lib. 11. cap. 37. 27.
In iram tranſire. Ouid. 8. Metam. 22.
Ad uinum tranſire. Plin. lib. 20. cap. 5. 5.
Per aliquem locum tranſire. Plin. lib. 10. cap. 60. 3.
Permeare & tranſire per omnia. Cic. 4. Acad. 214.
Tranſijt eum haſta. Stat. 12. Theb. 150.
Facilè tranſire mala. Cicer. Varroni, lib. 9. 1. 5, Videor ſperare debere ſi te uiderim, & ea quæ premant, & ea quæ impendeant, me facilè tranſiturum. Id eſt, non curaturum.
Finem & modum tranſire, Excedere. Cic. 1. Off. 143.
Legem tranſire, pro Non curare, & negligere. Cicero Attico, l. b. 5. 110. 4.
Lineas tranſire, Præterire terminos. Cic. in Parad. 24.
Vitam tranſire, pro Viuere, & quod Vitam tranſigere etiam dicitur. Saluſt. in Catil.
Video iam quò inuidia tranſeat, & ubi ſit habitatura. Cic. Atticо, lib. 2. 24. 4.
Tranſitum eſt. Cic. 2. de Fimib. 78, Cuius ſimilitudine perſpecta in formarum ſpecie à dignitate tranſitum eſt ad honeſtatem dictorum atq; factorum.
Tranſitur. Plin. lib. 17. cap. 10. 10, Quamobrem ſeminarij curam ante conuenit dici, quàm tranſeatur ad alia genera.
¶ Tranſitus, pen. corr. Particip. Liu. lib. 1. bel. Punic. A tergo Alpes urgent uix integris uobis ac uigentibus tranſitæ.
¶ Tranſitio, Verbale (διάβασις) Liu. 2. ab Vrbe, 105, Proxima inde nocte Volſci diſcordia Romana freti, ſi qua nocturna tranſitio proditione fieri poßit, tentant caſtra.
Cauſa tranſitionis. Author ad Heren. lib. 1. 12.
Ad plebem tranſitiones. Cic. de claris Orat. 31.
Tranſitio ad hoſtes, Defectio. Liu. lib. 5. 80, Cuius aduentu, qui antè in exigua ſpe, uocati ſæpe ad tranſitionem ab hoſtibus per colloquia erant, ultro ad tranſcundum hoſtis uocabãt, ſolicitabantq;.
Imagines ſimilitudine & tranſitione perceptæ. Cicero 1. de Nat. deorum, 70.
¶ Tranſitus, huius tranſitus, pen. corr. (μετάβασις, μετάστασις, ὠκεάνοδος) Idem. Plin. lib. 6. cap. 14. 1, Cauſa portarum nominis eadem quæ ſuprà, interruptis anguſto tranſitu iugis, ita ut uix ſingula meent plauſtra. Cic. 5. Tuſcul. 83, Et quem foſſam latam cubiculari lecto circundediſſet, eiusq; foſſæ tranſitum ponticulo ligneo coniunxiſſet.

Certior tranſitus. Vide Certus.
Adimere tranſitum. Vide Adimo.
Claudere tranſitum. Vide Claudo.
Dare tranſitum, pro Cedere de uia. Plin. iunior epiſt. 14. lib. 3.
Tranſitus in alias figuras. Plin. lib. 11. cap. 36. 2.
In tranſitu, Curſim. Quint. lib. 2. cap. 11, Si quid inciderit, quod ad ſcholas pertineat propriè, in tranſitu non omittemus. Id eſt, obiter.
¶ Tranſtorius, Adiect. Suet. in Nerone, cap. 3. 1, Domum à Palatio Aeſquilias uſq; fecit, quam primò tranſitoriam, mox incendio abſumptam, reſtitutamq;, aureам nominauit.
¶ Tranſilis, & hoc tranſile, pen. corr. (ὑποβρύχιος) Palmes relictus, alios tranſiliens. Plin. lib. 17. cap. 23. 13, Traducem bimum præcidere ſolebant. Oneratis enim uetuſtate melius donare tempus ut tranſilem faciant, ſi largiatur craſſitudo, aliàs utile toros futuri draconis paſci.
Tranſero] tranſeris, penult. corrept. (μεταφυτεύω) tranſerere, A' Trans & Sero, eſt in alium locum ſerere. Statius 2. Sylu. 1. 21,
Vidi ego tranſertos alieno in robore ramos
Altius ire ſuis.
Tranſfero] pen. corr. tranſfers, tranſtuli, pen. corr. tranſlatum, pen. prod. (μεταφέρω, μεταίρω, χεταβιβάζω, μεταφορεῦ ſω, μεθάρμοσον) tranſferre, De loco in alium locum ferre. Terent. And. 5. 4. 50,
Cur non illam huc tranſferri iubes? Virg. 1. Aeneid. 55,
—— regnumq; à ſede Lauini
Tranſferet, & longam multa ui muniet Albam.
Auferre & tranſferre. Cicer. Attico, lib. 13. 271. 1, Totam Academiam ab hominibus nobiliſſimis abſtuli, tranſtuli ad noſtrum ſodalem.
Hoc idem tranſfero in Magiſtratus. Cic. 4. Verr. 87.
Tranſferre ſemina è terra in terram. Varro 1. de re Ruſtic. capite 39. 2.
Tranſferri trans Alpes. Cic. pro Quintio, 7.
Tranſferre modò in dexteram partem, modò in ſiniſtram. Plin. lib. 9. cap. 29. 2.
Tranſferre in aliam domum. Liu. 3. ab Vrbe, 184.
Ad ſe tranſferre, In ſuam regionem tranſportare. Plinius libro 12. cap. 3. 2.
Tranſferre ſe ad aliquem. Cic. 4. Acad. 125.
Ad aliquid faciendum ſe tranſferre. Cic. pro Cluentio.
Amorem ſuum alteri, uel in alterum tranſferre. Terent. Adelp. 2. 3. 10, Maledicta, famam, meum amorem & peccatum in ſe tranſtulit. Idem Hecyr. 1. 2. 94,
Paulatim elapſus Bacchidi, atq; huic tranſtulit amorem.
Animum oculoſq; ad aliquid tranſferre. Cic. 4. Verr. 135.
Nulla tranſferre. Ouid. 12. Metam. 5.
Calores ſuos aliò tranſferre. Propert. lib. 2. eleg. 16. 7.
Cauſſam aliquam aliò tranſferre. Cic. Lentulo, lib. 1. 4. 2.
Cauſſam in proximum annum tranſferre. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 94.
Crimen in ſe, uel in alium tranſferre. Cic. pro Seſtio, 70. Idem Attico, lib. 15, 530. 4.
Culpam in alium tranſferre. Terent. And. 2. 3. 5, Sed ſi tu negaris ducere, ibi culpam in te tranſferat. Cic. 3. Verr. 58.
Iucunditatem in animum tranſferre. Cic. 2. de Fimib. 22.
Si placet, ſermonem aliò tranſferamus. Cic. 1. de Orat. 66.
Seruitium translatum. Propert. lib. 1. eleg. 11. 10.
Ab oculis ad animum tranſferre. Cic. 1. Off. 23.
Factum aliquod ad inuidiam & fortunam tranſferre. Cic. Pæto, lib. 9. 16. 16.
Nihil eſt enim quod de ſuo genere in aliud genus tranſferri poßit. Cic. 4. Acad. 93.

Capita

capita aliqua in edictum prouinciale tranſferre. Cicero 3. Verr. 83.
Lituras & literas de tabulis in libros tranſferre. Cic. 4. Verr. 137.
Iudicia trãſferre. Cic. 3. Verr. 4, Sin abſoluitur, deſinemus nos de iudicijs tranſferendis recuſare. Tranſferre iudicia, inquit Budæus, eſt ab uno ordine ad alterum tranſferre.
In aliam rem tranſferri. Cic. 4. Acad. 80.
Ex quorundam præceptis quædam tranſferre, quæ noſtro inſtituto conuenire uideantur. Cic. 1. de Inuent. 49.
Tranſferre Græcos authores, pro Vertere. Quintil. libro 10. capite 5.
Ad uerbum translatum non inuento. Quint. lib. 7. cap. 5.
In linguam Latinam tranſferre. Plin. lib. 18. cap. 3. 12.
Tranſferre aliquod uerbum dicimur, quum illud à propria ſignificatione in aliam conuertimus. Cicero translationẽ uerborum maximè probat in Oratore, 50. Quint. autem, quæ ſibi uerba propria, quæq; translata, quomodo tranſferantur, quæ ſit uitioſa translatio, & cur reperta ſit translatio, diffuſè tradit libro primo Inſtitutionum, & lib. 8. cap. 6.
Verba apertius tranſferre. Cic. in Orat. 35.
¶ Translatus, pen. prod. (μεταφορικός) Part. ſiue Tralatus. Cic. 1. Verr. 13, Accuſandi uoluntas ad uiros fortes, ſpectatoſq; homines translata ſit. Idem Attico, lib. 16. 333. 2, Hunc tu tralatum in Macrocollum lege in Arcano conuiuis tuis.
Curſu translato uada mutat amnis. Silius lib. 3. 96.
¶ Translatio, ſiue Tralatio (μετωνυμία, μεταφορά) Verbale. Plin. lib. 21. cap. 4. 7, Translatione quoq;, ut uitis, optimè ocyſſimeq; prouenit.
Translatio pecuniarum à iuſtis dominis ad alienos. Cicero 1. Offic. 67.
Criminis translatio. Cic. 4. Verr. 82.
Translationes quaſi mutationes ſunt, quum quod non habeas, aliunde ſumas. Cic. 3. de Orat. 86.
Vnius uerbi translatio, aut inuerſio uerborum. Cicero 2. de Orat. 145.
Iam quum fluxerunt plures continuæ translationes, alia planè fit oratio. Itaq; genus hoc Græci appellant ἀλληγορίαν, nomine rectè, genere melius ille, qui iſta omnia translationes uocat. Cic. in Orat. 51.
Verecunda tralatio. Tullius Tironi, lib. 16. 17. 3.
Translator, translatoris, uel Tralator, pen. prod. (μεταφορεύς) Verb. maſc. Cicer. 7. Verr. 118, Verres ille uetus proditor Conſulis, translator Quæſturæ, auerſor pecuniæ publicæ.
¶ Translatitius, Adiectiuum, ſiue Tralatitius (μεταφορικῶς) Quod tranſfertur, uel translatum eſt. Cælius Ciceroni, lib. 8. 5, Noſti enim hæc tralatitia. Cic. Appio, lib. 3. 8. 13, Hoc uerò ex quo ſuſpicio nata eſt, me exquiſiſſe aliquid in quo te offenderem, tralatitium eſt. Vide paulo pòſt Translatiuum.
Alterum caput eſſe tralatitium de impunitate. Cicero Attico, libro 3. 65. 3.
Conſtitutio translatitia. (μετάληψις) Cic. 1. de Inuent. 15, At quum cauſa ex eo pendet, quod non aut is agere uidetur quem oportet, aut non cum eo quicum oportet, aut non apud quos, quo tempore, qua lege, quo crimine, qua pœna oportet, translatitia dicitur conſtitutio, quia actio translationis & commutationis indigere uidetur. Vetus codex habet translatiua.
¶ Translatitius, pro Lenis. Suet. in Auguſto, cap. 10. Sed aduerſante conatibus ſuis M. Antonio conſule, quem uel præcipuum adiutorem ſperauerat, ac me publicum quidem & translatitium ulla in re ſibi ſine pactione grauiſſimæ mercedis impertiente, ad optimates ſe contulit, quibus eũ inuiſum ſentiebat. Sic Translatitiæ cauſæ, apud eundem in Nerone, cap. 7, Celeberrimis patronis nõ translatitias & breues, ut aſſolet, ſed maximas plurimaſq; poſtulationes certatim ingerentibus. Sic & Translatitiũ funus, apud eundẽ cap. 33. Translatitias ſententias uocat Seneca locos communes, qui uarijs cauſis applicari poſſunt, ut de fortuna, de crudelitate, de luxuria, & ſimiles. Translatitium edictũ. Cic. 3. Verr. 80. Sed in re, &c. Adde, quod ab una Prætura in alterã tranſit.
¶ Translatitiè, Aduerbium. Vlpianus in l. 1. ff. de iure patron. Patronorum querelas aduerſus libertos Præſides audire, & non translatitiè exequi debent.
¶ Translatiuus, pen. prod. παραγραφικός, μεταληπτικός, μεταφορικός) Adiectiuum, Idem. Cic. 1. de Inuent. 20, Rurſus nec definitiua cauſa poteſt ſimul ex eadem parte eodem in genere & definitiua eſſe & translatiua.
Translatiuum, & Translatitium, uel ut aliqui loquuntur Tralatitium. Plin. in epiſt. Nec tuæ naturæ eſt, translatiua hæc & quaſi publica officia à familiaribus amicis contra ipſorũ commodum exigere. Cic. 3. Verr. 80, Sed in re tam uſitata, ſatis eſt oſtendere, omnes antea ius ita dixiſſe: & hoc uetus edictum translatitiumq; eſſe. Budæus.
¶ Translatiuè, Aduerb. (μεταληπτικῶς) Martianus Iuriſc. Præuaricatorem eſſe cum oſtendimus, qui colludit cum reo, & translatiuè munere accuſandi fungitur. Vlpianus in l. 1. de iure patronatus. Patronorum querelas aduerſus libertos Præſides audire, & non translatiuè exequi debent.
Transfigo] transfigis, transfixi, transfixum (διαπειράω, πείρω, πορπείρω, πορπειρεύω, ἀκοντίω, διελαύνω) transfigere, Per medium figere. Plaut. Perſa, 2. 2. 6,
—— ſaucius factus ſum in prælio,
Veneris ſagitta: Cupido cor meum transfixit. Cic. 2. de Finib. 155, Euelli iuſſit eam qua erat transfixus haſtam.
Telis transfigitur pectora. Lucan. lib. 3. 118.
Transfigere cum armis corpus alicuius. Liu. 1 bel. Pun. 31.
Transfigere gladio aliquem per pectus. Liu. 2. ab Vrbe, 201.
Per aduerſum pectus transfigere. Liu. 6. bel. Pun. 81.
¶ Transfixus, Participium (διαστραμμένος) Plin. lib. 22. cap. 23. 2, Siccantur pendentes ſuilli, iunco transfixi, quales è Bithynia ueniunt.
Clypei transfixi. Silius lib. 10. 64.
Haſta transfixa uirum. Virg. 11. Aeneid. 129.
Pectus transfixum. Virg. 1. Aeneid. 10.
Transfiguro] transfiguras, pen. prod. (μεταχηματίζω, μεταμορφόω) transfigurare, In aliam figuram uertere. Suet. in Claud. Nerone, cap. 28, Puerũ Sporum exectis teſtibus etiã in muliebrem naturam transfigurare conatus eſt.
Corpus in ſcorpiones transfigurare. Plin. lib. 9. cap. 31. 3.
Transfigurantur amygdalæ ex dulcibus in amaras. Plin. libro 17. cap. 24. 20.
In plurimas ſimilitudines transfigurari. Plin. lib. 8. cap. 53. 1.
In lupum transfigurari. Plin. lib. 8. cap. 22. 2.
¶ Transfiguratus, pen. prod. Vlp. in l. quid tamen. §. ſi maſſæ. ff. Quibus modis uſusfructus amittatur. ornamentum diſſolutum, aut transfiguratum extinguit uſumfructum.
¶ Transfiguratio, Verbale (μεταμόρφωσις) Plin. lib. 7. cap. 55. 1, Aliàs immortalitatem animæ, aliàs transfigurationem, aliàs ſenſum inferis dando.
Transfluo] transfluis, transfluxi, transfluxum (μεταρρέω) transfluere. Plin. libro 11. cap. 38. 4, Sanguinem multis non transfluere transfoßis euenit.
Dies transfluxere. Claud. ad Probinum, 26. 1.
Transfodio] transfodis, pen. corr. transfodi, penult. prod. tranſoſſum (διαμπερέω) transfodere. Ouidius,
Gemino transfodit uultere pectus. Liu. 9. bel. Maced. 179, De-

179, *Deinde fugienti, fidemq; pop. Rom. atq; eorum qui deserant imploranti latus transfodisse. Valer. 6. Argon. 45,*

——cadit impiger ũnã
Inguine transfosso clari Taulantis alumnus.

Transformo] *transformas* (μεταμορφόω) *transformare, In aliam formam mutare, Virg. 4. Georg. 89,*

Omnia transformat sese in miracula rerum.

Membra transformat in iuuencos. Ouid. 10. Metam. 48.
Faciem suam transformare. Ouid. 1. Fast. 75.
¶ *Transformis, & hoc transforme* (μεταμορφωτὸν) *Quod quamcunq; formam recipit.*
Corpora transformia. Ouid. 8. Metam. 176.

Transforo] *transforas, penult. corrept. transforaui, penult. prod. transforare. Seneca 2. de Benefic. Gladius idẽ & stringit & transforat.*

Transfreto] *transfretas, pen. corr.* (διαπορθμεύω) *transfretare, Trans fretum ire. Plin. in Panegyr. 134, Remisq; transfretare obstantia freta.*

Transfugio] *transfugis, pen. corr. transfugi, pen. prod. trãsfugitum, pen. corr.* (αὐτομολέω) *transfugere, De loco ad locum fugere. Plaut. Milit. 9. 107, Nam illius oculi, atq; auris, atq; opinio, transfugêre ad nos.*

Ad hostes transfugere. Plaut. Epid. 2. 28,

Pol illa ad hostes transfugêre. Liu. lib. 2.

Ab afflicta amicitia transfugere. Cic. pro Quintio, 62.

¶ **Transfugium**, *transfugij* (αὐτομολία) *Profugium, uel desertio. Plin. de Viris illustr. 8, Gabios per Sextum filium simulato transfugio, in potestatem redegit. Liu. 2. bel. Pun. 183, Simul ut quò longius ab hoste recessisset, transfugia impeditiora leuibus ingenijs essent. Tacit. lib. 18, Nihil eorum Vitellianos fallebat, crebris ut in ciuili bello transfugijs.*

¶ **Transfuga**, *transfugæ, pen. cor. masc. gen.* (αὐτόμολος) *Qui trãsfugit, & ad hostes defecit. Liu. lib. 2, Deinde metuens, ni si Consulum iniussu, & ignaris omnibus iret, deprehensus fortè à custodibus Romanis retraheretur ut transfuga, fortuna tam urbis crimen affirmante, Senatum adit.*

Transfuga ad Græcos. Plin. lib. 29. cap. 1. 17.

Transfuga non solùm (ait Paulus Iurisc. de captiuis, l. postliminium.) is accipiẽdus est, qui aut ad hostes, aut in bello transfugit, sed & qui per induciarum tempus ad eos, cum quibus nulla amicitia est, fide suscepta transfugit.

Non omnia illum transfugam ausum esse Senatui dicere. Cic. 1. de Diuinat. 162.

Annis transfuga. Stat. 1. Sylu. 2. 41.

Transfumo] *transfumas, pen. prod.* (ἐκτύφομαι) *transfumare. Stat. 6. Thebaid. 80,*

Claustraq; compressæ transfumat anhelitus iræ.

Transfundo] *transfundis, transfudi, transfusum, pen. prod.* (μεταγγίζω) *transfundere, De uase in uas fundere. Cato, Vbi dies triginta præterierint, transfundito: ita relinquito usq; ad uindemiam. Colum. lib. 12. cap. 12. 1, Deinde quum sæpius eam in alia uasa transfuderunt. Lucan. lib. 8. 151.*

Suas laudes ad alterum transfundere, per translationem. Cicer. Dolabellæ, lib. 9. 14. 10.

Amorem suum in aliam transfundere. Cic. 2. Philipp. 84.

¶ **Transfusus**, *pen. prod Participium. Plin. lib. 33. cap. 6, Deinde, in quo turbida transfusa sunt, apertum linteo per nodum relinquitur, &c.*

¶ **Transfusio**, *Verbale* (μετάγγισμα) *Plin. lib. 34. cap. 18. 7, Laudatur in linteis raris, in aqua cælesti, separatumq; terrenum transfusione, crebratumq; teritur.*

Transgredior] *transgrederis, pen. corr. transgressus sum* (ὑπερβαίνω, παραβαίνω) *transgredi, pen. corr. Transire, & potißimùm de ijs, qui nauigassent, & de naualibus dicitur.*

Liuius 2. ab Vrbe, 163, Inde in Latinam uiam transuersis tramitibus transgressus. Cicero 1. de Diuinatione, 62, Qui quum tabernaculum uitio cepisset imprudens, quòd inauspicato pomerium transgressus esset, comitia Consulibus rogandis habuit.

Taurum transgressus sum. Cic. Appio, lib. 3. 8. 17.
Alpes transgredi. Brutus Ciceroni, lib. 11. 20. 4.
Rheno transgressus. Tacit. lib. 12.
In contrarias sedes transgredi. Plin. lib. 2. cap. 83. 2.
In partes transgressus est. Tacit. in uita Agricolæ.
Ad accusandum transgrediens Fortunatus, &c. Tacit. lib. 16.
In uniuersum fama est transgressa. Tacit. in uita Agricolæ.

Transgredi aliquem, per translationẽ, pro superare. Plin. lib. 7. cap. 25. 2, Idẽ signis collatis quinquagies dimicauit: solus M. Marcellũ transgressus, qui undequadragies dimicauerat.

¶ *Transgressio, Verbale* (ὑπέρβασις, παράβασις) *Gallorum transgressio. Cic. in Pisonem, 64. Cuius ego imperio non Alpium uallum contra ascensum transgressionemq; Gallorum. Id est, transitum.*

Transgressio apud rhetores dicitur, quũ ab ea sententia, quam proposuimus, cõuertimus sermonem ad aliquam personam aut rem, aut fortunam, & tanquam personam appellamus. Cic. 3. de Orat. 115, Est etiam gradatio quædam, & conuersio, & uerborum concinna transgressio.

Transgressio est quæ uerborum perturbat ordinem peruersione aut transiectione. Author ad Heren. lib. 4. 198.

Transiacio] *transiacis, pen. cor. transieci, pen. prod. transiactum, transiacere. Solinus cap. 65, Indorũ nemora in tam proceram sublimãtur excelsitatem, ut transiaci ne sagittis quidem possint.*

Tranfigo] *transfigis, pen. corr. transfegi, penul. prod. transactum* (διανύομαι) *transfigere, Ex Trans, & Ago: Transire, seu ultrà ducere. Valer. 6. Argon. 50,*

—læuum per luminis orbem
Transigitur: teneræ linquuntur uulnere malæ.

Transegit pectora mucro. Silius lib. 4. 80. Hoc est, penetrauit.
Gladio seipsum transegit. Tacit. lib. 14.

Transigere uitam (διάγειν τὸν βίον) *Ducere, & præterire. Sallustius in Catilina, Sed multi mortales dediti uentri atque somno, indocti, incultiq;, uitam sicuti peregrinantes transegêre.*

Ætuum transigitur uenatibus. Silius lib. 3. 79.

Transigere (διαλύεσθαι) *Perficere, absoluere. Plautus Amph. 9. 8,*

Næ hanc inchoatam transigam comœdiam. Terentius And. 5. 6. 17,

Intus transigetur, si quid est quod restet.

Vnumquodq; transigere, expedire, absoluere. Cic. 1. Ver. 24.

Multitudinem rerum uno tempore transigere. Cicero 1. de Inuentione, 56.

Transigere (διαφέρεσθαι) *conuenire, concordare, paciſci. Cic. 5. Verr. 57. Summittebat iste Timarchidem, qui moneret eos, si saperent ut transigerent.*

Non deerant quidem qui neq; transigi nolebant. Cælius Ciceroni, lib. 8. 11. 7.

Per nuntium hoc quod erat tam leue, transigere potuisti. Cic. pro Roscio Comœdo, 29.

Me absente omnia cum illis transigi malo. Cicero Attic. lib. 31. 295. 3.

Cum aliquo transigere qualibet cõditione. Cic. pro Rosc. Com. 22. Ab hinc annis quindecim defensio mea quæ est? Roscii pro sua parte cũ Flauio transegisse. Idem pro Quintio, 65.

Cum priuatis non poterat transigi minore pecunia. Cic. Attico, lib. 4. 86. 5.

Negotium

Negotium transigere, Perficere, absoluere. Cic. 2. Philip. 44,
Cum aliquo transigere, atque decidere. Cicero pro Roscio Amerino, 67.
Controuersiam transigere. Cic. Attico, lib. 1. 2. 1.
Verbo transigere. Cic. 6. Verr. 30.
Pro socijs transigere. Cic. pro Rosc. Comœdo, 21.

Transactum est Brutus ad Ciceronem, 16. 15, De Cæsare uerò quod fieri potuit, ac debuit, transactũ est: neq; iam prouocari in integrum potest.

Transactum putabant Herbitẽses: quum iste, Quid de horreo inquit, & Docino amiculo meo? Cic. 5. Verr. 67.

¶ **Transactus**, *Particip.* (διαπεπραγμένος) *Terent. Adelph. 2. 4. 22,*

Ego iam transacta re conuortã me domũ cum obsonio.

Res transactæ & præteritæ. Cic. 4. Tusc. 85.
Partes transactæ. Cic. 2. de Orat. 9.

Facta transacta omnia, Prouerbiale est, inquit Donatus, in id negotij, de quo nihil superest ad agendũ. Terẽt. And. 1. 5. 13.

¶ **Transactor**, *Verb.* (διαπράκτωρ) *Qui trãsigit. Cic. 4. Ver. 48, Qui est, id quod ex plurimis testib. priore actione dixi, rerum huiusmodi omnium transactor & administer.*

Tranſiectus] διαπεραιούμενος, *pro Traiectus, à Traijcio, participium reperitur scriptum. Cic. de Vniuersit. 46, Iam uerò terram altricem nostram, quæ transiecto axi sustinetur, diei noctisq; effectricem, &c.*

¶ **Tranſiectio, transiectionis** (ὑπέρβατον) *Author ad Heren. lib. 4. 198, Huiusmodi transiectio, quæ rem non dedit obscuram, multum proderit ad cõmutationes, de quibus antè dictum est.*

Tranſilio] *transilis, pen. cor. transiliui, pen. prod. uel transilui, transultum* (ὑπερπηδάω, ὑπεράλλομαι, μετεπηδάω) *transilire, Vltrà salire. Liu. 1. ab Vrbe, 24, Vulgatior fama est: ludibrio fratris Remũ nouos transiluisse muros. Plaut. Truc. 5. 36, Per ortum transiluit ad nos.*

Rates transiliunt uada. Horat. 1. Carm. ode 3. 5.

Munera Liberi transilire, Nimium potare. Horatius 1. Carm. ode 18. 2.

Transilire aliquid, pro Præterire & tacere. Plinius in Paneg. 94, Quid est enim in principatu tuo, quod cuiusquã prædicatio uel transilire, uel præteruehi debeat? Ouidius 1. de Ponto, eleg. 3. 16.

Rem pulcherrimam transilire. Cic. 2. Philip. 89.

Transilire aliquid, pro Omittere, & tanquam negligere. Cic. 3. de Orat. 88, Id accidere credo, uel quòd ingenij specimen est quoddam, transilire ante pedes posita, & alia longè rea petita sumere.

Tranſitio, Tranſitus] *Vide* Transeo.

Tranſiungo] *transiungis, trasiunxi, transiunctum* (μεταζευγνύω) *transiũgere. Vlpianus in l. ædiles. de ædilitio edicto. Si mula talis sit, ut transiũgi non possit, an sana sit, &c. Idem ait, si nata sit eo ingenio aut corpore ut alterum iugũ non patiatur: sanam non esse. Trasiungere, est in quadrigis locum uetterinis mutare: ut mulam temonariam facere, quæ præcedere solita est: uel dextram facere, quæ sinistra esse solebat. Budæus.*

Translabor] *pen. prod. translaberis, trãslapsus sum, transilapsum* (διολισθάω) *translabi, Ex Trans et Labor compositum. Claud. 1. in Eutrop. 76,*

—rapit cæli per inania cursum
Diua potens, unoq; Padum translapsa uolatu,
Castra sui rectoris adit.

Translator] *Vide* Transfero.

Translego] *translegis, penul. corr. translegi, penult. prod. translectum* (διαναγινώσκω) *translegere, Perlegere. Plautus Asin. 13. 5,*

Horresset saxo lena, leges quum audiet.

DI. *Age quæso mi hercle trãslege.* PA. *Audin?* DI. *audio.*

Transluceo] *transluces, pen. prod. transluxi* (διαφαίνω) *translucere, Vehementer & clarißimè lucere, pellucere. Plinius lib. 6. cap. 17. 5, Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, ut in publico matrona transluceat. Hoc est, ueste publica induatur usque adeò tenui, ut luceat. Idem lib. 37. cap. 12. 5, Quibus modis ex crystallo tingantur fina ragdi, aliæq; translucentes.*

In liquidis translucet aquis. Ouid. 4. Metam. 71.

¶ **Translucidus**, *pen. cor. Adiect.* (διαφανὴς) *Quod adeò lucet, ut per medium aspicere liceat. Quint. lib. 8. in Procem. Similiter illa translucida & uersicolor quorundam elocutio, res ipsas effœminat. Plin. lib. 36. cap. 8. 2.*

Transmarinus] *penult. prod. Adiect.* (ὑπερθαλάσσιος) *Quod trans mare est uel petitur. Cic. 7. Verr. 36, Priuatim autem ne proficisci quoquã potes, nec accersere res transmarinas ex ijs locis, in quibus tibi habere, mercari nihil licet. Plaut. Mostel. 7. 65,*

Ego transmarinus hospes sum Diapontius.

Transmarina uectigalia. Cic. 2. de lege Agraria, 80.

Politißima doctrina transmarina & aduentitia. Cicero 3. de Orat. 74.

Transmeo] *transmeas, trãsmeare, Vltra meare. Plin lib. 30. cap. 11. 3, Præcipuéq; febrium medicina placitis eorum renuntiat. Namq; & in x 11. signa digessere eam sole transmeante. Idem libro 10. capite 29. 2, Ad quem ciconiæ non transmeant.*

Terra mariq; transmeare. Tacit. lib. 12.

Transmigro] *transmigras, pẽ. cor.* (μετοικίω, μετοικέω, μεταναστένω) *transmigrare, Est in longinquioris loci domicilij, habitationẽue migrare ut ait Valla lib. 5. Liu. 5. ab Vrbe, 237, Hanc eandem rem actam esse ut Veios transmigraremus.*

Transmigrare, Demigrare. Suetonius in Tiberio, cap. 15, Romam reuersus deducto in forum filio Druso, statim è carinis ac Pompeiana domo, Esquilias in hortos Mecœnatianos transmigrauit.

Tranſmitto] *transmittis, transmisi. pen. prod. transmissum,* (περαιόω, διαπεράω) *transmittere, Per medium mittere & ponere. Plaut. Milit. 3. 37. Perq; os elephanti brachiũ trãsmittere. Dicitur & Tramitto.*

Mors transmissa per artus. Stat. 2. Thebaid. 126.

Transmittit cuspide pectus. Silius lib. 7. 132. Hoc est, trajicit.

Transmittere mare (διαπορθμεύω) *Transnauigare. Cic. 2. de Natur deor. 187, Grues quum loca calidiora petentes maria transmittãt, trianguli efficere formam. Idem 5. de Finibus, 149, Cur tantas regiones barbarorum pedibus obijt, tot maria transmisit?*

Transmitti mari supero. Cic. ad Att. lib. 9. 17. 2.

Transmittere absolutè, pro trãsire. Cicero 1. Philip. 5, Quum autem me ex Sicilia ad Leucopetram, quod est promontorium agri Rhegini, uenti detulissent, ab eo loco conscendi, ut transmitterem.

Transmissus trans. Virg. 3. Aeneid. 81,

Quim ubi transmissæ steterint trans æquora classes.

Transmittere in Africam uelis. Liu. 8. bel. Pun. 163.

Transmittere exercitum, pro Dare transitum. Liuius libro 1. bel. Punic.

Transmittere uitam per obscurum, pro Viuere sine fama. Seneca epistol. 19.

Transmittere cursu campos, Celeriter transire. Virg. Aen. 31.

Transmittere aliquem, Cum festinatione mittere. Plautus Epid. 3. 52,

Continuò te orabit ultrò ut illam transmittas sibi. Ibidem, 10.27,
Mihi illam ut tramittas. Pro Transmittas.

Transmittere tectum lapide: hoc est, Lapidem ultra tectū conijcere. Plin. lib. 28. cap. 4. 1.

Transmittere bellum, uel aliquod aliud onus alicui: pro Dare prouinciam belli administrandi. Cic. pro lege Manil. 29.

Transmittit Benacus lacus Mincium fluuium: id est, dat ei exitum. Plin. lib. 9. cap. 22.

Transmittere literas papyrus dicitur quæ bibula est. Plin. lib. 13. cap. 12. 4.

Transmittere in formas coactam materiam, pro Formare, & in formas redigere. Colum. lib. 7. cap. 8. 5.

Transmittere menses aliquot in specu: hoc est, Transfigere. Plinius lib. 8. cap. 25. 6.

Transmittere tempus, Ducere, consumere. Plinius epistol. 183, Omne hoc tempus inter pugillares ac libellos iucundissima quiete transmisi.

Transmittere tempus temporibus amicorum. Cicero pro lege Manilia, 1.

Operi transmittere noctes, Totas noctes operari. Stat. 3. Thebaid. 56.

Aeuum transmissum, Aetas præterita. Stat. 1. Sylu. 4. 25.

Steriles transmisimus annos. Stat. 4. Sylu. 4. 2. 3.

Transmittere discrimen, Euadere. Plin. epist. 164.

Transmittere hæreditatem alicui, Transferre, relegare. Plin. epist. 171. Idem in Paneg. 13. An S. P. Q. Romani exercitus prouincias, socios trāsmissurus uni, successorem è sinu uxoris accipias?

Transmittere, Præterire, tacere. Silius lib. 7. 33,
Haud fas Bacce tuos tacitum transmittere honores.

Obliuio transmisit eam sententiam. Tacit. lib. 20.

Silentio transmittere. Tacit. lib. 20.

Tramittere, pro Transmittere, apud Cic. ad Atticum, lib. 16. 334. 1, Quum à Leucopetra profectus (inde enim tramittebam) stadia circiter CCC. processissem.

¶ Transmissus, huius transmissus, pro Traiectu, seu traiciendi spatio. Cæs. lib. 5. bel. Gall. Pari spatio transmissus, atque est à Gallia in Britanniam.

¶ Transmissio, Verb. (ἀλκυόμισις) Cic. ad Attic. lib. 4. 86. 1, O nauigationem amandam, quam mehercule ego ualde timebam, recordans superioris tuæ transmissionis.

Transmontanus] pen. prod. Adiect. (ὑπερόριος) Qui ultra montes habitat. Liu. 9. bel. Maced. 7, Subactis cis Apenninum omnibus, tum transmontanos adortus: in his & Frisinates Ligures erant, quos non adierat C. Flaminius, omnes Aemilius subegit.

Transmoueo] transmoues, pen. corr. transmoui, transmotum, pen. prod. (μετακινέω) transmouere, De loco in alium locum mouere. Terent. Eunuc. 3. 1. 10,
Labore alieno magnam partam gloriam
Verbis sæpe in se transmouet, qui habet salem
Qui in te est. Hoc est, attribuit sibi gloriam.

¶ Transmotus, pen. prod. Particip. (μεταπνυθόμενος) Tacitus lib. 13, Quippe Syria transmotæ legiones.

Transmuto] transmutas, pen. prod. (μεταλλάττω, μεθίστημι, μεταμείβω, μεταποιέω, μετασυνάζω, μετοβιβάζω) transmutare. Lucret. lib. 2. 99,
Summa atq; ima locans, transmutans dextera læuis.

Fortuna transmutat incertos honores. Hor. 3. Car. ode 29. 11.

Transnato] transnatas, pen. corr. (ὑπερνήχομαι) transnatare, Vltrà natare, natando transire. Liu. Magonem cum equitatu flumen transnatasse, &c. Idem 1. bel. Pun. 98, Ipsi ceteri superpositis incubantes, flumen transnatauere. Plin. lib. 6. cap. 27. 1, Vnum genus ei piscium est, idq; transeuntis non miscetur alueo, sicut nec è Tigri pisces in lacum transnatant.

Transno] transnas (ὑπεχνέω) transnare, Vltra nare. Cicero in Somnio, 23, Ex his ipsis cultis, notisq; terris num aut tuum, aut cuiusquam nostrum nomen uel Caucasum hunc quem cernis, transcendere potuit, uel illum Gangem transnare? Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 2,
—ter uncti
Transnanto Tyberim somno quibus est opus alto.

Transnomino] transnominas, pen. corr. (μετονομάζω) transnominare, nomen cōmutare, uel inuertere, aut immutare. Sueton. de claris Grammat. 18, Lucius Cassitius genere Tarentinus, ordinis libertini, cognomine Pasides, mox Pansam se transnominauit.

Transnumero] transnumeras, pen. corr. (ὑπεραριθμέω) transnumerare, Vltrà numerare. Author ad Heren. lib. 4. 231, Puer qui iam bene hominis naturam nouit, Tu illo pueres mittas oportet, inquit, si hodie uis transnumerari.

Transpadanus] pen. prod. Adiect. (ὑπὲρ τὸν πάδουν) Qui trans Padum habitat. Cic. ad Atticum, lib. 5. 98. 2, Marcellus sedendi comes, & si ille Magistratum non gesserit, erat tamen trāspadanus. Idem ad Caninium Salust. lib. 2. 16. 15, Quod autem meum erat proprium, ut alarijs transpadanis uti negarem, id etiam populo se remisisse scribit. Catull. in Egnatium, 37. 4.

Transpicio] transpicis, pen. corr. transpexi, transpectum (διοράω) transpicere: Lactant. de Opific. Dei, cap. 8, Per oculorum membranas sensus ille qui dicitur mens, ea quæ sunt foris transpicit. Ibidem, Si quis uellet transpicere per cicutam, &c.

¶ Transpicior Passiuum. Lucret. lib. 4. Quod genus illa foris, quæ uerè transpiciuntur.

¶ Transpectus, huius transpectus (διόρασις) Lucret. libro 4. 55,
Ianua quom per se transpectum præbet apertum.

Transpono] transponis, penult. prod. transposui, transpositum, penult. corr. (μετατίθημι) transponere, Notæ significationis. Gellius lib. 12. cap. 1, Arborem in locum alium transpositam.

Transporto] transportas (μετακομίζω) transportare, De loco in locum portare. Cicero ad Attic. lib. 14. 10. 1, Quid quas Annius transportauit? Eidem, lib. 7. 135. 3, De pueris in Græciam transportandis tum cogitabam, quum fuga ex Italia quæri uidebatur.

Carina transportari. Martial. lib. 13. 73.

Copias transportare, uel exercitum: pro Traducere, quum milites per mare ducitur exercitus. Cn. Magnus Marcello Lentulo in epist. ad Attic. lib. 8. 161. 4, Reliquæ copiæ cōs Brundusium cogerentur, & inde Dyrrhachium transportarentur. Cic. in Pisonem, 37, Te Prouinciam Macedoniam in quam tantum exercitum transportasses, sine ullo milite reliquisse? Virgil. 6. Aeneid. 66,
Ne ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
Transportare prius, quàm sedibus ossa quierunt.

Transportare, pro Deportare in exilium. Senec. lib. 1. de Clement. Quas ciuitates funditùs excindi, quas transportari, quibus eripi libertatem, quibus dari oportebat, mea iurisdictio est. Sueton. in Augusto, cap. 65, Agrippam nihilo tractabiliorem, imò indies amentiorē in insulam trāsportauit.

Transquietus] pen. prod. Adiectiuum (ὑπερησύχιος) Id est Valde quietus. Plaut. Merc. 22. 50,
Ego istum in tranquieto tuto sistam, ne time.

Transrhenanus] pen. prod. Adiect. (μετὰ τὸν ῥῆνον) Qui trans

trans Rhenum habitat. Plin. lib. 19. cap. 1. 2, Iam quidem & transrhenani hostes. Cæs. 5. bel. Gall. 9, Germanosq; transrhenanos solicitare dicebantur.

Transtrum] sing. num. Pers. Satyr. 5,
—tibi toto cannabe fulto
Cœna sit in transtro.

¶ Transtra, transtrorum, n. g. pluralis num. (ἑρέτικοι, ἐρέται, ἐρέσσω) Sunt tabulæ super quas sedent remiges, inquit Festus. Cæsar 3. bel. Gall. 399, Transtra ex pedalib. in altitudinem trabibus, confixa clauis ferreis, digiti pollicis crassitudine. Ouid. 14. Metam. 107,
—& incuruæ fumabant transtra carinæ.

Considere transtris. Virgil. 3. Aeneid. 58.

Nouare transtra. Virg. 5. Aeneid. 150.

Transtra, Tigna quæ transuersa à pariete in parietem porriguntur, authore Festo. Vitru. lib. 4. cap. 2, Trabes supra columnas & pārastatas, & antas ponuntur, in contignationibus ligna & axes sub tectis: si maiora spatia sunt, columnē in summo fastigio culminis, unde & columnæ dicuntur, & transtra & capreoli, si commoda, columnē & canterij prominentes ad extremam subgrundationem.

Transtybertinus] pen. prod. Adiect. (ὑπερτιβερινός) Qui trans Tyberim in Vrbe habitat. Martial. lib. 1. 125,
Vrbanus tibi Cæcili uideris:
Non es, crede mihi, quid ergo uerna es.
Hoc quod Trāstyberinus ambulator.

Transuecho] transuehis, transuexi, transuectum (ἀναπομίζω) transuehere, Vltra uehere, siue id ratibus in mari, siue curru per terram fiat. Sallust. in Iugurtha, Ex eo numero Medi, et Persæ, & Armenij cum nauibus in Africam transuecti, proximos nostro mari locos occupauere. Plin. lib. 8. cap. 6. 1, Transuecti ratibus. Claud. 2. Paneg. 56,
Transuehitur Tuscos, Apenninusq; uolatu Stringitur.

Tempus transuectum est. Tacit. lib. 18.

Transuectio] uerbale (ἀναπόμισις) Cic. 1. Tusc. 16, Die quæso, num te illa terrēt, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, transuectio Acherontis, mento summā aquam attingens siti enectus Tantalus?

Transuectio est, quum equites solenniter recensentur: eam Fabius Maximus instituit. Liuius lib. 9. in fine, Ab eodem Fabio institutum dicitur, ut equites idibus Quintilibus transuecherentur. Tranquill. in Augusto, cap. 38, Equitum turmas frequenter recognouit, post longam intercapedinem reducto more transuectiōis. Sed neq; detrahi quenquā in transuehendo ab accusatore passus est, quod fieri solebat. Valerius lib. 2. cap. de institutis antiquis.

Transuerbero] transuerberas, penult. cor. transuerberaui, transuerberatum (τύπτω) transuerberare, Transfigere. Cicero Mario, lib. 7. 1. 12, Præclara bestia uenabulo transuerberatur? Et Liu. 8. bel. Maced. 99, Hi uerò non uulnerabantur sed transuerberatis scutis plerique inter se conserti hærebant. Virgil. 11. Aeneid. 134,
—cuius apertum
Aduersi longa transuerberat abiete pectus.

Transuersus] Adiectiuum, Quod obliquo contrariū est. Colum. lib. 2, Sed in arando maximè obseruandum est, ut transuersus mons fulcetur. Liu. 1. ab Vrbe, 90, inde subitò exorti Romani transuersam inuadunt hostium aciem. Horat. de Arte, 90,
—incomptis illinet atrum
Transuerso calamo signum

Auferre transuersos. Vide Aufero.

Fortuna transuersa incurrit. Cic. de clar. Orat. 186.

Fulmina transuersa uolant per imbres. Lucret. lib. 2. 43.

Transuersa itinera. Liu. 3. ab Vrbe, 29.

Transuersa uerba, pro malè compositis. Senec. epist. 115.

Transuersa motio. Cic. de Vniuers. 39.

Transuersum digitum, aut unguem discedere, frequenter est apud Ciceronem, pro eo quod est quàm minimo spatiunt, 4. Acad. 106, Ab hac regula mihi non licet transuersum, ut aiunt, digitum discedere. Idem ad Atticum, lib. 13. 277. 2, In omni uita sua quenq; à recta conscientia transuersum unguem non oportet discedere. Sunt illa quidem minus figurata, sed tamen prouerbialia, quæ loquitur Plautinus Euclio in Aulularia, 4. 18, Si tu hercle ex istoc loco digitum transuersum, aut unguem latum excesseris. Hæc Erasmus.

Transuersum agere. Transuersus agi dicitur, qui ui et impetu quodam ab instituto deflectitur. Ita Laberius Mimus apud Macrobium libro Saturnalium secundo, cursum fortunæ transuersum uocat. Hunc enim C. Cæsaris benignitas inuitauit, ut eques Romanus & senex prodiret in scenam, in Prologo igitur queritur præter animi sui sententiam eò Cæsaris authoritate fuisse compulsum.
Necessitas, inquit, cuius cursus transuersum impetum
Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt
Quo me detrusit penè extremis sensibus, &c.
Ita qui præceps ira fertur, transuersus rapi dicitur. Ductum apparet à nauigantibus, qui secundo uento, recto cursu feruntur: flatu aduerso, transuersum aguntur. Erasmus.

Ferre corpus alicuius transuersum. Lucret. lib. 4. 86.

Transuersa, aduerbialiter positum, Virg. 5. Aeneid. 4,
Mutati transuersa fremūt. Trāsuersa, hinc atq; hinc. Est autem aduerbium factum de nomine. Idem eclog 3. 2,
Nouimus & qui te transuersa tuentibus hircis. Sub. risere. Id est, uestram turpitudinem indignantibus. Seruius.

In transuersum positus. Plin. lib. 16. cap. 42. 1.

De transuerso. Vide De præpositionem.

Ecce tibi è transuerso. Cic. 4. Acad. 216.

Ex transuerso cedere. Plaut. Pseud. 14. 50.

Transuctarius] Adiectiuū, Quod in transuersum ponitur. Cæsar 2. bel. Ciuil. 60, Vbi autem spatium inter muros aut imbecillitas materiæ postulare uideretur, pilæ interponuntur, transuersaria tigna injiciuntur quæ firmamento esse possint. Vide Cratitium, in Crates.

Transulto] transultas (ὑπεραλλομαι) transultare, Ex Trans & Salio compositum. Plaut. capt. 11. 105,
Tu transultās, ego miser uir astu præ formidine. Alij legunt Suffultas. Liu. 3. bel. Pun. 132, Nec omnes Numidæ in dextro locati cornu, sed quibus desultorum in modum binos trahentibus equos inter aciem acerrimam sæpe pugnam in recentem equum ex fesso armatis transultare mos erat.

Transumo] transumis, penult. prod. transumpsi, transumptum (μεταλαμβάνω) transumere, Ex alio sumere. Stat. 3. Thebaid. 59.
—lachrymas non pertulit ultra
Bellipatens hastam læua transunit, & alto
(Haud mora) dissiluit curru, &c. Vnde quæ ex primis tabulis transcripta sunt, solennitate iuris adhibita, dicuntur transumpta. Et actus ipse transumptio.

Transumptio] trasumptionis, f. g. (μετάληψις) Figura est apud Rhetores, quam Græci μετάληψιν uocant, quū rem ex alio ad alium transmouemus. Demosthenes, Quum bellum Phocense cōflatum esset, & non per me, nondum enim ego ad Remp. accesseram. Cic. Refertum Tribunitijs legibus exhaustum: à quibus sit, ipsi sciunt.

Transuo] trasuis, transui, transutum. pen. prod. (μεταῤῥάπτω) trāsuere, Ex Trans & Suo, Sabucl. 1. Colum. lib. 6. cap. 5. 4, Media pars decripti orbiculi eadem fabula transui-

tur: & facto foramine prædicta radicula inseritur. Apud Celsum lib.7.cap.7, de pilis palpebrarum, Deinde si plures pili sunt, necesse est longum tormentum quum toties acus transuet, magnam inflammationem moueat.

Transuolo]transuolas,pen.corr.(ὑπερίπταμαι) transuolare, Ad aues pertinet. Plin.lib.10. cap.29.3, Perdices non transuolant Bœotiæ fines in Attica. Item lib.9. cap.8.2,de delphimis, Tantáq; ui exiliunt, ut plerunque uela nauium transuolent.Lucan.lib.4.114,

Et conturbari uocem dum transuolat auras. Horat. 1. Serm.Satyr. 2.22.

Trãsuolare,Celeriter ire.Liu.3.ab Vrbe,266, Eques inter ordines peditum tectus,se ad equos recipit: transuolat inde in partem alteram suis victoriæ nuntius.

Alpes transuolare.Asinius Ciceroni,lib.10.31.11.

Transuolans animum cogitatio.Plin.lib.7.cap.12.2.

Transuolare,pro Transfugere posuit Plaut.in Epid.2.33.

Mulciber credo arma fecit, quæ in bello habuit Strattiphocles, Transuolauerunt ad hostes.

¶ Transuolito,transuolitas,pen.corr.transuolitare,Frequentatiuum.Lucret.lib.1.72,

Inter septa meant uoces,& clausa domorum Transuolitant.

¶ Trauolo,trauolas.Varro lib.4.de Ling.Latin.Trua, quod trauolat ea aqua.

Trapes]trapetis,pen,prod.masc.gen.(τράπης) Vel, trapetum,trapeti,Mola oliuaria,ut ait Seruius. A' τρέπω,uoluo, seu uerto. Cato de Re rustica,cap. 18, Trapetibus locum dextra & sinistra.Virg.lib.2.Georg.104,

Venit hyems,teritur Sicyonia bacca trapetis. Columella lib.12,cap. 50.5, Oleo autem conficiendo molæ utiliores sunt quàm trapetum,quàm canalis & solea.

¶ Trapetus,trapeti,m.g.Idem (τράπητ Θ) Cato de Re rust. cap.22,Trapetus emptus est in Sueslano nummis quadringentis.Idem cap.12,Trapetos quinq;.

Trapeta funibus suspensa, apud Vlpianum in l. sed addes. §.2. ff.locati & conducti, Intelliguntur molæ oliuariæ non uolubiles nec trusatiles, sed quæ in altum tollebantur, & ad frangendã oleã demittebantur, eoq; funibus opus erat ad eã suspendendam.Col.Suspensa mola oleum frangito.

Trapeza] trapezæ (τράπεζα) Mensa seu tabula, qua argentarij utuntur.

¶ Trapezita,trapezitæ,pen.prod.masc.gen. (τραπεζίτης) Mensarius.Plaut.Capt.4.90,

—subducam rationculam Quantillum argenti mihi apud trapezitam siet.

¶ Trapezophoron, trapezophori, pen. corr. (τραπεζοφόρον) Cic.ad Gallum,lib.7.24.8,Quòd tibi destinaras trapezophoron,si te delectat,habebis.Vbi interpres,Trapezophorum signum erat sacerdotis cuiusdam huius nominis,qui cũ alio Cosino nomine omnia sacra Mineruæ administrabat. Author Suidas.

Trapezophorõ,Paulus in l.3.§.1.ff.de supellect.legata, Supellectile legata hæc continentur, mensæ, trapezophora, delphica,subsellia,&c.

Trapezus] Trapezuntis (τραπεζοῦς) Cappadociæ ciuitas libera, & uasto monte clausa, ut author est Plinius lib. 6. cap. 4.Hanc patriam habuit Georgius Trapezuntius, magnus in omnibus illustribus doctrinis homo: qui ad extremam senectutem, omnium & Græcarum,& Latinarum literarum oblitus est.

Trasenna]Vide Transenna.

Trasymachus] pen.corr. (τρασύμαχ Θ) qui princeps inuexit numeros in oratione fuit: teste Cicerone in Oratore,101. Idem de clar. Orat.15, Tum Leontinus Gorgias, Trasymachus,Chalcedonius,&c.

Trasymenus]pen.prod.(τρασύμην Θ) Lacus in agro Perusino, iuxta quem Hannibal Flaminium Consulem cum XXIII. Romanorum milib.interfecit, & sex milia cepit. Meminit huius Plin.lib.2.cap.84.Ibidem,cap.107.3,Reperitur apud authores,Transymenum lacum arsisse totum. Cicero pro Rosc. Amer. 54. & de clar. Orat.28. meminit. Dictus est hic lacus Transymenus, à Transymeno puero, quem Agylle Nympha rapuisse dicitur, ut docet Silius à principio lib.5.

¶ Trasymenus, adiectiuũ (τρασυμήν Θ) Ouid. 6. Fast.153,

Sunt tibi Flaminius Transymenaq; littora testes.

Busta Trasymena.Silius lib.11.70.

Trauio]trauias (διαστρέφομαι) Trauiare,Transire.Lucret. lib. 4.122,

Qualia sunt uitri species quæ trauiat omnis. Idè li.6.70, Incolumisq; uenit per res,atq; integra transit Multa:fora minibus liquidis quia trauiat ignis,

Multaq; perfringit. Trauiare, quasi trans, sine per alia corpora sibi uiam facere.

Trauolo]Vide in Transuolo.

Traulus]trauli,m.g.(τραυλός) Antiquum uocabulũ,significãs balbũ,aut eũ qui cũ difficultate loquitur.Luc.li.4.233,

Magna atq; immanis, πατὴρ πληξιππε, plenaq; honoris. Balba loqui nõ quit, τραυλίζει muta pudens est.τραυλίζω Græcis,balbutio Latinis.Hinc traulismus Balbutiétis uitiũ.

Trebatius]τρεβάτι Θ,turisconsulus, Ciceronis familiaris, ut perspicere licet ex familiaribus epistolis.

Trebia]τρεβίαι,Subalpinæ regionis fluuius, iuxta Dertonẽ ciuitatem (author Strabo lib.5.) clade Romanorum ab Annibale accepta insignis. Est & Trebia Celtiberorum ciuitas,quæ pars est Hispaniæ, Inde Trebellicũ uinũ dicimus.

Trebonius] τρεβώνι Θ, cum Bruto & Cassio tertius coniurauit contra Cæsarem in Asia: deinde fraude Dolabellæ interfectus crudelissimè fuit, ut narrat Cicero in Philippicis.

Trebula]pen corr.(τρίβυλα) oppidum fuit haud longè ab Vrbe, ut scribit Plin. Et olim Trebulanis ciuitas data fuit. Hinc casei Trebulani dicti sunt.De quibus Mart.lib.3.33.

Prope Trebulanos sunt & alij populi, nomine Trebani, authore Plin.lib.3.cap.12.uel Trebiani.Suetonius in Tiberio, Iterum eo censente,ut Trebianis legatã,&c. Vide Trebia.

Trecenti]trecentæ,trecenta (τριακόσιοι) A' ter,adiectiuum plurale,Pro ter cẽteni.Cic.2.de Fin. 156, Trecentosq; eos quos eduxerat Sparta, quum esset proposita aut fuga turpis,aut gloriosa mors opposuit hostibus. Plaut. Persa,126,

Trecentis uersibus tuas impuritias loqui nemo potest.

Catenæ trecẽtæ cohibẽt Pirithoũ. Horat.3.Car.ode 4.16.

¶ Trecenties, aduerbium (τριακοσιάκις) Catul.in Iulium Cæs.27.3,Ducentes comesset aut trecenties.

¶ Treceni, trecenæ,trecena,pen.prod.(τριακόσιοι) quod tamen quidam Triceni scribunt,plur.n.Liu.1.bel.Maced.63, Attalus Trecenos tantum milites in præsidium,Rhodi quadriremem unam ex classe, quum ad Tenedum staret, miserunt. Alij legunt Trecentos. Idem 8.ab Vrbe, 42, Scribebantur autem quatuor ferè legiones quinis millibus peditum,equitibus in singulas legiones trecenis.

Tredecies]aduerbium (τρισκαιδεκάκις) pro Ter decies. Cic.5.Verr.156,Tu ex pecunia publica H-S tredecies scribam tuum permissu tuo quum abstuliste fateare,aliquam tibi ullam defensionem putas esse?

Treis]in Accusatiuo plurali,pro Tres.Vide Tris.

Tremo]tremis,tremui (τρέμω, τρομέω, τερβέω,κανσέρω, ἀμφιτρομέω) tremere,penul.corr. Commoueri, seu agitari significat, A' similitudine uocis:quæ tunc quũ ualde quis commotus est,tremula auditur. Est autem tremere propriè corporum solidorum, quum propter frequentem commotionem ita agitantur & cõcutiuntur,ut stare loco nesciant: Hinc fit ut tremor pro rigore accipiatur,quanquam hoc illo maius sit,præsertim in febribus.Plaut. Asin.7.123.

Non placet, pro monstro extemplò est, quando qui sudat,tremit.Terent.Eunuch.1.2.4, —totus Parmeno Tremo,horreoq;,postquam aspexi hanc.Cic.2.de Orat. 158,Huius generis est plenus Næuius:& locus est familiaris,Sapiens sit algebis,tremes.

Motibus insolitis tremuerunt Alpes.Virg.1.Georg.95.

Frondes tremuerunt uento.Ouid.de Nuce,35.

Tellus tremuit longo cum murmure.Ouid.4.Fast.54.

Tremit artus,figuratè,pro Artus tremunt.Virg.3.Georg.17,

Stare loco nescit,micat auribus,& tremit artus. Accusatiuus est pluralis,quasi diceret,tremit membra.

Tremere ossa pauore.Hor.2.Ser.Sat.7.17.Synecdoche est.

Et corde & genibus tremit.Horat.1.Carm.ode 23.2.

Animo tremere.Cicero ad Quint.frat.lib.1.1.7. Hoc est,maximopere timere: tralatione sumpta ab ijs qui quũ timent, maximè tremunt.

Toto pectore tremere.Cic.4.Tusc.75.

Iræ tremuere.Silius lib.7.117.

Calamo tremente.Mart.lib.1.137.

Tremere,cum accusatiuo.Liu.lib.2.belli Pun. In ea ciuitate,in qua Magistrum equitum uirgas ac secures Dictatoris tremere atq; horrere soliti sunt.

Tremere,Timere. Virg.2.Aeneid. 40,

Hic aliud maius miseris,multoq; tremendum:

¶ Tremens,Participium (τρόμων) Virg.5.Aeneid.87,

—sed tarda trementi Genua labant.

Horrens & tremens.Cic.in Pisonem,80.

Timidus & tremens.Cic.in Pisonem,58.

Bos tremens procumbit humi. Virg.5.Aeneid.97.

Frusta animalis trementia:hoc est,Adhuc palpitantia. Virgil. 2.Aeneid.44.

Genæ trementes.Virgil.4.Aeneid.129.

Hasta tremens.Virgil.2.Aeneid.35.

Lingua tremente dictum.Ouid.4.de Ponto,eleg.10.17.

Ore tremente loqui.Ouid.3.de Ponto,eleg.1.21.

Oscula trementia.Lucan.lib.2.23.

Tela trementia.Ouid.12.Metam.20.

Vox tremens.Cic.Quin.fratr.lib.3.18.3.

¶ Tremendus (τρομητέ Θ)Propter quod quis tremere debet.

Visúq; adituq; tremendus.Stat.10.Thebaid.32.

Nefas tremendum.Valer.2.Argon.42.

Regem tremendum adijt,Plutonem.Virg.4.Georg.94.

Tumultu tremendo ruens Iuppiter.Horat.2.Carm.ode 16.3.

¶ Tremebundus, Adiect. (ἀλαστέρων) Tremens.Mart.lib.9. 97.Cic.pro Domo sua,103,Aut si dixit aliquid uerbis hæsitantibus,postemq; tremebunda manu tetigit,certè nihil ritè,nihil castè,nihil more,institutoq; perfecit.

Humus tremebunda nutat.Valer.6.Argon.34.

Membra tremebunda.Ouid.4.Metam.27.

Vox tremebunda.Author ad Heren.lib.3.115.

¶ Tremebundior,Comparatiuum (τρομωδέστερ Θ)Colum. lib.10.38,

Candidus effœtæ tremebundior ubere porcæ.

¶ Tremisco,tremiscis(τρομέω)tremiscere, Tremore concuti:interdum etiam timere.Virg.3.Aeneid.130,

Sonitumq; pedum,uocemq; tremisco.

Motu tremiscere.Ouid.7.Metam.130.

Tonitru tremiscunt ardua terrarum.Virg.5.Aeneid.139.

Ad omnem strepitum tremiscens.Ouid.14.Metam.43.

¶ Tremefacio,tremefacis,pen.cor.tremefeci,pen.prod.tremefactum(τινάσσω)tremefacere,tremorem incutere.Cic.1.de Diuin.34,

Aut equũ se grauido tremefecit corpore tellus, Ex poeta.

Tremefacere aliquem.Virg.6.Aeneid.161.

Tremefacta libertas,Concussa.Cicero 2.Offic.32.Legitur & Quies tremefacta.Stat.1,Achil.50. (timefacta.

Pectora tremefacta.Virg.2.Aeneid.46.

Polus tremefactus nutu.Ouid.2.Fast.98.

Tellus tremefacta.Virg.10.Aeneid.20.

¶ Tremor,tremoris,pẽ.prod.m.gen.(τρόμ Θ,τρόβ Θ,τρόμος,τρόβη) Ipsa commotio,Virg.2.Georg.97,

Vnde tremor terris,qua ui maria alta tumescant Obiectibus ruptis.. Cic.pro Flacco,8,Tamen id quod dixit,quanto cum pudore,quo tremore & pallore dixit?

Albus tremor.Pers.Satyr.3.12.

Gelidus tremor per ossa cucurrit.Virg.2,Aeneid.24.

Horridus tremor.Senec.Troade,3.1.

Occultus tremor subitæ pestis,Silius lib.17.113.

Subitus tremor.Ouid.3,Metam.4.

Vagus errat per artus tremor.Senec.Herc.Oetæo,6.1.

Incidit tremor manibus.Horat.1.epist.17.5.

Inuasit me tremor.Ouid.14.Metam.42.

Pertentat corpora tremor.Virg.3.Georg.50.

Præpedit ossa tremor.Ouid.epist.14.4.

¶ Tremulus,pen.cor.Adiect.(τρεμίτρομος,εὔτρομ Θ) Quod ualde tremit.Terent Eunuc.2.3.44,

Incuruus tremulus,labijs demissis. Plin.lib.20. cap.9. 7,Ideo paralyticis & tremulis dari iubet.

Artus tremuli.Lucret.lib.3.2.

Arundo tremula.Ouid.2.de Arte,16.

Cantus tremulus.Horat.4.Carm.ode 13.1.

Cometa tremulus.Cic.1.de Diuin.32.

Dextra tremula.Ouid.5.Fast.102.

Flamma tremula.Cic.2.de Nat.deor.159.

Fletus tremuli.Propert.lib.1.eleg.5.3.

Frigus tremulum.Cic.in Arato,8,

Tum fixum tremulo quatietur frigore corpus.

Fulgore tremulo micantes oculi.Ouid.2.de Arte,145.

Gradu tremulo uenit ægra senectus.Ouid.4.Metam.29.

Guttur tremulum.Cic.1.de Diuin.23.

Horrore tremulo moueri.Ouid.9.Metam.70.

Iaculum tremulum.Ouid.epist.4.9.

Ignes tremuli.Lucret.lib.4.82.

Lumen tremulum.Virg.7.Aeneid.2.

Manus tremula.Martial.lib.12.71.

Mare fit tremulum.Ouid.epist.11.15.

Passu tremulo uenit hyems horrida.Ouid.15.Metam.43.

Risus tremulus.Luc.lib.1.88.

Vlulatus tremuli.Stat.5.Sylu.5.15.

Vox tremula.Claud.1.in Eutrop.53.Luc.lib.2.74.

Trepidus] pen.corr. Adiect. (τρεπιδεύς,τρεπίροβ Θ) Pauidus,metuens,timens.Festus,Trepit,uertit:unde trepido, & trepidatio:quia turbatione mens uertitur. Liu.2.ab Vrbe, 102,At uerò Curia mœsta ac trepida ancipiti metu.

Trepida res,Dubia,& ob hoc timorem inducens.Liu.1.ab Vrbe,117,Tullius in re trepida duodecim uouit Salios,fanáq; Pallori,& Pauori.Horat.3.Carm.ode 2.2.

Trepidi rerum suarum,incerti.Virg.12.Aeneid.118. Seruius, Nescientes quid agant,ignari auxilij.Liu.6.bel. Macedon. 122,Messenij sine responso dimissis legatis, moucrant bellum: trepidiq; rerum suarum,&c. Virgil.12.Aeneid.127, Exoritur trepidos inter discordia ciues.

Admirationis, & metus trepidus. Tacit. lib. 5.
Spe trepidus. Lucan. lib. 7. 60.
Formidine trepidus. Virg. 9. Aeneid. 34.
Trepidus, Festinus: quòd qui timent, festinent gressus. Virgilius 3. Aeneid. 124.

Hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt,
Immemores socij vasto Cyclopis in antro Deseruere.

Seruius, Trepidi, festini: ut per timorem, non per odium relictus fuisse videatur. Idem 4. Georgic. 15; Idem 3. Aeneid. 134. & 4. 122.
Trepidæ acies. Vide Acies.
Carina trepida. Lucret. lib. 8. 129. Trepidam uocat, propter timorem illorum qui insidebant: aut trepidam, id est, celerem.
Certamen trepidum. Horat. 1. epist. 20. 10.
Cursus trepidus: Virg. 4. Aeneid. 135.
Trepidi equi. Ouid. epist. 15. 42.
Fuga trepida. Ouid. 1. Trist. eleg. 9. 2.
Manus trepida. Virgil. 12. Aeneid. 180.
Mentes trepidæ. Lucan. lib. 1. 104.
Metus trepidus. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 11.
Noctes trepidæ. Stat. 9. Thebaid. 125.
Nubes trepidæ. Stat. 12. Thebaid. 1.
Os trepidum. Ouid. 5. Metam. 47.
Rotæ trepidæ. Valer. 3. Argonaut. 11.
Terror trepidus. Lucret. lib. 5. 9.
Tumultus trepidus. Virgil. 8. Aeneid. 1.
Vrbs trepida. Lucan. lib. 3. 75.
Vultus trepidi. Ouid. ad Liuiam, 55.
¶ Trepidè, pen. corr. Aduerbium (ὑποτρόμως) Celeriter, & quasi per timorem. Liu. 10. ab Vrbe, 52, Nam & statiua trepidè deserta fuerant.
¶ Trepidulus, pen. corr. Adiectiuum diminutiuũ (ὑποτρόμος) Gell. lib. 2. cap. 29, Pulli trepiduli circumstrepere. Plautus Persa, 1. 4. 3, Trepidula ut graphicè decet.
¶ Trepido, trepidas, pen. corr. (τρομέω) trepidare, Metu concuti, timere. Terent. Eunuch. 5. 6. 8,

Quid est quod trepidas? satisne saluæ? dic mihi. Cicero 3. de Orator. 92,

At Romanus homo, tamen, etsi res bene gesta est,
Corde suo trepidat.

Trepidare & concursare. Cæsar 5. bel. Gall. 123. Terent. Heaut. 3. 1. 35, Trepidari sentio, cursari sursum prorsum.
Metu trepidare. Virg. 6. Aeneid. 99.
In dubijs trepidare periclis. Lucret. lib. 3. 219.
Mens trepidat metu. Horat. 2. Carm. ode 19. 1.
Pectus mihi trepidat. Persius Satyr. 3. 9.
Passim trepidatur in urbe. Silius lib. 17. 103.
Vastis trepidatur in agris. Silius lib. 4. 6.
Trepidare ad aliquid faciendum, pro Tumultuari præfestinatione. Liu. lib. 2. bel. Pun.
Trepidare, Festinare. Virg. 4. Aeneid. 25,

Dum trepidant alæ, saltusq; indagine cingunt. Horat. 2. Carm. ode 4. 5,

Cuius octauum trepidauit ætas
Claudere lustrum.

Gressus trepidant. Senec. Hippol. 7. 3.
¶ Trepidans, pen. corr. Participium (τρομέων) ut, Fuga trepidans. Lucan. lib. 3. 32.
Alij trepidantibus effugit. Ouid. 7. Metam. 77.
Corda trepidantia bello. Virg. 4. Georg. 14.
Linguis trepidantibus ululat. Catul. de Berecynth. 58. 6,
Mœnia trepidantia. Silius lib. 1. 26.
¶ Trepidanter, Aduerbium (ὀλιγῳ τρομέοντως) Timidè. Suet. in Claud. Cæsare, cap. 49, Quod ut sensit, trepidanter effatus, &c.
Trepidanter & timidè agere. Cæsar 1. bel. Ciuil. 73.
¶ Trepidatio, Verbale (τρόμημα) Cic. pro Deiotaro. 13, Num quæ trepidatio? num qui tumultus?
Facere trepidationem. Liu. 3. ab Vrbe, 9.
Inijcere trepidationem. Vide Iniicio.
Trepondo] τριλιτρου, indeclinabile. Quintil. lib. 1. cap. 9, Nam dua & tre & pondo diuersorum generum sunt barbarismi. At duapondo & trepondo usq; ad nostram ætatẽ ab omnibus dictum est, & rectè dici Messala confirmat.
Tres] τρεῖς, & hæc tria, plur. num. Numerale nomen. Virgil. eclog. 8. 16,

Nectẽ tribus nodis ternos Amaryllis colores.

Trium literarum homo: id est, fur, quòd tres in ea dictione tantum sint literæ. Plaut. Aulul. 9. 46.
Tribus uerbis: id est, breuiter. Plaut. Mil. 14. 29. Idem Trinum. 13. 118, Pax, te tribus uerbis uolo.
¶ Tredecim, penult. corr. (δεκατρίαι) indeclinabile nomen numerale.
¶ Tresuiri, tresuirorum (οἱ τρεῖς) Idem quod triumuiri, de quibus suo loco. Plaut. Amph. 4. 3,

Quid faciam nunc, si tresuiri me in carcerẽ cõpegerint.

Tresis] huius tresis (τριῴβολον) Trium assium. Persius Satyr. 5. 8,

—nõ tresis agaso. Cic. Attic. lib. 5. 10 8. 8, Mãcipia uenierãt Saturnalibus tresis. In antiquis codicib. legitur Tertijs.
Treueri] siue Treuiri, pen. corr. (τρεβιῆται) Galliæ Belgicæ populi, uetusti sanè, nomenq; retinentes, nec pristinæ cedentes famæ: apud quos insignis olim cognoscendarum causarũ populi Rom. curia, Treuirorum cognominata, cuius in Floriano meminit Vopiscus. Sunt aũt inter Belgas in cõfinibus Germaniæ, finitimi Neruijs, Menapijs, Eburonibus, Rhemis, Mediomatricibus, id est, Metensibus, & Rheno fluuio, usq; in pontem quo Cæsar traiecit exercitum, quæ pars est nunc Colonienſis diœcesis. Verè autem omnes Treuiri Germanica lingua utuntur, & nisi exercitu coacti imperata nõ faciebant. Nam ciuitas propter Germaniæ uicinitatẽ, quotidianis exercita bellis, cultu & feueritate non multũ à Germanis differebat. Cæsar 2. bel. Gall. 316, Et legati ab Heduis & Treuiris ueniebant. Singulari numero usus est Lucan. lib. 1. 88,

Tu quoq; lætatus conuerti prælia Treuir.

Triambi] inquit Festus, dicebantur, qui teni ex proscenio loquebantur.
Triangulus] triangulus, pen. corr. (τρίγωνος) Figura tres angulos habens quam Græci τρίγωνον uocant. Cicero 2. de Nat. deor. 187, Grues quum loca calidiora petentes marid transmittant, triangulo efficere formã. Idem 2. de Diuin. 133, Quum autem in eam ipsam partẽ orbis uenerint, in qua sit ortus eius qui nascatur, aut in eam quæ cõiunctũ aliquid habeat, aut consentiẽs, ea triangula illi & quadrata nominẽt.
Triangulus ager. Colum. lib. 5. cap. 2. 7.
¶ Triangularis, & hoc triangulare, pen. prod. (τριγώνιος) Quod triangulum formã refert: ut, Triangularis agri forma, apud Colum. lib. 5. cap. 2. 8.
Triarij] triariorum (ὑπέστατοι) Genus militum, qui quales fuerint olim, lucidissimè explanat Liu. 8. ab Vrbe, 37. his uerbis, Postremò in plures ordines acies instruebantur. ordo sexagenos, siue ut alij legunt, sexenos milites, duos centuriones, uexillarium unum habebat. Prima acies hastati erant, manipuli quindecim, distantes inter se modicum spatium: manipulus leues uicenos milites, aliam turbam scutatorum habebat. Leues autem, qui hastam tantum gessãq; gerent,

uocabantur. Hæc prima frons in acie, florem iuuentũ pubescentium ad militiã habebat. Robustior inde ætas totidem manipulorum, quibus principibus est nomẽ. hos sequebantur scutati omnes, insignibus maximè armis. hoc triginta manipulorum agmẽ, ante pilanos appellabant, quia subsignis iã alij quindecim ordines locabantur, ex quibus ordo unusquisq; tres partes habebat: earum unamquẽq; primum pilum uocabant: tribus ex uexillis constabat: uexillum centum octoginta tres (ut alij, sex) homines erant. Primũ uexillum triarios ducebat, ueteranũ militem spectatæ uirtutis: secũdum rorarios minoris roboris ætate factisq; tertium accensos, minimæ fiduciæ manum. Eo & in postremã aciem reijciebantur. Vbi his ordinibus exercitus instructus esset, hastati omnium primi pugnam inibant. Si hastati profligare hostem non possent, pede presso eos retrocedentes, in interuallo ordinũ principes recipiebãt. Tũ principũ pugna erat, hastati sequebantur. Triarij sub uexillis considebant: sinistro crure porrecto, scuta innixa humeris, hastas subrecta cuspide in terra fixas, haud secus quàm uallo septa inhorreret acies, tenentes. Si apud principes quoq; haud satis prosperè esset pugnatum, à prima acie ad triarios sensim referebantur. Inderem ad triarios rediisse, quum laboratur, prouerbio increbuit. Triarij consurgẽtes ubi in interualla ordinum suorum principes & hastatos recepissent, extemplò compressis ordinibus uelut claudebant uias: unoq; continente agmine, iam nulla spe pòst relicta, in hostem incedebãt. Id erat formidolosissimũ hosti, quũ uelut uictos insecuti, nouam repetẽt aciem exurgentẽ, auctã numero cernebãt. Hactenus T. Liuius. cuius ex uerbis satis arbitror liquere prouerbium, Rem ad triarios rediisse, dici, quũ eò periculi res redacta est, ut extremo conatu, summisq; uiribus sit enitendum, & ad suprema confugiendũ cõsilia: quibus si nihil proficiatur, iam nihil reliquum esse uideatur unde subsidiũ sperare possis. Item Vegetius de Re militari, lib. 2. declarat post omnes acies solere collocari triarios, omni armorũ genere instructos, qui genu posito subsidebant: ut si primam aciem uinci contigisset, ab ijs integrato prælio uictoria repararetur. Modestus in libello de uocabulis rei militaris, Sextus, inquit, ordo post omneis à firmissimis & scutatis, & omni genere armorũ munitis, bellatores tenebat, quos antiqui triarios appellabãt. Hi ut requieti & integri acrius inuaderent hostes, post ultimas acies sedere consueuerunt, & si quid in primis ordinibus accidisset, de eorũ uiribus reparaturis spes tota pendebat. Flauius Vopiscus in uita Firmi imperatoris, indicat robustissimum quenq; militem in triarios allegi solitum, docens eum neruis robustissimis fuisse, hoc argumento, quòd triariam quoq; uinceret. Hactenus ex Erasmo. Varro, Triarij dicti sunt, quod in acie tertio ordine extremis subsidio ponerentur. Plaut.

Agite nunc, subsidete omnes quasi solent triarij.

Triarius] triarij (τριάριος) Magnus orator, cuius meminit Cic. de claris Orat. 144. Idem Attic. lib. 4. 8 6. 2, Scaurum Triarius reum fecit.
Triballi] τριβαλλοί, Epiri populi, Dardanis oppositi, & Mœsiæ gẽtibus, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 1. Vide Trallí.
Tribas] tribadis, pen. corr. fœm. gen. (τρίβας) Mulier quæ in sexum suum libidinem exercet. τρίβω idem ualet quod frico, tero. Tribades itaq; dici possunt Latinè fricatrices, de quibus Iuuenal. Satyr. 6,

Inq; uices equitant,
Vt altera scilicet alteram ineat.

Hoc libidinis portentum luculentissimè describit Martialis lib. 1. epigrammate in Bassam tribadem. Id sceleris primò instituisse dicuntur Lesbiæ mulieres. Vnde apud Aristotelẽ λεσβίζειν id agere est. Talis fuit Sappho, ut ipsa fatetur: & propterea dicitur ab Horatio libro 1. Epist. 20. Mascula Sappho.
Tribrachus] tribrachi, pen. corr. masc. gen. (τρίβραχυς) Pes tribus syllabis breuibus cõstans. à τρεῖς, tres: & βραχὺς, breuis: ut, Dominus.
Tribula] tribulæ, uel Tribulum, tribuli, pen. cor. (ὀλιτήριον) Genus uehiculi, quo frumenta in area teruntur. Virg. 2. Georgic. 34,

Tribulaq; traheæq; & iniquo pondere rastri. Varro 1. de Re rust. cap. 52, E spicis in aream excuti grana: quod fit apud alios iumentis iunctis ac tribulo: id fit è tabula lapidibus aut ferro asperata, quo imposito auriga, aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, ut discutiat è spica grana. Col. Atero, teris fit tribulum, quasi teribulum: sicut ab infundo, infundis, infundibulum.
¶ Tribularium (ὀλιτηριοφυλάκιον) Locus ubi tribulæ reconduntur, ut est apud Columellam.
¶ Tribulo, tribulas, pen. corr. (ὀλίβω) tribulare, Tribula, aut alio quouis instrumento comminuere. Cato de Re rust. cap. 23, Si indideris defrutum, aut marmor, aut resinam, dies uiginti permisceto crebro, tribulatoq; quotidie.
Tribulare, torquere, & angustijs afficere. Verbum factum ab angustia & dolore illorum, qui tribulum ferri calcauerint.
Tribulis] Vide Tribus.
Tribulus] tribuli, pen. corr. masc. gen. (τρίβολος) Spinæ genus, à semine triangulari dictum: uel quòd cuspidatũ triſariam feriat. Ouid. 5. Metam. 98.

—lolium tribuliq; fatigant
Triticea messes. Plin. lib. 18. cap. 27, Nam lolium, & tribulos & carduos, lappasq; non magis quàm rubos, inter frugum morbos potius quàm inter ipsius terræ pestem numerauerim. Virgil. 1. Georg. 31.

Tribuli, Machinulæ ferreæ. Vide Murex.
Tribunal] pen. prod. tribunalis, pen. prod. neut. gen. (βῆμα, δικαστήριον) Locus excelsus, in quo residebat qui ius tribubus redderet. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1. 27, Nullius inopiã ac solitudinem non modò illo populari accessu ac tribunali, sed ne domo quidem & cubiculo esse exclusam.
Tribunal qua forma fuerit, Vitruuius lib. 5. cap. 1. docet, de basilica Iulia loquens, quam ipse architectatus erat: in basilicis enim ferè iura reddebantur. In ea basilica ædem Augusti fuisse dicit, & in ea tribunal. Verba autem eius hæc sunt, Ité tribunal est in ea æde hemicycli schematis, minore curuatura formatũ. Eius autẽ hemicycli in fronte est interuallum pedum quadraginta sex: introrsus curuatura pedum quindecim: uti eos qui apud magistratus starẽt, negationes in basilica ne impedirent. Quibus uerbis Vitruuius significat formam illius tribunalis non semicircularẽ fuisse, sed arcuatam. Non enim iusti ambitus plenicq; centri hemicycliũ illud fuisse: sed ita modulatũ, ut in fronte, id est (ut mathematici dicũt) in chorda, sex & quadraginta pedes: introrsus uerò, id est, in linea perpendiculari, quæ quasi sagitta est in arcu, quindecim pedes pateret. Si enim iustũ, plenumq; hemicycliũ fuisset: linea hæc perpendicularis trium & uiginti pedũ esset introrsus: quæ media pars est diametri. Propterea schema uocauit Vitruuius curuatura hemicyclio minore formatũ. Ex prædictis apparet, magnificũ aspectũ tribunalis fuisse: nec immeritò maioribus iudicib. assignatũ. Erat enim tribunal Cõsulũ, Prætorũ, Præfecti urbis, Procõsulũ, & præsidũ in prouincijs, & Imperatoris in castris, quod cæspitium dicebatur. Plin. in Panegyrico, Decora facies Cousulis: multa post secula tribunal uiridi cæspite extructũ: nec fa-

scium tantùm, sed pilorum signorumq; honore circundatũ. Subsellia uerò (ut in Ciceronis Diuinatione ait Pedianus) sunt Tribunorum, Triumuirorum, Quæstorum, & huiusmodi minora iudicia exercentium: qui non in sellis curulibus, nec tribunalibus, sed in subsellijs considebant. Budæus.

Aurelium tribunal. Cic. Post reditum ad Quirites, 10.

Numarium tribunal. Senec. de Benef. lib. 1. cap. 9.

Sublime tribunal. Claud. 1. in Eutrop. 63.

Turpe tribunal. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 8.

Pro tribunali agere. Cic. Appio, lib. 3. 8. 3.

Citare de tribunali. Vide Cito.

Complere tribunal. Cic. de claris Orat. 160.

Prætor de sella ac tribunali pronunciat. Cic. 4. Verr. 65.

Tribunianus] τριβωνιανὸς (ait Suidas) natione Græcus, quum omnis religionis contemptor erat, tum uerò in primis à Christiana fide abhorrens. Assentator & fraudulentus: ut qui Iustiniano principi persuaserit mortem eum non oppetiturum esse, atq; in cælum cum carne assumptum iri. Quæstor Iustiniani fuit, tanta ui ingenij præditus, ut doctrina præstantissimus euaserit: ac nulli æuo suo secundus. Cæterum auaritiæ eousq; indulgens, ut lucro uenale ius habendum semper duxerit. Nam & leges quotidie fermè sordida dinundinatione antiquare, identidem ferreq; instituerat, ut cuiq; cõmodum esset. Hic quum diu post honorem adeptum superuixisset, morbo tãdem interijt, nihil prorsus molestiæ à quoquam unquam passus. Erat enim sermone blandus, & aliàs suauis: auaritiæ quoq; morbum doctrinæ præstantia facilè obumbrare poterat. Hæc ad uerbum ex Suida.

Tribunus] tribuni, pen. product. (δήμαρχος, φύλαρχος) à Tribu. Dictus q, tùc in tres partes diuisus erat Populus Romanus, & ex singulis singuli creabantur tribuni. Vel quia tribuũ suffragio creabantur, inquit Pomponius de Origine iuris, Vel quia (ut Tegetius ait) tribuebant iura militibus.

Appellantur Tribuni: à quibus quum esset certum auxilium, ita tamen deficeditur. Cic. pro Quint. 15.

Seueri Tribuni. Tacit. lib. 2.

Intercesserunt Tribuni. Vide Intercedo.

Petere auxilium à Tribunis. Cic. pro Quint. 43.

Tribuni etiam uocati sunt qui Magistratum gerebant, ut regũ tempore, Tribuni celerum qui centurijs præerant.

Tribunus celerum (inquit Pomponius de origine iuris, l. necessarium) equitibus præerat, & ueluti secundum locum à regibus obtinebat: quo in numero fuit Iunius Brutus.

Tribuni militares, siue Tribuni militum (χιλίαρχοι) postea facti sunt in castris, qui parem ferè cum Consulibus haberent potestatem, & Imperatori opponebantur pro militib. Tribunorum militarium, inquit Asconius, duo sunt genera. Alij rufuli dicuntur, qui in exercitu creari solent. Alij sunt comitiati, qui Romæ comitijs designantur. Tribuni militaris officium est, ut miles uestẽ induius, armis bene munitus, exercitationis usu & disciplina eruditus incedat. Olim Tribuni militum consulari potestate promiscuè ex Patribus ac plebe creati sunt. Pomponius de origine iuris, l. necessarium, Quum post aliquot annos plebs contenderet cũ Patrib. & uellet ex suo quoq; corpore Consules creare, & Patres recusarent, factum est ut Tribuni militum crearentur partim ex plebe, partim ex Patribus consulari potestate: hiq; constituti sunt uario numero: interdum enim uiginti fuerunt, interdum plures, nonnunquam pauciores. Cic. pro Cluent. 80. Lucan. lib. 1. 36,

Et cum Consulibus turbantes iura Tribuni.

Tribuni plebis alij fuerunt, qui in successione plebis à Patribus creati sunt, anno ferè XVII. post exactos reges. Pomponius de origine iuris, l. necessarium, Quum plebs à Patribus

secessisset, anno ferè septimo decimo post reges exactos, tribunos sibi in monte sacro creauit, qui essent plebei Magistratus.

Tribunus pleb. quem maiores præsidem libertatis, custodemq; esse uoluerunt. Cic. 2. de lege Agrar. 30.

Superare furiosam uim uesani Tribuni plebis. Cicero pro Domo sua, 44.

Improbus Tribunus plebis. Cic. 4. Acad. 114.

Tribuni ærarij dicti sunt, quibus attributa erat pecunia quam militibus redderent. Tribuni ærarij (inquit Budæus) hodie dicuntur, quos generales receptores uocant. Vide Aerarij tribuni.

¶ Tribunitius, Adiect. (δημαρχικὸς) Quod ad Tribunos pertinet. Cic. 3. de Legib. 32, De tribunitia potestate taceo. Ibidem, 31, Tribunitius mucro. Lucan. lib. 2. 25.

Candidatus Tribunitius. Cic. Qu. frat. lib. 2. 16, 10.

Actio Tribunitia. Cic. 2. de lege Agrar. 68.

Vir Tribunitius. Cic. 13. Philip. 368.

¶ Tribunatus, pen. prod. huius tribunatus, tribunatui, m. gen. (δημαρχία) ipsa tribunorum dignitas. Cic. ad Amic. 39, De C. Gracchi aũt tribunatu quid expectem, nõ libet augurari.

Fretus sanctitate tribunatus. Cic. pro Sestio, 68.

Auferre tribunatum. Cic. Qu. frat. lib. 2. 16, 5.

Exutus tribunatu. Tacit. lib. 15.

Inire tribunatum. Vide Ineo.

Petere tribunatum ab aliquo. Cic. Qu. frat. lib. 2. 16, 4.

Tribuo] tribuis, tribui, tributum, pen. prod. (δίδωμι, πορίζω, τίθημι, ἀφιστάω, νέμω) tribuere. Quasi tributum dare. unde simpliciter pro dare ponitur & exhibere. Plin. in Paneg. 152, Tribuas ei successorem.

Alicui tribuere aliquid, pro Imputare & attribuere. Cic. Sed hoc beneuolentiæ eius tribuendum est. Lucret. lib. 2. 194.

Alicui tribuere ut, pro Concedere & permittere. Cic. ad Martium, lib. 11. 27. 11.

Tribuere & concedere. Cic. 1. de Orat. 25.

Alicui tribuere, pro Aestimare aliquem. Cic. 4. Acad. 25, Quibus ille secundum fratrem plurimum tribuebat.

Alicui tribuere ignauiæ. Cic. ad Cælium, lib. 2. 25. 12.

Authoritatem tribuere. Vide Author.

Bona tribuere alicui. Ouid. 2. de Arte, 139.

Fidem sensibus tribuere. Cic. 1. Acad. 60.

Testimonio fidem tribuere. Cic. pro Sylla, 7.

Gratiam inuentoribus. Cic. 4. de Finibus, 22.

Honorem. Cic. 3. de Finib. 110.

In duas partes uim loquendi tribuere: id est, distribuere. Cic. 2. de Finib. 28.

In ulgus tribuere. Cic. ad Seruilium, lib. 13. 71. 1.

Laudes tribuere alicui. Propert. lib. 3. eleg. 24. 1.

Misericordiam. Cic. pro Milone, 70.

Nomina deorum tribuere sibi. Ouid. 6. Metam. 18.

Officium alicui. Marcellus Ciceroni, lib. 4. 11. 5.

Operam Reip. Cic. 2. de Diuin. 11.

Palmam mensarum alicui pisci tribuere. Plin. lib. 32. cap. 6. 1.

Pietatem, sanctitatem, religionem, numini deorum tribuere. Cicer. 1. de Nat. deor. 5.

Præmium tribuere. Cic. pro Corn. Balbo, 30. Propertius li. 4. eleg. 2. 10.

Præmia beneuolentiæ. Cæsar 8. bel. Gal. 163.

Precibus alicuius aliquid tribuere. Ouid. 1. de Arte, 139.

Primas prato tribuerunt ueteres in agricolatione. Colum. libro 2. cap. 17. 1.

Priores partes alicui. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 20. 6.

Silentium orationi alicuius tribuere. Cic. pro Cælio, 21.

Suauiloquentiam alicui. Cic. de clar. Orat. 29.

Hominum

Hominum societatem tueri, & suum cuiq; tribuere. Cicero 1. Offic. 24.

Tantum cuiq; tribuendum est, quantum ille quem diligas atq; adiuues sustinere possit. Cic. de Amic. 63.

Tantum tibi tribuo, quantum mihi arrogo. Cic. Sulpitio, libro 4. 1. 10.

Tempus alicui rei. Cic. 2. Off. 5.

Triumphalia alicui tribuere. Vide Triumphus.

Valetudini aliquid. Cic. 1. Tusc. 195.

Veniam. Quintil. lib. 7. cap. 5.

¶ Tributum est, Impersonale. Cic. 1. Off. 18. Generi animantiũ omnium à natura tributum est, ut se uitam, corpusq; tueatur. Idem 4. de Fin. 28.

¶ Tributurus, pen. prod. Part. (μέλλων) Ouid. 9. Metam. 81.

¶ Tributio, Verbale (νομὴ) Cic. 1. de Nat. deor. 71, Hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus: id est, æquabilem tributionem.

Tributum] tributi. Vide loco suo.

Tribus] huius tribus, fœ. gen. (φυλὴ, ὠβὴ, φρατρία, δῆμος, τριττύς) à tributo dãdo dicta. Vel quòd ager Romanus primò diuisus in tres partes fuerit, & tres partes populi factæ. Vna Tatiensiũ, à Tatio Sabinorũ rege iam amico post fœdera. Alia Rannium, siue Rannensium, à Romulo. Tertia, Lucerum, à Lucumone. Varro enim scribit Romulum dimicantem contra Titum Tatium, à Lucumonibus, hoc est, Tuscis auxilia postulasse. Vnde quidam uenit cum exercitu: cui recepto iam Tatio pars urbis est data. Vnde in Vrbe Tuscus dictus est uicus siue ut aliqui uolunt, à Luco, quem asylum uocauerat Romulus. Ergo in tres partes diuisus erat populus, adeò ut qui etiã uni præerat parti, tribunus diceretur: & sumptus dati populo, tributa uocarentur. Sed postea aliæ quoq; partes urbis factæ, quæ similiter tribus appellatæ sunt. nam in sex partes fuit distributa ciuitas: in primos, secundosq; Tacienses, Ramnes, Luceres. Quælibet ex tribubus, decem curias continebat, quæ de nominibus Sabinarũ appellatæ sunt. Hæc ex Varrone, Festo, Plutarcho, & Asconio. Dissentit paulùm Liu. lib. 1. 56, scribẽs à Romulo centurias equitũ tres fuisse conscriptas, Ramnenses & Tatienses & Luceres. Nec uidetur existimare totũ populũ in hos fuisse distributũ, sed solos equites. Ibidẽ, 91. sic ait, Quadri fariã enim urbe diuisa regionibus collibusq;, quæ habitabãtur partes. Tribus eas appellauit, ut ego arbitror, ab tributo. nam eius quoque æqualiter ex censu conferendi ab eodẽ inita ratio est, neq; hæ tribus ad cẽturiariũ distributionẽ numerumq; quicquã pertinuêre. Cic. 3. de Legib. 64, Describitur enim populus censu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet ad suffragium consilij, quàm fusè in tribus conuocatus.

Certa tribus, certus numerus. Cic. pro Corn. Balbo, 22.

In ærarios referri, ac tribu moueri. Cic. pro Cluent. 96.

Tribus Terentina, Volitinia. Cic. pro Plancio, 31.

¶ Tribulis, huius tribulis, pen. prod. masc. gen. (φυλέτης, φράτωρ, φράτωρ) Qui ex tribu est. Horat. 1. epist. 13. 3,

Vt cum pileolo soleas conuiua tribulis. Cic. Scruio, lib. 13. 24. 1, Lucio Cossinio amico & tribuli tuo ualde familiariter utor. Terent. Adel. 3. 3. 85,

—ẽstne hic Hegio Tribulis noster? Liu. 2. ab Vrbe, 71, Vetus Claudia tribus, additis postea nouis tribulibus, qui ex eo uenirent agro appellata. Martial. lib. 9. 52,

Nunc anus: & tremulo uix accipienda tribuli.

Qui apud tribules suos plurimum gratia possunt. Cic. de Petit. Consul. 21.

Tribulis & uicinus. Cic. pro Rosc. Amer. 26.

Obseruare tribules. Cic. pro Plancio, 35.

Conuius tribulis. Horat. 1. Epist. 13. 3.

Iudex tribulis. Cic. pro Plancio, 36.

¶ Tributarius, adiect. (φορτικὸς) Quod ad tributa pertinet: ut, Tributarium crimen, & tributaria res. Cic. pro Plan. 37. Itaq; hæsitantem te in hoc sodalitiorum tributario crimine ad communem ambitus causam contulisti. Ibidem, 29.

¶ Tributim, pen. prod. aduerb. (κατὰ φυλὰς) Per singulas tribus. Cic. Attic. lib. 4. 85. 10, Populo tributim domi suæ satisfecerat. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 1. 14, —atquè

Primores populi arripuit, populumq; tributim.

Tributim & centuriatim descriptis ordinib. Cic. pro Flac. 12.

Spectacula sunt tributa. Cic. pro Murænâ, 65.

Tributum] tributi, pen. prod. (φόρος, λαός, δασμὸς, δάσμωσις) à Tribunus Varro dictũ ostendit, quòd ea pecunia, quæ populo imperata erat, tributim à singulis pro portione census exigebatur. Festus, Tributum dictum, quia ex priuato in publicum tribuitur. Sumi postea hoc uocabulum cœpit largius, pro omni munere quod à subditis soluitur. Vlpianus de uerb. significat. l. ager, Tributum sanè appellatur de intributione: uel ex eo quòd militibus tribuatur. Cic. 2. Off. 199, Danda etiã opera est, ne quod apud maiores nostros sæpe fiebat, propter ærarij tenuitatem, assiduitatemq; bellorum, tributum sit conferendum.

Vectigal & tributum. Cic. pro Flac. 35.

Vacuus tributo. Tacit. lib. 12.

Confectio tributi. Cic. pro Flacco, 15.

Leuamentum tributi. Tacit. lib. 17.

Immortalia tributa. Tacit. lib. 20.

Nescia tributa. Tacit. lib. 1.

Conferre tributum. Vide Confero.

Debere tributum alicui. Claud. 3. Paneg. 56.

Exuere tributa. Tacit. lib. 1.

Ferre tributa alicui. Ouid. de Nuce, 18.

Frænare urbem tributis. Stat. 4. Syl. 1. 8.

Lamentabile tributum pendere. Ouid. 8. Metam. 53.

Petere tributa ex omni gente. Ouid. epist. 4. 11.

Insigne tributum poscere. Stat. 1. Syl. 4. 18.

Imperare tributum. Vide Impero.

Imponere tributum. Vide Impono.

Indicere tributum populo. Vide Indico.

Inferre tributum. Vide Infero.

Irrogare tributum. Vide Irrogo.

Vocari in tributum. Vlpianus in l. 1. §. si is qui. ff. de exercit. actione.

¶ Tributus, masc. gen. etiam dicitur (φόρος) Plaut. Epid. 5. 45,

His quibus tributus maior penditur.

¶ Tributorius, Adiect. Vnde titulus Digestorũ lib. 14. de tributaria actione. Vlp. ibidem, l. illud quoque. §. Si cuius dolo malo factum, quò minus ita tribueretur: in tum tributoria datur, ut quantominus tributũ sit quàm debuit præstet.

¶ Tributarius, Adiect. (ὑπόφορος, ὑποτελὴς) Qui soluẽdo tributo obnoxius est. Iustin. lib. 1. Sed ciuitates quæ Medorum tributariæ fuerant. Plin. lib. 12. cap. 1. 4. Tributariũ solum.

Tabulæ non commendatitiæ, sed tributariæ. Cic. 6. Verr. 130.

Tricæ] tricarum, plur. num. tantum (τερετισμάτα) Capilli pedibus pullorum gallinaceorum inuoluti.

Tricæ, impedimenta omnia dicuntur, quòd tricæ gressum pullorum soleant impedire. Plaut Curcul. 1. 4. 15,

Quod argentum? quas tu mihi tricas narras? Cic. Attic. lib. 10. 197. 14, Caius quidem uirtus mirifica, quomodo illa fert publicam cladem, quomodo domesticas tricas.

Conijcere se in tricas. Vide Conijcio.

Tricas, pro re nihili & uana posuit Plaut. Rud. 30. 35,

Eloquere properè celeriter. r. nũmos trecẽtos. c. tricas.

Tricas & apinas uulgò res futiles ac negatorias dicebãt. Martialis libro 14. 1,

Sunt

Sunt apimæ, tricæq́, & ſi quid uilius iſtis. Adagium ab euentu natum. Nam Tricam *&* Apinam *oppida fuiſſe quondam Apuliæ, demonſtrat* Plin. *lib. Nat. hiſt. 3. cap. 11. referēs Europæ ſinus, Diomedes, inquit, ibi deleuit gentes Monadorum, Dardorumq́, et urbes duas, quæ in prouerbij ludicrum uertēre, Apinam & Tricam. Stephanus oſtendit Tricam urbem fuiſſe Theſſaliæ, ſortitā id nominis à Trica Peneī filia. Nonius Marcellus tricas impedimēta & implicationes interpretatur, ἀπὸ τῶν τριχῶν, id eſt, à pilis, quibus inuoluuntur pulli gallinacei. unde dictū ſit extricare et intricare. Lucilius apud eundem tricones appellat, qui nugis homines remorētur. Et Tricimus quæſtus, pro tardo ſeu ſicco. Et Varro tricas Atellanas, nugas impeditiſſimas. Equidem non negauerim in uoce alluſum ad pilos. Cæterum ab oppido dictum prouerbium, uero propius eſt.* Plin. *lib. 8. cap. 48. Oſtendit oues laudari ſolitas breuitate crurum, & uentris ueſtitu: quibus is nudus eſſet, eas apimas appellauit, ceu reijculas damnatasq́. Hæc in Chiliadibus Eraſmus. Vetus Plinij exemplar in poſteriore exemplo habet Apicas.*

¶ *Ticor, tricaris, tricari, ſimili figura pro nugas agere dicebant ueteres. Cicero ad Atticū, lib. 15. 327. 5, Quas literas quū è balineo exiiſſem, accepi, ſeſe de attributione omnia ſummia feciſſe, Valerium accuſat. Tricatur ſcilicet, ut homo talis. Eidem lib. 14. 317. 4, Plubius tecum tricatus eſt.*

Tricaſtini] *pen. prod. (τριπαστῖνοι) Populi ſunt Galliæ prope Druentiam fluuium. Hinc Tricaſtinus, adiectiuum: ut, Pines Tricaſtini. Silius lib. 3. 94,*

Iamq́ Tricaſtinis incedit finibus agmen.

Triceni] *pen. prod. (τριάκοντα) Adiect. plur. num. à triginta, g littera in c mutata: ſicut pro uigeni, uiceni. Plin. lib. 9. cap. 3. 1, Anguillæ quoq; in Gange amne tricenos pedes. Ibidem. cap. 36. 1, Latent ſicut murices circa Camis ortū tricenis diebus. Sic Martial. lib. 1. 127.*

Tricena menſura. *Colum. lib. 3. cap. 3. 7, At ſi qui cum ſcientia ſociauerint diligentiā, nō ut ego exiſtimo tricenas uel quadragenas certè: ſed ut Græcinus minimū computans, Licet, inquit, amphoras uicenas percipient ex ſingulis iugeribus.*

Tricenis tauris. Horat. 2. Carm. ode 14.

Pes tricenus. *Author ad Herē. lib. 3. 126, Interualla locorū mediocria placet eſſe ferè paulò plus, aut minus pedū tricenūm.*

¶ Tricenarius, *Adiectiuū (τριακοντάκις) ut, Tricenariæ uites. Varro lib. 1. cap. 2. 6, Nónne item in agro Fauentino, à quo ibi tricenariæ appellantur uites, quòd iugerum tricenas amphoras reddat?*

¶ Tricenteni, *pen. prod. (τριακόσιοι) Aliud adiect. Idem quod Treceni. Colum. lib. 5. cap. 2. 15, Quoniam ſex latera ſunt, quæ cōſummata fiunt duo millia tricēteni et quadraginta.*

¶ Tricenties, *Aduerb. (τριακοσιάκις) Mart. lib. 5. 69,*

Dederās Apici bis tricenties uentri,
Sed adhuc ſupererat centies tibi laxum.

Triceps] *tricipitis, penul. cor. om. gen. (τρικέφαλος, τρικάρηνος) Tria capita habens. Cicero in Orat. 90, Quid in uerbis iunctis? quàm ſcitè inſipientem, non inſapientem? iniquum, non inæquum? tricipitem, non tricapitem? Idem 1. Tuſcul. 16,*

Dic quæſo num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus? Ex poeta Ouid. 8. Metam. 39,

Tuq́ triceps Hecate.

Triceſimus] *pen. cor. Adiectiuum (τριακοστὸς) Cicero 2. Offic. 40, Triceſimo anno poſt, &c. Et in epiſt. quadam, Triceſimo poſt die. Plinius lib. 17. cap. 23. 2, Ante triceſimum ſextum menſem attingi falce uetātur. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 14,*

—Hodie triceſima ſabbatha.

Triceſimo quoq; die. *Cic. ad Attic. lib. 6. 117.*

Trichapton] *τρίχαπτον, inter ornamenta muliebria poſitum à Septuaginta interpretibus, Ezechielis cap. 16. Nullo tamen Græcorum uſu aut exemplo, ut ſcribit D. Hieronymus in commētarijs eius loci. Idq́ ſubdit fuiſſe tantæ ſubtilitatis ueſtimentum, ut pilorum & capillorum tenuitatem habere credatur: unde & ego (inquit) uolens tenuitatem exprimere ueſtimenti, pro Trichapto ſubtilius tranſtuli, Quod tenui ſtamine atq; ſubtegmine texum erat.*

Trichia] *trichiæ (τρίχιαι) Genus piſcis. Plin. lib. 9. cap. 15. 8, Intrantium Pontum ſoli non remeant trichiæ.*

Trichilum] *trichili, pen. corr. (τρίχηλον) Vas eſt habens tria labra, è quo liquor efflui poteſt. De quo & apud Cæſarem in Comment. belli Pompeiani, & apud Collumellam ſit mentio, lib. 10. 36, Tum modò dependens trichili, modò more cylindri.*

Trichinus] *penult. prod. Adiectiuum. Idem quod tardus, & quaſi impeditus, & ſiccus: uel ſine ſucco, ut ſunt capilli, qui Græcè τρίχες dicuntur. Varro Eudæmonibus, Quod nunc quæſtus trichinus erat, nūc eſt uberi: ut quæſtus ſit magnus. Hæc Nonius.*

Trichites] *huius trichitis, pen. prod. (τριχίτης) Aluminis genus, de quo Plin. lib. 35. cap. 15. 13.*

Trichomanes] *penult. cor. (τριχωμανὲς) Herba quæ Romanis capillaris dicitur, aliqui pinnulam, alij filiculam, aliqui adianton & hanc uocarunt. A luxuria capillitij nomen adipiſcitur. Plinius lib. 22. cap. 21. 12, Duo genera adianti, candidius & nigrum breuiuſcū. Id quod maius eſt polytrichon, aliud trichomanes uocant. Virtq; ramuli nigro colore nitent foliis filicis, ex quibus inferiora aſpera ac fuſca ſunt: omnia autem contrarijs pediculis denſa inter ſe ex aduerſo radix nulla: umbroſas petras, parietumq́ aſpergines, ac fontium maximè ſpecus ſequitur, & ſaxa manantia, quod miremur, quum aquas non ſentiat. Idem tamen aliam eſſe ab adianto ſentit, lib. 27. cap. 13. 5, Trichomanes, inquiēs, adianto ſimilis eſt, exilius modò, nigriuſcū, foliis lenticulæ denſis, amaris, aduerſis interſe. Trichomanes hodie, Ruellio teſte, noſtræ uocant officinæ cum ſuis herbarijs polytrichon.*

Trichorum] *trichori, pen. prod. quia per ω Græcè ſcribitur. Spartianus in Peſcennino Nigro, Domus eius hodie Romæ uiſitur in campo Iouis, quæ appellatur Peſcenniana: in qua ſimulachrum eius in trichoro cōſtituit, ſtatim poſt annum ex Thebaico marmore, quod ille ad ſimilitudinem ſui factum à rege Thebæorum acceperat. Statius libro 1. Syluarum. 3,*

—Quid nunc ingentia miror
Aut quid partitis diſtantia tecta trichoris? Trichora (inquit Domitius Calderinus) ædificia tribus pinnis ſurgētia. Cælius lib. 18. cap. 11. trichorum arbitratur poſſe deduci à diſtributione triplici. χωρίζειν namq́, diſparare ſignificat. Sunt qui trichorum interpretātur, trium capax. Apud Dioſcoridem lib. 1. cap. 115. legimus Acaciam in Cappadocia ſemen ferre in folliculis iugatis, τρίχωρις ἢ τετράχωρις, id eſt trilocis uel quadrilocis. Ruellius uertit, in locellis connexis, ternūm quaternūmue capacibus. Chora, chorę Græcè, Regio, locus dicitur Latinè.

Trichrus] *trichri (τρίχρους) Gemmæ nomen, à tribus coloribus impoſitū, quos reddit coti attrita. Plin. lib. 37. cap. 10, Trichrus ex Africa niger eſt: ſed tres ſuccos reddit, à radice nigrum, medio ſanguineum, ſummo candidum.*

Trichypha] *apud Pherecratem Poetam, pro puellārum indumentis intelligit Athenæus.*

Tricies] *τριακοντάκις, aduerbium à triginta, pro Trigecies.*

cies. Liu. 8. bel. Pun. 50, Pecuniæ in ærarium tulerunt ſeſtertium tricies octoginta millia æris. Cic. 3. Verr. 67, His nominibus ſolis Cn. Dolabellæ HS. ad tricies litē eſſe æſtimatam. Tricies octies cētena uigintiquinq; millia. Plin. lib. 4. cap. 16. 1. Tricies quater centena quinquaginta. Plin. lib. 2. cap. 108. 2.

Triclinium] *triclinij (τρικλινίου) Conclaue diſcubitorium dici poteſt. Eſt enim locus in quo diſcumbebāt & cœnabāt præcipuè in conuiuium accepti: dictum à tribus lectis, quos ſternebant inter ſe cōtiguis. nam tres menſas in cōuiuio apponere ueteres ſolebāt, & iacēdo cœnare, ut Turcæ hodie faciunt. τρεῖς enim, tres: κλίνη lectus dicitur. Hinc Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 18,*

Sæpe tribus lectis uideas cœnare quaternos, &c. Iuuen. Satyr. 5. 2. Cic. ad Atticum, lib. 13. 298. 2, Villa ita completa militibus eſt, ut uix triclinium, ubi cœnaturus ipſe Cæſar eſſet, uacaret.

Sternere triclinium. Cic. pro Muræna, 68

Triclinīū & cubiculū. Cic. de Orat. 146, Quādo tandē Galba de triclinio tuo exibis? Quū tu, inquit, de cubiculo alieno.

Capax triclinium quindecim conuiuarum. Vide Capax.

Lecti triclinio rum. Cic. 4. Verr. 132.

¶ Tricliniarium *(τρικλίνιον) Idem quod triclinīū: uel quod ad triclinium pertinet. Varro 1. de Re ruſt. cap. 13. 7, Quo elaborant ut ſpectent ſua æſtiua tricliniaria ad frigus Orientis. Plin. lib. 19. cap. 39. 2, Quā purpura quis non iam, inquit, tricliniaria facit?*

¶ Tricliniaris, *& hoc tricliniare, penult. prod. (τρικλινιακὸς) Quod ad triclinium pertinet: ut, Lectus tricliniaris. Plin. lib. 37. cap. 2. 2.*

Trico] *triconis, maſc. gen. (τρίχων) Moroſus, & ad ridendum durus, ut ait Nonius. alij exponunt triconem, cōtentioſum, & litium peramantem. Iulius Capitolinus in Aelio Vero, Vertur & nocte perpete alea luſiſſe, quum in Syria concepiſſet id uitium, atq; in tātum uitiorum Gratianorum & Neronianorum ac Vitellianorū fuiſſe æmulum, ut uagaretur nocte, per tabernas, ac lupanaria, obtecto capite cucullione uulgari uiatorio, & cōmiſceretur cū triconib. & cōmitteret rixas, diſſimulans quis eſſet: ſæpe afflictū liuida ſacie redijſſe, & in tabernis agnitum quum ſeſe abſconderet.*

Tricoccus] *tricocci (τρίκοκκος) Plin. lib. 22. cap. 21. 6, Genera heliotropij duo. Tricoccum, & helioſcopium, &c. Alterum genus quod tricoccū appellauimus, & alio nomine ſcorpiuron uocatur, foliis non ſolūm minoribus, ſed etiā in terram uergentibus. Galenus (Ruellio teſte) cōmuni uocabulo tricoccum quaſi trioſſum, aut trigranium ab aliquibus nominatum meminit, quoniam tria intus grana ſiue ligna ſeminis loco, fructus contineat.*

Tricongius] *τριώγγιος: Cognomen Nouelli Mediolanenſis, qui geſtis honoribus à Prætura ad Conſulatum uſque peruenerat. Hic enim tribus congijs epotis, ſpectante miraculi gratia Tyberio principe, præclarum cognomē ſibi uendicauit. Plin. lib. 14. cap 22. 6.*

Tricornium] *tricornij: & hic & hæc Tricornis & hoc tricorne (τρίκερως) Quod tria cornua habet. Plin. lib. 8. cap. 21. 1, Indicos boues unicornes triconesq́.*

Tricorpor] *huius tricorporis, pen. corr. Adiectiuum (τρίσωμος) Tria habens corpora. Virgil. 6. Aeneid. 58,*

—& ſorma tricorporis umbræ. Silius lib. 3. 85,

Geryonis peteret quum longa tricorporis arua.

Tricuſpis] *huius tricuſpidis, pen. corr. (τριγλώχινος) Adiectiuum. Tres habens cuſpides. Ouid. 1. Metam. 67,*

—poſitoq́ tricuſpide telo
Mulcet aquas rector pelagi.

Tridens] *tridentis, om. gen. (τρίαινα) Quicquid habet tres dentes. Dicitur etiam Neptuni ſceptrum. Plin. lib. 9. cap. 15. 7, Thynni à gubernaculis non ſuperantur, ne tridente quidem in eos ſæpius iacto territi. Virg. 1. Georg. 3,*

—cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percuſſa tridenti.

Sæuus tridens. Virg. 1. Aeneid. 29.

Sæuit tridenti Nereus. Virg. 2. Aeneid. 84.

¶ Tridentifer, *pen. corr. (τριαινοφόρος) Neptunus. Ouid. 8. Metam. 120,*

Regna uagæ dixi ſortite tridentifer undæ.

¶ Tridentiger, *pen. corr. Idem. Ouid. 11. Metam. 41,*

Cumq́ tridentigero tumidi genitore profundi.

Triduum] *tridui (τριήμερος) Spatium trium dierum. Terent. And. 2. 6. 9, Nihil hercle, aut ſi adeò, biduī, aut triduī eſt hæc ſolicitudo. Cic. 2. de Legib. 90, Cotta cenſet habendas triduum ferias, & porco ſœmina piaculum pati. Idem pro Milone, 19, Clodius reſpondit, triduo illum, ad ſummum quatriduo perituruin.*

Continuum triduum. Vide Contineo.

In triduo hoc. Vide In.

Non interest triduum. Vide Interest.

Triennis] *& hoc trienne (τριετὴς) Trium annorum.*

¶ Triennium, *triennij (τριετία) Spatium trium annorum. Cic. 4. Verr. 34, Triennium prouinciam obtinuiſti. Idē 4. Acad. 7, Inimicorum calumniæ triennio tardius, quàm deberat, triumphauit. Ouid. 9. Metam. 129,*

Iſmariæ celebrant repetita triennia Bacchæ. Triennia uocat dictione Latina, quæ Græcè alibi trieterica appellat.

Continuum triennium. Vide Contineo.

Triens] *trientis, maſc. gen. (τριτημόριον) Genus nummi, tertiam partem aßis ualens. Iuuen. Satyr. 3. 26,*

Infœlix nec habet quem porrigat ore trientem. Cic. ad Attic. lib. 4. 8. 4. 6, Fœnus ex triente id. Quint. factum erat beßibus.

Lex frumentaria *de ſemißibus & trientibus. Author ad Heren. lib. 1. 21.*

Triens, Menſuræ genus quatuor cyathos continens. Perſ. Satyr. 3. 10,

—calidumq́ trientem
Excutit è manibus. Propert. lib. 3. eleg. 10. 6,
Quum fuerit multis exacta triennibus hora.

Trientes, *ſiue quod idem eſt, Triētalis materia, apud Vitruuiū, nomen habent à menſura, quòd aſſeres inſtrumenti eius, trientali, hoc eſt, craſſitudine quatuor unciarum eſſent, ſine quatuor pollicum. In menſuris enim uncia pollicem ſignificat. Ex Budæo.*

¶ Trientalis, *& hoc trientale, ut Trientalia ſolia, à menſura dicta ſunt, quæ amplitudine trientem æquant, hoc eſt, pollices quatuor. Plin. lib. 27. cap. 5.*

¶ Triental, *trientalis, pen. corr. neut. gen. (τριτημορίαιον) Vaſis genus, tertiam partem ſextarij capiens. Perſius Satyr. 3. 10,*

—calidumq́ triental
Excutit è manibus. Nonnulli legunt, trientem.

¶ Trientarius, *Adiectiuum. Iulius Capitol. in Antonino Pio, Idem fœnus trientarium, hoc eſt, minimis uſuris exercuit, ut patrimonio ſuo plurimos iuuaret. Interest ou uſure à quatre pour cent.*

Trierarchus] *trierarchi, m. g. (τριήραρχος) Præfectus triēris. Cic. 3. Ver. 35, Quia de re Caridemū Chium teſtimonii priore actiōe dicere audiſtis, ſeſe quū eſſet trierarchus, &c.*

Trieteris] *penult. prod. huius trieteridis, penult. corr. fœm. gen. (τριετηρίς) Spatium trium annorum. Stat. libro 4. Theb. aid. 145,*

Ludus

Ludus & atra ſacrum recolet trieteris Opheſtem. Martial.lib.6.37,

Aſpicis ut paruus, nec adhuc trieteride plena
Regulus, auditum laudet & ipſe patrem. Cic.3.de Nat. deor.80, Quinto Niſonatum & Thione, à quo trieterides conſtitutæ putantur.

¶Trietericus, pen.corr. Adiectiuum (τριετηρικὸς) Triennalis. A τρεῖς, & ἔτος annus.

Nox trieterica. Stat.2.Thebaid.133.

Orgia trieterica. Virg.4.Aeneid.61.

Sacra trieterica. Ouid.6.Metam.118.

Trieterica appellata ſunt ſacra Bacchi, quæ ei ex India cum uictoria reducti inſtituta ſunt, tertio quoq; anno celebrari ſolita, annuis eius orgijs ſumptuoſiora. Idem & Seruius affirmauit, enarrans illud Virg.lib.4.Aeneid.61,

Thyas, ubi audito celebrant Trieterica Baccho
Orgia, nocturnusq; uocat clamore Cithæron.

Trifariam] Aduerbium (τρίχα, τριχῶς) tribus modis, ſiue in tres partes. Suet.in Vitel.cap.13, Sed uel præcipuè luxuriæ, ſæuitiæq; deditus, epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat. Liu. 5.ab Vrbe,120, Trifariam Romani muniebant.

Trifatidicus] pen.corr. Adiect. Auſonius in Ternario,

Atq; Trifatidicæ nomen cõmune Sibyllæ. Hoc eſt ualde, aut pluſquã fatidicæ. Tris enim in compoſitione ferè ſemper augẽdi cumulandiq; uim habet: ut trifur trifurcifer, trieneficus, apud Plautum.

Trifaux] Trifaucis, om. gen. (τρίστομος) Tres fauces habens. Virg.6.Aeneid.84,

Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Perſonat.

Trifer] trifera, triferum, pen.corr. (τριφόρος) Quod ter fructus producit. Plin.lib.16.cap.27, Vites quidem & triferæ ſunt, quas ob id inſanas dicunt, quoniam in ijs alia matureſcunt, alia turgeſcunt, alia florent. Colum. lib.5.cap.10.8, Omnes etiam biferæ & triferæ.

Trifidus] pen. corr. Adiectiuum (τρίχηλος) Quod tribus partibus ſinditur.

Cuſpis trifida Neptuni. Claud. de raptu Proſerp.37.

Flamma trifida, Fulmen. Ouid.2.Metam.65.

Haſta trifida. Valer.1.Argon.129.

Trifolium] trifolij (τριφυλλον) Herba quæ inuenitur confragoſis locis: efficaciſſima traditur contra uiperæ uenenũ, odoris grauiſſimi, neq; abſimilis bitumini. Et idcirco Græci eam aſphaltion appellant: noſtri autem propter figurã acutam trifolium uocant: non longis & hirſutis foliis uiret, caulemq; robuſtiorem facit, quàm pratenſe. Vide Plinium abunde de hoc tractantem, lib.21.cap.21, Eſt & aliud trifolium, pratenſe, à loco in quo frequenter inuenitur, dictum.

Triformis] & hoc triforme (τρίμορφος) Tres habens formas: ut,

Canis triformis Cerberus. Senec.Herc.Oet.20,9.15.

Diua triformis Hecate. Horat.3.Carm.ode 22.1.

Trifur] trifuris, pen.prod.om. gen. (τρίφωρ) Plus quàm fur, uel maximus fur. Plaut.Aulul.20.6, Non fur, ſed trifur.

¶Trifurcifer, pen.corr. Plus quàm furcifer, uel maximus fur. Plaut.Aulul.9.47,

Vituperas me? A. etiam fur trifurcifer. Idem Rud.18.27.
Tun' trifurcifer mihi audes inclementer dicere?

Trifurcus, Adiectiuum (τρίχηλος, τρίδυμος) Quod tres furcas habet. Colum.lib.5.cap.10.4, Trifurcam maximè ponito, ea extet minimè tribus pedibus. Ibidem, cap.11.3, Surculi ſint bifurci, uel trifurci.

Triga] trigæ (τρίππος) quaſi triuga, à tribus equis iunctis: Currus dicitur, qui à tribus equis trahitur. Vlp. in l. ædiles. §. ſi fortè. ff. de ædilit. edicto. Etſi triga uenerit, retinenda erit tota: & ſi quadriga, adhibeatur.

¶ Trigarium, trigarij (τριπάδιον) Trigarium curule certamen. Plin.lib.37.cap.13.5, Ne equos quidem in trigarijs inferri illos uernaculis animaduerto. Apud Martianũ quoq; capellam lib.9, qui de Muſica inſcribitur, Trigarium, inquit, ſupplicantis ſemper germanitatis adueniat: hoc eſt, trigemina, inquit, illa midier, ſiue tres in uniꝰ nominis uocabulum conſpirantes.

¶ Trigarius, trigarij (τριπαπλάσιος) Trigarum agitator. Plinius libro 28.capite 16.9, Feruntq; & Neronem principem hac potione recreari ſolitum, quum ſic quoq; ſe trigario approbare uellet.

Trigemitii] penultima correpta, pluraliter tantum (τρίδυμοι) Plinius de uiris illuſtr. 4.a, Tullus hoſtilius quia bonam operam aduerſum Sabinos nauauerat, rex creatus, bellum Albanis indixit, quod trigeminorum certamine finiuit.

Duo uel trigemini. Colum.lib.7.cap.6.6.de capella.

Trigemini, aut gemini. Colum.lib.2.cap.1.3, Trigeminos uocat, quum tres uno partu eduntur.

Natura trigemina. Plin.lib.15.cap.28.5, Quorundam natura trigemina eſt, corpus, deinde lignum, rurſusq; ſemen in ligno, ut Perſicis.

Trigemina porta dicebatur Romæ, per quam trigemini fratres Horatij exierunt: ſed tertius qui ſuperſtes fuit, porta Capena redijt. Liuius, Minutius extra portam trigeminam boue aurato donatus eſt. Plaut.Capt.3.22.

Trigemmis] huius trigemmis, maſculin. gener. (τρίλιθος) Columella, libro 3.capite 19.1, Vallis, & uliginoſi campi ſtatu ſerimus etiam trigemmem (ſcilicet) malleolum qui eſt paulò minor dodrante, longior utiq; ſemipede. Isq; non ab eo trigemmis dictus eſt, quòd omnino trium oculorum eſt, quum ferè circa plagam, qua matri abſciſſus eſt, plenus ſit gemmarum: ſed quòd his exceptis, quibus eſt frequens in ipſo capite, tres deinceps articulos, totidemq; gemmas habet. Plinius libro 17.capite 21.5, itidem quum deciſi, nec intorti trigemmes.

Trigeſimus] penultima correpta, Adiectiuum (τριακοστὸς) Cicero de Senec.17, Cuius à morte iam tertius & trigeſimus eſt annus.

Triginta] τριάκοντα, Indeclinabile nomen numerale. Virgil.3.Aeneid.78,

— inuenta ſub ilicibus ſus
Triginta capitum fœtus enixa iacebit.

Trigla] τρίγλα, Genus piſcis, qui à noſtris mullus dicitur & barbio. Hinc,

¶ Triglites, triglitis, penultima producta (τριγλίτης) Lapillus, qui mulli piſcis colorem habet. Plinius libro 37.capite 11.1, de gemmis loquens, Ab animalibus cognominantur carcinias marini cancri colore, echites uiperæ, ſcorpites ſcorpionis: aut colore aut effigie, ſcarites ſcari piſcis, triglites mulli.

Trigon] trigonis (τρίγων) Pilæ genus. Martialis, libro 12.79,

Captabit tepidum dextra, læuaq; trigonem. Idem, libro 4.19,

Seu lentum ceromateris tepidúmue trigona. Vide Pila trigonalis, in Pila.

¶ Trigon, Nomen piſcis apud Auſonium, ſectione 3, ad Theonem, Lethalisq; trigon.

Trigonus] trigoni, pen.prod.maſc.gen. (τρίγωνος) Triangulus, triangularis.

¶ Trigonus, Adiectiuum, Triangularis. Man.lib.2.cap.6,

Et

Et quæcunq; tamen dicuntur ſigna trigona. Ibid.cap.7,

— licet ergo ſigna trigona
Dicantur, partes non ſeruant illa trigonas.

¶ Trigonicus, pen.corr. Adiectiuum, Idem. unde Trigonica radiatio, apud Iulium Firmicum lib.2.cap.32.& rurſus libro 3.cap.1.& cap.3.

¶ Trigonalis & hoc trigonale, penult.prod. Forma tribus lineis conſtans.

De pila trigonali eſt epigramma Martialis libro 14.51. Vide Pila.

Trilibris] & hoc trilibre, pen.prod. (τρίλιτρος) Quod eſt trium librarum. Horat.2.Serm.Satyr.2.7,

— laudas inſane trilibrem Mullum.

Trilinguis] & hoc trilingue (τρίγλωσσος) Qui tres linguas habet, uel qui unum dicit, & aliud cogitat.

Os trilingue. Horat.2.Carm.ode 19.7. De Cerbero.

Trilix] trilicis, pen.prod. (τρίμιτος, τρίπλεξ) natura adiectiuum eſt omnis generis: Trilices ueſtes, quæ ex tribus licijs uerſicoloribus conſtant. Interdum pro triplici ponitur. Virgilius 3.Aeneid.94,

Loricam conſertam hamis, auroq; trilicem. Valerius 3. Argonaut.40,

Per clypei cædentis opus, partemq; trilicem.

Trimacrus] τρίμακρος, Pes conſtans ex tribus longis: ut, Virtuti.

Trimatus] Vide Trimus.

Trimeſtris] & hoc trimeſtre (τρίμηνος) Quod eſt trium menſium. Plin.lib.7.cap.15.3, Et hoc tale, tantumq; omnibus tricenis diebus malum in muliere exiſtit, & trimeſtri ſpacio largius. Idem lib.10.cap.25, Trimeſtres aues, ut turdi.

Trimeſtres anni apud Arcades. Plin.lib.7.cap.48.3.

Trimetrum] trimetri, pen.corr. (τρίμετρον) Carmen tribus pedibus conſtans. Vide Aldi grãmatica, copioſè de hoc tractantia. Horat. de Arte, 53,

— hic & in Acci
Nobilibus trimetris apparet rarus, & Enni. De ſpondeo loquitur, in carminibus Iambicis.

Trimodia] trimodiæ (τρίμνιτος) Nomen eſt uaſis à menſura trium modiorum: quam ſatoriam Columella uocat libro 2.cap.9.7. quoniam ex ea ſatores ſemina iaciunt in ſatione ſeminum. Idem lib.12.cap.50.6, de apparatu oliuitatis, Tum ſcalæ, cordubæ, decemmodiæ, trimodiæ, ſatoriæ, quibus diſtricta bacca ſiſcipitur.

¶ Trimodium, trimodij (τρίμνιτον) Quod tres modios continet. Plin.lib.33.cap.1.15, Neq; enim aliter potuiſſent trimodia illa annulorum Carthaginem ab Annibale mitti. Plaut. Menæch.2.14.

Trimus] Adiectiuum (τρίενος) Quod eſt trium annorum. Plaut.Rud.18.36,

Trima quæ periit mihi, iam tanta eſſet, ſi uiuit, ſcio. Plin. lib.17.cap.11.8, Arborem nec minorem bima, nec maiorem trima transferri quidam præcipiunt. Varro 2.de re Ruſtic. cap.7.2, Videndum ne ſint minores trimæ, maiores decem annorum.

Equa trima. Horat.3.Carm.ode 11.2.

¶ Trimulus, pen.corr. Adiect. Diminutiuum (τριετίων) Suet.in Auguſto, cap.8, Trimulus patrem amiſit. Sic quidam legũt: alij uerò, Quadrimus patrem amiſit.

¶ Trimatus, huius trimatus, pen.prod. (τριετία) Ipſa trium annorum ætas. Colum.lib.8.cap.5.18, Summouebimus autem ueteres, id eſt, quæ trimatum exceſſerunt. Plin.lib.8.cap.43.2, Partus à x x x. menſe occyßimus, ſed à trimatu legitimus.

Trinacria] τρινακρία, Inſula quæ & Sicilia, Sicania, & Triquetra appellatur. à tribus promontorijs dicta eſt Trinacria, Pachyno ſcilicet, Lilybæo, & Peloro: & ἄκρα ſummitas. Hinc,

¶ Trinacris, pen.corr. (τρινακρὶς) Patronymic. pro Adiectiuo, apud Ouidium 4.Faſt.84,

Terra tribus ſcopulis uaſtum procurrit in æquor,
Trinacris, à poſitu nomen adepta loci. Idem 5.Metamorphoſ.70,

— inſula Trinacris.

Hybla Trinacris. Ouid.5.Triſt.eleg.14.5.

¶ Trinacrius, Adiectiuum (τρινάκριος) Siculus: ut, Aqua Trinacria. Ouid.epiſt.12.26.

Iuuenes Trinacrij. Virg.5.Aeneid.60.

Littus Trinacrium. Virg.1.Aeneid.40.

Viri Trinacrij. Virg.5.Aeneid.106.

Trinepos] pen.corr. trinepotis, pen.prod.m.gen. (τριέγγονος) Abnepotis filius: quòd ſit poſt tres à nepote.

Trinoantes] τρινόαντες, Britanniæ inſulæ populi Orientales, penes Iameſam æſtuarium: ut author eſt Ptolemæus lib. 2.cap.3. Trinobates Cæſar appellat.

Trinoctium] trinoctij (τρινύκτιον) Tres nocles. Gellius lib. 3.cap.2, Non enim poſſe impleri trinoctium, quod abeſſe à uiro uſurpandi cauſa ex x i i. tabulis deberet.

¶ Trinoctialis, & hoc trinoctiale, penult.prod. (τρινύκτιος) Martial.lib.12.74,

— ſed ipſe diuum
Offenſus genitor, trinoctiali
Affecit domiccenio clientem.

Trinodis] & hoc trinode, penult. product. Adiectiuum (τρινόμβιος) Trium nodorum: ut, Claua trinodis. Ouidius epiſtol.4.23.

Oſſa mei fratris claua perfracta trinodi. Idem 1.Faſt.115.

Trinus] Adiectiuum (τρεῖς) Idem quod tres ſignificat. Plaut. Baech.5.40,

Etiámne eſt quid porrò cl.hem accipe, trina hæc nunc erit. Cæſar 7.bel.Gall.186, Milites ſigno dato celeriter ad munitionem perueniunt, eamq; tranſgreſſi, trinis caſtris potiuntur.

Forum trinum. Stat.4.Sylu.9.3.

Trini, pro Terni. Suet.in Nerone, cap. 56, Detecta conſeſtim coniuratione, pro ſummo numine, trinisq; in die ſacrificijs colere perſeuerauit. id eſt, Quotidie tribus. Plin.lib. 2. cap. 31, Trimos ſoles antiqui ſæpius uidere. id eſt, Tres ſimul. Ibidem, Lunæ quoq; trimæ apparuêre.

Reddere trinas literas. Cic. Attic.lib.11.225.1.

Nulla trinis æſtiuis gratulatio. Cic.in Piſonem, 77.

¶ Trinundinum, pen.cor. (τρίτη ἐνκλησία, τρίτη πανήγυρις) ſiue Trinũnundinum, dicebatur dies tertiarum nundinarum, qui prædici antea ſolebat, ut notior eſſet uniuerſis. Idem enim eſt dicere, Trinundino, & tertijs nundinis: & in trinundinum, hoc eſt, in tertias nundinas. Sunt qui putent trinundinum eſſe trium dierum ſpacium ad habenda comitia, creandorum magiſtratuum cauſa. Sed Feſtus ſcribit, nefas eſſe nundinis agi cum populo: quod eſt, populum ad concilium aut comitia uocare. Alij non pro trium dierum ſpacio, ſed pro loco accipiunt, quòd tribus in locis uno die fierent comitia, aut tribus diebus uno in loco celebrarentur, ut uult Valla lib.2.Liu.3.ab Vrbe, 144, Poſtquam uerò comitia decemuiris creandis in trinundinum indicta ſunt. Alij legunt, in trimum nundinum. Cicero pro Domo ſua, 33, Si quod in cæteris legibus trinundinum eſſe oportet, id in adoptione ſatis eſt trium eſſe horarum. Quintilian. lib. 2. cap.4.26, Siue non trino fortè nundino promulgata, ſiue non idoneo die.

Petere trinum nundinum. Tullius Tironi, lib.16.11.6.

Promulgatio trinundinum. Cic. 5. Philipp. 196.

Triobolum *trioboli, pen. corr.* (τριόβολον) *Tres obolos ualet. Alio nomine hemidrachmiũ dicitur. Senos enim obolos drachma efficit: ut authores sunt Plinius & Pollux & alij. Trioboli nota ab altera parte effigiem Iouis, ab altera noctuam habebat: quam illi glaucẽ appellant. Ex quo factũ puat prouerbium Budæus, Noctuam Athenas. Plautus Bacchid. 5. 26,*

Negare sese debere tibi triobolum.

Abiudicare ab suo triobolum. Plaut. Rud. 23. 99.

Trioboli homo, Nequam & nullius precij. Plaut. Pœn. 4. 158, Trioboli hominem uocat, ut nauci hominem antiqui dixerunt, & frugi. Dicuntur & diobolares homines.

¶ *Triobolaris, & hoc triobolare, pen. prod.* (τριωβολιμαῖος) *id est, Vilis, & precij trium obolorum.*

Triocla τριόκλα, *Siciliæ urbs, Ptolemæo lib. 3. cap. 4. hodie Triochila.*

Triones *pen. prod.* (βόες, χάροπες) *quasi teriones, boues aratorij, dicti sunt antiquis. Vnde septem stellas Septentriones nostri ueteres à bobus iunctis appellarunt, ex quibus figurantur. Martial. lib. 6. 58,*

Cernere Parrhasios dum te iuuat Aule triones,
Cõminus & Scythici sydera ferre poli. *Cic. 2. de Nat. deor. 151, Altera dicitur esse Helice: cuius quidem clarissimas stellas, totis noctibus cernimus,*

Quas nostri septem soliti uocitare triones.

Gelidi. Ouid. 2. Metam. 35.

Inaccidui. Claud. de Gigantomachia, 3.

Gemini. Virg. 1. Aeneid. 150.

Pigri. Claud. 6. Paneg. 41.

Scythici. Claud. 7. Paneg. 95.

Triopas τριόπας, *Thessalorum rex fuit, pater Meropis: à cuius nomine Cos insula olim Meropis, ipsiq; insulani Meropes sunt appellati. Author Stephan.*

Triophthalmus *triophthalmi, m. g. Lapis in Sicyonia nascens, qui trium oculorum effigiem præ se fert: authore Plinio lib. 37. cap. 11.*

Triopis τριόπις, *Monilis species, tres ueluti oculos habẽtis, apud Pollucem lib. 5. cap. 16.*

Triorches *triorchis, m. g.* (τριόρχης) *Auis est ex accipitrum genere, à testium numero: dicta Latinis Buteo. Plinius libro 10. cap. 8. 1.*

Triorches, item Tertium centauri genus. Plin. lib. 25. cap. 6. 6.

Triparchus *Adiectiuum* (τριπαραδόμῳος) *Valde parcus. Plaut Persa, 7. 14,*

Nam id demum lepidum est, triparcos homines, uetulos, auidos, aridos Bene admordere.

Tripartitus *pen. prod. Adiect.* (τριμερὴς) *siue Tripertitus, Quod in tres partes diuisum est. Cic. 1. de inuent. 11, Oratoris ars & facultas in hac materia tripartita uersari existimanda est.*

Tripartita bonorum ratio. Cic. 1. Acad. 32. Et 5. Verr. 10, Tripartita causa.

Tripartita oratio. Cic. ad Quirites post reditum, 13.

¶ *Tripartitò, siue tripertitò, pen. prod.* (τριμερῶς) *Aduerbium in tres partes. Cic. 5. Tusc. 57, At diffidat necesse est, qui bona diuidit tripartitò. Liu. 1. bel. Pun. 25, Vrbem tripartitò aggreditur.*

Tripatinum *tripatini, pen. corr. Plin. lib. 35. cap. 12. 12, Atque ut luxu authoritas quoq; aliqua contingat figlinis. Tripatinum, inquit Fenestella, appellabatur summa cœnarum lautitia. Vna erat murenarum, altera luporum, tertia myxonis piscis, inclinatis iam scilicet moribus, ut tamen eos præferre Græciæ etiam philosophis posimus.*

Tripectorus *tripectori, pen. corr.* (τρίστερνος) *Triplex pectus. Lucret. lib. 5. 6,*

Quidue tripectora tergemini uis Geryonai? Fingunt poetæ Geryonem fuisse tricorporem.

¶ *Tripertita, Substantiuum, pro libri titulo. Pomponius in l. 2. §. deinde Sex. Aelius. ff. de orig. iur. Sextum Aelium etiam Ennius laudauit: & extat illius liber, qui inscribitur Tripertita, qui ueluti cunabula iuris continet. Tripertita autem dicitur, quoniam lege duodecim tabularum præposita, iungitur interpretatio, deinde subiecitur legis actio.*

Tripertitus & Tripertitò *Vide* Tripartitus.

Tripes *tripedis, pen. cor. m. g.* (τρίπους) *Quod tres pedes habet. Mart. lib. 12. 28,*

Ibat tripes grabatus, & bipes mensa. *Liu. 10. bel. Maced. 5, Simul procuratum est, quòd tripedem mulum Reate natum nunciatum erat.*

Mensa tripes. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 3.

¶ *Tripedalis, & hoc tripedale, pen. prod.* (τριποδιαῖος) *à Tripes, quod tres pedes longitudinis habet. Plin. li. 27. cap. 12. 1, Medion folia habet iridis fatiuæ, caulem tripedalem.*

Tripedalis latitudo. Varro 3. de re Rust. cap. 9. 5.

Altitudo tripedalis. Plin. lib. 17. cap. 22. 1.

Tripedalis parma. Liu. 8. bel. Maced. 94.

¶ *Tripedaneus, Adiect. Idem* (τριποδιαῖος) *Cato cap. 45, Tales oleaginas, quas in scrobe saturus eris, tripedaneas decidito. Plin. lib. 27. cap. 12. 3.*

Triplex *triplicis, pen. corr. omn. gener.* (τρίπλους, τρίπλοα, τρίπτυχος) *Quod est trium plicarum. Horatius 1. Carmin. ode 3. 2,*

Illi robur, & æs triplex
Circa pectus erat.

Triplex, *pro Tribus aliquando ponitur. Cic. 1. Acad. 28, Fuit ergo iam accepta à Platone philosophandi ratio triplex.*

Anima triplex. Cic. 1. Tusc. 33, Plato triplicem finxit animam, cuius principatum, id est rationem, in capite sicut in arce posuit, & duas partes separare uoluit, iram & cupiditatem quas locis suis diseclusit: iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locauit.

Colore triplici diuersa licia. Virg. 8. eclog. 15.

Dræ triplices, Parcæ. Ouid. 2. Metam. 131.

Forma triplex. Ouid. 9. Metam. 37.

Remittere triplices literas. Cic. Att. lib. 13. 266. 1.

Muro triplici circundata mœnia. Virg. 6. Aeneid. 110.

Natura triplex animi. Lucret. lib. 3. 48.

Pugna triplex, Quæ ter facta est. Mart. lib. 5. 66.

Triumphus triplex. Virg. 1. Aeneid. 143.

Triplex, *pro quodam tabellæ genere, in quo scribi epistolæ solebant. Mart. lib. 14. 6,*

Tunc triplices nostros non uilia dona putabis,
Quum se uenturam scribet amica tibi. *Dicti autẽ sunt triplices, à trib. foliis.*

¶ *Triplaris, & hoc triplare, penultima producta: ut, Triplaris numerus. Vide* Duplaris.

¶ *Triplus, Adiectiuum* (τριπλάσιος) *Idem quod Triplex. Cic. de Vniuers. 29, Vnam principiò partem detraxit ex toto, secundam autem primæ partis duplam: deinde tertiam, quæ esset secundæ sesquialtera, primæ tripla: deinde quartã, quæ secundæ dupla esset: quintam inde, quæ tertiæ tripla. Et paulo post, 30, Tripla interualla.*

¶ *Triplico, triplicas, pen. cor.* (τριπλασιάζω) *triplicare. Plin. lib. 7. cap. 48. 1, Cornici nouem nostras attribuit ætates Hesiodus, quadruplum eius ceruis, id triplicatum coruis.*

¶ *Triplicatio, triplicationis, Verbale. Caius in l. consilio. D. de curat. furios. & c. Firmicus quoque lib. 2. cap. 26, Nulla uel duplica-*

duplicatione, uel triplicatione, uel quadruplicatione. Vide Quadruplicatio, *in* Quadruplex.

Tripoda *Vide* Tripus.

Tripolis *pen. corr.* (τρίπολις) *Phœniciæ locus, ex numero dicitur trium urbium, Tyro scilicet, Sidone, atq; Arado: ut testatur Strabo, Plinius, & Pomponius Mela, lib. 1. in descriptione Phœniciæ. Hinc,*

Tripolitana *regio dicta est* (τριπολιτικὸς) *Sunt autem duæ hoc nomine, Africana scilicet, & Syriacâ in Phœnice. Oppida Tripolis Africanæ sunt, Abrotonum, Tophia, & Leptis magna.*

Tripolium *tripolij* (τριπόλιον) *Herba quæ aliàs polium, ut Plinius uult, dicitur. Nascitur in maritimis, ubi allidit unda, iterumq; retrò commeat, neq; in mari, neq; in sicco planè. Folia satis habet arida, sed crassiora, caulem palmo altum, in mucrone diuisum huius flores tradunt ter in die mutari, cãdidos manè, purpureos meridie, puniceos sole occidente cõspici, radice alba, odorata, calidi gustus. Ruellius.*

Tripondium *tripondij* (τρίλιτρον) *Pondus trium assium.*

Triptolemus *pen. corr.* (τριπτόλεμος) *Celei filius, teste Seruio, aratri inuentor & agriculturæ. Eleusin (inquit) ciuitas est Atticæ prouinciæ, nõ longè ab Athenis: in qua quum regnaret Celeus, & Cererem filiam quærentem liberalissimè hospitio suscepisset, illa pro remuneratione ostendit ei omne genus agriculturæ: filiam etiam eius Triptolemum recens natum, per noctem igne fouit, per diem diuino lacte nutriuit: & eum alatis serpentibus superpositum, per totum orbem misit, ad usum frumentorum hominibus indicandum. Hactenus Seruius. Author ad Herennium, libro 4. 147, Si Triptolemus quum omnibus semen largiretur, ipse ab aliis hominibus id mutuaretur.*

Aetherceus Triptolemus. Stat. 4. Sylu. 2. 8.

Triptotum *penult. producta* (τρίπτωτον) *Nomen dicitur quod tribus duntaxat casibus declinatur, ut Scamnum.*

Tripudium *tripudij* (χορὸς, χορεία, χοροστασία) *Quasi terripaulum: sic enim primò dictum est, post terripudium, deinde tripudium est dictum: à Pauio, ferio. Vnde tripudia solistima, dicebantur auguria, quæ fiebant, quoties ossa quæ pulli dabant, aliquo modo cadebat in solum: ita enim solo solistimum, ut à medio mediastinum dicitur. Cicero 2. de Diuinat. 111, Quum igitur ossa ex ore pulli ceciderat, tum auspicanti tripudium solistimum nunciabatur. Idem 1. de Diuinat. 53.*

Tripudium, *pro Saltatione. Liu. 1. ab Vrbe, 83, Ac per urbem ire canentes carmina cum tripudijs, solennique saltatu iussit.*

Citatis celerare tripudijs. Catull. de Berecinth. 58. 6.

¶ *Tripudio, tripudias* (χορεύω) *tripudiare, Saltare. Cic. pro Sestio, 77, Sed illum tot iam in funeribus Reipub. exultantem ac tripudiantem, legum, si posset, laqueis constringeret.*

Tripus *tripodis, pen. corr. masc. gen. uel tripoda, tripodæ* (τρίπους) *Dicitur omne quod habet tres pedes. Tripodes erant mensæ in templo Apollinis Delphici, quibus superpositæ Phœbades uaticinabantur, ut ait Seruius. Plin. lib. 34. cap. 3. 4, Ex ære fictitauêre & cortinas tripodum nomine Delphicas, quoniam donis maximè Apollinis Delphici dicebantur. Cic. 3. de Natur. deor. 55, Ex eo igitur & Lisytio est is Hercules, quem concertauisse cum Apolline de tripode accepimus.*

Sacri tripodes. Virgil. 5. Aeneid. 22.

Tripodibus Græci donabant uiros fortes: quia non facilè succumbant. Virg. 9. Aeneid. 54,

Et tripodas gemmos auri duo magna talenta. *Horat. lib. 4. Carm. ode 8. 1,*

Donarem tripodas præmia fortium Graiorum.

Triquetra *triquetræ, uel Triquetrum, triquetri, pen. corr.* (τρίγωνον) *Figura triangularis, quæ est huiusmodi, Δ. Plin. lib. 2. cap. 15. 1, Postea radiorum eius contacta teguntur, & in triquetro à partibus centum uiginti stationes matutinas faciunt. Lucret. lib. 4. 132,*

Esse triquetra alijs, alijs quadrata necesse est.

¶ *Triquetrus, pen. corr. Adiectiuum* (τρίγωνος) *Quod trianguli formam habet. Cæsar 5. bel. Gall. 50, Insula natura triquetra: cuius unum latus est contra Galliam. Colum. lib. 5. cap. 2. 1, Omnis ager aut quadratus, aut longus, aut cuneatus, aut triquetrus.*

Prædia triquetra. Horat. 2. Sermon. Satyr. 6. 11. id est, Sicula: quòd in tres partes, id est, promõtoria diducta sit, uel quadras, inquit Porphyrio.

Triremis *Huius triremis, pen. prod. fœm gen.* (τρίρης) *Nauis tres remorum ordines habens. Cæsar 2. bel. Ciuil. 99, Appulsaq; ad proximum litus trireme constrata, & in litore relicta, pedibus Adrumetum profugerat. Cic. 7. Verr. 35, Nauem uerò Cybeam maximã, triremis instar pulcherrimam atq; ornatissimam.*

Aerata triremis. Horat. 3. Carm. ode 1. 8.

Bellatrix triremis. Claud. 4. Paneg. 27.

Validæ triremes. Lucan. lib. 3. 106.

Tris τρεῖς, *pro tres in accusatiuo, legimus apud antiquos. Cicero 4. Academ. 249, Testatur sæpe Chrysippus tres solas esse sententias, quæ defendi possint de finibus. Virgilius 1. Aeneidos, 33,*

Tris notus abreptas in saxa latentia torquet. *Quorum autem nominum genitiuus pluralis ante* um *syllabam, i literam habuerit, Accusatiuum, inquit Priscianus, per is loquimur, ut refert Charisius. quanquam nostra ætate passim ab eruditis receptum est, nec minus quorundam maiorum; ut huiusmodi Accusatiui per ei diphthongum scriberentur: quum tamen Velij Longi sententia sit, ut per i solam notentur. Nam & aliquando Quintiliano incommodum per ei scribere iussum est. Vide Gell. lib. 13. cap. 19.*

Triscurria *Substantiuum ineut. gen. plur. num. Maximæ scurrilitates: à Tris & Scurra. Nam tris & ter, pro superlatiuo Græci & Latini usi sunt. Vnde Trifurcifer, & Trimeneficus, apud Plautum: id est, Maximus furcifer, & Maximus ueneficus. Iuuenal. Satyr. 8,*

Qui sedet, & spectat triscurria patritiorum. *hoc est, Nobilium facta maximè scurrilia.*

Trismegistus *qui etiam ἑρμῆς τρισμέγιστος, Mercurius, quasi Ter maximus dictus, uel ualde maximus. qui fuit nepos maioris Mercurij, quem fabulantur fuisse filium Nili. Hunc tamen secundum asseruni occidisse Argum; Aegyptijsq; præfuisse, & leges literasq; tradidisse: sed literarum characteres, animalium arborumq; figuras habuisse. Hic condidit urbem, quam à se Hermopolim nominauit. Dictus est autem Trismegistus, quòd & philosophus maximus, & sacerdos, & maximus deniq; rex fuerit. Consueuerunt enim Aegyptij, ex omni philosophorum numero sacerdotes, ac rursus ex sacerdotibus regem eligere. Hic autem ut philosophos sapientiâ, ita religione sacerdotes excelluit, ac mox in imperio ministrando superiores omnes reges superauit. Hic primus à Physicis ad diuinorum speculationem se erexit: Primus de maiestate Dei, de Dæmonum ordine, animarumq; mutationibus sapientissimè disputauit. Scripsit multa uoluminà, quibus arcana mysteria & oracula panduntur. Non enim ut philosophus solum, sed ut propheta futura sæpe prædicit. Hæc ex Diodoro Siculo.*

Trissago *penult. product.* (τρισσάγιον) *Vulgò*

Chamædreos: alij ferratam, & ab ea ferram inuentam dicêre, teste Plinio. Carpitur prægnans succo, petrosis gaudet. Officinis Græcum nomen insedit. Quercolam uel ferratulã uulgus nominat. Ruellius.

Tristega] pen. corr. tristegorum (τέσσιγα) Trium contignationum ædificia, siue tres contignationes.

Tristis] & hoc triste (λύδυμος, ἄδυμος, ἀλιγανὸς, λιπίλυπος, σπύτερως, ἀμείδητος, λυγάλιος) Mœstus dicitur. Donatus, Tristis animo: Truculentus vultu. Virgilius eclog. 10.7,

Tristis at ille tamen, Cantabitis Arcades, inquit. Idem 4. Georgic. 48,

Tristior hybernæ cælo descendit in undas.

Triste silentium, & mœstitia tacita. Liu. 1. ab Vrbe, 127.

Tristis & conturbatus. Cic. 6. Verr. 27.

Triste ac seuerum genus dicendi. Cic. de clar. Orat. 58.

Suppliciter tristis. Virg. 1. Aeneid. 97.

Cum tristibus seuerè, cum remissis iucundè uiuere. Cicero pro Cœlio, 9.

Tristis, Sæuus aliquãdo dicitur: quòd tristitia in fróte hominis, crudelitatis, grauitatis, iræ, mimarum, studij, difficultatis indicium est. Virg. 2. Aeneid. 110,

——tristia facta. Idem 6. Aeneid. 63,

Nauita tristis. Et 2. Aeneid. 68,

—tristis Erinnys.

Tristis, Grauis. Cic. 6. de Repub. 4, Qui numero optimatum & principum obtulit his uocibus, & grauitatis suæ liquit illum tristem, & plenum dignitatis sonum. Ex Nonio. Plin. in Paneg. 66, Nunquam principibus defuerunt, qui fronte graui & tristi supercilio utilitatibus fisci contumaciter adessent.

Tristis, Iratus. Lucilius,

Timeo certè ne mihi sit tristior. Afran. epist.

Iactauit sese, iactet, mihi erit tristior. Nonius.

Tristis, Minax. Virg. 2. Aeneid. 23,

— isq; adytis hæc tristia dicta reportat. Nonius.

Tristis, Horridus. Martial. ad Seazontem, lib. 1. 92,

Amator ille tristium lacernarum.

Acheron tristis. Vide Acheron.

Adulatio tristis. Tacit. lib. 11.

Aegrimonia tristis. Horat. Epod. 17. 16.

Antiquitas tristis & inpexa. Tacit. in Dialogo de Oratore.

Arbor tristis aspectu. Plin. lib. 13. cap. 22. 3.

Arma tristia. Tibul. lib. 1. eleg. 10. 10.

Bellum triste. Senec. Octau. 6. 6. Virg. 6. eclog. 2.

Clades tristis. Horat. 3. Carm. ode 3. 13.

Cor triste. Virg. 6. Aeneid. 37.

Curæ tristes. Virg. 4. Georg. 107.

Damnã tristia. Ouid. 1. Fast. 12.

Domus tristis sine sole. Virgil. 6. Aeneid. 107.

Exta tristia, Res tristes portendentia. Virg. 1. Georg. 97.

Facinus triste. Ouid. 6. Metam. 125.

Fortuna tristis. Ouid. epist. 3. 9.

Frons tristis. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 8.

Hyems tristis. Virgil. 4. Georg. 27.

Ianua tristissima. Ouid. 1. de remed. Amor. 47.

Imago tristis ponti. Ouid. 11. Metam. 86.

Imago tristissima noctis. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 1.

Iræ tristes, Quæ tristes faciunt. Virg. 2. eclog. 3.

Dare ad aliquem literas tristes. Cic. Att. lib. 7. 143. 1.

Mens tristis. Ouid. epist. 12. 30.

Morbus tristis. Virg. 4. Georg. 51.

Mors tristis. Senec. Octau. 4. 1.

Nebulæ tristes. Stat. 5. Thebaid. 37.

Nessus triste. Virg. 2. Aeneid. 57.

Nox tristior quàm tempora Phœbi. Ouid. 2. de remed. 38.

Nubila tristia. Ouid. 6. Metam. 138.

Oratio tristis, cui Hilaris opponitur. Quint. lib. 8. cap. 3.

Ora tristia. Virgil. 2. Georg. 50.

Pœna tristis. Ouid. 2. Trist. 99.

Querimoniæ tristes. Horat. 3. Carm. ode 24. 7.

Ruinæ tristes. Virg. 1. Aeneid. 49.

Senectus tristis. Virg. 3. Georg. 14.

Sermo tristis. Horat. 1. Serm. Satyr. 10. 3.

Quid tua sors? tristis, atrox. Cic. pro Muræn. 39.

Supercilium triste. Lucret. lib. 6. 238.

Tempus triste. Ouid. 4. Trist. eleg. 3. 8.

Verba tristia. Horat. de Arte, 22. Cic. 2. de Finib. 187, Sic enim maiores nostri labores non fugiendos, tristissimo tamen uerbo ærumnas etiam, in deo nominauerunt.

Vultus tristis. Ouid. epist. 16. 3.

Patrare aliquid triste. Tacit. lib. 5.

Statuere triste aliquid. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 24.

Tristis ad recordationem. Liu. lib. 4. bel. Pun.

Tristis succus, Amarus. Virgilius 2. Georgic. 26. Idem 3. Georg. 90,

— tristis amurca.

Absynthium triste. Vide Absynthium.

Sapor tristis. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 10.

Suauiolum tristi tristius helleboro. Catul. ad Iuuentium, 94. 3.

Tristis, Doctus. Lucilius lib. 28,

Adde eodem tristis ac seuerus philosophus. Cic. 2. Verr. 19, Iudex tristis ac integer. Ita Nonius. Ego potius cum Seruio seuerum interpretarer, Donatus in illud Terentij in Andria,

Tristis seueritas ineſt in uultu: ad laudem interdum, inquit, non ad amaritudinem sumitur tristis: citans locum istiũ Ciceronis, Iudex tristis.

Tristis, Qui inuitus aliquid facit, nec libenter, authore Donato. Terent. Eunuch. 4. 1. 8,

Inuitat tristis, mansit ibi.

Tristis, Tristi similis, inquit Donatus. Terent. Eunuc. 3. 5. 48,

Hinc tu, inquit, Dore, Cape hoc flabellum, &c.

Accipio tristis.

¶ Tristius (ἀδυμώτερον) Comparatiuum aduerbium. Cic. de Senect. 61, Facilius in morbos incidunt adolescentes, grauius ægrotant, tristius curantur. Nonius.

Quò facilius, quibus est iratior, respondere tristibus posit. Cicero Figulo, lib. 4. 13. 15.

¶ Tristiculus, pen. corr. Adiectiuum (ὑπολύδυμος) Aliquantum tristis. Cicero 1. de Diuinat. 167, Filiolam suam Terentiam, quæ tum erat admodum parua, osculans, animum aduertit tristiculam.

¶ Tristitia, tristitiæ (ἀδυμία, λυδυμία, ἀκηδία, λύπη, ἄχθος, ἀκηδία, ἀχηδαλὼν) Cicer. 4. de Finib. 127, Quam illorum tristitiam atq; asperitatem fugiens Panætius, nec acerbitatem sententiarum, &c,

Imitamenta tristitiæ. Tacit. lib. 13.

Seueritas & tristitia. Cic. de clar. Orat. 49.

Tristitia & Lætitia, contraria. Cic. 2. de Orat. 40.

Temporum tristitia. Cic. Appio, lib. 3. 8. 31.

Simulata & uersuta tristitia. Cic. Post reditum in Senatu, 11.

Abstrudere tristitiam. Vide Abstrudo.

Compescere tristitiam alicuius. Ouid. 9. Metam. 80.

Condire tristitiam. Vide Condio.

Contorquere aliquem ad Tristitiam. Vide Contorqueo.

Contrahere tristitiam. Vide contraho.

Recessus solis quasi tristitia quadam contrahit terram. Cic. 2. de Nat

de Natur. deor. 147.

Deducere à tristitia & acerbitate, Cic. 2. de Orat. 184.

Finire tristitiam. Horat. 1. Carm. ode 7. 4.

Mitigare tristitiam. Cic. 2. de Orat. 131.

Tradere se lachrymis ac tristitiæ. Luceius Tul. M. F. lib. 14. 4.

¶ Tristificus, pen. corr. Adiect. (ἀλγύνων) Quod tristitiam affert. Cic. 1. de Diuinat. 21,

Tristificas certant Neptuno reddere uoces. Ex poeta.

Promere uoces tristificas. Cic. 1. de Diuinat. 39. Ex poeta.

Trisulcus] Adiect. (τριγλῶχιν) Id est, trifidum: hoc est, tres acies habens, & à tribus partibus scindens.

Fulmina trisulca. Senec. Herc. Oetæo, 17. 3.

Ignibus trisulcis armata dextra Iouis. Ouid. 2. Metam. 170.

Linguis micat ore trisulcis. Virg. 2. Georg. 88.

Tela trisulca Iouis. Ouid. 23. Amor. eleg. 5. 11.

Tritanus] pen. prod. (τριτανὸς) ut author est Varro in relatione prodigiosæ fortitudinis, gladiator fuit, qui in ludo gladiatorio Samnitium armatura celebris, & rectos & transuersos cancellatim toto corpore habuit neruos, in brachijs etiam manibusq;. Hic omnes aduersarios leui tactu, ac penè securis congressionibus uicit. Filium habuit Cnei Pompeij militem, pari fortitudine natum, qui hostem se prouocantem ita spreuit, ut inermi dextra eum superauerit, & capti digito uno in castra Imperatoris sui reportauerit. Huius & meminit Plin. lib. 7. cap. 20.

Tritauus] tritaui, penult. corrept. m. g. (τριπαππος) Plautus Perſ. 3. 4,

Pater, auos, proauos, abauos, ataos, tritauos. Paulus in l. iurisc. ſultus de gradib. affinitatis, Tritauus aũt is est patris & matris ataaus, aui uel auiæ abauus, proaui uel proauiæ auus, abaui uel abauiæ auus, ataui uel ataiæ pater: dictus quasi tertius auus.

Trithales] τριθάλης, Herba, quæ est alterum genus aizoi. Plin. lib. 25. cap. 13, Aizoi duo genera: maius in fictilibus uasis seritur, &c. alterum minusculum, quod erithales uocant: alij, trithales, quia ter floreat: alij, crysotales: alij, isoetes.

Triticum] tritici, pen. corr. (πυρὸς, σῖτος) Genus frumenti dictum, ut ait Varr. de Ling. Latin. quòd ex spicis teratur. Plinius libro 18. cap. 7. 14, Tritici genera plura quæ fecêre gentes, Italico nullum equidem comparauerim candore ac pondere, quo maximè decernitur, montanis modò comparetur Italiæ agris externum: in quo principatum tenuit Bœotia, deinde Sicilia, mox Africa. tertium pondus erat Thracio Syrioq;, deinde Aegyptio. Ruellius, Triticum omne radicibus multis ac prætenuibus exit, folio uno, germinibus omnino multis, sed quæ in ramos brachiari non possit, aristas ex se mittit, & in herba per hyemem est. Remollito autem cælo, cauliculus de medio assurgit, cuius tertio aut quarto genu spica geritur, non prius euidens quàm folliculo inclusa, quæ gloma dicitur. Consummato eo flos erumpit, quarto aut quinto pòst die: ac totidem ferè diebus, plurimumq; septem durat. Varro quindecim diebus frumentum in uaginis esse dicit, quindecim florere, quindecim arescere. post florem crassescit, inquit Theophrast. maturaturq; intra quadragesimum diem, quum tardissimè, octauo ab satu mense plurima parte metitur, Aegyptijs, ut aiunt, septimo. Folium tritico arundineum, angustius tamen quàm hordeo: caulis quoq; leuior & lentior, nec perinde fragilis triticum multis integitur tunicis, hordeum nullis. Culmus tritico altior est, quàm hordeo, spica quoq; remotior à folio, palea suauior, mollior, succosior. Inconditæ tritico spicæ, explanataeq; hordeo in uersus dispositæ. Vtriq; culmus spicam sustinet, quæ & spicus & spicum à Cicerone dicitur in Arato: spica, granum & aristam.

¶ Triticeus, Adiect. (σιτινὸς) ut, Messis triticea. Virg. 1. Georg. 44. Ouid. 5. Metam. 98.

Fœtus triticei. Ouid. 1. Fast. 139.

Tritium] Metallum (τρίτιον μέταλλον) Hispaniæ urbs, Ptolemæo lib. 2. cap. 6. hodie Tasalla.

Triton] huius Tritonis, pen. prod. (τρίτων) inquit Seruius, Deus marinus, Neptuni & Salaciæ deæ marinæ filius, ab aqua falsa dictæ. Hæc Seruius, enarrans hunc locum Virgil. 1. Aeneid. 30,

Cymothoe simul, & Triton adnixus acuto

Detrudunt naues scopulo, &c. Meminit Cic. 1. de Natur. deor. 106. Hic Neptuni tubicen esse fertur, cui mandat, ut receptui canat, fluuiosq; in suos fontes reuocet. Idem Attico, lib. 2. 24. 2, Non modò de Cynico Consulari, sed ne de istis quidem piscinarum Tritonibus poterit se iactare.

Cæruleus Triton. Ouid. 1. Metam. 67.

Canorus Triton. Ouid. 2. Metam. 2.

Citi Tritones. Virg. 5. Aeneid. 165.

Ingens Triton. Valer. 1. 136.

Maritimus. Cic. 1. de Natur. deor. 106.

Rapidi Tritonis hera Minerua. Catul. Argon. 59. 79.

Triton Africæ minoris fluuius et lacus, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 4. Herodotus lib. 4. in palude insulam esse ait, ubi uestigia sunt euidentia, Iasonem aliquando in his fuisse. Amnis ipse Triton in Syrtim minorem egreditur. Ptolemæo libr. 4. cap. 3. Alij alijs in locis paludem hanc statuerunt, ut bellè Plinius obseruauit.

¶ Tritonia, uel Tritonis (τριτωνία) id est, Minerua, quòd tẽporibus Ogygij regis ad lacum Tritonis uirginali primùm habitu apparuerit. Vbi ait Herodotus uirgines annis singulis se purgare lampadibus & lignis, in uenerationem Palladis. Diodorus scribit dictam Tritoniam à Cretæ filio Tritone. Lucan. lib. 9. 71. Lucret. lib. 6. 151,

—Palladis ad templum Tritonidos almæ.

Armipotens Tritonia. Cic. Antequam iret in exil. 15.

Audax Tritonia. Stat. 10. Thebaid. 178.

Sæuæ Tritonidis arx. Virg. 2. Aeneid. 46.

Virgo Tritonia. Stat. 1. Syllu. 1. 8.

¶ Tritonis, pen. prod. Tritonidos, pen. corr. Patronymicum fœm. (τριτωνὶς) ut, Arx Tritonis. Ouid. 2. Metamor. 159. Intelligit Athenas.

Palus Tritonis. Silius lib. 3. 66.

¶ Tritoniacus, pen. corr. (τριτωνιακὸς) Adiect. Ouid. 15. Metamorph. 72,

Quum Tritoniacam nouies subière paludem.

Tritura, Trituro, Tritus] Vide Tero.

Triuia] τριοδῖτις, dicta est Diana, quòd triuijs præesset, propter quod tres facies habere fingebatur. Virgil. 4. Aeneid. 102,

—tria uirginis ora Dianæ. Ouid. 1. Fast. 29,

Ora uides Hecates in tres uergentia partes,

Seruet ut in ternas compita secta uias.

Ara Triuiæ. Ouid. 3. de Ponto, eleg 2. 15.

Sacerdos Triuiæ. Virg. 6. Aeneid. 7.

Potens Triuia. Valer. 3. Argon. 64.

Virgo Triuia. Lucret. lib. 1. 17.

Triuenefica] triueneficæ, pen. corr. (τριοφαρμακοῦτρια)

Maximè uenefica. Plaut. Aulul. 5. 8,

Mirum quin tua nunc me causa faciat Iuppiter

Philippum regem, aut Darium triuenefica.

Triuium] triuij (τριοδος) Locus è quo trium uiarum iter fieri potest: uel spacium quod est inter tres uias, quem admodum quadriuium, in quem permulti propter tot uiarum concursum affluere solent, Catul.

Omnibus in triuijs vulgetur fabula paßim. Cic. 1. de lege Agrar. 4. Vt in atrijs auctionarijs potius quàm in triuijs aut in compitis auctionentur.

Arripere maledictum ex triuio. Cic. pro Murena, 11.

Triuia erant etiam rusticorum sacris attributa. nam illic oues cædebantur, & serta appendebantur. Tibullus lib. 1. 3,

Nam veneror: seu stipes habet desertus in agris,
Seu vetus in triuio florida serta lapis.

¶ Triuialis, & hoc triuiale, pen. prod. Quod in triuio fit, uel quo in triuijs utebantur: ut, Verba triuialia: id est, Inculta, et parum elegantia. Sueton. de claris Rhetor. 3. Tum ne usquequaq; scholasticus existimaretur, circuncisè ac sordidè, & tantummodo uerbis triuialibus egit.

Carmen triuiale. Iuuen. Satyr. 7. 6.

Triuialis scientiæ magistri à Quintiliano dicuntur, qui in triuijs docent.

Triuialis lingua, Vulgaris, qua in triuijs pueri grammaticam discentes utebantur.

¶ Triuialiter, pen. corr. Aduerbium, Quod significat Paßim.

Triumphus] triumphi, masc. gen. (θρίαμβος) Quidã Græcum putant: nam θρίαμβον appellant Græci. nos aspiratione ex prima in nouißimam syllabam translata, & b, mutata in p, dicimus triumphum. Varro, à Baccho huius rei inuentore tractum nomen putat. Tranquillus dici existimat triumphum, quia qui triumpharet, triplici iudicio honorare tur: primò enim exercitus dè triumpho decernendo duci iudicabat, secundò Senatus, tertiò populus. Erat autem triumphus omnium honorum, qui à populo Rom. dari solebat, maximus: nam illa pompa solennis erat, quæ fiebat redeuntibus in urbem cum victoria.

Qui triumphabant apud Romanos, equis albis uehebantur curru inaurato, capite coronato lauro: & ante ipsum triumphantem victus hostis oneratus colla catenis: & præeunte Senatu Capitolium ascendebant ad templum Iouis optimi maximi, ubi mactato tauro albo domum redibant. Cic. in Pisonem, 47, Differes de triumpho: quid tandem habet iste curus? quid uincti ante currum duces? quid simulachra oppidorum? quid aurum? quid argentum? quid legati in equis & Tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa? mania sunt ista, mihi crede, delectamenta penè puerorum.

Is demum est meæ sententiæ iustus triumphus ac uerus, quum bene de Repub. meritis testimonium à consensu ciuitatis datur. Cic. 14. Philip. 393.

Dies triumphis terra Aphrica. Virg. 4. Aeneid. 8.

Castrensis triumphus. Vide Castrum.

Fœlices triumphi. Claud. de bel. Getico, 129.

Ingens triumphus. Senec. Herc. Oetæo, 6. 29.

Insignis triumphus. Claud. 1. in Ruffin. 11.

Læti triumphi. Ouid. 13. Metam. 51.

Laurigeri triumphi. Claud. 6. Paneg. 3.

Magni triumphi. Horat. 1. Carm. ode 2. 10.

Magnificus triumphus. Ouid. 1. Amor. eleg. 3. 6.

Nauales triumphus. Vide Nauis.

Opimus triumphus. Horat. 4. Carm. ode 4. 11.

Præclarus triumphus. Claud. 3. de raptu Proserp. 66.

Sacer triumphus. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 10.

Superbus triumphus. Horat. 1. Carm. ode 37. 7.

Agere triumphum. Ouid. 15. Metam. 152.

Agere triumphum de aliqua re. Cic. 7. Verr. 79.

Agere triumphum insignissimum ex inimicis. Cicero Appio, libro 3. 10. 4.

Deportare triumphum, Vincere: victorum enim proprium erat, quum in urbem redijssent. Cic. 1. Offic. 111.

Ducere aliquem in triumpho. Plin. lib. 7. cap. 43. 1.

Ducere per triumphum. Cic. 7. Verr. 54.

Frequentare triumphum. Liu. lib. 6. Decad. 4.

Habere triumphos, pro Triumphare. Cic. pro Corn. Balbo, 6.

¶ Triumpho, triumphas (θριαμβεύω) triumphare, Triumphũ agere. Cic. 2. de Fmib. 105, Bella magna gesserat is, bis Consul fuerat, triumphárat.

Amplißimè & honestißimè triumphare. Cic. pro Murena, 13.

Triumphauit Achæos: id est, Victis Achæis triumphauit. Plin. de Viris illustr. 61.

Gloriosè triumphare. Cic. Cælio, lib. 2. 11. 6.

Triumphare de. Cic. de Senect. 50, Curius quum de Samnitibus triumphasset.

De sententia alicuius triumphare. Cic. Attic. lib. 7. 121. 12.

Amor de me triumphat. Propert. lib. 2. eleg. 9. 8.

Triumphare ex aliquo. Plin. lib. 7. cap. 43. 3.

Triumphari, impersonale. Liu. 3. ab Vrbe, 270, Tum primùm sine authoritate Senatus, populi iussu triumphatum est. Cic. 2. Offic. 39.

Triumphare, Exultare, & sibi placere. Cæsar, Quod euenisse nobis gaudeo & triumpho. Terent. Heaut. 4. 2. 5,

Triumpho, si licet me latére, tecto abscedere.

Triumphare & gaudere, uel Triumphare gaudio. Cic. ad Att. lib. 9. 189. 2, Atq; ego quum exipsare magnam capio uoluptatem, tũ meum factũ probari abs te triumpho & gaudeo. Idem pro Cluent. 10, Tum uerò illa egregia ac præclara mater palàm exultare lætitia, ac triumphare gaudio cœpit.

Triumphat oratio mea, & exultat. Cic. 2. in Catil. 26.

Lætari & triumphare in omnium gemitu. Cic. 7. Verr. 94.

¶ Triumphans, triumphantis, Participium. Cic. 14. Philipp. 393, Quum hesterno die propter eorum res gestas me ouantem & propè triumphantem populus Romanus in Capitolium domo tulerit.

Equi triumphantes. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8. 8.

¶ Triumphatus, pen. prod. Participium (θριαμβευθὲς) De quo triumphatum est. Virg. 4. Georg. 7,

Busq; triumphatas utroq; ab litore gentes. Plin. lib. 5. cap. 5. 6, Omnia armis Rom. superata, & à Cornelio Balbo triumphata.

¶ Triumphatus, huius triumphatus, pen. prod. m. g. (θριάβευτις) Plin. Ne triumphatu suo nimis superbiat Antonius.

¶ Triumphator, pen. prod. huius triumphatoris, masculin. gener. (θριαμβευτὴς) Qui triumphat, uel qui aliquando triumphauit.

¶ Triumphalis, & hoc triumphale, penult. product. (θριαμβικὸς) Qui ad triumphum pertinet, Vnde triumphales coronæ, quibus imperatores in triumphis coronabantur. Plinius lib. 22. cap. 3. 1.

Cœnæ triumphales. Plin. lib. 9. cap. 55.

Currus triumphalis, Super quem sedebant triumphantes. Plin. lib. 7. cap. 26. 2.

Fronde triumphali uinctus tempora. Ouid. ad Liuiam, 67.

Habitus triumphalis. Quintil. lib. 10. cap. 7.

Imagines triumphales. Horat. Epod. 8. 3.

Laurus triumphalis. Tibul. lib. 2. eleg. 5. 1.

Porta triumphalis Romæ dicta, quòd per eam triumphantes uictores in urbem deducerentur. Cic. in Pisonem, 43.

Prouincia triumphalis, propter quam deuictam imperator triumphum reportauit. Cic. in Pisonem, 34.

Statua triumphalis. Plinius epistol. 3. lib. 2. a. id est, in habitu triumphantis. Lege Plinium libro 34. capite 4. de honore statuarum.

Tituli triumphales. Iuuen. Satyr. 1. 13.

Vehicula triumphalia. Cic. in Pisonem, 48.

Vestes triumphales, Quæ triumphantium erant: quemadmodum & dum & aurum triumphale & habitus triumphalis dicitur. Plin. lib. 8. cap. 48. 6, Pictas uestes iam apud Homerũ fuisse, unde triumphales natæ. Idem lib. 9. cap. 36. 3, De purpuræ succo, seu colore purpureo, Dijs aduocatur placandis, omnemq; uestem illuminat, in triumphali miscetur auro.

Vir triumphalis, Qui triumphauit, quemadmodum Consularis, qui Consul fuit. Suet. de Augusto. Liu. 5. ab Vrbe, 178.

Bis triumphalem fieri. Cic. in Salust. 13. (phatio: ut,

¶ Triumphalia, triumphaliorum, (θριαμβικὰ) Ipsa triumphalia.

Tribuere alicui triumphalia. Tacit. lib. 4.

Triumphalia ornamenta, quæ fauore principum concedebantur ijs qui non triũphassent: quorum sæpe fit mentio apud Tacitum. Interdum uerò sine substantiuo ponitur: ut apud Plinium in Paneg. 146, Licet alteri uestrùm triumphalia filij uirtus, cælum alteri dederit.

Triumuir] triumuiri, penultima correpta, masc. gener. (ἀπὸ τῶν τριῶν) Nomen magistratus Romani, quem tres collegæ administrabant.

Triumuiri ecquando nisi per x x x v. tribus creati sunt. Cicero 2. de lege Agraria, 31.

Triumuiri triplices fuêre: Capitales, Mensarij, Nocturni.

Capitales triumuiri (inquit Pomponius de orig. iuris, l. necessarium. §. eodem tempore) constituti sunt, qui carceris custodiam haberent: ut quum animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret. Valerius libro 5, Tam admirabilis spectaculi nouitas ab ipso custode ad triumuirum, à triumuiro ad prætorem, à prætore ad consilium iudicum perlata. Cicero in Orator. 87, Planeq; Duorumuirorum iudicium, aut Triumuirorum capitalium, aut Decemuirorum litibus iudicandis dico nunquam.

Mensarij triumuiri. Liuius, Triumuiri mensarij creati sunt: hiq; nummularijs & monetæ omnis generis & formæ cusoribus præerant.

Nocturni triumuiri. Cornelius Tacitus, Triumuiri nocturni, quòd ad incendium in sacra uia ortum tardè uenerant, à Tribuno plebis die dicta damnati sunt.

Epulones triumuiri. Liuius 3. bel. Macedon. Romæ eo primùm anno triumuiri epulones facti C. Licinius Lucullus, T. Romuleius, qui legem de creandis his tulerat, & P. Porcius Lecca. His triumuiris, item ut pontifici, lege datum toga prætextæ habendæ ius.

Monetales Triumuiri. Vide Moneta.

¶ Triumuiratus, huius triumuiratus, pen. prod. m. gen. (τριῶν τριτῶν) Ipsum Triumuirorum officium. Cic. de claris Orat. 60, Qui quidem in triumuiratu iudicauerit contra P. Africani auunculi sui testimonium.

¶ Triumuiralis, pen. prod. Adiect. Horat. Epod. 4. 3,

Sectus flagellus hic triumuiralibus
Præconis ad fastidium.

Triuncis] & hoc triunce (τριούγκιον) à tribus uncijs dicebatur quadrans. Vnde triuncium, quod trium unciarum est. Plinius lib. 33. cap. 3. 7, Quadrans antea triuncis uocatus, à tribus uncijs.

Trixago] trixaginis, fœ. g. (χαμαίδρυς) Eadem herba quæ trissago. Vide suprà.

Troas] huius Troadis, penultima correpta (τρωὰς, τρωάδος) Asiæ regio, Hellespontо adiacens, eadem quondam Aeolis & Mysia appellata, authore Plin. lib. 5. capite 30. Mela lib. 1, Proxima, inquit, regio, ex quo ab Aeolis incoli cœpit, Aeolis facta, antè Mysia, & qua Hellespontum attingit, Troias posidentibus Troas fuit. Hactenus Pomponius. Ptolemæus mimorem Phrygiam appellat. Homerus ab Aesapo usq; ad Cayci fluminis ostia eius fines produxit. In ea Ilion, quæ & Troia, mille quingentis paßibus à portu distans, omnium quæ sub sole sunt nobilißima. Ciuitates Troadis nobiliores, Dardanum, Simeontis fluminis ostia, Antandrus, Smyrna, Clazomene, Ephesus, Milemaus, Pergamus, Tyatyra, Philadelphia, Laodicia, Antiochia. Montes clari, Ida & Tmolus.

¶ Troas, Patronymicum fœm. pro gentili. Virgilius 5. Aeneidos, 123.

At procul in sola secretæ Troades acta
Amissum Anchisen flebant. hoc est, Troianæ mulieres.

Trochæus] trochæi, masc. gen. (τροχαῖος) Pes celer, & uolubilis, quòd rotatim & celeriter diceretur. nam τροχὸς, Latinè rota dicitur. A Mercurio reperius, tenet locum ultimum in carmine hexametro, constatq; ex duabus syllabis, prima longa & ultima breui. Vel dicitur ἀπὸ τοῦ τρέχειν, id est, à currendo: quia cursum suum habet de longa syllaba in breuem. A Græcis τροχαῖος appellatur. Cic. 3. de Orat. 100, Quum sint numeri plures, iambum & trochæum frequentem segregat ab oratore Aristoteles.

Trochæus qui est eodem spacio quo choræus, cordax ab Aristotele appellatur. Cic. in Orat. 112.

Trochæus qui temporibus & interuallis est par iambo. Cicero in Orator.

Cordex trochæus. Vide Cor.

Trochilos] τρόχιλος, Parua auis, rexq; auium dicitur: qui alio nomine regulus appellatur, siue, ut Suetonius ait, regulus. Plinius libro 10. capite 74, Aquilæ & trochilus, sic credimus, quoniam rex appellatur auium. Idem libro 8. capite 25. 2, Auis quæ trochilos ibi uocatur, rex auium in Italia, &c.

Trochiscus] Vide Trochus.

Trochleæ] trochleæ, Totam illam machinam significat, quæ continet rotulam, & axiculum per rotulam traiectum, circa quem rotula uersatur: & præterea ductarium funẽ, qui circa orbiculum æneum currit: qualem in puteis uidemus. Huiusmodi meminit Cato de re Rustica, in instrumento torcularis, in quo siculas quinq;, funes ductarios quinq;, trochleas decem oportere esse tradit. Idem cap. 3. 3, Trochleas Græcanicas binas, quæ funibus sparteis ducantur. Hæc Budæus. Lucret. lib. 4. 183,

Multaq; per trochleas, & tympana pondere magno
Commouet, atq; leui sustollit machina nisu.

Trochleis pituitam adducere, pro, Difficulter expuere, metaphoricè dixit Quintilianus lib. 11. cap. 3. de pronunciatione, Budæus.

Trochum] trochi, Genus sellæ, teste Festo.

Trochus] trochi, m. g. (τροχὸς, τρόμος) Turbo quo lusitant pueri. A rotando dictus. nã τρέχω, curro significat. Et trochus, rota, reuolutio: quæ rota, inquit Acron, à ludentib. pueris scutica agebatur. Mart. lib. 14. 137,

Inducenda rota est, das nobis utile munus:
Iste trochus pueris, at mihi cantus erit. Horatius de Arte, 77,
Indoctusq; pilæ, discíue, trochíue quiescit.

Circeus trochus. Hor. 3. Carm. ode 24. 12.

¶ Trochiscus, trochisci, masc. gen. Diminutiuum (τροχίσκος) Parua rota. Vnde compositiones quædam medicorum in formam rotulæ, trochisci dicuntur. Latini Pastillos uocant, teste Celso lib. 5. cap. 17.

¶ Trochulus, trochuli, pen. corr. m. g. (τροχίλος) Aliud diminut. Plaut. Amph. 3. 144, Tum meo patri aurè trochulus inerit aureus sub petaso. Exemplaria depravatè legunt, torulus.

Trocles] τρώκτης, Vir quidã è Phœnicia, qui, ut testatur Homerus lib. Odyss. 14, aptus ad decipiendum, multa hominibus mala inflixit, atq; Vlyßi persuasit ut in Phœniciam

ubi ipſius domus & ſubſtantia erat, proficiſceretur.

Trœzen] *huius Trœzenis (τροιζῆνος) uel Trœzene, Trœzenes, pen. prod. triſyllabum, fuit oppidum Peloponneſi in ſinu Argolico, à Trœzene filio Pelopis. In eo educatus fuit Theſeus. Eſt & Trœzena regio in minore Aſia: à qua Trœzenij, populi ſunt appellati. Meminit Cic. 3. Offic. 61. Ouid. epiſt. 4. 22,*

Hic tecum Trœzena colam Pitheia regna.

Alta Trœzene. Ouid. 2. Faſt. 55.

¶ Trœzenius, Adiectiuum (τροιζήνιος) *ut, Heros Trœzenius. Ouid. 8. Metam. 114.*

¶ Trœzenij, populi (τροιζήνιοι) *ſide ſocietatis Atticæ illuſtres, ut inquit Pomponius Mela, in ipſa Cherſoneſo ſiti, ad quos recto curſu ex Piræeo commodiſſima nauigatio eſt. Eo igitur tempore quo Xerxes cum tantis copijs in Græciam traiecit, quum Themiſtoclis oraculũ interpretantis ſententia ualuiſſet, ut terra relicta, mari ſe concrederent: iuuentutem omnem Athenienſes in triremes impoſuerunt, plurimi uerò parentes & uxores in Trœzenẽ, Trœzenijs eos humaniſſimè ſuſcipientibus. Decreuerunt enim ut hi publicè alerẽtur, duob. obolis in ſingulos diſtributis: pueriſq; facta poteſtas ut undecunque liberet, poma acciperent: & pro his eruditoribus, magiſtris merces perſoluta eſt. Eius decreti author Nicagoras fuiſſe traditur. Hactenus in Themiſtoclis uita Plutarchus.*

Troglodytæ] *pen. corr. (τρωγλοδῦται) populi Aethiopiæ, nullarum opum domini, inquit Mela lib. 1. ſtridenti magis, quàm loquantur. Specus ſubeunt, aluntq; ſerpentibus. Meminit Cic. 2. Offic. 139.*

Troia] *(τρωὰς, teſte Liuio de bello Macedonico, lib. 7, Regio eſt minoris Aſiæ, in qua fuit Ilion ciuitas cantatiſſima: non nunquam tamen pro ipſa urbe Troia ponitur. Ouidius epiſtol. 1. 1,*

Troia iacet certè Danais inuiſa puellis. Troia dicebatur, à Troe rege: antea Teucria à Teucro, & Dardania à Dardano. Scribiturq; Græca diphthongo, nec diuiditur i conſonans: adiectiuum uerò o & i uocales, & diuiſæ. Et quũ prouinciam ſignificat, principale nomen eſt, & breuis eſt Tro. Quando autem non eſt principale, & deriuatio eſt, & Tro longa eſt. Virg. 2. Aen. 153,

—& Troia gaza per undas.

Author Troiæ Cynthius. Virg. 3. Georg. 8.
Domitor Troiæ Vlyſſes. Horat. 1. epiſt. 2. 4.
Alta Troia. Horat. 4. Carm. ode 6. 1.
Laomedontea Troia. Virg. 1. Georg. 101.
Magnæ Troiæ uaſtator Achilles. Stat. 2. Achil. 64.
Neptunia Troiæ. Virgilius 2. Aeneidos, 125. Troia hæc ſiunt adiectiua.

¶ Tros (τρώς) *Qui ex Troia eſt. Virg. 1. Aen. 116,*

Tros, Tyrius ue mihi nullo diſcrimine agetur. Ibidem, 6. 11,

— ceſſas in uota precesq;
Tros, ait, Aenea, ceſſas? & c.

¶ Troianus, Troiana, Troianum, penult. prod. (τρωϊανὸς) *ut, Troianas opes.*

Aceſtes Troianus. Vide Aceſtes.
Arma Troiana. Virg. 9. Aen. 37.
Bellum Troianum. Horat. de Arte, 30,
Equus Troianus. Cicer. pro Muræna, 71, Intus, intus inquam eſt equus Troianus, à quo nunquam me Conſule dormientes opprimemini.
Gens Troiana. Virg. 4. Aen. 85.
Iuuentus Troiana. Virg. 1. Aen. 95.
Vrbs Troiana. Virg. 1. Aeneid. 126.
Ferocitas Troianorum. Cic. 2. de Diuin. 123.

¶ Troicus, Troica, Troicum, pen. correp. (τρωϊκὸς) *ut, Troica caſtra, apud Virgilium.*

Bellum Troicum. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 6.
Enſis Troicus. Ouid. epiſt. 7. 37.
Fata Troica. Ouid. epiſt. 1. 6.
Tempus Troicum. Cic. de clar. Orat. 19.

¶ Troius, Troia, Troium: trium ſyllabarum (τρῳὸς) *ut, Troia gaza.*

Arma Troia. Virg. 3. Aen. 120.
Heros Troius. Virg. 6. Aen. 91.

¶ Troiugena, pen. corr. *Ennius,*

Troiugenas bello claros. Sanè Troiugena, et Graiugena quum gemino i ſcribi debuerint, mutarunt i ſequens in u: ut pro Troiigena & Graiigena, Troiugena & Graiugena factum ſit. Catul. Argon. 59. 71,

Troiugenum infeſto proſternet corpora ferro. Virgilius 3. Aeneid. 72,

Troiugena interpres diuũm.

Gentes Troiugenæ. Lucret. lib. 1. 95.

¶ Troia, *etiam ludus puerilis Equeſtris, ab Aenea conſtitutus. Virg. 5. Aen. 121,*

Troiaq; nunc pueri Troianum dicitur agmen. Suetonius in Auguſto, cap. 43, Sed & Troiæ ludum edidit frequentiſſimè, magnorum minorum'ue puerorum delectu, priſci, decoriq; moris, exiſtimans claræ ſtirpis indolem ſic noteſcere. Hunc luſum pulcherrimè deſcribit Virg. libro 5. Aeneid. 110.

¶ Troia, *Locus eſt in agro Laurente, in quo primùm Aeneas conſtitit. Semper autem prima longa eſt.*

Troilus] *pen. corr. (τρῳὸλος) Priami & Hecubæ filius, ætate impar cum Achille congreſſus, periit: cuius meminit Virgil. 1. Aeneid. 96. Hor. 2. Carm. ode 9. 3,*

——nec impubem parentes
Troilon, aut Phrygiæ ſorores Fleuêre ſemper.

Tropœus] *tropæi, maſc. gen. (τρόπαιος) Dicitur quaſi uerſarius, qui alios uellicat, infeſtat, & ne deprehendatur, ſe cõuertit. Suet. in Claudio Ceſare, cap. 8, Et quoties poſt cibum obdormiſceret, quod ei ferè accidebat, olearum ac palmularum oſſibus inceſſebatur. interdum ſerula, flagrõue, uelut per ludum excitabatur à tropæis. τρέπω enim uerto, & τροπὴ uerſionem ſignificat.*

Venti tropæi, Qui è mari redeunt. Plin. lib. 2. cap. 43. 4, Nanq; ut è fluminibus, ac è nuibus, & è mari uidemus, & quidem tranquillo, & alios quos uocant altanos, è terra conſurgere uentos. Qui quidem quum è mari redeunt, tropæi uocãtur: ſi pergunt, apogæi.

Trophæum] *trophæi (τρόπαιον) Feſtus, Trophæi ſignificantiam propriam Varro Bimargo oſtendit. Ideo fuga hoſtium, Græcè uocatur τροπὴ. Hinc ſpolia capta, ſixa in ſtipitibus, appellantur trophæa. Virg. 11. Aen. 5,*

Mezenti, ducis exuuias (tibi magne trophæum
Bellipotens) aptat rorantes ſanguine criſtas, & c. Plin. lib. 6. cap. 28. 11, Trophæa eodem in loco Ioui ac Neptuno ſtatuiſſe. Horat. 2. Carm. ode 9. 4,

—& potius noua
Cantemus Auguſti trophæa. Virg. 3. Georg. 7,
Et duo rapta manu diuerſo ex hoſte trophæa.

Signum cupiditatis, trophæũ neceſſitudinis, indicium amoris. Cic. 4. Verr. 79.
Belligera trophæa. Stat. 10. Theb. 6.
Clarum & exornatum trophæum. Cic. 1. de Inuent. 84.
Immane trophæum retulimus. Claud. de nupt. Honorij, 24.
Salaminum trophæum. Cic. 1. Tuſc. 177.
Trunca trophæa. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 21.

Orna-

Ornare urbem trophæis. Author ad Heren. lib. 4. 237.
Hic in Macedonia trophæa poſuit, eaq; , quæ bellicæ laudis victoriæq; omnes gentes inſignia, & monimenta eſſe uoluerunt.
Statuere trophæum. Cic. 2. de Inuent. 173.

Trophium] *ornamenti genus, apud Pſychæa Tritonia datum ſcribit Martianus Capella lib. 1. Niſi illic Strophium legendum ſit, quod magis credo: de quo ſuprà diximus.*

Trophonius] *τροφώνιος, Summus artifex in ſecandis ſaxis fuit, qui ſubterraneum ſanum in Lebadia Bœotiæ regione conſtruxit, quod uulgò Trophoni ſanum cognominatum eſt ab artifice. Hic ubi aliquandiu oracula reddidiſſet, atq; tandem fame interiiſſet, ferunt genium quendam in id immigraſſe, atq; oracula reddere perrexiſſe: poſt ſuperſtitione mortalium plures ſe in id antrum demiſerunt, ac dies complures ibi commorati ſunt. Qui uerò huc oracula ſciſcitatũ deſcendiſſent, in aditu ſpecus nudi ſedére ſoliti ſunt, atque inde ſtatu quodam ſub terram abripiebantur. Geſtabãt autem ſecum placentas quaſdam, quas lemuribus & ſerpentibus occurrentibus obijcerent. Deinde percepto oraculo, rurſus per altum hiatum in terram reſtituebantur. Plura uide apud Eraſinum in prouerbio, In antro Trophonij uaticinatus eſt. de homine uehementer triſti, tetricoq; : propterea quòd olim creditum eſt eum , qui in Trophonij ſpecum deſcendiſſet, poſtea nunquam ridere. Huius Trophonij meminit & Cic. 3. de Nat. deor. 76, Qui alterum Mercurium Valentis & Phoronidis filium, qui ſub terris habetur, Trophonium cenſet. Idem 1. de Diuin. 128.*

Tropis] *huius tropis, ſœm. gen. (τροπὶς) Latinè carina dicitur. Mart. lib. 12. 83,*

Fumoſæ feret ipſe tropin de fœce lagenæ,
Frontis & humorem colliget uſq; tuæ.

Tropologia] *tropologiæ (τροπολογία) Figurâ, qua ſermo ad emendationem morum dirigitur.*

Tropus] *tropi, maſc. gen. (τρόπος) Dici poteſt modus, figura, conuerſio. Et definitur à Quintiliano, quòd ſit uerbi uel ſermonis à propria ſignificatione ad aliam cum uirtute mutatio. Virg. 1. Aen. 34,*

Horrentiq; atrum nemus imminet umbra. Vbi Seruius, Atrum nemus, tropus eſt: per atrum, nigrum oſtendit: per nigrum, umbroſum: per umbroſum, denſum, id eſt, frõdibus plenum. Cic. de claris Orator. 34, Ornari orationem Græci putant, ſi uerborum immutationibus utantur, quos appellant τρόπους, & c.

Tros] *τρώς, Rex Troiæ, inquit Seruius, Ganymedis pater, à quo Troia dicta. Virg. 3. Georg. 8,*

— demiſſæq; ab Ioue gentis
Nomina, Trosq; parẽs & Troiæ Cynthius author. Tros etiam ponitur pro Troius, ut notat idem Seruius: de quo uide ſuprà in Troia. *et facit genitiuũ Trois, et Troos. Quia, ut inquit Seruius, omnia nomina monoſyllaba Græca, quæ in Latinum ſermonem tranſeunt, tertiæ tantùm ſunt declinationis, & tam Latinè, quàm Græcè declinari poſſunt: ut Tros, Trois, Troos: Pan, Panis, Panos.*

Troſſulum] *pen. corr. (τρόσσουλον) Oppidum Tuſciæ citra Volſinios paſſ. IX. M. dictum , quòd illud ſine peditum adiumento equites cepiſſent: à quo Troſſuli dicti ſunt, eius incolæ, de quibus Plinius libro 33. cap. 2. Seneca epiſt. 33, Diuites ſui ſeculi lautiore comitatu equitantes uocat troſſulos. Puto notari affectionem nimiam agilitatis ac dexteritatis in equitando. Idem epiſt. 77, Faciam quod iuuenes & troſſuli, id eſt, qui ſunt bene halito corpore.*

Troſſuli milites. Plinius lib. 33. cap. 2. 6, Celeres ſub Romulo, regibuſq; appellati ſunt, deinde flexumines, poſtea troſſuli. Perſius Satyr. 1. 9, Troſſulus læuis?

¶ Troſſuli, *dicti ſunt toroſuli. Varr. Seſquiulyſſe, Nunc emunt troſſuli nardo nitidi, uulgò Attico talento equum. Nonius.*

Trua] *truæ (ἀγγεῖα γοῦν) Vaſis genus, à terendo dictum, quaſi terua, quam nos diminutiuè trullam dicimus. Siue, ut Varro docet, à tranſuolando, traijciendóue, quòd per eam aqua traijciatur.*

¶ Trulla, trullæ, *Diminutiuum (ἀγγειδίς γοῦν) Varro. Trulla ad ſimilitudinem truæ: illa magna, & hæc parua Trullæ, quæ è culina in lauatrinam aquam fundunt.*

Trulla, *Vas in quo uentris onus deponitur. Mart. lib. 9. 101, Clinicus Herodes trullam ſubduxerat ægro.*

Trulla, *Vas latum profundumq;, quod in menſam plerunq; cõferri ſolet. Quod licet potui ineptum uideatur, tamen uſurpatum fuiſſe legimus. Hor. 2. Serm. Satyr. 3. 29,*

Qui Veietanum feſtis potare diebus
Campana ſolitus trulla, uappamq; profeſtis. Iuuenal. Satyr. 3. 11,

Si trulla inuerſo crepitum dedit aurea fundo. Hîc bibacem arguit, quòd in trulla bibat: ineptum, quòd crepitus inter bibendum edat. Cato cap. 13, Vrceos fictiles urnales duos, trullas ligneas duas. Liu. 7. bel. Maced. 47, Trullis ferreis multum conceptum ignem præſe portabant. Cic. 6. Verr. 54. & 55, Trulla excauata cum manubrio aureo.

Trulla gemmea. Cic. 6. Verr. 55.

Trulla, *Cæmentarij inſtrumentum, quo fabri murarij, tectorijs limendis complanandiſq; delutare ſolent: ut non ſolùm parietes pulchritudinem accipiant, ſed & fortitudinem contra iniuriam imbrium & celeberrimas tempeſtates.*

¶ Trulleum, *Quo manus perluuntur. Varr. de uit. pop. Roman. lib. 1, Itaq; ea ſibi modò ponere ac ſuſpendere, quæ utilitas poſtularet, trulleum, matellionem, peluim, naſiternam, &c. Eius ter colum aquæ manalem uocamus, quòd ea aqua in trulleum effundatur. Vnde Manalis lapis appellatur in Pontificalibus libris, qui tunc mouetur, cùm pluuiæ exoptantur. Ex Nonio.*

¶ Truliſſo, truliſſas, truliſſare, Trulla gypſum inducere. *Vitruu. lib. 7. cap. 3, Coronis explicatis parietes quàm aſperrimè truliſſentur: poſtea autem ſuprà truliſatione ſubarreſcente deformentur directiones arenati.*

Trucido, Truculentus] *Vide* Trux.

Trucido] *trudis, truſi, truſum (ὤθω, ὠθέω, ὠθισμὸς) trudere. Violentiâ quadam impellere. Plaut. Aſin. 10. 30,*

Næ ille ecaſtor hinc trudetur largus lachrumarum foras.

Quòd ne trudamur, dij immortales non admonent. Cicero de Aruſp. reſp. 56.

Trudi ad mortem & ad ſupplicium. Cic. 1. Tuſc. 113. Idem ad Attic. lib. 4. 7. 2. 4.

Fallacia alia aliam trudit. Terent. Andr. 4. 5. 40.

Truditur dies die. Horat. 2. Carm. ode 18. 3.

Trudere tenebras. id eſt, Obijcere. Plaut. Epid.

¶ Truſatilis, & hoc truſatile, pen. corr. (ὠθὸς) *Quod truditur: ut, Mola truſatilis, id eſt, mola manuaria: quòd manibus trudatur, id eſt, pellatur. Gellius lib. 3. cap. 3, Ob quærendũ uictum ad circumagendas molas, quæ truſatiles appellãtur, operam piſtori locaſſet. De Plauto.*

¶ Trudes, trudis (ὠθήσιον) *Inſtrumenti genus. Tacit. libro 3, Quidam trudibus aut ſurcis inertem molem prouerrere.*

Truentum] *τροῦεντον, Fluuius Picenorum, & urbs eiusdem nominis, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. uulgò Tronto. Vide Plinium, lib. 3. cap. 13. Silius lib. 8. 86,*

Quiq; Truentinas ſeruant cum flumine turres.

Trulla] *trullæ. Vide* Trua.

Truncus] *trunci, masc. gen.* (στέλεχος, κορμός, πρέμνον, φόνος) *Pars arboris, quæ ramis truncatis superstat. Columel. lib.3, Vt ex his partibus trunci sumantur, quæ & genitales sunt, & maximè fertiles. Cic.3.de Orat.98, Quid in arboribus, in quibus non truncus, non rami, non folia deniq; nisi ad suam retinendam conseruandamq; naturam?*

Arboris acciuis trunco. Virg.10. Aen.167.

Arboris obnixus trunco. Virg.3. Georg.47.

Cæui trunci. Horat.2. Carm.ode 19.3.

Cælebs sine palmite truncus. Ouid.4. Metam.133.

Enodes trunci. Virg.2. Georg.16.

Ficulnus truncus. Horat.1. Serm. Satyr.8.1.

Iners truncus. Ouid.3. Amor.eleg.6.3.

Syncerus truncus, Non lesus. Ouid.de Nuce,7.

Teretes trunci. Virg.6. Aen.42.

Valentes trunci. Virg.2. Georg.86.

Recto trunco se attollere. Ouid.2. Metam.165.

Denuda. foliis ramos, & cortice truncos. Cic.in Arato,14.

Terra ex minutissimis seminibus, tantos truncos ramosq; procreat. Cic.de Senect.48.

Truncus corporis. Cic.pro Rosc.Com.16. Virg.2. Aen.112,

—iacet ingens littore truncus,
Auulsumq; humeris caput, & sine nomine corpus. Ibidem, lib.9.67,
Tum caput ipsi aufert domino, truncumq; relinquit
Sanguine singultantem. Lucret.lib.3.133.

Informes trunci. Lucan.lib.2.38.

Truncus atq; stipes: pro Homine stupido. Cic.in Pisonem, 14.

Qui potest esse in eiusmodi trunco sapientia? Cic.1.de Natura deorum, 115.

Truncus ægritudinum. Cic.3. Tusc.131.

¶ Trunculus, penultima correpta, Diminutiuum (στελεχάριον) *Celsius libro 2. cap. 19. & 21, Præcipuè tamen in ungulis, trunculisq; suum, in petiolis, capitulisq; hœdorum. Fortasse legendum, pedunculis.*

¶ Truncus, Adiectiuum (κολοβός) *Quod est truncatum. Colum. lib.2, Quum deinde truncam reddideris, acuto ferramento plagam læuato. Liu.7. bel.Pun.149, Trunca & turpia exta nimis læta apparuissent.*

Animalia trunca pedum. Virg.4. Georg.61.

Arma trunca. Stat.10. Theb.68.

Corpus truncum. Senec. Oedipo, 14.5.

Manus trunca. Propert. lib.4. eleg.9.3.

Mares truncæ inhonesto uulnere. Virg.6. Aen.100.

Pinus trunca. Virg.3. Aen.132.

Sermo truncus. Stat.12. Theb.96.

Tempora trunca. Ouid. epist.9.18.

Vulnera trunca. Ouid.3. Metam.145.

Vultus truncus. Stat.5. Theb.48.

¶ Trunco, truncas (λωβάω, μειλίσσω, κολοβόω, ἀπροτομέω) *truncare, In partes scindere. Valer.6. Argon.114,*

—iam non per curua uolantem
Stagna: nec in medio truncantem marmore ceruos.

Anguis truncatus. Claud.de bel. Gildon.98.

Manibus truncatus, & armis. Claud.de bel. Get.10.

Membra truncata. Claud.de bel. Get.53.

Trusatilis] Vide Trudo.

Trutina] *trutinæ, pen.corr.* (πλάστιγξ, ζυγόν, τάλαντον) *Statera. Vitruuius lib.2, Id autem ex trutinis quæ stateræ dicuntur, licet considerare.*

Trutina, per translationem ponitur pro iudicio. Cicero 2.de Orat.87.

Castigare examen in trutina. Pers. Satyr.1.1.

Pensari eadem trutina. Horat. epist.1.6.

Suspendere in trutina. Iuuen. Satyr.6.44.

Trutinam Cornutus scribit foramen esse, intra quod est lingua bilancis, ad quod est examinatio: quod alij æquamentum, alij libramentum, alij æquilibrium uocant.

¶ Trutino, trutinas, pen. corr. (ταλαντάω, ταλαντίζω) *trutinare, Est animo pensiculare.*

¶ Trutinor, trutinaris (σταθμάομαι) *trutinari. Deponens, Idē. Pers. Satyr.3.9,*

Atq; ex porrecto trutinantur uerba labello.

Trux] *trucis, om.gen.* (ἀπηνής) *Ferox, crudelis. Plautus Bacchid.2.3.25,*

Arietes truces nos erimus. Idem Truc.1.5,
Vi magna seruos est, ac trucibus moribus, lupæ ne rapiant domini parsimoniam.

Fronte trux. Valer.4. Argon.47.

Trux tactu. Plin.lib.22.cap.6.6.

Affectus truces comprimere. Senec. Agamem.3.24.

Animi truces. Lucan.lib.7.26.

Aspectus trux. Cic.2.de Diuin.198. Ex poeta.

Classico truci excitatur miles. Horat. Epod.2.1.

Fremitus truces tubæ Senec. Octau.7.5.

Inimicitiæ truces. Horat.1. epist.20.10.

Iræ truces. Valer.1. Argon.135.

Oculi truces. Cic.2.de Nat.deor.154. Ex poeta.

Puellæ truces. Senec. Oedip.5.15. De Amazonibus.

Sonus trux oris. Plin.lib.6.cap.22.8.

Tauri truces. Ouid.8. Metam.60.

Horridus & trux Tribunus plebis. Cic.2.de lege Agrar.67.

Venti truces. Plin.lib.2.cap.36.

Vocem trucem expauescere. Silius lib.1.14.

Vultus trux. Tacit.lib.4.

¶ Truculentus, Adiectiuum (ἀπηνέια) *Qui uultu crudelitatē præ se fert, aliosq; terret. Terent. Adelph.5.4.12.*

Ego ille agrestis, sæuus, tristis, parcus, truculentus, tenax.

Cic. pro Sestio, 14, Alter ô dij boni quàm teter incedebat, quàm truculentus, quàm terribilis aspectu. Idem 2. Nat. deor.160, Helice truculenta. Ex poeta.

Aequor truculentum. Catul. Argon.59.36.

Auster truculentior. Claud.2.de raptu Proserp.63.

Facinus nefarium & truculentissimum. Author ad Herennium, lib.4.151.

Insomnia truculenta. Silius lib.10.72.

Truculentus, cum datiuo. Plin.lib.8.cap.42, Sic & tigris etiā ferit cunctis truculenta.

¶ Truculenter (ἀπηνῶς) *truculentius, truculentissimè, Aduerbium. Cic.2.de lege Agrar.27, Truculentius se gerebat quàm cæteri.*

Trucido] *trucidas, penultima producta* (κερματίζω, κατακόπτω, κραίπω, σφάττω) *trucidare, Crudeliter necare. Virg.2. Aen.69,*

Fit uia ui, rumpunt aditus, primosq; trucidant. Cic. pro lege Manil.4, Vno nuncio, atq; una litterarum significatione ciues Rom. necandos, trucidandosq; denotauit.

Qui nos, qui coniuges, qui liberos nostros trucidare uoluerūt. Cic.4.in Catil.84.

Trucidari ferro. Cic.1.in Catil.6.

Trucidari fœnore. Cic. pro Cælio,33.

¶ Trucidatio, Verbale (κατάσφαξις) Cic.4. Philip.160, *Nullus ei ludus uidetur esse iucundior, quàm cruor, quàm cædes, quàm ante oculos trucidatio ciuium.*

Tryblium] *tryblij, neutri generis. Catinus: uerbum quidem Græcum, sed quod Latinus Varro usurpauit, & Plautus, cuius uerba sunt,*

Hoc conuiuium est pro opibus nostris satis commodulè Nucibus, fabulis, ficulis, oleæ in tryblio lupillo. Interrupto, in editis hodieq; legitur: sed nullo sensu. Restituit Turnebus.

Trychon] τρύχων. Vide Strychus. *Herba, quæ & strychnon dicitur. Plin.lib.21.cap.31.1.*

Trygínon] *penultima correpta* (τρύγινον) *Atramenti genus. Plinius libro 35. capite 6.13, Sunt qui & uini fœcem siccatam excoquant: affirmantq; si ex bono uino fex fuerit, indice speciem id atramentum præbere. Polygnotus & Mycon, celeberrimi pictores Athenis, è uinaceis fecēre, trygina non appellant. Interpretari potest fœcatum, aut fœcitum: utpote factum ex fœcibus.*

Trypane, & Trypanum] Vide Abaptistum.

Tryphon] τρύφων, *Alexandrinus Grammaticus, Augusti tempore: scripsit de copia orationis, de orthographia, & alia à Suida commemorata.*

Tryxalis] *pen.corr. Græcè* τρυξαλίς, *Animal locustæ simile sine pennis: Latinum nomen non habet, ut aliqui arbitrantur: nec pauciores, hoc esse quod gryllus uocetur. Hæc Plin. lib.30.cap.6.6.*

T V

Tu] *tui, uel Tis, tibi* (σύ) Terent. *Heaut.5.4.11,*

Crede, & nostrum te esse credito. Plaut. Trinum.6.30,
Nimio satius tui opus est te ita esse, quàm ut animo lubet.

Tibi eidem. Plaut. Mercat.3.71,

Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis.

Tibi est domi. Plaut. Trucul.4.80.

Ecce tibi è transuerso. Cic.4. Acad.216.

At tibi repentè. Cic. Varroni, lib.9.2.2.

Hic tibi strepit. Silius Ciceroni, lib.8.2.4.

Alter tibi descendit de palatio & ædibus suis. Cicero pro Roscio Amer.78.

Nunc tibi nostri millites. Cælius Ciceroni, lib.8.15.2.

Tūne. Plautus Amphitr.8.124,

Tún' me heri aduenisse dicis? Virg.1. Aen.125,

Túne, ille Aeneas, &c.

Tu tu. Plaut. Mostel.13.16, Egónes? A. Tu tu.

Tute, Tu ipse. Plaut. Terent. Eunuch.1.19,

Et quod nunc tute tecum iratus cogitas. Cic. Lent. lib.1.8.3, Vt tute mihi præcepisti.

Tute ipse. Virg.3. eclog.7.

Tutemet, pen.corr. pro Tute: id est, tu ipse. Lucret. lib.5.185,

Tutemet in culpa quom sis.

Te socio. Cic. ad Figulum, lib.4.13.6, Per me quondam, te socio defensa Respublica.

Tu, repetitum. Cic. pro Rab. perduel. reo, 8, Tu mihi etiam legis Portiæ, tu C. Gracchi, tu horum libertatis, tu cuiusquam denique hominis popularis mentionem facis?

¶ Tuatim, Aduerbium à Tuus: *id est, Tuo more. Acc. Amph.*

Ecce rem iam tuatim facis. Nonius. Obsoletum.

Tuæsis] τύεσις, *Aestuarium maris Britannici apud Ptolæmæum lib.2.cap.3. uulgò Tuuede: iuxta quod Beruicia, munitissimum oppidum regis Anglorum, in finibus Scotiæ: uulgò Berwuyk.*

Tuba] *tubæ* (σάλπιγξ) *Instrumentum musicum uulgò notum, à tubo canali sic dicta. Nam ex lignis tubæ fiunt, & ex cornibus. Et quæ ex ære sunt, tubæ ductiles appellantur: quæ ex ligno uel cornu, ligneæ uel corneæ. Tuba utuntur milites ad excitandos animos in prælium. Cic.2.in Catil.34, Quū tubas, quum signa militaria, quum aquilam illam argenteam scirem esse præmissam.*

Clangor tubarum. Virg.2. Aen.63.

Fremitus truces tubæ. Senec. Octau.7.5.

Sonitus tubæ. Author ad Heren. lib.4.166.

Sonitus fracti tubarum. Virg.4. Georg.15.

Canora tuba. Ouid.3. Fast.170.

Naualis tuba. Vide Nauis.

Stridentes tubæ. Lucan. lib.1.87.

Vocales tubæ. Seneca Thyeste,8.8.

Canunt tubæ. Vide Cano.

Canere ludos tuba. Virg.5. Aen.23.

Occanere tubas. Tacit. lib.2, Tum Sentius occanere cornua tubasq;, & peti aggerem, erigi scalas iussit, ac promptissimam quenq; succedere.

Tuba belli ciuilis. Per translationem. Cicero Appio, libro 6. 12.7, Quòd mirifica est improbitas in quibusdam qui tu lissent acerbius tibi ueniam dari, quam illi appellabant tubam belli ciuilis.

¶ Tubarius, tubarij, m.g. *Tubarum faciendarum artifex. Aurelius Arcadius in l. vlt. D. de iur. immunit.*

¶ Tubicen, pen.corr. tubicinis, masc.gener. (σαλπιστής) Qui *tuba canit.*

Tubicines, Cornicines, & Buccinatores: qui tubā, uel cornu, uel buccina committere prælium solent. Seneca epistol.79.

Tuber] *tuberis, neut.gen. priore longa* (βόλβος) *Est terræ callus: uulgò tartufus dicitur. Galli truffas uocant. Plin. lib.19. cap.2.6, Et quoniam à miraculis rerum cœpimus, sequemur eorum ordinem, in quibus uel maximum est aliquid nasci, aut uiuere sine ulla radice. Tubera uocantur hæc, una diq; terra circundata, nullisq; fibris nixa, aut saltem capillamentis, nec utiq; exuberante loco in quo gignuntur, aut rimam agente, neq; ipsa terræ cohærēt. Cortice etiam inclu duntur, ut planè nec terram esse posimus dicere, neq; aliud quàm terræ callum. Siccis hæc ferè & fabulosis locis fructosis q; nascuntur. Excedunt sæpe magnitudinem mali cotonei, etiam librali pondere. Duo eorum genera, arenosis dentibus inimica, & altera syncera. Distinguuntur & colore russo, nigroq;, & intus candido. Laudatissima Africæ, &c. Idem capite sequenti, 1, Quum fuerint imbres autumnales, ac tonitrua crebra, tunc nasci. & maximè è tonitribus, nec ultra annum durare: tenerrima autem uerno esse. Martialis lib.13.50,*

Rumpimus altricem tenero de uertice terram
Tubera, boletis poma secūda sumus. Iuuen. Sat.5.12,
Fumat aper, post hunc raduntur tubera, &c. Quibusdam in locis acceptantur riguis ac feruntur, sicut Mitylenis.

Tuber (φῦμα, ἀλή, κύρτωσις) *metaphoricōs pro quouis tumore capitur: tuncq; adiectiuum quidam esse uolunt, sed falsò. Terent. Adelph.2.2.37,*

Præterea colaphis tuber est totum caput. Sic dicitur caput tuber, pro tuberoso: quo modo homo scelus, pro scelerato. Hor.1. Serm. Satyr.15,

Qui, ne tuberibus propriis offendat amicum, &c.

Tubera bina in dorso habent cameli, teste Plin. lib.8.cap.18.2.

Tubere super armos à cruricibus eminente. Plinius libro 8. cap.45.4.

Immodico prodibant tubere tali. Ouid.8. Metam.163.

Tuber, Durities illa in arboribus extans ad nodi similitudinem. Plinius libro 16. capite 16.1, Reperitur & in alno tuber tanto deterius, quanto ab acere alnus ipsa distat. Ibidem, Pulcherrimum uerò est in acere bruscum, multoq; excellentius molluscum. Tuber utrunq; arboris eius: sed bruscum, intortius crispum.

Tuber, Arboris genus, priore correpta. Colū. li.11. cap.2.74, Possunt etiā his diebus cerasi, et tuberes, & armeniacæ, atq; amygdala, cæteræq; arbores quæ primæ florēt, inseri cōmodè

Tuber,

Tuber,masc.gen.pro fructu arboris.Mart.lib.13.42.& 43,
Lecta suburbanis mittunt apyrina ramis
Et uernæ tuberes,qui tibi cũ Libycis? Vernæ,id est,domi nostræ nati.Suet.in Domitiano,cap.16,Oblatos tuberes seruari iußit in crastinum.

¶ Tuberculum,tuberculi,pen.corr.Diminutiuum (φυμάτιον) Plin.libro 11.capite 11.2,Apes regias extruunt tuberculo eminentes.Idem lib.22.cap.32.23,Habet proximam terræ masticben tuberculo fabæ:quæ appositæ,fœminarum menses trahere dicitur.

Tubero] pen.corr.(τυβέρων) Romanus.is notißimus est ex Ciceronis oratione pro Ligario.

Tuburcinor] tuburcinaris (ταφύσσω) tuburcinari, Raptim comedere,authore Nonio. Titinnius, Tuburcinari sine me uultis reliquias.Plaut.Perſ.4.41,
Lubido extemplò cœpêre eſt conuiuium,
Tuburcinari de ſuo,ſi quid domi eſt.

Tubus] tubi,masc.g. (σίφων) Canalis fictilis,per quẽ aqua deducitur.A' tumore dictus.Cic.2.de Legib.2,Ductus uerò aquarum,quos iſti tubos & euripos uocant,quis non,quum hæc uideat,irriſerit? Vetus codex legit,Nilos.

Tubos etiam uiſcerum dicimus.Mart.lib.11.55.

Cauari in tubos.Plin.lib.16.cap.42.2.

¶ Tubulus,tubuli,pen.cor.masc.g. Diminutiuum (σιφώνιον) Varro 1.de re Ruſt.cap.8.3,Inde enim aliquot colligatas libris demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuſo,quos cuſpides appellant.Colum.de Arboribus,cap.9.1.

Tubulum aliquando uocamus auenam quæ & cicuta appellatur:Græcè ſiphon.

¶ Tubulatus,pen.prod.Adiectiuum, Cauatum ad effigiem tubuli.Plin.lib.9.cap.36.5, Alterum purpura uocatur cuniculatim procurrente roſtro, & cuniculi latere introrſus tubulato:qua profertur lingua.

Tucca] τύκκας,L. Varus, & Plocius, uiri doctiſſimi, amici Virgilij,hæredesq; ex parte teſtamenti relicti, iußu Auguſti carmina Aeneidos emendauerunt, hac lege ut nihil adderent,ut Seruius tradit.

Tucris] τουκρίς,Ptolemæo libro 2.cap.6.Hiſpaniæ urbs:uulgò Tudela.

Tudæ] τῦδα,Ptolemæo lib.2.cap.6.Vrbs Hiſpaniæ: hodie Tyde, in Gallicia.

Tuder] τῦδρ,Oppidum mediterraneum Vmbriæ. Author Plin.lib.3.cap.14.

Tudites] σφῦρα, Malleï: à Tundendo dicti,inquit Feſtus. Inde & cuidam cognomen Tuditano fuit, quòd caput malleo ſimule habuerit.

¶ Tudicula,tudiculæ,pen. corr. Inſtrumentum ſiue ſtylus,quo uaſis ſigna imprimuntur. Quidam etiam accipiunt tudiculam pro cochleari maiori,quo ad carnes & iuſcula è cacabis extrahenda utuntur.

Tudicula,Machina qua tũduntur oleæ. Colum.lib.12.cap.50.6,Eſt & organum erectæ tribulæ ſimile, quod tudicula uocatur:idq; non incommodè opus efficit, niſi quòd frequenter utitatur,& ſi baccæ plusculum inieceris, impeditur.

Tudiculo, tudiculas, pen. correpta, tudiculare, Imprimere,ac ſculpere.

Tudiculare,per translationem ponitur pro Commouere.Varro Marcipore, Hæccine nobis cernis hanc mala tudiculaſſe uetulam. Nonius.

¶ Tudito,tuditas, pen. corr. tuditare,Lucri gratia negocium agere.Lucret.lib.2.228,
Nec tuditantia rem ceſſant extrinſecus ullam
Corpora cõficere,& plagis infeſta domare.Idem li.3.81.

Tucor] tueris,tutus,uel tuitus ſum (τηρέομαι,ἀμύνω) tueri,pen.prod. Defendere, conſeruare. Ouid.2.de Arte,3,
Nec minor eſt uirtus,quàm quærere,parta tueri. Quint. in Declamatione cæci.Titius ſum adoleſcẽtis miſerrimi cauſam.Cic.de Amicitia,46,Populos uniuerſos tueri,eiúsq; optimè conſulere.

Tueri & conſeruare.Cic.pro lege Manil.7.

Tueri & defendere,Cic.1.de Orat.84.

Tueri & ornare.Cic.3.in Catil.72.

Tueri & regere.Cic.2.de Legib.16.

Fortiter tueri.Quint.lib.6.cap.1.26.

Perſeueranter tueri.Vide Perſeuerantèr.

Pertinaciter aliquid tueri.Quint.lib.6.cap.4.13.

Abſentem tueri,Defendere.Cic.ad Cælium,lib.2.15.20.

Tuendam habere ædem.Cic.3.Verr.92.

Aedificia tueri.Varro de re Ruſt.lib.1.cap.11.1.

Amicitias tueri,Conſeruare.Cic.3.de Fin.111.

Armenta & uitulos tueri.Virg.2.Georg.39.

Aruа tueri.Virg.1.Georg.5.

Certamina belli tueri.Lucret.lib.2.1.

Concordiam conglutinatam tueri.Cic.Attic.lib.1.12.14.

Dignitatem.Cic.2.Tuſc.85.

Factum alicuius præſtare & tueri.Cic.pro Seſtio,30.

Fines ſuos ab excurſionibus hoſtium tueri.Cic.pro Deiot.15.

Mediocritatem.Cic.3.Tuſc.19.

Munus ſuum.Plancius ad Ciceronem,lib.10.11.4.

Patrocinia.Vatinius ad Ciceronem,lib.5.9.1.

Perſonam alicuius dicendo.Cic.de clar.Orat.39.

Rempub.Cic.2.Offic.125, Ab hoc igitur genere largitionis,ut alijs detur,alijs auferatur,aberunt hi qui Remp. tuebuntur.

Tueri ſe ſua ſanctitate.Cic.2.de Fin.117.

Tueri ſe,pro eo quod eſt Alere & tolerare. Scæuola in l.pen.et ult.de in rem uerſo,Sine quibus aut ſe tueri, aut ſeruos paternos exhibere non poſſet.Budæus.

Societatem coniunctionis humanæ, munificè & æquè tueri. Vide Munus.

¶ Tueri,paßiuè,pro Defendi.Caius in l.conſilio.in princ.D.de curatoribus furioſo dandis,Cõſilio & opera curatoris tueri debet nõ ſolũ patrimoniũ, ſed & corpus & ſalus furioſi.

¶ Tuitus,pen.corr.Participium.Quintil.in Pariete palmato, Tuitus ſum adoleſcẽtis miſerrimi cauſam,Plin.iunior lib.6.epiſt.29,Tuitus ſum tulium Baſſum.id eſt,In iudicio defendi.Paul.D.de uacatione & excuſat.munerum. Legato, qui publicum negocium tuitus ſit, intra tempora uacationis præſtituta rurſum eiuſdem negocij defenſio mandari non poteſt.

¶ Tuendus,Participium (ἀμυστέος) Cicer.Lent. lib.1.9.62, Totus eſt nunc ab iis à quibus fuerat, derelictus.

Pacis mihi cura tuendæ.Ouid.11.Metam.60.

Vita tuenda mea eſt.Ouid.4.Triſt.eleg.4.8.

Tuendus,paßiuè,pro Defendendus. Caius in l. an uſufruct.§. ult.ff.de uſufruct.Vlp.in l.3.§.1.D. de iureiur. Neratius in l.ſi ea res.in fine. D.de action.empti.

Tuto] tutas,uerbum antiquum,idem ſignificans quod Protego,defendo.Plaut.Mercat.
Inuoco uos Lares Diales,ut me tutetis.

¶ Tutor,tutaris,pen.prod. (ταμιεύω,ἀσφαλίζω, προίσταμαι) Frequentatiuum: pro, Diligenter defendere.Terent.in Hecyræ Prologo,42,
Ego interea meum non potui tutari locum. Idem Hecyra,5.1.8,
Nam mores facilè tutor.Cic.in Som.Scip.8, Sed quo ſis Africane alacrior ad tutandam Remp.ſic habeto.

Tutari,à Plin.lib.7.in Præf.3,Truncos etiam arboreos,q; cortice interdum gemino à frigoribus & calore tutata eſt.

Tutari & conſeruare.Cic.pro Sylla,46.

Fortiter & induſtriè aliquid tutari.Quintil.lib.5.cap.13.28.

Armis tutari res alicuius.Horat.2.epiſt.1.1.

Pericula tutari.Saluſt.in oratione Lepidi ad pop.Rom. Aut ſi prouideritis, in tutandis periculis magis, quàm ulciſcendo teneamini.

Præſidio ſuo tutari aliquem.Horat.1.epiſt.19.18.

Genæ tutantur oculos ab inferiore parte ſubiectæ, leuiterq; eminentes.Cic.2.de Natur.deor.215.

¶ Tutor,tutoris, maſc.gen. (ἐπίτροπος, προστάτης) Defenſor pupilli.Cic.pro Cecinna.53,Cui filius agnatus ſit,eius teſtamentum non eſſe ruptum, iudicat: quod mulier ſine tutore authore promiſerit,deberi.

Parens bonus & tutor fidelis.Cic.3.de Orat.2.

Legitimus tutor.Cic.Poſt reditum ad Quirites,9.

Aſcribere tutorem liberis. Vide Aſcribo.

Inſtituere aliquem tutorem filio ſuo.Cic.Silio,lib.13.62.1.

Tutorem inſtitui teſtamento.Liu.1.ab Vrbe,157.

Orbatus tutoribus.Cic. Poſt reditum in Senatu,3.

Tutorem adoptari bonis alterius.Plaut.Trucul.18.6.

Tutorem mittere alicui.Cic.5.de Fin.14.

Tutor finium.Horat.epod.2.5.

Orbæ eloquentiæ quaſi tutores relicti ſimus. Cicero de claris Oratoribus,185.

¶ Tutela,tutelæ,pen.prod.(ἐπιτροπή,ἐπιτροπεία,ἀσφάλεια) Paulus l.1.de tutelis,Tutela,ius ac poteſtas in capite libero, conſtituta ad tuendum eum qui per ætatem ſua ſponte ſe defendere nequit, iure ciuili data ac permiſſa. Tutores autem ſunt, qui eam uim ac poteſtatem habent. Cicero ad Attieum, lib.1.3.6. De tutela legitima, in qua dicitur eſſe puella,niſi uſu capi poſſe.Idem 2.Offic.121. Vt enim tutela, ſic procuratio Reipub, ad eorum utilitatem qui commiſſi ſunt,non ad eorum quibus commiſſa eſt,gerenda eſt.

Iura tutelarum.Cic.1.de Orat.84.

Abdicare ſe tutela. Vide Abdico.

Abijt ad proinquos tutela. Vide Abeo.

Commendare filios ſuos alicuius tutelæ.Cic.1.de Orat.116.

Commendata tutelæ noſtræ.Lucret.lib.5.172.

Committere ſe in tutelam alicuius. Terentius in Prolog. Hecyræ, 52.

Diminuere aliquid de tutela legitima.Cic.pro Flacco, 65.

Latère in tutela ac præſidio alicuius.Cic.pro Muræn.19.

Pupillum fraudare qui in tutelam peruenit.Cicero pro Roſcio Comœdo,9.

Cura ſubdita tutelæ tuæ.Ouid.1.de Remed.16.

Factus ſuæ tutelæ pupillus dicitur, qui non eſt amplius in poteſtate tutoris.Vlpian.in l.quoties.§.nequaquam.ff.de adminiſt.& peric.tutor.

Venire in tutelam ſuam, Idem. Iabolenus in l.qui filium. ff. de iure deliberandi.

In tutela alicuius eſſe.Cic.3.de Finib.102.
Sinite impetrare me, qui in tutelam meam
Studium ſuum,& ſe in ueſtram commiſit fidem. Terentius Prol.Hecyr. Vide Committo.

Tradi in tutelam.Cic.2.de Orat.104.

Muliebris tutela.Vide Mulier.

Rerum tutela mearum. Horat.1.epiſt.1.21.

Tutelæ & Septa,Idem. Varro 1.de Reruſt.cap.14.1.

¶ Tutelaris,& hoc tutelare,pen.prod. Adiectiuum, Quod ad tutelam pertinet:ut,Cauſa tutelaris, Vlpian.in l.uideamus. §.1.ff.de in litem iurando.

¶ Tutelarius(ἐφορευτὸς)pro Aedili,& eo qui ædes ſacras aut publicas ſuo periculo tuetur. quæ dictio nullo alio in loco à nobis lecta eſt, præterquam apud Plinium lib.34.cap.7,6,

Capite tutelarios cauere pro ea inſtituti publici fuit.

¶ Tutamen, penult. prod. tutaminis (ἐχύρωμα) Munimentum,defenſio.Virg.5.Aeneid.53,
Donat habere uiro,decus & tutamen in armis.

¶ Tutamentum,tutamenti (ἀσφάλισμα) Idem.Liu 1.bel.Pun. 144,Vt ea ſola ignibus aliquottes conjectis ab hoſte, etiam tutamentum fuerit.

¶ Tuitio, Verbale (φύλαγμα) Cuſtodia. Cic. in Topicis, 48, Tuitio ſui.

¶ Tutus,tutior,tutiſſimꝰ (ἀχυρὸς,ἀσφαλὴς,ἀνυπόδικος) Metu uel periculo uacuus,nihil inſidiarum timens,in tuto locatus.
Auxilio tutos dimittam.Virg.1.Aeneid.116.
Tutus à calore,Cic.2.de Natur.deor.179.
A' ferro tutus.Ouid.13.Metam.101.
Non hoſpes ab hoſpite tutus.Ouid.1.Metam.30.
Ab inſidijs alicuius tutus.Afinius Ciceroni,lib.10.31.5.
A' morſu fieri loco tutum.Plin.lib.11.cap.25.5, Vnum modò relinqui ſolertiſſimum, & qui ſe ipſius matris clunibus imponendo, tutus & à cauda & à morſu loco fiat.
A' perfidia tutus.Liu.8.bel.Pun.233.
A' ui tutus.Liu.3.ab Vrbe,183.
Ad omnes ictus tutus.Liu.6.bel.Maced.127.
Tutum aduerſus pericula.Celſ.lib.5.cap.23.
Conſilium tutum,Firmum,ſecurum.Terent.Heaut.2.3.86.
Nuſquam tuta fides.Virg.4.Aeneid.75.
Fortuna tuta & tranquilla.Cic.Anteq.iret in exilium,8.
Iniuria tuta ab aliquo.Liu.5.bel.Maced.
Iter tutum currere.Virg.5.Aeneid.173.
Locus tutus, In quo ſecurè uerſari, aut quippiam agere poſſumus.Terent.Phorm.5.3.35,
Non ſatis tutus eſt ad narrandum hic locus. Cic.pro lege Manil.21.
Perfugium tutum.Tacit.lib.12.
Portus tutiſſimus. Cæſar 3.bell.Ciuil.106.
Receptus tutus.Liu.7.bel.Pun.99.
Statio tutiſſima nautis.Virg.4.Georg..85.
Tellus tutiſſima.Stat.1.Achill.43.
Via tũta frequenſq;.Ouid.1.de Arte,118.
Per uias tutas ambulare.Ouid.1.Faſt.25.
Fugæ tutam uiam quærere.Cic.pro Cecinna,32.
Vita tuta.Cic.1.de Fin.82.
Tuta timere.Ouid.7.Metam.10.
Omnia tuta timens.Virg.4.Aeneid.60.
In tutum eduxit legiones. Vide In.
In tuto res eſt. Vide In.
In tuto eſſe.Liu.3.ab Vrbe,188.
Tuto eſſe,pro In tuto.Cic. ad Terentiam,libro 14.3.5.

¶ Tutò,Aduerbium(ἀσφαλῶς)Impunè,ſine periculo.Terent. Heaut.5.1.20,
Loquere. s. ac tutò. CH. loquere. Cicero 4.Verr.99,
Quã uix tutò tranſire poſſe uideamus. Virg.2.Georg.67.
Tutò & ſine metu. Cic.2.de Fin.131.
Tutò & liberè. Cæſar 1.bel.Ciuil.4.
Amare tutò.Ouid.2.Amor.eleg.2.13.
A' ſuis munitus tutò in foro eſſe.Cic.pro Seſt.68.
Nec mihi tutò in Senatum uenire licet. Cic.Caßio, lib.12.2.4.

¶ Tutè,Aduerbium(ἀσινολυῶς)
Tutè cauteq; agere aliquid. Author ad Heren.lib.3.104.
Eum tutè uiuere qui honeſtè uiuat. Author ad Herennium, libro 3.100.

¶ Tutius(ἀσφαλέστερον) Comparatiui gradus. Ouid. 13.Metamorph.2,
Tutius eſt igitur fictis contendere uerbis,
Quàm pugnare manu.

¶ Tutissimè, superlatiuum (ἀσφαλέστατα) Cn. Pompeius Ciceroni, in Epistol. ad Atticum, lib. 8. 15 6. 1, Consco ad nos Luceriam uenias: nam te hic tutissimè fore puto.

Tucrobis] τυκρόβις, Fluuius Britanniæ, Ptolemæo libro 2. cap. 3. uulgò Abedzuy.

Tugurium] tugurij (καλύβη) Dictum est quasi tegurium: à Tegendo, e in u mutata: Rustica habitatio, tecta ex palustri. Et tugurij appellatione (ut ait Pomponius de uerb. signif. l. tugurij) omne ædificium, quod rei rusticæ magis custodiendæ cõuenit, quàm urbanis ædibus, significatur. Quæ autem ita ædificantur, ut nec parietem habeant, nec luto crustata sint: sed stramentis uel arundinibus, alióue simili genere tegantur: tuguria appellant. Colum. lib. 12. cap. 15. 2. Et Varro 3. de re Rust. cap. 1. 2. Virg. eclog. 1. 14,

Pauperis & tuguri congestũ cæspite culmẽ. Pro tugurij.

¶ Tugurìolum, tugurioli, pen. corr. Diminutiuum (καλυβιον) Paruum tugurium.

Tuli] Vide Fero.

Tuliphurdum] τουλιφουρδον, Ptolemæo lib. 2. cap. 11. Germaniæ urbs: uulgò Cottingen.

Tulisurgium, ουλισουργιον, Ptolemæo lib. 2. ca. 11. urbs Germaniæ, hodie Prunsuiga, uulgò Brunsuuig.

Tullianum] pen. prod. Salust. in Catil. Ipse dispositis præsidijs, Lentulum in carcerem deducit: Idem fit ceteris per Prætorem. Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur: ubi paulum ascenderis ad læuam, circiter duodecim pedes humi depressus, eum muniunt undique parietes, atq; insuper camera lapideis fornicibus iuncta: sed inculta tenebris, odore fœda, atq; terribilis eius facies est. In eum locũ postquam dimissus est Lentulus, iudices rerum capitalium, quibus præceptũ erat, laqueo gulam frangere. Varro dictum ait Tullianum, quòd fuerit à Tullio Romanorum rege additum carceri.

Tullios] alij dixêre silanos, alij riuos, alij uehementes proiectiones sanguinis arcuatim fluentis. quales sunt Tiburi in Aniene. Ennius in Aiace.

Aiax misso sanguine tepido tullij effantes euolant. Festius libro 18. Alij tamen Tullios omnis causa dictos uolunt, quasi tollendos.

Tullius] Tullij (τύλλιος) Nomen oratoris, omnium Latinorum facilè principis, cognomento Ciceronis.

Tullum] τουλλον, Galliæ urbs in Belgica, authore Ptolemæo lib. 2. cap. 9. Vulgò Tulle, Toll.

Tullus] τύλλος, Hostilius, tertius Romanorum rex bellicosus. De quo uide Liuium lib. 1. ab Vrbe.

Tum] Copulatiua particula, frequenter sequitur dictionem Cùm (τὸ μεν, τὸ δὲ, τοῦτο μεν, τοῦτο δὲ) Cùm, minus quidam uel magis generale proponit. Tum uerò, maius, uel minus generale: indicatiuoq; frè iungitur. Cic. 1. de Nat. deor. 1, Cùm multæ res in Philosophia nequaquã satis adhuc explicatæ sunt, tum perdifficilis Brute (quod tu minimè ignoras) & perobscura quæstio est de natura deorum. Sed hic duplex est uerbum. Aliquando unum tantùm est, & cui adhæreat Cum. Cic. 4. Tuscul. 1, Cùm multis in locis nostrorum hominum ingenia uirtutesq; Brute soleo mirari, tum maximè in his studijs, quæ serò admodum expetita in hanc ciuitatem è Græcia transtulerunt. Vide Cùm.

Subiunctiuo modo aliquando iungitur. Cic. Attic. lib. 14. 308. 8, Nosq; cùm multum literæ, tum non minimum idus quoq; Martiæ consolentur.

Nulli uerbo aliquando adhærent, ut in subiectis exemplis. Cicero Curioni, lib. 2. 2. 1, Qui cùm suis laudibus, tum uerò tefilio superasset omnium fortunam, si ei contigisset ut te antè uideret, quàm à uita discederet. Idem 1. Verr. 1, Factum est, uti cùm summum in ueteribus patronis multis, tum nonnullum etiam in me præsidium suis fortunis constitutum esse arbitrarentur.

Cùm spe summa, maxima, tum maiore etiam animo. Cic. Quint. lib. 1. 2. 25.

Tum, pro Tunc (τότε) Terent. Phorm. 2. 1. 12,

Quamobrẽ omnes, cùm secundæ res sunt maxime, tũm maximè Meditari secum oportet, quo pacto aduorsam ærumnam ferant.

Nisi fortè hæc illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus. Cic. Attic. lib. 7. 12. 6. 2.

Tum interim. Cic. pro Cluentio, 142.

Tum quum. Cic. 4. Acad. 127, Quoq; solebat uti argumento tum, quum ei placebat nihil posse percipi.

Tum, geminatum in rebus paribus. Plaut. Cistel. 2. 1,

Tum antehac te amaui, & mihi amicã esse credidi mea Gymnasium,
Et matrẽ tuã, tum id mihi hodie aperuistis tu atq; hæc.

Qui non tum hoc, tum illud, sed idem semper. Cicero de Amicitia, 12.

Tum semper, tum in his ipsis rebus. Cic. 4. Ver. 74.

Tum autem, pro Et. Terent. Eunuch. 2. 3. 11,

Vt illum di, deæq; senũ perdant, qui me hodie remoratus est, Meq; adeò, qui restiterim: tum autẽ qui illum non floccifecerim. Donatus.

Tum autem, Præterea, inquit Donatus. Terentius Andr. 1. 5. 34, —rogas?
Laborat è dolore, atq; ex hoc misera solicita est, diem
Quia olim in hũc sunt cõstitutæ nuptiæ, tũ aũt hoc timet
Ne deseras se. Cic. 2. de Natur. deor. 145.

Tum, Præterea, inquit Donatus. Terent. in Prolog. Eunuch. 4.
Si quisquam est qui placere se studeat bonis
Quamplurimis, & minimè multos lædere:
In his poeta hic nomen profitetur suum.

Tum siquis est qui dictum in se, &c. Virg. 3. Aeneid. 46.

Tum præterea. Cic. 3. Verr. 42.

Quid tum inde? Cic. pro Murena, 22.

Tum demum, Nouissimè. Virg. 12. Aeneid. 2,
Tum demum mouet arma leo. Plaut. Trinum. 11. 36,
—tum igitur demum
Adolescenti aurum dabis, ubi erit locata uirgo in matrimonium.

Tum demum, pro Tunc tandem. Cic. 2. de Leg. 17, Erat enim ratio profecta à rerum natura, & ad rectè faciendum impellens, & à delicto auocans: quæ non tum demum incipit lex esse quum scripta est, sed quum orta est.

Tum deniq;, pro Tum demum, uel ad extremum. Cic. 4. Ver. 1, Putabam tum deniq; rectè iudicari posse. si, &c.

Tum uerò, pro Deinde, Cùm non præcedente. Cic. 1. de Orat. 96, Ex his enim & dignitatem maximè expetendam uidemus, tum uerò iustus atq; honestus labor honoribus, præmijs atq; splendore decoratur. Vetus exemplar legit, num uerus, iustus, &c. Virg. 1. Aeneid. 98,

Tum uerò ingentem gemitum dat pectore ab imo.

Tum, pro Deinde. Cic. 1. de Orat. 100, Deinde qui possit non tam caduceo, quàm nomine oratoris ornatus incolumis uel inter hostium tela uersari: tum qui scelus fraudemq; nocentis posit dicendo subijcere odio ciuium, supplicioq; constringere. Budæus.

Tum, sæpius repetitum, pro Et. Cic. 2. de Nat. deor. 74, Quia tum occultantur, tum rursus aperiuntur, tum abeunt, tum recedunt, tum antecedunt, tum autem subsequuntur, tum celerius mouentur, tum tardius.

Tumba] tumbæ (τύμβος) Locus in terra concauus. Vnde & pro

& pro sepulchro poni consueuit. Sipontinus.

Tumeo] tumes, tumui (οἰδέω, ἐρεθίζω, αὐξάνω, ὑπερηφανέω, παρυφόωμαι) Tumere, Inflari. Plaut. Pers. 9. 11,

Quid hoc quod in collo tibi tumet?

Corpus tumet omne ueneno. Ouid. 3. Metam. 7.

Lingua tumet. Ouid. 7. Metam. 114.

Lumina fletu tument. Tibul. lib. 3. eleg. 8. 14.

Genuum tumebãt orbis. Ouid. 8. Metam. 163.

Vere tument terræ. Virg. 2. Georg. 65.

Tumere, pro Superbire: quoniam inflati quodam modo superbientium animi uidentur. Plin. lib. 7. cap. 7. 1, Tu qui te deum credis, aliquo successu tumens, tanti perire potuisti.

Laudis amore tumes. Horat. 1. epist. 1. 8.

Corda tument rabie. Virg. 6. Aeneid. 10.

Animus turgescit & tumet. Cic. 3. Tuscul. 33.

Tumere uastius. Cels. lib. 7. cap. 18.

Tument negocia. Cic. ad Attic. lib. 14. 302. 1. id est, Erumpunt seditiones & bella, ut ait interpres.

Bella tument. Ouid. epist. 7. 24.

Ora tument ira. Ouid. 3. de Arte, 100.

¶ Tumens, Participium (οἰδαίνων) ut,

Vana tumens. Virg. 11. Aeneid. 171. id est, Superbiens in uanũ, plenus uana gloria.

Animi tumentes. Lucan. lib. 1. 72.

Inflatus & tumens animus. Cic. 3. Tuscul. 33.

Aura tumens. Ouid. 5. Trist. eleg. 6. 6.

Fluctus tumens. Virg. 8. Aeneid. 18.

Pedes tumentes. Virg. 2. Aeneid. 55.

Suræ tumentes. Horat. Epod. 8. 2.

¶ Tumesco, tumescis (ἐξογκόομαι) tumescere, Tumidum fieri, turgere. Cic. 1. de Diuinat. 21,

Atq; etiam uentos præmonstrat sæpe futuros
Inflatum mare, quũ subitò penitusq; tumescit. Ex poeta.

Aquæ tumescentes æquoris. Ouid. 3. Amor. eleg. 10. 6.

Inflata colla tumescunt. Ouid. 6. Metam. 76.

Maria alta tumescunt. Virg. 2. Georg. 96.

Pondera uentris tumescebant. Ouid. epist. 11. 8.

Altè tumescunt seruiles animi. Claud. 1. in Eutropium, 36.

Bella operta tumescunt. Virg. 1. Georg. 93.

¶ Tumefacio, tumefacis, pen. corr. tumefeci, pen. prod. tumefactum (ἐξογκόω) tumefacere, Tumidũ facere. Mart. lib. 4. 11,

Dum nimium uano tumefactus nomine gaudes. Ouid. 15. Metam. 61,
Extentam tumefecit humum.

Cor tumefactum. Senec. Agamem. 13. 2.

¶ Tumor, tumoris, m. g. (οἴδημα, ὄγκος, οἰδησις, φλυκτὶς, πομφὸς) Inflatio. Plin. lib. 7. cap. 6. 1, Ingestabile onus: cruorum & inguinum leuis tumor. Cic. 3. Tusc. 32, Num manus affecta rectè est, quum in tumore est?

Repentinus oculorum tumor. Cic. 4. Tusc. 132.

Corporis bonã ualetudinẽ tumor imitatur. Ad Heren. 4. 157.

Minuere aliquid ex tumore. Cels. lib. 5. cap. 28.

Obcalluit tumor. Celsus lib. 4. cap. 24.

Tumor animi. Cic. 3. Tusc. 46.

Inanis tumor. Quintil. lib. 2. cap. 10. 5.

Vanus tumor. Silius lib. 11. 30.

Gerere tumores mente, Superbire. Lucan. lib. 10. 20,

Tumor rerum, Eruptio & commotio. Cicero ad Atticum, libro 14. 303. 2.

¶ Tumidus, pen. corr. Adiectiuum (ὀγκώδης) Inflatum significat. Plin. lib. 19. cap. 6. 1, Syluestri minores, tumidæ. Cic. 3. Tuscul. 33, Num aliquod quippiam membrum tumidum ac turgidum non uitiosè se habet?

Aequor tumidum. Virg. 5. Aeneid. 165.

Annis tumidus. Lucan. lib. 1. 41.

Homo durus, confidens, tumidus. Horat. 1. Serm. Satyr. 7. 2.

Mare tumidum. Virg. 8. Aeneid. 135.

Montes tumidi. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 11.

Pontus tumidus fluctibus. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 5.

Torrens tumidus. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 9.

Venter tumidus pondere cæsti. Ouid. 3. Fast. 9.

Vuæ tumidæ. Ouid. 15. Metam. 16.

Successu tumidus. Ouid. 8. Metam. 100.

Imagine genitoris tumidus. Ouid. 1. Metam. 152.

Tumidæ ceruices. Cic. in Vatinium, 2, Repentè enim te, tanquã serpens è latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis ceruicibus intulisti.

Cor tumidum. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 43.

Fastus tumidi. Ouid. 1. de Arte, 144.

Ira tumida. Ouid. epist. 11. 3.

Minæ tumidæ. Horat. 4. Carm. ode 3. 2.

Ore tumido delitigare. Horat. de Arte, 20.

Sermones tumidi. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 20.

Spiritus tumidi. Senec. Agamem. 4. 5.

Vultus tumidi & truces. Senec. Octau. 4. 2.

¶ Tumiditas, pen. corr. tumiditatis. Firmicus lib. 8. cap. 29, Vicesima pars aquarij si in horoscopo fuerit inuenta, hydropicos faciet, qui uentris tumiditate correpti, hac ex causa moriantur.

Tumulò] Vide Tumulus.

Tumulus] huius tumultus, masc. gen. (θῖγμὸς, πολυσωρία, θορυβώδης) Motus, trepidatio: dictus quasi Timor multus. Seruius, Tria genera olim militiæ fuerunt: Sacramentum, quæ legitima erat militia, quum singuli milites iurabant: Tumultus, id est bellum Italicum uel Gallicum, in quibus ex periculi uicinitate erat timor multus: & quando singulos interrogare non uacabat qui conuenerant, simul iurabant: & dicebatur ista militia, coniuratio. Qui enim ducturus erat exercitum, ibat ad Capitolium, & exinde proferens duo uexilla, unum roseum, quo pedites euocabat: & unum cæruleum, quod erat equitum (nam cæruleus color est maris: à cuius deo constat equum inuentum) dicebat, Qui Remp. uult saluam esse, me sequatur. Erat & Euocatio, quũ ad diuersa loca diuersi cogebantur exercitus. Hactenus ex Seruio, in hunc locum Virgilij, 8. Aeneid. 1,

Extemplò turbati animi, simul omne tumultu
Coniurat trepidò Latium. Cic. 8. Philip. 236, Belli nomen ponendum in sententia quidam non putabant, tumultum appellare malebant: ignari non modò rerũ, sed etiã uerborum. Potest esse bellum sine tumultu. Tumultus esse sine bello non potest. Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur? unde etiam nomen ductũ est tumultus. Itaq; maiores nostri, tumultum Italicum, quòd erat domesticus: tumultũ Gallicum, quòd erat Italiæ finitimus: præterea nullum tumultũ nominabant. Grauius autem esse tumultũ quàm bellum, hinc intelligi licet, quòd bello Gallico uacationes ualent, tumultu non ualent. Hactenus Cicero. Idem sentit Quintil. lib. 7. cap. 4. Liu. 8. ab Vrbe cond. 100. Idem lib. 7. 35, Dictator quum tumultus Gallici causa iustitium eduxisset, omnes iuniores sacramento adegit. Insignia autem omnia tumultus Cicero uno in loco expressit, 5. Philip. 187, his uerbis, Rem administrandã arbitror sine ulla mora, & confestim gerendam censeo, tumultum decerni, iustitium indici, saga sumi dico oportere, delectum haberi, sublatis uacationibus, in Vrbe & in Italia. Ex prædictis satis apparet, omnia in tumultu præposterè administrari publicè priuatimq; solita, quum bellum urgeris, & quasi muris imminens solennes actus nõ admittit. Indeq; fa-

ſtum, ut tumultuarium pro præpropero & ſubitario et ra pidè facto aut quæſito accipiatur. Budæus.

Trepidatio & tumultus. Cic. pro Deiotaro, 13, *Num qua trepidatio num qui tumultus?*

Tumultus pro Omni *trepidatione, & perturbatione. Plaut. Milit. 21. 16,*

Nunc in tumultum ibo, intus clamorem audio. Terent. Andr. 2. 2. 28,

Nihil ornati, nihil tumulti. Tumulti, pro tumultus in genitiuo, more antiquo.

Inflatus tumultu. Quint. lib. 2. cap. 2. 8.

Cæci tumultus. Virgil. 1. Georg. 93.

Ingentes tumultus. Lucret. lib. 2. 192.

Magnus tumultus. Virg. 2. Aeneid. 25.

Miſeri tumultus mentis. Horat. 2. Carm. ode 16. 2.

Monſtrifer tumultus. Lucan. lib. 2. 1.

Plebeius tumultus. Stat. 1. Sylu. 2. 47.

Repens tumultus. Tacit. lib. 18. hoc eſt, Repentinus tumultus.

Repentini tumultus. Ouid. 5. Metam. 1.

Tremendus tumultus. Horat. 1. Carm. ode 16. 3.

Comprimere tumultum. Tacit. lib. 20.

Trepido belli tumultu concuſſa omnia. Lucret. lib. 3. 171.

Conijcere tumultum. Vide Conijcio.

Facere tumultum. Saluſt. in Iugurtha.

Ferre tumultus alicuius. Ouid. 3. Metam. 62.

Injicere tumultum ciuitati. Vide Injicio.

Miſero tumultu miſcetur domus. Virg. 2. Aeneid. 98.

Miſcere tumultum in concionem. Vide Miſceo.

Perſonare tumultu. Vide Perſono.

Tumultum ſermonis reddere. Plin. lib 7. cap. 12. 5.

Impio tumultu naſtata fana. Horat. 4. Carm. ode 4. 10.

Metus & tumultus. Cic. 2. in Catil. 45.

¶ *Tumultuoſus*, pen. prod. Adiect. (θορυβώδης, ὀχλωμανὲς) Plenum tumultu. Plaut. Trinum. 17. 51, *-quis homo Tam tumultuoſo ſonitu me excuiit ſubitò foràs? Cic. Cælio, lib. 2. 11. 1, Ita tumultuoſæ conciones, ita moleſtæ Quinquatrijs afferebantur.*

Mare tumultuoſum. Horat. 3 Carm. ode 1. 6.

Tumultuoſum genus pugnæ. Liu. 1. ab Vrbe, 59.

Tumultuoſa ſomnia. Plin. lib. 26. cap. 8. 14,

Seditioſa & tumultuoſa uita: cui opponitur Quieta. Cicero 1. de Inuent. 6.

Nuncius tumultuoſus. Liu. 2. ab Vrbe, 101.

Tumultuoſus, Qui *turbas excitare ſolitus eſt. Liu. 4. ab Vrbe, 121*, In ocio *tumultuoſi, in bello ſegnes?*

¶ *Tumultuoſè*, pen. prod. (θορυβωδῶς) *tumultuoſius, tumultuoſiſsimè*, Aduerbium, Impetuoſè quod dicitur. *Liu. 2. ab Vrbe, 117*, Adeò *tumultuoſè excepta eſt clamoribus undique & indignatione Patrum. Cæſar 7. bel. Gal. 179*, Iis *imperat ut paulo tumultuoſius omnibus in locis perunagarentur. Liu. 1. ab Vrbe, 178*, In *ueſtibulo regiæ quàm potuère tumultuoſiſsimè ſpecie rixæ in ſe omnes apparitores regios conuertunt.*

¶ *Tumultuo, tumultuas* (θορυβῶμαι) *tumultuare*, In *perturbatione eſſe. Plaut. Rud. 16. 23,*

Vt mihi iſtuc dicas, negocij quid ſit quòd tumultues.

¶ *Tumultuor, tumultuaris* (θορυβέω, θορυβοποιέω, ἀναβοάω, πολέω, ἀθωσιολέω) *tumultuari*, Deponens, Idem. *Terentius Hecyra, 3. 2. 1,*

Neſcio quid iamdudum hîc audio tumultuari, miſera Malè metuo. Cic. 2. de lege Agr. 98, Qui *Tribunos plebis perhorreſcam? qui ſæpe & ſine cauſa tumultuer?*

In ocio tumultuaris, in tumultu ſolus es ocioſus. Ad Heren. 4. 165.

Quid tumultuaris ſororˢ quid inſanis? Cic. pro Cælio, 28.

Paſſim tumultuari. Quintil. lib. 2. cap. 12. 7.

¶ *Tumultuatio*, Verbale (ἀναβόησις) *Liu. 8. bel. Maced. 8, Hæc tumultuatio regem cupientem, ſi ſe ſequerentur, raptim euadere anguſtus, reuocare primos, & eâdem qua uenerat uia, referre cœpit ſigna.*

¶ *Tumultuarius*, Adiectiuum (θορυβωδικὸς) Properatum *& ſubitarium, aut rapidè factum & quæſitum ſignificat, ut ait Budæus.*

Tumultuarius exercitus, tumultuarius miles. Liu. 8. ab Vrbe, 58. Idem 5. bel. Maced. 7, Mens ea Senatus fuit, *ut in Hiſpania tumultuarij milites legerentur.*

Tumultuarius & ſubitarius miles, Idem. *Liu. 1. bel. Maced. 8.*

Tumultuarius dux, Qui *pro tumultu eligitur. Liuius 8. bel. Pun. 223.*

Tumultuarium opus, In promptu, *& rapidè factum. Quintil. lib. 7. cap. 4. 25.*

Tumultuarius & fortuitus ſermo. Quintil. lib. 10. cap. 7.

Tumulus] *tumuli*, pen. corr. masc. gen. (λόφος, χῶμα, ὄγκος, βουνὸς) Terra tumens. *Virg. 2. Aeneid. 143,*

Eſt urbe egreſſis tumulus. Cæſar 1. bel. Gall. 180, Planities *erat magna, & in ea tumulus terreus ſatis grandis. Cic. 7. Ver. 73*, E *ſpelunca ſublatus aut tumulo.*

Agger tumuli. Virg. 5. Aeneid. 9.

Albani tumuli atq; luci. Cic. pro Milone, 64.

Arduus tumulus. Ouid 15. Metam. 60.

Syluestres tumuli. Cic. 2. in Catil. 43.

Struere tumulum. Tacit. lib. 2.

Niualis tumulus. Vide Nix.

Tumulus, Sepulchrum: quòd in ſepulchris coaceruari terra conſueuit. Virgil. 3. Aeneid. 65,

O felix una ante alias Priameia uirgo,
Hoſtilem ad tumulum, Troiæ ſub mœnibus altis
Iuſſa mori. Virg. 3. Aeneid. 61,
——manesq; uocabat Hectoreum ad tumulum.

Exangues tumuli. Claud. 3. de raptu Proſerp. 69.

Marmoreus tumulus. Ouid. 14. Metam. 88.

Componi tumulo eodem. Ouid. 4. Metam. 32.

Contegere tumulo. Vide Contego.

Dare corpora tumulo. Ouid. 2. Metam. 66.

Facere tumulum. Virg. 5. eclog. 8.

Parare tumulum. Lucan. lib. 8. 139.

Struere tumulum. Senec. Medea, 12. 24.

Vili tumulo tectus. Senec. Medea, 8. 9.

Honorarius tumulus, pro Cenotaphio. *Sueton in Claud. cap. 1.*

¶ *Tumulo, tumulas*, pen. cor. (θάπτω) *tumulare, Sepelire, condere in tumulum. Martial. lib. 11. 92,*

Aeolidon Canace iacet hoc tumulata ſepulchro, &c. Catul. Argon. 59. 31, -nec iniecta tumulabor mortua terra. Ouid. 8. Metam. 144, —ne coniugis unquam
Buſta meæ uideam, neu ſim tumulandus ab illa.

¶ *Tumuloſus*, pen. prod. Adiectiuum (νεκρώδης) Plenum *tumulis. Saluſtius in Iugurtha*, Deinde *tertia multò ante lucis aduentum peruenit in locum tumuloſum, à Capſa non amplius duûm milium interuallo.*

Tunc] τότε, τόσος, τῆμος, τηνικαῦτα, Aduerbiũ temporis: ſignificat Eo tempore. De omnibus temporibus dicitur.

De præſenti. Plautus,

Tunc ad eam accede quum potes.

De præterito. Virgil. 4. Aeneid. 120,

Tunc decuit quum ſceptra dabas.

Etiam tunc. Cicero de Amicitia, 11, Senectus enim quamuis non ſit grauis, tamen auſert eam uiriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio.

Tunc & nunc. Cic. 7. Philip. 226, Sed erat tunc excuſatio opprepſis, miſera illa quidem, ſed tamen iſta: nunc nulla eſt.

De futuro. Plautus,

Ego tunc adero, quum tui uidendi mihi copia erit.

Tunc demũ. Plin. lib. 11. cap. 24. 5, Hos primùm tela inuoluentes, & tunc demum labra utraq; morſu apprehendentes.

Tunc temporis, Idem quod tunc. *Iuſtinus lib. 1*, Sed de gẽte obſcura tunc temporis *Perſarum Cambyſi mediocri utro.*

Tundo] *tundis, tutudi, pen. cor. tuſum & tunſum* (λοιδῶ, ἀπορέω) tundere, Pereutere, pulſare: ut, Tundere pectus. *Plautus Caſin. 9. 62. Virg. 1. Aeneid. 97,*

Suppliciter triſteis, & tuſæ pectora palmis. Cic. 7. Ver. 111, Deniq; proximus lictor Sextius, conuerſo bacillo oculos miſero tundere uehementiſsimè cœpit.

Ictu crebro tundi. Lucret. lib. 4. 258.

Alicui lacenti latera tundere. Cic. 7. Verr. 111.

Littus tunditur unda. Catul. ad Flurium, 11.

Pectora tundere manu. Ouid. 3. Amor. eleg. 8.

Pectora tundens palmis. Ouid. 1. de Arte, 108.

Terram pede tundere. Horat. de Arte, 89.

Tympana tundere. Ouid. 4. Faſt. 37.

Tundere aures alicuius: pro Obtundere, ſæpius rem aliquam repetendo. Plaut. Pœn. 5. 25.

Tundere eandem incudem aſſidue, Eſt indefatigabili aſſiduitate in operis alicuius ſtudio perſeuerare. Metaphora ducta à fabris, crebris ictibus incudem ferientibus: atq; ita tandem aliquando ferri rigorem perpetuo labora uincentibus. Cic. 2. de Orat. 88, Ego autem ſiquem nunc plane rudem inſtituo ad dicendum uelim, his potius tradam aſſiduis uno opere, eandem incudem diem noctemq; tundentibus. Conueniet in grammatiſtas acliteratores, quibus ſine fine eadem ſunt inculcanda pueris, ut hæreant aliquando. Erasmus.

Vocibus tundi. Virg. 4. Aeneid. 90.

Tundere, Sæpiùs idem repetere: translatio à fabrorum malleo, inquit Donatus. Terent. Hecyr. 1. 2. 48,

Tundendo, atq; odio denig; effecit ſenex.

Tundere, Comminuere in mortario. Virg. 4. Georg. 54,

Proderit & tunſum gallæ admiſcere ſaporem. Colum. libro 2. cap. 21. 3, Ipſæ autem ſpicæ melius ſuillibus tundunatur, uannisq; expurgantur.

Tuſum aliquando in ſupinoſacit, abiectarij. Plin. lib. 31, Hæc tuſa, cribrataq; limo, quantum poſſit excellentia.

Tunetum] *pen. corr. ſine, ut quidam dicunt, Tunitium, Scipionis tempore tumulus erat editior, unde Scipio ſpectauit Carchedonios ad Romanã claſſem exurendam proficiſcentes. Noſtra tempeſtate regis Libyci ciuitas metropolis eſt, in qua ueluti ampliore & magnificentiore conſueuit habitare, & Tuniſeus rex appellatur. Tunetũ non ſanè ob hanc cauſam habitarunt, quòd Carthagine carerent à Scipione diruta, quum denuò amplificata ſurrexerit, ex qua (ueluti ex equo Troiano) manarunt literarum proceres. Ad cuius celeberrimum gymnaſium Auguſtinus profitetur contendiſſe. Hanc Eutropius libro quarto, continuis ſedecim diebus arſiſſe perhibet. Hæc ſeptingentesimo anno poſtquam condita erat, deleta eſt. Hæc, ut idem author ait, L. Cæcilio Metello & Tito Flaminio Conſulibus, in Africa iuſſu Senatus reparata eſt, quæ nunc manet, annis uigintiduobus euolutis, poſtquam à Scipione fuerat euerſa. Abeſt Tunetum à Carthagine duodecim millia fermè paſſuũ. A Tuneto, Tunetei dicti ſunt, quos Sidonius Tuniſeos appellat.*

Tunica] *tunicæ, pen. cor.* (χιτὼν, ποδήρης) *Veſtis erat apud Romanos breuior, & ſine manicis, quæ propriè uiris conueniebat. Virg. 9. Aeneid. 124,*

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. Hos autem dicit, ut barbarum & peregrinum morem indicet, non Romanum: quum apud Romanos ſine manicis tunicæ geſtarentur. Plaut. Milit. 22. 28,

Magis ſapis de tunica, chlamyde, et mucrone qui ſperes.

Cic. 7. Verr. 3, Tunicamq; *eius à pectore abſcidit, ut, &c.*

Tunica pallio propior. Vide Pallium.

Tunica accipitur etiam pro ea quæ ima erat, qua hodie linea utimur: ut olim Athenienſes talari & linea utebantur, authore Polluce. Ouid. 3. Amor. eleg. 13. 5,

Illic nec tunicam ſibi ſit poſuiſſe pudori. Et 1. Amor. eleg. 5. 3,

Pugnabat tunica ſi tamen illa tegi. Sunt qui interdiam uocitent. Athenæus χιτῶνιον ἐκέφαρον, appellat in decimotertio, ubi de Phryne ſcorto nobili ἐκ τοῦ ἐφαρμοῦ γὰρ χιτῶνος ἀμπέχετο, hoc eſt, Tunicula carni proxima amiciebatur, quam camiſiam dicimus. Vtebantur & iugica, quæ media dici poteſt: cuiuſmodi eſt ferè tunica rubra, qua bruma li tempore utimur. Erat & alia tunica quæ his ſuperinduebatur. Budæus.

Tunica, Muliebris amictus. Plin. epiſt. ult. lib. 2, Aurelia ornata fœmina, ſignatura teſtamentum, ſumpſerat pulcherrimas tunicas.

Tunica laticlaui. Suet. in Auguſto, cap. 94, Sumſit uirilem togam tunica laticlaui reſuta ex utraq; parte ad pedes decidit.

Tunica moleſta, Genus erat ſupplicij. Ea ignium alimentis illita & intexta, ut Seneca epiſt. 14. docet, ac max ſuccenſa, cruciabiliter obuolutos nocentes, qui ſceleris comperti grauioris forèt, amburebat. Cælius lib. 10. cap. 5. uitæ. Sal. 8. 47,

Auſi quod liceat tyrico punire moleſta. Vide Pix, gestus tormenti.

Adamantina tunica. Vide Adamantinus, in Adamas.

Calloſa tunica. Vide Calloſus, in Callum.

Candidæ tunicæ linteæ. Vide Linteus, in Linteum.

Fluentes tunicæ. Ouid. 3. de Arte, 61.

Laticlauia tunica. Vide Laticlauus, in Latus adiectiuo.

Laxa tunica. Ouid. epiſt. 15. 50.

Lucentes auro tunicæ. Stat. 9. Thebaid 139.

Manicatis tunicis indui non ſine probro ſolebant ueteres, ut author eſt Gellius. Cic. 2. in Catil. 42. Quos pexo capillo nitidos aut imberbes aut barbatos uidetis, manicatis, et talaribus tunicis, uelis amictos, non togis.

Palmata tunica. Vide Palmatus, in Palma.

Pexa tunica. Horat. 1. epiſt. 1. 29.

Pulchræ tunicæ. Horat. epiſt. 19. 7.

Pulla tunica. Cic. 6. Verr. 49.

Recincta tunica. Ouid. 1. Amor. eleg. 5. 2.

Reſta tunica. Plinius lib. 8. cap. 48. 5, Ea prima Tanaquil reſuit rectam tunicam, qua ſimul cum toga pura tyrones induuntur, nouæq; nuptæ.

Replicatæ bulborum tunicæ. Stat. 4. Sylu. 96.

Sciſſa tunica. Ouid. epiſt. 11. 12.

Solutæ tunicæ. Tibull. lib. 1. eleg. 5 3.

Valentes tunicæ, Craſſæ, non molles. Ouid. 3. de Arte, 22.

Cingere tunicâ. Senec. Troade, 2. 5.

Demiſſis tunicis ambulare. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 5.

Diducere tunicam. Quintil. lib. 2. cap 15. 7.

Diripere tunicam alicui. Ouid. 1. Amor. eleg. 5. 3.

Diſcindere tunicam, & cicatrices oſtendere. Cic. 2. de Oratore, 106.

Inſtaurare ſibi deſas tunicas aduerſus hyemẽ. Vide Inſtauro.

Laniare tunicam. Ouid. 2. de Arte, 35.

Nere tunicam. Virg. 19. Aeneid. 164.

Ponere tunicam. Cic. 5. Tuſc. 84.

Vincla tunicarum relaxare. Ouid. 2. Faſt. 65.

Tunicæ purpura latiore. Plin. lib. 33. cap. 1. 23, *Vocauit latum clauum, dicens, Annuli distinxêre alterum ordinem à plebe, ut semel cœperant esse celebres, sicut tunica ab annulis Senatum tantùm, quanquam & hoc serò, uulgoq; purpura latiore tunicæ usos inuenimus etiam præcones.*

Tunicæ oculorum, pro Membranis quibus uariè conteguntur. Plin. lib. 11. cap. 37. 23, *Tenuibus, multisq; membranis oculos natura composuit, callosis contra frigora caloresq; in extremo tunicis.*

Tunicæ testiculorum. Cels. lib. 7. cap. 24, *Deinde non extracto testiculo, sicut intestinis quoq; prolapsis interdum fieri docui, colligendæ uenæ: uinciendæq; ubi tunicis inhærebût, & sub his nodis præcidendæ sunt.*

Tunica arboris. Plin. lib. 12. cap. 19. 10, *Probatur cassia breui tunicarum fistula, & non fragili.*

Tenues tunicæ. Virgil. 2. Georg. 15. *De interiore libro arboris intelligit.*

¶ *Tunicula, tuniculæ,* pen. corr. *Diminutiuum* (χιτώνιον) Plinius lib. 26. cap. 12. 1, *Morbum regium in oculis præcipuè mirari est, tenuitatem illam denſitatemq; tunicularum ſelle ſubeunte.*

¶ *Tunico, tunicas,* pen. corr. (χιτωνίζω) *tunicare, Tunicam induere.* Varro, *Hæc lanigeras detonderi docuit, tunicareq; homalium.* Nonius.

¶ *Tunicatus,* pen. prod. *Participium* (χιτωνοφόρος) *Tunicam induxus.* Cicero pro Cælio, 7, *Vt exercitatione ludoq; campestri tunicati uteremur.* Ouid. 2. de Arte, 61,

Astiterit tunicata, &c.

Popellus tunicatus. Horat. 1. epist. 7. 13.

Tunicatus, Expeditus, & nullam aliam supra tunicam uestem habens. Iuuenal. Satyr. 3. 15,

—*tunicati fuſcina Gracchi.*

Tuopte] *Vide* Tuus.

Tuor] *tueris,* pen. corr. *tutum uel tuitum* (ὄραω) *tui: quod non est in usu, nisi in compositis. Tueri autem sumit mutuo à Tucor, Videre.* Virg. 1. Aeneid. 144,

Experimentem nequit, ardesciteq; tuendo Phœnissa.

Ora alicuius tueri. Virg. 7. Aeneid. 138.

Oculis immitibus tuens. Ouid. 6. Metam. 124.

Acerba tuens serpens. Lucret. lib. 5. 7.

Auersa tueri. Virg. 4. Aeneid. 73.

Oculi diuersa tuentes. Ouid. 1. Fast. 57.

Transuersa tueri. Virg. eclog. 3. 2.

Turarius] τερσάριος, *Vicus Romæ.* Asconius, *Signum Vertumni in ultimo uico Turario est, sub basilica Sempronia.*

Turba] *turbæ* (τύρβη, ὄχλος, μικὸν ὄχλος, παράκλος) Vlpianus, *ut bonorum, & de turba.* l. *prætor ait, Turbam appellatâ esse Labeo contendit ex genere tumultus: idq; uerbum ex Græco tractum,* τύρβη. *Si duo rixam commiserint, utiq; non accepimus in turba id factum: quia duo turba non propriè dicuntur. Si uerò fuerint decem, aut quindecim homines, turba dicetur.* Rectissimè Labeo inter turbam & rixam multum interesse ait: nempe turbam multitudinis hominum esse turbationem & cœtum. Cic. Cecinnæ, lib. 6. 8. 30, *Exponerem etiã quemadmodũ hîc, & quanta in turba quantaq; in confusione rerum omnium uiueremus.* Terent. Eun. 5. 5. 5,

Quæ illæc turba est? num nã ego perij? Idẽ Andr. 4. 5. 6,

—di uestram fidem

Quid turbæ est apud forum? Sic Heaut. 1. 2. 16,

Propter eam hæc turba atq; abitio euenit. Cic. Ver. 130,

Ecce autem noua turba atq; rixa.

Acris turba prædonum. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 9.

Concire turbas. Vide Concieo.

Excitare turbas populares. Quintil. lib. 2. cap. 16. 2.

Furens turba ruit omnis in unum. Ouid. 3. Metam. 144.

Turba, Multitudo: qui ferè non uocat perturbatione & commotione. Liu. 2. ab Vrbe, 171, *Vxor deinde ac liberi, amplexi, fletuq; ab omni turba mulierum ortus, & comploratio sui patriæq;, fregêre tandem uirum.*

Turba & Primi, contraria. Stat. 4. Thebaid. 162,

Incubuêre uadis passim discrimine nullo
Turba simul, primiq;.

Turba & colluuies. Cic. de Seuect. 76.

Comitantum turba. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 8.

Stultorum turba. Cic. 5. Tuscul. 67.

Comes turba. Ouid. 13. Metam. 71.

Confusa. Ouid. 12. Metam. 43.

Densa. Seneca Here. furen. 9. 43.

Frequens. Seneca. Herc. furen. 10. 2.

Imbellis fœminarum inermisq;. Vide Imbellis.

Impia. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 46.

Inops. Ouid. 14. Metam. 23.

Leuis. Horat. 1. Carm. ode 10. 4.

Luxuriosa. Ouid. epist. 1. 18.

Maxima. Virg. 6. Aeneid. 122.

Plurima. Virg. 6. Aeneid. 134.

Pullata. Quintil. lib. 6. cap. 4. 5.

Rustica. Ouid. 6. Metam. 70.

Sodalis turba: id est, Turba sodalium. Ouidius 2. de Remedio Amoris, 38.

Temeraria. Ouid. 10. Metam. 114.

Vaga. Ouid. 13. Metam. 45.

Congregare magnam turbam. Cic. 1. de Natur. deor. 56.

Inferere se turbæ. Ouid. 1. de Arte, 122.

Rarescit turba, Minuitur. Stat. 2. Thebaid. 123.

Effusa turba ad ripas ruebat. Virg. 6. Aeneid. 61.

Comitum turba stipatus. Ouid. 3. Metam. 38.

Turba prunorum, pro Variis generibus. Plin. lib. 15. cap. 13. 12,

Ingens postea turba prunorum, uersicolor, nigra, candicãs.

Rotarum turba. Ouid. 6. Metam. 44.

Nouorum uoluminum turba. Cic. de claris Orat. 63.

Vulnerum turba, pro Multitudine. Plin. lib. 11. cap. 37. 35.

¶ *Turbella, turbellæ,* Diminutiuum (τύρβιον) Plautus Baech. 20. 142,

Tantãs turbellas facio, Idem Pseud. 3. 108.

¶ *Turbidus,* penult. corr. *Adiectiuum* (θολὸς, θολερὸς) *Conturbatum, confusum, non clarum, tumens.* Plautus Trinum. 6. 18,

—nihil ego istos moror fatuos

Mores & turbidos. Plin. epist. 10. 4, *Num istic quoq; immite & turbidum cœlum?*

Homo turbidus, Commotus, uel turbationis plenus, ut ait Seruius. Virg. 9. Aeneid. 12. Idem lib. 12. 134.

Animi turbidus. Tacit. lib. 20.

Ira turbidus. Statius 3. Sylu. 1. 8.

Achelous turbidus. Vide Achelous.

Acies oculorum turbidæ. Vide Acies.

Actiones turbidissimæ. Quintil. lib. 1. cap. 10. 22.

Aequora turbida Ponti. Lucret. lib. 5. 200.

Amnis turbidus imbri. Lucret. lib. 1. 58.

Turbida & inquinata aqua. Cic. 5. Tusc. 137.

Dies turbidus, Procellosus. Plin. lib. 11. cap. 10. 5.

Imago turbida. Virg. 4. Aeneid. 71.

Imber turbidus aqua. Virg. 5. Aeneid. 140.

Iurgia turbida. Ouid. ad Pisonem, 18.

Liquor turbidus, Minimè clarus. Plin. lib. 13. cap. 12. 3.

Loca turbida. Virg. 6. Aeneid. 107.

Mens quæ omni turbido motu semper uacet. Cic. 1. Tusc. 124.

Nouitas turbida. Claudian. 1. Paneg. 30.

Nubila turbida. Virg. 4. Aeneid. 49.

Pectora turbidiora ipso mari. Ouid. 1. Trist. eleg. 10. 7.

Puluis turbidus. Virg. 11. Aeneid. 176.

Esse in turbidis rebus. Cic. 2. Philip. 58.

Seditio turbida. Ouid. 9. Metam. 86.

Tempestas turbida. Cic. 1. de Inuent. 6.

Tempus turbidum & Tranquillum, contraria. Cic. ad Ligarium, lib. 6. 14. 6.

Turbidus, Terribilis. Virg. 11. Aeneid. 149,

Hæc effatus, equum in medios moriturus & ipse
Concitat, et Venulo aduersum se turbidus infert. Seruius.

Turbidus, Elatus, arrogantia tumens. Virg. 10. Aeneid. 130,

Tum uerò Aenean auersum ut cedere Turnus
Credidit, atque animo spem turbidus hausit inanem. Seruius.

¶ *Turbidè,* pen. corr. *Aduerb.* (θολερῶς) Cic. 4. Tusc. 36, *Intelligatur igitur perturbationem iactantibus se opinionibus inconstanter & turbidè in motu esse semper.*

¶ *Turbulentus, Adiectiuum* (θολώδης, τεραχώδης, ὀχλώδης) *Commotus, iratus.* Plaut. Epid. 2. 69,

Tu adepol res es turbulentus.

Ea sunt & turbulenta & temeraria & periculosa. Cic. pro Cecinna, 24.

Animus turbulentus. Cic. 4. Tusc. 15.

Turbulentior inde annus L. Valerio, T. Aemylio Coss. Liu. 2. ab Vrbe, 261.

Seditiosus ciuis & turbulentus. Cic. 2. de Orat. 26.

Conciones turbulentæ. Cic. ad Attic. lib. 4. 72. 7, *Cõciones turbulentæ Metelli, temerariæ Appij, furiosissimæ Publij.* Quintil. lib. 5. cap. 13. 32.

Concursio turbulenta. Cic. 1. de Fin. 30.

Errores turbulenti. Cic. 2. de Natur. deor. 101.

Libido, temeritas, & ignauia turbulenta. Cic. 1. de Fin. 78.

Mens turbulenta. Cicero 1. de Finib. 78.

Negocium turbulentum. Cic. ad Atticum, lib. 7. 130. 5.

Res placatæ & minimè turbulentæ. Cic. in Orat. 34.

Tempestas turbulenta. Cic. 7. Verr. 21.

Tempus turbulentum. Cic. Thermo, lib. 2. 17. 5.

Meum turbulentissimum tempus, tuo tranquillissimo præstat. Cic. in Pisonem, 35.

Tribunatus turbulentissimus. Cic. de claris Orat. 53.

¶ *Turbulentè, Aduerbium* (θολωδῶς) *Concitatè.* Cic. pro Domo sua, 53, *Omnia contra leges, moresq; maiorum temerè, turbulentè, per uim, per furorem esse gesta.*

Agere aliquid raptim & turbulentè. Cic. pro Domo sua, 107.

¶ *Turbulenter* (παραχωδῶς) *Aliud aduerbium.* Cic. ad Cælium, lib. 2. 15. 19, *Extremum illud erit, nos nihil turbulenter, nihil temerè faciemus.*

¶ *Turbo, turbas* (θολάω, θολόω, θροέω, βλονέω, ἐραπίω, ὀχλέω, τύρβαζω, παράσσω) *turbare, Confundere, commouere.* Plaut. Epid. 6. 7,

Sed me una turbat res, ratioq;.

Ab imo turbare aliquid. Lucret. lib 3. 8.

Omnia infima summis paria fecit, turbauit, miscuit. Cic. 3. de Legib. 29.

Notabilius turbare. Tacit. lib. 17.

Aristoteles multa turbat à magistro Platone dissentiens. Cic. 1. de Natura deor. 47.

Aciem turbare. Vide Acies.

Affectibus animos iudiciũ turbare. Quintil. lib. 5. cap. 14. 24.

Capillos turbare, Martial. lib. 2. 36.

Euersæ turbant conuiuia mensæ. Ouid. 12. Metam. 45.

Delectum ciuium turbare. Cic. 4. Ver. 86.

Fœdera turbare, Virg. 12. Aeneid. 127.

Fortunas turbare timore. Lucret. lib. 1. 22.

Iura turbantes Tribuni. Lucan. lib. 1. 36.

Pacem turbare. Liuius 5. bel. Maced. 46.

Quietem alicuius turbare. Properti. lib. 1. eleg. 3. 4.

Res animos incognita turbat. Virg. 1. Aeneid. 104.

Turbor, passiuum. Cic. ad Attic. lib. 2. 32. 1, *Prorsus, ut scribis, ita sentio: turbatur Sampsiseramus.*

Arenæ turbantur Zephyro. Virg. 2. Georg. 22.

Metu turbari. Ouid. 15. Metam. 104.

Turbare, Absolutè. Tacit. lib. 3. *Si una, alteráue ciuitas turbet.*

Turbatum est, Impersonale. Terent. Eunuch. 4. 3. 7,

Nescio quid profectò absente nobis turbatum est domi.

Turbatum, Absolutè. Tacit. lib. 1, *Postquam turbatum in cæstris accepêre.*

Turbassit] *pro Turbauerit, usurpatum ab antiquis.* Cic. 3. de Legib. 16, *Ast quid turbassit in agendo, fraus actoris esto.* Vetus exemplar habet, *turbassitur.*

Turbatus] *pen. prod. Participium* (ταραχθεὶς) *Commotus, ut, Turbatus ex inopinato malo.* Cæs. 2. bel. Ciuil. 46.

Vulnere mentis turbatus. Virg. 12. Aeneid. 32.

Pectora turbatus. Virg. 8. Aeneid. 6.

Acies turbatæ. Vide Acies.

Animi. Virg. 8. Aeneid. 1.

Aquæ. Ouid. epist. 18. 25.

Castra. Virg. 9. Aeneid. 3.

Comæ. Ouid. 3. Fast. 4.

Equi. Virg. 9. Aeneid. 25.

Fides. Claud. 6. Paneg. 13.

Freta procellis. Virg. 3. Georg. 52.

Mens funere. Virg. 11. Aeneid. 1.

Quies. Stat. 3. Syl. 5. 18.

Pede turbato fugere. Ouid. epist. 11. 21.

Placare res turbatas. Cic. pro Plancio, 8.

Viri turbati. Ouid. epist. 3. 18.

¶ *Turbatè,* pen. prod. *Aduerb.* (ταραχωδῶς) Cæsar 1. bel. Ciuil. 16, *His de causis aguntur omnia raptim atq; turbatè.*

¶ *Turbator,* pen. prod. *Verbale* (ταραχτὴς) *Qui turbat.* Liu. 4. ab Vrbe, 6. Ibidem, lib. 2. 70, *Quum pacis ipse author à turbatoribus belli premeretur.*

¶ *Turbamentum, turbamenti* (τάραγμα) *Perturbatio.* Tacit. lib. 17, *Quæq; alia turbamenta uulgi. Sallustius in Oratione Lepidi ad populum Romanum, Maxima turbamenta Reipub. atque exitia probate.*

¶ *Turben, turbinis.* Vide Turbo. *Genus instrumenti lusorij.*

Turbo] *turbinis,* pen. corr. masc. gen. (λίνος, τρόμος) *Ventus cum frigore maximo, obiecta quæq; deturbans, prosternẽsq; ex depressæ nubis specu.* Plin. in Paneg. 111, *Erant sub oculis naufragia multorũ, quos inuidiosa tranquillitate prouectos improuisus turbo perculerat.* Virg. 1. Georg. 64,

—ita turbine nigro
Ferret hyems, culmumq; leuem, stipulasq; uolantes.

Ventorum turbo. Lucret. lib. 6. 31.

Ater turbo. Virg. 1. Aeneid. 103.

Immanis turbo. Virg. 6. Aeneid. 119.

Indomitus turbo. Catullus Argon. 59. 22.

Nimbosus turbo. Ouid. 11. Metam. 111.

Puluereus turbo. Claud. de bel. Getico, 92.

Violentus turbo. Lucret. lib. 3. 165.

Rauco turbine armatur Boreas. Claudianus 1. de Proserpinæ, 14.

Vndique omnes uenti erumpunt, sæui existunt turbines. Cicero 3. de Orat. 86.

Celeri turbine fertur. Virg. 12. Aeneid. 170.

Picco turbine fumans nubes. Virg. 3. Aeneid. 115.
Infinitis turbinibus furit uentus. Silius lib. 8. 132.
Gubernare nauem in maximis turbinibus. Cic. in Pis. 15
Venti perflant terras turbine. Virg. 1. Aeneid. 18.
Agens hyemem ruit æquore turbo. Virg. 3. Georg. 93.
Rupto turbine confligunt uenti. Virg. 2. Aeneid. 83.
Turbo ac tempestas pacis & otij. Cic. pro Domo sua, 105.
Turbo lethi. Catul. Argon. 59. 30.
Mentis turbine agi. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 6.
Turbo, pro Vortice (δίνη, σφόδιλος) Stat. 4. Thebaid. 163,
Incubuêre uadis passim discrimine nullo
Turba simul, primóq; nequit secernere mistos
Aequa fitis. fœnata suis in curribus intrant
Armenta, & pleni dominis, armisq; feruntur
Quadrupedes: hos turbo rapax, hos lubrica fallunt
Saxa. Videtur ita intelligi posse etiam Ouidianum illud epist. 7. 13,
Finge age te rabido (nullum sit in omine pondus)
Turbine deprendi: quid tibi mentis erit? Sed melius ut de uento intelligatur. Sequitur enim,
Quæq; cadent, in te fulmina missa putes.
Turbo, pro Gyro, & spiris serpentum. Silius lib. 3. 39,
Ater lethifero stridebat turbine serpens.
Saxi turbo. Virg. 12. Aeneid. 107,
Præcipitem scopulo, atq; ingentis turbine saxi Excutit, id est, Saxo quod rotatur, quum impellitur aut iacitur.
Teres turbo. Catul. Argon. 59. 63.
Turbo (βέμβηξ) Genus instrumenti lusorij, pueros maximè delectans. Tibullus lib. 1. eleg. 5. 1,
Namq; ager ut per plana citus sola uerbere turbo,
Quē celer assueta uersat ab arte puer. Virg. 7. Aen. 76,
Ceu quondam torto uolitās sub uerbere turbo, &c. Vbi Seruius, Catullus hoc turben dixit, ut hoc carmen. Hic turbo, unde turbinis facit: nam si turbonis sit, erit à proprio nomine genitiuus. Cic. de Fato, 63, Sed reuertitur ad cylindrū, et ad turbinē suum, quæ moueri incipere nisi pulsa, nō possunt. Id autē quum accidit, suapte natura, quod superest, & cylindrum uolui, et uersari turbinem putat. De Chrysippo.
Turbo (πῶν Θ) Quicquid formam habet in imo acutā, in summo latiorem. Plin. lib. 27. cap. 4. 3, de aloe, In turbinibus cadorum. Ouid. 1. Metam. 68,
—cana buccina sumitur illi,
Torquilis in latum quæ turbine crescit ab imo.
Turbo, Vasculi genus, quo pruna & cottana inter Saturnalia xeniola missitabantur: cuius effigies turbinis in imo angustissima erat, in summo latissima, qualis est figura pyrorum.
¶ Turbineus, Adiectiuum (τροφοειδὴς) ut, Vortex turbineus. Ouid. 8. Metam. 112.
¶ Turbinatus, pen. prod. Aliud adiectiuum (λωτοειδὴς) Quod ueluti turbo desinit. Plin. lib. 21. cap. 31. 1, Folliculis magnis, latisq; & turbinatis. Idem lib. 11. cap. 37. 51, Cor homini infra læuam papillam, turbinato mucrone in priora eminēs. Idem lib. 15. cap. 15. 5, Turbinatior pyris figura.
¶ Turbinatio, turbinationis, fœm. gen. (στρόμβωσις) Plin. libro 15. cap. 21. 1, Alijs turbinatio pyri, alij ouata species.
Turbo] Turbonis (τέρθων) Proprium nomen gladiatoris. Horat. lib. 2. Serm. Satyr. 3. 62,
Corpore maiorem rides Turbonis in armis.
Turcæ] τόρκαι, teste Pomponio lib. 1. populi sunt Scythici, iuxta Thyssagetas & ultra Sauromatas. Ab his orti iudicantur, qui ætate nostra latissimè imperitant: Turci uulgò dicti, ignauia quidem nostra magni, sed post Macedonas & Romanos sine dubio potentissimi. Hermolaus.
Turde] τόρδη, Vilumbrorum ciuitas in Italia, teste Ptolemæo

libro 3. cap. 1. Tudea Silio. Tudertum hodie.
Turduli] pen. corr. (τορδόλοι) & Bastuli, populi in Hispania Bætica præcipui, ut & Bætica Turdetania dicta fit Strabone libro 3. 3. Plinius libro 3. cap. 1, Ab una autem, inquit, Atlantico Oceano oburrsa Hispania, Bastulorum, Turdulorumq; est. Strabo lib. 3. Turdetanos cum Ptolemæo lib. 2. cap. 4. 4. nominat. Varro 2. de Re rust. cap. 10. 3, Non omnis apta natio ad pecuariam, quòd neq; Basculus, neq; Turdulus idonei: Galli appositissimi maximè ad iumenta.
Turdus] turdi, masc. gen. (λίγξ) Auis nota, & inter primas à saporis bonitate collocatā. Horat. 1. epist. 16. 4,
Nil melius turdo, nulla nil pulchrius ampla. Plin. libro 10. cap. 53. 2, Turdi in cacuminibus arborū luto nidificantes, penè contextili in secessu generant. Ibidem, cap. 25. 5, Turdis color æstate circa collum uarius, hyeme concolor. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 15, Macer turdus.
Obesus turdus: Horat. 1. epist. 16. 3.
Ab transenna hic turdus lumbricum petit. Plaut. Bacchid. 17. 22. De amatore loquitur.
De turdo tale est Martialis epigramma, lib. 2. 40,
Subdola tenduntur crassis modò retia turdis, &c. Idem lib. 13. 92,
Inter aues turdus, si quis me iudice certet:
Inter quadrupedes, gloria prima lepus.
Turdus, Piscis. Colum. lib. 8. cap. 16. 7, Rubrus optimè saxosum mare nomini sui pisces nutrit, qui scilicet quòd in petris stabulentur, saxatiles dicti sunt, ut merulæ, turdiq; nec minus melanuri. Plin. lib. 32. cap. 11. 9, Turdus inter saxatiles nobilis. Quintil. lib. 8. cap. 2.
Tureus] Adiectiuum. Vide Thus.
Turgeo] turges, tursi (οἰδαίνω, οἰδίσκομαι) turgere. Virg. eclog. 7. 10,
Iam læto turgent in palmite gemmæ. Plin. lib. 20. cap. 13. 15, Imponūt & mammis turgentibus decoctam rutam, & pituitæ.
Frumenta in uiridi stipula lactentia turgent. Virgil. 1. Georgicorum, 63.
Oratio quæ turget & inflata est. Author ad Heren. lib. 4. 156.
Turgere alicui, irasci in aliquem, & commoueri. Plautus Casin. 7. 17.
¶ Turgens, Particip. (οἰδαίνων) ut, Lumina turgentia gemitu. Propert. lib. 1. eleg. 2. 1.
Ora turgentia. Ouid. 3. Fast. 152.
¶ Turgesco, turgescis (ἐξογκῶμαι) turgescere. Pers. Satyr. 5. 2,
Non equidem hoc studeo bullatis ut mihi nugis
Pagina turgescat dare pondus idonea. Cic. 3. Tusc. 32, Corq; meum penitus turgescit tristibus iris. Ex poeta. Varro 3. de Re rust. cap. 9. 11.
Semen turgescit in agris. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 3.
Ramus turgescit in arbore. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 3.
Turgescentia uirgulta. Plin. lib. 8. cap. 50. 1.
¶ Turgidus, pen. corr. Adiectiuum (ἐξογκῶ Θ) Inflatus, tumens. Cic. 3. Tuscul. 33, Num aliquod quippiam membrum tumidum ac turgidum non uitiosè se habet? Mart. lib. 6. 39, Turgidis labris.
Fluuij turgidi. Horat. 4. Carm. ode 12. 1.
Frons turgida cornibus, Horat. 3. Carm. ode 13. 1.
Mare turgidum. Horat. 1. Carm. ode 3. 4.
Vela turgida. Horat. 2. Carm. ode 10. 5.
¶ Turgidulus, pen. corr. Diminutiuum. Catullus de passere, 3. 4, Flendo turgiduli rubent ocelli.
Turiasso] τορίασσα, Ptolemæo lib. 2. cap. 6, Hispaniæ urbs: uulgò Tiriassona.
Turicremus] Vide Thus.

Turio]

Turio] turionis, Teneritas summitatum arborum uel arbustorum dicitur. Col. lib. 12. cap. 48. 6, Concisis deinde pleno uase oliuis, immitte defrutum usq; ad os. Lauri turiones in hoc usumittito, ut oliuas deprimant: post dies uiginti utere.
Turma] turmæ (ἵππων, τάξις, τέλη Θ, στίχοι, ὅμιλος Θ, ὀμωμοτία) Ordo militaris & equitum. Dicta quasi terdena, quòd terdeni equites ex tribus tribubus, Tatiensium, Ramnensium, et Lucerum fiebant: cōstabat enim ex triginta duobus equitibus. Et qui illi præerat, Decurio dicebatur, ut Varro & Vegetius tradiderunt. Festus, Turmam equitum dictam esse ait Curiatius, quasi terimam, quòd terdeni equites, &c. eadem uerba quæ suprà. Itaq; primi singularum decuriarum, Decuriones dicti. Cic. ad Atticum, lib. 5. 110. 11, Appius noster turmas aliquot equitum dederat huic Scaptio.
Cohors & turma. Cic. pro Marcello, 4, Nihil sibi ex ista laude Cēturio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit.
Equitum turmæ. Virg. 5. Aeneid. 111.
Equestris turma. Claud. de bello Getico, 117.
Feroces turmæ. Virg. 3. Georg. 36.
Mortales turmæ. Horat. 3. Carm. ode 4. 10.
Ducere turmas. Virg. 5. Aeneid. 109.
Glomerare turmas. Silius lib. 3. 46.
Insinuare se in turmas equitum. Vide Insinuo.
Inuadere turmas. Virg. 11. Aeneid. 124.
¶ Turmalis, & hoc turmale, pen. prod. (ἱλαρχικὸς) Qui eiusdem turmæ est, inquit Budæus. Cic. 2. de Orat. 145, Ex trāslatione autē, ut quum Scipio ille maior Corinthijs statuam pollicentibus eo loco, ubi aliorum essent imperatorum turmales, dixit dissplicere. Liu. 5. bel. Pun. 102, Diu cunctātem Crispinū perpulere turmales, ne impunè insultare Campanum paterentur. Stat. 5. Sylu. 2. 4,
—non sanguine cretus turmali.
Buccina turmalis. Claud. de bello Gildonico, 90.
¶ Turmatim, pen. prod. Aduerbium (ἰλαδὸν) Per turmas. Cæsar 8. bel. Gal. 68, Turmatim in eum locū deuenerunt. Liu. 5. ab Vrbe, 176.
Turnus] τόρνος, Nomen ducis qui ab Aenea occisus est, ut uidere licet in 12. Virgilij Aeneidos.
Præstanti corpore Turnus. Virg. 7. Aen. 157.
Audax Turnus. Virg. 9. Aeneid. 1.
Barbarus Turnus. Tibullus lib. 1. eleg. 6. 2.
Pulcherrimus Turnus. Virg. 7. Aeneid. 12.
Turones] τορῶνες, Lugdunensis Galliæ populi ad fluuium Ligerim, authore Plinio lib. 4. cap. 18.
Turpis] & hoc turpe (αἰσχρὸς, ἀνοσιώδης, ἀσχήμων, ἀσχήμων) Deforme: contrarium pulchro. Ad corpus et animum refertur. Terent. Phor. 1. 2. 57, Lachrumæ, uestitus turpis.
Idem Heaut. 5. 4. 19, — pudet
Dicere hac præsente uerbū turpe. Ouid. 1. Amor. ele. 9. 1,
Turpe senex miles, turpe senilis amor.
Turpis et miser. Cic. pro Quint. 65, Multis uexatus cōtumelijs, plurimis inflatus iniurijs, nō turpis ad te, sed miser cōfugit.
Turpis & fœdissimus. Cic. 1. Off. 173, Luxuria uerò cùm omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est.
Turpissimus & sordidissimus. Cic. Attico, lib. 9. 180. 7.
Amor turpis. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 24.
Campus turpis sine gramine. Ouid. 3. de Arte, 50.
Caput turpe sine crine. Ouid. 3. de Arte, 50.
Crimen turpe. Horat. de Arte, 53.
Egestas turpis. Virg. 6. Aeneid. 56.
Fabula turpis relata. Claud. in Eutropium, 110.
Formido turpis. Virg. 2. Aeneid. 80.
Fuga turpis, inhonesta. Cic. 2. de Fin. 156.
Homo turpissimus & inhonestissimus. Cic. pro Ros. Amer. 30.
Lachrymæ turpes. Stat. 8. Thebaid. 12.
Macies turpis. Horat. 3. Carm. ode 27. 11.
Mors turpis. Lucret. lib. 6. 149.
Opprobrium turpe. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 17.
Præceptor turpis: hoc est, flagitiosus. Quintil. lib. 1. cap. 2. 4.
Pudor turpis. Ouid. 11. Metam. 37.
Prælia turpia. Propert. lib. 2. eleg. 5. 5.
O rem turpem & miseram. Cic. Attico, lib. 8. 152. 1.
In turpissimis rebus habere. Vide In.
Scabies turpis. Virg. 3. Georg. 89.
Senecta turpis. Virg. 3. Georg. 20.
Vita turpis. Tacit. in uita Agricolæ.
Vita turpis & infamis. Cic. pro Fonteio, 20.
Vitia turpia decipiunt cæcum. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 8.
Celare turpia. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 17.
Ducere turpe. Quintil. lib. 1. cap. 2. 15, Turpe ducet cedere pari, pulchrum superasse maiores. De pueris.
Quid hoc turpius: quid fœdius? Cic. 2. Philip. 90.
Turpis, Magnus, grandis. Virg. 3. Georg. 11,
—optima torue
Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima cernix. Ibidem, lib. 4. 79,
—& turpes pascit sub gurgite phocas. Nonius.
Turpis, crudelis, frequens apud Salustium.
¶ Turpiculus, pen. corr. Diminutiuum (ὀπωπικὸ Θ) Cic. 2. de Orat. 137, Tantum interest, quòd grauitas honestas in rebus seuerè, iocus in turpiculis & quasi deformibus ponitur. Idem Attico, libro 4. 74. 1, Quid? etiam subturpicula mihi uidebatur σκληρολία.
Nasus turpiculus. Catul. de Acme, 39. 1.
¶ Turpiter, pen. corr. Aduerb. (αἰσχρῶς) Inhonestè, indecorè. Terent. Eunuch. 3. 1. 24,
—mirum ni ego me turpiter hodie hic dabo
Cum meo decrepito hoc eunucho. Cic. 2. de Fin. 45, Quia quod bene, id rectè, frugaliter, honestè: ille porrò malè, prauè, neqter, turpiter cœnabat. Ouid. 5. Triſt. eleg. 7. 3,
Turpius eiicitur, quàm non admittitur hospes.
Flagitiosè & turpiter. Cic. Attico, lib. 6. 114. 13.
Turpiter & nequiter. Cic. 3. Tuscul. 64.
Extimesco ne quid turpiter faciam. Cic. Attic. lib. 9. 175. 2.
Perpeti turpiter. Cic. pro Milone, 7.
Cato in me turpiter fuit maleuolus. Cic. Attic. lib. 7. 122. 8.
Ingenium turpiter hirtum. Horat. 1. epist. 3. 5.
Turpiter iners. Ouid. 2. de Remed. amor. 77.
¶ Turpitudo, pen. prod. turpitudinis, pen. corr. f. gen. (αἰσχρότης, ἀσωφρία, ἀνανδρία) Deformitas. Cic. 2. de Fin. 186, Sunt etiam turpitudines plurimæ, quæ, nisi honestas natura plurimum ualeat, cur non cadant in sapientem, non est facilè defendere.
Turpitudo & deformitas. Cic. 2. de Orat. 130.
Turpitudo quæ à libidine, aut à petulantia, aut ab audacia nata est. Cic. pro Fonteio, 23.
Crimen turpitudinis. Quintil. lib. 2. cap. 2. 9.
Generis turpitudo. Quintil. lib. 3. cap. 7. 13.
Verborum turpitudinem & rerum obscœnitatem uitare. Cic. 2. de Orat. 134.
Infligere sibi turpitudinem. Vide Infligo.
Liberare turpitudine aliquem. Vide Libero, in Liber adiect.
¶ Turpificatus, pen. prod. (αἰσχυνθείς) Adiectiuum, Turpis factus. Cic. 3. Offic. 143, Quæ si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis, quanta illa deprauatio & fœditas turpificati animi debet uideri?
¶ Turpo, turpas, turpare, Turpe facere, Fœdare, Cic. 1. Tusc. 34.

Hæc omnia

Hæc omnia uidi inflammari,
Priamo ui uitam euitari,
Iouis aram sanguine turpari. Virg. 10. Aeneid. 16.
Aram turparunt sanguine. Lucret. lib. 1. 17.
Pallor turpat ora. Silius lib. 7. 127.
Rugæ turpant te. Horat. 4. Carm. ode 13. 3.

Turris] huius turris, f. g. (τύρσις, βάρος, τύρσις, πυργοδόμος) à terendis hostibus dicta est, uel quòd aspectu torua sit, hoc est terribilis. Cæsar 5. bel. Gall. 162, Tum ex omni parte lapidibus conjectis deturbati, turrisq; succensa est.
Aerata turris. Claud. 1. in Eutropium, 17.
Ahenea turris. Horat. 3. Carm. ode 16. 1.
Alta turris. Cic. 5. Tusc. 84.
Ardua. Ouid. 11. Metam. 79.
Caua. Virg. 9. Aeneid. 10.
Celsa. Horat. 2. Carm. ode 10. 3.
Contabulata. Vide Contabulo.
Excelsa. Silius lib. 13. 139.
Valida. Lucret. lib. 5. 289.
Confringere turres. Lucan. lib. 6. 25.
Locus munitus turribus & trophæis. Cic. de Prouinc. Conf. 3.
Quassæ nutant turres. Lucan. lib. 6. 28.
Percussæ de cælo turres. Vide Percutio.
Stabilire quassas turres. Seneca Thyeste, 7. 5.
Fiunt etiã turres ambulatoriæ, de quibus Vegetius lib. 4. cap. 17. hæc scribit, Turres dicuntur machinamẽta ad ædificiorum speciem ex trabibus, tabulatisq; compacta. Et ne tãtum opus hostili concrematur incendio, diligentissimè ex crudis coriis, uel centonibus communitur. Quibus pro modo latitudinis additur altitudo. Nam interdum tricenos pedes per quadrum, interdum quadragenos, uel quinquagenos latæ sunt. Proceritas autem ipsarũ tanta fit, ut non solùm muros, sed etiã turres lapideas altitudine superent. His plures rotæ mechanica arte subdũtur: quarum lapsu uolubili magnitudo tam alta moueatur. Præsens autem periculum ciuitatis est, si ad murũ fuerit turris admota. Plures enim accipit scalas, & diuerso genere conatur irrumpere. Nam in inferioribus habet arietẽ, cuius impetu destruit muros. Circa mediam uerò partem accipit pontem factum de duabus trabibus, septumq; de uimine, quem citò prolatum, inter turrim murumq; constituunt, & per eum egredientes de machina bellatores in ciuitatem transeunt, & occupant muros. In superioribus autem turris illius partibus contati & sagittarij collocantur, qui defensores urbis contis, mũsilibus, saxisq; ex alto prosternant. Quo facto ciuitas capitur sine mora. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4. 29. Aggere, uineis, turribus oppugnaui, usus q; multis tormentis.

¶ **Turritus**, pen. prod. Adiect. Altus & excelsus: ut, Domus turrita id est, alta et sublimis, et ad turris similitudinẽ facta.
Puppes turritæ. Virg. 8. Aeneid. 139.
Scopuli turriti. Virg. 3. Aeneid. 108.
Turritis aliquando dicitur turribus plenis: unde & Turritæ urbes, & Mater deũm nominatur turrita: quia terra est, quæ urbes sustinet. Virgil. 6. Aeneid. 157, Berecynthia turrita.
Castella turrita. Lucan. lib. 6. 8.
Dea turrita, Cybele. Propert. lib. 4. eleg. 12. 11.
Elephanti turriti, Quibus superponuntur turres, uel qui turres gestant. Plin. lib. 8. cap. 7. 5.
Mœnia turrita. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 10.
Muri turriti. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 21.

¶ **Turrifer**, pen. corr. Adiect. (πυργοφόρος) ut, Corona turrifera Cybeles. Ouid. 4. Fast. 44.

¶ **Turriger**, pen. corr. (πυργοφόρος) Aliud adiectiuum: id est, Gerẽs turres. Plinius, Sed turrigeros elephantorũ miramur humeros. Sic apud Virg. 10. Aeneid. 51, Turrigeræ urbes.
Dea turrigera. Ouid. 4. Fast. 45.
Carina turrigera. Lucan. lib. 3. 103.
Frons turrigera Cybeles. Ouid. 6. Fast. 65.
Mater turrigera, Cybele. Statius 2. Achil. 70.

¶ **Turricula**, turriculæ, pen. cor. Diminutiuum (πυργίον) Parua turris.

Turricula, Vasculi genus, à turris similitudine, quo iactari tali lũdendo solent: eadem pyrgus & orca dicitur. De hac tale est Martialis epigramma, lib. 14. 16,

Quærit compositos manus improba mittere talos:
Si per me misit, nil nisi sota facit. Vide Talus pro ludo, in Talus.

Turris Bissonis] πυργὸς βισσωνῶν, Ciuitas Sardiniæ Ptolemæo, lib. 3. cap. 3. Sardos hodie: Turris Libyssonis Plinio.

Tursio] tursionis, m g. Genus piscis. Plin. lib. 9. cap. 9, Delphinorum similitudinem habent qui uocantur tursiones.

Turtur] turturis, pen. cor. masculini generis, rarò fœminini, (τρυγὼν) Auis nota, à sono uocis nomen habens. Plaut. Mostel. 2. 44,

Tu tibi istos habeas turtures, pisces, aues. Mart. lib. 5. 114,
Gemit hinc palumbus, inde cæreus turtur. Cic. 2. de Fin. 175, Turtures, & cursu & peregrinatione lætantur.

Niger turtur. Ouid. epist. 21. 8.
Gemit turtur. Virg. eclog. 1. 12.

Turtur (τρυγὼν θαλαττία) Piscis, masc. gen. qui aliàs dicitur pastinaca, trygon autem à Græcis: in cuius cauda emergit radius præsentissimi ueneni.

Turulis] pen. prod. (τορδάλις) fluuius Hispaniæ Tarraconensis, Ptolem. lib. 2. cap. 6. Turia uulgò Claudiano & Herolao apud Plinii. Põponius Duriam corruptè nominat.

Turunda] turundæ, Genus panificij. Nonius, Turũda id unum sacrum quoddam ex farre, genus panificij. Varro 3. de Re rust. cap. 9. 15, Amplas omnes ex his, cuulsis ex alis pinnis, & è cauda, farciunt turundis ordeaceis, partim admistis ex farina loliacea aut semine lini ex aqua dulci. De gallinis. Cato cap. 89, Gallinas teneras, quæ primùm pariunt, concludat, polline uel farina ordeacea conspersa turundas faciat, eas in aquã intinguat, & in os indat. Varro de liberis educandis, Alij afferunt libum ac turundam.

Turunda apud Catonem, cap. 157. significat linamentũ illud ex filis quod in ulcus immitti à medico solet. ait enim, Et si fistula erit, turundam intrò trudito: si turundam nõ recipiet, diluiõ, sucum exprimito.

Turuptiana] τορόπιανα. Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Hispaniæ Tarraconensis urbs: Tuitania hodie. Tuy uulgò.

Tus] Vide Thus.

Tuscania] τουσκανία, Oppidum Tusciæ prope Tarquinios: à quo Tuscanenses.

Tuscenius] τουσκηνός, homo furiosus & auarus, cuius meminit Cicero ad Quintum frat. lib. 1. 1. 29.

Causa Tuscenij sanari non potest. Cic. Quint. fratri, lib. 1. 2. 9, Quid L. Cæcilium? nonne omni ratione placauit? quem hominem, qua ira, quo spiritu? quem deniq; præter Tuscenium, cuius causa sanari non potest non mitigauit?

Tuscia] quæ & Hetruria dicitur (τυρρηνία) Italiæ regio celebris: à sacrificijs, ut quidam arbitrantur, dicta. Græci enim θύειν, sacrificare dicunt. Vel à thure, quo maximè in sacrificijs utimur. Vel à Tusculo Herculis filio quod uelearis grãmatici probant. Vnde & sine H, ab eis scribitur. Hæc Tyrrhenia dicta fuit, à Tyrrheno Atys filio: qui è Meonia discedens in Italiã uenit, & eam partem occupauit quæ ad mare inferum sita est, quod & Tyrrhenum; inaccessis & difficilibus

difficilibus referta. Eius dicitur. Hæc à Ligurib. Romanisq; finibus contingitur, iugis fines Macra & Tyberis amnes, centum & septuaginta quatuor milia inter se distantes. In ea scientia faciendorum sacrorum ita floruit, ut Romani qui non seruandæ tantùm, sed etiam amplificandæ religionis cupiditate incendebãtur, decem principum filios Senatusconsulto singulis Tusciæ populis percipiendæ sacrorum disciplinæ gratia traderent. Longior est ea prouincia, quam latior. Ab Orientali plaga in Occidentalem porrigitur. Nam si ab Aquilonari in Australem præambulemus, arctis finibus contenta est. Ab Occidente quà Liguriæ proxima est, habet Pisas, Senas, & Lucam, & Florentiam, inclytas ciuitates. Ad Septentrionem habet urbem ueterem. In Meridionali uerò littore, Pisaurum, Aretium, & Asisium. Et Tybris Romanus inde labitur, ex Apennino effluens. Septentrionalis regio cum Flammia iungitur. Vulgus Italorum hodie Toscanam uocat.

¶ **Tusci** (τυρρηνοί) Qui Tusciam habitant. Cic. 2. de Natur. deor. 16, An uos Tusci ac barbari, auspiciorũ populi Rom. ius tenetis, & interpretes esse comitiorum potestis?

¶ **Tuscus**, Adiectiuum (τυρρηνὸς) ut, Aequora Tusca. Horat. 4. Carm. ode 4. 11.
Amnis Tuscus, Tybris. Ouid. 3. de Arte, 78.
Flumen tuscum. Ouid. 14. Metam. 123.
Mare Tuscum. Horat. 2. epist. 1. 41.
Tyberis Tuscus. Virg. 1. Georg. 100.

Tuscum] Vide Thus.

Tusculum] pen. corr. (τύσκουλον) Italiæ oppidum, Telegoni Vlyssis & Circes filij ædificium, Ciceronis uilla nobilissimum. Silius lib. 7. 139,

Mœnia Laertæ quondam regnata nepoti. Tusculani, Frederici Aenobarbi imperatoris quondam coniuncti copijs, Romanos insigni clade affecêre, ut postea resipiscere non esset. Romani itaque iniuriæ memores, post aliquot annos, ita in eos ira perciti sunt, ut uix urbis fundamẽta relinquerent. Hæc Volaterranus lib. 6. Tusculum, uulgò Frascati. Ex Tusculo Cato Censorinus ortum habuit. Horat. Epod. 2. 6,

Nec ut superni uilla candens Tusculi
Circæa tangat mœnia.

¶ **Tusculanus** (τουσκλανὸς) Qui Tusculum incolit. Cic. 3. de lege Agrar. 6, Ego Tusculanis pro aqua crebra uectigal pendam, quia à municipio fundũ accepi: si à Sylla mihi datus esset, Rulli lege non penderem.

Tusculanus ager, in quo erat uilla Ciceronis celebratissima, in quam post forensia negocia animi recreandi gratia se Cicero recipiebat: ubi aut cum doctis aliquibus, quos eò adduxerat, se declamando exercere, aut philosophica studia intermissa renouare solebat: ut frequenter in scriptis suis meminit. Hanc uillam ferè Tusculanum absolutè uocat: ut ad Atticum, lib. 1. 4. 2, Nos Tusculano ita delectamur, ut nobismetipsis tum deniq;, cum illò uenimus, placeamus.

Cogito Tusculanum. Vide Cogito.
Disputatio Tusculana, quæ in Tusculano tractata est. Cic. 2. de Diuinat. 2.

¶ **Tusculanensis**, & **Tusculanense**, Aliud adiectiuum. Cic. Varroni, lib. 9. 6. 11, Equidem hos tuos Tusculanenses dies instar esse uitæ puto, &c.

¶ **Tusculus**, pen. cor. (τυρρηνὸς) Aliud similiter adiect. ut, Vmbra Tusculana. Stat. 4. Sylu. 4. 4.

Tellus Tusculana. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 12.

Tuscus] τοῦσκος. Vicus Romæ, dictus quòd ibi habitauerũt Tusci, qui recedente ab obsidione Porsenna remanserunt, ut ait Festus. De quo Horatius 2. Serm. Satyr. 3. 46,

—ac Tusci turba impia uici.

Tusis] huius tusis, f. g. (βῆξ) Quæ gignitur uel ex frigore uel ex pituita in pulmonem descendente. Terentius Heaut. 2. 3. 132,

Gemitus, screatus, tussis, risus abstine.

Veterem tussim acetum inbibet. Plin. lib. 23. cap. 1. 41.
Mortuus tussi. Lucret. lib. 4. 235.
Malam tussim expuli pectore. Catul. ad Fundum, 41. 2.
Anhela tussis quatit ægros sues. Virg. 3. Georg. 100.
Tussim exasperant palmæ. Plin. lib. 25. cap. 4. 18.
Tusses concoquere. Plin. lib. 24. cap. 8. 10.
Tussis sicca quæ nihil emolitur. Cels. lib. 4. cap. 6.

¶ **Tussedo**, pen. prod. tussedinis, fœ. g. Idem (βῆγμα) Apuleius, Assiduo pulsu tussedini hiulci pectora.

¶ **Tussicula**, tussiculæ, pen. corr. Diminutiuum (βηγμάτιον) Plin. epist. 114. b, Veteris infirmitatis tussicula admonitus, rursus sanguinem reddidit.

¶ **Tussio**, tussis, tussiui, tussitũ (βήσσω) tussire, pen. prod. Tussim pati. Plaut. Asin. 13. 49,

Fortè si tussire occæpsit, ne sic tussiat,
Vt cuiquam linguam in tussiendo proferat. Plin. lib. 20. cap. 2. 2, Semen eorum cum cumino tritum potumq; in uino tussientibus auxiliatur. Mart. lib. 1. 140,

Et placet & tussit.

Male tussire. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 5.

¶ **Tussilago**, pen. prod. tussilaginis, fœ. g. (βήχιον) Plin. lib. 6. cap. 26. 1, Tussim sedat bechio, quæ & tussilago dicitur. Duo eius genera: syluestris ubi nascitur, subesse aquas creadunt, & hoc habente signum aquileges. Folia sunt maiuscula quàm hederæ, quinq; aut septem subalbida à terra, supernè pallida. Farfara alio nomine dicitur, & uulgò Vngula cabalina: à forma pedis equi uel asini. Vide Bechion.

Tutanus] pen. prod. (τουτανὸς) Deus apud Ethnicos, qui gentes tueri putabatur. Varro: Tutanum deum Romæ omnes qui laborant, inuocant. Meminit Cælius lib. 25. cap. 30.

Tute] id est, Tuipse. Vide Tu. Cic. 4. Verr. 95, Hoc autem tute fatebere.
Tute dicebas. Cic. 2. de Fin. 139.
Tute paulo antè dixisti. Cic. 1. de Orat. 50.
Tute tibi imperes. Cic. 2. Tusc. 82.

¶ **Tutemet**, pro Tuipse. Lucret. lib. 1,

Tutemet à nobis iam quouis tempore uatum
Terriloquis uictus dictis, &c. Meminit Priscianus libro 12.

Tutela, Tutor, Tutus] Vide Tueor.

Tutia] Vide Pompholyx.

Tutilina] pen. prod. (τουτίλινα) Dea quæ tutandis frugibus præerat. Cælius lib. 25. cap. 30, ex diuo Augustino. Varro, Tuam fidem Tutilina inuoco.

Tutulus] penult. corr. Tutulum, inquit Festus, uocari aiunt Flaminicarum capitis ornamentum, quod fiat uitta purpurea innexa crinibus, & extructum in altitudinem. Ennius, Libaq; fictores, argeos, & tutulatos. Itaq; Varro libro de ling. Latin. exponens hunc eundem Ennij uersum, ait, Tutulati dicti ij, qui in sacris capitibus habere solent ut meatam. Id Tutulus appellatur, ab eo, quòd matresfamiliãs crines conuolutos ad uerticem capitis, quos habent uti uelatos, dicunt tutulos. Siue ab eo, quòd tuendi causa capilli fiebant. Siue ab eo, quod altissimum in urbe est, quod arx, ea res tutissima, tutulus uocatur. Hactenus Varro. Fulgentius libro de PriscIano fermone, Varro, inquit, in Pontificalibus ait tutulos sacerdotes dici breuium deorum. Numa uerò Pompilius & ipse de Pontificalibus scribens, Tutulum dici ait pallium, quo sacerdotes caput tectabant, cum ad sacrificium accessissent: sicut & Virgilius ait,

Et cã-

Et capita ante aras Phrygio uelamur amictu.
Hæc Fulgentius.

Tuus] tua, tuum (σὸς, σή, σόν) Pronomen possessiuum à Tu. Plaut. Perſ.16.37,
Tua merx est, tua indicatio est. Cic. ad Trebonium, lib. 15.20.5, Nunc hæc primò cupio cognoscere, iter tuũ cuiusmodi sit.
Tuum est mihi ignoscere, Ad te spectat, tui est negocij & officij. Terent. Andr. 4.1.54.
Tuo arbitratu. Plaut. Aulul. 20.19.
Tertigine tui quicquam? Terent. Adelph. 2.1.24.
De tuo. Vide De.
Tui studiosus. Cic. ad Tironem, lib. 16.11.13.
Tui charitas. Cic. ad Plancum, lib. 10.6.3. Ouidius epist. 5.21,
Ardet amore tui, sic & Menelaon amauit.
De tuis unus: pro, Vnus tuorũ amicorum: uel, De numero amicorum tuorum. Cic. ad Cæsarem, lib. 13.17.6.
Tam longè à tot tuis. Cic. Attico, lib. 4.84.2, Nunquã enim tu sine iustissima causa tam longè tot tuis & hominibus, & rebus charissimis & suauissimis abesse uoluisses.
Panætius ille tuus. Cic. 1. de Orat. 24. Vigebat auditor Panætij illius tui Mnesemarchus.
Pro amicitia tua, Cicero dixit: hoc est, Pro amore quo te prosequor, nempe quo tu à me diligeris: 10. Philip. 272, An uerò hoc pro nihilo putas (in quo equidẽ pro amicitia tua uicem dolere soleo) efferri hæc foras, & ad pop. Rom. aures peruenire.
Tua uirtus. Cato ad Ciceronem, lib. 15.5.1.
Tuum studium adolescentis. Cic. ad L. Paulum, lib. 15.13.2, Sed molestè fero me Consulem studium tuum adolescentis perspexisse: te meum, quum id ætatis sim, perspicere non posse.
Tua sui memoria. Cic. ad Attic. lib. 13.26.1. 3, Nicias te (ut debet) amat, uehementerq; tua sui memoria delectatur.
Tuo tibi iudicio est utendum. Cic. 2. Tusc. 107.
¶ Tuopte, ablatiuus compositus à Tuus & Pte syllabica adiectione. Plaut. Milit. 10.11,
Tuopte consilio occludunt linguam. Idem Capt. 7.11,
Tute tibi ea tuopte ingenio prodes plurimum.

T Y

Tyana] pen. cor. (τύανα) Vrbs Capadociæ, Apollonij Tyanei patria, Inde Tyanensis prætura, in qua est oppidũ Tyana. Author Strabo lib. 12. & Plin. lib. 6. cap. 3.
¶ Tyaneius, adiect. (τυανεύς) Ouid. 8. Metam. 146,
—ostendit adhuc Tyaneius illic
Incola de gemino uicinos corpore truncos.
Tyberis] pen. corr. (τύβερις) & Tybris per syncopen, Amnis Italiæ, è media ferè longitudine Apœnini Aretinorum finibus defluens, tenuis principio, nec ferè nauigabilis. Fertur per centum & quinquaginta millia passuum nõ procul Tiferno, Perusia, & Otriculo. Hetruriam ab Vmbris ac Sabinis, mox Velentem agrum à Crustumino, deinde Fidenate, Latinumq; à Vaticano dirimens, duobus & quinquaginta fluuijs augetur: præcipuis autẽ Nare & Anione: nec minus tamen aquis, fontibusq; in urbem perductis: & ideo quamlibet magnarum nauium ex Italo mari capax, rerum in toto orbe nascentium uector placidissimus. Primùm ab aquarum colore Albula dictus est, deinde Tybris appellatus: uel à rege Tusco eius nominis, iuxta eum in bello occiso. Virgilius 8. Aeneid. 67,
—asperq; immani corpore Tybris, &c.
A quo post Itali fluuium cognomine Tybrin
Diximus: amisit uerum uetus Albula nomen. Vel quòd Τ ὕβρεως, hoc est, iniuriæ fluuius esset, propter regem Tuscorum, latrocinari circa eius fluminis ripas, ac uastare omnia solitum. Seruius, Vt autem, inquit, Tybris dicatur, hæc ratio est. Quodam tempore Syracusani victores ceperunt Syracusis ingentem Atheniensium hostium multitudinem: & eam cæsis montibus fecerunt addere munimenta ciuitati. Tunc auctis muris, etiam fossa intrinsecus facta est: quæ flumine admisso repleta munitiorem redderet ciuitatem. Hanc igitur fossam per hostiũ pœnam & iniuriam factam, Tybrim uocauerunt, ἀπὸ τ ὕβρεως. Postea profecti Siculi ad Italiam, eam tenuerunt partem, ubi nunc Roma est, usque ad Rutulos & Ardeam. unde est,
—fines super usque Sicanos. Et Albulam fluuium, ad imaginem fossæ Syracusanæ Tybrim uocarunt, quasi ὕβρεως. Hactenus Seruius. Rursus autem à Tyberino Albanorum rege in eo submerso, pro Tybri dictus est Tyberis. Ouid. 2. Fast. 78,
Albula quem Tyberim mersus Tyberinus in undis
Reddidit, hybernis fortè tumebat aquis. Tybris etiam Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Albula prius: uulgò Teuero. Cicero Attico, libro 241.16, Cogito interdum trans Tyberim hortos aliquos parare, & quidem ob hanc causam maximè.
Arenosi Tybridis unda. Ouid. 1. Fast. 49.
Ausonius Tybris. Virg. 5. Aeneid. 17.
Cæruleus Tybris. Vide Cæruleus.
Flauens Tybris. Silius lib. 16.136.
Flauus Tybris. Horat. 1. Carm. ode 2.3.
Laurens Tybris. Virg. 5. Aeneid. 160.
Romuleus Tybris. Claud. 5. Paneg. 45.
Sceptrifer Tybridis unda. Silius lib. 8.73.
Tyrrhenus Tybris. Virg. 7. Aeneid. 49.
Tybri, Vocatiuus. Virg. 8. Aeneid. 108,
—galeasq; & fortia corpora uolues
Tybri pater.
¶ Tyberinus, pen. prod. Adiectiuum (τυβερῖνος) ut, Piscis Tyberinus: & Tyberina ostia, apud Virgilium 1. Aeneid. 4. Cic. pro lege Manilia, 23, Vos qui modò ante ostium Tyberinum classem hostium uidebatis.
Fluminis Tyberini unda. Virg. 10. Aeneid. 16.
Gurges Tyberinus. Ouid. 9. Metam. 40.
Insula Tyberina. Claud. 3. Paneg. 35. De hac insula sic Liuius 2. ab Vrbe, 18, Ager Tarquiniorum qui inter urbem ac Tyberim fuit, consecratus Marti, Martius, deinde campus fuit. Fortè ibi tum seges farris dicitur fuisse matura messi. quæ in campi fructum quia religiosum erat consumere, defectam cum stramento segetem magna uis hominum simul imm̃issa, corbibus fudêre in Tyberim tenui fluenti em aquæ, ut mediis caloribus solet. Ita in uadis hæsitantis frumenti aceruos sedisse illitos limo: insulam inde paulatim, & alijs quæ fert temerè flumen eodem inuectis, factam. Postea credo additas moles, manuq; adiutum, ut tam eminens area, firmáq; templis quoque ac porticibus sustinendus esset. Hactenus ille.
Canutius Tyberinus. Cic. 3. Philip. 140.
¶ Tybrimus, per syncopen, pro Tyberinus. Claud. de Laudibus Serenæ reginæ, 22.4,
Præscia fatorum Tanaquil, rediensq; per undas
Chœlia Tybrinas.
¶ Tyberinus, pen. prod. (τυβερῖνος) Tyberis fluminis Deus. Virg. 8. Aeneid. 6,
Huic deus ipse loci fluuio Tyberinus amœno, &c.
Flauus Tyberinus. Virg. 7. Aeneid. 6.
¶ Tyberinis, pen. prod. Tyberinidis, pen. corr. Patronymicum fœmin. (τυβερῖνις) Ouid. 2. Fast. 102,
Dixerat, annuerant Nymphæ Tyberinides omnes.

Tyberius]

Tyberius] Vide Tiberius.
Tybur] huius Tyburis, pen. corr. n. g. (τύβερ, τίβυρος, τίβυρα, τίβερα) Vrbs est Italiæ, sedecim millibus passuum distans ab Vrbe Roma: quam teste Solino, ex authoritate Catonis, Catillus Arcas præfectus classis Euandri condidit. Quod etiam sensit Seruius: De Græcia, inquit, tres fratres uenerũt in Italiam, Catillus, Coras, Tybur uel Tyburnus, Hi simul omnes unam fecêre ciuitatẽ, & eam de fratris maioris nomine Tybur appellauerunt: licet & alias fecerint singuli. Hactenus Seruius, enarrans illud Virgilij 7. Aeneid. 134,
Tum gemini fratres Tyburti mœnia linquunt, &c. Sextus Græcus historicus sic habet. Catillus Amphiarai filius Fuit, Hic post prodigialem patris apud Thebas ante Iliacum bellum interitum, iussu dei, cum omni suorum cœtu, & sacris missis, tres liberos in Italia procreauit, Tyburtum, Coracem, & Catillum: qui expulsis ex oppido haud longè ab urbe Roma posito, ueteribus Sicanis, à nomine Tyburti maximi filij oppidum uocauerunt. Tybur aũt Virgilio dicitur superbus: id est, nobile, inquit, Seruius. aut per transitum tetigit illud: quòd aliquando quum à Senatu auxilia poscerent Tyburtes sub cõmemoratione beneficiorum, hoc tantùm à Senatu responsum acceperunt, Superbi estis. Hæc Seruius, explicans illud Virgilij lib. 7. Aeneid. 126,
Quinq; adeò magnæ positis incudibus urbes, &c. Priscianus tamen cum i Latino scribit: quod usitatius credidêrim non enim Græca est dictio. hodie autẽ urbem ipsam uulgus Italorum uocat Tiboli. Horat. 2. Carm. ode 6.2.
Fertile Tybur. Horat. 4. Carm. ode 3.2.
Herculeum Tybur. Martial. lib. 1.170.
Supinum Tybur. Horat. 3. Carm. ode 4.5.
Vacuum Tybur. Horat. 1. epist. 7.9.
Vdum Tybur. Horat. 3. Carm. ode 29.2.
Vidi Tyburis ripæ. Horat. 4. Carm. ode 2.7.
¶ Tyburs, Tyburtis, generis omnis (τύβυρτις) uel hic & hæc Tyburtis, & hoc Tyburte, Quod est ex Tybure. Suetonius, Inchoauit aũt aquæductum regione Tyburti. Cic. 2. de Orat. 146, Villam in Tyburte habes. Stat. 1. Sylu. 4.20,
Hic tua Tyburtes Faunos chelys, & iuuat ipsum
Alciden. Horatius 1. Serm. Satyr. 6.22,
Quum Tyburte uia Prætorem quinq; sequentur
Te pueri lasanum portantes, cænophorumq;.
Poma Tyburtia. Horat. 2. Serm. Satyr. 4.14.
Picenis cedunt pomis Tyburtia succo.
¶ Tyburtinus, penult. prod. Adiect. (τυβερτῖνος) Quod est ex Tyburto.
Tyche] Tyches (τύχη) Vrbs Siciliæ, quam tertiam partem Syracusarum constituit Cicero 6. Verr. 16, cùm ait, Tertia est urbs, quæ quod in ea parte Fortunæ fanum antiquum fuit, Tyche nominata est: in qua & gymnasium amplissimũ est, & complures ædes sacræ: coliturq; ea pars, & habitatur frequentissimè.
Tychius] τύχιος, Cerdo siue faber celeberrimus apud Homerum Iliados 7. qui scutum Aiacis fecit: cuius etiam mentionem facit Ouid. 3, Fast. circa finem,
Nec quisquam inuitâ faciet bene uincula plantæ
Pallade: sit Tychio doctior ille licet. Legitur & Titio.
Tydeus] dissyllabum, huius Tydei uel Tydeos, pen. corr. (τυδεύς) Altheæ & Oenei filius, quem in bello Thebano Menalippus extinxit. Author Seru. in illud Virg. 6. Aeneid. 96,
Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis
Parthenopeus. De hoc, ut scribit Homerus lib. 4. Iliad. quium Mycenis moraretur, fama est neminẽ illi uiribus corporis potuisse æquari.
Cruentus Tydeus. Stat. 8. Theb. 96.

Thesauri pars 3.

Fulmineus Tydeus. Stat. 4. Thebaid. 19.
Magnanimus Tydeus. Stat. 6. Thebaid. 165.
Maximus Tydeus. Stat. 8. Theb. id. 76.
¶ Tydides, pen. prod. Patronymicum, m. g. (τυδεΐδης) Diomedes Tydei filius, bellator strenuus: qui præter alia bene & fortiter gesta, Venerem in dextra, & Martem sub utero percussit: ut latè scribit Homerus lib. Iliad. 5. Proinde scribitur Horatio 1. Carm. ode 15.6,
Tydides melior patre. Sic ibidem, ode 6.3,
Tydiden superis parem? Virg. 1. Aeneid. 21,
—ô Danaûm fortissime gentis Tydide.
Cruentus. Virg. 1. Aeneid. 95.
Impius. Virg. 1. Aeneid. 33.
Par superis Tydides. Horat. 1. Carm. ode 6.4.
Tylos] τύλος, Insularum duarum nomen est in sinu Persico, margaritis abundantium, & gossampinis arboribus, quæ cucurbitas ferunt mali cotonei amplitudine, quæ maturitate ruptæ, ostendunt lanuginẽ pilas, ex quibus uestes precioso linteo conficiuntur. Vide Plinium lib. 12. cap. 10. & 11.
Tymbades] τυμβάδης, Græco nomine appellantur sagæ & ueneficæ: quòd περὶ τύμβους, hoc est, circa sepulchra uersentur, cadauera mutilantes aliquo membro, quo ad ueneficia sua abutantur. Cæl. Rhodig. lib. 21. cap. 38.
Tymbra] Herba, & tymbra, nomen proprium loci, Vide eadem supra cum H aspiratione.
Tymbus] tymbi (τύμβος) Latinè Sepulchrum, siue monumentũ dicitur. Cic. 2. de Legibus, 101, Siquis bustum (nam id puto appellari tymbon) aut monumentũ, inq̃t, aut columnã uiolârit, deiecerit, fregerit. Ab hoc uerbo tumba deducitur.
Tymœtes] τυμοίτης, Priami filius. Huius meminit Seruius, Euphorionis uerba referens: Priamus, inquit, ex Arispa filiũ uatem suscepit. Quũ quũ dixisset quadam die nasci puerum, per quem Troia posset euerti: pepererunt simul & Tymœtæ uxor & Hecuba, quæ Priami legitima erat. Sed Priamus Tymœtæ filium, uxoremq; iussit occidi. Hactenus Seruius, enarrans hunc locum Virg. 2. Aen. 7,
—primusq; Tymœtes
Duci intra muros hortatur, & arce locari.
Tymolus] Vide Tmolus.
Tympanum] tympani, pen. corr. (τύμπανον) Instrumentũ ex una parte membrana clausum, intus uacuũ, quod baculo pulsatur. Eo uti solebant in sacrificio Martis deum.
Impulsa palmis tympana. Ouid. 4. Metam. 6.
Leue tympanum. Catyllus de Berecynthia, 58.2.
Rauca tympana. Ouid. in Ibin, 92.
Sæua tympana. Horat. 1. Carm. ode 18.3.
Taurina tympana. Claudianus 3. Paneg. 73.
Sonûs uirilis tympani. Seneca Hercule furente, 6.27.
Adhibere tympanum. Vide Adhibeo.
Dare tympana eloquentiæ. Quintil. lib. 5. cap. 12.16.
Reboant tympana. Vide Reboo.
Remugit tympanum. Vide Remugio.
Tenta tympana. Lucret. lib. 2.125.
Inania tympana tundere. Ouid. 4. Fast. 37.
Tympanum, Vehiculi tectum, ut ait Seruius. Siue, ut aliqui putant, testudo supra radios: radij autem dicuntur, qui in media parte rotarum sunt. 2. Georg. 89,
Hinc radios triuêre rotis, hinc tympana plaustris.
Tympanum, Rota est quæ à calcantibus uersatur, qualem passim uidemus in ea machina, quâ saxa subuehũtur in magnificis ædificationibus: uerbo Græco geranion, id est, grus dicitur. In ea trochleæ sunt in summo cârchesio, id est, in uertatili & superiore parte machinæ: & in trochleâ ductarius funis, qui circum tympanũ aduoluitur: & à fine dependen-

RR tes, qui

tes, qui forfices dicuntur, quibus onera eluebenda: prehenduntur. Budæus Lucret. lib. 4. 183,

Multaq; per trochleas, & tympana pondere magno
Commouet, atq; leui suſtollit machina niſu.

Tympanum etiam machinæ hauſtoriæ dicitur, quæ dum uerſatur, aquam adnexis permultis modiolis haurit, & iterum circumactu defundit. à Vitruuio in decimo deſcribitur: paſſim in piſtrinis aquarijs uidentur. Budæus.

Tympanum, Genus uaſis. Plin. lib. 33. cap. 11. 8, Tympana uerò ſe iuuene appellata ſtateras, & lances, quas antiqui magidas appellauerant.

¶ Tympaniſtria, tympaniſtriæ, fœm. gen. (τυμπανίστρια) Quæ tympanum pulſat. Sidonius lib. 1. epiſt. Tympaniſtria pſaltria canit.

¶ Tympanizo, tympanizas (τυμπανίζω) tympanizare, Tympana pulſare. Sueton. de Auguſto, cap. 68, Et aſſenſu maximo comprobauit uerſum in ſcena, pronunciatum de Gallo Matris deûm tympanizante, Vides' ne ut cinædus orbem digito temperat?

¶ Tympanotriba, tympanotribæ, pen. corr. (τυμπανοτρίβης) Qui tympanum terit, & tundit: apud Plaut. in Truc. 11. 4.

¶ Tympanites, huius tympanitis, penult. prod. (τυμπανίτης) Species aquæ intercutis, quum uentre uehementer intento creber intus ex motu ſpiritus ſonus eſt, teſte Celſo libro 3. cap. 21.

¶ Tympanicus, pen. corr. (τυμπανικὸς) Qui hoc morbo laborat. Plin. lib. 25. cap. 5. 21, Hydropicis, mcipientibusq; tympanicis, ſtomachicis, &c.

Tymphæi] τυμφαῖοι, Populi ſunt Aetoliæ, Pindi montis accolæ, Theſprotij & Perrhæbis proximi, apud quos in ſummo terræ gypſum inuenitur, quod ab ijs Tymphaicum appellatur, ſullonibus in Græcia Cymoliæ cretæ uſum ſuppleſ. Vide Plin. lib. 4. cap. 2. & lib. 35. cap. 17.

Tyndarus] penult. corr. (τυνδάρεος) Rex Oebaliæ, filius Oebali regis, habuit uxorem formoſiſſimam Ledam. Nonnunquam pro Tyndaro, Tyndareus ponitur. ut Ouidius epiſt. 8. 7,

Me tibi Tyndareus uita grauis author & annis
Tradidit. Cic. de Fato, 51, Nec Hecubam cauſam interitus fuiſſe Troianis, quòd Alexandrum genuerit: nec Tyndareum Agamemnoni, quod Clytemneſtram. Hinc,

¶ Tyndaridæ (τυνδαρίδαι) Caſtor & Pollux dicti ſunt. Ouid. 8. Metam. 61,

Tyndaridæ gemini præſtantes, cæſtibus alter,
Alter æquo. Meminit Cic. 1. Tuſcul. 45. Valer. 6. Argon. 41.

Tum magis atq; magis peditem candore notato
Tyndariden incendit amor. id eſt, Caſtorem.

Aſtro comantes Tyndaridæ. Valer. 5. Argon. 74. Comantes, id eſt, ex quorum ore plurimus manabat fulgor: & ſit alluſio ad aſtra. nam & Caſtor & Pollux in Sydera mutati fuerunt: ut dictum eſt in dictione Caſtor.

¶ Tyndaris, pen. corr. Tyndaridis, pen. corr. Patronymicum fœm. (τυνδαρὶς) dicta eſt Helena. Ouid. epiſt. 5. 19,

Tyndaris infeſtis fugitiua repoſcitur armis. Lucret. libro 1. 94.

Deniq; Tyndaridem raptam. Virg. 2. Aeneid. 130,

Non tibi Tyndaridis facies inuiſa Lacænæ,
Culpatus' ue Paris, &c. Vbi Seruius, Atqui, inquit, Helena Iouis eſt, non Tyndari filia. Sed ſic dicimus Tyndaridis de Helena, ut de Hercule Amphitryonides. Nam de Ioue & Ledanati ſunt Pollux & Helena. De Tyndareo & Leda Caſtor, qui & ſolus mortalis fuit. Vnde Virg. 6. Aeneid. 25,

Si fratrẽ Pollux alterna morte redemit. Qui immortalitatem ſuam cum fratre partitus eſt. Helenam uerò immortalem fuiſſe indicat tempus. Nam conſtat fratres eius cum Argonautis fuiſſe. Argonautarum filij cum Thebanis dimicauerunt. Item illorum filij contra Troiam bella geſſerunt. Ergo ſi immortalis Helena nõ fuiſſet, tot ſine dubio ſeculis durare non potuiſſet. Hanc autem legimus prius à Theſeo raptam, & in Aegypto commendatam Proteo.

¶ Tyndareus, Adiect. (τυνδάρεος) ut, Puer Tyndareus, Caſtor, aut Pollux. Valer. 35.

¶ Tyndaris, item, Siciliæ urbs, media ex parte à mari abſumpta. Plin. lib. 2. cap. 91.

Typha] τύφη, Planta eſt ſolio Cyperidis, caulem habens enodem, cuius in ſummo capite flos enaſcitur, euadens in poppum ſiue lanugimem. A' Galeno lib. 1. de Aliment. numeratur inter legumina. Officinis hodie eſt incognita.

Typhis] τύφις, Argonauta. Claud. de bello Get. 1,

Omnibus attonitis ſolus poſt numina Typhis
Incolumem tenui damno ſeruaſſe carinam
Fertur, & ancipitem montis uitaſſe ruinam. Vitioſè translata eſt Græca uocalis ex poſteriore ſyllaba in priorẽ. Vide Tiphys.

Typhoeus] triſyllabum, cum eu dipthongo, huius Typhoei uel Typhoeos, penult. corr. (τυφωεύς) Gigas fuit, Terræ & Titani filius.

Sæuus Typhoeus. Virg. 1. Georg. 56. Hinc,

Typhoeus, quatuor ſyllabarum, Adiect. (τυφώιος) Virg. 1. Aeneid. 134,

Nate patris ſummi, qui tela Typhoea temnis.

¶ Typhoius, Idem, (τυφώιος) Claud. 3. de raptu Proſ. 37,

—rupit' ne Typhoia ceruix Inarimen?

Typhon] τύφων, idem qui & Typhoeus, quem Strabo libro 13. ex Pindari authoritate ſub Aetna cruciari ſcribit. Alij ſub Inarime condunt: ut Lucan. lib. 5. 21,

Conditus Inarimes æterna mole Typhoeus.

Ferus Typhon. Senec. Octau. 5. 4.

Terribilis Typhon. Ouid. 2. Faſt. 93.

¶ Typhon item uentus eſt, quem Græci turbidum & orbe motum nominant, ut ſcribit Meteororum 3. Ariſtoteles. Gel. lib. 19. cap. 1, Nauigabamus, inquit, à Caſſiopa ad Brundiſium, mare Ionium uiolentum & naſtum & iactabundum. Nox deinde, quæ diem primum ſecuta eſt, in ea ferè tota uentus à latere ſeuiens, nauem undis impleuerat. Tum poſtea complorantibus noſtris omnibus, atq; in ſententia ſatis agentibus, dies quidem tandem illuxit: ſed nihil de periculo atq; ſeuitia remiſſum, quin turbines etiam crebriores, & cælum atrum, & fumigantes globi, & figuræ quædam nubium metuendæ, quas τυφῶνας uocabant, impendere, imminereq;, ac depreſſuræ nauem uidebantur. Hactenus Gellius. Plin. libro 2. cap. 48. 2, de repentinis flatibus, Sin uerò depreſſo ſinu arctius rotati effregerint, ſine igne, hoc eſt, ſine fulmine, uorticem faciũt, qui Typhon uocatur, id eſt uibratus ecnephias. Defert hic ſecum aliquid abruptum è nube gelida conuoluens, uerſansq;, & ruinam ſuo illo pondere aggrauans, & locum ex loco mutans rapida uertigine: præcipua nauigantium peſtis, non antennas modò, uerùm ipſa nauigia contorta frangens.

¶ Typhon, frater Oſiridis regis Aegypti, qui, ut teſtatur Diodorus Siculus, ipſum regem clàm necauit, & in uigintiquinq; partes corpus eius diſcerpſit. Tandemq; ab Iſide regina, Oſiridis & ſorore & uxore, auxilio filij, cui Orus nomen erat, in bello eſt interemptus, cum ijs qui cædis fuerant conſcij.

Typhus] τύφος, Latinè Superbia, elatio, faſtus, arrogantia, iactantia: à τυφόομαι, Superbio, inaniter iacto. Vtitur frequenter Auguſtinus: ut de Ciuit. Dei lib. 11. cap. pen. Vnam fruente

fruentem Deo, alteram tumentem typho.

Typus] typi, m. g. (τύπος) Forma, figura, adumbratio rudis, ueſtigium, umbra, & ueluti imago quædam alicuius rei. Plin. lib. 35. cap. 12. 1, Vmbram ex facie eius ad lucernam, in pariete lineis circumſcripſit, quibus pater eius impreſſa argilla typum fecit. Cic. Att. lib. 1. 6. 5, Præterea typos tibi mando, quos in tectoria, &c.

Tyra] ſiue Tyras (τύρας) Ptolomæo fluuius eſt ſub Boryſthene, Sarmatas dirimens à Dacis, & non procul ab iſtri oſtijs in Pontum Euxinum illabens, ubi & oppidum habet ſui nominis. Vide Plinium lib. 4. cap. 2. & Ptolemæum lib. 3. cap. 5. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10,

Parthenius q; rapax, & uoluens ſaxa Cynapes
Labitur, & nullo tardior amne Tyras.

Tyrambe] τυράμβη, Sarmatiæ in Aſia urbs, authore Ptolemæo lib. 5. cap. 9. hodie Trapano.

Tyrannio] Amiſenius (τυραννίων) diſcipulus Eſtiæi Amiſeni nobilis grãmatici, tempore Magni Pompeij, docebat Romæ. Ductus eſt à Lucullo captiuus in bello Mithridatico: prius dicebatur Theophraſtus: mutauit autem nomen, quòd inter æquales ſuperbis uerſaretur moribus. Clarus & diues ob doctrinam factus adeò eſt, ut ſupra tria millia librorum poſſideret. Deceſſit ſenex morbo podagræ. Tyrannion iunior è Phœnicia diſcipulus prioris, à quo nomen ſibi uſurpauit, quum prius Diocles uocaretur. Captiuus & ipſe Romã ductus, à quodã Diamante Cæſaris liberto emptus, deinde dono datus Terentiæ Ciceronis, ab eaq; liber factus, ludum Romæ aperuit: ſcripſit libros LXVII. utriuſq; author Suidas. Is docuit Q. Ciceronem filium. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 8. 3. Hoc nunc magis animaduerto, quòd Tyrannio docet apud me. Idem Attico, lib. 4. 73. 2. Et lib. 2. Et lib. 2. 21. 2.

Tyrannus] tyranni, m. g. (τύραννος) Apud ueteres dicebatur dominus, omnem habens in ſubditos poteſtatem. Vnde, Trogo teſte quæ ciuitas & gens, Rerump. imperium ab initio penes reges habebat, quos ad huiuſmodi faſtidium maieſtatis non ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos moderatio prouehebat: qui & tyranni ob fortitudinem uocabantur. Virg. 7. Aeneid. 54,

Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni.

Latè tyrannus. Horat. 3. Carm. ode 17. 2. de Lamo. id eſt, Latè regnans, amplum regnum poſſidens. Sic Virg. 1. Aen.

Hinc populum latè regem, &c.

Tyranni nomen creſcente malitia, quum ſuperbi reges regnare cœpiſſent, ad illos tantùm translatum eſt, qui non iure & æquis legibus, ſed ui, & quadam animi libidine dominabantur. Cicero 4. de Finib. 90, Negatq; Platonem ſi ſapiens non ſit, eadem eſſe in cauſa qua tyrannum Dionyſium. Idem Verr. 3. 58, Quum in oppidis & ciuitatibus amicorum non legatum pop. Rom. ſed tyrannum libidinoſum, crudelemq; præbueris.

Exitus tyrannorum. Cic. 2. Offic. 31.

Inhoſpita tecta tyranni. Ouid. 1. Metam. 44.

Vita tyrannorum. Cic. de Amic. 48, Hæc enim eſt tyrannorum uita, nimirum in qua nulla eſt fides, nulla charitas, nulla ſtabilis beneuolentiæ poteſt eſſe fiducia, omnia ſemper ſuſpecta atq; ſolicita ſunt, nullus locus eſt amicitiæ.

Capricornus tyrannus Heſperiæ undæ: Horatius 2. Carm. ode 16. 4.

Orbis tyrannus, Nero. Senec. Octau. 5. 6.

Ferus tyrannus. Ouid. 6. Metam. 110.

Immitis tyrannus. Virg. 4. Georg. 99. de Plutone.

Importunus & amens tyrannus. Vide Importunus.

Impotens tyrannus. Senec. Herc. fur. 9. 25. Vide Impotens.

Infandus tyrannus. Lucan. lib. 8. 134.

Intolerandus. Cic. in Vatinium, 17.

Lethiferi tyranni. Sil. lib. 13. 124.

Sæuus tyrannus. Senec. Octau. 3. 6. Perſius Satyr. 34,

Magne pater diuûm ſæuos punire tyrannos
Haud alia ratione uelis (cum dira libido
Mouerit ingenium, ferueuti tincta ueneno)
Virtutem uident, intabeſcantq; relicta.

Coniungere ſe cum tyranno. Cic. Att. lib. 7. 138. 2.

Ferre tyrannum. Cic. pro Milone, 27.

Inueniri tyrannum in aliquem. Cic. pro Deiotaro, 9.

Teneri crudeli dominatu ab aliquo tyranno. Cicero 1. de Diuin. 94.

¶ Tyrannis, tyrannidis, pen. corr. ſ. g. (τυραννὶς) Sæuum ac uiolentum imperium. Iuuen. Satyr. 8. 23,

Quid Nero tam ſæua crudaq; tyrannide fecit? Cic. 3. de Natur. deor. 122, Atq; in ſuo lectulo mortuus, in tyrannidis rogum illatus eſt. Ouid. 15. Metam. 13,

—o dioq; tyrannidis exul
Spontè erat.

Affectare tyrannidem. Quint. lib. 7. cap. 3. 9.

Reus tyrannidis affectatæ. Quint. lib. 7. cap. 3. 41.

Deſtruere tyrannidem. Quint. lib. 1. cap. 10. 35.

Occupare tyrannidem. Cic. 3. Offic. 121.

O' diy boni uiuit tyrannis. Cic. Attic. lib. 14. 305. 4.

¶ Tyrannicus, pen. cor. Adiectiuum (τυραννικὸς) Quod eſt tyranni. Cicero 1. de Legib. 61, Aut ſi omnes Athenienſes declararentur tyrannicis legibus, num idcirco hæ leges iuſtæ haberentur?

Tetrum, crudele, neſarium, tyrannicum facinus uel factum. Author ad Heren. lib. 2. 88. Cic. 1. de Inuen. 114.

Tyrannicè, pen. corr. Aduerb. (τυραννικῶς) Crudeliter. Cic. 5. Verr. 95, Nunc ut hoc tempore ea quæ regiè, ſeu potius tyrannicè ſtatuit in aratores Apronius, prætermittam.

¶ Tyrannicida, tyrannicidæ, pen. prod. m. g. (τυραννοκτόνος) Qui tyrannum occidit. Plin. lib. 7. cap. 23, Clariſſimum in fœminis Lænæ meretricis exemplum, quæ torta non indicauit Armodium & Ariſtogitonem tyrannicidas.

Tyrannicidæ proprium eſt, tyrannum occidere. Quintil. lib. 5. cap. 10. 42.

¶ Tyrannicidium, tyrannicidij (τυραννοκτονία) Plin. lib. 34. cap. 8. 23. Quint. lib. 7. cap. 4. 8, Tyrannicidium eſt occidere tyrannum.

¶ Tyrannoctonus, tyrannoctoni, pen. corr. (τυραννοκτόνος) Idem quod tyrannicida: à tyranno, & κτείνω, interficio. Cic. Attic. lib. 14. 313. 2, Suſtuliſſe mihi uidetur ſimulationẽ deſiderij adhuc quæ ſerpebat indies, & inueterata, uerebar ne periculoſa noſtris tyrannoctonis eſſet.

Tyras] Vide Tyra.

Tyrianthinus] pen. corr. Adiect. (τυριανθίνος) ex Tyrio & Ianthino compoſitum: ut Tyrianthinus color dicebatur, quando abſolutus amethyſtus rurſum tyrio inebriabatur, & geminata luxuria faciebat ex utroq; improbum nomen. Ex Plinio lib. 9. cap. 41.

Tyrianthina ueſtimenta, Violacea, purpurea: ita dicta ab ianthino, hoc eſt, uiolaceo colore & tyrio, hoc eſt, purpureo. Martialis lib. 1. 49,

Sic interpoſito utilis contaminat uncto
Vrbica Lingonicus tyrianthina bardocucullus.

Tyridates] pen. prod. (τυριδάτης) Rex Armeniæ magus, temporibus Neronis: ut author eſt Plin. lib. 33. cap. 3. Et lib. 30. cap. 2. 3. Vide Suetonium in Nerone.

Tyrinthia] τύρινς, Ciuitas Argis uicina, in qua nutritus eſt Hercules. qui inde Tyrinthius dictus eſt Virgilius 7. Aen. 133. ut notat Seruius,

—*post quam Laurentia victor,*
Geryone exuncto, Tyrinthius attigit arua,
Tyrrhenoq; boues in flumine lauit iberas.

Heros Tyrinthius. Silius lib. 8. 43.
Durus Tyrinthius. Valer. 6. Argon. 92.
Ingens Tyrinthius. Stat. 6. Theb. 54.
¶ Tyrinthius, Adiectiuum (τυρινθίος) ut,
Aula Tyrinthia. Stat. 2. Sylu. 2. 22.
Tela Tyrinthia, Herculis Ouid. 13. Metam. 81.
Tyrinthia, Alcmene. Ouid. 6. Metam. 23,
Amphitryon fuerit, quum te Tyrinthia cepit.

Tyrius] *Vide* Tyros.

Tyro] *tyronis, pen. prod.* Nouus miles & fortis ad malitiam exercendam. Cic. 11. Philip. 317, *Ego autem non tam ueteranos intuendos nobis arbitror, quàm quid tyrones milites flos Italiæ, &c.* Liu. 10. bell. Maced. 144, *Vt ij modò, quibus emerita stipendia sint, milites dimittantur: ueteribus militibus tyrones immisceantur.* Ouid. 3. Fast. 158,
Ergo ut tyronum celebrare frequentia posset,
Visa dies dandæ non aliena togæ.

Tyro ad omnem artem refertur: unde & pro Gladiatore rudi adhuc in disciplina gladiatoria accipitur. Sueton. *in Cæsare, Tyrones neq; in ludo, neq; per lanistas, &c.*
Tyrones dicebantur adolescentes, quando togam sumentes, puberescente iam barba, eloquentiã in foro ausibantur. Plin. lib. 8. cap. 48. 5. *Et prima texuit rectam tunicam, qua simul cum toga pura tyrones induuntur, nouæq; nuptæ.*
Tyro usu forensi. Cic. 1. Verr. 26.
Tyro ac rudis in re aliqua. Cic. 1. de Orat. 110, *Fateor enim calli dum quendam hunc, & nulla in re tyronem ac rudem, nec peregrinum, atq; hospitem in agendo esse debere.*
¶ Tyrunculus, pen. corr. Diminut. Iuuen. Satyr. 11. 15,
—*nec lætus Aphræ*
Nouit auis noster tyrunculus.
Tyrunculum se Plinius in epistolis dixit, quasi rudem in cognitione signorum, lib. 3. epist. 6, ad Seuerum, Quod me, inquit, quanquam tyrunculum solicitauit ad emendum.
Tyruncula, Canis adolescentior dicitur à Colum. lib. 7. cap. 12. 10, Quoniam, inquit, tyruncula nec rectè nutrit, & educatio totius habitus aufert incrementum.
¶ *Tyrocinium, tyrocinij, Prima actio in quacunq; arte.* Plin. lib. 7. cap. 48. 6, *Luceia in scenam producta fuerat tyrocinio à M. Pomponio ædili plebis.*
Ponere tyrocinia. Iustinus, *Constantiores futuri si non solium tyrocinia, uerumetiam incunabula in ipsis castris posuissent.* *Vide* Pono.
Deponere rudimenta tyrocinij. Iustinus lib. 9.
Tyrocinio ætatis lapsus, postea se correxit. Cic. *in* Sallust. 9. *id est, Inscitia & ignoratione.* Budæus.
Tyrocinium nauium. Plin. lib. 24. cap. 7. 5. *per metaphoram, quum primùm mari committuntur naues, & ueluti in Neptuni malitiam conscribuntur.* Budæus.
Tyrocinium oratorum dicebatur, quum in foro primùm oratores futuri deducebantur, quasiq; oratoriæ arti initiabantur, & agendis causis. Huiusmodi enim artis arcendæ auspicamentum, tyrocinium dicebatur: tumq; oratores dicebantur tyrones. Tranquillus in Nerone, cap. 7, Deductus in forum tyro, populo congiarium, militi donatiuũ proposuit, indicta decursione. Idem in Tyberio, cap. 54, *Neronem & Drusum patribus commendauit, diemq; utriusq; tyrocinij congiario plebi dato celebrauit.* Budæus.
Facere tyrocinium. *Vide* Facio.
Tyrocinium animi. Venuleius de ædilitio edicto, l. animi, Nouitium autem non tyrocinio animi, sed conditione seruitutis

intelligi. Hoc in loco Venuleius eleganter tyrocinium animi pro simplicitate & rudimento posuit. Budæus.
Tyro] *Tullius M. Ciceronis alumnus & libertus, adiutorq; in literis studiorũ eius fuit. Is libros complureis de usu atq; ratione linguæ Latinæ, item de uarijs atq; promiscuis quæstionibus composuit. Hactenus Gellius lib. 13. cap. 9. Meminit & lib. 7. cap. 3. Extant multæ Ciceronis ad eum epistolæ. Nonnulli scribunt Tiro.*
¶ Tyronianus, pen. prod. (τυρωνιανὸς) à Tyrone possessiuum. Gell. lib. 1. cap 7. *In oratione. Cic. 5. in Verrem, Libro fœdatæ fidei, Tyroniana cura, atq; disciplina facta.*
Tyros] τύρος, Phœniciæ peninsula. Plin. lib. 5. cap. 19, *Tyrus, quondam insula, prælato mari septingentis pasibus diuisa, nunc uerò Alexandri oppugnantis operibus continens. Olim partu clara, urbibus genitis, Lepti, Vtica, & illa Romani imperij æmula terrarum orbis auida, Carthagine, etiã Gadibus extra orbem conditis. Nunc omnis eius nobilitas conchylio atq; purpura constat. Hactenus Plinius. De obsidione eius, utq; continenti adiuncta est, Diodorus lib. 7. Lege Curtiũ lib. 4. Hæc fuit olim Sarra nuncupata, ut ait Gell. Vnde Sarran ostrum dicitur, & ostrum Tyrium & purpuram Tyriam dicimus. Phœnices accolæ fuerunt Maris rubri: dicti à palma, cuius regio plena erat. Palma enim phœnix dicitur. Hinc terræ motu pulsum maritimam Syriæ se contulêre, condita urbe, Sidonem à pisce appellarunt: eam Syrij uocabant Sarram. Lingua Syra piscis Sear dicitur. Postea condidêre Tyrum in ipso mari, propter merces. τύρος etiã Græcè, Latinè caseus.*
Regna Tyri. Virg. 1. Aen. 70.
Antiqua Tyros. Virg. 4. Aen. 134.
Instabilis Tyros. Lucan. lib. 3. 44.
Phœnissa Tyros. Ouid. 15. Metam. 58.
Antyqua Tyros, Prouerbium est, quo significamus summã molestiam, extremumq; malum. Tyrum enim, quæ cognominata est uetus, dictione composita παλαίτυρος, Alexander expugnatam, & ex insula comportatis aggeribus reddidit continentem, crudeliter tractauit, plurimisq; affecit incommodis. unde prouerbium, τὰ παλαίτυρα: quo significabãt tantum malorum, quantum antiqua Tyros pertulisset. Recensetur in Plutarchi collectaneis, atq; item Zenoditi. Historia est apud Quintum Curtium. Hæc Erasmus.
¶ Tyrius, Possessiuum (τύριος) Qui ex Tyro est. Claud. de bell. Gildon. 104.
Vrbs Libyam contra Tyrio fundata potenti
Tenditur in longum Caralis, &c.
Amictus Tyrij. Ouid. 2. de Arte, 60.
Arces Tyriæ. Virg. 1. Aen. 5.
Coloni Tyrij. Virg. 1. Aen. 4.
Colores Tyrij. Ouid. 9. Metam. 60.
Ostrum Tyrium. Virg. 3. Georg. 4.
Rubores Tyrij. Virg. 3. Georg. 62,
—*quamuis Milesia magno*
Vellera mutentur, Tyrios incocta rubores.
Succo Tyrio cocta strata. Lucan. lib. 10. 25,
Strata micant Tyrio, quorum pars maxima, succo
Cocta diu.
Vestes Tyriæ, Purpura Tyria infectæ. Ouid. de Arte, 60,
Siue æris in Tyrijs, Tyrios laudabis amictus. Martial. lib. 1. 136,
Hispanas, Tyriasq;, coccinasq;.
Vrbs Tyria. Virg. 1. Aeneid. 69.
Tyrius, pro Lecto Tyrio uel purpureo. Iuuen. Satyr. 10. 14,
—*dudum sedet illa parato*
Flammeolo, Tyriusq; palàm genialis in hortis
Sternitur, &c.
Tyria maria, prouerbio dicebatur, de re magnopere tumultuosa, periculiq; plena. Festus Pompeius inde natum adagium indicat, quòd Pœni tyro oriundi adeò potentes maris fuerunt, ut per hos omnibus mortalibus nauigatio esset periculosa: citatq; Afranium, qui scripserit de quòpiam, quòd Tyria maria cõcuret: hoc est, ingentes turbas excitaret. Erasmus.
Tyrotarichus] *tyrotarichi, pen. corr. m. g.* (τυροτάριχος) *Genus obsonij, ex caseo, salsamentisq; confecti.* τάριχος enim *caseus,* τάριχος *salsamentum. Cic. ad Fætum, lib. 9. 16. 25, Tu uerò (uolo enim abstergere animi tui metum) ad tyrotarichum antiquum redi. Idem ad Atticum, lib. 4. 77. 1, Multa mè in epistola tua delectarunt, sed nihil magis quàm patina tyrotarichi. De tyrotaricho Apicius lib. 4. Sed & Cœlius lib. 3. cap. 20.*
Tyrrhenos] *pen. prod.* (τυρρηνὸς) *Romani Hetruscos appellant atq; Tuscos. Græci uerò eos hoc nomine nominarunt à Tyrrheno Atys filio, qui Lydia colonos hac in regione dimisit. Atys enim ex prognatis Herculis & Omphales unus, quum sterilitate ac fame populum suum emittere cogeretur, è duobus filijs, sorte iactâ, Lydum quidem regni successorem tenuit: Tyrrheno autem maiorem applicans populum, foras abire iussit. Hanc ille ingressus oram, de suo nomine nouauit Tyrrheniam. A cuius gentis præcipua crudelitate tyranni sunt dicti.*
¶ Tyrrhenus, pen. prod. Adiect. (τυρρηνὸς) ut, Aequor Tyrrhenum. Virg. 1. Aen. 15.
Arua Tyrrhena. Virg. 8. Aen. 111.
Gens Tyrrhena. Ouidius 15. Metam. 116. Cic. 1. de Diuinat. 36. *Ex poëta.*
Monstra Tyrrhena. Ouid. 3. Fast. 145.
Rex Tyrrhenus. Ouid. 4. Fast. 180.
Sedes Tyrrhena. Virg. 7. Aen. 42.
Tyrrhenum mare dictum est, uel quòd Tusciam aluit (inquit Seruius) id est Tyrrheniam: uel à Tyrrheni nautis, qui se in hoc mare præcipitauerunt. Nanq; hoc habet fabula, Dormientem in littore Liberum patrem puerum nautas abstulisse Tyrrhenos: qui quum esset experrectus in naui, quò duceretur, interrogauit. Respondêrunt illi, Quò uellet, Liber dit, Ad Naxum insulam sibi sacratam. Sed quum aliò uela deflecterent, iratum numen tigres sibi sacratas, uisibus eorũ obiecit: quo terrore se illi in fluctus dedêre præcipites. Hactenus Seruius enarrans hunc locum Virg. 1. Aen. 15,
Gens inimica mihi Tyrrhenũ nauigat æquor, &c. Idem in hymno quodam in Bacchi laudes scripsit Homerus.
Tyrrhus] τύρρος, *Pastor apud quem Lauinia peperit. Inde Tyrrhidæ, Tyrrhi filij. Hæc Seruius apud Virgilium, 7. Aeneid. 97,*
Ceruus erat forma præstanti & cornibus ingens,
Tyrrhidæ pueri quem matris ab ubere raptum
Nutribant, Tyrrhusq; pater cui regia parent
Armenta, & latè custodia credita campi.
Iuuenes Tyrrhidæ. Virg. 9. Aen. 6.
Tyrtæus] τυρταῖος, *Poeta Græcus, cuius sæpe meminit Plato in libris de Legibus. O diuine poeta Tyrtæe, inquit, sapiens certè ac bonus nobis esse uideris, quid excellentibus eos extulisti laudibus, qui in bello excelluerunt.*
Tysias] Τυσίας (τυσίας) *Princeps & inuentor artis rhetoricæ fuit, ut docet Cicero 1. de Inuentione, 125.*

V

ET I literæ medius quidam est sonus. Quint. lib. 1. cap. 4. 7, *Et medius est quidã u & i literæ sonus. Nõ enim sic optumum dicimus, ut optimum.*
Vatq; o inuicem permutatæ. Quint. lib. 1. cap. 4. 12, Quid ô atq; u permutatæ inuicem? ut Hecoba, & notrix: Chulcides & Pulixena scriberentur. Ac ne in Græcis id tantùm notetur, dederont ac probauerunt. Sic ὄλυσσος, *quem* ὀδυσσέα *fecerunt Aeoles, ad Vlyssem deductus est.*
V pro œ. Vide Mœri *pro* Muris.

V A

Vacanter] *Vide* Vaco.
Vacca] *uaccæ* (βῶς) Bos fœmina. Varro 2. de Re rust. cap. 5. 5, *Discernuntur in prima, uitulus & uitula: in secunda, iuuencus & iuuenca: in tertia & quarta, taurus & uacca.* Cic. 1. de Nat. deor. 104, *Cur non gestiret taurus equæ contrectatione, equus uaccæ?*
Candens. Virg. 4. Aen. 13.
Fœta. Virg. 3. Georg. 56.
Sterilis. Virg. 6. Aen. 51.
Nitida. Ouid. 2. Metam. 139.
Niuea. Ouid. 5. Metam. 66.
Vberâ lacteâ demittunt uaccæ. Virg. 2. Georg. 105.
Pastæ distentent uberæ uaccæ. Virg. 9. eclog. 6.
Mugit uacca. Stat. 4. Sylu. 5. 4.
Pascere uaccas. Ouid. 2. de Arte, 48.
¶ Vaccula, uacculæ, pen corr. Diminut. (βοΐδιον) Virg.
Vaccula nonnunquam secreta cubilia captans.
¶ Vaccinus, pen. prod. Adiect. (βόειος) Quod est ex uacca. Plinius lib. 24. cap. 3. 1, *Cortex illinitur, decoctus lacte uaccino, serpentis plagæ.*
¶ Vacca, Oppidum Numidiæ. Sallust. *in Iugurth.*
¶ Vaccenses, Vaccæ oppidi Numidici incolæ. Idem ibidem.
Vaccinium] *Vide* Vacinium.
Vaccus] βάκκος, Dux Fundanorũ in Priuernati bello, qui à L. Papyrio captus: ædes eius dirutæ sunt, & bona publicata. *Vide* Liuiũ 8. ab Vrbe, 95. & Ciceronem pro Domo sua, 7.
Vacefio] uacefis, Vacuus efficior. Lucret. lib. 5.
Vacerra] uacerræ, m. g. (πάλλαξ) Vecors & uesanus dicitur. Festus.
Vacerra (πλάθρον) *Stipes ad quem religantur equi in stabulo, inquit Festus. Colum. lib. 6. cap. 19. 2, Si autem in ipsis quatuor angulis affixi sunt, omnesq; transuersis sex temonibus, quasi uacerræ inter se ligantur, ita ut à posteriore parte quælator est, uelut in caueâ quadrupes posßit induci, &c. De syluis muro circundandis.*
Vacerra, Genus clathrorũ. Colum. lib. 9. cap. 1. 2, *Vbi uerò neutrum patrifamiliæ conducit, ratio postulat uncerris includi: sic enim appellatur genus clathrorum: idq; fabricatur ex robore, quercu, uel subere.*
Vacerrosum sæpe usurpauit Augustus, pro insania correpto. Suetonius in eius uita, cap. 87.
Vacillo] uacillas, uacillare, Inconstantem esse, & quasi alternatim moueri. Cic. de clar. Orat. 114, *Curio in utranq; partem toto corpore uacillans.*
Vacillare ex uino. Quint. lib. 8. cap. 3.
Tellus uacillat sub pedibus. Lucret. lib. 5. 249.

Arbor uacillans. Lucret. lib. 5. 221.
Tabe nimborum arbusta uacillant. Lucret. lib. 1. 165.
Epistolæ scripta uacillantibus literulis. Cic. Tironi, lib. 16. 13. 3. id est, Non rectè præ ualetudine scriptis.
Legio uacillans. Cic. 3. Philip. 146, in Galliam mutilatum duxit exercitum, cum una legione, & ea uacillante.
Memoriola uacillare. Cic. Att. lib. 12. 232. 3.
Testis uacillans apud Iurisconsultos, Qui inconstantia & diuersa testimonia dicit.
Vacillat iusticia, uel iacet potius, inquit Cic. lib. 3. Offic. 163.
Res uacillat & claudicat. Cic. 1. de Nat. deor. 148.
Vacillare uidetur stabilitas amicitiæ. Cic. 1. de Fin. 101.
¶ Vacillatio, uacillationis, pen. prod. Quint. lib. 11. cap. ult. Est & illa indecora in dextrum ac lævum latus uacillatio, alternis pedibus insistentium.
Vacinium] uacinij (ὑάκινθος) Flos qui alias hyacinthus dicitur. Virg. 2. eclog. 4,
Alba ligustra cadunt, uacinia nigra leguntur. Vbi Seruius, Vacinia sunt uiolæ, quas purpurei coloris esse manifestum est. Falsò, ut arbitror, inquit Ruellius, Seruiū accusant, qui uacinium pro hyacintho Maroni acceptum in carmine adfirmârit. Nec obstat, quòd nigra dicat poeta: quando purpuream quoq; uiolam, nigram uocare soleāt authores. Idem sic florem hunc deliniat: Vacinium filium habet bulbi, caulem palmeū, leuem tenuioremq; digito minimo, coloris herbacei, comam iacentem incuruam, plenam floris purpurei, radice bulbacea. Hyacinthi cum uiola nigra erumpūt Vere, sed ante rosam, ut ferè omnia quæ in coronas à montibus petuntur. Exeunt cum gladiolo: cæterùm hyacinthus maximè durat. In Gallia eximiè prouenit. Hoc imibi pro cocco hyssginum tingitur. Frequens apud nos hyacinthus, quem florem rura hodie uacietum appellant: in quo pristini uocabuli quædam rudimenta relucent, quasi uacinum & uacinium innuant, herbam ipsam memoralem, uel agrestem cepam. " Sunt qui duplici c scribant.
Mollia uacinia. Virg. 2. eclog. 5.
Vacinia, uaciniæ, Arbor est Plinio lib. 16. cap. 18. 4, Item uacinia Italiæ in aucupijs sata, Galliæ uerò etiam purpurea, tingendi causa ad seruitiorum uestes.
Vaco] uacas (χορεύω, χολάω) uacare, Dare operam. Datiuo iungitur. Cic. 1. de Diuinat. 17, Ego uerò, inquam, philosophiæ Quimte semper uaco.
Armis uacare. Cic. 11. Philip. 317.
Choris epulisq; uacare. Claud. 2 in Eutrop. 117.
Corpori uacare, Curare Corpus. Plin. epist. 9. 4.
Postulationibus uacare. Vide Postulo.
Sermoni alicuius uacare. Curtius lib. 6.
Vacare sibi. Mart. lib. 2. 5.
Vacare uitæ. Martial. lib. 5. 21.
In opus aliquod uacare. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 8.
Vacare, Vacuū esse. Absolutè aliquando ponitur. Plaut. Casin. 11. 7, Fac uacent ædes.
Vacant agri, Nihil proferunt, uel non excoluntur. Cæsar 4. bel. Gall. 472.
Vacat locus, domus, triclinium. Cæsar 1. bel. Gall. 110. Cic. Attic. lib. 12. 238. 1, Tota domus superior uacat, ut scis. Eidem, lib. 13. 398. 3, Villa ita completa militibus est, ut uix triclinium, ubi cœnaturus ipse Cæsar esset, uacaret.
Vacat locus à custodibus. Cæsar 3. bel. Ciuil. 101.
Quantum temporis uacabit ab officio publico. Cicero 2. de Diuinat. 11.
A' scribendo uacare. Plin. Epistol. 51. b. hoc est, Supersedere à scribendo.
Vacat tempus à. Cicero de claris Oratorib. 147, Nullum tempus illi unquam uacabat aut à forensi dictione, aut à commentatione domestica, aut à scribendo, aut à cogitando, id est, Semper aut dicebat, aut scribebat orationes, inquit Budæus.
Vacat tempus iusticia. Cic. nullū est tempus quod iusticia uacare debeat. id est, In quo iusticiam administrare nō oporteat.
Ab omni administratione rerum uacare. Cic. 1. de Nat. deor. 4.
Vacare, Ocium habere. Cic. Cornificio, lib. 12. 29. 3. Idem Attic. lib. 12. 252. 9, Scribes aliquid, si uacabis.
Vacare animo: pro, Curis solutum esse. Cic. 1. de Diuin. 17.
Vacare re aliqua: pro, Carere. Cic. 3. de Orat. 24, Domicilium tantùm in ea urbe remanet studiorum: quibus uacant cines, peregrini fruuntur.
Armis uacare. Lucret. lib. 5. 271.
Culpa uacare. Cic. Torquato, lib. 6. 3. 8, Nec enim dum ero, ullam rei ullæ rei culpam uacare.
Vacare culpa in re aliqua. Cic. Curioni, lib. 2. 1. 2.
Fama nostra uacat crimine. Ouid. epist. 4. 4.
Insula uacat cultu. Ouid. epist. 10. 12.
Curis uacans. Lucan. lib. 5. 26.
Cura & negocio uacare. Cic. 1. de Leg. 13.
Custode uacans. Ouid. 2. Metam. 85.
Dolore corpus uacat. Ouid. in Ibin, 23.
Epulis ora uacant. Ouid. 15. Metam. 96.
Lamentis uacauit mors eius. Cic. de Senect. 66.
Legibus uacat ætas nostra. Cic. de Senect. 31.
Lite uacent aures. Ouid. 1. Fast. 15.
Metu uacat amor. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 12.
Militi & pecunia uacare. Liu. 2. ab Vrbe, 212.
Molestia uacare. Cic. 4. Acad. 236.
Morbis uacare. Iabolenus in l. qui tertiana; ff. de Aedil. edict. Qui tertiana febre, &c. ne ijs quidem diebus, quibus morbis uacant, rectè sani dicentur.
Vacare aduersa ualetudine. Cels. lib. 2. cap. 14, Sed ut leuata quoq; aduersa ualetudine rectè fructio adhibetur, sic nunquā adhibenda crescente febre: uerum si fieri poterit, quū ex toto corpus ea uacabit, minus rectè quum ea remiserit.
Vacare omni uento. Cels. lib. 2. cap. 1.
Pudore uacat nox. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 12.
Vacare à metu. Liu. 7. ab Vrbe, 3.
Vacare populo, Procul esse. Cic. 2. Tusc. 107. Budæus.
Vacat, Impersonale (χολή ἐστι) Ocium uel uacuum tempus est. Datiuo & infinitiuo iungitur. Virg. 1. Aen. 76,
Et uacet annales nostrorum audire laborum. Ouidius 2. Trist. 43,
Non uacat exiguis rebus adesse Ioui.
Vacat mihi esse diserto. Quint. lib. 11. cap. 1.
¶ Vacans, Particip. (χολάων) Qui ociatur. Celsus ad Ciceronem, lib. 8. 3. 1, Hoc mihi certum ac iucundissimum uacant negocium erat, tecum id ocij tempus consumere.
Animus uacans. Ouid. 9. Metam. 123.
Saltus longè lateq; uacantes. Virg. 3. Georg. 95.
¶ Vacāter, Aduerb. (μετὰ χολῆς) Gel. lib. 17. cap. 10, Vacanter hoc cumulauit, & inaniter.
¶ Vacatio, uacationis (χολή) Verbale, Feriæ, cessatio, immunitas.
Vacatio adolescentiæ. Cic. pro Cælio, 22, Erat enim meum, deprecari uacationem adolescentiæ, neniamq; petere non inquam audeo: perfugijs non utar ætatis.
Aetatis uacatio. Cic. 1. de Leg. 15.
Legis uacatio. Sueton. in Claudio, cap. 19, id est, solutionem legis. Budæus.
Militiæ uacatio. Cæsar 6. bel. Gall. 56. Cic. Att. lib. 1. 14. 2, Senatus decreuit ut Consules duas Gallias sortirentur, delectus haberetur, uacationes ne ualerent.

Delectum

Delectū haberi in urbe sublatis uacationibus. Cic. 5. Philip. 187
Dare uacationem militiæ. Iustinus lib. 11.
Omnium munerum uacatio. Cic. 1. de Nat. deor. 73.
Rerum gestarum uacatio. Cic. pro Sylla, 19.
Dare uacationem rerum omnium. Cic. 6. Verr. 20.
Dare uacationem à causis. Cic. 1. de Leg. 16.
Habere uacationem, Cessare, intermittere. Cic. 4. Acad. 217.
Vti uacatione. Cic. 7. Verr. 47.
Vacuus] Adiect. (κρυὸς, κρυὸς, διάκενος, λαγαρὸς) Inanis, nihil continens. Virg. 3. Georg. 29,
Saltibus in uacuis pascant, & plena secundum Flumina.
Vbi tamen Seruius, Vacuis, magnis interpretatur. Idem 7. Aeneid. 76,
— uacua atria circum. Virg. 2. Georg. 58,
— neq; in uacuum poterunt se ostendere rami.
Aer uacuus. Virg. 3. Georg. 22.
Aetas uacua periculo. Tacit. lib. 16.
Agri uacui. Virg. 2. Georg. 11.
Animus uacuus, Ociosus, nullis negocijs irretitus. Cic. de clar. Orat. 10, Nunc uerò, inquit, si es animo uacuo, expone nobis quod quærimus.
Animus uacuus & solutus. Cic. 2. Verr. 16.
Animum uacuum ad res difficiles scribendas afferre. Cic. Attic. lib. 13. 252. 9.
Aula uacua. Virg. 4. Georg. 18.
Auræ uacuæ. Virg. 12. Aeneid. 119.
Aures uacuæ. Plaut. Trin. 2. 11,
Accipite, & date mihi uacuas aures dum eloquor. hoc est, Nolite alijs rebus occupare aures, tantùm audite me. Cic. Antequam iret in exilium, 7.
Aures uacuas permulcere dictis. Horat. 1. epist. 17. 6.
Cælum uacuum. Virg. 5. Aeneid. 103.
Dies uacuos habere: hoc est, Nullis alijs rebus dedicatos. Cic. 2. Verr. 34.
Domus uacua. Cic. 1. in Catil. 9.
Equus uacuus, Sine sessore. Liu. 7. bel. Pun. 92.
Gladius uagina uacuus. Cic. pro Marcello, 10.
Hora uacua à furto. Cic. 3. Verr. 22.
Lectus uacuus. Ouid. 11. Metam. 95.
Lecto uacuo uiuere. Propert. lib. 2. eleg. 2. 1.
Locus uacuus à turba. Cic. 5. de Finib. 2.
Mens uacua. Cic. 3. Tusc. 15. Sanitatem enim animorum posita in tranquillitate quadam constantiaq; censebant: his rebus mentem uacuam appellarunt insaniam. (1.
Mētes uacuas tenere, Oblectare animos ociosos. Virg. 3. Geor.
Nomina uacua. Tacit. lib. 17, Si respublica & Senatus & populus, uacua nomina sunt.
Nox uacua crimine. Ouid. 4. Fast. 117.
Nummi uacui dicuntur, qui sunt sine usura & fœnore, nec in usum aliquem erogantur. Scævola in l. Quintus. ff. depositi uel contrà.
Operarij uacui. Colum. lib. 11. cap. 2. 61.
Pars uacua & integra. Cic. pro Rosc. Comœdo, 30.
Pectore uacuo regnat amor. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 6.
Pedes uacui. Ouid. 1. de Arte, 99.
Possessio caduca & uacua. Cic. 3. de Orat. 67.
Prædia uacua. Cic. pro Rosc. Amer. 15.
Tempus uacuum laboris dare sibi. Terent. Heaut. 1. 1. 38.
Tempus uacuum amori. Lucan. lib. 3. 6.
Sterile & uacuum tempus beneficio. Plin. in Paneg. 94.
Quum uacui temporis nihil haberem. Attic. lib. 2. 38. 1.
Transtrum uacuum, Subau. remigibus: hoc est, in uanum, inutiliter, cum obstaculo. Cic. 7. Ver. 105.
Vita uacua laboribus. Ouid. 5. Trist. eleg. 4. 2.
Vmbra uacua. Horat. 1. epist. 7. 10.
Vrbs uacua, In qua homines degūt ociosi. Horat. 2. epist. 2. 17.
Vacuus à re aliqua, Extricatus, quum negociū absoluimus. Cic. Qu. fra. lib. 1. 3. 8, Sin eris ab isto periculo uacuus, ages scilicet, si quid agi posse de nobis putabis.
Locus uacuus ab exercitu, ab defensoribus. Cæsar 8. bel. Gall. 162. Ibidem, 2. 176.
Ab omni molestia uacuum esse, & Aliquam solicitudinem habere, contraria. Cic. Bruto, lib. 11. 16. 1.
A' periculo, à rebus uacuus. Cic. ad Attic. lib. 11. 297. 3. Idem 6. Verr. 3.
A' securibus uacuus. Tacit. lib. 12.
Vacui ab omni sumpta, Expertes, soluti ac liberi. Cic. 2. Verr. (20.
A' suspicione uacuus. Cic. de Arusp. resp. 8.
A' tributis uacuus. Tacit. lib. 12.
Aemulatione uacuus. Tacit. lib. 12.
Animi uacuus, Formidolosus. Stat. 5. Thebaid. 129.
Curis uacuus. Cic. 2. de Finib. 77.
Cura domestica uacuus. Tacit. lib. 12.
Nihil tutum, nihil insidijs uacuum. Cic. ad Planc. lib. 4. 14. 8.
Metu uacuus. Tacit. lib. 2.
Molestijs uacuus. Cic. Sulpitio, lib. 4. 4. 6.
Negocijs uacuus. Cic. 4. de Finib. 19.
Noxijs uacuus. Plaut. Merc. 2. 4. 23.
Operum uacuus. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 24.
Periculo uacuus. Tacit. lib. 16.
Rerum uacuus. Tacit. lib. 15.
Somno uacuus. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 1.
Timore uacuus. Cic. 2. de Finib. 53.
Tributo uacuus. Tacit. lib. 12.
Virium uacuus, Qui sine uiribus est. Plaut. Bacchid. 2. 4. 6.
Venire in uacuum, Succedere in locum alicuius. Horatius 2. Serm. Satyr. 5. 11.
Vacuus, pro Ocioso. Tacit. lib. 2, Quoniam tres uacua legiones, & ducem fraudis ignarum perfidia deceperit.
Vacuus ad narrandum aliquid. hoc est, Cui uacat narrare, aut agere. Terent. Andr. 4. 2. 23.
Vacuum fuit. Tacit. lib. 17.
Vacuissimus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 28,
Nec rursus iubeo, dum sit uacuissima quæras. hoc est, Ociosissima, uacua & libera ab alijs negocijs.
¶ Vacuitas, penult. corr. uacuitatis (κενώσις, κενώμα) Cic. 1. Offic. 105, Adhibenda est uacuitas ab angoribus. Idem 1. de Finib. 58, Nam quoniam quum priuamur dolore, ipsa liberatione & uacuitate omnis molestiæ gaudemus.
Securitas & uacuitas. Cic. 5. Tusc. 59, Securitatem autem nunc appello uacuitatē ægritudinis, in qua uita beata posita est.
¶ Vacuō, uacuas (κενόω) uacuare, Vacuum efficere. Martialis libro 11. 6,
Si redeant ueteres, ingentia nomina, patres,
Elysium liceat si uacuare nemus. Colum. lib. 3. cap. 13. 9, Opus est autem perito ac uigilante exactore, qui nipam erigi iubeat, sulcumq; uacuari.
¶ Vacuefacio, uacuefacis, uacuefeci, uacuefactum, uacuefacere, Idem. Valer. Max. lib. 5. cap. 4, de Coriolano, & Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 12. Aemyl. Prob. in Cimone.
¶ Vacuefactus, Adiectiuum. Aemyl. Prob. in Thymoleone, ciuibus ueteribus sua restituit; nouis bello uacuefactas possessiones diuisit.
Vacorium] βακόριον, Vrbs Norici apud Ptolemæum lib. 2. cap. 14. hodie Villacum.
Vacuna] pen. prod. (βακύνα) Dea quæ præerat ociosis & uacantibus. Huic sacrificabant agricolæ, quum post collectas fruges quiescebant. Ouid. 6. Fast. 62,

Nam quoq; quum fiunt antiquæ sacrá Vacunæ,
Ante Vacunales stantq; sedentq; focos. Horat. 1. epist. 10. 10.

Vadimonis] lacus (ἑλειμών & λίμνη) est in quo fluctuant insulæ, de quo Plinius libro 2. cap. 95. 1. multa commemorat. Cæcilius in quadam epistola, Exegerat socer meus, ut Amerina sua prædia inspicerem: hæc perambulanti mihi ostenditur subiacens lacus nomine Vadimonis. Vadimonis lacum intelligunt, qui in agro Viterbiensi feruet, fœtetq; sulphureis aquis.

Vadis] huius uadis, priore corr. m. g. (ἔκθλιψις & συγκοπὴ) primò dicebatur, deinde per syncopen uas: est Sponsor alterius in re capitali, ut ait Festus. Vas (inquit Varro de lingua Latina) dictus est, qui pro altero uadimonium promittebat. Cic. 3. Offic. 59, de duobus Pythagoreis, Quum is qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorũ causa postulauisset, uas factus est alter sistendi eius, ut si ille non reuertisset, moriendum esset ipsi. Liu. 5. bel. Pun. 19.

Vas dictus est, quòd qui uades dederit, uadere ei, id est, discedere interim liceat. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 3,

Ille datis uadibus, qui rure extractus in urbem est.

Accipere aliquem uadem pro aliquo. Vide Accipio.

Vades deferere. Liu. 9. bel. Maced.

¶ Vadimonium, uadimonij (ἐγγυὴ, ὁμηρεία, βόστον) Sponsio quædam sistendi, comparendiq; in iudicio ad diem præstituta per se, uel per aduocatos, quod deferere nõ licet. Cicero pro Quintio, 30, Ad uadimonium non uenit, quis? is qui tibi præsto semper fuit. Plaut. in Curc. 4. 6,

Vbi tu es qui me conuadatus Venerijs uadimonijs?

Garrula uadimonia. Ouid. 1. Amor. eleg. 12. 5.

Cõcipere uadimonium, Certam formulam exprimere. Cic. Q. fratri, lib. 2. 16. 4. Vide Concipio.

Constituere uadimonium. Cic. de Senect. 19.

Deferere uadimonium. Plin. in Præfat. 10, Inscriptiones propter quas uadimonium deseri posset. id est, Festiuissima, & magna, multaq; promittentes, ita ut uel uadimonium propter eorum librorum recitationem deseri posit. Budæus. Vide Defero.

Differre uadimoniũ. Cic. Attic. lib. 2. 22. 2. id est, Differre diem contentionis. Vide Differo.

Missum facere uadimonium, Est uadimonij obligationem remittere, condonareq;. Cicero pro Quintio, 25. Budæus. Vide Mitto.

Obire uadimonium. Vide Obeo.

Obstricti uadimonio hodie dici possunt, qui ob crimina in iudicium uocati, ab iudicibus (ut fit) impetrauerunt, ut aut sua, aut sponsorum fide dimittantur, ea lege ut in diem certum, aut quandocunq; iudici usum fuerit, ad iudicium sistantur: quo elargitos uocant Budæus.

Promittere uadimonium. Cicero 5. Verrina, 30. Et 7. Verr. 110, Quod iste simulac nunciatum est, hominem iubet Libybæum uadimonium Venerio seruo promittere. Vide Promitto.

Vador, uadaris (κλητεύω) uadari, Verbum commune est secundum Priscianum, pro Vadimonio obstringere, siue diem iudicij ex compacto constituere, & in ius uocare. Cicero pro Quintio, 42, Debere tibi dicis Quintium: procurator negat, uadari uis: promittit, in ius uoca: sequitur. iudicium postulas: non recusat. Claud. Persa, 8. 18,

— uadatur hic me. P. Vtinam uades

Desint, in carcere ut sis. Cic. pro Quintio, 12, Se iã neq; uadari amplius, neq; uadimonium promittere: siquid agere secum uelit Quintius, non recusare. Hic, quum rem Gallicanam cuperet reuisere, hominem in præsentia non uadatur. Ita sine uadimonio discedit. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 8,

—& casu tunc respondere uadato

Debebat: quod ni fecisset, perdere litem. Ouid. 2. de Remedio, 54,

Iamq; uadaturus, lectica prodeat inquit.

¶ Vadatus, Fulgentio teste, obstrictus uel sub fide, aut fideiussione existens, sicut Penestella ait, apud quem uadatus amicitiæ nodulo tenebatur.

Vado] uadis, uasi, uasum (ἰμι, βαδίζω, βαδίνω, βιβάω, φορτίω, πέομαι) uadere, iter facere, quasi uiæ dare. Virgil. 2. Aeneid. 80, Vadimus immisti Danais, haud nomine nostro. Cicero ad Attic. lib. 4. 7. 5, Ad eum postridie mane uaddebam quæ hæc scripsi.

Lentulus Spinter hodie apud me, cras mane uadit. Cic. Attic. libro 14. 307. 3.

Post hunc ore fero Capricornus uadere pergit. Cicero in Arato, 37.

Vade age. Virg. 3. Aeneid. 92.

Veloci uia uadere. Seneca Medea, 4. 3.

Erectæ uadunt feræ. Author ad Heren. lib. 2. 63.

Vadere in prælium. Liu. 3. ab Vrbe, 265.

In mortem uadere. Virg. 2. Aeneid. 72.

In præceps uadere. Seneca Hippol. 2. 9.

Animus uadit in præceps. Seneca Hippol. 2. 19.

Gloria uadit per iter præceps. Ouid. 4. Trist. eleg. 3. 15.

¶ Vadens, Particip. (βαδίζων) Virg. 6. Aeneid. 53,

Ille ducem haud timidis uadentem passibus æquat.

Vadere per. Liu. 6. bel. Pun. 31, Elephanti per media castra uadentes, stragem tabernaculorum ingenti sonitu ac fuga abrumpentium uincula iumentorum facerent.

Vadit Euphrates in Mesopotamiam per Seleuciam. Plin. lib. 5. cap. 2. 26.

Vadum] uadi (πέρα) Locus in flumine, lacu, mari, et quacunq; aqua, quæ propter breuitatem trãsiri potest, siue per quem uadere licet, cum sit minus profundus. Plinius, Lignũ uado hærebat. Liuius 8. bell. Maced. 80, Pontem quia uado nusquam transitus erat, facere instituit. Rursum Cæsar 1. bel. Gall. 23, Rhodanus nonnullis locis uado transitur.

Quum uenissent ad uada Volaterrana quæ nominãtur, uident per familiarem Næuij, &c. Cic. pro Quintio, 12.

Scitus uadorum. Ouid. 9. Metam. 22.

Vadum, pro mari Catull. Argon. 59. 2,

Ausi sunt uada salsa cita decurrere puppi.

Breuia. Virgil. 5. Aeneid. 45.

Cæca. Virgil. 1. Aeneid. 109.

Cærula uada. Virg. 7. Aeneid. 40.

Dura uada cæcis saxis. Virgil. 3. Aeneid. 142.

Feruida. Virgil. 7. Aeneid. 5.

Gelida. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 6.

Iniqua. Propert. lib. 1. eleg. 16. 2.

Limosum. Ouid. 3. Fast. 60.

Palustria. Claud. 2. de rapt. Proserp. 12.

Piscosa. Ouid. 2. de Arte, 17.

Prona uada fluuij. Claud. 1. in Eutrop. 71.

Sacra uada fontis Numici. Virg. 7. Aeneid. 49.

Salsa uada. Virg. 5. Aeneid. 32.

Tarda uada. Senec. Herc. fur. 9. 30.

Torua uada. Senec. Theb. 1. 24.

Vitrea uada. Claud. de Aponi balneis, 5. 7.

Applicare remos uadis. Ouid. 3. Trist. eleg. 9. 2.

Emergere è uadis, per metaphoram. Cicero pro Cælio, 39, Sed quoniam emersisse iam è uadis, & scopulos præteruectã uidetur oratio mea, per facilis mihi reliquus cursus ostenditur.

Exultant uada. Virg. 3. Aeneid. 111.

Vndosum uadum frangere nando. Silius lib. 8. 111.

Placido uado labitur Lethe. Senec. Herc. fur. 9. 13.

Nudantur uada. Vide Nudus.

Pellere uada remis. Catull. Argon. 59. 12.

Imis uadis refusa stagna. Virg. 1. Aeneid. 26.

Tentare uadum: pro, Aggredi negocium aliquod, dixit Ouid. 3. de Arte, 93.

Rates transiliunt uada. Horat. 1. Carm. ode 3. 5.

Verrere uada remis. Virg. 6. Aeneid. 64.

Res est in uado: id est, in tuto. Nam ut in profundo periculum consistit, ita in uado securitas. Terent. Andr. 5. 2. 4.

¶ Vadus, m. g. apud antiquos. Sallust. histor. lib. 1. Et mox Fusidius aduenientes cum legionibus, postquam tantas asperitates haud facilem pugnantibus uadum, cuncta hosti quàm suis opportuniora uidet, &c. Ex Nonio.

¶ Vadum, pro Fundo. Plin. lib. 31. cap. 3, de aquarum salubritate, Super omnia obseruatio una, ut illa exiliat uena, non è lateribus.

¶ Vado, uadas (διαπορεύω) uadare, Per uadum transire. Solinus, Flumen quod propter breuitatẽ facilè uadari potest.

¶ Vadosus, pen. prod. Adiect. (πορώδης) ut, Vadosus amnis, qui frequentia habet uada, quæ transiri pedibus possunt. Cæsar 1. bel. Ciuil. 99, Quòd hic locis uadosum mare erat longius progressus, &c. Liu. 7. bel. Maced. 60, Quòd in fluminis modũ longum & angustũ & uadosum ostium portus sit.

Aquæ uadosæ. Lucan. lib. 8. 137.

Væ] ὠὲ, Interiectio his rebus propria quas execramus. Datiuo iungitur. Martial. lib. 5. 34,

Carpere causidicus fertur mea carmina, quis sit,
Nescio: si sciero uæ tibi causidico. Terent. Andr. 2. 1. 3.

— uæ misero mihi.

Aliquando sine casu. Virg. 9. eclog. 6,

Manibus uæ miseræ nimium uicina Cremonæ.

Nonnulli ueh scribunt, alij uæh.

Væcors] Vide Vecors.

Væneo] Vide Veneo.

Væsanus] Vide Vesanus.

Vafer] uafra, uafrum (γόης, ἀλεκὸς, περιφάλεος, πανοῦργος) Callidus, astutus, quasi ualde Afer. Mira enim semper fuit Afrorum calliditas. Cic. lib. 3. de Rep. 12, Non sunt in disputando uafri, non ueteratores, non malitiosi. Idem lib. 1. de Nat. deor. 56, Chrysippus qui Stoicorum somniorum uaferrimus habetur interpres. Et 3. Offic. 74, Certè non aperti, nõ simplices, non ingenui, &c. uersuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, ueteratoris, uafri. Ouid. 3. de Arte, 122.

Ius uafrum. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 27.

¶ Vaframentum, uaframenti. Valer. Max. lib. 7. cap. 3, Quantum imperium quàm paruo interceptum est uaframento. Item, Lampsacenæ urbis salus unius uaframenti beneficio constitit.

¶ Vafrè, Aduerbium (πανούργως) Callidè. Cic. 4. Verr. 91, Nihil sanè uafrè, nec malitiosè facere conatus est.

Vageni] pen. prod. (ἀγαννοὶ) Plinio lib. 3. cap. 20. Populi inter Alpinas gentes. Silius lib. 8. 121,

Tum pernix Ligur, & sparsi per saxa Vageni.

Vagina] uaginæ, pen. prod. Alicuius rei theca.

Vagina gladij (θήκη, κολεὸς) Cic. 1. in Catil. 2, Veruntamen inclusum in tabulis, tanquam gladium in uagina reconditum. Idem 2. de Natur. deor. 53.

Eburna uagina. Virg. 9. Aeneid. 62.

Diripere ensem uagina. Ouid. 10. Metam. 94.

Ducere ferrum uagina. Ouid. 4. Fast. 187.

Educere gladium è uagina. Cic. 2. de Inuent. 131.

Eripere ferrum uagina. Virg. 6. Aeneid. 52.

Ensem liberare uagina. Ouid. 2. Fast. 159.

Ensis tectus uagina. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 9.

Membranæ & uaginæ uiscerum. Plin. lib. 11. cap. 37. 66.

Vagina frumenti. Varro 1. de Re rust. cap. 48, Aristæ enim quasi cornua sunt spicarum: quæ primitus quum oriuntur, neque planè apparent, in qua sublatent herbæ, ea uocatur uagina, uti qua latet conditus gladius. Cic. de Senect. 47, Culmoq; erecta geniculato, uaginis iam quasi pubescens includitur.

In uaginas corporis unguium mucrones condunt feræ. Plin. lib. 8. cap. 15. 3.

¶ Vaginula, uaginulæ, pen. corr. Diminutiuum (κολεάριον) Plin. lib. 18. ca. 7. 12, Et far in uaginulis suis seruant ad satus.

Vagio] uagis, uagiui, uagitum (βαβάζω) uagire, pen. prod. Proprium est infantium. Terent. Hecyr. 4. 1. 2,

Nam audisse uocem pueri uisus est uagientis. Cic. de Senect. 75, Et siquis deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repue rascam, & in cunis uagiam. Ouid. 2. Fast. 81,

Vagierant ambo pariter.

¶ Vagito, uagitas, pen. prod. (βαβαζόμαι) uagitare, Frequentatiuum. Stat. 4. Sylu. 8. 7,

— quumq; tibi uagitet tertius insans.

¶ Vagitus, huius uagitus, pen. prod. m. gen. (βαβασμὸς) Ipsa infantium uox. Martial. lib. 9. 10,

Sordida uagitu poscere æra puer.

Ingens uagitus. Virg. 6. Aeneid. 86.

Lugubris uagitus. Lucret. lib. 5. 46.

Rudis uagitus. Stat. 2. Sylu. 1. 21.

Edere uagitum. Quintil. lib. 1. cap. 1. 16.

Aegris uagitibus missi ploratus. Lucret. lib. 2. 117.

¶ Vagulatio, Verbale à Vagulo, as, quod à Vago descendit, Vagitus, clamor, conuicium. Verba sunt legis 12. tabul. Cui testimonium defuerit, is tertijs diebus ob portum ob uagulationem ito. Tertijs diebus, uadet, diebus perendinis, & dicitur tertijs nundinis: ob portum, ad ædes ob uagulationem, ad quiritandum, & conuicium homini faciendum, qui ad testimonium dicendum non uenerit. Nec assentior ijs qui à Vagor deducunt: nec qui Obuagulatum legunt: cum uagulationem, Festus planè aperteq; legat, & interpretetur, sitq; ob uagulationem, dictum antiquo more, pro, ad uagulationem. Ex Turnebo.

¶ Vagor, uagoris, pen. pro. masc. gen. Idẽ (βάβαγις) Lucret. lib. 2. 117, Et superãtur item, mulcetur funere uagor. Nonius.

Vagus] uaga, uagum (πλανήτης, πλανόστης) Qui sine negocio modò huc, modò illuc inutiliter discurrit. Dictus quòd uacuus, id est, sine negocio agatur. Cic. ad Atticũ, lib. 7. 130. 5, Vult enim me Pompeius esse, quem tota hæc Campana & maritima ora habeat ὑπόσπονδον, ad quem delectus & summa negocij referatur. Itaq; uagus esse cogitabam.

Aliquem uagum & exulem errare. Cic. pro Cluentio, 138.

Animus uagus. Catull. de Berecynth. 58. 1.

Aues uagæ. Horat. 4. Carm. ode 4. 1.

Aura uaga. Ouid. 8. Metam. 40.

Errores uagi. Ouid. 4. Metam. 101.

Exul uagus. Ouid. 11. Metam. 82.

Fama uaga. Ouid. epist. 20. 47.

Flumina uaga. Horat. 1. Carm. ode 3. 4. 2.

Fortuna uaga & uolubilis. Cic. pro Milone, 51.

Gressus uagi. Martial. lib. 2. 5,

Hic quem uidetis gressibus uagis lentum, &c.

Iuuentus uaga. Martial. lib. 2. 89.

Lumina uaga noctis. Stat. 3. Thebaid. 13.

Mercator uagus. Horat. de Arte, 24.

Murmura uaga. Stat. 6. Thebaid. 113.

Natura uaga. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 15.
Numen herbæ uagum, Inconstans, & multis opinionibus obnoxium. Plin. lib. 27. cap. 4. 13, Ambrosia uagi nominis est, & circa alias herbas fluctuati. hoc est, Ambrosia nomen multis herbis est commune.
Pecora uaga. Catul. de Berecynth. 58. 3.
Pede uago quisq; discedebant. Catul. Argon. 59. 56.
Rumores uagi. Ouid. 11. Metam. 134.
Errans & uaga sententia, cui Certa & stabilis opponitur. Cic. 2. de Natur. deor. 2.
Sermonibus uagis complet aures. Claud. 5. Paneg. 7.
Turba uaga. Ouid. 13. Metam. 45.
Prosequi uitam inopem & uagam. Cic. 12. Philipp. 329.
Volucres uagæ. Ouid. 14. Metam. 68.
Pars quæstionũ uaga, libera, & latè patens. Cic. 2. de Orat. 36.
Solutum quiddam sit, nec uagum tamen, ut ingredi liberè, non ut licenter uideatur errare. Cic. in Orat. 42.
¶ Vagabundus, Adiect. Seneca de Vita beata, Ille effusus in uoluptates, ac uagabundus semper & ebrius.
¶ Vagè, Aduerbium. Author ad Heren. lib. 4. 195, Restant etiã decem exornationes uerborum, quas idcirco non uagè dispersimus, sed à superioribus separauimus, &c.
Res sparsæ & uagè disiectæ. Author ad Heren. lib. 4. 139.
¶ Vagor, uagaris (περιπολῶ, περιφέρομαι) uagari, Inutiliter huc atq; illuc ferri. Cic. pro Fonteio, 19. Et 1. de Inuent. 3, Nã fuit quoddam tempus, quum in agris homines passim bestiarum more uagabantur.
Boues uagantur per arua. Ouid. 1. Fast. 109.
Vagantur gregatim feræ cuiusq; generis squamosi. Plin. libro 9. cap. 16. 2.
Per orbem terrarum uagari. Cic. 2. de lege Agraria, 52.
Quacunq; uelis uagari. Cic. 2. de lege Agrar. 45.
Tota urbe uagatur. Virg. 4. Aeneid. 13.
Voliture & uagari in foro. Author ad Heren. lib. 4. 210.
Vagamur egẽtes cũ coniugib. & liberis. Cic. Att. lib. 8. 14. 6. 4.
Terras uagari. Propert. lib. 2. eleg. 29. 4.
Vagatur animus, quod etiam Peregrinari dicimus: & Diuagari, hoc est, Alienari, discurrere. Cic. 2. Offic. 9, Non enim sumus ij quorum uagetur animus errore, nec habeat unquam quid sequatur.
Fama uagatur. Virg. 2. Aeneid. 4.
Mors immatura uagatur. Lucret. lib. 5. 45.
Nomen tuum longè atq; latè uagabitur. Cic. pro Marcello, 17.
Ne uagari & errare cogatur oratio. Cic. 1. de Orat. 104.
Vagari & Perstringere breuiter, contraria. Cic. 3. Tusc. 23.
Eo fit ut errem & uager latius. Cic. 4. Acad. 119.
¶ Vago, uagas (πλανῶμαι) uagare, Neutrum, Idem. Plaut.
—te alloquor uitij, probriq; plena,
Quæ circumuicinos uages.
¶ Vagãs, Particip. (περιφερόμενος) ut, Aues uagantes. Tibull. lib. 1. eleg. 3. 12.
Aues huc & illuc passim uagantes. Cic. 2. de Diuinat. 121.
Licentia uagans. Horat. 4. Carm. ode 15. 2.
Vagatio, uagationis, uerbale (περιφορά) Liu. 5. ab Vrbe, 36,
Neglectum Anxuri præsidium uagationibus militum.
Vah] φεῦ, interiectio admirantis. Plaut. Curcul. 8. 78,
Subegit solus intra uiginti dies.
LY. Vah. C. quid Mirare?
Vah. exultantis uel lætitiæ. Terent. Andr. 3. 4. 10,
Vah, consilium callidum.
Vah, insultantis aliquando. Terent. Adelph. 2. 1. 33,
Vah, leno iniqua me non uult loqui.
Vaha] interiectio exultantis, uel ridentis. Plaut. Casin. 2. 1. 25,
—uaha.

2. quid negoci est.
Valasca] βαλάσκα, Bohemorum regina fuit, quæ facta cũ ceteris mulieribus coniuratione, de excutiendo utroru principatu, copiarum ductrix bellum mouit, interfectisq; uiris fœminas omnes asseruit in libertatem, ita ut instar Amazonum multos annos imperarint sine uiris. Volaterranus in Geographia.
Valde] Aduerbium (πάνυ, μάλα, παῦρ, ἄγαν, κάρτα, μέγα, μεγάλα, σφόδρα, κομιδῆ, ὅσ, ὅτι) Id est, Multum: à Validè factum est, detracto i: ut, Valde doctus. Posituis iungitur, etiam uerbis & aduerbijs. Cic. de Senect. 75, Et siquis deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repuerascam, & in cunis uagiam, ualde recusem. Idem Tironi, lib. 16. 19. 2, Literas tuas ualde expecto.
Epistola tua ualde me leuauit. Cic. Attico, lib. 4. 7. 1.
Aduerbijs. Cicero Lentul. lib. 1. 8. 13, Rẽ te ualde bene gessisse rumor erat.
Valde grauiter ferre. Cicer. Attico, lib. 1. 12. 11. Eidem, libro 1. 9. 4, Valde grauiter prætexuit.
Valde uehementer eum uisum & liberè dicere. Cicer. ad Attic. lib. 14. 299. 3.
Valde bene. Cic. Trebonio, lib. 15. 21. 12.
Positiuis. Cic. 4. Acad. 176, Homo & acutus ut Pœnus, & uala de studiosus ac diligens.
Valde iniquum esse. Cic. de Arusp. resp. 4.
Valde magnus. Cic. Cassio, lib. 15. 175. 5.
Tam ualde. Cic. 2. de Diuinat. 122, Quasi uerò quidquam sit tam ualde, quàm nihil sapere uulgare.
Nimis ualde, dixit Cic. lib. 3. de Legib. Vide Nimis.
Valde, cum substantiuo. Cic. Attico, lib. 11. 22. 4. 1, Neq; enim ualde de aduentu eius opinio est.
Valde quàm. Decius Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 13. 6, Nã suos ualde quàm paucos habet.
¶ Valdius, Comparatiuum à Valde. Horat. de Arte, 65. Idem Epist. 9. 2, Quid posim uidet, ac nouit me ualdius ipso.
Valentia] ἀκμαιότης, Hispaniæ citerioris urbs, tribus millibus passuum à mari remota: ut author est Plin. lib. 3. cap. 3. & Ptolemæus lib. 2. cap. 10. & Mela lib. 2. Est & Valentia, iuxta Viennam ad Rhodanum, Allobrogum ciuitas, ut docet Plin. lib. 3. cap. 4. Hodie Valence.
Valeo] uales, ualui, ualidũ, pen. corr. (ῥωνύω, ὑγιάζω, ὑγιαίνω, ἴσχυω ἀνύω μαι, σθεναρέω, σθρωστέω) ualere, pen. prod. Sanum uel potentem esse. Plaut. Amph. 7. 24.
Equidem ualeo, & saluos sum rectè Amphitruo. Ouid. 5. Trist. eleg. 14, Si tamen ipse uales, aliqua nos parte ualemus.
Nos hîc ualemus rectè: & quo melius ualeamus, operam dabimus. Brutus Ciceroni, lib. 11. 23. 1.
Valere & Aegrotare, contraria. Cic. 2. de Finib. 71.
Valere ab oculis, & eiusmodi: hoc est, Morbo oculorum liberari. Gellius lib. 5. cap. 10. Plaut. Epid. 3. 2. 6,
A' morbo ualui, ab animo æger fui.
Valere à pecunia. Plaut. Aulul. 7. 9.
Ne ualeam, imprecantis uox. Martial. lib. 2. 5,
Ne ualeam, si non totis Deciane diebus
Et tecum totis noctibus esse uelim. Martial. lib. 2. 5. imprecantis uox.
Valere, Posse, pollere, potentem esse, uim uel uires habere, Momentum uel pondus, siue authoritatem habere, alicuius momenti putari. Terent. Eunuch. 5. 2. 42,
Neq; tam imperita, ut quid amor ualeat, nesciam. Idem in Prolog. 26,
Arbitrium uestrũ, uestra existimatio ualebit. Cic. de Amicitia, 45, Non tantum ualet, ut tollat è uita amicitiam.

Proficere

Proficere & ualere. Cic. de claris Orator. 71.
Minus ualet. Vide Minor.
Valet purgare, Pollet ad purgandum. Plin. lib. 34. cap. ult. 11.
Valet pro antidoto. Plin. lib. 20. cap. 13. 7.
Valere pro indiuiso. Plin. lib. 16. cap. 32. 5, Illud propius mirũ, mutari naturam in ijsdem locis, atq; pro indiuiso ualere.
Valet eodem. Cels. lib. 6. cap. 6. hoc est, Ad idem.
Naturaliter ualere. Quintil. lib. 3. cap. 8. 27.
Nihil ualet. Vide Nihil.
Publicè ualere. Tacit. lib. 12.
Valere rogando. Ouid. 2. Metam. 36.
Valere, cum datiuo. Gell. lib. 5. cap. 12, Nam & augendæ rei, & minuendæ parum ualet.
Quicquid ualebo, uel authoritate, uel gratia, ualebo tibi. Cicero Cæcinnæ, lib. 6. 6. 32.
Valere ad. Cicer. 1. Acad. 31, Vitæ autem adiuncta esse dicebant quæ ad uirtutis usum ualerent.
Hæc res mihi ualet ad gloriam. Cic. 3. in Catil. 72.
Valet ad eam rem. ut, Cic. 1. Verr. 34.
Valere apud aliquem, Posse aliquid ab aliquo facilè obtinere. Terent. Heaut. 3. 1. 79. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 14. 7, O mi Cicero, inquit, gratulor tibi, quum tantum uales apud Dolabellam.
Authoritas tua plurimum apud me ualet. Marcellus Ciceroni, libro 4. 11. 1.
Valet authoritas illius apud plebem. hoc est, Multum potest. Cæsar 1. bell. Gal. 65.
Valet apud eum mea gratia, uel authoritas. Cic. ad Brutũ, 8. 1. Idem 2. Tusc. 16, Sed hæc eadem num censes apud eos ipsos ualere, nisi admodum paucos, à quibus inuenta, disputata, conscripta sunt?
Valere in arte aliqua. Martial. lib. 2. 63.
Valet in causis. Cic. 1. Tusc. 42.
In hoc fœlicitatis fama sermoq; ualet. Cic. pro Muræna, 37.
Valet in id. Quintil. lib. 4. cap. 5.
In omnes partes ualere. Cic. Marcello, lib. 4. 10. 4.
In utranq; partẽ ualent arma facundiæ. Quint. lib. 2. cap. 16. 7.
Illud uerbũ Vnde, in utrãq; rem ualet. Cic. pro Cecinna, 65.
Valet in uulgus insipientium opinio. Cic. 2. Tusc. 106.
Valet ut lex. Cic. 2. de Legib. 39, Tamen erant ferè in more maiorum, qui tum ut lex ualebat.
Valet, Significat. Sueton. in Vitellio, cap. ultimo, Cui Tolosæ nato cognomen in puericia Beco fuerat, id ualet, gallinacei rostrum. hoc est, Significat.
Arma plus ualent legibus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 19.
Fiet enim quodcunq; uolent qui ualebunt, ualebunt autem semper arma. Cic. Pæto, lib. 9. 17. 3.
Valuit authoritas. Cic. 2. Tusc. 91.
Ius ualet. Tacit. lib. 1.
Diuturna ualet opinio tarditatis. Cic. 1. Offic. 62.
Preces uestræ ualuêre. Ouid. 13. Metam. 18.
Hoc uerbum quid ualeat, non uident. Cic. 3. Offic. 52.
Veritas ualet apud eum. Cic. pro Quintio, 3.
Amicis ualere. Cic. ad Atticum, lib. 4. 8. 6. 3, Reliqui duo plebi sic exequantur, ut Domitius ualeat amicis, & adiuuetur, tamen non gratissimo munere.
Authoritate ualere. Cic. 3. de Legibus, 55, Libertatem istam largior populo, ut & authoritate ualeant, & utantur bonis.
Valuit hæc res authoritate & uoluntate Magistratuum. Cicero 4. Verr. 85.
Corpore ualere. Cic. de clar. Orat. 38.
Cursu ualere. Quintil. lib. 9. cap. 2.
Cursu pedum ualere. Virg. 5. Aeneid. 14.
Gratia ualere apud Senatum. Liu. 1. bel. Maced. 191.
Ingenio ualere. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 3.
Perfidia ualere. Plaut. Bacchid. 4. 48. Sic Valere pugnis: in Amphit. 4. 236.
Opibus & potentia ualere. Cic. ad Lentul. lib. 1. 7. 33.
Stomacho ualere. Iuuenalis Satyr. 6. 10.
Viribus ad luctandum ualere. Cic. 1. Offic. 150.
Voluntate apud aliquem ualere. Cic. 1. de Orat. 3.
Valere, ad precium refertur: tunc; precium in ablatiuo ponitur. Plin. lib. 30. cap. 3. 8, Aureus nummus post annum sexagesimum secundum percussus est, quàm argenteus, ita ut scrupulum ualeret sestertijs uicenis.
Accusatiuum dedit Varro, dicens, Denarij quòd denos æris ualebant: quinarij quòd quinos.
Quasi minimo ualere res dicitur, quæ ferè nullius aut exigui precij est. Vlp. in L. Iulianus. §. si uenditor. ff. de actionibus empti, Quum Terentius Victor decessisset, relicto herede fratre suo: & res quasdam ex hæreditate, & instrumenta, & mancipia uillicis subtraxisset: quibus subtractis, quasi minimo ualeret hæreditas.
Vale, Imperatiuus, quo utimur quum recedimus: uel quum remanentes respondemus abeunti. Terent. Eunuch. 1. 2. 110,
In hoc biduum Thais uale. id est, Sana sis. Cic. Tironi, lib. 16. 8. 9, Vale mi Tiro, uale, & salue. Martial. lib. 9. 9,
—non uis Afer auere, uale.
Mi frater uale. Cic. Quintio fratri, lib. 2. 10 9.
Etiam atq; etiam uale. Cic. Attico, lib. 5. 10 7. 2.
Longum uale. Virg. eclog. 3. 16,
Et longum formose uale, uale inquit Iola.
Valete mea desyderia, ualete. Cic. Terentiæ, lib. 14. 2. 10.
Valeas, interdum pro Discedas, & abeas, ponitur: non quòd abeat ille à nobis, sed quòd nos ab illo. Vale dicendo, inquit Valla lib. 6. cap. 30. Terent. Adelph. 4. 13,
Hem quid istud obsecro inquam est? ualeas, habeas illam quæ placet. Idem Andr. 4. 2. 13,
Valeant qui inter nos dissidium uolunt. Cic. 1. de Natur. deor. 171, Si maximè talis est deus, ut nulla gratia, nulla hominum charitate teneatur, uale sit.
Valere iussi. id est, Vale dixi. Cic. ad Atticum, libro 5. 89. 3. Ibidem, 5. 89. 3, Hominem aliquid agentem salutaui, postea ualere iussi.
Vale & salue (inquit Varro) quum ad mortuos referuntur, num id dictum est quòd aut ualere, aut salui esse possint, sed quòd ab his recedimus, eos nunquã uisuri. Virg. 11. Aen. 34,
—salue æternũ mihi maxime Palla, Aeternumq; uale.
Supremum uale dicere. Ouid. 10. Metam. 13.
Valens, ualentis (ὑγιαίνων) Participium, siue Nomen ex participio, Sanus, incolumis. Cic. ad Tironem, lib. 16. 9. 6, Sed tamen Asclapo medicus planè confirmat propediem te ualentem fore.
Oblectatio ualentium. Cic. 2. Offic. 20.
Rectè ualens. Horat. 1. epist. 7. 1.
Membris & mole ualens. Virg. 5. Aeneid. 87.
Valens & imbecillus, siue infirmus, contraria. Cic. ad Atticum, lib. 7. 12 3. 7. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 16. 27, Prouidendum ne infirmiores à ualentioribus opprimantur.
Valentius ad omnia, utilius, potentius, efficacius. Plinius libro 20. cap. 18. 6.
Cum ualentiore pugnare. Cic. ad Messinum, lib. 5. 21. 7.
Adiumentum ualentissimum. Plin. lib. 22. 19.
Imberbis adolescens bene ualens & mereus. Cicero pro Domo sua, 29.
Omni ratione ualẽtior amor patriæ. Ouid. 1. de Põto, eleg. 4. 6.
Argumenta ualentiora. Quintil. lib. 5. cap. 13. 10.
Causa ualentior. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11. 7.

Cibus

Cibus ualens. Celsus lib. 2. cap. 18, Valentissimum cibum uoco, in quo plurimum alimenti est.
Firma ciuitas & ualens. Cic. de Arusp. resp. 56.
Morbo enim ualentior deus. Stat. 1. Sylu. 4. 23.
Statius quidam colonus homo ualens. Cic. pro Cluentio, 138.
Iuuenis ualens. Ouid. 15. Metam. 42.
Iuuenta ualens. Catull Epithal. Iuliæ, 56. 47.
Lictores ualentissimi, & ad pulsandos uerberandosq; homines exercitatissimi. Cic. 7. Verr. 111.
Valentissima materia. Cels. lib. 2. cap. 18, Ouum durum ualentissimæ materiæ est mollе, uel forbile, imbecillissimæ.
Postulatio ualentior. Cic. ad Attic. lib. 7. 12 6. 1.
Robustus & ualens & audax satelles. Cic. 2. de lege Agraria,
Sensus sani & ualentes. Cic. 4. Acad. 40. (83.
Trunci ualentes. Virg. 2. Georg. 86.
Tunicæ ualentes. Vide Tunica.
¶ Valenter, Aduerbium (ῥῤώμως & ῥώννυμι) Columel. lib. 1. cap. 5. 8, Quippe quæ ab imo præstructa ualenter resistent contra ea, quæ postmodum superposita incumbent.
Valentius spirare. Ouid. 11. Metam. 97.
¶ Valentia, ualentiæ (ῥώμη) Potentia, formitas, fortitudo, robur: cuius contrarium est inualentia. Solinus cap. 2, Sunt qui uideri uelint Romæ uocabulum ab Euandro primùm datum, quùm oppidum ibi offendisset, quod extructum antea Valentiam dixerat iuuentus Latina: seruatáq; significatione impositi prius nominis ῥώμην Græcè, Valentiam Latinè nominatam.
¶ Valentulus, pen. corr. Diminutiuum. Plaut. Casin. 21. 26,
—— obsecro & ualentula est,
Penè exposuit cubito.
¶ Valiturus, penult. prod. Participium (ῥώσομαι) Ouidius 1. Trist. eleg. 31. 10,
Multaq; in aduersos effudit uerba penates,
Pro deplorato non ualitura uiro. Plin. lib. 17. cap. 21. 12.
¶ Valesco, ualescis (ῥώννυμαι) ualescere, Inchoatiuum, Validum fieri. Lucret. lib. 1. 192,
Sed potius tali facto recreata ualescat. hoc est. Vires recolligat, & pristinam sanitatem recipiat. Idem lib. 4. 4.
Meditatio & labor in posterum ualescit. Tacit. lib. 4.
Aduersum omnes ualescere. Tacit. lib. 5.
¶ Validus, pen. corr. Adiectiuum (ῥωμαλέος, σθεναρὸς, ἐῤῥωμένος) Valens. Plaut. Menæch. 18. 2,
Qui me ui cogunt, ut ualidus insaniam.
Validus ex morbo, Conualescens. Liu. 3. ab Vrbe, 56.
Omnia uiceris, si ut spero, te ualidū uidero. Cic. Tironi, 16. 6. 6.
Validum ac saluum. Terent. Hecyra, 3. 5. 7.
Animi ualidus, & corpore ingens. Tacit. lib. 15.
Copijs ualidus. Tacit. lib. 19.
Facundia ualidus. Plin. epist. 53. lib. 3. ad Cornelium Minutianū.
Spernendis honoribus ualidus. Tacit. lib. 4.
Mente minus ualidus quàm corpore. Horat. 1. epist. 8. 2.
Virium & opum ualidus. Tacit. lib. 18.
Orandi ualidus. Tacit. lib. 4.
Validus sustinere pondus. Plin. lib. 16. cap. 42. 1. hoc est, ad sustinendum.
Validius cocta beta. Plin. lib. 29. cap. 8. 3.
Aestus ualidus. Ouid. 14. Metam. 70.
Armis ualidus, Potens. Ouid. 6. Metam. 136.
Author ualidissimus. Tacit. lib. 5.
Certamina ualida. Stat. 6. Thebaid. 141.
Ensis ualidus. Virg. 10. Aeneid. 161.
Flumen ualidum. Lucret. lib. 1. 59.
Fons ualidus. Plin. epist. 161. a.
Gens ualida. Claud. de bello Getico, 27.
Gressus ualidi. Stat. 2. Sylu. 1. 26.
Hostis ualidus. Ouid. 12. Metam. 103.
Ictus ualidi. Ouid. 3. Metam. 13.
Lacerto ualido torquentur pila. Ouid. 2. Fast. 3.
Leges ualidas rescindere. Lucret. lib. 5. 12.
Leo ualidus. Lucret. lib. 5. 197.
Manu ualida lacerare aliquid. Virg. 12. Aeneid. 20.
Opes ualidæ: hoc est, Magnæ. Plaut. Casina, 5. 18. Et apud Plin. in Paneg. 26, Validissimum præsidium.
Plaga ualida. Lucret. lib. 3. 164.
Pondus ualidum. Virg. 3. Georg. 35.
Puer ualidus. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 18.
Radices ualidæ. Lucret. lib. 2. 21.
Rumor ualidus. Tacit. lib. 4.
Segetes ualidæ. Ouid. 1. de Remed. 17.
Spes ualida. Tibull. lib. 2. eleg. 7. 5.
Taurus ualidus. Tibull. lib. 1. eleg. 3. 9.
Vino ualido titubantia membra. Ouid. 6. Fast. 136.
Vires ualidæ. Virg. 2. Aeneid. 10.
Vrbs ualida muris. Liu. 1. ab Vrbe, 63.
¶ Validè, penult. corr. Aduerbium (ῥῤωμένως) Vehementer. Plaut. Merc. 342, Amare ualidè cœpi hic meretricem.
Validè cupere, Maximè. Plin. epist. 212. Idem epist. 59. a, Nam & poëticen ipsam religiosissimè ueneror, & te ualidissimè diligo.
¶ Validius (ῥῤωμενέστερον) Magis. Quintil. lib. 3. cap. 8. 42, Verborum autem magnificentia non ualidius est affectanda. Idem in Procem. lib. 6.
Validissimè fauere alicui (ῥῤωμενέστατα) Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 2. 2, Quin ego quum pro amicitia ualidissimè fauereri ei, & me iam ad dolendum præparassem, postquam factum est, obstupui.
¶ Valetudo, pen. prod. ualetudinis (ῥώμη, ἀῤῥωστία, ἀῤῥωστίη, ῥῶσις) tam bona quàm mala dicitur.
Bona. Cic. 3. Offic. 27, Si unumquodq; membrum sensum hunc haberet, ut posse putaret se ualere, si proximi membri ualetudinem ad se traduxisset.
Mala. Cicero Seruio Sulpitio, libro 4. 1. 1, Molestéq; te ferre, quòd me propter ualetudinem tuam, quum ad Vrbem accessissem, non uidisses. Sic 1. de Orat. 61, Valetudine impeditus non potui. Plin. epist. 22. a, Perturbat me longa & pertinax ualetudo Titi Aristonis.
Cura siue curatio ualetudinis. Cicer. Pæto, lib. 9. 15. 1. Idem 2. de Diuinat. 184.
Genus ualetudinis. Cic. Attic. lib. 11. 22 9. 1.
Grauitas ualetudinis. Cic. Torquato, lib. 6. 2. 1.
Imbecillitas ualetudinis. Cic. Mario, lib. 7. 1. 19.
Incommodum ualetudinis. Cic. ad Attic. lib. 7. 12 7. 3.
Infirmitas ualetudinis, Idem. Cicer. ad M. Marium, lib. 7. 1. 1, Si te dolor aliquis corporis aut infirmitas ualetudinis tuæ tenuit, quò minus ad ludos uenires, fortunæ magis tribuo quàm sapientiæ tuæ.
Vitium ualetudinis. Cic. 1. de Diuinat. 139.
Fessus ualetudinibus. Tacit. lib. 19, Cicero quoq; ac theatris & amœnitate urbis emollitos, aut ualetudinibus fessos.
Imbecillus ualetudine. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 12. 5, Marius & ualetudine est & natura imbecillior.
Morbos ualetudinis. Plin. lib. 20. cap. 8. 6.
Aduersa ualetudo. Vide Aduerto.
Bona ualetudo. Cic. 1. de Finib. 67, Vt enim medicorum scientiam, non ipsius artis, sed bonæ ualetudinis causa probamus.
Commodior ualetudo. Quintil. lib. 6. cap. 3. 53.
Dura ualetudo. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 18.
Impatibilis ualetudo. Vide Impatibilis.

Incommoda

Incommoda ualetudo. Cic. ad Atticum, lib. 5. 95. 1.
Infensa ualetudo. Tacit. lib. 14.
Infirma ualetudo. Cic. Tironi, lib. 16. 8. 3. Idem 1. de Oratore, 99, In eius infirmissima ualetudine, affectáq; iam ætate.
Infirma & ægra ualetudo. Cic. de clar. Orat. 84.
Integra ualetudo. Vide Integer.
Mala ualetudo animi. Cic. 4. Tusc. 131.
Firmitas ualetudinis. Plin. lib. 20. cap. 5. 11.
Valetudo calculorum. Plin. lib. 21. cap. 27. 1, Rusci radix decocta, bibitur alternis diebus in calculorum ualetudine, & tortuosiore urina, uel cruenta.
Valetudines febrium. Plin. lib. 23. cap. 1. 34.
Valetudo mentis. Suet. in Cæsare, cap. 49.
Meliorem ualetudinem senibus faciunt fici. Plinius libro 23. cap. 7. 6.
Ingrauescens ualetudo. Vlpian. in l. si quis. in prin. ff. de S. C. Silaniano.
Perdita ualetudo. Cic. 8. Philipp. 254. Vide Perdo.
Tenui ualetudine homo. Cic. de Senectute, 31, Quàm fuit imbecillus P. Africani filius is qui te adoptauit? quàm tenui, aut nulla potius ualetudine?
Amittere ualetudinem. Cic. ad Papirium Pætum, lib. 9. 18. 5.
Confirmata à morbo ualetudo. Cic. Attico, lib. 11. 20 8. 2. Vide Confirmo.
Conflictari iniqua ualetudine. Vide Confligo.
Valetudine nouissima conflictabatur. Plinius epistola ultima, lib. 2.
Consumi longiore ualetudine. Quintil. lib. 7. cap. 3. 11.
Dare operam ualetudini, A morbis se conseruare. Cicero 1. de Orat. 138.
It in melius ualetudo. Tacit. lib. 12.
Ferre ualetudinem. Quintil. in Procem. lib. 6. 10, Nam quo ille animo, quàq; medicorum admiratione, mensium octo ualetudinem tulit? De filio mortuo.
Firmare ualetudinem. Tacit. lib. 3.
Grauescere ualetudo Augusti. Tacit. lib. 1. hoc est, Grauescebat.
Impeditus ualetudine. Quintil. lib. 3. cap. 6. 56.
Indulgere ualetudini. Vide Indulgeo
Inflantur corpora ualetudine. Quintil. lib. 2. cap. 3. 7.
Inseruire ualetudini. Vide Inseruio.
Leuatur aduersa ualetudo. Celsus lib. 2. cap. 14.
Parcere ualetudini. Vide Parco.
Præstare secundam ualetudinem. Celsus lib. 1. in Procem.
Recolligere se à longa ualetudine. Plin. lib. 23. cap. 7. 7.
Seruire ualetudini, Idem. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 68.
Sustentare ualetudinem. Cic. 2. Offic. 127.
Tentari ualetudine aliquâ. Cic. ad Atticum, Scripseras enim te quodam ualetudinis genere tentari.
Valetudo oculorum. Cic. ad Terentium, lib. 14. 4. 14.
Valetudines. Tacit. lib. 19.
¶ Valetudinarius (ἀῤῥωστος) Qui malè sanus est, & frequenter ægrotat. Marcianus de Re militari, l. officium, Officiū Tribuni est, dilecta militum secundùm suæ auctoritatis modum castigare, principijs frequenter interesse, querulas commilitonum audire, ualetudinarios inspicere. Celsus in Præf. lib. 3, Qui amplè ualetudinarios nutriunt.
Valetudinarius medicus, Qui ualetudine affectos curat: uel potius qui in ualetudinario ministerio medici fungitur. Callistratus de iure immunitatis, Quibusdam aliquam uacationem munerum grauiorū conditio tribuit, ut sunt mēsores, optiones, ualetudinarij medici, capsarij artifices.
¶ Valetudinarium, ualetudinarij (νοσοκομεῖον) Locus in quo ualetudinarij & infirmi curantur, ut ualetudinem malam bona permutent: qualia sunt in cœnobijs. Columell. lib. 11. cap. 1. 16, Siue quis sauciatus in opere noxā ceperit, adhibeat fomēta: siue alter languidior est, in ualetudinariū cōfestim deducat. Sic libro 12. cap. 3. 7. Valetudinaria quoq; uel si uacent, &c.
¶ Valor, ualoris, pen. prod. m. g. (τιμὴ) Precium. Plin. Victoriati ualore redimi potest. Fortasse locus est corruptus.
Valeria] οὐαλερία, Messalorum soror: quæ amisso Seruio uiro quū rogaretur, quur alteri non nuberet, ait, Sibi sem per maritum Serutum uiuere.
¶ Valeria (οὐαλερία) Ptolemæo, lib. 3. cap. 3 oppidum Hispaniæ: à qua Valerienses populi, Plinio lib. 3. cap. 3.
Valerii] οὐαλέριοι, prius Valesij, teste Quintiliano appellati: sicut Fusij, deinde Furij.
Valerius] οὐαλέριος, L. Valesij filius, qui primùm de Veientibus, deinde de Sabinis, postremò de utrisque triumphauit. Hic quia in locum Tricipitini collegæ Consulem non subrogauerat, & domum in Velia tutissimo loco habebat, in suspicionem regni affectati uenit: quo cognito, apud populum questus est, quòd tale aliquid timuisset. Quapropter remisit qui domum suam diruerent: fecures etiam fascibus demsit, easq; in populi concione summisit: legem de prouocatione à Magistratibus ad populum tulit. Hinc Publicola dictus. Quum diem obijsset, publicè sepultus, & annuo matronarum luctu honoratus. Author Cæcilius de Viris illustribus. Hic quadriga primus in triumpho uectus est, sine ulla inuidia: præterea collegæ Bruto honores funusq; curauit, funebremq; orationem de ipsius laudibus habuit: quæ adeò iucunda fuit Romanis, ut ex eo consuetudo manarit, ut qui strenuè pugnando occubuissent, ab optimatibus laudarentur. Autor Plutarchus. Valerius, M. Publicolæ frater, Consul unà cum Posthumio Tuberto factus, ac contra Sabinos profectus, rem fœliciter fratris auspicijs & administratione gessit. Ex quo publicè ei domus ædificata, cuius fores extrà honoris gratia aperirentur, quum cæteræ intus procederent. Valerius Coruinus Tribunus militum, sub duce Camillo reliquias Senonum persequente, aduersus Gallum prouocatorem solus processit. Coruus ab ortu solis galeæ eius insedit, & inter pugnandum, ora oculosq; Galli euerberauit: hinc hoste uicto, Valerius Coruinus dictus fuit. Hic, quum ingens multitudo ære alieno oppressa, Capuam occupare tentasset, & ducem sibi Quintium necessitate magna compulsum fecisset, sublato ære alieno seditionem compressit. Hæc Cæcilius. Liuius uerò addit, de Samnitibus eum triumphasse, sexies Consulem fuisse, hostes T. Manlij morte exultantes compressisse. Vixit præterea, teste Valerio, corporis & animi uiribus integris annos centum. Lege Liuium lib. 7. ab Vrbe. Valerius Potitus, post Decemuiralem inuidiam, plebem in Patres incitatam legibus & conditionibus suis mitigauit. Vnde Potiti cognomen adeptus. Primus quoque Consul, post Decemuiros quum Volscos Aequosq; ad Algidum magna laude debellasset, triumphus ei à Patribus negatus fuit. Sed suadente Icilio Tribuno plebis, primus sit ne authoritate Senatus triumphauit cum Collega suo M. Horatio. Quamobrem Maximi cognomen adeptus est: quod nemini à Senatu præterquam Fabio Maximo concessum est, ut scribit Plutarchus. Valerius Leuinus consul cum Pyrrho prælio congrediens, in Lucania infœliciter pugnauit. Iterum postea Consul contra Agrigentum missus, ac superato Hannone duce Carthaginensiū, oppidū in potestatē recepit: Senatū secuti percussit. Alter Valerius Leuinus, contra Philippum Macedoniæ regē fœliciter bellū gessit, teste Liuio lib. 7. de secūdo bello Punico. Valerius

Flaccus, M. Catonis familiarißimus, eundem ex agro Tusculano ad Rempublicam adduxit, pariter & instruxit, ut ait Plutarchus. Consul cum eodem Catone circa Mediolanum, ut Liuius testatur, cum Gallis & Insubrib. & Boijs collatis signis pugnauit, ubi decem millia hostium sunt cæsa. Causam mulierum de abroganda lege Oppia cõtra collegam suum Catonem obtinuit: quorum inde apud Liuiũ elegantes utriusque orationes, lib. 4. de bello Macedonico. Valerius Soranus poeta, quem Cic. in libris de Oratore doctißimum togatorum appellat: Plutarchus uerò uirum philosophum & eruditum dicit, ac interfectum à Cn. Pompeio fuisse. Valerius Antias, scriptor historiæ, sæpe ab authoribus testis citatus, ut à Liuio. Valerius Procillus militauit sub Cæsare, in Galliam missus legatus ad Ariouistum, ut est in Commentarijs Cæsaris. Valerius Maximus historicus, scripsit dicta ac facta memorabilia ad Tiberium Cæsarem. Militauit sub Sex. Pompeio, ut ipse de se testatur, ubi de institutis antiquis loquitur. Valerius Flaccus Poeta scripsit Argonautica. Quintilianus eum sua ætate fuisse testatur his uerbis, Multum, inquit, in Valerio Flacco nuper amißimus. De Valerio Martiale. Vide Martialis.

Valgus] Qui altrinsecus prominentes suras habet, & in diuersum actas, quales cancri habent & lacertæ, autore Aristotele: qui Aegyptios huiusmodi esse tradit in Problematis, eadem ratione qua capillum crispum habent, & à calore intortum. Plaut. Milite, 10.127.

Aut uarum, aut ualgum, aut compernam, aut petum,
aut brochum.

¶ Valgum, ualgi, n. g. significat obtortum. Vnde ualga suauia apud Plautum in Milite, 4.16, obortiones sunt oris, ad derisionem. Nam suauium interdum est conformatio oris & labrorum ad suauiandum. Meretrices autem dum gloriosum militem ductabant atq; captabant, per illusionem tamen inter osculandum os obtorquebant, ualgumq; reddebant, eum ex animo non basiantes, atq; ludificantes. Ex Turnebo.

¶ Valgiter, Aduerbium antiquum. Petron. Arbit.

Abroso ualgiter labello Fulgent.

Valles] uallis, fœ. ge. uel hæc uallis, huius uallis, (πολλὰς φάλαγξ, πλῆθος, φάλαγξ, μετάγνεια) Planities duobus lateribus inclusa, ut ait Festus: dicta, quòd hinc atq; hinc uallata sit. Virg. lib. 11. Aeneid. 105,

Est curuo anfractu ualles accommoda fraudi.

Seruius ait, ualles plenum esse: sed metri necessitate compellimur ut uallis dicamus. Statius.

Vallis amplexu nemorum sedet.

Caua uallis. Virg. 2. Georg. 79.
Concaua. Ouid. 8. Metam. 67.
Curua. Virg. 2. Aeneid. 150.
Gelida. Virg. 2. Georg. 98.
Ima. Ouid. 12. Metam. 150.
Condensa arboribus. Vide Condensus.
Madidæ ualles cliuosæ Idæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 3.
Opaca. Ouid. 11. Metam. 56.
Tonsa. Virg. 4. Georg. 56.
Vmbrosa uallis. Virg. 3. Georg. 66.
Altas ualles claudere insidijs. Tibull. lib. 1. eleg. 4. 10.
Occulta ualle conditus. Silius lib. 7. 27.
Saxosas inter decurrunt flumina ualles. Virg. eclog. 5. 17.
Fluere totis uallibus. Quintil. lib. 5. cap. 14. 24. Sed ut latißimi amnes, totis uallibus fluat: ac sibi uiam, siquando nõ acceperit, faciat. De eloquentia.
Reducta in ualle secluſum nemus. Virg. 6. Aeneid. 141.
Rauca uallis amne propinquo sonat. Statius 4. Thebaid. 60.
Alarum uallis. Catull. in Rufum, 64. 2.

Lædit te quædam mala fabula, qua tibi fertur
Valle sub alarum trux habitare caper.

¶ Vallecula, uallecularum. pen. cor. (πολλάδιον) Diminutiuum: uel Vallicula, ut legitur apud Festum

Vallus] ualli. m. g. (χάραξ) Firmior palus, cui uitis alligatur. Virg. lib. 1. Georg. 53,

Exacuunt alij uallos, furcasq; bicornes.

Ibidem 2. Georg. 5,

Quadrifidasq; sudes, & acuto robore uallos.

Vallum] ualli (ἕρκος, ἔρυσις, χάραξ, χαράκωμα, φραγμὸς, πολέμιον) Munitio castrorum: quòd ex uallis, id est, palis fiat. Cæsar 2. bell. Gall. 233, Castra in altitudinem pedum duodecim, uallo fossaq; duodeuiginti pedum munire iubet. Cic. ad Catonem, lib. 13. 4. 29, Vallo & fossa circundedi, sex castellis castrisq; maximis sepsi.
Cæcum uallum. Vide Cæcus.
Non exuperabile uallum. Claud. 2. in Eutrop. 26.
Cingere oppidum uallo & fossa. Cicero Attico, libro 5. 108. 7.
Circunijcere uallum. Vide Circunijcio.
Distectum uallum. Silius lib. 8. 106.
Ducto uallo claudere locum. Tibull. libro 4. ad Messalam, 1. 17.
Ferre uallum & arma. Cicero 2. Tusc. 62. Horatius Epod. 9. 3.
Induere se acutißimis uallis aut stimulis. Vide Induo.
Interspire urbem uallo. Vide Interspio.
Munitæq; sunt palpebræ tanquam uallo pilorum. Cicer. 2. de Natura deorum, 214.
Rescindere uallum. Virg. 9. Aeneid. 105.
Scindere uallum ferro. Virg. 9. Aeneid. 30.
Fossa & uallo septum tenere aliquem. Cicero Attico, libro 9. 184. 3.
Subruendo uallo inducit. Tacit. lib. 13.
Pectinis uallum. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 3, ad puellam cui capilli deciderant,

Non acus abrupit, non uallum pectinis illos.

Vallus etiam masculino genere dicitur. Tibul. lib. 1. eleg. 10. 2,

Non arces, non uallus erat.

Cæsar 3 bell. Ciuil. 240, Erat eo loco fossa pedum XV. & uallus contra hostem in altitudinem pedum decem.

Vallum significat nonnunquam Vannum. Varro 1. de Re rust. cap. 52. 2, His tritis, oportet è terra subiactari uallis aut uentilabris, quum uentus spirat lenis: ita fit: ut quod leuissimum est in eo, atq; appellatur acus, euannetur foras extra aream.

¶ Vallaris, & uallare, pen. prod. (πολλάδιος) Quod ad uallum pertinet: ut, Vallaris corona, qua donari solebat qui primus uallum hostium fuisset ingressus. Liuius 10. bell. Pun. 127, Qui imperatores, qui Consules Romanos sua manu occidissent, muralibus, uallaribusq; insignes coronis. Idem 10. ab Vrbe, 228.

¶ Vallo, uallas (περιβάλλω, περιφράττω) uallare, Munire, firmare, & quasi uallum facere. Plin. lib. 15. cap. 18. 8, Nos castra Punica ad tertium lapidem uallata.

Armis uallare aliquem. Valer. 1. Argon. 140,

—medioq; in crimine patrem
Liquerit, ac nullis inopem uallauerit armis.

Muri nulli uallarant oppida. Lucan. lib. 4. 46.
Vrbs uallata uertice montis. Silius lib. 15. 80.
Munire & uallare contra feras. Plinius libro decimo, capite 53. 7.

Vallare

Vallare sepimento. Cic. 1. de Legib. 92, Atq; hæc omnia quasi sepimento aliquo uallabit, disserendi ratione, ueri & falsi iudicandi scientia, & arte quadam intelligendi quid quãq; rem sequatur, & quid sit cuiq; contrarium.
Cumulus uallatus arenæ. Propert. lib. 3. eleg. 16. 6.
Stipatus & uallatus. Cic. pro Muræna, 46.
Monitis uallare aliquem. Silius lib. 7. 83,

—sic castra relinquens
Vallârat monitis.

Munire & uallare ius. Cic. de Arusp. Resp. 30.
Valor] Vide Valeo.
Valuæ] ualuarum (δικλίδες) pluraliter tantùm, dicuntur quòd intus reuoluantur, suntq; portæ geminas partes habentes. Cicer. 6. Verr. 110, Confirmare hoc liquidò iudices possum, ualuas magnificentiores ex auro atq; ebore, perfectiores nullas unquam ullo tempore fuisse.
Ibi enim postis est, ubi templi aditus est, & ualuæ ambulationis. Cic. pro Domo sua, 93.
Strepitus ingens ualuarum. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 23.
Apertæ ualuæ. Ouid. 1. Metam. 35.
Bifores ualuæ. Ouid. 2. Metam. 1.
Eburnæ ualuæ. Ouid. 4. Metam. 37.
Stare ad ualuas alicuius. Cic. 3. Verr. 41.
Cur ualuæ concordiæ non patent. Cic. 2. Philip. 108.
Patefacere ualuas. Ouid. 4. Metam. 37.

¶ Valuulus, ualuuli, pen. corr. masc. gen. (λοβὸς) Concauitas illa folliculis fabæ & aliorum leguminum, in quam ipsa grana separatim recipiuntur. Columel. lib. 6. cap. 10, Interdum magis prosunt gramina concisa, & his admista fresa faba. Lentes quoq; ualuulis exemptæ, & minutè molitæ miscentur aquæ calidæ. Idem lib. 2. cap. 12. 5. Festus, Valuuli, fabæ folliculi appellati, quasi ualliuoli, quia uallo facti excutiantur.

Vandali] pen. corr. (ὀβάνδαλοι) siue, ut Plin. lib. 4. cap. 14. & Strab. lib. 7. placet, Vindelici, populi sunt Germaniæ: qui, ut ait Volaterranus, paucis ante annis quàm Gothi Romam caperent, Gallias inuasere. Inde in Hispaniam, traiecto Pyrenæo, penetrantes, loca circa Bæticam, quæ Vandalia postea dicta est, occupauerunt.

Vangiones] pen. corr. (Οὐάγγιονες) inter populos Galliæ Belgicæ ponuntur. Coloniæ Agrippinensi uicini. Plin. lib. 4. cap. 17. Lucan. lib. 1. 87,

Et qui te laxis imitantur Sarmata brachis
Vangiones.

Vanitas] Vide Vanus.
Vannus] uanni, fœminin. gener. (λικμὸς) Vas uimineum latum: hoc est, cribrum cereale, in quo propter capacitatem, rustici cogere primitias frugum solent, & frumenta purgare. Columell. libro 2. cap. 21. 3, Ipsæ autem spicæ melius fustibus tunduntur, uannis expurgantur. Virgilius 1. Georgic. 34,

—& mystica uanno Iacchi.

Mystica, inquit Seruius, quòd Liberi patris sacra ad purgationem animæ pertinebant: & sic homines eius mysteriis purgabantur, sicut Vannis frumenta purgantur.

¶ Vanno, uanno (λικμάω) uannare, Ventilare, ut fit uannis quum frumenta purgantur. Hinc compositum Euanno, euannas. apud Varronem de Re rust. lib. 1. cap. 52, 2.

Vanus] Adiect. (ἔωλος, κἐνὸς, μάταιος) à Vacuo, Idem significat. Virg. 1. Georg. 46,

—sed illos
Expectata seges uanis elusit aueris. Seruius.

Vanus, Stultus, quasi mente uacuus, qui in rebus inanibus studium collocat. Iuuenal. Satyra 3. 4. 16,

Sic libitum uano, qui nos distinxit, Othoni.

Seruius.

Vanum, nec posßibile, nec uerisimile, inquit Donatus. Terent. Eunuch. 1. 2. 24,

Sin falsum, aut uanum, aut fictum est, continuò palàm est.

Vanum & inane. Cic. pro Plancio, 81.
Vanus, Mentiens & insidus, leuia, inaniaq; pro grauibus & ueris astutißimè componens. Virg. 1. Aeneid. 80,

Ni frustra augurium uani docuere parentes.

Vanus & mendax. Virg. lib. 2. Aeneid. 16,

—nec si miserum fortuna Sinonem
Finxit, uanum etiam mendacemq; improba finget.

Vanus ingenio. Liu. 5 bel. Maced. 181.
Vanus & perfidiosus. Cic. pro Quintio, 13.
Author uanus. Liu. 9. bell. Punic. 162, Inde uanius author absumpti Masanissæ ad regem redit.
Conulcia uana facere. Ouid. 9. Metam. 61.
Dulcedo uana. Ouid. 55. Metam. 62.
Error uanus. Lucret. lib. 1. 212.
Fides uana, Falsa. Virg. 4. Aeneid. 3.
Fiducia uana pedum. Ouid. 9. Metam. 25.
Gaudia uana. Horat. 2. epist. 2. 38.
Ictus uanus. Liu. 4. bell. Maced. 151.
Imago uana. Horat. 1. Carm. ode 24. 3.
Incœptum uanum, Frustra. Liuus 7. bello Maced. 114.
Ira uana. Valer. 8. Argon. 75.
Lex uana. Liu. 2. ab Vrbe, 182.
Linguæ uanæ mendacia. Ouid. 3. Amor. eleg. 10. 5.
Metus uanus. Horat. 1. Carm. ode 23. 1.
Oratio uana. Cic. pro Rosc. Amer. 69.
Persuasio uana. Quint. lib. 2. cap. 2. 7.
Precibus uanis sollicitare aliquem. Ouidius 9. Metamorph. 136.
Ratio uana. Author ad Herenn. lib. 2. 71.
Somnia uana. Virg. 6. Aeneid. 57.
Spes uana. Quintil. lib. 6. cap. 4. 13.
Spem uanam sequi. Ouid. 14. Metam. 73.
Timores uani. Valer. 8. Argon. 82.
Verba uana. Ouid. 13. Metam. 53.
Vana, Neutrum plurale, loco adiectiui. Virg. 11. Aeneid. 171,

Vt uidit fulgentia arma, ac uana tumentem.

¶ Vanesco, uanescis (ἀφανίζομαι) uanescere, Vanum fieri. Cic. 2. de Legib. 40, Animi labes nec diuturnitate uanescere, nec manib. ullis elui potest. hoc est, Euanescere, aboleri.
Ceres sterilem uanescit in herbam. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 7.
In auras uanescere. Ouid. epist. 1. 16.

¶ Vanitas, pen. corr. uanitatis, f. gen. (εἰκαιότης, ματαιότης) Mendacium, fallacia, & leuitas. Cic. lib. 3. Offic. 75, Quòd si uituperandi qui reticuerunt, quid de ijs existimandũ est, qui orationis uanitatem adhibuerunt?
Vanitati opponitur Constantia. Cic. 2. de Nat. deor. 80, Nulla igitur in cælo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec uanitas inest: cõtrà, omnis ordo, ueritas, ratio, constãtia.
Manifestus uanitatis. Tacit. lib. 13.
Simulatio est coniunctior uanitati quàm liberalitati. Cicero 1. Offic. 69.
Leuitate, uanitate, malitia, exclusam diuinationẽ probo. Cic. 1. de Diuinatione, 217.
Blanda uanitas. Cic. de Amicit. 81.
Adhibere uanitatem. Vide Adhibeo.
Cedat ueritas uanitati. Cic. 3. Tusc. 4.
Vti prosperitate rerum in uanitatem. Tacit. in uita Agricolæ.
Exitus uanitas. Tacit. lib. 15.

¶ Vanitudo,pen.prod.uanitudinis,f.g. (εἰναισθυσία) Idem. Plaut.Cap.11.38,

Pol ego,ut rem uideo,tu inuentus uera uanitudine
Qui conuincas.

¶ Vano,uanas (ἀπατέω) uanare,Verbum antiquum: Fallere significat.Actius Alcumena,

Sic illum uanans in angiportum deduxit. Nonius.

¶ Vanidicus,pen.cor.Adiect. (ἀπιθολογος) Qui uana dicit. Plaut.Trinum.5.37,

Cum probis potius,quàm cum improbis uiuere uanidicis.

¶ Vaniloquus,pen.corr.Adiect. (ματαιολογος) Plaut. Amphit.4.225, —ergo istoc magis
Quia uaniloquus,uapulabis. Liu.5.bell.Maced.282.

Genus uaniloquum,Silius lib.8.4.

¶ Vaniloquentia,uaniloquentiæ (ποικιλογοείαι) Liu.4.bell.Maced.89,Hac uaniloquentia primùm Arithenum Prætorem Achæorum excitauit.Tacit.lib.3.

¶ Vaniloquidorus,uaniloquidori,pen.prod. Iocosa Plautidictio in Persa,18.18,

Vaniloquidorus uirginisuendonides.

Vapor]uaporis,pen,prod.m.g. (ἀτμὶς, ἀτμὸς) Exhalatio. Dicitur & uapos.Lucret.lib.6.191,

Peruolitant,permanat odor,frigusq;,uaporq;.

Aquarum uapor.Cic.2.de Nat.deor.40, Ipse enim oritur ex respiratione aquarum.Earum enim quasi uapor quidã aer habendus est.

Vapor,pro Calore.Columell.libro 5. cap.10.2, Scrobs imus. summo patentior, ut laxius radices uagentur: & minus frigoris hyeme,minusq; uaporis æstate per angustum os penetret.

Leuis flammæ uapor.Senec.Octau.5.19.

Vapor solis.Plin.lib.9.cap.10.2,de testudinibus, Vt solis uapore siccato cortice,non queant mergi.

Syderum uapor.Horat.Epod.3.3.

Calidus uapor.Lucret.lib.2.169.

Calidus tepidusq; uapor.Lucret.lib.2.172.

Crassus uapor.Stat.6.Thebaid,95.

Humidus uapor.Ouid.1.Metam.87.

Lentus uapor.Virg.5.Aeneid.137,

—lentusq; carinas
Est uapor,& toto descendit corpore pestis.

Pinguis uapor.Senec.Herc.furen.31.4.

Fero uapore dissiliunt saxa.Lucret.lib.1.102.

Niger uapor efflat anhelo ore.Stat.10.Thebaid.21.

Eiectare uaporem.Stat.6.Thebaid.95.

Phœbus findit arua uaporibus,Ouid.3.Metam.31.

Presserat ora uapor.Ouid.2.Metam.57.

Terra semen tepefactum uapore & complexu suo diffundit. Cic.de Senect.47.

Torreri uapore.Plin.lib.9.cap.38.2,de purpuræ infectura, Ac modico uapore torreri.Idem lib.13.cap.4.16,Assiduo uapore torrentes.

¶ Vaporo,uaporas,pen.prod. (ἀτμίζω,ἀναθυμιάζω) uaporare,Neutrũ uerbum,pro Vaporem emittere. Plin.lib.32. cap.2.2,de differentijs aquarum, Vaporãt & in mari ipso quæ Licinij Crassi fuêre.

Vaporare (βοσκέω) Actiuum, Suffire.Plinius libro 28. cap. 11. 8, Quidam in assari iocineris sanie inungunt, aut felle capræ,carnesq; eas uesci,& dum coquantur,oculos uaporari præcipiunt.Id quoq; referre arbitrantur,si rutuli coloris fuerint.Volunt & oculos suffiri,iocinere in ollis decocto. Hic uaporare & suffire,pro eodem accepit, Virgilius 12.Aeneid.97,

Succedunt matres,& templum thure uisorant.

Budæus.

Vaporare,pro Calore temperare.Horat.1.epist.17.2,

—sed ut ueniens dextrum latus adspiciat sol,
Læuum discedens curru fugiente uaporet.

Deinde subiungit,

Temperiem laudes,&c.

Vaporare,Arefacere,exugere. Colum.lib.1. cap.5.4,Quum plerique amnes æstate uaporatis,hyeme frigidis nebulis caligent.Idem lib.2.cap.16.5,Quòd solidiores glebæ diutius sustineat & suspendat, ut ex solibus æstiuis uaporatæ resoluantur. Budæus.

¶ Vaporatio,Verbale (βυμίαμα,αἰθαβυμίασις) Vaporis excitatio.Plin.lib.28.cap. 4.21. Gellius lib.19.cap. 5, Quum aqua frigore aeris duratur & coit,necessum est fieri uaporationem,& quandam quasi auram tenuissimam exprimi ex ea,& emanare.

¶ Vaporarium,uaporarij (ἀτμιστήριον) accipitur pro Tepidario,siue hypocausto.Cicero ad Quint.fratrem, libro 3. 17. 4, Vaporarium ex quo ignis erumpit, esset sub tectum cubiculi.

¶ Vaporiferus,pen.corr.Adiectiuum (ἀτμοφόρος) Statius 3. Sylu.5.20,

Siue uaporiferas blandissima littora Baias.

Vaporiferæ fornaces.Stat.4.Sylu.3.9.

¶ Vapidus,pen.corr. Adiect.id est, Multi saporis.

Rectus uapidum.Pers.Satyr.3.12,

Pellicolam uteremi retines,& fronte politus
Astutam uapido seruas sub pectore uulpem.

id est,Veterum uitiorum pleno,& fraudibus redolente.

¶ Vapidè,Aduerbium.

Vapidè,se habere,solebat dicere Augustus:pro,Malè habere. Sueton.in eius uita,cap.87.

Vappa]uappæ (ὄξινος) Vini uitium quod sponte deferbuit, & odorẽ saporemq; amisit, ut illud quod in exhausto uase reliquũ fuit,& euaporauit.Horat.2.Serm.Satyr.3.29,

Qui Veientanum festis potare diebus
Campana solitus trulla,uappamq; proscis.

Ibidem lib.1. Satyr.5.3,

—absentem cantat amicam
Multa prolutus uappa nauita.

Plin.lib.14.cap.20. 4, Vitiumq; musto quibusdam in locis,iterum sponte ferueret:quæ calamitate quum deferbuit, deperit sapor,uappæq; accipit nomen: probrosum etiam hominum,quum degenerauerit animus.

Vappa,Pro homine ignauo uilíq; aliquando ponitur, ac nugatore,& in quo nihil prudentiæ est,Horatius 1. Sermon. Satyr.1.23,

—non ego auarum
Quum uoto te fieri,uappam iubeo,aut nebulonem.

Idem 1.Serm.Satyr.2.3,

Fusidius uappæ fumam timet,ac nebulonis.

Perfida uappa.Vide Perfidus.

Vapulo]uapulas,pen.corr. (τύπτομαι) uapulare, Verbum neutrum passiuum,Cædi,uerberari. Celsus ad Ciceronem, lib.8.1.9, Sufurrationes duntaxat ueniunt, alius equitem perdidisse:quod opinor certè factum est:alius septimam legionem uapulasse.Propert.2.eleg.13.4,

Non ego,sed tenuis uapulat umbra mea.

Corpus uapulat.Lucret.lib.4.190.

Vapulare sermonibus:pro,Obloquutionibus sugillari. Cicero Attico,lib.2.29.1.

Vapula Papiria:Prouerbium est ortum à quadã ancilla, quæ libertate donata à Papiria hera sua,patronã mox contempsit,

psit, ac manumissa, & libertate freta, mox benemeritam ingratè aspernata est. Ancilla enim illa continuò se libertãm salutauit, cùm patronam salutare deberet (qui enim manumissi erant,mox manumissori,Salue patrone,dicere solebant)& patronæ dixit per contemptum,Vapula Papiria.Plauti uerba sunt,

Ideo dico,liberta salue,uapula Papiria.

Anotauit Turnebus.

Varduli]Hispaniæ populi. De quibus Pomponius Mela libro 3.

Varico,Varicosus,Varicus]Vide Varix.

Varius]Adiectiuum (ποικίλος, αἰόλος, παντοῖος, ἀλλοῖος, ποικιλόχρως) Multiformis, uel multorum colorum. Terentius Eunucho,4.4.16.

—ita uisus est
Dudum,quid uaria ueste exornatus fuit.

Plin.lib. 8. cap. 17. 4,Nunc uarias & pardos,qui mares sunt,appellant in eo omni genere,creberrimo in Africa,Syriaq;. Varias,dixit pro Pantheris.

Varium,ad multa transfertur.Cicero 1.de Finibus,16, Varietas enim Latinum uerbum est: idq; proprie quidem in disparibus coloribus dicitur,sed transfertur in multa disparia:uarium poema,uaria oratio,uarij mores, uaria fortuna:uoluptas etiam uaria dici solet,quum percipitur è multis dissimilibus rebus dissimiliter afficientibus uoluptates.

Varius,& multiplex,& copiosus.Plato.Cic.1.Acad.24.

Ferre ea quæ uidentur acerba, quæ multa & uaria in hominum uita uersantur.Cic.2.Offic.79.

—Varium & mutabile semper
Fœmina.

Virg.4.Aeneid.114.

Æstu uario irarum fluctuat.Virg.4.Aeneid.113.

Artes uariæ.Virg.1.Georg.27.

Casus uarij.Virg.1.Aeneid.42.

Colores uarios mentitur lana.Virg.eclog.4.9.

Disputationes uariæ & diuersæ,& in omnem partem diffusæ.Cic.3.de Orato.35.

Gentes uariæ linguis.Virg.8.Aeneid.146.

Varium ius & dispar conditio.Cic.7.Verr.40.

Lepore uario distincta omnia.Lucret.lib.5.276.

Lynces uariæ.Virg.3.Georg.53.

Opum uariarum diues.Virg.2.Georg.94.

Oratia multa & uaria,& copiosa.Cic.2.de Orato.118.

Sententiæ uariæ & discrepantes. Cicero 1. de Natura deorum 2.

Sermone uario trahebat noctem.Virg.1.Aeneid.151.

Victoria uaria.Liu.2.ab Vrbe,28.

Vitæ uariæ fiunt, quum ad maturitatem perduci incipiunt, & colorem mutant. Cato capite 73, Vbi uuæ uariæ cœperint fieri, buius medicamentum dato quotannis uti ualeant.

Varius,Qui uaris in facie distinctus est. Vnde iocus Ciceronis apud Quintilianum lib.6. cap. 4, in Isauricum, Miror quid sit quòd pater tuus homo constantissimus, te nobis uarium reliquit.

¶ Variè,Aduerbium (ποικίλως) Variis modis. Cic. ad Tyronem,lib.16.6.1;Variè sum affectus tuis literis.

Latè & Variè diffundi. Cic.pro Sestio,84.

Variè ualui.Plaut.Epid.2.15.hoc est,quod uulgus dicit, nunc bene,nunc malè.

In uariè se condentem,tale est epigram.Martial.lib.8.47,

Pars maxillarum tonsa est tibi,pars tibi rasa est:
Pars nulla est:unum quis putet esse caput?

Variè agere.Liu.2.ab Vrbe,10.

Differere uariè de re aliqua.Tacit.lib.1.

Variè decernere, & Coniunctis sententijs, contraria.Cicero 6.Verr.128.

Moueri uariè.Cic.2.Diuinat.133.

Variè copioseq; perscripti sermones.Cic.2. de Acad.21.

¶ Vario,uarias (αἰολέω, ποικίλω) uariare, Varium facere. Virg.1.Georg.89,

Ille ubi nascentem maculis uariauerit ortum,

De sole.Ouid.2.de Remed.26,

Nam quoniam uariant animi,uariabimus artes.

Positu uariare capillos. Ouid.de Medicamine faciei, 4. Idem 2.Metamorph.83,

Nec positu uariare comas.

Otium uariare laborare.Plin.Epist.161.4.

Pectora uariare dubijs curis.Valer.3.Argon.126.

Sententiam uariauit timor.Liu.2.ab Vrbe,250.

Sonum uariare.Plin.lib.16.cap.29.5,Deinde in una perfecta musicæ scientia modulatus editur sonus,& nunc continuo spiritu trahitur in longum,nunc uariatur inflexo.

Variantur acu tapetia.Martial. lib.8. 29.

Vices uariare.Virg.9.Aeneid.33.

Vocem uariare & mutare.Cic.in Orat.32.

Variare & distinguere uoluptatem.Cic.1.de Finib.69.

Oratoris est, orationem uariare & distinguere. Cicero 2.de Orato.20.

Prodigialiter uariare aliquid.Horat.de Arte,6.

Figuris uariare.Quint.lib.6.cap.1.2.

Variare mistura iocorum materia aliqua.Martial.lib.8.1.

Variant multa de morte eius autores.Liu.7.bel.Pun.154.

Variant Græcorum exempla.Plin.lib.12.cap.14.4.

Variare,Neutrum,uel neutraliter positum. Celsus lib.3, Non in ijs solùm in quibus semper ita se habet: sed in ijs quoq; in quibus uariat.Idem lib.2.cap.1, Ex tempestatibus optimè æquales sunt:siue frigidæ,siue calidæ:pessimæ,quæ uariant maximè.Budæus.

Dissidet & uariat sententia.Ouid.15.Metam.130.

Timores uariant.Ouid.2.Trist.31.

Variare,pro Ambiguum rem esse.Liu. 9. ab Vrbe, de suffragijs,ibi si uariaret,quòd raro incidebat,ut secundæ classis centuriæ uocarentur.

Variatur,impersonale.Liu.2.bell.Pun.24.9, Ibi quum sententijs uariaretur,&c.

¶ Varians,uariantis,Particip. (ποικιλῶν) Plin.lib.7.cap.42, Cætera exempla fortunæ uariantis innumera sunt.

Variantibus adhuc & acerbis uuis.Colum.lib.4.cap.20.

Varians cælum.Plin.lib.14.cap.2.6.

Formæ uariantes.Lucret.lib.5.165.

¶ Variatus,pen.prod. Aliud participium (ποικιλμένος) ut,Figuris multigenis uariatus.Lucret.lib.2.68.

Vestis uariata figuris priscis. Catul.Argon.59.10.

Variata sententia.Cic.pro Milone,6.

¶ Variatio,Liu.lib.4.bell.Pun. Cæteræ centuriæ sine uariatione ulla Consules eosdem dixerunt.

¶ Variatim,pen.prod. Aduerbium (ποικιλμένως) Gell. lib.5.cap.12, Ve enim particula, quæ in alijs atq; alijs uocabulis uariatim per has duas literas cum à litera media immissa dicitur.

¶ Varietas,pen.corr.uarietatis (ποικιλία,ποίκιλμα) Plinius lib.8.cap.30.2, Oculis mille esse uarietates, colorumq; mutationes.

Varietas criminum.Cic.7.Verr.124.

Florum omnium uarietas.Cic.de Senect.50.

Varietate gentium constans prouincia.Cic.pro Fonteio 3.

Distinguere historiam uarietate locorum.Cic.2.de Orat.29.

Sententiarum uarietas. Cic. 2. de Orat. 32.
Surdus uocũ uarietates nosce re nõ potest. Cic. 2. de Diuin. 13.
Varietas enim Latinum uerbum est. Cicer. 2. de Finib. 25. Vide Varium ad multa, &c.
Vt in corporibus magnæ dißimilitudines sunt, sic in animis existunt maiores etiam uarietates. Cic. 1. Offic. 151.
Incredibilis quædam uarietas. Quint. lib. 2. cap. 8. 1.
Distinguere uarietate inæquabili. Vide Inæquabilis.
Stella Iouis multas efficit uarietates. Cic. 2. de Nat. deor. 76.
Reficit animos ac reparat uarietas. Quint. lib. 1. cap. 12. 4.
Varietates, Maculæ illæ subrubræ quæ hyeme contrahuntur, quum crura ad ignem propius admouentur. Plin. lib. 20. cap. 9. 23. Flos bullorum tritus crurum maculas uarietatesq; igne factas emendat.
Varix] uaricis, penul. corr. m. g. (κυρσός, ἴφια) Varices, uenæ plus æquo intumescentes atq; obtortæ, in temporibus, uentre, testibus, inguine, & potißimùm in cruribus. Plin. lib. 11. cap. 45. Varices in cruribus uiro tantùm, mulieri rarò. Horat. Varice succiso. Cic. 2. Tusc. 61. Quum uarices secabantur C. Mario, dolebat. Celsus lib. 5. de noxis in corpore loquens. Quum quid increuit, ut uena quæ intumescens in uaricem conuertitur.
¶ Varicosus, pen. prod. Adiect. (κυρσώδης) Qui tumidiores habet huiusmodi uenas. Iuuen. Satyr. 6. 40.
Hæc de Comœdis te consulit, illa Tragœdum
Commendare uolet: uaricosus fiet aruspex.
¶ Varicus, pen. corr. Adiectiuum, Qui ampliore passu gradi tur. Ouid. lib. 3. de Arte, 60,
Illa uelut coniux Vmbri rubicunda mariti
Ambulat, ingentes uarica fertq; gradus.
¶ Varicula, pen. corr. Diminutiuum, apud Celsum, libro 5. de curatione ulceris.
¶ Varicõ, uaricas, pen. corr. uel Varicor, uaricaris, uaricari, Transgredi est, quasi uarices transcendere, & currendo præterire. Tractum à medicis: qui quum uarices curare non audent, eas transgrediuntur, atque prætereunt. Quintilan. libro 11. cap. 3. de gestu pedum, Varicare supra modum & in saltando deforme est, & accedente motu propè obscœnum.
¶ Varicator. Vlpian. in l. 1. ff. de præuaricatorib. Præuaricator est quasi uaricator, qui diuersam partem adiuuat prodita causa sua.
¶ Varro, pro stupido & bardo usurpatur, uocabulo à uaris deflexo, qui perticas significant. Lucilius apud Festum, in uoce Squarosus,
Varronum ac rupicum squarosa incondita rostra.
Ex Turnebo.
Varro] οὐάρρων, Poeta Romanus, quem Fabius Quintilianus inter perituissimos Satyræ scriptores enumerat, libro 10. cap. 1. Est & Varro, cuius meminimus in dictione Terentius.
Varro sanctißimus atq; integerrimus. Cic. 2. Philipp. 101.
Habere thesauros Varronis. Brutus Ciceroni, lib. 11. 10, 10.
Varus] uara, uarum, Qui pedes habet incuruos, & in se cõtractos: cuiusmodi spadones & castratos uidemus. Plautus Mil. 10, 127,
Aut uarum, aut ualgum.
Idem Merc. 12. 54,
Canum, uentriosum, buculentum.
Plin. lib. 11. cap. 45. 5, Nam & hinc cognomina inuenta, Planci, Plauti, sicut à cruribus Vari. Hor. 1. Serm. Sat. 3. 10.
Varæ manus: id est, incuruæ. Ouid. 9. Metam. 7.
Varum brachium. Martial. lib. 7. 31.
Genius uarus. Pers. Satyr. 6. 2.

—geminos horoscope uaro
Producis genio.
Varo, intorto: hoc est, non æquali, sed dißimili ingenio præditos, quamuis sub eodem natos sydere, eodemq; momento temporis.
¶ Varus, Substantiuum (ἰοβόε) Vari apud Celsum, libro 6. cap. 5. maculæ sunt in facie, ut lenticulæ & ephelides. Vnde homines uarij dicti. Vide Varius. Plinius lib. 23. cap. 4. 8, Oleum amygdalinum purgat, mollit corpora, cutem erugat, nitorem commendat, uaros cum melle tollit è facie. Idem libr. 28. cap. 8. 21, Lentigines tollit ac uaros, omnesq; maculas.
Varus] ὔαρος, Fluuius est, Narbonensem prouinciam ab Italia separans. De quo lege Strabonem lib. 4. ab initio.
Vas] uadis. Vide Vadis. Cic. 2. de Finib. 127, Vadè te ad mortem tyranno dabis pro amico, ut Pythagoreus ille fecit Siculo tyranno?
Iustus uas. Vide Iustus.
Vadem mortis accipere. Vide Accipio.
Vas] uasis, priore prod. neut. gen. (ἄγγος, ἀγγεῖον, δοχεῖον) tertiæ declinationis in singulari, in plurali secundæ. Mart. lib. 14. 103,
Aretina nimis ne spernas uasa monemus.
Apud Ciceronem 2. de Inuent. 209, Vasa magnifica & preciosè cælata. Et pro Rosc. Amerino, 79.
Vasa Corinthia & Deliaca. Et pro Muræna, 69, Et exposuit uasa Samia. Idem 1. Tusc. 82, Nam corpus quidè quasi uas est, aut aliquod animi receptaculum.
Vasorum appellatio generalis est: dicimus enim uasa & uinaria & naualia, inquit Vlpianus, de auro & argento legato. l. si gemma.
Aereum uas. Vide Aes, æris.
Argentea uasa. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 15.
Aspera uasa, Cælata. Iuuen. Satyr. 14. 7.
Clodiana uasa. Vide Clodius.
Coquinaria uasa. Vide Coquo, coquis.
Cupreum uas. Vide Cuprum.
Olearia & salsamentaria uasa. Vide Olearius, in Olea.
Pertusum uas. Lucret. lib. 3. 191. & 205.
Rimosa & curta uasa cadunt fenestris. Iuuen. Satyr. 3. 27.
Samia uasa. Plaut. Capt. 6. 4. Vide Opus.
Vinarium uas. Cic. 6. Verr. 54.
Vasa uinaria, amphoras & cados intelligimus, autore Proculo, de tritico, uino & oleo legato. l. uinum.
Apponere in uasis. Vide Appono.
Colligere in uas. Vide Colligo.
Vasa colligere. Cic. 6. Verr. 135, Ille ex Sicilia castra iam mouerat, & uasa collegerat, hoc est, Repente Diodorus profugerat. Vide Colligo.
Collocare uasa in tabernam. Vide Colloco.
Conclamare uasa. Cæsar 3. bell. Ciuil. Scipio suspicatus fore ut inuitus dimicare cogeretur, noctu neq; conclamatis quidè uasis flumen transiit. Vide Conclamo.
Concludere uas argento ab labris. Vide Concludo.
Ducere uasa è luto. Quint. lib. 2. cap. 17. 3.
Efferre sine thecis uasa. Cic. 6. Verr. 4. 6.
Incrustare syncerum uas. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 12,
At nos uirtutes ipsas inuertimus, atq;
Syncerum cupimus uas incrustare.
Idem 1. epist. 2. 11,
Syncerum est nisi uas, quodcunq; infundis acescit.
Pelliculare uas. Vide Pelliculo.
Quassatis uasis diffluit humor. Lucret. lib. 3. 89.
¶ Vasum, uasi (ἄγγεῖον) neutro genere dixerunt ueteres, teste

Gellio lib. 13. cap. 22. Plaut. Truc. 3. 23,
Aut aliquod uasum argenteum.
¶ Vasculum, uasculi, pen. corr. Diminut. (ἀγγείδιον) Plin. lib. 15. cap. 28. 6, Quædam uasculis constant. Cato cap. 111, Si uoles scire, in uinum aqua addita sit, nec ne, uasculum facito de materia hederacea.
Argenti puri uascula. Iuuen. Satyr. 20. 2.
¶ Vasarium, uasarij: ut Vestiarium, Chalcearium: hoc est, Vasorum supellex. Cicero in Pisonem, 68, Nónne sestertiũm centies & octogies, quod, quasi uasarij nomine, in uenditione mei capitis ascripseras, ex ærario tibi attributum Romæ in quæstu reliquisti? Plin. lib. 7. cap. 49. 3, Nec sunt omnia uasaria excutienda: mediæ tantùm partis, inter Apenninum Padumq; ponemus exempla. Hic per translationem posuit.
Vasarium Cicero appellat id quod publicè dabatur magistratibus, ut muli, equi, & uasa, & reliqua quæ magistratus instrumentum implerent. id quod patet ex eo quod idem dicit in Lege Agraria contra Rullum, 43, de Decemuiris loquens; quos Rullus creandos esse censuerat ad agros diuidendos. Intelligimus ergo uasarij nomine pecuniam publicè dari solitam magistratibus euntibus in prouincias, ex quæ sibi necessaria compararent: id quod postea Augusti tempore Senatusconsulto constitutum est: ut testatur Tranquillus in Augusto, cap. 36. Hæc & plura Budæus in libro de asse.
¶ Vascularius, Qui uasa argentea & aurea facit. Sunt enim inter aurifices uascularij, cælatores, inauratores, & bractearij: in l. apud Labeonem. de præscript. uerb. Si quum emere argentum uelles, uascularius ad te detulerit. Cicero 6. Verr. 48, In regiam maximam palàm artifices omnes cælatores ac uascularios conuocari iubet, ipse suos complures habebat.
Vasatæ] pen. prod. Vasatarum, fœm. gen. (ὀυασάτοι) Vrbs Galliæ Narbonensis. Paulinus ad Ausonium,
Quíq; superba tuæ contemnis mœnia Romæ
Consul, arenosas non dedignare Vasatas.
Eam putauerim esse quæ uulgò dicitur Basa.
Vascones] penult. corr. (ὀὐάσκωνες) Hispaniæ populi, uersus Gallicum & Britannicum Oceanum, ad Pyrenæum siti. De quibus Plin. lib. 3. Hi à Metello Romanorum duce obsessi, in tantam famem compulsi sunt, ut humana carne uescerentur. Iuuen. Satyr. 15. 10.
Vastus] Adiect. (ἀχανὸς, ὑπερμεγέθης, ἀνάγκαιος) dicitur quod modum amplitudinis excedit. Plaut. Amphit. 16. 1,
Quis tam uasto impete has fores toto cõuolsit cardine?
Plinius epist. 258, Quum diuersam partem prouinciæ circumirem, Nicomediæ uastißimum incendium multas priuatorum domos, & duo publica opera, &c. assumpsit.
Vastus, Desertus. Actius, Hanc urbem ferro uastam faciet. Nonius.
Vastus locus à natura & humano cultu. Sallust. in Iugurtha.
Aequor uastum. Virg. 2. Aen. 156.
Ager uastus ac desertus. Cic. 2. de Lege agrar. 71.
In uastiorem altitudinem ac uelut profundum inuchi. Liuius 1. bell. Maced. 2.
Animus uastus. Sallust. in Catil.
Antrum uastum. Virg. 1. Aen. 12.
Aper uastus. Claud. 3 Paneg. 62.
Arma uasta. Virg. 10. Aen. 154.
Artus uasti. Virg. 5. Aen. 87.
Bellua uasta & immanis. Cic. 1. de Diuin. 89.
Cæde uasta fessus. Virg. 6. Aen. 101.
Campi uasti. Virg. 3. Aen. 3.
Certamine uasto tendunt. Virg. 12. Aen. 111.
Crater uastus. Ouid. 2. Metam. 48,
Fortè fuit iuxtà signis extantibus asper
Antiquus crater, quem uastum, uastior ipse
Sustulit Aegides.
Feræ uastæ. Ouid. 2. Metam. 39.
Figura uastior elephanto. Cic. 1. de Nat. deor. 135.
Fluctus uasti. Virg. 1. Aen. 18.
Hiatu uasto immanis spelunca. Virg. 6. Aen. 48.
Homo uastus atq; fœdus. Cic. 1. de Orat. 57.
Ictus uasti. Virg. 5. Aen. 470.
Impetus uastus. Horat. 4. Carm. ode 14. 7.
Vasta & agrestis India. Cic. 5. Tusc. 113.
Ira uasta. Ouid. 10. Metam. 109.
Iter uastum. Ouid. 18. Metam. 88.
Latratus uastus & canorus. Colum. lib. 7. cap. 12. 2.
Litera uastior. Cic. in Orat. 86.
Locus uastus & Aedificatus, contraria, Cic. in Part. 21.
Moles uasta. Virg. 3. Aen. 132.
Molimen uastum. Ouid. 15. Metam. 162.
Mundus uastus. Ouid. 1. Fast. 24.
Murmure uasto it mare. Virg. 1. Aen. 50.
Onus uastum. Ouid. 1. Fastor. 113.
Oratio uasta atq; hians. Author ad Heren. lib. 4. 160.
Orbis uastus. Ouid. 2. de Arte, 4.
Pondus uastum. Virg. 5. Aen. 90.
Rupes uastæ. Virg. 1. Aen. 34.
Sinus uastus. Virg. 4. Georg. 73.
Solitudo uasta. Cic. in Somn. 21. Et Liu. 1. ab Vrbe, 35.
Tellus uasta. Valer. 2. Argon. 121.
Vires uastæ. Virg. 5. Aen. 74.
Vorago uasta. Virg. 6. Aen. 60.
Vulnera uasta. Lucret. lib. 5. 259.
Vastus atq; agrestis motu corporis, per contemptum. Cic. 1. de Orat. 57, Aut ita uultu motúq; corporis uasti atq; agrestes, ut etiam si ingenijs atq; arte ualeant, tamen in oratorum numerum uenire non possint.
¶ Vastè, (ἀχανῶς) uastius, uastißimè: Aduerbium. Cic. 3. de Orat. 95, Id assequemini, si uerba externa cum consequentibus primis ita iungetis, ut neúe asperè concurrant, neúe uastius diducantur.
Vastè & rusticè. Cic. 3. de Orat. 26, Sic maiores, non asperè, ut ille quem dixi: non uastè, non rusticè, non hiulcè, sed pressè, & æquabiliter, & leniter.
¶ Vastitas, pen. corr. uastitatis, fœm. gen. (μέγεθος, ἀχανές) Magnitudo. Colum. lib. 3, Pari tamen in hac terra uastitate, belluas progenerari quis neget? Idem lib. 5. cap. 1. 1.
Sterilis profundi uastitas soli. Senec. Herc. furen. 9. 17.
Vastitas, Vastatio (ἐρήμωσις, διόπωσις) Actius, Propterea tot, tantasq; habemus uastitates funerum. Cic. 1. in Catil. 8, Tecta urbis, uitam omnium ciuium, Italiam denig; totam, ad exitium & uastitatem uocas.
Agrorum uastitas. Cic. 6. Verr. 102.
Deflere iudiciorum uastitatem. Cic. de clar. Orat. 11.
Efficere uastitatem. Cic. in Pisonem, 67.
Vastitas odoris. Plin. lib. 31. cap. 6. 4, Quippe et uastitate odoris capita replentur.
¶ Vastitudo, pen. prod. uastitudinis, fœm. gen. (ἀνωφάτωσις) Vastatio. Cato cap. 141. 1, Vti in morbos uisos, inuisosq;, uiduitatem uastitudinemq;, calamitates, intemperiasq; prohibeßis.
¶ Vastities, penult. corr. uastitiei, pen. prod. fœm. gen. Idem (ὑπέρογκον) Apul. Cui in primis tanti corporis uastities horrori fuit.

Vaſtities, Separatio, deſtructio. Plaut. Pſeud. 3. 68,
Harum mihi uoluptatum omnium, atq; itidem tibi
Diſtractio, diſſidium, uaſtities uenit.
¶ Vaſtificus, pen. corr. (ἀναιρετικὸς) Adiect. Quod uaſtitatem affert. Cic. 2. Tuſcul. 38,
Herymanthiam hæc uaſtificam abiecit belluam.
Ex poeta.
¶ Vaſto, uaſtas (δηόω, πίθω, ἀναιρετίω, ἐρημόω, λυμαίνομαι, λυμαντὸν μαι) uaſtare, Perdere, deſtruere. Cic. ad Attic. lib. 9. 175. 5, Primum conſilium eſt, ſuffocare urbem & Italiam fame, deinde agros uaſtare, urere, pecunijs locupletum non abſtinere.
Vaſtare agros cultoribus. Virgil. 8. Aen. 2. hoc eſt, Abducendo cultores, uaſtos & deſertos efficere. Seruius.
Agros uaſtare & eximanire. Cic. 5. Verr. 99.
Iter alicuius uaſtare. Silius lib. 3. 95,
Turbidus hic truncis, ſaxiſq; Druentia lætum
Vaſtauit ductoris iter.
Locum uaſtare & diripere. Cic. 4. in Catil. 86.
Mentem uaſtare. Salluſt. in Catilin.
Omnia late uaſtare. Virg. 4. Georg. 4.
Vaſtare omnia ferro & incendijs. Cic. 1. in Catil. 1.
Regiones uaſtare. Vatinius Ciceroni, lib. 5. 10. 4.
Homo magis ad uaſtandum, quàm ad uincendum paratus. Cic. Attic. lib. 8. 169. 4.
¶ Vaſtatus, pen. prod. Particip. (ἀναιρετὸς) Cic. pro Seſtio, 45, Lex erat lata, uaſtato atq; relicto foro.
Fana uaſtata tumultu impio. Horat. 4. Carm. ode 4. 10.
Paſcua uaſtata. Claud. 3. de raptu Proſerp. 34.
Vaſtata urbs defenſoribus ſuis: pro, Spoliata. Liuius libro 31 bell. Punic.
¶ Vaſtatio, Verbale (ἀναίρεσις, διήωσις) Liu. 7. ab Vrbe, 67, Acceſſit ad eam cladem & uaſtatio Romani agri.
Poſſeſſionum uaſtatio. Cic. 2. in Catil. 38.
Defendere aliquid à uaſtatione. Plancius Cic. lib. 10. 15. 10.
¶ Vaſtator, pen. prod. Verbale (λυμαντὴρ) ut, Troiæ uaſtator Achilles. Stat. 2. Achil. 64.
Aper uaſtator Arcadiæ. Ouid. 9. Metam. 39.
Ferus uaſtator. Ouid. 11. Metam. 80.
¶ Vaſtatrix. pen. prod. Verbale fœ. Seneca epiſt. 96, Luxuriâ terrarum mariſq; uaſtatrix.
Vates] uatis, com. gen. (μάντις, μάντης, οἰωνοπόλος, θέσπις, θεόπροπος, προφήτης) A Fando dictus eſt, quaſi fates, Diuinator, ſacerdos, & propheta. Virg. 6. Aen. 43,
Cunctantem & uatis portat ſub recta Sibyllæ.
Plaut. Milit. 12. 37,
Bonus uates poteras eſſe, quiu quæ ſunt futura uideas.
Virgil. 6. Aeneid. 133,
Quiq; pij uates, & Phœbo digna locuti.
Cic. 1. de Nat. deor. 77.
Præſagia uatum. Ouid. 4. Triſt. eleg. 9. 26.
Interpretari effata incognita fatidicorum & uatum. Cicero 2. de Legib. 33.
Pater uatum Latous. Stat. 1. Sylu. 2. 42.
Inſana uates. Virg. 3. Aen. 89.
Peritus uates. Ouid. 1. de Arte, 6.
Pij uates. Virg. 6. Aen. 133.
Sacer uates. Horat. 4. Carm. ode 9. 6.
Sanctiſſima uates præſcia uenturi. Virg. 6. Aen. 13.
Terrifici uates. Virg. 5. Aen. 105.
Vera uates. Claud. 2. Paneg. 69.
Vates, inquit Varro de Lin. Lat. poetæ dicti ſunt, à uiendis uerſibus. uiere enim, uincire eſt. Colum. in Præf. lib. 10, Ex uoluntate uatis maximè memorandi. id eſt, Virgilij.

Verſus quos olim Fauni uatéſque canebant. Cicero 1. de Diuinat. 187.
Sic honor & nomen diuinis uatibus. Horat. de Arte. 81.
Attonitus uates. Horat. 3. Carm. ode 19. 3.
Cothurnatus uates. Poeta Tragœdiarum. Ouidius 2. Amor. eleg. 184.
Lauriger uates. Stat. 1. Thebaid. 9.
Vates medicinæ. Plin. lib. 11. cap. 37. 84, Herophilus medicinæ uates.
¶ Vaticinor, pen. corr. uaticinaris (μαντεύομαι, θεσπίζω, θεσπρωτέω, θεσπιῳδέω, προφητεύω, χρησμῳδέω) uaticinari, Diuinare, quaſi fatidicare dictum, & fatum canere, aut prædicere. Cic. ad Attic. lib. 8. 155. 5, Non multò inquam ſecus poſſum uaticinari. Idem 1. de Diuin. 117, Illud quod uolumus expreſſum eſt, ut uaticinari furor uera ſoleat.
Per furorem uaticinari. Cic. 1. de Diuinat. 63.
Qui hæc dicerent, uaticinari & inſanire dicebant. Cic. pro Seſtio 17.
¶ Vaticinans, pen. corr. Particip. (θεσπίζων) Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1. 13,
Iam nunc hæc à me iuuenum belloq;, togaq;,
Maximè dicta tibi uaticinante nota.
¶ Vaticinatio (μάντεία, διθυραμβία, θέσπισμα) Verbale. Cic. ad Attic. lib. 8. 160. 1, Nam pridie quidem quoquo modo potueram, ſcripſeram ipſe eas literas, quarum uaticinationem falſam eſſe cupio. Idem 2. de Nat. deor. 14, Multa ex Sibyllinis uaticinationibus, multa ex aruſpicum reſponſis commemorare poſſum, &c.
Sortes quæ uaticinatione funduntur. Cic. 2. de Diuin. 106.
¶ Vaticinator, pen. prod. Verbale (χρησμῳδὸς) Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1. 9,
Vnde tamen uiuat uaticinator habet.
¶ Vaticinus, penult. corr. ſiue Vaticinius, Adiect. (μαντικὸς) Quod ad uatem pertinet: ut, Liber uaticinus, uel uaticinius. Liu. 5. bel Pun. 6, 15 & in concione Senatuſconſultum recitauit, & edixit ut quicunq; libros uaticinos, precationésue, aut artem ſacrificandi conſcriptam haberet, eos libros omneis, literaſq; ad ſe ante calend. Apriles deferret.
Vaticinius furor. Ouid. 2. Metam. 129.
Vaticanus] pen. prod. (οὐατικανὸς) Collis in urbe Romæ: dictus, inquit Feſtus, quòd eo potius ſit populus Romanus uatum reſponſo, expulſis Hetruſcis. In eo autem colle ſtat eſt S. Petri baſilica. Is denique collis non longè eſt à theatro Pompeij, ut Porphyrius ſcribit apud Horatium, 1. Carmin. ode 20,
—ſimul & iocoſa
Redderet laudes tibi Vaticani
Montis imago. De Vaticano agro, colle, & deo, ſic ſcribit Gellius lib. 16. cap. 17, Et agrum Vaticanum, inquit, & eiuſdem agri deum præſidem appellatum acceperamus à uaticinijs, quæ ui atq; inſtinctu eius dei, in eo agro fieri ſolita eſſent. Sed præter hanc cauſam Marcus Varro in libris rerum diuinarum, aliam eſſe tradit iſtius nominis rationem. Nam ſicut Aius, inquit, deus appellatus, aradq; ei ſtatuta eſt, quæ eſt in infima noua uia, quòd eo in loco diuinitùs uox edita erat: ita Vaticanus deus nominatus, penes quem eſſent uocis humanæ initia: quoniam pueri ſimul atque parti ſunt, eam primam uocem edunt, quæ prima in Vaticanò ſyllaba eſt. Idcircòq; uagire dicitur, exprimente uerbo ſonum uocis recentis. Hactenus Gellius. Auguſtinus tamen Vagitanum dixit deum, tanquam infantium uagitibus præſidentem: unde uagire dicuntur. Prima huius nominis ſemper producitur: ſecunda uariatur: tertia ſemper eſt longa. Iuuen. Satyr. 6. 35,

Et

Et Vaticano fragiles de monte patellæ.
In Sapphico Horatij paulò antè citato ſecunda corripitur.
Campus Vaticanus. Cic. Attic. libro 13. 288, 3, Illum Vaticanum campum fieri, quaſi Martium campum.
Vateſco] uateſcis (ἐρημῶμαι) uateſcere, Deſtrui, derelinqui, horridum fieri; authore Nonio. Actius, Iußit proficiſci in exilium quouis gentium, ne ſcelere tuo Thebani uateſcant agri. Legendum foriaſſe, uaſteſcant.
Vatinius] βατίνιος, quum eſſet dignitati Ciceronis ſemper aduerſus, ita poſtea prænaluêre amicitia, ut duobus iudicijs publicis ab eo fuerit defenſus. Author Valerius lib. 4. cap. 2. Hic quum eſſet impudentiſſimus, eleganter à Seneca deſcribitur: Vatinius, inquit, aſſiduo conuicio depudere didicerat.
¶ Vatinianus. pen. prod. Adiect. (βατινιανὸς) ut, Carmina Vatiniana. Catul. de quodam, & c. 50. 1.
Vatinianum odium, pro Capitali ac uehementer acerbo. Vatinius enim, in quem acerrimè M. Tullius inuectus eſt, in tantum odium populi Romani peruenerat, iam detectis illius flagitijs, ut in prouerbiũ ceſſerit, odium Vatinianum. Catul. ad Calutum, 14. 1,
Ni te plus oculis meis amarem
Iucundiſſime Calue, munere iſto
Odiſſem te odio Vatiniano. Eraſmus.
Vatius] uatij, maſc. gen. Vatij ſunt, qui pedes extrorſus obtortos habent, ijdem, ut arbitror, qui ualgi. Varro lib. 2. de Re ruſt. cap. 9, de canibus loquens, Sint cruribus rectis, ac potius uarijs, quàm uatijs. id eſt, in ſe potius, & introrſus intortis, quàm extrorſus. Plin. lib. 11. cap. 45. 6, Vola homini tantum, exceptis quibuſdam. Namq; & hinc cognomina inuenta, Planci, Plauci, Scauri, Panſæ: ſicut à cruribus uari, uatiæ, uatij: quæ uitia & in quadrupedibus. Legitur & Vatinij.
Vatrax] uatracis, omn. gen. & Vatricoſus, Adiect. Qui crura uitioſa habet, teſte Nonio. Lucilius libro 28, Vt ſi progeniem antiquam quæ eſt maximus Quintus Vacax, qua uatricoſus uatrax.
Vaunia] βαυνία, Italiæ ciuitas, Venetiæ propinqua, Ptolem. authore lib. 3. cap. 1. uulgò Louino.

V B

Vber] uberior, uberrimus, Adiect. (ὠθεν, εὔφορος) Fertilis, pinguis, fœcundus. Iuuen. Satyr. 1. 9,
Et quando uberior uitiorum copia?
Scribitur & Huber. Vide Huber.
Actas uberior, Fœcundior. Ouid. 15. Metam. 42,
—neq; enim ròbuſtior ætas
Vlla, nec uberior, nec quæ magis ardeat ulla eſt.
De iuuentute.
Aquis uberibus fœcundis ſpecus. Ouid. 3. Metam. 7.
Arua uberrima, Valer. 1. Argon. 104.
Dona uberiora promiſsis. Ouid. epiſt. 16. 45.
Fruges uberes. Horat. Carm. ode 15. 1.
Genis grauidis uberibusq; effuſæ lacrymæ. Ouid. ad Liuiã, 244.
Guttis uberibus flent omnia. Lucret. lib. 2. 71.
Honor uberior. Ouid. 2. de Nuce, 4.
Ingenium uberius. Ouid. 2. Triſt. 15.
Morus uberrima niueis pomis. Ouid. 4. Metam. 18.
Regna uberrima. Virg. 3. Aen. 22.
Riui uberes lactis. Horat. 2. Carm. ode 19. 3.
Terris uberibus fertilis Vmbria. Prop. lib. 1. 21. 2.
¶ Vber, uberis, pen. corr. n. g. Subſtantiuũ, pro Mamma. Vide etiam Huber. Virg. 3. Aen. 126,
—cauo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes, atq; ubera preſſat.

Mammarum ubera. Lucret. lib. 5. 177.
Diſtentum uber. Ouid. 13. Metam. 177.
Diſtenta ubera lacte. Virg. eclog. 4. 5.
Equina ubera. Horat. Epod. 8. 2.
Grauidum uber. Virg. 3. Georg. 64.
Inania ubera. Ouid. 10. Metam. 79.
Lactantia ubera. Ouid. 7. Metam. 65.
Lactea ubera. Virg. 2. Georg. 105.
Profuſum uber. Silius lib. 4. 76.
Rarum uber. Virg. 2. Georg. 47.
Virgata ubera feræ Caſpiæ. Senec. Herc. Oet. 40. 2.
Ablatus uberibus. Plin. lib. 8. cap. 55. 2.
Admouere ubera alicui. Virg. 4. Aen. 74.
Alere fœtus ubere. Virg. eclog. 3. 6.
Conſumunt ubera uaccæ. Virg. 3. Georg. 36.
Demittunt ubera uaccæ. Virg. 2. Georg. 105.
Depulſus equus ab ubere matris. Virg. 3. Georg. 38.
Diſtentant ubera uaccæ. Virg. eclog. 9. 6.
Dare ubera alicui. Ouid. 4. Metam. 65.
Exhauſto ubere ſpumat mulctra. Virg. 3. Georg. 62.
Ebibere ubera. Ouid. 6. Metam. 69.
Diſtentis uberibus manat humor lacteus. Lucret. lib. 2. 52.
Potanda ubera infantibus. Iuuen. Satyr. 6. 2.
Preſſare ubera palmis. Virg. eclog. 3. 20.
Rapti ab ubere infantes. Virg. 6. Aen. 86.
Raptus ab ubere uitulus. Ouid. 4. Faſt. 92.
Siccare diſtenta ubera. Horat. Epod. 2. 10.
Tendunt ubera capræ. Virg. 3. Georg. 80.
Tenta ubera. Horat. Epod. 16. 10.
Trahunt ubera infantes. Lucan. lib. 3. 71.
Vber, pro ubertate poſſit interdum. Virg. 1. Aeneid. 188.
Terra antiqua, potens armis, atq; ubere glebæ.
Fertilis uberè campus. Virg. 2. Georg. 37.
Lætum uber. Virg. 3. Aen. 19.
¶ Vbertas, ubertatis (ὄβρις, εὐφορία, εὐπορία) Fertilitas, fœcunditas: ut, Opum ubertas. Silius libro 15. 18. Vide Hubertas.
Naturalis locorum ubertas. Quint. lib. 4. cap. 1. 42.
¶ Vbertim. Aduerbium (ἀφθόνως) Abundè. Catull. de coma Berenicis, 61. 4. Claud. de Laudibus Serenæ, 22. 43,
Quis tibi tunc per membra tremor? quantæq; cadebãt
Vbertim lacrymæ?
Hæc omnia de Vbere cum compoſitis ſuis. Vide in dictione Huber.
Vbi] Aduerbium loci (ὅ, πῆ, ὅπου, ὅπῃ, ὁπόθι, ἵνα) ſignificat in quo loco. Plin. lib. 12. cap. 14. 7, Alexandriæ ubi thura interpolantur. Horat. 1, Serm. Satyr. 4. 15,
Non ubi uis coramue quibuslibet.
Interrogatiuè aliquãdo pronũciatur. Terent. Eun. 5. 9. 20,
Sed ubi eſt frater? &c. præſtò adeſt.
Vbi ego audiuerim? Plaut. Amph. 8. 115.
Relatiuè nonnunquam. Virg. 1. Aen. 21,
—ubi Aeacidæ telo iacet Hector. Plaut. Truc. 4. 37.
Infinitè aliquando. Plaut. Trucul. 18. 30. Terent. Eunu. 2. 3. 20,
—ſas ſis nunc promiſſa apparere,
Siue adeò digna res eſt, ubi tu neruos intendas tuos.
Vbi, poſtquam. Virg. 2. Aen. 159,
Hæc ubi dicta dedit. Terent. Andr. 2. 2. 19,
Vbi te non inuenio, ibi aſcendo in quendam excelſum locum. Vbi ſemel quis peierauerit, ei credi poſtea, etiam ſi per plures deos iuret, non oportet. Cic. pro Rab. Poſthum. 22.
Vbi primùm. Statim ut. Terent. Eunuch. 4. 1. 14.
Hoc eſt ſigni, ubi primùm poterit, ſe illinc ſubducet ſcio.

Vbi

Vbi quando. Terent. Eunuch. 5. 6. 3,
Vbi satias cœpit fieri, commuto locum. Ibid. 5. 9. 58.
Vbi uis, accede.
Est ubi id isto modo ualeat. Cic. 5. Tusc. 35.
Vbiubi, compositum: pro Vbicunque. Cicero 2. Tuscul. 110,
Nunc ubiubi sit animus, certè quidem in te est. Terent. Andr. 4. 2. 1,
Iam ubiubi erit, inuentum tibi curabo.
Vbiubi gentium. Plaut. Asin. 7. 21.
Vbiubi, Statim ut. Plaut. Merc. 18. 24,
Vbiubi erit inuenta, mater redimet.
Vbi loci: pro, In quo statu. Plaut. Capt. 17. 5,
Propemodũ ubi loci tuæ furtunæ sint, facilè intelligis. Idem Merc. 24. 26. Plin. lib. 7. cap. 24, ad finem, Vt inanis mens quærat ubi sit loci.
Vbi terrarum, Idem. Cic. ad Attic. lib. 5. 97. 4, Etsi mihi nihil erat propositum ad scribendum, quia quid ageres, ubi terrarum esses, ne suspicabar quidem.
Vbi gentium, Idem. Plaut. Merc. 7. 91,
Vbi nam est is homo gentium?
¶ Vbicunq; : id est, in quocunq; loco. Cic. ad Attic. lib. 3. 67. 2, Vt te ante calendas Ianuarias, ubicunq; erimus, sistas.
Vbicunq; sunt. Cicero 7. Verr. 135, Omnes hoc loco ciues Romani, & qui adsunt, & ubicunq; sunt, uetustam seueritatem desiderant.
Vbicunq; usum. Plinius libro 10. capite 4. 2, Oua hic consectatur aquilæ auiditate malefica: at illa ob hoc rapit ubicunq; uisum.
Vbicunq; opus sit obsequi. Terent. Heaut. 3. 3. 17.
Vbicunq; factum est, improbè factum est. Cic. 5. Verr. 187.
Vbicunq; gentium. Cic. 1. de Nat. deor. 167.
Vbicunq; terrarum. Cic. 2. Philip. 108. Horat. 1. Epist. 3. 7,
—ubicunq; locorum Vixerit.
¶ Vbinam, gentium. Cicero 1. in Catil. 6, O dij immortales, ubinam gentium sumus? Seruius in 1. Aen. de accentu huius dictionis, & alijs sic dicit, Pronunciationis causa contra usum Latinum, syllabis ultimis, quibus particulæ adiunguntur, accentus attribuitur: ut huiusce, ubinam.
¶ Vbiuis. Cic. ad Attic. lib. 14. 320. 4, Qui mihi uidentur ubiuis tutius, quàm in Senatu fore.
Nemo est quin ubiuis, quàm ibi ubi est, esse malit. Cic. Torquato lib. 6. 1. 1.
Vbiuis gentium. Terent. Hecyr. 3. 1. 4.
¶ Vbiq;, pen. prod. In omni loco: ut, Vbiq; terrarum, locorum, gentium. Virg. 1. Aen. 122,
—grates persoluere dignas
Non opis est nostræ Dido, nec quicquid ubiq; est
Gentis Dardaniæ.
Vbij] ὐβιοι, inter Galliæ Belgicæ populos ad Rhenũ, Coloniæ Agrippinensi finitimi ponuntur. Plin. lib. 4. cap. 17.

V C

Vcalegon] pen. cor. (ὐκαλέγων) nobilis Troianus, qui tempore Troiani belli ob senium ab stinebat armis, ut scribit Homerus lib. 3. Iliad. Inde, ut scribit Seruius, Virgil. 2. Aen. 63, rem domus ad personam transtulit, dum ait,
—iam proximus ardet
Vcalegon: Sigæa igni freta lata relucent.
Vcia] ὐκία, Ptolem. lib. 2. cap. 4. Plin. lib. 3. cap. 1. Vcia, Hispaniæ ciuitas.

V D

Vdo] udonis, m. g. (ὐδοπόμικτος γένος) Genus uestimenti, de quo tale est epigramma Mart. lib. 14. 145, Vdones cilicij,
Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti,
Cinyphò poterit planta latere sinu.

Vlpianus in l. argumẽto. §. 2. ff. de auro, argento, &c. Alia est causa udonum, quia usum calciamentorum præstant. Calceamenta sunt, ex hircinis pilis contexta. Pro hac uoce alij undonum, alij odonum, alij œdorum, legunt: perperam omnes, ut Turnebo uidetur.
Vdus] uda, udum (ὑγρος, ὑδερὸς) quasi sudum, à sudando, dicitur humidum. Virg. 3. Georg. 78,
Nigra subest udo tantum cui lingua palato.
Plin. lib. 24. cap. 15. 9, Folia epiphoris imponuntur cum polenta suppositò udo linteolo.
Vdus aqua. Mart. lib. 11. 22.
Vdus osculis. Mart. lib. 8. 38.
Aleator udus. Mart. lib. 5. 135.
Campi udi. Sil. lib. 8. 201.
Capilli udi. Ouid. 1. Metam. 88.
Genæ udæ. Ouid. 2. Fast. 82.
Humus uda. Horat. 3. Carm. ode 2. 5.
Luminibus udis respiciens. Propert. lib. 2. eleg. 7. 2.
Pomaria uda mobilibus riuis. Horat. 1. Carm. ode 7. 3.
Terra uda uiret gramine. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 10.
Ver udum. Virg. 3. Georg. 86.
Via uda. Lucan. lib. 3. 17.
¶ Vdo, udas, udare, Vdum seu humidum facere. Macrob. li. 7. Saturn. cap. 12, Quæ udanda sunt corporis, uino fouentur: quæ siccanda sunt, melle deteguntur.

V E

Ve] ἤ, ἤτοι, disiunctiua cõiunctio est, id significans quod Aut. Cic. Att. lib. 6, Appius enim ad me ex itinere, bis, terue, literas miserat.
Quum eam tempestas uetustásue consumpserit. Cicero 1. de Legibus 4.
Suaues graueue sententiæ. Cic. in Orat. 84.
Omnia quæ fiunt futuráue sunt. Cic. 2. de Diuin. 28.
Nequid plus minusue dicat. Cic. pro Flacco, 9.
Geminata eleganter postponitur negatiuè. Cic. Lent. lib. 1. 9. 71, Peto à te ut id à me, neue in hoc reo, neue in alijs requiras. Idem 3. de Orat. 90. 4.
De hac particula uide Gellium lib. 5. cap. 12.
Vecors] uecordis, o. g. (ἀνόητος, ἀφρονέστατος, παραφρόνιμος) Quasi sine corde, qui, ut ait Festus, est mali, turbatiq; cordis. Cicero 1. Tuscul. 29, Alijs cor ipsum animus uidetur, ex quo excordes, uecordes, concordesq; dicuntur. Liu. 4. ab Vrbe. 215, Audita uox eius in concione stolida & prope uecors.
O uecors & amens. Cic. in Pisonem, 15.
Audacia uecors. Liu. 8. bell. Pun. 118.
Furor uecors. Catull. ad Aurelium, 15. 3.
Iuuenes uecordes. Senec. Thebaid. 1. 59.
Libelli uecordes. Tacit. lib. 2.
Libidò uecors. Senec. Troade, 4. 17.
Mens uecors agitatur furijs. Ouid. in Ibin, 69.
Rixam uecordem excitare. Catull. ad Rauidum, 38. 1.
¶ Vecordissimus, Superlatiuũ. Cic. pro Domo sua, 109, Vtq; istius uecordissimi mentem curâ metúq; terrebant.
¶ Vecordia, uecordiæ (παράφρόσυνη) Terent. Andr. 4. 1. 2,
Tanta uecordia innata cuiquam ut siet,
Vt malis gaudeant, atq;, &c. Sallustius, Igitur color exanguis, fœdi oculi, citus modò, modò tardus incessus, prorsus in facie, uultuq; uecordia.
Pulsat te uecordia. Ouid. 12. Metam. 46.
Vectiarius, Vectiçularius] Vide Vectis.
Vectibilis] Vide Vehò.
Vectigal] pen. prod. uectigalis, pen. prod. n. gen. (τέλος, φόρος, δασμὸς) Quod ex uectura penditur. Vnde & à uehendo dicitur, quum ex fundis fruges in urbem uehuntur.
Vectigal duplex est, publicum & priuatum. Vectigal publicum, Ex quibus uectigal accipit fiscus. Cicero pro Lege Manil. 11.
Leuare agrum uectigali. Cicero de clar. Orat. 70. Claud. 3. Paneg. 20.
Magna uectigalia. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 20.
Abrumpere uectigalia. Vide Abrumpo.
Augere uectigalia. Vide Augeo.
Capere uectigal. Vide Capio.
Conseruare uectigal. Cic. pro Lege Manil. 10.
Constituere uectigal. Vide Constituo.
Equidem iam non egeo uectigalibus, & paruo contentus esse possum. Cic. Attic. lib. 12. 14. 2. 16.
Exercere & Exigere uectigal. Cic. pro Lege Manil. 2.
Exigere uectigalia. Cic. Qu. frat. lib. 1. 1. 50.
Imponere uectigal. Cic. pro Fonteio, 9.
Obsolescere & nitere dicuntur uectigalia. Vide Obsoleo.
Pendere uectigal. Cic. pro Lege Manil. 10.
Porrigere parua uectigalia. Horat. 3. Carm. ode 16. 8.
Vectigal, Priuatum esse dicitur, quod quisq; sumit ex reditibus & fructibus. Cic in Parad. 62, Ex meo tenui uectigali detractis sumptibus cupiditatis: Paulus iurisc. Cæsarum dixit, uel pauli compendium, si in eodem fundo uectigal esse consueuit, ad fructuarium pertinet. Cicero in Parad. 62, Non intelligunt homines quàm magnum uectigal sit parsimonia. Cicero 2. Offic. 129, Vt bona ualetudo uoluptati anteponatur, uires celeritati: externorum autem, ut gloria diuitijs, uectigalia urbana rusticis. id est, prouentus, reditus.
Instituere uectigal. Colum. lib. 8. cap. 2.
Vectigaliorum (φόρων) pro uectigalium, Genitiuus pluralis. Sueton. in Augusto, cap. ultimo, Quãtum pecuniæ in ærario & fiscis, & uectigaliorum residuis.
¶ Vectigalis, & hoc uectigale, pen. prod. (ὑποτελὴς, τελεσφόρος) Quod tributum pendit. Sic prouinciæ, agri, & ij qui tributa persoluunt, uectigales dicuntur. Cic. 3. Offic. 117, Quas ciuitates L. Sylla pecunia accepta Senatusconsulto liberauisset, ut eæ rursus uectigales essent.
Vectigalis, & immunis, contraria. Vide Immunis.
Vectigalis & stipendiarius. Liu. Vtrum Annibal hic sit æmulus itinerum Herculis, ut ipse fert, an uectigalis stipendiariusq;, & seruus populi Romani à patre relictus.
Liberare uectigales & stipendiarios. Cic. de Prouin. Cons. 8.
Vectigales equi. Cic. 2. Philip. 73.
Pecunia uectigalis, Quæ ex uectigalium reditibus prouenit. Cic. 3. Verr. 63.
Prouincia uectigalis. Cic. in Pisonem, 69.
Socij uectigales. Cic. 3. Offic. 65.
Facere uectigales. Cæsar 4. bell. Gall. 474, Hos quum Sueui multis sæpe bellis experti propter amplitudinem grauitatemq; ciuitatis, finibus expellere non potuissent, tamen uectigales sibi fecerunt, ac multò humiliores, infirmioresq; redegerunt.
Vectis] huius uectis, m. gen. (μοχλὸς, ἐπιβλὴς) Dicitur quòd manibus percutiendo uehatur. Est enim palus è ferro siue ligno grandior, rusticis, & fabris cæmentarijs ad multa necessarius. Cæs. 2. bel. Ciuil. 43, Saxa quammaximè possunt, uectibus promouent, præcipitataq; muro in musculum deuoluunt. Cic. 1. de Nat. deor. 29, Quæ molitio, quæ ferramenta, qui uectes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuerunt? Horat. 3. Carm. ode 26. 2.
Demoliri signum, ac uectibus labefactare conantur. Cicero 3. Verrin. 84.

¶ Vectes (inquit Bud.) baculi sunt ualidi, per mediam machinam traiecti, quibus manu ductis machina dum uersatur, funem ductarium aduoluit. Ab his uectibus Vectiarij dicti sunt homines, qui uectes uersanda fucula manu ducunt. Vide Sucula.
¶ Vectiarius, uectiarij. Qui torcularia premit uectibus. Vitruuius lib. 6. cap. 8, Ipsum autem torcular, si non coebleis torquetur, sed uectibus & prelo premitur, ne minus longum pedes quadraginta constituatur. ita enim erit uectiario spacium expeditum.
¶ Vecticularius, Adiect. (τοιχωρύχος) unde Vecticularia uita ducitur eorum qui uectibus parietes perfodiunt alienos, furandi gratia. Cato, Vecticulariam uitam uiuere, est repentè largiter habere, repentè nihil. Festus.
Vectis, οὐϊκτασις, Insula Britannici maris, ut scribit Ptolem. lib. 2. cap. 3. Vuyht incolæ uocant, in qua sunt oppida Calbork & Neuport.
Vecto, uectas, Vectura] Vide Vehò.
Vectones] pen. prod. (οὐέττωνες) Hispaniæ populi, Vaccæis & Celtiberis proximi, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 3. Horum meminit Lucanus lib. 4. 2,
Vectonesq; leues, profugiq; à gente uetusta, &c.
Vedra, οὐέδρα, fluuius Britanniæ insulæ, Ptolem. lib. 2. cap. 3.
Vuere uulgò.
Vegeo] ueges, uegui (ζωοποιέω) uegere. Nonius, Veget pro uegetat, uel erigit, uel uegetum est. Pomponius, Animos Venus ueget uoluptatibus. Vsitatius est nunc Vigere.
¶ Vegetus, uegeta, uegetum, pen. corr. (ἀκμαίος) Quod sanum & incolume est: & ad corpus propriè pertinet. Gell. lib. 2, Quid igitur, inquit, dicimus, quod multos uidemus esse pecuniæ cupidos, & eosdem cum corpore esse uegeto ac ualenti? Sueton. de Cæsare, cap. 45, Nigris, uegetisq; oculis, ualetudine prospera. Cic. ad Attic. lib. 10. 207. 6, Tũ, quoniam quartana cares, & nouum morbum remouisti, sed etiam grauedinem, te uegetum nobis in Græcia siste, & literarum aliquid interea.
Vegeta mens, Viua, integra: apud Ciceronem, libro 1. Tusculan. 64.
Vegetum ingenium. Liu. 6. ab Vrbe, 84.
Vegetus pulsus uenarum, pro Vehementi: opponitur Languido. Valerius lib. 5.
Præbere se uegetum, & aptum ad aliquid faciendum. Cic. 1. de Diuin. 109.
Vegetior & uegetissimus. Columel lib. 6. cap. 20, Neque enim alio distat bonus taurus à castrato, nisi quòd huic torua facies est, uegetior aspectus, breuiora cornua. Plin. libro 18. cap. 26. 7, Hoc interuallum temporis uegetissimum agricolis, maximeq; operosum est.
¶ Veges, uegetis, Idem quod Vegetus. Liu. 1. bell. Pun. 157, A tergo Alpes urgent, uix integris uobis ac uegetibus transitæ. Vetus exemplar habet, uigentibus.
¶ Vegeto, uegetas, pen. corr. uegetare, Fortificare, recreare, uegetum facere, conseruare, seu longo tempore sanum tueri. Gellius, Memoriæ uegetandæ gratia. Quod dicimus, bona memoriæ faciendæ gratia.
¶ Vegetatio, Verbale. Apul. de Asino aureo, Vt etiam fatigationem sedentariam incessus uegetatione discuterem.
Vegeti] Asiæ populi, Murrhanis, Cappadocibus, Comagenis, & Armenijs uicini, ut scribit Pomponius Mela lib. 1.
Vegetius] Flauius Renatus, comes Constantinopolitanus, scripsit ad Valentinianum principem libros quinq;: Epitomen uidelicet institutionum rei militaris, de commentarijs Catonis Augusti, Traiani, & Hadriani principum, ac Frontini. Ex Raphaelis Volater. lib. 22.

Vegrandis]

Vegrandis]& hoc uegrande (ἀνεώξυτος) Festus, Vegrande significari alij aiunt male grande, ut uecors, uesanus, mali cordis, maleq; sanus. Alij paruum siue minutum: ut quum dicimus, uegrande frumentum. Et Plaut. in Cistell.

Qui nisi literes, nimium is uegrandi gradu.

Hactenus Festus. Varro libro 2. de Re rust. cap. 2. 11, Quòd quæ postea concipiunt, uegrandes fiunt atq; imbecillæ.

Veha]ὀλὸς, Via ueteribus dicebatur, quòd per eã omnia uehêtur. Varro 1. de Re rust. cap. 2. 13, A quo rustici etiam nunc quoq; uiam uecham appellant, propter uecturas.

Vehemens]pen. cor. uehementis, o. ἔμφοδρος, βιαῖος, σλεανὸς, λάβρος) Graue, magnum, urgens. Terentius Andria, 1. 1. 123,

—ne hæc quidem
Satis uehemens causa ad obiurgandum.

Idem Heaut. 3. 1. 31,

Vehemens in utranq; partem Menedeme es nimis.

Hoc genus & acrimoniam habet in se, & uehementißimum est. Author ad Heren. lib. 4. 194.

Dea uehemens. Catull. ad Licinium, 47. 5, Coalescunt primæ duæ syllabæ in uehemens.

Exordium dicendi uehemens & pugnax. Cic. 2. de Orat. 173.

Inflammari acri & uehementi quadam incitatione. Cic. 2. de Orator. 98.

Literæ uehementes, Acres, acerbæ. Cic. 6. Verr. 36.

Lupus uehemens. Horat. 2. 6.

Metu uehementi commota mens. Lucret. lib. 3. 31.

Nimium & uehemens feroxq; natura. Cic. in Vatin. 2.

Opera uehemẽte minister. Horat. 1. epist. 13. 1.

Oratio uehemens & atrox, cui Oratio lenitatis & mansuetudinis opponitur. Cic. 2. de Orat. 119.

Palus uehemens. Colum. lib. 4. cap. 12.

Violentia uehemens. Lucret. lib. 3. 58.

Vitis uehemens. Colum. lib. 3. cap. 1.

Vsus uehemens. Horat. 2. epist. 2. 14. Contrahuntur duæ primæ syllabæ breues in unam longam.

¶ Vehementia, uehementiæ (σλεανότης) Acritudo. Plin. lib. 13. cap. 8. 1, Flore candido cum uehementia odoris.

¶ Vehementer, Aduerb. (σφοδρῶς, σλεανῶς, βιαίως) Acriter, admodum. Cic. 8. Philip. 245, Vehementer me agere fateor: iracundè, nego. Lucret. lib. 4. 7.

Quæ uehementer, acriter, animosè fiunt. Cic. 4. Tusc. 78.

Admirari uehementer. Cic. 4. Acad. 113.

Aduersari uehementer. Cic. 7. Verr. 140.

Displicet uehementissimè. Cic. 4. Acad. 241.

Dolet uehementer. Terent. Adelph. 4. 5. 48.

Excusare uehementer. Cic. 5. Verr. 72.

Exercere se uehementer in aliqua re. Cic. 1. Orat. 73.

Expectare uehementer literas alicuius. Cicero ad Brutum, libro 11. 15. 3.

Febellit uehementer. Lent. ad Senatum, lib. 12. 15. 7.

Insanire uehementer. Plaut. Merc. 18. 19.

Inuehi uehementer. Cic. 6. Verr. 7.

Mirari uehementer. Cic. 4. Verr. 117.

Pertinet uehementer ad rem aliquam. Varro 1. de Re rust. capite 55. 4.

Repugnare uehementer. Cic. 4. Acad. 83. Idem 5. de Fin. 134.

Vindicatum seuerè ac uehementer. Cic. 7. Verr. 104.

Velim uehementer. Terent. Eunuch. 5. 9. 39.

Veh{es, uel Vehis]Vide Veho, uehis.

Vehia]uehiæ, Oscorum lingua Plaustrum dicitur.

Veho]uehis, uexi, uectum (ἄγω, ὀχέω, ἐπορχέω) uehere, Propriè de naui, equo, cæterisq; quadrupedibus & plaustris dicitur. A Vehiare, Osco uerbo. Plaut. Mostell. 9. 86,

Magni sunt oneris: quicquid imponas, uehunt.

Item Bacch. 1. 73,

Nã ut è naui uecta es, credo timida es aliquantũ soror.

Curru uehere aliquem. Ouid. epist. 21. 19.

Curru uehere. Cic. 1. Tuscul. 183, Quum enim illam ad solenne & statutum sacrificium curru uehi ius esset.

Curru quadrigarum uehi. Cic. 2. de Diuin. 213.

In curru uehi. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 10.

Dorso cornipedis uehi. Senec. Hippol. 6. 15.

Equo uehi. Ouid. 3. de Arte, 155,

Paruâ uehatur equo.

Equus in quo uehebar, mecum unà demersus rursus apparuit. Cic. 2. de Diuinat. 208.

Naui uehimur. Lucret. lib. 4. 78.

Phaselis pictis uehitur circum sua rura. Virg. 4. Georg. 58.

Amne uehere. Ouid. 2. Metam. 50.

Vexerat Europen fraterna per æquora taurus. Martial. lib. 2. 61. Cic. 1. de Nat. deor. 105.

Vehunt per maria hasta ratibus. Plin. lib. 12. cap. 19. 2.

Vehere fructus ex agris. Liu. 1. bell. Pun. 250.

Cibum ore uehit formica. Ouid. 1. de Arte, 19.

Carpenta uehebant matres Ausonias. Ouid. 1. Fast. 24.

Ventrem & grauem uehere. Ouid. 9. Metam. 138.

Sex motibus uehi. Cic. de Vniuers. 55.

Aetas uehit fortunam. Lucret. lib. 3. 220.

Bella uehere trans pontum. Senec. Thyeste. 1. 9.

Vehitur oratio tanquam in mari, per translationem. Cic. 1. Tuscul. 116, Itaq; dubitans, circunspectans, hæsitans, multa aduersa reuertens, tanquam ratis in mari immenso nostra uehitur oratio.

Precium uehendi. Ouid. 3. Fast. 23.

¶ Vehens, uehentis, Participium (ἐποχῶν) Cic. de clar. Orat. 185, Sed in te intuens Brute doleo, cuius in adolescentiam, per medias laudes quasi quadrigis uehentem, transuersa incurrit misera fortuna Reipub.

¶ Vectus (ὠχημένος) Aliud partic. ut,

Multa per æquora uectus. Catul. ad fratris tumulum, 96. 1.

Diuersa per æquora uecti. Virg. 1. Aen. 76.

Apes uectæ liquidum trans æthera. Virg. 7. Aen. 13.

¶ Vecto, uectas (ἐποχέω) uectare, Frequentatiuum. Gell. libro 16. cap. 19, Dorso super fluctus edicto uectasse. Propert. 3. eleg. 3. 10.

Corpora uectare carina. Virg. 6. Aen. 79.

Humeris uectari. Horat. Epod. ad finem.

¶ Vectabulum, uectabuli, pen. cor. (ὄχημα) Idem quod Vehiculum. Gell. lib. 20. cap. 1, Iumentum quoq; non id solum significat quod nunc dicitur, sed uectabulum etiam, quod adiunctis pecoribus detrahebatur.

¶ Vectio, Verbale (ἔχησις, ἀγωγή) Cic. 2. de Nat. deor. 226, Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum uectiones.

¶ Vector, uectoris; pen. prod. m. g. (ἐποχος, ἐποχέμενος, ἐπιβάτης) Qui in aliena naui uel equo, uel plaustro uehitur precio. Quintilianus in Corpore proiecto, In nauim filij mei malè permutatus uector imponor. Cic. 2. Philip. 234, Et summi gubernatores in magnis tempestatibus à uectoribus admoneri solent.

Timidi & perterriti uectores. Cic. 3. de Nat. deor. 129.

Vector, qui uehit. Ouid. 1. Fast. 87,

Ecce rudens rauco Sileni uector asellus
Intempestiuos edidit ore sonos.

Fulminis uector Aquila. Stat. 9. Thebaid. 162.

Vectores, metaphoricãs pro Ciuibus. Cic. ad Attic. lib. 2. 24. 6, Male uehi malo alio gubernante, quàm tam ingratis uectoribus bene gubernare.

Vectoria

Vectoria nauigia, pro Maioribus. Cæs. 5. bell. Gall. Qua in re admodum fuit militum uirtus laudanda, qui uectorijs quibusq; nauigijs, non intermisso remigandi labore, longarum nauium cursum adæquauerunt.

¶ Vectarius, Adiect. (ὀχημάριος) ut, Vectarius equus, Qui uehi, aptusq; est ad uehendum. Varro libro 2. de Re rust. capite 7. 12.

¶ Vectibilis, & hoc uectibile, pen. corr. Verbale. Senec. 3. Nat. quæst. Aquæ medicatæ, & ob hoc ponderosæ & ipsius insulæ materia uectibilis.

¶ Vectura, uecturæ, penult. prod, (ἀγώγιμον) Varro de Re rust. lib. 2. cap. 7, Equi quod alij sunt idonei ad rem militarem, alij ad uecturam, alij ad admissuram, &c. Cic. ad Att. lib. 1. 1. 13, Misimus qui pro uectura solueret. Et 3, Verr. 105, Longa difficiliq; uectura.

Licere aut exercere uecturas nauium. Papin. in l. si urbana. ff. de condict. indeb.

Facere uecturam, Vehendo parare sibi lucrum. Quint. in Pasti cadauerum.

¶ Vehiculum, uehiculi, pen. corr. (ὄχημα, ἅρμα, ὄχος) In quo aliquid uehitur, quod cum quatuor rotis Phryges traduntur inuenisse, teste Plinio libro 7. cap. 56. Cic. 7. Verr. 146, Omnesq; diî, qui uehiculis thensarum solennes cœtus ludorum initis, &c. Idem in Pisonem, 48, Nummus interea mihi Cæsar, neglectis uehiculis triumphalibus domi manet & manebit.

Camerata uehicula. Vide Camera.

Meritoria uehicula. Vide Mereo.

Anteire uehiculo. Vide Anteeo.

Comparare furtorum uehiculum. Cic. 7. Verr. 48.

¶ Vehes, uehis, uel Vehis, huius uehis, fœm. gen. (ὄλυθρος) à Vehendo, dicitur quantum fœni uel stercoris una uectura in plaustris, uel aliis instrumentis ferre possumus. Plin. lib. 36. cap. 15. 9, Amplitudinem cauis eam fecisse proditur, ut uehem fœni large onustam transmitteret. Columella libro 11. capite 2, Satis erit in singula iugera uehes stercoris comportare numero decem & octo. Vehes autem stercoris habet medios octoginta. Sic libro 11. cap. 2. 10, Materies si roborea, est, ab uno fabro dolari ad unguem per quadrata debet pedum x x. Hæc erit uehis una. Pinus autem v. & x x. pedum æquè ab uno expeditur, quæ & ipsa uehis dicitur.

Vefa]βάϊα, Venefica quædam mulier: cuius meminit Horat. Epod. 5. 6.

Veios]βόϊος, dicimus urbem in Hetruria, quam Camillus cepit. Hæc insignis fuit bellorum frequentia cum Romanis. Vndè quum Nero domum ædificaret amplissimam, æditi fuerunt illi uersus,

Roma domus fiet, Veios migrate Quirites,
Si non & Veios occupat ista domus.

Veteres Veij. Propert. lib. 4. eleg. 11. 6.

¶ Veiens, Veientis (βοΐνος) Populus Veiorum. Cic. 1. de Diuin. 161, Quum lacus Albanus præter modum creuisset, Veientem quendam ad nos hominem nobilem perfugisse, eumq; dixisse, ex fatis quæ Veientes scripta haberent, &c. Et paulò pòst, 162, Quum autem Veientes bello fessi legatos ad Senatum misissent, &c.

Populi Veientum. Silius lib. 7. 8.

¶ Veiens, Adiect. (βοϊνιάδης) Cic. 1. de Diuin. 161, Quid, quod in annalibus habemus, Veienti bello, &c.

Ager Veiens. Cic. pro Rosc. Amer. 27.

Arui Veientis emptor. Horat. 2. epist. 2. 34.

Solum Veiens. Stat. 4. Sylu. 5. 11.

¶ Veientanus, penult. prod. Aliud Adiect. (βοϊνιάδης) ut, Vi-

num Veientanum. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 29.

Gemma Veientana. Plin. lib. 37. cap. 10. 42, Veientana Italica gemma est Veijs reperta, nigram materiam distinguente limite albo. De Veientana gemma scribit & Solinus cap. 8. sub finem.

Veiouis]pen. corr. (μικρὸς Ζεὺς) ueteribus dicebatur deus, cui dempta atq; detracta esset iuuandi facultas. Nam quosdam deos ut prodessent, celebrabant: quosdam ne nocerent, placabant. De quibus abundè Gell. lib. 5. cap. 12. Vbi corrigendus est locus in fine capitis. Sic enim legitur in omnibus quos uidimus codicibus, Arungus quoq; habetur & Rubigus. Vbi Aterruncus legendum est. Cic. 3. de Nat. deor. 85, Quid Veioui faciès? quid Vulcano?

Veiouem interpretatur Ouidius paruum Iouem. 3. Fast. 89.

Vel]ἤ, ἤτοι, Coniunctio plerunq; disiunctiua: ut, Vel scribam, uel ad te ueniam. Plaut. Mil. 14. 28.

Vel adest, uel non. Virg. 1. Aen. 150,

Quid tantùm Oceano properent se tingere soles
Hyberni, uel quæ tardis mora noctibus obstet.

Vel, copulatiua. ut, Maximè me tibi amicum facit uel uirtus uel doctrina tua. Terent. Eunuch. 2. 3. 27,

—hanc tu mihi uel ui, uel clàm, uel precario
Face tradas.

Multorũ uel honori, uel periculo seruire. Cic. de clar. Ora. 131.

Sunt istæ quidem uel magna, uel potius maxima. Cic. Qu. frat. lib. 2. 16. 1.

Vel, pro Veluti, inquit Donatus. Terent. Hecyr. 1. 1. 3.

Per pol quàm paucos reperias meretricibus
Fideles euenire amatores, Syra:
Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi, &c.

Idem Eunuch. 3. 1. 7.

Vel, Etiam, interprete Donato. Terent. Andr. 3. 2. 9,

Vel hoc quis non credat, qui horit te, abs te esse ortum?

Hîc ironia est, teste Donato. Virg. 11. Aen. 52,

Vel Priamo miseranda manus.

In his duobus exemplis Budæus Vel, pro Nam, positum dicit. Idem 8. eclog. 14,

Carmina uel cœlo possunt deducere lunam.

Terent. Heaut. 4. 6. 2,

Nulla est tam facilis res, quin difficilis fiet,
Quàm inuitus facias: uel me hæc deambulatio
Quàm non laboriosa, ad languorem dedit.

Cic. Attic. Vt uel perire maluerit, quàm perdere omnia.

Vel, pro Saltem. Terent. Phorm. 2. 1. 71,

Postremò si nullo alio pacto, uel fœnore.

Vel etiam. Plaut. Menæh. 15. 17,

—utere
Vel tu, uel tua uxor, uel etiam in oculos compingite:
—uel hercle enica,
Nunquam hinc feres à me. Plaut. Aul 31. 22.

Vel maximè. Cic. 4. Acad. 17, Statuere enim qui sit sapiens, uel maximè uidetur esse sapientis.

Vel minimum. Cic. in Orat. 49, Hoc in genere ueruorum uel minimum suauitatis autem est uel plurimum.

Vel mediocris. Cic. 2. de Orat. 65, Hæc sunt omnia ingenij uel mediocris, exercitationis autem maximæ.

Vel plurimum. Cic. 4. Verr. 131, Nam quòd in publicanorum causis uel plurimum ætatis meæ uersor, &c.

Vel quod multò etiam minus est ferendum. Cic. 4. Verr. 131.

Vel, in principio sententiæ pòsitum, pro Nam, indignationi interdum seruiens: à Græcis tractum uidetur, qui ἤ eodem fermè modo utuntur. Quare miror quid Quintilianus his uerbis lib. 9. intelligi uoluerit, cap. de figuris, Alia, inquit, commendatio uetustatis, cuius amator unicè Virgilius fuit:

Vel quum se pauidum contra mea iurgia fingit
Artificis scelus. & reliqua: quæ scripta sunt 1. Aen. 5. quasi scilicet simile sit illi,
Progeniem sed enim Troiano, &c. quum tamen Cicero non semel usus sit in eo sensu: à quo, ut opinor, Virgilius sumpsit potius, quàm ab antiquitate obsoleta retulit. Cic. pro Flacco, 35, Vel quod est in eodē decreto scriptum, homines clarissimos ciuitatis amplissimis usos honoribus hoc Prætore circumuentos: cur hi neq; in iudicio adsunt, neq; in decreto nominantur? Ac si diceret, Quid impudentius quàm hoc dicere? Terent. Andr. 3.2.9.
Vel hoc quis non credat, qui te nôrit abste esse ortum? Budæus.

Velabrum, Velamen, Velamentum, Velarium] Vide Velum.

¶ Velatura facere olim dicebantur, qui in uelabro homines uehebant mercede: ut author est Varro lib. 4. de Ling. Lat.

Velatus] Vide Velo, uelas, in Velum.

Veles] uelitis, penult. corr. masc. generis (γυμνὸς, γυμνήτης, ἀκροβολιστὴς) Miles leuissimè omnium armatus, qui & uelatus & ferentarius dicitur. Refert Aelianus, ordinem pedestrem in militia diuidi solitum trifariam: in armatos, quæ grauis armatura dicitur: & uelites, qui leuissimè omnium armantur, unde & expediti nuncupantur: non enim ocreas aut loricam induunt, sed tantùm iaculis & fundis utuntur, in tertio ordine sunt peltati, à pelta paruo & leui scuto: hi medij erant inter grauem armaturam & leuem. Liu. 6. bell. Pun. 19, Et ubi ad coniectum teli uentum est, signo dato uelites desiliunt. Cicero de claris Oratoribus, 147.

Hastæ uelitibus amentatæ. Ouid. in Ibin, 10,
Vtq; petit primò plenum fluentis arenæ,
Nondum calfacti uelitis hasta solum,

Velites, quasi nolites dicuntur. Cic. de Repub. Militari more ueterum uelocissimi, cum scutis leuibus, pedites ad hoc ipsum exercitati, ijsdem miscendi, quos expeditos quasi uolitantes, uolites appellabant. Inde uersa litera o in e, uelites. Vel ἀπὸ τοῦ βάλλειν, id est, à iaculatione, eò quòd tela tantùm missilia secum gerant.

Veles scurra. Cic. Papirio, Me autem à te, ut scurram uelitem, malis oneratum esse non molestè tuli. Scurram uelitem dicit, scurram tironem, non ueteranum, grauis armaturæ. ut enim si ueles cum armato milite congrederetur, malè acciperetur: sic ut uelitem scurram se uerberatum esse iocatur à Papirio dicacissimo & acerrimo scurra, Turnebus.

¶ Velitor, pen. corr. uelitaris (γυμνιτεύω, ἀκροβολίζω) uelitari, Digladiari, pugnare.

Velitari, ad uerba interdum transfertur, pro Iurgari. Plautus Menæch. 17.20,
Nescio quid uelitati estis inter uos duos.
Gell. lib. 6. cap. 11, Cum iniquissimis hominibus non est conuicio decertandum, neque in maledictis aduersum impudentes & improbos uelitandum: quia tantisper similis & compar eorum fias, dum paria & consimilia dicas, atq; audias.

¶ Velitatio, uelitationis, Verbale (γυμνητεία, ἀκροβολισμὸς, λογομαχία) Pugna, digladiatio. Plaut. Rud. 13.41,
Equidem meam uelitationem exerceo,
Nam omnia corrusca præ tremore fabulor.

Velitatio, inquit Festus, Est ultrò citroq; uerborum obiectatio ab exemplo uelitaris pugnæ. Plaut. Asin. 7.41,
Verbis uelitationem fieri compendio uolo.

¶ Velitaris, & hoc uelitare, pen. prod. (γυμνητικὸς, ἀκροβολιστικὸς) Quod ad uelites pertinet. Vnde uelitaris pugna. Sallust. in Iugurtha, Prætereà iêre sagittarij & cohors peligna cum uelitaribus armis itineris properandi causa. Liu. 6. bell. Pun. 19, Et septena iacula quaternos longa pedes data, præfixa ferro, quale hastis uelitaribus inest.

¶ Velitatim, penul. prod. Aduerb. (κατὰ διαλειμμάτων) significat Per saltus & interualla: quòd uelites pugnando, saltibus utantur. Sisenna lib. 1. Histor. Nos una æstate in Asia & Græcia gesta idcirco continentia literis mandauimus, ne uelitatim aut saltuatim scribendo, lectorum animos impediremus. Quidam legunt, uelicatim.

Velia] ἡ Ἐλία, Lucaniæ oppidum in Italia ad mare situm. Inde Velinus, pen. prod. Adiect. Virg. 6. Aen. 74,
Injice (nanq; potes) portusq; require Velinos.

¶ Velienses, & hoc Velienſe, Aliud Adiectiuum. Cic. libro 7. epist. Famil. cuius initium, Amabilior mihi Velia fuit, &c. (nescio quid enim Velienses uerebantur) &c.

Velificum] Vide Velum.

Velina] ἡ Ἐλίνη, Regio in Vrbe, Palatino monti coniuncta, in qua Valerij Publicolæ, & Victoriæ, deorumq; penatium ædes erant. Dicta Velina, quòd ibi pastores Palatini uellere lanam sint soliti. unde Velinus lacus. Plin. lib. 33. cap. 2. & Colum. lib. 8. cap. 16. 2.

Velitaris, Velitatim, Velitor] Vide Veles.

Velitræ] pen. prod. Velitrarum (ἡ Ἐλίτρα) Ciuitas Volscorum insignis fuit. Inde Veliternus ager dictus, quam Volscis uictis Romani ademerunt, ut scribit Liu. lib. 7. Inde etiam Veliterni, populi, Velitrarum incolæ dicti, quos commemorat. Plin. lib. 3. cap. 5. Ex ea urbe gentem Octauiam fuisse testatur Sueton. in Augusto. Refert Dionys. lib. 7. pestilentiam adeò Velitras esse depopulatā, ut ex decem partibus Veliternorum uix una superfuerit.

Veliuolus] Adiect. Vide Velum.

Vella] uellæ (νώμη) ab antiquis dicebatur pro Villa. unde Vellaturam facere. quod Varro declarat his uerbis, lib. 1. de Re rust. cap. 2. 13, A quo rustici etiam nunc quoq; ulam uchamappellant, propter uecturas: & uellam, non uillam, quòd uehunt, & unde uehunt. Item dicuntur qui uecturis uiuunt, uellaturam facere.

Vello] uellis, uelli & uulsi, uulsum (τίλλω, μαδίζω, ἐκτίλλω, ἐκμαδάω) uellere, Extirpare: ut, Vellere herbas. Radicitus uellere, uel cum radice. Colum. lib. 11. cap. 3. 36. Plin. lib. 12. cap. 12. 4.
Ex patellis uellere emblemata. Cic. 6. Verr. 48.
Tondere, radere, & uellere. Sueton. de Cæsare, cap. 45, Circa corporis curam morosior, ut non solùm tonderetur diligenter, ac raderetur, sed uelleretur etiam. hoc est, Pilum sibi ad radicem uelli iuberet: quòd nonnullæ mulierculæ facere solent, ne amplius renascatur.
Arbos solo uellitur ruptis radicibus. Virg. 2. Aen. 6.
Barbam uellere, Prouerbium est, ait Erasmus, quo summum contemptum, ac ludibrium significamus. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 27,
— barbam tibi uellunt
Lasciui pueri.
Capillos albos à stirpe uellere. Propert. lib. 3. eleg. 24. 7.
Comam uellere. Martial. lib. 2. 11.
Herbas uellens dentibus. Ouid. 8. Metam. 162.
Munimenta uellere, sepulchra uallum, Eruere, proijcere in terram. Liu. 2. ab Vrbe, 106. Idem 6. bell. Pun. 68. Aræ, sacra, deûm delubra, sepulchra maiorum uulsa, temerata ac uiolata. Idem 10. ab Vrbe, 119.
Pectora uelluntur secreto morsu. Stat. 5. Syl. 2. 1.
Pisces uellere ex æquore. Ouid. 2. Serm. Satyr. 3. 47.
Poma uellere manu, Tibull. lib. 3. eleg. 5. 4.

Pontem

Pontem uellere. Virg. 8. Aen. 110.
Postes uellere à cardine. Virg. 2. Aen. 97.
Signa uellere castris. Virg. 4. Georg. 22.
Spicula uellere. Virg. 10. Aen. 178.
Spinas uellere. Cic. 4. de Fin. 9.

¶ Vulsus, Participium (τετιλμένος) Vulsa corpora à Quintiliano in Proœmio lib. 8. dicuntur, Corpora si quis uulsa, inquit, atq; fucata muliebriter comat, fœdissima sunt ipso formæ labore.
Tela uulsa pectore. Lucan. lib. 5. 46.

¶ Vulsura, uulsuræ, pen. prod. (τίλσις) Ipsa uulsio. Varro 2. de Re rust. cap. 11. 7, Quam demptam & conglobatam, alij uellera, alij uellumina appellant: ex quorum uocabulo animaduerti licet, prius lanæ uulsuram, quàm tonsuram inuentam.

¶ Vellico, uellicas, pen. corr. (νύσσω) uellicare, Frequenter uellere: quod proprie fit, quum extremas corporis partes uellimus, & pressando infestamus. Propert. libro 2. eleg. 5. 2. Plaut. Mostell. 1. 62,
Vidén' pictum ubi ludificatur cornix uolturios duo?
Cornix dístat: ea uolturios duo uicissim uellicat?
Quintil. lib. 6. cap. 1. 31, Ex pædagogo se uellicari respondit. De puero flente.

Vellicare, per translationem ponitur pro Criminari, mordere, lacerare. Plaut. Merc. 7. 65,
Contemplent, conspiciant, nutent, nictent, sibilent, uellicent,
Vocent, molesti sint. Gell. libro 4. cap. 15, In quibus plura inscitè aut malignè uellicant. De Sallustij scriptis. Cic. pro Cornelio Balbo, 47, More hominum inuident, in conuiuijs rodunt, in circulis uellicant.
Absentem uellicare. Horat. 1. Serm. Satyr. 10. 16.
Beneficium uellicare. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 28.
Vellicare opus dicuntur. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 16. 5.

¶ Vellicatus, huius uellicatus, pen. prod. (νύσσμα) Plin. libro 28. cap. 6. 4, Extremitates corporis uel aurium uellicatibus perstringi. Vetustum exemplar omittit hanc dictionem, uellicatibus

¶ Vellicatio, Verbale. Senec. de Vita beata. Quum non tantum lacerationes, sed etiam uellicationes effugerit. Item 3. de Ira, metaphoricè accipit pro molestijs, Detrimenta, iniurias, conuicia, uellicationes contemnamus.

¶ Vellicatim, pen. prod. Vide Velitatim, in Veles.

Vellus] uelleris, pen. corr. n. g. (πόκος) Lana ex ouibus detonsa. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 11. 7, Diligentiores tegeticulis subiectis oues tondere solent, ne flocci intereant. Dies ad eam rem sumuntur sereni, & ijs id faciunt ferè à quarta ad decimam horam: quoniam sole calidiore tonsa ex sudore eius lana fit mollior & ponderosior, & colore meliore. Quam ademptam & conglobatam, alij uellera, alij uellumina appellant: ex quorum uocabulo animaduerti licet, prius lanæ uulsuram, quàm tonsuram inuentam. Vide paulò antè Velina.
Ouis auratæ uellus. Ouid. 6. epist. 1.
Atrum uellus. Ouid. 7. Metam. 49.
Ferina uellera. Ouid 11. Metam. 1.
Fulua uellera. Ouid. epist. 6. 5. Intelligit uellus aureum.
Hirsuta uellera sctis leonis. Ouid. 2. Fast.
Milesia uellera. Vide Miletus.
Stamina facta de nigro uellere. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 13.
Niuea uellera. Virg 4. Aen. 92.
Peresa uellera illuuie. Virg. 3. Georg. 113.
Pullum uellus. Ouid. 4. Fast. 124.
Splendentia uellera lanæ niueæ. Sil. lib. 15. 140.

Tenuia uellera solijs depectant Seres. Virg. 2. Georg. 25.
Infuscare uellera. Vide Infusco.
Inquinare uellus murice. Vide Inquino.
Mollire uellera. Ouid. 6. Metam. 5.
Mutare uellera luteo. Vide Muto.
Stratis uelleribus iacebat. Virg. 7. Aen. 19.
Vellera, pro frondibus. Ouid. de Nuce, 27,
At simul induimus nostris sua uellera ramis, &c.

Velo] uelas. Vide Velum.

Velocasses] Populi sunt Galliæ citra Rhotomagum, quibus etiam olim Rhotomagum attributum erat: hodie Vilcassinenses appellati: qui & hoc tempore bipartiti sunt in Normanos & Francos Velocasses. Normani inter Andelam & Heptam sti sunt, ubi oppidum est Gisortium, & castellum Andliacum: Velocasses Franci incolunt inter Eptam & Aesam. Sic enim Vibius Sequester appellat fluuium Galliæ, quem hodie Isaram appellamus: à quo & oppidum pons Isaræ nomen habet. Horum populorum meminit Cæsar lib. 2. bell. Gall.

Velox] uelocis, pen. prod. Adiect. (ὠκὺς, ταχὺς, δοὺς, ποδώκης, πτερόεις, ποδήνεμος, παρατάλαιφος) Celer: à uolando, quasi uolox. Plin. libro 8. cap. 34. 1, Velox saltatu, uenatu uiuens.
Ferro uelox. Stat. 5. Thebaid. 80.
Iacula uelox. Virg 11. Aen. 152.
Ad præmia uelox. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 11.
Achilles uelox. Vide Achilles.
Aeui uelocis memor. Senec. Herc. fur. 3. 3.
Ala uelocet. Claud. 1. in Ruffin. 25.
Animus uelox. Horat. 1. epist 2. 3.
Annus uelox. Stat. 5. Thebaid. 92.
Cerui ueloces. Virg. 5. Aen. 51.
Cura uelocia. Ouid. 1. Metam. 62.
Equi ueloces. Ouid. 8. Metam. 111.
Horæ ueloces. Ouid. 2. Metam. 24.
Iaculum uelox. Virg. 3. Georg. 106.
Ingenium uelox. Ouid. 8. Metam. 51.
Ingenium uelox ac mobile. Quintil. lib. 6. cap. 4. 6.
Membra uelocia. Sil. lib. 17. 109.
Oculo ueloci percurrere aliquid. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 12.
Pila uelox. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 3.
Procella uelox. Horat. 3. Carm. ode 27. 13.
Victoria uelox. Horat. 1. epist. 19. 13.
Nihil est annis uelocius. Ouid. 10. Metam. 103.

¶ Velox, pro Velociter. Virg. 5. Aen. 90,
— ille ictum uenientem è uertice uelox
Præuidit, celeriq; elapsus corpore cessit.

¶ Velocitas, penul. corr. uelocitatis (τάχος, ταχύτης, ὠκύτης) Celeritas. Cic. 2. de Fin. 180, Quid si in ipso corpore multa uoluptati præponenda sunt, ut uires, ualetudo, uelocitas, pulchritudo?
Pernicitas & uelocitas. Cic. 5. Tusc. 64.
Pernix uelocitas. Vide Pernix.
Velocitas corporis, celeritas appellatur. Cic. 4. Tusc. 48.
Videmus alios uelocitatè ad cursum, alios uiribus ad luctandum ualere. Cic. 1. Offic. 150.
Concertare uelocitate nandi. Vide Concerto.
Exercitatá studio uelocitas. Quint lib. 5. cap. 10. 86.
Cogitationum uelocitas. Plin. lib. 7. cap. 12. 2, Quoniam uelocitas cogitationum, animiq; celeritas, & ingenij uarietas multiformes notas imprimit.

¶ Velociter, penul. corr. Aduerb. (ταχὺ, ταχέως, ὠκέως, παραπαχίμως) Celeriter. Cic. de Vniuers. 39, Quæ uelocissimè

mouebantur, ea celeritate uinci à tardioribus: & quum sic perabat, superari uidebantur.
Auferre aliquid uelociter. Ouid. 4. Fast. 89.
Currere uelocius. Ouid. 10. Metam. 116.
Peruolare in aliquem locum ueloclus. Cic. in Somn. Scip. 32.
Velum] ueli (ἱστίον, ὀθόνη, ἀρμενον, λαῖφος, πετασμα, παραπέτασμα) Tegmen: à Volo, uolas, nonnulli deriuant, quòd uela uentis aptata, uolitare uideantur. Varro à uellere bus, quòd ex ouium uelleribus fierent. Plin. libro 12. cap. 19. 2, Vehunt per maria uasta ratibus, quas neq; gubernacula regant, neq; remi trahant uel impellant, non uela, non ratio ulla adiuuet.
Tenor ueli. Lucan. lib. 5. 142.
Carbasina uela. Vide Carbasus.
Ferruginea. Lucret. lib. 4. 15.
Fugacia. Ouid. epist. 13. 5.
Lutea. Lucret. lib. 4. 15.
Nautica. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 22.
Niueis tentoria uelis. Virg. 1. Aen. 95.
Nutantia. Lucan. lib. 8. 10.
Parua. Horat. 4. Carm. ode 15. 1.
Passa. Vide Passus, in Pando.
Rusa. Lucret. lib. 4. 15.
Tumida. Horat. 2. epist. 2. 41.
Abeuntia uela prosequi oculis. Ouid. epist. 5. 11.
Aequare uela. Vide Aequo.
Aptare classem uelis. Virg. 3. Aen. 95.
Arripuere tellurem uelis. Virg. 3. Aen. 96.
Cadunt uela. Virg. 3. Aen. 42.
Leuibus uelis cadentia castra. Valer. 2. Argon. 90.
Contrahere uela. Vide Contraho.
Turgida uela contrahere. Horat. 2. Carm. ode 10. 5.
Deducunt uela nautæ. Ouid. 3. Metam. 133.
Deserta uento uela. Senec. Agamemn. 6. 15.
Dirigere uela in medio freto. Ouid. 1. Fast. 93.
Dare uela, Ventis se committere & nauigare. Quintilianus lib. 10. cap. 3.
Dare uela retrorsum: pro, in diuersum mutare sententiam, uitaq; institutum. Horat. 1. Carm. ode 34. 1. A nauigantibus, qui cursus errorem uersis uelis corrigunt.
Dabant uela in altum. Virg. 1. Aen. 8.
Dare uela uentis. Virg. 4. Aen. 109.
Læta uela pelago dare. Senec. Troad. 4. 1.
Vela dare suæ famæ, per translationem: pro, Celebrem facere famam suam. Martial. lib. 8. 70.
Ingenio uela dare. Ouid. 3. Fast. 158. ad Bacchum.
Nauigia uelis euntia. Plin. 9. cap. 15. 7.
Facere uela, Idem quod Vela dare. Cic. 7. Verr. 70.
Nauis fertur uelis uentoq;. Lucret. lib. 4. 182.
Flectere uiam uelis. Virg. 5. Aen. 6.
Implere uela uentis. Virg. 7. Aen. 5.
Inflata uela secundis Notis. Senec. Agamemn. 2. 7.
Intendere uela uentis secundis. Virg. 3. Aen. 137.
Intendunt uela Zephyri secundi. Virg. 5. Aen. 7.
Intenta uela theatris. Lucret. lib. 4. 15.
Humida uela legit nauita. Virg. 1. Georg. 75.
Ministrare uelis. Virg. 6. Aen. 61.
Obducere uelum. Vide Obduco.
Obtendere uelis rem aliquam. Cic. Qu. frat. lib. 1. 1. 22.
Pandere tota uela. Quint. lib. 6. cap. 1. 39.
Quærebam igitur utrum panderem uela orationis statim. Cicero 4. Tusc. 15.
Alas uelorum pandere. Virg. 3. Aen. 164.
Permittere uela uentis. Quint. Triphoni, in præfat. 3. Permittamus uela uentis, & oram soluentibus bene precemur. hoc est, Editionis ancipitem euentum. utcunq; cadet, experiamur. Erasmus.
Aequatis uelis procedit classis. Virg. 4. Aen. 118.
Soluere uela. Virg. 4. Aeneid. 115.
Subducta uela. Silius lib. 6. 65.
Pleno subit ostia uelo. Virg. 1. Aen. 81.
Subnectere totum uelum antennis. Ouid. 11. Metam. 97.
Tendunt uela Noti. Virg. 3. Aen. 54.
Concaua uela tenet uentus. Ouid. epist. 6. 14.
Trahere uela. Virg. 4. Georg. 24.
Auræ uocant uela. Virg. 3. Aen. 72.
Velis equisq;: id est, Omnibus neruis, omni conatu. Cic. ad Qu. frat. libro 2. 16. 3, Sic ego quoniam in isto homine colendo tam indormiui diu, te mehercule sæpe excitante, cursu corrigam tarditatẽ, tum equis, tũ uelis. Vetus exemplar legit, tum uerò quadrigis. Idem libro 3. Offic. 159, Cum his, uelis equisq; (ut dicitur) si honestũ tui ac retinere sententia est, decertandũ est. In his exemplis resipuit Cicero ad utriusq; pugnæ genus equestre, ac nauale. Ex Erasmo. Hieronymus Ferrarius in suis annotationib. in Philippicas, de hoc prouerbio loquens, corrigit locum, & legit, Viris equisq;: idq; confirmat tum libris manuscriptis, tum aliorum etiam scriptorum autoritate: etiam illo argumento, quòd res militaris equis potius & uiris administratur, quàm equis & uelis.
Remis, uelisq;, idem cum priore significat. Inde translatum, quòd quẽ nauis simul & remigio, & uelo impellitur, summus est nautarum conatus. Cic. lib. 3. Tusc. 43, Tetra enim res est, misera, detestabilis, omni contentione, uelis (ut ita dicam) remisq; fugienda. Plaut. Asin. 5. 5,
Remigio, ueloq;, quantumq; poteris, festina & fuge.
Erasmus.
¶ *Velifico, uelificæ. pen. corr.* (ἱστίον πετανύω) uelificare: uel Velificor, uelificaris, uelificari, deponens, Vela facere, siue dare uela, & nauigare. Plin. lib. 9. cap. 33. 2, Nauigant ex his uenerię præbentes q; concauam sibi partem, et alteram auræ opponentes, per summa æquorum uelificant. Propert. lib. 4. eleg. 10. 2,
Nauta per urbanas uelificabat aquas.
Velificari honori suo, per translationem. Cic. 1. de Leg. agrar. 17, Quòd si quis uestrũm spe ducitur, se posse turbulenta ratione honori uelificari suo: primùm me Consule id sperare desistat. hoc est, Euadere ad summos honores non uirtute, & maiorum gloria, sed uiolenta quadam ratione: ut solet fieri ab ijs, qui quascunq; fortunas experiuntur, uelis in altum elatis.
Velificari, Vela in altum extendere, quod fugientes & simulantes facere solent: unde pro simulare & fugere ponitur. nisi quis malit accipere, pro Fortunam temere experiri, & nullo consilio aliquid facere: quod solent, qui uela uentis expandunt. Cælius ad Cic. lib. 8. 10. 8, Quare tibi suadeo, quicunq; est istic status rerum, diligenter & caute perscribas, ne aut uelificatus alicui dicaris: aut aliquid, quod referret scire, reticuisse.
¶ *Velificatus, pen. prod. Particip. Propert. lib. 2. eleg. 29. 8,*
Vna ratis fati nostros portabit amores
Cærula ad infernas uelificata rates.
¶ *Velificatio, Verbale.* Cic. ad Lent. lib. 19. 86, Quum uerò id posis mutata uelificatione assequi, stultum est eum tenere cum periculo cursum, quem cœperis.
¶ *Velificus, pen. corr. Adiect. ut, Velificus cursus, qui uelis fit.* Plin. lib. 13. cap. 11. 4.
¶ *Velifer, penult. corr. Adiectiuum: ut, Carina uelifera.* Ouidius

dius 15. Met. morph. 144. Propert. lib. 3. eleg. 9. 7.
Malus uelifer. Valer. 1. Argon. 26.
¶ *Veliuolus, pen. corr. Adiectiuum. Mare dicitur ueliuolum, quòd uelis uolatur.* Virg. 1. Aeneid. 46.
Rates ueliuolæ. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5. 9.
Veliuolę naues, Quæ uelis uolant, apud Ennium, teste Seruio.
Veliuolantes naues. Cic. 1. de Diuin. 118.
¶ *Velo, uelas* (πανύω, σπεύδω) uelare, Tegere, operire.
Plin. in Paneg. 93, Quare non alia maior imperator Augu ste gloria tua, quàm quod agẽtibus tibi gratias, nihil uelandum est, nihil omittendum.
Amictu croceo uelari. Ouid. 3. de Arte 36.
Caput uelare. Cicero pro Domo sua, 95.
Corpora uelantur lino. Silius lib. 3. 5.
Corpus uelat maculoso uellere. Ouid. 3. Metam. 40.
Corpora pecudum uelantur fuluis setis. Virg. 3. Georg. 77.
Fronde uelamus delubra deum. Virg. 2. Aeneid. 50.
Humeros uelare ostro. Virg. 7. Aeneid. 163.
Penna latus uelat. Ouid. 2. Metam. 76.
Tempora uelat myrto. Virg. 5. Aeneid. 15.
Adiumentis extrinsecus aliquid uelare. Tacit. lib. 12.
Scelus scelere uelandum est. Sec. Hippol. 5. 27.
Velare, ligare. Pomponius, Recte uelet gulam. Plaut. Amphit. 4. 103,
Velatis manibus orant, ignoscamus peccatum suum.
id est, Suppliciter orant.
¶ *Velans, Participium* (πανύπω) ut, Squamæ uelantes artus. Ouid. 4. Metam. 9.
¶ *Velatus, pen. prod. Participium* (πεπανυμένος) Ornatus uittatusue. Virg. 11. Aeneid. 20,
Iamq; oratores aderant ex Vrbe Latina.
Velati ramis oleæ. Vbi Seruius, Velati, instructi, & ornati: id est, in manibus ramos oliuæ tenentes.
Filo uelatus. Tibul. lib. 1. eleg. 5. 3.
Molliter uelata ostro. Stat. 5. Sylu. 1. 45.
Velatus, Vestitus. Plautus, Mulierbri uelatus toga. Vnde uelati, authore Festo, appellabantur uestiti & inermes, qui exercitum sequebãtur, quiq; in mortuorum militum locum substituebantur. Hi postea mutatis literis uelites dicti sunt, qui & ferentarij, ab auxilio ferendo.
Pennis nigris uelata monedula. Ouid. 7. Metam. 94.
Antennæ uelatæ. Virg. 3. Aeneid. 110.
Capite uelato, Tecto & operto. Cic. 2. de Nat. deor. 14.
Comæ uelatæ. Virg. 3. Aeneid. 35.
Tempora uelata corona. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14. 11.
Corporis uelanda, pro pudendis dixit Plinius epist. 110. lib. 6.
¶ *Vellris, & hoc uellere, penul. prod. Quod pertinet ad uela.* Plin. lib. 13. cap. 9. 2, Lignum intus grãdis firmæq; duritiæ, ex quo uellères detornant annulos.
¶ *Velamen, pen. prod. uelaminis, pen. cor. n. g.* (ἕλυμα) Res qua aliquid uelatur: id est, tegitur. Virg. 1. Aeneid. 131.
Et circumtextum croceo uelamen acantho.
Mollia uelamina. Ouid. 15. Metam. 24.
Fulgentia auro uelamina. Ouid. 6. Metam. 113.
Deripere uelamina ex humeris. Ouid. 6. Metam. 113.
Cærula uelamina induitur. Ouid. 14. Metam. 9.
Ponere uelamina, Deponere, exuere. Ouid. 2. Fast. 34.
Mollia uelamina ponere de corpore. Ouid. 4. Metam. 69.
Scisso uelamine retegit uultus. Lucan. lib. 8. 130.
¶ *Velamentum, uel umenti* (σκέπασμα) Idem. Liu. 4. bel. Pun. 139, Ramos oleæ ac uelamenta alia supplicum porrigentes orare, ut reciperent sese.
Velamenta & insulæ. Tacit. lib. 19.
Celsus tunicas testiculos ambientes uelamenta testiculorum uo

cat, & tunicas ulcerum & tuberculorum. Budæus.
¶ *Velarium, uelarij* (παραπέτασμα) Velaria dicebatur uela, quibus theatra tegebantur. Stat. lib. 1. Sylu. 6. 2.
Iam uelaria linteæ pluebant.
Sic legit Calepinus: ubi nunc legimus,
Iam bellaria adorea pluebant.
Velaria, Loca abdita, quæ uelis clauduntur. Iuuen. Sat. 4. 18,
—sic pugnã Cilicis laudabat, & ictus
Et pægmata, & pueros inde ad uelaria raptos.
¶ *Velabrum, uelabri, pen. prod.* (βυλαβρεῖον) à Velo, uelas, Locus Romæ in quo uela obtendebantur, sub quibus olearij & alij uenditabant. Plaut. Capt. 8. 29.
Quasi in Velabro olearij. Cic. Brutò, 15. 11, In eos, sum maiorum exemplum secutus, qui hunc honorem mulieri Laurentiæ tribuerunt, cuius uos pontifices ad aram in Velabro facere soletis.
¶ *Velabrensis, Adiect.* (βυλαβρεῖος) Martial. lib. 11. 49.
Altera non deerunt tenui uersata fauilla,
Vel uelabrensi massa recocta foco.
Velut] ueluti, pen. cor. (ὥστε, καθώ) Adiuerbia similitudinis, imaginem & similitudinem quãdam alicuius rei innuunt. Subiunctiuus uerbi Sum iunguntur, & ferè si præsens præcedit, præterito imperfecto. ut, Incedis ueluti rex esses. Aliorum uerò uerborum potentialibus potius: ut, Incedis ueluti rex incederet. & Facis ueluti uir probus faceret. Cicero 2. de Natura deor. 184, Bestiæ quæ gignũtur in terra, ueluti Crocodili. Idem 2. de Fin. 184, Nõ elogia monumentorum id significant, uelut hoc ad portam. Horat. 1. Carm. ode 12. 10, Crescit occulto uelut arbor æuo
Fama Marcelli. Sic, 2. Serm. Sat. 3. 20.
—hoc uelut uirtute paratum
Speranit magnæ laudi fore.
Conatũ Clodij refutabo uelut besternũ die. Cicero de Aruspic. respon. 6.
Velut, & ita. Colum. lib. 3. cap. 9. 5, Nos quoq; pari ratione uelut Olympicarum equarum, ita fortissimarum animearum uitium seminibus electis largæ umidemiæ spem capiamus.
Vena] uenæ (φλέψ, φλεβός, φλέβις) Conceptaculum sanguinis mixti confusiq; cum spiritu naturali, in qua plus sanguinis, minus spiritus. Dicta, quod per eam sanguis ueniat. Plin. lib. 21. cap. 37. 85, ubi sunt nerui, interiores cõducunt membra, superiores reuocãt. Inter hos latent arteriæ, id est, spiritus semitæ. His innatant uenæ, id est, sanguis riui. Cic. 2. de Nat. deor. 208, Sanguis per uenas in omne corpus diffunditur, & spiritus per arterias.
Vena, pro arteria. Ouid. 10. Metam. 58,
—saliunt tentatæ pollice uenæ. Cic. de Fato, 24, Sicui uenæ sic mouentur, is habet febrim, &c. & is febrem non habet? Celsius, Periculosissimum tum est, si uenæ quæq; ibi uehementer agitantur.
Pulsus uenarũ. Plin. lib. 2. cap. 97. 7, Quoniã & in corpore, extrema pulsum uenarum, id est, spiritus magis sentiunt.
Percussus uenarum. Plin. lib. 7. cap. 51. 1.
Caua uena. Vide Cauus.
Venæ accommodatæ spiritui. Cels. in Præfat. lib. 1.
Venæ naturaliter ordinatæ. Celsius lib. 3. cap. 6, sed his nõ omnia credere, ac protinus quidem scire non febricitare eum, cuius uenæ naturaliter ordinatæ sunt, teporq; talis est, qualis esse sanis solet.
Trepidæ uenæ. Ouid. 6. Metam. 78,
Detectiq; patent nerui, trepidæq; sine ulla
Pelle micant uenæ.
Vacuæ uenæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 6.
Vitales uenæ. Lucret. lib. 2. 223.

Abrumpere uenas. Vide Abrumpo.
Abscindere uenas. Vide Abscindo.
Astringit hiantes uenas calor. Virg. 1. Georg. 19.
Venæ conquierunt. Cels. lib. 3. cap. 4.
Venæ submittunt se. Cels. in Præfat. lib. 1.
Valentes uenæ fibrarum. Lucan. lib. 1. 117.
Concidere uenæ dicuntur, quando deficiunt uires. Celsus lib. 3. cap. 5. Si protinus uenæ conciderunt, & sæpius eodem die, si inter plures acceßiones, subinde uis corpori deest.
Sanguis detractus uenis. Lucret. lib. 3. 90.
Exoluere uenas. Tacit. lib. 16.
Ferire uenam, est apud Celsum lib. 2. cap. 10. pro eo quod Græci dicunt φλεβοτομεῖν, id est, uenam secare.
Ferire uenam inter ima pedis. Virg. 3. Georg. 92.
Imbuta uena ueneno. Cic. 2. de Diuinat. 131.
Incidere uenam, quod medici phlebotomare dicunt. Cic. in Pisonem, 65. Medico quem tecum eduxeras, imperasti ut uenas hominis incideret.
Libido terra inflauit uenas. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 7.
Inflatus uenas laccho. Virg. eclog. 6. 3.
Intercidere uenas. Vide Intercido, pen. prod.
Hiatus tenues uenarum laxat cruor. Stat. 10. Thebaid. 106.
Marcent uenæ. Lucan. lib. 4. 57.
Micant uenæ. Vide Mico.
Mouentur uenæ inæqualibus interuallis. Cels. lib. 3. cap. 6.
Nigrescunt sanguine uenæ. Ouid. 3. de Arte, 100.
Pallent amisso sanguine uenæ. Ouid. 2. Metam. 165.
Pertundere uenam. Iuuenal. Satyr. 6. 5.
Reficere uenas cadentes uino. Seneca de Benef. lib. 3. cap. 3.
Reuulsæ uenæ. Senec. Ordip. 12. 13.
Saliens uena sanguine. Virg. 3. Georg. 92.
Tangere uenas alicui. Persius Satyr. 3. 11.
Plenis tumuerunt guttura uenis. Ouid. 3. Metam. 15.
Periculum inclusum in uenis & uisceribus alicuius. Cic. 1. in Catil. 23.
Venæ arborum. Plin. lib. 16. cap. 38. 3. In quarundam arborum carnibus pulpæ, uenæq; sunt. Discrimen earum facile. Venæ latiores, candidioresq; pulpæ fißilibus insunt. Ideo fit, ut auro ad caput trabis quamlibet prælongæ admota, ictus ab altero capite uel graphij sentiatur, penetrante rectis meatibus sono: unde deprehenditur an tortata sit materies, nodisq; tonsa.
Venæ marmoris: ut, Picturata lucentia marmora uena. Stat. 3. Syl. 8.
Silicum uenæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 11. 2.
Silicis uenis abstrusus ignis. Virg. 1. Georg. 27.
Venæ, per translationem in terra dicuntur subterranei meatus, per quos unda manat, aut alius liquor. Hirtius 4. bell. Alexand. 21. Omnia enim littora naturaliter aquæ dulcis habere uenas.
Vena perit fœcundæ aquæ. Ouid. 3. Triſt. eleg. 7. 4.
Venæ auri et argenti. Cic. 2. de Nat. deor. 143. Ibidem 227. Nos aeris, argenti, auri uenas penitus abditas inuenimus, & ad usum aptas, & ad ornatum decoras.
Argenti auriq; uenas sequi. Lucret. lib. 6. 163.
Accipimus tenue argentum, uenæq; secūdæ. Iuuen. Satyr. 9. 4.
Vena, pro Ingenio hominis ad aliquid scribendum apto. Iuuen. Satyr. 7. 6.
Sed uatem egregium cui non sit publica uena, &c.
hoc est, Ingenium uulgare, & rude, commune cum alijs.
Vena & ingenium. Horat. de Arte, 83.
—ego nec studium sine diuite uena,
Nec rude quid prosit uideo ingenium.
Benigna uena ingenij. Horat. 2. Carm. ode 18. 2.
Tenuis & angusta ingenij uena. Quintil. lib. 6. cap. 2. 3.
Venas cuiusque generis hominum tenere: quod aliàs dicimus, Vniuscuiusq; naturam pernoscere & ingenium. Cicero 1. de Orat. 113.
Peioris uenæ æuum: id est, Seculum ferreum. Ouid. 1. Met. 26.
¶ Venosus, pen. prod. Adiect. (φλεβώδης) Quod uenas per-multas habet. Plin. libro 24. cap. 10. 5. Folia ei plantaginis, nisi angustiora essent, & magis lacinosa, conuexaq; in terram, aliàs etiam uenosa similiter. Idem lib. 20. cap. 8. 4. Satiuum autem serin, quod est minus, & uenosius.
Venosus liber, pro Aspero, duro, & horrido. Pers. Satyr. 1. 8.
Venabulum] uenabuli, pen. cor. (ἀκοντίον) Telum uenationi aptum, acici longißimæ, apud nos cornibus hinc & inde extantibus. Martial. lib. 14. 31.
Si deiecta geres longo uenabula nostro,
Hic breuis in grandem cominus ibit aprum.
Virgil. 4. Aeneid.
Retia rara plagæ, & lato uenabula ferro.
Plin. lib. 7. cap. 56. 11. Piscem uenabula inuenisse dicunt.
Cornea uenabula lato ferro. Ouid. epist. 4. 17.
Splendida uenabula. Ouid. 8. Metam. 84.
Infigere sagittarum uenabula prætereuntibus. Vide Infigo.
Intrant ursos uenabula. Vide Intro.
Subeunt latum uenabula pectus. Lucan. lib. 1. 43.
Transuerberari uenabulo. Cic. Mario lib. 7. 1. 12.
Venafrum] pen. prod. (ξένα φρον) Ciuitas Campaniæ, oleis abundans. Author. Plin. lib. 3. cap. 5. & Acron grammaticus apud Horat. 2. Carm. ode 6. 13.
—uiridiq; certat
Bacca uenafro.
¶ Venafranus, pen. prod. Adiect. (ξένα φρανὸς) ut,
Agri Venafrani. Horat. 3. Carm. ode 5. 10.
Oliua Venafrana. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 4.
Venalis] & hoc uenale. Vide Veneo.
Venaticus, Venatus] Vide Venor.
Vendico] uendicas, pen. corr. (πρὸς ποιοῦμαι, περιποιοῦμαι) uendicare: à Venum fit, quasi conueniens sibi dicere, & quod uulgò dicitur, sibi appropriare: hoc est, Sibi propriū facere & assumere. Plin. epist. 47. b. Quam curam etiamsi non mandasses, uendicassem. id est, Vltrò suscepissem. Cic. 1. Offic. 34. Non nobis solùm nati sumus, ortusq; nostri partem patria uendicat, partem amici.
Aliquid pro suo uendicare. Curtius lib. 10.
Sibi assumere & uendicare. Cic. 1. Offic. 4.
Dicere suum, Vendicare suum, uel Confirmare suum esse: idem significat. Cic. pro Archia, 14. Homerum Colophonij ciuem esse dicunt suum, Chij suum uendicant, Salaminij repetunt, Smyrnæi uerò suum esse confirmant.
Arua uendicare. Ouid. 1. de Ponto eleg. 4. 12.
Cæterarum rerum partem aliquam sibi quisq; uendicat. Cic. in Orat. 34.
Laudē alicuius rei sibi uendicare. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 1. 7.
Vendicare sibi cognomen. Plin. lib. 13. cap. 19. 1. Sed circa Carthaginem punicum malum cognomen sibi uendicat. Vetus exemplar habet, cognomine.
Nomen aliquid sibi uendicare. Quintil. in Prooem. lib. 1. 12.
Vendicare à. Cic. pro Sylla, 19. Sed me neq; honoris, neq; ætatis excusatio uendicat à labore. hoc est, Liberare, asserere. Curtius lib. 4. Vendicate ab ultimo dedecore nomen gentemq; Persarum. Et sine præpositione; apud eundem lib. 9. Itaq; fame duntaxat uendicatus exercitus, tandem in Gedrosiæ fines perducitur. Sed in his locis non ab re contenderit quis, legendum uindicare, per tertiam uocalem.
Existimationi hominum se uendicare. Cic. 3. Verr. 113.

¶ Vendicatio,

¶ Vendicatio, Verbale. Vlp. in l. D. de rei uendic. Marcellus lib. 4. Digestorum Scribit: Qui gregē habebat, &c. Et hæc utiq; gregis (inquit) uendicatione continebuntur.
Vendo] uendis, uendidi, uenditum, pen. corr. (πωλέω, πράττω, ὠνέομαι, ἀπεμπολῶ, ἀποδίδομαι) uendere: ex Venum & Do compositum. Cic. pro Quintio, Eum non ità commodè posse eo tempore quæ proscripsisset, uendere.
Malè uendere, aut Rectè, contraria. Cic. 5. Ver. 195.
Quàm optimè uendere. Cic. 3. Offic. 67.
Merces suas uendere. Ouid. 5. Fast. 134.
Prædia uendere. Horat. 2 Serm. Satyr. 7. 22.
Beneficia uendere. Cic. ad Acilium, lib. 3. 37. 2.
Suffragia uendere. Iuuenal. Satyr. 10. 8.
Cum ablatiuo construitur, si precium exprimatur. Plautus Trinummo, 14. 48. Talento inimicum mihi emi, amicum uendidi.
Patriam uendidit auro. Virg. 6. Aeneid. 125.
Quanto precio uendidisti, dicimus: non, Quanti pretij.
Vendere precio. Cic. 7. Ver. 48.
Grandi pecunia uendere. Cic. pro P. Sestio, 47.
Magno uendidit, dixit Varro, quum ait, Vendiderūt propter penuriam magno. Cic. 5. Ver. 35. Quæro si ipse excogitare non poterat quemadmodum plurimo uenderet.
Aliquid quàm plurimo uendere. Cic. 3. Offic. 66.
Cum genitiuis tanti, quāti, pluris, & minoris. Cic. 3. Offic. 67. Vendo meum non pluris quàm cæteri, fortasse etiam minoris: quum maior est copia.
Pluris aliquid uendere. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 8.
Vendere, pro Laudare, Commendare. Cicer. Attic. lib. 13. 269. Metaphora sumpta de ijs, qui quod uendere cupiunt, prius laudant, quò libentius ematur.
Vendere, pro Locare. Vide Bona prædia, in Bonus.
¶ Venditor, pen. corr. uenditoris, Verbale (πράτης, ὠνητής) Cic. 3. Offic. 67. Vt nequid omnino, quod uenditor nolit, emptor ignoret. Idem in Topic. 54. Feci quod sæpe liberales uenditores solent, ut quum ædes, fundumue uendiderint, &c.
Mercatores proùinciarum ac uenditores nostræ dignitatis. Cic. Post redit. in Senatu, 8.
¶ Venditrix, pen. corr. uenditricis, Aliud, uerbale, sc. Scæuola in l. mulier. D. de leg. commissor. Die statuto emptor testatus est, se pecuniam omnem reliquā paratum fuisse soluere: & sacculum cum pecunia signatorum signis obsignauit: defuisse autem uenditricem, &c.
¶ Venditio, Verbale (πρᾶσις, πωλή) Cicer. pro Rosc. Amer. 64. Ostendit, si sublata sit uenditio bonorum, illum pecuniam grandem amissurum.
Proscriptiones uenditionesq; fieri. Cic. pro Rosc. Amer. 75.
Ascribere aliquid in uenditione capitis cuiusp iam. Cicero in Pisonem, 68.
Vendibilis aspectu. Plin lib. 14. cap. 3. 6.
¶ Vendito, uenditas, pen. corr. (φιλοπωλέω, ἀλαζονεύομαι) uenditare, Frequētatiuum, Venale habere, inquit Budæus. Plaut. Curcul. 9. 21,
Ibi sunt homines qui ipsi sese uenditant.
Cic. ad Atticum, lib. 1. 9. 11, Tusculanum uenditat, ut si possit, emat Pacilianam domum. Idem 4. Verrin. 94. Istius omnia decreta, imperia, literas peritißimè & callidißimè uenditabat.
Asse uenditare aliquid. Catull. ad Vibennium, 31. 2.
Vēditare, Ostentare: tracta ab institorib. metaphora, qui merces suas ostentare præcupidè solent. unde Venditare se alicui, Est per assentationem, operā suam ultrò ſpōdere, quasiq; uenalem ostentare. Budæus. Cic. ad Attic. lib. 8. 169. 2.
Non me igitur is ducit, sed sermo hominū qui ad me à Philotimo scribitur. is enim me ab optimatibus ait conscindi. Quibus optimatibus, dij boni, qui nunc quomodo occurrunt? quomodo autem se uenditant Cæsari? id est, Sese in clientelam Cæsari dedunt, & in eius partes adiungunt. Liuius. 3. ab Vrbe, 143, In foro uolitare, per illos se plebi uenditare: donec collegæ quoq;, &c.
Ingenium uenditare, & memoriam ostentare. Author ad Herennium, lib. 2. 86.
¶ Venditatio, uenditationis, Verbale (ἀλαζονεία) Ostentationem significat. Cic. de Amic. 71, Quanquam à multis ipsa uirtus contemnitur, & uenditatio quædam atq; ostentatio esse dicitur. Idem 2. Tusc. 108, Quinetiam mihi quidem laudabiliora uidentur omnia quæ sine uenditatione & sine populo teste fiunt. Sic Plin. lib. 29. cap. 1. 24. Ostentatio artis, & portentosa scientiæ uenditatio manifesta est.
¶ Venditarius, Adiectiuum (ἀωλητικὸς) Qui uendere solet. Plaut. Stich. 4. 103,
Neq; aliud quicquam nisi quod hoc habeo pallium,
Præter unam linguam quoq; etiam uenditariam.
¶ Vendax, uendacis, pen. prod. om. g. (φιλοπωλῶν) Qui facilè seu libenter uendit. Catò de Re rust. cap. 2. 4. Patremfamilias uendacem & non emacem esse oportet.
¶ Vendibilis, & hoc uendibile, pen. cor. (εὐπωλητὸς) Quod facilè uēdi potest. Cic. 2. de Lege Agrar. 46. Accedēt falsicta ad Minturnas, adiigetur etiam uia uēdibilis Herculanea, multarū deliciarū, & magnæ pecuniæ. Idem 3. Verr. 74.
Fundus uendibilis. Horat. 1. epist. 18. 10.
Puella uendibilis. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 4.
Vendibilis, Vulgaris, & uulgò gratus. Cic. de Amic. 79. Tamē illius uendibilē orationem religio deorum immortaliū nobis defendentibus facilè uincebat. id est, Fauorē populi capientem. Idem de clar. Orat. 90. Vendibilis orator.
Venenum] uenени, pen. prod. (ἰὸς φάρμακον, δηλητήριον) Dictum quòd citò per uenam eat, siue salubre, siue noxiū. Caius de uerb. signif. l. 236. Qui uenenū dicit, adijcere debet utrum malum, an bonum: nam & medicamenta uenena sunt: quia eo nomine omne continetur, quod adhibitū, eius naturam cui adhibitum est, mutat. Quin id quod nos uenenum appellamus, Græci φάρμακον dicunt: apud illos quoq; tam medicamenta, quàm quæ nocent, hoc nomine continentur. Vnde adiectione, alterius nominis distinctio fit. Vide etiam Martianū in l. 3. D. ad l. Cornel. de sicarijs.
Celeritas uenени. Cic. pro Cælio, 47.
Ferax uenenorum Iberia. Horat. epod. 5. 5.
Indicia & uestigia uenени. Cic. pro Cluent. 2. 2
Acre uenenum. Lucret. Lib. 4. 129.
Atrum uenenum. Vide Ater adiectiuum.
Blandum uenenum desidiæ. Silius lib. 3. 117.
Cerussarium uenenum. Vide Cerussa.
Crudele uenenum nostræ uitæ. Catul. ad Rufum, 72. 1.
Dira uenena. Horat. epod. 5. 14.
Gelida uenena. Valer. 6. Argon. 18.
Leue uenenum. Cic. ad Attic. lib. 2. 36. 2.
Nigrum uenenum. Virg. 4. Aeneid. 103.
Piceum Venenum. Ouid. 2. Metam. 161.
Portentifica uenena. Ouid. 14. Metam. 11.
Somnifera uenena. Ouid. 9. Metam. 139.
Torpens uenenum. Lucan. lib. 9. 570.
Adfusum uulneri uenenum. Tacit. lib. 1.
Agere uenena mēbris, E mēbris expellere. Virg. 2. Georg. 184.
Ardente ueneno coquitur cruor. Ouid. 9. Metam. 35.
Cæco ueneno correptus, Occulta peste. Lucret. lib. 6. 165.
Deprehendere uenenum. Cic. pro Cluentio, 14.

Expugnare uenenum. Plin. lib. 28. cap. 10. 8.
Extinguere uenenum Plin. lib. 22. cap. 23. 7.
Hebetat uenena omnia. Plin. lib. 23. cap. 4. 4.
Facere malum uenenum. Cic. pro Cluentio, 119.
Imprimere uenenum dicitur serpens. Vide Imprimo.
Inficere ueneno pocula. Vide Inficio.
Infundere alicui uenenum. Cic. 11. Philip. 298.
Inspirant uenenum morsibus. Virg. 4. Georg. 48. de apibus.
Interimi ueneno. Vide Interimo.
Lædere summa humili ueneno, Obloqui principibus. Stat. 1. Thebaid. 35.
Impia sub dulci melle uenena latent. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 21.
Lecta uenena Ponto. Virg. eclog. 8. 19.
Necare ueneno. Cic. pro Cluent. 135, Eo deniq; ueneno C. Oppianicum fratrem necauit. Vide Neco.
Occidere aliquem ueneno. Cic. pro Rosc. Amer. 61.
Occisus ueneno. Quintil. lib. 6. cap. 1. 14.
Parare uenenum alicui. Cic. de clar. Orat. 151.
Polluere ora ueneno. Mart. lib. 1. 74.
Præbere uenenum. Cic. 1. Tuscul. 154.
Prætincta humus ualido ueneno. Ouid. 7. Metam. 26.
Spargere uenena. Cic. 2. in Catil. 42, Hi pueri tam lepidi ac delicati, &c. ficas uibrare, & spargere uenena didicerunt.
Suffusa lingua est ueneno. Ouid. 2. Metam. 156.
Dolos ueneni timere. Catul. ad Furium, 20. 2.
Tincta libido feruentu ueneno. Pers. Satyr. 3. 4.
Corpus tumet omne ueneno. Ouid. 3. Metam. 7.
Tollere alicui ueneno. Cic. pro Cluent. 132.
Venenum. Cicero in Orat. 71, Quum sibi uenenis ereptam memoriam diceret, hoc est, Magica arte, uel alia malefica. Budæus.
Venenum, pro Colore. Virg. 2. Georg. 93,
Alba nec Assyrio fucatur lana ueneno. Seruius.
Venenum, pro Medicamento, uel unguento. Lucan. lib. 8.
¶ Venenarius (φάρμακος) Qui uenenum parat, aut conficit. Suetonius in Nerone, cap. 33, Britannicum, &c. ueneno aggressus est. Quod acceptum à quadam Locusta uenenariorũ iudice, quũ opinione tardius ecderet, &c. Apuleius, Qui uenenariũ accusat, scrupulosius cibatur: qui furẽ arguit, sua custodit.
¶ Veneficus, uenefici, m. g. & Venefica, uenificæ, pẽ. cor. (φαρμακεύς) Qui uel quæ uenenũ conficit & qui incantationibus & cæteris malis artibus utitur. Cic. 3. Off. 95, Neq; enim de sicarijs, ueneficis, testamentarijs, &c.
Veneficum audes appellare eũ uirũ, qui tuis ueneficijs remedia inuenit? Cic. 13. Philip. 363.
Barbara uenefica. Ouid. epist. 6. 4.
¶ Veneficus, pen. cor. Adiectiuũ (φαρμακευτικὸς) ut, Veneficus aspectus, Veneno inficiens. Plin. lib. 28. cap. 3. 1, Hominũ monstrificas naturas & ueneficos aspectus, plenius diximus in portentis gentium.
¶ Veneficium, ueneficij (φαρμακία) Plinius, Hæc arbor ante atrium sata, omnibus ueneficijs remedio est. Cic. de clar. Orat. 115, Idq; ueneficijs et cantionibus Ticiniæ factum esse dicebant.
Damnatus ueneficij. Tacit. lib. 12.
¶ Venenifer, penult. correp. Adiectiuum (φαρμακηφόρος) Ouid. 3. Metam. 17,
Iamq; uenenifero sanguis manare palato
Cœperat.
¶ Veneno, uenenas, pen. prod. (φαρμακεύω) uenenare, Veneno inficere. Lucret. lib. 6. 165,
Vt spacium cæli quadam de parte uenenet.
¶ Venenatus, pen. prod. (φαρμακτὸς) Participium, siue Nomen ex Participio: ut, Anguis uenenatus. Ouidius in Ibin, 97.
Caro uenenata. Cic. 2. de Nat. deor. 189.
Colubris uenenatis uallata Hydra. Lucret. lib. 5. 6.
Ioco uenenato mista littera. Ouid. 2. Trist. 213.
Morsus uenenatus. Plin. lib. 8. cap. 58. 3.
Munera uenenata. Cic. 13. Philip. 373.
Pabulum uenenatum. Plin. lib. 8. cap. 27. 5.
Sagitta uenenata. Cic. 2. de Nat. deor. 189.
Sanies uenenata. Colum. lib. 7. cap. 5. 11.
Spiritus uenenatus. Author ad Heren. lib. 4. 229, Iste quotidie per forum medium, tanquam iubatus draco serpit, dentib. aduncis, aspectu rabido, spiritu uenenato, &c.
Telum uenenatum. Cic. pro Quintio, 5.
Vipera uenenata ac pestifera. Cic. de Aruisp. resp. 47.
Virga uenenata. Ouid. 14. Metam. 83.
Veneo] uenis, uenui, & sæpius uenij per syncopen, uenum, (πωλῶμαι) uenire, Vendi. Componitur ex Venum, & Eo, is, teste Dionede. Alij Væneo per æ diphthongum scribunt. Quod uenditur, in nominatiuo ponitur: & is à quo uenditur, in ablatiuo cum præpositione: & preciũ in ablatiuo sine præpositione. Cicero pro Roscio Amerino, 74, Primum hoc uideamus, eius hominis bona qua ratione uenierunt, aut quomodo uenire potuerunt. Idem de Aruspicum responsis, 1, Atq; ei sese, cui totus uenierat, etiam uobis inspectantibus uenditaret. Varro, Vencunt propter penuriam magno. Plautus Menæch.
Quibus hic precijs porci uenerunt.
Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 18,
—uenit uilissima rerum Hic aqua.
Ibidem, lib. 2. Satyr. 2. 6,
—quia uenear auro Rara auis.
Si ex edicto possedisti, quæro cur bona non uenierint. Cicero pro Quintio, 49.
Malo compilari, quam uenire. Cic. 2. de Orat. 149.
Venijt ei olea. Catò cap. 14. 4. 1.
Venire quàm plurimo. Cic. ad Marium, lib. 7. 2. 1.
Veneor, Pasiuium antiqui protulerunt. Plautus apud Diomedem,
Egone illi uenear?
Venum ire, & Venum ibit, dicimus pro Venditi. Sallustius in Iugurtha, Quippe cui omnia uenũ ire in animo hæserat. Liu. 3. ab Vrbe, 232, Familia ad ædem Cereris, Liberi, Libera; uenum iret: Claudian. 1. in Eutropium, 8,
Omnes pœnituit precij, uenumq; redibat,
Dum uendi patuit.
Dari uenum, Vendi. Claud. 1. in Ruff. 36.
¶ Venalis, & hoc uenale, pen. prod. (ὠνητὸς, πεπρατὸς, πεπρασμένος) Quod uendendum est, uel uenditioni expositum. Cic. lib. 3. Offic. 75, Venales quidem se hortos nõ habere dixit. Plin. lib. 6. cap. 22. 8, Flum. inis ulteriore ripa merces postas iuxta uenalia tolli ab his, si placet permutatio. De Taprobanes insulæ incolis.
Venalis, Sordidus, auarus, qui pecuniæ gratia seipsum uẽdit. Sallust. in bello Iugurth. O urbem uenalem; & citò perituram. Dictum Iugurthæ de Roma.
Venalis, Qui uel pecuniæ uel obsonij gratia aliquid facit, aut aliquò it. Mart. lib. 5. 105,
Quum uocor ad cœnam, non tam uenalis ut antè,
Cur mihi non eadem quæ tibi cœna datur?
Venalis ascriptor, Qui precio emitur, & pecunia cõparatur. Cic. pro Domo sua, 39.
Amicæ uenales ad munus. Propert. lib. 2. eleg. 17. 5.
Animæ uenales. Silius lib. 15. 99.

Campus

Campus uenalis. Lucan. lib. 1. 36.
Dextram uenalem in prælia adferre. Silius lib. 5. 39.
Eloquium uenale. Stat. 4. Sylu. 5. 10.
Habere fidem uenalem. Cic. 5. Verr. 122.
Proponere fidem uenalem. Cic. 4. Verr. 55.
Iura uenalia auro. Propert. lib. 3. eleg. 13. 11.
Lingua uenalis. Lucan. lib. 1 54.
Ocium non gemmis, neq; purpura uenale, nec auro. Horat. 2. Carm. ode. 16. 2.
Pueri uenales. Cic. pro Quintio, 11.
Venales, Si nihil addas, serui nouitij intelliguntur, qui ad uendendum sunt expositi. Seruorum enim alij nouitij sunt, alij ueteratores. Quintil. lib. 8. cap. 2.
¶ Venaliter, pen. corr. Aduerbiũ apud Senecam de Benefic 2. ubi dicit, Si mẽtio fiat de beneficijs quæ in aliquem contulerimus, ut modestè extenuemus, idq; non uenaliter. Alij legunt, uernaliter: sed perperam.
¶ Venalitius, Adiectiuum, idem (ὤνιος) Plin. lib. 35. cap. 18. 1, Hoc est insigne uenalitijs gregibus. id est, Venditis seruis. Pomponius iurisconsultus lib. 24. Digest. Quòd si familiam domesticam uxoris, aut uenalitiam parauit.
Venalitium, Corpus ipsum, uel uenditio, uel locus ubi notitij uẽduntur. Venuleius de edilitio edicto, l. ult. Nam quicũq; ex uenalitio nouitiorum emptus alicui ministerio præpositus sit, statim eum è ueteratorum numero esse.
¶ Venalitius, uenalitij, m. g. (ψαρπάξ) Venditor. Cic. in Orat. 137, Neq; me diuitiæ mouent, quibus omnes Africanos & Lælios multi uenalitij, mercatoresq; superarunt. Plin. lib. 21. cap. 26. 1, Radix est bulbacea, mangonicis uenalitijs pulchrè nota.
¶ Venalitiarius, uenalitiarij, masc. gen. (σωματέμπορος, ἀνθρωποπέπρης) apud Varronem & Plinium dicitur mango, & nouitiorum seruorum negociator. Africanus, Mercis appellatione homines non contineri Mela ait: & ob eam rem mangones, non mercatores, sed uenalitiarios appellari ait. Vlpianus libro 21. Digest. Quia ergo uenalitiarij sciunt facilè decurri ad nouorum emptionem, idcirco interpolant ueteratores, & pro nouitijs uendunt.
Veneror] penult. corrept. uenerabis (σέβομαι, ἀζόμαι, ἀιδέομαι, ἱεράσσω) uenerari, à Venia & Orando compositum esse uidetur, quasi ueniam orare, hoc est colere. Cicero 6. Verr. 84, Quod in precibus & gratulationibus non solùm id uenerari, uerumetiam osculari solent. Idem 1. Tuscul. 76, Eiusq; inuentori & principi gratias exultantes agunt, eumq; uenerantur ut deum.
Colere, precari, uenerari. Cic. 1. de Nat. deor. 162.
Laudibus gratijsq; aliquem uenerari. Tacit. lib. 12.
Deos uenerari. Virg. 1. Georg. 68.
Deos augustè omnes, sanctèq; ueneramur. Cicero 3. de Natura deorum, 72.
Lapidem è sepulchro uenerari. Cic. pro Plancio, 77.
Memoriam alicuius uenerari. Tacit. in uita Agricolæ.
Numina magna uenerari. Virg. 3. Aeneid. 139.
Pacem ueneramur amantes. Propert. lib. 3. eleg. 5. 1.
Templa uenerari. Virg. 3. Aeneid. 17.
¶ Venerans, pen. corr. Particip. (ἀζόμενος) ut, Suppliciter uenerans aram. Virg. 12. Aeneid. 45.
Carmina uenerantia aliquem. Ouid. 2. Trist. 16.
¶ Venerandus, Aliud participium (ἀζιστὸς, αἰδέσιμος, σεβαστὸς, σεπτὸς, σεβάσμιος) Cic. 2. de Lege Agrar. 92, Non eos in deorum immortalium numero, uenerandos à nobis & colendos putatis? Martial. lib. 1. 66, Veneranda palatia.
Amicus uenerandus. Horat. 1, epist. 19. 15.
Cani uenerandi. Senec. Herc. fur. 13. 23.
Dux uenerandus. Ouid. 2. Fast. 129.
Effigies ueneranda. Valer. 5. Argon. 42.
acra ueneranda. Silius lib. 7, 77.
Vox ueneranda. Lucan. lib. 2. 107.
¶ Veneratus, pen. prod. (πότνιος, ἀδόλιος) Nomen ex participio: pro Venerabili ponitur. Virg. 3. Aeneid 92,
—cursúsq; dabit uenerata sacerdos.
Ceres uenerata. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 25.
¶ Veneratio, Verbale (αἰδέσεις, αἰδεσιμότητες) Cic. 1. de Natura deor. 69, Nam & præstans deorum natura hominũ pietate coleretur, quum & æterna esset & beatissima, habet enim ueneretionem iustam quicquid excellit. Plinius libro 8. cap. 1. 2, Religio quoque syderum, solisq; ac lunæ ueneratio.
¶ Venerator, pen. prod. (σεβάμιος) Aliud uerbale. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 1,
Ille domus uestræ primis uenerator ab annis.
¶ Venerabilis, & hoc uenerabile, pen. corr. (εὐσεβὴς, θεόσεπτος, πανδερὸς, σεβάσμιος) Qui cultu et ueneratione dignus est. Plin. in epist. Vir grauis, & ipsa senectute uenerabilis. Idem de Viris illust. 22, Anguis è sedibus suis elapsus uenerabilis, non horribilis.
Decus formæ uenerabile. Lucan. lib. 8. 129.
Dies uenerabilior lare. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 3.
Exemplum uenerabile morum. Ouid. ad Liuiam, 3.
Ius uenerabile. Stat. 5. Sylu. 1. 23.
Melos uenerabilis. Mart. lib. 1 2.
Nomen uenerabile amicitiæ. Ouid. 1. Trist. eleg. 7. 3.
Templum uenerabile. Ouid. 2. de Remed. 31.
¶ Venerabiliter, penul. corr. Aduerbium. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 11, Seruius his dictis uenerabiliter assensus, obticuit.
¶ Venerabundus, Adiectiuum (κατασεβόμενος) Venerans. Liuius 5. ab Vrbe, 103, Nanq; delecti ex omni exercitu iuuenes, purè lautis corporibus, candida ueste, quibus deportanda Romam regna huic assignata erat, uenerabundi templum intiere.
Veneris] portus (ἀφροδίτης λιμήν) Galliæ inter Pyrenæi promontoria oppidum. Author Pomponius Mela, libro 2. Strabo Aphrodisium nominat, Veneris templum Ptolemæus.
Veneti] pen. corr. (σέβετοι) Galliæ Lugdunensis populi author Plinius lib. 4. cap. 18. Sunt & Veneti, Italiæ populi, Troiana stirpe orti, ut author est Cato: quorum regio Venetia dicitur, Adriatico mari apposita, & omnis ora circum sinum maris, post Istriam usque ad hostia Padi. Tradit Liu. 1. ab Vrbe, 1, Antenorem cum multitudine Henetũm, qui seditione ex Paphlagonia pulsi, & sedes & ducem, rege Pylemene ad Troiam amisso, quærebant: uenisse in intimum maris Adriatici sinum: Euganeisq; qui inter mare alpesq; incolebant, pulsis Henetos Troianosq; eas tenuisse terras, & in quem primùm egressi sunt locũ, Troia uocatur: pagoq; inde Troia nomen est: gens uniuersa Veneti appellati. Hactenus Liuius. Alij à Gallis eiusdem appellationis originem traxisse dixerunt. Fuerunt enim Veneti, populi inter Celtas, littora Oceani Gallici incolentes, quos Cæsar nauali prælio superauit. In hac Italiæ regione sunt urbes illustres, Verona, Vicentia, Patauium, & Venetiæ ciuitas, & Vlmus placida & amœna. Mela lib. 2. cap. 4, Veneti (inquit) colunt togatam Galliam. Fuerunt igitur Veneti, teste Mela, Galli togati. Sanè etiam hodie toga ueste utuntur, Veneti. Ea regio usq; ad Rubiconem nũc dicitur la marcha Treuisana.

Venetiæ]

Venetiæ] Venetiarum (οὐενετία) Ciuitas insignis, quam Veneti inhabitant: quæ anno à natali Christi, anno quinquagesimo quarto supra quadringentesimũ condita fuit: quo anno Attila rex Hunnorum Aquileiam euertit.

Venetiæ etiam alia ciuitas in nostra Gallia, nempe in ea parte quæ à Britonibus incolitur, de qua Cæsar in suis commentarijs multa: est autem maritima. Vannes uulgò dicitur.

¶ Venetus, possessiuum, pen. corr. (οὐενετὸς) Quod è Venetijs est: ut, Veneti ciues. Propert, lib. 1. eleg. 11. 7,

Quantum Hispanis Veneto dissidet Eridano.

Venetus color, (ut ait Vegetius) cæruleus dicitur, qui color est marinis fluctibus similis. Scribit Lampridius, Heliogabalũ comedisse pisces cóctos cõditura ueneta: quasi in marina aqua cum colore suo. A quo colore aurigarũ factio, Veneta nominatur. Et qui eo colore inducebãtur, Venetiani dicebãtur. Vegetius lib. 4. de Re militari, scribit nautas ueste ueneta esse induendos, & uela nauiũ exploratoriarum cõlore ueneto esse tingẽda. Hic color etiam thalassicus, id est, marinus dicitur. Græci enim θάλασσαν mare appellant. idem à colore ferri, ferrugineus dicitur.

Veneta factio. Sueton. in Vitellio, cap. 14.

Venia] ueniæ (συγγνώμη, συγχώρησις) Remissio culpæ, & condonatio erroris, inquit Valla. Quintil. in Gladiatore, Peccaui, ueniam peto.

Venia, Beneficium, indulgentia, permissio. Virgil. 1. Aen. 105,

Orantes ueniam, & templum clamore petebant.

Cicero pro Archia, 2, Quæso à uobis, ut in hac causa mihi detis hanc ueniam. id est, indulgeatis, concedatisq; mihi hoc. Nam apud hunc uix unquam indulgentia reperitur. Terent. Andr. 3. 3. 30,

Da ueniam. Þ sine te hoc exorem.

Hæc duo pro utroq; posuit: id est, da ueniam: sine ut hoc, etiã si improbũ sit, abs te impetrem. Et, Cum uenia tua dixero: hoc est, si quid erro, tamen cum pace tua, & (ut isti loquuntur) cum licentia tua dixerõ. Hactenus Valla lib. 4.

Exilij uenia. Tacit. lib. 12.

Facilior uenia Quintil. in Prooem. lib. 1. 2.

Impetrabilis uenia. Tacit. lib. 20.

Accipere ueniam pro aliquo. Vide Accipio.

Audire attentè, bonaq; cum uenia. Cic. pro Rosc. Amer. 6.

Bona uenia me audies. Cic. 1. de Nat. deor. 81, Vt molestè ferrẽ tantum ingenium (bona uenia me audies) in tam leues, ne dicam in tam ineptas sententias incidisse.

Carere uenia. Horat. de Arte, 72.

Concedere ueniam alicui. Lucan. lib. 3. 148.

Bona uenia dixerim. Vide Bonus.

Dare ueniam alicui. Cic. pro Lege Manil. 4. Idem 8. Philipp. 255, Veniam & impunitatem dandam puto.

Veniam ad uos, si mihi senatus det ueniam. Author ad Herennium, lib. 4. 165.

Qui tulissent acerbius ueniam illi dari. Cicero Appio, libro 6. 12. 7.

Dare ueniam homini impudenter petenti. Cicero Atticum, libro 5. 10. 13.

Dici alicuius ueniam dare. Vide Do, das.

Dare ueniam scriptis. Vide Do, das.

Dare ueniam in aliquem. Tacit. lib. 12.

Dare ueniam excusationis. Cic. 2. de Orat. 108. Vix ut mihi tenuis quædam uenia daretur excusationis, quòd, &c.

Da nobis hanc ueniam ut. Cic. 1. de Orat. 13. Ibidem, 49, Date nobis hanc ueniam ut ea quæ sentitis de omni genere dicẽdi, subtiliter prosequamini.

Dare ueniam ad ignoscendum. Cic. in Pisonem, 79.

Datur etiam uenia concinnitati sententiarum. Cic. in Orat. 21.

Dare ueniam culpæ. Ouid. epist. 7. 21.

Dare ueniam excusationis, Veniam aduocandi petere, excusare se ab aduocatione, ut uulgus loquitur. Plin. iunior lib. 5. epist. 8. ad Capitonem.

Dare necessitati ueniam. Cic. 2. Offic. 82.

Expetere bona uenia. Vide Bonus.

Exposcere ueniam dicendi. Tacit. lib. 12, Veniam dicendi ante alios exposcit.

Habere ueniam, pro Ignoscere, apud Quintil. lib. 11. cap. 1.

Impetrare ueniam culpæ uel errati. Cic. pro Ligario, 1, quum à te non solùm liberationem culpæ, sed errati ueniam impetrauissent. Vide Impetro.

Impetrare ueniam aliquid faciendi. Plin. lib. 12. cap. 19. 5.

Impetrare ueniam pro aliquo. Tacit. lib. 12.

Inuenire ueniam supplicij. Vide Inuenio.

Legere cum uenia, Attentè, & diligenter. Quint. lib. 10. cap. 1.

Mimuere ueniam. Quintil. lib. 6. cap. 3. 51.

Negare ueniam alicui. Ouid. 10 Metam. 8.

Orare ueniam. Virg. 4. Aeneid. 88.

Petere ueniam. Cic. 7. Verr. 108. Hæc si tibi tuus parens diceret, posses ab eo ueniam petere? posses, ut tibi ignosceret, postulare?

Petere ueniam in præteritum. Tacit. lib. 11.

Si mihi ueniam quam peto, dederit, utar illius conditione: sin minus, impetrabo aliquid à meipso. Cicero ad Atticum, libro 9. 18. 1.

Ab Ioue pacem ac ueniam peto. precorq; ab eo ut, &c. Cicero pro Rabirio perduel. reo, 3.

Fatetur aliquis se peccasse, & eius delicti ueniam petit: nefarium est facinus ignoscere. Cic. pro Muræna, 57.

Poscere deos ueniam. Virg. 4. Aeneid. 10.

Precari ueniam. Seneca Medea, 8. 4.

Rogare ueniam. Ouid. 6. Metam. 7.

Venia sit. Plin. lib. 12. cap. 1. 4, Quapropter hæc uel bello quæ fisse uenia sit.

Venia sit dicto. Plin. epist. 101. p. lib. 5.

Tribuere ueniam. Vide Tribuo.

¶ Veniale (συγγνωστὸν) Venia dignum. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. ultimo, Si uenialis erit ista translatio.

Venilia] Nympha: uxor fuit Fauni, & soror Amatæ, Latini regis coniugis, mater Turni. Virg. 10. Aeneid.

¶ Veniliam item antiqui, Neptuni coniugem appellarunt: à ueniendo, inquit Varro libro 4. de Lingua Latina, quam eandem & Salaciam appellauerunt: ad naturam nimirum maris respicientes, cuius fluctus modò ad terram ueniunt, modò in salum abeũt. Meminit huius & Augustinus lib. 7. de Ciuit. Dei.

Venio] uenis, ueni, uentum (ἵημι, ἥκω ἔρχομαι, ἀλάομαι, μολέω, ἀνιέω) uenire, Notæ significationis. Cicer. pro Cælio, lib. 2. 11. 3, Obtulit mihi uelim sint tuæ literæ: quæ me eruditant de omni Rep. ne hospes planè ueniam.

Venire ab. Plaut. Amphit. 3. 140,

Nunc hodie Amphitruo uenit huc ab exercitu.

Ab aliquo uenire. Cic. pro Rosc. Comœd. 18.

Angiporto uenire, pro, Ab angiporto. Plaut. Asin. 12. 151.

Supplicem uenire ad aliquem. Cic. Attico, lib. 16. 3. 3. 1.

Ad urbem uenire. Cic. ad Trebonem, lib 16. 3. 2.

Missus in hanc urbem ueni. Ouid 3 Trist. eleg. 1. 1.

Ad cœnam uenire. Horat. 1. epist. 7 12.

Venire de. Cic. Attico, lib. 5. 100. 2, Veruntamen cùm de Cumanis uenissem cum imperio, Græci quasi Ephesio Prætse alacres obtulerunt.

De auctione uenire, & quo die. Cicero ad Atticum, libro 12. 233. 2.

Ex Arabia

Ex Arabia uenerunt legati. Plin. lib. 12. cap. 14. 5.

In solitudines uenire. Cic. Cælio, lib. 2. 15. 18.

Assiduè ueniebat inter densas fagos. Virg. eclog. 2. 1.

Omnes qui istinc ueniunt, ita de tua uirtute commemorant. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 55.

Domum uenisti ad tuos penates. Catull. ad Veranium, 9. 1.

Satis uenire duobus. Virg. 7. Aeneid. 94,

Se satis ambobus Teucrisq; uenire, Latinisq;.

Venire, Crescere. Virg. lib. 1. Georg. 11,

Hîc segetes, illic ueniunt fœlicius uuæ.

Arbores quædam ueniunt sua sponte. Virg. 1. Georg. 3.

Sponte uenire ex arboribus sapores: pro Prouenire. Plinius lib. 12. capite 1. 2.

Venire, Portari, deferri. Plin. lib. 35. cap. 6. 2, Species sinopidis tres: rubra, & minus rubens, & inter has media. Et paulò post, Eius quæ ex Africa uenit, octoni asses.

Venire, pro Asseri, de literis dictũ. Cic. ad Brutum, lib. 11. 24. 3, Quod scribis in Italia te moraturũ, dum tibi literæ meæ ueniant. si per hostem licet, non errãris.

Commeatus uenire, qui afferantur, dicimus per metonymiam. Quintil. lib. 6. cap. 6.

In orationem uenire. Quint. lib. 9. cap. 4, Horum pedũ nullus non in orationem uenit. id est, Ingreditur orationem.

Venies ad illud quod refert tua: hoc est, Tandem uel postea ad leges. Plaut. Persa, 15. 52. Terent. Heaut. 2. 3. 33,

Mane, hoc quod cœpi primùm, enarrem, ô Clitipho: Post istuc ueniam.

Ad digitos uenire. Vide Ad.

Ad Archesilam, Carneademq; ueniamus. hoc est, De Archesila loquamur. Cic. 4. Acad. 26. Et pro Rosc. Amer. 26, Vt ad fabulas ueniamus.

In aciem uenire. Vide Acies.

Alicui uenire aduersum, Ire obuiam. Plaut. Most. 5. 1.

In adoptiua uenire. Cic. pro Domo sua, 28.

In amicitiam uenire aliquorum. Liu. 5. bell. Pun. 89, Liberos cum suis legibus uenturos in amicitiam Lucanos, &c. Cæsar 6. bell. Gall. 16.

In arbitrium uenire, ac potestatem alicuius. Cic. 3. Verr. 105.

In arma uenire. Lucan. lib. 3. 37.

Intra arma aliena uenire: hoc est, intra præsidia et alienas manus. Cic. ad Atticum, lib. 8. 15. 9. 7.

Sub aspectum uenire. Cic. 2. de Orat. 194.

Ad aures alicuius uenire, Audiri. Horat. de Arte, 52.

Ad aures meas uenit, te, &c. Cic. pro M. Marcello, 14.

Ad aures uox uenit. Virg. 2. Aeneid. 25.

Alicui auxilio uenire. Liu. 9. ab Vrbe, 230.

In bona alicuius uenire. Ouid. 1. Trist. eleg. 5. 3.

Quod uenit in buccam. Cic. ad Atticum, lib. 1. 7. 9, Tu uelim sæpe ad nos scribas: si rem nullam habebis, quod in buccã uenerit, scribito. Prouerbialiter dictum: pro Quicquid occurret & in mentem veniet.

In calamitatem uenire. Cic. pro Rosc. Amer. 29.

In casum uenire. Cic. pro Cluentio, 65.

In certamen uenire, Cic. 5. Tuscul. 113.

In certamen cum aliquo uenire. Cic. de claris Orat. 177.

Venire in certamen uirtutis. Cic. 5. de Fin. 125.

Clamor à populo uenit ad astra. Ouid. 3. Fast. 75.

In cognitionem Senatus uenit hæc res. Quintilianus libro 7. cap. 3. 16.

In colloquium ad aliquem uenire. Liu. 5. bell. Pun. 89.

In computationem uenire. Vide Computo. Plin. libro 6. cap. 33. 4.

Commoda uenium hinc. Cic. 1. de Inuentione, 8.

In complexum alicuius. Cic. ad Terentiam, libro 14. 1. 7, Si in uestrum complexum uenero, ac si & uos, & me ipsum recuperãro, satis magnum mihi fructum uidebor percepisse. Cæsar 3. bell. Ciuil. 28, Ipse grauissima hyeme in nauibus excubabat, neq; ullum laborem aut munus despiciens, si in Cæsaris complexum uenisset. id est, Vt à Cæsare complecteretur & amaretur.

In concionem uenire. Cic. 3. Verr. 47.

In confessum uenit ea res. Plin. epist. 302. hoc est, Nota est & manifesta.

In consilium alicuius uenire: pro, Obtemperare eius consilio. Cic. ad Atticum, lib. 10. 192. 5.

In conspectum alicuius. Cic. 2. de Fin 36.

In conspectum aliquem uenire. Plancus ad Ciceronem, libro 10. 23. 11.

In consuetudinem. Cic. 2. de Inuent. 240, Deinde quædam in consuetudinem ex utilitatis ratione uenerunt.

In consuetudinem benignitatis. Cic. in Pisonem, 35.

In contemptionem. Cæsar 5. bell. Gall. 185.

In contemptum. Idem Cæsar 3. bell. Gall. 418.

In contentionem. Cic. pro Quintio, 12, Quod nisi ex Publicio narratum Nævio esset, non tam citò res in contentionem uenisset.

In contentionem, utrum. Cic 2. de Diuinat. 192.

In controuersiam uel contentionem uenit ea res. Quintilian. lib. 3. cap. 6. 32.

In contentionem de accusando. Cic. 1. Verr. 34.

In contentionem honoris. Cic. Anteq. irct in exilium, 3.

In controuersiam. Cic. 4. Verr. 25.

In crimen. Terent. Hecyr. 3. 1. 55. hoc est, Accusari.

In cruciatum. Cæsar 1. bell. Gall. 118.

In deditionem. Cæsar 6. bell. Gall. 8.

In deliberationem uenire. Quintil. lib. 2. cap. 21. 11.

In desyderium uenit res aliqua. Liuius 3. ab Vrbe, 151. id est, Desyderatur.

Dies uenit legi. Cic. ad Atticum, lib. 4. 85. 9.

In disceptationem. Liu. 9. bell. Maced. 149.

In discrimen. In periculo esse. Cic. pro Rosc. Amer. 9, Quũ omnium nobilium dignitas & salus in discrimen ueniret.

In discrimen existimationis. Cic. 1. Verr. 39.

In disquisitionem. Liu. 6. bell. Pun. 158.

In diuitias uenire. Plaut. Capt. 19. 13,

At nunc liber in diuitias fixo uenies.

Ad quem dolor ueniat, ad eundem necesse est interitum uenire. Cic. 3. de Nat. deor. 48.

In dubium. Cicero ad Atticum, lib. 16. 3. 3. 5. Præsertim quum hoc genere cognitionum labefactato, acta Cæsaris in dubium uentura uideantur.

In dubium de uoluntate, &c. Cic. ad Att. lib. 11. 22. 3. Terent. Adelph. 2. 2. 35,

Etiam de sorte uenio in dubium miser.

In dubium uenire de ciuitate. Cic. pro Cecin. 13.

Quid sit factum, in dubium uenit. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Emolumentum ad eum ex ea re uenit. Cic. pro Cluentio, 40.

Epistola mihi uenit. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10. 1.

In exemplum uenire. Ouid. 4. Fast. 49.

Ad extrema uenire. Liu. 2. ab Vrbe, 206.

In faciem pacis ueniretur. Tacit. lib. 13.

Fama mihi uenit. Virg. 4. Aeneid. 78.

In familiaritatem alicuius. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 15. 2.

Tarda uenit dictis, difficilisq; fides. Ouid. 3. Fast. 70.

In fidem alicuius uenire: hoc est, Sese dedere. Liuius 6. bello Pun. 207.

Ad finem uenire dicitur res aliqua. Liu. 5. bel. Pun. 123. Quum maximè Capua circumuallaretur, Syracusarum quoque oppugna-

oppugnatio ad finem uenit.
In flammam uenire. Cicero ad Atticum, lib. 16. 339. 9, Veniendum est igitur uel in ipsam flammam, turpius est enim priuatim cadere, quàm publicè. id est, Conijcere se oportet in periculum.
Ad fœdus ueniunt amantes. Ouid. 2. de Arte, 116.
In fœdera uenire. Virg. 4. Aeneid. 68.
Fœliciter hæc res tibi uenit: pro, Bucnit. Cic. ad Tironẽ, libro 16. 21. 14. Vetus exemplar legit, euenire.
Fortuna læta mihi uenit. Virg. 11. Aeneid. 9.
Fulgor uenit ab æthere. Virg. 8. Aeneid. 104.
Gradibus uenire ad uirtutem. Cic. 1. de Nat. deor. 123.
In gloriam summam. Cic. ad Attic. lib. 2. 25. 4.
Hæreditate uenire dicitur res aliqua. Cic. 1. de Inuent. 95, Sed neq; emisti, neq; hæreditate uenit, neq; dominatus est, neq; donatus est.
Hæreditas mihi uenit à patre. Cic. 3. Ver. 18.
Hyems uenit. Cic. ad Atticum, lib. 5. 106. 2.
Sub iactum telorum uenire. Liu. 7. bel. Pun. 108.
Cum impetu uenire. Cic. 2. de Fin. 178.
Inimicus ei uenit: pro, Est illi inimicus. Cic. pro Rosc. Amer. 32.
Ad inimicitias uenire. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 20. 3.
Ad internecionem uenire. Liu. 6. bel. Maced. 131.
Intrò uenire. Vide Intrò.
In inuidiam ex gratia uenire. Plin. de Viris illust. 66.
In iudicium uenire. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 14, Quid uerius quàm in iudicium uenire, qui ob rem iudicandam pecuniam acceperit?
In iudicium uenit fama eius. Cic. pro Quintio, 16.
In laudem uenire. Quintil. lib. 2. cap. 21. 11.
Liuor uenit in artus. Ouid. 10. Metam. 52.
In locum summum uenire. Cic. 3. de Legibus 41.
Lues rabida uenit membris. Virg. 1. Aeneid. 58.
Lues miseranda uenit arboribus. Virg. 3. Aeneid. 28.
Ad manum uenire. Quintil. lib. 2. cap. 11. 5.
In manus alicuius. Cic. 3. Offic. 44, Neq; enim quicquã de hac parte post Panætiũ explicatum est, quod mihi quidẽ probaretur de ijs quæ in manus meas uenerint.
In manus hominum libros uenirè dicimus. Quintilianus Tryphoni, 3.
Maturè uenit ipsi. Vide Maturus.
In medium. Cic. 4. Verr. 126, Venient in medium: dicent quid statuerint.
In mentem uenit, pro Succurrit. Terent. Eunucho, 2. 2. 2,
Hoc adeò ex hac re uenit in mentem mihi.
Idem Phorm. 4. 3. 47,
Nam mihi ueniebat in mentem eius incommodum.
Cic. ad Thermum, lib. 2. 17. 7, Quæ mihi ueniebant in mentem, quæ ad te pertinere arbitrabar, quòd in Ciliciam profiscebar, existimaui me ad te oportere scribere.
In mentem, quemadmodum. Cic. pro Rosc. Amer. 45.
In mentem huius rei. Cicero 5. de Finib. 3, Venit enim mihi Platonis in mentem, quem accepimus primum hîc disputare solitum.
In mentem uenit, quid. Cic. 1. Verr. 15.
In mentem uenit ut. Plaut. Mil. 20. 48.
Minus in Senatum uenit. Vide Minor, in Paruus.
Mœror summus uenit ad eum morte fratris. Cicero pro Quintio, 8.
Mores eò uenere. Plin. lib. 23. cap. 1. 20.
In morem uenirè. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 8.
Ad nasum uenire. Plin. lib. 15. cap. 28. 2, Multoq; celerius talia ad nasum ueniunt, quàm pinguia. hoc est, Ascendunt, & nares feriunt.

Nauibus uenire. Liu. 1. bel. Pun. 142.
Ad nihilum uenire. Cic. 2. Tusc. 8.
Ad nimium uenire. Plin. lib. 26. cap. 4. 4.
Ad nomen uenire. Plin. lib. 10. cap. 70. 1, Spectatur in piscinis Cæsaris, genera piscium ad nomen uenire, quosdam singulos. hoc est, Quum uocantur.
In notitiã. Plin. lib. 7. cap. 1. 2, Quis enim Aethiopas, antequã cerneret, credidit, aut quid non miraculo est quũ primùm in notitiam uenit?
In notitiam uenire alicui. Vide Notitia.
Nox uenit. Propert. lib. 1. eleg 8 9.
In numerum oratorũ. Cic. 1. de Orat. 57. id est, Dici oratores: siue, Pro oratoribus haberi.
In obliuionem. Cic. in Sallustium, 3.
Obuiam uenire. Cic. 4. Tusc. 110,
Alacris ouiam mihi ueniet, complexum exoptas meũ.
Ex poeta. Idem ad Attic. lib. 1. 16. 1.
Obuiam mihi uenit turba. Propert. lib. 2. eleg. 30. 1.
Sub oculos uenire. Senec. de Benefic. lib. 1. cap. 5.
In odium uenire. Vide Odium.
Opportunè uenire. Vide Opportunus.
Optatò uenire. Vide Optatò, in Opto.
In ordinem Senatorium. Cic. 3 de Legib. 43.
In ora uirùm uenire. Propert. lib. 3. eleg. 9. 7.
In ocium. Cic. ad Atticum, lib. 1. 4. 3.
Ad pactionem uenire. Cic. ad Attic. lib. 9. 181. 9.
Paratè uenire. Vide Paro.
In partem aliculus. Liu. 6. ab Vrbe, 175, Parũ est si cuius pars tua nulla adhuc fuit, in partem eius uenis, nisi partẽ petẽdo totum traxeris?
In partem impensæ. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 2. 6.
In partem elocutionis memoria ac pronũciatio ueniũt. Quintil. in Procem. lib. 1. 17.
Passu ingenti uenire. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 3.
In periculum uenire. Terent. Adelph. 2. 2. 32. Cicero 3. Verr. 48, Neq; adhuc causam ullam excogitare potuit, quamobrem commiserit, aut quid euenerit, ut in tantum periculum ueniret.
In periculum ne. Cic. pro Murena, 51, Venit in periculum, ne & ea quæ relicta, & hæc quæ ab ipso parta sunt, amittat.
Peropportunè uenire. Vide Peropportunus.
Plaga uenit uehementior. Cicero 2. Tusc. 96, Sed quia profundenda uoce omne corpus intenditur, uenitq; plaga uehementior, &c.
Pœnæ ueniunt crudelitati alicuius. Liu. 3. ab Vrbe, 237.
In populos uenire. Ouid. 6. Metam. 109.
In possessionem. Cic. 3. de Lege Agr. 7, Etiámne si ui eiecit? etiámne si clàm, si precariò uenit in possessionem?
In possessionem Reipublicæ uenire. Cicero ad Atticum, libro 7. 128. 5.
In potestatem alicuius. Cæs. 1. 4. bell. Gall. 597.
Ad potum, uel prandium uenire. Plin. lib. 9. cap. 15. 3. Cicero pro Cluentio, 134.
Prope exitium, uel prope spem uenire. Liu. 5. bell. Pun. 91. Ibidem, lib. 6. 188.
Prosperè uenit. Plaut. Pseud. 8. 1.
In prouerbium. Liu. 10. Maced. 188, Vulgatum illud, quia uerum erat, in prouerbium uenit, Amicitias immortales, inimicitias mortales debere esse.
In prouerbij consuetudinem. Cic. 2. Offic. 79.
Ad pugnam uenire. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 12.
Ex malis moribus uenire. Quintil. lib. 2. cap. 5. 9.
Venire in quæstionem. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Rabies uenit canibus. Virg. 3. Georg. 99.

In religio-

In religionem uenit illi hæc res. Cicero 2. de Naturâ deorum, 15.
In rem præsentem. Vide In præpositionem.
Risus ueniunt. Ouid. 1. de Arte, 48,
Tunc ueniunt risus, &c.
Rumor uenit. Terentius in Prologo Hecyræ, 39.
In secreta uenire. Ouid. 13. Metam. 123.
Segetes ueniunt, id est, Proueniunt. Virg. 1. Georg. 11.
In eum sermonem, ut, &c. Cic. ad Appium Pulchrum, lib. 3. 5. 8, Veni in eum sermonem, ut dicerem libenter me ad eam partem prouinciæ primum esse uenturum.
In sermonem hominum, & uituperationem. Cic. 6. Verr. 11.
In sermonem alicui uenire. Cicero Attico, lib. 14. 299. 1.
In sermone. Cicero ad Atticum, lib. 11. 230. 2. Neq; cum rogari, ne me quidem: sed quasi ita sit, quoniam in sermonem iam uenisti, poteris eam mouere ut alicui committat, cuius extra periculum huius belli fortuna est. Quidam legunt, in sermonem.
In societatem laudum alicuius. Cic. ad Attic. lib. 14. 315. 5.
In sortem prouinciæ. Liu. 8. belli Pun. 245.
Spes uenit ex merito. Ouid. epist. 2. 13.
In spem. Cicero 2. de Orat. 120, Nonnullam in spem ueneram, posse me aliquid ex istis discere. Cicero ad Atticum, libro 9. 186. 2.
In spem uentum est, impersonale. Liu. 2. ab Vrbe, 190.
In spem, quòd Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 13. 8, In spem uenerãt, quòd neq; Planci quatuor legiones omnibus suis copijs pares arbitrabantur, neq; ex Italia tam celeriter exercitum traijci posse credebant.
Subsidio. Cicero ad Attic. lib. 6. 116. 4, Ad meq; legati eius, & Quæstor, & amici literas mitterent, ut subsidio uenirem.
Ad summum uenire. Cic. 2. Tusc. 7, Atq; oratorum quidẽ laus ita ducta, ab humili uenit ad summum.
Cum supplemento. Liu. 9. ab Vrbe, 213.
Suppetias uenire. Hirtius bell. Africani, lib. 5. 18.
In suspicionem uenire. Cic. 2. de Inuent. 143, Si id non poterit siquam in similem antè suspicionem uenerit.
Venire in suspicionem de morte alicuius. Cicero ad Brutum, 6. 2.
Tædio uenire. Plin. lib. 31. cap. 2. 13.
Veni in tempore. Terent. Andr. 4. 5. 19.
In tutelam uenire. Cic. de claris Orat. 101.
In uacuum uenire. Vide Vacuus.
Ad uadimonium uenire. Cic. pro Quintio, 27.
A uero uenit causa. id est, Vera est causa. Ouid. 5. Fast. 74.
Viam uenire. Cic. 2. Philip. 73, Quis qui nescierit uenisse eam tot dierum tibi uiam gratulatum?
Vigor uenit membris. Virg. 4. Georg. 84.
In uitam uenire. Cic. 1. de Leg. 89.
In unitatem. Plin. lib. 33. cap. 2. 1.
In usum uenire. Plin. lib. 24. cap. 11. 5, Nec rhus Latinum nomen habet, quum in usum plurimis modis ueniat.
In usum alicuius rei uenire. Plin. lib. 8. cap. 48. 2.
Usus uenit. Terent. Heaut. 3. 2. 45,
Et ne ego te (si usus ueniat) magnificè, Chreme,
Tractare possim.
Mihi usu uenit. Cic. ad Appium Pulchrum, lib. 3. 8. 25. Idem ad Attic. lib. 7. 1. 4. 1, Nunc uenit idem usu mihi, quod tu tibi scribis, quoties exorior.
Ad agendum uenire. Quintil. lib. 4. cap. 1. 5.
Venire, pro Accidere. Cels. lib. 7. cap. 27, Solet uerò sub eiusmodi uictu uenire ut aluus non reddatur.
Venient ad te comessatum. Plaut. Pers. 16. 19.
Venio oratum. Cæsar 7. bell. Gall. 129.

Venire emptum. Cic. 4. Verr. 86.
Venit derisum. Plaut. Aulul. 7. 46. Et apud Terentium Eunucho, 4. 6. 14,
Venit ereptum.
Venitur, pẽ. prod. Impersonale. Plin. epist. 190. g. Venitur ad me: consurgo. Cic. pro Quintio, 2, Ad me uentum est.
Venitur & uentum est in discrimen, impersonaliter. Cicer. 8. Philip. 253. Idem 2. Offic. 46.
Ventum in aciem. Tacit. in libello de Germanis.
Vt uentum ad cœnam est, &c. Horat. 1. epist. 7. 15.
Iuxta seditionem uentum. Tacit. lib. 5.
Prope seditionem uentum. Tacit. lib. 19.
Ventum gaudeo. Plaut. Cistel. 2. 12,
Quod ille dixit qui secundo uectus est mari,
Ventum gaudeo ad te ecastor.
Causas ueniendi discere. Virg. 6. Aeneid. 98.
Causis ueniendi poscere. Virg. 1. Aeneid. 84.
¶ Veniens, uenientis, Participium (ἐρχόμενος) ut, Classis ueniens ad littora. Virg. 3. Aeneid. 131.
Actas ueniens. Ouid. 6. Fast. 128.
Annus ueniens. Cicero ad Quintum fratrem, lib. 3. 20 6, Non enim sumus omnino sine cura uenientis anni, etsi sumus sine timore.
In annum uenientem curas extendere. Virg. 2. Georg. 81.
Dies ueniens, Dies decedens, contraria. Virg. 4. Georg. 94.
Virtus ueniens in pulchro corpore. Virg. 5. Aeneid. 69.
¶ Venturus, pen. prod. Aliud participium) ἐλευσόμενος) ut, Aeui uenturi inscius. Virg. 8. Aeneid. 126.
Bella uentura. Virg. 3. Aeneid. 92.
Doloris uenturi signa. Ouid. epist. 18. 22.
Hyemis uenturæ memores. Virg. 4. Georg. 22.
Mali uenturi prima fauilla. Propert. lib. 1. eleg. 94.
Senectæ uenturæ memor. Ouid. 3. de Arte, 12.
Videre uentura. Virg. 2. Aeneid. 25.
Præscia uenturi uates. Virg. 6. Aeneid. 14.
¶ Ventio, uentionis, Verbale (ἔλευσις) Plaut. Trucul. 11. 81,
Quid tibi huc uentio est?
hoc est, Ad quid huc uenis?
¶ Vento, uentas, Frequentatiuum: à quo,
¶ Ventito, uentitas, pen. corr. (ἐπιχωριάζω) uentitare, alerũ frequentatiuum: ut, Sæpius uẽtitare in agrum. Plin. lib. 18. cap. 5. 5. Cic. ad Marium, lib. 11. 27. 11, In reliquis officijs cui tu tribuisti, excepto Cæsare, præter me, ut domum uentitares, horasq; multas sæpe suauissimo sermone consumeres? Catull. ad seipsum, 8. 1,
Quum uentitabas quò puella ducebat.
Venor] uenaris, pen. prod. (ἀγρεύω, θηρεύω, κυνηγέω, νυνεγετέω, ἀγρόω, ἀγρώσω, θηρεύσω, θηρεύσομαι) uenari, Feras indagare, feris insidiari. Cic. 2. de Nat. deor. 237, Canum tanta alacritas in uenando. Idem ad Cælium, lib. 2. 10. 4, De pantheris, per eos qui uenari solent, agitur mandato meo diligẽter.
Apros uenari. Virg. elog. 10. 12.
Canibus uenari leporem. Virg. 3. Georg. 82.
Venari pisces. Plin. lib. 16. cap. 1. 2.
Venari, per translationem: pro, Artificio quodam & solertia quærere: ut, Venari laudem, gloriam, &c. Cicero ad Atticum, libro 16. 334. 4, Bene igitur tu qui ἀνδαναοίαν uenaris, relinquis patriam. Vetus exemplar loco uenaris, legit Bene.
Amores uenari. Ouid. de Medicamine faciei, 6.
Laudem modestiæ in aliqua re uenari. Auth. ad Herennium, lib. 4. 14. 1.
Viduas uenari frustis & pomis. Horat. 1. Epist. 1. 16.
Venari imperio alicuius. Cic. ad Attic. lib. 6. 111. 34.

Venari de uerbis alterius. Plaut, Milit. 14.37.
Venari apros in mari, Prouerbium in eos, qui frustra aliquid conantur, & operam perdunt. Plaut. Asin. 3.88.
¶ Venandi, uenando, uenandum, Gerúdia: ut, Studio uenandi lassus. Ouid. 3. Metam. 83.
Tempora longa ponere uenando. Ouid. Epist. 18.2.
Venatum, uenatu, Supina. ut, Ire uenatum. Virg. 4. Aen. 24.
¶ Venatus, huius uenatus, pen. prod. (θήρευμα, θήρευσις, ἄγρευμα) Plaut. Rud.
Hunc qui cepi in uenatu meo.
Plin. lib. 8. cap. 16. 3, Quos uenatus, aucupia, piscatusq; alebant. Cic. 5. Tuscul. 139, Labor in uenatu, sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis.
Apti saltus uenatibus. Ouid. Epist. 5.4.
Assiduus uenatus. Virg. 9. Aeneid. 50.
¶ Venatio, uenationis, Verbale (θήρα, θηρευτικὴ, κυνηγία, κυνηγεσία) Idem. Cic. 2. de Fin. 40, Piscatu, aucupio, uenatione, his omnibus exquisitis uitantis cruditatem, &c.
Prodigi qui ludorum uenationumq; apparatu pecunias profundunt. Cic. 2. Offic. 80.
Proscribere uenationem. Cic. Attico, lib. 16. 333. 7.
¶ Venator, pen. prod. uenatoris (ἀγρευτὴς, θηρατὴς, θηρευτὴς, κυνηγὸς, κυνηγέτης) Qui uenatur. Cic. 2. Tusc. 70, Pernoctant uenatores in niue, in montibus uri se patiuntur.
Venator adest nostris consiliis, cum auritis plagis. Per translationem. Plaut. Milit. 10.14.
¶ Venatrix, pen. prod. Verbale fœm. (κυνηγέτειρα) Virg. 1. Aeneid. 65,
Nanq; humeris de more habilem suspenderat arcum
Venatrix, dederatq; comam diffundere uentis.
Pharetræ uenatrices. Claud. 7. Paneg. 33.
Turba uenatrix canum. Valerius 3. Argon. 67.
¶ Venaticus, penul. corr. Adiectiuum (ἀγρευτικὸς) Quod ad uenationem pertinet: ut, Venaticus canis. Plaut. Milit. 5. 213, Varro 2. de Re rust. cap. 9. 2, Canum duo genera: unum uenaticum, & pertinet ad feras bestias ac syluestres: alterum quod custodiæ causa paratur, & pertinet ad pastorem. Cicero 6. Verr. 26, Mirandum in modum canes uenaticos dicyces, ita odorabantur omnia & peruestigabant. Canum autem uenaticorum elegantissimè excogitata nomina habes apud Ouid 3. Metam. 42.
Catulus uenaticus. Horat. 1. Epist. 2 13.
Parasiti uenatici. Plaut. Capt. 3.17.
¶ Venatorius, Aliud adiectiuum. idem. (θηρευτικὸς, κυνηγετικὸς) Plin. epist. 63, Inest huic computationi sumptus suppellectilis, sumptus atriensium, topiariorum, fabrorum, atq; etiam uenatorij instrumenti. Apud Martialem lib. 14. 31. Culter uenatorius.
Venosus] Vide Vena.
Venter] uentris, m. g. (γάστηρ, γαστὴρ, κοιλία, νηδὺς) Qui à pectore ad pubem terminatur, tam in animalibus brutis quàm hominibus. Iuuen. Satyr. 4. 11,
Montani quoq; uenter adest, abdomine tardus.
Plin. lib. 9. cap. 50. 2. Attritu uentrium pisces coeunt. Persius in Prolog. 3,
Magister artis, ingenij; largitor
Venter, negatas artifex sequi uoces.
Venter, Stomachus. Iuuen. Satyr. 5. 1,
Ventre nihil noui frugalius.
Plin. lib. 19. cap. 5. 8, Cibos salubres ac lenes pluribus modis existimant, qui perfici humano uentre non queant, sed non intumescant.
Venter, Aluus. Celsus lib. 3. cap. 18, Vbi ab inferiore parte purgandus aliquis est, uentrem eius antè soluendum esse: ubi à superiore, comprimendum.
Fluxiones uentris sistere. Plin. lib. 23. cap. 5. 2.
Fluor uentris. Celsus lib. 4. cap. 16.
Inflatio uentris. Vide Inflo.
Orificia uentris. Vide Orificium.
Proluuies uentris fœdissima. Virg. 3. Aeneid. 44.
Rabies improba uentris. Virg. 2. Aeneid. 72.
Solutiones uentris. Plin. lib. 24. cap. 10. 8. Et lib. 27. cap. 10. 5.
Vitium uentris. Cic. pro Cælio, 35, Nulla luxuries reperietur, nulli sumptus, nullum æs alienum, nulla coniuiorum ac lustrorum libido: quod quidem uitium uentris & gutturis non modò non minuit ætas hominibus, sed etiam auget.
Albus uenter. Persius Satyr. 3. 10.
Astrictus uenter. Celsus lib. 2. cap. 2.
Carnosus uenter. Vide Caro.
Fusus uenter. Celsus lib. 2. cap. 1.
Grauidus uenter. Ouid. 10. Metam. 100.
Grauidus uenter iusto ponderè. Ouid. epist. 15. 9.
Grauis uenter. Ouid. 9. Metam. 138.
Improbus uenter. Senec. Thyeste, 5, 12.
Inanis uenter. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 26.
Intentus uenter. Celsus lib. 4. cap. 9.
Liquidus uenter. Vide Liquor.
Mollis uenter. Horat. Epod. 8. 2.
Pestifer uenter serpentis. Ouid. 1. Metam. 93.
Planus uenter. Ouid. 1. Amor. eleg. 5. 5.
Tumidus uenter cælesti pondere. Ouid. 3. Fast. 9.
Tumido uentre cucurbita. Propert. lib. 4. eleg. 2. 9.
Vacui uentris furor. Iuuenalis Satyr. 15. 10.
Auferre aliquid in uentrem. Cic. 2. de Orat. 147.
Complent sua tempora maturus uenter. Ouidius 11. Metamorph. 63.
Comprimere uentrem, & Soluere, contraria. Celsus libro 3. cap. 28.
Contrahere uentrem. Vide Contraho.
Crepat mihi uenter. Vide Crepo.
Crescit in uentrem cucumis. Virg. 4. Georg. 25.
Distringere uentrem. Celsus lib. 4. cap. 15.
Donabat auaro uentri quicquid quæsierat. Horatius 1. epist. 16. 2.
Duci uentre, Inseruire uentri & gulæ. Horatius 2. Sermon. Satyr. 7. 8.
Emollire uentrem difficilem. Plin. lib. 22. cap. 13. 3.
Eximanire uentrem. Celsus lib. 4. cap. 12.
Instatur uenter. Cic. 2. de Diuinat. 179.
Intumuit uenter ab unda. Ouid. 1. Fast. 44.
Liquare uentrem. Celsus lib. 4. cap. 12.
Mersæres in uentrem. Iuuenalis Satyr. 11. 4.
Metiri uentrem lino. Celsus lib. 3. cap. 21.
Mollire uentrem. Celsus lib. 2. cap. 12.
Mouere uentrem. Vide Mouèo.
Petere uentrem. Cic. pro Murænâ, 49.
Placare ieiunia uoracis uentris. Ouid. 15. Metam. 19.
Placat iratum uentrem esca. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 1.
Resoluere uentrem. Celsus lib. 3. cap. 16.
Suppressus uenter. Celsus lib. 4. cap. 15.
Tenere uentrem. Celsus libro 4. cap. 19. hoc est, Sistere fluxum uentris.
Soluere uentrem, & Comprimere, contraria. Celsus libro 3. cap. 18.
Sistere uentrem. Plinius libro 20. cap. 23. 4. & libro 21. cap. 19. 2.
Turbare uentrem. Celsus lib. 1. cap. 6.
Turbatur uenter semine sumpto. Plin. lib. 22. cap. 22. 5.

Vacare

Vacare luxuriæ uentriq; Claud. de Nupt. Honorij & Mariæ, Cupidine uentris uicta pietas. Ouid. 15. Metam. 35. (11.
Vitiati uentris tumescunt pondera. Ouid. epist. 11. 8.
Ventrem facere dicitur paries, qui uetustate collabens, curuatura quadam ucluti uentre extra fundamenti limites eminet. Alphenus in l. siquâdo. §. 1. ff. si seruitus uend. Siquando inter ædes binas paries esset, qui ita uentrem faceret, ut in uicini domum semipedem, aut amplius procumberet, agi oportet, ius non esse illum parietem ita proiectum in suum esse se inuito.
Venter apud iurisconsultos plerunq; accipitur pro fœtu, qui in uentre continetur. Vnde Pandectarum lib. 25. tit. est, Si mulier uentris nomine in possessionem missa sit. Et ibidem Vlpianus.
Ventrem perferre: pro, Esse grauidam. Colum. lib. 6. cap. 24. 1. de uaccis.
Mulier uêtre uacuo, incerto, pleno, præterito: apud Papinianum in l. uentre. ff. de acquirenda uel omit. hæred.
¶ Ventriculus, uentriculi, pen. corr. m. g. Diminut. (γαστρίδιον, κοιλίδιον) Corn. Celsus lib. 4. cap. 1, Ventriculus autem qui receptaculum cibi est, constat ex duobus tergoribus: isq; inter lienem & iecur positus est, utroq; ex his paulum super eum ingrediente. Iuuen. Satyr. 3. 10,
—uacua & plana omnia dicas
Infra uentriculum.
Ventriculus cordis. Cicero 2. de Nat. deorum, 208, Nam quæ spiritu in pulmones anima ducitur, ea calescit primùm ipso ab spiritu, deinde contagione pulmonum: ex eaq; pars redditur respirando, pars concipitur cordis parte quadam, quam uentriculum cordis appellant. Cui similis alter adiunctus est, in quem sanguis à iecore per uenam illam cauam influit.
¶ Ventriosus, pen. prod. Adiectiuum (προγάστωρ) Qui magnum habet uentrem. Plaut. Asin. 8. 20,
Macilentis malis, rufulus, aliquantum uentriosus.
Idem Merc. 12. 54,
Canum uarum uentriosum.
¶ Ventrosus, penult. prod. Aliud adiectiuum, Idem (γαστρώδης) Plin. lib. 24. cap. 21. 2, Ventrosa ac patula minus utilia.
¶ Ventralis, & hoc uentrale, pen. prod. Adiect. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 8, Sed in uentrem receptæ sint, soluitur uis earum uentralis humoris alluuione, quæ fiunt dilutiores.
Ventrale] uentralis, pen. prod. n. g. (περιγάστριον) Vestimẽtum uentrẽ contegens. Plin. lib. 8. cap. 48. 3, Patris mei memoria cœpère amphimalla nostra, sicut illoſa, & etiam uentralia. Plin. lib. 27. cap. 7. 9.
Ventrale Vlpianus accipit pro semicincto, sub quo habentur loculi, quibus nõ solum sudariola, sed leues etiam nummulos in quotidianum usum gestare solemus: ut in l. diuus, in principio. ff. de bonis damnat. Nec si zonã circa se habuerit, protinus aliquis sibi uendicare debebit: sed ueſtem qua is fuerit indutus aut nummulos in uentrali, quos uictus sui causa in promptu habuerit. Vbi alij codices legunt, nummulos inueterales.
Ventilo] uentilas, pen. corr. (κινάω, κινίζω) uentilare, Ventum excitare ut aliquid ardeat uel coquatur. Propert. lib. 4. eleg. 3. 10,
Hanc Venus ut uiuat uentilat ipsa facem.
Carbasa uentilantur aura. Stat. 4. Sylu. 3. 22.
Faces accensas uentilare. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 2.
Frumentum uentilare, Ventilabro expurgare. Plinius lib. 18. cap. 30. 6.
Aura uentilat iubas. Silius lib. 16. 89.
Flatus uentilat incendia. Silius lib. 17. 103.

Thesauri pars 3.

Vinum uentilare & refrigerare. Colum. lib. 12. cap. 30. 1.
Ventilare, sine adiecto, est Excitare auram ad calorem temperandum. Suet. in Augusto, cap. 82, Æstate apertis foribus ac sæpe in peristylo saliente aqua, atq; etiam uentilante aliquo cubabat.
Ventilare, Per manus uersare, è digitis eximendo. Apuleius, Ad hæc ego imperato lucro diffusus in gaudium, & in dureos refulgentes, quos identidem manu mea uentilabam. Iuuen. Satyr. 1. 3,
Ventilet æstiuum digitis sudantibus aurum.
Ventilare concionem aliquam. Cicer. pro Flac. 43, Cuius lingua quasi flabello seditionis illa tum est egentium concio uentilata.
¶ Ventilatio, Verbale (κίνησις) Plin. lib. 23 cap. 1. 1, Innocẽtiores, quæ decerptæ diu pependêre: qua uentilatione etiam utiles fiunt stomacho, ægrisq;. De uuis.
¶ Ventilator, pen. prod. Verbale (κινητὴς, κινητὴρ) Qui frumentum uentilat. Columell. lib. 2. cap. 10. 11, Faba quæ longius emittetur, pura eò perueniet, quò uentilator eam iaculabitur.
Ventilator naturæ. Cic. 1. de Nat. deor. 112, Non putet igitur physicum, id est speculatorem, uentilatoremq; naturæ, ab animis consuetudine imbutis petere testimonium ueritatis?
Vetus codex habet, uenatoremq;, &c.
Ventilatores apud Quintilianum lib. 10. cap. 7, sunt præstigiatores: qui ut uentilatores grana quæ purgant, in uentum proiciunt, ita rem quam retinent manibus, ejicere ut dentur. Ita enim ait, Quo usu constat mira illa in scenis pilariorum ac uentilatorum, ut ea quæ emiserint ultrò uenire in manus credas, & quæ iubentur decurrere.
¶ Ventilabrum, uentilabri, pen. prod. (λικμητήριον) Instrumentum quo aliquid uentilatur. Colum. lib. 2. cap. 10. 10, Nam quum aceruus paleis granisq; mistus in unum fuerit congestus, paulatim ex eo uentilabris per longius spacium iactetur.
Ventito] Vide Venio.
Ventosus] Vide Ventus.
Ventus] uenti, masc. gen. (ἄνεμος, πνοὴ, αὔρα, ἰωὴ, ῥόῳ) à Venio fit: proprie est, cum impetu ueniens aer: quin nihil aliud sit uentus, quàm aer commotus atq; agitatus. Vt truuius, Ventus est aeris fluens unda, cum incerta motus redundantia. Cic. 2. de Nat. deor. 145, Aer effluens huc & illuc uêtos efficit. Idem 2. de Diuinat. 64, Placet enim Stoicos, eos anhelitus terræ qui frigidi sunt, quum fluere cœperint, uentos esse.
Ocyor uentis. Virg. 5. Aeneid. 64.
Domus peruia uento. Ouid. 2. Metam. 153.
Accessus uentorum. Vide Accedo.
Aequor uentorum. Catul. Argon. 59 3.
Cursus uentorum. Catull. in Camerium, 51. 6.
Paces uentorum. Lucret. lib. 5, 247.
Cæca potestas uenti. Lucret. lib. 3. 50.
Rabies sæua uentorum. Ouid. 5. Metam. 2.
Turbo uenti. Virg. 9. Aeneid. 19.
Vis fera uentorum. Ouid. 15. Metam. 60.
Vires ualidæ uentorum. Lucret. lib. 3. 100.
Aduersus uentus. Ouid. Epist. 6. 2.
Aerij uenti. Catull. Argon. 59. 29.
Igneus uentus. Seneca Thyeste, 1. 22.
Inanis. Virg. 10. Aeneid. 17.
Insanus. Stat. 6. Thebaid. 60.
Languidus. Seneca Herc. Oet. 20, 6. 2.
Leuis. Virg. 2. Aeneid. 159.
Loquax. Lucan. lib. 5. 17.

Magnus. Vide Magnus.
Mobilis. Ouid. Epist. 5.23.
Mitior uentus, Ouid. 13. Metam. 89.
Nigris uentis asperа æquora. Horat. 1. Carm. ode 5.2.
Niualis. Virg. 3. Georg. 64.
Pertinax uentus. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 59. 2.
Pluuius. Horat. 1. Carm. ode 17.
Proteruus. Horat. 1. Carm. ode 20. 1.
Rapax. Ouid. 1. de Arte, 78.
Rapidus. Virg. 6. Aeneid. 15.
Sæuus. Ouid. 12. Metam. 2.
Secundus uentus, Prosper, minimè contrarius. Cic. ad Catonẽ, lib. 15. 3. 4.
Septentrionales & Septentriones uenti. Colum. lib. 11. cap. 2. 16. Cic. ad Atticum, lib. 9. 173. 9.
Tenuis. Virg. 3. Aeneid. 90.
Tepidus. Ouid. 7. Metam. 114.
Vagus. Horat. 3. Carm. ode 29. 5.
Trux. Stat. 10. Thebaid. 19.
Tumidus. Seneca Medea, 8. 1.
Validus. Ouid. 6. Metam. 62.
Vanus. Catull. Argon. 59. 22.
Vehemens uentus & immoderata tempestas. Cic. pro Roscio Amerino, 77.
Violenti uenti summa uis. Lucret. lib. 5. 247.
Abire in uentos. Vide Abeo.
Absentes uenti. Vide Absens, in Absum.
Accipiunt uentos à tergo carinæ. Ouid. 12. Metam. 8.
Accipiunt naues à tergo uentos, Vide A' præpositionem.
Admouit te uentus oræ Siculæ. Virg. 3. Aenеid. 83.
Agentes frigora uenti. Virg. 1. Georg. 71.
Agit nubes uentus. Virg. 1. Georg. 93.
Agit nubila uentus Virg. 1. Georg. 85.
Agitur carina suo uento. Ouid. Epist. 21. 15.
Actus discordibus uentis. Ouid. 4. Metam. 125.
Agitari uentorum ui. Cic. pro Cluentio, 109.
Apponere à uento. Vide A' uel Ab præpositiones.
Aspirare uentos alicui. Virg. 5. Aeneid. 121,
Irim de cælo misit Saturnia iuno
Iliacam ad classem, uentosq; aspirat euntі.
Bacchans uentus. Horat. 1. Carm. ode 25. 2.
Circunflari à uentis inuidiæ. Vide Circunflo.
Claudit uentos carcere Hippotades. Ouid. 4. Metam. 133.
Carcer clausus uentorum. Virg. 1. Aeneid. 49.
Cohibentur in antris leues uenti. Ouid. 15. Metam. 79.
Committere uitam uentis, Nauigare. Virg. 10. Aeneid. 14.
Magni commôrunt æquora uenti. Lucret. lib. 2. 154.
Concipere uentum. Vide Concipio.
Odioso uento concita æquora, Ouid. epist. 18. 5.
Concrescunt imbres gelidis uentis. Ouid. 9. Metam. 45.
Concurrunt prælia uentorum. Virg. 2. Georg. 64.
Confligunt rupto turbine aduersi uenti. Virg. 1. Georg. 84.
Consurgunt uenti ab atro uesperе. Virg. 5. Aeneid. 4.
Coorti uenti. Lucret. lib. 2. 112.
Crepitabat leni bractea uento. Virg. 6. Aeneid. 42.
Custodit uentos Aeolus. Ouid. 11. Metam. 150.
Deprælіantes feruido æquore uenti. Horat. 1. Carm. ode 9. 3.
Dare comam diffundere uentis. Virg. 1. Aeneid. 65.
Dant cursum uenti. Virg. 3. Aeneid. 68.
Placata maria dant uenti. Virg 3. Aeneid. 14.
Operam dat uentus, Prosper est. Plaut. Milite, 16. 50.
Dare uerba in uentos. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 9.
Ire uentis. Horat. Epod. 9. 8.
Euertere æquora uentis. Virg. 1. Aeneid. 10.
Explorare omnes uentos. Virg. 3. Aeneid. 123.
Facientes frigora uenti. Ouid. 1. Metam. 12.
Fauentes uenti cælo pelagoq;. Ouid. Epist. 2. 4.
Ferens uentus. Virg. 3. Aeneid. 86. 4.
Expectet facilemq; fugam uentosq; ferentes.
Ferri iniuriosis uentis. Horat. Epod. 17. 7.
Nauis fertur uelis uentoq;. Lucret. lib. 4. 182.
Ferunt omnia uentis nimbisq;. Virg. 1. Georg. 91.
Furentes uenti. Virg. 10. Aeneid. 8.
Glomeratq; ferens incendia uentus. Virg. 2. Georg. 63.
Impellunt ratem uenti. Silius lib. 17. 9.
Impulsa ianua animoso uento. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 11.
Impendens uentus. Virg. 1. Georg. 73.
Increbrescit uentus. Vide Increbresco.
Secundis uentis intendere uela. Virg. 3. Aeneid. 137.
Vtilibus uentis intrare urbem. Ouid. 13. Metam. 27.
Luctantes uenti. Vide Luctor.
Mouere uentos tenui flabello. Ouid. 1. de Arte, 33.
Nascitur uentus. Vide Nascor.
Fauentibus uentis nauigare æquor. Ouid. 15. Metam. 10.
Perpessus uentos & imbres. Virg. 2. Aeneid. 12.
Petere urbem aliquam uento. Virg. 2. Aeneid. 36.
Ponunt uenti. Virg. 7. Aeneid. 6. id est, Quiescunt, desinunt.
Folle premere uentos. Persius Satyr. 5. 2.
Profundere uerba uentis. Lucret. lib. 4. 188.
Prosequitur surgens à puppi uentus euntes. Virg. 5. Aen. 156.
Pugnantes uenti. Lucret. lib. 6. 20.
Pulsari uento & imbri. Virg. 4. Aeneid. 50.
Flamine uentorum pulsæ nubes. Catul. Argon. 59. 48.
Quassata classis uentis. Virg 1. Aeneid. 112.
Vita recessit in uentos. Virg. 4. Aeneid. 141.
Sæuit mare uentis. Seneca Troade, 10. 27.
Secare uentos. Virg. 4. Aeneid. 52. de Mercurio uolante.
Secundante uento. Tacit. lib. 2.
Sequi urbem aliquam aut regionem uento. Virg. 4. Aen. 76.
Silent uenti. Seneca Medea, 8. 10.
Solutum æquor pace uentorum. Stat. 3. Thebaid. 51.
Sternere uentos, Placare. Horat. 1. Carm. ode 9. 2.
Placidi strauerunt æquora uenti. Virg. 5. Aeneid. 153.
Erit uentus, spirabit uentus. Virg. 1. Georg. 87.
Tenere uento cursum aliquò. Virg. 4. Aeneid. 10.
Temperat uentos Aeolus. Ouid. epist. 10. 14.
Tenuerunt æquora uenti emissi. Ouid. 11. Metam. 87.
Trahitur uento nubes. Virg. 4. Georg. 12.
Turbantes æquora uenti. Lucret. lib. 2. 1.
Verrentes æquora uenti. Lucret. lib. 5. 54.
Vesaniens uentus Catullus ad Thallum. 22. 3.
Verbera uentorum uitare. Lucret. lib. 5. 192.
Vocatis uentis prona petit maria. Virg. 5. Aeneid. 43.
Voluunt mare uenti. Virg. 3 Aeneid. 40.
Crudelibus uentis uti. Ouid. epist. 10. 6.
Ventus secundus, pro secunda fortuna, per trãslationem. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 13. Quid si etiam Cæsarem, cuius nũc uenti ualde sunt secundi, reddo meliorem?
Ventus, pro Procella & turbine in Repub. Cic. in Pisonẽ, 15. Neq; tam fui timidus, ut qui maximis turbinibus ac fluctibus Reip. nauem gubernassem, saluamq; in portu collocassem, frontis tuæ nubeculam, &c. pertimescerem: alios ego uidi uentos, alias prospexi animo procellas.
Colligere concionum uentos: hoc est, Rumores, & sententias, aut deliberationes. Cic. pro Cluentio, 61.
Venium popularem quærere in re aliqua, Populi plausum et secundum rumorem, fauoremq; inanem expiscari. Cic. pro A. Cluentio, 102.

¶ Ventulus

¶ Ventulus, uentuli, pen. corr. m. g. Diminut. (ἀνεμίδιον) Terent. Eunucho, 3. 5. 47. (mur.
Cape hoc flabellum, et uentulũ huic fac sucito dũ lauat.
¶ Ventosus, pen. prod. Adiectiuum (ἀνεμώδης, ἀνεμοώδης, φυσώδης) Vento plenum: ut, Ventosa regio.
Ventosus aer. Plin. lib. 2. cap. 18. 1. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 10. ad Cupidinem.
Tu leuis es, multoq; tuis uentosior alis.
Aequora uentosa. Virg. 1. Georg. 42.
Alæ uentosæ. Virg. 12. Aeneid. 170.
Auræ uentosæ. Ouid. de Medicamine faciei, 12.
Currus uentosus. Horat. 2. epist. 1. 36.
Dies uentosus. Paul. in l. Qui occidit. ff. in hac act. ff. ad legem Aquil. Si quidem die uentoso id fecit, culpæ reus est.
Equi uentosi, Celeres. Ouid. 4. Fast. 79.
Follis uentosus. Virg. 8. Aeneid. 90.
Fornix uentosa. Cato cap. 38. 2.
Mare uentosum. Horat. 3. Carm. ode 4. 10.
Mens ceruorum uentosa. Lucret. lib. 3. 61.
Murmur uentosum aurẽ. Virg. eclog. 9. 11.
Potentia uentosa Neptuni. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 6.
Qualitas uentosa cæli: Colum. lib. 3. cap. 1. 5.
Status uentosus cæli: Colum. lib. 7. cap. 3. 3.
Vndæ uentosæ. Ouid. epist. 18. 40.
Ventosus, inanis. Plin. in Paneg. 50, Superbiebat uentosa & insolentis natio. Cic. 11. Philip. 301, Nam extraordinarium semper imperium populare atq; uentosum est, minimè uestræ grauitatis, minimè huius ordinis.
Gloria uentosa. Virg. 11. Aeneid. 142. id est, inanis iactantia.
Ventosus homo, dicitur leuis & inconstans. Horat. 1. epist. 8. 3. Brutus ad Cic. lib. 11. 9. 2. in primis rogo te, ad hominẽ uentosissimum Lepidum mittas.
Plebs uentosa. Horat. 1. Epist. 30. 8.
Ratio uentosa suãoris. Claud. de bello Getico, 23.
Venuculus] pen. cor. uel, ut in quibusdam exemplaribus legitur, Veniculus, aut uenüculus, Adiectiuum: ut, Venucula uitis, Venuculum sur. Colum. lib. 3. cap. 2. 2, Item quarum uuæ temporibus hyemis durabiles uasis cõduntur, ut uenuculæ, & nuper in hos usus exploratæ, numismatæ. Et in eo de cap. 17. Plin. lib. 14. capit. 12, Veniculã inter optimè defrescentes & ollis aptissimam, Campani malunt circulã uocare, alij staculam. Terracina numismatam, nullas uires proprias habentem, sed tota perinde ac solũ ualeat. Colũ. lib. 2. cap. 6. 2. Far quod uocatur uenunculum rutilum, atq; alterum candidũ, sed utrunq; maioris ponderis quàm Clusinum. Quo in loco uermiculũ legit Ruellius: fortasse exẽplo Plinij adducti, qui libro 22. cap. 25. 2. ait in farre uermiculum esse teredini similem, qui dentibus ultiatis medeatur. Nescio tamen, an uenaculum melius legi debeat: ait enim Plinius, far adoreum uernaculum dici.
Venulus] pen. corr. Turni legatus ad Diomedem: ut scribit Virg. in Proœmio lib. 8. Aeneid. 2.
Venum] παρὸ τὸ πωλεῖσθαι, à Venio, quasi Venium, usurpatur pro supino uerbi Veneo. Liuius, Se uenũ à primoribus datos. Gell. lib. 7. cap. 4, Venum solitos ire pileatos: id est, Vendi. Vide Veneo.
Venõ exercere: id est, Promercale habere, apud Tacitum, teste Budæo.
Venundo] uenundas, penultima producta. uenundedi, uenundatum (ἀπεμπολέω) uenundare, penultima correpta. Plinius libro 35, Octogiuta talentis uenundatas. Propert. lib. 3. eleg. 19. 5,
Tuq; ô Minoa uenundata Scylla figura.
¶ Venundatio, uenundationis, Verbale (ἀπεμπόλησις)
Permutatio rerum, & contractus ex conueniente prouenientes.
Venus] Ἀφροδίτη, πάνδημος, πανδημοτρόφος, Iouis filia, à nostris (ut scribit Cic. de Nat. deor. 101.) sic dicta, quòd ad res omnes ueniret: atq; ex ea potius uenustas, quam Venus ex uenustate. Sic ibidem lib. 3. 84. Venus quia uenit ad omnia. Græci Ἀφροδίτην, quòd è spuma maris, è testibus Saturni proiectis sit nata. Concha insidentẽ finxerunt: quòd, ut legitur apud Stobeũ, mulierẽ decet præter omnia, cura sub tecto, ac silentium. Hæc ille amorum, gratiarumq;, ita pulchritudinis, & deliciarũ, & uoluptatis omniũ dea est. Cic. Veneres plures fuisse declarat lib. 3. de Nat. deor. 80. his uerbis, Venus prima Cælo & Die nata, cuius Eli delubrũ uidemus. Altera spuma procreata, ex qua & Mercurio Cupidinem secundum natum accepimus. Tertia Ioue nata, & Dione, quæ nupsit Vulcano: sed ex ea & Marte natus Anteros dicitur. Quarta Syria, Cyróque concepta, quæ Astarte uocatur, quam Adonidi nupsisse proditum est.
Regina Gnidi Paphiq; Venus. Horat. 1. Carm. ode 30. 1.
Venus, pro Libidine. Terent. Eunuch.
Sine Cerere & Baccho friget Venus.
Dicuntur hæc sub persona Chremetis adolescentis rustici, qui sobrius oderat meretrices, post idem potus non abhorret. Cibus enim & potus irritamenta sunt libidinis. Elegãter autem Cererem pro cibo, Bacchum pro uino, Venerẽ pro libidine dixit, conuenienter in figura persistens. Ardet amantes, & frigent quæ languent. Erasmus.
Vsus uenеris alienus. Celsi lib. 3 cap. 21, Vbi conualuit aliquis diu, tum alienus ei ueneris usus est.
Venerem, quàm coitum dixisse magis decet, ait Quintil. libro 8. cap. 6. Plinius libro 24. cap. 9. 6, Ad uenerem impetus inhibent.
Frigidus in uenerem senior. Virg. 2. Georg. 20.
Pronum genus in uenerem. Ouid. 6. Metam. 92.
Rudis ad furtum ueneris. Ouid. epist. 16. 29.
Concordia ueneris. Ouid. 13. Metam. 185.
Sagittæ ueneris. Lucret. lib. 4. 257.
Spes ueneris inconcessa. Ouid. 9. Metam. 128.
Stimuli ueneris. Lucret. lib. 4. 245.
Studiosa ueneris iuuentus. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 17.
Voluptas damnosa ueneris. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 12. 7.
Alma Venus. Virg. 1. Aeneid. 125.
Aurea Venus. Virg. 10. Aeneid. 4.
Auspicata Venus. Catull. de Acme & Septimio, 4. 26.
Non casta Venus. Seneca Hippol. 2. 31.
Cytherea Venus. Horat. 1. Carm. ode 4. 1.
Damnosa Venus. Horat. 1. Epist. 19. 5.
Decens Venus. Horat. 1. Carm. ode 18. 2.
Diua Venus. Virg. 2. Aeneid. 166.
Externa uenus. Ouid. 14. Metam. 76.
Fosmineam uenerem refugere. Ouid. 10. Metam. 16.
Formosa Venus. Virg. eclog. 7. 15.
Furtiua Venus. Ouid. 1. de Arte, 55.
Iddalia Venus. Virg. 5. Aeneid. 151.
Ignaua uenus, Quæ ocio delectatur. Ouid. 2. Amor. eleg. 18. 13.
Illicita uenus. Stat. 8. Thebaid. 10.
Impia uenus, Concubitus incestus. Seneca Thyeste, 6. 27.
Læta uenus. Horat. 3. Carm. ode 21. 5.
Marina uenus Horat. 4. Carm. ode 11. 3.
Nefanda uenus. Virg. 6. Aeneid. 6.
Nuda uenus. Ouid. 3. de Arte, 45.
Palæstrica uenus. Vide Palæstra.
Paphia uenus. Vide Paphos.

Parabilis uenus. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 24.
Prisca uenus. Horat. 3. Carm. ode 9. 4.
Rara uenus. Celsus lib. 3. cap. 27.
Turpis uenus. Senec. Octauia, 4. 19.
Tuta uenus, Non prohibita legibus. Ouid. 1. de Arte, 7.
Volgiuaga uenus. Lucret. lib. 4. 216.
Vtilis uenus. Celsus lib. 1. cap. 3.
Vtraq; uenus. Ouid. 3. Metam. 64.
—Venus huic erat utraq; nota.
De Tiresia, qui & mas fuerat & fœmina.
Abdicata uenere. Vide Abdico.
Abstimere uenere. Vide Abstineo.
Abundare uenere. Vide Abundo.
Telis ueneris iclum accipere. Lucret. lib. 4. 218.
Admittere uenerem curis. Vide Admitto.
Amatoria uenus. Ouid. 1. de Remed. 29.
Ardescere uenere. Lucret. lib. 5. 179.
Auertere uenerem & stimulos amoris. Virg. 3. Georg. 42.
Carere fructu ueneris. Lucret. lib. 4. 216.
Facere sibi modum ueneris in aliqua. Ouid. 4. Metam. 52.
Sancta uenus habitat in paruis tectis. Senec. Hipp. 2. 26.
Inhibere uenerem. Vide Inhibeo.
Iungi per ueneris res. Lucret. lib. 5. 170.
Languentis ueneris irritamentum. Iuuenal. Satyr. 11. 17.
Nosse uenerem. Vide Nosco.
Perrumpere nodos ueneris. Lucret. lib. 4. 231.
Muneribus ueneris potens, Formosus. Horat. Carm. ode 10. 1.
Ruens in me Venus. Horat. 1. Carm. ode 19. 2.
Soluere corpora in uenerem. Virg. 4. Georg. 40.
Temperare uenere. Celsus lib. 4. cap. 24.
Vacare ueneri. Senec. Agamemn. 3. 16.
Vendere uenerem. Tibull. lib. 1. eleg. 4. 12.
Concessa Venere uti. Horat. 1. Serm. Satyra, 4. 23.
Venus, Stella, quæ alias Lucifer dicitur. Cic. 2. de Nat. deor. 77.
Infima est quinq; errantium terræq; proxima, stella Veneris, quæ φωσφόρος Græcè, Lucifer Latinè dicitur, quùm antegreditur solem: quum subsequitur autem, Hesperos.
Venus, pro amica. Virg. eclog. 3. 14.
Parta meæ ueneri sunt munera, &c.
Venus, Pulchritudo, uenustas, ornatus, elegantia. Quintil. lib. 6. cap. 4. Quod cũ gratia quadã & uenere dicitur. Plautus Sticho, 3. 5.
—profectò
Amœnitates omnium uenerum et uenustatum affero.
Veneres dicendi. Quintil. lib. 10. cap. 1.
Exornare narrationem gratia & uenere. Quintilianus libro 4. cap. 2. 82.
Venus, pro talorum iactu Veneris. Suet. in Augusto, cap. 71.
Talis enim iactatis ut quisq; canem aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat: quos tollebat uniuersos, qui Venerem iecerat,
¶ Venerius, Adiectiuum, siue Venereus (ἀφροδίσιος, ἀφροδισιακός) Quod ad Venerem pertinet: ut, Venerius nepotulus, apud Plautum in Milite, 2. 2. 20. Et apud eundem, Veneria sacerdos, in Rudente, 9. 24.
Homo uenerius, Veneri consecratus. Cic. pro Cluent. 32. Idem 7. Ver. 111, Iste autem homo uenerius, & affluens omni lepore & uenustate, de bonis illius in æde Veneris argenteũ Cupidinem posuit.
Venereus, iactus tali. Cic. 1. de Diuinat. 46. Quatuor tali iacti casu, uenereũ efficiunt. Num etiam centũ uenereos, si quadringentos talos ieceris, casu futuros putas?
Voluptates uenereæ. Cic. 4. Tusc. 11.
Pyra uenerea, apud Col. lib. 5. cap. 10. 12. & lib. 12. cap. 20. 3.
Veti rebus uenereis. Cic. de Senect. 43.
¶ Venustus, Aliud adiectiuum (σεμνός, σοβαρός, ἐπιχαρίεις, εὐχαρις, ἐπαφρόδιτος, ἐπαφροδίσιος) A Venere dicitur, teste Cicerone 2. de Nat. deor. 101.
Homo uenustus. Catul. ad Varum, 19. 1. Idem de Passere, 3. 1.
Lugeto ô Veneres, Cupidinesq;,
Et quantum est hominum uenustiorum.
Soror uenusta. Catull. de Gellio, 84. 1.
Vultus uenustus, Ingeniuus, elegans. Terent. Andr. 1. 1. 93.
—& uultu Sosia
Adeò modesto; adeò uenusto, ut nihil supra.
Gestus corporis uenustus. Cicero de claris Orat. 106.
Venustum esse, quod cum gratia quadam & uenere dicatur, apparet, inquit Quintil. lib. 6. cap. 4. Cic. ad Trebonium, lib. 15. 21. 7. Primum quod tibi facetum uidetur quicquid ego dixi, quod alij fortasse non item: deinde quòd illa siue faceta sunt, siue sic fiunt narrante uenustissima.
Sed obsecro te, ita uenusta habeãtur ista, nõ ut. Cic. in Par. 4. 7.
Venustus & urbanus. Cic. 1. de Orat. 126.
Sermo urbanus & uenustus. Cic. pro Domo sua, 71.
Sententia dulcis & uenusta. Cic. de claris Orat. 182.
Venustum ad aspectum. Cic. in Orat. 134.
Pulcher magis quàm uenustus. Suet. in Nerone, cap. 52, Suffla uo capillo, uultu pulchro magis quàm uenusto.
¶ Venustulus, pen. cor. Adiectiuum diminutiuum (ὑπόσεμνος) Plaut. Asin. 5. 70.
—compellando blanditer,
Osculando, oratione uinula, uenustula.
¶ Venustas, uenustatis, f. g. (κοσμιότης, εὐχαριστία, χάρις) Pulchritudo proprie muliebris, & dignitas: item gratia decendi, amabilisq; suauitas. Plaut. Pœn. 4. 34.
Pulcbrum & celebrem, & uenustatis diem plenum.
Terentius Hecyr. 5. 4. 17.
Antiquamq; adeò tuam uenustatem obtines.
Cic. 6. Ver. 4. Erant ænea præterea duo signa non maxima, uerùm eximia uenustate, uirginali habitu atq; uestitu. Idem 1. Offic. 181. Venustatem muliebrem ducere debemus, dignitatem uirilem.
Ex uenere uenustas dicta est. Cic. 2. de Nat. deor. 101.
Venustas & pulchritudo corporis secerni non potest à ualetudine. Cic. 1. Offic. 135.
Vultus multam affert tum dignitatem, tum uenustatem. Cicerõ in Orat. 33.
Vsus & uenustas. Cic. 1. de Nat. deor. 68.
Festiuitas & uenustas dicendi. Cic. 1. de Orat. 126.
Commendatur expositio uenustate. Quint. lib. 4. cap. 2. 84.
Lepôre & uenustate affluens. Cic. 7. Ver. 111.
Agere cum dignitate & uenustate. Cic. 1. de Orat. 69.
¶ Venustè, Aduerbium (σεμνῶς) Cælius ad Ciceronem, libro 8. 4. 5, Qua in re mihi uidetur illud perquàm uenustè cecidisse.
Venusia] Horatij poetæ patria, qui inde Venusinus, pen. prod. dicitur. Venusiæ meminit Plin. lib. 3. cap. 11
Colonus Venusinus. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 7.
Syluæ Venusinæ. Horat. 1. Carm. ode 28. 8.
Vepallidus] Adiectiuum, Malè & miserè pallidus, uel alia quantum pallidus. nam ue, in compositione interdum auget, interdum minuit: ut in his. Vesanus, Vecors, Vegrandis. Horat. lib. 1. Satyr. 2.
—uepallida lecto
Desiliat mulier, &c. Sic restituit Lambinus.
Vepra] æ, Fluuius, uel torrens potiùs è Cebennis montibus descendens, & Biterrinorum (quod oppidum est in diœcesi diœcesi Bœterrensi) mœnium quartã partem alluens, ibiq; ad eam eius loci portam, quæ Portaletum dicitur, Obrisce coniungens, Bœterris in mare Mediterraneũ haud procul Narbonem procurrit: nomine à uepribus inter quos et scaturit & labitur, deducto. Gallicè, Vebre.
Vepres] uepris (ἄκανθα) tam in singulari, quàm in plurali, generis masculini est, secundùm Probum: & fœminini, secundum Priscianum: Rubus, siue spina, aut etiam spinarum septum uel sepes dicitur: quòd uehementer prehendat. Ouid. 5. Metam. 126.
Aut leporis qui uepre latens hostilia cernit
Ora canum. Colum. lib. 11. cap. 3. Hunc ueprem manifestum est interimi non posse. In quo capite spinam, sentem, & ueprem, pro eodem accipit. Cic. 5. Tusc. 91, Septum undiq; & uestitum uepribus & dumetis, indagari sepulchrum. Horat. 1. Epist. 17. 2.
Corna uepres, & pruna ferant, & cornus, & ilex.
Hirsuti fecuerunt corpora uepres. Virg. 3. Georg. 89.
Sparsi rorabant sanguine uepres. Virg. 8. Aen. 129.
Incendere uepres. Virg. 1. Georg. 55.
¶ Veprecula, uepreculæ, penult. cor. Diminut. (ἀκανθίδιον) Cic. pro Sest. 61, Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, ut illa ex uepreculis extracta nitedula Rempub. conaretur arrodere.
¶ Vepretum, uepreti, pen. prod. (ἀκανθών) Locus uepribus plenus. Colum. lib. 4. cap. 32. 1, Flumina ripis & limitibus ac uepretis commodius, quàm medijs agris deponitur.
Ver] ueris, neut. gen. (ἔαρ, ἔαρος, ἦρ) Anni pars temperatior. à Veniendo dicta, quòd tum uenire, id est, oriri & crescere incipiunt uirgulta, & frondes ac flores arborum atq; herbarum.
Ver in tres partes diuiditur, Nouum, adultum, & præceps. Vide Adultus. Virg. 1. Georg. 9.
Vere nouo, gelidus canis quum montibus humor
Liquitur. Vbi Seruius, Vere nouo, & anni initium accipimus, & primam partem ueris.
Primo uere: id est, Nouo. Plin. lib. 10. cap. 29. 9.
Veris initium, quando: Cic. 7. Verr. 22, Quum autem uer esse cœperat, cuius initium iste non à Fauonio, neq; ab aliquo astro notabat, sed quum rosam uiderat, tum incipere uer arbitrabatur.
Aquosum. Stat. 4. Sylu. 4. 3.
Benignum. Seneca Thyeste, 9. 12.
Breue. Ouid. 1. Metam. 24.
Imbriferum. Virg. 1. Georg. 62.
Nidificum. Seneca Medea, 9. 9.
Nimbosum. Iuuen. Satyr. 4. 9.
Purpureum. Virg. eclog. 9. 7.
Tepidi ueris tempora. Ouid. 5. Fast. 120.
Vdo uere madent terræ. Virg. 3. Georg. 88.
Adolescit uer. Vide Adolco.
Agere uer. Virg. 2. Georg. 68.
Appetit uer. Vide Appeto.
Incipiente uere. Vide Incipio.
Ineunte uere. Vide Ineo.
Rubens. Virg. 2. Georg. 64.
Tepens. Ouid. 3. de Arte, 37.
Ver sacrum. Sisenna lib. 4. hist. Quondam Sabini feruntur uouisse, si res communis melioribus locis constitisset, se uer sacrum facturos. Festus, Ver sacrum uouendi mos fuit Italis: magnis enim periculis uouebant adducti, quæcunque proximo uere nata essent apud se animalia, immolaturos. Sed quum crudele uideretur, pueros ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam ætatem uelabant, atq; ita extra fines suos exigebant. Vide Liu. Decad. 3. lib. 2. 43. & Decad. 4. lib. 4. 164.

Ver tanquam adolescentiam significat, ostendiq; fructus futuros: reliqua tempora, demetendis frugibus, aut percipiendis accommodata sunt. Cic. de Senect. 64.
¶ Vernus, Adiect. (ἐαρινός, ἐαρίνος) Quod est ueris: ut, Vernæ flores, Vernum æquinoctium. Plin. lib. 19. cap. 31. 2.
Aura uerna. Ouid. epist. 6. 22.
Flos uernus. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 52.
Rosa uerna. Propert. lib. 3. eleg. 5. 5.
Sol uernus. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 6.
Species uerna diei. Lucret. lib. 1. 2.
Tempus uernum. Horat. de Arte, 61. Cic. de Senect. 64. Idem 9. Tusc. 53, Verno tempore tepefacta frondescunt.
¶ Vernum, ni, pro Verno tempore, uel Vere. Plin. lib. 19. cap. 3. 1. Ibidem, cap. 5. 27, In hoc mirum, imas eius radices crescere hyeme: uerno aut quùm apparuerit uiola, minui ac contrahi.
¶ Verno, uernas (βλαστέω) Uernare, Pullulare: quòd ipso uere omnia renasci & succrescere conspiciantur. Martial. libro 2. 60,
Quum tibi uernarent dubia lanugine malæ, id est, Pilos emittere inciperent. Colum. lib. 9. cap. 9. Apes, inquit, curam postulant diligentiorem, quùm uernant & exundant hostis fœtibus.
Ager uernans passere arguto. Martial. lib. 9. 57.
Arbores uernantes. Plin. lib. 22. cap. 22. 28.
Humus uernat. Ouid. 7. Metam. 57.
Nemus uernat. Senec. Herc. Oet. 4. 442.
Syluæ uernantes. Senec. Herc. Oet. 4. 430.
Cælum salubre & uernans, Salubre & mite, omnibusq; tam gratum, quàm quod uerno tempore uidemus. Plin. lib. 7. cap. 2. 17.
Vernare, Splendere. Plin. lib. 8. cap. 27. 3, Anguis hyberno situ obductam membranam corporis, hyberno situ obductam. Plin. lib. 30. cap. 3. 6, Anguinæ uernationis membrana cum oleo tedæq; resina calefacta. Sic lib. 29. cap. 3. 5, Membrana siue senectus anguium uernatione exuta cum cancro masculo trita.
Veraciras] Vide Verum.
Verædus] Opinio est, uerædum equum esse, qui uchat rhedam: sed Turnebus equum putat, qui neq; rhedam, neque cistum trahat, sed nice tamen rhedæ sit. Id adeò ex Martiale & Ausonio coniicere licet. Ille enim inquit,
Parcius utaris moneo rapiente uerædo
Prisce, nec in lepores tam uiolentus eas.
Non, ut opinor, qui uenabatur, rheda nectabatur: sed & equum esse non rhedam sequens, uersus indicat,
Decidit excussus nec rediturus equo.
Ausonius etiam apertissimè id indicat, his uerbis,
Non cistum, aut pigrum cautus conscende uerædum
Non tibi sit rhedæ, non amor acris equi. Iterum,
Vel celerem mannum, uel ruptum terga uerædum.
Vbi in equis uiatorijs numeratur uerædus. Sed & in anti-

quo Lexico exponitur πᾶλος. Isidorus tamen uerædos esse dictos ait, quod ueherent rhedas, quod per uias publicas currerent, per quas & rhedas ire solitu erat. Ex Turnebo.

Veratrum]ueratri, penult. prod. (ἐλλέβορος) Herba, quæ & helleborum dicitur, teste Plinio, libro 25. cap. 5. 14. Pers. Satyr. 1.

—non hic est ilias Acci
Ebria ueratro. Lucret. lib. 4. 129.
Prætérea nobis ueratrum est acre uenenum:
At capris adipes, & coturnicibus augent.

Vide Helleborum.

Verax]ueracis. Vide Verum.

Verbascum] φλόμος. Herba quæ Græcis, inquit Plinius, phlomos dicitur. cuius apud eundem duas species uidebis expressas. nostra lingua Bullonem album aut nigrum uocamus. Vide Plin. lib. 25. cap. 10. 1.

Verbena]uerbenæ, pen. prod. (ἱεροβοτάνη) Propriè, ut ait Seruius, herba sacra, sumpta de loco sacro Capitolij, qua coronabantur fœciales & pater patratus fœdera facturi, uel bella indicturi. Plinius libro 22. cap. 2 3, Siquidem authores Imperij Romani, conditoresq; immensum quiddam & hinc sumpsere, quoniam non aliunde sagmina in remedijs publicis fuêre, & in sacris, legationibusq; uerbenæ. Certè utroque nomine idem significatur, hoc est gramen ex arce, cum sua terra euulsum: ac semper & legati, quum ad hostes, elarigatumq; mitterentur, id est res raptas clarè repetitum: unus utique uerbenarius uocabatur. Plautus Trucul. 9. 27,

Fer huc uerbenam mihi, thus, & bellaria.

Virgil. 12. Aeneid. 24,

—& uerbena tempora uincti.

Multis statim ab radice trepidaneis angulosisq; caulibus, coma subtus incana, &c. Ruellius.

Verbenas abusiuè uocamus omnes frondes sacratas, ut est laurus, oliua, myrtus. Terent. Andr. 4. 4. 5,

—ex ara hinc sume uerbenas tibi,
Atq; eas substerne.

Nam myrtum fuisse Menander testatur. Hæc Seruius.

Verbenas Donatus ait esse omnes herbas & frondes festas, ad aras coronandas. ex aliquo loco puro decerptas, quasi herbenas, Cic. 6. Verr. 99. Dies ille quo ego Ennam quum uenissem, præsto mihi sacerdotes Cereris cum infulis ac uerbenis fuerunt.

Pinguet uerbenas adolere. Virg. eclog. 8. 13.

Velare capita uerbena. Propert. lib. 4. eleg. 3. 12.

Castis uerbenis uncta ara. Horat. 4. Carm. ode 11. 2.

Vincti tempora uerbena. Virg. 12. Aen. 24.

¶ **Verbenatus**, Adiect. Suet. in Caligula; Alterum qui se periturum ea de causa uouerat; cunctantem, pueris tradidit uerbenatum infulatumq;. Sic restituit ex ueteribus libris, cùm uerberatum mendosè excudatur. Turnebus.

¶ **Verbenaca**, uerbenacæ, pen. prod. (περιστερεών) Herba eadem quæ & uerbena dicitur. Plin. libro 25. cap. 9. 3, Nulla tamen Romanæ nobilitatis plus habet quàm hieroboiane. Aliqui peristereon, nostri uerbenacam uocant. Hæc est quam legatos ferre ad hostes indicatimus. Hac louis mensa uertitur, domus purgantur, lustranturq;. Genera eius duo sunt: Foliosa, quam fœminam putant: Mas rarioribus foliis. Ramuli utriusque plures, tenues, cubitales, angulosi. Folia minora quam quercus, angustioraq;, diuisuris maioribus. flos glaucus, radix longa, tenuis. Nascitur ubique in planis aquosis.

Verber]uerberis, pen. cor. neut. gen. (μάστιξ, πλῆγμα, κίνημα) instrumentum (inquit Valla lib. 6.) longum & exile, qualis est uirga, baculus, fustis, lora, flagellum, ferula, arundo, & siquid est simile. Terent. Andr. 1. 2. 27,

Verberibus cæsum te in pistrinum Daue dedam usque ad necem. Virg. 3. Georg. 22.

—illi instant uerbere torto.

Et Proni dant lora.

Cic. 7. Verr. 101, Ne catenæ, ne uerbera, ne fecures, ne cruciatus sociorum, &c. Mart. lib. 14. 76,

Sordida si flauo fuerit tibi puluere uestis,
Colligat hunc tenui uerbere cauda leuis.

Ictu uerberis increpuit. Ouid. 14. Metam. 165.

Crudeli uerbere lacerauit mea terga. Ouid. 2. Fast. 139.

Crudo uerbere mugit forum. Stat. 1. Sylu. 1. 14.

Seuire uerbere. Ouid. 2. Metam. 88.

Recto uerbere sæuus scorpius. Lucan. lib. 9. 158.

Verbera nonnunquam pro ipsa uerberatione, siue pro ictibus accipimus. Terent. Heaut. 23. 115,

Tibi erunt parata uerba, huic homini uerbera.

Liu. 2. ab Vrbe, 37, inde ostentare tergum fœdum recentibus uestigijs uerberum.

Densa uerbera. Stat. 8. Thebaid. 85.

Inania uerbera. Claudian. in Ruffi. 10.

Seua uerbera. Virg. 3. Georg. 51.

Accipere uerberibus. Vide Accipio.

Animaduertere uerberibus. Vide Animaduerto.

Castigare uerberibus. Vide Castigo.

Coërcere aliquem uerberibus. Vide Coërceo.

Deterreri uerberibus. Cic. 5. de Fin. 99.

Ferre uerbera in aliquem. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 2.

Ferre uerbera alicuius. Ouid. 2. de Arte, 107.

Formidare uerbera. Stat. 5. Sylu. 3. 37.

Mulcare aliquem uerberibus. Tacit. lib. 1.

Necare aliquem uerberibus. Cic. in Pison. 66.

Negare se uerberibus. Tibull. lib. 2. eleg. 3. 17.

Pati uerbera. Tibull. lib. 3. eleg. 4. 14.

Lenta uerbera pati. Virg. 3. Georg. 42.

Præbere manus uerberibus. Ouid. 1. de Arte, 7.

Scindentia uerbera pectus. Silius lib. 1. 35.

Sonant seua uerbera. Virg. 6. Aen. 112.

Stare ad uerbera. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 4.

Subeunt uerbera manus teneræ. Ouid. Amor. eleg. 13. 4.

Serui qui ad supplicium cæsi uerberibus trahuntur. Cic. Antequam iret in exilium, 11.

Radiorum uerbera. Lucret. 1. 222.

Ventorum uerbera uttare. Lucret. lib. 5. 192.

Linguæ uerbera, Obiurgationes. Horat. 3. Carm. ode 12. 2.

¶ **Verbero**, uerberas. pen. corr. (τύπτω, ἰμάσσω, μαστίω, μαστίγόω, κόπτω, ῥαβδίζω) uerberare, Verbere cædere. Liu. 2. ab Vrbe, 178, Sunt qui patrem authorem eius supplicij ferunt eum cognita domi causa uerberasse, ac necasse. Cic. 7. Verr. 88, Quæ quum apud te diceret, uirgis oculi uerberabantur.

Pendere, pulsari & uerberari. Cic. 5. Verr. 54.

Vngula sonante urbem uerberat equus. Horat. Epod. 16. 3.

Manifesto uerberari. Vide Manifestus.

Ora uerberat manu. Propert. lib. 2. eleg. 10. 2.

Verberare tormentis. Cic. 8. Philip. 24. 7.

Verberat alas hirundo. Plaut. Bacchid. 1. 17.

Aquila uerberat æthera alis. Virg. 11. Aen. 152.

Ictibus auras uerberare. Idem 5. Aen. 75.

Verberari sole, luna, imbre, ac uentis. Plin. lib. 14. cap. 21. 4

Aer uerberat etiam interiorem partem. Lucret. lib. 4. 19.

Vmeæ uerberatæ grandine. Horat. 3. Carm. ode 1. 6.

Verberare, de uerbis etiam dicitur: quoniam, ut testatur Nonius, uerberare non solum à uerberibus dictum, sed etiam à uerbis. Plaut. Amph. 4. 179,

Hinc enim mihi dextera uox aures ut uidetur, uerberat.

Aures sermonibus uerberatæ. Tacit. in uita Agricolæ.

Verberare cogitationis conuicio, pro Lacessere. Qu. Cic. ad Tiron. lib. 19. 26. 1.

Aliquem iniuria uerberare. Cic. 4. de Fin. 122.

¶ **Verberito**, uerberitas, pen. cor. uerberitare, Sæpe uerberare. Festus, Verberitare idem Cato frequentatiue ab eo quod uerbero dixit.

¶ **Verberatus**, huius uerberatus, pen. prod. masc. gen. (κίνημα) ipsa uerberatio. Plin. lib. 31. cap. 3. 9. Si etiam expressa in altum, aut è sublimi deiecta, uerberatu corripiat aera. De qualitate aquarum.

Verberatus, pro Impulsu. Cic. lib. 7, Si non propemodum tuo uerberatu ei omnes te præeunte iurauimus, eosdem nos inimicos.

¶ **Verberatio**, uerberationis, Verbale (κίνησις, ῥαβδίσεως) Qu. Cic. ad Tiron. lib. 16, 27. 1, Mirificam mihi uerberationem cessationis epistola dedisti.

¶ **Verberabilis** (τυπτός) uerberabilior, uerberabilissimus, Plaut. 20. Aulul. 6,

Verberabilissime etiam rogitas, non fur, sed trifur.

¶ **Verbercus**, Adiect. (τυπτέος) Quod est dignum ut uerberetur. Plaut. Perf. 6. 2,

Ain' uero uerbereum caput? Idem Pseud. 14. 9,

—sed uideo
Eccum uerbeream statuam.

¶ **Verbero**, pen. cor. uerberonis, masc. gen. (μαστιγίας) Qui est uerbere dignus. Plaut. Amph. 4. 130,

Ain' uero uerbero? Ibidem, 7. 10,

—tún' me uerbero
Audes herum ludificarier?

Verbum]uerbi (ἔπος, μῦθος, λόγος, ῥῆμα) à Verberatu: quod uerberato lingua intra palatum aere, omnis oratio pronatur. Varro à ueritate deducit, quòd uerum nos loqui oporteat. Terent. Andr. 5. 2. 19,

Verbum si addideris. Idem Hecyr. 3. 1. 33,

Fortassè unum aliquod uerbũ inter eas iram hanc concluerit. Cic. 2. de Orat. 71, Neq; enim quoties uerbum aliquod est scribendum nobis, toties eius uerbi literæ sunt cogitatione conquirendæ. Idem in Topicis, 18, Verba sunt rerum notæ.

Verbum uoluptatis, non habet dignitatem. Cic. 2. de Fin. 119.

Verba istæc sunt. Terent. Phorm. 3. 2. 32,

Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicauerit.

D. Verba istæc sunt.

Verba & inceptiæ. Cic. in Pisonem, 52, Existimatio, dedecus, infamia, turpitudo, uerba sunt atq; ineptiæ.

Verbo tenus differere. Cic. 3. de Legib. 20.

Ora peruia uerbis. Ouid. 5. Metam. 30.

Ambage nouorum uerborum obscurum carmen. Ouid. 14. Metam. 12.

Asperitas uerborum. Ouid. 14. Metam. 105.

Collocatio uerborum. Quintil. lib. 1. cap. 10. 19.

Copia uerborum. Quintil. lib. 1. cap. 8. 6.

Copia casse uerborum. Lucret. lib. 4. 103.

Delectus uerborũ, origo est eloquentiæ. Cic. de clar. Orat. 137.

Deriuatio uerborum. Quintil. lib. 3. cap. 7. 28.

Electio uerborum. Quintil. lib. 1. cap. 12. 3.

Elegantia uerborum. Quintil. lib. 1. cap. 8. 6.

Grauitas uerborum. Quintil. lib. 1. cap. 8. 6.

Iactatio uerborum. Vide Iactatio, in Iacio.

Iaculatio uerborum. Quint. lib. 1. cap. 3. 30.

Magnificentia uerborum. Quintil. lib. 3. cap. 8. 42.

Murmura uerborum. Ouid. 10. Metam. 77.

Summa uerborum. Ouid. 14. Metam. 163.

Balba uerba. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 55.

Canina uerba. Ouid. in Ibim, 47.

Latrat & in toto uerba canina foro.

Castrense uerbum. Vide Castrensis, in Castrum.

Certa uerba. Vide Certus.

Charum ipsum uerbum est amoris, ex quo amicitiæ nomen est ductum. Cic. 1. de Nat. deor. 167.

Composita uerba. Vide Compono.

Confusa uerba. Ouid. 2. Metam. 134.

Consulta uerba. Vide Consulo.

Contumeliosissimum uerbum. Quintil. lib. 2. cap. 12. 8.

*Durum uerbum, insolens, & humile. Cic. de clar. Orat. 156.

Execrantia uerba. Ouid. 5. Metam. 21.

Expressa & sensu tincta uerba. Quintil. lib. 4. cap. 2. 83.

Exquisita uerba. Quintil. lib. 4. cap. 2. 26.

Grandia uerba. Persius Satyr. 3. 5.

Grauia uerba, plena, sonantia, iuncta, facta, cognominata, non uulgata, superlata, in primisq; translata, nec in singulis uerbis, sed in continentibus soluta. Cic. in Partit. 29.

Grauissima uerba. Quintil. 6. cap. 3. 28.

Inania uerba. Vide Inanis.

Indignantia uerba. Ouid. 6. Metam. 117.

Indomita uerba. Seneca Agamem. 13. 3.

Ingentia uerba, Magnifica. Ouid. 13. Metam. 69.

Inopinata uerba. Vide Inopinans.

Inornata uerba. Horat. de Arte, 48.

Verbum inquinatum, abiectum, non aptum, durum, longè petitum. Cic. de Optimo genere Orat. 144.

Insolens uerbum. Vide Insolens.

Intrepida uerba. Seneca Hippol. 5. 1.

Lenia uerba. Ouid. 2. Amor. eleg. 1. 5.

Libera uerba. Propert. lib. 4. eleg. 12. 18.

Luctifica uerba. Seneca Thebaide, 1. 27.

Lugubre uerbum. Vide Lugubris, in Lugeo.

Magnifica uerba. Vide Magnificus, in Magnus.

Mala uerba. Vide Malus.

Medentia uerba. Stat. 2. Syl 1. 1.

Minantia uerba. Ouid. 5. Metam. 134.

Natiua uerba, Vide Natiuus, in Nascor.

Nauticum uerbum. Vide Nauticus, in Nauis.

Nitida uerba. Vide Nitidus, in Niteo.

Nostratia uerba. Vide Nostras, in Noster.

Noua ficta q; uerba. Horat. de Arte, 11.

Nuncia uerba. Valer. 1. Argon. 90.

Nupta uerba. Vide Nubo.

Obscura uerba. Seneca 1. Thebaid. 25.

Obsoleta et Barbara uerba. Vide Obsoletus, in Obsoleo.

Ouantia uerba. Silius lib. 8. 53.

Perabsurda uerba. Vide Perabsurdus.

Perplexa uerba. Seneca Hippol. 8. 5.

Prænuncia uerba cladis. Ouid. 3 Metam. 150.

Prosaïna uerba, Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 10.

Propria, usitata uerba, noua, prisca, inusitata, Cic. in Or. 4. 4.

Propria, significantia, & nõ sordida uerba. Quintil. li. 4. cap. 2. 26.

Sæua uerba. Horat. Epod. 12. 3.

Sesquipedalia uerba. Horat. de Arte, 20.

Simulata uerba. Virg. 1. Aen. 143.

Singultantia uerba. Stat. 5. Sylu. 5. 6.

Solantia uerba. Ouid. 11. Metam. 137.

Solennia uerba. Ouid. 10. Metam. 1. Vide Solennis.

suadentia

Suadentia uerba. Stat. 11. Thebaid. 87.
Suspensa semper & obscura uerba. Tacit. lib. 1.
Tristia uerba. Horat. 2. de Arte, 2.
Vana uerba. Ouid. 13. Metam. 53.
Violenta uerba. Ouid. 3. Metam. 144.
Vulgaria & quotidiana uerba. Quintil. lib. 4. cap. 2. 42.
Aberrare uerbo aut nutu. Cic. de Aruſp. reſp. 20.
Abſtinere uerbis. Vide Abſtineo.
Abſit uerbo inuidia. Vide Abſum.
Accedit uerbum ad aures. Vide Accedo.
Accidit in te iſtud uerbum. Vide Accido.
Accipere uerbum, & uerbis. Vide Accipio.
Accommodare alicui uerba. Quintil. lib. 6. cap. 1. 21.
Addere uerba. Silius lib. 13. 145.
    Appellare uiros erat ardor, & addere uerba.
Verbum non amplius addam. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 24.
Addere periuria falsis uerbis. Ouid. 11. Metam. 42.
Adigere in uerba. Vide Adigo.
Affari aliquem blandis uerbis. Stat. 1. Achill. 77.
Anhelata uerba. Vide Anhelo.
Aptare uerba rebus. Quintil. lib. 3. cap. 8. 42.
Arripere uerba de foro. Vide Arripio.
Aucupari uerba, uel uim uerborum. Vide Aucupor.
Aucupari uerba rumoris. Senec Thebaid. 2. 9.
Auferre alicui uſum uerborum. Ouid. 14. Metam. 20.
Cadentia uerba tollere. Vide Cado.
Capta uerbis puella, Decepta. Ouid. 1. de Arte, 92.
Cauillari uerba alicuius. Tacit. lib. 1.
Claudere uerba pedibus. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 6.
Claudere uerba modis imparibus, Scribere elegias. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 8.
Coagmentare uerba. Vide Coagmento.
Cogere uerba in pedes, Carmina ſcribere. Ouidius 5. Triſt. eleg. 13. 7.
Cogitare ad uerbum. Vide Cogito.
Commemorare uerbis. Vide Commemoro.
Tabellis uerba committere, Scribere in tabellis. Ouid. 9. Metamorph. 118.
Commutare uerba. Vide Commuto.
Compellere aliquem amicis. Virg. 2. Aen. 75.
Compeſcere uerba. Seneca Medea, 3 12.
Complecti uno uerbo. Vide Complector.
Comprehendere uerbis. Vide Comprehendo.
Concipere uerba. Ouid 10. Metam. 58,
    Tum uerò Paphius pleniſſima concipit heros
    Verba, quibus Veneri grates agit.
Concipere uerba iuriſiurandi. Tacit. lib. 20.
Conferre uerba in palæa. Vide Confero.
Conferre uerba ad rem. Vide Confero.
Conflictari uerbis. Vide Confli&or.
Conijcere uerbum in interdictum. Vide Conijcio.
Conſarcire uerba. Stat. 2. Sylu. 1. 2.
Conſiſtere cum aliquo uerbis. Vide Conſiſto.
Conſueſcere uerbis idoneis. Vide Idoneus.
Contendere inter ſe uerbis. Vide Contendo.
Fictis uerbis contendere. Ouid. 13. Metam. 2.
Continuare uerba. Quintil. lib. 4. cap. 1. 43.
Conueniunt uitioſa uerba. Vide Conuenio.
Credere uerba alicui. Vide Credo.
Sum decepta tuis & amas, & fœmina uerbis. Ouid. 2. epiſt. 13.
Depromere uerba. Quintil. lib. 6 cap. 3. 28.
Deſunt uerba animo. Ouid. 3. Metam. 47.
Dicere excuſantia uerba Ouid. 9. Metam. 44.
Nouiſſima uerba dicere. Virg. 4. Aeneid. 130.

Precantia uerba dicere. Ouid. 7. Metam. 120.
Dare uerba alicui. Ouid. epiſt. 15. 48. Vide Do, das.
Dare uerba uentis. Ouid. epiſt. 2. 5.
Dare uerba in uentos. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 9.
Domare horrida uerba, Reticere uerba magnifica. Tibull. lib. 2. eleg. 5. 7.
Ducere uerbum ex uerbo. Quintil. lib. 1. cap. 6. 18.
Effingere uerba alicuius. Quintil. lib. 1. cap. 1. 4.
Non ultra uerba ac uoces errare. Tacit. lib. 17, Quartam & duodeuicesimam legiones, paucis ſeditionis auctoribus, non ultra uerba ac uoces erraſſe, & breui in officio fore. Similem ſenſum eleganter enunciat Curtius per intra, Vinam, inquit, Philotas quoq; intra uerba peccaſſet. Et intra uerba deſipere, Celſo eſt, non ultra uerba deſipere.
Nil opus eſt uerbis. Lucret. 5. 53.
Exaſperare rem uerbis. Quintil. lib. 4. cap. 2. 54.
Exaudi uerba mea Seneca Hippol. 12. 4.
Exponere rem uerbis. Lucret. lib. 1. 107. Idem lib. 3. 194.
Exprimere uerbum de, uel è uerbo, Ad uerbum transferre. Terent. in Prolog. Adelph. 11. Cic. 4. Acad. 35.
Facere multa uerba. Vide Multus.
Rata uerba alicuius facere. Ouid. 4. Metam. 78.
Facere uerba mortuo, Prouerbialis locutio. Terent. Phorm. 5. 9. 26. id eſt, Operam ludere. Vide Morior.
Fingere uerbum aliquod. Quintil. lib. 1. cap. 1. 18.
Flectunt animos uerba precantia. Ouid. 2. Metam. 97.
Formare rectè uerba. Quintil. lib. 1. cap. 12. 7.
Fundere uerba. Ouid. 7 Metam. 50.
Hortari aliquem uerbis. Horat. Epiſt. 2. 7.
Iacere uerba. Ouid. 15. Metam. 156.
Mitiſſima uerba iactare alicui. Ouid. 2. Metam. 164.
Inceſſere aliquem amaris uerbis. Silius lib. 11. 42.
Incidere uerba ceris. Ouid. 9. Metam. 167.
Incluſa uerba pectore. Valer. 4. Argon. 75.
Includere uerba uerſu. Vide Includo.
Incluſa mollis uerba. Stat. 4. Sylu. 4. 3.
Inculcare uerba Græca. Vide Inculco.
Incurrere uerbis in aliquem. Vide Incurro.
Infarcire uerba. Vide Infarcio.
Ingerere uerba & uocem. Vide Ingero.
Inhærere uerbis. Quintil. lib. 7. cap. 2. 41.
Interponere uerbum ullum. Vide Interpono.
Iterare uerba. Vide Iterum.
Interpretari uerbum priſcũ et inſolitum. Vide Interpretor.
Iungere uerba. Vide Iungo.
Iurgari uerbis. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 20.
Iurare in uerba alicuius. Horat. Epod. 15. 1.
Iurare in uerba aliqua. Vide Iuro.
Iurare conceptis uerbis. Vide Iuro.
Lenire aliquem mollibus uerbis. Horat. Epod. 5. 18.
Loqui diſerta uerba. Propert. lib. 3. eleg. 23. 2.
Meditata uerba loqui. Stat. 2. Sylu. 1. 15.
Modeſta uerba loqui. Ouid. 3. Amor. eleg. 13. 4.
Miniſtrat uerba uimum. Horat. 1. epiſt. 15. 5.
Modulanda uerba fidibus. Horat. 1. epiſt. 2. 29.
Mouent aliquem blanda uerba. Ouid. 6. Metam. 72.
Mouere odia uerbis. Virg. 2. Aen. 20.
Notare uerba memori animo. Ouid. 14. Metam. 163.
Niti uerbis. Quintil. lib. 3. cap. 6. 62.
Nuncupare uerbis. Vide Nuncupo.
Obuoluere uitium decoris uerbis. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 9.
Onerantia uerba laſſas aures. Horat. 1. Serm. Satyr. 10. 2.
Parcite uerbis malè ominatis. Horat. 3. Carm. ode 14. 3.
Peccare uerbo aliquo. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 8.

Perdere uerba, Fruſtra loqui. Senec. 1. Thebaid. 28.
Diceremiucundus, niſi id uerbum in omne tempus perdidiſſem. Cic. Lucceio, lib. 5. 15. 1.
Perdere uerba non proficientia. Ouid. 1. Triſt. eleg. 2. 3.
Perhibere uerba. Vide Perhibeo.
Permittere uerba, rehortari. Cic. 4. Verr. 47.
Poſita uerba in uſu quotidiano. Quintil. lib. 2. cap. 10. 7.
Portare uerba alicuius. Ouid. 2. Metam. 149.
Premere aliquem uerbo. Cic. 1. Tuſc. 22.
Profundere uerba uentis. Lucret. lib. 4. 188.
Promittere uerbis. Quintil. lib. 4. cap. 1. 42.
Proſequi aliquid uerbis antè præparatis. Quintil. libro 2. cap. 4. 22.
Recitare uerba ex codice. Cic. 7. Verr. 20. (pite
Redarguere uerba alicuius. Virg. 11. Aen. 138.
Reddere uerba. Reſpondere. Ouid. 9. Metam. 6.
Reddere uerbum uerbo. Horat. de Arte, 27.
Verbum pro uerbo reddere, Idem. Cicero de Optimo genere Orat. 148.
Eiſdem uerbis, ſiue ad uerbum reddere quod cogitauimus. Cicero de clar. Orat. 167. Quintil. lib. 10. cap. 6.
Relinquere uerbum ambiguo. Lucret. lib. 4. 229.
Imperfecta uerba relinquere. Ouid. 1. Metam. 106.
Repetere uerba. Ouid. Epiſt. 19. 7.
Reſpondere uerbum uerbo. Terent. Phorm. 1. 4. 36.
Retentare intermiſſa uerba. Ouid. 1. Metam. 150.
Retenta uerba dolore, Ouid. 10. Metam. 95.
Socianda uerba chordis. Horat. 4. Carm. ode 9. 1.
Sordent uerba. Stat. 5. Sylu. 5. 11.
Spernere uerba alicuius. Ouid. 5. Metam. 134.
Sumunt uerba ius ab authoribus. Quintil. lib. 1. cap. 4. 3.
Trahere uerba. Silius lib. 8. cap. 16.
Verba de uerbis trahere. Quintil. lib. 9. cap. 4. 14.
Transferre totidem uerbis. Cic. ad Attic. lib. 6. 113. 5.
Audacius translatum uerbum. Quintil. lib. 4. cap. 1. 41.
Vexare aliquem uerbis. Lucret. lib. 5. 33.
Vincere uerbis aliquid. Virg. 3. Georg. 58.
Et ſemel emiſſum uolat irreuocabile uerbum. Horatius 1. epiſt. 19 15.
Volutare ſecum uerba aliculius. Ouid. 1. Metam. 79.
Minoribus uerbis uti. Ouid. 6. Metam 31.
Petulantibus uerbis uti. Ouid. Epiſt. 15. 50.
Verbum, Prouerbium, uulgare dictum. Plaut. Moſtel. 10. 6.
Terent. Adelph. 5. 3. 17.
    Non æquũ dicis, non. nam uetus uerbũ hoc quidẽ eſt,
    Communia eſſe amicorum inter ſe omnia.
Idem Andr. 2. 5. 15.
Verbum. pro Tota ſententia. Terent. Andr. 5. 3. 14.
    Olim iſtuc olim, quum ita animum induxti tuum,
    Quod cuperes, aliquo pacto efficiundum tibi,
    Eodem die iſtuc uerbum uerè in te accidit.
Idem Eunuch. 1. 2. 95,
    Vtinam iſtuc uerbum ex animo ac uerè diceres.
Idem Adelph. 5. 8. 30.
Quid iſtuc uerbi eſt? Plaut. Ciſtel. 7. 6. 2. hoc eſt, Quid ſibi uolunt hæc uerba.
Bona uerba quæſo. Vide Bonus.
Verbis meis ſalutem ei adſcribito: hoc eſt, Meo nomine. Plaut. Bacchid. 15. 81,
    Scribe ſalutem tuo patri uerbis meis.
Cic. ad Attic. lib. 16. 336. 10, Atticæ, quoniam hilarula eſt, meis uerbis ſuauium des.
Verbum ſat eſt. Plaut. Bacch. 19. 36,
    Tu aurum rogato, cæterùm uerbum ſat eſt.
Idem Trucul. 12. 9.

Verbi gratia, & uerbi cauſa, quod & Exempli gratia dicitur, in eandem ſignificationem. Cicero de Fato, 18. Si quis, uerbi cauſa oriente Canicula natus eſt, is in mari non morietur. Sic 5. de Finib. 53, Verbi gratia, Propter uoluptatem nos amemus. Idem 4. Verr. 90. & 100. & 1. Tuſcul. 19. Lucret. lib. 3. 86.
Ad uerbum. Vide Ad.
In hæc uerba. Vide In.
In uerbo, Inter loquendum. Virg. 6. Aen. 110,
    Tantum effatus, & in uerbo neſtigia torſit.
Verbum, Pars orationis grammaticæ, in qua omnis uis orationis eſt. De qua abundè apud Grammaticos Quintil. lib. 9. cap. 4, Verbo ſenſum claudere, ſi compoſitio patiatur, optimum eſt.
¶ Verbigero, uerbigeras, pen. corr. (Διαλέγομαι) uerbigerare, Verba facere. Apuleius, Nimis multa eſt oratio, ſi uelimus memorare quæ ego contrà reſponderim, quandiu & quoties inter nos uerbigeratum ſit.
¶ Verbalis, & hoc uerbale, pen. prod. (ῥηματικὸς) Quod à uerbo deſcendit: ut lector à lego, doctor à docco. Dictio Grammaticis familiaris.
¶ Verboſus, pen. prod. Adiectiuũ (πολυμυθος, ἀμετροεπὴς) Quod uerbis abundat. Cic. Mario, lib. 7. 3. 19, Habes epiſtolam uerboſiorem fortaſſe quàm uelles.
Forum uerboſum. Ouid. 3. Triſt. eleg. 12. 4.
Leges uerboſæ. Ouid. 1. eleg. 15. 1.
Loci uerboſiſſimi. Quintil. lib. 2. cap 4. 23.
Loquela uerboſa. Catull. in Camerium, 31. 5.
Simulatio uerboſa. Cic. pro Murena, 28.
¶ Verboſè, pen. prod. Aduerb. (πολυμύθως) Multis uerbis. Cic. pro Murena, 22. Satis uerboſè. ſed quid poſtea? Et Mario, lib. 7. 3. 14, Hæc ad te ſcripſi uerboſius.
Adhibere diſcrimina uerboſius. Quintil. lib. 2. cap. 15. 13.
Exponere aliquid uerboſius. Quintil. lib. 3. cap. 11. 19.
¶ Verboſitas, pen. corr. uerboſitatis. Firmicus lib. 6. capite 12, Theſites ſcit debilis, ridiculus, & garrula uerboſitate ſemper impatiens.
Vercellæ] Βεργόμακι, Vrbs Italiæ Tranſpadanæ, in regione undecima Taurinis uicina, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 17. Silius lib. 8. 119,
    Vercellæ, ſuſcitq; ferax Pollentia uilli. Vulgò Vercell en Piedmont.
Verè] Vide Verus.
Verecundia] uerecundiæ, Pudor (αἰδὼς, αἰδὼ, αἰσχύνη, αἰσχυντία, αἰσχυντηλία) Licet Donatus pudorem eſſe dicat mali facti: uerecundiam, recti & honeſti. Cic. pro Quintio, 21, Homo timidus, ut virginali uerecundia. Idem 1. Off. 132.
Verecundia, & quaſi quidam ornatus uitæ. Sic in Partit. 42.
    Cuſtos uerò uirtutum omnium, dedecus fugiens, laudemq; maximè conſequens, uerecundia eſt.
Sine uerecundia nihil poteſt eſſe rectum, nihil honeſtum. Cic. 1. Offic. 207.
Timiditas imitatur uerecundiam. Cic. in Partit. 43.
Verecundia & pudor. Cic. 4. de Fin. 30.
Verecundia ætatis. Liu. 1. ab Vrbe, 13.
Adducere in uerecundiam. Liu. 1. ab Vrbe, 86.
Cepit eum uerecundia. Vide Capio.
Tardatus uerecundia. Quintil. lib. 1. cap. 3. 3.
Verecundia in rogando. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17. 14.
Verecundia, pro Modeſtia. Plin. epiſt. 7. lib. 2, Cauſas ſummâ fide, pari conſtantia, nec uerecundia minore defendit.
A uerecundia: id eſt, Præ uerecundia. Vide Ab uel Ab.
¶ Verecundus, Adiect. (αἰσχυντηρὸς, αἰδήμων) Pudens. Plaut. Aſin. 15. 6,

Decet uerecundum esse adolescentem.
Verecundus ut. Cic. 2 de Leg. 74, Innocentes ergo & uerecundi sunt ut bene audiant: & ut rumorem bonum colligant, erubescunt: pudici etiam loqui de pudicitia.
Verecundus in re aliqua. Cic. 12. Philip. 326.
Impudens & Verecundus, contraria. Cic. 2. de Orat. 196.
Verecundus & parcus in transferendo: cui Audax opponitur. Cic. in Orat. 45.
Color uerecundus. Horat. epod. 17. 5.
Decor uerecundus. Stat. 2. Sylu. 1. 28.
Inimicus uerecundus. Cic. 2. Philip. 63.
Oratio casta, uerecunda, uirgo incorrupta quodammodo. Cicero in Orat. 35.
Pudor uerecundus. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 10.
Puellæ uerecundæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 5. 2.
Rubor uerecundus. Ouid. 1. epist. 4. 15.
Verecunda tralatio, Mimus dura. Cic. ad Tiron. lib. 16. 17. 3.
Verba parum uerecunda. Quintilianus libro 10. cap. 1. id est, Obscœna.
Vita uerecunda. Ouid. 2. Trist. 71.
Vultus uerecundus. Ouid. 14. Metam. 168.
Verecundum est dicere. Quintil. lib. 7. cap. 2.
¶ Verecundè, Aduerb. (αἰδημόνως) Cic. 5. de Fin. 11, Tum ille timidè, uel potius uerecundè, Facio, inquit, equidem.
Verecundè & Constanter, contraria. Cic. 2. de Fin. 181.
Verecundè ac modestè. Liu. 6. bell. Pun. 254.
Gratulari alicui nimis uerecundè. Cic. Mario, lib. 7. 23.
Verecundius hac de re iamdudum loquor. Cic. 1. de Orat. 83.
¶ Verecunditer, Aduerbium antiquum. Pomponius Macco, Virginem præteriens uidit duos senes, unum uerecunditer non ducentem discipulum, uerum scalpentẽ nates. Nonius
¶ Verecundor, uerecundaris, uerecundari, penultima prod. (αἰδοῦμαι, ἐγκαλύπτομαι) Verecundia teneri. Plautus. Trin. 8. 60,
—uerecundari neminem
Apud mensam decet. Cic. 2. de Orat. 138, Nam quod Sp. Caruilio grauiter claudicanti ex uulnere ob Remp. accepto, & ob eam causam uerecundanti in publicum prodire, mater dixit.
Veredus] Vide Verædus.
Veredarius] Sidonius Apollinaris libro 5. epist. in epist. ad Aumastum, Hi sunt, qui imuident tunicatis ocia, stipendia paludatis, uiatica ueredarijs, mercatoribus undinas, &c.
Vereor] uereris, penult. prod. ueritus sum (αἰδέομαι, αἰδέσομαι, αἰδήσομαι, ἐνδυναβέομαι, ὀπίσομαι, ὑποστέλλομαι) uereri, Timere: propriè liberorum est, qui honesti gratia mouentur. Dictum, ut quidam uolunt, quasi ualde rcor: quia ea quæ timemus, multi facere ac diu cogitare solemus. Cicero pro Plancio, 23, Is patrem ueretur ut deum. Idem de Senect. 73.
Vereri & metuere aliquem. Author. ad Heren. lib. 4. 204.
Metuebant eum serui, uerebantur liberi. Cic. de Senect. 33.
Bella uereri. Ouid. 5. Trist. eleg. 11. 6.
Caritatem annonæ uereri. Cic. 5. Verr. 38.
Conspectum patris uereri. Terent. Phorm. 2. 2. 1.
Culpam uereri. Cic. 1. de Orat. 55.
Pauperiem ueritus. Horat. 1. epist. 10. 8.
Reprehensionem doctorum uereri. Cic. in Orat. 1.
Verbera uereri. Ouid. epist. 19. 15.
Vereri, cum datiuo. Cic. 4. Academ. 249, Vos autem mihi uereminí, ne labar ad opinionem, & aliquid adsciscam, & comprobem.
Vereri nonnihil ab aliquo, Ne malum afferat, siue nobis inferat. Terent. Andr. 3. 4. 3,
Ego dudum nannihil ueritus sum Daue abs te, ne faceres idem
Quod uulgus seruorum solet, dolis ut me deluderes.
Vereri ab aliquo supplicium. Author ad Heren.
Vereri de aliquo. Cic. de Senect. 17.
Vereri à Timere cur differat. Liu. 9. bell. Macedon. Verenur quidem uos Romani: & si ita uultis, etiam timemus: sed plus ueremur & timemus deos immortales.
Magis uereor. Vide Magis.
Vereor dicere. Terent. Andr. 2. 1. 25.
Tùne id ueritus es? Cic. Q. frat. lib. 1. 2.
Vereor ne. Terent. Phorm. 5. 8. 8,
Quid ad me ibatis? ridiculum: an uerberamini
Ne non id facerem quod recepissem semel?
Cic. ad Cornific. lib. 12. 19. 2, Non enim dubitabam quin eas libenter lecturus esses, uerebar ut redderentur.
Vereor ne non sit obligatus. Martianus in l. si mulier. §. 2. ff. de iure dotium.
Non uereor ne meæ uitæ modestia parum ualitura sit in posterum contra falsos rumores. Matius Cic. lib. 11. 28. 18.
Veritus es, nisi istum artem oratione exaggerasses, ne operam perdidisses. Cic. 1. de Orat. 120.
Vereor quid sit. Terent. Andr. 1. 4. 7,
Sed quidnam Pamphilum
Exanimatum uideo? uereor quid sit.
Cic. ad Attic. lib. 7. 12. 7. 2.
Vereor quorsum. Terent. Andr. 125,
Mirabar hoc si sic abiret, & heri semper lenitas
Verebar quorsum euaderet.
Vereor ut: pro, Vereor ne non, Terent. Hecyr. 1. 2. 26,
Sed firmæ hæ uereor ut sint nuptiæ. Idem Phorm. 5. 8. 72 Cic. 2. de Lege Agr. 62, Hoc quia uos fœdus non iusseritis, ueretur Hiempsal ut satis firmum sit & ratum.
Addo illud, quòd uereor tibi ipsi ut probem. Cicero Attic. libro 6. 111. 14.
¶ Verens, uerentis (αἰδέμενος) Participium, siue Nomen ex Participio; Timens. Cic. ad Papirium lib. 9. 16. 1, Qui te ad scribendum incitauit, uerentem ne Silius suo nuncio aliquid mihi solicitudinis attulisset.
Verens plagarum. Colum. lib. 6. cap. 2. 11, Sed non inertes huius pecudis mores, qui sunt uerentes plagarum et acclamationum. De bobus.
¶ Verendus. Aliud Participium (αἰδεσθέος) ut,
Augusta grauitate uerendus. Ouid. 9. Metam. 55.
Maiestas uerenda. Ouid. 4. Metam. 108.
Patres uerendi. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 28.
Senex uerendus. Claud. 2. Paneg. 87.
¶ Verenda, uerendorum, plur. nu. neu. ge. (αἰδοῖα) Dicuntur corporis partes, quæ non nisi cum uerecundia nominantur. Plin. iunior epist. 14. lib. 3, Repentè eum serui circunsistunt, alius fauces inuadit, alius os uerberat, alius pectus & uentrem, atq; etiam fœdum dictu, uerenda contundit.
Veretrum] ueretri, pen. prod. n. g. (αἰδοῖον) Membrum uirile. Suet. in Tiberio, cap. 62, Excogitauerat autem inter genera cruciatus etiam, ut larga meri potione per fallaciam oneratos, repentè ueretris deligatis, fidicularum simul urinæq; tormento distenderet.
Vergiliæ] Vergiliarum (πλειάδες) Stellæ sunt, quæ & Pleiades, & Instítor uestis dicuntur: ita appellatæ, quòd earum exortu Ver finem faciat, seu quòd circa æquinoctium uernum sit earum ortus matutinus. Sunt autem septem in Tauro locatæ: quarum signo exoriente, æstas significatur: occidente, hyems ostenditur. Earum exortus fit circa quintum idus Maias, distans ab æquinoctio uerno undequin-

undequinquagesimo die. Plaut. Amphit. 4. 131,
Nec lucula, nec Vesperus, neq; Vergiliæ occidunt.
Plin. lib. 16. cap. 25. 10, Concipiunt Vergiliarum exortu,
Cic. 2. de Nat. deor. 164,
At propter leuum genus omni ex parte locatas.
Paruas Vergilias tenui cũ luce uidebit. Ex poeta.
Virgil. 1. Georg. 28,
Nauita tum stellis numeros & nomina fecit,
Pleiadas, Hyadas. clarãq; Lycaonis Arctõ. Vbi Seruius Pleiades signũ est ante genua Tauri, quòd ortu suo primæ nauigationis tempus ostendit. Vnde Græcè Pleiades dicũtur ἀπὸ τῆ πλέειν. Latinè Vergiliæ, à uerni temporis significatione quo oriuntur.
Occasus Vergiliarum, Vide Occasus in Occido, pen. cor.
Vergo] uergis (φέρομαι, ῥέπω, συντείνω, πάλαντεύω) uersi uel secundum Diomedem uerxi, uersum, uergere, neutrum uerbum, & nonnunquam deponens, significat Declinare. Virg. 12. Aeneid. 146,
Quẽ damnet labor, & quo uergat pondere lethum.
Lucan. lib. 1. 11,
Nec polus aduersi calidus qua uergitur Austri.
Vergere ad. Cic. 11. Philip. 309, Et eius auxilium ad Italiã uergere, quàm ad Asiam maluissemus. Cæsar. 1. bel. Gal. 5, Vergit ad Septentriones.
Ad imum uergere. Horat. de Arte, 77.
Vergere in. Cic. 2. de Nat. deor. 174, Vt omnibus eius partibus in medium uergentibus, id autem medium, infimum in sphera est, nihil interrumpat.
In senium uergi. Stat. 4. Syl. 4. 14.
Aetas uergit. Tacit. lib. 2.
Venenum uergere alicui, Actiuè, pro miscere, fundere. Lucret. libro 5. 202.
¶ Vergens, Participium (συντείνων) Lucan lib. 2. 124,
Iliris Ionias uergens Epidaurus in undas.
Annis uergens. Tacit. lib. 13.
Anni uergentes in senium. Lucan. 1. 6.
Vergente iam die ingressus Senatũ, &c. id est, inclinato. Suet. in Othone, cap. 7.
Dies uergens in noctem. Seneca Thyeste, 9. 4.
Ora Hecates uergentia in tres partes. Ouid. 1. Fast. 29.
Vergobretus] Vergobreti, Summus erat apud Heduos magistratus, qui creabatur annuus, & uitæ necisq; in suos habebat potestatem. Cæs. bel. Gall. lib. 1.
Veriafrum] oleum. Scribon. Larg. 268. & 269.
Veridicus, Verisimile, & Veritas] Vide Verus.
Vermis] huius uermis, masc. gen. (σκώληξ) A' uertendo dicitur, quòd sese torquendo uertat, & ita repat. Plin. lib. 19. cap. 18. 9, Vulgò uerò si dulcedo nocet. & uermes radicibus inhæreant, remedium est amurca pura, &c. Lucretius libro 2. 175,
Quippe uidere licet uiuos existere uermes
Stercore de tetro.
¶ Vermiculus, uermiculi. pen. cor. Diminutiu. (σκωλήκιον) Plin. lib. 10. cap. 65. 2, Iam obituris muribus uermiculum in capite gigni tradunt. Lucret. lib. 2. 70.
¶ Verminosus, pen. prod. Adiectiuum (σκωληκώδης) Quod uermes habet. unde Verminosæ aures, quæ intus uermes habent. Plin. lib. 17. cap. 10. 11, Præter alia uitia etiam uerminosa fiunt. Idem lib. 20. cap. 14. 2.
¶ Vermiculor, pen. cor. uermicularis (σκωληκῶμαι, τερετίζομαι) uermiculari, Dicuntur arbores, in quibus uermes in cortice generantur. Est igitur uermiculari, uermiculis infestari. Plin. lib. 17. cap. 24. 5, Vermiculantur magis minutæ quædam arbores, omnes tamen ferè, idq; aues cani cor
ticis sono experiuntur.
Vermiculari (λεπτουργῶ) Minuta opera facere. unde λεπτουργήματα, Vermiculata opera dicuntur, quæ paruis tessellis insititijs apta atq; conserta sunt. Plin. lib. 35. cap. 1. 1, Nec tãtùm ut parietes toti aperiantur, uerùm & interraso marmore, uermiculatisq; ad effigies rerum & animalium crustis, Budæus.
Vermiculatum emblema. Cic. 3 de Orat. 94. ex Lucilio.
¶ Vermiculatio (σκωλήκωσις) Verbale, est quũ enatis uermiculis & bestiolis segetes, arbores ue infestantur. Plin. lib. 17. cap. 11. 11, Neq; uermiculationi obnoxium.
¶ Vermina, uerminorum, neut. gen. plur. numer. (στρόφος) Dolores corporis, qui quodam minuto motu intestina quasi uermes scindere uidentur. Hic dolor Græcè στροφὸς dicitur. Hæc Festus. Plinius, Magi eo uermina & dysenteriã curari putant.
¶ Vermino, uerminas, pen. corr. (σκωληκιάω) uerminare, Vermes habere. Cornelius Celsus, Nihil est perniciosius pueris dum uerminant. Sipontinus.
Verminari, pro Torqueri: A' uermibus deductum uerbũ, quòd facilè se torqueant, inquit Nonius. Varro, Septimo, inquit, mense uermimari cœpit, partum putauit propinquum.
Verminare, Vermes producere. Senec. 2. quæst. In uenenatis corporibus uermis nunquam nascitur: fulmine ictis mox uerminant.
¶ Verminatio, uerminationis, Verbale (σκωληκίασις) Morbus præsertim iumentorum, Plin. lib. 28. cap. 1. 17, Iisdem sanari dimissis infauces iumentorum uerminationes notum est. Idem lib. 30. cap. 15. 10.
Verminatio, Capitis dolor, ubi intus uidetur arrodi cerebrum Senec. epist. 96, Quot oculorum, auriumq; tormenta, & cerebri æstuantis uerminationes?
Verminatio pro acriori punctione doloris, in qualibet corporis parte. Seneca epist. 79, Omnium istorum prima uerminatio uexat, impetus mora extinguitur. Loquitur de podagra, chiragra, & morbis articularibus.
Verna] uernæ, commu. gen. (οἰκότριψ, οἰκογραφής) Seruus domi nostræ natus ex ancilla nostra aut seruo. Plautus Amphit. 4. 25. Idem Milit. 10. 103,
Quid, nutrici non missurus quicquam quæ uernas alis
Cælius Ciceroni, lib. 9. 15. 6,
Bellienus uerna Demetrij, qui ibi cum præsidio erat, &c.
Turba uernarum. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 5.
Lactei uernæ. Martial. lib. 5. 103.
Procaces uernæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 14.
Puer uernæ. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 24.
Tuberes uernæ. Vide Tuber.
¶ Vernula, uernulæ, pen. cor. Diminutiuũ. Mart. lib. 14. 59,
Siquis plorator collo tibi uernula pendet. Iuuen. Satyr. 10. 12,
Quem sequitur custos angustæ uernula capsæ.
¶ Vernaculus, pen. corr. Adiectiuũ, Omne quod dominostræ nascitur, uel in nostra patria, ut ait Valla lib. 1.
Res quotidianæ & uernaculæ. Cic. 3. de Orat. 52.
Vernacula lingua dicitur, uel seruilis, uel plebeia, qua tanquã communi ac naturali omnes uulgò loquũtur: linguam maternam hodie uocamus.
Vernaculæ uolucres: cui Aduenæ opponuntur. Varro. 3. de Re rust. cap. 55, Præterea uolucres, quũ partim aduenæ sint, ut hirundines & grues: partim uernaculæ, ut gallinæ & co-
Vernaculus mos: Id est, domesticus uel patriæ. (lumbæ.
Vernaculum consilium. Plaut. Poen. 14. 106.
Vernaculi artifices. Liu. 7. ab Vrbe, 6. id est, Domestici.
Antiqua & uernacula festiuitas. Cic. Pæto, lib. 9. 15. 7.

¶ Vernaculum, ἴδιον, Proprium ac peculiare. Plin. lib. 14. cap. 2.4, Potißima nobilitas datur uuis peculiaribus atq; uernaculis Italiæ.

Vernaculum, Quod à nobis domestica cõsuetudine usurpatur. Cic. de claris Orat. 89, Nec scio quo sapore uernaculo. Idē 5. Verr. 120. Non ut solemus in defensionibus dicere, crimen domesticum ac uernaculum.

Vernaculum (ἐαρινὸν) aliquando dicitur quod est ueris. Plin. lib. 17. cap. 22. 10, Vernacula putatio deiectis per ramos uitium crinibus circunuestit arborem, crinesq; ipsos uuis. Quo in loco non putárim uernam significari putationem, sed eam quæ tũ esset illic uulgaris. Mox enim sequitur, Galli ea in traduces porrigitur, &c.

Vernaculi, Malis moribus homines, Seneca de Benef. 6, Alter apud proximum circulatorem resedit: & quum uagus atq; erro uernaculis congregatur, transeuntem Platonem quem non quæsierat, inuenit.

¶ Vernilis, & hoc vernile, pen. prod. (δουλικὸς) Idem quod seruilis. Sive scurrilis.

Blanditiæ uernules. Tacit. lib. 18, Quamuis odiũ Vitellius uernilibus blãditijs uelaret. Hoc est, Seruilibus, & adulatorijs, ut ait Rhenanus in Castigationibus in Tacitum.

Dictum uernile. Tacitus lib. 10. hoc est, Scurrile, procax.

¶ Vernilitas, pen. cor. uernilitatis (βωμολοχία) Scurrilitas. Plin. lib. 34. cap. 8. 20, Puerum subdolæ ac furcatæ uernilitatis.

Vernilitatem uocant, quicquid contrarium est ingenuitati. Seneca epist. 96, Hæc seu leuitas est, seu uernilitas, punienda est promittendi facilitate. Loquitur de proteruia petendi quod impetratum nolis.

Imbui uernilitate. Quintil. lib. 1. cap. 11. 1.

Seruilis uernilitas. Quintil. lib. 1. cap. 11. 1.

¶ Verniliter) pen. cor. (πολλαντοπῶς) Scurriliter, seu adulatoriè: à uernis, quibus hæc uiuendi ars est. Cælius Venatore, Credo minus tandem hoc fit uerniliter. Nonius.

¶ Vernaliter. pen. corr. Aduerb. (δουλικῶς) id est, Seruiliter Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 22,

—Nec non uernaliter ipsis
Fungitur officijs. Quod alij pro luxuriosè, alij pro adulatoriè exponunt, quibus hæc uiuendi ars est.

Vernatio, Verno, Vernus] Vide Ver.

Verò] Discretiua cõiunctio (μέν, γέ, μὴν, μέντοι) ut, Achilles quidem fortis fuit, Vlysses verò astutus.

Verò, his dictionibus solet iungi, Neq;, nec, tum, age, sanè, iam, enim, at, quasi, ceu, nunc. ut, Neq; verò, nec verò, tum verò, age verò, sanè verò, iam verò, enimverò, at verò, quasi uero, ceu verò, nunc verò. Cum quibus particulis rarò Autem particula iungi solet.

Ain' verò, indignantis. Plautus, Ain' uero uerbero?

At verò nos docli scilicet à Græcia, hæc & à pueritia legimus & discimus. Cic. 2. Tusc. 49.

Aut verò, pro Aut etiam Cic. in Verrem, act. 5, Quem tibi hominem inuitis dijs immortalibus, aut verò deum tãtis religionibus eorum uiolatis auxilium futurum putas? Budæus.

Verò cum pronomine Ego, non tam discretionem interim significat, quàm (ut Hermolao placet) confirmationem, pro quidem etiam, uel etiam. Plinius, Proinde occupantibus locum faueo: ego verò & posteris.

Ego verò, Sæpe uelut in respondendo adhibetur: significatq; Profectò, uel certè, uel potius γέ, Græcum. Cic. ad Atticum. Nam quòd scribis te audire, me etiam mentis errore & dolore affici, mihi verò mens integra est. Idem, Quod laudas quia obliuisci me scripsi ante facta & dicta nostri amici, ego verò ita facio. Idem ad Volumnium, lib. 7. 344, Quas si ut uolumus, exceperimus: ego verò multam salutem & foro dicam & curiæ.

Ego verò, Aliter. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 3. 4, Quum enim te desydero, fratrẽ solũ desydero. Ego verò suauitate propè fratrẽ, propè æqualem, obsequio filium, consilio parentem.

Eia verò. Plautus,

Here tuus ubi amabò est? TR. eia verò quasi nõ sit intus.

Est verò ita, sed tamen huic amœnitati quam ex Quintio sæpe audio. Cic. 2. de Leg. 12.

Et verò. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 10, Tibi & fuit hoc semper facillimum, & verò esse debuit.

Et verò etiam. Cic. ad Attic. lib. 16. 342. 4, Quæ quidem uoluntate esse erga Atticum sæpe præsens, & illi ostendisti, & verò etiam mihi.

Iam verò. Plin. lib. 18. cap. 6. Latifundia perdidêre Italiam, iam verò & prouincias.

Id verò. Terent. in Prologo Eunuchi, 33,

—sed eas fabulas factas prius
Latinas fuisse sese, id verò pernegat. Pro, Id demum.

Ille verò, pro Imò verò. uel ille etiam. Cic. 2. de Diuin. 170. Idē pro Cælio, 37, Nihil igitur illa uicinitas redoluit? nihil hominum famã? nihil Baiæ deniq; ipsæ loquuntur? Illæ verò non loquuntur solùm, uerùm etiam personant.

Ille verò, ille certè. Cic. Attico, De Lepido verò & Tullio, quod quæris, illi verò non dubitant, quin Cæsari præstò futuri, in Senatumq; uenturi sint.

Ipse verò, ille verò. Cic. 2. de Nat. deor. 39, Ipse verò aer, qui natura maximè frigidus, minimè est expers caloris: ille verò est multò quidem calore admixtus.

Ita verò, sanè verò, Ironicè. Plautus,

Ita verò: ut tu ipse me dixisse dictites. hoc est, Mirum quin tibi hoc dicam, ut postea me accuses proditi arcani. Terent. Eunuch. 1. 2. 9,

Sanè quia verò hæ mihi patent semper fores. Budæus.

Mirum verò, per ironiam dictum. Terent. Andr. 4. 4. 16,

—habe:
Mirum verò impudenter mulier si facit meretrix.

Cic pro Flacco, 14, Mirandum verò est homines eos, &c. hoc est, Nequaquam mirari debemus.

Nisi verò. Cic. in Verr. act. ultima, Nisi verò existimatis, &c. Quasi dicat, Nihil minus est credibile.

Non verò, Vide Non.

Nunc verò. Vide Nunc.

Nunc verò iam. Vide Nunc.

Sed verò. ut At verò. Cic. pro Cluentio, 12. Sed ea verò sic agit, ut prorsus reticere nullo modo possit.

Tu verò, similem usum habet quem ego verò. Terent. Eunuch. 4. 4. 20, Quem tu verò uidere uelles Phædria.

Legiur & cum nominibus. Terent. Eunuch. 3. 5. 28.

Illi ilicò ubi accepit, læta verò ad se abducit domum.

Verò in principio epistolæ. Cic. ad Attic. lib. 5. 88. 1, Ego verò & tuum in discessu uidi animum, & meo sum ipse testis.

Verò, authore Donato, particula est quæ Ironiam aliquando uuet. Virg. 4. Aeneid. 19,

Egregium verò laudem, & spolia ampla refertis
Tuq; puerq; tuus, Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 55, Est verò probãdum qui & summa uoluntate cesserit, & egregia animi alacritate abfuerit. Budæus.

Verò, ironicũs, cum accusatiuo aliquando. Cic. 13. Philip. 363, Turpem verò actionem qua defenditur amplissimi authoritas ordinis contra crudelissimi gladiatoris amentiam. Hic manifesta est ironia.

Verò, permittentis est, & cõcedentis. Cic de claris Orat. 166 Tum Brutus, De isto postea: sed tu, inquit, in me intuens oratione

orationes nobis ueteres explicabis? Ego verò, inquã, Brute, sed in Cumano, &c. Terent. Heaut. 3. 2. 26,

Eho laudas qui heros fallantẽ &c. in loco, ego verò laudo. Cic. 1. de Fin. 43,

Verum igitur percurri omnem Epicuri disciplinam placet, &c. Tuo verò id quidem, inquam, arbitratu.

Nec verò, Nec etiam. Cic. de Vniuers. 16, Nihil porrò igni uacuum uideri potest, nec verò tangi quod careat solido. Idē de Oratore, Non enim omnis fortuna, non omnis honos, nõ omnis ætas, nec verò locus aut tempus, &c.

Verò expletiua, uel ornatiua est aliquando. Terent. Eun. 5. 4. 8, Id verò est quod ego puto mihi palmarium

Me reperisse. Vbi ait Donatus, Nisi ornatiuũ esset Verò, nihil significaret.

Verò, pro interiectione stomachantis accipi ait Donatus in illo Eunuchi, 5. 3. 3, —moue verò ocyus Te nutrix.

Vero] ueras. Vide Verus.

Vero] Fluuius Celtiberiæ, à quo Populi Verones dicti sunt, circa eum habitantes.

Veromandui] δημόνυμος, Galliæ Belgicæ populi, quorũ meminit Plinius lib. 4. cap. 17. Et Cæsar. bel. Gal. lib. 2. Vulgò Vermandois.

Verona] penul. prod. (βήρωνα) Vrbs Venetiæ, à Gallis olim condita, duce, ut quidã opinatur, Brenone, à quo Brenona primùm, deinde mutatis cõsuetudine literis, Verona appellata. Galli enim quum nouas sedes quærere ob intestinas discordias, & assiduas domi dissensiones cogerentur, in Italiã uenêre: expulsisq; inde cultoribus, Mediolanum, Comum, Brixiam, Bergomũ, Tridentum, Vicentiã condiderunt, Veronam magna ex parte alluit fluuius omnium amœnissimus Athesis. qui ex tridentinis Alpibus ortus, non longè à fossa Clodia Pado miscetur. Clara hæc urbs solo, ac frugum & fructuũ omniũ ubertate, tum alumno Catullo poeta. Ouid. 3. Amor. eleg. 14. 2,

Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo. Hinc fiunt adiectiua Veronius, & Veronensis.

Iuuenum Veronensiũ flos. Catull. de Cælio & Quintio, 95. 1.

Verpus] uerpi, m. g. (λεπτόδερμος, ψιλὸς) Medius digitus est: à Verrendo podice dictus.

Verpus Decorticatus, pellem non habens, recutitus. Catull. ad Porcium & Socrationem, 44. 1,

Vos Verraniolo meo, & Fabullo
Verpus præposuit Priapus ille. Martial. lib. 7. 81.

Verpi dicti sunt Iudæi, quòd sanguinis fluxum patiẽtes, hoc digito uerrendo podici utuntur, uel potius quia sunt recutiti: unde & apellæ dicuntur. Iuuen. Satyr. 14. 12.

—Eadem nisi sacra colenti,
Quæsitum ad fortem solos deducere Verpos.

¶ Verpam, fœ g. (ψωλὴ) mentulã innuit. Martial. lib. 11. 46, Iam nisi per somnũ nõ arrigis: & tibi Meui (um, 26. 1,

Incipit & medios meiere uerpa pedes. Catul. ad Mẽni

—Nam nihilo minore uerpa Es fartus. (tur.

Verra] Ara fuit Romæ, ad quã orabãt ne Agrippæ nascerẽ-

Verres C.] ὁ ῥῆς, perfunctus quæstura & Prætura urbana, patre C. Verre, & prætextato filio, & filia nupta, successit in Sicilia prætor C. Sacerdoti: atq; in ea libidinosè auareq; uersatus, decedens tandem succedente Metello repetundarum reus à Siculis postulatus est. Qui M. Tullium ad accusandum descendere compulerunt, iam pridem ipsis necessitudine copulatum, quum quæstor in Sicilia fuisset. Author Asconius Pædianus.

¶ Verrea, Verrecorum (βέρρεα) Festa siue sacra à Verre instituta. Cic. 4. Ver. 37, At verò præclarum diem reposuisti, Verrea ut agerent, & ut ad eum diem, quæ sacris epulisq; opus essent, in complures annos locarentur.

Verres] Verris, mas. g. (τομίας) Porcus masculus. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 4. 4, de sue loquens, Castrantur uerres commodissimè anniculi, utiq; ne minores quàm semestres, quo facto nomen mutant, atq; è uerribus dicuntur maiales. Horat. 3. Carm. ode 22. 2,

Imminens uillæ tua pinus esto,
Quam per exactos ego lætus annos
Verris obliquum meditantis ictum
Sanguine donem.

Verrem ad hominem masculũ transtulit. Plaut. Milit. 14. 66,

Nisi huic uerri affertur merces,
Non hic semimio suo quanq; porculenam partiturus est.

¶ Verrinus, pen. prod. Adiect. (τομικὸς) Quod est uerris. Plin. lib. 28. cap. 10, Simili modo uerrinum iecur exemptis duntaxat fibris, quatuor obolorum pondere. Ibidem cap. 9. 18, Adipe ferrino confici.

Verriculum] uerriculi. pen. cor. (σαγήνη) Rete piscatoriũ. quod trahendo è uado educitur.

¶ Verriculatus, pen. prod. Adiect. (σαγηνοειδὴς) Ad uerriculi formam factum. Colum. lib. 2 cap. 21. 2. Sunt autem metẽdi genera complura: multi falcibus uerriculatis: atq; ijs uel rostratis uel denticulatis mediũ culmum secant. Nisi q. is malit legere, uerticulatis, aut potius uermiculatis. Alij legunt, uericulatis: alij, uerueulatis

Verro] uerris, uerri & uersi, uersum (ἑλκύω, σκάπτω, πάλλω) uerrere. Trahere. Virg 1. Aeneid. 13,

Nisi faciat, maria ac terras cælumq; profundum
Quippe ferant rapidi secum, uerrantq; per auras

Venti uerrentes æquora. Lucret. lib. 5. 54.

Nautæ uerrunt cærula. Virg. 3. Aeneid. 42.

Remi uerrebant freta. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 9

Remis uada liuida uerrunt. Virg. Aeneid. 64.

Cauda uerruntur arenæ. Ouid. 10. Metam. 139.

Diripiũt uerruntq; dapes. Valer. 4. Argon. 90. de Harpyijs.

Verrere, Mundare, quòd trahendo sordes Mundentur. Apud Plaut. in Merc. 7. 57, Verre ædes. Iuuenal. Satyr. 14. 6,

Verre pauimentũ, nitidas ostende columnas.

Cic. in Parad. 46. Qui tergent, qui ungunt, qui uerrunt, qui spargunt, &c.

¶ Versus. Participium (σεσαρμένος) Virg. 1. Aeneid. 97.

—Et uersa puluis inscribitur hasta.

Spumant freta uersa lacertis. Idem 5. Aeneid 29.

Verruca] uerrucæ. pen. prod. (ἄκρα:) Locus in monte editior. Cato in libris Originum, Maturum censeo, inquit, si rẽ seruare uis, faciundum ut quadringentos aliquos milites ad uerrucam illam ire iubeas: eam uti occupent, imperes, horteriq;. Ex Gellio lib. 3. cap. 7. ubi uerrucam locum editum, asperumq; interpretatur.

Verruca (ὑπερχορδόνη πάθος) Caruncula eminens in corpore sine pruritu. Plin. lib 20. cap. 12. 5, Ocimum uerrucas misto atramento sutorio tollit. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 15.

Maculæ & uerrucæ gemmarum. Plin lib. 37. cap. 3.

¶ Verrucula, uerrucularum. pen. cor. Dimin. (ὑπερχορδόνιον) Colum. lib. 7. cap. 6. 17. Caper cui sub maxillis binæ uerruculæ colo deuendent, optimus habetur.

¶ Verrucosus, pen. prod. Adiect. (ὑπερχορδονώδης) Homo uerrucis plenus, & uarias eminentes partes habens. Verrucosa loca, Inæqualia, & diuersas partes eminentes habẽtia. Perf. Satyr. 1. 8.

Sunt quos Pacuuiusq; & uerrucosi moretur
Antiopa, &c. hoc est, aspera, non perpolita.

Orator uerrucosus. Cic. de claris Orat. 28.

¶ Verrucaria, uerrucariæ (ἄλιμον ῥόπαιον) Herba quæ uerru-

cas tollit. Plin. lib. 22. cap. 21. 7. Verrucas cũ sale tollit succus è folio: unde nostri uerrucariam herbam appellauêre, alijs cognominari effectibus digniorem.

Verrunco] uerruncas, uerruncare, Vertere, inquit Festus. unde Auerrunco compositum: de quo uide suo loco. Cic. 1. de Diuin. 82,

Per propinqua hæc bene uerruncẽt populo. Ex poeta.

Versiculor, Versiculus, Versipellis, Verso, uersus, Versura, Versus, Participium, Nomen, Præpositio, Aduerbium] Vide Verto, uertis.

Versus] Participium à Verro. Vide Verro.

Versutus, Versutilo quus] Vide Verto.

Vertagus] uertagi, pen. cor. Canis sponte in uenationẽ exiens, prædamq; domum referens. Mart. lib. 14. 205,

Non sibi, sed domino uenatur uertagus acer,
Illæsum leporem qui tibi dente feret.

Vertebra, Vertebratus, Vertex, Verticillum, Verticulum, uertigo] Vide Verto.

Verto] uertis, uerti, uersum (λίνω, λινέω, λινεύω, λινεύω, εἱλαω, εἱλέω, ἐλίσσω, κολέω, τρέπω, τροπάω, στρέφω, στροφάω, στροφολινέω) uertere: à Vere dicitur: quia Vere annus incipit uerti. Terent. Heaut. 5. 1. 73,

Retundam, redigam, ut quò se uertat nesciat.

Omnia uertere, pro Euertere & corrumpere. Cic. 1. Offic. 118.

Translatũ uideri potest ab ijs qui segetẽ uertũt ex Budæo.

In Africum se uertit Auster. Cæsar 3. bel. Ciuil. 105.

Agrum uertere, pro Subigere. Plin. lib. 18. cap. 6. 13.

Animam uertere, pro Reddere anhelitum. Plaut. Merc. 4. 15.

Arces uertere. Virg. 1. Aeneid. 5. hoc est, euertere.

Arma uertère aduersus Carthaginẽses Romani. Liu. 4. bel. Pũ.

Arma uertere in aliquem. Liu. 5. bel. Pun. 183. (212.

In auaritiam uerterat. Tacit. lib. 20.

Aures ad pacem uertere. Propert. lib. 4. eleg. 14. 3.

Beneficiũ uertere in grauissimam iniuriam. Plin. in Paneg. 59.

Dulcia se in bilem uertunt. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 15.

In bonum uertere. Quintil. lib. 1. cap. 1. 5, Nam bona facilè mutantur in peius: nunc quando in bonum uertevis ultia?

In bonum uertere auspicia. Liu. 10. ab Vrbe, 213.

In bonum uertere detrimentum. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 261.

Cælum uertitur. Virg. 2. Aeneid. 50,

Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox. id est,
In aliam faciem commutatur: quod more suo explanat sequentibus. Seruius.

Causas secũdorum & aduersorum uertere in deos. Liu. 8. bel. Pun. 56.

Causa uertitur in eo: pro, Consistit. Quintil lib. 3. cap. 13.

Certamen uertitur. Cic. ad Atticum, lib. 8. 166, 2.

In cinerem uertere. Ouid. 2. Metam. 43.

In consuetudinem uertere. Tacit. in dialogo de Orat.

In contrarium aliquid uertere. Quintil. lib. 3 cap. 11. 4.

In contumeliam suam uertere quod alius gesserit. Cæsar 1. bel. li Ciuil. 34.

Crateras uertere, pro potare. Virg. 9. Aeneid. 34,

—Fusiq; per herbam
Indulgent uino, & uertunt crateras ahenos.

Hemistichium Ennianum. Seruius.

Crimen reus citra accusationem in aduersarium uertit. Quintil. 7. cap. 3. 18.

In crimen uertere quod gloriæ esse debet. Liu. 10. belli Macedonici, 64.

Culpam uertere in gloriam. Plin. epist. 171.

Culpam omnem belli à publico consilio in Annibalem uertentes. Liuius 10. belli Pun. 101.

Cursum uertere aliquò. Virg. 3. Aeneid. 30,

Dies uertitur. Propert. lib. 2. eleg. 29. 7,

Nunc utcunq; potes fato gere saucia morem:
Et deus, & durus uertitur ipse dies.

Discrimen uertitur. Quintil. lib. 6. cap 1. 5.

In discrimine uerti dicuntur res: Liu. 6. ab Vrbe, 146.

In dorsum uertere, pro resupinare. Plin. lib. 9. cap. 10. 2.

Elocutionem uertere. Plin. epist. ultima, lib. 2.

Equos uertunt ad mœnia. Virg. 11. Aeneid. 124.

In facies omnes se uertere, Varias formas & species referre. Idem 12. Aeneid. 179.

Intra fines hos uertuntur omnia. Cælius ad Cic. lib. 8. 10. 12.

In fugam uertere aliquem, Cogere ut fugiat. Liuius 10. belli Punici, 159.

In gaudium renunciata uerterunt. Liu. lib. 5. Decad. 5.

Glebas uertere uomere. Lucret. lib. 1. 43.

Ad gloriam uertere. Tacit. lib. 13.

Gradum uertere. Ouid. 8. Metam. 28.

In horrorem uersum facinus. Liu. 4. ab. Vrbe, 75.

In ignorantiam uerti Senec. de Benef. lib. 3. cap. 1.

Impetum cæli cum admirabili celeritate moueri uertiq; uidemus. Cic. 2. de Nat. deor. 141.

Inuidiam in aliquem uertere. Quintil. lib. 6. cap. 58.

Ad inuidiam uertere. Tacit. lib. 13.

In inuidiam uertit se gloria. Liu. 2. ab Vrbe, 32.

In iocum aliquid uertere. Plin. lib. 21. cap. 31. 2.

Iras in aliquem uertere. Liu. 1. ab Vrbe, 54.

Iram uertere ab aliquo in alium. Horat. Epod. 103.

Iter uertere aliquò. Virg. 5. Aneid. 5.

Iter retrò uertere. Liu. 8. bel. Pun. 11.

Laudem uertere in crimina. Ouid. epist. 8. 11.

In laudem uertere. Tacit. lib. 4.

In licentiam uertere libertatem. Liu. 7. bel. Pun. 175.

In ludibrium uertere. Tacit. lib. 12.

In lupos uertere homines. Plin. lib. 8. cap. 22. 1

Ad luxuriam uertere usum aliculus rei: pro Conuertere, redigere, applicare. Plin. lib. 15. cap 4 1.

Malo uertere. Tacit. lib. 5.

Terror facilis uertere mentes. Lucan. lib. 2. 93.

Mœnia urbis ab imo uertere. Virg. 5 Aeneid. 162.

Mœnia uertere ferro. Lucan. lib. 3. 98.

In morem uertere. Tacit. lib. 20, Quod tum in morẽ uerterat.

Oculos ad sydera uertit. Silius libro. 4. 21.

In se oculos omnium uertere, Facere ut omnium oculi in se cõuertantur. Liu. 7 ab Vrbe, 162.

In odium uertere Tacit. lib. 4.

Ora uertere huc & illuc. Horat. Epod. 4. 2.

Orbes torui luminis ad aliquẽ uertere, Toruè aspicere. Ouid. 2. Metam. 150.

In peiorem partẽ sunt uersa & mutata omnia. Cic. pro Rosc. Amer. 62.

Periculum uertere in aliquem. Liu. 2. bel. Maced. 43.

In perniciẽ uertere alicui rem aliquã. Liu. 9. bel. Maced. 196.

In unius potestate moderatione uertũtur omnia. Cic. 2. Ver. 13.

Prælium eò uersum est. Liuius lib. 4.

In priuatum uertere pecuniam. Liu. 8. bel. Maced. 258. Auri & argenti quum uim magnam habuisset, nihil in publicum relatum, omne in priuatum uersum.

Quò me uertam, nescio, uel non habeo. Locutio, qua rei alicuius grauitatem ostendimus. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 21. 8,

De Latinis uerò quò me uertam nescio, ita mendosè & scribuntur & ueneunt. Idem 5. Verr. 171.

Quoquò te uerteris: Id est, in quancunq; partem respexeris. Cicero in Parad. 23.

Superstitio instat & urget, & quò te cunq; uerteris persequitur.

tur. Cic. 2. de Diuinat. 221. id est, Quocunq;.

Rationem uertere. Cic. pro Rosc. Comœdo, 20.

Regnum in formam prouinciæ uerterat. Tacit. lib. 19.

In religionem uertere. Vide Religio. Liuius 5. ab Vrbe, 67.

In rem suam. Vlpian. in l. prima, ad l. Iuliam peculatus, lege Iulia peculatus cauetur, nequis ex pecunia sacra religiosa auferat, neue intercipiat, neue in rem suam uertat.

Vertere Rempublicam in meliorem statum. Tranquillus in Augusto, cap. 23.

Vertitur eadem quæstio in pluribus iudicijs. id est, Agitatur. Paulus in l. si cum uno. ff. de except. rei iud.

In eo res uertitur. Liu. 1. ab Vrbe, 133.

Tribus in rebus ferè uertitur omnis uirtus. Cic. 2. Off. 24.

Res uertitur in periculo. Plaut. Merc. 4. 12. hoc est, Periclitatur.

Vertitur res in meo foro. Plautus Most. 15, 10, (tur.

Quem quum uocaui, atq; illi me è Senatu segregant,
Vbi ego uideo rem uerti in meo foro, quantum potest
Facio id quod plurimi quibus res timida aut turbida est.

id est. Do meã re agi, & in meam ceruicem cuncta ruere.

Salus mea in eo uertitur. Liu. 3. ab Vrbe. 19.

Ad se uertere partem alicuius rei: pro, Accipere sibi. Cicero 2. Verr. 31.

Vertere se in aliquem: pro, Celare secreta nostra eum, cui ea detegere solebamus, & alteri aperire. Liu. 10. bel. Maced. 18, Iuuenis incautus, & amore nominis Romani, & certamine aduersus fratrem, omnia tuẽdo suspectum se patri, & opportunum criminibus faciebat, itaq; expertem eum pater omnium de rebus Romanis consiliorum habebat. totus in Persea uersus, cum eo cogitationes eius rei dies ac noctes agitabat. hoc est, Propensus.

Segetem uertere: hoc est, Inarare. Plinius lib. 18. cap. 27. 6. Budæus.

Sententiam uertere retrò. Virg. 10. Aeneid. 2. id est, Mutare.

Sententia uertit te. Virg. 1. Aeneid. 49. Vide Sententia,

Seria uertere ludo. Horat. de Arte, 46.

Se in faciem alterius uertere, Mentiri alterius formam, & simulatè effingere. Plaut. in Argumento Amphit. 1. 1.

Vertere se in birundinem. Plaut. Epid. 5. 5.

Solum exilij causa uertere: id est, Sedem aut locum mutare. Cic. pro Quintio, 59. Vide Solum, soli.

Spes ciuitatis in eo uertitur. Liu. 4. ab Vrbe, 134.

Ad spem uel in spem uertere. Liu. 9. bel. Pun. 183. Idem 6. ab Vrbe, 133.

Stimulos sub pectore uertit Apollo. Virg. 6. Aen. 21.

Vertere stultitiæ aliquid alicui: pro Studiè factum esse interpretari. Plaut. Capt. 6. 9.

Stylum in tabulis uertere: id est, Scripta inducere & delere. Cic. 4. Verr. 70, Vertit stylum in tabulis, quo facto causam omnem euertit suam. Budæus.

Non in supplicio crimen meum uertitur. Cic. 7. Ver. 103.

Facinora atq; flagitia sua ipsi quoq; in supplicium uerterant. Tacit. libro 5.

Tempus hyemis uertitur, uel mutatur æstate. Colum. libro 7. capite 7. 2.

Terga uertere, Fugere. Liu. 1. ab Vrbe, 61.

Terra in aquam se uertit. Cic. 3. de Nat. deor. 41.

Terram uertere, Arare. Virg. 1. Georg. 1.

Terram uertere aratro. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 6.

Terram bidentibus uertere. Colum. lib. de Arborib. cap. 12, Bidentibus terram uertere utilius est quàm aratro.

Terram uertere ferro. Virg. Georg. 30.

Vitio uertere. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 17. Plaut. Epid. 3. 5,

Quis erit, uitio qui id non uertat tibi?

In uoluntate Philippi id totũ uertitur. Liu. 7. bell. Maced. 27.

In uoluptatẽ gulæ uertere pœnas mõtiũ. Plin. lib. 19. cap. 4. 6.

In usum publicũ uertendæ erãt pecuniæ. Liu. 4. bel. Maced. 32.

Vultus uertere ad ora alicuius. Ouid. 7. Metam. 22.

Vertere fabulas, Platonem, Aristot. &c. pro, Transferre, traducere in aliam linguam. Cic. 1. de Fin. 11.

In Latinum Græca uertere. Quintil. lib. 10. cap. 5. Ibidem, & conuertere & transferre, pro eodem posuit.

Comœdiam à Gellius lib. 2. cap. 23. A quo istam comediam

De Græcis multa uertere. Cic. 2. Tusc. 47. (uerterat.

Vertere ex Græcis. Terent. in Prolog. Eunuchi, 7.

Ex Græco in Latinum sermonem uertere annales. Liu. 5. bell. Punici, 222

Vertere, pro Verti, absolutè. Liu. lib. 3. Aliquandiu æquatus inter omnes terror fuit, paulatim totus uertere in plebem cœpit. id est, Verti.

In præsagium uertit. Tacit. lib. 11.

Bene uertere, pro euenire. Gell. lib. 1. cap. 13. Virg. 9. eclog. 2,

Hos illi (quod nec bene uertat) mittimus hœdos.

id est, quæ res eius in perniciem uertatur: id est, ut malo omine hoc munus accipiat, inquit Serulus.

Bene tibi uertat hæc res: pro, Vtinam res prosperè tibi succedat. Plaut. Aul. 30. 58,

—nunc quæ res tibi & gnatæ tuæ
Bene, fœliciterq; uortat, ita di faxint, inquito.

Terent. Adelph. 2. 1. 37,

Minis uiginti tu illam emisti, quæ res tibi uertat malè

Vertunt res malè, malè cedũt, malè exeunt, malè habent. Plautus Persa, 13. 5,

Si malus aut nequam est, malè res uertunt quas agit.

Malè tibi uertat, Imprecantis. Terent. Phorm. 4. 3. 73.

Vertere, Versuram facere. Plaut. Curc. 9. 23,

Vel qui ipsi uertant, uel qui alij subuersandos præbeant.

¶ Vertens, Participium (ἑλίσσων) Cic. in Arato, 3. 8,

Annua conficiens uertentia tempora cursu.

Vertens annus. Cic. in Somn. 25, Quum autem ad idem unde semel profecta sunt, cuncta astra redierint, eandemq; totius cæli descriptionem longis interuallis retulerint, tum ille uerè uertens annus appellari potest, in quo uix dicere audeo, quàm multa hominum secula teneantur. Propertius lib. 4. eleg. 2. 3,

Sed quia uertentis fructum percepimus anni.

Vide Annus.

Mensis uertens, ea ratione qua etiam Vertens annus. Plautus Pers. 16. 76.

¶ Vertendus, Aliud participium (στρεπτέος) ut,

Aquæ uertendæ, Nauigandæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 9. 3.

¶ Versus, Aliud similiter participium (ἐστραμμένος) Cic. pro Rosc. Amer. 62, Videte nunc quã uersa & mutata in peiorem partem sint omnia.

Acies retrò uersa. Vide Acies.

Amor uersus in tædia. Ouid epist. 3. 28.

Fas uersum atq; nefas. Virg. 1. Georg. 101.

Equis uersis animosus Parthus Horat. 1. Carm. ode 19. 3.

Gradu uerso discedere. Ouid. 4. Metam. 68.

Hostes uersi fuga. Virg. 3. Georg. 24.

Leges abolitæ & funditùs uersæ. Tacit. lib. 3.

Mens mea uersa est cum fortuna. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 18.

Regna ab imo uersa. Seneca Hippol. 4. 41.

Sententia retrò uersa. Virg. 10. Aeneid. 2.

Versa uice. Vide Vicis.

Versus ciuitatis status, Euersus, mutatus. Tacit. lib. 1.

Versus, Propensus. Liu. 10. bel. Maced. 18, Totus in Persea uersus pater, cum eo cogitationes eius rei, &c. Vide Vertere se in aliquem.

Versus animi nomen. Tacitus, Qui uersus animi modò numen paueſcere, modò minis aduerſantis populi terreri.

¶ Verſo, Verſas (στροβέω, ἐπιστρέφω) uerſare, Frequẽtatiuum, Frequẽter uertere, Quintil. lib. 6. cap. 4, Verſati & adusti piſces, & poſtero die appoſiti. Plin. lib. 14. cap. 8. 1, Vuæ ter die uerſatæ per triduum, quarto exprimũtur. Cic. in Piſonem, 16, In quo ne tum quidem, quum illum ſuum ſaltatorium uerſaret orbem, fortunæ rotam permiſcebat.

Verſare aliquẽ, pro deludere. Plautus Perſa, 23. 2. 1. Idem Bacchid. 1. 6. 6,

Ego uerſabo illum hodie, ſi uiuo, probè.

Animum uerſat cupido regni, uel pauor. Liu. 1. ab Vrbe, 69. Idem lib. 5. bel. Pun. 16. hoc eſt, Exagitat, uarijs cogitationibus angit.

Animum uerſare in omnes partes. Virg. 4. Aeneid. 126.

Animum uerſare per omnia. Idem 4. Aeneid. 58.

Animum muliebrẽ uerſare in omnes partes, Precibus & minis tentare ut faciat quod uolumus. Liu. 1. ab Vrbe, 24.

Animos militares uerſare. Curtius, Interim qui Perſas ſolicitarẽ, mittũtur: hinc ſpe, hinc metu militares animos uerſabat.

Authores uerſare, Frequenter euoluere. Horat. in Arte, 55.

Bellum uerſarẽ. Cic. 5. Verr. 105.

Cauſas uerſare. Cicero in Oratore, 17.

Cura, quæ nunc te coquit & uerſat. Cic. de Senect. 1.

Colorem corde uerſans. Stat. 1. Thebaid. 50.

Conſilia noua uerſare pectore. Virg. 1. Aeneid. 133.

Dolos uerſare. Virg. 11. Aeneid. 141, id eſt, Tractare Seruius.

Dolò uerſari, Agere dolo. Vlpian. in l. ſi fideiuſſor §. 1. ff. mandati uel contrà.

Verſare dolo, pro Euertere. Virg. 2. Aeneid. 13. Seruius.

Hominem regere ac uerſare. Lucret. lib. 3. 33.

Mentem ſuam uerſare ad fraudem. Cic. pro Cluent. 55.

Verſare pecuniam, pro Tractare. Suet. in Galba, cap. 9.

Verſari in turbinem. Seneca lib. 3. de Ira, cap. 6.

Verſare ſuam naturã & regere ad tempus. Cic. pro Cælio, 9,

Sors omnia uerſat. Virg. eclog. 9. 1.

Oues uerſare, pro Paſcere. Virg. 10. eclog. 14.

Pectora uerſat illis pudor. Liu. 2. ab Vrbe, 195.

Amor uerſat pectora. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 2.

Eandem rem multis modis ſæpe uerſare. Cic. in Orat. 75.

Se uerſare. Cic. 3. Verr. 94, Verſat ſe, quærit quid agat.

Se in utranq; partem uerſare. Cic. 4. Verr. 53.

Se huc atq; illuc uerſare. Cic. 5. de Fin. 147.

Seſe uerſat animus. Cic. de Vniuerſ. 34.

Spes occultas uerſaret animo. Tacit. lib. 18.

Terram uerſare, Arare, fodere. Virg. 1. Georg. 24.

Vultus uerſare in omnia. Ouid. 3. Triſt. eleg. 9. 5.

Verſare, Animo uoluere, conſyderare. Horat. in Arte, 8,

Sumite materiam ueſtris qui ſcribitis æquam
Viribus, & uerſate diu quid ferre recuſent,
Quid ualeant humeri. Virg. 5. Aeneid. 82.
Hucilluc uinclorum immenſa uolumina uerſat.

id eſt, Conſyderat, ut ait Seruius.

Secum in animis uerſare. Liu. 3 ab Vrbe, 140.

Verſare in corde, Cogitare. Plaut. Trinum. 5. 1.

Verba uerſare. Cic. 4. de Fin. 90, Homo igitur acutus, cauſam non obtinens repugnante natura, uerba uerſare cœpit.

Verſare teſtes. Quint. lib. 5. cap. 7, Multum domi antè uerſandi, ac uarijs percontationibus, quales haberi ab aduerſario poſſunt, explorandi ſunt. De teſtibus.

Verſare aliquid, Tractare. Quint. lib. 7. cap. 4, Finitio plerũque legibus iiſdem, quibus coniectura uerſatur.

Pecunias non ex fide uerſare, Non fideliter tractare. Sueton. in Galba, cap. 9.

¶ Verſor, uerſaris, (ἐντρέπομαι, καταγίνομαι, πολέμομαι. ὁμιλέω, προσδιατρίβω, γρᾴφομαι, σύνειμι, ἐλίσσω, ἑλίττω) uerſari, Deponens, In aliqua re aſſiduum eſſe. Cic. pro Milone, 39, Quo infundo propter inſanias illas ſubſtructiones facilè mille hominum uerſabatur ualentum aduerſari.

Verſari ad. Vide Ad.

Adſolarium uerſari. Vide Ad.

Ante oculos alicui uerſari. Cic. 7. Verr. 95. Verſatur mihi ante oculos indignitas calamitatis.

Imago uerſatur nobis ante oculos. Lucret. lib. 2. 23,

Verſatur circa res omnes rethoricè. Quint. lib. 2. cap. 16.

Cum aliquo uerſari. Cæſ. 1. bel. Gal. 210, Cum in his prælijs uerſabantur.

Verſari cum animis. Cic. 1. de Diuin. 18.

Nobiſcum uerſari iam diutius non potes. Cic. 1. in Cat. 7.

Inter aliquos ſine dedecore uerſari. Cic. Attico, lib 10. 197. 4.

Inter manus uerſari. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 3. 9.

Hoſtis intra mœnia uerſatus eſt. Cicero Poſt reditum in Senatu, 9.

In acie uerſari. Cic. Offic. 114, Temerè autem in acie uerſari, & manu cum hoſte confligere, immane quiddam & bellua rum ſimile eſt.

In anguſtijs. Cic. 2. de Fin. 49.

In animis uerſatur timor. Cic. 1. de Fin. 82.

In artibus ingenuis uerſari. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3. 15.

In ſordida arte uerſari. Cic. 1. Offic. 209.

Præclariſſimè in conſilijs, ac adminiſtratione Reipub. uerſari. Quint in Proœm. lib. 1. 12.

Verſatur cupido in corde meo, apud Plautum in Pœnulo, 3. 68. Et Moſtel. 4. 34.

In diſcrimine. Cic. pro Quintio, 62. Vbi aliqui legunt, in diſcrimen: nam utrunq; eleganter efferri poteſt.

In errore uerſari. Plin. epiſt. 55. b.

In errore uerborum uerſari. Cic. pro Cecinna, 37.

In inanitate. Cic. 3. Tuſc. 5.

In labijs primoribus modò uerſabatur mihi. Plaut. Trinum. 13. 62.

In loco aliquo. Cic. 7. Verr. 114, Verſabatur in Sicilia longo interuallo alter.

In loco difficili uerſari, pro eo quod uulgò dicitur, In difficultate eſſe. Cic. de Nat. deor. Difficili in loco uerſor, id eſt, Hic locus eſt difficilis explicatu. Idem 3. de Nat. deor. 123, Inuita in hoc loco uerſatur oratio.

In malis. Terent. Andr. 4. 1. 25.

Verſari in memoria hominum & ſermone. Plin. epiſt. 23. c.

In mente & cogitatione aliqua uerſari. Cic. pro Cluent. 54.

In munere ſuo uerſari, Suo munere fungi. Cic. de Fato, 18.

In oculis animoq; uerſatur mihi hæc res. Cic. 7. Verr.

In ore uulgi, atq; in communibus prouerbijs uerſatur illius nequitia. Cic. 3. Verr. 85.

Nefas in pectore uerſare. Virg. 4. Aeneid. 115.

In periculis amicorum uerſatur labor meus. Cic. pro lege Manil. 1. Vide Integer.

In publico uerſatus. Tacit. 15.

In quæſtione aliqua uerſari. Cic. 4. Tuſc. 18.

In quæſtu & compendio uerſari. Cic. 5. Verr. 90.

In uitæ ratione uerſari. Cic. pro. Font. 22.

In re aliqua uerſari. Cic. 4. Acad. 198.

In re aduerſa uerſari. Plaut. Pſeud. 11. 55.

In rebus & uſu uerſari. Cic. Trebiano, lib. 6. 10. 12.

In rebus exulceratis uerſari. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 1. 12.

In amoris rota uerſari. Plaut. Ciſtel. 5. 4.

In ſalute atq; auxilio ferendo uerſari. Cic. pro Quintio. 17.

In ſumma ſeueritate uerſari, Cic. 4. in Catil. 79.

In ſubſel-

In ſubſellijs utriſq; uerſari. Cic. ad Brutum, lib. 13. 11. 6.

In ſuis ſummis uerſari. Cic. pro Roſ. Comœd. 13, Roſcio cur tãti fuerit cauſam requiro, egebat: imò locuples erat, debebat: imò in ſuis ſummis uerſabatur. id eſt, Multas pecunias habebat, & nihil debebat. Hæc Budæus. Alij legunt, nummis.

In tenebris uerſari. Cic. pro Plancio, 34.

In timore ruinæ. Cic. Attico, lib. 2. 19. 5.

In magna uarietate. Cic. Torquato, lib. 6. 22.

In ueſtigatione ueri uerſari. Cic. 1. Offic. 30.

In uicinitate. Cic. 4. Acad. 250.

In uita uerſatur inſcitia. Cic. 4. Acad. 263.

Verſatur malum alicubi. Plaut. moſtel. 4. 34,

Quod malum uerſatur domi meæ?

¶ Verſatus, pen. prod. Participium (λινοθείς) ut

Fuſo uerſato ducere ſtamina. Ouid. 4. Metam. 45.

¶ Verſatio, Verbale (λίνωσις) Plin. lib. 8. cap. 33. 2, Nec pupillæ motu, ſed totius oculi uerſatione circumaſpicit.

¶ Verſatilis, pen. cor. Adiectiuum (στροφόρυτος) ut,

Magnum & uerſatile templum mundi. Lucret. lib. 5. 288. Vide poſt Verrunco.

¶ Verſatilis, & hoc uerſatile, pen. corr. (λινωθὲς) Quod huc & illuc uerſatur: ſiue quod idoneum eſt ut uerſetur. Plinius lib. 36. cap. 18, Idem molas uerſatiles. Volſinijs iuuentas, aliquas & ſponte motas inuenimus in prodigijs.

Verſatilis acies. Curtius lib. 4. Adeoq; aciem uerſatilem poſuit, ut qui ultimi ſtabant ne circuirentur, uerti tum, & ad frontem circumagi poſſent.

Verſatile ingenium. Liu. lib. 9. bell. Maced. de Catone, Huic uerſatile ingenium ſic pariter ad omnia fuit, ut natum ad id unum diceres, quodcunq; ageret.

Verſatile mundi templum. Lucret. lib. 5.

At uigiles mundi magnũ & uerſatile templum, &c.

Verſabilis, & hoc uerſabile, pen. corr. Senec. de Tranquill. uitæ, & omnem eruditionem ſcito uerſabilem eſſe.

Verſorius, Adiectiuum: ut, Verſoriam capere, id eſt reuerti. Plaut. Trinum. 14. 19, Periſſe ducis, cape uerſoriam, recipe te ad herum. Et Merc. 2. 2. 34.

Verſus, huius uerſus (στίχος, ἔπος) Carmen dicitur, quod dum fit, uerba ipſa uariè atque huc illuc uertantur. Cicero pro Archia, 17, Nam ſiquis minorem gloriæ fructum putat ex Græcis uerſibus percipi, quàm ex Latinis, uehementer errat. Idem 5. Verr. 65. De qua muliere uerſus plurimi ſupra Tribunal & ſupra Prætoris caput ſcribebantur. Virg. 2. Georg. 77,

Necnon Auſonij Troia gens miſſa coloni
Verſibus incomptis ludunt, riſuq; ſoluto. id eſt, Carminibus (inquit Seruius) Saturnio metro cõpoſitis: quòd ad rhythmum ſolùm uulgares componere conſueuerunt.

Verſus Orationis eſt ultimum. Cic. in Orat. 36.

Verſus fauorum. Plin. lib. 11. cap. 10. 4.

Verſus remorum, pro Ordine, &c. Liuius lib. 5. Decad. 5.

Aeterni uerſus, Qui nunquam peribunt. Lucret. lib. 1. 25.

Canori uerſus. Horat. 2. epiſt. 2. 16.

Catenati uerſus ex pluribus aſperrimè coëuntibus inter ſe ſyllabis. Quint. lib. 3. cap. 1. 27.

Parum clari uerſus, Subobſcuri, non faciles intellectu. Horat. de Arte, 91.

Concinnior uerſus. Horat. 2. epiſt. 1. 15.

Confragoſi uerſus. Quint. lib. 1. cap. 1. 27.

Duri uerſus Horat de Arte, 90.

Inculti uerſus & malè nati Horat. 2. epiſt. 1. 147.

Inertes uerſus. Horat. de Arte, 90.

Inopes rerum uerſus. Horat. de Arte, 65.

Intercalaris uerſus. Vide Intercalo.

Laboriosus uerſus. Vide Labor, laboris.

Lepidus uerſus. Catul. ad Flauium, 6. 4.

Longi uerſus. Vide Longus.

Malus uerſus. Cic. in Piſonem.

Solutus uerſus. Quint. lib. 1. cap. 8. 9.

Suauidicis uerſibus edere aliquid. Lucret. lib. 4. 37.

Teres uerſus. Ouid. ad Piſonem, 50.

Amplecti cunctis uerſibus. Virg. 1. Georg. 9.

Componere uerſus. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 2.

Numerum & uerſum conficere. Cic. 3. de Orat. 30.

Contendere alternis uerſibus. Virg Eclog. 7. 4.

Famoſis uerſibus coopertus. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 14.

Deducere uerſum Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 3.

Dicere uerſus. Virg. eclog. 5. 1.

Dicere aliquid uerſu. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 18.

Ornatiſſimis atq; optimis uerſibus de re aliqua dicere. Cicero 1. de Orat. 35.

Dictare uerſus. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 2.

Ducere uerſus, Scribere. Ouid. 5 Triſt. eleg. 13. 14.

Edere aliquid uerſibus. Lucret lib. 1. 25.

Effutire leues uerſus. Horat. de Arte 47.

Euoluere molles uerſus, Legere laſciuia carmina. Oui. 2. Triſt. (62.

Exponere uerſibus aliquid. Horat. de Arte, 19.

Facere uerſus. Cic 7. Verr. 65.

Facilitare uerſus. Horat. de Arte, 95.

Fingere uerſus. Horat. de Arte. 77.

Fundere uerſus. Cic. 3. de Orat. 107.

Illuſtrare aliquid uerſibus. Lucret. lib. 1. 28.

Includere uerſu uerba. Vide Includo.

Iuuenari teneris uerſibus. Horat. de Arte, 50.

Lædere aliquem triſti uerſu. Horat. 2 Serm. Satyr. 1. 5.

Ludere incomptis uerſibus. Virg. 3. Georg. 78.

Ludenti uerſu nectere carmina. Ouid. ad Piſon. 33.

Oblimere aliquem atris uerſibus. Horat. 1. epiſt. 20. 6.

Perſcribere uerſum puris uerbis. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 11.

Perſequi uerſu aliquid. Virg. 3. Georg. 68.

Poſiti commodè uerſus. Quintil. lib. 6. cap. 3. 66.

Pronuntiare uerſus. Cic. 1. de Orat. 137.

Si uerſus pronunciatus eſt ſyllaba una breuior aut lõgior, exibilatur, exploditur. Cic. in Parad. 31.

Ructari ſublimes uerſus. Horat. de Arte, 92.

Scribere uerſus Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 5.

Scribere uerſibus. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 97.

Soluere uerſus. Quint. lib. 1. cap. 9. 2.

Surgit pagina uerſu. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 5.

Tornati uerſus. Horat. de Arte, 89.

Verſus, Linea uulgo uocatur. Plin. in epiſt. lib. 3. ad Macrum. Idem lib. 4, Non paginas tantùm epiſtolæ, ſed etiam uerſus, ſyllabaſq; numerabo. Cic. Pro Rab. Poſth. 9, Glaucia ſolebat homo impurus, ſed tamen acutus populum monere, ut quum lex aliqua recitaretur, primum uerſus attenderet.

Verſus, pro Cantu. Plin. libro 10. cap. 29. 7, Meditantur aliæ iuniores, uerſuſq; quos imitentur, accipiunt. De luſcinijs.

Verſus in agricultura. Varro. lib. 1. de Reruſt. cap. 10. 1. in Hiſpania ulteriore metiuntur iugis, in Campania uerſibus, apud nos in agro Romano ac Latino iugeris. Iugum uocant, quod iuncti boues uno die exarare poſſint. Verſum dicunt centum pedes, quoquo uerſum quadratũ. Iugerũ, quod quadratos duos actus habeat. Colum. lib. 2. cap. 2. 21, Bubulcũ autem per prociſſum ingredi oportet, alternisq; uerſibus obliquum tenere aratrum.

Verſus remorum, pro ordine. Virgil. 5. Aeneid. 24.

Verſus arborum, pro ordinibus. Virg. 4. Georg. 29.

Verſus foliorum. Plinius lib. 15. cap. 29.

¶Versiculus,pen.cor.Diminutiuum (στίχος) Carmen,aut linea quam uocant. Cic.ad Brutum,14.1, Breues tuæ literæ, breues,dico,imò nullæ: tribúsne uersiculis his temporibus Brutus ad me? Idem 2.de Leg.23,Quæ præsertim uno uersiculo senatus puncto temporis sublatæ sint.Idem ad Atticum,lib.13.26.3,Epistolas mihi pronunciabat uersiculis facetis,ad familiareis missas à Corintho.

Molliculi uersiculi ac parum pudici.Catul.ad Aurelium, 16. 2.

Scribere uersiculos.Horat.Epod.11.1.

Euntes mollius uersiculi. Horat.1.Serm.Satyr.10.12.

Versifico, uersificas,pen.cor. (ἐποποιέω) uersificare, Versus facere.Quint.lib.9.cap.4,Nam & uersificandi genus est omnibus sermonibus unam legem dare.

¶Versificatio,Verbale (ἐποποιΐα) Quintil.lib.9.cap.2,Abiuge in uersificationis ac sermonum imitatione seruatur. Idem,cap.4.

¶Versificator,pen.prod.uersificatoris (ἐποποιὸς) Quint.lib.10.cap.1,Versificator,quã poeta melior Cornelius Seuerus.

¶Versificus,pen.corr.Adiectiuum. Solinus cap. 16, Studium musicum inde cœptum, quum Idæi Dactyli modulos crepitu actinnitu æris deprehensos in uersificum ordinem transtulissent.

¶Versus,Præpositio,accusatiuum requirit,& semper postponitur,Cicero ad Matium,lib. 11.27.6,Et initio belli ciuilis quum Brundusium uersus ires ad Cæsarem,uenisti ad me in Formianum.Idem 1.de Diuinat.130, Quum Arterium uersus castra mouisset.

Habet quandoq; adiunctam præpositionem:ut, Ad Occidentẽ uersus, in forum uersus:& tunc est aduerbium,ut nonnullis placet. Cic.de Amicit.79,Is primùm instituit in fórũ uersus agere cum populo.Vetus exẽplar habet, uersibus. Liu. 1.ab Vrbe,76,Deductus in arcẽ,in lapide ad Meridiẽ uersus consedit.

Versus aliquando aduerbium:ut,Sursum uersus,Deorsum uersus.Cato,cap.156.

Quum gradatim sursum uersus rediret.Cicero in Orat.75.

Et idem quasi sursum uersus retroq; dicatur.Cic.in Partit.14.

Sursus uersus.Lucret. lib.2.30.

Versum ad eum.Plaut. Epid.5.64,

Cœpi rursum uersum ad illas pauxillatim accedere.

Quoquo uersus:id est,in unamquamq; partem, & quocunq. Varro 1.de Re rust.cap.10.1.Cæsar 7.bel.Gall.13, Dimitti quoquo uersus legationes,

Vtroq; uersus:id est,in utranq; partem.Gellius lib.5.cap.12.

Vndiq; uersus.Gell.lib.12.cap.13, Quum uerò omnes terras omnifariam & undiq; uersus circumflat,nihil citra eũ est.

¶Versura,uersuræ,pen.prod. (στροφὴ) A uerto uertis dicitur,quũ aliquid uertitur:hoc est,conuersio. Varro lib.1.de Re rust.cap.46,Propter eiusmodi res,admirãda discrimina sunt naturalia,quod ex quibusdam foliis, propter eorũ uersuram,quod sit anni tempus dici possit,ut o ea,& populus alba,& salix.Horum enim folia quum conuerterunt se solstitium dicitur fuisse.

¶Vorsura,per o,pro Versura,ferè semper apud comicos.

Versura (κάμπη)Scriptoribus agriculturæ dicitur,quũ boues in arando post peractum legitimum sulcum circumaguntur,uertunturq;.Col.lib.2.cap.2.23; Ibidem,cap.18.4.

Versura,Flexus ipse angulorum in ædificijs & parietibus exteriorum est apud Vitruuium,lib.3.cap.1. & lib. 5. cap. 6. ad finem.Ibidem, cap.11.& cap.12.

Versura soluere,& uersura dissoluere.Terent.Phorm.5.2.1.

—in eodem luto hæsitas,uersura solues

Geta:præsens quod fuerat malum,in diem abijt: plagæ crescunt Nisi prospicis, id est, Debitas tandem pœnas dabis,etiam cum fœnore,simili conditione atq; ij solent,qui ut syngrapham unam dissoluãt,& una cautione se liberent,pecuniam mutuam maiori fœnore iterũ accipiunt.In dies enim deteriorem conditionem suam faciunt, quod frugi homines non solent.Hæc Budæus.Cic.1. Tuscul. 161,Ego uerò illi maximam gratiam habeo,qui me ea pœna multauerit,quam sine mutatione & sine uersura possem dissoluere.

Versuram facere.Cic.ad Atticum, lib. 5.110. 13. Idem 4.Ver. 135, Inspiciebamus Syracusis à Carpinatio confectas tabulas societatis,quæ significabant multis nomínibus eos homines uersuram à Carpinatio fecisse,qui pecuniam Verri dedissent.id est,Multis de causis pecuniam fœneratitiam sumpsisse.Hæc Budæus.Versuram facere,uel soluere (ut inquit Donatus) est creditorem mutare,& fœnus fœnore dissoluere.Festus,Versuram facere,mutuã pecuniam sumere,ex eo dictum est, quod initio qui mutabantur ab alijs,non ut domum ferrent,sed ut alijs soluerent,uelut uerterent creditorem.Cic.pro Flacco,38,Negauit sese omnino uersuram ullam fecisse Romæ.Idem pro Fonteio,1, A quibus uersuras tantarum pecuniarum factas esse dicunt?

¶Versutus,pen. prod.Adiectiuum (ἐλικτὸς) quod uertitur. Plaut.Epid. 8. 35.

Versutior es quàm rota figularis.

Versutus (γόης,ὑποβολιμαῖος, ῥαδιούργος, πανοῦργος, δολόβυλος,σπολυβδάλος,τροφαῖος, ποικιλόφρων) Qui inconstanti quodam animi motu huc atq; illuc uariè & simulatè fertur.Festus,Versuti dicuntur,quorum mens crebrò ad malitiam uertuntur.Cic.lib.3.de Nat.deor.33.Versutos eos appello,quorum celeriter mẽs uersatur.Cic.1. de Finibus, 86, Sed omnia callidè referentem ad utilitatem,acutum, uersutum,ueteratorem,&c.Et paulò pòst,88,Is enim qui occultus & tectus dicitur,tantũ abest ut se indicet,perficiet etiã ut dolore alterius improbè facto uideatur. Quid enim est aliud esse uersutum? Ouid.11.Metam.63.

Versutus & callidus.Cic.3.de Nat.deor.33.

Versutus in differendo.Cic.3.de Fin.3.

Versutus ingenij.Plin.lib. 7.cap.12.6.

Malitia,est uersuta & fallax ratio nocendi. Cic.3. de Natura deorum, 170.

Versuta & simulata tristitia.Cic. Post red.in Senatu,11.

¶Versutè,pen.prod.Aduerbium (πανούργως) Callidè.Cic. de clar.Orat.17,Nihil,ut ita dicã,subdolè,nihil uersutè, quod ille non uiderit,nisi subtiliter dici,&c.

Versutè & subtiliter dicere.Cic.in Orat.12.

Hoc si uobis uersutius,quàm mea consuetudo defendendi fert, uidebitur,sic existimetis,&c.Cic.pro Cecinna.

¶Versutiloquus,pen.cor.Adiectiuum (πεδαλεόλογος) Qui uersutè loquitur.Cic.de Orat.85, Num non uis huius me uersutiloquas malitias.Videtis enim & uersutiloquas,& expectorat,ex coniunctione facta esse uerba,non nata.

Malitiæ uersutiloquæ.Cic.in Orat.93.

¶Versipellis,& hoc uersipelle (ἀλλοπροσάλλος)Quod facilè uertit pellẽ,hoc est,mutat,& quomodolibet faciè mutat: unde pro astuto & callido simulatore poni solet. Plaut. Amphit. 3.123, —eum Iuppiter

In Amphitruonis uertit sese imaginem,

Omnesq; eum esse censent serui,qui uident:

Ita uersipellem se facit quando lubet.

Idem Persa,6.49,

Ne ubi capillus uersipellis fuat, fœdè semper seruias.

Lucil. At libertinus tricorius Syrus iste ad mastigias,quicum uersipellis fio,& cõmuto omnia.Plin.lib.8.cap. 22.1,Homines in lupos uerti,rursumq; restitui sibi,falsum esse confidenter existimare debemus, aut credere omnia quæ fabulosa tot seculis cõperimus.Vnde tamẽ ista uulgo infixa sit fama, in tantum ut in maledictis uersipelles habeant,indicabitur.

¶Versicolor,pen.cor. uersicoloris,pen.prod.om.gen (χλανίδιος, ποικιλοχρώματος) Apud Iurisconsultos dicitur quod mutat colorem.Vel etiã quod uarijs coloribus cõstat: quasi eos mutare inuicẽ uideatur,ut est cauda pauonis, & collum columbæ,& aqua maris.Liuius scribit,Punico bello interdictum fuisse mulieribus,ne uersicoloribus uestib. uterentur,id est,coloris uarietate distinctis:4.bell. Maced. 2. Cic.de Finib. 27,Plumæ uersicolores columbis.

Pluma uersicolor.Propert.lib.3.eleg.17.10. Cic.3. de Fin. 29.

Cultu uersicolore decens Ouid.5 Fast.72.

Versicolores maculæ, Non quæ mutãt colorem, sed quæ diuersorum sunt colorũ. Plin. lib. 36, cap. 61,Versicolores quidem maculis,& in totum marmorum apparatum Menander etiam diligentissimus luxuriæ interpres primus & rarò attigit.

Versicolor & numerosa uarietas.Plin.lib.9.cap.17.6.

Versicoloribus armis,apud Vergilium Seruius exponit depictis,per quod bellicosius ostenditur,10.Aeneid,37.

¶Vertebra,uertebræ,penult.cor.siue Vertibulum,uertibuli, pen. corr. (σκονδύλιον) Vbi summæ ossium partes non æqualiter finiunt, sed quibusdam crassioribus nodis conglobatæ,& substringuntur facilius nernis, & tutius uertitur inquit Sipontinus. Plin.lib. 11. cap.1. 2, imbricatis flexilibus uertebris.

¶Vertebratus,pen.prod. Adiectiuũ (σφονδυλεώδης) in uertebræ morem tornatus. Plin. lib. 11. cap. 37.49, Sed quibus ceruix è multis uertebratisq; orbiculatim ossibus flexilis ad circunspectum, articulorum nodis iungitur.Idem lib. 34.cap 8.26.

¶Vertibulum, uertibuli,pen.corr.neut.gen.Idem quod Vertebra.Lactant de opific. Dei,cap. 5.Summas eorum partes crassioribus nodis conglobauit,ut & substringi neruis faciliùs, & uerti tutiùs possent:unde sunt uertibula nominata.

¶Vertex, uerticis,penult.cor.m.g.(στρόβιλος)à Vertendo,& Vortex,uorticis,apud antiquos iuxta Quintilianum lib. 1. cap.de Orthographia,qui primum Aphricanum per e uertices dixisse docet.Vertices propriè dicuntur contorti uenti,ac rotatiuà quibus fit qui typhõ uocatur,id est,subrutus. Vertice (inquit Apuleius in Cosmo) torquetur humus arida,& ab imo erigitur ad summum.Lucret lib.1.59.de uentis,Vertex tortus.Lucan.lib 3.126,

Vicinum inuoluens contorto uertice pontum.

Insanus uortex.Virg.1.Georg.96.

Turbineus uortex.Ouid. 8. Metam. 112.

Verticem (ἑλιγμὸν,ἕλιγγα) Quintilianus lib.8.cap. 2. docet esse contortam in se aquam,uel quicquid aliud similiter uertitur.Virg.1.Aen.24.

—Ingens à uertice pontus. Liu.8.bel.Pun.161.

Cani uortices.Stat. 9.Theb.101.

Densi uortices Ouid.6.Fast.101.

Rapidus uortex.Virg.1.Aeneid.25.

Vnda exæstuat uorticibus.Virg.3.Georg.49.

Crebro uortice tortus Halys.Ouid.4.de Ponto,eleg.10.10.

Voluit flumen uortices.Horat.2.Carm.ode 9.5.

Spumoso uertice syluas inuoluunt amnes.Claud 8.Paneg.48,

Vertices dolorum (ἀλγεδὼν) dixit Cicero ex quodam poeta, 2. Tusc.36,pro uertigine,rotationeq; quæ in dolorib.circunuagit,lanciniatq; præcordia:

Nunc nunc dolorum anxiferi torquent uertices,

Nunc serpit ardor.

Absorptus uortice amoris.Catull.ad Mallium,63.22.

Vertex capitis (κορυφή,κέρυνος) etiam dicitur propter flexũ capillorũ.Inde, A uertice ad clacẽ:id est,à principio ad finem.Plin.lib.7.in Præf.4,Quandiu palpitans uertex,summæ inter cuncta animalia imbecillitatis indicium. Idem lib. 11.cap.37.10,Vertices bini homini tantùm.

Ab imis unguibus usq; ad uerticem summum. Cic. pro Roscio Comœdo,11.

Criniger uertex Claud.1.Paneg 41.

Crinitus uertex.Stat.9. Theb.26.

Intonsus uertex.Stat.6.Theb.122.

Nudo uertice fulua cæsaries. Virgil.11.Aeneid.129.

Rasus uertex.Iuuen. Satyr.12. 8.

Summo uertice intrabant humiles postes.Ouid.8. Metã. 129.

Supposito uertice ferre aliquid.Ouid. 3. Amor. eleg.12. 6.Idẽ 2.Metam.143.

Vacuum uerticem plus nimio attollens gloria.Horat.1. Carm. ode 18.3.

Sublimi feriam sydera uertice Horat.1.Carm.ode 1.7.

Obstipare uerticem. Vide Obstipo.

Palpitat uertex. Vide Palpito.

Iuncturas uerticis rupit grauiictu.Ouid.12.Metam. 58.

Conspicuum latè tollere uerticem.Horat.3.Carm.ode,16.4

Ictus ueniens à uertice.Virg. 5.Aen.89.

Vertex arboris (κορυφὴ) Plin.lib.12 cap.1.6,Arbor numeroso uertice. Vide Numerus.

Celso uertice quercus.Virg.3.Aeneid.135.

Nemorosus uertex.Silius lib.6. 65.

Arcis uertex. Lucret.lib.6. 151.

Vertex montis (ἄκρον,κίονος,ἀκρώρυξ.ἀκρώρεια) etiam dicitur eminentissima montis pars: quod quæ ibi nascuntur, partim in dexteram,partim in sinistram uertantur.Virgil. 1. Aeneid.34,

—geminiq; minantur

In cœlum scopuli:quorum sub uertice latè

Aequora tuta silent Martial lib.1.170,

—planus uertex.

Saxi uertex.Virg.4. Aeneid. 31.

Ignes qui ex Aetno uertice erumpunt. Cic. 6.Verr.95.

Aerius uertex. Silius lib.1.26.

Altus uertex saxi.Virg.2.Aeneid. 62,

Excelsus uertex montis.Virg.5.Aeneid.7.

Niuali uertice attollens se Apenninus.Virg.12. Aeneid. 141.

Summus uertex.Virg.2.Aeneid.137.

Vmbrosus uertex montis. Silius lib.5.9.

Vertices (πόλοι) Abissinæ cœli partes,quas Græci polos dicunt:quòd circa hos mundus rotetur.Virg.1. Georg.49,

Hic uertex nobis semper sublimis:at illum

Sub pedibus Styx atra uidet,manesq; profundi.

Plin lib.2. cap 15.5,Terra à uerticibus duobus, quos appellauerunt polos.Cic.2.de Nat.deor. 150.

Extremusq; adeò duplic. de cardine uertex

Dicitur esse polus. Ex poeta.

Cæli uertex.Virg 1. Aeneid. 46.

Vertex montis,&c.Putat hunc significatũ.Quint.lib. 8.cap. 2. sumptum esse à summ tate capitis.

Vertices Cardines,circa quos fores uertuntur.

Verticem,pro Aquilone posuit Virg in Georg.lib.2. 63,

Præsertim si tempestas à uertice syluis

Incubuit.

¶Verticosus,pen.prod.Adiectiuum (πλαγόμαλλος) Liu.1. bell. Pun 21 Quidam uerticoso amni delati in hostes,ab elephãtis obtriti sunt. Alij legunt,uorticoso.

¶Verticulum,uerticuli,pen. corr. (στρόφιγξ) Instrumentum quod fuso adhibetur ut facilius uertatur.

Verticul.a

Verticulas (ἀρόβα) inquit Festus, quum dixit Lucilius, articulos intelligi uoluit.

¶ Verticillum, uerticille: siue Verticillus, Diminutiuũ (τροφίγγιον) Plin. lib. 37. cap. 2. 22, In Syria quoq; fœminas uerticillos inde facere & uocare harpaga, quia folia & paleas, uestiumq; uimbrias rapiat,

Verticilla, insecti species, inquit Budæus.

¶ Verticillatus, pen. prod. Adiectiuũ (τροφιγγοειδὴς) Celsus lib. 8, Superius autem humeri caput rotundius quàm cætera ossa, uerticillatis scapularum ossibus inseritur. Legitur & uerticulatus. Hoc etiam uertibulatus dici potest, quoniã uertibulum & uertebra pro spondylis accipiũtur: & uertebratum. Budæus.

¶ Verticordius, Adiectiuum. Valer. Max. lib. 8. cap. 1. de Sulpitia, Quum Senatus censuisset ut Veneris uerticordiæ simulacrum consecraretur, quò facilius uirginum mulierũq; mens à libidine ad pudicitiam conuerteretur, &c.

¶ Vertigo, pen. prod. uertiginis, fœm. gen. (δῖνος, δίνου, δινηθρισμὸς) Conuersio, rotatio. Plin. lib. 8. cap. 40. 9, de cane inuadente elephantum, Hinc & illinc artifici dimicatione qua maximè opus esset, infestans atq; euitãs, donec assidua rotatum uertigine afflixit, ad casum eius tellure concussa.

Molli uertigine membra rotare. Claud. 2. in Eutrope 7. 2.

Rerum uertigine attonitus. Lucan. lib. 18. 4.

Vertigo cæli, apud Plinium. teste Budæo Plinius lib. 2. cap. 31, Tantæ molis rotatæ uertigine assidua. Ibidem cap. 8. 5, Aeterna mundi uertigine.

Vertigo (ἴλιγγος, σκότωμα) morbus capitis, qui ex frigidis & lentis humoribus è cerebro defluentibus oritur, ita ut sic affecti, occasione parua succidãt. Dicta, quòd ob oculos eorum uerticosa quædam & rotatilia circumagi uideantur. Plin. libro 20. cap. 17. 17, Vertigines à partu cum semine cucumeris & limi pari mensura trinum digitorum, uini alibi tribus cyathis discutit. Idem libro 7. cap. 61, A' conceptu decimo die dolores capitis, oculorum uertigines teneabrãq; Iuuenal. Satyr. 6. 31.

¶ Vertumnus, inquit Acron, deus dictus est, qui humanis mẽtibus præest: à Vertendo. hic quondã Romæ colebatur. Aliter, Vertumnus dicitur deus qui præest sensibus, ab eo quòd uertat, & mutet cogitationes humanas: scribitur itaq; multiformis. Is autem dicitur iniquo Vertumno natus, qui nescit se regere. Hactenus Acron apud Horatium lib. 2. Sermonum, Satyr. 7. 3.

Iam mœchus Romæ, iam mallet doctus Athenis
Viuere, Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis.

Cic. 3. Verr. 109, Quis à signo Vertumni in Circum maximum uenit, quin is in unoquoq; gradu de auaritia tua cõmoneretur.

De Vertumno uide Elegiam integram, apud Propert lib. 4. 2.

Veru] indeclinabile in singulari, in plurali hæc uerua, (ὀβελὸς) Instrumentum ferreum cum cuspide, quo carnes ad ignem torrere solemus. Virg. 2. Georg. 80,

Pinguiaq; in uerubus torrebimus extra colurnis.

Pruna subijciunt uerubus. Virg. 5. Aeneid. 21.

Salignis uerubus transfixa extãt. Ouid. 2. Fast. 73.

Veru, Telum ad ueru similitudinem factũ. Virg. 7. Aeneid. 133,

Et territi pugnant mucrone, ueruq; Sabello.

Plautus Trucul. 11. 66.

Veru, dicitur à Græcis ὄβελος.

¶ Veruculum, ueruculi, pen. corr. Diminutiuum (ὀβελίσκος) Plin. lib. 33. cap. 6. 11, Et superiori catino defluens in inferiorem, & ex eo sublata ueruculis ferreis, atque in ipsa flãma conuoluta ueruculo, ut sit modici ponderis. De spuma argenti.

Veruina] quatuor syllabarũ obeliscum significat, id est, parum ueru, & tanquam uericulum. Plaut. Bacch.

Si tibi machæra est, nobis ueruina est domi:
Quã quidem te faciam, si tu me irritaueris, confossionem soricina nænia

Se enim minatur eum ueru confossurum: nec enim cæsim ferit ueru, sed punctim: nec obtruncat, sed confodit. Turnebus.

¶ Veruina, Iaculi genus longum, quod aliqui uerutũ nominãt. Caius Bassus Satyr.

Veruina confodiẽte non te nauci facio. Ex Fulgẽtio.

Verutum] ueruti, pen. prod. (σῖλος) Veruta (inquit Fest.) pila dicuntur, quòd uelut uerua habẽt præfixa. Nonius, Verutum esse telum breue & acutum. Cæsar. 5. bell. Gall. 165, Transfigitur scutum Puluioni, & uerutũ in balteo defigitur. Liu. ab Vrbe, 10. 143, Quibus plerisq; in scuta, plerisque uerutis in corpora ipsa fixis, sternitur cuneus.

Sic ibidem, 2. 8. 6.

Tenue uerutum. Silius lib. 3. 74.

Fixus super inguina Tyrio ueruto. Silius lib. 10. 8.

¶ Verutus, penul. prod Adiectiuum (αιλοφόρος) Verutis armatus. Virg. 2. Georg. 34,

Assuetumq; malo Ligurem, Volcosq; uerutos.

Vertorige] Oppidum est Hispaniæ Beticæ, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 1.

Vertumnus] Vide Verto.

Veru] Vide Veito.

Veruactum] ueruacti (νέακτος, νέωμα) Terra quæ interdũ requicuit, & uere proscissa: quia uere actum aruum, id est, uersum est. Plin. lib. 18. cap. 19. 3, Quidam utiq; ab æquinoctio uerno proscindi uoluni. Quod uere semel aratũ est, à temporis argumento ueruactum uocatur. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 44. 2, illud quoq; multum interest, in rudi terra, an in ea seras quæ quotannis obsita sit, quæ uocatur restibilis: an in ueruacto, quæ interdum requiẽrit. Columel. lib. 1. cap. 3. 8, Amplissima ueruacta. Idẽ lib. 11. cap. 2, Quæ mense Ianuario ueruacta fecimus, nunc ultima parte Martij sunt iteranda.

Veruculum] Vide Veru, in Verto.

Veruex] ueruecis, pen. prod. m. g. Mas est inter oues, cui inuersi siue adempti sunt testiculi. Plaut. Capt. 13. 51,

Qui patroni nomen indunt uerueci sectatio. Cic. 2. de Legib. 86, Quod genus sacrificij lare ueruecibus fiat.

Veruecem hominem amantem uocauit Plaut. in Merc. 11. 6.

¶ Verueceus, Adiectiuum, ad similitudinem ueruecis factum. Plaut. Capt. 16, 29,

Vos ite intrò, interibi ego ex hac statua ueruecea uolo
Erogitare, meo minore quid sit factum filio.

Id est. Seruo, qui ueluti imago ueruecis est: hoc est, sine ratione & prudentia, non aliter, quàm ueruex,

¶ Veruecinus, pen prod. Adiect. Quod ex ueruece est.

Verulani] pen. prod. (ὑνδρηλάνοι) Populi sunt Italiæ, Tusculanis & Veliternis uicini, ut scribit Plinius lib. 3. cap. 5.

Verùm] ἀλλὰ. ἀλλὰ τὰ δὲ ὅτι, Coniunctio, idem quod Sed significat. Terent. Eunuch. 2. 3. 96,

Si certum est facere, facias, uerùm ne pòst conferas
Culpam in me.

Verùm, incœptiua aliquando particula, non relatiua. Terent. Andr. 4. 5. 31,

Quémne ego heri uidi ad uos adferri uesperi?
M. O hominem audacem. D. uerùm uidi Cantharam
Suffarcinatam. Virg. Eclog. 3. 7,

Verùm id, quod multo tute ipse fatebere maius.

¶ Verùm, pro Tamen, uel at. Plaut. Amphit. 4. 244,

Verùm uti es facturus, hoc quidem hercle haud reticebo tamen.

Verùm hoc (ut dixit) nihil ad me. Cicero 2. de Orat. 76.

Verùm ut aliud ex alio incidit. Terent. Heaut. 3. 3. 36.

Verumetiã (ἀλλ' ὅτι, ναὶ) ut, sed etiã. Cic. pro Cælio, 36, Non modò agendo, uerumetiam cogitando possit sustinere.

Verùm enim. Terent. Adelph. 2. 1. 47. Cic. 3. de Orat. 30, Verùm enim oratori, quæ sunt in hominũ uita, quãdoquidem in ea uersatur orator, &c.

Verùm enimuerò. Terent. Adelph, 2. 3. 2,

Abs quiuis homine, quum est opus, beneficium accipere gaudeas:
Verumenimuerò id demum iuuat, si quĕ æquum est benefacere, is facit. Cic. 5. Verr. 168, Verũ enimuerò quum esset H-S. binis, aut etiam ternis quibusuis in locis prouinciæ, duodenos sestertios exegisti.

Verùm hercle uerò conuellere illos cogito. Plaut. Curc. 8. 5.

Veruntamen (ἀλλ' ὅμως) Idem quod tamen. Cic. 7. Verr. 80, Consilium capit primò stultum, ueruntamen clemens. Idem pro Quintio, 6.

Et si tum nemo erat admodum copiosus, ueruntamĕ uersus ab his admiscerj orationi, &c. Cic. 2. Tusc. 47.

Non dubitabam equidem, ueruntamen multò mihi notiorem amorem tuum effecit Cherippus. Cic. Cornif. lib. 12. 29. 7.

Veruntamen siqua reliqua spes est. Cic. 1. Verr. 10.

Veruntamen, pro Inquam. Cic. Attico. lib. 1. 6. 2. Quum essem in Tusculano, &c. ueruntamen quum ibi essem, &c.

Verus] Adiectiuum (ἀληθὴς, ἀτρεκὴς, ἐτεὸς, ἔτυμος, ἐτήτυμος, πρόγνως, νημερτὴς, νητρεκὴς) Solidum, syncerum, non falsum significat. Terent. Heaut. 3. 1. 81,

Videre uerum, atq; ita uti res est, dicere. Idem Andr. 3. 1. 7.

Actum est, si quidem hæc uera prædicat.

Verum & Falsum, contraria. Cic. 4. Acad. 64.

Magis uerum. Vide Magis.

Procul à uero. Ouid. 5. Trist. eleg. 7. 6.

Maiora uero. Tacit. lib. 19, Suã quisq; facta extollentes, falsa, uera, aut maiora uero miscebant.

Minora uero. Tacit. lib. 17, Quidam minora uero, ne tũ quidem obliti adulationis.

Propius uero. Tacit. lib. 1, Propius uero Tiberium ac Liuiam, illum metu, hanc nouercalibus odijs suspecti, &c.

Simili uerò. Cicero ad Cassium, lib. 12. 5. 2, Id autem eò facilius credebatur, quia simile uero uidebatur.

Verba simillima ueris. Ouid. epist. 21. 27.

Verius uero. Martial. lib. 8. 70.

Conscia numina ueri. Virg. 2. Aeneid. 29.

Ignorantia ueri me decipit. Ouid. 7. Metam. 19.

Insolens ueri, Qui uerum non amat. Senec. Hippol. 2. 11.

Notitia ueri falsiq;. Lucret. lib. 4. 97.

Patiens ueri. Curtius lib. 10.

Prouidus augur ueri. Ouid. 12. Metam. 4.

Similitudo ueri. Cic. 4. Acad. 193.

Mordax uerum. Pers. Satyr. 1. 11.

Abdere uerum. Vide Abdo.

Abhorrere à uero. Vide Abhorreo.

Abesse à uero. Vide Absum.

Auersus à uero. Vide Auerto.

Cernere uerum. Vide Cerno.

Concedere ueris, Veritati non aduersari. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 61.

Confundere uera falsis. Vide Confundo.

Conuertere se ad uerum. Vide Conuerto.

Dicere uerum. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 5.

Verum uis dicam? Terent. Andr. 4. 2. 25.

Ars discernẽdi, & uera ac falsa dijudicandi. Cic. 2. de Orat. 86.

Distinguere falsum uero. Horat. 1. epist. 10. 6.

Mersum latebris educere uerum. Claud. 7. Paneg. 102.

Examinare uerum. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 2.

Exequi uera. Tacit. li. 11. Neq; falsa prõpserim, et uera exequi

Fatebor tibi cuncta uera. Virgil. 2. Aeneid. 16. (pudet.

Iacere uera aut uana. Vide Iacio.

Intendere uera. Tacit. lib. 2. hoc est, Augere.

Inuoluens obscuris uera, Virg. 6. Aeneid. 20.

Latet in occulto uerum. Cic. in Orat. 140.

Perspicere quid in quaq; re uerũ syncerũq; sit. Cic. 2. Off. 24.

Referre uera. Ouid. Metam. 123.

Remiscere falsa ueris. Horat: de Arte, 31.

Verum sit. Cicero pro Domo sua, 41

Quum plus uno uerum esse non possit. Cic. 2, de Orat, 17

Verum sit uelim. Plaut Rud. 2. 0. 39.

Perij. C. uerum sit uelim.

Verum, uel Verum id est, Responsio. Plaut Merc. 18. 18,

Quantũ intelligo, et hanc malè habet Demipho. P. id uerũ.

Idem Asina, 13. 45,

Scio, captiones metuis. D. I, uerum.

Falsa uincere ueris. Lucret. lib. 4. 97.

Verum modò: pro, Modò sit uerum. Plaut. Casin. 17. 23.

Verum, Irridentis interrogatio. Terent. Eunuch. 5. 7. 18,

Siquidem istuc impunè habueris. P. Y. uerum? P. A. reddam hercle, P. Y. credo, Donatus.

Verùm, aliquando non est nomen, sed aduerbium confirmantis, id est, uerè, teste Donato. Terent. Adelph. 4. 2. 4,

me quæritè S. uerùm. C. perij.

Verus & Germanus. Cic. 6. Verr. 129. (78.

Simulatus, fucatus, Syncerus & uerus, contraria. Cic. de Amic.

Causam ueram exponere. Lucret lib. 3. 194.

Color uerus, Natiuus, non adulteratus Terent. Eunu. 2. 5. 26,

Color uerus, corpus solidum, & succi plenum.

Consilium uerum. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 4.

Fama uera. Virg. 4. Georg. 9.

Homo uerus, Veridicus. Terent. Andr. 2. 5. 12. Donatus.

Labor uerus. Virg. 12. Aeneid. 88,

Discę puer uirtutem ex me uerumq; laborem,
Fortunam ex alijs. Vbi Seruius, Verum laborem, quem per me ipsum suscipio, nõ qui ex aliorum uirtute imperatoribus ascribi consueuit.

Laus uera Terent. Eunucho, 5. 4. 3.

Nuncius uerus. Virg. 6. Aeneid. 92.

Nuptiæ ueræ. Terent. Andr. 1. 1. 20.

Verus, pro Æquo & iusto Cic. pro Murena, 67, At enim agit mecum austerè, & Stoicè Cato, negat uerum esse allici beneuolentiam cibo, negat iudicium hominem in magistratibus mandandis corrumpi uoluptatibus oportere. Et in Sallustium, 10, ita igitur egit, ut nihil non æquum ac uerum dixerit quod ipsi facere collibuisset. Et pro Domo sua, 16, Sed quid ad te, qui neges esse uerum, quemquam illi Reipub. extra ordinem præficiẽ ubi perperã in plerisq; libris pro uerum, Iuris legitur. Virg. 12. Aen. 139.

Verum fœdus. Horat. 1. epist. 7. 20, ad Mecœnatem,

Metiri se quemq; suo modulo ac pede uerum est.

Vtitur & Liuius, & Iurisconsulti interdum. Budæus.

Verior & uerissimus Cic. 4. Acad. 21, Sed mehercule ut quidem nũc se causa habet, etsi hesterno sermone labefacta est, mihi tamen uidetur esse uerissima.

Crimina uerissima dicere in aliquem. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14. 6.

Imago mortis uerissima. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. 4.

¶Verè aduerbium (ἀληθῶς) quod dicitur in rei ueritate. Terent Eunuch. 3.5.58,
Tum pol ego is essem verè qui absimulabar.
Idem Heaut.1.1.102,
Hoc ibi fit, ubi non verè uiuitur.
Honestum quod propriè verèq; dicitur, id in sapientibus est solis, Cic.3. Offic.16.
Verè & Falsò, contraria. Cic. pro Murena, 6.
Verè & Fictè, etiam contraria. Cic. pro Domo sua, 61, Maiores nostri qui non fictè & fallaciter populares, sed verè & sapienter fuerunt.
Nullum amans verè. Catul. ad Furium, 11.4.
Verius, pro Aequius & iustius. Cic. Antequam iret in exilium, 2, Nam neq; maius est defendere unum, quàm populum: neque uerius à singulis, quàm ab omnibus repetere officij præmium & fructum.
Verissimè. Cic.4. Verr.118, Laudarem illam ciuitatem, id quod uerissimè possem.
Non ὑπερβολικῶς, sed uerissimè loquor. Cic. Att. lib.5.109.6.
¶Verax, veracis, pen'. prod. om. gen. (ἀληθευτὴς) Veridicus. Cicero de Diuinat. 70, Multis seclis uerax fuisse id oraculum. Ibidem, 109, Tum ei uisa quietis occurrent tranquilla atque veracia.
Saga verax. Tibul. lib.1.eleg.2.9.
Vates verax. Ouid. epist. 22.19.
¶Veridicus, pen. corr. Adiectiuum (ἐτυμηγόρος, ἀληθεύων) Qui uera dicit. Cic. pro Flacco, 60, Veridicas adiungis causas inimicitiarum.
Cantus veridici. Catul. Argon. 59, 61.
Dicta veridica. Lucret. lib. 6.5.
Oraculum veridicum. Catul. Argon. 59.65.
Os veridicum. Lucret. lib. 6.2.
¶Veriloquium, veriloquij (ἐτυμολογία) Cic. in Topicis, 18, Multa enim ex notatione sumuntur: ea est autem, quum ex ui nominis argumentum elicitur, quam Græci ἐτυμολογίαν uocant, id est, uerbum ex uerbo, veriloquium.
¶Verisimilis, & hoc verisimile. pen. cor. (πιθανὸς, εἰκαιος) Idem quod simile uero. Cicero pro Roscio Amer. 34, Etiam tum quum verisimile erit aliquem commisisse, in suspicione latratore. Terent. Heaut. 5.2.37,
Est verisimile.
Narrationem iubent verisimilem esse & apertam breuem. Cicero 2. de Orat. 46.
Verisimile. Cic. 1. de Nat. deor. 89, Hæc ego nùc physicorũ oracula fundo, uera an falsa nescio: sed verisimile tamẽ similiora quàm uestra. Vetus exemplar legit, veri tamen.
Verisimilior & verisimillimus. Plin. lib. 5 cap. 22.1, Quod est verisimilius, quàm quia cadendo tripudium somnumue faciant. Cicero 1. de Inuent. 5, Verisimillimum mihi uidetur quodam tempore, neq; in publicis rebus infantes, neq; insipientes homines solitos esse uersari.
Volunt probabile aliquid esse, & quasi verisimile. Cicero 4. Academ. 64.
Non est verisimile ut. Cicero pro Rosc. Amer. 72.
Non verisimile est quàm sit in utroq; genere & creber & distinctus Cato. Cicero de claris Orat. 34,
Non fit verisimile. Terent. in Andr. 1.3.20. —fabulæ:
Mihi quidem hercle non fit verisimile, atq; ipsis commentum placet.
Facere verisimile. Plautus Pseud. 6.10.
¶ Verimonia, verimoniæ (ἀλαλὲς) Idem, sed antiquũ. Plaut. Truc. 4. 62,
—planius qui ante hac amator summus
Habitus est, istunc ad amicã uerius uerimonia referre.

¶Veritas, pen. cor. ueritatis (ἀλήθεια) Vera ratio, res uera. Cic. 2. de Inuent. 241, Veritas est, per quam immutata ea quæ sunt, aut antè fuerunt, aut futura sunt, dicuntur. Idem pro Cælio, 50, O' magna uis ueritatis quæ contra hominũ ingenia, calliditatem, solertiam, contraq; fictas omnium insidias facilè per seipsam defendat.
Veritas & Imago, contraria. Cic. 5. Tusc. 21, Quũ autem animum ab ista pictura imaginibusq; uirtutum, ad rem ueritatemq; traduxeris.
In ueritate, id est, secũdum uerum iudiciũ. Quintil. lib. 10. cap. 1, Quis in ueritate tumens potensq; ne minima quidem cerè fiducia partis, memoriam artis sperauerit?
Ex ueritate. Tacit. lib. 4.
Fori ueritas. Quintil. lib. 6. cap. 1. 32.
Morum ueritas. Quintil. lib. 6. cap. 2. 22.
Vir bonus & simplicis ueritatis amicus. Cic. 1. Offic. 91.
Cultor ueritatis. Cic. 1. Offic. 153, Sũt his alij multum dispares, simplices & aperti, & c. ueritatis cultores, fraudis inimici.
Expertes ueritatis homines. Cic. 2. de Orat. 45.
Fides ueritatis. Quintil. lib. 3. cap. 8. 35.
Cana ueritas. Vide Canus.
Infracta ueritas. Tacit. lib. 17.
Ista ueritas etiamsi iucunda non est, mihi tamen grata est. Cic. Attico, lib. 3. 66. 4.
Accommodare se assertorem ueritatis. Vide Accommodo.
Addu cere ad ueritatem. Vide Adduco.
Veritate adductus, Quia ueritas postulat. Cic. ad Attic. lib. 13. 32.3, Neq; id ambitione adductus facio, sed tum familiaritate, & necessitudine, tum etiam ueritate.
Contaminare ueritatem mendacio. Vide Contamino
Infirmare ueritatem. Vide Infirmus.
Intueri ueritatem. Vide Intueor.
Limare ueritatem in disputatione. Cic. 2. Offic. 49.
Niti ueritate. Vide Nitor.
Obscurare ueritatem. Quintil. lib. 4. cap. 2. 47.
Proferre aliquid in lucem ueritatis. Cic. 1. de Orat. 76.
Reuocare rationem ad ueritatem. Cic. 3. Offic. 112.
¶Vero, ueras (ἀληθεύω) uerare, Verum dicere. Gell. lib. 18. cap. 2. Ex Ennio in XIII Annalium, Satin' uates uerant ætate in agenda.
Verare, Vera repræsentare. Sidonius,
Quoties uerba Graia carmine uerat.
Verutum] Vide Veru, in Verto.
Vesanus] uesana, uesanum, pen. prod. (ἀηδόχολος, παραφρόνιμος, μανιάλης) Vecors, crudelis, furiosus. Plaut. Trin. 12. 7.
Spurcificum, immanem, intolerandum, uesanum.
Vesanus Malè sanus, inquit Festus. Cic. 2. de Diuinat. 171, Vtrum tandem per deos atq; homines magis uerisimile est uesanum remigem, an aliquem nostrùm. Idem pro Domo sua, 44, Hæc furiosa uis uesani Trib. pleb.
Vesanus & furiosus. Cic. pro Domo sua, 2.
Acies uesana. Vide Acies.
Amor Vesanus. Propert. lib. 2. eleg. 16. 6.
Fames uesana. Virg. 9. Aen. 71.
Alibi, Et malesuada fames, dixit.
Flamma Vesana. Catul. de Cælio & Quintio, 95. 2.
Leonis uesani stella. Horat. 3. Carm. ode 29. 4.
Vires Vesanæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 5.
¶Vesanio, uesanis, pen. prod. uesaniui, uesanitũ (μαίνομαι) uesanire, Insanire, sæuire. Catull. ad Thallum, 22. 3.
—uelut minuta magno
Deprensa nauis in mari uesaniente uento. Budæus.
¶Vesania, uesaniæ (ἀηδοχολία, παραφροσύνη) Vecordia. Plin.

Plin. lib. 35. cap. 11. 8, Nobiles eius tabulæ Ephesi, Vlysses simulata uesania bouem cum equo iungens, & palliati cogitantes, dux gladium condens.
Discors uesania uos agit. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 35.
Vescis] ἔδεσαι, Ptolemæo authore libro 2. cap. 4. Hispaniæ ciuitas: alio nomine Vesci, & Fauentia Plinio dicta libro 3. cap. 1.
Vescor] uesceris, pen. cor. (σιτεῖσθαι, ἔδω) uesci, Cibo uti. Festius, Vescor, Pascor. Cic. 2. de Nat. deor. 84, Dij nec escis, nec potionibus uescuntur. Ibidẽ, 98. Est enim omne quo uescũtur homines, penus. Idem in Orat. 16. Quæ est autem in homines tanta peruersitas, ut inuentis frugibus, glande uescantur?
Vesci ex manu. Plin. lib. 9. cap. 8. 6, Simili modo ex hominum manibus uescens, præbensq; se tractandum.
Vesci auidè. Plin. lib. 11. cap. 53. 4.
Folijs uescatur amaris. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 23.
Lacte, caseo, carne uescor. Cic. 5. Tuscul. 130.
Pyris uesci. Horat. 1. epist. 7. 3.
Munere terræ uescimur. Horat. 2. Carm. ode 14. 2.
Atro sanguine uesci. Virgil. 3. Aeneid. 125.
Aura uesci, Viuere. Virgil. 3. Aeneid. 68. uesci, pro uti, teste No
Auris uitalibus uesci. Lucret. lib. 5. 171. (nio.
Vesci uoluptatibus. Cic. 5. de Finib. 101.
Vescor, cum accusatiuo. Plin. lib. 10. cap. 38. 3, Aues nonullæ uescuntur ea quæ apud ere pedibus. Idem lib. 8. cap. 50. 4, Si caprinum iecur uescantur.
Vesci, pro uidere, apud ueteres. Actius Athamante, Priusquã infans esses, tui oculi uescuntur. Nonius.
Vescendo esse, pro Bonũ esse quod commedatur, Aptum esui. Plin. lib. 15. cap. 18. 2, Alexandrinæ ficus uix sunt uescẽdo. Sic enim legendum iuxta Hermolaum. Idem libro 21. cap. 16. 2, Radix eius uescendo est decocta. De scolymo.
Sus ad uescendum hominibus apta. Cic. 2. de Nat. deor. 239.
¶Vescendus, Participium. Plin. lib. 20. cap. 5. 10, Cocta ad dysenterici uescendas dedere. De ceris.
Vescus] Adie. (ἐδώδιμος) A' uue & esca compositum, et significat cum edendi fastidio. Sic Lucilius appellat uescum, ut id dicatur quod in esca & cibatu appetitur, & id fastidiosum est, lib. 26. Quàm fastidiosum ac uescum cum fastidiendo edendi uiuere. Vide plura apud Nonium.
Vescum, Fastidiosum & edacem significare scribit Festus.
Vescum, Quicquid ad escam pertinet, et quicquid edule est, ab edendi intensione. Vnde Lucretius lib. 1. 67. uescum salem appellat. Virgil. 4. Georgic. 27,
Verbenasq; premens, uescumq; papauer. id est, quo uescimur. Seruius.
Vescæ salicum frondes, quoniam escis iumentorũ sunt accommodatæ. Virg. 3. Georg. 35,
Nec uescas salicum frondeis, uuamq; palustrem. Siponti nimus minutas interpretatur. Seruius uerò siccas & teneras: uerùm ab Hermolao reprehenditur.
Vescum, Paruum & minutum. Vnde & apud Marsos, lingua uernacula quum dicunt maluam uescam, intelligunt de ea quam paruam uocamus. Ouid. 3. Fast. 90,
Nunc uocor ad nomen uegrandia farra coloni
Quæ malè creuerunt, uescaq; parua uocant,
Plin. lib. 7. cap. 20. 1, Corpore uesco fuisse. sed eximis uiribus Tritanum.
¶Vesculus, uescula, uesculum, pen. cor. Diminutiuum (ἀκρεῶν) Malè curatus & gracilis, ut ait Festus.
Veseuus] pen. prod. (θεσβίτης) Mons iuxta Sarnum fluuiũ non longè à Neapoli, bonitate uini celebratus, qui semper emittit fumum & ignes, sicut Aetna in Sicilia. Hic mons amœnissimus olim habitus agris, excepto uertice, qui, (ut ait Strabo lib. 5.) cinereosus est, & cauernosus, petris exustus, quas color indicat igni abrosas fuisse. Virgilius 2. Georgic. 44,
—& uicina Veseuo
Ora iugo. Hic (ut quidam uolunt) dictus est Vesuuius, & per syncopã Vesuius appellatur à conflagratione (nam Vesuiæ, fauillæ dicuntur) qui Tito imperante, ruptus in uertice tantum emisit incendij, ut regiones uicinas incenderet. Alij (ut Seruius) dicunt Vesuium esse montem Campaniæ: Veseium uerò Liguriæ sub montibus. De hoc Vesuio monte, Martialis lib. 4. 41,
Hic est pampineis uiridis Vesuius umbris, & c.
Insanus Veseuus. Stat. 4. Sylu. 8.1.
Prorupti Veseui leithalis apex. Valer. 4. Argon. 101.
Vesica] uesicæ, pẽ. prod. (πύστις, πύστη) Folliculus in quo urina colligitur infra aluũ à priore parte. Plin. lib. 11. cap. 37, 76, Vesica, membrana constat, quæ uulnerat cicatrice nõ solidescit. Cicero 2. de Finib. 154, Tanti autem morbi aderant uesicæ & torminum, ut nihil ad eorum magnitudinem posset accedere. Ouid. 15. Metam. 61.
Disploſa sonat uesica. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 10.
Difficultates uesicæ. Plin. lib. 30. cap. 8. 3.
Vesica per ti, Caper proferri censet: quòd non sit sine uento.
¶ Vesicula, uesiculæ, pen. cor. Diminutiuũ (πυστίδιον) In herbis etiam dicitur. Cic. 2. de Diuin. 49, Et puleium aridum florescere brumali ipso die, & inflatas rumpi uesiculas, & semina malorum quæ in his medijs inclusa sint, in contrarias partes se uertere. Lucret. lib. 6. 27,
—quum plena animæ uesicula parua
Sæpe ita dat pariter sonitum disploſa repentè.
¶Vesicaria, uesicariæ (κλυσάκαβος) Herba quæ uesicæ medetur. Plin. lib. 21. cap. 31. 1, de strychno loquens, Quorum alterum, cui acini coccinei, granosi folliculi, halicacabum uocant, & alij callion. Nostri autem uesicariam, quoniam uesicæ & calculis prosit. Frutex est surculosus uerius quàm herba, folliculis magnis, latisq; & turbinatis, grandi intus acino, qui maturescit Nouembri mense.
Vespa] uespæ (σφὴξ) Animal parũ uolatile, api simile: quòd uesperi muscas uenetur in cibum. Vide Plinũ de hac abundè tractãtem, lib. 11. cap. 21. Varro 3. de Re rust. cap. 16. 14, Vespa quæ similitudinem habet apis, neq; socia est operi, et nocere solet morsu, quàm apes à se secernunt. Cic. 5. de Finibus, 75, Cornibus uti uidemus boues, uespas aculeis, suam denique cuiq; naturam esse ad uidendum ducem.
Vespasianus] βεσπασιανὸς, βεσπασιανὸς, Imperator Romanus: cuius uitam uide apud Suetonium.
Vesper] uesperis, pen. corr. masc. gen. uel Vesperus, uesperi (ἕσπερος) Stella quæ Venus dicitur, quòd sole iam occiduo & prima omnium ex stellis lucere uesperi conspiciatur, dicta quasi hesperus: nam eam stellam hesperũ Græci uocant; ultimam partem diei. Statius lib. 10. Thebaid.
—sed uesper opacus
Lunares iam ducit equos.
Vesper diei. Sallust. in Iugurtha.
Hunc tegit obscurus subter præcordia uesper. Cic. in Arat. 13.
Surgente uespero, &c. Horat. 2. Carm. ode 9. 3.
Frigidus uesper. Valer. 4. Argon. 76.
Puro similis uespero. Horat. 3. ode 19. 6.
Serus uesper. Virg. 1. Georg. 93.
Processit uesper Olympo. Virg. eclog. 6. 18.
Ab atro uespere consurgunt uenti. Virg. 5. Aeneid. 4.
Legitur & fœminino genere. Virg. 1. Georg. 51,
Illic sera rubens accendit lumina uesper.
Vesper, Vespertinum tempus. Plaut. Bacchid. 2. 3. 83,

Hic uesper est, uos sequimini. Cic. Attico, lib. 12. 24. 1.
Quumq; mane me in syluam abstrusi densam & asperam, non exeo inde ante uesperum.
Primo uespere. Cæsar 2. bel. Ciuil. 185.
Nescis quid ferus uesper uehat: Ex Menippeis Varronis satyris citatur hic titulus, tum ab A. Gellio, tum à Macrobio: neque dubitandum quin prouerbialis, sicut sunt & alij plerique. Quo salubriter admonemur, ne præsentium successuũ prosperitate sublati, futuri curam abiiciamus. Neq; ulla de re securi simus, priusquàm exitum uiderimus. Apparet Maronem ad paræmiam alludisse, quum ait libro primo Georgic. 93,
Deniq; quid ferus uesper uehat.
Liu. Decad. 5. lib. 5, In secundis reb. nihil in quẽquã superbè ac uiolenter consulere decet, nec præsenti cedere fortunæ, quum quid uesper ferat, incertum sit. Hæc Erasmus. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 6,
Nunc Zephyrus sero uespere missus adest.
Ad uesperum. Vide Ad.
Vsq; ad uesperum contentius ambulare. Cic. 5. Tuscul. 138.
Perpotare ad uesperum. Cic. 3. Philip. 84.
Epistolam quum à te quidè expectarem ad uesperum. Cic. Attico, lib. 2. 23. 1.
Declinat in uesperum dies. Vide Declino.
In uesperum parata. Vide In præpositionem.
¶ Vespera, uesperæ, pen. corr. pro eodem dicitur. Plaut. Curcul. 2. 4,
Si media nox est, siue est prima uespera. Cicero 2. Catil. 29, Si accelerare uolent, ad uesperam consequentur. Stat. 5. Thebaid. 50.
Flexo in uesperam die. Tacit. lib. 1.
Inumbrante uespera uniuersum Flauiani exercitus robur aduenit.
Propinqua uespera Tribunus uenit. Tacit. lib. 15.
¶ Vesperi, siue uespere, Aduerbium: id est, Principio aduentus noctis. Cic. ad Matium, lib. 11. 27. 1, Nam quum in Tusculanum uesperi uenissem. Et ad Attic. lib. 11. 220. 1, Cephalio mihi à te literas reddidit ad octauum idus Martij, uespere.
Ad octauum iduum Martij uespere. Cic. Attic. lib. 11. 220. 1.
Heri uesperi. Cic. 2. de Orat. 8.
Peridie uesperi. Cic. 1. Acad. 1.
Prima uesperi. Cæsar 1. bel. Ciuil. 75. Castigatiores codices habent, uespera.
¶ Vesper, uespera, uesperum etiam dicitur (ἑσπερινὸς) unde quũ uesperum dicimus neutro genere, intelligimus tempus. Plin. lib. 19. cap. 12. 1, His horæ rigandi matutina atq; uespera. Idem, Mátutinum tempus atq; uesperum.
¶ Vespertinus, pen. prod. Adiectiuum (ἑσπερινὸς) Quod sit uesperi. Cic. 2. de Natur. deor. 71, Tum uespertinis temporibus delitescendo, tum matutinis rursum se aperiendo. Horat. 1. epist. 6. 4.
Acies uespertina. Vide Acies.
Cantus uespertini. Plin. lib. 10. cap. 21. 4.
Forum uespertinũm. Horat. 1. Serm. Saty. 6. 23.
Hospes uespertinus. Horat. 2. Serm. Saty. 4. 4.
Literæ uespertinæ. Cic. ad Attic. lib. 13. 28. 1. 1, Antemeridianis tuis literis heri statim rescripsi, nunc respondeo uespertinis.
Regio uespertina. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 6.
Vespertinis, Ablatiuus, pro aduerbio. Plin. lib. 30. cap. 10. 3, Perunctos matutinis uespertinisq; liberari. hoc est, Mane & uesperi.
¶ Vespero, uesperas, pen. corr. (συνεσπέρω) uesperare, Vesperam fieri. Gellius lib. 17. cap. 8, Philosophus Taurus accipiebat nos Athenis cœna plerũq; ad id dici ubi iam uespera-

uerat. Id enim est tempus istic cœnandi frequens.
¶ Vesperascit (συνεσπέρα) In tertijs tantùm personis. Terẽt. Heaut. 2. 3. 7,
—portant quid rerum. CLIN. hei mihi.
S. Aurum, uestem, & uesperascit, & nõ nouerũt uiam.
Vesperascente die. Tacit. lib. 18.
Vesperatus dies. Solin. cap. 16.
¶ Vesperalis, & hoc uesperale, pen. prod. Solinus cap. 14, Igitur Macedoniam præcingit Thracius limes: Meridiana Thessaliæ Epirotæ tenent: à Vesperali plaga Dardani sunt & Illyrij: quà Septentrione tenditur, Pæonia ac Pelagonia protegitur. Vesperalem plagam dixit pro Occidentali.
Vesperna] uespernæ (ὀψὲ πνοὴ) Cœna apud ueteres dicebatur. Nam, ut Festus ait, cœna uocabatur, quod nunc est prandium: Vesperna, quam nunc cœnam appellamus, quod conuiuium, non nisi aduentante nocte inibant prisci.
Vespertilio] uespertilionis, m. g. (νυκτερὶς) Animal mediæ cuiusdam inter auem & murem speciei, ut mus alatus dici possit: appellatas autem ob id, quòd uesperè se ad uolatum proferat. Plin. lib. 10. cap. 61, Volucrum animal parit uespertilio tantùm, cui membrana ceu pennæ. Eadem sola uolucrum lacte nutrit, ubera admouens, gemimos uolitat amplexa infantes, secumq; deportat. Eidem coxendix una traditur, & in cibatu culices gratissimi. Author Philomelæ, 8,
Strix nocturna sonans, & uespertilio stridunt.
Vesperugo] uesperuginis, f. g. (ἑσπερυγὼ) Idem quod Vesper, stella Veneris dicta, æmula Solis & Lunæ: quæ quum Solem præcedit, dicitur Lucifer, ut alter Sol. Et ante ortũ Solis apparet in Oriente: et in occasu Solis refulgens, Vesper appellatur, quasi uicem Lunæ reddens: uideturq; in Occasu statim postquam Sol occidit. Plaut. Amphit. 4. 121,
Nec iugula, nec Vesperugo, neq; Vergiliæ occidunt.
Vespillo] uespillonis, masc. gen. (νεκροφόρος) Vilis cadauerum funerator, qui uespertino tempore eos efferre solebat, qui funebri pompa duci propter inopiam non poterant, ut ait Sipontinus. Martial. lib. 1. 115,
Chirurgus fuerat, nunc est uespillo diaulus. Idem lib. 2. 63. Vide Diaulus. Suetõ. in Domitiano, capit. 17, Corpus eius populari sandapila per uespillones exportatum.
Vestæ] ἑστιὰς, duæ à ueteribus memorantur: altera Saturni mater, altera eiusdem dei filia. De qua Ouidius 6. Fast. 57,
Ex ope Iunonem memorant, Cereremq; creatas
Semine Saturni: tertia Vesta fuit. Confundunt tamen hæ poetæ, alteram pro altera ponentes. Quando eam terram esse dicunt, de matre Saturni intelligendum est. Quando uero uirginem nominant, de filia eius, quam ignem esse uoluêre. Idem Ouid. ibidem, 59.
Huius simulachrum Romani Pesinunte allatum in æde Victoriæ, quæ est in palatio, posuêre: & uirgines ei sacrarũt, quæ ignem perpetuum conseruarent: hæ si stuprum commisissent, uiuæ defodiebantur. Si uerò ignis fuisset extinctus, uenquaquam reparari fas erat ex hoc igne humanis manibus elaborato, sed accensa per fomites ex Sole flamma, purus & cælestis ignis eliciebatur.
Vesta ἀπὸ τῆς ἑστίας, id est, à foco, in quo ignis alitur, dicta est. Est enim Vesta, quasi focus urbis appellata, ait Cicero de Legib. lib. 2. Nam quum pro terra, siue deorum matre accipitur, à uestitu denominatur, quòd uarijs herbis ac floribus uestita sit terra, ut diligentissimè annotauit Sipontinus: uel quia ui sua stet. Ouid. 6. Fast. 60,
Stat ui terra sua, ui stando Vesta uocatur.
Ignis Vestæ perpetuus & sempiternus. Cic. 4. in Catil. 90.
Ignis extinctus lachrymis Vestæ. Cic. pro Fonteio, 31.
Aeterna Vesta. Horat. 3. Carm. ode. 5. 3.

Cane

Canæ penetralia Vestæ. Virg. 5. Aeneid. 149.
Mater Vesta. Virg. 1. Georg. 100.
Potens Vesta. Virg. 2. Aeneid. 60.
Sancta Vesta. Claud. de bello Gildon. 26.
¶ Vestalis, pen. prod. Adiectiuũ (ἑστιὰς) Cic. 2. de Legibus, 33, Virgines q; Vestales in urbe custodiunto ignem foci publici sempiternum
Incesta Vestalis. Vide Incestus.
Ara Vestalis. Lucan. lib. 1. 109.
Festa Vestalia. Ouid. 6. Fast. 79.
Foci Vestales. Lucan. lib. 40.
Vester] uestra, uestrum (ὑμέτερος) Pronomen possessiuum. Terent. Andr. 4. 5. 26,
—cuium puerum hic apposuisti dic mihi.
M. Tu nescis? D. mitte id quod scio: dic quod rogo.
M. Vestri. D. cuius nostri? M. Pamphili. Idem Eunuch. 5. 9. 36, Non cognosco uestrum tam superbum.
Omnium uestrũm bona: pro, Omnia uestra. Cicero Attico, libro 11. 24. 3.
Vestrum est dare, uincere nostrum. Ouid. 4. Fast. 179.
¶ Vestras, uestratis, om. gen. Pronomen patrium.
Vestibulum] uestibuli, penul. corr. (προθύρεον, προπύλαιον, αὐλειον, πρόδομον) Locus ante ianuam domus, per quem à uia ad ædes itur. Gellius lib. 16. cap. 5. Cæcilium Gallum in libro De significatione uerborum quæ ad ius pertinent, ita tradidisse affirmat, Vestibulum esse dicit, non in ipsis ædibus, nec partem ædium, sed locum ante ianuam domus uacuum, per quem à uia aditus, accessusq; est ad ædes. Siquidem olim, quib. ampliores domos habere licebat, si ante ianuam locum relinquebant, qui medius inter uiam & fores domus esset: qui locus erat statio salutatorum. Plautus Mostel. 10. 32,
Videñ' uestibulum ante ædes, & ambulacrũ cuiusmodi?
Cicero Attico, lib. 4. 72. 4, Discessimus in uestibulum. Virgil. 6. Aeneid. 115,
—cernis custodia qualis Vestibulo sedeat?
Vestibulum dictum est (inquit Seruius) uel quòd ianuam uestiat, ut uidemus cameram duabus sustentatam columnis: uel quoniam Vestæ consecratum est. Vnde nubentes puellæ lumen non tangunt. Lucan. lib. 2. 72,
Translata uetuit cõtingere limina planta. Singula enim domus, sacrata sunt dijs: ut culina, dijs Penatibus: Maceries quæ ambit domũ, Herceo Ioui. Item alio loco, Vestibulum, ut Varro dicit, etymologiæ non habet proprietatem: sed fit pro captu ingenij. Alij dicunt ab eo quòd nullus istic stet. In limine enim solus est transitus: quo modo uesanus dicitur non sanus: sic uestibulum, quasi non stabulum.
Ante ipsum uestibulũ, primoq; in limine. Virg. 2. Aeneid. 94.
Astare uestibulo. Virg. 7. Aeneid. 37.
Vestibulum templi. Liu. 1. ab Vrbe, 197.
Primus aditus & uestibulum templi uel ædium. Cicero 4. Verr. 116. Idem pro Cecinna, 25.
Balnearum uestibulum. Cic. pro Cælio, 49.
Vestibulum curiæ & Senatus. Liuius 2. ab Vrbe, 213. Cicero pro Milone.
Primatum uestibulum. Cic. de Arusp. resp. 28.
Vestibulum sepulchri. Cic. 2. de Leg. 97, Quod autẽ ἐπαῦον, id est, uestibulum sepulchri, bustumue usucapi uetat.
Vestibulum cubilium gallinaceorum, columbariorum, apum. Colum. lib. 8. cap. 3. Sic ibidẽ, cap. 4. Idem lib. 8. cap. 8. Idem lib. 9. cap. 7. 3.
Vestibulum Siciliæ, pro ingressu. Cic. 7. Verr. 134.
Vestibulum & aditus ad rem aliquam. Cic. in Orat. 28.
Ingredi uestibulum alicuius artis. Quint. lib. 1. cap. 5. 5.

Vesticeps] pen. cor. uesticipis, pen. cor. (γυναῖκα) Puer iam pubes, ut ait Budæus. Gellius lib. 5. cap. 19, Iusq; iurandum à Q. Mutio Pontif. Max. conceptum dicitur, quòd in arrogando iuraretur. Sed arrogari non potest nisi iam uesticeps. Vestis enim aliquando barbam significat. Vnde aureæ uestis, Virg. 8. Aeneid. 132.
Vestigium] uestigij (ἴχνος, σφὼς, ἴχνιον) Pedis impressio, id est signum quod à pede relinquitur. Virg. 3. Georg. 13,
Et gradiens ima uerrit uestigia cauda. Plautus Cistell. 10. 30,
Sed is hac, aut hac, socij uideo uestigium in puluere.
Vestigium, Ima pars pedis. Gellius libro 5. cap. 14, Ego stirpem ingentem uestigio pedis hærentem reuulsi. Virgilius 5. Aeneid. 114,
—uestigia primi
Alba pedis, frontemq; ostentans arduus albam.
Aduersis uestigijs contra nostra uestigia stant antipodes. Cic. 4. Acad. 220.
A' uestigio ad uerticem. Vide A' præpositionem.
Vestigiorum articulis & unguibus amplissimis uillaticum canem esse eligendum docet Colum. lib. 7. cap. 12.
Vestigium excussum ungula equi. Plin. lib. 28. cap. 20. 1.
Vestigium corporis, impressio. Cic. 6. Ver. 47. Ibidem, 5. 67. Præsertim quum in lectulo decumanæ mulieris uestigia uiderent recentia.
Cæca uestigia, Obscura, & perplexa. Virg. 6. Aeneid. 6.
Certa uestigia. Quint. lib. 1. cap. 1. 21.
Carnosum uestigium. Plin. lib. 11. cap. 45. ad finem.
Errabunda uestigia. Virg. 6. eclog. 12.
Fœda uestigia. Vir. 3. Aeneid. 49.
Irrita uestigia. Vide Irritus.
Consequi uestigijs. Cic. pro Cluentio, 27.
Delere pedum uestigia. Stat. 1. Achil. 12.
Excipere uestigia fugientis. Curtius lib. 4.
Facere uestigia in loco aliquo. Cic. pro Rab. Posth. 30, Hic uos aliud nihil orat, nisi ut rectis oculis hanc urbem sibi intueri, atq; in hoc fòro uestigiũ facere liceat. Idem pro Cecinna, 29. Vtrum pedem quii intulero, atq; in possessionẽ uestigiũ fecero, tum expellar atq; deijciar. Virg. 2. Georg. 95.
Fallere uestigium dicitur locus lubricus. Curtius, Et præruptæ saxa uestigium subinde fallentia. Budæus. Vide Fallo.
Ferre uestigia per ignes. Propert. 1. eleg. 5. 1.
Figere ebria uestigia. Claud. 1. de rapt. Proserp. 4.
Firmare uestigia. Virg. 3. Aeneid. 152.
Flectere uestigia aliquò. Ouid. 1. Metam. 75.
Flectere uestigia, Decedere. Stat. 9. Thebaid. 97.
Hærere in uestigio. Plin lib. 8. cap. 30. 2.
Impedire uestigia cursu. Virg. 5. Aeneid. 119.
Implere uestigia alicuius. Plin. epist. lib. 8. 13.
Imprimere uestigium. Cic. pro Cecin. 55.
Incedere communi uestigio. Vide Communis.
Inflectere uestigia cursus sui. Cic. 2. de Nat. deor. 70.
Ingredi uestigijs patrijs. Vide Ingredior.
Inhærere uestigijs prioribus. Vide Inhæreo.
Insistere uestigia certa uiæ. Lucret. lib. 1. 83.
Insistere in uestigio. Cic. 3. de Orat. 4.
Insistere uestigijs. Cic. 3. de Orat. 19, Quibus uestigijs primùm institi, in his ferè soleo perorare. Per translationem. Vide Insisto.
Insistere alienis uestigijs. Quint. in Prœm. lib. 1. 3.
Insistere uestigijs laudum suarum. Vide Insisto.
Instare uestigijs alterius. Vide Insto.
Interdicere uestigijs. Vide Interdico.
Lustrare uestigia alicuius. Vide Lustrum.

Mouere uestigiũ, hoc est, pedẽ, Discedere, abire. Curt. lib. 10.
Mouere se uestigio. Vide Mouco.
Obterere uestigia. Vide Obtero.
Occumbere in uestigio. Tacitus, Pugnacissimus quisq; in uestigio, multi palantes occubuêre.
Permulcere candida uestigia. Catul. Argon. 59. 33.
Persequi uestigia alicuius. Vide Persequor.
Persequi aliquem uestigijs ipsius, Sequi aliquem per ipsius uestigia, & eo pacto progredi quo ipse prius. Cicero de claris Orator. 170.
Persequi aliquẽ uestigijs ipsius, sequi aliquẽ per ipsius uestigia: hoc est, Scripta quæ reliquerat, reum facere. Cic. 3. Verr.
Ponere uestigium. Cic. 3. Philipp. 146, Ille autem ex mirmillone dux, ex gladiatore imperator, quas fecit strages, ubicũq; posuit uestigias
Ponere uestigia summa arena. Virgil. 3. Georg. 39.
Falsa uestigia ponere. Ouid. 2. Metam. 172.
Ponere uestigium, per translationem: pro, Attingere, ut ait Erasmus. Cic. 5. de Fin. 9, Quacunq; enim ingredimur, in aliquam historiam uestigium ponimus.
Libera per uacuum posui uestigia Horat. 1. epist. 20. 5.
Premere uestigia. Tacit. lib. 2, Neq; bellum ultrà, modò se patris patruiq; uestigia prementem, ijsdem in terris uictorem fisse. Virgil. 6. Aeneid. 40.
Premere uestigia leuiter, Ita progredi ut uix uestigia appareãt. Cic. pro Sestio. 10.
Relinquere uestigium auaritiæ. Cic. pro Murœna, 17.
Admisso sequitur uestigia passu. Ouid. 1. Metam. 108.
Retrò sequi uestigia. Virgil. 2. Aeneid. 151.
Sequi certa uestigia. Quintil. lib. 1. cap. 1. 21.
Contracta sequi uestigia uatum. Horat. 2. epist. 2. 16.
Tenuia uix summo uestigia puluere signat. Silius lib. 4. 30.
Spargere uestigia fugæ. Curtius lib. 5. ad finem.
Spectantia retrorsum uestigia. Horat. 1. epist. 1. 15.
Stare in uestigio. Author ad Heren. lib. 2. 119.
Stringere uestigia. Ouid. 1. Metam. 118.
Tenere uestigia inconcussa, In sententia sua perseuerare. Lucan. lib. 2. 50.
Titubata uestigia. Virgil. 5. Aeneid. 67.
Torquere uestigia. Virgil. 3. Aeneid. 134.
Trahere ebria uestigia. Propertius lib. 1. eleg. 3. 2.
Turbare incerta fugæ uestigia. Lucan. lib. 8. 1.
Omnibus uestigijs indagare: id est, Vbiq; quærere, & diligenter. Cic. ad Attic. lib. 2. 22. 1.
Vestigiũ, pro Reliquijs, signo, monumẽto, siue indicio, aliquando ponitur. Cic. pro Fonteio, 2, Vnæ tabulæ proferantur, in quibus uestigium sit aliquod, quod significet pecuniam Fonteio datam. Virgil. 4. ectog. 7.
Pauca tamen suberunt priscæ uestigia fraudis.
Breuia quædam demonstranda uestigia. Quint. lib. 2. cap. 6. 4.
Vestigium & index. Cic. 7. Verr. 127.
Amoris uestigia. Cic. Fabio Gallo, lib. 7. 25. 1. Virgil. 4. Aeneid. 5.
—agnosco ueteris uestigia flãmæ. Flãmæ, id est, Amoris.
Annulorum uestigium: id est, Argumentum quòd annuli tunc fuerint, ut interpretatur Budæus. Plin. lib. 33. cap. 1. 14, Ita quadringentis XLVIII. à cõdita urbe gestis est, & primum annulorum uestigium extat.
Nullum uestigium ciuitatis. Cic. Planco, lib. 10. 1. 4, Nec leges ullæ sunt, nec iudicia, nec omnino simulachrum aliquod, ac uestigium ciuitatis.
Dignitatis uestigium. Cic. Plancio, lib. 4. 14. 3.
Fortitudinis, humanitatis, & consilij uestigia. Cic. pro Corn. Balbo, 9.

Iudiciorum uestigia. Cic. pro Rosc. Amer. 55.
Manebant etiam tum uestigia morientis libertatis. Tacit. lib. 1.
Vestigia antiqui officij remanent. Cic. pro Rosc. Amer. 16.
Olfactus uestigium nullum habere. Plin. lib. 11. cap. 37. 14.
Profectæ pecuniæ uestigium. Cic. pro Cluentio, 97.
Violatæ religionis uestigium. Cic. 6. Verr. 87, Nihil in religiosissimo fano præter uestigia uiolatæ religionis, nomenq; P. Scipionis reliquit.
Manent sceleris uestigia nostri. Virg. 4. eclog. 3.
Extant expressa sceleris uestigia. Cic. pro Roscio Amer. 38.
Stirpis uestigia ostendere. Curtius lib. 9.
Tumoris uestigium. Plin. lib. 11. cap. 52. 3.
Indicia & uestigia ueneni. Cic. pro Cluentio, 22.
Non enim uidisses fratrem tuum: nõ eum quem reliqueras: non eum quem noras, & c. ne uestigium quidem eius, nec simulachrum, sed quandam effigiem spirantis mortui. Cicer. Qufratri, lib. 1. 3. 2.
Vestigium, pro Nota quæ rei formam & qualitatem ostendit Cic. 1. de Nat. deorum, 55. Budæus.
Vestigio temporis. Cæsar 2. bel. Ciuil. 110. id est, Statim, confestim. Cic. in Pisonem, 16, Atque eodem in templo, eodem & loci uestigio & temporis, arbitria non mei solùm, sed patriæ funeris abstuliſti.
¶ *Vestigo, uestigas, pen. prod. (ἰχνεύω, ἰχνηλατέω, στιβέω, στιβεύω) uestigare, Quærere diligenter, quasi uestigia indagare. A uestigijs tanquam indicijs dictum. Cic. 3. de Orat. 50, Ipsa tractatio et quæstio quotidie ex se gignit aliquid, quod cũ desidiosa delectatione uestiges. Virgil. 12. Aeneid. 97,*
——uestigatq; uirum.
Iter alicuius uestigare. Stat. 11. Thebaid. 28.
Causas rerum uestigare. Cic. 2. de Orat. 90.
Vestigare atq; odorari uoluptates omnes. Translatio à canibus uenatorijs, qui uestigia ferarum odorantes, ipsas consequuntur. Cic. Post reditum in Senatu, 13.
Altè uestigare oculis. Virg. 6. Aeneid. 29.
Oculis & naribus escam uestigare. Col. lib. 8. cap. 17. 12.
Vestigare odore. Plin. lib. 8. cap. 18. 1.
¶ *Vestigator, pen. prod. uestigatoris, Verbale (ἰνευτὴς, στιβευτὴς) Venator, à uestigijs ferarum dictus, ut author est Varro de lingua Lat. Col. lib. 9. cap. 8. 8, Nam statim sono territum, uel in frutice, uel in editiore syluæ fronde considet, uel à uestigatore præparato uasè reconditur. Vlpianus in l. quæsitum. 5. si in agro. de fundo instructo.*
Vestini] pen. prod. (ἱππινοι) Populi Italiæ, Sabinis & Picentibus uicini, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 5. Apud eos olim fiebant casei laudatissimi. Mart. lib. 13,
Si sine carne uoles ientacula sanere frugi,
Hæc tibi Vestino de grege massa uenit.
Vestina iuuentus. Silius lib. 8. 103.
Aquæ Vestinæ. Lucan. lib. 2. 86.
Vestis] huius uestis, f. g. (ἱμάτιον, στολὴ, περιβολὴ, περιβόλαιον, ἱμάτιον, ἔσθης, εἷμα, ἔλυμα, ἕδυμα) A uelãdo, quòd corpus uelet, dicitur: seu à uellere, quod est uniuersæ ouis lana, ut ait Varro de ling. Latin. lib. 4. Estq; generale indumentum tam uirile, quàm muliebre, & scenicum, etiam si tragicum & citharœdicum sit. Plaut. Curc. 10. 2,
Et aurum, & uestem omnem, suam esse aiebat, quicquid haberet.
Obtentu uestis caput uelata mulier. Senec. Herc. fur. 6. 4.
Aurea uestis. Virgil. 8. Aeneid. 132,
Aurea cæsaries ollis, atq; aurea uestis. Seruius, Vestis, hoc est, barba: unde econtrà inuestes dicimus imberbes. unde est,
Tunc mihi prima genas uestibat flore iuuenta.
Bombycina. Vide Bombyx.

Cassa. Valer. 1. Argon. 168.
Commoda ad cursus. Ouid. 2. Fast. 58.
Conchyliata. Vide Conchylium.
Cymatilis. Vide Cyma.
Eximia. Lucret. lib. 4. 228.
Fluxa. Stat. 1. Achil.
Laciniata. Vide Lacinia.
Lintea. Cic. 7. Verr. 114.
Longa. Quint. lib. 11. cap. 1,
Lugubris. Vide Lugeo.
Madida cocco. Vide Madeo.
Melitensis. Cic. 4. Verr. 127, Dico te maximum pondus auri, argenti, eboris, purpuræ, plurimam uestem Melitensem, plurimam stragulam, multam Deliacam supellectilem, & c. Syracusis exportasse.
Mulebris. Cic. 6. Ver. 92.
Nexilis. Lucret. lib. 5. 271.
Nocturna. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 17.
Obsoleta. Vide Obsoleo.
Olida. Vide Oleo.
Ostrina. Vide Ostrinus, in Ostrum.
Papaueratus. Vide Papaueratus, in Papauer.
Pexa. Vide Pecto.
Picta. Virg. 9. Aeneid. 6.
Pretiosa. Cic. 2. Philipp. 76, Maximus uini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti, pretiosæ uestis, multa & lauta supellex, & magnifica multis locis, & c.
Purpurea. Cic. 1. de Diuin. 194.
Sacrifica. Silius lib. 3. 8.
Seruilis. Cic. in Pisonem, 73.
Sinuosa. Ouid. 5. Metam. 14.
Tenuissima uestis. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 2.
Trita. Horat. 1. epist. 20. 8.
Vilis uetusq; Ouid. 8. Metam. 133.
Abscindere uestem humeris. Virg. 5. Aeneid. 137.
Abscissa planxi mea pectora ueste. Ouid. epist. 12. 30.
Ardentes murice uestes. Valer. 3. Argon. 68.
Lesis de uestibus auferre maculas. Ouid. 3. Fast. 165.
Cingere uestem ad pectora. Ouid. 6. Metam. 12.
Commutauerunt inter se uestem. Vide Commuto.
Concinnare uestem. Vide Concinno.
Plebeia in ueste cubare. Lucret. lib. 2. 8.
Decrescunt puero uestes. Stat. 2. Syl. 1. 26.
Deducere uestem ab ore. Ouid. 3. Metam. 96.
Deducere uestem à pectore. Ouid. 6. Metam. 81.
Defluxit uestis ad imos pedes. Virg. 1. Aeneid. 82.
Demissa uestis. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 19.
Deponere uestes humeris. Ouid. epist. 18. 9.
Discindere uestem. Silius lib. 16. 88. Terent. Adelph. 1. 2. 40.
Ire in longis uestibus. Ouid. 6. Fast. 138
Scissa ueste ire. Virg. 12. Aeneid. 122.
Explicare uestem. Cic. 1. de Orat. 78.
Gerere uestes. Ouid. epist. 13. 8.
Illitæ uestes. Senec. Herc. Oetæo, 4. 59.
Illitæ uestes auro atq; purpura. Senec. Hippol. 4. 5.
Illusæ auro uestes, in quibus artifex ludens, auro aliqua depinxit, ait Seruius. Virgil. 2. Georg. 93.
Immutare uestem. Vide Immuto.
Induere uestem, Induere sibi uestem, et induor uestem, & ueste. Vide Induo.
Induere uestes humeris. Ouid. epist. 20. 18.
Infringere uestes. Ouid. 9. Metam. 42.
Arte laboratæ uestes. Virg. 1. Aeneid. 129.
Lacerare uestem. Ouid. 11. Metam. 146.
Laniare uestem ab ora summa. Ouid. 5. Metam. 80.
Madens sanguine uestis. Vide Madeo.
Fibula rasilis mordebat uestem summam. Ouid. 8. Metam. 64.
Mutare uestem. Vide Muto.
Auratis mutauit uestibus atras. Ouid. 8. Metam. 90.
Nitentes uestes. Senec. Herc. Oetæo, 4. 61.
Obnubitur caput atra ueste. Silius lib. 11. 52.
Perfusæ uestes ostro. Virg. 5. Aeneid. 23.
Tenuem perscindere uestem. Tibull. lib. 1. eleg. 10. 13.
Pictæ uestes auro. Valer. 3. Argon. 68.
Picturatæ uestes auri subtegmine. Virg. 3. Aeneid. 97.
Prætexuit uestem ostro. Silius lib. 8. 97.
Recinctas uestes induta. Ouid. 7. Metam. 37.
Rescindere uestem. Cicero pro Cælio, 29. Terentius Adelph. 1. 2. 40. unde Cicero hæc uerba accepit, habet, Discidit uestem?
Resoluere cinctas uestes. Ouid. 1. Metam. 77.
Retecta ueste nudare papillas. Catul. de coma Beren. 61. 17.
Saturatæ murice uestes. Ouid. epist. 13. 8.
Squalentes puluere uestes. Lucan. lib. 8. 12.
Stabant sorores Atris cum uestibus. Ouid. 6. Metam. 58.
Purpuream uestem aurea subnectit fibula. Virg. 4. Aeneid. 28.
Subsuta talos tegit instita uestis. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 6.
Succincta uestem puella. Ouid. 10. Metam. 107.
Sumere uestes, Induere. Senec. Medea, 10. 16.
Pretiosas sumere uestes. Ouid. 1. de Arte, 61.
Virilem uestem sumere. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 4.
Suspensæ in littore uestes. Lucret. lib. 1. 61.
Funerea ueste tegere corpus. Ouid. 3. Fast. 43.
Vili ueste tegi. Ouid. epist. 21. 16.
Tincta uestis rubro cocco. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 21.
Bibulas uestes trahit unda. Valer. 1. Argon. 59.
Variata figuris uestis. Catul. Argon. 59. 10.
Nitea uelatus corpora ueste. Ouid. 10. Metam. 86.
Pura cum ueste uenire. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 3.
Virgatæ uestes auro. Silius lib. 4. 31.
Vestis, pro Pilo & lanugine, seu prima barba. Lucret. lib. 5. 135. Nec minus incerto dentes cadere imperat ætas
Tempore, & impubem molli pubescere ueste.
Serpentis uestis, Leberis. Lucret. lib. 4. 12.
Vieta uestis aranei. Lucret. lib. 3. 79.
¶ *Vestio, uestis, uestiui, uestitũ (σὐλόω, ἱματίζω, περιβάλλω, στόλλω, στολίω) uestire, penult. prod. Vestem induere. Plautus Cassin. 2. 4.*
Vir te uestiat, tu uirum despolies. Terentius Heautont. 1. 1. 78,
Ancillæ tot me uestiant?
Ali & uestiri ab aliquo. Cic. pro Roscio Amer. 87.
Ex suo corpore contra frigus uestiri. Quintil. lib. 2. cap. 16. 8.
Spolijs ferarum uestire corpus. Luc. lib. 3. 191.
Vestiri pilo. Plin. lib. 9. cap. 13. 1.
Parietes tabulis uestire. Cic. 6. Ver. 108.
Agrum uineis uestire. Colum. lib. 3. cap. 4. 1.
Colles uestit uitis. Colum. lib. 3. cap. 2. 6.
Sepulchrum uepribus uestire. Cic. 5. Tusc. 9. 1.
Vestire lumine. Cic. 2. de Nat. deor. 165.
Aether uestit campos purpureo lumine. Virg. 6. Aeneid. 128.
Ebor atria uestit. Lucan. lib. 10. 24.
Hortum uestit morus. Plin. epist. 17. lib. 2.
Hyems uestit montem gelu. Claud. de bello Get. 34.
Iuuentas uestit malas lanugine. Lucret. lib. 5. 178.
Seges uestit iter. Claud. 1. de raptu Proser. 48.
Reconditas exquisitasq; sententias mollis & pellucens uestiebat oratio. Cic. de claris Orat. 149.

¶ Veſtitus, pen. prod. Participium (ἱματισθεὶς) Propert. lib. 2. eleg. 16. 4.

Candidè ueſtitus. Vide Candidus.

Malè ueſtitus. Vide Malus.

Peruenire ad aliquem in locum cum hominibus malè ueſtitis. Cicero in Piſonem, 48.

Mediocriter ueſtitus. Vide Mediocris.

Citharœdus optimè ueſtitus. Author ad Heren. lib. 4. 226.

Veſtitus ueſtem. Plaut. Epid. 5. 39. Liu. 8. bel. Maced. 38. Permiſſu conſulis poſtero die in caſtra tyrannus uenit, ueſtitus comitatuq; uix ad priuati modicè locupletis habitum.

Genas ueſtitus, Barbatus. Senec. Herc. Oetæo, 3. 9.

Agri ueſtiti meſſibus. Ouid. 4. Faſt. 143.

Montes ueſtiri ſyluis. Liu. 2. bel. Maced. 47. Cic. 2. de Nat. deorum, 198. Montes ueſtitiq; ſyluoſi.

Oculi ueſtiti membrana: hoc eſt, operti, muniti, contecti, uelati. Cic. 2. de Nat. deor. 213.

Ripæ ueſtitæ gramine. Columella lib. 8, cap. 5. 4.

Terra ueſtita floribus, arboribus, frugibus, &c. Cic. 2. de Nat. deor. 142.

Tori ueſtiti gramine. Ouid. 1. Faſt. 81.

Viuæ ueſtitæ ſuis frondibus. Propert. lib. 3. eleg. 13. 7.

¶ Veſtitus, huius ueſtitus, pen. prod. m. g. (σθῆμα, σκεύασμα) Verbale, Veſtis ornatus, & ipſa ueſtis contectio. Plautus Epid. 12. 8.

—quia ueſtitum atq; ornatum immutabilem.

Cic. 3. de Finib. 110. Pulcherrimo ueſtitu, & ornatu regali.

Fœditas ueſtitus. Cic. 12. Philip. 327.

Victus ueſtitusq; neceſſarius. Cic. pro Quintio, 28.

Veſtitu nimio indulges. Vide Indulgeo.

Nanciſci ueſtitum. Vide Nanciſcor.

Aſper ueſtitu. Cic. pro Seſtio, 14.

Orationis ueſtitus. Cic. de clar. Orat. 183.

Montium ueſtitus denſiſſimi. Cic. 2. de Nat. deor. 240.

Riparum ueſtitus uiridiſſimi. Cic. 2. de Nat. deor. 143.

Veſtitus, pro Veſtimentis. Plin. lib. 8. cap. 22. 2. Euanthes tradit, ex gente Antæi cuiuſdam ſorte electum ad ſtagnū quoddam regionis eius duci, ueſtituq; in quercu ſuſpenſo tranare, atq; abire in deſerta. Et paulò poſt ait, Addit quoq; Fabius eundem recipere ueſtem.

Vir muliebri indutus ueſtitu. Cic. Attico 3, lib. 1. 8. 5.

¶ Veſtitor, pen. prod. Veſtiteris. Verbale, ut, Veſtitores diuinorum ſimulachrorum, apud Iulium Firmicum, lib. 3. cap. 12. & cap. 14, Deorum Veſtitores.

¶ Veſtimentum, ueſtimenti (ἱμάτιον, ἱματισμὸς) Idem quod Veſtis. Vlpianus De auro & argento legato. l. ueſtimentum, id eſt, quod detextum eſt, etſi defectum non eſt: id eſt, ſi ſit conſummatum quòd in tela eſt: nondum pertextum uel detextum, contextum appellatur. Quiſquis igitur ueſtem legauerit, neque ſtamen, neq; ſubſtamen legato continebitur. Veſtimentorum ſunt lanea omnia lineaq; uel ſerica uel bombycina, quæ induendi, præcingendi, amiciendi, inſternendi, injiciendi, accubādiue cauſa parata ſunt: & quæ his acceſſionis uice cedunt, quæ ſunt inſtitæ picturæ, clauiq; qui ueſtibus inſuuntur. Veſtimenta omnia aut uirilia ſunt, aut pueri id, aut muliebria, aut communia, aut familiaria. Virilia ſunt quæ ipſius patrisfamiliās cauſa parata ſunt: ueluti togæ & tunicæ, palliola, ueſtimenta ſtragula, amphitapa & ſaga, & reliqua ſimilia. Puerilia ſunt quæ ad nullū alium uſum pertinent, niſi ad puerilem: ueluti togæ prætextæ, alicula, chlamydes, pallia quæ filijs noſtris cōparamus. Muliebria ſunt quæ matrisfamiliās cauſa parata ſunt, quibus uir non facilè uti poteſt ſine uituperatione: ueluti ſtolæ, pallæ, tunicæ, capitia, zonæ, mitræ, quæ magis capitis tegendi, quàm ornandi cauſa ſunt comparata: plagulæ, penulæ. Communia ſunt quibus promiſcuè utitur mulier cum uiro: ueluti ſi eiuſmodi penula palliumue eſt, & reliqua huiuſmodi, quibus ſine reprehenſione uel uir uel uxor utatur. Familiaria ſunt quæ ad familiam ueſtiendam parata ſunt: ſicut ſaga, tunicæ, penulæ, lintea, ueſtimenta ſtragula & cætera ſimilia. Veſtis etiam ex pellibus cōſtabit. Item pelles caprinæ & agninæ ueſtis erunt, quum & tunicam, & ſtragulam pellicem nonnulli habeant.

Cruor in ueſtimentis. Author ad Heren. lib. 2. 39.

Aridum ueſtimentum. Vide Areo.

Affers purpuram Tyriam, in qua tibi inuideo, quòd unis ueſtimentis tandiu lautus es. Cic. pro Flacco, 55.

Funebre ueſtimentum. Cic. 2. de Legib. 94.

Pretioſa ueſtimenta. Horat. 1. epiſt. 19. 7.

Detrahere nudo ueſtimenta. Vide Nudus.

Mutare ueſtimentum. Cic. pro Milone, 20.

¶ Veſtiarium, ueſtiarij (ἱματοφυλάκιον) Locus in quo ueſtes uel ſeruantur uel uenduntur. Plinius libro 15. cap. 8. 1. ueſtiarium etiam cōtra teredines ac noxiā animalia, amarāca aſpergi.

Veſtiarij nomine aliquando ueſtitus intelligitur. Colum. lib. 1. cap. 8. 12. Ne aut in ueſtiarijs, aut in cæteris præbitis inuidioſè tractentur. Scæuola iuriſconſultus, Quæſtum eſt an mortuo matre conditio appoſita deceſſiſſe uideatur, & per hoc neq; ueſtiaria neq; cibaria his debeantur. Reſpondi ſecundum ea quæ præponerentur, deberi.

¶ Veſtiarius, Adiect. (ἱματικὸς) ut, Veſtiaria arca, in qua ueſtes reponuntur & conſeruantur. Cato cap. 11. 3.

Veſtiarius, ueſtiarij, Qui ueſtes uendit. Vlpiā. in l. quicunq; §. 2. ff. de inſtitor. action. Sed & eos inſtitores dicendos placuit, quibus ueſtiarij, uel lintearij dant ueſtem circumferendam & diſtrahendam: quos uulgò circuitores appellamus.

¶ Veſtiſpicus, ueſtiſpicis & Veſtiſpica, ueſtiſpicæ, pen. corr. (ἱματοφύλαξ) Seruus ſiue ancilla cuſtodiens ueſtes: quòd frequenti diligentia ueſtes inſpiciant, inquit Nonius cum Varrone de Ling. Lat. Plaut. Trinum. 5. 22.

—ducitur familia tota,
Veſtiſpici unctor, auri cuſtos. Afranius, Noui non inſciam ancillulam ueſtrere ueſtiſpicam.

¶ Veſtuſtiſſimus, Adiectiuum (ἱματιώτατος) Quod eſt optimè ueſtitum. Colum. lib. 7. cap. 3. 7. Id pecus, quamuis ex omnibus animalibus ueſtuſtiſſimum, frigoris tamen impatientiſſimum eſt. De oūibus.

Veſulus] pen. corr. (ὄρος) mons Liguriæ iuxta Alpes ut notat Seruius. In huius radicibus imis exoritur Padus fluuius ut ait Pomponius ſcribit lib. 2. Virg. 10. Aeneid. 142.

—multos Veſulus quem pinifer annos Defendit.

Veſuuius] ſiue Veſeuus & Veſuius per ſyncopen (ὄρος) mons prope Neapolim, & pomis & conflagratione inſignis. Colum. lib. 10. cap. 14.

Fontibus & Stabiæ celebres, & Veſula rura. Vide Veſeuus.

Veſuuinus, pen. prod. Adiect. (ὀρεινὸς) ut, Apex Veſuuinus. Stat. 3. Syl. 4. 15.

Incendia Veſuuina. Stat. 5. Syl. 3. 41.

Veter] ueteris, pen. corr. (παλαιὸς) Adiect. trium generum, Senex. A quo Veterior comparatiuū, & Veterrimus. Ennius apud Priſcianum,

Quū ueter occubuit Priamus ſub Marte Pelaſgo. Actius, Veter fatorum terminus ſic iuſſerat.

¶ Veterior, Comparatiuum (παλαιότερος) Plaut. Bacc. 2. 3. 27, Senem illum ego tibi dedo uetteriorem ſoror,

Lepide ut lenitum reddas.

¶ Veterrimus, pen. corr. Superl. tiuū (παλαιότατος) Trebonius ad Ciceronem, Pro noſtro ueterrimo, ueriſimoq; amore. Cic. 1. de Nat. deor. 59, Vt etiā ueterrimi poetæ qui hæc ne ſuſpicati quidem ſint, Stoici fuiſſe uideantur.

Veterrimus liberorum. Tacit lib. 5. Hoc eſt, maior natu.

Veterrimus author. Liu. 2. ab Vrbe, 77.

Veterrimus hoſtis. Liu. 8. bel. Pun. 204.

Veterrima ſocietas. Liu. 4. ab Vrbe, 41.

Veterrima quæq;, ut ea uina quæ uetuſtatem ferunt, eſſe debent ſuauiſſima. Cic. de Amicitia, 60.

¶ Veteramentarius ſutor, (παλαιωματικὸς ῥάπτης) Suet. Vide Vetus.

Veteranus, ueterator] Vide Vetus.

Veterinus] pen. prōd. Adiect. (κτήνη) Veterina animalia dicuntur ad uecturam idonea, quæ aliquid uehere poſſunt: quaſi uenterina; quòd ad uentrem onus religatum gerant. Plin. lib. 11. cap. 46. 1. Vngulæ ueterino tantum generi renaſcuntur. Sic lib. 17. cap. 23. 11. Namq; ut ueterina à iugo, & canes à curſu uolutatio iuuat. Lucret. lib. 5. 173.

Et genus omne quod eſt ueterino ſemine partum.

¶ Veterinarius, ueterinarij, maſc. gen. (κτηνοκόμος) Qui ueterinorum curam gerit, & ueterina ducit: qui apud nos conſueuit etiam illa locandā domi nutricare ad quæſtum. Colum. lib. 11. cap. 1. 12. Nam & arator reperitur aliquas bonus, & optimus foſſor, aut fœni ſector, nec minus arborator, & uimitor, tum etiam ueterinarius & probus paſtor.

Veterinarius (κτηνιάτρος) Medicus ueterinorū. Colum. lib. 6. cap. 8. 1, Solent etiam faſtidia cibo afferre uitioſa incrementa linguæ, quas ranas ueterinarij uocant.

Veterinarius, Adiect. (κτηνικὸς) ut, Veterinaria medicina. Colum. lib. 7. cap. 3. 14.

Veternus] ueterni, m. g. (λήθαργος, νωθρότης) Morbus ex nimio otio perpetuum ſomnum inducens. Plaut. Menæh. 19. 3.

Num eum ueternus, aut aqua intercus tenet? Veterum etiam dicitur.

Funeſto ueterno arcere aliquem. Horat. 1. epiſt. 8. 2.

Veternus, pro Pigritia aliquādo ponitur. Virgil. 1. Georg. 25,

Nec torpere graui paſſus ſua regna ueterno. Colum. lib. 7. cap. 5. 3, Veterno conſeneſcere.

Veternus ciuitatem occupat. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 6. 9.

Veternus, Nimia dormitio. Plin. lib. 8. cap. 36. 2, Primis diebus bis ſeptenis tam graui ſomno urſi premuntur, ut ne uulneribus quidem excitari queant. Tunc mirum in modum ueterno pingueſcunt.

Veterno pigrior. Mart. lib. 3. 25.

Olidum ueternum. Catullus ad Coloniam, 17. 5.

Situ & ueterno macerare uites dicitur muſcus. Columella lib. 4 cap. 26.

¶ Veternoſus, pen. prod. Adiectiuum (λιθαργικὸς) Qui grauiſomno premitur, inquit Feſtus. Plin. lib. 20. cap. 4. 3, Liuori uerò recenti corticem cum melle: ueternoſis autem quàm acerrimos mandere.

Veternoſum Eunuchum uocat Terentius in Eunuch. 4. 4. 21,

Quia ſegnis eſt & quaſi ueternum patitur,
Hic eſt uetus, uetus, ueternoſus ſenex.

Veternoſum, Cato hydropicum appellat, quum inquit, Veternoſus quàm plurimum bibit, tam maximè ſitit. Feſtus.

Veternoſa curat quæ exedum uocatur. Plin. lib. 24. cap 19. 5.

Veto] uetas, uetaui, uetatum, pen. prod. & uetui, uetitum, penul. corr. (κωλύω, παρεγγέλλω) uetare, Prohibere, & ne aliquid fiat, imperare. Terentius Phorm. 4. 4. 28,

Aruſpex uetuit ante brumam aliquid noui
Negotij incipere. Ibidem, 5. 6. 24,

Ait eſſe uetitum, intrò ad heram accedere. Cic. 5. Verr. 151, Vetat te Volcatius tuæ tuorumq; deliciæ, mentionem mancipis facere. Virg. 1. Aeneid. 9, Quippe uetor fatis.

Vetare & prohibere Ceſar 7. bel. Gall. 136.

Vetare & iubere, contraria Cic. 2. de Legib. 18.

Lex peregrinum uetat in murum aſcēdere. Cic. 2. de Ord. 56.

Eum ſaluti diſperare uetuit. Cic. pro Cluentio, 54.

Tu me incognito aſſentiri uetas. Cic. 4. Acad. 203.

Bella uetare. Virg. 2. Aeneid. 17.

Vetor plura loqui. Ouid. 2. Metam. 132.

Vetari aliquid prouerbio. Cic. de Amicit. 71.

Vetare, Obeſſe. Horat. 1. Serm.

—ridentem dicere uerum
Quid uetat? Hoc eſt, quid obeſt quo minus etiā qui ridet, uerum dicere poſſit, & ſerio agere? Vel etiam Quid prohibet? Virg. 10. eclog. 12.

¶ Vetans, Vetantis, Participium (κωλύων) Cic 2. de Legib. 14. Ita principem legem illam & ultimam, mentem eſſe diicebant, omnia ratione aut cogentis, aut uetantis dei.

Deo uetante agere aliquid. Propert. lib 4. eleg 1. 18.

¶ Vetitus, pen. corr. Particip. (κεκωλυμένος) Virg. 6. Aeneid. 125, Hic thalamum inuaſit natæ, uetitoſq; hymenæos.

Adulterium uetitum. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 12.

Aequor uetitum. Ouid. 2. Metam. 34.

Alea uetita legibus. Horat. 3. Carm. ode 24. 12.

Amor uetitus. Ouid. 1. de Arte, 57.

Arma uetita. Virgil. 9. Aeneid. 109.

Chorum uetitum ſames. Ouid. 15. Metam. 28.

Concubitus uetitus. Ouid 10. Metam. 70.

Crimen uetitum. Ouid. 2. Triſt. 61.

Libido uetita. Ouid. 9. Metam 116.

Nefas uetitum. Horat. 1. Carm. ode 3. 6.

Probrum uetitum. Ouid. 10. Metam. 138.

¶ Vetitum, uetiti, pen. corr. Subſtantiuum (κώλυμα) quòd prohibetur. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 4,

Nititur in uetitum ſemper, cupimusq; negata. Virgil. 10. Aeneid. 2, Quæ contra uetitum diſcordia?

Iuſſa ac uetita. Cic. 2. de Legib. 16.

¶ Vetaturus, pen. prod. (κωλύσων) Participium futuri temporis, non Vetiturus. Valla lib. 1.

¶ Vetatio, uetationis (κώλυσις) Verbale, non Vetitio, auctore Valla, lib. 1.

Vetones] pen. prod. Populi in Hiſpania, teſte Plin. lib. 25. cap. 8. 5, qui herbam betonicam inuenerunt. Alij Vettones ſcribunt, alij Vectones. Lucan lib. 4 1,

Vectones leues, profugiq; à gente uetuſta,
Gallorum Celtæ miſcentes nomen Iberis.

Vetulonium] οἰκοδόμημα, ſeu Vetulonia, Hetruriæ, quam Mæonij tenuerunt, urbium erat caput: de qua Silius libro 8. 96,

Mæoniæq; decus quondam Vetulonia gentis. Hodie Viterbio.

Vetus] ueteris, pen. corr. om. g. (παλαιὸς, ἀρχαῖος, ἔτος) Antiquum & multorum annorum, menſium aut dierum ſignificat, ſecundum id cui adiectum eſt. Plaut. Trucul. 6. 46, Vetus eſt maceria. Idem Amphit. 3. 118,

Veterem atq; antiquam rem nouam ad uos perferam.

Vetus & uſtatus Cic. pro Cecinna, 33.

Veteres, ſenes, & antiqui differunt. Vide Antiquus.

Adagiū uetus: hoc eſt, iamdiu uſurpatum, & à ueteribus etiam dictum. Plaut. Amphit. 1. 5. 40.

Aetas uetus. Horat. de Arte, 13.

Amicum ueterem agnoſcit. Virg. 3. Aeneid. 17.

Amores ueteres cantare. Quid. epist. 15. 52.
Auorum ueterum effigies. Virg. 7. Aeneid. 36.
Calceos ueteres uendere. Quint. lib. 6. cap. 4.
Excepto uetus & usitata. Cic. 1. de Orat. 82.
Fagi ueteres. Virg. 3. eclog. 3.
Fama uetus. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 8.
Hospita uetus. Cic. 4. Verr. 15.
Infamia uetus. Ouid. 2. Metam. 142.
Malorum ueterum memor. Ouid. 13. Metam. 126.
Memoria uetus. Tacit. lib. 5.
Miles exercitatus & uetus. Cic. 2. Tusc. 64.
Veteres nostri, pro Maiores nostri. Plin. lib. 36. cap. 76.
Paterna, magna, uetus, & iusta necessitudo. Cic. Planco in epistolis ad Atticum, lib. 16. 341. 1.
Patientia uetus. Tacit. in uita Agricolæ.
Querela uetus. Virg. 1. Georg. 76.
Senes ueteres. Tibul. lib. 1. eleg. 8. 10.
Tussis uetus. Col. lib. 6. cap. 10. 1.
Verbum uetus. Terent. Adelph. 5. 3. 17.
Vexator uetus. Cic. pro Sestio, 13.
Virorum ueterum monimenta. Virg. 3. Aeneid. 21.
Credendum est ueteribus & priscis (ut aiunt) uiris. Cic. de Vniuers. 48.
Vetus, ad uituperationem aliquando refertur: pro Cariosa, & quasi rancido. Terent. in prologo Heaut. 22,
Tum quòd maleuolus uetus poeta dictitat
Repentè ad studium hunc se applicasse musicum.
Regnandi uetus. Tacit. lib. 5.
¶ Vetulus, pen. corr. (γεροντίων) Adiectiuum diminutiuum. Cicero ad Trebatium, lib. 7. 16. 1, Sero sapiunt. Tu tamen mi uetule non sero, primas illas rabiosulas sat fatuas dedisti. Idem ad Atticum, lib. 13. 28 4. 1, Se scire debat ab eo nuper petitam Cornificiam, Quinti filiam uetulam sanè & multarum nuptiarum.
Arbor uetula. Cic. 5. de Finib. 69.
Cornix uetula. Horat. 4. Carm. ode 13. 5.
Equus uetulus, cui contrarium, Tener. Cic. de Amicitia, 59.
Falernum uetulum. Catull. ad puerum suum, 24. 1.
Gladiator uetulus. Cic. pro Quintio, 15.
Vinum uetulum. Col. lib. 10. 41.
¶ Vetula, uetulæ, pen. cor. Substantiuum f. g. Martial. lib. 4. epigram. 5. ad Fabianum,
Nec potes algente attigere ad uetulas.
Vetulæ edentulæ. Plaut. Mostell. Act. 1, Scena 3. quæ uitia corporis fuco occultat. Nisi quis malit distinctim sic legere, Vetulæ, edentulæ, &c.
Turpis uetula, hoc est infamis. Iuuenal. Satyr. 6,
—utile porrò
Filiolam turpi producere turpem.
¶ Vetustus, Adiectiuū (παλαιγόν, παλαιγενὴς) Idem quod uetus. Cic. Acilio, lib. 13. 37. 1, Cum Demetrio Mega mihi uetustum hospitium est. Idem, Ratio uetustum hospitium est, Idem, Ratio uetustæ disciplinæ. Idem de claris Oratoribus, 41, Sed multo tamè uetustior, et horridior ille quàm Scipio.
Amicitia uetusta puer puero iunctus. Ouid. 4. de Pōto, eleg. 3. 3.
Gens uetusta. Virg. 9. Aeneid. 59.
Lucus uetustus. Ouid. 8. Metam. 150.
Mos uetustus. Ouid. 2. Fast. 61.
Spatio uetusto ætatis fessa domus. Lucret. lib. 3. 156.
Templum uetustum. Virg. 2. Aeneid. 155.
Vetustissimus in poetica arte. Plin. lib. 25. cap. 2. 8.
Vetustissimum quenq; militum nomine uocans. Tacit. lib. 17.
Vetustissimus liberorum. Tacit. lib. 2. Hoc est, maximum natu.
¶ Vetustè, Aduerbium (παλαίως) uetustius, uetustissimè. Plinius lib. 27. cap. 7. 4, Vetustissimè in usu est hoc etiam diutissimè conseruatum, adhuc in usu est.
¶ Vetustas, uetustatis, pē. prod. (παλαιότης) Plin. lib. 11. cap. 35. 2, Nix uetustate rubescit.
Ad uetustatem. Vide Ad præpositionem.
Vetustas rerum, uel authorum. Liu. 1. ab Vrbe, 90.
Iudicium uetustatis. Quintilianus lib. 1. cap. 5. 45.
Historia nuntia uetustatis. Cic. 2. de Oratore, 20.
Vetustatis exempla oratori nota esse debent. Cic. 1. de Or. 100.
Vetustas possessionis. Cic. 2. de lege Agrar. 61.
Municipium uetustate antiquissimum. Cic. 3. Philip. 134.
Vetustas & consuetudo. Cic. Bruto, lib. 11. 16. 3.
Magna est uis uetustatis & consuetudinis. Cic. de Amicit. 60.
Alta uetustas. Silius lib. 1. 6.
Annosa uetustas. Ouid. 5. Trist. eleg. 2. 3.
Anteacta uetustas. Lucret. lib. 3. 198.
Arcana mundi uetustas. Stat. 4. Theb. 7.
Deserta uetustas. Horat. 2. epist. 2. 24.
Edax uetustas. Ouid. 15. Metam. 175.
Exacta uetustas. Claud. 1. in Eutrop. 58.
Inuidiosa uetustas. Ouid. 15. Metam. 47.
Longinqua æui uetustas. Virg. 3. Aeneid. 83.
Nimia uetustas. Cic. de claris Orat. 159.
Obsoleta uetustas. Quint. lib. 4. cap. 1. 41.
Spatiosa uetustas. Ouid. 15. Metam. 125.
Tabida uetustas. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 19.
Tarda uetustas. Ouid. 12. Metam. 37.
Vitiosa uetustas. Claud. de phœnice, 3. 7.
Vetustate abijt memoria. Liuius 2. ab Vrbe, 15.
Acceptum ab omni uetustate. Vide Ab.
Adepta uetustatem. Vide Adipiscor.
Adiuta impulsu uentorum uetustas. Vide Adiuuo.
Capere uetustatem. Vide Capio.
Coaecscit ætas uetustate. Cic. de Senect. 60.
Delet uetustas famam operis. Ouid. 1. Metam. 90.
Euanescit uetustate uinum. Cic. 2. de Diuin. 175.
Exolescere uetustate. Quint. lib. 1. cap. 6. 7.
Extrusa uetustas nouitate. Lucret. lib. 3. 196.
Exuitur uetusta anguibus. Ouid. 3. de Arte, 16.
Facit peritiores uetustas. Cic. pro Domo sua, 90.
Fallunt uetustatem uites aliquæ. Plin. lib. 14. cap. 2. 6.
Interdum enim uetustas ulcus occupat, inducitúrque ei callus, &c. Celsus lib. 5. cap. 26.
Induere uetustatem. Vide Induo.
Scripta ferunt uetustatem. Ouid. 5. Trist. eleg. 10. 2.
Probatus uetustate. Author ad Heren. lib. 4. 140.
Res ab nostra memoria propter uetustatem remotæ. Cicero 1. de Inuent. 1.
Ex uetustate sumere uerba. Quint. lib. 10. cap. 1.
¶ Vetero, ueteras, pen. cor. (παλαιέω) ueterare, Vetus fieri. Celsus lib. 3. cap. 12, In his autem febribus quæ ueterauerunt, utilis fames non est.
¶ Vetustesco, uetustescis (παλαιῶμαι) uetustescere, Idem. Colum. lib. 1. cap. 7. 13, Apothecæ rectè superponentur his locis, unde plerung; fumus earum exoritur, quoniam uina celerius uetustescunt, quæ fumi quodam tenore præcoquem maturitatem trahunt.
¶ Veterasco, ueterascis (παλαιόομαι) ueterascere, Idem Colum. lib. 2. cap. 15. 2, Aptior est tamen furculis hominis urina, quam sex mensibus passus fuerit ueterascere, si uitibus aut pomorum arboribus adhibeas.
¶ Veterator, pen. prod. ueteratoris (πανοῦργος, παλίμβολος, παλίμπαρτος, πλάνος) Authore Donato, est homo astutia uetus, & in omni re callidus: à multarum (inquit Festus) rerum

rerum gerendarum uetustate. Terent. Heaut. 5. 1. 16.
—idem ist huc mihi
Venit in mentē. c. ueterator. Veterator igitur, qui diuturna ac multiplici & sæpe commutata seruitute astutus & usfer euasit: ut ait Budæus.
Veterator & Nouitius, contraria. Vlpian. in l. præcipiunt. ff. de ædilitio edicto, Præcipiunt ædiles, ne ueterator pro nouitio ueneat.
Veterator, & ad liberos homines transfertur. Cic. 2. de Finib. 86, Acutum, uersutum, ueteratorē; facilè ut excogitet quomodo occultè sine teste, sine ullo conscio fallat. Idem de claris Orat. 92, Eius æqualis P. Cethegus, &c. In causis publicis nihil, in priuatis satis ueterator uidebatur. Hæc Budæus Cic. Quintus fratri, lib. 2. 15. 4, Veterator magnus.
Veterator aduocatus dici hodie potest, qui diu ac multum in foro uersatus, omnes litium trahendarum anfractus, omnes ambagiosas fugitandi tergiuersationes, omnes prehensiones, nexus; lubrici litium certaminis tenet, qui in ancipiti foresium celebrarum Marte, bellissimè insidias disponere, atque etiam prouidere nouit: sed in propriè, ut uno uerbo absolutam, qui eam sē artem scire atq; exercere profiteatur, qua arte causa inferior, superior euadere, uel reclamante æquo bonoq; possit. Budæus.
¶ Veteratorius, Adiect. (πανοῦργος) Subdolum, & impostorium. Cic. de clar. Orat. 128, de C. Macro oratore loquens, At in inueniendis componendisq; rebus mira accuratio, ut non facilè in ullo diligentiorem maioremq; cognouerim, sed eam ut citius ueteratoriam quàm oratoriam diceres.
Veteratoria, & perspicua dicere opponūtur. Cic. 3. Verr. 100.
¶ Veteratoriè, Aduerb. (πανούργως) Cic. in Orat. 53, Ille enim summissus, quòd acutè & ueteratoriè dicit, sapiès iam.
Veteraria, uidetur Seneca uocare apothecas frugum ueterum, epist. 115, Aspice ueteraria nostra, & plena multorum seculorū uindemijs horrea. Alij legūt uētaria, sed nullo sensu.
¶ Veteranus, pen. prod. Adiect. Idem quod Vetus.
Veteranus hostis. Liu. 1. bel. Pun. 57.
Veteranum pecus. Colum. lib. 6. cap. 2. 7.
Veterana uitis. Colum. lib. 3. cap. 15. 3.
Veterana mancipia à nouitijs distinguuntur: Veterana enim, quæ anno continuo in urbe seruierunt. Nouitia intelliguntur quæ anno nondum seruierunt. Hæc Martianus de publicanis & uectigalibus.
Veterani milites sunt qui per uiginti annos in legatiōe uel uexillatione militauerunt, teste Budæo. Cic. ad Atticum, lib. 14. 303. 2, Vides tamen tyranni satellites in imperijs, uides eiusdē exercitus, uides in latere ueteranos. Idem 2. Tuscul. 69, Ergo hæc ueteranus miles facere poterit, doctus uir, sapiens facere non poterit?
Comparare firmissimum exercitum inuicto genere ueteranorum militum. Cic. 3. Philip. 125.
Incitare ueteranos ad aliquid. Cic. 1. Philip. 4.
¶ Veteramentarius sutor, Qui ueteres calceos reficit. Suet. de Vitell. cap. 2.
Vexillum] uexilli (πανδήιον, σημεῖον) quasi paruum uelum, ut ait Seruius, Signum quo in exercitu, aut classe imperatores utuntur. Cæsar 2. bel. Gall. 301, Vexillum proponendum, quod erat insigne, quum ad arma concurri oporteret. Cicero tamen in libro de Orat. 69. docet uelum à uexillo factum, ut à paxillo palus, à taxillo talus.
Nauale uexillum. Claud. 1. Paneg. 35.
Conuellere uexilla. Tacit. lib. 1.
Sub uexillo mitti. Cæsar 6. bell. Gal. 135.
Vexillum continebat homines centum octoginta sex, teste Liuio lib. 8. ab Vrbe, 39. Vide Triarij.
Fortunæ uexilla submittere. Stat. 4. Sylu. 2. 9.
¶ Vexillarius, uexillarij, m. g. (σημειοφόρος) Antesignanus. Liuius 8. ad Vrbe, 37, Ordo sexagenos milites, duos centuriones, uexillarium unum habebat.
¶ Vexillatio, uexillationis (ίλη) Vegetius lib. 2. cap. 1, Equitum alæ dicuntur ab eo quòd ad similitudinem alarum ab utraq; parte protegant acies: quæ nunc uexillationes uocantur à uelo, quia uelis, hoc est, flammulis utuntur. Sueton. in Galba, cap. 20, Excepta Germanicorum uexillatione.
Vexo] uexat (καπάω, ὀχλέω, πτύκω, πτυχόω, σπάλλω, σπερμάτω, ῥέθω, σφίζω, σπερμάω) uexare, A' Veho, uehis: Nunc huc nunc illuc uehementer agitare. Gellius lib. 2. cap. 6, Qui fertur et raptatur, atq; huc atq; illuc distrahitur, is uexari proprièdicitur. Cato ex oratione quam de Achæis scripsit, Quumq; Hannibal terram Italiam lacerauret atq; uexaret. Vexatam Italiam dixit Cato ab Hannibale, quando nullum calamitatis aut sæuitiæ genus reperiri queat, quod eo tempore Italia non perpessa sit. Hactenus Gellius. Cicero in Verrem, 2. 8, Quām iste per triennium ita uexauit ac perdidit, ut ea restitui in antiquum statum nullo modo possit. De Sicilia loquitur, in quem locum Asconius, Nimirum uexauit, ingentis calamitatis usum significat. Nam & ipse suprà sic ait, Populatæ, uexatæ, funditùs euersæ prouinciæ. Virgil. 6. eclog. 16,
Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias uexasse rates. Hactenus Asconius.
Diripere & uexare. Cic. 3. Verr. 38.
Populari & uexare. Cic. 5. Verr. 103. Prouincia populata atque uexata.
Vexare ac spoliare. Cic. pro Ponteio, 17.
Vastare & uexare. Cic. 1. in Catil. 21.
Violare & uexare diuina & humana. Cicero pro Sestio, 1, Qui omnia diuina & humana uiolarint, uexarint, perturbarint, euerterint.
Agros uexare. Cæsar 4. bel. Gall. 523.
Annonam attentare & uexare uel maximè dardanarij solent. Vlpian. in l. 6. ff. de extraord. criminib.
Contumelijs et probris uexare aliquem. Cic. pro Quintio, 65. Et pro Flacco, 38.
Calor uexat fessa corpora. Tibull. lib. 4. eleg. 11. 1.
Fortunas alterius uexare. Cic. pro Rosc. Amer. 84.
Insomnia me uexant. Ouid. 3. Trist. eleg. 8. 6.
Mœnia uexantur malis. Catul. Argon. 59. 16.
Ventus uexat montes flabris. Lucret. lib. 1. 55.
Pestilentia uexari. Colum. lib. 7. cap. 7. 1.
Pœnas suorum scelerum uexari. Cic. pro Domo sua, 2.
Pudorem uexare. Lucret. lib. 3. 17.
Querelis ingratis uitam uexare. Lucret. lib. 6. 4.
Solicitudo uexat impios. Cic. 1. de Legib. 58.
Verbis uexare aliquem. Lucret. lib. 1. 33.
Vitia uexare nos dicuntur, quia animum iactant, distorquent, agitant, infestant. Salust. in Catil. At me quum ab reliquis malis moribus dissentirem, nihilominus bonōris cupido eadem quæ cæteros, fama atq; inuidia uexabant.
Quin & uitia ipsa uexant mores, ut est apud eundem Sallustium in eodem opere.
Vrbem trepidam uexat legionibus. Claud. 3. Paneg. 44.
Vxorem alterius uexare. Cic. pro Domo sua, 47, Quid enim uos uxor mea misera uiolarat quam uexauistis, uaptauistis, omni crudelitate lacerauistis?
¶ Vexatus, pen. prod. (πακωθείς) Participium: ut, Iure uexatus. Cic. 3. Philip. 140, Tyberium Canutium, à quo erat honestissimis contentionibus & sæpe & iure uexatus, &c.
Bello audacis populi uexatus. Virg. 4. Aeneid. 123.

Febre uexatus. Plin. epist. 234, Atq; etiam febriculis uexatus.
Comæ uexatæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 5.
Vexata domus uetustate, apud Plinium epistola 116. lib. 6.
Vexata undemia nimbis continuis. Mart. lib. 1. 52.
Vita uexata permulta particula. Propert. lib. 2. eleg. 29. 3.
Vnda uexata ingenti Noto. Senec. Herc. fur. 12. 8.
¶ Vexatio, uexationis (κάκωσις) Cicero 4. Tusculanar. 29, Afflictatio, ægritudo cum uexatione corporis. Idem 5. Verr. 6, Is in te non expilatione Asiæ, uexatione Pamphiliæ, squalore & lachrymis Siciliæ concitetur? Liuius 8. bell. Macedon. 263, Per uexationem & contumelias L. Scipionis pestituros inimicos.
Impunita & libera uexatio. Cic. 1. Catil. 13.
Virginum uexatio. Cic. 4. in Catil. 84.
¶ Vexator, pen. prod. uexatoris. (κακωτής) Cic. 6. Verr. 71, Neq; solum spoliata illa patiere, sed etiam eorum spoliatorem, uexatoremq; defendes? Idem de Arusp. resp. 44, Tam crudelis mei, tam sceleratus Reip. uexator esse potuisset?
Veteres uexatores ætatulæ suæ. Cic. pro Sestio, 13.
Direptor & uexator urbis. Cic. 3. Philip. 143.

V F

Vfens] Vfentis (ὑφεντις) Fluuius qui labitur per Pontinas paludes, qui etiam Aufentum à quibusdam dicitur. Plin. lib. 3. cap. 5. Virg. 7. Aen. 161,
— geliduscq; per imas
Quærit iter ualles, atq; in mare uoluitur Vfens.
¶ Vfentinus, pen. prod. Adiectiuum (ὑφεντινὸς) ut, Vfentina tribus. Liu. 9. ab Vrbe, 108.

V I

Via] uiæ (ὁλὸς, οἶμος, ἀγυιὰ, κέλευθος) Dimidius actus quo potest ire uehiculum. Via (inquit Paulus) constituí uel latior octo pedibus, uel angustior potest, ut tamen eam latitudinem habeat, quá uehiculum ire potest: alioqui iter sit, non uia.
Via, abusiuè pro omni loco per quem habere iter omnib. licet. Plin. Quum de uia uocassem. Terent. Eunuch. 3. 2. 41,
— haud conuenit
Vnà ire amica cũ, imperatore in uia. Hor. 1. Ser. Sat. 9. 1,
Ibam forte uia sacra, sicut meus est mos.
Angusta uiarum. Virg. 2. Aen. 67.
Angustiæ & lubrica uiarum. Tacit. lib. 19.
Flexus uiarum. Lucret. lib. 3. 119.
Ignarus uiæ. Virg. 1. Georg. 8.
Impatiens uiæ. Ouid. 6. Metam. 64.
Insidiator uiæ. Vide Insidiæ.
Meta longarum uiarum. Virg. 3. Aen. 143.
Opaca uiarum. Virg. 6. Aen. 127.
Spatium uiæ. Ouid. 8. Metam. 161.
Strata uiarum. Virg. 1. Aen. 86.
Strata uiarum detrita pedibus uolgi. Lucret. lib. 1. 64.
Viæ urbis. Cicer. 6. Verr. 106, Cæteraq; urbis partes una lata uia perpetua, multisq; transuersis diuisæ, priuatis ædificijs continentur.
Tres uiæ. Cic. 12. Philipp. 334.
Appia uia imbuta sanguine latronis. Vide Imbuo.
Caupo de uia Latina. Cic. pro Cluent. 131.
Inter uias. Vide Inter præpositionem.
Viæ trium sunt generum. Vlpianus, Ne quid in loco publico. §. si quis, Viarum quædam publicæ sunt, quædam priuatæ, quædam uicinales. De quibus uide ordine alphabetico.
Mars tutá uia. Ouid. 11. Metam. 150.
Viæ ab intestinis ad iecur ductæ ac directæ. Cic. 2. de Nat. deor. 206. Quid. 2. Metam. 166,
Sic leth. alis hyems paulatim in pectora uenit,
Vitalesq; uias, & respiramina clausit.

Vocis uia. Ouid. 6. Metam. 71.
Tenuata uia uocis. Ouid. 14. Metam. 109.
Via, Ipse eundi actus. Cic. 1. Philipp. 8, Quum de uia languerẽ & mihimet displicerem. Ouid. 2. Metam. 108.
Potest enim quidquam esse absurdius, quàm quo minus uiæ restat, eo plus uiatici quærere? Cic. de Senect. 61.
Via aliquorum dierum. Cic. 5. Verr. 166.
Via, per translationem, pro ratione & modo aliquid faciendi.
Tradere uiam litigandi. Cic. 1. de Legib. 26.
Si qua uia est. Virg. 6. Aen. 39,
Este duces, ô si qua uia est. Id est, Si est ratio, Si quoquo modo fieri possit. Ibidem, 74.
Aut tu, si qua uia est, si quam tibi diua creatrix
Ostendit, &c.
Via ac ratio. Cic. 2. Verr. 29.
Via & arte dicere. Cic. de clar. Orat. 22.
Accedundi uia. Terent. Heaut. 3. 3. 22.
Dicendi uia. Quint. lib. 4. cap. 5. 2.
Morum uia. Stat. 3. Syl. 3. 41.
Via ad. Cic. 2. Offic. 60, Præclarè Socrates hanc uiam ad gloriam proximam, & quasi compendiariam dicebat esse, si quis id ageret, ut qualis haberi uellet, talis esset.
Via uti. Cic. ad Attic. lib. 2. 3. 4. 4.
Aequoreæ uiæ. Ouid. epist. 18. 33.
Aestuosa & pulueulenta. Cic. ad Att. lib. 5. 10. 1.
Alta ruptis collibus. Senec. Hipp. 19. 14. Vide Altus.
Anceps. Ouid. 14. Metam. 88. Vide Anceps.
Aperta, simplex & directa. Cic. 1. de Finib. 88.
Arctæ uiæ. Stat. 9. Theb. 88.
Arduæ. Ouid. 2. Metam. 13. Vide Arduus.
Assuetæ. Ouid. epist. 18. 8.
Audax. Ouid. 2. de Arte, 5. de Dædalo.
Brevis. Virg. eclog. 9. 4.
Breuior, & multò lucidior uia, subaudi docendi. Quint. lib. 3. cap. 11. 15.
Cæca uia. Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 4.
Celebris uia. Vide Celebris.
Certa uia. Cic. 11. Philipp.
Decliuis. Ouid. 7. Metam. 82.
Deterrima. Cic. ad Att. lib. 9. 180. 7.
Difficilis uia cliuis. Ouid. 3. Amor. eleg. 12. 2.
Facilis. Virg. 1. Georg. 25.
Facilior & apertior. Quint. lib. 3. cap. 6. 59.
Illustris & lata. Vide Illustris.
Implicitæ uiæ errore. Lucan. lib. 8. 1.
Inepta. Vide Ineptus.
Inexplicabiles uiæ continuis imbribus. Vide Inexplicabilis.
Inoffensa. Vide Inoffensus.
Inuia. Virg. 3. Aeneid. 77.
Irremeabiles. Senec. Herc. fur. 7. 5.
Latebrosa. Vide Lateo.
Liquidæ uiæ, Viæ in aquis. Lucret. lib. 1. 376.
Longa. Vide Longus.
Lubrica uia plagæ. Stat. 2. Sylu. 1. 1.
Militaris. Cic. 12. Philipp. 337. Vide Miles.
Obsessio militaris uiæ. Cic. in Pisonem, 31.
Mollis. Senec. Herc. fur. 6. 21.
Mollior & magis trita. Quint. lib. 1. cap. 6. 14.
Mollissima. Vide Mollis.
Patentior. Vide Patens, in Pateo.
Præcipites uiæ. Ouid. 2. Metam. 42.
Prima. Plaut. Mil. 5. 98,
— dummodo nunc prima uia
Inducamus, uera ut esse credat, quæ mentibimur. Barbari dicunt

dicunt Primo ictu, Hoc est, statim, primo ipso congressu.
Priuatæ uiæ, sunt quas agrarias quidam dicunt. Dupliciter autem accipi possunt: uel eæ quæ sunt in agris, quibus imposita est seruitus, ita ut ad agrum alterius ducant. Vel eæ quæ ad agros ducũt: per quas omnibus commeare licet: in quas exitur de uia Consulari: & sic post illam excipit uia, uel iter, uel actus ad uillam ducens.
Prona. Ouid. epist. 17. 25.
Publicas uias dicimus, quas Græci βασιλικὰς, nostri Prætorias, alij Consulares uias appellant.
Sera nunquam est uia ad bonos mores. Senec. Agamem. 4. 4.
Simplex uia mortis. Virg. 3. Georg. 97,
Nec uia mortis erat simplex, sed ubi ignea uenis
Omnibus acta sitis, miseros adduxerat artus. Vbi Seruius, Nec moriebantur ex usu, id est, secũdum naturalem ordinem, non tantùm fuga animæ, sed etiam corporis resolutione. Est autem Salustij qui ait, Ne simplici quidem morte mouebantur.
Subita. Ouid. epist. 16. 32.
Sublimis. Ouid. 1. Metam. 34.
Tecta uia. Lucan. lib. 4. 19.
Tremenda. Claud. de bello Getico, 69.
Trita. Cic. de clar. Orat. 154.
Trita humano pede. Tibull. lib. 4. eleg. 12. 2.
Tuta frequensq;. Ouid. 1. de Arte, 118.
Vda. Lucan. lib. 3. 17.
Velatæ uiæ. Ouid. 3. Amor. eleg. 12. 3.
Vicinales sunt uiæ quæ in uicis sunt, uel quæ in uicos ducunt. Hæ quoq; publicas esse quidam dicunt. Paulus de locis & itineribus publicis. Liuiæ uicinales quæ ex agris priuatorum collatis factæ sunt, quarum memoria non extat, publicarum uiarum numero sunt. Sed inter eas & cæteras uias militares hoc interest, quòd uiæ militares, exitum ad mare, aut in urbem, aut in flumina publica, aut ad aliam uiam militarem habent.
Vulgaris. Quintil. in Procem. lib. 1. 3.
Accelerare uiam. Vide Accelero.
Accipere uiam. Quintil. lib. 5. cap. 14. 24.
Adiuuare temeraria uia. Vide Adiuuo.
Affectare uiam. Vide Affecto.
Affectare uiam Olympo. Virg. 4. Georg. 113.
Aggredi alia uia. Terent. And. 4. 1. 46.
Occultas uias agere. Virg. 3. Aeneid. 140.
Errore uiæ actus. Virg. 7. Aeneid. 40.
Perennes agitare uias. Senec. Hippol. 9. 2.
Ambulare per uias tutas. Ouid. 1. Fast. 25.
Anticipare uiam. Stat. 6. Thebaid. 89.
Aperit uiam uis. Virg. 10. Aeneid. 173.
Aperire uiam alicui. Virg. 11. Aeneid. 177.
Patulas uias aperire. Silius lib. 16. 86.
Calcanda omnibus uia lethi. Horat. 1. Carm. ode 28. 4.
Capere uiam animo. Vide Capio.
Carpere uiam. Virgil. 3. Georg. 70.
Celerare uiam. Virg. 5. Aeneid. 122.
Clamare de uia. Vide Clamo. Claudere uias. Vide Claudo.
Incendia obiecta claudunt uias. Stat. 2. Thebaid. 2.
Commeare uiam scrupulosam. Vide Commeo.
Committere se uiæ. Vide paulò post, Dare se in uiam.
Commonstrare uiam. Vide Commonstro.
Commutare uiam, retrò; reuerti. Lucret. lib. 1. 26.
Concinnare uiam. Vide Concinnus.
Conficere uiam. Cic. de Senect. 6.
Consternere uiam frumento. Vide Consterno.
Construere uias. Lucan. lib. 2. 133.

Corripere uiam, Accelerare. Virgil. 1. Aeneid. 85. Vide Corripio.
Indociles uias currit lympha, Id est, uias quas nemo illi monstrauit. Propert. lib. 1. eleg. 2. 3.
Decedere de uia. Cic. pro Cælio, 29. Vide Decedo.
Declinare se extra uiam. Vide Declino.
Declinare de uia ad dextrã. Cic. 5. de Finib. 9. Vide Declino.
Regione uiæ declinare. Lucret. lib. 2. 50.
Decudere in uiam. Cic. 1. de Legib. 60. Vide Deduco.
Deducere de uia. Vide Deduco.
Deerrantes uia equi. Senec. Hippol. 10. 1. 6.
Demonstrare rectam uiam. Quintil. lib. 2. cap. 6. 2.
Depelli recta uia. Quintil. lib. 2. cap. 17. 18.
Deserere uiam uirtutis. Horat. 3. Carm. ode 24. 9.
Deterit pedes uia longa. Tibull. lib. 1. eleg. 9. 4.
Detorquere uiam ad amnem. Valer. 5. Argon. 80.
Dare uiam alicui per fundum suum. Cic. pro Cecinna.
Dare uiam, per translationem. Virg. 11. Aeneid. 26,
Et te, si qua uiam dederit fortuna, Latino
Iungemus regi. Id est, Si uoluntatem nostram fortuna comitetur. Seruius.
Dat aura uiam. Ouid. epist. 7. 34.
Dare uiam ad scientiam. Cic. 2. de Diuin. 153.
In uiam dare se uel Committere se uiæ. Cic. Terent. lib. 14. 12. 2. Idem lib. 16. 6. 1.
Ducit uia. Virgil. eclog. 9. 1.
Tristis uia ducit ad Manes. Senec. Herc. fur. 19. 2.
Ire uiam. Virgil. 3. Georg. 16.
Ire atq; redire uiam. Virgil. 6. Aeneid. 25.
Longam uiam ire. Virgil. 4. Aeneid. 94.
Fallaces uias ire, Non tutas. Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 2.
Fœlici uia ire. Ouid. 1. Fast. 87.
Negata uia ire. Horat. 3. Carm. ode 2. 5.
Via quà itur. Cic. 6. Virg. 86.
Errare uia. Virgil. 2. Aeneid. 148.
Tota uia errare, Prouerbium in eos qui uehementer aberrant. Terent. Eunuch. 2. 2. 14,
Quid tu his rebus credis fieri? tota erras uia. Translatum à uiatoribus, qui nonnunquam ita solent aberrare à uia, ut non sine dispendio quidem, tamen quò tendebãt perueniant: nonnunquam sic aberrant, ut longè diuertant, & in diuersum tendant. Erasmus.
Euadere uiam. Virgil. 2. Aeneid. 245.
Exigere uiam dicuntur magistratus, quum uiciniam cogunt munire quàm diligentissimè sumptu facto. Asconius in Prætura urbana, in fine.
Viam facere, Est locum, ubi non erat uia, aperire. Vide Facio.
Tellus iã fecit uiam in Tartara. Ouid. 5. Metam. 8.
Facere uiam ruina. Lucan. lib. 1. 30.
Facere sibi uiam. Quintil. lib. 5. cap. 14. 24.
Fallit uia euntes. Virgil. 9. Aeneid. 49.
Fert uia. Virgil. 6. Aeneid. 59.
Findere uias pectore, dicuntur natantes. Ouid. epist. 18. 42.
Findit se uia in ambas partes. Virgil. 6. Aeneid. 108.
Fit uia ui, rumpunt aditus, &c. Virgil. 2. Aeneid. 99.
Flectere uiam uelis. Virgil. 5. Aeneid. 6.
Gratulari uiam alicui. Cic. 2. Phil. 73.
Habere docendi uiam. Cic. in Bruto.
Ignorare uiam gloriæ. Cic. Quod si ita putas, totam ignoras uiam gloriæ.
Illuminare uias igni. Stat. 12. Thebaid. 55.
Innumeras uias errore implet Dædalus. Ouid. 8. Metam. 48. de Labyrintho.

Incedere

Incedere uia & per uias. Vide Incedo.
Inchoare uiam, Præire. Stat. 10. Thebaid. 72.
Includere uiam. Vide Includo.
Indagare uiam inusitatam. Cic. in Orat. 6.
Inducere uiam. Vide Induco.
Inire uiam, redire uiam. Cic. pro Muræna, 23. Vide Ineo, inis.
Ingressus uiam hac. Stat. 4. Sylu. 4. 1.
Ingredi uulgarem uiam. Quint. in Procem. lib. 1. 3.
Sceleris uiam ingredi. Luc. lib. 1. 17.
Ingredi uiam uiuendi. Vide Ingredior.
Insistere uiam agendi aliquid, Virg. 3. Georg. 33.
Insistere uijs. Vide Insisto.
Instaurare uias. Stat. 5. Thebaid. 2.
Rectam instas uiam. Vide Insto.
Intercludere uias omnes seditionum. Vide Intercludo.
Inuadere uiam. Vide Inuado.
Inuasit uias phaselus in æquore. Stat. 5. Sylu. 1. 49.
Inuenire uiam, Exitum reperire. Virg. 3. Aeneid. 79.
Languere è uia. Vide Languor.
Laxauit uiam bellis. Claud. 2. in Ruffinum, 5.
Leuare uiam sermone. Vide Leuis.
Mittere è uia. Vide Mitto.
Moliri uiam. Vide Molior.
Moliri uias uetitas. Silius lib. 4. 160.
Monstrare uiam. Cic. 3. Offic. 71.
Monstrare uiam paruo tramite. Lucret. lib. 6. 6.
Vitæ uia monstrata est per carmina. Horat. de Arte, 82.
Iter uitæ propositum morari. Ouid. epist. 15. 24.
Munire uiam. Cic. pro Muræna, 45. Vide Munio.
Munire diuersas uias. Quintil. lib. 3. cap. 1. 5, Diuersas tamen uias munierunt.
Mutant uias tempestas, & humor cæli. Virg. 1. Georg. 84.
Noui uiam. Vide Nosco.
Noscere uias pecuniæ. Cic. ad Quin. fratrem, Omnes uias pecuniæ norunt, & omnia pecuniæ causa faciunt.
Obfirmare uiam. Vide Obfirmo.
Obliquare uias in deuia campi. Stat. 6. Thebaid. 91.
Obsepire uiam. Cic. pro Muræna, 45.
Obsessa uia. Vide Obsideo.
Pandere uiam. Vide Pando.
Panditur uia salutis. Virg. 6. Aeneid. 20.
Patuit uia in cælum. Senec. Medea, 12. 29.
Patefacta uia. Senec. Herc. fur. 1. 11.
Patefacere uiam uaritiæ. Cic. 5. Verr. 188.
Patefacere uiam ad opes. Cicero 5. Philipp. 199. Vide Patefacio.
Pergere uiam. Cic. pro Plancio, 79.
Persequi uias. Cic. Figulo, lib. 4. 13. 17.
Præbere uiam alicui. Ouid. 11. Metam. 104.
Præcipitare uiam. Ouid. 3. Metam. 46.
Præstare alicui faciliorem uiam. Quint. lib. 7. cap. 2. 23.
Procedere uiam. Cic. ad Atticum, lib. 6. 16. 1.
Recta uia proficisci. Cic. Quin. fratr. lib. 3. 17. 5.
Progredi uiam. Cic. 1. de Diuin. 52.
Purgare uiam; refectionis portio est. Purgare autem propriè dicitur, Ad libramentum propriũ redigere, sublato eo quod supereſt. Vlpianus.
Quærere uiam uitæ, Rationem rectè uiuendi. Lucret. lib. 2. 2.
Rapere uiam aliquo, Currere. Silius lib. 8. 36.
Redire in uiam, per translationem. Cic. 12. Philipp. 322. Vide Redeo.
Reduci alio flexu ad rectam uiam. Quint. lib. 2. cap. 17. 18.
Réficere uiam dicitur, & qui aperit, & qui purgat, & omnes omnino qui in pristinum statum reducunt. Vlpianus de Via publica, l. prope ait.
Scindere uiam. Virg. 10. Aeneid. 153.
Secare uiam. Virg. 6. Aeneid. 180.
Compita secta in ternas uias. Ouid. 1. Fast. 29.
Sequi uiam aliquam in re aliqua. Cic. 4. in Catil. 80.
Strauit uiam per mare Xerxes. Lucret. lib. 3. 209.
Trabere uias medendi. Celsus in Præfatione lib. 1.
In uia esse. Cic. Tironi, lib. 16. 2. 2.
Saltu uiam superare. Virg. 3. Georg. 29.
Via per Macedoniam est. Cic. de Prouinc. Consul. 3.
Tendere uias in deuia campi. Stat. 6. Thebaid. 91.
Directis uijs tendere. Lucret. lib. 4. 223.
Tenere uias omnes amoris. Plaut. Trin. 10. 41.
Tentare uiam. Virg. 3. Aeneid. 104.
Illicitas tentare uias. Valer. 1. Argon. 41.
Tentanda uia est. Virg. 3. Georg. 2.
Terere uiam. Ouid. 1. de Arte, 11.
Tradere uiam quandam & rationem. Quint. lib. 5. cap. 1. 6.
Tradere uiam optimarum artium alicui. Cic. 2. de Diuin. 1.
Claustra uiarum transit uox. Luc. lib. 4. 124.
Veloci uia tradere. Senec. Medea, 4. 3.
Venire uiam. Cic. 2. Phil. 73.
Vorare uiam. Catul. ad libellum, 33. 2.
Vti uia. Cic. Att. lib. 2. 34. 4.
Via peruolgata, Consuetudo. Terent. Heaut. 1. 1. 49.
¶ Vians, huius uiantis, A diectiuum. Solinus cap. 42, Latrones puteos arenis operiebant, ut temporaria fraude subductis a quis in fame & siti iter submoueret accessus uiantium.
¶ Viator, pen. prod. uiatoris (ὁδίτης, ὁδοιπόρος & Quiter facit. Cic. de Fato, 51, Hoc enim modo uiator quoque bene uestitus causa grassatori fuisse dicitur cur ab eo spoliaretur. Iuuen. Satyr. 10. 3,
Cantabit uacuus coram latrone uiator.
Non semper uiator à latrone, nonnunquam etiam latro à uiatore occiditur. Cic. pro Milone, 41.
Nisi si quid ex prætereunte uiatore exceptum est, scire nihil simus. Cic. Att. lib. 2. 26. 2.
Aridus uiator. Virg. 4. Georg. 20.
Fessus uiator. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 4.
Lassus uiator. Catul. ad Mallium, 63. 13.
Siccus uiator. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 7.
Sitiens uiator. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 20.
Cautus præcingitur ense uiator. Ouid. 2. Trist. 54.
Viator exceptus à latronibus. Cels. in Præfat. lib. 1.
Viatores etiam dicebantur, qui magistratibus parebãt: eo quòd plerunq; euocabantur ex agris homines ad magistratus, & frequens eorum ab agris ad urbem uia erat. Colum. in Præfat. 17, Illis temporibus proceres ciuitatis in agris morabantur: & quum consilium publicum desiderabatur, à uillis arcessebantur in Senatum: ex quo qui eos euocabant, uiatores nominati sunt. Cic. de Senect. 52, A uilla in Senatum arcessebantur Curius & cæteri senes: ex quo qui eos arcessebant, uiatores nominati sunt.
Mittere uiatorem. Cic. in Vatinium, 16.
¶ Viatorius, Adiectiuum (ὁδιπορικὸς) Quod ad uiam pertinet. Vnde uiatorium uas, quod per uiam deferebatur: ut, Cubilia uiatoria. Plin. lib. 16. cap. 10. 11. Idem lib. 37. cap. 2. 5.
¶ Viarius, Adiectiuum (ὁδικὸς & ut, Lex uiaria. Cælius Cic. lib. 8. 6. 11, Leuissimè enim quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum, & pro Cæsare loqui cœpit, legemq; Viariam non dissimilem Agrariæ Rulli, &c.
¶ Viaticum, uiatici. pen. corr. (ψοδίον) Quicquid iter agendi causa necessarium est, siue cibus sit, siue pecunia ad uictum expendenda. Plaut. Capt. 7. 89,

Sequere

Sequere me, uiaticum ut dem à trapezita tibi. Horat. 1. epist. 18. 11,
— aut cistam effractam, & subducta uiatica plorat.
Velim uideas & quid uiatici, & quid instrumenti satis sit. Cic. Attic. lib. 12. 24. 9. 4.
Equidem uideo mihi quoq; opus esse uiatico. Cicero Attic. lib. 15. 329. 15.
Collecta uiatica multis ærumnis. Hor. 2. epist. 2. 6.
Habere uiaticum. Cic. Attic. lib. 7. 136. 4.
Largum & liberale uiaticum. Vide Liber, liberi.
Viatica cœna, Quæ datur abituro. Plaut. Bacch. 1. 62.
¶ Viaticulum, uiaticuli, penult. correp. Diminutiuum. Vlpian. in l. si longius, in fine. ff. de iudicijs, Ne si ei non dederimus actionem, futurum sit, ut impune fraudem patiatur, & egestate Romæ laboret, uiaticulo suo non recepto, quod ad sumptum pater ei destinauit.
¶ Viaticor, pen. corr. uiaticaris (ψοδιοῦμαι) uiaticari, Viaticũ parare. Plaut. Men. ch. 7. 30,
— quum inspicio marsupium,
Viaticati hercle admodum æstiuè sumus.
Vibex] uibicis, pen. product. fœm. gen. (μώλωψ, πελίδνωμα, σιμώδης) Signum uerberis in humano corpore remanens, quòd ui fiat, ut ait Festus. Plaut. Mostel. 12. 9,
Malam rem prius cauendam multo esse, quàm ut meum
Tergum subijciam culcitram uibicibus. Plin. lib. 30, Verberum uulnera, atq; uibices, pellibus ouium recentibus impositis, obliterantur.
Vibius Virius] βίβιος & βίριος, Capuæ deditionem elegantissima oratione dissuadet apud Liuium, 6. bel. Pun. 72, Etenim author Campanæ defectionis ab Romanis ad Annibalem. Is mortem sibi consciuit ante deditionem, & multis ciuibus Senatoribus, ut idem quoq; facerent, persuasit.
Vibrissæ] seu Vibrici, sunt pili in natibus hominum: dicti quod ijs euulsis caput Vibretur. Festus.
Vibro] uibras (πάλλω, πραιδάω, πραιδάινω, πλίθω) uibrare, A ui deductum, significat Mouere, & quasi ui agitare. Virg. 2. Aen. 43,
Sibila lambebant linguis uibrantibus ora. Cic. 2. Offic. 40, Quàm hastam L. Sylla quum uibrasset Dictatore propinquo suo. Idem 2. in Catil. 42, Sicas uibrare, & uenena spargere.
Bipennem uibrare. Lucan. lib. 3. 87.
Hastam uibrauit gelidis uiribus. Silius lib. 10. 22.
Iaculum uibrare excusso lacerto. Ouid. epist. 4. 9.
Spicula uibrare. Virg. 11. Aen. 122.
Telum uibrare. Lucan. lib. 4. 8.
Vibrare dicitur mare, hoc est, micare, & intremiscere, ut ait Budæus, siue contremefieri. Cic. 4. Acad. 189, Quodq; nunc quia à sole collucet, albescit & uibrat, dissimile est proximo ei continenti.
Vibrant fulmina. Cic. in Orat. 138.
Iambos truces uibrare. Catul. in Annales Volusij, 34. 1.
Vibrare, Neutrum, id est, trepidare. Valer. 8. Argon. 12,
Quum subitò ingentem media inter nubila flammam
Conspicit: & sæua uibrantes luce tenebras.
¶ Vibrans, uibrantis, Participium (πάλλων, ἀμπεπαλὼν) ut,
Draco uibrans linguas multifidas. Valer. 1. Argon. 13.
Lingua uibrante minarum serpens. Lucret. lib. 3. 134.
Vibrans sonus, Aures feriens: uel Tremulus: Plinius libro 10. capite 29. 6.
Supercilio uibrante loqui. Ouid. 2. Amor. eleg. 5. 3.
Incitata & uibrans oratio. Cicero de claris Orator. 182, Et erat oratio cùm incitata & uibrans, tum etiam accurrata & polita.

Vibrantes sententiæ. Quint. lib. 10. cap. 1, Summa in Archilocho uis elocutionis, tum ualidæ, tum breues, uibrantesq; sententiæ. Id est, incitatæ.
¶ Vibratus, pen. prod. Participium præteritum (πεπαλμένος & ut, Vibrata hasta.
Fulgor uibratus ab æthere. Virg. 8. Aen. 105.
Fulmina uibrata iactat Iuppiter. Ouid. 2. Metam. 62.
Membra uibrata uertigine. Claud. 2. in Eutrop. 72.
Sibila uibrata per auras. Silius lib. 3. 38.
Spicula uibrata per auras. Ouid. 8. Metam. 75.
Tela uibrata lacertis. Ouid. 12. Metam. 16.
Vibratum, pro Crispo. Virg. 12. Aen. 20,
— & fœdare in puluere crines
Vibratos calido ferro, myrrhaq; madentes. Id est, crispatos calamistro, in quit Seruius. Colum. lib. 10. 19,
Candida uibrato discrimine, candida thyrso est.
Viburnum] uiburni, Genus fruticis. unde Virgilius 1. ecloga 4, 5,
Verùm hæc tantùm alias inter caput extulit urbes,
Quantum lenta solent inter uiburna cupressi.
Vicarius] Vide Vicis.
Vicatim] Vide Vicus.
Vicenarius] uicenaria, uicenarium (εἰκοσιανὸς) Vicesimus. Plaut. Pseud. 5. 70, Tum lex me perdit quina uicenaria. Vbi interpres, Videtur lex lata, ut si cuipiam crederentur supra uiginti quinq; minas, redhibitio nulla esset, nec debitor quicquam deberet. Alij quina uicinaria, centum interpretantur.
¶ Vicennium, Vicennij, uiginti annorum spacium Modestinus in l. calcularij. ff. de administrat. rerum, &c. Vide expungere rationes, in expungo.
¶ Vicenus, penultima producta, Adiectiuum (εἰκοσὸς) Idem. Plinius libro 10. capite 53. 4, Plus uicena incubanda subijci uetant. De ouis. Columel. libro 3. cap. 3. 7, Vicenas amphoras percipient.
¶ Vices, Aduerbium (εἰκοσάκις) pro Vigecies. Cicero Attico, lib. 4. 7. 8, Aestimarunt H S. uicies.
Bis & uicies. Cic. Attic. lib. 11. 209. 2.
Centies uicies ducenti. Colum. lib. 5. cap. 2. 4.
¶ Vicesimus, pen. corr. (εἰκοστὸς) pro Vigesimus. Cic. Cornific. lib. 12. 25. 1, Altero uicesimo die.
Aetas uicesima. Ouid. ad Pisonem, 53.
¶ Vicesima, uicesimæ (εἰκοστὴ) Vectigal quod ex mille, uel ex centum colligitur: ut decimæ, ex decem. Cic. ad Atticum, lib. 2. 31. 3, Et eo magis quod portorijs Italiæ sublatis, agro Campano diuiso, quod uectigal supereſt domesticum, præter uicesimam, quæ mihi uidetur una conciuncula, clamore pedisequorum nostrorum esse peritura.
¶ Vicesimarius, Adiectiuum (εἰκοστάκιος) Liuius 7. bel. Pun. 58, aurum uicesimarium, quod in sanctiore ærario ad ultimos casus seruabatur, promi placuit. Id est, aurum quod ex uicesima colligebatur. Erat autem uectigal, quemadmodum decima.
Vicentia] βίκεντια, Venetiæ oppidum, ut scribit Plinius libro 3. cap. 19. Tacit. lib. 19. Possessa ipso transitu Vicentia. Sic enim Plinius atq; Ptolemæus uocant: non Vincentia. Quidam & Vicetiam ex scriptione, quæ in agro Veronensi reperta est, ut annotat Rhenanus in suis Castigationibus in Tacitum.
Vicia] uiciæ (βίκιον) Genus leguminis, à uinciendo dicta. Plin. lib. 18. cap. 15. 1, Et uicia pinguescunt aruo, nec ipsa agricolis operosa: uno sulco sata, non sarritur: non sercoratur, nec aliud quàm deoccatur. Sationis eius tria tempora. Varro 1. de re Rust. cap. 31. 4, Vicia dicta à uinciendo, quòd

item capreolos habet ut uitis, quibus quum sursum uersum serpit ad scapum lupini, aliumue quem, ut hæreat, eum solet uincire.

Fœtus tenues uiciæ. Virg. 1. Georg. 15.

Pabularis uicia. Vide Pabulum.

Serere uiciam. Virg. 1. Georg. 46.

¶ Viciarius, Adiectiuum (βικιακὸς) Quod ad uiciam pertinet: ut, Cribrum uiciarium, in quo uicia expurgatur, apud Columel. lib. 8. cap. 5. 12.

¶ Viciarium, Substantiuum (ἀμπελών) Columella libro 11. cap. 2. 12, Hoc eodem tempore stercoris pars in prata digerenda, pars oleis & cæteris arboribus inspergenda, quinetiam uiciaria diligenter facienda. Vbi rectius legitur uitiaria, utiq; à uite.

Vicinia, Vicinus] Vide Vicus.

Vicis] uici, uicem, uice: Pluraliter, uices, uicibus. Rarissimè autem leges uicis, uici (ἀμοιβὴ, ἀλλαγὴ) Est alternatio, siue uicissitudo. Quintil. lib. 6. cap. 5, Iudices uel præsidentes magistratus appellandi sunt frequenter, ut loquendi uices seruentur.

Belli uices. Stat. 9. Theb. 16.

Colloqui uices. Ouid. epist. 20. 4.

Vices feriarum, Plinius, Nihil est in opere naturæ quod non ali quas uices feriarum uelit.

Inuersæ uices. Propert. lib. 1. eleg. 14. 6.

Alia uice. Liu. 1. ab Vrbe, 87, Ita duo deinceps reges alius alia uice, ille bello, hic pace ciuitatem auxerunt. Id est, unus una uice, & alter alia. Videtur tamen hoc accipi pro tempore: ut sit, Alius alio tempore, quod posterius loquendi genus doctissimis est usitatum. Vetus tamen exemplar legit, alius alia uia, &c.

Benigna uice. Horat. Epod. 13. 2.

Grata uice. Horat. 1. Carm. ode 4. 1.

Stata uice. Curtius lib. 9.

Sua uice. Curtius lib. 7.

Suam cuiusq; uicem. Liu. 3. ab Vrbe, 150, Quum priores Decemuiri ita seruassent, ut unus fasces haberet, & hoc insigne regium in orbem suam cuiusq; uicem per omnes iret.

Alternare uices. Ouid. 15. Metam. 82.

Disponere uarias uices operum. Tibul. lib. 1. eleg. 9. 13.

Diuidere uices professionum. Quint. in Procem. lib. 1. 4.

Efficere uicem alicuius rei. Plin. lib. 23. cap. 4.

Exhibere uicem alicuius rei. Plin. lib. 23. cap. 7. 11.

Explere uicem olei. Plin. lib. 31. cap. 2. 14.

Habere uicem obsonij. Plin. lib. 15. cap. 19. 4.

Repræsentare uicem olei. Plin. lib. 28. cap. 10. 9.

Sumere ptisanam in uicem uini. Celsus lib. 4. cap. 6.

Exercere uices. Virg. 9. Aen. 36.

Fertq; refertq; uices incerta fors. Lucan. lib. 2. 3.

Implere destinatas uices. Curtius lib. 4.

Mutare uices. Horat. 4. Carm. ode 7. 1.

Peragit uicem nox. Ouid. 4. Metam. 44.

Permutatis uicibus stationum, expletis, redituris, traditis. Curtius libro 8.

Reuocare uicem. Senec. Herc. fur. 13. 15.

Seruare uices. Virg. 9. Aeneid. 45.

Sortiri uices. Virg. 3. Aeneid. 127.

Voluere uices. Virg. 3. Aeneid. 76.

Variæ uices. Virg. 9. Aeneid. 33.

Alterna uice. Vide Alternus, in Alter. Plin. epist. 210.

Alternis uicibus. Senec. Herc. fur. 6. 9.

Per uices. Vide præpositionem Per.

Vicibus, Per uices. Plin. lib. 8. cap. 32. 4, Maria tranant gregatim nantes porrecto ordine, & capita imponentes præcedentium clunibus, uicibusq; ad terga redeuntes. De ceruis.

Vice uersa. Vlpianus de Stipulationibus, lib. 45. Pand. l. 1. 6. Si quis simpliciter, Et uice uersa si interrogatus sub conditione, responderit purè, &c.

Sermonum uice. Virg. 6. Aen. 107.

Vicibus annorum. Colum. lib. 2. cap. 9. 3.

Annua uice. Vide Annus.

Mutua uice fungi. Paulus in l. certum. ff. si certum pet. Pedius nihil refert ait, proprio nomine res appellentur, an digito ostendantur, an uocabulis quibusdam demonstrentur: quatenus mutua uice fungantur, quæ tantundem præstent.

Vice, pro Loco accipitur: ut, Vice mea, Vice tua: pro Tuo & meo loco. Hor. in Arte, 62,

Vtar uice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum ualet, exors ipsa secandi. Plinius lib. 8. cap. 46,

Bos in Aegypto etiam numinis uice colitur.

Nulla est enim persona quæ ad uicem eius, qui è uita emigrarit, propius accedat quàm hæres. Cic. 1. de Legib. 77.

Vicem solis supplet, Loco solis est. Plin. epist. 101. 9. lib. 5.

Vice alicuius solicitus. Curt. lib. 7.

Pro, Vice mea, tua, &c. Plautus ferè semper accusatiuum posuit. Vicem meam, tuam, &c. ut in Capt. 10. 11,

—neq; ullum pol de hac re negotium est
Quàm malè occidam, oppetemq; pestem, heri uicem meæ.

Id est, Pro hero meo. Ibidem, 7. 37,

Vt eum redimat & remittat huc nostrum amborum uicem. Idem Rud. 19. 33. Videntur Cicero & Liuius sic etiam locuti. Liuius, At enim cum Philippo Argiui senserunt: remittimus hoc tibi ne uicem nostram irascaris. Cicero ad Lentulum, libro 1. 9. 7, Quanquam ille perennis inimicus amicorum suorum, qui tuis maximè beneficijs ornatus in te potissimum fractam illam, & debilitatã uim suam contulit, nostram uicem ultus est ipse per sese. Id est, in sese pœna efficiendo occupauit officium nostrum, inquit Budæus.

Vice mundi circumagi. Ad similitudinem mundi. Suetonius in Nerone, cap. 31.

In uicem. Colum. lib. cap. 14.

Cedere in uicem alicuius rei. Vide Cedo.

Pungi allena uice. Liu. 1. ab Vrbe, 183.

Implere uicem alterius. Vide Impleo.

Fungi uicibus alicuius. Propert. lib. 4. eleg. 12. 15.

Obtinere uicem ueri. Curt. lib. 8.

Pensare uicem. Vide Penso.

Præstare uicem alterius. Ouid. 3. de Arte, 133.

Recitare uicem. Cic. pro Sestio, 7.

Reddere uicem lunæ. Plin. lib. cap. 8. 7.

Vices uitare, Id est, pugnas: quia per uicissitudinem pugnabatur, ut Sallustius docet. Virg. 2. Aen. 87. Seruius.

Vice, pro Instar: ut, Vice Sardanapali. Quemadmodum Sardanapalus. Cic. ad Attic. lib. 10. 197. 10.

Carinæ uice inuersæ. Id est, in modum. Plin.

Teli uice sæuit nuda manus. Iuuen. Satyr. 15. 6.

Fingere nomina uice poetæ. Cic. 2. de Leg. 46.

Vices, Pœnæ, & incommoda. Horat. 1. Carm. ode 28. 7,

—uicesq; superbæ Te maneant ipsum. Terentius Heauton. 4. 5. 1,

Ita me di amabunt, ut nunc Menedemi uicem
Miseret me.

Vicem nostrã dolere, Est propter incõmoda priuata dolere. Vicem autem publicam, est quòd uulgò dicũt, Zelo Reip. Est aũt figurata locutio, ut docet Priscianus de constructione. Quint. lib. 4, Si iudex aut sua, aut Reip. uice commouetur.

Irasci uicem alterius. Vide Ira.

Mœstus non suam uicem, sed propter ipsum periclitantium fratrum. Curtius lib. 7.

Mihi uni necesse erit & meam & aliorum uicem pertimescere? Cic. pro Domo sua, 6.

Valde & meam & uestram uicem timeam necesse est. Brutus Ciceroni, lib. 11. 19. 2.

Vices appellantur pœnæ, quæ in sceleratos pro admissis reguntur, ut inquit Porphyrio in illud Horatij, Epod. 5. 19,

Venena, magnum fas, nefasq;, non ualent
Conuertere humanam uicem.

Reposcere & reddere uicem. Martial. lib. 8. 35, Captet forsitã, aut uicem reposcat. Plin. epist. 9. libro 2, Reddam uicem, si reposces.

Reddere uicem meritis. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 5.

Exigere uices alterius. Propert. lib. 1. eleg. 12. 2.

Simplici uice. Horat. 4. Carm. ode 14. 3, —& arces
Alpibus impositas tremendas
Deiecit acer plus uice simplici. Vult intelligi in uastandis his non tantam illis cladem intulisse, quantam ipsi dederant, sed duplam: hoc est, non simplici uice reddidisse. Porphyrio.

Vicem pro Officio posuit Liu. lib. 1. ab Vrbe, Ne sacra regiæ uicis desererentur, flaminem Ioui assiduum creauit. Id est, quæ obire, ad regis munus pertinebat.

¶ Vicarius, Adiectiuum, Qui uicem alicuius gerit, siue obtinet, & in eius locum succesit. Liu. 9. bel. Pun. 4, Quando igitur adolescens quid sentires non dissimulasti, uicarium tibi expediam, cui tu arma, equumq;, & cætera instrumenta militiæ trades.

Corpus uicarium. Quint. Declamat. 16.

Pœna uicaria. Quint. Declamat. 16.

Seruitus uicaria. Quint. Declamat. 8.

Vicaria operâ, Mutuo data. Quint. Vicariam ei operam impendi.

Vicariam fidem, operæ nostræ supponere. Cicero pro Rosc. Amer. 65.

Manus uicarias polliceri. Quint. in Gladiatore, ad finem.

Vicaria mors, Quæ pro altero subitur. Quint. in Gladiatore.

Vicarius, Dicitur etiã seruus qui alterius serui uices gerit, Qui seruo matori in familia seruit. Plaut. Asin. 9. 27.

—cui datum est è LI. Sticho uicario ipsi
Tuo. LE. Hah delenire apparas mihi scio uicarium esse,
Neq; esse seruũ in heri ædibus qui sit pluris quàm ille est.

Cic. 3. Verr. 65, Peculia omnium, uicariq; reimentur. Paulus de noxalibus act. l. si in re, Si seruus uxoris nomen exercueritq; uicarius seruus, & idem nauis in eadem naui damnum dederit.

Miserrimi laboris uicarius, Apuleius de Asino aureo, lib. 8. non procul à fine.

Vicarius alieni iuris. Cic. pro Cecinna, 42.

Alienæ dominationis uicarius. Brutus Ciceroni, 16. 4.

Dare uicarium. Cic. 12. Philip. 320.

Inuenire uicarium. Cic. pro Sylla, 20.

Succedere uicarium muneri alterius. Cic. 5. Verr. 100. Vide Succedo.

Succedere uicarium diligentiæ alteriũe. Colum. lib. 11. cap. 1. 5.

Substrahere uicarium diligentiæ alterius. Cic. pro Muræna, 73.

Vicarium alicuius esse alteri. Quintilianus in Gladiatore.

¶ Vicissim, Aduerbium (ἀμοιβαδὸν, ἀναλλὰξ, ἀπαλλὰξ, παλαλὰξ, ὀπιπλαγιῶς) Per uices. Terent. Eun. 4. 7. 45,

—uti fortes decet
Milites, domiq; fociq; sic uicissim ut memineris. Virgilius eclog 5. 10,

Nos tamen hæc quocunq; modo tibi nostra uicissim
Dicemus. Cic. 2. de Nat. deor. 3, Quòd si haberem aliquid quod liqueret, tamen te uicissim audire uellem, quum ipse tam multa dixissem.

Terra uno tempore florere, deim uicissim horrere potest. Cic. 2. de Nat. deor. 29.

Fari uicissim. Virg. 6. Aen. 107.

Vicissim (ἀνταλλὰξ) Secundo loco, siue econtrariò. Cic. de Amicit. 30, Sed ego admirationem quadam uirtutis eius, ille uicissim opinione fortasse nonnulla, quam de moribus meis habebat, me dilexit. Terent. Heaut. 4. 3. 10,

—sed nunc Clinia, da te mihi uicissim:
Nam amici quoq; res est uidenda.

Si sint ea genera diuinandi uera, de quibus accepimus, quæq; colimus, esse deos: uicissimq; si dij sint, esse qui diuinent. Cic. 1. de Diuin. 16.

Expecto quid ille tecum, quid tu uicissim. Cicero Attico, libro 16. 333. 3.

Mutuari ab aliquo, & ei uicissim reddere aliud quippiam. Cic. de Fato, 5.

Experiri uicissim. Virg. eclog. 3. 6.

¶ Vicissatim, pen. product. (ἀμοιβαδὶς) Aduerbium, Idem: sed antiquum est. Plaut. Pœnulo, 2. 46,

Ad argumentum nunc uicissatim uolo
Remigrare. Idem Sticho, 9. 27.

¶ Vicissitudo, pen. prod. uicissitudinis, fœm. gen. (ἐπάλλαξις, ἀναφορὰ εἰρωνείας) Alternatio, Mutatio ex alio in aliud, inquit Cic. lib. 5. Tusc. 99. Idem de Amicit. 46, Nihil est enim remuneratione beneuolentiæ, nihil uicissitudine studiorum officiorumq; iucundius. Terent. Eun. 2. 2. 45,

—hoc nunc dices,
Electos hinc nos omnium rerum heus uicissitudo est.

Vicissitudo & mutatio ex alio in aliud. Cic. 5. Tusc. 99.

Dierum ac noctium uicissitudines. Cic. 1. Tusc. 105.

Diurnæ nocturnæq; uicissitudines. Cic. 1. de Inuent. 75.

Laboris ac uoluptatis uicissitudo. Cic. pro Muræn. 69.

Ad actionis suauitatem, quid est uicissitudine, & uarietate, & commutatione aptius? Cic. 3. de Orat. 124.

Tædium aufert uicissitudo. Cic. 3. de Oart. 107.

¶ Vicissitas, pen. corr. uicissitatis, fœm. gener. (παραλλαξις) Idem, sed antiquum. Aelius Phœnissis, Vicissitatemq; impetrandi tradit. Nonius.

Victima] uictimæ, penultima correpta (ἱερεῖον, σφάγιον) Quæ post uictoriam dextra uictrice immolabatur. Ouidius 1. Fast. 68,

Victima quæ dextra cecidit uictrice uocatur. Cicero ad Atticum, lib. 1. 8. 2, Ego enim te arbitror cæsis apud Amaltheam tuam uictimis, statim esse ad Sicyonem oppugnandum profectum.

Denota uictima. Hor. 3. Carm. ode 23. 3.

Maxima uictima taurus. Virg. 2. Georg. 30.

Sacra uictima. Iuuen. Satyr. 12. 12.

Niuea uictima cadet ante aras. Senec. Agamem. 6. 39.

Litare uictimas. Vide Lito.

Mactata uictima. Senec. Oct. au. 4. 10.

Mactare uictimam gratiorem. Cic. pro Placco, 74.

Præbere se uictimam diuis. Cic. 2. de Fin. 100.

¶ Victimarius (ἱερεσιουλος) Qui uictimas uendebat. Plin. libro 7. capite 12. 4, Et Scipioni in seruo Serapione uictimarij negociatoris, uilli mancipio. Vetustum exemplar manu scriptum hic aliter legit & distinguit, neenon pro Victimarij negociatoris, Suarij legit.

Victimarius, Victimarum minister, qui in sacrificijs uictimas ligabat, cultrum, aquam, & molam parabat, & reliqua quæ

sacris erant necessaria. Valer. lib. 1. cap. 1, Libros Petilius prætor Vrbanus ex authoritate Senatus, per uicti̇marios facto igne in conspectu populi cremauit. Liu. 10. bel. Maced. 121, Libri in comitio igne à uicti̇marijs facto, in conspectu populi cremati sunt.

Victito] Vide Viuo.

Victoria, Victoriatus, Victrix, Victus, Participium] Vide Vinco.

Victus] *uictus, uictui, m. g.* Vide Viuo.

Vicus] *uici, m. g.* (κώμη) Pars urbis est, quæ ex multiplicatis domibus fit: & ex pluribus uicis urbs constat. Diuiditur enim urbs in uicos, quasi in membra minora. Cic. pro Milone, 47, Nullum in urbe uicum, nullum angiportum esse dicebant, in quo Miloni non esset conducta domus. Horatius 1. epist. lib. 2. 1. 54,

Deferat in uicum uendentem thus, & odores.

Aedificare uicos. Vide Aedifico.

Sceleratus uicus. Ouid. 6. Fast. 122. Vide Scelus.

Omnibus uicis statuæ fictæ sunt. Cic. 3. Offic. 106.

Vicus ruri, siue rusticus dicitur, quum plures simul uillæ, quæ pagi dicuntur, hoc est, plures rusticanæ domus coniunctæ sunt, & aliquo spacio remotæ ab urbe, dummodo non sint clausæ mœnibus. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 4. 10, Quod ad me, mea Terentia, scribis, te uicum uendituram, quid obsecro te (me miserum) quid futurum est? idem ad Atticum, lib. 1. 2. 3, Quod si assequor, Crassum diutijs supero, atq; omnium uicos & prata contemno.

Concursus fiunt ex agris, ex uicis, ex duobus omnibus. Cic. Attico, lib. 5. 10. 3.

Conscribere seruos ex omnibus uicis concitatos. Cic. pro Domo sua, 43.

Magister uici. Mart. lib. 10. 79.

¶ Vicanus, uicani, pen prod. (λωμήτης) Qui in uico rustico habitat. Cic. 1. de Diuin. 215,

Non habeo denig; nauci Marsum augurem,
Non uicanos aruspices, non de circo astrologos. Ex Poeta. Idem pro Flacco, 7, Timolites ille uicanus, homo non modò nobis, sed ne inter suos quidem notus, uos docebit qualis sit L. Flaccus.

¶ Viculus, uiculi, pen. corr. m. gen. (κωμίδιον) Diminutiuum, accipitur pro pago & rusticanis domibus.

¶ Vicinus, uicini, & Vicina, uicinæ, pen product. (γείτων, κώμητης, πρόσοικος, πλησίον) Qui uel quæ eundem locum colit, & prope domum nostram habitat. Cic. Attico, libro 8. 150. 1, M. Lepidus uicinus noster.

Anniuersarij uicini. Vide Anniuersarius, in Annus.

Bonus uicinus. Horat. 2. epist. 2. 27.

Finitimus ac uicinus. Cic. pro Sylla, 43.

Vicinus proximus. Cic. Attico, lib. 2. 29. 2, C. Arrius proximus est uicinus, imò ille quidem iam contubernalis.

Vicinus interior. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 2. 11.

¶ Vicinus, pen. prod. Adiectiuum: ut, Vicinum malum, id est, proximum. Plaut. Merc. 16. 32. Virg. 9. eclog. 3,

Mantua uæ miseræ nimium uicina Cremonæ.

Vicina & finitima rhetoricæ dialectica. Cic. in Orat. 61.

Iurgia uicina. Hor. 2. epist. 2. 55.

Mala sunt uicina bonis. Ouid. 1. de Remed. 65.

Oppidum uicinum. Horat. Epod. 5. 9.

Partus uicinus. Stat. 1. Achil. 43.

Pecoris uicini contagia. Virg. eclog. 1. 10.

Terra uicina mihi. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 11.

Villa uicina. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 16.

Vrbes uicinæ. Virg. 1. Georg. 102.

Vicina ad pariendum. Cic. 3. Verr. 32.

Vicinior comparatiuus. Ouid. 6. Fast. 55,

Ni conuexa foret, parti uicinior esset.

In uicino sunt terræ. Vide In.

¶ Vicinitas, penult. corrept. uicinitatis (γειτνίασις, γειτνίασεως) Vicinorum propinquitas, & aliquando uicinorum multitudo. Terent. Heaut. 1. 1. 4, Tamen uel uirtus tua me, uel uicinitas, &c. Cicero 6. Verr. 86, Signum quod erat notum uicinitati, buccina datur. Idem pro Rosc. Amer. 70, Cantu uocum & neruorum & tibiarum, nocturnisq; conuiuijs tota uicinitas personet.

Vicinitas & confinium. Cic. 2. Offic. 92.

Vicinitas etiam aliarum rerum dicitur. Cic. pro Cluentio, 8, Pater huiusce iudices, homo non solùm municipij Larinatis, ex quo erat, sed etiam regionis illius, & uicinitatis uirtute, æstimatione, nobilitate facile princeps.

Versari in uicinitate. Cic. 4. Acad. 250, Nullam qui summũ bonum dicant id esse, si uacemus omni molestia, eos inuidiosum nomẽ uoluptatis fugere, sed in uicinitate uersari. Id est, parum abesse à nomine uoluptatis: uel qui potius uoluptatis quàm uirtutis studiosi dicantur.

Syluæ uicinitas. Plin. lib. 4. cap. 16. 2.

Nominis uicinitas. Plin. lib. 21. cap. 18. 3,

Virtutibus ac uitijs uicinitas quædam. Quintilianus lib. 3. capite 6. 17.

Artium studiorumq; quasi finitima uicinitas. Cicero de claris Oratoribus.

Nares non sine causa uicinitatem oris secutæ sunt. Cicero 2. de Nat. deor. 211.

Cum ciuibus uicinitas. Cic. 5. de Fin. 116.

Amicitiæ, consuetudines, uicinitates. Cicero post Redit. ad Quirites, 2.

Mihi cum eo uicinitas & magnus usus est. Cic. pro Cluent. 37.

Meretricia uicinitas. Cic. pro Cælio, 29.

¶ Vicinia, uiciniæ (γειτνία) Locus uicinus, seu ipsa uicinitas. Plaut. Milit. 6. 2,

Certò ædepol scio uidisse, hic proximæ uiciniæ, &c. Cic. 1. Tusc. 58, Inde uicinia nostra Auerni lacus. Horatius 1. epist. 17. 9,

Sed uidet hunc omnis domus, & uicinia tota.

Diues uicinia. Ouid. 3. Fast. 38.

Hîc uiciniæ, & Huc uiciniæ. Vide Hic, & Huc, aduerbia.

Vrbis uicinia. Colum. lib. 7. cap. 3. 12.

Ad uiciniam lactis accedens aqua. Plin. lib. 31. cap. 3. 7.

Solis uicinia mollit cera. Ouid. 8. Metam. 46.

Ex aliqua rei uicinia. Quint. libro 3. cap. 10. uel 8. ut alij distinguunt.

Est tamen diuersarum rerum quædam uicinia. Quint. libro 8. capite 3.

Vicinia cum. Quint. lib. 8. cap. 6, Est enim huic tropo cum synecdoche quædam uicinia.

Virtutum uitiorumq; uicinia. Quint. lib. 2. cap. 12. 3.

¶ Vicinium, Substantiuum, neutri generis. Senec. de breuitate uitæ, In uicinio uersatur inuidia, simplicius longè posita miramur.

¶ Vicinalis, & hoc uicinale, pen. prod. (γειτόνιος) Quod ad uiciniam pertinet: ut, Vicinales uiæ. Vide Via.

Vicinalis usus. Liu. 1. bel. Pun. 96,

Vicatim] pen. prod. Aduerb. (κωμιδὸν) Per uarios uicos Horat. Epod. 5. 21,

Vos turba uicatim hinc, & hinc saxis petens
Contundet obscœnas anus.

Conscribere homines uicatim. Cic. pro Sestio, 27.

Vicatim, Per uarios uicos urbis. Cicero ad Atticũ, libro 4. 72. 3, Ille uehemens ruere: post hunc furorem, nil nisi cædem inimicorum cogitare, uicatim ambire: seruis apertè spem libertatis ostendere.

Videlicet] pen. corr. (ἀγνοδὸ, ἀσυνόητα) Aduerbium confirmandi est, testè Donato, significat idem quod uidere licet: quod scilicet, scire licet: & ilicet, ire licet. De hoc sic Valla, Scilicet & uidelicet, idem significare uidentur quod certè: sed habent usum suum & præcipuum per amaritudinem quandam cum derisu permistam. Nonnunquam post relatiuum, sicut solet poni Quidem: nonnunquam & ante, uel sine relatiuo. Et hi sunt ferè modi utendi his duabus dictionibus apud doctissimos: apud quos uix reperias illum uulgo usitatissimum modum, quum ea quæ confusè dicta sunt, per singula postea exponimus: quale esset, Quatuor sunt uirtutes, scilicet, uel uidelicet, prudentia, iusticia, fortitudo, modestia. Hactenus Valla, lib. 2.

Maluit uidelicet homines peccare quam deos. Cic. 4. Ver. 14.

Quidam magnus uidelicet uir & sapiens. Cicero 1. de Inuentione, 3.

Sapiens uidelicet homo cum primis nostræ ciuitatis. Cicero 2. de Orat. 123.

Videlicet, cum irrisione. Cic. 2. Phil. 40, Tuus uidelicet salutaris Consulatus, perniciosus meus. Sic 4. de Fin. 37, Hæc uidelicet est correctio philosophiæ ueteris & emendatio, quæ omnino aditum habere nullum potest in urbem, in forum, in curiam.

Videlicet, sine irrisione: pro Nimirum, certè, nam, enim. Terent. Heaut. 3. 2. 22,

— hic de nostris uerbis errat uidelicet,
Quæ hîc sumus locuti. Idem Heaut. 3. 2. 3. Cic. 2. de Legib. 40, Cæsti iubet lex adire ad deos, animo uidelicet in quo sunt omnia, nec tollit castimoniam corporis.

Videlicet, cum relatiuo. Cic. 2. de Finibus, 54, Hæc natura uidelicet uult saluam esse se. Idem 2. de Legibus, 24, Quos imitatus Plato, uidelicet hoc quoq; legis putauit esse, persuadere aliquid, &c.

Vt uidelicet. Cic. pro Cluentio, 101. Idem in Orat. 61, Aristoteles dicit rhetoricam quasi ex altera parte respondere dialecticæ: ut hoc uidelicet inter se differat, &c.

Tu uidelicet. Cic. 2. de Finib. 122, Hæc quum loqueris, non barones stupemus, tu uidelicet tecum ipse rides.

Nihil uidelicet est eorum. Cic. pro Plancio, 78.

Videlicet, pro scilicet, siue nempe. Cicer. pro Sestio, 22, Venisse tempus ijs qui in timore fuissent, coniuratos uidelicet dicebat, ulciscendis.

Videlicet igitur. Cic. 5. Verr. 76, Videlicet non Turpioni lucrum datum, sed Petrinis pecuniæ ereptæ. Vetus exemplar legit, gloriatur.

Video] uides, uidi, uisum (ὁράω, βλέπω, ὔπτω, ὑπτεύομαι, ὀπτάνω, θέρω, θεωρέω, θεάομαι) uidere, Oculorum actio & officium est. Cic. 7. Verr. 69, Iam hoc ipso istum uestitu Siculi ciuesq; Romani permulti sæpe uiderunt. Ouidius 9. Metam. 121,

Vidisset lachrymas, nullus vidisset amantis.

Cernere & uidere. Cic. pro Milone, 59.

Ventre, uidere, & uisere. Cicero Pæto, lib. 10. 23. 2, Sed tamen constitui ad te uenire, ut & uiderem te, & uiserem, & cœnarem etiam.

Absens absentem audit & uidet. Virg. 4. Aene. 17.

Video paucies. Vide Paucies, in Paucus.

Magis uidi. Vide Magis.

Videre oculis. Terent. Eunuch. 4. 4. 11.

— hunc oculis suis
Nostrarum nunquam quisquam uidit Phædriã. Idem Adelph. 3. 2. 31,

Certè, hisce oculis egomet uidi. Cic. 3. Catil. 63, Vt eos pene oculis uidere possemus.

Claris oculis uidere. Vide Clarus.

Vultu placido uidere aliquem. Tibul. lib. 2. eleg. 4. 12.

Oculis somnum uidere. Terent. Heaut. 3. 1. 82,

Somnum hercle ego hac nocte oculis non uidi meis. Hoc est, tota hac nocte non dormiui. Cic. ad Curionem, lib. 7. 31. 5, Fuit enim mirifica uigilantia qui suo toto Consulatu somnum non uiderit.

Diem uidere. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 1. 7.

Aliquid animo uidere. Cic. 4. Acad. 226.

Somnia uidere, Somniare. Ouid 9. Metam. 96.

Video, de usu per insomnium. Tacit. lib. 2, Nox eadem lætam Germanico quietem tulit, uiditq; se operatum.

Causas uidere, Intelligere. Lucret. lib. 1. 31.

Insidias alicuius uidere. Ouid. 1. de Arte, 154.

Spem uidere. Terent. Heaut. 4. 1. 46.

Vitium uidere in aliquo. Ouid. 1. Amor. eleg. 19. 2.

Videre quippiam ingratum, hoc est, uidere aliquid quod nobis non placeat. Ouid. 2. Metam. 157.

Manifesta uidere. Lucret. lib. 1. 175.

Videre, ferè pro unà esse uel congredi. Cic. Lentul. lib. 1. 9. 23, Quippe qui etiam Rauennæ Crassum antè uidisset, ab eoq; in me esset incensus. Idem ad Atticum, lib. 6. 113. 10, Ego (ut spero) propediem te uidebo.

Videre, pro Vigilare. Terent. Eunuc. 1. 1. 28,

— & prudens, sciens,
Viuus, uidensq; pereo. Vbi Donatus, Videre pro uigilare posuit: ut etiam Virgilius, quum de Sileno dicit, 6. eclog. 5,

— iamq; uidenti
Sanguineis frontem moris, & tempora pingit. Ergo uiuus, non mortuus: uidens, non dormiens.

Vide. Iswmachantib. contenit, qui indignatione coguntur quasi cum aliquo colloqui. Terent. Phorm. 2. 3. 11,

Auartitia uide quid facit. Sic in Adelph. 5. 1. 5,
Illud sis uide exemplum disciplinæ.

Vide modò, inquis non me hercules. Cælius Cic. lib. 8. 2. 1.

Vide ut incedit. Plaut. Aulul. 4. 7. Ironia.

Me uide, phrasis comica: pro, Ad me accipio, certum id habeto. Terent. 2. 2. 17,

Atq; istuc ipsum nihil periclì est, me uide. Idem Phorm. 4. 4. 30, Fient, me uide.

Videre, Prævidere, prænoscere. Cic. in quadam epist. An tu non uidebas mecum simul quàm illa crudelis esset futura uictoria? Idem 10. Philip. 281, An uerò, si quid esset quod à M. Bruto timendum uideretur, Pansa id non uideret? aut si uideret, non laboraret?

Videre animo. Cic. Torquato, lib. 6. 3. 3.

Videre futura & diuinare. Cic. Cæsio, lib. 15. 15. 4.

Ventura uidere. Virg. 2. Aen. 25.

Videre in futurum. Liu. 6. ab Vrbe, 55.

Videre, Attendere, curare, aut intelligere, cognoscere & perficere. Terent. Heaut. 4. 2. 3,

Nisi aliquid uideo, ne esse amicam hanc gnati rescisçat senex. Idem And. 2. 2. 36,

Nisi uides, nisi senis amicos ôras, ambis. Cic. 1. Verr. 26,

Inclamando quidem uideo eum esse bene robustum atq; exercitatum. Idem ad Tironem, libro 16. 3. 5, Nauem idoneam ut habeas, diligenter uidebis: unum illud mi Tiro uideto, si me amas. Et ad Atticum, libro 2, Tu ista omnia uide & guberna.

Sed id quoq; uidebimus. Cic. Attic. lib. 2. 22. 1.

Videre & considerare. Cic. 7. Verr. 137.

Videre & intelligere. Cic. Cæcinnæ, lib. 6. 5. 4.

Videre de. Cicer. 4. de Finib. 13, De summo bono, mox, ut dixi, uidebimus.
Hoc uide, Præmonẽtis, & consulentis. Terent. Heaut. 2. 3. 74, Hoc uide: in meâ uita tu tibi laudem is quæsitum scelus.
Vidẽne, Cic. 1. Tuscul. 130, Illud angit, uel potius excruciat, discessus ab omnibus his, quæ sunt bona in uita, uidẽne à malis dici uerius posse. Idem 4. Acad. 13, Vide quæso etiam atq; etiam, ne illarum quoq; rerum pulcherrimarum, à teipso minuatur authoritas.
Vide quantum fallare. Cic. 1. de Fin. 23.
Videat quid de illis respondeat. Cic. 3. Verr. 7.
Vide quid agas, Non terrentis est, sed excitantis. Terent. Phor. Vide quid agas, prima coitio est acerrima.
Vide ut. Terent. Heaut. 4. 1. 4,
At uide, ut satis modò contemplata sis. Id est, caue ne non satis. Alij non habent uide.
Videro, pro Cauebo, & attentè considerabo. Terent. Andr. 2. 6. 25, Ego istæc rectè ut fiant uidero. Cic. pro Cælio, 26, Videro hoc posterius. Idẽ 6. Verr. 31, Compone hoc quod postulo de argento: de reliquo uidero.
Viderit Epicurus de hac re: id est, uideat, hoc est, Huius rei illi cura sit, uel huius opinionis rationem reddat, non ego, inquit Valla in Raudensem. Sic, Videris, uiderimus, uideritis, uiderint. Cicero 4. Acad. 40, Epicurus hoc uiderit, & multa alia. Idem ad Brutum, 2. 4, Sed de hoc tu uideris. Et pro Quintio, 32, Viderint, inquit, ista officia uiri boni: de me ista considerent.
Quid concupiscas, tu uideris: quod concupieris certè habebis. Cic. 5. Philip. 188.
¶ Videbitur, Impersonale. Plaut. Asinar. 12. 95,
Da mihi istas uiginti minas: uides me amantem egere.
L. 1. Videbitur.
Videndũ est ne. Cic. 1. Offic. 41, Videndum est ne non satis sit iustos ei, &c. Terentius Hecyra, 5. 1. 5. Id est, prouidendum, cauendum.
¶ Videor, pro Speciem offero, speciem habeo, & præ me fero. Terent. Eun. 5. 2. 61,
Parum perspexisse eius uidere audaciam. Idem Heauton. 3. 1. 81,
Videre uerum atq; uti res est dicere.
Meruit formosa uideri. Ouid. 4. Metam. 64.
Mihi uideris. Cicero 1. Academic. 38, Tu uerò inquam, Varro, bene etiam meriturus mihi uideris de tuis ciuibus. Horat. 1. epist. 7. 19.
Videtur, pro Placet, cum infinitiuo. Cic. 1. Offic. Quum Pompilio uideretur unam dimittere legionem, &c.
Videor, pro eo quod barbarè dicitur, Videtur mihi quod. Cic. ad Senatum, lib. 15. 2. 24, Eoq; uos studiosius feci certiores, quòd in rege Ariobarzane ea mihi signa uideor uirtutis, ingenij, fidei, beneuolentiæq; erga uos perspexisse. Virgil. 3. Aeneid. 35.
Si quid est in me, quod iam sperare uideor, quoniam, &c. Cic. 2. de Orat. 66.
Mihi uideor. Cicer. ad Terentium, lib. 14. 2. 6, Quod de domo scribis, hoc est, de area, ego uerò tum deniq; mihi uidebor restitutus, si illa erit nobis restituta.
Nónne uobis uidetur animus is qui plus cernat & longius, uidere se ad meliora proficisci: ille autem cuius obtusior sit acies, non uidere? Cic. de Senec. 75.
Videre uideor iam diem illum, quum hinc egens. Terentius Adelph. 33. 30.
Profugiet aliquò militatum. Cic. ad Tiron. lib. 16. 21. 16, Videor enim uidere ementem te rusticas res, cum uillico loquentem.
Videor enim mihi uidere hanc urbem, lucem orbis terrarum atq; arcem omnium gentium, subito uno incendio concidentem. Cic. 4. in Catil. 83.
Videor mihi perspicere primùm ipsius animum, qui plurimum potest, propensum ad salutem tuam. Cicero Figulo, libro 4. 13. 14.
Videtur ita mihi, Ita censeo. Plautus Cistel. 10. 67. Terentius Phorm. 2. 4. 10, — mihi
Sic hoc uidetur, quod te absente hic filius
Egit, &c.
Vt uidemur. Cic. Attic. lib. 5. 10 6. 3, Stamus animis: & quia consilijs, ut uidemur, bonis utimur, speramus.
Si uidetur, Si placet. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 7. 5, Si tibi uidebitur, uillis ijs utere quæ longißimè aberunt à militibus. Idem ad Fabium Gallum, lib. 7. 24. 15.
Quibus uidebitur. Cicero, Quibus tibi uidebitur, uelim des literas nomine meo. Hoc est, quibus tibi uidebitur dandas esse. Idem pro Rabirio perduel. reo, 13. Budæus.
Magnopere uidetur. Vide in Magnus.
Visus sum. Plaut. Aulul. 31. 4, Certò enim ego uocem hîc loquẽtis modò me audire uisus sum. Terent. And. 1. 5. 20,
Id mihi uisus est dicere, abi citò, & suspende te.
Visus sum mihi cum Galba ambulare. Cic. 4. Acad. 94.
Visus sum uideri. Plaut. Curc. 6. 10.
Visum est illi. Plaut. Epid. 12. 29,
Quid si seruo aliter uisum est? Cic. ad Attic. lib. 5. 10 5. 3, Sextius ad me scripsit quæ tecum esset de mea domestica & maxima cura loquutus, quid tibi esset uisum.
Cælitibus non ita uisum est. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 8.
Dis aliter uisum. Virg. 2. Aen. 86.
Superis uisum. Virg. 3. Aen. 1.
Visum est faciendũ, uel ut facerem. Seruius ad Cic. lib. 4. 12. 1.
Videri pro nihilo. Cic. 2. de Finib. 70, Quæ quum Aristoni & Pyrrhoni omnino uisa sunt pro nihilo, &c. Id est, nihili æstimata ab eis.
Videbis, pro Videbit quis. Virg. 4. Aeneid. 98,
— mugire uidebis
Sub pedibus terram, & descendere montibus ornos.
Penè uidere est, Propemodum uideri potest. Horatius 1. Serm. Satyr. 2. 21.
Videre licet. Cic. 1. Offic. 68, Videre etiam licet plerosq; non tam natura liberales, quàm quadam gloria ductos.
Viden', pro Videsne. Terent. Eun. 2. 210,
Viden' me ex eodem ortum loco? Cicero ad Atticum libro 13. 27 7. 2.
Vide sis, pro Vide si uis. Persius Satyr. 1. 11,
— uide sis ne maiorum tibi fortè
Limina frigescant. Sumptum à comicis, ut Apagesis, in qua dictione tanquam per hyphen legenda sit poeta mediã corripuit. Terent. Heaut. 2. 3. 128.
¶ Videndi, uidendo, uidendum, Gerundia. Virg. eclog. 1. 6,
Et quæ tanta fuit Romam tibi causa uidendi?
Auidus uidendi. Ouid. 10. Metam. 12.
Copia rara uidendi. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 17.
Insatiabilis cupiditas ueri uidendi. Cic. 1. Tusc. 71.
Dare se uidendum populo. Ouid. 3. de Arte, 85.
Offerre se uidendum alicui. Virg. 2. Aen. 118.
Videndo, gerundij modus à passiuo. Virg. 3. Georg. 43,
Carpit enim uires paulatim, uritq; uidendo
Fœmina, nec nemorum patitur meminisse, nec herbæ.
Hoc est dum uidetur, ut aiunt Seruius & Valla.
Visu, Supinum. ut, deformia uisu. Ouid. 3. de Arte, 44.
Facilis uisu. Virg. 3. Aen. 125. de Polyphemo.
Ferum uisu dictuq;. Silius lib. 1. 35.
Miserabile uisu. Virg. 1. Aen. 23.

Terribiles uisu formæ. Virg. 6. Aeneid. 56.
Tenuis uisu. Stat. 8. Theb. 18.
¶ Videndus, Participium (βλητέος) ut, Cuncta uidenda sunt animo. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 12.
Probra uidenda meis oculis. Ouid. 3. Amor. eleg. 13. 9.
¶ Visus, usa, usum, Participium (ἑωραμένος) Terent. Heaut. 3. 2. 9, Visa uerò est, quod dici solet, aquilæ senectus. Idem Hecyr. 3. 1. 38, Matris uox usa est Philumenæ. Vbi Donatus, Omnia hæc quæ sensu percipi possunt, usa dicimus.
Non magnopere uisus. Vide Magnus.
Oculis meis usa est. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 4.
Formæ usæ correptus imagine. Ouid. 3. Metam. 84.
Imago usa mihi ante oculos. Virg. 2. Aeneid. 155.
Visa est pedum uis. Terent. Phorm. 2. 2. 12,
Factum est periculum, iam pedum uisa est uis.
Visos multus agnoscere. Ouid. 1. de Pont. eleg. 11. 5.
Sensibus usa. Lucret. lib. 4. 95.
Viso est opus. Plaut. Capt. 5. 32.
¶ Visurus, pen. prod. (ὀψόμενος) Participium futuri temporis.
Visuros, Ad uidendum missos, dixit Salustius, teste Quint. lib. 9. cap. 3.
Abies æsa usura marinos. Virg. 2. Georg. 14.
Dies belli usura tumultus. Lucan. lib. 1. 47.
¶ Visum, usi (ὄραμα) pro eo quod uidemus: ut, Referre uisa. Ouid. 3. Fast. 8.
Turpia uisa. Propert. lib. 2. eleg. 6. 6.
Visum, usi (φάσμα, φάντασμα) Somnium, & nocturnum, siue etiam diurnum phantasma, quod etiam uigilantibus apparet. Virg. 4. Aeneid. 91,
Hoc uisum nulli, non ipsi effata sorori est. Cic. 1. Acad. 57, Sensus iunctos esse censuit è quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam ille φαντασίαν, nos uisum appellemus. Idem 1. de Diuinat. 108, Huic omnia uisa obijciuntur à mente ac ratione uacua.
Visum est enim tale obiectum dormienti, ut id quod euenit, naturæ uis, non opinio erroris effecerit. Cic. 2. de Diuin. 211.
Somniorum uisa. Cic. 1. Tusc. 155.
A' dormientibus multa significata uisis. Cic. in Top. 41.
Si deus ista uisa nobis prouidendi causa dat, non uigilantibus potius det quàm dormientibus. Cic. 2. de Diuin. 188.
¶ Visus, huius usus, m. g. (ὄψις, ὄψις, ὁρατή) Plin. lib. 8. cap. 22. 1, Sen in Italia quoq; creditur luporum usus esse noxius.
Orbus usus, Orbus oculorum. Silius lib. 13. 146. Visus genitiuus est.
Visus est potentia obtuitus. Quint. lib. 1. cap. 3, An potest esse ulla tam perpetua discentis intentio, quæ non ut usus oculorum obtuitu continuo fatiscatur?
Acer usus. Vide Acer, Adiectiuum.
Connexus usus. Vide Connecto.
Hebes usus. Senec. Herc. fur. 9. 8.
Hebetesq; usus uix diem insuetum ferunt.
Inocciduis usibus stellatus Argon. Stat. 6. Theb. 56.
Inoffensi usus. Claud. de raptu Proserp. 2. 24.
Torues usus. Stat. 10. Theb. id. 167.
Abducere usum. Vide Abduco.
Decipere usus alicuius. Senec. Herc. fur. 9. 1.
Deprendere aliquid usu. Valer. 1. Argon. 94. de Lynceo.
Dirigere usus aliquò. Claud. 2. in Eutrop. 27.
Ducere usus per omnia. Stat. 1. Sylu. 3. 11.
Effugere usus alicuius. Ouid. 3. Fast. 82.
Fallere usum. Plin. lib. 9. cap. 50.
Imago dubia fallit usus meos. Senec. Agamem. 10. 2.
Ferre usus per membra alicuius, Contemplari membra. Stat. 4. Sylu. 6. 8.

Flectere usus aliquò. Stat. 10. Theb. 163.
Fugere usus alicuius. Ouid. 2. Fast. 16. Id est, non uideri.
Habere usum illustrem. Vide Illustris.
Immoto usu hærere. Stat. 5. Theb. 45.
Hebetat usus mœror. Senec. Herc. fur. 12. 30.
Intercludere usus prospectu. Stat. 6. Theb. 41.
Lassari imani usu. Valer. 1. Argon. 142.
Marcens usus. Senec. Agamem. 8. 2.
Metiri aliquid usu. Stat. 10. Theb. 167.
Mouere usum. Lucret. lib. 6. 34.
Obliquare superbos usus. Stat. 1. Achil. 6. 5.
Perstringere usum. Quint. lib. 10. cap. 1.
Præbare uultus alicuius usu. Stat. 2. Achil. 18.
Premere usus alicuius, Claudere oculos. Stat. 2. Syl. 1. 35.
Prendere aliquid usibus, Assequi oculorum acie. Statius 4. Syluan. 2. 7.
Satiare lumina longo usu. Stat. 4. Sylu. 6. 7.
Sparsus usus per omnia. Stat. 5. Theb. 110.
Subdere aliquid usu oculorum. Lucretius libro 5. 21. Visus, pro usui.
Vmbratus usus. Silius lib. 13. 69.
Auferre usus agris, Obscurare agros. Statt. 11. Theb. 27.
Visus, huius usus, in eadem significatione, pro apparitionibus ut uocant. Plin. lib. 7. cap. 22, Nam Cymbricæ uictoriæ Castorasq; Romani qui Persicam uictoriam ipso die quo contigit nuntiauere, usus, & numinum fuere præsagia. Liu. libro 6. bel. Pun. Nocturnos usus dixit.
Visus, Id quod uidetur. Virg. 3. Aeneid. 8,
Ritè secundarent uisus.
Acerbo usu defixus. Valer. 8. Argon. 74.
Obstupuit usu Aeneas. Virg. 5. Aeneid. 18.
Tremefactus usu. Virg. 2. Aeneid. 77.
Subito turbatur Scipio usu. Silius lib. 13. 90.
Immundo somnia usu. Horat. 1. Serm. Sat. 5. 17.
Nocturnus usus. Tacit. lib. 12.
Visus, Species. Cic. 1. de Nat. deor. 19, Ex quo existit & illud multa esse probabilia quæ quanquam non percipiantur, tamen quia usum quẽdam haberent insignem & illustrem, his sapientis uita regeretur.
¶ Visio, usiõis, Verbale (ὄρασις, ὀπτασία, βλέψις) Id quod uidetur. Cic. 4. Acad. 64, Nec potest is cui est usio ueri falsiq; communis, ullum habere iudicium, aut ullam omnino ueritatis notam. Idem 2. Tusc. 73, Falsaq; eius usione ac specie moueri homines dico uehementius.
Aduentitia usio. Vide Aduenio.
Visio, Phantasia etiam dicitur. Quint. lib. 6. cap. 2. 24, Quas phantasias Græci uocant, nos sanè usiones appellemus, per quas imagines rerum absentium ita repræsentantur animo, ut eas cernere oculis ac præsentes habere uideamur.
Inanes usiones. Vide Inanis.
¶ Visor, usoris, Verbale, m. g. (ὁρατὴς) Visores, pro inspectoribus exploratoribusq;. Tacit. lib. 16, Nec missis usoribus, per quos nosceret an uera adferrentur.
¶ Viso, usis, usi, usum (ἐπισκοπέω, ἐπισκέπτομαι, ἐποπτεύω) uisere, pen. corr. Ad uidendum ire. Terent. And. 4. 2. 25, Ego hanc usam. Liu. 3. ab Vrbe, 287, Ex muris uisite agros uestros ferro igniq; uastatos.
Orbem peregrinum uisere. Ouid. 1. Metam. 20.
Reginam uisere. Horat. 1. Carm. ode 57. 5.
Aliquem longo interuallo uisere. Cic. Attico, lib. 1. 2. 1.
Quum laxati curis sumus, spectare aliquid uolumus & uisere. Cic. 1. Tusc. 70.
Viso ad. Terent. Hecyra, 3. 2. 4, Nunc ad eam uisam.
Viso ecquid. Plaut. Bacch. 21. 10,

—— nunc Mneſtlochum,
Quod mandaui, uiſo ecquid eum ad uirtutem aut ad frugem opera ſua Compulerit.
Viſo ſi. Terent. Eun. 3. 4. 7, Idq; adeò uiſam ſi domi eſt.
Viſe redierit ne iam, an nondum domum. Terent. Phor. 2. 4. 5.
Viſo, Ad uidendum uenio, interprete Donato. Terent. And. 3. 3. 4. Id uiſo, ſine, an illi inſantant. Id eſt, ob id uiſo te.
Viſo, iunctum cum Venio, aut Eo is, ſignificat, Video. Plautus Rudent. 4. 6,
Nunc huc ad Veneris fanum uenio uiſere. Terent. Hecyra, 1. 2. 114,
—— noſtra illico
It uiſere ad eam, admiſit nemo.
dem ſignificat iunctum cum Gratia, Cauſa, Studio, & huiuſmodi. Terent. Hecyra,
Ne mittas quidem uiſendi cauſa quenquam. Virgilius 2. Aeneidos, 13,
Vndiq; uiſendi ſtudio Troiana iuuentus
Circunfuſa ruit. Cic. 5. Tuſc. 13, Qui nec plauſum, nec lucrum quærerent, ſed uiſendi cauſa uenirent, ſtudioſiq; perſpicerent quid ageretur, & quomodo.
¶ Viſitur, pen. corr. paſſiuum. Cic. 6. Verr. 4, Idem opinor artifex eiuſdemmodi cupidinem fecit illum qui eſt Theſpijs, propter quam Theſpiæ uiſuntur. Nam alia uiſendi cauſa nulla eſt. Idem 1. Off. 193.
¶ Viſendus, Participium (ὑποσυρτικὸν) Cic. pro lege Man. 43, Eam quoq; rem populus Romanus non modò uidit, ſed etiã ſtudio omni uiſendam putauit.
Viſendus, Nomẽ ex participio: ut uiſendæ magnitudinis arbor, hoc eſt ſpectabilis & admirandæ. Plin. lib. 16. cap. 44. 8, Vicina luco eſt ilex, & ipſa nobilis triginta quinq; pedum ambitu caudicis, decem arbores mentiẽs ſingulas, magnitudinis uiſendæ. Idem lib. 10. cap. 29. 10, Vpupa criſta uiſenda pliscatili. Idem lib. 11. cap. 49. 2, Ceu planè uiſenda res eſſet, principem terrarum inſidere portentis. Cic. in Vatinium, 24, Epulum, omni apparatu, ornatuq; uiſendo.
¶ Viſito, uiſitas. pen. corr. (ὑποσυρτικὸν θέμα) uiſitare, Frequentatiuum à Viſere. Plaut. Curc. 7. 60. Cic. 5. de Fin. 162, Is quum arderet podagræ doloribus, uiſitaſſetq; hominẽ Carneades Epicuri perſamiliaris, & triſtis exiret, &c.
¶ Viſitatio, uiſitationis, Verbale (ὑποσυρτικὸν)
¶ Viſibilis, & hoc uiſibile, pen. corr. (ὁρατὸς) Quod uideri poteſt. Plin. lib. 11. cap. 37. 22, Oculi ſeu uaſa quædam uiſibilẽ animi partem accipiunt, atq; tranſmittunt.
Vidua] χήρα. uiduæ, Dicta eſt quaſi ualde idua, ab Iduum die qui menſem diuidit: hoc eſt, à uiro diuiſa. Plaut. Stich. 1. 2, Quæ tandiu uidua uiro ſuo caruit. Cic. pro Cecinna, 10, Cognitor uiduarum.
Auaras uiduas uenari. Horat. 1. epiſt. 1. 18.
¶ Viduo, uiduas (χηρόω, χηρεύω) uiduare, Priuare. Colum. lib. 4. cap. 2. 1, Siue enim caput ipſum demortuum eſt, duo uiduantur ſtatumina, & mox uiuiradices totidem ſubſtituendæ ſunt, quæ numero ſuo rationem cultoris onerant.
Dexteram uiduare enſe. Senec. Hipp. 8. 1.
Orni uiduantur fŏlijs. Horat. 2. Carm. ode 9. 2.
Penates uiduare. Stat. 2. Theb. 77.
Vrbem uiduare ciuibus. Virg. 8. Aeneid. 115.
¶ Viduatus, pen. prod. Participium (χηρευθείς) ut,
Manuum uiduata portenta. Lucret. lib. 5. 168.
Coniux uiduata tedis. Senec. Medea, 8. 1.
Leges uiduatæ iudice. Claud. 8. Paneg. 24.
Regna uiduata lumine, Tartara. Silius lib. 3. 122.
¶ Viduus, uidua, uiduum (χήρος) Priuatus. Horatius 1. Carmin. ode 10. 3,
Voce dum terret, uiduus pharetra
Riſit Apollo. Cic. 2. Tuſc. 44,
Sic me ipſe uiduas peſtes excipio anxias. Ex poeta.
Ager uiduus pecudibus. Colum. lib. 2. cap. 15. 5.
Anni uidui. Stat. 1. Sylu. 2. 34,
—— uiduos ut tranſmittare per annos. Id eſt, ut nunquam nubas.
Arbor uidua. Plin. lib. 13. cap. 4. 7, Huius arbore exciſa uiduas poſt ſterileſcere fœminas. Horat. 4. Carm. ode 5. 6,
Et uitem uiduas ducit ad arbores. Id eſt, coniungit uites arboribus tanquam maritum mulieri uiduæ. Alibi dicit, Alias maritat populos.
Cubile uiduum. Vide paulo poſt, Toro uiduo iacere.
Domus uidua. Ouid. 1. Faſt. 8.
Lectus uiduus. Lucan.
In ſomnis uiduo tum primum frigida lecto.
Lecto uiduo diſcedere, Iterum nubere. Ouid. epiſt. 1. 17.
Nomen ui. Iuuæ ſua fama, Nudum, & ſine elogio. Plin. lib. 3. in Procœmio, 2.
Nocles uiduas exigere, Dormire ſine coniuge. Ouidius epiſt. 18. 14.
Nocles uiduas iacere. Catul. ad Flauium, 6. 2.
Pectus uiduum amoris. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 4.
Puellæ uiduæ. Ouid. 2. Faſt. 112.
Solum arboribus uiduum. Colum. lib. 2. cap. 2. 21.
Thalami uidui. Valer. 2. Argon. 74.
Toro uiduo iacere, Sine coniuge. Ouid. epiſt. 15. 64.
Viduus uir. Plaut. Merc. 20. 13.
Plures uiri ſunt uidui, quàm nunc mulieres. Ouid. epiſt. 8. 18.
Virgines uiduæ, Senec. Agamem. 3. 18.
Vitis uidua. Catul. in Carm. nupt. 57. 10.
¶ Viduitas, pen. corr. uiduitatis (χηρεία) Cic. pro Cecinna, 9, Ebutius iſte qui iandiu Ceſennia uiduitate ac ſolitudine alleretur. Liu. 1. bel. Maced. lib. 10. 10, In uiduitate relictæ filiæ ſingulos filios paruos habentes.
Viduitas, Priuatio. Plaut. Rud. 17. 2.
Nunc demum eſt, quum omnium copiarum atq; opum, auxilij, præſidij Viduitas nos tenet.
¶ Viduertas, uiduertatis (συμφορὰ) apud Catonem, cap. 141. 1, calamitas dicitur, teſte Feſto.
Vidulum] uiduli, pen. corr. (φυλακτήριον) In quo aliquid ſeruatur. Plaut. Epid. 2. 20,
—— ubi ergo eſt, niſi ſi in uidulo,
Aut ſi in mellina attuliſti? Idem Menæch. 22. 45,
Rectè obſignatum in uidulo eſt marſupium.
Vienna] Ἰαλιόβονα. Auſtriæ ciuitas inclyta, omnium urbium, quas Danubius ſuſtinet, & ædium magnificentia, & rerum facili copia, clariſſima: quam Vianam Plinius nominaſſe uidetur libro 3. cap. 24. ut placet Hermolao. Eſt & Vienna, (Ἰσιγγα) Allobrogum illuſtris ciuitas in Galli a Narbonenſi, cuius meminit Mela libro 2. in deſcriptione Galliæ Narbonenſis.
Vieo] uies, uieui, uietum (κυκλόω) uiere, pen. prod. Alligare, inflectere: quia uietis uirgis ligare poſſumus quidlibet. Vnde uimina, & uaſa uimimea, teſte Feſto. Varro de Lingua Latina, lib. 1, Viere, inquit, eſt uincire. Vnde apud Ennium, Ibant uiere Veneream corollam.
Viere, In obliquum flectere. Plaut. Menæch.
Vides tu illi oculos uiere, ut uiridis exoritur colos? Varro 2. de re Ruſt. cap. 23. 4, Vt habeas uimina, unde uiendo quid facias, ut ſcirpeas, uallos, crates.
¶ Vietus, pen. prod. Adiectiuum, Mollis, languidus, ſine ui, & naturali ab. priuatus uiribus, ut ait Feſtus. Varro de re Ruſtic. lib. 1. cap. 59. 1, Ne quum humorem amiſerint, pertinaci uento

uento mala uieta fiant. Id eſt, flaccida, rugoſa. Cic. de Senect. 5, Vietum & caducum.
Vietus homo. Terent. Eun. 4. 4. 21. Hic eſt uetus, uietus, uetero noſus ſenex. Vbi Donatus, Vietus, mollis, flaccidusq;, & flexibilis corpore. Vnde & uimina & uimenta, & uites, & uietores dicuntur: & uiere, religare dicitur: quia uietis uiragis magis religare poſſimus quidlibet.
Vieta ueſtis aranei, Tela flexibilis & mollis. Lucret. lib. 3. 78.
Vieta membra. Horat. Epod. 12. 2,
Qui ſudor uietis, & quàm malus undiq; membris
Creſcat odor. Hoc eſt, rugoſis, & uetuſtate confectis, inquit Acron. Hic penultimam nouè corripuit Horat.
Vietus locus. Cato cap. 9, Salicta locis aquoſis, uietis, umbroſis, propterq; annes ibi ſeri oportet.
Exiguum & uietum cor. Cic. 2. de Diuinat. 54.
Ficus uieta. Colum. lib. 12. cap. 15. 1.
¶ Vietor, pen. prod. uietoris, maſc. gen. Qui uaſa uimaria religet, ſtipatq;, ut ait Budæus. Vlp. in l. ſi ſeruus ſeruum. §. ult. in fine. ff. ad leg. Aquil. Item ſi uietori locaueris locum uino plenum curandum: & ille cum pertuderit, ut uinum ſit effuſum, &c.
Vigeo] uiges, uigui (ἀκμαίζω) uigere, pen. prod. Viuere, potentem eſſe, ſiue in uigore eſſe, & uiriditatem quandam habere. Cic. 3. Tuſc. 127, Quandiu in illo opinato malo uis quædam inſit & uigeat, & habeat quandam uiriditatem. Feſtus, Viget, dictum uidetur à ui agendo, ſed non in hoſtilibus rebus, uerum his quæ celerrimo, concitatoq; animo ad bonam tendunt frugem. Cic. 5. de Finib. 49, Vt neceſſe ſit omnium rerum, quæ natura uigrant, ſimilem eſſe finem, non eundem. Celius ad Ciceronem, lib. 8. 1. 13, Tui politici libri omnibus uigent.
Inter uegetum & uigens hoc intereſt: quòd uegetum ſit incolumi uigens forte. Nam uegetum corporis: uigens, etiam animi poſſumus dicere. Nonius.
Florere & uigere. Cic. 11. Philipp. 318.
Viguit uſq; ad noſtram ætatem. Cic. 1. de Nat. deor. 17.
Summo in honore uigere. Lucret. lib. 4. 233.
Immenſum uiguit. Tacit. lib. 3.
Viuere & uigere. Cic. 2. de Nat. deor. 117.
Deus eſt qui uiget, qui ſentit, qui meminit, qui prouidet. Cicero in Somnio Scip. 29.
Viget apud eum hæc res. Cic. Tuſc. 106.
Flagrabant uitia libidinis apud illum, uigebant etiam ſtudia rei militaris. Cic. pro Cælio, 8.
Vigere animo. Cic. ad Attic. lib. 4. 72. 10.
Miles uigeat aſſiduo certamine. Tibul. 4. ad Meſſalam, 1. 18.
Vigere corporibus. Liu. 2. ab Vrbe, 129.
Libertate uigere. Claud. de bello Getico, 21.
Memoria uigere, Pollere & ualere. Cic. 2. de Orat. 193.
Animus poſt mortem ſentit & uiget. Cic. pro Seſtio, 39.
Animus uiget lætitia. Lucret. lib. 3. 30.
Curæ tibi uigent, animiq; utriles. Valer. 1. Argon. 11.
Vt eorum & in bellicis & in ciuilibus uigeat induſtria. Cicero 1. Offic. 172.
Inuidia & crimina uigent. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 13.
Leges uigent Lycurgi. Cic. 1. Tuſc. 163.
Nomen uiget Pythagoreorum. Cic. 1. Tuſc. 60.
Purpura uigebat eo tempore, Quod uulgus dicit, in curſu erat. Plin. lib. 9. cap. 39. 1.
Regnum uiget conſilijs. Virg. 2. Aeneid. 18.
Vires uigent. Lucret. lib. 5. 224.
Vrbes uigent populis. Stat. 3. Sylu. 5. 15.
¶ Vigens, uigentis, Participium (ἀκμαίων, ἀκμαῖος) Cicer. 2. de Finibus, 75, Quòd rationem habeant à natura, mẽtemq; datam & acrem & uigentem.
Animus uigens. Stat. 1. Sylu. 4. 11.
Herbæ uigentes rore. Lucret. lib. 2. 73.
Mens uigens. Lucret. lib. 1. 189.
¶ Vigeſco, uigeſcis (ἐπακμαίζω) uigeſcere, Inchoatiuum. Catul. ad ſeipſum, 43. 2, Iam læti ſtudio pedes uigeſcunt.
¶ Vigor, uigoris, pen. prod. (ἀκμὴ, εὐῤῥωστία) Firmitas, robur, integritas. Plin. lib. 7. cap. 25, Animi uigore præſtantiſſimum arbitror C. Cæſarem Dictatorem. Liu. 1. ab Vrbe, 251, Quin ſi uigor iuuentæ ineſt, conſcendimus equos?
Conſtat uigor membris. Lucan. lib. 3. 142.
Habilis uigor uenit mẽbris. Virg. 4. Georg. 84.
Crudo uigore aſper equus. Silius lib. 3. 78.
Vinus uigor. Ouid. 1. Triſt. eleg. 5. 7.
Animi uigor. Ouid. epiſt. 15. 11.
Ingenij uigor. Ouid. 8. Metam. 51.
Gratus in ore uigor. Ouid. 12. Metam. 80.
¶ Vigeſimus, pen. corr. Adiect. (εἰκοστὸς) Quod & uiceſimus dicitur. Cic. Terent. lib. 14. 5. 1, Vno & uigeſimo die.
Annus uigeſimus. Propert. lib. 3. eleg. 28. 3.
Ab illo tempore annum iam tertium & uigeſimum regnat. Cicer. pro lege Manilia, 4.
¶ Vigeſima, uigeſimæ (εἰκοστὴ) Tributum ſeu exactio, ſicut decima. Plinius in Paneg. 58, His uigeſima reperta eſt, tributum tolerabile.
¶ Vigeſimarij, aurum à Liuio dicitur (εἰκοσταῖος) quod ex uigeſimis exigebatur. Vide Vicenus.
¶ Vigeſis, huius uigeſis, maſc. gen. (εἰκοσταῖος) Viginti aſſium. Mart. lib. 12. 73,
Amphora uigeſis, modius datur ære quaterno.
Ebrius & crudus nil habet agricola. Id eſt, uiginti aſſibus amphora uenditur.
Vigil] uigilis, pen. corr. m. g. (γρήγορος, ἄγρυπνος) Qui non eſt torpens, quales ſunt dormientes.
Animus uigil. Stat. 1. Achil. 110.
Auris uigil. Stat. 2. Achil. 24.
Aurora uigil. Ouid. 2. Metam. 23.
Canum uigilum excubiæ. Hor. 3. Carm. ode 16. 1.
Curæ uigiles. Ouid. 3. Metam. 80.
Cuſtos uigil. Ouid. 3. de Arte, 122.
Cuſtodia uigil. Ouid. 12. Metam. 30.
Flamma uigil. Ouid. 4. Triſt. eleg. 5. 1.
Ignis uigil, Qui ſemper lucet. Virg. 4. Aen. 40.
Lucernæ uigiles. Horat. 3. Carm. ode 8. 3.
Oculi uigiles. Virg. 4. Aeneid. 37.
Senſus uigiles angit dolor. Stat. 5. Theb. 66.
Vigil, Nocturnus cuſtos. Plaut. Amph. 4. 197,
Rex Creon uigiles nocturnos ſingulos ſemper locat. Cic. 6. Verr. 84, Clamor à uigilibus, ſanè q; cuſtodibus tollitur.
Caſtrorum uigiles. Lucan. lib. 7. 5.
Sol & luna uigiles mundi. Lucret. lib. 5. 289, Vigilant enim & excubant pro mundo: ſol quidem interdiu, luna noctu.
Excubijs uigilum obſidere portas. Virg. 6. Aeneid. 32.
Cædere uigiles. Vide Cædo.
¶ Vigilo, uigilas, pen. corr. (γρηγορέω, ἀγρυπνέω, ἐγρήσσω, ἀκάω, νήφω) uigilare, Notæ ſignificationis. Terent. Eunuch. 2. 1. 15. Vigilabis laſſus. Cic. 2. in Catil. 52, Tardiſſimè autem Lentulus, credo quòd literis dandis præter conſuetudinem proxima nocte uigilarat.
Vigilare uſq; ad lucem. Terent. Eun. 2. 2. 47.
Vigilare ad multam noctem. Cic. in Somn. Scip. 4. Vide Ad.
Vigilare de multa nocte, Idem. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 16. 3. Veetus exemplar omittit Multa.
Noctes uigilare ad ipſum mane. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 4.

Dolores mei uigilant sine fine. Ouid.1.de Ponto,eleg.11.5.
Vigilare, Vigilanter prouidere, inquit Seruius: sine studium & diligentiam adhibere. Virg.1.Georg.63,
Quid tempestates Autumni, & sydera dicam?
Atq; ubi iam breuiorq; dies, & mollior æstas,
Quæ uigilanda uiris?
Vigilare pro re alterius. Cic.2.Off.99. Idem 6. Philipp. 216, Quamobrem Quirites, consilio quantum potero, labore plus penè quàm potero, excubabo, uigilaboq; pro uobis.
In scelus aliquod uigilare. Stat.5 Theb.40.
Studijs uigilare seueris. Prop.lib.2.eleg.3.2.
¶ Vigilor, penult. corr. uigilaris (ἀγρυπνέω) Passiuum, Noctes uigilantur amaræ. Ouid.12.34,
Non mihi grata dies, noctes uigilantur amaræ.
Vigilatur, Impersonale. Mart.lib.12.65,
Otia me, somnusq; iuuant, quæ magna negauit
Roma mihi: redeo si uigilatur & hic.
¶ Vigilans, penult. corr. uigilantis, Participium (ἀγρυπνῶν) Terent. And.5.6.8,
—num ille somniat
Ea, quæ uigilans uoluit?
Amor uigilans. Ouid.epist.19.45.
Curis uigilantibus excita. Ouid.2. Metam.156.
Stertis uigilans. Lucret.lib.3.213.
Vigilans, Prouidus & intentus. Plin.epist.17.lib.2, Vir exercitatus & uigilans. Cic.2.Verr.20, Perficiam ut nemo unquã post hominum memoriam paratior, uigilantior, compositior ad iudicium uenisse uideatur.
Vigilans & acutus. Cic.1. de lege Agrar.1.
Vigilans, sobrius, & industrius. Cic.pro Cælio, 59.
Vigilans, bonus, & fortis. Cic.pro Rosc.Amer.82.
Oculi uigilantes, Intenti in re aliqua. Virg.5. Aeneid.88.
¶ Vigilandus, Aliud participium (γρηγορητέον) ut, Nox uigilanda cum fletu. Tibul.lib.1.eleg.2.16. Vide paulò antè, Vigilare, Vigilanter prouidere.
¶ Vigilatus, pen.prod. (ἀγρυπνηθείς) Similiter participiũ: ut, Nox uigilata. Ouid.4.Fast.33. Ouid.2.Trist.3, Vigilati labores. Idem 4.Fast.22, Carmen uigilatum.
Nox conuiuio uigilata. Tacit.lib.13.
¶ Vigilandus, Aliud participium (ἀγρυπνητέον) Quint.lib.11. capite 3, Et uigilandæ noctes, & fuligo lucubratianum bibenda.
¶ Vigilantia, uigilantiæ (γρηγορσις) Diligentia. Cicero ad Attic.lib.8.153.8, Sed hoc τέρας horribili uigilantia, celeritate, diligentia est, planè quid futurum sit nescio. Terentius Adelph.3.3.44,
Vigilantiam tuam tu mihi narras? Cic.Curio, lib.7.31.4, Mirifica uigilantia.
Vigilantia & solicitudo animi. Hermolaus Iurisconsl. Personale munus est quod cum corporibus, cum labore ac solicitudine animi ac uigilantia exsistit.
¶ Vigilanter, Aduerbium (ἀγρύπνως) Cum diligentia & solicitudine. Cic.pro Muræna, 30, Quem L. Murænа pater huiusce uehementissimè uigilantissimeq; uexatum, repressum magna ex parte, non oppressum reliquit. Plancus ad Ciceronem lib.10.33.13, Vt uigilanter neruoseq; nos, qui stamus in acie, subornes.
¶ Vigilax, pen. corr. uigilacis, penult.prod. (ἀγρυπνητικὸς) Adiectiuum, pro Vigil. ante. Colum.lib.7.cap.12.5, Maximè autem debent in custodia uigilaces conspici, nec erronei, sed assidui, & circumspecti magis quàm temerarij. De canibus. Vide Curax in Cura.
¶ Vigilia, uigiliæ (ἀγρυπνία) pro una, uel etiam multis noctibus insomnibus traductis: ut, quod tempus somno traducendum erat, dicitur rei diligentiæ impendamus. Cic.5. de Fin.98. uigilias suscipere. Et 4. Tusc.67, Cui non sunt auditæ Demosthenis uigiliæ, qui dolere se aiebat, si quando opificũ antelucana esset uictus industria?
Affecta labore ac uigilijs corpora ex somno moliebantur. Liu. lib.6. belli Macedon.
Agere, siue agitare uigilias. Vide Ago.
Certare uigilijs ac labore. Vide Certo.
Maior uigilia. Cic.in Parad.5.
Vigilia, & frequentius Vigiliæ, uigiliarum (φρουρά) Excubiæ dicuntur: sed tamen hoc inter se differunt, quòd uigiliæ sunt tantum nocturnæ: Excubiæ autem tam nocturnæ quàm diurnæ. Diuidebantur autem in quaternã horarum spatia, ita ut prima, secunda, tertia, & quarta uigilia diceretur. Cicero 6. Verr.83, Præcipitur & negotium datur Quæstoribus & Aedilibus, ut noctu uigilias agerent ad ædes sacras. In 3. in Catil.51, Interim tertia ferè uigilia exacta, quum iam pontem, &c. Cic.ad Appium Pulchrum, lib.3.7.8, Quum puer tuus ad me secunda ferè uigilia uenisset, isq; te ante lucem Iconium mihi uenturum nuntiasset.
Inire uigilias. Tacit.lib.23.
Incuriosæ uigiliæ. Tacit.lib.21.
¶ Vigiliæ (φρουροὶ) Ipsi custodes qui uigilant. Salust. Et ab incendio intelligebat urbem uigilijs munitam. Cic. pro Milone, 52, Si Capitolinæ cohortes, si excubiæ, si uigiliæ, si delecta iuuentus, quæ tuum corpus domumq; custodit, contra Milonis impetum armata est. Idem 1. in Catilinam, 5, Sensistine illam coloniam meo iussu, meis præsidijs, custodijs uigilijsq; esse munitam?
Circumire uigilias. Salust. in Iugurtha.
Deducere uigilias. Salust. in Iugurtha.
Manere in uigilia urbis, aut alterius rei, per translationem. Cicer. in Pisonem, 11. Idem 1. Philip. 1, Manendum mihi statuebam quasi in uigilia quadam Consulari ac Senatoria. nec uerò usquam discedebam, nec à Repub. deijciebam oculos.
Vigilia & prouidentia sua reddere aliquem uacuum metu. Cic. 7. Philipp. 229.
Tradere suam uigiliam alteri. Cic. ad Brutum, lib.11.24.3. Alluit Cicero ad uigilias militares. nam qui in castris, exploratorum & excubiarum partes noctu obeunt, sua uigilia ubi perfuncti sunt, alij alijs uigiliam quasi per manus tradunt.
Vigilia, pro eo die qui festum diem præcedit, in quo mos erat uigilare in sacrificijs faciendis, & sacris hymnis cantandis. Plaut. Aulal.3.36,
Is adolescentis illius est auunculus,
Qui illam stupravit noctu Cereris uigilijs.
¶ Vigilium, etiam neutri generis apud antiquos. Varr. Endymion. Animum mitto speculatum tota Vrbe, ut quid facerent homines cùm experrecti sint, me faceret certiorem, si quis melius operam superet, ut eius consilio potius uigilium adminicularem nostrum, qui uidet alium ouantem extremo noctis tempore. Hæc Nonius.
Vigiliarius (φρούρος) pro excubitore. Senec. epist. 58, Quid interest utrum super aliquo uigiliarium ruat aut mons aut turris.
Viginti] ἔικοσι, Nomen numerale, indeclinabile. Cicero 3. de Orat.42, Annosq; natus unum & uiginti nobilissimum hominem & eloquentissimum in iudicium uocarim. Idem pro Plan.74, Quæ, si uiginti quiessem dies, in aliorum iugulum Consulum recidissent.
¶ Vigintiuiri, pen. corr. (οἱ ἔικοσι) Nomen magistratus apud Romanos, ut Triumuiri. Cicero ad Attic.lib.2.21.3, Vbi nemo sit præter me, qui quenquam ex uiginti uiris unum esse saluum uelit.

¶ Vigintiui-

¶ Vigintiuiratus, huius uigintiuiratus, pen. prod. (ἀρχὴ τῶν ἐικοσι) Ipsum Vigintiuirorum officium. Cic. ad Attic. lib. 9. 17.1.3, Repudiari sese totum, magis etiam quàm olim in Vigintiuiratu putabit.
Vigor] uigoris. Vide Vigeo.
Vilis] & hoc uile (φαῦλος, σὐνωνος, φλαῦρος, ἄφαυρος, ἀντιμοχθος, ἀπόβλητος) Quod parum ualet. Plaut. Trinũ. 3.7,
—neq; quicquam hîc uile nunc est,
Nisi mores mali.
Vilis & Pretiosus contraria. Cic.2. de Fin.145.
Vile & uulgare. Cic.pro Rosc. Amer.43.
Quotidie nos ipsa natura admonet, quàm paucis, quàm paruis rebus egeat, quàm uilibus. Cic.5. Tusc.145.
Vilis & leuis. Cic. Qu. fratri, lib.1.1.45.
Vile habere aliquid, Parui facere. Salust. in Catil. Alimenta uilia. Ouid.5. Trist. eleg.9.3.
Vilius argentum est auro, uirtutibus aurũ. Horat.1.epist.1.11.
Pars uilissima rerum, opes. Lucan. lib.3.24.
Seruulus uilis. Cic.3. Off.119.
Supellex uilis. Virg.1. Georg.33.
Vestis uilisq; uetusq;. Ouid.8. Metam.133.
Vilis nobis honor meus. Cic.pro Flacco, 80.
Gratia uilis. Ouid.2. de Arte, 6.
Honos uilis studijs. Stat.5. Sylu.3.7.
Vilis oratio, cui opponitur Accurata. Quint. lib.8. cap.3.
Vile, dicitur quod paruo pretio emitur. Cic.5. Verr.169, Frumentum quoniam uilius erat, ne emisses.
Vilis amicorum est annona. Horat.1.epist.12.5.
Aqua uilis. Propert. lib.3. eleg.15.4.
Aqua rerum uilissima. Horat.1. Serm. Sat.5.18.
Oua uilia. Horat.2. Serm. Satyr.2.9.
Vile pretium. Mart. lib.1.72,
O mihi curarum pretium non uile mearum.
Pretium non uile laboris. Ouid. epist.17.34.
Proiecta uilior alga. Virg. eclog.7.9. Hor.2. Serm. Satyr. 5.2,
Et genus, & uirtus, nisi cum re, uilior alga est.
Vile, pro Abundanti. Virg.1. Georg.46,
Si uerò uiciamq; seres, uilemq; fasellum. Seruius, nam omne quod abundat, uile est. Ibidem,
Sæpe oleo tardi costas agitator asselli;
Vilibus aut onerat pomis.
Vili, Ablatiuus, uerbis pretij solet addi. Plaut. Epid.2.49,
Istanc quam emit, quanti eã emit? uili. Mart. lib.12.63,
Instructam uili uendis Amene domum.
Istuc uilius. Terent. Adelph.5.9.24,
Tu tuum officium facies, atq; huic aliquid paululum præmanu Dederis, unde utatur: reddet tibi citò. m. istuc uilius. Vbi Donatus, Quasi, nihil minus. Negatio enim est floccum ostendentis, aut quid tale: cum ουκ ἐνὶ, qua subauditur Quicquam, & Non Dabo.
¶ Vilius (σὐνωτότερον) uilissimè, Aduerbia, Minoris & minimi pretij. Plin. lib.18. cap.6.12, Quicquid per asellum fieri potest, uilissimè constat.
¶ Vilissimò. Idem, Scæuola, Si fisco aliquid debebatur, & res stipulatoris uilissimò distracta est, &c. Budæus.
¶ Vilitas, pen. corr. uilitatis (σὐνωνία) cui opponitur Caritas. Cic. pro lege Munil.31, Tanta repentè uilitas annonæ ex summa inopia & caritate rei frumentariæ consecuta est, unius spe & nomine, quantam uix ex summa libertate agrorum diuturna pax efficere potuisset. Idem pro Domo sua, 12, Subitò illo ipso die carissimam annonam nec opinata uilitas consecuta est.
Vilitas fui. Curtius lib.5, Sæpe tædio laboris ad uilitatem sui compelluntur ignaui.
¶ Vilesco, uilescis (σὐνωνίζομαι) uilescere, Vile fieri. Hinc Euilesco, apud Suetonium.
¶ Vilito, uilitas, pen. corr. (σὐνωνίζω) uilitare, Vil efficere. Turpilius, Et quærat tua uitia quæ te uilitant. Nonius.
Villa] uillæ (ἀγροικία, πώμη, χωρίον) Domus extra urbem ædificata, casa uillatica, & suburbana domus. Plin. lib.18. cap.6.1, Modus hic probatur, ut neque fundus uillam quærat, neque uilla fundum. Villæ descriptionem habes in epistolis Plinij, 41. & 101.d.
Villa rustica, Est ea pars uillæ, quam uillicus, colonus, uel uilitor, uel arborator habitandam sibi obtinet, & familiæ uillaticæ, atque instrumento omni rustico condendo aut continendo.
Villa urbana, quæ & Prætorium dicitur, ea pars est quam dominus sibi recepit: itaque quia elegantius, amœniusq; ædificari solet & instrui, ideo urbana uocatur, quasi urbani ni toris, & elegantiæ plus quàm rusticæ. Varro lib.1. de Re rust. cap.13.5, Fructuosior est certè fundus propter ædificia, si potius ad antiquorum diligentiam, quàm ad horum luxuriam dirigas ædificationem. Illi enim faciebant ad fructuum rationem, hi faciunt ad libidines indomitas. Itaq; illorum uillæ rusticæ erant maioris, quàm urbanæ, quæ nunc sunt pleræq; contra. Collumella uillã tripartitò distribuit, partem unam urbanam, rusticam alteram, & tertiam fructuariam appellans. Budæus.
Villæ dicta est (inquit Varro de Re rust. lib.1. cap.2.12.) quòd à uillico in eam cõeuehuntur fructus, et euehũtur quũ uæneũt.
Frumenta aut in agris aut in uillis sunt. Pollio Ciceroni lib.10. 33.16.
Otium domus est quæ nulli mearum uillarum cedat. Cic. Lep. 6.180,
Aqua non longè à uilla bellè sanè fluens. Cicero Quint. fratri, 3.17.1.
Anser erat minutæ custodia uillæ. Ouidius 8. Metam.138.
Culmina uillarum fumant. Virg. eclog.1.17.
Aperta uilla. Cic. Quin. fratri, lib.2.12.4.
Minuscula uilla. Vide minor in Paruus.
Optima uilla. Cic.pro Rosc. Comœd.20.
Parua uilla. Cic.2. de Leg.5.
Pleniss ima uilla. Populosa. Horat.1. Serm. Satyr.5.10.
Suburbana uilla. Catul. ad Fundum, 41.2.
Esse in agro, & abi ad uillam. Cic.pro Rosc. Amer.25.
Contexere uillas. Vide Contexo.
Inclusæ in paucis uillis. Vide Includo.
¶ Villula, uillulæ, pen. cor. diminutiuum (ἀγροικίδιον) Cic. ad Attic. lib.8.153.4, Ego Arpini uolo esse pridie Calend. deinde circum uillulas nostras errare. Eidem, lib.1.245.1, Villula sordida & ualde pusilla. Catul. ad Furium, 23.1.
Proxima Campano uillula. Horat.1. Serm. Satyr.5.9.
¶ Villanus, uillani, pen. prod. masc.gen. (ἀγροικικὸς) Villani (inquit Budæus) dicuntur, quòd uillæ (unde uillici dicti) adscripti, et colonariæ conditioni addicti, aut ipsi sint, aut, eorum maiores fuerint, quarum rerum uestigia non obscura multis in locis extant: quod tamen nomen loquentium insciti in contumeliam iam uertit. Villanum enim & uilem uernacula simplicitas confundit.
¶ Villaticus, pen. cor. Adiect. (ἀγροικικὸς) Quod ad uillã pertinet: unde Villatica pastio, dicitur alimẽtum quod pertinet ad animalia quæ ruri nutriuntur, ut puta, pecudes, aues, pisces. Sic dicitur Villaticus canis, qui in uilla tenetur. Colum. lib.7. cap.12.2. Plin. lib.23. cap.1.16, Aiunt si quis uillam cataxerit, fugere accipitres, tutasq; fieri uillaticas alites.
¶ Villicus uillici, pen. corr. (οἰκονόμος) Villæ gubernator: uel qui præest pago, & totius rei rusticæ curam habet. Varro de

ro dere Rust. lib. 1. cap. 2. 12, Villicus agri colendi causa constituetur, atq; appellatus à villa. Colum. lib. 11, Villicus semper cauear ne improuidus ab opere uincatur. Horatius 1. epistol. 14. 3,

Nunc urbem, & ludos, & balnea villicus optas.

Si mandandum aliquid procuratori de agricultura, aut imperandum villico sit. Cic. 1. de Orat. 129.

Syluarum & agelli villicus. Horat. 1. epist. 14. 1.

Dominus villico delectatur. Cic. 5. Verr. 99.

Custos ac villicus. Cic. 5. Verr. 99.

Villicus procurator. Cic. Attico, lib. 14. 314. 1.

¶ Villica, villicæ, pen. corr. (οἰκονόμος γυνὴ) Vxor villici. Colum. lib. 12. cap. 1. 3, Nec tamen instituendo villicam, domesticarum rerum villico remittimus curam, sed tantummodò laborem eius, adiutrice data, leuamus. Mart. lib. 1. 51,

Pinguis inæquales onerat cui villica mensas.

¶ Villico, villicas, pen. corr. (ἀγροικῶ) villicare: & Villicor, villicāris, villicari, Deponens, Rusticari, uel in villam animi causa secedere. Pomponius Ergastulo, Longè ab urbe villicari, quo heriù rarenter uenit, non villicari, sed dominari, mea est sententia. Afranius Suspecta, In Arpinos iam quantum potes explodam hominem ut villicetur. Plin. lib. 18. cap. 6. 8, Exercitusq; ducebant Senatu illis villicante.

¶ Villicatio, villicationis (ἀγροικία) Rustica negotiatio, uel villæ dispensatio. Colum. lib. 11. cap. 1. 12. Qui susceperit officium villicationis.

¶ Villaris, & hoc villare, penult. product. (ἀγροικιαῖος) Idem quod villaticus. Plinius lib. 10. cap. 41. Villaribus gallinis & religio inest.

¶ Villico, villiconis, masc. g. (ἐπίτροπος) Idem quod villicus, uel præfectus villicationis, ut est apud Apuleium in Apologia, qui & Epistates dicitur.

Villum] Vide Vinum.

Villus] villi, mascul. gener. (νάγμα, λάχνη) Pilus. Martialis libro 14. 136,

Calfaciunt villi pallia uestra mei. Cic. 2. de Natur. deor. 180, Quarum animalium aliæ corijs tectæ sunt, aliæ villis uestitæ, aliæ spinis hirsutæ. Ouid. 3. Metam. 42,

Et niueis Leucon, & villis Asbolus atris.

Albentes villi. Ouid. 11. Metam. 36.

Cani villi arborum. Vide Canus.

Mollibus villis albis greges. Virg. 3. Georg. 74.

Solutis villis mantile. Ouid. 4. Fast. 188.

Tonsis villis mantilia. Virg. 4. Georg. 76.

Vdis villis mersatur aries. Virg. 3. Georg. 90.

Conficere & contexere villos ouium. Cic. 2. de Nat. deor. 236.

¶ Villosus, pen. prod. Adiect. (λαχνόεις) Villis plenum.

Cauda villosa. Plin. lib. 7. cap. 2. 21. Et lib. 8. cap. 38. 3.

Genua villosa. Plin. lib. 12. cap. 17. 3.

Guttura villosa colubris. Ouid. 10. Metam. 5.

Pectus villosum. Colum. lib. 7. cap. 12. 4, Nigris uel glaucis oculis acri lumine radiantibus, amplo villosoq; pectore. Virg. 8. Aeneid. 54.

Pelles villosæ. Ouid. 12. Metam. 64.

Radice villosa arbor, quæ & capillaris dicitur. Plinius lib. 12. cap. 12. 4.

Terga villosa leonis. Silius lib. 16. 91.

Vestis villosa tegere corpus. Tibull. lib. 2. eleg. 3. 16.

Vrsa villosa. Ouid. 13. Metam. 178.

Vimen] uiminis, pen. corr. neut. gen. (ῥῖψ, οἰσύα, λύγος) Omne uirgultum molle, & ad ligandum aptum, quasi uimen. Colum. lib. 4. cap. 30. 3, Nec refert cuius generis uimen feras, dum sit lentissimum. Cæs. 6. bel. Gall. Alij immani magnitudine simulachra habent: contexta uiminibus membra uiuis hominibus complent.

Densus uimine specus. Ouid. 3. Metam. 6.

Fœcundæ uiminibus salices. Vir. 2. Georg. 90.

Vimina fiunt ex populorum uirgis, ulmi, & sanguineorū fruticum, & betulæ, & uitis, & coryli intortæ, & salicis quæ principatum obtinent. Colum. lib. 4. cap. 13, Si uiminibus salicis aut ulmi ligaueris. Sic lib. 9. cap. 151.

Viminibus raris factæ fenestræ. Varro 3. de Re rust. cap. 9. 1.

Actæus uimen, Atticū, nam Attica regio prius Actæa dicebatur ab Actæo, qui primus Athenis regnauit. Ouid. 2. Met. 111.

Aspera ruscī uimina. Virg. 2. Georg. 83.

Breue uimen. Mart. lib. 4. 44.

Fruticosa uimina. Ouid. 6. Metam. 69.

Lentum uimen, molle & flexuosum. Virg. 3. Aeneid. 7.

Lento uimine texta aluearia. Virg. 4. Georg. 7.

Querno uimine texunt crates. Virg. 12. Aeneid. 13.

Spissō uimine quali. Virg. 2. Georg. 49.

Detexere aliquid uiminibus. Virg. 2. eclog. 15.

¶ Vimineus, Adiectiuū (ἰσυινόος) Quod est ex uimine, ut uasa uimínea. Plaut. Epid. 2. 2. 6,

Viminei fasces uirgarum. Colum. lib. 8. cap. 3. 4, Viminea os qualos superimponant. Cæsar 3. bel. Ciuil. 245. uiminea tegumenta.

Crates uimineæ. Virg. 1. Georg. 19.

¶ Viminalis, & hoc uiminale, pen. prod. (ἰσυηφόρος) Quod est ad ligandum aptum, seu quod pertinet ad uimina. Plin. lib. 17. cap. 20. 2, Hæc est uiminalium cultura. Colum. libro 4. cap. 30. 2, Quare salices uiminales.

Viminalis collis dictus est Romæ, quòd ibi uiminum sylua fuit. Plin. lib. 17. cap. 1. 3, In colle Viminali C. Aquilij.

Vinaceus, Vinarius] Vide Vinum.

Vinca] uincæ, Herba à uinciendo dicta. Plin. epist. 17. lib. 2, Adiacet gestationi interiore circuitu uinca tenera & umbrosa, nudisq; etiam pedibus mollis & cedens. Vbi corruptè legitur uimea facili lapsu literæ c in e.

Vinca peruinca (πλημμαγὶς) Nomen herbæ. Plin. lib. 2. 21. cap. 11. 8, Vinca peruinca semper uiret, in modum limeæ foliys geniculatim circūdata. Topiaria herba: inopiam tamen florum aliquando supplet.

Vincio] uincis, uinxi, uinctum (δέω, δεσμόω, ταινόω, ἱμάω, ἐρύω, ἐρυκω, πλέκω) uincire, Constringere. Virgil. 1. Aeneid. 69,

Purpureoq; alte suras uincire cothurno. Plaut. Menæch. 3. 3, Homines captiuos qui catenis uinciunt.

Vincire & constringere liberos populos. Cicero pro Domo sua, 19.

Catenis uincire aliquem. Ouid. 15. Metam. 121.

Dolia uincire plumbo. Cato cap. 39.

Guttura alicuius uincire. Ouid. 10. Metam. 5.

Lacertos uincire auro. Tibul. lib. 1. eleg. 9. 14.

Manus uinxerat post terga. Virg. 11. Aeneid. 17.

Tempora uincire floribus. Horat. 4. Carm. ode 1. 7.

Vitta uinxit comas. Propert. lib. 4. eleg. 12. 7.

Vincire præsidijs locum, pro tenere. Cicero ad Atticum, libro 7. 13. 2.

Mentem uincire Lyæo. Proper. lib. 3. eleg. 5. 5.

Vinciri & constringi amicorum custodijs. Cic. 2. Tusc. 84.

Fœdere certo uinciri. Proper. lib. 3. eleg. 20. 5.

Legibus uincire. Cic. pro Marcello, 14.

Vincire lino. Celsus lib. 7. cap. 19.

Vincire numeris membra orationis. Cic. 3. de Orat. 105.

¶ Vinctus, Participium (δεδεμένος) Constrictus.

Vinctus & astrictus. Cic. 6. Verr. 81.

Aspicite religatum asperis uinctumq; saxis. Cicero 2. Tusc. 41.

Tradere

Tradere alicui aliquem uinctum. Cic. 5. Verr. 29.

Nodis ahenis uinctus post tergum. Virg. 1. Aeneid. 60.

Compede uinctus fossor. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 1.

Præcordia uincta ferro, Vide Præcordia.

Lauro uinctus caput. Ouid. 11. Metam. 34.

Vincti inter se orbes. Cic. in Arato, 28.

Vincto pectore uirgo: id est, tenui & gracili. Terentius Eunuch. 2. 3. 22,

——quas matres student

Demissis humeris esse, uincto pectore, ut graciles sient,

Vinctum, & Dissolutum, contraria. Cic. in Orat. 113.

Nexu uincti. Vide Necto.

Fides uincta teste numine, Iureiurando obligata. Ouidius epist. 19. 42.

Vincta amicitia inter aliquos. Plau. Cist. 2. 21.

Vinctus, pro Seruo & compedito. In compedibus enim uincti serui ad agriculturam destinabantur. Plin. epist. 16. lib. 3,

Nam nec ipse usque uinctos habeo, &c.

Vinctus, pro Coacto. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 6.

——si nusquam es forte uocatus

Ad cœnam, laudas securum holus: ac uelut usque

Vinctus eas, ita te felicem dicis. Id est, quasi ad alienam cœnam semper eas coactus.

¶ Vinctura, uincturæ, penul. prod. Plin. lib. 16. cap. 37. 1, Parium; baltheo corticis uincula: & aliæ uirgæ sequacis ad uincturas lentitiæ. De salicibus.

¶ Vinctio, uinctionis, Arnob. libro 2. aduers. gent. Neque esse omnino dissolutionis expertes: sed uoluntate Dei regis ac principis unctione in perpetua contineri.

¶ Vinctus, huius uinctus (δεσμὸς) Ligamen. Varr. 1. de Re rust. capit. 8. 5, Et uindemia facta denique discat pendere in palmam aut funiculo, aut uinctu, quod antiqui uocabant cestum.

¶ Vinculum, uinculi, penul. corr. (δεσμὸς, δέσμα, δέλεαρ, δῆσις, ἐρμὸς) Ligamen. Dicimus & Vinclum, uinculi, per syncopam. Colum. lib. 3, Salix humida loca desiderat, genista etiam ficta, utræq; tamen circà uineam seruntur, quum palmitibus idonea præbent uincula.

Digitorum uincula. Ouid. 9. Metam. 16.

Arcta uincula. Virg. 2. Aeneid. 30.

Fabrilia uincula. Ouid. 1. Amor. eleg. 9. 8.

Immania uincula. Valer. 7. Argon. 119.

Irresoluta uincula. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 5.

Iuncea uincula. Ouid. 4. Fast. 175.

Linea uincula. Virg. 5. Aeneid. 102.

Spinea uincula. Ouid. 2. Metam. 159.

Stuppea uincla. Stat. 3. Syl. 2. 6.

Tenacia uincla. Virg. 4. Georg. 53.

Abducere uincula ab aliquo loco. Vide Abduco.

Abrumpere uincula alicui. Horat. 4. Carm. ode 7. 6.

Addere manus alicuius in uincla. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 1.

Adhibere uincula capitis. Ouid. 3. Fast. 59.

Adimere uincula canibus. Ouid. 8. Metam. 67.

Aptare uincula collo. Ouid. 10. Metam. 77.

Arcebant uincula palmas. Virg. 2. Aeneid. 30.

Astringere uincula. Ouid. 11. Metam. 16.

Capere aliquem uinclis. Virg. 4. Georg. 79.

Circundare uincula collo. Ouid. 1. Metam. 127.

Corpora constricta uinculis. Cic. 1. de Orat. 115.

Contendere uincla. Vide Contendo.

Copulare uinculo. Vide Copulo.

Demere uincla pedibus. Ouid. 3. Met. 34. calceamenta soluere.

Dilaniare uincula. Ouid. 10. Metam. 78.

Effugere uincula. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 15.

Euadere uincla. Silius lib. 7. 15.

Excidere uinclis, Euadere uincula. Virg. 4. Georg 82.

Exuta pedem uinclis Dido. Virg. 4. Aeneid. 104.

Exutæ uinclis palmæ. Virg. 1. Aeneid. 31.

Digitorum uincula frangere. Stat. 6. Theb. 172.

Gerere uincla. Ouid. 4. Metam. 137.

Firma uincula impediunt manus. Ouid. 1. Fast. 74.

Impediri uinculis. Vide Impedio.

Imponere uincla, & Soluere uincla, contraria. Propertius libro 3. eleg. 20. 5.

Imposita capiti uincla, coronæ, diademá, uel simile quippiam. Senec. Thyeste, 6. 11,

Imposita capiti uincla uenerando gere.

Indere uincula. Tacit. lib. 11.

Inijcere uincula. Vide Inijcio.

Innectere uincla gutturi. Horat. Epod. 17. 16.

Innectere uincula cæsis syluis. Lucan. lib. 2. 133.

Intendere uincula collo. Vide Intendo.

Leuare uincla alicui. Virgil. 2. Aeneid. 30.

Ligare uincla. Silius lib. 11. 50.

Minacia uincla collo ligabantur. Ouid. 1. Metam. 19.

Nectere uincula alicui. Virgil. 6. eclog. 5.

Secantibus uinclis præstricta manus. Seneca Thyeste, 6. 31.

Recusantes uincla leones. Virg. 7. Aeneid. 4.

Rumpere uincula. Virg. 2. Aeneid. 27.

Soluere uincula. Ouid. epist. 17. 3.

Tendere uincula alicui. Virg. 4. Georg. 89.

Tenere uinclis aliquem. Virg. 4. Georg. 81.

Grauibus uinclis teneor coercita. Ouid. epist. 14. 1.

Vincula, uinculorum (πέδαι) per translationem, Carcer in quo noxij uincti seruantur. Venuleius de uerb. signif. Vinculorum appellatione, uel priuata, uel publica uincula significantur: custodiæ uero, tantùm publica custodia. Cicero 7. Verr. 14, In uincla coniectus est. Ibidem, 63, Quid si ausus gisset? si uincla rupisset?

Absolutus uinculis. Vide Absoluo.

Dicere causam ex uinculis. Vide Dico, dicis.

Mandare æternis uinculis. Vide Mando, mandas.

Aliquem uinculis & uerberibus, atque omni supplicio excruciatum necare. Cic. pro lege Manilia, 6.

In uinculis esse, In carcere esse uinctum. Plinius lib. 7. cap. 34.

Amicitiæ uincula rumpere. Luc. lib. 3. 17.

Vinculis amoris esse cum aliquo coniunctum. Cicero pro Plancio, 22.

Vincula concordiæ. Cic. 2. de Finib. 185.

Vincula coniunctionis cum aliquo. Cic. ad Att. lib. 6. 113. 2.

Connubialia uincla. Stat. 5. Thebaid. 23.

Iugalia uincla, Fœdus matrimonij. Virg. 4. Aeneid. 12.

Iugali uinclo sociare se alicui. Virg. 4. Aeneid. 4.

Vincula iuris. Cic. 3. de Finib. 103.

Reuellere uincula iudiciorum. Cic. pro Cecinna, 51.

Legum certa uincula. Quint. lib. 5. cap. 10. 71.

Quæstionis uinculum. Quint. lib. 2. cap. 4. 23.

Arctissimum societatis uinculum. Vide Arceo.

Vinculum ad. Cic. 3. Offic. 151, Nullum enim uinculū ad astringendam fidem iureiurando maiores arctius esse uoluerunt.

Astrictus uinclis. Cic. 4. Acad. 112.

Astrictus certis legum uinculis. Quintil. lib. 5. cap. 10. 71.

Astringere Galliam uinclis. Vide Astringo.

Copulatus locus uinculo quæstionis. Quint. lib. 2. cap. 4. 23.

In uinculis habere. Quint. lib. 7. cap. 4.

Vincla, pro negocijs. Horat. 1. epist. 7. 14,

——ille Philippo

Excusare laborem, & mercenaria uincla.

Vinco] uincis, uici, uictum (νικάω, ἡτάω, κρατέω, ὑπερτέρω, ὑπερφρονέω) uincere, Superare, superiorem discedere. Plaut. Perſa, 6.34,

Fateor ſi ita ſim. s. iam abi, uicisti. Cic. 3. in Catil. 70.

Mihi uiuendum eſt cum illis quos uici ac ſubegi. Idem ad ad Atticum, lib. 8. 151. 1, Malo cum Pompeio uinci, quàm cum iſtis uincere.

Vinci & expugnari. Cic. in Parad. 32.

Vincere ac uinci multo eodem. Liu. 7. ab Vrbe.

Vinci à uoluptate. Cic. 1. Offic. 97.

Vincere, pro Obtinere, probare. Cic. pro Cluentio, 97, Vince deinde uirum bonum fuiſſe Oppianicum. Ibidem, 50, Si dono non ab Habito, uinco ab Oppianico. Budæus.

Vincere aciem ferri. Plin. lib. 19. cap. 1. 4.

Amor uincitur donis. Ouid. 1. Triſt. eleg. 5. 12.

Amor omnia uincit. Virgil. eclog. 10. 14.

Animum uincere. Plaut. Trinum. 6. 29,

Tu ſi animum uiciſti potius, quàm animus te, eſt quod gaudeas.

Animum diuitijs parem, munere uincere. Senecâ de Benefic. lib. 1. cap. 8.

Animus omnia uincit. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 15.

Bello uincere. Lucan. lib. 1. 29.

Carminibus uincere aliquem. Virg. eclog. 4. 11.

Victa cauſa. Cic. pro Deiotaro, 25.

Certamine pedum uicerat omnes. Ouid. 12. Metam. 61.

Cibum uincere, Concoquere. Plin. lib. 11. cap. 53. 6.

Clementia uincitur lachrymis. Ouid. 4. Triſt. eleg. 8. 1.

Crimina uincere. Martial. lib. 1. 7.

Curſu uincere cerium, uel cochleam tarditudine: In celeres & tardos dicitur. Plaut. Pœnulo, 7. 27.

Curſu uincere comites. Ouid. 1. Triſt. eleg. 9. 1.

Difficultates locorum uincere. Cæſar 4. bel. Gall. 145.

Dolor uicit uirum inuictum. Ouid. 13. Metam. 78.

Eloquio uincere Neſtora. Ouid. 13. Metam. 13.

Expectationem uincere, Facere præter expectationem & ſpē aliorum. Cic. 7. Verr. 9.

Falſa uincere ueris. Lucret. lib. 4. 97.

Fame uinci. Ouid. 6. Faſt. 79.

Fata ſua uincere. Virgil. 11. Aeneid. 33,

Contrà ego uiuendo uici mea fata, ſuperſtes
Reſtarem ut genitor. Vbi Seruius, Vici mea fata, id eſt, naturalem ordinem uita longiore ſuperaui: namq; hic ordo eſt, ut ſint parentibus ſuperſtites filij.

Furorem uincere ratione. Ouid. 7. Metam. 2.

Gloria uincere aliquem. Cic. pro Deiotaro, 7.

Miles uicit hoſtem. Ouid. 2. Triſt. 10.

Iudicio aliquid uincere. Cic. pro Roſc. Comœdo, 31.

Labor omnia uincit Improbus. Virgil. 1. Georg. 29.

Licitatione uincere. Paulus in l. locato. D. de publicanis, Licitatio uectigalium quæ licitantis ultra modum ſolitæ conductionis inflauit, ita demum admittenda eſt, ſi fideiuſſores idoneos & cautiones is qui licitatione uicerit, offerre paratus ſit, Budæus legit, Licitationem uicerit: quomodo Olympia uincere, Plinius dixit libro 10.

Magnitudinem alterius rei uincere. Cic. in Somnio Scip. 13.

Memoriam uicit uita iſtius. Cic. in Salluſtium, 2.

Montes uincere aſcenſu. Claud. 6. Paneg. 10.

Moribus uincere aliquem. Propert. lib. 3. eleg. 6. 5.

Funalia uincunt noctem flammis. Virgil. 1. Aeneid. 147.

Numero uincere, ætatibus, & authoritate. Cic. 11. Philipp. 3. 18, Nunc uigent Panſæ, uigent Hirtij, uigēt Cæſaris filij, uigent Planci: uincunt numero, uincunt ætatibus, nimirum etiam authoritate uincunt.

Officio uincere omnes. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 4. 14.

Opinionem omnium uincere. Cic. 4. Acad. 3.

Pectora dura uincuntur molli prece. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 16.

Nulla uinci ratione. Cic. 3. Tuſcul. 84.

Seipſum uincere. Caſſius Ciceroni, lib. 12. 13. 1.

Vicit ſententia lenior, ut unde culpa eſſet orta, ibi pœna conſiſteret. Liu. 8. bel. Pun. 135.

Sponſione uincere. Cic. pro Quintio, 57.

Viribus uincere aliquid. Virgil. 6. Aeneid. 30.

Vno te uicimus. Cic. Sulpitio, lib. 4. 4. 7.

Vicimus, uicistis, noſtra eſt cauſa, Veſtra eſt ratio. Cicero ad Atticum, lib. 14. 318. 5, Cui ſi eſſe in urbe tutò licebit, uicimus. Et 3. Verr. 41, Vnum oſtende in tabulis aut tuis, aut patris tui emptum eſſe, uiciſti.

Vince & uale. Cic. Bruto, lib. 11. 25. 6.

Viceris. Teren. Andr. 5. 3. 21,

Adducti qui illam ciuem hinc dicant uiceris. Vbi Donatus, Viceris, uerbum eſt eius qui uix ſibi extorquet ut abijciat curam: & proprium patribus, ac familiare iratis.

Cura uincendi. Ouid. epiſt. 15. 16.

¶ Victus, Participium (ἡττημένος) ut,

Victi & ſubacti populi. Cic. pro Fonteio, 22.

Galli uicti ſilere ſolent: canere uictores. Cic. 2. de Diuin. 83.

Bellis uicti. Stat. 12. Thebaid. 102.

Natura uictus. Cic. 2. de Finib. 81.

Prece uictus. Horat. Epod. 17. 9.

Somno uictus. Liu. 9. ab Vrbe, 157.

Viribus uicta uirgo. Ouid. 1. de Arte, 140.

Voluptate uictus. Cic. 1. de Finib. 74.

Vulnere ingenti uictus. Virg. 10. Aeneid. 167.

Clementia illius uicta eſt noſtro uitio. Ouidius 2. de Ponto, eleg. 2. 24.

Corpora uicta ſopore. Ouid. 1 Faſt. 86.

Fœmina uicta dolo diuum duorum. Virgil. 4. Aeneid. 19.

Hoſtis uictus terra mariq;. Horat. Epod. 9. 6.

Ira uicta per preces. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 8. 10.

Opes uictæ. Cic. 7. Verr. 77, Hic primùm opes ipſius ciuitatis uictæ, comminutæ, depreſſæq; ſunt.

Patientia uicta uitijs. Ouid. 3. eleg. 10. 1.

Pietas uicta furore. Horat. 3. Carm. ode 27. 8.

Pudor uictus amore. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 6.

Reus uiclus. Cic. 3. Verr. 6, Ne actor quidem eſt is, cui reus tam nocens, tam perditus, tam uictus, aut occultè furripi, aut impunè eripi poſſit.

Terga uicta dare. Ouid. 7. Metam. 15.

Vrbes uictæ. Horat. 4. Carm. ode 15. 1.

Victus. Virgil. 9. eclog. 1,

Nunc uicti triſtes, quoniam ſors omnia uerſat.

Hos illi (quod nec bene uertat) mittimus hœdos. Seruius. Victi, id eſt, impotes uoti. Nam quo modo uictores dicimus uoti compotes, qui quod uolunt faciunt: ſic uictos contrario uoti impotes, qui nō poſſunt facere quod uolunt.

Victus, A' propoſito priſtino recedens. Virg. 2. Aeneid. 140,

Hic uerò uictus genitor ſe tollit ad auras. Seruius.

¶ Victor, uictoris, pen. prod. (νικητὴρ, νικάτωρ, νικητὴρ, νικηφόρος) Qui uicit. Cæſar 2. bel. Gall. 315. Qui ab Decumana porta, ac ſummo iugo collis noſtros uictores flumē tranſire conſpexerant.

Multa enim uictori, eorum arbitrio per quos uicit, etiam inuito facienda ſunt. Cic. Marcello, lib. 4. 9, 10.

Belli uictor. Stat. 9. Thebaid. 125.

Omnium gentium uictor. Cic. in Piſonem, 11.

Hoſtium uictor. Horat. 1. Carm. ode 6. 1.

Ille externorū bellorū hoſtiūq; uictor. Cic. de Aruſp. reſpō. 45.

Cruentus

Cruentus uictor. Lucan. lib. 5. 152.

Ferus uictor. Horat. 2. epiſt. 1. 32.

Violens uictor. Horat. 1. epiſt. 10. 8.

Currus uictor, Triumphalis. Ouid. 4. Triſt. eleg. 2. 10.

¶ Victrix, uictricis, penul. prod. ſ. g. (νικήτρια) Quæ uicit. Cicero ad Brutum, 10. 2, Erat uictrix Reſpu. cæſis Antonij copijs, ipſo expulſo.

Libidinis uictrix. Cic. pro Cluentio, 10.

Arma uictricia, pro Victoribus, & ijs qui armis uicerunt. Virgilius 3. Aeneid. 11,

Res Agamemnonius, uictriciáq; arma ſecutus.

Fas omne abrumpit. Vbi Seruius, Omnia nomina à uerbo uenientia, quum in Or exeunt, maſculina ſunt, ut Victor: quum in Trix, fœminina ſunt, ut Victrix. Neutra uerò non faciunt niſi tantùm ex numero plurali. Vnde eſt Victricia.

Athenæ uictrices. Cic. 1. Tuſcul. 186.

Cateruæ uictrices. Horat. 4. Carm. ode 4. 5.

Dextra uictrix. Ouid. 1. Faſt. 67.

Lauri uictrices. Virg. 8. eclog. 3.

Libido uictrix. Seneca Thyeſte, 1. 10.

Literæ uictrices, Victoriam denunciantes. Cicero ad Atticum, lib. 5. 109. 3.

Manus uictrix. Cic. pro Seſtio, 68.

Palmæ uictrices. Ouid. ad Piſonem, 7.

Victrix, Voti compos. Virgil. 7. Aeneid. 109,

——cæli conuexa per auras
Iunonem uictrix affatur uoce ſuperba. Seruius.

¶ Victoria, uictoriæ (νίκη, νίκητρον, νίκημα) Plaut. Trucul. 6. 20.

Hic ſunt quas habet uictorias. Cic. ad Brutum, 15. 10, Facilius in timore benigni, quàm in uictoria grati reperiuntur.

Victoriam deam uetuſtas pinnatam & aligeram pinxit, ut è cælo deuolantem ad eos, quos ſuis ornare ſucceſſibus uellet. hinc Auſonius,

Tu quoq; ab æthereo præpes uictoria lapſu. Et Prudētius Marmoreo in templo rutilas uictoria pennas
Explicet, & multis ſurgat famata talentis.

Id eo ſcribit, quod aureæ & auratæ uictoriæ plerunq; ponerentur, quos & quædam ſtimulachra interdum ſuis manibus ſuſtinebant. Cic. 3. de Nat. deor. Idem uictoriolas aureas, & pateras, coronaſq; quæ ſimulachrorū porrectis manibus ſuſtinebantur, ſine dubitatione tollebat. Puella autē formabatur. ut Prudentius ait, pennigerā, pexo crine, nudo pede ſuſpenſa, ſtrophio reuincta, ſinu ueſtis fluitante. Ex Turnebo.

Victoria & triumphus. Cic. pro Murænā, 11.

Victoria natura inſolēs & ſuperba eſt. Ci. pro M. Marcello, 5.

Facies uictoriæ. Tacit. in uita Agricolæ.

Agilis uictoria. Vide Agilis.

Cruenta uictoria. Vide Cruentus.

Facilis uictoria de madidis, &
Blæſis, atque mero titubantibus. Iuuenal. Satyr. 15. 5.

Lætā uictoria. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 2.

Pulchrā & ſpectabilis uictoria. Tacit. in uita Agricolæ.

Velox uictoria. Horat. 1. epiſt. 19. 13.

Adipiſci uictoriam. Cæſar bel. Ciuil. lib. 5.

Amplecti uictoriam. Vide Amplector.

Ceſſit illi uictoria. Vide Cedo.

Cohoneſtare uictoriam. Vide Cohoneſto.

Concedere uictoriam. Tacit. lib. 5.

Concelebrare uictoriam. Vide Concelebro.

Conclamare uictoriam. Vide Conclamo.

Conſequi uictoriam. Cic. pro Cælio, 12.

Conſiſtit uictoria, Vide Conſiſto.

Conſtituere uictoriam. Vide Conſtituo.

Conſtat uictoria. Cæſar bel. Gall. lib. 7.

Corrupta toties uictoria. Tacit. lib. 20.

Deferre uictoriam. Liu. ab Vrbe, lib. 5.

Differre uictoriam. Liuius de bell. Punic. Illa cunctatio diſtuliſſe modò uictoriam uideri potuit: hic error uires ademiſſe ad uincendum.

Dare uictoriam. Liu. ab Vrbe, lib. 5.

Edere uictoriam. Tacit. in uita Agricolæ.

Eripere uictoriam. Salluſtius in Iugurtha.

Excidit uictoria è manibus. Vide Excido.

Exercere uictoriam, Salluſtius in Catil.

Extorquere uictoriam. Liuius de bel. Pun.

Habere uictoriam. Liu. de bel. Pun. Quod primum eſſet, confeſſionem ſe hoſtium habere, nequaquam pares eos eſſe ſibi, breui & uictoriam haud dubiam habiturum, nec meliore euentu eos ſecum, quàm ſpe pugnaturos.

Habere uictoriam in manibus. Liu. lib. 10. bel. Pun. 73.

Inquietare uictoriam. Tacit. lib. 19. hoc eſt, Inquietabant.

Interpellare uictoriam. Cæſar bel. Ciuil. lib. 4.

Morari uictoriam. Liu. de bel. Pun.

Naſcitur uictoria. Cæſ. bel. Ciuil. lib. 4.

Oritur uictoria. Cæſar bel. Ciuil. lib. 3.

Párere uictoriam. Cæſar bel. Ciuil. lib. 5.

Pátrare uictoriam. Tacit. lib. 13.

Portendere uictoriam. Liu. de bel. Pun.

Reportare uictoriam. Cic. pro lege Manil. 4.

Retinere uictoriam. Salluſt. in Iugurtha.

Spectare uictoriam. Quint. lib. 5. cap. 12. 17.

Stat uictoria. Liu. libro 3. bel. Pun. 132, Multorumq; ſanguine ac uulneribus ea Pœnis uictoria ſtetit.

Victoriam in manibus eſſe. Salluſt. in Catil.

Tradere uictoriam. Quint. lib. 7. cap. 2. 31.

Transferre uictoriam. Cæſar bel. Ciuil. lib. 4.

Tribuere uictoriam. Cæſar bel. Ciuil. lib. 4.

¶ Victoriatus, uictoriati, penul. prod. Genus nummi. Plinius lib. 33. cap. 3. 8, Qui nunc uictoriatus appellatur, lege Clodia percuſſus eſt. Antea enim hic nummus ex Illyrico aduectus, mercis loco habebatur. Eſt autem ſignatus uictoria: & inde nomen. Quintil. lib. 6. cap. 4, Dicente quodam uictoriato ſe uno in Sicilia quinque pedes longam murænam emiſſe. Cic. pro Fonteio, 8, Crodimum porcium, & Numium ternos uictoriatos Nulchalone ſerene * Vmbinos, & uictoriatos mille.

¶ Victorioſus, penul. prod. Adiectiuum (νικητικὸς) Qui uarias ſiue plures uictorias reportauit: quā dictione uſus Cato, teſte Gellio lib. 4. cap. 9.

¶ Vincibilis, & hoc uincibile, penul. corr. (κρατικὸς) Quod facilè uincitur. Terent. Phorm. 1. 4. 50,

Iuſtam illam cauſam, facilem, uincibilem, optimam.

Colum. libro 3. cap. 12. 3, Grauem terram, uix ulla cultura uincibilem.

Vindelicia] οὐινδελικία, Prouincia Europæ, ſicuti à Ptolomæo libro 3. ſcribitur. Eſt autem inter Rhetiam, quam habet ab Occaſu, & Noricum ab Oriente. Eam Lycius amnis diſterminat à Rhetia, Enos fluuius diuidit à Norico. A' Septentrione Danubio terminatur, à Meridie Alpibus. ſupra Italiam extenſis. Eius ciuitas inſignis fuit Auguſta Vindelicia.

¶ Vindelici, penul. corr. (οὐινδελικοὶ) Populi: de quibus diximus in dictione Vandali. Horat. 4. Carm. ode 4. 4.

¶ Vindelicus, pen. corr. Adiectiuum (οὐινδελικὸς) ut,

Spolia Vindelica. Claud. de bel. Getico, 84.

Saltus Vindelici. Claud. de bel. Getico, 74.

Vindemia] *uindemiæ* (τρύγητος, τρυγητός) Quasi uindemia: à uino demendo. Virgil. 2. Georg. 105.

Non eadem arboribus pendet uindemia nostris.
Mitis in apricis coquitur uindemia saxis.

Vindemia mellis. Plinius, Prima mellis uindemia melior. Idem lib. 11. cap. 14. 3. & cap. 15. 2.

Vindemia oliuarum. Plin. lib. 15. cap. 1. 4.

Vindemiã & uindemias inter se differre uult Seruius, *his uerbis*, Quum uindemiam numero singulari dicimus, unius anni significamus: quum plurali, multorum: ut Messem, messes: hyemem, hyemes. hæc enim semel tantum annis quibusque contingunt. Multi tamen uolunt uindemiam esse totius orbis generaliter, uindemias singularum partium: ut plus significet singularis, quàm pluralis numerus: sicut plus est quum dicimus, Per terram pluit, quàm Per terras: tunc enim omne elementum per singularem numerum, non terras aliquas significamus. Virg. 2. Georg. 2,

—*spumat plenis uindemia labris.*

Administrare uindemias. Vide Administro.

¶ Vindemiola, *uindemiolæ*, penul. corr. Diminutiuum (τρυγητίδιον) Cicero ad Atticum, libro 1. 6. 5, Ego omnes meas uindemiolas eò reseruo, ut illud subsidium senectuti parem. De fructu studiorum intelligit.

¶ Vindemio, *uindemiãs* (τρυγάω) *uindemiare*, Vindemias colligere. Plin. lib. 14. capit. 2. 9, Nouissimas uindemiant.

¶ Vindemiator, penult. prod. *uindemiatoris* (τρυγητής) Qui uinum legit. Colum. lib. 3. cap. 21. 5, Vindemiatorum aleam subeat. Idem lib. 4. cap. 17. 7, Et fructus commodius legitur à uindemiatore.

Vindemiator, Sydus quod tertio nonas Martij apparet. Colli. lib. 11. cap. 2. 44, dicit illud septimo calendas Septembris exoriri. Plin. lib. 18. cap. 31. 1, Cæsari & Assyriæ stella quæ Vindemiator appellatur.

Vindemator, penul. prod. (τρυγητὴς) Idem.

Durus uindemator. Horat. 1. Serm. Satyr. 7. 6.

¶ Vindemitor. penul. corr. (τρυγητὴς) Idem. Ouid. 3. Fast. 82,

Siue est Arctophylax, siue est piger ille Bootes,
Mergetur, uisus effugietq; tuos.

At non effugiet uidemitor. Seneca,

Carpebat raras serus uindemitor uuas.

¶ Vindemiatorius, Adiectiuum (τρυγητικὸς) Quod ad uindemiam pertinet. Varro 3. de Re ruſt. capit. 2. 7, Nihilo magis torcula uasa uindemiatoria, aut scrias olearias, ut trapeta.

Quali uindemiatorij, Vlpianus in l. instrumento. ff. de instructo uel instrumento leg.

¶ Vindemialis, & hoc uindemiale, penul. prod. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 7, Nuper in Tusculano meo fui, quum uindemiales fructus pro annua solennitate legerentur.

Vindex] *uindicis*, penul. corr. (ἔνδικος, τιμωρὸς, ἀμυντὴρ, τιμάορος) Vltor iniuriæ. Cic. pro Flacco, 45, Quum speculatur atq; obsidet Rostra uindex temeritatis, & moderatrix officij Curia. Et ad Brutum, 17. 4, Quid hoc mihi prodest, &c. si uindex illius mali, author extitit alterius, fundamentum & radices habituri altiores, si patiamur?

Vindex & oppressor dominationis. Cic. ad Brutum, 16. 11.

Vindex & ultor. Colum. lib. 7. cap. 12. de cane.

Facinorum & sceleris speculator & uindex. Cic. 3. de Natura deorum, 63.

Fraudis auaræ uindex. Horat. 4. Carm. ode 9. 8.

Scelerum uindex. Lucan. lib. 9. 4.

Linguæ magnæ uindex, Vindex superbiæ. Horatius 4. Carminum, ode 61.

Iustissimus uindex. Ouid. 3. de Arte, 65.

Carcer nefariorum uindex. Cic. 2. in Catilinam, 46.

Vindex, Defensor & assertor. Cic. 3. de Legib. 56, Habeat sane populus tabellam, quasi uindicem libertatis.

Extitisti tu uindex nostræ libertatis. Cic. Octauio, 7.

Aeris alieni. Cic. ad Att. lib. 2. 16. 17.

Pœna uindex. Catull. Argonaut. 59. 39.

Vires uindices. Ouid. epist. 9. 3.

Vindiciæ] *uindiciarum*, pluraliter. Festus, Vindiciæ appellantur res eæ, de quibus controuersia est: de quibus Cincius sic ait, Vindiciæ olim dicebantur, quæ ex fundo sumptæ, in ius allatæ erant. Seruius Sulpitius uindiciam esse ait, ab eo quòd uindicantur res ex controuersia. Hactenus Festus. Vindiciæ, id est sententiæ, ut dicunt aliqui, aut uerius assertiones rei & adiudicationes, ut loquuntur: ubi nescit iudex si duo sint, utrius sit: uel, si sint plures, cuius. Nihil nanque aliud est uindicia, quàm assertio: quæ si à seruitute est in libertatem, dicitur uindicia secundum libertatem: si uerò à libertate in seruitutem, dicitur uindicia secundum seruitutem pronunciari. Vnde Prætor dicitur decernere uindicias secundum libertatem, quando in libertatem asserit. Item, dicitur dare uindicias secundum seruitutem, quando pronunciat assertionem eiusmodi. Hæc uerò omnia latissimè declarat Budæus, his uerbis, Vt autem ad uindicias ueniamus. Liuius 3. ab Vrbe, 182, de filia Virginij loquens, ita inquit, Hanc uirginem adultam, forma excellentem Appius amore ardens, precio ac spe pellicere adortus, postquam omnia pudore septa animaduerterat, ad crudelem superbamq; uim animum conuertit. Marco Claudio clienti negocium dedit ut uirginem in seruitutem assereret: neq; cederet secundum libertatem postulantibus uindicias: quòd pater puellæ abesset, locum iniuriæ esse ratus. Item paulo pòst, Aduocati puellæ quum Virginium Reipubl. causa dixissent abesse, biduo affuturum, si nunciatum ei sit: iniquum esse, absentem de liberis dimicare: postulant ut rem integram in patris aduentum differat: lege ab ipso lata uindicias det secundum libertatem. Vindicias secundum libertatem dare, & Liuius & Pomponius intellexerunt decernere, ut interim dum pater puellæ accersitur, dumq; ipsa status sui quæstionem patitur, in possessione ipsa sui ac libertatis esset. Vt uindicias postulare secundũ libertatem, pro eo quod est, postulare ut interim libertatem potiretur. Quod autem sequitur de Bruto, qui uindicias secundum libertatẽ dixisset in persona Vindicis Vitelliorum serui, Vindicij, non Vindicis legendum est, ex eodem Liuio, libro secundo: Præmiũ, inquit, indici pecunia ex ærario, libertas & ciuitas data. Ille primùm dicitur uindicta liberatus. Quidam uindictæ quoq; nomen ab illo tractum putant, Vindicio illi nomen fuisse. Post illũ, seruatum ut qui ita liberati essent, in ciuitatem accepti uiderentur. Itidem Plutarchus in Publicola. Vindiciarum nomen non à Vindicio, ut Accursius putauit, sed à uindicando tractum est: id quod ex Liuio intelligi satis potest, Appius, inquit, quum uirginem non defendi ab Icilio, sed inquietum hominem locum seditionis quærere diceret, non præbiturum se illi eo die materiam, ius eo die se non dicturum, neq; decretum interpositurum, à M. Claudio petiturum ut decederet iure suo, uindicariq; puellam in posterum diem pateretur. Vindicari puellam Liuius, pro Vindicias puellæ secundum libertatem dari dixit, hoc est asseri interim in libertatem, & in possessione libertatis esse usque in posterum diem. Idem paulo pòst, Ita uindicatur Virginia spondentibus propinquis. Hactenus Budæus.

Nunc subijciam uerba Asconij Pædiani in Verrinas Ciceronis: Lis uindiciarum est, inquit, quum litigatur de eare apud Prætorem, cuius incertum est quis debeat esse possessor, & ideò

& ideo qui eam tenet, satisdat pro præde litis uindiciarum aduersario suo, quo illi satisfaciant nihil de deterius in possessione factarum de qua iurgium esset, rursus sponsione ipse prouocatus ab aduersario certæ pecuniæ aut æstimationis, quam amittat, ni suã fuit hæreditas de qua contendit. Cicero 3. Verr. 80, Si habuisset, inquit, iste edictum quod ante ipsum & post eum omnes habuerunt Prætores, possessio Numitiæ genti esset data. Siquis testamento se hæredem esse arbitraretur, quod tum non extaret, lege ageret in hæreditatem: aut prædes litis uindiciarum quum satis accepisset, sponsionem faceret: ita de hæreditate certaret. Hoc opinor iure & maiores nostri & nos semper usi sumus. Quæ uerba Pædianus exponens, ita inquit, Aut peteret ut possessor esset, aut acciperet ab aduersario satis pro præde litis uindiciarum: & ipse sponsionem faceret, & ita de hæreditate certaret. Fortasse autem non prædes apud Ciceronem, sed prædẽ legendum est. Ex supradictis satis, ut opinor, apparet, uindiciarum litem eam esse, qua controuersæ rei possessionem fiduciarum petimus, interea dum lis de re ipsa, aut de possessione disceptatur. Huiusmodi enim possessio, quam Pædianus intelligi ex Cicerone uoluit, non iusta & absoluta est possessio, sed fiduciaria, & ueluti depositaria, rationibus reddendis fructib. obnoxia. Hæc Budæus.

Vindicias secundum libertatem postulare, uel dare. Vide suprà in Vindiciæ.

Vindicijs ac sacramentis petere. Cic. pro Milone, 55, Eum de nicq; cui nulla lex erat, nullum Ciuile ius, nulli possessionum termini: qui non calumnia litium, non iniustis uindicijs ac sacramentis alienos fundos, sed castris, exercitu, signis inferendis petebat. Clodius, inquit, non iam aliquo iuris colore quæsito alienas inuadebat possessiones, ut calumniatores & litigiosi solent, sed ui armata apertaq;, & tanquam hostili prælio. Ex quibus uerbis apparet, uindicias & sacramentum, & uindicationis formulam, quia in iure manu consertum uocabant, similes quodammodo inter se ac cognatas actiones formulasq; fuisse. Budæus.

¶ Vindico, *uindicas*, penul. cor. (ἐνδικέω, τιμωρέω, ἀμύνω) *uindicare*, Vlcisci, castigare, punire. Cic. 2. de Leg. 63, Grauiter olim ista uindicabat uetus illa Græcia: longè prouidens, &c. Idem de Amicitia, 40, Talis improborum consensio non modò excusatione amicitiæ legenda non est, sed potius omni supplicio uindicanda est.

Dolus malus legibus erat uindicatus. Cic. 3. Offic. 79.

Acerrimè maleficia uindicare. Cic. pro Rosc. Amer. 7.

Mortem uindicare alicuius. Plin. lib. 10. cap. 43. 3.

Necem alicuius uindicare. Ouid. 6. Fast. 94.

Offensas suas uindicare ense. Ouid. 3. Trist. eleg. 8. 8.

Peccata moribus & iudicijs uindicare. Cic. 2. de Inuen. 178.

Peccatum in altero uindicare. Cic. 5. Verr. 4.

Seditionem uindicare. Cic. Lentulo, lib. 1. 8. 51.

In aliquem scelera alterius uindicare. Cic. 5. Verr. 153. Gell. libro 11. capit. 18, Is sua lege in fures duplici pœna uindicandum existimauit.

Vindicari, Passiuè. Cic. pro Cecin. 49, Fateor, hoc interdicto Prætoris uindicari, si uoluntas & æquitas uideat. Vetus codex habet, Hoc interdictum Prætoris uiolaui.

In posterum diem uindicari. Vide paulo antè in Vindiciæ.

Vindicatum est, Impersonale: pro, Animaduersum est. Cicero 7. Verr. 104, Fateor non modò in socios, sed etiam in ciues militesq; nostros persæpe esse seuerè ac uehementer uindicatum. Budæus.

Vindicare, Liberare: asserere in libertatem. Cic. 2. Philip. 94, Pecunia quæ nos à tributis posset uindicare.

Vindicare & liberare. Cicero pro Rabirio perduell. reo, 11. I-

dem ad Quint. fratrem, libro 3. 17. 13, Teq; item ab eo uindico & libero.

Ab interitu uindicare. Plin. in Paneg. 82.

A labore uindicare. Cic. pro Sylla, 19, Sed neque honoris, neque ætatis excusatio uindicat à labore. id est, Asserit, tuetur, immunem præstat.

Aliquem à magnitudine doloris uindicare. Cic. 2. Tusc. 77.

A molestia, supplicio, & impetu libidinum uindicari: pro, Liberari. Cic. ad Quĩ fratrem, libro 1. 4. 2. Liu. 1. ab Vrbe, 113. Cicero 1. de Vmb. 71.

Ab obliuione & silentio hominum uindicare. Cic. 2. de Ora. 5.

Senectutem à solitudine uindicari iuris Ciuilis scientia. Cicero 1. de Orat. 132.

Vindicare à se, pro Sibi. Liu. lib. 4. Decad. 5, Victoriæ utique de Antiocho rege maiore parte à se uindicata.

Vindicare se ab aliquo, pro Vlcisci. Senec. de Benef. 6.

Aliquem à uitijs omnibus uindicare. Cic. de Senect. 50.

In libertatem uindicare, pro Asserere. Asinius ad Cic. libro 10. 31. 4, Deinde qui & me, & Rempub. uindicare in libertatem paratus sim. Cic. in Parad. 52.

Solui terroribus, & in libertatem uindicari. Cicero 1. de Natura deor. 77.

Vindicare libertatem, Defendere uel ulcisci. Cæsar 7. belli Gallici, 302.

Vindicare se ad suos. Cic. pro Rabirio Posth. 15.

Vindicare se existimationi hominum. Cic. 5. Ver. 113.

Vindicare se de aliquo. Cic. pro Deiotaro, 14.

Vindicare data, Compensare. Sene. de Benef. lib. 3. cap. 13.

¶ Vindicatio, *uindicationis*, Verbale (ἐκδίκησις) Vltio, uindicta. Cic. 2. de Inuent. 170, Vindicationem, per quam uim & contumeliam defendendo, aut ulciscendo, propulsamus à nobis & à nostris qui nobis esse chari debẽt, & per quam peccata punimus.

¶ Vindicta, *uindictæ* (ἐκδίκεια, τιμωρία) Id est, Animaduersio pro delicto. Paulus in l. quod Reipub. de iniurijs: Quod Reipub. uindicandæ causa secundum bonos mores fit, etiamsi ad contumeliam alicuius pertinet, quia tamen non ea mente magistratus facit, ut iniuriam faciat, sed ad uindictam maiestatis publicæ respiciat, actione iniuriarum non tenetur.

Suscipere uindictam legis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 7.

Vindicta, libertas, siue uirga, qua serui libertate donabantur. Nam faciendi liberi tres partes sunt. Vna, ut censu liber fiat: censebantur enim antiquitùs soli ciues Romani. Siquis consentiente uel iubente domino nomen detulisset in censum, ciuis Romanus fiebat, & seruitutis uinculo soluebatur. Altera pars adipiscendæ libertatis, quæ uindicta uocabatur, scilicet uirgula quam Prætor manumittendi serui capiti imponens, eundem seruum in libertatem uindicabat, dicens quædam uerba solennia: atque ideò illa uirgula, uindicta uocabatur. Plin. epist. 136, Spero, imò confido facilè me impetraturum, ut ex itinere deflectat ad te, si uoles uindicta liberare, quos proximè inter amicos manumisisti. Tertia pars faciendi liberi est, siquis suprema uoluntate, in testamenti serie seruum liberum scripserit. Cic. in Topicis, 6, Si neq; censu, neq; uindicta, nec testamento liber factus est, non est liber: neq; est ulla earum rerum, non est igitur liber. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 16,

—*quem ter uindicta quaterq;*
Imposita haud unquam misera formidine pruiet. Vbi Acron, Vindicta, id est uirga qua percutiebantur serui, dum liberi fiebant.

Liberare uindicta. Tacit. lib. 13. Cic. pro Rabir. perd. reo. 11.

Vindius] *uindi*, Edulius, Egdubeda, Ortospeda, Hiſpa-

niæ Tarraconenſis inſignes montes ſunt apud Ptolemæum lib.2.cap.6.uulgò montes de Ocay de Aſturias.

Vinea] uineæ (ἀλωὴ, ἀλωὰ, ἄμπελῶν, ἀμπελὼν, ἀμπελὼρ) Locus uitibus conſitus: uel ipſa uitis. Cicer.2.de lege Agrar. 69, Iugera CCC ubi inſtitui uineæ poſſunt. Col.lib.3.cap.2, Ideo non eſt uineis apta, uix etiam arbuſto.

Brachiata. Vide Brachium.

Caluata. Vide Calua.

Capitata. Vide Caput.

Collina. Vide Collis.

Compluuiata. Vide Compluuium.

Culta. Tibul.lib.1.eleg.10.7.

Imputata. Horat.Epod.16.9.

Macerrimæ uineæ. Colum.lib.8.cap.1.2.

Floret uinea. Ouid.5.Faſt.53.

Induunt ſe uuis uineæ. Vide Induo.

Iugare uineas. Vide Iugum.

Ordinare uineam paribus interuallis. Vide Ordino, in Ordo.

Pubeſcit uinea. Virg.2.Georg.78.

Purgare uineam. Catull.Argonaut.59.

Verberatæ grandine uineæ. Horat.3.Carm.ode 1.6.

Vibex, inſtrumentum bellicum lignis compactum, inquit Liuius, latum pedibus octo, altum ſeptem, longum ſexdecim, tectum duplici ligno, cratibuſq; contexitur: latera quoque uimine ſepiuntur, ne ſaxorum ac telorum impetu perfringantur: extrinſecus, ne crementur, crudis ac recentibus coriis integuntur. Quum plures fuerint, iunguntur ordine, ſub quibus oppugnantes tutius ad muros ſubruendos pugnant. Plautus Milite, 5, 111, —ad eum Vineas, pluteoſq; agam. Cicero ad Catonem, lib.15.4. 28, Aggere, uineis, turribus oppugnaui, uſuſq; multis tormentis. Idem 8.Phil. 245, Conductæ uineæ ſunt, pugnatur acerrimè.

¶ Vinearius, Adiectiuum (ἀμπελικὸς) Quod eſt uineæ, uel quod ad uineam pertinet: ut, Collis uinearius. Colum. lib.5. cap.6.30.

¶ Vineaticus, pen.corr. Aliud, adiectiuũ (ἀμπελικὸς) Idem. ut, Falces uineaticæ. Varro 1.de Re ruſt.cap.22.4. Colum.lib.4. capit.1.1, Vnum tamen atque alterum reprehendiſſent, quippe ſemihibus uineaticis nimium me profundos cenſuiſſe fieri ſcrobes. Cato cap.11.3, Ferramenta, falces uineaticas ſex.

¶ Vinealis, & hoc uineale, penul.prod. (ἀμπελῶδης) Quod eſt aptum ad uineam. Colum.libro 3.cap.12.1, Sed ne nunc per infinitas terreni ſpecies euagemur, non intempeſtiuè commemorabimus Iulij Græcini conſcriptam uelut formulam, ad quam poſita eſt limitatio terræ uinealis.

Vinetum, Vinitor, Vinoſus] Vide Vinum.

Vintium] οἰνῶτον, Neruſiorum in Alpibus litoreis urbs, Ptolemæo lib.3.cap.1. uulgò mont Viſol, Veſulo monte.

Vinum] uini (οἶνος) Martial.lib.3.35,

Reſinata bibis, uina Falerna fugis.
A'ui deducitur, ut nonnulli uolunt, quòd uim inferat menti. Ouid.1.de Arte, 49,
Et Venus in uinis, ignis in igne fuit.

Vina, pluraliter. Cicer.3. Verr.64, Vina, cæteraq; quæ in Aſia facilè comparantur. Alibi ſæpe.

Languidus uino. Vide Languor.

Certamen mite uini. Tibull.lib.3.eleg.6.3.

Pernicies uini. Lymphæ. Catull.ad puerum, 24.2.

Plenus uini, Ebrioſus. Cicero Poſt reditum in Senatu, 11, Vini, ſomni, ſtupri plenus, madenti coma.

Infirmi ſaporis uinum. Vide Infirmus.

Vini ſapores quatuor, Dulce, acutum, lene, & auſterum.

Violentia uehemens uini. Lucr.et.lib.3.96.

Ad uinum, Inter conuiuium & ſympoſia. Vide Ad præpoſitionem.

Ad uinum diſertus. Vide ibidem.

Album uinum. Vide Albus.

Aſperum. Vide Aſper.

Atrum. Vide Ater.

Auſterum. Vide Auſter.

Calidum. Ouidius 15.Metamorphoſeos, 65.

Cibarium. Vide Cibus.

Collina uina. Vide Collis.

Doliare uinum. Vlpianus, de periculo & commodo rei uenditæ, l.prima, Si doliare uinum emeris, nec de trahendo eo quicquam conuenerit, id uidetur actum ut antè euacuarentur, quàm ad uindemiam opera eorum futura ſit neceſſaria. Doliare uinum dicitur ad differẽtiam uini pendentis. Vide Catonẽ, ca.148, quæ ſit lex uino in dolijs, & oleæ pendenti.

Vinum uetuſtate edentulum. Plaut.Pœn.9.87, hoc eſt, Quod uim ſuam amiſit.

Firmiſſimum. Virg.2.Georg.20.

Hornum. Vide Hornus.

Indigena. Vide Indigena.

Ignitius. Vide Ignis.

Larga, aut Libera uina. Horatius 3. Carm, ode 18. 2. & de Arte, 17.

Lene uinum. Cic.5.Tuſcul.20.

Marathrites uinum. Vide Marathrum.

Marcida. Stat.3.Sylu.6,7.

Merum. Vide Merus.

Molle uinum, Quod caret aſperitate & defæcatum eſt. Virg.1. Georg.69.

Myrtites. Vide Myrtus.

Mucida. Vide Mucor.

Nouitium uinum. Vide Nouus.

Nouum & Vetus uinum, contraria. Cic.de claris Orat.158.

Peculiare. Vide Peculium.

Pendens. Vide Pendeo.

Purum. Ouid.7.Metam.121.

Rubens. Ouid.5.Faſt.102.

Spurcum uinum. Vide Spurcus.

Vinum toruum. Vide Toruus.

Abſtinere uino. Vide Abſtineo.

Abſumere uinum. Vide Abſumo.

Acere uinum dicitur. Vide Acidus.

Adhibere uinum ægrotis. Vide Adhibeo.

Carere uino. Vide Careo.

Circuncidere uinum. Vide Circundo.

Coaceſcit uetuſtate uinum. Cic.de Senec.68.

Collectum uinum. Plin. Et collecto iam uino differentia in cella

Concinnare uinum. Vide Concinnus.

Corrigere uina. Vide Corrigo.

Diffuſum uinum ex œnophoro. Cic.2.de Finib.46.

Dant animos uina. Ouid.12.Metamorph.49.

Euaneſcunt uetuſtate uina. Cic.2.de Diuin.175.

Expletus dapibus uinoq; ſepultus. Virg.3.Aeneid.126.

Feruida uina exſurdant ſubtile palatum: Horat.2.Serm.Satyr.8.8.

Vinum facit ingenium. Ouid.7.Metam.87.

Vinum facit ſomnum. Ouid.1.Faſt.84.

Ferre uetuſtatem dicuntur uina. Vide Fero. Cicero de Amicitia, Veterrima quæque, ut ea uina quæ uetuſtatem ferunt, eſſe debent ſuauiſſima.

Fugiens uinum. Cic.3.Offic.122. Vide Fugio.

Fundere uina pateris. Virgil.5.Aeneid.20.

Liquentia uina fundere. Virgil.5.Aeneid.48.

Graues uino ſomnoq; iacebant. Ouid epiſt.14.7.

Impulſus uino. Quintil.lib.4.cap.2.51.

Incaleſcere uino. Vide Incaleſco.

Infuſcare uinum. Vide Infuſco.

Inuergere uina. Vide Inuergo.

Dulci mala uino lauere. Horat.3.Carm.ode 12.1.

Leuare uino curaſq; ſitimq;. Ouid.12.Metam.32.

Liquare ex uino. Celſus lib.5.cap.28.

Madent membra uino. Vide Madeo.

Nimio marceſcere uino. Ouid.1.de Ponto, eleg.6.9.

Medicata ſaffitione uina. Vide Medico.

Miſcere uinum aqua. Vide Miſceo.

Nutrire uinum. Vide Nutrio.

Olere uina. Horat.1.epiſt.20.1.

Vina parant animos. Ouid.1.de Arte, 48.

Pellere curas uino. Horat.1.Carm.ode 7.7.

Preſſa uina. Horat.Epod.13.2.

Languidiora uina promere. Horat.3.Carm.ode 21.2.

Horna dulci uina promens doli. Horat.Epod.2.10.

Reponere uina menſis. Virgil.7.Aeneid.27.

Sepulti uino conticuêre. Virgil.9.Aeneid.48.

Sepulta urbs ſomno uinoq;. Virgil.2.Aeneid.53.

Quies ſequitur uina. Ouid.3.Faſt.61.

Soluti ſomno uinoq; procubuêre. Virgil.9.Aeneid.38.

Subtrahere uinum. Celſus lib.3.cap.2.

Sumere uinum meracius. Cic.3.de Nat.deor.112, Vt ſi medicus ſciat cum ægrotum, qui iuſſus ſit uinum ſumere, meracius ſumpturum, ſtatimq; peritурum, magna ſit in culpa.

Transfire ad uinum. Vide Ad præpoſitionem.

Vti largiore uino. Vide Largior, largiris.

Vinum cui nihil ætatis acceſſit. Celſus lib.2.cap.26.

Vinum nullarum uirium, & ingentium uirium, contraria. Celſus lib.3.cap.19.

Vinum, Liber appellatur per translationem, à Libero patre. Cicero 2.de Nat.deor.86, Quum fruges Cererem appellamus uinum autem Liberum.

Vina, pro poculis. Virgil.1.Aeneid.146,

Crateras magnos ſtatuunt, & uina coronant. Hunc ueriſum legimus etiam lib.7.13. Idem lib.9,
Inter lora, rotaſq; uiros, ſimul arma iacere. Vina ſimul.

¶ Villum, uilli (οἰνάριον) Diminutiuum: ſicut ab Vnus, Vllus. Terent.Adelph.5.2.11,

——interea in angulum
Aliquò abeam, atque edormiſcam hoc uilli.

¶ Vinacea, uinaceorum, uel per i, uinacia (τέμφυλα, γίγαρτα) Subſtantiuum plurale neutrum: ſignificat grana uuæ iam preſſæ, & etiam nondùm preſſæ. Significat etiam interdum lignoſa illa ſemina quæ ſunt in acinis, id eſt, uuæ granis. Columel.lib.11.cap.2, Naturalis autem maturitas eſt, ſi quum expreſſeris uinacea quæ acinis celantur, iam infuſcata, & nonnulla propemodum nigra fuerint. Idem libro 6. capit.3.4, Licet etiam ſi ſit leguminum inopia, & eluta & ſiccata, uinacia quæ de lora eximuntur, cum paleis miſcere. Cato capite 7.1, Hæc in ollis, ollæ in uinaceis conduntur.

¶ Vinaceus, maſc. gen. pro eodem (τέμφυλον) Cato capite 25, Vinaceos quotidie recentes ſuccernito. Columel. lib.3. cap.1, Humido loco ſciet non rectè mandari fructus teneri & amplioris acini, ſed calloſi & anguſti, frequentisque uinacei.

¶ Vineacea, uineaceæ, uel uinacea potiùs, idem (γίγαρτον) Colum.lib.de Arboribus, capit.4.5, Vitem quam ponis, ſic ut ad Orientem ſpectet adminiculo religata. In imo ſcrobe lapides circa pondo quinque ita ponito ne uitem premant, ſed tamen iuxta radices ſint. Præterea poſthæc uineaceæ heminam uuæ albæ in nigra, uuæ nigræ in alba ponito, atq; ita ſcrobem uel ſulcum cum ſtercorata terra ad mediũ completo. Plin.lib.17.capit.22.27, Circum capita addito ſtercus, paleas, uinaceas, aut aliquid horunce.

¶ Vinaceus, Adiectiuũ: ut, Acinus uinaceus. Cic.de Senect.48.

¶ Vinalia, Vinaliorum (πιθοιγία) Tam ſecundæ quàm tertiæ declinationis: Feriæ IX. cal. Maij deguſtandis uinis inſtitutæ, ut ait Plin.lib.18.cap.29.6. Sunt & altera Vinalia, quæ aguntur ad XIII. cal. Septembris, ut ipſe paulo poſt dicit.

Feſta Vinalia quæ X calend. Maij fiebant, ab Aenea inſtituta fuiſſe docet Ouidius 4.Faſt.174.

¶ Vinarius, uinarij (οἰνοπώλης) Vini uenditor. Vnde Lampridius ſcribit, Alexandrum Romanum imperatorem conſtituiſſe corpora uinariorum, & caligariorum, & omninò omnium artium. Plaut. Aſin.9.30,

Sed uina quæ heri uendidi uinario Extrambo, &c. Idem Pœnulo, 14.16.

Vinarius, pro Vinoſo & ebrioſo. Vlpianus in l.ob quæ de ædilitio edicto, Item aleatores & uinarios non contineri edicto quoſdam reſpondiſſe Pomponius ait: quemadmodum nec gulioſos, nec impoſtores, aut mendaces, aut litigioſos. Ibidem, in l.Aediles, Vt puta ſi imitatione conſeruorũ apud emptorem talis factus eſt, aleator forte, uel uinarius, uel ęroneus ſit. Budæus.

Vinarius, Adiectiuum (οἰνηρὸς) Quod ad uinum pertinet: ut, Taberna uinaria. Plin.lib.14.cap.13.1, In quibus erant claues uinariæ cellæ. Idem lib.24.cap.1.3, Quæ de cauſa & in ſaccos uinarios additur polenta.

Vinarij lacus. Columel.lib.12. capit.18.2. Horatius 2. Serm. Satyr.8.8,

——inuertunt Aliphanis uinaria tota
Vibidius, Balatroq;.

Vas uinarium. Cic.6.Verr.54.

Crimen uinariũm: id eſt, Portorium uini exportandi gratiâ ſoluendum, quod à Fonteio conſtitutum in Gallia fuiſſe accuſator eius dicebat. Cicer.pro Fonteio, 8, Cognoſcite nunc de crimine uinario, quod illi inuidioſiſſimum & maximum uſa ſe uoluerunt.

¶ Vinalis, & hoc uinale, penul.prod. Macrobius libro 7. Saturnal.cap.7, Sed & ſi qua uinalis fortitudine in homine reſedit, hanc diluit & extinguit.

¶ Vinetum, uineti, pen.prod. (ἀμπελὼν οἰνόφυτον) Locus ubi multitudo uitium conſita eſt: hoc eſt, ubi multæ uites, uel multæ uineæ ſunt. Colum.lib.3. cap. 4.1, Cui uineta facere cordi eſt, faciat uitiarium, ex quo poſſis agrum uineis ueſtire. Cic.2. de Nat.deor. 247, Nec uerò ita refellendum eſt, ut ſi ſegetibus aut uinetis cuiuſpiam tempeſtas nocuerit. Idem 2.de Legib.34, Sacerdotes uineta uirgetaq; & ſalutem populi auguranto.

Læta uineta. Lucret.lib.2.231.

Madentia uineta. Stat.3.Sylu.5.26.

Infeſtantur uineta Auſtris & Euro. Vide Infeſtus.

¶ Vinipotor, gen.prod. uinipotoris (οἰνοπότης) Potator uini. Plin.lib.14. cap. 54.3, Scitum de quodam uinipotore reperitur, Syracuſis tandiu potare ſolitum, donec ab eo coopertа in terra oua fœtũ ederẽt. Vetus exẽplar legit, potore.

¶ Vinitor, pen.corr. uinitoris (ἀμπελουργὸς) Ruſticus uinearum cultor. Colum.lib.2, Separandi ſunt aratores à uinitoribus. Cic.5.de Fin.71, An ea quæ per uinitorem antea conſequebatur, & per ſeipſam curabitur?

Maturæ uinitor uuæ: Virg.eclog.10.8.

¶ Vinitorius, Adiectiuum (ἀμπελουργικός) Quod est uinitoris. Columella lib. 4. cap. 25. 1. 1, Est autem sic disposita uinitoriæ falcis figura.

¶ Vinolentus, Aliud adiectiuum (οἰνώδης, πάροινος, οἰνόφλυξ, οἰνοπότικος) Ebrius, qui uino se ingurgitauit. Plautus Aulul. 23. 8.

Te eam compressisse uinolentum uirginem. Cicero 4. Acad. 154, Dormientium & uinolentorum & furiosorum uisa imbecilliora esse dicebas, quàm uigilantium, siccorum, sanorum.

Somnia uinolentorum. Cic. 1. de lege Agr. 1.
Incidere in uinolentiam uinolentorum. Cic. 5. Tusc. 166.
Vinolentus furor. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 25. 9.
Medicamina uinolenta. Cic. in Pisonem, 9.
Bacchatur uinolentus. Cic. in Oratore, 54.

¶ Vinolentia, uinolentiæ (οἰνοφλυγία) Ebrietas. Cicero in Topic. 40, Cuius etiam generis illa sunt, ex quibus uerum non nunquam inuenitur pueritia, somnus, imprudentia, uinolentia, insania.

Amor, iracundia, ægritudo, uinolentia. Cic. 2. de Inuent. 133.
Vinolentia subiecta est ægrotationi. Cic. 5. Tusc. 39.
Furiosa uinolentia. Cic. 2. Philip. 106.

¶ Vinosus, penul. prod. Adiect. (οἰνώδης, οἰνοπαρὴς, οἰνοπότης) Cupidus uini dicitur, ut ait Valla lib. 1. Plinius ait idcirco uinosos dici homines, quòd soli animalium non sitientes bibunt. Sic legit Calepinus, ubi nunc legimus lib. 23. capit. 1. 29, Vino debemus homines, quòd, &c. Ouid. 3. Fast. 153.

—uinosior ætas
Hæc erat, & grauidæ munera uitis amans.

Vinosus, Ebriosus. Plaut. Curc. 2. 79,
Quid opus est uerbis? uinosissima est.
Conuiuia uinosa. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 4.
Senex uinosus. Ouid. 3. de Arte, 66.
Vinosus succus (ut author est Plin. lib. 15. cap. 28. 1.) propriè est moro, pyro, myrto. Idem lib. 13. cap. 19. 2. & libro 23. cap. 6. 6, inter mali punici genera, uinosa quædam appellat, quæ aluum sistunt & stomachum.
Vinosus sapor. Plin. lib. 12. cap. 13. 1.
Vinosus fructus. Colum. lib. 5. cap. 10. 10.
Vinosa mordacitas ad linguam: hoc est, Quæ haud secus ac uinum linguam ferit. Plin. lib. 21. cap. 18. 9.

¶ Vinulus, penul. corr. Adiectiuum Molliter se gerens, minimè uiriliter, quod facit ebriosus. Plaut. Asin. 5. 70,
Osculando, oratione uinula, uenusula.

Viocuri] Viarum curatores. Varr. Publius & Cosconius quòd ab his dicuntur uiocuris ædificati. Idem alio loco, Quis enim non uidet, unde uiarum & uiocurias in antiquo lexico scribitur, Viaculus, ὁδῶν ἐπιμελητὴς. sed uel uiarius, uel uiocurus, in eo scribendum censeo. Turnebus.

Viola] uiolæ, penul. cor. (ἴον) Notæ significationis. Dicta, ui quidam uolunt, per antiphrasim, quasi minimè uiolatæ: uel quòd nō uiolanda: uel à ui olendi. quamuis aliqui per diminutionem, à Græco ἴον uiolam dictam uelint. Plin. libro 21. cap. 6. 1, Violis honos proximus. Earum plurima genera, purpureæ, lividæ, albæ: plantis omnes, ut olus satæ. Ex iis uerò quæ spontè apricis & macris locis proueniūt purpureæ, latiore folio statim ab radice carnosa exeunt, &c. Abundè de uiolis in hoc capite tractat. Ibid. cap. 11. 3, Florum prima Ver nunciantium, uiola alba. Tepidioribus uerò locis etiam hyeme necat. Postea quæ appellatur purpurea. Proximè flaʒmea, quæ & phlox uocatur, syluestris duntaxat. Cic. 5. Tusculan. 103, An tu me in uiola putabas, aut in rosa dicere?
Puscæ uiolæ. Claud. 2. de raptu Proserp. 26.
Mollis uiola. Virg. 5. eclog. 8.

Nigræ uiolæ. Virgilius 10. eclog. 8.
Pallentes uiolæ. Virgilius 2. eclog. 10.
Tinctus uiola pallor amantium. Horat. 3. Carm. ode 10. 3.
Tondere uiolas manu. Propert. lib. 3. eleg. 13. 6.

¶ Violarium, uiolarij (ἰωνὶς) Locus ubi nascuntur uiolæ, inquit Seruius. Virg. 4. Georg. 7,

—irriguumq; bibant uiolaria fontem.

¶ Violaceus, Adiectiuum (ἰοειδὴς) Idem quod purpureus, qui in uiolæ florem tendit. Plinius lib. 9. cap. 39. 1, Nepos Cornelius, qui diui Augusti principatu obijt, Me, inquit, iuuene uiolacea purpura uigebat. Idem libro 35. capite 16. 2, Violaceus color.

¶ Violarius, uiolarij (ἰοβαφὴς) Violacei coloris infector. Plau. Aulul. 15. 38,

Flammearij, uiolarij, carinarij.

Violantilla] Græcè Ianthis, nomē mulieris, Iolant Budæus.

Violo] uiolas, penulti. corr. (βιάζω, βιάζομαι, βιάομαι, βιάω, βιάζω, ὑβρίζω, ὑβρίζομαι, παρανομέω) uiolare, Corrumpere, polluere. Quasi uim inferre. Et propriè de uirgine dicitur.

Violare, ad alia transfertur: ut, Violare amicitiam. Cicero pro Cluentio, 93.

Amores alicuius uiolare. Tibull. lib. 1. eleg. 3. 17.
Aras cælicolūm uiolauit inea dextera. Sil. lib. 17. 26.
Aurum cibis uiolare. Stat. 1. Thebaid. 30.
Bello uiolari. Cic. Cæsari, in epist. ad Att. lib. 9. 183. 2.
Corpus manu. Cic. post reditum in Senatu, 5, Fortissimi atq; optimi uiri Tribuni plebis sanctissimum corpus non solum tactum ac uiolatum manu, sed uulneratum ferro confectumq; uidistis.
Corpus uulnere. Virg. 11. Aeneid. 170.
Cubile alicuius. Catull. ad Ianuam, epigram. 62. 5.
Dignitatem. Cic. ad Lent. lib. 1. 6. 3.
Ebur ostro. Virg. 12. Aeneid. 14.
Existimationem alicuius. Cic. ad Q. Philip. lib. 13. 74. 4.
Famam probris flagitijsq; uiolare. Cic. 3. Verr. 58.
Fidem uiolare. Ouid. epist. 7. 11.
Fidem coniugij. Plin. lib. 10. cap. 34. 1.
Fœdus. Liu. 8. bell. Pun. 243.
Fœdera communia pacis uiolare factis. Lucret. lib. 5. 233.
Hospites. Cæsar 8. bell. Gall. 86.
Iura. Cic. in Somnio Scip. 33. Idem 2. de Legib. 37, Sanctè uota reddunto, pœna uiolati iuris esto.
Ius sanctum. Cic. pro Rosc. Amer. 64.
Loca religiosa. Cic. pro C. Rabirio perduel. reo, 4.
Numina uerbo uiolare. Tibull. lib. 1. elegi. 2. 17.
Parentes. Cic. 3. de Fin. 51.
Puellam uiolare. Tibull. lib. 1. eleg. 6. 11.
Rempub. Cic. 1. Tusc. 114.
Sacra. Cic. de Arusp. resp. 7.
Nubes uiolant serenam speciem mundi. Lucret. lib. 4. 28.
Suspicione uiolata uirtus. Liu. 2. ab Vrbe, 33.
Syluam uiolare securi, Cædere. Ouid. 3. Metam. 6.
Violare uenas. Celsius lib. 7. cap. 12.
Verbo ius legationis uiolare. Cic. pro lege Manil. 7.
Virginitatem. Cic. 3. de Nat. deor. 81.
Vitam patris. Cic. in Parad. 30.
Voce aliquem uiolare. Cic. pro Domō sua, 64.

¶ Violatus, penul. prod. Participium (βιαιόδικος) Liuius 2. ab Vrbe, 248.

Ab arcu uiolatus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5. 9.
Fletu genas uiolata Diana. Stat. 9. Thebaid. 143.
Corpus uiolatum nullo crimine. Silius lib. 17. 8.
Iura uiolata mariti. Ouid. 2. de Arte, 77.

Leges

Leges uiolatæ. Claud. 2. in Eutrop. 32.
Potestas uiolata. Lucan. lib. 3. 25.

¶ Violandus, Aliud participium (βιαστέος) ut,

Fœdera clam uiolando. Tibull. lib. 1. eleg. 9. 1.

¶ Violatio, uiolationis, Verbale (βιασμὸς) Liu. 9. bell. Pun. 43, Tum quoque alio genere cladis eadem illa pecunia omnibus contactis ea uiolatione templi, furorem obiecit.

¶ Violator, penul. prod. uiolatoris (ὑβριστὴς) Verbale masc. Liu. ab Vrbe, lib. 4. 83, Hiccine est, inquit, raptor fœderis humani, uiolatorq; gentium iuris?
Templi uiolator. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 6.

¶ Violabilis, & hoc uiolabile, pen. corr. Adiectiuum (βιαστὸς) Qui uiolari potest. Stat. 5. Thebaid. 52.

Cor uiolabile leuibus telis. Ouid. epist. 21. 16.
Numen non uiolabile. Virg. 2. Aeneid. 31.

¶ Violentus, Aliud adiectiuū (βιαίος, βιαστὴς, βιαστικὸς, αὐθάδης, ἀπότομος) Qui uim facit. Colum. lib. 5. cap. 5. 15, Superest reliqua illa cultura prostratæ uineæ, quæ nisi uiolentissimo cæli statu suscipi non debet.

Violentus & furens. Cic. 2. Philip. 78.
Tranquillus & Violentus, contraria. Claud. 8. Paneg. 48.
Aer uiolentior incubuit puppibus. Lucan. lib. 5. 144.
Amnis uiolentior influit in mare. Virg. 4. Georg. 75.
Aper uiolentus. Ouid. 8. Metam. 148.
Aura cæli uiolentior. Statius 9. Thebaid. 32.
Ense uiolento fortiter uti. Ouid. epist. 11. 20.
Homo uehemens & uiolens. Cic. 5. Philip. 177.
Impetus alicuius furentes & uiolenti. Cic. de Arusp. resp. 43.
Ira uiolenta. Ouid. 8. Metam. 22.
Ira uiolentior surgit. Silius lib. 4. 53.
Lues uiolenta. Valerius 5. Argonaut. 4.
Mors uiolenta. Tibull. lib. 1. eleg. 3. 1.
Opes uiolentæ. Cic. 1. Pl. ilip. 21.
Pectora uiolenta, Superba. Virg. 10. Aeneid. 31.
Tela uiolenta sumere. Ouid. 11. Metam. 77.
Tempestates uiolentissimæ. Cic. pro Cluent. 109.
Venti uiolenti. Lucret. lib. 5. 247.
Vis uiolenta leonum. Lucret. lib. 3. 60.
Vires uiolentæ æris. Lucret. lib. 5. 255.
Violentior æquo. Ouid. 3. Metam. 50.

¶ Violens, penul. corr. (βιάζω) pro Violentus, apud Horatium, lib. 3. Carm. ode ult. 2. teste Budæo: Dicar qua uidens obstrepit Aufidus, &c. A quo,

¶ Violenter, Aduerbium (βιαίως) ut uult Acron. Liu. 5. ab Vrbe, 2, Quia solennia ludorum, quos intermitti nefas est, uiolenter diremisset.
Violenter gerere Consulatum, pro Crudeliter. Plin. epist. 9. 3.
Inuadere uiolenter. Colum. lib. 7. cap. 12. 7.
Tolerare uiolenter, pro Aegrè & inuito. Terent. Phor. 5. 1. 4.
Violentius. Ouid. 1. de Arte, 5.

¶ Violentia, uiolentiæ (βία, ὕβρις, ἀκαμάτης) Plin. lib. 2. cap. 47. 4, In Narbonensi prouincia clarissimus uentorum est Circius, nec ulli uiolentia inferior.

Violentorum uiolentia. Cic. 5. Tusc. 166.
Vultus uiolentia. Ouid. 1. Metam. 48.
Acris uiolentia. Lucret. lib. 3. 149.
Effrænata uiolentia. Cic. 12. Philip. 338.
Vehemens uiolentia uini. Lucret. lib. 3. 98.
Glisci uiolentia. Virg. 12. Aeneid. 2.
Opprimi impetu uiolentiæ. Cic. Antequam iter in exilium, 8.
Prospicere uiolentiam inimicorum. Cicero Antequam iret in exilium, 7.

Vion] Valentia (ἰσχὺς σθένος) Apulorum urbs, authore Ptolemæo lib. 3. cap. 1. hodie Biuona, Hippo Plinio.

Vipera] uiperæ, penul. cor. (ἔχις, ἐχιδνα) Genus serpentis dictum, quòd ui pereat. De quo Plinius abundè multis locis, maximè uerò lib. 10. capit. 62. 1, Viperæ mas caput inserit in os, quod illa abrodit uoluptatis dulcedine. Terrestrium eadem sola intra se parit ouа unius coloris, & mollia ut pisces. Tertia die intra uterum catulos excludit: deinde singulos, diebus singulis parit, uiginti ferè numero. Itaque cæteræ tarditatis impatientes, perrumpunt latera, occisa parente.
Parua necat morsu spacioſum uipera taurum. Ouidius 2. de Remed. 5.
Vipera uenenata ac pestifera. Cic. de Arusp. resp. 47.
Læsa uipera ignaro pede. Ouid. 2. de Arte, 75.
Breuibus uiperis implicata crines Canidia. Horat. Epod. 5. 3.

¶ Vipereus, Adiectiuum (ἐχιδνώδης) ut, Carnes uipereas edere. Ouid. 2. Metam. 154.

Crinis uipereus. Virg. 6. Aeneid. 56.
Felle uipereo linere spicula. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 4.
Cruore uipereo madent tela. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 7. 8.
Dentes uiperei. Ouid. 3. Metam. 21.
Nodis uipereis nexa brachia. Ouid. 4. Metam. 98.

¶ Viperinus, penul. prod. Aliud adiectiuum (ἐχιδνώδης) Plin. lib. 11. cap. 53. 3, Scythæ sagittas tingunt uiperina sanie & humano sanguine. Cic. 2. de Fin. 151, Morsus uiperinus.

Cruor uiperinus. Horat. Epod. 3. 2.

Vipiones] pen. prod. (μεσογέφυροι) sunt minores grues: sicut pipiones, minores columbi. Plin. lib. 10. cap. 49. 1, In Balearibus insulis & Buteo accipitris generis in honore mensarum est: item uipiones, sic enim uocant minorem gruem.

Vir] uiri, m. g. (ἀνὴρ) Respectum sexus habet. Plinius lib. 10. cap. 63. 2, Viros auidiores ueneris hyeme, fœminas æstate Hesiodus prodidit.

Soboles uirūm. Lucret. lib. 4. 248.
Vir, respectum ætatis aliquando dicit. Plinius, Quod non modò in puero siue adolescente, sed etiam in uiro admiratione dignum uideretur.
Genus acre uirūm. Virg. 2. Georg. 34.
Gens effræna uirūm. Virg. 3. Georg. 77.
Inuicta uis uiri. Stat. 3. Thebaid. 13.
Ingentis spiritus uir. Vide Ingens.
Roboris magni uir. Seneca. Thebaid. 1. 38.
Ingenij iucundi & elegantis uir. Quint. lib. 5. cap. 13. 38.
Magnæ famæ uir. Ouid. 2. Metam. 95.
Absurdus uir. Vide Absurdus.
Acres uiri. Virg. 11. Aeneid. 10.
Ademptus uir. Vide Adimo.
Adolescens uir. Vide Adoleo.
Agrestes uiri. Horat. 3. Carm. ode 1. 5.
Amplissimus & ornatissimus uir. Vide Amplus.
Audax uir. Silius lib. 3. 106.
Bellatores uiri. Sil. lib. 1. 44.
Bonus uir & prudens. Horat. de Arte, 90.
Bonus uir & sapiens. Horat. 1. epist. 7. 5.
Bonus uir. Vide Bonus.
Cælestis uir. Vide Cælum.
Censorius uir. Vide Censeo.
Ciuilis uir. Quintil. lib. 1. cap. 10. 14.
Clari uiri. Quint. lib. 1. cap. 1. 26.
Clarorum uirorum animi. Horat. 2. epist. 1. 50.
Clarissimus uir. Cic. Curioni, lib. 2. 2. 1.
Comis & bonus uir. Quint. lib. 6. cap. 2. 15.
Consularis uir. Vide Consul.
Egregius sanctusq; uir. Iuuen. Satyr. 13. 7.
Excellens uir. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 9.
Externus uir. Ouid. epist. 15. 62.

Ferox

Ferox uir. Sil.lib.12.138.
Fortis uir. Ouid.13.Metam.25.
Fortis uir ad arma. Ouid.2.Fast.138.
Gráuis uir. Quint.lib.1.cap.2.5.
Ignoti nouæ formæ uiri. Virg.3.Aeneid.119.
Illustris uir. Vide Illustris.
Iniustus uir. Ouid.2.Fast.138.
Insignis uir pietate. Virg.1.Aeneid.3.
Instructissimus uir. Vide Instruo.
Intemperans uir. Vide Intemperans.
Intuictum uirum uicit dolor. Ouid.13.Metam.78.
Iurisperiti, an militaris uiri laus maior. Quintil. libro 2. capit. 4.18.
Iustus uir & tenax propositi. Horat.3.Carm.ode 3.1.
Lectissimi uiri atque ornatissimi. Vide Lego, legis.
Literati uiri. Vide Litera.
Magnus uir. Ouid.3.Metam.6.
Maximus uir. Vide Magnus.
Memor gratus, & bonus uir. Cic. Curioni, lib.2.5.11.
Mendax uir. Virg.8.Aeneid.130.
Molles uiri. Horatius Epod.1.2.
Nefandus uir. Virg.4.Aeneid.100.
Princeps uir. Ouid.ad Liuiam, 69.
Sanctus uir. Seneca Hippol.12.9.
Solers uir. Ouid.in Ibin, 56.
Subtilis uir. Quint lib.3.cap.11.15.
Veloces uiri. Ouid.10.Metam.111.
Cadere in uirum. Vide Cado.
Compellare uirum blandè. Vide Compello.
Congelare uirum. Vide Congelo.
Diuidere in uiros. Vide In præpositionem.
Per hos uiros salutaris professio increuit. Celsus libro 1. in Proœmio.
Vir, Fortis, qui præsenti fortitq; animo est præditus. Terent. Adelph.4.2.26,
Laudo Ctesipho, patrissas, abi, uirum te iudico. Idem Eunucho, 1.2.74,
Heu noster, laudo, tandem perdoluit, uir es. Cic.2.Tusc. 75, Si uirtutis compotes, uel potius si uiri uolumus esse.
Vir & homo. Cicer. 2.Tusc.92, Ita & tulit dolorem ut uir, & ut homo, maiorem ferre sine causa necessaria noluit. Idem pro Flacco, 41, Si ciuitas per uiros bonos graues q; homines querelas ad uos detulisset. Et ad Quint. frat. lib.2.13.2, Sed quum ueneris, uirum te putabo: si Sallustij Empedocleã legeris, hominum non putabo.
Vir, Maritus. Terent. Andr.3.3.40,
Tibi generum firmum, & filiæ inuenies uirum.
Matura uiro filia. Virg.7.Aeneid.11.
Durus uir. Ouid.3.Amor.eleg.4.1.
Periurus uir. Ouid epist.10.16.
Viduus uir. Ouid.epist.8.18.
O digno coniuncta uiro. Virg.eclog.8.7.
Dare nuptum uiro. Vide Nubo.
Experiãtur uirum puellæ. Horat.3.Carm.ode 14.3.
Merult illa uirum dote. Vide Mereo.
Nupta uiro puella. Ouid.epist.15.74.
Sæuo nupta uiro. Horat.3.Carm.ode 10.1.
Vir, de brutis etiam dicitur. Virgilius eclog.7.2,
Vir gregis ipse caper.
¶ Virago, penul.prod. uiraginis, penul. cor. f.g. (ἀνδροειδὴς) Mulier fortis, quæ uiro similis sit, & uirilia opera faciat. Plaut. Merc.7.72,
——rectè ego emero matri tuæ
Ancillam uiraginem aliquam, non malam, forma mala.
Diua uirago, Diana. Seneca Hippol.1.11.
Cruda uirago Gorgone, Pallas. Stat.11. Thebaid.83.
Flaua uirago, Pallas. Ouid.6.Metam.26.
Bello metuenda uirago, Pallas. Ouid.2.Metam.151.
Regina bellorum uirago, Pallas. Statius 4. Sylu.5.5.
¶ Viriatus (μεγαλοδύναστος) Adiectiuum obsoletum, id est, Magnarum uirium. Lucil.lib.26, Contra flagitium nescire bello uinci à barbaro uiriato Annibale. Nonius.
¶ Viripotens, penult. corrept. uiripotentis, fœmin.gen. (ἀνδρὸς δεδμημένη) Virgo dicitur quæ apta est connubio. Plautus Persa, 7.1.
¶ Virilis, & hoc uirile, penul.prod. (ἀνδρικὸς, ἀνδρεῖος, ἀνδρώδης, ἀνδρώδης, ἀνδρώδης) Quod est uiri: ut Opus uirile. &, Virilis toga. Cic.2.Philip. 61. Et Colum.lib.7.cap. 11.1, Virilis pars.
Virilis animus, id est Fortis, qualis debet uiri esse. Terentius Phorm.5.8.64,
Animo uirili præsentiq;, ut sis, para. Cicero ad Atticum, libro 14.319.3, Acta enim illa res est animo uirili, consilio puerili.
Magis uirilis. Vide Magis.
Parum uirile. Cic.2.de Fin.78.
Cura uirilis. Virg.9.Aeneid.63.
Dolor uirilis. Cic.ad Att.lib.11.229.3.
Forma uirilis. Ouid.epist.4.16.
Habitus orationis uirilis. Quint.lib.5.cap.12.14.
Igniculus uirilis. Cic. Attic.lib.15.329.24.
Fortis ac uirilis laterum inflexio. Cic.3.de Orat.122.
Oculi uiriles. Ouid.5.Fast.31.
Officium uirile. Horat.de Arte, 40.
Oratio fortis & uirilis. Cic.1.de Orat.118.
Pars uirilis, Pars cuiusq; uiri. Cicero 5. Verr.6, Qui præsertim plus etiam, quàm pars uirilis postulat, pro uoluntate pop. Rom. oneris ac muneris suscipere debeam. Ibid.6.73.
Partes uiriles mandare puero. Horat.de Arte, 36.
Pro uirili parte, Pro uiribus. Cic. pro Sestio. 120. Vide Pro.
Pro uirili portione. Tacitus in uita Agricolæ.
Proles uirilis. Virg.7.Aeneid.10.
Ratio fortis & uirilis. Cic.3.Tusc.37.
Sexus uirilis, aut stirps. Plinius libro 10. capite 55. Liuius 1. ab Vrbe, 6.
Studia uirilia. Ouid.12.Metam.42.
Tela uirilia. Ouid.8.Metam.79.
Vestis uirilis. Horat.1.Serm.Satyr.2.4.
Vox uirilis. Cic. pro Sestio, 7.
Vultus uirilis. Ouid.3.Metam.38.
Vocare aliquos ad uirilia. Sallustius in oratione Marci Tribu. pleb. ad Plebem.
¶ Virilitas, penul. corr. uirilitatis (ἀνδρεία, ἀρρενότης) Idem quod Virilia, & pudenda. Martial.lib.9.8,
Non puer duari sectus arte mangonis,
Virilitatis damna mœret ereptæ. Plin.lib.23.cap.1.30.
Viriliter etiam foetur uino calido uirilitas iumentis.
Adempta uirilitatis homo. Vide Aditio.
Excisa uirilitas. Quint.lib.5.cap.12.14.
Incestæ uirilitatis, de stupratore. Tacit.lib.5, Arguitur pleraq; C. Cæsarem quasi incestæ uirilitatis, &c. dixisse. Id autem ideo de Caligula dixerat Messalinus, quòd is cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinem fecit, ut scribit Tranquillus.
¶ Virilia, uirilium, pluraliter tantùm (αἰδοῖα) Verenda, pudenda. Plin.lib.21.cap.27.2, Et in totum ad uirilia, cauliculis eius in uino & aceto tritis, nihil utilius putant.
¶ Viriliter, penul.prod. Aduerb. (ἀνδρικῶς, ἀνδρωδῶς) Fortiter, & magno animo. Cic.2.Tusc.11, Itaq; barbari quidam, & immanes ferro decertare acerrimè possunt, ægrotare uiriliter non queunt.
Viriliter & magno animo. Cic.1.Offic.134.
Defendere uiriliter. Quint.lib.6.cap.1.6.
Facere uiriliter. Horat.1.epist.18.8.
Fortunã uerenda uiriliter. Ouid.1.Fast.96.
¶ Viritim, pen.prod. Aduerb. (κατ' ἄνδρα) Per singulos uiros, inquit Festus. Cic.3.Tusc.83, Nolim, inquit, mea bona Gracchè tibi uiritim diuidere liceat: sed si facias, partem petam. Cæs.7. bel. Gal. 283, Pecus, cuius magna erat ab Maduiris compulsa copia, uiritim distribuit.
Rumor uiritim percrebuit. Curtius lib.6.
Ferre aliquid de aliquo loco uiritim diuidendo. Cic. de claris Oratoribus, 28.
Viritim, de uno etiam dicitur. Curtius lib.7, Si quis uiritim dimicare uellet, procurauit ad pugnam. Horat.2.epist.1.19.
Viritim, Metaphoricè, pro Particulatim. Seneca Natur. quæst. lib.5.cap.7, De uenis in uniuersum diximus, nunc uiritim incipiemus illos discutere.
¶ Virosus (ἀνδρομανὴς) Adiectiuum, à Vir, primam corripit: ut, Virosæ mulieres, dicuntur uirorum appetentes, uel luxuriosæ. Lucilius lib 7,
Dixi ad principium uenio, uetulam atq; uirosam
Vxorem cædam potius quàm egomet me. Afranius Diuortio,
Vigilans ac solers, sicca, sana, sobria, uirosa non sum: & si sum, Non desunt mihi qui ultrò dent, ætas integra est, formæ satis. Nonius.
Virosus, à Virus primam produxit. Vide Virus.
¶ Viriatus, magnarum uirium. Lucil.lib.26, Contra Flagitiũ nescis bello uinci à uiriato Annibale. Nonius.
Virbius] Dicitur Hippolytus Thesei filius, quasi bis uir: quia nouercali calumnia necatus, beneficio Aesculapij uel Dianæ reuocatus fertur ad uitam. Reuera, inquit Seruius, Virbius est nomen coniunctũ Dianæ, ut Matri deũm Atys, Minervæ Erichthonius, Veneri Adonis.
Virdomarus] pen.corr. Gallorum rex, de quo cæso Claudius Marcellus opima spolia Ioui Feretrio cõsecrauit. Propert. lib.4.eleg.11,
Virdomari genus hic Rheno iactabat ab ipso.
Virectum, & Vireo] Vide Viridis.
Vireo] uireonis, penult. prod. m.g. (χλωρεών) Plin. lib. 18. cap.29.10, Auem Parram oriente Sirio, ipso die non apparere, donec occidat. Ediuersò uireonem prodire ipso solstitij die. Gaza eum intelligit, qui & Aristoteli & Plinio uocatur Chlorion.
Vires] uirium, &c. Vide Vis.
Virga] uirgæ (ῥάβδος, ῥάβδος) Notæ significationis. Cicero pro Rab. perduel. reo, 7, Portia lex uirgas ab omnium ciuium Roman. corpore amouit: hic misericors flagella retulit. Ouid.1.de Arte, 58, de tauro quodam,
Signatus tenui media inter cornua uirga.
Lentior uirgis salicis. Ouid.13.Metam.172.
Arbuteis uirgis texunt pheretrum. Virgil.11.Aeneid.13.
Aurea uirga. Virg.7.Aeneid.38.
Cornea uirga. Vide Corneus, in Cornu.
Fraxina uirga. Ouid.epist.11.16.
Medicata uirga. Ouid.1.Metam.144.
Rasæ hastilia uirgæ. Virg.2.Georg.72.
Viscata uirga fallere uolucres. Ouid.15.Metam.95.
Cædere uirgis. Vide Cædo.
Cædere aliquem uirgis ad necem. Cic.5.Verr.58.
Lacerare aliquem uirgis. Vide Lacero, in Lacer.

Morientur in tergo uirgæ. Vide Morior.
Multari uirgis. Vide Multa.
Virga thuris. Plin.lib.12.cap.14.5.
Virgam thuriam dixit Virgil.2.Georg.24.
Virga Censoria. Quint.lib.1.cap.5, Quo quidem ita sunt ueteres usi ueteres grãmatici, ut non uersus modò Censoria quadam uirga notare, &c. Hæc autem uirga aliàs dicitur obeliscus, ut annotat interpres Quintiliani.
¶ Virgula, uirgulæ, pen. corr. Diminut. (ῥαβδίσκος) Cic. 8. Philipp. 240, Quum tempus ille differret, uirgula stantem circumscripsit: dixitq;, se non antea renunciaturũ Senatui, nisi prius sibi respondisset quid facturus esset, quàm ex illa circunscriptione excederet.
Virgula dicitur, quoties quicquid optamus, id citra humanam operam quasi diuinitùs nobis significamus cõtingere: propterea quòd antiquitas, quemadmodũ in annulis, ità & in uirgis ferendis existimauit aliquam fatalem, ac ceu magicã inesse uirtutẽ. Cic.1.Offic.221, Quòd si omnia nobis, quæ ad uictum cultumq; pertinent, quasi uirgula diuina, ut aiũt, suppeditarẽtur. Citatur aliquoties & apud Noniũ Marcellum, Varro in uirgula diuina: ut appareat hunc fuisse titulũ alicuius ex Menippeis, qui nimirũ & ipsi pleriq; feruntur prouerbiales. Adagium natum uideri potest potissimũ ab illa uirga Homerica, quã ille Palladi tribuit, adeò celebri, ut de ea Antisthenes Cynicæ sectæ conditor, librum cõscripserit, eam cum suo, ut coniicio, baculo conferens. Erasmus.
¶ Virgatus, pen. prod. Adiect. (ῥαβδωτὸς) Virgata uestis dicebatur (ut Iulius Pollux inquit) in qua intexebantur uirgæ purpureæ, hoc est, lineæ, quas Græci γραμμὰς, uocant. Sed eas uestes, grammatici interpretantur purpureas: quòd uirga, Gallorum lingua dicatur purpura. Virgil. 8. Aeneidos 132,
Aurea cæsaries ollis, atq; aurea uestis,
Virgatis lucent sagulis. Hæc Hermolaus ex Seruio, quẽ Grammaticum nominat. Alij uirgata interpretantur, diuersorum colorum lineis uelut uirgis uariegata & distincta.
Calathisci uirgati, Virgis contexti. Catull. Argon. 59. 64.
Corpore uirgato tigris. Sil.lib.5.30.
Tigres uirgatæ. Seneca Hippol.3.15.
Vestes uirgatæ auro. Silius lib. 4.31. hoc est, Virgis seu lineis aureis distinctæ.
Vbera uirgata. Seneca Herc. Oet.eo, 2.9.
¶ Virgulatus, pen.prod. Adiect. Plin.lib.9. cap. 33.2, Iam distinctione uirgulata, crinita, crispa, &c.
¶ Virgator, pen.prod. uirgatoris (ῥαβδίζων) Qui uirgis cædit. Plaut. Asin. 11.19,
Vbi sæpe causam dixeris pendens aduersus octo
Astutos, audaces uiros, uolentes uirgatores.
¶ Virgeus, Adiect. (ῥαβδινὸς) Quod est ex uirgis factum. Virg.1.Georg.33,
Virgea præterea Celei, uilisq; supellex.
Virgeam sepem interponere. Colum.lib.11.cap.3.
Area uirgea. Colum.lib.7.cap.3.16.
Pabula uirgea. Virg.3.Georg.64.
Flamma uirgea. Idem 7. Aeneid.93. hoc est, De uirgis facta: unde est flamma ualidior. Seruius.
¶ Virgetum, uirgeti, pen.prod. (ῥαβδεών) Locus uirgis consitus ad illigandas uites: qui mos antiquis fuerat ut hodie quoq;, dum amerina salix aut genista iuxta uites seruantur. Cic.2. de Leg.34, Sacerdotes uimeta, uirgeta q; & salutem populi auguranto.
¶ Virgindemia, uirgindemiæ (ῥαβδολογία) Collectio uirgarum ob uerbera, aut ad aliquid uinciendum. Varro in Agathone, Quid tristiorem uideo te esse? hæc spes est argẽtaria,

taria, ideoq; scapulæ metuunt uirgindemiam. Plaut. Rud. 19. 22, Tergumq; obtestor tuum, ut tibi uberem ulmeam esse speres uirgindemiam.

¶ *Virgultum, uirgulti (ῥαβδίδιον) Plinius lib. 12. cap. 19. 5, Præcipua bonitas uirgultorum tenuissimis partibus ad longitudinem palmi. Cic. pro Cælio, 33, Ergo hæc deserta uia & inculta, atque intercluſa iam frondibus & uirgultis relinquatur. Et 1. de Diuin. 89, Omnia arbusta uirgulta, tecta peruertere.*

Cornea uirgulta. Virgilius 3. Aeneid. 5.

Sonantia syluis uirgulta. Virg. 6. Aen. 141.

Syluestria uirgulta. Virg. 2. Georg. 1.

Tenera attondent simæ uirgulta capellæ. Virg. eclog. 10. 2.

Noua uirgulta in terram defodere. Lucre. lib. 5. 187. Ibid. 174.

Resonant auibus uirgulta canoris. Virg. 2. Georg. 66.

Virgi] *Hispaniæ oppidum, in sinu quem Virgitanum uocant situm. Author Pomponius, lib. 2. Nūc Almeria dicitur, teste Olinario in Melam.*

Virgilius] *οὐιργιλιος, Mantuanus poeta celeberrimus, Marone, Maiaq; natus, qui primum apud Latinos inter poetas obtinet locum. Sunt ex recentioribus qui Vergilium, non Virgilium scribi debere autument. De hoc uide Castigationes Pierij in Virgilium. Huius uitam non minus doctè quàm copiosè scribit Petrus Crinitus lib. 3. de poetis Latinis. Virgil. 4. Georg. 113,*

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, studijs florentem ignobilis oci.

Virgilius amantissimus uetustatis. Quint. lib. 1. cap. 7. 10.

Optimus Virgilius. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 11.

¶ *Virgilianus, penul. prod. Possessiuum (οὐιργιλιανὸς) ut Virgiliana uirtus, apud Plin. in Præfat. 9. Quint. libro 1. cap. 3. 8, Habendumq; in animo semper illud Virgilianum.*

Virgo] *uirginis, penul. cor. o. g. (παρθένος, λάρναξ, παρθονικὴ) Quint. lib. 6. cap. 4. Cicero obiurgantibus quòd sexagenarius Popiliam uirginem duxisset, Cras mulier, inquit, erit Vlpianus in l. alioquin. D. de contrab. empt. Quòd si ego me uirginem emere putarem, quum esset mulier, emptio non ualebit.*

Virginem, omne incorruptum & intactum dixerunt ueteres. Cic. in Orat. 35, Mollis est enim oratio philosophorum, & umbratilis, nec sententijs, nec uerbis instructa popularibus, nec uincta numeris, sed soluta liberius, nihil iratum habet, nihil inuidum, nihil atrox, nihil mirabile, nihil astutum, casta, uerecunda, uirgo incorrupta quodammodo, itaq; sermo potius quàm oratio dicitur. Idem de clar. Orat. Domi tenemus eloquentiam septam liberali custodia, &c. tueamurq; ut adultam uirginem castè.

Absolutio uirginum. Cic. 3. in Catil. 54.

Adulta uirgo. Vide Adoleo.

Animosa uirgo. Ouid. epist. 19. 23.

Armata uirgo. Vide Arma.

Aspera uirgo. Virg. 11. Aeneid. 134.

Bellica uirgo, Pallas. Sil. lib. 7. 93.

Cassa uirgo dote. Vide Cassus.

Corrupta uirgo. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 6.

Non frigida uirgo. Ouid. 2. Amor. eleg. 1. 1.

Iugatæ nondum thalamis uirgines. Senec. Herc. fur. 106.

Iuncta uirgo. Vide Iunctus.

Laudatissima uirgo dote formæ. Ouid. 9. Metam. 144.

Matura uirgo. Horat. 3. Carm. ode 6. 5.

Matura uiro uirgo. Vide Maturus.

Nitidæ uirgines. Horat. 2. Carm. ode 12. 4.

Nobilis uirgo in omne ęuum. Horat. 3. Carm. ode 11. 7.

Pulcherrima uirgo. Ouid. 9. Metam. 2.

Regia uirgo. Ouid. 2. Metam. 112.

Sanctæ uirgines, Vestales. Horat. 1. Carm. ode 2. 6.

Teneræ uirgines. Horat. 1. Carm. ode 21. 1.

Abstinere uirgine. Vide Abstineo.

Comprimere uirginem. Vide Comprimo.

Rapere ad uirum uirginem. Catul. in Epith. Iuliæ, 56. 1.

Virgo equa. Plin. lib. 28. cap. 9. 22.

Virgo, Vrbis Romæ aqua. Vide Martia.

Virgo pro Muliere que adhuc sit in uiridi ætate & uigore, post liberos etiam susceptos. Virg. eclog. 6. de Pasiphae, Ah uirgo infœlix, tu nunc in montibus erras.

Virgo, inquit Seruius, à uiridiore ætate. nam iam mater fuerat Phędræ, Ariadnes, Androgei.

¶ *Virginalis, & hoc uirginale, penult. prod. (παρθενικὸς) Quod ad uirginem pertinet: ut, Virginalis modestia. Cic. 1. de Diuinat. 115.*

Virginalis habitus atq; uestitus. Cic. 6. Verr. 4.

Ploratus uirginalis. Cic. 2. Tusc. 35.

Virginali uerecundia homo. Cic. pro Quintio, 21.

¶ *Virginarius, Adiectiuum, Idem (παρθένιος) Plaut. Persa, ii. 14, Scelesta fides est uirginaria.*

¶ *Virgineus, Aliud adiect. Idem (παρθένειος) Plinius lib. 28. cap. 7. 10, Si purgatio illa post uirginitatem prima sit, aut in uirginea ætate spontanea.*

Agmen uirgineum. Claud. 3. Paneg. 53.

Artus uirginei. Ouid. 3. Metam. 33.

Chorus uirgineus. Ouid. 3. de Arte, 34.

Facies uirgineæ. Virg. 9. Aeneid. 27.

Forma uirginea puer. Ouid. 3. Metam. 122.

Habitus uirginei. Ouid. 3. Metam. 34.

Lusus uirginei. Ouid. 14. Metam. 111.

Pudor uirgineus. Tibull. lib. 1. eleg. 4. 3.

Rubor uirgineus. Virg. 1. Georg. 86.

Timor uirgineus. Ouid. 10. Metam. 73.

Vultus uirginei. Ouid. 5. Metam. 113.

¶ *Virginitas, penul. cor. uirginitatis (παρθενία) Castitas, castimonia. Cicero 3. de Nat. deor. 81, Minerua patrem dicitur interemisse, uirginitatem suam uiolare conantem.*

Spolium uirginitatis. Ouid. epist. 5. 28.

Matura toris uirginitas. Stat. 1. Achilleid. 59.

Perpetua uirginitas. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 3.

Virginitas resoluta. Plin. lib. 28. cap. 7. 15.

Seuera uirginitas. Ouid. 3. Metam. 50.

Carens uirginitate. Ouid. 9. Metam. 67.

Erepta uirginitas. Virg. 12. Aeneid. 29.

Libata uirginitas. Ouid. epist. 2. 23.

Patet uirginitas. Ouid. 14. Metam. 27.

Raptæ uirginitatis præmia. Ouid. 8. Metam. 172.

¶ *Virgindia, Cuchæ quædam Apuleio dicuntur, à mulierum uirginumq; natura, id est, obscœna parte. Turnebus.*

Viria] *uiriæ uel Viriola, uiriolæ, pen. cor. (χλώριον) Ornamentum colli è gemmis uiridibus, ut putat Bayfius. Paulus in l. si tibi electio de optione & electione leg. Si ex quatuor uiriolis duæ, quas elegisset, mihi legatæ sunt: siue duæ solæ sint relictæ, siue ab initio duæ solæ fuerint, ualet legatum. Iabolenus in l. Medico. de auro & argento leg. Funerari me arbitrio uiri mei uolo, & inferri mihi quæcunque sepulturæ meæ causa feram ex ornamentis, lineas duas ex margaritis, & uiriolas ex smaragdis.*

¶ *Viriæ armillæ sunt uirorum, inquit Isidorus, quanquam muliebres etiam armillæ uiriæ appellari cœperunt. Septimius, Vtique sicut uestigia cestuum uiria occupauit: ita & endromidis solocē aliqua multitia sinthesi extruxit. Plinius, Viriolæ Celticæ, uiriæ Celtibericæ. Contrà legitur, sed mendosè prorsus in editis. Turnebus.*

Viria-

Viriatus] *pen. prod. (ὑγιάτος) Lusitanus, primùm in Hispania, è pastore uenator, è uenatore latro, mox iusti exercitus dux factus, uniuersam Lusitaniam occupauit. M. Ventidium Prætorem fuso eius exercitu cepit. Post Cn. Plancius Prætor nihilo fœlicius rem cum eo gessit: tātumq; terrorem hostis his intulit, ut aduersus eum Consulari opus esset duce & exercitu. Deniq; à proditoribus consilio Cæpionis interemptus est, & ab exercitu multum imploratus, tumultatusq; nobilissimè. Author Liuius & Florus.*

¶ *Viriatinus, pen. prod. Adiect. ut, Viriatinum bellū. Sueton. in Galba, cap. 3. hoc est, quod ducè Viriato, Lusitani aduersus Romanos gesserunt.*

Viriculum] *uiriculi, pen. corr. (ὁδιλίσιον) Mīssilis genus, quod Græci cestron uocant: id autem uirico deductum uidetur, cuius fit mentio apud Gellium lib. 10. cap. 15, Et quòd uirica furculum de arbore fœlici habet. Plin. lib. 35. cap. 11. 27, Encausto pingendi duo fuisse antiquitùs genera constat, cera, & in ebore cestro, id est uiriculo, donec classes pingi cœpêre.*

Viridis] *& hoc uiride, pen. cor. (χλωρὸς, φλωρὸς, πρασινὸς) à Vigore dicitur. Vnde dicimus Virides plantas, quæ nondum aruerunt, & in uigore suo sunt. Colum. libro 1. in Præf. 11, Quum istud opus non solùm scientiam, sed & uiridem ætatem cum robore corporis ad labores sufferendos desideret.*

Aeuum uiride. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 2.

Animi uirides ausis, Apti ad audiendum. Silius lib. 1. 38.

Flore uiridissimo puella. Catull. ad Coloniam, 17. 3.

Iuuenta uiridis. Virg. 5. Aeneid. 59.

Cruda ac uiridis senectus. Tacitus in uita Agricolæ. Virgilius 5. Aeneid. 61.

Viridius uirere. Plin. lib. 37. cap. 5. 1.

Viride, Quod uiriditatem habet, & uiridi colore tinctum est. Cic. 2. de Natur. deor. 143. Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perlucidos amniam, ripartum uestius uiridissimos. Idem 3. Verr. 30, Ignem ex liguis uiridibus, atq; humidis in loco angusto fieri iussit.

Aquæ uirides. Ouid. 4. Fast. 33.

Cæspes uiridis. Virg. 3. Aeneid. 61.

Color uiridis. Ouidius 10. Metamorph. 28. Viridissimus color. Vitruuius.

Gramen uiride. Virg. 2. Georg. 44.

Herba uiridis. Virg. eclog. 2. 12.

Humus uiridis. Ouid. 6. Fast. 66.

Lapilli uirides. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 16.

Lentiscus semper uiridis. Cic. 1. de Diuinat. 26.

Littus. Virgil. 8. Aeneid. 17.

Pratum uiride. Ouid. 13. Metam. 195.

Ripa uiridissima gramine. Virg. 3. Georg. 29.

Inambulare in uiridi & opaca ripa. Cic. 1. de Legib. 22.

Smaragdi uirides. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 5.

Lux uiridis smaragdi. Lucret. lib. 4. 227.

Vmbra uiridis. Virg. eclog. 9. 3.

¶ *Viridè, pen. corr. Aduerbium. Plin. libro 37. cap. 8. 3, Comitatur eam similitudine propior quàm authoritate Callais uiridè pallens.*

¶ *Viridius uirere. Plin. lib. 17. cap. 5, Herbas quoq; uirentes frondesq; auidè spectemus. Smaragdos uerò tanto libentius, quoniam nihil omninò uiridius comparatum illis uiret.*

¶ *Viridior, aris. Gratius cum Ouidio de piscibus. Viridari ab herbis dixit.*

¶ *Viridans, pen. corr. uiridantis (χλωρίων) Species participij sine uerbi origine, temporis præsentis. Virg. 5. Aen. 168,*

Sic fatus, cingit uiridanti tempora lauro. Plin. lib. 37.

cap. 8. 6, Viridantium & alia plura sunt genera.

Gramina uiridania. Stat. 5. Thebaid. 106.

Lux uiridans fluuij. Plin. lib. 4. cap. 8. 3.

Toro uiridante confederat. Virg. 5. Aeneid. 78.

¶ *Vireo, uires, uirui (χλοάω, θάλλω) uirere, pen. prod. Viride esse. Cic. 5. Tusc. 53, Alia semper uirent, alia hyeme nuda, uerno tempore tepefacta frondescunt.*

Nemus omne uiret. Virg. eclog. 7. 12.

Genua uirent, Firma sunt. Horat. Epod. 13. 1.

Pectora felle uirent. Ouid. 2. Metam. 156.

¶ *Virens, Participium (χλοάων) ut, Ævi flore uirens. Silius libro 1. 13.*

Malignè uirens. Vide Malus.

Agelli uirentis cultor. Horat. de Arte, 24.

Perpetuò uirens buxus. Ouid. 10. Metam. 20.

Campi uirentes. Horat. 2. Carm. ode 5. 1.

Hedera uirens. Horat. 1. Carm. ode 25. 4.

Herbæ uirentes. Ouid. 4. Metam. 61.

Stagna uirentia musco. Virg. 4. Georg. 4.

Syluarum uirētium damma. Diana. Catul. in Carm. secul. 32. 2.

¶ *Vireſco, uireſcis (πράσσω, θάλλω) uirescere, Viride fieri. Columella, lib. 11. cap. 2. 50, Quidam quum uidissent partem aliquam uuarum uirescere, crediderunt tempestiuam esse uindemiam.*

Gramina iniussa uirescunt. Virg. 1. Georg. 11.

¶ *Viriditas, pen. corr. uiriditatis (χλωρότης, πρασινάδε) Cic. de Senect. 47, Terra semen tepefactum uapore & complexu suo, diffundit, & elicit herbescentem ex eo uiriditatem. Ibid. 53, Viriditas pratorum.*

Amittere uiriditatem. Cic. de Prouinc. Consul. 23.

Viriditas, Vis & fortitudo. Cicero de amic. 11, Senectus aufert eam uiriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio. Idem 3. Tusculan. 127.

¶ *Viridarium uiridarij (ἄλσος) Locus in quo sunt herbæ & plantæ uirentes, & amœnitate refertæ. Suet. in Tib. cap. 60, Militem Prætorianum, ob surreptum è uiridario pauonem capite puniuit. Plin. lib. 18. cap. 2. 2.*

¶ *Viridarius, Adiect. unde uiridarij serui Vlpiano iureconsulto dicuntur, qui hortos curant, & eorum curam habent.*

Viridia] *Viridiaria, & Viridaria, eodem significari leguntur. Pomponius ff. de seruitutibus. l. quoties, Seruitutum non ea natura est, ut aliquid faciat quis: uelùti uiridia tollat, aut amœniorem prospectum præstet, aut in hoc ut in suo pingat: sed ut patiatur, aut nō faciat aliquid. Sic habent Pandectæ Florentinæ. Haloander tamen uiridiaria legit: Iabolenus ff. de seruitut. urban. præd. l. ædificia, Quæ seruitutem patiuntur, ne quid altius tollatur, uiridia supra eam altitudinem habere possint. Et hîc uiridia habēt Pandectæ: Haloander uiridiaria. Vlpian. ff. de usufructu. l. Si cuius, Vel uiridiaria ad alium modum conuertere. Idem ff. de instructo uel instrum. leg. l. in instrumento, Si etiā uiridiaria sint. Vtroq; loco sic habent Pandect. & Haloan. Paulus ff. de uerbor. significa. l. impensæ, Voluptariæ impensæ sunt, quæ spectem duntaxat ornant, non etiam fructum augent: ut sunt uiridia, aquæ salientes, incrustationes, loricationes, picturæ. Sic habent Pandectæ: Haloander uiridiaria. Vlpian. tit. 6. eius libri qui inscribitur, Tituli ex corpore Vlpiani, Voluptuosæ impensæ sunt, quibus neq; omissis, detrior dos fieret: neq; factis, fructuosior effecta est: quod euenit in uiridiarijs, & picturis, similibusq; rebus. Iabolenus in l. dolia. ff. de fundo instruct. Dolia fictilia, item plumbea, quibus terra aggesta est, & in his uiridiaria posita, ædium esse Labeo & Trebatius putant.*

Viretum] *siue Virectū (πρασιάδε) Locus uiriditate ple-*

nus: uel ipsæ herbæ uirentes. Virg. 6. Aen. 128,
Deuenêre locos lætos, & amœna uirecta
Fortunatorum nemorum.

¶ Viretum, Adiectiuũ, probat Calepinus ex lib. 12. Colum. cap. 15. 1, de ficu, Ea porrò neq; nimium uireta, neq; nimium matura legi debet. Vbi nunc sic legimus, Neque nimium uieta, neque immatura.

¶ Viridicatus, pen. prod. Adiect. (ἀμφιβαλὴς) Cic. ad Qu. fra. lib. 3. 1. 7. 5, Equidem hoc quod melius intelligo, affirmo mirifica suauitate te uillam habiturum, piscina & salientibus additis, palæstra & sylua uiridicata.

Virilis, Viripotens, Viritim] Vide Vir.

Viriola] Vide Viria.

Viriium] authore Ptolemæo lib. 2. cap. 11, Germaniæ urbs: uulgò Griefnagen.

Viror] uiroris, pen. prod. m. g. Idem significat quòd Viriditas: sed de quo nullum exemplum reperimus.

Virosa mulier] Vide Vir.

Virosus] Vide Virus.

Virtus] uirtutis, pen. prod. (ἀπὸ τοῦ ἄρω, ἀρῶ, ἄρασθαι) à Viro dicta est, teste Cic. 2. Tusc. 75. Et propriè fortitudinem significat: quòd uiri maximè fortitudo sit. Virg. 5. Aen. 91,
Tunc pudor incendit uires & conscia uirtus. Cic. pro lege Manil. 25, Non enim solùm bellandi uirtus in summo atque perfecto imperatore quærenda est: sed multæ sunt artes eximiæ, huius administrææ comitesq; uirtutis. Terentius Eunucho, 4. 7. 8,
Egóne? imperatoris uirtutem noueram, & uim militũ,
Sine sanguine hoc fieri non posse.
Cinis omnium uirtutum Troia: id est, in qua præstantissimus et fortissimus quisq; periit. Catull. ad Mallium, 63. 18.
Inferior uirtute alicuius. Ouid. 9. Metam. 13.
Actuosa uirtus. Vide Actuosa uita, in Ago.
Animosa. Sil. lib. 16. 22.
Ardua. Stat. 10. Theb. 168.
Aspera. Silius lib. 7. 11.
Atrox. Silius lib. 13. 74.
Arguta uirtus. Vide Arguo.
Bellica uirtus. Vide Bellicus in Bellum,
Crudelis uirtus. Stat. 6. Thebaid. 147.
Damnosa alicui uirtus. Ouid. 10. Metam. 141.
Effera uirtus. Valerius 2. Argon. 130.
Expertæ uirtutis homo. Tacit. lib. 3. hoc est, Exploratæ.
Ferox. Virg. 12. Aeneid. 5,
O præstans animi iuuenis, quantum ipse feroci
Virtute exuperas, tanto, &c.
Fernida. Catull. Argon. 59. 44.
Horrida. Stat. 5. Thebaid. 35.
Ignea. Lucan. lib. 9. 2.
Indomita. Senec. Herc. fur. 1. 8.
Maior post ocia uirtus. Stat. 4. Sylu. 4. 7.
Spectatæ uirtus belli domiq;. Horat. 2. epist. 1. 47.
Temeraria uirtus nocet. Ouid. 8. Metam. 82,
Velox uirtus. Silius lib. 4. 26.
Viuida bello uirtus. Virg. 5. Aeneid. 150.
Affirmare armis uirtutem. Tacit. lib. 20.
Conniti uirtute. Vide Connitor.
Defendere terram patriam armis ac uirtute. Lucret. lib. 2. 129.
Egressa modum uirtus. Stat. 10. Thebaid. 166.
Fracta uirtus. Horat. 2. Carm. ode 7. 3.
Frænata iuuenum uirtus quieuit. Stat. 10. Thebaid. 48.
Mira manuum pedumq; uirtute freti. Lucret. lib. 5. 193.
Bona uirtus exilio punita. Silius lib. 13. 56.
Præstans uirtute. Virg. 8. Aeneid. 110.
Senescit uirtus uicta ueneno desidiæ. Silius lib. 5. 117.
Locum uirtute secundum tenere. Virg. 5. Aeneid. 52.
Virtute tua: pro, Tuo auxilio. Plaut. Trucul. 16. 28.
Sentire alicuius rei uirtutes. Quintil. lib. 1. cap. 11. 7.
Arboris uel equi uirtus. Cic. 1. de Legibus, 66.
Formæ uirtute, Formæ merito, ob formam egregiam. Plaut. Milite, 17. 12. Idem Mostel. 4. 17,
Virtute formæ id euenit, te ut deceat quicquid habeas.
Mercis uirtus, Id quod ualet merx ipsa. Plaut. Milite, 10. 132.
Verbi uel dictionis uirtus. Cic. pro Plancio, 64.
Vis & uirtus dicendi. Cic. 2. de Oratore, 65. Ibidem, 1. 26, Dicẽdi uirtus, nisi ei qui dicit ea, de quibus dicit, percepta sint, extare non potest.
Orationum uirtutes. Quintil. lib. 1. cap. 11. 7.
Disputatrix uirtus. Quintil. lib. 2. cap. 20. 6.
Virtus, Vis illa quæres, cuius est uirtus, perfecta redditur. Cic. 5. de Finibus, 63, Atqui in sensibus est sua cuiq; uirtus.
Virtus, Perferendorum malorum fortis atq; inuicta patientia.
Virtutes, rectè animi affectiones appellãtur à Cicerone, lib. 2. Tusc. 75. Cic. ad Plancum, libro 10. 3. 4, Omnia summa consequuntur es uirtute duce, comite fortuna. Terent. in Prolog. Phorm. 34,
Actoris uirtus nobis restituit locum. hoc est, Qui toties exclusus animum non abiecerit, sed perseuerauerit agere, inquit Donatus.
Virtus est animi habitus naturæ modo rationi consentaneus. Cic. 2. de Inuent. 240.
Vera laus uni uirtuti debetur. Cic. 2. de Orat. 186.
Virtus est per se ipsa laudabilis, & sine qua nihil laudari potest. Cic. 2. de Orat. 187.
Virtutes in species fictæ simulationis inesse non possunt. Cic. 1. de Natur. deor. 6.
Virtus animi. Cic. de claris Orat. 67, Is uirtute animi atq; uita fuit bonus author in Senatu.
Vir singulari uirtute præditus. Cic. pro Domo sua, 31.
Singularis & præstantissima uirtus P. Lentuli. Cicero Post reditum in Senatu, 4.
L. Piso qui tanta uirtute atque integritate fuit, ut, &c. Cicero pro Fonteio, 24.
Pro tuis maximis, clarissimisq; uirtutib. Cic. Marcel. li. 4. 7. 13.
Ornatus uirtutibus. Cic. 1. Offic. 70.
Virtutibus dignum Consulatũ iudicare alterum. Cicero pro Muræna, 20.
Macte uirtute. Vide Macto.
Inuia uirtuti nulla est uia. Ouid. 14. Metam. 23.
Aditus uirtutis. Vide Aditus in Adeo, adis.
Præmium uirtutis est gloria. Cic. pro Milone, 74.
Nihil est uirtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. Cicero Dolabellæ, lib. 9. 14. 11.
Seculum uirtutum sterile. Tacit. lib. 17.
Acris animi uirtus. Lucret. lib. 1. 14.
Aeterna uirtus. Vide Aeternus.
Ardens uirtus. Virg. 6. Aeneid. 26.
Ardua uirtus. Horat. 3. Carm. ode 24. 9.
Ciuiles uirtutes. Quintil. lib. 1. cap. 11. 10.
Clara & insignis uirtus alicuius posteris. Vide Insignis.
Egregia uirtus. Cic. 2. de Inuent. 207.
Egregia uirtute progenies. Virg. 7. Aeneid. 52.
Gloriosa & memorabilis uirtus. Vide Memor.
Non est immunis uirtus. Vide Immunis.
Inexplebilis uirtutis uereq; laudis homo. Vide Inexplebilis.
Ingens uirtus. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 21.
Iugatæ uirtutes. Vide Iugatus in Iugum.
Semper sola libera est uirtus. Cic. 1. de Oratore, 114.

Manca

Manca uirtus. Vide Mancus.
Durior est conditio spectatæ uirtutis, quàm incogitatæ. Brutus Ciceroni, 16. 18.
Veræ uirtutis custos. Horat. 1. epist. 1. 4.
Accedere uirtuti. Vide Accedo.
Adhibere uirtutem. Vide Adhibeo.
Adoleuit uirtus. Vide Adoleo.
Amittere uirtutem. Cic. 2. Tusc. 56.
Amplexari uirtutem. Vide Amplexor in Amplector.
Amplificare uirtutem laudibus. Vide Amplifico.
Capere uirtutem. Vide Capio.
Certare uirtute Virgiliana. Vide Certo.
Confidere uirtuti. Vide Confido.
Contestata uirtus. Vide Contestor.
Viam uirtutis deserere. Horat. 3. Carm. ode 24. 9.
Eminere uirtutibus. Quintil. lib. 3. cap. 8. 44.
Extendere uirtutem factis. Virg. 6. Aeneid. 162.
Exuere uirtutem. Tacit. lib. 1.
Præ se uirtutem ferre. Quintil. lib. 2. cap. 13. 7.
Fingere uirtutes. Tacit. lib. 5, Occultum ac subdolum fingendis uirtutibus.
Habere & perdere uirtutem. Cic. Post reditũ ad Quirites, 16.
Iacent uirtutes. Vide Iaceo.
Imminuta uirtus. Vide Imminuo.
Inchoare uirtutem. Vide Inchoo.
Inuoluere se suæ uirtute. Horat. 3. Carm. ode 29. 11, de Fortuna,
—si celeres quatit
Pennas resigno quæ dedit, & mea
Virtute me inuoluo, probamq;
Pauperiem sine dote quæro.
Nulla ui labefactari potest uirtus. Cic. 4. Philipp. 161.
Laborare uirtute ac studijs. Quintil. in Procem. lib. 1. 12.
Locare uirtutem. Vide Loco, locas, in Locus.
Studium uirtutis monstrare alicui. Statius 4. Sylu. 8. 12.
Multare uirtutem morte. Quintil. lib. 5. cap. 11. 6.
Obsolescit uirtus. Vide Obsolesco in Obsoleo.
Ornatus ex suis uirtutibus. Vide Orno.
Præstare uirtute. Cic. pro Plancio, 49.
Repræsentare uirtutem alicuius. Horat. 1. epist. 20. 3.
Retinere uirtutem. Tacit. lib. 1.
Parem esse alicui uirtute. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 13. 6.
Superare uirtute dolores. Ouid. 8. Metam. 104.
Virtus uirtute superatur. Cic. 14. Philipp. 397.
Virtutes pro utilis per ironiam aliquando ponuntur, authore Donato. Terent. Adelph. 2. 1. 22,
Si posiderem, ornatus esses ex tuis uirtutibus. Plaut. Pseud. 1. 1. 36.
Virtus, Proprietas. Quintil. lib. 4. cap. 2, Sunt quidem hæ quas suprà retuli, uirtutes aliarum quoq; partium.

Viruesta] βαρβάρικα, Ptolemæo lib. 2. cap. 6. in antiquo codice Virdubesca, Hispaniæ urbs: uulgò Briuiesca.

Virus] priore prod. (ἰὸς, τὸ πρόμαθος, τὸ δυσώδες) Indeclinabile, n. g. Significat propriè asperitatem odoris in homine iam adulto: quippe talis odor in puero non est, nec ante coitum mulieri. Plinius libro 35. cap. 15. 13, Virus alarum sudoresq; sedat. Idem, Signum est uermis temporibus odoris uirus. Sanè uirus hodie tres tantùm habet casus, hoc uirus, hoc uirus, ô uirus. Antiqui hoc uirus, huius uiri dicebãt. Lucret. lib. 2. 96,
—tetri primordia uiri.
Viro, Ablatiuus, Lucret. lib. 6. 7,
Quod flueret naturali uiro, atq; ueniret. Virus naturale uocat incommoda quæ à natura nobis proueniunt. Vide de Virus, uis naturalis.

Virus paludis, pro Tetro odore. Colum. lib. 1. cap. 5. 4, Nec paludem uicinam esse oportet ædificijs, quia caloribus noxium uirus eructat. Plinius lib. 8. cap. 11. 7, de basilisco, Huic tali monstro mustellarum uirus exitio est. id est, Necant eos odore. Budæus.
Amatorium uirus, pro Veneno. Plin. lib. 8. cap. 22. 4, Quin & caudæ huius animalis creditur uulgò inesse amatorium uirus exiguo in uillo, eumq; quum capiatur abijci. De lupo.
Dirum uirus. Lucan. lib. 1. 221.
Edax uirus. Ouid. 5. Fast. 81.
Graue uirus. Horat. 2. epist. 1. 32.
Ingenitum corpori uirus. Vide Ingigno.
Ingratum uirus. Vide Ingratus.
Lunare uirus. Lucan. lib. 6. 134,
—taboq; medullas
Abluit, & uirus largè Lunare ministrat. Interpretes intelligunt spumam Lunæ, aut menstruum muliebre.
Malum uirus, Virg. 1. Georg. 26. Seruius, Bene addidit Malum, ad discretionem epitheton. Nam uirus & bonum & malum est, sicut uenenum: nam idem est. Venit autem à Græco: nam & illi φάρμακον medium habent, id est, bonum & malum.
Mortiferum uirus. Cic. in Arato, 47.
Nocens uirus. Ouid. 2. Metam. 161.
Pestiferum uirus. Ouid. in Ibin, 122.
Rutilum uirus. Lucan. lib. 9. 153.
Adijcere uirus. Vide Adijcio.
Aspergere uirus alicui. Virg. 3. Georg. 84.
Virus in gluuie natum extinguere. Plin. lib. 13. cap. 1. 1.
Virus, per metaphoram, asperitatem saporis significat. Plinius libro 31. cap. 8. 6, Aqua marina uetustate uirus deponit. id est, Amaritudinem illam & salsedinem. Idem, Virus mali medici. id est, Acor & amaritudo. Idem lib. 34. cap. 17. 1, Aeruginis uirus.
Acerbitatis uirus euomere apud aliquem. Cic. de Amicit. 73.
Virus, Asperitas coloris. Plin. de sanguine purpuræ, Tum super additum decoquitur uirus. Idem lib. 9. cap. 36. 3.
Virus, Genitura: id est, humor qui è genitalibus fluit. Plin. lib. 28. cap. 11. 12. Virus uerrinum è scropha ex coitu exceptũ, priusquàm terram attingat, contra dolores. Idem libro 9. cap. 50. 2, Nisi editis ouis inter se uersando mares & fœminæ uitale asperserint uirus. De piscibus.
Virus, Vis naturalis. Lucret. lib. 2. 172,
Concoctosq; suo contactus perdere uiro. hoc est, Virtute naturali, ut Marcellus interpretatur: uel uirulentia & illiberali odore, ut Baptista Pius.
Lentum distillat ab inguine uirus. Virg. 3. Georg. 37.
Virus, Viror, seu herbæ uirentes. Statius lib. 1. Sylu. 4. 21,
—atq; omne benignè
Virus odoriferis Arabum quod doctus in aruis, &c. Sed fortè non ad uiriditatem respexit poeta, sed ad odorem.

¶ Virulentus, Adiect. (ἰώδης) Plenum ueneno. Gell. lib. 16. cap. 11, Vt serpentium uirulentorum domitores sint.

¶ Virosus, pen. prod. (βρομώδης) Aliud adiectiuũ, Mali odoris, aut uenenati. Virg. 1. Georg. 12.
At Chalybes nudi ferrum, uirosaq; Pontus
Castorea, Eliadũ palmas Epiros equarum? Vbi Seruius, Virosa, id est uenenata. Nam licet sint multis remedio, tamẽ prægnantes eorum odore abijciunt egerũtq; partum. Et uirosa dicta ab eo quod est uirus. Alij fortiã accipiunt, à uiribus. Cato cap. 157. 9, Et si mulier eo lotio locos fouebit, nunquam uirosi sient.
Virosus, Mali saporis. Varro, Rancidam carnem apposuit nobis, & uirosam.

Vis] huius uis, producte, hãc uim (ἰς, βία, ἰσχύς, ἀλκὴ, ἀνάγκη,

uis, dicuntur) Pluraliter uis, accusatiuo uis, uocatiuo uis, apud ueteres: nunc ab antiquo singulari dicimus hæ uires, uirium, uiribus, &c.

Vis in accusatiuo plurali Sallust. lib. 3. Hist. Malè iam assuetum ad omnes uis controuersiarum. Nonius.

Vis, possibilitas. Virg. 1. Georg. 40,
—ni uis humana quotannis
Maxima quæq; manu legeret. Idem 1. Aeneid. 107.
Non ea uis animo nec tanta superbia uictis. Sallustius in bello Catil. Sed nostra omnis uis in animo & corpore sita est. Seruius.

Vis & copia. Cic. pro Marcello, 4.

Vis & effectus radicum. Cic. de Diuinat. 68.

Vis & facultas oratoris. Cic. 1. de Orat. 69.

Vis & natura rei. Cic. 1. de Orat. 94. Idem in Orat. 60, Rei potius, id est, eloquentiæ uim & naturam explicemus.

Vis ac necessitas. Cic. pro Quintio, 39.

Vis & potestas substantiæ. Terent. Heaut. 4. 3. 32. Cic. 3. de Natura deorum, 128, Improborum igitur prosperitates secundæ res redarguunt, ut Diogenes dicebat, uim omnem deorũ ac potestatem.

Vis amicitiæ est in animorum consensione. Cic. de Amicit. 14.

Mista uis animi toto corpore. Lucret. lib. 3. 56.

Boni uis. Terent. Phorm. 1. 2. 57,
—ipsa horrida,
Lacrumæ, uestitus turpis: ut ni uis boni
In ipsa inesset forma, hæc formam extingueret. id est, Bona indoles, & probitatis signum.

Cantharidis uis. Cicero 5. Tuscul. 165, Theodorus Lysimacho mortẽ minitanti, Magnum uerò effecisti, si cantharidis uim consecutus es.

Conscientiæ uis. Cicero pro Milone, 46, Magna uis est cõscientiæ iudices.

Eloquentiæ uires. Quintil. in Procem. lib. 1. 18.

Frigoris uis. Cic. pro C. Rabirio Posthumo, 26.

Ingenij uis. Cic. 1. de Orat. 83, Antonij incredibilis, quædam & propè singularis, & diuina uis ingenij.

Magistratus uis. Cic. 3. de Legibus, 3.

Morborum uis. Tacit. lib. 11.

Morbi uis excita. Lucret. lib. 4. 134.

Impetus & uis orationis. Cic. in Orat. 134.

Ostenti uis, ut. Cicero 1. de Diuinat. 127, Quod ostentum habuit hanc uim, ut Dionysius paucis post diebus regnare cœperit.

Potestatis uis. Cic. 1. Philip. 2.

Veneni uim experiri in aliquo. Cic. pro Cælio, 46.

Verborum uis, quæ Græcis energia dicitur. Cic. pro Cluentio, 42, Ea intellecta, certè nihil ad rem pertinet, quæ uerborũ uis sit, ac nominum.

Vis magna in fortuna ad res secundas uel aduersas. Cic. 2. Offic. (26.

Vis in uerbis. Cic. Torquato, lib. 6. 2. 6.

Vis in manibus. Cic. 1. Acad. 29.

Dicendi uis. Quintil. lib. 1. cap. 2. 21.

Loquendi uis & norma. Horat. de Arte, 15.

Percipiendi uis. Quintil. lib. 1. cap. 1. 1.

Infirmitas uirium. Vide Infirmus.

Ad portionem uirium. Vide Ad præpositionem.

Audax uiribus. Vide Audax.

Editior uiribus, Fortior. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 12.

Inferior uiribus. Ouid. 14. Metam. 131.

Inuicti uiribus. Virg. 6. Aeneid. 79.

Prædurus uiribus. Virg. 10. Aeneid. 150.

Opibus & uiribus omnibus elaborandum est, ut, &c. Cicer. 3. Tuscul. 10.

Agrestes & horridæ uires. Cic. 1. de Legib. 9.

Ardens uis fulminis. Lucret. lib. 6. 30.

Auxiliaris uis. Vide Auxiliaris in Auxilior.

Blanda uis dei noctuagi. Stat. 10. Thebaid. 31.

Cælestis uis. Cic. 1. de Diuinat. 139.

Vis cælestis & numen diuinum. Cic. pro Milone, 63.

Concalefactoria uis. Vide Concalefactorius, in Concalefacio.

Coruscæ uis. Vide Coruscus, in Coruscо.

Dura uis. Virg. 4. Georg. 80.

Exesa uis luminis. Tacit. lib. 20.

Exiguæ uires ingenij. Ouid. 2. Trist. 106.

Eximia uis. Cic. pro lege Manilia, 28.

Firmæ uires. Ouid. 3. Fastorum, 8.

Furiatæ uires. Silius lib. 13. 42.

Horrida uis lethi. Lucret. lib. 3. 35.

Humana uis. Virg. 1. Georg. 40,

Ignea uis cæli. Ouid. 1. Metam. 6.

Imperiosissima uis. Quintil. lib. 6. cap. 3. 6.

Incita uis uentis. Lucret. lib. 1. 55.

Infirmis uiribus homo. Vide Infirmus.

Ingens uis rerum. Quintil. lib. 6. cap. 1. 24.

Inimica uis Parcarum propinquat. Virg. 12. Aeneid. 30.

Inualidæ uires. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 15.

Magna uis nocendi. Ouid. 5. Metam. 92.

Magnæ uires. Vide Magnus.

Maximis uiribus uir. Cic. pro Cælio, 46, Quumq; ille uir, qui se natum huic imperio putauit, tertio die postquam in Curia, in Repub floruisset, integerrima ætate, optimo habitu, maximis uiribus, eriperetur indignissimè bonis omnibus, atq; uniuersæ ciuitati.

Maximæ uires in oratione. Cic. in Oratore, 43.

Malefica. Vide Malus.

Morbida. Vide Morbus.

Mordax. Vide Mordeo.

Mortifera. Lucret. lib. 6. 165.

Occulta uis. Quintil. lib. 1. cap. 10. 8.

Occultis uiribus egregius fons: id est, Arcanæquadam & incognita uirtute ac ui præditus. Iuuen. Satyr. 12. 5.

Præduræ uires. Claud. in Gigantomach. 14.

Solida ac uirilis ingenij uis. Quintil. lib. 2. cap. 5. 15.

Sũma ui aliquid agere: pro, Toto conatu. Terent. Adelph. 3. 4. (47.

Tacita uis. Quintil. lib. 3. cap. 5. 7.

Temperata uis. Horat. 3. Carm. ode 4. 13.

Vastæ uires. Virg. 5. Aeneid. 74.

Vera uis. Quintil. lib. 1. cap. 3. 3.

Vesanæ uires. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 5,
In mea uesanas habui dispendia uires:
Et potui pœnam fortis inire meam.

Violentæ uires. Lucret. lib. 5. 255.

Violenta uis leonum. Lucret. lib. 3. 60.

Viuida uis animi. Lucret. lib. 1. 15.

Abolere uires. Tacit. lib. 10.

Abrogare uires beneficijs. Vide Abrogo.

Abscedunt uires. Vide Abscedo.

Abstinere uim ab aliquo. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 41, sed omissa præpositione.
—abstinuit uim
Vxore & gnato. De Aiace insano.

Abstulerat uires corporis ipse timor. Ouid. 6. Fast. 89.

Ira absumit uires mora. Ouid. 3. Metam 139,
Præbuimus longis Pentheus ambagibus aures
Inquit, ut ira mora uires absumere posset.

Abuti uiribus corporis. Vide Abutor.

Accipere uim, & uires. Vide Accipio.

Acquirere uires. Virgil. 4. Aeneid. 35.

Nouas uires acquirere. Lucan. lib. 2. 128.

Adijcere uires. Vide Adijcio.

Adimit dolor uires. Vide Adimo.

Admouere uim. Vide Admoueo.

Summis adnixus uiribus. Virgil. 5. Aeneid. 46.

Robustis uiribus adoleuit ætas. Lucret. lib. 3. 92.

Afferre uim maximam ad dicẽdum. Cic. 1. de Orat. 56, hoc est, Facultatem.

Agere pro uiribus. Cic. de Senectute, 24.

Alere uires. Vide Alo.

Ventus amittit uires. Lucan. lib. 3. 73.

Assumpsit uires flamma. Ouid. epist. 19. 3.

Grammatica tenuis, à fonte, assumptis poetarũ, historicorumq; uiribus pleno iam satis alueo fluit. Quintil. lib. 2. cap. 1. 4.

Augentur uires. Ouid. 9. Metam. 158.

Augere uires eloquentiæ. Quintil. in Procem. lib. 1. 18.

Capere uires. Vide Capio.

Carpere uires. Vide Carpo.

Aegra animo uis, ac fiducia cessit. Stat. 8. Thebaid. 107.

Colligere uires. Vide Colligo.

Colligit uires sibi amor usu. Ouid. 2. de Arte, 68.

Concipere uires. Vide Concipio.

Flumina concipiunt uires. Ouid. 15. Metam. 68.

Occultas uires concipiunt terræ. Virg. 1. Georg. 18.

Conferre uires in unum. Vide Confero.

Confisus uiribus. Iuuen. Satyr. 10. 1.

Fortuna uires ipsa consumpsit suas. Seneca Agamem. 7. 22.

Contendere uiribus inter se. Lucret. lib. 3. 157.

Validis uiribus contorsit hastam. Virg. 2. Aeneid. 10.

Conuulsus ui dominationis. Tacit. lib. 5.

Decedunt uires. Vide Decedo.

Deficiunt uires. Vide Deficio.

Quum me uires deficere cœpissent. Cic. 1. de Orat. 99.

Defici uiribus. Quintil. in Procem lib. 4. 6.

Insanis uiribus Austri deiecta trabs. Ouid. 12. Metam. 103.

Demittere ad unum auditorem uim dicendi. Quintil. libro 1. cap. 2. 21.

Desiderare uires adolescentis. Cic. de Senect. 24.

Distracta uis animæ per artus. Lucret. lib. 4. 185.

Dare uim, uel uires. Cic. ad Atticum, lib. 4. 71. 2, Tum profectò doloris magnitudo uim quandam nobis dicendi dedit. Eidẽ, lib. 7. 123. 6.

Dare sententiæ uires. Quintil lib. 4. cap. 1. 45.

Dare uires alicui in rem aliquam. Ouid. 1. Fast. 4.

Domare uires alicui. Seneca Hercule Oetæo, 9. 9.

Magna ui flexa domatur ulmus. Virg. 1. Georg. 34.

Effundere uires suas in aliquo. Ouid. 12. Metam. 22.

Effundere uires in uentum. Virg. 5. Aeneid. 90.

Eneruare uires alicuius. Horat. Epod. 8. 1.

Eniti uiribus. Virg. 2. Georg. 72.

Excellere aliquem pulchritudine & uiribus. Cic. 3. Offic. 31.

Exercere uires. Cic. 1. de Orat. 72.

Experiri uires alicuius. Ouid. 2. de Arte, 36.

Explorare uires alicuius. Stat. 8. Thebaid. 9.

Firmare uires. Virg. 3. Georg. 42.

Fractæ uires Danaum. Virg. 2. Aeneid. 34.

Frangere uim alicuius. Quintil. lib. 1. cap. 7. 17.

Effœtæ frigent in corpore uires. Virg. 5. Aeneid. 80.

Fundare uires alicuius. Seneca Herc. fur. 6. 2,
—alieno in loco
Haud stabile regnum est: una sed nostras potest
Fundare uires, uincta regali face

Thalamisq; Megæra.

Gerere res uiribus. Cic. de Senect. 16.

Habere uires alicuius. Cic. de Senect. 29.

Habere uires dicitur uirtus. Cic. in Parad. 18.

Habere uim dicendi. Cic. 1. de Orat. 44.

Habere uim, ut. Cic. pro Corn. Balbo, 28, Id habet hanc uim, ut sit ille in fœdere inferior.

Habere uim ad aliquid agendum. Cic. 1. de Orat. 135.

Habere uim & religionem in se. Cic. pro Murena, 1.

Habent literæ uim fœderis. Cic. M. Licinio, lib. 5. 8. 13.

Impendere uim suam in rem aliquam. Quintil. lib. 1. cap. 12. 2.

Incutere uim. Vide Incutio.

Infringere magnas uires alicuius. Propert. lib. 1. eleg. 13. 4.

Infringere uim militum. Vide Infringo.

Instigat & alit uires quies tempestiua. Stat. 4. Sylu. 4. 7.

Intendere uim. Tacit. lib. 4, Vnt præfecturæ modicam antea, intendit. hoc est, Auget.

Intendere uim uerbis. Vide Intendo.

Laborare uitio uirium. Quintil. lib. 2. cap. 3. 7.

Languescit uis. Quintil. lib. 4. cap. 1. 46.

Metiatur, ac diligenter æstimet uires suas actor. Quintilianus lib. 6. cap. 1. 34.

Ministrare uires alicui. Virg. 11. Aeneid. 14.

Minuuntur uires amoris. Ouid. 5. Metam. 75.

Propria ui niti. Virg. 2. Georg. 86.

Obtusis ceciderunt uiribus artus. Lucret. lib. 3. 92.

Occupare orbem uiribus. Virg. 7. Aeneid. 51.

Superbas uires ostentare. Stat. 6. Thebaid. 130.

Vindicibus pacatus uiribus orbis. Ouid epist. 9. 3.

Parare uim. Vide Paro.

Indomitas uires posuêre incendia. Virg. 5. Aeneid. 136.

Progredi uiribus suis sine adminiculo. Quintil. lib. 2. cap. 6. 4.

Prosterni suis uiribus. Quintil. lib. 2. cap. 12. 2.

Viribus ac lacertis pugnare. Cic. ad Marcellum, lib. 4. 7. 5.

Validis uiribus æui quassatum est corpus. Lucret. lib. 3. 92.

Recreat uires cibus. Lucret. lib. 4. 175.

Recuperatis cibo somnoq; uiribus. Tacit. lib. 19.

Reparat uires alterna requies. Seneca Hippol. 4. 18.

Recipere uires. Cels. lib. 4. cap. 24.

Restituere uires per hæc. Cels. lib. 4. cap. 11, Quotiesq; aliquid aut stomachus, aut uenter effudit: toties per hæc uires restituere: Sub. expedit.

Tueri uires. Cels. lib. 3. cap. 19.

Resoluere uires. Lucret. lib. 4. 193.

Retinere omni ui. Cælius Ciceroni, lib. 8. 16. 10.

Reuocare uires uictu. Virg. 1. Aeneid. 44.

Seruare uim suam. Quintil. lib. 1. cap. 3. 5.

Solidæ uires suo stant robore. Virg. 2. Aeneid. 128.

Subducere uires alicui. Ouid. 13. Metam. 13.

Suggere uim occultam. Quintil. lib. 1. cap. 10. 6.

Bonis uiribus esse. Vide Bonus.

Sumunt uires incendia. Horat. 1. epist. 19. 16.

Superare uiribus aprum. Horat. 1. epist. 19. 11.

Suscitare uim ira. Virg. 5. Aeneid. 91.

Sustinere omnibus uiribus. Cic. ad C. Antonium, lib. 5. 5. 7.

Tẽperare uires suas. Quintil. lib. 1. cap. 2. 19. Ouid. epist. 1. 18.

Torpent infractæ ad prædia uires. Virg. 9. Aeneid. 100.

Torquere lacertis & uiribus. Cic. 1. de Orat. 132.

Valere uiribus. Virg. 5. Aeneid. 14.

Vigent uires. Lucret. lib. 5. 224.

Vti uiribus per cluos. Horat. 1. epist. 13. 2.

Armorum uiribus usus. Ouid. 13. Metam. 143.

Vti orandi uiribus. Quintil. lib. 2. cap. 16. 1.

Odora canum uis. Virg. 4. Aeneid. 27.

Vis, Violentia. Virg. 2. Aeneid. 99,
Fit via ui, rumpunt aditus, primosq; trucidant. Terent. Phorm. 1. 4. 38, Vi coactum te esse multum, lege, iudicio.
Expers consilij uis. Horat. 3. Carm. ode 4. 13.
Vis & uiolentia. Cic. Antè quàm iret in exilium, 7.
Armatorum uis. Cic. pro Cecinna, 47.
Ingens uis pelagi. Lucan. lib. 3. 13.
Vis maior. Plin. lib. 28. cap. 28. 17, de sterilitatum causis, Ante omnia autē duo genera cœlestis iniuriæ memmisse debemus: Vnum quod tempestates uocamus, in quibus grādines, procellæ, cæteraq; similia intelliguntur: quæ quum acciderint, uis maior appellatur, &c. Ex his uerbis apparet, uim maiorem esse, quam Vlpianus. ff. locati & conducti. l. ex conducto. tempestatē calamitosam appellat. Colum lib. 1. cap. 7. 2, Nam ubi sedulò colitur ager, plerunq; cōpendium: nunquā, nisi si cæli maior uis, aut prædonis inceßit, detrimentum affert Caius, ff. locati & conducti. l. si merces. §. 6, Vis maior quam Græci θεῖα βίαν appellant, non debet conductori damno esse, si plus quàm tolerabile est, læsi fuerint fructus. Cic. pro Plancio, 81, Sin autem uitā mihi sors ademisset, aut uis aliqua maior reditum peremisset. Budæus.
Vis domina. Idem. Vlp. de damno infecto. l. fluminum. §. ultimum autem. Seruius quoq; putat, si ex ædibus promissoris uento tegulæ deiectæ damnum uicino dederint, ita eum teneri, si ædificij uitio id acciderit, non si uiolentia uentorum, uel qua alia ratione quæ uim habeat diuinam. Budæus.
Abducere ui aliquem. Vide Abduco.
Adacta uis morbi. Vide Adigo.
Adhibere uim. Cic. 1. in Catilinam, 14. Vide Adhibeo.
Adhibere uim factioni. Cic. 5. Verr. 29.
Afferre uim mulieri. Cic. 3. Verr. 42. Vide Affero.
Afferre uim sibi. Tacit. lib. 16.
Agere ui. Vide Ago.
Auellere ui. Vide Auello.
Auferre per uim. Vide Aufero.
Cogere ui & minis. Vide Cogo.
Decutere ui. Vide Decutio.
Defendere uim. Vide Defendo.
Defendere uim ui. Cic. pro Milone, 6.
Denunciare uim alicui. Cic. pro Murena, 47.
Deponunt uim suam æquora. Ouid. 2. Trist. 31.
Per uim datus. Cic. Attico, lib. 7. 12 8. 12.
Facere uim. Cic. Attic. lib. 4. 7. 6. Vide Facio.
Facere imperiū ui: id est, Metu ac malo. Terent. Adelph. 1. 1. 41,
Qui imperium credat grauius esse, aut stabilius
Vi quod sit, quàm illud quod amicitia adiungitur. Hic op posuit, Vi facere imperium, & Amicitia adiungere.
Ferre uim, Afferre. Ouid. 4. Metam. 80,
—regemq; reposcunt,
Vimq; ferunt, sæuisq; parant incessere telis.
Ferre uim alicui. Virg. 10. Aeneid. 16.
Fracta uis & debilitata. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 7.
Imponere alicui uim. Vide Impono.
Inferre alicui uim. Quintil. lib. 3. cap. 11. 10.
Inferre uim & manus alicui. Vide Infero.
Paratus ad uim. Ouid. 11. Metam. 59.
Perferre aliquid ui eadem. Quintil. lib. 4. cap. 1. 33.
Auro ui potitur. Virg. 3. Aeneid. 12.
Acrior uis rapit me. Horat. Epod. 7. 3.
Vim ui repellere. Cic. pro Sestio, 31. Vide Repello.
Per uim stuprare. Vide Stupro.
Vim suscipere contra Rempub. Cic. pro Milone, 10.
Victus ui. Virg. 12. Aeneid. 51.
Vis (πλῆθος) Multitudo & copia. Cic. pro lege Manilia, 15,
Sic Mithridates fugiens maximam uim auri atque argenti, pulcherrimarumq; rerū omnium. Sic in Parad. 62, Vis frumenti. Cæs. 3. bell. Ciuil 17, Vis seminum magna. Cicer. 2. de Natur. deorum, 197, Vis mellis maxima. Cic. 4. Verr. 127, Vis militum. Cic. ad Atticum, lib. 7. 12 2. 1. Idem ad Terentiam, lib. 14. 1. 10, Vis lacrymarum. Idem 4. Acad. 216,
Tantam uim natricum, uiperarumq; fecerit.
Equorum uis. Cic. 2. de Diuinat. 213.
Lacrymarum infinita uis. Cic. Qu. frat. lib. 1. 3. 4.
Maxima uis ranunculorum. Cic. Trebatio, lib. 7. 18. 8.
Continet mens uim maximam optimarum rerum. Cicero 1. de Legibus, 23.
Vis negocij, Maxima & multa negocia. Plaut. Pœnulo, 4. 1.
¶ Viresco, uiresci, uirescere, prima producta, Vires capere uel recuperare. Furius Antias apud Gellium lib. 18. cap. 11. Increscunt animi uirescit animi uirtus.
Viscus] uisci, m. g. & Viscum uisci (ἰξὸς) Glutinum quod ad aucupium pertinet. Plin. lib. 16. cap. 44. 12, Viscum consit ex acinis, qui colliguntur meßiū tēpore immaturi. Nā si accesserē imbres, amplitudine quidē augētur, uisco uerò marcescunt. Siccantur deinde, & aridi tenduntur, ac conditi in aqua putrescunt duodenis ferè diebus. Vnumq; hoc rerū putrescendo gratiam inuenit. Inde in prosluente uirus malleo tusi, amißis corticibus, interiore carne lentescit. Hoc est uiscum pennis auium tactu ligandis, iuglandis oleo subactum, quum libeat insidias moliri. Plaut. Bacch. 1. 16,
Viscus merus uestra est blanditia. Varro 3. de Re rust. cap. 7. 6, Quod intercipere soleant accipitres, qui ita acciapiuntur, quum se obleuerint uisco. Cic. 2. de Natur. deorum, 216, In uisco inhærescere.
Sequaci uisco correpta auis. Valer. 6. Argon. 53.
Viscum, Frutex qui ex turdorum potißimum fece super arborum quarundam ramis delapsa, & à Sole cum humiditate quadam feruefacta nascitur: uiret autem per totā hyemem. Virg. 6 Aeneid. 41,
Quale solet syluis brumali frigore uiscum, &c. Vide Plinium, lib. 16. cap. 44.
Viscum, inquit Nonius, positum aliquando pro rete, à tenacitate. Varro Parmenone, Lepusculi timentes hoc quadrangulum, dedunt se in rete, sic fugere uiscū nequiuerunt, lineamq; compedem. Testatur & Virg. 1. Georg. 28,
Tum laqueis captare feras, & fallere uisco
Inuentum: & magnos canibus circundare saltus.
¶ Viscatus, pen. prod. Adiect. Visco óblitus. Varr. 3. de Re rust. cap. 7. 6, Quos columbarij interficere solent duabus uirgis uiscatis defixis in terram, inter se curuatis.
Alæ uiscatæ. Ouid. 1. de Arte, 79.
Virga uiscata fallere uolucres. Ouid. 15. Metam. 95.
Viscata manera, & Hamata, pro eodem: hoc est, Quibus maiora attrahuntur quàm quæ dantur. Plin. epist. 207.
Viscus] uisceris, pen. corr. n. gen. (σπλάγχνον) Non tantùm intestina significat, sed quicquid sub corio est: id est, carnem quæ est inter ossa & cutē, inquit Seruius. Virgil. 6. Aeneid. 51, Et solida imponit taurorum uiscera flammis. Et lib. 3. 125, Visceribus taurorū, & sanguine uescitur atro. Sueton. in Vitellio, cap. 13, Quin inter altaria ibidem statim uiscus, & farra pene rapta è foco manderet.
Soliditas uiscerum. Cic. 2. de Natur. deor. 27.
Terra uiscera. Lucret. lib. 6. 256.
Diripiunt auidæ uiscera nostra feræ. Ouid. epist. 11. 24. Viscera uocat filii sui puella Canace. Sic idem 2. Amor. eleg. 14. 6, Vestra quid effoditis subiectis uiscera telis? In illas quæ abortiuos faciunt.
Venæ uiscerum imbutæ uiperino morsu. Cic. 2. de Finib. 151.

Permanat

Permanat in uenas, & inhæret in uisceribus id malum. Cicero 4. Tuscul. 37.
Liquefacta uiscera, Putrida. Virg. 4. Georg. 113. Sic enim Ouid. 15. Metam. 75,
—de putri uiscere pabūm
Florilegæ nascuntur apes.
Nudare uiscera. Virg. 1. Aeneid. 43,
Tergora diripiunt costis, & uiscera nudant.
Viscera patefacta per uulnus. Celsus in Præf. lib. 1.
Salientia uiscera. Ouid. 6. Metam. 78,
—salientia uiscera posses,
Et pellucentes numerare in pectore fibras.
Soluere uiscera cultro. Senec. Hippol. 1. 10.
Tunsa per integram soluuntur uiscera pellem. Virgilius 4. Georgic. 61.
Spumantibus uisceribus ardens, pro ualde irato & commoto, dixit Iuuen. Satyr. 13. 2,
Exiguamq; malorum
Particulam uix ferre potes, spumantibus ardens
Viscēribus, sacrum tibi quod non reddat amicus
Depositum.
Sumere aliquid ex uisceribus alicuius. Cic. 2. de Orat. 174.
Torrere uiscera. Virg. 5. Aeneid. 21.
—fusiq; per herbam
Subijciunt ueribus prunas, & uiscera torrent.
Traiecit uiscera ferro. Ouid. 1. Amor eleg. 10. 11.
Periculum inclusum in uenis, atq; in uiscēribus alicuius. Cicero 1. in Catil. 23.
Viscera montis auulsa. Virg. 3. Aen. 115. Seruius, Viscera, partes. Sic aūt dixit uiscera, quemadmodū terræ ossa dicuntur.
Terræ uiscera. Ouid. 1. Metam. 28,
—sed itum est in uiscera terræ,
Quas recondiderat, Stygijsq; admouerat umbris,
Effodiuntur opes.
¶ Visceratio, uiscerationis (σπλαγχνοτομία) Crudæ carnis distributio: quæ fieri solebat uel in solennitate quadam, uel in funere alicuius excellentis personæ. Gellius, Tum in Albano uisceratio Latinis data. Liu. 8. ab Vrbe, 108, Et populo uiscēratio data à M. Flauio in funere matris. Plin. de Viris illust. 32, Mortuo huic tantum æris populi liberalitate congestum, ut inde filius uiscerationem & epulas publicè daret. Cic. 2. Offic. 80, Prodigi, qui epulis & uiscerationibus & gladiatorum muneribus, ludorum uenationumq; apparatu pecunias profundunt in eas res.
¶ Viscératim, penult. prod. Aduerbiū (κατὰ σπλάγχνα) Significat per uiscera. Ennius Andromedā, Dißipat uiscēratim membra.
Visibilis, Visito, Viso] Vide Video.
Visontium] βισόντιον, Hißpaniæ urbs Ptolemæo lib. 3. cap. 6. Vulgò Viseo.
Visula] Sarmatiæ in Europa fluuius Pomponio lib. 3. Vistula item dicitur, Iustilla, Iustula, & Istula, ut notat Vadianus.
Visulæ] uites, de quibus Colum. lib. 3. cap. 2. 12.
Visum, uisi] Vide Video.
Visus] Vide Video.
Vita] uitæ (ζωὴ, βίος, βιοτὴ, βίοτος, διαγωγὴ) Notæ significationis. Lucretius lib. 3. 198,
Vitāq; mancipio nulli datur, omnibus usu.
Absurdum atq; alienum à uita. Vide Absurdus.
Blandimenta uitæ. Tacit. lib. 18.
Color uitæ. Vide Color.
Vitæ cupiditas. Cic. 2. Philip. 56.
Exiguum curriculum uitæ. Cic. pro. Rab. perduel. reo, 23.
Debito uitæ liberari. Curtius lib. 10.
Delinimenta uitæ. Tacit. lib. 15.
Dux uitæ dia uoluptas. Lucret. lib. 2. 35.
Exemplar uitæ morumq; Horat. de Arte, 64.
Exspes uitæ. Tacit. lib. 5.
Integer uitæ scelerisq; purus. Horat. 1. Carm. ode 22. 1.
Integritas uitæ anteactæ. Quintil. lib. 7. cap. 3. 27.
Labes uitæ. Ouid. epist. 9. 2.
Plenus uitæ. Lucret. lib. 3. 191.
Securus uitæ. Stat. 3. Thebaid. 159.
Series atra tuæ uitæ. Ouid. in Ibim, 13.
Solatia dulcia uitæ. Lucret. lib. 5. 5.
Spacium uitæ. Quintil. lib. 1. cap. 8. 9.
Spirans ac uitæ manifestus. Tacit. lib. 12.
Spes uitæ. Tacit. lib. 12.
Summa breuis uitæ. Horat. 1. Carm. ode 4. 3.
Tædia uitæ. Ouid. 10. Metam. 96.
Acerba uita. Vide Acerbus.
Actuosa. Vide Ago.
Amara. Cic. 1. de Finib. 69.
Arida. Vide Aridus.
Attenta. Vide Attendo.
Basilica. Vide Basilicus.
Beata. Vide Beatus.
Breuis est uita, cursus gloriæ sempiternus. Cic. pro Sestio, 38.
Cæca uitæ lubrica. Stat. 2. Sylu. 2. 45.
Cælebs. Vide Cælebs.
Chara. Ouid. 10. Metam. 122.
Constans & probata. Cic. in Topicis, 41.
Crudelis. Virg. 8. Aeneid. 116.
Deformis uita, Inhonesta. Stat. 10. Thebaid. 66.
Desidis ocia uitæ. Stat. 3. Sylu. 5. 17.
Dubia. Colum. lib. 1. cap. 3. 2.
Dulcis stabilisq; Lucret. lib. 3. 14.
Fœdißima ac miserrima. Cic. pro Sylla, 56.
Fortunata. Horat. 1. epist. 11. 3.
Honesta. Cic. pro Roscio Amerin. 28, Vita rustica honestißima atq; suauißima.
Illustris. Quintil. lib. 3. cap. 8. 32.
Inculta & horrida. Vide Incolo.
Infesta alicui. Vide Infestus.
Iniuriosa. Vide Iniuria.
Innoxia. Vide Innoxius.
Inuisa. Vide Inuisus.
Iucunda. Horat. Epod. 1. 1.
Licentior. Vide Licet.
Longa. Cic. 2. de Orat. 113.
Longa uita dignißimus. Ouid. 4. Metam. 22.
Gnate mihi longa iucundior unice uita. Catul. Argon. 59. 43.
Longinqua. Vide Longus.
Malefica. Tacit. lib. 4.
Marittima. Vide Mare.
Mea uita, Blandientis uox. Cic. Terentiæ, lib. 14. 2. 7.
Menstrua. Vide Mensis.
Miseræ uitæ breuißima portio. Iuuen. Satyr. 9. 13.
Mœsta. Virg. 10. Aeneid. 164.
Mortalis. Virg. 4. Georg. 65.
Nitidior. Vide Niteo.
Pigræ uitæ obliuio. Stat. 1. Sylu. 5. 12.
Precaria uita. Tacit. lib. 20.
Rapida, Citò præteriens. Persius Satyr. 5. 10.
Rudis. Stat. 2. Achill. 80.
Rustica. Quintil. lib. 2. cap. 4. 18.
Sanctißimè & honestißimè acta uita. Cic. 9. Philipp. 267.
Similis feris. Ouid. 2. Fast. 59.

Seuera. Ouid. 2. Amor. eleg. 10. 4.
Solitaria. Quintil. lib. 1. cap. 2. 14.
Solicitæ iucunda obliuia uitæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 13.
Turpis uita. Cic. pro Quintio, 28.
Turpis & nocens uita. Vide Noceo.
Vitalis uita, Antiqua locutio: hoc est, Vitam uiuens, uel uita superstes. Cic. de Amicitia, 20.
Vitiosa & flagitiosa. Cic. 2. de Finib. 149.
Vmbratilis uita. Quintil. lib. 1. cap. 2. 14.
Vmbratilis & delicata. Cic. 2. Tusc. 48.
Vrbana uita. Quintil. lib. 2. cap. 4. 18.
Vrbana uita clemens. Vide Clemens.
Abire è uita. Vide Abeo.
Abrumpere uitam. Virg. 8. Aeneid. 116.
Accipere uitam. Vide Accipio.
Addicere uitam. Vide Addico.
Addicta præmijs uita alicuius. Vide Addico.
Adducere ad uitam communem. Vide Adduco.
Adimere uitam. Cic. pro Plancio, 81. Vide Adimo.
Afferre uitam. Vide Affero.
Agere, uel agitare uitam. Vide Ago.
Agere uitam sub dio, & trepidis in rebus. Horatius 3. Carm. ode 2. 1.
Agere uitam pueriliter. Catul. de Lesbia, 71. 4.
Amittere uitam. Author ad Heren. lib. 4. 221. Vide Amitto.
Per summum dedecus uitam amittere. Cic. pro Rosc. Amer. 18.
Amittere uitam in undis. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 12.
Assignare uitam hominum rebus. Quintil. lib. 5. cap. 13. 28.
Lumina uitæ attingere, Nasci. Virg. 6. Aeneid. 166.
Auferre uitam. Vide Aufero.
Reliquias uitæ aufert ex membris. Lucret. lib. 6. 166.
Carere sensu & uita. Cic. pro Rabirio perduel. reo, 21.
Cedere uita, & è uita. Vide Cedo.
Cernitur uita beata honestate. Vide Cerno.
Collocare se in uita meretricia. Vide Colloco.
Colere uitam. Vide Colo.
Committere uitam uentis, dicuntur nauigantes. Virgilius 10. Aeneid. 14.
Commorari in tam turpi uita. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 3. 10.
Commutare uitam cum morte. Vita Commuto.
Comprobare uita & moribus. Vide Comprobo.
Concedere uitam. Vide Concedo.
Concessit uita per auras ad Manes. Virg. 10. Aeneid. 162.
Conferta uita uoluptatum uarietate. Vide Confercio.
Vitam constituere. Cic. 1. Offic. 167.
Continetur uita corpore & spiritu. Cic. pro Marcello, 16.
Conterere uitam in quærendo. Vide Contero.
Spacium uitæ decurrere. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 7.
Lumen uitæ decursum. Lucret. lib. 3. 212.
Ipse Epicurus obijt decurso lumine uitæ.
Defuncta corpora uita, Mortua. Virg. 4. Georg. 95.
Degere uitam expertem thalami. Virg. 4. Aeneid. 110.
Depactus uitæ terminus. Lucret. lib. 2. 217.
Deferre uitam. Cic. de Senect. 66. Vide Defero.
Deseruit uita miserum. Ouid. epist. 18. 41.
Dirigere uitam ad normam. Vide Norma.
Discedere è uita. Cic. Curioni, lib. 2. 2. 1. Vide Discedo.
Dispergere uitam in auras. Virg. 6. Aeneid. 124.
Dare uitam. Cic. Antè quàm iret in exilium, 4, Neq; enim peto ut mihi detis uitam, sed datam repeto, ut reddatis.
Aeternam uitam dare. Virg. 12. Aeneid. 176.
Dare uitam alicui, Concedere uitam, non occidere. Virgilius 2. Aeneid, 29.
Placidam ac pacatam degere uitam. Lucret. lib. 5. 232.

Ducere uitam, Viuere. Virg. 2. Aeneid. 129,
Me si cælicolæ uoluissent ducere uitam,
Hanc mihi seruassent sedem.
Ducere uitam longius. Ouid. 11. Metam. 141.
Ducere uitam per omnia extrema. Virg. 3. Aeneid. 63.
Dulcem uitam ducere. Lucret. lib. 2. 199.
Ingrata misero ducenda est uita. Horat. Epod. 17. 14.
Edere uitam, Mori, expirare. Lucret. lib. 6. 253.
Effluit uita cum sanguine. Vide Effluo.
Extulit uitam ictus sagittis, Mortuus est. Senect. Here. Oet. 11. 11.
Effundere uitam alicui. Ouid. epist. 7. 36.
Eripere uitam homini. Senec. Theb. 1. 30.
Eripere uitam alicui per crimina. Ouid. 2. Fast. 162.
Excolere uitam per artes. Virg. 6. Aeneid. 133.
Exhalare uitam sub acerbo uulnere. Ouid. 5. Metam. 13.
Exigere uitam, pro Traducere. Terent. Heaut. 2. 3. 39.
Expellere aliquem uita: id est, Occidere. Cic. pro Murena, 33.
Expetere uitam. Cic. 1. de Legib. 46.
Fructibus uitæ nunquam explemur. Lucret. lib. 3. 205.
Extorquere uitam membris. Lucret. lib. 6. 246.
Facere finem uitæ. Lucret. lib. 3. 192.
Incommoda uitæ ferre. Iuuen. Satyr. 13. 3.
Fossus uita. Plin. 5. cap. 17. 1.
Finire uitam. Tacit. lib. 1, Vitam finiuisset.
Finire uitam ense. Ouid. 3. Trist. eleg. 17. 11.
Frui uita. Cic. 4. in Catilinam, 79. Vide Fruor.
Fudit uitam cum multo sanguine. Virg. 2. Aeneid. 107.
Sensus gubernant uitam. Lucret. lib. 3. 111.
Gubernare uitam uera ratione. Lucret. lib. 5. 226.
Gestare amorem uitæ. Lucret. lib. 5. 36.
Habere uitam ab aliquo. Cic. 2. Philipp. 72.
Iacebat uita in tenebris ac mœrore. Lucret. lib. 5. 36.
Impendere uitam famæ. Stat. 5. Sylu. 1. 13.
Impendere uitam patriæ. Lucan. lib. 2. 77.
Implere finem uitæ. Tacit. lib. 2.
Incolere uitam. Vide Incolo.
Limen uitæ inire. Lucret. lib. 3. 139.
Ingredi in uitam. Vide Ingredior.
Instituere uitam sapienter. Vide Instituo.
Interficere aliquem uita. Vide Interficio.
Interminari alicui uitam. Vide Interminor.
Introire in uitam. Vide Introeo.
Iterare uitam à morte. Vide Iter.
Labefactare uitas hominum. Vide Labes.
Lacerare reliquias uitæ alicuius, atq; distrahere. Vide Lacer.
Largiri uitam. Vide Largior.
Lugere uitam hominum. Vide Lugeo.
Mandare uitam fugæ solitudiniq;. Vide Mando.
Manere in uita. Vide Maneo.
Manet uita. Virg. 5. Aeneid. 145,
Nate, mihi uita quondam, dum uita manebat,
Chare magis.
Mentiri sibi uitam. Vide Mentior.
Metuo de uita. Vide Metuo.
Migrare de uel ex uita. Vide Migro.
Via uitæ monstrata est per carmina. Horat. de Arte, 82.
Moratur uita in membris. Lucret. lib. 3. 25.
Nuncupata uita. Vide Nuncupo.
Obiectare uitam procellis. Claud. 3. de raptu Proserp. 73.
Pacisci uitam pro laude. Virg. 5. Aeneid. 46.
Pacisci uitam ab hoste. Vide Pacisco.
Palantis uitæ uiam quærere. Lucret. lib. 2. 2.
Palescere solitaria & uelut umbratili uita. Quintilianus libro 1. cap. 2. 14.

Parcere

Parcere uitæ. Vide Parco.
Tranquillæ uitæ semina per uirtutẽ patet. Iuuen. Satyr. 10. 37.
Pati à uita. Vide Patior.
Penetrare alicuius uitam ac famam. Tacit. lib. 20.
Perdere uitam. Vide Perdo.
Perducere uitam. Vide Perduco.
Discrimine uitæ coniugium petere. Ouid. 10. Metam. 122.
Ponere sibi finem uitæ. Tacit. lib. 5. Senec. Agamem. 7. 4.
Priuare uita aliquem. Lucret. lib. 5. 200.
Prodere uitam. Vide Prodo.
Producere uitam. Produco.
Neq; erat quo uitã produceremus. Author ad Heren. li. 4. 183.
Producere spem uitæ. Tacit. libro 12, Eo usq; spem uitæ produxerat.
Profundere uitam pro re aliqua. Cicero Lent. lib. 1. 4. 7. Vide Profundo.
Prolatare uitam. Tacit. lib. 11.
Propagare uitam. Vide Propago, propaginis.
Proposita uita telis. Vide Propono.
Relinquere uitam. Virg. 3. Geor. 109.
Reliquit eum uita. Lucret. lib. 5. 13.
Relinquit uita artus. Ouid. in Ibin, 68.
Retinere uitam. Vide Retineo.
Rumpere uitam. Silius lib. 7. 7.
Serenare uitam. Lucret. lib. 2. 218. Alij legunt, serenam uitam.
Breuis uitæ spacium fortitus. Ouid. 3. Metam. 25.
Spoliare uita aliquem. Virg. 6. Aeneid. 34.
Sic uita est hominum. Cic. pro Sext. Roscio 51, Sic uita est hominum, ut ad maleficium nemo conetur sine spe.
Liberioris uitæ iter sumere. Ouid. 3. Fast. 156.
Tenere uitam, & Vita tenetur. Vide Teneo.
Tolerare uitam simplici uictu & agrestibus pomis profluentẽq; aqua. Tacit. lib. 15. De Seneca.
Tractare uitam, Viuere. Lucret. lib. 5. 187,
Volgiuago uitam tractabant more ferarum.
Traducere uitam. Brutus Ciceroni, in epist. ad eundem, 16, 17.
Quib. enim potius hæc uita factis traducatur. Vide Traduco.
Tradere uitam in luctu. Virg. 2. Aeneid. 19.
Trahere uitam in syluis. Virg. 3. Aeneid. 129.
Trahere uitam in tenebris. Virg. 2. Aeneid. 19.
Tueri uitam famamq;. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 24.
Humanam uitam turbare ab imo. Lucret. lib. 3. 8.
Viuere uitam. Cic. 4. Verr. 81.
Viuere uita. Plaut. Persa, 15. 26.
In uita meã. Cic. Attic. lib. 5. 108, 9.
Integerrimè uitam agere. Cic. in Sallust. 2.
Ab ineunte uita. Vide Ineo, inis.
Vita, Vitæ longitudo. Virg. 4. Georg. 51,
Si uerò (quoniam casus apibus quoq; nostros
Vita tulit) tristi languebunt corpora morbo.
Vitæ, in plurali, pro Moribus. Terent. Adelph. 3. 3. 61,
—deniq;
Inspicere, tanquam in speculum, uitas omnium
Iubeo: atq; ex alijs sumere exemplum sibi.
Tenues sine corpore uitæ, Animæ. Virg. 6. Aeneid. 59. Idem 4. Georgic. 45.
¶ Vitalis, & hoc uitale, pen. prod. (σωτικὸς, ζώσιμος, βιώσιμος) Quod uitam præstat, aut quod habet uitam.
Vitale, cui opponitur Mortiferum. Liu. 6. ab Vrbe, 171.
Aeuum uitale. Plaut. Pœnulo, 18. 15.
Aura uitalis. Virg. 1. Aeneid. 79. id est, Aer quo uiuimus.
Auxilium uitale, Quod ad uitam sustinendam pertinet. Lucret. lib. 5. 45.
Tum porrò puer, ut sæuis proiectus ab undis
Nauita nudus humi iacet, infans, indigus omni
Vitali auxilio.
Calor uitalis. Curtius lib. 3.
Salutaris & uitalis calor. Cic. 2. de Nat. deor. 41.
Fœtus uitalis. Vide Fœtus.
Halitus uitalis. Plin. lib. 9. cap. 7. 2.
Vitalis homo haud unquam est ante septimum mensem. Plinius lib. 7. cap. 5. 1.
Lumina uitalia. Cic. 1. de Diuinat. 34, Ex poeta.
Motus uitalis. Lucret. lib. 2. 144.
Partus uitales edere, Plin. lib. 7. cap. 15. 4.
Ros uitalis. Cic. 1. de Diuinat. 38,
—quæ paruos, Mauortis semine natos
Vberibus grauidis uitalis, rore rigabat.
Sanguis uitalis, in quo uita continetur. Plin. lib. 11. cap. 37. 53.
Seculum uitale, in quo uiuitur. Lucret. lib. 1. 41.
Sensum uitalem reddere. Lucret. lib. 2. 178.
Venæ uitales. Lucret. lib. 2. 223.
Viæ uitales. Ouid. 2. Metam. 166,
Sic lethalis hyems paulatim in pectora uenit:
Vitalesq; uias, & respiramina clausit.
Vincula uitalia. Valer. 4. Argon. 62,
—uitalia donec
Vincula, qua primo ceruix committitur artu,
Soluit dextra grauis.
Caloris natura uim habet in se uitalem. Cicero 2. de Natura deor. 36.
Vitalis uita. Vide suprà in Vita.
Vitalia capitis, Cerebrum. Plin. lib. 8. cap. 7. 3, Vitalia, inquit Budæus, dicũtur, cor, iecur, pulmo, cerebrum: in quibus quatuor, uitæ summa consistit. Lucan. lib. 1. 124,
—pulmonis anheli
Fibra latet, paruusq; secat uitalia limes.
Nuda uitalia. Lucan. lib. 6. 39.
Euerberata lamentationibus assiduis uitalia. Quint. Declam. 7.
Ferire ac tueri uitalia. Quintil. lib. 5. cap. 12. 17.
Fissum familiare & uitale. Cic. 2. de Diuinat. 47.
Artus uacui uitalibus. Lucan. lib. 3. 129.
¶ Vitalitas, pen. corr. uitalitatis (τὸ ζωτικὸν) pro Vita, & uitali motu. Plinius libro 11. cap. 37. 53, Cæteris corruptis, uitalitas in corde durat. Ibidem, cap. 45. 3.
¶ Vitaliter, pen. corr. Aduerbium (ζωτικῶς) Lucret. lib. 5. 30, Vitaliter esse animata.
Vitellus] huius uitelli, masc. gen. (λέπυρον) A uita dictus est, Pars oui rubra, quòd ex eo uiuat pullus. Horat. 2. Sermon. Satyr. 4. 12,
Quatenus ima petet uoluens aliena uitellus. Martialis libro 13. 40,
Candida si croceos circunfluit unda uitellos,
Hesperius fœmbri temperet oua liquor. Cic. 2. de Diuinat. 199, Tum ille, Nihil' ne, inquit, de uitello? Id enim ex ouo uidebatur aurum declarasse, reliquum argentum.
Mas uitellus. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 3,
Longa quibus facies ouis erit, illa memento,
Vt fucci melioris, & ut magis alba rotundis
Ponere: nanq; marem cohibent callosa uitellum.
Vitex] uiticis, penult. corr. fœm. gen. (ἄγνος) Fruticis genus, Græci agnon uocant, hoc est castum: quàd, inquit Galenus, castitatẽ cõseruet iis quibus aut estur, aut bibitur, aut substernitur. uulgus herbariorum agnum castum appellat, utraq; uoce idem significante. Plin. lib. 24. cap. 9. 3, Non multum à salice uitilium usu distat uitex, foliorum quoq; aspectu, nisi odore gratior esset. Et paulo pòst, Duo genera eius. Maior in arborem salicis modo assurgit: minor, ramosa, foliis candidio-

candidoribus lanuginosis. Prima albũ florẽ mittit cũ purpureo, quæ & candida uocatur: nigra, quæ tantum purpureũ.

Vitiarium, Viticula] Vide Vitis.

Vitilitigator] pen. prod. uitiligatoris, masc. gen. (συκοφάντης) Vitiosus litigator, est obtrectator & calumniator. Hi enim uitilitigatores sunt, quum hoc solo prauitate contentionem quærunt. Plin. in Prolog. Nat. historiæ, 13, Ergo securi etiam cõtra uitilitigatores, quos Cato eleganter ex uitijs & litigatoribus composuit.

Vitilitigo] uitilitigas, pen. corr. (συκοφαντέω) uitilitigare, Criminari, damnare. Plin. in Prologo Natur. histor. 12, Scio ego quæ scripta sunt, hæc si palàm proferantur, multos fore qui uitilitigent.

Vitiligo] pen prod. uitiliginis, fœm. gen. (λέπρη, ἀλφός, μέλας) Diuersi coloris maculæ per omnia membra dispersæ. Celsus in fine lib. 5, Vitiligo quamuis per se nullum periculum affert, tamen fœda est: & ex malo corporis habitu fit. Eius tres species sunt. Alphos uocatur, ubi color albus est ferè subasper, & non continuus, ut quædã quasi guttæ dispersæ esse uideantur. Melas, colore ab hoc differt, quia niger est, & umbræ similis: cætera eadem sunt. Leuce habet quiddam simile alpho, sed magis albida est, & alius descendit, in eaq; albi pili sunt, & lanugini similes. Omnia hæc serpunt, sed in alijs tardius. Hactenus Celsus. Festus, Vitiligo in corpore hominis macula alba, quam Græci alphon uocant, à quo nos album, siue à uitio dicta, etiam si non lædit: sive à uitulo, propter eius membranæ candorem, qua nascitur inuolutus. Lucilius, Odiosa uitiligo. Plin. lib. 20. cap. 15. 5, Radix eius uitiligines albas tollit.

Vitilis] & hoc uitile, pen. corr. (ἰκανὸς) Quicquid sic lentum est, ut commodè flecti possit, inquit Budæus. A' uincendo dictum, ut Vitex, uitis, uimen, uiticula. Plin. lib. 9. cap. 5. 7, Cicurbita omni modo fastigiatur, uaginis maximè utilibus. Et lib. 4. cap. 16, 4, Ad eam Britannos uitilibus nauigijs corio circumsutis nauigare.

Vitiosus] Vide Vitium.

Vitis] huius uitis, fœm. ge. (οἶνος, ἄμπελος) Notæ significationis. Varro lib. 1. de Rerust. cap. 31. 2, Posterior quo ea uitis immittitur ad uuas pariendas, dicta primò uidetur à pariendo parilema.

Propagatio uitium. Cic. de Senect. 49.
Arborum putatio ac uitium. Cic. 1. de Orat. 129.
Putator uitis. Ouid. 14. Metam. 130.
Almæ uites. Virg. 2. Georg. 47.
Arbustiua uitis. Vide Arbustum.
Cicatricosa. Vide Cicatrix.
Cultura uitium. Cic. 4. de Fin. 63.
Fœcunda. Iuuenal. Satyr. 19. 6.
Inerticula. Vide Iners.
Insana. Vide Insanus.
Lanatæ uites. Vide Lana.
Lenta uites. Virg. 3. eclog. 8.
Luxuriosa. Vide Luxus.
Macrior. Vide Macer.
Miscellæ. Vide Misceo.
Morosa. Vide Mos.
Nequam. Vide Nequam.
Nodosa. Iuuenal. Satyr. 8. 25.
Obliqua uitis. Colum. lib. 4. cap. 4. 2. Vide Orbis.
Obnoxia uitis procellis. Vide Obnoxius.
Ordinaria. Vide Ordinarius in Ordo.
Palmea. Vide Palmes.
Pampineæ. Ouid. 10. Metam. 20.
Perexilis. Vide Perexilis.
Pergulana. Vide Pergulanus.
Prælidæ uites. Virg. 2. Georg. 38.
Purpureis de uitibus collectæ uuæ. Ouid. 8. Metam. 136.
Semiputata. Virg. 2. eclog. 14.
Vidua. Catull. in Carm. nupt. 57. 10.
Adaperire uites. Vide Adaperio.
Adiugare uitem. Vide Adiugo.
Vlmis adiungere uites. Virg. 1. Georg. 1.
Aemulatur uitem ulmus. Vide Aemulor.
Grauidæ munera uitis amans. Ouid. 3. Fast. 154.
Amicta uitibus ulmus. Horat. 1. epist. 17. 1.
Applicitæ uites arboribus. Quintil. lib. 1. cap. 2. 18.
Attondere uitem dente Saturni. Virg. 2. Georg. 82.
Carbunculant uites. Vide Carbo.
Castrare uites. Vide Castro.
Colere uitem. Vide Colo.
Committere uitem sulco. Virg. 2. Georg. 58.
Compescere uitem. Vide Compesco.
Componere uitem in brachia. Vide Compono.
Concredere uites solo calido. Vide Concredo.
Grando contondit uites. Horat. 1. epist. 8. 1.
Disponere uites certo sydere. Claud. 2. in Eutropium, 40.
Vitis educat uuam. Catul. in Carm. nuptial. 57. 10.
Enodare uitem. Cato de Re rust. cap. 34.
Fluentes uites multo Baccho. Virg. 2. Georg. 38.
Immittere uitem ad uuas pariendas. Varro de Re rust. libro 1. cap. 31. 2.
Nouellas uites incidere. Virg. 5. eclog. 3.
Inserere uitem. Vide Insero.
Instituere uitem. Vide Instituo.
Lætis intexere uitibus ulmos. Virg. 2. Georg. 45.
Nodare uitem. Cato de Re rust. cap. 33.
Ponere uites. Virg. 1. Georg. 57.
Vitis serperis multiplici lapsu & erratico. Cic. de Senect. 48.
Sociata palmite uitis. Stat. 5. Sylu. 1. 10.
Vinctæ uites. Virg. 2. Georg. 84.
Vitis, Gestamen centurionis, non carnificis, aut lictoris: honorificentior enim pœna quæ à centurione, quàm quæ à lictore esset illata. Iuuen. Satyr. 8. 25,
Nodosam posthæc frangebat uertice uitem.
Si lentus pigra muniret castra dolabra. id est, Vite pulsabatur in castris à centurione.

¶ Viticula, uiticulæ, pen. corr. Diminutiuum (ἀμπελίδιον) Cic. 3. de Nat. deor. 124, At enim minora dij negligunt, neq; angelos singulorum, nec uiticulas persequuntur.

Viticulum, uiticuli, pen. corr. (ἕλιξ, ἕλικος) Capreolus uitis, flagellum & claticulus, ut sunt flagella etiam cucurbitarum, & similium. Plin. lib. 24. cap. 11. 11, Frutex est, folio ederæ, molliore tamen, & minus longis uiticulis.

¶ Vitiarium, uitiarij (ἀμπελών) Vitium seminarium. Colum. lib. 3. cap. 5. 1, Vitiarium neq; ieiuna terra, neq; uliginosa faciendum est: succosa tamẽ & mediocri, potius quàm pingui. Idem lib. 11. cap. 2. 14, Quinetiam uitiaria diligenter facienda, malleolisq; quàm recentissimis curiosissimè pangenda.

¶ Viteus, Adiectiuum (ἀμπελινὸς) ut, Pocula uitea. Virg. 3. Georg. 76.

¶ Vitigineus, Adiect. (ἀμπελογενὴς) Quod est ex uite. Colum. lib. 12. cap. 16. 3, Alij folijs uitigineis, nonnulli platanino semiuietas uitas contegunt. Cato cap. 41. 2, Eò duos furculos uitigineos, quod genus esse uoles insertos, obliquos arcito ad medullam. Plinius lib. 30. cap. 6. 7, Vitigineis lignis combustus.

Vitigenus, pen. corr. Adiectiuum (ἀμπελογενὴς) Quod genitum est è uite. Lucret. lib. 5. 3,

Nanq;

Nanq; Ceres fertur fruges, Liberq; liquoris
Vitigeni laticem mortalibus instituisse. hoc est, Vinum.
Idem lib. 6. 215,
Vitigeni latices.

¶ Vitifer, pen. corr. uitifera, uitiferum, pen. cor. (ἀμπελοφόρος) Quod fert uites, In quo proueniunt uites. Plin. lib. 6. cap. 16. 1, Sequitur regio Margianæ apricitatis inclytæ sola in eo tractu uitifera. Martial. lib. 13. 107, Vienna uitifera.

Arua uitifera. Silius lib. 7. 42.
Montis uitiferi uertex. Silius lib. 4. 78.

¶ Vitisco, uitiscis (ἀμπελίδομαι) uitiscere, Vitem fieri. Colum. de Arboribus, cap. 7, Reliquas gemmas, quæ in terram abscondũtur, exceptis quatuor imis, fac abradas, ne in summa radice uitiscat. Ita Calepinus. At nunc ita legimus, Ne in summo radices uitis citet.

¶ Vitisator, pen. corr. uitisatoris, masc. gen. (ἀμπελουργὸς) Qui uites serit.

Quo nomine dictus est Saturnus. Virg. 7. Aeneid. 36,
Vitisator, curuam seruans sub imagine falcem.

Vitium] uitij (κακία, κακότης, ἀλόσωμα) Quod uirtuti opponitur. A' uito, uitas, quod uitandum sit, ac fugiendum. unde Horat. 1. epist. 1. 9,
Virtus est uitium fugere. Cic. pro Cluent. 105, Nullam quidem ob turpitudinem, nullum ob totius uitæ non dicam uitium, sed erratum. Terent. Heaut. 5. 3. 18,
Nam illi nihil uitij est relictum, quin id itidem sit tibi. Cic. 3. de Finib. 63, Virtutibus igitur rectissimè mihi uideris & ad consuetudinem nostræ orationis uitia posuisse contraria. Quod enim uituperabile est per seipsum, id eo ipso uitiũ nominatum puto. uel etiam à uitio dictũ uituperari. Sin κακίαν malitiam dixisses, ad aliud nos unum certum uitium consuetudo Latina traduceret. Hoc omni uirtuti uitium contrario nomine opponitur. Et paulo antè, 61, Quas enim Græci κακίας appellant, uitia malo, quàm malitias nominare.

Vitiorum officina. Vide Officina in Officium.

Vitium, non tantùm ad animum refertur, sed etiam ad corpus. Vnde Vitiosum mancipium, uel Vitiosum iumentum, id est, morbosum. Vlpianus in tit. de Aedilitio edicto. l. 1. Aiunt Aediles, Qui mancipia uendunt, certiores faciat emptores quid morbi, uitiúue sit. Et paulo pòst, Vitiumq; à morbo multum differre: puta si quis balbus sit. nam hunc uitiosum esse magis, quàm morbosum.

Intercutia uitia. Vide Intercus.

Vitium (inquit Nonius) à morbo prudentia ueterum sic uoluit separari: ut sit morbus cum accessu utiq; aut temporis, aut contagij: ut uitium, perpetua & insanabilis, atq; irreuocabilis causa. Cic. 4. Tusc. 43, Quomodo aut in corpore est morbus, ægrotatio, & uitium, sic in animo. Morbum appellat totius corporis corruptionem: ægrotationem, morbum cum imbecillitate: uitium, quum partes corporis inter se dissidẽt: ex quo prauitas membrorum, distorsio, deformitas. Itaq; illa duo, morbus & ægrotatio, ex totius ualetudinis corporis conquassatione & perturbatione gignuntur: uitium autem integra ualetudine ipsum ex se cernitur.

Opportunus uitio. Celsus lib. 4. cap. 4.

Vitium, Corruptio, & ad res ipsas pertinet. Cic. Pæto, lib. 9. 15. 14, Si enim nihil est in parietibus, aut in tecto uitij, cætera mihi probantur.

Vitium in libris. Plin. Librum uitijs plenũ. Plaut. Mostel. 4. 118,
Qui uitia corporis fuco occultant.

Vitium pagimæ. Vide Pagina.
Deliciarum uitia. Quintil. lib. 1. cap. 8. 7.
Oris & linguæ uitia. Quintil. lib. 1. cap. 5. 20.
Ebrietatis uitia. Quint. lib. 1. cap. 11. 1.

Vitium, Quicquid impedit uel corrumpit, & inutile est. Virgil. 1. Georg. 18,
—sanè illis omne per ignem
Excoquitur uitium, atq; exudat inutilis humor.

Vitium, Id quod uituperari solet. Cic. 1. de Orat. 57, Adest enim ferè nemo, quin acutius atq; acrius uitia in dicente, quàm recte uideat.

Vitium in capite. Celsus lib. 6. cap. 2.

Vitium locorum. Cels. lib. 5. cap. 21, Sic cõcidere uitio locorum mulier solet, cochleæ, cum testis suis comburendæ conterendæq;, deinde his mel adijciendum est.

Vitium, Vituperatio, inquit Valla. Cicero de Senect. 50, Et senectus est natura loquacior, ne ab omnibus eam uitijs uideat uindicare.

Vitium, Culpa. Cic. 4. Acad. 91, Huc si peruenerit me tibi primùm quidq; concedente, meum uitiũ fuerit: sin ipse tua sponte processeris, tuum.

Vitio uini fecit, Ob uinum, præ ebrietate. Plaut. Trucul. 17. 51.
Affinis uitio. Cic. 2. de Inuent. 144.
Pinguis uitijs. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 5.
Purum uitio cor. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 43.
Seruum uitijs pectus. Ouid. 1. de Remed. amor. 11.
Alimenta uitiorum. Ouid. 2. Metam. 154.
Adulta uitia. Vide Adoleo.
Commune uitium. Vide Communis.
Immane uitium. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 16.
Insigne uitium. Cic. Q. frat. lib. 1. 1. 57.
Iners uitium. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 21.
Ingens uitium. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 19.
Magnum uitium. Horat. Serm. Satyr. 2. 14.
Mediocria uitia. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 29.
Prælidã & adulta uitia. Tacit. lib. 3.
Recens uitium. Celsus lib. 6. cap. 2.
Valens uitium. Cels. lib. 5. cap. 20.
Vetus uitium. Cels. lib. 4. cap. 15.
Solenne uitium secundis rebus, superbia. Claud. 2. Paneg. 33.
Absterrere animum uitijs. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 26.
Abstinere à uitijs. Cic. Vt ab ijs se abstineant maximè uitijs, in quibus alterum reprehenderunt.
Abesse à uitijs. Vide Absum.
Abundare uitijs. Vide Abundo.
Accendere & irritare uitia. Ouidius 1. de Remed. amor. 27. Vide Accendo.
Addere uitium. Vide Addo.
Addere uitium pudicitiæ. Vide Addo.
Aegrotare uitio animi. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 62.
Affectus uitijs. Vide Afficio.
Alitur uitium, uiuitq; tegendo. Virg. 3. Georg. 91.
Apponere modum uitijs. Vide Appono.
Auocare à uitijs. Vide Auoco.
Capere uitium. Vide Capio.
Carere debet omni uitio, qui in alterum paratus est dicere. Cic. in Sallust. 13.
Coarguere apertè uitia. Quintil. lib. 2. cap. 6. 3.
Colligere uitium. Vide Colligo.
Concipere uitium. Vide Concipio.
Condire uitia studio. Vide Condio.
Conferre uitia in senectutem. Vide Confero.
Consequi uitium. Vide Consequor.
Contaminare uitijs. Vide Contamino.
Conuertit natura uitium alicui in bonum. id est, Hoc efficit, ut quod aliqui uitium in altero iudicaretur, in hoc minimè culpari possit. Cic. de clar. Orat. 73.
Corripi uitio comitiali. Vide Corripio.

Corrupta

Corrupta bona uitijs. Quintil.lib.3.cap.7.14.
Cumulari uitijs. Cic.2.de Orat.11.
Declinare uitia. Cic.1.Offic.29.
Delabi in uitium. Vide Delabor.
Deprehendere in aliquo uitia. Quintil.lib.3.cap.8.47.
Dare summam laudem uitio. Cic.pro Roscio Amer.28.
Dare uitio, Culpare. Mattius ad Ciceronem, lib.11.28.4.
Ducere uitia. Quintil.lib.1.cap.5.13.
Effingere uitia ebrietatis. Quintil.lib.1.cap.1.11.1.
Eluere uitia. Quintil.lib.2.cap.3.2.
Excidit libertas in uitium. Horat.de Arte,57.
Excusare uitia. Quintil.lib.1.cap.5.4.
Exprobare uitia alicui. Ouid.2.de Arte,129.
Exuere uitia. Tacit.lib.5.
Vitium facere dicuntur ædificia dum uitiantur, corrumpuntur, & aliqua sui parte labefactantur. Cic in Top. 8, Si ædes eæ corruerunt, uitiumue fecerunt. Vide Facio.
Electi in uitium. Horat.de Arte,33.
Virtus est uitium fugere. Horat.1.epist.1.9.
Imbuere aliquem uitijs. Quintil.lib.1.cap.1.8.
Incidere in uitium. Vide Incido.
Inclinare in uitium. Vide Inclino.
Inquirere uitia in ciuitatem. Vide Inquiro.
Irritare uitia uetando. Ouid.3.Amorum, eleg.4.3.
Labi in uitium. Horat.2.epist.1.19.
Laborare uitio. Quintil.lib.3.cap.11.15.
Leuatur uitium. Celsus lib.4.cap.2.
Leuare uitijs atq; erroribus. Vide Leuis.
Mederi uitijs atq; erroribus. Vide Medeor.
Aeris uitio moriens herba. Virg.7.eclog.12.
Bellum enim est sua uitia nosse. Cic.Attico, lib.2.32.2.
Notare uitium aliquod. Vide Nota.
Obuoluere uitium. Vide Obuoluo.
Occurrere uitio. Celsus lib.1.in Proœm.
Offensus uitijs. Ouid.10.Metam.49.
Pensare uitia. Quintil.lib.2.cap.12.4.
Persecare uitium aliquod ne serpat. Vide Perseco.
Ponere uitium. Vide Pono, pro Depono.
Ponere in uitio, In malam partem sumere. Cic.3.Tusc.23.
Recisa uitia à stirpe. Claud.1.in Ruffinum,12.
Remotus ab omni uitio. Horat.de Arte,78.
Eodem uitio est, quo, &c. Cic.4.Tusc.107, Eodem enim uitio est effusio animi in lætitia, quo in dolore contractio.
Tam est in uitio, quàm, &c. Cic.1. Offic.36, Qui autem nec defendit, nec obsistit si potest iniuriæ, tam est in uitio, quàm si parentes, aut amicos, aut patriam deserat.
Hoc est in uitio. Cic.5.de Finib.53.
Submouere uitium. Celsus lib.5.cap.6.
Suppressa uitijs pectora. Ouid.1.de Remed.amor.15.
Mediocribus uitijs teneri. Horat.1.Serm.Satyr.4.27.
Vacare uitio. Cic.3.Tusc.33.
Vertere uitio. Cic. Trebatio, lib.7.6.3.
Vertere in bonum uitia. Quin.lib.1.cap.1.5.
Vitium, Stuprum: unde Offerre uitium uirgini, pro Vitiare uirginem, dixit Terent.in Heayra,3.3.23.
Pudicitiæ afferre uitium. Plautus,
Pudicitiæ nunquam nec uim nec uitium attuli. Idem dicit, Vitium addere: pro, Vitium afferre.
Pudicitiæ, inquit, huius me absente uitium est additum.
¶ Vitiositas, pen.corr. uitiositatis (κακία, κακοήθεια) ut Cic.lib.4.Tusc.44. ait, est habitus aut affectio in tota uita inconstans, & à sese ipsa dissentiens. ibidem, 52, Huius igitur uirtutis cõtraria est uitiositas. Sic enim mihi, quàm malitiam appellare eam, quàm Græci κακίαν appellant. nam malitia cer-

ti cuiusdam uitij nomen est, uitiositas omnium.
¶ Vitiosus, pen.prod. Adiect. (κακὸς, φαῦλος, πανοῦργος) Vitijs plenum. Cic.2.de Finib.149. At miser, si in uitiosa ac flagitiosa uita affluxeret uoluptatibus. Idem, Attico, lib.1.9.10.
Vitiosum, Corruptum, putridum. Plaut.Mil.6.45,
Non ego emam nunc uitam tuam uitiosa nuce.
Carmina uitiosa. Ouid.4.de Ponto, eleg.3.4.
Ciuitas uitiosa. Cic.de Petit.Consul.36.
Corpus uitiosum, cui integrum apponitur. Cic.1.de Diuin.139.
Cura uitiosa. Horat.2.Carm.ode 16.5.
Humanitas uitiosissima. Quintil.lib.2.cap.2.6.
Libido uitiosa. Horat.1.epist.1.17.
Vitiosa pars. Celsus lib.1.cap.9.
Magistratus uitiosi, dicuntur in uitio creati. Vnde apud Liuium legimus expugnatum esse, ut uitiosus Dictator per augures fieret. Cic. 2. Philipp. 88, uitiosum Consulem appellat, hoc est uitio creatum ex augurum disciplina. Quando enim comitia Romæ habebantur causa magistratuum creandorum, solebant augures de cælo seruare si aut fulmen uidissent, aut tonitrua audiuissent. Quare per augures nunciata, illi magistratus uitio creati esse dicebantur, & ita se abdicare cogebantur. Vide Ciceronem 2.de Nat.deor.17.
Opus uitiosum. Cic.3.Verr.102.
Oues uitiosæ, Morbosæ, morbo infectæ. Colum.lib.7.cap.3.13.
Progenies uitiosior. Horat.3.Carm.ode 6.10.
Suffragium uitiosum, Corruptum. Cic.3.de Leg.50.
Vita uitiosa, cui opponitur Pura. Cic.de clar.Orat.141.
¶ Vitiosissimus, pen.corr. Superlat. Paterculus lib.2, M Lolio, homine inter summam uitiorum dissimulationẽ uitiosissimo.
¶ Vitiositas, pen.cor. uitiositatis. Macrob.lib.7. Satur.cap.10.
¶ Vitiosè, pen.prod. Aduerbium, Malè, corruptè. Quint.lib.4. cap.1, Vitiosè in scholis facimus, quòd exordio sic utimur, quasi causam iudex iam cognouerit.
Concludere uitiosè. Cic.4.Acad.174.
Vitiosè se habet membrum, Vitio affectum est. Cic.3. Tusc.33.
Vsurpare uitiosè. Colum.lib.4.cap.24.13.
¶ Vitio, uitias (πανουργεύω, πανουργάω, πανοήσω, λωβάω, πλαττόω) uitiare, Corrumpere, destruere. Plaut. Prolog. Aulul.5. —eius filiam
Lyconides uitiârat.
Vitiatur oleum in amuream. Plin.lib.15.cap.3.2.
Vitiare & corrumpere. Cic.pro Sestio,100.
Aurææ uitiantur odoribus. Ouid.7.Metam.111.
Contagia mentis uitiant artus. Ouid.3.Triſt.eleg.8.5.
Facies longis uitiabitur annis. Ouid.3.Triſt.eleg.7.7.
Herbæ uitiatæ. Ouid.3.Metam.16.
Ventris uitiati tumescebant pondera. Ouid.epist.11.8.
¶ Vitiatio, Verbale. Senec. Controuers.lib.4, antea legem uitiationis euertere conatus est, nunc transferre uult.
¶ Vitiatur, pro Stupratore. Senec. Controuers.lib.4, Vitiatorem dimisisti, uirum occides.
Vito] uitas (ἀπαλεῖμαι, φυλάττομαι) uitare, Cauere est, imò plus quàm cauere: & à ui dicitur, quasi ui auertere: à quo uitium dictum. Cic.3.Tusc.106,
Qui miser in campis mœrens errabat Alæis,
Ipse suum cor edens, hominum uestigia uitans. Ex poeta.
Cauendo uitare. Cic.3.Verr.27.
Aestum uitare sub frondibus. Ouid.in Fragmento, 2.
Amorem uitare. Lucret.lib.4.2.16.
Contagia uitare. Ouid.2.de Remed.Amor.44.
Culpam uitaui, non laudem merui. Horat.de Arte,54.
Frigus uitare, Cauere sibi à frigore. Cic.Tironi, lib.16.8.3.
Insidiæ dolumq; uitare. Lucret.lib.2.113.
Malum aliquod uitare. Propert.lib.1.eleg.1.7.

Mortem

Mortem fuga uitare. Cæsar 5.bel.Gall.74.
Iuuenca uitans onus iugi. Catul.de Berecynthia,58.7.
Patriam uitare. Ouid.3.Metam.1.
Pericula uitare. Virg.3.Aeneid.74.
Quis non morte proprium periculum uitet? Cic.Octauio,5.
Periuria uitare. Ouid.epist.19.36.
Seipsum uitare. id est, Non sibi constare, uel sibi displicere propter scelerum conscientiam. Horat.2.Serm.Satyr.7.23.
Suspiciones uitare. Cæsar 1.bel.Gall.83.
Vitanda est ingenij ostentationis q; suspicio. Cicero 2. de Orat.181.
Vitium uitare. Horat.2.Serm.Satyr.2.11.
Vituperationem uitare. Cic.de Prouinc.Consul.36.
Vitatu, Supinum. Horat.1.Serm.Satyr.4.24.
—sapiens uitatu, quidq; petitu
Sit melius, causas reddet tibi.
¶ Vitatio, uitationis (ἀπαλέβεια) Cic. Att.lib.12.24, Illud autem quod fore uideo, ipsum uolo uitare, ne illæ ad me ueniãt, & una est uitatio, & ego nollem, sed necesse est. Et 3.Phil. 140, Quæ uitatio oculorum, lucis, urbis, foris
Periculi uitatio. Author ad Herenn.lib.3.93.
¶ Vitabundus, Adiect. (ἀπαλεβόλως) Idem quod uitãs. Saluſt. Marius uitabundus hostium classem, ad oppidum peruenit. Idem in Iugurtha, Ipse quasi uitabundus per saltuosa loca & tramites exercitum ductare.
Vitricus] uitrici, pen.corr. (πατρωϊὸς) Matris meæ maritus. Plin.lib.36.cap.15.16, Vnde enim illi uitricus Sylla, & Metella mater proscriptionum sectrix? Cic.ad Att. lib.15.326. 10, Vitricus quidem nihil censebat, quem Asturæ uidimus. Ouid.1.Amor.eleg.2.5, ad Amorem,
—currus uitricus ipse dabit. Intelligit Vulcanum.
Vitrum] uitri (ὕαλος, ὑέλος) Materia translucida, quæ ex arena & cinere percoctis fieri dicitur. De cuius origine & ratione faciendi, & obsidiano uitro, & generibus multiformibus, uide Plin.lib.36.cap.26.
Perlucidus magis uitro amnis. Ouid epist.21.32.
Splendidior uitro sonus. Horat.3.Carm.ode 13.1.
Deferre merces fallaces & fucosas, chartis & linteis & uitro. Cic.pro Rabirio Postb.42.
Obsidianum uitrum. Vide Obsidium.
¶ Vitreus, Adiect. Quod est ex uitro: ut, Vitreæ ampullæ. Plin. lib.20.cap.14.7.Colum.lib.12.cap.4.3, Vasa autem fictilia, uel uitrea plura potius quàm ampla.
Vitreus, Quod uitri colorem refert: uel perlucidum est, more uitri. Plinius maior lib.9.cap.31.4, Nec omnibus idem uitreus color.
Vndæ uitreæ. Ouid.5.Metam.10.
Fama uitrea. Horat.2.Serm.Satyr.3.45, Et furiosus erit, quem cepit uitrea fama. hoc est, Fragilis. Sensus, Eum qui famæ seruiat, insanire dicit. Sic Acron. Porphyrio interpretatur splendidam.
Hostis uel miles uitreus. Ouid.2.de Arte,42,
Siue latro cimij sub imagine calculus ibit,
Fac pereat uitreo miles ab hoste tuus. Idẽ ad Pison.39,
Callidiore modo tabula uariatur aperta
Calculus, & uitreo peraguntur milite bella,
¶ Vitrea, uitreorum, neut.gen.plur.num. Plin.lib.12.cap.19.3, Contrà reuehunt uitrea, & abena, ueſtes, fibulas cum armillis ac monilibus,
¶ Vitrea mina, Paulus in l.cum de lanionis. §.quidam. ff. de instruc. uel instr. leg. Quum in diem mortis tibi libros, & uitrea mina, & uestispicam habuerat.
¶ Vitriarius, uitriarij, masc.gen. (ὑελάργος) Qui uitra facit. Senec.epist.91, Cuperem Posidonio uitriarium ostendere, qui

spiritu uitrum in plurimos habitus format.
Vitta] uittæ (ταινία, περίδεμνον) Fascia qua circum capita antiqui, uel crines, uel serta, aut flores, aut quiduis aliud religabant. Plaut.Mil.10.196,
Capite compto, crines, uittasq; habeat. Virg.2. Aen.27,
Et sallæ fruges, & circum tempora uittæ. Vbi Serv. Vittæ, quibus uictimæ coronabantur.
Præsignis uittis uictima. Ouid.15.Metam.27.
Cæruleis uittis stant mœstæ aræ. Virg.3.Aeneid.13.
Leues uittæ. Ouid.epist.11.14.
Molli cinge hæc altaria uitta. Virg.8.eclog.13.
Niuea circundatur infula uitta, Virg.3.Georg.98.
Alba uitta coercet neglectos capillos. Ouid.2.Metam.83.
Euinctus uittis coronisq;. Tacit.lib.20.
Exuta comam uittis. Stat.11.Thebaid.92.
Purpurea uitta ligat mœsta capita. Senec.Thyest.8.13.
Redimitus tempora uittis. Virg.3.Aeneid.17.
Crinales soluere uittas. Ouid.4.Metam.2.
Torta uitta stringit comas. Lucan.lib.5.29.
Ferales sumere uittas. Ouid.in Ibin,21.
Pia uitta tegere tempora. Virg.4.Aeneid.128.
Albenti uelatus tempora uitta. Ouid.5.Metam.22.
Velatus auro uittisq; iuuencus. Virg.5.Aeneid.74.
¶ Vittatus, pen.prod. Adiect. Plin.lib.7.cap.30.1, Vittatam nauem Dionysius tyrannus Platoni misit obuiam. Plutarchus in Marci Coriolani uitta, in Metallorum ait familia fuisse, qui Vittatus cognominaretur, ab usu uittæ qua ulceris tegendi causa procedebat in publicum obligata fronte.
Capilli uittati. Ouid.1.Amor.eleg.7.4.
Honos uittatus. Stat.5.Sylu.5.6.
Comam uittata fœmina. Stat.3.Sylu.3.1.
Sacerdos uittata. Lucan.lib.1.119.
Vitula] uitulæ, pen.corr. (μόσχος) Vaccæ uiridioris ætatis.
Virgil.3.eclog.6,
—ego hanc uitulam (ne fortè recuses,
Bis uenit ad mulctram, binos alit ubere fœtus)
Depono. Varro 2.de re Rust.cap.5.5, Discernuntur in prima uitulus & uitula, in secunda iuuencus & iuuenca.
Cæsa uitula. Virg.4.Georg.110.
¶ Vitulus, ituli, pen.corr.masc.gen. (μόσχος) A uitulando, id est, lasciuiendo dictus: Bos iunior dicitur. Cic. 2. de Inuent. 212, Vt in ituli immolatione.
Pero x uitulus templis maturus. Iuuen.Satyr.12.1.
Imbelles ituli. Stat.8.Thebaid.119.
Lactentes ituli. Ouid.10.Metam.46.
Mactatus uitulus. Lucret.lib.2.71.
Tener uitulus. Horat.4.Carm.ode 2.11.
Tueri uitulos. Virg.2.Georg.39.
¶ Vitulus, etiam de alijs quadrupedibus maioribus. Plin. de elephantis, lib.8.cap.1.2, Atq; ita salutato sydere in syluas reuerti, iitulorum fatigatos præ se ferentes. Virg. ad equos transtulit, 3.Georg.33,
Iam uitulos hortare, uiamq; insiste domandi. Quinetiam de piscibus. Plin. de balænis, lib.9.cap.6.1, Irrumpunt orcæ in secreta, & uitulos earum ac fœtas uel etiam grauidas lancinant morsu.
Vitulus (φώκη) Piscis genus. Plin.lib.9.cap.13.1, Quæ pilo uestiuntur, animal pariunt, ut priſtes, balæna, uitulus. Hic parit in terra, pecudum more: secundo partus reddit initu. Canum modo cohæret, & parit nunquam geminis plures: educat mammis fœtum. Non ante XII. diem deducit in mare, ex eo subinde assuefaciens. Interficiuntur difficulter, nisi capite elisо. Ipsis in somno mugitus, unde nomen ituli. Accipiunt tamen disciplinam, uoceq; pariter & usu populum salutant,

incondito fremitu, nomine uocati respondent. Nullum animal grauiore somno premitur.

¶ Vitulinus, pen. prod. Adiectiuum (μοσχιαῖος) Quod ex uitulo est: ut, Vitulina caro, apud Plautum in Aulul. 13. 5. Cic. 2. de Diuinat. 78, An tu, inquit, caruncula uitulinæ manis, quàm imperatori ueteri credere?

Assum uitulinum. Cic. Pæto, lib. 9. 20. 2.

¶ Vitulor, penult. cor. uitularis (ὀλολύζω, ὁλολυγμὸς) uitulari, ueteres usurparunt pro Voce lætari, festibus Festo & Nonio. Et Vitulantes dicuntur lætantes. Plaut. Persa, 7. 2,

Commodanti lubens, uitulorq; merito.

Vitumnus] ἡδύωρος, antiquis deus erat, qui credebatur uitam largiri: ut Sentinus, sensum.

Vitupero] uituperas, pen. corr. (ψέγω, μωμάομαι, μέμφομαι, κωβέω, ἀτιμάω, ἀτιμάζω, προπηλακίζω, σποράδην, ὕβριζω) uituperare, Vitio aliquid dare. Terent. in Prolog. Andr. 15,

Isti id uituperant factum. id est, Vitium rei parant, inquit Donatus.

Improbum notari & uituperari. Cic. 2. de Orat. 190.

Grauiter uituperari. Cic. 2. de Finibus, 146.

Artem, scientiam, & studium uituperare. Author ad Herenn.

Consilium alicuius uituperare. Cic. pro Murena, 55. (lib. 2. 81.

Vituperare, Dativo iunctum. Plaut. Casina, 8. 58,

— cur omisse mihi
Vituperat malo?

¶ Vituperatio, Verbale (ψόγος, ὕβρις, μέμψις, μῶμος, πρόσκλησις) Cic. 7. Verr. 79, Hæc autem istius uituperatio atq; infamia confirmabatur eorum sermone, qui à suis ciuitatibus illis nauibus præpositi fuerant.

Effugere uituperationem. Cic. Attico, lib. 16. 334. 7.

Relinquere slultitiæ uituperationem. Cic. 12. Philipp. 336.

Scribere uituperationes. Quintil. lib. 3. cap. 4. 3.

Vitare uituperationem. Cic. de Prouinc. Consul. 36.

Vituperatio, si cum Venio, uel similibus iungatur, passiuè accipitur. Cic. 6. Verr. 11, Vt propter eum in sermonem hominum atq; in tantam uituperationem ueniret. Idem ad Philippum, lib. 13. 74. 5, Eam rem laudi tibi potius, quàm uituperationi fore. Cic. de clar. Orat. 49, Eaq; res P. Africano uituperationi fuit.

Cadere in uituperationem. Vide Cado.

¶ Vituperator, pen. prod. uituperatoris (λωβητὴς, ὑβριστὴς) Aliud uerbale, Qui uituperat. Cic. 2. Tusc. 6, Nos autem uniuersæ philosophiæ uituperatoribus respondimus in Hortensio. Et ad Marium, lib. 7. 3. 16.

¶ Vituperabilis, & hoc uituperabile, pen. corr. (ψεκτὸς) Dignum quod uituperetur. Cic. 3. de Legib. 33, Consulatus uituperabilis. Idem 3. de Fin. 63, Quod enim uituperabile est per seipsum, id eo ipso uitio nominatum puto, uel etiam à uitio dictum uituperari.

Viuax, Viuacitas] Vide Viuo.

Viuarium] uiuarij (ζωοτροφεῖον) Locus in quo uel aues, uel pisces, uel feræ continentur, quæ ad uictum duntaxat pertinent. Plin. lib. 9. cap. 54. 1, Ostrearum uiuaria primus omnium Sergius Orata inuenit in Baiano. Idem lib. 8. cap. 52. 1, Viuaria eorum (scilicet suum) cæterorumq; syluestrium primus togati generis inuenit Fuluius Hirpinus, qui in Tarquiniensi feras pascere instituit. Colum. lib. 8. cap. 1. 4, Iuuen. Satyr. 4. 5,

Non dubitaturi fugitiuum dicere piscem
Depastumq; diu uiuaria Cæsaris.

Viuaria, per translationem, apud Horatium 1. epist. 1. 16,

— sunt qui Frustis, & pomis uiduas uenentur auaras:
Excipiantq; senes, quos in uiuaria mittant.

Viuerra] uiuerræ (γαλῆ) Animal paruũ quidem, sed magni uigoris: mustella rustica dicitur, ut ait Strabo, ab Africa primùm importata. His utuntur adolescentes, ad extrahendas de parietum nidis auiculas. Plin. 8. cap. 55. 2, Magna propter uenatum eorum (subaudi cuniculorũ) uiuerris gratia est. Iniiciunt eas in specus, qui sunt multifores in terra, unde & nomen animali, atq; ita electos supernè capiunt.

Viuidus, Viuiparus] Vide Viuo.

Viuiradix] pen. prod. uiuiradicis, pen. prod. f. g. (μόσχος) Planta quæ cum radice seritur, quasi uiuam radicem habens: ad differentiam malleoli & talearum. Plin. lib. 17. cap. 22. 4, In arido solo uiuiradix quoq; frustra seritur. Columella, Sationis autẽ duo sunt genera, malleoli, uel uiuiradicis. Idẽ lib. 3. cap. 5, Nam depositæ stirpes ualido solo quãuis celeriter comprehendant atque profiliant, tamen quum sint uiuiradices factæ, prius quàm transferantur, retorrescunt, nec adolescere queunt.

Viuisco] uiuiscis, uiuiscere. Vide Viuo.

Viuo] uiuis, uixi, uictum (ζάω, βιόω, διαιτάομαι, πλημμελῶ) uiuere, Notæ significationis. Plaut. Mil. 14. 80,

Quin mille annorum perpetuò uiuunt ab seculo ad seculum. Quint. lib. 9. cap. 3. Non ut edam uiuo, sed ut uiuam edo. Virgilius eclog. 8. 8,

Omnia uel medium fiant mare: uiuite syluæ. id est, Valete. Seruius.

Viuere, lætam uitam agere. Plaut. Mil. 20. 30,

Conserui, conseruæq; omnes bene ualete & uiuite.

Viuere caseo, lacte, rapto, & similibus. Plin. lib. 11. cap. 42. 3. & cap. 41. 3. & cap. 37. 32.

Viuere ad naturam. Vide Ad.

Aetatem uiuere. Plaut. Amphit. 14. 3.

Aeuo extento uiuere, Longo æuo. Horat. 2. Carm. ode 2. 1.

Affecti uiuunt omnibus æruminis. Lucret. lib. 3. 10.

Annis, uel annos centum uiuere: id est, annos explere, & implere. Plin. libro 7. capite 48. 3. Et paulo pòst, 4. Ibidem, capite 50. 4.

Nemo enim est tam senex, qui se annum non putet posse uiuere. Cic. de Senect. 22.

Viue beatus in rebus iucundis. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 20.

Bene & fortunatè uiuere. Plaut. Mil. 10. 111. Cicero ad Terentiam, lib. 14. 1. 4, Beatissimi uiueremus.

Consilio nullo uiuere. Propert. lib. 1. eleg. 1. 2.

Conuenienter naturæ uiuere. Horat. 1. epist. 9. 3.

Cum labore uiuere. Plaut. Aulul. 3. 14.

Viuere cum aliquo. Cic. pro Quintio, 8, Ibi cum isto Nœuio familiariter uiuit.

Cum aliquo coniunctissimè uiuere. Cic. 3. de Orat. 7.

Cum aliquo familiariter uiuere. Cic. Att. lib. 6. 117. 2.

Multum uiuere cum aliquo. Vide Multus.

Vniuere cum summa gloria. Cic. 7. Verr. 142.

De die, uel in diem uiuere. Cicero 2. Philippic. 91, Cum perditissimis latronibus non solùm de die, sed etiam in diem uiuere.

De lucro uiuere. Cic. Pæto, lib. 9. 17. 3.

Delicatè & molliter, Parcè, continenter, seuerè, sobriè uiuere. Vide Parcus.

Diu uiximus. Virg. 10. Aeneid. 172.

Satis diu uiuere. Cic. pro Marcello, 14.

E' natura uiuere. Cic. 3. de Finib. 104.

Viuere ex more alterius. Terent. Heaut. 1. 2. 29.

Viuitur exiguo melius. Claud. 1. in Ruffinum, 43.

Viuite fœlices. Virg. 3. Aeneid. 99.

Viuite fortes. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 27.

Gloriæ & laudi uiuere ob uirtutem. Cic. in Pisonem, 34.

Armenta uiuunt gramine. Ouid. 15. Metam. 17.

Honestè, turpiterq; uiuere. Quint. lib. 5. cap. 10. 17.

Honestè uiuit. Terent. Andr. 4. 6. 2.

Immoderatè & intemperatè uiuere. Vide Immoderatus.

In amore iocisq; uiuere. Horat. 1. epist. 6. 14.

In caupona uiuere. Horat. 1. epist. 11. 3.

In diem, uel in horam uiuere. Vide In præpositionem.

In maxima celebritate, & in media Reipub. luce uiuere. Quint. lib. 1. cap. 2. 13.

In literis uiuere. Cic. Pæto, lib. 9. 26. 2.

In laude uiuere. Cic. ad Catonem, lib. 15. 6. 1.

In oculis ciuium uiuere, Sine timore, & securum in ciuitate uiuere. Cic. 3. Offic. 4.

Incultè atq; horridè uiuere. Vide Incolo.

Instituto bonorum uiuere. Cic. pro Quint. 32.

Inter prælia uiuere. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 6.

Iucundissimè uiuere. Vide Iucundus.

Vacuo lecto uiuere, Sine uxore aut concubina. Propertius libro 2. eleg. 2. 1.

Libenter uiuere. Vide Libet.

Liberaliter, uel liberè uiuere. Vide Liber, liberi.

Magnificè uiuere. Vide Magnus.

Malè uiuere. Vide Malus.

Viue memor nostri. Ouid. epist. 11. 25.

Molliter uiuere. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 5.

Moribus antiquis uiuere. Plaut. Trin. 6. 16.

Negligentius uiuere. Plin. epist. 12. e.

Obsequenter & obsequentissimè uiuere. Vide Obsequor.

Odia improba uiuunt. Stat. 12. Thebaid. 89.

Parcè ac frugaliter uiuere. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 22.

Parcius uiuere. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 10.

Parcè uiuere æquo animo. Lucret. lib. 5. 225.

Placidè uiuere. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 5.

Quietè & liberè uiuere. Cic. Marcello, lib. 4. 7. 11.

Rapto uiuere. Ouid. 11. Metam. 59. Quint. lib. 3. cap. 7. 17.

Rectè uiuere. Horat. 1. epist. 6. 6.

Sanctissimè uiuere. Cic. 1. de Orat. 118.

Secum uiuere. Cic. 1. de Senect. 45.

Siliquis uiuere & pane secundo. Horat. 2. epist. 1. 25.

Spiritu & laude uiuere. Cic. 13. Philip. 347.

Studijs uiuere. Cic. ad Sulpitium, lib. 13. 29. 4.

Suauius uicturus, quàm si, &c. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 26.

Temere inconsulteq; uiuere. Seneca lib. 1. Epist. 1.

Vitam uiuere. Terent. Adelph. 5. 4. 5.

Vitium alitur, uiuitq; tegendo. Virg. 3. Georg. 91.

Prorsus unà uiuere. Cic. in Pisonem, 54.

Viuere alicui. Plaut. Bacchid. 11. 24,

— bene ualens uiuit tibi.

Viuit sibi. Cic. ad Octauium, 15.

Viuunt arboris radices, Non exaruerunt, nec emortuæ sunt. Vlpian. in l. 3. §. quòd si quis. ff. arbor. fur. cæs. Ideo ea quoq; arbor esse uidetur, cuius radices desinent uiuere, quamuis adhuc terra contineatur.

Ita uiuam, Bene precantis particula. Cicero ad Tironem, libro 16. 12. 1, Solicitat, ita uiuam, me tua mi Tiro ualetudo. Vide Ita.

Ne uiuam: id est, Ne sim salius: Imprecantis particula, pro Dispeream. Cicer. ad Att. lib. 4. 85. 12, Quid poteris, inquies, pro ijs dicere? ne uiuam si scio. Vide Ne.

Viuitur, pen. corr. Impersonale. Plin. lib. 18. cap. 1. 4. Ipsum quoq; quo uiuitur, aerem in perniciem uertimus. Cic. 1. de Fin. 69, Qua præceptrice in tranquillitate uiui potest, omnium cupiditatum ardore restincto.

Paruo bene uiuitur. Horat. 2. Carm. ode 16. 3.

Viuitur ex rapto. Ouid. 1. Metam. 30.

Viuitur, Personale. Ouid. 12. Metam. 38, — uixi
Annos bis centum: nunc tertia uiuitur ætas.

Conditio uiuendi. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 13.

Tenet me uoluptas uiuendi. Virg. 11. Aen. 167.

Finis uiuendi mihi adest. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 6.

Viuendo uincere aliquem, Post eum mortuum uiuere. Plautus Epid. 4. 11.

Ad uiuendum firmus. Vide Ad.

Mihi uiuendum est semper in Barbaria. Ouidius 3. de Ponto, eleg. 1. 1.

¶ Viuens, Participium (βιοτεύων) ut,

In urbe uiuens. Horat. epist. 14. 2.

Rure uiuens. Horat. 1. epist. 14. 2.

Pectore uiuenti eripiunt fibras. Ouid. 15. Metam. 28.

Focus uiuens. Ouid. 4. Fast. 111.

Fluuius uiuens. Stat. 9. Thebaid. 115.

¶ Victito, victitas, pen. corr. (οἰτέω) victitare, Vesci, & quasi uictu uti. Terent. Eunuch. 5. 9. 44,

Et libenter uiuis, etenim bene libenter victitas.

Parcè uictitare. Vide Parcè, in Parcus.

¶ Victus, huius victus, m. g. (βίος, οἴτιον) Vlp. de uerb. significat. Victus uerbo continentur quæ esui, potui, cultuiq; corporis, quæq; ad uiuendum homini sunt necessaria. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 20. 2, Item cætera quæ sunt ad uictum & ualetudinem necessaria.

Victi, genitiuus legitur apud Plautum Capt. 13. 86,

Proin tu tui quotidiani victi uentrem ad me afferas.

Victus & uestitus, siue Cultus & uictus. Cic. 1. Offic. 20. Idem pro Quintio, 28.

Victus ex rapina. Plin. lib. 11. cap. 43. 2.

Parsimonia aliquorum in uictu. Cic. 5. Tusc. 139.

Penuria uictus. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 20.

Annuis uictibus sufficiens prædium. Plin. lib. 7. cap. 46.

Aridus uictus. Vide Aridus.

Asper. Vide Asper.

Basilicus. Vide Basilicus, in Basis.

Facilis. Virg. 2. Georg. 92.

Fœdus. Horat. de Arte, 79.

Frugi. Quint. lib. 5. cap. 10. 20.

Infœlix. Virg. 3. Aen. 130.

Inops uictus. Ouid. 6. Fast. 75.

Luxuriosus. Quint. lib. 5. cap. 10. 20.

Malignus. Silius lib. 3. 57.

Mundus. Horat. 1. epist. 4. 3.

Parcus & parabilis. Curtius lib. 8.

Sordidus. Quint. lib. 5. cap. 10. 20.

Tenuis uictus. Cic. de Amicit. 72.

Alitur corpus uictu. Lucret. lib. 4. 127.

Attenuans uictus. Vide Attenuo.

Carere omni cultu & uictu humano. Cic. 5. Tusc. 90.

Colere uictum. Cic. Attico, lib. 12. 24. 2.

Hominum uita multum distat à cultu & uictu bestiarum. Cicer. 2. Offic. 20.

Inuigilare uictui: id est, Acquirendo uictui. Virg. 4. Georg. 32.

Ministrare uictum. Vide Ministro.

Mutare ex consuetudine uictus. Cels. lib. 1. cap. 10.

Seges ægra negabat uictum. Virg 3. Aeneid 29.

Tolerare uictum lacte. Colum. in Præfat. lib. 10. 2.

Qui salubri & moderato cultu atq; uictu, quieti se tradidit. Cic. 1. Offic. 108.

Vita uictusq; communis in amicitijs uigent maximè. Cicero 1. Offic. 84.

¶ Viuus, Adiect. (ζῶν, ζωὸς, ἔμπνους, ἔμψυχος) à Viuo, Quod

mortuo contrarium est.Cic.pro Milone,69, Vt eam mortuus incenderet,quam uiuus euerterat.
Exturbari ex numero uiuorum.Cic.pro Quintio,28.
Viuus & uidens.Cic.pro Sestio,50,Viuus(ut aiunt)est & uidens cum uictu ac uestitu suo publicatus.
Viui peruenimus illucid est,Diu uiuendo. Virgilius 9.eclog. 1. Seruius.
Viuus,Validus,uehemens.Virg.1.Aen.146,
—— paulatim abolere Sichæum
Incipit,& uiuo tentat prævertere amore.Seruius.
Viuus,pro Naturali:ut,Viua sepes,Viua aqua.
Animus uiuus & naturalis,apud Plinium in epist.159.g.
Aqua uiua,Naturalis,& ex eo loco nata.Varro 1. de re Rust. capite 11.
Aquæ uiuæ,Fluentes.Ouid.2.Fast.52.
Cæspes uiuus,Viridis.Horat.1.Carm.ode 19.3.
Calor uiuus.Ouid. 4.Metã.50.de Sole & mortuo Phaethõte.
Caro malè uiua.Ouid.15.Metam.76.
Cutis uiua.Plaut.Bacchid.5. 8.
Flumen uiuum.Liu.1.ab Vrbe,198,Fluens aquâ.
Lacus uiui.Virg.2.Georg.
Lapis uiuus,Ignitus,quod uim habeat emittendi ignem. Vidè Plin.lib.36.cap.19.2.Vide etiam Pyrites.
Linum uiuum.Plin.lib.19.cap.1.11.
Lucernæ uiuæ,Ardentes.Horat.3.Carm.ode 21.5.
Plantaria uiua.Virg.2.Georg.6.
Sanguis uiuus.Ouid.5.Metam.88.
Saxum uiuum,naturale.Seruius.Virg.1.Aeneid.35.
Sepes uiua,Quæ rubis non præcisis,sed in eo loco natis contexitur.Colum.lib.11.cap.3.2.
Sulfura uiua.Vide Sulfur.
Vigor uiuus.Ouid.1.Trist.eleg.5.7.
Vnda uiua.Sil.lib.12.150.
Voluptas uiua pratis.Claud.1.in Ruffinum,42.
Vultus uiuos ducere:hoc est,Viuam & naturalem effigiem referentes.Virg.6.Aeneid.170.
Ad uiuum resecare. Cicerò de Amicit.16. Vide Ad præpositionem.
Detrahere,uel resecare aliquid de uiuo.Cic.pro Flacc.71,Dat de lucro:nihil detrahit de uiuo:minus igitur lucri facit.Idem 5.Verr.98,De uiuo igitur erat aliquid resecandum,ut esset unde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium nummorum adderetur.id est,Non de lucro,sed de eo quod aratores pro impendijs perceperant.Budæus.
¶ *Viuax,uiuacis penult.product.omn.gen. (ζωπὸς, ζωτικὸς) Validus,uigorosus,inquit Sipontinus:siue qui diu uiuit.Virgilius 3.Georg.37,*
Palladia gaudent sylua uiuacis oliuæ.Plin.lib.9.cap. 20. 2,In sicco quoq; repunt,ideo etiam uiuaciora talia.
¶ *Viuax,in pœnam.Plin.lib.7.cap.50.2,Nec reputãtur infantiæ anni qui sensu carent,non senectæ in pœnam uiuacis.*
Aconita uiuacia.Vide Aconitum.
Anima uiuax.Ouid,12.Metam.103.
Anus uiuax.Ouid.13.Metam.105.
Apium uiuax,Diu uiriditatem retinens.Horatius 1. Carm. ode 36.4.Acron.
Cerrus uiuax.Virg.eclog.7.6.
Dextra uiuax,Animosa.Ouid.ad Pisonem,37.
Fata uiuacia senectæ.Lucan.lib.2.13.
Gramen uiuax,Tenerum & uiride.Ouid.4.Fast.80.
Gratia sermonum uiuax.Horat.de Arte,14.
Oliua uiuax.Virg.2.Georg.37.
Verba uiuacia,Vel efficacia,uel ad posteritatem usq; peruentura.Ouid.ad Pisonem,12.
Virtus uiuax,expersq; sepulchri.Ouid.4.de Ponto,eleg.8.10.
Viuacior hæres.Horat.2.Serm.Satyr.2.27.
¶ *Viuacitas,pen.corr.uiuacitatis,f.g.Naturalis uigor. Colum. lib.11.cap.3.33,Multis etiam locis uiuacitatem suam usq; in annos decem prorogat.*
Impia uiuacitas.Quint.in Procem.lib.4.6.
¶ *Viuesco,siue Viuisco,uiuiscis(ζωοποιέμαι)uiuiscere,significat uiuere,siue uiuum fieri.Quod uerbum præcipuè usurpamus,quum de alijs rebus ab homine & etiam ab animalibus,quæ communi uita fruuntur,loquimur,ut in animatis,& huiusmodi.Plin.lib.9.cap.51.3,Anguillæ atterunt se scopulis,ea strigmenta uiuiscunt,nec alia est earum procreatio. Idem lib.16.cap.25.1.Hoc enim maritantur uiuescentia è terra.*
Vlcus uiuescit,& inueterascit alendo.Lucret.lib.4.215.
Verbum affixum cordi uiuescit.Lucret.lib.4.226.
¶ *Viuidus,penult.corrept. Adiect. (ἐμψυχῶδ) Plenum uigoris.Propertius,*
Quatuor artifices uiuida signa boues. Quasi spirantia, atq; uiuentia.Plin.in Paneg.71, Amas constantiam eiuium, rectosq; ac uiuidos animos.
Animus uiuidus.Tacitus lib.13.
Imago uiuida Martis.Claud.de bell.Getico,94.
Impetus uiuidus.Horat.3.Carm.ode 4.2.
Ingenium uiuidum.Liu.2.ab Vrbe,210.
Membra uiuida.Silius lib.7.13.
Odia uiuida.Tacit.lib.15,Viuida odia intulêre.
Virtus uiuida bello:id est,Fortis.Virg.5.Aeneid.151.
¶ *Viuiparus,pen.corr.Adiectiuum:ut,Pisces uiuipari,qui piscem uiuum pariunt:sicut ouipari,qui ouа pariunt. Apuleius in Apologia prima,Viuiparos eorum & ouiparos.*
Vix] *Adverb. (μόλις,μόγις,χαλεπῶς,σπανίως) significat Cum ui ac difficultate & labore.Terent.Eunuch.3.3.19,*
—— hic sunt tres mimæ.
C.Vix.Idem Phorm.1.1.9,
Quod ille unciatim uix de demenso suo,
Suum defraudans genium,comparsit miser. Vbi Donatus, Vix potuit & unciatim & citò conflari peculium:ut multa pauxillatim & citò fiunt maxima.Merito ergo additum est,Vix. Cic.4.Acad.16,Nos probabilia multa habemus,quæ sequi facilè,affirmare uix possumus.
Vix,nedum.Liu.4.bel.Maced.Vix clamorem eorum, nedum impetum Stuessani tulêre.
In dicendo excellentes uix paucos proferre possumus. Cic.1. de Oratore, 4.
Vix multis modis,uel statim,interprete Donato. Terent.Heaut. 3.1.17,
Tamen nunquam ausus sum recusare eam,quam mi obtrudit pater. Vix me illinc abstraxi,atq; impeditum in ea expediui animum.
Vix ægrè.Plaut.Pœn.4.20,
—— nam quum sedulò
Mũditer nos habemus,uix ægrè amatorculos inuenimus.
Mihi uerò cum bis ipsis uix:his autem detractis,ne uix quidem. Cic.Varroni,lib.9.8. 7.
Aut uix,aut nullo modo corrumpi.Cic.2.de Nat.deor.30.
Vix dum,Vix adhuc.Terent.Phorm.4.2.4,
Vix dum dimidium dixeram,intellexerat.Cicero ad Cassium, libro 12. 4. 5. Et ad Atticum, libro 9.171.6,Vix dum epistolam tuam legeram, quum ad me currens ad illum Postbumus Curtius uenit,nihil nisi classes loquens & exercitus.
Vix tandem.Terent.Phorm.2.1.4,
—ô facinus audax!ô Geta

Monitor. C.uix tandem.Vbi Donatus,Conuenit hoc dictum eiam pridem se malè audire putãs & ideo serò uidetur ad hunc senex peruenisse:quum ille metuens,se primum ad accusationem crederet.Idem Cic.Appio Pulchro,lib.3.9. 1,Vix tandem legi literas dignas Appio Claudio.
Vix saltem.Quint.libro 6.cap.5,Illud uix saltem præcipiendum uidetur.
Vix ut.Plinius libro 12.cap.17.1,Vix ut dignosci possit à mastice uera.
Vix est,ut.Aphricanus in l.tutor.§.1. ff. ad S. C. Velleianum, Quando uix sit,ut aliqua apud eundem pro eo ipso intercessisse intelligi possit.
Vix,Refertur ad tempus.Virg.1.Aen.6,
Vix è conspectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti. id est,Mox,statim.Sic 4. Aen. 109,
—— & quos Sidonia uix urbe reuelli,id est, statim, aut etiam uix.Seruius.
Vix,Non,authore Donato.Lucilius,
—— carcer,uix carcere dignus.Oui.1.epist.1,
Vix Priamus tanti,totaq; Troia fuit.
Vix ita tamen uiuimus.Plaut. Cistel.2.22.
Vlciscor]ulcisceris,pen.corr.ultus sum (τίω, ἀμύνω, ἐκδικέω, τιμωρέω, ἀμύσσομαι)ulcisci, Vindicare, & iniuriam non impunitam relinquere.Et dicimus, Vlciscor te: pro Vlciscor me,& Vlciscor scelus.Terent.Eunuch.5.4.20,
Ego pol te pro istis dictis & factis, scelus,
Vlciscar,ut ne impune in nos illuseris.Idẽ Adelp.3.2.15,
Satis mihi id habeam supplicij,dum illos ulciscar modò.
Vlcisci & persequi.Cic.Bruto,3. 4.
Vlcisci & Sanare,contraria.Cic.2.in Catil. 37.
Aliquem ulcisci.Cic.2.de Inuent. 185.
Vlciscentur illum mores sui.Cic.Att.lib.9. 184.3.
Vlcisci aliquod factum.Terentius Phorm.1.4.12,
Rectè:ego mihi uidissem,& senis essem ultus iracundiã. Cicero in Catilinam,68.
Fratres cæsos ulcisci.Ouid.12.Metam.121.
Gentis delectæ ulcisci funera.Lucan.lib.2.17.
Genera singula ulcisci.Cic.Post reditum ad Quirites,17.
Vlcisci iniurias.Cic.2.de Inuent.182,Deinde hoc si constitutũ sit,ut peccata hominẽs peccatis,& iniurias iniurijs ulciscantur,quantum incommodorum consequatur.
Mortem alicuius ulcisci.Cic.pro Rab.perduel.reo,9.
Necem alicuius ulcisci armis.Ouid.7.Metam. 92.
Nesis fortiter est ulta laqueo.Ouid.1.de Arte,57. de Biblide.
Patriam cadentem ulcisci,Virg.2.Aeneid.116.
Vltum ire.Curtius lib.10,Meleagri temeritatem armis ultum ire decreuerant.Salust.Iugurtha,Cum maxima cura ultum ire iniurias festinat.De Metello.
¶ *Vltio,ultionis,pen.prod.Verbale (τίσις, ἄμυνα, ἐκδίκησις, ἐκδικία, τιμωρία)Plin.lib.11.cap. 28.1,Illis enim ultionis causa datum est.*
Promptus ultioni.Tacit.lib.11.
Voluptas ultionis.Quint.lib.5.cap.13.7.
Audere ultionem.Tacit.lib.2.
Macture aliquem ultioni & gloriæ.Tacit.lib.2.
¶ *Vltor,ultoris, pen. prod. (ἔκδικος, τιμωρὸς, ἀμύντωρ) Qui ulciscitur.Cic.de clar.Orat.145,Duo præterea Consulares,quorum Publius ille nostrarum iniuriarum ultor,author salutis.Idem pro Sylla, 64, Conturationis inuestigator atq; ultor.*
Prævaricator & ultor alicuius.Cic.in Pisonem,17.
Dolorum alicuius ultor.Virg.10.Aeneid.173.
Inimicorum ultor.Cic.Cælio,lib.2.8.6.
Mortis alicuius ultor.Ouid.3.Metam.12.
Scelerum ultores.Lucan.lib.2.102.
Fortissimus ultor.Ouid.15.Metam.165.
Di ultores.Propert.lib.3.eleg.20.5.
¶ *Vltrix,ultricis,pen.prod.f.g. (ἀμυντρία) Quæ ulciscitur. Cic.pro Domo sua,86,Hæc ultrix afflictæ ciuitatis. Reip. spolijs ornabitur?Virg.11.Aen.118,*
Hæc cape,& ultricem pharetra deprome sagittam.
Anima ultrix.Stat.11.Thebaid.113.
Dextra ultrice fusus Lycus.Senec.Herc.furen.11.1.
Flamma ultrix.Virg.2.Aen.118.
Vlcus]ulceris,pen.corr.neut.gen. (ἕλκος) Sanies concreta intra cutem latitans:quæ ut properè abrupta cute erumpat, emplastris supernè alligatis solet confoueri. Virgilius libro 3.Georg.91,
Quam siquis ferro potuit rescindere summum
Vlceris os,alitur uitium,uiuitq; tegendo.
Vlcus altum.Celsus libro 5.capite 28,Id nomen est ulceri alto, angusto, calloso.
Callosa ulcera.Vide Callus.
Incurata ulcera.Horat.1.epist.17.5.
Tetra ulcera.Lucret.lib.5. 190.
Putre ulcus tenero Latet in ore.Pers. Satyr.3.12.
Ad malum ulcera reducere.Vide Ad præpositionem.
Os summum ulceris rescindere.Virg.3.Georg.91.
Iustis ulceribus rubet corpus.Lucret.lib. 6.234.
Viuescit ulcus,& inueterascit alendo.Lucret.lib.4.215.
Vlcus tangere,Est mouere dolorem,eiusq; rei facere mentionẽ quæ nos magnopere urat.Terent.Phorm.4.4.9,
Quid minus utibile fuit,quàm hoc ulcus tangere? Hanc metaphoram M. Tullius oppidò quàm eleganter expressit in Clodium,qui populum fame iam exasperatum, concionibus insuper seditiosis in rabiem agebat:Vt tu,inquit, in hoc ulcere tanquam unguis existeres.Erasmus.
Vlcus est,quicquid attigerit horum.Cic.1.de Nat. deor.144,
Quæro igitur,uester deus primum ubi habitet. Deinde quæ causa eum loco moueat,si modò mouetur aliquando. Postremò quomodo beatus sit,quomodò æternus.Quicquid enim horum attigerit,ulcus est:ita malè instituta ratio exitum reperire non potest.id est,ita ab eo defendi non poterit, quin erroris uanitatisq; conuincatur.
Existere tanquam unguem in ulcere. Cicer. pro Domo sua,9, Quid si utrunq; fuit,& ut fames stimularet homines, & tu in hoc ulcere tanquam unguis existeres?
Vlcus,à nonnullis scribitur cum h,quòd Græcè ἕλκος dicatur.
¶ *Vlcusculum,ulcusculi,pen.corr.Diminut. (ἑλκίδιον) Celsus lib.5,de pustularum generibus, Ex pustulis uerò nonnunquam etiam ulcuscula sunt,aut aridiora,aut humidiora.*
¶ *Vlcero,ulceras,penult.corr. (ἑλκόω) ulcerare, Dilaniare,& multa ulcera facere.Plin.lib.28.cap. 9. 23, Item equarum præterquam uirginum erodit,emarginat,ulcerat. In ueteri codice legitur,emarginat ulcera.Cic. de Fato, 53, Nondum enim ulcerato serpentis morsu Philoctetæ,quæ causa in rerũ natura continebatur,fore ut is in insula Lemno liniqueretur. Horat.1.Serm.Satyr.6.22.*
Iecur alicuius ulcerare.Horat.1.epist.19. 15.
¶ *Vlceratio,Verbale.Senec.ad Serenum,In dolores,damna,ulcerationes,uulnera,magnos motus rerum circa se fremẽtium securus aspiciat.*
¶ *Vlcerosus,pen.prod.Adiect.(ἑλκώδης)Plenũ ulceribus: ut, Iecur ulcerosum.Horat.1.Carm.ode 25.3.*
Vlcerosum,ad arbores translatum. Plin.lib.17.cap.14.7, Ante omnia

te omnia gemmantes nitere conueniet, nihil usquam ulcerosum esse, aut retorridum.

Vlex] *ulicis, pen. cor.* Frutex est roris marini similis, asper, arumq; retinens. Plin. lib. 33. cap. 4. 10.

Vligo] *pen. pröd.* uliginis, *pen. corr. fœm. gen.* (ὑγρότης, ἰκμὰς) Terræ naturalis humor, ex ea nunquam recedēs, inquit Seruius. Varro 2. de re Rustic. capite 2. 6. Solum oportet esse eruderatum & proclivum, ut euerri facilè possit, ac fieri purum. Non enim solùm ea uligo lanam corrumpit ouium, sed etiam ungulas, ac eas scabras fieri cogit. Virgilius 2. Georgic. 37,

At quæ pinguis humus, dulcisq; uligine læta.

Pestifera uligo campi. Silius lib. 8. 76.

¶ **Vliginosus**, *pen. prod.* Adiect. (ἰκμαδώδης) Semper uuidum: ut, Vliginosus ager, qui semper est humidus. Varro 1. de re Rust. cap. 6. 5. Colum. lib. 2. cap. 4. 3. Igitur uliginosi campi proscindi debent post Idus mensis Aprilis. Plin. lib. 17. cap. 5. 1. Item uliginosam tristia terram demonstrant.

Vllus] *ulla, ullum* (τις) Aliquis, quasi unus aliquis: nunquam autem affirmatiuè ponitur, sed ponitur, uel negatiuè: ut, Non est ullus qui currat. uel interrogatiuè: ut, Est ne ullus qui currat? uel subiunctiuè: ut, Si ullus me uocabit, statim ueniam. Terentius,

Si ullo modo est, ut possit, quod spero fore. Cic. 6. Verr. 6, Nullum inquam horum reliquit, neq; aliud ullum tamen, præter unum peruetus ligneum, Bonam fortunam, ut opinor. Idem in eundem, 4. 42, Debebat Epicrates ullum nummum nemini.

Negat prodesse ullam scientiam alicui. Cic. 1. de Orat. 130.

Emptor ullius rei nemo. Cic. 2. Philipp. 79.

Obijcit mihi quòd ullum de liberis meis potuerim facere discrimen. Quint. in Aegro redempto.

Vlmus] *ulmi, fœm. gen.* (πτελέα) Arbor umeis amica. Plin. libro 16. cap. 40. 9, Rigorē fortissimè seruat ulmus, ob id cardinibus, assamentisq; portarum utilissima, quoniam minimè torquetur, permutanda tantùm sic, ut cacumen ab inferiore sit cardine, radix superior.

Alta ulmus. Virg. eclog. 10. 14.

Exesa ulmus. Ouid. 3. Fast. 150.

Fœcundæ frondibus ulmi. Virg. 2. Georg. 90.

Fortes ulmi. Virg. 2. Georg. 17.

Frondosa ulmus. Virg. eclog. 2. 14.

Patula ulmus. Pers. Satyr. 3. 1.

Speciosa ulmus nitentibus uuis. Ouid. 14. Metam. 133.

Viduæ ulmi, Quibus non adhærent uites. Iuuen. Satyr. 8. 8.

Adiungere uites ulmis. Virg. 1. Georg. 1.

Amictæ uitibus ulmi. Ouid. 1. Metam. 20.

Degrauat ulmum uitis. Ouid. 5. Trist. eleg. 4. 7.

Intexere ulmos uitibus. Virg. 2. Georg. 45.

Vincitur uitibus ulmis. Ouid. epist. 5. 10.

¶ **Vlmeus**, Adiect. (πτελεινὸς) Quod ex ulmo est: ut, Virgæ ulmeæ, apud Plaut. in Asin. 7. 75. Et Epid. 3. 20,

Quem Apelles Zeusisq; duo pingent pigmentis ulmeis, hoc est, Virgis ulmeis. Colum. lib. 6. cap. 3. 5, Probaturq; maximè ulmea frons.

Vlmitriba, *pen. corr.* (πτελιοτρίβης) Qui ulmū terit: id est, qui uirgis ulmeis cæditur. Plaut. Persa, 8. 8.

¶ **Vlmarium**, ulmarij (πτελεών) Locus ulmis consitus, ulmorum seminarium. Plin. lib. 17. cap. 11. 1, Differendæ ex arearum uenis post annum in ulmaria, interuallo pedali in unamquamque partem.

Vlna] *ulnæ* (ὦλενη, ὠλένη, ἀγκάλη, ἄγκολνη) Proprie, inquit Seruius, est spacium quantum utraq; extenditur manus. Plin. lib. 11. cap. 43. 1, Terrestrium uni homini iuguli, humeri, cæteris armi: uni ulnæ. Virg. 3. eclog. 21,

Tres patet cæli spacium non amplius ulnas. Dicta ulna, ut ait Seruius, ἀπὸ τῶν ὠλενῶν. id est à brachijs: unde & κουβόλον & ἦχη dicitur. Licet Suetonius unum cubitum uelit esse tantummodo. Virg. 3. Georg. 71,

— septemq; assurgit in ulnas. Vbi Seruius, Crescit in septem ulnas. Vlna autem, ut diximus, secundum alios, cubitus. quod magis uerum est, quia Græcè ὦλενη dicitur cubitus: unde est κουβόλον & ἦχη. De ulna uide diligenter Parergа Alciati, lib. 1. cap. 18. & Bud. in prioribus annotationib.

Toga bis ter ulnarum. Horat. Epod. 4. 2.

Leues ulnæ. Claud. 7. Paneg. 34.

Teneræ ulnæ. Ouid. 9. Metam. 131.

Tremula ulna. Catull. ad Coloniam, 17. 3.

Mollibus ulnis attollere aliquem. Ouid. 7. Metam. 171.

Circundare aliquem ulnis. Stat. 3. 54.

Auidis ulnis circunligant matrem. Stat. 1. Achil. 35.

Niueis reducem complectitur ulnis. Claud. 2. in Eutrop. 38.

Vlpianus] Iurisconsultus (ἐλπιανὸς νομικὸς) Adriani imperatoris scriniorum magister, Tyrius fuit. Is utitur authoritate Pomponij in libris Pandectarum. Qui quum Galliam regeret, populari tumultu excitato, interfectus est, ut notat Raphael Volaterranus.

Vlpicum] *ulpici, penult. corrept.* (ἀγροσκόροδον) Græci appellauêre genus alij grandius inter pulmentaria uiris adsertum, authoribus Plinio & Col. Plaut. Pœn. 19. 35,

— amant tu autem plenior

Alij ulpici quàm sint Romani remiges? Colum. lib. 11. capite 3. 15, Vlpicum, quod quidam allium punicum uocant, Græci autem ἀγροσκόροδον appellant, longè maioris est incrementi, quàm allium. Idq; circa calendas Octobris, antequā deponatur, ex uno capite in plura diuidetur. Habet enim uelut allium plures cohærentes spicas: eæq; quum sint diuisæ, liratim seri debent, ut in puluinis positæ minus infestentur hyemis aquis.

Vls] ὑπέρενερθε, facit ultra & ultimus, inquit Festus: Nonius, Vls Cato, pro ultrò, posuit.

Vlterior, Vltimus] Vide Vltra.

Vltio] Vide Vlciscor.

¶ **Vltis**, pro Vltra. Pomponius in l. 2. §. & quia. ff. de orig. iur. Quinq; uiri constituti sunt cis Tyberim, & ultis Tyberim. Sic habent Haloander & Pandectæ Florentinæ.

Vltra] ὑπὲρ, πέραν, πρόσω, Præpositio accusatiuo casui seruiens, Significat præter & trans. Plaut. Merc. 3. 24,

Sed amori accedunt etiam ultra hæc quæ diximus. Cic. ad Attic. lib. 12. 24 5. 1, Vltra Siliciam illam est, quam puto tibi notam esse, &c.

Vagari ultra terminum. Horat. 1. Carm. ode 22. 2.

Vltra pueriles annos. Quint. lib. 1. cap. 11. 11.

Vltra placidum laudare. Virg. eclog. 7. 6. Seruius, id est nimiè, irrisoriè. Vltrà quàm placeo & mereor.

Vltra modum congredi. Cic. 4. Tusc. 59.

Vltrà Aduerbium est, quum sine casu ponitur. Plautus Stich. 5. 2. 4.

Nunc ultrà hoc deportem? haud placet: neq; id uerò officium ego arbitror. Colum. de Arboribus, cap. 5, Quæ sic resecta inolescunt, nec ultrà obsunt uitibus.

Intendamus ultrà animum. Quint. lib. 7. cap. 2. 39.

Vltrà citrâue peruolare. Plin. lib. 10. cap. 23. 4.

Nihil ultrà, uel Non ultrà, pro Nihil suprà, uel præterea. Cic. ad Attic. lib. 15. 321. 8, Est autem oratio scripta elegantissimè sententijs, uerbis, ut nihil posit ultrà cogitari. Idem de Vniuers. 10, Si probabilia dicentur, ne quid ultrà requiratis. Liu. 4. bell. Pun. 67, Tanta ui se in hostem intulerunt, ut sustinere ultrà non possent. Hîc pro amplius.

Vltrà quàm. Cic. 1 de Inuent. 103, Remotū est, quod ultrà quàm satis est, petitur. Idem 1. Tusc. 28, Vltrà enim quò progrediar, quàm ut uerisimilia uideam, non habeo.

Vltrà quam oportet. Quint. lib. 2. cap. 5 15.

Non ultrà quàm. Vide Non.

Vltra ab Vls deriuatur, quó ueteres utebātur: sicut Citrà, à Cis.

¶ **Vlterior** (πρόσω τερος) ab Vltra comparatiuus. Terentius Phorm. 4. 2. 10,

Sed eccum ipsum, quis est ulterior? Cicer. de Prouinc. Consul. 29, Quorum alter ulteriorem Galliam decernit cū Syria, alter citeriorem.

Vlterior ripa, quæ trans flumen est. Liu. lib. 2. Decad. 5.

Vlteriora mirari præsentia sequi. Tacit. lib. 20.

Loqui ulteriora. Ouid. 5. Fast. 106.

¶ **Vlterius**, Aduerb. (αὖτις πίσω, πρόσωτερόν) Ouid. 2. Metam. 175,

Inde abit ulterius: mediāq; per æquora ponti

Fert prædam.

Vlterius, Aduerbium. Senec. epist. 103, Et ulterius si licuisset, inuabit de immortalitate animorum quærere, imò credere. Ouid. 6 Metam.

¶ **Vltimus**, pen. corr. (ὕστατος, πύματος, παιώτατος, νείατος) Ab ultra superlatiuum, Idem quod Postremus, extremus, summus. Cic. 1. de Legib. 11, A quibus temporibus capiat scribendi exordium. Ego enim ab ultimis censeo. Extremus & ultimus, Cic. 2. de Diuinat. 137.

Vltimæ ædes. Terent. Heaut. 5. 1. 29.

Dies ultima expectanda homini. Ouid. 3. Metam. 17.

Mors ultima linea rerum. Horat. 1. epist. 17. 16.

Luna ultima. Cic. in Somnio Scip. 13.

Memoria ultima. Cic. pro Archia, 1.

Tempus proximum, medium, ultimum. Cicer. de Prouinc. Consul. 36.

Platea ultima. Terent. Phorm. 1. 4. 39,

Sed quis hic est senex, quem uideo in ultima platea?

Terra ultima. Cic de Arusp. resp. 22.

Ad ultimum. Vide Ad præpositionem.

Vltimum ac maximum telum. Liu. 4. ab Vrbe, 122.

Vltima inopia. Liu. 7. bel. Maced. 137.

Denunciare necessitatem ultimam. Tacit. libro 15. hoc est, Mortem.

Vltima pœna. Liu. 3. ab Vrbe, 249.

Vltimum bonum, pro summo. Cic. 3. de Finibus: Eorum dico qui summum bonum, quod ultimum appellant, in animo ponerent. Nonius.

Vltima experiri: id est, Summa. Liu. 2. ab Vrbe, 120. Cels. lib. 7. cap. 7, Igitur ubi ultima experiri statutum est, &c.

Vltima pati, Extrema supplicia. Liu. 7. bel. Maced. 225.

Vltima in malis hæc sunt illi. Cic. ad Brutum, 17. 6. id est, Extrema & summa mala esse uidentur.

Vltimum periculi. Curt. lib. 8, Lysimachus enim quondam quū uenaretur in Syria, occiderat eximiæ magnitudinis feram solus: sed læuo humero usq; ad ossa laceratus, ad ultimum periculi peruenerat.

Vltimus, pro Primus aliquando ponitur. Virg. 7. Aeneid. 10.

— tu sanguinis ultimus author. Dictus ultimus, quòd ultra omnia sit, siue antea respicias, siue retrò. Seruius.

Vltima antiquitas. Cic. 1. de Finibus, 99.

Vltimum in amicitia, Primum. Cic. 1. Offic. Efficiturq; id quod Pythagoras ultimum in amicitia putauit, ut unus fiat ex pluribus. Nonius.

Vltimum principium. Cic. 2. de Inuent. 125.

In ultimum. Author ad Heren. lib. 1. 14.

¶ **Vltimùm**, Aduerb. (τὸ ἔσχατον) Postremum. Liu. 1. ab Vrbe, 136, de Albanis migrantibus, Nunc errabundi domos suas, ultimùm illas uisuri peruagantur. Idem lib. 10. bel. Maced. Vltimùm de cælo, quod comitia turbaret, interuenit. Idem lib. 3. Decad. 5, An ultimùm mori iussurus? Curt. lib. 5. Darius Artabazum ultimùm illum uisurus amplectitur.

¶ **Vltimò**, pen. corr. Aliud aduerbiū (ἔσχατος) Dengi. Suetonius in Nerone, cap. 32, Vltimò templis compluribus dona detraxit, simulachraq; ex auro uel argento fabricata confluit.

Vltrò] πέραν, ἔτι, Aduerb. Ab ultra fit, & significat Vltra, siue insuper. Virgil. 2. Aeneid. 30,

His lachrymis uitam damus, & miserescimus ultrò. Vbi Seruius, Vltrò, non est sponte, nam iam rogauerat: sed insuper. Et uenit ab eo quod est ultra: quia plus quàm rogauerat, præstiterunt. Idem 5. Aeneid. 11,

Nunc ultrò ad cineres, ipsius & ossa parentis. Vbi Seruius, Vltrò, aut ultra, id est, insuper, hoc est amplius numina præstiterunt. Aut ultrò, sponte sua, non optantibus, aut uolentibus nobis.

Vltrò, interdum idem ualet quòd Altera ex parte: ut in hac dictione, Vltrò Citroq;.

Vltrò, Econtrario. Virg. 5. Aeneid. 90,

Entellus uires in uentum effudit, & ultro

Ipse grauis, graniterq; ad terram pondere uasto

Concidit. Nam (inquit Seruius) ille cadere debuerat.

Vltrò, Praue, & peruerse Terent. Adelph. 4. 3. 5,

Nisi si me in illo credidisti esse hominum numerò, qui ita putant,

Sibi fieri iniuriam ultrò, si quam facere, ipsi expostulant,

Et ultrò accusant. Donatus.

Vltrò (ἑκουσίως) Non requisitus, inquit Valla. Terent. Phorm. 2. 3. 13,

O audaciam: etiam me ultrò accusatum aduenit. Idem Andria, 1. 1. 73,

— hac fama impulsus Chremes,

Vltrò ad me uenit. Cic. ad Figulum, lib. 4. 13. 4, Nec mihi quicquam tali tempore in mentem uenit, optare, quod nō ultrò mihi Cæsar detulerit.

Dare animum ultrò. Virg. 4. Georg. 41.

Compellare aliquem ultrò. Virg. 2. Aeneid. 56.

Vltrò offerre se alicui. Cic. in Pisonem, 19.

Vltrò polliceri. Cic. in Pisonem, 19.

Vltrò citroq; (ἀνάγκη κράτιστον) Hinc atq; illinc, siue utrinq;. In factis & in dictis. Cicer. in Somnio Scip. 3, Multisq; uerbis ultrò citroq; habitis ille nobis est consumptus dies. Quum ego te alloquor, tunc uerba ultrò quasi ultrà sunt: quum te alloquentem audio, tunc uerba citrò quasi citrà ueniunt. Sicut pedes quum à loco recedo, tunc ultrò eo: quum redeo, tunc citrò. Nec elegans esset; Huc atque illuc commeabat: nisi errabundum, & incertum iter significes: Hæc Valla libro 2. Cicer. pro Rosc. Amer. 36, Postea homines cursare ultrò & citrò non desiterunt. Idem 7. Verr. 134, Vltrò citroq; nauigare. Et 2. de Natur. deor. 120, Sic naturis his ex quibus omnia constant sursum deorsum, ultrò citroq; commeantibus, mundi partium coniunctio continetur. Cæsar 1. bell. Gall. 177, Quum sæpe ultrò citroq; legati inter eos mitterentur.

¶ **Vltroneus**, Adiect. Seneca 2. Nat. quæst. Suadetur deliberantibus: at ultronei admonentur. Idem ibidem, Quid interest ad mortem iussi eamus, an ultronei?

Vltrotributa] Impēsæ sunt et attributiones operū publicorū faciēdorū, & sartorū tectorū præstandorū, manceps. & redēptorib. certa mercede locatorū. De his sic Liu. de cēs...

M. Porcij Catonis & Valerij Flacci loquens, Vectigalia summis precijs, ultro tributa infimis locauerunt. hoc est, Vectigalia quibus reditus & fructus pop. Romani constabant, quantum potuerunt, censores auxerunt: ultrotributa, quibus impensæ sumptúsque, & erogationes pecuniæ publicæ ex ærario hauriebantur, quantum potuerunt, precijs diminuerunt, & ad minimam summam perduxerunt. Plutarchus de eadem censura loquens, ultrotributa ἀφορολόγητα uocat, proindeq; nobis huius rei erit astipulator. Illud item Liuij lib. 43. Qui publica uectigalia, aut ultrotributa conduxissent: in eandem sententiam accipiendum est. Quocirca eleganter à Seneca 4. de Benef. scriptum est, Cum uirtutem nec lucrum inuitet, nec damnum absterreat, adeoq; neminem spe ac pollicitatione corrumpat, ut cuncta in se impendere iubeat, ac sæpius in ultrotributis sit. Turnebus.

Vlua] uluæ (φαλὸς τελματικὸς) Herba palustris. Virgilius 2. Aen. 27.

Limosoq; lacu, per noctem obscurius in ulua Delitui.

Fluminea ulua. Ouid. 5. Fast. 104.
Glauca uluæ. Virg. 6. Aen. 83.
Leues uluæ. Ouid. 8. Metam. 68.
Limosa ulua. Lucan. lib. 2. 14.
Palustris ulua. Virg. 3. Georg. 35.
Steriles uluæ. Ouid. 4. Metam. 60.
Viridi ulua tectus Rhenus. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 9.

Vlubræ] pen. cor. (ὀλίβρα) Locus est in Italia, in quo nutritus est Cæsar Augustus: propter quã causam ab Horatio nominatur, quum sit desertissimus uicus. Hæc Porphyrio apud Horatium, lib. 1. epist. 11. 6.

Vacuæ Vlubræ. Iuuen. Satyr. 10. 11.

¶ Vlubranus, pen. producta. Adiect. Cic. Famil. lib. 7. epist. 12. Quid fiet porro populo Vlubrano, si tu statueris, &c. Hos uocat Plinius Vlubrenses, lib. 3. cap. 4.

Vlula] ululæ, pen. corr. (ἀγγώλη) Auis nocturnæ genus: dicta ἀπὸ τοῦ ὀδολύξαι, inquit Seruius, quod est ululare & flere. Virg. eclog. 8. 11.

Certent & cygnis ululæ, sit Tityrus Orpheus. Plin. lib. 10. cap. 12. 4. Vncos ungues & nocturnæ aues habent, ut noctuæ, bubo, ululæ.

Vlulas Athenas. Vide Noctua.

¶ Vlulo, ululas, pen. corr. (ὀδολύσσω, γοάσομαι) ululare. Canum est & furiarũ, inquit Seruius: transfertur & ad alia. Virgil. 1. Georg. 96, —— & altè

Per noctem resonare lupis ululantibus urbes. Idem lib. 4. Aen. 34,

—— summoq; ululârunt uertice Nymphæ. Sic Plin. li. 25. cap. 4. 2. Terribili Marte ululârent.

Lætis ululare triumphis. Lucan. lib. 5. 63.
Canes ululant. Virg. 6. Aen. 52.
Aedes ululant plangoribus fœmineis. Virg. 2. Aen. 98.
Flebile ululârunt ripæ. Silius lib. 6. 57.
Tristitia ululârunt Galli. Lucan. lib. 1. 114.

¶ Vlulans, pen. corr. Partic. (ὀδολύσσω) Cic. in Orat. 15. Quũ uerò inclinata ululantiq; uoce, more Asiatico, canere cœpisset, quis eum ferret?

Tumultus ululans. Virg. 11. Aen. 133.

¶ Vlulatus, pen. prod. Aliud partic. (ὀδολυγμῷ) ut,

Prælia ululata. Stat. 9. Thebaid. 195.

¶ Vlulatus, huius ululatus, pen. producta. (ὀδολυγμὸς, ὀδολυγὴ) Liu. 5. ab Vrbe, 175. Mox ululatus cantusq; dissonos uagantibus circa mœnia turmatim Barbaris audiebant. Cæsar 5. bell. Gall. 138. Tum uerò suo more victoriam conclamant, atq; ululatum tollunt. Ibid. lib. 7. 325. Et ij qui ad auxilium conuenerãt, clamore & ululatu suorũ animos cõfirmabãt.

Acutos ululatus. Vide Acuo.

Flebilis ululatus. Stat. 5. Theb. 111.
Fœminæus ululatus. Virg. 4. Aen. 134. Et 9. 96.
Insani ululatus. Claud. de bello Gildon. 27.
Querulis ululatibus impleui Idam. Ouid. epist. 5. 15.
Terrificus ululatus. Claud. 1. in Ruffinum, 27.
Tremuli ululatus. Stat. lib. 5. Sylu. 5. 14. Vlulatum dixit pro uagitu. Loquitur enim de infante.
Complere auras ululatibus. Ouid. 6. Fast. 103.
Crebris ululatibus feriunt aures. Lucan. lib. 27.
Implere montes ululatibus. Ouid. 4. Fast. 91.
Interrat auribus ululatus. Stat. 9. Theb. 30.

Vlysses] ὀδυσσεὺς, Græcorum omnium qui ad Troiam profecti sunt, sapientissimus, filius Laertæ & Autolyæ. Cuius uitam & res omnes in uita gestas scribit Homerus.

Dicimus Vlysses, Vlyssi, Vlyssi, Vlyssem, Vlysse. Itẽ Vlysseus, Vlyssei, Vlysseo, Vlyssea, Vlysseu, quatuor syllabarũ: & Vlysseus per eu diphthõgũ, Vlyssã uel Vlyssi, triũ syllabarũ. Est & uocatiuus Vlysse ab Vlysses, e producto: quẽadmodũ ab Achilles Achille. Nã quod Græcorũ alij dicunt ἀχιλλεῦ, ἀχιλλέ & ἀχιλλεῖ uel ἀχιλλεῖ, ἀχιλλέα, ἀχιλλεῦ; Dores dicunt ἀχίλλης, ἀχίλλου, ἀχιλλῆ, ἀχίλλα, ἀχίλλη. Hoc casu usus est. Ouid. epist. 11.

Hanc tua Penelope lento tibi mittit Vlysse. Idem 13 Metam. 17,

Quisq; ruit, non tu tantum terreris Vlysse,
Sed fortes etiam.

Eodem in libro sæpius etiam Achille uocandi casu usurpatum inuenies. Reliquos casus nõ omnes Latinis in usu fuisse arbitror. Nam ut Vlyssei & Vlyssi sæpius inuenio: ita Vlysseus, Vlysseo, Vlyssea, Vlysseu, nusquã. Sic Vlysses, Vlyssis, Vlyssi, Vlyssem, usitata sunt: Vlysses uocandi casu uix inuenies. Postremò Vlysses, Vlysse, Nominat. & uocatiuus, apud Græcos primæ, apud Latinos secundæ declinationis, in usu frequenti sunt: quorum genitiuus & datiuus Vlyssæ, Vlyssæ (quemadmodum usitatum est Anchisæ) à Latinis repudiati sunt.

Multa passus est Vlysses. Cic. 1. Offic. 158.
Vlysses & Nestor sapientes habiti. Cic. 5. Tusc. 11.
Vlysses simulatione insaniæ militiam subterfugit. Cicero 3. Offic. 130.
Carminibus Circe socios mutauit Vlyssi. Virg. eclog. 8. 14.
Cautum Vlyssem. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 2.
Dirus Vlysses. Virg. 2. Aen. 53.
Duplicis Vlyssei. Hor. 1. Carm. ode 6. 2.
Duri miles Vlyssi. Virg. 2. Aen. 2.
Experientis Vlyssi. Ouid. 14. Metam. 32.
Fallacis Vlyssi. Ouid. 11. Metam. 154.
Inuentor scelerum Vlysses. Virg. 2. Aen. 33.
Ithacensis Vlyssi. Horat. 1. epist. 6. 13.
Laborioso Vlyssei. Horat. Epod. 17. 4.
Vlysses Orator, Cicero de claris Orator. 19. Neque enim iam Troicis temporibus tantum laudis in dicendo Vlyssi tribuisset Homerus.
Patientis Vlyssei. Horat. 1. epist. 7. 8.
Pellacis Vlyssi. Virg. 2. Aen. 18.
Sæui terram execrantur Vlyssis. Virg. 3. Aen. 55.
Solers Vlysses. Iuuen. Satyr. 9. 7.
Ingenio Vlyssis deprensus. Ouid. 13. Metam. 61.
Socio semper confidit Vlysse. Ouidius 13. Metamorphoseos, 48.

Vlysipona] ὄλιος ἰσπάν, ὀλίσσεια πόλις, Lusitaniæ metropolis, quam hodie Lisbonam uocant, regum Portugalliæ hodie regio est. Tradit uetustas ab Vlysse conditã esse. Strabo Vlysseam appellari scribit libro 3. Aliqui Vlyssippo scribunt, alij Olyssippo, ut apud Plin. lib. 8. cap. 42. 12.

¶ Olyssipponensis, Adiectiuum (ὀλισσιπωνίδης) ut, Olyssipponense promontorium. Plin. lib. 4. cap. 21.

V M

Vmbella] Vide Vmbra.

Vmber] Vide Vmbria.

Vmbilicus] umbilici, pen. prod. (ὀμφαλὸς, πρόσμυσις, γνάθμωμα, σπιλοτύφλη) ab umbone deriuatur: Ligamentum intestinorum, quod mediam ferè plani tiem uentris obtinet: ad hoc factum, ut per eum fœtus, dum est in utero matris, nutriatur. Plin. lib. 10. cap. 52. 3. Vmbilicus ouis à cacumine inest, ceu gutta eminens in putamine.

Castrare umbilicum. Vide Castro.

¶ Vmbilicus, quicquid in aliqua re est medium. Vnde Reate oppidum, umbilicum Italiæ esse dicimus, quia in medio ferè Italiæ situm est. Cic. 6. Verr. 95. Et raptam esse Liberam, quam eandem Proserpinam uocant, ex Ennensium nemore, qui locus, q. in media est insula situs, umbilicus Siciliæ nominatur. Liu. 5. bel. Maced. 65. Aetoli umbilicum Græciæ.

Certus terrarum umbilicus. Cic. 2. de Diuin. 171. Ex poeta.

Dies ad umbilicum iam est. Plaut. Menæh. 4. 43.

Vmbilici, interprete Porphyrione, ornamenta quædam ossea, aut lignea cornéaue, umbilici nostri formam imitantia, quæ uoluminibus iam absolutis addebantur. Hinc prouerbialis figura nata, Ad umbilicum ducere, quod significat, Librum finire, atq; absoluere. Horat Epod. 14. 2,

Deus deus nam me ucetat
Incœptos olim promissum carmen, iambos
Ad umbilicum ducere. Mart. lib. 4. epigram. ult.
Obe iam satis est, obe libelle,
Iam peruenimus usq; ad umbilicos. Idem lib. 5. 6,
Nigris pagina creuit umbilicis. Et in 3. 2,
Pictis luxurieris umbilicis. Idem lib. 1. 62,
Liber umbilicis cultus atq; membrana. Erasmus. Catul. ad Varum, 19. 2,
—— chartæ regiæ, noui libri, Noui umbilici.

Binis umbilicis decoratus liber. Stat. 4. Sylu. 9. 2.

Vmbilicus, Paruus circulus in terra descriptus ad dignoscendos uentos. Plinius libro 18. capite 33. 2, Per huius mediam longitudinem duci farculo sulcum, uel cinere lineam, uerbi gratia pedũ x x. conueniet: mediamq; mensuram, hoc est, in x pede circunscribi circulo paruo, qui uocatur umbilicus.

Vmbilici, Parui ac rotundi, politiq; lapilli. Cic. 2. de Orator. 13, Non audeo dicere de talibus uiris, sed tamen ita solet narrare Scæuola, conchas eos & umbilicos ad Caietam & ad Laurentum legere consuêsse.

¶ Vmbilicatus, pen. producta. (ὀμφαλόεις) Adiectiuum, Quod umbilicos habet, uel aliquid ad umbilici similitudinem. Plinius libro 13. cap. 4. 5, Et in aluo media pleriſq; umbilicatum. De palma.

Vmbo] umbonis, penult. prod. m. g. (ἴτυς, ὀμφάλιον) Media pars clypei est. Liu. 4. ab Vrbe, 83, Assiũ gentem ibi regem, umbone resupinat. Ibi lib. 9. 222, Vmbonibus incussaq; ala sternuntur hostes.

Vmbo in gemma. Plin. lib. 37. cap. 6. 8, Arabicæ excellunt candore circuli prælucido, atq; non gracili, neq; in recessu geminæ, aut deiectu renitente, sed in ipsis umbonibus nitente, præterea substrato nigerrimi coloris.

Vmbo, Scutum: à parte totum. Virg. 9. Aen. 162,

—— nec sufficit umbo Ictibus. Ibidem, lib. 10. 177.

Fortis umbo. Lucan. lib. 6. 39.

Vmbra] umbræ (σκιαὶ, σκίασμα) Aer carens sole: quod fit alicuius corporis obiectu, præsertim nubium. Cic. 1. de Orator. 15, Nam me hæc tua platanus admonuit, quæ non minus ad opacandum hunc locũ patulis est diffusa ramis, quàm illa cuius umbram secutus est Socrates.

Nemorum altorum umbræ. Virg. 3. Georg. 104.
Aemula umbra. Vide Aemulor.
Apta umbra pastoribus. Ouid. 1. Metam. 137.
Arborea umbra. Ouid. 10. Metam. 26.
Caua umbra. Virg. 2. Aen. 72.
Densæ umbræ in montibus. Virg. 1. Georg. 69.
Dulcis umbra. Virg. 1. Aen. 140.
Exangues umbræ. Virg. 6. Aen. 81.
Frigida noctis umbra. Virg. eclog. 8. 3.
Grauis umbra. Virg. eclog. 10. 15.
Horrenti umbra nemus. Virg. 1. Aen. 34.
Ingens umbra. Virg. 2. Georg. 4.
Largæ umbræ opulenta sylua. Stat. Thebaid. 19.
Leuis umbra nemoris. Ouid. 5. Metam. 68.
Longæ umbræ. Vide Longus.
Matutinæ umbræ. Vide Matuta.
Nemorales umbræ. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 1.
Nocturnæ umbræ. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 3.
Nutrix aut nouerca umbra. Vide Nouerca.
Obscura umbra. Virg. 6. Aen. 91.
Pampinea umbra. Vide Pampinus.
Spissæ umbræ noctis. Virg. 2. Aen. 134.
Squallentes umbræ picearum. Sil. lib. 1. 17.
Sublustris umbra noctis. Virg. 9. Aen. 75.
Tremulæ umbræ. Stat. 5. Thebaid. 50.
Vacua umbra tonsoris. Horat. 1. epist. 7. 10.
Viridis umbra. Virg. eclog. 9. 3.
Nigras umbras sibi abluit terra. Lucret. lib. 4. 76.
Sacra nemus accubat umbra. Virg. 3. Georg. 67.
Blanditur populus umbra. Ouid. 10. Metam. 110.
Cadunt umbræ. Vide Cado.
Captare umbras & frigora. Virg. eclog. 2. 2.
Minax umbra coit. Valer. 2. Argon. 116. id est, Tempestas in nubibus congregatur.
Contrahit umbras dies medius. Ouid. 3. Metam. 29.
Humentem umbram polo dimouerat Aurora. Virgilius 4. Aeneidos, 2.
Nigras umbras discutit aer lucidus. Lucret. 4. 65.
Pallentes umbras discutit sol. Virg. 3. Georg. 72.
Crescentes umbras decedens sol duplicat. Virg. eclog. 2. 14.
Efficere umbram. Cels. lib. 1. cap. 2.
Per umbras ire sub nocte. Virg. 6. Aen. 54.
Foliorum umbra exuberat luxuria. Virg. 1. Georg. 39.
Facere umbram. Quint. lib. 5. cap. 10. 57.
Exiguas umbras fecerat sol altissimus. Ouid. 3. Metam. 10.
Minimas fecerat umbras sol. Ouid. 14. Metam. 11.
Incurrere in umbram. Cic. 2. de Diuin. 25.
Inducere umbras fontibus. Virg. eclog. 5. 8.
Inducit umbras terris nox. Hor. 1. Serm. Satyr. 5. 2.
Ingruit umbra uitibus. Virg. 2. Georg. 82.
Nox incoluit cælum magna umbra. Virg. 2. Aen. 51.
Ministrans umbram potantibus platanus. Virgilius 4. Georgicorum, 30.
Nocent frugibus umbræ. Virg. eclog. 10. 16.
Roriferis umbris nox terram obruit. Lucret. lib. 6. 174.
Obtexitur cælum umbra. Virg. 11. Aen. 122.
Ingentes umbras murorum porrigit campus. Stat. 12. Theb. 51.
Requiescere sub umbra. Virg. eclog. 7. 2.
Salices umbram sufficiunt pastoribus. Virg. 2. Georg. 87.
Vmbras arborum amputare. Virg. 1. Georg. 32. Vmbras, ramos arborum segetibus incumbentes.

Ne umbram quidem eius nouit. Ductum ab antiqua pictura uideri potest, quæ rem duntaxat umbris ruditer repræsentabat. Cic. ad Attic. lib. 7. 130. 2, O hominem amentem & miserum, qui ne umbram quidem unquam τῶν ἀληθῶν uiderit. Ex Erasmo.

Vmbræ, prouerbiali ioco dicebantur olim ij qui uenirent ad cõuiuium, non ipsi quidem uocati, sed comites eorum qui uocati fuerant: sic illos sequentes, uelut umbra corpus ultrò sequitur. Ad hanc paræmiam allusit Horatius 1. epist. 5. 6. ad Torquatum,

— Brutum tibi Septimiumq́;,
Et nisi cœna prior, potiorq́; puella Sabinum
Detinet, assumam. Locus est & pluribus umbris.

Idem alibi.

— cum Seruilio Balatrone
Vbidius, quos Mecœnas adduxerat umbras. id est, Vlixis troneos comites. Erasmus.

Velut umbra sequi dicitur, qui nunquã deest. Nam umbra corpus assectatur, uelit nolit. Plaut. Casina, 3. 4,

Decretũ est mihi quasi umbra quoquò ibis tute, persequi.

Vnde assectas indiuiduos, umbras uocamus, & ultro comitantes ad conuiuium. M. Tullius lib. Tusc. quæst. 1, Etsi enim nihil in se habeat gloria quur expetatur, tamen uirtutẽ tanquam umbra sequitur. Ex Erasmo.

Suam ipsius umbram metuere dicuntur, qui pueriliter trepidant, ubi nihil omnino sit periculi. Translatum uel ab his, qui fortè conspecta corporis sui umbra, subitò expauescunt. Vel à melancholicis quibusdã, qui authore Aristotele, propter oculorum imbecillos spiritus, in aere proximo, ueluti suam quandam imaginem contemplantes arbitrantur sese suos uidere manes. Socrates in Phædone Platonis, Tu uerò tuam, quemadmodum dici solet, metuens umbram: id est, Tibipsi diffisus. Cic. de Petitione Consulatus, 6, Alter uerò, quo dij boni, splendore est? primum nobilitate eadẽ, qua Catilina, num maiore? non: sed uirtute. Quamobrem qui Manius umbram suam metuit, hunc negliges quidem. Erasmus. Cic. ad Atticum, lib. 15. 329. 15, Etsi mihi uidetur iste qui umbras timet, ad eædem spectare: tamen nisi explicata solutione, non sunt discessurus.

Vmbra, & imago, cui opponitur Solida & expressa effigies. Cicero 3. Offic. 91, Sed nos ueri iuris germanæq́; iustitiæ solidã & expressam effigiem nullam tenemus, umbra & imaginibus utimur.

Vmbras falsæ gloriæ consectari. Cic. in Pisonem, 44.

Vmbra bonoris. Tacit. lib. 19.

Vmbra luxuriæ, Signum, uestigium. Cic. pro Muræna, 12.

Vmbra ueritatis, Species quædam, & quod uerisimile dicitur. Plin. lib. 30. cap. 2. 4.

Sub umbra Tribunitia delitere. Liu. 4. ab Vrbe, 179.

Vmbræ dicuntur, quas faciunt pictores, ut imagines quæ planæ sunt, solidæ uideantur. Cic. 4. Acad. 41, Quàm multa uident pictores in umbris, & in eminentia, quæ nos non uidemus?

Vmbra & imago alicuius. Cic. pro Rabirio Posthumo, 25.

Ne contagio mea bonis, umbráue obsit. Cic. 3. de Orat. 90.

Vmbræ, inferorum imagines. Virg. 6. Aeneid. 79,

Vmbrarum hic locus est, somni, noctisq́; soporæ. Tranquil. in Calig. cap. 59, Satis constat custodes hortorum, umbris inquietatos. Plin. lib. 7. cap. 57. 3, Inter inferos umbræ? Seruius in illud 4. Aen. 131,

Vixi: & quem dederat cursum fortuna, peregi,
Et nunc magna mei sub terras ibit imago. Bene, ait, imaginem dixit. Valde enim quæritur apud philosophos, quid illud sit quod inferos petat. Nam tribus constamus: Anima, quæ superna est, & originem suam petit: Corpore, quod in terram deficit: Vmbra, quã Lucretius sic definit, Supra sphæriatus lumine aer. Ergo umbra si ex corpore creatur, sine dubio perit cũ eo: nec est quicquã reliquũ de homine quod inferos petat. Sed deprehenderũt esse quoddam simulacrũ, quod ad nostri corporis effigiem fictũ inferos petat: & est species corporea, quæ non potest tangi, sicut uentus. Hinc in lib. 6. Aen. 79,

Corpora uiua nefas Stygia uectare carina. Hanc autem rem etiam Homerus requirit, simulacro Herculis apud inferos uiso. Et sciendum, simulacra hæc esse etiam eorum, qui per apotheosin dij facti sunt. Vnde aut uisi esse apud inferos, aut illuc descendisse dicuntur. Horatius de Libero, lib. 2. Carm. ode 19. 6,

Te uidit insons Cerberus aureo
Cornu decorum. Sciendum tamen, abuti poetas: & confusè uel simulacrum, uel umbram dicere. Hactenus Seruius.

Dominus umbrarum, Pluto. Ouid. 10. Metam. 4.

Rector umbrarum. Senec. Oedipo, 10. 6.

Rex umbrarum. Ouid. 7. Metam. 52.

Crudelibus occubat umbris. Virg. 1. Aen. 111.

Exangues umbræ. Stat. 1. Thebaid. 62.

Gelidæ umbræ. Ouid. 8. Metam. 100.

Imas Erebi descendit ad umbras. Virg. 6. Aen. 81.

Infernæ umbræ. Vide Infernus.

Inhumata umbra. Silius lib. 13. 89.

Pallentes umbræ. Virg. 4. Aen. 6.

Parentales umbræ. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 18.

Sæuæ. Stat. 10. Thebaid. 80.

Senilis. Ouid. 14. Metam. 24.

Silentes. Virg. 6. Aen. 53.

Stygiæ. Ouid. 1. Metam. 29.

Tenues Erebi umbræ. Virg. 4. 94.

Tristes umbræ. Virg. 5. Aen. 147.

Vltricis umbræ uanis exagitari terroribus. Quint. in Sepulcro incantato, ad finem.

Volantes noctes umbræ. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 3.

Adigere aliquem ad umbras infernas. Vide Adigo.

¶ Vmbella, umbellæ, Diminut. (σκιάδιον.)

Viridis umbella. Iuuen. Satyr. 9. 5.

Vmbella, id est, σκιάδιον, in plantis quibusdam dicitur floris seminis ue uelut pedamentum, in plures diuisum longiores pediculos: qui simul ex fastigio eodem orti, in latius continuè radiantur, singuliq́; florem uel semel sustinent in orbem circumactum: qua floris figura fœniculum, anisum, sambucus, pleraq́; alia sunt: quod quoniam umbellæ, qua solem à multis mulieres arceni, forma est, ob latitudinem circinationemq́; suam ideo umbella & σκιάζω dicitur. Cæterùm Dioscorides hanc umbellam non in origano in orbem se colligere, sed multifidam & uelut diuisam esse inquit, lib. 3. cap. 32. Dicitur & Latinè muscarium.

Vmbella & Vmbraculum, quo fœminæ arcent solis ardores. De priori est testimonium apud Iuuenal. Satyr. 9. De altero, apud Ouid. 2. Fastor. & Mart. lib. 14. epigramma. 28.

¶ Vmbro, umbras (σκιάζω, σκοτόω) umbrare, Tegendo umbrã facere. Colum. lib. 5. cap. 7. 2, Tum omnes penè uirgæ, ne urant, ne umbrent, eo tempore quo uitis putatur, abraduntur. Plin. libro 19. cap. 1. 15, Marcellus uelis forum umbrauit.

Montes umbrantur opaci. Virg. 3. Aen. 102.

Rosis umbratus dux. Claud. de bel. Gildon. 89.

Tempora umbrata quercu. Virg. 6. Aen. 155.

¶ Vmbraticus, pen. corr. Adiect. (σκιατικός) Quod est ex umbra, seu ad similitudinem umbræ.

Vmbraticus homo dictus est à Plauto in Curc. 11. 24. trapezita, qui

ta, qui in umbra sub tecto uitam agit ociosam.

Vmbraticæ literæ. Plinius epist. 179, Nos quàm angustis terminis claudamur, etiam tacente me perspicis: nisi fortè uocamus scholasticas tibi, atq́;, ut ita dicam, umbraticas literas mittere.

¶ Vmbratilis, & hoc umbratile, pen. corr. Adiectiuum (σκιώδης) ut, Vita umbratilis, & delicata. Cic. 2. Tusc. 48.

Vmbratilis exercitatio, Quæ in loco operto, atq́; adeò in umbra fit. Cic. 1. de Orat. 76, Educenda deinde dictio est ex hac domestica exercitatione & umbratili medium in agmen, in pulucrem, in clamorem, in castra atq́; aciem forensem.

Segnis mora & umbratilis. Colum. lib. 1. cap. 2. 1.

Oratio philosophorum mollis & umbratilis. Cicero in Orator. 35.

Vita umbratilis & delicata. Cic. 2. Tusc. 48.

¶ Vmbraculum, umbraculi, penultima correpta (σκίωλον) Locus compositus & tectus frondibus aut re alia quacunque ad umbram præbendam. Varro lib. 1. de re Rust. cap. 51. 2, Vbi ea re tecta & loca calida prope aream faciunt, ac umbracula quò succedant homines in æstu, tempore meridiano. Virg. 9. eclog. 8,

— & lentæ texunt umbracula uites.

Tegmen & umbraculum. Colum. lib. 3. cap. 10. 10.

Vmbracula eruditorum. Cic. de claris Orat. 18, Processerat enim in solem & puluerẽ, non ut è militari tabernaculo, sed ut è Theophrasti doctissimi hominis, umbraculis. Idem 3. de Leg. 22, Mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum, ociosq́; non modò in solem atq́; in puluerem, sed in ipsum discrimen aciemq́; produxit.

Vmbraculum, pro Vmbella mulieris qua tegitur facies ad solis calores arcendos. Ouid. 2. Fast. 62,

Aurea pellebant tepidos umbracula Soles. Idem 2. de Arte, 42. Mirt. lib. 14. 18.

Vincta umbracula sertis. Tibul. lib. 2. eleg. 6. 12.

¶ Vmbrifer, pen. corr. umbrifera, umbriferum, pen. corr. (σκιοφόρος) Ferens umbram. Cic. 1. de Diuin. 44,

Academia umbrifera. Ex poeta. Varro 2. de re Rust. cap. 8, Circiter meridianos æstus dum deferuescunt, sub umbriferas rupes, & arbores patulas subijciunt.

Fundo umbrifero Styx liuida. Stat. 1. Thebaid. 12.

Nemus umbriferum. Virg. 6. Aen. 95.

Vndæ umbriferæ fulcator. Stat. 8. Theb. 4.

¶ Vmbrosius. pen. prod. umbrosior, umbrosissimus (σκιερός) Opacus. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 17. 5, Ego locum æstate umbrosiorem uidi nunquam. Plin. lib. 16. cap. 26. 8, Fico folium maximum umbrosissimumq́;. Idem lib. 11. capite 27. 1. Virg. 8. Aen. 7,

Vmbrosa arundo.

Arbos umbrosa. Virg. 2. Georg. 14.

Cacumina umbrosa. Virg. eclog. 2. 1.

Collis umbrosus. Ouid. 2. de Arte, 84.

Nemus umbrosum. Ouid. 7. Metam. 15.

Ripa. Horat. 3. Carm. ode 1. 5.

Sylua. Ouid. 1. Metam. 139.

Tecta. Tibul. lib. 1. eleg. 4. 1.

Vallis. Virg. 3. Georg. 67.

Vmbria] ὄμβρικὸς, Regio Italiæ, quam Plinius libro 3. cap. 14. 1, in sexta regione collocat: ἀπὸ τῶ ὄμβρου, hoc est, ab imbre: quòd Vmbri à Græcis quasi Vmbrij dicantur, & omnium Italiæ populorum antiquissimi inundatione terrarum imbribus fuisse credantur. Vel dicta est Vmbria, ab umbra: quòd ea regio propter altitudinem montium & uicinitatem Appennini, umbrosa sit. Incipit Vmbria ab Appennino, & ultrà ac usq́; ad sinum Adriaticum extenditur, mul-

tis præclara uetustissimis oppidis, sed in primis Sentino, & fano Fortunæ. In ea etiam sunt Spoletum: à quo nunc ea regio, ducatus Spoletanus dicitur: Nurcia, Reate, Ameria, Tiphernum, Fulgineum, Nuceria, Asisia, Tudertum, Narnia. Trecenta Vmbrorum oppida Tusci debellasse reperiuntur. Memimit Vmbriæ Cicero 1. de Diuinatione, 152. & Lucan. lib. 2.

¶ Vmber (ὀμβρὸς) Qui est ex Vmbria. Catul. in Egnatium, 37. 3,

Aut Parcus Vmber, aut obæsus Hetruscus.

Martius Vmber. Silius lib. 10. 63.

Aper Vmber. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 8.

Mariti Vmbri rubicunda uxor. Ouid. 3. de Arte, 61.

Vmbro, umbras, Vmbrosus] Vide Vmbra.

V N

Vnà] Aduerbium (ἅμα) accuitur in fine, unà, ad differentiam ablatiui nominis Vnus: significatq́; Simul. Cic. lib. 7. 129. 2, Si in Italia Pompeius consistit, erimus unà.

Ambos unà necare. Cic. 2. de Fin. 127.

Vnà inter se. Plaut. Mil. 4. 60.

Vnà mecum. Terent. Adelph. 4. 3. 7, Sed quæso ut unà mecum ad matrem uirginis eas. Virg. 2. eclog. 7,

Mecum unà in syluis imitabere Pana canendo.

Vnà cum. Cic. de Amicit. 33, Quòd summi puerorum amores sæpe unà cum prætexta toga deponerentur.

Philosophari unà cum aliquo. Cic. 2. de Fin. 162.

Vnà, geminatum aliquando in oratione ponitur, & eandem uim habet quam cùm & tum. Cic. 1. Verr. 1, Is si mei consilij causam rationemq́; cognouerit, unà et id quod facio probabit, unà & in hac causa profectò neminẽ mihi esse præponendum actorem putabit. Sic legit Valla. at nostra exemplaria non habent secundum illud Vnà.

Dic unà pariter usq́; dum coeant. Cato cap. 160.

Vnanimis] & hoc unanime, & Vnanimus, pen. corr. (ὁμόφυχος, ἰσόψυχος, ὁμόθυμος) Adiect. Quod uniius est animi, & eiusdem sententiæ cum altero. Liu. 7. ab Vrbe, 94, Noui Consules fœnebrem quoq́; rem, quæ destinere unanimos uidebatur, leuare aggressi, &c. Virg. 4. Aen. 2,

Quum sic unanimem alloquitur malè sana sororem.

Fratres unanimes. Catul. ad Veranium, 9. 1.

Sodales unanimi. Catul. ad Alphenum, 28. 1.

¶ Vnanimitas, pen. corr. unanimitatis, f. g. (ὁμοψυχία) Consensus, æquanimitas. Plaut. Truc. 3. 58,

— proh dij immortales, non
Amantis mulieris, sed sociæ unanimitatis fidentis fuit
Officium facere. Liu. 10. bel. Maced. 30, Mihi, Antiocho, & cuilibet regum huius ætatis nulla re magis quàm fraterna unanimitate regnum æquasse.

Vncia] unciæ (οὐγκία) Exiguæ mensuræ genus. Dicta quòd una sit ex duodecim partibus assis. Plaut. Menæch. 12. 3,

Atq́; huic ut addas auri pondo unciam. Idem Rud. 22. 6,

Neq́; piscium ullam unciam pondo hodie
Cepi. Cic. ad Att. lib. 13. 295. 4, Mortuus enim Babulius. Cæsar, opinor, ex uncia. elsi nihil adhuc. sed Lepta et triente.

Vncia agri, Duodecima pars iugeri. Varro 1. de re Rustica, capite 10. 2.

Vncia in mensuris uocatur duodecima pars pedis. Nos pollicem dicimus. Vnde Plin. lib. 15. cap. 24. 1, Latitudo pollicaris, quæ & uncialis. Frontinus de aquæductibus, Est autem digitus, ut conuenit, sextadecima pars pedis, uncia duodecima. Vide Budæum lib. 5. de Asse. Vide etiam Libra. Celsius libro 5. capite 17, Sed & antea scire uolo in uncia pondus denariorum septem esse.

¶ Vnciola, unciolæ, penult. corrept. Diminutiuum (ὀγκιάδιον)

Διαν) Iuuenalis Satyr.1.5,

Vncia, Duodecim pars sextarij. Vide Sextarius Romanus, in Sex. Vncia usura, Quæ duodecima pars est centesimæ, & huius uelut assis uncia una. Scæuola l. Titium. §. præfectus. ff. de aminist. & peric. tutorum,

Vnciolam Proculeius habet, sed Gillo deuncem.

¶ Vnciatim, penultima producta, Aduerbium (κατ' ὀγκίαν) Terent. Phorm. 1.1.9,

— quod ille unciatim uix de demenso suo,
Suum defraudens genium comparsit miser, &c. Plinius libro 28. capite 9.16, Datur & phthisicis unciatim, cum uini ueteris hemina decocta, donec tres unciæ è toto residant.

¶ Vnciarius, Adiectiuum (ὀγκιαῖος) ut, Lex unciaria, apud Festum.

Vnciarium fœnus, Omnium minimum quod ex centum unciam tantum in annum reddebat. Liuius 7. ab Vrbe, 68, De unciario fœnore à M. Duellio, L. Menenio Trib. pleb. rogatio est perlata.

Vnciaria stips, Duodecima assis pars, omnium minima moneta. Plin. lib. 34. cap. 5.3.

Vnciariæ uites, Quæ ita dispositæ erant, ut inter quamlibet uitem unius iugeri uncia interuallum æquale faceret. Colū. lib. 3. cap. 2.1.

¶ Vncialis, & hoc uncíale, penul. prod. (ὀγκιαῖος & ὀγκιαῖον) Quod ad unciam pertinet: uel quod est unius unciæ.

Vncialis assis, Qui unciam tantum ualebat. Plinius libro 33. capite 3.7, Quin. Fabio Maximo Dictatore asses unciales facti.

Vncialis altitudo. Plin. lib. 18. cap. 16.5.

Literæ unciales. Hieronymus in Præfatione libri Iob, Habeant qui uolunt ueteres libros, uel in membranis auro argentoq; descriptos, uel uncialibus (ut uulgò aiunt) literis onerà magis exaratà quàm codices. Vnciales literas Hieronymus intelligi uoluit pollicis crassitudine exaratas. Budæus de Asse, lib. 1.

Vnctum] Vide Vngo.

Vncus] unci (ὄγκινος) Fustis ab uno latere incurrus, ac se se retorquens: quo instrumento puniebantur damnati. Iuuen. Satyr. 10.7,

— impactus Seianus ducitur unco. Plin. in Paneg. 53, Nemo spectator spectaculum factus miseras uoluptates unco, & ignibus expiauit. A Græco sit: Græci enim ὀγκοῦσθαι, exturbare & intumescere dicunt: & ὄγκον, tumorem: à quo ὄγκινον, uncum siue uncinum: quòd ubi incuruatur, quodãmodo intumescere atq; extuberare uideatur. Cic. pro C. Rabirio perduel. reo, 11, Nos à uerberibus, ab unco, à crucis deniq; terrore, neq; res gestæ, neq; acta ætas, neque nostri honores uindicabunt? Idem 1. Philipp. 3, Vncus impactus est fugitiuo illi qui in C. Marij nomen inuaserat. Colum. libro 3. cap. 18.2, Et uelut uncus infixus solo, antequam extrahatur, prærumpitur.

Ferreus uncus. Liu. 10. bell. Pun. 42.

Naualis uncus, Harpago. Valer. 8. Argon. 60.

Seuerus uncus. Horat. 1. Carm. ode 35.4.

¶ Vncus, Adiectiuum, Incurrus (γάμψ & ὀγκινοειδὴς) Colum. libro 7. capite 11.2, Atque uncis digitis alterum quoque testiculum educito. Plinius libro 11. capite 37.50, Aquaticis unci ungues sunt.

Læuus & Vncus, contraria sunt apud Lucret. lib. 2.86.

Aera unca. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7.2. id est. Hami.

Aratrum uncum. Virg. 1. Georg. 4.

Cauda unca minatur scorpius. Ouid. 5. Metam. 75.

Cornibus uncis ferit taurus. Propert. lib. 2. eleg. 5.4.

Dente unco recluditur tellus. Virg. 2. Georg. 85.

Hami unci. Ouid. 15. Metam. 96.

Labrum uncum. Propert. lib. 4.119.

Morsu unco naues alligat anchora. Virg. 1. Aen. 35.

Ora unca. Stat. 3. Theb. 107. De aquilis.

Pedes unci. Virg. 3. Aen. 47.

Retinacula unca. Stat. 3. Sylu. 2.7.

Vnguibus uncis timendæ uolucres. Lucret. lib. 5.7.

Vomer uncus. Virg. 2. Georg. 44.

¶ Vncinatus, pen. prod. (ὀγκινωτὸς) Aliud adiect. Vncinis armatum. Cicer. 4. Acad. 27, Nec ut ille qui asperis & læuibus, & hamatis uncinatisq; corporibus concreta hæc esse dicat interiecto inani.

Vnda] undè (ὕμα, ῥοῦμα, πυνδάδιον, πλημμύριον, ῥόθιον) Propriè pars aquæ in se collecta, & in unam partem tendens, ut quum fluctuat mare: dicta, quòd sit una, & in se coacta. Cic. 10. Philipp. 274, O spectaculum illud non modò hominibus, sed undis ipsis & litoribus luctuosum, cedere è patria seruatorem eius, manere in patria proditores. Apud Plautum in Milite, 9.33,

Vndarum plenum mare.

Vnda ponitur pro aqua, ut pars pro toto. Ouidius 1. Metamorphos. 5,

— & terris abscidit undas. hoc est, Mare à terra separauit.

Aeriæ undæ, Nubes. Lucret. lib. 2.31.

Cæcis erramus in undis, Tenebricosis. Virg. 3. Aen. 40.

Deformis unda Stygis. Senec. Thyeste, 8.9.

Dulces undæ. Virg. 2. Georg. 49.

Flauæ undæ. Claud. 1. in Ruffin. 18,

Acrius Harpyijs, flauis incertius undis.

Fluctiuaga unda. Stat. 1. Thebaid. 54.

Formosæ undæ. Propert. lib. 1. eleg. 19.9.

Gelida unda perluor. Hor. 1. epist. 15.1.

Grata unda siti. Ouid. 2. de Remed. amor. 2.

Inertes undæ. Lucan. lib. 6.22.

Innabilis unda. Ouid. 1. Metam. 4.

Innatare undam. Vide Innato.

Lapidosæ undæ. Ouid. 15. Metam. 5.

Limosæ undæ. Sil. lib. 8.120.

Liquidæ undæ. Virg. 5. Aen. 172.

Mendax unda scrupeis uadis. Senec. Agamem. 6.34.

Minax unda. Horat. 1. Carm. ode 12.7.

Molles undæ. Lucret. lib. 2.76.

Nigræ undæ. Lucret. lib. 3.170.

Nitidis undis argenteus fons. Ouid. 3. Metam. 82.

Opaca unda. Ouid. 14. Metam. 66.

Præceps unda. Stat. 6. Thebaid. 155.

Vnda prima præli, Prima olei prælo expressi fluxio. Plin. lib. 15. cap. 4.

Rapax. Ouid. 8. Metam. 111.

Rapida. Ouid. 7. Metam. 2.

Rauca unda. Ouid. 11. Metam. 157.

Recuruatæ undæ. Ouid. 2. Metam. 50.

Sæuæ undæ. Lucret. lib. 5.5.

Salsæ undæ. Lucret. lib. 6.179.

Salubris unda. Ouid. 1. de Arte, 25.

Sequaces undæ, Malæ. Virg. 5. Aen. 39.

Silens unda, Quieta. Valer. 5. Argon. 105.

Spumea. Virg. 10. Aen. 42.

Spumosa. Virg. 6. Aen. 35.

Stygiæ undæ. Vide Styx.

Tacita unda. Virg. 8. Aen. 18.

Tarda unda innabilis palus. Virg. 4. Georg. 96.

Tenui unda pellucidus fons. Ouid. 3. Metam. 33.

Tepidæ undæ. Ouid. 2. Metam. 54.

¶ Torrentem undam leuis innatat aluus. Virg. 2. Georg. 91.

Tremulæ undæ. Claud. 2. de raptu Prof. 1.

Tristi unda amabilis palus. Virg. 6. Aen. 88.

Viga unda. Ouid. 8. Metam. 120.

Veloces undæ. Lucan. lib. 1.88.

Vtreæ undæ. Ouid. 5. Metam. 10.

Volucris unda. Valer. 5. Argon. 86.

Agitata uentis unda. Senec. Agamem. 6.16.

Albescentes undæ. Sil. lib. 8.90.

Alludentes undæ. Ouid. 4. Metam. 69.

Hyems asperat undas Aquilonibus. Virg. 3. Aen. 57.

Conticuêre undæ. Ouid. 5. Metam. 115.

Currens unda. Ouid. 3. Amor. eleg. 16.7.

Curuata in montis faciē circumstetit unda. Virg. 4. Georg. 73.

Decrescentes undæ. Ouid. 1. Metam. 70.

Debiscens unda terram inter fluctus aperit. Virg. 1. Aen. 23.

Desilire in undas. Ouid. 2. Fast. 23.

Despumare undam tepidi aheni. Virg. 1. Georg. 90.

Diuulsa remis sonat unda. Ouid. 8. Metam. 28.

Dare uela per undas. Virg. 5. Aeneid. 158.

Concussas Triton exasperat undas. Ouid. 2. Amor. eleg. 11.6.

Indomitas undas exercet Auster. Horat. 4. Carm. ode 14.4.

Exultantes undæ. Ouid. 13. Metam. 189.

Feruentes æstibus undæ. Ouid. 14. Metam. 10.

Haurire undam ab omnibus. Stat. 1. Sylu. 2.52.

Vnda impellitur unda. Ouid. 15. Metam. 37.

Incanescit unda spumis. Catull. Argon. 59.3.

Inhorruit unda tenebris. Virg. 3. Aeneid. 39.

Insilire undis. Ouid. Metam. 29.

Insonuit unda. Ouid. 4. Metam. 138.

Intremuêre undæ. Virg. 3. Aeneid. 135.

Labentes undæ. Ouid. 5. Metam. 78.

Ludunt per undas delphines. Virg. 5. Aen. 119.

Morgitur unda delphinus. Vide Mergo.

Placidis undis natare. Ouid. 13. Metam. 190.

Proijcere aliquem in undas. Virg. 5. Aeneid. 172.

Rapere currus suspensos per undas. Cic. 2. Tuscul. 113.

Ridentes undæ, Nitentes & tranquillæ. Lucret. lib. 5.201.

Satiare ora unda. Stat. 3. Thebaid. 91.

Incursu undarum sonat unda. Ouid. 11. Metam. 100.

Spumans unda. Virg. 4. Georg. 106.

Stridentes undæ. Lucan. lib. 9.174.

Subsiduit undæ. Virg. 5. Aeneid. 163.

Surgentes undæ. Virg. 6. Aeneid. 71.

Vndæ comitiorum, per translationem, Varia sententiarũ multitudo, quibus ueluti undis inare, ita etiam comitia feruere uidentur. Cic. pro Plancio, 12, Sin hoc persæpe accidit, ut & factos aliquos, & nõ factos esse miremur: si cãpus, atq; il le undæ comitiorum, ut mare profundum & immensum sic efferuescunt quodam quasi æstu, ut ad alios accedant, ab alijs autem recedant: in tanto nos impetu studiorum & motu temeritatis modum aliquem & consilium & rationem requiramus?

Bellorum undæ. Claud. 2. in Eutrop. 102.

Vnda, Pro hominum multitudine. Virg. 2. Georg. 93,

Si non ingentem foribus domus alta superbis
Mane salutantum totis uomit ædibus undam.

¶ Vndo, undas (κυμαίνω, κύμαπίζω, κυμαπόω) undare, Vndas facere. Cic. 2. de Natur. deor. 119,

Subter radices penitùs undanti in freto
Molem ex profundo saxeam, aut cælum erili. Ex poeta.

Galea undans fletu. Stat. 2. Thebaid. 127.

Vndans bello Nilus. Virg. 3. Georgic. 6. Seruius, quasi non undas, sed bella portans, propter Antonij & Cleopatræ grauissimum prælium.

Curis undare. Valer. 5. Argon. 61.

Vndans Aetna. Virg. 1. Georg. 95. Vndæ modo flammas euomens. Seruius.

Fumus undans puluere. Virg. 2. Aeneid. 132.

Vndantia lora: id est, Largè effusa. Virg. 5. Aeneid. 61.

Habenæ undantes. Virg. 12. Aeneid. 95.

Vndantem chlamydem facere. Plaut. Epid. 9.52.

Vndare, pro Vndare facere. Stat. 1. Achil. 18,

Quum tuus Aeacides tepido modò sanguine Teucros
Vndabit campos, &c. hoc est, Inundabit.

¶ Vndabundum, mare (κυμαπίδεσα θάλασσα) apud Gellium dicitur, Abundè undas faciens, lib. 2. cap. 30. Sed mare est etiam atq; etiam undabundum.

¶ Vndans, pen. prod. Adiect. (κυμαπώδης) ut, Vndatum imbricatum concharum genus. Plin. lib. 9. cap. 33.2.

¶ Vndatim, pen. prod. Aduerb. (κυμαπηδὸν) Ad similitudinem undarum. Plinius lib. 36. cap. 7.2, Augustum undatim crispum in uertices: Tiberium sparsim conuoluta canitie. Idem lib. 13. cap. 15.5.

¶ Vndosus, pen. prod. Adiect. (κυμαπώδης, κυμαπίας) Vndis plenum: ut, Vndosum mare.

Aequor undosum. Virg. 4. Aeneid. 63.

Plemmyrium undosum. Virg. 3. Aeneid. 138.

Regna undosa, Fluuius. Silius lib. 5.5.

¶ Vndisonus, pen. corr. Adiect. (ῥόθιος) ut,

Aequor undisonum. Virg. 4. Aeneid. 63.

Dij undisoni. Propert. lib. 3. eleg. 21.4.

Rupes undisonæ. Stat. 1. Achil. 40.

¶ Vndulatus, pen. prod. Adiect. (κυμαπειδὴς) Vndulata uestis, quæ fit ex hircorum & caprarum pilis, potius quàm lanis: quòd ad undarum similitudinem picta fit. Varro de uita pop. Rom. lib. 1, Et à quibusdam dicitur esse uirginis Fortunæ simulachrum, ab eo quòd duabus undulatis togis est opertum, perinde ut olim reges nostri undulatas & prætextatas togas soliti sunt habere. Nonius, Varro, inquit, undulatũ nouè pro puro posuit. Plin. lib. 8. cap. 48.6, Vndulata uestis primò lautissimis fuit, inde soriculata defluxit.

Vnde] Aduerb. (πόθεν, ὁπόθεν, ἔθεν, ὁθούνεκα) Ex quo loco: interrogatiuè & infinitè accipitur. Terent. Eunuch. 2.3.13,

— quid tu es tristis? quidue es alacris?
Vnde is? CH. ego nescio hercule. Hic tamen Donatus interpretatur Vnde, pro Ad quid. Idem Adelph. 3.2.4,

Tot res repentè circumuallant, unde emergi non potest.

Cic. pro Cecin. 63, Vnde tu. hoc uerbum Vnde, utrunq; declarat, & ex quo loco, & à quo loco. unde deiectus est Cecinna? ex urbe. unde deiecisti? ab urbe. unde deiecti Gallis à Capitolio. unde qui cum Graccho fuerunt? ex Capitolio.

Inde, unde. Author ad Heren. lib. 1.14, Rem breuiter narrare poterimus, si inde incipiemus narrare, unde necesse erit.

Eloquentia unde longè absum. Cic. de claris Orat. 177.

Vnde, A' cuius domo: uel, Cuius est? Terent. Andr. 4.5.9,

Ebo Mysis, puer hic unde est? quisue huc attulit? Idem Eunuch. 2.3.29,

Quid uirgo, cuia est? CH. nescio hercle. P. unde est? CH. tantundem. Idem Andria, 4.5.11.

Vbi, quis, & unde. Cic. 4. Verr. 137, Ego instare, ut mihi responderet ubi esset, quis esset, unde esset, &c.

Vnde, Ex qua re. Terent. Adelph. 1.2.42, — est dijs gratia.
Et unde hæc fiant, & adhuc non molesta sunt. Cicero de Arusp. respons. 26.

Vnde, A' quo homine. Virg. 1. Aeneid. 2,

—genus unde Latinum. Terentius Eunuch. 1. 2. 35,
—è prædonibus
Vnde emerat. Cic. 1. de Orat. 35, De ea multo dicat ornatius, quàm ille ipse unde cognôrit.
Hem mea lux, meum desiderium, unde omnes opem petere solebant. Cic. Terent. lib. 14. 2. 5.
Vnde, A latere. Plautus Casina, 8. 25,
Vide quod scriptum unde uillicus est.
Vnde, Ad quid. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. ad finem,
Vnde mihi lapidem? quorsum est opus? unde sagittas?
Vnde gentium. Idem quod unde. Plaut. Asina. 3. 78,
Face id ut paratum iam sit. I. unde gentium? Idem Cistel. 9. 16,
Nam obsecro unde hæc gentium?
Vnde, Quomodo, qua ratione, ex qua re. Terêt. Andr. 3. 2. 31,
Vnde id sciis? D. audiui, & credo. Cic. 1. Acad. 12, Nec erat unde studiosi scire possent.
Vnde iste amor tam improuisus, ac tam repentinus? Cic. 2. de lege Agrar. 63.
Verbum unde quisquam possit offendi. Cic. pro Scylla, 54.
Non recordor unde ceciderim, sed unde surrexerim. Cic. Attic. libro 4. 8 5 14.
Vnde domo? id est, de qua ciuitate? Virg. 8. Aeneid. 23,
Quî genus? unde domo? pacémne huc fertis, an armà? Seruius.

¶ Vndecunq; Aduerb. (ὁθενῦν, ὁπόθεν ἤ πόθεν) Ex quocunq; uel quolibet loco. Plin. in Paneg. 133, Postremò uelociſſimi ſyderis more omnia inuiſere, omnia audire, & undecunq; inuocatum, ſtatim numen uelut adeſſe & aſſiſtere.

¶ Vndelibet, penul. corr. Aduerbium (ὅθεν βούλει) Author ad Herennium, lib. 4. 24 2, Aſt iſtud quidem facilè fuit undelibet inuenire.

Sequentia, ab Vnus compoſita ſunt.

Vndecentum] ἑνὸς δέοντος ἑκατόν, Quaſi uno dempto de centum. Plinius lib. 7. cap. 60. 3, Paruerunt tamen ei annis undecentum.

Vndeceni] pen. prod. undecinorum, Adiect. (ἑνδεκάς) Idem quod undecim. Plin. lib. 36. cap. 8. 5, Idemq; digreſſus inde, ubi fuit Mneuidis regia, poſuit alium, longitudine undecenis pedibus, per latera cubitis quatuor.

¶ Vndecies, Aduerb. (ἑνδεκάκις) Cic. 4. Ver. 13, H- 8 undecies numeratum eſſe, ut eam cauſam, in qua tenuiſſima quidem dubitatio poſſet eſſe, iſto cognoſcente obtineret. Martial. lib. 5. 126,
Vndecies una ſurrexi zoile cœna,
Et mutata tibi ſyntheſis undecies.

¶ Vndecimus, pen. corr. Adiectiuum (ἑνδέκατος) Quaſi unum & decem. Plin. lib. 11. cap. 54. 1, Duraſſe & ultra undecimum diem pleroſque.

Vndecimis] huius undeciremis, pen. prod. (ἑνδεκήρης) Nauis undecim remorum ordines habens. Plin. lib. 26. cap. 40. 4, Maxima ea in Cypro traditur ad undeciremẽ Demetrij ſucciſa centumtriginta pedum longitudinis, craſſitudinis uerò ad trium hominem complexum.

Vndeni] pen. prod. undenorum, Adiect. (ἑνδένα) Vndecim. Plin. lib. 11. cap. 25. 5, Pariuntur autem undeni. Idem libro 8. cap. 42. 9. Partum in eo genere undenis menſibus ferunt, duodecimo gignunt. De equis.

Vndeoctoginta] ὀγδοήκοντα ἑνὸς δέοντες, natos annos. Horat. Serm. Satyr. 3. 24.

Vndequadraginta] τεσσαράκοντα ἑνὸς δέοντες, Adiect. indeclinabile. Liu. 5. bel. Pun. 174, Ad mille cccc. Carthaginienſium cæſi, undequadraginta uiui capti.

Vndequadragies] Aduerb. (ἑνὸς δέοντες τεσσαρακοστάκις) Plin. lib. 7. cap. 25. 2, Solus M. Marcellum tranſgreſſus, qui undequadragies dimicauerat.

Vndequinquaginta] Adiectiuum indeclinabile. Liu. 7. bell. Maced. 249, In eo triumpho undequinquaginta coronæ aureæ translatæ ſunt.

Vndequinquageſimus] pen. cor. (ἑνὸς δέοντες πεντηκοστός) Adiect. Cic. pro lege Manil. 24. Ipſe autem ut à Brundiſio profectus eſt, undequinquageſimo die totam ad imperium pop. Rom. Ciliciam adiunxit.

Vndeſexaginta] ἑνὸς δέοντες ἑξήκοντα, Adiect. indeclinabile. Plin. lib. 36. cap. 15. 23, Adiecit ipſe in Aedilitatis ſuæ commemoratione & ludos undeſexaginta diebus factos. Liu. 3. bell. Pun. 227.

Vndetrigeſimus] pen. corr. (ἑνὸς δέοντες τριακοστός) Adiectiuum. Liu. 5. bell. 199, Anno octauo poſtquam in Hiſpaniã uenerat Cn. Scipio, undetrigeſimo die poſt fratris mortem interfectus eſt.

Vndeuicesimus] pen. cor. (ἑνὸς δέοντες εἰκοστός) Adiect. Cic. de Senect. 13, Anno enim undeuicesimo poſt eius mortem hi Conſules T. Flaminius & M. Attilius facti ſunt.

Vndeuiginti] ἑνὸς δέοντες εἴκοσι, Adiectiuum indeclinabile. Cic. de claris Orat. 122. Vndeuiginti annos natus erat eo tempore.

Vndique] pen. corr. Aduerbium (πανταχόθεν, παντοχόθεν, πανταχοῦ) In omnes partes, uel potius Ex omni parte. Cic. 5. Verr. 126, Teſtis eſt tota prouincia, propterea quòd undiq; ad emendas decumas ſolent eò conuenire. Idẽ de Fin. lib. 5. 46, Quod ita interpretemur, uiuere ex hominis natura undiq; perfecta & nihil requirente.

Locus ſeptus undiq; Cic. 7. Verr. 55.
Cogunt auxilia undiq; Virg. 8. Aeneid. 2.
Vndique aliquem proripere. Cic. 7. Verr. 126.
Aut undique religionem tolle, aut uſquequaq; conſerua. Cic. 2. Philip. 107.
Honeſtas undiq; perfecta atq; abſoluta. Cic. 5. de Fin. 123.
Mundus perfectus undiq; eſt. Cic. 2. de Natur. deor. 53.
Vndiq; Ex omni genere. Cic. 5. Tuſc. 125, Sic uita non ſolùm ſi undiq; referta bonis eſt, ſed ſi multo maiore & grauiore ex parte bona propendent, beata rectè dici poteſt.
Ex omni genere, & undiq; Cic. pro Seſtio, 103, Non ſum tam ignarus Iudices cauſarum, non tam inſolens in dicendo, ut omni ex genere orationem aucuper, & omnes undiq; floſculos carpem ac delibem.

¶ Vndiqueuerſum. Solinus cap. 53, Cremutius author eſt, has eaſdem anno quinto in Aethiopia cateruatim coire, & undiqueuerſum quouſquam gentium ſint, ad regiam Memnonis conuenire. De auibus Memnonijs.

Vndiq; ſecus. Solinus cap. 40, Locus uiret undiq; ſecus agris arentibus.

Vnedo] pen. corr. unedonis, pen. prod. f. g. (λώμαρος) Arboris genus: cuius fructus etiam unedo dicitur, quòd unũ pomum tantùm edatur, & nunquam ad aliud edendum, uno abſorpto, recurramus. Plin. lib. 15. cap. 24. 3, Aliud corpus eſt terreſtribus fragis, aliud congeneri eorũ unedoni: quod ſolum pomum ſimile fructui terræ gignitur. Arbore ipſa fructicoſa: fructus anno matureſcit, pariterq; floret ſubnaſcens, & prior coquitur. Vide Arbutus.

Vngo] ungis, unxi, unctum (χρίω, ἀλείφω, σπαργανόω) ungere: & Vnguo, unguis, ungui, unctum, unguere, ſecundum Priſcianum: Quaſi unum agere. Vngendo enim copulatur atq; unitur caro. Cato cap. 72, Piſce liquida cornua infima unguito. Sic cap. 8. & 95.
Tractare, tergere, unguere. Cic. in Parad. 46.

Vngi

Vngi oliuo. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 25.
Vngi ex ceruſſa. Celſ. lib. 5. cap. 28.
Vngere unguentis. Cic. 6. Verr. 69.
Vngi & accumbere. Cic. ad Att. lib. 13. 298. 3, De Mamurra non mutauit, unctus eſt, accubuit, ἐμυστιλλᾶ agebat.

¶ Vnctus (χριστὸς) Particip. ſiue Nomen ex participio.
Capillis unctis puer. Horat. 1. Carm. ode 29. 2.
Vnctus cruore, apud Horatium 2. Carm. ode 1. 1.
Manus uncta. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 16.
Oluſcula uncta pingui lardo. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 13.
Vnctus Squallido opponitur, Martiali.
Vnctior loquendi conſuetudo. Cic. de claris Orat. 38. Vide Conſuetudo, in Conſuesco.

¶ Vnctito, unctitas, pen. corr. (ἀλειφομαι) unctitare, Frequentatiuum. Plaut. Moſt. 4. 117,
Nam iſtæc ueteres quæ ſe unguentis unctitãt, interpoles.

¶ Vnctiuſculus, pen. corr. (ὑπαλειπτόρος) Diminut. ab Vnctus adiectiuo. Plaut. Pſeud. 4. 83,
Nunc tua etiam eſt mihi hodie & tuorum opera conſeruorum caput Nitidiſſimum, ac non ipſe ego pulmento utor magis unctiuſculo.

¶ Vnctio, unctionis, pen. prod. Verbale (ἀλοιφή) Plaut. Stich. 4. 73, Vel unctiones Græcas ſudatorias. Cic. 2. de Orat. 13, Philoſophum omnes unctionis cauſa reliquerunt.

¶ Vnctor, unctoris, pen. prod. (ἀλείπτης) Aliud uerbale Qui ungit. Mart. lib. 7. 31,
Sordidus unctor. Cic. ad Gallum, lib. 7. 25. 5, Ille autem, qui ſciret ſe nepotem bellum tibicinem habere, & ſarbonum unctorem, diſceßit à me.

¶ Vnctura, uncturæ, pen. prod. (ἄλειμμα) Idem quod unctio. Cic. 2. de Leg. 95, Hæc præterea ſunt in legibus de unctura, quæ ſeruilis unctura tollitur, omniſq; circumpotatio.

¶ Vnctorius, Adiect. (ἀλειμματικὸς) ut, Vnctorium hypocauſton, Vbi ſeruabatur oleum ad unguendum opportunum. Plin. epiſt. 17. lib. 2.

¶ Vngentum, quod & Vnguentum dicitur (μύρον, μύρου, χρῖσμα) Non eſt medicamentum, ut uulgus exiſtimat, & tenax illa compoſitio qua chirurgi utuntur ad uulnera curanda: ſed commiſtio diuerſorum odorum, addito oleo aut balſamo, aut aliquo pingui, ad unguenda corpora, deliciarum & luxuriæ cauſa inuenta. Plaut. Moſtel. 2. 41,
Non omnes poſſunt olere unguenta exotica. Pomponius tamen Iuriſconſ. titulo De auro, argento, mundo, ornamentis, l. argumento, ſcribit unguenta eſſe, quæ ualetudinis cauſa comparantur: ſed hæc magis medicamenta dicuntur. Horat. 2. Carm. ode 7. 5,
—funde capacibus Vnguenta de conchis.
Compoſitio unguentorum, conditio ciborum. Cicero 2. de Natura deorum, 220.
Aderant unguenta, coronæ, incendebantur odores. Cic. 5. Tuſcul. 86.
Craſſum unguentum. Horat. de Arte, 76.
Lepidum unguentum. Vide Lepidus.
Nardinum unguentum. Vide Nardus.
Moritur ſuis horis unguentum. Vide Morior.
Nitere unguentis. Vide Niteo.
Perfricare caput ſuum unguento. Cic. 5. Verr. 50.
Stillant unguenta capillo. Tibull. lib. 1. eleg. 7. 11.
Vnguentum non recepit, ut, ſicut nec Vngo, authore Seruio.

¶ Vnguentatus, pen. prod. Adiect. (μυρωμοῦχος) Catul. in Epithal. Iuliæ, 56. 29,
Diceris malè à tuis
Vnguentatẽ glabris marite Abſtinere.

¶ Vnguen, unguinis, pen. corr. neu. gen. (ἄλειφαρ) Idem quod Vnguentum: Significat omnem ſuccum ex quo aliquid unagi poteſt. Varro 2. de Reruſt. cap 9. 12, Quidam tucibus Græcis in aqua tritis perungunt aures, & inter digitos, quòd muſcæ & ricini, & pulices ſoleant (ſi hoc unguine non ſis uſus) ea exulcerare. Colum. lib. 6. cap. 32, Vnguine ceti. Idem lib. 6. cap. 33, Pice & oleo uel unguine miſtis.
Pingues unguine ceræ. Virg. 3. Georg. 90.
Craſſo uitiarunt unguine pultes. Perſ. Satyr. 6. 4.
Caldum unguen. Cato cap. 89.
Pingui fluit unguine tellus. Valer. 6. Argon. 73.

¶ Vnguinoſus, pen. prod. Adiect. (ἀλειφατώδης) ab unguine: ut, Vnguinoſum medicamentum. Plin. lib. 13. cap. 1. 13. Idem lib. 23. cap. 8. 5, Sunt autem recentes nuces iuglandes iucundiores, ſiccæ unguinoſiores, & ſtomacho inutiles.

¶ Vnguentarius, unguentarij, m. g. (μυροπώλης, μυρεψὸς) uel Vnguentaria, unguentariæ, Qui uel quæ unguenta conficit ac uendit: à Græcis Myropola dicitur. Cic. 1. Offic. 210, Ade de hoc ſi placet, unguentarios, ſaltatores, totumq; ludum talarium. Plin. lib. 8. cap. 5. 4, Et unguentariam quandam dilectam Iuba tradit. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 46,
—pomarius auceps,
Vnguentarius, ac Tuſci turba impia uici.

¶ Vnguentaria, unguentariæ (μυρεψική) Ars ipſa conficiendorum unguentorum. Plaut. Pœn. 9. 90,
Vt balneator faciat unguentariam.

¶ Vnguentarius, Adiect. (μυρεψικὸς) Quod ad unguenta pertinet: ut, Vnguentaria uaſa. Plin. lib. 36. cap. 8. 1.

Vnguilla] unguillæ. Solinus cap. 40, Vulgus ſimiarũ in his eſt, quas paſſim uidemus non ſine ingenio æmulandi, quo ſilicius in manus ueniunt. Nam dum auidè uenantium geſtus affectant, relicta conſultò uiſci unguilla, quod mendacio ſactum uident oculos ſuos oblinunt: ita uiſu obducto, pronum eſt eas corripi.

Vnguis] huius unguis, maſc. g. (ὄνυξ) Ablatiuum habet ungue, & ungui, apud Catullum in Carm. nupt. 57. 9. Proprie eorum animalium eſt, quæ digitos habent ſeparatos: ut ſunt homines, ſimiæ, aues. Plin. lib. 11. cap. 45. 5, Vngues ſimiæ imbricati ſunt, hominibus lati, rapacibus unci, cæteris recti, ut canibus, præter eũ qui à crure pleriſq; dependet. Terent. Eunucho, 4. 3. 6,
Vt ego unguibus facilè illi in oculos inuolem uenefico.
Acuti ungues. Iuuen. Satyr. 5. 5,
—cuſtos affixus ibidem,
Qui numeret gemmas, unguesq; obſeruet acutos.
Adunci ungues. Plin. lib. 10. cap. 11. Vide Aduncus.
Formoſi ungues. Propert. lib. 3. eleg. 8. 2.
Quini ungues. Ouid. 2. Metam. 135.
Recuruus unguis. Stat. 3. Thebaid. 103.
Rigidus unguis. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 1.
Scaber unguis. Ouid. 3. de Arte, 56.
Validi ungues. Valer. 1. Argon. 32.
Tenui ungui carptus flos. Catull. in Carm. nupt. 57. 9.
Inſanis unguibus diripere artus. Ouid. in Ibin, 120.
Ire unguibus in uultus alicui. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 13.
Aduncis unguibus iras exercent uolucres. Ouid. 13. Metamorphoſeos, 124.
Fœdans ora unguibus. Virg. 12. Aeneid. 175.
Lacerare unguibus. Vide Lacer.
Hamatis unguibus laniare ora alicuius. Ouid. 12. Metam. 113.
Notare genas ungue. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 10.
Curuis unguibus petere uultus alicuius. Horat. Epod. 5. 20.
Ponere ungues. Horat. de Arte, 60.
Purgare ungues cultello. Horat. 1. epiſt. 7. 10.
Nigris unguibus rapit hydrum cornus. Ouid. 2. Faſt. 52.

Prætè sectus unguis, Horat. 1. epist. 1. 21.
Subsecare ungues docta manu. Tibull. lib. 1. eleg. 8. 3.
Vncis unguibus timendæ uolucres. Lucret. lib. 5. 7.
Vnguis (ὄνυξ) pro Vngula. Colum. lib. 6. cap. 12, Si sanguis in inferiore parte ungulæ est, extrema pars ipsius unguis ad uiuum resecatur. De bobus.
Vnguis, de palmitibus. Colum. lib. 4. cap. 12. 7, Vngues custodum annotinos resecato.
Vnguis rosæ. Plin. lib. 21. cap. 10. 10, Capita filiorum, partesq; candidæ ungues uocantur.
Vnguis arborum. Plin. lib. 12. cap. 9. 2, Bactriano nidor siccus, multiq; candidi ungues.
Vngues ferrei, instrumẽta quædam quibus uindemiatores unguium uice utebantur ad colligendas uuas, ne ipsas manibus distringerent. Fieri enim non poterat, ut dum unguibus manuum tuas colligerent, bona pars acinorum digitorum contactu in terrã non dilaberetur. Colum. lib. 12. cap. 18. 1, Et ungues ferrei quãplurimi parandi & exacuendi sunt, ne uindemiator distringat uuas, & non minima fructus portio dispersis acinis in terram dilabatur.
Vnguem latum nõ discedere, aut Transuersum digitũ, frequenter apud Ciceronem: pro eo quod est, Quàm minimo spacio. Fit autem festiuior metaphora, quoties his uerbis perfectam imitationem, ac plenum undequaq; consensum significamus: ut Academ. quæst. lib. 2, Ab hac regula mihi non licet transuersum (ut aiunt) unguem discedere. Idem in epist. famil. Vrge igitur transuersum unguem, quod aiunt, à salo. Sunt illa quidem minus figurata, sed tamen prouerbialia, quæ loquitur Plautinus Euclio in Aulul. 4. 18,
—si hercle tu ex istoc loco
Digitũ transuersum, aut unguem latũ excesseris. Eras.
Medium unguem ostendere dicitur, qui maximè contemnit alterum. Iuuenalis Satyr. 10. 6,
Mandaret laqueum, mediumq; ostenderet unguem. Hic duobus adagijs extremũ contemptũ significauit. Erasmus.
Vngues arrodere, caput scabere, gestus hominis sunt cogitabundi, & de mutando, cuius pœniteat, secum agitantis. Vnde trahuntur in usum prouerbialem. Horatius 1. Serm. Satyr. 10. 15.
Si forет hoc nostrum fato delapsus in æuum,
Deterreret sibi multa, recideret omne, quod ultra
Perfectum traheretur, & in uersu faciendo
Sæpe caput scaberet, uiuos & roderet ungues.
Sæpe stylum uertas, iterum quæ digna legi sint
Scripturus. Id imitatus Persius Satyr. 1. 11,
Nec plutеum, inquit, cædit, nec demorsos sapit ungues.
Idem Satyr. 5. 17.
—— crudum Cherestratus unguem
Arrodens ait hoc. In superiore taxat poetarum in scribendo negligentiã: in altero describit adolescentem, de mutanda anteactæ uitæ ratione cogitantem. Erasmus.
Acuto ungui secari. Horat. 1. epistol. 20. 10.
Ad unguem. Vide Ad præpositionem.
Perfectum ad unguem. Horat. de Arte, 59.
Ad unguem factus homo. Vide Facio.
Ab imis unguibus. Vide Ab.
Incipere ab unguibus. Vide A vel Ab.
De tenero ungui. Horat. 3. Carm. ode 6. 5.
Motus doceri gaudet Ionicos
Matura uirgo, & fingitur artubus
Iam nunc, & incestos amores
De tenero meditatur ungui.
Vnguis, Vitium oculi. Celsus lib. 7. cap. 7.
¶ Vngui culus, unguiculi, penult. corr. Diminutiuum (ὀνύχιον) Plautus Epid. 13. 17,
—— contempla Epidice
Vsque ab unguiculo ad capillum summum. Cic. 5. de Finib. 139, Valetudinem, uires, staturam, formam, integritatem unguiculorum omnium.
A' teneris (ut Græci dicunt) unguiculis. id est, Ab infantia. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 6. 4.
¶ Vngula, ungulæ, pen. corr. (ὄνυξ) Ab unguis denominatiuum, non diminutiuum: De his animalibus dicitur, quæ digitis carent. Plin. lib. 11. cap. 45. 6, Solidas ungulas habent, quæ non sunt cornigera. Plaut. Aulul. 1. 4. 8,
Vbi erat hæc defossa, occæpit ibi scalpurire ungulis.
De gallo gallinaceo.
Vestigium ungulæ Castoris equi. Cic. 3. de Natur. deor. 16.
Caua ungula. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 16.
Dura ungula. Ouid. 6. Metam. 4.
Leuis ungula. Ouid. 2. Metam. 135.
Quatit ungula campũ quadrupedãte sonitu. Virg. 8. Aen. 120.
Cornu solido grauiter sonat ungula. Virg. 3. Georg. 18.
Omnibus ungulis, prouerbiale est: quod significat, Omnibus uiribus, manuumq; pedumq; conatu & totius corporis, ut etiam ungues qui in extremitate collocati, intendãtur, quos Plinius existimat esse summas neruorum clausulas. Cic. 2. Tuscul. 96, Toto corpore, atque omnibus ungulis, ut dicitur, contentioni uocis assentiuntur.
Inijcere ungulas. Plaut.
Nunc scio febrim tibi esse, quia non licet huc inijcere ungulas. id est, Hoc argentum rapere.
Vngula, Tormenti genus. Constantinus imperatoris, in l. etsi. C. de maleficis.
Vngulum] unguli, pen. corr. (ἀκανθύλιον, σύμβολον) Plin. lib. 33. cap. 1. 5, Miror Tarquinij eius statuam siue annulo esse. Quanquam & de nomine ipso ambigi uideo. Græci à digitis appellauêre: apud nos prisci ungulum uocabant. postea & Græci & nostri symbolum.
Vnicalamus, Vnicaulis, Vnicolor, Vnicornis, Vnicus, Vnigenitus, Vnijugæ, Vnimanus] Vide Vnus.
Vnio] unionis, pen. prod. masc. gen. (μαργαρίτης) quam perlam ulgò dicimus. Plin. lib. 9. cap. 35. 8, Quidam tradunt, sicut apibus, ita concharum examinibus singulas magnitudine & uetustate præcipuas esse ueluti duces, miræ ad capiendum solertiæ: has urinantium cura petit: illis captis, facilè cæteras palantes retibus includi. Multo deinde obrutas sale in uasis fictilibus, erosa carne omni, nucleos quosdam corporum, hoc est unionес decidere in ima. Vsu alteri non dubium est, coloremq; indiligentia mutari. Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, læuore, pondere, haud promptis rebus, intantum ut nulli duo reperiantur indiscreti: unde nomen unionũ Romanæ scilicet imposuêre deliciæ. Nam id apud Græcos non est, nec apud Barbaros inuentores eius aliud quàm margaritæ.
Vnio, Alterum cæpæ genus capitatum, quòd ferè citra ceruicem in caput extuberauit, in cuius nominis ambitu est, quæ simplex non fruticauit, nec habuit soboles adhærentes, qualis est Marsica. Hanc uocant unionem ueteres rustici, ut testatur Columella, quod nomen apud Gallos uelut triuiale, hactenus usurpatum est. Siquidem quod singulari constat, nec pluribus coagmentatur bulbis, untonem Gallica lingua nominat. Hæc Ruellius. Colum. lib. 12. cap. 10. 2, Pompeianam uel Ascaloniam cæpam, uel etiam Marsicam simplicẽ, quam uocant unionem rusticі, eligito.
Vnio, fœ. gen. pro Concordia, de hoc nullum se obtulit exemplum ex ueteribus.

Vniocul-

Vnioculus, Vnistirpis, Vnitas, Vniter, Vniuersus Vniuocus, Vniusmodi] Vide Vnus.
Vnni] Vide Hunni.
Vnoculus] Vide Vnioculus, in Vnus.
Vnose] Dictum fuisse olim pro simul, probat Nonius ex Pacuuio Ilione,
Occidisti, ut multa paucis uerba unose obnunciem. Obsoletum.
Vnquam] Aduerbium (πότε) significat aliquo tempore. Terent. Heaut. 5. 4. 8, Et caue posthac (si me amas) unquam istuc uerbum ex te audiam.
Vnquam hodie. Plaut. Amphit. 4. 110, Neq; ego hunc hominem hodie ad ædes has sinam unquam accedere.
Vnquam gentium. Cic. 4. Tuscul. 125, Quis homo te exuperauit unquam gentium impudentia?
Rarò unquam possunt ante iudicium scire, quid testis dicturus sit. Quint. lib. 5. cap. 7.
Semel unquam. Plin. lib. 2. cap. 35.
Vt nemo unquam: pro, Vt nemo unquam magis. Cic. ad Atticũ, lib. 3. 52. 1, Ita sim afflictus, ut nemo unquam. Ibidem, 53. 3.
Non unquam grauis ære domum mihi dextra redibat.
Virgilius eclog. 1. 7.
Vnus] una, unum, unius genitiuum facit, pen. prod. (εἷς, μία, ἕν) sed quum opus est, corripitur, hac excusatione, quòd quoties uocalem longam uocalis sequitur, superiori uires detrahit, teste Seruio.
Vnus principium est numerorum. Ouid. 1. Metam. 2,
Vnus erat toto naturæ uultus in orbe,
Quem dixêre chaos. Virg. 11. Aeneid. 51,
Nauibus (infandum) amissis unius ob iram
Prodimur. Ibidem, 9,
Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei.
Vnus, Solus. Terent. Adelphis, 3. 3. 82,
Illum curo unum, ille ad me attinet. Plaut. Capt. 6. 81.
Mihi uni commodus. Horat. 1. epistol. 92.
Vnus, pro Solus, genitiuo aliquando iungitur, & ferè cum adiectiuo Omnis: aliquãdo substãtiuo iungitur, sed quasi subintelligitur Omnium. Plin. lib. 11. cap. 37. 9, Caluitium uni tantùm animalium homini. Cicero Figulo, lib. 4. 13. 10, P. Nigidio uni omnium doctissimo, &c. ne benignè quidem polliceri possum.
Vnus multorum. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 15.
Vnus subticetur aliquando. Quintil. lib. 9. cap. 1, Nec desunt qui tropis, figuræ nomen imponant, quorũ est Caius Artorius Proculus.
Ab unis hostium copijs geri. Cic. pro lege Manil. 5.
Ad unum. Vide Ad.
In unis ædibus. Terent. Eunuch. 2. 3. 75,
Aderit unà in unis ædibus. id est, iisdem.
Vna ætas. Plaut. Capt. 2. 20.
Hic postquam hunc emit, dedit eum huic gnato suo
Peculiarẽ, quia quasi una ætas erat. id est, Eiusdem ætatis.
Vnus aliquis. Cic. 10. Philipp. 270, Cur nunquã tam frequens Senatus fuit, quòd unus aliquis tuam sententiam secutus sit?
Confugere ad unũ aliquem iustitiæ præstantẽ. Cic. 2. Offic. 58.
Vnus & alter, pro Duobus. Cic. 4. Verr. 53, Repentè iste testes citari iubet, dicit unus & alter breuiter, nihil interrogatur.
Vnus & alter assutor pannus. Horat. de Arte, 3.
Alter aliquando subauditur. Virg. 9. Aeneid. 109,
—uix unus Helenor,
Et Lycus elapsi, quorum primæuus Helenor.
Vnus aut alter. Cic. ad Atticum, lib. 7. 12. 8. 2, Quid enim est tantum in uno aut altero die?
Vnus & item alter. Terent. Andr. 1. 1. 50,
Sed postquam amans accessit precium pollicens,
Vnus & item alter.
Vnus, alter, plures dies. Cic. 6. Verr. 57, Dies unus, alter, plures: non referri. Ibidem, 7. 62, Vnum, alterum menſem, propè annum.
Vnus, alter, tertius. Quintil. lib. 6. cap. 4. Cic. 1. Acad. 28, Fuit ergo iam accepta à Platone philosophandi ratio triplex. Vna, de uita & moribus: altera, de natura et rebus occultis: tertia, de differendo.
Vnus, pro Alter. Cic. in Offic. Quum duas cerneret uias, unam uirtutis, alteram uoluptatis. Virg. 4. Aeneid. 104,
Vnum excuta pedem uinclis.
Vna, altera. Terent. Phorm. 5. 8. 90,
—una iniuria est
Tecum. D. lege agito ergo. P. altera est tecum Chreme. id est, Actio iniuriarum ex lege, ait Donatus.
Vnum animal est. Curtius lib. 4. Alexander quantuscũq; ignauis & timidis uideri potest, unum animal est, & (si quid mihi creditis) temerarium & uecors, adhuc nostro pauore quàm sua uirtute fœlicius.
Vno animo. Terent. Hecyra, 2. 1. 4,
Itaq; adeò uno animo omnes socrus oderunt nurus.
Vnus atque idem. Cic. 7. Verr. 72, Vna atque eadem nox erat, qua, &c.
Eiusdem unius aut plurium uerborum iteratio. Author ad Heren. lib. 4. 190.
Vno cantharo potare: hoc est, Eodem in poculo bibere. Plaut. Sticho, 1. 4. 47.
Cum uno forti uiro loquor. Cic. ad Cassium, lib. 15. 16. 7.
Vnus de multis. Cic. 2. de Finib. 107.
Vnus de illis. Cic. pro Milone, 48.
Vnum de malis. Cic. ad Atticum, lib. 3. 49. 4.
Vnus de septem, Vna de tribus. Colum. lib. 1. cap. 3. 7. Martial. lib. 9. 80.
Vni sex dies. Plaut. Trinum. 4. 95,
—quia rure dum sum
Ego unus sex dies, &c.
Vna è multis. Virg. 5. Aeneid. 129.
Vnus è populo. Seneca epist. 10.
Vnus è uulgo. Quintil. lib. 8. cap. 4.
Vnus ex omnibus. Plaut. Sticho, 2. 11.
Vnus ex multis: id est, Pars uulgi, unus è populo. Cic. 4. Academ. 202.
Vnus erat timendus ex omnibus. Cic. 3. in Catilinam, 61.
Efficere penè unum ex duobus. Cic. de Amicit. 69.
Ex utrijs mediocribus unum. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 29.
Vno exemplo omnes uiuunt. Plaut. Milite, 10. 131.
Hic unus: pro, Hic tantùm. Cic. ad Cluuium, lib. 13. 8. 9.
Omnibus hic erit unus honos. Virg. 5. Aeneid. 62.
Vno ictu. Plaut. Militẽ, 3. 53.
Coire in unum. Vide Coeo.
Colligere & conferre omnia in unum. Author ad Heren. libro 4. 214.
Vnum in locum cogi, unum sub aspectum subijci. Cicero 1. de Inuent. 109.
Vnius modi. Cic. 1. Acad. 44, Quia sola cerneret id quod semper esset simplex & unius modi, & tale quale esset.
Vnis moribus, & nunquam mutatis legibus uiuere. Cic. pro Flacco, 49.
Vna opera. Plaut. Casina, 88.
Omnibus una quies operum, labor omnibus unus. Virgilius 4. Georgic. 37.
Vnus quisuis. Terent. Andr. 5. 4. 1,
Mitte orare, una harum quæuis causa me in factã monet.

Si tu ſolus aut quiuis unus.Cic. pro Cœcinna,45.
Vno quoque gradu. Cic.3. Verr.110.
Vna res. Plaut.Capt 8.28,
Abeo ab illis, poſtquam uideo me ſic ludificarier,
Pergo ad alios, uenio ad alios, deinde ad alios:una res,
Omnes compacto rem agunt. Poſterioribus uerbis declarat quid uelit,quum dicit, *Vna res.*
Vna ſalus uictis;nullam ſperare ſalutem.Virg.2. Aeneid.71.
Vna ſpes.Terent.Eunuch.2.3.4,
Vna hæc ſpes, ubi eſt, diu celari non poteſt.
Vno tempore, pro Eodem tempore. Cic.ad Atticũ,lib.2.27.1,
O ſuaues epiſtolas tuas uno tempore mihi datas duas?
Vno uerbo eloquere.Plaut.Trucul.16.42.
Vnus ullus.Cic.2. de lege Agra.45,Ratum ſit quod finitor uni ulli,à quo miſſus erit,renunciárit.
Vna uoce Senatus frequens retinendum me in urbe cenſuit. Cicero ad Atticum,lib.1.14.3.
Vnus nullus.Cic.de prouinc. Conſul. Vt niſi C.Virginius legatus uir fortis ac ſtrenuus interueniſſet, unum ſignũ Byzantij ex maximo numero nullum haberent.
Vnum, in neutro genere, pro Re uera. Terentius Eunucho, 5.9.54.
— *unum etiam hoc uos oro, ut me in noſtrum gregem*
Recipiatis. Idem Andr.3.2.26.
Vnum uenit in mentem modò.Plaut.Caſin.8.26.
Vnum quicquid.Terent. Adelph.4.2.52,
Nam iam adibo: atq; unum quicquid,quod quidem erit
Belliſſimum,carpam.
Vnum aliquid inſigniter facere.Plin.epiſt.206.
Vnus,Præcipuus. Virg.5.Aeneid.141,
Tum ſenior Nautes unum Tritonia Pallas
Quem docuit, multaq; inſignem reddidit arte. Idem 2. Aeneid.86,
— *cadit & Ripheus iuſtiſſimus unus*
Qui fuit in Teucris. Seruius.

¶ *Vnuſquiſq;, unaquæq;,unumquodq;,et unumquidque* (ἕκαστος,αἵα ἕκαστος) Id eſt,Singuli: non facile patitur ſuperlatiuum, ut ait Valla,quia illud *Vnus*, uim quandam atque naturam ſuperlatiui obtinet: potiusq; dicimus, *Vnuſquiſque optimus.* Cic. pro Fonteio, 15, *Mouetur eo timore quo unuſquiſque noſtrũm quum in eum locum productus eſt?* Ibidem,10, *Vnaquaq; de re.* Idem 6.Verr.116, *Vnumquidque oſtendere.*
Vnuſquiſq; & uniuerſi. Cic. 3.Offic.33, Ergo *unum debet eſſe omnibus propoſitum, ut eadem ſit utilitas uniuſcuiuſq; & uniuerſorum,*&c.
Leuiter unumquodq; tangere.Cic.pro Roſc. Amerino,51.
Sigillatim unicuique calamitati ſore ſe denunciabat. Cicero 6. Verr.67.
¶ *Vnicalamus,pen.corr.Adiectiuum: ut,Frumentum unicalamum, quod unicum habet calamum.Plin.lib.18.cap.8,Vnicalamum prætereà, nec uſquam capax, ſeriturq; non niſi tenui terra.*
¶ *Vnicaulis,& hoc unicaule* (μονόκαυλος) Quod *unum caulem habet,nec in ramos ſpargitur.Plin.lib.19.cap.10.1,* Eſt autem unicaule,radice bulbo ſimili.
¶ *Vnicolor,pen.corr. unicoloris, pen. prod.om. gen.* (μονοχρώματος) *Vnius coloris.Plin.lib.32.cap.9.10,Dulciores, fœminæ ſunt & unicolores.* Ouid. 11. Metam.123,
At medio torus eſt hebeno ſublimis in auro
Plumeus,unicolor, pullo uelamine tectus.
¶ *Vnicornis,huius unicornis,maſc.gen.*(μονόκερως)*ſiue Vnicornius, unicornij, uel Vnicornũ, unicornij,Animal,quod unicum in fronte cornu longum gerit, quod ad ſaxa limat,*

& ipſo perforat elephantem. Græcè monoceros dicitur.Plinius lib.8.cap.21.4, Aſperrimam autem feram monocerotem, reliquo corpore equo ſimilem, capite ceruo, pedibus elephanto, cauda apro,mugitu graui, uno cornu nigro media fronte cubitorum duũm eminente.
Vnicornis, & hoc unicorne(μονόκερως) Quod *unum tantùm cornu habet. Plin. lib. 11. cap.40.1,* Solida ungula, & *bicorne nullum:unicorne aſinus tantùm indicus.*
¶ *Vnicorporeus, Adiectiuum.Firmicus lib.2.cap.12, Taurus eſt, ſignum in cælo fœmininum, ſeptentrionale, unicorporeum.Et ſic alibi pleriſq; in locis.*
¶ *Vnicus,pen. corr. Adiect.*(μόνος,οἷος) *Singularis, ſolus, uel unus tantùm inter alias ſpecies: ut,* Phœnix *eſt unica auis.* Cic.pro Roſcio Amer.23,*Et quæramus,quæ tanta uitia fuerint in unico filio.* Idem *ad Seruium Sulpitium,lib.4.4.13, Vnicum ſolatium in malis. Et pro Quintio,23, Vnica liberalitas.*
Marito unico gaudens mulier.Horat.3.Carm.ode 141.
Nequitia & malitia unica.Author ad Herenn.lib.3.102.
Attribuere aliquibus turpitudinem unicam. Author ad Heren. lib.3.132.
¶ *Vnicè,pen.corr. Aduerbiũ* (μοναχῶς) *Singulariter:ut,Vnicè eum diligo.Plaut.Trucul.4.85,*
Ain' tute amare? A. imò unicè unum. Cic. 5. de Finib.5,
Quem unicè diligo.
Auus tuus qui amauit unicè patriam. Cic.3. in Catilinam, 55.
Negare ei quem unicè diligerem, durum mihi admodum uidebatur.Cic.in Oratore.1.
¶ *Vniformis & hoc uniforme. Macrob. lib.7. Saturn. cap.5, Vt horrore uniformis alimoniæ,édendi deſiderium languesceretur. Uniformem cibum opponit uario, uocatq; etiam ſimplicem.*
¶ *Vniformitas,pen.cor. Macrob.lib.7.Saturn.cap.15, Cur illis prouidere uarietatem laboras, iſti ſqualloremuniformitatis adijcis?*
¶ *Vnigenitus, unigeniti.pen.corr. maſc.gen.*(μονογενὴς) *Filius qui unicus eſt: quaſi ſolus genitus,nec fratrum ullum habuit, aut ſororem.*
¶ *Vnigenam,pen.cor.*(ἑνογενῆ) *Cic.in lib.de Vniuerſ.16,mundum uocat, quòd ſolus atque unus eſſet, his uerbis, Vt hic mundus eſſet animanti abſoluto ſimillimus, hocipſo, quòd ſolus atque unus eſſet: idcirco ſingularem deus hunc mundum atque unigenam procreauit. Vbi aliqui legunt, unigenum: id eſt, unicum genitum.*
Vnigena Pallas, apud Catullum, quia è Iouis è cerebro atque uno parente orta.Budæus.
Vnijugæ, pen.corr. (μονόζυγοι) *Vimeæ dicuntur,ſi haſtilibus in terra defixis, ſingulæ tranſuerſæ perticæ in unam tantùm partem ordine adiectuntur.Plin.lib.17.cap.22.15,Si unijuga erit uimea.*
¶ *Vnimanus, pen.corr. Adiectiuum* (μονόχειρ) *Vnam tantùm manum habens:Liu.5.bel.Maced.75,Capram ſex hœdos uno fœtu edidiſſe, ex Piceno nunciatum eſt: & Aretij puerum natum unimanum.*
¶ *Vnioculus,unioculi,pen.cor.maſc.gen.*(μονοφθαλμὸς) Qui *unum tantùm oculum habet.* Plaut. *in Curcul. 3.1, Vniocule ſalue. Quædam exemplaria legunt,une ocule:uel,unoculè.* Gell. *libro 3.cap.11, De Cyclope itidem inquit, uel maximè quòd unoculus fuit.*
¶ *Vniſtirpis,et hoc uniſtirpe*(μονογόνιος) *Vnius ſtirpis.Plinius lib.16.cap.30.5; In longitudinem excreſcunt abies, larix,palma,cupreſſus,ulmus,& ſiqua uniſtirpia.*
¶ *Vnitas,pen. cor.unitatis*(μονὰς,ἑνὰς,μόνωσις) *Ab Vnus adiectiuo. Colum. libro. 7.cap.3.2, Ideo niſi lanatas oues emi*

non

non oportet, quo melius unitas coloris appereat.
Vnitas aluei.Plin.lib.5.cap.9.2. Seneca de Vita beata, *Virtutes ibi eſſe debebunt,ubi conſenſus atq; unitas erit, diſſidentia. Pro conuenientia & coniunctione accipitur:quemadmodum 4.de Beneficijs,Hanc ſocietatem tolle, & unitatem generis humani,qua uita ſuſtinetur ſcindes.* Quintil. Declam.13, *Læta ſolitudinis indiſcreta unitas facta eſt.*
Vnitas, Indiſcreta ſimilitudo. Plin. lib. 7.cap. 12.6, Toranius M. Antonio iam Triumuiro, *eximios forma pueros, alterũ in Aſia genitum, alterum trans Alpes,ut gemmos uendidit: tanta unitas erat.*
Vnitas foliorum.Plin.lib.16.cap.22.
Vnitatem facere.Celſ.lib.6.cap.6.
Vnitatem uariare.Plin.lib.35. cap.1.2.
In unitatem uenire.Plin.lib.33.cap.2.1.
¶ *Vniter,pen.corr. Aduerbium* (ἑνικῶς) Lucret. lib. 3. 172,
—*quom corporis atq; animai*
Diſſidium fuerit,quibus hæſimus uniter apti.
¶ *Vniuerſus,* Adiectiuum (ἅπας, σύμπας, ἁπαξάπας, ὅλος) *Quaſi omnis ad unum uerſus: id eſt, Sine aliqua exceptione.* Et *in ſingulari quidem idem eſt quod totus: ut, Vniuerſus ager, Vniuerſus exercitus. In plurali ſignificat omnes coniunctim.Nam ſi dicimus,Omnes ſibi domicilium conſtituerunt:intelligitur, domicilium ſibi unumquenq; cõſtituiſſe.Si uerò dicimus,* Vniuerſi ſibi domcilium conſtituerunt: *ſignificatur, omnes ſimul unum ſibi pro omnibus domicilium feciſſe.Terent.Phorm.1.1.11,*
Quod ille unciatim uix de demenſo ſuo
Suum defraudans genium comparſit miſer,
Id illa uniuerſum abripiet.Cic.4.Acad.130,*Hæc loquor de uniuerſis. Nihil excipit de quo nõ profiteatur.quid enim eſſe poteſt extra uniuerſa?*
Vnuſquiſq; & uniuerſi.Cic.3.Offic.33.
Excipere unum pro uniuerſis.Cic.de Prouinc.Conſul.18.
Eloquentia uniuerſa.Cic.de claris Oratoribus.24.
Familia uniuerſa.Cic.pro Cœcinna, 43.
Mare uniuerſum.Cic.2.de Finib.178.
Contra naturam uniuerſam nihil eſt contendendum.Cic.1.Offic.155.
Communis rerum natura, uniuerſa atq; omnia continens. Cicero 1.de Natur.deorum,57.
Definire uniuerſam & propriam uim oratoris. Cicero 1. de Oratoribus,33.
Vniuerſa uita.Cic.pro Roſcio Comœdo,26.
Pars & Vniuerſum, contraria.Cic.pro Quintio, 60.
Vniuerſum in partes diuidere.Cic.in Orat.63.
Separatim & Cum uniuerſis, contraria. Cicero pro Domo ſua,103.
Singula & Vniuerſa, contraria. Cicero ad Trebianum, libro 6.10.7.
Singulatim collecta, uniuerſa perdere.Cic.2.Verr.40.
In uniuerſum.Vide In præpoſitionem.
Vniuerſum, pro Vniuerſum.Lucret.lib.4.53,
Ventus enim quoq; paulatim quom uerberat, & quom
Aere ferit frigus,non primam quanq; ſolemus
Particulam uenti ſentire, & frigoris eius,
Sed magis uniuerſum.
¶ *Vniuerſè, Aduerbium* (καθόλου, ὅλως) Generaliter, *ſiue generatim: cui Sigillatim opponitur.* Cicero 7. Verr. 111, Quid ego de *cæteris ciuium* Romanorum *ſupplicijs ſigillatim potius quàm generatim atq; uniuerſè loquar?*
¶ *Vniuerſalis, & hoc uniuerſale,pen. prod.*(καθολικὸς,ὁλικὸς) Quod *ad uniuerſos pertinet. Author ad Herennium,* Nam *huiuſmodi in rationibus, non uniuerſali neq; abſolu-*

ta, ſed extenuata ratione expoſitio confirmatur.
¶ *Vniuerſaliter,pen.corr. Aduerbium. Caius in l.quod ſæpe. §. in iſs. C.de contrab.empt. Si grex uniuerſaliter uenierit. id eſt, Totus una uenditione.*
¶ *Vniuerſitas, pen.corr. uniuerſitatis* (τὸ πᾶν) Cic.2. de Natura deorum, 143,*Licet enim contrahere uniuerſitatem generis humani, eamq; gradatim ad pauciores, poſtremò deducere ad ſingulos.*
Rerum uniuerſitas.Cic.1. de Natur.deor.164.
Currus uniuerſitatis.Cic. de Vniuerſ.60.
Corpus uniuerſitatis.Cic.de Vniuerſit.18.
De uniuerſitate libri pronunciare: pro, In genere:uel, In uniuerſum iudicare de libro.Plin.epiſt.59.
¶ *Vniuſmodi,pen.corr.* (μονότροπος,μονοειδὴς) *Nomen indeclinabile,Non uarius, uniformis.* Terent. Heaut.1.2.31,
—*nam parentum iniuriæ*
Vniuſmodi ſunt fermè:paulò q eſt homo tolerabilis,&c.
Materia ſemper eſt uniuſmodi, ſuiq; ſimilis. Cicero de Vniuerſitate,28.
Principes ſunt uniuſmodi,& ſimplices.Cic.4.Acad.39.
¶ *Vniuocus,pen.corr.* Adiect. (συνώνυμος) *Cuius & nomen commune eſt,et eadem ſubſtantiæ ratio, quod Græcè ſynonymum dicitur.Homo & equus uniuoca ſunt,quia ſub uno animalis nomine comprehenduntur, & eadem eſt utriuſq; ſubſtantia.*

V O

Vocabulũm, Vocalis, Vocatiuus, Vocator, Vocifero, Vocito, Voco] Vide Vox.
Voconia] οὐοκόνιος, *Genera ſunt pyrorum, quemadmodum & Volema,apud Plinium,lib.15.cap.15.*
Vocontij] οὐοκόντιοι, *Galliæ Narbonenſis populi,ut ſcribit Mela lib.2.in deſcriptione Galliæ Narbonenſis. Hinc,*
¶ *Vocontius,* Adiect. (οὐοκόντιος) *ut,Rura Vocontia. Silius libro 3.94. Alij Vocantia ſcribunt.*
Vocula] Diminutiuum à Vox. Vide Vox.
Vogesus] pen.corr.(οὐόγησος) *Mons in finibus Lingonum, à quo Moſa fluuius profluit,non longè à fonte Matronæ fluuij, in Francorum regno ſitus. Lucan.lib.1.81,*
Caſtraq; quæ Vogeſi curuam ſuper ardua ripam
Pugnaces pictis cohibebant Lingones armis.
Volginagus] Vide Vulgus.
Vola] uolæ (τένας) *Media pars manus ſiue pedis,ut ait Seruius.Plinius libro 11.cap.45.6,Vola homini tantùm, exceptis quibuſdam.*
Volaterræ] ὐολατέρραι, *ſeu Volaterrana uada,Hetruriæ oppidum ad Cecinnam fluuium, ut ſcribit Plinius libro 3. capite 5.*
Volatile] Vide Volo, uolas.
Volcæ] ὐόλκαι, *Populi Galliæ Narbonenſis. Volcarum nomen trans Rhodanum in Occaſum celeberrimum fuit,ſicut citra Saliorũ ſiue Salyum, uel Ptolemæo teſte lib.2.cap.10. Volcæ,uulgò Languedoc.*
Volcatius] ὐολκάτιος, *Conſul,impedijt ne Catilina ob accuſationem repetundarum peteret Conſulatum. Author Pædianus Volcatius Gallicanus, quintum Conſul ſcripſit uitas imperatorum ad Diocletianũ. Eius tantùm extat nunc Auidij Caſſij uita. Volcatius Terentianus hiſtoriam ſui temporis, id eſt, Gordianorum ſcripſit,ac dicit Gordianum ſeniorem. uaultũ Cæſaris Auguſti ualde retuliſſe. Author Capitolinus. Volcatius Epidius grammaticus ſcripſit res geſtas Pompeij Magni, & eius patris: primus Libertinorum qui hiſtoriam ſcripſerit, quũ ab optimo quòq; ſcribi ſolita ſit, ut ſcribit Cornelius Nepos. Ludum aperuit,docuitq; inter*

cæteros M. Antonium & Augustum. Ex Tranquillo.
Volcatius Sedegitus in libro de poetis, quid sentiat de his qui comœdias scripserunt, monstrat, apud Gellium libro 15. capite 24.
Volema] uolemorum, neut. gen. pen. prod. (βόλημα) Pyra Gallis dicuntur & bona & grandia: eo quòd impleant manum. Apud Catonem cap. 7. 2 & Colum. lib. 5. cap. 10. 12. Et lib. 12. cap. 10. 3. Virg. 2. Georg. 18,
—nec furculus idem
Crustumijs, Syrijsq; pyris, grauibusq; uolemis.
Volentia] Vide Volo, uis.
Volgiolum] inter rustica instrumenta connumerat Plin. libro 17. cap. 10. 13, Seritur mense Aprili, area æquata cylindris, aut uolgiolis, densum. De semine cupressi.
Voltina] seu Volitinia tribus. Vide Tribus.
Volo] uolas (πῆμι, πήσομαι, ἔπημαι, πεπόσμαι, πεπόσμαι) uolare, Proprium est pennas habentium. Virg. 1. Aen. 61,
—uolat ille per aera magnum
Remigio alarum. Cic. in Arato, 5.
Nanq; est ales auis lato sub tegmine cæli
Quæ uolat, & serpens gemmis secat aera pennis.
Volare membranis dicuntur cicadæ & uespertiliones. Plinius libro 11. cap. 28. 1.
Alè uolare, Demissius uolare, contraria. Ouidius 3. Tristium, eleg. 4. 5.
Cæteruatim uolare. Plin. lib. 10. cap. 24, 3.
Gregatim uolare. Quintil. lib. 1. cap. 6. 24.
Perniciter uolare. Vide Pernix.
Volare, transferur ad alia quæ celeriter currunt: ut, Nauis uolat, fama uolat, & huiusmodi: pro, Celeriter it, uel fertur. Terent. Hecyra, 3. 4. 24,
Ne ine frustra illic expectet, uola.
Volare, & iter facere, contraria. Cic. 10. Philipp. 276, Quem nisi in uia caducæ hæreditates retardassent, uolasse eũ, non iter fecisse diceres.
Passu uolat alite uirgo. Ouid. 10. Metam. 117.
Volat ætas. Cic. 1. Tusc. 119.
Volat ui feruidus axis. Virg. 3. Georg. 22.
Dicta magna uolant superbo. Valer. 5. Argon. 120.
Faces & saxa uolant. Virg. 1. Aeneid. 31.
Fama uolat. Virg. 3. Aeneid. 25.
Volant literæ, quæ celeriter perferuntur. Cicero ad Atticum, libro 2. 54. 5.
Spiritus uolat altus in auras. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 13.
Tela uolant hyberna grandine plura. Ouid. 5. Metam. 32.
Volat telorum uis. Liu. 6. bel. Pun. 231.
¶ Volans, Participium (πετόμενος) ut,
Curru uolans. Virg. 1. Aeneid. 32.
Currus agitare uolantes. Virg 3. Georg. 37.
Inhibere equos uolantes. Ouid. 2. Metam. 26.
Fumi uolantes. Lucret. lib. 6. 21.
Hasta uolans. Silius lib. 16. 118.
Nubes uolantes. Lucret lib. 5. 51.
Sagitta uolans. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 11.
Vmbræ uolantes. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 3.
Volantes, loco substantiui, pro auibus. Virgilius 6. Aeneid. 48, de Auerno,
Quam super haud ullæ poterunt impune uolantes
Tendere iter pennis.
¶ Volito, uolitas, pen. corr. (πεπόσμαι) uolitare, Frequentatiuum. Cic. 1. de Natura deorum, 75, In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum, infinita uis innumerabilium uolitat atomorum.
Passim ac liberè uolitare. Cic. 2. de Orat. 14.

Super carpentum uolitare. Liu. 1. ab Vrbe, 154.
Fauillæ uolitant. Ouid. 2. Metam. 57.
Vmbræ uolitant inter uinos. Lucret. lib. 4. 9.
Voces uolitant per aures Lucret. lib. 4. 45.
Currũ uolitantẽ leui flamine, pro Naui, Catullo Argon. 59. 2.
Simulachra modis uolitantia miris. Virg. 7. Aeneid. 18.
Circum latè uolitans fama. Virg. 7. Aeneid. 21.
Animus uacuus cura atque labore uolitat. Cic. 2. de Orat. 14.
Volitare, per translationẽ, pro Discurrere ponitur, ut ait Valla, Tacit. lib. 2, Quin & Inguiomerum tota uolitantẽ acie fortuna magis, quàm uirtus deferebat.
Insultare & uolitare. Cic. pro Flacco, 30, Nunc uerò non insultabo uehementius, nec uolitabo in hoc insolentius.
Cupiditate gloriæ uolitare: hoc est, Efferri & uehementer trahi. Cic. in Pisonem, 47.
Ante oculos alicuius uolitare. Cic. 2. de lege Agrar. 62.
In armis uolitare. Cic. 2. in Catilinam, 36.
Per gentes uolitare. Cic. 2. de lege Agraria, 96.
Per fórum uolitare. Cic. pro Domo sua, 39.
Toto fóro uolitare. Liu. 9. bel. Maced. 132.
Tota urbe uolitare. Cic. Post reditum in Senatu, 5.
Per ora uirorum dicitur aliquis uolitare. Cic. 1. Tusc. 53.
Per auras uolitare. Martial. lib. 1. 32.
¶ Volatus, huius uolatus, pen. prod. (πῆσις, ποτὴ) Cic. 2. de Nat. deor. 146, Idemq; & uolatus alitum sustinet, & spiritus ductus alit & sustentat animantes.
Aquilæ admonitus uolatu. Cic. 1. de Diuinat. 51,
Celer uolatus. Claud. 8. Paneg. 54.
Lenis uolatus. Ouid. 12. Metam. 197.
Præceps uolatus. Mart. lib. 11. 146,
Suspensus uolatus. Stat. 3. Thebaid. 93.
In uolatu. Vide In præpositionem.
¶ Volatura, uolaturæ, pen. prod. (πῆσις) Idem. Varro 3. de Re rust. cap. 5. 6, Ibi in prima uolatura quum uenunt, morantur dies paucos requiescendi causa. Col. lib. 8. cap. 9. 1.
¶ Volaticus, pen. corr. Adiect. (ποτητὸς) pro Inconstanti ac præcipiti. Cic. Attico, lib. 13. 28 2. 6, O Academiam uolaticam & sui similem, modò huc, modò illuc? Idem de Aruspic. respon. 43, Illius furentes ac uolaticos impetus in seipsos posse conuerti.
¶ Volatilis, & hoc uolatile, pen. corr. (πτηνὸς) Quasi uolans. Volucres, uolatilia dicuntur, quia uolant. Cic. 2. de Natur. deor. 226, Præterea uescimur bestijs & terrenis, & aquatilibus & uolatilibus, partim capiendo, partim alendo. Vetus codex legit, uolantibus.
Ætas uolatilis. Ouid. 10. Metam. 103.
Ferrũ uolatile, pro Cuspide & acie telorum. Virg. 8. Aen. 139.
Pecus uolatile facilè pastoris custodiam recipit. Colum. lib. 8. cap. 4. De cibarijs gallinarum.
Pueri uolatilis arcus. Ouid. 2. Amorum, eleg. 76. hoc est, Cupidinis.
Telum uolatile mittere. Ouid. 7. Metam. 171.
Volo] uis, uult, uolui (θέλω, ἐθέλω, βόσμαι, λάω, χθίζω) uelle. Virg. eclog. 3. 6,
Vis ergo inter nos, quid possit uterque, uicissim
Experiamur?
Volo te, Subaudi alloqui: & Volo te paucis, aut tribus uerbis. Plautus Capt. 17. 24. Idem Epid 10. 24. Et Trinum. 13. 118. Terent. Andr. 5. 3. 1, Quis me uolt?
Velint nolint. Plinius in Paneg. 33. Præterea, futuri principes uelint nolint, sciant.
Velit nolit: pro, Velit, an non uelit. Cic. ad Qu. fratrem, libro 3. 24. 6.
Volo Arpinum, Sub. proficisci. Cic. Attico, lib. 9. 17 0. 3. Eodem modo hic ipse sæpius utitur uerbo Cogito.

Id uolumus, id contendimus. Cic. 2. de Fimib. 116.
Velle, optare, cogitare, efficere. Cic. pro Cluentio, 149.
Ne uelit emisse. Cato cap. 5. 3, Nequid emisse uelit insciente domino, neu quid dominum celauisse uelit. hoc est, Nihil emat.
Volo, pro Opto. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 19. 2, Eandem rem tibi uolo bene & fœliciter euentre.
Clementer uolo. Vide Clemens.
Leuiter bene uelle alicui. Vide Leuis.
Magis uellem. Vide Magis.
Maximè uellem. Vide Magis.
Minimè uolo. Vide Paruus.
Nimis uellem. Vide Nimis.
Nimium uolo. Vide Nimis.
Volo omnia tua causa: id est, Tibi bene cupio. Cic. ad Sulpitium, lib. 13. 23. 2.
Volo ualde eius causa. Cic. ad Tironem, lib. 16. 17. 4.
Volo tua causa, absolutè. Cic. ad Atticum, lib. 11. 21 6. 1.
Quid ultis amplius. Cic. 5. Verr. 103.
Volo tibi hunc honorem deum fortunare: hoc est, Vehementer cupio. Cic. ad Marcellum, lib. 15. 8. 1.
Volo tuam gratiam: id est, Opto. Plaut. Curcul. 8. 55.
Volo defensam: id est, Cupio defendi. Cic. ad Crassipedem, libro 13. 10. 6.
Volo me excusatum istis. Cic. 3. Verr. 72.
Volo oratum à uobis rem iustam. Plaut. Amphit. 3. 33.
Et uolo uos oratos esse. Plaut. Casin. 2. 20.
Quamobrẽ ea te cura liberatũ uolo. Cic. Qu. frat. lib. 3. 17. 10.
Volo amori obsequutum illius. Plaut. Asin. 3. 63.
Volo honoris causa eum nominatum. Cic. 2. Verr. 12.
Velim, Optantis cum desiderio. Plaut. Trucul. 9. 28,
Nunc ecastor, ut ueniret miles uelim.
Est paucis uos quod monitos uoluerim. Plaut. Capt. 2. 53.
Velle saluam. Mattius ad Ciceronem, lib. 11. 28. 13, At debeo pro ciuili parte Rempub. uelle saluam.
Volo, pro Opinor & censeo. Cic. 1. de Natur. deor. 43, Quatuor enim naturas ex quo omnia constare censet, diuinas esse uult. Et paulo post itidem.
Quid sibi uult istud? Cic. in Verrem, Quid sibi equestres statuæ uolunt propter ædem Vulcani? hoc est, Quid significant.
Ita mehercule attendi, nec satis intellexi quid sibi lex, aut quid uerba ista uellent. Cic. 3. de Legib. 48.
Apud comicos uolt, pro uult, ferè semper legitur.
¶ Volens, Participium (βουλόμενος) Plaut. Curcul. 2. 89,
Potate, site mihi uolentes propitiæ, Liu. Precatus deinde, si diuus, si diua esset qui sibi præpetem misisset, uolens propitiusq; adesset.
Volenti animo aliquid agere. Salustius in Iugurtha.
¶ Volentia, id est, Quæ uellent, à uoluntate. Salust. histor. lib. 4, Multisq; suspicionibus uolentia plebi facturus habebatur. Nonius.
¶ Voluntas, uoluntatis (θέλημα, βόλησις, προαίρεσις, γνώμη) Cic. 4. Tusc. 21, Quamobrem si simul obiecta species cuiuspiam est quod bonum uideatur, ad id adipiscendum impellit ipsa natura: id quum constanter prudenterq; fit, eiusmodi appetitionem Stoici βούλησιν appellant, nos appellamus uoluntatem. Eam illi putant in solo esse sapiente, quam sic definiunt: Voluntas est, quæ quid cum ratione desiderat.
Mens & uoluntas. Cic. 3. in Catil. 66.
Sensus & uoluntas. Qu. Cic. de Petit. Consul. 28.
Voluntas & libertas. Cic. pro Sestio, 59.
Nihil tam flexibile, quàm uoluntas. Cic. pro Milone, 32.
Nihil obscurius uoluntate hominum. Cic. pro Murena, 34.
Voluntas ad aliquid agendum. Cic. 3. pro Fonteio, 25.
Voluntas ergà, pro ea quam uulgò affectionem uocamus. Cic. 2. de Fimib. 154, Sed tu, ut dignum est tua ergà me & ergà philosophiã uoluntate ab adolescentia suscepta, fac ut Mẽtrodori tueare liberos.
Voluntate, ablatiuus. Terent. Adelph. 3. 4. 44,
Quod uos ius cogit, id uoluntate impetret.
Sua uoluntate, nulla ui coactus. 2. Cic. 2. de Fimib. 105.
Voluntate omnium: id est, Omnibus uolentibus & concedentibus. Cic. ad Valerium, lib. 13. 5. 4.
De mea uoluntate. Vide De præpositionem.
Ex uoluntate. Cic. in Pisonem, 36.
Ex uoluntate alicuius aliquid facere: hoc est, quod aliquis concedat & uelit. Cic. Planco, lib. 13. 30. 17.
Legis uoluntas. Quintilianus libro 3. cap. 6. 70, Sed uoluntate legis se tuebitur.
Abdita uoluntas ac retrusa. Vide Abditus, in Abdo.
Aduersa uoluntas. Quintil. lib. 4. cap. 1. 7.
Animosa uoluntas. Ouid. ad Pisonem, 51.
Auersa uoluntas. Virgil. 12. Aeneid. 130.
Dubia uoluntas. Tacit. lib. 20.
Grata uoluntas in parentes. Cic. pro Plancio, 65.
Voluntas malefica. Plin. lib. 9. cap. 59. 3.
Mutua uoluntas. Cic. Metello, lib. 5. 2. 5.
Occulta uoluntas, multiplex natura. Cic. Bruto, 1. 3.
Officiosa uoluntas. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 4.
Pauper uoluntas. Ouid. 8. Metam. 137.
Perpetua & constans uoluntas Cic. 13. Philip. 352.
Singularis uoluntas. Cic. pro Rabirio perduel. reo, 5.
Abalienare uoluntatem. Vide Abalieno.
Abhorret uoluntas eius à me. Cic. ad Canimium, lib. 2. Ep. 11.
Abijcere uoluntatem discendi simul cum spe perdiscendi. Cic. 2. de Orat. 77.
Accidit uoluntas. Vide Accido.
Accipere parem uoluntatem. Vide Accipio.
Adducere in uoluntatem. Vide Adduco.
Adiuuare uoluntatem. Vide Adiuuo.
Alienare à se uoluntates suorum. Vide Alieno.
Auferre uoluntatem. Vide Aufero.
Conciliare sibi uoluntatem. Vide Concilio.
Conformare se ad alicuius uoluntatem. Vide Conformo.
Conglutinare uoluntates. Vide Conglutino.
Facere uoluntatem. Quint. lib. 5. cap. 10. 35.
Ita fert corde uoluntas. Virg. 6. Aeneid. 135.
Habere uoluntatem nocendi, in iracũdia. Cic. 2. de Orat. 166.
Immutare uoluntatem. Vide Immuto.
Impetrare aliquid uoluntate. Vide Impetro.
Incitata aduersus rationem uoluntas. Vide Incito.
Introspicere uoluntates hominum. Tacit. lib. 1.
Loqui ad uoluntatem. Vide Loquor.
Manet uoluntas. Vide Maneo.
Nuncupata uoluntas. Vide Nuncupo.
Remittere aliquid uoluntate. Liu. lib. 5. bel. Macedon.
Scrutari alicuius uoluntatem. Quint. lib. 2. cap. 4. 20.
Spectata uoluntas amicitiæ. Lucret. lib. 1. 28.
Stare uoluntate. Quint. lib. 7. cap. 2. 35.
Diuersa uoluntas est mihi. Ouid. 5. Fast. 106.
Temerata est nostra uoluntas. Ouid. 9. Metam. 126.
Voluntas, pro Fauore Terent. in Prolog. Phorm. 30,
Voluntas uestra si ad poetam accesserit,
Date operam: hoc est, Si fueritis. Donatus.
Offensa uoluntas populi. Vide Offendo.
¶ Voluntarius, Adiectiuum (ἑκὼν, ἑκούσιος) Quod fit sponte. Cicero ad Marium, libro 7. 3. 10, Aut consciscenda mors uoluntaria. Idem pro Sestio dicit, Malos bonis uoluntarios periculum

periculum moliri. id est, Quum nulla necessitate cogantur, aut quum nulla iniuriæ lacessantur.
Voluntarius adest. Liu. 1. ab Vrbe, 260.
Amicus uoluntarius. Cic. pro Cecinna, 10.
Auxilia uoluntaria, Quæ sponte dantur. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4. 7. Liu. 1. bel. Maced. 29, Voluntarios, quos posset, duceret, inuitum ne quem militem ueterem ducendi ius esset.
Casus uoluntarius. Cic. 2. de Fin. 106.
Exitus uoluntarius. Tacit. lib. 5.
Voluntaria herba, Quæ sponte nascitur: opponitur Satiuæ. Plin. lib. 20. cap. 22. 10.
Inimicus uoluntarius. Cic. Antequam iret in exilium, 7.
Interitus uoluntarius. Cic. pro Marcello, 8.
Laudator uoluntarius. Cic. 6. Verr. 126.
Maleficium uoluntarium. Cic. 1. de Inuent. 114.
Mors uoluntaria. Cic. 3. de Finib. 94.
Motus animi uoluntarius. Cic. de Fato, 36.
Oblitio uoluntaria. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 76.
Oratio necessaria, & uoluntaria. Cic. pro Rosc. Comœdo, 8.
Societas uoluntaria. Cic. pro Quintio, 51.
Testes uoluntarij. Quint. lib. 5. cap. 7. 6.
Virtutes uoluntariæ. Cic. 5. de Fin. 64.
¶ Voluntarie, siue Voluntariò, Aduerbium (ἑκουσίως, ἐκουσίως) Bono & prompto animo, non coacto. Cæsar 3. bel. Ciuil. 357, Hæc quum dixisset, primus ex dextro cornu procurrit, atq; eum milites electi circiter c x x. uoluntariè eiusdem centuriæ sunt prosecuti. De Crassino, uiro fortissimo. Liuius 1. ab Vrbe, 132, Inde ob residuas bellorum iras, maximè solicitatis ad defectionem animis uoluntariò traxêre. Vetus exemplar habet, uoluntarios.
Volones] βολῶνες, dicti sunt serui, qui bello Punico quum deessent qui scriberentur, pro dominis pugnaturos se pollicciti, in ciuitatem recepti sunt. Et uolones appellati, quia hoc sponte uoluerunt. Hæc ex Festo. Liu. 3. bel. Pun. Vt tyrones (ea maximè pars uolonũ erat) discederent signa sequi. Ibidem, 168, Vetus miles tyroni, liber uoloni sese exæquari sineret.
Volsci] οὐόλσκοι, Populi mediterranei Tusciæ: de quibus Pomponius Mela lib. 2. in descriptione Italiæ. Virg. 7. Aeneid. 171, —Volsca de gente Camilla.
Veruti Volsci. Virgil. 2. Georg. 34.
Volsella] uolsellæ, siue Vulsella, uulsellæ (πτερολάβιον) Instrumentum ad pilos euellendos è corpore. Cels. lib. 6. cap. 18, de cancri, qui in cole nascitur, curatione, Incipit à nigritie: quæ si cutem occupauit, protinus specillum subijciendum, eáq; incidenda est: deinde oræ uolsella prehendendæ: tum quicquid corruptum est, excidendum. Idem libro 7. cap. 12, Ergo specillo conquirenda est testa quæ recessit, & uolsella protrahenda est.
Volsinium] βολσίνιον, Ptolemæo libro 3. cap. 1. Tuscorum urbs, hodie Balsena.
Volsus] Adiectiuum (πτιλμοῦ) pro Vorsus & uersus, de industria fictum. Mart. lib. 5. 108,
Qui mouet in uarios brachia uolsa modos. Fortè rectius uolsa interpreteris uulsa, depilata. Ridet enim Cotili mollitiem, curamq; nimiam circa corporis cultum.
Volua] uoluæ (κύστις) Vide Vulua. Plin. lib. 22. cap. 22. 25, Voluam enim terra ob hoc prius gignit, ipsum postea in uolua, ceu in uno est luteum. Varro 2. de Re rust. cap. 1. 29, Dicuntur agni chordi qui post tempus nascuntur, & remanserunt in uoluis intimis.
Volubilis] Vide Voluo.
Volucer] hæc uolucris, hoc uolucre, pen. cor. (ὠκὺς, τοχὺς) Celer. Martialis,
Et uolucrem longo porrexit uulnere pardum. Virg. 1. Aeneid. 65,
—uolucremq; fuga præuertitur Ebrum. Cic. de clar. Orat. 182, Aliud autem genus est non tam sententijs frequentatum, quàm uerbis uolucre atq; incitatum.
Alæ uolucres. Stat. 5. Thebaid. 139.
Aquæ uolucres, Fluuij, torrentes. Ouid. 2. Metam. 47.
Auræ uolucres. Virgil. 5. Aeneid. 100.
Columba uolucris. Virg. 5. Aeneid 97.
Cupido uolucer. Ouid. 9. Metam. 97.
Currus uolucer. Horat. 2. Carm. ode 33. 2.
Cursus uolucer. Ouid. 1. Trist. eleg. 9. 1.
Dies uolucris. Horat. 3. Carm. ode 28. 2.
Equi uolucres. Ouid. 2. Metam. 231.
Fortuna uolucris. Cic. pro Sylla, 67.
Fuga uolucris. Silius lib. 17. 119.
Fumi uolucres. Virgil. 1. Georg. 44.
Leuitas uolucris. Lucret. lib. 4. 41.
Nuncius uolucris. Cic. pro Quintio, 54.
Procellæ uolucres. Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 7.
Rotæ uolucres. Claud. 3. de raptu Proserp. 87.
Sagitta uolucris. Virg. 5. Aeneid. 49.
Somnus uolucer. Virg. 2. Aeneid. 168.
Vox uolucris. Plaut. Amphit. 4. 172,
Volucrem uocem gestito.
¶ Volucris, huius uolucris, pen. cor. fœ. g. (πτερωτὸς, πτηνός) Omne id quod uolat, non solùm aues, sed apes quoq;, uespæ, tabani, & reliqua huiusmodi. Cic. 2. de Orat. 13, Quemadmodum uolucres uidemus procreationis atq; utilitatis suæ causa fingere & construere nidos.
Nidus uolucrum. Ouid. 12. Metam. 3.
Aduenæ uolucres. Vide Aduenio.
Aeriæ uolucres. Lucret. lib. 1. 3.
Auidæ uolucres. Ouid. 5. Metam. 97.
Fluminææ uolucres. Ouid. 2. Metam. 51.
Fœdæ uolucris. Ouid. 5. Metam. 110.
Fœmineæ uolucres. Ouid. 2. Metam. 50.
Importunæ uolucres. Virg. 1. Georg. 94.
Infandæ uolucres. Stat. 10. Thebaid. 85.
Obscœnæ uolucres. Virg. 3. Aeneid. 48.
Pictæ uolucres, Variis plumis ornatæ. Virg. 3. Georg. 49.
Picturatæ uolucres. Claud. ad Serenam, 17. 1.
Rapidissima uolucris miluus. Ouid. 2. Metam. 144.
Tener uolucris. Cic. 2. de Diuin. 96,
Hunc ubi tam teneros uolucres, matremq; peremit. Hîc uidetur adiectiuum uolucres, prò substantiuo positum, quum masculino iungat.
Vaga uolucris. Ouid. 1. Metam. 62.
Variæ uolucres. Virg. 7. Aen. 7. Lucr. lib. 2. 29. Varius uocat, quas Virg. pictas. Nisi malis, quòd plura sint earum genera.
Virgineæ uolucres. Ouid. 6. Metam. 1. Harpyias intelligit, de quibus & Virg. 3. Aeneid. 44.
Virginei uultus uolucrum, &c.
Conflictatæ uolucres sæuissima hyeme. Vide Conflicto, in Confligo.
Fallere uolucres uiscata uirga. Ouid. 15. Metam. 95.
Lacerant corpus uolucres. Lucret. lib. 3. 17.
Linguas uolucrum sentire. Virg. 3. Aeneid. 73.
Volucrum in genitiuo plurali, teste Charisio: citatq; Ciceronem de Finibus.
Volucra] uolucræ, pen. prod. Col. de Arboribus, cap. 15, Genus est animalis, uolucra appellatur: id ferè prærodit teneros adhuc pampinos & uuas. Inuolucrum et conuoluulum quidam uocant.

Volu-

Volumen] Vide Voluo.
Voluntas] Vide Volo.
Voluo] uoluis, uolui, uolutum, pen. prod. (εἵλιττω, ἑλίσσω, κυλίω, ἑλιλίζω, κυλινδέω, κυλινδόω) uoluere, à Volo, uolas, ut quidam existimant, deriuatur. Inter uolandum enim quasi uolui alæ uidentur. Plin. lib. 16. cap. 42. 3, Pampinato semper orbe se uoluens.
Quàm citatissimè uoluere. Quintil. lib. 1. cap. 1. 27.
In caput uolui, Præcipitari. Virg. 1. Aeneid. 24.
In præceps uolui. Ouid. 2. Metam. 64.
Ante pedes alicuius uolui. Propert. lib. 3. eleg. 8. 3.
Amnis præceps uoluitur per deuia. Silius lib. 17. 26.
Annus uoluitur in se. Virg. 2. Georg. 81.
Flammæ uoluuntur per culmina. Idem 4. Aeneid. 134.
Voluere sub naribus ignem. Idem 4. Georg. 17.
Ignis uoluitur summa ad fastigia. Idem 2. Aeneid. 161.
Aestus incendia uoluunt. Idem 2. Aeneid. 42.
Lachrymæ uoluuntur inanes. Idem 4. Aeneid. 90.
Libros uoluere. Cic. de clar. Orat. 165.
Venti uoluunt mare. Virg. 3. Aeneid. 40.
Oculos per singula uoluit. Idem 8. Aeneid. 124.
Orbem uoluere. Liu. 4. ab Vrbe, 121. Vide Orbis.
Puluis uoluitur ad muros. Virg. 11. Aeneid. 175.
Saxum ingens uoluunt alij. Idem 6. Aeneid. 124.
Saxa uoluebant infesto pondere. Idem 9. Aeneid. 106.
Semianimes uoluuntur equi. Idem 11. Aeneid. 127.
Vices uoluere. Idem 3. Aeneid. 76.
Facilè soluteq; uerbis uoluere sententias. Cicero de claris Oratoribus, 153.
Volui uno spiritu. Cic. 3. de Orat. 100, Longissima est igitur complexio uerborum, quæ uolui uno spiritu potest.
Volere, Cogitare, uersare animo. Virg. 1. Aeneid. 62,
At pius Aeneas per noctem plurima uoluens.
Casus uoluere. Idem 1. Aeneid. 3.
Curas multiplices animo uoluebat. Catull. 59. 50.
Fluctus curarum uoluere in pectora. Lucret. lib. 6. 7.
Cogitationes uoluere. Liu. 6. ab Vrbe, 112.
Secum aliquid uoluere, pro Cogitare. Liu. 6. bel. Pun. 35.
Iras in pectore uoluere. Liu. 5. bel. Maced. 66.
Voluere cum animo. Salustius in Iugurtha.
¶ Voluens, uoluêtis (εἱλίων) Participium, siue Nomen ex participio. Virg. 1. Aeneid. 48,
Certè hinc Romanos olim uoluentibus annis. Hic est participium pro nomine. Voluens enim est, qui uoluit: Volubilis autem, qui uolùitur. Anni autem uoluuntur, non uoluunt. ut est 2. Georg. 81,
Atq; in se sua per uestigia uoluitur annus. Seruius.
Oculos huc illuc uoluens. Virg. 4. Aeneid. 73.
Sensus uarios. Valer. 7. Argon. 40.
Celeriter sanè uerba uoluens. Cic. de clar. Orat. 132.
Plaustra uoluentia, Volubilia. Virg. 1. Georg. 33. Seruius.
¶ Voluendus (εἱλίσσιος) Aliud particip. Virg. 1. Aeneid. 55,
Triginta magnos uoluendis mensibus orbes
Imperio explebit. id est, Volubilibus. Idem 9. Aen. 2,
—uoluenda dies en attulit ultrò. Seruius.
¶ Volutus, pen. prod. (εἱλυόμενος) Item participium: ut,
Fluctus uolutus ad terras. Virg. 3. Georg. 48.
Amnis per saxa volutus. Virg. 3. Georg. 105.
¶ Voluto, uolutas, pen. prod. (εἱλύω) uolutare, Frequentatiuum. Colum. lib. 7. cap. 9. 6, Vt paludem rimentur, effodiantq; lumbricos, atque in luto uolutentur, quod est huic pecori gratissimum.
Volutare se supra rem aliquam. Plin. lib. 8. cap. 37. 2.
Circum terram uolitari. Cic. in Somn. Scipion. 33.
In luto uolutari. Cic. 7. Verr. 47.
Tota acie uolutare. Vide Acies.
Genibus uolutans. Virg. 3. Aeneid. 122.
In stupris uolutatur, per translationẽ: hoc est, Veluti sus quædam luto, ita stupris delectatur. Cic. de Arusp. respon. 38. Idem ad Varronem, lib. 9. 3. 3, Laborandum est, ne quum omnes in omni genere & scelerũ, & flagitiorum uolutentur, nostra nobiscum, aut inter nos cessatio uituperetur.
Liberè cum scortis uolutari. Cic. de Arusp. resp. 55.
In omni dedecore uolutari. Author ad Heren. lib. 4. 162.
Cum aliquo uolutari. Cic. in Sallustium, 1.
In ueteribus scriptis studiosè uolutari. Cic. 3. de Orat. 23.
Animum cogitationibus uolutare. Liu. 9. ab Vrbe, 16.
Secum uolutare aliquid. Virgil. eclog. 9. 8.
In animo uolutare. Liu. 8. bel. Pun. 97.
Secum animo aliquid uolutare. Liu. 10. bel. Maced. 27.
Cum tristi corde uolutat hæc. Virg. 6. Aeneid. 37.
Dolos dirumq; uolutat corde nefas. Valer. 2. Argon. 114.
Mente quædam uolutat. Lucret. lib. 3. 49.
Vocem uolutant per atria. Virg. 1. Aeneid. 146.
In secreto cum amicis aliquid uolutare. Liu. 4. bel. Mac. 143.
¶ Volutatus, pen. prod. Particip. (κυκλωσάμενος) Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 15. 4, Itaq; ad Callisthenem & Philistũ redeo, in quibus te uideo uolutatum. hoc est, Cum labore uersatum.
¶ Volutatus, huius uolutatus, pen. prod. (λυλίσθωμα) Plinius libro 10. cap. 4. 2, Multum pulueremi uolutatu collectum, insidens cornibus excutit in oculos.
¶ Volutatio, uolutationis (λύσιμα) Verbale, Idem. Plin. lib. 8. cap. 51. 3, In luto uolutatio generi grata. De suibus loquitur. Idem libro 10. cap. 73. 3, Solidipedum uolutatio propria. Cic. in Pisonem, 65, An uerò tu parum putas inuestigatas esse à nobis labes imperij tui, stragesq; prouinciæ quas quidem nos non uestigijs odorantes ingressus tuos, sed totis uolutationibus corporis, et cubilibus persecuti sumus.
¶ Volutatim, pen. prod. Aduerb. (λυλιστὸν) Plaut. Milit. 8. 38,
Volutatim domum te rapiam.
¶ Volutabrum, uolutabri, pen. prod. (λυλίστρα) Locus ubi sues uolutantur. Virg. 3. Georg. 83,
Sæpe uolutabris pulsos syluestribus apros
Latratu turbabis agens.
¶ Volubilis, & hoc uolubile, pen. cor. (εὐτροφος, εὐελικτος) Quod facilè uoluitur. Cic. de Vniuers. 29, Deinde animum circumdedit corpore, & uestiuit extrinsecus, cæloq; soluago & uolubili, & in orbem incitato complexus est.
Amnis uolubilis. Horat. 1. epist. 2. 9.
Deus uolubilis. Cic. 1. de Natur. deorum, 28.
Fortuna uaga & uolubilis. Cic. pro Milone, 51.
Homo uolubilis quadam præcipiti celeritate dicendi. Cicero pro Flacco, 38.
Malum uolubile. Ouid. epist. 19. 41.
Nexu uolubiles. Ouid. 3. Metam. 9.
Canorus orator & uolubilis. Cic. de clar. Orat. 54.
Volubilitas] pen. corr. uolubilitatis (εὐτροφία) Cic. 2. de Natur. deorum, 70, Ex utraq; re & mundi uolubilitas, quæ nisi in globosa forma esse non posset, &c.
Dare uolubilitatem. Cic. de Fato, 63.
Deus cælum ad uolubilitatem rotundauit. Cic. de Vniuers. 44.
Fracta uolubilitas capitis latissima. Ouid. 12. Metam. 87.
Volubilitas fortunæ, Inconstantia. Cic. 2. de Diuin. 23.
Volubilitas linguæ. Cic. pro Plancio, 51.
Volubilitas uerborum. Cic. 1. de Orat. 9, Est enim & scientia comprehendenda rerum plurimarum, sine qua uerborum uolubilitas inanis atq; irrideuda est.
¶ Volubiliter, penult. corr. Aduerb. (εὐτρόπως) Cic. in Orat.

122, Sæ-

122. Sæpe etiam in amplificanda re concessu omnium funditur numerose & uolubiliter oratio.

Volumen] pen.prod:uoluminis, n.g. (σύνταξις, σύγγραμμα, σύνταγμα, γράμματος) à Voluendo: quod maiores nostri in libris arborum, id est, codicibus scribebant: & libellos illos quò ferrent commodius, complicabant. Ideoq; uoluminà appellata sunt, libellis similiora, quàm libris. Est enim uolumen, pars codicis: utputa Metamorphoseon liber in XV uoluminà distinctus. Ouid.1.Trist.eleg.1.24.

Sunt quoq; mutatæ ter quinque uolumina formæ. Plin. iunior lib.3.epist.5, ad Macrum. Libri tres in sex uolumina propter amplitudinem diuisi. Quasi in sex minores libros, ut sint uolumina aliquanto minora quàm libri. Volumen igitur pars libri est: Liber uerò, pro toto codice & pro uolumine accipitur. Plin.maior lib.7.cap.29.7, Hæc est regio, secundo uolumine à nobis significata. Cic. 3.Tusc. 11, Quoniam duobus superiorib. de morte & dolore dictum est, tertius dies disputationis hoc tertium uolumen efficiet. Vide Vlpian. in l.librorum appellatione.ff. de legat.tertio.

Volumen epistolarum. Cic.ad Atticum,lib.9.18.1.7.

Referre epistolas in uolumina. Cic.ad Tyronem, lib.16.17.1.

Annosa uolumina uatum. Horat.2.epist.1.6.

Emtæa uoluminà. Vide Linteum.

Plenum uolumen querelæ iniquissimæ. Cic.Appio, lib.3.7.2.

Conficere uolumina. Cic.Pæto,lib.9.16.10.

Crescit magnitudo uoluminis. Author ad Herenn.lib.1.30.

Explicare uolumen. Cicero pro Roscio Amerino,61.

Implere uolumen oraculis falsis. Cic.2.de Diuin.172.

Peragere uolumina. Vide Perago.

Immensa uinclorum uolumina. Virg.5.Aeneid.82.

Celeri uolumine cælum torquet sydera. Ouid.2.Metam.15.

Sinuare uolumina crurum. Virg.3.Georg.39.de equis.

Sinuant terga uolumine angues. Virgil.2.Aeneid.42.

Trahere uolumina dicuntur angues. Virgil.5.Aeneid.17.

Sinuosa uolumina uersat serpens. Virgil.11.Aened.151.

Volumina sortis humanæ, pro Varietate. Plin.lib.7.cap.45.

Voluox] uoluocris, pen.prod.m.g. (ἕλιξ) Vermis, qui & conuoluolus dicitur, & inuoluolus, & uolucra, ut superius uisum est. Plin.lib.18.cap.18.5, Alij uoluocem appellant animal prærodens pubescentes uuas. Vide Conuoluolus.

Voluptas] uoluptatis, pen.prod. (ἡδονή, ἡδυπάθεια, γαυσύνη, κηλημός, χλιδή, φιλημοσύνη) Est elata præter modum lætitia, opinione præsentis alicuius boni. Vnde quicquid cum delectatione animum demulcet, uoluptas dicitur. Terent. Heaut.1.2.10.

Voluptatem magnam nuncias.

Omnes enim iucundum motum quo sensus hilaretur, Græce ἀδονὴν, Latine uoluptatem uocant. Cic.2.de Finib.12.

Omne autem id quo gaudemus, uoluptas est: ut omne quo offendimur, dolor. Cic.1.de Finib.58.

Lætitia & uoluptas. Cic.1.de Orat.97.

Dicendi uoluptates. Quintil.lib.4.cap.3.2.

Voluptas abdominis. Vide Abdomen.

Voluptas in bibendo. Cic.2.de Finib.14.

Voluptas mea, Blandientis uox. Plaut. Casin.3.46.

Amœnissima uoluptas. Vide Amœnus.

Communis uoluptas. Quintil.lib.1.cap.10.3.

Dux uitæ dia uoluptas. Lucret.lib.2.35.

Diuina uoluptas Lucret.lib.3.6.

Egregia. Iuuenal.Satyr.14.26.

Incredibilis. Cic.Pompeio,lib.5.7.1.

Ineruditæ uoluptates. Quintil.lib.1.cap.12.13.

Insatiabilis. Vide Insatiabilis.

Iucunda. Lucret.lib.2.1.

Liquida & libera. Vide Liquor, liquoris.

Liquida & pura. Lucret.lib.3.8.

Mediocris. Cic. pro Plancio,1.

Miseranda. Stat.6.Thebaid.15.

Perpetua. Cic. Appio,lib.3.2.6.

Pura. Lucret.lib.4.218.

Pura uoluptas literarum. Quintil.lib.2.cap.18.3.

Poeticæ uoluptates. Idem lib.1.cap.1.8.

Resupina uoluptas. Idem lib.5.cap.12.15.

Nulla est syncera uoluptas. Ouid.7,Metam.91.

Torua uoluptas frontis. Claud.7.Paneg.104.

Vera uoluptas. Lucret.lib.5.288.

Viua uoluptas prati. Claud.1.in Ruffinum,42.

Accipere uoluptatem. Vide Accipio.

Adiungere uoluptatem ad uirtutem. Vide Adiungo.

Afferre uoluptatem. Vide Affero.

Architectari uoluptatem. Vide Architector.

Assumere uoluptatem. Vide Assumo.

Bacchari in uoluptate. Vide Bacchor.

Voluptatem eius capio: pro, De eo. Plin.epist.17.lib.2.

Capitur mihi mente uoluptas. Ouid. 4. de Ponto,eleg.9.8.

Capi uoluptate. Cic.1.de Legib.45.

Captare uoluptatem. Vide Capto, in Capio.

Carere uoluptatibus. Vide Careo.

Condire uoluptatibus. Quintil.lib.5 cap.14.27.

Contrectare uarias uoluptates mente. Vide Contraho.

Conquirere & comparare uoluptates. Vide Conquiro.

Corrupta uoluptas multo dolore. Horat.1.Serm. Satyr.3.8.

Creare uoluptatem inimicis. Vide Creo.

Cumulatus uoluptatibus. Vide Cumulo.

Delimiri uoluptate quadam praua. Quintil.lib.2.cap.5.14.

Duci ad fidem uoluptate. Quintil.lib.4.cap.2.84.

Exclusa animo uoluptas. Stat.3.Sylu.3.22.

Expleta uoluptas flendi. Stat.2.Sylu.1.3.

Inclinare ad uoluptatem audientium debemus. Quintil.lib.2.cap.10.7.

Indulgere uoluptati. Quintil. lib.2.cap.17.1.

Inijcere uoluptatem. Vide Injicio.

Cum uoluptate legere, Cum delectatione. Cic.5.de Finib.94.

Locupletata uoluptas in perfectione uitæ. Vide Locus.

Loqui ad uoluptatem. Vide Loquor.

Percipienda uoluptas oculis. Ouid.4. de Ponto, eleg.9.8.

Perfundi uoluptate. Cic.de clar.Orat.97.

Permulcere aures assistentium prauis uoluptatibus. Quintil. lib.2.cap.12.5.

Permulceri uoluptate lætissima. Vide Permulceo.

Petere uoluptatem audientium. Quintil.lib.5.cap.1.2.

Satiata uoluptas. Stat.6.Thebaid.59.

Esse uoluptati, Gratum esse. Cic.Lentulo, lib.1.7.36.

In uoluptate esse. Cic.1.de Finib.94.

Dolere, & in uoluptate esse, contraria. Cic. 4.Acad.42.

Voluptas, mala est aliquando. Cic. de Senectut. 40, Diuinè enim Plato escam malorũ uoluptatem appellat, quòd, &c.

Voluptas maximè est inimica uirtuti, bonique naturam fallaciter imitando adulterat. Cic.in Partit.38.

Omnis uoluptas honestati est contraria. Cic.3.Offic.163.

Capitalis pestis est uoluptas. Cic.de Senect.36.

Omnium malorum mater uoluptas. Cic.1.de Legib.70.

In uoluptatis regno uirtus non potest consistere. Cicero de Senect.57.

A' uoluptatibus. Vide A' uel Ab.

Assuetudo uoluptatum. Tacit.lib.18.

Condimentum uoluptatis. Vide Condio.

Ministræ uoluptatum. Vide Ministro.

Deditus uoluptatibus. Vide Dedo.

Confusa uoluptas amborum. Ouid.epist.21.10.

Furtiua uoluptas. Ouid.4.Metam.66.

Indigna homine docto uoluptas. Cic.2.Offic.3.

Libidinosa uoluptas. Vide Libido.

Lucrosa uoluptas. Ouid.1.Amor.eleg.10.7.

Mutua uoluptas. Lucr.lib.4.242.

Amplexari uoluptatem. Vide Amplector.

Auolat uoluptas. Vide Auolo.

Dedere se uoluptatibus. Vide Dedo.

Inhærere uoluptatibus. Vide Inhæreo.

Inuenire nouam uoluptatem. Cic.5.Tusc.31.

Irritata uoluptas. Ouid.2.de Arte,137.

Liquescere uoluptate. Vide Liquor, liquoris.

Blanda uoluptas truces mollit animos. Ouid.2.de Arte,96.

Nocet empta dolore uoluptas. Horat.1.epist.2.11.

Perfluere uoluptatibus. Vide Perfluo.

Placet inconcessa uoluptas. Ouid.3.Amor.eleg.4.7.

Properata uoluptas. Ouid.1.Amor.eleg.4.10.

Sperata uoluptas. Ouid.2.Metam.173.

Spernere uoluptates. Horat.1.epist.2.11.

¶ Voluptarius, Adiectiuum. Quod uoluptatem affert. Plautus Pœnulo,8.25,

Liberum ut cõmonstraremus tibi locũ & uoluptarium:

Mollis & uoluptarius. Cic.5.Tusc.127.

Disciplina uoluptaria. Cic.1. de Fin. 57, Intelligaturq; ea quæ uoluptaria, delicata, mollis, habeatur disciplina, quàm grauis, quàm continens, quàm seuera sit.

Disputatio uoluptaria. Cic.3.de Orat.35.

Homo uoluptarius. Cic.2.Tusc.ul.27.Plaut.Menæch.7.34,

Voluptarij atq; potatores maximi. Cic.in Pisonem,32,

Atq; hoc quidem etiam isti tui dicunt uoluptarij Græci. id est, Voluptas assertores, quales erant Epicurei.

Possessio uoluptaria. Cic.Attic.lib.12.244.4.

Voluptarius sensus, gustatus. Cic.3.de Orat.55.

¶ Voluptabilis, & hoc uoluptabile, pen.cor. (ἡδύς) Gratus, uoluptuosus. Plaut. Epid.2.19,

Voluptabilem mihi tuo aduentu attulisti nuncium.

¶ Voluptuosus, pen.prod. Adiectiuum (ἡδισμένος) Voluptuosus homo, qui perquàm amat uoluptatem.

Voluptuosa res, Quæ in se habet uoluptatem, & plena est uoluptatis, & quæ uoluptate afficit. Plin.lib.3.epist.13, Voluptuosum esse utraq; opera eodem uiatico inuisere.

¶ Voluptuor, aris, Voluptate fruor. Erasmus in Latino Plutarchi opusculo de Sanitate tuenda, Quòd si minus his rebus commouearur, tum oportebit complures dies aquam potare, aut abstinere cibis, deniq; clyster sumendus potius quàm pharmaca ista, corpus perturbantia simul et uitiantia, quæ uulgus facilè cupideq; solet appetere, non aliter quàm mulieres ueneficijs utentes, quibus abortum faciant, fœtumq; perdant, ut rursum impleantur, ac uoluptuentur.

Volup] uel Volupe, penult. corr. (ἡδύς) Id est, delectabile. Plaut.Casin.18.5,

Facite animo uestro uolup. Terent Phorm.4.3.5,

Venire saluum uolupe est.

Volusius] (ὀλόεις) Poeta fuit Patauinus, qui Ennium secutus, rerum gestarum populi Romani annales carmine scripsit. Catullus de Smyrna Cinnæ poetæ,

At Volusij annales Paduam morientur ad ipsam,

Et laxas scombris sæpe dabunt tunicas.

Voluta] uolutæ, penult. prod. (ἕλιξ) Vitruuius libro 1.cap. 2, His enim dijs propter uirtutẽ sine delicijs ædificia constitui decet. Veneri, Floræ, Proserpinæ, fontium nymphis, Corinthio genere cõstitutæ, aptas uidebuntur habere proprietates: quòd his dijs propter teneritatem, graciliora & florida, foliijsq; & uolutis ornata opera facta augere uidebuntur iustum decorem. Idem libro 3, capite 3. & multis alijs locis.

Volutabrum, Volutatim, Voluto] Vide Voluo.

Vomer] uomeris, masc.gen. Vide Vomo.

Vomica] uomicæ, pen.corr. (ἀπόστημα ἰσωθὲν) Tumor excrescens, siue grossities illa quæ nascitur in aliqua parte corporis, saniem frequenter emittens. Cicero 3. de Natura deorum 99, Nec prodesse Phœreo Iasoni, is qui gladio uomicam eius aperuit, quam sanare medici non poterant. Plin.lib.20.cap.12.1, Petroselinon præcipuũ ad uomicas.

Putres uomicæ. Iuuenal.Satyr.13.

Erumpit uomica. Celsus lib.2.cap.8.

Excitat uomicas dolor. Celsus lib.2.cap.7.

Laborare uomica. Celsus lib.4.cap.8.

Rumpere uomicam. Celsus lib.2.cap.8.

Vomica oritur. Celsus lib.2.cap.6.

Vomica, de suppuratione. Cels.lib.2. cap.8, Quòd si ne ruptá quidem uomica, uel pure extrinsecus emisso febris quieuit. Idem de interiore suppuratione loquens, lib.3.cap.ult. Omnis tunc uomicæ finis est, ut rumpatur, indicumq; est pus uel aluo uel ore redditum. Budæus.

Vomicam non infestiuiter Plautus uocat crumenã plenam argenti, in Persa,9.11,

Quid hoc quod in collo tibi tumet?

S A. uomica est: pressare parce.

Vomica, Concauata loca uetustate exesa. Lucilius lib.29, Tyroneo & non mortifero adfectus uomica & uulnere. Nonius.

Vomicæ Reipub. apud Quintil.lib.8.cap.6, Non enim si Cicero rectè sentiram Reipub. dixit, fœditatem hominum significans: idcirco probem illum quoque ueteris oratoris, Persecuisti Reipub.uomicas.

Vomo] uomis, uomui, uomitum (κάω, ἐρεύγομαι) uomere, penult. corr. Eijcere. Proprie de cibis dicitur, & superiore ex parte. Cicero pro Deiotaro,13, Quum, inquit, uomere post cœnam uelle te dixisses, in balneum te ducere cœperunt.

Bibere, uomere, effundere. Cic.in Pisonem,17.

Vomere in mensam. Cic.2.de Finib.39.

In gremio suo uomere. Cic.2.Philip.74.

In conspectu alicuius uomere. Cic.2.Philip.74.

Fluctus uomit ac resorbet Scylla. Ouid epist.12.25.

Flammas ore uomit Cacus. Ouid.1.Fast.114.

Purpuream uomit ille animam. Virg.9.Aeneid.70.

Vitam uomere. Lucret lib.6.166.

¶ Vomor, uomeris, pen.corr. Passiuum. Plin. lib.10. cap.67, Salamandræ ore sanies lactea uomitur.

¶ Vomitur, pen.corr. Impersonale. Cic.2.Philipp.103, Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, uomebatur.

¶ Vomito, uomitas, pen.cor. (ἐμέω) uomitare, Frequentatiuum. Colum. lib.7.cap.10.4, Quam quum pecudes biberunt, nauseã correptæ uomitant, atq; expurgantur.

¶ Vomitus, huius uomitus, pen.cor. (ἐμετός, ἐρεύγμα.)

Araneosus uomitus. Vide Aranea.

Varius uomitus. Celsus lib.2.cap.6.

Repetere uomitum. Cels.lib.4.cap.4.

Supprimere uomitum. Celsus lib.4.cap.5.

Concitare uomitus. Plin.lib.24.cap.18.1.

Extrahere, lib.23.cap.8.17.

Facere, lib.13.cap.23.1.

Inhibere, lib.12.cap.15.12.

Inuitare, lib.22.cap.14.7.

Mouere, lib.33.cap.8.2.

Sistere,lib.20.cap.14.5.

¶ Vomitaria,nunc in spectaculis dicimus, unde homines glomeratim ingredientes, in sedilia se fundunt. Hæc Macrob. lib.6.Saturn.cap.4.exponens illud Virgilij,

Manè salutantum totis vomit ædibus undam.

¶ Vomitio,uomitionis,Idem (ἔμεσις) Cicero 2. de Nat. deor. 189,Quid ea quæ nuper,id est, paucis antè seculis medicorum ingenijs reperta sunt, uomitione canes, purgante autem,&c.

Inimicæ oculis uomitiones. Vide Inimicus.

¶ Vomitor,pen.corr.uomitoris (ἐμετὴς) Plin.lib. 23. cap. 1,Non expedire uomitoribus, sicut neq; mustum, neq; sapa,neq; passum.

¶ Vomitorius, Adiectiuum (ἐμετικὸς) Quod uim uomitum faciendi habet.Plin.lib. 21. cap.19. 5, Hunc stomacho inutilem, & ideo uomitorium.

Vomer]uel Vomis, uomeris, pen.corr. m.g. (ὑνὸς) Dicitur id ferrum in aratro quod liras facit, & utrinq; uomit: unde nomen habet. Plin.lib. 17. cap.18.4, Vomerum plura genera.Culter uocatur,prædensum, prius quàm proscindatur, terram secans, futurisq; sulcis uestigia præscribens incisuris, quas resupinus in arando mordeat uomer. Alterum genus est uulgare,rostrati ut uectis.Tertium in solo facili, nec toto porrectum dentali, sed exigua cuspide in rostro.Virg.1.Georg.10,

Depressio incipiat iam tum mihi taurus aratro
Ingemere,& sulco attritus splendescere uomer.

Vbi Seruius, Vomer à frequenti aratione atteritur & decrescit. Lucret.

—occulto decrescit uomer in aruo. Dicimus autem & hic uomer,& hic uomis: sed ab utroq; huius uomeris facit. Virgil.1.Georg.33,

Vomis & inflexi primum graue robur aratri.

Saucia uomeribus tellus.Ouid.1.Metam.21.

Aduncus.Ouid.4.Fast.187.

Curuus.Ouid 3.Amor.eleg.7.8.

Duro fumans sub uomere taurus.Virg.3.Georg.103.

Ferreus.Lucret.lib.1.64.

Laureatus. Vide Laurus.

Obtusi uomeris dentem procudere.Virg.1.Georg.53.

Rigidi uomeris ictu uersatur tellus. Claud. 1. de rapt. Proserp.40.

Vnci uomeris patiens tellus.Virg.2. Georg.45.

Perstringere aliquid uomere.Cic.2.Philip.101.

Vopiscus]uopisci, m. g. Dicitur qui ex duobus conceptis, uno abortu excluso,ad partum legitimum ducitur.Quo nomine dictus est historicus quidam, qui de Imperatorib. scripsit. Plin. lib. 7. cap. 10, Vopiscos appellabant è geminis, qui retenti utero nascerentur, altero interempto abortu. Nanq; maxima,est rara,circa hoc mirabilia existunt.

Voranus]pen.prod. (ὀρφανὸς) fuit Q. Luctatij furacissimus libertus, quem nummularius nummos de mensa subtrahentem,& in calceos insarcientem deprehendit. Celius lib.10.cap.49.Vide Exchalcio.

Voro]uoras (καταφάγω, καταφαγὼν) uocare, Cibum non confectum deglutire.Cic.2.de Natur.deorum,182,Alia uorant, alia mandunt.

Plaga uorat medullas,Senec.Hippol.3.2.

Vorare,Auidè sumere.Plaut.Truc.3.16,

—interim ille
Hamum uorat, si semel amoris poculum accepit merè. hoc est, Actū de eo est:ut moriūtur pisces qui hamū uorant.

Vorare literas.Cic.Attico,lib.4.8.2.

Viā uorare,Celerrimè currere.Catul.ad Libel.33.2.Vide Via.

¶ Voratio,uorationis,Verbale (τοῦ ὀράσθαι) Catull.ad Poretium & Socrationem,44.2,

—mei sodales
Quærunt in triuio uorationes.

¶ Vorago,pen.prod.uoraginis, pen.corr.f.g. (βάραθρον) Barathrum dicitur: quòd in eam cadentia,non emergunt, sed quasi absorbentur.Cic.1.de Diuin.126, Qui quum per agrum Leontinum iter faciens, equum ipse demisisset in flumen,summersus equus uoraginibus non extitit.

Ima uorago.Cic.in Sallustium,21.

Ingens uorago faucibus uastis patet.Senec.Herc.fur.9.10.

Liuidissima , maximeq; profunda uorago . Catullus ad Coloniam,17.3.

Pigra uorago.Silius lib.13.114.

Tenebrosa uorago.Stat.6.Thebaid.77.

Tenax uorago.Catul.ad Coloniam,17.6.

Vasta uoragine æstuat gurges.Virg.6.Aeneid.60.

Vorago,Aliter.Curtius lib.8,Imber uiolētius quàm aliàs fusus campos lubricos & inequitabiles fecerat.Grauisq; et propemodum immobiles currus illuuie & uoragine hærebant.

Vorago patrimonij. Cic. pro Sestio, 96, Tu meo periculo purges ac uorago patrimonij helluabare?

Scopulus et uorago.Cic.3.de Orat.89,Syrtim patrimonij,scopulum libentius dixerim:Charybdim bonorum uoraginem potius.

¶ Voraginosus,pen.prod. Adiect. (βαραθρώδης) Voraginibus plenum.Hirtius 6.bel.Hisp.119,Nam palustri & uoraginoso solo currebat ad dextram partem.

¶ Vorax,uoracis,pen.prod.om.gen. (λίχνος, λαφύστης) Plurimū uorans.Cic.2.Phil.76, Quæ Charybdis tam uorax?

Ventris uoracis placare ieiunia.Ouid.15.Metam.19.

Vsura uorax.Lucan.lib.1.37.

Vndiq; uorsum.Lucret.lib.2.210.

Vorsura]uorsurę.Vide Versura,in Verto.

Vortex]Vide Vertex,in Verto.

Vorto]uortis.Vide Verto.

Vos]uestrūm uel uestri (ὑμεῖς) Pronomen pluralis numeri à Tu.

Vosmetipsi,pro Vosipsi. Cicero 4. Academ. 129, Nos autem dicimus ea nobis uideri,quæ uosmetipsi nobilissimis philosophis placuisse conceditis. Et pro Roscio Amer.63, Quæ facitis,eiusmodi sint, ut ea dedita opera à uobis contra uosmetipsos facere uideamini.

Votum]Vide Voueo.

Voueo]uoues,uoui,uotum uouere,pen.prod. (εὔχομαι,ἐπεύχομαι) Deo aliquid sanctè promittere. Cic. 1. de Nat. deor.169,Quid optamus à dijs immortalibus? quid uouemus?Horat.3.Carm.ode 8.2.

Ex amissione alicuius rei uouere.Cic.1.de Diuin.59.

Vouere decimam alicui.Cic.3.de Nat.deor.126.

Vouere uotum.Liu.1.bel.Pun.93.Ouid.9.Metam.159,

Vota puer soluit,quæ fœmina uouerat Iphis.

Vouere caput pro salute patriæ.Cic.5.de Finib.114.id est,Periculis se obijcere.

Vouere in eadem uerba.Liu.3.bel.Maced.34.

Vouere templum deo.Liu.1.ab Vrbe,50.

Vouere,pro Votis optare. Senec. de Benef. lib. 6, Et quicquid inimicus optaret,amantes uouent.Horat.1.epist.4.2,

Quid uoueat dulci nutricula maius alumno?

¶ Votus,Particip. (ἐπευχθείς) Cic.3. de Nat.deor.54,At earū tēpla sunt publicè uota et dedicata.Liu.4.ab Vrbe,54.

Delubra uota Menti.Ouid.2.Metam.18.

¶ Votum,uoti (εὐχὴ, εὐχωλὴ) Promissio facta deo. Cic. 2. de Legib.66,Diligentia uotorum satis in lege dicta est, ac uoti

uoti sponsio,quo obligamur deo: pœna uerò uiolatæ religionis iustam recusationem non habet.

Preces & uota.Cic.pro Plancio,79.

Votum & promissum.Cic.Attic.lib.12.24.1.10.

Votū pro.Cato cap.83,Votū pro bubus,ut ualeant, sic facito.

Amarum uotum,Quod male cedit.Claud.3.Paneg.46.

Audax uotum.Stat.9.Tebaid.125.

Furialia uota.Silius lib.8.6.

Furiosa.Ouid.10.Metam.74.

Futile uotum.Silius lib.10.68.

Ignauum.Claud.Eutrop.2.79.

Modesta parum uota.Ouid.3.Trist.eleg.8.4.

Nefarium uotum,Cic.pro Cluent.153.

Pauidum uotum.Claud.1.de bello Gildon.14.

Pia uota.Ouid.1.Metam.45.

Publica.Ouid.7.Metam.92.

Temeraria uota.Tibul.lib.3.eleg.6.6.

Tristia uota.Ouid.8.Metam.108.

Assuescere uotis.Virg.1.Georg.9.

Canere uota diuis.Virgil.3.Aeneid.88.

Cessare in uota. Vide Cesso.

Concipere uota.Ouid.7.Metam.121.

Concepta uota.Silius lib.7.16.

Confugere ad uota. Vide Confugio.

Corrigere uota sua.Ouid.2.Metam.18.

Damnari uotorum,uel uotis. Vide Damno.

Dissoluere uota.Cic.Att.lib.15.326.6.

Ducere uota ad bonos exitus.Horat.4.Carm.ode 8.7.

Duplicare uota metu.Virg.8.Aeneid.112.

In uota effundi.Tacit.lib.1.

Exequi annua uota.Virg.5.Aeneid.11.

Facere uota,pro Optare.Cicero pro Mil.57,Vota enim fecerat,ut in eos se potius mitteret,quàm in uestras possessiones. Vide Facio.

Facere uota parcius.Senec.de Benefic.lib.2.cap.1.

De aliquo ægroto uota facere.Cic.Att.lib.8.169.2.

Inhibere uota alicuius rogando.Ouid.epist.15.24.

Liberari uoti,pro uoto.Liu.5.ab Vrbe.

Votis uota nectere.Lucret.lib.5.242.

Nuncupare uota Vide Nuncupo.

Obligare uotis caput.Horat.2.Carm.ode 8.1.

Onerare uotis æthera.Virg.9.Aeneid.5.

Perfecta uota ordine.Virg.3.Aeneid.110.

Persoluere uotum.Vide Persoluo.

Poscere opem uotis.Ouid.3.Fast.119.

Reddere uota. Vide Reddo.

Repetere uota.Quint.in Procem.lib.4.3.

Immortale uotum sacrabat.Virg.8.Aeneid.142.

Feralia uota sancire contra aliquem.Stat.11.Theb.69.

Soluere uota.Vide Soluo.

Fidem uoti soluere,Ouid.6.Fast.128.

Supplicibus uotis superare iram numinis.Virg.8. Aeneid.83.

Suscipere uota. Vide Suscipio.

Tacito suspendit uota labello.Catull.Argon.59.21.

Erecto uoto timere aliquid.Stat.6.Thebaid.152.

Vocare aliquem in uota.Virg.5.Aeneid.102.

Vocare duos in uota.Virg.5.Aeneid.47.

Vocare imbrem uotis.Virg.1. Georg.32.

Vocari uotis.Virg.1.Georg.9.

Votum,Voluntas & desiderium: quòd ea ualde desideramus, quæ uoto à Deo poscimus. Cicero ad Terentiam, lib.14. 4.3,Si hæc mala fixa sunt, ego uerò te quamprimùm mea Ad uotum. Vide Ad. (uota cupio uidere.

Compos uoti. Vidē Compos.

Matura uota coloni.Ouid.8.Metam.59.

Deplorata uota.Ouid.1.Metam.55.

Exposcere pacem uotis.Virg.3. Aeneid.52.

Fingere uoto aliquem.Plin.epist.112.

Frui uotis Valerius 4. Argon.153.

Implere uotum alicuius.Curtius lib.4.

Potiri uoto.Ouid.9.Metam.63.

Respondere uotis alicuius.Virg.1.Georg.10.

Succedere in uota alicuius:id est, idem uelle quod ante te alius concupierit.Ouid.11.Metam.46.

Superant modum tua uota.Stat.1.Achil.29.

Foue tua uota animo.Ouid.7.Metam.129.

¶ Votiuus,pē.prod,Adiect.(ἐύκτος)Quod ex uoto dari promittitur.Horat.1.epist.37,

Pascitur in uestrum reditum uotiua iuuenca.

Aures uotiuæ,quæ cupiūt aliquid audire. Plaut.Casina,2.28.

Votiuum,Quod uoto desideratum est. Apuleius lib.6,Tota ciuitas ad uotiuum conspectum effunditur.

Legatio uotiua,Quæ pro uoto ac uoluntate uel uoluntariè suscipitur.Cic.ad Attic.lib.14.320.4, Simulq; cogites quid agendum nobis sit super legatione uotiua,quod in his locis moueor à multis ne in Senatu Calendis adsim. Vide Legatio in Lego,legas.

Ludos uotiuos appellat Cicero 2.Ver.19. quos uouerat.Plin. lib.7,Ludis pro salute diui Augusti uotiuis.

Prèces uotiuæ,Quibus aliquid cum uoto poscimus.

Tabella uotiua.Horat.2.Serm.Satyr.1.7.

Thura uotiua.Ouid.3.Amor.eleg.12 2.

Voces uotiuæ.Tibullus lib.1.eleg.3.6.

Vox]uocis (φονὴ ἀφ' οὗ λόγος, ὀνὰξ, ῥῆμα, ὄνομα, ῥῆσις, ὄμφη) Omne quod sonat. Fit ἀπὸ τοῦ βοᾶσθαι, quod est uoco. Cic.in Orat. 31, Vocis mutationes totidem sunt, quot animorum,qui maximè uoce commouentur. Ibidem,32, Mira est enim quædam natura uocis, cuius quidem è tribus omnino sonis,inflexo,acuto,graui tanta sit, & tam suauis uarietas perfecta in canibus.Idem 4. Acad.29, In lingua etiam explanata uocum impressio.

Vocis genera permulta.Cicero 2.de Nat.deor.219, Vocis genera permulta,canorū,fuscumilene, asperum, graue, acutum:flexibile, durum : quæ hominum solum auribus iudicantur.Idem 3,de Orat.119,Nam uoces,ut chordæ sunt intentæ,quæ ad quemque tactum respondeant, acuta,grauis: cita,tarda : magna,parua : quas tamen inter omnes est suo quoque in genere mediocris. Atque etiam illa sunt ab his delapsa plura genera,lene,asperum:contractum,diffusum: contenti spiritu,intermisso : fractum,scissum:flexo sono, attenuatum,inflatum.

Vocis qualitates insuper et qualitates uarias facit Quint. lib. 11.cap.3,Sed ne uox quidem(ait) nisi liberalis, actionē habere optimam potest.Bona enim firmaq; ut uolumus, uti licet:mala uel imbecilla et inhibet multa,ut insurgere, exclamare:& aliqua cogit,ut summittere,deflectere,&c. Paulò pòst,Natura uocis spectatur quantitate et qualitate. Quantitas est simplicior.In summa enim grandis,aut exigua est: sed inter has extremitates mediæ sunt species,& ab ima ad summā,ac retrò, multi sunt gradus. Qualitas magis uaria est.Nam est & candida & fusca,& plena et exilis,& lenis & aspera, & contracta & fusa, & dura & flexibilis, & clara et obtusa.Ibidem,Non enim tam molli teneraq; uoce, quàm forti ac durabili opus est.Paulò pòst, Alioqui nitida illa & curata uox insolitum laborē recusabit. Rursus ibidē, Itaq; sit ipsa uox primùm(ut sic dicam)sana,id est nullis eorum de quibus nunc dixi,patiatur incōmodum: deinde non subsurda, rudis, immanis, dura, rigida,tenuis, præpinguis,

aut tenuis, inanis, acerba, puſilla, mollis, effœminata. Et aliquanto poſt, Ornata eſt pronunciatio, cui ſuffragatur uox facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dulcis, durabilis, clara, pura, ſecans aera, auribus ſedens. Ibidem, Nã uox, ut nerui, quo remiſſior, hoc & grauior & plenior: quo tenſtor, hoc tenuis & acuta magis eſt. Sic ima uim non habet, ſumma rumpi periclitatur. Paulò poſt, Sic uelut media uox, quæ habitum à nobis acceperit, hunc iudicum animis dabit. Eſt enim mentis index, et uelut exemplar, ac totidẽ quot illa mutationes habet. Itaq; letis in reb. plena, ſimplex, et ipſa quodam modo hilaris fluit: at in certamine erecta totis uiribus, & uelut omnibus neruis intenditur. Atrox in ira, & aſpera ac denſa, et reſpiratione crebra. Paululũ in inuidia faciẽda lentior, quia non ferè ad hanc niſi inferiores cõfugiũt: at in blandiendo, fatendo, ſatisfaciendo, rogãdo, lenis & ſummiſſa. Suadentiũ, & monentiũ, & pollicentiũ, & conſolantium grauis: in metu & uerecundia, cõtracta: adhortationibus fortis: diſputationibus teres: miſeratione flexa & flebilis, & conſulto quaſi obſcurior: at in egreßionib. fuſa, et ſecurè claritatis: in expoſitione ac ſermonibus recta, & inter acutum ſonum & grauem media. Attollitur aũt concitatis affectibus, compoſitis deſcẽdit, pro utriuſq; rei modo altius uel inferius. Multo poſt, Vox tẽperata, ac geſtus modeſtus. Ibidem, Fuſca illa uox, qualem Cicero fuiſſe in Antonio dicit. Iterũ, Erecta & concitata uoce dicẽda ſunt. Paulò poſt, Nam uox quoq; Demetrij iucundior, illius acrior erat.

Abſonus uoce. Vide Abſonus.

Plenior uoce. Cic. 1. de Orat. 65, Ego enim neminem nec motu corporis, neq; ipſo habitu atq; forma aptiorẽ, nec uoce pleniorem, aut ſuauiorem mihi uideor audiſſe.

Aſperitas uocis. Lucret. lib. 4. 113.

Bona uocis. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Cantus uocis. Quintil. lib. 5. cap. 10. 86.

Contentio uocis & Remiſſio, contraria. Cic. 1. de Orat. 136. Vide Contentio, in Contendo.

Inoffenſa copulatio uocum. Quintil. lib. 1. cap. 10. 20.

Diſcrimina uocum. Quintil. lib. 1 cap. 5. 16.

Flexus uocis. Quintil. lib. 1. cap. 10. 19.

Intenſio uocis. Quintil. lib. 1. cap. 10. 20.

Iter uocis. Ouid. 2. Metam. 167.

Iucunditas claritasq; uocis. Quintil. in Proœm. lib. 6. 10.

Modeſtia uocis. Quintil. lib. 4. cap. 1. 39.

Remiſſio uocis. Quintil. lib. 1. cap. 10. 20.

Simulans uocum ales. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 5. de pſittaco.

Sonitus uocis, Vox buccinæ. Virg. 3. Aeneid. 134.

Suauitas uocum. Quintil. lib. 1. cap. 5. 21.

Varietas uocum. Cic. 2. de Diuinat. 13.

Hæc uox, Ciuis, &c. Cic. 7. Verr. 131, Conſtitue nihil eſſe opis in hac uoce, Ciuis Romanus ſum.

Abſona. Vide Abſonus.

Abſurda. Vide Abſurdus.

Acerba. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Acior. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Acuta. Vide Acuo.

Acutæ uocis Hylactor. Ouid. 3. Metam. 45.

Aequiſſima uox & Turpiſſima, opponuntur. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 14.

Ambigua uox. Virg. 2. Aeneid. 20.

Amœnæ uoces. Ouid. ad Piſonem, 19.

Anguſta. Iuuenal. Satyr. 39.

Anhela Claud. 2. in Eutrop. 78.

Animoſa uox. Seneca de Benefic. lib. 2. cap. 16.

Aſſidua. Virg. 4. Aeneid. 90.

Atrox. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Blanda uox. Virg. 1. Aeneid. 136.

Boans. Ouid. 3. de Arte, 89.

Bona. Vide Bonus.

Candida. Quintil. lib. 9. cap. 3.

Canora. Vide Cano.

Clara & ſuauis. Cic. 1. Off. 185. Vide Clarus.

Clariſona uox. Catul. Argon. 59. 25.

Concitata uox. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Conſuſa. Lucret. lib. 4. 114.

Conſona. Silius lib. 5. 40.

Conſtans. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 13.

Contracta. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Contumelioſæ uoces. Vide Contumelioſus, in Contumelia.

Cygnea uox, Vide Cygneus, in Cygnus.

Denſa. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Dira. Virg. 3. Aeneid. 46.

Diſſona. Stat. 8. Theb. 124.

Docta. Quintil. lib. 2. cap. 16. 6.

Dulcis & clara uox. Cic. in Orat. 32.

Dura. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Durabilis, Ibidem.

Efferatæ uoces. Seneca Hercule furente, 6. 13.

Erecta. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Exigua. Virg. 6. Aeneid. 99.

Extrema. Virg. 4. Aeneid. 125.

Facilis. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Facunda. Ouid. 4. Faſt. 49.

Falſa. Horat. 2. Carm. ode 2. 4.

Ferox. Claud. de nupt. Honorij & Mariæ, 64.

Ferrea. Virg. 6. Aeneid. 125.

Feſſa loquendo. Ouid. 3. Triſt. eleg. 3. 17.

Ficta. Lucan. lib. 3. 21.

Flebilis. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Fœminea. Quintil. lib. 1. cap. 11. 1.

Furialis. Cic. de Aruſp. reſp. 35.

Fuſca. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Grandis. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Hilaris. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Horrenda. Virg. 9. Aeneid. 23.

Incerta. Quintil. lib. 1. cap. 1. 16.

Inceſta. Ouid. 2. Triſt. 101.

Inclinata. Cic. in Orat. 15.

Incorrupta uox bene iudicantium. Vide Incorruptus.

Infandæ uocis ſonus. Seneca Agamem. 13. 6.

Infragilis uox. Ouid. 1. Triſt. eleg. 4. 11.

Ingenioſa mutãdis ſonis. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 4. de pſittaco.

Ingens. Virg. 1. Georg. 96.

Ingloria. Stat. 5. Sylu. 3. 28.

Inimica alicui. Vide Inimicus.

Inhumana & ſcelerata. Vide Inhumanus.

Inſana. Ouid. epiſt. 11. 15.

Interrupta atq; moriens. Vide Interrumpo.

Iracunda. Ouid. 2. Metam. 95.

Legitima. Ouid. 3. de Arte, 59.

Lenis. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Libera. Liu. 5. bel. Maced. 4.

Liberalis. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Limpida uox. Plin. lib. 34. cap. ult. 12. de ſandaracha.

Sine cõtentione uox, nec languens, nec canora. Cic. 1, Off. 186.

Liquidæ uoces auium. Lucret. lib. 5. 277.

Liquidæ uoces corui. Virg. 1. Georg. 82.

Lugubris. Lucret. lib. 4. 110.

Magna. Cic. de Senectute, 14. Vide Magnus.

Minax. Horat. 1. Carm. ode 10. 3.

Mœſta. Virg. 2. Aeneid. 56.

Mollis, Effœminata & muliebris. Cic. 3. de Orat. 24.

Moribunda. Stat. 8. Theb. 125.

Mutæ uoces murmure. Stat. 2. Sylu. 1. 21.

Nitida. Quint. lib. 11. cap. 3.

Nuptialis. Vide Nuptialis, in Nubo.

Obſcœna. Iuuen. Satyr. 11. 18.

Obſcura. Quint. lib. 11. cap. 3.

Obtuſa. Quint. lib. 11. cap. 3.

Paruæ uocis murmura. Ouid. 12. Metam. 10.

Plena. Cic. de claris Orat. 160.

Præpinguis. Quint. lib. 11. cap. 3.

Pura. Perſius Satyr. 5. 3.

Puſilla. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Rara. Virg. 3. Aeneid. 63.

Rigida. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Rauca. Ouid. 6. Metam. 76.

Recta. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Reſona. Ouid. 3. Metam. 100.

Ruſtica. Cic. 3. de Orat. 24.

Sacra. Ouid. 2. Metam. 56.

Salutaris. Seneca de Benef. lib. 1. cap. 10.

Sana. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Serena. Perſius Satyr. 1. 2.

Simplices uoces. Quint. lib. 1. cap. 5. 40.

Sollicita uox. Ouid. 10. Metam. 127.

Suauis & canora. Cic. de claris Orat. 126.

Suauiſſima uox. Cic. in Orat. 83.

Subſurda. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Summiſſa. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 9.

Superba. Lucret. lib. 5. 236.

Supplex. Liu. 10. bel. Pun. 3.

Tacita. Ouid. 9. Metam. 61.

Tenera. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Tenuata. Ouid. 2. Metam. 75.

Teres. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Tinnula. Catullus in epithal. Iuliæ, 56.

Tremulæ uoces hœdorum. Lucret. lib. 2. 74.

Triſtis. Ouid. 7. Metam. 105.

Trux. Silius lib. 1. 14.

Truculenta uox. Plin. lib. 11. cap. 2. 1.

Veneranda. Lucan. lib. 2. 106.

Vigil. Ouid. 2. Metam. 108;
Nec ſeruaturis uigili capitolia uoce
Cederet anſeribus.

Virilis. Ouid. 4. Metam. 77.

Viua. Quintil. lib. 2. cap. 2. 5.

Vlulans. Cic. in Orat. 15.

Vna uox omnium. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 14. 8.

Vna uoce, Vno ore, uno conſenſu. Cic. 1. de Orat. 24.

Votiuæ uoces. Tibullus lib. 1. eleg. 3. 6.

Aboritur uox. Vide Aborior.

Accipere uoces. Vide Accipio.

Accommodare uocem. Vide Accommodo.

Addere uoces lachrymis. Ouid. 13. Metam. 119.

Aequiparare aliquem uoce. Virg. eclog. 5. 9.

Alit uox. Quintil. lib. 2. cap. 2. 5, Tamen uiua illa, ut dicitur, uox alit plenius.

Alloqui patriam uoce mœſta. Catullus de Berecynthia, 58. 10.

Attollere et Submittere uocẽ, ſunt oppoſita. Qu. lib. 1. cap. 8. 1.

Annuere uocibus alicuius. Horat. 4. Carm. ode 6. 5.

Audire & reddere uoces notas. Virg. 6. Aeneid, 138, id eſt, Familiariter loqui, ut ait Seruius.

Audio uocẽ cuiã. Vide Cuius.

Canere inclinata ululãtiq; uoce, more Aſiatico. Cic. in Or. 15.

Captare uoces auribus. Ouid. 18. 11.

Dulcedine uocis captus. Ouid. 1. Metam. 143.

Citat uox præconiis. Quint. lib. 6. cap. 4. 6.

Compellare aliquem uoce. Virg. 5. Aeneid. 33.

Timenda uoce complere nemus. Horat. Epod. 6. 2.

Comprimere uocem. Vide Comprimo.

Compeſcere uoces. Senec. Herc. Oetæo, 11. 2.

Concipere mente uocem alicuius. Quint. lib. 1. cap. 2. 21.

Condere uocem alicuius memori aure. Ouid. epiſt. 19. 20.

Conferre uocem in quæſtum. Vide Confero.

Confiteri magna uoce. Vide Magnus.

Confirmatur uox hoc modo. Quint. lib. 11. cap. 3.

Cofirmata conſtitutaq; uox. Ibidem.

Conſequi uocem gradu. Vide Conſequor.

Contendere uoce. Vide Contendo.

Continere uocem. Vide Contineo.

Conturbatur uox. Lucret. lib. 4. 113.

Curata uox. Quint. lib. 11. cap. 3.

Currit uox. Vide Curro.

Cuſtodire uocem. Quint. lib. 1. cap. 7. 15.

Deducere uocem. Vide Deduco.

Demiſſa uoce loqui. Virg. 3. Aeneid. 64.

Deplorare uoce lamentabili. Vide Lamentor.

Deſcendit uox: hoc eſt, Deprimitur, ſubmittitur. Quintilianus lib. 11. cap. 3.

Deuorat uocem dolor, Præ dolore loqui nequit. Ouidius 13. Metamorph. 110.

Dicere aliquid acuta uoce. Horat. 3. Carm. ode 4. 1.

Tacita uoce dicere aliquid. Ouid. 9. Metam. 61.

Diſtinguere uocem lingua. Silius lib. 1. 16.

Dat uoces lingua. Ouid. 9. Metam. 117.

Dare uocem alienæ perſonæ. Quint. lib. 4. cap. 2. 74.

Longas in fletum ducere uoces. Virg. 4. Aeneid. 93.

Effundere uoces ad æthera. Virg. 8. Aeneid. 14.

Vox elicit uocem. Ouid. 1. Faſt. 52.

Eliſa uox, in illum ſonum erumpit, cui Græci ἀπόσιωπον, nomen ab immaturo gallorũ cantu dederunt. Quint. lib. 11. cap. 3.

Eluctata uox. Stat. 1. Achilleid. 105.

Emittere uocem. Tibul. lib. 1. Achilleid. 105.

Eripere uocem ab ore loquentis. Virg. 7. Aeneid. 24.

Exaſperatur uox. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Exaſperant uocem fauces raſæ. Ibidem.

Excidit uox ore. Virg. 6. Aeneid. 137.

Excipere uocem alicuius. Senec. Thyeſte, 1. 16.

Excitare uocem. Cic. 1. de Orat. 131.

Exercere uocem pronunciatione. Quint. lib. 1. cap. 11. 8.

Trucem uocem expauere. Silius lib. 1. 14.

Exprimere uoces. Lucret. lib. 4. 111.

Voci ſplendorem affert. Plin. lib. 20. cap. 6. 2. De porro.

Currit uox. Vide Deuoratur uox.

Deuoratur uox. Plin. lib. 11. cap. 51. 5.

Reſorbere uocem. Plin. lib. 18. cap. ult. 19.

Roboratur uox. Plin. lib. 11. cap. 51. 5.

Supprimere uocem. Celſus lib. 2. cap. 10.

Anhelam uocem expromere. Claud. 2. in Eutrop. 78.

Mœſtas uoces expromere. Virg. 2. Aeneid. 56.

Ferre uoces ad aliquem. Ouid. 5. Triſt. 96.

Fertur uox ad aures. Virg. 3. Aeneid. 19.

Fingere optimè ſibi uoces. Quint. lib. 6. cap. 2. 24.

Flectere uocem. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 5.

Fractæ uoces ad littora. Virg. 3. Aeneid. 111.

Frangitur uox ultio faucium. Quint. lib. 11. cap. 3.

Legitima uoce fraudare literam. Ouid. 3. de Arte, 59.
Obscœnis uocibus frui. Iuuen. Satyr. 11. 18.
Fundere uoces. Catul. Argonaut.
Extremam uocem cum sanguine fundo. Virgil. 4. Aeneid. 125.
Fusa uox. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Glutire uocem. Plin. lib. 10. cap. 12. 4.
Habere uoces, Tumultum facere. Cic. pro Muræna. 47.
Habere contemptam supplicis uocem. Catul. de Ruffa, 55. 2.
Iactare uoces inertes. Virgil. 10. Aeneid. 65.
Iactare uoces ad sydera. Virg. eclog. 5. 13.
Impedire uocem loquentis. Ouid. 13. Metam. 161.
Inclamare aliquem magna uoce. Vide Inclamo.
Includit uocem dolor. Vide Includo.
Incurrere in uoces maleuolorum. Vide Incurro.
Induere uoces dolentum. Tacit. lib. 4.
Inflectere uoces cantu. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 8.
Inflexa uox ad miserabilem sonum. Cic. 2. de Orat. 104.
Ingemmare uoces. Virgil. 1. Georg. 83.
Sollicita uoce inuocare aliquem. Ouid. 10. Metam. 127.
Iterare uoces. Horat. 1. epist. 19. 3.
Resonis uocibus iterare aliquid. Ouid. 3. Metam. 100.
Iungere uocem fidibus. Quint. lib. 5. cap. 10. 87.
Lacessere aliquem uoce. Virg. eclog. 3. 10.
Locare uocem. Iuuen. Satyr. 8. 19.
Loqui Latina uoce. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 8.
Loqui primùm incerta uoce tentauit. Quint. lib. 1. cap. 1. 16.
Tristi uoce loqui. Ouid. 7. Metam. 105.
Mittere uocem. Lucret. lib. 3. 190.
Mittere uocem contra aliquem. Cicero pro Cluentio, 71. Vide Mitto.
Mittere uocem de. Cicero pro Flacco, 4, Vox de Quæstura nulla missa est.
Mittere uocem pro se, aut pro aliquo. Cic. pro Sestio, 34. Idē pro Cælio, 43.
Mittere uoces furiales. Vide Mitto.
Mittere liberam uocem. Liu. lib. 5. bel. Maced.
Superbas uoces mittere. Lucret. lib. 5. 236.
Modulari uocem. Vide Modulor.
Moneri uoce alicuius. Virgil. 3. Aeneid. 93.
Blandis uocibus morari aliquem. Virg. 1. Aeneid. 136.
Mouere numina uoce. Virg. 4. Georg. 101.
Multiplicare uoces acceptas. Vide Multiplico, in Mulcus.
Constanti uoce negare aliquid. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 13.
Obscurant uocem fauces obtusæ. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Obscuratur uox uitio faucium. Ibidem.
Obtundere uocem, Vide Obtundo.
Parcere uoci. Quintil. lib. 11. cap. 3. Vide Parco.
Penetrat uox ad aures. Ouid. 12. Metam. 9.
Persequi uoce. Vide Persequor.
Præterradit uox fauces. Lucret. lib. 4. 108.
Premere uocem, Continere uocem, tacere. Virg. 9. Aeneid. 65.
Magna uoce proclamare. Virg. 5. Aeneid. 69.
Profundere uocem. Catul. Argon. 59.
Profusæ uoces abiêre domos ætherias. Silius lib. 6. 51.
Immoderatè profusa uox. Vide Immoderatus.
Reddere uoces. Virg. 1 Aeneid. 83.
Referre uoces pectore. Virg. 5. Aeneid. 83.
Referuntur uoces usq; Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 63.
Voce referre, per pleonasmum dicitur à poetis. Virgil. 2. Aeneid. 43. Seruius.
Remittunt uocem nemora. Virg. 12. Aeneid. 186.
Replere littora uoce. Ouid. 1. Metam. 68.
Resoluere uocem atq; ora. Virg. 3. Aeneid. 92.
Nescit uox missa reuerti. Horat. de Arte, 79.
Summissa uoce rogare opem alicuius. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 9.
Rumpere uocem, Loqui. Virg. 2. Aeneid. 26.
Rupit hanc pectore uocem. Virg. 3. Aeneid. 50.
Sequi uocem fugientem. Virg. 1. Aeneid. 82.
Scinditur uox uitio faucium. Quint. lib. 11. cap. 3.
Simulare fictas uoces læto tumultu. Lucan. lib. 3. 21.
Spargere uoces ambiguas in uulgum. 2. Aeneid. 20.
Strangulare uocem. Quint. lib. 11. cap. 3.
Suffocata uox maiore risu minus clara est. Quint. lib. 11. ca. 3.
Esse bona uoce. Vide Bonus.
Vox erat in cursu. Ouid. 5. Fast. 49.
Supprimere uocem alicui. Ouid. 1. Metam. 144.
Incestis temerantur uocibus aures. Ouid. 2. Trist. 101.
Temperata uox. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Tenuatur uox. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Minaci uoce terrere aliquem. Horat. 1. Carm. ode 10. 3.
Tollere uocem. Horat. de Arte, 14.
Exiguam uocem tollere. Virg. 6. Aeneid. 99.
Lugubri uoce querelam tollere. Lucret. lib. 4. 110.
Trahere uocem ab imo pectore. Virg. 1. Aeneid. 75.
Trahere aliquid pura uoce, Verbis puris nec fictis enarrare aliquid. Persius Satyra 5. 3.
Tundi assiduis uocibus hinc atq; hinc. Virg. 4. Aeneid. 90.
Venit uox ad aures uulgi. Virg. 2. Aeneid. 24.
Vocare uoce aliquem. Virg. 4. Georg. 136.
Plena uoce uocare aliquem. Virg. 1. Georg. 78.
Volutant uocem per atria. Virg. 1. Aeneid. 146.
Falsis uocibus uti. Horat. 2. Carm. ode 2. 4.
Vrgenda uox non est ultra uires. Quint. lib. 11. cap. 3.
Vtendi uoce, multiplex ratio. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Vox toto instructa organo: Prouerbij speciem habet, significatq; uocem firmā, facilem, & tractabilem, quæq; per oēs intentionis & remissionis gradus sequax & flexibilis traducitur translato sermone à musicis organis & hydraulis, quæ totius canonis musici uarietates & flexus uocis & soni complectuntur. Quintil. utiq; habens omnes in se, qui desiderantur, sones intentionesq;, & toto, ut aiunt, organo instructa. Ex Turnebo.
Vox, pro Litera uocali. Cic. in Orat. In populari Platonis oratione, est crebra ista uocum concursio, &c. id est, uocalium concursus, qui biantem reddit orationem.
¶ Vocula, uoculæ, pen. corr. Diminutiuum (φωνίδιον) Cic. ad Atticum, lib. 2. 38. 1, Et cum recreandæ uoculæ causa necesse esset mihi ambulare, hæc dictaui ambulans. Idem 3. de Orat. 55, Quanto molliores sunt, & delicatiores in cantu flexiones, & fallæ uoculæ, quàm certæ, & seueræ?
Maleuolorum uoculæ. Cic. Cælio, lib. 2. 15. 5.
¶ Vocalis, & hoc uocale, pen. prod. (φωνήεις, εὔφωνος, ἔμφωνος) Quod est sonorum & summæ uocis. Plin. lib. 18. cap. 35. 19, Ranæ quoq; ultra solitum uocales, sunt signa tempestatis. Cic. de claris Orat. 130, Addamus huc etiam, ne quem uocalem præterijsse uideamur, C. Cosconium.
Carmine uocali clarus Philammon. Ouid. 11. Metam. 64.
Chordas uocales impellere pollice. Tibul. lib. 2. eleg. 51.
Ora uocalia. Ouid. 5. Metam. 67.
Vocales literæ, dictæ quia per se uoces faciunt.
Vocales frequentissimè coeunt. Quint. lib. 21. cap. 3.
Concursus uocalium. Cic. in Orat. 43.
¶ Vocalitas, pen. corr. uocalitatis, fœ. g. (εὐφωνία) Cōsonantia, quam Græci euphoniā uocant. Quint. lib. 1. cap. 5. 3, Sola est quæ notari possit uelut uocalitas, quæ εὐφωνία dicitur.
¶ Vociferor, pen. corr. uociferaris (ὑπαίω, ἀλαλάζω, μετάφωνέω) uociferari. Est, inquit Valla, uoce effrænata, non modò dolorem, sed etiam indignationem (quanquam indignatio, doloris genus est) ostendere. Interdū sine affectu, sed tamen uehementius exclamare. Cicero 6. Verr. 35, Minitari absenti Diodoro, uociferari palàm: lachrymas interdum

Liberè uociferari. Cic. pro Rosc. Amer. 66. (uix tenere.
Quid uociferabare decem millia talentum Gabinio esse promissa? Cic. pro Rab. Posth. 13.
Res ipsa uociferatur. Lucret. lib. 2. 210.
Vociferare, actiuum protulit Cicero (si locus mendo uacat) 4. Verr. 37, Nam me dies, uox, latera deficiant, si hoc nūc uociferare uelim, quàm miserum indignumq; sit, &c. Var. 3. de Re rust. cap. 9. 4, Item qui elati sunt, ac uociferant sæpe, in certamine pugnaces. De gallis gallinaceis.
¶ Vociferans, penult. corr. Participium (ὑπαίων) Virgil. 2. Aeneid. 136,
Talia uociferans, gemitu tectum omne replebat.
Graue uociferans. Valer. 5. Argon. 34.
¶ Vociferatio, uociferationis (ὑπαγωγὸς, ἀλαλαγμός) Verbale. Cic. 7. Verr. 121, An te L. Flauij, cæterorumq; de L. Hennio uociferatio commouebat?
Sermo & uociferatio. Cic. pro Cluentio. 22.
Muliebris uociferatio. Author ad Heren. lib. 3. 115.
Vti uociferatione. Cic. pro Rosc. Amer. 7.
Furiosa uociferatio. Quintil. lib. 2. cap. 10. 6.
¶ Vociferatus, huius uociferatus, pen. prod. m. g. Verbale, Idē quod Vociferatio. Plin. lib. 10. cap. 60. 1, Mares quidē cum uociferatu sanguinem etiam ex oculis profundunt.
¶ Voco, uocas (καλέω, φωνέω, βοάω) uocare, Clamare, inuitare, appellare.
Vocare ad cœnam. Cic. 6. Verr. 54, Deinde ipsum regem ad cœnam uocauit.
Ad cœnam per. Martial. lib. 2. 14,
Per te, perq; tuam uector lasciue puellam,
Ad cœnam Sellium tu, rogo Taure uocā.
Esum & comessatum uocare: hoc est, Ad esum & comessationem. Plaut. Menæh. 10. 11. Idem Sticho, 14. 4.
Conuiuam uocare, Idem. Plaut. Asin. 13. 23.
Ad nuptias. Terent. Phorm. 4. 4. 21.
Domum uocare aliquem. Cic. pro Rosc. Amer. 31.
Intra tecta uocare aliquem. Virg. 6. Aeneid. 105.
Vocare, Aduocare. Plaut. Capt. 6. 110,
Quæ ad patrem uis nunciari? uin' uocem huc ad te?
Voca illum uerbis meis. Plaut. Amph. 15. 66.
Vocaueras me in hunc diem. Plaut. Stich. 9. 12,
Nam ille heri me uocauerat in hunc diem. hoc est, Dixerat ut hodie uenirem.
Vocare clamore suos. Virg. 12. Aeneid. 63.
Vocare clamorib. hostem. Virg. 4. Georg. 16. Prouocare. Ser.
Vocare clamore deum. Virgil. 1. Georg. 70, (uius.
Et Cererem clamore uocent in tecta. id est, Inuocent dari copiam frumentorum. Seruius.
Nomine aliquem uocare. Virg. 11. Aeneid. 147.
Voce uocare aliquem. Virg. 6. Aeneid. 50,
Ignibus imponit sacris libamina prima,
Voce uocās Hecaten, cæloq; Ereboq; potentē. Vbi Seruius, Voce, non uerbis, sed mysticis quibusdam sonis. Nam, ut in Lucano legimus, uariè numina inuocabantur.
Magna uoce uocauit Aeneam. Virg. 10. Aeneid. 175.
Variis uocari. Virg. 1. Aeneid. 59.
Auxilia uocans frustra. Virg. 5. Aeneid. 45.
Deos uocare auxilio. Virg. 5. Aeneid. 138.
Concilium uocare. Ouid. 2. Metam. 34.
Vocat pluuiam cornix: hoc est, Portēdit, & suo clamore quōdammodo appetere uidetur. Virgil. 1. Georg. 78. Seruius,
Vocat, poeticè sit: non enim uocat, sed denunciat pluuiam.
Vocari aliquò. Lucan. lib. 1. 30.
Ad aliquem uocare. Cic. 4. Acad. 103, Primùm quidem me ad Democritum uocas, cui nō assentior, potiusq; refellam. hoc est, Adducis mihi testem Democritum.
Ad altercationes uocari. Quint. lib. 6. cap. 4. 6.
Fata nos uocant ad bella. Virg. 11. Aeneid. 20.
Ad calculos aliquem uocare: hoc est, Ad ineundam accepti & expensi rationem: quod mox dicitur, Ad computationem. Liu. 5 ab Vrbe, 15. Vide Calculus.
In certamina. Virg. 6. Aeneid. 35.
Ad computationem uocare. Plin. in Paneg. 62.
In deorum concilium. Cic. 1. de Diuinat. 88.
In concionem, In iudicium. Cic. 4. Acad. 258.
In consilium. Cic. pro Flacco, 60.
In contemplationem. Plin. lib. 32. cap. 11. 2.
In contentionem. Cic. pro Muræn. 16.
In crimen, Accusare aliquem criminis. Cicero pro Rabirio perduel. reo, 17.
In culpam. Quintil. lib. 7. cap. 3. 41.
In disceptationē & controuersiam uocari. Cic. 2. de Orat. 161.
In discrimen uocare, Periculo committere. Cic. 7. Ver. 141.
In discrimen uocari de uita & gloria. Cic. 1. Off. 117.
In dubium, Dubitare. Cic. pro Deiot. 28.
Ad exemplar alterius uocare aliquem. Plin. in Paneg. 97.
Ad exitium & uastitatem. Cic. 1. in Catil. 8.
In simulationem puerorum. Cic. pro Font. 24.
In inuidiam aliquid. Cic. 7. Verr. 103.
Ad iudicem. Quintil. lib. 2. cap. 4. 24.
In iudicium. Cic. 3. Verr. 22.
In ius uocare. Cic. pro Quintio, 42.
Ad libertatem seruos uocare, Manumittere. Liu. 4. bel. Maced.
Ad literas alias. Cic. 1. de Fin. 3.
In locum mortui. Cic. ad Atticum, lib. 2. 3. 4. 7.
In lucē è tenebris uocare obscurā fam: liā. Cic. pro Deiot. 19.
In lucem. Cic. ad Attic. lib. 3. 47.
In medium. Cic. pro Cluent. 62.
In odium. Cic. 2. Off. 122.
Extra ordinem. Cic. 5. Verr. 8.
In partem, Vt partem alicuius rei quis accipiat. Cic. pro Cecin. 9, M. Fulcinius adolescēs mortuus est: hæredem P. Cesennium fecit: uxori grande pondus argenti, matriq; partem bonorū maiorem legauit. Itaq; in partem mulieres uocatæ sunt.
In partem curarum. Tacit. lib. 1.
In periculum uocare. Plin. epist. 317.
In periculum ac discrimen. Cic. pro lege Manil. 7.
Ad pilum. Vide Pilus.
Ad probationem. Quint. lib. 5. cap. 4. 6.
Ad procurationem rei alicuius uocari sermone plebis. Cicero ad Attic. lib. 4. 7. 8.
In longum sermonem. Cic. 1. de Legib. 18.
In spem. Cic. ad Attic. lib. 3. 15. 11.
In suspicionem. Cic. 7. Verr. 8.
Ad testimonium. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 4. 4.
Ad uerbum. Cic. pro Cecinna, 59, Tu me ad uerbum uocas, non antè uenio quàm recusaro.
Ad uitam iubere aliquem bono esse animo ne desperet, & sibi manus afferat. Cic. Attic. lib. 3. 47. 3.
In uota uocare. Inuocare. Virg. 5. Aeneid. 47.
Ad utilitatem uocare. Cic. 2. de Orat. 180.
Vocare aliquem, Nomen imponere. Plaut. Asin. 12. 62.
Haberi & uocari. Cic. 3. de Orat. 75.
Vocare pudicam tanti. Iuuenal. Satyr. 6. 14,
Bis quingenta dedit, tanti uocat ille pudicam. Sensus est,

Cesenniam maritus uocat pudicam, non quidem propterea quòd pudica sit, sed quòd ei Cesennia dotis nomine bis quingenta dederit. Dixerat enim,

Optima, sed quare Cesennia teste marito? Mox respondet,
Bis quingenta, &c.

Vocare crudelem. Virg. eclog. 5.5,

Atq; deos atq; astra uocat crudelia mater.

¶ Vocatus, pen. prod. Participium (κεκλημένος) ut, Vocatus atq; non uocatus audit. Hor. 2. Carm. ode 18.8.

Tenuit mora nulla uocatos. Ouid. 1. Metam. 34.

Venit ad exiguas turba uocata dapes. Ouid. 2. Fast. 73.

Ad pocula uocatus. Ouid. 14. Metam. 60.

Vocata est opera. Plaut. Sticho, 8, 18. hoc est, Rogauit me aliquis ut negocium aliquod transigerem pro eo.

¶ Vocatus, huius uocatus, penult. prod. (κλητός) Virg. 12. Aeneidos, 193,

— nunc ô nunquam frustrata uocatus
Hasta meos, &c. Vbi Seruius, Vocatus, id est, inuocationes & preces. Nam appellatio est à uerbo, quæ semper aut in I O exit, aut in V S. Id est, nomen uerbale. Cic. 3. de Orator. 2, Mane idibus Septembris & ille, & Senatus frequens uocatu Drusi in Curiam uenit.

¶ Vocatio, uocationis. Catullus ad Portium & Socrationem, 44,

Vos conuiuia lauta sumptuosè
De die facitis: mei sodales
Quærunt in triuio uocationes. id est, Eò miseriæ sunt redacti, ut quærant à quibus uocentur ad prandium. Qui uocationes legunt, nulla de causa id faciunt.

¶ Vocator, penult. prod. uocatoris (κλητήρ) Vocatores dicti sunt, quibus datum est inuitandi negocium. siue qui ipsi uocant ad cœnas. Plin. lib. 35. cap. 10. 23, Inuitatus, ad regis cœnam uenit. Indignanti; Ptolemæo, & uocatores suos cæsim denti, ut diceret à quo eorum inuitatus esset, &c.

¶ Vocatiuus, pen. prod. (κλητικὸς) Adiect. à Grammaticis fictum: à quibus Vocatiuus casus dicitur, quod per eum uocemus. Hic & Salutatorius dicitur. Priscian. lib. 5. cap. de casu.

¶ Vocatiuè, Aduerbium (κλητικῶς) apud Gellium lib. 13. cap. 21, Vocatiuè dicit: id est, Per uocatiuum.

¶ Vocabulum, uocabuli, penult. correp. (κλῆσις, λέξις) Est id quo res singulæ nominantur & uocantur, aut uoce efferuntur. Terent. Eunuch. 1. 2. 33,

Tanquam philosophorum habent disciplinæ ex ipsis Vocabula. Plin. lib. 3. cap. 1. 13, Vocabula oppidorum. Et lib. 2. cap. 1, Quem Græci nostriq; eodem uocabulo æra appellant. Quint. lib. 9. cap. 1, Mutatur uocabulis uis rerum.

Chaldæi non ex artis, sed ex gentis uocabulo nominati. Cicero 1. de Diuin. 4.

Nomen & uocabulum. Cic. 3. de Orat. 87.

Magistratuum uocabula. Tacit. lib. 1.

Cognata uocabula. Hor. 2. Serm. Satyr. 3. 56.

Incognita nobis uocabula. Vide Incognitus.

Media uocabula. Vide Medius.

Proprium & certum uocabulum. Cic. 1. de Inuent. 51.

Speciosa uocabula rerum. Hor. 2. epist. 2. 24.

Vulgaria, & fortè occurrentia uocabula. Quintilianus libro 1. cap. 1. 25.

Cõstruere rerum uocabula. Vide Construo.

Dare uocabula terris. Silius lib. 5. 3.

Rebus non commutatis immutare uocabula. Cicero 1. de Leg. 55.

Imponere uocabulum alicui. Vide Impono.

Tribuere uocabula monti. Ouid. 14. Metam. 124.

Vocabulum, pro Nomine substantiuo accipit Gell. lib. 1. cap. 16, Apertè ostendit mille & uocabulum esse, & singulari numero dici. Idem lib. 3. cap. 12, A' uocabulis, non à uerbis inclinata sunt. Ibidem, cap. 19, uocat uocabulum nomen paucus. Idem libro 4. cap. 1, de generibus & casibus uocabulorum differens.

¶ Vocamen, penult. prod. uocaminis (φώνημα) Lucret. libro 2. 132,

—& Bacchi nomine abuti
Mauult, quàm laticis proprium proferre uocamen.

Vocamen dare. Solin. cap. 40.

Vocamen trahere de aliqua re: pro, Nomen habere. Solinus capite 65.

¶ Voculatio, uocalationis, Accentus uocatur Nigidio, cùm scribit, Deinde uocalatio qui poterit seruari, si non sciemus in nominibus, ut Valeri, utrum interrogandi aut uocandi sint? Ex Gellio lib. 13. cap. 24.

¶ Vocito, uocitas, pen. corr. (καλέσκω, κικλήσκω) uocitare, Frequentatiuum. Plaut. Capt. 18. 7,

Pœgnum uocitatus est. Cic. 2. de Nat. deor. 151,

Quas nostri septem soliti uocitare triones. Expoeta. Cic. pro Rab. Posth. 14, Phalereus uocitatus est.

V P

Vpilio] upilionis, masc. gen. (ποιμήν) positum est à Virgilio, pro Opilione, causa metri, eclog. 10. 4,

Venit & upilio, tardi uenêre bubulci.

Vpupa] upupæ, pen. corr. (ἔποψ) Auis, cristis à capite exeuntibus galeata, in fimo semper degens. Plin. lib. 10. cap. 29. 10, Mutat & upupa, ut tradit Aeschylus poeta, obscœna aliàs pastu auis, crista uisenda plicatili, contrahens eam, subrigensq; per longitudinem capitis.

Vpupa, pro Meretrice. Plaut. Capt. 19,

Itidem huc mihi aduenienti upupa quæ me delectet, data est.

V R

Vrania] Vrania: uel Vranie, Vranies, penult. corr. (ὐρανία) Vna ex Musis, & apud nos Cælestis dicitur. Ouid. 5. Fast. 11,

Excipit Vranie, fecêre silentia cunctæ, ὐρανὸς, enim cælum dicitur, quòd uiros eruditos in cælum tollit. Vranos uerò dicitur quasi oranos (ut ait Ambrosius libro Hexameron) ab ὁράω. quòd sit uisui peruium et minimè densum, ut est aqua & terra. Catull. in epithal. Iuliæ, 56. 1,

Collis ô Heliconij
Cultor, Vraniæ genitis. Cic. 1. de Diuin. 29, Vrania Musa.

Vranoscopos] pen. cor. (ὐρανοσκόπος) Piscis, qui & callionymus dicitur. Plin. lib. 32. cap. 7. 3, Idem piscis & uranoscopos uocatur ab oculo quem in capite habet.

Vranus] pen. corr. (ὐρανὸς) authore Bocatio lib. 3. cap. 23. pater Saturni: alio nomine Cælum uel Cælius, cui Saturnus filius amputauit uirilia.

Vrbanatim, Vrbanè, Vrbanitas, Vrbanus] Vide Vrbs.

Vrbina] urbinæ, penultima prod. Teli genus. Plaut. Bacch. 19. 46,

Si tibi est machæra, & nobis urbina est domi. Fulgentius legit hoc loco ueruinam, & interpretatur iaculi genus, quod uerutum uocant.

Vrbinum] pen. prod. (ὀρβῖνον) Italiæ oppidum in Vmbria, à quo Vrbinates. Plin. lib. 3. cap. 14.

Vrbs] urbis, fœm. gen. (πόλις, ἄστυ, πτόλις, πτόλισμα, πτολίεθρον) Oppidum muro cinctum. Dicta ab Vruo, aratri circumuatura: quòd antiqui iunctis bobus tauro & uacca, Hetrusco ritu, in condendis urbibus, interiore aratro circumagebant sulcum, intra quem urbem ædificarent. Hoc faciebant religionis causa die auspicato, ut urbs fossa muroq; munita esset: & locum unde terram fodissent, fossam uocabant. Virgil. 2. Georg.

Apta dies legitur qua mœnia signet aratro. Cicero 1. de Repub. 7, Quam quum locis manuq; sepsissent, eiusmodi coniunctionem tectorum, oppidum, uel urbem appellarũt, delubris distinctam, spaciisq; communibus. Omnis ergo populus, qui est talis cœtus multitudinis, qualem exposui, ciuitas est. Hic urbem à ciuitate claris uerbis distinxit Cicero. Idem pro Sestio, 79, Tum domicilia coniuncta, quas urbes dicimus, inuento & diuino iure & humano mœnibus sepserunt.

Vrbs propriè dicta est Roma, per antonomasiam, quum cætera dicantur oppida: ut testatur Quint. lib. 9. cap. 2. Marcellus de uerb. signif. I. Alphenus, Vrbem Alphenus ait esse Romam qua muro cingeretur.

Genitor urbis Quirinus. Ouid. 15. Metam. 137.

Vrbs, pro Ciuitate ipsa aliquando ponitur: id est, pro ciuibus qui in urbe degunt. Virg. 2. Aeneid. 53,

Inuadunt urbem somno, uinoq; sepultam. Per metonymiam dictum, ut ait Quint. lib. 8. cap. 6.

Casus urbis, Ruina. Virg. 2. Aeneid. 102.

Conditores urbium. Quint. lib. 2. cap. 16. 6.

Incrementum urbis. Vide Incrementum, in Increscо.

Intima pars urbis. Vide Intimus, in Intra.

Ad urbem. Vide Ad præpositionem.

Accessus ad urbem. Vide Accedo.

Amplissima atq; ornatissima urbs. Cic. 2. de lege Agra. 76.

Ancipiti discordes urbe Tribuni. Lucan. lib. 1. 55.

Antiqua urbs. Virg. 1. Aeneid. 4.

Arcta ciuibus urbs. Plena ciuibus. Stat. 11. Theb. 55.

Beatæ urbes, Diuites. Catul. ad Lesbiam, 48. 4.

Celsa urbs. Virg. 3. Aeneid. 59.

Clara. Catul. ad seipsum, 43. 2.

Egregia. Virg. 2. Georg. 31.

Famosa urbs. Tacit. lib. 21. hoc est, Celebris. De Hierosolymis.

Florentissima urbs. Cic. 2. in Catil. 47.

Frequens populis urbs. Lucan. lib. 1. 102.

Grauis urbs armis opibusq; Stat. 1. Thebaid. 55.

Infestæ urbes imperio. Cic. 3. in Catil. 92. Vide Orno, ornas.

Infima urbs Liu. 4. ab Vrbe, 256.

Vrbs lymphata erroribus. Stat. 10. Theb. 111.

Magna. Virgil. 4. Aeneid. 35.

Misera. Horat. 4. Carm. ode 15. 4.

Mœsta urbs attonitaq; Iuuen. Satyr. 11. 20.

Nobilis urbs situ. Vide Nobilis.

Nuda urbs præsidio. Vide Nudus.

Opportunissima urbs portu. Vide Opportunus.

Opulentissima urbs. Catullus in Iulium, 27. 5.

Pauida urbs. Virg. 9. Aeneid. 95.

Pulcherrima, florentissima, potentissima urbs. Cicero 2. in Catil. 47.

In summis urbibus. Catul. Argon. 59. 2.

Trepida urbs. Lucan lib. 2. 32.

Turbida urbs. Valer. 3. Argonaut. 23.

Vacua urbs. Valer. 3. Argon. 62.

Abire urbe, uel domo. Vide Abeo.

Abesse urbe, uel domo, &c. Vide Absum.

Accipere urbem. Vide Accipio.

Adiungere urbem aliquam in societatem. Vide Adiungo.

Aequare urbes solo. Vide Aequo, æquas, in Aequus.

Afflicta urbs pestilentia. Vide Affligo.

Perdomitas urbes agitare. Lucan. lib. 2. 128.

Armata urbs. Lucan. lib. 2. 114.

Assurgit urbs monte. Vide Assurgo.

Concussæ cadunt urbes. Lucret. lib. 5. 249.

Capessere urbem. Vide Capesso, in Capio.

Capere urbem. Virg. 2. Aeneid. 102.

Cedere urbe. Vide Cedo.

Cingere urbem. Vide Cingo.

Cingere urbes muris. Senec. Octau. 7. 6.

Cingitur urbs obsidione. Virg. 3. Aeneid. 11.

Circumuasit urbẽ terror. Vide Circunuado.

Colere urbem. Vide Colo.

Componere urbem. Vide Compono.

Concussa urbs. Virg. 4. Aeneid. 133.

Nouam urbem condere. Virg. 1. Aeneid. 106.

Conuenire ad urbem aliquam. Vide Conuenio.

Defendere urbem à uastatione. Vide Defendo.

Domitæ urbes. Virg. 3. Georg. 6.

Emendare urbes iudicijs. Quintil. in Procem. lib. 1. 8.

Euertere urbes. Quintil. lib. 5. cap. 11. 7.

Feras urbes excire. Lucan. lib. 2. 10.

Exedere urbem nefandis odijs. Virg. 5. Aeneid. 158.

Pulchram urbem extruere. Virg. 4. Aeneid. 53.

Vicinæ urbes inter se arma ferunt. Virg. 1. Georg. 102.

Vrbes lætæ florent pueris. Lucret. lib. 1. 51.

Fundare urbem legibus. Virgil. 6. Aeneid. 163.

Implere urbem nomine alicuius: pro, Spargere famã alicuius per urbem. Horat. Epod. 17. 13.

Incedere ad urbem. Vide Incedo.

Incensa urbs. Virg. 2. Aeneid. 66.

Intercurrunt, cinguntq; hæ urbes tetrarchiæ. Vide Intercurro.

Intersepire urbem uallo. Vide Interscpio.

Introire ad urbem. Vide Introeo.

Inuadere urbem somno & uino sepultam. Virg. 2. Aeneid. 53.

Inuadere in urbes ui. Vide Inuado.

Inuisere urbes. Virg. 1. Georg. 5.

Securas urbes irrumpere. Claud. 2. in Eutrop. 55.

Lacerare urbes. Lucan. lib 10. 9.

Lustrare urbem. Vide Lustrum.

Mittere in seruitutem urbes. Vide Mitto.

Penetrare in urbem. Vide Penetro.

Petere urbem excidijs. Virg. 2. Georg. 101.

Ponere urbem. Virgil. 4. Aeneid. 43.

Premere urbem ingenti obsidione. Virgil. 8. Aeneid. 130.

Ægris urbibus uiuus redit calor. Claud. de bello Getico, 88.

Placidas urbes in pace tegebat. Virg. 7. Aeneid 10.

Regere consilijs urbes. Quintil. in Procem. lib. 1. 8.

Reserare urbem, & pandere portas. Virg. 12. Aeneid. 117.

Sepulta urbs. Tacit. lib. 19.

Spoliare urbes populis. Stat. 4. Thebaid. 8.

Præclaram urbem stauere. Virg. 4. Aeneid. 131.

Sternere urbes admotis machinis. Seneca Thyeste, 4. 11.

Transcribunt urbi matres. Vide Transcribo.

Viduare urbem ciuibus. Virg. 8. Aeneid. 115.

Victæ urbes. Horat. 4. Carm. ode 15. 1.

¶ Vrbicula, urbiculæ, penult. corr. Diminutiuum (πολίχνη) Parua urbs.

¶ Vrbicũ, pen. corr. Adiectiuum (ἀστυνόε) Quod ad urbem pertinet. Gel. lib. 15. cap. 1, Siquid autem posset remedij fore, ut ne, tam assiduè domus Romæ arderent, uenam herclè dedissem res rusticas, & urbicas emeissem: Martial. lib. 12. 1, Quæ abjoluenda non esset inter illas quoq; occupationes urbicas. Idem lib. 1. 15,

Optimus urbicus poeta.

¶ Vrbanus, pen. prod. Aliud adiectiuum (ἀστυνόε) Idem significat quod Vrbicus: aut eũ qui in urbe habitat: cui Rusticus

cus opponitur. Cicero 2. de Finibus .123, Quam omnes urbani, rustici, omnes inquam qui Latinè loquuntur, uoluptatem uocant.
Arbor urbana. i. cui Syluestris opponitur. Plin. lib. 16. cap. 19. 1.
Excubiæ urbanæ. Tacit lib. 1.
Familia urbana. Pomponius de uerb. signifi. l. urbana familia & rustica non loco, sed genere distinguitur. Potest enim alicui quis dispensator non esse urbanorum seruorum numero uelut is, qui rusticarum rerum rationes dispenset, ibiq; habitet, & non multum absit à uillico.
Mus urbanus. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 16.
Ocium Vrbanum. Cic. Cassio, lib. 12. 1. 2.
Prædia urbana. Vlpianus de uerb. signific. l. urbana prædia, omnia ædificia accipimus, non solùm ea quæ sunt in oppidis, sed et si fortè stabula sunt, uel alia meritoria in uillis, et in uicis, uel si Prætoria, uoluptatis tantùm deseruientia: quia urbanum prædium nõ locus facit, sed materia. Proinde hortos quoque, si qui sunt in ædificij constituti, dicendum est in urbanorum appellatione cõtineri. Planè si plurium horti in reditu sunt (uinearij fortè, uel etiam olitorij) magis hæc non sunt urbana.
Rebus urbanis abstinere. Vide Abstineo
Serui urbani. Paulus de legatis. l. seruus, Vrbani serui intelligendi sunt, quos paterfamilias inter urbanos adnumerare solitus sit: quod maximè ex libellis familiæ, ità cibarijs deprehendi poterit.
Vita urbana, cui opponitur rustica. Terent. Adelph. 1. 1. 17.
Vitæ urbanæ commoda. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 6.
Vrbanus (ἀστεῖος) Cultus, disertus, facetus, hoc est, qui in uerbis & sono & usu proprium quendam præ se fert urbis gestum, & sumptam ex conuersatione doctorum tacitam eruditionem. Cic. pro domo sua, 71, Et homo facetus inducit etiam sermonem urbanũ ac uenustum. Quint. lib. 8. cap. 3. Fauorem, & urbanum, Cicero noua credit. Cic. ad Appiũ lib. 3 8. 7, Primum te hominem non solùm sapientem, uerumetiam (ut nunc loquimur) urbanum.
Comis & urbanus. Horat. 1. Serm. Satyr. 10. 13.
Homo lautus & urbanus. Cic. 3. Verr. 11.
Frons urbana. Horat. epist. 9. 3.
¶ Vrbanicus, pen. corr. Adiectiuum ut, Vrbanici milites. Paulus in l. qui mittuntur. ff. ex quib. caus. maior. Sed & in urbanicis militibus idem diuus Pius constituit.
¶ Vrbanitas, pẽ. corr. urbanitatis, fœm. gen. (ἀστειότης, ἀστειισμὸς, χαριεντισμὸς) Quint. lib. 6. cap. 3. 74, Nam meo quidem iudicio, illa est urbanitas, in qua nihil absonum, nihil agreste, nihil incõditum, nihil peregrinum, neq; sensu, neq; uerbis, neq; ore, gestúue posit deprehendi: ut non tam sit in singulis dictis, quàm in toto colore dicẽdi: qualis apud Græcos atticissimos ille, redolens Athenarum proprium saporem. Cic. 1. de Finib. 12, Et sunt illius scripta leuiora, ut urbanitas summa appareat, doctrina mediocris.
Vrbanitatis color. Cic. in Brut.
Conuicium & Vrbanitas, contraria. Cic. pro Cælio, 4.
Mira urbanitas. Quintil. lib. 6. cap. 3. 3.
Opportuna urbanitas. Quint. lib. 4. cap. 1. 33.
Oratoria urbanitas. Quintil. lib. 6. cap. 3. 9.
Vetus urbanitas. Cic. Quint. fratri, lib. 2. 12. 4.
Vir nostrorum hominum urbanitate limatus. Cicero 2. de Natura deorum, 107.
Incurrere in hominum facetosam urbanitatem: Vide Incurro.
Desiderium urbanitatis deponere. Cicero Trebatio libro 7. 6. 2.
¶ Vrbanè, pen. prod. Aduerbium (ἀστείως) Facetè. Cicero 1. de Fin. 60, Vt è patre audiebam, facetè & urbanè Stoicos arridente.
Elabi urbanius. Quintil. lib. 2. cap. 11. 2.
¶ Vrbanatim, pen. prod. (πωλιτικῶς) Aliud aduerbiũ, Modestè & eleganter. Pomponius Aleonibus, Ego rusticatim tangam, urbanatim nescio. hoc est, More eorum qui urbes habitant. Nonius.
Vrce] ἄγγιον, Vrbs Tarraconẽsis Hispaniæ, Ptolem. lib. 2. cap. 6. Hodie Aquile.
Vrceus] pen. cor. masc. gen. Vas quo aqua in urnam uel aenum infunditur, authore Paulo iureconsulto. Plaut. Milite, 11, 18,
Neque equidem heminas octo expromptsi in urceum. Cato capite 13. 1, Vrceum unum æneum, quod capiat quadrantalia quinque.
Vrcei aquarij. Cato capite 10. 1. Sic cap. 11. 2, Vrceos mustarios uocat.
Vrcei fictiles. Cato cap. 13. 2. De urceo fictili tale est epigramma apud Martial. lib. 14. 111,
Hic tibi donatur panda ruber urceus ansa,
Stoicus hoc gelidam Fronto petebat aquam.
¶ Vrceolus, urceoli, penul. corr. (ἀγγαιοφόρον) Diminut. Colum. lib. 12. cap. 16. 4, Eodem tempore sorba manu lecta cum rosa in urceolos picatos adijcito.
De urceolis ministratorijs, hoc est, quibus aqua ad lotionem manuum ministrabatur, extat epigramma apud Martialẽ libro 14. 110.
¶ Vrceolaris, pen. prod. Adiectiuum, unde Vrceolaris herba dicitur, quòd sit laudis urceolis idonea sua asperitate, quæ aliàs perdiciam dicitur. Plinius libro 22. cap. 17. 2, Perdicium siue parthenium, à nostris herba urceolaris uocatur ab alijs astericum, folio similis ocimo, nigrior tantùm, nascens in tegulis parietinisq;.
Vredo] pẽ. prod. uredinis, fœm. gen. (πωλώδης) Morbus herbarum, fruticum, arborumq;, qui in uitibus etiam carbunculus dicitur, & in cæteris rubigo, pisa, plantas, arboresq; adurens. Cicero 3. de Natura deor. 124, Nec si uredo aut grando quippiam nocuit, id loui animaduertendum fuit. Colum. lib. 3. cap. 20. 1, Seu frigidus & pruinosus, quòd nõ est patiens uredinis.
Vredo, Incendium ac pruritus. Plinius de urtica pisce, Hæc tactio uredinem excitat. Idem lib. 9. cap. 45. 2, Tactu uredinem mittit.
Vreteres] penul. prod. (ὀρυκτῆρες) Græcis dicuntur à renibus singulæ uenæ colore albæ, quæ ad uesicam feruntur: quòd per eas inde descendentem urinam in uesicam destillare concipiunt. Celsus lib. 4. cap. 1.
Vrgeo] urges, ursi, ursum (ἐπείγω, κατεπείγω, ἐπιπέρχω) urgere, penult. prod. Cogere, premere, impellere. Virgilius 3. Georg. 49,
—oculos stupor urget inertes. Cic. in Hortensio, Itaque nunc Democriti manus urgebatur. Plautus Pœn. 1. 2. 34. At urget onus.
Vrgere, Infestare, & exercere. Celsus, Desieruntq; urgere cibi fastidium & potionis desiderium. Sic idem alibi identidem de morbis acutis. Cic. pro Rab. Posth. 1, Satis est homines imprudentia lapsos non erigere: urgere uerò iacentes, aut præcipitantes impellere, certè est inhumanum. Budæus.
Instare, urgere, insectari. Cic. pro Plancio, 38, Etiam atq; etiam instato atq; urgeo, insector, posco atq; adeo, flagito crimen.
An: ustijs urgeri. Cic. de Fato, 50.
Assultibus narijs urgere aliquem. Virg. 5. Aeneid. 89.
Conuicio à iquorum urgeri. Cic. 4. Acad. 224.
Culullis urgere aliquem. Horat. de Arte, 88.

Curis

Curis multis undiq; urgeris. Lucret. lib. 3. cap. 214.
Dolore graui urgentur. Celsus lib. 3. cap. 2. 1.
Exilio urgeri. Cic. ad Attic. lib. 10. 203. 3.
Fame, ferroq; urgeri. Liu. 6. bel Pun. 34.
Febres magnæ urgent. Celsus lib. 7. cap. 26.
Fortuna urget miseros tenaciter. Ouid. epist. 3. 9.
Hortatibus urgere aliquem. Valer. 3. Argon. 110.
Ab hoste magno urgeri. Valer. 8. Argonaut. 86.
Iussis ingentibus urgere. Virg. 7. Aeneid. 49.
Laboribus urgere famulas. Ouid. 4. Metam. 7.
Literis urgeri. Asinius Pollio ad Cic. lib. 10. 32. 12.
Malis omnibus urgeri. Cic. 5. Tusc. 35.
Dominus non lenis urget mentem. Horatius 2. Serm. Satyr. (7. 19.
Mœrore urgeri. Cic. ad Atticum, lib. 11. 210. 3.
Mole urgetur corpus. Virg. 3. Aeneid. 116.
Morbo urgeri. Cic. de Fato, 27.
Nox urget diem, & dies noctem. Horat. Epod. 17. 5.
Onus urget. Ouid. 4. Fast. 103.
Periculum urget. Plin. lib. 28. cap. 1. 2.
Solicitudine urgeri. Cic. ad Attic. lib. 116. 4.
Somnus urget. Cic. ad Attic. lib. 12. 237. 2.
Tempus urget moriendi. Cic. 1. Tusc. 165.
Vrgere, Insistere. Cic. 5. de Finib. 138, Non pugnem cum homine, cur tantum habeat natura boni: illud urgeam, non intelligere eum quid sibi dicendum, quum dolorem summum malum esse dixerit. Ibidem, lib. 4. 124, Vrgent tamen, & nihil remittunt.
Altum urgere. Horat. 2. Carm. ode 10. 1.
In aliquo opere noctes & dies urgeri. Cic. 1. de Orat. 136.
Diutius urgere. Cic. 1. de Nat. deor. 134.
Acrius urgere. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 3.
Ius Crassus, æquitatem Antonius urgebat. Cic. 3. Off. 88.
Occasionem urgere. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 8. 4.
Propositum urgere. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 2. hoc est, Perse qui propositum suum.
Vrgere aliquem de. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 6. 3.
Sim tibi id minus libebit, non te urgebo. Cic. 2. de Orat. 10.
Iratis precibus urgere aliquem. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 6.
Malè administratæ prouinciæ urgeri. Tacit. lib. 5, Græcorum imitatione dictum est, ceu Liuianum illud lib. 1. Decad. 5, Senatus nec liberauit eius culpæ regem, nec arguit.
Vrgere ad solutionẽ. Vlpiã. in l. si extraneus. ff. de iure dotium.
Vrgere, cum infinitiuo: pro, Instere multo conatu. Horatius 2. Carm. ode 18. 4,
Marijsq; Baijs obstrepentis urges
Summouere littora.
Vrgere, Tegere. Virg. 2. Georg. 71,
Qui saxo super, atq; ingenti pondere testæ
Vrgerent.
Vrgere, Accelerare. Virg. 9. Aeneid. 98,
—tibi quam noctes festina, diesq; Vrgebam.
Iter urgere, Festinanter ire. Ouid. 6. Fast. 104.
¶ Vrgens, urgentis, Participium (ἐπείγων) Cic. 3. Tusc. 103, Est enim nulla alia, nisi opinio & iudicium magni præsentis atq; urgentis mali.
Onus aut iam urgentis, aut certè aduentantis senectutis. Cicero de Senect. 2.
Fato urgenti incumbere. Virg. 2. Aeneid. 131.
Vri] urorum (βαλάαι) Qui & bubali dicuntur à nõnullis, hoc est, boues syluestres. Plin. lib. 6. cap. 15. 1, Paucissima animalia Scythia gignit inopia fruticum, pauca conterminis illi Germaniæ insignia tamen borum ferorum genera, iubatos bisontes, excellentiq; & ui & uelocitate uros: quibus imperitum uulgus bubalorum nomen imponit, quum id gignat Africa, uituli potius, ceruinæ quadam similitudine. Virg. 3. Georg. 107,
Quæstus ad sacra boues iunonis & uris
Imparibus ductos alta ad donaria currus.
Vrica] uricæ, pen. corr. (πωλώδης) Satorum uitium abusione. Plin. lib. 18. cap. 17. 5, Commune autem omnium satorum uitium urica.
Vrigo] pen. prod. uiriginis, fœm. gen. (πωλώδης) pro Vredine, & quæ ex causticis ui medicamenti alicui parti admoti prouenit. Plinius lib. 20. cap. 22. 3, At in magna duritia sine fico impositum: uel si uehementior urigo timeatur, per duplices pannos.
Vrina] urinæ, pen. prod. (ὄρος, ὄρου) A' Græco ὀρέω, meio, A' quo ὄρος, urinam dicunt Latini, Est autẽ humor, qui ex renibus uesicæq; profunditur. Colum. lib. 2. cap. 15, Aptior est tamen surculis, hominis urina, quam sex mensibus passus fueris uetustascere. Cic. de Fat. 8, Vt in simul ægrotantibus fratribus, ut in urina, & in unguibus.
Incontinentia urinæ. Vide Incontinens.
Iter urinæ. Celsus lib. 4. cap. 1.
Vrinæ & menstruis efficax. Plin. lib. 20. cap. 1, ad finẽ. Vtilis urinæ, iocineri, capitis doloribus. Plin. lib. 23. in Procem. 9.
Angustijs urinæ utile abrotonum. Plin. lib. 21. cap. 21. 8.
Cruenta ruina. Vide Cruentus.
Genitalis urina, Genitale sperma. Plin. lib. 8. cap. 43. de Asina.
Vrinæ crebra cupiditas, sed magna difficultas est. Cels. lib. 2. cap. 7.
Vrinæ difficultates succus emendat. Plin. lib. 20. cap. 7. 5.
Vrinæ difficultatibus medetur. Plin. lib. 24. cap. 19. 9.
Profluuium urinæ. Plin. lib. 28. cap. 6. 5.
Vrinæ tormina discutit cichorium. Plin. lib. 20. cap. 8. 5.
Alba urina. Celsus lib. 2. cap. 4.
Arenosa. Celsus lib. 2. cap. 7.
Bullans. Celsus lib. 2. cap. 7.
Candida. Plin. lib. 18. cap. 6. 11.
Crassa. Celsus lib. 2. cap. 6.
Deterrima. Celsus lib. 2. cap. 6.
Difficilis. Plin. lib. 23. cap. 8. 3.
Diluta. Celsus lib. 2. cap. 4. & cap. 6.
Liquida parum urina. Celsus lib. 2. cap. 7.
Vrina mala, deterior, pessima. Celsus lib. 2. cap. 4.
Mortifera. Celsus lib. 2. cap. 6.
Nigra. Celsus lib. 2. cap. 6.
Pallida. Celsus lib. 2. cap. 6.
Rubens. Plin. lib. 28. cap. 6. 11.
Rubra. Celsus lib. 2. cap. 6.
Ruffa. Celsus lib. 1. cap. 2.
Tenuis. Celsus lib. 2. cap. 6.
Tortuosior. Plin. lib. 21. cap. 27. 1.
Viridis. Celsus lib. 2. cap. 7.
Vitiosa. Plin. lib. 28. cap. 6. 12.
Ciere urinam. Vide Cieo.
Auribus atq; oculis concepta urina. Iuuen. Satyr. 11. 17.
Citare urinam, & tardare. Celsus lib. 2. cap. 19.
Destillat urina. Celsus lib. 2. cap. 7.
Excalefacere urinas. Plin. lib. 21. cap. 20. 4.
Excitare urinam. Plin. lib. 20. cap. 23. 4.
Expellere urinam. Plin. lib. 23. cap. 1. 25.
Impellere urinam. Plin. lib. 21. cap. 26. 1.
Inhibere urinam. Plin. lib. 20. cap. 4. 1.
Instillare urinam. Plin. lib. 28. cap. 6. ad finem.
Mordet urina. Plin. lib. 20. cap. 15. 1.
Mouere urinam. Plin. lib. 24. cap. 11. 1.
Nocere urinæ existimatur galbanum. Plin. lib. 24. 5. ad finem.

Pellere

Pellere urinam. Plinius lib.20.cap.5.1.
Pellit urinam celerrimè. Plin.lib.24.cap.6.5.
Prodest & urinæ pota modicè radix, & menstruis. Plin.lib.21. cap.22.4.
Soluere urinam. Plin.lib.26.cap.8.34.
Tardare urinam. Celsus lib.2.cap.19.
Trahere urinam. Plin.lib.24.cap.13.3.
Concitare urinam. Vide Concito.
Dens defricatus urina. Catul. in Egnatium, 37.3.
Descendit urina. Celsus lib.7.cap.27, Pura urina descendat.
Eximanita prius urina. Plin.lib.8.cap.37.3.
Facere, uel reddere urinam: pro Meiere. Plin. lib.8. cap.16.5. Colum. lib.6.cap.30.
Mouetur urina. Iuuen. Satyr. 11.17.
Vrina naturaliter profluit. Celsus lib.7.cap.26.
Excedit urina: hoc est, Exit, educitur. Celsus lib.7.cap.26.
Transfluens urina si id non rodit. Celsus lib.7. cap.26.ad finē.
¶ Vrino, urinas, pen prod. (οὐρέω) urinare, Vrinam facere.
Vrinare, uel urinari, Deponens, In aquam mergi, & natando emergere. Plin.lib.11.cap.37.58, Eadem est causa, quare sub aqua diu ranæ & phocæ urinentur.
¶ Vrinator, pen.prod. urinatoris (κολυμβητὴς) Qui sub aqua natat. Callistratus iureconsultus ad legem Rhodiam. I. nauis onusta. §. sed si nauis: appellat eos qui merces è mari extrahunt, naufragij gratia iactatas. Liu. lib. 4. Decad. lib. 5. Sed in rem emendabilem usus lapsus esse, quod per urinatores omnes fermè extractum est. Tantusq; pudor fuit regi eius pauoris, ut urinatores clàm interfici iusserit.
Vrinum] ὑγρὸν, ὄυον, ouum quod sit, explicat Plinius lib.10. cap.58.1, Palumbes & turtures plurimùm terna pariunt oua, nec plus quàm bis ferè pariunt: atque ita, si prior fœtus corruptus est, quamuis tria pepererint, nunquam plus duobus educant. Tertium quod irritum est, urinum uocant. Idem lib.10.cap.60.2, Vrina fiunt incubatione derelicta, quæ alij cynosura dixère.
Vrium] ἄρειον, Hispaniæ urbs, ut scribit Ptolomæus lib. 2. cap.4. Aurienſis alio nomine dicta. Vrius Iupiter, id est imperator.
Vrna] urnæ (πέλλαι, σάμαι) Vas aquarium. Dicta quòd in aqua haurienda urinat, id est, mergitur atque emergitur. Plaut. Pseud.4.23,
Tu qui urnam habes aquam ingere. Cato cap.10.2, Vrnam quinquagenariam unam, trullas tres.
Aquæ urna. Horat.1.Serm.Satyr.5.18.
Argenti urna. Horat.2.Serm.Satyr.6.2.
Liquidi urna, Vrna liquoris. Horat.1.Serm.Satyr.1.11.
Arcta urna. Ouid.epist.11.25.
Capacibus urnis excipere & fundere laticem. Ouid. 3. Metamorph.55.
Demissa urna in undas. Ouid.2.Metam.8.
Vndantem urnam declinare. Claud.2.de raptu Proserp.14.
In urnam antiqui non tantùm tabellas iudiciarias iudicum, sed & nomina conijciebant, quum Prætor iudices sortiebatur. Cic.ad Qu. fratrem, lib. 2.10.8, de Sexto Cælio, Senatorum eum urna copiosè absoluit, Equitum adæquauit, Tribuni ærarij condemnarunt. Plin.epist.220, Vt essemus in Senatus potestate, pateremurq; nomina nostra in urnam conijci. Virg.6.Aeneid.87,
Quæsitor Minos urnam mouet.
Feralis urna. Tacit.lib.3.
Delere urnas. Cic.in Vatinium, 26.
Quatere urnam. Stat.2.Sylu.1.44.
Vrna imaginis mortui. Cic.1.Tusc.53. Quid poetæ, nonne post mortem nobilitari uolunt? unde ergo illud?

Aspicite ô ciues senis Ennij imaginis urnam, &c. Solebant autem corporum crematorum cineres in urnis asseruari.
¶ Vrnalis, & hoc urnale, pen.prod. (σπάνιος) Quod ad urnam pertinet.
Vrnales caliculi, uel urcei, Vrnam continentes. Plin. lib.9. cap. 30.5, Barbas longas pedum triginta, acetabulis, siue caliculis urnalibus peluium modo, dentes magnitudini respondentes. Cato cap.13, Vrceos fictiles urnales duos, trullas ligneas duas.
¶ Vrnarium, urnarij (σαμνεῖον) Mensa quadrata, super qua urnæ aquæ plenæ in culina reponebātur. Varro παρὰ μοῦσαι, Sed quæ necessitas te iuuet aquam effundere domi tuæ, si uasa habes pertusa, plumbum non habent? ad quam rem nobis est conſluuium, ad quam rem urnarium? Ex Nonio.
¶ Vrnula, urnulæ, pen.corr. Diminutiuum (σαμνάριον) Parua urna. unde Vrnula aqualis. Varro de uita populi Romani, lib.1. Cic. in Parad.12, Minùsne gratas dijs immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuisse, quàm delicatas aliorum pateras arbitramur?
Vro] uris, ussi, ustum (φλέγω, καίω, αἴθω, ἀνιάω, αἰθαλόω, ἐμπρήθω) urere, pen.cor. Concremare, calore nimio consumere, incendere. Plinius lib.12.c.4.3. Vritur ebenus odore iucundo.
Sepelire & urere. Cic.de Legibus. 91.
Flammis subiectis urere aliquid. Virg.2.Aen.8.
Duritia corporis, quod quum uritur non sentit. Cicero pro domo sua, 57.
Sol grauas urit aruas. Ouid. 6. Metam. 68.
Sitis usserat herbas. Ouid. 4. Fastor. 60.
Vri calore. Cic.1.Tusc.107.
Calor urit artus. Lucret. lib. 4.176.
Vrere, de frigore etiam dicitur. Lucan. lib. 4.11,
Vrebant montana niues. Cic.2. Tusc.70, Pernoctant uenatores in niue, in montibus uri se patiuntur.
Vri uirgis, pro Cædi, flagellari. Horatius 2.Serm. Satyr.7.12.
Nam ex uirgarū percussione corpus calefit & inflammatur.
Loris uri. Horat.1.epist.17.20.
Calceus angustior dicitur urere pedem. Horat.lib.1.epist.10.9.
Vro hominem, per translationem, significat Dolere cogo, interprete Donato: siue Ango, ut ait Budæus. Inde Vri, pro Cruciari. Terent.in Eunuch.2.2.43,
Non malum hercle. G. uro hominem. P. ut falsus animi est. Horat.2.epist.1.3,
Vrit enim fulgore suo qui prægrauat artes
Infra se positas. id est, Splendore sui nominis urget & incendit inuidos. Liu.7.bel.Pun.156, Quos & Machanidas tyrannus Lacedæmoniorum finitimo bello urebat.
Vrit atrox Iuno, dixit Virgilius 1. Aen.134. pro Cruciatur.
Vri, Amore consumi & conflagrare. De alijs etiam rebus dicitur. Virg.4.Aeneid.14,
Vritur infœlix Dido.
Impensius uri. Catul.ad Lesbiam, 67.1.
Pectore intimo uri. Catul.in Epithal. Iuliæ, 56.36.
Pectore toto uri. Ouid.1.Metam.100.
Amor me urit. Virg.2.eclog.14.
Violenter me usit amor. Ouid.1.de Arte, 5.
Dolor urit amantes. Ouid.4.Metam.56.
Doloribus tacitis uri. Ouid.3.Fast. 98.
Ignibus uri. Horat.3.Carm.ode 7.3. Ignes intelligit amores.
¶ Vrito, uritas, pen.corr. (καίω) uritare, Frequentatiuum. Plaut. Most. 8.79,
Calidum hoc est: etsi procul abest, uritat malè.
¶ Vrens, Participium (καίω) ut,
Caminus urens ramos. Horat.1.Serm.Satyr.5.17.

Capel-

Capellæ urentes culta. Virg.2.Georg.40.
¶ Vrendus, Aliud participium (καυτέος) ut, Felix urenda. Horat.1.Serm.Satyr.3.8.
¶ Vstus (λελαυμένος) Similiter participium. Plin.lib.10.cap. 70.2, Conueniunt ex alto etiam pisces ad quosdam odores, ut sepiam ustam.
Ignibus ustus crudeliter. Ouid.3.Trist.eleg.11.11.
Aer siccis feruoribus ustus. Ouid.1.Metam.25.
Capillus ustus. Tibull.lib.1.eleg.10.8.
¶ Vstio, Verbale (λεῖωσις, ἐμπρησις) Cato cap.38.3, Virgas & sarmenta quæ tibi ustioni supererunt, in segetem comburito.
Vstio, prò cauterizatione quam uocant. Plin.lib.34.cap.15.3, Quædam ustione sanantur: priuatim uerò canis rabidi mors. Celsus, Omnes autem huiusce modi dolores, uix citra ustionem finiuntur. id est, Citra candentis ferri admotionem.
¶ Vstor, ustoris, pen.prod. (καυτὴρ) Verbale, m.g. Qui corpora in busto urijs cremat. Mart.lib.3.51,
Vstorq; tædas præferat nouæ nuptæ, &c. Bud. Catul. de Rufa & Rufulo, 55.1,
Quum deuolutum exigne prosequens panem
A semiraso tunderetur ustore.
¶ Vstulo, ustulas, penul.cor. (λελαυμένος) ustulare, significat Vrere. Pacuuius, Candenti ferro crines ustulare.
¶ Vstulatus, penul.prod. Participium: ut, Pali ustulati. Vitruuius lib.5.cap.12.
¶ Vstulandus, Participium (λελαυμένος) Catul. in annales Volusii, 34.2,
Scripta tardipedi deo daturam
Inficetiis ustulanda lignis.
¶ Vstrina, ustrinæ, penul.prod. Locus in quo metalla candescunt ut laborentur. Plin.lib.36.cap.21.6, In ustrinas ter siccantur, ita ut torreantur carbone puro, ac toties uino restinguantur albo.
Vstrina, Locus dicebatur in quo combustus erat, qui alibi sepultus, mortuus fuerat, ut ait Festus.
Vrolanium] ἠρολάνιον, Ptolemæo libro 2.cap. 3. alijs Verulanium, Britanniæ insulæ ciuitas: uulgò Sanctus Albon.
Vropigium] & oropygium (ὀροπύγιον) Est, in usta & ultima spinæ pars, siue (ut Iulius Pollux inquit) spondylij finis podici imminentis, quasi terminus pygæ, siue finis uertebræ. Mart.lib.3.51,
Et anatis habeas uropygium macræ.
Vrpex] urpicis, pen.prod masc.gen. (ἄρπαξ) Instrumentum rusticum. Cato cap.10.2, Vrpicem unum, crates stercorarias quatuor uillicum habere oportet.
Vrruncum] urrunci, Varro declarat. 1. de Rerust cap. 48. de spica loquens, Illud autem summa in spica iam matura quod est minus quàm granum, uocatur frit: quod in infima spica ad culmum stramenti summum, item minus quàm granum est, appellatur urruncum.
Vrsa] Balui. (ἄρκτος σαλυΐας) Picenorum urbs, Ptolemæo libro 3.cap.1. hodie Vrbsa.
Vrsus] ursi (ἄρκτος) Animal ferum. De ursis uide Plinium.
Armati unguibus ursi. Ouid.10.Metam.107.
Informes ursi. Virg.3.Georg.50.
Sæuis inter se conuenit ursis. Iuuen. Satyr.15.17.
Truces ursi. Valer.2.Argon.15.
Turpes ursi. Ouid.3.Trist.eleg.5.7. Stat.2.Theb.174.
Vespertinus circumgemit ursus ouile. Horat.Epod.16,11.
¶ Vrsulus, ursuli, pen.corr. Diminutiuum.
¶ Vrsa, ursæ, fœmininum ab ursus. Plin.lib.10.cap.63.6, Informia etiam magis quàm supradicta, ursæ pariūt, rarumq; est uidere parentes.
Villosæ ursæ catuli. Ouid.13.Metam.178.

Vrsa, Sydus cœleste, figuram habens similem plaustri: unde antiqui Græcorum Hamaxam, hoc est plaustrum dixerunt. Nostri quoque à bobus iunctis, Septentriones appellauerunt: hoc est à septem stellis, ex quibus quasi iuncti triones figurantur. Sunt autem duæ ursæ, Maior & Minor, quas Græci ἄρκτους uocant.
¶ Vrsinus, pen.prod. Adiectiuum (ἄρκτος) Quod ursorum est, ut, Vrsinus sanguis. Colu. de Arboribus, cap.15, Et Plin. lib.8.cap.36.5, Quoniam potum in ursinam rabiem agat.
Vrtica] urticæ, pen.prod. (ἀλεαλήφη) Genus herbæ notissimum, ab urendo dictum: quòd eius folia tacta acerrimè urant. Vide Plin.lib.21.cap.15.7.
Viuere herbis & urtica. Horat.1.epist.12.2.
Mordax urtica. Ouid.2.de Arte, 84.
Mortifera contactu urtica. Vide Mors.
Vrtica, pro Pruritu libidinis. Iuuen. Satyr.2.13. —unde
Hæc te tegit Gradiue tuos urtica nepotes?
Acres urticæ. Iuuen. Satyr.11.17.
Vrtica, Genus piscis. Plin.li.9.ca.45.1, Vrticæ noctu uagātur, noctuq; mutantur: carnose frondis his natura, & carne uescitur. Vis pruritu mordax, eademq; quæ terrestris urticæ.
Vruum] urui Aratri curuatura. A quo Vruo, uruas, uruare, quod est Aratra definire. Festus, Vruat, Ennius in Andromeda significat circundat, ab eo sulco qui fit in urbe condenda uruo aratri, quæ sit forma simillima uncini curuationi buris & dentis, cui præfigitur uomer. Ait autem. Circumsese uruat ad pedes.

V S

Vsia] Latinè essentia, siue substantia dicitur. Vlpian. utitur in l. in uenditionibus. ff. de contrab. empt.
Vsio, Vsitatus, Vsitor] Vide Vtor.
Vspiam] ἐνιαχοῦ, Aduerbium in loco. Terent. Adelph. 1.1.3, —si absis uspiam, &c. Cic.ad Att.lib.1.12.3, Sed tamen hoc me ipse consolabor, quòd non dubitabam quin te ille aut Dyrrhachij, aut in istis locis uspiam usurus esset. Eidem lib. 7.131. 2, Inde utrum consistere uspiam uelit, an mare transire, nescitur.
Vspiam, In re aliqua, uel aliquo negocio. Plaut. Casin. 20.14,
Num me expertus uspiam?
Vsquam] ἐνιαχῆ, Aduerbiū in loco. Cic. 6. Verr. 20, Quam crucem nō ausus est usquam defigere, nisi apud eos quibus cum omnia scelerā sua ac latrocinia communicasset.
Nec mihi magis usquam uideor, quàm quum aut in foro magistratus, aut in curia Senatum uideo, somniare. Cicero 2. de Diuinat. 210.
Vsquam, etiam ad locum pertinere, probat Valla ex Cicerone, 1. Philip. 1, Nec uerò usquam discedebam. Idem dicit & Donatus in Terentium. Cic. 6. Verr. 129, Ciues Romani à me nusquam discedere.
Vsquam, In re aliqua, In negotio aliquo. Terent. Andr. 2.5.9,
Nec; istic, nec; alibi tibi usquam erit in me mora.
Nec est usquam consilio aut authoritati locus. Cicero 2. Officiorum, 3.
Vsquam, Aliter. Terent. Andr. 5.3.7,
Vide num eius color, pudoris signum usquam indicat? id est, Aliqua parte corporis.
Vsquam gentium, De loco & ad locum. Plaut. Milite, 10.90,
Nam bona uxor, si ea quidem deducta est usquam gentium, ubi ea posit inueniri? Terent. Hecyr. 3.1.13,
An quisquam usquam gentium est adeò miser?
Vsque] ἕως, ἄχρι, ἄχρις, μέχρι, Præpositio, quasi ad unum uel locum, uel tempus, uel aliud huiusce modi: ut ex sequentibus exemplis patet. Plaut. Menæb. 4.60,
Inde usque ad diurnam stellam crastinam pota bimus.

hoc est, Quoad lux crastina, aut stella diurna à nobis uidebitur. Terent, Andr. 1.2.28,

Verberibus cæsum te in pistrinum Daue dedam usq; ad necem. Cicero ad Attic. Ibi esse uolo usq; ad pridie calend. Maias. Ibidem, Nos in Formiano esse uolumus usq; ad pridie nonas Maias. Eidem, lib. 3.58.1.

Vsque ad eum: pro Excepto eo. Plin. epist. 35. b, Assenserunt Consules designati, omnes etiam Consulares usq; ad Pompeium collegam.

Vsque sub. Virg. 1. Georg. 43,

——serite ordea campis
Vsque sub extremum brumæ intractabilis imbrem. id est, Non usq; ad brumæ finem, sed circa. Seruius.

Vsque Romam, uel Romam usq; Terent. Adelph. 4.5.21. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1.1.63.

Aspera arteria ad pulmones usque pertinet. Cicero 2. de Nat. deorum, 203.

Ab ultimo principio huius præceptionis, usque ad hoc tempus. Cic. 2. de Inuent. 125.

Ab uno usq; ad mala. Horat. 1. Serm. Satyr. 3.2. Porphyrio, id est, ab initio cœnæ ad finem usq. Ouum enim olim hodieq; initium cœnæ: quippe quum in gustu statim à balneis offerantur. Mala autem apud ueteres inter cætera secundæ mensæ afferebãtur.

Vsque illò, Vsq; ad illum locum. Plin. lib. 6. cap. 23. 7.

Vsque, aliquando est aduerbium: tunc uaria significat, uarieq; præpositionibus, & alijs dictionibus iungitur: ut ex sequentibus uidere est.

Vsque à, Quod & ab usq; dicitur, eam uim habet quam sola præpositio. Terent. Adelph. 5.9.5,

Ego ipsos uobis usq; à pueris curaui ambos sedulò. Cic. pro Cluentio, 152, Comperi mulierem quandam Larino, atque illam usq; à mari supero Romam proficisci eum magno comitatu.

Vsque à capite arcessere. Cic. in Topic. 20.

Vsque ab. Idem Trinum. Vsq; ab sirpe. Terẽt. Phorm. 2.3.48,

Progeniem nestram usque ab auo atq; atauo proferens. Cic. 3. Verr. 61.

Ab usq;. Virg. 7. Aeneid. 58,

——Siculo prospexit ab usq; Pachynno.

Vsque ad iactum teli. Tacit. lib. 13.

Ad serum usque diem. Tacit. lib. 19.

Vsque adhuc: pro Hactenus, uel huc usque. Terẽt. And. 1.5.27,

Tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo usq; adhuc. Quæ meo cunq; animo libitum est, facere. Sueton. in Domitiano, cap. 18, Vsq; adhuc certè animum meum probastis, & uultum.

Vsque adolescentiam meam processit ætate. Cic. de Senect. 45.

Vsque ante. Liu. 5. bel. Pun. 61.

Vsque antehac. Terent. And. 2.1.4,

——ut animus in
Spe, atq; in timore usq; antehac attentus fuit. Vbi Donatus. Vsque antehac id est, Antè quàm tua uerba audirem. Et una est tantùm præpositio, uelut aduerbium.

Vsque è. Plaut. Persa,

Quas tu attulisti mihi ab hero meo usque è Persia.

Vsque ex. Terent. Eunucho, 3.2.18,

Ex Aethiopia est usq; hæc. Hîc aduerbium est Vsque, de loco, teste Donato. Cicero 7. Verr. 123, Vt qui usque ex ultima Syria atque Aegypto nauigarent.

Vsque extra solitudines deductus. Plin. lib. 8. cap. 17. 2.

Vsque adeò, In tantum. Virg. 1. eclog. 3,

Non equidem inuideo, miror magis, undiq; totis
Vsque adeò turbatur agris,

Vsque adeadeò, Tandiu: & accipit post se Donec. Terentius, Andr. 4.1.38,

Suadere, orare, usqueadeò donec perpulit. Cato capit. 67, Amurcam commutet usqueadeò, donec in lacum qui in cella est, postremum peruenerit.

Vsqueadeò, dum, Idem. Terent. Eunuch. 4.6.3,

Vsqueadeò ego illius ferre possum ineptias & magnifica uerba, Verba dum sint.

Vsqueadmodum, dum, Idem: sed antiquè. Cato cap. 156.2, Postea ubi iterum occipiet feruere, paulisper demittito usqueadmodum, dum quinquies quinque numeres.

Vsque affatim, Ad satietatem quod dicitur. Plaut. Pœn. 7.31.

Vsquedum. pen. corr. (ἕως ὅ) pro, Vsquequò, uel quoad. Terent. Heaut. 1.1.84,

——nam usquedum ille uitam illam incolit
Inopem, carens patria ob meas iniurias,
Interea usque illi de me supplicium dabo. Cic. 3. Verr. 8, Vsquedum per me licuerit. Idem pro Quintio, 45, Vsque dum inueniretur.

Interdum aliquid interponitur inter Vsque & Dum. Terent. Heaut. 5.2.30,

Imò & ibi nunc sum, & usque dudum id egi, dum loquitur pater.

Vsque eò. Cælius Ciceroni, lib. 8.1.11, Ego qui scirem Qu. Pompeium Baulis embæneticam facere, & usque eò, ut ego miserer eius esuriei, non sum commotus.

Vsq; eò dum: pro, Tandiu quoad, uel ita ut. Cic. 2. de Nat. deo. 186, Vsque eò premere earum capita mordicus, dum illæ captum amitterent.

Vsque eò ne. Cic. pro Quintio, 41, Inferiorem esse patitur dum taxat usq; eò, ne cum bonis, fama, fortunisq; omnibus Sex. Næuij cupiditati crudelitatiq; dedatur.

Vsque eò ut. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 1.14, Hoc enim nomine asini Arcadici in Græcia nobilitati, in Italia Reatini, usque eò ut mea memoria asinus uænierit sestertijs millibus LX. Cic. ad Atticum, lib. 2. 29.1, Ego autem usque eò sum eneruatus, ut, &c.

Vsque istinc. Cic. ad Atticum, lib. 1.9.6, Nosti iam in hac materia sonitus nostros: tanti fuerunt, ut ego eò breuior sim, quòd eos usque istinc exauditos putem.

Trans Alpes usque transfertur. Cic. pro Quintio, 7.

Vsque (λίαν) pro Diu, aut multum, uel ualde: aliquando penè, ut ait Donatus. Terent. Adelph. 2.2.5,

Ego uapulando, ille uerberando usque ambo defessi sumus. Et Adelph. 4.2.21,

Rogitas? Ctesipho me pugnis miserum, & istam psaltriã
Vsque occidit. Hîc Vsq;, potest significare Penè, authore Donato. Aut Vsque, pro Valde est. occidit, uehementer cæcidit. Terent. Eunuch. 2.1.14,

Opus faciam ut defatiger usq;, ingratus ut dormiam.

Vsque (ἀπηνῶς) Assiduè, perseueranter. Cic. ad Cornificium, lib. 12.19.4, Mihi quidem usque curæ erit quid agas. Terent. Adelph. 2.2.7,

Quid potui melius, qui hodie usque os præbui. Virgil, 9. eclog. 12,

Cantantes licet usque (minus uia lædet) eamus. id est, Iugiter, inquit Seruius.

Vsque & usque, geminatum, Idem. Martial. lib. 1.135,

Et quicquid petit, usque dones. Idem lib. 5.61,

Adlatres licet usque nos & usque,
Et gannitibus improbis lacessas.

Vsque, maluisti? Interrogatiua particula: pro, Hactenus ne? Plaut. Mostell. 7.19,

——salutem te adnenisse gaudeo?

Vsque in-

Vsq; inualuisti? T E. usq;, ut uides. Idem Mercato. 7.46, Vsquène ualuisti?

Vsque opperiar. Plaut. Epid. 5.117.

Vsque omne. Terent. Adelph. 4.6.3,

Perreptaui usque omne oppidum, ad portum, ad lacum, Quò non?

¶ Vsquequaque, penul. prod. Aduerbium (παντα, παντας) Vbique, in unoquoq; loco. Cic. ad Atticum, lib. 4.79.1, Hic quoque, ut loquebantur, & opinor usquequaque. Idem 7. Verr. 8, Nolite usquequaq; eadem quærere in metu belli, furandi qui locus potest esse?

Nusquam & usquequaq;, contraria. Cic. de Inuent. 165.

Vsquequaq; pro Assiduè, omnino, quocunque tempore. Cicero ad Trebatium, lib. 7.16.2, Vsquequaque sapere oportet, id erit telum acerrimum.

Vsquequaque & ex maxima parte. Cic. 5. de Fimib. 156.

¶ Vndique, & usquequaque. Cicero 2. Philip. 107, Aut undique religionem tolle, aut usquequaque conserua.

Vsquequaque mihi loquitur. Plaut. Bachid. 15.85.

¶ Vsquequò, penul. corr. Aduerbium (ἕως ὅτου) pro Donec uel quoad. Varro de Re rust. lib. 1. capit. 2.21, Quod iubet, rana luridam conijcere in aquam, usquequò ad tertiam partem decoxeris.

Vsquequò, interpositis dictionibus. Martial. lib. 2.63,

Eia age, rumpe moras, quo te spectabimus usque?

Vsquequò, pro Quatenus. Vlpian. in l. si suspecta. §. 2. ff. de inofficio. testam. Et ideo datæ in eo libertates atque legata, usquequò Falcidia permittit, suam habent potestatem.

Vstica] penul. prod. (ὀστίνα) Mons in Sabinis, cuius meminit Horat. 1. Carm. ode 17.3,

——utcunque dulci Tyndari fistula
Valles & Vsticæ cubantis
Leuia personuêre saxa. Cubantem, inquit Prophyrio, suauiter dixit, ad resupinam eius regionem attendens.

Vstio, Vstrina, Vstulo, Vstus] Vide Vro.

Vsualis, Vsuarius, Vsucapio, Vsura, Vsurpo, Vsus, Vsufructus] Vide Vtor, uteris.

V T

Vt] ἵνα, ὅπως, ὥστε, ὄφρα, ὅτε, Coniunctio causatiua: uel, ut ait Valla lib. 2, causam finalem dicens: quemadmodum siquis dicat, Dedi tibi librum ut legeres. Cicero ad Lentulum, lib. 1. 9.31, Non illi quidem ut mihi stomachum facerent.

Vt eam potissimùm nominem: per parenthesim positum. Cicero 4. Verr. 102.

Vt alia obliuiscar. Cic. pro Rosc. Amer. 52, Quàm sis audax, ut alia obliuiscar, hinc omnes intelligere potuerunt.

Vt uerè dicam. Cic. 7. Verr. 139.

Vt ad pauca redeam, uxorem deduxit domum. Terent. Hecyr. 1.2.60. hoc est, Vt paucis agam, ut summatim dicam, ut in summam colligam, ut in pauca conferam.

Vt ita dicam. Quintilian. lib. 8. cap. 3, Siquid periculosius finxisse uidebimur, quibusdam remedijs præmuniendum est, Vt ita dicam, Si licet dicere, Quodammodo, Permitte mihi sic, &c.

Vt, adiunctionem aliquando significat. Plautus,

Is mihi suasit, ut ad te irem.

Vt, elegantiæ causa aliquando ponitur. Cic. de Senect. 38, Inuitus feci, ut L. Flaminium è Senatu eijcerem. Hùc nihil significat, nisi, Inuitus eieci.

Vt, Quòd. Terent. Phorm. 4.3.64,

Nihil do: impuratus me ille ut etiam irrideat?

Vt non, pro Quin. Cicero 1. de Fimib. 41, Fieri inquam Triari nullo pacto potest, ut non dicas quid non probes eius à quo dissentias.

Vt non, post Vereor. Quint. lib. 8. cap. 3, Oppidò, quo sunt usi paulum tempore nostro superiores, uereor ut non iam ferat quisquam.

Vt, pro Postquam, uel Ex quo. Terent. Phorm. 4.3.12,

——ut abij abs te, fit forte obuiam
Mihi Phormio. Idem Hecyr. 5.1.25,

Me segregatum habuisse, uxorem ut duxit, à me Pamphilum. Cicero in Antonium, Est enim annus ut repulsam tulit. Idem ad Atticum, lib. 7.13 4.1, Vt ab urbe discessi, nullum intermisi diem, quin aliquid ad te literarum darem.

Vt, Statim, postquam, ex quo primùm. Virg. 2. Aeneid. 113,

Vt regem æquæuum crudeli uulnere uidi.

Vt quenque uisco offenderant: pro eo quod dicitur, Tot quot, uel statim ut. Plaut. Pœnulo, 6.36. Terent. Hecyr. 5.3.4,

——ut quisque uenerat
Accedebam, Adolescens dicdum quæso, &c.

Vt & confestim. Liu. 1. ab Vrbe, 46, Vt Hostius cecidit, confestim Romana inclinatur acies.

Vt & sic. Cic. 3. Ver. 43, Vt hæc audiuit, sic exarsit ad id quod non modò ipse nunquam uiderat, sed ne audierat quidem ab eo qui ipse uidisset.

Vt primùm, quod & Quumprimùm dicitur. Cicer. in Somnio Scip. 10, Atque ego ut primùm fletu represso loqui posse cœpi, Quæso, inquam, pater sanctissime.

Vt primùm cessit furor. Virg. 6. Aeneid. 21.

Vt quodque primum gestum erat, ita, &c. Cicero 1. de Inuent. 42.

Vt quidque acciderit. Hirtius Ciceroni, in epist. ad Atticum, libro 15.325.5.

Vt quisque me uiderat. Cic. 2. Verr. 12.

Vt, Similitudinem dicit. Plaut. Rud. 24.55,

Vt tute es, item censes omnes esse?

Vt & sic. Cic. pro Roscio. Amer. 23, Nam ut illud incredibile est, mortem oblatam esse patri à filio sine plurimis & maximis causis: sic hoc uerisimile non est, &c.

Vt, similitudinis, suppresso Ita. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 5,

——quanquam ridentem dicere uerum
Quid uetat? ut pueris olim dant crustula blandi
Doctores, elementa uelint ut discere prima.

Vt & ita, cum superlatiuo: pro, Tanto & quanto. Cic. 2. de Orat. 148, Vt quisque optimè Græcè sciret, ita esse nequissimum. Ibidem, 1. 59, Vt enim quisque optimè dicit, ita maximè dicendi difficultatem, &c. Hæc Valla.

Vt & ita: pro, Talis & qualis. Plautus Pseud. 5.12,

Vt uoles esse me, ita ero.

Vt, suppresso Ita, sæpe accipitur pro Ita ut: quemadmodum si dicam, Quotidie hospites ad me ueniunt, ut incipiam iam stomachari tantam frequentiam.

Vt, præcedente Ita. Cic. Tusc. 48, Molliunt animos nostros: ita sunt deinde dulces ut non legantur modò, sed etiã ediscãtur.

Vt, sequente Ita. Terent. Hecyr. 3.3.20,

Vt res dant sese, ita magni atque humiles sumus.

Vt, in locum Quàm, uel Quantum succedit, nunc sine Ita, nunc cum Ita. Primo modo sic: ut apud Quintilianum lib. 12. cap. 10, Non omittenda pars hæc orationis, sed exigenda, ut optimè possumus. Et Cicero in Philipp. Quas ut honorificentissimis uerbis ipse consequi potero, complectar mea sententia. Altero modo sic: ut apud eundem 2. de Oratore, 93, Hæc ut breuissimè dici potuerunt, ita à me dicta sunt. De positiuo autem nemini dubium erit, Quàm & Vt conuenire cum Possum: ut idem in Philippicis, Sed reliquum cursum uitæ, quam quidem possum breuiter perstringam: & ut potui, breuiter perstrinxi. Hæc Valla lib. 1.

Vt, Quippe, uel utpote, sequente relatiuo. Quint. lib. 10. capit.

1, Nec ignoro quos transeo: hæc utique damno, ut qui dixerim esse in omnibus utilitatis aliquid, &c.

Vt, cum uerbis Metuo, uereor, & timeo iunctum, dubitationẽ significat: & pro eo quod quidam Ne Non dicunt, sumitur, ut ex sequentibus exemplis patet. Terent. Andr. 5.4.11,

Metuo ut substet hospes. Ibidem, 4.2.22,

——dies mihi ut sit satis uereor

Ad agendum. Cæsar in Commentarijs, Vt satis commodè sibi supportari posset, timere dicebant. Cicero pro M. Marcello, Sed quum ita latè pateat eius potestas, quem uerear, ut terrarum orbẽ complexa sit, nonne mauis sine periculo domi tuæ esse, quàm cum periculo alienæ?

Vt, Quemadmodum, quomodo. Terent. Andr. 1.1.8,

Ego post quam te emi à paruulo, ut semper tibi
Apud me iusta & clemens fueris seruitus,
Scis. Idem Eunuch. 1.2.48,
——tute scis, post illa quàm intimum
Habeam te, & mea consilia ut tibi credam omnia. Cic. ad Atticum, lib. 1.11.7, Me uerò teste producto, credo te ex acclamatione Clodij aduocatorum audisse, quæ consurrectio iudicum facta sit, ut me circunsteterint, ut apertè iugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarint.

Vt apparet, ut dicitur. Cicero pro Flacco, 30, Siue hic consilium est, ut apparet siue missum domo est, ut dicitur, commouebor.

Vt dixi, per parenthesim. Cic. 1. Acad. 6,

Vt serunt. Liu. 1. ab Vrbe, 163.

Vt sæpe. Liu. 1. bel. Maced. 127.

Vt est consuetudo. Cic. pro Cecina, 16.

Vt sit. Cic. pro Rosc. Amer. 55.

Vt sæpe uenit. Colum. lib. 4. cap. 2. 1, Siue uiuit, & (ut sæpe uenit) uel nigri est generis, uel parum fertilis, non in uno, sed in pluribus pedamentis ædificat.

Vt intelligi potest è. Cic. 2. de Finib. 2, Et cæteros sophistas, ut è Platone intelligi potest, lusos uidemus à Socrate.

Vt perhibent, Locutio Virgilio peculiaris: qua utitur, quoties aliquid affirmare non audet, aut fabulosum quiddam est dicturus. Virg. Aeneid. lib. 8. 27,

Electra (ut Graij perhibent) Atlantide cretus,
Aduehitur Teucros.

Vt, pro Sicut. Cæsar in Commentarijs, Horum authoritate finitimi adducti (ut sunt Gallorum subita & repentina consilia) eadem de causa Trebium, Terrasidiumq; retinent. hoc est, Qui mos est Gallorum in consilijs capiendis. Cic. 5. de Finib. 110, Pueri, in quibus, ut in speculis, natura cernitur. Terent. Phorm. 1.2.5,

Vt nunc sunt mores.

Vt par est, Vt decet. Cic. Mattio, lib. 11. 28.3.

Vt potest. Cic. ad Lentulum, lib. 1.2.10, Nos in Senatu quemadmodum spero, dignitatem nostram, ut potest in tanta hominum perfidia & iniquitate, retinebimus.

Vt, aliquando accipitur quasi pro Secundum: ut Cicero de Senec. 11, Qui sermo, quæ præcepta, quanta notitia antiquitatis? quæ scientia iuris augurandi? Multæ etiam ut in homine Romano literæ, id est, Secundum id quod solent scire Rom. Hæc Valla lib. 2.

Vt temporibus illis. Cicero de clar. Orat. 14, Posteà; Cisthenem multum, ut temporibus illis, ualuisse dicendo. id est, Secundum illorum temporum eloquentiam.

Vt in tali tempore. Liu. 4. bel. Pun. 126.

Vt numerantur Athenienſium ſecula. Cic. de claris Orat. 19,

Vt populi Romani ætas est, senes: ut Athenienſium ſecula numerantur, adolescentes debent uideri.

Vt in tantis malis: id est, Secundum quod in tantis malis perfici poterat. Cic. ad Cassium, libro 12.2.6, Nonnihil, ut in tantis malis, est profectum.

Vt in licentia hac temporum id est, Respectu horum temporum, in quibus magna utimur licentia. Plin. epist. 3. lib. 3.

Vt nunc est. Cic. ad Att. lib. 12. 24 7. 1.

Non, ut olim solebat, Attellanum: sed, ut nunc fit, mimum introduxisti. Cic. Pæto, lib. 9. 16. 19.

Vt, Aduerbium similitudinis, cum præterito imperfecto coniunctiui. Cic. ad Cælium, lib. 4, Eius negocium sic uelim suscipias, ut si esset res mea.

Vt se causa habet. Cic. 4. Acad. 21.

Vt diei tempus est. Terent. Heaut. 1.2.38,

Tu ut tempus est diei, uidesis ne quò hinc abeas longius. Ibidem, 1.1.116,
——sed ut diei tempus est,
Monere oportet me hunc uicinum Phaniam.

Vt, pro eo quod barbarè dicit, Quum ita esset quod. Plaut. Mena. 2. 61,

Nam rus ut ibat, ut multum fortè pluerat, (næh) Ingressum fluuium rapidum.

Vt numerabatur fortè argentum: hoc est, Quum numerarentur, ea hora qua numerabatur. Terent Adelph. 3.3.52,

Nam ut numerabatur fortè argentum, interuenit
Homo de improuiso, &c.

Vt aliter. Cic. pro Murena, 29, Quò ille quum esset, ut ego mihi statuo, talis qualem te esse uideo, nunquam cum Scipione esset profectus. Idem ad Atticum, lib. 13. 28 6. 3, Vt mea memoria est.

Vt uisum est illi. Cicer. 4. Acad. 22 2, Tenemus'ne quid sit animus, ut sit, denique sit'ne, aut ut Dicæarcho uisum est, ne sit quidem ullus?

Vt in quoque erat authoritatis plurimum. Cic. 3. Ver. 47, Pro se quisque, ut in quòque erat authoritatis plurimum, ad populum loquebatur.

Vt, pro Quomodo, interrogantis. Plaut. Persa,

Vt uales? R. ut queo. Ibidem, 16.5,

Vtmunitum muro tibi uisum est oppidum.

Vt, pro Quomodo, cum quadam admiratione: & aliquando cum interrogatione. Plaut. Capt.

Vt sæpe summa ingenia in occulto latent? Cic. 5. de Finib. 109, Vt illi efferuntur lætitia quum uicerint? ut pudet uictos? ut se accusari nolunt? quàm cupiunt laudari? quos illi labores non ferunt, ut æqualium principes sint? Terentius Heaut. 4.1.51,

Vt præter spem euenit? Idem Eunucho, 2.2.43,

Vt falsus animi est? Virgil. lib. 8. Aeneid. 31,

——ut te fortissime Teucrum
Accipio, agnoscoq; libens. Idem 2. Aeneid. 57,
——ut te post multa tuorum
Funera, post uarios hominumq;, urbisq; labores, &c.

Vt, pro Licet, uel posito, uel dato, ut nunc loquimur. Cicero ad Atticum, Quis autem locus erit tutus, ut placatis utamur fluctibus. Idem ad Brutum, 9.4, Nos te tuumq; exercitũ expectamus; sine quo ut reliqua ex sententia succedant, uix satis liberi uidemur fore. Idem in Oratore, Vt enim quæras omnia, quomodo Græci ineptum appellent, non reperies. id est, Quamuis, ut uult Budæus. Idem 1. de lege Agrar. 14, Etenim ut circunspiciamus omnia quæ populo grata atq; iucunda sunt: nihil tam populare quàm pacem, quàm concordiam, quàm ocium reperiemus. Horat. 2. epist. 2.15,

Plures sunt plateæ nihil ut meditantibus obstet? Liu. ab Vrbe condita, Ex Brutio agro, qui ut omnis coleretur, exiguus tamen tanto alendo exercitui erat.

Vt, pro Vtinam, Execrantis, uel optantis particula. Terentius Heauton. 4.6.6,

Vt te

Vt te omnes equidem di, deæq; quantum est Syre,
Cum istoc inuento, cumq; incœpto perdiant. Idem Adelph. 4.6.2.

Quod plerique omnes faciunt, ut. Terent. Andr. 1.1.29.

Vt, Tanquam si. Plinius epist. 147. d, Iam ut in limine, iam ut intra limen auditur.

Vt, Ita ut. Terent. Andr. 1.1.108,

Tum illa, ut consuetum facilè amorem cerneres,
Reiecit se in eum flens, quàm familiariter? Idem Phor. 1.2.57.

Vt, pro Vsqueadeò ut. Cicero in Orat. 31, Vt non iam fine causa Demosthenes tribueret primas, secundas, & tertias actioni. Idem ad Atticum, libro 15.32 1.8, Est autem oratio scripta elegantissimè sententijs, uerbis, ut nihil possit ulterà cogitari.

Vt, Modo ut. Plaut. Curcul. 6.7. Cicero 5. Verr. 92, In iugere Leontini agri medimnum ferè tritici feritur, perpetua atq; æquabili satione ager efficit, cum octauo bene ut agatur: uerùm omnes dij ediderunt, cum decimo.

Vt maximè. Colum. de Arboribus, capit. 7.2, Diuersæ autem, quæ supra terram extare debent, ne pessùm fueris plus quàm duas, aut ut maximè tres gemmas habere.

Vt quum maximè Cicero ad Quint. fratrem libro 2.10.7, Domus celebratur ita ut quum maximè. hoc est, Vt si nunquam aliàs. Budæus.

Vt multum, id est, Ad summum. Mart. lib. 20, 11.

Donaui tamen, inquis, amico millia quinque,
Et lotam, ut multum, terq; quaterq; togam.

Vt plurimum ualet. Cicer. 2. de Legib. 56, Sequitur enim de iure bellum quo & suscipiendo, & gerendo, & deponendo, ius ut plurimum ualet, & fides.

Vt qui. Plaut. Curcul. 5.3,

Quando Aesculapi ita sentio sententiam,
Vt qui me nihili faciat, nec saluum uelit.

Vt qui uerissimè: subaudi, amat. Plin. epist. 199, Amat ut qui uerissimè: dolet ut qui impatientissimè.

Vt ne addam. Terent. Phorm. 1.3.26,

——tu conijcito cætera, Quid ego ex hac inopia nunc capiam, & quid tu ex istac copia:
Vt ne addam, quòd sine sumptu ingenuam, liberalem nactus es.

Vt ne, Eleganter pro sola particula NE, usurpari solet, dicendi modo, quo literatissimi illius fœlicis secuti utebantur, qui pro ratione debet esse nobis. Terent. Hecyra,

Nempe ea causa ut ne id fiat palàm. Idem Eunucho, 5.4.20,

Vleiscar, ut ne impunè in nos illuseris. Cicero ad Curionem, lib. 2.6.10, Petiui sæpe per literas, &c. non ut decernatur aliquid noui, quòd solet esse difficilius: sed ut ne quid noui decernatur. Idem Tironi, libro 16.9.6, Sed tamen ita uelim, ut ne quid properes.

Vt quid, pro Quamobrem, interrogantis est. Cic. ad Attic. lib. 7.12 7.8, Depugna, inquis, potius quàm seruias. Vt quid? si uictus eris, proscribare: si uiceris, tamen seruiès.

Vt ut, significat Vtcunque, siue quoquo modo, ut ait Donatus. Terent. Phorm. 3.1.4,

Nam utut erant alia, illi certè, quæ nunc domi tuæ est, cõsuleres. Idem Adelph. 2.2.40,

——imò hercle hoc quæso Syre,
Vtut hæc sunt facta, potius quàm lites sequar,
Meum mihi reddat. Ibidem, 4 4.21.

Vtputa. Vide Puto, putas.

¶ *Vtcunque* (ὁπωσοῦν, ὅπως δήποτε) id est, Quomodocunque. Plaut. Amph. 4.189,

Seruus'ne, an liber? s. utcunq; animo collubium est meo.

Vtcunque, Secundum quod. Plaut. Pœn. 11. 9,

Vtcunque est uentus, exin uelum uortitur. Cic. Quibus esse moderandum utcunque res postularet.

Vtcunque, Quo quomodo, omnibus modis. Terentius Andr. 4. 15,

——tu ut subseruias
Orationi, utcunque opus sit uerbis, uide. Cicero in Orat. 31, Itaque ille perfectus, quem admodum iamdudum nostra iudicat oratio: utcunque se affectum uideri, & animum ardentius moueri uolet, ita certum uocis admonebit sonum.

Vtcunque erit, Prout. Liuius 2. ab Vrbe, 57, Mea prima sors fuit: cæteri, utcunque cecidêrit, primi, quoad te opportunum fortuna dederit, suo quisque tempore aderunt. Virgil. 6. Aeneid. 165,

——utcunque ferent ea facta minores
Vincet amor patriæ, laudumq; immensa cupido.

Sed utcunque aderunt res. Cic. 1. Offic. 188.

Vtcunque, pro Aliquantum, aliquãmodo. Plin. lib. 8. cap. 18.3, Vtcunque rubiem & ipsi sentiunt.

Vtensile] Vide Vtor.

Vter] utra, utrum (πότερος, πότερα) Quis unus ex duobus: poniturq; interrogatiuè, & aliquando infinitè. Plautus Truculent. 4.48,

——sed utris
Cum rem esse mauis? Idem Menæch. 17.21,
Vter meruistis culpam? Cicero pro Fonteio, 25, Videte igitur utrum sit æquius, hominem honestissimum, utrum fortissimum, ciuem optimum, dedi inimicissimis atque immanissimis nationibus, an reddi amicis.

Vtra lex iubeat aliquid, utra permittat. Cicer. 1. de Inuen. 230.

Potest omnino hoc esse falsum, potest uerum: sed utrum sit, non est mirabile. Cic. 2. de Diuinat. 208.

Vtrum igitur eorum accidisset, uerum oraculum fuisset. Cicero 2. de Diuinat. 173.

Vter, pro Alteruter. Cic. 5. Verr. 27, Omnium controuersiarum quæ essent inter aratorem & decumanum, si iter uelit, edicit se recuperatores daturum.

Vter alteri dixerit, nescio. Plinius.

Vter utri. Cic. pro Milone, 17, Vter utri insidias fecerit.

Neuter utri inuidet. Plaut. Sticho, 14.51.

¶ *Vtercunque* (ὁποτερασοῦν, ὁπότερος δήποτε) pro Vteruis uel uterlibet. Cic. ad Torquatum, lib. 6. 4.4, Magnæ utrinque copiæ ita paratæ ad pugnandum esse dicuntur, ut utercunque uicerit, non sit mirum futurum. Gell. lib. 5. cap. 10, Ne sententia sua utrancunque in partem dicta esset, ipsa sese rescinderet.

¶ *Vterlibet, pen. corr.* (ὁποτερονοῦν, ὁμ ὁποτέρου βούλει) Alter ex duobus: hoc est, Vter queni tibi capere libet. Plin. lib. 24. cap. 4. 5, Suberis cortex tritus, ex aqua calida potus, sanguinem fluentem ex utralibet parte sistit. Cic. pro Quintio, 54, Vtrumlibet eligè: alterum incredibile est, alterum nefarium, & ante hoc tempus utrunque inauditum.

¶ *Vternam* (ὁπότερονἄν) Horat. 2. Serm. Satyr. 2.22.

——uternam
Ad casus dubios fidet sibi certius, hic, qui
Pluribus assuêrit, &c. An qui, &c.

¶ *Vterque, utraque, utrumq;, utriusq;* (ἀμφότερος, ἑκάτερος) Alter & alter, uel unus & alter: de duobus dicitur. Plautus Amphit. 1.7,

Vterque deluduntur dolis uirum in modum. Terentius Phorm. 3.2.16,

Vterque est similis sui. Idem Eunucho, 5.2.1,
Apud Antiphonem uterque, mater & pater,
Quasi dedita opera domi erant.

Eorum controuersiam non incommodum uidetur cum utroruinque ratione exponere. Cic. 1. de Inuent. 73.
In utraque parte multa dicuntur. Cic. 4. Acad. 223.
In utranque partem. Vide In præpositionem.
Quoniam utriusque studij nostra possessio est, hodie utro frui malis, optio tua sit. Cic. de Fato, 6.
Horum uterque cecidit uictus. Cicero de Arusp. resp. 50.
Palmas utrasque tetendit. Virg. 6. Aeneid. 137.
Manus utraque pulsare aliquem. Virg. 5. Aeneid. 93.
Vtraque lingua, Græca & Latina. Plin. lib. 12. cap. 1. 8, Est platanus una insignis utriusque linguæ monumentis.
Vtraque tempora, dixit Virg. 5. Aeneid. 172.
Domus utriusque nostrum ædificatur strenuè. Cicero Quint. fratri, lib. 2. 8. 3.
Vterque utrique est cordi. Terent. Phorm. 5. 3. 17.
Vterque alterum uerberauit uid est, Hic illum, & ille hunc uerberauit. Cicero 1. Offic. Quorum uterque suo studio delectatus, contempsit alterum.
Vtrunque inuicem adiumento esse pro, Vtrunque alteri. Plin. iunior lib. 4. epist. 20. ad Nonium Maximum.
Vtruncunque. Quintil. in Proœmio lib. 5. Vtruncunq; est (neq; enim hoc loco meam interpono sententiam) hic liber erit illorum opinione maximè necessarius, quo toto hæc sola tractantur. id est, Vtrumuis, utrum tandem horum sit, &c.
Vtrique, De pluribus dicitur duo genera facientibus. Cicero 2. in Catil. circa finem. Quos ego utrosque Quirites in eodem genere prædatorum, direptorumq; pono. id est, Quæ duo genera ciuium. Budæus.
Vtrique ab utrisque. Terent. Heaut. 2. 4. 14,
Hoc beneficio utrique ab utrisque uerò deuincimini.
Hic in plurali duo significat, sed sic ut in singulis multa sint.
¶ Vteruis (ὁπότερος δοῦλος) Vter quem tu uis. Cicer. ad Attic. lib. 9. 17. 5. Proquæstor ego unus cui utrumuis liceret.
¶ Vtrumuis, saluo officio se facere posse arbitrarentur. Cicero pro Roscio Amerino, 2.
At minus habeo uirium quàm uestrum uteruis. Cicero de Senect. 29.
Quod certum est non facere, dum utrumuis licebit. Cicero pro Roscio Amer. 50.
¶ Vtrinque, Aduerbium (ἑκατέρωθεν) Ab utroque latere. Plaut. Amph. 4. 65,
Postquam utrinque exitum est maxima copia. Cic. Torquato, libro 6. 4. 3, Tum hoc tempore ita magnæ utrinque copiæ. Horat. 1. epistol. 19. 2,
Virtus est medium uitiorum utrinque reductum.
Vtrinque, pro Ab utroque. Plaut. Amph. 3. 111,
Vtrinque est grauida, & ex uiro, & ex summo Ioue.
Vtrinque secus, pro Vndique, ex omni parte. Solinus cap. 40, Capite utrinque secus mutabundo. Lucret. lib. 4,
Quare utrinque secus cum corpus uapulet, &c.
¶ Vtrò, Aliud aduerbium (ὁποτέρωσε) Versus quam partem. Plin. libro 18. cap. 19. 5, Id demum rectè subactum erit, ubi non intelligitur utrò uomer ierit.
¶ Vtrobique, penul. prod. (ἑκατέρωθι, ἑκατέρωθεν) Similiter aduerbium: Idem quod Vtrinque. Liu. 7. bel. Pun. 215, Vt eodem tempore utrobique Respub. prosperè gereretur, aduersa secundis pensando. Asinius Pollio ad Ciceronem, lib. 10. 3. 5, Quum uerò non liceret mihi nullius partis esse, quia utrobique magnos inimicos habebam.
Eadem ueritas utrobique est. Cicero 2. de Nat. deorum, 112.
¶ Vtroque, penul. prod. Aduerbium loci (ἑκατέρωσε) Adutrunque locum. Plaut. Sticho, 7. 43,
Per ortum utroque commeatus continet.
Vtroque uersum. Plaut. Capt. 7, 8. Gell. lib. 5. cap. 12, Ambigua sint, & utroque uersum dicantur.
Vtrubi] siue (ut alij legunt) Vtrobi. Vlpianus in l. Officium. ff. de rei uindicat. Idem in l. unica. ff. utrubi, Vtrubi hic homo, de quo agitur, maiore parte huiusce anni fuerit, quo minus is eum ducat, quin fieri ueto. Verba sunt Prætoris. Alij legunt, utrobi. Significat autem, in utrouis loco è duobus: uel, Apud utrum è duobus. Auquel des deux lieux: ou en la possession duquel des deux personnes.
¶ Vtrum, Interrogandi aduerbium (πότερα, πότερον) Idem quod Num significans, & sequentem ferè semper habet particulam An: ut in sequentibus exemplis uides. Cic. 4. Acad. 168, Quid quòd eadem illa ars, quæsit Penelope telam retexens tollit ad extremum superiora, utrum ea uestra, an nostra culpa est? Idem pro Roscio Comœdo, 19, Vtrum dimidia parte, an pro tota societate? planius dicam: utrum pro me an & pro te?
Multum interest utrum laus imminuatur, an salus deferatur. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 27.
Quid tu, malim, curas utrum crudum, an coctum edam. Plaut. Aulul. 12. 15.
Vtrum, etiã sine particula An, interrogat. Plaut. Sticho, 15. 9,
Vtrum tibi accumbo? S A. utrum ubi tu uis?
Vtrum grauius aliquid in quempiam dici potest? &c. Cicero pro Cecinna, 21.
Vtrum, Dubitantis. Terent. Phorm. 4. 3. 54,
Vtrum stultitia facere ego hunc, an malitia
Dicam, scientem an imprudentem, incertus sum.
Vtrum ne. Horat. Epod. 1. 2,
Vtrumne iussi persequemur ocium
Non dulce, ni tecum simul?
An hunc laborem, &c.
Vter] uteri, m. g. uel Vterus, uteri, pen. corr. (μήτρα, ἀλφύς, νηδύς) Qui continet, & tanquam uter est ad fœtum continendum. propriè enim de mulieribus, & reliquis huiusmodi sexus dicitur. Plinius lib. 11. cap. 37. 70, Fœminis eadem omnia, præterquã ueficæ iunctus utriculus: unde dictus uterus, quod alio nomine locos appellant. Plaut. Aulul. 2. 7. 16,
Periì mea nutrix, obsecro te, uterus dolet. Plin. lib. 8. capit. 43, de asina, Sed incontinens uterus urinam genitalem reddit, nisi cogatur in cursum uerberibus à coitu.
¶ Vterus, pro Ventre. Virgil. 2. Aeneid. 5,
—uterumq; armato milite complent. Plaut. Truc. 4. 91,
Nam equidem uterum illi, quod sciam, nunquam extumere sensi.
Vtero grauis. Plin. lib. 9. cap. 6. 2.
Diua potens uteri, Lucina. Ouid. 9. Metam. 64.
Cælare manibus uterum. Ouid. 2. Metam. 9. 3.
Diro utero fert impia femina. Ouid. 10. Metam. 93.
Ignoratus uterus. Vide Ignoro.
Implêrat uterum generoso semine. Ouid. 9. Metam. 57.
Rugis uterum Lucina notauit. Ouid. 3. de Arte, 156.
Grauitas tendebat mihi uterum. Ouid. 9. Metamorph. 58. Verba sunt Alcmenæ.
Tumens uterus. Stat. 12. Thebaid. 128.
Vti faciliore utero. Plin. lib. 8. cap. 32. 2.
Vterus, interdum pro fœtu. Tacit. lib. 1, Subiectus seruitio uxoris uterus uentrem agebat. Intelligit autem filium, quem utero adhuc gestabat uxor Arminij.
¶ Vterculus, uterculi: siue Vtriculus, penul. cor. Diminutiuum (ἀλφύδιον) Plinius lib. 11. cap. 12. 3, Prætered è fronde ac pabulis potus in uterculos congestus apum: ore enim eum uomunt, & ad hæc succo florum, &c. Idem lib. 11. capit. 37. 70. Vide paulo suprà.

Vtricu-

Vtriculos Plinius uocat lib. 18. cap. 11. non procul à fine, quæ Græci ἀλφὰς, id est seminum in frugibus inuolucra & operimenta: quæ trita & cribro excussa, glumæ siue acus iacuntur. Quæ uetiam prima illa florum germina, quæ ueluti quidam utriculi tument, priusquam flos arborum aperiatur, utriculos uocat, lib. 16. cap. 26. de arboribus loquens: Pariunt uerò quum florent: flosq; ille ruptis constat utriculis.
¶ Vterinus, penul. prod (ὁμογάστριος) Qui ex eodem utero prodijt. Instit. lib. 3. tit. de bon. possess. Frater, sororue, consanguinei uel uterini.
Vter] utris, m. g (ἀσκὸς, ἀσκάλωμα) Pellis qua unum aut oleum deferri solet. Plin. lib. 12. cap. 7. 6, Indi in utribus camelorum, aut rhinocerotum lycon mittunt. Virg. 2. Georg. 77,
Mollibus in pratis unctos saliere per utres. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 6,
Aeolios Ithacis inclusimus utribus Euros.
¶ Vtrarius, utrarij, m. g. Vtrarios uidetur uocare Liuius, qui utribus aquam ferunt, lib. 4. Decad. 5, Postremò sequi se utrarios ad mare, quod minus trecentos passus aberat, iussit.
¶ Vtricularius, utricularij (ἀσκωλιάστης) Qui insilat ex utre fistulam. Suet. in Nerone, cap. 54, Vouerat se prodituru hydraulam, & choraulam, & utricularium.
Vtercunque, Vterlibet, Vternam, Vterque, Vtercunque] Vide Vter Adiectiuum.
Vterus] Vide Vter, uteri.
Vti] ὡς, ὥσπερ, particula idem significat atque Vt. Plautus 7. 6. Cicero 4. Acad. 104, Eos consuetudine adhibita tam facilè inter nos coercemus, uti minimum quidem similes uiderentur.
Putant fore uti, si paulatim hæc consuetudo serpere, ac prodire cœperit. Cic. 1, Verr. 37.
Vti eorum qui audirent, sic afficerentur animis, ut, &c. Cicero 1. de Orator. 43.
Nihil aliud, nisi uti nequid per uim agri posset. Cicero pro Domo sua, 43.
Neque uti satis firmo præsidio defensus Sex. Roscius, uerùm uti ne omnino desertus esset. Cic. pro Rosc. Amer. 3.
Cerues uti: pro, Vti Cerues. Horat. 1. Carm. ode 15. 6.
Vti, pro Atque id, uel tanquam id, aut nempe quod. Cicero 9. Philipp. 268, Quod sepulchrum ipsius, liberorum posterorumq; eius sit, uti quod optimo iure sepulchrum publicè datum est.
Vtica] penul. cor (ἰτέα) Africæ mimoris in littore Carthaginiensi & magnitudine & authoritate secunda post Carthaginem, quæ illa excisa ut metropolis erat, & receptaculum Romanorum adres in Libya gerendas. Hæc Strabo lib. ult. Apud hanc Cato se interemit: unde & Vticensis dictus est.
Vtilis, Vtilitas, Vtiliter] Vide Vtor.
Vtinam] penul. corr. (εἴθε, ὄφελον, ὤφελεν) Aduerbium optantis. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 4. 2, Quod utinam minus uitæ cupidus fuissem, certè nihil, aut non multum in uita mali uidissemus. id est, Si minus uitæ cupidus fuissem, certè, &c.
Vtinam igitur ut illa anus optat. Cic. 3. de Nat. deor. 108.
Atq; utinam ipse Varro incũbat in causam. Cic. Att. lib. 3. 55. 5.
O utinam tunc quum Lacedæmona classe petebat, &c. Ouid. epist. 1. 1.
Vtinam, geminatũ. Cic. Att. lib. 13. 295. 4, Heri nescio quid in strepitu uideor exaudisse, quũ diceres te in Tusculanũ uẽturum: quod utinam, iterum utinam, tuo tamen commodo.
Vtinum] pen. cor. (ἴτινον) Italiæ oppidum iuxta Aquileiam, principum Austriæ opus insigne admodum, & arce in medio urbis edito colliculo conspicuum, ut scribit Vadianus.
Vtique] penul. corr. (ἄνα, λίσσον, λίσσουθεν) Certè, aduerbium affirmandi. Cicer. ad Atticum, lib. 5. 9. 3, Id unis diligenter literis, quæ ad me utique perferantur, conquerer. Eidem, lib. 12. 23. 6. 7, Nam & Pilæ satisfaciendum est, & utique Atticæ.
Vtique, pro Etiam, uel igitur. Quint. lib. 5. cap. 10, Itaque non quia est arbor, platanus est: at quod non est arbor, utiq; platanus non est. Nec quod non est uirtus, utique potest esse iustitia. Ibidem, Sol colorat: non utiq; qui est coloratus, à sole est. Vulgus barbarorum dicit, Nõ sequitur propterea quòd qui coloratus est, à sole sit coloratus.
Annum quidem utique teneto. Cic. Attic. lib. 5. 96. 4.
Illud uerò utique scire cupio. Cic. Attic. lib. 13. 27. 1.
Vtique ad me tabellarios mittas. Cic. Attic. lib. 6. 12. 4.
Quod censeas mihi faciendum, utique scribito. Cicero Attico, lib. 1. 19. 6.
Vtique siue hinc abiero, siue ero hìc oppressus, ea maneat opinio. Cic. Antequam iret in exilium, 14.
Quo die uenies, utiq; cum tuis apud me sis. Cicero ad Atticum libro 4. 7. 3. 2.
Vtor] uteris, penul. corr. usus sum (χράομαι) uti, Vtilitatem capere. De omnibus rebus dicitur: ut, Vtor domo, diligentia, consuetudine, studio, & huiusmodi. Cicero 1. Verr. 16, Sunt hæc, & alia, in te falsi accusatoris signa permulta, quibus ego nunc non utor.
Vtor, accusatiuo iunctum. Plaut. Epid. 5. 79,
—si placebit uti minor
Consilium. Nisi forte sic putes exponendum: Si placebit consilium, uti minor: Eo, subaudi. Idem Asin. 5. 47,
Cæteras quæ uolumus uti, Græca mercamur fide. Cic. in Acad. Et quæ à superioribus acceperant, utebantur.
Nihil te utor, Nolo mihi quicquam negocij esse tecum. Plautus Trinum. 5. 26.
Vtor, cum datiuo & ablatiuo ut, Vti aliquâ arbore carboni: hoc est, Ad carbonem faciendum. Plin. lib. 16. cap. 6. 5.
Vti, cum de amicis aut familiaribus sermo est, accipitur pro Conuersari. Cic. pro Rosc. Amer. 16. Et sese ad Cæciliam neptis filiam, quam honoris causa nomino, contulit, qua patet usus erat plurimum. Idem pro Cluentio, 34, His Fabrinijs semper usus est Oppianicus familiarissimè.
Vtor abs te humanitate. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2.
Aliqua re ad faciendum aliquid uti. Cic. de claris Orat. 152.
Vti aliqua re contra se. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 14.
Familiariter amicitia alicuius uti. Quint. lib. 5. cap. 9. 9.
Vti bene uel malè amicitia alicuius. Plaut. Cistel. 2. 18.
Idem Persa, 2. 19,
Nimis stultè amicis utere. Terentius Hecyra, 5. 1. 37;
Nostra utere amicitia ut uoles.
Amico aliquo uti. Plaut. Asin. 3. 52,
Quippe qui mage amico utantur gnato, & benèuolo. hoc est, Plus gnatus eos amaret. Terent. Heaut. 2. 1. 5,
Mihi si unquam filius erit, næ ille facili me utetur patre. hoc est, Facilis illi & placabilis pater ero.
Dementer amoribus usa Clytie. Ouid. 4. Metam. 52.
Amore uti surreptitio: pro, Clàm amare. Plautus Curcul. 4. 50.
Aura nocturna uti dicuntur naues. Cæs. 3. bel. Gal. 25.
Bene uti re aliqua. Quint. lib. 2. cap. 10. 3.
Benignis uti aliquibus. Cic. 6. Verr. 5.
Bestijs uti inimanioribus. Cic. pro Rosc. Amer. 43, Noluerunt feris corpus obijcere, ne bestijs quoque, quæ tantum scelus attigissent, immanioribus uteremur. hoc est, Immaniores essent erga nos.
Vtatur suis bonis oportet, fruatur, qui beatus futurus est. Cic. 1. de Natura deorum, 143.
Malè uti bonis eloquentiæ. Quintil. in Proœm. lib. 1. 10.

Certatim re aliqua uti. Quintil. lib. 6. cap. 1. 17.
Commodis uti. Cic. pro Rosc. Amer. 78.
Consilio uti. Cæsar 1. bel. Gall. 20.
Criminatione in aliquem uti. Cic. 3. de lege Agraria, 3.
Defensore aliquo uti. Cic. pro Cluentio, 43.
Disciplina uti. Plaut. Asin 5. 49.
Equo uti. Cæsar 8. bel. 47.
Exemplis grandibus uti in paruis. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 5.
Fide & præsidio alicuius uti. Cic. 1. Verr. 8.
Fortuna uti. Virgil. 9. Aeneid. 49.
Vti frigidis aquis. Celsus lib. 1. cap. 1.
Homine aliquo ad furta uti. Cic. 5. Verr. 71.
Homine æquo uti. Cicero 7. Verr. 120.
Honestè re aliqua uti. Quint. lib. 3. cap. 7. 10.
Vir amplissimis usus honoribus. Cic. pro Flacco, 35.
Horis suis uti, Consumere bonas horas & tempus in re aliqua. Cic. 3. Verr. 20.
Hortatione uti. Cic. Bruto, lib. 11. 5. 7.
Vtar illis ut meis. Plin. epist. 132.
Ingenio uti iuueniliter. Ouid. 2. Trist. 24.
Inuidia mimore uti. Plaut. Aulul. 19. 8.
Iudicio uti de. Cicero 1. Offic. 4; De rebus ipsis utere tuo iudicio.
Ad liberalitatem uectigalibus uti. Cic. 2. de Finib. 135.
Libertate modicè uti. Vide Modus.
Modestè uti re aliqua. Ouid. 2. Past. 122.
Multum uti aliquo. Vide Multus.
Sapienter uti muneribus deorum. Horat. 4. Carm. ode 9. 10.
Necessitate uti. Tacitus lib. 16.
Oculis uti. Plaut. Epid. 2. 4. Ibidem, Mil. 19. 35,
Maris causa hercle hoc ego oculo utor minimè. hoc est,
Adeptus omnino est mihi huius oculi usus.
Odio ciuiliter usus est. Ouid. 3. Trist. eleg. 8. 9.
Officio improbi uiri uti. Plaut. Stich. 2. 12.
Opera alterius uti. Plaut. Aulul. 6. 21,
Da mihi operam amabo. m. tua est, utere, atque impera, siquid uis.
Vti opera alterius ad rem aliquam. Cic. 4. Acad. 217.
Oraculo uti. Tacit. lib. 2.
Parcissimè re aliqua uti, Quintil. lib. 1. cap. 5. 13.
Paruo uti. Horat. 1. epist. 10. 9.
Incredibili patientia uti. Cic. 10. Philip. 274.
Perfugio uti. Vide Perfugium.
Permisso uti. Horat. 2. epist. 1. 9.
Porta uti. Cic. ad Atticum, lib. 7. 127. 4.
Progressionibus uti. Cic. 5. de Finib. 105.
Potestate uti ad quæstum: id est, Quæstus causa. Cic. ad Qu. fratrem, libro 1. 1. 16.
Ratione uti. Plaut. Casina, 2. 2. 6.
Regibus uti. Horat. 1. epist. 18. 3.
Sensibus uti. Lucret. lib. 3. 114.
Sermonibus morologis uti. Plaut. Pseud. 2. 2. 15.
Simulatione itineris uti. Cæsar 6. bell. Gall. 26.
Solatio aliquo uti. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 26. 1.
Sorte sua uti. Virgil. 12. Aeneid. 187.
Spe duplici uti. Terent. Phorm. 4. 2. 13.
Ad speciem uti re aliqua, Quod uulgus dicit pro Monstra. Cæsar 1. bel. Gall. 219, Omnes alarios in conspectu hostium pro Castris minoribus constituit, quo minus multitudine militum legionariorum pro hostium numero ualebat, ut ad speciem alarijs uteretur.
Teste aliquo uti. Cic. pro Rosc. Amer. 813.
Tutius uti. Quint. lib. 1. cap. 5. 45, Vsitatis tutius utimur.
Valetudine uti minus cõmoda, Aegrotare. Cæs. 3. bel. Gal. 240.

Vti ualetudine firma, Bene habere. Plin. epist. 25. b.
Aduersis uentis uti. Cic. Terentiæ, lib. 14. 5. 1.
Verbis mollibus uti ad aliquem. Ouid. 6. Fast. 25.
Via uti. Cic. ad Atticum, lib. 2. 3 4. 4.
Vicinis, alijsque mulieribus quàm minimum utatur. Cato cap. 143. 1.
Viribus uti. Horat. 1. epist. 13. 2.
Viribus utendum est. Lucan. lib. 1. 71.
Vti ætatis uitio. Cic. ad Cælium, lib. 2. 15. 19.
Voce uti, Loqui. Cic. 1. Verr. 10.
Vocibus uti ad aliquem, Alloqui aliquem. Virgilius 1. Aeneid. 14.
¶ Vtens, Participium (χρώμενος) ut,
Ratione utens, Rationis expers, contraria. Cic. in Topicis, 36.
¶ Vtentior, Comparatiuum. Cicero 2. Offic. Sed fac iuuare, utentior sanè fit. Hodie per exemplaria proseminatum est, Potentior: credo hominibus semidoctis illud Vtentior, parum placuisse. quo tamen cur sint offensi, certè nõ uideo. Illud constat potius hic Ciceronem de usu diuitiarum, quàm de potentia uerba facere debuisse. Hæc Turnebus.
¶ Vtendus, Adiectiuum (χρηστέος) Plautus, Terentius Heaut. 1. 1. 81,
Quòd illa ætas magis ad hæc utenda idonea est. Cicero 3. Tuscul. 65, Et grauiter feras te, quod utendum acceperis, reddidisse.
Vtenda & possidenda tradere bona alicui. Cic. 4. Verr. 32.
¶ Vsurus, penul. prod. Participium (χρησόμενος) ut, Malè usurus donis. Ouid. 11. Metam. 21.
Vsus] huius usus, m. g. (χρῆσις, χρεία) Virg. 3. Georg. 113,
Nam neque erat corijs usus. Cicero lib. 1. de Orat. 8, Adiungatur usus frequens: qui omnium magistrorum præcepta superat. Horat. 2. epist. 1. 19,
——aut quid haberet
Quod legeret, tereretq; uiritim publicus usus?
Vsus & Abusus, contraria. Cic. in Topicis, 8.
Vsus & habitus. Cic. 1. Acad. 54.
Genitor uocabulorum usus. Horat. 2. epist. 2. 24.
Dicendi usus. Quintil. lib. 3. cap. 11. 16.
Bellicus usus. Quint. lib. 1. cap. 10. 35.
Laborum usus. Lucan. lib. 1. 25.
Medicinæ usus. Plin. lib. 12. cap. 8. 1.
Vsus oculorum ceßat. Curtius lib. 10.
Sermonis usus. Plin. lib. 10. cap. 96. 1.
Veneris usus. Plin. lib. 11. cap. 37. 9.
Virtutis usus. Cic. 1. Acad. 31.
Tractatio atq; usus uocis. Cic. in Orat. 32.
Vsus est magister optimus. Cic. pro Rab. Posthumo, 6.
Peritus usu. Vide Peritus.
Vsu bellorum exercitus, qui multo & diuturna bellorum exercitatione præditus est. Cic. pro Fonteio, 26.
Aptus in usum aliquem. Ouid. 3. de Arte, 105.
Ad usus. Cic. 2. de Nat. deor. 123, Quòd si omnes mundi partes ita constitutæ sunt, ut neque ad usum meliores potuerint esse, neque ad speciem pulchriores.
Assiduus usus. Cicer. pro Corn. Balbo, 36, Assiduus usus uni rei deditus, & ingenium & artem sæpe uincit.
Communis & uulgaris usus. Cic. 3. de Finib. 5.
Humanis usibus apta Ceres. Ouid. 2. Fast. 134.
Mirificus usus in re aliqua. Cic. pro Sestio, 9.
Operarius usus. Vide Opera.
Perulus usus tectorum: hoc est, Transitus, per quæ media est uia, quæ usui cedit. Virgil. 2. Aeneid. 92. Verbum iuris uia, actus, usus. Seruius.
Quotidianus usus. Cic. 1. de Orat. 94.

Rarissi-

Rarissimus usus. Quintil. lib 1. cap. 5. 28.
Temperatus usus. Horat. 2. Carm. ode 2. 1.
Accepit usus, Quint. lib. 1. cap. 4. 8, Atque etiam in ipsis uocabulis, grammatici est uidere, an aliquas pro consonantibus usus acceperit.
Adhibere usum. Vide Adhibeo.
Antecedere usu rerum. Cic. 6. Verr. 121.
Colligere usum patiendi. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 15.
Concedere alicui usum loquendi. Cic. in Orat. 91.
Confirmatum usu. Quintil. libro 3. cap. 2. 3, Hæc confirmata sunt usu.
Descendit usus in nostrum usque ætatem. Quintil. lib. 1. capit. 11. 11.
Disponere usum diuitiarum. Quint. lib. 6. cap. 2. 25.
Nominis usum dare. Ouid. 2. Metam. 8,
——ô lux immensi publica mundi
Phœbe pater, si das usum mihi nominis huius, &c. id est, Si mihi licet te uocare patrẽ, si uti possum hoc nomine erga te.
Doceri usu. Quint. lib. 3. cap. 8. 47.
Edisserere usum rei alicuius. Ouid. 7. Metam. 20.
Vsu explorare. Cels. in Præfat. lib. 1.
Facere usum alicuius rei. Lucan. lib. 2. 20.
Formare utilos ad usum agrestem. Virg. 3. Georg. 33.
Habere aliquid usui. Tacit. lib. 3.
Vsus indiget horum, Hæc seruiunt usui, pertinent ad usum. Virgil. eclog. 2. 15.
Quædam mancipat usus. Horat. 2. epist. 2. 32.
Mollirí usu Quint. lib. 1. cap. 5. 45.
Perdere usum. Quintil. lib. 7. cap. 1. 3.
Præbere usum aliquem. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 15.
Præcludere alicui usum uocis. Ouid. 2. Metam. 130.
Reducere ad antiquos usus. Cels. lib. cap. 10.
In usu esse. Plin. lib. 12. cap. 13. 1.
Temperare usum. Ouid. epist. 7. 36.
Vigere usu. Quintil. lib. 7. cap. 13. 3.
Vsus, uel usu uenit: id est, Accidit. Cicero 4. Verr. 9, Quod ego in paucis tamen usu uenisse eo molestè fero. Terentius Phorm. 2. 2. 20,
Nec cum huiusmodi unquam usus uenit, ut conflictares malo.
Si usus ueniat tibi: id est, Si res ita ferat, si ita opus sit tibi. Catullus ad Victum, 93. 1.
Non uenit idem usu mihi quod tu tibi scribis. Cicero Attic. libro 7. 144. 1.
Quod in illo mihi sæpe usu uenit, idem modò quum te audirem acciderat. Cic. 1. de Nat. deorum, 81.
Accidere, uel euenire, & usu uenire. Cicero pro Quintio, 27, Nam quid homini potest turpius, quid uerò miserius, aut acerbius usu uenire? quod tantum euenire dedecus? Idem de Senect. 7.
Vsu uenit ut. Cicer. 4. Acad. 103, At non uidemus hoc usu uenire, ut quos nunquã putaßemus à nobis internosci posse, &c.
Vsus, pro utilitate & fructu aliquando accipitur, tam in singulari, quàm in plurali: quòd soleamus aliqua re ideo uti, ut ex ea fructum percipiamus.
Vilis usus. Quint. lib. 1. cap. 12. 12.
Vsui esse. Plaut. Pseud. 4. 50. Cic. ad Attic. lib. 1. 1. 8, Fuit & mihi & Qu. fratri magno usui in nostris petitionibus.
Vsu est. Plaut. Mil. 10. 6,
Nam bene consultum, inconsultum si sit, inimicis usu esse potest.
Esse sine usu. Tacit. lib. 4.
Ex usu esse: pro, Vtile esse, & iuuare. Terent. Hecyr. 4. 1. 34,
Si ex usu esset nostro hoc matrimonium?

Ex suo usu. Tacit. lib. 5.
Ex usu temporis. Tacit. lib. 4.
Vsus, Opus. Virgil. lib. 8. Aeneid. 89,
Arma acri facienda uiro: nunc uiribus usus,
Nunc manibus rapidis. Cic. 1. Offic. 131, Non eam quidem omni ratione exaggerantes, neque excludentes ab eius usu suos, potiusque & amicis impertientes & Reipub. si quando usus esset.
Non usus facto est mihi. Terent. Hecyr. 3. 1. prope finem.
De cæteris studijs alio loco dicemus si usus fuerit. Cicero 4. Tusc. 8.
Vsus est hominem ad eam rem. Plaut. Pseud. 5. 150. id est, Opus est homine, &c.
Vsus uenit, pro Opus est. Plaut. Cistel. 3. 28. Terentius Heaut. 3. 2. 42,
Non usus ueniet, spero. hoc est, Nõ opus erit & necesse.
Vsus, pro Consuetudine, id est conuersatione. Cicero ad Varronem, lib. 9. 1. 3, Scito enim me, posteaquam in urbem uenerim, rediisse cum uberibus amicis, id est cum libris nostris in gratiam: etsi non idcirco eorum usum dimiseram, quòd ijs succenserem. Ita de librorum, quasi amicorum, cõsuetudine & familiaritate loquitur.
Quotidianus usus. Sallust. in Catil.
Vsus domesticus & consuetudo. Cic. pro Rosc. Amer. 9.
Medicus usus. Plin. lib. 22. cap. 8. 2.
Mutuus usus. Curtius lib. 7.
Summus usus cum aliquo. Cic. Pæto, lib. 9. 25. 4.
Vsus mihi magnus cum eo. Cicero ad Volumnium, lib. 7. 33. 1.
Longo usu cognitus. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 2.
Coniungi usu. Vide Coniungo.
Longo nobis iunctissimus usu. Ouid. 3. Trist. eleg. 6. 4.
Insinuare se in quàm maximè familiarem usum. Vide Insinuo.
Vsus uetus inter ipsos intercedit. Cicero ad Sulpitium, libro 13. 24. 1.
Mihi sic est usus: hoc est, Sic mos meus est, ita consueui. Terent. Heaut. 2. 2. 28,
Mihi sic est usus, tibi ut opus est facto, face. Cicero 3. de Fimb. 50.
¶ Vsio, antiquis idem quod Vsus. Varr. τὰφῦ μενύπατον, Diogenem, literas scisse, dum usioni quod satis esset. Memenit Nonius.
¶ Vsualis, & hoc usuale, penul. prod. (χρηστὸς) Ab usu, Quod usui nostro seruit. Martianus in l. interdum. de publicanis, Quotiens quis mancipia inuecta professius non fuerit siue uenalia, siue usualia, in pœna commissi est.
¶ Vsuarius, Adiectiuum, Idem. Gellius lib. 4. cap. 1, Ex ijs autem quæ promercalia de usuaria in locis ijsdem essent, ea sola esse penoris putat, quæ sint usu annuo.
Res usuaria. Paulus in l. Neratius. ff. de usu & habit.
¶ Vsuarius, Qui nudum usum alicuius rei habet, non etiam fructum, nec proprietatem. Caius. ff. de usu & habitat. l. 1, Constituitur enim & nudus usus, id est, sine fructu. Ibidem, Vlpian. l. per seruum usuarium, Potest autem apud alium esse usus, apud alium fructus sine usu, apud alium proprietas.
¶ Vsusfructus, huius ususfructus, m. g. (νεκτηκαρπία, ἐπικάρπωσις) dicitur, quum res aliqua non nostra est, sed perinde ex ea fructum atq; utilitatem capimus, ac si nostra esset. definiturq; ab Vlpiano l. 1. de usufructu: quòd sit ius alienis rebus utendi, fruendiq;, salua rerum substantia. Cicero pro Cecinna, 9, Vsumfructum omnium bonorum suorum Cesenniæ legat, ut frueretur mecum filio.
Amittere usumfructum. Cic. in Topic. 9.

¶ Vsufru-

¶ Vsufructuarius, Adiectiuum, Cuius est usus fructus alicuius rei, non etiam proprietas. Vide paulo ante Vsuarius.

¶ Vsucapio, usucapis, penul. corr. usucepi, pen. prod. usucapium, usucapere, Verbum Iureconsultorum. Paulus, Qui alienam rem mortis causa traditam usucepit, non ab eo uidetur accepisse cuius res fuisset, sed ab eo qui usucapionis præstitisset. Cic. ad Att. lib. 1. 3. 6, De Tadiana re, mecum Tadius locutus est, te ita scripsisse nihil esse iam quod laboraretur, quoniam hæreditas usucapta esset. Id mirabamur te ignorare, te tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil usucapi posse.

Nihil mortales à dijs immortalibus usucapere possunt. Cic. de Aruspic. responsis, 29.

¶ Vsucapio, usucapionis, penul. prod. fœm. gen. Ab usu, dicitur acquisitio, siue adiectio dominij per continuationem possessionis temporis lege definiti, utputa triginta aut quadraginta annorum, si res immobilis quam possidemus: item trium annorum, si res mobilis sit. Recentiores primam illam, præscriptionem uocant: hanc uerò, usucapionem. Cic. 1. de Legibus, 83, In qua quoniam usucapionem duodecim tabulæ intra quinque pedes esse noluerunt, depasci ueterem possessionem academiæ ab hoc acuto homine non sinemus. Idem pro Cecinna, 54, Fundus à patre relinqui potest: ac usucapio fundi, hoc est finis solicitudinis ac periculi litium, non à patre relinquitur, sed à legibus.

¶ Vsio, usionis, pen. prod. f. g. (χρῆσις) Idem quod Vsus. Gell. lib. 4. cap. 1, Longæ usionis gratia contrahuntur & reconduntur. Cato capit. 149, Oleris, asparagis, lignis, aqua, itinere, actu domini usioni recipitur.

¶ Vsitor, penul. corr. usitaris (διαπελωχῶμαι) usitari, Frequentatiuum ab Vtor. Gell. lib. 17. capit. 1, Tametsi aliquoties uerbo ipso alio quoque modo usitati sunt.

¶ Vsitatus, penul. prod. Adiectiuum (νενομισμένος) significat, Quod in usu est. Cicero Verr. 5. 13, Cur in re tam ueteri, tam usitata quicquam noui feceris.

Non solum enim usitatum, sed & cotidianum est. Brutus Ciceronii, 16. 1.

Vsitata consuetudo, Vulgaris & recepta ac communis. Cicero pro Quintio, 45.

Vetus atque usitata exceptio. Cic. 1. de Orator. 82.

Genus literarum usitatum. Cic. Figulo, lib. 4. 13. 1.

Honos usitatus. Cic. ad Catonem, lib. 15. 6. 6.

Vsitatus & peruulgatus honos. Cic. 14. Philip. 392.

Iudicium usitatum. Cic. pro Quintio, 47.

Mos usitatius. Cic. 4. Verr. 6. Quintil. lib. 1. cap. 7. 7, Mos usitatissimus.

Potiones non usitatæ. Horat. Epod. 5. 16.

Scelus leue aut usitatum. Seneca Thebaid. 2. 4.

Tempus usitatum, & quasi legitimum ad aliquid faciendum. Cicero ad Furnium, lib. 10. 25. 5.

Vocabula usitata. Cic. 3. de Finib. 6.

Vsitatum est. Cicero 7. Verr. 91. Ibidem, 98, Non est usitatum, non senatorium.

Vsitatum in multis rebus. Cic. pro Cecinna, 33.

Vsitatum malicia. Cic. pro Cecinna, 1.

Vsitatissimus, pen. corr. Superlatiuum. Vlpian. in l. illud usitatissimum est. ff. de excusat. tutor.

¶ Vsitatè, penul. prod. Aduerbium (νενομισμένως) Cic. 4. de Finib. 117, Cur igitur quum de re conueniat, non malumus usitatè loqui? Ibidem, 5. 153.

¶ Vsura, usuræ, pen. prod. (χρῆσις) Vsus dicitur. Cic. 1. Tuscul. 121, Stoici autem usuram nobis largiuntur tanquam cornicibus, diu manuros aiunt animos: semper, negant.

Frui usura. Quintil. lib. 6. cap. 3. 47, de ironia, Quæq; Cicero usus est, quum Vatinij morte nunciata, cuius parum certus dicebatur author, Interim, inquit, usura fruar.

Vsura gaudij. Cicero ad Ampium, lib. 6. 12. 1.

Vsura lucis. Cic. pro Rabirio Posthumo, 30, Et usuram huius lucis & uestrum conspectum ne eripiatis.

Dare alicui diuturnam lucis usuram. Cicero 7. Verr. 61. Vide Lux.

Dare alicui usuram unius horæ ad uiuendum. Cic. 1. in Cat. 21.

Lucis usuram eripere. Cic. pro Sylla, 67, Lucis ne usuram eripere uis, plenam lachrymarum atque mœroris, in qua cum maximo cruciatu atque dolore retineturs?

Vsura temporis. Cicer. ad Appium Pulchrum, lib. 3. 1. 4. Idem 3. de lege Agrar. 2. A nobis autem quos leuiter immutatos esse sentio, paruam exigui temporis usuram bonæ de me opinionis postulo.

Vsura (τόκος, λαμβασμὸς) Pecunia, quæ in fœnore forti accedit. Cicer. 5. Verr. 144, Vt quum Senatus publicanos usura sæpe iuuisset, magistratus à publicanis pecuniam pro usuris auderet auferre? Pomponius l. usura. de uerbor. significat. Vsura pecuniæ quam percipimus, in fructu non est: quia non ex ipso corpore, sed ex alia causa est: id est, noua obligatione.

Menstrua usura. Vide Mensis.

Vorax usura. Lucan. lib. 1. 37.

Accipere usuram. Quint. lib. 5. cap. 10. 75.

Certare cum usuris, & fructibus prædiorum. Cic. 2. in Cat. 38.

Multiplicare usuram. Plin. lib. 14. cap. 4. 11.

Pendere usuram. Vide Pendo.

Reddere sine usura. Cic. de Senect. 47.

¶ Vsurarius, Adiectiuum, Ex quo capitur usus. Plautus Amphit. 1. 3,

Alcmenam uxorem cepit usurariam. Et Curcul. 8. 12, Vsurarius puer.

Vsurpo] usurpas (αὐτέχομαι, διαστοιοῦμαι, ἐπιγράφομαι) usurpare, In frequenti usu habere, siue uti, tum uerbis tum factis, ut ait Valla libro 5. Cicero in Oratore, 40, Quod semper usurpamus in omnibus dictis & factis, minimis & maximis, quum hoc decere dicimus, illud non decere.

Vsurpare aliquid & Dicere, pro eodem. Cic. in Parad. 41, Præclarè enim est hoc usurpatum à doctissimis, &c.

Vsurpare ac retinere. Cic. 7. Verr. 41.

Vsurpare, Sæpe nomen aliquod in ore habere, & sæpe nominare. Cic. pro Milone, 13. Idem de Vniuers. 56, Fratres inter se agnatosq; usurpare atq; appellare uidemus. Budæus.

Apud Platonem usurpata oratio. Cic. 5. Tusc. 50.

Crebris sermonibus usurpare. Cic. pro Marcello, 2.

Vsurpare dictum alterius. Cic. 3. de Fin. 51, Bonum autem quod in hoc sermone toties usurpatum est, id etiam definitione explicetur. Et ad Brutum, 15. 4, Neque solùm, ut Solonis dictum usurpem, qui & sapientissimus fuit ex septem, &c.

Vsurpare memoriam alicuius: hoc est, Mentionem facere. Cic. de Amicit. 28.

Vsurpare nomen ciuitatis: id est, Dicere se ciuem, & agere. Cicero 7. Verr. 127. Budæus.

Vsurpare nomen uirtutis. Cic. in Parad. 16, Nomẽ tantum uirtutis usurpas: quid ipsa uideat, ignoras.

Nomẽ falsum beneficij usurpare. Senec. de Benefic. lib. 1. cap. 5.

Vsurpant aures meæ sonitum: Translatio. Plaut. Casin. 16. 9.

Oculis usurpare aliquid, Videre. Lucret. lib. 1. 61.

Ratione usurpatum. Quint. lib. 7. cap. 2. 3.

Sensibus usurpare rem aliquam, imaginari animo rem aliquã. Lucret. lib. 4. 197.

Vsurpare barathrum. Plaut. Bacchid. 2. 41.

Officium aliquod usurpare. Vide Officium.

Otium usurpare. Tacit. lib. 14.

Vsurpare ius, pro eo quod uulgò dicunt Capere possessionem. Liu. Non tamen ultrà processum est, quàm unus ex plebe usurpandi iuris causa P. Licinius Trib. militum crearetur. Idem 7. bel. Pun. Nec patrum, nec auorum memoria Dialẽ quenquam id ius usurpauisse. id est, Eo iure usum esse ut possessione. Budæus.

Pœnam aliquam usurpare in improbos. Cic. 4. in Catil. 79.

Vsurpata & comprobata multis officijs cognatio. Cicero 7. Verr. 97.

Vsurpare regionem pedibus. Plaut. Trinum. 13. 4,

—aduenio ex Seleucia,
Macedoniaq;, Arabia, quas ego neque oculis, neq; pedibus Vnquam usurpaui. hoc est, Quas nunquam adij, nec ingressus sim.

Vsurpare, Vsucapionem interrumpere. Gell. lib. 3. cap. 2, Qu. quoq; Mutium iurisconsultum dicere solitum legi, non esse usurpatam mulierem, quæ quum calend. Ianuarijs apud uirum, causa matrimonij esse cœpisset, ante diem IIII. calend. Ianuarias sequentes usurpatum isset. Non posse impleri trinoctium, quod abesse à uiro usurpandi causa ex XII. Tab. deberet, quoniam tertiæ noctis posterioris sex horæ alterius alterius essent, qui inciperet ex Calendis.

Vsurpare aliquid ex alterius bonis. Cic. 7. Verr. 100.

¶ Vsurpatio, Verbale, Frequens usus. Cic. de claris Oratoribus, 135, Qui hoc tempore ipso quum liceat, in hoc communi nostro & quasi fatali malo consoletur se, cùm conscientia optimæ mentis, tum etiam usurpatione & renouatione doctrinæ.

Mentio & usurpatio ciuitatis. Cic. 7. Verr. 131.

Vsurpatio uetustatis. Cic. pro lege Agraria, 42.

Vsurpatione uocis abstinere. Liu. 7. bel. Pun. 113.

Superba usurpatio nominum. Plin. lib. 33. cap. 2. 1.

Vsurpatio, apud Iurisconsultos, est usucapionis interruptio. Oratores autem frequentem usum uocant. Hæc Paulus de usurpationibus seu usucapionibus. l. 2.

¶ Vtensile, utensilis, pen. corr. neut. gen. Quod est ad usus nostros necessarium. Colum. lib. 11, Vtensilia quibus aut alitur hominum genus, aut etiam excolitur. Idem libro 8. cap. 4, uocat utensilia quæ apes in aluearia conferunt. Varro 1. de Re rust. cap. 2. 5, Contrà quod in Italia utensile modò nõ nascitur, sed etiam non egregium sit? Liu. 6. bel. Pun. 172, Quẽq; unà secum dedidcrunt, agrum urbemq;, diuina, humanaq;, utensiliaq;, siue quid aliud dediderunt, de ijs rebus quid fieri uelitis, nos rogo Quirites.

¶ Vtilis, & hoc utile, pẽ. cor. (χρήσιμος, χρειώδης, ὀνήσιμος, ὠφέλιμος, συμπλώς, σύμφορος, ἰσχυρὸς, περιδέξιος) Quo utimur, quod nobis confert. Terent. Andr. 5. 1. 16,

Quibus id maximè utile est, illum esse quàm deterrimum.

Vtilis ad. Plautus Epid. 5. 103,

Quem hominem inuenimus ad eam rem utilem?

Homo ad nullam rem utilis. Cic. 3. Offic. 37.

Neutro pede satis utilis, Cuius neque unus pes, neque alter satis eum officium facit. Plin. lib. 7. cap. 28. 4.

Bis utilis arbos pomis. Virg. 2. Georg. 30. id est, Biferæ sunt arbores. Seruius.

Cibus utilis ægro. Ouid. 3. Trist. cleg. 3. 2.

Res utiles & salutares. Cic. 1. de Nat. deor. 55.

Ventis utilibus intrat urbem, Secundis. Ouidius 13. Metamorph. 128.

Magnificè utile. Vide Magnus.

Maximè utile. Vide Magis.

Modicè utile. Vide Modus.

Miscere utile dulci. Horat. de Arte, 70.

Nunquam est utile peccare, quia semper est turpe. Cicero 3. Offic. 84.

Sic enim facillimè, quod tibi utilissimum erit, consilij capies. Dolabella Ciceroni, lib. 9. 9. 6.

¶ Vtilissimus, penul. corr. Superlatiuum. Vlpianus in l. iudicem ff. commun. diuidun.

¶ Vtibilis, & hoc utibile, penul. cor. (χρηστὸς) Idem. Plaut. Menæch. 2. 1. 17,

—ij solent heris.
Esse utibiles. Terent. Phorm. 4. 4. 9,
Quid minus utibile fuit, quàm hoc ulcus tangere,
Aut nominare uxorem?

Vtibile illi. Plaut. Merc. 2. 4. 45.

Vtibile ad rem aliquam. Plaut. Mil. 10. 19.

¶ Vtilitas, pen. corr. utilitatis. fœm. gen. (ὠφελεια, συμπέλεια, λυσιτέλεια, ὄφελος) Notæ significationis, pro Commodo Terent. Eunucho, 2. 3. 17,

In ea re utilitatem ego faciam ut cognoscas meam.

Natura conditrix & prouida utilitatum opportunitatumq; omnium. Cic. 2. de Nat. deor. 82.

Vtilitas mater iusti & æqui. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 20.

Vtilitas & opportunitas. Cic. 1. de Nat. deor. 126.

Vtilitas ex. Cic. 1. de Finib. 105, Vt etiam si nulla sit utilitas ex amicitia, tamen ipsi amici propter seipsos amentur.

Communis utilitas. Quint. lib. 3. cap. 7. 18.

Non mediocris utilitas. Quint. lib. 1. cap. 8. 8.

Multæ utilitates & magnæ. Vide Multus.

Publicæ utilitates. Tacit. lib. 1.

Aberrare à communi utilitate. Vide Aberro.

Non adhorret ab utilitate auditorum hæc mea oratio. Cic. pro Sestio, 83.

Adducere ad utilitatem. Vide Adduco.

Afferre utilitatem. Vide Affero.

Capere utilitates. Vide Capio.

Conuelli utilitate. Vide Conuello.

Duci utilitate. Quintil. lib. 3. cap. 18.

Finitus sola utilitate. Quintil. lib. 3: cap. 8. 1.

Fugit hæc utilitas neminem. Quintil. lib. 2. cap. 5. 11.

Habere utilitatem dicitur res aliqua. Cic. pro Muræna, 20, Omnes enim artes quæ nobis pop. Roman. studia conciliant, & admirabilem dignitatem, & pergratam utilitatem debent habere.

Omittere suas utilitates: cui opponitur, Seruire suis utilitatibus Cic. 3. Offic. 55.

Parere utilitatibus alicuius. Cic. pro Deiotaro, 8. Id est, commodis inseruire. Budæus.

Aequor utilitatem præbet fatiẽtibus nautis. Lucret. lib. 6. 1179.

Fructum utilitatis præbere. Cic. ad Atticum, lib. 7. 12. 5. 2.

Quærere utilitatem in re aliqua. Cic. 1. de Oratore, 57.

Seruire utilitati alicuius. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 35.

Vtilitates, in plurali, pro Vsu. Cicero ad Tironem, lib. 16. 5. 3, Vtilitatibus tuis possum carere.

¶ Vtiliter, penul. cor. Aduerbium (λυσιτελῶς) Commodè. Cic. 4. Acad. 245, Atque illi quidem etiam à natura utiliter dicebant permotiones istas animis nostris datas.

Facere aliquid utiliter. Ouid. 13. Metam. 42.

Seruire utiliter. Horat. 1. epist. 17. 14.

Vtilius starent etiam nunc mœnia Phœbi. Ouid. epist. 1. 14.

Vtpote] penul. corr. Aduerbium confirmantis: id est, Quoniam, quandoquidem, nempe. Cicero ad Atticum, libro 2. 39. 8, Et nos, utpote qui nihil contemnere solemus, non pertinescebamus. Eidem, libro 5. 95. 1, Me & incommoda ualetudo, qui iam emerseram, utpote cum sine febri laborassem, &c.

Vtputa] pen.corr. Vide Puto, putas.
Vtricularius, Vtriculus] Vide Vter, utris.
Vtrinque, Vtro, Vtrobique, Vtroque, Vtrum] Vide Vter, adiectiuum.
Vtut] Vide Vt.

V V

Vua] σταφυλή, Fructus ultis. Dicta ab Vuido. Colum. libro 3. cap. 6. Nec tamen eam uitem feracem dixerim, cuius singulæ uuæ in singulis sarmentis conspiciuntur.
Vua mirabili magnitudine. Cic. 1. de Diuin. 59.
Terra ferax uuis. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 2.
Commentor uuæ Bacchus. Ouid. 3. Fast. 157.
Cibaria uua. Plin. lib. 14. cap. 3. 2.
Coloratæ uuæ. Vide Color.
Cultæ uuæ. Ouid. 3. de Arte, 21.
Dactylides uuæ. Vide Dactylus.
Escaria uua. Plin. lib. 14. cap. 3. 6.
Flaua uua. Stat. 5. Thebaid. 54.
Generosæ uuæ fertilis uinea. Ouid. 2. de Remed. amor. 35.
Genialis consitor uuæ. Ouid. 4. Metam. 3.
Grauidæ uuæ. Claud. 2. Paneg. 94.
Immitis uua, Immatura. Horat. 2. Carm. ode 5. 2.
Madentes uuæ. Claud. 5. Paneg. 54.
Maturæ uuæ. Virg. 2. Georg. 84.
Mitis uua, Matura. Virg. 1. Georg. 90.
Nigerrimæ uuæ. Catull. ad Colonian, 17. 4.
Nitentibus uuis speciosa ulmus. Ouid. 14. Metam. 133.
Peracerba gustatu uua. Cic. de Senect. 49.
Purpureæ uuæ. Ouid. 13. Metam. 174.
Racemifer æ uuæ. Ouid. 3. Metam. 134.
Auro similes uuæ. Ouid. 13. Metam. 174.
Augescunt uuæ. Vide Augesco, in Augeo.
Calcare uuas. Vide Calco.
Decerpere uuam. Vide Decerpo.
Ducit colorem uua. Virg. eclog. 9. 5.
Pendentes uuæ plenis utibus. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 11.
Teneras mora percoquit uuas. Ouid. 1. de Remed. amor. 17.
Pubescens uua, Plin. lib. 17. cap. 22. 19.
Varians se uua. Plin. lib. 17. cap. 22. 20.
Vlmus lubens proterit uuas. Stat. 8. Thebaid. 110.
Rubens uua incultis pendet sentibus. Virg. eclog. 4. 6.
Veniunt illic uuæ fœliciter. Virg. 1. Georgicor. 11. id est, Melius proueniunt.
Vestitæ frondibus uuæ. Propert. lib. 3. eleg. 12. 7.
Vua, etiam aliarum rerum. Plin. lib. 12. cap. 13. 2; Amomi uua in usu est.
Vua, pro Vite aliquando ponitur. Virg. 2. Georg. 12,
Et turpes auibus prædam fert uua racemos. Seruius.
Vua dicitur in apibus, quando examen congregatum ad similitudinem botri dependet. Colum. lib. 9. cap. 9, Quum agmē glomeratum in proximo frondentis arbusculæ ramo consederit, animaduertito an totum examē in speciem unius uuæ dependeat. Virg. 4. Georg. 112,
——& lentis uuam demittere ramis. Seruius, Vuam demittere, in morem uuæ, id est, botrionis defluere.
Vua (σταφυλή) appellatur in homine, quæ inter tonsillas ultimo palato dependet, sub qua est minor lingua, quæ dicitur epiglottis: ita dicta, quòd aliquando ad similitudinem uuæ intumescat, cum uehementi inflammatione ac dolore. Plin. libro 11. cap. 37. 47, Tonsillæ in homine, in sue glandulæ. Quod inter eas uuæ nomine ultimo dependet palato, hominis tantùm est. Sub ea minor lingua epiglossis appellatur. Vide Celsum lib. 8. cap. 4.
¶ Vuifer, pen. corr. Adiectiuum (σταφυλοφόρος) Vuas produ-

V V L

cens: ut, Glebæ uuifer æ. Silius lib. 7. 53.
Maßicus uuifer. Stat. 4. Sylu. 3. 13.
¶ Vuidus, pen. cor. Adiectiuum (ὑγρὸς) Humidum significat.
Virg. eclog. 10. 4,
Vuidus hyberna uenit de glande Menalcas. Vbi Seruius, Vuidus, pinguis. Et Humidum est, quod extrinsecus habet aliquid humoris: Vuidum uerò, quòd intrinsecus: unde & uuæ dictæ sunt, quod tamen plerunque confundunt poetæ. Colum. lib. 3. cap. 2. 5, Nisi præpingui & uuida terra. Idem libro 7. capite 3. 3, Vbi cœli status uuidus uentosus ue est.
Bacchus uuidus. Horat. 2. Carm. ode 19. 4.
Gemma uuida in tenero palmite. Ouid. 3. Fast. 48.
Vuida ueſtis, Humore madens. Plaut. Rud. 6. 25.
¶ Vuefco, uuescis, uuescere, Vuidum fieri. Vide Sereſco.
¶ Vuor, uuoris. Vsus est Varro lib. 4. de Ling. Lat. ubi ait, Vuæ ab uuore.
Vulcanus] pen. prod. (ὑφαιστος) Deus antiquis putatus est, quo significatur ignis, quòd canus per aera uolet. Volat enim flamma, & candida est. Hic & Mulciber appellatur, quòd ferrum mulceat. Fingunt enim poetæ, hunc fuisse deū, & Iouis ex Iunone filium, qui saeuit Ioui fulmina contra Gigantes fabricauit. Hinc Vulcaniæ insulæ appellatæ sunt.
Vulcani (inquit Cic. 3. de Nat. deor. 76.) fuêre complures. Primus Cælo natus, ex quo & Minerua: Apollinem eum, cuius in tutela Athenas antiqui historici esse uoluerunt. Secundus in Nilo natus Opas, ut Aegyptij appellant: quem custodem esse Aegypti uolūt. Tertius è tertio Ioue & Iunone: qui Lemni fabricæ traditur præfuisse. Quartus Menalio natus: qui tenuit insulas propter Siciliam, quæ Vulcaniæ nominabantur.
Ardens Vulcanus. Horat. 1. Carm. ode 4. 2.
Auidus Vulcanus. Horat. 3. Carm. ode 4. 12.
Luteus Vulcanus. Iuuenal. Satyr. 6. 14.
Vulcanus, pro ipso igne aliquando ponitur, quemadmodum Pallas pro literis. Plaut. Amphit. 4. 187,
Quò ambulas tu, qui Vulcanum in cornu conclusum geris?
Spargere Vulcanum tectis. Virg. 7. Aeneid. 16.
Furit immißis Vulcanus habenis. Virg. 5. Aeneid. 131.
Superante Vulcano, ruinam dedit domus. Virg. 2. Aeneid. 63.
¶ Vulcanius, Adiectiuum (ὑφαίστιος) Virg. 10. Aeneid.
Correptis subitò medijs, extenditur unà
Horrida per latos acies Vulcania campos. Vide Acies.
Ardor Vulcanius. Valer. 4. Argon. 137.
Arma Vulcania, à Vulcano fabricata. Virg. 8. Aeneid. 107. Cicer. 2. Tuscul. 58, Pūgit dolor, uel fodiat sanè: sī nudus es, da iugulū: sin tectus Vulcanijs armis, id est fortitudine, resiste.
Pestis Vulcania, Incendium. Silius lib. 7. 73.
¶ Vulcanalia, Vulcanaliorum, pluralis numeri, neutri generis (ἡφαίστια) Festa Vulcano dedicata. Colum. lib. 11. cap. 3. 15, Cæterùm Augusto circa Vulcanalia, tertia satio est.
Vulga] uulgæ, siue Bulga. Vide Bulga.
Vulgus] uulgi, masc. g. & hoc Vulgus, uulgi, neutri (ὄχλος, ὁ πολὺς, οἱ πολλοί) Significat multitudinem ignobilium. Cic. pro Milone, 20, Quum hic insidiator, qui iter illud ad cædem faciendam apparasset, cum uxore ueheretur in rheda penulatus, uulgi magno impedimento, &c. Horatius 2. Serm. Satyr. 3. 13,
——huic ego uulgum
Errori similem cunctum insanire docebo.
Commendatio in uulgus. Cic. 5. Tuscul. 145.
Fames in uulgus inopia quæstus, & penuria alimentorum. Tacitus lib. 17.

Gratus

Gratus in uulgus. Tacit. lib. 1.
Retinere nomen in uulgus. Cic. 2. de Diuin. 130.
Consilium uulgi. Cic. pro Plancio, 7.
Imperitorum uulgus. Cic. 3. de Orat. 107.
Vulgus seruorum. Terent. Andr. 3. 4. 4.
Nihil est incertius uulgo. Cic. pro Murena, 34.
Fœmineum uulgus, Vulgus fœminarum. Lucan. lib. 7. 8.
Humile uulgus. Plin. in Præfat. 3.
Ignobile uulgus. Virg. 1. Aen. 31.
Quibus imperitum uulgus bubalorum nomen imponit. Plinius lib. 8. cap. 15.
Incertum uulgus scinditur in contraria studia. Virgilius 2. Aeneidos, 8.
Indoctum uulgus. Ouid. 5. Metam. 62.
Iners uulgus. Claud. 1. de raptu Proserp. 5.
Infidum uulgus. Horat. 1. Carm. ode 35. 5.
Inutile uulgus. Iuuen. Satyr. 15. 13.
Leue uulgus. Ouid. 12. Metam. 11.
Miserabile uulgus. Virg. 2. Aeneid. 160.
Mobile. Stat. 2. Sylu. 2. 25.
Mutabile. Valer. 1. Argon. 152.
Prophanum uulgus. Horat. 3. Carm. ode 1. 1.
Rude uulgus & expers artis. Ouid. 2. Fast. 59.
Segne uultus. Lucan. lib. 3. 12.
Acceptum in uulgus. Vide Accipio.
Attonitum pauet uulgus. Ouid. 14. Metam. 82.
Spolia in uulgus cedebant. Tacit. lib. 19.
Celebrata in uulgus Cesti laus. Tacit. 17.
Digitis uulgi designari. Ouid. 3. Amor. 5. 16.
Hoc exire atq; in uulgus emanare non poterit. Cicero pro Roscio Amer. 2.
Indicare aliquid in uulgus. Cic. de Vniuers. 6.
Mobile mutatur semper cum principe uulgus. Claudianus 7. Panegyr. 61.
Probari in uulgus. Vide Probo.
Spargere uoces in uulgum. Virg. 2. Aen. 20.
Malignum spernere uulgus. Horat. 2. Carm. ode 16. 8.
In uulgus aduerso rumore fuit. Tacit. lib. 18.
Tribuere in uulgus. Cic. Seruilio Sulpit. lib. 13. 71. 1.
Vox uenit ad aures uulgi. Virg. 2. Aen. 24.
Vulgus esse. Salustius in Catil. Cæteri omnes strenui, boni, nobiles atque ignobiles, uulgus fuimus, sine gratia, sine authoritate.
Vulgus, de ouibus dixit Virg. lib. 3. Georg. 94,
Continuò ferro culpam compesce, priusquam
Dira per incautum serpant contagia uulgus.
¶ Vulgò (παυδημεί) Aduerbialiter positum, significat, Passim, Cateruatim, ut dit Seruius. Virg. eclog. 4. 6,
——assyrium uulgò nascetur amomum.
Vulgò, Passim. Liu. 1. bel. Maced. Aduersus quæ tela, quosq; uiros pugnandum esset, pauidi uulgò cernebant.
Vulgò & passim. Cic. pro Murena, 66, Num locū ad spectandum dare, aut ad prædium inuitare mimimè: sed uulgò, passim, quid est uulgò? uniuersos.
Vulgò dicitur, uel aici solet. Terentius Andr. 2. 5. 15. Plinius epist. 168.
Vulgò audieram. Cic. 5. Verr. 50.
Vox uulgò exaudita per lucos. Virg. 1. Georg. 96.
Safurnum uulgò maximè ad Occidentem colunt. Cic. 3. de Natura deorum, 59.
Vulgò loquuntur. Cic. 7. Verr. 63.
Vulgò appellare aliquem Superbum. Liu. 1. ab Vrbe, 219.
Vulgò homines illud requirunt. Liu. 1 ab Vrbe, 137.
Vulgò hominum opinio socium me ascribit tuis laudibus. Cic.

Thesauri pars 3.

Dolabellæ, in epistolis ad Atticum, lib. 14. 315. 1.
Vulgò occidi, Publicè, passim. Cic. pro Rosc. Amer. 48.
Vulgò occupare regnum. Cæsar 2. belli Gal. 235.
Vulgò ostendere. Cic. 6. Verr. 55.
Vulgò quæsitus, pro Spurio. Vlpianus l. 1. ad Tertullianum. Sed & uulgò quæsiti admittuntur ad matris legitimam successionem. Et l. 2. Siue iustè sint procreati, siue uulgò quæsiti. Budæus.
¶ Vulgaris, & hoc uulgare, penult. prod. Quod est uulgi, hoc est, uile ac commune. Cic. 2. de Inuent. 205, Magna an parua, facilia an difficilia, singularia sint an uulgaria. Hor. 2. Serm. Satyr. 2. 8,
Ieiunus stomachus rarò uulgaria temnit.
Vulgare, Tritum & consuetum. Quintilianus in Proœm. libro 1. 3, Simul ne uulgarem uiam ingressus, alienis demum uestigijs insisterem.
Vulgare & obsoletum, cui Nouum & inauditum opponitur. Cic. pro Quintio, 33.
Vile & uulgare. Cic. pro Roscio Amerino, 43.
Vulgare est, Tritum. Plin. lib. 8. cap. 2. 1.
Vulgares artes, Quæ uulgò mechanicæ dicūtur. Cic. pro Rosc. Amerin. 79, Mitto hasce artes uulgares, coquos, pistores, lecticarios.
Commendatio non uulgaris: hoc est, Non leuis, non modica. Cic. ad Cæsarem, lib. 13. 16. 7.
Consuetudo uulgaris. Cic. 1. de Orat. 129.
Declamatio uulgaris & peruagata. Cic. pro Plancio, 38.
Fabula uulgaris. Ouid. 4. Metam. 11.
Vulgaris forma, Quæ uulgò uideri solet. Plinius libro 10. capite 42. 3.
Generatio uulgaris. Plin. lib. 7. cap. 14. 2.
Minimè uulgare genus dicendi. Cicero de claris Oratoribus, 167.
Hæc à uulgari intelligentia remotiora sunt. Cicero 2. de Inuentione, 170.
Notitia uulgaris. Plin. lib. 20. cap. 5. 6.
Opinio uulgaris. Cic. 1. de Orat. 54.
Vulgaris & Excellens orator, contraria. Cicero in Orat. 26.
Prudentia communis & uulgaris. Cic. 2. de Orat. 165.
Puellæ uulgares, Quæ prostant. Ouid. 4. Fast. 174.
Oratio ad uulgarem populare mq; sensum accommodata. Cic. 1. de Orat. 54.
Sermo uulgaris. Cic. 1. Acad. 8.
Via uulgaris. Quintil. in Proœm. lib. 1. 3.
¶ Vulgaritas, pen. corr. uulgaritatis. Arnobius lib. 3. aduers. genues: Palem, sed non fœminam illam quam uulgaritas accipit, sed masculini nescio quem generis ministrum Iouis.
¶ Vulgariter, pen. corr. Aduerbium (παυδημεί) Idem quod Vulgò. Plinius libro 28. capite 14. 3, Vituli quoq; ius uulgariter datum, inter auxilia cœliacorum & dysentericorum tradunt.
Vulgariter & ambitiosè. Cic. Seruilio, lib. 13. 70. 3, Hæc ad te eo pluribus scripsi, ut intelligeres me non uulgariter, nec ambitiosè, sed ut pro homine intimo, ac mihi pernecessario scribere.
¶ Vulgo, uulgas (φοιτάω, διαφοιτάω) uulgare, In uulgus emittere, & quasi multis audientibus ac non tacituris dicere: commune omnibus facere. Virg. 10. Aen. 13,
——quid me alta silentia cogis
Rumpere, & obductum uerbis uulgare dolorem?
Vulgare aliquid per. Liu. 8. bel. Pun. 143, Non quod ego uulgari facinus per omnes uelim.
In malum aliquid uulgare. Tacit. lib. 3.

In maius an falsa hæc uulgau erint accusatores. Tacit. lib. 3.
Famam uulgare. Liu. 7. bel. Pun. 182.
Laudem uulgare. Liu. 1. ab Vrbe, 45.
Librum uulgare. Quintil. in Procem. lib. 1. 7.
Morbos uulgare, Morborum in uulgus & passim causam adferre. Liu. 3. ab Vrbe, 24.
Rem non uulgabat P. Virginius. Liu. 2. ab Vrbe, 123.
Vulgatur deinde rumor duas deesse tabulas. Liu. 3. ab Vrbe, 141.
Voce uulgari. Cic. pro Flacco, 51.
Vulgari dicitur cum priuatis magistratus, quum ad eius humilitatem se demittit. Liu. lib. 3. ab Vrbe, Nimium in ordinem sciens ipsum cogere, & uulgari cum priuatis.
Vulgare corpus suum dicitur meretrix. Plautus Amphit.
Cui me absente corpus uulgauit suum. Liu. 1. ab Vrbe, 16,
Sunt qui Laurentiam uulgato corpore, lupam inter pastores uocatam putent.
Vulgare concubitus plebis & Patrum, pro Permiscere. Liuius lib. 4. ab Vrbe.
¶ Vulgatus, pen. prod. (ολιγραμμάβεις) Participium, siue Nomen ex participio.
Bella uulgata per orbem fama. Virg. 1. Aeneid. 93.
Cibus uulgatus, Quo quotidie & passim utuntur. Plin. lib. 13. cap. 22. 1.
Fama uulgatior. Liu. 3. ab Vrbe, 24.
Vulgata uerba. Plaut. Epid. 8. 14.
Nauis uulgata. Cic. de Arusp. resp. 55.
Sensus uulgatissimi. Quintil. lib. 2. cap. 4. 22.
¶ Vulgaturus, pen. prod. Participium (φραστέον) ut,
Litera uulgatura nefas. Claud. 2. Panegyr. 59.
Vulgator. pen. prod. Verbale (φραστὸς) ut, Taciti uulgator. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 11.
¶ Vulgiuagus, penult. corr. Adiectiuum (εἰκαιοπλάνης) pro Plebeio. *Lucret. lib. 4. 216,*
Vulgiuagáq; uagus uenere. id est, Sectatus popularem uenerem: non certæ mulieris amore captus. Budæus. Idem lib. 5. 187,
Volgiuago uitam tractabam more ferarum.
Vulnus] *uulneris, penult. corr. neut. gen. (τραῦμα, ὠτειλή) Est hiatus, patensq; apertura corporis, ictu aliquo inflicta. Per translationem autem accipitur & pro angore animi, & damno. Liuius 2. bel. Punic. 224, Non uulnus super uulnus, sed multiplex clades, cum duobus Consulibus Consulares exercitus amissi annunciabatur.*
Clauda uulnere pars corporis. Virg. 5. Aeneid. 56.
Inualidus uulnere. Tacit. lib. 1.
Onustus uulneribus. Tacit. lib. 2.
Saucius uulneribus. Ouid. 12. Metam. 42.
Tardus uulnere. Virg. 2. Aen. 88.
Impatiens uulneris. Virg. 11. Aen. 128.
Acerbum uulnus. Vide Acerbus.
Calidum uulnus. Ouid. 5. Metam. 28.
Cruda uulnera. Iuuenal. Satyr. 2. 8.
Fatale uulnus. Valer. 6. Argon. 131.
Flebile uulnus. Stat. 2. Sylu. 1. 1.
Immania uulnera. Stat. 5. Thebaid. 6.
Immitia uulnera. Ouid. de Nuce, 14.
Inhonesto uulnere truncæ nares. Virg. 6, Aeneid. 100.
Laxum uulnus. Celsus lib. 7. cap. 5.
Lethale uulnus. Virg. 11. Aeneid. 150.
Lethiferum uulnus. Silius lib. 10. 59.
Leue uulnus. Ouid. 3. Metam. 18.
Mortiferum uulnus Vide. Mors.
Nigra uulnera. Ouid. 1. Metam. 90.
Sanabile uulnus. Iuuenal. Satyr. 15. 4.
Senilia uulnera. Celsus lib. 5. cap. 19.
Trunca uulnera deiectis membris. Ouid. 3. Metam. 43.
Tristia uulnera. Ouid. 3. Metam. 12.
Vetusta uulnera. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 19.
Alto nefandum ferrum uulnere abdidit. Senec. Troad. 1. 10.
Abluere uulnera lymphis. Virg. 4. Aen. 137.
Accipere uulnera. Vide Accipio.
Accipere uulnera tergo. Virg. 3. Aeneid. 49.
Exiguum stimulando uulnus acerbat. Claud. 1. in Ruff. 37.
Venenum uulneri adfusum. Tacit. lib. 1.
Medicas adhibere manus ad uulnera. Vir. 3. Georg. 91.
Adigere uulnus. Vide Adigo.
Adactum uulnus altè. Vir. 10. Aeneid. 170.
Affectus uulneribus. Vide Afficio.
Alleuantia fomenta malum uulnus. Horat. Epod. 11. 4.
Alligare uulnus. Vide Alligo.
Ambesum corpus multo uulnere. Senec. Hippol. 12. 23.
Sicca rigens astrixit uulnera sanguis. Lucan. 4. 60.
Cadere per mutua uulnera. Ouid. 3. Metam. 26.
Recenti uulnere ancisa membra. Lucret. lib. 3. 135.
Circumactus in uulnus. Vide Circumago.
Claudicare ex uulnere accepto ob aliquem. Cicero 2. de Orat. 138.
Concidere mutuis uulneribus. Vide Mutuum.
Vulneribus confectus. Liu. 4. bel. Pun. 121.
Confodere aliquem uulneribus. Vide Confodio.
Consumptus uulneribus. Silius lib. 10. 58.
Conturbare prima uulnera nouis plagis. Lucret. lib. 4. 206.
Duro crepitant sub uulnere malæ. Virg. 5. Aeneid. 88.
Curare uulnus. Quintil. lib. 4. cap. 2. 60.
Deligare uulnus. Quint. lib. 4. cap. 2. 61.
Descendit uulnus magno hiatu. Stat. 12. Thebaid. 68.
Dirigere uulnera. Virg. 10. Aeneid. 28.
Cæcum uulnus dare cuspide. Virg. 10. Aeneid. 147.
Certa uulnera dare. Ouid. 1. Metam. 93.
Dare inania uulnera. Ouid. 3. Metam. 16.
Durare ad uulnera. Virg. 3. Georg. 52.
Edere uulnera, & conferere dextras. Stat. 1. Sylu. 6. 12.
Elusa uulnera. Ouid. 12. Metam. 21.
Enicta uulneribus ornus. Virg. 2. Aeneid. 126.
Examinari graui uulnere. Cic. 2. de Finib. 155.
Excipere uulnera. Vide Excipio.
Crudeli uulnere uitam exhalans. Virg. 2. Aeneid. 113.
Miserando uulnere extinctus. Stat. 5. Thebaid. 144.
Facere uulnera. Quintil. lib. 5. cap. 13. 4.
Vulnus in uulnere fecit. Ouid. 15. Metam. 99.
Facere uulnera alicui in tergo. Ouid. 3. Metam. 47.
Rastrorum uulnera ferre. Ouid. 4. Metam. 56.
Feruens uulnus. Ouid. 4. Metam. 24.
Iterata uulnera figere. Stat. 1. Sylu. 2. 17.
Graue uulnus habere. Ouid. 4. Metam. 42.
Hiat uulnus abruptis uenis. Stat. 2. Sylu. 1. 1.
Immolare aliquem uulnere. Virg. 12. Aen. 190.
Impingere uulnus. Vide Impingo.
Imponere uulnus. Vide Impono.
Imprimere uulnus. Vide Imprimo.
Inferre uulnera alicui. Vide Infero.
Infligere uulnus. Vide Infligo.
Infligere alicui uulnus. Cic. 2. Philipp. 100.
Infossa cerebro uulnera. Stat. 8. Thebaid. 107.
Ingestis uulneribus cóncidit. Tacit. lib. 19. pro, Inflictis.
Insequi aliquem infesto uulnere. Virg. 2. Aeneid. 106.
Integrare uulnera, Renouare dolorem. Stat. 5. Thebaid. 6.
Lædunt uulnere dracones. Ouid. 4. Metam. 121.

Parua

Paruo cor uulnere læsum. Ouid. 12. Metam. 85.
Lenire uulnera. Silius lib. 17. 33.
Mederi uulneribus, Vide Medeor.
Minitans uulnerata curuata cuspide. Ouidius 2. Metamorphoseos, 40.
Crebris uulneribus miscent prælia. Virgilius 3. Georgicorum, 45.
Geminato uulnere misit eum ad umbras Tartareas. Ouidius 12. Metam 52.
Mouere aliquem in uulnera alicuius: id est, Instigare ut uulnus infligat alicui. Claud. 2. in Eutrop. 97.
Mulcere uulnera. Silius lib. 13. 91.
Repetitum uulnus nouat stipite. Ouid. 12. Metam. 58.
Obligare uulnus. Vide Obligo.
Occidi uulnere. Quint. lib. 6. cap. 1. 14.
Minimo uulnere occidit. Ouid. 6. Metam. 54.
Patens uulnus in pectore. Virg. 11. Aeneid. 8.
Mille uulnera patiens. Ouid. 12. Metam. 35.
Alterna uulnera passi. Lucan. lib. 5. 1.
Martia uulnera passi pugnando. Virg. 7. Aen. 37.
Perire uulnere. Hor. 1. Carm. ode 27. 7. 3.
Petere mortem per uulnera. Virg. 4. Georg. 44.
Medicinam uulnera poscunt. Silius lib. 11. 33.
Pulsus pudendis uulneribus. Virg. 11. Aen. 11.
Immedicabile uulnus ense recidendum est. Ouidius 1. Metamorphos. 39.
Refricare uulnus. Vide Refrico.
Repetitum uulnus. Quint. in Procem. lib. 6. 3.
Resoluere uulnera. Quint. lib. 6. cap. 1. 24.
Cæca uulnera resoluere. Stat. 5. Sylu. 5. 17.
Sanare uulnera. Quint. lib. 5. cap. 13. 4.
Sanare uulnus iniuriæ. Cic. ad Catonem, lib. 15. 43. hoc est, Iniuriam uindicare.
Sanare uulnus Reipub. Vide Sano.
Largo satiatur uulnere conus. Claud. 1. in Ruffinum, 72.
Nouatum uulnus scinditur. Ouid. 2. de Remed. amor. 67.
Odoro uulnere scinditur pinus. Stat. 6. Theb. 21.
Sedare uulnera. Stat. 2. Sylu. 1. 42.
Vasta uulnera ferebant. Lucret. lib. 5. 259.
Siccare uulnera. Ouid. 19. Metam. 38.
Infixum stridet sub pectore uulnus. Virg. 4. Aen. 138.
Tardatus uulnere. Ouid. 13. Metam. 17.
Tristi turbatus uulnere mentis. Virg. 12. Aen. 32.
Ingenti uulnere uictus. Virg. 10. Aeneid. 169.
Sæuo uulnere ulcisci aliquem. Seneca Herc. furen. 12. 14.
Orbatis uulnus. Quint. in Procem. lib. 6. 3. & 6.
Amoris uulnus. Lucret. lib. 1. Virg. 4. Aen. 1,
At regina graui iandudum saucia cura
Vulnus alit uenis, & cæco carpitur igni. id est, Amoris dolorem ac molestiam fouet intra uenas.
Mutuâ uulnera, Mutuus amor. Ouidius 14. Metamorphoseos, 155.
Inconsolabile uulnus mente gerit tacita. Ouidius 5. Metamorphoseos, 86.
Aeternum seruans sub pectore uulnus. Virgilius 1. Aeneid. 8.
De præterito, dolorem dixit: de futuro, metum. Ad utrunque Vulnus.
Cæco uulnere tabescere. Lucret. lib. 4. 226.
Tacitum uiuit sub pectore uulnus. Virg. 4. Aen. 14.
Vulnera tabularum recentia, pro Lituris. Cic. 4. Verr. 135, Repentè aspicimus liturâs eiusmodi, quasi quædam uulnera tabularum recentia.
¶ Vulnero, uulneras, pen. corr. (τιτρώσκω, τιτρώσω, τιτρώσηκα) uulnerare. *Vulnus infligere. Cæsar 1. bel. Ciuil. 83, Vulnerantur amplius sexcenti.*
Serui nonnulli uulnerantur, ipse Rubrius in turba sauciatur. Cic. 3. Verr. 47.
Ense sæuo uulnerat caput. Ouid. in Ibin, 60.
Corpora uulnerare ferro. Cic. post red. in Senatu, 5, Sanctissimum corpus non solum tactum ac uiolatum manu, sed uulneratum ferro confectumq; uidistis.
Viribus ferri uulnerari. Cic. pro Sestio, 18.
Fortunæ continuo ictu uulneror. Ouidius 2. de Ponto, eleg. 7. 9.
Bono proprio uulnerari. Ouid. epist. 20. 8.
Vulnerare aliquem uoce, Lædere, & offendere uerbis. Cicero 1. in Catil. 6.
Grauior nuncius aures uulnerat. Virg. 8. Aen. 117.
Vulneratus humerum. Plin. lib. 7. cap. 28. 3.
Vulneratio, uulnerationis, Verbale (τρῶσις, ὄτησις) Cic. in Pisonem, 37, Maior hæc est uitæ, famæ, salutis suæ uulneratio. Idem pro Cecinna, 35, Sin autem uim sine cæde, sine uulneratione, sine sanguine nullam intelligetis.
¶ Vulnerarius, uulnerarij, Qui uulnera sanat & curat. Plinius libro 29. capite 1. 12, Ob id publicè uulneratum eum tradunt fuisse uocatum, mireq; gratum aduentum eius initio.
Vulnerarius, Adiectiuum (τραυματικὸς) Quod ad uulnus pertinet. Plinius libro 23. capite 4. 5, Vulnerarijs emplastris utile.
¶ Vulnificus, pen. corr. (τραυματοποιὸς) Aliud adiectiuum, Quod uulnus infert. Virg. 8. Aen. 90,
Vulnificusq; chalybs uasta fornace liquescit.
Dentes uulnifici. Senec. Hippol. 3. 15.
Ensis uulnificus. Stat. 4. Thebaid. 18.
Plumbum uulnificum. Valer. 1. Argon. 85.
Sus uulnificus. Ouid. 8. Metam. 72.
Vulpes] *uulpis, & uolpes, fœmin. gener. (ἀλώπηξ) Animal maximè astutum: cuius naturam uide apud Plinium. Persius Satyr. 5. 12,*
Astutam rapido seruas sub pectore uulpem.
Cauta uulpes. Horat. 1. epistol. 1. 15.
Fœta uulpes. Horat. 3. Carm. ode 27. 1.
Quàm facilè uulpes pyrum comest, Prouerbium apud Plaut. Mostell. De re factu procliui: quòd nihil negocij sit uulpi dentatissimæ pyrum edere. Ex Erasmo.
¶ Vulpecula, uulpeculæ, pen. corr. (ἀλωπεκάριον) Diminutiuum. Horat. 1. epist. 7. 6,
Fortè per augustam tenuis uulpecula rimam, &c. Cic. 1. de Natur. deor. 121, Nec unquam egressus ex insula, in qua lepusculos uulpeculasq; sæpe uidisses.
¶ Vulpinus, pen. prod. (ἀλωπεκίνω) Adiectiuum, Quod ad uulpem pertinet. Suetonius, Vbi leonis pellis deficit, uulpina insuenda est. Plin. li. 28. cap. 11. 9: Vulpinam linguam habentes in armilla, lippituros negant.
¶ Vulpinus (ἀλωπὸς) Astutus. Plautus, Vulpinus animus nequid moliatur mali.
¶ Vulpinor, pen. prod. uulpinaris (ἀλωπεκίζω) uulpinari, Mendacijs ac fraudibus uera peruertere, siue effugere. Tractum ab intorto uulpium cursu. Varro Mysterijs, Vulpinare modò, & concursa, qualibet erras. Ex Nonio.
Vulsinij] (οὐολσίνιοι, Tusciæ oppidum opulentissimum, totum fulmine concrematum. Plin. lib. 2. cap. 52. Huius meminit & Strabo lib. 5.
¶ Vulsinienses, inde dicti sunt (οὐολσίνιοι)
¶ Vulsinensis, Adiectiuum (οὐολσινίοις) ut, Vulsinensis lacus. Colum. lib. 8. cap. 16. 2.
Vulsura] Vulsuræ, pen. prod. Vulsus. Vide Vello, uellis.

Vultur] *uulturis, pen. corr. masc. gen. & Vulturis, huius uulturis, & Vulturius, uulturij (γὺψ, αἰγυπιὸς) Auis rapax, carnuora. A uolatu tardo dicta, quòd propter magnitudinem corporis tardè uolet. Plaut. Trucul.*

Iam quasi uulturij triduo prius præduinabant, quo die esuriturí sient. Ennius,

Vulturis in syluis miserum mandebat homonem. Vide Plinium lib. 10. cap. 6.

Dirus uultur. Valer. 4. Argon. 14.
Edax ultur. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 6.
Immanis uultur obunco rostro. Virg. 6. Aen. 120.
Vulturius homo (γύπιος & ἀνθρωπος) *per translationem, pro Rapace. Cic. in Pisonem, 30.*

¶ **Vulturinus, pen. prod. Adiectiuum** (γυπινὸς) *Quod est uulturis. Plin. lib. 30. cap. 4. 4, Vulturinus sanguis. Sic lib. 29. cap. 6. 15, Vulturinum fel. Et li. 10. c. 3. 3, Vulturina species.*

Vulturius, Latus unum talorum dicebatur: *aliquí enim interdum fiebant, qui pro numeris effigies animalium habebant, ut uulturum aut regulorum. De uulture in talo Plautus,*

Iacit uulturios quatuor. Ex Turnebo.

Vultur] βόλτερ, *Mons Apuliæ, in quo se dicit fuisse educatum. Horat. 3. Car. ode 4. 2,*

Me fabulosæ Vulture in Appulo,

Vulturnus] σὺροσὸτ&, *Ventus ab Oriente hyberno spirans, inquit Gellius. Eum pleriq; Græci misto nomine, quòd inter Notum & Eurum sit, σὺροσὸτον appellant. Hi sunt igitur tres uenti Orientales, Aquilo, Vulturnus, Eurus: quorum medius Eurus est. Hactenus Gellius lib. 2. cap. 22. Colum. lib. 2. 47, Interdum Eurus, quem quidam Vulturnum appellant.*

Celer Vulturnus. Lucan. lib. 2. 85.

Est & Vulturnus, seu Vulturnum, Campaniæ oppidum, cum fluuio eiusdem nominis, ut scribit Plinius lib. 3. cap. 5. Pomponius Mela lib. 2. Vulturnus amnis: Vulturnum, oppidum. Silius lib. 8.

—fluctusq; sonorum
Vulturnum.

Trahens multam arenam sub gurgite Vulturnus. Ouid. 15. Metamorph. 143. Liu. 4. *ab Vrbe*, 159, **Vulturnum Hetruscorum urbem, quæ nunc Capua est, ab Samnitibus captam.**

Vultus] *huius uultus, ultui, masc. gen.* (πρόσωπον, πρόσωπεῖον, προσώπιον, προσωπεῖς) *Dicitur indicatio ipsa in homine, quæ pro motu animi in facie ostenditur ac colligitur. Interdum etiam significat ipsius corporis faciem. Plin. lib. 7. cap. 19, Socratem clarum sapientia eodem semper uisum uultu, nec aut hilari magis, aut turbato. Cic. in Pisonem, 1, Vultus denique totus, qui sermo quidam tacitus mentis est. Martial. lib. 1. 115.*

Dum nulla teneri sordent lanugine uultus.

Vultus & Facies hoc distant. Vultus est uoluntas, quæ pro motu animi in facie ostenditur: Facies, ipsa oris species. Sallust. in Catil. Prorsus in facie, ultuq; uecordia inerat. Vide plura apud Nonium.

Vultus qui sensus animi plerunque indicant. Cic. de Orat. 81.
Vultus plurimum potest. Cic. in Orat. 33.
Imago animi uultus est, indices oculi. Cic. 3. de Orat. 122.
Quidam uultu motuq; corporis uasti atq; agrestes. Cicero 1. de Orat. 57.
Mutabilis uultu. Horat. 2. epist. 2. 38.
Simulachra uultus. Tacit. in uita Agricolæ.
Violentia uultus. Ouid. 1. Metam. 48.
Salis placidi uultus. Virg. 5. Aen. 170.
Acer uultus in hostem. Horat. 1. Carm. ode 2. 8.
Agrestes uultus. Ouid. 6. Metam. 20.
Ambiguus uultus, Quem nescias pueri ne sit, an puellæ. Hor. 2. Carm. ode 5. 5.
Benignus uultus. Vide Benignus.
Compti uultus. Claud. 2. in Eutropium, 68.
Confusi uultus. Lucan. lib. 3. 151.
Conscelerati uultus. Vide Conscelero.
Coruscus uultus. Claud. 4. Paneg. 72.
Decorus uultus. Claud. 2. Panegyr. 87.
Dilecti uultus. Stat. 11. Theb. 75.
Distortus uultus. Quint. lib. 6. cap. 3. 20.
Durus uultus, Tristis, seuerus. Ouid. epistol. 15. 3.
Exanimes uultus. Lucan. lib. 2. 6.
Ferini uultus. Ouid. 7. Metam. 54.
Ferox uultus. Hippol. 10. 15.
Formosi uultus. Ouid. 2. Amor. eleg. 1. 8.
Grauis. Iuuen. Satyr. 9. 2.
Hilaris. Ouid. 5. Trist. eleg. 5. 1.
Igneus uultus. Senec. Herc. fur. 11. 26.
Importunus uultus. Cic. Post redit. in Senatu, 13.
Infestus uultus. Lucan. lib. 5. 60.
Ingenui uultus puer. Iuuen. Satyr. 11. 16.
Inimicus. Vide Inimicus.
Iratus. Claud. 7. Paneg. 86.
Iuueniles uultus. Ouid. 3. Fast. 88.
Iunior uultus. Plin. lib. 20. cap. 17. 10.
Læti uultus. Ouid. 10. Metam. 1.
Loquax uultus. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 4.
Lubricus uultus aspici. Hor. 1. Carm. ode 19. 2.
Lucidi uultus Lunæ. Senec. Hippol. 4. 13.
Lugubres uultus. Ouid. 1. Trist eleg. 7. 5.
Minaci uultu grauis. Valer. 5. Argon. 104.
Modestus. Iuuenal. Satyr. 10. 50.
Mœrens. Ouid. epist. 11. 19.
Mœstus. Senec. Thyest. 6. 4.
Nitidus. Ouid. 4. Trist. eleg. 3. 2.
Omnifori uultus Telluris. Ouid. 2. Metam. 55.
Præclarus uultus. Lucret lib. 4. 204.
Proiectus & degener uultus. Tacit. lib. 19.
Purpureus uultus Lunæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 3.
Ridiculus uultus. Quint. lib. 6. cap. 3. 17.
Rigidus & trux uultus. Ouid. epistol. 4. 15.
Serenus uultus, non perturbatus. Hor. 1. Carm. ode 37. 6.
Vultus seuerus & tristis. Cic. 2. de Orat. 159.
Supinus. Quint. lib. 1. cap. 11. 5.
Terribilis. Ouid. 1. Metam. 54.
Sydereus. Senec. Oedip. 5. 2.
Toruus. Quint. lib. 6. cap. 1. 33.
Torno uultu ferus. Horat. 1. epistol. 20. 3.
Trepidi uultus. Ouid. ad Liuiam, 55.
Tristis uultus. Ouid. epist. 16. 3.
Trux uultus. Tacit. lib. 4.
Tumidi & truces uultus. Seneca Octauia, 4. 3.
Virginei uultus. Virg. 3. Aen. 44.
Virgineus uultus in ore puerili. Ouid. 10. Metam. 125.
Virilis uultus. Hor. 3. Carm. ode 5. 9.
Vitalis uultus. Lucret. lib. 3. 133.
Abdere uultus suos tenebris. Ouid. 2. de Remed. amor. 39.
Addere uultum uerbis. Ouid. 5. Fast. 101.
Adhibere aliquò uultum. Vide Adhibeo.
Aduertere uultus suos sacris. Ouid. 8. Metam. 97.
Affulsit uultus tuus populo. Hor. 4. Carm. ode 5. 2.
Appellare uultu. Vide Appello.
Ruga senilis arat iam meos uultus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 1.

Alterno

Alterno uultu & hunc & illum aspectans. Ouidius 5. Metamorphos. 7.
Aspice uultus meos. Ouid. 2. Metam. 19.
Aspicere aliquem molli uultu. Ouid. 10. Metam. 121.
Auertere uultus ab aliquo. Ouid. 14. Metam. 152.
Comparare uultum è uultu. Vide Comparo.
Feros componere uultus. Ouid. 13. Metam. 165.
Compositus uultus. Tacit. lib. 1.
Condere uultus. Ouid. 2. Metam. 66.
Confundere uultum alicuius. Ouid. 14. Metam. 73.
Coniectare aliquid uultu. Tacit. lib. 1.
Consentit uultus cum oratione. Vide Consentio.
Obscœnus uultus exanima consumit corpora. Sil. lib. 13. 96.
Conuertere uultus suos in aliquem. Ouid. 4. Trist. eleg. 3. 2.
Silenti uultu defixus. Valer. 7. Argon. 12.
Mœsto defixus lumina uultu. Virg. 6. Aen. 32.
Deformat uultum macies. Virg. 4. Georg. 51.
Deiecit uultum, & demissa uoce locuta est. Virgilius 3. Aeneidos, 64.
Deiectus uultus. Virg. 6. Aen. 173.
Deiectus in humum uultus, Vultus humum aspiciens. Ouidius 6. Metamphor. 122.
Demissa uultum Dido. Virg. 1. Aen. 114.
Deposuit uultum suum in gremio. Ouid. 2. Fast. 152.
Detinere uultus alicuius. Ouid. epist. 13. 4.
Discere uultum alicuius. Virg. 6. Aen. 151.
Dissimulare uultum. Stat. 9. Thebaid. 161.
Modesto uultu ire. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 3.
Amato uultu non exatiatur: id est, Vultum illius semper aspicit. Stat. 8. Thebaid. 126.
Excidit illi uultus. Ouid. 2. Metam. 118.
Pacato uultu excipere aliquid. Ouid. 1. Fast. 1.
Expressi uultus per ahena signa. Hor. 2. epist. 1. 50.
Taciti uultus fecêre conuicia. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 5.
Ferre uultu. Tacit. 20.
Figere uultus in aliquo. Virg. 12. Aen. 14.
Fingere uultum. Ouid. 4. Metam. 64.
Fictus & simulatus uultus. Cic. pro Cluentio, 57.
Flagrantes dei uultus. Virg. 1. Aen. 143.
Flectere uultum ad aliquem. Ouid. 10. Metam. 48.
Serenos uultus fœdare. Virg. 2. Aen. 58.
Fœdati uultus. Ouid. 5. Metam. 12.
Prono fusus super oscula uultu. Stat. 3. Sylu. 3. 36.
Dejectos gerit uultus pudore. Senec. Troade, 12. 17.
Incertos uultus gerere. Seneca Agamem. 7. 32.
Habet pacem uultus: id est, Præ se fert animum pacatum. Ouidius 2. Metam. 172.
Infixi pectore hærent uultus. Virg. 4. Aen. 1.
Humectare uultum largo flumine. Virg. 2. Aen. 94.
Immutare uultum. Vide Immuto.
Induere uultus seueros. Vide Induo.
Niueos infecit purpura uultus. Claud. 1. de raptu Proserp. 55.
Durus uultus malis lacrymare nescit. Senec. Herc. fur. 13. 19.
Lauare uultum profusis lacrymis. Ouid. 9. 137.
Madentes sudore uultus. Silius lib. 12. 129.
Mutare uultum. Vide Muto.
Notare uultus. Tacit. lib. 19.
Obducti uultus ægro luctu. Ouid. 2. Metam. 66.
Intrepidos uultus pertulit ad fata nouissima. Ouidius 13. Metamorph. 96.
Prætendere uultum. Quint. in Proœm. lib. 1. 12.
Toto uultu in terram procumbere. Ouidius 14. Metamorphoseos, 57.
Promittere aliquid uultu. Quint. lib. 4. cap. 1. 42.

Amico uultu promittere aliquid. Ouid. 3. Metam. 92.
Alto uultu reijcere dona alicuius. Hor. 4. Carm. ode 9. 9.
Renidens falsum uultu. Tacit. lib. 4.
Renidenti cohibens suspiria uultu. Valer. 4. Argon. 71.
Placido uultu respice mea munera. Ouid. 2. Fast. 4.
Respicere meliore uultu. Vide Melior, in Bonus.
Ficto ridere uultu. Stat. 1. Achil. 39.
Inuito uultu ridere. Hor. 3. Carm. ode 11. 5.
Rigabat uultum atq; ora lachrymis. Virg. 9. Aen. 51.
Supplice uultu rogare aliquid. Claud. 1. Paneg. 43.
Benignum uultum seruat fortuna. Horat. 1. epist. 11. 4.
Soluto uultu galeas intrare. Stat. 5. Thebaid. 81.
Sparsi uultus sanguine. Ouid. 13. Metam. 108.
Iniquo uultu spectare aliquem. Ouid. 1. de Arte, 63.
Boni uultus esse. Ouid. 5. Metam. 101.
Castos uultus tegere. Ouid. 4. Metam. 160.
Consilium uultu tegit. Virg. 4. Aen. 96.
Tendens ad sydera uultus. Ouid. 1. Metam. 147.
Immotos uultus tenere. Ouid. 14. Metam. 119.
Rectos tenere uultus in aliquem. Stat. 10. Theb. 108.
Tenuare uultum macie. Propert. lib. 4. eleg. 3. 6.
Terrere aliquem uultu. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 9.
Pauido uultu territa. Seneca Herc. Oet. 20, 5. 24.
Trahere uultum, & rugas cogere. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 7.
Demissos uelare uultus. Lucan. lib. 2. 73.
Vulta, neutro genere protulit. Lucret. lib. 4. 244,

—sed quos utriusq; figuræ
Esse uides mistim referentes multa parentum.

Vultus, à uolendo dicitur: sicut à Colo, cultus. Vnde antiquis uoltus scribebatur. Testis Valla lib. 4. cap. 13.

¶ **Vulticulus, ulticuli, pen. correp. Diminut. quo usus est Cic. ad Attic. lib. 14. 318. 7, Non te Bruti nostri ulticulus ab ista oratione deterret?**

¶ **Vultuosus, pen. prod. Adiect.** (πρόσωπώδης) *Quintilianus li. 11. cap. ultimo, Pronunciatio uultuosa. Cic. in Orat. 33, In quo quum effeceris nequid ineptum aut uultuosum sit, tum oculorum est quædam magna moderatio.*

Vulua] *uuluæ* (μήτρα) *dicitur in animalibus, quod uterus in mulieribus. Plin. libro 11. cap. 37. 76, Fœminis eadem omnia, præterquam ueficæ iunctus utriculus, unde dictus uterus: quod alio nomine locos appellant: hoc in reliquis animalibus uuluam.*

Vuluam ex porca in delicijs habuêre aliquando Romani. Plin. lib. 11. cap. 37. 78, Vulua electo partu melior quàm edito. Electitia uocatur illa, hæc porcaria, primiparæ suis, optima. Contrà effœtis à partu, præterquam eodem die suis ocisæ, liuida ac macra.

Ampla uulua nil pulchrius. Horat. 1. epist. 16. 4.

V X

Vxama] *Oppidum Hispaniæ citerioris, ut scribit Plinius lib. 3. cap. 3.*

Vxella] οὐξέλλα, *Insidæ Britanniæ urbs, ut scribit Ptolemæus lib. 2. cap. 3. Vulgò Krelzhorniuel.*

Vxor] *uxoris, pen. prod. f. g.* (γυνὴ, γαλετὴ, σύγγαμος, ἄποσα πις, ἄλοχος, παράκοιτις) *Quæ uiro tradita est. Terentius Adelphis, 4. 7. 41,*

Vxor sine dote ueniet?

Vxor, quasi unxor dicitur, inquit Seruius in librum 4. Aeneidos Virgilij.

Mos fuerat ut nubentes puellæ, simul quum uenissent ad limen mariti, postes antequam ingrederentur, ornarent laneis uittis, et oleo ungerent. Et inde uxores dictæ sunt, quasi unxores. Plinius quoq; scribit lib. 18. cap. 9. 20, nouas nuptas lu-

pino adipe postes inungere solitas, ne quid mali medicamenti inferretur.

Duæ formæ uxoris. Cic. in Topicis, 7, Genus est uxor: eius duæ formæ, una matrumfamiliàs, earum quæ in manu conueniunt: altera earum, quæ tantummodo uxores habentur.

Beata uxor creandis pueris. Horat. 1. epist. 2. 9.

Capacissima uxor secreti. Vide Capax.

Deuiæ uxores olentis mariti, Capræ. Hor. 1. Carm. ode 17. 2.

Fœta uxor. Iuuenalis Satyr. 14. 17.

Formosa uxor. Iuuen. Satyr. 13. 5.

Incommoda uxor & importuna. Vide Incommodum.

Iusta uxor, id est, Legitima. Sueton. in Vespasiano, cap. 3.

Iusta uxore nati. Vide Iustus & Nascor.

Legitima uxor. Vide Lex.

Liberalis uxor. Vide Liber, adiectiuum.

Optima uxor. Lucret. lib. 3. 182.

Placens uxor. Horat. 2. Carm. ode 14. 5.

Abducere uxorem à uiro. Vide Abduco.

Abhorrere à ducenda uxore. Cic. Attic. lib. 14. 309. 3.

Accersere uxorem. Vide Accerso.

Adiungere sibi uxorem. Vide Adiungo.

Assumere uxorem. Vide Assumo.

Commutare uxorem. Vide Commuto.

Ducere uxorem. Cic. pro Sestio, 4.

Tibi ducitur uxor. Virg. 8. eclog. 6.

Habere uxorem. Cic. 2. de Orat. 144.

Missam facere uxorem. Vide Mitto.

Alienas permolere uxores. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 7.

Prægnans uxor. Cic. 1. de Orat. 90.

Recusare uxorem grandi cum dote. Horatius 1. Sermon. Satyr. 4. 10.

Grauidas reddere uxores. Lucret. lib. 4. 249.

¶ Vxorcula, uxorculæ, pen. corrept. Diminut. (γαμετιδιον) Plaut. Casina, 21. 19,

Eia uxorcula.

¶ Vxorculo, uxorculas. Plaut. in Sitelitergo apud Varronẽ, Mulieres uxorculauit, ego noui scio actiosas.

¶ Vxorius, Adiect. (γαμετικὸς) Quod est uxoris, uel quod ad uxorem pertinet. Cic. 3. Offic. 80, In arbitrio rei uxoriæ, melius æquius.

Amnis uxorius. Hor. 1. Carm. ode 2. 4.

Dos est uxoria lites. Ouid. 2. de Arte, 31.

Imber uxorius. Stat. 5. Syl. 1. 7.

Leuamentum uxorium. Tacit. lib. 3.

¶ Vxorius, uxorij (φιλογύνης) Qui uxori nimis inseruit. Virgil. 4. Aen. 53,

—tu nunc Carthaginis altæ
Fundamenta locas, pulchramq; uxorius urbẽ Extruis

Bibere uxoria. Quint. Declam. 15, De eo cui meretrix potionem odij dederat.

X



LATINARVM literarum ultima (ξ) Quint. lib. 1. cap. 4. 8, Et nostrarum ultima x: qua tamen carere potuimus, si non quæsissemus.

X, apud authores nõnũquã pro denario notatur. Plin. lib. 12. cap. 12. 3, Quod minore folio est, mesosphærum appellatur: emitur x. l x. Laudatissimum micro-sphærum è minimis folium: precium eius x. l x x v. Vbi per X. literam præcedentem, denarius significatur.

Xanion] ξάνιον, inter instrumenta muliebria positum à Polluce lib. 10. cap. 26.

Xanthi] ξάνθοι, Populi sunt in Asia: qui quum eorum urbs ab Harpago Cyri regis præfecto obsideretur, uxores suas ac seruos unà cũ suppellectili in arce posuerunt, eamq; igni succenderunt, deinde omnes pariter contra Harpagum irruentes, interfecti sunt: ut scribit Herodotus lib. 1.

Xantho] ξανθὼ, Fuit una ex nymphis, Oceani & Tethyos filia. Virg. 4. Georg. 68,

Drymoq;, Xanthoq;, Ligeaq;.

Xanthus] ξανθὸς, Latinè Flauus dicitur: quo nomine dictus fluuius Troianus, qui & Scamander dicitur. Nam quòd in campis Troianis proximè flumen armenta rufa & pecora leucophea nascantur, ideo flumen id Elienses Xanthum appellauisse dicuntur. De quo Virg. 1. Aen. 96.

Fluenta Xanthi. Virg. 4. Aen. 29.

Amnis Xanthus. Horat. 4. Carmin. ode 6. 6. Est præterea Xanthus, flumen & oppidum Lyciæ: cuius quoq; meminit Homerus lib. 1. Iliaid. 6. & Pomp. lib. 1.

¶ Xanthus, antiquus rerum Lydorum scriptor. Ludíne an Sardianus fuerit, Strabo se dicit incertũ habere. Suidas Lydum eum dicit è Sardibus ciuitate fuisse, scripsisseq; historiã Lydorum libris 1111.

Xanthus alter, poeta melicus ponitur ab Aeliano.

Xantippus] ξάνθιππος, Lacedæmoniorum dux, accersitus à Carthaginiensibus, contra Lucretium Consulem pugnauit. Volaterranus.

Xantippe] ξανθίππη, Vxor Socratis philosophi. Morosa admodum fuisse fertur & iurgiosa: rarumq; & molestiarum muliebrium per diem, perq; noctem scatebat, & reliqua. Legito Gellij caput decimumseptimum libri primi.

X E

Xenarchus] ξέναρχος, Comicus poeta, cuius fabulas commemorat Athenæus. Xenarchus alter, è Seleucia Ciliciæ Peripateticus, docuit Alexandriæ primùm, deinde Romæ, Arij philosophi, deinde Cæsaris Augusti usus amicitia, usq; in honore habitus, Denicq; paulo ante mortem usu orbatus diem obijt. Strabo lib. 14.

Xeniades] Corinthius, qui cum emere uellet Diogenem Cynicum, & quid is artificij nouisset, percontatus foret, Noui, inquit Diogenes, hominibus liberis imperare. Ob quod responsum Xeniades emit, & manumisit, filiosq; suos ei tradens: Accipe, inquit, liberos meos quibus imperes. Meminit Gellius lib. 2. cap. 18.

Xenion] ξένιον, Auratum capitis ornamentum, ex Polluce lib. 5. cap. 16.

Xenium] xenij (ξένιον) dici potest munus hospitalitatis. Vnde Martialis libro 13. in quo eiusmodi munera distichis describit, xenia nominauit, quòd uersus ipsos pro xenijs mitteret. Inquit enim,

Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello
Constabit nummis quatuor empta tibi, &c.

¶ Xenias, balneas apud Ciceronem quidam Baias esse suspicentur: sic ab hospitibus, qui ibidem recipiebantur, Xenias, id est, hospitales fuisse cognominatas. Locus Ciceronis pro Cælio, 48, Sed ut uenenum quum à Licinio traderetur, manifestò comprehendi posset, constituisse locum iussit balneas Xenias, ut eò mitteret amicos, qui delitescerent.

¶ Xenius, Iuppiter, Deus erat hospitalis, quem hospites inuocabant si quando iura hospitalia uiolarentur: eum quippe uindicem fore sperabant. Budæus.

Xenocrates] pen. corr. (ξενοκράτης) Nomen philosophi Chalcedonij, auditoris Platonis, & Polemonis præceptoris, qui in Academia Speusippo successit, & uigintiquinq; annis docuit. Fuit tardus ingenio, adeò ut quum illum Plato Aristoteli compararet, alterum frænо, alterum calcaribus indigere dicebat. Hic philosophorum seuerissimus extitit. Eius uerbis tanta fides adhibebatur, ut quum iniurati nullius testimonium admitteretur, huic soli iniurato crederetur. Author Suidas. Hunc Athenienses aliquando uendiderunt, ut ita in exilio degens frangeretur. Obijt secundo & octogesimo ætatis suæ anno, quum noctu fortè in sartaginem offendisset. Cic. Attic. lib. 11. 11. 7, Quæ mihi res multo honorificentior uisa est, quàm aut illa quum iurare tui ciues Xenocratẽ testimonium dicentem prohibuerunt.

Xenocrates, alter philosophus, modestia nihil superiore inferior, scripsit οἰκοκαύστιον, id est domesticum auspicium: quando uidelicet aut mustela, aut serpens, aut his similia in domo apparent, quid portendere soleant. Suidas.

Xenodorus] pen. prod. (ξενόδωρος) Statuarius, sciẽtia fingendi, cælandiq; nulli ueterum postponendus. Cuius meminit Plinius lib. 34. cap. 7.

Xenophanes] pen. corr. (ξενοφάνης) Philosophus Colophoniius, Archelai auditor, scripsit elegias & iambos contra Hesiodum & Homerum, quæ de dijs dixère improbando. Author Laertius. Huius meminit etiam Strabo libro 4. de Colophone scribens. Cic. 4. Acad. 211, Xenophanes paulo etiam antiquior, unum esse omnia, neq; id esse mutabile, & id esse deum.

Xenophanes, alter poeta, idem Iambicus patria Lesbius. Suidas.

Xenophilus] pen. corr. (ξενόφιλος) Musicus, patria Chalcidensis, Pythagoricus, biennio minor quàm Gorgias, qui CVII. uixit annis, sed fœlicitate non inferior: siquidem, ut Aristoxenus ait, omnis incommodi humani expers, in summo perfectissimæ doctrinæ splendore extinctus est. Author Valerius. Fœlicitatis huius Xenophili meminit Plinius libro 7. cap. 50.

Xenophon] pen. corr. (ξενοφῶν) Grylli filius, Atheniensis, Socratis discipulus, ob eloquentiam Musa Attica uocatus: equorum, uenationis, & rei familiaris in primis studiosus, ut ex eius literis deprehendi potest. Venit in amicitiam Cyri minoris, cum quo militauit, ac φιλολίαν scripsit, non tam historiæ seruiens ueritati, quàm ut perfectum institueret ducem: ut Cicero in secundo de Oratore testatur. Quintilianus Xenophontis iucunditatem inaffectatam dixit, quam nulla affectatio consequi posset. Cum Platone simultates gessit, ut scribit Gell. lib. 14. cap. 3. Pluribus persequitur huius uitam Laertius.

Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt. Cicero de Senectut. 54.

Sermo dulcis Xenophontis. Cic. in Orat. 17. Ibid. 34, Xenophõtis uoce Musas quasi locutas ferunt.

¶ Xenophontius (ξενοφόντειος) Adiectiuum. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 11, Gratiam illam de qua suauissimè quodam in proœmio scripsisti, à qua te flecti non magis potuisse demonstrat, quàm Herculem Xenophontium illum à uoluptate.

¶ Xenophontes: præter hunc alij tres fuêre: unus Antiochenus, qui scripsit Babylonica, opus scilicet de amore. Alter Ephesius historicus. Tertius Cyprius, qui scripsit Ephesiaca, amores uidelicet Cyrenes, Myrrhæ, & Adonidis. Author Suidas.

Xerampelinę] uestes, matronales dictæ, ab ampelino colore, qui medius est inter coccum & muricem. Has Merula scribit etiam Atrebaticas fuisse appellatas, apud Iuuenalem, Satyr. 6,

Et Xerampelinas uestes donauerit ipsi.

Xerolophus] xerolophi, masc. gen. pen. corr. (ξηρόλοφος) significat tumulum aridum & siccum, ex congestis nempe lapidibus ξηρὸς, aridus, siccus: λόφος, tumulus. Talem fuisse Byzantij constat, ubi erecta erat columna, & tripodes, quibus multa epigrammata erant inscripta. Dicunturq; adhuc eius rei non obscura superesse uestigia. Socrates author ecclesiasticæ historiæ lib. 7. cap. 7, sicuti & Nicephorus libro 14. cap. 13. significat celebrem Constantinopoleos locum fuisse, quem Xerolophon appellabant, ubi & forum Arcadij erat. Meminit & Suidas. Sed optimus testis est Priscianus. Is lib. 1. capite de accidentibus literæ, Et Epigrammata, inquit, quæ egomet legi in tripode uetustissimo Apollinis, qui stat in Xerolopho Byzantij, sic scripta, &c. Rursus lib. 6, Et quod hoc uerum est, ostendunt epigrammata uetustissima, quæ literis antiquissimis scripta in multis tripodibus legi, & maximè in tripode Apollinis, qui est Constantinopoli in loco quem ξηρόλοφον uocant.

Xerophthalmia] miæ, pen. corr. Celsius lib. 6, Est etiam genus aridæ lippitudinis, ξηροφθαλμίαν Græci appellant: neq; tument, neq; fluunt oculi, sed rubent tantùm, & cum dolore quodam grauescunt, & noctu prægraui pituita inarescunt: quantoq; minor generis huius impetus, tanto finis minus expeditus est. ξηρὸς, siccus, aridus: ὀφθαλμία, lippitudo.

Xerxes] ξέρξης, Darij filius, maximus omnium regum Persarum fuit. Aegyptum, quæ à patre defecerat, recepit. Expeditionem etiam quã Darius in Athenienses parauerat, quinque annorum apparatu prosequens, decies centena hominũ millia traduxisse dicitur. Quem numerum, ut Valerius, itèq; Hieronymus testantur, de alta prospectans specula, fleuisse fertur, quòd post centum annos nullus superesset. Hac igitur multitudine accinctus, ut omnes referunt authores, & maria pontibus coniunxit, Athon montem continenti abscidit, uel Plinio teste lib. 4. cap. 10. uictus demum à quattuor millibus apud Thermopylas, nauale certamen cum Themistocle tentauit: à quo item apud Salamina superatus, turpiter cũ paucis parua cymba aufugit, relicto Mardonio præfecto, qui & ipse profligatus in Bœotia fuit. Demum quum se ocio socordiaq; relicta militiã tradidisset, præmium, genus luxuriæ nouum inuenientibus proposuit, ut scribit Valerius. Quamobrem à suis spretus, paucis post annis ab Artabano præfecto suo in regia interficitur, quum regnasset annis octo. De quo Trogus lib. 2. Lucan. lib. 2. 133.

Xerxes præmium proposuit, qui nouam inuenisset uoluptatẽ. Cic. 5. Tusc. 31.

Xerxes templum Græciæ inflammauit. Cic. 2. de Legib. 42.

¶ Xerxes alter, pictor Heracleota, Venerem adeò pulchrã pinxit, ut ex ea quæstum magnum faceret, precio accepto ab his qui eam uisere cupiebant. Itaq; Græci lepido cauillo Veneri eam amicam Xerxis uocitabãt, quòd ex eius lenocinio quæstum faceret. Author Aelianus de Varia historia.

X I

Xiphion] ξιφίον, Herba quæ Romanis gladiolus dicitur, aut segetalis. Videtur id nominis nacta, quoniam gladij speciem foliis præbeat: iridi similia erant, nisi minora & angustiora uiderentur, & gladij modo mucronata neruosaq;. In caulem exit cubitalem, in quo purpurei flores in ordinem digesti inter se distant, semine rotundo, radice duplicis ordinis, quarum una insidet alteri, ceu pusillis bulbis, inferiore gracili, superna uerò habitiore, adultioriq;, in aruis maximè nascitur. Plinio in humidis quum primùm exit, gladij præbet speciem, caule dum cubitorum, radice ad nucis auellanæ figuram fimbriata. Folium xiphio, ut Theophrastus scribit, latum ad ensis effigiem exit: unde nomen herbæ inditum.

Xiphia] xiphiæ (ξιφίας) Nomen piscis, de quo Plinius lib. 32. cap. 2. 5. Xiphiam, id est gladium, rostro mucronato esse: ab hoc naues perfossas mergi in Oceano ad locum Mauritaniæ, qui Cotta uocetur, non procul à Lixo flumine. Trebius Niger author est.

X Y

Xylinæ] ξύλιναι, Ptolemæo lib. 5. cap. 6. Ponti Cappadociæ urbs: uulgò Sentina.

Xylobalsamum] xylobalsami, pen. corr. (ξυλοβάλσαμον) Arboris balsami materia, hoc est balsami lignum, ut inquit Dioscorides lib. 1. cap. 18. Colum. lib. 12. cap. 51. 2.

Xylocinnamomum] xylocinnamomi, neut. gen. Lignum cinnamomi. Plin. lib. 12. cap. 19. 6. de cinnamomo, Ipsum uerò lignum in fastidio est, propter origani acrimoniam: xylocinnamomum uocatur.

Xylon] neut. gen. (ξύλον) Frutex est exiguus laniger. Plin. lib. 19. cap. 1. 7. Superior pars Aegypti in Arabiam uergens gignit fruticem, quem aliqui gossipion uocant, plures xylon: & ideo lina inde facta xylina. Vide Ruellii lib. 2. cap. 150.

Xyris] huius xyridis (ξυρίς) Herbæ nomen, quam Romani gladiolum appellant, quidam irim syluestrem. Folia iridi similia habet, latiora tamen, & in summo acuminata. caulem ex medijs foliis exeuntem, cubitalem, satisq; crassum, in quo triquetra sunt ueluti siliquæ, & in triquetris illis purpureus flos: & in floris medio puniceus color. Semen in folliculis fabarum modo, rotundum, rubens, acreq;. Radix illi est crebris geniculis dissecta, lõga, colore ruffo. Sic Dioscor. lib. 4. cap. 24.

Xystis] ξυστίς, Talaris tunica & muliebris Cælio lib. 21. cap. 18. Hanc autem ponit Pollux inter uestimenta communia uirorum & mulierum, lib. 7. cap. 13. Clemens uerò Alexandrinus Pædagog. lib. 2. cap. 10. inter uestes mulieribus proprias. Nec desunt, qui dicant esse uestem subtilem, à ξύω, quòd pulueremradat aut, ut alij malunt, ἀπὸ τῆς ξύσεως, quòd sit ueluti rasum, propter tenuitatem.

Xystus] xysti, m. g. (ξυστὸς) Vitruuius lib. 6. de Græcanicis ædificijs, Xystos Græca appellatione, porticus ampla latitudine dicitur, in qua athletæ per hyberna tempora exercentur. Nostri autem hypetras ambulationes xysta appellant, quas Græci παραδρομίδας dicunt. Idem lib. de palæstrarũ ædificatione. Cic. 4. Acad. 19. Quum igitur pauca in xysto locuti essemus, tum eodem in spacio consedimus. Item Attic. lib. 1. 5. 3. Xystus igitur & Xystum significatione differũt, quum tamen ambo Græcè sint idem: sed aliter Latinè usurpata sunt. Plinius iunior meminit in epistola 41. 8. & 101. d. Cic. de clar. Oratorib. 5. Quum ambularem in xysto, & essem ocioſus domi. Budæus.

¶ Xysticus, xystici, pen. corr. (ξυστικὸς) Qui per hyemem sub tecto exercebatur. Suet. in Augusto, cap. 45. Nec tamen eo minus xysticorum concertationes aut gladiatorum pugnas seuerissimè semper exegit.

Z



ABA Armaturæ nescio quæ loricarum propè talariumæ, quã armatos scribit Mauricius fuisse equites huc celarios uocatos, qui in agmine ante imperatorem exercitus equitabant, & pòst sequebantur. Annotauit Turnebus.

Zacynthus] ζάκυνθος, Græciæ insula est, Actoliæ propinqua, unicam habens urbem eiusdem nominis, teste Liuio lib. 6. de bello Punico. Plin. lib. 4. cap. 12. scribit sitam esse inter Samen & Achaiã oppido magnificam, & fertilitate præcipuam, & Hyrie aliquando dictam. Nunc uocatur Ianthe, siue Zanthe: ab alijs Zachyto. Virg. 3. Aen. 54.

tam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos.

Alta Zacynthos. Ouid. epist. 1. 18.

¶ Zacynthius, pen. prod. Adiectiuum. Aemylius Probus in Dione, Suorum autem è numero Zacynthinos adolescentes quosdam elegit.

Zaleucus] ζάλευκος, legislator Locrẽsis, uinum ægris prohibuit iniussu medici, pœna capitis indita. Author Aelianus. Apud Valerium Seleucus malè scribitur, de quo ab eodem narratur: quòd quum eius filius adulterij crimine damnatus, secundum ius ab ipso constitutum utroq; oculo carere deberet, ac tota ciuitas uirtuti & meritis patris crimen condonaret, ipse sibi non pepercit: sed suo priùs, deinde filij oculo eruto, usum utriq; uidendi reliquit. Ex Valerio libro 6. capite 5.

Zama] ζάμα, Vrbs Africæ, apud quam Annibal magno prælio à Scipione uictus fuit. Hanc Strabo libro 17. Zagnam appellat. Silius lib. 3. 53.

Et Zama & uberior Rutulorum sanguine Tapsus.

Zamolsis] ζάμολξις, Vir inter Getas natus, Pythagoræ discipulus ac seruus, ad Aegyptios unà cum eo penetrauit: deinde eorum ritus in patriam deduxit, à suisq; post mortem habitus deus: ut scribit Herodotus lib. 4.

Zancle] ζάγκλη, Oppidum Achaiæ, ut scribit Plinius libro 4. capite 5. Est & Siciliæ ciuitas, eodem authore lib. 3. cap. 8. condita à Messenijs, quam de suo nomine Messanam dixerunt. Zancle Siciliæ inditum nomen aiunt, quòd falcis formam referat. Siculi enim Zanclen, falcem dicunt, ut meminit Thucydides lib. 6. Silius autem libro 14. nomen accepisse ait, quòd Saturnij falx ibi reperta fuerit. Id autem à poetis idcirco fictum tradunt, quòd solum Siculum fertilissimum haberetur. Ouid. 15. Metam. 58.

¶ Zancleus, Adiect. (ζαγκλαῖος) ut, Arena Zanclæa. Ouid. 13. Metam. 157.

Charybdis Zanclæa. Ouid. 4. Fast. 100.

¶ Zancleum. Saxum in freto Siculo, dictum à Zancle propinquo Siciliæ oppido.

Zarmizegetusa] ζαρμιζηγέτουσα, Regia Daciæ urbs, authore Ptolemæo lib. 1. cap. 8. Vlpia Traiana deinde dicta, uulgò Cron.

Z E

Zea] ζειὰ, Frumenti genus, quod Latini semen à præstantia frugis appellarunt. Duo eius genera reddidit Dioscorides, libro 2. capite 80. alterum simplex & unius tantùm grani: alterum quod dicoccon, id est gemini & diplicis grani appellant, duobus utriculis coniunctum semen habens. Plinius libro 18. capite 8. Idem ibidem, capite 24.

Zelo] zelas: & Zelor, zelaris (ζηλάω) zelari. Significat æmulari, cupidè aliquid imitari, uehementer amare, adeò ut nullum in partem amoris admitti patiamur. Significat etiam inuidere.

¶ Zelotes, zelotis, penultima producta, masculini generis, (ζηλωτὴς) Aemulator dicitur: amator, qui nullum in amore fert riualem.

¶ Zelotypus, zelotypi, pen. corr. (ζηλότυπος) Zelator, siue æmulator formæ dicitur. nam ζῆλος, æmulatio est: τύπος, forma. Qui igitur ita amat, ut solicitus sit nequis amore suo perfruatur, zelotypus est. Iuuen. Satyr. 5. 5.

— quas

— quas in digitis uaginæ fronte solebat
Ponere zelotypo iuuenis prælatus Hyarbæ. Quint. lib. 4. cap. 2. 22. Nam quid exponet, quæ zelotypum malæ tractationis accusat?

¶ Zelotypia, zelotypiæ (ζηλοτυπία) Plinius lib. 25. cap. 7. 5. Nymphæa nata traditur, Nympha zelotypia erga Herculem mortua. Cic. 4. Tusc. 28. Obtrectatio autem est ea, quã intelligi zelotypiam uolo, ægritudo ex eo quòd alter quoq; potiatur eo quod ipse concupierit.

Offensio nata à zelotypia. Antonius Ciceroni, in epistolis ad Atticum, lib. 10. 198. 2.

Zelus] m. g. (ζῆλος) Vide Aemulatio.

Zeno] ζήνων, Philosophus ex Citto oppido Cypri. unde Cittius dictus, Stoicorum sectæ conditor, ut inquit Cic. pro Murænã, 56, Tanto in honore apud Athenienses habitus, ut apud eum claues urbis deponerent, ornarentq; ipsum aureâ corona & imagine æreâ. Decessit nonagesimo ætatis suæ anno, sine morbo. Nam (ut ferunt) quum abiret ex schola, lapidem offendens, digitum perfregit: manu uerò terram ferions, illud ait, Ex Niobe uenio, quid me uocas? Et continuò se strangulans interijt.

Zeno inuentor & princeps Stoicorum fuit. Cicero 4. Academ. 238.

Zeno in una uirtute positam beatam uitam putat. Cicero 4. Academ. 242.

Zeno Eleates Parmenidis auditor, simul cũ Perdica & in philosophia & in administranda Repub. clarissimus, teste Suida. Hunc inuentorem dialectices fuisse, sicut Empedoclem rhetorices, Aristoteles est author. Huius celebratissima fuit in perferendis cruciatibus patientia. Qui cum adolescentes nobilissimos cupiditate liberandæ patriæ inflammasset contra Nearchum tyrannum, facto iudicio comprehensus traditusq; est tortoribus torquendus. Qui cum lacerareture, ut conscios coniurationis nominaret, neminẽ illorum nominauit, sed amicos intimosq; tyranni, participes coniurationis esse dixit. Deinde quum quidpiam se in aurem tyranni loqui uelle significasset, eam mordicus correptam non antè dimisit, quàm rapta aure populatum caput reliquisset. Sed quum complices coniurationis proferre cogeretur, concisam dentibus linguam in os tyranni conspuit. Qua facto ciues tyrannum lapidauerunt. Fuit & alius Zeno philosophus Epicureus, Ciceronis synchronos, id est, contemporaneus: de quo idem Cic. lib. 2. de Fin. meminit, & eum cum Attico frequenter audiuisse Epicuri sententias explicantem.

Zenobia] ut ex Pollione refert Volaterranus, regina Palmyreorum: post Odenati uiri mortem in Syria Romanum rexit imperium: ponitur̃q; inter XXX tyrannos, qui tempore Galeni orbem usurpauerint. Superata tandem ab Aureliano, ac in triumphum ducta fuit, eiq; principis clementia Tybere possessio concessa, ubi honestè ageret. Hæc ea castitate dicitur fuisse, ut ne cum uiro suo nisi prolis gratia congrederetur. Regali alioquin pompa. Persarum ferè modo adorabatur. Ad conciones galeata procedebat cum limbo purpureo, gemmis dependentibus, uoce clara, moribus seueris. Græci Aegyptijq; sermonis peritissima, Latini non ignara. Orientalem Alexandrinamq; historiam in epitomen redegit. Herennianum & Timolaum filios literis erudijt. De quorum exitu nescitur, an interierint morbo, an ab Aureliano fuerint interfecti.

Zenodotus] penult. corr. (ζηνόδοτος) Grammaticus, uixit temporibus Ptolomæi primi, cuius etiam filios erudijt, ac præfuit Alexandrinæ bibliothecæ: primus quoque Homeri libros correxit, ac in ordinem redegit. Suidas.

Zenodotus alter Sophista, sub Adriano principe docuit Romæ, scripsitq; Epitomen prouerbiorum Didymi: conuertit in Græcũ sermonẽ historiam Sallustij, præterea Genethliacon in Adrianum, & alia. Suidas.

Zephyrium] ζεφύριον, Locrorum promontorium in Italia, à quo Locri Epizephyrij dicti, in extimo eius agri tugo siti, iuxta Heracleam & Crotonem. Plin. lib. 3. cap. 5. Strabo lib. 6. Locri agri promontorium offertur, quod Zephyrium appellatur, portũ habens uenientibus ab Occasu uentis commodum, qua ex causa & nomen assequitur. Deinceps Locri Epizephyrij urbs insignis.

Zephyrus] pen. corr. (ζέφυρος) Græcis dicitur uentus, quẽ Latini Fauonium nominant. Is aduersus Eurum stat, ut scribit Gell. lib. 2. cap. 25. Plin. lib. 18. cap. 34. Ipse leniter pluuius. tamen est siccior Fauonius: ex aduerso eius ab Aequinoctiali occasu, Zephyrus à Græcis nominatus. Hæc ille. Zephyrus ineunte uere flare incipit: &, ut author Varro lib. 1. de Re rust. VII. idus Febr. Horat. 1. Carm. ode 4.

Soluitur acris hyems grata uice ueris & Fauoni. Virgil. 1. Georg.

Vere nouo, gelidus canis quum montibus humor
Liquitur, & Zephyro putris se gleba resoluit. Ibid. 75.

Tepentes auræ Zephyri. Virg. 2. Georg. 66.

Flamina noua Zephyri. Sil. lib. 16. 73.

Fœlices Zephyri. Virg. 3. Aeneid. 24.

Leuis Zephyrus. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 11.

Modici Zephyri, Modicè spirantes. Ouid. 14. Metam. 130.

Secundi spirant Zephyri. Virg. 4. Aeneid. 113.

Surgens Zephyrus. Virg. 3. Georg. 27.

Tepente Zephyro uicta nix. Ouid. 2. Fast. 44.

Mouunt frigora Zephyri. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 1.

Mulcent flores Zephyri. Ouid. 1. Metam. 22.

Posiuere Zephyrum est, Desiere spirare. Virgil. 10. Aeneid. 21.

Aura mitior uenit à Zephyris. Ouid. 2. Fast. 30.

¶ Zephyrius, Adiect. (ζεφύριος) ut, Zephyria ouis, Quæ sunt sterilia. Plin. lib. 10. cap. 60. 3. Quidam & uento putant eas generari: atq; ea causa etiã Zephyria appellantur, quæ alij cynosuras dixêre. Vide Vrinum ouum.

¶ Zephyritis, pen. prod. Zephyritidis, pen. corr. (ζεφυρῖτις) Patronymicum fœ. quo nomine dicta est Chloris, seu Flora dea Zephyri filia à Catullo, de coma Berenicis, 61. 12.

Zeta] ζῆτα, Pro nomine loci, uel bibliotheca quidã legunt apud Plinium iuniorem, in epist. 4. 1. & lib. 2, Horti zeta est, Quum ex ueterum exemplarium fide legi debeat, dæta. Tametsi apud Lampridium in Heliogabalo, zeta legatur, teste Budæo, in hæc uerba: Odores indicos sine carbonibus ad usporandas zetas iubebat incendi. Vide Dæta.

Zetes] ζήτης, & Calais, Boreæ Thraciæ regis filij & Orithyæ, alati iuuenes, cum Argonautis profecti, à quibus ad pellẽdas Harpyias missi sunt, ut scribit Seruius. Ouid. 7. Metam. 144.

Implumes Calaisq; puer, Zetesq; fuerunt. In quẽ locum sic Lactantius, Zetes legendũ est, non Zetus: ut ferè in exemplaribus est depranatum. Alij Zethes cum aspiratione leguntur. Vide Calais.

Zethus] ζῆθος, Iouis filius ex Antiopa, Amphionis frater. De quo Cic. lib. 2. de Orat. Miror cur philosophiæ, sicut Zethus ille Pacuuianus, propè bellum indixeris. Horatius 1. epist. 19. 9.

Durus Zethus. Propert. lib. 3. eleg. 15. 6.

Zeugma] zeugmatis, pen. corr. n. g. (ζεῦγμα) Latinè connexio, siue adiunctio dicitur. Figura, quã plures sensus uno connectuntur uerbo. Quod tribus modis fit. Aut præposito uerbo, ad quod reliqua respiciant: ut, Vicit pudorem libido, timorem audaciam (nam) amentia. Aut uerbo postposito

sito: ut, Neq; is es Catilina, ut te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocarit. Aut in medio sensuum posito uerbo: ut, Troiugena interpres diuûm.

Zeugmà]*ζεῦγμα*, Daciæ urbs. Ptolemæo lib. 3. cap. 8. Vulgò Clesenburgh. Stat. 3. Sylu. 2. 28,

Antiquæ Babylonis opes, & Zeugma Latinæ
Pacis iter.

Zeus]*zei* (*ζεῖ* ☉) Piscis, qui & faber Gadibus appellatus est. Plin. lib. 9. cap. 18. 1. Et lib. 32. cap. 11. 6. Colum. lib. 8. cap. 16. 8, Vt Atlantico faber, qui & in nostro Gadium municipio generosissimis piscibus adnumeratur, eumq; prisca consuetudine zeum appellamus.

Zeuxis]*ζεῦξις*, Heracleotes pictor, sua ætate maximus. Hic, teste Plin. lib. 35. cap. 9, opes tantas acquisiuit, ut in ostentatione earum Olympiæ aureis literis in palliorum tesseris intextum nomen suum ostentârit. Postea donare opera sua instituit, quòd ea nullo satis digno precio mutari posse diceret. Æquales eius & æmuli fuêre Timanthes, Androcydes, Eupompus, & Parrhasius, cum quo descendisse in certamen traditur, ut in ea dictione legere potes. Idem, eodem teste, capite 10, suprà dicti libri, fertur pinxisse puerum uuas ferentem: ad quas quum aduolarent aues, eâdem ingenuitate processit iratus operi: & dixit, Vuas melius pinxi quàm puerũ: nam si & hoc consummassem, aues timere debuerant. Huius meminit Cic. 2. de Inuent. 121.

Z I

Zingiber]pen. cor. *zingiberis*, pen. cor. n. g. (*ζιγγίβερι*) Genus aromatis. Dioscorides lib. 2. cap. 149, Zingiberis diuersa à pipere & sui generis planta est. Plurimum in Troglodytica, & Arabia nascitur: frondi eius ad multa, & in quibus nos ruta, utuntur, pulmentis potionibusq; eum miscentes. Habet zingiber paruas radices, quadrati odorati iunci forma, albescentes, odoratas, sapore piperis.

Zizania] *zizaniæ*: uel Zizanium, *zizanij* (*ζιζάνιον*) Vide Lolium.

Zizipha]pen. corr. (*ζίζυφα*) Papinianus (teste Ruellio) ex Africa nouissimis Augusti temporibus primus inuexit, in castris sata, & aggeribus præcipuè decora: baccis similiora quàm malis, & in tecta iam syluæ ascendant flore oleæ, sed odorato magis: baccis cornis simile pomum, quo ampliùs & maturius, eo innocentius. Duplex *ziziphi* genus, ut Columellæ placet, rutilum & candidum: nam & rutilam & albam ziziphum probatissimum ad apum pastiones tradit, arbor malorum generis, officinis omnibus iuuuba dicta. Zizipha grano seruntur.

Z O

Zodiacus]penult. corr. (*ζωδιακὸς*) dici potest animalis, ab effigie animalium. Nam circulus est maior, obliquus, æquinoctialem in partes æquales secans: cuius una medietas ad Septentrionem, reliqua ad Austrum declinat: in quo duodecim signa sunt, in formam animalium figurata, ut Aries, Taurus. Græcè enim *ζῶα*, animalia dicuntur.

Vim quandam esse aiunt signifero in orbe, qui Græcè *ζωδιακὸς* dicitur. Cic. 2. de Diuin. 133.

Zoilus]pen. cor. poeta (*ζώϊλος* ☉) Ptolemæi temporibus, sophista quispiam fuit, hoc facinore potissimùm nobilitatus, q. Homerum, poetarum omnium principem, ausus est libris aliquot in eum scriptis, incessere, unde *ὁμηρομάστιξ* & cognomen meruit: quod ipsum etiam abijt in prouerbium. sic enim appellari cœpti nobilium authorum castigatores, uel Plinio teste in præfatione historiæ naturalis. Hæc Erasmus. Ouid. 1. de Remedio amoris,

Ingenium magni liuor detrectat Homeri:
Quisquis es, ex illo Zoile nomen habes. Hic quum sua in Homerum scripta Ptolemæo regi recitasset, rex indignatus nullum ei uerbum fecit. Quumq; Zoilus inopia pressus regẽ rogaret ut sibi aliquid quo uiueret, daret: Homerus, rex ait, multos pascit: quare tu qui illo doctior es, seltem teipsum pasce. Tandem Zoilus parricidij damnatus, iussu regis cruci affixus est. Zoili mors, inquit Vitruuius in præfatione libri 7. uariè memoratur. Alij eum scripserunt à Philadelpho esse in crucem fixum, nonnulli in eum lapides esse coniectos: alij Smyrnæ in pyram esse coniectum. Vide locum Vitruuij.

Zona]*zonæ* (*ζώνη*) Est id quo cingimur: unde quidam cingulum appellant. Martialis lib. 14. 156,

Longa satis nunc sum: dulci sed pondere uenter
Si tumeat, fiam tum tibi zona breuis.

In zonis pecuniam defercbant ucteres. Caius Gracchus apud Gellium lib. 15. cap. 12. Zonas quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli.

Breuis zona constringit sinus. Seneca Hippol. 4. 6.

Ligatam diu zonam soluere. Catul. ad passerem Lesbiæ, 2. 3.

Retinens uestem zona. Seneca Oedip. 5. 4.

Solutæ zonæ. Horat. 1. Carm. ode 30. 2.

Teres zona. Ouid. 2. Fast. 64.

Zonam perdidit. Prouerbium castrense, in eos qui nihil habent nummorum: quòd quicquid habent milites, in zona secum portant, ut inquit Porphyrion. Horat. 2. epist. 28,

Ibit eò quò uis qui zonam perdidit. Plaut. Pœn. 16. 27,
— tu qui zonam non habes,

Quid in hanc uenistis urbem, aut quidnám quæritis? In quibus Plauti uerbis, duplex est allusio, & ad uestẽ Pœnorũ more discinctã: & ad pecuniam quæ in zona gestatur, citra quam in urbe sumptuosa, non sat cõmodè uiuitur. Ex Eras.

Zona] Morbi genus. Scribon. Largus, Facit hoc medicamentum ad carbunculos, & ad ignem sacrum, & ad zonam, quam Græci *ἕρπητα* dicunt.

Zonæ cæli. Plinius libro 2. capite 68. 1, Nam quum sint cæli quinque partes, quas uocant zonas, infesto rigore & æterno gelu premitur omne, quicquid est subtectum duabus extremis utrinque circa uertices, hunc qui Septentrio uocatur, eumq; qui aduersus illi Auster inus appellatur. Virgilius 1. Georgic. 47,

Quinq; tenent cælum zonæ, &c. Vbi Seruius, Circuli qui cælum ac terram ueluti zonæ cingunt, translatiuè: nam propriè zonæ in terris, sed pro parallelis, id est circulis posuit, Septentrionalis, Æstiualis, Æquinoctialis, Brumalis, Australis. Ouid. 1. Metam. 16.

Lucentes zonæ. Stat. 10. Thebaid. 23.

Niualis zona, Plaga Septentrionalis. Lucan. lib. 4. 22.

Rubens zona, Torrida plaga cæli. Claud. de bell. Gildon. 50.

Trita Zona flammea rota Phœbi. Senec. Herc. Oetæo, 11. 5.

¶Zonarius, Zonarij (*ζωνιοπλόυ* ☉) Qui zonas facit. Cicer. pro Flacco, 13. Quod Mithridates qui multitudinem illam non authoritate, sed signa tenebat, se uelle dixit, id satores & zonarij conclamarunt.

¶Zonarius, Adiectiuum, Quod ad zonam pertinet. ut, Sector zonarius, quem crumenisecam aliàs appellare possumus. Plautus Trinum. 13. 17, — *mirati sunt*

Ni illic homo est aut dormitator, aut sector zonarius.

¶Zonula, pen. cor. (*ζώνιον*) Diminutiuum. Catull. in Epithal. Iuliæ, 56. 1,

— tibi uirgines zonula soluunt sinus.

¶Zonatim, per gyrum. Lucil. lib. 6,

Zonatim circum impluuium cumeram is eludebat. Non.

Zophorus] penultima corrept. est Vitruuio & architectis, quam uulgò Frizam appellant: hoc est, une platte bande entre l' architraue & la cornice, en la quelle s' entaillent

entaillent aucunefois des feuillages, ou autres belles fantasies de demi bosse, afin d' enrichir la besagne. Vitruuius lib. 3. capite ult. Et lib. 4. cap. 1. & cap. 7. Rursus lib. 5. cap. 1.

Zoophyta]pen. corr. (*ζοόφυτα*) dicuntur, quæ sunt medium quiddam inter animal & plantam. Cuiusmodi sunt, quæ mediam naturam inter sensibilia & uegetabilia habent. ob hoc zoophyta dicta (nos fortè plantanimantes dicere possumus, uel plantanimalia) ut ostrea, spongiæ, & similia inter animalia & stirpes ambigua. Budæus.

Zopissa]*zopissæ* (*ζωπίσσαι*) Derasam nauigijs cum cera resinam, zopissam aliqui uocant, inquit Dioscorides (à pleriscq; eadem hypochyma appellatur, quòd marino sale maduerit) discutiendi uires habentem. Sunt etiam qui collectam ex picea arbore resinam, zopissæ appellatione indicent. Plin. lib. 24. cap. 7. 5, Zopissam eradi nauibus diximus, cera marino sale macerata. Optima hæc à tyrocinio nauium.

Zopyrus]pen. cor. (*ζώπυρος* ☉) Physionomista dictus est, quòd profiteretur hominum mores naturasq; ex corpore, oculis, cultu, fronte, se posse pernoscere. Qui cum turpia quædam, et à uirtute aliena de Socrate dixisset, ac à multis idcirco derideretur, Non errat (Socrates respondit) Zopyrus. Huiusmodi enim naturà essem, nisi naturam philosophia superassem.

Zopyrus alius, ut testatur Herodotus circa finem libri quarti, nobilis Persa: qui, quum Darius rex Persarum Babyloniam diu & frustra oppugnaret, ipse sibi nasum, aures, & labia amputauit, & ita ad Babylonios quasi transfuga se contulit, conquerens de crudelitate sui regis. receptus igitur à Babylonijs, & dux belli constitutus, urbem Dario tradidit. de quo dicere solebat Darius, se Zopyrum malle integrum, quàm uiginti capere Babylonas. Zopyri enim astu Babylone potitus erat Darius.

Est & alter Zopyrus, qui, ut author est Plin. lib. 34. cap. 12, sculpsit Areopagytas, & iudicium Orestis, in duobus scyphis pondo duodecim æstimatis.

Zoroastres]*ζωροάστρης*, Bactrianorum rex, qui primus, ut author est Plin. lib. 30. cap. 1, artes magicas in Perside inuenit. Emicuit Nini regis temporibus, cum quo bella gessit. Fuit ante bellum Troianum annis CCCC. assumptus est ignc cœlesti, prædixitq; Assyrijs, si eius cineres seruarent, regnum eorum non defuturum. Feruntur eius de Natura libri IIII. De lapidibus item pretiosis unus. Præterea Astronomica, & alia. Author Suidas. Plinius quoque libro 7. capite 16, unum eodem die quo genitus est risisse testatur. Eidemq; cerebrum ita palpitasse, ut impositam repelleret manum, futuræ præsagio scientiæ.

Zoster]*ζώστηρ*, Genus ignis sacri, medium hominem ambientis, & enecantis si cinxerit. Plin. lib. 26. cap. 11. 16.

Z Y

Zygantes]*ζύγαντες*, Populi sunt Pœnis uicini, ubi, ut author est Herodotus lib. 4, magnam uim mellis apes conficiunt, sed multo plus opifices uiri facere dicuntur. Omnes nimiò insaniunt, ac similis uesaniæ quarum affatim gignitur ijs, quæ in montibus degunt.

Zythum]*zythi* (*ζύθου* ☉) Potus ex hordeo aqua resoluto. in Aegypto plerunque fieri solet, ideoq; poetis quandoq; Pelusiacus potus dicitur. Madefacit aqua hordeum, donec resolutum in liquorem uino similem: inebriat hoc, & acre gustu est, quoniam ex putrilagine accidente constat: hinc uulgus Græcum phocadion appellat. Hæc Ruellius. Plinius lib. 22. cap. ultimo, ad finem. Et frugum quidem hæc sunt in usu medico. Ex iisdem fiunt & potus, zythum in Aegypto, cælia & ceria in Hispania, ceruisia & plura genera in Gallia, alijsq; pro uincijs.

THESAVRI LINGVAE LATINAE FINIS.

THesaurum hunc, candide lector, toties legendo ac relegendo, ut mei est muneris, quæcunq; in hac Frobenij typographia typis excuduntur, semel atq; iterum legere: tot tãtasq; Latinæ linguę diuitias, sane sum admiratus: & eo magis, quòd, cùm omnia diligenter considerarem, ita plenum Copiæ cornu, omnibus in locis animaduertebam, ut nihil addi posse, nisi superuacaneum, uideretur. Igitur cùm ad hunc Thesaurum, operam aliquam nauare cuperem, & uiderem ad tam plenam copiam, me hominẽ tam tenuem nihil posse adijcere, statui saltem in collocatione aliquid prodesse lectori. Feci igitur quòd fecerunt, qui urbium tribus instituerunt. Si enim cùm uiderent diuersarum artiũ homines, promiscuè per diuersos uicos (ut quenq; sors collocauerat) habitare, & tamen in classes certas digeri, certas ob causas expedire iudicarent, tribus ordinauerunt, & earum unicuiq; ædes assignauerunt, in quas suo quæq; tempore conueniret. Ita factum est, ut certa in classe, cuiusq; generis opifices, exempli gratia hic sutores, illic sartores, illic fabros, magna commoditate, magnoq; reipublicæ bono reperias. Horum ego prudentiam mihi in hoc Thesauro imitandam iudicaui. Igitur ex singulis huius Thesauri quasi urbis uicis, hoc est, ex singulis literis, in singulas classes ea redegi, quæ essent eiusdem quasi artis, hoc est eiusdem generis, ut ea possent in suas quæq; classes digesta, commodius & coniunctius inueniri. Classes autem sic ordinauimus. In prima sunt Forensia, nõ omnia iuris utriusq; phrases & uocabula, sed ea maximè, quæ legis allegatione, aut iurisconsultorum sententia explicantur. Sequuntur Contraria ex scriptis Ciceronis omnia ferè excerpta. Postea Opposita, Antiqua & Inusitata, sub quibus rara, obsoleta & uetusta cõprehendimus, ab usitatis, sola distinctionis nota (quantum per huius Thesauri lectionem nobis facere licuit) secreuimus. Omnibus enim inusitatis, usitata non adiunguntur, cùm non ubiq; subiuncta inuenerim. Vrbium, fluuiorum, montiũ, populorum & promontorium nomina, quæ sine regionis uocabulo inuenimus, ea data opera omisimus. Affinitatis & cæterarum rerum, quas hic subiectus catalogus complectitur, omnia cum supradictis uocabula, ordine alphabetico, numero paginæ, columnis, priori a, posteriori b, quò nihil obscurum sit, suis quæq; locis sunt digesta. Sicubi uerò nos lapsos esse deprehenderis (id quod facilè in tam impedito opere accidere potest) dabis ueniam. Quod si te hoc labore adiutum senserimus, plura deo uolente, proprio libello in lucem aliquando emittemus. Bene uale. Anno CIↃ.IↃ.LXXVI. Basileæ.

VOCABVLORVM ET LOCVTIONVM CLASSES QVAEDAM, *secundùm rerum cognationes, quas sequens catalogus complectitur, hæ sunt.*

Rerum forensium locutiones & uocabula.
Contraria.
Oppositа.
Antiqua & inusitata.
Affinitatis & consanguinitatis uocabula.
Hominis partes, ueſtimenta & ornamẽta.
Aedium partes, supellex & orna.
Arbores, earum fructus & partes.
Gemmæ, & lapides preciosi.
Herbæ & earum partes.
Legumina.
Animalia, insecta, serpentes, uermes.
Aues.
Pisces.
Naues & earum partes.
Regiones.
Fluuij singularum regionum.
Insulæ.
Montes.
Populi.
Promontoria.
Vrbes.
Colores.
Adagia.

RERVM FORENSIVM LOCVTIONES ET VOCABVLA.

A

ALENONE manu asſerere 4.b
abigeatus 13.a
abintestatò 14.a
abiudicare 14.a
abiuratus 14.b
abnoctare 15.b
abolere crimẽ uel nomina reorum 16.a
abolere magistratum ibid.
abolitio criminis ibid.
abripere ad quæstionem 17.b
abrogare legi & legem 18.a
abrogatio ibid.
abscedente usufructu 18.b
absoluere, improbitatis, iniuriarũ, maiestatis, bello, suspicione, de præuaricatione, reum sine casu criminis, se iudicio ab aliquo, copiosè 20.a
absolutus adulterij 20.b
absolutio 20.b
absolutorius 21.a
abstentus hæreditate 22.b
abesse res quando dicatur 24.b
acapna 28.b
accensus 32.a
acceßiones 31.a
acceßio 31.a
si quid illi accidat 33.a
causam accipere 34.b
accepto ferre 38.a
acceptilatio 38.b
acceptam facere ſponſionem 38.b
iusiurandum accommodare 40.a
acui 43.a
accusare 42.a
accusator 42.b
accusatio 42.b
acessere 43.a
acinaceus 53.b
acribodicæon 55.b
adærare 64.b
addicere 66.a.b
adducere hominem uel rem aliquam in ius, uel ad ius, siue iudicium 69.a
adire ad arbitrum, ad causas, hæreditatem 70.b
adiacens insula 75.a
aduurare 78.b
admittere 82.a.b
admissum 82.b
admonitio 83.b
adoptare 87.a
aduentitia dos 92.b
aduentitium donum ibid.
aduentitia necessitas ibid.
aduentitia bona ibid.
aduentitium peculium ibid.
aduersarius 95.a
aduersaria, orum 95.a
adulterium 97.b
aduocare 98.b
sacramentum aduocare ibid.
aduocatus ibid.
aduocatio 99.a
ædilitia edicta 102.a
æquius melius 121.a
æquitas & bonitas causæ 123.a
æquitatem explicare ibid.
æquatio iuris 124.a
æs alienum 127.a
ex ærarijs eximere 129.a
aqua æstiua 132.b
æstimare litem 133.a
litis æstimatio 133.a & b
in æuum 143.a
affectare 148.b
affinis 149.b
agros assignare 158.a
ager assignatus ibid.
agraria lex 158.b
agnasci 103.b
agnoscere æs alienum 164.a
agnoscere comprobareq; aliquid ibid.
agnoscere debitorem, debitum ibid.
agnoscere nomina 164.b
agniti natales 164.b
agere, facere 166.a
agere, actio surti 166.a
agere ante litem contestatam 166.a
agere ibid.a
agere plus est quàm contrahere ibid.a
agere ex sponso, siue ex sponsu 168.b
agere ex syngrapha cum aliquo 168.b
agere forum 168.b
agere iure summo 169.a
agere rem eandem 170.b
actum est 172.a
acta ci conducere 172.b
actum alicuius agere 173.a
ab actu remotus 173.a
actus ibid.
actio 173.b
actionem dare & postulare 174.a
actionem habere 174.a
actio iniuriarum ibid.
actionem instituere ibid.
actuarius 174.b
æhenum 179.b
alazonia 184.b
album 186.b
album iudicium 187.a
album prætoris 187.a
alias 195.b.199.b
alienior hæres 200.b
allegare 202.b
allegare 203.a
allegare in ordinem 203.a
allegare inter prætorios ibid.a
allecti ibid.a
alliculæ 195.b
alluuio 206.a
alimentaria lex 208.b
alimentum 208.b
altercatio 213.b
altercator 213.b
alueus 215.b
alytarches 218.a
ama 218.a
ambitiosa decreta 222.a
ambitiosa diligentia 222.a
amicabilis affectio 225.b
amouere 235.a
amphitapa 237.a
ampliare 240.b
ampliati rei 240.b
ampliatio 241.a
anacrisis 245.b
anagraphe 246.a
anatocismus 246.a
anceps ius 247.b
anexetastus 249.b
angaria 250.a
angariarum exhibitio ibid.
angariarum præstatio ibid.
angariare ibid.
animaduersus 256.a
annotatio quid 259.b
annotare deportandum 259.b
annotare reos absentes 259.b
annotari reus qui dicitur ibid.
annumerare 260.a
annonam attentare & uexare 263.a
annua dies 263.b
annuum 263.b
antandrus 265.a
antestari 269.a
antidorum 270.b
antipherna 270.a
apocha 279.b
apolis 280.b
apophasis, inuentarium, repertorium, 281.b
apostoli 282.a
apparitores 283.a
apparitio 283.a
apparitor 283.a
apparitura 283.a
appellare aliquem 284.b
appellare 284.a
appellare de pecunia aliquem 284.b
appellari pecunia 284.b
appellare 284.a & b
appellandi uariæ locutiones ad ius pertimentes 284.a & b
appellare senatum 284.b
appellatio ad aliquem 285.a
appellator 285.a
appellere ad aquam animalia 285.a
applumbare 288.b
apponere accusatorem alicui 289.a
apponere licitatorem ibid.
approbare opus, approbari, approbatum

tum 290.b
appromissor 290.b
aqua & igni interdicere 294.b
aquagium 294.b
aquilex, librator 294.a
aquæductus 294.b
aquiminale 294.b
aquiminarius 294.b
arbitrarius 298.b
arbitratus 298.b
arbitrium 298.b
arbitrium honorarium 299.a
arbitrium recipere 299.a
arbitrari 299.a & b
arbor 299.b
arca camerata 301.a
arcarius seruus 301.b
archigubernius 304.a
arca 309.b
argentum factum 313.a
argentaria functio, officiumue argentaria 313.b
argentaria mensa 313.b
argentariam facere 313.b
arguere reum 315.a
arma 318.b. 319.a & b
arrogare 325.b. 326.a
artemon 330.a
ascriptitius 332.b
aspargo 335.a
assectari prætextatum 240.b
asserere manu 341.a
athleta qui 354.a
athletica 354.a
pro eo atq; 354.a
atri arius 355.b
atrici 355.b
atrox iniuria 356.a
attentari sententia 357.b
attentari pudicitia 357
attestari 358.b
attestans ibid.
auctionor 369.b
auditorium 366.b
auraria 315.b
aurea 375.b
aurum & argentum factum 378.b
authenticum 384.a
authores pupillorum 385.b
authoritates publicæ 386.b
authomatoria 387.a
autophyes 387.a
authoritatem laudare 386.a
auus 388.a
aunnculus 388.a
aunnculus maior 388

B

Balnearius fur quomodo occidendus, 393.a
balneator 393.a
balneatorius 393.a
barbarius 395.b
belos 405.a
bonæ fidei emptor 420.a
bœthi 417.b
boni consulere 419.b
optimo iure prædia 420.a
bona 421.b
bonorum possessio 422.a
bona prædia 422.a
meliorare 422.a
buculæ 437.b
bupræstis 438.a
burdo 438.b
burgi 438.b

C

Catabus 440.a
cadere causa 443.a
cadere formula ibid.
cadere in iudicio ibid.
casare 445.b
caducum legatum 446.a
caduca bona 446.a
cæca dies 448.b
cæca testimonia ibid.
cædere marmor 449.a
cædua sylua 450.a
cædua arbores 450.a
cælare argentum 450.b
cælaturæ existimatio 451.a
cælum corrumpere 452.b
cæmentitia fundamenta 454.a
cæmentitius ibid.
cæterum 457.a
calculator 460.b
calendaria 461.a
caligatus 461.b
calumniam iurare in aliquem 467.b
calcearium 468.a
camerata uehicula 470.a
canales structiles 473.a
cancellare testamentum 473.b
candidatus & candidati 475.b
cannitius 477.b
canonica illatio 481.a
canthari 481.b
caperlata 484.b
captiosus 489.a & b
captatorius 490.b
capsarius 493.a
capitis diminutio 495.a
capiti censi 495.a
capitale crimen, facinus 496.a
capitalem fraudem admittere 496.b
capitalis rei quæstiones 496.b
capitales triumuiri 496.b
capitatio ibid.
capitium 497.a
cardax 499.b
cardo litium 500.a
carruca, carrucarius 505.b & 506.a
casearius 510.b
casellæ 510.a
castaldus 512.b & 513.a
castella 515.b
castrum 514.b
castrense peculium 516.a
catadromus 517.b
catamidiare 518.a
catillus 521.a
catuplus 518.b
catapodas 518.b
cauere alicui 525.a
cauere pecuniam alicui 525.a
cauere summam ibid.
cauere capite ibid.
cauere testamento ibid.
cauere de euictione ibid.
cauere defensum iri aduersus aliũ 525.a
cauere, pro cautionem exigere 525.b
cauere 225.b
cautum est de ibid.
cautum est illi ibid.
cautio 225.b & 526.a
cautionalis 526.a
cautiones stipulationes prætoriæ ibid.
cautor 526.b
cautela 526.b
cauillatio 527.a
caupo 527.b
cauponius 528.a
causa mei dare 529.a
causa sui accipere 529.a
causa fortuita 529.a
causa 530.a
causa lucratiua 530.b
causa perfecta & absoluta 530.a
causa superior & inferior 531.b
causam accipere 530.b
causa cadere 530.b
causam dicere 531.a
causam dicere ex uinculis 531.a
causas separare 531.b
in causa eadem sistere 531.b
causa, status, conditio 532.a
in causam suam recidere 532.b
in eam causam uenire 532.b
causa, accessio 532.b
causaria missio 532.b
causarie 532.b
causor 532.b
cauterium 533.a
cedere actionibus alicui 536.a
cedere actionibus alicui aduersus aliquẽ
actiones Cedere 536.a (536.a
intercessioni Cedere 536.b
ius Cedere ibid.
litem Cedere aduersario ibid.
aquæductũ & uiã per locũ Cedere ibid.
cedere foro 536.b
tempus Cedit 537.a
cedit ea res lucro 537.a
possessione Cedere 537.a
cedere pro censeri 537.b
cedere uilla creditoribus 536.b
cedere legibus 536.b
opere Cedere 536.b
cedo tibi conductione 536.b
cedere bonis 536.b
usumfructum Cedere alicui 537.a
lucro ei Cedit ea res 537.b
pœna cedit in uicem fidei 537.b

cessio 538.a
redire Cessim 538.a
cedit dies 537.a
cedere 537.b
cedere legato 537.b
cedò quemuis arbitrum 529.b & a
celebris ciuitas 540.a
celeberrimus uir ibid.
celeritas actionũ coniungendarũ 542.a
celeritatem res desiderat 542.b
celeriter & sine causa agere aliquid 542.b
cella uini & olei 543.b
cellarius 543.b
celare fugitiuum 544.a
celare uenditorem 544.b
censere 546.a
censere & iubere 546.a
censere, pro decernere 546.a
censere, sententiam dicere 546.a
in Cẽsendo ætatem significare necesse est 546.b
censio 546.b
censio hastaria 546.b
censitor 546.b
censuum uitia 547.b
census 547.a & b
census & fortunæ 547.b
in Censum deferre 547.b
censualis & censuale 547.b
censualis lex 547.a
censualia uincula 548.a
centenariæ cœnæ 549.b
centesima 549.b
centuriata comitia 550.b
centuriatæ leges 550.b
centuriatus 551.a
cernere hæreditatem 558.a
cretio ibid.
certamina celebrare sub nomine alicuius 561.a
certa die promittere 562.a
certam legem dicere testamento 562.a
certa stipulatio 562.b
liberi certi 562.a
certum est 563.a & b
certo certius 564.a
certiorare 564.a & b
certiorari 564.b
ceruisia 563.b
character alicuius 572.b
chartæ puræ 574.a
ad chartas parare papyrum 574.a
chartularius 574.b
chartaceus 574.b
chasma 575.b
chasmate perire 575.b
chirembolon 578.a
chirographus 578.b
chirographus tributorum solutorũ ibid.
chirographa uana ligni superuacui 578.b
chirographum inane factum solutione 578.b
chirographum legare ibid.
chirographum, & singrapha differunt. 578.b
chirographa uenire ibid.
chirographarius 579.a
chirographarius creditor 579.a
chirographaria pecunia 579.a
chirographarium debitum ibid.
chlamys 580.a
chorea 581.a
chorus uenit 582.b
cibaria lex 587.a
citare 590.b
citare aliquos per nomina 590.b
citare iudices 590.b
cingere syluam 593.b
cinctus 594.a
cinctus in alia militia 594.a
cingulum dignitatis 594.b
sub Cingulo delata illustris dignitas, cingulo spoliare 594.b (594.b
circumambulo 598.a
circumcolens 599.a
circunducere 599.b
circunducere cognitionem 600.a
circuitor 600.b
circuitores ibid.
circumfluit agrum amnis 601.a
circumscribere, præoccupere 604.a
circumscribere senatum, aut aliquẽ priuatum 604.a
circumscriptus ibid.
circumscriptio 604.a
circumseptæ sylue 604.b
circumuenire ignorantiam 606.b
iudicio circumueniri 606.b.
circulator 608.a
circulatorius 608.a
circulatorius 609.a
cistarius 609.a
cista 609.a
cisterna 609.b
cisterna uini ibid.
citra codicillos 610.b
citerior dies 610.b
ciuis 611.b
ciuitas 611.b
ciuiliter 613.a
classis 619.a
in quinque Classes pop. Rom. diuisus
classici testes 620.b (620.b
clausus 623.a
clausula 623.b
clausula generalis ibid.
cluos facere 630.b
coaceruare summas maiores & minores 634.a
coaceruatio actionum omnium ibid.
coactilia 634.a & b
coadunare brachium statuæ ibid.b
coangustare aditum ædium 635.b
coccum 636.b
codex, & tabulæ codices 637.b
codicilli 638.a
codicillorum insignia auferre ibid.
codicillis legare ibid.
codicillaris ibid.
coemptas merces supprimere 639.a
cœnaculum 640.b
cœnaculum medianum 640.b
in Cœnacula aliena se dirigere, ibid.
per Cœnacula domum diuidere ibid.
cœnaculo diu so habitare ibid.
cœnalio ibid.
cœnacularius ibid.
cœnacularia 640.b. 641.a
coeundi ius lege permissum 641 b
coire societatem ad emendum 641.b
coire societatem ad obligationem innocentium ibid.
coire societatem de ibid.
coire societatem ex partibus ibid.
coire societatem in rem certam emendã, aut conducendam ibid.
coire societatem in tempus ibid.
coire societatem ea conditione ibid.
coire societatem alicuius rei ibid.
coire societatẽ omnium bonorũ 641 b
coire societatem lucri quæstus, & compendij ibid.
coire societatem uniuersarum fortunarum ibid.
coitur societas re, uerbis, & per nuntiũ, 642.a
coeuntium res societatem cõmunicantur
coita societas 642.a (642.a
coita maleficij societas ibid.
coita societas contractu habito ibid.
coire apud priscos quale uerbum ibid.
coire in accusationem alicuius ibid.
coitio societatis ibid.
coitio, pro pactione 642.a
coercere aquam 643.b
coercere pro imperio 643.b. 644.a
coercitio 644.a
coerro 644.a
cogitationis pœnã nemo patitur 646.b
cognati 647 a
cognati, & agnati 643.a
cognati admittuntur ad bonorum possessionem 647.a
cognationem facit etiam adoptio ibid.
cognationes perimuntur capitis diminutione 647.a
cognationis iura retinere ibid.
cognoscere, pro iurisdictionem exercere 648.a
cognoscere instrumenta 648.a
cognoscere de actis alicuius ibid.
cognoscere de causa 648.b
cognoscere de ui & proprietate 648.b
cognoscere & pronunciare 648.b
cognoscere ex literis nuncijs 648.b
causa cognita excusationem accipere 649.a
causa Cognita iudicium dare ibid.
cognita causa æstimare ibid.
cognita causa probare ibid.
cognita causa statuere ibid.

in Cognitione cauſæ uerſari ibid.
cognitionem cauſæ inferre 649.b
cognitionis dies 649.b
cognitor 649.b
cognitura 649.b
cogere ſenatum 650.a
cogere in ordinem 650.a
coactor 651.a
cohærarius 651.b
cohors 652.b
collega 655.b
collectarius 655.b
collegij eiuſdem ſodales 656.a
collegia illicita coercentur ſenatuſconſulto 656.a
collegia ſodalitia 656.a
collegium celebrare ibid.
collegium coire ibid.
collegia diſſoluere ibid.
collegium uſurpare ibid.
collibertus 656.a
collidere leges 656.b
in Colluctatione occidere aliquẽ 661.a
colludere 661.a
colluſionem detegere ibid.
per Colluſionem quicquã facere 661.a
colluſionem alicuius retractare 661.a
colluſionis prætextu ſententiam retractare ibid.
colluſor 661.a. 661.b
colluſorie 661.b
colluſorie litigare ibid.
colendum fundũ in plures annos locare 665.b (664.a
cultura fundi 695.b
cultura intempeſtiua 695.b
colonus & inquilinus ibid.
colonus modicum damnuum æquo animo ferre debet ibid.
colono dare remiſſionem ob ſterilitatem 665.b.
in Coloniam aliam ſe conferre 666.a
colonia 666.b
color 669.a
colores 669.b
colum nauarium 670.b
comanenſes 675.a
comeſſator 676.b
comes 676.b
cominus pecuniam recipere 678.a
comitia 679.a
commitia centuriata ibid.
commata 679.b
commemorare 680.b
commendare 680.b
commeare per itinera 682.a
commeare in uia 682.a
commeare 682.b
commeatum liberum impetrare 682.b
commeatalis miles ibid.b
commercium rei habere 683.a
commentitium ius 684.a
commentarium paulo plenius 685.a
in cõmentariũ principis referre aliquem 685.b (685.a
commentarienſis
committere 687.b. 688.a
commiſſa ſtipulatio 688.a
commiſſa ibid.
commiſſum pro confiſcationem ibid.
commiſſo tollere 688.a
commiſſo uendicare ibid.
in Commiſſum cadere ibid.
in Commiſſum incidere ibid.
in Commiſſi cauſam incidere ibid.
commiſſorius 688.b
commiſſoria lege emere 688.b
commiſſoria lege fundum uænire ibid.
commodare 690.a
commodare poſſumus & alienare, &c. 690.b
cõmodatũ & utendũ datũ 690. a & b
commori 691.a
communis amicus 692.b
cõmune emolumentũ & damnũ 692.b
communis hæreditas ibid.
cõmune compendiũ & lucrum 693.a
cõmuni nomine cõparare aliquid 693.a
pactum Commune 693.a
commune periculum ibid.
in Cõmune agrum colendũ dare 693.b
in Commune emere ibid.
in Commune redigere aliquid 694.a
communiter deberi 694.a
communiter uendere cum aliquo aliquid 694.a
communioni acquirere 694.b
in Communionem incidere 694.b
communicare commodum 694.b
compaſcuum ius 699.a
compaſcendi ius habere 698.b
compendio eſſe 700.a
compenſari in cauſam iudicati 700.
cõpẽſandus dolus ab utraq; parte 700.a
compenſatio 700.b
comperendinare reum 700.b
comperendinatio 700.b
comperto 701.a
competit actio 702.b
competere, pro de Deberi 702.b
competens iudex 702.b
tribunal competens 702.b
competenter ibid.b
compilare hæreditatem 702.b
complanare domũ alicuius, pro deſtruere, & ſolo æquare 703.b
complecti 704
ex Compromiſſo ad arbitrum ire 711.a
compromiſſum 711.a
compromiſſarius 711.a
concameratio 712.a & b
conchæ 715.a
concinnator 719.a
concinnatorius 719.a
concipere iuſiurandum 720.b
concipere radices 721.a
conceptio uerborum 721.a
conceptis uerbis iurare 721.a
concepta actio in bonũ & æquũ 721.b
conceptio formularum 721.b
concluae cõuertere in uſum ædiũ 722.a
concratitius paries 724.a
concurrere cum ſumma 726.b
concurrere fratri in hæreditatem legitimam ibid.
concurrere in pignore ibid.
concurrere mancipium per plures emptores ibid.
condemnare reum 728.a
condemnare ex reliqua pecunia ibid.
condemnare, pro liberare ibid.
condemnatus ibid.
condemnatus mandati ibid.
condemnatur nomine alieno ibid.
condemnatus ſumma alicui ibid.
condemnatio 728.a
condicere 728.b
condicere nummos tibi 728.b
condictio pro actione in perſonã ibid.
condictitius 728.b. 729.a
conditione tua non utar 732.a
conditionalis 732.a
conditionaliter 732.a
conducere 733.a
conducere ad pecuniã numeratã 733.a
conferre pacto diem ſoluendæ pecuniæ
confideiuſſor 739.a (735.a
in Confinio ponere arbores 741.a
confiſcare 742.a
confiſcare hæreditates 742.a
conflare lancem 743.b
congerere terram in 747.b
congeſtio 747.b
congruentius 750.a
conreus 758.a
conſanguinei fratres 758.a
conſanare 758.a
ob Conſcientiam ſtupri accipere aliquid 760.b
conſequens eſt 764.b
per conſequentias aliquid facere 764.b
conſequenter 764.a
conſeruus 766.b
conſerua 767.b
conſignare legem 767.b
conſiſtere legatum 773.a
non conſiſtere ſine re aliqua 773.a
conſiſtere cum aliquo in iudicio ibid.
conſiſtere aduerſus aliquem 773.b
conſoceri 773.b
cõſiſtere legitimè aduerſus aliquẽ 773.b
conſiſtere ex utraq; parte 773.b
conſolidatus 774.a
conſolidatio 774.a
conſonare reſcripto 775.a
conſonans eſſe 775.a
conſortium initum 775.b
conſortio collationis ſarcire damnũ naues amiſſæ 775.b
conſpicio te in iure 776.a
conſtituere taurum ante aras 778.b
conſtituere coram 778.b
ad Conſtitutum uenire 779.a
conſtituere accuſatorem 779.a

conſtituere actionem ibid.
conſtituere iudicium 779.b
ius Conſtituere 779.b
conſtituere quæſtionem nouam 780.a
conſtituere ſtatum cauſæ 780.a
conſtituere ſummam totius litis in re aliqua ibid.
conſtituere teſtes ibid.
conſtitutum 780.b
conſtitutorius 780.b. 781.a
conſtare etiam debet ratio pietatis in parentes militibus 781.a
conſtitit fides 781.a
conſtat ratio 781.b
conſtat inter omnes 781.b
conſtupratum iudicium 781.b
conſummatio 785.a
contemplatione alicuius dare pecuniam, 788.a
non contemplatione eius gerere negotia alicuius, ſed ſui lucri cauſa 788.a
contemplatione arborum fundum comparare ibid.
contentio 789.b
conterritus corporis cruciatu 790.b
conteſtari litem 790.b
conteſtata lis in aliquem 790.b
conteſtatò 790.b
conteſtatio litis 790.b
contextu uno 791.a
contignatione una binas ædes contegere 791.b
continentia ædificia 792.a
in Continenti 792.b
continens, firmamentum cauſæ 792.b
contingi crimine 793.b
contingere exiſtimationem ibid.
contingens pars pretij alicui 794.a
contrahere culpam 796.a
contrahere iura 796.a
contractus 797.a
contractuum genera duo ſumma 797.a
contribuere 798.a
contributio 798.a
contumelia 798.b
contubernalis 799.a
conturbare 300.b
contutor 800.b
conuador 800.b
conualeſcit pignus 801.a
conuenire inter aliquos 802.a
conuenire aliquem 803.a
conueniri 803.a
conueniri actione 803.a
conuenire debitorem teſtato 803.a
conueniri pro re aliqua ibid.
conuentio 803.b
conuenta 803.b
pacta conuenta 803.b
inter pactum conuentum 803.b
conuentus 804.a
ex Conuentu pacta obſeruantur 804.a
conuerſatio, pro habitatione 806.a
conuitium 806.b
cõcilitius 812.a
coquinatorius 812.a
corpus collegiorum 825.b
corporis defenſor ibid.
corpora conceſſa ibid.
corporalis poſſeſsio 825.b
corporaliter 825.b
correus 826.a
correctio 826.b
corrumpere aliquem 828.a
corrumpere fructum 828.a
corrumpere debitorũ chirographa ibid.
corrumpere ſeruum hæreditariũ 828.b
corrumpitur ſtipulatio 828.b
corrupti filius & filia ibid.b
cotaria 832.b
coſmea ibid.b
crabatus 835.a
in Creditum ire 840.b
inter creditum & mutuum 890.b
creditor 840.b
creditrix ibid.b
crimen 846.a & b
crinam 847.b
cruſtæ marmoreæ 855.b
cucuma 859.a
cucumella ibid.a
cucurbitare 859.b
culcitra 860.a
culeũ 860.b
culter lanionis 862.a
cum imperio eſſe 863.a
cupa clauſum triticum 867.b
cura 872.b
cura & tutela liberari ibid.b
curioſus 873.a
curiæ 873.b
curialia conſortia 873.b
curialis 876.a
curiatus ibid.b
curiata comitia ibid.b
curare & polire veſtimenta 874.a
curator 874.b
curatorem ad aliquid agendum decreto conſtituere ibid.b
curatores 874.b
curatrix 874.b
curatoria 875.a
curatio ibid.a
curatio furioſæ matris ad filium pertinet ibid.a
curantia 875.a
curax bid.b
curmi 876.b
curotrophium 876.b
cuſtos, exactor 881.b
cuſtodes 881.b
cuſtos primus prærogatiuæ ibid.b
cuſtodiendus 881.b
cuſtodiæ 882.a

D

Dactyliotheca 892.a
damnum 894.a
damnum infectum ibid.a
damnatus iudicij 894.b
damnatus crimine 895.a
damnare de ſuſpicionibus ibid.a
damnare 895.a
damnari in dicta cauſa 895.b
damnas 895.b
dardanarius 898.b
daſium aianum 899.a
de cætero 900.a
debitor 902.a
debitrix 902.b
debitio ibid.b
decani 903.b
decaproti 903.b
decedere de ſuo iure 904.a
decedere poſſeſsione uel de 904.b
deceſſor ibid.b
decemprimatus 905.a
decemuiri litibus iudicandis 905.b
decimæ 905.b
decimæ pro miſsilibus 905.b
decemuirales leges 905.b
decernere nouam quæſtionem 906.b
decretum 907.a
decidere 908.b
decidere quæſtionem 909.a
decidere per aliquem 909.a
deciſus 909.a
decoquere 912.b
decoquere creditoribus 912.b
decurio 915.b
dedititius 918.b
deducere actionem ini udicium 919.a
deducere furem ad præfectum 919.b
deducere in inſidias 919.b
deducere in obligationem 919.b
deducere in ſtipulationem ibid.b
deducere rem in iudicium 920.a
deducere rem in iudicium 920.a
deducere 920.a
defendere 922.a
deferre cauſam ad patronum 923.a
deferre in cenſum 923.a
defectæ ſenectutis homo 925.a
defectus ætate 926.a
defunctus 931.a
defunctorie 931.a
deglabrare 931.
dehoneſtamentum 932.b
deijcere de gradu 933.a
delegare 936.a
delegatio 936.a
deletitius 936.b
delibatio 937.a
delicia 938.b
delinquor 940.a
demolio 947.a
demolitus 947.a
denũciatio teſtimonij à iudicibus 954.b
deorſum uerſum 955.a
depectus 955.a
depoſitum 959.a
depoſitio 959.a

depositor 959.a
depositarius 959.b
inter Deportatos & relegatos 959.b
deprelisare 961.b
deprimere locum 961.b
depressior aqua & altior 962.a
pro derelicto habere rem 963.b
derogare 964.a
describere 966.b
deserere litem 967.b. 968.a
deserere causam suam ibid.b
desertor miles 968.a
designator 969.b
desolutus filius 971.a
destercorari 973.b
destinata alicui pecunia 974.a
desideria sua proferre 976.b
detestatio 978.b
detextum linum 978.b
deuirginare 982.b
deuirginatio 983.a
deuterologi 986.a
diacatoche 988.a
diacopi 988.b
diæta 989.a diætarij 989.a
diateta 989.a
diatretum 993.a
diaturei 993.a
dica 993.b
dicas uel dicam fortiri 993.b
dicere causam 995.b
dicere diem alicui 996.a
dicere die capitis, uel rei capitali 996.a
dicere dotem & doti 996.a
nummos uel pecuniam dicere 996.a
dicere ius 996.b
dicere multam 996.b. 997.a
sacramento dicere 997.b
testimonium & testimonia dicere 998.a
dictare actionem 1000.a
dictare iudicium 1000.a
die quinquennij 1004.a
die annua, bima, trima, quadrima
dilatorius 1007.b. (1004.a
diffindere diem 1008.b
diffusa latè prædia 1009.b
dignitas sexus 1012.a
diminutio capitis 1017.b
dimittere creditorem 1018.a
dimittere debitorem 1018.b
dimittere filium de potestate ibid.
diorthoticum ius 1022.a
diplomata 1023.a
directarij 1024.a
dirigere literas ad aliquem 1024.b
discedit usufructus à persona 1028.a
discepiare 1029.a
disceptare causam 1029.a
disceptator ibid.a
disceptatio ibid.a
discessio 1028.b
disiunctiuus 1036.a
disiunctim 1035.a
dispensator 1036.a & b
dispungere rationes 1038.b
dissipare bona 1041.b
dissoluta negligentia 1043.a
distrahere 1045.b
districtio 1046.b
districtè denegare 1046.b
in Ditionem uenire 1047.b
diuerticulum fluminis 1049.b
diuortium 1050.a
diuiduitas 1052.a
dare actionem 1054.a
dare iudicium 1054.a
do lego 1056.b
dare præstare 1059.b
datuiri 1062.a
data opera 1062.a
datiuus tutor 1062.a
dolium 1065.b
doliare uinum 1065.b
doliarium 1065.b
dolabra 1066.a
dolon 1066.a
dolus malus 1069.b
de Domo numerare 1071.b
dominica fides 1074.a
dominica pecunia 1074.a
dominicus 1074.a
donatio 1076.a
donatarius 1076.b
donatiuus ibid.b
dos profectitia 1079.a
doti promittere 1079.a
doti dicere ibid.a
ducator 1084.a
ductio 1087.a
Aquæductio 1087.a
duitas 1088.b
dupla 1091.b duplæ 1091.b
duplio 1092.a
duplicatio 1092.b
duplare ibid.b
dupondij ibid.b
duumuir 1095.a
duumuiralis ibid.a
duumuiratus ibid.a

E

Edici 10.a
edictum circumducere 10.b
edictales 10.b
edictalis bonorum possessio 10.b
edere 12.b
edere nomina 12.b
editus 13.a
effractor 20.b
effractura 20.b
eijcere partum 26.a
eiectu 26.b
eima teres 26.b
eiurare 26.b
elemporia 28.a
elidere partum 33.a
elogium uituperationis 35.b
elugeor 37.b
eluscatus 38.a
emancipare 39.a
emancipatio 39.a
emanere 39.a
emansio 39.a
emansor 39.a
embamma 39.b
embateuticum ius 40.a
embo'a 40.a
embolicus 40.a
emendicatus 40.b
emendicatus bonos 40.b
emeritum stipendium 41.b
emerita 41.b
emittere manum 43.b
emptrix 44.b
emphracta 46.a
emphyteusis 46.a
fundum in Emphyteusin dare 46.a
emphyteusis contractus 46.a
emphyteuticum agrum possidere 46.a
emphyteuticarius 46.a
emponema 46.b
enthecæ 54.b
enthronistica 55.a
eò loci 56.b
ire 57.a
ire in consilium 57.a & b
iretur 58.a
debitum iri 58.a
ephori 60.b. & 61.a
epibades 61.a
epibatigæ 61.b
epicopanon 62.a
epimelitæ 64.a
episcopus 65.b
epidemetici 63.a
epistathmi 66.a
epithesis 67.a
epitimia 67.a
epitonia 67.a & b
equites pro iudicibus 72.a
equestria 72.a
equitium 72.a
eremodicium 74.a
erioxylon 77.b
eripere 77.b
erones 79.b
erro 82.b
erroneus 82.b
escalis 87.b
euangelia 93.b
euectio 95.b
euellere arborem radicitus 95.b
euictio 99.b
eulabes 100.a
ex bono & æquo 108.b
ex integro aliquid agere 110.a
ex iure manu consertũ uocare 110.a et b
ex post delicto 111.a
ex post facto ibid.a
exacerbare supplicium 112.b
exacerbatur 112.b
examinatio 114.b
exarmare nauem 116.b

exarare 116.b
exauthorare 117.b
excessus 119.a
exceptio 124.a
exceptio, pro exclusione 124.a
exceptor 124.a
exceptorius 124.a
excludi tempore 125.a
excluſorius 125.a
exconsul 1113.b
exconsularis 126.b
excubicularij 126.b
excubare pro pace ibid. b
excurrit euentus dationis in hoc tempus (127.b
excurrit summa ibid.b
excursiones breues 128.a
excutere aliquid 129.b
excutere debitorem 129.b
excussatus 129.b
exectus filius 130.a
exempla pro iudicijs 132.a
exemplum 132.a
exijt dies 133.b
exequi actionem 135.b
exequi procurationem 135.b
exercitor 137.b
exercitorius 138.a
exercitio 138.a
exercitus 138.a
exhæredem filium sine elogio scribere, 139.b
exhibere 141.a.b
exhibere reum 141.a
exhibitorius 141.b
exigere nomina 142.b
eximunt tempus feriæ 145.b
eximere actionem 145.a
eximere in ius uocatum 145.b
eximere reum 145.b
exemptiles margaritæ 146.a
exoratio 149.a
exorciso 149.b
expensam referri 157.b
expensum ferre 157.a
expenso 157.b
in Expedito esse 156.a
experiri ius 159.b
experiri actione 159.b
experiri 159.b
experiri liberali iudicio 159.b
expilare 160.b
explicitus tractatus 164.a
expostulare uerecundè 167.a
expressa senatus consulta 168.a
expressim 168.b
expromittere 168.b
expromissor 168.b
expungere rationes 169.b
expungere stipendijs militem 169.b
exquiror 171.a
extercorare 172.b
extra quàm 176.b
extrahere iudicium 178.a
Extricatus 178.b
exilij species tres 180.b

F

Fabricus 185.a
fabricenses 195.b
facere infamiam 192.a
facere potestatem sui 195.a
facere remissionem 195.b
facere uitium 197.b.
facultates alicuius excutere 202.a
facultatibus Labi 202.a
facultates 202.a
fæda 203.b
falsum testamentum 205.b
falsare 206.b
familia 210.a
familiaria testamenta 210.b
farrarius 212.a
fasciæ 213.a
felonia 224.a
feraculum 225.b
feratici dies 227.a
ferre iudicem 229.b
ferre quæstionem 230.b
ferre sententiam 220.b
ferruminare 235.a
ferruminatio 235.a
feudum 239.b
fidei bonæ possessor 248.b
fides publica 241.a
fidem bonam agnoscere 241.b
fidem eligere 242.a
fide sua esse iubere 242.b
fidem liberare ibid.b
fidem bonam præstare 242.a
fidem alicuius sequi 243.a
in Nullius fide esse 243.a
fideicommissis 243.a
fideicommissum 243.b
fideicommissarius 243.b
fideiubeo 243.b
fideiussio ibid.b
fideiussor 243.b
fideiussorius 243.b
fiduciarius hæres 245.a
filippi 246.b
finis unus iudicati 250.a
finalis 251.b
fiscus 254.a
fiscalis 254.b
flagellis cædi 255.b
fluxus aquæ, &c. 265.a.266.a
fœcarij 267.b
fœcaria 268.a
fœdina cretæ 268.a
fossa 268.a
fœnarius 272.a
fœnerare pecuniam communem 272.b
fœnerare pecuniam publicam sub usuris solitis 272.b
foricarius 277.a
forma sensualis 278.b
forma iurisdictionis 278.b
forma prouinciæ 278.b
forma calcei ceruicem percussit 278.b
formulam intendere 279.a
fornicarius 281.a
fomentatio 287.a
fraus, pœna 298.a
fraudi nec mihi ea res sit 291.a
Fraudem capitalem admittere 291.b
frequens est 293.a
friuola 296.b
friuiculum 296.a
frugi 299.a
fructus 301.a
frustror 302.b, 303.a
frustrator 303.a
insidius 304.b
fugitiuarius 306.b
fullo 309.a
fullonica 309.b
fullonicum 309.b
fundare ius ciuile 312.a
fundi appellatio 312.b
fungi uita 313.a
fungi diem 313.a
functionem recipere 313.a
funerarius 314.b
funesta familia 314.b
furtum 315.b
furtum sui facere 315.b
furca figebantur grassatores 316.a
furnarius 316.b
fustibus cædi 319.a

G

Gemelli 326.a
gentilitas 333.a
germinalis 335.b
gestus 336.a
geritio 336.a
glandis appellatio 342.a
glans caduca 342.a
gradus deiectio 349.b
gradu militiæ deijci 350.a
grammatophylacium 352.b
grassatores 354.b
gratiose 356.b
grauis uterus 359.a
grus machina 361.b
gutturosus 364.a

H

Habena uel ferula cædi 365.b
habere factionem testamenti 368.a
habiliter 373.a
hactenus 374.a
hactenus quatenus 374.a
hæredis appellatio 375.b
hæredem facere 376.a
hæredes secundi 376.a
hama 218.a
hæreditas 376.a
hamus 378.b
hierophylax 398.a
homines 405.b
honorarium 408.a
horrearius 410.a
horti 412.a & b
hospitium, amicitiã, fœdus amicitiæ cũm aliqua gente facere 413.a & b

hospitiolum 413.b
humanũ aliquid alicui cõtingere 416.a
in Humanis rebus 416.a
hypothecarius 424.a

I

Iactare rete 426.a
iaculatorius 427.b
iam olim 429.a
ianitrices 450.a
illatio 420.a
illicite 444.b
imaginaria emptio 447.b
inmaturè 451.a
immiscere se rei alienæ 452.b
immittere flumen publicum 453.a
immittere 453.b
immutabiliter 456.a
impendia deducere ex dote 459.b
imperium 461.b
imperium & iuris dictio 462.a
imperium duplex 462.a
imperſonaliter 462.a
impetiginosus 462.b
impilia 464.a
impactus in carcerem 464.b
impacta nauis in scapham 464.b
impiissimus 465.a
implicitus casus libertatis controuersiæ 466.b
imposititicius 468.a
impostor 468.b
impostorum 468.b
impostura 468.b
impræsentiarum 469.b
improfessus 471.a
imputare 471.a.b
in dotem & doti esse 475.a
in rem iurare & in personam 478.a
in rem concepta actio 478.a
in uero 478.b
inæstimatus 479.b
inargutus 481.a
incertum, incertitudo 485.b
incestum 485.b
incestæ nuptiæ confirmari non solent 485.b

H

incile 487.b
incilia primæ 487.b
includere & insculpere gemmam 491.a
incolumes ædes 492.a
inconsultus 495.a
inconsulto 495.a
incredulitas 496.b
inculpatæ & honestæ uitæ testis 498.b
incumba 498.b
incumbit defensio mortis hæredi 499.a
incumbere possessioni 499.a
incurrit suspicio fraudis 500.a
incurrit hic & alia suspectio 500.a
indebitum 501.b
indebito 501.b
indubitè 501.b
indemnis 502.a
indemnitas 502.a
indeuotio 502.a
indicasse reum 503.a
indicium profiteri 504.a
indicium 504.a
indicatio pro affirmatione 504.a
indicta causa damnari 504.b
indifficilis 505.a
indere aliquid in aurum 507.b
indubitatè 508.b
inducere aliquem 509.a
inductio 510.a
indulget hæreditatis petitionem 510.b
indulgere publicè abolitionem reorum 510.b
indulgẽtia reorũ abolere crimina 510.b
indulturus 511.a
negotiationem inire 514.a
inferre in ærarium 519.a
inferre 519.a
inferre actionem cum aliquo 519.a
inferre, soluere 520.a
infligere graniores usuras 524.b
inijcere manum 525.b
initiatus, inchoatus 536.b
iniungere pœnam 338.a
iniuria 528.a
inofficiosum testamentum 542.a
insidiosa loca 550.a
insolidum debere pecuniam 553.b
insolidum obligari 553.b
instar 555.a
instratum 555.b 559.a
instigator 556.a
instigatus 556.a
instimulat eum uerbis 556.a
institor 556.b
institoria actio 556.b
instituere accusationem 557.a
instituere actionem 557.a
instituere sic actionem 557.a
instantia 559.a
instratum 559.a
instruere alicui calumniam 559.b
instruere accusationẽ, actionẽ litẽ 559.b
instructior paterfamilias 560.a
instrumentum 560.b
insubtilis 561.a
insubtiliter 561.a
insulæ 561.b
insularius 561.b
intendere actionem alicui 566.a
intendere causam 566.a
intentio 566.b
intentio dominij 566.b
intentionem perdere 566.b
intentare imperium Rom. 566.b
intercalaris 569.a
intercedere per uim ac dolum 570.a
intercedere rationes alicuius 570.a
intercidit actio 570.b
intercidit legatum 570.b
interdicere 571.b
interlinere 575.a
interloqui 575.a
internecida 576.b
interpellare debitorem 577.b
interpellare 578.a
interpolus 578.a
interpolatrix 578.a
interpretandus 579.b
intertrimentum 582.a
intertritura 682.a
interuallum soluendi dare alicui 582.b
interuentor 582.b
interuertere possessionem 583.a
interuertere, subuertere, euertere 583.a
in uertere rem apud defunctum depositum 583.a
interusurium 583.a.b
intestatus 583.b
intestati 583.b
ab intestato 583.b
intestato 583.b
intestabilis 583.b
intestabilis pro Detestabili 583.b
intimare apud præsidem 584.a
intra diem mortis 585.a
introitus 586.b
intuendus 587.b
inuenditus 589.a
inuentarium 590.a
inuidiã insidiarũ uertere in aliquẽ 593.a
inuitus huius solutionis 594.b
inuolare 595.b
irenarches 601.a
irenarchæ 601.a
irrepit utilitas 602.a
irrogare infamiam 603.b
iter 610.b
iuberi ire salutatum 613.a
iudicatum facere 616.b
ne iudicatum sit 616.b
iumentum 618.b
iumentarius 618.b
iuratò 621.b
iuramentum 621.b
ius 622.a
ius est facere, faciendi 622.b
ius legum atq; iurium fictor 622.b
ius pluribus modis dicitur 522.b
ius naturale 622.b
ius gentium 622.b
ius ciuile 623.a
ius ciuile Papyrianum 623.a
ius moribus constitutum ibid.a
ius honorarium ibid.a
iius prætorium ibid.a
ius priuatum ibid.a
ius proprium ibid.a
ius publicum ibid.a
ius sacrum ibid.a
ius singulare ibid.a
ius summum ibid.a
ius facere 623.b
ius esto 623.b
ius petere ab aliquo 623.b
ius è cælo petere 623.b
ius reddere 623.b

iurisprudentia 624.a
iusiurandum 624.a
iurisdictio 624.a
iurisconsultus 624.b
iuridicus dies 624.b
iustus filius 625.a
iustum testamentum 625.a
iustitium 625.b

L

Labes 628.b
labi errore 629.b
lapsus per uinum 630.a
lapsus facultatibus 630.a
laborare nota infamiæ 632.a
lana 644.b
lapide quadrato, uel lapide structili reficere 647.b
lapis stratus 647.b
lapidarius 648.a
lasciuia 651.b
latitare 652.b
latrunculator 656.a
laudare tamen 657.b
laxum tempus 661.a
lectum 662.b
legare 663.b
legatio libera 664.a
legatio uotiua 664.a
legatiuum 664.a
legatum 664.a & b
legatarius 664.b
legatarius & testator 664.b
legator 664.b
legibilis 665.a
lena 667.a
lenocinium 667.a
leuir 673.b
leuare tributum alicuius agri 675.a
lex 675.b
legitimi dies 677.a
libertas 679.a
liberi 680.a
libertus 680.b
libertinus 680.b
libertinæ conditionis homo 680.b
libertinitas 680.b
liberare 681.a
liberatio 681.a
libellos agere 682.a
libellus 681.b. 682.a
libitinarius 683.b
licitans 686.b
licitus 687.a
limenarcha 691.a
limitaneus 691.b
linea 692.b
linea margaritarum 692.b
in Linea uti pertusis margaritis 692.b
lintrarius 695.b
lintearius 695.b
non liquere de causa 698.a
litis nomen 698.a
litis contestatio 698.a
litem suam facere 698.b
litus 701.a
logarium 708.a
lubricum linguæ 715.b
lucrum abrumpere 717.a
lucratiuus 717.a
lucratiua acquisitio 717.a
luminibus obstruere 724.b
lumina minuere 724.b
luminibus officere 724.b
lumina ædium obscurare 725.a
lumen recludere 725.a
lumini nocere 725.a
lumen impedire 725.a
lumen deuoluitur in ædes 725.a
lumen inmittere 725.a
lunatici 726.a
luere 726.b
luitio 726.b
lupanarium 728.a & b
luscitio 729.a
lustrum 729.b
lustra mentum 730.a

M

Machina 741.a
machinarius 741.b
machinarius mensor 741.b
magigophori 746.a
magis 746.a
magister nauis 747.b
magister equitum 747.b
magister populi 747.b
magister 747.b
magistri 747.b
op. Maximus 750.a
magis 752.a
malleatus 754.b
maleficium 758.b
manceps 760.b
mancipi 761.b
mandatus 762.b
mandator 762.b
mandator cædis 762.b
mandator delationis 762.b
mandatores 763.a
manus mittere ad rem aliquam 771.b
manu longa & manu breui tradere 572.a & b
inter Manus uersantur libri 772.b
manus iniectio 773.a
pro Manus pretio aliquid dare 773.a
manumissio 773.a
materfamilias 784.b
matruelis 785.a
medietas 795.a
mediastinus 796.a
membrum dormitorium 803.a
membraneus 803.b
mente prædonis res hæreditarias appre-hendere 809.b
mens mea facientis 811.b
menstruum 813.a
mercenarius 814.b
merita militiæ 816.b
meritorium 817.a
mergi 818.a
metipse 821.b
metaxa 823.a
falces messoriæ 825.a
metœcus 825.a
metrocomia 825.b
milites 830.a
militaris manus 830.b
miliarium 831.a
milliarium 831.a
ministerium annonæ 835.b
mittere se præcipitem ex alto 844.b
mittere in consilium 845.a
missilia 846.b
modiatio 847.b
modiolus 847.b
modulus & moduli 850.a
moduli aquarij 850.a
molendinarius 855.a
molesta separatio 855.b
molestare 856.a
moneta adulterina 862.a
monimentum 862.a
monetales Triumuiri 862.a
monstrare 865.a
morbus sonticus 862.b
morbus & uitium 868.b
morari apud aliquem 870.a
morari cum aliquo 870.a
morari solutionem 870.a
moratorius 870.b
mouere controuersiam 877.b
mouet me 878.a
motio ab ordine 879.b
mobiles res 879.b
mucor in uino 880.a
mulier 882.a & b
muliebria 882.b
multa siue mulcta 883.b
munus 891.b. 892.a
municipes unde dicti 893.a
munificium 890.a
murrheus 896.b
muti lapides 905.a
mutuum 905.a
mutuum facere cum aliquo 905.b
myopes 907.b

N

Natalibus restituere 917.a
naues actuariæ 920.b
naues marinæ 921.a
nauis uinaria 921.b
nauicella 922.a
nauigium 923.b
naupegus 924.b
uidendum est ne omnia illata uel inducta, &c. 926.a
ne non faciam 926.a
ne, non etiam 962.a
nexa res pignori 930.b
nexus siue nexum 931.a
à Nexu pignoris liber 931.a
à Nexu uenditi liberare uenditorem 931.a

negotium facere 934.a
negotijs alienis se offerre 934.b
nepos 938.b
nequitia 940.a
in Necem alterius 944.b
nicostrategi 946.a
nihil agere 948.a
nimia circum maritum uxor 952.b
niuarium colum 957.a
nomina 963.b
nominis solutio 963.b
nomina parum idonea debitorem 963.b
non aliter,quàm 965.b
non aliter nisi 965.b
non magis quàm 966.b
notio 970.a
notoria 970.a
notari infamia 972.a
notare,reprehendere 972.a
notari,infamari 972.a
nothia 972.b
nouercalia delimimenta 974.a
nouitia mancipia 975.a
nouelletum 975.b
nox 977.b
noxa, 978.a
noxis solutus seruus 978.b
noxa admissa 978.b
noxalis 978.b
noxiæ esse 978.b
noxiam sarcire 978.b
in Numeros referri 987.b
numularius 990.a
nuncupare 991.a
nuncupata uoluntas 991.a
nuncupare uota 991.b
nuncupatum testamentum 991.b
nuncupare 991.b
nundinariæ epulæ 992.a
nunquid non 992.a
nuntium uxori remittere 993.a
nuntiator 993.b
nuclei oliuarum 996.b

O

obdormiscere 999.a
obire uadimonium 1001.a
obligare fidē pro alio apud aliū 1004.b
obligare oīa bona sua pignori 1004.b
obrepit creditor 1008.b
obrepere,pro fallere 1008.b
obreptio 1009.a
obseruantia 1014.a
obses 1015.b
obstringere se hæreditate 1018.a
obstrictus actione mandati uel negotiorum gestorum 1018.b
obtritus uehiculo 1019.b
obuentio 1023.a
obuentiones & reditus 1023.a
occentasit 1025.a
occurrere ad iudicium 1093.b
odones 1037.b
officium pro magistratu 1046.a
officium,apparitor 1047.a
officium pro actis 1047.a
oliuare molæ 1050.b
onerare annonam 1058.a
operam perdere 1060.a
opistographus 1065.b
opitulatio 1066.a
opsonator 1073.b
optio 1074.b
orcinus 1081.a
extra Ordinem 1083.a
ordinarius seruus 1083.b
ordinarius Vicarius 1083.b
ordinare testamentum 1083.b
originarius 1086.a
ossuaria 1098.b
ostentum 1101.a
oulio 1105.b

P

παχυμερίσιμον 2.a
pactum 4.b
pactio 4.b
pædagogium 6.a
pagana lex 7.a
pagere 7.b
paganus 8.a & b
paganicus 8.b
palimpsestus 11.b
pallia 14.b
palmarium 16.b
palatis 19.b
pandectæ 22.a
panis,pro annona 25.a
pannicularia 25.b
pantheron,pantherum 27.a
papia lex 28.b
papianistæ 28.b
pariatio 31.b
pariator 31.b
parabolani 32.a
parachlamys 32.a
paradiazeuxis 32.b
paragauda 33.a & b
paragraphus 33.b
parapherna 34.a
parasynaxes 35.b
paratitla 35.b
parauueredus 35.b
parauolanos 36.a
parens 38.b
parere intercessori 39.b
paritum conditioni 39.b
parientia 40.a
parephippus. 40.a
pares 40.a
paricida 40.b
participare consilium cum aliquo 51.a
partitò 51.b
parum bene 56.b
pascua sylua 58.b
pastinum 60.b
patina 66.a
patientiam præstare 67.b
patrimoniales 65.a
patruelis 65.b
patronalis 69.b
patronatus 69.b
pauperior 72.b
peculium 78.b. 79.a
peculiare 79.a
peculiariter 79.a
pecunia 79.b
pecuniæ maioris res 79.b
pecunia absque peculio tragilis 80.b
pecuniariè 80.b
pedagium 82.b
pedules 82.b
pegasianum senatus consultum 83.b
pellex 85.b
pelliceum stragulum 86.b
pulsari 87.b
pensatio 91.b
penes 92.a
pentathlum 95.a
penula 95.b
penus 96.a
per contrarium 97.a
per consequentias contingit 97.a
per consequentias negotium alicui geri, 97.a
per consequentiam 97.a
peragere aliquem reum 100.a
perceptio fructuum 103.b
perduellis 109.a
perduellio 109.a
peregrinitas 110.a
perennis fons 110.b
perit tibi 111.b
perfectissimi 114.a
perfectissimatus 114.a
perfusoriè 117.a
perfunctoriè 117.b
pergula 118.b
periclitatur quis fieri inops 121.b
peremptorius 122.b
perisseuma 124.b
perlusorius 127.a
non est Perpetuum 135.a
perpetuarius 135.a
perscriptiones 138.b
persecutio 140.a
personæ 141.b. 142.a
pertinere 146.b
pertinet 146.b
pecudes fasciæ 155.b
pedaneus iudex 155.b
pedarij 155.b
pessundare 157.a
pestibilis 158.a
petilia lex 159.a
petitorius 161.b
petrix 161.b
petitionem implere 161.b
phasianarius 168.b
philantropium 171.a
formio 178.a
pignus 165.a & b
pigneratio 166.a & b
pigneratitius creditor 165.b

pinguius 169.b
pistoricus 170.b
pistrinarius 170.b
piscaria 173.b
plagiaria 179.b.180.a
plancianus 180.a
de uel è plano 181.a & b
plaustrarius 184.b
plebiscitum 185.b
plena proprietas 187.b
plumbatura 191.a
pluteum 191.b. 192.a
pœna 194.a
polia 198.a
politor 198.b
politio 198.b
polio 198.b
pollicitatio 200.b
porna 218.b
porrina 220.b
porthmos 221.b
porticatio 222.a
portus 223.b
possidere bona ex edicto 225.a
possessum publicè in alicuius bona mittere 225.b
possessio 225.b
possessio fiduciaria 226.a
possessorius 226.b
potestas 228.a
possibilis 229.b
posthumus 232.a
postliminium 232.b
postulare quæstionem 234.b
postulare seruos in quæstionem 234.b
postulari 234.b
postulare 234.b
potiri hostium 235.b
præauditus 238.a
præbitio 239.b
præcursoribus 247.b
prædo 247.b
præfectus prætorio 251.b
præfectorius 252.b
præfixum, præclusum 252.a
præfinitio 252.a
præiudicare alicui 254.a
præiudicium 254.a
prælego 254.b
præparatorius 256.a
prærogare 263.a
prærogatiua 263.b
præscriptio 265.a
præscriptio differt à translatione 263.a.
præses 266.b
præsidium 266.b
præstaturus 270.b
præstatio 270.b
præstationibus familiæ erciscundæ iudicium,&c. 270
præteriti 275.b
præteritus dolus 275.b
prætermittere hæreditatem 276.b
prætor 278.b
prætorium 279.a
prætualet 279.b
prætualescentia 279.b
prætuaricari 280.a
prætuaricator 280.a
prætuaricatio 280.a
pragmatica sanctio 281.b
pratum 282.b
precarius 285.a
precariò 285.a
præcatiuus 285.a
præcatiuè 285.a
prima facie 289.b
primicerium 291.b
primipilus 291.b
priuilegiarius 296.a
priuilegiarij milites 296.a & b
pro parte 297.b
pro rata 297.b
pro eo atque 298.b
proauunculus 298.b
probationem implere 300.b
prochirus 303.a
in procinctu uersari 303.b
procire 303.b
procuratione rei alicuius suscipere 307.
procurator 307.a
procuratorius 307.b
prodictator 308.b
prodere interregem 309.b
prodere legem 309.b
profari 312.a
proferre 313.a
proficere 313.a
profiteri 314.b
prohibitorium edictum 319.b
prolusorius 322.b
pro matertera 322.b
pro mercium 323.a
promnestria 325.a
pro nulsidaria 326.b
promuium 327.a
pronunciare 327.b
pronunciatum 327.b
propagare arbitria 329.a
propatruus 329.b
in Propositio 336.b
proprietarius 337.b
propter quod 337.b
proscribere aliquem 340.b
prosocrus 343.a
protectum 346.a
protinus 348.a
protostasia 348.b
protutor 349.a
prouidentia 351.a
prouincialis 352.a
prouocare aduersus creationem 352.b
prox 353.a
proxenetria 353.a
proxeneticum 353.a
proriginosus 355.a
psegma 355.b
ptochia 357.b
ptochotrophia 357.b
pubere 358.b
pubertas 359.a
publicus 359.a
publica uectigalia 359.a
publicum 359.b
publicanus 360.a
puer 362.b
pupillus 373.a & b
purrhicharij 374.a
purus locus 376.b
pura uasa 376.b
pusulatum argentum 377.b
pulteus 378.b
puta 379.a
ut Puta 379.a
putatorius 379.b
putatio 379.b
pyctatium 380.b

Q

Qua 386.a
quadrifariter 387.a
quadruplari 389.b
quadruplicatio 389.b
quærere 390.b
quærere rem 391.a
quæstio tenet eum qui in ius uocatus est 392.a
quæstio 392.a
quæstionem postulare 392.a
quæstores 392.b
qualisqualis 394.b
qualiter qualiter 394.b
quali uindemiatorij 395.a
qualus 395.a
quanti interest 348.a
querela 405.a
quo facto 418.b
quisq; 419.b
quoad posset 420.b
eatenus Quoad 420.b
quoad feras bestias 421.a
quot mensibus 424.b

R

R. litera medijs in dictionibus Romanis incognita. 426.a
rationibus referre 437.b
rationabilis 438.a
rationator 438.a
ratiarius 438.b
rauca 439.a
readoptare 440.b
reatus 440.b
recipere alicuius ignorantiam 445.a
recipere seruum 445.b
recipere 445.b
recipere nomen absentis 445.b
receptor 446.b
receptator 446.b
recomponere 448.b
reconducere 449.b
redadopto 452.b
redire uiam & inire uiam 456.a
redhibere 456.b

redhibitio 456.b
redhibitorius 456.b
redhibitorium iudicium 456.b
redigere ad uel in peregrinitatẽ 457.b
redactius 457.b
redimere & conducere 458.a
redemptor pontis 458.b
redemptor syluæ 458.b
redemptor litium 458.b
redemptitare 458.b
redemptura 458.b
redundabit ex necessitate onus legatorũ ad hæredem 461.a
non Redundat ad te damni periculum 461.a
referre consules ad senatum de re aliqua 762.a
referendarij 464.b
reficere 465.a
reficere testamentum 465.a
reflatus 466.a
reformare 466.b
refuga 468.a
refugium 468.a
refutatorius, refutatoriæ preces 468.b
regimentum 471.b
regulariter 472.a
regiones agrorum 473.b
releuare aliquem satisdatione 477.b
releuari in aliquo 478.a
releuari 478.a
religio iudicis 478.b
reliqua contrahere 481.b
reliquatio 481.b
reliquor 481.b
reliquator 481.b
reliquiæ 482.a
relocare 482.a
remansor 482.b
remeatus 483.b
renunciare depositio 490.a
renunciatio 490.b
repertorium 494.a
repetere per iudicem 494.b
repetere rem 494.b
repetita die 495.a
repetita emptio 495.a
repetundarum 495.b
repignerare 495.b
replicatio 496.a
replumbare 496.b
reposcere per iudicem 498.a
reposcit causa 498.a
repræsalitæ 498.b
repromittere 499.b
repudium 500.a
repudiare etiam maritum uxor 500.a
repurgium 501.a
reputare 501.a
reputatio 501.a
res 502.a, 503.b
è Re 503.b
rem uel res gerere 504.b
rescissorius 506.a
rescisio 506.a
rescriptum 506.a
residet culpa penes eum 507.b
residet apud eũ pecunia publica 507.b
de Residuis teneri 508.a
resilire emptori dicitur uenditor melio= re conditione allata 508.b
resoluitur emptio sub conditione 509.b 510.a
restauratus 513.a & b
restauratio 513.a
restipulari 514.a
resticulus 514.a
restituit in bona paterna 514.b
restituuntur propriè uolentes 514.b
restitutorius 515.a
restitutoria actio 515.a
restitutorium interdictum 515.a
resuscitur prior obligatio nouo pacto 516.a
reuendere 522.a
reuenire 522.a
reuocare forum 523.b
reuocatur quæstio inter eosdem personas 523.b
reuocare rerũ administrationem ad suã solicitudinem 523.b
reuoluitur ad emptorem infecti damni stipulatio 525.a
reus 525.a
reus satisfandi 525.b
reum fieri 525.b. 526.a
reus peragitur 526.a
rigor stillicidij 535.b
rigor iuris 535.b
rip arenses 537.a
riuales 538.a
rogare aliquem pecuniam 540.b
rogare legem 541.a
rogatio 541.a & b
rubrianum 548.a
rupisse uidetur qui corrupit 553.a
ruptio 553.b
runcaliæ 553.b
rusticæ 556.b
ruta 557.a
ruta cæsa 557.a

S

Saccularius 560.b
sacrum 561.b
sacellum 561.b
sacrarium 562.a
sagaria 567.a
saltuarius 574.b
saltuensis 574.b
sanctus 580.a
sanctimoniales 580.b
sartatecta 587.b
sarcinator 588.a
sarcinatrix 588.a
satisacceptio 594.a
satisdare 594.a
satisdatio 594.a
satisdatum 594.a
scabinus 600.a
scæuæ 600.a
scala 600.a
scaphium 602.b
scola 609.a
scholares 609.a
scholicus 609.a
scoparius 616.a
scopelismus 616.b
scribere seruo libertatem 618.b
scriba 619.b
scribatus 619.b
secedere 626.a
sectio 627.b
secundum quod possibile 630.b
sedularia 639.b
selecti iudices 639.a
semissalis 644.a
semissarius 644.a
senator 646.a
sententia 651.b
sententiam contrariam accipere 651.b
sententiam suam seruare 651.b
sepulchrum 653.a
septa 654.a
sequester 656.b
sequestrarius 656.b
sequestratio 656.b
sequestrum 656.b
serenissimus 659.a
seri cobaptæ 660.a
serpit, ad alios etiam hæres 663.b
serpula 664.a
seruare suum 666.a
seruus 666.b
in Seruitio esse 667.a
sic tamen 675.b
siglum 679.b
signatus 681.a
signatorius 681.a
significare 681.b
significatiuus 681.b
silentiarius 683.a
siliginarius 684.a
simplarius 687.a
sine delectu 689.b
in Sinu suo habere 692.a
sistere 695.a & b
sistere aliquem iudicio 695.b
stiti, 695.b
statum 695.b
status 695.b
sitocomia 697.b
sitonia 697.b
sitostasius 697.b.
smurna 699.b
sodales 703.a
soliciator 708.b
solum 711.b
solarium 711.b
soluere 712.b
solutio 713.a
soracum 719.b
sortiri magistrum 722.b
spadonũ
spadonum genera 725.a
species 728.b 729.a
speculare 732.b 733.a
specularius 731.a
specus 733.a
sponsare 745.a
sponsio 745.a. & b
sponsalia 745.b
sponsalitius 745.b
sponte 746.b
spurcare 748.b
stabulum 750.a
stabularius 750.b
statim atq; 753.a
statim quàm 753.a
stellionatus 756.a
stercoratus ager 757.a
stipendium 761.a
stipem conferre 762.a
stipulor 762.a. & b
stipulatio 762.a
stipulationem acceptum ferre 762.a
stirps 762.b
stati dies 765.a
stationarius 766.b
strata 778.a
stratura 770.b
Stypterium 780.b
suasus 782.a
subadiuuare 784.a
subadiuuus 784.a
subcurator 785.b
subdisiunctiuus 785.b
subditum testamentum 786.a
subire hæreditatem 787.b
subire uicem eandem 787.b
subijcere ignem fornaci 790.a
subijcere se periculo 790.a
subijcere nomen alterius 790.a
subijcere testamenta 790.b
subleuare testimonio aliquem 192.b
submittere alicui delatores 790.b
subscribere uarijs modis utitur 798.a
subsellia 799.b
subsignare 800.b
subsistere 801.a
subsortiri 801.a
subsortitio 801.a
substitutio 802.a
subtractus 804.a
suburbicarius 805.b
succedaneus alieni periculi 807.a
successorius 807.a
sufficiens 813.a
sufficienter 813.a
suffragia 814.b
suggerit res 815.b
suggero 815.b
suggestus 816.a
sugillare 816.a
suitas 817.a
esse alicuius periculo 819.a
esse pignori 819.b
esse sui potuiss 819.b
esse in rebus humanis 820.a
non est huic rei locus 821.a
est tecum actio 821.a
sumere è medio 825.a
suppellex 827.a
suppellecticarius 827.b
superabundare 828.a
superdicere 830.a
superexcurrere 830.a
superexigere 830.a
superficium 830.b
superficere 830.b
superficiarius 830.b
superfluus 831.a
superfœtatio 831.a
superindicere 831.b
superindictum 831.b
superindictio 831.b
superinductio 831.b
superamentum 833.a
superscribere 833.a
supersesse negotijs suis 834.b
supersesse rebus suis 834.b
supersedere 834.b
superuacuo 835.a
superueniens 835.a
suppetere 837.a
supremus 841.b
suprema sua ordinare 841.b
suscipere mandatum 845.b
susceptor 846.b
suspendere in furcas 846.b
suspectas facultates alicuius habere 849.a
sustinere cognitionem 850.a
suus hæres, & sium seruare 851.b
sycomorus 852.b 853.a
synalagma 857.b
synedria 858.b
synonetum 859.b
synopsis 860.a
synthema 860.a
synthesis 860.a
syriarcha 861.a
syriarchia 861.a
syssitos 862.b

T

Tabulæ 864.b
tabulas testamenti aperire 864.b
tabulæ pupillares 865.a
tabellaria lex 865.a
tabularius 865.b
talio 868.b
talaria lex 869.a
tantusdem 874.a
tantidem 874.a
temerator 886.a
temporale exilium 892.b
tenere causam 895.b
teneri lege, interdicto 896.b
teneri perpetuo morbo 896.b
tenet eum quæstio 896.b
teneri manifesto 898.a
tenax iuris sui Dominus 898.b
credito Tenus 901.b
muro Tenus omnes fere urbes finiuntur 902.a
uerbo Tenus 902.a
tepidarium 902.b
tergiuersari 905.b
terminato oratio & concluſa 906.b
terminatum negotium 906.b
territorium 909.a
tessera 911.a
testari 915.a
testari sua uoluntatem 915.a
in Testatum redigere 615.b
testator 915.b
testatò 915.b
testato denuntiare alicui 915.b
testato & intestato decedere ibid.b
testatrix 915.b
testamentum 915.b
testamentarius 916.a
testamentarium 916.a
testido 916.b
thesaurus 924.b
tibiale 931.b
tigillis 932.b
Titia lex 938.a
titulus 939.a
tectum altius tollere 942.a
Tractæ 653.a
traducere 954.a
transcribere 960.b
transcribere in libris censualibus 961.a
translatiuè 963.b
translatitiè 963.b
transfiguratus 963.b
transfuga 964.a
transsungere 965.a
tribunii militares 972.a
tributum 973.b
in Tributum uocari 973.b
tributorius 973.b
trigæ 976.a
tripertita 978.b
triplicatio 978.b
tritauus 981.a
triumuiri capitales 983.a
Tubarius 987.b
tueri se 988.b
tueri 988.b
tuitus 988.b
tuendus 988.b
tutela 989.a
tutelæ suæ factus 989.a
in Tutelam suam uenire 989.a
tutelaris 989.a
tugurium 990.a
turba 994.a
tyrocinium animi 1004.b

V

Vacillans testis 1006.a
uacare morbis 1006.b
uacui nummi 1007.a

ualere quasi minimo 1011.b
ualetudo ingrauescens 1013.a
ualetudinarius 1013.a
ualetudinarius medicus 1013.a
uaricator 1018.a
uasa 1018.b
uasa uinaria 1018.b
uasarium 1019.a
Vdo 1022.a.& b
uectigal 1022.a 1023.b
uecturas nauium licere aut exercere 1025.a
uenenum 1032.b
uenalitius 1033.a
uenalitium 1033.a
uenalitiarius 1033.a
uentrem facere 1039.a
uentre uacuo mulier 1039.a
uentrale 1039.a
uentosus dies 1040.a
uereor ne non sit obligatus 1047.b
uertere in rem suam 1055.a
uertitur eadem quæstio in pluribus iudicijs 1055.a
uersare testes 1054.a
uersari dolo 1054.a
uersiculor 1057.a
uestigator 1064.b
uestimentum 1066.a
uestiarium 1066.b
uestiarius 1066.b
ueterator & nouitius 1069.a
uexare annonam 1069.b
uia 1070.a
uiæ genera 1070.a
uiam purgare 1070.a. & b
uiæ uicinales 1071.a
uiam reficere 1072.a.& b
uiaticulum 1073.a
Vicennium 1073.b
uice uersa 1074.b
uice mutua fungi 1074.b
uicarius 1075.a
uictor 1081.a
uincere licitatione 1086.a
uindemiatorij quali 1088.a
uindiciarum lis 1088.b
uindicta 1089.b
uinum doliare 1090.b
uinarius 1091.b
uirgo 1096.a
uirta 1096.b
uiridarius 1097.b
uiridaria, uiridia, uiridaria 1097.a
uis maior 1102.a
uis diuina 1107.a
uitreamina 1109.a
uiuunt arboris radices 1111.a
uictus 1111.b
uix est 1113.a
ultis pro ultra 1114.b
uncia 1120.a
unguentum 1123.a
ungula 1124.b
uniuersaliter 1127.b
urbana familia 1142.a
urbana prædia 1142.a
urbananitas 1142.a
urceus 1142.b
urgere ad solutionem 1142.a
urinator 1140.a
usia 1235.b
usquequo 1237.a
utrubi 1240.b
usus tectorum peruius 1152.b
usualis 1153.b
usuaria res 1153.b
usuarius 1153.b
ususfructus 1153.b
usufructuarius 1154.a
usucapio 1145.a
usura 1154.a
usitatissimus 1154.a
usurpatio 1155.b
uulgò quæsitus 1157.b

CONTRARIA.

Abnuere, annuere 15.b
abnuere, concedere 15.b
abscedere, recedere, discedere c. accedere 18.b
abscissus c. mollis 19.a
abscntia, præsentia 24.b
abundare, egere 25.b
abundare, deesse 25.b
abundare, deficì 25.b
abundans, inops 25.b
abundanter dicere, præesse 26.a
abundantius, angustius 26.a
accedere c. abscedere, recedere, discedere 30.b
accessus c. abscessus, discessus, recessus 30.b
acceßio, abscesßio 30.b
acceßio, deceßio 30.b
acceßio febris, remißio 30.b
accelerare, tardare 31.a
accendere, extinguere 31.a
accipere auras follibus, reddere 347.b
accinctus, industrius c. discinctus, negligens 33.b
accusare, excusare 42.a
acuere c. obtundere uel hebetare 51.a
acutus c. hebes, obtusus 58.b
addicere, abdicere 66.b
addere, demere 67.a
addere, detrahere 67.a
addere, deducere 67.a
adducere, abducere 68.a
adducere, remittere 69.a
adhibere calcaria equo, admouere, addere, subdere, stimulare, instigare c. addhibere frænos, retimere, reprimere, coercere 73.a
adijcere cibo, addere c. demere 76.a
adiudicare, abiudicare 77.b
admoliri saxum, amoliri 83.a
admouere, amouere 83.b
admurmurare, obmurmurare 84.b
admurmuratio, obmurmuratio 84.b
adesse, fauere c. deesse 91.a
aduentus c. discessus 93.a
aduersus c. repugnans, contrarius 93.a
aduersus, oppositus, obiectus c. auersus 93.b
aduersa aqua, secunda aqua 93.b
aduersa ualetudo c. bona, secunda, prospera 94.a
aduertere, animaduertere 95.b
adumbrare, exprimere 97.b
ægrotare grauissimè, optimè ualere 106.b
æquus iudex, iniquus 120.a
æqualis c. impar 122.a
afferre, efferre 144.a
affligere rem aliquam uituperando c. augere laudando 150.b
affligere, leuare 150.b
agere aliquid, cessare 165.b
agitatum, fluitans c. tranquillum, quietè 176.a
aio, nego 180.b
aiens, negans 180.b
alacris, lacer 183.a
alazonia, ironia 184.b
albatus, atratus 187.b
alibiles casei c. ueteres, aridi 208.b
alienus c. coniunctus, amicus 200.b
alienare, reconciliare 201.a
aliud, idem 199.a
alligatus, solutus 204.b
comprimere Aluum, firmare, reprimere, inhibere, sistere, astringere, contrahere, cohibere, cogere, supprimere c. ciere, soluere, deijcere, ducere, elicere, emollire, leuare, mollire, mouere, subducere, subtrahere, trahere, 216.a.& b. & 217.a
amarus, dulcis 219.b
amorem facere, fugare amorem 234.b
amouere, admouere 235.a
amplificare, minuere 241.a
angustus, latus 254.b
angustius, breuius concludere c. uberius, fusius disputare 253.a
ex Animo c. simulatè 258.b
anomalia c. analogia 263.b
ante, post 226.a
antè, retrò 266.a
antea, nunc primum 266.b
antecedens c. insequens 267.a
aperire, claudere 275.b
aperire se, delitescere 275.b
aperire, occultare 275.b
aperire, operire 276.a
aperta, dubia 276.a
apertæ simulates, obscuræ ibid.a

apertus dolor, hebes ibid.a
apertè, palàm c. ex insidijs 276.b
apertè, tectè 276.b
apocope, paragoge 279.b
apparere, eminere c. occultare opprimere & abscondere 282.b
apparet c. obscurum est 282.b
appetere, declinare 286.a
appetere, deposcere c. recusare, abnuere 286.a
apponere annos, demere 289.a
apportare afferre, asportare 289.b
approbare, improbare 290.a
apricus, opacus 291.b
aptus cibus stomacho c. alienus 292.b
apta & dissoluta 292.b
arcere, recipere 302.a
arguere, purgare 315.a
aridus, exiccatus c. pituitosus, redundans 311.a
arrideri, derideri 325.a
arripere celeriter c. tardè pcipere 325.b
arripere, discere 325.b
arripere celeriter c. tardè ibid.b
arrogare, derogare 325.b
artifex, inscius 327.b
arua arida, infrugifera c. pinguia 311.b
asciscere, segregare 331.b
ascisci tur, fugitur 331.b
ascisci tur, reprobare 331.b
ascitus, natiuus 332.a
asperitas, lenitas 336.a
aspredo, lauitas 336.a
assumere sibi c. detrahere alteri 345.b
astringere, relaxare 349.a
astrictus, relaxatus 349.b
atrox, mitis 336.a
aualsus, cohærens 336.a
augere rem, affligere 369.a
auidus, liberalis 371.b
auocare, allicere ad rectè faciendum 347.a
auras accipere follibus, reddere 374.b
austerus homo, suauis 382.a
austeritas, suauitas 382.b
author legum, dissuasor 384.b

B

Bacchius c. antibacchius 390.b
barbatus, bene imberbis 395.b
bellum, pax 401.b
meliore loco, deteriore statu 420.a
bonus nummus, adulterinus 420.b
optimus, deterrimus 421.a
breuis & longa contraria 430.a
breuis syllaba c. longa producta 431.a
breuitas ambitus c. longitudo ambitus 431.b
breuitas pedum c. proceritas 431.b

C

Cadere, consistere 442.b
casu aliquid facere c. iudicio 445.a
cælebs, maritus 450.a
calida, frigida 465.b
calcaribus egere c. frænis 468.a
caluus c. comatus 674.b
carbone notare c. creta 498.a
carus, uilis 508.b
caritas, uilitas 509.a
cautus, tardus 526.a
causa superior: inferior 531.b
cessare, strenuum esse 538.a
celebritas, solitudo 546.a
celare ingenium, nudare 544.a
certus, incertus 561.b
certum, dubium 563.a
cita aluus, liquida c. coacta 590.a
circunfusus, inclusus 602.a
clam, palam 614.b
claudere, reserare 623.a
clementia c. crudelitas 606.a
cliens, patronus 628.b
coarctare, dilatare 635.b
coactus, sponte 651.a
coemere, uendere 639.a
colere, negligere 664.a
colligere iram, ponere 657.b
comatus, caluus 674.b
comitas, sæueritas 678.b
commemoratio, obliuio 680.b
compendium, dispendium 699.b
compellere, dispellere 699.a
compellere, expellere 699.b
complicare, euoluere 705.b
compos animi, impos animi 708.b
comprehendere, emittere 709.a
concrescendi uis, liquendi 724.b
concretum, resolutum 725.a
concursare, dissultare 727.a
condere fructus, promere 731.a
conditionibus stare, fugere à conditionibus 732.a
conferti, rari 734.a
confidere, metuere 739.b
confirmare, infirmare 741.b
confuse, permistè c. descriptè, electè 746.b
conglutinare, dissoluere 748.b
congruere, differre 749.b
congruere, dissidere 749.b
coniungere cum aliquo c. ab eo excludere 124.b *in tomo 2.*
coniunctio, disiunctio 754.a
consentire, pugnare 762.b
conseruator, oppugnator 766.a
consilijs opportunus, aduersus 767.a
consultò, fortuitò 772.a
consulere de salute suorum, relinquere communem 770.a
cossimilis, dissimilis atq; obstimilis 772.a
conspicuus, occultus 776.b
constituta iudicia, dissoluta 779.b
quæ Constant, quæ dubia sunt 1082.b
constans, leuis 782.a
constans, mobilis 782.a
constringere, dissoluere 782.b
consuefacere, dissuefacere 783.b
consumptus, uiuus 785.b
contaminare, honestare 786.b
contemnere, admirari 787.a
contemnere, efferre 787.a
contentus, intentus c. remissus 789.a
contentum corpus, remissum 789.a
contentus, laxus 789.a
contentio uocis, remißio 789.b
continens spiritus, intermissus 792.a
continuatum, interruptum 793.a
continuus, intermissus 793.a
contrahere, dilatare 795.a
contrahere, dissipare 795.a
contrahere orationem, dilatare 796.a
contractum, spatiosum 796.b
contractio, productio 797.a
cõtractio superciliorũ, remißio 797.a
contractio, protectio 797.a
copia frugum, inopia 811.a
copiosus, uictus c. tenuis 810.b
copiosus, dies c. inops, pauper 1050.a
copulari coniunctionibus, dissolutionibus relaxari 811.b
cocta poma, matura c. cruda 812.a
coram, absens 814.a
corpora tuta, periculo opportuna 824.a
crassa, liquida 836.a
crassum cælum, tenue 836.b
crebrò, interdum 839.a
crescere, decrescere 839.a
cruciari dolore, lætitia gestire 856.b
cultissimus, incultus 664.b
curtum, redundans 879.b

D

Debile, firmum 902.b
deceßio, manßio 904.b
deceßio 904.b
decet, dedecet 908.a
decircinare, circinare 910.a
declinare, appetere 911.a
declinare, persequi 911.a
declinare minas, subire 911.a
declinatio, appetitio 911.b
decus, dedecus 913.b
decrescere, accrescere 915.a
decrescere, crescere 915.a
dedecet, decet 917.a
deducere, reducere 919.a
deduci, reduci 919.a
deducere, addere 920.a
defendere, præuaricari 922.a
deformare, ornare 929.a
deformitas, dignitas 929.b
dehortari, inuitare 933.a
deijcere de possessione, restituere 933.b
delabi, ascendere 934.b
delere tectorium, inducere 932.a
delere seruare 923.a
ab Delectatione negotijs impediri, habere in occupatione delectationes 935.b
deligere bona, reijcere 939.a
delitescere, se aperire 941.a.
delitescere, prosilire 941.a.

demere,tribuere 946.a
demero, addere 946.a
democritus, Heraclitus 389.b
demouere, constituere 948.a
deferre,denegare 949.b
densum,rarum 952.b
deonero, onero 954.b
depellere,restituere 956.a
deponere imperium,accipere 958.b
deponere religiones,suscipere 958.b
deprauare,corrigere 960.a
deprecari, precari 960.b
deprimere, extollere 961.b
deprimere,adaugere 961.b
depressior aqua,altior 962.a
derelicta regio,celebris 963.b
deridere,arridere 963.b
deserti loci,celebres 968.a
desinere,incipere 970.a
desipere,resipiscere,sapere 970.b
desistere,incipere 971.a
desperare,confidere 971.b
destruere,construere 974.b
desuescere,assuescere,cõsuescere 975.a
deesse,abundare 975.b
desiderium nostri,satietas 976.a
detrimentum,emolumentum 977.b
deterius facere,corrigere 978.a
deteriores,fructuosior 978.a
deterrere,cohortari 978.a
detortæ,imminutæ corporis partes c.aptæ,integræ 979.a
detrahere,addere 979.b
detorgere,turgere 980.a
ad Dextram,ad læuam 987.a
diducere, contrahere 102.a
diducere digitos c.comprimere 1007.a
dies c. nox 1003.b
diffarreatio c.confarreatio 1006.a
differre,distare c. idem ualere 1006.b
differunt, copulata sunt 1006.b
differre,idem esse ibid.b
differre,simile esse ibid.b
differens,congruens 1007.a
differens,par 1007.a
digeri,coire 1010.a
dignitas,deformitas 1012.a
digredi,congredi cum aliquo 1013.a
digressus, accessus 1013.a
digressus,congressus 1013.a
digressio,congressio 1013.a
dilatare,contrahere 1014.a
dilatare orationẽ ex uerbo, in uerbum contrahere 1014.b
diligens,negligens 1015.a
diluere crimina,inferre 1016.a
diminutio,accretio 1017.b
dimittere,retinere 1018.a
dimittere,ius suum retinere 1018.b
rectus sermo,auersus 1025.a
dirimere societatem,coire 1025.b
diruere, ædificare 1026.b
diritas,comitas 1027.a
discessus,aduentus 1028.b
discretè, distinctè c. confusè,permixtè 1029.b
discingere,cingere 1030.b
discincti, negligentes c.præcincti,strenui 1030.b
disiungere,coniungere 1035.a
disiunctio,separatio c. cõiunctio 1035.a
dispar,par 1035.b
dispare,idem 1035.b
dispar,similis 1035.b
dispellere,compellere 1036.a
dispendium,compendium 1036.a
dispensare omnia,profundere 1036.a
displicere,placere 1037.b
displicere,arridere aliquid 1037.b
displicare,plicare 1037.b
dissoluere,coagmentare 1042.b
dissoluere,conglutinare 1042. b
dissolutum,unctum 1042.b
dissolutè factum,clementer 1043.a
dissoluto,coniunctio 1043.a
dissuadere, suadere 1043.b
diu,subito 1047.b
diuturnitas,celeritas 1049.a
docere,dedocere 1062.b
doctus rudis 1063.a
docta,humana gens c.immanis,barbara 1063.a
dolus malus,bona fides 1069.b
domi,foris 1071.b
domesticum,externum 1072.b
domestici,alienigenæ 1072.b
dubium,perspicuum 1082.b
quæ Dubia sunt,quæ constant 1088.b
dupliciter,bipertitò c.simpliciter,singulari modo 1092.b
durior, asperior c. moderatus, mitis 1093.b
durare,mollire 1094.a
durum nomen,molle 1093.a

E

Effluere,influere 10.a
effrænatus,languens 20.a
effundere se aliqua libidine, continere 21.b
eijcere,retinere 26.a
elucere,extinguere 37.a
elucere, occultari 37.a
emergere,delitescere 41.b
emergere,mergere 41.b
emergere,oblitescere 41.b
eminere,apparere c.occultare,opprimere,abscondere 42.b
eminens esse,obscurare 43.a
emolumentum, detrimentum 45.a
enitere,obsolescere 51.b
enectus,plenus 50.a
eo, redeo 57.a
erigere,abijcere 76.a
erectior, minor 67.b
errare,erudiri 81.a
erratum,rectè factum 81.b
euolare,inuolare 101.b
ex animo,simulatè 108.b
exaggerare,extenuare 113.b
exagitare,lenire 113.b
exanimare aliquem,inflare 115.b
exaugurare,inaugurare 117.b
excedere è uita,manerere in uita 119.a
excidere,insidere cogitatiodicitur 120.b
excitare, sedare 121.b
excitatus,inclinatus,iacens 122.b
excipere nominatim,sine nomine 123.b
excludere ab aliquo, coniungere cum eo 124.b
excurrit oratio,insistit 127.b
exhaurire uinum,uomere 140.a
exhaurire domos,replere 140.a
exigere, dare 142.a
exigere,expectare 142.a
exiguus,ingens,immensus 143.b
exiguus, maior 143.b
exilitas in dicendo,copia 145.a
eximere,conijcere in ordinem 145.b
exitus,initium 134.b
exitus,principium 134.b
exorare,deterrere 151.b
exorare,extorquere 151.b
exordiri,retexere 150.a
exordiri,perorare 150.a
exoriri,nasci c.extingui,opprimi 150.b
exortus solis,occasus 151.a
exornare,deformare 151.a
expectare epistolas, exigere 153.a
expedire c.impedire,intricare 154.b
expedire se ex laqueis,induere se in laqueos 155.a
expedita disciplina,inops 156.a
expellere,euocare 156.a
expellere domo,domũ cõpellere 156.b
expers rationis,utens ratione 159.b
expetere,abijcere 160.a
expetere,fugere 160.a
expetere, resistere 160.a
expetere,uitare 160.a
explantare,plantare 166.a
explicata res,addubitata 162.a
explicata,serena frons c.nubila 297.b
explorata salus,deplorata 164.a
exposita uasa,demissa in terram 166.a
exporrigere frõtem,cõtrahere 166.b
exprimere literas,opprimere 167.b
expressum,adumbratum 168.a
extendere dies,contrahere 172.a
extenuare,abijcere c.augere, tollere altius 172.a
exterminare,reuocare 172.b
exterminari de ciuitate,uenire in ciuitatem 173.a
extinguere,incendere 174.a
extinguere,elucere 174.a
extinguere motus animorum, inflammare 174.b
extare,intercidere 175.a
extollere, deprimere 175.b
extollere,submittere 176.a
extorquere,abijcere 176.a
extorquere,exorare 176.a
extra,in 176.b
extraneus,domesticus 177.a
extrudi,esse in numero 178.b
extrudi, prohiberi 179.a
extruere,euertere 179.a
exturbare,manere 179.b
exuere,induere 182.a. & b

F

Facilis,difficilis 200.a
facilis pater c.durus,inexorabilis 200.b
fauere,odisse 219.a
fauetur, inuidetur 219.a
fauorabilis,inuidiosus 219.b
ferus,immanis c.mitis,mansuetus 225.a
festimatio,otium 237.a
fides bona,dolus malus 240.b
fidem confirmare,refellere 241.b
dare Fidem,uiolare 242.a
in Fide manere,frãgere fœdus 243.a
fides,fraudatio 243.a
fidens,dubitans 243.b
fidenter,timidè 243.b
fidè,fallaciter c.uerè,sapienter 249.a
finire,mitium sumere 251.a
flexibile,durum 260.b
florens,afflictus 264.a
florescere,senescere 264.a
fluitans,immoderatè agitatus c.irã quillus,quietus 266.a
fœdus frangere, in fide manere 243.a
fœlicitare, infœlicitare 271.a (269.b
fœtus,domi 276.a
fœris,intus 276.a
fœris petere,messe 276.a
fœris argumẽta assumi,ex sua ui atq; natura 276.a
formosus,deformis 279.a
in Foro,in publico 285.b.477.b
fortis,ignauus 282.a
fortuitum,diuinum 285.a
fragosa oratio,lenis 290.a
fraus, integritas 291.a
fraudatio,fides 243.d.292.a
frequentes,pauci 293.a
frigus,calor 294.a
frons nubila c.serena,explicata 297.b
frugi homo,nequam 299.a
frugalissimus,nequissimus 299.b
frunitus,prudens c.infrunitus,insipiens, stolidus,nulli usui 301.b
fucata,simulata c.syncera,uera 304.b
fundamẽta iacere, perficere opera 312.b
furtim,clam c.palàm 315.b

G

Generatim,confusè 331.b
generatim,publicè 331.b
generatim,unuersè c.sigillatim 331.b
gestientes,perterriti 336.b
gloriosum,inuidiosum 345.b
gratè,ingratè 356.b
gratis,gratuitò c.pretio 356.b
gratis,pretio 357.a
gratuitus,mercenarius 357.a
gratuitò,mercede 357.a
grauis,leuis 358.a
graue,facile 359.a
graue & leue pondus 358.b
grauitas,humanitas 416.b
grauiter,molestè ferre c.leuiter 359.b

H

Hebes,acutus 383.a
heraclitus,Democritus 389.b
hilaritas,tristitia 398.b
homo abiectus, sumissus c.elatus 405.b
honestas,turpitudo uitæ 406.b
honestare, decorare c. dehonestare 406.b
horridus,hispidus,asper c.nitens,nitidus 410.b
hubertas in dicendo,exilitas 415.b
humana gens,immanis,barbara 416.a
humanitas,grauitas 416.b
humanitas,immanitas 416.b
humilis luna,excelsa 417.b
humilis,abiecta oratio c.alta,exaggerata 418.a
humilis, demissus uir c. alacer lætus 418.a
humilis,obscurus uir c. clarus, præstans 418.a (418.a
humilis uir,amplissimus
humiliter,demisse c.altè 418.a
humiliter,superbè 418.a
humiliter,demisse sentire c.elatè, amplè 418.a (418.a
humilitas,altitudo
hypozeugis,zeugma 425.a

I

Ieiunitas, tenuitas c. hubertas, copia 437.a
ignauus,fortis 437.b
ignauia,fortitudo 437.b
illiteratus c.doctus,literatus 445.a
illustre, obscurum 446.a
illuuies,cultus 446.b
imberbis,bene barbatus 494.a
immane,mansuetum 450.a
immansuetus,mansuetus 450 b
imminuere,amplificare 452.b
immoderatus,intemperatus, nimis,immodestus c.moderatus 453.b
immortalis, mortalis 454.b
immortalitatis esse, ætatis 454.b
immunis,uecligalis 455.a
imparatus,paratus 465.b
impedire,expedire 457.a
impediri,adiuuari 457.a
impellere impetus animorũ, reflectere 458.a
impellere uoluntatem quò uelis,unde uelis deducere 458.a
imperare,obedire 460 b
imperare,parere 460.b
imperare cupiditatibus,seruire 460.b
imperitus,callidus 460.a
imperitare,seruire 461.a
imperturbatus,turbatus 462.b
impius,religiosus 464.b
impolitus,rudis c.politus 469.a
imponere alteri,& sibi sumere 469.a
imponere onus,recipere 469.b
improbare,approbare 470.b
impromptus,promptus 471.a
imprudẽs,insciẽs c.prudẽs,sciẽs 471.b
impugnare,defendere 472.b
impurus,purus 473.a
imus,summus 474.b
in præsens,in futurum 475.a
in perpetuum,in tempus 477.a
in posterum,in præsens 477.a
in priuato,priuatim c.in publico,publicè 478.a (cè 477.a
in speciem,reipsa
inambulare,quiescere 480.a
inæstimabile,æstimabile 479.b
inapparatio,apparatio 480.a
incautus c.prouidẽs, præcauẽs 483.a
incendere,sedare 484.a
ira incensus,placatus 484.a
inchoare libros,perficere 486.a
inchoare c.cõficere perficere, absoluere 486.a (486.a
incertus,certus 561.b
incitare animos,sedare 488.b
incitare mentes,reflectere 489.a
incitatio languẽtis populi,effrenati moderatio 489.a
inclemẽs,durus,asper c.clemẽs 489. b
incultus,cultus 492.a
incommodus,gratus 493.a
incommodè,optimè 493.a
incompositus,inornatus,inelegans, incomptus c.compositus 493.b
inconcinnus,concinnus 494.a
inconscius,conscius 494.b
incontaminatus,contaminatus 495.a
incontentus,contentus 495 a
incontinentia,immodestia, intemperantia c.continentia 495.b
incorruptus,purus c.ultiosus,corruptus 496.a
incredibilis res,credibilis 496.b
indecorus,decorus 502.a
indefessus,defessus 502.b
indiligens c.diligens 506.b
indiscertus,discretus 507.a
indisertus,disertus 507.a
indotatus,dotatus 509.b
inelegans,elegans 513.a
inermis,armatus 515.a
inexercitatus,exercitatus 516.a
inexpectatus,expectatus 516.a
inexploratus,exploratus 516.b
infabrè c.affabrè,politè,elegãter 517.a
inferre crimina,diluere 519.b
infimus ciuis,summus 520.a
infimum,summum 520.b
infidus,fidus 522.a
infidelis,firmus amicus 522.a
infinitus finitus 522.a
infirmus, imbecillis, debilis c. firmus (522.b
infirmare,confirmare 523.a
infœcundus, fœcundus 525.a

infœlix,fœlix 525.a
informis res,formata 525.a
infrà,suprà 526.a
ingenium acutum,obtusum 528.b
inglorius,honoratus 531.a
ingratis,libenter 531.b
ingrauescere c.leuari,releuari 532.a
inhibere aluum,soluere 533.a
inhibere auiditatem,incitare 533.a
inhonestus,honestus 534.a
inhonoratus,honoratus 534.a
inhospitalitas,hospitalitas 534.b
inimicus,amicus 536.a
iniucundus,iucundus 537.b
iniuratus,iuratus 538.a
iniuriam facere,dare beneficium 538.b
iniuriam inferre,propulsare 538.b
iniustus,iustus 539.a
iniustum,meritum,debitum 539.a
innatus,institus c.assumptus, aduentitius
innocens,nocens 540.a (539.b
innoxius,innocens,inculpatus c.obnoxius 540.b
inopportunus,opportunus 542.b
inops,abundans 543.a (543.b
inopia frugum,copia 543.a
inornatus,ornatus 543.b
inquietus,quietus 544.a
insalubris,salubris 545.a
insipiens,sapiens 552.a
inspoliatus,spoliatus 555.a
instituere,perficere 557.a
instrenuus,strenuus 559.b
insuauis, asper,auster c.suauis 560.b
insyncerus, syncerus 562.b
integer,contaminatus 563.a
integer,ualidus,firmus, uegetus,sobrius c.fessus, saucius , uitiatus,languidus, uinosus 563.a
integræ opes,acciſæ 563.a
integer sanguis,uitiosus 563.a
integritas,fraus 563.b
integrum corpus,uitiosum 563.a
intemperans,immoderatus, intemperatus c.temperans 565.a
intemperatus,temperatus 565.a
intendere arcum,remittere 565.b
intendere animum,relaxare 566.a
intendere neruos,remittere 566.b
intentio animi,remissio 567.a
intercidere,extare 570.b
interimere,conseruare 574.b
interruptum, continuatum 580.b
intrà,extrinsecus 585.a
intimus,alienus 585.b
intrico,extrico 586.a
intrinsecus,extrinsecus 586.a
introire in uitam,exire 586.b
intus,foris 587.b
inualidus,robustus,firmus 588.b
inuehere,euehere 588.b
inuehi,emergere 588.b
inuerecundus,uerecundus 59.a
inueteratus,recens 591.a
inueteratum,institutum 591.a
inuidus,fautor laudum 593.a
inuiolatus,integer c.uiolatus 593.b
inuitus, libens 594.a
inuius,peruius 594.b
inuolare,euolare 595.b
inurbanus,inciuilis c.urbanus 596.a
inutilis,utilis 596.b
inuulneratus, uulneratus 596.b
iocus,serius 597.a
ioca,seria 597.a
iocosus sermo,tristis 597.a
irrasus,rasus 601.b
irreligiosus,religiosus 602.a
irrequietus,quietus 602.a
irreuolutus,reuolutus 602.b
iucunda uita,grauis 614.a
iustus dominus,uerus c.alienus 625.a

L

Lapsa sydera sub terras,orta 636.a
lachrymans calamus,aridus 639.a
lætus,alacer c.humilis, demissus 640.a
læuitas,asperitas 641.b
lagophthalmus,ectropium 642.a
laxè, angustè 661.a
laxare,astringere 661.a
leue, asperum 666.a
lere,relere 670.b (679.b
liberalis,beneficus, munificus c. parcus
liberaliter,largè,abundanter frugaliter c.parcè 680.a
literæ minutæ,maximæ 699.a
literæ uulgares , interiores, recondutæ 700.a
locuples c.tenuis,egens 706.b
locupletes,pauperes 707.a
loquax,mutus 713.a
luna crescens,senescens 726.a

M

Malus, bonus 755.b
malè audire,malè dicere 757.a
mansio,decessio 765.a
mansio in uita,excessus è uita 765.a
mansuetus,ferus 768.a
maritimus,remotus à mari 776.b
marte suo aliquid explere, adminiculis alterius 780.b
mas,fœmina 781.b
mater iusta familias,pellex 748.b
in Medio esse , situm uel positum esse c. obscurum 795.a
membratim,generatim 803.a
mercenarius,gratuitus 816.b
minutatim,repentè 837.b
miserationè nasci,odia incitari 842.b
miserandus,irridendus 842.b
mitis,mansuetus c.ferus,immanis 843.b
mitigari,irasci 844.a
mortè imperare, eripere mortè 871.b
mortale, æternum 873.a
mortalis,immortalitas 873.b
moueri sponte, agitari pulsu externo multi,pauci 884.b (884.b
plurimum, minimum 684.b
murcea Dea, strenua dea 894.b

N

Nasci,occidere 916.a
naues tectæ,apertæ 921.b
nauus,ignauus 925.b
negligere minas alicuius,horrere 932.b
negligenter,diligenter 933.a
negare,fateri 933.a
negat,ait 933.b
nequam,frugi 939.a
nequitia,frugalitas 939.b
ad Nihilum uenire,ad summũ 949.b
nimius,modicus 952.b
nitida forma in pictura,horrida 955.a
notus, obscurus 969.b
nubila pellere,inducere 980.b
nuda,inanis domus,exornata atq; instructa 982.a
nusquam,uspiam 949.b

O

Obcæcari tenebris,præfulgere splendore 999.a
obliquè,rectè 1005.b
obruere,eruere 1009.b
obscurus,apertus 1010.b
obscurare,celebrare 1011.b
obsequi,repugnare 1012.b
obseruatione & ratione,natura & casu aliquid facere 1014.a
absolescere uetigalia,nitere 1016.b
obstrictus liber,& solutus 1017.b
obesse, prodesse 1019.a
obesse,adiumento esse 1019.a
obtinere,repelli 1020.a
obtinere litem,amittere 1020.b
obtundere ingenia,acuere 1022.a
obturbare,lenire 1022.b
omittere occasionem,tenere 1025.a
occidere rempublicam,cõdere 1025.b
occidere in nihilum , oriri ex nihilo 1025.b
occultus & inuolutus,prõptus & apertus 1027.a
occultè,apertè 1027.b
occultari,aperiri 1028.a
occultari,elucere 1028.a
occupatus,otiosus 1029.a
ocyus,tardius 1035.b
odisse amore 1036.a
odisse,diligere 1036.a
odisse,fauere 1036.a
odium struere in aliquos, dimouere ab aliquibus 1037.a
odiosum & graue,leue & facile 1037.b
odiosum,iucundum 1037.b
offensio,gratia 1043.a
offensio,beneuolentia 1042.b
olim scio,nunc primũ profiteor 1050.a
omittere,adipisci 1053.b
opacus locus,apricus 1058.b
operosus,facilis 1061.a
opertum,apertum 1062.a (1062.b
opimus corporis habitus , gracilitas opimio,

opimio,ueritas 1064.b
opimio aduersa,diuersa 1064.b
opiionẽ cõprehẽdere,remittere 1064.b
opimionẽ cõfirmare,detrahere 1064.b
oppugnare aliquem,propugnare pro aliquo 1070.b
oppugnare & euertere aliquem, defendere & probare 1070.b
ordiri,terminare 1081.b
ordine prius,posterius ordine 1082.a
ornare aliquem,spoliare 1088.a
ornare ornatu nouo & alieno,suo spoliare & denudare 1089.a
bos dũrũ,impudẽs c.mollis frõtis 1094.a
ostentare aliquid,moliri obscurè aliquid 1100.b
ostentare uerbis,reuera facere 1100.b
ostentatio,ueritas 1101.a
ostentatio,uoluntas 1101.a
otium,labor 1103.a
otium,negotium 1103.a
otiosè ambulare,citò 1104.b

P

Palam & interdiu,clam & noctu 10.a
palam,clam 10.a
palam,obscurè 10.a
palam,per præstigia 10.a
pandari,fornicari 22.b
par,impar 30.b
parem esse,excellere 30.b
par,dispar 30.b
par,inferior 30.b
paria,superiora 30.b
parcere,mortem afferre 36.a
parcere,perdere 36.b
parcere,spoliare 36.b
parcus & diligens,prodigus & luxuriosus 37.a
parcus,elegans 37.a
parere aliquid,depellere 41.b
partum per nos,delatũ diuimitus 42.a
partem adimere,dare 48.a
particulatim,summatim 50.b
particeps,expers 50.b
participẽ esse artis,carere arte 50.b
parua & mediocris res,tanta & immensa 55.a
paruula pecunia,immanis 55.b
passim,ordinatim 60.a
patere,obstrui 62.a
patẽs & exposita domus,clausa 62.b
patefactum & illustratum, obscurum et ignotum 63.a
patefieri,claudi 63.a
patronus,cliens 69.a
paucus,multus 70.a
pauci,plures 70.a
pauciloquium,multiloquium 70.a
peccare,uirum bonum esse 75.b
peccatim,recte factum 76.a
pecuniosus,tenuis 80.b
pulsu alieno agitari,ex se sua sponte moueri 87.a
pẽdere ex futuris,frui præsentib. 90.a
quæ Pensitant prædia,immunia 91.b
percelli,recreari 102.b
perdere aliquid,habere 106.b
perdere,lucrari 106.b
perdere oppidum,recipere 107.a
perditor reip.seruator 108.a
peregrinus,ciuis 109.b
perferre,deficere animo 113.a
perfecta,inchoata 113.b
perfectio, conatus & adumbratio 114.a
perfectio,susceptio 114.a
permittere,cogere 129.a
permotia,conciliatio 130.a
pernicies,salus 131.a
perperam iudicare,rectè 134.a
in Perpetuum,pauliſper 135.a
perplexè,palam 136.a
perspecta,præsens,experta uirtus alicuius c.audita 743.b
perturbatio cæli,serenitas 148.b
perturbatio animi,sedatio 148.b
perturbatio animi,tranquillitas & securitas 148.b
perturbatio c.canitio iudicis 148.b
peruagata bona longè lateq; , angusta 149.a
peruulgare aliquid,diuidere passim,atque edere populo c.occultare, & continere domi 152.b
pestilentia,salubritas 157.b
pestilẽtes partes agrorũ,salubres 157.b
petulantia,pudor 162.b
philosophari paucis,omnino 173.b
pingue & concretum cælum, tenue & purum 169.a
placere,displicere 176.b
placidum esse,feruere 177.a
placida,immitia 177.b
placatus,ira incensus 178.b
placabilis,irritabilis 178.b
placabilis,inexorabilis 178.b
plana uia & stabilis,præceps & lubrica 181.b
plangor,plausus 184.a
plenus,uacuus 186.b
plenus,inanis 186.b
plenus,ieiunus 186.b
plenus,exilis 186.b
plenum uerbum,imminutum 186.b
plenus,euectus 186.b
plenè manu,ampliter,copiosè, prolixè, mimimeq; malignè largiri c. minutim parcè 187.a
plenissimè,restrictissimè 188.a
pone,ante 208.b
ponere in promptu, contegere siue abdere 210.b
popularis,assentator,leuis ciuis c. constans,seuerus,grauis 216.b
popularitèr,moderatè 216.b
potens & formatus uir,inops 227.b
potentia,impotentia 228.a
posthac,antea 231.b
postuenire,anteuenire 233.b
præcipuum,commune 244.a
præcipuũ aliquid esse cũ alio,par 244.a
præcipuũ ius cum cæteris,idem 244.a
præfinitum,infinitum 252.a
prægredi, sequi 253.b
præmaturum,serum 256.a
præposterè,ordine 262.b
præsens,absens 271.b
præsens,futurum 271.b.
præter,ante 274.a
prauum,rectum 282.b
premo, defendo 286.a
premere crimen,eleuare 286.b
pressius,redundans 287.a
pressum eloquẽtiæ genus,plenũ 287.a
presse,abundanter 287.a
pridie,postridie 289.a
primario loco esse,secundum locum obtinere 290.b
princeps,postremus 292.a
principium,extremum 293.b
principium,exitus 293.b
principium,finis 293.b
priuatum,commune 295.b
in Priuato,in publico 295.b
priuatim,publicè 295.b
prodere posteris,accipe à maiorib. 310.a
proditor patriæ,conseruator 310.a
profanus locus,consecratus 311.b
perferre,custodire 312.b
profectio,reuersio 314.a
prohibere procul ab insula, prædones, intra insulam recipere 319.a
prohibere recta,imperare 319.a
promptum,clausum 325.b
pronus,supinus 328.a
pronus,superus 328.a
propè intueri,procul spectare 334.a
properare,retractare 332.b
propinqui,longinqui 334.a
propinquitas loci,longinquitas 334.b
propitius,iratus 334.b
proprium,commune 337.a
communis persona,& propriè singulis attributa 337.b
propriè,promiscuè 337.b
propriè,publicè 337.b
publicè uenire,priuatim 360.a
pudens,petulans 361.a
pudenter,cum uerecundia, uerecundè c. impudenter 361.a
pullus,leucopus 368.a
pusillanimis,magnanimus 377.a

Q

Quæstuosus ager,sumptuosus 393.b
quieta respublica,turbata 412.b
quilibet,peritus 412.b

R

Rarum,uulgare 434.b
rationis expers,utens ratione 436.a
recessus lunæ,accessus 442.b
recens, lassus 442.b
recens hominum sermo,uetustas annalium 443.a

CONTRARIA

recipere,respuere 446.a
reconciliare,alienare 448.b
reconciliata gratia, nunquam imminuta 449.a
reditus,profectio 456.a
reduncus,aduncus 460.b
redundare uerbis, non complere uerbis quod proposueris 460.b
redundare,deesse 460.b
refellere,approbare 461.a
referre iudices,reijcere 462.b
reflectere,incitare 466.a
refrigerare,incendere 467.a
refrigeratus,ardens 467.a
refutare & aspernari, complecti & augere 468.b
regelare,gelu resoluere 469.b
rectus,obliquus 470.a.b
rectum in oratione,prauum 470.b
rectè lata,uitio lata 471.a
reglutinare,glutinare 469.b
regna adimere,dare 474.b
regredi,progredi 475.b
regressus,progressus 475.b
reijcere bona,deligere 476.a
reiectio,selectio 476.b
relaxare aluum,restringere 477.a
relaxare aluum,astringere 477.a
religiosus,impius 479.a
religiosissimæ res,nefas 479.b
remanere in aliquo, recedere ab aliquo 482.b
remittere,demittere c.erigere 484.a
remittere animum,delectare c. intendere 484.b
remittere neruos,intendere 485.a
remittere sonum uocis,intendere 485.a
remissus,tristis 485.a
remissus,acris 485.a
remissio uocis,contentio 485.b
remisse differere,neruose 485.b
remisse,uehementer 485.b
ratum,irritum 490.b
ratum,ruptum 490.b
ratum habere iudicium,rescindere iudicium 491.b
ratare,ratificare c.irritare 491.a
reparare,perdere 491.b
repellere uim,inferre uim 492.a
repes aduentus hostiũ,expectatus 493.a
repentè,sensim 493.a
replicare,plicare 496.a
reprobare,ascisere 499.b
repudiare,recipere 500.a
repudiare,assumere 500.a
repugnare,concedere 500.b
repugnanter,patienter 500.b
res salua,perdita 504.b
reuera,nomine 505.a
reuera,uerbo & simulatione 505.a
rescindere iudiciũ,ratum habere 506.a
reserare,claudere 507.a
resoluere,uincire 509.b
resoluere,componere 510.a
resorbere,uomere 510.b
restinguere,ardere 513.b
restituere aliquem,eijcere 514.b
resuere,suere 516.a
retardari,incitari 516.b
retendere,laxare 517.b
reticere,patefacere 518.a
retinere, abalienare 518.a
retusum ingenium,acutum 521.b
reuelare,uelare 521.b
reus,petitor 525.a
rumpi malis,non moueri 553.a
rusticorum sermo,urbanorum 556.a
rusticitas,urbanitas 556.a

S

Sæuitia,clementia 569.a
salus,exitium 575.a
salubris annus,pestilens 575.b
sapienter,fallaciter 586.a
sarmẽtorum amputatio,immissio 590.b
secretus locus,celebris 626.b
secundum,ante 630.a
sedare,incendere 635.b
sensim,repentè 650.b
sensim postulare,passim 650.b
separatim,conunctim 652.b
serium,iocosum 660.b
siccaneum,irriguum 676.b
socci risus,luctus,cothurni 700.b
solers,iners 706.b
solidum,fragile 708.b
soluta terra,spissa 713.a
stare,fugere 763.b
stare animo,desipere 763.b
stabilis uia,lubrica 766.b
stabilitas,motus 766.b
stolata mulier,togata 767.b
strictim dicere,multa 773.b
stupor,uirtus 779.b
subducere,prodere 786.b
subleuare,euertere 792.b
subleuare,lædere 792.b
submersum esse,innatare 793.b
submittere aliquid in oratione, augere 794.b
submissus,abiectus c.efferens se 794.b
submissio,elatio 794.b
subsidere,consurgere 799.b
suffragari,aduersari 814.a
summum,profundum 823.b
superesse,deesse 834.b
superior,inferior 841.b
syncerus,uer.c.simulatus,fucatus 858.a

T

Tardus c.uelox,celer 875.b
tegere,nocere 881.a
tectè,apertè 881.b
temporius,serius 892.b
tenuis aer,crassus & concretus 900.b
tenuitas frugum,ubertas 901.b
territare,placare 910.a
testibus præsentibus aliquid facere c. clã, furtim 912.a
testis grauis,leuis 912.a
testato decedere,intestato 915.b
testamentum ruptum,ratum 915.b
toga fusa,restricta 940.a
trahere amiculum,sustollere 955.b
tranquillare,perturbare 460.a
transuersus,obliquus 467.a
tristitia lætitia 980.b
turba,primi 994.b
turbidum tempus,tranquillum 994.b

V

Vacuum esse ab omni molestia, aliquam solicitudinem habere 1007.b
ualere,ægrotare 1010.b
ualens c.imbecillus,infirmus 1011.b
uagari,perstringere breuiter 1010.a
ualentia,inualentia 1012.a
uastus locus,ædificatus 1019.b
uendere malè,rectè ibid.
ueniens dies,decedens 1037.b
uentrem comprimere,soluere 1038.b
uerecundus,impudens 1048.a
uerecundè constanter 1048.a
uerum c.falsum 1059.a
uerus,syncer.c. simulat. fucatus 1059.b
uerè,falso 1060.a
ueritas imago 1060.b
ueterator,nouitius 1069.a
uilis,pretiosus 1083.a
uinctum,dissolutum 1085.a
uinum nullarum uirium, ingentium uirium 1091.a
uinum nouum,uetus 1090.a
uiolentus,tranquillus 1093.a
uiuus,mortuus IIII. b.1112.a
ulcisci,sanare 1113.a
unca,læuia 1120.a
uniuersum,pars 1127.a
cum uniuersis,separatim 1127.a
uniuersa,singula 1127.a
uolare alrè,demisse 1128.a
uolare,iter facere 1128.a
urbanitas,conuitium 1142.a
usus,abusus 1152.b
uulgaris orator,excellens 115.b

OPPOSITA.

Bludere,alludere 15.a
abnuere,agnoscere 15.a
absistere,asistere 19.b
abstimentia,rapacitas 23.a
absoluta perfecta causa, ambigua 530.a.b
accusare,defendere 42.a
acer homo op.asper,lenis 44.a
acerbus homo op.lenis,mansuetus 45.a
acutus gladius,hebes 58.b
acutum ingenium,subtile c.obtusum,hebes,retusum 59.a
acutus sonus,grauis 59.a
acutè sonare,grauiter 59.b
addormiscere,expergisci 68.a
adiugare,abiugare 77.b
aduentitium op.innatum,insitum 92.b
aduentitia dos,profectitia 92.b
aduentitiũ peculium,profectitium 92.b

OPPOSITA

aduersæ res,secundæ 94.a
adulteratus,syncerus 97.a
æquus,iniquus 120.a
aer purus,tenuis oppon. cælum crassum atq; concretum 124.b
aer ater,obscurus,condens 124.a
æs signatum,graue 128.a
affici admiratione, in admiratione esse op.contemni 146.b
affirmare,dubitare 146.b
affirmatio,dubitatio 150.a
agilis industria op.negligens,tarda opera 161.b
agnoscere augurium op.auersari,amoliri 164.a
albus,ater 186.b
altius,taperius 214.b
amaritudo,dulcedo 219.b
amplus locus,angustus 239.a
ante cibum op.prandium,cœnatus 265.b
appetere alicui op.reseruare 286.a
aptus,commodus,opportunus,iucundus, suauis,ineptus 292.b
aptè fieri,discrepare 293.a
arguere uerbo,negare 315.a
aristocratia,democratia 318.b
astrictè,remisse 349.b
atri lapilli,niuei 354.a
atrox,uehemens genus orationis op. lene,mansuetum 356.a
attenuatè,amplè 358.a
attollere,submittere 360.b
auditorium,schola op.forum 366.b
austera suauitas,dulcis 382.a.b
austeritas frontis remissio 382.b

B

Balbutire,canere 392.a
barbarus,inhumanus op.commodus,disertus 396.a
barbara,immanis gens op.humana, docta 396.a
battologia,laconismus 399.a
bona ratio,perdita 420.b
bona amici,incommoda 421.a
bonum facere,malum 421.b
benignè monstrare uiam,grauatè 426.a
breuia,profunda 431.a
breuius dicere,pluribus uerbis 431.a

C

Cadit fabula,stat 443.a
cadit fides,stat 443.a
casu aliquid gerere op.uirtute, consilio 445.a
calathus,meta 459.b
candens,atrum 474.b
capere miseriam,uoluptates 487.b
carptim,uniuersè 507.b
casus,consilium 768.a
causa absoluta, perfecta op. ambigua 530.a.b
causa integra,dubia 531.b
celer,sedatus 541.b
celare diem,promere 544.a
certa res est,opinor 563.a
citra,ultra 610.a
ciuis,peregrinus 611.b

D

Damnare reos,absoluere 894.b
damnationes reorum acerbissimæ,libidinosissimæ liberationes 894.b
delicatissimus amnis op.rapidus, uiolentus 938.a
deprecari pacẽ,denuntiare bellũ 960.b
desecare,agglutinare 967.a
desertor,conseruator 968.b
detrimentum,emolumentum 977.b
detrimenta,adiumenta 977.b
detrahere de authoritate senatus, ornare senatum multis laudibus 979.b
diffidentia,fidentia 1008.b
directo,sub conditione 1025.a
dissolutè uendere, permagno uendere 1043.a
dare demanu,foris 1057.a
doctor,discipulus 1064.a
dubia op.certa,concessa 1082.b
dudum,nunc 1088.a
durum uerbum,molle 1093.b
durum se præbere,facilem 1093.b

E

Effluere,abundare oppon. deesse 19.a
effusio animi,contractio 22.a
eusmodi,dissimilis 27.a
elatus,excelsus,eminẽs op.depress. 29.a
eloquentia,infantia 36.a
eminus,elonginquo op.cominus 43.a
emptitius,gratuitus 45.a
emittere,obsolescere 51.a
eripere,relinquere 77.b
errãs nagat sententia op.stabilis,certa 81.a
error,uirtus 81.b
etiam,non 91.a
euenire malè,optimè 96.a
euertere definitionem,retinere 97.b
ex diuerso,dissimile 109.a
ex necessitate facere,sponte 109.b
exanimare,inflare 115.b
exanimata exiliter uerba op.inflata,anhelata 115.b
excitatè,crassè 122.b
excolere officium,negligere 125.b
exile genus sermonis,aridum, concisum, minutum op.liquidũ,profusum, profluens 145.a
exilitas literarum,pinguitudo 145.a
extenuatus,concretus 172.b
exterior,interior 177.a
extimus,citimus 177.b
extuberantes gemmæ,cauæ 179.b
exuperare anima,mortium esse 182.b

F

Facilis,liberalis pater op.difficilis, auarus,morosus 200.b
facilè aliqua re carere, res desiderare, 200.b
fallens,constans 205.b
falsitas,ueritas 206.a
familiaris,necessarius op.alienus 210.b
fastigium imponere operi, iacere fundamenta

menta 215.a
confirmare,refellere idem 241.b
finitionem soluere,confirmare 251.b
fixum esse consilium,labare 246.a
frigidum op.facetum,plausibile 296.a
frugi,nequam 299.a
frugi uictus,luxuriosus 299.b
fucatus nitor,naturalis 304.b
fundata legibus ciuitas,euersa 311.b

G

Grauis armatura,leuis 358.b
graue æs,signatum 358.a
gressu presso,pleno 359.a

H

Hilaris,tristis 398.b
humilitas,dignitas 418.a
hyems matura,tarda 421.a

I

Iacere,ignobile esse op.uigere 425.a
idiota op.ingeniosus,intelligens 435.b
ieiuna oratio op.copiosa,plena 437.a
immodestum, prosusum, iocandi genus op.ingenuum,facetum 454.a
impeditus,irretitus,constrictus op. prōptus 457.b
in præsentia,post 477.a
inanis,nuda domus op.exornata,instructa 480.b
inclinata res,integra 490.a
inculta, horrida, abdita, opaca pictura op.nitida,læta,collustrata 492.a
honestæ,inculpatæ uitæ testis op. notatus,reprehensibilis 498.b
indoctum, agreste genus hominum op. expolitum 507.b
inertiæ,ártes 515.b
inire prælium,finire 514.a
infectum argentum,signatum 518.b
inferni dij,superi 519.a
infesta fortuna,prospera 521.b
inflexo spiritu sonus uariatus,continuus 524.a
infractus animus,confirmatus 527.a
inscitia op.scientia,cognitio 546.b
insititius, inductus sermo op. patrius, 548.b
insistere,resistere op.progredi, procedere 552.b
instare,resistere 559.a
institio progressio 552.b
integer,truncus 562.b
integra res,peracta 563.a
integra res,perdita 563.a
in integro causa esse dicitur,dubia 563.b
intendere,languescere mitigare 566.b
intentio uocis,remissio 567.b
interdiu,noctu 572.a
interior,familiaris uita op. publica administratio 585.b
ab intestato, à testato 583.b
intus,domi,in luce,in oculis ciuũ 587.b
inueteratum malum,nascens 591.a
irritabilis,placabilis 603.b
iustum prælium,leue 625.a

L

Labefactare,restituere 628.b
lacunosus,eminens 638.b
languidus pulsus ictus,creber ibidem.
lætè,iucundè,hilariter,op.seuerè 645.b
latius loqui,compressius 656.a
legatarius,testator 664.b
leues cibi,acres 666.a
libertas,seruitus 679.a
lingulatus tubulus,elinguis 694.b
longitudo orationis,breuitas 711.a
longinquus sermo,breuis 711.a
lumen,tenebræ & solitudo 725.a
lusus,iocus 719.b

M

Madidus,siccus 744.a
mamma descendit op. sterilescit, resilit, 760.b
manere in uita,excedere è uita 764.b
manet lex,abrogatur 464.b
manusactus,naturalis 773.b
mansuetus,lenis,clemẽs op.durus 768.a
maturissimè,tardissimè 788.a
mortalè,caducum op.diuinum,æternum 873.b
moribus facta uis, contra morem facta 875.b
multiplex animus,unus idemq; 887.a
magistratus mutus,lex op. magistratus lex loquens 904.b
muta & informis res op. eloquens, formata 904.a

N

Natura fieri,quodam instituto 919.a
naturalis diuinatio, artificiosa reprehensio 919.a
negotiosi dies,sacri 934.b
nobiles,noui homines 958.b
nocens uita & turpis, honestissimè & laudatissimè acta uita 959.b

O

Offensa,gratia 1043.b
oratio lenis,instructa,terminata op. aspera,tristis,horrida 1091.b
ordinarius seruus,uicarius 1083.b
otium honestum & moderatum op. inertia,desidia 1103.a

P

Parcè & continenter uiuere,diffluere luxuria 37.b
peregrinus & aduena,hospes 109.b
pestilens,salubre 157.b
placida animalia,fera 177.b
placida arbor,sylvestris 177.b
ponere,resumere 208.b.209.a
priuatus,cum potestate 295.b
praue,rectè 283.a
probare,improbare 300.a
productè,breuiter 311.a
productio,contractio 311.b
prosanum facere,colere 311.b
profluens,fusum,liquidum genus hominis op.exile,aridũ concisum 315.b
progredi,regredi 318.a
prompta, aperta op. occulta, recondita 325.b
in Promptu aliquid ponere, contegere, & abdere 326.a
propria & sua uerba, translata & aliena 337.a
propugnare pro innocentibus, nocentes oppugnare 338.a
publicare hominem, populo communem facere op.reuocare in seruitutẽ 359.b
pudor,gloria 362.a
purus aer & tenuis, crassus & concretus 376.a

Q

Ad Quietem integri,onusti cibo 411.a
Quies,uigilia 411.a

R

Recondere oculos,erigere 449.a
reditus,abitus 456.a
reditus,itus 456.a
reductus,eminens 460.a
nihil Redundet, nihil prætermittatur. 460.b
referre in uel inter reos,ex reis eximere 462.a
recta coma,pressa op.crispa 471.a
rectè,obliquè 471.a
remissè,leniter,urbanè agere cum aliquo op.grauiter,seuerè,priscè 485.b
restrictè,plenissimè 515.b
riguus,siccaneus 535.a

S

Scientia iuris ciuil.ignoratio iuris 612.a
scurrilitas,urbanitas 622.a
securitas op.cura,anxietas 632.a
senescens luna,crescens 648.b
separatim dicere,communiter 652.b
sereno tempore,nubilo 659.a
simplex,uerum & syncerum op. falsum 686.b
simulatè,ex animo 689.b
sinistrorsum,extrorsum 691.a
socordia,industria 702.b
soliuagus,congregatus 714.a
sordida oratio, nitida 720.b
species,demonstratio,simulatio,prætextus,uelamentum op.res ipsa 729.a
spernere,retinere 733.b
spissa regio,solutioris humi 742.a
stare, sedere 763.b
stabilire rempub. euertere 766.b
subducere, subtrahere op. subdere, 786.b.
sublimè,sublimiter op.humi 793.a
submittere se,extollere se 794.b
submissũ dicẽdi genus,concitatũ 794.b
subsidere in loco aliquo,commorari op. proficisci 800.b
subtiliter,magnificè 804.a
sublatum ad frontem supercilium, depressum 851.a

T

Tarditas,celeritas 876.b
tempus seruens,frigidum 891.b
tempus

tempus miserum,luctuosum op. tranquillum optatum 891.b
tenere modum, custodire op. excedere, 896.b
tener equus,uetulus 898.b
tenera uirtus,tractabilis op.dura, ferrea 898.b
tenue,colum,crassum 901.a
tenuis uictus,copiosus 901.a
terrestre præsidium,marinum 909.b
tumultuosa uita, seditiosa op. quieta, 992.a

V

Vaga sententia,errans op.certa, stabilis 1010.a
uanitas,constantia 1015.b
uegetus pulsus uenarum, uehemens op. languidus 1023.b
uehemens oratio & atrox,oratio leuitatis & mansuetudinis 1024.a
uerecundus in transferendo, parcus op. audax 1048.a
uernaculæ uolucres,aduenæ 1049.b
ueteratoria dicere,perspicua 1069.a
uilis oratio,accurata 1083.a
uilitas,caritas 1083.a
ui facere imperium, op. amicitia adiungere 1101.a
uitium,uirtus 1107.a
uitiosa uita,pura 1108.b
uitiosum corpus,integrum 1108.b
umbra & imago,solida & expressa effigies 1118.a
unctus,squalidus 1123.a
uniuersè,generaliter, generatim op. singillatim 1127.a
uoluntaria herba,satiua 1130.a
uocem attollere,submittere 1137.a
urbana arbor,sylvestris 1142.a
urbana uita,rustica 1142.a
utilitates suas omittere, utilitatibus suis seruire 1155.b
uulgare,obsoletum op. nouum, inauditum 1157.b

ANTIQVA, SIVE OBSOLETA, & inusitata.

ABlocare,locare 15.a
acceptrica 38.b
accreduo,credo 40.b
adasso,adigo 65.b
addare,addere 67.a
adiuta mihi,adiuua me 79.a
adiutor,adiuto 79.b
adnixus,adnisus 85.a
adolescentiarij,nondum satis habere modestiæ 86.b
adorare,agere 88.b
adspipere 90.a
aduerso,aduersor 94.b
aduorsum,aduersum 99.b
aduorto,aduerto 99.b
æternare,æternum facere 139.b
ætas 143.b
affector,affecto 148.b
aggrediri,aggredi 161.b
agere grates,gratias 168.b
albere 188.a
alescere,crescere 193.b
aliouersum,aliorsum 201.b
aliqui,aliquo 197.a
aliquotfariam 197.b
alis,alius 198.b
allubescere,placere 205.b
altrouersum,in alteram partem 213.a
aluus,m.gen. 216.a
amecus,amicus 223.a
amplecto,amplector 238.a
amplexo,amplexor 238.b
amplant,amplificant 241.a
anculare,ministrare 247.a
ancumilentæ 247.a
angustitas,angustiæ 253.b
aduertere animum, adnimaduertere, 258.b
anquiro,inquiro 264.a
apiscor,inuenio 279.a
appellere,cogere 285.a
apprimus 290.a
arbos,arbosem,arbor,arborem 299.b
ardus,aridus 311.b
assarius 344.b
attigo 259.a
attono,stupefacio 361.a
auerruncare,runca expurgare 366.a
aula,olla 373.a

B

Betere,ire 407.a
blandidicus 415.a
boire,boare 426.b

C

Caduciter,præcipitanter 446.a
canatim 477.b
carinare,probra obijcere 502.b
cascum,uetus 510.a
catus,cautus 526.b
ciccum 588.a
copo,caupo 528.a
celeranter,celeriter 542.b
celeratim,celeriter 542.b
cello,cedo 544.a
cette,dicite uel date 568.b
cinctutus,militaris 594.b
cinefacio,in cinerem redigo 595.b
cispello,citra pello 609.a
citer 610.b
claro,clarum facio 618.a
coda,cauda 637.b
coello 639.a
cohorto,cohortor 653.a
collus,m.g.collum 661.b
colos 686.a
commetare,commeare 683.b
communis meus, & tuus benevolens amicus 693.b
compeda 701.b
conscribellare,conscribere 760.b
conuolsum,conuulsum 801.b
cruciabiliter 856.b
cupire 868.a
custodibitur 881.b

D

Deiurium 933.a
deiuuare 934.b
delauare 935.a
delenificus 936.a
delicia 938.b
demagis,minus 943.a
deminuo 945.a
demus,demum 948.b
depeculasso,depeculor 955.b
depultus,depulsus 956.b
depudicare,stuprare 962.a
dextimum,dexter 987.b
dicundi,dicendi 999.a
dierectus,crucifixus 1003.a
differitas,differentia 1007.b
discapedino,aperio 1027.b
discordis,discors 1032.b
discordabilis 1032.b.1033.a
discorditas 1033.a
dispalescere,diuulgari 1035.a.b
dispennere,expandere 1036.b
displicina,quæ displicet 1037.b
duint,dent uel dederint. 1062.a
duit,det 1062.a
danunt,dant ibid.a
datare,dare ibid.a
dossum,dorsum 1078.a
dubenus,dominus 1082.b
duce,duc 1086.b

E

Ecillum,ecce illum 6.b
egregius,præclarius 25.a
elexi,electum,elicui,elicitum 32.a
elucificare 37.a
errantia,error 81.a
euitare,uitam eripere 99.b
exaduorso,exaduerso 108.a
exædificare,ejicere domo 113.a
exagoga,qui exportat 114.a
exbalisto,decipio 117.b
excalceor,excalceo 117.b
excantare,excludere 118.a
excisare,uulnerare 121.a
exequiare,exequias facere 136.a
exfodio,effodio 139.b
exiurare,iuramento affirmare 148.a
exobsecro,uehementer obsecro 148.a
expedibo,expediam 155.b
experire,experiri 158.b
explenunt,explent 163.a
exsacrificare 171.b
extrare,egredi 178.b
exuertere,præuenire 180.a

F

Facundiosus 203.a
fœcutimus 203.a
falsè 206.a
fauere faucibus,silere 219.a
fidebo 243.b
fidelè 244.b

fligere 261.b
fodare,fodere 268.a
forteſcere,fortem fieri 283.a
fortunatim,proſperè 285.a
frugiferens,frugifer 299.b
frunifci,frui 301.a
frux 303.b
futare,confutare 319.b
futatim 319.b

G

Gingrire 340.a & b
grandeuitas 353.a
grandigrare 353.b
habere deſpicatui,deſpectui 367.b
habeßit,habeat 373.b
harpagare,rapere 379.b.380.a
hauſtum facere,potare 382.b
here,heri 391.a

I

Indupedior 512.a
ignominiatus 440.a
imbellia,ignaua 448.b
impete,impetu 463.b
impetritus,ſtabilis 463.b
impetraſſere,impetrare 463.b
inceps, deinceps 484.b
incepſit,inceperit 484.b
incilare,increpare,improbare 488.a
incitabulum 489.a
inclinamentum,derivatio 490.b
incoibilis 491.a
incomes,ſine comite 492.b
incomitiare,commiſſum facere 492.b
incordiare,ſuadere 496.a
indugredi 510.a
indulgitas,indulgentia 511.a
infer,infra 518.b
infortunitas 526.a
ingenuatus,ingenuitate præditus 530.b
inimiciter 536.b
innubere 541.a
inopioſus,ſine ope 543.a
inſimul,unà 551.b
inſomnia,æ 554.a
interbitare,interuenire 569.a
interdius,interdiu 572.a
interfieri,conſumi 573.b
interibi,interea 574.a
interſtinguere 581.a & b
inteſtina 583.b
intuor,uideo 587.b
inuergo,inclino 590.b
inuimius,abſtemius 593.b
ijbus,ijs 604.b
iudicaßit,iudicauerit 616.b
iuuenalis,iuuenis 626.b

L

Lætitudo,Lætitia 641.a
læto,lætor 640.b
lallo,lac ſugo 642.b
lamentarius 643.a
latibulari 653.a
leo 669.a
lucrificabilis 717.a
luctus,luctu 722.b
luculentitas 733.a
Lucuns 718.b

M

Macereſcere,maceratum fieri 741.b
magnitas,magnitudo 751.b
manum,clarum 769.b
manum,bonum 769.b
mani,manè 764.a
manſues,manſuetus 768.b
mendicabulum,mendicatio 808.a
militarius,militaris 830.b
militabiliter,minaciter 834.a
mirius,magis mirum 839.a
mis 839.b
miſeriter,miſerè 841.b
miſeritudo 841.b
miſericordior 842.a
mœnitus,mœnibus cinctum 853.a
mœro,mœrentem facio 853.a
mœſtiter,mœſtè 854.a
mœri,muri 854.a
moneris,monueris 861.a
morſicatim,mordendo 869.b
mortualis, quod ad mortuos pertinet, 873.b
morigerare 876.b
motuantur,motantur 879.b
mulierare,effœminare 883.b
munis,officioſus 893.a

N

Nefas,fantis 932.a
negabundus,negans 933.b
nequibo 940.b
nequitum nequit,non poſſe 940.b
neuolo neuis 944.a
ninguis,nix 952.b

O

Occedere,accedere 1025.b
occentare, conuitium facere 1026.b
oggero,intendo 1047.b
opprobramẽtum,opprobrium 1070.b
orbitudo,orbitas 1080.a
ornatus,ti 1089.a

P

Partitudo,partus 42.a
partio,partus 42.b
partire,partiri 51.b
patricè more,patricio 64.a
patruiſſimus 65.a
paupera 72.b
pauperare,pauperem reddere 73.a
pecu,pecus 81.a
pultare,pulſare 87.b
perduo,perdo 107.b
perduaxo,perdo 107.b.
perduellum 109.a
perſuaſtrix 145.a
pedare 156.b
pigrare,tardare 164.a
pleuitas,ignobilitas 188.b
polulus,parvulus,paululus. 201.b
porcére,porro arcere 217.b
poteſſem 227.a
poteſtur 227.a
præbitere,perimere 259.b
probiter,probè 300.a
prohibeßis,prohibueris 319.b
prolicere,inducere 321.b
protinam,protinus 348.a
puerus,puer 362.b
puluer,puluis 371.a

Q

Quippini,quippe 417.b

R

Rancens,rancidus 432.a
rapſere,rapere 433.a
ratare,ratificare 438.a
rebito,reuertor 441.a
redandruo 452.b
redruò,redeò 455.a
redoſtio gratiam referò 459.b
reſacio 465.b
relicinus 47.478.a
remulcare 487.b
retiaculum 517.a
ridicularius,ridiculus 534.b
robus,rubeus 540.a
rumigero,rumorem ferò 552.b
rureſtris 556.a

S

Semianimus,ſemianimis 642.a
ſeorſus,ſeorſum 652.a
ſimilitas,ſimilitudo 685.b
ſimitu,ſimul 686.a
ſimplicitus,ſimpliciter 687.a
ſingularius,ſingularis 690.b
ſocienus,ſocium 702.a
ſonere,ſonare 717.b
ſpecies,aromata 729.a
ſpereſ 737.a
ſpicus,ſpica 739.a
ſpicere 739.a
ſubleſtus,debilis 792.a
ſiccortrilla 809.a
ſuere 826.b
ſupum,ſupinum 842.a
ſycophantioſe,doloſe 853.a

T

tardities,tarditas 876.a
trabax,rapax 955.b
traulus,balbus 968.b
turbaßit,turbauerit 995.b

V

Vanare,fallere 1016.a
uaſum 1018.b
uelle,uilla 1026.b
ueneor 1037.b
uerimonia 1060.a
ueſci,uidere 1061.a
uiciſſatim 1075.b
uiciſitas 1075.b
uiriatus 1097.a

AFFINITATIS NOMINA.

Abamita 6.b
abauus 6.b
abauia 6.b

abmatertera 15.a
abnepos 15.b
abneptis 15.b
affinis 149.b
agnati 163.b
amita 228.a
amita maior 228.a
amitini 228.a
atauus 353.b
Auia 371.b,388.a
auus 388.a
auus paternus 388.a
auus maternus ibid.a
auunculus 388.a
auunculus maior 388.a

C

Cognati 647.a
Conſanguinei 758.a
conſobrini 773.b
conſobrina 773.b
conſocer 773.b

Filius 246.b
filiolus 246.b
filia 246.b
frater 290.a
fraterculus 290.b
fratres patrueles 229.b
fratres gemini 290.b
fratria 290.b

G

Gener 332.a
germanus 334.a
glos 346.a

H

Hecyra 384.b

I

Ianitrices 430.a

L

Leuir 673.b

M

Maiores 750.a
magnus ſocer 750.a
maior ſocer 750.b
maior patruus ibid.b
maior auita ibid.b
maior auunculus ibid.b
mater 784.a
matermatrima 784.b
matertera 785.a
matruelis 785.a
matrimus ibid.a

N

Natus 918.a
nata 918.a
nepos,neptis 938.a
nepotulus 938.a
nothus 972.b
nouerca 973.b
nurus 994.b

P

Pappus 29.a
parens 38.b
pater 63.a.b
patruus 65.a
patruus magnus 65.a
patruus maior 65.a
patruus maximus 65.a
patruelis ibid.a
poſthumus 231.b
priuignus 295.a
priuigna 295.a
proauunculus 298.b
proauus 298.b
proauorum atauí 298.b
progener 317.b
pronepos 327.a
proneptis 327.a
pronurus 328.a
propatruus 329.b
proſocer 343.a
proſocrus 343.a

S

Sobrinus 700.a
ſocer 700.b
ſocer magnus 701.a
ſocrus 703.a
ſocrus magna 703.a
ſoror 721.b
ſoror patruelis 721.b
ſororius 721.b

T

Trinepos 977.b
tritauus 981.a

V

Vitricus 1109.a
uterini 1151.a

HOMINIS PARTES.

Abdomen 8.b
abomaſum 16.a
acetabulum 47.a
acetabula 47.a
acies oc. 51.a
acroteria 56.b
agnatum membrum 163.b
agnati pili 163.b
ala 101.a
allus 206.a
aluus 216.a
anima 254.a
ancon,cubitus,cubitum 247.a
annuli oc. 260.a
annularis digitus 260.a
antiæ 270.b
anus 272.b
aqualiculus 294.b
armus 322.b
arteria 330.a
arteria aſpera 330.a
artus 330.a
articulus 330.b
auris 376.a
auricula 377.c
auricularis digitus 378.a
axilla 389.b

B

Balanus 391.b
barba 395.b
brachium 427.a
bubones 436.a
bucca 436.a
buccæ 436.b

C

Cælum 451.a
cæſaries 456.a.673.a
calua 466.b.467.a
caluaria 467.a
caluitium 467.a
calx 467.b
calcaneus 468.a
canthi 482.a
cani 482.b
canities 483.a
capillus 485.a
capillamentum 486.a
caput 493.b
caro 504.b
cartilago 508.b
caua uena 534.a
cephale 551.b
cerebrum 556.a
ceruix 565.b
chordum 581.b
cilium 591.b
cincinnus 593.a
cinnus 596.a
cirrus 608.a.& b
clunis 632.a
coles 654.a
coleus 654.a
collum 661.b
colon,colum 667.a
columellares 671.b
columella 671.a
coma 673.a
condylus 673.a
cor 813.b
coſta 833.a
coxa 835.a
coxendix 835.a
cremaſteres 841.a
crinis 847.b
crus 855.a
cienes 857.a
cubitus,cubitum 857.b
cunnus 867.a
curculio 875.b
cutis 882.b

D

Dentes tomici 4.canini 4. maxillares utrimq; quaterni,ultimi 550.b
diaphragma 992.a
digitus 1010.b
dorſum 1078.a

E

Epigloſis 63.b
exta 171.b

F

Facies 187.a
fauces 218.b

fel 224.a
semen 224.b
femina. ibid.b
femur. ibid.b
fibra 238.b
fibræ 239.a
frons 296.b
frumen 300.a

G

Gelasinus 325.b
gena 328.a
genu 329.a
genitale 339.b
gemini dentes 340.a
gingiua 340.a
glabella 340.b
glandium 342.a
gremium 360.a
gula 362.b
gurgulio 363.a
guttur 364.a

H

Hepar 388.a
hira 401.b
hirquus 401.b
hymen 421.b

I

Iecur 436.b
ieiunum 436.b
ile 441.a
ilia 441.a
incisuræ 486.b
infamis digitus 517.a
ingenium 528.a.b
inguen 532.b
intellectus 564.a
interanea 568.b
internodia crurum 576.b
interscapilium 580.b
ischia,coxendix 606.a
ingulus,& ingulum 616.b
iunctura 619.b

L

Labium 629.a
labrum 632.b
lachryma 636.a
lactes 633.b
lacertus 635.b
læua 641.a
lanugo 646.b
latus 656.b
lien 688.b
lingua 693.a
loci 706.a
longanon 708.b
lumbus 723.a
lumen 724.a

M

Mala 755.b
mamma 760.a
mamilla 760.a
mandibula 763.a
manus 769.b
matrix 785.a
maxilla 790.a
maxillaris dens 790.a
mediastinum 792.a
medulla 796.b
medius digitus 794.b
membrum 802.a & b
mens 808.b.809.a
mentum 813.b
molaris digitus 854.b
mucus 880.b
musculus 897.b

N

Naris 913.b
nasus 919.b
natura 917.b
naturalia 919.a
nates 920.a
neruus 941.b

O

Occiput 126.b
oculus 1032.b
omasum 1052.b
omentum 1053.b
os,oris 1094.b
os 1094.b
ossiculum 1098.b

P

Palatum 12.a
palma 15.b
palpebræ 17.b
Papilla 29.a
pectus 77.a
petusculum 78.b
penis 93.b
pes 153.a
pedæ 155.a.b
phlegma 175.a
pilus 167.b
pingue 169.a.b
pinnula 170.a
pituita 175.b
planta 180.b
pneumon,pulmo 192.b
podex 193.b
pollex 199.b
poples 215.a
præcisum 242.a
præcordia 246.a
præputium 262.b
priapus 288.b
primores 291.a
pubes 358.b
pugnus 366.a
pulmo 369.b
pupilla 373.a
pupula 373.a

R

Ratio 436.a
ren 488.b
rhagoides 526.b
rostrum 544.b
ruga 551.a
ruma 551.b
rumen 551.b

S

Saliua 572.b
sanguis 582.a
scapula 603.a
scapilium 603.a
scoptula operta 616.a
scrotum 620.b
secundæ 617.b
sedes 633.b
sensus 650.a
sinistra 690.b
sinus 691.b
solum 711.a
spina 739.b
spiritus 741.a
splen 742.b
spondylus 746.a
stomachus 767.b
sumen 821.b
supercilium 829.b
sura 842.a
synciput 411.a

T

Talus 869.a
tempus 892.a
tergum 858.b
testiculus 912.a
testis 912.a
thorax 926.b
tibia 931.b
tonsillæ 944.b
tori 950.b
trachea 952.b
trachia 952.b
tunicæ oc. 994.a
tunicæ test. 994.a

V

Vber 1021.a
uelamenta testiculorum 1029.a
uena 1032.a
uenter 1038.a
uentriculus 1039.a
uentriculus cordis 1039.a
uerenda 1048.b
ueretrum 1048.b
uerpus 1051.a
uerpa 1051.a
uertebra 1052.a
uertibulum 1057.a
uertex 1057.a
uesica 1061.b
uestigium 1063.b
uirilitas 1094.b
uirilia 1094.b
uiscus 635.b
ulna 1114.a
umbilicus 1117.a
unguis 1123.b
uola 1127.b
uox 1135.b
ureteres 1142.b
uropigium 1145.a
uterus 1150.b
uua 1156.b
uultus 1160.a
uulua 1161.a

HOMINIS VESTIMENTA & ornamenta.

Abolla 16.a
acicula 50.b
ægis 108.a
albogalerus 186.a
amentum 223.b
amethystina 224.a
amiculum 224.b
amphimallum,& amphitapa 236.b
amphitapa 237.a
analectides 246.a
ansa 264.a
ansile 264.b
apex 277.a
armilla 322.b
ascopera 332.a
attalica toga 356.b
aulea 373.b

B

Babylonica uestis 390.b
balteus 393.b
balteum 393.b
bardiscus 397.a
bardocucullus 397.a
basilica 397.b
basilicum 397b
bassara 398.a
bixeæ 399.b
bilix 408.b
bombycina uestis 419.a
brachiale 428.b
bracca 427.b
bubalia 435.b
bulachinus thorax 426.b
bulla 438.a
byssina 439.a

C

Calantica 459.b
calasis 459.b
calceus 468.a
calceus laxus ibid.a
caliendrum 461.b
calones 465.a
calopodium 465.a
calibula 466.b
calypira 469.a
campestre 472.b
capidulum 485.a
capital 496.a
capillare 486.a
capitium 497.a
carbasus 497.a
castula, perizonium, præcinctorium, 516.a
causia 533.a
cento 548.b
cerinus 548.a
cestus 567.b
chalasis 569.b
chiridota 578.b
chirotheca 579.b
chlamys 579.b
clamys Phrygia 580.a
chlamys Sidonia 580.a
chlamys Spartana 580.a
chlamydula ibid.a
cidaris,citaris,cidarus 589.b
cilicium 591.b
cinctus,cingulum 594.b
circundata pala 599.b
clauicaligares 624.b
clati 624.b
clauus,latusclauus,laticlauium 625.a
clauata 625.a
coccinum 636.b
coccina uestis 636.b
cornatorium 641.a
cois 653.a
colobium 666.b
coloria 669.b
compedes 701.b
conchyliata 715.b
condalium 727.b
cothurnus 833.b
crepida 842.a
crocota 851.b
crocotula 851.b
crumena 854.a
cuculio 858.b
cucullus 859.a
cudon 859.a
cyclas, 884.b
cymatilis 886.a
cyna 886.b

D

Dactyliotecha 892.a
dextrocherium 987.b
diabathra 988.a
diadema 988.b
digitalia 1011.b

E

Endromis 49.b
epitogium 67.a
exomides 149.a

F

Fascia 213.b
fasciæ 213.b
fasciola 213.b
femoralia 224.b
fimbria 247.b
flammeum 258.b
focale 267.a

G

Galbanum 320.b
galea 321.a
galerus 321.a
galericulum 321.a
gallicæ 322.a
gausape 325.a
genualia 329.b

H

Heteromaschala 394.b
humerale 417.b

I

Ianthina indumenta 430.a
impluuia 467.a
impluuiata 467.a
inaures 482.a
inducula 512.a
indumentum 512.a
indusium 512.a
indusiata ibid.a
insula 527.a
instita 556.b
instratum 559.a
instragulum 559.a
inuolucre 596.a

L

Lacerna 635.a
lacinia 635.b
lena 639.b
latusclauus,laticlauium 656.a
leuidensa 673.a
ligula 694.a
limbus 690.b
limus 693.a
linea 692.b
lintea uestimenta 695.b
linteum 695.b
lunula 726.a

M

Mamillare 760.b
manica 766.a
mantelum 768.b
manuleata tunica 774.a
marsupium 781.a
mastruca 783.b
melina 800.b
melitensis 801.a
mitra 844.a
mollicina 859.a
monile 862.a
multitia 887.b

N

Noegæum 960.b

O

Ocrea 1031.a
orea 1076.b
ostrina 1102.b

P

Palla 13.a
pallula 13.b
pallium 14.b
palliolum 14.b
palliastrum 14.b
palludamentum 18.b
pannicularia 25.b
paragaudes,& paragaudæ 33.a
panacides 44.a
patagium 61.a
patagiata 61.a

pellis 86.a
pellenæa ueſtis 85.b
pellicea 86.b
peniculamentum 93.b
penula 95.b
peplus 96.b
pera 99.a
peripetaſma 123.b
periſcelis 124.b
periſtroma 125.a
perizonium 126.a
petaſus 158.b
pexa 76.b
phecaſius 163.b
phæcaſium 163.b
pileus 167.a
plagæ 179.a.b
polymita 203.b
præclauum 245.a
prætexta 277.b
præſina 282.a
pulla 367.b

Q

Quiſquiliata 419.b

R

Ralla 430.b
rechedipna 443.b
recinium,recimus 444.a.b
regilla,baſilica,trabia 469.b
recta tunica 470.b
redimiculum 457.b
reticulum 517.a
rheno 528.a
rica 533.b
ricinus,ricinum 533.b
ricula 533.b

S

ſacciperium 560.a
ſaga 565.a
ſagum 566.b
ſandalium 581.a
ſarranæ, Tyriæ, oſtrinæ, purpureæ, 591.a
ſcapularis 603.a
ſculponea 622.a
ſcutulata 623.a
ſegmentum 628.a
ſegmentatæ 628.a
ſemicinctium 642.b
ſidonia 679.b
ſindon 689.b
ſoccus 700.b
ſolea 705.b
ſpinter 740.a
ſpira 740.b
ſtola 767.a
ſtragula 769.b
ſtrophium 776.b
ſubcingulum 785.a
ſubligaculum 792.b
ſubligar 792.b
ſubminia 794.a
ſubucula 804.b
ſuccingulum 808.b
ſucula 810.b
ſudarium 811.b
ſuffibulum 812.b
ſupparus,ſupparum 836.b
ſynthеſis 860.a
ſyrma 861.b

T

Tænia 867.b
talaris tunica 869.a
talaria 869.a
teſſellatæ tunicæ 911.b
textilis 917.b
thalaſſina 918.a
thorax 926.b
tiara 931.a
tibiale 931.a
toga 940.a
toga cãdida,pura,palmata,picta,prætexta, puerilis, rara, raſa, uirilis 940.a.b
toral 846.a
torques 949.a
trabea 952.a
trilix 977.a
triumphalis 982.b
tunica,interula 993.b
tunica laticlaui 993.b
tyrianthina 1004.a
tyriæ 1004.b

V

Vdo 1012.b
uentrale 1039.a
uirgata ueſtis 1095.b
uiria, uiriola 1096.b
uitta 1009.b
umbella 1118.b
undulata 1122.b

Z

Zona 1166.b

AEDIVM PARTES.

Acroteria 56.b
ambrices 222.b
ambulacrũ,ambulatio 222.b
amphitalamus 237.b
ancones 247.a
andron 249.a
andronitis 249.a
angulus 252.a
antæ 264.b
antepagmenta 268.b.270.b
antes 269.a
apiarium 277.a
apodyterium 280.b
apotheca 282.b
appendix 285.b
aquarium,aquariolium 293.b
arcus 306.b
area 309.b
armarium 321.a
armariola 321.a
aſſa 339.a
aſſamenta 339.b
aſſer aſſerculi,aſſula 340.b.341.a
atrium 355.b
auiarium 372.b.373.a
aula 373.a
axis 389.b.390.a

B

Balineum 392.b
balnearium 393.a
balneum 393.a
baptiſterium 394.b
baſis 398.b
bero 406.a
bibliotheca 407.a
biclinium 408.b
bubile 435.b.426.b

C

Camera 470.a
caminus 470.a
canalis 473.a
cancelli 473.b
cantherij 482.a
capreolus 484.b
capſulæ 493.a
cardo 500.a
caryatides 509.a
caſeale 510.b
catenatio 520.a
cauædium 525.a
caula 527.a
cauea 524.b.534.b
cella fructuaria, olearia, torcularia, uinaria,defructaria, fœnilia, palearia, 543.a.b
cella 543.a
cellula 543.b
cellarium 543.b
chartophylacium 574.b
chenoboſchium 576.b
chors 582.a
circuncolumnium 599.a
ciſterna 609.b
clauus trabalis 624.b
clibanus 628.a
cloſtrum 631.a
cochlea quæ & ſchalæ cochlides dicuntur 636.b
cochlides 637.a
cochlidium, quod & cochlydis dicitur 637.a
cœnaculum 640.b
cœnatio 640.b
cæton 54.a
columbarium 671.a
columen 671.b
concameratio 712.a.b
conclaue 722.a
conopæum 756.b
conſpicilium 777.a
contabulatio 786.b
coquina 812.a
corium,coria 817.a
coronæ 821.a
coronis 822.b
crepido 842.a.b
cruſtæ 855.b
crypta 857.a
cryptoporticus 857.a
cubiculum 858.b
culina 860.b
culmen 860.b

D

Deliciæ 938.b
deliciares tegulæ 938.b
deliciatum tectum 938.b
deliquiæ 940.b
diæta 989.a
diſpluuium,diſpluuiatum 1037.b
dormitorium cubiculum 1077.b.178.a

E

Epiſtylium 66.b
equile 72.b

F

Faſtigium 216.b
feneſtra 224.b
feneſtella 224.b
focus 267.b
fœnile 871.b.272.a
fórica 277.a
fóris 277.a
fóricula 277.b
fórnax 280.b
fórnix 281.a
fórnicatio 281.a
fóruli 277.a
fiernus 316.b

G

Gradus 349.a
granarium 353.b
guſtatorium 363.b
gynecæum 364.b

H

Hara 379.a
horreum 410.a
hypocauſtum 423.b
hypogeum 423.b

I

Ianua 430.a
imbrex 449.a
impages 457.a
impluuium 467.a
incumba 499.b
infurnibulum 527.b
iſodomon 507.a

L

Lacus 638.a.b
lacuſculi 638.b
lacunar 639.b
lar 649.b
lararium 649.b
later 653.a
latrina 655.a
lauatrina 659.& 655.a
lignum 688.b
limen 690.b
lorica 713.b

M

Melitton 801.a
mellarium 798.b
membrum dormitorium 803.a

N

Neſſotrophium 943.b

O

Odeum 1036.a
oſtium 1101.b

P

Paradromis 33.a
paraſtades 35.b
paraſtatæ 35.b
parietina 41.a
parietes intergerini 41.a
patibulum 65.b
pectinatum tectum 76.b
penetrale 93.a
penarius 89.a
penaria 96.a
penuarium 96.a
penuarius 96.a
pergula 118.b
peridromis 121.b
periſterotrophium 124.b
periſtylium 124.a
perſonæ 142.b
peſſulus 157.a
petaurum 158.b
pila media 166.a
pilæ 166.a
pinacotheca 168.a
pinnaculum 170.a
pluteum 190.b
podium 193.b
polubrum 201.b
pomarium 204.b.207.a
porcæ 218.a
porticus 221.b
poſtis 232.b
primarius lapis 290.b
proceres 303.a
proceſtrium 303.a
prochyta 303.a
procœtion 303.a
procœton 304.b
proiecta 304.b
proiectura 320.a
promptuarium 320.a
propylæum 326.b
protecta 338.b
prothyrum 346.a
pſeudotyrum 347.b
puluini 356.a
puluinum 370.a
puteus 370.a
378.b

R

Repagula 491.a

S

Sacrarium 562.a
ſcalæ 600.b
ſcrinium 620.a
ſcandula 602.a
ſcapus cardinalis 603.a
ſpeculare 732.b
ſphæriſterium 738.a
ſpiramentum 742.a
ſtabulum 750.a
ſtillicidium 760.a
ſtylobata 780.a
ſubgrunda 789.a
ſubgrundatio 789.a
ſubtegulanea 802.b
ſudatorium 811.b
ſuggrunda,ſuggrundia 816.a
ſuperliminare 832.a

T

Taberna 863.a
tabularium 865.b
tabulatum 865.b
tectum 881.b
tegulum 882.b
telamones 883.a
tepidarium 902.b
teſſerulæ 911.b
teſtudines 914.b
thalamus 918.a
tholos 926.b
tibicines 931.b
tignus, tignum 932.b
tigillum 932.b
trabs 952.b
tranſenna 961.b
tranſtra 967.a
triclinium 875.a

V

Vacerra 1005.b
ualetudinarium 1013.a
ualuæ 1015.a
uaporium 1016.b
uerſura 1055.a
uertices 1057.b
ueſtibulum 1063.a
ueſtiarium 1066.b
ueteraria 1069.a
uiridarium 1097.b

X

Xiſtus 1164.b

AEDIVM SVPELLEX ET ornamenta.

Bacus 5.b.6.a
abaculus 6.a
abaculi ibid.a
abax 6.b
accubitum 41.b
aconita 54.b
acrotophorum 56.a
acus 59.b
ahenum 179.b
alea 191.b
alueus luſorius,alueolus 215.b
ames 223.b
ampulla 241.b
amyſtis 244.a
anabatrum 244.b
anaclinterium 245.a
anaclinteria 245.a
anaglypta,anaglypha 246.a
aqualis,aquarium 294.b
aqualiculus 294.b
aquiminarius 29.b
arca 301.a

arca loculata 301.a
arcula 301.a
arculus 306.b
arculum 306.b
argentum 313.a
amariolum 321.a
aſcopera 332.a
atramentarium 354.b
auricularium ſpecillum 378.a
auriſcalpium 378.a
aulæa 373.b

B

Bacrio 390.b
balteus 393.b
batillum 398.b
batiocus 399.a
biſellium 412.a.b
bilga 438.b
bulla 438.a

C

Cacabus 440.a
cadurcum 446.b
calamiſtrum 458.b
calamus 458.b.559.a
calathus 459.b
calathiſcus 459.b
calix uitreus 462.b
caliculus 463.a
calpar 466.b
candela 474.a
candelabrum ibid.a
caniſtrum 477.b
cantharus 481.b
capis 491.a
capſa 493.a
capſula 493.a
capulus 493.a
carchefium 499.a
carnarium 505.a
catinus,catinum 521.a
catillus,catillum 521.a.b
cento 548.b
ceræ 552.b
ceruical 565.b.566.b
chytra 585.b
chytrapus 585.b
ciborium 585.b
circites 597.b
cirnea 608.a
ciſſymbium 609.a
ciſta 609.a
ciſtula 609.b
cline 629.a
cochleare 637.a
colum 670.b
colus 672.b
conchyliata periſtromata 715.b
concoprum 756.b
conſpicillum 777.a
corbis,corbula 814.b
cotes aquariæ 832.a
crater, cratera 837.a
craterra 837.b
craticula 838.a
crenæ 841.a.b
crepundia 893.a
cribrum 845.b
cubile 858.a.b
cucurbitula 859.a.b
culcitra 860.a
culeus 860.a.b
culina 860.b
culter 862.a
culullus 862.b
cunæ 865.b
cunabula 865.b
cuneus 866.b
cupa 867.a
Cyathus 883.a
cylix 885.b
cymbium 886.a

D

Dentiſcalpium 952.b
diota 1022.b
diſcerniculum 1030.a
diſcubitorius lectus 1033.b
diſcus 1033.b
dolium 1065.b

E

Echinus 7.b
epiſtomium 66.b

F

Flabellum 262.a
flagellum 255.b
follis 274.b
forfex 276.b
forma 278.b
fritillus 296.b
fulcrum 307.b
funda 310.b
fuſcina 318.a.b
fuſus 319.b

G

Gabata 320.a
galeola 321.a
gazophylacium 325.a
glomus 344.b
grabatus 349.b
grallæ 351.b
graphium,graphiarium 354.a
guttus 364.a

H

Hippoperas 401.b
hoſtorium 414.a.b
hydria 420.a

I

Igniarium 439.a
incerniculum 485.a
infundibulum 527.b
infurnibulum 527.b
inſtratum 559.a

L

Lagena 642.a
lampas 643.b
lanx 646.b.647.a
laterna 653.b
lebes 662.a
lectus 662.a.b
lectus cubicularius 662.b
lectica 662.b
lecticula 662.b
lecythus 662.b
librariæ 682.b
ligula 694.b
loculamenta 706.b
lodix 708.a
lora |713.b
lucerna 733.b

M

Mactra 742.b.743.a
magis 746.a
malleus 754.a & b
malluuium 754.b
manubrium 774.a
mantelum 768.b
mantica 769.a
mappa 774.a
matta 787.a
mitula 787.a
matella 787.a
mazonomon 790.a
millus 832.a
modiolus 847.b
monopodium 863.b
mortarium 874.a
muſcarium 901.a
muſtricola 902.a
myxos 910.a

N

Naſiterna 919.a.b

O

Obba 998.b
obſtragulum 1017.b
octophorum 1032.b
œnophorum 1040.b
olla 1051.a
orbis 1079.a
orca 1080.a

P

Pala 8.b
panarium 21.b.25.a
paropſis 47.a
patella 61.b
patera 65.a.b
patina 66.a
pecten 76.a
pegaſus 83.a
peluis 89.a
pelluuium 88.a
penicillus 93.b
peripetaſma 123.b
periſtroma 125.a
phiala 170.b
piſcinæ 174.a
piſtillum 174.b
plagæ 179.b
plutei 191.b
pluteus 191.b
poculum 192.b
polúbrum 201.b
polymyxos 203.b
poterium 235.b
trapezophoron 968.a
tripes 978.b
trulla 985.b
tudicula 988.a

V

Vagina 1009.b
uas 1018.b
uerticulum,uerticillum 1057.b
ueru 1058.a
ueruculum 1058.a
ueſtiaria arca 1066.b
uidulum 1080.b
uitrea 1109.a
umbella 1118.b
umbraculum 1119.a
urceus 1142.b
urna 1144.a
urnarium 1144.b
urnula 1144.b
uter 1150.b

Z

Zona 1166.b

ARBORES.

Abies 12.a
acer 43.a
acrifolium,lotos 55.b
ægilops 107.b
ægiros,populus nigra 108.a
æſculus 134.a
agria,aria,aquifolium,aquifolia 177.a
albas ſpinus 186.b
alnus 206.b
amygdala 243.b
anacardium 245.a
aquifolia 294.b
aquifolium 294.b
arbutus 300.b

B

Balſamum 393.b
bdellium 399.b
bumelia 438.b
buxus 438.a

C

Camarina 469.b
caprificus 492.b
carpinus 506.a
caſtanea 513.a
cedrelate 539.a
cedrus 539.a
ceraſus 554.a
cerrus 558.b
cinnamum 596.a
ciſthus 609.b
ciſthum 611.a
citrus 672.b.673.a
colutea 750.a
conifera 756.a
conoides 808.b
conus 820.a
cornus 831.b
corylus 869.b
cupreſſus 886.b
cyma 888.a
cyparíſſus 888.b
cypros,uide liguſtrum 889.a
cyprus

D

Daphnon 897.b
dryophites 1082.a

E

Elate 28.b
equiſetum 72.b
erineon 77.a
erice 75.b

F

Fagus 203.b
farfarum 213.a
farſagium 213.a
ficus 239.b
fiſtula 255.a
fraxinus 292.a
frutex 303.b

G

Geniſta 329.a

H

Hebenus 383.b
hemeris 388.a

I

Ilex 441.a.b
iuglans 616.b
iuniperus 620.a

L

Larix 651.a
laſerpitium 652.a
laurus 660.a
lentiſcus 667.b
liguſtrum,cypros 690.a
lotos,lotus 716.b

M

Malobathrum 755.a
malus 755.b
malus Aſſyria 755.b
medica arbor 755.b
meſpilus 820.b
molluſcum 859.a
morus 874.a
myrrha 908.b
myrtus 909.a

N

Nardus 913.a
nerium 941.a
nigella 947.a
nux Græca 996.a

O

Olea 1048.a
oliua 1050.b
opicrus 1074.b
opulus,o berus 1074.b
ornus 1089.b

P

Palma 16.a
phyllon 161.a
picea 162.a
piceaſtrum 162.a
pinea 168.b.171.a
pinus 171.a

pinaſter 171.b
piper 172.a
platanus 182.a
pomus 207.a
populus 217.a
prunus 354.a
pyrus 383.b
pyxis 385.a

Q

Quercus 403.b

R

Robor uel 539.a
robur 540.a
romula 542.b
roſmaris 544.b
rumpotinum 553.b
rumpotinus 553.b

S

Salix 573.a
ſambucus 578.a
ſapinus 585.a
ſentis canis 652.a
ſiliqua 684.a
ſmilax 699.a
ſorbus 720.a
ſpathe 727.a
ſpinus 740.a
ſtatice 752.b
ſtrobilus 774.a ſtrobus 374.b
ſtyrax 781.a
ſuber 788.b
ſycomorus 852.b

T

Taxus 879.b
teda 880.b
terebinthus 903.b
tilia 933.a
tribullus 971.b
tuber 988.a

V

Vacinia 1006.a
ulmus 1114.a
unedo 1122.b

Z

Zizipha 1166.a

ARBORVM FRVCTVS.

Achras 50.b
acinus 53.b
acrodrya 56.a
amygdalum, nux Græca, nux Thaſia, 243.b
apyrinum 294.b
arbutum 300.b.301.a
aſinina pruna 334.a
auellana 366.a
aureum malum 379.b

B

Bacca 390.a
balanus 391.b
balanus myrepſice 391.b
balani 391.b
baſilica nux 397.b

C

Calliſtruthiæ 464.b
calix 469.a
calyculus 469.b
carica 501.b
caryon 509.a
caryopon 509.a.b
caryota 509.b
caſtaneæ 513.a
cedris 539.a
ceraſum 554.a
chryſomela, Armeniaca 584.b
citrea mala 611.a citrium 611.a
coluteum 673.a
colymbades 673.a
comarus, uuedo, arbutum 675.a
congylis 750.a
conus 808.b
cornum 820.a
corylus 831.b
corymbus 831.b.832.a
cotona, coctona, cottona, cotana, cocta=na, cottana 834.a
cotoneum 834.a
cruſtumina pyra 856.a
cucurbitina pyra 859.b
cydoneum malum 885.a
uide cotoneum 834.a

D

Dactyli 892.a
drupæ 1081.b
dryopteris 1082.a
dryos 1082.a
dryopetes 1082.a
duracina perſica 1094.a
duria nux 1092.b

E

Elaterium 28.b

F

Ficus 239.b
fugacia poma 306.b

G

Galbanus 320.b
galbulus 321.a
galla 321.b
glans 342.a
glans caduca 342.a
glans cerrea ibid.a
glans fagea ibid.a
glans iligna ibid.a
glans quernea ibid.a
granatum 353.b
groſſus 361.b
groſſulus 361.b

M

Mala aurea 755.b
mala peluſiana 755.b
mala roſcida 755.b
malum 755.b
malum citreum ibid.b
malum punicum ibid.b
malum granatum ibid.b
malum perſicum ibid.b
malum orbiculatum ibid.b
melapium 799.b
melimelum 800.b
melones 802.a
meſpilum 821.a
molluſca 859.a
morum 874.a
muſtea 800.b
myrobalanum 908.a
myrrha 908.b

N

Nicolai 945.b
nux 995.b
nux auellana 996.a
nux calua 996.a
nux baſilica 996.a
nux Græca ibid.a
nux Perſica ibid.a
nuces caſtaneæ, iuglandes ibid.a
nuces pineæ ibid.a

O

Olea 1048.b
oliuitas 1051.a
orbiculata poma 1079.a
orchis, uel orchites 1080.b

P

Palma 16.a.b
palmula 16.b
pauſia, uel pauſea 73.b
perſica mala 141.b
piper 172.a
piſtacium 174.b
pomum & poma uide 206.b
prunum 354.a
pruna aſinina ibid.a
pruna autumnalia ibid.a
pruna cerea ibid.a
pruna damaſcena ibid.a
pyrum 383.b
pyra autumnalia 384.a
pyra cucurbitina 384.a
pyra pecumana 384.a
pyra libralia ibid.a
pyra mammoſa ibid.a
pyra onuchina ibid.a
pyra ordeacea ibid.a

Q

Quiſquilium 419.b

R

Radij 428.b
radiolus 429.b

S

Saccharum 561.a
ſarcocolla 588.a
ſerotina poma 668.b
ſorbum 720.a
ſpineolus 739.b
ſtlata 763.a
ſtrobilus 774.a
ſtruthia mala, ſtruthiomela 776.a
ſycon 852.b

T

Taminia 870.b
teſtacea pyra 912.a thebaicæ,

thebaicæ, thebaides 920.a
tophacea pyra 945.b
tricoccum 975.a
tuber 988.a
turbinata pyra 996.b

V

Vnedo 1122.b
uocontia 1127.b
uolema 1128.a

Z

Zizipha 1166.a

ARBORIS partes.

Alburnum 186.b
articulus 330.b

B

Balteus 393.b
bruſcum 434.a
bryon 435.a

C

Cani, uilli arborum 476.a
capitellum 497.a
caro arborum 505.a
caudex 524.a
centura 550.b
ciccum 588.a
coma 674.a
cortex 829.b
crena 841.a.b
crus arboris 855.b

D

Dryopſelon 1082.a

F

Feſtuca 51.a
fibræ 52.b
flagellum 68.a
folium 84.b
folliculus 85.a
frons 106.a

I

Indusium 302.a
iulus 401.b

L

Lana 424.b
lanugo 426.a
liber 457.a

M

Mamma 526.b
mater 545.b
matrix 545.b
materies 547.b
materia 547.b
muſcus 643.a

N

Nodus 690.b.
nucamentum 709.a

O

Oculi 755.b

P

Panicula 24.b.27.a
pediculi 155.a
perna 131.a
petiolus 159.a
pollex 199.b
pulli 368.a
pulpæ 369.a

R

Radix 429.a
ramus 431.a
raptum 434.b

S

Scamna 601.b
ſcutula 622.b
ſpadones 725.a
ſpathe 727.a
ſpathalium 727.a
ſtirps 762.b.763.a
ſtolo 767.b
ſtylus 780.b
ſurculus 844.a

T

Tabulata 865.b
taurus 879.a
termes 906.a
tiliæ 933.a
truncus 986.a
tunica 994.a
turbo 996.a
turio 997.a

V

Venæ 1032.b
uertex 1057.a
uilli 1084.a
uiſcum 1102.b
unguis 1123.b

Z

Zingiber 1166.a

GEMMAE SEV lapides pretioſi.

Achates 48.a
æcides 126.a
æriziſa 126.a
ætites 141.a
ageratus 159.b
alabandicus lapis 183.a
alabaſtrites 183.a
alectoria 192.a
amethyſtus 224.a
ammochryſus 229.a
ammonis cornu 229.a
amphitane 237.a
amygdalites 243.a
amyſtis 244.a
androdamas 248.a
antachates 264.b
anteros 269.a
anthracites 270.a
antipathes 270.a
aphroſelenus 278.b
apſyctos 292.a
apyrotos 294.a
arabica 296.b
arabicus lapis 296.b
argenon 313.a
aromatitis 324.a
aſbeſtos 330.b
aſias lapis 334.b
aſpilates 338.a
aſteria 347.b
aſtrapias 349.a
aſtrios 349.b
aſtroites 349.b
aſueſtus 351.b
atizoes 345.b

B

Baccæ 390.a
balanites 391.a
baptes 394.b
beryllus 406.b
bodones 417.a
bolenia 418.a
borea 426.a.b
boria 426.a
borſycites 426.a
boryptes 426.a
boſtrychites 426.b
botrytes 427.a
brontia 433.b
bubbatio 435.b
bucardia 436.a

C

Cadmia 442.a
calculus 460.a
calx 468.a
cantharias 481.b
capnias 491.b
capnitis 491.b
carbunculus 498.a
carchedonius 499.a
carcinias 499.b
cardiſce 500.a
catochites 521.b
catopyrites 522.a
celmus 544.a
cenchrites 545.b
cenchron 545.b
cepionides 552.a
cepites ſiue cepocapitas 552.a
cerachates 553.b
ceramites 554.a
ceraunia 554.b
chalazias 569.b
chalcophonos 570.b
chalcoſmographos 570.b
cheramydes 576.b
chernites 577.a
chlorites 580.a
choaſpites 580.b
cholos 581.a
chryſites 584.a
chryſoberillus 584.a
chryſolampis 504.b
chryſolithus 584.b
chryſophis 584.b
chryſopraſus 585.a
chryſopteros 585.a
ciſsites 609.a
coralium 813.b
corallis 813.b
coraloachates 813.b
corneolæ 817.b
crocallis

crocallis 851.a
crocias 851.a
crotalia 832.b
cryſtallus 857.a
cyamea 882.b
cylindri 885.b

D

Dactylus 891.b
dendrachates 949.b
dendritis 949.b
dionyſias 1022.a
diphris 1022.b
draconitis 1080.a
dryites 1082.a

E

Edrites
ecardia
echitis
encardia
enhydros
enorchis
epimelas
eriſtalis
eumetris
eupetalos
eureos
eurotias
euſebes

G

Gagates 320.a
galactites 320.a

H

Hæmathites 374.b
hæmatites 347.b
hammites 378.a
hepatites 388.b
hephæſtites 388.b
heraclius 389.a
hieracites 397.b
hormeſion 408.b
hyacinthus 419.a

I

Iaſtis 431.a
iaſpachyx 431.b
ion 597.b

L

Leontios 869.a
lepidotes 869.b
leucachates 672.a
leucochryſos 672.b
leucogæa 672.b
leucophthalmos 673.a
leucoſticos 673.a
libanochnes 677.b
limoniates 692.a
liparis 696.b
lychnites 735.a
lycophthalmos 735.b
lyncurium 737.a

M

Meconites 790.b
melampygus 799.a
melichros 800.a
melichryſis 800.a
melites 800.a
melitio 801.a
meſomelas 820.b
mithrax 843.a
melochites 859.b
morion 869.b
morochthus 869.b
murrhæ 896.b
myrmecias 908.a
myrmecites 908.a
myrrhites 969.a

N

Naſamonithes 915.a
nebrites 927.a
notia 972.b
nymphæa 997.a

O

Obeliſcus 1000.b
ochra 1030.b
ombria 1053.a
onychi puncta 1050.a
onyx 1058.b
opalus 1059.a
ophicardelus 1062.b
ophites 1063.a
orca 1080.a
oſtracias 1012.a

P

Pæantides 6.a
pæderos 6.a
pancros 22.a
pancrus 22.a
paneros 24.a
pangonitis 24.b
panſebaſtos 26.a
paonites 34.a
paraſtades 35.b
parcidios 37.b
phaſſachates 168.b
phenidites 169.a
phycites 180.a
phyſes 161.a
polia 198.a
polygrammos 203.a
polyrrix 204.b
polyzonos 204.b
pontica 213.a
praſius 282.a
praſoides 285.b
pſaronius 355.a
pyten 382.a
pyrites 382.b
pyrocles 383.a
pyropus 383.a

R

Rhodites 531.a

S

Samothracia 579.a
ſandaſtros 581.b
ſange non 582.a
ſapphirus 586.b
ſarcites 588.a
ſarcophagus 588.a
ſarda 588.b
ſardachates 588.b
ſardonyx 594.b
ſaurites 597.b
ſcarites 603.b
ſchiſtus 608.a
ſcorpites 617.b
ſcrupus 620.b
ſcrupulus 621.a
ſelenites 638.b
ſiderites 678.b
ſmaragdus 698.b
ſolis gemma 785.a
ſpecularis 733.a
ſpongites 746.b
ſteatites 755.a
ſtrombites 774.b
ſycites 852.b
ſynephites 859.a
ſynochites 859.b
ſyringitis 861.b
ſyritis 861.b
ſyrtitæ 862.a

T

Teriæ 867.b
telicardios 883.b
theamedes 919.b
thyites 929.b
topazius 945.b
tophus 945.b
trichrus 974.b
triglites 976.b
triophthalmus 978.a
Veientana gemma 1025.b

HERBAE.

Abiga
abrotonum, abrotonitis 18.a
abſynthium 25.a
acanthis, uide Pappus 29.a
acanthus 28.a
acetoſa, uide oxalis 110.b
achilleos 49.b
achimenis 50.b
aconitum, cammaron, theliphonū, ſoorpion, myoctonum 54.a
acorum, acorus, galanga 54.b
acus parua paſtoris, uide ſaxifragum
adiantum, capillis Veneris 75.a
adipſos 77.b
ægilops, orobanche 107.b
ægoceras, uide bucceras 109.a
ægonychon, lithoſpermon, millium ſolis 109.a
æra, orobanche, lolium 125.b
æthiopis 141.b
agaricum fungus 154.b
ageraton 159.b
aglaophotis 162.a
agnus, agnos, agnus caſtus, uitex 164.b
agricantha 177.b
agricordamum, lepidium, hiberis 177.b
agrimonia, eupatorium 177.b
agnon nardum 177.b
agriophyllon 177.b
agriopſilinum 177.b
agri palma, galeopſis 177.b
agriſis 178.b
agroſtis 178.b
aiuga, uide chamæpitys 571.b
aizoon, iombarba, uermicularia, 181.a
alapathus 184.a
albucium, uide alimon 186.a.196.a
albucum, anthericum, haſtula regia, aſphodelon 186.a
alcea, bifmalua 189.a
alcibiadion 189.b
alcibion 189.b
alectorolophos 192.b
alera, uide alimon 196.a
alga 195.a
alga marina, uide fucus marinus 195.a
algidenſis rap. 195.b
alimon, altera, albucium, alimos, 196.b
aliſma 198.a
aliſti 198.a
allelui 203.a
alliaria 203.b
allium 205.a
alloſcorodon 205.b
aloe 208.b
aloite 209.a
alopecurus 209.a
alſine, myoſota, muris auricula, cento, pauarina 210.b
altercagenum, altercum, hyoſcyamus, ſabaporcina 213.a
althea, ariſtalthea, hibiſcus, biſmalua maluauiſcum 213.b
alum 215.b
alypon, alypia, turpet candidum, 217.b
alyſſon, rubia minor 217.b
amaracus, amaracum, ſampſuchum, maiorana, parthenium, matricaria, marus 219.a
amaranthus 219.a
ambroſia, botrys, artemiſia 222.b
ambubeia, ambugia, cichorium, intubus erraticus, picris 222.a
ambugia 222.a
amello 223.a
amerimnon 223.b
amethyſtus 224.a
amorgine 234.b
ampelos agria 235.b
ampeloleuce 235.b
ampelopraſon 235.b
anabaſis 244.b
anabula 244.b
anacampſerotis 245.b
anactorion 245.b
anagallis, morgelina, gallinæ morſus, 246.a
anagyris 246.a
anarrhinum, antirrhinum, Bucramo, oculus cati 246.b
anaxyris 246.a
anchuſa, orcaneta 246.a
andracoqua 247.a
andrachne 247.b
andrachne agria 247.b
androſaces 249.a
androſæmon 249.a
anemoſphoros 249.a
anemone, othone 249.b
anethum 249.b
angelica, laſerpitium 250.b
aniſum, acetum 258.b
anonis 264.a
anonymos 264.b
anthemis, cranthemon, camæmelon, camomilla 269.b.270.a
anthericum, uide albucum 186.a
anthriſcum 270.b
anthropomorphon 270.b
anthyllion 270.b
anthyllis 270.b
anticantharus 270.a
anticellium 270.a
anticyricon 270.a
antimelon 270.a
antiſcorodon 270.b
anubias 272.b
apathe 274.a
aphaca 277.b
aparine, uide Lappa 275.a.648.b
aphrodilorum, uide aſphodelus 337.a
aphron 278.a
aphroſcoredon 278.a
apiaſtrum, apium ſylueſtre, meliſſophyllon, meliphyllon, melinon 278.a
apios 279.a
apium montanum, uide oreoſelinum, 797.a
apium riſus, uide batrahium 279.a.399.a
apium ſelinon, hilioſelinum, hypoſelinum 279.a
apollinaris 279.a
apronia, uide bryonia 291.b.435.a
aproxis 291.b
aquilina 294.a
arabis 296.b
aracos 296.b
archezoſtis, uide Cedroſtis 303.b.539.a
arcion 305.b
arcophthalmon 305.b
arcophyton 305.b
arction 305.b
arduena 307.a
argemon, argemone, canaria lapa 319.a
argemonia 313.a
arianis 318.b
arida 318.a
aris 318.a
Ariſaron 318.a
ariſtalthea, uide althea 318.b.213.b
Ariſtercon 318.b
ariſtidia 318.a
ariſtolochia, malum terræ 318.b
armoniacia, armoraca, armon Pontici, 322.b
arnoglоſſa, plantago, uide plantago 323.a.181.a
aron bulbigenus 324.a
arſenogonon 328.b
artemidon, uide dictamus 1001.b
artemiſia 329.b
aſarū, nardū ſylueſtre, Martis ſanguis, perpenſa, baccar, baccara 330.b
aſcalonia 331.a
aſclepias 332.a
aſclepion 332.a
aſcyron 333.a
aſpalathus, uide dipſacō 334.a.1023.b
aſparagus 335.a
aſparagus Gallicus, uide batis 399.a
aſperugo 337.a
aſphaltion 337.a
aſphodelus, anthericon, albucū, aphrodylorum 337.a
aſplenū, hemionīō, ſcolopēdrion, 339.a
aſtaphiſagria pedicularis pituitaria, 347.a
aſter, uide bubonium 347.b.436.a
aſtericum 347.b
aſterion 347.b
aſtragalus 348.b
aſyla 351.b
ateramnos 354.b
atractylis 354.b
atraphaxis 354.b
atreplexum 354.b
atriplex 355.a
auricula muris, uide alſine 210.b.375.b

B

Baccara, uide aſarum 330.b
bacchar, nardum, ruſticum, caryophillos 390.a
balis 392.b
ballaris 392.b
ballote, marrubium, balſamita, uide ſiſymbrium 393.a.696.a
barba hircinia, uide come 676.a
baſilicum, uide ozymon 1107.b
batis, crethmon, crithmon, crethamarina, aſparagus Gallicus 399.a
batrachium, renunculus, herba ſardonia, apium riſus 399.a
bechian, tuſſilago, ungula caballina, 400.b
bela 407.a
betanica 407.a
bipennella 412.a
bislingua 412.b
biſtorta 413.a
biſtulat, uide althea 213.b
blechnon 416.a
blechon 416.a
blitum 416.a
boaria lappa 416.a
bocchion, uide farſugium 213.a
botrys, uide ambroſia 426.b
bouis lingua, uide buglоſſos 438.a
brabyla

brabyla 427.b
branca ursina 492.b
brassica 492.b
britannica, sideritis 432.b
brathus 430.a
brya 435.a
bryon, herba corallina 453.a
bryon, lupus salictarius 435.a
bryonia, uitis alba, bryonia nigra, chironia, gynecanthon, apronia 435.a
bubonium, aster 463.a
bubula lingua, uide buglossos 438.a
bubulum femur 436.a
bucephalus 437.a
buceras, ægoceras, filicia 437.b
bucheis 437.b
bucolicon, panax agrestis 426.a
bucranium 437.b
buglossos, buglossum, bouis lingua, bubula lingua; cuphrosynum 438.a
bulapathum 438.a
bulbine 438.a
bulbus 438.a
bulbi, radices 438.b
bunias 438.b
bunion 438.b
buphthalmos 438.a
buphonum, chamæleon, ixium 438.a
bupleuros 438.a
bursa pastoris 438.a
buselinum 438.a

C

Castos 441.a
cacubalum 441.a
calamandrina, uide chamædrys 571.b
calamintha, cæta, nepeta 458.a
calcifraga, uide empetron 46.a
calligonon, polygonon, uulgò sanguinaria 463.a
callitrichon, polytrichon, callistrichon 464.a
callitrix 464.a
caltha, calendula, calendula, scorpionides, leontopodium 466.b
camæmelon, uide anthemis 269.b
cammaron, uide aconitum 54.a
camomilla, uide anthemis 269.b
cania 476.a
canaria, uide argemon 319.a
candelaria, uide flammea 258.a
cannabis 478.a
cantabrica 481.b
capillaris, uide trichomanes 486.a. 874.b
capillus Veneris, uide adiantum 75.a
capnitis 491.b
capnos, fumus terræ, pes gallinaceus 491.b
caprifolium, uide periclimenos 120.a
carcinetron, polygonon, corigiola, centinodia mas 499.b
cardamon, nasturtium syluestre 499.b
cardamomum 499.b
carduus 500.b
careum 501.b
carex 501.b
caros 505.b
carpasinum 506.a
carpentariorum herba, uide scopa regia 615.b
carpesinum 506.a
carphos, buceras, telis 506.a
caryophyllus flos 507.a
cariophillos, uide bacchar 390.a
cariopon 509.a
carytis, mysinites 509.a
casia 510.b
casignete 510.b
cassutha 512.b
catanante 518.a
cataphysis 518.b
cataputia maior, uide lathyris 659.a
caucalis 523.a
caucon 523.b
caucales 527.b
cedrostis, uitis alba, ampeloleuce, ophiostaphylon, melothron, psilothron, archesostis, madon, bryonia 539.a
cemus 545.b
centauria, centaurion, chironion, fel terræ 548.a
centifolia 548.a
centinodia mas, uide carcinetron 548.a
centunculus 549.a
centumcapita, hecatoncephalon, eryngium alba, eryngium 550.a
cepe, cepa 551.a
cepæ 551.b
cepetum, cepitium 551.a
ceratitis 553.b
ceratia 554.b
ceratitis 554.b
cerinthe 557.a
ceruarius, limeum 565.a
cestron, cestros, betonica, serratula, psychotrophon 567.b
ceterac, uide scolopendrion 615.a
chærephyllon 569.a
chalceos 569.b
chalcetum 569.b
chamæacte 571.a
chamæcissos 571.a
chamæcyparissos 571.a
chamædaphne, uinca peruinca 571.a
chamædrys, trissago, querciola, calamandrina 571.a
chamælea 571.a
chamæleon 571.a
chamæleuce, tussilago 571.a
chamæmelon, leucanthemum, camomilla 571.a
chamæpeuce 571.b
chamæpuys, aiuga, iua 571.b
chamærops 571.b
chamæsice 571.b
chamæzelon, quinquefolium 571.b
charax idix 572.a
characias, expurgia, euigilium matutinum 572.a
charitoplepharon 573.b
chelidonia 576.a
chenomychon 567.b
chiliodynamis 577.b
chironeum 579.a
chironia, uide bryonia 579.a
chondrus 581.a
chrestον, cichoriū, crestō, pæratiū 583.a
chrysanthemon 583.b
chrysobalamis 584.a
chrysocalis 584.b
chrysocarpum 584.b
chrysocome 584.b
chrysogonum 584.b
chrysolachanon 584.b
chrysosphermon 585.a
chrysothales 585.a
cithorea, cithoreum 588.a
cithoreum, intubus, intybus 588.a
cicuta 589.a
cilindrum 591.b
cinara 592.b
cinnara 596.a
ciperum radix 596.a
circea 596.b
cirsion 608.b
cissanthemos, cyclaminos, sigillum Mariæ 609.a
cissus 609.a
cittampelos 611.a
clema 625.b
clematis, prouenca, uitalba 625.b
climopodion, pulegium montagnum 629.b
clymenos 632.b
cnicos, cnicus, cardamus 633.b
cnerion 633.b
cnidos 633.b
coix 653.a
codion 638.b
codiaminon 638.a
colocasia, faba Aegyptia, colocasium 666.b. 667.a
colocynthis cucurbitæ 667.a
colophonia 668.a
columbaris, uide peristereos 671.a. 124.b
combretum 675.b
come, barba hircina, uulgo barba petræ 676.a
condryllon, condrylle 732.b
condurdon, uide solstitialis 733.b. 705.a
consiligo 767.b
conuoluolus 808.b
conyza, cunilago, pulicaria 808.b
coramble 814.a
corchorus 815.a
corigiola, uide carcinetron 499.b
cori cesia 815.b
coriandrum 815.b
corimbas, menais 816.a
corion, chamæpuys, hypericon, perforata 816.b
coris 816.b
coririus 816.b
coronopus 822.b
corruda, asparagus syluestris, Libycum, minium 828.a
corydalis 831.b
corymbion 831.b
corymbites 831.b
costum 833.a
cotonaria, uide lanaria 645.a
cotonea 834.a
cotyledon, umbilicus ueneris 834.a
crambe 835.b
cratægonum, cratæogonum 837.a
crepis 842.b
crategis 837.a
cretha marina, uidebatis 399.a
crethmon, uide batis 845.a
crinanthemon 847.b
cristæa 850.a
crithmum 850.a
crocodilium 851.a
crocum flos 851.b
crystallion, uide cynomyia 887.b
crystallion 857.a
cucumer 859.a
cucurbita 859.a
culix 860.b
cuminum 864.b
cunila pulicaris 867.a
cunila bubula, uide ligusticum 464.b
cunilago 867.a
cunymazis, cunilago 867.a
curmundula 877.b
cuscuta, uide orobanche 1093.a
cyamos 882.b
cyanos flos 883.a
cyclaminus, rapū & tuber terræ 884.a
cyminum, cuminum 886.a
cynocephalia, pulicaris 887.a
cynocrambe 887.b
cynoglossos 887.a
cynomazon 887.a
cynomorion, orobanchæ, tenia 887.b
cynomyia, publicaris, psyllion, cynoides, crystallion, sicelion 887.b
cynops 887.b
cynorrhodon flos 887.b
cynosorchis, orchis, testiculus canis 887.b
cynozolon, ulophonon 888.a
cyparissia 888.a
cyperus 888.b
cypros 888.b
cytmus flos 890.b
cytisus 890.b

D

Dactylus 892.b
Damassoniæ 893.b
daphnoides, polygonoides, laureola 897.a
daucus, pastinaca syluestris 899.a
dendrocissos 949.b
dendroides 949.b
dianaria 991.a
dictamus, artemidum 1001.b
didonie 1002.a
digitellum, uide sedum 1010.b. 636.a
dionysonymphas, cassignete 1021.b
diospyros 1022.b
dipsacon, aspalathus, cacubum, labrum ueneris 1023.b
dipsacos 1023.b
doris 1077.a
dorypetron 1078.b
drabe 1079.b
draco, uide pyrethrum 382.b
dracontiū, serpentana colubrina 1080.a
dracunculus 1080.a
dryophonon 1082.a
dryopteris 1082.a

E

Ebiscus, uide bibiscus 4.a
ebulum, ebulus 5.a
echimopus 7.b
echinus 8.a
echion, doriscat, alcibidion 8.a
echite 8.b
elaphoboscon, gratia dei 28.b
elatine 29.a
elelisphacos 30.a
elenium 30.b
enchusa 49.a
enduia, uide seris 660.a
enneaphyllon 52.b
empetron, calcifraga 46.a
enula campana, uide elenium 30.b. 55.b
ephedra 60.a
ephemeron 60.a
epimenidium 64.b
epipactis, elleborine 64.b
epipetros, acinus 64.b
equisetus 70.a
equisetum 72.b
eranthemon, uide anthemis 73.a. 269.b
erigeron, senecio 76.a
eringe alba, uide centumcapita 550.a
eriphia 77.b
eris 79.a
erithales, setum, semper uiuum 79.b
erogenneton 80.a
eruangina, uide orobanche 1093.a
eruca 83.a
eruilia 84.a
eringe, irringorum 86.a
erysithales 86.a
erythraicon 86.b
erythrodanum 87.a
eugalaston 98.a
eupatoria, agrimonia 102.b
euphorbia, euphorbium 1093.a
euphrosynum, bugloßios, buglossum, euphrosyne 103.b
euplea 103.b
euzomos, eruca 107.b. 108.a

F

Faba 184.a
Faba porcina, uide altercagenum 213.a
faba Aegyptiaca, uide colocasia 666.a 667.b
farfara, uide tussilago 999.b
farfugium, bocchion, iussilago, uulgo pas dasne 213.a
fel terræ 224.a
femur bubulum 224.b
ferula, nartex 236.a
ferus oculus 236.a
filix 247.a
filicula, polypodion 247.a
flammea, candelaria 258.a
flammula 259.a
fœniculum, uide marathrum 271.b 774.b
fœnumgræcum, telin, carphos, buceras, ægoceras, filicia 272.a
fucus 304.a
fucus marinus, alga marina, phycos, thalassion 304.a
fumaria 309.b
fumus terræ, uide capnos 491.b
fuluiana 369.a

G

Galanga, uide acorum 54.b
galeopsis, uide agripalma 177.b
genista, uide spartum 329.a. 726.a
gentiana 329.a
gladiolus 341.b
glastum 342.b
glaucium 342.b
glycirrhiza, uide adipsos 77.b
gnaphalium, chamæzelon, cotonaria 347.a
gramen 352.a
gratia dei, uide elaphoboscon 28.b
gith, uide melanthion 799.b
gynecanthon, uide bryonia 435.a

H

Halicacabum, solanum, strycnon, uesicaria 377.b
hastula regia, asphodolus, albucum 381.a
hecatoncephalon, uide centumcapita 550.a
hedera 384.b
hedyosmos, menta 385.a
helenium, enula campana 385.b
heliochrysos 386.a
heliotropium 386.a
helleborum 386.b
helxinæ 387.a
helxine, parietaria, muralis 387.b
hemionion, uide asplenium 339.a
hepatica 88.b
hermupoa 392.b
hesperis herba 394.a
hibiberis, uide agricordamum 177.b
hibiscus, ebiscus 395.a
hieranthemis filos 397.b
hierobatane 398.a
hilioselynum, uide apium 278.a
hippice 400.a
hippoglossa 400.b

hippolapathum,perſonata 400.b
hippomarathrum,myſineum, fœniculũ maius 401.a
hippoſelinum,oluſatrum 401.b
hippuris,uituperata,pilus terræ 401.b
hirculus 402.a
hyacinthus flos 419.a
hyoriſis 422.a
hyoſcyamus, faba porcina, altercum 422.a
hypericon,uide corion 423.a 816.b
hypoſelinum,uide apium 278.a
hyſſopas,hyſſopum 424.b

I

Inguinaria,argemone 532.b
intubus erraticus,uide ambubela, intubus,intubum,endiuia 587.a
intybum,ambigua 587.a. 588.a
inula 574.b
iombarba,uide aizoon 181.a
iris,lilium cæruleum 601.b
irringorum,uide eryngc 550.a
iſatis 605.b
iſchas,uide rhaphanoſagria 527.b
iſchomache 606.a
iſocinnamon 606.b
iua,uide chamepitys 571.b
ixium,uide buphonum 438.a
ixia 627.b

L

Labruſca 633.b
labrum ueneris,uide dipſacon 633.a. 1023.b
lactoris 638.a
lactuca 638.a
lada 639.a
lagopus 642.a
lantium 643.b
lanaria,cotonaria,gnaphalium 645.a
lanceolata,uide lonchitis 708.b
lapathum,oxalis 647.b
lappa,philangropos,aparine, perſonata 648.b
lappa maior,uide perſonata 142.b
lappago 649.a
lapſana 649.a
laſerpitium,uide angelica 652.a
lathyris,cataputia maior 654.a
lauer 658.b. 659.a
laureola,uide daphnoides 660.b. 897.a
lemonium 666.a
leontice,cacalia 669.a
leontopodiũ,uide caltha 669.b. 466.b
leontopetalon 669.b
lepidium 669.b
leucacantha 672.a
leucanthemis 672.a
libadium 677.b
libanotis,roſmarinus 677.b
libycum,uide corruda 828.a
lichen 688.a
liguſticum,panax,cunila bubula 689.b
liguſtrum 690.a
lilium 690.a
limeum,uide ceruarius 691.b
lingua 694.a
lingulaca 694.b
limoſoſtis,uide mercurialis 695.a. 815.b
limoſtrophon,uide marrubium 695.a. 780.b
lithoſpermum,milium ſolis 700.a
lolium,yuræa,zizania 708.b
lonchitis,xiphion,lanceolata 708.b
lotos 714.b
lupus,ſalictarius,lupulus 728.a
lutea 730.b
lutum 731.b
lychnis 735.a
lychnitis 735.a
lycopſis 735.b

M

machætonion, xyphion, gladiolus ſeu pugio 740.b
maiorana,uide amaracus 219.a
malache 753.b
maloion,lychnis 755.a
malua 755.a
maluauiſcum,uide althea 213.b
malum terræ 755.b
mandragora 763.b
manicon,doryenion,ſolatrum 766.a
manuabrum,fœniculum 774.b
marathus 774.b
mariſcum,mariſcus 778.a
maron 781.b
marrubium,philopeda,philocares, praſion,limoſtrophon 780.a
mathios 786.b
maſtos 783.b
matricaria,uide amaracus 786.b. 219.a
mattiſylua,uide periclymenos 120.a
medica,uide media 791.b. 792.a
medion,tritolium odoralium 793.b
melamphyllum 799.a
melampodium 799.a
melandryon 799.a
melanthium,nigella,melaſpermon, gith, melanthion 799.b
melilothos,ſertula campana 800.b
melimon,uide apiaſtrum 278.a
meliphyllon 801.a
meliſophyllum,apiaſtrum 801.a
melium 801.b
melocarpus 801.b
melothron,uide cedroſtis 802.a. 539.a
menais,uide corinthas 816.a
menta 813.b
menta Rom.uide ſiſymbrium 696.a
mentaſtrum,pulegium ſyluestre 813.b
mercurialis, limozoſtis, parthenion 815.b
meris 818.b
meſolericos 820.b
meſopharin 820.b
meum 827.b
miliaria 831.a
milium ſolis, uide ægonychon 831.a 109.a
millefolia,panax,ſideritis 831.b
militaris,uide ſtratiotes 770.b
millefolium,myriophyllon 831.b
miluinus pes 832.a
moloche 859.a
moly 859.b
molybdæna 859.b
morgelina,uide anagallis 246.a
morſus gallinæ,uide anagallis 246.a
murinum hordeum 898.a
muralis,uide helxine 387.b
myacanthon,corruda,ſyluestris aſparagus,Myacantha,Ruſius 906.a
myagros 906.b
myle 907.a
myophonon 907.b
myoctonos,radix aconiti 907.a
myoſota,uide aloſine 907.b
myriophyllon,millefolium 908.a
myrtopotalum 909.a
myſinites,uide carytis 509.b

N

Narciſſus flos 913.a
nardum ſyluestre, uide aſarum 913.a. 330.b
narthex 914.b
naſturtium 919.b
natrix 920.a
nectarea 930.b
nepenthes 937.b
nepeta,pulegium agreſte 938.a
nicophoros,uide ſimilax 699.a
nerium,uide rhododendros 941.a
neuris ſolamis,ueſicaria 944.a
neuroſpaſton, rubus canimus 944.a
nigella,uide melanthium 947.a
nyctalopa 996.b
nycleoretas 996.b
nigina 948.a
nymphæa,uulgò nenuphar 997.a

O

Ocymum 1035.b
oenanthe 1040.b
oleander,uide rhododendros 531.a
oluſatrum, hippoſelinum, ſmyrneum 1051.b
omphalo carpon, ampeloparcon, philantropon,omphacocarpon 1056.b
ophioctonon, elaphoboſcon, gratia Dei 1062.b
ophiogenium, elaphoboſcõ,cerui pabulum 1062.b
ophiuſa 1063.a
ophrys 1063.a
opioſtaphilos,uide cedroſtis 539.a
orcaneta,uide anchuſa 246.a
orchis,teſticulus canis 1080.b
oreon 1084.a
oreoſelimum,appium montanũ 1084.a
origanum 1085.b
orminium, ormimum 1088.a
orobanche, eruangina, cynomorion, cuſcuta 1093.a
oſiris 1099.b
oſirites 1099.b
othone,uide anemone 1103.a
oxalis,acetoſa 1106.b
oxylapathum 1106.b
ozænitis 1107.b
ozymon,baſilicum 1107.b

P

Pæonia 6.b. 7.a
panax agreſtis, uide bucolicon 21.b. 426.a
panaces 21.a
panerallon 21.b
papauer 28.a
pappus,ſenecio,acanthis 29.a
parietaria,muralium 41.a
parthenis 52.a
parthenium,matricaria 52.a
paſtinaca 60.b
paſtinaca ſyluestris,uide daucus 899.a
pecten ueneris 76.b
pedicularis,uide aſtaphis agria 155.a 347.a
pegamin 82.b
peleterium 84.b
pentaphyllon, quinquefolium 95.a
peplion,portulaca 96.b
pepo,pepones 96.b
perdicium,parietaria muralium 106.a
perforata,uide corion 816.b
periclymenos,periclymenon, uolucrum maius,caprifolium, matriſylua, materſyluarum 120.a
periſtereos,periſtereon,periſtreum,uerbenaca,columbaris 124.b
perpenſa 134.a
perſolata,ungula caballina 141.a
perſolata ſiue perſolyton 141.b
perſonata, petaſites, proſopion,lappa maior 142.b
perſonalia 142.b
pes gallinaceus,pedes gallinacei, caucalis,daucus ſyluestris 155.a
petaſites,uide perſonata 142.b
petilius,flos 159.a
petroſelinum 162.b
pertimborſa,cruciata 162.b
peucedanum,peucedanus 163.a
pezicæ,fungi 163.a
phalangites,phalangium, leucanthemõ, leucacantha 164.b
phalaris 165.b
phaſganion,xiphion gladiolus 168.a
phellandrion,helioſelinon 169.a
phenion 169.a
philetæria,uide polemonia 171.a
philocares,uide marrubium 780.a
philantropos,aparine,rebulus 171.a
phleos 175.b
phænicea 176.b
phonos,atractylis 177.b
phorbion,ormion 177.b
phrynion 179.b
phyllanthion,dyſticon 180.b
phyllanthes 180.b
phyllitis,uide aſplenum 339.a
piris 162.a
phyteuma 161.b
pimpinella 168.a
pimula,uide trichomanes 874.b
piperitis 172.b
piſtana,uide ſagitta 174.b. 566.b
pituitaria,aſtaphiſagria 175.b
plantago 181.a
pliſtolochia 109.a
plumbago 190.b
polemonia,philæteria 107.b
polion,polium 198.b
polyacanthos 202.a
polyanthemum 202.a
polycnemon 202.b
polygalon 203.a
polygonaton 203.a
polygonoides 203.a
polygonum,ſanguinaria 203.a
polypodium,filicula 204.a
polyrrhizon 204.b
polytrichon,polytrix 204.b
porrus 220.b
portulaca,uide peplion 96.b
potamantis,thalaſſeglen 235.a
poterio,phrynion,neurada 235.a
pothos 235.a
praſion,uide marrubium 780.a
praſium 282.b
proſerpinaca 342.b
pſeudobunion 355.b
pſeudonardos 357.a
pſicotrophon,uide ſerratula 242.b.
pſillothrum 356.a
proſopion,uide perſonata 142.b.
pſyllion,pulicaris 357.a
pſythia 357.a
pteris 357.a
pternica 357.a
pulegium 367.a
pulegium ſyluestre,uide mentaſtrũ 813.b
pulium 367.b
publicaria,uide conyza 808.b
pycnocomon 380.b
pyrethrum,draco 382.b

Q

Querciola,uide chamædris 571.b
quinquefolium,pentaphylon, pentapetes,chamæzelon 415.a

R

Radicula,ſtruthion, lanaria 429.b
ranunculus 431.b
raphanitis 432.b
raphanus radix 433.a
rapum radix 434.b
rapa radix 434.b
rapulum radix 434.b
rebulus,uide philantropos 171.a
reſeda 507.a
ranunculus,uide batrachium 399.a
rhacoma 526.a
rhaphanoſagria,apios,iſchas 527.b
rhodia radix 531.a
rhododendros,ſabina,oleander,rhododaphne,nerium 531.a
rhodora 531.b
rhopalos 532.b
roſmarinus,uide libanothis 544.b
rubia, rubra maior, rubra tinctorum 547.b
rubia minor,uide alyſſon 217.b
rumex 551.b
ruta 557.a

S

Sabina,brathy 559.b
ſagitta,piſtana 566.b
ſagmen 566.b
ſalicaſtrum 571.a
ſaliunca 572.b
ſaluia 576.b
ſampſuchum,amaracus 579.a
ſandaracha 581.a
ſandix 581.b
ſanguinaria 583.b
ſanguinalis 583.b
ſanicula 583.b
ſanſucus,amaracus,ſampſucus, ſamſucus 584.a
ſantonica,abſynthium,ſantoniciũ 584.a
ſardoa,ſardonia 594.a
ſatureia,cunila, origanum heracleoticũ 595.b
ſatyrion,teſticulus ſacerdotis 597.a
ſaxifragum, ſaxifraga, ſaxifragia, acus paruæ paſtoris,empetron 599.a
ſcammonia, ſcammonea, ſcammonium 601.a.b
ſcandix 602.a
ſcandulaca,conuoluulus 602.a
ſcariola 603.b
ſcilla,ſquilla,ſcella 610.a.b
ſcirpus 614.a
ſcolopendra,uide aſplenium 339.a
ſcolopendrion,ceteras 615.a
ſcolymos,ſtrobylus 615.b
ſcopa regia,millefolia, carpentariorum herba 615.b
ſcordium 617.a
ſcorclotis 617.a
ſcoroclon,allium,alliũ anguinum 617.a
ſcoroclopaſum 617.a
ſcorpion,uide aconitum 54.a
ſcorpius 617.b
ſcorpionides,uide caltha 466.b
ſcorpiuron 617.b
ſcylla 623.b
ſcythice 625.b
ſecuridata 631.a
ſedũ,ſemperuiuũ, aizoõ, digitellũ 636.a
ſelago 638.b
ſelinon,uide apium 639.a. 279.a
ſemnion,theombrotium 645.a.b
ſemperuiuum,louis barba 645.b
ſena 646.a
ſenecio,erigeron 647.a
ſeraphinus,orchis,triorchis 658.b
ſeriphum,ſeriphium,marinum 660.a

feris,inſyba,intybum,endiuia 660.a
ſerpyllus 664.a
ſerrata,triſſago 665.a
ſerratula,ceſtron,pſicotrophon 665.a
ſertula,meliloton 665.b
ſeſamoides 668.b
ſeſelis 669.a
ſicelion,uide cynomyia 887.b
ſideritis,ſideritis,ſigillum Mariæ,uide ciſanthemos 678.b
ſideron 678.a
ſile,ſeſolim,ſilatum 682.b
ſilicia,uide buceras 683.b. 437.a
ſiliqua 684.a
ſiliquaſtrum 684.b
ſilphium,laſerpitium 684.b
ſilybon 684.b
ſimilia 685.a
ſinapi,ſinape 689.a
ſinapi ruſticum,uide thlaſpi 926.a
ſion 693.a
ſiſarum,ſiſer 695.a
ſiſymbrium, balſamita, menta Romana 696.a
ſmilax,nicophoros,læuis 699.a
ſmyrneum,uide oluſatrũ 696.b. 1051.b
ſolaris,heliotropium 704.b
ſolſtitialis, condurdon 705.a
ſolanum,ſtrychnos 705.c
conſolida, Solidago 708.b
ſonchos, cicerbita 716.b
ſpargauium 725.a
ſpartum,geniſta 726.a & b
ſphacelus 737.b
ſpireon 740.b
ſplenion,uide teucrion 743.b. 916.b
ſpondylium,ſphondylion 746.a
ſquilla,ſcilla,ſcilla 750.a
ſtacte 750.b
ſtechetys 750.b
ſteliphiros 755.a
ſtratiotes,ſtratiotis,militaris,milleſolium
ſtrobilus 774.a & b. (770.b
ſtrumea, ulcerata.ſcelerata 775.b
ſtruthion,uide radicula 429.b
ſtrycnon,uide halicacabum 377.b
ſtrygnus 777.b
ſymmonianum,ſymmoniacum 856.b
ſymphonia 857.a
ſymphoniaca 857.a
ſymphiton 857.a
ſyriaca radix,laſerpitium 861.a

T

Telis,uide carphos 506.a
tenia,uide cynomorion 887.b
teſticulus canis,uide orchis 1080.b
teſticulus ſacerd.uide ſatyrion 597.a
t uch.as 916.b
teucrion, ſplenion, chamædris, chamædrope,triſſ go 916.b
thalictrum 918.b
theliphonum,uide aconitum 54.a
thelygonum 920.b
thelyphonon 920.b
thelypteris 467.b
theombrotios 922.a
thlaſpi, thlaſpidion, naſturtium tectorũ, ſinapi ruſticum 926.a
thryallis 928.a
thymbra 929.b
thymus 930.a
tithymalus 938.a
tragion 954.b
tragopogon 955.a
tragos 955.b
trichomanes, capillaris, pinnula,filicula adianton,politrichon 874.b
tricoccus,trioſſum,trigranium 875.a
trifolium,aſphalion 876.a
triorchis,uid ſeraphias 658.b
tripolium,polium 979.a
triſſago,ſerrata 979.b
trithales 981.a
trixago,triſſago 983.a
trychnon,ſtrychnon 987.a
tuber,terræ callus 987.b
turpet candidum,uide alypon 217.b
tußilago, farfara, ungula cabalinæ fimbra 1001.b (999.b

V

Vacinium flos 1006.a
ueratrum,helleborum 579.a
uerbaſcum,phlomos 579.a
uerbena 579.a
uerbenaca, hierobotane, periſterion 579.b
uermicularia,uide aizoon 181.a
uerrucaria 1051.b
ueſicaria 1061.b
uinca 1084.b
uinca peruinca 1084.b
uitis alba,uide cedroſtis 539.a
ulceraria,uide ſtrumea 775.b
ulophonum,uide cynozolon 880.a
ulua 1116.a
umbilicus ueneris,uide cotyledon 1117.a
unio 1125.b
ungula caballina,uide bechion 400.b
uolucrũ maius,uide periclymenos 121.a
uertica 1145.b

X

Xiphion,gladiolus,ſegetalis 1169.b
xyris,gladiolus,iris ſyluestris 1164.a

Y

Yuræa,uide lolium 708.b

Z

Zizania 1166.a

HERBARIVM PARTES.

Acetabulæ 47.a
acetaria 47.a
aculeus 57.b
adnata 84.b
ala 181.a.
alabaſtrus 183.a
ariſta uide acus 318.a
articulus 330.b. 60.a
Barbulæ 395.b
bulbi 438.b

C

Calathus 495.b
callus 462.a
calyculus 469.b
calyx 469.a
cantherioli 482.a
capillamenta 486.a
capitellum 497.a
caulis 527.a.b
ciboria 585.b
colis 654.b
coma 674.a
cortex 829.b
crena 841.a.b
culmus 861.a
cyma 885.b.886.a

E

Excreta 120.a

F

Fibræ 239.a
fimbriæ 247.b
flos 262.b.263.a
folliculus 274.b
folium 274.a
frit 296.a

G

Gemmulæ 327.a
genicula 329.b
gluma 346.a
granum 353.b

I

Internodium 576.b

L

Laciniæ 635.b

M

Mucro 880.a.& b
muſcarium 901.a

O

Oculi 1035.a

P

Pappus 92.a

R

Radix 429.a

S

Samera 578.a
ſcapus 603.a
ſcapus 603.b
ſiliqua 684.a
ſpina 740.a
ſpongiolæ 746.b
ſtamina 751.b
ſtriæ 771.b

T

thalli 618.b
thyrſus 931.a
turbo 996.a

V

Vagina 1009.b
ualuulus 1015.a
ueſicula 1061.b
umbella 1118.b
unguis 1123.b

unguis 1123.b
urruncum 1145.a
utriculi 1151.a

LEGVMINA.

Ador 87.b
adoreum 88.a
ægilops 107.b
alica,far 193.a
arinca 315.b
auena 365.b

B

Bromos 433.a

C

Centigranum 548.b
cicer 588.a
cicercula 588.a

E

Eruilia 84.a
eruum 85.a

F

Faba 184.a
fabula 184.a
fabulum 184.a
far 212.a
farrago 212.a
faſeolus,phaſeolus 214.b
frumentum 300.a

H

Hexaſtichum 395.a
hordeum 409.b

L

Lens 667.a
loba 703.a
lolium 708.a
lupinum,lupinus 727.b

M

Milium 831.a

O

Oriza 1087.b

P

Panicum 24.b
phalaris 165.b
phaſeolus,phaſelus,phaſilus, paſeolus, paſilus 168.a
piſum 175.a

R

Robus 540.a

S

Secale 626.a
ſemen 640.b
ſeſama 668.b
ſiligo 633.b
ſiſama 695.a
ſtriges 772.b

T

Triticum 981.a

Z

Zea 165.b

ANIMALIA.

Acarus 29.a
acontia,cenchrias 54.b
addax 66.a
ægoceros,capricornus 109.a
africanæ 153.b
agnus 164.b
alcarmes 189.a
alces 189.a
alce 189.a
alcida 189.b
aloia 209.a
ammodites 229.a
amphisbæna 237.a
anguis 251.b
aper 275.a
apes 276.b
aranea 297.a
araneus mus 297.a
aries 318.a
aſellus 333.b.334.a
aſilus 334.a
aſinus 334.a
aſpis 338.b
aſturco 350.b

B

Barrus,elephas 397.b
baſiliſcus,regulus latinè 397.b
batrachos 399.a
belæ 400.b
biſon 413.b
blatta 416.a
blattæ 416.a
boa 416.b
bombyx 418.b
bos 426.b
bruchus 433.b
bubalus 426.b
bucula 426.a
buculus 426.a
bubo 436.a
bucephalus 437.a
bufo 438.a
bugones 438.a
buproſtis 438.a
burdo 438.b

C

Caballus 439.b
cæcilia 447.a
camelus 469.b
campe 471.a
canis 476.a.b
cantharis,cantharidæ 481.b
cantharus 481.b
cantherius 482.a
capella 483.b.484.a
caper 483.b.
caprea,caprá 484.a
capreolus 484.b
carcinus 449.b
caſtor,amphibiũ 514.a
catoblepas 521.b
cattus 522.b
catulus 523.a
cenchris 545.b
centipeda 548.b
centrines 549.a
cephus 554.a
ceraſtes 554.a
cerberus 555.a
cercopithecus 555.a
ceruus 566.b.567.a
cerua 567.a
ceruarius lupus 567.a
chalcidica 570.a
chalcidix 570.a
chalcis 570.a
chamæleon 571.a
chimæra 577.b
chaus 575.b
chaonis 575.b
chelydrus 576.a
chelys 578.a
chryſalis,xylotrophos 583.b
cicada 587.a
cicindela 589.a
cinex 592.a
clerus 628.a
cochlea 636.b
coluber 670.a
conuoluolus,uoluox 868.b
coſſus 833.a
crabro 835.a
crocodilus 851.a
crodilea 851.a
crocuta 852.a
culex 860.b
cuniculus 867.a
curculio 875.b
cynocephalus 887.a
cynomyia 887.b

D

Dama 893.a
daſypus 899.a
delicus 938.b
dipſas 1024.a
draconta 1079.b
draco 1079.b
dromas 1081.a

E

Echidna 7.b
echinus 7.b
elephas,elephantus 31.a
ephemeron 60.a
equus 70.a
erinaceus 77.b.391.b
eruca 83.a

F

Felis 224.a
fera 225.b
fiber,caſtoreum 238.b
fiber ibid.b
forda 276.a
formica 279.b.780.a
fucus 204.a

G

Galbæ 320.b
gale,muſtela 321.a
glis 343.b
gryllus 362.a
gryps,gryphus 362.a

H

Hædus 374.a

hemorrhois 374.a
herinaceus,herix,hericius 391.b
hibris 395.a
hinnus 399.a
hinnulus 399.a
hippopotamus 401.b
hircus 401.b
hirudo 402.a
hiſtrix 403.b
hyæna 419.a
hybris 420.a
hydrus 420.b

I

Iaculus 427.b
ichneumon,mus indicus 433.a
ictus 434.a
inuoluolus 596.a
iumentum 619.b

L

Lacerta 635.b
laliſio 642.b
lampyris 642.a
langa,languria 643.a
laurices 669.a
lea,leæna 661.b
lens 667.b
leo 669.a
leontophonon 669.b
leopardus 669.b
lepus 670.b
libanus 677.b
limax 690.b
locuſta 708.a
longipes 710.b
lumbricus 723.a
lupus 727.b
lupus aranei genus 728.a
lupa 728.a
lutra,amphibium animal 728.b
lynx 737.b
lytta 748.b

M

Maiales 752.b
mannulus 767.b
melis,taxo,taxus 801.a
midas 828.b
millepeda 831.b
monoceros,unicornis 863.a
multipes,multipeda 887.a
mulus 889.a
mula 889.a
mus 897.b
mus araneus 897.b
muſca 900.b
muſtela 901.b

N

Nabis 910.b
natrix 920.a
nepa 937.b
nitedula 955.b
nothi elephantes 972.b

O

Oestrum,aſilus,tabanus 1041.a
onager 1056.b
orix 1087.b
oryx 1094.a
ouis 1104.b

P

Panther,panthera 26.b
papilio 28.b
pardus 37.b
pediculus 155.a
phalangium 164.b
pharias 167.a
pithecus,ſimia 175.a
pityocampe 175.b
porcus 217.b
porca 218.a
porcellus 218.a
porculus 218.a
preſter 287.b
ptyas 358.a
pulex 367.b
pygargus 380.b
pyrauſta 382.a
python 384.b

R

Rana 431.b
rana marina 431.b
ranunculus 431.b
rediuius 459.a
regulus,baſiliſcus 472.b
rhagion 526.b
rhapius,chaus 527.a
rhinoceros 530.a
ricinus 533.b
rotæ 545.b
rubeta 546.a
rupicapra 555.a

S

Salamandra 569.b
ſanguiſuga 583.b
ſatyri 596.b
ſcarabeus 603.b
ſciurus 614.b
ſcolecium 615.a
ſcolopendra 615.a
ſcorpio 617.a
ſcroſa 626.b
ſcymnus 624.a
ſcytala 624.b
ſcytale 625.a
ſeps 654.b
ſerapis,ſeraphis 658.b
ſimia 684.b
ſoliſuga 709.a
ſolpuga 711.a
ſorex 721.a
ſphinx 738.a
ſpondylis 746.a
ſtellio 756.a
ſucula 810.b
ſus 844.b

T

Tabanus 862.b
talpa 868.b
tarmes 877.a
taurus 879.a
teredo 904.a
termes 906.a
teſtudo 974.a
tettigometra 918.a
thoes 926.b
tigris 933.a
tinea 936.a
tineæ 936.a
tipula 937.a
tryxalis,gryllus 987.a

V

Vacca 1005.b
uitecula 1005.b
uermis 1029.a
uerres 1051.b
uerticilla 1058.a
uerticilla 1058.a
ueſpa 1061.b
uipera 1093.b
uitula 1109.b
uitulus 1109.b
uiuerra 1110.b
unicornis 1126.a
unicornius 1126.b
uolucra 1131.a
uri 1143.a
urſus 1145.a
urſa 1145.a
uulpes 1160.b
uulpecula 1160.b

AVES.

Acalanthis,carduelis 28.a
acanthis, carduelis, luſcinia 28.a
accipiter 39.a
acheteæ,tettigoniæ 49.a
acredula,luſcinia 56.b
aedon,luſcinia,philomela 102.b
ægithalos,parus 109.a
ægithus 109.a
ægocephalos,capriceps 109.a
æſalon 130.a
africanæ 135.b
alauda,galerita, galericus, corydalus 184.b
alcedo,halcione 189.a
anas 246.b
anaticula 246.b
anataria aquila 264.b
anſer 264.b
anſerculus 264.b
apes 276.b
apus 294.b
aquila 294.b
ardea 307.b
ardeola,uide erodius 307.b. 79.a
aſilus inſecti genus. Vide œſtrum 333.b 1041.b
aſio,uide otis 334.b.1103.a
atri capilla 354.a
attagen 356.b
attagena 356.b
attis,luſcinia 360.a

B

Baſiliſcus 397.b
bombylis 418.b.419.a
boſchis 427.a
bubo 436.a
butio 438.b

C

Caryx 457.b
capriceps,uide ægocephalos 109.a
caprimulgus 492.b
capus 493.a
carduelis 500.b
carduelus,uide carduelis 500.b
caſſita,galerita,alauda 512.a
cenchris 545.b
chalcis 750.a
chelidon,hirundo 576.a
chlorion 580.a
cicada 587.b
ciconia 589.a
circos 597.b
citta 611.a
coccyx,cuculus 636.b
columbus,columba 670.b
cor 814.b
cornix 818.a
coruus 830.b
corydalus,uide alauda 831.b
coruus 830.b
coturnix 834.b
cuculus,cucullus 859.a
curruca 879.b
cygnus 885.a
cypſelus 889.a

E

Erodius,ciconia,fulica,ardeola 80.a

F

Falco,uide halietus 204.a
ficedula,melancoriphus 239.b
frigilla 296.a
fucus 304.a
fulica,fulix 309.a

G

Galbula 320.b
galerita 321.a
galericus,uide alauda 183.b
galgulus 321.b
gallus 322.a
gallina 322.a
glottis 346.a
gracus 349.a
grus 361.b

H

Halcyon,alcedo 376.b
halcione,uide alcedo 187.b
haliæetus,falco,accipiter,niſus 377.a
hirundo 402.a

I

Ibis 432.b
icteros,uide regaliolus 469.a.76.a
icterus,galgulus 434.a
immuſculus , immuſſulus , oßifraga 453.b
incendiaria,uide ſpinturnix 740.b
iynx 627.b

L

Lagois 642.a
lagopus 642.a
luſcinia,philomela 728.b

M

Melancoryphus,atricapilla 799.a
meleagrides 800.a
mergus 818.a
merops 819.a
merula 819.a
miluus 832.a
monedula 861.a
muſimon 901.b
muſtela 901.b

N

Niſus 954.a
noctua 959.b
nycteris 996.b
nyctricorax 996.b

O

Olor,cygnus 1051.a
onocrotalus 1057.a
ortygometra 1094.a
ortyx,coturnix 1094.a
oßifraga,oßifragus 1100.a
otis,aſio 1103.a

P

Palumbes 18.b
palumbus 18.b
parra 47.a
parus,uide ægithalos 109.a
paſſer 59.b
paſſerculus,uide ſtruthium 59.b.776.a
pauo 72.a
paua 72.a
pauus,uide pauo 72.a
pelicanus 85.a
pellos,pellus 87.b
penelopes 92.a
perdix 106.a
phalacrocorax 164.b
phalaris 165.b
phaſianus 168.a
philomela uide luſcinia 173.b.499.b
phœnicopterus 177.b
phœnix 177.a
pica 161.b
picus 162.b
pipio 172.a
platalea,platea 182.b.183.a
platea 182.b.183.a
porphyrio 218.b
pſittacus 356.a
ptyroge,chalcis 358.b
pygargos 380.b
pyralis 381.b
pyracorax 383.a

Q

Querquedula 405.b

R

Regaliolus,galgulus,icteros 76.a
regulus,regaliolus,trochilus 472.b
ruſticula 556.b

S

Sanqualis 584.a
ſatyria 597.a
ſcylla 623.b
ſpinturnix,incendiaria 740.a
ſtrix 774.a
ſtruthium,paſſerculus 776.a
ſtruthiocamelus 776.a
ſturnus 780.a
ſtymphalides 781.a
ſubis 791.b

T

Tabanus uide œſtrum 862.b
tettigometra 916.a
tettigoniæ,uide acheteæ 49.a
triorches,buteo 278.a
trochilos,regulus 983.b
turdus 996.b
turtur 998.b

V

ueſpertilio 1062.b
uipiones 1093.b
uireo 1093.a
ululа 1116.a
upupa 1140.b
uultur 1159.b

PISCES.

Acus,belone,raphis, ablenis,aciacula 68.b
adonis 86.b
ærica,chalcis 126.a
alec 192.b
alopeces marinæ 209.a
aloſa thriſſus 209.b
anguilla 251.b
aphya,apua 278.b
apolectus 280.a
apua,aphie 293.a
araneus 297.a
aries 318.a
aſellus 334.a
attilus 359.a
aurata 375.b

B

Balæna,cetum,piſtrix 391.a
balanus 391.b
banchus 394.a
barbo,mullus,trygla,capus marinus,cytharus,roſſeta,barbus 397.a
batis 399.a
bellone,acus 405.a

C

Callionymus 463.b
cammarus 470.b
campæ,marini equi 471.a
cancer 473.b
cantharus 481.b
capito 497.a
carpio

carpio 506.a
cephalus,mugil 551.b
cetus 568.b
chalcis 570.b
chrombus 583.b
chromis 583.b
chryſon 380.b
clupea 632.a
concha 714.b
conchylium,murex 715.a
congrus 750.a
coracinus 814.b
cordyla,cordylla 815.b
corias 815.b
cucumis 859.a
cyprinus 888.b

D

Dactylus 891.b
delphin,delphinus 941.b

E

Echeneis,remora 7.a
echinus 8.a

F

Fluta 267.a

G

Galeos,muſtela 321.b
gammarus 322.b
gerres 337.b
gladius 341.b
glanis,glanis 342.b
glaucus 342.b
gobio,gobius 347.b

H

Halec 377.a
halecula 377.a
helops 387.a
hepar 388.b
hippocampæ 400.a
hippocampi 400.a

I

Ichthyocollo 433.a
iulis 618.a

L

Lacertus 635.b
lagois 642.a
lampetra,muræna 644.a
laneus,lupus 644.b
lepus 670.b
lingulaca 694.b
loligo 708.b
lopas 711.b
lupus 728.a
lutra 730.b
lutarius mullus 731.b

M

Mæna 744.a
melanurus 799.b
mena 806.b
menis 808.b
miluius 832.a
mugil 880.b
mullus 883.a
muræna 894.a
murex 894.b
muſculus 898.a
muſtela 901.b
myrinus 907.b

N

Narica 913.b

O

Ophthalmia,occulata 1063.a
orca 1080.a
orchis 1080.b
orthragoriſcus 1094.a
oſtrea 1102.a
oſtreum 1102.a
oxyrynchus 1107.a

P

Pagrus 7.b
paſſer marinus 59.b
paſtinaca 60.b
pectines,ſiue pectunculi 76.b
pelagia,purpura 84.a
pelamis,thymus 84.b
peloris 88.b
perca 102.a
perna 130.b.131.a
phoca 175.b
phyſeter 161.a
pinna 170.a
pictrix 174.b
plaguſia 180.a
polypus 204.a
porculus marinus 218.a
priſtis 294.b
purpura 375.a

R

Raia 430.b
remora 486.a
rhombus 532.b
rubellio 546.b

S

Salmo 573.b
ſalpa 574.a
ſaperda 585.a
ſardinia 594.a
ſargus 595.a
ſcarus 604.a
ſcolopendra 615.a
ſcombrus 615.b
ſcorpio 617.a
ſcylla 623.b
ſepia 654.a
ſepiola 654.a
ſerra 664.b
ſilurus 684.b
ſolea 705.b
ſphyræna,ſudis 738.b
ſpongia 746.a.b
ſqualus 749.a
ſquatina 749.b
ſquilla 750.a
ſtella 755.b
ſtrombus 774.b
ſudis 811.a
ſynodus 859.b

T

Tænia 867.b
thunnus 928.b
thurianus,xiphia 928.b
thymus 930.a
tinca 936.a
torpedo 947.b
tragus 955.b
trichia 974.b
trigla,mullus,barbio 976.b
turdus 996.b
turſio 998.b
turtur 998.b

V

Vitulus 1109.b
uranoſcopus 1140.b
uredo 1142.b
urtica 1145.b

X

Xiphia,gladius 1164.a

Z

Zeus faber 1166.a

NAVES.

A Catium 29.a
actuaria nauigia 174.b
actuaria minuta ibid.b
actuariolum ibid.b
æratæ naues 129.b
alnus 207.a
apertæ naues 276.a
aphractus 278.a
argo 314.b

B

Baris 397.b

C

Camera 470.a
cataſcopium 519.a
caudicæ,caudicariæ 524.b
celox 544.b
cercurus,cercuron 555.b
codicariæ 638.b
conſtratæ 778.b
corbita 814.b
curſoria 878.b
cybea 883.b
cymba 886.a
cymbula 886.a

D

Decemſcalmus 905.a
deciremus 910.a
dicrotum,biremis 1001.a

E

Embatæ 39.b
epibades 39.b

G

Gaulus 324.b

H

Hexeres 395.a
hippago 399.b

L

Lembus 665.b
lembunculus 665.b
lenunculus 667.a
liburnum 686.a
linter 695.b

M

Monoxylon 863.b
myoparo 907.a

N

Nauis 920.b
nauis curſoria 920.b
nauis piratica 921.a
nauis prætoria 921.a
naues actuariæ 920.b
naues æratæ 920.b
naues apertæ 921.b
naues conſtratæ 921.b
naues claudæ 921.a
naues fluuiatiles 921.a
naues liburnicæ 921.a
naues longæ 921.a
naues luſoriæ 921.a
naues marinæ 921.a
naues onerariæ 921.a
naues piſcatoriæ 658.b
naues prædatoriæ 921.a
naues roſtratæ 921.b
naues tectæ 921.b
naues turritæ 921.b

O

Oria 1085.a

P

Paro 46.a
pentiremis 95.b
piſtris 174.b
ponto 213.a
proſumia 1124.b

Q

Quadriremis 388.b
quinqueremis 415.b

R

Ratis 438.a

S

Scapha 602.b
ſchedia 607.b
ſerilla 660.a

T

Triremis 979.b

V

Victoria nauigia 025.a
undecimremis 1122.a

NAVIVM PARTES.

A Cation,dolon,epidromon 29.a
acroſtolia 56.b
acroteria 56.b
anchora 246.a
anchoræ 246.a
anchorale 246.a
antenna 268.b
armamenta nauium 321.a
artemon 330.a

B

Bolis 418.a

C

Carbaſus 497.b
carcheſia 499.a
carcheſium,trachilos,patera 499.a
carina 562.a
cataſtroma 519.a
caua lintea 553.b
ceruchus 565.b
clauus 624.b
contus 800.b
cornua antennarum 819.a
coronis 822.a
corymbus,corymbum 832.a

D

Dolones 1066.a

E

Embola 40.a
enchiridion 48.b
epidromos 63.b

F

Fori 277.a

H

Hypagum 422.b

I

Interſcamium 580.b
iuga 617.b

L

Latera 657.a
lintea 695.b

M

Malus 755.b
manus 733.a
mendicum 807.b

N

Nautea 925.a

O

Ora 177.a

P

Palangæ 12.b
palmula 16.b
patera,uide carcheſium 499.a
pergula,portiſculus 118.b
pes 155.a
phalanga 164.b
pons 212.b
portiſculus,uide pergula 118.b.222.a
prora 338.a
prymneſium 354.b
puppis 373.b

R

Remus 487.b
roſtra 544.b
rudens 550.a

S

Saburra 560.a
ſcalmus 600.b
ſentina 649.b
ſinus 691.b
ſupparum 836.b

T

Tonſæ 944.b
tonſilla 944.b
trachaus,uide carcheſiũ 952.b. 499.a
transtra 967.a

V

Velum 1032.b

REGIONES.

ACHAIAE.

Hellas 386.b
megaris 797.b
meſſenia 821.a
olenum 1049.a
peloponneſus 88.a

AEGYPTI.

Delta 942.b
thebais 920.a

AETHIOPIAE.

Aphrica 278.a uide Attica 153.a
thebe 920.a

AFRICAE.

Aethiopia 141.a
bogundiana 417.b
cyrenaica 889.a
libya,libye 686.a
marmarica 778.b
mauritania 789.b
numidia 989.a
tripolitana 979.a

ANTIOCHIAE.

Tripolis 979.a

ARABIAE.

Nabathæa 910.b
panchaia 21.b

ARCADIAE.

Aſia 333.b
pelaſgis 84.b

ASIAE.

Aegyptus 109.b
albaria 185.a
arabia 296.a
arabia,petrea,deſerta,fœlix 296.a
aria 318.b
armenia 321.b
aßyria 346.b
attica 358.a
bebrycia,uide Bithynia 413.b
cabalia 439.b
cappadocia 491.b
caria,uide Aſia 333.b.& 501.b
catarnia 519.a
cilicia 591.a
commagenæ 679.a.679.b
galatia 320.b
gedroſia,hodie Tarſæ regnum 325.b
hylæa 421.b
hyrcania 424.a
iberia 432.a
india 582.b
ionia 597.b
locris 703.a
lycaonia uide Aſia 333.b.& 734.b
lycia,uide Aſia hodie Bria 333.b.735.a
lydia,uide Aſia 333.b& 736.a
mæonia 745.a
margiana 777.a
media 791.b
meſopotamia 820.b
mygdonia,uide Bithynia 413.b
pamphylia 20.a

paphlagonia 28.a
persia,persis,persidis et persida 140.b
phœnicia 1076.b
phrygia,uide Asia 333.b.& 179.a
pisidia 174.a
pontus 213.b
sacrarum 560.a
satrapia 595.a
scythia 625.a
susiana 846.b
syria 880.b
thebais 920.a
troas 983.a
troia 984.a

ASSYRIAE.

Adiabena 75.a
babylonia 390.b
parthia 52.b

ATTICAE.

Acta 56.b
mopsopia 866.a

BOEOTIAE.

Aonia 273.b
pieria 162.b
thebe 920.a

BOEMIAE.

Casurgis 517.a
praga 281.b

BRIT. INS.

Cantica,uide Cantium 482.a

CAPPADOCIAE.

Pontus, uide Cappadociam 491.b& 213.b

CARIAE.

Bubassus,bubassius 435.b

CICILIAE.

Isauria 685.b

DALMATIAE.

Liburnia 686.a

ELIDIS.

Buprasium 438.b

EPIRI.

Acarnania 28.a
chaonia 571.b
illyrium 446.b
margotis 777.a
sclauonia,uide Illyrium 446.b
europa 104.b

EVROPAE.

Alemannia 190.b
bauaria,uide noricum 968.a
boemia 417.a
Gallia 321.b
germania 333.b
gothia 348.a
græcia & asia 351.a
hispania 402.b
italia 690.b
macedonia 749.b
mœsia 854.a
noricum 968.a
noruegia 668.b
pæonia 7.a
pannonia,hodie austria et styria 25.a

rhetia 528.a
taurica 878.b
thrace 927.a
uindelicia 1087.b

GALLIAE.

Aquitania 295.a
aremorica,aquitania 310.a
belgica,uide aquitania 295.a
brabantia,uide belgæ 400.b
braccata 427.b
burgundia uide sequana 438.b
celtica 545.a. & 295.b. in Aquitania.
cheldria, uide belgæ 400.b
flandria,uide belgæ 400.b
hannoniæ,uide belgæ 400.b
hollandia,uide belgæ 400.b
iuliacum,uide belgæ 490.b
lugdunensis,uide aquitania 295.a
normania,bidurensium regnum 968.a
picardia, uide belgæ 400.b
sena,uide aremorica 646.a.310.a

GERMANIAE.

Franconia,uide salij 571.a
uandalia,uide uandali 1015.a

GRAECIAE.

Achaia 47.b
æmonia 111.b
æolia 115.b
æolis 115.b
ætolia 142.b
aganippe,hyantea 154.a
argepeli.sgicon,uide thes. 925.b
attica 358.a
bœotia 417.b
campi philipp.uide thessalia 925.b
chaldæa 570.b
colchi,colchis 654.a
conargo,uide thessalia 925.b
dardania 898.a
doris 1077.a
dryopis, uide aimonia 111.b
epirus 65.b
hæmonia,uide aimonia 111.b
locris 703.a
mesaria,uide bœotia 417.b
macedonia,uide thessalia 952.b
oggyia,uide bœotia 417.b
pelasgis 84.a
pharsalia,uide thessalia 167.b. 925.b.
phocis 176.a
pyrrhæa,uide thessalia 925.b
thessalia 925.b

HISPANIAE.

Albania,uide terraco 877.b
bætica 390.a
chaonia,uide tarraco 877.b
celtiberia 545.a
epirus,uide tarraco 877.b
gallecia 321.b
iberia 432.a
lusitania nunc portugalia 729.a
molossia,uide tarraco 877.b
sisaponensis,uide sisapo 695.a
terraconensis,uide hispania 402.b
tarraconi,uide tarysco 877.b
tarraconia,uide tarraco 877.b

HELLESPONTI.

Mysia 909.b

ILLIRIAE.

Dalmatia 983.a

INDIAE.

Carmania 502.b

ITALIAE.

Apulia 294.a
ausonia 380.b
blandusia 415.b
calabria 458.a
campania 471.a
carnithia 504.b
cisalpina gallia,togata 608.b
daunia 899.b
hetruria 394.b
istria 608.a
laboria 632.b
latium 654.a
liguria 789.b
lucania,uide lucani 715.b.716.a
mesapia 820.a
magna græcia 784.b
oenotria 1041.a
palatina 10.b
pedana 82.a
picenum , nunc Marchia anconitana 162.a
tyrrhenia,uide tuscia 999.a
tuscia 998.b 999.a
uelina 1026.b
uenetiæ 1034.a
umbria,nunc ducatus spoletanus 1119.a

IVDAEAE.

Decapolis 903.b
samaria 577.b
tarsis 877.b

LACONIAE.

Oechalia 1039.b

LIBYAE.

Mareotis 777.b

MACEDONIAE.

Alinopia 203.a
bisaltica 412.b
mygdonia 907.a
pallene 14.a
pieria,uide ægimium 162.b
sithonia, sythonia 696.b

MAVRITANIAE.

Massila 783.a

MYSIAE.

Adrastia 89.a
boemia 417.a

PALAESTINAE.

Pentapolis 95.a

PANNONIAE.

austria 382.b

PELOPONNESI.

Arcadia 301.b
laconia 635.b
parrhasia 47.a

PERSIDIS.

PERSIDIS.

Achemenia 47.b
elymais,persidi uicina 38.b
susiana 846.b
susia 846. 844.b

PHAEACIAE uicina.

Palæstina 9.a

PONTI.

Blæna 414.a
caranensia,uide carana 497.b

SCYTHIAE.

Amalchium 218.a
bactra 390.b
dacia 891.b

SYRIAE.

Adiabena 75.a
antiochia 270.b
artacena 329.a
chalcidene 570.a
comagena,uide syria 860.b
damascene 897.b
idumæa 436.a & b
iudæa 614.a
messenæ,uide adiabene 75.a
palæstina 9.a
phœnicia,uide syria 860.a
samaria,uide syria 577.b.860
trachonitis 952.b
in THEBANIS si.
Teumesius 464.b

THESSALIAE.

Magnesia 748.b
pharsalia 167.b

THRACIAE.

Cænica 454.a
edonis 13.b

TROADIS.

Cebrenia 535.a

FLVVII

ACHAIAE.

Alpheas 210.a
asporis,uide sicyon 678.a
crathis 838.a
hellas 386.b

AEGYPTI.

Alabastrum 183.a
canobum,uide cercasorum 555.a
nilus 950.a
peluſſii,uide cercasorũ 89.a & 555.a
siris,nilus 694.a

AEOLIDIS.

Alabastrus 183.a

AETHIOPIAE.

Nigris 948.a

AETHOLIAE.

Euenus 97.a
lycormas 735.b

AFRICAE.

Bragada 429.a
cynyphis,ciniphos 887.a
gæon 320.a
lethe 671.a & b
triton 981.b

APVLIAE.

Ceraunus 755.a

ARCADIAE.

Alpheus 210.a
aracynthus 296.b
atlas 354.a
erymanthus 85.b
lampia 644.a
lysius 378.b

ARIAE.

Arius 318.b

ARMENIAE.

Araxes 297.b
cyrus 889.b
lycus 736.a
niphates 953.a
phasis 168.b
tigris 933.a

ASIAE.

Albanus 185.a
adonis,uide calamos 458.b
amathus,marmaus,arcadicus 220.b
brixia 433.a
caystер,caystrus 532.b
cophes 809.b
coræ 815.b
cinna 595.b
euphrates,euphrate 103.b
indus 512.a
ispis 605.b
lycos,uide calamos 458.b
magoras,uide calamos 458.b
palæbylos,uide calamos 458.b
phison 174.b
syderis 853.a
tigris 933.a
Assorimorum,chrysus 583.b

ASSYRIAE.

Gyndes 364.b

ATTICAE.

Ilissus 442.a
schœnus 708.b

BITHINIAE.

Calpas 446.b
granicus 353.b

BOEOTIAE.

Aones 273.b
aracynthus 296.b
cephisus 552.a
ismenus 606.b
permessius 128.a

BOEMIAE.

Albis 186.a

BRITANNIAE.

Deua,uulgò Dee 981.a
loxa,uulgò Fyrth 715.a
nonius,uulgò Cloit 974.a
tina,uulgò tine 936.a
tisobis,uulgò conuuey 937.b
tuerobis,uulgò abedeum 990.a

BRITANNIAE INS.

Iamesa 429.b
isaca,uulgò Ex 695.b
tamarus 869.b
thamis uide iamesa 429.b
tobius 940.a
uedra 1023.b

CALABRIAE.

Aesar 130.b
næthus 927.a
sybaris 852.a
iuxta CALCEDONEM.
Sangarius 582.a
psillis,uide calpas 466.b

CAMPANIAE.

Cimius,uide acerræ 46.a
sarnus 590.b
uulturnus 689.b

CAPPADOCIAE.

Ceraunus 555.a
cissa 609.a

CELTIBERIAE.

Vero 1051.a

CILICIAE.

Calycadnus 469.a
charadrus 570.b
cydnus 855.a
liparis 696.b
pyramus 382.a

COLCHORVM.

Phasis 168.b

CERTAE INS.

Dicte 1001.b
masalia 782.a
oaxis 998.a

CYRENAE.

Arsinoe 328.b.329.a

DACIAE.

Tibiscus uulgò tissa 932.a

DALMATIAE.

Drilon,uulgò drino 1080.b
narona hodie Narenta 914.a

ELIDIS.

Burasium 438.b

EPIRI.

Acarnan 28.a
achelous 48.a
acheron 48.b
æas 100.b
aous,uide æas 100.b

EVROPAE.

Enos,uide uindelicia 1087.b
ister 607.b
lycius,uide uindelicia 1087.b

GALLIAE.

Amella 223.a
arar 297.b
araris,sagona,uulgò la Sone 297.b
atax Narbon. 354.a
aturius,uulgò le dou 362.a
axona,uulgò le disne 390.b
druentia 1081.a
dubis,Alduasdusius,Alduabis,alduasdalis,uulgo le doux 1082.b
garumna 324.a
isra 607.a
liger,ligeris,uulgò loire 688.b
matrona,uulgò marne 782.a

mella 801.b
mosa,uide uogesus 876.b
rhodanus 530.b
sagona,uide hedui 385.a
samura,bel. 579.a
sequana,bel. 636.a
scalde,bel. 600.b
uarus,Narb. 1018.a

GAL. CISALP.

Lambrus 642.b
serius 660.b

GALLOGRAECIAE.

Sangaris, alio nomine Coralius, hodie zagari 582.a

GERMANIAE.

Aenus 115.a
albis 186.a
æstus,uide salij 571.a
alemannus apud Rysios 192.b
amasia,amastas 220.a
amasius,amisius,uulgo ems 220.a
amisius 228.a
asdubalum 333.a
danubius 896.b
fulda,uide lupia 727.a
ister 607.a
lupia,hodie necharus 727.a
meganus,uide Francones 288.b
menus 814.a
menis 814.a
nar 912.b
necharus,uide ænus 727.a.& 115.a
radiantia,uide salij 571.a
rhenus 528.a
sala,uide salij 569.a.& 571.a
sinna,uide salij 571.a
tuber,uide salij 571.a
uidrum,uide amisius 228.a
uisurgis,uide lupia 727.a

GRAECIAE.

Boagrius locr. 416.b
heptaporus 388.b
inachus 479.a

HETRVRIAE.

Arnus 323.a
cecinna,uide uolaterræ

HISPANIAE.

Aeminius 111.a
ana 244.b
anas,uide bætis 390.b
bætis 390.b
bætholon 390.b
betulo 390.b
bætulon 390.b
cinga 793.a
dorius 1077.a
durius,uulgò duero 1092.b
iberus 432.a
rubricatus,uulgò lobregat 548.b
salia 571.a
sanga 582.a
setabis 670.b
sicoris 677.a
tagus 868.a uide bætis 398.b
turulis,uulgò turia 998.b

HIBERNIAE.

Bubinda,uulgò slaynæ 435.b

IBERIAE.

Alazon,in fi. 184.b

INDIAE.

Acesines 46.b
ganges 322.b
hydaspes,hydaspe 420.a
indus 512.a
ochus 1030.b

INSVBRIVM.

Ticinus 932.a

IONIAE.

Cenchrius 542.b

ISTRIAE.

Formio 90.b

ITALIAE.

Albula,uulgò teuero tyberis 186.b
uide agrippa 177.b
alex,ales,carcinas 193.b
allia 203.b
almo 206.b
amasenus 220.a
anio 258.b
ariminus 318.b
arnus 323.a
athesis 354.a
aufidus 368.a
auser 380.b
cæcinnnos 447.b
calor 465.a
clanius 616.b
clitumnus 630.a
cremera 841.a
cumæ 864.b
eridanus 75.b
esis 88.a
fabaris 184.a
farfarus 213.a
galesus 321.b
laus, uide brutij 434.a
linternus 695.b
liris 698.a
lyris 738.a
macra 741.b
metaurus & metaurum 823.a
mincius 834.a
nar 912.b
numicus 989.a
nymphæus 997.a
padus 5.b
paduſa 5.b
petronia 162.b
pisaurus 173.a
rhenus 528.a
rubicon 547.b
sagra 566.b
sillis,silys 684.a
tifernus 932.a
timauus,iuxta aquileiam 933.b
trebia 968.b
tyberis 1000.a

IVDAEAE.

Iordanis 598.a

LACONVM.

Eurotas 104.b

LIBYAE.

Cinnyphus 596.a
massa,hodie massatat 782.b
nigir inferior.hodie de senega 948.a

LIGVRIAE.

Padus,uide uesulus 1063.a
rutuba 558.a

in LOCRIDE.

Boacrius,uide throium 928.a
cymos 886.a

LVCANIAE.

Silarus,sclaris 682.a

LVSITANIAE.

Bænis 390.a

LYCIAE.

Danubius,uide xanthus dauus,uide xanthus 692.a
gagates 320.a
xanthus 692.a

LYDIAE.

Hermus 329.b
pactolus 5.a
tmolus 939.b

MACEDONIAE.

Alyacmon 217.b
axius 390.b
caliagmon 179.a
chidorus 577.a

MASSAGETARVM.

Aragus 297.a

MAVRITANIAE.

Libya 686.a
Lixus,uide anteus 265.a
mulucha 889.a

MEDIAE.

coaspis 636.a
cyrus 889.b
eulæus 100.a

MESOPOTAMIAE.

Euphrates 103.b

MYGDONIAE.

Melas 799.b

MYSIAE.

Caystер,uide asia 333.b
granicum,uide Adrastia 89.a

NVMIDIAE.

Bagradas 390.a
bengrada 390.b

PAMPHILIAE.

Cataractes 519.a

PANNONIAE.

Calapis 459.b
saus 598.a

PAPHLAGONIAE.

Halys 378.a

PERSICI sinus.

Charax 572.b. 562.b

PERSIDIS.

Adonis 57.a
eulæus 100.a

orontes 1093.a
susus,uide susa 844.b

PHRYGIAE

Ascanius 331.a
caicus 457.b
cius 613.b
gallus 322.a
mæander 749.b
marsia 781.a
marsias 781.a
pactolus 5.a
sagarus 565.a
tmolus 939.b

PICENORVM.

Truentum 985.b

in PICERA.

Vomanus,uide adria 89.b

PONTI & BITHYNIAE.

Parthenius 52.a

SARMATIAE.

Agarus 154.b
bycus 439.a
hypanis 422.b
istula,iustilla,iustula uide uisula 1103.a
rha 526.a
sagaris,uide agarus 154.b
tyras 1003.a
uisula,uistula 1103.

SCYTHIAE.

Agarus 154.b
abianus 13.a
alanus 184.a
bactrus 390.a
borysthenes 426.a
buges 438.a
carabi 497.a
carambucis 497.b
carcine 499.b
carpis 506.a
cirtiscus 608.b
euarthus 93.b
gerrus 337.b
iaxartes 431.b
iaxtes 431.b
lycus 736.a
ordessus 1081.b
sagaris 565.a
silis,uide Tanais 870.a
tanais 870.a

SICILIAE.

Acis 53.b
acilius 53.b
acithius 53.b
æsar 130.a
alabys 183.a
amasenus 220.a
anisum,anisus,anisenum 258.b
cephaloedis 551.b
halesus 377.b
helorus 387.a
himera 399.a
hypsa 424.a
melas 799.b
niæthos 945.a
pattagia 70.a
plemmirium 186.b
symæthus 856.a

SICYONIORVM.

Asopus 334.b

SVBALPINAE reg.

Trebia 968.b

SYRACVSANORVM.

Chrysa 583.b

SYRIAE.

Carra 507.b
crisoras,uide Syria 860.b
chrysorrhoas 584.a
euphrates,uide Syria 860.b
farfarus 213.a
singas,uide Syria 860.b

TARENTINORVM.

Casuentum 517.a

THEBANORVM.

Actæus 56.b
teumesus 916.b

THESSALIAE.

Amphrysus 238.a
anauros 246.a
anigrus 251.b
apidanus 278.b
empheus,uide Apidanus 278.a
onochonus,uide Thessalia 925.b
panisius,uide Thessalia 925.b
pelium,uide Anauros 93.a.246.a
peneus,uide Thessalia 925.b
phœnix,uide Thessalia 925.b
pindus 168.b
sperchius 733.b

THRACIAE.

Aegos 109.a
alusius 216.a
cius 613.b
erginus 75.a
hebrus 383.b
nestus,uide Thraciæ
nestus 943.b
onicis 1056.b
rhebanus 527.b
strymon 776.b
thermodoum 923.b

TROIAE.

Scamander 601.a
simois 686.a
xanthus 1162.b

VENET.

Liquentia 696.b
medoacus 796.a
natiso,uulgò Lisontio 920.a
silis 684.a

VMBRIAE.

Aesis 131.b

VNGARIAE.

Darus 899.a

INSVLAE.

Abatos 6.b
abdera 7.a
alæa 100.a
aegina 107.b
ænaria 113.b
æoliæ 115.a
æolides 115.b
æruscare 126.b
æthalia 140.a
æthiope 141.b
æthræa 141.b
æthria 141.b
æx 143.b
agatasa 155.a
albion 186.a
alona 209.a
alopece 209.a
alopecia 209.a
amathusia 220.b
amnica 230.a
andros 249.a
anephe,uide sporades 747.a
anglia 250.b
antandros 265.a
apamea 272.a
asteria 348.a
astypalea 351.b
aulis 373.b

B

Baleares,gymnasia 392.a
battia 399.a
bractia 429.a
bragæ 429.a
brattia 430.a
britannia 432.b
britania 432.b
bucinna 437.b
budoræ 438.a
burchana 438.a
butra 438.a
byblis 438.b

C

Cea 447.a
ceos ibid.
cæne 454.a
calabria 458.a
calathusa 459.b
callista,uide Thera 927.a
calaurea 460.a
camelidæ 469.a
cia,uide cea 447.a
canopus 481.a
capreæ 484.a
carbania 497.b
carpathos 506.a
caruste 509.b
casos 511.a
cassiterides 512.a
cathon 521.a
cattiterides 522.b
celadusa 539.b
centuripe 551.a
cephalenia 551.a
cerastis 554.a
cercina 555.a
cercinitis 555.a
cerna 557.b
chalce 569.b

chalceritis 569.b
chalcia 570.a
chalcitis 570.a
chelidoniæ 570.a
chemmys 570.b
chios 578.a
chirogylium 579.a
chryſa 583.b
chryſo 583.b
cimolus 592.a
circius 597.b
codanonia 637.b
colidos 654.b
colubraria 690.b
coos 809.a
corcyra 815.a
coreſa 815.b
coricæ 816.a
corſica,thera 829.a
coſyra,coſura 833.a
creta 844.b
cuniculariæ 867.a
cyaneæ 883.a
cyclades 884.a
cydoneæ 885.a
cyprus 888.b
cyrnos 889.b
cythera 890.a
cythnos 890.b

D

Delos 941.a
delta 942.b
didyme 1002.b
diomedeæ 1020.b
dioſcoron 1022.a
dolicha 1064.a
doliche 1064.a
dolicæ 1064.a
dolichiſte 1064.a
donyſa 1076.b
dulichium 1090.a

E

Echinades 7.b
electrides 29.b
elephantis 31.a
epidaurus 63.a
erythia 86.b
eubœa 93.b

G

Gades 320.a
gyarus 364.a

H

Hæbudes 374.a
hecaria,uide ſporades 747.a
helene 385.b
hibernia 395.a
hybernia 419.b

I

Icaria 432.b
ilba 441.a
ilua 446.b
imbrus 449.a
inarime 481.a
ion,uide ſporades 747.a
ios 598.a
iſis 606.a
iuuernia 627.a

L

Laguſa,uide ſporades 313.a
ee 661.b
lebynthos 552.a
lemnos 666.a
lepaduſa 669.b
lesbos 671.a
leucadia 672.a
leucas 672.a
leucoſia 673.a
lipara 696.a
lychades 735.a

M

manégwpiñoi 739.a
macra 741.b
melæna 799.a
melite 801.a
menuthias 814.a
meroe 819.a
monacœda 861.a
mycone 905.b
mygdon 907.a

N

Naxos 925.a
neritos 941.a
niſyros 954.a
ninaria 956.b

O

Oenopia 1040.b
œnotrides 1041.a
ogygia 1047.b
olearos 1049.a
orcades 1088.a
ortygia 1094.a

P

Pandaria 22.a
pandatoria 23.a
paros 47.a
patmos 68.a
peuce 163.a
pharia 167.a
pharmacuſæ 167.a
pharos 167.b
philæ 170.b
pithecuſa 175.a
phocuſa,uide ſporades 747.a
phocaria 175.b
plotæ 189.b
planetæ,uide ſymplegades 774.b
plumialia 192.a
polegrados,uide ſporades 747.a
potentia 213.a
pontus 213.a
proconneſus 305.a
pyrrha 385.b

R

rhene 528.a
rhodos 531.b

S

Salamis 569.b
ſame 578.a
ſamos 578.b
ſandaliotis 581.a
ſardinia 594.a
ſaſon 591.b
ſcandinauia 682.a
ſcarphia 603.b
ſchimuſa,uide ſporades 747.a
ſciathos 609.b
ſcordona 617.a
ſcyros 624.b
ſegeſtica,uide calapis 459.b
ſena 648.a
ſicania 675.b
ſicilia 677.a
ſporades 747.a
ſtœchades 767.a
ſtrongylos 774.b
ſtrophades 774.b
ſymplegades 847.a
ſyrus 892.a

T

Tales,uide Talga 868.b
talga 868.b
taphiæ 874.b
taprobane 875.a
tapſus 875.a
tenedos 895.a
tenos 899.b
thaſus 919.a
thera 923.a
theramne 923.a
theraſia 923.a
thule 928.a
thurubulæ 929.a
thynia 934.b
tilos 933.b
topazos 945.b
tragurium 955.b
trinacria 977.a
triquetra,uide trinacria 977.a
tyberina 1000.b
tyros 1004.b

V

Veſtis 1023.a

Z

Zacynthus 1164.b

MONTES

ACHAIAE.
Chelonita 576.a

AETHIOPIAE.
Olympus ad mare rubrum 1052.a

ALPES.
alpes cotiæ 833.b
alpes Graiæ,uide cotiæ 833.b
alpes Græcæ, uide ſeguſium uulgò Sion 637.b
alpes Pœniæ,uide cotiæ 833.b
alpes Rhetiæ 130.a
alpes Tridentinæ,uide Rhetiæ 130.a

ALPIVM.
Adulas 96.a
S.Bernardi,uide Rheticæ 529.a
S.Gothardi 529.a
Rhetici 529.a

AFRICAE.
Abila,uel abyla 27.a

APVLIAE.
Vultur 1160.a

ARABIAE.
Caſius Sinai 511.a
melanes,hodie mons Sinai, mons Sacharinæ,Sur,Tur 799.a

ARCADIAE.
Aleſius 193.b
cyllene 885.b
erymanthus 86.a
lyceus 734.b
mænala 744.b
pholoe 177.b

ARMENIAE.
Aba 5.b
acroceraunia 56.a
antitaurus 271.a
caſpij 511.a
caucaſij 523.b
moſchici 876.b
niphates 953.a
pariedrus 40.b
taurus 879.a

ASIAE.
Aban 153.b
abon 153.b
aga 153.b
amanus 218.b
cambudes,uide Taurus 879.a
caſpij,uide Armenia 321.b
caucaſus 523.b
circius,uide Taurus 879.a
climax 629.a
coraxicus,tauri pars 814.a
emodus,uide Taurus 879.a
ida 434.a
imaus,uide Taurus 879.a
libanus 677.b
mimas 832.b
parapami,uide Taurus 877.a
pharpharides,uide Taurus 879.a
taurus 879.a

ATTICAE.
Acarnan 28.b
acarnas 28.b
ægialus 107.a
aracynthus 296.b
brileſſus 432.a
briletum 432.a
hymettus 422.a
icarius 432.b
parnes 44.b

BOEOTIAE.
Helicon 386.a
pieria 162.b
teumeſus 916.b

CALABRIAE.
Aulon 374.a

CAMPANIAE.
Taburnus 866.a

CAPPADOCIAE.
Antitaurus,uide Comani 675.a
in CHII promontorio.
Phanæus 166.a

CILICIAE.
Sarpedo,uide Calycadnus 469.a

CRETAE.
Cadiſcus 442.a
corycus 831.a
Dictæus 1001.b
idæus 434.b

CYPRI.
Idalium 434.b

DELI inſ.
Cynthus 888.a

EPIRI.
Acroceraunia,uide Cerauni 554.b
cerauni 554.b
leucatos 672.b
pindus,uide Achelous 48.a

EVROPAE.
Calpæ 455.b

GALLIAE.
Gebenna 325.b
iura 620.b
uogeſus 659.a

GALILAEAE.
Tabor 864.a

GALLOGRAECIAE.
Olympus,uel Cypri 1052.a.b

GRAECIAE.
Callidromus 463.a
cambalibus 469.c
thermopylæ 924.a

HISPANIAE.
Calpe 466.b
illipula,uulgò Illipa 445.a
orthoſpeda 109.b
pyrene,pyrenæus,pyrenæi 382.a
uindius 1089.b

INDIAE.
Cophantus 809.b
imaus 448.a
milo,milus 832.a

IONIAE.
Latinus 654.a

ITALIAE.
Albanus 185.a
algidus 193.b
apœninus 280.a
auentinus 366.a
capitolinus 491.a
circeium 597.a ciſpius 609.a
cælius 638.b
euganei,Venet. 98.a
exquilinus,quirinalis 160.a
garganus S.Angli 323.a
gaurus 325.a
leucogæi 672.b
lucretilis 716.b
maſicus 783.a
matinus 786.b
murtius 896.b
palatium 11.b
ueſeuus 1061.a
ueſinius 1063.b
uiminalis 1084.b

LACONIAE.
Taygeta 880.a

LIBYAE.
Athlas 354.a

LIBVRNIAE.
Sardonici 594.a

LIGVRIAE.
Veſulus 1063.b

LVCANIAE.
Alburnus 186.b
ſyla 854.b

LYCIAE.
Chimera 577.b
cragus 835.a

LIDIAE.
Tmolus 939.b

MACEDONIAE.
Cadauiæ 474.a
libethrus 683.b
ſithor,uide Sithonia 696.b
iuxta MAGNESIAM.
Thorax 926.b

MAVRITANIAE.
Athlas 354.a

ASIAE.
Diris 1026.a
olympus 1052.a

NEMEAE.
Apheſas 277.b

NORICI.
Cetius hodie Calemberus 568.a

PALESTINAE.
Carmelus 502.b

PAMPHYLICAE.
Corycus 831.a

PAPHLAGONIAE.
Cytorus 890.b
in PARO inſ.
Marpeſus 779.b
in PHALISCIS.
Soracte 719.a
in PHOCIDE.
Parnaſus,parnaſſus 44.b

PHOENICIAE.
Carmelus 502.b
libanus 276.b

PHRYGIAE.
dindymus 1019.b
ſipylus 693.b

PHTHIOTIDIS.
Athamas 354.a

RHETIAE.
Rhetico 529.a
in SABINIS.
Tetricus 916.a
uſtica 1147.a

SARMATIAE.
Carpatus 306.a
corax 814.b

SCYTHIAE.
Hyperborei 423.a

riphæ 537.b
riphæi 537.b

SICILIAE.

Aetna 142.a
agragas 177.a
cæcinos 447.b
Carmelus, uide Syri 502.b. & 860.b
caſius, uide Syria 511.a & 860.b
erix, uide Sicilia 677.a
erycus 85.b
libanus, uide Syria 676.b & 860.b
pelorum, uide Cænis 454.a

SYRIAE.

Caſius 511.a

THESSALIAE.

æmus 112.b
Buzygeus 438.a
cerceti 555.a
citheron 609.b
minilus, qui poſtea Orchomenus 1080.b
oeta, Oete, inter Theſſaliam & Macedoniam 1041.b
olympus 1052.b
orchomenus 1080.b
oſſa 1100.a
othrys 1103.a
pelion 85.a
pelius, uide ſperchius 733.b
pieria 162.b
pierus, uide Cerceti 555.a
pindus 168.b

THRACIAE.

æmus ſiue Hæmus 112.b
Athos, Athon 354.a
edon 13.b edonus 13.b
hemus, uide Thracia 927.a
iſmarus 606.b
orbelos, uide Thracia 927.a
pimpla 168.a
rhodope 531.a

TROADIS.

Ida 434.a
tmolius, uide Troas 940.a

THVRIAE.

Thalamus 918.a

POPVLI.

ACARNANIAE.

Tleboæ 939.b

AEGYPTI.

Macrobij, ſupra Aegyptum 742.a
memphi 806.b
ſaitæ 567.b
tentyritæ 900.b
thebæi 920.a

AEMATHIAE.

Aegeades 103.b

AETHIOPIAE.

Accidophagi 56.b
adiabaræ 75.a
agriophagi 177.b
blemmyes, Blemmiæ 416.a
gamphaſantes 322.b
ichthyophagi 433.a
imantopodes 448.a
troglodytæ 984.a

AFRICAE.

Aethiopes 141.a
androgynæ 248.b
carpi 506.a
getuli 338.a
leucæthiopes 672.a
lothephagi 714.b
marmaridæ 778.b
mauri 789.b
mazax 790.a
pharuſij 167.a

ALEMANNIAE.

Saxones, uide Anglia. 250.b

ARABIAE.

Adæi 64.b
agareni 154.b
canchlei 474.a
candei 474.a
cataduꝑi 517.b
debæ 901.a
mimæi 834.a
ſabæi, fœli. 558.b
ſarraceni 591.a
ſchenitæ 608.a

ARCADIAE.

Aꝑitij 116.a
aliphiræi 193.b
pheneatæ 169.a

ARMENIAE.

Cercetæ 555.a
cerceti 555.a
ſophenæ 717.a

ASIAE.

Agamantes 153.b
bebryces 400.a
brancoſi 429.b
bregmenteni 430.a
briſabritæ 432.a
brullitæ 433.b
buzeri 438.b
buzeres 439.b
cabalij 439.b
cadusij 446.b
calingij 462.b
cataceti 517.a
chimærij 577.b cimmerij 592.a
comari 675.a
derbices, iuxta Caucaſum 963.a
dores 1076.b
lycaones 734.b
milesij 831.a
moſchus, nunc Moſchouitæ 876.b
moſſynœci 877.a
ſatarchæ 592.a
trœzeni, uide Trœzen 984.a
uegeti 1023.b
xanthi 1162.b

ASSYRIAE.

Gargaridæ 323.a

ATTICAE.

Aexones 143.b

BITHYNIAE.

Mariandini 777

BOEOTIAE.

Aones 273.b
hyanthes 419.b
thebani 920.a

BRITANNIAE.

Chelidonij 576.a

BRITANNIAE inf.

Scoti, quondam anthropophagi, 617.b
trinoantes, trinobantes 977.b

CAMPANIAE.

Opici 1063.a

CARIAE.

Cares 501.b
Celonophagi 576.a

CHERSONESI.

Troezenij 984.a
iuxta CILICIAM.
Piſidæ, antea Solymi 174.b

COLCHICAE.

Cephalatomi 551.b

COLCHIDIS.

Coraxi 814.a

CORCYRAE.

Phæaces 163.a

CORSICAE.

Cyrnij 889.b

CRETAE.

Curetes 875.b
ſalentini 570.b

DACIAE.

alani 184.a
daci 892.a

EPIRI.

Acarnanes 28.b
acheron 48.b
Aenienſes 14.b chaones 571.b
curetes 875.b
dryopes 1082.a
moloſſus 859.b
theſproti 925.b
triballi 971.a

EVBOEAE.

Abantes 28.b
acarnanes 28.b
atlantes 354.a
curetes 875.b

EVROPAE.

Alani 184.a
bebryces 400.a
breuni 432.a
brigiani 432.a
bulgari 438.b
capilati alp. 485.a
ſocunates alp. 267.b
iazyges 431.b
inalpini 479.b
rheti alp. 528.b
tauri 878.b
uageni alp. 1009.a

GALLIAE.

Abrincatui 17.b
aſinates, Aquitaniæ pictonibus iuncti 160.a
allobro-

allobroges, nunc Sabaudienſes & Delphinates 205.a.
ambiani Gal. Belgicæ, uulgò Amiens, 222.a
ambibarij, uide Aremorica 310.a
ambrones 222.b
andegaui, Andes aquitani. 247.b
arecomici, Narb. 309.b
aricoſmici 318.a
atax, Narb. 353.b
atrabates uulgò Artois 355.a
auerni 366.a
aulerci, Lugd. Rouan. 373.b
auſci Aquitaniæ, uulgò Aux 380.b
bardij 397.a
baſilienſes, uide Rauraci 444.a
belgæ 400.b
bellouaci 401.a
boij, Borbonenſes 418.a
cadetes, uide Aremorica 310.a
cadurci, Narb. uulgò Cahors 446.a
caleti 461.b
cambolecri, Narb. 469.b
camponi, Aqui. 471.a
cernutes, Cel. uulgò Chartres 504.b
cauaras, Narb. 523.a
celtæ 545.a
cenomanni, Celt. uulgò de Maine 545.a
curio, ſolites, uide Aremorica 310.a
delphimates, uide Allobroges 205.a
Eburones, Bel. nunc Leodienſes 5.b
Galleti, uide Abrincatui 17.b
hedui, Cel. 385.b
heluetij 387.a
luxenij, uide Abrincatui 17.b
lemouices, uide Aremorica 310.a
limouici, limouices uulgò Limoſin, 693.a (692.a
lingones, Langres
mediomatrices, uide Treuiri 970.b
menapij, Bel. 807.a
metenſes, uide Treuiri 970.b
morini, Bel. 869.b
nannitæ, quorum ciuitas Condiuincum, uulgò Nantes 912.a
neruij, Bel. nunc Tornacenſes 941.b
nitiobriges, Narb. hodie Mons peſſulanus, uulgò Montpelier 955.b
normani 968.b
oſiſimi, uide Aremorica 310.b
pariſij, Cel. 43.b
pictones uulgò Poictu 162.a
rauraci, Bel. nunc Baſilienes 444.a
rhedones, Britanniæ 527.b
rhemi, Bel. uulgò Rhemenſes 528.a
romandues, hodie Veromandi, Vermandois 542.b
rutheni, Aqui. uulgò Rhodes 557.b
ſabaudienſes, uide Allobroges 205.a
ſamarobrini S. Quintin 577.b
ſantones, Santoni, Xãtoni, uulgò Xantonge 584.a
ſenones Lug. 649.a
ſequanici, uide Sequana 656.a
ſequani 656.a
tectoſages Pyrenæis proximi 880.a
toliſtobogi 880.a
tongri, uulgò Brabant 945.a
treueri, Belg. 970.b
tricaſtini 974.a
turones, Lug. 997.a
uangiones, Velocaſſes, Lug. uide Abrincatui, unellintide Aremorica 17.b
ubij, Bel. 1022.a (130.a
ueneti, Lug. 1033.b
uocontij, Narb. 1128.b
uolſcæ, uolſcæ, Narb. uulgò Langedos, 1130.a
ueromandui, Bel. 1051.a

GAL. CISALP.

Inſubres 561.a
lambrani 642.b

GALLATIAE.

gallograeci 322.a

GALLOGRAECIAE.

Buccellarij 436.b

GERMANIAE.

Alemanni, germani 192.b
bremenſes, uide Amaſius 220.a
caici 457.b
campſiani 471.a
chati cati 575.b
cauci, uide Campſiani 471.a
cheruſci 577.a
calci, uide Campſiani 471.a
cimbri 591.b
daci, uide Dani 892.a
dani nunc Daci 896.b
Franci, uide Salij 571.a
francones 288.b
lepontij, Germ. alp. Rhet. montis S. Gotardi 670.a
marcomani 775.a
ſalij 571.a
ſaxones 598.a
ſicambri 575.b
ſucambri, uide Campſiani 471.a
ſueui 812.a
teutoni, teutones, teutonici 917.a
tigurini 933.a
uandali 1015.a
uindelici 1087.b
uncteri, uide Campſiani 471.a

GRAECIAE.

Aegoſthenenſes 109.b
colchi 653.b
colophonij 668.a
gytheates 365.b
myrmidones 908.a
pelaſgi 84.a
pelethronij 84.b

HELLESPONTI.

Ophiogenes 1062.b

HETRVRIAE.

Faliſci 204.a
phaliſci 165.b
ueiens 1025.a

HIBERNIAE.

Brigantes 432.a

HISPANIAE.

Acintani 53.a
æqueſilici 116.b
alabenſes, Alabonenſes 182.b
artabri 329.a
burſaonenſes 438.b
cantabri hodie Biſcaini 481.b
Caſtuli 616.a
caſtulonenſes 516.a
celtiberi 545.a
ceretani 557.a
concani 712.b
gallaici, galleci 321.b
italicenſes 610.a
ſicani 675.a
turduli 976.a
ualerienſes 1013.b
uarduli 1017.a
uaſcones 1019.a
uectones 1029.b

ILLYRIAE.

phlanates 174.a
taulantij 878.a
taulantini 878.a

INDIAE.

aſtomi 348.b
brachmanes 428.b
calingæ 462.b
carmani 502.b
coaſtræ 636.a
colubæ 670.a
cylbiani, uide Cæſarienſes 885.et 456.a
cynocephali 887.a
pygmæi 378.b

IONIAE.

cæſarienſes 456.a
cephalenes 551.b
leleges, legæ 665.b
metropolitæ, uide Cæſarienſes 825.b
peucetij. circa mare Ionium 162.b

ITALIAE.

abellinates 9.b
aborigines 16.b
æcani 109.b
æquiculani 116.b
æqui 116.b
albenſes 185.a
aletini 193.b
aletrinates 193.b
altinates 213.b
atinates 354.b
auximates, uide Auximum 389.a
bolani 418.a
borcani 426.b
brutij 434.b
buttuntinenſes 438.a
cæleſtini 450.b
caleni 461.a
cales 461.b
camelani 469.b
cannenſes 478.a
capenates 483.b
carni 504.b
caſſentillani 517.a

cenomanni 545.b
cimmerij 545.b
dauni 899.b
euganei, Venet. 98.a
fauentini 219.a
frentinates 226.a
frentini 226.b
fidenates 240.a
frentani 292.b
fulfinates 307.b
hernici 392.b
Læſtrygones 640.a
latini 654.a
leſtrigones 671.a
lucani 715.b
luceres 716.a
mamertini 759.b
marrucini 786.a
marſi 780.b
oſci 1099.a
peligni 81.a
prægutij, hodie Prægutini, uulgò Abruzzi 253.b
protropi, uide Abellinates 9.b
ramenſes 431.a
ramnetes 431.a
rhegini 527.b
rutuli 558.a
ſabini 559.b
ſacrani 554.a
ſalaßij, ſub inſubribus, hodie Marquiſat de Saluſſes 570.a
Samnites 579.a
ſanates 579.a
ſentinates 649.a
ſignini 679.b
tatienſes 678.a
taurini 879.a
tifernates 932.a
tolentinates 941.a
trebani 968.a
trebulani 968.a
tuſci 999.a
ueliterni 1026.b
ueneti 1033.b
uerulani 1058.b
ueſtini 1064.b
uolſci 1130.a

IVDAEAE.

Sodomitæ, uide Sodoma 703.b

LIBYAE.

Garamantes 323.a
mareotæ 777.a
naſamones 915.a
penchæi 21.b
pſylli 356.b

LOCRORVM.

Bullenſes 438.b

LVCANIAE.

Acheron 48.b

LVSITANIAE.

Cæſarobricenſes 756.a
callaici. 463.a

LYCIAE.

Lycij 735.a
miniæ 836.a
mylies, uide ſolym 714.a
ſolymi, iuxta Lyciam 714.a
termille 906.a

MACEDONIAE.

Aethices 141.a
albani 185.a
almopes 206.a
almopij 206.a
biſaltæ 412.b
bulliones 438.b

circa MAEOTIM.

Choatræ 580.b

MASSILIAE uicini.

Albici 158.b

MAVRITANIAE.

Maſſyli 783.a

MYSIAE.

Capnobatæ 491.b

in OCEANO ſept.

Fanesij. 211.b

PALAESTINAE.

Heſſeni 394.a

PANNONIAE.

Catari 519.a

PARTHIAE.

Sericus 660.a
tapyri 875.a

PELIGNORVM.

Corfinienſes 815.b

PELOPONNESI.

Elei 30.a
gytheates 365.a
helei 385.b

PERSIAE.

Perſæ 140.b
ſuſiani 846.a

PHOENICIS.

Sidonij 679.a

PHRYGIAE.

Bregi, Breges, Phryges 430.a

POENIS uicini.

Zygantes 1167.b

PONTI.

Acheron 48.b
chalybes 570.b
chidmæi 573.a

iuxta PONTVM.

Phtirophagi 180.a

SARDINIAE.

Sardi 594.b

SARMATIAE.

Hamaxobitæ 378.a
tartari 877.b

SCYTHIAE.

Abij 13.a
agathyrſi 155.a
alani 184.a
anthropophagi 278.b
arimanni, uide Arimaſpi 318.b
arimaſpi, uide Scythia 625.a
bactri 390.a
boryſthenidæ 426.b
bryſani 435.a
budmi 438.a
cacidiri 440.b
callipidæ 463.b
callipodæ 463.b
camace 469.b
camæ 469.b
daæ 891.b
dadicæ 892.b
gotthi 348.b
græcoſcythæ, uide Callipidæ 463.b
hunni 419.a
hyperborei 423.a
larodij 651.a
maſſagetæ 782.b
nomades, nunc Tartari 961.a
rhoxolani, uide Alani 183.a
ſacæ 560.a
ſarmatæ 560.a
ſcythæ 625.a
ſeres 659.a
tibareni 931.a
turci 996.a
ungari, uide Hunni 419.a

SICILIAE.

Agyrini 179.a
ægeſtani 107.a
bachiadæ 390.b
cactrini 440.b
centuripini 550.a
geloni 325.b
getæ 338.a
ſegeſtani, uide Aegeſtani 107.a
ſyracuſæ 860.b
tartari 877.b

ad TAPROBANEM inſ.

Antichthones 270.a
Antipodes 270.a

TAVRIAE.

Caraſeni 497.b

in THASO inſ.

Thaſij 919.a

THESSALIAE.

Aethici 141.a
centauri, hippocentauri 548.a
dolopes 1066.a
lapithæ 648.b
minyæ 837.b

THRACIAE.

Beßi 406.b
biſtones 413.a
botiæi 426.b
bryſæ 435.a
catizi 521.b
cicones 589.a
daſſaretæ 899.a
drauſi 1080.b
edoni, Eudonij 13.b
getæ 338.a

TROADIS.

Cedrini 535.a

VMBRIAE.

Aeſinates 131.b

PROMONTORIA.

cainertes 470.a

ACHAIAE.

Chelonates 576.a
chelonita 576.a
ichthys 433.b

AEOLIDIS.

Aega 103.a
ægates 130.a

AETHIOPIAE.

Aegialus 107.a

AETOLIAE.

Rhion 530.a

AFRICAE.

Agni cornu, prope Bolbiticum Nili oſtium Afri. 163.b
barce 163.b
borion 426.a
candidum 476.a

ATTICAE.

Sunium 826.b

BRITANNIAE.

Bellerium, uide antiuæſteum 271.a
bolerium, uide antiuaſtoum 271.a

CARIAE.

Aphrodiſium 278.a
cnidos 633.b

CHII.

Arnißum 330.a

CILICIAE.

Sarpedon. 591.a

CRETAE.

Criumetopon prope CVMAS. 851.b
Miſenum 840.b

CYPRI.

Acamas 28.a

CYRENARVM.

Phycus 180.a

EPIRI.

Leucathes 673.b

EVBOEAE.

Cenæum 545.a
cœneum 641.a

EVXINI ponti.

Carambis 497.b

GALLIAE.

Antinaeſtæum, bolerium, bellerium, uulgò S. Burien 271.a
cantium 482.a
citariſta, citariſtes, Narbonenſis prouinciæ 609.b
gobæum, uulgò le ſour 347.b
ocrinum, Britanniæ, uulgò Mons S. Michaelis 1031.a
ſantonum promontorium, uulgò Blaye 584.a

GRAECIAE.

Aegialus 107.a
Candaria, in Coo inſ. 470.a

HELLESPONTI.

Canoßema 887.b

HISPANIAE.

Aphrodiſium 278.a
artabrum 329.a
ferraria 234.b
nerium, Artabrorũ alio nomine, 329.a

HYBERNIAE.

Notium, uulgò Cabo de Mar. 972.b

INDIAE.

Calingon 462.b

ITALIAE.

Cænis 454.a
circeium 597.a
cocynthum 637.b
lacinium 635.b
leucopetra 672.b
zephyrium 1165.b

LACONIAE.

Tænarum 867.b
malea, Laconicæ prouinciæ 754.a

LOCRORVM.

Zephyrium 1165.b

LVCANIAE.

Palinurus 13.a

LVSITANIAE.

Sacrum promontorium, hodie caput S. Vincentij 561.a
cuneus 866.b
lunæ, uulgò Ponte da Luna 726.b

HETRVRIAE.

Lunarium, Mons Iouis, ſcalæ Annibalis, nunc Moúmi 726.b

MACEDONIAE.

Canaſtræum 473.b

MAGNESIAE.

Acantium 100.b

MAVRITANIAE.

Mega, uulgò Vrie, ſiue Vue. 797.a

PAPHLAGONIAE.

Aegialus 107.a

PELOPONNESI.

Scylleum 624.a

PHOENICIAE.

Carmelum 502.b

PROCONNESI.

Nympheum 997.a

SARMATIAE.

Agarum 154.b

SICILIAE.

Bucra, hodie Butera 436.b
falacrium 203.b
lilybæum 690.a
Pachynus 4.a
pachinum, uide Trinacria 977.a
pelorus 88.b
peloꝛum, uide Trinacria 977.a
regium 472.b

TABROBANAE.

Colaicum 653.b

TAVRI montis.

Chelidonium 576.a

THRACIAE.

Aegialus 107.a
chryſoceras 584.b
ſpartio 726.a
ſperchium, uide ſpartio. ibid.

TROIAE.

Rhœteium 532.a
ſigæum 679.a

TVSCORVM.

Populonium, hodie Baractus portus, 215.a

VRBIVM.

ACARNANIAE.

Alyzia 218.a
leucas 672.a

ACHAIAE.

Aegyri 108.a
argos 314.b
corona 820.b
corinthus 816.a
cyparißa 888.a
elis 34.b
ephyra, Ephyre 61.a
epidaurum, Epidaurus, hodie uulgò Ragußa 63.a
glyßa, uide Aegialeus 107.a
gytheum 365.a
helice 386.a
meſſenia 821.a
naupactus, hodie Lepanthum 924.b
patræ, Aroe prius dicta 68.a
pallene 14.a
pellene 85.b
pylos 381.a
ſicyon 678.a
zancle 1164.b

in AEGEO mari.

Thaſus 919.a
tenos mari, 899.b

AEGYPTI.

Abydus 27.a
Aegyptus, Memphitis 110.a
Alexandria, uulgò Scanderia 194.b
alexandria canopicum 194.b
bubaſtis 435.b
cercaſorum 555.a
dioſpolis 1022.b
heliopolis 386.a
heracleopolis 389.a
hermopolis 392.b
lycopolis 735.b
memphis 806.a
oxyrynchus 1107.a
peluſium 89.a
ptolemais 358.a
ſais, Saiticum 593.a
ſyene 854.a
tanis 872.a
tentyra 900.b
thebe 920.a

AEMATHIAE.

Aegea 103.a

AEMILIAE.

Forumcornelij 286.a
imola 456.a

AEOLI.

Aeolia 115.a

AEOLIAE.

Notium 972.b

ſtrongyle, uide Aeolia 286.b

AEOLIDIS.

Aegæ 103.b
ciſtena 609.b
cyme 886.a
edonis 13.b
ſcepſis 607.a

AETHIOPIAE.

Saba 558.b
ptolemais 358.a

AETOLIAE.

Aegira 108.a
calydon 469.a
lyſimachia 738.a
olenos 1049.b
pleuron 188.b
pylene 381.a

AFRICAE

Abyla 27.a
aphrodiſias 278.b
aphrodiſium 278.b
barce Ptolemais 397.a
berenice, Beronice, Berenicis 406.a
brachode 429.a
bulla regia 438.a
canopicum 481.a
canopitanum 481.a
carchedon, Carthago 499.a
carthago, Carchedon, Alexandria Commodiana Togata 508.a
catabathmus 517.a
clupea, Clypea 632.a
heracleopolis ſecundũ Nili oſtiũ 389.a
hermæa 391.b
hippo 400.a
leptis 670.a
melite 801.a
neapolis, uulgò Maometa 927.a
ptolemais. uide Barce. 397.a
tabraca 864.a
tagaſta 868.a
thebæ 920.a
thimiſſa 926.a
thunnis. uide thimiſſa 926.a
utica 1151.a
zama 1164.b

in ALP.

Vintium, uulgò Mont uiſol 1090.a
cemeneleum in Alp. litt. uulgò Cemellio 538.b
oſcella in Scutijs 1099.a
uintium uulgò Monuiſol 1099.a

APAMIAE.

Cæſarea 456.a

APVLIAE.

Acherontia 49.a
æquumtuticum 119.b
apeneſte 275.a
apinæ 278.a
apina 278.a
barium 397.b
egnatia, hodie Iuuenatium 23.b
iapix. uide Barium 397.b
rubiæ 547.b

ſipontum, uulgò Siponto 693.b
theanum 919.b
trica 973.b
uion, hodie Biuona 1093.a

ARABIAE.

Aelana 110.b
nyſa 997.a

ARCADIAE.

Clitoris, clitorium 630.a
cynethium 887.a
elis 34.c
mantinea 769.a
pheneum 169.a
piſa uide Alpheus 210.a
piſa 173.a
tegea 881.a

ARGIS uicina.

Tyrinthia 1003.b

ARIAE.

Ocerræ 1030.b

ARMENIAE.

Artaxata 329.b

ASIAE.

Abydus 27.a
adæ 64.b
agrippias, Anthedon, Agrippium 178.a
alabanda 182.b
albania 185.a
alexandria 1092.a
alopeconeſus 209.a
ampeſone, uide Calimgij 462.b
apamia 272.a
berythus, uide Calamos 458.b
botrys, uide Calamos 458.a
brias 432.a
byblesia 438.b
byblos, uide Calamos 438.b. & 458.b
calamos 458.b
colonæ, uide Apamea 272.a
canas 472.b
comana, uide antitaurus 270.b
cromna 27.b
elæa 686.b
geruſa, hodie S. Georgius 337.b
gigarta, uide Calamos 458.b
harpaſa 380.a
hypæpa 422.a
iſſus 607.b
ithyra in Tauro monte 612.a
lapſacũ, uide Calipolis 462.b. et 644.a
laodicea 647.a
lariſſa 651.a
lebedus 662.a
magneſia 749.a
mapeta 774.a
mazaca 790.a
melibœa 800.a
miletus 830.a
nicea 945.a
parium 43.b
pergamus, uel pergamum 117.b
pitane 175.a
ſamoſata 579.a
ſinada 689.a
troezen 984.a
trieris, uide Calamos 458.b
tyrambe 1003.a

ASSYRIAE.

Alcairum, uide Babylon 390.b
abydon, uide Calipolis 462.b
carium, uide Babylon 390.b
ninos 953.a
ninus 953.a
niniue 953.a
oroba 1093.a

ATTICAE.

Brauron 430.a
eleuſin 32.a
eleuſis 32.a
marathron 774.b
ſchœnus 608.b

AVSONIAE.

Beneuentum, uide Auſonia 386.b
cales 461.b

AVSTRIAE.

Iulium carnicum, hodie Golitia 618.b
uiana 1080.b
uienna 1080.b

BABYLONIAE.

Borſippa 426.a
hur, uide Orchoe 1080.b
orchoe 1080.b
thelbencane 920.b

in ma. BALEARI.

Palma 16.b
pollentia 199.b

BAVARORVM.

Salezaburgenſis, uide Bedacum 400.b

BITHYNIAE.

Amaſtris, uulgò ſup. ſtio 220.a
apamea 272.a
chryſopolis 585.a
cyzicus 891.a
daſcylos 899.a
heraclea 389.a
lampſacum 644.a
libyſſa 686.b
mylea, uide Apamea 272.a
nicea metropolis 945.a
nicomedia, hodie Nicor, uulgò Comidia 946.a
patauiũ, quæ hodie Polmon dicitur 61.b

BOETIAE.

Aegra, uide Albis 186.a
aliartum 195.b
ambryſus 222.a
copæ 809.b
coronæa 822.a
delphi 942.a
draconigena 1080.a
hauturgum, uide Albis 186.a
lacrynna 651.a
lebadia 662.a
olenos 1049.a
orchomenos 1080.b
orchomenum, uide Acidelia 50.b
plateæ 182.b
pieria 162.b
potnia 236.b

tanagra 870.b
telphuſſium, tilphoſſium 886.b
theſpiæ 925.a
ſala 569.a

BRITANNIAE.

Aquæ calidæ, uulgò Bathe 294.b
beruicia Britan. inſul. uulgò Berwyk. 406.b
bullæum, Britan. inſul. uulgò Vuitlam, 438.a
camalodunum 469.b
cantuaria, uulgò Canterburgi 482.a
caturactonium inſ. uulgò Caerleril, Caerdulia 519.a
Corinium, Claudiana caſtra, hodie Claudioceſtria Clouceſtre 816.a
deuana, inſulæ Brit. 981.a
dunium, inſ. 1091.a
eboracum, uulgò Iorlz 4.b
iſchalis, inſ. 606.a
lindum, inſ. Lincolina, Lindecolinum, uulgò Lincolon 692.b
londinium, inſ. Londinum, uulgò London, Londres 708.b
luentinum, inſul. uulgò Prouiesland. 721.b
maridunum, inſul. uulgò Caermaden, 777.b
mediolanum, uulgò Mancheſter 793.a
nalcua, uulgò Vßiſordæ 911.b
Oopellum, inſ. Vxellum alijs dicta, hodie Ceſtria, uulgò Cheſtre, Vnchestre, 1058.b
orrea, uulgò Neucaſtel, Moncaſtre, 1093.b
uicus agriarius inſ. uide Aquæ calidæ, 294.b
tamaræ Britanniæ inſ. uulgò Lanerſtok 869.b
urolanium Britan. inſ. uulgò S. Albon, 1145.a
uxella Brit. inſ. 691.a

in BRVTIO.

Columna, Stylarion 671.b
ſcylacium, Sryletium hodie, uulgò Schilazo 623.b
ſilmo 818.a
temeſa, hodie tempſa 886.b

CALABRIAE.

Amita 228.a
brunduſium 434.a
meſapia 820.b
peutetia, uide Brunduſium 434.a
ſaturnium 596.a
tarentus, Tarentum 876.b
thurij 928.b
thurion, thuria ibid.b

CAMPANIAE.

Abella 9.b
abellina ibid.b
abellinum, uide Auella 366.a
acerra 46.a
acernæ 46.a
nola, quæ prius Sidicinum 961.a
nuceria, hodie Alphatenia 981.b
puteoli 278.a
pompeij 205.b
rubi 547.b
rufrimaceriæ 550.b
ſetia 670.b
ſinueſſa 691.b
ſera 658.b
ſueſſa 612.a
ſurrentum 843.b
tarachina, uide Trachina 952.b
tarquinij 877.b
tarracina ibid.b
trachina 952.b
uenafrum 1030.b
uulturnus, Vulturnum 889.b

CAPPADOCIAE.

Cæſarea, Maſaca 456.a
ceraſus, uulgò Zefano 554.a
comanum 675.a
maſaca, uide Cæſarea 456.a
polemonium 107.b
themiſcyra 921.a
trapezus 968.a
tyana 1000.a

CARIAE.

Alabanda 182.b
anæa 245.b
calydne, calydna 469.a
caunus 527.b
cnidos 633.b
balicarnaſſus 377.b
neapolis 927.a
pyrrha 383.a
telmeſus 886.b

CARNORVM.

Opitergium, hodie Opitergum 1066.a

CENOMANORVM.

Brigantium, uulgò Brianſon 432.b

in CEO inſ.

Carthæa 608.b

CEPHALENIAE inſ.

Alalcomenas 183.b

CHAONIAE.

Dodona 1064.b

CHERSONESI.

Taphræ 875.a
theodoſia, hodie Capha 922.a

CICONVM.

Maronea 779.b

CILICIAE.

Adana 65.b
æge 1031.a
caſtalia 513.a
celendris 541.b
corycus, Corycos 831.a
peliopolis 386.a
iconium 434.a
mallos 754.b
pompeiopolis, Traianopolis 205.b
ſeleucia, uide Calicadnus 469.a
ſeleucia, uide Calicadnus 469.a
tarſus 877.b
thebe 920.a

COLCHICAE.

cyta 890.a
cyte 890.a

COLCHIDIS.

Aea 100.a
dioſcurias, dioſcuriadis, dioſcuriada, 1022.a

COLOPHONIORVM.

Clarium 616.b

COORVM.

Aſtypalæa 351.b

CORSICAE.

Aleria 192.b
roxicum, uulgò Rogela 546.b

CRESSAE.

Aenea 113.b

CRETAE.

Apollonia 281.a
aptera 292.a
camara uulgò Camear 479.a
ciſamus 608.b
cortina 829.b
cortyna 830.a
cydon 885.a
dictynna 1001.b
gnoſos, uulgò le Four 347.b
gortyna, uulgò Cortyn 348.a
lariſſa 651.a
oaxus 998.a
phæſtum 163.b
pœcilaſium 193.b
rhitimna, hodie rhetimũ, uulgò Aretina, 530.b
rhytius 533.a

CYPRI.

Boosura 426.b
creta 844.b
palepaphos 12.a
paphos 28.b
temeſa 886.b

CYRENAE.

Apolonia, uide Automalax 387.a
arſinoe 328.b
auriga, uulgò Zadra 376.a
automalax, automala, uulgò Eſtam, 387.a
berenice, uide Automalax 387.a
ptolemais, uide Automalax 358.a. 387.a

DACIAE.

tiriſcum, nũc Taros, hodie Groſſechana 937.b
zarmizegetuſa, uulgò Cron 693.b
zugma uulgò Cleſenburg 695.a

DALMATIAE.

Corinium, hodie Corninium 816.a
enona, hodie Nona 53.b
liſſus, hodie Alexium 699.a
ortopla, hodie Ortopula 1094.a
ſidrona, Stridona, uulgò Sdrigna, 772.b
ſalone 574.a

DAVNIORVM.

Sidicinum 678.b
in DECAPO.regio.
Abila 14.a
ELIDIS.
Buprasium 438.a
EMATHIAE.
Edissa 11.a
EPIRI.
Aegilips 107.b
ambracia,eponia,paralia, uulgò Lacta 222.b
apollonia 281.a
buthrotum,buthrotium 438.b
epona,uide Ambracia 222.b
epuia,uide Ambracia 222.b
nicopolis 946.a
oricos 1085.a
paralia,uide Ambracia 222.b
EVBOEAE.
Arethusa 312.a
chalcis 750.a
eretria 74.b
hestiæa 394.a
EVROPAE.
Calipolis,callipolis,festos, uide Abidus 27.a
calpe 466.b
segusium Eur.Alp. Græ. uulgò Sion. 637.b
FLAMINIAE.
Cæsennæ 456.a
GALATIAE.
Abronimœnia 18.a
ancyra 247.a
cimolis 592.a
GALILAEAE.
Tiberias 931.a
GALLIAE.
Acusiorum,Allobrogum,in Gal. Gratianopolis,uulgò Grenoble 42.a
aeria 126.a
agatopolis,mons Pessulanus,uulgò Mõtpellier 155.a
agedicum,uulgò Sens 155.b
agendicum ibid.
aegimum,uulgò Angolesme 162.a
alba Heluorum,Narb. 185.a
alexia,Rigiacum,Alexia,Celticæ, uulgò Laussois in Burgundia 194.b
aquæ augustæ,Aquitaniæ, uulgò Baiona 294.b
aquæ mortuæ,Narb.uulgò Aigues mortes 294.b
aquæ Sextiæ Salyum, siue Salyorum, Narb. Aquensis, uulgò Aix en Prouence 244.b
arausio,nunc Arausinens. Narb. uulgò Aurenge 297.b
arelas 310.a
arelate Galliæ Narbon. uulgò Arles 310.a
argentoratum,Argentina,uulgò Strasbourg 313.a
atuacutum,Bel.Antuerpia,Anuers,Andorf 362.a
arausio,uide Aeria 126.a
augusta Triuerorum,Bel. uulgò Treues Trier 371.a
augustodunum,uulgò Austun 371.a
augustritum,uulgò Poictiers 371.a
auaricum,Cel.Chasteau neuf,Viarron en Berri 262.b
auenio,Narb.uulgò Auignon uide Aeria. 366.b
auimio,uide Arecomici 309.b
antipolis,Narb.uulgò Ragni 270.a
aurelia.uide Genabum 329.a
autricum,uulgò Chartres 387.b
baetiræ,Narb.uulgò Besiers 390.b
baganum,Tornacum, uulgò Tornay 390.b
belgium 400.b
bellouacum 401.a
bibracte,uulgò Beaulne 408.a
biturix,uulgò Bourges en Berri 403.b
burdegala,Burdigalia, uulgò Bordeaux 438.b
Caballio,Narb.uide Cabellio, uulgò Caualllon 439.b
cabullinum,Cataleunum,uulgò Chalons sus la Sone 440.a
cale 460.b
caleti,Gesoriacum nauale, uulgò Caletz 461.b
cameracum,Picardiæ 470.a
carcasso Narb.uide Caballio 439.b
carcasum, Narbon. uulgò Carcasona 498.b
carpentoracte,Narbon. uulgò Carpentras 506.a
uide Cabellio 439.b
cataleunum,uide Cabullinum 440.b
cessero,Narb. uulgò Castres 567.b
colonia sextanorũ,uide Arelate 310.a
cõdate uulgò,Renes en Bretaigne 727.b
colonienſis,uide Belgæ 400.b
dariorigum,uulgò Vannes 898.b
ducona,uulgò Cahors 1088.a
durocottorum,Bel.uulgò Reims 1092.b
elcebus,uulgò hodie Sceleſtat 29.a
equestris,uulgò Neufchastel 69.b
Forum Claudij,Alp.hodie Tarentesia duis Sabaudiæ 286.b
Forum Iulij,Narbon. 286.b
Forum Iulium,Narb.uulgò Freius 286.b
forum Leguſian.Bourg.en Bresse 286.b
fossæ Marianæ,Narb.uulgò Aigues mortes 286.b
gaba 320.a
genabum,uide Geneua 329.a
geneua,Allobrogum 329.b
gesoriacum,uulgò Cales 338.a
glanum,uulgò Gap. 342.b
Herculis portus 391.a
iatinum,uulgò Meaulx 431.b
illiberis,Narb.uulgò Granada 444.a
iuliobona,Cel.uulgò Honfleur 618.a
iuliomagus,uulgò Angiers 618.a
lexubij,Galliæ,uulgò lisieux 677.b
limonũ,Pictonũ,uulgò Limon 692.a
lugdunum,uulgò Lion 721.b
Lutetia,lutetia Parisiorum,uulgò Paris 730.b
massilia,Narb.uulgò Marseille 783.a
Mediolanium,uulgò Saintes 793.a
melodunum,uide Parisij 43.b
mœmagus uulgò Nemours 852.b
monœci, Massilien, uulgò Monacho, 863.a
monspessulanus,uide Agatopolis 155.a
moguntina,uide Belgæ 400.b
narbo,uulgò Narbona 912.b
nasium,Bel.uulgò Nanse,Nansi 919.b
nemausus,Narb.uulgò Nimes 935.a
neodunum,Lug.uulgò Leondul 937.b
nicea,Nicia 945.a
neomagus,uulgò Nion prope Gebennã 937.b
nouiodunum,Suessionum 974.a
nouiodunum,in Biturigibus 974.b
nouiodunum in Heduis 974.a
pasa,uide uasatæ 1019.a
ratiastum,Lemouicum, uulgò Limoges 436.a
remensis,uide Belgæ 400.b
rigiacum,uulgò Arras 535.a
rothomagus,uulgò Rouan 545.b
soliacanus portus Gal.uulgò S. Paulus 709.b
samarobrina,S.Quintini 577.b
santonum portus, uulgò la Rochelle, 584.a
tarbelli,uulgò Tarbe 875.a
taruanna,Morinorum,uulgò Terouenne 878.a
tarusium Saliorum in Gal.uulgò Tarascon 878.a
tornacum,uide Boianum 418.a
tolosa,Narbon. 943.a
tornacum,uide Scalde 600.b
tullum,Cel.uulgò Tulle Toll. 990.a
treuerensis,uide Belgæ 400.b
ualentia,hodie Valence 1012.a
uasatæ,Narb. 1019.a
ueneris portus,Gal. Veneris templum 1033.b
Aphrodisium 278.a
ueneris templum 1033.b
uenetiæ,uulgò Vannes 1034.a
Vienna Gal. 1080.b
GAL. CISALP.
comum, Galliæ Cisalp. Nouumcomum 711.b
Mediolanum 793.a
regium lepidi 469.b
rhegium 527.b
GAL. TRANS.
Moguntia,Gal.Transf. 854.a
GAL. TOGATAE.
alba Pompeia,uulgò Albadi Montferrato 184.b
bononia 419.a
forum

forum Cornelij,uulgò Imola 286.a
forum Liuij,Gal.Togatæ,hodie Forliuio 286.b
parma 44.a
GERMANIAE.
Agrippina Germaniæ inferioris metropolis,Colonia Agrippina 178.a
amasia,Marpurgium 220.a
amberga,uide Cantiœbis 842.a
aquisgranũ,Vegerra, uulgò Aix in Alemagna 295.a
aræ Flauiæ,ad Danubium, uulgò Nordlingen 285.b
arsicina,hodie Brunna, uulgò Brumpt. 328.b
arsonium,uulgò Prinsintza 329.b
artaunum, hodie Herbipolis, uulgò Vuirtzburg 329.b
ascalingium,hodie Hildezheim 330.b
asciburgium,uulgò Emerich 331.b
augusta Vindelicorum,Augspurg 371.a
auia 371.b
basilea,Rauracorum,Augusta, ad Rhenum flumen 397.b
bogadion, uulgò Forstleisz 417.b
brunna,uide Arsicina 328.b
budorgis, Vratislauia, uulgò Breslau 438.a
budoris, sub ditione Comitis Palatini, uulgò Heidelburg 438.a
bunitium,uulgò Sund 438.b
calegia,uulgò Vuitemberg 460.b
cantiœbis, hodie Amberga, uulgò Amburg 482.a
carodonum,hodie Cracouia, uulgò Cracaw 505.b
cœnonum,uulgò Loubenbourg 641.b
colonia,uide Agrippina 178.a
cracouia,uide Carodunum 505.b
eburum, uulgò Olmuntz Moraniæ regia 5.b
erfordia,uide Bicurgium 408.b
grauionarum, uulgò Bamberg 358.a
hegitmatia,uulgò Lignitz 385.b
herbipolis,uide Artaunum 329.b
laciburgium,hodie Rostolzium 653.b
leuphana,uulgò Hanofer 675.b
limiosaleum,uulgò Gnisna 691.b
locoritum, hodie Trutonia, uulgò Forcheim 703.a
lugidunum,hodie Glogauia,uulgò Glogaw 723.a
lupsurdum, hodie Mysna, uulgò Meissen 727.a
marionis,uulgò Sberin 777.b
marinois,uulgò Luaenburg 777.b
Mediolanium, siue Mediolanum, hodie Monesterium, uulgò Munster 793.a
melocabus,uulgò Chobourgk 801.a
menosgada,hodie Egra,Eger 808.b
mesuium,uulgò Maydbourk 821.b
nanalia,uulgò Schuuol 920.b
phabiranum,uulgò Bremen 163.a
phileum,in regione quæ Frisia hodie uocatur,uulgò Groningen 171.b
rauracorum Augusta, uide Basilea, 397.b
riusiana,uulgò Gengen 538.a
scurgum,uulgò Smebent 622.a
stereontium,hodie Cassiliũ, uulgò Cassel 757.a
stragona,uulgò Possenauu 769.b
teuderiũ,hodie Padeburna, uulgò Badborn 916.b
tuliphurdum,uulgò Cottingen 990.a
uratislauia,uide Budorgis 438.a
tulisurgium, hodie Brunsuiga, uulgò Brunsuuig 990.a
uiritium,uulgò Griesnagen 1098.a
GRAECIAE.
Arethusa 312.a
asia 350.b
athenæ 354.b
bura 338.a
buxentum 438.a
cane 476.a
cecropia 535.a
cleonæ 627.a
doris 1077.a
gytheum 365.a
ilium 441.b
megara 797.b
olympia,quæ prius Pisa 1052.a
olynthus,iuxta Atticam 1052.b
HELLESPONTI.
Belgas 400.b
booschete 426.b
germanicopolis 400.b
parion 43.a
priapus 288.b
HETRVRIAE.
Cessa 567.b
fessulæ 236.b
florentia,uulgò Fiorence 262.a
forum Claudij 286.a
hiberiæ grachuris 395.a
luna 725.a
populonia,hodie Plumbimum 215.a
pyrgi 382.b
sena & senæ 646.a
ueios 1025.a
uetulonium,hodie Viterbo 1067.b
uolaterræ 1128.a
ulturnum 1160.a
HISPANIAE.
Abdera 7.a
eminium 111.a
alaba,Alabon,Alabona,Laband 182.b
astur,Asturia 350.b
astura 350.b
asturica Augusta,Astorga uulgò 350.b
augusta Cæsarea,uulgò Saragoza 371.a
uide Cæsaraugusta 371.a
augusta Eremita,in Lusitania 371.a
augusta Gemella 371.a
auia uulgò Villalon,Liuia 371.b
beza,uide Betulo 407.a
barcino,uulgò Barcelona 397.a
bergidum,uulgò Vrgel 406.a
bernaba Benauari 406.a
betulo,uulgò Besan 407.a
biatia,Baeza 407.a
bigerra,uulgò Beiar 408.b
bibilis 408.b
HELVETIORVM.
Brana 429.a
brauum,uulgò Burgos 430.b
brauum, uulgò Burgos, olim Masturgi alijs Auca 430.b
brigantium,uulgò Compostella,op.S.Iacobi 432.a
burtina,uulgò Barbastro 438.b
cæsaraugusta,Numantia,Augusta Cæsarea hodie uulgò Saragossa 456.a
calagurium 458.a
callet 463.a
calcula 467.a
carthago uetus 508.b
carthago noua 608.a
carthcia 508.b
castra gemina 514.a
cauca,Conca,uulgò Quenca 523.a
cerealis 553.b
charmonia,Carmo 572.b
clunia 632.a
colonia Fauentia,uide Barcino 397.a
concana 712.a
concordia 723.a
corduba 815.a
caso,uulgò S.Sebastianus 4.a
eldana,Donia uulgò Duennes 28.a
emerita Augusta 42.a
emporiæ, uulgò Castellon Dempurias 46.b
fauentia,Vescis 219.a
flauium brigantium, uide Brigantium 432.a
forumbibalorum,uulgò Fomill.m 286.b
forum Egurrorum, Tarac.uulgò Medina de Ruisco 286.b
forum Tiberij Heluetiorũ,uulgò Scuhuuitz 286.b
germanica legio septima 334.b
gerunda,uulgò Girona 337.a
glandomirum, uulgò Mandauedo 342.a
hispalis nunc Sibilia 402.b
hispaniæ conuentus,uide Bracarum iaua,uulgò Laca 427.b
ilerda,uulgò Leryda & leyda 441.a
illiberis,uulgò Salsas 444.a
illipula 445.a
iria flauia,hodie Satyrana 601.b
ispalis,uulgò Seuilla 607.a
italica 610.a
iturissa 612.b
iuliobriga,uulgò Logronio 618.b

ibora, Talabrica, uulgò Taleuera, 684.b
liuia,uide Auia 371.b
lucentum,uulgò Sufana 716.a
lucus Augufti,uulgò Lugo 718.b
maliaca,uulgò Malgrado 754.a
mediolum uulgò Medina cæli 793.b
mentercofa,uulgò Petraza de la fierra, 813.b
mentifa,Mentofa,uulgò Iaen 813.b
nabriaffa,hodie Veneria 910.b
nemotobriga,uulgò Valdenebro 935.b
nouium,uulgò Noya 974.a
numantia 984.b uide Cæfarauguſta 56.a
ocellam,uulgò Otero de rey 1030.b
octodurum,uulgò Toro 1032.b
oleatrum,alio nomine Oleatro 1049.a
oliba,uulgò Olit 1050.a
onobafturia,alio nomine Otobaluſtu- ria 1056.a
ofca,Iſca dicta,uulgò Gueſca 1099.a
pallantia,alias Palencia 13.b
palma 15.b
paterniana,uulgò Paſtrana 65.b
pintia,uulgò Vallodolit 171.b
porta,uulgò Torquemorda 221.a
ſetabis,ſectanis 670.b
ſaguntus 567.a
ſaguntia,Sarguntia ibid.a
ſentica,uulgò Simancas 649.a
ſerezola,uide Toletum 941.b
ſerice,Fama Iulia 660.a
ſetubia 671.a
ſiſapo 695.a
ſubur,uulgò Cubelles 805.b
tarraco 877.b
tarteſſos 878.a
toletum,uulgò Toledo 941.b
trebia 968.b
tritium metallum 981.b
tucris,uulgò Tudela 988.a
tudæ hodie Tyde ibid.a
tuitana,uide turuptiana 998.b
turiaſſo,uulgò Tiriaſſona 996.b
turuptiana,hodie Tuitana,uulgò Tuy, 998.b
ualentia 1012.a
ucia 1022.a
uertorrige 1058.b
ueſcis 1061.a
uiruefta 1099.a
uirdurbeſca,uide Viruefta 1099.a
uiſontium 1103.a

ILLIRICI.

Tragurium 955.b

INSVBRIVM.

Comum 711.b
mediolanum 793.a
papia,alio nomine Ticinium 286.b
nouaria,uide Ticinium 932.a
ticininum 932.a
uercellæ 1047.b

ISTRIAE.

Aegida 107.b
parentum,uulgò parenzo 39.b
pola 107.b
picinum 162.a
tergeſtrum,uulgò Trieſte 905.a

INDIAE.

Bangella,uide Baracura 394.b
baracura 394.b
bandobena 394.a
bucephalia 437.a
cameropis 470.a
tacoia 867.a
taxilla 879.b

IONIAE.

Aegyptos,ægypſos ad ripam Iſtri 109.b
claros 617.a
clazommenæ 625.b
colophon 667.b
colpe 670.a
epheſus 60.b
pirene 289.a
ſalpiæ 674.a
ſmyrna 699.b
teos 902.a

ITALIAE.

Abellinum,hodie Troia 9.b
auellinum adria 89.b
æca 100.b
æneca 113.b
æfernia,Fernia 131.b
æthria 141.b
alba latij 184.b
alba Dardania 184.b
alba iliaca ibid.b
alba longa ibid.b
alba Troiana ibid.b
alba ibid.b
alba,ad lacum Fucinum ibid.b
aletium 193.b
algidum 195.a
aliſa,alipha 196.a
aliphe 196.a
aliptes 196.b
alſium, uulgò. S. Seuerella, S. Seuera, 210.a
amiternum aquila 228.a
anagnia,uide Hernici 392.b
antenorea 268.b
antium,uulgò Nettuno 271.a
antennæ 268.b
Aquileia,Algar caſtellum 292.a
aquila 294.b
aquimum,uulgò Aquino 295.a
ardea 307.b
aretium,uulgò Arezo 312.b
argyripa,Argi,Arpi 318.a
aricia,Riciá 318.b
arpinum 324.a
arimum 318.a
aſculum 333.a
attella 356.a
atina 354.b
auella,Auellinum,Abellinum 366.a
aucula, Aquula, uulgò Aquapendens, 364.a
aufidena 367.b
auximum,uulgò Oſinum 387.a
baiæ 390.b
barium,iapyx,uulgò Barri 397.b
belgradum,uide Albam 184.b
beneuentum 405.b
bergomum,tranſpadanæ, uulgò Bergo- mo 406.a
bola 418.a
bohion 416.a
bohilla 417.b
bouianum 427.b
bouillæ 427.b
biracellum,uicarellum 409.a
biturgia 413.b
bretena 430.a
brintium 430.a
brixellum 433.a
brixia,uide ceromanni cænina 433.a
cæcubum 447.b
cænina 447.b
cære,cæres,Cærete 454.a
caieta 457.a
calatiæ 459.b
calce,cale 460.a
cales 461.b
calenum 461.a
callioti 463.b
calydium 469.a
camerium 470.a
camerinum,uulgò camarino 470.a
canuſium 483.a
capena 433.b
capua 493.a
carraca,uulgò carrauagio 507.b
carſeoli 508.a
caſilinum 510.b
caſinum 510.b
caſperia 511.a
caudis,caudium 524.b
caulon,caulum 527.b
cecinum 518.a
cenina 535.a
centum 550.a
centumperanea inſula 550.a
cernetum 557.b
ceſena 567.b
circeum 597.a
cliternia 629.b
collatia 655.a
concordia 723.b
corioli 816.b
cremona 841.a
croto 852.b
cruſtuminum 856.a
cures 857.b
dicearchia,quæ nunc puteoli 993.b
fabrateria 185.b
faneſtris 211.b
fauentia,uulgò faenza 219.a
fanum fortunæ,uulgò fauno 211.b
felſina 224.b
ferentum 226.b
ferentinum 226.b
ferraria 234.b
feſcennium 236.b
fidena 240.a
formiæ,hodie nola 279.b
foruli 285.b
forum claudij,uulgò tolfa 286.b
forum Iulium, carnorum hodie frigoli 286.b
foſſæ papyrianæ, hodie foſſonouum 286.b
fregellæ 292.a
fruſtinum,hodie fruſtinena 302.b
fruſino 302.b
fundi 310.a
gabij 320.a
hadria 374.a
heraclea 389.a
hidruntum uulgo otronto 397.b
hydrus 420.b
hyrium 424.a
ianiculum 430.a
innola 542.a
inter amnia,uulgò teranium 568.b
iſtonium,uulgo gnaſto 608.a
italica,corumium 610.a
laxiſſa 651.a
laurolauinium 660.a
laurentum 659.b
lauinium,laurentum 659.a
linternum 695.b
luceria 716.a
luca 715.b
maleuentum,nunc beneuentum 754.a
mandela 761.b
mantua 769.b
metapontum 823.a
meuania 827.b
mutina 902.b
neapolis 927.a
nomentum 965.a
numana 984.b
oſtia 1101.b
otriculum,uide tyberis 152.b
padua,primum antenorea, quæ & pata- uium 5.b
palanteum,in palatino monte 10.b
patauium 61.b
perufia,uide tyberis 152.b
pinna,hodie ponea 170.a
piſtorium 174.b
placentia 176.b
potentia,piceni uulgo S. maria de loret 235.a
præneſte 258.a
priuernum 295.a
rauenna 439.b
roma 542.a
reate 440.b
rhegium 527.b
ricia,uide aricia 318.b
ſalernum 570.b
ſalapia,uide dauni 899.b
ſaxoforatum ſentinum dictum 598.a
ſcaptia 602.b
ſenogallia 649.a
ſentinum 649.b
ſepticollis 655.b
ſutrium 851.b
ſybaris 852.a
tarteſſus 878.a
taurinum uide albis 183.b
teatea 880.a
teanum 880.a
thurium 928.b
tifernum 932.a
tolentum 941.a
trebula 971.b
troia,uide melinum 800.b
turde,hodie tudertum 996.a
tuſculum 999.a
tybur 1002.a
uaunia,uulgò louino 1021.a
uelitræ 1026.b
uenetiæ 1034.a
uenuſia 1042.b
uercellæ,uulgo uerſeil 1047.b
uolſinium 1130.a
urbinum 1140.b
utinum 1149.b

IVDAEAE.

Emmaus,uicopolis 44.a
hieroſolyma 398.a
ieruſalem 437.a
ioppe 598.a
lydda 736.a
rama,uide raphia 432.b
rhaphia,Rama 432.b
ſebaſte 659.b
ſamaria 577.b
ſodoma,ſodomum 703.b

LACONIAE.

Aepea 116.a
bryſea 435.a
cæne,tænaron 454.a
ſparta 726.a
tænaron,uide cæne 454.a
tænarum 867.b
terapnæ 903.b
thuria,uide Aepea 116.a

prope LEMNVM.

Chryſe 984.a

in LESBO inſ.

Methymna 823.b

LIBVRNIAE.

Aſcruium 333.a
aſeriuium 333.a
budea,uide bula 437.b
bula,butua,budea 437.b
burniſtæ 438.b
butua 438.a
docleu,hodie antiba 1064.b
riſinum,hodie rhiſinium 537.b
ſalonæ, uide liburnia ſcardona, hodie ſcadro 603.b
ſcodra 615.a

LIBYAE.

Garamanta,uide Garamantes 323.a
tunetum 973.a

LIGVRIAE.

Albigaunum, albinga, uulgo arbenga 185.b
albiminium, uimimilium, uintimia 185.b
altilia,uulgò alteiola 213.b
aſt 346.a
genua,uulgò genoua 329.b
libarnum,hodie lauanium 677.b
luna 726.b
polentia uulgò planza 107.b
ſauona,ſabbatum,ſabbatio ſauone uul- gò 597.b
ſegeſta,uide tigullia 933.a
tigullia, ſegeſta, uulgò ſigeſtro, ſextri 933.a

iuxta LILYBAEVM.

S. Inis 639.a

LOCRORVM.

Aedepſum 100.b
bullenſes 438.a
canæ 473.a
cynopolis 887.b
cynos 887.b
narcum 912.b
opus 1074.b
thronium 928.a

LVCANIAE.

Elea,uide lucania 716.a
lucania 716.a
pæſtum 7.a
peſtum,uide lucania 716.a
petilia 159.a
petra ſirenum 162.a
ueliæ 1026.b

LVSITANIAE.

Capara,capera,uulgò caparea 483.a
caurium,caura,uulgò corra 528.a
eburá,hodie ebora,eburo 5.b
geræa,uulgò caceres 333.b
manliana,uulgò mons maior 767.a
norbá,uulgo alcantar 968.a
olyſippum,hodie ulyſbona 1052.b
oſſonobá alio nomine ſituera 1100.a
paxiulia,uulgò badaioz 75.b
ſalamantica 573.b
ſcalabiſcus antea Iulium præſidium, tur- ris Iulia, hodie troſilum, uulgò trugi- lo 600.b
ulyſipona hodie liſbona 1116.b

LYCAONIAE.

cadena regio 442.a

LYCIAE.

aptera 292.a
candyba 476.a

dædala 892.a
gnidus 347.b
patara 61.b
xanthus, uide xanthus 1162.b
rhodos 531.b

LYDIAE.

Acmoandros, uide bubo 436.a
balbyra, uide bubo 436.a
bubo, bubon 436.a
magnesia, uide trallis 959.a
sardis 594.a
tmolus, uide trallis 959.a
trallis, trallium 959.a

MACEDONIAE.

Aeantium 100.b
ægæ 103.a
æginium 108.a
albanus 185.a
amantia 218.b
aulon, aulona, uulgò la uallona 374.a
brygion 435.a
buillidensis 438.b
cermorum 557.b
dyrrachium uulgò durazo 1093.b
eribœa, uulgò pressa 75.b
paliene 74.a
pella 58.a
potidæa, antè cassandria dicta 235.a.
thessalonica 925.b
torone 947.a

MAGNESIAE.

Budea 437.b

MARMARICAE.

Antipyrgus 270.b
tetrapyrgia ibid.b

MARSORVM.

Alba 185.a
alcippe 190.b
archippe 190.b

MAVRITANIAE.

Arsenaria, uulgò arze 328.b
cæsarea, tol 456.a
lixus 703.a
sala 569.a
saldæ colonia, hodie elger, uel algeria 570.a
Barbarossæ regnum 570.a
figa 679.a
tingi 936.a
tipasa, hodie tenese 937.a

MEDIAE.

Abacena 5.b
agamzua 154.a
tigrana 932.b

MESOPOTAMIAE.

Babylõ, uulgò cairũ, uel alcairũ 390.a
carræ 507.b

MESSAPIORVM.

Salentia 570.b

MESSENIORVM.

Aepi 116.a
thyræ 930.b

MYSIAE.

Adramitteum, uide adramittenus 89.a
adrastia 89.a
axium, uulgò chilia 390.b
dorticum 1078.b
philadelphia 170.b

NAVARRAE.

Pompelon 205.b

in NORICO.

Arelate 310.a
badacum, hodie salezaburgensis celeia uulgo cilia 390.a
claudiuiũ, uulgò closterneuuburg. 621.b
gesodunum, uulgò satlburg 338.a
uacorium, hodie uillacum 1007.b
uillacum, uide uacorium 1007.b

NVMIDIAE.

Circa 596.b
hippon 401.a
rhegium 527.b

inter OSSAM & OLYMPVM.

Pisa 173.a

PAEONIAE.

Amydon 243.a

PALAESTINAE.

Aelia 100.b
ascalon 330.b
cæsarea 456.a
cesealona 456.a
hierusalem, uide ælia 110.b
philistim 172.a
stratonis turris, uide cæsarea 456.a

PAMPHILIAE.

Isaurum 605.b
phaselis 168.a

PANNONIAE.

Alba græca, olim taurinum, uulgò krichischuuisemburg. 185.a
bolentium, uulgò rachesburg. 418.a
murœla 896.b
pœtouium, uulgò betta 7.a
scisscia, hodie lablatiũ, lublana 611.a

PAPHLAGONIAE.

Amastris sesanum 220.a
cimolis 592.a
crobialon 850.b
cromna 852.a
teium 888.a

PARTHORVM.

Alexandropolis 192.a
hecatompilos 384.a

PELIGNORVM.

Corfinium 815.b
orton, uulgò petra de pirati 1094.a

PELOPONNESI.

Amyclæ 243.a
cenchreæ 545.b
chaa 569.a
coronæa 822.a uide agesilaus 160.a
elis 34.b
gytheum 363.a
lacedæmon 634.b
methone, hodie modona 823.b
mycenæ, mycena, mycene 906.b
troœzen 984.a

iuxta PELVSIVM.

Heracleopolis 389.a

PENTAPOLIS.

Gomorra 347.b
sodoma 703.b

PERSIDIS.

Chalamæ, hodie atisiphon 569.a
persepolis 139.a
susa 844.b

PHARI inf.

Pharia 167.a

PHOCIDIS.

Aba 5.b
ambrysus 222.a
anticyra 270.b
cirrha 608.a
cyrrha 889.b
daulia 899.b

PHOENICIAE.

Aca 27.b
abrotonum, uide tripolis 979.a
antaradus, uide aradus 297.a
aradus, artasa 297.a
barutus, uide berytos 406.b
berytos, uulgò barutus 496.b
borama 426.b
bostra 426.b
byblum, uide adonis 87.a
carmelum 502.b
lephia, uide tripolis 979.a
leptis ibid.
ptolemais 358.a
scropta 663.b
sidon, uide aradus 297.a
sidon, sichem 678.b
tripolis 979.a
tyrum, uide aradus 297.a
tyros 1004.b

PHRYGIAE.

Ancyra 247.a
antiochia, uide trallis 959.a
antandros, adonis 265.a
apollonia 281.a
assos 344.b
berecynthos 405.b
budea 437.b
cadi 442.a
celænon 539.a
cenone 546.a
chrysa 583.b
cimmeris, uide antandros 265.a
colosse 669.b
dorylæum 1077.a
edonis, uide antandros 265.a
enantia, uide trallis 959.a
gargarus 323.b
mœsia 852.a
phocæa 175.b
sipylus 693.b

PICENI.

Asculum 333.a
camerinum 470.a
carillæ 502.a
cingulum 594.b
fanum

fanum fortunæ 211.b
firmum 254.a
nursia 994.b
pisaurum 173.a
sena Gallica 646.a
triana hodie potentia 958.b
truentum, uulgò tronto 985.b
urbinum 1140.b
ursa baluia, hodie urbsa 1145.a

PIERIAE.

Aeginium 108.a

POLONIAE.

Carodunum, hodie cracouia uulgò cracau, Polo. regia 505.b
dantiscum 896.b

PONTI.

Amastris 220.a
apsorus, arcani 929.a
carana 497.b
chalcedon 569.b
heraclea 389.a
nicea 945.a
nicomedia 946.a
sebastopolis, uulgò S. Gregorius 625.b
sinope, synope 691.b
tomos 944.a
xylinæ uulgò sentina 1164.a

RHETIAE.

Drusomagus, hodie campidona, uulgò rempten 1081.b
phæniana, alio nomine phebiana, hodie bebenhustum 163.b

RHODI inf.

Camirus 470.b
talysos 428.a

SABINORVM.

Casperula 511.a
nursia, hodie norcia 994.b
usica 1147.a

SALASIORVM.

Eporedia, hodie biaurea 68.b

SAMNITVM, siue APRVTII.

Adria, uide samnites 578.a
allifæ, uide æsernia 131.b
amiternum, uide samnites 578.a
aquila ibid.
arpinum ibid.
athima ibid.
beneuentum ibid.
corfinium ibid.
sepinum, hodie sepinum 564.b
sulmo, uide samnites 578.a

SARDINIAE.

Calaris 459.b
tibium 931.a
turris bissonis 998.a

SARMATIAE.

Hygris 421.b
noua mœnia, hodie album castrum, uulgò uueissenbourg. 972.b
trapano, uide tyrambe 1003.a

SCOTIAE.

Alata, castrum puellarum, uulgò edemberg 184.b

SCYTIAE.

Alexandria 194.b
arismaspi 318.b
calmipaxa 462.b
carcine 499.b
teos 902.a

SICILIAE.

Acragas 56.a
adranium 142.b
egesta 112.b
ænna 115.a
ætna 142.a
agathyrsum 155.a
agragas 177.a
agrigentum 177.a
agyrina, uide agyrini 179.a
agyrium 179.a
anisum 258.b
calantis 459.b
catana 518.a
catana, uulgò catania 518.a
catina, catine 518.a
centuripinum 551.a
drepanium 1080.b
egesta, nunc segesta 23.b
elorus 36.b
enna, uulgò hodie anna 52.a
epidamnus 62.b
gela, uulgò cherza 325.b
heraclea 389.a
herbita 390.a
hyble 419.b
messana, uide zancle 1164.b
panormis, panormũ, panormium 26.a
petra 162.a
segesta 637.a
tauromium 878.b
thermæ 923.b
triocala, uide triocla 978.a
triocla 978.a
tyche 1001.a
tyndaris 1102.a
zancle 1164.b

SICYONIAE.

Philius 1.71b

SIDONIORVM.

Sarepta 594.b

SYRACVSA.

Acradina 56.a

SYRIAE.

Alaburior 183.a
amathus 220.b
antiochia 142.a
apamea, uide syria 860.b
apollonia 281.a
arethusa 312.a
beritus, uide syria 860.b
botrys 426.b
byblus, hodie gaeta 439.a
cæsarea, uide syria 860.b
canatha 473.a
damascus 893.b
gaderes 320.a
hierapolis, uide syria 860.b
laodacea, uide syria 860.b
orthosia, hodie tortosa priius antaradus ni 1094.a
palmira, uide syria 860.b. 865.a
paradisus 32.b
posidium, uulgò pualo 225.a
ptolemais, uide syria 358.a
seleucia 638.b
sidon, uide syria 860.b
tripolis, uide syria 860.b
tyrus 1004.b

SYRTIS paruæ.

Neapolis, leptis magna, uulgo tripol, in Barbaria regia ciuitas 927.a
sabathra, sabrata dicta, uulgò raxanebes 554.a
sacamaza, syrtis magnæ, uulgò zedicho 560.a
tacapa, syrtis paruæ 866.a

TARRACONIAE.

Cæsarea augusta, uide tarraco. numantia, uide tarraco. pallentia uide tarraco. 877.b

TAVRICAE cherf.

Capha uide theodosia 922.a

prope THAEBAS.

Cilla 591.b

THESSALIAE.

alceste, pagasea 189.b
alope 205.b
argos 314.b
beroa 406.a
enipeus 51.b
hestiæa 394.a
iolcos 597.b
larissa 651.a
Pagasa, uide alceste 187.b
pegasa, quod postea demetrias dictum est 83.b
pelethronium 84.b
phalora 166.a
pheræ, uide pheretiades 80.a
pheræ, Vide Admetus 80.a. & 169.b
Philippi 171.b
phthia 179.b
trica 973.b

ad TERMENVM SINVM.

Calastra 459.a

THRACIAE.

Abdera 7.a
abdera pulchra 7.a
æsirmus 135.a
apollonia 281.a
aristæum 318.b
bistonis 413.a
borcobæ 426.b
byzantium, ligos, constantinopolis, noua Roma, Antonia 439.a
calatis

calatis 460.a
caliopolis,uide thracia 927.a
calyba 469.a
chalcedon 569.b
constantinopolis,uide Byzantiũ 439.a
cypsella 889.a
enos,uide thracia 927.a
imbrus 449.a
lysimachia,uide thracia 927.a
nouenniæ 973.b
nicopolis,uide thracia 927.a
perinthus 123.a
sestos 670.b

TROADIS.

achileon 49.a
æantium 100.b
alexandria,troas antigonia 164.a
antiochia,uide troas 983.a
atandrus,uide troas 983.a
cimmeris 592.a
clazomene, uide troas. dardanum ibi.
ephesius,uide troas. laodicia,uide troas 983.a
ilion,uide troas 983.a
lyrnessus 738.a
milenus,uide troas 983.a
percote & percope 104.b
pergamus,uide troas 983.a
preinthos 983.a
philadelphia,uide troas 983.a
rhoete,smyrna,uide troas 983.a
styatyra ibid.
troia,uide troas ibid.

TROGLODITARVM.

Boron 426.a

TVSCIAE.

Adria 89.b
agylla 178.b
aquapenden,uide aucula 365.a
aretium 312.b
asisium,uide tuscia 998.b
aucula 365.a
auquulá 365.a
cære 454.a
balsena,uide uolsinium 1130.a
clusium 632.a
cortona 830.a
florentia,uide tuscia 998.b
luca, uide tuscia 998.b
nepeta hodie nepa 938.a
Perusia,perusium hodie, uulgò perugia perouse 152.b
sæne,uide tuscia 998.b
pisæ 173.a
pisaurum,uide tuscia 998.b
trossilum 984.b
tusciæ,uide tuscia 998.b
tuscania 998.b
tyrreniæ,uide tuscia 998.b
uicarellum,uide bicarellum 409.a
uulsiniũ 1159.b

VENETIAE insig.

Altinum 213.b
ateste 354.a
atria 355.a
brenona,uide uerona 105.a
belunum 405.a
brintuni,ude britena 432.b
brixia 433.a
carraca 507.b
iapis 431.a
patauium 61.b
tanas 870.b
uicentia 1073.b
uerona 1051.a
uerumnus,uide ueneti 1033.b

VILVMBRORVM.

Ispolum hodie ispellum 607.a

VINDELICIAE.

Augusta 371.a
cambodunum, hodie monacum, uulgò munchen 469.b
inutrium,uulgò ispruck 596.b

VMBRIAE.

Aesisum,asisia 131.b
ameria 223.b
cæretum 454.b
cossa 832.b
forum sempronij, uulgò fossembrone 286.b
fulgineum,uide umbria 1119.a
narna 914.a
nuceria,uide umbria 1119.a
nursia,uide umbria 1119.a
reate,uide umbria 1119.a
sppletium 744.a
tiphernum,iunc ciuitas castelli 937.a
tuder 988.a
tudertum,uide umbria 1119.a

VNGARIAE.

Alba Græca uulgò Griechisuuissem burg 185.a
Alba regalis,uulgò stuluisenburg. 185.a
buda,uulgò offen 437.b
taururũ,belgradum, hodie kriegischuui senburg 879.a

prope ZEPHYRVM.

Thonis 926.a

ZEVGITANAE prouin.

Colops,hodie giger 668.a

balius,uarius 392.b
batrachium 399.a
bonus 419.b
burrhus,rufus 438.b
buxeus 438.b

C

Cæruleus,cumatilis 454.b
cæsius 456.a
camelinus,pullus,carnasinus 470.a 475.a & 1051.b
candidus,unde olorinus 769.b
candidissimus 476.b
castaneus,uide ferrugineus 235.a
cereus 553.b
cerinus 553.b
ceruinus 567.a
chrysocolla 584.b
cineraceus,cinereus 595.b
cinnabaris 595.b
citrinus 611.a
clarus 617.a
coccineus 636.b
coccinus 636.b
conchylium 715.b
coracinus,niger 814.b
corneus 819.b
cretula 845.a
croceus 851.b
crocinus 851.b
cumatilis,cæsius,cæruleus 864.b
cyaneus,cæruleus 833.a
cymatilis 886.a

D

Decens 908.b
dilutus 1016.a

E

Egregius 24.b
exanguis 115.a

F

Ferrugineus,castaneus 235.a
flammeus 258.b
flauus 259.a
fuluus 809.b
furfuraceus 317.b
furuus,niger,ater 318.a
fuscus,subniger 318.b

G

Giluus 340.a
giluus,melinus 340.a
glaucus 342.b
glaucinus 283. a
guttatus 364.a

H

Hammonium 378.b
herbeus 390.a
herbidus ibid.
hispanus,uide bæticus 390.b
hyacynthinus 419.a
hyalinus 419.a
hyginus 424.b

I

Ianthinus,uioláceus,purpureus 430.a
igneus 439.a

Indicum 503.a
infuscus 258.a
infusius,luteus 560.b

L

Lacteus 634.a
languidius 645.b
lentus 668.a
liquidus 696.a
leucophæus,fuscus 673.a
liuidus 702.a
luridus 728.b
luteus 730.b.731.a
luthum 731.b

M

Marinus,uide thalassinus 918.b
marmoreus 779.a
melinus,giluus 800.b
melinum 800.b
melleus 798.b
mellinus 798.b
memnonius,niger 806.a
menium 808.b
molochinus 859.a
murex 894.a
murrhinus 896.b
murteus 897.a
mustelinus 902.a
mutinensis,pullus 902.b
myrrheus 908.b

N

Natiuus 917.b
niger, ater,fuscus 947.a
niueus 957.a

O

Obscurus,uide bæticus 390.b
obtusus,uide rauus 440.a
olius 1050.b
olerinus,candidus 1051.b
orobitis 1093.a
ostrum 1102.b
ostrinus,subrubeus 1102.b

P

Pallidus 15.a
phœniceus,uide badius 390.a
plumatilis,uide cerinus 553.b
porraceus 220.b
prasinus 282.a
pressus 288.b
pulligo 368.b
pullus 368.a
punicus,puniceus 372.b
purpureus 375.a
purpurissum 376.a

R

Rauus,obtusus 440.a
rauidus ibid.
roseus 544.a
rubens 546.b
rubeus ibid.
rubellus ibid.
ruber ibid.
rubicundus 547.b
rubrus 547.a
rubidus 547.b
rubor 547.a
rubriceta 548.a
rufus 550.b
russeus 557.a
rutilus 557.b

S

Sandarachinus 581.a
sandix 581.b
sanguineus 583.a
scutulatus 623.a
scyricus 624.a
silaceus 681.b
sinopis 691.b
spadix 724.b
spumeus 747.b
suasum 782.b
subalbidus 784.b
subcærulus 785.a
subcandidus 785.a
subniger,uide rufus 550.b
subpallidus 796.a
subrubeus,uide ostrinus 1102.b
subrubicundus 797.a
subrusus 797.a
subrutilus 797.b
sufflauus 813.b
subuiridis 805.a

T

Thalassinus,marinus,uenetus 918.b
thessalicus 925.b
tyrianthinus 1003.b
tyrius 1004.b

V

Varius,uide balius 392.b
uenenum 1031.b
uenetus 1034.a
uerecundus 1048.a
uiolaceus,uide ianthinus 430.a
uiridis 1097.a
uitreus 1109.a

BASILEAE, EX OFFICINA
FROBENIANA, PER AVRELIVM
FROBENIVM.

UNIVERSITAS GRANADA

FRO BEN